Universidad de Deusto
Biblioteca

Biblioteca Universidad de Oviedo

Universidad de Deusto
Biblioteca

LITERA, sexta ordine alphabeti, quam veteres aliquando aspirationis loco scribebant, Fordeum dicentes, Trafo, Vefo, Fircus, Forreum, pro Hordeũ, Trahо, Vehо, Hircus, Horreum. Aliquando eius loco, priora quædam secula pronũtiarunt B, Bruges scribentia, & alia quæ posteri per F, fruges scribere maluerũt. Dicta est & Aeolicum digamma. Vide DIGAMMA.

Faba, huius fabæ, (κύαμος,) Legumen notum. Teren. Eunucho, 2.3.89. At enim isthæc in me cudetur faba,

Fabula, huius fabulæ, pen. cor. Diminutiuum, (κυάμιον,) Plaut. Sticho, 14. 8. Pro opibus nostris satis commodule, nucibus, fabulis, ficulis, &c.

Fabulum, (κύαμος,) pro faba, apud Gellium li. 4. cap. 11. Opinio vetus falsa occupauit & conualuit, Pythagoram Philosophum nõ esitauisse ex animalibus. Item abstinuisse fabulo, quem κύαμον, Græci appellãt. Paulo põst fabam appellat. Cic. 1. de Diuin. 110. Ex quo etiam Pythagori eis interdictum putatur ne faba vescerentur, q̃ iubet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam.

Abstinere faba. Cic. 1. de Diuinat. 170. Faba quidem Pythagorei vtique abstinere quasi verò eo cibo mens, non venter inflatur.

Fabáginus, penul. corr. Adiectiuum, (κυάμινος,) vt Fabaginum acus. Cato cap. 54.

Fabarius, Adiectiuum aliud, (κυάμινος,) Quod ad fabam pertinet, vt insulæ fabariæ. Plin. lib. 4. cap. 13. 7. Inde insulæ Rom. armis cognitæ. Earũ nobilissimæ, Barchana, Fabaria à nostris dicta, à frugis similitudine spõte prouenientis. Cato cap. 12. Pilum fabarium vnum.

Fabariæ Calendæ, Iuniæ dicebantur, quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur. Macrobius.

Fabále, huius fabãlis, pen. prod. n. g. Stipula fabalis, siue grandis ille culmus, de quo pendent siliquæ fabaceæ. Plin. lib. 18. cap. 11. 3. Seritur ante Vergiliarum occasum leguminũ prima, vt antecedat hyemem. Vergilius per ver eam seri iubet, circũpadanæ Italiæ ritu. Sed maior pars maluit, fabalia maturæ sationis, quàm trimestrem fructum eius. Nam siliquæ caulesq̃ue gratissimi sunt pabulo pecori. Plinius rem eandem & fabalia & caules vocat maturam sationem, quæ fit antè hyemem: tri mest rem fructum, qui colligitur ex fabis per ver satis. Colum. libro 2. cap. 10. 7. Post brumam parum rectè seritur, pessimè vere: quamuis sit etiam trimestris faba, quæ mense Februario seratur, quinta parte ampliùs quàm matura: sed exiguas paleas, nec multam siliquam facit. Veteres itaque rusticos plerũque dicentes audio, malle se matura fabalia quàm fructum trimestrem.

Fabãlis, & hoc fabále, pen. prod. (κυάμινος,) Plin. lib. 22. cap. 25. 20. Fabalium etiam siliquarum cinis, ad coxendices, & ad neruorum veteres dolores, cum adipis suilli vetustate prodest. Ouid. 4. Fast. 146.

Certe ego de vitulo cinerem, stipulamque fabalem
Sæpe tuli plena februa tosta manu. Quid autem sit stipula fabalis, paulo põst his verbis exprimit, 148.
Sanguis equi suffimen erit, virulique fauilla,
Tertia res duræ culmen inane fabæ. Vbi culmen dixit poeta, pro culmo. Sicut autem cinis vituli, & vituli fauilla, res est eademsic culmen fabæ, & stipula fabalis: quod & fabale dicitur subitantiuè.

Fabacia, huius fabaciæ, Genus libi è fabis confecti à veteribus dicebatur. Plin. lib. 18. ca. 12. 1. Quin & prisco ritu fabacia sue religionis diis in sacro est.

FABARIS. pen. corr. (φάβαρις,) (inquit Seruius) Italiæ fluuius, qui per Sabinos trãsit. Virgilius lib. 7. 143.

Qui Tyberim Fabarimque biberunt, &c. Fabaris, eodem Seruio authore, etiam Farfarus dicitur. Ouid. —& amœnæ Farfarus vmbræ.

Fabella, Vide FABVLA.

Faber, huius fabri, (τέκτων,) A faciendo nomen accipit: idemque significat quod adiectiuum sibi adiunctum. nam est omnis artifex qui labore corporis aliquod artificium facit: siue qui è quauis materia facit aliquid, excepto gypso, argilla, cera, & similibus. Nam hi plastæ dicũtur. Plaut. Mostc. 3. 21. —venit imber, lauat parietes, ppluũt.

Tigna, putrefaciteque operam fabri inequitor iam factus est
Vsus ędium, atque haud fabri culpa. Idem Mostc. 8. 91. Tacefis faber, qui cudere soles plumbeos nummos.

Aeris, eboris, & marmoris fabri. Horat. 2. epist. 1. 19. Marmoris, aut eboris fabros, aut ęris amauit.

Faber aurarius, Vide AVRVM. Faber ærarius, Vide AES, æris.

Faber ferrarius, Qui cudit, & tractat ferrum. Plaut. Rud. 1. 3. 47.

Tigniarius faber, Cicero de Claris Oratoribus, 139.

Faber, pro structore. Cice. Varroni, lib. 9. 2. 12, Siquis a[illegible] nõ vt architectos, verũetiam vt fabros ad ædificandũ [illegible]to, li. 9. 15. 14, Tu velim, vt scribis, cum fabris esẽ pspicias [illegible] est in parietibus, aut in tecto vitii, cætera mihi probabunt.

Fabrũm in genitiuo plurali rectius dicitur quã fabrorũ, Cice[illegible] 87, Fabrũm & procũm audeo dicere, non fabrorum & pr[illegible]

Præfecti fabrũm alicuius. Cæsar Oppio Cornelio, in Epist[illegible] lib. 9. 177. 3.

Fabrè, Aduerbium, (τεχνικῶς,) Artificiosè. Plaut. Pœnulo, 7[illegible]
Ecce opportunè egrediuntur Milphio vnà & villicus,
Basilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallaciam. Idem, Vrapolo, [illegible] facit, quàm fabre. Idem Menæch. 4. 11. Hoc facinus pulchrũ est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factum est fabre. Sed iam ab vsu recessit. magis enim vtimur alio aduerbio. affabre.

Fabram artem, adiectiuè posuit Ouid. 8. Metam. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.

Fabrefacio, fabrẽfacis, pen. cor. fabrefeci, pen. pro. (τεκτηνάομαι,) fabrefacere, Artificiosè aliquid cõponere vel ædificare. Plaut. Casina. 21. 7.
Nec fallaciam astutiorem vllus fecit poeta, atque vt hæc est
Fabrefacta à nobis. Plinius de Viris illustribus. 38. Quũ videret eos multum mari posse, classem magis validam q̃ decorã fabrefecit. Plaut. Rudente, 30. 13. —hoc volo hic ante ostium abstergere: Nam hoc quidẽ pol è rubigine, non è ferro fabrefactum est. Liu. 6. bel. Pun. 110. Idem 4. bel. Maced. 191. Fabrefacta vasa. Legitur & disiunctim, fabrè facta.

Fabrico, fabricas, pen. corr. (τέχνα, τεκταίνομαι, τεχνόομαι, κατασκευάζω, τέλλω, χαλκεύω,) fabricare, Verbum notę significationis. Ouid. lib. 13. Metam. Craterem Aeneæ, quem quõdam miserat illi: Miserat hunc illi Thersites, fabricauerat Alcon. Plin. lib. 33. cap. 1. 7. Fabricare etiam deũm fibulas, & alia muliebris cultus. Legitur hoc loco ex vetusto codice, Fabricam etiam deũ fibulas, & alia muliebris cultus, sicut inaures in primordio fabricitasse sine mentione annulorum.

Gladium fabricare. Quintil. lib. 3. cap. 1. 1. Nisi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius, qui ferrum in tutelam sui, quàm qui in perniciem alterius comparatit.

Fabricare animum. Senec. epist. 16. Animum format & fabricat Philosophia, vitam disponit, mores regit, &c.

Moras fabricare. Silius lib. 16. 134.

Fabricare verba. Cic. 4. Academic. 35.

Fabricari, Passiuè. Quint. Non fabricetur militi gladius.

Fabricor, fabricãris, deponens, (κατασκευάζομαι,) Idem. Ci. 1. de Orat. 99. Capitolii fastigium illud & cæterarum ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Idẽ 1. Offic. 105. Vt enim pictores & ii qui signa fabricantur, & veri etiam poetæ sum quisque opus à vulgo considerari vult.

Gladium fabricari. Cic. pro Rab. Postbu. 5.

Naues fabricari. Tacit. lib. 14. Nauesque fabricatur plano alueo aduersus breue littus, & incertum.

¶ Fabricari, etiam ad animum refertur. Curtius, Multa interea fabricatur ingenio, quomodo auertere inde hostem posset.

Fingere & fabricari. Cic. 4. Acad. 152, Etiamne hoc affirmare potes Lucille, esse aliquam vim cũ prudentia & consilio, scilicet quæ finxerit vel (vt tuo verbo vtar) quæ fabricata sit hominem? qualis ista fabricata est? vbi adhibita? quando? cur? quomodo?

Quæ terra gignit, talia sunt, vt ea ipsa dii immortales ad vsum hominum fabricati penè videantur. Cic. 7. de Nat. deor. 8.

Quanto quasi artificio natura fabricata est primùm animal omne, deinde hominem maximè. Cic. 4. Acad. 59.

Fabricãtus, pe. pro. Participiũ, (κατασκευασμένος,) Cice. de Vniuers. 22. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant. De mũdo.

Arma fabricata. Claud. 1. Paneg. 21.

Fulmen fabricatos esse Iouí Cyclopas in Aetna putant. Cicero 2. de Diuinatione. 63.

Machina fabricata. Virg. 2. Aeneid. 10.

Pocula fabricata fago. Ouid. 8. Metamorph. 155.

Fabricãtor, pen. prod. Verbale, (κατασκευαστής, κτίστης, τέκτων, ἔργον,) vt fabricator minutorum opusculorũ Myrmecides. Cic. 4. Acad. 216.

Doli fabricator. Virg. 2. Aeneid. 51.

Morbus lethi fabricator. Lucret. lib. 3. 96.

Mundi fabricator. Quintilian. libro 1. cap. 16. 7. Et hercle deus ille princeps, pareus rerum, fabricatorque mundi, nullo magis hominem separauit à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quàm dicendi facultate.

Fabricator miratus exemplar. Cice. 3. de Vniuers. 7.

Fabricatiõ, (κτίσις,) Aliud verbale. Cic. 2. de Nat. deor. 101.

Hominis fabricatio perspecta. Cic. 1. de Nat. deor. 101.

Immutatio in verbo fabricationem non habet, sed in oratione. Cicero 3. de Orato. 91.

Universidad de Deusto Biblioteca

…ul.corr.(τεκτονική,) Propriè inquit Siponti… …rii officina: veruntamen & de aliorum fabrorum …

…lib.7.cap.56.7.
…& vt ita dicam,fabricatio alicuius rei,& machinatio.
…re.Plaut.Pœnu.16.135.
…nsilium capio,& hanc fabricam apparo,
…mus qui filias dicas tuas.
…ere.Plaut.Cistel.6.5.
…tias,quid promisi boni,
…ui fabricas, & quot fallacias in quæstione, vix exculpsi

…icam ingerere ad aliquem. Terent.Heaut.3.2.34. Nonne ad senem aliquam fabricam fingit?

¶ Ars,fabrica.Cic.2.de Natu.deo.49.Pictura & fabrica,cæteræq; artes habent quendam absoluti operis effectum.

Aeris & ferri fabrica.Cic.2.de Natu.deor.24.

Confectionis materiæ fabrica.Cic.1.de Diuinat.190. Materiáne quid iuuaret,nisi confectionis eius fabricam haberemus?

Præesse fabricæ alicuius.Cic.3.de Natu.deor.75.

¶ Fabricam,pro cōpactione & coagmentatione posuit Cicero 1. Offic. 177.Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia Idem 4.Acad.152,Quanto artificio esset sensus nostros mētemq; & totam constructionem hominis fabricata natura.

Admirabilis fabrica membrorum animantium.Cic.2.de Natu.deor.181.

Explicetur incredibilis fabrica naturæ.Cic.2.de Nat.deor.208.

Fabricus,a,um.pen.corr.(τεκτονικόν,)Adiectiuum. Paulus in L. Si mancipia.ff.de Instructo vel instrumento leg. Seruum verò arte fabrica peritum,&c.

Fabrílis,& hoc fabrîle.pe.pro.(τεκτονικός,χαλκευτικός,χαλκότυπος,) Quod est fabri,siue ad fabrum ptinet:vt Opus fabrile.Horat.1.epist. 1.24. –quod medicorum est,
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.
Sic fabrile ministerium,Plin.lib.16.cap 43.3.

Dextra fabrilis.Ouid.4.Metamor.35.

Fabrile erratum.Cic.ad Atticum,lib.6.111.30.Sic fabrile glutinū, Plin. lib.28.cap.11.18. Et fabrile scalprum,Liu.7.bel.Pun.259.

Flamma fabrilis.Claud.2.Paneg.36.

Fabrilis manus.Mart.lib.11.78,Factaque fabrili dedolat ossa manu.

Fabianus, Adiectiuum: vt Arcus Fabianus,qui constructus est iuxta regiam in Sacra via.

FABIVS,(φάβιος,)Trecenti(inquit Seruius) in Fabiorum familia fuerunt,qui coniurati cum seruis & clientibus suis,contra Veientes dimicarunt,& insidiis apud Cremeram fluuium interempti sunt.de quibus Ouidius in Fastis,
Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes,
Ad bellum missos abstulit vna dies. Ex his vnus tātum superfuit Fabius Maximus,qui propter teneram adhuc pueritiam in ciuitate remanserat.Hic postea Dictator creatus quum Annibalis impetum ferre non posset,mora eum elusit,& ad Campaniam traxit, vbi deliciis eius virtus obtorpuit.Ille est de quo ait Ennius,Vnus hō nobis cunctādo restituit rē.Hæc Seruius grāmaticus,illud Virgilii lib.Aenei.6.explicās.
Quò fessum rapitis Fabii?tu maximus ille es
Vnus,qui nobis cunctando restituis rem.

Victrices moræ Fabii.Propert.lib.3.eleg.3.2.

Fabius,Adiectiuum,(φάβιος,)vt Gens Fabia.Ouid.3 de Ponto,ele.3.1.

¶ Fabius,pictor,homo nobilissimus,iuris & literarum antiquitatis bene peritus,vt author est Cicero in Bruto,40.Quintil.lib.1.cap.6.8,Quāquam Varro in eo libro,quo initia Romanæ vrbis enarrat,lupum fœminam dicit,Ennium pictoremq; Fabium secutus.

FABRATERIA,oppidum Cāpaniæ iuxta quod Trerus amnis fluit. Silius lib.8.79,Hic Fabrateriæ vulgus,&c.

Faber,Fabricatio,Fabrica,Vide FABER.

FABRICIVS,(φαβρίκιος,)Consul Romanus,qui contra Samnites & Pyrrhum regem bella gessit:valde sobrius,& fidelis. Nam munera hostium spreuit,& regis medicum sibi pollicentem necem domini sui,ligatum remisit ad regem,scribens etiam quid illi facere voluisset.Vide Ciceronem lib.3.Offic.

Paruo potens Fabricius.Virg.6.Aeneid.169.

Pauperis Fabricii animosa vmbra.Claud.1.in Eutrop.91.

Fabricius,Adiectiuum,(φαβρίκιος)vt Pons Fabricius. Horat.2.Serm. saty.3.8, –tempore quo me
Solatus iussit sapientem pascere barbam,
Atque à Fabricio non tristem ponte reuerti. Pons Fabricius dicitur qui est insulæ illius quæ in mediū Tyberim posita est: ideo Fabricius, quia à Fabricio factus.Porphyr.

FABRICIANVS,pen.prod.matrem Fabiam interfecit, quòd illa Fabium Fabricianum maritum suum occidisset, vt liberius adulterium cum Petronio adolescente committeret. Author Dositheus apud Plutarchum.

Fabrico,Fabrile,Vide FABER.

Fabula,

fabulæ,penult.corr.(μῦθος,)Propriè est res passim vulgata, etiam si vera sit: à fando dicta, vt ait Varro libro 5.de Ling.Lat.Iuuenalis,It noua nec tristis per cunctas fabula cœnas. Terent.Hecyra.4.3.14.
–odiosa hæc est ætas adolescentulis:
E medio æquum est excedere:postremò iam nos fabulæ sumus,
Pamphile,senex atque anus.Horat.Satyr.1.
–quid rides?mutato nomine, de te
Fabula narratur. Martial.lib.1.86.
Quod nunquam maribus iunctam te Bassa videbam:
Quodque tibi mœchum fabula nulla dabat:
Esse videbaris fateor Lucretia nobis.

Fabula,est in qua nec veræ,nec verisimiles res cōtinentur cuiusmodi est: Angues ingentes alites iuncti iugo, Cice.1.de Inuent.39. Author ad Herenn.lib.1.13.

Lupus in fabula,Vide LVPVS.

¶ Fabula,Res ad vtilitatem, siue delectationem hominum conficta, vt sunt poetarum fabulæ,& hæ quæ licet ab Hesiodo poeta initium acceperint,nomine tamen dicuntur Aesopiæ.Cic. 3.de Nat.deor.84,Iam verò quid vos illa delectat explicatio fabularum,& enodatio nominū exectum à filio Cælum,vinctum itidem à filio Saturnum?

¶ Fabulæ comicorum.Teren.in Prologo Eunu.33.
–sed eas fabulas factas prius
Latinas scisse sese,id verò pernegat. Idem in prolo.And.3.
Id sibi negotii credidit solum dari,
Populo vt placerent quas fecisset fabulas.

Apologus,fabula,irrisio.Cic.1.de Inuent.36.

Nutricularum fabulæ.Quintil.lib.1.cap.9.2.

Aniles fabulæ.Quintil.lib.1.cap.8.13.

Conuiuales fabulæ.Tacit.lib.5.Neu fabularum conuiualium simplicitas in crimen duceretur,postulauit.

Monstrosa,turpisque relatu fabula.Claud.2.in Eutrop.110.

Notissima fabula.Ouid.4.Metamor.38.

Par fabula somnio.Senec.Troad.5.8.

Personata fabula,Vide PERSONATVS.

Poeticæ fabulæ.Quintil.lib.5.cap.11.14.

Puerilis fabula.Stat.2.Achil.55.

Vulgaris fabula.Silius lib.4.11.

¶ Accommodare fabulas,Vide ACCOMODO.

Agere fabulam.Vide AGO.

Conficere totam fabulam. Cice.2.Philipp.54.Si meus stylus ille fuisset, vt dicis:mihi crede non solū vnum actum,sed totā fabulā cōfecissem.

Fabulas contaminare,Vide CONTAMINO.

Credere fabulis.Cice.2.de Diuinat.168.Num igitur me cogis etiam fabulis credere,quæ delectationis habeant quantum voles, verbis sententiis,numeris cantibus adiuuentur?Authoritatem quidem nullam debemus nec fidem cōmentitiis rebus adiungere.

Decantata erat fabula,sed complere paginā volui.Cic.Att.li.13.288.6.

Fabulæ ad actus scenarum compositæ,argumenta dicuntur. Quintilian. lib.5.cap.10.7.

Conciliationis & gratiæ fabulam dare.Cic.pro Cluent.68.

Docuit primos fabulam Liuius.Cic.de Clar.Orat.36.

Fictæ fabulæ.Cic.pro Milone,6. Quintil.lib.5.cap.11.14.

Fieri fabulam.Horat.1.epist.13.2. –Asinæque paternum
Cognomen vertas in risum,& fabula fias.

Cinis,& manes,& fabula fies.Pers.Saty.5.6.

Inceptare fabulam,Vide INCOEPTO.

Inseratur huic loco fabula,Vide INSERO.

Peragere fabulam.Cic.de Senec.59.Quibus qui splendidè vsi sunt,ii mihi videntur fabulam ætatis peregisse,nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.

Fabulam esse. Horat.Epod.11.2, Heu me,per vrbem(nam pudet tanti mali) Fabula quanta fui.

In fabulis esse,Est hominum sermone temerario celebrari.Suet. in Augusto,cap.70,Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit,quæ vulgo δωδεκάθεος vocabatur.Vide IN.

¶ Fabulæ:Verbum in responsione poni solitum,quum negamus verum esse quod quis dicit,veluti per tædium.Terent.Heaut.2.3.95.
Si tibi narrem quamobrem id faciam,vera causa est. CL.fabulę.
Nihil satis firmi video,quamobrem accipere hanc mihi expediat metum. Idem And.1.3.19.
Is obiit mortem:ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam,paruam.fabulæ:
Mihi quidem hercle non fit verisimile:atq; ipsis cōmentum placet.

Fabella,Diminutiuū,(μυθίδιον,) Cic.pro Cęlio,51, Verum hæc tota fabella

bella veteris & plurimarum fabularum poetriæ. Idem 5.de Finib.76.

Breuiter fabella.Quintil.lib.5.cap.11.16.

Commentitiæ fabellæ.Cic.2.de Diuinat.120.
Nihil debet esse in philosophia commentitiis fabellis loci.

Agere festiuè fabellam,Cic.Qu.fratri,lib.2.16.13.

Narrare fabellam.Cic.2.de Orat.133.Siquando quid tanquam aliqua fabella narratur. Quintil.lib.1.cap.9.2.

Fábulor,pen.corr.fabulâris,(μυθολογέω,μυθέομαι,)fabulâri,à famen deriuatur:& significat loqui.Plaut.Capt.11.3.Quid fabulabor?quid negabo,aut quid fatebor? Idē Sticho.10.11,Aduorsum te fabulare illud quidem.Idem Cistel.10.54.Hæc nostrā rem fabulatur,hanc scire oportet filia tua vbi sit.Id est de re nostra loquitur.Idem Pseud.5.28.
– mortuo verba fabulare nunc,
Satis stultus es, rem actam agis. Id est frustra conaris. Idem Mercatore,7.24. Quid illud quod solus secum fabulatur filius? Idem Epidico,3.44.
Facilè tu istuc sine periculo & cura corde libero
Fabulare Ioui. Idem Amphit.4.47.
Tamen simulabo,atque audita eloquar.
Sed quomodo,& verbis quibus me deceat fabularier,
Prius ipse mecum etiam volo hic meditari. Ibidem,4.146.Clara vorsum fabulabor.

Inter se fabulari,Vide INTER.

Fabulari falsa.Plaut.Epid.13.38.Non habeo vllam occasionem vt apud te falsa fabuler.

Fabulari,loco excipere & habere ludibrio.Plaut.Trucul.4.75.
– non didici
Fabulare.D.non isthæc mea benignitas docuit te fabulari.

¶ Fabulari aliquando pro Ineptè garrire sumitur.Liuius li.5. Decadis 5. Et tu Centurio,miles,quid de Imperatore Paulo Senatus decreuit,potius,quàm quid Sergius Galba fabuletur,audi.

Fabulo,fabulas,pen.corr.actiuū,(μυθέω,)Plaut.Milite,8.32.
–mala es. PH.imò ecastor stulta multum,
Quæ vobiscum fabulem.

Fabulandi sermones.Plaut.Pœnulo,2.34.
Canora hic voce sua tinnire temperent,
Domum sermones fabulandi conferant.

Fabulâtor,pen.prod.huius fabulatōris (μυθοποιός,)facundus & facetus congerro.Suet.in Augusto,cap.78.Si interruptum somnum recuperare vt euenit non posset,lectoribus aut fabulatoribus accersitis resumebat,producebatque vltra primam sæpè lucem.

Fabulâris,& hoc fabulâre,pen.prod.(μυθικός,)vt Historia fabularis Sueto.in Tiberio,cap.70.Maximè tamen curauit historiæ fabularis notitiam vsque ad ineptias atque derisum.

Fabulôsus,penult.produ. Adiectiuum, (μυθώδης,) Dicitur celeberrimum,de quo omnes fantur:vel de quo multa fingūtur.Horat.1.Carm. ode 22.2.
– vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes. Plin.lib.10.cap.49.2.
Gryphas aurita aduncitate rostri,fabulosos reor.

Colitur illic fabulosa Derceto.Pli.li.5.ca.13.2.Horat.3.Carm. ode 4.2.
Me fabulosæ Vulture in Appulo
Altricis extra limen Apuliæ,&c.

Fabulosa antiquitas,Vide ANTIQVVS.

Fabulosior,Comparatiuus.Plin.lib.33.cap.1.3.Midæ quidem anulū,quo circumacto habentem nemo cerneret,quis non etiam fabulosiorem fateatur? Dixerat antè de Promethei anulo.

Fabulôsè,pen.prod.Aduerbium,(μυθικῶς,)Hoc est,mendosè.Plin.li.31. ca.11.2.Accedat his Taprobane,insulæque aliæ Oceani fabulosè narratæ. Idem lib.5.cap.1.2.Colonia à C.Cæsare facta Lixos,vel fabulosissimè ab antiquis narrata.

Fabulositas,pen.corr.Denominatiuum,(μυθολογία,)Plin.lib.36.cap.13. 72.Sed quum excedat omnia fabulositas,vtemur ipsius M.Varronis in expositione eius verbis. Idem lib.7.cap.52. Corui effigie,magna quæ sequitur fabulositate.

Fabulum,Vide FABA.

Facesso,Vide FACIO.

Facetus,

pen.prod.Adiectiuū,(εὐτράπελος,εὔχαρις,φιλοσκώπτης, σκωπτικός,)A fando deduci videtur,& is dicitur qui verbis facit quod vult:authore Donato.Cic.pro Quint.6.Nam neque parum facetus scurra Sex. Næuius. Plaut.Milite,10.47. Cauillator facetus, vel commodus conuiua item ero. Ibidem,11.8. –vir lepidissime, Cumulate commoditate præter cæteros,
Duo di quem curant. LV.qui duo? PY.Mars & Venus.
PY.Facetum puerum.

In altercando cum aculeo,& maledicto facetus.Cicero de Claris Oratoribus,90.

Non parum facetus,Vide NON.

Genus iocandi non profusum nec immodestum,sed … tum.Cic.1.Offic.145.

Homo facetus inducit sermonem vrbanum ac venustum.C… mo sua,74.

Acuti,elegantes,faceti,breues homines.Cic.de Claris Orat.2.

Homo minimè ineptus & facetus.Cic.de Claris Orat.161.

Faceta & elegans ironia.Cic.de Claris Orat.101.

Faceto lepore solers.Plin.lib.17.cap.1.4.

Narratores faceti.Cic.2.de Orat.121.

Facetissimus poeta veteris comœdiæ,Aristophanes.Cic.2.de L…

Facetissimi sales.Plin.lib.35.cap.10.49.

Sermo facetus,& nulla in re rudis.Cic.1.de Orat.17.

Facêtum,faceti,pen.prod.n.g.Substantiuum,(εὐτράπελον,)Quintil.lib. 6.cap.3.13. Facetum quoq; non tantum circa ridicula opinor consistere. Neque enim diceret Horatius Facetum carminis genus natura concessum esse Virgilio.Decoris hanc magis, & excultæ cuiusdam elegantiæ appellationem puto.

Facetiæ,facetiarum,pluraliter tantum(εὐτραπελία,χαριεντία,σκωμμάτια,) Deliciæ quędam sermonis,& dicta vrbana sine scurrilitate:quę etiam in factis intelligi possunt. Plaut.Milite,20.12, Nam tu quæuis potis es facere vt fluat facetiis.Plin.epist.99.b,Exime hunc illi, exime hūc mihi scrupulum:sine me suauitate eius sine leporibus perfrui:in summa, nosti facetias hominis,quas velim attendas,nè in bilē & amaritudinem vertat iniuria.Cic.1.Offic.186,Sale verò & facetiis Cæsar Catuli patris frater vicit omnes. Idem de Claris Orat.81.

Duo sunt genera facetiarum, Alterum æquabiliter in omni sermone fusum,Alterum peracutū & breue: illa à veteribus superior cauillatio: hæc altera dicacitas nominata est. Cic.2.de Orat.120. Idem in Orat. 47.& 48 dicit facetias genus esse salium.

Lepôrum ac facetiarum disertus puer.Catul.in Asinium,epig.12.2.

Facie magis quàm facetiis homo.Cic.Attico,lib.1.8.4.

Facetiarum & vrbanitatis oratorius non scurrilis lepos. Cicer.de Claris Orat.74. Idem 1.de Orat.77.

Acerbæ facetiæ.Tacit.lib.5.Dicax idem,& Tiberium acerbis facetiis irridere solitus.De Fusio.

Asperæ facetiæ.Tacit.lib.15,Sæpe asperis facetiis illusus.

Accedat eodem oportet lepos quidam,facetiæque,& eruditio libero digna.Cic.1.de Orat.10.

Capi mirificè facetiis.Cic.Pæto,lib.9.15.5.

Conditus sale & facetiis Cæsar.Cic.1.Offic.185.

Oblitæ Latio facetiæ, Vide OBLINO.

Sale,lepôre,politissimis facetiis pellicere aliquem.Cic.1.de Orat.125.

Festiuitate & facetiis æqualibus suis præstare.Cic.de Clar.Orat.91.

Superabat sale,facetiisque omnes Scipio.Cic.de Clar.Orat.66.

Facête,pen.prod.Aduerbium,(χαριέντως,σκωπτικῶς,)Vrbanè,& festiuè atque eleganter. Plaut.Asin.11.35. Vt assimulabat Sauriam me esse,q̄ facetè! Idem Capt.4.73. Quia mihi est natalis dies.
Propterea te vocari ad cœnam volo.
E.Facetè dictum.Terent.Eunuch.2.2.57.
Etiam tu hic stas Parmeno?eho num nam tu hîc relictus custos,
Ne quis forte internuntius clàm à milite ad istam cursitet?
P.Facete dictum. Plaut.Menæch.4.20,Sic decet dari facete verba,custodi eate. Cic.in Verr.Act.6.Nunquam tantum mali est Siculis,quin aliquid facetè & commodè dicant. Idem 1.de Finib.60. Vt è patre audiebam,facete & vrbane Stoicos arridente. Idem pro Rosc.Amer. 76. Nosque ab isto nebulone facetius eludimur. Idem 2. de Orat. 113. Noster hic facetissime tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit.

Quod facete dicitur,id alias in re habere,alias in verbo facetias. Cicer. 2.de Orato.137.

Facetôsus,pen.prod.Adiectiuum(εὐτραπελώδης,)Cic.2.de Finib.164. Quos quidem dies quemadmodum agatis,& in quantam hominum facetosam vrbanitatem incurratis non dico.

Fácies,

pen.corr.huius faciei,pen.prod.fœm.gen.(πρόσωπον, ὄψις, πρόσοψις,εἶδος,)Dicitur in homine os, nasus,oculi, genæ & quod Græci πρόσωπον dicunt.Plin.lib.11.cap.37.15. Facies homini tantum, cæteris os aut rostra.frons & aliis,sed homini tantum tristitiæ,hilaritatis clementiæ,seueritatis index, Terent,Eunuch.2.1.24. –papæ honesta Facie. Sallust. Prorsus in facie,vultuque vecordia inerat. Plaut.Milit.14.35.Collaudato huius formam & faciem,Vide VVLTVS.

¶ Facies,Aliquando totius corporis forma,& habitus:tota species quæ apparet & cernitur.Plaut.Trin.13.55. –qua facie est homo?
S.Sesquipede quidem est quàm tu longior. Idem Pœnu.16.149
Sed earum nutrix qua sit facie,mihi expedi.
M.Statura non magna,corpore aquilino.P.atque ipsa ea est.
M.Specie venusta,ore paruo atque oculis pernigris. Terent.Eunucho, 2.3.5.O faciem pulchram.

Forma & facies.Cic.1.Offic.14.Formam quidem ipsam Marce fili,tan…

Universidad de Deusto
Biblioteca

...esti vides.

...ic.2.Philip.59,Velim mihi dicas,nisi molestum est, L. ...da facie fuerit,qua statura,quo municipio,qua tribu.

...iuuenis,Virg.9.Aeneid.71.Ouid.epist.5.25.

...cie puella.Ouid.3.de Arte,154.

...es.Quintil.lib.2.cap.13.6.

...erosa,Vide CADAVER.

...facies.Quintil.lib.4.cap.1.43.

...s.Horat.1.Serm.saty.2.18.

...ies.Lucret.lib.5.236.

...a facies,Id est iracunda.Senec.Medea,6.2.

...ida facies.Horat.4.Carm.ode 10.1.

Humana facies.Ouid.2.Metam.133.

Nec facies impar nobilitate fuit.Ouid.4,Fast.62.

Incæsta facies.Lucan.lib.10.21.

Informis facies.Lucan.lib.6.44.

Ingenua facies,Vide INGENVVS.

Inscripta facies,Id est signata vel ferro,vel alia quauis re.Claud.2.in Eutrop.69, -pars compede suras,
Cruraque signati nigro liuentia ferro,
Iura regunt:facies quanuis inscripta repugnet.
Seque prodat titulo.

Intonsa facies.Virg.2.Aeneid.120.

Irata facies.Lucan.lib.8.129.

Liberalis facies,Vide LIBER.

Facies mala.Quintil.lib.6.cap.3.22,Qui malá faciẽ habet,liber non est.

Mendosa facies.Ouid.12.Metamor.80.

Mœsta facies.Lucan.lib.8.14.

Mœstissima facies.Valerius 2.Argonaut.99.

Peregrinæ facies,Vide PEREGRINVS.

Præstante facie puella.Ouid.3.Fast.94.

Puerilis facies.Ouid.8.Metamor.65.

Pulchra facies.Ouid.epist.24.11.

Rara puella facie.Ouid.14.Metamor.67.
Rara quidem facie,sed rarior arte canendi.

Recta facies.Quintil.lib.1.cap.11.5,Obseruandum erit etiam,vt recta sit facies dicentis.

Rugosior facies passæ vuæ.Claud.1.in Eutrop.23.

Sacræ facies.Pers.Saty.2.6.

Torua viriliter facies.Senec.Hippol.6.13.

Tristis facies.Ouid.2.de Ponto,eleg.8.15.

Truces facies,oculique minaces.Lucan.lib.7.59.

Varia,ac noua facies.Quintil.lib.2.cap.4.21.

Virginea facies.Ouid.8.Metam.65.

¶Nouam faciem afferre nomen vetus.Cic.pro Flacco,55.

Cogitare faciem alicuius.Cic.2.de Diuinat.105,Num igitur quũ aut muros Babylonis,aut Homeri faciẽ cogito,imago illorũ me aliqua pellit.

Cubare in faciem,Vide CVBO.

Dimouere faciem ab aliquo.Horat.4.Carm.ode 5.3.

A verbis facies dissidet illa tuis.Ouid.epist.16.51.

Faciem,vultum,sonũ non possumus nobis fingere.Cic.1.de Orat.63.

Habere liberi hominis faciem.Quintil.lib.6.cap.3.22.

Faciem habere ad omnem rem.Plaut.Milite,14.16,
Collaudato huius formam & faciem,& virtutis commemorato.
M.Ad eam rem habeo omnem faciem,vt dudũ iam tibi demonstraui.

Pulchram faciem inducere turbido animo.Senec.Hippol.8.12.

Laudat et faciem liuor quoque. Ouid.10,Metamorph.102. de insigni facie dicitur.

Mutatus faciem & ora.Virg.1.Aeneid.133.

Neglecta facies.Ouid.3.Amor.21,
Cura dabit faciem,facies neglecta peribit.

De facie aliquem noscere Cic.in Pisonem,63,Habet hoc virtus(quam tu ne de facie quidem nosti) vt viros fortes species eius & pulchritudo etiam in hoste posita delectet,Vide NOSCO.

Propriam faciem ostendere.Quintil.lib.3.cap.6.63.

Perfricare faciem,Vide PERFRICO.

Prostituere faciem suam lucro.Ouid.1.Amorum,eleg.10.9.

Torquere faciem.Quintil.lib.5.cap.11.19, Quis istam faciem planipedis senis torquens?

Frigora vexant faciem.Senec.Oedipo,6.12.

Victa in vrbe facies Cæsaris.Tacit.lib.7,Non florentis Cæsaris,neque se nis in castris,sed velut in vrbe victa facies.

¶Facies non solum in hominum corporibus, sed etiam in rerum cuiusquemodi aliarum dicitur:vt author est Gellius lib.13.ca.29,Nam mõtis & cæli,& maris facies,si tempestiuè dicatur,probè dicitur. Sallu. lib.2.Hist.Sardinia in Aphrico mari,facie vestigii humani,in Occidentem,quam in Orientem latior prominet.

Sæua,ac deformis tota vrbe facies.Tacit.lib.19.

Facies arboris.Plin.lib.12.cap.14.3, Nec arboris ipsius quæ sit facies,cõstat. Nec tamen ab vllo(quod equidem sciam)Latino,arborum earũ tradita est facies.

Armorum ciuilium facies.Tacit.lib.1.Diuersa omnium,quæ vnquam accidère,ciuilium armorum facies.

Expressa facies ciuitatis in persona alicuius.Cic.pro Flacco,42.

Consilii publici facies.Tacit.lib.18.

Facies honesti. Cice.1.Offic.14,Formam quidem ipsa Marce fili,& tanquam faciem honesti vides.

Loci facies.Tacit.lib.lib.4, Antequam Vesuuius mons ardescens faciem loci verteret.

Locorum facies.Tacit.libro 15, Non vt hominum vultus, ita locorum facies mutantur.

In faciem montis curuata vnda circumstetit.Virg.4.Georg.72.

Pacis facies. Tacit.libro 13, Dum positis loricis, & galeis in pacis faciem veniretur.

Pugnæ facies.Tacit.in vita Agric.Ea enim pugnæ facies erat.

Facies pulueris. Gellius lib.cap.18,Ossa cineremq; eius mista odoribus, contusaq; in pulueris faciem,aquæ indidit,rebibitq;.

Scelerum facies,Id est species scelerum.Virg.6.Aeneid.112.Seruius.

Senatus faciem afferre.Cic.8.Philip.249,Senatus enim faciem secum attulerat,authoritatem Reip.cui qui non paret,non ab eo,&c.

Sermonis simplicis facies.Quintil.lib.4.cap.1.38,Et facie simplicis,sumptiq; ex proximo sermonis fidem quoque acquirit.

Solœcismi faciem habere.Quintil.lib.1.cap.5.53.

Stagni facies.Tacit.lib.21,Superfusus amnis palustrem, humilemque insulam,in faciem stagni oppleuit.

Victoriæ facies.Tacit.in vita Agricolæ,Proximus dies faciem victoriæ latius aperuit.

Facies vrbis.Sallust.Quibus rebus permota ciuitas atque immutata vrbis facies erat.

¶Facies,in plural.num.Virg.1.Georg. -tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies.

¶Vertere se in omnes facies,Id est, experiri omnia sua consilia, aut vires.Virg.12.Aeneid.177,
Verte omnes tete in facies,& contrahe quicquid.
Siue animis siue arte vales.

¶Facies,huius facies in genitiuo apud antiquos. Gellius lib.9.cap.14. Quòd autem suprà scriptũ est in Quinti Claudii verbis,Propter magnitudinem atque immanitatem facies:ad nos aliquot veteribus libris inspectis explorauimus,atque ita esse vt scriptum est,comperimus.Sic enim pleraque ætas veterem declinauit,hæc facies,huius facies: quod nunc propter rationem grammaticam,faciei dicitur. Corruptos autẽ quosdam libros reperi,in quibus faciei scriptum est,illo quod antè scriptum erat,obliterato.Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca inuenire nos in eodem Claudii libro,scriptum vtrunque facies & facii.sed facies in ordine scriptum fuit,& contra per ii geminum facii.neque id abesse à quadã consuetudine prisca existimauimus.nam & ab eo quod est hic dies,tam huius dies,quàm dii:& ab eo quod est hæc fames, tam huius fames,quàm famii dixerunt. Et paulo pòst, In casu autem dandi,qui purissimè locuti sunt,non faciei,vti dicitur nunc,sed facii dixerunt. Lucilius in Satyris, Et primum(inquit)facie honestas accedit. Idem Lucilius lib.7,Qui te diligit,ætati facieque tuæ se fautorem ostẽdat,fore amicum polliceatur.Sunt autem non pauci qui vtrobique facii legant. Sed Caius Cæsar in lib. de Analogia,2,huius die & huius specie dicendum putat.

Facilis,Facilitas,Facinus, Vide FACIO.

Facio, facis,feci,factum,(ποιέω, δράω, πράττω, ἐργάζομαι, τεύχω,)Propriè is dicitur facere,inquit Sipõtinus,qui rei quã facit, faciem quãdam imponit:vnde à faciendo facies vocitata.Qui ergo vas facit,vasis faciem illi imponit:qui vestimentum,faciem vestimenti. Agere verò existimatur,qui aliquid ita operatur,vt nullum exstet opus qđ sub sensum veniat.Hinc qui aliquid animo moliuntur,agere propriè,non facere dicuntur. Confunduntur tamen sæpe hæc verba:& facere ad omnia transfertur.Nam & Facere verba dicimus,id est loqui,& facere viam,&c. Terent.And.1.1.28.Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Idem Phor.2.3.11.Vide auaritia quid faciat.

Facit hoc argentum.Plaut. Trinum.13.13, Vt ille me exornauit,ita sum ornatus:facit hoc argentum.Id est in causa est.

Facere suo arbitratu,vel arbitrio.Cic.1.de Finib.110, Quæ mihi facultas vt id meo arbitratu facerem,ante,&c. Idem.6. Philip.207. Quid enim ille vnquam arbitrio suo fecit?

Quid fecisti scipionem?pro Quid fecisti de scipione. Plaut.Cas.25.6.
Quid agis tu marite mi vir?vnde ornatu hoc
Aduenis?quid fecisti scipionem,aut quod habuisti pallium?

¶Facere,pro Sacrificare.Plaut.Aul.18.15, -si repetero,ô Fides,Mulsi conglalem plenam faciam tibi fideliam. Virg.in Bucolic.eclog.16.
Quum faciam vitula pro frugibus,ipse venito. Cic. pro Murena.81.
Nolite à sacris patris Iunonis sospitæ,cui oẽs Consules facere necesse est,

est,domesticum & suum Consulem potissimum auellere.

Facere are,pro Arefacere.apud Lucretium lib. 6. 103. Principio terram sol excoquit,& facit are.

¶Factum,In responsione. Terent.Eunucho,4.4.41.
Chæreáne tuam vestem detraxit tibi?
DO. Factum. PH. & ea est indutus? DO. factum. Ibidem,5.2.12.
-dic mihi,
Aufugistin'? C. hera,factum.

¶Facio,cũ præpositionibus A,vel Ab,pro eo quod est pro. Vide A vel AB præpositiones.

A se aliquid facere.Cicero de Orat.

Facere ab aliquo.Cic.1.de Inuent.102.Commune est,quod nihilo magis ab aduersariis,quàm à nobis facit:hoc modo,Idcirco Iudices,&c.

Facit ad difficultatem vrinæ:Id est,prodest.Plin.lib.21.cap.18.2.Et,Facit præclarè cœliacis. Ibidem,cap.19.

Factæ ad ipsum furcæ.Liu.8.bel.Pun.13.

Mirè ad pullatum circulum facit.Quintil.lib.2.cap.12.6.

Ars nostra facit ad bonos mores.Ouid.3.de Arte,108.

Ad nutum Cæsar 1.bel.Gall.126.Si qua res non ad nutum aut ad voluntatem eius facta sit.

Manus illius faciunt ad omne scelus.Ouid.epist.6.26.

Ad perpendiculum facere aliquid.Vide PERPENDICVLVM.

Non facit ad stomachum hæc res.Mart.libro.10.45.Non facit ad stomachum nostra lagena tuum. Idem lib.13.3. Præter eas siquid non facit ad stomachum.

Ad vnguem factus homo Horat.1.Serm.saty.5.7.

¶Facere abortum,Vide Abortus in ABORIOR.

Acorem.Colu.lib.4.Quæ res mox acorem facit.

Accessionem facere dicuntur hostes.Plancus ad Ciceronem,lib.10.18.9.
Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent.

Facere aditus ad causam,Vide ADITVS.

Facere aditum.Quintil.lib.4.cap.1.Aditum sibi ad aures facit.

Adiutorium in aliquam rem.Suetonius de Claris grammaticis,10. In eam rem adiutorium ei fecit maxime quidam Atteius prætextatus, nobilis grammaticus Latinus.

Facite adsitis domi.Terent.Eunuch.3.2.53.
-curate istam diligenter virginem, Domi adsitis facite.

Admirationem auri & argenti.Senec.lib.21.epist.1.

Aduersus edictum.Terent.Heaut.4.1.11.

Primum hoc te oro,nequid credas me aduersus edictum tuum Facere esse ausam. Plaut.Pseud.4.74.
-suus amor cogit simul,
Simul autem prohibet,facient aduersum eos qui peruolunt?

Adulterium.Gellius lib.14.cap.2.Desierísne facere adulteriũ,an non?

Aegre alicui.Terent.Eunucho, 4.1.10.
Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulum:
Voluit facere contra huic ægre.

Aequi boni. Teren.Heaut.4.5.40.Cæterum equidem istuc Chreme æqui bonique facio.Vide AEQVI BONI FACERE. Cic.ad Atticum lib.7.117.5. Liuius 4.bel.Maced.86.

Aequo animo.Cæsar 3.bel.Ciuil. 21.

Aes alienum.Liuius,Egestate coacti dicuntur æs alienum fecisse. Idem 2. ab Vrbe,97. Quia Tributum iniquo suo tempore imperatum esset, æs alienum fecisse, id cumulatum vsuris, &c. Cice.ad Atticum, libro,15.294.3.

Aestimationem.Cæsar.6.bel.Gal.71. Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt,tantas ex suis bonis æstimatione facta cum dotibus communicant.

Agrum honestiorem.Colume.lib.1.Ea quæ faciunt honestiorem agrum. Id est,elegantiorem.

Aliter.Plaut.Sticho,1.29.Atque aliter nos faciant,quã vxores suas æquũ est viros.

Alienationem,pro Abalienare ab aliqua.Cic.de Amicitia,65.Dissuendæ magis,quàm discindendæ:nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit,vt neque rectũ,neque honestum sit,neque fieri possit,vt non statim alienatio,disiunctioque facienda sit.De amicitiis.

Ambitus circa rem aliquam:Hoc est ambire.Liuius 7.bel.Pun.154.Multos circa vnam rem ambitus fecerim,si,quæ de Marcelli morte variant authores,omnia exequi velim.

Amicè,Hoc est,amicabiliter,& vt amicum decet.Cic.de Amici.8.Tu autem Fanni,quòd mihi tantum tribui dicis,quantum ego nec agnosco, nec postulo,facis amicè:sed,vt mihi videris,non rectè.

Amicitiam.Cæsar 4.bel.Gal.51.9.Ad Cæsarem legatos miserant amicitiã fecerant,obsides dederant.Hoc est,Contraxerant.

Amicum me tibi fecit tua virtus.Horat.1.Serm.saty.5.7.

Animum alicui,Incitare,& animum augere.Liu.5.bel.Pun.56. Missum à Metaponto præsidium,Romanis fecit animum vt nocte ex improuiso opera hostium inuaderent.

Bonum animum.Plin.epist.150.

Animum facere alicui in aliquem. Ouid.5.Trist.eleg. ...
animos in me facit improbe?

Faciunt animos diuitiæ.Liuius 1.ab Vrbe,152.

Apertum aliquid facere alicui,Id est demonstrare,& docere ... lib.2.37,Quæ tibi posterius Memmi faciemus aperta.

Arbitrium.Horat.4.Carm.ode 7.5,Quum semel occideris,& ... dida Minos Fecerit arbitria.Id est pronuntiarit.Aliter verò ... pro ferre potestatem accipitur,lib.3.Decad.5. Consuli Præt... gendo arbitrium fecerunt. Vide ARBITRIVM.

Ardorem animis,pro Inflammare.Liu.lib.8.

Argentariam. Plinius de Viris illustr.72, Idem primò dubitauit hon... peteret,an argentariam faceret. Cic.7.Verr.121,Is quem ille argentariam Lepti fecisse dicit. Vide Argentaria, in ARGENTVM. Idem 3.Offic.75.

Artem ludicram.Plaut.Aulul.19.3,Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram.

Ascensionem ad locum aliquem.Plaut.Rud.15.7,
Mirum atque inscitum somniaui somnium:
Ad hirundinũ nidũ visa est simia ascensionem vt faceret,admolirier.

Assulas foribus pro Effringere fores.Plaut. Merc.4.20, At etiam assisto? at etiam cesso foribus his facere assulas?

Auctionem.Plaut.Epid.5.51.
-vocant Laconicum:
Hæc vocabula auctiones subigunt vt faciant viri.Cic.in Philip. Vt fœliciter vir auctionem faciebat. Vide Auctionem facere in AVGEO. Idem ad Terentiam,lib.14.5.6. Si auctio ante meum aduentum fiet. vt Pomponius,&c. Cic.4.Verr.32.&6.9. Cato cap.24:

Aucupium auribus,Auscultare.Plaut.Milite,13.43.
-ædepol equidem
Bellula est.PA.pithecium hæc est præ illa,& spinturnicium.
Viden' tu illam oculis maturè facere,atque aucupium auribus?

Audaciam hosti.Liu.9.bel.Pun.172.Aut ipsis obequitabat portis:aut cedendo cum timoris simulati specie audaciam hosti faceret,ad insequẽdum temere eliciebat.

Audientiam.Cic.de Senect.25.Facitque persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta oratio & mitis. Liu.Deca.5.lib.3.60,Quũ Claudio obstreperetur,audientiam facere præconem iussit. Vide AVDIO.

Augurium.Plaut.Stich.8.10.Item me spero facturum augurium.

Auritum populum.Plaut.Asin.1.4.Face iam nunc præco omnem auritũ populum.Id est fac audientiam.

Auspicium dicitur auis,è qua auspicium capitur.Liu.lib.1.ab Vrbe, Eam alitem ea regione cæli & eius diei nuntiam venisse.Circa summum culmen hominis auspicium fecisse.

Auspicium facere alicui.Horat.1.epist.1.17.
-cui si vitiosa libido
Fecerit auspicium.

Authoritatem.Cice. pro Lege Manilia,30,De quo homine vos(id quod maximè facit authoritatem)tanta & tã præclara iudicia fecistis? Plin. lib.29.cap.1.26.In qua conditione insidiosissima authoritatem pessimis boni faciunt. Quintil.lib.6.cap.4.14.

Auxilia mercede facere.Tacit.li.5.Mittit,qui auxilia mercede facerent.

¶Facere se bardum.Plaut.Epid.9.17.
Ego illic me autem assimulabam quasi stolidum,
Quum bardum me faciebam,

Bellum.Ci.pro Fonteio,21,Ita verò si illi bellum facere conabũtur, excitandus nobis erit ab inferis C.Marius. Idẽ 2.Offic.53. Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. Item 7.Verr.15. Cæsar 3.bel.Gal.462.

Bellum patriæ facere.Tacit.lib.3.

Bellum pecunia,pro Parare:apud Sallustium,vt citat & interpretatur Seneca epist.115.

Benefecit Silius,qui transegerit.Cic.Attic.lib.12.144.2.Et lib.7.123.4.

Bene.Plaut.Mostel.10.29,Bene boniq́ue arbitror te facere.

Sibi bene.Plaut.Asin.17.4,
Nec quisquam est tam ingenio duro,nec tam firmo pectore,
Quin vbi quicquam occasionis sit,sibi faciat bene.

Benignè.Plaut.Pœnulo,8.12,Et bene & benignè facitis quum hero amici meam operã datis.Cic.pro Plancio,37,Doceo gratiosum esse tribulibus Plancium,quòd multis benignè fecerit, pro multis spoponderit.

Bombum,Vide BOMBVS.

Bona alicui, & in aliquem, pro Conferre beneficium. Plautus Pœnulo, 18.44, Multa bona vobis facere vult. AD.bonus bonis benefeceris. Terent. Heaut.4.5.15, Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens. Plautus, Quoniam bona quæ in me fecerunt,ea ingrata habui,atque irrita.Id est, immemor fui beneficiorum in me collatorum.

Boues conuiuas.Plaut.Pseud.13.23,
Boues qui conuiuas faciunt,herbasque aggerunt:
Eas herbas aliis herbis porrò condiunt. Hoc est, apparant bobus conuiuium.

Universidad de Deusto Biblioteca

...5.3. Idemque bustum in foro facerent, qui illam inse...
...nam effecerant.
...ccidere. Apuleius lib.8. Cadauer quod ipse fecerat, auidè ...us est.
...p. Cic. pro T. An. Milone. 20. Obuiam fit ei Clodius expedi...quo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comiti...bebat sine vxore, quod nunquam ferè: quum hic insidiator qui ad cædem faciendã apparasset, cum vxore veheretur in rhe...itus. Ibidem. 29. Potuitne Fabritio viro optimo, quum de re ...legem ferret, pulso, crudelissima in foro cæde facta? Idem p ...it. Cædem maximam facias. Idem in Catil. 3. Cædemq; infini...tam ciuium fecissent. Idem ad Atticum, lib. 10. 202. 5.

Calorem, pro Excitare. Plin. lib. 11. cap. 16. 8. Tum maximè murmurantes, caloris (vt putant) faciendi gratia. De apibus.

Capitale facere dicuntur leges. Plin. lib. 12. cap. 14. 10. Digredi via, capitale leges fecêre. Hoc est, legibus interdictum est capitali supplicio, ne qui thus Sabotam deferunt, via digrediantur: hoc est alia via præterquam per vrbis portam eant.

Caput facere dicuntur folia herbæ. Plin. lib. 26. cap. 12. 4. Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum caput fecerint. Hoc est si nondum excreuerint in semen.

Carmina facere. Virg. eclog. 3. 17.

Carnificinam. Plaut. Capteiuis. 4. 29.
Sed si vllo pacto ille huc conciliari potest,
Vel carnificinam hunc facere possumus perpeti.

Castra, Castrametari. Cicero Catoni, libro. 15. 4. 5. Castra in Lycaonia apud Iconium facerem. Et subdit, Apud oppidum Cybistra castra feci. Cn. Pompeius L. Domitio in epist. ad Atticum, lib. 8. 163. 5. Neq; castra propter anni tempus & militum animos facere possum. Cæsar in Comment. Castra facere instituit. Idem 7. bell. Gall, 269. Altero die ad Alexiam castra fecit. Cice. ad Atticum, lib. 8. 161. 1. Neque ipse satis firmus esset ad castra facienda. Tacit. lib. 21. Haud procul Ierosolymis castra facit. Idem lib. 2. Iamque sero diei subducit ex acie legionem faciendis castris.

Caulem, pro Emittere & producere. Colu. lib. 11. ca. 3. 48. Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi canteriolis interpositis, &c.

Cautiorem. Cæsar 8. bel. Gall. 86. Ne tentando cautiorem facerent.

Se celerem, Festinare. Plaut. Trinũmo. 14. 1. Stasime fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum.

Censuram vini in epulas regis, Vide CENSVRA.

Certamen. Liu. 6. ab Vrbe, 68. Quid patrum & plebis certamen facimus, quod ciuitatis esse aduersus vnum pestiferum ciuem debet? quid cum plebe aggredimur eum, quem per ipsum plebem tutius aggredi est, vt suis ipse oneratus viribus ruat?

Certiorem, Vide CERTVS.

Chlamydem vndulantem quassando, hoc est, sese agitãdo, facere vt chlamys vndulata videatur. Plaut. Epid. 9. 52.
Sed hic quis est, quem huc aduenientem conspicor,
Suam qui vndulantem chlamydem quassando facit?

Cladem, pro Inferre. Liu. libro. 8. Plus populationibus, quàm prælijs cladium fecit.

Clamores. Cic. de Claris Orat. 182. Itaque Hortensius vtroq; genere florens clamores faciebat adolescens.

Classem Cæsar 4. bel. Gal. 539. Huc naues vndique ex finitimis regionibus, & quam superiore æstate ad Veneticum bellum fecerat classem, iubet conuenire.

Cœnam alicui, pro Apparare. Plaut. Merc. 11. 17. Quid si igitur cœnam faciam? Plin. epist. 123. Vt enim si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres, acutosque miscerem.

Cœnas cum aliquo, & obire. Cic. ad Atticum, lib. 9. 185. 6. Quas enim eos cœnas & facere & obire scripsit ad me Sestus, quàm lautas, quàm tempestiuas! Facit cœnas qui recipit, Obit qui recipitur.

Cognomen colli. Liu. 1. ab Vrbe. 13. Is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanæ vrbis, cognomen colli fecit. Hoc est, Dedit cognomen collitatque ab huius nomine collis vocatus est.

Cõmentarios. Cæsar 8. bel. Gall. 173. Scio Cæsarem singulorum annorũ singulos cõmentarios fecisse.

Commercium sermonum, Liu. 5. ab Vrbe, 70. Iam per longinquitatẽ belli commercio sermonum facto.

Facere commodi, Vide COMMODVS.

Commodo Reip. Cæsar 5. bel Gall. 172. Scribit Labieno, si Reip. commodo facere posset, cum legione ad fines Neruiorum veniat. Hoc est, Si per Remp. sibi liceret.

Commutationem rerum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 201. Iam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio.

Compendium, Compẽdiosè & breuiter aliquid assequi. Plaut. Rud. 4. 90. Si ad saxum quod capessit, ea deorsum cadit, errationis fecerit compẽdium. Idem Sticho. 4. 40.
Hæc verba subigunt nunc me, vt mores barbaros
Discam, atque vt faciam præconis compendium:
Itaque auctionem prædicem ipse.

Paululũ sui compendii. Cic. pro Rosc. Comœdo. 29. Et siquãdo me vis peierare, vt paululum tui compendii facias, paratum fore scito.

Compendi operã, pro Operæ compendium facere. Plaut. Pseud. 20. 34.
Quisquis es adolescens, operam fac compendi quærere.
H. Quid iam? B. quia tu ipsius corãm præsentem præsens vides. Idem Pœnulo. 4. 129. Si sapias, curam hanc facere compendi potes.

Compotem votorum, Alicui concedere quod petit. Plin. in Paneg. 131. Annuas Cæsar optantibus, quibusque apud deos esse consueuisti, quorum potens es, votorum compotes facias. Idem epist. 221. Rogo ergo domine, vt me exoptatissimæ mihi gratulationis compotem facias, & honestis (vt spero) affectibus meis præstes, vt non in me tantum, verũ & in amico gloriari iudiciis tuis possim.

Conceptum. Colu. lib. 7. cap. 6. 4. Huic pecudi nocet æstus, sed magis frigus, & præcipuè fœtę quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. Hoc est, Quæ concepit hyeme per gelu.

Concilia. Liuius 3. ab Vrbe. 45. Eiicere Antiates colonos, palàm concilia facere, &c.

Concitationes. Cæsar 3. bel. Ciuil. 421. Hoc sedato tumultu, crebræ continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant.

Concursum, Concurrere aliquo cum impetu. Cæsar 3. bell. Ciuil. 254. Non ex concursu acri facto, non prælio dimicatum. Cicer. pro Deiotaro. 20. Quos concursus facere solebat! quàm se iactare! quàm se ostentare! &c. Idem 7. Verr. 73. Fit ad domum eius cum clamore concursus atque impetus.

Confidentem, pro Addere confidentiam, & animum augere alicui. Plaut. Merc. 22. 14.
-Cupido quantus es:
Nam quẽuis confidentem facisse tuis factis facis,
Eundem ex confidente actũrum diffidentem denuo.

Confidenter: Hoc est audacter. Plaut. Milite. 8. 53.
Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est,
Qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciunt.

Coniecturam, Vide Coniecturam facere in CONIICIO. Cic. 4. Verr. 119. Vt vos rogarem vt coniecturam faceretis, qualẽ in iis rebus in me L. Metellum fuisse putaretis.

Coniecturam de odore. Plaut. Menæch. 14. 53.
Ecquid tu de odore possis, siquid fortè olfeceris,
Facere coniecturam?

Coniecturam de me facio. Plaut. Casi. 5. 10.
-ego hanc de me coniecturam
Domi facio, magis quàm ex auditis: quia postquam amo
Casinam, magis initio munditiis initianti deo. Terent. Heaut. 3. 3. 13.
Ego de me facio coniecturã, nemo est meorum amicorũ hodie, apud
Quem expromere omnia mea occulta Clitipo audeã. Cic. 2. de Oratore. 164. Facit enim de se coniecturam; cuius tanta vis ingenii est, vt neminem, nisi consultò, putet quod contra seipsum sit dicere.

Coniecturam facere de moribus alicuius, &c. Plinius in Paneg. 33. Sciãt, tantum constat, propositisque duobus exemplis meminerint perinde coniecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint. Cicero 5. Verrinarum. 87. Quo facilius vos coniecturã de triennio & de tota Sicilia facere possitis.

Coniecturam ex re aliqua facere. Terent. Heaut. 2. 3. 25.
Nam & vita est eadem, & animus te erga idem ac fuit,
Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus. Cice. ad Atticum, lib. 15. 267. 3. Quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. Idem pro Rabirio perduel. reo. 23.

Coniecturam ex his, quàm. Plin. epist. 92. Possis ex hoc facere coniecturã quàm sit emendatus adolescens.

Coniecturam ex, de. Cice. in Verrem, Ex quibus coniecturam facere de omnibus possitis. Idem 3. Verr. 87. Verùm vt ex vno de cæteris coniecturam facere possitis.

Secum coniecturam. Plaut. Rud. 18. 63.
Quum coniecturam egomet mecum facio, hæc illa est simia,
Quæ has hirundines eripere vult ex nido.

Coniecturam, Diuinare. Plaut. Curcul. 5. 31.
-hoc responde quod rogo,
Potin' coniecturam facere, si narrem tibi
Hac noctu quod ego somniaui dormiens?

Coniurationem, Coniurare. Cæsar 4. bel. Gall. 575. Itaque rursus coniuratione facta, paulatim ex castris discedere, ac suos clàm ex agris deducere cœperunt. Liu. 6. bel. Pun. 154.

Conquisitionem. Liu. 3. Decad. li. 5. Ex hoc Senatuscõsulto creati Triũuiri bini, qui conquisitionem ingenuorum per agros fecerunt.

Consilium, pro Dare. Liu. lib. 5. belli Macedon. Exulem illum & Pœnum essercui mille in dies noua consilia, vel fortuna sua, vel ingenium facere possit.

Consilio alterius, p Sequi consiliũ. Plau. Rud. 13. 22. Tuo cõsilio facias nunc aduerte animum. Cicero dicit De consilio alicuius facere.

Conspirationem, Conspirare. Liu. 6. bell. Pun. 154.

Consuetudinem alicui cum altero. Cice ad Sulpitium, lib. 13. 24. Nam & inter nosmetipsos vetus vsus intercedit, & Atticus noster maiorem ẽt mihi cum Cossinio consuetudinem fecit.

Consulem. Cic. de Senect. 13. Anno enim vndeuigesimo post eius mortẽ hi COSS. T. Flaminius & M. Atilius facti sunt.

Contentionem alicuius rei. Cic. in Pisonem, 30. Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus, de reditu Gabinii omittamus.

Contra leges facere. Cic. in Vatinium, 15. Idem 2. de Finib. 89.

Controuersiam. Liu. 3. ab Vrbe, 168, Aut quid ita, quum per tot menses, vacua ciuitate nemo iustine magistratus summæ rerum præessent, cõtrouersiam fecerit: nunc demum quum hostes propè ad portas sunt, ciuiles discordias ferant.

Controuersiam alicui de re aliqua, pro Contendere cum aliquo. Senec. epist. 111. Ioui ipsi de facilitate controuersiam faciamus. Id est contendamus.

Controuersiam facere dicuntur verba. Cic. in Orat. 66. Nihil ambigi potest, in quo non aut res controuersiam faciat, aut verba.

Contumeliam, Quod & Contumelia afficere dicitur. Plaut. Asin. 9. 83.
-ita facito: age, ambula ergo.
Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Terent. Phor. 5. 8. 79.
An tu, vbi peregre tibi quod libitum fuit, feceris,
Neque huius sis veritus fœminæ primariæ.
Quin tu nouo modo ei faceres contumelias? Cato apud Gellium, lib. 10. cap. 14. In hac contumelia, quæ mihi per huiusce petulantiam factum itur. Cicero Philip. 3. videtur hoc genus loquendi reprehendere, quũ ait, 139. Quid est porrò facere contumeliam? quis sic loquitur? Et subdit, Nõnne satius est mutum esse, quàm quod nemo intelligat, dicere? Quintil. lib. 9. cap. 3. Et contumeliam fecit: quod à Cicerone reprehendi, notum. Affici enim contumelia dicebãt. Idem tamen Quintilianus in Aegro redempto sic ait, Non faciam hanc contumeliam rerum naturæ, non faciam legi. Idem in Gladiatore, Nũnne contumeliam fortunæ tuæ facis, si hunc odisti?

Conuitium, Conuitiari. Plaut. Merc. 5. 11. Malè mihi precatur, & facit cõuitium. Plin. epist. 98. lib. 6. Proinde etiam atque etiam rogo, vt mihi semper eadem simplicitate, quoties cessare videbor (nonnunquam enim cessabo) conuitium facias. Cice. ad Atticum, libro, 1. 9. 7. Conuitium Pisoni Consuli mirificum facit. Sic ad eundem, lib. 16. 335. 3. Ouid. 5. Metam. 133.

Copiam argenti, pro Pecunias dare mutuo Plaut. Asin. 15. 10.
Vnum hunc diem perpetere, quoniam tibi potestatem dedi,
Cum hac annum vt esses, atque amanti argenti feci copiam.
Ibidem, 3. 61. Nam me hodie orauit Argirippus filius,
Vt sibi amanti facerem argenti copiam. Sic etiam Facere copiam frumenti, Cæsar 1. bell. Gall. 109. Allobrogibus imperauit vt his frumenti facerent copiam.

Copiam puellæ facere alicui. Teren. Phorm. 1. 2. 63, Obsecrat vt sibi eius faciat copiam. Id est eam det sibi, vel faciat vt illa ad se veniat.

Sui copia facere dicitur qui omnium horarũ homo est. Pli. Paneg. 39. Ambulas inter nos, non quasi contingat: & copia tui non vt imputes, facis.

Copiam cõsilii sui. Cic. 3. de Orat. 73. Quod erat insigne, eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilii sui copiam.

Copiam alicui eius quod cupiat. Plaut. Casina, 10. 14.
Vt tibi ego inuentus sim obsequens: quod maximè
Cupiebas, eius copiam feci tibi.

Copia facta est periti. Catul. ad Mallium, epigr. 63. 8.

Copias facere, pro Facere potestatem. Plaut. Persa, 15. 72. Liu. 7. ab Vrbe, 58. Te Imperator milites tui oramus vt nobis pugnandi copiam facias. Sic 2. bel. Pun. 52.

Copiam & potestatem facere alicui. Plaut. Capt. 7. 14.
-gratiam habeo tibi,
Quum copiam istam mihi, & potestatem facis,
Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium.

Factum culpa illius. Terent. Hecyr. 2. 1. 35. Illius dices culpa factum, si haud equidem dico, mi Laches.

Cũ aliquo facere, est Ab illo stare, Patrocinari: Est & fauere illi. Cic. 2. de Diuinat. 177. Demosthenes quidẽ qui abhinc annos propè CCC. fuit. iam tũ φιλιππίζειν, Pythiã dicebat. i. quasi cũ Philippo facere. Budęus.

Cum aliquo facere & idem sentire. Cic. pro Sylla, 17. Horat. 2. epist. 1. 14.
Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.

Cum aliquo, Id est partes illius sequi. Gell. lib. 15. cap. 22. Ex eis nationibus quæ cum Sertorio faciebant, quum multis prælijs superatus esset, neminem vnquam ab eo desciuisse.

Cum Cæsare facit Lentulus Consul. Cic. Attico, lib. 6. 119. 2.

Facit cũ hoc veritas, & similia Ci. pro Quintio, 61. Quũ veritas cũ hoc faciat, plus huiꝰ inopia possit ad misericordiã, q̃ illiꝰ opes ad crudelitatẽ.

Facere cumulate plana, Vide CVMVLVS.

Curiam. Plin. lib. 34. cap. 6. 4. Donec Sylla Dictator ibi curiam faceret. Hoc est, veluti Senatum quendam erigeret

¶ Facere damnum, pro Periclitari & damnum & incõmo... qua accipere. Plaut. Bacchid. 20. 117.
Cura atque abduce me hinc ab hac quantum potes,
Quam propter tantum damni feci & flagitii. Idẽ Capt. 6. 77 vbi profectò damnum præstet facere, quàm lucrum. Idem M... -siquid faciendum est damni, facere mauolo. Quàm opprob... aut flagitium muliebre efferri domo. Cic. de Claris Orat. 6... enim illius immaturo interitu res Romanæ, Latinæq; litera... Idem in Verr. Quid si docebo, Iudices, eos qui CCCC. millia ...ciunt, damnum facturos fuisse?

De consilio alterius. Ci. ad Atticum, lib. 13. 286. 2. Neq; est facturus quicquam nisi de meo cõsilio. Terent. Phor. 3. 1. 17. -vt aiebat de meo consilio velle sese facere, quod ad hanc rem attinet. Sic Ci. ad Atticũ. lib. 6. 114. 13.

De industria, Vide DE.

DE suo ingenio, apud Ciceronem, quodam in loco.

De sententia alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 5. 95. 2, Id ego ita fieri volui de C. Duronii sententia. Plaut. Bacchid. 20. 123.
Neque ego aut committam, vt siquid peccatum siet,
Fecisse dicas de mea sententia.

Deditionẽ hosti. Liu. 1. bel. Macc. 69. Periuriumq; aliis alii exprobrãtes, & sacerdotibus maximè, qui quos ad mortẽ deuouissent, eorũ deditionem viuorum hosti fecissent. Cæsar 2 bel. Gall. 145. Deditione facta.

Deditionẽ ad hostẽ. Quint. lib. 3. ca. 8. 16. Vt enim si obsessi, & impares, & aqua ciboq; defecti, de facienda ad hostẽ deditione deliberent, &c.

Deiectionem alicuius hosti. Cic. pro Cecinna, 42. Qui illã vim, deiectionemque tuo rogatu: aut tuo nomine fecerit.

Delectum studiorum. Quintil. lib. 2. cap. 9. In his quoq; certum studiorũ facere delectum nemo dissuaserit. Sic quoq; Facere delectum militum apud Cæsarem legitur pro eo quod est, Milites ad bellum legere.

Delicias. Plaut. Pœnu. 4. 58. Milphio heus Milphio vbi es? M. assum apud te eccum. AG. at ego elixum volo.
M. Enim here facis delicias. AG. de te quidẽ hæc didici omnia. Idem Cas. 11. 14. Aetate cedundus tu homo es nimias delicias facis. Idẽ Menęch. 9. 24. -eia, delicias facis Mi Menæchme: quin amabo is intro? Vide DELICIAE. Ouidius 2. Trist. 70. Sic ego delicias, & mollia carmina feci.

Delirantes. Plaut. Amphit. 8. 155.
Certum est aperire, atque inspicere. S. vide sis signi quid siet,
Ne posterius in me culpam transferas. AM. aperi modo:
Nam hæc quidem nos delirantes facere dictis postulat.

Descensionem, Quum è naui in continentẽ descendimus. Liu. 8. bel. Pun. 41. Inde quinqueremibus septem & lembis viginti amplius: quos, vt adiungeret Carthaginiensium classi, miserat in Corinthium sinum, profectus ad Erythras Aetolorum, quæ prope Eupalium sunt, descensionem fecit. Ex vetusto codice legitur Excensionẽ fecit. Idem 7. bel. Mace. 69. In Bargillam & Iosson descensionem ad Iassum fecerunt. Idem 2. bel. Pun. 125. Prius quàm in continentem descensiones faceret.

Desyderium alicuius, vel alicui. Liu. 8. bel. Maced. 1. Qui superbo atque immodico imperio desyderium Aminandri fecerant. Idem 7. ab Vrbe. 108. Moram triumpho vulnus Consulis attulit: eademq; causa Dictatoris desyderium Senatui fecit.

Detrimentum. Cic. 6. Ver. 18. Resp. detrimentum fecit, quòd per te imperii ius vna in ciuitate imminutum est.

Dicta facere, Id est præstare quæ promiseras. Ouid. 3. Fast. 103.

Facere diem, pro Transigere. Senec. epist. 67. Quãuis vnà paucos fecimus dies, multi tamen sermones nobis fuerunt.

Differentias. Plin. lib. 16. cap. 6. 8. Differentias faciunt & folia.

Dignitatem. Plin. lib. 33. cap. 3. 1. Cuius sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit.

Dignum factis tuis. Terent. Phor. 2. 3. 83. -quin quod est
Ferendum feras: tuis factis dignum feceris.

Discessionem. Plin. epist. 167. 1. Quid lex, non apertè docet dirimi debere sententias occidentis & relegantis, quum ita discessionẽ fieri iubet? Vide DISCEDO. Cæsar 8. bel. Gall. 188. Neque hoc tantum pollicitus est, sed etiam per se discessionem facere cœpit.

Disertum rhetor facit. Cic. 2. Philip. 101. Medico tria millia iugerũ, quasi te sanum fecisset: Rhetori duo, quasi disertum facere potuisset.

Discrimen. Plin. lib. 11. cap. 51. 7. Sed ante omnia explanatio animi quæ nos distinxit à feris, inter ipsos quoq; homines discrimen alterũ æquè grande quàm à beluis fecit. Idem lib. 37. cap. 13. 3. Etiam peractis omnibus naturæ operibus discrimen quoddam rerum ipsarum atque terrarum facere conuenit.

Diuiduum. Terent. Adelph. 2. 2. 33.
-vide si satis placet,
Potius quàm venias in periculum Sannio.
Seruesne an perdas totum, diuiduum face. Hoc est diuide: figura μικρολογίας, vt ait Donatus.

Universidad de Deusto Biblioteca

… .Plaut.Persa,16.102,
… ere esse arbitror.
… tu ex isthac facies. … ita di faxint.
… Cic.ad Atticum,lib.12.260.6, Sed quid,quòd audio, Spin… ecisse diuortium? Eidem,lib.1.13.7, Menelaus ægre id pas… ium fecit.
… c.ad Augustum,1,nulla enim remedia quæ vulneribus adhi… n faciunt dolorem,quàm quæ sunt salutaria. Idem ad Atti… 1.216.3,Sed augeo cõmemorando dolorem, & facio etiam … m,lib.13.cap.1.12,Hoc & capitis dolores facit.
Dubium in vtraque parte facere. Quintil.lib.7.ca.2.41,Rusticus in vtraque parte dubium facit.
Dulcedinem.Senec.epist.112. Hoc tamen in se habent pessimum: dulcedinem quãdam sui faciunt,& animum specie subtilitatis inductum, tentant,morantur.
Facito dum.Terent.Heaut.3.2.39.
-at heus tu facito dum eadem hæc memineris,
Siquid huius simile fortè aliquando euenerit.
Duritias facere, Vide post facere tædium.
¶Eloquentem aliquem facere.Cic.in Orat.47.
Facere emolumentum.Cic.2.de Fin.96.Cuius mors tibi emolumentũ factura est. Legitur ex vetusto exemplari, emolumentum futura est.
Errorem,pro erroris caussam dare. Senec.epist.68.Nihil erit,quod tibi faciat errorem.
Eruptionem.Cæsar 3.bell.Gall.427. Subitò duabus portis eruptionem fieri iubet. Ibidem,364. Et lib.2.347. Omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt. Cic.ad Atticum.lib.7.133.3.Eruptionem facturi fuisse dicebantur.
Ex animo.Terent.Adelph.1.1.47.Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit.Lucret.lib.4.24.
Facis ex tua dignitate & è Repub.Cic.Bruto.2.2.
Ex industria multa immodestè,atque intemperanter facere. Quintilan. lib.5.cap.7.22.
Ex necessitate.Plinius epist.109.c,Erit fortasse, imò non dubiè huius propositi mei & minor laus & obscurior fama,quum omnes ex necessitate facient quod ego sponte faciebam.
Excidionem oppido.Plaut.Curcul.11.2. Sed capse illa qua excidionem facere condidici oppidis.
Excursiones in agrum hostilem. Liu.4.ab Vrbe,129.Veientes in agrum Romanum excursiones fecerunt. Idem 7.bel.Pun.22.Cic.Ad Atticũ, lib.1.14.2,Heluetii sine dubio sunt in armis,excursionesq; in prouinciam faciunt. Sic in Cæsar 1.bel Gal.336.
Exemplum pro Edere. Quintil.lib.5,cap.2. Et ipse pronuntiaturus,exẽplum non libenter,quod in se postea fortasse recidat,facit. Loquitur de rescindendis superioribus sententiis.
Exempla faciam in te: Id est,ita puniam,vt sis aliis exemplo. Plaut. Mostellaria,15.66.Exempla ædepol faciam ego in te.
Exercitum.Plin.de Viris illustr.67.Mox Cinnana dominatione reuocatus,ruptis ergastulis exercitum fecit.
Sibimet exiliũ.Pla.Mer.18.21.Nũc vt fert Achãtio,sibimet faciet exiliũ.
Exitum,pro Habere.Senec.epist.1,lib.21.
Expectationem.Cic.ad Atticum,lib.3.55.5.Varronis sermo facit expectationem Cæsaris.
Expectationem sui.Cice.4.Acad.21.Vt etiam maiorem expectationem mei faciam,quàm modo fecit Hortensius.
Expeditum ex impedito.Plaut.Epid.2.77. -quomodo
Me expeditum ex impedito faciam?
Fac esse Permittentis & concedentis locutio, quemadmodum siquis dicat,esto vt id fiat.Cic.5.Philipp.172.Hominem audacissimum & perditissimum,sed fac ita non esse,num Latinè scit? Idem in Verr.Fac ita esse,tamen hoc ferendum nullo modo est. Idem de Oratore, Sed fac esse,nihil superest. Idem 3.de Natura deorum.135. Item Pæto, lib. 9.16.3. Et Attico,lib.14.11.
Fac potuisse,Fac velle, &c. Cice.2.Philipp.32. Eum tu occideres: fac potuisse,quod est aliud,&c.Idem Philip.13.Facite,hoc meum consiliũ legiones nouas non improbare. Idem Attico,lib.7.140.2. Tradam igitur isti me!Me fac posse tutò,multi etiã hortantur,num etiam honestè? Idem,Nam Liberalibus quis potuit in Senatum non venire? fac id potuisse aliquo modo:num etiam quũ venissemus, libere potuimus sententiam dicere? Idem 1.Tuscul.Fac totum dolere corpus.Ibidem 128.Sed fac,vt isti volunt,animos non remanere post mortem. Ibidem,Fac enim animum interire vt corpus.
Facere parentes,& liberos extraneos,Diducere.Plin.in Paneg.61.Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit,si modo reductus esset in patris potestatem:ratus improbè & insolenter,ac penè impiè,iis nominibus inseri publicanum, nec sine piaculo quodã sanctissimas necessitudines velut intercedente vicesima scindi:nullum esse tãti vectigal,quod liberos ac parentes faceret extraneos.
¶Facere facilè.Plaut.Pœnul.18.46.Isto pretio tuas nos facilè feceris.
Idem Amphit.3.137.Facilè meus pater quod vult facit.
Factu facile.Terent.Heaut.4.3.26.Bonam atque iustam rem oppidò imperas,& factu facilem.
Facetias.Plaut..Sticho,12.5.
-fecisti hercle facetias,quum hoc donauisti
Dono tuum seruum Stichum.
Se facetum.Plaut.Asin.7.95.Ex templo facio facetum me atque magnificum virum.
Facinus.Plaut.Curc.2.24.
Nunquid tu quod te,aut genere indignum sit tuo
Facis,aut inceptas facinus facere Phædrome? Idem Pseud.7.97. Si abstuleris,mirum & magnum feceris facinus. Idem Bacchid. Atridæ duo fratres dicuntur fecisse facinus maximum.Liuius ab Vrbe condita,Qui alienis manibus pessimum facinus facere. Cicero 2.de Finib. 152.Vide ne facinus facias,quũ mori suadeas. Liuius 4.bel. Pun.104. Facinus memorabile fecistis. Cic.ad Cælium,lib.2.8.4.
Facultatem,pro Dare potestatẽ & permittere.Plin.epist.159.b,Illa memoranda,quod nomine Pallantis Senatus(nec expiata postea ea iniuria est)gratias égit Cæsar,quòd & ipse cum summo honore mentionẽ eius prosequutus esset, & Senatui facultatem fecisset testandi erga eũ beneuolentiam suam.Cice.4.Verr.129.Si facultatem verè atque honestè iudicandi fide & diligentia mea fecero.
Facundum faciebat amor.Ouid.6.6.Metamo.94.
Fallaciam in re aliqua. Terent.And.1.3.7.Me infensus seruat,ne quam faciam in nuptiis fallaciam.
Famam. Quintilian.lib.11.cap.2,Memoria autem facit etiam prompti ingenii famam.
Familiam vnam.Terent.Adelph.5.8.4.
Ego verò iubeo,& in hac re & aliis omnibus
Quàm maxime vnam facere nos hanc familiam,
Colere,adiuuare,adiungere.
Fastidium.Liu.3.ab Vrbe,3,Fecit statim,vt fit,fastidium copia.
Fauorem apud aliquos.pro Conciliare.Liu.lib.2.Decad.5.Eumeni conspiratio aduersus eum fauorem apud Romanos fecit.
Se ferocem alteri.Plaut.Curc.11.7,Ne te mihi facias ferocem,haud supplicare me censeas.
Aliquem feruentem flagris.Plau.Amph.14.10.Quem pol ego hodie ob isthæc dicta faciam feruentem flagris.
Fidem, Est facere vt quis credat. Cice.in Catil.Vt quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea. Idem in Pisonem, Non facies fidem scilicet, quum hæc disputabis. Idem de Oratore, Fidei faciendæ causa. Ibidem,In locis quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit.Idem in Hortensio,siue 4.Academ.40,Itaque & lumen mutari volumus,& situs earum rerum quas intuemur,& interualla,aut contrahimus aut diducimus,multaque facimus vsque eo,dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicii. Idem Attico, An mihi nutus tuus non faceret fidem? Eidem, Quod nisi fidem mihi fecisset. Idem pro T. Annio Milone, Nudauit se in sanctissimo tẽplo,quoniam vita talis & ciuis & viri fidem non faciebat. Idem in Bruto, Credit iis quæ dicuntur, qui odit oratorem vera putat,assentitur,probat fidem facit oratio.Plin.epist.198.Fleuit multum,multum rogauit,multum etiam tacuit: in summa fecit mihi fidem pœnitentiæ.Liu.1.ab Vrbe,68, Mirum quantum illi viro nuntianti hæc,fides fuerit,quamque desyderium Romuli apud plebem exercitumque facta fide immortalitatis lenitum sit. Quintil.lib.5.Fides verbis tuis non fit. Ouid.6.Metam.113.
Se fidelem hero suo.Plaut.Milit.7.54,
-næ te ædepol stultitia tua pene perdidit:
Dum te fidelem facere hero voluisti,penè absumptus es.
Finem,Tacere,desinere,absoluere.Plaut.Epid.2.37. Tuipse,vbi lubet,finem face. Idem Asina.Sermoni iam finem face tuo. Terent.And.5.1.2.Satis periculi cœpi adire,orandi iam finem face. Idem Adelph.5.9.39. -fino
Habeat,in isthac finem faciat: Idem in Prologo Heaut.34.
De illius peccatis plura dicet,quum dabit
Alias nouas,nisi finem maledictis facit.Idem in Prologo Phorm.23.
Cicer.pro Cn.Plan. Nam istius verbi quousque poterat esse inuidia? datus est tibi ille,condonatus est ille,non facis finem, ferre non possumus. Idem 6.Verr.12.Difficile est enim finem facere pretio libidini feceris. Idem in Rullum,Finem feci offerendi mei. Cæsar in Comment. Porro in extremas Arabiæ partes quum finem properandi fecisset. Ibidem,Neque prius finem sequendi fecerunt,quàm muro oppidi appropinquauerunt. Liu.Sic tamen vt finem tandem certaminum facerent, Cicc.ad Atticum,lib.16.342.2. Idem 1.Tuscul.69. Cæsar 3.bel.Ciuil.36.
Finem studiis facere.Claud.de Laudib. Serenæ,22.42.
Finem facere vitæ,atque laboris.Lucret.lib.3.192.
Flagitium.Plaut.Pœnul.8.32.
-hæ fores fecerunt magnum flagitium

Modò

Modò. A D.quid flagitii est? C. crepuerunt clarè. Idẽ Mercatore, Ait flagitium & damnum fecisse. Terent.Eunuc.2,3.90.
-ah Flagitium facimus.
C H.an id flagitium est,si in domum meretriciam Deducar,&c.
Florentem. Plaut. Menæh.9.15. Ecastor solus benefactis me florentem facis.
Fœdus.Plaut.Amphit.4.241.Pacem feci,fœdus feci,vera dico.
Fœdus cum.Cic.pro Sest.18.Fedus fecerunt cum Tribuno plebis palàm vt ab eo prouincias acciperent,quas ipsi vellent,&c.
Fœdus ex societate cum.Liu.4.bel.Pun.26.Hieronymus legatos Carthaginem misit ad fœdus ex societate cum Annibale faciendum.
Fœdus inter se.Cice.2 de Finib.132. Posuisti autem dicere alios,fœdus quoddam facere inter se sapientes,vt quemadmodum sint in seipsos animati,eodem modo sint erga amicos.
Formidinem facere.Tacit.lib.19.Vanã formidinem,vt hostes facere.
Fortiter.Quintil.lib.7.cap.2.29.Rusticus quum fortiter fecisset, præmii nomine impetrauit restitutionem patris & fratris. Ouid.13.Meta.48.
Facere & parare magnam fortunã.Liu.4.bel.Pun.100.Facile esse momento quo quis velit,cedere possessione magnæ fortunæ:facere & parare eam, difficile atque arduum esse.
Fortunam malam facere sibi.Colum.lib.1.Vide Oriundus in ORIOR.
Fortunatũ.Plaut.Aul.13.17.Hæc imponentur in foco nostro lari,Vt fortunatas faciat gnatæ nuptias.
Fossam.Cæsar 1.bel.Ciuil.163.Sed à fronte contra hostem pedum quindecim fossam fieri iussit.
Fractum.Plaut.Milit.3.8.
Quia se iam pridem feriatam gestitem?
Quæ misera gestitet fractum facere ex hostibus.Id est,frangere. Fraudẽ legi.Plaut.Milit.5.9.
Atque adeò vt ne legi fraudem faciam talariæ,
Accuratore vt sine talis domi agitent cõuiuium. Liu.7.ab Vrbe,73.Emãcipandoque filium fraudem legi fecisset.
Facio fraudem 5.c.Inde domum cœnatus,vt sim mane præsto Miloni. Cic.ad Atticum,lib.4.81.2.
Frugem.Plaut.Pœn.14.70.Herus si tuus volet facere frugem,meum herum perdet.
Fugam.Plaut.Amphit.16.30.Vt si nostri fugam facerent,illuc me tutò reciperem. Terent.Eunuc.4.7.17.
-fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes,facerent fugam. Cice.pro Domo sua,52.Quas iste tum cædes,quas lapidationes,quas fugas fecerit. Liu.8.ab Vrbe,48.Inde iam haud dubiè consternatæ cohortes Latinorum,fugam ac vastitatem latè fecerunt.
Funus alicui.Cic.pro Cluent.20.Et ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Liu.5.bel.Pun.98. Is funus imperatoris in castris,celebrantibus cum exercitu Beneuentanis,Fecit. Sulpit.ad Ciceronẽ,lib.4.12.8. Funus ei satis amplum faciendum curaui.
Funus alicui,pro Occidere,& causam mortis afferre.Plaut.Asin.12.5,
Mater supremum mihi tua dixit,domum ire iussit.
P H. Acerbum funus filiæ faciet,si te carendum est.
Funus prandio,pro Exedere & consumere prandiũ.Plaut.Menæh.1.27.
Quid de te merui,qua me causa perderes?
Vt surripuisti te mihi dudum de foro?
Fecisti funus absenti me prandio.
Furta.Plaut.Pœnulo,18.74.Pro hoc patronus sim necesse est,& prædicabo quomodo Vos furta facietis multa. Terent. in Prologo Eunuc.28. Parasiti personam inde ablatam,& militis:Si id est peccatum,peccatũ imprudentia est
Poetæ non qui furtum facere studuerit. Plaut.Rud.Furtum ego vidi qui faciebat.Cic.ad Atticum,lib.6.113.8. Et pro Cluentio,142.Hoc ipso ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit,& cædem eiusmodi. Horat.1.Serm.saty.3.19. Senec.lib.6.de Benef.
Furtum ætati.Plaut.Bacch.2.60.
Aedepol fecisti furtum ætati malum,
Quum isthæc flagitia me celauisti & patrem.
¶Facere genium meliorem.Plaut.Sticho,10.41.
-veni. G.huccine? E.imò in carcerem:
Nam hic quidem meliorem genium tuum non faciet.
Gloriosum.Plaut.Pseud.10.8.
Hic argentum,hic amica amanti herili filio:
Atque ego nunc me gloriosum faciam.
Gloriam alicui.Plin lib.14.cap.1.7.Aliis gratiam qui & viccis fumus affert fabrilis,iisque gloriam præcipuam in fornacibus Africæ, Tiberii Cæsaris authoritas fecit.
Gradum,Ambulare.Plaut.Curculione,3.23.Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro. Id est propera ad me accedere.Cic.2.de Oratore,138.Quin prodis mi Spuri,vt quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem?
Gradum ad aliquid non est(inquit Valla lib.5.)transitum facere,sed aliquam rẽ gradũ,& quasi scalã ad alia facere. Quint.lib. … que & illud frequens est,vt ea,quibus minus confidimus, … ta sint,omittamus:interim sponte nostra veluti donantes, … ea quę sunt potentiora,gradum ex his fecisse contenti.
Gradum,pro Promouere.Liu.6.ab Vrbe.139.Accingendum ad … gitationem esse,conando,agẽdoque,iam eò gradum fecisse … vnde si porrò annitantur,peruenire ad summa, & Patribus … honore quàm virtute possent.Cic.4.Verr.3.Itaque maioribus … cam ex hac prouincia gradus imperii factus est.neque enim … lè opes Carthaginis tãtæ concidissent,nisi illud & rei frumẽtariæ … dium,& receptaculum classibus nostris pateret.
Gratiam iusiurandi.Plaut.Rud.31,59.
Nihil hercle hîc tibi est,ne tu speres: iusiurandi volo.
Gratiã facias.Suet.in Tib.Cæsare,cap.35. Equiti Romano iusiurãdi gratiã fecit.Id est,soluit vinculo iusiurandi, vt aduersus iuramentum vxorem repudiaret vulgò dicunt,dispensauit eum de iuramento.
Gratiam facere,pro Gratiam legis dispensare.Suet.in Oct.Aug.cap.16. Bononiensibus quoque publicè quòd in Antoniorum clientela antiquitus erant,gratiã fecit coniurãdi cũ tota Italia pro partibus suis.Ibidem,cap.38.Mox reddendi equi gratiam fecit eis qui maiores annorum quinque & triginta retinere eum nollent. Liu.3.ab Vrbe.172.Factãque per Corneliũ Valerio dicendi gratia quæ vellet, quum libertas non vltra vocem excessisset,Decemuiri propositum tenuere.
Gratiam delicti,pro Ignoscere.Salust.in Iugurt. Cæterũ Boccho,quoniã pœniter,delicti gratiam facit.Id est ignoscit. Liu.1.Decad.lib.8.Nũc patres comes,& senes faciles,de alieno Imperio spreto, tanquam rei paruæ disciplinæ militaris euersæ iuuentuti gratiam facere.
Gratiam criminis.Suet.in Calig.cap.15.Pari popularitate damnatos relegatosque restituit.Criminũque siqua residua ex priore tempore manebant,omnium gratiã fecit. Tale est illud Liuii.1.Decad.lib.3.Omnium igitur tibi Appi Claudi,quæ impiè nefarieque per biennium alia super alia es ausus,gratiam facio.Vnius tantum criminis nisi te vindices, ab libertate in seruitutem contra leges vindicias non dedisse, in vincula te duci iubeo.
Gratiam,aliquam partem argenti.Plaut.Pseud.13.32.Non audes quæso aliquam partem mihi gratiam facere hîc argenti?
Gratulationem ad omnia deorum templa nomine alicuius. Cic.ad Brutum,lib.11.18.4.Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam molestiam afferebat.
Gratulatio fit ægris.Senec.epist.6. Quibusdam ægris gratulatio fit,quũ seipsos ægros esse senserunt.
Gratum,Gratificari.Terent.Eunu.4.4.56.Hac re & omni te turba euolues,& illi gratum feceris. Cic.Attico,Feceris mihi gratum, si antè eo veneris. Eidem,lib.1.15.9.Per mihi per inquam gratum feceris. Idẽ 3.Tuscul.122.Deinde etiam gratum se mortuis facere,si grauiter eos lugeant arbitrantur.
Grauidam.Plaut.Amphit.3.103.
Is prius quàm hinc abiit ipsemet in exercitum,
Grauidam Alcumenam vxorem fecit suam. Terent.And.
Grauida facta est è Pamphilo.
¶Hæredem facere.Plaut.Pœnul.1.3.
Puer septuennis surripitur Carthagine:
Osor mulierum adoptat hunc emptum senex,
Et facit hæredem.Cic.in Verrem, Viros bonos & honestos cõplureis fecit hæredes. Idem.3.Offic.125.Fecere hæredem testamento. Cic. 3.Verr.78. Et pro Cecinna.9.
Hæsitationem alicui facere,dixit Plinius Iunior.
Halitum iucundiorem facere.Plin.lib.10.cap.17.9. Quin ipsum oris halitum iucundiorem facit,fœtoremque tollit.De aniso loquitur.
Haruspicinam.Cic ad Leptam,lib.6.18.2. Neque enim erat ferendum, quum qui hodie haruspiciam facerent,in Senatu Romæ legerentur.
Se hilarum.Terent.Adelph.4.7.38.
-iam verò omitte Demea
Tuam isthanc iracundiam,atque ita vti decet
Hilarum,ac lubentem fac te in nati nuptiis.
Hilarem.Plin.lib.16.cap.6.7.Glans fagea suem hilarem facit.
Histrioniam.Plaut.Amphit.3.90.
Quid admirati estis?quasi verò nouum
Nunc proferatur,Iouem facere histrioniam.
Honestè.Quintil.lib.3,cap.8.Videtur honestè fecisse, q. quosdam errores suos,ne posteri errent,confessus est. Ibidem,cap.6.46.
Honorem mortuo.Cic.9.Philipp.261.Nulla dubitatio relinquetur,quin honorem mortuo,cui iniuriam viuo fecimus,faciamus.
Hospitium.Cic.pro Corn.Balbo.33.Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri(quoniam hoc magnopere delectare verbo)si tum sit fidus quum fora ac iussa nostra sua sententia comprobat, quàm quum hospitium fecit?
Hostem aliquem alicui.Lucan.lib.1.41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paneg.30. Quippe non is princeps, qui sibi imminere ... puter quod in hostes pareturisque persuasio fuit illorũ qui ... dum facerent, timebant. Tacit.lib.15. Quòd pro Armeniis ... facerer.

... Cic.Qu.fratri,lib.2.5.1.

... Iacturam, quod & Dammum facere dicitur. Plin.epist.12.2.Ia- ... grauissimam fecisti iactura dicenda est, tanti viri amissio. Sic ... Iacturam rei familiaris. Cic.2.de Fin.127. Et lib.1.Offic.118. ... Iacturam gloriæ. Sic Attico,lib.12.247.2.

... am in vnius muliercula animula. Sulpitius ad Cic.lib.4.5.14.

Iactus. Hirtius lib.6.de bel.Hisp.35. Nostri quum appropinquassent, clamore repentino, telorumque multitudine iactus facere cœperunt.

Ignem ex lignis viridibus. Cic.5.Verr.30.

Impensam & impensas. Cic.6.Philipp.213. Nam possessores ab æquiore discedent: nullam impensam fecerant, nondum instruxerant, &c. Liu.2.bel.Pun.249. Et alii redimendos de publico, alii nullam impensam publicam faciendam, &c.

Impensam in. Cic.ad Atticum,lib.13.282.5. Et id quoniam impensam fecimus in Macrocolla, facilè patior teneri.

Impensas in stipendia militum. Liu.4.ab Vrbe.260. Meliore conditione alios militare, quàm ipsi militassent, & eosdem in sua stipendia impensas fecisse, & in aliorum facere.

Imperata. Plaut.Pseud.5.151. Qui imperata hęc facta reddat, nõ qui vigilans dormiat. Cæsar.5.bel.Gall.137. Iussus arma abiicere, imperata facier. Idem lib.2.240. & lib.5.76. Liu.1.bel.Pun.126. Itaque obedienter imperata facturos.

Imperitè facere. Cic.1.de Legib.6. Vide OPVSCVLVM.

Imperium. Plin.lib.36.cap.15.11. Nimirũ sic habitarũt illi qui hoc imperium fecere, tãtas ad vincendas gentes, triumphosq; referendos, &c.

Impetum, Insultare, vel insilire in aliquem. Plaut.Capt.15.4.
Quæ intemperies modò in nostram aduenit domum,
Quasi lupus esuriens metui ne in me faceret impetum. Idem Bacch.20.19. Hic equus non in arcem, verùm in arcam faciet impetũ. Idem Amphit.17.63.
–postquam conspexit angues ille alter puer,
Citus è cunis exilit, facit rectà in angues impetũ. Idẽ Mench.17.108.
–malim equis iunctis manere, & ecce Apollo denuo
Me iubes facere impetum in eum qui stat, átque occidere.
Plin.de Viris illust.26. Impetu in hostes facto, victoriam finis reliquit. Cic.Catoni,lib.15.3.2. Armenium regem in Cappadocia impetũ esse facturum. Idem pro Lege Manil. Sed in exercitum vestrum clarũ atque victorem impetum fecit. Idem pro P.Sextio.64. Impetum faciũt in Fabritium. Idem pro Tito Annio Milone, Statim complures cum telis faciunt de loco superiore impetum. Sic Cæsar.1.bel.Gall.88.& 192. Et Cic.1.Offic.36. Facere impetum in aliquem.

Impressionẽ. Cæsar.8.bel.Gal.20. Vt omni multitudine in fines Suessionum, qui remis erant attributi, facere impressionem. Liu.3.ab Vrbe 264. Nã quũ æquassent aciẽ, duo extra ordinem millia, quæ in sinistrũ cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, &c.

Improbè aliquid facere. Cic.2.de Finib.93. Vide IMPROBVS.

Improuiso id fecerat. Vide IMPROVIDVS.

Impudenter. Terentius And.4.5.16. Mirum verò, impudenter si mulier facit meretrix.

Impune facere. Vide IMPVNITVS.

In ambiguo facere. Plin.lib.24.cap.14.8. His subnectẽmus ea quæ Gręci cõmunicatione nominũ in ambiguo fecere, ánne arborum essent.

Incendia. Cæsar.5.bel.Gall.73. Et tantum in agris vastandis incendiisq; faciendis hostibus noceretur. Sic Liu.6.bel.Pun.140. Plaut.Merc.12.5. Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium. Seneca de Benef.6. Incendium extinxisse quod feceris.

Incertum: Hoc est, Verbis rem incertam esse significare. Liu.4.ab Vrbe 230. Consules an ambo profecti sint ad arcem Carmẽtanam, an alter ad Comitia habenda substiterit, incertũ diuersi authores faciunt. Plin.lib.12.cap.14.5. Qui mea ætate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt.

Incestum. Cic.1.de Inuent.88.

Incursionem in agrum Romanum. Liu.3.ab Vrbe.155. Sabini magna manu incursionem in agrum Romanum fecere.

Facere indicium, Indicare. Plaut.Cistell.10.9.
–mi spectatores obsecro facite
Indicium, siquis vidit, siquis eam abstulit. Idem Trin.10.46. Si isthuc vt conare, facis indicium, tuum incendes genus.

Inducias, quod barbari facere treugas dicunt. Liu.9.bel.Pun.59. Cũ Romanis quoque, sicut cum Aetolis, cupiens pacem, si posset: sin minus, inducias facere. Sic Cicero.8.Philipp.247.

Inducias, metaphoricè, pro Spatii aliquid dare, donec quidpiam fiat. Plaut.Amphit.4.235. Imò induciæ parumper fiant siquid vis loqui.

Ineptiarum aliquid facere. Catul.ad Flauium, epigr.6.3.

Infamiam facere dicitur iudex, dum infamiam irrogat. Vlpia.in L.Quid

ergo.par.Ex compromisso.ff. De his qui not.infam.

Infectum quod factum est. Plaut.Truculento.16.17. –stultus es
Qui facta infecta facere verbis postules.

Aliquem sibi inimicum facere. Terent.Eunucho.4.7.32.
Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

Iniquè facias, Vide INIQVVS.

Initium, Id est incipere. Cic.ad Atticum,lib.9.181.16. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget syncerè, temperatè, prudenter, valde videro.

Initium armorum. Cic.ad Atticum,lib.7.128.8.

Initium cædis à me. Cic.5.Philip.177. Et pro Cluent.56.

Initiũ colloquendi. Liu.5.bel.Pun.126. Sic confligendi, Cic.14.Philipp.408. Fugæ, Cæsar.3.bel.Ciuil.370.

Iniuriam, Damnum inferre, vel iniuria lacessere. Plaut.Rud.24.6. Quoniam ego adsum, faciet nemo iniuriam. Idem Merc.24.18. Filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam. Terentius Adelphis.1.2.68.
–etsi Aeschinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam. Idem Heaut.3.3.4. Facis adeò indignè iniuriam illi qui non abstineas manum. Idem And.3.2.8. Quúmque huic veritus est optimè adolescenti facere iniuriam. Cic.1.Verr.28. Quid dices? an id quod dictitas, iniuriam tibi fecisse Verrem? Et subdit.29. Cui maximam C.Verres iniuriam fecerit. Ac paulo pòst, At eam tibi C.Verres fecit iniuriam. Idem in L.Pisonem, Facio iniuriam fortissimo viro mortuo. Horat.2.Serm.saty.6.6. Luctandum in turba, facienda iniuria tardis. Cic.7.Verr.110. Cæsar.1.bel.Gal.145.

Iniuriam contumeliosè, Vide CONTVMELIA.

Iniustè. Quintil.lib.7.cap.5. Talia nihil habent aduersus eũ qui prior fecit iniustè.

Insanum ex stulto. Terent.Eunuc.2.2.23. Scitum hercle hominem, hic homines prorsus ex stultis insanos facit.

Insidias, Insidiari. Plau.Bacchid.23.85. Lepidè ipsi hi sunt capti suis filiis qui fecẽre insidias. Terent.Phorm.2.1.44.
Sed siquis fortè malitia fretus sua
Insidias nostræ fecit adolescentiæ,
Ac vicit, nostrane ea culpa est, an iudicum? Cic.pro T.Annio Milone.68. Milo vnus vrgebat, hic di immortales (vt suprà dixi) mentem dederunt illi perdito ac furioso vt huic faceret insidias. Idem.4.Verr.27.& pro Cluentio.40. Senec.Hippol.6.10.

Insigne aliquid. Terent.Eunuch.5.6.31.
Nam iam diu aliquam causam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret, is nunc reperit.

Insomnia. Plinius lib.18.cap.12.2. Fabacia existimatur insomnia facere. Hoc est, Nocturnas illusiones prouocare.

Intercapedinem scribendi, Intermittere scribendi tempus. Cicero filius Tironi,lib.16.21.2. Itaque me iam non pœnitebat intercapedinem scribendi fecisse, sed potius lætabar.

Intercessiones, Intercedere. Gellius libro.13.cap.12. refert Tribunos pl. creatos faciendis intercessionibus.

Interuallum. Varro lib.3.cap.7.7. Et hoc ferè totum annum faciunt. tantummodo interuallum faciunt à Bruma ad Aequinoctium vernum. Liu.4.bel.Pun.29. Tanquam laxaret elatum pedem abstricto nodo, moratus turbam Indigimines, tantum interualli fecit, vt, &c.

Introitum, pro Ingredi. Colum.lib.11.cap.2.32. XIIII. Cal.Iun. sol in Geminos introitum facit.

Inuidiam alicui, Id est onerare inuidia, vel odiosum reddere. Liu.8.bel.Maced.186. Itaque ad inuidiam ei faciendam, legatos Ambracienses in Senatum subornatos criminibus introduxit. Ouid.4.Met.110.
Vtque parum iustæ, nimiúmque in pellice sæuæ,
Inuidiam fecẽre deæ.

Inuidiam gratia, odium turpitudo, iram offensio iudicis facit. Quintil.lib.6.cap.1.11.

Iratum aliquem alteri. Cic.1.de Orat.118. Quum iratum aduersario iudicem facere vellet.

Irrita verba alicuius, apud Plautum in Amphit.

Irruptionem, Irrumpere, & vim inferre. Plaut.Pœnul.2.41. In popinam pedisequi irruptionem facite. Cic.pro lege Manilia.9. Etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, &c. Cæsar.7.bel.Gal.273. Nequa subitò irruptio fieret.

Iter, Ambulare, ire aliquò. Cic.pro Cn.Plãcio.53. At ego, quum casu diebus iis itineris faciendi causa decedens è prouincia Puteolos fortè venissem. Idem Senatui Populóque Romano, lib.15.2.2. Iter in Ciliciam facere instituí. Idem.1.de Diuinat.100. Quum quo quidam Arcades familiares iter vnà facerent. Ibidem.94. Eudemũ Cyprium familiarem suum, iter in Macedoniam facientem. Idem Catoni, lib.15.4.7. Quum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cœpissem. Cæsar.4.bel.Gal.489. Iter in ea loca facere cœpit.

A portu nauita fecit iter. Ouid.epist.13.2.

Iter ad prætorium. Liu.in quinta Decade,lib.5.27.

Iter ad superos. Senec.Herc.Oeth.16.1.

Iter infestum. Lucret.lib.5.227.

Iter sibi occultum. Ouid.2.Fast.115.

Iter pedibus. Cic.ad Atticum,lib.5.96.1. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissimè nauigassemus.

Iter per. Cic.ad Atticum,lib.3.41.1. Siue per Epirum iter esset faciendũ &c. Idem 1.de Diuinat.126. Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipse demisisset in flumen.

Iter per auras. Ouid.3.de Ponto, eleg.2.13.

Iter quacunque. Cic.3.Verr.30.

Iter sceleri. Ouid.15.Metam.22.

Iter secundum mare facere. Cic.Attico,lib.16.335.3.

Iudicatum. Cic.pro L.Flacco,99. Quum iudicatum non faceret.

Iudicem, Iudicium alicuius rei ad aliquem deferre. Plin.epist.150. Nõ desunt enim qui me aut iudicem, aut arbitrum faciant.

Iudicium, Iudicare. Plin.lib.7.cap.40.1. Si verũ facere iudiciũ volumus, ac repudiata, &c. Cic.ad Plancum,lib.13.30.3. Vt primum per ætatem iudicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset.

Iudicium de aliquo. Cicero pro lege Manilia, 30. De quo homine vos (id quod maximè facit authoritatem) tanta & tam præclara iudicia fecistis.

Iudicium de ingenio alicuius. Cice.1.Verr.14. Idem Appio,lib.11.29.6. Grauissimum verò iudicium de fide & de constantia fecisti. Idem Attico,lib.7.141.3. Sed mihi venit in mentem multum fore sermonẽ, me iudicium iam de publica causa fecisse.

Iugulationem magnam. Hirtius 6.bel.Hispaniensis,58. Quum bene magnam manum fecisset, & nocturno tempore per fallaciam in oppidum esset receptus, iugulationem magnam facit.

Iuramentum. Senec.2.de Clement. In cuius verba principes regesque iuramentum faciunt.

Ius, Id est potestatem. Liu.2.bel.Maced.48. Rerum suarum quas possent, ferendarum secum dominis ius fiebat, &c. Ouid.6.Fast.5. Ius tibi fecisti numen cæleste videndi,
Quum placuit numeris condere festa tuis.

Iussa, Id est facere quæ iussus es. Ouid.2.Metam.31. Plin.lib.10.ca.45.1. Elephanti iussa faciunt.

Iusta alicui. Plaut.Cistella. Postquam ille vxori iusta fecit. Cic.pro Flacco,73. Iusta Catilinæ facta sunt.

¶ Facere lætantes. Plaut.Sticho,7.6. Eos nunc lætantes faciam aduentu meo. Hoc est, lætitiam eis afferam.

Lætitiam. Ci.1.de Finib.38. Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, id est voluptatem.

Lætitiam ingentem. Liu.8.bel.Pun.137.

Lapidationes. Cic.pro Domo sua,52. Quas iste tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit.

Largitionem, siue largitiones, Largiri & profundere ac dissipare. Cice.3.Tusc.81. Et quidem C.Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium: verbis tamen defendebat ærarium. Liu.4.ab Vrbe,58. Frumenti largitiones facere instituit.

Legibus. Terent.Phorm.2.4.15.
Mihi non videtur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse.

Lenocinium, Vide LENO.

Lepidè facere, Vide LEPIDVS.

Liberius facere aliquid. Ouid.2.de Arte,119.

Libidinosè, Vide LIBET.

Librum. Plin.epist.147.b. Delicatus, ac similis ignoto est, qui amici librum bonum mauult audire, quàm facere.

Literas. Plaut.Asinaria,12.22.
Tuus arbitratus sit, comburas si velis,
Ne vlla sit cera vbi facere possit lituras. Cice.4.Acad.12. Sed ne literam quidem vnam facimus, nisi forensem.

Lites. Terent.Eunuc.4.5.8. Lites sunt inter eos factæ maxumæ. Quintil.lib.7.cap.2. Si intuiti sumus quæ sit lex, quæ litem faciat.

Litem suam facere. Gellius lib.10.cap.1. Ego aduersus eum qui doctus esse dicebatur, litem meam absens facere nolui.

Lituram. Ouid.2,de Ponto, eleg.4.4.

Lachrymæ fecere lituras. Ouid.epist.3.1.

Locum deuotioni. Senec.de Benefic.6. Vt deuotioni fortissimæ locum vltima necessitas faceret.

Locum voto. Ouid.2.Amor.eleg.19.2.

Se locupletem verbis. Cice.pro Flacco,36. Quum verbis se locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam quam videtis.

Nè longum faciam, Id est vt breuiter dicam. Horat.1.Serm.saty.3.28. Idem 2.Serm.saty.12.1.

Longius aliquid exemplis. Ci.5.de Finib.27. Nihil opus est hoc exemplis longius facere: est enim perspicuum, &c.

Loquentem aliquem. Cic.in.Orat.47.

Lucrum. Plaut.Persa, 16.128.

Abi, argentum effer huc, non ædepol triceniis minis
Cara est. fecisti lucri. Ibidem.15.25.
Res quam occultabam tibi dicere, nunc eam narrauero,
Vnde tu pergrande lucrum facias.
Ibidem.15.36. Et Trucul.14.15. Item Casina.8.42. Tibi ... to, tute sorti.o. perdis me. CH. lucrum facit. Idem Merc.3.9 ... re aliquantum lucri argenti. Cic.pro Flacco.71. Minus igitur ... facit. Ouid.5.Fastorum,138.

Ludos, Irridere aliquem. Plaut.Pœnulo.4.73. Enimuero ære meo me ... cessis, ludos & delicias facis. Idem Truc.16.45. Ego tibi illecebra ... dos faciam clamore in via. Idem Aulularia.7.75. Teren.Phorm.5.8.52. –obsecro.
Ne facias. P. oh, tune is eras? D. vt ludos facit.

Ludos sibi, pro Ineptiendo se deludere. Senec.epist.114. Ego me hercule titillare nõ desinam, & ludos mihi ex istis subtilibus ineptiis facere.

Ludos facere, Id est ludere. Lucret.Lib.4.169.

Ludos facere, Idem quod ludos edere. Cic.ad Q. fratrem, Quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent? Idem Attico, Ludos facere absens malebat. Eidem, lib.15.325.10. Ludos verò non facere quid fœdius?

Lumina sua facere noxia. Ouid.2. Trist.21. Id est suos oculos.

Amor fecit maciem. Ouid.11.Metam.159.

¶ Maculas, Contaminare, cõspurcare, & maculis aspergere. Plinius lib.12.cap.25.9. Summa probatio est, vt in veste maculas non faciat.

Magnum, Id est rem magnam. Horat.1.Serm.saty.10.4. At magnum fecit quòd verbis Græca latinis Miscuit.

Faciam me magnum. Plaut.Milite,14.52. Magnum me faciam, nunc, quoniam illæc me collaudauit. Ouid.2.Metamorph.8. Cunctáque magna facit.

Magni, pro magni æstimare. Plaut.Asinaria.5.62, Nunc neque quid velim, neque nolim, facitis magni pessumæ. Terent. And.3.3.43. Meritò te semper maximi feci Chreme. Ibidem.1.5.58. Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hęc te solum semper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Magnopere facere quidpiam, Vide MAGNVS.

Malè facere alicui, Vide in MALVS.

Malitiosè. Plaut.Cas.8.41.
Ne à me memores malitiosè de hac re factum, aut suspices,
Tibi permitto, tute sorti, Vide MALVS.

Malum & bonum in. Cic.Bruto.15.14. Nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in euertenda boni.

Mandata. Plaut.Asin.16.63. Ibo ad Diabolum, mandata dicam facta vt voluerit.

Manum, pro Colligere milites. Cic.in Verrem, illi nocte facta manu armatáque veniunt. Idem pro Cecinna.24. Quum manum fecerit, copias pararit, &c. Sic Cæsar.3.bel.Ciuil.33.

Manu factum. Lucret.lib.1.76.

Manubias sibi. Cic.3.Verr.109. Dubitamus quid iste in hostium præda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L.Metelli manubiis fecerit?

Matres facere. Ouid.2.Trist.58. –Iouis succurret in æde Quàm multas matres fecerit ille deus.

Maturum facere, Vide MATVRVS.

Facit mecum, Mecum sentit & meæ est opinionis, aut mihi fauet, Secum facere, Nobiscũ, vel vnà facere. Cic.pro P.Sylla, Lucium Cassium dixerunt commemorasse cum cæteris Antronium secum facere. Et subdit paulo pòst, Quid tum? Cassius si respondisset idem sentire & secũ facere Syllam, tamen mihi non videretur in hunc id criminosum esse debere. Et paulo pòst, Non respondit, tamẽ vnà facere Syllam. Idem in Partitionibus.70. Defensor autem de ea quam proposui, æquitate nitatur, & ea quum secum faciat, non re, sed deprauatione verbi sese vrgeri queratur. Idem pro Aulo Cecinna.58. Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat. Ibidem, paulo pòst, Nam verba ipsa sponsionis facerent mecum, si vellem diligenter attendere. Ibidem.78. Videatis authoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum. Idem.1.de Diuin.141. Si ratio mecum facit. Ouid. Vt fatear, mecum sola Corinna facit. Horat. Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. Idem, Mecum facientia iura.

Medicinam, Componere medicamentum, vel mederi, & iuuare præsenti auxilio. Plaut.Menæh.5.23.
Nam illic homo homines non alit, verùm educat
Recreátque, nullus melius medicinam facit. Idem Cistel.2.65. Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest. Cic.pro Quintio.5. Medicinę faciendę locus non erit. Idem Terentiæ,lib.14.7.1. Ita sum leuatus, vt Deus mihi aliquis medicinam fecisse videatur.

Mediocriter facere omnia, Vide MEDIOCRIS.

Mel facere dicuntur apes. Plin.lib.11.cap.18.1.

Meliorem aliquam alicui facere. Ouid.2.de Remed.amor.73. Me certe Sappho meliorem fecit amicæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

…m. Liuius.4.ab Vrbe.125. Egregiæ Dictaturæ tristem …faciunt, qui filium ab A.Posthumio, quòd occasione be…ndi captus, iniussu discesserit præsidio, victorem securi per…adunt.

…n, Commemorare. Plaut.Mostel.10.16.
…idere ne videare, & gestire admodum,
…cere ei mentionem te emisse. Idem Trinum.13.131. Prius tu …as, quàm auri feci mentionem. Ibidem.14.60. Cic.de Senect. Lysandrum Lacedæmonium (cuius modò mentionem feci) dicere aiunt solitũ, Lecedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. Idem pro Cluentio, Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicii facitis? Sic.4.Verr.66. Pro Rosc.Amer.3. Et pro Quintio.20. Cæsar.3.bel.Ciuil.386.

Mentionem cum. Plaut.Aulul.23.3.
Dixi tibi mater iuxtà rem mecum tenes
Super Euclionis filiam nunc te obsecro,
Fac mentionem cum auunculo mater mea.

Mentionem de. Cic.ad Qu.frat.lib.2.13.2. De te magis ab Sipylo mentio est honorifica facta.

Mentionem de, vt. Plaut.Aulul.7.17.
Credo hercle vbi mentionem ego fecero de filia,
Mihi vt despondeat, se à me derideri rebitur.

Mentionem facere de re aliqua cum altero. Plaut Persa.4.10.
– sed ecquid meministi here,
Qua de re ego tecum mentionem feceram?

Mentionem cum aliquo vt. Plaut.Cistel.3.15.
Eam meæ ego amicæ dono huic meretrici dedi,
Quòd sæpe mecum mentionem fecerit
Puerum aut puellam alicunde vt reperirem sibi recens natum.

Mercaturam. Plaut.Rud.22.23. – nauibus inde
Magnis mercaturam faciam. Cic.in Parad.58. Nam vt iis qui honestè rem quærunt mercaturis faciẽdis, operis dandis, publicis sumendis intelligimus opus esse quæsito. Idem.7.Verr.57. Alios qui à prædonibus erant capti, quum mercaturas facerent, vt, &c.

Mercem beneficium, Id est loco mercis habere. Senec. de benefic.lib.5. cap.14. Hoc est quod dicebam, interituram tantæ rei dignitatem, si beneficium mercem facimus.

Meretricium. Sueton.in Calig.cap.40.
Additumque ad caput legis, vt tenerẽtur publico, & quę meretricium quive lenocinium fecissent.

Messem. Columella lib.2.cap.11.4. Tardius messem primam eius facere oportebit.

Metum facere, pro Inferre. Tacit.lib.13. Inané metũ fecerant. Idẽ lib.16. Metũ Neroni fecerant. Item, lib.18. Ouid.5.Metam.65. Idẽ.5. Trist.eleg.11.6. Liu.7.bel.Pun.163. Hæ literæ recitatæ, & magnũ luctum morte alterius Consulis, & metum de altero fecerunt.

Minoris, pro Minoris æstimare. Cic.2.de Finib.70. Nam qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem, quam vnam virtus minimi facit, &c. Plautus Epid.10.85.
Sic data mihi esse verba præsenti palàm,
Atque me minoris factum præ illo, qui omnium
Legum atque iurium fictor, conditor cluet.

Missum. Terent.Eunuch.5.2.25.
Missa hæc faciamus, non te dignum Chærea
Fecisti. Id est, de hac re ne loquamur amplius. Ibidem.5.2.10. Missa isthæc face. Idem And.4.1.56. Vel tu melius aliud reperi, me missum face. Cic.3.Offic.153. Iurauitq; se illũ statim interfecturũ, nisi iusiurandum dedisset, se patrem missum esse facturum.

Missum facere legiones ad aliquẽ. Cn.Magnus in epist. ad Att.lib.8.162.3. Aequum est me à te impetrare, vt cohortes quæ ex Piceno & Camerino venerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias.

Modice facere quippiam. Vide MODVS.

Modum, Temperare. Cic.ad Plancum, lib.10.3.10. Hæc amore magis impulsus scribenda ad te putaui, quàm te arbitrarer monitis & pręceptis egere. Sciebam enim ex iisdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipse hauseram. Quare modum faciam. Idem.1.de Legib.79. Ipsisque magnopere authorem fuisse, vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum.

Modum iræ. Liuius.4.ab Vrbe.219. Postremò quum modum iræ nullum faceret, &c.

Modum Veneris sibi facere in aliqua. Ouid.4.Metam.52.

Modum, Aliter. Liu.3.ab Vrbe.47. Neque suum cuique ius modum faciebat, sed virium spe, sed manu obtinendum erat.

Modos, Cantare. Terent.in Prolog.And. Flaccus Claudii filius modos fecit tibiis paribus, dextris & sinistris. Cic.de Oratore, Neque id actores prius viderunt, quàm ipsi poetæ, quàm denique illi etiam, qui fecerunt modos.

Momentum. Liu.3.bel.Pun.182. Tantum nauis vna capta cum legatis momenti fecit ad dilationem imminentis Romanis belli. Ibidẽ, lib.5.99. Sed in bello nihil tam leue est, quod non magnæ rei interdum momentum faciat. Sic, lib.4. Facere momentum annonæ, pro Iuuare annonam, vel leuare pretium annonæ.

Moram, Immorari. Plautus Mostel.2.72. Ne tu erres, hercle mihi pręter hanc non facies moram. Idem Epid.14.26. Tibi moram facis, quum ego solutus asto: alliga inquam, colliga. Plin.epist.288. Legato Sauromatæ regis quum sua sponte Niceæ, vbi me inuenerat, biduo substitisset, longiorem moram faciendam domine non putaui. Cicero pro Sestio.63. Ille se affirmare postero die, moram nullam esse facturum. Sic ad Atticum, lib.16.232.2. De Publio autem quòd præscribi oportet, moram non puto esse faciendam.

Moram certamini. Liu.3.ab Vrbe.7. Longã venire noctẽ ratus, quæ moram certamini faceret. Et.4.bel.Pun.64. Nec hostes moram dimicandi fecerunt. Virg.eclog.10.3. Propert.lib.4.eleg.1.20.

Moram sibi. Liu.5.bel.Maced.139. Fecerat sibi morã Alexamenus núc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, &c.

Vsus moram facit. Ouid.2.Metam.69.

Mortem. Colum.lib.2.cap.2.5. Nam ille mortem facit: hic teterrimam comitem mortis, famem.

Motus. Liu.8.bel.Pun.259. Inde ad oram Ligurum Alpinorum, si quos ibi motus facere posset, classem appulit.

Multam. Gellius lib.7.cap.14. Animaduersa eadem tripertita varietas in tribus philosophis, quos Athenienses Romam ad Senatum P.Q.R. legauerant impetratum vti multam remitterent, quam fecerant propter Oropi vastationem.

Multam, p Dicere, Cato dixit teste Gellio, lib.11.cap.1. Ei multã facit.

Munditias. Cato de Re rust.cap.2. Pratum purgari, virgas vinciri, spinas runcari, expinsi far, munditias fieri. Idem, cap.44. Per imbrem in villam quærito, quid fieri possit. Ne cesseтur, munditias facito. Cogitato, si nihil fiet, nihilominus sumptum futurum.

Mutuum cum altero. Plaut.Trinum.8.30.
Bene vult tibi. L. ædepol mutuum mecum facit.
S. Nequicquam illud verbum est, bene vult nisi qui bene facit. Idem Curcul.2.47. Eã vult meretricẽ facere, ea me deperit: Ego autẽ cum illa facere nolo mutuum. Id est, nolo eam deperire vt me deperit.

¶ Naturam alicuius rei, pro Consuetudinem & vsum facere. Quint.lib.2.cap.4.13. Interim satis est, si puer omni cura, & summo (quantũ illa ætas capit) labore aliquid probabile scripserit: in hoc assuescat, huius rei sibi naturam faciat.

Facere nauem, pro Aedificare nauem. Plaut.Milit.12.43.
Nam mi patrone hoc cogitato, vbi probus est architectus,
Bene liniatam si semel carinam collocauit,
Facile esse nauem facere. Cic.3.Verr.63. Decem enim naues iussu L. Murenæ populus Milesius ex pecunia vectigali populi Romani fecerat. Cæsar.1.bel.Ciuil.144.

Naufragium. Cicero.1.de Nat.Deorum.129. Illi enim nusquã picti sunt, qui naufragium fecerunt, in marique perierunt. Idem ad Tironẽ, lib.16.9.2. Qui cupidè profecti sunt multi, naufragia fecerũt. Ouid.2.de Ponto, eleg.6.3.

Naufragium gloriæ, per metaphoram, pro Gloriã amittere. Cic.7.Verr.77. Hîc primùm opes ipsius ciuitatis victę, comminutæ, depressæque sunt: in hoc portu Atheniensium nobilitatis, imperii, gloriæ naufragiũ factum existimatur.

Nauiculariam. Cic.7.Verr.37. Quid existimare eos qui audiebant, arbitrabare? Inanem te nauem esse in Italiam deducturum? Nauiculariam te, quum Romam venisses, esse facturum?

Nefas. Cic.in Philipp. Facit sibi quisque nefas. Ouid.8.Metam.97.
Vlciscor, facioque nefas, fera bella sequutus.

Nefas sibi quisque fecit, Id est, Pro se quisque operam dedit vt nefarium scelus aliquod perpetraret. Lucan.lib.2.30.

Negotium, pro Exhibere. Quintil.lib.5.cap.12. Negotium innocenti facit. Gel.lib.3.ca.16. Factum esse negotium propter rationem temporis, quasi marito mortuo postea concepisset.

Negligentem. Terent.And.2.2.23. Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris.

Nequiter. Plaut.Mostel.6.62.
Cuiuis hominis vel optimo vel pessimo
Quanuis de subito facile est facere nequiter. Idem Menæh.3.7. Nã homini misero malum si accedit ad malum,
Maior libido est fugere, & facere nequiter. Inusitatum tamen est.

Nescire. Plaut.Epid.9.32. Vt ille fidicinam fecit nescire prorsus se esse emptam tibi.

Nidum. Vide NIDVS.

Nihili, Paruipẽdere, Parui æstimare. Cic.2.de Finib.141. At enim hic etiã dolor erat eum nihili facit.

Faciet, nisi caueo. Terent.Heaut.4.4.8.
Satis scitè promittit tibi. S. atqui tu hanc iocari credis?
Faciet, nisi caueo.

Nobilem, Nobilitare. Plinius, libro.10. capit.26.2. Meleagri tumulus nobiles

nobiles Africas fecit.

Longinquitate nobilitas facta. Plin.lib.10.cap.47.2. In cæteris nihil, præter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit.

Nocentem aliquem. Lucan.lib.2.58.

Nomen, Nominare. Plaut.Menæh.24.71.
Mi germane, gemine frater salue: ego sum Sosicles.
ME. Quomodo igitur pòst Menæhmo nomen est factum tibi?
MEN. Postquam ad nos renuntiatum te, & patrem esse mortuum,
Auos noster mutauit: quod nomen est tibi, fecit mihi. Idem Trinummo, 8.19. Philemon scripsit, Plautus vertit barbarè,
Nomen Trinummo fecit. Idem Bacch.20.21. Ei profectò nomen facio ego Ilio. Idem Menæhmis, 3.1. Iuuentus nomen fecit Peniculo mihi. Liu.8. ab Vrbe, 80. Scelerato campo (credo ab incesto id ei loco nomen factum.)

Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit. Virg.1.Georg.28.

Nomen alicui, pro Conciliare famam & celebritatẽ. Liuius lib.8.bel.Pun. Vbi per aliquot annos maximis rebus gerendis amplissimum nomen apud exteras gentes populo Romano familiæque vestræ fecerant. Ouid.1.Fast.119. Et mortem & nomen Druso Germania fecit.

Nomina, Idem quod Aes alienum facere, & debitorem se constituere. Cicero 3. Offic.77. Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius voluit: & emit instructos, nomina facit, negotium conficit. Accipitur etiam pro Pecuniam mutuam dare, aut alias debitorem sibi aliquem facere. Cice.Gallo, lib.7.24.1. Accepi Auianii literas, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum, qua ego vellem die. Id est pecuniam crediturum, in eam diem soluendam, quam ego postulassem. Hæc Budæus. Sic Seneca de Benefic.libro, 1.1. Sed nomina facturi, diligenter in patrimonium & vasa debitoris inquirimus. Idem libro, 1.de Vita beata, 24. Nunquam magis nomina facio, quàm quum dono.

Nomen cum vineis, Hoc est, facere supputationem reditus vinearum. Colu.lib.3.cap.3.9. Quod quasi nomen, si, vt fœnerator cum debitore, ita rusticus cum vineis suis fecerit, eius summæ vt in perpetuum, &c.

Nominationem. Liuius lib.6.bel.Pun. Octarilius Crassus Pontifex ab exacto anno mortuus erat, ideò nominatio in eius locum nõ est facta.

Non facio qui sis floccum. Plaut.Trinum.13.150, Sed non facio qui sis, qui non sis floccum.

Non possum facere, quin ad te mittam. Cic.Attico.lib.11.245.2.

Notum. Plinius epistol.238. Cui ego notũ feci præcepisse te, vt ex cohortibus, quibus me præesse voluisti, contentus esset beneficiariis decem, equitibus duobus, centurione vno. Ouidius 12.Metam.13.

Numerationem, pro Numerare. Senec.epistol.26. Expecta me pusillum, & de domo numeratio fiet. Item epistol.18. Delegabo te ad Epicurũ ab illo fiet numeratio.

Nuptias. Plaut.Aulul.7.84. – sed nuptias
Hodie quin faciamus, num quæ causa est? Terent.And.3.2.41. Tu tamẽ has nuptias perge facere ita vt facis.

¶ Facere obnixè omnia. Terent.And.1.1.135.
Quem ego credo manibus pedibusque obnixè omnia facturum, Magis id adeò mihi vt incommodet, &c.

Obnoxium sibi aliquem. Plaut.Trin.5.34.
Sunt tamen quos miseros, maleque habeas quos tibi obnoxios Fecisti.

Obsequelam. Plaut.Asin.3.51.
Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam,
Quippe qui mage amico vtantur gnato & beneuolo. Hoc est, gratum mihi fecerint.

Obsidium. Plaut.Bacch.20.24. Is Helenam abduxit, cuius causa nunc facio obsidium Ilio. Gell.libro, 15.cap.30. A peritia, disciplinaque faciendi obsidii.

Obsonium. Plaut, Bacchid.1.63.
Tu facito opulentum obsonium,
Ego obsonabo.

Fieri obuiam. Terentius Eunuch. 2.3.36. Dum sequor hanc, fit mihi obuiam.

Odium vitæ, Facere vt aliquis vitæ tædio tangatur. Plin.lib.20.cap.18.4. Sic scimus interemptum Licinii Cecinnæ Prætorii viri patrem in Hispania Bauili, cum valetudo impatibilis odium vitæ fecisset.

Odiose facere, Vide ODIOSVS.

Facere odium, pro Generare. Senec.1.de Ira, Cupiditatem æqui & honesti conciliet animis, odiumque vitiorum faciat.

Officium suum. Plautus Pseud.5.140. Si is non aderit, opinor posse facere officium meum. Terent. Phorm. 4.5.12. Non sat tuum te officium fecisse; si non id fama approbat? Plaut. Aulul.14.7. Coqui hercle credo faciunt officium suum. Terent. Eunuc.4.5.3. Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit. Horat.1. epist.18.5.

Officia alicui, pro Exhibere honorem & obsequium. Gel.libro.5.cap.13. Quum quæreret, quibus nos officia prioribus potioribusque facere oporteret, &c.

Omen. Plin.lib.15.cap.19.5. Quæque conscẽdenti nauim… thos omen fecere M.Crasso.

Operę alicuius pretium. Liu.7.bel.Pun.2. Quales ex hac die… cognouerit, perinde operæ eorum pretium faciat.

Factum oportuit. Plaut.Stich.6.30. Consperge ante ædes. G. fa… factum oportuit.

Optionem. Cic.1.Verr.24. Quoties ille tibi potestatem optionem… cturus sit, vt eligas vtrum velis.

Opus, Laborare, Operari. Plaut.Trinum.19.21. Neque ruri, neque… operis quicquam facio, corrumpor situ. Idem Pseud.14.41. Ego te ho… die accipiam lepidè vbi feceris hoc opus. Id est absolueris hanc rem. Terent.Eunuc.2.1.14. Opus faciam, vt defatiger vsque, ingratus vt dormiam. Idem Adelph.4.1.2.
– apud villam est:
Nunc cum maxime operis aliquid facere credo. Idem Heaut.1.1.91. Idem Phorm.2.1.20. Liu.9.belli Pun.30. Mercede opus in arce Locrorum facere. Varro.3.de Re rust.cap.2.8.

Otia facere alicui. Virg.eclog.1.2.

Orationem facere. Vide ORATIO.

Orbes facere. Salust.in Iugurt. Vide ORBIS.

Facto orbe. Cæsar.4.bel.Gall.594. Quum illi orbe facto sese defenderẽt celeriter ad clamorem hominum circiter milia sex conuenerunt.

Orbem obscurum facit nox. Ouid.2.Metam.101. In fabula Calistus,
Mentiar, obscurum nisi nox quum fecerit orbem,
Nuper honoratus summo mea vulnera cœlo
Videritis stellas.

Ostenta. Cælius ad Ciceronem, lib.8.14.10. Scis Appium Censorem hic ostenta facere de signis & tabulis. Plin.lib.11.cap.17.3. Tunc ostenta faciunt priuata ac publica.

Otium, pro Dare otium. Plaut.Milit.13.4.
Vt latrones quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret,
Qui eius regnum tutarentur, mihi dum fieret otium. Virgil.eclog.1.2.
O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. Quintil. Aut otium studiorum faciant. Cic.pro Lege Agra. Istos quibus otiosi negotium fecisse mus otiosissimos reddam.

Oua, pro Ponere. Varro.3.de Re rust.cap.9.13. Neque ferè in villis oua ac pullos faciunt, sed in syluis.

Facere pactiones cum, Pacisci. Cic.ad Atticum, lib.4.87.2. C.Memmius candidatus pactionem in Senatu recitauit, quam ipse suus competitor Domitius cum Consulibus fecisset, vt, &c. Vide PANGO.

Pactionem de. Cicero pro Roscio Comœdo.23. Quum de tota lite pactionem faceret.

Pactionem cum aliquo de re aliqua. Cic.de Prouinc.Cõsul.10. Retinete igitur in prouincia diutius cum qui de sociis cum hostibus, de ciuibus cum sociis faciat pactiones.

Pactionem vt. Cic.pro Rosc.Comœd.15. Dic pactionem fecisse vt absolueretur, non pepigit.

Palam aliquid. Cic.Post reditum in Senatu.16. Nondum palàm factum erat concedisse Remp. quum tibi, &c. Liu.4.bel.Maced.219. Literas, nequo casu interceptæ palàm facerent conata, scribere non est ausus. Plaut.Asin.14.12.
– amoris causa percitum id fecisse te
Magis quàm sua causa palàm hanc rem facere ne illa existimet. Idem Trinum.4.78.
Ne enuntiarem cuiquam, neu facere palàm.

Par. Plaut. Amphit.5.32.
– nam deum
Non par videtur facere, delictum suum, suamque culpam expetere in mortalem vt sinat. Id est, Non fas esset, nec decẽs, & æquum videretur facere Iupiter, si culpam & delictum suum redũdare sineret in caput amicę quę mortalis est. Idem Trinummo.6.3. Feceris par tuis cæteris factis, patrem
Tuum si percoles. Plin.in Paneg.134. Quod siquando cum influentibus negotiis paria fecisti, instar refectionis existimas mutationẽ laboris. Id est, si satisfecisti, & officium tuum fecisti.

Paria, Aequare, & vnum atque idem ex duobus facere, aut æqualem facere vnius atque alterius rationem. Cic.3. de Legib.29. Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. Pro hoc Senec.epist.19. dixit Facere parem rationem. Colum.lib.1.ca.8.9. Hæc enim negotiatio curam villici auocat, nec vnquam patitur eum cum rationibus domini paria facere. Sic lib.11.cap.1.21. Et Plin.lib.37.cap.1.1. Si cũ fortunæ volubilitate paria faceret. Vide PAR.

Pariter. Terent.Eunuc.1.2.13.
O Thais Thais vtinam esset mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, vt
Aut hoc tibi doleret itidem vt mihi dolet,
Aut ego isthoc abs te factum nihili penderem. Vbi Donatus, Pariter, Similiter.

Parcè & restrictè facere. Vide PARCVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulchra prola. Virg. 1. Aeneid. 16.
in lusu. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 32. Sed quanuis arti lu
nil desit, quia partem quidem fecit, sed & partem quam non
test facere, ludus per se perfectus est: quia consummatur vici-
ttendi ac remittendi.
rtiri & fortiri. Cic. 2. de Oratore. 200. Primùm quis Antonio
fit, inquit, vt & partes faceret, & vtrã vellet, prior ipse sumeret?
m consilii sui. Plaut. Pseud. 3. 9.
Quid est quòd tu exanimatus iam hos multos dies
Gestas tabellas tecum, eas lachrymis lauis,
Neque tui participem consilii quenquam facis?
Partũ. Plin. lib. 27. ca. 12. 19. de phyllo herba, Hæc sui sexus facit partus.
Parui, pro Parui æstimare. Plaut. Rud. 17. 31.
– illos scelestos, qui tuum
Fecerunt phanum parui, & ausi sunt violare nos.
Pauorem. Liu. 3. ab Vrbe. 119. Alibi pauorem, alibi gaudium ingens facit. Sub. clamor.
Pausam. Plaut. Pœnul. 6. 13.
Quando id quod sat erat, satis habere noluit, Ego pausam feci.
Pacem. Plaut. Merc. 24. 31.
Supplicii sumat quid vult ipse ob hanc iniuriam,
Modò pacem faciatis. Idem Amphit. 4. 241. Pacem feci, fœdus feci, vera dico. Idem Sticho. 3. 29. Post id agam igitur deinde, vt animus erit meus, pacem faciam. Cæsar. 2. bel. Gall. 336. Consensu eorũ omnium pace facta. Sic Liu. 3. ab Vrbe. 3. Ouid. 3. Fast. 135. Pace domi facta, signum posuere perenne.
Pacem fecere cum Samnitibus Romani, Cicero. 3. Offic. 147. Et Liuius 4. bel. Pun. 133.
Pecuariam facere, pro exercere. Sueton. in Iulio, cap. 42. Néve hi, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent.
Peculatum. Plaut. Cistell. 2. 63.
Ad istam faciem est morbus qui me Gymnasium macerat.
G. Perfidiosus est amor. S. ergo in me peculatum facit?
G. Bono aio es, erit isti morbo melius. Cic. pro Rab. perd. reo. 4.
Peculium à malo. Plaut. Mostel. 12. 5. – serui qui, &c.
Postquam sunt malum meriti, stulta sibi consilia
Expetunt, exercent se ad cursuram, fugiunt. sed hi
Si reprehẽsi sunt, faciũt à malo peculiũ. Id est, duplo puniuntur.
Pecuniam, pro Lucrari, accumulare, colligere. Cic. 4. Verr. 11. Quærere ipse secum, & cogitare cum suis cœpit, quibusnam rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere posset. Idem. 5. Verr. 182. P. Seruilius quinquẽnium exercitui quum præesset, & ista ratione innumerabilem pecuniam facere posset, &c.
Per malitiam. Cic. pro Rosc. Comœd. 12. Vtrunque ex vtriusque persona verisimile videretur & Fannium per malitiam fecisse, & Roscium per imprudentiam deceptum esse.
Periculosè facere. Vide PERICVLVM.
Periculum, Tentare, experiri. Plaut. Milit. 10. 41.
Imò hospes magis quum periculum facies, magis nosces meam Comitatem. Idem Asin. 12. 27. Scio qui periculum feci. Idẽ Casina. 19. 5. Liu. 5. bel. Pun. 224. Illatasque clades cunctãtibus periculum summæ rerum facere. Cæs. 4. bel. Gal. 538. Ad hæc cognoscenda, prius quàm periculum faceret, idoneum. Terẽt. And. 3. 3. 34. Quî scis ergo isthuc nisi periculum feceris? Idem Phorm. 5. 8. 40.
– túne hanc duceres,
Si tibi data esset? P. fac periculum.
Periculum ex. Terent. Heaut. 1. 2. 36. Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex vsu siet.
Periculum in. Terent. Eunuc. 3. 2. 23. – fac periculum in literis,
Fac in palæstra, in musicis, quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, solertem dabo.
Periculum legionum. Cæs. in Comment. Vt in æquum locum descẽderẽt, legionumque pericula facerent. Sic Cic. 2. Verr. 22. Facere periculũ diligentiæ. Et. 1. Verr. 15. Facere periculum sui.
Periculum summæ rei. Tacit. lib. 20. Crebris interim nuntiis Valentinum monuere, ne summæ rei periculum faceret.
Periculum facere alicui, pro Adducere in discrimen & periculum. Tacit. lib. 3. Eousque ambitus præualuit vt quidam accusatorum eius exilio multarentur, tanquam insonti periculum fecissent.
Peritum me fecere dolor & lachrymæ. Propert. lib. 1. eleg. 9. 2.
Permutationẽ cum aliquo. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 100. 3. Ego præterea rationem Philogeni permutationis eius, quam tecum fecit, edidi.
Perniciem alicui facere. Tacit. lib. 18. Quæ læta in præsens, mox perniciem ipsis fecere.
Perspicua sua consilia. Cic. 2. Verr. 4. Nam vt apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicii, perspicua sua consilia, conatusque omnibus fecit.
Perturbationem. Cæsar. 4. bel. Gall. 572.
Pestilentiam. Colum. lib. 6. cap. 5. 1. Et id præcipuè quod egerit sus ægra pestilentiam facere valet.
Pili non facere. Catul. ad Coloniam, epig. 17. 4. Ludere hanc sinit vt lubet, ne pili facit vni.
Piraticam. Cic. Post red. in Senatu. 9. Egestate & improbitate coactus Piraticam ipse fecisset.
Plagam. Cic. in Orat. 134. Sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuerit apta.
Planum, pro Ostendere & declarare. Cic. pro Rosc. Comœd. 23. Quid si tandem planum facio post decisionem Roscii, &c. Idem. 2. Verr. 25. Quum præsertim planum facere multis testibus possim, C. Verrem in Sicilia, &c. Lucret. lib. 2. 187.
Plenum fastidii, Implere fastidio. Plaut. Milit. 14. 42.
At scin' quid tu facias? facias fastidii plenum,
Quasi non lubeat, & me inclamato, quia sic te volo volgem.
Plurimum. Quintil. lib. 6. cap. 5. In omni parte huiusce officii plurimum facit, totas non diligenter modò, sed etiam familiariter nosse causas, tum in altercatione maximè necessarium est.
Pluris siue plurimi. Plaut. Trinum. 3. 9.
Nimioque hic pluris pauciorum gratiam faciunt par hominũ, Quàm id quod prosit pluribus. Cicero pro Roscio Amer. 26. Quasi verò mihi difficilè sit quanuis multos nominatim proferre (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, qui suos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiunt. Idem ad Atticum, lib. 8. 146. 6. Ego pro Pompeio libenter emori possum. Facio pluris omnium hominum neminem.
Poema. Cic. in Pisonem. 55. Poema porrò facit ita festiuum, ita concinnum, &c. Idem. 1. Acad. 15. Atque ipse varium & elegans omni ferè numero poema fecisti. Horat. in Arte. 61.
Minimum ponderis facit. Plin. lib. 12. cap. 19. 10. Probatur casia, quæ plurima minimum ponderis faciat.
Pontem. Planc. ad Ciceronem, lib. 10. 15. 7. Ponte vno die facto exercitũ ad IIII. Id. Maii traduxi. Sic Cæsar. 1. bel. Gall. 48.
Populationes, Populari. Liu. 8. bel. Pun. 18. Eodem anno classis Romana cum M. Valerio Leuino Proconsule ex Sicilia in Africam transmissa in Vticensi, Carthaginiensique agro latè populationes fecit.
Potestatem, Concedere, vel permittere. Cic. in Catil. 56. Siquid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Idem pro Cluent. 87. Respõdendi Fidiculano potestas facta non esset. Sic. 3. Verr. 56. Prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas. Et Liu. 7. bel. Pun. 208.
Potestatem quarundam literarũ. Cic. 6. Verr. 131. Hîc ego postulare cœpi, vt mihi tabulas obsignare, ac deportare liceret: ille contrà. instare ego, omnium mihi tabularum & literarum fieri potestatem oportere.
Potestatem sui, Quod & facere sui copiam dicitur: Hoc est se ad alterius arbitratum accommodare, aut alterius precibus obtemperare. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 2. 24. Quod quũ Gabinium de ambitu vellet postulare neque Prætores diebus aliquot adiri possent, vel potestatem sui facerent. Cic. 8. Philipp. 254. Facere oĩbus sui conueniendi potestatem.
Potestatem sui facere dicuntur magistratus. Vlpian. in L. Pridie. ff. de Feriis, Pridie calendas Ianuarii magistratus nec ius dicere, sed nec sui potestatem facere consueuerunt.
Præclarè cœliacis: id est, remedio est. Plin. 22. ca. 19. Seritur interim, quoniam radix cœliacis præclarè facit in cinere tosta.
Præconium. Cic. Leptæ, lib. 6. 18. 1. Rescripsit, eos qui facerent preconiũ vetari esse in Decurionibus. Hoc est qui præcones essent. Ouid. epist. 15. 28. Magna quidem de te rumor præconia fecit.
Prædam. Plaut. Pœnul. 12. 8.
Non sum nequicquam miles factus, paululum
Prædæ intus feci: dum lenonis familia
Dormitat, extis sum satur factus probé. Cic. 5. Verr. 111. Et Cæsar 4. bel. Gall. 588. Et quanta prædæ faciendæ, aut in perpetuum sui liberandi facultas daretur.
Prægnantem. Plaut. Aulul. 6. 36.
Si eam senex anum prægnantem fecerit fortuitò,
Quid dubitas quin fiet paratum nomen puero, Posthumus?
Idem Trucul. 17. 34. Vir eam non mulier prægnantem fecit.
Prælium. Cæsar. 1. bel. Gall. 48. Hoc prælio facto, &c. Sic lib. 2. 329. Et lib. 4. 502.
Prælium aduersum: Hoc est, malis auibus & aduerso Marte pugnare. Cæsar reperiebat etiam Cæsar inquirendo prælium equestre aduersum, paucis autè diebus factum. Idẽ. 2. bel. Ciuil. Sæpe ex Tribunali prædicauit aduersa Cæsarem prælia fecisse.
Prælia secunda: Hoc est, Marte prospero & secundo belli euentu. Cæsar 1. bel. Ciuil. 31. Hortatur cuius imperatoris ductu nouẽ annis Remp. fœlicissimè gesserant, plurimaque prælia secunda fecerant, &c. Tacit. lib. 20. Et Liu. lib. 8. Decad. 4.
Precationes, Quod & Supplicationes facere dicitur. Liu. 9. bel. Maced. 68. Qui tantum initiati erant, & ex carmine sacro, præeunte verba sacerdote, precationes fecerant.

Pretium

Pretium, Aestimare. Plaut. Persa, 16. 119. Indica, fac pretiũ. D. tua merx est, tua indicatio est. Plinius lib. 12. cap. 20. 1. Pretium Daphnoidis facimt X. CCC.
Principium. Liu. 4. bel. Pun. 111. Qui quum ordine omnia edocuisset, &
principiũ coniurationis factũ ab Harmoniæ Gelonis filiæ nuptiis, &c.
Factæ probè ædes. Plaut. Mostell. 3. 13.
Profectionẽ, Proficisci. Cæsar 5. bel. Gal. 175. Veritus si ex hybernis fugæ similem profectionẽ fecisset, vt hostium impetum sustinere nõ posset.
Profectum. Plinius, Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit. Id est, nec minus profecit.
Progressum in studiis. Cic. 4. Tusc. 67. Philosophiæ denique ipsius princi pes, nunquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent.
Prolixè. Cic. Planco in Epist. ad Attic. lib. 16. 341. 5. Quod te tua sponte facturum esse certò scio honoris nostri causa libenter, prolixè, celeriter facias. Idem pro Flacco, 69. Quod statuerat facere, adductus huius pudore, & non amplissimis patrimonii copiis, id non solũm fecit, sed etiã prolixè, cumulateque fecit.
Promissum. Cic. 1. Offic. 45. Vt reddere depositum, etiam ne furioso promissum facere. Et lib. 3. 128. Promissum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendũ fuit. Ergo promissa non facienda nonnunquam. Et subdit. 129. Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita, commutata vtilitate fiunt inhonesta. Idem 1. Philipp. 12.
Pronuntiationem. Cæsar 2. bel. Ciuil. 108. Qua pronuntiatione facta, tẽporis puncto, sublatis anchoris, omnes Vticam relinquunt. Paulo supe rius dixerat, Curio pronuntiari iussit.
Propaginem. Plin. lib. 12. cap. 5. 1. Rami nouam sibi propaginem faciant circa parentem in orbes.
Aliquem propitium. Plaut. Pœnulo, 4. 156.
– iam ego hercle faciam plorantem illum, nisi
Te propitiam facio, illud faciet nisi te propitio. Ibidem, 6. 6.
– nec potui tamen
Propitiatam Venerem facere vti esset mihi.
Proterui aliquid facere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 4. 9.
Prouentum maiorem, Hoc est, exuberantiores fructus dare. Colum. lib. 2. cap. 15. 2. Nec solum ea res maiorem facit prouentum, sed etiam saporem & odorem vini pomorumque reddit meliorem.
Pugnam. Tacit. lib. 3. Prosperam aduersus Numidas pugnam facit.
Pugnam ex auro, Id est sculpere in auro. Virg. 3. Georg. 5.
In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto
Gangaridũm faciam, victorisque arma Quirini.
Pugnũ, Hoc est, Digitos ita componere, vt pugnum faciant. nempe manu in extremam figuram impressa. Cic. 4. Acad. 260. Tum quũ planè compresserat, pugnumque fecerat, comprehensionẽ illam esse dicebat.
Pullos facere dicitur volucris. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 5. Non enim vt aduenæ volucres faciunt pullos, &c.
¶ Querimonias, gemitus, eiulatus. Gellius lib. 1. cap. vltimo.
Quæstum, Lucrari. Plaut. Capt. 4. 26.
Aegre est mihi hunc facere quæstum carcerarium
Propter sui gnati miseriam. Idem Pœnulo, 17. 20.
Nanque hodie earum mutarentur nomina,
Facerentque indignum genere quæstum corpore. Terent. Heau. 4. 1. 27.
Nempe anui illi prodita abs te filia est planissumè Per te, vel vti quæstum faceret, vel vti veniret palàm.
Quæstum precarium. Cic. ad Augustum, 14. Cuius auus fuerit argẽtarius, adstipulator pater, vterque verò precarium quæstum fecerit. Hoc est precibus & ambitionibus, multos sibi honores comparauerit.
Quæstum facit corpore suo meretrix. Liu. 6. bel. Pun. 170.
Quæstum furtis. Cic. 7. Verr. 110.
Facere quamplurimum gnatis, pro Multũ lucrari. Terẽt. Adelph. 5. 4. 15.
– nati filii:
Alia cura: porrò autem dum studeo illis vt quamplurimum
Facerem, contriui in quærundo vitam, atque ætatem meam.
Non ignoras quanti fecerim Scipionem. Cic. 3. de Finib. 13.
Quicquid expediat facere. Cic. 2. de Finib. 185.
Quid me faciam, nescio. Terent. And. 3. 5. 8. Nec quid me nũc faciã scio.
Quid iis fiet, si huc Paulus venerit? Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 14.
Diodoro quid faciam Stoico? quem, &c. Cic. 4. Acad. 205.
Quid fiet artibus? Cic. 4. Acad. 191.
Quid tu huic homini facias? Cic. pro Cecinna, 22.
Quid enim faceret huic conclusioni, Si lucet, lucet. lucet autem, lucet igitur? Cic. 4. Acad. 171.
Quid de P. Clodio fiat, rescribe. Cic. ad Atticum, lib. 2. 20. 4.
Quid hoc homine faciatis? aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reseruetis? Cic. 3. Verr. 29.
Facit quod vulgò. Plaut. Amph. 4. 31. Facit ille quod vulgò haud solent,
vt quid se sit dignum, sciat.
Quod fuit viri optimi, fecisti, vt necui innocenti, &c. Cic. pro Cluen. 135.
Facit quòd, In causa est cur. Quintil. lib. 6. cap. 5. Quidam faciunt aperte quòd rixemur.
Quod non facio. Cic. de Senect. 13. Suam culpam in senectutem conferunt: quod non faciebat is cuius modò mentionem feci, Ennius.
Faciemus ei quę volet. Plaut. Asin. 12. 147.
– iube aduenire quæso,
Meritissimo eius quæ volet faciemus.
Quietem. Liuius lib. 1. bel. Pun. 2. Donec quietem ipse timor, circumsidentibus aquam, fecisset.
Quietem infestam alicui, Id est impedire aliquẽ ne securus dormiat. Lucretius, lib. 5. 197.
Faciam quo minus hoc agas. Plaut. Amphit. 3. 84.
Quíve quo placerent alteri fecisset minus,
Eius ornamenta & corium vti conciderent.
¶ Facere ratione: Hoc est, ob aliquam causam. Cic. ad Atticum, lib. 12. 257. 4. Quòd domi te inclusisti, ratione fecisti.
Ratum. Liu. 8. bel. Pun. 208. Quę nobis Imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua authoritate vestra faciatis.
Rates. Cæsar. 1. bel. Gall. 32.
Rebellionem. Cæsar. 4. bel. Gal. 574. Optimum factu esse duxerant, rebellione facta frumento commeatuque nostros prohibere.
Rectè. Horat. 1. epist. 1. 12.
Rectè facienti gratia habenda est. Cic. 2. de Finib. 93.
Rectè, & sapienter aut commodè. Plaut. Amphit. 4. 135. Meus pater nũc pro huius verbis rectè & sapienter facit. Idem Casin. 5. 44.
– quia si facias rectè & commode,
Curare sinas me ancillas, quæ mea est curatio.
Reducem, Reducere. Plaut. Capt. 7. 78. – pignus deferas,
Ac neque des operam pro me vt huius reducẽ facias filiũ. Ibidẽ. 2. 43.
– expediet hanc doctè fallaciam,
Et suum herum faciet libertatis compotem:
Eodemque pacto fratrem seruabit suum,
Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem. Terent. Heaut. 2. 4. 18. – vah
Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis.
Nihil reliqui sibi ad celeritatem facere. Cęsar. 2. bel. Gall.
Reliquos. Cæs. 8. bel. Gall. 92. Siquos fortuna fecisset reliquos.
Rem facilem. Plaut. Pseud. 8. 15. – si ego hoc
Expugno, facilem hanc rem meis ciuibus faciam.
Rem palàm, Rem ipsam aperire. Terent. Heaut. 4. 3. 43. Quo velis in tẽpore vt te exoluas, rem facias palàm.
Rem, Parere opes. Terent. Adelph. 2. 2. 12. Nunquam rem facies, abi, nescis inescare homines Sannio. Horat. 1. epist. 1. 13.
Isne tibi melius suadet, qui vt rem facias, rem
Si possis rectè: si non, quocunque modo rem.
Rem diuinam, Sacrificare. Plaut. Rud. 4. 7.
Nunc huc ad Veneris phanum venio visere,
Vbi rem diuinam se facturum dixerat. Idem Amphit. 11. 11. Ego rẽ diuinam intus faciam, vota quę sunt. Idem Pœnul. 4. 185. Terent. Eunuch. 3. 3. 7.
Vbi veni, causam vt ibi manerem, repperit,
Ait rem diuinam fecisse, & rem seriam
Velle agere mecum. Cato de Re rust. Eam rem diuinam vel seruus, vel liber licebit facito. Cic. 7. Verr. 15. Res illum diuinas apud eos deos in suo sacrario propè quotidie facere vidisti. Sic. 3. de Natura Deor. 63. Liu. de bel. Maced. Res diuinas facere maioribus hostiis iusserunt. Idem. 3. bel. Pun. 45.
Rem meliorẽ. Cic. Terentiæ, lib. 14. 14. 4. Labienus rẽ meliorem fecit.
Rem vnam ex duabus. Cic. 2. de Finib. 33.
Remedium lieni, Hoc est affectui lienis mederi, & lienis dolori remediũ adhibere. Plin. lib. 30. cap. 6. 7. Pecudis lien recens magicis præceptis super dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur, lieni se remedium facere.
Remissionẽ. Vlpian. lib. 49. Lege prima, titulo Quãdo appellãdũ sit, An vero à remissione quã Præses fecerit, appellatio sit interponenda.
Rempublicam magnam ex parua. Salust. in Catil. Nolite existimare maiores nostros Remp. ex parua armis magnam fecisse.
Reuersionem. Plaut. Bacch. 5. 67. Reuersionẽ ad terrã faciunt vesperi.
Reum facere, hoc est accusare, siue reum agere. Tacit. lib. 1. Violatorem fœderis vestri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præsidebat reum feci. Sic & Suetonius in Tiberio, de eo ipse loquens, Fannium Cœpionem, qui cum Varrone Murena in Augustum conspirauerat, reum maiestatis apud iudices fecit & condemnauit. Cic. pro Cluẽt. 43. Tamen Habitus Oppianicum reum statim non fecit. Et paulo pòst, Reum statim fecit. Ibidem. 46. Apud eosdem iudices reus est factus. Et ad Brutum. 4. 7. Alienæ igitur, inquies, culpæ me reum facies? Legitur ex vetusto exemplari subiicies.
Risum. Quintil. lib. 5. Si risum fecerit orator. Idem lib. 6. cap. 2. Ea sæpius risum fecit. Id est, mouit.
Robur, pro Roborari. Quintilianus, libro. 10. capit. 2. Neque enim eos,

Universidad de Deusto Biblioteca

aliquod in stilo fecerint, ad infœlicem calumniandi se præ-dandos puto.
ta est tibi. Ouid.5.Trist.eleg.15.
m. Quintil. Declam.19. Dum nimium libertati vocis indulges, e populus aliquem de me facere rumorem.
re sacrificium & sacra. Cic. de Claris Orat.27. Licet aliquid etiã arci Popilii ingenio suspicari: qui quum Consul esset, eodemque pore sacrificium publicum cum læna faceret. Et ad Brutũ.15.11. Item pro Corn. Balbo.44. Liuius ab Vrbe condita, Quidnam tu hospes paras, inquit? incestum sacrificium (vt dicunt) facere? Ibidem, Qui sacra publica populo Romano faceret. Ibidem, Cassius eum sacra priuata facere. Idem de bello Punico, Ne soleme sacrum in monte faceret.

Sacra Ioui facturus erat. Ouid.3.Metam.6.

Salutationem. Hirtius.5.bel.Afiani.336. Atque armis dimissis salutationem more militari faciunt.

Sanguinẽ, pro Fundere. Liu.lib.5. bel. Maced. Nondum indicto bello aut ita commisso, vt strictos gladios, aut sanguinem vsquam factũ audissent. Idem.2.ab Vrbe.130. Plusque ibi sanguinis promiscua omnium generum cæde, quàm in ipsa dimicatione factum.

Sanum, Morbum curare. Plaut. Menæh.19.5. —fac sciam,
Num eum veternus, aut aqua intercus tenet?
S. Quin ea causa duco te, vt id dicas mihi: atque illum vt sanũ facias.
Cato, cap.157.4. Brassicam tritam apponito, citò sanum faciet.

Sapienter. Plaut. Pœnul.16.129.

Satis, Persoluere debitum. Plaut. Asin.9.31.
Sed vina quę heri vendidi vinario exærambo,
Iam pro his satisfecit Sticho: L.1. fecisse satis opinor. Id est, soluisse.

Satis alicui, pro Eius voluntati obtẽperare. Cic. de Claris Orat.10. Ego verò inquam si potero, faciam vobis satis.

Scelestè. Plaut. Rud.5.8. Nam me si sciam fecisse aut parenti scelestè,
Minus mei misereret.

Scelus. Cic.1.de Orat.112. Scelus eos nefarium facere, &c. dicunt. Sic.4. Acad.151. Nonne caueam ne scelus faciam? Ouid.7. Metamor.68. Tacit.lib.15. Faciendis sceleribus promptus.

Per imprudentiam schema facere. Quintil. lib.1.cap.5.34. Sed hoc quoque quod schema vocatur, si per imprudentiam factum fuerit, solœcismi vitio non carebit.

Scire. Plaut. Persa.6.43. Quãdo ita certa res est, nihil facio scire, valeas.

Scriptum. Liu.9.ab Vrbe condita.247. Neque eius accepi nomen quod scriptum faceret, tabulam posuisse, & iurasse se scriptum nõ facturum quem aliquãto antea desisse scriptum facere arguit Macer Licinius.

Se intimum apud aliquem. Plaut. Milit.4.29. Itaque intimum ibi se miles apud lænam facit.

Se versipellem. Plaut. Amphit.5.123.
Nam meus pater intus nunc est, eccum Iuppiter
In Amphitryonis vertit sese imaginem,
Omnesque eum esse censent serui, qui vident:
Ita versipellem se facit quando lubet.

Se vilem. Plautus Milite.18.28. Nam tute vilem feceris, si te vltro largibere.

Secessionem, Secedere, & castra mouere. Liu.4.bel Pun.71. Nunc exoluta iã fide publica, ne discrimen omne virtutis, ignauiæque pereat, nomina eorum qui detrectatæ pugnę memores, secessionẽ paulo antè fecerunt, referri ad me iubebo. Cæsar.1.bel. Ciuil.11. Num cum populo agi cœptũ, nulla secessio facta. Ibidem.75. Diuulgato Domitii cõsilio, milites qui erant Corfinii, prima vespera secessionem faciunt.

Idem sentire, & secum facere. Cic. pro Sylla.27. Cassius si respõdisset idẽ sentire, & secum facere Syllam: tamen mihi, &c.

Secundum mandata. Plin. epist.247. Secundum mandata mea fecit Sempronius Cælianus, mittendo, &c.

Securitatem, Quod Barbari assecurare dicunt. Liu.6.bel. Maced.157. Dum hæc in Italia geruntur, Antiochus Ephesi securus admodum de bello Romano erat, tanquam non transituris in Asiam Romanis: quã securitatem ei magna pars amicorum, aut per errorem, aut assentando faciebat.

Seditionem. Cæsar.1.bel. Ciuil.335. Petreius, atque Afranius quum stipendium ab legionibus pene seditione facta flagitarent, &c.

Sedulò, Diligenter. Terent. Phorm.5.9.12. Factum est abs te sedulò. Liu.4.bel. Maced.57. Nusquam nisi in virtute spes est milites, inquit, & ego sedulò, ne esset, feci.

Sementem. Liu.5.bel. Pun.67. Iam famem Campani sentiebant: quia sementem facere prohibuerant eos Romani exercitus. Sic lib.3.119. Cic.2.de Orat.145. Vt sementem feceris, ita metes.

Sementem in ore alicuius facere, loco dixit Plautus Menæh.22.22. & pugnos obserere.

Semitã. Plaut. Curcul.2.16. Dum ne per fundũ septũ facias semitam.

Senatusconsultũ. Cic. Attico, lib.9.158.2. Volet enim credo, Senatusconsultum facere, volet Augurum decreta.

Sermonem. Cic.3. Verr.45. Maturè veniunt, discumbitur: fit sermo inter eos, & inuitatio vt Græco more biberetur.

Sermonem facere, aliter. Cic. ad Varronem, lib.9.8.4. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, quũ esset vnà Pomponius: tibi dedi parteis Antiochinas, quas à te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumpsi Philonis, puto fore vt quum legeris, mirere nos id locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus.

Significationem, Dare signum. Cæsar.2.bel. Gall.347. Celeriter (vt antè Cæsar imperauerat) ignibus significatione facta, ex proximis castellis eò concursum est.

Silentium. Plaut. Amphit.3.15. Iam huic facietis fabulæ silentium. Idem Persa.15.53. —bene me mones,
Fac silentium. Liu.4.bel. Pun.32. Tum Q. Fabius silentio facto tali oratione est visus. Valer.1. Argon.34.

Silẽtium per præconem: Hoc est Iubere per præconem vt omnes sileãt. quod à maioribus magistratibus fieri solet. Liu.3.ab Vrbe.197. Silentium factum per præconem.

Silentia facere, Tacere. Ouid.1. Fast.37. Et lib.5.11.

Simile. Plin. lib.11.cap.44. Simiarum pedes sunt vt manus, prælongi: sed vestigium palmæ simile faciunt.

Sobolem. Plin. lib.11.cap.18.3. Insidiantur apibus aquantibus ranæ, quę maxima est earum operatio tum quum sobolem faciunt.

Societatem cum aliquo. Liu.4.bel. Pun.216. Ad eum Centuriones tres legatos miserunt, qui cum eo amicitiam, societatemque facerent.

Societatem rerum. Cic. pro Quintio.6. &.7.

Somnum, pro Prouocare & conciliare. Plin. lib.20.cap.7.5. Peculiares earum vires partim iam dictæ sunt somnum faciendi, Veneremque inhibendi. Ouid.3. Fast.4.

Sonitum. Lucret. lib.6.17.

Speciem cruentæ victoriæ. Liu.9.bel. Maced.128. Tribuni militũ quinque amissi, & pauci Equites Romani, cruentæ maximè victoriæ speciem fecerunt.

Spem, pro Excitare. Liu.2.ab Vrbe.64. Accersita deinde auxilia & à Latinis populis, & à Cumis tantum spei fecere, vt acie decernere auderent. Idem.5.bel. Pun.59. Hæc oratio non spem modo effectus, sed ingentem etiam ducis admirationem fecit. Cic. ad Atticũ, lib.3.57.1. Tuæ quidem literæ quo sæpius à me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorem. Liu.6.ab Vrbe.67. Ouid. epist.15.3.

Spiritus, Augere animum vel concitare, & ex imbecillo atque impotenti animo, alacrem atque ingentem facere. Liu.10.bel. Pun.45. Vt subiectæ oculis regni per multos florentes annos vires etiam minus barbaro atque impotenti animo spiritus possent facere.

Sponsionem dicimur quum alius alium fore victorem affirmat, pignoribus depositis. Martianus lib.11.de aleatoribus, Quibus rebus spõsionem facere licet. Plaut. Menæh.14.19.
—plus minus opus quàm erat, multo dixeram
Controuersiam, vt sponsio fieret. Cic. pro Cecin.59.

Sponsionem cum aliquo. Cic.7. Verr.110. Cogere eum cœpit, quum ageret nemo, nemo postularet, HS duobus millibus sponsionem facere cum lictore suo.

Sponsionem de re aliqua. Cic. pro Qu.16. Qui, quum de re agendi nullo recusante potestas fuisset, sponsionem de probro facere maluerit.

Sponsionem ni, vel nisi. Cic. pro Quintio.16. Iubet P. Quintium spõsionem cum Sex. Næuio facere, si bona sua ex edicto P. Burrieni Prætoris dies XXX possessa essent. Idem.3. Offic.101. Quum is sponsionẽ fecisset, Ni vir bonus esset.

Sponte sua. Lucret lib.2.37.

Statum. Quintil. lib.3.cap.6.10. De orationis statu.

Stercus, pro Cacare. Colum. lib.2.cap.25.

Stipendia sub aliquo, Idẽ quod Militare. Plin. de Viris illust.72. Sub Oreste in Sardinia stipendia fecit. Liu.5.ab Vrbe.31. Factaque dicendi potestate, equis se suis stipendia facturos promittunt. Idem.3. belli Pun.68. Multos sibi qui cum eo stipendia fecerint, referre qui vir esset ille. Sic lib.1.78.

Stipendiarios: Cogere ad soluendum tributum. Cæsar.1.bel. Gall.145. Heduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi & superati essent, stipẽdiarios esse factos. Loquitur Cæsar de Heduis qui bello à Germanis capti, tributum illis pendebant.

Stomachum alicui, Commouere aliquem, & bilem excitare. Cicero ad Atticum lib.5.98.2. Ita mihi videtur non minus stomachi nostro Cæsari fecisse. Idem Lentulo, lib.1.9.31. Non illi quidem vt mihi stomachum facerent, &c.

Stragem hostium. Cic.3. Philipp.146. Ille autem ex Myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages vbicunq; posuit vestigia! Liu.3.bel. Pun.81. Facere stragem hostium.

Additur etiam interdum datiuus. Liuius.10. belli Macedonici. Atrox cum vento tempestas coorta multis sacris prophanisque locis stragem fecit.

Stultè. Plaut. Pseud.5.10. Non iucundũ est, nisi amans facit stultè.

Stuprum

Stuprum cum sorore. Cicero pro Milone, 54. Liuius 2.bel. Pun.233: Qui cum Floronia stuprum fecerat.

Suauium alicui, Suauiari, & suaui basio complecti. Plautus Asin.13.93.
Hoc ne sic faciat, tu labellum abstergeas
Potius, quàm cuiquam illa suauium faciat palàm.

Summam. Cicero Lentulo, lib.1.9.13. Summam feci cogitationem mearum omnium.

Sumptum, Quod aliàs Facere expensas vel expendere dicitur. Plautus Capt.13.87. Quin ita faciam, vt recupias facere sumptum, etsi ego vetem. Idem Trinum.5.21. Et Sticho, 20,21.
—at ne ille succenseat mea
Qui causam sumptum fecit. Idem Asina.5.65. Necesse est facere sumptum qui quærit lucrum. Terentius Hecy.4.4.63.
Quàm longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus quos fecisti in eam, quàm animo æquo tuli? Idem And.2.6.19. Idem Heaut.1.1.79. —sumptus domi
Tantos ego solus faciã? Horat.1.Serm.Saty.2.4. Pro quæstu sumptũ facit. Cic. ad Atticũ, lib.5.103.2. Ita viuã vt maximos sumptus facio.

Sumptum ad rem aliquam de suo. Plaut. Bacchid.1.65.
—tu facito opulentum obsonium,
Ego obsonabo. nam id flagitium meum sit, mea gratia
Te operam dare mihi, & ad eam operam facere sumptum de tuo.

Sumptum in. Varro de Re rust. Nemo enim sanus mente debet velle impensam ac sumptũ facere in cultura, si videt non posse refici. Sic Columel. lib.1.cap.3.1. Cic. p Lege Manilia, 27. Nõ modo vt sumptũ faciat in militẽ, nemini vis afferturi sed ne cupienti quidem cuiquã permittit.

Sumpti restim. Plautus Casina, 9.2.
Si nunc suspendam, meam operam luserim,
Et præter operam restim sumpti fecerim.

Faciam te superbum id est mortuum. Plautus Amphit.4.303.
Hic inquam habito ego, atque horũ seruus sum. M. at scin' quomodo.
Faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis? S. quonam modo!
M. Auferere, non abibis, si ego fustem sumpsero. Superbos, inquit Nonius citans hunc locum, veteres mortuos dixerunt: propter põpã funeris, quia mortui sublati in altum, ad sepulcrum ferri soliti sunt.

Superstitiosè aliquid facere. Quintil. libro 1.

Suspicionem, pro Excitare & mouere. Cicero pro Flacco, 65. Nunc facis suspicionem ita enim dixisti, vt nescio quid abs te impetratum esse videatur. Liuius 10.bel. Maced.90. Sed non solum parendum patri sũ, sed etiam assentiendum erat, ne inuitum parêre suspicionem faceret.

Plebem suam. Terentius Adelph.5.6.10. —meditor esse affabilis,
Et bene procedit. G. bonus es quum hæc existimas.
D. Paulatim plebem primulum facio meam.

Syngraphas. Quod vulgus obligatiões, schedulas, & signa dicit. Cicero 5. Verr.64. Præterea pecunias occuparat apud populos, & syngraphas fecerat: argenti optimi cælati grande pondus secum tulerat.

¶ Facere tædium: Hoc est fastidire, vel nauseam mouere, aut facere vt statim quis animo angatur. Liuius 4.ab Vrbe, 148. Itaque sicut priore anno per indignissimos ex plebeis candidatos, omnium etiam dignorum tædium fecerant, &c. Plinius libro 31.cap.3.4. Nam cisternas etiam medici confitentur inutiles, aluo duritias facientes, faucibusque: etiam limi non alias inesse plus, aut animalium quæ faciunt tædium confitendum habent.

Technam aduersus aliquem de auro, pro Calumniari vel insidiari. Plautus Bacchid.7.8.
Condignè his techinam de auro aduersum meum fecit patrem,
Vt mihi amanti copia esset.

Telam facere. Ouidius 6. Metamor.7. —tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima telæ.

Templum diuo Augusto. Plin. lib.15.cap.19.8. Radicem eius magni ponderis videmus in palatii templo quod fecerat diuo Augusto coniux Augusta aureæ pateræ impositam.

Temulentiam. Plinius libro 14.cap.2.10. Siquidem temulentiam fo-da non facit.

Tenebras facere nubibus. Lucretius libro 2.220.

Terrorem. Liuius 7.ab Vrbe, 10. Et 1.bell. Macedon.17. Tacitus libro 20. Latioremque quàm pro numero terrorem faciunt.

Testamentum. Cicero 2.de Legibus, 84. Quòd si hoc, qui testamentum faciebat, cauere noluisset. Idem 3. Verr.75. Et ad Plancum, libro 13.30.11. Testamento quod Romæ Paulo & Marcello COSS. fecerat, hæres ex parte dimidia & tertia est Capito.

Testem facere aliquem. Ouid.5. Fast.137.

Testes, Conuocare. Plautus Curcul.12.9.
Sed quid agit meum mercimonium apud te? C. nihil apud me quidem,
Ne facias testes: neque equidem debeo quicquam. Terentius Adelphis, 2.1.49.
Vbi me dixero dare tanti, testes faciet ilico
Vendidisse me. Liuius 1.ab Vrbe, 142. Peragit deinde postulata: inde Iouem testem facit, Si ego iniustè, &c. De feciali loquitur. Sic libro 4

bel. Maced.50, Deos hominesque se testes facere inuitos, &

Testudinem facere dicuntur milites. Liuius 5.ab Vrbe, 191. I re facto, ac testudine facta subeunt. Et Cæsar 5.belli Ga
Vide TESTVDO.

Timorem. Plancus ad Ciceronem, libro 10.18.3. Non vllam tem extimescens, quàm eandem quæ mihi quoque facit timorem.

Topiariam facere. Cicero Q. fratri, lib.2.17.9. Vide TOPIARI

Tranquillitatem. Plautus Merc.22.36. Hic facit tranquillitatem. iste nes fluctus conciet.

Tranquillum animum. Plautus Epid.11.34. Habe animum lenem, & tranquillum face.

Facta transacta omnia. Terentius And.1.5.14. —quot modis
Contemptus, spretus? facta, transacta omnia. hem
Repudiatus repetor. Vbi Donatus, Facta transacta omnia: prouerbiale est in id negotii, de quo nihil superest ad agendum.

Transitum alicui quod & Viam facere dicitur. Liuius 6.bell. Pun.129. Inde Dardanorum vrbem, sitam in Macedonia, transitum Dardanis facturam cepit.

Transitum in. Columel. libro 11.cap.2.16. Quintodecimo Calendas Martii sol in Pisces transitum facit.

Transitionem. Hirtius 6.bell. Hispan.108. Qui nuntiauerunt Equites Romanos coniurasse omnes qui in castris Pompeii essent, vt transitionem facerent.

Trepidationem. Liuius 3.ab Vrbe, 9. Nec opinata etiam res plus trepidationis fecit.

Turbas, Commouere multitudinem, aut ita rixari, vt multa concurrat turba. Plaut. Persa, 19.10. —vbi cum lenone me videbis colloqui,
Tum turbam facito. Idem Bacchid.30.142. Tantas turbellas facio. Terentius Eunucho, 4.1.2.
Ita me di bene ament, quantum ego illum vidi, nonnihil timeo misera,
Nequam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi. Cic.7. Verr.25. Maximas in istius castris fecisse turbas dicitur. Legitur & effecisse.

Tussim, pro Generare. Senec. epist.76. Sicut distillatio vna nec adhuc in morem adducta tussim facit: assidua & vetus prysin.

Tyrocinium, & Ponere rudimentum latinè dicitur, id quod vernacula lingua, caput operis facere dicunt, Id est initium opificii, quum opifices specimen artis edentes, magisterio decorantur. Budæus.

¶ Vadimonium facere, quod & Promittere dicitur. Plaut. Epid.14.19. Ilicet vt vadimonium mihi hic vltro facit. Cic. pro Quint.30. Ais vadimonium desertum, quæ fuit à te statim, vt Romam rediit Quintius, quo die vadimonium istuc factum esse diceres.

Vecturam, pro Exercere. Quintil. Declamat.12. Nauis nostra vecturam facit, & vicinarum ciuitatum copias recondunt.

Vela, Id est Velificare. Virg.5. Aeneid.56. Vela facit tamẽ, & plenis subit ostia velis. Cic.4. Tuscul.15. Vtrum igitur mauis, statimne nos vela facere, an quasi è portu egredientes, paululum remigare?

Vellaturam. Varro 1.de Re rust. cap.2.13. Item dicuntur qui vecturis viuunt, vellaturam facere.

Ventum. Plaut. Curcul.7.35. Obsecro hercle facite ventum vt gaudeam.

Ventulum pallio. Plautus Casina, 15.13.
Contine pectus, face ventulum Amabo pallio. Terent. Eunuc.3.5.47.
Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito dum lauamur.

Verum. Plaut. Rudente, 24.99. Solue vidulum ergo, vt quicquid sit, verum quamprimum faciam.

Facere verbum, siue verba, pro Loqui & dicere. Cicero 6. Verr.129. Nam antè quàm verbum facerem, de sella surrexit atque abiit. Ouidius 4.de Ponto, eleg.9.10.

Verba alicui. Terent. And.1.2.7. Nunquã cuiquã nostrum verbum fecit.

Verba apud. Cic.5. Verr.118. Scandilius verò negat sese apud Artemidorum Recuperatorem verbum esse facturũ. Liuius 5.belli Maced.186. Ad hæc Quintius, Coràm quibus magis, quàm apud quos verba faceret, dicere Archidamum rationem habuisse.

Verba contra. Cicero pro Lege Manil.36. Et ex hoc ipso loco per multa idem contra legem verba fecisti.

Verba de. Cicero ad Atticum, libro 2.34.7. Idem affirmat verbum de me illum non esse facturum. Idem pro Domo sua, Qui in conuentu bonorum virorum verba de salute mea fecerant. Liuius ab Vrbe cond. Multa de Hieronymi fide verba fecerunt.

Verba in. Cic. ad Atticum, lib.8.147.11. Ac ne me existimaris ad manendum esse propensiorem, quòd plura in eam partem verba fecerim.

Verba pro. Cæsar 2.bell. Gall.181. Pro his Diuitiacus fecit verba.

Verba vt. Cicero in Philipp. Quòd Trib. pleb. verba fecerunt vt Senatus Cal. Ianuariis haberetur.

Verba cogitati. Vide COGITO.

Commodè verba. Vide COMMODVS.

Verba indoctè. Plaut. Persa.16,11. Verba quidem haud indoctè fecit.

Ira verba fecit. Liuius 1.ab Vrbe, 117.

Quantum verborum facere audiui. Plaut. Milit.9.13.
Metuo illæc mihi res ne malo magno fuat,

Universidad de Deusto Biblioteca

...hunc audiui facere verborum senem.
...aliqua facere. Plautus Aulul.15.23. Nimis lepidè fecit verba ad
...ganoniam.
...ta cnon facere.Catullus in Gellium,epigr.69.
...m.Diuina,pro Sacra facere, vel supplicationes. Cato cap.14.2.Si de
...pe villa tacta siet,de ea re verba diuina fiant procuret.
...re si Latina.Gellius libro 13.cap.15.Qui verba Latina fecerunt, qui-
...areis probè vsi sunt.
...ta verba. Plautus Pseud.9.45.Verba multa facimus: herus si domi est,&c. Idem Trucul.8.37. Quid multa verba faciam? Cicero 2.de Diuinat.68.Multa verba fecisti. Idem pro Quintio, 18. Neque tamen tam multa verba faciam. Rursum Plautus Sticho, 3.30. Multa scio facienda verba.
Rata facere verba alicuius.Ouidius 4.Metam.78. –
Duo verba secum.Cicero pro Quintio,30.Si me hercule hæc tecum duo verba fecisses.Quid ago?respirasset cupiditas.
Verbum aliquod vsitatius & tritius tractando.Cicero 1.Acad.40.
Versuram.Cicero ad Atticum,libro 5.88.2.Quæ quidem ego vtique vel versura facta solui volo.Vide VERSVRA.
Versus. Plautus Trinum.10.81. Hic agit magis ex argumento,& versus meliores facit. Plinius epist.16.b, Præterea facit versus quales Catullus aut Caluus. Horat.1.Serm.saty.10.5.
– paupertas impulit audax Vt facerem versus. Idem 2.Serm.Satyra 24. Cicero 2.de Diuinat.174.Iam Apollo versus facere desierat.
Versus in cupiditatem alicuius.Cic.7.Verr.65. Plin.lib.35.cap.9.5.
Versiculi facti natura.Horat.2.Serm.saty.10.12.
Vestes lineas.Plinius libro 12.cap.6.2.
Vestigium,Ambulare & progredi.Cicero pro Rabirio Posthumo,30.Hic vos aliud nihil orat,nisi vt rectis oculis hanc vrbem sibi intueri atque in hoc foro vestigium facere liceat. Ouidius 14.Metamorph.57.
Vestigium in possessionem. Cic.pro Cecinna, 29. Vt si ta re aliquid cum aliqua ex parte differre videatur,vtrum pedem quum intulero, atque in possessione vestigium fecero, tum expellar atque deiiciar? &c. Vide pauló ante,Simile facere.
Viam Plaut.Bacchid.15.43.Quid vis curem? M. vt ad senem etiam alteram facias viam compara.Hic per translationem pro adoriri.
Viam ruina.Lucanus libro 1.30.
Viam sceleribus.Seneca Herc.Oeth.7.28.
Sibi viam ad castra.Liuius 3.ab Vrbe,19.
Victoriam. Plinius libro 23.cap.1.21. Hæc tamen facere constantissimè videntur sententiæ victoriam,quorum mentionem fecimus, siquis hoc quoque discrimen exigat.
Vim corpori.Liuius 8.bel.Maced.104.Quem quum abhorrentem à voluntario videret stupro,corpori,quòd seruum fortuna erat,vim fecit.
Vim cum. Cicero 2.de Finibus,73. Et nescio quo modo is qui authoritatem minimam habet,maximam vim cum illis populus facit.
Vim resistenti facere. Tacitus libro 2.
Vindemiam. Varro de Re rust.Vuas autem legere,& vindemiam facere inter Aequinoctium Autumnale & Vergiliarum occasum.
Vires,Colligere vires.Quintil.libro 10.cap.3. Vires faciamus ante omnia quæ sufficiant labori certaminum. Idem libro 12.cap.6. Vbi satis virium ad omne certaminis genus fecerit.
Viriliter facere.Horatius 1.epist.18.8.
Vitam bonam alicui.Plaut.Persa, 10.4.Ne ego hodie tibi bonam vitam feci? o.fateor habere gratiam.
Vitiose in scholis facimus.Quintil libro 4.cap.1.3.
Vitium, Corruere, vel vitiari,& aliqua parte labefactari, & propriè de ædificiis dicitur. Cicero in Topicis, 8.Si ædes exesæ corruerunt, vitiumve fecerunt.Labeo Locati & conducti, L.Quod si,Alphenus huius domum mercedem,quæ vitium fecisset,deberi putat. Vlpianus De damno infecto.L.Si finita,Et si tam ampla domus sit, vt & spatia inter vitiosam partem intercedant,& ea quæ vitium non fecit. Et subdit, Si insula adiacens domui vitium faciat.
Vitium,pro Vitiare.Vitruuius,Si venti frigidi sunt,lædūt:si calidi, vitiāt:si humidi,nocent:iidem faciunt vitia pauimentis.
Vmbram.Plin.lib.19.cap.1.14.Postea in theatris tantum vmbrā fecere.
Sol fecerat vmbras.Ouidius 14.Metamorph.11.
Vnguentariam,pro Illinere oleo & vnguentis,quod balneatores vel ante balneum,vel post balneum facere solebant.vnguenta autem vocabant antiqui omnia olea composita.Plaut.Pœnulo,9.91.
Ibi te replebo vsque vnguentorum è Zeugmatis.
Quid multa verba faciam?vbi tu laueris,ibi
Vt balneator faciat vnguentariam.
Voces. Gellius libro 2.cap.23.Has apud Menandrum voces facit. Hoc est,dicit & recenset.
Voluptatem.Plautus Trucul.8.52.
Videor facere mihi voluptatem,eia,vbi quippiam me Poscas.
Volupe animo suo.Plautus Asin.17.1.
Hic senex siquid clam vxore,suo animo fecit volupe,

Neque nouum,neque mirum fecit,nec secus quàm alii solent.
Vota,Supplicare,Cato de Re rust.Marti Syluano in sylua interdiu in capita singula boum votum facio. Cicero pro Milone, 31. Dein subitò vultu Milonis perterritus,fugeret ad Tyberim:vos & omnes boni vota faceretis,vt Miloni vti virtute sua liberet? Idem in Catilinam,38. Et 5.Tuscul.4. Virgilius 5.eclog.16.
Vt Baccho,Cererique,tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient. Martial.Thura merúmque paras,& pia vota facis. Ouidius 7.Metamor.33. Idem 12.Metamor.41.& alibi.
Vota de ægroto. Cicero ad Atticum,libro 8.169.2. Vt quum de illo ægroto vota faciebant.
Facienda vota deis.Valer.1,Argonaut.66.
Vota pro.Plinius libro 17.cap.2.4.Ergo qui dixit hyemes serenas optandas pro arboribus vota facit.
Vrinam.Colum.libro 6.cap.30, Plerunque iumenta morbos concipiunt lassitudine & æstu:nonnunquam & frigore:& quum suo tempore vrinam non fecerint.
Vsum sibi facere scelerum.Lucanus libro 2.20.
Facere vt.Plautus Pseudolo,19.38.
– quid ego cesso Pseudolum
Facere vt det nomen ad molariam coloniam? Ibidem, 4.30. Idem Menæh.9.76.Tu facito ante solis occasum vt venias aduorsum mihi. Et in Casina,16.17. Teren.Eunuch.2.1.1,Facite vt iussi,deducantur isti. Ibidem,1.2.94.Potius quàm te inimicum habeam,faciam vt iusseris. Ibidem,4.7.31. Idem And.1.1.10,Feci è seruo vt esses libertus mihi. Ibidem,5.2.3. Cic.ad Atticum,lib.2.19.4;Facito vt sciam.
Vt non. Cicero ad Atticum, Et si non potuisti vllo modo facere vt mihi illam epistolam non mitteres:tamen mallem non esse missam.Id est, quin mitteres.
Fecit vt vigilem:Id est præcepit vt vigilem.Plaut.Amph.4.144.
– nunc propterea quòd me meus herus
Fecit vt vigilem,hic pugnis faciet hodie vt dormiam
Fecisti vt difficilior esset.Plaut.Trinum.10.21.
Tibi paterque auúsque facilem fecit & planam viam
Ad quærendum honorem:tu fecisti vt difficilius foret,
Culpa maximè & desidia. Idem Capt.16.9. Fecisti vt tibi Philocrates nunquam referre gratiam possim satis. Terent.in Prologo And.17.
Faciunt næ intelligendo vt nihil intelligant.
Facit vt alias res solet.Plaut.Sticho,7.25.
Facturus es vt habeas.Terentius Adelph.4.7.32.
Ita me di ament,vt video ego tuam ineptiam,
Facturum credo vt habeas qui cum cantites.
Fac vt lubet.Plautus Amph.4.242.Vt lubet,quod tibi lubet,fac,quoniam pugnis plus vales.
Faciam vt potero.Cic.de Senect.6.Faciam verò Læli, præsertim si vtrique vestrum gratum,vt dicis,futurum est. L.Volumus sanè,nisi molestum est Cato. C.Faciam vt potero Læli.
Fit vt pretio nouus vincat,literásque à Prætore afferat. Cic.4.Verr.86.
Fit interdum vt nonnulli omissa imitatione maiorum,suum quoddam institutum consequantur.Cic.1.Offic.163.
Consilio manúque vtiliter facere aliquid.Ouid.13.Metam.42.
Facere vulnera,quod & Vulnera inferre dicitur. Liuius 1.bel.Macedon. 134.Nā qui hastis sagittisq;,& lata laureis vulnera facta vidissent,&c. Ouid.3.Metam.47. Idem 8.Metam.76.et 154.
❡Fac pateant.Plautus Aulularia,11.2.
Date viam qua fugere liceat,
Facite totæ plateæ pateant. Terent.Eunuch.2,3.19. Fac sis nōs promissa appareant. Plau.Capt.12.78.In lapicidinas facite deductus fiet.
❡Face pro Fac.Ouidius 2.de Ponto,eleg.2.13.
Sic igitur,quasi me nullus deceperit error,
Verba face,vt vita quam dedit ipse,fruar.
❡Factum est iandudum quum. Plautus Asina.16.40,Iube dare vinum, iandudum factum est quum primum bibi.
Factum est biennium postquam.Plaut.Merc.3.12. Biennium iam factum est postquam abii domo.
Dolo factum.Horatius 1.Serm.Saty.6.18.
O factum malè.Catull.de Passere mortuo,epigr.3.4.
Factum dare.Quintil.libro 2.cap.13.6.Flexus ille,&,vt sic dixerim,motus dat actum quendam & factum.De statuis ac picturis.
❡Facile est factu,Lucretius libro 4.183.
Inutile factu,Horat.1.Serm.Saty.4.25.
Quod optimum factu videbitur facies.Cic.Attico libro 7.140.
Locare faciendum,Vide LOCVS.
Faciundum fuit:Hoc est,Factum oportuit.Terentius Eunuch.1.2.17.
Non pol quò quenquam plus amem,aut plus diligam,
Eo feci:sed ita res erat,faciundum fuit. Idem Adelph.5.5.54.
– scilicet,ita tempus fert,
Faciundum est. Idem Hecyra,4.3.3.
Isthuc est sapere,qui vbicumque opus est,animum possis flectere:
Quod

Quod faciundum fortasse sit pòst,idem hoc nunc si feceris. Vbi Donatus,Dicendo faciundum,ostendit se cogi necessitatibus.
Faciens,Participiū(πράττων,)vt Vini faciens ingenii.Oui.7.Metam.87.
Venti facientes frigora.Ouid.1.Metamor.12.
Passus strepitum faciens.Ouid.3.Trist.eleg.7.8.
Factus,Aliud Participium:(πεπραγμένος,) vt Factus ad ludum & iocum, apud Ciceronem.Hoc est,natus.
Factus ad imitationem stultitiæ,pro Compositus.Liuius libro 1.ab Vrbe, de Bruto, Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiæ, quum se suique prædæ esse regi sineret,&c.
Agmine facto ruere.Virg.1.Aeneid.18. Idem 4.Georg.34.
Bene factum argentum.Cicero 6.Verr.39.
Argentum optime factum.Cicero 6.Verr.34.
Argentum factum,& signatum. Illud,dicitur fabrefactum, vt numeretur in supellectile: Hoc,percussum forma publica, vel in nummos formatum.Seneca 1.de Benef.Libentius dabo argentum factum quàm signatum: quia scilicet diutius memoria beneficii extabit: quum illud seruetur,hoc expendatur.
Crepuscula facta terris.Ouidius epist.14.5.
Funus egregie factum.Horat.2.Serm.saty.5.22.
Homo totus ex fraude & mendacio factus.Cicero pro Cluent.57.
Honos factus aris.Virgilius 5.Aeneid.152.
Pax facta.Virgilius 5.Aeneid.117.
Pocula summo artificio facta.Cicero 6.Verr.34.
Prodigium diuinitus factum.Quintil.lib.1.cap.10.35.
Scelus palam factum.Quintil.libro 5.cap.10.14.
Factum,facti,Substantiuum.(πρᾶγμα,)
Factum & dictum. Liuius 6.ab Vrbe, 168.Nec vllum factum,dictúmve nostrum contra vtilitatem vestram,&c.
Acutè,venustè,stultè,iracundè,timidè dicta,ac facta. Quintil.libro 6.cap. 3.5.Neque enim acutè tantum,ac venustè,sed stultè, iracundè, timidè dicta,ac facta ridentur.
Mens sibi conscia facti.Lucretius libro 3.207.
Dux fœmina facti.Virgilius 1.Aeneid.74.
Certa fides facti est.Ouidius 6.Fast.122.
Index facti.Ouidius 6.Metamor.115.Os mutum facti caret indice.
Præmia facti.Ouidius 2.de Ponto,eleg.3.3.
Audacis facti conscius.Virgilius 11.Aeneid.162.
Factum bonum,Vide BONVS.
Detestabile factum.Iuuenal.Saty.13.13.
Dira facta.Ouidius 6.Metamor.107. Iuuenal.Saty.13.20.
Honestum factum.Quintil.libro 6.cap.1.17.
Immitia facta.Ouidius 14.Metamor.143.
Impia facta.Catull.ad Furium,epigr.10.2. Lucretius libro 1.17.
Lætabile factum cunctis.Ouidius 9.Metam.52.
Mirabile factum.Ouidius 4.Metamor.55.
Modestum factum.Quintil.libro 4.cap.2.73.
Perexiguum factum.Vide PEREXIGVVS.
Recens factum.Ouidius 1.Metamor.34.
Trux factum.Seneca Thye.8.3. – hæret in vultu trucis Imago facti.
Turpia facta.Quintil.libro 1.cap.2.2.
❡Facta atque infecta canebat.Virgilius 4.Aeneid.38.de fama.
Cedere ad factum.Vide CEDO.
Celare factum.Virgilius 1.Aeneid.71.
Turpia alicuius facta conuincere,Vide CONVINCO.
Factum comprobare,Vide COMPROBO.
Vt facta superi comprobent semper tua.Senec.Octauia,8.3.
Facta alicuius contundere,Vide CONTVNDO.
In vno facto damnandus.Ouidius 7.Metamor.81.
Deregere facta alicuius.Ouidius 2.Trist.86.
Excusare factum.Ouidius 4.Fast.120.
Dimidium facti qui cœpit habet.Horat.1.epist.2.8.
Miscere dictis facta.Silius libro 13.21.
Factum mutare,pro Sententiam mutare. Terentius And.1.1.13. In memoria habeo.51.haud muto factum.Vide MVTO.
Inquinatum vitiis factum,Vide INQVINO.
Notare facta alicuius.Ouidius ad Liuiam,71.
Tantis sceleribus & factis notatus aliquis.Cicero pro Domo sua,56.
Piget factis.Ouidius epist.12.42.
Pœnitet facti.Ouidius epist.16.7.
Potens factum.Claud.7.Paneg.45.
Probare factum.Ouidius 3.Metamor.126.
Verba & facta alicuius probare.Horat.1.epist.18.4.
Prodere facta alicuius.Ouidius 14.Metamor.149.
Pudet facti.Seneca Medea,12.23.
Purgare factum alicuius.Ouidius 3.de Ponto,eleg.2.5.
Reportare alicui facta,Id est renuntiare q̄ acta fuerūt.Stat.10.Theb.89.
Reprehendere factum alicuius.Ouidius epist.19.10.
Requirere facta alicuius.Ouidius 13.Metam.43.

❡Factum,Res gestæ.Virg.1.Aeneid.130.Fortia facta patrum
Conspicuus factis.Stat.3.Thebaid.32.
Inclytus factis.Ouidius 12.Metam.35.
Illustria & gloriosa facta,Vide ILLVSTRIS.
Non illaudata.Stat.11.Thebaid.3.
Ingenua facta,Vide INGENVVS. Insign.Ouid.3.epist.25.
Martia.Silius lib.13.143. Memoranda.Stat.11.Thebaid.2.
Splendida.Horat.2.epist.1.48.
Veneranda veterum facta.Valer.1.Argonaut.3.
❡Antistare facta Herculis.Lucret.libro 5.5.
Regum facta canere.Horat.1.Serm.saty.10.9.
Carpere facta alicuius.Ouidius 3.de Ponto,eleg.1.13.
Domestica facta celebrare.Horat.in Arte poet.58.
Damnare facta alicuius decreto Senatus.Ouidius 2.Trist.27.
Dicere facta alicuius.Virgilius Eclog.4.11.
Virtutem extendere factis.Virgilius 6.Aeneid.161.
Illustrare humilius genus factis.Quintil.libro 3.cap.7.8.
Linere facta splendida fœdo carmine.Horat.2.epist.1.48.
Mortalia facta peribunt.Horat.in Arte poetica,14.
Reuoluere facta alicuius.Claud.1.Paneg.7.
Ingentia facta sequebatur liuor.Claud.3.Paneg.8.
Factus,huius factus,(πλήσεις,) Varro 1.de Re rust.cap.24.2. Hostum vocant,quod ex vno factu olei reficitur:factum dicunt,quod vno tempore conficiunt. Idem libro 3.cap.1.8.Quo ornatior ea esse posset fructu quàm factu. Cato cap.67. Factoribus det in singulos factus,olei sextarios,& in lucernam quod opus siet.
Facesso,facessis,facessi,(διαπράττω,ἀπεργάζομαι,)secundum Priscianum facessitum,pen.prod.secundum alios verò facessum:quidam dicunt carere supino.Facessere,Idem quod facere significat & adimplere. Virg. 4.Georg.110.Haud mora,continuò matris præcepta facessit.
Paulisper facessere,Vide PAVLISPER.
Facesse dictum clatum.Plaut.Menæh.7.24.Dictum facesse elatum, & discaueas malo,molestus ne sis.
Iussa facessunt.Virgilius 4.Aeneid.60.
Facessere alicui negotium. Cic.Appio Pulchro, libro 3.10.1.Cum est ad nos allatum de temeritate eorum qui tibi negotium facesserent. Id est accusarent, insectarentur, & ad pœnam vocarent. Idem 6.Verr.125. Quum audissent ei negotium facessitum. Idem pro A.Cluentio,127. Si hoc iudicium plebi Romanæ propositum sit,neminem vnquam esse confirmo,sed hoc polliceor omnibus,sicui fortè hac lege negotium facessetur,qui lege non teneatur:si is vti me defensore voluerit, me eius causam legis præsidio defensurum.
Facessere periculum alicui. Cicero 1.Verr.24. Quid quum accusationis tuæ membra diuidere cœperit, & in digitis suis singulas partes causæ constituere?quid quum vnumquodque transigere,expedire, absoluere:ipse profectò metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. Tacit.libro 1.Mox clarissimo cuique periculum facessit. Idem lib.5. Et Abudius Ruso functus ædilitate, dum Lentulo Getulico, sub quo legioni præfuerat,periculum facessit.
Præcepta facessunt.Virgilius 9.Aeneid.
❡Facessere,(ἀπαλλάττεσθαι,)Discedere.Terentius Phorm.4.3.30.Hæc hinc facessat,tu molestus ne sies.Vbi Donatus,Facessat,pro Hinc se faciat,id est abeat:vt Huc se faciat,huc accedat,significat. Cicero Hortensio,Facessant igitur qui docere nihil possunt quo melius,sapientiúsque viuamus. Idem pro L.Flacco,77.Quare siquis illuc me vocat,venio: populum Romanum disceptatorem non modo non recuso, sed etiam deposco vis absit,ferrū ac lapides remoueātur,operæ facessant, seruitia sileant. Liuius 4.ab Vrbe,251.Ni facesserent properè vrbe,finibúsque,&c.Et lib.1.206.Facesse hinc Tarquinios. Lucre.lib.6.192.
Et tempestates terra,cœlóque coortæ,
In cœlum,terrásque remotæ iure facessunt.
Ab omni societate Reipublicæ facessere.Cic.1.de Legib.56.Atque etiam ab omni societate Reipub.quoius partem nec norunt vllam nec vnquam nosse voluerunt,paulisper facessant rogemus.
Facessitus,penul.prod.Participium.(διαπεπραγμένος,) Cicero 6.Verr.125. Sese antea quum audissent,ei negotium facessitum, quámque eum publice pro plurimis eius & maximis meritis laudare cuperent, à C.Verre prohibitos esse.
Factito,factitas,penult.corr.(ποιοῦμαι,)factitare, Frequentatiuum,Idem quod sæpe facere.Terentius in Prologo Eunuchi,43.
Quare æquum est vos cognoscere atque ignoscere
Quæ veteres factitarunt,si faciunt noui. Ibidem,4.7.13.
Illic est sapere:vt hosce instruxit.sibi cauit loco.
TR.Idem hoc Pyrrhus factitauit. Cicero libro 2.Offic.126. Hæc apud maiores nostros factitata. Plaut.Bacchid.4.18.
Factitare accusationem.Cic.de Clar.Orat.67.Vide ACCVSO.
Artem factitare.Cicero in Orato.82 Peruagatissimus ille versus,qui vetat artem pudere proloqui,quum factites,dissimulare non sinit.
Carmina in aliquem factitare.Tacit.libro 17.Antistius Sosianus factitatis

Universidad de Deusto Biblioteca

...m carminibus probrosis,exilio,vt dixi,multatus.
...alactiones,pro Coactorem publicum esse.Suetonius in Vespa
...cap.1.T.Flauius Petronius,&c.profugit ex Pharsalica acie,do-
...que se contulit.Vbi deinde venia & missione impetrata,coactio-
...gerarias fabricauit.
...tiones factitare,pro Accusationes exercere.Tacit.libro 17.
...temporibus Neronis delationes factitauerat.
...titare hæredem.Cicero 2.Philipp.59.
Factitare medicinam.Quintil.libro 7.cap.4.Pollio contra,seruisse eum Pisauri,medicinam factitasse manumissum.
Versus factitare.Horatius in Arte poetica,95.
 Nec satis apparet cur versus factitet.
Factor factoris,(ποιητὴς,πρακτὴς,ἐργάτης,)Qui aliquid facit.
Factor non significat eum qui gerendis negotiis præest,sed eum qui vel vinum vel oleum facit aut aliud simile. Cato cap.13.2. Lectum stratum,vbi duo custodes libere cubent,& tertius seruus vnà cum factoribus vbi cubet.Idem cap.64.Leguli volunt vti olea caduca quamplurima sit,quo plus legatur:factores,vt in tabula diu sit,vt fracida sit,quo facilius oleum efficiant.
Factitius,Adiectiuum,(σκευαστὸς,ποιημένος,) Ad alicuius similitudinem factus,vel artificis cuiusdam opera factus. Plin.lib.12.cap.17 4.Ergo in vtraque gente bina genera,terrenum & factitium. De ladano.
Factitius color.Plinius libro 31.cap.7.
Factitii doli.Plautus Milite,4.68.
 Quem concubinæ miles custodem addidit,
 Et nos factitiis fabricis,& doctis dolis
 Glaucomam ob oculos obiiciemus,eúmque ita
 Faciemus,vt quid viderit,non viderit.
Factio,factionis,Verbale,(ποίησις,)Ea res quæ fit à quopiam. Cic.in Topicis,50.Quas is instituisset,cui testamenti factio nulla esset.Plinius libro 30.cap.1.11.Est & alia magices factio,à Mose & Iamne & Iotape Iudæis pendens.
¶Factio,(ἑταιρεία,στάσις,)ab initio honestum vocabulum,inquit Festus, vnde factiones histrionum & quadrigariorum dicebâtur. Nunc factio, seditio & arma dicuntur,diuisio ciuium in diuersa studia, quum aliqui se principes & primarios in ciuitate efficere conantur,inter quos æmulatio est(qui & factiosi dicûtur)pro se quisque quàm maximam potest ciuium multitudinem,qui clientes vocâtur,ad se trahens,sibique quouis pacto per fas nefásque concilians. Salust.in Iugurtha,Cæterum nobilitas factione magis pollebat. Cæsar 1.bell.Gall.118. Galliæ totius factiones esse duas. Et 1.bell.Ciuil.86. Liuius 2.ab Vrbe,70.
¶Factio,pro caterua.Suetonius in Nerone,Quinque milia iuuenum elegit,qui diuisi in factiones,plausuum genera condiscerent.
Nobilium factio.Liuius lib.2.Decad.1.Adeò vt alteram causam nô Collega solum præceperat,sed omnis factio nobilium.
¶Factio,Opulentia,& authoritas alicuius in ciuitate.Plaut.Aul.
 Istas magnas factiones,dotes dapsiles nihil moror. Idem Trinum.8.42. —cum vestis nostra non est
 Aequa factio,affinitatem vobis aliam quærite. Idem Cistel.5.18.
 —neque nos tanta
 Factione sumus,neque opes nostras tam sunt validæ.
Factiosus,pen.prod.Adiectiuum,(στασιώδης,στασιαστής,) pro Seditioso & iurgioso.Plaut.Bacch.11.13. —quos quum censeas
 Tibi amicos,reperiuntur falsi falsimoniis,
 Lingua factiosi,inertes opera,sublesta fide. Salustius in Catil.Erat eodem Cn.Piso adolescens nobilis,summæ audaciæ,egens,factiosus:quê ad perturbandum Remp.inopia atque mali mores stimulabant.
Factiosus,Opulentus & diues.Plaut.Aulul.7.50.
 Venit hoc mihi in mentem Megadôre,te esse hominem diuitem,
 Factiosum,me item esse hominem pauperum pauperrimum.
Factûra,factûræ,pen.prod.(ποίησις,σκευασία,) Est ipsa compositio rei quam facimus.Plin.lib.34.cap.14.7.Alibi vena bonitatem hanc præstat,vt in Noricis:alibi factura,vt Sulmone aqua,vti diximus.
Faxo,(πράξω,)Indicatiui modi est,futuri temporis,pro faciam. Et inclinatur faxo,faxis,faxit.Et pluraliter,faxunt. Dicimus etiam faxim,faxis,faxit.Pluraliter faximus,faxitis,faxint.pro faciã,facias,faciat,&c. vel fecerim,feceris.
Faxo.Plautus Aulul.16.42.Ego faxo,& operam & vinum perdiderit simul. Idem Amphit.11.17.
 Quin veni,quando vis,intrò:faxo haud quicquam sit moræ
 Quando exiurasti te mihi hæc dixisse per iocum. Idem Asin.13.4.
 Virgil.9.Aeneid. Haud sibi cum Danais rem faxo & pube Pelasga
 Esse putent. Idem, —ego fœdera faxo. Liuius lib.6.Faxo me iuuet ista vox. Terent.Eunuch.2.2.54. Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra. Idem And.5.2.13. Idem Phorm.5.9.66.
Faxim,Plaut.Trucul.3.10.Faxim lenonum & scortorum minus,& minus dãnosorum hominum. Idem Aulul.Lubens faxim.
Faxis.Plautus,Verbum caue faxis verbero. Terentius.Heaut.1.2.13.
 Caue faxis,non est opus pater. Horat.2.Serm.saty.6.1.

 —nihil amplius oro
 Maia nate,nisi vt propria hæc mihi munera faxis. Silius lib.15.71.
 Summe deûm Libyco faxis de Præside victor,
 His humeris tibi opima feram. Ouid.12.Metam.119.
 Det mihi se,faxo triplici quid cuspide possim Sentiat.
Faxit.Cicero de Senect.66.ex Ennio, Nemo me lachrymis decôret, nec funera fletu Faxit.
Faxitis.Liuius 6.ab Vrbe,181,Quod faxitis,deos velim fortunare.Id est vt faciatis,vel facere possitis. Idem 9.bell.Pun.135.Inimicorum, hostiúmque vlciscendorum copiam faxitis.
Faxit. Plaut.Amphit.7.74. Vtinam di faxint, infecta dicta rectè veniant tua. Idem Pœn.14.88.Ita di faxint ne apud lenonem hunc seruiam. Terent.Heaut.Vtinam ita di faxint.
Facilis,& hoc facile,penul.corre. (εὔκολος,ῥᾴδιος,πρόχειρος,εὐχερής, εὔκολος,εὐμαρής,εὐχερής,)cuius contrarium est Difficilis. Plaut.Amphit.5.33. Iustam rem & facilem esse oratum à vobis volo. Terentius Heaut.5.5.15. Hæc dum incipias,grauia sunt, dúmque ignores vbi cognoris,facilia.
Volens facilisque sequetur.Virg.6.Aeneid.29.
Inanibus facilis.Tacit.lib.2.Iuuenem improuidum,& facilem inanibus.
¶Aditus facilis.Tibull.lib.2.eleg.4.4.Vide ADITVS.
Faciles aditus & liberæ querimoniæ.Cicero pro Lege Manil.29.
Appulsus faciles.Tacit.libro 2.Insula Batauorum, in quam conuenirent prædicta ob faciles appulsus.
Facilis aduersarius.Cicero 4.Acad.148.Pugnas omnino, sed cum aduersario facili.Hoc est,imbecilli.
Iuuenum animi faciles,& mobilis ætas.Virg.3.Georg.32.
Faciles aquæ.Martialis libro 1.26.
 Lusit Nereidum docilis chorus æquore toto:
 Et vario faciles ordine pinxit aquas. De natatoribus.
Bonum facile.Senec.Octau.2.1.
Causa facilis & explicata.Cicero pro Plancio,5.
Cera facilis.Oui.15.Metam.34. Vtque nouis facilis signatur cera figuris.
Facilis ceruix,Quæ facilè inclinatur,& facilè fert onus. Mart.lib.1.15.
 Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos.
 Illi cessit atrox bubalus atque bison.De carpophoro.
Cibi faciles,Id est comparabiles.Senec.Hippol.4.32.
Facillimus conceptus. Plin.lib.7.cap.16.1. Incipiente autem hoc statu, aut desinente,conceptus facillimi traduntur.
Copia facilis.Propertius libro 1.eleg.9.3.
 Da facilem cursum,atque audacibus annue cœptis. Virg.1.Georg.8.
Facilis & prompta defensio.Cicero 1.de Oratore,122.
Deliciæ faciles,vulgatáque munera.Ouid.13.Metam.178.
Descensus facilis.Virg.6.Aeneid.25.
Deos faciles habere.Ouid.5.Metam.112.
Facilis dies.Plaut.Epid.8.6. —pro di
 Immortales mihi hunc diem dedistis luculentum,
 Vt facilê atque impetrabilê, Id est,in quo facilè impetraui quod volui.
Di faciles in tua vota.Ouidius epist.15.57.
Facilis & expedita distinctio.Cicero 1.de Finib.51.
Exitus facilis.Virgilius 6.Aeneid.179.
Fortuna facillima.Virgilius 11.Aeneid.152.
Fuga facilis.Virgilius 4.Aeneid.87.
 Expectet faciémque fugam,ventósque ferentes.
Haustus facilis aquarum.Lucretius libro 2.92.
Iactura facilis.Virg.2.Aeneid.124.Facilis iactura sepulchri est.
Iræ faciles.Lucanus libro 1.35.
Faciliore & commodiore iudicio ad ius suum peruenire. Cicero pro Cecinna,6.
Labor facilis.Virg.1.Georg.16.Sed tamen alternis facilis labor.
Manu facili aliquid agere.Tibullus libro 1.eleg.1.2.
 Ipse seram teneras maturo tempore vites
 Rusticus,& facili grandia poma manu,
Materia facilis ad exardescendum.Cicero 2.de Oratore 103.
Faciles oculi.Virgilius 8.Aeneid.77.
 Miratur,facilesque oculos fert omnia circum
 Aeneas,capitúrque locis.
Facilis partus. Plinius libro 7.cap.6.1.Melior color marem ferenti, & facilior partus.
Facilis diuisui prouincia,pro,ad diuidendum,Liuius libro 5.Decad.5.
Facili & celeri ratione geruntur.Lucretius libro 4.29.
Risu facili mollescere.Claud.2.de raptu Proserp.63.
Sæuitia facilis.Horatius 1.Carm.Ode 12.6.
Facilis sanguis.Martialis libro 1.38.
 Nolo virum facili redimit qui sanguine famam.
Somnus facilis.Horatius 2.Carm.Ode 11.2.
Exorabilis populus,facilis suffragatio pro salute.Cic.pro Domo sua,36.
Terra facili frugum.Claud.de laudibus Serenæ,22.11.
Titulus facilis.Ouidius 10.Metam.120,Quid facilem titulum superando quæris

quæris inertes?Id est gloriam quæ cuiuis facilè contingit.
Tramite facili vos sistam.Virgilius 6.Aeneid.135.
Venia deprecationis facilior.Quintil.in Procem.lib.1.2. Sed qua ego ex causa faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis.
Parabilis facilisque Venus.Horat.1.Serm.saty.2.24.
Via facilis.Virg.1.Georg.25. —pater ipse,colendi
 Haud facilem esse viam voluit.
Facilis & plana via.Plaut.Trinummo,10.20.
 Tibi paterque,auósque facilem facit & planam viam.
Victum facilem fundit tellus.Virg.2.Georg.92.
Vitam facilem ducere.Silius libro 6.62.
Facilis vterus, Qui facilè egerit quicquid continet. Plinius libro 8.cap.32.2.Fœminæ autem ante partum purgantur herba quadam quæ seselis dicitur,faciliore ita vtentes vtero.
¶Facilè & pronum.Iuuen.Saty.8.5.
Minimum,facillimúmque.Catull.ad Cornificium,epigr.36.1.
Facilis homo,cui opponitur Morosus. Cic.pro Lege Manilia,29. Iam verò ita faciles aditus ad eum priuatorû, ita liberæ querimoniæ de aliorum iniuriis esse dicuntur,vt is qui dignitate principibus excellit,facilitate infimis par esse videatur. Budæus.
Facillimus & liberalissimus homo.Cic.Silio,libro 13.64.4. Hominem facillimum,liberalissimúmque cognosces.
Lenis & facilis homo.Cicero Metello,lib.5.2.24.
Vir facilis mirari noua.Claud.7.Paneg.105.
Facilis impetrandæ veniæ Claudius, Fuluii durior sententia erat. Liuius 6.bell.Pun.76.
Facilis & expeditus ad dicendum vir.Cicero de Clar.Orat.93.
Ad concedendum faciles aliquos habere.Cicero 2.de Diuin.161.
In suum cuique tribuendo faciles antiqui.Cic.de Clar.Orat.42.
Mollis in obsequium,facilisque rogantibus.Ouid.2.Amor.eleg.3.1.
In excogitando facilis.Quintil.libro 1.cap.1.1.Nam contra plures reperias,& faciles in excogitando,& ad discendum promptos.
Blandus facilisque maritus.Silius libro 17.17.
Mens facilis,& apta capi.Ouid.1.de Arte,72.
Ministri faciles.Ouid.2.Fast.12. Ipse ego vos habui faciles in amore ministros. Alloquitur elegos suos.
Facillimi mores. Cicero de Amicitia,10. Quid dicam de moribus facillimis,de pietate in matrem?
Placidus facilisque parens,veniæque paratus. Oui.2.de Pont.eleg.2.23.
Facilis pater,contrarium est Duro & inexorabili siue moroso.Terentius Heaut.2.1.5.Mihi si vnquam filius erit,næ ille facili me vtetur patre.
Facilis & liberalis pater,cui opponitur Difficilis,auarus & illepidus. Cicero 3.de Natura deorum,102.et 103.
Pectus facile.Senec.Hippol.4.18.
Ad iuga faciles populi,Id est ad subiugandum.Lucan.libro 2.63.
Populum facilem habere.Cicero Mario,7.1.15.
Dare se facilem. Ouidius epist.15.40.
 Da modò te facilem,nec dedignare maritum
 Rure Therapnæo nata puella Phrygem.
Præbere se facilem in hominibus audiendis admittendisque. Cicero Qu. fratri,1.1.48.
¶Facile factu.Plaut.Persa,22.11.Vt fiant quorum opera hæc mihi facilia factu facta sunt. Terent.Heaut.4.3.26.Bonam,atque iustam rem oppidò imperas,& factu facilem. Lucretius libro 4.180.
Facilis decussu,Vide DECVTIO.Sic Facilè tritu, Plinius libro 12.cap.13.4. Cicero ad Lentulum,libro 1.7.4.
Nihil dictu facilius est.Terent.Phorm.2.1.70.
Nec visu facilis,nec dictu affabilis vlli.Virg.3.Aeneid.124.
Capi facilis.Lucanus libro 2.130.Claud.libro 1.in Ruffin.64.
Corrumpi facilis.Tacitus libro 20.Nec paratis quidem corrumpi facilis, adeò metuens incerta.
Facilis legi.Gellius libro 17.cap.9.Incorruptam epistolam, & facilem legi præstabant.
Facilis ad. Cicero 1.Tuscul.123.Quod non modò facile ad credendum est,sed,&c. Sic Liuius 2.bell.Maced.43.Vetterat periculum in Romanos,temere in loca iniqua, nec faciles ad receptum angustias progressos. Et apud Quintilianum libro 2.cap.3.
Ad intelligendum faciliora. Quintil.libro 2.cap.3.6. Quid si plerunque accidit,vt faciliora sint ad intelligendum, & lucidiora multò, quæ à doctissimo quóque dicuntur?
¶Ex facili,Aduerbialiter positum pro Facilè vel faciliter, si dici posset. Columel.libro 6.cap.1. Quæ vitanda non ex facili dixerim. Plinius libro 30.Eorundem eius exesis dentibus coniectus ex facili eos cadere cogit.Vide EX præpositionem.
In facili,Vide IN præpositionem.
Facile inuentu.Cicero de Amicitia,57.Quid(hæc vt omittam)quàm graues, quàm difficiles plerisque videntur calamitatum societates, ad quas non facile inuentu qui descendat.

Nunquam est ille miser,cui facile est mori.Senec.Herc.Oeth.2...
Est facile vincere non repugnantes.Cicero 1.Tusc.4.
Facilè,Aduerbium,(ῥᾳδίως,εὐχερῶς,)Sine labore.
Facilè ad HS.tricies venit testamento propinqui sui Heraclii. C... Verr.24.
Facilè agere.Terentius Adelph.3.4.56.
 Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites,
 Quàm vos facillimè agitis,quàm estis maximè potentes.
Facilè amare. Terent.Heaut.5.5.16.Gnate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam quam tu facilè ames.
Aliqua re facilè carere,cui Res desyderabilis opponit.Cic.in Topic.36.
Facile cernere.Terentius And.1.1.108.
 Tum illa,vt consuetum facilè amorem cerneres,
 Reiecit se in eum,flens quàm familiariter!
Facilè credere.Plaut.Rud.31.10.Isthuc facile non credo tibi.
Facilè dare consilium. Terentius And.2.1.11. Facilè omnes quum valemus,recta consilia ægrotis damus.
Facilè defendere.Cicero 2.de Finib.186.Non est facilè defendere.
Facilè deterrere. Terentius in Prol.Hecyræ, 27.Deterruissem facilè, ne alias scriberet.
Peruersè dicere homines,peruersè dicendo facillimè consequi. Cicero 1. de Oratore,72.
Effingi facillimè,nullo negotio flecti ac detorqueri voluntas testium potest.Cicero pro Cælio,16.
Facilè emergere ex malis. Terentius And.3.5.31. Dehinc facilè ex illis sese emersurum malis.
Euadere facilius.Cicero 1.Tusc.58.
Facilè euenit ei.Plautus Epid.5.60. Quàm facilè & fortunatè illi euênit obsecro mulieri!
Facilè facere.Plautus Amph.3.139.Facilè meus pater, quod vult,facit. Idem Capt.7.50.Et mea opera,si hinc rediibo,faciam vt faciat facilius. Terentius Heaut.3.2.36.Facilè equidem facere possum,si iubes.
Facile fit.Terentius.Eunuch.2.1.58.Iandudum illi facilè fit quod doleat.
 Facilè inuolare in aliquem.Terentius Eunuch.4.3.6.
 —qui nunc si detur mihi:
 Vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolem venefico!
Facilè indicabit ipsa natura vim suam, quum homines quod facere ipsi non possent,id rectè fieri in altero iudicarent.Cic.de Amicit.24.
Facilè memini.Plaut.Capt.7.33.Isthuc nô præcipias,facilè memoria memini. Idem Menæch.2.43.Propterea illius nomen memini facilius.
Facile noui.Plautus Curcul.14.56.Tam facilè noui,quàm me.
 Idem Epid.10.68.Sed tu nouistin' fidicinam Eropolistiden?
 F.Tam facilè,quàm me.
Facilè obtingêt.Plau.Asi.12.136.Aio sis bono,facilè exoptata obtingêt.
Pati facilè dicentem de aliqua re errare.Cicero 1.Tuscul.128.
Facilè passus sum.Terent.And.1.2.32.Vbi vis facilius passus sim,quàm in hac re,me deludier. Cicero pro Rosc.Amer.33. Quare facilè omnes patimur quamplurimos accusatores,&c.
Facilè perspicio quò intendat animus.Cicero 2.Verr.6.
Facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenire. Cicero Antequam iret in exilium,8.
Facilè quærere victum.Terentius Eunuch.2.2.30.
 Ille vbi miser,famelicus,videt me esse in tantum honorem,
 Et tam facilè victum quærere,ibi homo cœpit me obsecrare,&c.
Facilè reperitur.Plinius libro 7.cap.15.1.
Facillimè spectatur.Plautus Sticho,3.59. Vbi facillimè spectatur mulier, quæ ingenio est bono?
Facilè tutor mores. Terentius Hecy.5.1.8.Ne nomen mihi quæstus obstet apud te nam mores facilè tutor.
Facilè vincere.Plaut.Pseud.8.9. —ne mei
 Dicam industria & malitia fraudulentia vt facilè vincam,
 Vt facilè spoliem meos perduelles perfidiis meis. Cicero de Amicitia,79.Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facilè vincebat.
Vincere facilè aliquem aliqua re.Cicero 3.de Oratore,36.
Facilè viuere. Plautus Curcul.14.6. Nugas garris. C.soleo.nam propter eas viuo facilius.
¶Facile, vt inquit Donatus, aliquando aduerbium confirmantis est, id est liquido & manifestò.Terentius And.4.3.
 Facilè hîc plus mali est,quàm illic boni.
Facilè princeps, & facile primus. Donatus, Veteres dicebant facile pro certò.Cicero Illius ciuitatis facilè princeps. Hoc est,sine controuersia. Idem pro Rabirio Posthu.14. Virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem. Idem pro Cluentio,8.Non solum municipiis Larinati,ex quo erat,sed etiam regionis illius,& vicinitatis,virtute,existimatione,nobilitate facilè princeps.Quintil.de Euripide,libro 10.cap.1.In affectibus verò tum omnibus mirus,tum in iis qui miseratione constant,facilè præcipuus.Plautus Persa,23.2. —ego
Solus omnibus antideo facilè miserrimus hominum

Universidad de Deusto Biblioteca

Idem Trinum.10.80,Euge,euge Lysiteles, facilè palmam [...] victus, vicit tua comœdia. Cicero pro Rosc.Amer.9.Non [...] municipii, verum etiam eius vicinitatis facile primus. Sic [...]1443.

[...]pen.corr.facilitatis,fœ.gen.(εὐχέρεια,εὐκολία,) Illius est(inquit [...]itus)qui citò iram deponit,nempe placabilitas. Terent.Heau.4. [...]3.Malè docet te mea facilitas multa. Idem Eunuch.5.9.18. [...]n fortunam collaudem,quæ gubernatrix fuit, [...]Quæ tot res,tantas,tam opportunè in vnum conclusit diem: An mei patris festiuitatem & facilitatem! Idem Adelph.5.4.7.Idem Hecyra,2.2.6. Cic.de Amicit.59.Sed amicitia remissior esse debet, & liberior,& dulcior,& ad omnem comitatē, facilitatémque procliuior. Idem lib.4.Tusc.quæst.Sed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona sunt aptiores,facilitas nominetur. Idem 1.Offic.124. Et 1.Tusc.67.

Facilitas sermonis.Cicero ad Atticum,libro 12.255.1.

Abuti immoderatè facilitate alicuius. Cicero Lentulo, libro 1.1.31.Vide ABVTOR.

Adiungenda est facilitas in audiendo,lenitas in decernendo. Cicero Qu. fratri,libro 1.1.30.

Augere famam ingenii facilitate.Quintil.libro 4.cap.1.38.Multum gratiæ exordio est,quod ab actione diuersæ partis materiam trahit, hoc ipso,quod non compositum domi,sed ibi,atque è re natum,& facilitate famam ingenii auget,&c.

Contingit id magis facilitate, quàm alia vlla culpa mea.Cic.2.de Orat.9.

Facilitas & altitudo animi in exercenda iuris æquabilitate.Cic.Offic.124.

Parare facilitatem. Quintilianus libro 2.cap.4.12. Erit suum parandæ facilitatis tempus.

Dignitate principibus parem esse, facilitate parem infimis. Cicero pro Lege Manilia,29.

Facilitas versa in. Tacit.libro 11,Iam Messalina facilitate adulterorum in fastidium versa,ad incognitas libidines profluebat.

Facultas facultatis,(εὐπορία,περιουσία,δύναμις,)Propriè facilitas agendarum rerum,inquit Festus.Terent.And.1.4.5. – dii date facultatem obsecro Huic pariundi,atque illi in aliis potius peccandi locum. Cicero de Amicitia.16.Sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? doctorum est ista consuetudo. Idem ad Lentulum,libro 1.7.3. Quoties mihi certorum hominum facultas erit. Cic.pro Rosc.Amer.55. Videamus nunc ecquæ facultas suscipiendi maleficii fuerit. Et paulo pòst,56.Age nunc,cæteras facultates quoque consyderemus. Budæus.

Vindictæ nulla facultas. Ouid.4.Trist.eleg.8.3.

Manendi facultas nulla Miloni,exeundi non causa solùm, sed etiam necessitas fuit.Cicero pro Milone,54.

Restandi nulla facultas.Lucretius libro 1.22.

¶Accidit facultas,Vide ACCIDO.

Adimere facultatem aliquid faciendi. Cicero 7,Verr.99. Nunc verò iam adempta est,non modò resistendi,verumetiam suppeditandi facultas. Vide ADIMO.

Arripere libenter lædendi facultatem. Cicero pro Flacco, 14. Vide ARRIPIO.

Facultatem dare:Hoc est,authoritatem & licentiam quam vocant. Plin. Si mihi facultas daretur,vtrum vellem eligendi. Idem epist.147,2, Et mihi discendi,& tibi docendi facultatem otium præbet. Cic.1.de Finibus,119.Quæ mihi facultas,vt id meo arbitratu facerem,ante hoc tempus nunquam est data. Cæsar 3.bell.Gall.368.

Dare facultatem omnibus sui irridendi.Cicero 2.de Diuin.58.Doleo tantam te omnibus irridendi tui facultatem dare.

Eripere facultatem dicitur casus. Cicero Appio Pulchro, libro 3.5.13, Vtriusque nostrum magni interest,prius vt te conueniam quàm decedas: quam facultatem siquis casus eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt.

Facultatem alius nemo habet decipiendi nos. Brutus & Cassius Antonio,libro 11.2.5.

Habere facultatem vt.Cicero Lentulo,libro 1.7.13.Si res facultatem habitura videatur vt Alexandriam tenere possis,&c.

Oblata facultas. Cic.3.in Catil.51, Facultatem mihi oblatam putaui,vt quod,&c. Sic pro Cluentio,61. Virg.4.Georg.88.

Prætermittere facultatem alicuius rei. Cic.Cn.Magno Proconf.in Epist. ad Atticum,libro 8.159.9.

Si facultas erit.Cicero 1,de Inuent.99.Quare illa nobis alio tempore, si facultas erit explicabuntur.

Præsentis tui facultas optabilis.Plancus Ciceroni, libro 10.4.7. Neque si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset, vnquam à tuis consiliis discreparem.

¶Facultas, Est vis quædam quæ facit vt id facilius fieri possit, quod de vnaquaque arte præcipitur. est enim genus omnium artium: quia sic definiri potest,Dialectica est facultas differendi,&c.

Facultatem à facilitate sic distinguit Plinius, quòd Illam vocat gratiam eloquentiæ ac virtutem. Hanc, promptitudinem duntaxat. Sic enim epist.115.inquit, Quia scilicet nimia assiduitate facilitas magis quam facultas:nec fiducia,sed temeritas paratur.

Facultas & copia.Cicero pro Rosc.Comœ.2, Sed ego copia & facultate causæ confisus,vide quò progrediar. Idem 4.Verr.94.

Prona facultas.Claud.ad Olibrium,25.1.

Facultas eloquentiæ.Cicero 2.de Orat.107,Crassus verò mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus immensis penè describere.

Facultas ingenii, pro arte seu disciplina quæ ingenio tractatur. Cicero pro Archia,1, Ac nequis à nobis hoc ita dici fortè miretur, quòd alia quædam in hoc facultas sit ingenii,neque hæc dicendi ratio, aut disciplina.Hoc est,quia Archias poeticam artem profiteatur,non autē oratoriam,vt ego. Vnde & dicendi facultas pro ipsa arte oratoria.Cæteræ quoque artes interdum facultates appellantur.

Ingenii facultates,consilii,gratiæ.Cicero Attico,libro 3.50.2.

Facultas orationis.Cicero 1.Offic.2.

Dicendi facultas.Quintil.libro 2.cap.15.2.

Dicendi facultas & copia.Cicero 2.Verr.6.

Amplior dicendi facultas.Quintil.libro 2.cap.3.3.

Eximia dicendi facultas.Quintil.in Procem.libro 1.8.

Maturior facultas dicendi,Vide MATVRVS.

Si facultatem verè atque honestè iudicandi fide & diligentia mea fecero. Cicero 4.Verr.129.

Orandi facultas.Quintil.libro 3.cap.5.1.

Persuadendi non docendi facultas.Quintil.libro 2.cap.15.13.Cui Socrates persuadendi,non docendi concedit facultatem.

Facultatem concedere.Cicero pro Rabirio Posth.12. Vtinam mihi hanc facultatem causa concederet,vt possem hoc prædicare,&c.

Contingere stylo facultatem.Quintilianus libro 2.cap.2.7. Sic stylo facultas continget.

Deest facultas.Cicero 2.de Oratore,27. Non deerit ipsi facultas ex cæteris rebus comparata.

Desperata facultas. Quintil.libro 2.cap.11.4.Eique diu secum ipsi claréque meditati desperata connectendi facultate deserunt.

Vis & facultas oratoris in quinque partes distributa. Cice.1.de Orat.69.

In Arte aliqua & facultate excellere.Cicero 1.de Orat.109.

Exercere dicendi facultatem.Quintil.libro 2.cap.4.29.

Exigere in aliquo eximiam dicendi facultatem.Quintil.in Proœ.lib.8.

Facultatem in dicendo habere.Plinius epist.9.libro 2.

Largiri copiam & facultatem dicendi alicui dicitur natura. Cicero pro Quintio, 6.Q.u.Hortensium cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est.

Perfectus scientia, & omni facultate dicendi. Quintilianus in Procem.libro 1.15.de Oratore.

Vtinam esset facultatis meæ. Cicero 1.de Legibus, 87.Est huius verò disputationis, Quinte, proprium id quod expectas, atque vtinam esset etiam facultatis meæ. Hoc est, Vtinam & dicendi facultate illud assequi possem.

Tradere scientiam declamandi ac facultatem.Quintil.libro 2.cap.1.2.

Oratorum facultas in his rebus versatur.Cicero 1.de Orat.45.

¶Facultas. Pro copia. Cicero pro Sylla, 31. At quos viros! non solum summa virtute & fide, cuius generis in Senatu facultas maxima, sed etiam quos sciebam memoria,scientia,consuetudine,& celeritate scribendi facillimè quæ dicerentur,persequi posse.Budæus.

Nummorum facultas.Cicero pro Quintio,9. Romæ mihi nummorum facultas est,quam si sapies,communem existimabis.

Facultas operæ.Plaut.Trucul.18.28. – facultas operæ Vbi mihi erit, ad te venero. Sic Cicero 7.Verr.99.Facultas suppeditandi.

¶Facultas à Celso libro 5.accipitur pro eo quod vulgò virtutem in medicina vocant,Omnia(inquit)medicamenta proprias facultates habēt, ac sæpe simplicia opitulantur,sæpe mista.Budæus.

Facultas secreta certis in rebus inest.Lucret.libro 1.35.

¶Facultates,in plurali tantum,sunt Diuitiæ,opes. Cicero Attico,lib.11. Si quas habuimus facultates,eas tum Pompeio,quum id videbamur sapienter facere,detulimus.Itaque tum & à tuo villico sumpsimus,& aliunde mutuati sumus,&c. Cæsar 6.bell.Gall.2,Tantas videri Italiæ facultates,vt siquid esset in bello detrimenti acceptum,non modo,&c.

Facultates & copiæ.Cicero 4.Verr.94.

Facultates rerum,copiæ,opes.Cicero 1.Offic.16.

Modicus facultatibus,Vide MODVS.

Excutere facultates alicuius. Vlpianus in L.1.§.Si inter magistratus.ff.de Magistratibus conueniendis, Prius enim arbitror conueniendum eum qui hoc suscepit: deinde excussis facultatibus, tunc veniendum ad Collegam.

Implere facultates equestris ordinis,Vide IMPLEO.

Labi facultatibus.Vlpianus in L.1.§.Si magistratus ab initio.ff.de Magistratibus conueniendis,Quòd si satis exegit,& idoneum exegit,quamuis postea facultatibus lapsi sint tutores, vel fideiussores: nihil est quod ei,qui dedit,imputetur.Vide LABOR.

Præparare alii facultates patrimonii sui. Quintil.in Procem.libro 6.14. Nos

Nos miseri sicut facultates patrimonii nostri,ita hoc opus aliis præparamus,aliis relinquemus.

Largè supersunt illi facultates,Vide LARGIOR.

Facultas in singulari numero pro diuitiis.Paulus in L.Cum pluris.§.vlt.ff. de admini.tut.Non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonii.Nisi malis exponere,Pro copia patrimonii.

Facinus,pen.corr.huius facinoris,pe.corr.(ἀνδραγάθημα,)Aliquando factum significat.Plau.Aulul.7.43.Hei Megadóre, haud decorū facinus tuis factis facis. Salustius,Qui aliquo negotio intenti præclari facinoris,aut bonæ artis famam quærunt. Cicero Rufo,libro 2.8.3. Te autem contemplans absentem,& quasi tecum coràm loquerer non ædepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris: quod quia præter opinionem mihi acciderat,referebam me ad illud.

Facinus istud non est mihi conducibile:Id est,non profuerit mihi, si istud egero.Plautus Bacchid.1.18. Viscus merus,vestra est blanditia. B. quid iam? P.quia enim intelligo: Duæ vnum expetitis palumbem: parua hirundo alas verberat. Non ego isthuc facinus mihi mulier conducibile esse arbitror.

Basilica facinora,Vide BASILICVS.

Ad oē clarū facinus audaces manˀ.Sene.Her.fur.4.9

Forte facinus.Ouidius 9.Metam.30.

Immortalia facinora.Vide IMMORTALIS.

Lepidum facinus,Vide LEPIDVS.

Luculentum facinus,Vide LVCVLENTVS.

Mirum facinus,Vide post MIROR.

¶Nobile facinus,Vide NOBILIS.

Facinus quos inquinat æquat.Lu can.libro 5.58.

Aggredi facinus,Vide AGGREDIOR.

Exempla facinorum appetere Senec.Thebaid.2.3.

Facinus timido pectori credere.Vide CREDO.

Edita facinora habent.Liuius libro 9.Decad.4.

Efficere mirabilia facinora.Cic.3.Philipp.105.

Incipere facinus,Vide INCIPIO.

Inuenire facinus,Vide INVENIO.

Moliri facinus.Silius libro 11.39.

Obire aliquod facinus.Cicero 1.in Catilinam,19.

¶Facinus pro scelere & flagitio. Plau.Pseu.7.129. – quis me audacior, Si isthuc facinus audeam? Terent.Adel.3.4.1. Prò dii immortales,facinus indignum:Geta Quid narras? Idem Heaut.2.1.8. – is mihi vbi adhibit plus paulo, sua quæ narrat facinora! Cæsar 5.bell.Gall.210. Cicero ad Atticum, libro 2.28.1. Liuius 9.belli Maced.Ex quo inde promiscua sacra sint, & permisti viri fœminis,& noctis accesserit licentia,nihil ibi facinoris, nihil ibi flagitii prætermissum.

Facinoris crimen.Cicero pro M.Marcello,Primum ad se reuocarent maximi facinoris crimen. Idem pro P.Sylla, 51.Neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen Iudices. P.Syllæ persona suscipit.

Non rudis facinorum.Tacit.libro 12.

Series facinorum.Senec.Octau.4.9.

Formæ facinorum.Senec.Octau.4.12.

Atrox facinus.Senec.Troad.4.18.

Facinus audax,Vide AVDAX.

Facinus capitale,Vide CAPVT.

Cruentum facinus.Sene.Hippol.4.38.

Morte dignum facinus.Sene.Hippol.12.11.

Horrendum facinus.Sene.Thebaid.2.9.

Horridum facinus. Senec.Hippol.2.17. Expelle facinus mente castifica horridum.

Ignotum,efferum,inusitatum facinus.Sene.Thebaid.1.53.

Illiberale facinus,Vide ILLIBERALIS.

Incognitum facinus,ac dirum nefas.Sene.Medea,12.11.

Indignum facinus,Vide INDIGNVS.

Ingens facinus,Vide INGENS.

Lene facinus.Horatius 1.epist.17.12.

Mala facinora.Tacit.libro 12.At Agrippina, ne tantum malis facinoribus notesceret,Vide MALVS.

Nefarium facinus,Vide NEFARIVS.

Nullum non facinus,Vide NVLLVS.

Obscœnum facinus.Claud.2.in Eutrop.24.

Terrum facinus.Sene.Thyeste,8.33.

¶Adducere ad facinus,Vide ADDVCO.

Admittere facinus,aliquod.Iuuen.Saty.10.26.Vide ADMITTO. Quintil.lib.4.cap.2.9.Non id modò Vlysses respondet, non esse à se id facinus admissum,sed sibi nullas cum Aiace inimicitias fuisse.

Animaduertere facinus,Vide ANIMADVERTO.

Audere facinus.Tacit.libro 18.In eo metu Aponius Saturninus Mœsiæ rector pessimum facinus audet.

Facinus committere,Vide COMMITTO.

Facinus consciscere,Vide CONSCISCO.

Facinus facere.Cicero 2.de Finib.151,Si enim ita est, vide ne [...]cias,quum mori suadeas. Catul.ad Iuuentium,epigr.76.

Geminare facinus.Ouid.10,Metam.93.

In oculis habere facinus.Ouid.2.Trist.105. Vtque sedet vultu fassus Telamonius iram, Inque oculis facinus barbara mater habet.

Incœptare facinus,Vide INCOEPTO.

Iurare in facinus.Ouid.1.Metam.49.

Pœnas luere facinorum.Sene.Octau.5.6.

Facinus quod natum est nouum,Vide NASCOR.

Oritur facinus,Vide ORIOR.

Parare facinus aliquod.Ouid.9.Metam.30.

Triste parat facinus.Ouid.6.Metam.125.

Patrare facinus,Vide PATRO.

Scelus & facinus manibus cruentis præ se ferre & confiteri. Cicero pro Milone,32.

Repellere facinus.Ouidius 15.Metam.156.

Reposcere facinus.Stat.5.Thebaid.98.Vide REPOSCO.

Malum facinus suadere.Tibull.libro 11.eleg.4.5.

Suasit amor facinus.Ouidius 8.Metam.18.

Facinorósus,penul.prod.(κακοῦργος,)Scelestus,flagitiosus. Cic.in Catil. 41.Quintum genus est parricidarum,sicariorum,denique omnium facinorosorum. Sic.3.Offic.52. Et 5.Tuscul.90.Liu.1.ab vrbe,221.

Facinorosa vita.Cicero 1.de Legibus,59.

Facundus, Adiectiuum, (εὐφραδής, λεκτικός, εὐεπής, ἐπητής,) Qui futura diuinando solet præfari,inquit Varro libro 5.de Lingua Latina.

Facundus,Disertus,à fando:qui ea quæ mente conceperit, ad audientes facilè atque ornatè profert.Ouidius, Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses. Quintil.libro 12.In omnibus gentibus alius alio facundior habetur,& in eloquendo dulcis magis.

Dicta facunda.Ouid.13.Metam.26. – nec abest facundis gratia dictis.

Iuuenis facundus.Ouidius ad Pisonem,7.

Os facundum. Ouidius 5.Fast.140.

Otia facunda,Id est in quibus studetur facundiæ.Claud.8.Paneg.23.

Senex facundus. Ouidius 12.Metam.36.

Facundia,facundiæ,(εὐφραδία,εὐεπία,ἐπητύς,) Facultas differendi cum gratia.Gellius libro 4.cap.9.Ingenium autem & officium, & forma & disciplina,& consilium,& victoria,& facundia,sicut ipsæ virtutum amplitudines nullis finibus cohibentur. Plinius libro 7.cap.30.8.Facundiæ Latiarúmque literarum parens Cicero.

Arma facundiæ.Quintil.lib.2.cap.16.7.

Linguæ facundia.Ouidius 3.Trist.eleg.5.6.

Compta facundia.Tacitus libro 5.

Digna principe facundia.Ouidius 2.de Ponto,eleg.5.11.

Mortifera facundia.Iuuenal.Saty.10.1. – multis Et sua mortifera est facundia.

Præceps facundia.Horatius in Arte,44.

Alere facundiam.Quintil.in Procem.libro 1.18.

Mandatam iuuit facundia causam.Ouidius 7.Metam.102.

Facundè, Aduerbium, (εὐφραδῶς,)Disertè.Liuius 8.bell.Pun.95. Tanta autem inerat comitas Scipioni,atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas,vt non Syphacem modò barbarum,insuetúmque moribus Romanis,sed hostem etiam infestissimum facundè alloquendo sibi cōciliarit.

Facundiósus, penult.prod.Adiectiuum, (εὐεπιώδης,)Sempronius Asellio vsurpauit,teste Gellio libro 4.cap.9.quum sic ait, XIII.rerum gestarum, facta sua spectare oportere: dicta non, si minus facundiosa essent.Antiquum.

Faex, fæcis,per æ diphthongon, vt docet Apuleius, tam masculini, quàm fœminini generis est: sed frequentius fœminini. (τρύξ, ὑποστάθμη,)Excremētum cuiuscunque rei.Horatius 1.Carm.Ode 36. Diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici.

Fæx ciuitatis:Homines viles & abiecti, vitam agentes sordidam. Cicero pro Flacco,14.Opifices & tabernarios,atque illam omnem fæcem ciuitatum,quid est negotii concitare! Idem ad Qu.fratrem,libro 2.10. 6.Nam apud perditissimam illam infimam fæcem populi propter,&c.

Pannosam fæcem morientis sorbet aceti.Persius Satyra 4.4.

Liquida fæx.Ouidius 8.Metamorph.134. Condítique in liquida corna autumnalia fæce.

Fæx Romuli, pro plebe Romuli, hoc est populo Romano quem ideo fæcem vocat Cicero scribens Attico,libro 2.epist.1.quòd collectus esset ex confusa & turbulenta multitudine.Loquitur autem illic de Catone, quem reprehendit quòd ita se gereret quasi esset in Rep.Platonis,& non in fæce,hoc est fæculenta plebe Romuli.

Sordes & fæx vrbis.Cicero Attico,libro 1.11.18.

Fæculentus,Adiectiuum,(τρυγώδης,)Quod est fæcis plenum. vt Fæculenta aqua.Plinius libro 31.cap.3.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

m, (τρυγατός,) Quod è fæcibus expressum est, inquit Ca-
hoc est quod inter vina operaria numerat, quasi sit aquatũ.
pen. prod. Adiectiuũ. (τρύγινος,) Gellius lib. 13. cap. 19. Non
iones prærancidas, neque fæcutinas grãmaticas spectaueris,
ectu an interroga, quo quid loco conueniat dicere. Obsoletum.
(τρύγεσαι σταφυλαί,) vuæ dictæ sunt, quæ plus quàm cæteræ, fæ-
erunt. Alio nomine, à colore rubellanæ vocantur: authore Colu-
libro 3. cap. 2. 8.

Fagus, fagi, fœ. ge. (φηγός,) Arbor glandifera: ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod est comedere. Virg. in Buc. Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Galli vocant Fau, Fructum autem Faine. Cæsar 5. bell. Gall. 50. Plin. lib. 22. cap. 23. 2.

Alta fagus. Virg. 1. Georg. 35.
Ardua fagus. Stat. 6. Thebaid. 20.
Densæ fagi. Virg. Eclog. 2. 1.
Patula fagus. Virg. Eclog. 1. 1.
Rudibus fagis texuntur tigna Claud. 3. Paneg. 65.
Veteris iam fracta cacumina fagi. Virg. Eclog. 9. 2.
Viridis fagus. Virg. Eclog. 5. 3.
Fagineus, Adiectiuum, (φηγίνεος,) Quod ex fago factum est. Ouid. lib. 8. Metam. 32. —erat alueus illic Fagineus, dura clauo suspensus ab ansa. Colum. lib. 12. cap. 45. 4. Fagineæ arculæ. Ouidius 4. Fastor. 132.
Bis sua faginea tempora fronde tegit. Idem epist. 5. 18.
Faginus, pen. corr. (φήγινος,) Similiter adiectiuum, Idem Virg. 3. Geor. 34.
Post valido nitens sub pondere faginus axis. Plin. lib. 16. cap. 38. 4.
Pocula fagina. Virg. eclog. 3. 8.
Scyphus faginus. Tibullus. lib. 1. eleg. 10. 2.
Fageus, Idem. Plin. lib. 16. cap. 5. 1. Alia fageæ glandi figura, alia querneæ. (φήγεος,) & cap. 17. Glans fagea suem hilarem facit.
FAGVTAL, (φαγούταλ,) fuit Romæ sacellum Iouis in quo erat fagus arbor, quæ Ioui sacra habebatur. Plin. lib. 16. cap. 10. 1.
FALACRIVM, (φαλάκριον,) Promontorium Siciliæ, teste Ptolemæo: hodie Melazo.

Falarica, falaricæ, pen. cor. (βλήματος γένος,) inquit Festus, est genus teli missile, quo vtuntur, ex falis, id est ex locis extructis dimicantes. Virg. 9. Aeneid. Sed magnum stridens contorta falarica venit Fulminis acta modo. Ennius, —quæ validè veniunt falarica missa. Dictum hoc genus teli, (vt author est Nonius) à falis, id est turribus ligneis. Liu. 1. bel. Pun. 31. Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, vnde ferrum extabat. Sic 4. bel. Maced. 60. Vt emissis soliferreis, falaricisque, gladios strinxerunt, tum velut redintegrata est pugna.

Falcarius, Falcatus, Falcula, Vide FALX.

Falcidia, lex, (φαλκίδιος νόμος,) quæ à Caio Falcidio Trib. pleb. lata est, anno vno sequente post interfectum Ciceronẽ.

Falere, neut. gen. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 5. 12. Vt lusciniolæ, ac merulæ, quibus aqua ministratur per canaliculum, cibus obiicitur sub rete. Subter columnarum stylobatem est lapis à falere pedem & dodrantem altus, ipsum falere ad duos pedes altum à stagno, latum ad quinque, vt in culcitras & columellas conuiuæ pedibus circumire possint. In imo intra falere est stagnum cum margine pedali, & insula in medio parua. Circũ falere & natatilia sunt excauata anatum stabula. Hactenus Varro. Verbum architecturæ incognitum.

FALERNVS ager, (φαλέρνος, φαλερῖνος,) à ponte Campano incipit læua petentibus vrbanam coloniam Syllanam, antea Capuæ contributam. Illic enim vitiferi colles incipiunt, & temulentia succo nobilis per omnes terras inclyto, atque vt veteres dixere, summum Liberi patris cum Cerere certamen. Ex Plinio lib. 3. cap. 5. 23.
Summis collibus Gauranum gignitur vinum, mediis Faustianum, imis Falernum. Falerno inter generosa vina Italiæ secunda nobilitas erat. Ex Plinio lib. 14. cap. 6. 5. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 7.
Cellæ Falernæ. Virg. 2. Georg. 20.
Vina Falerna. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 11.
Vites Falernæ. Horat. 1. Carm. Ode 20. 2.
Vuæ Falernæ. Horat. 2. Carm. Ode 6. 4.
¶ Falernum, pro vino quod in Falerno monte crescebat. Martialis, Attica nectareum turbatis mella falernũ. Idem lib. 1. 102. —scelus est iugulare falernũ. Tibullus masculino genere protulit, lib. 2. eleg. 1. 6.
Nunc mihi fumosos veteris proferre falernos
Consulis, & Chio soluite vincla cado.
Acre Falernum. Iuuen. Saty. 13. 23.
Ardens Falernum. Horat. 2. Carm. Ode 11. 4.
Forte Falernum. Horat. 2. Serm. saty. 4. 5.
Indomitum Falernum. Pers. saty. 3. 1.
Liquidum Falernum. Horat. 1. epist. 14. 7.
Seuerum Falernum. Horat. 1. Carm. Ode 27. 2.
Vetus Falernum. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 23.
Vetulum Falernum. Catull. ad puerum suum, epigr. 24. 1.

FALISCI, (φαλίσκοι,) Vulgo monte Fiascone. Populi sunt Hetruriæ quos Virgilius Aequos appellauit, quia populus Romanus (inquit Seruius) missis Decem viris inde multa iura collegit: & nonnulla supplementa duodecim tabularum accepit. Nam ab Atheniensibus decem habuerunt tabulas. Hactenus Seruius explicans illud Virgilii,
Hi Fescenninas acies, æquósque Faliscos. Falisci habuerunt vrbem Falerios, quam Camillus dux obsedit. Author Liuius.
Aequi Falisci. Silius lib. 8. 98. Hos iuxta Nepsina cohors, æquíque Falisci,
Quíque tuos Flauina focos, &c. Virg. 7. Aeneid. 139.

Faliscus, Adiectiuum, (φαλίσκος,) vt Faliscus venter, quòd eum farcire à Faliscis didicêre, inquit Varro de Ling. Lat. Mart. lib. 1. 152. Et lucanica ventre cum falisco. Papinius lib. 4. Sylu.
Non lucanica, non graues falisci.
Faliscæ præsepes item à Catone dictæ, quæ in Falisco agro, vel à Faliscis, aut falisco ligno optimè fiebant. Cato cap. 4. Bubilia bona, benéque ædificata, bonas præsepes faliscas habeant clatratas. Idem cap. 14. 1.
Præsepes bubus hybernas, & æstiuas faliscas.

Fallacia, Fallax, Vide FALLO.

Fallo, fallis, fefelli, falsum, (ψεύδω, παρακρούω, σοφίζομαι, ἀλιτ(ρ)ύομαι,) fallere, à fando deducitur, vt Varroni placet, quòd fando decipiamus, ac contrà quàm diximus, faciamus. Nam siquis te fallit, impropriè fallere dicit. Plau. Amph. 4. 238. —tuæ fidei credón'? M. mea. S. Quid si falles? Terent. Heaut. 3. 1. 61.
Per alium quemuis vt des, falli te sinas
Technis per seruulum. Idem And. 5. 3. 31. Quid vis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiat. Sic Heaut. 3. 2. 26. Et Eunu. 2. 3. 93. Cic. pro Rosc. Amer. 66. Perditissimi est igitur hominis simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset. Liu. 2. bell. Pun. 221. Si sciens fallo, tum me, &c.
Fallere & effugere optimus est triumphus. Horat. 4. Carm. Ode 4. 11.
In aliquo fallere. Quintil. in Prooem. libro 4. 3. Ne fefellisse in his videar principem.
Naturaliter fallere. Quintil. libro 2. cap. 12. 2. Sed sunt in hac parte, quæ imperitos etiam naturaliter fallant.
Ab arte quadam fallere aliquem. Ouid. 2. Trist. 92.
Multaque dat furtim talis præcepta, docétque
Qua nuptæ possent fallere ab arte viros.
Fallunt amaritudinem edentes absynthium in fico. Plin. lib. 27. cap. 7. 7.
Perrarò hæc alea fallit. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 11.
Animi fallunt sub vulpe latentes. Horat. de Arte poeti. 88.
Nec me animi fallit quàm res noua, &c. Lucret. lib. 5. 20.
Credentem fallere. Ouid. epist. 2. 13.
Curam fallere somno. Horat. 2. Serm. saty. 7. 23.
Labor fallebat curas. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 4.
Custodes fallere. Ouid. 4. Metam. 17.
Deceptam fefellit, pro Decepit & fefellit. Virgil. 4. Aeneid. 4. Postquam primus amor deceptam morte fefellit. Seruius.
Fallere depositũ, pro Fraudare in deposito. Oui. 5. Meta. 96. —aruáque iussit Fallere depositũ, vitiatáque semina fecit. Idem 9. Metam. 24.
Dextram alicuius fallere, Id est promissam fidem. Virg. 6. Aeneid. 123.
Diuinatio fallit fortasse nonnunquam, sed tamen ad veritatem sæpissimè dirigit. Cic. 1. de Diuinat. 50.
Fallere dolis. Terent. And. 3. 2. 12. —itane tandem idoneus
Tibi videor, quem tam apertè fallere incipias dolis! Sic fallere omni perfidia & fraude, Cic. pro Rosc. Amerino, 69.
Faciem alicuius fallere, Id est Effingere vultum. Virg. 1. Aeneid. 138.
Tu faciem illius noctem non amplius vnam
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus.
Fallere fidem, Peierare. Cicero 1. Offic. 61. Ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere. De Regulo loquitur. Propert. lib. 3. eleg. 7. 8. —haud vlla carina
Consenuit, fallit portus & ipse fidem.
Fidem hosti datam fallere. Cic. 1. Offic. 61.
Omni fraude & perfidia fallere. Cic. pro Rosc. Amer. 69.
Horas sermonibus fallere. Ouid. 8. Metam. 131.
Fallere hostem. Liu. 1. bell. Maced. 151. Quum abire inde & fallere abiens hostem vellet, &c.
Fallere imperium. Plin. lib. 7. cap. 37. 3. Nisi fefellisset imperium militaris imprudentia.
Fallere iudicium alicuius. Hirtius 4. bell. Alexand. 57. Nobis rem committe, nos prælium sustinebimus, neque tuum iudicium fallemus, dum reliqui subsequantur.
Iura tori fallere, Adulterium committere. Ouid. epist. 15. 58.
Iurata fefellit. Ouid. 1. de Remed. amor. 61,
Sic mihi iurauit, sic me iurata fefellit.
Fallere liberos parentibus. Plaut. Rud. 18. 40, —itáne impudens
Túne hîc fallis virginales liberos parentibus,
Subiectos habebis, atque indigno quæstu conteres! Id est Abducis liberos

beros à parentibus, &c. Fortasse legendum, falsis parentibus. tunc alia esset constructio.
Longè fallitur opinione. Cic. in Sallust. 1.
Mandata alicuius fallere. Ouid. 9. Metam. 140.
Falli memoria. Plin. lib. 10. cap. 42. 3. Constat emori victas difficultate verbi, ac nisi subinde eadem audiant, memoria falli. Id est obliuisci.
Mendacio fallere, Vide MENDACIVM.
Simulacra in somnis mentem fallunt. Lucret. libr. 5. 13.
Moras arte fallere. Ouid. epist. 18. 8.
Nec me adeò fallit. Virg. 4. Aeneid. 20.
Nihil me fefellit. Terentius Heaut. 4. 3. 4. Nihil me fefellit, cognita est, quantum audio huius verba. Idem And. 1. 2. 33. Irrides, nihil me fallis. Vbi Donatus, Nihil me fallis, Non te ignoro, non me decipis. Et rursum, Nihil me fallis, figura est ἐλλειπτικός. Fallis, lates: vt sic οὐδέν με λέληθας.
Non pol me multum fallit, quin quod suspicor, sit quod velit. Id est non multum erro, quin, &c. Terent. Hecyra, 5. 1. 2.
Nisi fallor. Virg. 5. Aeneid. 10.
Nisi me fallit animus. Plaut. Menæhmis, 24. 24.
Nam nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo. Teren. Heaut. 4. 1. 1. Nisi me animus fallit, hic profectò est annulus, quem ego suspicor. Idem Phorm. 5. 1. 8. Certò ædepol (nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt)
Meæ nutricem gnatæ video. Cic. pro Roscio Amer. 28.
Nisi me fallo. Cic. 12. Philip. 333. Is enim sum (nisi me fallo) qui, &c.
Nisi omnia me fallunt. Cic. Attico, lib. 8. 151. 1.
Nisi quid me fallit. Cic. Rufo, lib. 5. 10. 21. Te certe in pecunia exacta ita afferre ex meis rationibus relatis non oportuit, nisi quid me fallit. Terentius Heaut. 3. 2. 3.
Nouitate quadam aliquem fallere, Id est noua arte. Ouid. 1. Trist. 101.
Numen fallere. Virg. 6. Aeneid. 65. —Stygiámque paludem,
Di cuius iurare timent, & fallere numen.
Litera fallit oculos, Id est non potest videri vt legatur. Ouidius 3. de Arte amandi, 125.
Fallere aliquem omnia, pro Fallere in omnibus. Senec. epist. 96. Amici omnia me fallunt, &c.
Fallere opera. Plautus Pseud. 4. 9. At faciem quum aspicias eorum, haud videntur mali, opera fallunt. Id est ipsorum operibus apparet eos esse deceptores.
Opinio fefellit. Cic. pro Cluentio, 114. Confiteare necesse est te opinionem multum fefellisse, quòd existimaris me causam A. Cluentii, non facto eius, sed lege defensurum.
Opinionem tuam fefellit ea res. Cic. 2. de Inuent. 122. Cæsar 3. bell. Ciuil. 318. Ne visu manúque opinionem fallerent. Cic. ad Atticum, libro 16. 333. 2. Gaudeo non fefellisse eam rem opinionem tuam.
Opinio de te multum me fefellit. Cic. pro Sylla, 31.
Falli opinione. Cic. in Salustium, 1. Longè verò fallitur opinione.
Fallere promissum, pro Non implere: apud Q. Curtium lib. 6.
Quem quæso nostrum fefellit, ita vos esse facturos? Cic. in Orat. 131.
Retia fallere, Id est captiones alicuius eludere. Ouid. epist. 19. 9.
Consortem socium fallere. Horat. 3. Carm. Ode 24. 12.
Fefellit spes, Id est decepit, & longè aliter quàm sperabamus euenit. Plin. epist. 155. 2, Vendideram vindemias certatim negotiatoribus ementibus: inuitabat pretium, & quod tunc, & quod fore videbatur spes fefellit. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 3. 2. Quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo. Id est ne frustretur eum. Et 4. Verr. 18. Deinde si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefellerit, vt vindicemus.
Fallitur augurio spes bona sæpe suo. Ouid. epist. 16. 47.
Spem fallunt casus. Cic. 1. de Orat. 2. Quam spem cogitationum & consiliorum meorum, cum graues communium temporum, tum varii nostri casus fefellerunt.
Spem meam fefellit atque superauit improborum vis. Cicero 4. in Catilinam, 95.
Superstitione multa fallere. Cicero 2. de Diuinat. 125. Non necesse est fateri partim horum errore susceptum esse, partim superstitione multa fallendo.
Tempus fallere, & detinere curas. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 14.
Vestigium fallere. Curtius, Prærupta saxa vestigium subinde fallentia. Idem lib. 4. Sed gradum firmare vix poterant, quum modo saxa lubrica vestigium fallerent, modò rapidior vnda subduceret.
Vetustatem fallere. Plin. lib. 14. cap. 2.
Fallere visum. Plin. lib. 9. cap. 50. 1. Pisces attritu ventrium coeunt tanta celeritate, vt visum fallant. Hoc est vt visu percipi non possint.
Visu falli. Stat. 4. Sylu. 3. 24.
Vmbra pietatis fallitur. Ouid. 9. Metam. 03.
Volucres viscata fallit virga. Ouid. 15. Metam. 95.
Nec vota fefellit euentus. Claud. 4. Paneg. 18.
Vulgus indoctum fallere vana dulcedine. Ouid. 5. Metam. 61.
¶ Fallere, pro Latere. Tacit. lib. 11. Et nonnulla fallendi spe: hoc est latendi, ne res videlicet deprehenderetur. Nam fallere, pro reperias apud hunc scriptorem, quæ est elegantissima ver gnificatio. Idem lib. 13. Quæ mutatio neque Neronem fefe nanus in Castigationibus in libro, 11. Taciti. & lib. 18. Non falleb ces impetus militum, hoc est non latebat. Liu. Speculator Carthagi sis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, præcisis mani dimittitur.
¶ Falsus sum, Id est decipior. Plaut. Menæhmis, 17. 2. Progredi propere bo: sed id quàm facile sit, haud mihi sum falsus. Id est certo scio quàm facile sit. Idem Aulul. 6. 4. Quanquam haud falsa sum nos odiosas haberi. Terent. And. 4. 1. 23.
—postquam me amare dixi, complacita est tibi:
Heu me miserum qui tuum animum ex animo spectaui meo.
P. Falsus es. Id est erras, aliter est atque tu putas. Plautus Truc. 17. 10.
—mihi
Etiamnum quid sit negoti, falsus incertusque sum nisi quia Timeo tamẽ.
Falli igitur possumus. Cic. 1. de Finibus, 24.
Possum falli vt homines. Cic. Attico, lib. 13. 278. 6.
Spes fallendi Horat. 1. epist. 17. 11.
Viæ mille fallendi. Tibull. lib. 4. eleg. 6. 3.
Fallens, fallentis, (ψεύδων,) cui opponitur Constant. Cice. 2. de Finib. 77. His initiis inducti, omnia vera diligimus, Id est fidelia, simplicia, constãtia: tum vana, falsa, fallentia odimus, vt fraudem, &c.
Fallens cliuus. Plinius ad Apollinarẽ, epi. 101. d. lib. 5. Villa in colle imo sita prospicit quasi è summo, ita leniter & sensim cliuo fallente consurgit, vt quum ascendere te non putes, sentias ascendisse.
Retia fallentia. Ouid. 2. de Arte aman. 38.
Fallens vestigium. Plin. epist. 25. b, Hunc dum sequitur, colligitque per lene & lubricum pauimentum, fallente vestigio cecidit, coxamque fregit.
Vitæ fallentis semita. Horat. 1. epist. 19. 22.
Falsus, Participium, (ψευδής,) vt Falsus amicis. Claud. 7. Paneg. 56.
Omnibus verax, sibi falsus vni. Seneca Medea, 8. 16.
Falsus sodalibus, Id est qui fidem sodalibus non seruat. Catul. ad Alphenũ, epigram 28. 1. Alphene immemor, atque vnanimis false sodalibus.
¶ Aeclinis falsis animus. Horat. 2. Serm. saty. 2. 2.
Auditiones falsæ. Tacitus libro, 4. Vt claro exemplo falsas auditiones depellerem.
Falsa causa. Terent. And. 1. 5. 22.
Censen' vllum me verbum potuisse proloqui:
Aut vllam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.
Falsus codex. Cic. 3. Verr. 112. Quòd falsum codicem protuleris.
Crimine falso accusare aliquem. Ouid. 13. Metam. 62.
Cupidine falso decipi. Horat. 1. Serm. saty. 1. 13.
Falsum gaudium. Terent. And. 1. 2. 9. Id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio.
Gaudia falsa, Non syncera. Virg. 6. Aeneid. 103.
Falsam gratiam inire. Terent. Heau. 2. 3. 61.
Perge obsecro te, & caue ne falsam gratiam Studeas inire.
Honor falsus, Qui indigno exhibetur. Horat. 1. epist. 17. 9.
Sub imagine falsa celare culpam. Ouid. 2. Metam. 8.
Falsa lachrymula. Terent. Eunuch. 1. 1. 22.
Egóne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modo:
Mori me malim. sentiet qui vir siem.
Hæc verba, vna me hercle falsa lachrymula,
Quam oculos terendo miserè vix vi expresserit, Restinguet.
Lingua falsa. Ouid. 2. Metam. 127.
Literarum falsarum & corruptarum pœna grauis. Cic. pro Flacco, 30.
Falsæ lites. Plaut. Rudente, 2. 13.
Noscimus vt quenque adiuuet opulentia:
Qui falsas lites falsis testimoniis
Petunt, quique in iure abiurant pecuniam,
Eorum referimus nomina exscripta ad Iouem.
Odium falsum assimulat. Ouid. 7. Metam. 60.
Opprobriis falsis morderi. Horat. 1. epist. 17. 8.
Os falsum. Ouid. 10. Meta. 4. Si licet, & falsi positis ambagibus oris Vera loqui sinitis.
Proditio falsa. Virg. 2. Aeneid. 17.
Pauores falsi. Tacit. lib. 2. Falsos pauores induerat.
Pudor falsus. Ouid. 2. de Arte aman. 112.
Querelis falsis incusare aliquem. Claud. 4. Paneg. 86.
Falsus scriptor. Mart. lib. 3. 20. An quæ Neroni falsus astruit scriptor.
Falsus sol, pro Fallace. Virg. 1. Georg.
—solem quis dicere falsum Audeat? Seruius.
Falsa solicitudo. Terent. Heaut. 1. 2. 3.
Nihil adhuc est quod vereare Clinia, haud quaquam etiam cessant:
Et illam simul cum nuntio tibi hîc ego affuturam hodie scio.
Proin tu solicitudinem istam falsam, quæ te excruciat, omittas.
Falsum somnium. Plaut. Milit. 7. 18. Ecastor ergo mihi haud falsum eue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

...m.
...fallax.Cic.12.Philipp.322.
...ponere.Ouid.ad Liuiam,8.
...aliquem producere.Terent.And.4.1.24.
...ne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium,
...me lactasses amantem,& falsa spe produceres?
...or falsus.Lucret.lib.5.14. Horat.2.epist.1.43.
...m testamentum,Q uod testamentum non est,inquit Paulus Iurecõs.
Sic falsus tutor,Qui tutor non est.
Verbis falsis periuria addit.Ouid.11.Metam.42.
Falsis & mendacibus visis mẽtes mortaliũ cõcitare. Cic.1.de Diuin.191.
¶ Falsus animi dicitur is,cui longè aliter cecidit,atque opinabatur. Terent.Eunuch.2.2.42. – sed quid videtur
Hoc tibi mancipium? P. non malum hercle. G. vero hominem:vt falsus animi est.
Falsum habere,Id est Decipere.Salustius in Iugurtha, Nec ea res me falsum habuit.
Falsum esse.Salust.Ambitio multos mortales falsos fieri subegit.
Falsum falsi,Substantiuum.(ψεῦδος,)Terent.Eunuch.1.2.24.
Q uæ vera audiui,taceo,& contineo optimè.
Sin falsum,aut vanum,aut fictum est,continuò palàm est. Idem Heau. 3.1.12.Aut ego profectò ingenio egregiè ad miseriam
Natus sum,aut illud falsum est,quod vulgò audio
Dici,diem adimere ægritudinem hominibus.
Nisi falsum & imitatione simulatum nihil est in eo.Cic.2.de Orat.102.
Intelligens falsi.Tacit.libro 12.
Veri falsique notitia.Lucret.libro 4.97.
Mentita,falsa,& plena erroris. Cic.2.de Diuinat.80. Q uæ ordine & ratione vacant,ea mentita,& falsa,plenisque erroris sunt.
Aucta in falsum. Tacit.libro 3.Modica de moribus adolescentis, neque in falsum aucta retulit.
Veris addere falsa.Ouid.9.Metam.28.
Veris falsa admiscere per artem.Silius.libro 11.26.
Falsi conuincere,Vide CONVINCO.
Conuincere falsum refutatu ancipiti.Lucret.lib.3.106.
Vero distinguere falsum.Horat.1.epist.10.6.
Iacere tela in falsum.Tacit.lib.4.Telisque in falsum iactis.
Ingrauescere falsis.Tacit.lib.19.Q uum è contrario omnia læta fingeret, falsis ingrauescebat.
Falsa punire,Id est ea quæ commissa non fuerant.Senec.Hipp.12.8.
Veris falsa remiscère.Horat.de Arte poet.31.
Renidens falsum vultu. Tacit.lib.4.Enimuero Tiberius toruus, aut falsum renidens vultu,seu loqueretur,seu taceret.
Falsum scripseram ad te antè de iis.Cic.Attico,lib.7.133.2.
Verum,falsúmve sit,vita non decreuerit.Plin.lib.8.cap.16.8.
Falsò,Aduerbium,(ψευδῶς,)quod Vero contrarium est. Plaut.Bacchid. 11.43,Non maneo,neque tu me habebis falsò suspectum. Terentius Heaut.2.3.27.
Quid est obsecro?nam mihi nunc nihil rerum omnium est
Quod malim,quàm me hoc falsò suspicarier. Cic.7.Verr.87.
Falsò.Terentius And.3.2.25.
– siquid narrare occœpi,continuo dari
Tibi verba censes, S.falsò. Vbi Donatus, Potest & σχηματικῶς falsò pronuntiari.Potest & Falsò loqueris.vt Salustius, Falsò queritur de natura sua genus humanum.
Numina Iouis falsò citaui,Id est periuraui.Ouid.5.Fast.137.
Fama falsò credita.Seneca Octau.6.1.
Laudata falsò fœmina.Ouid.3.Amor.eleg.11.9.
Falsò memoriæ proditum videbatur.Cic.pro Lege Manil.28.
Promittere falsò.Ouid.epist.19.38.
Falsè,Aliud aduerbium,(ψευδῶς,)Idem.Plaut.Capt.11.86,
– tace modo,ego Philocrates
Falsè faciam,vt verus hodie reperiare Tyndarus. Antiquum.
Falsidicus,penult.corr.Adiectiuum,(ψευδολόγος,)Q ui falsa loqui consueuit. Plaut.Capt.12.13.
Me,meámque rem,quod in te vno fuit,
Tuis scelestis falsidicis fallaciis dilacerauisti.
Falsificus,pen.corr.Aliud adiect.(ψευδοποιός,)Q ui facit fallacias.Plaut. Milit.5.36.Q ui arguat se,eum contra vincat iureiurando suo,
Domi habet animum falsiloquum,falsificum,falsiiurium.
Falsiiurius,Adiectiuum,(ψευδομνύων,) Qui falsa iurat. Plau.Milit.5.36.
Falsiloquus,penul.corr.Adiectiuum,(ψευδολάλων,) Qui falsa loquitur. Plautus Milite, 5.36. Idem Capt.6.14. Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo.
Falsimonium,falsimonii.(ἐξαπάτη,)Plaut.Bacchid.11.12.
Multi more isto atque exemplo viuunt:quos quum censeas
Tibi amicos,reperiuntur falsi falsimoniis.
Falsiparens,penult.corr.huius falsiparentis,(ψευδοτέκων,)Is dicitur qui falsum habet parentem, Id est cuius pater is esse creditur,qui minimè tamen est.Sic Catullus vocat Herculem,quem ex Ioue & Alcmena natum,plurimi credebãt Amphitryonis esse filium,quia is verus erat Alcmenæ maritus. Catull.ad Mallium,epigr.63 23.
Q uale ferunt Graii Pheneum prope Cyllenæum
Siccari emulsa pingue palude solum.
Quod quondam cæsis montis fodisse medullis
Ausus,falsiparens Amphitryoniades.
Fálsitas,pen.cor.falsitátis,(ψεῦδος,)cui opponitur Veritas.Ci.pro Cluẽtio,2.Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti & parum virium falsitas habet,sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet.
Fallax,fallácis,pen.prod.om.gen.(ἀπατηλός,σφαλερός,) Qui mentiendo decipit.
Alea fallax.Ouid 4.de Ponto,eleg.2.9.
Amica fallax,Ouid.2.Amor,eleg.9.9.
Amicitia fallax.Ouid.7.Metam.61.
Amicitiæ fallaces.Tacitus lib.16.Sic specie bonarum artiũ falsos,& amicitiæ fallaces.
Amor fallax.Senec.Hippol.5.9. Tibull.lib.1.eleg.9.17.
Vani & fallaces astrologi.Cic.1.de Diuinat.68.
Aula fallax.Seneca Octau. 2.1.
Fallax coniectura.Plin.lib.22.cap.23.11, Quoniam in his naturam esse apparet,in illis coniecturam sæpius fallacem.
Fallax cõuallis.Pli.li.8.ca.8.1.Cõuallis manu facta,& lõgo tractu fallax.
Fiducia fallax.Ouid.epist.15.65. Idem 11.Metam.87.
Fallax hamus.Mart.lib.1.162.Sic auidis fallax indulget piscibus hamus.
Hamo fallaci læsus piscis.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.2.
Fallaces herbæ,Quæ parum aut nihil afferunt fructus.Cice.de Amicitia, 60,Nouitates autem si spem afferunt,vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat,non sunt illæ quidem repudiandæ.
Herba fallax veneni.Virg.4.eclog.5.
Fallaces homines.Catul.ad Alphenum,epig.28.1.
Fallax imitatio.Cic.4.Acad. 253.
Insidiæ fallaces.Valer.5.Argon.126.
Fallax interpres.Cic.ad Brutum,10.4.
Iudicia fallacia.Cic. 3.Offic.47.
Fallax loquenti.Cic.4.de Finib.112.
Merces fallaces & fucosæ.Cic.pro Rab. Posth.14.
Norma fallax.Lucret.lib.4.105.
Fallax aut dubia obseruatio.Plin.lib.18.cap.26.8.
Puella fallax.Tiboll.lib.3.eleg.7.4.
Fallacissimo sensu iudicare.Cic.2.de Diuina.136.
Sententia hominum fallax.Ouid.5.Fast.39.
Seruus fallax.Ouid.1.Amor.eleg.15.4.
Simulacrum fallax.Silius lib.17.111.
Fallax spes.Liu.6.ab Vrbe,68,Nec diutius patiar à te multitudinem fallaci spe concitari.
Spes falsa & fallax.Cic.12.Philipp. 322.
Spes heu fallaces,&c.Silius lib.7. 12.
O spes fallaces!ô cogitationes inanes meæ!Cic.pro Milone,72.
Sylua fallax,Quæ perplexas vias multas habet.Virg.9.Aene.82.
Tenebræ fallaces.Valer.3.Argon.38.
Vates non fallax.Tibul.lib.3.eleg.4.10.
Viæ fallaces.Ouid.2.Amor.eleg.11.2.
Vita fallax.Seneca Hippol.8.12.
Vultu fallaci blandita fortuna.Seneca Octau.7.1.
Vndis fallacior.Ouid.13.Metam.171.
Fallacia,huius fallaciæ,(γριφώ,ἐκδιούργημα,ῥᾳδιουργία,)Techna, dolus malus.Terent.And.4.4.39.Fallacia alia aliam trudit. Columella libro,11.cap.2.51,Sed hæc ipsa res habet aliquam fallaciam. Cicero 2.de Diuinat.127,Tota res est inuenta fallaciis aut ad quæstum, aut ad superstitionem,aut ad errorem.
Fraudes & fallaciæ.Cic.pro Cluentio,81.
Doli,machinæ,fallaciæ,præstigiæ.Cic.3.de Natu.deor. 104.
Sine fuco & fallaciis homo.Cic.Attico,lib.1.1.1.
Astutior fallacia,Vide ASTVTVS.
¶ Componere fallacias,Vide COMPONO.
Ex fraude,fallaciis,mendaciis totum constare.Cic.pro Comœ.11.
Excogitare fraudes & fallacias.Cic.pro Cluentio,81.
Intendere fallaciam in aliquem,Vide INTENDO.
Inuenire fallaciam,Vide INVENIO.
Falláciter,pen.corr.Aduerbium,(δολερῶς,)Cic.1.de Diuinat.65,Fallaciter portenta interpretari. Idem 3.Offic.89.Ratio ergo hoc postulat,nequid insidiosè,nequid simulate,nequid fallaciter. Ouid.11.Metam,129. – fallaciter omnia transit.
Imitando fallaciter naturam boni.Cic.in Partit.48.
Venditare se alicui fallacissimè.Cic.de Arusp.resp.44.
Fallaciósus,pen.prod.Adiectiuum.(δόλιος,)Quod est plenum fallaciis. Gellius,Veterum testimonia quibus huiusmodi ambages fallaciosæ cõfutantur. Idem lib.7.cap.3,ex epistola Tironis Tullii.

Falso,

Falso,falsas,(παραποιῶ,)falsare.Modestinus in L.penult.ff.ad Ad legem Corneliam de falsis,Decretóque diui Adriani præceptum est,in insulam eos relegari,qui pondera,aut mensuras falsassent.
Falsarius,falsarii.(πλαστογράφος,) Sueton.in Claudio,cap.15.Proclamante quodam,præcidendas falsario manus,carnificem statim acciri cum machæra mensáque laniona flagitauit. Idem in Nerone, cap.17. Aduersus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ, nisi pertusæ,ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur. Significat falsum signatorem.Clarius etiamnum in Tito cap.3.significatio ostenditur.
Falx, huius falcis,fœm.gen.(δρέπανος,ἅρπη,δρεπάνη,) A farre litera commutata,vt Varro existimat: est qua secantur frumenta, herbæ,& similia.Virg. Falce nec agricolæ duri resecanda. Plin.libro 18.cap.28. Falcium duo genera:Italicum breuius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris compendii, quippe medias cædunt herbas,breuioresque prætereunt. Cic.5.Tusc.92.Immissi cum falcibus multi purgarunt,& aperuerunt locum.
Falces fœnariæ,stramentariæ,arborariæ,vineaticæ, syluaticæ,ruscariæ. Cato cap.11.4. Et cap.10.3.
Frondatorum falx.Catull.in Argon.59.9.
Curuamen falcis alienæ.Ouid.7.Metam.46.
Acuta falx.Ouid.9.Metam.77.Vide ACVO.
Adunca falx.Ouid.14.Metam.136.
Agrestis falx.Iuuenalis Satyra 13.4.
Ahena falx.Lucretius libro 5.260. Virg.4.Aeneid.103.
Falces curuæ,Vide CVRVVS.
Mala falx.Virgilius Eclog.3.3.
Nigræ rubigine falces.Claud.2.Paneg.39.
Procurua falx.Virgilius 2.Georg.84.
Rapaces falces.Lucretius libro 3.130.
Supina falx.Iuuenal.Satyra 8.20.
Nec clypeo Gracchum pugnantem,aut falce supina.
¶ Adhibere frondibus falcem.Quintil.libro 2.cap.4.8.Q uod etiam rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem,quia reformidare ferrum videntur.
Amputare ramos falce.Horat.Epod.2.3.
Curua falce armatus deus.Tibull.lib.1.eleg.4.2.Saturnum intelligit.
Vmbram arboris attenuat falx.Catull.in Argon.59.9.
Falces laqueis auertere,Vide AVERTO.
Aestiuæ detondent Gargara falces.Claud.4.Paneg.78.
Vites incidere falce.Virgilius Eclog.3.3.
Curare vitem falce.Plin.libro 17.cap.22.
Premere vitem falce.Horat.1.Carm.Ode 31.2.
Vmbram premere falce.Virg.1.Georg.32.
Seges resecanda falce.Ouid.epist.1.11.
Incurua falce resecta Ceres.Ouid.1.Amor.eleg.15.3.
Supponere falcem aristis.Virg.1.Georg.70.
¶ Falx, Bellica machina, quæ adunco præfigebatur ferro: sic dicta quòd incuruata esset,vt ex muris lapides extraherentur.Cæsar 3.bell. Gall.406.Vna erat magno vsui res præparata à nostris, falces præacutæ,insertæ,affixæque longuriis,non absimili forma muralium falcium. Paulò pòst dicit funes abscissos fuisse falcibus. Martialis libro 14.34. de falce epigramma,
Pax me certa ducis placidos curuauit in vsus:
Agricolæ nunc sum,militis antè fui.
Falcula,penult.corr.Diminutiuum.(δρεπάνιον,) Columel.libro 12.cap. 18.1.Nec minus falculæ & vngues ferrei quamplurimi parandi. Cato cap.54.2.Quod falcula secueris,non renascetur.
Falculæ pantherarum & pardorum dicuntur extremitates vnguium in falcis formam incuruatæ,quibus dum appetunt, etiam integra corpora dilaniant,à quibus etiamnum falculis falcones dictos putat Festus. Plinius libro 8.cap.15.3.Mirum pardos, pantheras, leones, & similia, condito in corporis vaginas vnguium mucrone ne refringatur, hebeteturve, ingredi: auersisque falculis currere, nec nisi appetendo protendere.
Falcarius,falcarii,(δρεπανηφόρος,)Qui falce vtitur.Cicero 1.in Catil.6. Dico te priori nocte venisse inter falcarios. Priscianus hunc locum exponens,ait.Inter falcarios,id est in locum vbi sunt falcarii.
Falcifer,pe.corr.(δρεπανηφόρος,)Falcem ferens.Martial.lib.5.16. Nam si falciferi defendere templa tonantis.Id est Saturni. Ouid.in Ibin,44.
Te fera nec quicquam placidum spondentia Martis
Sydera presserunt,falciferíque senis.
Manus falciferæ.Ouid.13.Metam.198.
Couinus falcifer.Silius libro 17.85.Vide COVINVS.
Falcare,Verbum,(δρεπανίζειν,)Falce proscindere.Plinius libro 17.cap. 10.5.Serendas quammaximè falcatas,& è nouella.
Falcatus,pen.prod.Adiectiuum,(δρεπανοειδής,)Q uod formã falcis habet.Plin.lib.10.cap.21.2.de gallo gallinaceo loquens, In sublime caudam quoque falcatam erigens. Idem,Falcatæ siliquæ sunt.
Ensis falcatus.Silius libro 3.53.
Sinus falcatus in arcus.Ouid.e pist.2.17.
Cauda falcata.Ouid.3.Metam.137.de delphinis.
¶ Falcatus,Falcibus instructus.Vnde falcati currus dicti sunt... bius,Inducebat etiam currus cum falcibus,& elephãtos cum tu... Stat.10.Theb.108,
Antea falcato lustrantem mœnia curru
Desuper Ogygiæ pepulit grauis impetus hastæ. Valer.6.Arg.22.

Fama, famæ(φήμη,βάξις,ἠχή,φάτις,)Sermo quidam in populo,sine certo authore,de re aliqua recenti,siue bona,siue mala:authore Valla lib.4.Idem autem sunt rumor & fama,præterquam q. alterum Latinum est,alterum è Græco,codé Valla teste. Terent.And.1.1.72.
– omnes vno ore omnia
Bona dicere,& laudare fortunas meas,
Q ui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus est?hac fama impulsus Chremes,
Vltro ad me venit. Cic.14.Philipp.394,Hoc triduo vel quatriduò tristis à Mutina fama manarat. Virg.lib.4.Aeneidos,
– magnas it fama per vrbes,
Fama malum,quo non aliud velocius vllum,&c.Quo in loco videto pulcherrimam famę descriptionem.
Fama,ablatiuus.Terent.Hecyra,2.1.21,
Quo quisque pacto hîc vitam vestrorum exigat,
Multo melius hîc quæ fiunt,quàm illic vbi sum assiduè,scio:
Ideo quia vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. Id est vt vos habueritis domi,ita ero vobis foris fama,hoc est ex ipso rumore.
Vulgata bella per orbem famâ.Virgil.1.Aeneidos,39.Fama,per famam.
Inclyta gloria famâ.Virg.2.Aeneid.17.
Nôtissima insula famâ.Virg.2.Aeneid.5.
Illustris virgo famâ.Virg.7.Aeneid.16.
Famâ super æthera notus.Virg.1.Aeneid.77.
Prior famâ,Id est cui est maius nomen.Horat.1.Serm. saty.5.6.
– fama ciuem,causáque priorem Sperne.
Reuerentia famæ.Ouid.9.Metamor.112.Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ, Aut timor impediet.
Famæ commendatioris homo.Plin.lib.25.cap.10.9.Similiter eam quam eupleam vocant:traduntque ea perunctos,commendatioris esse famę.
Ingenii fama.Quint.lib.4.cap.1.38.Famam ingenii auget facilitate
Iudiciorum fama.Quintil.lib.4.cap.1.21.
Fama sapientiæ.Cice.de Amicitia,14.Itaque non tam ista me sapientiæ (quam modò Fannius commemorauit)fama delectat, falsa præsertim, quàm q. amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternã fore. Sic Fama eloquentiæ,Quint.li.7.ca.2,Famam eloquentię affectãtes petẽti,&c.
Fama vulgi,quoddam multitudinis testimonium.Cic.in Topic.40.
Fama de,Salu.in Iugurtha, Ciuitas trepida antea,solicita de belli euentu læta agere:de Metello fama præclara esse.
¶ Aduersa fama. Tacitus lib.20,Aduersam de Domitiano famã accipit.
Aemula fama Herculei laboris. Silius lib.4.1.
Anus fama.Catull.de Gallo,epigr.73.2,
Verùm id non impune feres,nam te omnia secla
Noscent,& quis sis fama loquetur anus.
Atrocior fama.Tacitus li.4,Atrociore semp fama erga dominãtiũ exit.
Audax fama nouis terroribus.Stat.8.Thebaid.31.
Fama bona,Vide BONVS.
Fama calamitosa,Vide CALAMITAS.
Cassa sterilisque fama.Stat.6.Theb.15.
Communi fama atque sermone audire de re aliqua.Cic.pro Flacco, 10,Si quid ipsi audistis communi fama atque sermone de vi,de armis,&c.
Conspicua fama.Iuuenalis Saty.10.13.
Egregia fama.Tacitus in vita Agricolæ.
Fœcunda fama.Claud.ad Gennadium,43.1.
Fœda fama.Iuuenalis Saty.14.16.
Garrula fama.Senec.Herc.fur.3.7.
Impia fama.Virg.4.Aeneid.60.
Ioanis fama.Tacit.li.20,Q ui principatui inanem ei famam circundaret.
Incertæ murmura famæ.Ouid.epist.9.9.
Fama incolumis,Id est illæsa existimatio & nomen integrum.Cic. ad Philippum,13.74.1.Gratulor tibi quòd ex prouincia saluum te ad tuos recepisti incolumi fama & Republica.
Incredibilis rerum fama.Virg.3.Aeneid.59.
Infausta fama.Silius lib.13.20.
Infelix fama,Vide INFOELIX.
Lepida fama,Vide LEPIDVS.
Leuis fama.Virg.7.Aeneid.47. – nec vestra feretur
Fama leuis,tantique abolescet gratia facti.
Loquax fama.Lucan.lib.8.154. Ouid.9.Metam.28.
Mala fama,Vide MALVS.
Minor factis fama.Stat.12.Theb.100.
Mirabilis fama,Vide MIROR.
Fama miratrix senioris æui.Senec.Hippol.6.2.

Universidad de Deusto Biblioteca

[...] Tacitus libro 18. Mœsta primum fama, dein profugi è prelio res patefaciunt.
[...] fama. Plinius libro 36.cap.5.25. Deinde multorum obscu[...] alia est, quorundam claritati in operibus eximiis obstante nu[...]o artificum.
[...]turior fama æuo. Ouid.6.Fast.21. Aeuo, Propter æuum.
[...]nnis fama. Virgilius 9.Aeneid.16. Vide PERENNIS.
[...]bscura fama, Vide PEROBSCVRVS.
[...]mmendatio & perpetua fama. Cicero 2.Offic.105.
Popularis fama. Cicero 1.Tuscul.178.et 5.66.
Prospera fama. Tacitus libro 17.
Recens fama. Stat.5.Thebaid.39.
Secunda fama. Liuius libro 4.Decad.5. Suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quàm secunda fama male rem gerere. Item, Ea profectio famam haudquaquam secundam habuit.
Sinistra fama. Iuuenalis Satyra.14.1.
Vaga fama. Ouidius 8.Metamor.54.
Validissima fama. Tacitus libro 13. Vt famæ inseruiret, quæ in nouis cœptis validissima est.
Vetus fama. Horatius 2.Serm.Saty.1.8. Tacit.libro 20.
Vetus & illustris fama. Cicero pro Murena, 15.
Vitrea fama. Hora.2.Serm.sat.3.45. Id est aut fragilis, aut splẽdida Porph.
Volucris præconia famæ. Ouidius epist.16.42.
Vulgaris fama. Stat.4.Sylu.8.7.
¶ Abiicere famam. Cicero Papirio Pæto, libro 9.16.9. Effugere autem si velim nonnullorum acutè aut facetè dictorum offensionem, famam ingenii mihi est abiicienda.
Accendere famam. Quintilianus Declamat.17. Est autem hoc iniquissimum de loquacitate populi, quòd plerunque famam accendit contentio non credentium.
Accidit fama, Vide ACCIDO.
Accipere fama & auditione factum esse aliquid. Cic.2.de Nat.deor.178.
Aduolat fama alicui, Vide ADVOLO.
Affectare famam eloquentiæ. Quintilianus libro 7.cap.2.28.
Afferre famam, Vide AFFERO.
Amittere famam & existimationem. Cicero pro Quintio, 28.
Atterere famam, Vide ATTERO.
Aucupari famam, Vide AVCVPOR.
Auferre famam docti, Id est celebrari pro docto. Horat.2.epist.1.12.
Bacchatur fama per vrbem. Virg.4.Aeneid.134.
Fama canit, Vide CANO.
Captare famam dicacis. Horat.1.Serm.Saty.4.17.
Famæ cedere, Vide CEDO.
Celebrata fama per orbem. Ouid.2.de Arte amandi, 100.
Constanti fama atque omnium sermone celebratum est ita esse. Cicero Qu.fratri, libro 1.1.35. Quod paulo pòst dicit, Cuius quidem generis constare inter omnes video, abs te summam adhiberi diligentiam.
Circundare famam alicui. Tacit.in Dialogo oratorum, Catilina, & Milo, & Verres, & Antonius, hanc illi famam circundederunt. Idem in vita Agricolæ, Egregiam famam paci circundedit.
Collocat fama in concilio cælestium. Cicero 3.Off.30. Hercules quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cælestium collocat.
Committere famam suam alicui. Horat.1.Serm.Saty.7.14.
Famam comprimere, Vide COMPRIMO.
Conficere famam alicui. Cicero de Clar.Orat.140. Catulo suauitas vocis bene loquendi famam confecerat. Vide CONFICIO.
Fama de aliquo consentiens, Vide CONSENTIO.
Famam malignitatis consequi, Vide CONSEQVOR.
Collectam famam conseruare. Cicero 2.Verr.39. Qui vt antè collectam famam conseruet laborat.
Fama constans, Vide CONSTO.
Famæ consulere, Vide CONSVLO.
Latè consulere famæ cuiuspiam, Vide LATVS.
Conualescit fama. Curtius libro 9. Quum audisset conualuisse apud barbaros famam mortis suæ.
Crebrescens fama. Tacitus libro 20. Iisdem diebus crebrescentem cladis Germanicæ famam nequaquam mœsta ciuitas excipiebat.
Dedita per prouincias fama. Tacit.libro 11. Nisi fortè legendum putes Didita, id est diuisa, dissipata.
Bonam deperdere famam. Horat.1.Serm.saty.2.13.
Collectam diu deponere famam. Claud.8.Paneg.37.
Deportare famã alicuius rei. Tacit.lib.4. Belliq; cõfecti famã deportarat.
Nunquam deferet Curium fama. Cic.1.Tuscul.178.
Discurrit fama totas vrbes. Curtius libro 4. Fama vt solet, strenuè totas vrbes discurrit.
Dispergere famam. Plin.lib.35.cap.10, de Apelle, Famámque dispersit se emere, vt pro suis venderet.
Dissipare famam Cic.14.Philipp.305. Famam istã fascium dissipauerũt.
Dare famæ, pro spargere in vulgus. Tacit.libro 1. Dabat & famæ, vt vocatus, electusque potius à Republica videretur.
Verba dare famæ. Ouid.epist.16.34
Eleuare famam, pro Minuere, & leuiorem reddere. Tacit.lib.4, Simul eleuat famam aduersæ pugnæ.
Emanat fama. Cic.3.Verr.1, Quæ fama non idcirco solum emanarat, quòd iste certè statuerat ac deliberauerat non adesse: verum, &c.
It fama per vrbes. Virgil.4.Aeneid.35.
Excitare famam. Cic.5.Tusc.66. Omitto nobilitatem, famamque popularem, stultorum improborumque consensu excitatam.
Extenuare famã belli. Liu.1.Decad.lib.5.167. Extenuãtes & famã belli.
Extinguere famam. Liu.3.Decad.lib.7.93. Ad proditionis famam, vt vi potius atque armis captum Tarentum videretur, extinguendã. Virgi.6.Aeneid.106. Et famam extingui veterum sic posse malorum.
Famã facere. Quint.li.11.ca.2. Memoria facit & prompti ingenii famã.
Mœsta fama ferit remotas terras. Lucan.lib.5.155.
Fama fert. Liu.2.ab Vrb.31. Regnum eum affectare fama ferebat.
Fundere famam latius. Quint.lib.11.cap.2. Quem secutus Cic. hanc famam latius fudit.
Furit fama. Silius lib.7.102.
Gliscens fama. Tacit.lib.18. Gliscentem in dies famam fors discussit. Ibidem, Gliscere famam ipso spatio sinebat.
Fama hæsit ad metas. Cic.pro M.Cælio, 56. In hoc flexu quasi ætatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate ac sapientia vestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas, notitia noua mulieris, & infœlici vicinitate, & insolentia voluptatum.
Iactatur fama. Silius lib.4.1.
Incessit fama. Tacit.lib.13. Cæterũ continuo exercitũ otio fama incessit.
Increbrescit fama, Vide INCREBRESCO.
Infixa fama vulgo. Plinius lib.8.cap.22. Vnde tamen ista vulgo infixa sit fama in tantum, vt in maledictis versipelles habeat, Indicabitur.
Inquinare famam alicuius, Vide INQVINO.
Inseruire famæ. Tacit.lib.13.
Instandum famæ. Tacit.in vita Agricolæ.
Inuigilare famæ. Ouid.3.de Arte, 83.
Inurere famam superbiæ alicui, Vide INVRO.
Lacerare famam alicuius, Vide LACERO.
Lædere famam. Plin.Iunior epist.7.lib.3. Læserat famam sub Nerone. Id est, infamis fuerat & mali nominis. Vide LAEDO.
Fama loquatur opus, Vide LOQVOR.
Mandare quidpiam alicui ex fama. Tacit.lib.4. Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis, ex fama mandabat.
Manet fama, Vide MANEO.
Mansura fama in sæcula. Lucan.lib.8.15.
Manat fama, Manat rumor, Vide MANO.
Mentita est fama. Ouid.10.Metam.6.
Merere famam, Vide MEREO.
Moritur fama, Vide MORIOR.
Obliterare famam, Vide OBLITERO.
Nuntiat fama. Cic.Cassio lib.12.epist.4.4, Fama nuntiabat te esse in Syria,
Oblitus melioris famæ. Virg.4.Aeneid.45.
Obruere famam. Tacit.in vita Agricolæ, Et quum Cerealis quidem alterius successoris curam, famamque obruisset, sustinuit quoque molem Iulius Frontinus vir magnus quantum licebat.
Penetrare alicuius famam. Tacit.li.20, Vt vniuscuiusque vitam famamque penetrarent.
Peragrauit fama. Cic pro Milone, 75, Fama de interitu Clodii fines imperii Ro.peragrauit.
Percrebuit fama. Cic.Planco, lib.10.10.2. Tamen ipsa fama quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Idem 6. Verr.60. Quum hæc omnino fama de nostrorum hominum auaritia & cupiditate percrebuerit.
Perdere famam, Vide PERDO.
Perlata est fama. Curtius lib.9, Inter hæc ad Macedones regem cecidisse fama perlata est.
Peruaserat interim circumuenti exercitus fama. Tacit.lib.1.
Peruenit fama ad aures. Cic.pro Syl.9. Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit. Curtius lib.4. Interim ad Mazeum superati regis fama peruenerat.
Premere famam alicuius. Tacit.lib.15. Lucanum propriæ causæ accendebant, quòd famam carminum eius premebat Nero.
Quærere dicendi famam. Quintil.lib.2.cap.12.6.
Reprimere famam. Cic.11.Philipp.307. Hanc quæso pro tua singulari sapientia reprimere famam.
Volitans pennata per vrbem Nuntia fama ruit. Virg.9.Aeneid.98.
Sepulta fama. Ouid.epist.7.18.
Studere famæ. Quintil.lib.3.cap.4.6. Et fortasse tutissimum erat modò famæ studentem, nihil ex eo mutare, quod multis annis non sensissem modò, verum etiam approbassem.

Famam

Famam temeritatis subire, pro Temerarium dici. Cic.ad Brutum, 18.5. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam temeritatis.
Fama fuit quosdam ex Fidenatium iuuentute participes eius populationis fuisse. Liuius 4.ab Vrbe, 129.
Si vera est fama, Id est Si credere fas est. Virg.4.Georg.9.
Esse in fama. Tacitus libro 18. Etsi vagis adhuc & incertis authoribus, erat tamen in ore famáque Vespasianus: ac plerunque ad nomen eius Vitellius excitabatur.
Intra famam esse. Quintil.lib.11.cap.3.de pronuntiatione, Plurimum verò actione valuisse Qu.Hortensium cuius rei fides est, quòd eius scripta tantum intra famam sunt, qui diu princeps orator, aliquando æmulus Ciceronis existimatus est. Id est, nõ maximæ existimatiõis aut famæ.
Surrexit fama. Cælius Ciceroni, lib.8.8.6. Magna ilico fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cœptum.
Tenere famam sine labe. Ouid.epist.16.14.
Aduersa fama populi te nihil terret. Senec.Thyeste, 3.6.
Tradere famæ. Curtius lib.6. Egregium me hercule opus, & inter præmia gloriæ vestræ numerandum, posteritati famæque tradetis.
In vniuersum fama est transgressa. Tacit.in vita Agricolæ.
Incolumem famam tueri. Horat.1.Serm.saty.4.24.
Vagatur fama. Virgilius 2.Aeneid.4.
Venit fama. Cicero Papirio Pæto, libro 9.16.23. Fama ad te de mea noua lautitia veniet.
Maior fama post cineres venit. Ouid.4.de Ponto, eleg.16.1.
Volat fama. Virgilius 3.Aeneid.25.
Vulgata per vrbes fama. Lucanus libro 2.126. Liuius 4.Decad.lib.7.
Vulgauit fama. Curtius libro 8. Hanc ab Hercule frustra obsessam esse, terræque motu coactum absistere, fama vulgauerat.
¶ Fama etiam dicitur de re inueterata, firmatáque in hominum opinione, incerta tamen, teste Valla. Plaut.Mostel.4.70. Soli gerundum censeo morem, & capiundos crines, Vt fama est, homini. Virg.6.Aeneid.3. Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna, &c. Martial.libro 1.5. Quicquid fama canit, donat arena tibi. Quintil. Fama est olim Iouem in Imbrem aureum conuersum, puellæ in gremium descendisse.
Hæc fama celebrantur. Cicero pro Sestio, 88.
Vetustas delet famam operis. Ouid.1.Metam.90.
Priscæ titulos præcedit famæ, Id est contendite vt honoribus maiores vestros vincatis. Stat.2.Sylu.2.30.
Vt hominum fama est. Cic.de Arusp.resp.18. Mitto illam veterem ab ipsis diis immortalibus, vt hominum fama est, Hetruriæ datã disciplinã.
Fama est, insidentes arietum caprarúmque dorsis, armatos sagittis, veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere. Plinius libro 7.cap.2. de Pygmæis.
Fama inferior gens. Liuius 1.bell.Pun.113. Accolunt prope Allobroges gens iam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior.
¶ Fama, Opinio. Plin. Huc eum liberalitatis tuæ fama perduxerat.
¶ Famæ, in plurali. Plaut.Trinum.4.110.
– hem mea malefacta, hem meam
Auaritiam tibi. hascine me propter res maledictas Famas ferunt?
Famosus, pen.prod. Adiectiuum. (πολύφημος) De quo est celebris fama: vt Famosa causa. Plin.epist.109.lib.6. Impensè petis, vt causam meam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioqui & famosam faciam. Idem epist.109.d, Præterea qua gratia, quibus amicitiis fultum nominat quendam, qui tunc ad Orientem amplissimum & famosissimũ exercitum, non sine magnis dubitéque rumoribus obtinebat. Tacit.libro 19. Nota per eos dies Iunii Blæsi mors, & famosa fuit.
Mors famosa. Horat.de Arte, 95.
Regna famosa. Lucan.libro 7.56.
Vrbs famosa, Id est celebris. Tacit.lib.21. Sed quia famosæ vrbis supremũ diem tradituri sumus, congruens videtur primordia eius aperire.
¶ Famosus, (δύσφημος) Infamis & turpis, vt Famosa mulier pro Impudica, inquit Valla lib.1. Cic.2.de Orat. – quid tu Egilia mea, Quando ad me venis cum tua colu & lana? Non pol, inquit, audeo: Nam me ad famosas vetuit mater accedere. Ex quodam poeta. Salust. Largitionem famosam impudentémque. Tacit.libro 5. Dein multorum amoribus famosa Albucilla, &c. Idem libro 20, Crebris apud Neronem delationibus famosos.
Famosa epigrammata, quod vulgus dicit diffamatoria. Sueton.in Cæsare Caluo, Post famosa illa epigrammata, per amicos de reconciliatione agenti prior ipse scripsit. Id est quibus eum infamauerat.
Famosum carmen. Horatius 1.epist.20.7.
Pupor famosus. Ouid.3.Amor.eleg.5.16.
Famigerator, pen.prod. (δημοφήμιστής) Denominatiuũ. Qui fert famam. Plau.Trinũ.4.131. Ego de verbis eorũ famigeratorũ insici, psilui, &c.
Famigeratio, Aliud denominatiuum, (δημοφήμισις) Plaut. Trinum.10.66. Hæc famigeratio te honestet, mecum conlutulet. Quæ duo nomina Plautus suo more effinxisse visus est.

Famel, apud Oscos seruus dicebatur, vnde & familia voc[...]
Famella, Diminutiuum à fama, teste Festo.
Fames, famis, f.g. (λιμός, πεῖνα) Edendi cupiditas: non à fando, ἀπὸ τοῦ φάγω, deducitur, quod est edo. Plin.lib.10.ca.7[...] Nullum interit fame aut siti venenatum. Cic.ad Terentia, lib.14.[...] 4. Etiam illud verendum est, ne breui tempore fames in vrbe sit.
Ora pallida fame. Virgil.3.Aeneid.44.
In fame frumentum exportare erat ausus. Cic.pro Flacco, 13,
Patientia famis & frigoris. Cic.1.in Catilinam, 19.
Condimentum cibi fames. Cic.2.de Finib.144.
Auri fames. Sene.Octau.7.10.
Ciborum vetitorum fames. Ouid.15.Metam.18.
¶ Arcta fames. Silius lib.7.50.
Atra fames. Claud.4.Paneg.65.
Dira fames, Ouid.8.Metam.171.
Ieiuna fames. Ouid.8.Metam.160.
Inattenuata manebat fames. Ouid.8.Metam.171,
Misera fames. Horat.1.Carm.ode 21.3.
Obscœna fames. Virg.3.Aeneid.73.
Pestifera fames. Ouid.8.Metam.159.
Rabida fames. Virg.6.Aeneid.84.
Auri sacra fames. Virgil.3.Aeneid.12.
Sæua fames. Lucan.lib.4.19.
Vesana fames. Virg.9.Aeneid.72.
¶ Fame absumi, Vide ABSVMO.
Commouit eum fames. Cice.Attico, lib.1.11.10, xxx fuerunt quos fames magis quàm fama commouerat.
Compescere famem. Sene.Hippol.4.32.
Inextincta fame confici. Ouid.in Ibin, 86.
Fame confectus, Vide CONFICIO.
Consumit famem in tenera aqua Stat.8.Thebaid.116.
Duram famem depellere. Horat.1.Serm.saty.2.2.
Depulsa fames & sitis cibo & potione. Cic.1.de Finib.58.
Longam deponere famem. Ouid.6.Fast.106.
Fame dominante: Hoc est, fame regente appetitum, & cogente edendi voluntatem. Cic.pro A.Cluentio, 53. Auxilium capiti & fortunis suis petere cœpit. Iam hoc ignoratis Iudices, vt etiam bestiæ, fame dominante plerunque ad eum locum, vbi pastæ aliquando sint, reuertantur?
Enecta fame auis, in offam pultis inuadit. Cic.2.de Diuinat.111.
Exempta fames epulis. Virg.1.Aeneid.44.
Explere famem. Cic.pro Domo sua, 48. Nec illi cæmentis ac tegulis tectorum meorum se famem suam expleturos putauerunt.
Extimulata fame Tigris. Ouid.5.Metam.33.
Frigora & famem ferre. Catull.ad Veranium.epigr.25.1.
Hians semper fames. Sene.Thyest.1.1.
Mœsta fames rabido rictu iacens. Sene.Herc.fur.9.15.
Gazis implere famem. Sene.Herc.Oeth.5.8. Famem, Auaritiam.
Fames idonea. Celsus lib.1.cap.3. Neque vero ex multa fame nimia satietas, neque ex nimia satietate fames idonea est.
Incessit fames, Vide INCESSO.
Inferre famem ciuibus, Vide INFERO.
Infixa fames intimis medullis. Sene.Thyest.1.20.
Inuasit fames Sicyonios, Vide INVADO.
Laborare fame, Vide LABOR.
Leuare famem fronde. Ouid.epist.14.20.
Luxuriata fames multo sanguine. Stat.2.Thebaid.136.
Necare plebem fame. Cic.ad Qu.fratrem, lib.2.7.4.
Necatus fame, Vide NECO.
Obsonare ambulando famẽ. Ci.5.Tusc.138. Vide OBSONIVM
Pati famem. Ouid.in Ibin, 124.
Pellere glande famem. Tibull.lib.2.eleg.1.8.
Perferre famem, Vide PERFERO.
Copia nulla famem releuat. Ouid.11.Metam.26.
Solari famem quercu. Virgil.1.Georg.32.
Soluere famem. Sene.Thyeste, 1.13.
Stimulante fame furens. Tibul.lib.1.eleg.5.11.
Stimulante fame rapax lupus. Ouid.1.Trist.eleg.5.2.
Tolerare famem sitimque. Ouid.1.de Ponto, eleg.3.4.
Tristi torpent membra fame. Claud.de Magnete, 4.5.
Vti fame. Cel.lib.8.cap.10.
Famélicus, pen.corr. Adiectiuum, (πεινάλεος, γαστρίμαργος) Qui edendi cupiditate agitur. Plaut.Casina, 3.41. Post id, quum lassus fueris, & famelicus,
Noctu vt condignè recubes, curabitur. Idem Pseud.2.14. Dumque videbunt famẽ, mordebũt famelicis. Idẽ Rud.9.6. Terent.Eunuc.2.2.19. Ille vbi miser, famelicus videt me esse in tantum honorem, Et tam facilè victum quærere, ibi homo, &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

...rator, Famigeratio, Vide FAMA.

Familia, huius familię, (οἶκος, οἰκετεία, πατριά,) antea (inquit Festus) in liberis hominibus dicebatur, quorū dux & princeps ge... vocabatur pater, & mater familiæ. Vnde familiæ nobiliū Popilio... Valeriorū, Corneliorū: & Familiares, ex eadem familia. Postea hoc ... etiam famuli appellari cœperunt, permutata i cum u litera. Hactenus Festus. Plautus Trucul.2.19. Hæc vna opera circumit per familias, puerum vestigat. Varro de Re rust. libro 1.cap.16. Si ab fundo longius absunt oppida aut vici, fabros parent, quos habeant in villa, sic cæteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet, feriata potius, quàm opere faciundo agrum fructuosiorem reddat. Paulus Iurecons. Familiæ appellatio & in res, & in personas deducitur. In res, vt puta in lege XII. TAB. his verbis, Agnatus proximus familiam habeto. Ad personas autem refertur familiæ significatio ita, quum de patrono & liberto loquitur lex familiæ, In ea (inquit) familia. & hîc de singularibus personis legem loqui constat. Vlpianus in L. 2 §. Familiæ. ff. Vi bonorum raptorum, Familiæ autem appellatio seruos continet: hoc est eos qui in ministerio sunt, etsi liberi esse proponantur, vel alieni bona fide nobis seruientes. Quintil. libro 7.cap.3. Manumissum alienæ se familiæ venali immiscuisse, ac rogantem vt eis seruiret, captum.

Familia quæ constat ex seruis pluribus. Cicero pro Cecinna, 41.

¶Familia, Pars est gentis. Suetonius in Nerone, cap.1. Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt Caluinorum, & Aenobarborum. Sic Iabolenus in L. Vacario. ff. de Muneribus & honoribus, Vacatio itémque immunitas, quæ liberis & posteris alicuius data est, ad eos duntaxat pertinet, qui eius familiæ sunt. Et in Institutionibus imperialibus §. 1 & §. Sed neque.

Familia, pro secta. Cicero 2.de Diuinat.5. Magnus locus, Philosophiæque proprius, à Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque Peripateticorū familia tractatus vberrimé.

Gladiatorum familia. Cicero pro Sylla, 40.
Peripateticorum familia. Cicero 2.de Diuinat.5.
Vnus homo familia non est. Cicero pro Cecinna, 40.
Familia, cognatio, nomen. Cicero pro Cluentio, 11.
Amplæ & honestæ familiæ plebeiæ. Cicero pro Murena, 15.
Imperiosissima & superbissima familia, Vide IMPERO.
Luculenta familia, Vide Luculentus in LVX.
Patricia familia, Vide PATRICIVS.
¶Familiam collocare, Vide COLLOCO.
Coniicere se in familiam alienam, Vide CONIICIO.
Natus ex familia, Vide NASCOR.
Familia amplissima natus, Vide AMPLVS.
Nubere in familiam claram, Vide NVBO.
Summouere aliquos familia. Quintil. libro 1.cap.5. Tanquam subdititios summouere familia permiserint sibi.
¶Familia complectitur etiam eos qui ex eadem sunt cognatione. Plinius lib.12, cap.14.5. Ferunt MMM. non amplius esse familiarum.

Familiâris, & hoc familiâre, pen.prod. Adiectiuū, (οἰκεῖος, οἰκειακός, συνήθης, ἐφέστιος, κοινὸν,) Quod ad familiam pertinet. Author ad Herennium, libro 1.1. Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otii suppeditare possumus. Sic Res familiaris. Cicero 2.de Finib.127.
Familiarior aditus. Liuius 4.bel.Pun.21. Tres ex iis quibus solis aditus in domum familiarior erat.
Familiaris Italiæ arbor, quæ passim in Italia crescit. Plinius libro 13.cap. 5.1, Vtranque iam familiarem Italiæ.
Familiaris focus. Columel. lib.11.cap.1. Consuescat rusticos circa larem domini focúmque familiarem semper epulari.
Funus familiare. Cic. pro C. Rabirio, 5. Et in Vatinium, 24.
Familiari pecunia tenui esse. Gell. lib.3.cap.17. Memoriæ mandatum est Platonem Philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse.
Rationes familiares. Tacit. lib.5. Rationes familiares quisque cóponerēt.
Res familiaris & domestica. Cicero 1.Tuscul.3.
Sermones familiares conferre. Cicero 2.Offic.55.
Familiarissimum hoc platanis. Plinius libro 16.cap.31.5.
¶Familiaris, Qui ex eadem familia est. Cicero ad Qu. fratrem, lib.1.2.22, Aesopi tragœdi nostri familiaris Licinius seruus tibi notus aufugit. Plautus Amph.3.127.
— ne qui essem familiares quærerent,
Versari crebrò hîc quum viderent me domi.
Familiaris filius. Plautus Capt.6.23.
— quanquam non multum fuit molesta seruitus.
Nec mihi secus erat, quàm si essem familiaris filius.
Familiaris vita. Plautus Persa, 4.45.
Marsupium habeat, inibi paululum præsidii,
Qui familiarem suam vitam oblectet modò.
Familiaris sella, Sella pertusa ad excrementa reddenda, quæ Latinis lasana dicitur. Varro 1.de Re rust.cap.13.4. Itaque periti (qui possunt) vt eo aqua influat, eo nomine faciūt: sic enim maximè retinetur succus in eo. Quidam & sellas familiares ponūt. De sterquilinio faciēdo loquit.

¶Familiaris, amicum significat nobiscum versantem, & diuturna consuetudine nobis astrictum: quasi in eadem familia nobis coniunctum. Cic. de Amicitia, 75. Sed nescio quo modo verum est quod in Andria familiaris meus dixit, Obsequium amicos, veritas odium parit. Idem 3.Ver. 91. Dixit Q. Tadius homo familiarissimus patris istius, &c. Idem ad Cælium, lib.2.18.6.
Familiaris & necessarius meus: cui opponitur Alienus. Cic.2. Philipp.30.
An ego non venirem contra alienum pro familiari & necessario meo?
Idem pro Rosc. Comœdo, 28. Vide NECESSE.
Familiarior nobis propter scriptorum multitudinem. Cicero.3. de Oratore, 41.
Familiarissimus homo, & mihi omnibus rebus coniunctus. Ci. Capitoni in Epist. ad Atticum, lib.16.346.1.
Intimi familiares. Cic. Appio, libro 3.1.9. Is est ex meis domesticis atque intimis familiaribus.
Fieri familiarem alicui. Cic.2.Philipp.85.
In familiaribus alicuius esse, Vide IN.
¶Familiaria sepulcra, dicuntur quæ quis sibi, familiæque suæ constituit, quemadmodum scribit Caius, De religiosis.
Familiaria vestimenta, Quæ ad familiam vestiendam parata sunt. Vlp. in L. Vestis. par. Familiaria. ff. De aur. & arg. leg.

Familiâritas, pen.corr. (οἰκειότης, συνήθεια,) Ea cōsuetudo quæ est inter familiares & amicos. Terent. Heaut.1.2.10.
Mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia
Semper fuit familiaritas. Cic. de Amicitia, 4. Sic quum accepissemus à patribus maximè memorabilem. C. Lælii & P. Scipionis familiaritatem.
Affert familiaritatem consuetudo. Cic. pro Deiotaro, 28.
Applicare se ad alicuius familiaritatem. Cice. pro Cluentio, 52. Vide APPLICO.
Arcta familiaritate complecti, Vide COMPLECTOR.
Conflare familiaritatem, Vide CONFLO.
Summa familiaritate coniunctus. Cic.1.de Orat.13.
Consuetudines & familiaritates, multęque cum multis res rationesque cō tractæ. Cic.1.Offic.78.
Dedere se bene penitus in familiaritatem alicuius. Cice.4.Verr.123.
Familiaritates habere fidas amantium nos amicorum. Cic.2.Offic.42.
Implicari familiaritatibus alicuius, Vide IMPLICO.
Inductus consuetudine & familiaritate Quintius fecit. Ci. pro Quintio, 6.
Insinuare se in familiaritatem alicuius. Cicero pro Cecinna, 9. Vide INSINVO.
Intercedit familiaritas, Vide INTERCEDO.
Intrare in familiaritatem alicuius. Cic. ad Qu. fratrem, lib.1.1.21. In prouincia verò ipsa siquem es nactus qui in tuam familiaritatē penitus intrarit, qui nobis antè fuerit ignotus: huic quantum credendū sit, vide.
Recipere aliquem in familiaritatem. Cicer. Qu. fratri, libro.1.2.7. Et 2.Philipp.85.
Venire in familiaritatem alicuius. Cic. Trebat.7.15.1. Et 4.Ver.123.
Versari in familiaritate alicuius. Cic. pro Cor. Balbo, 47.

Familiariter, pen.corr. (οἰκείως, γνησίως,) Aduerbiū, id est ad similitudinem familiarium, & (vt ita dicam) domesticè. Plaut. Rud.11.6, Ah nimiū familiariter me attrectas. Vide post NIMIS. Terē. And.1.1.109.
Tum illa, vt consuetum facilè amorem cerneres,
Reiecit se in eum flens, quàm familiariter?
Affigere aliquid animo suo familiarius. Quintil. lib.1.cap.7.2. Quæ ipsi composuerunt, iam familiarius animo suo affigent.
Amicus familiariter. Quintil. lib.1.cap.2.12. Et in primis ea habenda cura est, vt is omnino fiat nobis familiariter amicus.
Familiariter ignotum compellare. Plaut. Menæch.9.17.
Certò hæc mulier aut insana, aut ebria est Messenio,
Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.
Familiariter aliquē diligere. Plin. epist.196.2, Ipse sum testis, familiariter ab eo dilectus probatusque semel omnino me audiente prouectum. Idem epist.144.2, Neptem paruam noui: nepotem familiarissime diligo, adulescentem singularem.
Familiariter ferre mortem alicuius: Id est grauiter, interprete Donato, nā q̄ nobis sunt familiaria, grauia sunt animo nostro. Terēt. And.1.1.84.
— hic paruæ consuetudinis
Causa mortem huius tam fert familiariter.
Familiariter inspicere. Plin. in Paneg.142. Vos quoque, quos parens noster familiariter inspicere dignatur, fouete iudicium eius quod de vobis habet: hic vester labor.
Familiariter cum aliquo loqui. Plaut. Aulul.6.15. Vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiariter. Sic Cicero 1.Verr.20. Familiariter tecum loquar.
Familiariter monere. Terent. Heaut.1.1.6.
— tamen vel virtus tua me, vel vicinitas
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter.

Familiariter

Familiariter nosse causam alicuius. Quintil. lib.5.cap.7. Is verissimè præcipit, primum esse in hac parte officium Oratoris, vt totam causam familiariter norit: quod sine dubio ad omnia pertinet.
Familiariter prædicatus. Plautus Trinum.6.54.
Aedepol hominem prædicatum fermè familiariter, qui
Quidem nunquam per virtutem rem confregit, atque eget.
Scribere familiariter. Cicero Attico, lib.9.172.4. Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur.
Familiarissime atque amicissime viuere. Cic.
Familiariter cum aliquo viuere. Cicero de Amicitia, 66. Nihil enim turpius, quàm cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris. Sic pro Quintio, 8. Et ad Atticum, libro 6.117.2.
Familiariter aliquo vti. Cic.6.Verr.38. Præsertim quum is L. Sisenna defensore tuo tam familiariter vteretur. Sic apud Plinium Iuniorem, Familiariter complecti, pro eodem, id est vti familiariter.

Famosus, Vide FAMA.

Famul, siue famulos, pen.corr. (δοῦλος, οἰκέτης, μισθοφόρος,) significat seruum. Festus, Famuli origo ab Oscis dependet: apud quos seruus, famulus dicebatur. Vnde & familia vocata est. Idem, Familiares, ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata i in u litera. Hactenus Festus. Cicero 2.de Legibus, 31. Feriis iurgia amouento, easque in famulis, operibus patratis, habento. Martialis libro 9.69.
Argolico famulum non te seruire tyranno
Vidissent gentes, sæuique regna pati.
Famul, pro Famulus apud Lucretium libro 3.110. Ossa dedit terra proinde ac famul infimus esset.
Herifugæ famuli. Catull. de Berecynthia & Aty, epigr.58.11.
Sæuitiam in famulos adhibere. Cicero 2.Offic.32.
Vinclis arcere famulos. Cicero 1.Tusc.84.
Fâmula, fâmulæ, pen.corr. (θεράπαινα,) Ancilla. Cic.5. Tuscul.3. Sinautē virtus subiecta sub varios incertósque casus, famula fortunæ est. Virgilius 8.Aeneid.53. Noctem addens operi, famulisque ad lumina longo Exercet penso.
Fideles famulæ. Lucanus libro 8.13.
Immunes operum famulæ. Ouidius 4.Metamor.1.
Vrgent famulas laboribus. Ouidius 4.Metamor.7.
Famulus, Adiectiuum, (οἰκετικός,) Ouid.2.de Ponto, eleg.2.16.
Nec dedignata est abiectis Illyris armis.
Cæsareum famulo vertice ferre pedem. Idem 1.Fast.58.
Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.
Dextras famulas ad prælia excitat. Lucan. lib.1.43.
Ministra & famula corporis est res familiaris. Cic.1.Tusc.126.
Fâmulor, penul.corr. famulâris, (δουλεύω,) famulari, Inseruire. Plinius libro 2.cap.63.6. Vt alimentis famuletur nostris. Ibidem, cap.7.6. Exterius famulantur sacris.
Labore iucundo famulari. Catull. in Argon.59.32.
Fortuna famulante aliquid agere, Id est adiumante fortuna. Claud. de bello Getico, 103.
A magno Stilicone caue, qui semper iniquos
Fortuna famulante premit.
Famulantis fistula Phœbi. Stat.3.Sylu.3.12.
Famulâris, & hoc famulâre, pen.prod. (οἰκετικός,) Quod pertinet ad famulum siue famulam. Cic.1.Tuscul.189. Qui se in medios immisit hostes famulari veste, ne posset agnosci, si esset ornatu regio.
Iura famularia dare, pro Imperare populo regia potestate. Ouid.15.Metamor.110. Si Romam intrarit, famularia iura daturum.
Manus famularis. Senec. Herc. Oeth.4.66. Ibidem, 7.20.
Turba famularis mensas instruit. Stat.2.Achill.14.
Famulare, (οἰκετικῶς,) neutrū pro aduerbio, vt Timēs famulare, Id est more famuli. Stat.3.Sylu.1.8. — nec turbidus ira, Nec famulare timens.
Famulâtus, huius famulâtus, pen.prod.m.g. (θεραπεία,) Dicebatur famulitium, inquit Festus, quod nunc seruitium. Cic. de Amicit.61. Vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint, quum cogniti sunt, & aut deorum, aut regum filii inuenti, retinent, &c. Idem 3.Offic.160. Quàm miser virtutis famulatus seruientis voluptati? Columel. lib 1.cap.1.9. Miserrimo famulatu.
Grauis famulatus. Senec. Hippol.10.1.
Famulitium, huius famulitii. Idem (δουλεία,) Varro, Apud ignauum dominum, duro famulitio astrictus.
Famulitium, Seruorum copia. Macrobius, Vnus è famulitio, cui prouincia erat admittere volentes dominum conuenire.
Famulatio, (θεραπεία,) Famulorū, famularúmque multitudo. Apul. lib 2. Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione.

Fanaticus, Vide FANVM.

Fandus, Vide FARIS.

FANESII, populi in Oceano Septentrionali, qui (vt ait Plinius libro 4.cap.13.5.) tam grandes habent aures, vt eorum nuda corpora auribus contegantur.
FANESTRIS, (φάνον φορτούνας,) Colonia Pomponio est, quam Plinius Fanum fortunæ appellat, cap.14.lib.3. & item Ptolemæus lib.3. Porrò ea Colonia sita est non procul à flumine Metauro, vt ibidem Plinius author est.
FANNII, inter oratores Ciceroni numerātur in Bruto. Horum (inquit) ætatibus adiuncti duo C. Fanni, C. Marci filii fuerunt: quorum C. Fannius, qui COS. cum Domitio fuit, vnam orationem de sociis & nomine Latino, contra Gracchum reliquit, sanè & bonam & nobilem. Alter autem C. Fannius M.F.C. Lælii gener, & moribus, & ipso dicendi genere durior. De his plura apud Ciceronem in Bruto.

Fannia lex, (φάννιος νόμος,) quæ (vt ait Gellius lib.2.cap.24) ludis Ro. item ludis plebeis & Saturnalibus & aliis quibusdam diebus in singulos dies cētenos æris insumi concessit: decēque aliis diebus in singulis mensibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. Vide Macrobium lib.3. Saturn.cap.17.
FANVM Fortunæ, (φάνον φορτούνας,) vrbs Senonum in Italia, authore Ptolemæo. Fano vulgò.

Fanum, huius fani, n.g. Templum. (τέμενος, ναός,) Dictū, vt inquit Festus à fando, quòd fando consecratur. Vel à Fanno, qui primus, authore Probo grammatico, fani conditor fuit. Varro lib.5.de Lingua Latina, Fana nominata, quòd Pontifices in sacrando fati sint finem. Liu.1 Decad.li.10.180, Inque ea pugna Iouis Statoris ædem votam, vt Romulus antè vouerat: sed fanum tantū, id est locus tēplo effatus iam sacratus fuerat. Ci.li.2.de Leg.45. Illud vitiosum Athenis, q̄ Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ. Idē Attico, lib.15.328.6. Erotis dispensatio impedit, nā quū ex reliquis quæ Nonis Aprilis fecit, abūdare debeā, cogor mutuari: quodq; ex istis fructuosis rebus receptū est, id ego ad illud fanū sepositū putabam. Idē 3.de Finib.51. Fana depeculari.
Fanum nonnulli scribunt per ph, ἀπὸ τοῦ φανεροῦ, quod significat manifestum, quòd è fano responsa dabantur.
Religio fani. Cic.1.de Inuent.122.
Putre fanum. Horat.1.epist.10.10.
Sancta fana. Lucret. lib.5.16.
Expilare fanum. Cic.3.de Nat.deor.119. Dionysius de quo antè dixi, quum fanum Proserpinæ Locris expilauisset, &c.
Expoliare fana. Cic.1.de Nat.deor.111.
Profanis atque delubris propugnare. Cic. pro C. Rabirio, 22.
Fanâticus, pen.corr. Adiectiuum. (θεόληπτος, ἔνθεος, θεοφερούμενος,) Fanatici olim dicti sunt homines numine afflati, qui verbo Græco enthei dicuntur, & theophorumeni, quòd non sua sponte, sed diuino numine ferantur. Cuiusmodi Cumea Sibylla à Virgilio describitur in sexto,
— cui talia fanti
Ante fores subitò non vultus, non color vnus,
Non comptæ mansere comæ: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, maiorque videri
Nec mortale sonans afflata est numine quando,
Iam propiore dei, & reliqua. Huiusmodi erant Galli matris deûm Cybeles, qui propterea Corybantes dicuntur, quasi furibundi saltantes. Illi enim in sacris suis, vel sacrilegis potius, caput rotabant: & vrinantiū more in caput se iactabāt. Vnde & Cybele dicta à verbo κυβιστῶ, quod in caput rotari significat, vt Petauristæ solent. Iuuenal. Saty.2.
— & crine senex fanaticus albo
Sacrorum antistes. Liu.8.bel.Maced.81. Galli Matris magnæ à Pessinunte occurrêre cum insignibus suis vaticinantes fanatico carmine deam Romanis viam belli & victoriam dare. Ibidem, li.9.de Bacchanalibus loquens, Viros velut mente captos cum iactatione fanatica corporis vaticinari. Quintil. in vndecimo, Frequens etiam capitis motus non caret vitio, adeò caput iactare, & comas excutientem rotare, fanaticū est. Budæus.
Fanatici Philosophi. Cic.2.de Diuinat.177.
Fanaticus homo. Cic. pro Domo sua, 81. Quid tibi necesse fuit anili superstitione homo fanatice, sacrificium, quod, &c.
Fanatico carmine vaticinari. Liu.8.bel.Maced.81.

Far, huius farris, n.g. (ζέα, ζειά,) Apud Dionys. Halicar. Apud veteres de omnibus frugibus dicebatur, quia id ferret terra. vel à frāgēdo se. vel à faciēdo, vt inquit Varro de Lingua Latina li.4. quod in pistrino fiat. Colum. lib.8.cap.5. Posthæc cauea cum matre claudendi sunt & farre hordeaceo cū aqua incocto, vel adoreo farre, vino asperso modice alendi. Virg.1.Georg. — ingentem farris aceruum. Idem, — & farre litabo. Vide Plinium lib.18.cap.8.1.
Aceruus ingens farris. Virg.1.Georg.57.
Farris bilibra. Liu.4.ab Vrbe, 69.
Farris seges. Liu.2.ab Vrbe, 29. Forte ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi.
Asperum far. Stat.4.Sylu.9.7.

Sordes farris mordere canini. Iuuenal. Satyra, 5.2.
Flaua farra. Virgilius 1. Georg. 15.
Lætissima farra hyberno puluere. Virgilius 1. Georg. 21.
Modicum far. Pers. Satyra, 3.3.
Pio farre veneratur larem. Virgilius 5. Aeneid. 148.
Robusta farra. Virgilius 1. Georg. 44.
Salsa farra. Ouidius 3. Fast. 57.
Torrida farra. Ouidius 2. Fast. 5.
Vegrandia farra. Ouidius 3. Fast. 85. Vegrandia, non grandia.
Far vernaculum. Columel. lib. 11. cap. 2.7. Eodemque mense ante Calen. Feb. farriendæ segetes autumnales, siue illæ seminis adorei sunt (quod quidam far vernaculum vocant) seu tritici.
Membra gruis sparsi sale multo, non sine farre. Horat. 2. Serm. saty. 8.18.
Farraceus, Adiectiuũ, (ζεαινός,) vt Farraceus pollen. Plin. lib. 24. cap. 7.3. Ad mulierũ mammas brutia ex vino subferuefacta cũ polline farraceo.
Farreus, Adiectiuum, (ζεαινός,) vt Farreus panis. Columel. libro 7. cap. 12.9. Farreo vel triticeo pane satiandi sunt.
Farreum, farrei. (ζεαινόν,) Genus libi ex farre factum, inquit Festus. Plin. lib. 18. cap. 3.2. Quin & in sacris nihil religiosius confarrationis vinculo erat, nouæque nuptæ farreum præferebant.
Farreum, veteres horreum à farre: sicut granarium à grano, & horreum ab hordeo.
Farreatio, farreationis, fœm. ge. (ζεασμός,) Genus sacrificii, quod fiebat è farreo libo quoties nuptæ ducebantur in templum. Hæc etiam confarreatio dicebatur. Vide CONFARREATIO.
Farraginaria, pluraliter. Columel. libro 11. cap. 2.53. Nam & napinæ, itemque rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt. Farraginaria quoque pecori furuta per hyemem præsidio.
Farrago, pen. prod. farraginis, fœ. ge. à farre, Est id quod ex multis satis, vt hordeo, vitia, & leguminibus fit, pabuli causa: vt ait Festus. Varro de Re rust. libro 1. cap. 31.4. Inde quod far ferro cæsum, farrago dictum, aut quod primum in farracia segete seri cœptum. ea equi & iumẽta cætera verno tempore purgantur, ac saginantur. Idem libro 2. cap. 7.11. A quo tempore farrago dari solet. Persius Satyra 5. Vappa & lippus, & in tenui farragine mendax.
Crassa farragine corpus crescit. Virgilius 3. Georg. 40.
¶ Farrago etiam accipitur pro quacunque commistione. Iuuen. Saty. 1.9.
Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.
Farina, farinæ, pen. prod. (ἄλευρον, ἄλφιτον, ἀθάρα,) à far, farris dicitur, appellatúrque id quod à farre exprimitur, vel mola vel pedum conculcatione. Plin. lib. 18. cap. 9.2. Nam quæ sicca molliuntur, plus farinæ reddunt: quæ salsa aqua sparsa, candidiorem medullam: verùm plus retinent in furfure. farinam à farre dictam, nomine ipso apparet. Martialis, Pascitur & dulci facilis gallina farina. Ouid. de medicamine faciei, 13. Nam quæ puluereæ fuerint confusa farinæ.
Farina auenaria, Vide AVENA.
Ordeacea farina, Vide ORDEACEVS.
Cribro decussa farina. Persius Satyra, 3.112.
Farinarius, Adiectiuum, (ἀλευρητικός,) vt Farinarium cribrum, Quod ad farinam pertinet. Plinius libro 18. cap. 11.12. Farinario cribro subcernunt. Cato cap. 76.
Farcio, farcis, farsi, fartum, (ἐμπιλάω, ἐνσπίπτω,) vel vt alii volunt, farctum, farcire, Propriè est saturare, quasi farre implere.
Farcire, Saginare, pingue & obesum facere. Columel. lib. 8. cap. 7.3. Hæc enim fere communis est cura facientium: nam illi qui volunt non solum opimas, sed etiam teneras aues efficere, mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt. Sic Varro 2. de Re rust. cap. 5.8. Farcire pecudes ad victimas. Et Cato cap. 89.
Farcire pannum in os, pro Inserere. Senec. 3. de Ira, Dum spongiæ nõ reperirentur, scindi vestimenta miserorum, & in os farciri imperauit.
¶ Farcire, per Metaphoram, Implere significat. Plin. epist. 256. Præterea architectus sanè æmulus eius, à quo opus inchoatum est, affirmat parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) impolita onera sustinere non posse, quia sint cæmento medii farti, nec testaceo opere præcincti. Vitruuius, Sed nostri, celeritati studentes, erecta collocantes frontibus seruiunt, & in medio farciunt, farctis separatim cum materia cæmentis. Itaque tres suscitantur in ea structura crustæ, duæ frontium, & vna mediæ farcturæ. Græci non ita: sed plana collocantes, coriis alternis in crassitudinem instruentes, non media farciunt, sed è suis frontatis perpetuam & in vnam crassitudinem parietum consolidant.
Farcire alicui centones. Plaut. Epid. 10.19. —hic non est locus:
Quin tu alium quæras, cui centones farcias. Id est, quem tu gloriosis mendaciis & consarcinatis fabulamentis expleas. Vide CENTO.
Fartus, siue farctus, Participiũ, (ἐμπεπλησμένος,) Cicero 7. Verr. 11. Lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus Melitensi rosa farctus. Mart. libro 8.38. Fartus papyro dum tibi torus crescit.
Fartus ventriculus coriandro. Plin. lib. 19. cap. 4.4.
Farta Ceres. Martial. lib. 5.115. Hic farta premitur angulo Ceres omni,

Farta opimo iecore, & satiata affatim. Cic. 2. Tuscul. 43. Ex quodã poëta.
Farcimen, pen. prod. farciminis, n.g. (ἀλλᾶς,) Intestinum varia ac minutim concisa carne refertum. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Ab eadem fartura farcimina extis appellata: à quo in eo quod tenuissimum intestinum fartum, hila ab hilo dicta, id est minimo, vt ait Ennius: Neque dispẽdit facit hilum. quod in hoc farcimine summum quiddam eminet.
Fartor, fartoris, (ἀλλαντοπώλης,) Qui farcimina facit ex secta carne, & adipe & huiusmodi: siue qui aues farcit & saginat. Colu. lib. 8. cap. 7.1. Pinguem quoque facere gallinam, quamuis fartoris, non rustici sit officium. Terent. Eunuch. 2.2.26. Fartores, piscatores, aucupes, &c. Sic Cic. 1. Offic. 150. Ex ipso Terentio. Plaut. Trucul. 4.11. De nostro sępe edunt, quod fartores faciant.
Fartores (ait Festus) nomenclatores, qui clàm velut infarcirent nomina salutatorum in aurem candidati.
Fartilis, & hoc fartile, pen. corr. Idem quod fartus. Plin. lib. 10. cap. 22.2. De anseribus & eorum iecore loquens, Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitatẽ nouere. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit, exemptum quoque lacte mulso augetur. Fartiles vocat anseres, fartos & saginatos, quibus dicit iecur augescere fartura.
Fartum, farti, Esca qua quid farcitur vel fartum est. Colu. de Arboribus, cap. 21.2. Semper proderit simulac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cũ stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit vberiorem fructum, & fartum fit speciosius & plenius. De fico secunda loquitur. Sic. lib. 5. cap. 10.7. eadem verba leguntur.
Fartum vestis, Pro ipso corpore dixit Plautus in Mostel. 4.13.
Contempla, amabo, mea Scapha, satin' hæc me vestis deceat:
Volo placere Philolacheti meo ocello, meo patrono.
S. Quin tu te exornas moribus lepidis, quum lepida tute es?
Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.
Fartura, huius farturæ, vel farctura farcturæ, pen. prod. Ipse actus implendi, vt ita dicam, siue saginandi. Vide Farcire, per metaphoram. Colum. lib. 8. cap. 7.4. Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturæ præcesserint.
Fartim, Aduerbium, (σωρηδόν,) simul, siue vnà in vno cumulo. Apul. Parabat viscum fartum concisum.
FARFARVS, pen. corr. siue Farfar, Syriæ fluuius qui è radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens, in Syriaco miscetur mari. Hic tantus fertur, vt transiri vado non possit.
Farfarus, pen. corr. fluuius qui per Sabinos transit: de quo Ouidius,
—& amœnæ farfarus vndæ. Dicitur &
Fabaris. Virg. Aeneid. 7. Qui Tybrim Fabarimque bibunt.
Farfarum, vocat Plautus in Pœnulo arborẽ populũ, inquiens. Prosternebã eos vt folia farfari, quæ leui pulsu vẽti alicuius, Autumno vniuersa aliquando cadunt. Sic Marcel. lib. 3. Diosc.
Farfugium, arbor quæ & Chamæleuce dicitur. Plin. libro 24. cap. 15.5. Chamæleucen apud nos farranum siue farfugium vocant, nascitur secus fluuios folio populi, sed ampliore. Hactenus Plinius. Quidam putãt eam esse quæ populus alba vulgò dicitur, du tremble: nonnulli vero eam esse herbam putãt quæ bocchion & tussilago appellat, habet enim folia subtus alba, & circa fluuios nascitur, vulgo Pas dasne.
Faris, vel fare, fatur (φῄς, φησί,) à fero deductum est. nihil enim aliud est fari quàm ferre, id est loqui. Quanquam Varro inter fari & loqui hoc interesse scribit, quòd fatur is, qui primus significabilem vocem ore emittit, nullo verborum ordine seruato, vnde pueri, ante quã id faciant, infantes dicuntur. Loquitur autem is, qui suo loco vnũquodquẽ verbum sciens ponit.
Fari. Virg. 6. Aeneid. 1. Sic fatur lachrymans, classique immittit habenas.
Idem, —lachrymis sic fatur obortis. Cice. 2. Tuscul. 68. Non potest hæc fari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris. Ex vetusto codice legendum ecfari. Plin. lib. 11. cap. 51.5. Qui celerius fari cœpere tardius ingredi incipiunt.
Fari ad. Cic. de Vniuers. 60. Tum ad eos is Deus qui omnia genuit, fatur,
Hæc vos, &c.
Græcè fari. Cic. 5. Tusc. 163. Epicurei nostri Græcè fari nesciunt, nec Græci Latinè.
Age fare vicissim. Virg. 6. Aeneid. 106.
Fare age. Virg. 3. Aeneid. 72.
Puer nescius fari. Horat. 4. Carm. ode 6.4.
Fans, Participium. (φάς,) Propert. lib. 3. eleg. 7.13. Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus.
Fatus, Aliud participiũ (εἰπών,) vt Sic fatus, deinde. Virg. 2. Aeneid. 78.
—sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur.
Breuiter fata est. Virg. 6. Aeneid. 80.
Doctissima fandi. Virg. 10. Aeneid. 45.
Tempora fandi mollissima. Virg. 4. Aeneid. 59.
Fando. Plaut. Amphit. 7.30. —quæ neque fieri
Possunt, neque fando vnquam accepit quisquam, profers carnufex. Plin. in Paneg.

In Paneg. 141. Ita quod fando inauditum, quum princeps & principis amicus diuersa velletis, id potius factum est quod amicus volebat. Cic. pro Quintio, 47. Non denique vlla vnquam intercessit postulatio, mitto æquã: verùm ante hoc tempus nefando quidem audita.
Enumerare plurima fando. Virg. 4. Aeneid. 67.
Nefando quidem auditum est, ibim, &c. Cic. 1. de Nat. deor. 111.
Fandus, Adiectiuum, (φατός.) Quod fari dignum est, & iustum. A fando deductum. Liu. Ita respersæ fando, nefandoque sanguine aræ. Virg. 1. Aeneid. At sperate deos memores fandi atque nefandi. Id est iusti & iniusti, ait Seruius.
Fãda fata. Ci. 1. de Diuin. 116. Neque me Apollo fatis fandis inirã ciet.

Farrago, Farreatio, Farreum, Farina, Farinarius, Vide FAR.

Fartilia, Fartim, Fartores, Fartum, Fartura, Vide FARCIO.

Fas, (θέμις, δίκαιον, ὅσιον,) neutri generis, indeclinabile, in nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo tantum inuenitur: Quod pium est & religiosum, & fari dignum, & ad deos refertur, sicut iustum ad homines. Virgil. 1. Georg. 54. Fas & iura sinunt Id est, diuina & humana iura permittunt. Idem lib. 1. Georg.
Quippe vbi fas versum atque nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies, &c. Vbi Seruius, Spernunt licita, appetentes illicita. Liu. 1. ab Vrbe, 141. Audiat fas.
Fas mihi sit audita loqui. Virg. 6. Aeneid. 53.
Abrumpere omne fas. Virg. 3. Aeneid. 11. Vide ABRVMPO.
Magnum fas, nefasque. Horat. Epod. 5.19.
Ius & fas omne delere. Cic. Attico, lib. 1.11.12.
Si fas dixisse Stat. 2. Achil. 45.
Exuere fas. Tacit. li. 19. Ac maiore ex diuerso mercede, ius fasq; exuerẽt.
Contra fas, contra auspicia, contra omnes diuinas atque humanas religiones aliquid facere. Cic. 7. Verr. 18.
Contra fas factus filius. Cic. pro Domo sua, 29. Iure Quiritum legitimo tutelarum & hæreditatum relicto, factus es filius contra fas, cuius per ætatem pater esse potuisti. De adoptiuo filio loquitur.
Contra ius fasque interfecti oratores. Cic. de Arusp. resp. 30.
Fas est, Id est licitũ. Plaut. Asin. 10.11. Neque pol te accuso, neque id me facere fas existimo. Quintil. lib. 10. cap. 1. Si prioribus adiicere fas non est: quomodo sperare possumus vllum oratorem?
Per naturam fas. Cic. pro Mil. 33. Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat.
Quoad fas esset. Cic. contra Rullum, 32. Vt id quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret.
Fas habere. Plaut. Trinummo, 6.11.
Hæc, dies, noctesque tibi canto vt caueas, quod manu non queunt tãgere, tantum fas habent quo manus abstineant.
Habere fas. Tacit. lib. 14. Et hominum fibris consulere deos, fas habebãt.
Habetur fas. Quintil. lib. 3. cap. 8.9. In iudiciis enim vulgò fas habetur indulgere aliquid studio suo.
Fascia, huius fasciæ, (ἐπίδεσμος, σπάργανον, στρόφιον,) Linteolum est ad ligandum aptum: dicta à Græco φασκία. Plin. li. 20. ca. 15. 2. Vel penicillis feruens adprimitur fasciis. Cicer. de Clar. Orat. 114. Deuinctus erat fasciis.
Fascia lecti. Cic. 2. de Diuinat. 199. Defert ad coniectorem quidam somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.
Circumlita fascia. Iuuen. Saty. 9.2.
Lata fascia. Ouid. 3. de Arte, 124.
Mollis fascia. Propert. lib. 4. eleg. 10.10.
Fascia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt. Mart. lib. 14.139. Pueris & puellulis dantur ne commaculent vestis partem pectoralem, & vocamus Vng gorgias ou bauette.
¶ Fasciæ, propriè pro tegumento crurum, pedumque poni consueuerũt. Ideoque crurales, pedulesque dicuntur, Vlpianus, Fasciæ curiles pedulesque vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. Plinius scribit lib. 8. cap. 57. mures portendisse exitium Carboni imperatori, a rosis fasciis quibus in calceam vtebatur. Cice. ad Atticum, lib. 2. cap. 18.1. Etenim mihi caligæ eius vt fasciæ cretatæ non placebant.
¶ Fasciæ iunci. Plin. lib. 15. cap. 17.6. Liguria vuas sole siccatas iunci fasciis inuoluit.
¶ Fasciæ orbis, pro iis quas Astrologi zonas vocant. Mart. Orbis terræ in quinque zonas, siue melius fascias, discernitur.
¶ Fascia aliquando ponitur pro Nube, in modum fasciæ cælum præcurrente. Iuuenal. Satyr. 14. Nil color hic cæli, nil fascia nigra minatur.
Fascia vsurpatur Celso lib. 7. cap. 20. de intestini curatione, pro eo quod Gallicè dicitur brayer, His propositis, ad singulas species veniẽdũ est: ac si cui paruulo puero intestinũ descẽdit, ante scalpellum experienda

iunctura est. Fascia eius rei cã sit, cui imo loco pila assuta est ex panniculis facta, quæ ad repellendum intestinum ipsi illi subiicitur, &c.
Fasciola, fasciolæ, pen. corr. Diminutiuũ, (ταινίδιον,) Cic. de Arusp. resp. 40. P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebrib' soleis, purpureisq; fasciolis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis. Hic videtur significare subligaculũ tibialium. Horat. 2. Serm. sat. 3.51. —ponas insignia morbi.
Fasciolas, cubitale, focalia.
Fascio, fascias, (σπαργανόω,) fasciare, Fascia ligare. Spartianus de Antonio Pio, Sed quum esset longus & senex, incuruatusq; tiliaciis tabulis in pectore positis fasciabatur, vt rectius incederet. Martial. li. 12. Nec fasciato naufragus loquax trunco.

Fasciculus, Vide FASCIS.

Fascinum, fascini, pen. corr. (βασκανία,) à fando, Quoddam incãtationis genus, quo homines ita ligantur, vt liberi non sint, nec mentis compotes: sæpeque ad extremam maciem deueniant. Hora. Epod. 8.4. Minusve languet fascinum?
Fascino, fascinas, pen. corr. (βασκαίνω,) fascinare. Virg. eclo. 3.1. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
Lingua mala fascinare aliquid. Catull. ad Lesbiam, epigr. 7.3.
Fascinans, fascinantis, (βασκαίνων,) Qui fascinat. Plin. lib. 13. cap. 4.11. E palmis prunæ viuaces, ignisque lentus: fructiferarum aliis breuius lignum in pomo, aliis longius: his mollius, illis durius: quibusdam osseũ lunatumque, dente contra fascinantes religione politum.
Fascinatio verbale, (βασκανία,) Plin. li. 28. ca. 2.12. Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus. Idem lib. 19. cap. 4.2. Hortosq; & fores tantum contra inuidentium fascinationes dicari videmus.
Fascinus, fascini, pen. cor. Dei nomen apud veteres. Plin. lib. 28. cap. 4.7. Religione mutatur & Fascinus, imperatorum quoq; non solum infantium custos, qui deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur, & currus triumphantium sub his pendens defendit medicus inuidiæ, iubetq; eosdem recipere.
Fascis, huius fascis, m.g. (φάκελος, ἀγκαλίς,) Lignorũ aut alterius cuiuscunq; rei ligata congeries, quam ligando facimus. vnde fascem cocularium vocare possumus, id quod Galli Parisienses vocãt Vne bourree. Nam cocula, vt Festus ait, sunt ligna minuta quibus facilè coquuntur obsonia. Cæs. 8. bel. Gall. 50. Fasces stramentorum ac virgultorum. Sic Fasces calamorum, Martial. lib. 14.138.
¶ Fascis, Onus: ob id dictum, q' fasces lignorum seu aliarũ rerum, graues sunt portantibus. Virg. 9. eclo. Cantantes vt eamus, ego hoc te fasce leuabo. Idem in Georg. —iniusto sub fasce viam dum Carpit.
¶ Fasces virgarum, Fasciculi quidam istra quos securis ita obligata erat, vt ferrum in summo fasce extaret, quos lictores ante Consules Romanos euntes deferebant honoris gratia. Plaut. Epid. 2.26. Lictores duo, duo viminei fasces. Plinius de Viris illustr. 20. Quarum plebeia, quũ sororem salutaret, cuius vir Tribunus militũ, Cõsulari potestate erat, fasces lictorios foribus appositos indicenter expauit. Liuius in secũdo ab Vrbe, Omnia iura, omnia insignia primi Consules retinuere, id modo cautum est, ne si ambo fasces haberẽt, duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente Collega, fasces habuit.
Biiuges fasces. Claud. 5. Paneg. 46. Atq; vno biiuges tolli de limine fasces.
Laureati fasces, Vide LAVRVS. Cic. pro Ligario. 5.
Pulchri fasces. Lucret. lib. 5.248.
Superbi fasces. Horat. 1. Carm. ode 12.7.
¶ Prætoribus anteibant lictores cum fascibus duobus. Cicero contra Rullum. 91.
Primos attollere fasces. Virg. 7. Aeneid. 36.
Facti fasces. Ouidius ad Liuiam, 36.
Petere à populo fasces, sæuasque secures. Lucret. lib. 3.203.
Noui præeunt fasces. Ouid. 1. Fast. 17.
Prætoribus præferre fasces. Cic. 7. Verr. 18.
Rapti fasces pretio. Lucan. lib. 1.36.
Submittere fasces populo. Quintil. lib. 3. cap. 7.13.
Fasces submittere, Insignia vimque imperii, maiestatis vel reuerentiæ alicuius submittere. vt Publicola, qui primus hoc instituit. Quum enim posset imperii summi, id est Consulatus iure vti agendo cum populo, fasces tamen maiestati Populi Romani submisit: hoc est lictores à se tantisper abire iussit quoad concionatus esset, vt author est Liuius libro 2. ab Vrbe. 31. Vocato ad concilium populo, summissis fascibus in concionem ascẽdit. Et Pompeius laureatos fasces, hoc est triumphum expectantes, ianuæ Philosophi Possidonii submisit. Nostro tempore si princeps ad curiam veniens, stipatores suos, & omnem illum regium ac terrificum comitatum subsistere in area palatina iubeat, & ciuiliore habitu assumpto consessus iuridici reuerentia aut reddere ipse iura, aut etiam audire reddentes sibi iura, aut fisco suo velit: iustitiæ fasces submittere dici possit. Id est quum legibus non teneatur, immodicam illam ac regiam potentiam, quam absolutam dicimus, id est legibus non obstrictam inhibere in animum induxerit, &

Universidad de Deusto Biblioteca

iuri æquitatique cedere, ciuili animo constituerit. Hæc Budæus. Plin. lib.7.cap.30.3, Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Possidonii sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more a lictore vetuit, & fasces lictorios ianuæ submisit, is cui se Oriens, Occidensq; submiserat. Cic. de Claris Orat.11, Nã mihi Brute in te intuenti crebrò in mentem venit vereri quodnam curriculum aliquando sit habitura tua & natura admirabilis, & exquisita doctrina, & singularis industria. Quum enim in maximis causis versatus esses, & quum tibi ætas nostra iam cederet, fasceisque submitteret, subitò in ciuitate cum alia ceciderunt, tum etiam ipsa de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit.

Fasces in plurali, (ῥαβδουχίαι,) p magistratibus & honoribus qui à populo præstant alicui: quia aut duodecim, aut sex lictores fascibus vtebantur, & magistratus præibant. Virg. lib 2.Georg.99,
Non illum populi fasces, non purpura regum Flexit.

Extraordinarii fasces. Cic. pro Domo sua, 20, Nullus locus orbe terrarũ vacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clodiano fuisset.

Fasceatim, (φακελλεδόν,) Quint. li.1.ca.4.16, Adiiciebant & asseuerationem, vt heus & attractionem, vt fasceatim q; mihi non approbantur.

Fasciculus, pen.cor. Diminutiuũ, (φακελλίδιον,) Paruus fascis: vt Fasciculus epistolarũ. Cic. ad Q. fratrẽ, lib.1.14.3. Sic Q. Cicero ad Tironẽ lib.16.26.1, Quòd fasciculus alter ad me iã sine tuis literis platus est.

Manualis fasciculus, Vide MANVS.

Librorum fasciculus. Horat.1.epist.13.3.

Colligere in fasciculos manuales, Vide COLLIGO.

¶ Fasciculus, Olfactoriolum. Cic.3.Tuscu.73, Fasciculum ad nares admouebis, incendes odores, & sertis redimiri iubebis & rosa.

Fasellus, faselli, m.g. vel fœmin. Genus nauigii Campani. Virg. lib. 4.Georg. Et circum pictis vehitur sua rura fasellis. Sallust. lib.3.Hist. Et fortè in nauigando cohors vna, grandi fasello vecta, à cæteris deerrauit.

Vilis fasellus, Virg.1.Georg.46.

Fracta fasellus. Ouid.1.de Ponto, eleg.11.8.

Faseolus, pen.corr. genus leguminis exilis & teretis, qui & phaseolus dicitur. Columel. lib.11.ca.2.54, Milium & panicum hoc tempore demetitur, quo faseolus ad escã seritur. Plin. lib.12.ca.7.1, Semine à iunipero distant paruulis siliquis, quales in faseolis videmus. Vulgus Italorum adhuc hodie nomen retinet.

Fassus, Vide FATEOR.

Fasti, fastorum, pluralis tantum numeri, vel Hi fastus, fastuum, Liber in quo continetur dierum profestorum obseruatio. Lucan. lib.10.38, Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus. Varro in Ephemeride, Cæsar fastus correxit. Colum. lib.10, Sequor nunc Eudoxi & Metonis fastus. Et vt author est Priscianus, eadem forma dicit fastus vel fasti, qua Senatus vel senati.

Codicilli fastorum. Cic. Attico, lib.4.77.4.

Enumeratio fastorum Cic. Luceio, lib.5.12.19.

Euellere Consules ex fastis. Cic. pro Sestio, 26, Consules nõ modò ex memoria, sed etiam ex fastis euellẽdi.

Eximere dies de fastis. Cic.4.Verr.91.

Hanc legem vlli fasti ferre possunt? Cic. in Pisonem, 23.

Fastos vulgò habere. Cic. pro Murena, 22, Posset agi, necne, pauci quõdã sciebant: fastos enim vulgò non habebant.

Picti fasti. Ouid.1.Fastor.3.

Signantes tempora fasti. Ouid.1.Fastor.131.

Signata tempora fastis. Ouid.1.Fast.2.

Tollere de fastis diem festum. Cic.6.Verr.133, Quum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent.

Fasti dies dicti sunt, quibus sine piaculo Prætoribus licebat tria verba fari, scilicet, Do, dico, addico. Et Nefasti, quibus non licebat fari. Ouidius lib.1.Fast.9,
Ille nefastus erit per quem tria verba silentur:
Fastus erit per quem lege licebit agi. Cic.1.Tuscul.106.

Fastorum libri, in quibus totius anni res Popu. Roma. scriptæ continebantur, & causæ festiuitatum explicabãtur: vt in fastis Ouidii: de quibus idem lib.1.Fast.2.
Sacra recognosces annalibus eruta priscis,
Et quo sit merito quæque notata dies.
Inuenies illic & festa domestica vobis:
Sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus.

Fastos circa forũ in albo ppposuisse Flauiũ scribam, Liuius scribit: vt quãdo lege agi posset, sciretur. Meminit & Cic. lib.6.ad Attic.11.18.

Fastidio, Fastidium, Vide FASTVS pro superbia.

Fastigium, huius fastigii (μετέωρον ἄκρον,) Altitudo ac summitas alicuius operis, vel Aedificii summum, inquit Festus. Cæsar 7.bell.Gall.271, Mediocri interiecto spatio, pari altitudinis fastigio. Virg.1.Aeneid. —& fastigia suspicit vrbis. Plin. in Paneg.90 Excessurosq; templorum fastigium titulos. Liu.5.bel.Maced.34, Ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio Iouis ædis posuerunt.

Culminis summi fastigia. Virg.2.Aeneid.92.

Fastigiorum multorum fastigium. Cic. ad Q. fratrem, lib.3.17.19.

Operum fastigia. Quintil. in Prooem. lib.1.4.

Summi fastigia tecti. Virg.2.Aeneid.61.

Aurea fastigia templi. Ouid.15.Metam.135.

Decliue fastigium, Vide DECLIVIS.

Sublime fastigium. Quint. lib.2.cap.17.3.

¶ Fastigium, Pars ima alicuius rei etiam dicitur. Virg. lib.2.Georg. Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. Hæc Seruius. Varro de Re rust. lib.1, Fossa ita idonea fiat, vt omnem aquã quæ de cælo venit, recipere possit, aut fastigium habeat, vt exeat è fundo aggeris.

¶ Fastigium, Primordium. Virg.1.Aeneid.70,
—sed summa sequar fastigia rerum. Seruius.

¶ Fastigium imponere operi cui opponitur Iacere fundamenta. Cic.3. Offic.41, Sed quoniam operi inchoato, propè tamẽ absoluto, tanquã fastigium imponimus. Vide IMPONO.

Fastigium tenere inter homines. Plin. in Paneg.85, Sic fit vt dei summum inter homines fastigium teneant. Hic fastigiũ est dignitas & maiestas hominis, à fastigio, id est altitudine paulatim gracilescente, deducta significatio. Idem Plinius ad Voconium, Perfunctus est tertio Consulatu, vt summũ fastigiũ priuati hominis impleret, quũ principis noluisset. Id est quum creuisset ad summam dignitatem priuatæ sortis. Liu. lib.2, Non tam ad honorem eius cui curatio altior fastigio suo data est, factum, quàm ad ignominiam Consulũ. Curtius lib.8, Per vos gloriãq; vestram, qua humanum fastigiũ exceditis, oro quæsoq;. Cic.2.Philipp.105, Quem is maiorem honorem consecutus erat, quàm vt haberet puluinar, simulacrum, fastigium, flaminem? Budæus.

Vulgus statum vocat, Idem quod fastigiũ Romani vocauerunt: vt Liuius quodam loco, Eiusdem fastigii ciuis vocat. Ex Budæo.

¶ Fastigium, Idem quod genus. Varro de Re rust. lib.1.ca.6, Igitur quũ tria genera sint à specie simplicia agrorum, campestre, collinũ, & montanum: est ex iis tribus quartũ vt in eo fundo in quo hæc duo vel tria sunt, vt multis locis licet videri. E quibus tribus fastigiis simplicibus, sine dubio infimis alia cultura aptior quàm summis, quòd hæc calidiora quàm summa: sic collinis, quòd ea tepidiora quàm infima aut summa. Paulo pòst, Propter hæc tria fastigia formæ, discrimina quædam sunt satiorum. Ibidem ad finẽ capitis, Hæc atque huiuscemodi tria fastigia agri ad colendum dispariliter habent momentum.

Fastigio, fastigias (μετεωρατίζω,) fastigiare, Acuminare, & quasi in fastigiũ erigere. Plin. lib.18.cap.7.4, Frumenta hyeme in herba sunt, verno tẽpore fastigiant in stipulam, quæ sunt hyberni generis. Cæs.4.bell.Gal.524, Non sublicæ modo directa ad perpendiculum, sed prona ac fastigiata, vt secundũ naturã fluminis procũberet. Liu.7.bel. Maced.114. Ipse collis est in modum metæ in acutum cacumen à fundo satis lato fastigiatus. Sic Fastigiatus in mucronem, Plin. lib.18.cap.18.5. Et lib.2.cap.25.2. Et lib.21, ca.4.1, Quo mox intumescente, & in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit.

Fastigo, fastigas, fastigare, vnde Fastigãs, Participiũ, apud Siliũ lib.5.10,
—mediamque per aluum Sensim fastigans, compressa cacumina nectit.
Et Fastigatus leuiter collis, apud Cæsarem.

Fastigatio, Verbale. Plin. lib.17.cap.14.7, Calami exacutio medullam ne nudet: tenui tamen fistula detegat. vt fastigatio leui descendat cuneo, tribus non amplior digitis.

Fastosus, Vide FASTVS pro arrogantia.

Fastus, huius fastus, m.g. (φρόνημα, τὸ γαῦρον,) Superbia, & elatio quædam cum iactantia verborũ: & propriè indigna sui ipsius p superbiã existimatio. Plin. li.11.ca.37.16, Hæc maximè indicãt fastũ.

Alto fastu turgidus. Claud.2.Paneg.32.

Fastus superbus ac procax. Plin. lib.9.cap.35.16, Superbo simul ac procaci fastu vt regina meretrix.

Tumidi fastus. Ouid.1.de Arte aman.144.

Vani fastus. Claud. de bello Get.111.

Contemnere aliquid suo fastu. Propert. lib.1.eleg.7.5.

Exuere fastus. Ouid.2.de Arte aman.49.

Ponere fastus. Ouid.2.de Remed.amor.23.

Fastõsus, pen.prod. (γαυρώδης, φρονηματώδης,) Qui magno fastu contemnit. Martial. lib.10.13,
Ad nocturna iaces fastosæ limina mœchæ.

Domus fastosa. Ouid. ad Pisonem, 14.

Fastidio, fastĩdis, penult. prod. fastidĩui, fastiditum, (βδελύσσω, βδελύττομαι, ἀποστρέφομαι, περιφρονέω,) fastidire, Cum fastu quodam contemnere, vel alicui tædium afferre. Plaut. Capt.13.68, Nescio quem ad portum nactus vbi cœnes, eò fastidis! Idem Casin.16.7, Maneuero, quanquam fastidis. Idem Sticho, 14.34, Quid hic fastidis? quid faciundum vides esse tibi, quin bibis? Idem Curcul.14.34. Vt fastidit gloriosus?

Irasci,

Irasci, & fastidire. Cice. pro Milone, 32, Qui non modò improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam rectè factis sæpe fastidiunt. Legitur & In rectè factis.

Fastidire & odisse aliquid. Horat.2.epist.1.5.

Fastidire, cum infinitiuo, pro Recusare. Quintil. lib.5.cap.11. Philosophi quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, reperire tamen authoritatem à plurimis literis non fastidierunt. Idem, Idque fieri, quia fastidiant præstare hanc inferioribus curam.

A me fastidit amari. Ouid.1.de Remed. Amor.61.

Fastidit aliquem. Virg. in Buc. Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis. Liu. 2.ab Vrbe, 175, Quæ primò cœperat fastidire munus vulgatum à ciuibus isse in socios. Sic Fastidire preces alicuius, Liu.4.bel.Maced.26.

Aestus fastidit amictum. Claud. in Epithal.46.2.

Minores non fastidire. Claud.7.Paneg.61.

Omnia fastidis præter pauonem. Horat.1.Serm.saty.2.23.

Fastidit mei. Hoc est, sum illi tædio. Plaut. Aulul.7.67, Abiit, neque me certiorem fecit, fastidit mei. Lucil. Difficiles sumus, fastidimus bonorum.

Fastidiens, fastidientis, (βδελυττόμενος,) Participium.

Fastidiẽtis stomachi esse. Seneca, Fastidiẽtis stomachi est multa degustare.

Fastidĩtus, penul. produ. (βδελυχθεὶς,) Participium à fastidior passiuo. Lucanus,
—pars magna Senatus Fastidita iacet. Plin. in Præf.6. Res ardua vetustis nouitatem dare, nouis authoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem.

Dominationibus fastiditus. Tacit. lib.13.

Domus fastidita. Ouid.2.de Remed.amor.30.

Verba fastidita repellere. Ouid.4.de Ponto, eleg.1.4.

Viri non fastidiri, Id est aliquo in pretio habiti. Ouid.2.Trist.24.

Fastidium, (βδέλυγμα,) Contemptus ille dicitur atque etiam tædiũ. Cic. pro Lege Agra.12, Superbia nata inibi esse ex Cãpanorũ fastidio videtur. Idẽ 12.Philip.282, Si essent arrogantes, nõ possem ferre fastidium.

Fastidium in re aliqua. Cic. de Optimo genere interp.150.

Fastidium in cibis, redundatio stomachi, Indices sunt hominis inchoati. Plin. lib.7.cap.6.1.

Citra fastidium, Vide CITRA.

Cibi satietas & fastidium. Cic.1.de Inuent.37.

Domesticarum rerum fastidium. Cic.1.de Finib.15.

Fastidium stomachi, Idem. Cic. ad Cælium, lib.2.15.5, Nosti enim nõ modò stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium.

Superbia, & fastidium, & arrogantia Cic.1.Offic.226, Atque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiamque magnopere fugiamus.

Fastidium delicatissimum. Cic.1.de Finib.5, Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi.

Insolens fastidium, Vide INSOLENS.

Audiendi fastidium Cic. de Optimo gene. Orat.147. Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio.

¶ Abigere fastidium, Vide ABIGO.

Abstergere fastidium, Vide ABSTERGEO.

Adducere in fastidium rem aliquam. Plin. in Præf.6. Alia verò ita multis prodita, vt in fastidium sint adducta.

Adhærescunt fastidiis, quæ praua sunt: quæ recta sunt, probantur. Cice.1. de Orat.135.

Afferre fastidium, Vide AFFERO.

Alitur stomachus pluribus cibis minore fastidio. Quintil. lib.2.cap.12.5.

Auferre fastidium, Vide AVFERO.

Creare fastidium, Vide CREO.

Fastidio aliquid damnare, Vide DAMNO.

Fastidium deducere, Vide DEDVCO.

Detrahere fastidium. Plin. lib.22.cap.vlt.34, Iidem auiditatẽ cibi faciunt, fastidium detrahunt.

Labor extrudit fastidia. Horat.2.Serm.saty.2.3.

Ferre fastidium. Cic.10.Philip.282, Quorum, si essent arrogantes, nõ possem ferre fastidium.

Fert eloquentia ex amplitudine fastidium. Quint. lib.5.cap.14.24.

Fastidium leuare. Quintil. lib.9.cap.3. Quotidiani, & semper eodem modo formati sermonis fastidium leuat.

Mouere fastidium. Quintil. lib 2.cap.4.22.

Mouere fastidia stomacho. Horat.2.Serm.saty.4.16.

Superba pati fastidia. Virg. eclog.2.3.

Fastidium purgare. Plin. lib.8.cap.27.5. Palumbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium, purgant.

Subeunt mihi fastidia. Ouid. epist.15.20.

Fastidio esse. Plin. lib.7.cap.1.3. Potiusque ad authores relegabo, qui dubiis redentur omnibus: modò ne sit fastidio Græcos sequi.

In fastidio esse. Plin. lib.12.cap.19.6. Ipsum verò lignũ in fastidio est propter origani acrimoniam.

Vincere fastidia varia cœna. Horat.2.Serm.saty.6.18.

Fastidium meum, quo ego alios fastidio, Fastidium mei, quo ego ab aliis fastidior. Quintil. Declamat.14. Seu mulier omnibus exposita mortalibus, vanitatem fastidio mei, despectúque captauit.

Fastidiõsus, pen. prod. Adiect. (βδελυκτικός,) Qui fastidit. Cic. de Clar. Orat.109. Propterea quòd Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in causis recipiendis erat: fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. Plaut. Milite, 18.18, —istius metus
Me macerat, quòd ille fastidiosus est iam:
Ne oculi eius sententiam mutent. Idem Rud.10.41,
Neptunus ita solet, quãuis fastidiosus
Aedilis est, siquæ improbæ sunt merces, iactat omnes. Plin. epist.159. 5, Placuit ære signari omnes honores fastidiosissimi mancipii, quosq; repudiasset, quosq; quãtum ad decernentes pertinet, gessisset. Horat. 3.Carm. ode 1.8, —dominusq; terræ Fastidiosus.

Fastidiosus literarum Latinarum. Cicero de Clar. Orat.133. C. Memmius L. filius perfectus literis, sed Græcis, fastidiosus sanè Latinarum, argutus orator, &c.

Aurium sensus fastidiosissimus. Author ad Heren. libro 4.181.

In æquos & pares fastidiosus. Author ad Heren. libro 4.113.

Fastidiõse, penul. prod. Aduerbium. (περιφρονημένως,) Ci. pro Planco, 53. Huic ego iam stomachans fastidiosè, imò ex Sicilia inquam.

Fastidiosè iudicare. Cic.1.de Orat.59. Quàm diligenter, quàm propè fastidiosè iudicamus? Sic Fastidiosè spectare aliquid in aliquo. Idem 1. de Orat.135. Et dicere fastidiosè, Idem 2.de Orat.198. Nolo enim dicere de tam suaui homine fastidiosius.

Lente & fastidiosè probare aliquid. Cicero Attico, libro 2.16.3.

Fastidiosius facere aliquid. Cic.2.de Orat.198.

Fatalis, Vide FATVM.

Fatantur, multa fantur. Festus.

Fateor, fatẽris, pen. prod. fassus sum, (ὁμολογέω, ὁμολογοῦμαι, σύμφημι,) fateri, Est (inquit Seruius) coactorum & culpabilium. Virgil.4.Aeneid.4. Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi, &c. Donatus item, Fateri non testis est, sed rei. Terent. Eunuch.4.4.46.
—vidistin' fratrem Chæream? DO. non. PH. non potest sine
Malo fateri, video. Cic.7.Verr.63. Quum tute fassus esses te id crimen tanto antè metuisse si eum diceres mortuum, quis te audiret? Idem 3.Tuscul.25. Vt victum quandoque se esse fateatur.

Fateri est etiam sponte affirmare, vt vult Sipontinus. Mart. libro 5.28.
Ingenium studiúmque tibi morésque genúsque
Sunt equitis, fateor, cætera plebis habes. Cicero 6.Verr.131. Hæc sum rogaturus, nũnè debeãtne. fatebuntur. præbuerintne Prætore C. Verre. negabunt. Terentius And.5.3.25, Ego me amare hanc fateor, si id peccare est, fateor id quoque.

Fateri de re aliqua. Cicero Antequam iret, &c.11. Qui quum de scelere fateretur, non tamen sententiis prius iudicum conuinceretur, quàm supplicio addiceretur. Idem 2.de Inuent.179.

Fateri de se. Liuius 4.bell.Pun.23. De se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat.

Non solum fateri, sed etiam profiteri aliquid. Cicero pro Cecinna, 17. Et pro Rabirio, 11. Quamobrem fateor atque etiam profiteor, & præ me fero, perduellionis iudicium à me fuisse sublatum.

Animum pallore fateri. Ouidius 6.Fast.4.

Fateri fidem & animum alicuius. Plancus ad Ciceronẽ, libro 1.23.8. Laterensis nostri & fidem & animũ in Rempub. singularẽ semper fatebor.

Delicta fateri. Ouidius 4.Metam.157.

Errores suos fateri. Claud.2.in Eutrop.2.

Falsum fateri. Cicero in Partit.27. Mori maluit falsum fatendo, quàm verè inficiando dolere.

Peccatum fateor. Horatius 2.Serm.saty.41.

Subigere aliquem fateri, Id est cogere vt fateatur. Virg.6.Aeneid.114.

Nulline faterier audes? Horatius 2.epist.2.30.

Fassus, Participiũ (ὡμολογηκώς,) vt Ignoscere fasso. Ouid.15.Metam.38.

Da veniam fasso. Ouidius 1.de Ponto, eleg.8.5.

Fassũrus, pen. pro. Participium. (ὁμολογησόμενος,) Ouid.14.Metam.71. Quid cuperet fassura fuit.

Culpa fatenda est. Ouidius 2.Trist.63.

Fatendum est summum esse bonum iucundè viuere. Cicero 1.de Finibus, 66.

Fatidicus, Vide FATVM.

Fatigo, fatigas, pen. prod. (ἐνοχλέω, κατακοπιάω,) fatigare, Ad lassitudinem deducere. Virg. lib.5. Veloces iaculo ceruos, cursúque fatigat. Idem libro 9. —quos nulla fatigant Prælia. Liuius 8. ab Vrbe, 50. Qui aliquandiu pugna atroci quum & semetipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent.

Fatigari æstu. Cæsar 3.bell.Ciuil.373.

Fatigare, Cogere. Virgilius.9.Aeneid.

Universidad de Deusto Biblioteca

-collecta fatigat edendi
Ex longo tabies & siccæ sanguine fauces.
Fatigare, Excitare, hortari. Virgil.
-sociosque fatigat,
Præcipites vigilare viri.
Fatigare, Percutere. Virg.9.Aeneid.
-versaque iuuencum
Terga fatigamus hasta.
Fatigare, Perturbare, cómouere. Virg.1.Aenei.
Quæ mare nũc, terrasq; metu, cælumq; fatigat.
Animum fatigare. Horat.2.Carm.ode 11.3,
Bella fatigare. Silius lib.7.99,
Spe laudum corda fatigat. Silius lib.1.13,
Curas fatigare. Stat.5.Sylu.1.2,
Cura fatigat me. Claud.5.Paneg.13.
Dentem in dente fatigare. Ouid.8.Metam 167.
Dextram osculis fatigare. Tacit.lib.15,
Per ambages discentem fatigare. Quintil.lib.3.cap.11.15.
Quæ te fortuna fatigat. Virg.6.Aeneid.107.
Fatigare Iouem votis. Mart.lib.7.59, Quum votis sibi quisque te fatiget.
Hoc est vehementer oret.
Fatigare Martem, pro Prælium cum clamore deposcere. Virg.7.Aeneid.
Vndique collecti coeunt Martemque fatigant.
Iactando membra fatigat Lucret.lib.3.200,
Mora longa fatigat. Ouid.2.Amorum, eleg.1.5,
Questu superos fatigat. Valer.7.Argon.63,
Marte diem, noctemq; fatigat. Valer.5.Argon.120.
Fatigare vinclis & carcere, Id est Cohibere. Cicer.lib.3.Offic.95. Qui non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere fatigandi.
Fatigare, pro Fatigari. Virgil.lib.8,
Olli remigio, noctemque diemque fatigant.
Fatigãtus, penul.prod. Participium, (κατακοπείς,) vt Somno fatigatus. Horat.3.Carm.ode 4.3. Fatigatum corpore dicimus, animo verò fessum. Seruius.
Lacerti fatigati. Ouid.epist.17.17,
Fatigatio, Verbale, (κατάπονησις,) Colu.lib.4.cap.18.2, Quinetiam ipsa hortorum descriptio quanto est minoribus modulis consita, fatigationem veluti minuit, &c. Plin.lib.23.cap.8.14, Et in fatigatione etiã aut perfrictione, succo eo perungi, nitro adiecto prodest. Quintil.lib.1.cap.12.9, Minus afficit sensus fatigatio, quàm cogitatio.
Fatisco, fatiscis, (κατάχαίνω,) fatiscere, Propriè significat fatim, hoc est abundãter hiscere & aperiri. Vir.1.Aenei.126, Accipiũt inimicum imbrem, rimisq; fatiscũt. Vbi Seruius, Fatiscunt, abundãter aperiuntur. Fatim enim abundanter dicimus, vnde & affatim. Hiscere autem, aperire. Proinde non desunt qui fathisco putẽt scribendum.
Area fatiscit. Virg.1.Georg.36.
Fatiscor à Fateor deduci, notauit A.Gellius lib.17.cap.2.ex Q.Claudii Annalium lib.1.
¶ Fatiscere, (ἀποκάμνειν, ἀπαγορεύειν,) Deficere. Colu.lib.2.cap.14.3, Sed omni solo quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, vna præsens medicina est, vt stercore adiuues, & absumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Idem lib.8, Non debet octo capitum numerũ excedere. non quia ignorem fœcunditatem scrofarum maioris esse numeri: sed quia celerrimè fatiscit quæ plureis educat. Virg.1.Georg.
-neu puluere victa fatiscat. Tacit.lib.14, Ipse exercitusq; eius per inopiam & labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famẽ adacti. Plin.de rege apum, lib.11.cap.16, Hunc esse solum marem existimant, præcipua magnitudine, ne fatiscat. Id est lassescat & deficiat in coitu. Idem lib.17.cap.2.1, Quinimo tempestiua frigora plurimum arborũ firmitati conferunt, vt sic optime germinent: alioqui si blãdiantur Austri, defatiscentes, ac magis etiam in flore.
Fatiscere. Tacit.lib.3, Non Tiberius, non accusatores fatiscebant.
Animæ natura fatiscit fessa æuo. Lucret.lib.3.93,
Fatiscit laxaturque chelis. Stat.4.Syl.7.
Clamore fatiscere. Stat.6.Sylu.5.5.
Corda longo sudore fatiscunt. Stat.11.Theba.19.
Mens expugnata fatiscit. Stat.4.Thebaid.38.
FATVA, siue Fauna, quæ & Bona dea vocabat, (ἀγαθὴ θεός,) & vt alii volunt, Senta, dea dicta est terra: quòd infantes partu editi, non prius vocem edunt, quã terrã attigerint. Hanc Varro scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nemo illã, dum vixit, præter virum suũ, mas viderit: nec nomẽ eius audierit. Propter quod illi in operto mulieres sacrificabãt, & Bonam deam nominabant. Vide Macrobium lib.1.Saturn.ca.12.
Fatum, fati, n.g. (πεπρωμένον, εἱμαρμένη, μόρσιμον,) à fatus, secundum Priscianum in passiua significatione, id est dictũ. Vnde fatum, iussum, & dictum dei. Cic.1.de Diuinat.125, Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autẽ id appello quod Græci εἱμαρμένην id est ordinem, seriemq; causarum, quum causæ causa nexa, rem ex se

gignat. ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. quod quũ ita sit, nihil est factum quod non futurum fuerit: eodemq; modo nihil est futurum, cuius non causas idipsum efficientes natura contineat. ex quo intelligitur vt fatum sit, nõ id quod superstitiosè, sed id quod Physicè dicitur causa æterna rerum, cur & ea quæ præterierunt facta sint: & quæ instant, fiant: & quæ sequuntur, futura sint. Gellius lib.5.ca.2, ex Chrysippo, Sempiterna quædam est, & indeclinabilis rerum series. Plaut.Bacchid.10.27,
Dolis ego deprehensus sumsille mendicans penè inuentus interiit
Dum sibi exquirit fata illorum. Et paulò pòst,
Ilio tria audiui fuisse fata, quæ illi exitio forent:
Ex arce signum si periisset: alterum etiam est mors Troili:
Tertium, quum portæ Sææ limen superum scinderetur. Priscianus: Idem esse dicit Plato fatum, voluntatem & iussionem.
¶ Fatum, Oraculum. Virgil.5.Aeneid.
Oblitos fatorum, Italas ne capesseret oras. Seruius.
¶ Fatum, pro Casu & calamitate. Cice.ad Q. fratrem, lib.1.4.1, amabo te mi frater, nisi si vno meo fato & tu & omnes mei corruistis, improbitati & sceleri meo potius quàm imprudentiæ misericordiæque assignes. Ex vetusto codice legitur facto.
¶ Non tanta cælo societas nobiscum est, vt nostro fato mortalis sit ille quoque syderum fulgor. Plinius lib.2.cap.8.1.
Alæ fati. Horat.2.Carm.ode 17.5.
Arcana fatorum. Virg.1.Aeneid.54.
Stabile fatorum numẽ. Virg.eclo.4.10.
Inuisus fatis. Virg.4.Georg.65.
Præter fatum. Cice.1.Philip.7, Siquid mihi humanitus accidisset: multa enim impendẽre videbantur, præter naturam, præterq; fatum.
¶ Arcana fata. Virg.6.Aeneid.15,
Benignum fatum. Iuuenal.Saty.16.1.
Cæca fata. Horat.2.Carm.ode 13.4.
Crudelia fata. Virg.4.Georg.99.
Celerrima fata. Virg.12.Aeneid.102.
Horrida belli fata. Virg.11.Aeneid.20.
Dira fata. Senec.Octau.5.17.
Inuida fata piis. Sta.10.Theb.76.
Miserabile fatum. Ouid.6.Metam.18.
Nõ mutabile fatum. Sta.9.Theb.133.
Rapacia fata. Valer.5.Argon.1.
Fata Sibyllina. Cic.3.in Catil.54, Lentulus aũt cõfirmauit ex fatis Sibyllinis Aruspicumq; responsis, se esse tertium illum Cornelium, &c.
Sinistro fato genitus. Iuuenalis Saty.10.13.
Viuacia fata senectæ. Lucan.lib.2.13.
Volucre fatum. Horat.2.Carm.ode 17.5.
¶ Fata abdita. Vide ABDITVM.
Acerba fata Romanos agunt. Horat.Epod.7.4.
Fata appetebant, Vide APPETO.
Ignaua fortes fata consument vires. Senec.Agam.6.26.
Continentur oĩa fato quæ fiunt, & futura sunt. Cic.2.de Diuin.29.
Vno meo fato & tu & omnes mei corruistis. Cic. Q.fratri, lib.1.4.1. Ex vetusto codice legitur facto, Vide Fatum pro Casu.
Ereptus fatis. Ouid.1.Metam.73.
Leges fatorum euertere. Stat.2.Achill.3.
Fatũ excipere. Tacit.in vita Agricolæ, Cõstans, & libens fatũ excepisti.
Exterrita fatis Dido. Virg.4.Aeneid.91.
Festinantia fata. Stat.3.Sylu.4.5.
Fato Consulẽ fieri: Hoc est veluti diuino quodam nutu & fauore. Cice.2.Verr.18., Nam hoc Verrem dicere aiebant, te non fato, vt cæteros ex vestra familia, sed opera tua Consulem factum.
Quonam meo fato fieri dicam, vt, &c. Cic.2.Philip.19.
Iactatus fatis. Virg.4.Aeneid.3.
Impendet fatum. Cic.2.in Catil.32, Quibus ego confido impendẽre fatũ aliquod & pœnam iãdiu improbitati debitam.
Impendẽre fato odia amicitiis. Cic de Amicit.34.
Inclinant iam fata ducum. Lucan.lib.3.150.
Ingruente fato, Vide INGRVO.
Triste fatum mihi instat. Horat.1.Serm.satyr.9.6.
Liuentia fata, Id est inuida. Stat.5.Sylu.1.29.
Fata immota manent. Valer.5.Argonaut.18.
Minitantia fata. Silius.lib.13.34.
Mutari fata non possunt. Cic.2.de Diuinat.31.
Prædicere quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus sit. Cic.2.de Diuinat.4.
Hoc fato natus Milo, vt ne se quidem seruare potuerit, quin vnà Remp seruaret Cic.pro Milone, 22.
Pendentia fata, Vide PENDEO.
Potens fatum. Claud.7.Paneg.45.
Extrema fata secutus Virg.9.Aeneid.41.
Succumbere fatis. Lucan.lib.8.14.

In fatis

In fatis esse. Ouid.1.Metam.52,
Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli Ardeat.
Si fatum tibi est, ex hoc morbo conualescere. Cic.de Fato,4.
Daphnitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. Cic.de Fato, 8.
Singulari fato esse in re aliqua. Cecinna Ciceroni, libro 6.7.2.
Qua quidem in re singulari sum fato.
Tardare alas volucris fati. Horat.2.Carm.ode 17.5.
Trahebant me mea fata. Ouid.epist.6.11.
Quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur. Virg.5.Aeneid.141.
Extremum fatum Reip.venit. Cic.4.Philipp.149.
Nos alia ex aliis in fata vocamur. Virg.3.Aeneid.99.
Melioribus vtere fatis. Virg.6.Aeneid.109.
¶ Fatum, Mors: quòd nihil tam necessariũ impendeat homini quàm mors.
Exitium & fati dies. Cic.3.in Catil.62.
Lethum præcocis fati. Senec.Thebaid.1.50.
Acerbissima fata. Quintil.in Procem.libro, 6.5. Quãuis acerbissimis rapta fatis, fœlix decessit.
Nouissima fata. Sene.Here.Oeth.9.17.
Tarda fata. Valer.6.Argon.59.
Vltimum fatum. Quintil.lib.6.cap.2.27.
¶ Abrumpere sua fata. Senec.Herc.Oeth.7.31. Vide ABRVMPO.
Accersere sibi fatum ferro. Lucan.lib.7.51.
Fato cedere, Vide CEDO.
Componere fatum alicui, Id est exitium parare. Propert.li.3.eleg.13.13.
Fato concedere, Mori. Plin.in Paneg.20, In principe enim qui electo successore fato concessit, vna, itemque certissima diuinitatis fides est bonus successor. Tacit.lib.2. Vide CONCEDO.
Fungi fato. Quintil.lib.3.cap.7.7. In his autem, qui fato sunt functi, etiam quod est insecutum Hoc est qui sunt mortui.
Implere finem vitæ fato. Tacitus lib.2. Finẽ vitæ sponte, an fato impleuit.
Graui fato interiturus. Ouid.2.Metam.62.
Intercipiunt aliquem fata. Quint.in Procem.lib.6.2. Vt si me, quod equũ & optabile fuit, fata intercepissent, præceptore tamen patre vterẽtur.
Præcipere fata veneno. L.Florus de Ptolemæo Cyprio rege, Et ille quidẽ ad rei famam, veneno fata præcepit. Hoc est mortem antecepit.
Publica fata præcipitare. Lucan.lib.7.11.
Ruere in fata alicuius. Senec.Octau.6.18.
Venire ad fatum suum. Senec.Oedip.13.3.
Fatãlis, & hoc fatãle, penu.prod. (μόρσιμος,) Quicquid nobis debetur ex fato, siue bonum, siue malum. Cic.2.de Diuin.58, Si enim prouideri nihil potest futurum esse eorum quæ casu fiunt, quia esse certa non possunt: diuinatio nulla est. sin autem idcirco possunt prouideri, quia certa sunt & fatalia, rursus diuinatio nulla est. Valerius lib.1, Eo legatis missis vnicam fatalis remedii opem impetraturam se credidit.
Certa & fatalia. Cice.2.de Diuinat.38, Hæc possunt prouideri, quia certa sunt & fatalia.
Fatalis ad. Cice.4.in Catil.75. Meus Consulatus ad salutem Reip. propè fatalis fuit.
Fatale alicui. Cic.2.Philip.37. Quod fuit illorum vtrique fatale.
Fatalis annus. Cic.in Catil.54, Eundemque dixisse fatalem hunc esse annum ad interitum huius vrbis atque imperii.
Annos fatales expleuimus. Tibull.lib.1.eleg.3.11.
Bellum fatale. Cicero pro Mario, 18, Respub.perfuncta est hoc misero, fatalique bello.
Casus fatalis & Voluntarius, contraria. Cic.6.Philipp.217, Fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, &c. nunc siquis erit voluntarius.
Fatalis & immutabilis continuatio ordinis sempiterni. Cic.1.Acade.44.
Deæ fatales, Id est Parcæ. Ouid.1.de Ponto, eleg.9.13.
Euentus fatalis. Cic.de Arusp.resp.5, Scipio quasi fatali euentu solus Carthaginem euertit.
Exitus fatales habere. Cic.2.de Diuinat.35.
Lege fatali tenemur. Ouid.10.Metam.41.
Malum fatale terrarum. Lucan.lib.10.7.
Monstrum fatale. Horat.1.Carm.ode 37.5.
Fatalia responsa, apud Virgilium lib.7.Aeneid.10.
Stamina fatalia. Ouid.5.Trist.eleg.4.5.
Fatales omnium rerum stellæ. Gellius lib.14.cap.1, Stellas istas quas erraticas dicerent, quæ esse omnium rerum fatales dicerentur. Hoc est omnium rerum fata præscriberent.
Studium fatale. Ouid.5.Trist.eleg.13.11.
Fatalis vmbra. Cice.1.de Natura deorum, 57, Ait enim vim diuinam in ratione esse positam, &c. tum fatalem vmbram, & necessitatem rerum futurarum.
Fataliter, pen.corr. Aduerbium, (πεπρωμένως,) Cice.2.de Diuinat.7. Et omnia quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter.
Faticanus, faticani, pe.corr. (χρησμῳδός,) Qui fata canit. Oui.9.Meta84.
Hæc vbi faticano venturi præscia dixit Ore Themis, &c.

Fatícinus, pen.corr. (χρησμῳδός,) pro Fatidico. Ouid.15.Meta. -sic dicere vates, Faticinasque ferunt sortes. In aliis exemplaribus legitur Fatidicas.
Fatidicus, pen.corr. Adiectiuum, (χρησμολόγος,) Qui nobis fata, id est decreta dei exponit. Plin.epist.161.b, Præsens numen atque etiam fatidicum indicant sortes. Virg.8.Aeneid.68,
Quam memorant nymphæ priscum Carmentis honorem
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos. Plin.lib.15.cap.29.5, Fatidico quidem & memorabili augurio.
Fatidicorum & vatum effata incognita interpretari. Cic.2.de Leg.33.
Anus fatidica Stoicorum Procne. Cic.1.de Natura deorum, 27,
Carmen fatidicum. Claud.de bel.Get.47,
Deus fatidicus. Ouid.2.Fast.53,
Lauri fatidicæ Claud.3.Paneg.12,
Fátifer, penult.corr. Adiectiuum, (θανατοφόρος,) Quod mortem affert. Virg.8.Aeneid.122,
-interque manus & brachia versat
Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem,
Fatiferumque ensem.
Fatiloquus, pen.cor. Adiectiuũ, (χρησμολόγος,) Idẽ quod Fatidicus. Liu.1.ab Vrbe, 28, Venerabilior diuinitate credita Carmentæ matris, quã fatiloquã ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerãt.
FATVA, Vide FATVELVS.
Fatuus, Adiectiuum (ἀνόητος, εὐήθης, μωρός,) Simplex, insulsus, insipiens. Tractum à sapore ciborum, qui quũ nõ sapiũt, fatui dicuntur: vt vult Valla lib.4. Vnde Martialis lib.13.13,
Vt sapiant fatuę fabrorum prandia betę,
O quàm sæpe petet vina, piperque coquus. Id est, insipidæ & inconditæ. Cic.2.de Finib.112, Ipse negat, vt antè dixi, luxuriosorum vitã reprehendendam: nisi planè fatui sint, id est nisi aut planè cupiant, aut metuant. Idem.2.de Orat.152. Et Attico, lib.6.117.3. Iuuen. Saty.9.1.
Fatuus & insulsus. Terent.Eunuch.5.9.49,
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vsu tuo
Nemo est. principio & habet quod det, & dat nemo largius:
Fatuus est, insulsus, tardus. Vbi Donatus, Fatuus, Inepta loquens: à fando fatuus dicitur. Inde Fauni fatui, nymphæ fatuæ dictæ sunt. Et iterum, Fatui sunt qui verbis & dictis fatui sunt: Insulsi verò corde & animo.
Fatuus, à fando, inquit Varro, qui fatur quod puer primò fatur, hoc est qui inepta loquitur.
Fatuus & amens. Cic.pro Deiotaro, 14,
Ne cum periculo fatuus sis. Cic.Furnio, 10.26.3,
Non fatuus. Cicero 2.de Orat.55, Hoc præceptum est, magisque monitoris non fatui, quam eruditi magistri.
Fatui mores. Plaut.Trinummo, 6.17,
Quæ ego tibi præcipio, hæc facito: nihil ego istos moror fatuos
Mores & turbidos, quibus boni dedecorant se.
Fatuus puer, & non grauis. Cic.Attico, lib.6.117.3,
Fatúitas, pen.cor. huius fatuitãtis, (εὐήθεια, σκαιότης,) Ineptia, stoliditas Cic.ad Atticum, lib.11.231.3, Ego huius miserrimæ facultate conflictor. Cic.2.de Inuent.192, Et definitionibus ostendere non hanc imprudentiam, aut casum, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiã, fatuitatem nominari oportere.
Fatuor, fatuaris, (εὐηθίζομαι,) fatuari, Deponens, pro Ineptire. Seneca de morte Claud. Audi me & desine fatuari. Quod de ipso Claudio dicit Suetonius, Morari, prima lõga. Iustinus lib.43, Fauno fuit vxor nomine Fatua, quæ assiduè diuino spiritu impleta, velut per furorẽ futura præmonebat, vnde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.
Fauces, faucium, faucibus, plur.numeri, (λάρυγξ, φάρυγξ,) Superior pars gulæ, mento proxima, sed interior, vbi os angustatur: quam partem Græci λάρυγγα vocant: vnde nos quoque laringem vel pharingem dicimus. Plin.lib.11.cap.37.50, Summum gulæ, fauces vocantur: extremum, stomachus. Cic.1.Tuscul.58, Hac tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium laterumve & pulmonum vi & figura potest. Reperitur interdum & numerus singularis. Ouid.in Ibin, 110,
Vtve Syracusio præstricta fauce poetæ,
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.
Raucæ fauces. Lucret.lib.6.239,
Siccæ sanguine fauces. Virg.9.Aeneid.13.
Arent fauces, vixq; est via vocis in illis. Ouid.6.Metam.71,
Immani fauces diducit hiatu. Silius lib.3.40,
Elidere fauces. Ouid.12.Metamorph.26.
E faucibus bolum eripere. Terent.Heaut.4.2.6, Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus.
Aegris faucibus exuberat grauis halitus. Pers.Saty.3.9,
Frangere fauces laqueo. Lucan.lib.2.31,
Infundere faucibus, Vide INFVNDO.
Innectere fauces laqueo, Ouid.10.Metamor.76,

Universidad de Deusto Biblioteca

Intortæ fauces,Vide INTORQVEO.
Oblisæ fauces. Tacit.lib.5,Exin oblisis faucibus,id ætatis corpora in Gemonias abiecta.
Oblisæ fauces,Id est clausæ.Virg.3.Georg.100.Seruius.
Præstricta fauce laqueo.Ouid.in Ibin,110.
Faucibus premi.Cic.pro Cluentio,68.
Fauces in verba resoluere.Ouid.2.Metam.27,
Vix quidem fauces hæc ipsa in verba resoluo.
Faucibus teneri.Plaut.Casina,244.
Strangulare fauces.Celsus lib.2.cap.10, Item viscerum morbi, neruorumque resolutio,& rigor,& distensio, quicquid deniq; fauces difficultate spiritus strangulat,quicquid subitò supprimit vocem, quisquis intolerabilis dolor est,& quacunque de causa ruptum aliquid intus atque collisum est.
Tussientes fauces.Celsus lib.5.cap.25,Quòd si purganda sunt vlcera in faucibus tussientibus,panacis myrrhæ,&c.
Quàm palam sunt probra,omnibus modis occidi miser.
Ita manifesto faucibus teneor.Hoc est,Sum raucus.
Sitis vrit fauces.Horat.1.Serm.saty.2.23.
¶ Fauces,per translationem dicuntur stricti ingressus vallium, seu alterius locive Fauces Orci.Virg.lib.6.Aeneid. Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci.
¶ Fauces,Ora siue ostia fluuiorum,quibus in mare se exonerant. Plin. de Nilo verba faciens,lib.5.ca.9.11,Multis quàuis faucibus in Aegyptum mare se euomit.
Belli os & fauces.Cic.pro Archia,16,Vrbē ex omni impetu hostium,ac totius belli ore ac faucibus ereptam ereptam esse atque seruatam.
Fati fauces.Cic.3.in Catil 48,Laboribus, consiliis,periculis meis ex flamma atque ferro,ac penè ex faucibus fati ereptam, & vobis conseruatam ac restitutam videtis.
In angustiis atque in faucibus Græciæ.Cic.contra Rullum,86.
In faucibus macelli sedens.Cic.in Verrem.
Fauces portus.Liu.4.bel.Pun.149.
Fauces scopuli.Plin.lib.10.cap.72, Quosdam pisces speluncis latentes salsamento illitis faucibus scopuli,piscator expellit.
Patefactis terræ faucibus.Cic.2.de Natura deorum,137.
Halitus se effundens atris faucibus.Virg.6.Aeneid.48.de Inferno.
Arebant flumina siccis faucibus.Virg.4.Georg.86.Id est sicco alueo
Ingens vorago faucibus vastis patet.Senec.Herc.furen.9.10.de Auerno
FATVELVS,siue Faunus(φαῦνος,)Pici filius fuit,& pater Latini,qui regnauit I Latio,cuius vxor Fatua & Fauna dicta est, vt ait Seruius in illud Virgilii 7.Aeneid.10,Hunc Fauno,& Nympha genitum Laurente Marica Accipimus:Fauno Picus pater,&c. Dicti sunt autē Faunus & Fauna in vaticinando.Vnde dicitur.
Fatidicus Faunus.Virg.7.Aeneid.16,
FAVENTIA,(φαβεντία,)Hispaniæ oppidū,vt author est Plinius lib.3.cap.1,Ptolemæo lib.2.cap.4,Vescis dicitur.
Fauentia,Italiæ ciuitas,vnde Fauentini populi. Ptolemæus lib.3.cap.1. Vulgo Faenza.Silius.lib.8.119,
Tum Verona Athesi circumflua,& vndique solers
Arua coronantem nutrire Fauentia pinum.
FAVENTINI,pen.prod. Italiæ populi in octaua regione,Fidentini vicini,vt scribit Plinius libro 3.cap.15.

Faueo, faues,faui,fautū, (συμπράττω,προσ...,σπουδάζω,)fauēre, Bona fari,seu fauorem facere. Terent.Eunuch.5.3.7,Bene ædepol narras:nam illi faueo virgini. Plin.in Paneg.153, Vos modò fauete huic proposito,& credite,si cursu quondam prouectus,ab illo insidiosissimo principe antè q̄ profiteretur odium bonorum, post quàm professus est,substiti,&c. Idem epist.243, Rogo ergo, vt ipse apud te p̄ dignitate eius precibus meis faueas:cui & si mihi credis,indulgentiā tuam dabis. Liu.5.bel.Pun.237,Nec spes alia maior apud fauentes rebus Carthaginiensium esset. Sic Cæsar 1.bel.Ciuil.112,
Fauere sententiæ alicuius.Cic.P.Tuscul.87,
¶ Fauere, Tacere,silere,Fauorē facere,inquit Donatus.Teren.in Prolo. And.24,Fauete,adeste æquo animo:& rem cognoscite.
Fama vix vero Fauet.Senec.Hippol.38,
Fauere faucibus,Antiquum pro Silerē.Cic.2.de Diuina.85,Qui quidem silentio noctis,vt ait Ennius,fauent faucibus,russis cātu,plausuq; premunt alas.De gallis loquitur.
Fauere linguis,Tacere.Cicero 1.de Diuinat.165,Idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum,fœlix, fortunatumque esset, præfabantur:rebusque diuinis,quæ publicè fierent,vt fauerent linguis,imperabatur:inque feriis imperandis,vt litibus & iurgiis se abstinerent. Ouid.15.Metam.136, —animis linguisque fauete. Et 1.Fast.15. Tibullus,Vos itidem,& linguis quisq; fauete suis.Plin.lib.28.cap.2.2. Horat.3.Carm.ode.1.1.
Faueri,Infinitiuus. Plin.lib.28.cap.2.2,Alium verò præponi, qui faueri linguis iubeat.
Fauere ore,Idem.Virg.5.Aeneid.15,Ore fauete omnes.Vbi Seruius,Fauet ore quis per taciturnitatem.
Fauere & Odisse,contraria.Cic.de Claris Orat.97.
Inuidere & Fauere,contraria.Cic.2.Offic.64,Non modo non inuidetur illi ætati,verùetiam fauetur.Cic.in Orat.5,
Dolori suo fauere.Ouid.2.Amor.eleg.5.3,
Honori alicuius fauere.Cic.Attico,lib.7.122.7,
Industriæ gloriæque alicuius fauere.Cic.pro Ligario,5,
Fauere laudi alicuius & gloriæ.Cic.ad Lentulum,lib.1.7.10. Qui mihi quum semper tuæ laudi fauere visus est,tum verò,&c.
Malè fauere alicui.Ouid.epist.2.21.
Fauent pœnæ.Plin.li.19.in Procemio,6,Præterea vt sciamus fauisse pœnas,nihil gignitur facilius.
Sententiæ isti faueo .Cic.1.Tuscul.162,
Fauētur,pen.prod.(συμπράττεται,)Impersonale:cui contrarium est Inuidetur.Cic.2.de Orat.114,Inuidetur enim commodis hominum ipsorum:studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur. Idem 2. Offic.64,Quod eo firmiore animo facient, quia non modò non inuidetur illi ætati, verùetiam fauetur.
Fauens,(συμπράττων,)Nomen ex participio:vt
Venti cælo pelagoque fauentes.Ouid.epist.2.4
Hospitium fauens.Ouid.lib.3.de Ponto,eleg.1.31,
Manu fauente plaudere alicui.Ouid.1.de Arte Amandi,0,3,
Ventis fauentibus nauigare.Ouid.15.Metam,10.
Fautūrus,penult.prod.(συμπράξων,σπουδάσων,)Cic.pro Cn.Plancio, Quum autem audirem meos partim inimicos,partim inuidos,huic accusationi esse fauturos, eandemque rem aduersariam esse in iudicio Cn.Plancio,quæ in petitione fuisset adiutrix.
Fauor,huius fauōris,(σπουδή,)Vox est bene precās alicui,siue alicuius commodum,& laudem tuens.Ouid.in Ibin,24,
Sit quoque(quod rarum est)solito defecta fauore
Fortunæ facies inuidiosa tuæ. Plinius lib.14.cap.4,Maiorque etiam fauore hominum fama.Quintil.lib.8.cap.3,Fauorem & Vrbanum Cicero noua credit. Ibidem Vide plura.
Studium & fauor.Cic.pro Rosc.Comœdo,17,Quam expectationem,q̄d studium,quem fauorem secum in scenam attulit Panurgius?
Tutus fauore alicuius.Ouid.9.Metam.50,
¶ Diuersus fauor.Claud.3.Paneg.9,
Fragilis fauor.Senec.Hippol.4.27,
Manifesti signa fauoris.Ouid.3.Trist.eleg.5.4.
Mirus apud populum fauor.Tacit.lib.1,
Naturalis fauor. Quintil.lib.4.cap.1.6,Est enim naturalis fauor pro laborantibus.
Propensus fauor.Ouid.14.Metam.145,
Publicus fauor.Ouid.4.de Ponto,eleg.14.12.
Secundus numinum fauor.Seneca Hippol.2,15,
Spectatus fauor non respondet meritis.Horat.2.epist.1,2,
Nunquam stabilis fauor.Senec.Thyeste,4.4,
¶ Captare fauorem ex aliqua re.Quintil.lib.6.cap.1,19,Ergo & ille captauit ex illa præstantia animi fauorem.
In ducis eximium conspirauere fauorē.Claud.2.in Ruffin.24,
Elicere fauorem.Tacit.lib.15,Comitante Antonia Claudii Cæsaris filia ad eliciendum vulgi fauorem.
Emereri fauorem.Quintil.lib.4.cap.1,2,
Faciunt fauorem & illa penè communia.Quintil.lib.4.cap.1,22,
Habet aliquem fauor. Tacit.lib.2,Arminium pro libertate pugnantem fauor habebat.
Imbutus fauore alicuius.Tacit.lib.18,Octaua erat, ac septima Claudiana imbutæ fauore Othonis.
Pascere ac nutrire fauorem.Silius libro,7.100,
Fauorem permutare odiis.Claud.epist.ad Hadrianum,1,
Fauorābilis,& hoc fauorābile,pe.cor.(σπουδαζόμενος,) Plenus fauoris apud omnes:Sueton.in Caligula,cap.4,Sic vulgo fauorabilis,vt plurimi tradant,quoties aliquo adueniret,vel sicubi discederet præ turba occurentium,persequentiumve,nonnunquam eum discrimen vitæ adisse. Idem in Nerone,cap.57,Denique quū post viginti annos adolescente me extitisset conditionis incertæ, qui se Neronem esse iactaret,tam fauorabile nomen eius apud Parthos fuit, vt vehementer adiutus,& vix redditus sit.Plin.epist.74.g,Fecerat eum fauorabilem,renouata discriminum vetus fama,natumque periculis nomen. Plinius lib.20.cap.8.5,Adiiciunt magi,succo totius cum oleo perunctos fauorabiliores fieri,& quæ velint facilius impetrare.
Inuidiosus & Fauorabilis,contraria.Quintil.lib.11.ca.1,Aliter enim p̄ alio sæpe dicendū est,vt quisq; honestus,inuidiosus,fauorabilis erit.
Modus frequens,& fauorabilis.Quintil.lib.4.cap.1.14.
Oratio fauorabilis.Tacit.lib.12,
Personæ fauorabiles.Quintil.lib.7.cap.2.30.
¶ Fauorabilis,Qui fauet.Liuius 2.bel.Pun.117,Iam ad Consulatus spē quum attolleret animos,haud parum callidè auram fauorabilis populi ex Dictatoria inuidia petiit.

Fauorabiliter,pen.cor.Aduerbium,(σπουδαζομένως,) Quint.lib.4.cap. de Egressione.Plerisque moris est prolato rerum ordine protinus vtique in aliquem lætum atque plausibilem locum quàm maxime possint fauorabiliter excurrere.
Fautor,fautōris,(σπουδαστής,)Qui fauet alicui, vel alicuius sententiæ. Antiquè fāuitor,pen.corr.Plaut.Curcul.7.18. Et datores & fautores omnes subdam sub solum. Idem Amphit.3.67.
Si quoi fautores delegatos viderint,
Vt his in cauea pignus capiatur togæ. Et paulo pòst,78.
Virtute ambire oportet,non fauitoribus:
Sat habet fautorum semper,qui rectè facit. Liu.1.ab Vrbe,210.Clamor ab vtriusque fautoribus oritur. Varro 3.de Re rust. cap.5.16.
Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum.Horat.1.epist.19.14.
Fautor & adiutor alicuius ab adolescentia.Cic.Lentulo,lib.1.9.34.
Fautor honori alicuius.Cic.pro Plancio,1.
Fautor immortalitatis virtute partæ.Liu.1.ab Vrbe,31.
Fautores laudis alicuius.Cic.pro Plancio,45.Multi sunt cupidi tui,multi fautores laudis tuæ. Idem in Orat.78.Nō inuidos solùm, sed fautores etiam laudum mearum.
Studiosi ac fautores victoriæ.Cic.1.ad Attic.lib.1.11.14. Et pro Plan.1.
Fautrix,huius fautrīcis,pen.prod.(σπουδάστρια,)Verbale fœmin. Teren. Eun.5.9.22. — nihil est Thaide tua dignius
Quod ametur,ita nostræ est omni fautrix familiæ.
Fautrix suorum regio.Cic.pro Plancio,18.
Fautrices amicitiæ.Cic.1.de Finib.102,Amicitiæ non modò fautrices fidelissime,sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis,quàm sibi.
FAVII,Qui prius Fobii dicebantur,fuerunt populi sic dicti, quòd princeps eius gentis ex ea natus sit cum qua Hercules in fouea concubuit. Quamuis alii putēt ita vocitatum,quòd primus ostenderit quemadmodū vrsi & lupi foueis caperentur. Omnino legendum Fouii ex Festo.

Fauilla, fauillæ,(σποδός,ἐγκλίς,)dicitur cinis extinctus,quòd ignē tectum foueat,quasi fouilla,est enim deserta igne scintilla. Terentius Adelphis,5.3.60,
Modo facito,vt illam serues.D.ego istuc videro:
Atque ibi,fauillæ plena,fumi,ac pollinis
Coquendo sit faxo & molendo. Plin.lib.36.cap.25.5,Dein spissè calcatis carbonibus inducitur sabulo calce ac fauilla mistis. Idem lib.18.ca.35.16.Quum contectus ignis à se fauillam discutit.
Bibula fauilla.Virg.6.Aeneidos,46.Vide BIBO.
Calens.Horat.2.Car.ode 6.5.
Cana.Ouid.8.Metam.106.
Candens.Virg.3.Aeneid.114.
Mollis.Ouid.3.Fast.115.
Nigra.Ouid.6.Metam.65.
Venturi prima fauilla mali.Propert.lib.1.eleg.9.4.
Rapidis ambusta fauillis.Claud. de bel.Get.5.
Tepida fauilla.Ouid.14.Metam.115.
Viuens fauilla.Stat.2.Sylu.1.1.
Ardentes restinguere fauillas.Stat.5.Sylu.5.8.
Fauilla eiectata.Ouid.2.Metam.23.
Et neque iam cineres,eiectatamve fauillam Ferre potest.
Prunam velans fauilla.Ouid.8.Metam.106.
Atra fauilla volat.Ouid.13.Metam.132.
Fauillæ volitant super ora.Ouid.2.Metam.28.
Fauillaceus,Adiectiuum.Solinus cap.48.Nam fuliginem intrinsecus fauillaceam ambitio tantùm extimæ cutis cohibet,quæ vel leui tactu pressa,fumum exhalat.

Fauissae, inquit Gellius ex Varronis verbis,lib.2.cap.10.fuisse cellas quasdam & cisternas quæ in area sub terra essent, vbi reponi solerent signa vetera,quę ex eo tempore collapsa essent,& alia quædam religiosè donariis consecrata.
FAVNA dea,Vide FATVA.
FAVNVS,(φαῦνος,)Vide FATVELVS,
Fauni,Agrorum & syluarum putati sunt dii: qui post prolixum tempus moriunt,quòd è terra geniti sint. Fauni apud Latinos,ii sunt qui apud Græcos σάτυροι,filii Saturni.Plin.lib.12.cap.1.1.Quin & Syluanos, Faunosque,& deorum genera syluis,ac sua numina tanquam è cælo attributa credimus.
Faunorum meminit Cic.lib.3.de Nat.deo.19. Et 1.de Diuinat.187.
Agrestum numina Fauni.Virg.1.Georg. 2.
Amator Nympharum Faunus.Horat.3.Carm. ode 18.1.
Bicornis Faunus.Ouid.2.Trist.54.
Lasciui Fauni.Claud.in Epithal.Palladii,46.4.
Rustica numina Fauni.Ouid.1.Metam. 39.
Ruricolæ syluarum numina Fauni.Ouid.6. Metam.79.
Fauni syluicolæ.Stat.5. Theb. 17.
Velox Faunus.Horat.1.Carm.ode 17.1.
FAVONIVS,(ζέφυρος,) Venti nomen aduersus Eurum flantis. Dictus à fouendo,quia genitalem esse dicunt spiritum mundi: à Græcis Zephyrum nuncupatum.Plin.lib.15.ca.3.4,Nisi ante Fauonium collectæ,nouas vires resumunt.
Genitabilis aura Fauonii.Lucret.lib.1.3.
Candidi Fauonii.Horat.3.Carm.ode 7.1.Id est sereni,prosperi. Acron.
Liquidi clementior aura Fauoni.Claud.5.Paneg.54.
Fauonio nascente,purpureum videtur mare.Cic.4.Acad.187.
Tenuis Fauonius.Stat.3.Sylu.1.15.
Tepidi Fauonii fœcunda aura.Catull.Argon.59.57.
A Fauonio initiū Veris notare.Cic.7.Verr,22.Veris initiū à Fauonio notabat.sed quum rosam viderat,tum incipere ver arbitrabatur.
Spirans lene Fauonius.Ouid.9.Metam.133.

Fauorabilis,Vide FAVEO.

FAVORINVS,pen.pro.ф Philosophus Arelate oriūdus, Dionis auditor fuit,præterea eunuchus,& Adriano principi infensus.Ideo tria de se mira narrare solebat,se Gallum græcissare,eunuchum mœchum putari,& inimicum imperatori viuere.Ob quam causam statua eius disiecta Athenis,vbi viuebat.Hunc Herodes Atticus patrē solebat appellare,hæresque librorum ab eo factus est.Hæc ex Philostrato. Gellius huius sæpe meminit.Aelianus de Varia historia,dicit hunc quoque in disputatione quadam Adriano cessisse:admirantibusq; proximis,Nō ne cedam,inquit,ei qui XX habeat legiones?
FAVSTVLVS,pen.cor.pastor,Accæ Laurentiæ maritus,quæ Romulum & Remū inuentos à Faustulo,aluit,vt scribit Seruius in 1. Aenei. Vide Liuium 1.ab Vrbe,16,
FAVSTVS,Syllæ filius.Faustus item Quintilius Senator tempore Iuliani principis.Faustorum Catalogum require apud Volaterranum.

Faustus, Adiectiuum,(εὐτυχής,)A faueo dicitur, nempe is cui omnes fauent,prosper ac propitius.
Annus faustus.Ouid 1.Fast.13.
Faustus dies.Terent.And.5.4.54,O faustum & fœlicem hunc diem.Cic. 1.Tuscul,193,Eo tamen simus animo,vt horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus.
Horribilis & Faustus dies,contraria.Cic.2.Tusc.193.
O nox illa fausta huic verbi.Cic.pro Flacco,70.
Faustum omen.Liuius 7.ab Vrbe,112. Et Plin.lib.16.cap.32.2,
Omnia fausti ominis.
Omine fausto lætus.Ouid.9.Metam.158.
Faustē,Aduerbiū,(εὐτυχῶς,)Fœliciter,& fortunatē.Cic.pro Murena,1, Idem ego sum precatus,vt iis quoq; hominibus,quibus hic Cōsulatus me rogante datus esset,ea res faustē,fœliciter ,prospereque eueniret.
Faustitas,penult.corr.faustitātis,(εὐτυχία,)nouē pro fœlicitate capitur apud Horatium,4.Carm.ode 5.4,Nutrit rura Ceres, almaq; faustitas. Id est fœlicitas producendi.

Fauus, huius faui,(κηρίον,)Apum domus & cellulæ:à fouēdo,quòd in his sobolem foueant. Plin.lib.11,cap.5.de apibus quæ fauos confingunt & ceras.Virg.4.Georg.
Prima fauis ponunt fundamina,deinde tenaces
Suspendunt ceras. Plinius Iunior, Bucellam panis dedit,& fauū mellis.Hoc est frustum operis apiarii melle plenū.Cice.1.Offic.219,Apū examina non fingendorum fauorum causa congregantur: sed quum congregabilia natura sint,fingunt fauos.
Candidus fauus.Ouid.8.Metam.136.
Melle complet fauos apis.Tibull.lib.2.eleg.1.10.
Construere fauos,Vide CONSTRVO.

Fax, facis,fœ.gen.(λαμπάς,δᾴς,)Fustis incisus,& cęra vel oleo inunctus,ac compositus ad lumen faciendum. Fitq; præcipuè ex arūdinibus aridis,& piceis arboribus,& teda.Faces prius dicebant,postea fax.Varro,Confluit mulierum tota Roma,quæ noctu fieri initia solita,etiam nunc picea fax indicat.Idem Sexagesima,Adest fax inuoluta incēdio.Idem de Vita Populi Roma.lib.2, Quum à noua nupta ignis in face afferretur, foco eius sumptus, fax ex pinu ablata esset, vt eam puer ingenuus afferret.Ex Nonio.
Faces quibus incensa L.Bellieni domus deflagrauit. Cic.2.Philip.93.
Faces nuptiarum. Plinius libro 16.cap.18.3, Spina nuptiarum facibus auspicatissima.
¶ Per translationem autem in varias significationes traducitur,vt Fax accusationis,Id est author & incitamentum:& vt Nonius loquitur, suscitabulum.Plin.epist.74.a,Russo successit Theophanes,vnus ex legatis princeps,fax accusationis & origo.
Cruentæ faces Bellonæ.Stat.10.Thebaid.170.
Fax corporis.Cic.1.Tusc.70,Quumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates,&c.
Dicendi faces.Cicero 2.de Orat.113,Neque paruis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces.
Incendiorum Antonii fax Clodius.Cic.2.Philip.64.
Inuidiæ faces. Cicer.pro Milone,74,Omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciantur.
Mortis fax.Ouid,epist.10.39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Faces seditionis.Cic.pro Domo sua,11,Nonne Senatui prouidendũ fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhęresceret?
¶ Acriores faces.Quintil.lib.1.cap.2.17.Vide ACER.
Atra fax.Virg.10.Aeneid.15.
Auide faces.Ouid.14.Metamor.106.
Exigua fax.Stat.10.Thebaid.85.
Flammifera fax.Ouid.epist.15.10.
Flabilis fax.Senec. Octau.4.9.
Fulgens fax.Tibull.lib.1.eleg.2.8.
Iugales faces.Valer.1.Argon.69.
Legitimæ faces.Senec.Medea,1.3.
Luciferas faces crinita nox.Valer.5.Argon.74.
Lucifera fax.Senec.Medea,11.21.
Maritæ faces.Ouid.epist.11.21.
Noctiuagæ faces cæli.Lucret.lib.5.240.
Nuptiales faces. Cice.pro Cluentio,11.Vide post NVBO. Horat.3. Carm.ode 11.7.
Phœbea fax.Senec.Hippol.4.5.
Profanæ faces Eumenidum.Claud.2.de raptu Proser.43.
Rosea fax solis.Lucret.lib.5.195.
Sepulcralis fax.Ouid.epist.1.24.
Tranquillæ faces oculis.Stat.1.Achill.33.
¶ Addere faces alicui.Tacit.lib.17,Flagrantibus iã militum animis velut faces addiderat Meuius pudens è proximis Tigillini.
Dolorum faces admouere.Cic.2.de Offic.51.Dolorum quũ admouẽtur faces præter modum,plerique exterrentur.Vide ADMOVEO.
Afflatunt tepidæ pectora vestra faces. Ouid.2.de Rem.amor.8.
Ambulare cum facibus.Horat.1.Serm.saty.4.11.
Trifulca face ardescit mundus,Id est fulmine.Senec.Hippol.5.10.
Sagittis,ac face armatus.Quintil.lib.2.ca.4.10,Quid ita crederetur Cupido puer,ac volucer,& sagittis,ac face armatus?
Armata facibus.Virg.4.Aeneid.95.
Sæuę collucent faces.Virg.4.Aeneid.114.
Cremare faces.Ouid.8.Metam.169.
Igneis exarsit facibus sitis.Senec.Thyeste,2.10.
Excitat incendium fax.Cic.7.Philip.219.Sed quæ prouincia est, ex qua illa fax excitare non posset incendium?
Extinguere faces.Senec.Herc.Oeth.4.65.
Faces ferre in Capitolium,pro Incendere Capitolium.Cice.de'Amicitia, 35.Causam afferebat,quòd tanti Tiberium Gracchũ fecisset,vt quicquid ille vellet,sibi faciendum puteret. Tum ego,Etiamne(inquam) si in Capitolium faces ferre vellet?
Ferre faces in tecta.Id est accendere tecta.Ouid.14.Metam.106.
Mutua flagrare face.Senec.Octau.1.4.
Incensas faces iaculari.Senec.Herc.Oeth.7.26.
Fulmineam iaculata facem.Valer.4.Argon.134.
Serui cum facibus in tecta nostra immissi.Cic.Attic.lib.14.306.2.
Nouas incide faces,Virg.eclog.8.6.Vide Seruium.
Inferre faces tectis,Vide INFERO.
Inspicare faces acuto ferro.Virg.1.Georg.59.
Lucere facem nouæ nuptæ,Vide in LVX.
Infestam facem pandit cometa.Senec.Octau.5.3.
Præferre facem adolescentulo ad libidinem. Cice.1.in Catilin.9. Hoc est ducem esse.
Rapidæ sonuere faces.Valer.5.Argon.7.
Subdere faces ad studia dicendi.Quintil.lib.1.cap.2.17.Id nobis acriores ad studia dicendi faces subdidisse, quàm exhortationes docẽtium, &c.contenderim.
Prima succensus face,tedaque iugali.Silius lib.17.15.
Pudoris facibus succensa mens.Claud.2.Paneg.46.
Accensas ventilare faces.Ouid.1.Amor.eleg.1.3.
¶ Vitæ sunt nocturno tempore faces.Cic.3.in Catil.63.
Cælestes faces vitæ.Cic.2.de Nat.deorum,21.
Facula,Diminutiuum pen.corr.(λαμπάδιον,)Propert.lib.2.eleg.20.1, Quorum alii faculas alii retinere sagittas,&c.

Faxo, Vide FACIO.

F E

Febris, huius febris,fœ.gen.(πυρετός,πυρεξία,)à feritate dicta: vel, vt Seruius docet,à feruore est,vt medici docẽt,calor natiuus versus in igneum.

Efficacissimum in febribus.Plin.lib.28.cap.7.3.
Accessio febris.Celsus lib.3.ca3.& alibi frequenter.
Accessus febris,Vide ACCEDO.Plin.lib.28.cap.4.
Ardor febrium.Plin.lib.23.cap.1.3.
Circuitus febrium.Celsus lib.3.cap.12.& alibi frequenter.
Cohors noua febrium.Horat.1.Carm.ode 3.7.
Curatio febrium.Celsus lib.3 cap.3.
Decessio febris,vide Instat febris.Celsus lib.3.cap.12.
Decessus febris.Celsus lib.3.cap.12.
Discessiones febrium.Celsus lib.2.cap.4.
Febris fanum in Palatio dicatum est.Plin.lib.2.cap.7.2.
Horrores febriũ.Pli.li.24.ca.10.3, Decoquunt & cõtra horrores febriũ.
Impetus febris.Celsus lib.2.cap.10.Et lib.3.cap.6.
Incrementum febris,Vide Instat febris.
Intentio febris.Celsus lib.3.cap.18.
Reliquiæ febrium.Celsus lib.3.cap.4.
Remissio febris.Celsus lib.2.cap.10.
Valetudo febrium.Plin.lib.23.cap.1.34,Quod ad febrium valetudines attinet,certum est non dandum in febre,nisi veteribus, ægris, vinum nec nisi declinante morbo.
¶ Acuta febris.Celsus lib.2.ca.6.Idem lib.3.ca.22.
Inter febres non acutas.Celsus lib.2.cap.5.
Amphimerina febris.Plin.lib.28.cap.16.10.
Arida febris, Vide ARIDVS.
Febris assidua,quæ & cibi tempora eripit,& siti affligit. Celsus li.2.ca.8.
Constrictæ febres. Plin.li.23.ca.7.6,Situm sedant,calorẽ refrigerant,ob id non neganda in febribus constrictis, quas stegnas vocant.De ficis.
Contagiosa febris,Vide CONTAGIVM.
Febre continenti si caput dolet.Celsus lib.2.cap.8.
Febris continua vehemensque. Celsus lib.2.cap.7.
Domestica febris,Vide Torret febris.
Fortuita febris.Sueton.in Tiber.ca.73,Alii in remissione fortuitæ febris cibum desyderanti negatum.
Frigidæ febres.Plin.lib.23.cap.8.15.Idem lib.26.cap.11.9,Febres frigidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua.Et lib.32.cap.10.1, Perunguntur ægri in frigidis febribus.
Grauior febris.Celsus lib.3.cap.4 & 12.
Inordinata febris.Celsus lib.3.cap.3, Neque verum est quod dicitur à quibusdam,nullam non febrem inordinatam esse:nisi aut ex vomica, aut ex inflammatione,aut ex vlcere.
Febris interuallata biduo medio. Gellius libro 17.cap.12. Quartanam intelligit.
Lentæ febres.Celsus lib.2.cap.17.& lib.3.cap.2.& cap.9.
Leuior fit febris.Celsus lib.3.cap.5.
Febris quæ interdiu leuior est.Celsus lib.2.cap 7.
Leuissima febris.Celsus lib.3.cap.20,Quibus febris leuissima est.
Longa febris.Plin.lib.28.cap.7.2.Celsus lib.2.cap.7.
Lõginquæ febres.Plin.li.29.ca.4.10, Prodest & cõtra lõginquas febres.
Nocturnæ febres. Plin.libro 29.cap.4.7, Resistere nocturnis febribus prodiderunt.
Periodicæ febres.Plin.lib.20.cap.3.3,Preterea mirum dictu:semina eius si fuerint pari numero adalligata febribus,sanare dicuntur quas Græci periodicas vocant. De cucurbita syluestri loquitur. Vide PERIODICVS.
Perniciosa febris. Celsus lib.5.cap.26,Illa febris perniciosa est, quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet.
Quibusdam perpetua febris est, vt C. Mecenati. Plin.lib.7.cap.51. Vide PERPETVVS.
Prima febris.Celsus lib.2.cap.4.
Quartana febris.Plin.lib.26.cap.11.11.Celsus lib.3.ca.3.
Quotidiana febris.Plin.lib.28.cap.7.15.Celsus lib.3.ca.3.
Recens febris.Celsus lib.2.cap.15.
Recidiua febris.Celsus lib.3.cap.4.
Statæ febres.Plin.lib.28.cap.8.20.
Stegnæ febres,quæ & constrictæ vocantur.Plin.lib.23.cap.7.6.
Tertiana febris.Plin.lib.26.cap.11.11.Celsus lib.3.cap.3.
Tertianarum febrium & quartanarũ reuersione & motu quid potest esse constantius?Cic.3.de Nat.deorum,33.
Tutissimæ febres.Celsus lib.3.cap.12.
Vagæ febres.Celsus lib.3.cap.5.
¶ Abigere febres.Plin.lib.25.cap.9.5.
Accedit febris.Celsus lib.2.cap.17,Quisquis febre liberatus est, simul atque ea vno die non accessit,eo qui proximus est post tempus accessionis,tutò lauari potest.At si circuitum habere ea febris solita est, sic vt tertio quartóve die reuertatur:quandocunque non accessit,balneum tutum est.Idem lib.3.cap.4.&cap.5.Vide ACCEDO.
Accessit febris,& Desit,contraria.Celsus lib.3.cap.16.
Accendere febres.Celsus lib.3.cap.9,ad finem,Sed est circunspecti quoque hominis,& nouare interdum,& augere morbum, & febres accendere;quia,&c.Vide ACCENDO.
Adducere febres,Vide ADDVCO.
Addiicere febres,Vide ADIICIO.
Adiecta febris.Celsus lib.2.cap.6.Idem lib.4.cap.6,Quæ quibus tempo ribus danda sint,ex ratione vel adiectæ vel leuatæ febris apparebit.
Febres admittunt curationes.Celsus lib.3.cap.12.
Afferre febrem.Celsus lib.7.cap.18,ad finem,Interdum etiam ex inflá-

matione tumet ipse testiculus,ac febres quoque affert.
Febres antecedit horror.Celsus lib.3.cap.12.
Antecedunt febrem signa aliqua.Celsus lib.2.cap.2.
Arcere febres. Plin.libro,18.cap.8.20.Sic cap.16.9.Febres arcet ceruorum caro.
Statas febres arcere.Plin.lib.28.cap.8.20.
Ardens febris,Vide ARDEO.
Augetur febris,Vide Instat febris.
Contra febres frigidas bibitur,&c. Plin.lib.27.cap.12.23.
Calere febre.Iuuenal.Satyr.10.
Præterea minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola.
Febri carere.Cic.ad Tironem,lib.16.13.1.Is etsi mihi nuntiauit te planè febri carere,& belle habere,&c.
Carere febri negatur capsa.Plin.lib.28.cap.10.2. Sic lib.8. cap.32.ad finem. Et lib.27.cap.12.22. Celsus lib.2.cap.15.
Cœpit febris.Celsus lib.3.cap.4.
Comitatur & febris tales iniurias.Plin.lib.22.cap.7.1.
Concipit sese febris.Celsus lib.3.cap.6.Non protinus autẽ sub calore motuque febrem sese concipere,sed ita,si summa quoque arida inæqualiter cutis est,si color,&c.
Concitata febris.Celsus lib.2.cap.4.Pessimum est,siue leuatur quidem febris,sed æque concitata continuat.
Febris protinus conquieuit.Celsus lib.2.cap.8.
Consistit febris, Vide Instat febris.
Continentes febres sine remissione sunt.Celsus lib.3.cap. 5.
Continuant febres.Celsus lib.2.cap.4.
Continuatur febris.Celsus lib.3.cap.5.
Continuata febris.Celsus lib.3.cap.18.
Coorta febris superante bili.Lucret.lib.4.134.
Corripi febre.Plinius lib.7.cap.51.ad finem,Antipater Sidonius poeta, omnibus annis vno die tantum natali,corripiebatur febre, & eo consumptus est,satis longa senecta.
Damnantur in febri recentes vuæ.Plin.lib.23.cap.1.1.
Decedit febris,Vide Instat febris.
Decessit subitò febris, quum biduum cibo se abstinuisset. Cicero,Attico,libro,5.95.1.
Decedens febris.Celsus libro,3.cap.4.
Decrescit febris.Celsus lib.2.cap.10.
Febris fuit atque decreuit.Celsus lib.3.cap.6.
Deducere corpore febres Horat.1.epist.2.10.
Arida febris depascitur artus.Virg.3.Georg.90.
Depellere febrem.Plin.lib.25.cap.4.10.
Etiam antiqui in vino febrem depelli arbitrabantur.
Desinit febris.Celsus lib.3.cap.4. & cap.5.
Crescere desiit febris.Celsus lib.2.cap.10.
Detineri diu lentis febriculis.Celsus lib.2.cap.17.
Febris non dimittit.Celsus lib.2. cap.7.
Quartana discessit.Cic.Attico,lib.8.150.3.
Discutere febrem.Celsus lib.2.cap.15. & cap.17. Idem lib.3.cap.12.
Discutere febrem genere victus.Celsus lib.2.cap.24.
Dare febres alicui.Iuuenalis Satyr.10.
Prouida Pompeio dederat Campania febres Optandas.
Datur in febri,&c.Plin.lib.22.cap.vltimo,33.
Dolere febre.Celsus lib.2.cap.8.
Durat febris.Celsus lib.5.cap. 26.
Post febrem vomitus est eliciendus.Celsus lib.3.cap.7.
Febris euanuit.Celsus lib.2.cap.3.
Excitare febriculas.Celsus lib.3.ca.18.Leues deinde febriculas excitat. Idem lib.4.cap.19.
Expectatur febris illo die.Celsus lib.3.cap.14. & cap.15.
Experiri febres.Celsus lib.2.cap.7.Senes febres magnas non experiũtur. Id est,non laborant magnis febribus.
Extorret aliquem febris ardens.Celsus lib.3.cap.7.
Magnas febres experiri.Celsus lib.2.cap.7.
Extorret ardens febris.Celsus lib.3.cap.7.
Facere febrem.Martial.lib.2.16. Zoilus ægrotat: faciunt hanc stragula febrem.
Febres leuiores facere.Plin.lib.33.cap.4.14. Sic lib.26.cap.11.9.
Febrem finiunt sudores.Celsus lib.2.cap.14.
Finitur febris,Vide Instat febris.
Finita febris.Celsus lib.3.cap.3.
Febris eodem die finita est.Celsus lib.2.cap.3.
Habere febrem.Celsus lib.3.cap.4. Sic Varro de Re rust.lib.2.cap.1.Siue ex æstu,siue è labore febrem habent. Martial.lib. 5.9.Non habui febrem Symmache,nunc habeo.Cice.de Fato,14. Si cui venæ sic mouentur,is habet febrim:sed potius illo modo,non ei venæ sic mouentur,& is febrem non habet?
Certum habent circuitum aliquæ febres,Celsus lib.3.cap.12.
Circuitum habere solita febris,Vide Accedit febris.
Hæret febris per omne id tempus,Celsus,lib.2,cap.7.
Hærens febris,Celsus,lib.3,cap.4.
Incidens febris tussim ingessit.Plin.epist.19,lib.7, ad Priscum.
Intentio febris somnum impedit, Celsus,lib.3,cap.18.
Ardentibus febribus imponitur cum polenta.Plin.lib.20,cap.20,3.
Ardens febris.Celsus,lib.2,cap.15, & lib.3,cap.6.
Contra ardorem febrium imponitur,&c. Plinius,lib.20,cap.9,10, Sic libro,31,cap.11,6,
In febris ardoribus imponuntur pectori,&c.Plinius,lib.23,cap.6,1,
Incidere in febres.Celsus,lib.3.cap.6.
Incipit febris,Vide Iustat febris,& in verbo INCIPIO.
Quadrini circuitus febrem,nunquam bruma,nunquam hybernis mensibus incipere.Plin.lib.7.cap.50.4.
Incipiens febris.Celsus lib.3.cap.4.
Incitare febrem.Celsus.lib.3.cap.8.Tum dari cibus,qui neque incitet febrem,& tamen longum eius spatium sustineat.
Inclinat se febris.Celsus,lib.3.cap.4.
Inclinata febris. Ibidem.
Increscunt febres.Celsus,lib.2.cap.4. & cap.7. Idem lib.3.cap.5.
Tempus febris incurrit in aliquã rẽ.Cels.lib.3.cap.15. Quo die febrem expectabit,antè surgere & exercerisdareq; operam non oportetvt in iplam exercitatione tẽpus febris incurrat: sic enim sæpe illa discutit.
Iniit vnquam te febris?Vide INEO.
Inhæret assiduè febris.Celsus,lib.3.cap.4.
Instat febris.Celsus,lib.3.cap.5.Quum verò febris instet,incipiat, augeatur,consistat decedat:deinde in decessione consistat,aut finiatur:scire licet,optimum cibo tempus esse febre finita: deinde quum decessio eius consistit:tertium,si necesse est,quandocũque decedit: cætera omnia periculosa esse.Si tamen propter infirmitatem necessitas vrget, satius esse,consistente iam incremẽto febris,aliquid offerre, quàm increscente.Satius esse instante,quam incipiente.
Intenditur sæpe ex eo febris.Celsus,lib.3.cap.9.& cap.11. Minui febris videtur,& rursus intenditur.
Intermittit ex toto febris.Celsus,lib.3.cap.14.
Iunguntur febres.Celsus lib.3.cap.5.
Sine febri laborare.Cic.Att.lib.7.120.2.
Accessio febris lenita est.Celsus,lib.2.cap.17.
Leuatur febris.Celsus lib.3.cap.6.Et dum febres quidem increscunt,hic solus idoneus cibus est.Vbi verò aut desinunt,aut leuantur,sępe quidem incipiendum est,&c.
Febres quæ tertio quoque die non leuantur.Celsus lib.2.cap.4.
Leuata est febris.Celsus lib.3.cap.4.
Liberare aliquem febre.Plin.lib.26.cap.11.10. Celsus lib.3.cap.9.
Liberari à febre.Plin.lib.26.cap.11.11.
Liberatus febre.Celsus lib.2.cap.15.& cap.17.
Minuere febrem.Celsus lib.3.cap.5.
Minui febris videtur,& rursus intenditur.Celsus lib.3.cap.11.
Aliquantum minuitur ex febre.Celsus,lib.3.cap.3.
Minuitur aliquid ex febre.Celsus,lib.3.cap.5.
Frigora febrium minuit cor ranæ adalligatũ.Plin.lib.32.cap.10.2.
Mitigare febrem quiete,& abstinentia.Quintil.lib.2.cap.17.7.
Febres quę per discessiones tantùm molliuntur, nec vnquam integrum corpus dimittunt.Celsus,lib.2.cap.4.
Mouere febres.Celsus,lib.5.ca.28,de struma & eius curatione,Quæ vel præcipuè fatigare medicos solent:quoniam & febres mouent, nec vnquam facilè maturescunt. Ibidem,de meliceria,Dolor autẽ & inflammatio ingens est:adeò vt acutam quoque febrem mouere consueriint.
Nancisci febrim.Sueton.in Tito,cap.10,Deinde ad primam statim mansionem febrim nactus,quum in lectica transferretur, &c.
Vbi vero febris aliquem occupat,scire licet,&c.Celsus,lib.2,cap.3.
Oritur febris.Celsus,lib.2,cap.4.
Pati febrim, Vide PATIOR.
Perfunctus à febri,Varro,2,de Re rust.cap.4,4.
Permanet febris,Vide Torret febris.
Aduersus febrium horrores venientes pollere tradunt lapillos ventre exemptos.Plinius,lib.28,cap.8,20.
Perustus ardentissima febri,Plin.lib.7,epist.1,
Tertiana febris vnum diem præstat integrum, tertio redit, Celsus libro tertio,cap.3,
Prodest & febri ranarum fellis cinis,Plin.lib.32,cap.10,6,
Prosunt in febribus fluuiatiles cancri.Plin.lib.32.cap.10,2.
Febris quieuit,Celsus,lib.2,cap.8, Idem,lib.3,cap. 16,
Febris ex toto quieuit,Celsus,lib.2,cap.3,
Febris non quiescens,Celsus,lib.2,cap.6, & cap.6,
Remedium quærere febri,Plin.lib.28,cap.7,16,
Accessio febris ex toto recessit, Celsus,lib.2,cap.17,
Febris quartis diebus recurrens,Gellius,lib.17,cap.12,
Febres recidũt.Plinius,lib.28,cap.16,10.Quartanis magis excrementa

Universidad de Deusto Biblioteca

fellis cum digito bubonis adalligari iubent,& ne recidant,non remoueri ſepteno circuitu.

Redeunt quædam febres longiore circuitu.Celſus,lib.3.cap.3. Idē lib.3.cap.15.Si febris redierit.

Inordinatè redeunt febres.Celſus,lib.3.capit.3.Neque de re, ſed de verbo controuerſiam mouent,qui quum aliter,aliterque in eodem morbo febres accedant,non eaſdem inordinatè redire, ſed alias, aliaſque ſubinde oriri dicunt.

Reducere febrim alicui.Horat.2.Serm.Saty.3.59.

Febrium ardores refrigerat ſuccus cucurbitæ.Plin.lib.20.cap.3.4.

Remanent febres.Celſus.lib.2.cap.7. Idem lib.3.cap.15.

Remittit febris.Celſus,lib.2.cap.14. Idem,lib.3.cap.5.& lib.3.cap.18. Et continuata quoque febris, habet tempora, quibus etſi non remittit,non tamen creſcit.

Remittit ſe febris.Celſus,lib.3.cap.10.Quum ſe febris remiſerit,frictione vtendum eſt.

Remittit febris.Celſ.lib.3.cap.9.& cap.12. Febres ex toto remittuntur.

Febrium medicina placitis eorum renuntiat.Plin.lib.30.cap.11.3.

Febris repetit.Celſus lib.2.cap.8.

Nocturnis febribus reſiſtere prodiderunt.Plin.lib.29.cap.4.7.

Reuertitur febris,Vide Accedit febris.Celſus lib.3.cap.3.& cap.15.

Febres quæ quotidie tempore eodem reuertuntur.Celſus,lib.2.cap.4.

Febrium morbos non ſentit ceruus.Plin.lib.8.cap.32.ad finem.

Tertio die ſequuta febris eſt.Celſus lib.3.cap.5.

Ante febres ſolet eſſe frigus.Celſus lib.3.cap.11.

Soluere febres.Plin.lib.24.cap.9.4.Semen potum, vini quendam ſaporē habet,& dicitur febres ſoluere.

Submouere febrem.Celſus,lib.3.cap.21.Sed ſi febris quoque eſt, hæc in primis ſubmouenda eſt.

Si febris ſit.Plin.lib.22.cap.20.1. Et lib.32.cap.10.5.

Superuenit febris leui vulneri.Celſus lib.5.cap.26.

Spatium febris ſuſtinere,Vide Incitare febrem.

Tenent febres corpus.Celſus,lib.3.cap.9.Nonnunquam etiam lentę febres,ſine vlla remiſſione corpus tenent.

Tenuata febris.Celſus,lib.3.cap.7.Vbi febris aut tenuata,aut leuata eſt, vomitu pectus purgare.

Terret febris.Celſus lib.5.cap.26.Ac ne febris quidem terrere debet, ſi in magno vulnere dum inflammatio eſt, permanet.

Tollere febrem.Celſus lib.2.cap.17. & lib.3.cap.15.Quies tot dierum & abſtinentia,cum cæteris quæ præcipiuntur,febrem tollant.

Si febrem non ſuſtulit prima inedia.Celſus,lib.2.cap.12.

Febrium circuitus tollit iecur delphini guſtatum ante acceſſiones. Plin.lib.32.cap.10.1.

Tollere febrem.Celſus,lib.2.cap.12.Si corruptum eſt quod excernitur, aut ſi prima inedia febrem non ſuſtulit:aut ſi ſanguinem mitti; quum opus ſit, vires non patiantur,tempúſve eius iei præteriit: aut ſi multū antè morbum quis portauit:aut ſi is,qui ſæpe,vel ſponte, aut caſu purgatus,ſubitò habet aluum ſuppreſſam.

Torret febris.Iuuenal.Saty.9.

Quid macies ægri veteris,quem tempore longo
Torret quarta dies,olimque domeſtica febris?

Vacare febre.Celſus,lib.2.cap.14. & cap.15.

Venit febris ſubitò.Celſus,lib.3.cap.12.

Febres cum horrore venientes perunctis leuiores facit. Plin.lib.23.cap.4.14. Sic lib.26.cap.11.11.

Ventura febris.Celſus,lib.3.cap.12.

Veteraſcunt febres.Celſus lib.3.cap.12.In his autem.quum veterauerūt vtilis fames non eſt. Primis tantummodo diebus ea pugnandum eſt.

Vehemens febris vrget.Celſus lib.2.cap.10. Idem,lib.3.cap.5.

Vrgent magnæ febres.Celſus lib.7.cap.26.

Anhelis vror febribus.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.1.

Febrícula,pen.corr.Dimin. (πυρετίδιον,) Plancus Ciceroni, lib.10.21.15.Qui ex labore in febriculam incidi aſſiduam,& ſatis moleſtā. Cic. ad Atticum,lib.7.128.2. Diem tuum ego quoque ex epiſtola quadā tua,quam incipiente febricula ſcripſeras,mihi notaueram,&c.

Lentæ febriculæ.Celſus,lib.2.cap.17.

Febricula leuis.Celſus,lib.3.ca.22,Ex phthiſi febricula leuis fit:quæ etiā quum quieuit,tamen & repetit.

Longæ,difficileſque febriculæ.Celſus,lib.3.cap.22.

¶ Conſumit hominem febricula. Celſus lib.3.cap.25.

Febricula eo die finitur. Celſus,lib.3.cap.3.

Habere febriculā.Cic.Attico,li.6.120.2.Id videbatur approbare, quod erat in extremo,febriculam tum te habentem ſcripſiſſe.

Incidit febricula.Celſus lib.3.cap.11.Ne febricula incidat.

Febricula incurſat.Celſus,lib.3.cap.22,Quādiu quidem febricula incurſat,huic interdum abſtinentia,interdum etiam tempeſtiuis cibis medēdum. Paulo pòſt,Quòd ſi febris aut nondum incurſat, aut iam remiſit,recurrendum eſt ad modicas exercitationes.

Si ſemper febricula manet.Celſus,lib.3.cap.5.

Medendum febriculæ, Vide Febricula incurſat.

Febricula oritur.Celſus lib.3.cap.15. Idem,lib.4.cap.15.

Preceſſit febricula.Celſus lib.2.cap.7.

Febricula quieuit,Vide Febricula leuis.

Febricula repetit.Vide Febricula leuis.

Febricula aut ſoluta erit,aut leuior.Celſus lib.8.cap.4.

Febriculōſus,pen.prod.Adiect.(πυρετώδης,) Qui habet multā febrem. Gellius,Non morbus hīc febriculoſum,aut nimium grauis.

Febrīlis,& hoc febrīle,pen.prod.(πυρετικός,)quaſi ad febrem pertinēs. Apul.Ardore æſtuans febrili.

Febrio,febris,(πυρέττω,)febrīre,Laborare febre.Celſus lib.6.cap.11,Potiones ſi febriat puer,aquæ:ſi ſine febre eſt,vini diluti.

Febriens,Participium,(πυρέττων,)Colum.lib.6.cap.vlt. Febrienti mulæ cruda braſſica datur.

Febrícito,febrícitas,pen.corr.(πυρέττω,)febricitare,Febrem pati,vel ſe bre corripi & tentari.Columella,lib.6.cap.9.Febricitanti boui conuenit abſtinere cibo,vno die. Celſus,Quoniā & alii & iidem alias poſt illa non febricitarent.

Febricitat æger.Celſus,lib.3.cap.6.

Febricitauit aliquis,aut inhorruit.Celſus,lib.2.cap.7.

Febrícitans,pen.corr.Participium.Celſus lib.2,cap.6.

Februo, februas,(καθαίρω,)februare,Luſtrare,purgare. A feruendo,hoc enim adolendo & flammis feruentibus fieri ſolebat. Vel à Sabinorum lingua,qui februm,purgamentum dicunt. Hinc(vt author eſt Feſtus)Februarius menſis dictus eſt,quòd tum, id eſt extremo anni menſe,populus februaretur,id eſt luſtraretur ac purgaretur. Per XII enim dies continuos Februarii,celebrabātur februa. Hiſque diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis ſacrificiiſque circa ſepulcra,accenſis facibus, cereiſque intentus erat. Hactenus Feſtus. Varro de Vita Populi Romani lib.1. In eorum enim ſacris liba quum ſint facta,incerni ſolent farris ſemine, ac dicere ſe ea februare.Id eſt pura facere.

Februa. (καθάρματα,) appellātur quæcunque purgamenti cauſa in quibuſcunque ſacrificiis adhibeantur,inquit Feſtus. Plinius,Vulgata priſcis temporibus opinio obtinuit,februa eſſe omnia, quibus malefactorum conſcientiæ purgarentur,delerenturque peccata,aut manes animabus defunctorum placidi redderentur. Ouid.2.Faſt.4. latius huius vocis ſignificationem proſequitur.

Februa Romani dixere piamina patres:
Nunc quoque dant verbo plurima ſigna fidem.
Pontifices ab rege petunt,& flamine lanas,
Queis vetere in lingua februa nomen erat.
Quæque capit lictor domibus purgamina certis
Torrida cum mica farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo,qui cæſus ab arbore pura,
Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.
Ipſe ego Flaminiam poſcentem februa vidi:
Februa poſcenti pinea virga data eſt.
Denique quodcunque eſt,quo corpora noſtra piantur,
Hoc apud intonſos nomen habebit auos.

Toſta februa.Ouid.4.Faſt.147,
Sæpe tuli plena februa toſta manu.

Februarius menſis,(ἀνθεστηριών,)extremus anni menſis fuit veteribus,Cicero.2.de Legib.85.

Feciâlis, huius feciâlis,pen.prod.(φετιάλης,εἰρηνοδίκος,)Pluraliter,Feciales fecialium,appellati ſunt,vt vult Feſtus, ſacri ſacerdotes,pacis vel belli authores:à faciendo,quod belli,pacisque faciendæ apud eos ius erat. Nonius, Feciales apud veteres Romanos erant,qui ſancto legatorum officio,ab his qui aduerſum Populum Romanum aut rapinis,aut iniuriis hoſtili mente commouerant, pignora facto fœdere iure repetebant:nec bella indicebantur, quæ tamen pia vocabant,prius quàm fuiſſet quid fecialibus denuntiatum. Varro de Vita Populi Romani lib.2.Itaq; bella & tardè & nulla licentia ſuſcipiebant,quòd bellum nullum,niſi pium,putabāt geri oportere. Prius quàm indicerent bellum iis à quibus iniurias factas ſciebant, feciales legatos repetitum mittebant quatuor,quos oratores vocabant. Idem lib.3.Si cuius legati violati eſſent,qui id feciſſent, quamuis nobiles eſſent,vt dederentur ciuitati,ſtatuerunt: fecialeſque viginti qui de his rebus cognoſcerent,iudicarent,& ſtatuerent,& conſtituerent.

In manibus fecialium educatus homo.Cic.7.Verr.7.39. Habemus hominem in fecialium manibus educatum:vnum præter cæteros, in publicis religionibus fœderum ſanctum ac diligentem. Hi apud Liuium de iure belli indicēndi conſuluntur.Budæus.

Fecialis,& hoc feciale,Adiectiuū,(φετιάλιος,)Cic.1.Offic.54,Belli quidem æquitas ſanctiſſimè feciali Populi Romani iure perſcripta eſt.

Fel, fellis,neutri generis,(χολή,) Humor in corpore, qui quòd flauus eſt,à medicis bilis flaua appellatur.Cōtinetur autem ſub ima parte hepatis in veſicula quadam,quæ ob id ciſta fellis appellatur. Plautus Trucul.4.73.

- in melle ſunt linguæ ſitæ veſtræ,atque orationes:
Corda in felle ſunt ſita,atque acerbo aceto.
Linguis dicta dulcia datis,corde amare facitis,amantes ſiquid nō danūt.

Gallinaceum fel.Cic.2.de Diuinat.44.

Vipereo felle tella lurida.Ouid.5.Triſt.eleg.8.4.

Iecur ardet ſiccato felle.Senec.Herc.Oeth.9.19.

Veneni felle ſagitta armata.Virg.12.Aeneid.70.

Sales ſuffuſi felle,Id eſt ioci mordaces.Ouid.2.Triſt.113.

Mordaci felle tincta ſpicula.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.22.

¶ Fel terræ,Genus herbæ,quæ & centaurion,teſte Plinio lib.25.cap.6.5. Centaurion noſtri fel terræ vocant,propter amaritudinem ſummam.

Felleus,Adiectiuum,(χολώδης,)Plinius lib.26.cap.12.2. Sudores enim felleos mouent.

Felis, huius felis,m.vel f.g.(αἴλουρος,)Id animal eſt quod nobiſcum in domibus retinemus ad murium venationem.Cic.de Nat. deorū lib.1.Poſſum de ichneumonum vtilitate,de croco dilorum, de felium dicere:ſed nolo eſſe longus. Sic 5.Tuſcul.114. Plinius lib.10.ca.73.3.Feles quidem,quo ſilentio,quàm leuibus veſtigiis obrepunt auibus! quàm occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt! Excrementa ſua effoſſa obruunt terra,intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe. Colum.li.8.cap.3. Varro 3 de Re ruſt.cap.11.2.

Felix, huius felīcis,pen.prod.omnis ge.(εὐδαίμων,)Fortunatus, beatus,Vide FORLIX.

Fello,as.(λειχάζω,)Fellare,ſugere & lambere Martial.Irrumatur Oros. Fatuit Matho,Lælia fellat.

Fellator,oris.(λειχαστής,)Martial. coruc ſalutator quare fellator haberis? In caput intrauit mentula nulla tuum.

FELLICO,fellicas,pen.corr.fellicare.Solinus cap.57.ad finem,Equarū libido extinguitur iubis tonſis:in quarum partu amoris naſcitur veneficium,quod in frontibus præferunt recens editi,fuluo colore, caricis ſimile,ἱππομανές,nominatum:quod ſi præreptum ſtatim fuerit,nequaquam mater pullo vbera præbet fellicanda.

FELSINA,pen.corr.(βονωνία,)vrbs Italiæ,poſtea Bononia appellata, vt ſcribit Plinius libro,3.cap.15,in deſcriptione octauæ regionis Italiæ: Intus(inquit)colonia Bononia, Felſina vocitata, quum princeps Hetruriæ eſſet.

Femen, feminis,pen.corr.n.g.(μηρός,)à ferēdo.Femora(inquit Valla lib.4.) partem illam exteriorem ſignificant:Femina,partem interiorem,molliorem que, quæ ſe contingunt. Plin.lib.11.ca.10. de apibus,Prioribus pedibus femina onerāt,propter id natura ſcabra. Idem lib.28.cap.15.Femina atteri,aduríque equitatu notum eſt. Colum.lib.6.cap.2.Ventri quoque & ſub femina manum ſubiicere, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum paueſcant. Liuius, Quoſdam & iacentes viuos ſucciſos feminibus poplitibusque inuenerunt. Cæſar 7.bel. Gall.292,Stipites feminis craſſitudine. Cic.6.Verr.83.

Femina etiam inferiores partes ſignificant.Nam à flexu dicta videntur. vbi etiam iunctura cum flexu pedis eſt,femina dicuntur.Plaut.in Aſin. Sed tamen tu nempe eos aſinos prædicas,vetulos,claudos, quibus obtritæ ad femina erant vngulæ. Colum.lib.7,Femina ſecari,& interdū inuri ſolent. Lucre.lib.4.167,

Proſpicere vt poſſimus,& vt proferre viai
Proceros,paſſus,ideo faſtigia poſſe
Surarum,at feminum pedibus fundata plicari.

Redundare pedibus,feminibus,cruribus.Cic.1.de Nat.deo.138.

Femur, femoris,pen.corr.n.g.(μηρός,κέρα,)A ferendo, Vide FEMEN.Plautus Mili.3.27,

- elephanto in India
Quo pacto pugno præfregiſti brachium.
P.Quid,brachium? A.illud dicere volui,femur. Ibidem, 5.49.
Ecce autem auortit nixus læua,in femore habet manum,
Dextera digitis rationem computat feriens femur.

Dexterum.Liu.4.bel.Pun.190,Scipionis femur tragula confixum erat. Cic.de Claris Orat.151, Frons non percuſſa,non femur,pedis(quod minimum eſt) nulla ſupploſio.

Femur bubulum,Herba,neruis vtilis.Plin.lib.27.cap.9.9.

Cædere femur.Quintil.lib.2.cap.12.6,Femur,pectus, frontem cædere, mirè ad pullatum circulum facit.

Roſtro femur hauſit adunco.Ouid.8 Metam.75.

Plangere femur.Ouid.11.Metam.17.Et conata femur mœrenti plangere dextra.

Femoralia,femoralium,neut.ge.plur.num.(περιζώματα,)Quibus pudendæ partes corporis teguntur.Suet.in Auguſto,cap.82, Quare quaſſato corpore,neque frigora,neque æſtus facilè tolerabat,hyeme quaternis cum pingui toga tunicis & ſubuculæ thorace laneo & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & feminalibus.

L.FENESTELLA,Hiſtoricus,ſæpe à Plinio citatur teſtis. Mortuus eſt Cumis Auguſti tempore,vt tradit Euſebius.

Feneſtra, feneſtræ,(θυρίς,)ἀπὸ τοῦ φαίνειν,quod ē lucere.fit enim ad lucem reddendam feneſtra.Cicero lib.1. Tuſcul.74.

Non eas partes,quæ quaſi feneſtræ ſunt animi. Martial.lib.1.82.

Anguſtiæ feneſtrarum.Cic.Attico,lib.2.18.1.

Altæ,caligantesque feneſtræ.Iuuen.Saty.6.4.

Cauæ feneſtræ.Virg.9.Aeneid.110.

Ingens feneſtra lato ore.Virg.2.Aeneid.97.

Patulis tectum ſublime feneſtris.Ouid.14.Metam.151.

Armateque vomunt ſtridentia tela feneſtræ.Stat.10.Thebaid.106.

Plena per inſertas fundit ſe luna feneſtras.Virg.3.Aeneid.31.

Indere feneſtras tecto dicitur ventus.Vide INDO.

Nocte patent vigiles te prætereunte feneſtræ.Iuuen.Saty.3.27.

¶ Feneſtram ad nequitiam aperire alicui,pro dare occaſionem. Terentius Heaut.3.1.72.

Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam,& prius
Pecuniam omnem,quàm abs te amittas filium:
Hui,quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.

Feneſtella,Diminutiuum,(θυρίδιον,)Colum.lib.1.cap.1.6,Granaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur.

Feneſtro,feneſtras,(θυριδόω,)feneſtrare,Aperire.Plin.lib.11.ca.37.23, Media oculorum,cornea feneſtrauit pupilla.

Feneſtrâtus,pen.prod.(θυριδωτός,)Id eſt,Apertus,Perforatus.Plautus, Nulla eſt feneſtratior domus.

Feneſtrâlis,pen.prod.Adiectiuum,(θυρίδιος,)vt Porta feneſtralis. Ouidius.6.Faſt.116,

Nocte domum parua ſolita eſt intrare feneſtra,
Vnde feneſtralis nomina porta tenet. De fortuna.

Fera, feræ,(θήρ,θηρίον,φήρ,κνώδαλον,)dicta eſt, quod ſine ratione feratur:aut quòd naturali vtatur libertate,& pro deſiderio feratur.Cic.4.Acad.194.Quod vt feram & immanem beluam,ſic,&c.

Agmen ferarum.Ouid.11.Metam.5.

Concilium ferarum.Ouid.10,Metam.29.

Domitor ferarum Hercules.Senec.Herc. Oeth.17.2.

Genus omne ferarum.Virg.3.Georg.94.

Horriferum genus ferarum.Lucret.lib.5.44.

Montiuagum genus ferarum.Lucret.lib.2.121.

Latebræ ferarum.Ouid.1.Metam.44.

Rapidarum præda ferarum.Ouid.epiſt.11.23.

Rabies horrenda ferarum.Silius,lib.16.21.

Secla ferarum.Lucret.lib.2.198.

Fera ſecla ferarum.Lucret.lib.3.151.

Serpentia ſecla ferarum.Lucret.lib.6.154.

Spelęa ferarum,Virg.ecloga,10,11,

Stabula alta ferarum.Virg.6,Aeneid.36,

Tecta denſa ferarum.Virg.6,Aeneid.3.

Fera & immanis bellua.Cic.4,Acad.192.

Expertes rationis & orationis feræ,Cic.1,Offic.76.

¶ Acres feræ, Vide ACER,

Horribilis fera.Virg.4.Georg.89.

Immanis fera.Ouid.8.Metam.85.

Matutinæ feræ.Martial.lib.13,95,

Montanæ feræ.Ouid.2.Faſt.44.

Montiuagæ ferę.Lucret.lib.1,81,

Pernix fera. Seneca Herc.fur.4,4,

Rabidarum more ferarum.Stat.8,Thebaid.15,

Vaſtę feræ, Ouid.2.Metam.19,

Vaſtarumque videt trepidus ſimulacra ferarum.

Excitare & agitare feras,Cic.3,Offic.89,

Errantes agitare feras,Claud.in Gigant.25.

Agitare feras ſyluis.Virg.11.Aeneid.137,Vide AGITO.

Conſequi curſu excitatas feras.Seneca Hippol.2,6,

Vitam degere more ferę,Virg.4,Aeneid.111,

Ducere feras,Quintil.lib.1,cap.10,10,Non feras modò,ſed ſaxa etiam, ſyluaſque duxiſſe,memoriæ proditum eſt.

Interficere feras, Lucret.lib.5,251,

Mulcere feras.Ouid.14.Metam.68.

Feris & beſtiis corpus obiicere.Cic.pro Roſc.Amer.43,

Acres curſu ſequi feras.Seneca Oct.7,7,

Veſtigare feras.Seneca Thyeſt.6,2,

Ferīnus,pen.prod.Adiectiuum,(θήρειος,) Quod ferarum ritu vel fit, vel ſe habet.Apuleius,Ferino,ac beluino ritu.

Ferina caro:Saluſt.Getulis cibus erat caro ferina. Idem, Numidę plerunque lacte & ferina carne veſcebantur. Colum.lib.10,in Proœ.2, Largior tamen pauperibus fuit vſus epularum lactis copia, ferinaque ac domeſticarum pecudum carne.

Domus ferinæ,Ouid.15,Metam.92,

Lacte ferino nutritus,Ouid.3,Triſt.elegia,11,1,

Ferinus victus.Cic.1,de Inuent.3,Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur:& ſibi victu ferino vitam propagabant.Sic ferinus ſapor,Plin.lib.13,cap.4,14.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vox ferina,Ouid.5,Trist.eleg.13,12.
Vultus ferinus.Ouid.7.Metam.54.
¶ Ferina absolutè aliquando vsurpatum:& subintelligitur caro. Virgil. 1.Aeneid.44.
Implentur veteris bacchi, pinguisque ferinæ.
Ferus,Adiectiuum,(ἀγριώδης,)Atrox,Seuerus, qui ferinum animum habet.Virgil. –ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit. Sic Fera, gens.Cic.1.Tuscul.47.
Ferus & immanis,Mitis & mansuetus,contraria. Cic.1.de Inuent.4. Deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos.
Indomita ceruice ferus.Horat.1.epist.3.7.
Vultu toruo ferus.Horat.1,epist.20.3.
Acies feræ, Vide ACIES.
Animi feri.Ouid.4.epist.35.
Ardor ferus animi,Ouid.8.Metam.94.
Arma fera.Ouid.5.Metam.1.
Bellua fera.Ouid.13.Metam.194.
Immanis & fera bellua.Cic.2,de Nat.Deor.140.
Bestiæ feræ.Cic, de Amicit.68.
Cædes fera.Senec.Octau.8.8.
Capræ feræ,Id est capreæ.Virg.4.Aeneid.31.
Coniugium ferum.Tibull.lib.3,eleg.4,15.
Corda fera,Virg.6.Aeneid.16.
Ensis ferus.Ouid.6.Metam.112.
Equus ferus.Horat.1.Serm.Saty.5,12.
Fructus feri.Virgil.2,Georg.8.
Gaudia fera.Ouid.5.Trist.eleg.9.5.
Gens immansueta atque fera.Cic.1.de Legib.36.
Ferus & agrestis homo.Cic.pro Rosc.Amer.45.
Hostis ferus.Ouid.1,Metam.38.
Hyems fera.Ouid.1.Trist.elegia,1,9. Stat.5.Thebaid.3.
Ferus incola luci.Stat.5.Thebaid.114.
Iuuenis ferus.Catul.in Epithal.Iuliæ,56,12,
Montes feri.Virg.eclog.5.6.
Feri mores,Seneca Octauia,7,10,
Mores feros immanemque naturam alicuius ostendere. Cic.pro Roscio Amerino.22.
Scabies fera.Celsus,Quo asperior est,quoque prurit magis,eò difficilius tollitur.Itaque eam,quæ talis est,ἀγρίαν,id est feram, Græci vocant.
Tela fera.Lucret.lib.1.10.
Tempestas fera.Ouid.1.Fast.99.
O fera tempora,quum dubitet Curtius Consulatum petere. Cicero ad Atticum,lib.12.259.2.
Tyrannus ferus.Ouid.6.Metam.110.
Vastator ferus.Ouid.11.Metam.80.
Venus fera.Seneca Hippol.8.10.
Feritas,pen.corr.huius feritâtis,(θηριωδία,)Naturę quædam asperitas. Mart.lib.1.18.Postquam inter nos est,plus feritatis inest. De tigride.
Feritas atque agrestis immanitas.Cic.1.de Diuin.107.
Immanitas & feritas.Cic.4.Tuscul.108.
Fructus regni feritas.Silius lib.1.30.
Inamabilis feritas.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.1.
Inamœna feritas.Stat.2.Sylu.2.7.
Insita feritas.Vide INSERO.
¶ Deponere feritatem.Ouid.4.Fast.21.
Cultu & feritate non multum à Germanis differebat, Cæs.8.bel.Gal.94.
Feritatem expellere.Cic.2.Tuscul.33.
Mollita feritas. Ouid.4.Fast.44.
Ex feritate ad mansuetudinem traducere.Cic.pro Sestio.79.

Feralia, feraliorum,(νεκύσια,ἐναγίσματα,)veteres dixerunt diis manibus sacratam diem:à ferendis epulis in tumulum ad cœnam:quã & ipsam feralẽ nũcupabant,authore festo.Ouid.2.Fast.114.
Hanc quia iusta ferunt,dixere Feralia lucem,
Vltima placandis manibus ista dies. Cic.Attico,lib.8.166.3. Eodem.n. die video Cæsarem à Corfinio post meridiem profectum esse, Feralibus,quo Canusio mane Pompeium.
Feralis dies,In quo feralia fiebant.Ouid.2.Fast.7.
Tunc quum ferales præteriere dies.
Ferâlia,& hoc ferâle,pen.prod. (νεκρικὸς,ἐπιτάφιος,) Dirum,exitiale: à feralibus sacrificiis:vt Feralis cœna,& ferale carmen.Apul. Rogũ demolirentur,cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent. Virgil.4. Aeneid.93. Solaque culminibus ferali carmine bubo Visa queri. Colum.lib.10.33.Culminibus vetuit feralia carmina flere. Item Ferales epulæ,Plinius,lib.20,cap.11.2.
Feralis arbor.Plin.lib.16,cap.10.4,Picea montes amat,atque frigora:feralis arbor,& funebri indicio ad fores posita.
Arma feralia.Lucan.lib.2.52.
Ferales cædes.Claud.de bello Gild.25.
Carmen ferale.Virg.4.Aeneid.93.
Dona feralia.Ouid.9.Metam.43.
Murmur ferale.Claud.1.in Ruffin.27.
Ferales præcones,quos anteâbulones atratos latinè appellare possumus ex quorum genere sunt funerum indictores. Budæus.
Tedæ ferales.Lucan.lib.1.23.
Vrna feralis.Tacit.lib.3.

Ferax,Ferculum, Vide FERO.

Ferè, (μικροῦ,ὀλίγου,ὀλιγουδεῖν,σχεδὸν,) Aduerbium, significat penè,vt inquit Valla lib.2.cuius significatio est, paulũ abfuit quin vt Ferè hominem occidit,hoc est parum abfuit quin occideret.Plaut. Amphit.15.40.Quid tibi patiendũ,ferè ariolor.Terẽ.Heaut.1,1,70. –domum reuertor mœstus atque aio ferè Pertubato. Cic.4. Acad. 184.Scripsit igitur his ferè verbis.
Quàm ferè.Cic.pro Cluẽt.34.In quibus quantus splendor sit, quàm prope æquabilis,quàm ferè omnium cõstans & moderata ratio vitæ, &c.
Satis ferè Cic.1.Offic.87,Quemadmodum ducatur honestum, ex quo aptum est officium,satis ferè diximus.
Semper ferè cum aliquo rusticari.Cic.2.de Orat.13.
Ferè ruri se continere,Id est non semper,sed plerunque.Terent.Phorm. 2,3,16.
–quippe homo iam grandior
Pauper,cui opera vita erat,ruri ferè
Se continebat.
Nec adhuc ferè inueni.Cic.Att.lib.7.126.1.Nec adhuc ferè inueni, qui non concedendum putaret Cæsari quod postularet.
Aetates vestræ vt illorum nihil aut non ferè multum differunt. Cicero de Claris Orat.77.
Non ferè quisquam,Vide NON.
Ex victoria bellica non ferè quenquam est inuidia ciuium consecuta.Cicero pro Sestio.42.
Ferè in diebus paucis,pro Paulo pòst.Terent.And.1,1,77.
Quid obstat cur non vere fiant? S. audies.
Ferè in diebus paucis quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur.
Ferè amplius.Terent.Heaut.1.1,3,
Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,
Inde adeò quòd agrum in proximo hîc mercatus es,
Nec rei ferè sanè amplius quidquam fuit:
Tamen vel virtus tua me,&c.
¶ Ferè,Subaudita aliqua vniuersalitate. Quintil.His ferè veteres facultatem dicendi exercuerunt,Id est,ferè omnes. Cic.1.Acad.55, Hæc ferè de moribus.De naturis autem sic sentiebat, primum,&c.
Ferè multi.Cic.de Amic.2.Quum sæpe multa narraret,tum memini domi in hemicyclo sedentem(vt solebat)quum & ego essem vnà,& paucis admodum familiares,in eum sermonem illum incidere,qui tum ferè multis erat in ore. Valla,lib 2.corruptum hunc locum esse censet,& legendum putat,Qui tum ferè erat in ore.Id est ferè omnibus.
Ferè omnia.Cic.Neganda ferè sunt omnia.
Ferè omnes.Quintil.lib.2.cap.5,Nam in omnibus ferè minus valent præcepta,quàm experimenta.Colum.lib.2.cap.1,Veterem opinionem ferè omnium. Et lib.3.cap.5.Tametsi ferè omnes authores.
Ferè plerique.Cic.3.Tuscul.125.Nam & qui non leuantur, ipsi alios ad miseriam inuitant:& qui suos casus aliter ferunt atque vt aliis authores ipsi fuerunt,non sunt vitiosiores quàm ferè plerique qui auari auaros,gloriæ cupidos gloriosi reprehendunt.
Ferè plerunque,pro Ferè semper.Terent.Phorm,1,2,39,
–hic solebamus ferè
Plerunque eam opperiri,dum inde iret domum.
Ferè non difficile est inuenire quid sit causæ adiumento, difficillimum verò est inuentum expolire,& expedite pronuntiare. Author ad Herennium,lib.2,60.
Vt ferè fit.Cic.2,de Inuent.131.
Quod ferè fieri solet probabile est.Cic.1.de Inuent.62.
¶ Ferè(inquit Valla,lib.2,)de loco,de tempore,similibusque dicitur.vt Vtor ferè hac veste in faciendis sacris.Id est in omni ferè tempore.Ferè Romani orbem subegerunt.Id est ferè totum orbem. Ferè fit vt iuuenes ament.Id est ferè vbique.Liu.1.ab Vrbe.202.Contrahit celeriter similitudo eos(vt ferè fit)malum malo aptissimum.
Eadem ferè hora.Cic.Attico,lib.14.318.1, A Lucullo postridie eadem ferè hora qua veni,VII. Idus Lanuuio datas.
Hora ferè nona.Cicero Attico,lib.7.135.3.Calibus tuas literas hora ferè nona accepissem.
¶ Ornatu ferè militari videmus statuas.Cicero,1,Officiorum.90. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ,quòd statuas quoque videmus ornatu ferè militari.

Ferentarii, Vide FERO.

FERENTINVM, penult.prod.Oppidũ quod Plin.collocat in prima Italiæ regione in qua Roma est:à qua Ferentinates dicti sunt. Est & Ferentinum in Thuscia,vnde Ferentini.
Ferentini. Silius libro 8.78,Sylla Ferentinos, Priuernatumque maniplos Ducebat.
FERENTVM, Oppidum Sabinorum seu Samnitum: à quo Ferẽtani.
FERETRIVS,dictus est Iupiter,quòd pacem ferre putaretur. Vide Liuium,1.Decad.lib.1.43. Propert.lib.4.eleg.11.1, Nunc Iouis incipiam causas aperire Feretri.

Feretrum, Vide FERO.

Fereola, vitis Colu.lib.3.ca.2.17.Irtiolam,fereolamque non facilè asseuerem quo gradu habendæ sint. Est autem huiuscemodi vitis nomen,quemadmodum & multa alia secundum regionis morem inditum,fortassis à ferendo dictum.

Feriae, feriarum,(ἑορτή,τελετή,)A feriendis victimis, suntque dies cessationum ab opere,vel ab epulis ferendis:in his enim epulæ fiebant,ex pecorum,frugumque prouentibus.Cicc.2.de Legib.31. Feriis iurgia amouento. Festus,Ferias antiqui festa vocabant,& aliæ erant sine die festo,vt Nundinæ:aliæ cum festo,vt Saturnalia: quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus pecorum,frugumque.
Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum,in seruis operum & laborum.Cic.2.de Legib.47.
Feriarum autem apud antiquos multa erant genera,quæ pollui dicebantur,si in his aliquod opus fieret.
Feriæ belli,A bello cessatio & vacatio. Gellius libro,1.cap.25. Induciæ, inquit,sunt belli feriæ. Ex M.Varone,in libro Humanarum,qui est de bello & pace.
Conceptiuæ,quæ quotannis à magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur in certos vel in certos dies,vt sunt Latinæ,Sementinæ, Paganalia,Compitalia.Cic.1.de Natu.deor.15,Nam quum feriis Latinis,ad eũ ipsius rogatu accersitusque venissem. Cæsar 3. bel. Ciuilis. 5, His rebus & feriis Latinis,comitiisque omnibus perficiundis, XL.dies tribuit.
Feriæ esuriales,Id est dies ieiunii.Plaut.Capt.8.8,
–hercle huic diei si liceat,oculos effodiam lubens:
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi:
Neque ieiuniosiorem,neque magis effractum fame
Vidi,nec cui magis procedat quicquid facere occœperit,
Ita venter,gutturque resident esuriales ferias.
Imperatiuæ,Quas Consules vel Prætores pro arbitrio indicebant
Latinæ feriæ,Vide LATIVM.
Nundinæ,Paganorum,ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.
Piscatorum feriæ.Cic.3.Offic.78.
Statiuæ, Vniuersi populi communes,quæ certis,& constitutis diebus fiebant,in quibus pcipuè seruabantur Agonalia,Carmẽtalia,Lupercalia.
¶ Dies feriarum addere alicui.Cic.Attico,lib.13.293.2.
Feriis iurgia amouento.Cic.2.de Legib.32.
Ferias ac iocos celebrare.Liu.1.ab Vrbe,17.
Habere ferias triduum.Cic.2.de Legib.90.
Imperare ferias.Cic.1.de Diuinat.165.
Indicere ferias,Vide INDICO.
¶ Feriæ pro Vita otiosa.Plaut.Capt.13.3,
–offers mihi
Lucrum,ludum,iocum,festiuitatem,ferias,
Pompam,penum,potationes,saturitatem,gaudium.
Ferias alicuius possidere.Plaut.Epid.10.33.
–nam quid ego apud te proloqui parem?
Ego illam hodie volo facere libertam meam,
Mihi concubina quæ sit.P.te absoluam breui: argenti quinquaginta mihi illa empta est minis:
Sexaginta mihi dinumerentur minæ,
Tuas possidebit mulier faxo ferias.Id ẽ,tua erit,tecũ ferias celebrabit.
Ferió,ferias,(σχολάζω,σχολὴν ἄγω,)feriare,vel Ferior,feriaris,feriari, Deponens,Vacare ab aliquo opere vel studio.
Feriari à studiis. Trebonius ad Ciceronem,lib.12.16.6.Illud quoque erit nobis curæ,vt Cratippus vnà cum eo sit,ne putes in Asia feriatum illũ ab iis studiis,in quæ tua cohortatione incitatur,futurum. Cic.ad Lentulum,Ab his studiis feriatum.
Feriâtus,pen.prod.Adiectiuũ,(ἀεργής,)Qui otiosus est,& nihil agit.Plau. Mili.5.61.
–age siquid agis,vigila,ne somno stude:
Nisi quidem hic agitari mauis virgis,vigilas tibi ego
Dico,feriatus ne sis.Hoc est,ne otiosus videare. Mart.lib.5.104,
Nec feriatus ibat ante carrucam.
Feriatus voluntate sua à negotiis publicis.Cic.3,de Orat.13.
Deum feriatum volunt cessatione torpere Epicurei.Cicero,1. de Natura deorum,142.
Feriati dies,In quibus feriæ aguntur.Plin.lib.18.cap.6.8,Malum patrem familias quisquis interdiu faceret quod noctu posset,nisi intempestate cœli.Peiorem,qui profestis dieb⁹ ageret,quod feriatis deberet. Pessimum,qui sereno die sub tecto potius operaretur,quàm in agro. Plinius Iunior,epist.225,Nam & menstruũ meũ Cal. Septembris finitur, & sequens mẽsis complures dies feriatos habet. Idẽ,epist.58.b,Quid præterea noui? Quid?nihil,alioqui subiũgerem nam & charta adhuc superest,& dies feriatus patitur plura contexi.Id est festus.
Feriatus dies ad quicquam agendum.Liu.6.bel.Pun.Eum diem Carthaginiensibus religiosum,ad quicquam agendum feriatum esse.
Feriata familia.Varro,1,de Re rust.ca.16,4,Ne de fundo familia ab opere discedat,ac profestis diebus ambulet feriata potius, quàm opere faciundo agrum fructuosiorem reddat.
Feriata machæra,Qua quis non vtitur.Plaut.Milite,3,7,
–hanc machæram mihi consolari volo
Ne lamentetur,néve animum despondeat,
Quia se iampridem feriatam gestitem,
Quæ misera gestitet fractum facere ex hostibus.
Musæ feriatæ.Stat.1,Sylu.6.1.
Feriata toga,Plin.epist.123,Quousque vigilabis, quum voles? dormies quandiu voles?quousq; calcei?nusquã toga feriata?liber totos dies?
Malè feriatus,Id est ignauo,inutilique otio vacans,ait Budæus. Gellius, lib.9.cap.12.
Malè feriati Troes.Horat.4.Carm.ode,6,3.

Ferio, feris,(πλήσσω,χαλάω,κόπτω,συγκόπτω,) præteritum mutuatur à percutio,& idem significat.Plaut.Amphit.8,70,
Non tu scis,bacchæ bacchanti si vis aduorsarier,
Ex insana insaniorem facies,feriet sæpius? Idem Casina,8,52,
Precide os tu illi hodie,age,ecquid fit ne oblæsũ manum.
O.Compressa palma,an porrecta ferio? Idem Milite,5,49,
–feriens femur Dextrum. Idem Amphit.4.161, Nequiter ferire malam malè discit manus.
Ferire & repellere aduersarium.Cic.2.de Orat.40.
Ferit æthera clamor.Virg.5.Aeneid.28.
Ferire aures,pro Excitare.Cic.2.de Orat.188,Feriunt enim aures hominum cum illa quæ iucunda & grata,tum etiam illa quæ mirabilia sunt in virtute laudari. Quintil.lib.9.cap.3,de figuris,Quæ etiam si fuerint crebriores,aures consuetas minus ferient.nam,&c.
Crebris feriunt vlulatibus aures.Lucan.lib.2.7.
Calce feritur aselli.Ouid.3.Fast.151,
Ferire cornu.Virg.9.ecloga,3,
–& inter agendum
Occursare capro,cornu ferit ille,caueto.
Taurus ferit vncis cornibus hostem. Propert.lib.2.elegia,5,4,
Ferire fœdus,quod & percutere dicitur,& inire:hoc est Pacem componere. Virgil.10.Aeneid.30.
–haud mora Tarchon
Iungit opes,fœdusque ferit. Cic.pro Domo sua,99, Sed vno tẽpore cautiones fiebant pecuniarum,fœdera feriebantur prouinciarũ.Ob id autem dictum quidam putant,q; dum antiqui fœdus & pacem solenni pompa cum hostibus inirent,porcam diis immolarent. Idem pro Rabirio Posth.5. Et pro Cælio,16, Claud.1.Paneg.11.
Ferire fores.Plaut.Menæch.4.61,Expedite fabulatus, iam fores ferio. M. feri. Idem Trucul.5.40,Sed fores,quicquid est futurum,feriam. Idẽ Amphit.13.11, –euge hoc fit
Pariter atque vt alia facta sunt,feriam fores.heus vos
Aperite hoc.
Frigore ferire,pro Occidere.Horat.2.Serm Saty.1.13.
–ô puer,vt sis
Vitalis metuo,& maiorum nequis amicus
Frigore te feriat.
Frigus ferit nos.Lucret.lib.4.53.
Ferire alicuius frontem.Cic.ad Atticum,lib.1.1.3,Puto te in hoc aut risisse,aut ingemuisse:vt frontem ferias. sunt qui etiam Cæsonium putent.Aquilium non arbitramur,qui,&c.
Hostem ferire.Cic.pro Corn.Balbo.41.
Latus ense ferit.Virg.12.Aeneid.61.
Fulmina summos montes feriunt.Horat.2.Carm.ode,10.3.
Ferietur alio munere.Terent.Phorm.1.1.12.
–porro autem Geta
Ferietur alio munere,vbi hera pepererit,
Porrò alio autem vbi erit puero natalis dies.
Spectris feriuntur oculi.Cic.Cassio,lib.15.16.3.
Oculos ferire,visumque lacessere dicuntur quæcunque cõspici possunt. Lucret.lib.4.44.
Venus igne pectus ferit.Seneca Hippol.3.4.
Pectora ferire manu.Ouid.3.Trist.eleg.3.10.
Plangore ferire pectora.Ouid.4.Metam.111.
Ferire pecunias.Plin.lib.33.cap.3.6.Constitutumque vt asses sextantario pondere ferirentur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ferire porcum.Liu.1.ab Vrbe.100.
Pugno vel calce ferire.Quintil.lib.2.cap.8.8.
Ferire rostro.Liuius,10,bel.Punici.112. Et Ferire securi,Cæsar.8.belli Gall.135. Et.3.Verr.52.
¶Fama ferit terras.Lucan.lib.5.155.
Feriens,(πλήσσων,)Nomen ex Participio:vt Numen humanam feriens animam.Lucan.lib.5.20.
Timulę plectro feriente chordæ.Seneca Troad.9.4.
Sagittæ cuncta ferientes.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.12.
Feriendus,Participium,(παιστέος,)vt Ille mihi feriendus aper. Ouidius.3.Metam.143.
Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci.Ouid.1.Fast.17.

Ferio,ferias.Vide FERIAE.

Feritas,Vide FERA.

Ferme,(σχεδόν, μικροῦ δεῖν,)Aduerbium eiusdem propè significationis cum ferè.Terēt.Heaut.1.2.31. – parentum iniuriæ
Vniusmodi sunt ferme. Idem And.1.5.49.
– iam ferme moriens me vocat:
Accessi. Vbi Donatus,Ferme est aduerbium festinantis. Salust.in Iugurt.Nam ferme Numidas in omnibus prælijs magis pedes, quàm arma tutati sunt.Ci.ad Brutū.2.4.De me possum idem quod Plautinus pater in Trin.Mihi quidē ętas acta ferme est:tua istuc refert maximè.
Haud ferme.Plaut.Pœnul.14.40. – quid nunc agis?
S.Facio quod manifestò deprehensi mœchi haud ferme solent.Terē.And.3.1.2. Ita pol quidem res est,vt dixti Lesbia:
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum. Vbi Donatus,Ferme pro Facile posuit.& ferme,facilitatem significat: quia sunt aduerbia extenuationis.
Aetas ferme acta.Cic.Bruto.25.
Sapientis cogitatio non ferme ad inuestigandum adhibet aduocatos.Cicero.5.Tuscul.156.

Fermentum,huius fermenti,(ζύμη, φύραμα,)Portio farinæ subactæ acidę,Dictum quòd feruendo crescat.Plin.lib.18.cap.7.19.Spuma ita concreta pro fermento vtuntur.Virgilius 7.Georg.76. – & pocula læti
Fermento,atque acidis imitantur vitea sorbis.
Iacēre in fermento,vel esse,per translationem dixit Plaut. in Mercat.23.13,Nam mea vxor propter illam tota in fermento iacet.Id est,inflata est & irata. Idem Casina.7.17,
– di te seruassint mihi,
Nunc in fermento tota est,ita turget mihi,
Aedepol ego illam mediam diruptam velim.
In fermentum congerere.Colum.lib.3.cap.11.Parum,quod superest,inferioris soli rastris licet effodere,& in fermentum congerere, atq; cōponere.Hoc est vt fermentescat & putrescat.
Fermento,fermentas,(φυράω, ζυμόω,)fermentare,Miscere,facere vt panis acescat.Plin.lib.18.cap.11.2, Quum fieret autem panis hordeaceus,eruiliæ,aut cicerculę admissione fermentabatur.
Fermentare terram,quid sit,video passim ignorari. Putauit Calepinus,& post eum multi,idem esse quod pinguefacere:citatq; illud Columellæ,lib.2.cap.15,de stercore columbino loquentis,Maximè tamen columbinum probamus,quod modicè sparsum terram fermentare comperimus.Porrò(ne sim longior) quemadmodum fermentare farinam subactam aut massam,est eam admisto fermento resoluere & inflare: sic fermentare terram est eam non sinere addensari spissarique & durescere,sed in puluerem redigere ac resoluere.Quod quum fit,tū velut inflatior & tumidior efficitur terra.Glebā enim terræ densæ & cōpactæ,si resolueris loci multo plus capiet.Sed hoc ex ipsius Columellæ verbis luculentius intellexeris.Sic autem ait lib.2.cap.2, non ita pcul ab initio,Soli pinguis vel macri,soluti vel spissi, humidi vel sicci. Paulo pòst,Sed ex his nihil non melius resoluta humo, quàm densa peruenit.quod noster quoque Virgilius quum & alias fœcundi arui laudes retulisset,adiecit,Et cui putre solummanque hoc imitamur arando.Neque enim aliud est colere,quàm resoluere & fermentare terrā. Rursus eodem cap.non procul à fine,Atque eiusmodi terram pinguibus arenis putrem veluti cinerem solutam,quanuis leuissimo dēte moueri satis est. Et cap.4.1,Sed & compluribus iterationibus sic resoluatur veruactum in puluerem, vt vel nullam vel exiguam desyderet occationem,quum seminauerimus. Idem lib.eodem,cap.9,non procul à fine,Leuem,solutamque humum desyderant. Virg.1.Georg.9. – & Zephyro putris se gleba resoluit.Putris,hoc est solubilis, ait Seruius. Colum.lib.2.cap.10,non procul à fine,de rapis & napis loquēs, Solum putre & solutum res vtraque desyderat,nec densa nascitur humo. Et cap.11,Locum in quo medicam proximo vere saturus es,proscindito circa Calendas Octobris,& eum tota hyeme putrescere finito.Hoc est frigoribus & gelicidiis hybernis in puluerem resolui. Idē lib.3.cap.11,Quis enim vel mediocris agricola nesciat etiam durissimum tophum,vel carbunculum,simulatque sunt confracti, & in summo regesti,tempestatibus gelúve,nec minus æstiuis putrescere caloribus,ac resolui? Idem lib.4.cap.1,non procul à fine, Quid quòd repastinata humus,dum est recens soluta,laxaque,velut fermento quodam intumescit:quum deinde non longissimam cepit vetustatem, condensata subsidit?Ex omnibus his Columellæ verbis palàm est, eandem terram vocari solutam,resolutam,putrem,& leuem:eamque opponi spissæ,& densæ.Præterea Terram fermētari nihil aliud esse quàm in puluerem resolui,& leuiorem,solutioremque effici.Id quod præstat diligens cultura,calores æstiui,gelicidia hyberna,& stercus columbinum, idque ob insitum & natiuum calorem. Sic enim ait Varro de Re rustica,lib.1.cap.38.Stercus optimum scribit esse Cassius volucrū, præter palustrium,ac nantium. De hisce præstare columbinum, quod sit calidissimum,ac fermentare possit terram.
Fermēresco,fermētescis,(ζυμόομαι,)fermentescere,Idem quod fermentari.Plin.lib.28.cap.8.21,Optimaq; est,quæ candidissima & friabilis, minimeque ponderosa:quum teratur inter digitos,fermentescens.
Fermentescere etiam tellus dicitur.Plin.lib.17.cap.2.5, Tellus quoque illo modo fermentescit:& succi plena,ac lactescentibus satis non effœta,quum tempus aperit,tepidis arridet horis.

Fero,fers,tuli,latum,(φέρω, ἐνέγκω, κομίζω,)ferre, Portare: Antiquè tetuli fecit in præterito.
Ferre ad aliquem argentum.Plaut.Asin.12.143.
– Animum Agyrippe aduorte sis,pater nos ferre hoc iussit
Argentum ad te.
Ferre ab altero argentum.Plaut.Asin.12.110.
Vehes pol hodie me,si quidem hoc argentum ferre speres.
AR. Ten'ego veham? LI.tún'hoc feras argentum aliter à me? Id est,putas à me esse aliàs argentum accipere?
Ferre quod poscimus.Plaut.Merc.7.100.Sanus non est ex amore illius: quod posces,feres.Id est,accipies quod petes.
Intro ferre.Vide INTRO.
In aliquem locum lectica ferri.Cic.Qu.frat.lib.2.8.5.
Lectica per oppidum ferri.Cic.2.Philipp.105.
¶Ferre,Afferre,vel dare.Plaut.Mostel.11.9.
Dii immortales mercimonii lepidi:hercle nunc ferat
Sex talenta magna argenti pro istis præsentaria,
Nunquam acciperem.
¶Ferre,producere.Plinius,lib.12.cap.8.1.Saccarom & Arabia fert,sed laudatius India. Cato,cap.6.2. Sin in loco crasso aut caldo seueris, hostus nequam erit,& ferundo arbor peribit. Plinius,lib.8.cap.11.1. Elephantes fert Africa.
¶Non feret quin vapulet,pro Non abibit quin vapulet.Plaut.Amphit. 4.154.Cingitur:certè expedit se.M. non feret quin vapulet.
Ferre & decernere.Cic.pro Milone,14, Num quæ rogatio lata? nū quæ quæstio decreta est?
Ferre & postulare: Cicero.7.Verr.82, Ita sui periculi rationes ferre & postulare.
¶Ferre,pro Dicere.Tacit.lib.13.Quippe erant,qui Cn.quoque Pompeium incusatum à senioribus,ferrent. Idem lib.15, Ex C.Cæsare se genitum ferebat. Et lib.20,Proditor,corruptorque amicitiæ,cuius se magistrum ferebat. Et alibi sæpius.
¶Ferre,Pati.Cic.pro Rosc.Amer.69, Quod tametsi graue est,tamē aliquo modo posse ferri videt.Plautus Aulul.5.10, Pauper sum, fateor: patior,quod di dant fero. Terent.Heaut.1.2.28. Fortasse aliquanto iniquior erat præter eius libidinem:
Pateretur:nam quem ferret,si parentem non ferret suum? Idē Phor. 3.2.35.Ego te complures aduersum ingenium meū mēses tuli. Plaut. Amphit.8.13.
– feram & perferam vsque eius abitum
Animo forti atque obfirmato.
Ludificatio ista iam ferri non potest.Liu.lib.8.Decad.4.
¶Ferre acceptum.Vide in ACCIPIO, Acceptum ferre.
Ferre acerbè,Dolere,& iniquo animo ferre.Cic.pro Plancio,1, Dolebā Iudices,& acerbè ferebam,si huius salus,&c.
Aciem ferre,Vide ACIES.
Aditum ferre,Vide ADITVS.
Fert adolescentia,Terent.Adelph.1.1.28.
– postremo alii clanculum
Patres quæ faciunt,quæ fert adolescentia,
ea ne me celet consuefeci filium.Id est quæ solita est iuuentus facere.
Aduersa.Cic.de Amicit.21.Aduersas vero res ferre difficile esset sine eo qui illas grauius etiam quàm tu ferret.
Aegre.Terent.Heaut.4.8.20,
Quid nunc renuntiem abs te responsum Chreme,
Ne sentiat me sensisse,atque ægre ferat?
Fert ætas:Hoc est per ætatem licet.Terent.And.2.6.12.
– dum licitum est ei,dumque ætas tulit,
Amauit. Vbi Donatus,Tulit,duo significat:attulit & abstulit, passus est &

est & pertulit. Cic.pro Cluent.134.Quum ad illud prandium crudior venisset,& vt ætas illa fert,sibi tum non pepercisset,&c.
Fert animus,Id est placet. Ouid.1.Metam.1,In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Idem infra,156.
– domus est contermina nostræ:
Si modo fert animus gradere,& scitabere ab ipso. Luca.lib.1.14.
Fert animus causas tantarum exponere rerum.
Fert animus ista modestè. Terent.Phorm.1.3.18.Beatus:ni vnum hoc desit,animus qui modestè isthæc ferat.
Animum in consilium ferre.Quintil.lib.6.cap.1.8. In Epilogo verò est qualem animum iudex in consilium ferat.
Ferre animo æquo.Terent.Phorm.1.21.88. Quod fors feret, feremus æquo animo. Idem And.5.4.18.Ego isthæc moueo, aut curo?non tu tuum malum æquo animo ferres? Ibidem,2.3.23.Sic Ferre animo forti mortem alicuius,Cælius ad Cic.lib.15.10.19. Cic.7.Verr.98.
Quieto & æquo animo.Cæsar 1.bel.Ciuil.177.
Iniquo animo.Cic.Attico,lib.15.329.24.
Ferre annos & vetustatem,siue perferre,dicuntur vina propriè: tamē ad alia transferuntur:Est vetustate non exolescere.Quint.lib.2.ca.4.7. Quare mihi ne maturitas quidem festinet,nec musta in lacu statim austera sint:sic & annos ferent,& vetustate proficient. Idem lib.10.ca.1. Paucos enim,vel potius vix vllum ex his qui vetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri,qui iudicium adhibentibus nō allaturus sit vtilitatis aliquid.Sumpta à vinis metaphora quæ non fugiunt.
Apertè ferre aliquid.Cic.pro plancio,20.
Ferre aptè & quietè quecunque casum fortuna inuexerit.Cicero.4.Tuscu.58.
Arma contra patriam.Cic.de Amicit.34.Num si Coriolanus habuit amicos,ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuere? Vatinius ad Cicc.lib.5.10.4.Simius non semissis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. Cic.1.Offic.57.Et ad Atticum,lib.9.161.5.
In astra,pro Vehementer laudare.Cic.ad Atticum,lib.2.40.2.At hercule alter tuus familiaris Hortensius,quàm plena manu,quàm ingenuè,quā ornatè nostras laudes in astra sustulit! Sic Martialis lib.1.1.
Ad astra aliquem.Virgil.eclog.5.10.
Atrociter ferre.pro Aegre ferre.Cic.pro Milone,16.Multa etiam alia vidit,sed illud maximè quanuis atrociter ipse tulisset,vos tamen fortiter iudicaturos. Budæus.
Auras,Est assuescere aeris mutationi.Virg.3.Georg.Quum semel hæserunt aruis,aurasque tulerunt.
Auriga fertur equis.Virg.1.Georg.103.
Auxilium alicui,Iuuare,subuenire.Plaut.Amphit.9.10.
Simul Alcumenæ quam vir insontem probri
Amphitruo accusat,veni vt auxilium feram. Idem Rude.2.68.
Tetuli ei auxilium,& lenoni exitium simul. Terent.Adelph.2.1.1.
Obsecro populares ferte misero,atque innocenti auxilium,
Subuenite inopi. Idem Andr.1.1.115.Vitæ qui auxilium tulit.
Sic Sene.Octau.4.7. Cæsar 2.bel.Gall.270.Vt suis auxilium ferrent. Ci. 3.de Legib.32. Et 2.de Orat.110. Virg.11.Aeneid.69.
Auxilium contra vim.Cic.2.in Catil.39.
¶Bella ferre.Horat.1.epist.19.11,
– denique sęuam
Militiam puer,& Cantabrica bella tulisti
Sub duce qui templis Parthorum signa refixit.
¶Ferre ad vel in cælum,Est ita aliquid laudare,vt laudibus quasi ad cælum feratur.Cic.7.Verr.11.Iuuat me,hæc præclara nomina artificum, quæ isti ad cælum ferunt. Idem Furnio,lib.10.26.5. Præpropera festinatio abducet à tantis laudibus,quibus te omnes in cælum iure & vere ferunt. Sic 1.Tuscul.67.Horat.Quę vos ad cælum fertis rumore secūdo. Cic.ad Atticum,lib.4.85.3. Sed nosti genus dialogorum meorū, vt in Oratoris quos tu in cælum fers. Eidem,lib.16.333.20.
Ferre calumniam.Cælius ad Cic.lib.8.8.1.Scito C.Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas,calumniam maximo plausu tulisse.
Canum & furcam.Plaut.Casina,5.30.Deos quæso vt quidem hodie canum & furcam feras.Id est,vt suspendaris.Cic.1.de Diuinatione,Quū bello Latino ludi votiui maximi primùm fierent,ciuitas ad arma repētè est excitata. Itaque ludis intermissis,instauratiui constituti,sunt qui ante quàm fierent,quumque iam populus consedisset,seruus per circū cum virgis cæderetur,furcam ferens ductus est.
Casum.Cæsar 6.belli Gallici,146. Atque eundem omnes ferant casum.
Clam iram aduersus aliquem.Liu.1.bel.Maced.189.Haud clàm tulit irā aduersus Prætorem,quòd absente se rem gessisset.
Classis fertur cita gurgite.Virg.5.Aeneid.7.
Clementer.Cic.Attico,lib.6.3.7.
Commentarii ferunt.Tacit.lib.5.Tormentis seruorum Macronem præsedisse,commentarii ad Senatum missi ferebant.
Si ita commodum vestrum fert.Cic.pro Lege Agrar.77.
Conditionem,Quod & Offerre dicitur, & Ponere, apud Terentium: & est victoris & superioris. Plaut.Rudente,23.17.
– porrò ad furem egomet deuenio,
Feroque ei conditionem hoc pacto,ego isthuc furtum scio
Cui factum est:nunc mihi si vis dare dimidium,indicium
Domino non faciam. Et paulo post.95.
Nunquam hercle hodie abiudicabit ab suo triobolum:
Ne iste haud scit quam conditionem tulerit. Idem Trinum.8.67.Et Milite.13.6. Terent.Phorm.4.1.13. Cic.pro Rosc.Amer.18.Hanc conditionem misero ferunt,vt optet vtrum malit, ceruices Roscio dare,an insutus in culeum,supplicium parricidarum, per summum dedecus vitam amittere. Sic Tironi,lib.16.11.4. Et pro Quint.58.Quo in loco conditionem tuli,si vellet,&c. Idē ad Atticum, lib.7.134.2. Et lib.10.201.1. Liu.8.ab Vrbe,20.
Constanter & sedate ferre.Vide CONSTO.
Fert consuetudo.Cæsar.6.bel.Gal.24.Maiore strepitu & tumultu quàm Pop.Rom.fert consuetudo,castra moueri iubet.
Grauioribus verbis per litteras accusasti me,quàm tua consuetudo ferebat.Cic.Bruto.9.2. Idem pro Cecinna,61.
Contumelias,pro Pati.Plaut.Merc.15.5.
Hem cui decem talenta dotis detuli,
Hæc vt viderem,vt ferrem has contumelias.
Conuiuam Dionysium mihique & tibi,Id est vinum tibi & mihi in conuiuium.Plaut.Stich.12.9.
Crimina in aliquem ferre.Tacit.lib.12.Hoc Liuius dicit, Ferre aliquem sermonibus.
¶Damna tulēre suo peccato.Ouid.2.Fast.105.
Ferre desyderium alicuius.Cic.de Amic.86.Quarum rerum recordatio & memoria,si vnà cum illo occidisset, desyderium coniunctissimi viri atque amantissimi ferre nullo modo possem.
Desyderium diutius ciuitas ferre non potest.Cic.10.Philipp.285.
Aliquid de Brutus ad Antonium.lib.11.1.7, Nam illud valde leue est ac nugatorium,ea re denuntiatum esse veteranis,quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses.
Deorsum ferri suo pondere.Cic.1.de Finib.28.
Dissidium aliquod acerbissimè tulisse.Cic.Attico,lib.4.7.2.
Dolorem ferre alicui.Virg.6.Aeneid.93.
In eundem dolorem mœsta,& miseranda diu ferret.Tacit.lib.5.
¶Exequias ferre.Ouid.2.Amor.eleg.6.1.
Exitum eundē.Cæsar.3.bel.Gall.380.Inter se cōiurant,nihil nisi cōmuni consilio acturos,eundemque omnis fortunæ exitum esse laturos.
Ferre expensum.Vide in EXPENDO Expensum ferre. Cic.6.Philipp. 214. Et ad Att.lib.2.19.1. Idem lib.7.123.16. Et.3.Verr.70.
Extra causam ferre.Quintilianus,lib.6.cap.4.8. Quare bonus altercator vitio iracundiæ careat: nullus enim rationi magis obstat affectus & fert extra causam.
¶Vt ferunt fabulæ.Cic.3.Offic.48.
Prout facultates ferebant,satis.Cic.4.Verr.58.
Fallaciam.Plaut.Pœnul.3.67.
Hoc primum agamus,quod consilium cepimus:
Abeamus intrò,vt Colabyscum villicum
Hanc perdoceamus vt ferat fallaciam.
Famam,pro Spargere.Plaut.Persa.10.23, Nam inimici famam, non ita vt nata est, ferunt.
Ita fama ferebant.Liu.3.bel.Pun.148. Idem lib.8.29. & 210. Item.7. ab Vrbe.87.
Ferundum feras.Terent.Phorm.2.4.83.
– quin quod est
Ferundum feras,tuis factis dignum feceris.
Fidem ferre alicui rei.Virg.10.Aeneid.157.
Siqua fidem tanto est operi latura vetustas.
Fiduciam igitur orator præseferat.Quintil.lib.5.cap.13.41.
Finem ferre laborum.Virg.7.Aeneid.24.
– ea vox audita laborum
Prima tulit finem.
Flagitia ad aliquem,pro Indicare & narrare.Terent. Adelph.4.7.3.
– te iamdudum quæro Mitio.
M. Quidnam? D. fero ad te alia flagitia ingentia
Boni illius adolescentis.
Flamina ferunt classem. Virg.5.Aeneid.165.
Fortiter,pro Constanti animo molestiam,vel malū perferre.Plaut.Asin. 7.57,Hem ista virtus est,quando vsus est,qui malū fers fortiter. Ci.de Senect.77,Quę ego meū casum fortiter ferre visus sum:non q; æquo animo ferrem,sed me ipse consolabar,existimans non longinquū inter nos digressum & discessum fore. Idem.5.de Finib.162.
Ita fortuna tulit.Cic.Pulchro,lib.4.13.5.
Fraudem Liu.4.bel.Pun.174.Vt ita nobis volentes propitii adsitis,si vitandę,non ferendæ fraudis causa hoc consilii capimus.Cic.ad Atticū, lib.7.144.2.Non quin rectum esset,sed quia quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit.
Frigoraque & famem tulistis.Catul.ad Veranium,epig.25.1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Fructum ferre dicuntur arbores. Plin.libro 13.cap.4.1. Palmæ ferunt in maritimis Hispaniæ fructum.
Fructum ferre, pro Recipere. Plinius epist. 159.c, Additur vt Pallas.cui se omnes pro virili parte obligatos faterentur, singularis fidei, singularis industriæ fructum meritissimò ferat.
Fructum alicui. Cic.ad Lentulum, lib.1.9.79. Quúmque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. Hoc est attulisset.
Fructū ex aliquo. Pollio ad Ciceronē, lib.10.32.15. Si me satis nouisset, & maior pars Senatus, maiores ex me fructus tulisset. Id est reportasset.
Fructus necessitudinis. Cic.7.Verr.97. Quos tandem fructus huius necessitudinis in istius imperio tulit?
¶ Ferre gloriam belli perpetrati. Liuius 8.bell.Maced.237. Punici tamē belli perpetrati, quo nullum neque maius neque periculosius Romani gessere, vnus præcipuam gloriam tulit.
Ferri ad gloriam. Cic.3.Tusc.5. Nihil præstantius honoribus, imperiis, populari gloria iudicauerunt, ad quam fertur extimus quisque.
Gradum ferre, & conferre pedem poeticè pro Ire & aliquo progredi. Plautus.Merc.52.41.
Religionem ille obiecit: recipiam me illuc. s. sapis
O Charine, contrà pariter fer gradum, & confer pedem,
Ferre gratis, pro Referre. Liu.lib.5. Vobis fortuna oblata est, Ardeates. pro tantis Pop.Rom.beneficiis, quanta meministis ferendæ gratiæ.
¶ Gratiam & gloriam haud immeritam annonæ leuatæ tulit. Liuius 4. ab Vrbe, 56.
Grauiter, Iratum esse, & molestè ferre. Terent, And.1.2.20.
Omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt. Cicero 3.Verr. 108. Hoc ab isto prædone ereptum esse grauiter & acerbè homines ferebant. Sic.1.Verr.2. Cæsar 1.bell.Gall.53.
Grauiter molestéque ferre aliquid. Sulpitius Ciceroni, lib.4.5.1.
Gressus ferre aliquò. Ouidius 3.Fast.35.
¶ Humaniter ferre aliquid. Cic. Attico, lib.1.2.1. & lib.4.84.12.
¶ Ferre ignominiam animo Cæsar 1.bell.Ciuil.321.
Ignominiam & infamiam sine dolore ferre. Cic.4.Tuscul.68.
Imaginē alicu⁹: Hoc est, aliquē repræsentare & referre. Plaut.Capt.2.39.
Inter se commutant vestem & nomina:
Illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus.
Huius illic, hic illius hodie fert imaginem. Idem Milit.4.72.
Et mox ne erretis, hæc duarum hodie vicem,
Et hinc & illinc, mulier fert imaginem,
Atque eadem erit, verùm alia esse assimulabitur. Idē Amphit.3.141.
Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu.
Et seruus, cuius ego fero imaginem.
Immoderatè res aduersas & secundas ferre, leuitatis est. Cicero 1.Offic. 127. Vide IMMODERATVS.
Immodicè ferre aliquem casum, Vide IMMODICVS.
Impetum. Cæsar 3.bell.Gall.418. Vt ne vnum quidem impetum nostrorum ferrent.
Impune. Cæsar 5.bell.Gall.55. Quódque se tam diu impune tulisse iniurias admirarentur.
In aliquo quidpiam ferre. Quintil.lib.1.cap.6.27. Neque enim Tuburcinabundum, & Lurcabundum iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit author.
Incommoda. Cic.ad Qu.fratrem, lib.1.2.17. Atque ita mihi dicebat Flauius scriptum in ea epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda laturum.
Indifferenter ferre, Vide INDIFFERENS.
Indignè. Plinius libro 18.cap.3.11. Vt non inuita ea, & indigne ferente, credatur id fieri.
Infortunium. Terent.Adelphis, 2.1.24. Tetigin' tui quicquam? AE. si attigisses, ferres infortunium.
Ingrate aliquid ferre. Tacitus libro 17. Oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset.
Iniuriam. Terentius Hecyra, 1.2.91.
Prudens, modesta incommoda, atque iniurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias. Cicero Memmio, libro 13.1. 1. Sapientia tua qua fers iniuriam, lætitia.
Inultum, Non puniri. Terent.Heaut.5.1.45.
At næ illud haud inultum si viuo ferent.
Inultam fugam ferre. Cic. Antequam iret in exiliū, 12. Isti modo videant qua ratione hanc inultam meam fugam ferre possint.
Iracunde. Plin.libro 11.cap.37.20. Diuus Augustus suos oculos diligentius spectari, iracundè ferebat.
Iudicem. Liuius 1.Decad.lib.3.de Appio Claudio loquens, qui Virginii filiam in seruitutem ex libertate addixerat: Proinde (inquit) vt ille iterum ac sæpius prouocet, sic se iterum ac sæpius iudicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in seruitutem dederit. Si ad iudicem non eat, pro damnato in vincula duci iubere. Verba sunt tribuni plebis. erāt enim verba sponsionis. Iudicem tibi fero ni. Iudicem ferre, inquit Budæus, est cuiuscunque iudicio acquiescere. Cicero pro Rosc.Comœdo, 26.
Quem ego si ferre iudicem, refugere non deberet, quum testem producam, reprehendere audebit? Liuius 8.ab Vrbe. Prouoco ad populum: eúmque tibi fugienti Senatus iudicium, iudicem fero.
Iugum ferre. Horatius 1.Carm.Ode 35.6. —diffugiunt cadis
Cum fece siccatis amici,
Ferre iugum pariter dolosi.
¶ Ferre laborem. Cæsar 6.bell Gall.111. Aetate iam confectus, cum laborem aut belli, aut fugæ ferre non posset, &c.
Laborem pro cunctis ferre. Cic. Antequam iret in exilium, 8.
Laborem ferre aut fugere. Virgilius 6.Aeneid.179.
Lætè atque insolenter ferre. Cicero 10.Philipp.261.
Lætitiam. Cic. Attico, lib.14.308.6, Quæcunque hæc pars perditorum lætatum Cæsaris morte putabit (lætitiam autem apertissimè tulimus omnes) hunc in hostium numero habebit.
Laudem, & reportare honorem. Cæsar.6.bell.Gall.78. Qui diutissimè impuberes permanserint, maximam inter suos ferunt laudem.
Laudem mihi mea facta ferent. Virg.11.Aeneid.158.
Laudibus, Laudare. Plin, epist. 171, Alii contrà, hoc ipsum laudibus ferūt quòd sit frustratus improbas spes hominum: quos sic decipere, p moribus temporum, prudentia est. Idem epist. 82.b, Nam quum fortè de bonis iuuenibus apud Neruam Imperatorem sermo incidisset, & plerique me laudibus ferrent, paulisper se intra silentium tenuit, quod illi plurimum authoritatis addebat. Cæsar. 1.bel Ciuil.254.
Legem, Idem quod Ferre ad populum legem. Cic. ad Lentulum, libro.1. 9.104. Postea dixit etiam in Senatu palam, sese, si licitum esset, legem Curiatam ferre. Sic Plin.lib.16.cap.10.2. Qu. Hortensius Dictator legem in Esculeto tulit. Quintil.lib.2.cap.13.1.
Legem aliquam perniciosè ferre. Cic.2.Offic.107.
Lentè ferre. Vide LENTVS.
Leuiter ferre. Vide LEVIS.
Leuiter ferre & negligenter defendere aliquid. Cic.pro Rosc.Com.9.
Leuissimè ferre aliquid. Cic.Fadio, lib.5.18.4.
Ferre libertatem. Quintil.lib.4.cap.1.41. Hæc libertas feretur.
Fert libido: Hoc est, fit aliquid per libidinem. Terēt.Heaut.3.3.12, Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia. Id est, multa optem facere quæ tē præsente non ausim. Salust. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas, proscriptiones locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, atque alia omnia, quæ bellum & libido victorum fert.
Quantum libido tulit, tantum relictum est. Cic.5.Verr.49.
Libros sub nomine alicuius ferri. Quintil.in Procem.lib.1.6, Atque eo magis, quòd duo iam sub nomine meo libri ferebantur.
Lucem. Plin.epist.141, Cryptoporticus quoque adopertis inferioribus fenestris, tantum vmbræ, quantum luminis habēt. Paulatim lucem ferre condiscens.
¶ Mandata alicuius ferre. Virg.10.Aeneid.166.
Ferre manum. Plaut.Tracul.4.23.
Adi nos, si iturus, fer contrà manum, & pariter
Gradere. Id est da manum.
Manum ferre, prō Contendere. Virg.5.Aeneid.8.
In medium geminos immani pondere cæstus
Proiecit, quibus acer Erix in prelia suetus
Ferre manum, duroque intendere brachia ferro. Seruius.
Fer me, Patere meos mores. Terent.Heaut.4.3.14.
Antiphila mea nubet mihi. S. siccine mihi interloquere?
C. Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. S. fero hercle.
Ferres me, si ego idem dicerem? Cic.4.Acad.119.
Mediocriter ferre quippiam. Cic.5.Verr.79. Vide MEDIOCRIS.
Miserias. Terent.Adelph.4.2.7.
Quid hoc, malum, infœlicitatis? nequeo satis decernere.
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.
Mitius ista feres. Ouid.5.Metam.99.
Moderatè ferre. Vide MODERO.
Moderatè & modicè ferre aliquid. Cic.4.Tuscul.61.
Moderatè ferre dolorem. Cic. de Amic.7. Sed ego id respondeo, quod animaduerti te dolorem, quem acceperis tum summi viri, tum amicissimi mortē, ferre moderatè: nec potuisse non commoueri, nec fuisse id humanitatis tuæ.
Modicè. Cic.11.Philipp.294. Est enim sapientis quicquid homini accidere possit, id præmeditari: ferendum modicè, si aduenerit, esse.
Modice ferre dolorem. Vide MODVS.
Modicè ferre iniurias fortunæ. Cic.1.de Finib.71.
Molestè. Cic.de Senect.7. Quorum ego multorum cognoui senectutem sine querela, qui se à libidinum vinculis laxatos esse, non molestè ferrent, nec à suis despicerent. Sic.4.Acad.264. Vide MOLESTVS. Plin.in epist. Audio Valerium Martialē decessisse, & molestè fero, &c.
Molestias. Terent.Eunuch.1.1.33.
Neque præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas quas habet, rectè feras.
Molliter: Hoc est, patienter & facilè. Cic.de Senect.5. Sed tamen necesse fuit

fuit aliquod esse extremum, & tanquam in arborum baccis, terræque frugibus maturitate tempestiua quasi vietum & caducum, quod ferendum est molliter sapienti. Vide MOLLIS.
Monstrum ferre. Tacit.lib.14.
Munus ferre, Id est auferre. Horat.4.Carm.ode 8.1.
¶ Fert natura: Id est, per ætatem & naturam licet. Cæsar 3.bel.Ciuil.236. Sed hic cognitis omnibus rebus, seu quid in munitionibus perfectum non erat, seu quid à peritioribus, prout cuiusque eorum qui negotiis præerant, aut natura, aut studium ferebat, hæc ad Pompeium omnia detulerunt.
Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acute sonent. Id est natura comparatum. Cic.in Somnio, Scipio.17.
Quis hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec videbatur natura ferre vt accidere posset? Cic. Attico, lib.13.268.1.
Vereor ne grauioribus vtar verbis, quàm natura mea fert. Cic.pro Quintio, 53.
Nomen alicuius. Cic.3.Offic.96. Sed quum Basilius Marcum Satrium sororis filium nomen sui ferre voluisset, eumque fecisset hæredem, &c.
Nomen ferre insani, Id est vocari insanum Horat.1.epist.6.3.
In notitiā alicuius. Pli.epist.150. Quid itaque cōpereris per aquæ ductus & reliquerint, fer in notitiā meā. Id est, declara, expone, scribe ad me.
¶ Ferre obscurè aliquid, pro Celare, dissimulare, & occultare. Cic.in Paradox, 58, Istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti. Idem pro Cluent.41. Et ad Atti.lib.9. 175.5. Mirandum enim in modum Cn. noster Syllani regni similitudinem concupiuit, τί δ' οὐ; σοὶ λέγω, nihil inquam ille minus obscure tulit.
Occultè. Terent. Adel.3.2.30.
Alienus est à nostra familia. S. hem,
Persisquare? G. amare occœpit aliam. S. væ miseræ mihi.
G. Neque id occultè fertā lenone ipsus eripuit palam.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Virg.3.Aeneid.98.
Aliquem in oculis, pro Vehementer & præcipue amare. Cice.ad Qu.fratrem, lib.3.17.13. Balbum vero qui est istius rei (quemadmodum scribis) adiutor, in oculis fero. Idem de Arusp.responsis, 45. de Clodio loquens homine sibi inuiso, Ferebant in oculis hominem quidam boni viri & de me optimè meriti: sed illius, vt ego arbitror, furoris ignari. Idē Phil.6. Oderat tum, quum ille tabulis nouis aduersabatur: iam fert in oculis. Id est valde iam diligit. Idem Tironi, lib.16.27.4. Nam isti vix sunt digni, quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarū fundamenta credas: te (vt dixi) fero in oculis. Terentius verbū FERO: omisit in Eunucho, Rex te ergo in oculis? Ex Budæo.
Odium pro labore: Hoc est, odium pro labore reportare. Terentius Adelph.5.4.17.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero, Odium.
Onus impositum ferre, Ouid.15.Metam.164.
Opem, dicitur inquit Donatus, in malis rebus, & iis qui de salute dubii sunt. Terent.Adelph.3.4.41. Iuno Lucina fer opem. Plaut.Pseud.1. 6. Opemque herili is ita tulit. Cic.4.Tuscul.69. Reliquas quoque partes ægritudinis vtiles esse dicunt: Misericordiam ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum subleuandas.
Opem ferre alicui. Horat.de Arte, 93.
Opem atque auxilium afflictæ Reip. Cic.ad Atticum, lib.8.158.1.
Opem & salutem indigentibus. Cic.2.de Finib.187.
Vt fert mea opinio: Hoc est, puto & existimo. Cice.ad Seruilium, lib.13. 67.4. Quòd si Romæ fuisset, etiam salutem A.Cecinnę essemus (vt opinio mea fert) per te consecuti. Idem ad Atticum, li.2.40.3. Nos, vt opinio, & spes, & coniectura nostra fert, firmissima beneuolentia hominum muniti sumus. Idem pro Cluent.34.
Nemo vestrum, vt mea fert opinio, ignorat.
Plura dixi quàm opinio mea tulerit aut voluntas mea. Cicer, pro Domo sua, 26.
Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. Cic.7.Verr.145.
Optatum ferre, Vide OPTO.
Opus cum labore. Plaut.Amphi.4.23. Habendum & ferendum hoc opus est cum labore.
Ferre per ora hominum, pro Celebrare, apud Plinium in epist.
Ora ad ora ferre, Osculari. Ouid.ad Liuiam, 28.
Osculum. Osculari. Plaut.Epid.12.4. Quis istæc quam osculum mihi ferre iubes? Plin.in Paneg.141. Prosequutus enim nec temperasti tibi quo minus exeunti in littore amplexus osculum ferres. Plaut.Amphi.8.82.
— & valuisséne vsque exquisiui simul,
Mi vir: & manum prehendi, & osculum tetuli tibi.
Sæuæ tulit oscula diuæ. Valer.7.Argon.44.
¶ Pacatè & moderatè ferre aliquid. Cic.Torquato, lib.6.1.11.
Ferre palàm. Plaut.Milit.20.39.
Metuóque & timeo, ne hoc tandem palàm fiat nimis.
PT. Quid illud est? PA. nos palàm ferre nūc per vrbem hæc omnia,
Ne quis tibi hoc vitio vertat.

Palmam. Cice.ad Atticum, lib.4.84.6, Ne diutius pendeas, palmam tulit. Varro 3.de Re rust.cap.16.10, Propter hæc Siculum mel fert palmā, quod ibi thymum bonum & frequens est.
Partem alicui. Terent.Adelph.1.2.36.
Is meus est factus: siquid peccat Demea
Mihi peccat: ego illi maximam partem feram. Id est, sustinebo, tolerabo, inquit Donatus.
Partum dicitur fœmina quando prægnans est. Plin.lib.8.cap.32.1. Octonis mensibus ferunt partus, & interdum geminos. Decernis. Idem lib. 7.cap.5. Gerere partum dixit.
Passibus rapidis ferri. Virg.7.Aeneid.31.
Patienter ferre, Vide patiens in PATIOR.
Patienter & æquo animo difficultates. Cæsar 3.bel.Ciuil.58.
Patienter ferre potentiam alicuius. Cic.Lentulo, lib.1.8.10.
Pecuniam ferre alicui. Tacit.lib.11. Sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat. Vide Pretia medentibus ferre.
Pedem, poeticè, pro Aliquò progredi & ire. Plaut.Menæh.12.30. Propera Menæhme, fer pedem, confer gradum. Ibidem, 15.18. Tu huc post hunc diem pedem intrò non feres, ne frustra sis. Virg.2.Aeneid.150. Inde domum, si fortè pedem, si fortè tulisset,
Me refero. Idem, 1.Georg.2. Ferte pedem Faunísque simul,
Dryadesque puellæ. Horatius 2.Carm.ode 12.4. Quam nec ferre pedem dedecuit choris.
Permolestè ferre, Vide PERMOLESTVS.
Personam alienam. Liu.3.ab Vrbe.146. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit, suo iā inde viuere ingenio cœpit Tranquill. Sed & archimimus in funere personam eius ferens, imitāns q; facta ac dicta viri.
Pignus fidei. Liu.5.bel.Pun.91. Cæterùm ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos, præsentisque contingere dextram: id pignus fidei secum ferre.
Plagas silentio. Cic.2.Tusc.80. Tu'ne cum pueros Lacedæmone, adolescentes Olympiæ, barbaros in arena videris excipientes grauissimas plagas, & ferentes silentio, &c.
Ad plebem ferre. Cic.2.de Finib.87. Anno proximo P. Scæuola Tribunus plebis ferret ad plebem, vellent néne de ea re quæri.
Pœnam ambitus ferre. Cic.pro Sylla.47.
Pœnam stultitiæ. Cic.ad Atticū, lib.3.48.6. Existimato me stultitiæ meæ pœnam ferre grauius, quàm euenti.
Pompam. Plaut.Sticho.14.1. Agite ite foras, ferte pompam, cado te perficio Stiche.
Ferre ad populum, sub. legem, legislator tum dicitur, quum legem in medium profert, vnde legislator dicitur. Liu.lib.2.Decad.5.111. Centuriatis comitiis primo quoque die ferre ad populum COSS. iusserunt. Ibidem.12. Cic.pro Corn.Balbo.20.
Ferre prædam. Ouid.2.Metam.87.
—mediique per æquora ponti Fert prædam.
Præmium. Plaut.Menæh.22.28.
Agite, abite, fugite hinc in malam crucem:
Hem tibi etiam, quia postremus cedis, hinc hoc præmi feres. Terentius Eunuch.5.9.27.
—hoc si effeceris,
Quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Cæsar 1.bel.Ciuil.331. Vt qui aliquid victi incommodi expectauissent, vltro inde præmium missionis ferrent.
Præmia digna ferre. Virg.1.Aeneid.122.
Præsidium. Cic.ad Bruti.18.2. Ferre p̄sidium labenti & inclinatæ Reip.
Preces deo. Virg.8.Aeneid.
Iunoni fer rite preces: irasque, minasque.
Supplicibus supera votis.
Pretium ob stultitiam, Teren.And.3.5.4. —hoc confiteor
Iure obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilii
Sum. seruon' fortunas meas commisisse futili?
Ergo pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam auferet.
Pretia medentibus ferre. Tacit.lib.11. Vt quomodo vis morborū pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat.
Primas, Primum locum habere. Cice.de Claris Orat.95. Ex his Cotta & Sulpitius cum meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt.
Priuilegium de aliquo. Cicero in Paradox.39. Sed quid ego cōmunes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares.
¶ Ferre quæstionem, Est legem ferre qua populus iubeat de crimine aliquo quæri. Cic.pro Milone.15. Non fuit ea causa Iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferēdam. Idem, De hoc igitur latum est vt quæreretur. Id est, vt iudicium exerceretur. Hæc Budæus. Cic.1.de Orat.115. Quòd is L.Scribonio quæstionem in eum ferente populi misericordiam concitasset.
Quæstionem de morte alicuius ferre. Cic.pro Milone.12.
In quæstionem seruum. Cic.pro Cluētio, 144. Mulieri crudelissimæ seruū fidelissimum, non in quæstionem tulit, sed plane ad supplicium dedit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ita ferunt rationes meæ.Cic.7.Verr.82,Dicit ei se statuisse animaduertere in omnes nauarchos ita sui periculi rationes ferre ac postulare.

Rationes meæ ita tulerunt.Cic.Metello,lib.5.2.8.

Repulsam repelli,& repulsam pati.Liu.7.bel.Maced.86, Qui priore anno repulsam tulerat.Cic.ad Atticum,lib.5.107.3,

Quòd scribis libenter repulsam tulisse eum qui cum sororis tuæ filii patruo certaret,magni amoris signum. Idem 5.Tusc.76.

Acerbas res ferre.Cic.2.de Orat.116.

Fert res,Tempus,vel opportunitas,aut etiam facultas expostulat & patitur.Terent.And.5.1.13,Incœpi dum res te tulit:nunc non fert,feras. Cic.1.Tusc.178,Fidenti animo(si ita res fert)gradietur ad mortem.

Si res ita tulisset.Cic.4.Philip.161.Id est si opus fuisset.

Ferre rem vulgo,Diuulgare. Liu.8.bel.Pun.88,Et quum cæteri lætitia gloriaque ingenti eam rem vulgo ferrent,&c. Id est palàm facerent, vel palàm ea de re lætarentur.

Responsum.Liu.3.ab Vrbe,25.Mœstum etiam responsum tulere. Idem in Catil.14,Quum à me quoque id responsum tulisses me nullo modo posse,&c.

Rogationem,Idem quod Ferre ad populum,& populum rogare.Cic.ad Att.lib.1.8.6,In hac causa Piso amicitia P.Clodii ductus,operã dat vt ea rogatio quam ipse fert,& fert ex. s. c. & de religione,antiquetur.

¶Ferre salutem alicui.Plaut.Pœnul.9.8.
-salutamus te Lyce:
Quanquam hanc salutem ferimus inuiti tibi,
Et quanquam bene volumus leuiter lenonibus. Idem Asin.12.31,
Age mi Leonida,obsecro fer amãti hero salutem. Virg.1.Aeneid.94.

Sapienter casus aduersos ferre,non frangi fortuna, retinere in rebus aduersis dignitatem.Cic.2.de Orat.189.

Ferri ad saxa nauis propriè dicit,quando est in periculo.Plau.Rud.10.36.
E naui timidæ ambæ in scapham insiluimus,quia videmus
Ad saxa nauem ferrier. Idem Merc.4.82,
At equidem iam me censebam esse in terra,atque in tuto loco:
Verùm me video nunc ad saxa ferri sæuis fluctibus.

Ferre se aliquò,pro Ire.Virg.2.Aeneid.91.

Sese obuiam alicui.Cic.pro Plancio,78.

Se tractandum:Id est,pati. Plin.lib.9.cap.8.6,Alius inter hos annos in Africo littore Hipponis Diarrhyti simili modo ex hominum manibus vescens,ferensq; se tractandum,& alludens natantibus.De delphinis. Ex vetusto codice legitur præbensque,

Sententiam ferre,Est censere in consilio & consessu. Cicero pro Cluentio,155. Non illi vos de vnius municipis fortunis arbitrantur,sed de totius municipii statu,dignitate,commodisq; omnibus sententias esse laturos.Hæc Budæus. Idem Cic de Amicit.50.Constituendi autem sunt qui sint in amicitia fines,& quasi termini diligendi.de quibus tres video sententias ferri,quarum nullã probo. Idem 3.Verr.38. De te sententiam laturus est.

Sententiam de hominum fortunis ferre.Cic.pro Cluentio,117.

Seruitutem.Plaut.Capt.7.12,
Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum,
Quum seruitutem ita fers vt ferri decet.

Ferre seruitium.Ouid.1.Amor.eleg.2.4.

Signa.Cæsar 1.belli Gall.160.Nonnulli etiam Cæsari renuntiabant quũ castra moueri,& signa ferri iussisset,non fore dicto audientes milites.

Similitudinem.Plin.lib.12.cap.7.5.Fert & in spina piperis similitudinẽ.

Sinu.Martialis lib.2.6,Hæc sunt singula quæ sinu ferebas.

Sitim.Plin.in Paneg.22. Hæc apud hostes veneratio: quid apud milites? quam admirationem quemadmodum cõparasti (quum tecum inediã tecum ferrent sitim,quum in illa meditatione cãpestri militaribus turmis imperatorium puluerem sudoremque misceres.

Continenter ferre trium dierum sitim,Vide CONTINEO.

Solicitudinem.Plin.epist.5.d,Rogo, inquit,mane videas Plinium domi, sed planè mane:neque enim diutius ferre solicitudinem possum.

Quemcunque sors tulerit casum subire.Cic.Attico,lib.8.145.4.

Spem ferre alicuius,Id est sperare de aliquo.Virg.9.Aeneid.61.
Hanc sine me spem ferre tui:audentior ibo
In casus omnes.

Ferri sua sponte in aliquid.Senec.de Benefic.lib.3.cap.14.Non est incitandus animus ad auaritiam , ad querelas, ad discordiam : sua sponte in ista fertur.

Sublimẽ aliquem. Plaut.Menæch.22.13.Herum meũ indignissimè nescio quid sublimẽ ferunt.Sic ferri sublime,Plin.lib.20.cap.22.1.

Subsidium pro Auxiliari.Cæsar 5.bel.Gal.167. Et lib.2.323.
Quum alii aliis subsidium ferrent.

Suffragium ferre,pro Suffragari.Cic. p Domo sua,37. Quid indignius, quàm qui neq; adesse sit iussus,neque citatus,neq; accusatus,de eius capite,liberis,fortunis omnibus conductos & sicarios egenteis & perditos suffragium ferre,& eam legem putare? Cic.in Pisonem,45. Non modo nullo Pop.Rom.studio,sed nullo ferẽte suffragium libero. Liu. 5.bell.Pun.9. Tanto inde fauore ad suffragium ferendum in tribus discursum est,vt Tribuni repente incœpto destiterint.

Suffragium de re alicuius.Cic.ad Atticum,lib.1.13.8.

Suffragia gratuita ferre.Cic.pro Plancio,44.

Supplicium,pro Puniri.Cæsar 1.bell.Ciuil.320. Sed satis iam fecisse officio,satisque supplicii tulisse,perpessos omnium rerum inopiam.

Suppetias,Auxiliari.Plaut.Epid.13.52,
Ego ad vos Thesprionem iussero
Huc transire:sed memento,siquid sæuiunt senes,
Suppetias mihi cum sorore ferre.

¶Ferre tabellas alicui,pro Literas deferre.Plaut.Bacch.17.17.
Nunc hasce tabellas ferre me iussit tibi:
Orabat,quod istic est scriptum,fieret.

Tulit tempus:hoc est. Licuit per temporis opportunitatem. Terentius And.1.2.17.
Dum tempus ad eam rem tulit,siui animum vt expleret suum.
Nunc hæc dies aliam vitam affert,alios mores postulat. Idẽ Hecyra, 4.2.17.Dum ætatis tempus tulit perfuncta satis sum.

Ita tempus ferebat.Cic.ad Atticum,lib.8.153.3.

Si tempus ita ferret.Cic.pro Cecinna,55. Et Catoni,15.4.22.

Vt tempora nostra,non vt amor tuus fert,verè perscribe.Cic.ad Quin. fratrem,lib.1.4.5.

Fert terra illos viros.Virg.11.Aeneid.57.
Si duo præterea tales idæa tulisset
Terra viros.Cic.1.Tusc.161.Tales innumerabiles nostra ciuitas tulit.

Tormenta ferre.Quintil.lib.2.cap.20.9.

Tribum ferre.Cic.2.Philip.31.

Ferre tributum,pro Pendere.Curt.li.3.Datisq; obsidibus,tributũ,quod vt Persis ferrent,ne pendere cogerentur,impetrarunt.

¶Ferre vana ad aliquem.Liu.3.ab Vrbe,10. Ab his proximi audita incerta,eoque vaniora ferre ad alios:cursus clamorque,&c.

Ventrem ferre dicitur fœmina.Varro 2.de Re rust.cap.1.9. Equa enim ventrem fert xii. menses,vacca x. Liu.1.ab Vrbe,152. Qui quum ignorans nurum ventrem ferre, immemor intestando nepotis decessisset,&c.

Verbera.Marti.lib.1.10.Et qui non tulerat verbera,tela tulit.

Verbera ferre alicuius.Ouid.2.de Arte,107.

Verbera ferre in aliquem.Ouid.1.Amorum eleg.7.2.

Vestigia sua ferre ad aliquem.Ouid.2.Metam.5.

Ferunt eò vestigia.Hoc est illuc eunt.Liu.1.ab Vrbe,27.Pergit ad proximam speluncam:si fortè eò vestigia ferrent.

Vetustatem ferre dicitur vinum, quum diu asseruari potest integrum & purum.Cic.de Amicitia,60.Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum,satietates:veterrima quæque(vt ea vina quæ vetustatem ferunt)esse debent suauissima.

Viam ferre per æquora.Claud.6.Paneg.40.

Fert illuc via.Virg.lib.7.Aeneid. Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.Liu.6.bell.Pun.205.Portam ad mare ferentem Numidæ quum occupassent. Cæsar 1.bel.Ciuil.110. Aditus antè,atq; itinera duo,quæ extra murum ad portam ferebant.Cic.1.de Finibus.71.

Victoriam ex re aliqua. Liu.9.bel.Mace.210.Nec magnam,nec memorabilem ex inermi,proditoque Flamininus victoriam ferat.

Vim alicuius.Terent.And.1.5.41.
-haud vereor,si in te solo sit situm:
Sed vim vt queas ferre.

Virtus ad maiora te tulit.Ouid.5.Metamor.54.

Si vestra voluntas feret.Cic.pro Lege Manilia,50.

Voluntas ita fert.Virg.6.Aeneid.135.

Quandiu voluntas tulit.Cic.5.Verr.47.

Voluptatem.Terent.Hecyra,4.2.17.
-nihil iam mihi isthæc res voluptatis ferunt:
Dum ætatis tempus tulit,perfuncta satis sum,satias me iam tenet
Studiorum istorum.

Vox fertur ad aures.Virg.3.Aeneid.8.

Voces alicuius ad aliquem ferre.Ouid.5.Fast.96.

Fert visus.Cic.de Orat.Vt eorum fert visus.

Vultu ferre.Tacit.lib.20. Quos spiritus gessisset,vultu ferebat.hoc est, ostendebat.

¶Fertur ad terram vitis,Hoc est, In terram demittitur. Cicero de Senectut.48. Vitis quæ natura caduca est,& nisi fulta sit,ad terram fertur:eadem vt se erigat, clauiculis suis,quasi manibus,quicquid est nacta complectitur.

¶Fertur Iuno coluisse.Virg.lib.1.Aeneid.
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnã
Posthabita coluisse Samo.Hoc est dicitur.

Fertur,Impersonale,Dicitur,Fama est.Cice.de Amicitia,49. Si fortè(vt fit plerunq;)ceciderint,tum intelligitur quàm fuerint inopes amicorum.quod Tarquinium dixisse fertur,tum quum exul esset,se intellexisse quos fidos amicos habuisset,quosq; infidos.

Ferunt fuisse.Cic.4.Academ.210. Cæsar 6.bel.Gall.65.Hunc omnium

artium

artium inuentorem ferunt. Liu.1.ab Vrbe, 16. Faustulo fuisse nomen ferunt.

¶Ferri,distrahi.Plaut.Cistel.5.5.Examinor, feror,differor , distrahor, diripior.

Dubius feror.Ouid.ad Pisonem, 1.
Vnde prius cœpti surgat mihi carminis ordo,
Quosve canam titulos, dubius feror.

Infinitè fertur vt flumen oratio.Cic.in Orat.133.

Laxissimè ferri,Vide LAXVS.

Obliquè ferri,Vide OBLIQVVS.

Per mala præceps fertur.Horat.1.Serm.saty.4.6.

Rapidè ferri.Cic.in Orat.71.

In arma feror.Virg.2.Aeneid.68.

In hostes moriturus fertur.Virg.2.Aeneid.102.

In præceps feror.Ouid.2.Metam.14.

In pugnas feror.Ouid.4.Trist.eleg.8.6.

Aestu fertur iudex.Quintil.lib.6.cap.2.6.

Feruere & ferri auaritia.Cic.pro Quintio,21.Nenius non faceret?qui vsque eo feruet ferturque auaritia,vt de suis commodis nolit aliquã partem amittere.

Cursu magno sonituque ferri.Cic.in Orat.52.

Mente ferri aliquò.Ouid.epist.17.6.Et quo non possum corpore, mente feror.

Ferri rabie.Plin.lib.10.cap.33.10.

Saltu supra venabula fertur.Virg.9.Aeneid.114.

Volatu ferri.Catull.in Camerium,epigr.51.6.

Fruges tellus inarata ferebat.Ouid.1.Metam.23.

Superanda omnis fortuna ferendo.Virg.5.Aeneid.141.

Mala ferendo minuit.Silius lib.15.162.

Ferendo honori esse.Liu.4.ab Vrbe,Experiendam rem denique in vno aut in altero esse,sitne aliquis plebeius ferendo magno honori.Hoc est idoneus ad magnum honorem ferendum.

Esse oneri ferendo.Liu.2.ab Vrbe,Portoriis quoque & tributo plebe liberata,vt diuites conferrent,qui oneri ferendo essent : pauperes satis stipendii pendere si liberos educent. Ouid.15.Metam.81.Hoc est qui id oneris ferre possent.

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est.Ouid.epist.5.2.

Nimium sibi sumit,nec est ferendus.Cic.3. in Catil.66.

Fortuna viriliter ferenda Ouid.1.Fast.96.

Verba dedit ferenda tabellis.Ouid.14.Metam.142.

Ferens,Participium,(φέρων,)vt Oculos passim per cuncta ferens.Virg.2. Aeneid.114.

Animus dura ferens.Horat.2.epist.1.29.

Ianua laxa ferenti.Ouid.1.Amor.eleg.8.16. Surda sit oranti tua ianua, laxa ferenti.

Capita alta ferentes.Virg.1.Aeneid.39.

Lethum ferentes.Virg.11.Aeneid.175.

Laborum ferentia corpora.Tacit.lib.21.Corpora hominum salubria , & ferentia laborum.

Latus,Participium(τεθειμένος,)vt Lex per vim lata.Cic.pro Sestio,29.

Pœna lata.Cic.pro Corn.Balbo,26.

Latûrus,pen.prod.Aliud participium,(οἴσων,)vt Grandia laturus meritorum præmia.Horat.2.epist.2.8.

Latio,lationis,Verbale,(θέσις,)Cic.ad Atticum,lib.3.68.1.Mihi in animo est legum lationem expectare. Sic pro Murena,4. Et Plin.lib.35. cap.12.11,Latio suffragii.Vide FERO.

Lator.Latôris,Aliud verbale,(θέτης,)vt Lator legis,qui legem tulit,hoc est promulgauit vel instituit : qui & legislator vno verbo dicitur . Cicero,3.de Natura deorum,130,Ferretne ciuitas vlla latorem istiusmodi legis vt cõdemnaretur filius aut nepos,si pater aut auus deliquisset? Sic 2.de Legib.21.

Legum lator.Quintil.lib.2.cap.4.14.

Lator pro tabellario.Suet.in Caligula,Quasi vniuersa trãdita insula,magnificas Romam literas misit:monitis sæpe latoribus,vehiculo ad forum vsque ad curiam pertenderent.Budæus.

Latorius , Adiectiuum, vt Latoria lex.Cic. 3.Offic.80.Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus,vt tutela XII. TAB. & circumscriptio adolescentium lege latoria.Quo in loco antiquissimi codices scriptum habent lege Pletoria,à Pletorio lata:atque ita legendum putant doctissimi quique.

Ferax,huius ferâcis,pen.prod.om.g.(ἐρίβωλαξ.) Quod abundantem ex se producit fructum.Plaut.Epid.6.2.
Nullum esse ego agrum opinor in agro Attico
Aequè feracem,quàm hic noster Periphanes,
Quin ex occluso atque obsignato armario
Decutio argenti tantum,quantum mihi lubet. Sic Ferax locus,Cato cap. 44. Feraces agri,Cic.5.Verr.86. Col.lib.1.cap.3.1.

Nullus feracior ac vberior locus,&c. Cic.3.Offic.7.

Ferax bonarum artium seculum,apud Plinium.

Lætum & ferax.Liu.6.ab Vrbe,2.

Ferax miraculorum Asia.Plin.epist.173.2,Quæ si tulisset Achaia,Aegyptus,Asia,aliaque quælibet miraculorum ferax,commendatrixq; terra:audita,perlecta,lustrataque haberemus.

Ferax ad.Plin.in Paneg.69,Tenes Cæsar hunc cursum,& probatur experimento,sitne feracius & vberius non ad laudẽ modo,sed ad pecuniã principi,si hærede illo mori homines velint,quàm si cogantur.

Agri feraces.Cic.5.Verr.86.

Animus ferax.Ouid.ad Pisonem,44,

Ferax ingenium.Cic.in Orat.27.

Ingeniis nihil feracius.Cic.in Orat.27.

Feracior & vberior locus in philosophia nullus est quàm de officiis. Cicer.3.Offic.7.

Rus ferax.Ouid.1.Metam.139.

Saltus ingentium belluarum feraces.Tacit.lib.4.

Segetes feraces.Horat.1.Carm.ode 31.1.

Solum ferax.Ouid.7.Metam.84,

Terra ferax Cerere,multoque feracior vuis.Ouid.2.Amor.eleg.16.2.

Venenorum ferax Iberia.Horat.Epod.5.5.

Feracitas,penult.corr.feracitâtis,(εὐφορία,) Columel.libro 3.cap.2.20, Vbi nihil erit aut non multum quod proritet, feracitatem potius sequemur,&c.

Fértilis,& hoc fértile,pe.cor.(ἐρίβωλος,εὔφορος,πάμφορος,γονόεις,γόνιμος,)Idem quod ferax.Colu.lib.4.Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt,& maximè fertiles. Plin.lib.2.cap.39.2.

Ager fertilis.Ouid.5.Trist.eleg.13.5,

Vberrimos maximeq; fertiles agros incolere.Cic.1.de Diuin.155.

Agros fertiles, qui multo plus efferunt quàm acceperunt, imitari debemus.Cic.1.Offic.72.

Annus fertilis.Propert.lib.4.eleg.8.3,

Arbos fertilis.Virg.4.Georg.19,

Aruum fertile.Ouid.4.de Ponto,eleg.15,2,

Bacchus fertilis.Horat.2.Carm.ode 6,4,

Frequens herbis,& fertilis vbere campus.Virg.2.Georg.37.

Fertilis cura.Plin.in Procemio,lib.14,3. Tanto priscorum cura fertilior, aut industria fœlicior fuit.

Gramen fertile.Ouid.1.de Remed.amor.36,

Herba fertilis.Ouid.2.Amor.eleg.16.2,

Horæ fertiles.Tibul lib.4.ad Messalam,eleg.11,

Hortus fertilis.Tibull.lib.2.eleg.1.9,

Loca fertiliora.Ouid.1.de Arte,18,

Pectus fertile.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.3,
Fertile pectus habes,interq; Helicona colentes
Vberius nulli prouenit ista seges.

Fertilis quæstus.Plin.in Proœ.lib.14.5,Captatio in quæstu fertilissimo.

Fertilior seges est alienis semper in herbis.Ouid.1.de Arte,70,

Opima & fertilis Syria.Cic.pro Domo sua,18,

Vua fertilis.Virg.2.Georg.39.

Fertilis cum genitiuo.Cice.2.de Natur. deorum,197, Multaque alia in aliis locis cõmemorabilia proferre possum, multos fertiles agros alios aliorum fructuum.

Vinea fertilis generosæ vuæ.Ouid.1.de Remed.amor.35.

Fertilis hominum frugumque Gallia.Liu.5.ab Vrbe,154. Et Plin.lib.6. cap.10.4,Fertilissimi sunt auri Dardæ,Setæ verò argenti.

Fertilissima baccarum.Plin lib.15.cap.30.3,Hanc quæ vulgatissima est baccarumque fertilissima.

Fertiliter,pen.corr.Aduerbium,(εὐφόρως,)Plin.lib.10.cap.7,7, Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant.Hoc est vberius.

Fertilitas,pen.cor.fertilitâtis,(εὐφορία,πολυφορία,)Colu. Id enim nõ accidit palmitis fertilitate.Cæsar 2.bel.Gall.242,Fertilitas loci.Cice.1. de Diuinat.212. Et 2.Tuscul.62.

Ferentarius,ferentarii,m.g.Ferentarii,Milites leuis armaturæ, vt ait Festus:auxiliatores,à ferendo auxilio,vt quicquid opus esset,auxilio ferrent,excursu leues,armis grauibus nõ impediti,sed ense & talis tantũ instructi . Vel dicti sunt ferentarii,teste Varrone,quòd fundis lapidibusq; pugnabant:quæ tela feruntur,non tenent.Sallust.in Catil.Postquã eò ventum est vnde à ferentariis prælium cõmitti posset. Cato eos ferentarios dixit,qui tela ac potiones militibus pugnantibus ministrabant. Hi & velati vocabantur,vt inquit Festus:quòd vestiti inermes sequerentur exercitum.Hæc ferè ex Festo & Nonio.

Ferentarius amicus,Qui fert auxilium.Plaut.Trin.8.44,
Satin' tu sanus mentis,aut animi tui,qui conditionem
Hanc repudies?nam illum tibi ferentarium esse amicum
Inuentum intelligo.Id est,auxiliarium,subsidiariũ, qui tibi egenti subinde opituletur,velut diues pauperi.

Férculum,ferculi,pen.cor.(φορεῖον,ἔδεσμα,)Dapes dicuntur:quia in mẽsam ferantur.Iuuen.Satyr.1,
-quis fercula septem
Secreto cœnauit auus? Nonius,Ferculum dicitur missus carnium.

Universidad de Deusto Biblioteca

Petronius Arbiter. Postquam ferculum allatum est.
Pagana fercula. Propert.lib.4.eleg.4.16,
Fercula nullis ornata macellis. Iuuen.Satyr.11,7,
Multaq; de magna superessent fercula cœna. Horat.2.Serm.saty.6.21.
¶ Ferculum, Gestamen, quo pompa ferri solet. Sueton.in Cæsare, Pontico triumpho inter pompę fercula trium verborum prætulit titulú, Veni, vidi, vici. hoc est, inter pompæ triumphalis gestamina. Quo nomine continentur simulacra deorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia, quæ ferri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum, quæ in ludis: & fercula sacrorum, quæ in sacris ferebant. Liu.1.ab Vrbe,43, Ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id aptè ferculo gerens, in Capitolium ascendit.
Nobile ferculum. Senec.Herc.Oeth.2,2,
¶ Fercula, Acron etiam docet esse pulpita super quibus deorum simulacra reposita erant: quia in pompa Circensi, hoc est celebritate ludorū Circensium, huiusmodi simulacra deorum ferebant. Cic.1.Offic.182. Cauendum est ne tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus, vt pōparum ferculis similes esse videamur: aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates.
Féretrum, feretri, pen.corr.(φέρετρον,) Lectus, vel quid aliud simile quo mortuus ferri solet, qui & alio nomine capulus dicitur à capiēdo: seu in quo aliquid cum pompa fertur. Plin.lib.7.cap.52.4, Varro quoque author est XX. viris agros diuidentibus Capuæ, quendam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus.
Puerile feretrum. Stat.2.Sylu.1.4. Vide Pheretrum.
FERONIA,(φερωνία) nemoris dea, à ferendis arboribus. Tradūt enim quū nemus eius aliquando fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde simulacrum incolæ vellent, subito nemus euiruisse. Virgilius 7.Aeneid.160, —& viridi gaudens Feronia luco. Est hæc etiam libertorum dea, in cuius templo raso capite pileum accipiebant. Cuius rei etiam Plautus mentionem facit in Amphitryone, Quod vtinam ille faxit Iuppiter, vt raso capite portem pileum.
Diues Feronia. Silius lib.13.17.
¶ Feronia etiam ciuitas sub mōte Soracte in qua eiusdem nominis dea erat: quam finitimi magna religione venerabantur.
Ferox, ferōcis, pen.prod.o.g.(ἄγριος, ἀνδρώδης,) A fero, fers deriuatur: & significat fortem, præanimosum ad decertandum cum altero, & ad vim alteri faciendam, atque ad nocēdum: vt ait Valla lib.4. Horatius in Odis, Vrbes, gentesq; & Latium ferox. Sallust. Ille animo feroci negat se fusam toties Numidiam pertimescere.
Ferox, Sæuus, indomitus, à feritate, vt vult Nonius. Virg.4.Aeneid.27,
Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit. Plaut.Most.8.90,
Ego enim dicam, cibo perduci potes quouis.
TR. Ferocem facis, quia te æratus amat. Hoc est ferocem te ostendis, vel gloriaris q,&c. Terent.Eunuch.3.1.25, Eōne es ferox, quia habes imperium in beluas?
Ferocem fortasse ac arrogantem & infestum facit indulgentia, non mendacem, aut auarum, aut non amantem suorū. Cic.Attic.lib.10.303.4.
Reddit hominem ferociorem impotentioremque victoria. Cice. Marcello, lib.4.9,9,
Nimium vehemens feroxq; natura homo. Cic.in Vatinium,2,
Animi ferox. Tacit.lib.1,
Mentis ferox. Ouid.8.Metam.124,
Scelerum ferox. Tacit.lib.4,
Vnda ferocior. Ouid.epist.21,38,
¶ Aetas ferox. Horat.2.Carm.ode 5,3,
Animus ferox. Seneca Medea,12,8,
Corda ferocia ponunt. Virg.1.Aeneid.62,
Discordia ferox. Silius lib.16.21,
Ferocissimæ gentes. Plin.lib.33,cap.11,5,
Impetus feroces animo geris. Seneca Agamemn.3,4,
Lacertus ferox. Ouid.ep.4.17,
Manus ferox. Senec.Herc.Oeth.4,28,
Populi feroces. Virg.1.Aeneid.54,
Turmæ feroces. Virg.3.Georg.35,
Vagitus ferox. Claud.7.Paneg.31.
¶ Ferox sum illa re, dicitur, vt Illa re sum fretus, vel arrogās.
Ferocior animo. Plaut.Milite,20,12,
Isthuc crucior, à viro me tali abalienarier.
Nam tu quéuis potis es facere vt fluat facetiis?
Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.
Bello erat ille ferox. Ouid.epist.3,19,
Corde ferox. Seneca Medea,7,3,
Ferox forma, Qui ob formam gloriatur. Plaut.Milit.21,13,
Ipsus illic sese iam impediuit in plagas,
Paratæ insidiæ sunt, nāque in statione stat senex,
Vt adoriatur mœchum, qui forma est ferox.
Ferox fortunis. Accius, Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis ferox.
Robore corporis stolidè ferox. Tacit.lib.1.de Agripp.Posth.
Ferox victoria & viribus. Liu.1.ab Vrbe,26, Et lib.2,201, Item lib.7, belli Punici,7,
Virtute feroci exuperans, Id est fortitudine. Virg.12,Aeneid.4.
Feróculus, pen.corr. Diminutiuum,(ὑπάγριος,) Hirtius de bel. Afiat.lib.5.53, Quid tu inquit, miles tyro, tam feroculus es?
Ferocia, ferociæ,(ἀγριότης,) pro ferocitate. Cic.lib.6,de Repub. Qui cōperit eius vim & effrænatam illam ferociam. Idem pro Lege Agraria 89, Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione & consilio maiores nostri ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt.
Impetum gladiatoris ferociamque comprimere. Cicero de Aruspic. respons.1,
Exuere ferociam. Tacit.libro,2, Per communes liberos orauit, exueret ferociam.
Ferócitas, pen.cor. ferocitâtis,(ἀγριότης,) Cic.1.Offic.128, Vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere soleāt: vt his facilioribus possint vti, &c. Sic 2,de Diui.123.
Ferocitas & audacia Cic.in Vatinium,1, Ferocitatem tuam istam cōprimerem, & audaciam frangerem.
Infirmitas puerorum, ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis. Cic.de Senect.30,
Victoriæ ferocitatem extimescere. Cic.pro Marcello,9,
Tantæ ferocitatis victorem extimescere. Cic.pro Deiotaro,9,
Reprimere ferocitatem alicuius. Cic.2.Offic.57,
Ferōciter, penult.corr. Aduerbium,(ἀγρίως,) Plaut. Amphit.4,59, Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant. Vide NIMIS. Liuius 2,ab Vrbe,72, Qui se ingredientibus fines Consulibus ferociter obtulerat. Ibidem, lib.3,20, Legatique caput ferociter ostentantes. Idem 3.bel.Pun.31, Cum quo ferocissimè pro Romana societate aduersus Punicum fœdus steterat.
Asperè, ferociter, & liberè maledicta in aliquē dicere. Cic. pro Plācio,27,
Multo ferocius inquit. Cic.Q.fratri,lib.2,15,2,
Ferócio, ferōcis, pen.prod.(ἀγριαίνω,) ferocire, Ferocem fieri, & sæuitiā exercere. Gellius lib.1.cap.11, Nihil adeò in congrediendis hostibus, atq; in principiis præliorum ad salutē virtutemq; aptius rati, quā si per mulcti sonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Ouid. Mox intractati more ferocit equi.
FERRARIA,(φερραρία,) Vrbs Italiæ, ad Padum fluuium sita. Est & Ferraria, Hispaniæ promontorium, Carthaginem versus, sic ab accolis cognominatum, q. ferrarias effossiones admodum feraces habeat. Vide Pomponium Melam in descriptione Hispaniæ lib.2.
Ferrum, huius ferri,(σίδηρος, ἄνλός,) à ferendo dicitur, vt nonnulli volunt: quód in agros colendi gratia feratur. Vel à feriendo: quód cætera eo feriantur, id est domentur. Plin.lib.12.cap.25.4, Ferro lædi vitalia odit.
Ferrum, aliquando pro gladio accipitur. Cic.1.Tuscul.136, In seruorum ferrum & manus incidisset. Sic pro Rosc. Amer.54, Vulneratus ferro Phrygio.
In ferrum atq; in vincula coniecti. Cic.7.Verr.84,
Aes atq; ferrum, duelli instrumenta sunt, non fani. Cic.2.de Legib.72.
Pectus ferro durius. Ouid.epist.20,46,
Velox ferro. Stat.3.Thebaid.80,
Acies ferri. Virg.2.Aeneid.67,
Acies ferri stricta, Vide ACIES.
Gens ferri patiens. Silius lib.3,116,
Rigor ferri. Virg.1.Georg.29,
Stridor ferri. Virg.6.Aeneid.112,
¶ Acutū ferrū. Vir.6.Geo.90, Vide ACVO.
Aduncum. Ouid.9.Metam.26,
Candens. Lucret.lib.6,30,
Debile. Stat.10.Theb.56,
Duri robora ferri, Lucret.lib.2,91,
Graue. Senec.Octau.7,9,
Infandum. Lucan.lib.2,30,
Infestum. Ouid.epist.11,4,
Iniustum. Ouid.13.Metam.89,
Letbale. Iouenal.Saty.15,17,
Nefandum. Ouid.8.Metam.89,
Hebes. Iuuen.Saty.11.14,
Rigidum. Claud.de rap.Proserp.19,
Ex solido tabularia ferro. Ouid.15.Metam.162,
¶ Absumere ferro aliquem. Virg.4.Aenei.121. Vide ABSVMO.
Accipere ferrum pectoribus. Silius lib.10,2,
Acuere ferrum. Horat.1.Carm.ode 2,5,
Adegit ferrum in Viscera. Silius lib.7,126,
Adactum ferrum per pectus. Ouid.6.Metam.55.
Aperire pectus ferro. Senec.Agamemn.4.16.

Applicatum

Applicatum ferrum, Vide APPLICO.
Ardens ferrum. Valer.1.Argon.99. Id est splendidum.
—ardenti Aesonides retinacula ferro Abscidit.
Gracili armata ferro, Senec.Hippol.4.38.
Armare ferrum veneno, Vide ARMO.
Ancipiti ferro cædere aliquid. Lucret.lib.6.34.
Cæsus ferro. Senec.Octau.17.16.
Imbelle ferrum capessere. Valer.1.Argon.153.
Cernere ferro, Vide CERNO.
Collapsus ferro. Virg.4.Aeneid.133.
Instructi, & certis locis cum ferro homines collocati. Ci.pro Cecinna,20.
Compescere culpam ferro. Virg.3.Georg.94.
Condit ferrum sub aduerso pectore. Virg.12.Aeneid.189.
Coniectum in guttura ferrum pressit. Ouid.3.Metam.18.
Consumere ferrum pectore. Stat.12.Thebaid.149.
Conuellere aliquid ferro. Virg.6.Aeneid.30.
Conuertere ferrum ab vno in alium. Ouid.8.Metam.11.
Lato crispans hastilia ferro. Virg.1.Aeneid.64.
Decernere ferro. Virg.12.Aeneid.57. Vide DECERNO.
Destringere ferrum. Virg.11.Aeneid.150.
Demetere aliquid ferro. Horat.1.Serm.saty.2.10.
Demittere ferrum in artus. Ouid.4.de Ponto, eleg.16.11.
Detegere ferrum. Lucan.lib.3.26.
Distringere in mortem alicuius ferrum. Tacit.lib.14.
Ducere ferrum vagina. Ouid.4.Fast.187.
Funera dare ferro. Virg.8.Aeneid.112.
Dedit obuia ferro pectora. Virg.12.Aeneid.109.
Eliocere ferrum è terræ cauernis, rem ad colendos agros necessariam. Cic.2.de Nat.deorum,226.
Eripere ferrum vagina. Virg.6.Aeneid.52.
Excindere portam ferro. Virg.6.Aeneid.111.
Excipere ferrum aduerso pectore. Senec.Agamem.4.2.
Excutere ferrum alieni. Lucan.lib.1.24.
Exigere spiritum ferro. Senec.Oedip.14.6.
Exegit ferrum per viscera domini. Lucan.lib.2.30.
Exigit ferrum sua per præcordia mater. Ouid.epist.9.32.
Exoluere brachia ferro. Tacit.lib.15. Eodem ictu brachia ferro exoluūt.
Fœdare aliquem ferro. Virg.3.Aeneid.48.
Fodere vterum ferro. Tacit lib.14. Hic est, hic est fodiendus ferro. Verba Agrippinæ vterum ostendentis.
Fodiendus hic est ferro. Senec.Octau.6.20.
Gliscere ferro. Stat.12.Thebaid.128.
Hausit pectora ferro. Ouid.8.Metam.89.
Iacet ferro meus coniux. Senec.Oedip.14.8.
Mordaci icta ferro pinus. Horat.4.Carm.ode 6.2.
Immori ferro. Senec.Herc.Oeth.7.26.
Impulit ferrum in meos penates. Ouid.12.Metam.111.
Incumbere ferro. Ouid.14.Metam.16.
Opposito ferro semet inducere, Id est irruere in ferrū. Sene.Oedipo,4.10.
Acuto ferro faces inspicat. Virg.1.Georg.59.
Instructi ferro. Virg.12.Aeneid.25.
Interimi ferro. Quint.li.3.ca.8.4. Qui in legatione ferro sunt interēpti.
Cum ferro aliquem aduenientē inuadere. Ci.pro Cecinna,18.
Irruimus ferro. Virg.3.Aeneid.45.
Lacerare ferro aliquem. Horat.3.Carm.ode 27.10.
Lacessere aliquem ferro. Virg.12.Aeneid.38.
Scabie & rubigine ferrum lædere Virg.2.Geor.44.
Nigro liuentia ferro crura. Claud.2.in Eutrop.69.
Mactare hostiam ferro. Virg.3.Georg.90.
Macularum sanguine ferrum. Ouid.15.Metam.22.
Mergere ferrum iugulo. Senec.Agamem.13.5.
Igni ferroque patriæ minitari. Cic.14.Philipp.383.
Agrum ferro & flammis mitigat. Horat.2.epist.2.38.
Molliri ferrum in aliquem. Ouid.3.Fast.7.
Ignis ferrum mollit. Horat.1.Serm.saty.4.4.
Mori ferro. Senec.Octau.6.17.
Nocens ferrum. Ouid.1.Metam.19.
Obsistere ferro ne quis accedat. Cic.pro Cecinna,17.
Occisus ferro. Quintil.lib.6.cap.1.14.
Occumbere ferro. Ouid.12.Metam.42.
Temerando ferro non parcere. Lucan.lib.1.30.
Patefacere viam ferro. Tacit.lib.1. Et animi ferox, inter obstantes & armatos, ferro viam patefecit.
Perfusum ferrum gemina cæde. Senec.Thyeste,8.24.
Petere aliquem ferro. Ouid.13.Metam.89.
Petita ferro belluā. Horat.Epod.5.2.
Recludere pectus ferro. Senec.Troad.10.19.
Reformidare ferrum. Quintil.libro,2.cap.4.8. Quod etiam rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcē, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati posse.
Reponere ferrum. Stat.9.Thebaid.17.
Rescindere aliquid ferro. Virg.3.Georg.89.
Reserare pectus ferro. Senec.Octau.6.19.
Resoluit iugulum ferro. Ouid.6.Metam.129.
Refundere ferrum ingulis. Lucan.lib.6.33.
Retusum ferrum. Virg.2.Georg.61.
Rubens igne ferrum. Ouid.12.Metam.56.
Satiare ferrum sanguine. Ouid.5.Fast.115.
Secare collum ferro. Virg.9.Aeneid.70.
Nudo ferro sequi aliquem. Ouid.6.Metam.133.
Sequi extrema ferro. Virg.6.Aeneid.92.
Splendenti lancea ferro. Ouid.3.Metam.10.
Sternere ferro aliquem. Senec.Troad.6.55.
Sternere pectus ferro. Horat.2.Serm.saty.3.41.
Stringere ferrum. Stat.8.Thebaid.29.
Superare ferrum duritia. Ouid epist.2.28.
Inerti ferro tentare aliquem. Claud.de bel.Get.78.
Traiecta ferro pectora. Virg.1.Aeneid.72.
Nullo violabere ferro Ouid.5.Metam.45.
Ardenti Vritur ferro. Iuuena.Saty.14,3.
Vulneratus ferro. Quintil.lib.5.cap.9.5.
Ferreus, Adiectiuum,(σιδηροῦς,) Quod est ex ferro. Plin.lib.10.ca.42.2, Psitacus ferro verberatur radio.
Fabricam ferream inuenere Cyclopes. Plin.lib.7.cap.56.7.
Ferrei coloris atque duritiæ marmor. Plin.lib.36.cap.7.4.
Ager ferreus horret hastis. Virg.11.Aeneid.120.
Annulus ferreus. Ouid.1.de Arte,95.
Bella ferrea. Ouid.epist.13.13.
Claustris ferreis cohibere portas. Senec.Thyest.7.5.
Ensis ferreus. Lucret.lib.5.250.
Imber ferreus. Virg.11.Aeneid.57, —it toto turbida cælo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.
Mucro ferreus. Virg.11.Aeneid.163.
Seges ferrea telorum. Virg.3.Aeneid.10. Idem 12.133.
Turris ferrea. Virg.6.Aeneid.111.
¶ Ferreus, per Translationem, pro Duro & inexorabili. Cic.ad Trebonium, lib.15.21.8, Ferreus essem si te nō amarem. Idem ad Atticum, lib.13.285.1, O te ferreum, qui illius periculis non moueris. Eidem, lib.4.75.4, Sed ille, vt scripsi, non miser, nos verò serui.
Ferreus qui fratris charissimi atque amantissimi præsentis mœrore non mouetur. Cic.4.in Catil.75.
Ferus ac ferreus. Cic.ad Q.fratrem, lib.1.3.5.
Durus ac ferreus, inhumanus. Cic.7.Verr.94.
Patiens & ferreus. Iuuen.Saty.1.4.
Decreta ferrea veterū sororū. Ouid.15.Meta.157.
Iura ferrea. Virg.2.Georg.101.
Ferreum negotium. Plaut.Pers.2,22,
—mihi quidem tu iam
Eras mortuus, quia te non visitaui. S. negotium
Aedepol. T. ferreū fortasse. S. plusculū annū fui
Præferratus apud molas tribunus vapularis.
Os ferreum. Cic.in Pisonem,50,
Præcordia ferrea. Ouid.epist.12.57.
Ferreus scriptor. Cic.1.de Finib.8, De quo Licinius, ferreum scriptorem, verùm opinor scriptorem tamen, vt legendus sit.
Secula ferrea. Tibul.lib.2,eleg.3.8,
Somnus ferreus, Mors. Vir.12.Aene.62.
Sors ferrea vitæ. Ouid.5.Trist.ele.4.6.
Vox ferrea. Virg.2.Georg.9,
Ferrarius, Adiectiuum,(σιδηρικός,) Quod ad ferrum attinet.
Ferrarius faber, Plin.lib.14.cap.4.3,
Ferraria officina. Plin.lib.13.cap.23,2. Idem lib.8.cap.57.2.
Ferrarium metallum. Plin.lib.34.cap.14.7,
¶ Ferraria, absolutè,(σιδηρουργία,) fodina ex qua ferrū extrahit. Cæs.7.bel.Gall.85, Apud eos magnæ sunt ferrariæ. Liu.4.bell.Mac.81, Pacata prouincia, vectigalia magna instituit ex ferrariis, argentariisq;.
Ferraria aqua, Qua vtuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. Plinius libro 28.cap.16.7, Quidam vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent.
Ferrâtus, penult.product. Adiectiuum,(σιδηρωτός,) Cui ferrum inditum & applicatum est. vt ferrata hasta. Liu.1.ab Vrbe,145, Et apud Plinium lib.36,cap.23,1, Ferratis vectibus. Et apud Columellam lib.10,5, Ferrato robore palæ. Virg.3.Georg. Vndique eam tergo ferratos sustinet orbes.
Agmina ferrata. Horat.4.Carm.ode 14.7,
Ferrata calce cruentat cornipedem. Silius lib.17.110,
Portæ ferratæ. Stat.10.Thebaid.101,
Ferramentum,(σιδήριον,) Instrumentum ferreū. Cic.1.de Nat.deor.20,

Universidad de Deusto Biblioteca

Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Idem pro Sylla, 41, Sed tū munere seruili obtulit se ad ferramenta prospicienda. Budæus. Sic in Catil. 55. Et in Topicis, 30.
Ferramenta agrestia. Liu. 1. ab Vrbe, 178.
Ferramenta vetera. Colum. lib. 2. cap. 4.
Ferramenta fabri. Horat. 1. epist. 1. 18,
–crassferramenta Theanum Tolletis fabri.
De ferramentis tonsoriis est epigrāma apud Martialem, lib. 14. 36.
Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis;
Vnguibus hæc longis, vtilis illa genis.
Ferrûgo, pen. prod. ferruginis, (ἰὸς σιδήρου,) Rubigo ferri. Plin. lib. 23. cap. 8. 10, Sudor virgæ, corni arboris, lamina ferrea candēte exceptus, non contingente ligno, illitaq; inde ferrugo incipiētes lichenas sanat.
Ferrugo per translationem compressæ purpuræ color rufus, nigrioris rubedinis, quasi violacei, vulgò morellum dicūt, similitudine coloris ferri, dum est rubiginosum. Virg. lib. 8,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera. Plin. lib. 15. ca. 10. 1, Vestitos alia ferruginis tunica.
Atra ferrugo. Ouid. 15. Metam. 158.
Dulci violas ferrugine pingit. Claud. 2. de raptu Pros. 19,
Animus purus mala ferrugine. Ouid. ad Pisonem, 22.
Obscura ferrugo. Virg. 1. Georg. 93.
Peregrina ferrugine clarus & ostro. Virg. 11. Aeneid. 154.
Ferrugineus, Adiectiuum, (σιδηροειδής,) Quod est coloris ferruginis, qui etiam color castaneus dicitur. Plaut. Milit. 16. 41,
Facito vt venias ornatu huc naucleriaco, causiam
Habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam,
Palliolum habeas ferrugineum nam is color thalassicus. Plin. lib. 29. cap. 6. 27, Et ferrugineas maculas habentes. De lacertis.
Amictus ferrugineus. Claud. 2. de raptu Proserp. 55.
Cymba ferruginea Charontis. Virg. 6. Aeneid. 61.
Hyacinthi ferruginei. Virg. 4. Georg. 37.
Nemus ferrugineum. Stat. 2. Thebiad. 3.
Sapor ferrugineus. Plin. lib. 31. cap. 10, Tungri ciuitas Galliæ fontem habet insignem, plurimis bullis stellātem, ferruginei saporis: quod ipsum non nisi in fine potus intelligitur.
Ferrùmen, pen. prod. ferrùminis, n. g. quasi gluten, iunctura seu ligatura quæ ex ferri excrementis vel ramentis fieri solet. Plin. lib. 36. cap. 23. 3, Ruinarum vrbis ea maxima causa, q furto calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Ferrumen in auro chrysocella vocatur agglutinando auro, inquit Plinius lib. 33.
Ferrùmino, ferrùminas, pen. corr. (σωμάττω,) ferruminare, Conglutinare, quando conglutinatio fit ex ipsa materia quæ conglutinatur. Pomponius in L. Quicquid. ff. de Acquirendo rerum dominio, Quicquid infecto argento alieni argenti addideris non esse totum tuum argentum fatendum est. At contrà, si tuum scyphum alieno plumbo plumbaueris, alieno ve argento ferruminaueris: nō dubitatur, scyphum tuum esse, & à te rectè vendicari. Plin. lib. 27. cap. 4. 17, Fabulosa arbitror quæ adiiciuntur: recente ea si vratur, ferrum aut æs ferruminari. Idem lib. 31, de aquis marinis, Quæ calefaciunt ad neruorum dolores, ferruminant & fracturas, ossaque contusa. Idem lib. 33. cap. 5. 7, Ediuerso ærosum contrahit se, hebetaturque, & difficulter ferruminatur. Idem lib. 16. cap. 36. 2, Contusa & interiecta nauium commissuris ferruminat textus. Idem lib. 36. cap. 28. 9, Vitrum sulphuri concoctum ferruminatur in lapidem. Id est, glutinatur in formam lapidis. Idem lib. 35. cap. 15. 9, Calcis quoque vsum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.
Ferruminatio, Verbale, (σωμάτωσις,) Paulus in L. In rem actio § Item quæcunq; ff. de rei vendicatione, Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura verò non idem efficit.

Fertilis, Adiectiuum, Vide FERO.

Fertum, Genus libi, à ferendo dictum: quòd sæpe ad sacra ferebat. Persius Satyr. 2, Attamen hic extis & opimo vincere ferto Intendit. Vide Fartum in FARCIO.
Fertum Ioui mouero & mactato sic. Cato cap. 134. 1.
Ferta arua & frugifera. Cic. in Orat. 93. Ex antiquo poeta.

Ferueo, serues, ferui & ferbui, (ζέω, βράζω,) feruēre, Ex iucendio calere, bullire.
Aequor feruet. Virg. 1. Georg. 66.
Cor mero feruet. Ouid. 2. Fast. 147.
Lingua mero feruet. Ouid. 2. Fast. 147.
Feruet vinum, quum ex musto in vinū transit. Plin. lib. 14. ca. 9. Budæus.
Mare feruet aquis. Ouid. epist. 17. 6.
Aestu feruet pelagus. Cic. 3. de Orat. 86.
Pontus vertigine feruet. Ouid. 11. Metam. 110.
¶ Feruere item, molestiis quibuscunq; perturbari, ferri & agitari. Mart. lib. 2. 63, Fora litibus omnia feruent.
Feruet opus. Virg. 1. Aeneid. 88.
Opere omnis semita feruet. Virg. 4. Aeneid. 82.
Feruere & ferri auaritia. Cic. pro Quintio, 21, Vsque eo feruet ferturque auaritia, vt de suis commodis velit aliquam partem amittere, ne quam partem huic propinquo suo vllius ornamenti relinquat.
Lethi feruebat amore. Silius lib. 17. 115.
Pectus auaritia, miseraque cupidine feruet. Horat. 1. epist. 1. 7.
Feruere ab ira. Ouid. 2. Metam. 59.
–vtque animus tumida feruebat ab ira,
Arma assueta capit.
Irā totus feruet. Senec. Herc. fur. 11.
Feruo, feruis, ferui, (ζέω,) feruere, pen. cor. Idem. Teren. Adelph. 4. 1. 18.
–ego illius sensum pulchrè calleo,
Quum feruit maximè, tam placidum quàm ouem reddo.
Virg. lib. 3. Georg.
Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
Feruere. Idem, Feruere cæde noua. Propertius, Incipit & sicco feruere terra Cane. Gellius lib. 2. ca. 29, Dominus quos rogauerat, operit, sol feruit, & fit nihil. Sic lib. 17. cap. 8. Valer. 6. Argon. 118, Quis, precor, hic, toto iandudum feruēre campo Quem tueor? Idem lib. 7. 31. Atque iterum infestæ se feruere cæde Lacenæ Credit.
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus. Virg. 8. Aeneid. 33.
Feruens, feruentis, (ζέων,) Quod bullit, aut calidum est. Plau. Curcul. 10. 26, Quasi aquam feruentem frigidā esse, ita vos putatis leges. Et apud Plinium lib. 7. cap. 2. 6, Feruentis aquæ contactu. Et Columel. lib. 12. cap. 50. 20, Feruentissima aqua.
Lucri cupidine feruens. Claud. 1. in Ruffin. 20.
Feruentem flagris facere. Plaut. Amph. 14. 10, Quem pol ego hodie ob isthæc dicta faciam feruentem flagris.
Feruens gustu radix. Plin. libro 12. cap. 12, Radix costi gustu feruens, odore eximio.
¶ Feruentissimus æstus. Plin. lib. 31. cap. 3. 15.
Feruens animus. Ci. 1. Offic. 70, Nam fortis animus & magnus in homine non pfecto nec sapiente feruentior plerunq; est.
Aqua feruens. Cic. 3. Verr. 46.
Aquis feruentibus mollit artus. Ouid. 7. Meta. 46.
Feruentes foculi. Plaut. Capt. 13. 78. –noli irascier
Iubén' an non iubes astitui aulas? patinas elui?
Laridum atque epulas foueri foculis feruētibus?
Feruētes horę diei, p Meridianis. Pli. li. 17. c. 22. 19
Iecur feruens. Horat. 1. Carm. ode 13. 1.
Rapido feruentius amni ingenium. Horat. 1. Serm. saty. 10. 13.
Feruentissima natura. Colum. lib. 12. cap. 15. 2.
Feruens pauimentum, Quod feruore balinearum incaluerat. Plin. epist. 58. 3, Lauabatur in villa Formiana: repentè eum serui circunsistunt: alius fauces inuadit, alius pectus & ventrem, alius os verberat: & quū exanimem putarent, abiiciunt in feruens pauimentum, vt experirentur an viueret.
Rota feruens. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 14.
Sanguis feruens. Silius lib. 17. 99.
Vnde feruentes æstibus. Ouid. 14. Metam. 10.
Vulnus feruens. Ouid. 4. Metam. 24.
Feruenter, Aduerbium, (ζεόντως,) Cælius Ciceroni, lib. 8. 8, 7, Quod pilus necessarius Attici nostri de repetūdis eum postulauit, magna ilico fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cœptum.
Ferueſco, feruescis, (ζέομαι,) feruescere, Inchoatiuum. vt Terrę feruescūt sole. Lucret. libro 6. 171.
Ventus mobilitate sua feruescit. Lucret. lib. 6. 36.
Feruefacio, feruefacis, pen. corr. (ζεστοποιέω,) feruefacere. Cato de Re rusti ca, Et portionem polentæ eodem addito, & oleum postea feruefacito. Idem cap. 123, Eam feruefacito cum congio vini veteris. Item ca. 156. 4. Et apud Plinium lib. 20. cap. 3. 3, Feruefactum vinum.
Feruefacere, Calidum facere. Plaut. Pseud. 13. 44, Eæ ipsæ se patinæ feruefaciunt ilico. Sic feruefacta iacula, Cæs. 5. bel. Gall. 157.
Féruidus, pen. corr. Adiectiuū, (ζεστός,) Idem quod feruens & maximè calidus. Plin. lib. 13. cap. 4. 2, Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: Frugifera verò nusquā nisi in feruida. Ci. 2. de Nat. deorū, 40, Iam verò reliqua quarta pars mundi, & ea ipsa tota natura feruida est. Hoc est ardens maximè.
Aestus feruidus. Horat. 1. Serm. saty. 1. 8.
Cinis feruidus. Senec. Troad. 2. 7.
Flamma feruida. Horat. Epod. 17. 7.
Spuma feruida. Ouid. 8. Metam. 58.
Vina feruida. Horat. 2. Serm. saty. 8. 8.
¶ Feruidus, Diligens, ac vehemēs. Liu. 7. bel. Pun. 185, Cum toto eo bello damnosa præpropera ac feruida ingenia imperatorum fuisse.
Feruidus furto. Virg. 9. Aeneid. 25.
–hic furto feruidus instat.
Ingenio feruidus. Ouid. 14. Metam. 97.

Adolescentia feruida. Senec. Octau. 8. 2.
Feruidi animi vir. Liu. 2. ad Vrbe, 229.
Bella feruida. Silius lib. 3. 74.
Cura feruida. Tibull. lib. 4. eleg. 11. 2. Idem lib. 3. eleg. 7. 7.
Dicta feruida. Virg. 12. Aeneid. 177.
Feruidū quoddā & petulās & furiosū genus dicēdi. Ci. de Clar. Ora. 130.
Feruida oratio. Cic. de Claris Orat. 55. Appii Claudii volubilis, sed paulo feruidior erat oratio.
Virtus feruida. Catull. Argon. 59. 44.
Féruide, pen. corr. Aduerbium, (ζεστῶς,) Plaut. Trucul. 8. 2.
Num tibi nam amabo, ianua est mordax mea, quo introire
Metuas mea voluptas? D. feruide vt tota floret, vt oleum
Nitidè nitet.
Feruor, feruôris, (ζέσις,) Calor vehemens. Plin. lib. 11. cap. 21. 1. Indi furantur æstiuo feruore aurum erutum à formicis tempore hyberno.
Aetatis feruor. Cic. de Senect. 41.
Maris feruor. Cic. de Prouinc. Consul. 24.
Mentis feruor. Cic. 1, de Orat. 111.
Pectoris feruor. Horat. 1. Carm. ode 16. 5.
Igneus feruor, Vide IGNIS.
Nimium pronus feruor. Claud. de bello Get. 96.
Siccis aer feruoribus vstus. Ouid. 1. Metam. 25.
Accessit feruor capiti. Horat. 2. Serm saty. 1. 5.
Nimis torret feruoribus ætherius sol. Lucret. lib. 5. 44.
Insidet in venis & medullis feruor, Vide INSIDEO.

Ferula, huius ferulæ, pen. corr. (νάρθηξ,) Herba quæ Græcis narthex dicitur, soli Aphricæ cognita: fœniculo similis foliis & caule, nisi quòd caulem habet multo altiorem & crassiorem, vnde Clearchus ferulam esse dixit lignū & non lignum: tum propter crassitudinē caulis, tū quia caulis intus esset medullosus quemadmodū fœniculus, atque idcirco minus solidus & compactus. quapropter eo caule vtebātur magistri ludi literarii apud antiquos ad feriendos pueros. Plin. lib. 13. cap. 22. 4. Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria, geniculaтis nodata scapis. Duo eius genera, Narthecea Greci vocant, assurgentē in altitudinem: Nartheciam verò semper humilem, à genibus exeūtia folia maxima, vt quæque terræ proxima. Cætero natura eadem quæ anetho, & fructui similis. Nulli fruticum leuitas maior, ob id gestata facilius baculorum vsum senectuti præbet. Colu. lib. 3. de arboribus, ca. 22. ad finem, In quo scrobe destinaueris nucem serere, terram minutā in modum semipedis ponito. Ibiq́ue semen ferulæ repangito. Quum ferula fuerit enata, eam findito: & in medullam eius sine putamine nucem græcam vel auellanam abscondito.
Accommodare ferulas, Vide ACCOMMODO.
Cædere ferula. Horat. 1. Serm. saty. 3. 24.
Florentes ferulæ. Virg. 10. eclog. 5.
Florentes ferulas & grandia lilia quassans.
Frangere ferulas dicitur, in quo ferulæ franguntur. Iuue. Saty. 6. 48.
– hic frangit ferulas, rubet ille flagellis.
Ferulæ manum subduximus, Id est nos quoque literas didicimus, & præceptorum opera vsi sumus. Nam antiquitus literatores, discipulorum manus ferula cædebant. Hinc Martialis lib. 14. 85. de ferula, Inuisæ nimium pueris, gratæque magistris,
Clara Promethæo munere ligna sumus. Idem lib. 10. 62.
Ferulæque tristes, sceptra pædagogorum
Cessent. Notauit id eleganter Colu. in carmine, Nec manibus mites ferulas. Item, –ferulæque minaces
Plantantur. Iuuenal. Satyr. 1. Et nos ergo manum ferulæ subduximus. Ferulæ etiam aptæ continendis ossium fracturis. Cels. lib. 8. cap. 10. Membrum eo modo deligandum, ferulæq́ue super accōmodandæ sunt, quæ fissę circumpositæque, ossa in sua sede contineant. Budæus.
Ferulaceus, Adiectiuum (ναρθηκώδης,) In modum ferulæ, vel ferulæ similis. Plin. lib. 15. cap. 7. 2. Et in Hispania prouenit repentè altitudine oleæ, caule ferulacco. Idem lib. 18. cap. 7. 4. At milium & panicum in culmum geniculatum & concauum, sisama verò in ferulaceum scilicet fastigiatur.

Ferus, Vide FERA.

FESCENNINVM, Oppidum Campaniæ, inquit Seruius, vbi nuptialia inuenta sunt carmina. Plinio Fescennia Hetruriæ ciuitas dicitur: cuius populi ducunt originem ab Atheniensibus. Virg. 7. Aeneid. 139. Hi fescenninas acies, æquosque Faliscos.
Fescennini versus, dicebantur qui in nuptiis canebantur. Dicti quòd ex vrbe Fescennina allati essent: siue quòd fascinum putantur arcere. Hec Festus. Liu. 7. ab Vrbe, 7. Qui non sicut antè fescennino versu similem incompositum temere, ac rudem alternis iaciebant.
Erant hi versus omni obscœnitate & opprobriis pleni. Macrob. lib. 2. Saturnal. Temporibus triumuiralibus Pollio quum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait, At ego taceo: non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere. Budæus.

Licentia fescennina. Horat. 2. epist. 1. 30.
Fescennina locutio. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56 26.

Fessus, Adiectiuum (ἀπειρηκώς, κεκμηκώς,) à fero, fers deriuatū, hoc est fatigatus: quoniam qui continuè ferunt onera, facilè fatigantur. Dicitur autem tam de animo quàm de corpore, authore Valla lib. 4. Virg. 2. ecloga, Thestylis & rapido fessis messoribus æstu. Sic Plinius lib. 7. cap. 52. 3, Puerum æstu & itinere fessum.
Fessus de via. Cic. Acad. 1. Et in Somnio Scip. 4.
Aetate fessus. Virg. 2. Aeneid. 119.
Fessus bello. Cic. 1. de Diuinat. 162.
Bello longo fessi. Virg. 2. Aeneid. 22.
Viarum errore fessus. Silius lib. 15. 142.
Inedia fluctibusque fessum recreare. Cic. Pro Plancio, 21.
Luctu fessa. Ouid. 14. Meta. 85.
Plorando fessus. Hirtius Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 15. 325. 8.
Studiorum pondere fessus. Ouid. ad Pisonem, 38.
Videndi satietate fessus. Lucret. lib. 2. 208.
Valetudinibus fessus. Tacit. lib. 19. Circo quoque ac theatris, & amœnitate vrbis emollitos, aut valetudinibus fessos.
Viā fessus. Ouid. 14. Metam. 85.
Fessus vita. Plin. lib. 5. cap. 17. 1.
Fessus vulnere, Fessus cursu. Liu. 1. ab Vrbe, 106.
Fessus rerum. Virg. 1. Aeneid. 37,
Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiaque arma
Expediunt fessi rerum. Vbi Seruius, Fessi rerum, hoc est penuria fatigati. Et fessus generale est. dicimus enim Fessus animo: vt Virgil. 8. Aeneid. 47,
–ter fessus valle resedit. nimirum, egens consilii. Et fessos corpore: quod magis est proprium. Et fessus rerum, à fortuna venientium. Hactenus Seruius.
¶ Artus fessi. Virg. 2. Aeneid. 51.
Caput fessum viridi summisit in herba, Ouid. 3. Metam. 101.
Corpora fessa. Virg. 4. Aeneid. 105.
Dies fessa. Stat. 2. Sylu. 2. 10.
Genis fessis obrepsit somnus. Senec. Troad. 6. 7.
Latus fessum depone sub lauru mea. Horat. 2. Carm. ode 7. 4.
Membra fessa. Ouid. epist. 4. 18.
Fessæ naues. Virg. 5. Aeneid. Quoque magis fessas optē dimittere naues,
Vbi Seruius, Fessas naues, pro nos fessos.
Oculos fessos furari labori. Virg. 5. Aeneid. 168.
Pectus fessum curis. Senec. Hippol. 2. 33.
Senectus fessa. Lucan. lib. 2. 26.
Viator fessus. Horat 1. Serm. saty. 5. 4.
Virtus fessa. Senec. Hippol. 7. 3.
Vox mihi fessa loquendo. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 17.

Festino, festinas, p. pro. (σπεύδω, ἐπείγω, σφαδάζω, θέω, σπέρχω,) festinare, Properare, & accelerare gressum. Plau. Epi. 2. 74.
Abi à me in malam rem maximam.
Cum isthac conditione. E. Sanè, siquid festinas. Idem Asin. 5. 5, Remigio veloque quantum poteris festina & fuge. Idem Casina, 12. 19. Ibidem, 18. 13. Cic. ad Atticum, lib. 14. 319. 1. Eros autem festinauit vt ad me literæ Dolabellæ perferrentur. Terent. Heaut. 1. 1. 73,
Video alios festinare, lectos sternere,
Cœnam apparare: pro se quisque sedulò
Faciebat. Virg. 2. Aeneid. 75, Festinate viri.
Properare & festinare. Cic. 9. Philipp. 260.
Festinat ad vrbem. Plin. de Viris illustr. 39, Sed quum ad Camerinam ab hostibus obsessam festinaret, à Pœnis in angustiis clausus est. Plin. lib. 7. cap. 10. 5. Festinat ad fratrem.
Ad euentum festinare. Horat. de Arte, 30.
In aliquem locum festinare. Quintil. lib. 6. cap. 3. 27. At Marcus Cælius de illa C. Lælii, Collegæque eius in prouinciam festinantium contentione. Verba sunt Ciceronis. pro Cluentio.
Nihil festinare, Vide NIHIL.
Animus festinat ad aliqua. Cic. 2. Philipp. 63.
An singulare alicuius factum festinat oratio. Cic. 1. Philipp. 2.
¶ Festinare, Festinanter conficere. Ouid. 11. Metam. 116.
& iam, quas induat, illa Festinat vestes.
Esseda festinant, pilenta, petorita, naues. Horat. 2. epist. 1. 39.
Fugam festinare. Virg. 4. Aeneid. 115.
Mortem in se festinauit. Tacit. lib. 4.
¶ Festinare, Properare, turbari, trepidare. Terent. Eunuch. 4. 3. 8. Quid istuc? quid festinas, aut quem quæris Pythia? Sallust. Festinantibus in summa inopia patribus. Terent. Adelph. 3. 2. 25,
–quid festinas mi Geta? Animum recipe. Donatus.
¶ Festino effugere. Plin. lib. 9. cap. 8. 10. Solumque locum pandendis retibus habilem effugere festinant. Quintil. lib. 9. cap. 4. Finem imponere egresso destinatum modum volumini festino.
¶ Festinare & Properare veteres voluerunt inter se differre. Cato ora-

Universidad de Deusto Biblioteca

tione quam de suis virtutibus scripsit, Aliud est properare, aliud festinare. Qui vnum quid maturè transigit, is properat: qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat. Verum vtriusque verborum ratio sub hac significantia proxima est veritati, vt sit sæpe animi (properare) studiose ad res aliquas cōtendentis: Festinare corpore necessitatibus obsequendi. Virgil.4.Aeneid. Et mediis properas Aquilonibus ire per altum. Idem 2.Aeneid.75.

Festinate viritim quæ tam sera moratur Segnities? Nonius.

Festinor, pen.prod.(σπεύδομαι,) Passiuum. Tacit.de Moribus German. Nec virgines festinantur. Id est, citò ad coniugium abripiuntur.

Festinans, Participium.(σπεύδων,) Plin.in Paneg.8. Ad hoc ætatis indeflexa maturitas, nec sine quodam munere deū festinātis senectutis insignibus ad augendam maiestatem ornata cæsaries.

Festinâtus, penult.product. Participium(ἐσπευσμένος,) Plin.in Paneg.117. Quinimo festinatis honoribus amplificat atque auget, & maioribus suis reddit.

Calor festinatus. Claud.4.Paneg.45.

Honores festinati. Lucan.lib.8.5.

Iter festinatum facere. Ouid.4.de Ponto.eleg.5.2.

Labores festinati. Stat.1.Achil.32.

Maturitas festinata. Quintil.in Procœ.lib.6.9.

Mors festinata. Tacitus in vita Agricolæ, Ita festinatæ mortis grande solatium tulit.

Festinatio, Verbale.(ἐπίσπευσις, σπουδή,) Cice.pro Milone.37. Quæ causa cur Romam properaret? cur in noctem se coniiceret? quid afferebat festinationem? Id est, quæ causa festinationis?

Festinatio & Otium, contraria. Cic.3.de Orat.117. Quales ipsi quoque oratores, qui sint ætate, honore, authoritate debet videri tempus pacis an belli, festinationis an otii.

Celeritas & festinatio. Cic.pro Rosc.Amer.59.

Festinationis plena epistola & pulueris. Cic.Attico, lib.5.101.3.

Ambitiosa festinatio. Quintil.lib.1.cap.4.17.

Festinationem adhibere. Colu.lib.11.ca.2. Quo cautior villicus vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere.

Ignoscere festinationi alicuius. Cic. Luccio, lib.5.11.3.

Perdit diuisionem festinatio. Quintil.lib.7.cap.2.18.

Præripere festinatione deorum immortalium beneficium. Cicero Attico, lib.14.388.

Ventis remisque in patriam omni festinatione properare. Cicero Cornificio, lib.12.25.8.

In festinationibus non suscipiendæ nimiæ celeritates. Cic.1.Offic.182.

Tollere vnius festinationem alteri. Cic.Attico, lib.31.261.2.

Festinâtor, pen.prod. Verbale,(σπευστής,) Quintil.2.Declamat. Ecce cubiculi vestri fores, trepidè festinatoris effringunt impulsu. Vbi rectius legitur trepidæ festinationis.

Festinâter, Aduerbium,(σπευδόντως,) Celeriter, & cito. Cic.5.de Finib.134. Illud mihi à te nimium festinanter dictum videtur, sapientes omnes esse beatos. Idem ad Atticum, lib.5.47.6. Pridie Cal. Maii Brūdusii, proficiscens festinâter. Sic.Colum.lib.11.cap.1.13. Et lib.6.cap.2.12. Plin.lib.17.cap.11.3. Quia festinantius germinant.

Festinâte, pen.pro.aduerbium. Tacit.libro 15.in principio, Occulto præcepto, compositius cuncta, quàm festinatius agerent: quippe bellū habere quàm agere malebant.

Festinato, penult.product.(ἐσπευσμένως,) Similiter aduerbium. Plinius libro.18.cap.10.8. Quod nisi festinatò peragatur, lurido colore mucescere. Quintil.lib.4.cap.2. Quàm nihil præparatò, nihil festinatò fecisse videtur Milo?

Festînus, pen.prod.(ἐπιταχύς,) Adiectiuum, Celer.

Canities festina venit. Claud.de Nupt.Honorii, 65.

Cursu festinus anhelo. Ouid.11.Metam.70.

Senectus festina. Valer.4.Argonaut.95.

Cruda festinaque virtus. Stat.9.Thebaid.144.

Festine, pe.pro. Aliud aduerb. Cic.Atti.lib.4.83.2. Siquid fortè de comitiis, de Republica, (soles enim tu hæc festinè odorari) scribas ad me.

Festiuitas, Festiuus, Vide FESTVS.

Festuca, festucæ, penult.prod.(κάρφος,) dicitur arboris nouellæ, & cuiusque sati pullulus. A fœnore deducit Festus, atque ideo per œ à nonnullis scribitur. Columel.lib.8.cap.15.5. Per quos festucæ, surculique in auiariis passim spargendi sunt, vt colligere possint aues, quibus nidos construant. Plinius libro 9.cap.10.4. Fœminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat auersæ. Sic lib.10.cap.4. Villaribus gallinis & religio inest: inhorrescunt edito ouo, excutiuntque sese, & circumactæ purificant, ac festuca aliqua sese & oua lustrant.

Festucam solebant Romani iniicere in corpus eius, quē manumittebant, serui vt docet Plutarchus in libello de iis qui sero puniuntur à deo. Plaut.Milit.13.15. Quid ea? ingenua an festuca facta, serua an libera est? Persius Satyr.5. Non in festuca lictor quam iactet ineptus.

Festucarius, Adiectiuum. Gell.lib.20.ca.9, Idcirco Ennius significare volens bellum, nō, vt ad Prætorem solitum est, legitimis actionibus, neque ex iure manu consertum, sed bello, ferroque & vera vi atque solida, quod videtur dixisse conferens vim illam ciuilem & festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica & cruenta.

FESTVS, Domiciani amicus, qui dum mentagra vsque ad desperationem laboraret, gladio se traiecit, prius tamen amicos consulatus. Eius mortem Martialis lib.1, sic describit,

Indignas premeret pestis quum tabida fauces,
 Inque ipsos vultus serperet atra lues:
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos,
 Decreuit Stygios Festus adire lacus.
Nec tamen obscuro pia polluit ore veneno,
 Aut torsit lenta tristia fata fame:
Sanctam Romana vitam sed morte peregit,
 Dimisitque animam nobiliore via.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
 Fama potest: huius Cæsar amicus erat.

Festus, Adiectiuum,(ἑορτώδης, ἑορτάσιμος,) Solenniter lætum & feriatum significat, inquit Nonius, atque ad diem pertinet. Festi itaque dies erant, in quibus vel sacrificia diis offerebantur, vel dies diurnis epulationibus celebrabatur, vel ludi in honorem deorum fiebant, vel feriæ obseruabantur. Plaut.Aulul.13.10, festo die siquid prodegeris, Profesto egere liceat, nisi peperceris. Liuius 2.ab Vrbe 89. His COSS. ædes Saturno dicata. Saturnalia institutus festus dies. Virgil.1.Georg.54. Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas & iura sinunt.

Festus dies hominis. Terent.Eunuch.3.5,12.

Chærea quid est quod sic gestis? quidve sibi hic vestitus quærit?
 Quid est quod lætus sis? quid tibi vis? sat'ne sanus? quid me
 Aspectas? quid taces? c. ô festus dies hominis: amice
 Salue. Donatus, O festus dies, Vtrū quia causa est festi ac læti diei? an quia ipse tantus sit quantus est festus dies? vel, Homo festi diei.

¶ Aduentus alicuius dies festos agere. Cic.pro Sestio.114.

Acti & instituti dies festi. Cic.pro Milone.75.

Agitantur dies festi. Cic.4.Verr.103. Virg.2.Georg.106.

Anniuersarios dies festos agere. Cic.6.Verr.36.

Celebrare dies festos ludorum. Cic.pro Archia, 9.

Festi atque solennes dies sunt aduentu redituque alicuius celebrati. Cic.in Pisonem.40.

Sub dies festos aliquid esse. Cic.Q.fratri, lib.2.5.1.

¶ Arces festæ Palladis. Ouid.2.Metamor.143.

Aures festæ vocantur Claudiano, quæ iocis, & lætis sermonibus audiendis commodantur. Sic ille de bello Get.42.

 Mandemusne Noti flabris quoscunque timores
 Pertulimus, festæ doleant ne tristibus aures?

Festa ceruix, pro Læta & iocunda. Plin.lib.3.cap.5.3. de Italia loquens, Vrbs Roma, vel sola in ea, & digna tam festa ceruice facies, quod tandem narrari debêt opere?

Choreæ festæ. Ouid.8.Metam.117.

Festus clamor. Plin.epist.17.lib.2. Quum reliqua pars tecti licentia dierum, festisque clamoribus personat.

Conuitia festa. Lucan.lib.2.74. de Catonis & Martiæ nuptiis, Non soliti lusere sales, nec more Sabino.

 Excepit tristis conuitia festa maritus. Hoc est ridicula dicteria, & versus fescenninos atque procaces in nuptiis cantari solitos.

Corona festa tegi. Ouid.10.Metamor.119.

Cultus festus. Senec.Troad.10.5.

Dapes festæ. Horat.Epod.9.1.

Licentia festa. Quintil.lib.6.cap.3.10. Quin illæ ipsæ, quæ dicta sunt, ac vocantur, quas certis diebus festæ licentiæ dicere solebamus, &c.

Lux festa. Tibull.lib.2.eleg.1.6. Horat.4.Carm.ode 6.9.

Pagus festus. Horat.3.Carm.ode 18.3.

Festa pax. Plin.lib.2.cap.46.2. Nunc vero pace tam festa, tam gaudente prouentu rerū artiumque principe, omnino nihil addisci noua inquisitione, imo ne veterum quidem inuenta perdisci. Sic lib.14.in Proœmio, 2. Ouid.2.Metamorph.79.

 -& festa pace nitentem.

Tempus festum. Horat.2.epist.19.

Festior Comparatiuum. Claud.6.Paneg.1, Festior annus erat.

Festum, festi, Substantiuum,(ἑορτή, πανήγυρις, τελετή,) vt Solenne festū. Ouid.2.Fast.50.

Annua festa celebrare. Ouid.10.Metam.85.

Casta festa. Ouid.3.Amorum, eleg.12.1.

Coniugialia festa. Ouid.c.Metamor.1.

Florale festum. Ouid.4.Fast.191. Vide Floralia.

Matralia festa. Ouid.6.Fast.107. Vide Matralia.

Parilia festa. Ouid.14.Metam.155. Vide Parilia.

Quinquatria festa. Horat.2.Epist.40. Vide Quinquatria.

Terminalia

Terminalia festa. Horat.Epod.2.12. Vide Terminalia.

Agere festum genialiter. Ouid.11.Metam.20.

Celebrare festum. Ouid.4.Metam.1.

Parare festa alicui. Ouid.3.Fast.40.

Festîuus, pen.prod. Adiectiuum,(ἐυτράπελος, ἐυτερπής, τερπνός,) Iucundum & lepidum significat. Plaut.Mil.8.108.

Nimium festiua mulier operam præbuit. Ibidem, 13.12.

 Hunc arrabonem amoris primum à me accipe.

PY. Quid hic? aut vnde est? PA. à luculenta atque festiua fœmina. Teré. Adelph.5.9.26. O mi pater festiuissime. Cic.5.Verr.137.

 Quid isto festiuius fore arbitramur, qui, &c.

Filius festiuus. Cic.pro Flacco, 70.

Homo festiuus. Cic.2.de Orat.153.

Puer festiuus. Cic.Attico, lib.1.7.8.

Acroama festiuum. Cic.6.Verr.43.

Festiua area. Plin.epist.17.li.2. Quibus paruula, sed festiua area includit.

Festiuum caput, per ironiam, pro Lepido & iucundo homine. Terent. Adelph.2.3.8.

 Quid est? c. quid sit? Illius opera Syre nunc viuo, festiuum caput.

Festiuus locus. Plaut.Milite, 4.5.

 Nunc qua assedistis causa in festiuo loco,
 Comœdiæ huius quam nos acturi sumus,
Et argumentum & nomen vobis eloquar. Idem Pseud.22.7.

 -profectò ædepol ego nunc probè habeo
 Madulsam, ita excurato victu, ita magnis munditiis
 Digni habiti, atque loco festiuo festiuè accepti sumus.

Festiui ludi. Plaut.Casina, 17.2.

 Nec pol ego Nemeæ credo, neque ego Olympiæ,
 Neque vsquam ludos tam festiuos fieri, &c.

Festiuus sermo. Cic.1.Offi.151. De Græcis autem dulcem & facetum, festiuique sermonis.

Festiuitas, pen.correp. huius festiuitâtis,(ἐυτραπελία,) Iucunditas & læteria quædam in dictis. Plaut.Capt.13.3. Lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias, &c. Idem Casina, 13.14. Quid agis mea festiuitas? Terent. Eunucho, 5.9.18.

 An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit:
 Quæ tot res, tantas, tam opportunè in vnum conclusit diem?

An mei patris festiuitatem & facilitatem? Cic.de Claris Orat.91. Festiuitate igitur & facetiis, inquam, C.Iulius L.F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit.

Festiuitas, splendor, concinnitudo in oratore. Cic.1.de Inuent.37.

Perpetua festiuitas. Cic.2.de Orat.121.

Abuti insolentius festiuitatibus. Cic.in Orat.101.

Imaginem antiquæ & vernaculæ festiuitatis in aliquo agnoscere. Cice. Pæto, lib.9.15.6.

Festiuitate, & venustate coniuncta vis dicendi. Cic.1.de Orat.126.

Sermonis festiuitatem debet habere narratio. Author ad Herennium, libro.1.14.

Festiuè, pen.prod.(τερπνῶς,) Aduerbium. Cic.ad Quintum fratrem, lib.3.16.13. Quanquam à te actam fabellam video esse festiuè, nullo modo probaui. Idem ad Atticum, lib.4.83.2. Soles enim tu hæc festiuè odorari.

Contexitur festiuè crimen. Cic.pro Deiotaro, 12.

Bellè & festiuè dicere. Cic.2.de Orat.51.

Dissoluere festiuè aliquid. Cic.2.de Diuinat.51.

Tradit festiuè elementa loquendi Dialectica. Cic.4.Academ.163.

FESVLAE, pen.corr. Fesularum, vrbs olim Hetruriæ, non procul à Florentia. Nunc vicus modicus, licet episcopalem sedem retineat.

Fex, Vide FAEX.

F I

Fiber, fibri, m.g.(κάστωρ,) Animal in Ponto: sic dictum ab extremis oris amnium quas colit, & vbi maximè solet videri. Plin.lib.8.cap.30.4. Easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo vrgente, ob hoc se peti gnari: castoreum id vocant medici, aliàs animal horrendi morsus, arbores iuxta flumina vt ferro cædit, hominis parte comprehensa, non antè quàm fracta concrepuerint ossa, morsus resoluit. Cauda piscium iis, cætera species lutræ. Vtrunque aquaticum, vtrique mollior pluma pilus.

Auius fiber. Silius lib.15.96.

¶ Fiber, Genus vespæ quadrupedis, vt inquit Festus. Plau. Sic me subes quotidie, quasi fiber salicem.

Fibrînus, pen.prod. Adiectiuum.(κάστορος,) Plin.lib.17.cap.28.5. Fibrina pelle detergunt. Sic lib.32.cap.9.15.

Fibra, fibræ,(ἶνες, λοβός,) extremæ fluminum oræ, teste Festo. Item iecoris & cordis & cuiuscunque visceris extremæ partes, fibræ dicuntur. Virg.lib.6.Aeneid.

 -nec fibris requies datur vlla renatis.

Celsus libro.4.cap.1. Pulmo spongiosus, ideoque spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi iunctus, in duas fibras vngulæ bubulæ modo diuiditur,

Pers.Saty.1.5. -neque enim mihi cornea fibra est. Id est non sunt mihi ita dura præcordia, vt laudis amore non capiar. Budæus.

Fibræ in sanguine sunt partes crassiores cōcretionesque, quales sunt quas lanii è sanguine porcino eximunt hodie, vt farcimina fiant. Budæus.

In extis fibra quid valeat. Cic.1.de Diuinat.28.

Venæ calentes fibrarum. Lucan.lib.1.117.

Pecudum fibræ. Virg.10.Aeneid.35.

Quod latet arcana non enarrabile fibra. Pers.Saty.5.3.

Conscia fibra deorum. Tibul.lib.1.eleg.8.1.

Minaces fibræ. Virg.1.Georg.96.

Pellucentes numerare in pectore fibras. Ouid.6.Metam.79.

¶ Fibræ, Venarum prætenues meatus, per quos sudor transpirat. Plinius lib.11.cap.37.64. Murium iecusculis fibræ ad numerū lunæ in mense congruere dicuntur, totidemque inueniri, quotum lumen eius sit.

¶ Fibræ, Minutæ radices arborum, herbarumque extrema velut fila. Plinius lib.17.cap.10. de arborum sationibus ait solū eligi oportere quā minimè rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Virgil.1.Georg.24. -& amaris intuba fibris. Colum.de allio, Quum ternas fibras emiserint, spicæ sarriantur. Idem lib.2.cap.12. Triticum & adoreum quū quatuor fibras habere cœperint. Idem lib.6.cap.10, Porri etiam succus cum oleo vel ipsa fibra. Cic.de Senect.47. Deinde tepefactum vapore & complexu suo diffindit & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit. Idem.3.Tusc.22. Radicum fibras euellere.

Fibrâtus, pen.prod. Adiectiuum(ἰνωτός,), vt Fibrata radix ceparum modo. Plin.lib.25.cap.5.10. Idem lib.27.cap.12.2. Radix digitali crassitudine, multis capillamentis fibrata.

Fibula, fibulæ, pen.corr.(πόρπη, περόνη,) Circulus, & propriè ornamentum cinguli ad vestem subligandam. Virg.1.Aenei.28. Aurea purpuream subnectit fibula vestem. Plin.lib.33.cap.1.7. Fabricam etiā deūm fibulas, & alia muliebris cultus. Fibula est quæ vulgo agrapha dicitur. Budæus.

Ferrea fibula. Quintil.lib.6.cap.3.40.

Rasilis hinc summam mordebat fibula vestem. Ouid.8.Metam.64.

Tereti gemma fibula. Virg.5.Aeneid.62.

Fibulis aureis donabantur antiquitus milites. Liu.7.bel.Pun.116. Tum puero annulum aureum, tunicam lato clauo cum Hispano sagulo, & aurea fibula, equumque ornatū donat. Idē.9.bel.Maced.128. Quintius alter Prætor suos equites catellis ac fibulis donauit.

¶ Fibula in ædificiis est, quam vulgò clauem vocāt: vel ferrea, craponū vulgò dicitur, quo quadrati inter se reuinciuntur. Vide Vitruuium.

Fibulis tigna coniuncta. Cæsar.4.bel.Gall.525. Hęc vtraque insuper bipedalibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis vtrinque fibulis, ab extrema parte distinebantur.

¶ Fibula, Circulus æneus. Colu.de Bobus, lib.6.ca.5. Aenea fibula pars auriculę latissima circumscribitur, ita vt manante sanguine, tanquam o literæ, ductus appareat orbiculus. Quo in loco ex vetusto codice legitur Aenea subula.

¶ Fibulæ, quibus vulnera contrahuntur. Celsus, Ipsi autē plagæ iniiciendæ duæ fibulæ sunt, & medicamenta, quo glutinentur. Idem lib.7.ca.4.&.25, de infibulandi ratione.

Fibulo, fibulas, pen.corr.(περονάω,) fibulare, Coniungere. Colum.lib.1.cap.6.8. Omnesque parietum & soli iuncturæ testaciis puluinis fibulantur. Nam ferè quum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præbent ac latebras subterraneis animalibus.

Ficarius, Vide FICVS.

Ficédula, ficedulæ, pen.corr.(σῦκαλίς,) Auis à ficu sic dicta: quòd ea, vt inquit Varro, ficu pinguis fiat. Gellius lib.19.ca.8. Hi negant vllam auem præter ficedulam totam comesse oportere. Budæus. Martialis lib.13.49.

 Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus vuis:
Cur potius nomen non dedit vua mihi? Plin.lib.10.cap.29, Alia ratio ficedulis. Nam formam simul coloremque mutant.

 Hoc nomen non nisi Autumno habent, postea melānchoryphi vocant.

Fíctilis, Fictor, Vide FINGO.

Ficus, secundæ vel quartæ declinationis, fœm.gene.(συκῆ, σῦκον,) Arbor ficus ferens. Plin.lib.16.cap.26.4. Fructum perdunt facillimè ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus. Idem lib.16.cap.31.4. Quidam breuitate radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt fici, quarū radices longissimæ, & senectus ocyssima. Sic Cato cap.42. Iuuen.Saty.10.5. -ad quæ Discutienda valent sterilis mala robora fici. Quartæ declinationis, Cic.2.de Orat.154. Cui quum quidam familiaris quereretur, quòd dixerat vxorem suam suspendisse se de ficu. Quintil.lib.6.cap.4. Querenti quòd vxor sua è ficu se suspendisset.

Densissima pomis ficus. Ouid.2.Fast.51.

Inarescens ficus à rore. Vide INARESCO.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Ficus, fructus, secundæ etiam declinationis & quartæ, fœminini similiter generis. Plin. lib. 15. cap. 18. 1. E reliquo genere pomorum ficus amplissima est: quædam & piris magnitudine æmulæ. Cic. in Catone, Ex tantulo grano fici. Horat. 2. Serm. Saty. 8. 18. Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi. Iuuen. Saty. 14. – si vis aliam decerpere ficum. Mart. Res mira est, ficus non habet vnus ager. Plin. lib. 25. cap. 10. 5. Aiunt in foliis eius quam fœminam diximus, ficus omnino non putrescere. Horat. Epod. 16. 10, Suamque pulla ficus ornat arborem. Varro, lib. 1. de Re rust. cap. 41. Fici, inquit, semen naturale intus in ea fico quam edimus, quæ sunt minuta grana, è quibus paruis, quòd enasci coliculi vix queunt. Et paulo pòst, Tum enim resticulas per ficos, quas edimus, maturas perferunt, & eas quum inaruerint complicant.

¶ Ficum pro fructu, masculino genere probant nonnulli ex corrupto loco Plinii, lib. 16. cap. 25. qui nunc sic legitur, In ficis mirabiles sunt & abortus, qui nunquam maturescunt.

¶ Arbor fici. Cic. pro Flacco, 51, Homini enim Phrygi qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti.

Ex fici tantulo grano terra tantos truncos ramosque procreat. Cicero de Senect. 48.

Aridæ ficus. Vide ARIDVS.

Ficus anus. Vide ANVS.

Pingues fici. Horat. 2. Serm. Saty. 8. 18.

¶ Ficos biferias, nouè dixit Sueton. in Aug. cap. 76. pro fructu arboris biferæ, Secundarium (inquit) panem, & pisciculos minutos, & caseum bubulum manu pressum & ficos virides biferas maxime appetebat.

¶ Ficus, Morbus, secundæ declinationis, masc. gen. Martial. lib. 1. Dicemus ficos Ceciliane tuos. Sunt qui hoc loco ficus legant. Nascitur hoc vitium ferè in capite, tum in capillo, tũ in barba & locis obscœnis, quæ pilis integuntur. Corn. Celsus, lib. 6. cap. 3. Est etiam vlcus quod à fici similitudine. Græcis σύκωσις nominatur. Caro excrescit, & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt, Alterum vlcus durum & rotũdum est, alterum humidum & inæquale. Ex duro, exiguũ quiddam & glutinosum exit: ex humido, pus mali odoris. Fit verò vtrũque in his partibus, quæ pilis conteguntur. Sed id quidem quod callosum, & rotundum maxime est in barba: Id verò quod humidum, præcipue est in capillo.

Ficulus, ficuli, pen. corr. Diminutiuum, (συκίδιον,) pro parua ficu. Plaut. Stich. 14. 8. – hoc conuiuium est
Pro opibus nostris, satis commodulè nucibus, fabulis, ficulis, &c.

Ficêtum, ficêti, pen. prod. (συκών,) Locus ficis consitus. Varro, Ficusque densa materia non est, ideo sequitur calidiorem: quo fit vt in locis frigidis ficeta fieri non possint. Martialis,
Vt pueros emeret Labienus, vendidit ortum:
Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

Ficarius, Adiectiuum, (συκοφάγος,) Qui libenter comedit ficos. Plin. lib. 11. cap. 35. Ficarios culices caprificus generat.

Ficariæ crates. Cato, cap. 48. 2. Eo sarmenta aut ficarias crates imponito quę frigus arceant & solem.

Ficaria, ficariæ, (συκέα,) pro ficu arbore, vel potius vbi fici cõseruntur. Pallad. lib. 4. Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt.

Ficitor, ficitoris, (συκόφιλος,) Ficorum amator, seu ficorũ collector. Neuius, Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

Ficulnus, Adiectiuum, (σύκινος,) Quod est arboris fici, aut ex fico arbore. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 8.
Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.

Ficulneus, Adiect. (σύκινος,) Idem quod ficulnus. Plin. lib. 15. ca. 28. 7. Sunt & ficulnei caules. Legitur & ficulni. Cato, Fibulæ vnde fiant aridæ iligneæ, vlmeæ, nuceæ, ficulneæ, face vt in stercus aut in aquã cõiiciantur. Sic Varro. 3. de Re rust. cap. 16. 19. Ficulnea ligna.

Ficulnea arbor. Colum. lib. 5. cap. 11. Ad crus arboris ficulneæ religa.

Fidelia, fideliæ, Genus vasis Samii. Persius,

Disce, nec inuideas quòd multa fidelia putet
In locuplete penu. Plaut. Aulul. 18. 15. Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Columella, lib. 12. cap. 38. In fictili fidelia sacro loco reponuntur.

Non cocta fidelia. Pers. Saty. 3. 5.

Tumet alba fidelia vino. Pers. Saty. 5. 19.

¶ Fidelia, genus chordæ creta illitæ, qua vtuntur fabri lignarii, vel alii ad lineas sui operis designandas.

¶ De eadem fidelia duos parietes dealbare, Prouerbiũ pro eo quod est Eadem re duplicem inire gratiam: eademque opera duos pariter demereri. Curius ad Ciceronem, lib. 7. 30. 4. Sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum errare, & putare, me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Volebat enim Curius pariter & Attico & Ciceroni videri amicus summus: ac de se vno fructum quidem Ciceronis, Mancipium autem Attici facere. Tractum videtur ab his, qui parietibus opus albarium superinducunt. Erasmus.

Fedelis, Vide FIDES, fidei.

FIDENA, Fidénæ, pen. prod. & Fidenæ, Fidenarum, plur. vrbs Latinorum mediterranea. Virg. lib. 6. 155. Hi tibi Nomẽtũ, & Gabios, vrbẽq; Fidenam. Iuuen. Saty. 6. Viuat Fidenis, & agello cedo paterno.

Viæ Fidenæ. Propert. lib. 4. eleg. 1. 8.

Vici Fideni. Horat. 1. epist. 11. 2.

FIDENATES, pen. prod. populi Sabinorum in Italia, authore Plinio lib. 3. cap. 12.

Fidentia, Vide FIDES, fidei.

Fides, huius fidei, penult. corr. fœm. gen. (πίστις,) Est authore Cicerone lib. 1. Offic. 35. Dictorum conuentorumque constantia & veritas. Ex quo (quanquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen vt audeamus imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt vnde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Terent. Heaut. 2. 3. 15. Sed video eccos quos volebam. C. ô Iuppiter vbinam est fides. Idem And. 5. 2. 16. Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides.

Fidei, pen. prod. apud Lucretium, lib. 5. 21.
– via qua munita fidei, &c.

Fide pro fidei, apud Horat. 3. Carm. ode. 7. 1.
Thyna merce beatum,
Constantis iuuenem fide Gygen. Idem. 1. Serm. Saty. 19.

Conspicuus fide. Ouid. epist. 5. 25.

Ad fidem. Vide AD.

Absonum fidei. Vide ABSONVS.

Constans fidei. Tacitus, lib. 19. Neque fidei constans, neque strenuus in perfidia.

Lapsus fidei. Vide LABOR verbum.

Modus fidei. Stat. 1. Sylu. 2. 33.

Obstinatio fidei, in bonã partem, pro obfirmatione. Tacit. lib. 19. Blæso super claritatem natalũ, & elegantia morũ, fidei obstinatio fuit.

Fidei plenus, Fide dignus. Cic. de Senect. 1. Licet enim versibus iisdẽ mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus.

Fidei preclarus. Tacit. lib. 4.

Sinister fidei. Silius, lib. 1. 12.

¶ Causarum fides. Quintil. lib. 1. cap. 8. 7.

Fides & religio iudicis. Cic. pro Rosc. Com. 26.

Probationum fides. Quintil. in procem lib. 4. 5.

Fides solutionis. Plin. epist. 155. b. Præterea quum reputarem quosdam ex debito aliquantulum, quosdam aliquid, quosdam nihil reposuisse, nequaquam verum arbitrabar, quos non æquasset fides solutionis, hos benignitate remissionis æquari.

Tabularũ fides, Id est authoritas, quo modo accipitur in titulo De fide instrumentorum. Cic. pro Archia. 8. Quum Appii tabulæ neglegẽtius asseruatæ dicerentur, Gabinii, quãdiu incolumis fuit, leuitas, post dãnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset.

Testimoniorum fides & religio. Cic. pro Flacc. 7.

¶ Fides est quod vulgò conscientiam dicimus. Cic. pro Cęlio. 15. Sed vestræ sapientiæ tamen est Iudices, nõ si causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Cælium, ideo vobis quoque vos causam putare esse iustã alieno dolori potius, quàm vestræ fidei consulendi. Licet hoc Cicero dicere videri possit propter iusiurandum iudicum. Inde fideicommissum dictum videtur. Idem pro Arch. 5. Adest vir summa authoritate & religione, & fide, L. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audiuisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. Budæus.

Fides est iustitia in rebus creditis. Cic. in Partit. 41.

Constantia promissi & fides. Cic. Att. lib. 4. 68. 1.

¶ Fides, est commendatorum fida executio, vel obseruantia. Terentius And. 1. 1. 7.
Nihil isthac opus est arte ad hanc rem quam paro:
Sed his quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. Donatus.

Fides & fiducia. Plaut. Trinum. 77. – subigis maledictis
Me tuis Megaronides nouo modo, adeò vt quod meæ concreditum
Sit taciturnitati clàm, fidei & fiducię, ne enuntiarem cuiquam,
Neu facerem palàm, vt mihi necesse sit iam id tibi concredere.

¶ Alma fides. Ennius apud Ciceronem. 3. Offic. 241. O fides alma, apta pinnis, & Iusiurandum Iouis.

Ambigua fides. Vide AMBIGVVS.

Angusta fides. Cæsar in principio. 3. bel. Ciuil. Quum fides in Italia esset angustior.

Dolus malus & Fides bona, contraria. Cic. in Topic. 34.

Bonæ fidei emptor. Vide BONVS.

Fidei bonæ possessor, Qui ignorauit rem quam emit, alienam esse: aut putauit eum qui vendidit, ius vendendi habere. Budæus.

Bona

Bona fide, Generalem habet significatum, pro Serio. Sen. epist. 22. Si deponere seruitutem in animo est, & libertas bona fide placuit, &c.

Fide bona dicere. Plaut. Aulul. 26. 42. Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti? Idem Pseud. 19. 33. Bonán' fide isthuc dicis? B. vnde ea sit mihi? Plin. lib. 7. cap. 25. 3. Optima fide concremasse.

Fide bona emere. Plaut. Mostel. 8. 151.
– dii istum perduint,
Imò istuc potius. de vicino hoc proximo
Tuus emit ædeis filius. TR. bona fide?
TR. Si quidem es argentum redditurus, tum bona:
Si redditurus non es, non emit bona.

Fidei bonæ esse. Suet. Augustus populo promissum congiarium reposcenti, bonæ fidei se esse respondit.

Cana fides. Virg. 1. Aeneid. 60. Vide CANVS.

Certa fides, Vide CERTVS.

Clauda fides. Silius lib. 13. 7.

Difficillima est grauissimi cuiusque sceleris fides. Quint. lib. 4. cap. 3. 5.

Dubia fides. Ouid. epist. 18. 40.

Fluxa fides. Tacit. lib. 20. Et fluxa seruitiorum fides, ac fortuita belli sperabantur.

Impolluta fides. Silius lib. 13. 137.

Integra fides. Quintil. lib. 5. cap. 7. 2.

Longa tenaxque fides. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 3.

Manifesta fides. Virg. 3. Aeneid. 75.

Magna fides auium. Ouid. 4. Fast. 164.

Cum fide magna vir, Vide CVM.

Maxima rerum, verborumque fides. Virg. 9. Aeneid. 58.

Fide mea. Plaut. Pseud. 5. 32.
– fac hoc quod te rogamus
Ballio Mea fide, si isti formidas credere. Idem Capt. 6. 101. Mittam equidem istum æstimatum tua fide, si vis. Cic. in Pisonem, 65. Quum accepta pecunia à Dyrrhachinis ob necem hospitis tui Platonis, eius ipsius domum euertisti, cuius sanguinem addixeras, cumque seruis symphoniacis & aliis muneribus acceptis, timentem & multum dubitantem cõfirmasti, & Thessalonicam fide tua venire iussisti. Idem Sulpitio, li. 13. 29. 6. Cures vt satisdetur fide mea. Budæus.

Muliebris fides, Vide MVLIER.

Optima & spectatissima alicuius fides. Cic. pro Flacco, 78.

Nota fide celeberrimus. Stat. 2. Achill. 13.

Nuda fides, Id est non fucata. Valer. 5. Argonaut. 100.

Obstinata fides, Id est obfirmata. Tacit. li. 21, Et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, &c.

Parua fides, Vide PARVVS.

Perennis fides, Vide PERENNIS.

Perpetua fides, Vide PERPETVVS.

Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro. Hora. 1. Car. ode 18. 4.

Prodigiosa fides. Iuuen. Saty. 13. 7.

Fide publica. Liuius, Quos nominatim Philopœmen depoposcerat, ipsi se ituros professi sunt fide accepta [illegible] donec causam dixissent. Salust. Is quum se diceret indicaturum de coniuratione si fides publica data esset, iussus à Consule, quæ sciret edicere: eadem ferè quæ Vulturtius de itinere hostium. &c. Idem, Primo fingere, alia dissimulare de coniuratione. Pòst, vbi fide publica dicere iussus est, omnia vti gesta erant, aperit. Idẽ, Comes eius qui Romam fide publica venerat. Nostri saluum conductum vocant. Securitas autem in hoc significatu vernacula est locutio, non Latina: hoc est, plebiscito potestatem facere impunitate promissa. Budæus.

Pura fides. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 2.

Rara fides albo velata panno. Horat. 1. Carm. ode 35. 5.

Sancta fides. Senec. Octau. 7. 5.

Syncera fides. Claud. in Epithal. 46. 19.

Timida fides. Ouid. 9. Metamor. 159.

Nusquam tuta fides. Virg. 4. Aeneid. 75.

Vana fides. Virg. 4. Aeneid. 3.

¶ A fide aliquem abducere: Id est Pellicere ad se aliquem, & ab aduersa parte diuellere. Cic. pro Flacco, 64. Ita scitote Iudices esse cætera, vel quod ait Lucceius, L. Flaccum sibi dare cupisse, vt à fide se abduceret, sestertium vicies. Vide ABDVCO.

Abiit fides, Vide ABEO.

Abhorrere à fide, Vide ABHORREO.

Abrogare fidem, Vide ABROGO.

Abrumpere fidem. Tacit. lib. 20. Quærente sanè Ciuile, & increpãte Germanos, tanquam fidem per scelus abrumperent. Vide ABRVMPO.

Absoluere fidem. Tacit. lib. 18. Et Vitellius credidit de perfidia, & fidem absoluit. Vide ABSOLVO.

In fidem accipere. Liu. 8. bel. Maced. 133. Orarentque eum vt veniret in Peloponnesum, ad vrbem Lacedæmonem in fidem ditionemque Populi Romani accipiendam.

Fide accepta, Vide Fide publica.

In fidem suam aliquem accipere. Cic. pro Archia, 23.

Accipe daque fidem. Virg. 8. Aeneid. 30.

Fidem acquirere. Quintil. lib. 4. cap. 1. 38. Cic. 2. in Catil. 38. Vide ACQVIRO.

Addictam pretio habere fidem. Vide ADDICO.

Addere fidem. Tacit. in lib. de Germanis, Ex ingenio suo quisque demat vel addat fidem. Vide ADDO.

Addere fidem dictis. Ouid. epist. 20. 25.

Adhibenda fides somniantium visis non est. Cic. 2. de Diuinat. 182. Vide ADHIBEO.

Adimere fidem. Vide ADIMO.

Adiungere fidem & authoritatem rebus commentitiis nullam debemus. Cic. 2. de Diuin. 169. Vide ADIVNGO.

Admittere fidem. Claud. 2. in Eutrop. 14. Vide ADMITTO.

Fidem afferre alicui rei, pro Fidem facere, & facere vt aliquis credat & existimet. Plin. lib. 9. cap. 18. Omnibus his fidem, Nili inundatio affert omnia excedentem miracula.

Afferre fidem dubiis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 6.

Afferre fidem & authoritatem oratori. Cic. in Orat. 66.

Affecta fides. Tacitus, lib. 19. Et credebatur affectam eius fidem prę(m)uisse. Hic dicit affectam fidem pro læsa, quemadmodum Liuius dixit Res affectas, lib. 6. Decad. 1. Quorum legati opem rebus affectis orantes. Vide AFFECTVS.

Afflicta fides. Tacit. lib. 17. Multis afflicta fides in pace. Afflictam fidem hic dicit, quam lib. 19. affectam, hoc est collabefactam, deminutamque vocat.

Bonam fidem agnoscere. Vlpianus in L. Quoties tutor §. Sicut autem. ff. de administratione & periculo tutorum, Nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere.

Alligare fidem iuramento. Senec. Troad. 6. 41.

Alternant spesque timorque fidem. Ouid. epist. 6. 8.

Fides tantùm authores appellet. Hoc est, Fides sit penes authores. Plinius, lib. 28. cap. 1. 3.

Fidem debet. Quintilianus, libro. 5. Hoc est si fidelis esse debet in curanda re aliena.

Assumpta fide pulsus luctus. Valer. 4. Argon. 18.

Fidem suam astringere, Promittere fidem, inquit Donatus. Terent. Eunucho, 1. 2. 22.
Verùm heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem:
Quæ vera audiui, taceo, & contineo optimè;
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palàm est.

Fidem auferre testi, Id est facere ne credatur. Quintil. lib. 6. cap. 6. Matri cuius filium premebat authoritas, fidem abstulit.

Fidem cogere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 15, Sed necessaria optimis prętulerant, & fidem cogere quàm spectare maluerunt.

Capere in fidem deuictas bello nationes. Cic. 1. Offic. 54.

Maiora monstra veris vix capiunt fidem. Senec. Troad. 3. 2.

Fide carere. Vide CAREO.

Verba carent fide. Ouid. epist. 2. 6.

Culta fides. Valer. 1. Argon. 168. Vide COLO.

Commendare aliquem fidei alterius. Vide COMMENDO.

Optimæ & spectatissimę fidei alicuius salutem vrbis & ciuium commendare. Cic. pro Flacco. 78.

Committere fidei alicuius, & eius potestati permittere. Ci. pro Font. 25.

Iura fidei magistratuum commissa sunt. Cic. 1. Offic. 163.

Committere se in fidem, vel fidei alicuius. Vide COMMITTO.

Commutare fidem pecunia. Cide COMMVTO.

Concedere fide optima aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 85.

Concidit fides. Cic. pro Lege Manilia, 12, Tum quum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. De eo dicitur qui iam versuram facere non potest. Bud.

Conferre se in fidem alicuius. Vide CONFERO.

Conferre se in fidem ac clientelam alicuius. Cic. pro Rosc. Amer. Nam quum multos veteres à maioribus Roscii patronos hospitesque haberent, omnes eos colere atque obseruare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem ac clientelam contulerunt. Budæus.

Confirmat omnem sibi fidem sensibus oratio nostra, id est incorruptis atque integris testibus. Cic. 1. de Finib. 107.

Confirmare & Refellere fidem, opponuntur. Quintil. lib. 5. ca. 7. 25. Aliter enim oraculorum, aliter aruspicum, augurum, coniectorum, mathematicorum fides confirmari aut refelli potest.

Confugere ad alicuius fidem. Vide CONFVGIO.

Conseruare fidem. Vide CONSERVO.

Fides constitit, Certum est & probatum. Colum. lib. 3. cap. 6. 4. Sed vbi plurium velut emeritis annorum stipendiis fides surculo constitit, nihil dubitandum est de fœcunditate.

Constringi fidem religione potius quàm veritate Græci noluerunt. Cic. pro Corn. Balbo. 8.

Consumere fidem. Vide CONSVMO.

Universidad de Deusto Biblioteca

Credere fidei alicuius.Cic.pro Flacco.36.
Cum fide.Columella,Sed nec conditum frumentum cum fide rationibus inferent.Id est fideliter.Vide CVM præpositio.
Fidem suam curare.Vide CVRO.
Fidem debet.Quintil.lib.5.cap.10.Si fidem debet tutor & procurator.
Decedere fide.Liu.lib 5.Decad.4.Potuisse se extra id periculum esse, si decederet fide,si coniurare cum cæteris voluissent. Vide DECEDO.
Fide alicuius ac potius perfidia decipi.Cic.pro Rosc.Amer.65.
Res eos iampridem,fides deficere nuper cœpit.Cic.2.in Catil.32.
Demere fidem.Tacit.in lib.de Germanis.
Deme fidem in falso crimine.Ouid.2.Amor.eleg.2.8.
Fidem alicuius deserere.Cic.13.Philipp.379.Omitto alias fidem Dolabellæ sanctissimi viri deserere homo pius non potest. quam fidem ? an optimi cuiusque cædes,vobis & Italiæ partitiones, sententias dandarum diripiendarumque prouinciarum ?
Detrahere fidem.Quintil.lib.5.cap.7.22.Per quæ non à se tantum dictis detrahat fidem,sed cæteris quoque,qui profuerant, auferat authoritatem. Idem lib.7.cap.2.
A veri dissidet illa fide.Ouid.3.Fast.133.
Fidem dare,Sancte promittere.Terent.Eunuch.5.9.30.Do fidem ita futurum.Id est,iuro,confirmo,spondeo,inquit Donatus. Vide DO.
Dare fidem alicui.Cic.2.de Finib.105. Ouid.7.Metam.9.
Nulla fides quæ infideli data sit.Cic.3.Offic.144.
Ambigua dasque negasque fide.Ouid.2.Amor.eleg.9.10.
Dare fidem & violare , & in ea non stare. Cicero pro Rabirio perduel. reo,21.
Fidem dare alicui de altero.Cic.Lentulo,lib.1.9.39.Pompeii fides quam de me Cæsari dederat.
Dare fidem publicam.Cic.3.in Catil.53.Introduxi Vulturcium sine Gallis:fidem ei publicam iussu Senatus dedi:hortatus sum,vt ea quæ sciret sine timore indicaret. Imperiti saluum conductum dicunt.
Ducere fidem ex aliquo.Lucret.lib.2.97.
Eligere fidem,est Deponere apud hominem quem fidelem censeas.Callistratus in L.Non intelligitur §.Siquis palàm.ff.de Iure fisci,Tacita autem fidei commissa frequenter sic deteguntur,si proferatur chirographum,quo se cauisset is,cuius fides eligitur quod ad eum bonis defuncti peruenerit,restituturum.Budæus.
Empta fides.Claud.7.Paneg.100.
Eripere fidem alicui.Ouid.15.Metam.56.
Ex fide scribere:Id est,Rem vt est scribere.Plin.epist.191. Nec ipse tibi plaudis,& ego nihil magis ex fide,quàm de te scribo.
Excessitque fidem meritorum summa tuorum.Ouid.7.Metam.33.
Fidem exoluere.Plin.Iunior,lib.2.epist.12.Impleui promissum:priorisque epistolæ fidem exolui.
Experiri fidem & beneuolentiam alicuius erga se.Cic.Lent.lib.1.5.2.
Nota & explorata fides per tot vsus.Stat.3.Sylu.5.4.
Exuere fidem.Tacit.lib.1.At ille moriturum potius , quàm fidem exueret,clamitans. Silius,lib.15.112.
Facere fidem causis ex sua bonitate.Quintil.lib.6.cap.2.16.
Aspectus facit fidem iudicii sui. Cic.4.Acad.40.
Nutus tuus non facit fidem.Cic.Attico,lib.7.138.1.
Fac fidẽ te nihil nisi populi vtilitatem quærere. Cic.2.de L.Agrar.35.
Fidem fallere.Idem quod Deserere fidem. Antonius apud Ciceronẽ,13.Philipp.378,Mihi quidem constat , nec meam quidem contumeliam, nec meorum ferre:nec deserere partes quas Pompeius odiuit,nec veteranos sedibus suis moueri pati,nec singulos ad cruciatum trahi , nec fallere fidem quam dedi Dolabellæ.Propert.lib.3.eleg.7.8.
Fallere fidem hosti datam Cic.1.Offic.61.
Firmare fidem. Tacitus in libro de Germanis, Fides antiquitatis , religione firmatur.
Frangere fidem, perfidiosum & nefarium est.Cic.pro Rosc.Com.9.
Fidem habere.Terent.Eunuch.1.2.59.
Ait,si fidem habeat,se iri præpositum tibi
Apud me:ac non id metuat,ne vbi acceperim,
Sese relinquam:velle se illam mihi dare:
Verum id vereri. Vbi Donatus,Si fidẽ habeat:hoc est, si faciã aliqua vnde credat se tibi præponi. Et iterũ,Si fidẽ habeat, si credere cogatur.Id est si credat.Vnde fideiussor dicitur,hoc est author credendi.
Habere pensi fidem.Tacit.lib.13,Neque fas, neque fidem pensi haberet olim prouisum erat.
Fidem habere alicui.Plaut.Pseud.13.110.
Vt mihi cauerem à Pseudolo seruo suo.
Neu fidem ei haberem. Terẽt.And.3.4.7. Propemodum habeo iam tibi fidem. Cic.7.Verr.116.
His fidem habemus,quos plus intelligere quàm nos arbitramur. Cic.2.Offic.46.
Habenda etiam paruis fides.Quintil.lib.2.cap.4.20.
Fidem alicui habere pecuniæ.Plaut.Persa,13,9.
– ita miserum Toxilus me hîc constituit,

Qui ei fidem non habui argenti,eo mihi eas machinas Molitus est.
Authoritatem & fidem habere res dicitur.Cic.pro Flacco.16.
Res habuit fidem,Id est,credita est.Ouid.9.Metam.142.
Fidem non habere dicuntur,quæ non sunt verisimilia,nec credẽda. Cic.4.Acad.107,Quasi verò non specie visa iudicentur, quæ fidem nullã habebunt,sublata veri & falsi nota.
Fidem habere,pro Credi. Quintil.lib.4.cap.2,Ab aduersario quoque,quia non est in negando habiturus fidem.
Hæsuraque mihi tempus in omne fide.Ouid.3.Trist.eleg.4.8.
Imminuere authoritatem & fidem alicuius.Cic.2.de Orat.85.
Impulit me fides eius in eam mentem.Cic.Lent.lib.1.9.38.
Fidem impetrare.Plin.lib.10.cap.49.2,Nec Syrenes impetrauerint fidẽ licet affirmet Dino,Clitarchi celebrati authoris pater,i India esse,multique,&c.Id est,non credetur,aut non est verum Syrenes, &c.
Fidem peractæ mortis implere.Plin.epist.58.de hero à famulis quum laceratur sauciato,Ille verò,quia non sentiebat,siue quia non sentire simulabat,immobilis & extentus fidem peractæ mortis impleuit : tum demum quasi æstu solutus effertur:excipiunt serui fideliores.Et paulo pòst,Ita vocibus excitatus,&c.
Implesse fidem ominis videbantur.Tacit.lib.15.
Fidem alicuius implorare,Id est auxilium.Terent.Adelph.3.4.43.
Illæc fidem nunc vestram implorat,Demea:
Quod vos ius cogit,id voluntate impetret. Cæsar.5.bel.Gall.29. Ille autem reuocatus resistere,ac se manu defendere , suorumque fidem implorare cœpit. Liuius,Si saguntinis obsessis,fidemque nostram implorantibus impigre tulissemus opem.Ex Budæo.
Implorare fidem alicuius in aliquo negotio.Vide IMPLORO.
Infirmare fidem alicui.Cic.Att,lib.15.319.21.&.22.Ille tñ dolet, dubitans vtrum morem gerat Leptæ,an fidẽ infirmet filio inaudibili.
Infirmare fidem testis apud iudicem.Vide INFIRMVS.
Tarda solet magnis rebus inesse fides.Ouid.epist.16.26.
Interponere fidem.Cic.de Claris Orat.45, Quæ quidem vis tum maximè cognita est,cum Lusitanis à Ser.Galba Præt.contra interpositam, vt existimabatur,fidem,interfectis.Id est Contra assecuramentum , vt vulgus nostrum vocat,Vide INTERPONO.
In aliquem suam fidem interponere.Vide INTERPONO.
Fide publica interposita.Salust.in Iugurt. Hæc atque alia huiuscemodi sæpe dicẽdo,Caius Memmius Populo Romano persuadet vti Lucius Cassius,qui tum Prætor erat,ad Iugurtham mitteretur, cumque interposita fide publica Romam duceret.
Fide sua esse iubere:Id est Sponsorem se constituere , & periculum in se recipere.Vlpianus in L.Vbi autem.De verborum obligatione. Paul. Si filiusfamilias ita stipulatus fuerit,Quantam pecuniam Titio credidero,fide tua esse iubes? Idem in L.Quæro. ff.Locati,Inquantũ illum condemnari ex bona fide oportebit,tantũ fide tua esse iubes? vel ita indemnẽ me præstabis?Vlpianus in L. Græce§. Siquis Stichum.ff.de Fideiussoribus,Siquis Stichum stipulatus , fideiussorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua iubes?Id est sponsione.Budæus.
Fidem labefa[illegible] pigilo opulentior, vt qui probè labefactata fide omnia prædia fratri obligaret. Id est quum iam versuram facere non posset à fœneratoribus. Bud.Vide LABES.
Fidem liberare,pro eo dicebant antiqui,quod nunc negotiatores & coactores tenere promissum dicunt,& non deesse promisso. Cicero pro Flacco,Pecunia petitur ab Hermippo.Hermippus ab Heraclia petit. Ipse tamen Fusiis satisfacit absentibus,& fidem suam liberat. Vlpian. in L.Si vero.ff.Mandati,Vel si minoribus releuauit,ipse autem maioribus fœnus accepit,vt fidem suam liberaret,non dubito debere eum mandati iudicio & vsuras consequi.Budæus.
Multa fidem promissa leuant.Horat.2.epist.2.2.
Locare in fide alicuius ciuitatem.Cic.Attico,lib.6.111.11.
Fidei alicuius mandare quippiam.Vide MANDO.
In fide Pop.Romani manere. Cic.7.Verr.67. Si ciuis Romanus dignus isto negotio nemo fuit , quid ciuitates quæ in amicitia fideque Populi Romani perpetuò manserant?Vide MANEO.
Frangere fœdus,& In fide manere,contraria. Cic.pro Domo sua.52.
Mercari Græca fide.Vide MERCOR.
Fidem mereri. Quintilianus,libro.9.cap.2, Nec meretur fidem qui sententiolæ gratia iurat.
Meruit fidem vetustas.Lucan.lib.3.82.
Minuere fidem alicuius.Quintil.lib.5.cap.7.11. Tacit.lib.5.
Miranda fides.Stat.1.Sylu.3.4.
Acceptã parce mouere fidẽ.Ouid.4.Fast.41. Hoc est nolli cõuellere,&c.
Fidem mutare,Pactum rescindere , & violare promissum. Salust. in Iugurtha,Profectò cuncti aut magna pars Siccẽsium fidem mutauissent: tanta mobilitate sese Numidæ gerunt.Vide MVTO.
Fidem mutare cum altero.Terent.Phorm.3.2.27.
Nequeo exorare vt maneat,& cum illo vt mutet fidem
Triduum hoc,dum id quod est promissum ab amicis,argentũ aufero?
Negata magnis sceleribus semper fides.Senec.Hippol.2.16.

Nouauit

Nouauit fidem mutata fortuna.Virg.5.Aeneid.110.
Obligare fidem.Senec.Agam.4.13.Vide OBLIGO.
Fidem suam obstringere.Plin.lib.7.cap.13.Nec tamen ego in plerisque eorum obstringam fidem meam:potiusque ad authores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus.
Obtestari hominem fidem.Liuius,Hæc simul iurgans,querensque,deûm, hominumque fidem obtestans.
Pacta fides.Ouid.epist.6.9.
Fidem perdere.Quintil.lib.9.cap.4.Perdidisset gratiam simplicis, atque inaffectati coloris,perdidisset fidem quoque.Vide PERDO.
Perit fides,Vide PEREO.
Perspicere fidem,Vide PERSPICIO.
Petere & dare fidem pacis.Ouid.3.Metam.26.
Pignus fidei dextras vtrasque poposcit.Ouid.6.Metam.102.
Porrigere fidem,& spem salutis supplici ostendere.Cic.7.Verr.119.
Fidem præstare.Quintil.lib.7.cap.5.An tutor fidem præstare debeat tãtum, non etiam consilium & euentum . Cicer.2.de Diuinat.118. Senec.Hippol.2.2.
Bonam fidem præstare.Vlpianus in L.Ita autem§.Iulianus.ff.de Administratione & periculo tutorum,Et ait Iulianus,tutores nisi bonam fidẽ in administratione præstiterint,damnari debere.
Præstare fidem alicui.Ouid.3.de Arte,158.
Priuare fide aliquem.Stat.2.Thebaid.139.
Prodere fidem.Propert.lib.4.eleg.4.13.
Commissa fidei prodere.Horat.1.Serm.saty.3.19.
Pugnat hinc fides,illinc fraudatio,contraria.Cic.2.in Catil.44.
Recipere fidem de aliquo,& eam seruare.Cic.Attico,lib.2.37.2.
In fidem suam aliquem recipere,& commendatum habere.Cic.Attico,li.15.328.3. Idem Antequam iret in exil.14.
Redde nunc pactam fidem,Id est sta promissis. Sene.Hippol.8.19.
Renouata fides.Lucan.lib.4.42.
Resignare fidem quarundam tabularum.Cic. pro Archia,6.
Rupissent elementa fidem.Claud.1.de raptu Proserp.9.
Sacrata fides coniugii.Senec.Agam.2.5.
Sequi bona fide aliquid.Cic.Attico,lib.6.111.25.
Verba fides sequitur.Ouid.1.Fast.72.
Fidem alicuius sequi.Vsus est Vlpianus in L.prima,De reb.cred.Omnes enim contractus quos alienam fidem secuti instituimus,complectitur. Est etiam exemplum in Lege secunda,C.de bonis authoritate iudi.possid.Budæus.
Fidem seruare.Plaut.Trinummo,14.39.
Malè fidem seruando,illis quoque abrogãt etiam fidem,qui nihil Meriti. Virg.2.Aeneid.33. Silius lib.11.33.
Seruare veritatis fidem.Quintil.lib.3.cap.8.35.
Seruare in aliqua re fidem.Cic.in Vatinium,11.
Iusiurandi fides sæpe cum hoste seruanda.Cic.3.Offic.144.
Pudicam fidem solicitare donis.Ouid.7.Metam.147.
Soluta fides morte.Ouid.epist.10.16.
Spondere fidem.Ouid.10.Metam.79.
Fides illi est.Terent.Phorm.5.8.11.
– quanta hæc mea paupertas est,tamen
Adhuc curaui vnum hoc quidem vt mihi esset fides. Plau.Aul.22.1.
Fidei censebam maximam multo fidem
Esse:ea subleuit os mihi penissime.
Fides illi nuntianti fuit.Liu.1.ab Vrbe,68.Mirum,quantum illi viro nuntianti hæc,fides fuerit.
Fide nulla es:Hoc est,fidem sæpe mutas,neque præstas quod polliceris. Plaut.Milit.20.59.Vide NVLLVS.
In fide alicuius aliquid esse.Cic.Silio,lib.13.66.4.
In fide & clientela alicuius esse.Cic.pro Rosc.Amer.56.
In nullius fide esse,Est nullum soli dominum agnoscere,nec patronum. Cic.pro Plancio,79. Eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens,Dyrrachium quod erat in fide mea,petere contendi. Ibidem,78. Iter à Vibone Brundisium terra petere contendi,quum omnia illa municipia,quæ sunt à Vibone Brundisium,in fide mea,Iudices essent.Hęc Budæus. Cic.ad Qu.fratrem,lib.2.15.7.Est ex municipio Attellano, quod scis esse in fide nostra.Id est,cuius sumus patroni.
Fides apud te nulla mihi:Id est,Tu non fidis mihi.Plaut.Amph.7.3.Ecce re,iam tu autem facis,vt tuis nulla apud te sit fides.
Terent.Heaut.1.3.10.At mihi fides apud hunc est,nihil me istius facturũ pater. Idem Phorm.5.3.27.
Itane paruam mihi fidem esse apud te? D.vin' me credere?
Vin' satis quæsitum mihi istud esse:age,fiat.
Fide alicuius sumere:sub.argentum. Id est,non sua, sed aliena cautione. Cice.pro Flacco,37,Nam hunc Hermippum hominem eruditum ciuẽ suum,cui debeat esse notissimus,percussit iens enim fide sumpsit à Fusiis.Securus Hermippus Temnum proficiscitur , quum iste sese pecuniam,quam huius fide sumpserat à discipulis suis,diceret Fusiis persoluturum. Budæus.

Superesse fide.Tacit.lib.3.Sed fide,ac virtute legatos,se consiliis superfuisse.
Sustentare fide amicos,Id est Sponsione,Cic.pro Rab.Posth.3, Nec interea locupletare amicos vnquam suos destitit,mittere in negotium,dare partes,augere,fide sustentare. Id est Fideiussione.
Tenere fidem.Cic.13.Philipp.339.Propert.lib.1.eleg.17.1.
Tentare fidem polliciti.Ouid.11.Metam.22.
Tribuere fidem testimonio alicuius.Cic.pro Sylla.7.
Tribuere fidem rebus,Id est authoritatem.Cic.1.de Diuin.10.
Fidem suam tueri,Est seruare illęsam famam locupletis debitoris.Cicero Attico,lib.11.210.1.Literas tuas accepi pridie Nonas Februarii,eoque ipso die ex testamento creui hæreditatem:ex multis meis miserrimis curis est vna enata,si(vt scribis)ista hæreditas fidem & famam meam tueri potest. Eidem,lib.11.209.2.Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertiûm bis & vicies . huius pecuniæ permutatione fidem nostrã facilè tuebere.Budæus.
Turbata fides.Claud.6.Paneg.13.
Vendere fidem gemmis.Tibul.lib.1.eleg.9.7.
Prona venit cupidis in sua vota fides. Ouid.3.de Arte.134.
In fidem alicuius venire,pro In ditionem & dominium.Liu.lib.10. Abiectis,inquit,armis in fidem Consulis venerunt.
Violare fidem.Lucret.lib.2.95. Cic.3.Offic.142. Qui iusiurandum violat,is fidem violat.
Fideiussor,fideiussoris, (ἐγγυητής, ἀναδόχος,) Author credendi , inquit Donatus: alium aliquid daturum , facturumve sua fide , suoque periculo promittens.Vlpianus in tractatu De Fideiuss.L.Græcè , Siquis Stichum stipulatus.fideiussorem ita acceperit , Stichum aut decem fide tua iubes ? Budæus.
Fideiussores assidui.Vide ASSIDVVS.
Fideicommissus Adiectiuum,(πεπιστευμένος,)vt Libertas Fideicommissa, Id est fideicommisso relicta.Vlpian.in L.Titius.ff.de Actionibus empti,Titius quũ decederet,Seiæ Stichum,Pamphilum , Arescusam per fideicommissum reliquit:eiusque fidei commisit,vt omnes ad libertatem post annum perduceret,&c. Hæres eadem mancipia Sempronio vendidit.nulla commemoratione fideicommissæ libertatis facta , &c. Et paulo pòst,Cæteri quoque serui cognita voluntate defuncti, fideicommissam libertatem petissent.
Fideicommissum,fideicommissi,(πεπιστευμένον,) Species est dispositionis vltimæ alicuius voluntatis:qua precatur hæredem aut alium dare aut facere aliquid,quod nunc per omnia legato exæquatum est. Vlpianus in L.prima.ff.de Legatis primo.
Petere fideicommissum.Quintil.lib.3.cap.6.51.
Fideicommissarius,fideicommissarii,Cui fideicommissum relictum est.Vlpianus de legatis tertio.L.Fideicommissa,Paulatim igitur admittemus & si ex parte pecuniæ rem comparauit.quam non hoc anno exegit,vt fideicommissarium priuaret fideicommisso,posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.
Fideiubeo,fideiubes.pen.corr.(ἐγγυῶμαι,)fideiubere.Vlpian.in L.Si dubitet§.Filiusfamilias.ff.de Fideiussoribus,Filiusfamilias pro patre poterit fideiubere,nec erit sine effectu hæc fideiussio. Idem in L.1.ff.de Solutionibus,Dummodo in id cõstituat solutum in quo ipse deberet, esset soluturus,id est in id debitum quod non est in controuersia : aut in illud,quod quis pro alio fideiusserat. Et in L.Si ita.ff.de Nouationibus,Quanto minus à Titio debitore exegero,tantum fideiubes?
Fideiussio,Verbale,(ἐγγύη,)Iabolenus in L.Sed et si.ff.de Fideiussoribus, Quam seruus fideiussionis nomine obligari non possit.
Fido,fidis,fisus sum,(πείθω, θαρρέω, πιστεύω,)fidere,Fidem habere,credere,spem ponere.
Cum datiuo.Plin.epist.174.b,Liber fuit & opusculis varius,& metris:ita solemus,qui ingenio parum fidimus,satietatis periculum fugere. Virg.lib.9.Aeneid. – & fidere nocti.
Cum ablat.Virg.in.7.Aeneid.
Moliri iam tecta videt,iam fidere terra.
Cursu fidere.Ouid.7.Metam.110.
Fidens,Particip.(θαρρῶν, θαρραλέος,) Cic.1.de Nat.Deor.127. Istisne fidentes somniis , non modò Epicurus & Metrodorus , & Hermacus, contra Pythagoram,Platonem,Empedoclemque dixerunt,&c.
Dubitans & Fidens,contraria.Cic.Att.lib.10.196.3,Istum enim victorẽ magis relinquendum puto,quàm victum : & dubitantem magis quàm fidentem suis rebus.
Fortis & fidens.Cicero.3.Tuscul.23,Qui fortis est,idem est fidens,quoniam confidẽs mala consuetudine loquendi in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo,quod laudis est . qui autem est fidens is profectò non extimescit.
Animus prudentia consilioque fidens.Cic.1.Offic.114.
Animo fidenti gradi ad mortem.Cic.1.Tuscul.178.
Iuuentus fidens brachiis.Horat.3.Carm.ode.4.10.
Fuga fidens Parthus.Virg.3.Georg.6.
Bene sibi fidens puer.Cic.Attico,lib.6.117.5.

Universidad de Deusto Biblioteca

Præsidio fidens.Horat.1.epist.19.18.
Voce fidenti loqui.Cic.2.de Diuinat.97.Ex quodam poeta.
Animi fidens.Tacit lib.4.Vt erectum,& animi fidentem ostenderet. Virgil.2.Aeneid.13.
Fidenter,Aduerbium,(θαῤῥαλέως,)Hoc est tuto & cum fiducia. Cice.2.de Orat.130.Tum ille fidenter homo peritissimus confirmare, ita se rem habere vt respondisset.
Timidè & Fidenter,contraria.Cic.2.de Diuin.102. Timidè fortasse signifer euellebat,quod fidenter infixerat.
Fidenter agere.Cic.4.Acad.43. Et.2.de Finib.36.At ille non pertimuit saneque fidenter,istis quidem ipsis verbis,inquit.
Fidentius scribere alicui.Cic.ad Atticum,lib.6.111.33.
Fidentia,fidentiæ,(θάῤῥος,πεποίθησις,) Cic.4. Tuscul.130, Et si fidentia, id est firma animi confisio,scientia quædam est & opinio grauis, non temere assentiēs:metus quoque est diffidentia expectati & impēdētis mali.Idē.2.de Inuent.242.Fidētia est p quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ certa cum spe collocauit.
Fidelis,& fidele,pen.prod. (πιστός,ἀξιόπιστος,) Cui fides tutò adhiberi potest vel qui fidem seruat.Plaut.Capt.6.96.
Nec quenquam fideliorem,neque cui plus credat,potes
Mittere ad eum. Idem Trinum.15.3.
O Callicles,ô Callicles,qualine amico mea commendaui bona? CA. Probo,& fideli,& fido,& cum magna fide. Cic.ad Seruiū,lib.4.1.10,
Aut siquem tuorum fidelium voles,ad me mittas.
Ad vetustatem fidelis. Vide AD præpositionem.
Fidelis in amicitiis.Cic.2.de Finib.130.
Imperio fidelis.Cic.de Arusp.resp.25.
Fidelis officiis.Cic.5.Verr.145.
Fidelior pice explendis rimis.Plin.lib.16.cap.36.1.
Amicitia fidelis. Cic.de Amicit.49.
Fideli animo & clementi in aliquem esse. Terent.Hecy.3.5.22.
Animo fideli in dominum seruus.Cic.pro Milone,21.
Fidelissima auxilia.Cic.ad Brutum.10.3.
Fidelis & vera comprehensio.Cic.1.Acad.60.
Coniux fidelis.Ouid.in Ibin,72.
Coniunx fidelissima.Cic.Qu.fratri,lib.1.3.6.
Fidele consilium dare.Cic.pro Cluent.68.
Cura fidelior.Ouid.1.de Arte,112.
Desyderiis icta fidelibus.Horat.4.Carm.ode.5.3.
Doctrina,domus,& ars,& ager etiam fidelis dici potest. Cicero Tironi, lib.16.17.3.
Familiaritates Græcorum parum fideles.Cic.Qu.fratri,lib.1.1.24.
Gratia fidelissima mihi coniunctus homo.Cic.pro Milone,56.
Fidelis intentio,pro Seria.Senec.epist.72.Si quicquam ex studio, & fideli intentione laxauerint,retro eundum est.
Lachrymę fideles.Ouid.epist.14.26.
Medicus fidelis.Horat.1.Serm.Saty.3.39.
Mente fideli casta sis. Tibull.lib.1.eleg.6.15.
Monitus fidelis.Ouid.13.Metam.156.
Oculis subiecta fidelibus.Horat.in Arte.37.
Fidelis opera.Plaut.Persa.2.50. –obsecro te,resecroque
Operam da hanc mihi fidelem.
Pax fidelis.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.16.
Seruus egregiè fidelis.Cic.Qu.frat.lib.1.1.25.
Silentium fidele.Horat.3.Carm.ode.2.5.
Socius fidelissimus.Cic.pro Fonteio.3.
Fidelem se hero suo facere.Plaut.Milit.7.54.
–ne te ædepol stultitia tua penè perdidit:
Dum te fidelem facere hero voluisti,penè absumptus es.
Nemo credit ei nisi quem fidelem putat.Cic.pro Rosc.Amer.66.
Fidelitas,pen.corr.(τὸ πιστόν,) fidelitâtis,Fiducia,& crudelitas, vel etiā fidei persolutio.Cic.ad Qu.frat.lib.1.2.4, Quibus in rebus etiā si fidelitas summa est,quod prorsus credo, &c. Idem ad Atticum,lib.9,190.2.In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas esset.Sic 5.Verr.62.Tanta authoritas est in eorum hominum fidelitate.
Erga patriam fidelitas.Plancus Ciceroni,lib.10.17.4.
Operam & fidelitatem alicuius desyderare. Cic.Tironi,lib.16.11.14.
Fidelitate & beneuolentia alicui satisfacere. Cic.Sulpitio,lib.13.21.1.
Amicorum fidelitate seruata alicuius vita.Cic.pro Plancio,58.
Fideliter,pen.corr.(πιστῶς,)Aduerbiū,Aequè & iustè. Cic.1. Offic.131. Hæc præscripta seruantem licet grauiter, magnificè, animoseque viuere,atque etiam simpliciter,fideliter,& vitæ hominum amicè. Plaut. Trinum.17.4. Idem Milit.12.16. Et Capt.7.3.
Curare fideliter merces alicui.Cic.Attico,lib.15.319.14.
Discere fideliter artes.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.10.
Inaurato ibi fidelissimè simulacro.Plin.lib.33.cap.3.20.
Fideliter monere aliquem.Ouid.epist.11.14.
Constanter & fideliter permanere in Amicitia Populi Romani.Liuius.5.bel.Maced.69.

Fideliter retinere commissa.Horat.1.epist.19.14.
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.
Fidelius seruire alicui. Ouid.7.Metam.115.
Fidelè,Aduerbium,(πιστῶς,)pro Fideliter. Plaut. Capt.7.80. Fac fidelè sis fidelis:caue fidem fluxam geras.Antiquum.
Fidus,Adiectiuum,(πιστός,)Cui fidendum est.Plin.in Paneg.79. Ecquid ergo discimus experimēto,fidissimam esse custodiam? principis ipsius innocentiam. Virg. –Rex ô fidissime Teucrūm. Cic.de Amicit.49. Quod Tarquinium dixisse fertur,tum quum exul esset, se intellexisse,quos fidos amicos habuisset,quosque infidos.
Amicus fidus.Catull.ad Cornelium,epig.97.1.
Fidus animus.Liu.5.bel.Pun.83,Quo vbi ventum est,coorti cum clamore equites,propere inconditam Thurinorum turbā,nec satis fido animo vnde pugnabat stantem,extemplo in fugam auerterunt.
Aures fidæ.Ouid.10.Metam.77.
Coniux fidissima.Ouid.1.de Ponto,eleg.5.9.
Fidissimus cultor imperii Romani.Liu.6.bel.Pun.164.
Custos fidissima.Ouid.5.Fast.9.
Fida custodia.Cic.2.de Finib.Inest ad humanam societatem iustitię fida custodia. Sic.2.de Nat.Deor.236. Claud.1.in Eutrop.17.
Domus fida.Ouid.1.Trist.eleg.3.13.
Ensis fidus. Virg.6.Aeneid.105,
Fida familiaritas.Cic.2.Offic.42.
Interpres fidus.Horat.de Arte.27.
Medicus fidus.Horat.1.epist.8.1.
Minister fidus.Ouid.2.Metam.168,
Fida pax Romanis fuit cum Porsena.Liu.2.ab Vrbe,69,
Pectora fida.Ouid.9.Metam.50.
Fidissimus domino seruus.Liu.3.bel.Maced.46.
Silentia fida.Virg.3.Aeneid.23.
Sodalis fidus.Ouid.1.de Arte,151,
Subsidium fidissimum. Tacitus,libro,5, Quasi fidissimum ad subsidium perfugisset.
Terra fida.Ouid.5.Metam.99.
Fidissima vxor.Cic.Terentiæ,lib.14.4.16.
Fidè,Aduerbium,(πιστῶς,)Cic.Cælio,lib.2.15.12, Nec me ista terrent, quæ mihi à te ad timorē fidissimè,atque amantissimè proponuntur.
Fiducia,fiduciæ,(πεποίθησις,πεποιθία,)Audacia,securitas. In bonum ferè semper accipitur,quamuis aliquando in malum.Plin.epist.342.Meritò habuisti Secunde charissime,fiduciam animi mei:nec dubitandum fuisset si expectasses,donec me consuleres.
Propter tuam fiduciam.Plaut.Bacch.8.9.
Hei mihi,hei mihi,isthæc illum perdidit assentatio.
Nam absque te esset,ego illum haberem rectum ad ingenium bonum:
Nunc propter te,tuamque prauos factu'st fiduciam.
Iudicia fiduciæ,tutelæ,societatis.Cic.pro Rosc.Com.9. Et.3,de Natura Deorum, 105,
Formæ fiducia decipit.Ouid.8,Metam.87,
Iuris fiducia,Quintil.lib.4,cap.4.81,
Minimæ fiduciæ exercitus,cui parum fiditur.Liu.lib.8,
Fiducia mea,Hoc est meo periculo.Plaut.Pœnulo.18,38,
Mea fiducia hercle aruspex patruelis promisit scio
Libertatem:quia me scit hanc amare.
Fiducia mei,Idem Plin.epist.94,lib.4,Nihil est quod in dexteram aurem fiducia mei dormias:non impune cessatur. Virgil.8.Aeneid. –fiducia cessit Quò tibi diua mei?
Fiducia sui.Liu.5,belli Pun.205, Mirabundique vnde tot hostes tam subitò exorti propè deleto exercitu forent,vnde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis,&c.
Qua fiducia id facere audeam,nec quid me nunc faciam scio.Terē.And. 3,5,7, Virg.1,Aeneid.28, Tantane vos generis tenuit fiducia vestri? Idem,Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.
¶Audax fiducia.Stat.6,Thebaid.168,
Falsa formæ fiducia.Propert.lib.3,eleg.28.1.
Mendax fiducia,Ouid.2,de Ponto,eleg.4,7,
Mutua inter se fiducia,Vide MVTVVM.
In volucri tenuis fiducia cursu.Stat.5,Thebaid.34.
Vana pedum fiducia.Ouid.6,Metam.24.
¶Addere fiduciam alicui,Vide ADDO.
Per rationem fiduciæ fraudare quempiam.Cic.pro Cecin.5.
Habere orationis fiduciam.Quintil.lib.2,cap.15,6,
Iactare fiduciā.Quintil.libro,4,cap.1,13, Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat.
Audax metus,& pallens fiducia.Stat.6,Thebaid.79,
Præferre fiduciam.Quintil.lib.5,cap.13,40,
Stabilis beneuolentiæ fiducia in vita tyrānorum esse non potest. Cicero de Amicitia,48,
Fallax animum fiducia tangit.Ouid.11,Metam.87,
Fiducia in virtute alterius,Existimatio quam de fide & virtute alterius habemus.

habemus.Liu.4.bel.Pun.24.Consciorum nemo,quum diu socius consilii torqueretur,aut latuit,aut fugit.tantum illis in virtute ac fide Theodori fiduciæ fuit,tātumque ipsi Theodoro virū ad arcana occultāda.
Facere fiducia alicuius quod facimus.Cic.7.Verr.139.
Fiduciam etiam diligentiæ tibi habeo,vt credam te omni ratione id acturum,ne sint obnoxii iniuriis.Plin.epist.299. Barbari dicunt, Credo quod tu eris tam diligens quod.
¶Fiducia,est quum res aliqua sumendæ mutuæ pecuniæ gratia vel mancupatur,vel in iure ceditur.
Fiduciam accipere,Id est tua fide accipere quod postea reddas. Cice. in Top.21.Si tutor fidem præstare debet,si socius,sicui mandaris,siqui fiduciam acceperit,debet etiam procurator. Boetius in quarto commētario Topicorum,Fiduciam(inquit) accepisse dicitur cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet. Veluti siquis tempus dubium timens,amico potentiori fundum mācipet, redditurō quum tempus illud dubium præterierit. Cice. pro Flacco, 40.Pecuniam adolescentulo grandi fœnore,fiducia tamen accepta occupasti.Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides.Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coegisti. Pecuniam(inquit) fœneratitiam à te sumpsit adolescēs, ob eamque fundum fiduciarium dedit.Id est fiduciaria mancipatione. Budæus.Vide ACCIPIO.
Fiduciam committere, quid sit, ex præcedenti Ciceronis exemplo intelligitur.
Afferre fiduciam,Vide AFFERO.
Spoliare fiducia alicuius prouinciam.Cic.2.Verr.25.
Fiduciarius,Adiectiuum,(πιστευτικός,)Budæus, Omnino fiduciariam mancipationem vel venditionem,venditionem hodie vocamus sub redimēdi,redhibendique lege factam. Idem alio loco,Fiduciariam possessionem appello,quam sub manu regia possidere vocant,quasi fide data acceptam,à fiducia tamen dictā. Liu.li.2.de bello Maced. 157.Optimū ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno velut fiduciariam dare, vt victori sibi restitueret:siquid aduersi accidisset,vt ipse haberet. De Corintho loquens quam Philippus Nabidi ea lege dederat,vt si victor ex bello rediisset,Nabis ei restitueret.Sic Cęsar li.2.de bello Ciuili,66. Neque se ignorare quid sit officium legati,qui fiduciariam operam obtineret.Legatum prouicario,id est locum tenente intelligēdum, quem propterea fiduciariam operam obtinere dixit,quia redeunte Imperatore aut Consule,cedere eum oportet.Curtius etiam eodē modo vsus est. Inde Fiduciarius hæres ab Iaboleno vocatus est fidei cōmissarius, in L.Seius,ad Trebel.

Fides, fidis,f.g (χορδή,νευρά,λύρα,)Genus citharæ,Chordæ.Plaut. Epid.10.37. –heus foras educite,
Quam introduxistis fidicinam,atque etiam fides,
Ei quæ accessere,tibi addam dono gratis. Cice. in Hortensio, Ponendæ sunt fides & tibiæ. Sic 3.de Orat.109. Et lib.4.de Finib.121. Festus, Fides,genus citharæ,dicta quòd tantum inter se chordæ eius,quantum inter homines fides,concordent.cuius diminutiuum est fidicula. Persius Saty.6.1.Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ.
Canoræ fides. Virgil.6.Aeneid.24. Horatius 1.Carm. ode 12.3.Vide CANORVS.
Adhibere fides epulis. Quintil.li.1.cap.10.17.Sed veterum quoque Romanorum epulis fides,ac tibias adhibere moris erat.
Canere fidibus.Quintil.lib.1.cap.10.13.Vide CANO.
Cecinisse fidibus præclarè dicitur Epaminundas.Cic.1.Tusc.7.
Contentæ & incontentæ fides.Cice.4.de Finib.121. Vt,inquit,in fidibus pluribus,si nulla earum ita contenta numeris sit,vt concentum seruare possit,omnes æquè incōtentæ sint:sic peccata quia discrepant,ęquè discrepant.paria sunt igitur.
Discebant fidibus antiqui.Cic.de Senect.24.
Iungere vocem fidibus.Quintil.lib.5.cap.10.87.
Mouere fides.Ouid.ad Pisonem,35.
Fidícula,fidiculæ,pen.corr.(κιθαρίδιον,λύριον,)Parua cithara. Gellius lib.1.Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait,non fidicularū tibiarumque concentu conspiratam. Cice.2.de Nat.deor.33.Quid si platani fidiculas ferrent numerose sonantes?Idem scilicet censeres in platanis inesse musicam.
¶Fidicula,Syderis nomen:quod Fides à Colum.lib.11.cap.2.3. dicitur. Plin.lib.18.cap.26.4.Pridie nonas Ianuarii Cæsari Delphinus matutino exoritur,& postero die Fidicula,quo Aegypto Sagitta vesperi occidit. Ibidem,cap.25.13.Fidiculæ occasus Autumnum inchoat.
¶Fidiculæ,numero tantum plurali,sumitur pro instrumento torquendi, ex duobus,vt putatur,obliquatis lignis compacto,ab extorquenda veritate ac fide. Velà nerueis funibus,vinculisque,quibus ad illum modum homines torquendi alligantur.Hæc Valla lib.1.Sed verius putatur esse tormētum quo sontes à tortore funibus alligati, vulgo torquētur. Sene.li.3.de Ira,Equuleus,& fidiculæ,& ergastula,& cruces.Suet. in Tiberio,Excogitauerat inter genera cruciatus,vt repente veretris deligatis,fidicularum simul,vrinæque tormento distenderet.

Fidicen,pen.corr.fidicinis,pen.etiam corr. (κιθαρῳδός,κιθαριστής,) Qui canit fidibus.Cic.Pæto,lib.9,22,9,Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Idem,2,de Nat.Deor.33.
Fidicen & tibicen mundus.Cic.3,de Nat.Deor.30.
Romanæ fidicen lyræ.Horat.4.Carm.ode,3,51
Fidicinius,Adiectiuū,(κιθαρῳδικός,) Quod pertinet ad fidiciné.Plaut. Rud.2,43,Adolescens quidam ciuis huius Atticus
Eam vidit ire è ludo fidicinio domum.
FIDICVLANVS Falcula,Senator,Populi Romani splendor, ordinis decus iudiciorū,exēplar antiquæ religionis.Author Cic.pro Cecinna.
FIDIVS deus(ὅρκιος θεός,)Iouis filius,à fide dictus, vt nōnullis placet: Plautus,Per deū Fidiū credis iurato mihi. Fuit apud veteres Romanos in honore maximo,adeò vt templa cū sacrificiis meruerit. Cultus est à veteribus in Quirinali iugo Nonis Iunii.Ouid.6,Fast.43,
Quærebam,Nonas Sanco,Fidione referrem,
An tibi semicaper:tunc mihi Sancus ait,
Cuicunque ex istis dederis,ego munus habebo:
Nomina terna fero: sic voluere Cures, Vide Mediusfidius.

Fido,fidis, **Fiducia**,**Fidus**,Vide FIDES,fidei.

Figmentum,Vide FINGO.

Figo, figis,fixi,fixum,(πηγνύω,σκίμπτω,πηγνύω,)figere. Diomedes fictum probat ex Scauro,his verbis,Sagitta confictus.Est autē figere,Immittere.Columella,Palum humi fixit. Virgil.4.Georg.23, –ipse feraces
Figat humo plantas.
Figere in poste.Cic.ad Att.lib.3,55,10,Ast tute scripsisti ad me quoddā caput legis Clodiū in curiæ poste fixisse,ne referri,néve dici liceret.
Amicitiis parcere,& aduersarios figere.Cic.in Orat.48.
Cuspide fixit apros.Ouid.2,de Arte,38,
Figere carnes verubus,Virg.1.Aeneid.44,
Figere ceruos,Vide CERVVS.
Gradus figere,Valer.7,Argon.113,
Fixisset grauidam quum leuis hasta suem.Mart.lib.1,12,
Figere imbrices clauulis.Cato,cap.21, Plin.lib.10,cap.40,6,
Mucrones figere in aliquo.Cic.14,Philipp.389,
Læuo mucronem tempore fixit,Ouid.5,Metam.24,
In collo figere dente notas.Tibul.lib.1.eleg.8,8,
Figere palum in parietem.Plaut.Milit.16.4.
Figere pedem.Virg.6.Aeneid.It comes,& paribus curis vestigia figit. Vbi Seruius,Aut simili solicitudine detētus incedit.Aut figit vestigia, id est stat subitò:quod cogitantes facere consueuerunt.
Tela figere.Propert.lib.2.eleg.10.8.
Figebantur nostri diuersis telis.Hirtius de bel.Alexand.lib.4.126.
¶Figere,Affigere:hoc est Applicare,& quasi ad aliquid firmare. Vnde omissa militia siue gladiatura milites,seu gladiatores arma figere dicebantur,quia ea in templis suspendebant, vel templorum parietibus affigebant.Liu.4.ab Vrbe,86,Spolia in ædibus Iouis Feretrii prope Romuli spolia,quæ opima prima appellata sola ea tempestate erant,cum solenni dedicatione fixit. Vnde tractum est vt
Figere arma sit securum esse.Virg.1.Aeneid.51, –armaque fixit
Troia:nunc placida compostus pace quiescit.
Figere ad statuam. Plinius epist.159,f,Idque æs figeretur ad statuam loricatam diui Iulii.
Figere legem.Cic.ad Att.lib.14.308,2,Veruntamen ecce autem Antonius,accepta grandi pecunia fixit legem à Dictatore comitiis latam, qua,&c. Virg.6.Aeneid. –fixit leges pretio,atque refixit.Vbi Seruius,Fixit ideo,quia incisæ in æreis tabulis affigebantur parietibus.
Senatusconsultum ære publico figere.Tacit.lib.12, Et fixum est ære publico Senatusconsultum,quo libertinus Sestertii ter millies possessor, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur.
Figere tabulas,Idem quod figere leges.Cic.ad Cassium,lib.12.1.4.Tabulæ figuntur,immunitates dantur. Idem,1,Philipp.2,Assentiri etiā nos Ser.Sulpitio clarissimo voluit,ne qua tabula post Idus Martias vllius decreti Cęsaris,aut beneficii figeretur. Et,2,Philipp.91,
¶Figere aliquem maledictis,per trāslationem.Cic.1.de Nat.deor.129, Zeno quidem non eos solum,qui tum erant,Apollodorū Syllum,cęteros figebat maledictis:sed Socratem,&c.
Arcana murmura figit auribus.Stat.lib.1,Achill.76,
¶Trabali clauo figere beneficium.Cic.7,Ver.43, Et vt hoc beneficium quemadmodum dicitur,trabali clauo figeret:cū consilio causam Mamertinorum cognoscit,& de consilii sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronuntiat.Prouerbialis locutio. nam beneficium quod Mamertinis fecerat,volebat Verres clauo trabali,id est indissolubili,figere.Eiusdem sensus est Herculanus nodus. Quadrat in eos, qui sunt arctissima necessitudine coniuncti, & copulati. Vide Erasmum in Chiliadibus.
Dicta hæc mea figite.Virg.10,Aeneid.20.

Universidad de Deusto Biblioteca

Figere mentem in re aliqua. Cic. ad Curionem, lib. 2.5.7. Mentem deniq; omnem in Milonis Consulatu fixi.
Figere modum, Pro imponere. Horat. 3. Carm. ode. 15.1.
Tandem nequitiæ fige modum tuæ.
Oculos figis in virgine. Ouid. 4. Metam. 40.
Oscula figere. Virg. 1. Aeneid. 98.
Oscula suprema fixit. Ouid. ad Liuiam, 19.
Nostras intra te fige querelas. Iuuen. Saty. 9.10.
Tela Deorum in impiorum mentibus figuntur. Cicero de Aruspicum responsis, 36.
Vultus fixit in imagine diuæ. Ouid. 4. Fast. 64.
Fixus, Participium, (πεπηγμένος, πηκτός,) Plaut. Trinum. 14.31, Ad parietem sunt fixæ clauis ferreis.
Fixus & fundatus. Cicero ad Atticum, lib. 1.11.11. de statu Reipub. Bonorum omnium coniunctione, & authoritate Consulatus mei fixus & fundatus videbatur.
Arma parietibus fixa. Cic. 1. de Diuinat. 128.
Dolor fixus medullis. Senec. Hercule Oetheo, 4, 44.
Fixa mala. Cic. ad Terentiam, lib. 4, 4, 3, Si hæc mala fixa sunt, ego verò te quamprimum mea vota cupio videre.
Saxis asperis fixus aliquis. Cicero in Pisonem, 34.
Sententia fixa menti. Valer. 1. Argon. 111.
Studium salutis alicuius, & testimonium dignitatis in monimentis publicis fixum. Cic. pro Sestio, 111.
¶ Fixum, per translationem, pro Firmato. vnde Fixum consilium. Cic. ad Atticum, lib. 8, 166, 4, Et simul scito labare meum consilium illud, quod iam satis fixum videbatur.
Ratum, firmum, fixum. Cic. 4. Acad. 155.
Fixum & statutum est. Cic. pro Murena, 57.
Sicut quid ille promisit, id erit fixum. Cic. 1. Philipp. 12.
Maneat, ac fixum sit, quod neque moueri, neque mutari potest. Cic. pro Rabirio Posthumo, 15.
Fixa animo. Lepidus ad Ciceronem, lib. 10, 34, 9, Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt.
Stabile & fixum bonum. Cic. 5. Tuscul. 57.
Stabile, fixum, & ratum decretum. Cic. 4. Acad. 54.
Fixum immotumque animo sedet. Virg. 4. Aeneid. 3.
Animis fixum tenere aliquid. Cic. pro Corn. Balbo, 55.
Conuellere aliquid fixum. Cic. pro Cluentio, 99.

Figlina, Figulus, Figura, Vide FINGO.

Filiaster, Vide FILIVS.

Filictum, Filicula, Vide FILIX.

Filius, filii (υἱός, παῖς, τέκος, τέκνον, κόρος, γόνος,) Notum vocabulum. Filium ἀπὸ τοῦ φίλου dictum volunt, hoc est ab amore: quòd omnium constantissimus amor sit parentum in filios. Sipontinus.
Effigies probitatis paternæ, filius. Cic. 2. de Finib. 94.
Imago animi & corporis, filius. Cic. Cecinnæ, lib. 6, 6, 31.
Familiarum filii. Tacit. lib. 1, Nunquámne nisi ad se filios familiarū venturos? Idem, lib. 3. Exceptum comiter iuuenem, sueta erga filios familiarū liberalitate auget. Trāquillus filios familiâs appellat in Vespasiano Augusto, Ne ve filiorum familiâs fœneratoribus exigendi crediti ius vnquam esset. Rursum Tacit. lib. 11. Sequitiam creditorum cohercuit, ne in morte parentū pecunias filiis familiarum fœnori darēt.
Filius familiâs. Cic. pro Cælio, 28, Illum filium familiâs patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes.
Fratris filius. Terent. Phorm. 2.1.23. Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam. Cæsar, 5, bel. Gall. 100, Quodq; ei & filius & fratris filius ab Cæsare remissi essent.
Filius blandus. Vide BLANDVS.
Infans filius. Iuuen. Saty. 14.5.
Iustus filius, pro Vero, Vide IVSTVS.
Minor filius, Vide MINOR.
¶ Adoptare filium, siue pro filio, Vide ADOPTO.
Filios vel liberos amittere vel perdere. Cic. Titio, lib. 5.16.5.
Cohibere filium, Vide COHIBEO.
Lex vt condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset. Cic. 3. de Legib. 131.
Commodare filios tutelæ populi, Vide COMMODO.
Educare filium. Quintil. lib. 4. cap. 2.31.
Eniti filios. Quintil. in Procem. lib. 6, 5.
Pietate filius, consiliis parens, amore frater in me inuentus est. Cic. Post reditum in Senatu, 33,
Acerbum est parentum scelera, filiorum pœnis lui. Cic. Bruto, 12, 3,
Probum filium ex patre improbo nasci. Cic. pro Rosc. Com. 18.
Orbatus filio, Vide ORBATVS.
Percutere filium securi, Vide PERCVTIO.

Loco filii per ætatem esse. Cic. pro Domo sua, 29.
¶ Filii etiam in brutis & rebus inanimatis dicuntur. Colum. lib. 6. ca. 37, Eiusmodi admissarius nepotibus, q̄ filiis vtilior. De equis.
Fortunę filius dicitur is, cui omnia prospero fortunæ euentu succedunt. Horat. 2. Serm. Saty. 6.10,
Terræ filii dicebantur olim obscuro, ignotoque genere nati: propterea quòd terra sit omnium communis parens. Vel quòd etiam iuxta quorundam historias, primis temporibus mortales è terra nascebātur. Cic. ad Atticum, lib. 1, 8, 8, Sed hæc ad te scribam aliâs subtilius: nam neq; adhuc mihi satis nota sunt: & huic terræ filio nescio cui cōmittere epistolam tantis de rebus non audeo. Ex Erasmo.
Filiolus, filioli, pen. corr. Diminutiuum, (τέκνιον,) Plaut. Trucul. 17.29, Quid illa cui donatus est? A. supposuit. C. quoi? A. sibi Pro filiolo. Cic. ad Atticum, lib. 1, 1, 11, Filiolo me auctum scito, salua Terentia. Vide AVGEO.
Filiolus tibi nascitur. Iuuen. Saty. 9.9.
Filia, filiæ, (θυγάτηρ, παῖς,) notissimum verbum.
Adultera filia. Iuuen. Saty. 14.3.
Integra filia, Vide INTEGER.
Filia iam matura viro. Virg. 7. Aeneid. 11;
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Nubilis filia. Ouid. 2. de Remed. amor. 35.
¶ Auctus est ibi filia in subsidiū & solatiū simul. Tacit. in vita Agricolæ.
Collocare alicui filiam. Vide COLLOCO.
Filiam nuptui vel in matrimonium collocare, Vide COLLOCO.
Despondere filiam suam alicui. Cic. pro Cluentio, 142.
Incestare filiam. Tacit. lib. 5, Post quos Sex. Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, & saxo Tarpeio deiicitur.
Locare filiam, Vide LOCVS.
Filiola, filiolę, pen. corr. Diminutiuum (θυγάτριον,) Plaut. Rud. 4.18, Filiolam ego vnam habui; eamque vnam perdidi. Idē Cistel. 7.30,
– ego amicæ meæ
Dedi, quæ educeret eam pro filiola sua. Cic. 1. de Diuinat. 166, Filiolam suam tertiam, quæ tum erat admodum parua, ex osculans, animū aduertit tristiculam. Idem ad Atticum, lib. 6.112.1, Filiola tua gratū mihi fecit, &c.

Filix, filicis, penult. corr. fœm. gen. (πτέρις,) Herba passim in syluis, atque adeò agris ipsis crescens. Colum. lib. 2. cap. 2, Iunci & graminis pernicies, repastinatio est: filicis frequens extirpatio. Plin. lib. 27. cap. 9.6, Filicis duo genera nec florem habent, nec semen, &c. Multa apud vtrosque. Virg. 2. Georg. 38.
Et filicem curuis inuisam pascit aratris.
Maniplis filicum dura humus. Virg. 1. Georg. 59.
Neglectis vrenda filix innascitur agris. Horat. 1. Serm. Saty. 3.8.
Filicula, filiculæ, pen. cor. (πτερίδιον,) Herba similis filici, quæ super muros antiquos, aut etiam iuxta quercus crescere solet. Plin. lib. 26. ca. 8. 15, Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, &c.
FILICATVS, pen. prod. Adiect. Cic. in Parad. 12, Quid à Numa Pōpilio? minúsne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse quàm filicatas aliorum pateras arbitramur?
Filictum, filicti, (πτερεῶν,) Locus filicibus consitus. Colu. lib. 2.6, Iuncone sit, an gramine vestitus, an filictis, aliisve frutetis impeditus.

Filum, fili, (νῆμα, ῥάμμα, κλωστήρ, μίτος, κρόκη,) Proprie quod ex lino lanave trahēdo ducitur: hoc est linamētum. Lucilius, Surge mulier, duce filum non malum. Liu. 1. ab Vrbe, 141, Legatus vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen est) Audi Iuppiter, inquit, &c.
Atra fila trium sororum. Horat. 2. Carm. ode. 3.4, Id est Parcarum.
Damnosa fila senectæ exuit. Stat. 1. Sylu. 4.2.
Improba fila, Vide IMPROBVS.
Pendula fila. Claud. de torpedine, 16, 4.
Tenuia fila aranei. Lucret. lib. 3.77.
¶ Deducere fila, Vide DEDVCO.
Deducit aranea filum pede. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.2.
Deducere filum pollice. Ouid. 4. Metam. 8.
Purpureasque notas filis intexuit albis. Ouid. 6. Metam. 116.
Canis frondes intexere filis. Ouid. 15. Metam. 75. de bombycibus.
Legere fila. Virg. 10, Aeneid. 161.
Sonantia fila mouere. Ouid. 10. Metam. 18.
Incepta fila relinquit. Ouid. Ouid. 6. Metam. 7.
Fila supremæ horæ. Martial. lib. 10.5.
Resoluent fila tua triplices deæ. Ouid. 2. Metam. 131.
Traiicere filum in acu. Celsus, lib. 7. cap. 16, Igitur in duabus acubus fila traiicienda, eaque duabus manibus tenenda, &c.
¶ Filum, Linea. Varro, Sumptoque atramento sutorio filum duxit.
¶ Filum, Liniamenta faciei, & venustas. Gellius, lib. 14. cap. 4. Forma ac filo

filo virginali dixit imaginem iustitiæ fieri solitam. Idem lib. 1. cap. 9. tradit Pythagoram explorare solitum discipulos ex totius corporis filo atque habitu. Quidam physionomiam, vel tractum faciei vocant.
Pati filo esse, & simili figura. Lucret. lib. 2.69.
Subtili prædita filo. Lucret. lib. 4.18.
¶ Filum orationis, pro Stylo, & dicendi forma, ac compositione ipsius orationis. Gellius, Amaui in vtriusque epistola breuitatis elegātissimæ filum tenuissimum. Tractum est à textoribus, qui telam tenuissimo filo texentes, probatissimam conficiunt. Cic. de Amicit. 25. Nos autem à te potius, quanquam etiam ab istis sæpe quæsiui & audiui non inuitus quidem, sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. Idem 3. de Oratore, 58. Et lib. 2.52. Filum vberius.
Crassum filum. Cicero Dolabellæ, libro 9.12.3. Hospiti veteri & amico munusculum mittere volui leuidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. De oratione quam habuerat pro Deiotaro, quam mittebat ad Dolabellam.
Tenue argumentandi filum. Cicero in Orat. 68.
Tenui deducta poemata filo. Horat. 1. epist. 1.46.
Filatim, pen. prod. Aduerbium. (κατὰ νῆματα,) Lucret. lib. 2.167.
– Phœniceúsque color clarissimus multo,
Filatim quum distrahitur, disperditur omnis.
Filo, filas, (νήθω, μηρύω,) filare, Filum ducere.
FIMBRIA Romanus, homo longè audacissimus, vt scribit Cicero pro Roscio Amerino, 19. Hominem longè audacissimum (inquit) nuper habuimus in ciuitate C. Fimbriam, & (quod inter omnes constat, nisi inter eos qui ipsi quoque insaniunt) insanissimum, &c. Is diem Scæuolæ dixit, quòd non totum telum corpore recepisset. Hactenus Cicero, vbi plura lectu dignissima.

Fimbria, fimbriæ, (θύσανος, κράσπεδον, κροσσωτός,) Vestimentorum extremitas. Plin. lib. 7. cap. 51.1. Iam signa letalia: in furoris morbo, risum: sapientiæ verò ægritudine, fimbriarum curam & stragulæ vestis plicaturas.
Fimbriæ cincinnorum. Cic. in Pisonem, 19. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ; & fluentes, cerussatæque buccæ.
Fimbriátus, pen. prod. Adiectiuum. (θυσανωτός,) Plin. lib. 17. cap. 10.9. Et aliud genus simile natura monstrauit, auulsique arboribus stolones vixere. Quo in genere & cum perna sua auelluntur: partemque aliquā e matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Idem de vrtica, Caule quoque mordaci fimbriatis foliis.
Videtur significare replicatum, quod dicimus Gallicè fronsé, Sueton. in Cæsare, Vsum ferunt lato clauo ad manus fimbriato.

Fimus, fimi, m. ge. (κόπρος, ὄνθος,) Lætamē dicitur, nō tantū de stercore ailium, quātū de hoīum. Apuleius, Fimo fistula excusso. Plin. lib. 17. cap. 9.2. M. Varro principatū dat turdorū fimo ex auiariis.
Fimus columbinus, Vide COLVMBVS.
Ouillus fimus, Vide Ouillus in OVIS.
Pingui fimo saturare sola. Virg. 1. Georg. 16.
Reddere fimum, Excrementa ventris egerere. Plinius libro 8. cap. 15.3. Vide REDDO.
Fimus fœm. gen. dixit Apuleius, quū ait, [illegible] egesta.
Fimum, fimi, n. gen. Plin. lib. 28. cap. 12.8. Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) leuat vrina capræ auribus infusa, aut fimum cum bulbis illitum. Idem lib. 29. cap. 5.4. Prodest & fimum gallinaceum duntaxat russum, aceto impositum. Ibidem 5. Remedium est fimum caballinum asperium aceto, & calfactum in fico positum.
Fimētum, fimēti, pen. prod. (κοπρών,) pro Stercorario, vel sterquilinio. Plinius libro 24. cap. 19.2. Et libro 17. cap. 9. Fimeta sub dio concauo loco, & qui humorem colligat, stramento intecta, ne in sole arescant, palo è robore depacto fieri iubet Virgilius.

Findo, findis, fidi, fissum, (σχίζω, διασχίζω, ῥήγνυμι,) findere, Scindere, & diuidere veluti in duas partes. Columella libro 3. Curabis vt præacutissima falce, ab ea parte qua bifurca est, findas eam. Plinius libro 10. cap. 2.35.
Findere & diuidere. Cicero 2. de Legib. 10.
Aera findit. Ouid. 4. Metam. 134. De volante Perseo.
Sirius findit agros. Tibullus libro 1. eleg. 7.5.
Aratro cælum fidere. Ouidius 1. Trist. eleg. 7.1. De re impossibili.
Finditur cor meum. Plautus Bacchid. 5.17.
Heu cor meum & cerebrum Nicobole finditur,
Istius hominis vbi fit quaque mentio.
Finditur illic Euphrates: Hoc est diuiditur, & ramum producit. Plinius libro 6. cap. 26.5.
Freta findere classe. Propertius libro 3. eleg. 4.1.
Humum solidam findere carmine. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.4.
Mare findo carinam. Propertius lib. 3. eleg. 9.7.
Rura finduntur vomere. Claud. 1. in Eutrop. 23.
Terras findunt radices arborum. Cic. in Arato, 14.
Finditur in solidum cuneis via. Virgil. 2. Georg. 18.
Via se findit in ambas partes. Virg. 6. Aeneid. 108.

Fissus, (σχιστός,) Nomen ex participio: vt Lignum fissum. Virg. 9. Aene. 85.
Lingua fissa in duas partes. Ouidius 4. Metam. 118.
Paries fissus tenui rima. Ouid. 4. Metam. 14.
Fissus, huius fissus, (σχίσμα,) pro Fissura, & diuisura. Cicero 3. de Nat. deorum, 18. Vnde porro ista diuinatio? quis inuenit fissum iecoris? quis cornicis cantum notauit?
Fissio, Verbale, (σχίσις,) Actus ipse findendi. Cic. 2. de Nat. deorum, 237. Quibus quum terræ subigerentur fissione glebarum ab illo aureo genere, vt poetæ loquuntur, vis nulla vnquam afferebatur.
Fissūra, fissuræ, (σχίσμα, σχισμή,) Colum. lib. 4. cap. 29.3. Quod tum & totius obtruncatione vitis & cum eiusdem resectionis fissura præcipit fieri. Plinius libro 10. cap. 61.5. Quorum in digitos pedum fissura diuisa est, eo numerosiora in fœtu. Columella libro 5. cap. 10. Fissuram cuneo tedæ pineæ adigito.
Fissum ani, id est rima in ano. Celsus lib. 6. cap. 21. Propriè autem ad ani fissa, vel ora venarum fundentia sanguinem, vel cancrum, &c.
Fissilis, & hoc fissile, pen. corr. (σχιστός,) Quod fissum est, aut findi potest. Plaut. Aulul. 12.25. Ad focum si adesses, non fissile haberes caput. Virgil. 1. Geor. 29. – cuneis, & fissile lignum Scinditur. Plin. lib. 16. cap. 38.5 Hæc maximè fissilia, alia frangi celeriora, q̄ findi. Et ca. 39.1. Nullisq; fissile rimis hoc lignū. Colum. lib. 9. cap. 1.3. Erit fissilis stipes.
Robur fissile cuneis scinditur. Virg. 6. Aeneid. 36.

Fingo, fingis, finxi, fictum, (πλάττω, σκέπτομαι, ἀποψεύδομαι, ἐπισκήπτω, σχηματοποιοῦμαι,) fingere, Cōponere, formare, propriè de figulo dicitur, qui vasa format ex luto. Inde generale fit vocabulum ad cætera quæ ingenio, manúque hominis artificiosè formātur. Quintil. lib. 5. cap. 12. Statuarum artifices, pictorésque clarissimi, quum corpora quæ speciosissima fingendo, pingēdóque effingere cuperent. Idem lib. 3. cap. 11. Nec pingere quisquā aut fingere cœpit à pedibus.
Facere & fingere. Cicero pro Domo sua, 59. Quid te aut fieri aut fingi dementius potest?
Fingi & pingi, Cicero Luceio, libro 5.12.13. Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat.
Fingere & formare. Cicero 1. Academ. 9.
Fingi gignique multa agris propter fœcunditatem. Cic. 1. de Diuin. 155.
Quæ natura, prona atque ventri obedientia finxit. Salust. in Catil.
E cera fingere. Cicero 6. Verr. 25. Cybiratæ sunt fratres quidam Tlepolemus & Hero, quorum alterum fingere opinor è cera solitum esse, alterum esse pictorem.
In ceris fingere. Cicero 1. de Natura deor. 96.
¶ Dici, aut fingi. Cic. pro Mil. 3. Quid enim nobis duobus Iudices, laboriosius, quid magis solicitum, magis exercitum dici aut fingi potest, &c.
¶ Fingere animo, Cōcipere, & mēte excogitare. Cic. de Senec. 37. Quod quo magis intelligi posset, fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima.
Animo & cogitatione aliquid fingere. Cicero 5. Tuscul. 96.
Fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ, si possum efficere vt Milonē absoluatis. Cic. pro Milone, 59. Sic 3. de Nat. deo. 63.
Fingere ex sua natura cæteros: Hoc est cæteros ex suo ingenio iudicare. Cicero pro Roscio Amerino, 15. Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent.
Suscipe pauliper meas partes, & eum te esse finge qui sum ego. Cicero Pulchro, libro 3.12.3.
Finge aliquem nunc fieri sapientem, nōdum esse: qua potissimum sententia melius eliget disciplinam? Cicero 4. Acad. 209.
Fingere aliquem voto. Plin. epist. 112. lib. 6, Amo quidē effusè, & ita officiis, ita reuerentia merui: iudicio tamen, & quidem tanto acrius, quanto magis amo: tibíque, vt qui explorauerim, spondeo habiturum te generum, quo melior fingi, ne voto quidem potuit.
¶ Fingere amicitias, pro Simulare. Cicero de Amicitia, 47. Atque etiā mihi quidem videntur, qui vtilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nondum amicitiæ tollere.
Fingere, dissimulare, obtegere. Cic. Attico, libro 1.13.1. Quicū ego conloquar nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam.
Animos audientium fingere. Quintil. lib. 5. cap. 4.10.
Di me finxerunt inopis, & pusilli animi. Horat. 1. Serm. Satyra, 4.4. Hoc est fecerunt.
Carmina fingere. Horat. 4. Carm. Ode 2.7, Id est componere.
Fingere ridicula ex tempore. Cic. in Orat. 48.
Fingit causas ne det: Hoc est cauillatur. Terent. Eunuch. 1.2.58.
– postquam sentit me tecum quoque.
Rem habere fingit causas ne det, sedulò.
Fingere causas ad. Terent. Hecyra, 4.4.71, facis iniuriam,
Quum fingis falsas causas ad discordiam.
Comas auro finxerat. Stat. 5. Thebaid, 46.
Fingere corpora lingua: Hoc est lingēdo efformare, quēadmodū leones & vrsi solēt suos catulos. Virg. li. 8. Aenei. – & corpora fingere lingua.
Credibilius fingere, Quintil. lib. 4, ca. 2, 88, Nihil his credibilius fingi pōt.
Crimen fingere. Cicero 5. Verr. 120.

Universidad de Deusto Biblioteca

Fingere fabricam ad senem. Terentius. Heaut. 3.2.34.
At nunc quid expectat Syrus an dum hinc denuo
Abeat, quum tolerare huius sumptus non queat?
Nónne ad senem aliquam fabricam fingit?
Faciem, vultum, sonum nobis non possumus fingere. Cic. 1. de Orat. 63.
Fingere fallaciam. Plautus Asin. 6.2.
Hercle vero Litane, non te melius est vel expergiscier,
Atque argento comparando fingere fallaciam.
Terentius Heaut. 3.2.22. – quid faceret? c. rogas?
Aliquid reperiret: fingeret fallacias,
Vnde esset adolescenti, amicæ quod daret.
Falsum quidpiam fingere, pro Comminisci. Terent. Eunuch. 1.2.120.
Ego pol quæ mihi sum conscia, hoc certò scio,
Neque me finxisse falsi quicquam, neque meo
Cordi esse quenquam chariorem hoc Phædria.
Fauos fingere dicuntur apes, pro Artificiosè facere. Cicero 1. Offic. 219. Apium examina non fingendorum fauorum causa congregantur: sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos.
Formas aptè fingetur in omnes. Ouidius 14. Metamor. 137.
Sua cuique Fortuna fingitur moribus. Cic. in Paradox. 43.
Fugam fingere, pro Simulare. Plautus Capt. 5.14. At fugam fingitis: sentio quam rem agitis.
Futura ex euentis fingere. Cicero Cecinnæ. libro 6.6.8.
Fingere & fabricare hominem. Cic. 4. Academ. 152. Etiamne hoc affirmare poter Luculle, esse aliquam vim cum prudentia & consilio, scilicet quæ finxerit, vel (vt tuo verbo vtar) quæ fabricata sit hominem?
Fingit & creat natura homines imitatores & narratores facetos. Cicero 2. de Oratore, 121.
Ad honestatem finxit te natura. Cicero pro Murena, 55.
Iocum fingere tristi mente. Tibullus libro 3. eleg. 7.1.
Liberè & impunè aliquid fingere. Quintil. libro 6. cap. 1.32.
Maleficium fingere. Cicero pro Rosc. Amerino, 68.
Moderatur & fingit non modò mentem & voluntates, sed penè vultus eorum apud quos agit actor. Cicero 3. de Legib. 58.
Fortuna miserum finxit me. Virg. 2. Aeneid. 16.
Mores fingere. Cicero 4. Acad. 103. Tantum tibi arroges vt exponas disciplinam sapientiæ, naturam rerum omnium euoluas, mores fingas, fines bonorum malorúmque constituas.
Nidos fingere. Plin. lib. 11. cap. 21.3. Alios deinde nidos maiores fingunt.
Fingere & construere nidos volucres videmus. Cicero 2. de Orat. 13.
Quælibet in quenuis opprobria fingere. Horatius 1. epist. 16.1.
Opus luteum fingit sub trabe celsa. Ouidius 1. Fast. 32.
Institutis aliquorum commodè fingere orationem. Cic. de Clar. Ora. 149.
Summum oratorem fingere. Cicero in Oratore, 4.
Pocula fingere de humo. Ouidius 2. Trist. 98.
Ad rectum fingi. Horatius in Arte poet. 74. – quanuis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te sapis.
Fingere sibi nouas religiones ex loco. Cæsar 6. bell. Gall. 139.
Fingere se rhetora. Martialis libro 2.63.
Se totum ad arbitrium & nutum eorum qui audiunt fingere & accommodare. Cicero in Oratore, 13.
Fingere sermonem ad voluptatem alterius: Hoc est, componere & accómodare. Cicero de Amicitia, 80. Hos delectat assentatio, his fictus ad ipsorum voluptatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant.
Somnia sibi fingere. Virgilius Eclog. 8.22.
Stultitiam fingere. Plin. de Viris Illust. 10. Iunius Brutus sorore Tarquinii superbi genitus, quum eandem fortunam timeret, in quam frater inciderat, qui ob diuitias & prudentiam fuerat ab auunculo occisus, stultitiam finxit, vnde Brutus dictus.
Timores fingere. Ouidius 2. Amor. eleg. 8.5.
Venustissimè aliquid fingere. Quintil. lib. 6. cap. 3.28.
Verba, sicut mollissimam ceram, ad arbitrium nostrum fingere & formare. Cicero 3. de Oratore, 97.
Verba inania fingis. Propertius libro 3. eleg. 20.1.
Versus fingere. Horatius in Arte poetica, 77.
Virtutes fingere. Tacit. lib. 4. Occultum, ac subdolum fingẽdis virtutibus.
Vultum fingere. Cæsar 1. bell. Gall. 157. Hi neque vultum fingere, neque interdum lachrymas tenere poterant. Ouidius 4. Metamor. 64.
Vultum & incessum sibi fingere. Cicero 1. de Finib. 123. Quòd si vultum tibi, si incessum fingeres, quo grauior viderere, non esses tui similis: verba tu fingas, & ea dicas quæ non sentias.
Vultum alterius fingere. Terentius Heaut. 5.1.14. Vultus quoque hominum fingit scelus.
Fictus, Participium, (πεπλασμένος, πλαστός,) siue Nomen ex participio, pro Simulato. Terentius Eunuch. 1.2.24.
Quæ vera audiui, taceo & contineo optimè:
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palàm est. Cicero de Amicitia, 26. In amicitia autem nihil est fictum, nihil simulatũ: & quicquid est, id est verum & voluntarium. Ibidem, 58. Est enim boni viri, quem eundem sapientem licet dicere, hæc duo tenere in amicitia: primum, nequid fictum sit, néve simulatum.
Fictus & astutus. Horatius 1. Serm. saty. 3.13.
Ab aliquo deo fictus quidam. Cicero 1. de Oratore, 57. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur.
Amore ficto suspirare. Lucretius libro 4.240.
Causa à te per summam causam ficta est. Cicero pro Quintio, 33.
Ficti cinni. Plautus Trucul. 6.31.
Abire hinc ni propere grandigras, iam ego istos fictos,
Cópositos, crispos, cinnos tuos, vnguentatos, vsque ex cerebro Expellã.
Crimina ficta. Tacitus libro 3. Cunctatio ficta. Tacit. libro 1.
Deus fictus & commentitius. Cicero 2. de Natura deor. 101.
Ebrietas ficta. Ouidius 1. de Arte amandi, 120.
Fabula ficta & commentitia. Cicero 3. Offic. 50.
Fabula ficta in vanum iocum. Tibullus libro 3. eleg. 4.14.
Dat gemitus fictos. Ouidius 6. Metamor. 113.
Gratia ficta linguæ. Ouidius epist. 12.3.
Ex argilla & luto fictus homulus. Cicero in Pisonem, 46.
Picta & ficta imago. Cicero Lucceio, libro 5.12.24.
Non inerudite ad declamandum ficta materia. Quintil. lib. 1. cap. 10.25.
Ficta mulier. Plautus Sticho, 15.4. – nam ita est ingenium muliebre,
Bene quum lauta est, tersa, ornata, ficta est, infecta est tamen.
Ficto officio, simulatáque sedulitate coniunctus. Cic. pro Cecinna, 10.
Orationes fictæ. Quintil. libro 6. cap. 1.10.
Pectore ficto fatur. Virgilius 2. Aeneid. 22.
Ficta religio. Cicero Lentulo, libro 1.4.4.
Fictæ & adumbratæ res. Cicero de Amicitia, 79.
Fictæ & commentitiæ res. Cicero pro Murena, 25.
Fictus testis subornari solet & imponi falsæ tabulæ. Cic. pro Cecinna, 52.
Voce ficta gloriam sibi quærere. Ouidius 9. Metam. 10.
Tenax ficti prauique. Virg. 4. Aeneid. 38. de Fama loquitur.
Fictor, Verbale, (πλάστης, πλαστικός,) Qui ex creta atque argilla opera facit. Cicero 2. de Natura deorum, 110. Reliquos deos ea facie nouimus qua pictores fictorésque voluerunt. Plinius libro 34. cap. 2.5. Quum antè seculo fictores nobiles esse desissent.
Fictor legum. Plautus Epid. 10.86. Eúmne sinam impune, &c.
Sic da mihi verba præsenti palàm:
Atque me minoris factum præ illo, qui omnium
Legum atque iurium fictor, conditor cluet!
Fictrix, huius fictrícis, penult. prod. (πλάστις,) Verbale fœm. Cicero 3. de Natura deorum, 134. Eius autem vniuersæ fictricem & moderatricem, diuinam esse prouidentiam.
Fictè, Aduerbium, (πλαστῶς.) Cicero Appio Pulchro, libro 3.12.13. Nam vt vetus nostra simultas antea stimulabat me vt cauerem, necui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem.
Fictè & fallaciter, Verè & sapienter, contraria. Cicero pro Domo sua, 61. Ius à maioribus nostris qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerũt, … comparatum est, &c.
Fictè & simulatè loqui. Cicero Q. fratri, libro 1.1.18.
Figmentum, (πλάσμα,) Quod fictum est. Cic. 2. de Orat. 101. Tantum est flumen grauissimorũ, optimorúmque verborũ, tam integræ sententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam sine figmentis, fucóque puerili, vt mihi, &c.
Figulus, figuli, pen. corr. (κεραμεύς, χυτρεύς,) Idé quod fictor. Plin. lib. 35. cap. 12.1. Fingere ex argilla similitudines, Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi filiæ opera. Columel. lib. 11. cap. 1.8. Tã docendus est futurus villicus, quàm futurus figulus aut faber.
Figlina, figlinæ, pen. prod. (κεραμεῖον,) seu quod magis à doctis vsurpatur per syncopem figlina, Officina est in qua figulus opera facit. Plinius lib. 7. cap. 56.7. Figlinas Corœbus Atheniensis inuenit. Varro 1. de Re rust. cap. 2.18. Ac magis putem pertinere, figlinas quẽadmodum exerceri oporteat, quàm, &c.
Figlina, Dicitur ars figulorum. Plin. lib. 35. cap. 12.9. Figlinarum opera imbricibus tubulis, tegulísque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatísque, aut quæ rota fiunt.
Figlinus, penul. prod. Adiectiuum, (κεράμεος,) vt Figlina creta, qua figuli vtuntur. Plin. libro 10. cap. 21.4. Varro 3. de Re rust. cap. 9.3.
Figlinum opus, Quale figuli ipsi facere solent. Plinius libro 31. cap. 3.15.
Ollisque è figlino opere crudis.
Figlinum, figlini, (κεράμιον,) Opus ipsum figuli. Plinius libro 34. cap. 18.
Alii elimatam scobem, in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.
Figularis, & hoc figulâre, pen. prod. (κεραμικός,) Quod pertinet ad figulum. Plaut. Epid. 8.35. Versutior es quàm rota figularis.
Figularis creta, qua figuli vtuntur. Columel. libro 6. cap. 16.4. Solet etiam animal viuum creta figulari circundari.
¶ Figularibus tritis, & picis liquidæ & fricti salis singulos sextarios infundunt. Columella libro 7. cap. 5.8.
Fictilis,

Fictilis, & hoc fictile, pen. cor. (πλαστός,) Adiect. Quod est factũ à figulo. Plin. li. 35. ca. 12.6. Quæ rota fiunt, etiã fictilibus doliis ad vina excogitatis, & ad aquas: propter quæ Numa rex septimum collegium figulorum instituit. quin & defunctos sese multi fictilibus doliis condi maluere. Ibidem, 7. Turianúmque à Fregellis accitum, cui locaret Tarquinius Priscus effigiem Iouis in Capitolio dicandam. Fictilem cum fuisse, & ideo miniari solitum. Fictiles in fastigio templi eius quadrigas, de quibus, &c.
Di fictiles. Propert. libro 4. eleg. 1.5.
Figuræ fictiles. Cicero 1. de Natura deorum, 96.
Imago fictilis. Propert. libro 3. eleg. 3.6.
Pocula fictilia. Tibullus libro 1. eleg. 1.8.
Fictilia vasa. Plinius libro 12. cap. 3.2. Et libro 9. cap. 35.7. Cicero Attico, libro 6.111.23.
Vrna fictilis. Cicero in Parodox. 12.
Fictile, fictilis, pen. corr. Substantiuum, (κεράμιον,) Quicquid ex terra fingitur. Plin. lib. 35. cap. 12.2. Capta amore iuuenis, illo abeunte peregre, vmbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circunscripsit, quibus pater eius impressa argilla typum fecit, & cum cæteris fictilibus induratum igni proposuit. Ibidem, 13. Quoniam eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris constent, quàm murrhina.
Gulosum fictile. Iuuen. Satyra, 11.2.
Pura fictilia. Tibullus libro 1. eleg. 1.8.
Fictilibus cœnare pudet. Iuuenal. Satyra, 3.17.
Figura, figuræ, pen. prod. (ἰδέα, σχῆμα, τύπος, χαρακτήρ,) Est, vt ait Asconius, circa gestum, sitúmque membrorum. Terent. Eunuch. 2.3.25.
– quid tua istæc? c h. noua figura oris. p. papæ.
c h. Color verus, corpus solidum & succi plenum. Cicero lib. 1. Offi. 176. Principio corporis nostri magna natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram, reliquámque figuram in qua esset species honesta, eam posuit in promptu.
In figura hominis feritas belluæ. Cicero 3. Offic. 40.
Figura & species humana. Cicero 1. de Natura deorum. 67.
Species & figura humana. Cicero pro Rosc. Amer. 38.
Figura, forma, & statura corporis nostri ad naturã apta. Cic. 5. de Fini. 62.
Formæ figura. Cicero 1. de Natura deorum, 123.
Conformatio quædã & figura totius oris & corporis. Cic. 1. de Orat. 57.
Vocis figura. Author ad Herenn. libro 3.119.
Negotii figura. Cic. 1. de Inuent. 58. Maius & minus, & æquè magnum, ex vi & numero, & ex figura negotii, sicut ex statura corporis cõsyderat.
¶ Concors figura, Vide CONCORS.
Flebiles figuræ, Id est literæ flebiles. Claud. 2. de Raptu Proserp. 27.
Te quoque flebilibus mœrent Hyacinthe figuris.
Mœsta figura. Ouid. epist. 10.27.
Muliebris figura. Cicero de Vniuers. 51.
Simillimæ figuræ. Cicero de Vniuersit. 51.
¶ Figuram adimere alicui. Ouid. 2. Metam. 47.
– adimam tibi nanque figuram,
Qua tibi quaque places nostro importuna marito.
Impressis figuris animare aurum. Stat. 5. Sylu. 1.1.
Fallaci figuræ confidere. Ouidius 2. de Arte amandi, 29.
Habilem & aptam ingenio humano figuram corporis natura dedit. Cicero 1. de Legibus, 39.
Veri figuram ducere. Claud. 2. de raptu Proserp. 9.
Effingere varias figuras. Lucanus libro 5.143.
Exprimere quandam formam figurámque dicendi. Cic. 3. de Orat. 55.
Immutata figura alicuius. Ouid. 7. Metam. 147.
Signatur cera figuris. Ouidius 15. Metamorph. 34.
Sumere figuras varias. Ouidius 12. Metam. 112.
Trahere figuram aliquam. Ouidius 3. Metamor. 80.
– ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
Multigenis variata figuris. Lucretius libro 2.68.
Versa figura. Ouidius 10. Metamor. 46.
Hominis figura vincit omnium animantium formam. Cicero 1. de Natura deorum, 67.
¶ Figura, apud Grãmaticos, est cõformatio quædam orationis, remota à communi & primùm se offerente ratione, vt ait Quintil. lib. 9. cap. 1.
Sequi græcam figuram maler. Quintil. libro 1. cap. 5.40.
Variare, ac versare aliquid mille figuris. Quintil. lib. 5. cap. 14.25.
¶ Figura pro scommatibus. Sueton. in Vespasia. Amicorum libertatem, Causidicorum figuras, philosophorum contumaciam leuissimè tulit.
Figûro, figûras, penult. prod. (σχηματίζω,) figurare, Fingere & formare. Cicero de Vniuersitate, 22. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua vna omnis forma reliqua concluditur. Columella libro 6. cap. 27.3. Assidua & nimia cupiditate figurantes sibiipsæ Venerem. Sic Plinius libro 9. cap. 51.2. Idem libro 8. cap. 36.1. de vrsis, Caro sine oculis, sine pilo, hanc lambendo paulatim figurant. Idem libro cap. 63. Postea lambendo calefaciunt fœtus & figurant.
Formare, figurare, colorare, animare non possunt atomi. Cicero 1. de Natura deorum, 152.
Figurare in habitum staturæ. Sene. epist. 66. Non enim potuisset æs illud in habitum statuæ figurari, nisi accessissent peritæ manus.
Figurare os pueri, per translationem. Horat. 2. epist. 1.16. – os pueri tenerum, balbúmque figuret. Hoc est optimo sermoni assuefaciat.
Figurare, Imaginari. Quintil. in Gladiatore, Est quidem fœlicibus difficilis miseriarum vera æstimatio. Figurare tamen potestis qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Curtius lib. 7. Vtinam prudentius esset solicita pro filio, & non inanes quoque species anxio animo figuraret.
¶ Figurare orationem, figuris distinguere & aspergere. Quint. lib. 9. cap. 1. Illud tamen notandum, coire frequenter in easdem sententias, & tropum, & figuram. Tam enim trãslatis verbis quàm propriis figuratur oratio.
Figurâtus, pen. prod. Participium. (ἐσχηματισμένος,) Cicero 2. de Natura deorum, 137. Quid de bubus loquar (quorum ipsa terga declarant nõ esse se ad onus accipiendum figurata.
Corpus figuratum ita est, vt excellat aliis. Cicero 5. de Finibus 59. De corpore hominis.
Corpus vnum simplex ita figuratum, vt temperatione naturæ vigeat & sentiat. Cicero 1. Tuscul. 35.
Figurata stercora. Celsus libro 2. cap. 5. At venter ei qui à periculo tutus est, reddit modò mollia figurata, eodem ferè tempore, quo secunda valetudine assueuit: modò conuenientia his quæ assumuntur.
Figurata verba, apud Quintilianum libro 1. cap. 8.
Figuratio, Verbale. (σχηματισμός,) Plinius libro 11. cap. 37.83. Vt in vnoquoque poscit figuratio.
Figuratio, pro Imaginatione, apud Quintilianum Declamat. 6. Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, &c. Id est imaginetur.
Finis, huius finis, masc. vel fœm. gene. (τέλος, τέρμα, πέρας, τελευτή, ὅρος, ὅριον, μεθόριον,) Id in quo vnaquæque res terminatur. Virgil. 1. Aeneid. 40. – quem das finem rex magne, laborum? Idem 2. Aeneid. 111. Hæc finis Priami fatorum. Liuius, Et quænam futura finis tantis cladibus esset. Cic. 2. de Leg. 86. Neque necesse est edisseri à nobis, quæ finis funestæ familiæ, quod genus sacrificii, &c.
Imperium sine fine. Virg. 1. Aeneid. 57.
Anni finis. Tacit. lib. 3. Fine anni concessere vita insignes viri.
Finis fugæ. Plautus Merc. 12.67. Quis modus tibi exilio tandem eueniet? quis finis fugæ?
Operum longorum finis. Horatius de Arte poet. 82.
¶ Angusti fines æui. Lucret. libro 2.235.
Certa fin… Lucretius libro 2.103.
Honestissimus finis. Quintil. libro 2. cap. 12.8.
Idoneus finis. Quintil libro 2. cap. 15.7.
Legitimus finis. Ouidius 1. de Arte amandi, 57.
Vnus iudicati finis, Vna sententia. Paulus in L. Singulis. ff. de De except. rei iudicatæ, Singulis controuersiis singulas actiones, & vnum iudicati finem sufficere, probabili ratione placuit.
¶ Accipere finem. Quintil. lib. 2. cap. 18.2.
Addere finem alicui rei, Vide ADDO.
Afferre finem alicui rei. Quintil. lib. 5. cap. 10.55. Si finem Prætoris edicto afferunt Calendæ Ianuarii, cur, &c. Vide AFFERO.
Tributorum finem vnius imperatoris præda attulit. Cicero 2. Offic. 113.
Vitæ finis mortalibus astat. Lucret. libro 3.219.
Discordia vestra non capit finem. Virgilius 10. Aeneid. 21.
Controuersiæ iudiciariæ finem aliquando constituere. Cicero 3. Verr. 3.
Dempto fine carendus. Ouidius epist. 1.10.
Dirigere finem. Liui. lib. 9. Decad. 4. Qu. Fabium labeonem, quum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem, regiámque Thraciæ Paroreiam. Conuenit autem arbitris inter disceptãteis de iure finium.
Dare finem laborum. Virgilius 1. Aeneid. 49.
Finem dedit ore loquendi. Virgilius 6. Aeneid. 16.
Expeditus finis. Celsus libro 6. cap. 6. de xerophthalmia, Est etiam genus aridæ lippitudinis, ξηροφθαλμίαν Græci vocant. Neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum & cum dolore quodam grauescunt, & noctu prægraui pituita inhærescunt: quantóque minor huius generis impetus, tanto finis minus expeditus est.
Expletus finis pudoris. Stat. 1. Achill. 59.
Finem facere maledictis. Terent. in Prologo Heaut. 33.
De illius peccatis plura dicer, quum dabit
Alias nouas: nisi finem maledictis facit. Sic Facere finem libidini & impudentiæ, Cicero 5. Verr. 122. Et 6.12.
Finem facere sermoni, Tacere. Plaut. Asin. 12.15. Sermoni iam finem face tuo: huius sermonem accipiam.
Solicitudinis finem quamprimum facere. Cic. Planco, lib. 16.342.2.
Facere finem vitæ atque laboris. Lucretius lib. 5.192.
Fecit finem vitæ & victoribus & victis idem dies. Cic. 7. Verr. 62.
Facto fine quieuit. Virgilius 3. Aeneid. 143.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Finem orandi facere. Terentius And. 5.1.2.
Satis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea,
Satis pericli cœpi adire: orandi iam finem face.
Ferre finem rebus fessis. Virgilius 3. Aeneid. 29.
Spe finis dura ferens. Horatius 1. epist. 2.29.
Viuendi finem habeat necesse est, qui finem habet motus. Cicero in Somno Scipion. 30.
Lusus habet finem. Ouidius 3. de Arte amandi, 161.
Implere finem vitæ. Tacitus lib. 2. Finem vitæ sponte, an fato impleuit.
Imponere finem bello, Vide IMPONO.
Imponere finem curis. Virgilius 4. Aeneid. 128.
Inuenire finem dicitur res, Vide INVENIO.
Ad eum finem lecta oratio quem memoria possem comprehendere. Cicero 2. de Oratore, 74.
Orare finem malorum. Ouidius 1. Metamor. 148.
Certum voto pete finem. Horatius 1. epist. 2.12.
Ponere finem vitæ. Senec. Agamem. 7.4.
Reperire finem solicitudinis. Plancus Ciceroni, lib. 10.15.9.
Statuere finem cladi. Senec. Herc. fur. 4.1.
Statuere finem timoris. Lucretius libro 6.6.
Nec finis in illa est, Id est non definit. Ouid. 10. Metam. 85.
Discordiarum finis fit aliquando. Cic. de Arusp. resp. 42.
¶Finis, pro morte, vt Adsimulare finem. Tacit. lib. 5.
Sumere sponte finem. Tacit. libro 5. Nisi si negatis alimentis, adsimulatus est finis, qui videretur sponte sumptus. De Agrippina.
Finem & exitum alicuius rei reperire. Cicero pro Cluentio, 4.
¶Finis, quò referri, omnem rationem oportet. Cic. 2. de Inuent. 137.
Illud cuius caussa facere debemus, finē appellabimus. Cic. 1. de Inuent. 10.
Officium & finis oratoris. Cicero 1. de Inuent. 10.
Illustres fines. Quintilianus libro 2. cap. 15.25.
Quem ad finem? ad quid? quod vulgus dicit, ad quam occasionem. Cic. 5. Verr. 122. Idem 7. Verr. 60. Piratam viuum tenuisti, quam ad finem? dum cum imperio fuisti? quamobrem? quum ob caussam?
Excruciémne me? quid assequar? deinde ad quem finem? Cicero Pæto, libro 9.26.2.
Finis ædificatæ domus, vsus Cic. 1. Offic. 192. Dicendū est etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat esse: cuius finis est vsus.
Aequitas finis est in iudiciali genere. Cicero 2. de Inuent. 137.
Stipendiorum finem patris victoriā ac triumphū fuisse. Cic. pro Mure. 11.
De finibus controuersiam esse. Cicero in Topicis, 21.
Ad illum finem referenda est vulgaris liberalitas, vt facultas sit qua in nostros simus liberales. Cicero 2. Offic. 78.
¶Finis in singulari numero, pro termino, seu finibus. Tacit. lib. 16. Apud finem Ligurum id temporis erat. Sic Liuius lib. 3. Decad. 4. Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum agresti præda in agmen incidunt Romanum. Idem lib. 10. Decad. eiusdem, Ligurum duo millia ferè ad extremum finem prouinciæ Galliæ, vbi castra Marcellus habebat, venerunt. In numero multitudinis idem vsurpauit libro 5. Decad. 4. Consul alter L. Cornelius Merula per extremos. Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxerunt.
Finis imperii. Plin. lib. 12. cap. 4.2. Meroen vsque à Syrene fine imperii.
Nullo fine crescunt vites, Vide NVLLVS.
Excedere fine alicuius rei. Quintil. lib. 2. cap. 17.16. Dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinæ fine non excidit.
Ingredi intra finem alicuius loci. Cicero pro Cecinna, 16.
Tenere finem. Tacit. in vita Agricolæ, Finem Britaniæ non fama, nec rumore, sed castris, & armis tenemus.
Finem & modum transeunt appetitus. Cic. 1. Offic. 143.
Fines, finium, (κατάλήγοντα,) pluraliter sæpius, pro terminis & limitibus.
Terentius Heaut. 3.1.90. – Syrus & Crito
Vicini nostri hîc ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum. Plin. epist. 158. Est in Nicomedensium finibus amplissimis lacus. Cæsar 1. bell. Gall. 107. Quorum per fines ierant. Item lib. 8.92. Adeò fines eius vastare, &c.
Prorogatio finium imperii. Cicero de Prouinc. Consul. 23.
Tutor finium Syluanus. Horatius Epod. 2.5.
Cetarii fines, Vide CETVS.
¶Regendis finibus adiicere arbitrum. Cic. in Topic. 21.
Arcere aliquem suis finibus. Virg. 1. Aeneid. 61.
Arceri otii finibus videbam non posse. Cic. de Arusp. resp. 3.
Constituere fines in amicitia, Vide CONSTITVO.
Constituere sibi certos fines terminósque, extra quos egredi non possit. Cicero pro Quintio, 19.
Continere se finibus rerum suarum, Vide CONTINEO.
Continetur suis finibus exiguis Latina lingua. Cicero pro Archia, 17.
Contingere fines, Vide CONTINGO.
Regiones suas finésque defendere. Cicero in Orat. 79.
Ingenii sui finibus immensis describere aliquid. Cic. 1. de Orat. 107.
Fines, & termini diligendi. Cic. de Amicitia, 50. Constituendi autem sunt qui sint in amicitia fines & quasi termini diligendi.
Exire fines senectæ. Stat. libro 4. Sylu. 2.12.
Expulsus patriis finibus. Virgilius 1. Aeneid. 125.
Prouinciæ fines tantos habere quantos optauerimus. Cic. in Pisonem, 38.
Ciuitatum aliquarum fines incolere. Cic. Qu. fratri, lib. 1.3.7.
Pangere fines. Cic. in Pisonem, 28. Obtinuisti prouinciam Consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, nō quos lex generi tui pepigerat.
Præscribere fines. Cicero Qu. fratri, libro 1.1.10. et 17.
Proferre fines officiorum. Cicero pro Murena, 59. Etenim isti ipsi mihi videntur vestri præceptores, & virtutis magistri, fines officiorum paulo longius, quàm natura vellet, protulisse.
Propagare & regere fines. Cicero pro Murena, 19.
Terminare fines agri. Cicero 1. Offic. 50. Idem 3. in Catil. 70.
Iuris fines transcendere. Lucretius libro 3.12.
Præscriptos transcendere fines. Claud. 7. Paneg. 60.
Tueri fines suos ab excursionibus. Cicero pro Deiotaro, 15.
Intra fines naturæ viuens. Horat. 1. Serm. saty. 1.10.
¶Finis, pro Definitione, apud Fabium, libro 2. cap. 16. Hic igitur frequentissimus finis, Rhetoricē esse vim psuadēdi. Sic in eo capite plus decies.
¶Fine & fini in ablatiuo facit: sæpius tamen per e. Gellius lib. 7. cap. 3. Ea fini facere nolle aliquid. Idem lib. 10. Hac fini hominem dimisit. Idē libro 1. cap. 3. Quíque fini dari amicitiæ venia debeat.
Finio, finis, finiui, finitum, pen. pro. (τελέω, περαίνω, τελευτάω, ὁρίζομαι,) finire, Perficere, absoluere. Apuleius, Sine opus finiam quod incœpi.
Initium sumere & Finire, contraria. Quintilianus lib. 8. cap. 6. Quo ex genere cœperis translationis, hoc desinas. Multi enim quum initium à tempestate sumpserint, incendio aut ruina finiunt.
Animam finiuit. Ouidius 7. Metamor. 121.
Cursus annuos sacerdotes finiunto. Cic. 2. de Legibus, 32.
Dolores finire. Virgilius 12. Aeneid. 175.
Gladio finire dolorem. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 7.9.
Finire dolores morte. Cicero 1. de Finib. 75. Et 1. Tuscul. 86.
Finire errorem. Liuius 1. ab Vrbe, 6. Ea res vtique Troianis spem affirmat tandem stabili certaque sede finiendi erroris.
Famem finire cæde boum. Ouidius 11. Metamor. 75.
Iurgia finieram. Ouidius 1. Amor. eleg. 13.10.
Finiri morbo. Plin. epist. 12.2, Nam vtrunque in illis qui morbo finiuntur, magnum ex ipsa necessitate solatiū est: in iis verò quos accersita mors aufert, hic insanabilis dolor est, quòd creduntur potuisse diu viuere. Sic Finire vitam inedia, Plinius libro 8. cap. 42.4.
Prandia finire moris. Horat. 2. Serm. saty. 4.5.
Finire rem, paucorum certamine. Plinius de Viris Illust. 4.2, Quum inter Romanos & Albanos bellum fuisset exortum, ducibus Hostilio, & Suffecio, placuit rem paucorum certamine finire.
Sententiæ verbis finiantur. Cicero 3. de Oratore, 106.
Sitim finit copia lymphæ. Horatius 2. Epist. 2.30.
Spiritum finiebat. Tacitus libro 14.
Ratione componantur verba & finiantur. Cicero in Orat. 93.
Vitam finire, gule, Ouidius 2. Trist. eleg. 7.11.
Laqueo finire vitam. Senec. Hippol. 2.36.
Finire vitam suspendio, pro Suspendere. Sueton. in Augusto.
Modum sepulcris nouis finiuit Demetrius. Cicero 2. de Legibus, 103. Id est statuit, præfixit.
¶Finire prouinciam alicui certo tempore, Id est Certum tempus præstituere intra quod prouincia decedat. Cic. Attico, libro 8.147.5. Marcóque Marcello Cons. finienti prouincias Gallias Cal. Martii, restitit.
Finire animo aliquid. Liuius 1. ab Vrbe, 77. Signum contra quod longissimè conspectum oculi ferebant, animo finiunt.
Finire diem. Liuius 5. bell. Maced. 22. Cuius coercendi cum ratio quæreretur, diem finiri placuit, Feralia quæ proximè fuissent: vt qui post eam diem, &c.
Finire lege. Cic. M. Marcello, libro 15.7.4. Nequid accedat temporis ad id quod tu mihi & Senatusconsulto & lege finisti.
¶Finire, pro Definire. Quintilianus libro 2. cap. 26. Ante omnia quid sit rhetorice, quæ finitur quidem variè. Idem libro 7. cap. 4. Si finias equum, genus est animalis.
Vtilitate finiri. Quintilianus libro 3. cap. 8.1. Deliberatiuas quoque mitor à quibusdam sola vtilitate finitas.
Cupiditates satietate sua, non diuisione Epicuri finiebat L. Thorius Balbus. Cicero 2. de Finibus, 102.
¶Finire, absolutè, pro Vita decedere. Tacitus libro 5. Sic Tiberius finiuit, octauo & septuagesimo ætatis anno.
¶Finitur. Plin. lib. 18. cap. 2.1. Honósque is, non nisi vita finitur.
Finitus, penult. prod. (πεπερασμένος,) Participium: pro eo quod Cessauit, & finem fecit. vt Finitum frigus. Plinius libro 18. cap. 27.3. Dabitur & aliud finiti frigoris indicium.
Aetas finita certis legibus. Ouidius 5. Fast. 14.
Lingua dentibus finita. Cicero 2. de Natura deorum, 213.
Potestas finita cuique. Lucretius libro 1.16.

Via finita. Ouidius 3. Trist. eleg. 2.4.
Finite, pen. prod. Aduerbium. (ὡρισμένως,) Cicero 2. de Finib. 48. Ergo & auarus erit, sed finite: & adulter, verum habebit modum: & luxuriosus eodem modo.
Finitio, Verbale, (ὁρισμός, ὅρος, λόγος,) Idē quod Definitio. Quintil. lib. 5. cap. 13. Finitio potest esse pro nobis. Idem lib. 2. cap. 16. Huic substantiæ maximè conuenit finitio, Rhetoricen esse bene dicendi scientiam. Gellius libro 13. cap. 19. Non finitiones illas prærancidas, atque fœcutinas grammaticas spectaueris, &c. Vbi de vocabulorum terminationibus agitur.
Finitionem Gellius libro 15. cap. 9. accipit pro ea quam regulam vulgo dicunt Grammatici.
Finitio quid sit, latissimè explicat Quintilianus libro 7. cap. 4.
Parum plena finitio. Quintilianus libro 7. cap. 4.17.
Mouet finitionem. Quintil. libro 3. cap. 6.73.
Confirmare & Soluere finitionem, opponuntur. Quintil. lib. 5. ca. 10.41.
Propriis confirmatur finitio, differentibus soluitur.
Finitor, pen. prod finitôris, (ὁριστής,) Agrorum mensor dicitur. Plaut. Pœnul. 249. – eius nunc regiones, limites, confinia.
Determinabo: ei rei finitor factus sum ego. Cic. pro Lege Agraria contra Rullum, 45. Interea dissoluant iudicia publica, de consiliis abducant quos velint, singuli de maximis rebus iudicent: Quæstori pmittant: finitorē mittāt: ratū sit qđ finitor vni vlli à quo missus erit, renūtiauerit.
Finitor rerum maximus. Stat. 8. Thebaid. 19.
Finitimus, pen. corr. Adiectiuum, (ὅμορος,) Vicinus & propinquus. Liuius lib. 1. Iam res Romana adeò erat valida, vt cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset. Plinius de Viris Illust. 2.2, Romulus asylum conuenis patefecit: & magno exercitu facto, quū videret coniugia deesse, per legatos à finitimis ciuitatibus petiit. Sic Finitima oppida, Cicero 7. Verr. 53. Idem in Topicis, 18.
Vicini & finitimi. Cicero pro Sylla, 43.
Mari finitimus est aer. Cicero 2. de Nat. deor. 145.
Falsa veris finitima sunt. Cicero 4. Acad. 123.
Aegritudini finitimus est metus. Cicero 4. Tuscul. 103.
Oratori finitimus poeta est. Cicero 1. de Orat. 36.
Inferre bellum finitimis. Cicero pro Lege Manilia, 5.
Finitimi & propinqui perturbationibus animi motus. Cic. 2. de Orat. 99.
Armis finitimis circunsonor. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.23.
Bellum finitimum, Quod cum finitimis geritur. Suetonius in Augusto, cap. 1. Qui bello finitimo, quum fortè Marti rem diuinam faceret, nuntiata repentè hostis incursione, semicruda exta rapta foco prosecuit, atque ita prælium ingressus, victor rediit.
Loci finitimi. Ouidius 2. de Remed. amor. 46.
Vectigalibus nostris finitimum regnum. Cic. pro Lege Manil. 2.
Pertinacia perseuerantiæ finitima est. Cic. 2. de Inuent. 244.

Fio, (γίνομαι, γίγνομαι, ποιοῦμαι, φύομαι,) Id est efficior. Passiuā enim verbi facio significationem habet. Irregulariter autem fierem pro firem facit: & fieri pro firi. Præteritum est factus sum vel fui. Præsens imperatiui capit à futuro optatiui, Fias, fiat: fiamus, fiatis, fiant: quia Fi non dicitur, & Fite rarissimè legitur, vt apud Catonem: & Fite in Amphit. Plauti. Fiens & fiendus barbara sunt. Veteres fitur dixere, & facitur, paruifaciatur, facessetur, vt probat Priscianus: quæ exoleuerunt. In reliquis fio per quartam coniugatur.
Fio. Terent. Eunuch. 1.2.103. – biduum:
Saltem vt concedas solum. PH. siquidem biduum:
Verum ne fiant isti viginti dies.
Constare & fieri. Cic. in Orat. 111. Contríque accidere in spondeo & trocheo, quòd alter ex longis constaret, alter è breuibus fieret.
Fieri & fingi. Cicero pro Domo sua, 59. Quid te aut fieri aut fingi dementius potest?
Fieri, accidere, euenire. Cicero 2. de Diuin. 28. Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore: quæ potest esse fortuna?
Fit absynthium in Arabia. Id est, gignitur, & producitur. Plaut. Trinum. 13.87. – quin discupio
Dicere, omnium primum in Pontum aduecti Arabiam
Terram sumus. C. eho, an etiam Arabia'st in Ponto? S. est, non
Illa, thus vbi gignitur, sed vbi absynthium fit, atque cinila gallinacea.
Fiet tibi acceptum, pro Referetur. Plin. epist. 120. Sed licet cessauerint illæ tempestate detentæ, tu tamē meruisti vt acceptum tibi fieret: quòd quo minus non exhiberes, non per te stetit.
Fis anus. Horatius 4. Carm. Ode 13.1.
Nunc agilis fio. Horatius 1. epist. 1.4.
Auatum fieri. Horatius 1. Serm. Saty. 1.21.
Fit caussa. Plautus Merc. 20.6.
Vxor viro si clam est egressa domo foras,
Viro fit caussa, exigitur matrimonio.
Fiet cibi aliquid. Plautus Trucul. 8.11.
– non ædepol bibere possum iam,
Ita animo malè est. P. mane, aliquid fiet cibi.
Fit contumelia. Terentius Hecyra 3.5.21. Ego scio me cauisse, ne vlla meritò contumelia fieri à vobis posset.
Fit conuitium. Cicero ad Plancum, libro 10.16.3. Quum ei magnum conuitium fieret cuncto à Senatu.
Fio commodioris valetudinis. Quintil. libro 6. cap. 4. Quum vellet videri commodioris valetudinis factus.
Fit detrimentum. Plancus ad Ciceronem, libro 10.11.8. Nequid detrimēti fiat, dabitur à me opera.
Fit diues, Euadit in diuitem, vel ditatur. Plautus Trinum. 8.21,
Quas dependit, inquit, qua sponsione pronuper tu exactus es
Pro illo adolescente, quem tu aiebas esse diuitem factum.
Fient in illum exempla. Terentius Eunuch. 5.5.6.
Quæ illæc turba est? numnam ego perii? adibo. quid isthuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient?
Fit ex otio. Terentius Heaut. 1.1.57.
Nulla adeò ex re isthuc fit, nisi ex nimio otio.
Fit ex vera vita. Terentius Adelph. 5.9.30. – dicam tibi:
Vt id ostenderem: quòd te isti facilem & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo Mitio.
Fit ex ea re. Terentius And. 2.3.11. Ex ea re quid fiat, vide.
Excusatè fieri videtur. Quintilianus libro 2. cap. 1.10.
Fit gemitus. Virgilius 6. Aeneid. 44.
Honorificentius fieri non potuit de aliquo quàm fecerim. Cicero Attico, libro 12.241.14.
Fiunt insidiæ. Terentius Eunuch. 3.3.26. Dico ego mihi insidias fieri. Sic Horatius 1. Serm. Saty. 2.21.
Si ita factum esset, magno vsui caussæ nostræ fuisset. Cic. Atti. lib. 7.131.5.
Fit liber. Plautus Aulul. 9.31,
Censen' talentum magnum exorari posse
Ab isthoc sene, vt det qui fiamus liberi?
Moderatè fieri, Vide MODERO.
Fieri modum non video, Quod vulgus dicit, nullam rationem. Terentius Heaut. 4.5.7. – magno desyderio fuit ei filius.
Verum vbi videbit tantos sibi sumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rursum vt abeat ab se filius.
Mora fit per ianitorem. Horatius 3. Carm. Ode. 14.4.
Fieri obuiam. Cicero ad Atticum, libro 16.337.1. Obuiam mihi fit tabellarius. Sic 2. Verr. 12. Fit obuiam casu ei multitudini. C. Curio.
fieri proprie pecunia dicebatur, authore Donato. Quintilianus,
Quæ pecunia ad Hispaniense bellum facta est.
Fiunt morigeri pessuli mihi: Hoc est non crepitant. Plaut. Curcul. 3.65.
– sentio sonitum:
Tandem ædepol mihi morigeri pessuli fiunt.
Fieri non potest quin. Terentius Hecyra, 3.3.37.
– sed si fieri id non potest quin sentiant,
Dicam abortum esse.
Neque fieri potest. Cicero de Amicitia, 49. Neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.
Neque fieri potest vt. Cic. de Amicit. 65. Nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit, vt neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, vt non statim alienatio disiunctióque facienda sit.
Fit potestas. Cic. ad Caniniū, lib. 2.16.4. De rationibus referendis nō erat incōmodū te nullā referre, quā tibi scribis à Bibulo fieri potestatem.
Fit idem quasi. Cic. de Amicitia, 13. Sensu enim amisso fit idem quasi natus non esset omnino.
Fiet quod optaueris. Pl[illegible] Asin. 12.133. Exopta id, quod vis maximè tibi euenire, fiet.
Factus reus. Plinius de Viris Illust. 57. Ob quod à populo Collega eius Claudius (nam ipsum authoritas tuebatur) reus factus.
Fit satias. Terentius Eunuch. 5.3. Vbi satias cœpit fieri, commuto locum.
Fit in hac re scrupulus. Terentius Phorm. 5.9.30. Ea mortem obiit: è medio abiit, quī fit in re hac scrupulus?
Fit sonitus in æthere. Virgilius 4. Georg. 16.
Fit strepitus tectis. Virgilius 1. Aeneid. 146.
Fit sumptus. Terentius Heaut. 4.5.7.
Verum vbi videbit tantos sibi sumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum, &c.
Non fit verisimile. Terentius And. 1.3.10, Mihi quidem hercle non fit verisimile: atque ipsis commentum placet.
Fit verum. Cic. de Amicitia, 58. Ita fit verum illud quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse.
Fit via vi. Virgilius 2. Aeneid. 99.
Ex muliere vir factus. Liuius 4. bell. Pun. Alia vulgata miracula, erant ex muliere Spoletem virum factum.
Fit vis in eum. Terentius Eunuch. 5.5.24. – nequam in illum
Thais vim fieri sinat.

Universidad de Deusto Biblioteca

Velit. Cicero in Orat.102. Quæ sic aperta est, vt mirer veteres non esse commotos, præsertim quum, vt fit, fortuito sæpe aliquid concluse, aptéque dicerent.
Fit, vt de eadem re sæpe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit. Author ad Herennium, libro 2.52.
Hoc nisi fit, vt. Terentius And.3.2.36. Hoc nisi fit, puerum vt tu videas: nihil mouentur nuptiæ.
Factum tua iniuria. Plaut.Trucul.4.63. Vostra hercle factū iniuria, quæ properaueritis olim rapere.
Factum est tibi nomen Menæchmo. Plaut.Menech.24.69. Quomodo igitur post Menæchmo nomen est factum tibi?
¶Fieri, pen.corr. pro Aestimari. Cic.de Amicit.52. Tertius vero ille finis teterrimus, vt quanti quisque se ipsum faciat, tanti fiat ab amicis.
Fieri illud solet. Plautus Trinum.13.66.
– vide homo vt hominem noueris.
S. Tanquam me: fieri isthuc solet, quod in manu teneas, &c. Id est euenire & contingere, inquit Donatus.
¶Fit illud sæpe. Plautus Mostel.3.18.
– atque illud fit sæpe: tempestas venit, Confringit tegulas.
¶Fiat. Est particula permittentis ac concedentis, aut annuentis aliquid. Plaut.Mostel.14.44.
– i mecum hercle obsecro te, vnà simul.
S. Fiat. Idem Pseud.7.147.
Agite amouemini hinc vos intrò nunc iam:
Ac meis vicissim date locum fallaciis.
S. Fiat, geratur mos tibi. Idem Amphit.8.136.

Firmus, Adiectiuum, (στερεός, ἑδραῖος, ἰσχυρός, ἐπίμονος,) Stabilis, constans: à ferendo dictus, quòd constanter omnia ferat. Plautus Trinum.15.14.
Hic meo hero amico solus firmus restituit: neque demutauit animum De firma fide.
Firmus accusator, Qui sibi non pugnat, & constanter arguit. Cic.1.Verr.16. Deinde accusatorem firmum, verúmque esse oportet.
Firma oculorum acies, Vide ACIES.
Acta alicuius firma. Cicero 1.Philipp.12.
Firma amicitia, Constans & stabilis. Terent.Hecyra,4.1.19.
Adeón' pertinaci esse animo, vt puerum præoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires, &c.
Amore firmo vinctus. Ouidius epist.19.18.
Amores firmos rumpere. Ouid.1.de Arte,77.
Argumenta firma ad probandum. Cic.de Clar.Orat.148.
Firma & constans assensio. Cicero 1.Acad.61.
Carina firma. Ouid.epist.2.10.
Cibus firmus: cui opponitur Imbecillis. Celsus libro 2.cap.18. Ouum durum valétissimæ materiæ est: molle & sorbile, imbecillimæ. Quúmque panificia omnia firmissima sint, elota tamen, &c. Paulo pòst, Frumentū firmius. Hūc firmū cibū, Varro alibilē vocat lib.2.de Re rust.ca.11.1.
Stabilis & firma ciuitas. Cic.de Amicit.23. Quæ autē domus tam stabilis, quæ tā firma ciuitas est, q̄ nō odiis atq; dissidiis funditus possit euerti?
Valens & firma ciuitas. Cic.de Arusp.resp.56.
Satis firmo corpore nondum esse. Cic.Matio, lib.11.27.1.
Omnino firmos duces exercitus habere. Cic.Bruto, lib.1.10.8.
Firma fides. Plaut.Capt.16. – quúmque hæc repta est fides Firma nobis.
Fundus nec vendibilis, nec pascere firmus. Horat.1.epist.18.10.
Gener firmus. Terentius And.3.3.40. Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum.
Ianua firma. Ouidius 2.Amor.eleg,12.1.
Iuuenis firmus. Horatius Epod.12.1.
Mens firma permanet in suo voto. Ouid.epist. [illegible]
Nuptiæ firmæ. Terent.Hecy.1.2.26. Firmæ h[illegible] vt sint nuptiæ.
Firma & stabilis opinio de aliqua re. Cic.de Clar.Orat.56.
Firmum pectus. Plautus Asin.17.3.
Nec quisquam est tam ingenio duro, nec tam firmo pectore,
Quin vbi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene.
Pectus firmus. Ouidius 1.Trist.eleg.4.11.
Pectore firmo nunc opus est. Virg.6.Aeneid.52.
Poplite nondum firmo constitit. Ouid.15.Metam.45.
Potestas firma rerum. Valer.4.Argon.3.
Potio firma, Hoc est multi nutrimenti. Celsus libro 2.cap.18. Firmior ex frumento potio est, quo firmius fuit ipsum frumentum.
Firmior ex eo vino quod bono solo, quàm quod tenui natum est.
Firmissima præsidia vitæ sine metu degendæ. Cic.1.de Finib.55.
Robora firma. Virgilius 2.Aeneid.97.
Rumor firmus. Cic.ad Atticum, libro 12.231.2. Illum discessisse Alexandrea rumor est non firmus, ortus ex Sulpitii literis.
In firmiore spe esse. Cicero ad Atticum, libro 8.157.2.
Firmior valetudo. Plin.libro 11.cap.37.61. Hominum paucis non est, quorum valetudo firmior & vita longior. De felle.
Vina firmissima. Virgilius 2.Georg.10.
Vincula firma. Ouidius 1.Fast.74.
Vires firmæ. Ouidius 3.Fast.7.
¶Firmum ad defensionem. Cic.7.Verr.60. Vtrū tandē tibi ad defensionem firmius fore putasti? Idem 4.de Finib.85. Discedet tamen nihilo firmior, ad dolorem ferendum, quàm venerat.
Firmum stabiléque. Cicero 1.Offic.10. Firma stabilia coniuncta naturæ. Idem de Amicitia,55. Sunt igitur firmi, & stabiles, & constantes eligendi: cuius generis est magna penuria, & iudicare difficile est sanè nisi expertum.
Fideliter firmum. Quintilianus libro 6.cap.4.12. Nam quod fideliter firmum est, &c.
Ratum, firmum, fixum aliquid esse. Cicero 4.Acad.255.
Firmi nihil satis video. Terent.Heaut.2.3.96. – fabulæ, Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.
Tenere aliquid firmum. Cicero in Orat.140. Id est certum. Idem Attico, libro,16.533.14.
¶Firmus, Integer, validus, robustus. Cicero Tironi, libro 16.12.1. Te penitus rogo, ne tam longæ nauigationi & viæ per hyemem nisi bene per firmum committas. Eidem libro 16.10.1. Ibi te vt firmum offendam mi Tiro effice. Sed confido, si diligentiam, quam instituisti adhibueris, citò te firmum fore.
Firmus ab, Vide A, vel AB præpositiones.
Firmus ab equitatu. Plancus ad Ciceronem, libro 10.15.4. Me, vt venirem, copiásque coniungerem rogauit, eóque magis quòd & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat.
Ad aliquid faciendum non satis firmus aliquis. Cn.Magnus Marcello in Epist.ad Atticum, libro 8.161.1.
Ad viuendum firmus, Vide AD præpositionem.
Firmiores in sententia. Cicero pro Corn.Balbo,50.
Firmissimus pro veritate. Plinius epist.35.g. Cornutus Tertullus Consul designatus, vir egregius, & pro veritate firmissimus, censuit.
Ira firmissimus. Ouidius 7.Metam.92.
Parum firmus & imbellis. Horatius Epod.1.4.
Firmè, Aduerbium, (ἰσχυρῶς,) Stabiliter, inconcusse. Plautus Milit.14.24. Infido celas, ego sum firmè tibi fidelis. Cic.1.de Fini.107. Qui hac exaudita quasi voce naturæ, sic eā firmè grauitérque cōprehenderit.
Firmè accurare rem suam. Id est, non segniter, sed acri & diligenti animo. Plaut.Persa,13.3. Atque ædepol firmè vt quisque rem accurat suam, Sic ei procedit.
Asseuerare aliquid firmissime. Cic.Attico, libro 11.205.7.
Firmè grauitérque vocem naturæ comprehendere. Cic.1.de Finib.108.
Satis firmè animo concipere & comprehendere aliquid. Cic.2.de Finib.9.
Non firmè tantum continere, verum etiam citò percipere oportet multa acturos. Quintil.libro 11.cap.1.
Firmè respondere: Hoc est, absque vllo timore aut pauore. Plin.epist.99.lib.6. Respondit Fronto Catius grauiter & firme.
Sustinere firmè aliquid. Cicero 3.de Finib.48.
Firmiter, pen.corr.(παγίως,) Aliud aduerbium. Idem. Plaut.Casin.3.43. Concludere in fenestram firmiter? Idem Pseud.13.112. Eum promisisse firmiter dixit mihi. Varro 3.de Re rust.cap.9.6. Circum omnia posita sint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut affixa firmiter.
Firmitas, pen.corr.(πῆξις, τόνος, τὸ στάσιμον,) Stabilitas, Constātia. Plau. Mostel.10.34. – age, specta postes quoiusmodi, Quanta firmitate facti, & quanta crassitudine. Cicero de Amicit.43. Itaque vt quisque minimum firmitatis habeat, minimúmque virium, ita amicitias appetere maximè.
Firmitas & constantia. Cicero 2.de Finib.106. Idem Dolabellæ, libro 9.11.3. Firmitatem tamen & constantiam, si modò fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quam reliquisti.
Animi firmitas. Quintil.in Procem.lib.6.4.
Sapientis firmitas. Cicero 4.Acad.121.
Firmitas vinorum, pro eo quod vulgus potentiam & durabilitatem vocat. Plin.lib.14.cap.2. Principatus datur Amineis propter firmitatem, senióque proficientem vini eius vbique vitam.
Gladiatoria totius corporis firmitas. Cicero 2.Philipp.74.
Obnixa firmitas, Vide OBNITOR.
Non satis firmitatis habent. Cic.de Amicit.18.
Ad firmitatem intendere se, Vide INTENDO.
Aliquid firmitatis nancisci. Cicero Bruto, libro 11.12.2.
Constantia & firmitas nec animi nec orationis requiretur. Cicero Attico, libro 12.255.2.
Firmitas materiæ sustinet ictum. Cæsar 2.bell.Ciuil.43.
Firmitūdo, pen.prod.(στερέωσις,) Idem. Plaut.Asin.7.54. Si istam animi firmitudinem obtines, salui sumus.
Firmitudo animi. Cic.ad Atticum, lib.10.192.1. Per enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri & factum nostrū probari. Idem ad Lucceium, lib.5.13.5. Tum nihil plus quàm quòd firmitudinem grauitatémque animi tui perspexi. Idem 2.de Inuent.139. Tacit.lib.4.
Vocis

Vocis firmitudo. Author ad Herenn.libro 3.112.
Minus firmitudinis habere. Cicero 2.de Inuent.163.
Obtinere animi firmitudinem, Vide OBTINEO.
Firmo, firmas, (ἵστημι, στηρίζω, ἑδράζω, ἱδρύω, ἐρείδω, στερεόω, τονόω,) Firmare, Stabilire, & quod vulgus dicit fortificare. Liuius, Firmatque cum Aphricis maximè præsidiis.
Firmare & docere. Cicero de Arusp.resp.27. Tabulis hoc Censorum, memoria multorum firmabo ac docebo.
Ad spem aliquem firmare. Tacitus lib.14. Atque eum authore Burro prima Centurionum Tribunorúmque adulatio ad spem firmauit.
Aciem firmare, Vide ACIES.
Aditus firmare, Vide ADITVS.
Aestuaria proxima aggeribus & pontibus traducendo grauiori agmini firmat. Tacitus libro 4.
Firmare agrum sepibus, Claudere. Plinius libro 18.cap.6.13.
Firmare aluum, pro Astringere. Plinius libro 14.cap.18.2. Est contrà in Lycia quæ solutam aluum firmat.
Animum firmare alicui. Ouidius 3.Metamor.136.
Animum aduersum suprema firmat. Tacitus libro 15.
Firmarunt robore castra. Silius libro 8.89.
Cohortes firmare. Tacit.lib.11. Iret in castra, firmaret Prætorias cohortes.
Corpus firmare. Plin.de Viris Illust.76. Vbi per seditionem populatem à Pharnace filio in turre obsessus venenum sumpsit. Quum id tardius biberet, quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat, immissum percussorem Gallum Sithocum authoritate vultus territum reuocauit. De Mithridate rege Ponti.
Corpora cibo firmare. Liuius 7.bell.Pun.77.
Firmare labore corpora iuuenum. Cic.2.Tuscul.61.
Dotem firmare. Terentius Heaut.5.4.4.
Ehem Menedeme, cur non accersi iubes
Filiam, & quod dixi dotis, firmas?
Fidem firmare. Terent.And.3.1.4. Sed hīc Pamphilus. S. quid dicit? M. firmauit fidem. Idem Hecyra,1.23.
Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem
Sanctius, quàm iusiurandum, id pollicerer tibi Laches. Sueton.de Claris Rhet.1.d, Sæpe fabulis fidem firmare aut demere, quod genus [illegible], &c. Plin.de Viris Illust.6. Equitum centurias numero duplicauit, nomina mutare nō potuit, Accii Nauii Auguris authoritate deterritus, qui fidē artis suæ nouacula & cote firmauit. Proper.lib.4.eleg.1.19.
Firmare fidem alicui rei, facere vt magis credatur. Terent.Hecyra,4.2.5.
Téque antè quàm me amare rebar, ei rei firmasti fidem. Vbi Donatus, Ordo & sensus hīc est, Et quod antè rebar, ei rei firmasti fidem meam: neque me fefellit, quod antè rebar, te me amare: nam ei rei firmasti fidem, id est probationem attulisti.
Fides antiquitatis, religione firmatur. Tacit.in lib.de German.
Fœdera firmare dictis. Virgilius 12.Aeneid.43.
Imperium firmare. Cicero pro Sylla,23.
Cæteris belli meditamentis militem firmabant. Tacit.lib.20.
Mœnia vrbis firmauit. Tibullus libro 2.eleg.5.5.
Firmat & auget etiam latronum opes iustitia. Cic.2.Offic.87.
Grauitate quadam & contentione firmare orationē. Cic.2.de Orat.117.
Pacem firmare. Cæsar 4.bell.Gall.567. His rebus pace firmata.
Præsidia alicuius firmare. Cic.Bruto,10.6.
Promissa numine firmat. Ouid.10.Metam.85.
Prouinciam pace præsidiísque firmare. Cicero Lentulo, lib.1.7.14.
Soporem firmare alicui. Ouid.1.Metam.144.
Valetudinem firmare. Tacit.lib.3. Eius anni principio Tiberius quasi firmandæ valetudini in Campaniam concessit.
Pinus vestigia firmat. Virgilius 3.Aeneid.131.
Vires industria firmat. Virg.3.Georg.41.
Ratione vim & naturam fati & diuinationis firmare. Cicero de Fato,17. Idem 1.de Inuent.81.
Vocem firmare. Cicero 3.de Orat.126.
¶Firmare, pro Confirmare. Tacitus lib.3. Vt basilicam Pauli Aemylia monimenta propria pecunia firmaret, ornarétque. Idem libro 4. Vetustum Asylius vt firmaretur petentibus.
¶Firmare pro asseuerare. Tacit.lib.1. Vix quicquam firmare ausim. Idem lib.4. Lacedæmonii firmabant annalium memoria. Et lib.5. Nihilque vsurpauisse ex his, quæ vetus memoria firmauit. Infra, Nec vltra biduum duratur, Macroni firmauit. Et libro 5. Neque frustra sapientiæ præstantissimus firmare solitus est, si recludantur tyrānorū mentes.
Firmare aliquid iureiurando. Cicero 2.de Legib.27.
Firmatus, pen.prod. Participium. (ἐστηριγμένος,) Cic. pro Domo sua,37. Collegia medius fidius Tribunorum plebis tota reperientur hoc iure firmato, quæ coeant de hominum locupletissimorū bonis, præda præsertim populari, & spe largitionis oblata.
Acies firmata, Vide ACIES.
Aetas firmata. Cicero pro Cælio,34. Virg.Eclog.4.8.
Consilio & ratione nondū firmatus adolescētis animus. Cic. p Cluent.9.
Leges pacis firmatas dissoluere. Claud.1.de raptu Proserp.13.
Mens firmata. Ouidius 1.Fast.99.
Vetus opinio & omnium gentium firmata consensu. Cic.1.de Diuinat.1.
Stirps virtutis firmata. Cicero pro Cluentio,63.
Firmatæ cibo vires: hoc est Roboratæ. Liuius 9.ab Vrbe,166.
Firmata vox. Cicero ad Atticum, libro 2.34.6. Sed est iam vna vox omnium magis odio firmata quàm præsidio.
Firmātor, pen.prod. Verbale: (στηρικτής,) vt Pacis firmator. Tacit.lib.2. Missus tamen Drusus, vt retulimus, pacis firmator.
Firmāmen, pen.prod.(στήριξις,) Ouid.10.Metam.98. – ruptósque obliqua per vngues Porrigitur radix, longi firmamina trunci.
Firmamentum, (στήριγμα,) Soliditas & stabilimentum. Cicero pro Cluentio,2. Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti & parum virium falsitas habet, sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet.
Hīc imbecillum firmamento opposuit.
Firmamentum ac robur. Cicero pro Lege Manil.5.
Firmamentum disciplinæ. Cicero 4.Tuscul.12.
Imperii firmamentum. Cicero 3.Verr.132.
Firmamentum Reipublicæ. Cicero ad Atticum, libro 1.13.6. Id est, in quo Respub. stat & firmatur.
Stabilitatis constantiæque eius quam in amicitia quærimus, firmamētum, est fides. Cicero de Amicitia.58.
Flos equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipublicæ, Publicanorum ordine continetur. Cicero pro Plancio,19.
Ordo cæterorum ordinum firmamentum. Cic. pro Lege Manil.11.
Ponere firmamentum in aliquo. Cicero pro Flacco,7.
¶Firmamenta, pro Neruis. Gellius libro 13.cap.21. Vincula & firmamenta membrorum.
Firmamentum & continens causæ dicitur Latinè, quod punctum litis decisorium vocant. Quintilianus in tertio, συνέχον autem quod continens alii, firmamentum alii putant. Budæus.
FIRMVM castellum, Pomponio & Straboni: Firmium Ptolemæo: Plinio, Firmanorum castellum, Vrbs est Italiæ in Piceno. Vulgo fermo.
Firmanus saltus. Catul.de Saltu Firmano,109.1.

Fiscus, fisci, m.g.(δημόσιον, βαλάντιον,) Asconius, Fisci fiscinæ, fiscellæ, spartea sunt vtensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. Vnde quia maior summa est pecunia publicæ quàm priuatæ, factū est vt fiscus pro pecunia publica, & inde Confiscare dicatur. Hæc Asconius. Fiscus tamen, vt nonnullis placet, est pecunia imperatoris, quam Domanium dicimus. Plinius ad Traianum,57. At fortasse non eadem seueritate fiscum, qua ærarium cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Hæc ex Budæo. Cic.2.Verr.15. Ei quoque negotio fisci Sicilienses minabantur. Corn.Tacit.lib.1. Primam ac vicesimam legiones Cæcinna legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit turpi agmine, quum fisci de imperatore rapti inter signa, intérque Aquilas veherentur.
Tollere fiscum. Cic.5.Verr.158.
Ex fisco in cistam pecuniam transferre. Cic.5.Verr.170.
¶Fiscus itē pro qualo oleario qui ceruici torcularis supponit, ne fraces in lacum cum oleo defluant. Vel etiam pro qualo in quo oliuæ ponuntur quum prelo supponūtur: vt amurca, id est oleum crassius aliquantisper exanietur, id est exudet, & per vimina perfluat. Colomel.lib.12.cap.50. Sereno cælo manibus destringi oliuam oportebit, & substratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari. Tum diligenter mundatam, protinus in torcular deferri, & integrā in fiscis nouis includi, prelísque subiici, vt quantum possit, paulisper exprimatur. Idem eodem libro, cap.49. Deinde intrita olua, nouo fisco includitur, & prelo subiicitur, vt tota nocte exprimatur. Et rursus de condiendis oliuis loquens, cap.47. Postero die cribratur, & nouo fisco inclusa prelo supponitur, vehementérque premitur, vt exudet, quantuluncunque habet amurcæ. Budæus.
Lineus fiscus. Colum.libro 12.cap.38.6. Tum per lineum fiscum, quod pertriuerant exprimunt.
¶Fisci, in quibus reponebatur pecunia. Cic.2.Verr.14. Reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciliensi à quodam Senatore ad Equitem Romanum esse translatos: ex his quasi x fiscos ad Senatorem illum relictos esse comitiorum nomine.
Fiscālis, & hoc fiscāle, pen.prod.(δημοσιακός,) Quod ad fiscum pertinet: vt Loca fiscalia. Callistrat.in L.Nō intelligitur §. vlt ff.De iure fisci.
Fiscina, pen.corr.(τάλαρος,) Idem quod fiscus. Virg.1.Georg.54. Et facilis rubra texatur fiscina virga. Cato de Re rust.cap.13. In torcularium vsui quod opus fiet, Lectum stratum, vbi duo custodes liberi cubent, & tertius seruus vna cum factoribus vti cubet: fiscinas nouas, veteres epidromum, puluinum, corium vnum, lucernas, craticulas duas. Plinius frōdarias fiscinas quatuor implere frondatorē, iustū esse autumat. Varro de Re rust.lib.1.cap.22. Ista ferè sunt quæ ex viminibus & materia rustica fiūt, vt corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli. Colum.li.11.ca.2.69. Siue regio ferulæ, vel corticis ferax est, apib' aluearia fieri debebis: siue palmæ sparti ve fœcūda est, fiscinæ, sportæ ve, seu virgultorū

Universidad de Deusto
Biblioteca

corbes ex vimine. Ouid. Vnde data est ægræ fiscina frondis oui.
Fiscina ficorum. Cic. pro Flacco, 32. Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti.
Fiscella, fiscellæ, (ταλαρίς,) Diminutiuum à fiscina. Virg. 10. eclog. 15.
– & gracili fiscellam texit hibisco. Tibullus lib. 2. eleg. 2. 3. Tunc fiscellam leui detexta est vimine iunci. Columel. lib. 12. cap. 18. Si ager amplus, aut vinea, aut arbusta grandia sunt, perennæ fabricandæ decimodiæ & trimodiæ, & fiscellæ tenendæ & picandæ.
Fiscella etiam viminibus funiculisve contexta, dicitur qua boum ora faucesque capistrantur. Cato de Re rust. cap. 54. Boues nisi per hyemem, quum non arabunt, pasci non oportet. nam viride quum edunt, semper id expectant: & fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur quũ arabunt. Plinius libro 18. cap. 19. Fiscellis capistrati boues oportet, ne germinum tenera præcerpant.
Milii fiscella. Ouidius 4. Fast. 150.
Fiscellum, fiscelli, (ταλαρίσκος,) pro eodem. Columel. lib. 12. cap. 38. 4. Mox fiscello ligneo inclusas exprimito.

Fissilis, Vide FINDO.

Fistuca, fistucæ, fœminini generis. Vulgo pilotium dicitur, à fistuca machina vulgo nota, qua etiam pauitores vtitur, vtrinque ansata: hac etiam pali magna vi in terram adiguntur. Vitruuius in septimo, Si plano pede erit ruderandum, quæratur solum si sit perpetuò solidum, & ita exæquetur, & inducatur cum statumine rudus. sin autem omnis, aut ex parte cõgestitius locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Vtitur & hac voce Plinius lib. 36. Ex Budæo.
Fistuca alia est magnæ molis, qua trabalis materies in terram pangitur, aut in alueum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere suo remissa alliditur, cuiusmodi Parisiis sæpe visitur. Cuius generis intelligendum est fuisse illud Cæsaris in 3. de bell. Gall. 5. 23. Hæc quum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat, nõ sublicæ modõ direxerat. &c. Quidam festucam, & festucare legunt p e. Budæus.
Fistucatum, Adiectiuum, Fistuca exæquatum. Vnde & fistucatio apud Vitruuium loco paulo antè citato, pro ea exæquatione. Plin. lib. 17. cap. 11. 1. Sicuti terram circa radices fistucatio spissandam. Vide eundem Plinium diligenter libro 36. cap. 25. 2. et 3. et 4.

Fistula, fistulæ. penult. corr. (ὀχετός, σωλήν, σῦριγξ, δόναξ, αὐλός,) Propriè dicitur, vt Pomponius inquit, per quam aqua educitur fusa: à fundendo siue ferendo, sicut tubi à tubore, canales à canna. Cicero pro Rab. perduel. reo. 13. Et si C. Marius, quòd fistulas quibus aqua suppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac sedibus, præcidi imperat. &c. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 2.
Scinditur fistula vitiato plumbo. Ouid. 4. Metamor. 25.
Angustæ fistulæ. Quintil. lib. 5. ca. 14. 24. Fõtes angustis fistulis colligunt.
¶ Fistula, Instrumentum musicum. Virg. Eclog. 2. 6.
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. Plin. libro 7. cap. 56. 13. Fistulam Pan inuenit. Cicero de Oratore, lib. 3. 125. Martialis libro 14. 6.
Arguta. Virg. Eclog. 7. 5. Caua. Valer. 4. Argon. 77.
Dispar septenis fistula cannis. Ouidius 2. Metamor. 137.
Eburneola. Cic. 3. de Orat. 125. Pastoria, Vide PASTOR.
Garrula. Tibull. lib. 2. eleg. 5. 6. Pastoritia. Cic. Atti. lib. 1. 11. 20.
Iuncta cerâ. Virg. Eclog. 3. 6. Rustica. Ouid. 8. Metam. 39.
Cum fistula sonum inflare. Cic. 3. de Orat. 125. Quem seruum sibi ille habuit ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occultè post ipsum quum concionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum quo illum aut remissum excitaret, aut contentione reuocaret.
Dulci fistula personuere saxa. Horat. 1. Carm. Ode 17. 2.
Fistula, non idem quod Tibia, Vide TIBIA.
¶ Fistula Ferraria, apud Catonem cap. 10. 3.
¶ Fistula, per quam spiratur. Plin. libro 9. cap. 7. 4. Branchiæ non sunt balneis, nec delphinis: hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent.
¶ Fistula, Arbor aromatica, quæ & casia fistula à medicis appellatur, cuius succo vtuntur ad emolliendum ventrem.
¶ Fistula, Vlcus altum, angustum, & callosum in corpore: siue ex vulnere fit, siue ex vitio intus orto, quod ad suppurationem peruenerit. Plin. lib. 20. cap. 6. 10. Extrahit fistulis vitia cum sulphure & resina, etiam harundines cum pice. Ibidem cap. 9. 4. Sic etiam fistulas eloxatas & tumores euocari, quæque discuti opus sit. Vide Celsum de fistulis, & earum curatione, libro 5. Et libro 7. cap. 4.
Fistulator, fistulatõris, pen. prod. Qui fistula canit. Cic. 3. de Orat. 125. Sed fistulatorem domi relinquetis.
Fistulo, fistulas, pen. corr. fistulare, Fistulam agere, & in modum spongiæ fistulosum esse, &c. Plin. libro 18. cap. 11. 7. Gratia terræ eius puluerea summa, inferior bibula, & pumicis vice fistulans: montium quoque culpa in bonum cedit.
Fistulosus, pen. prod. Adiectiuum, (σηραγγώδης,) Quod est spõgiæ modo factum: hoc est foraminibus plenum. Columel. libro 7. cap. 8. 4. de caseo, Deinde quo tenerior permaneat, clauso, neque ventis obnoxio loco stipatur per complura tabulata. Sic neque fistulosus, neque salsus, neque aridus prouenit.
Fistulosa terra. Plinius libro 17. cap. 5. 2.
Fistulosus cancer, morbus. Cato cap. 157. 3.
Fistulosæ densitatis spongia. Plin. lib. 27. cap. 8. 12. Spongia aquarum dulcium verius quàm muscus, aut herba, villosæ densitatis atque fistulosæ.

Fite, (γίνεσθε,) Imperatiuus à fio. Cato de præda militum diuidenda, Tu diues fite. Crassus lib. 16. Illud. Socii nunc fite viri. Nonius.

Fixus, Vide FIGO.

F L

Flabellifer, Flabellum, Flabilis, Flabrum, Vide FLO.

Flacceo, flacces, siue Flaccesco, flaccescis, flaccui, (χαλάω,) flaccescere, Languescere & marcescere. Columel. lib. 5. cap. 12. 4. Paucisque horis dum flaccescat, in sole habeto. Idem lib. 12. cap. 7. 3. Fœniculum quum legeris, sub tecto exponito dum flaccescat. Varro 1. de Re rust. cap. 13. 4. Quod enim infertur recẽs minus bonum: id quum flaccuit, melius. De sterquilinio.
Flaccescit oratio, per translationem, quæ nullas habet dicendi vires. Cicero de Claris Orat. 47. de Seruio Galba, Dein quum otiosus stylum prehenderat, motúsque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio.
Flaccidus, penult. corr. Adiectiuum, (χαλαρός,) Languidus. Plin. libro 15. cap. 30. 1. Hanc esse folio maximo, flaccidóque & albicante.
Flaccidæ aures. Plin. lib. 8. cap. 51. 1. Varro 2. de Re rust. cap. 9. 3. Capitibus & auriculis magnis & flaccidis. De canibus.
Flaccus, Adiectiuum. Cicero 1. de Nat. deo. 109. Redeo ad deos: ecquos insigni nota strabones, aut petulos esse arbitrabamur, ecquos næuum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?
Flacco habere, inquit Sipontinus, pro Ad terendum habere. Plaut. Periis: flacco habebit iam illic homo lumbos meos.

Flaces, flacium, (γέμφυλα,) Fæces ex oleis expressæ. Plinius lib. 15. cap. 6. 1. Item in amurca & flacibus. Eæ sunt carnes, & inde fæces. Vbi rectius legitur fracibus.

Flagellum, flagelli, (πλόκαμος, μάστιγιον,) Diminutiuũ à flagris. Flagella, summæ arborũ partes, inquit Seruius: & virgæ siue capita minorum sarmentorum, vbi nascitur vua: quòd caro his percussa flagret. Quanuis idem author à flãdo potius dici velit, quòd ventorum crebros sustineant flatus. Columel. lib. 5. At certe in ordinariis viribus, vtique obtinendum est, ne pluribus flagellis emancientur, nisi propaginibus futuris prospiciemus. Varro libro 1. de Re rust. cap. 31. 2. Incidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eiicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam vnde vuæ nascuntur, palmam. prior, litera vna mutata declinata à venti flatu. Similiter flabellum ac flagellum. Posterior, &c. Virg. 2. Georg. Neve inter vites corylum sere: neve flagella
Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas.
¶ Flagellum, Virga quæ sonat in morem flagelli. Virg. 5. Aeneid.
Lustrauere in equis, signum clamore paratis
Epitides longè dedit, insonuitque flagello. Seruius. Mart. lib. 14. 60.
Proficies nihil hoc cædas licet vsque flagellos
Si tibi purpureo de grege currit equus.
Horribile flagellum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 24.
Inusta flagella. Catull. ad Thallum, epigr. 22. 3.
Ne laneum latusculum, manúsque mollicellas
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent.
Sanguineum flagellum Bellonæ. Virg. 8. Aeneid. 138.
Accinctus flagello, Vide ACCINGO.
Admonere flagello, Vide ADMONEO.
Cæsus flagellis ad mortem. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 9.
Cædi flagellis plus est quàm fustibus. Marcellus in L. in seruorum. ff. De pœnis, Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his seruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur. Cicero pro Rabirio perduel. reo. 7. Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit: hic misericors flagella retulit. Budæus.
Torto furiarum erecta flagello. Valer. 8. Argon. 5.
Insonuit flagello. Virg. 5. Aeneid. 115.
Ipsum horrisoni quatit ira flagelli. Valer. 7. Argon. 31.
Sublimi flagello tangere aliquem. Horat. 3. Carm. Ode 26. 3.
Torrere flagellis aliquem. Lucret. lib. 3. 207. de conscientia dixit.
Flagello, flagellas, (μαστιγόω,) flagellare, Flagello cædere. Mart. li. 1. 148.
Lumina syderibus certent, mollésque flagellent
Colla comæ. Sic Plinius libro 25. cap. 8. 21.
Flagellare perticis frumentum. Plin. lib. 18. cap. 30. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur.

Flagellare annonam, inquit Hermolaus, dicuntur præmercatores, qui Græcè timiopolæ appellantur, Plin. lib. 33. cap. 13. 4. Aut aliquis præualens manceps annonam flagellet.
Flagellare opes dicitur arca à Martiale libro 2. 30.
Quippe rogabatur fidúsque vetúsque sodalis:
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Flagellatus aer multiformi radiorum iactu. Plin. lib. 2. cap. 45. 3.

Flagitium, (ἀνόμημα, μοιχεία, ὕβρις) est (inquit Valla lib. 4.) propriè in libidine, quasi flagris dignum crimen: sed pro cæteris quoque peccatis accipitur, nõ tantum turpibus, verum his etiã quæ per negligentiam, imprudentiam, obliuionemque committuntur. Donatus autem Flagitium, inquit more militari dicitur res flagitatione, hoc est increpatione digna. Cicero de Senect. 36. Stupra verò & adulteria & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari nisi voluptatis. Plautus Asin. 16. 3.
Ain'tu meum virum hic potare obsecro cum filio?
Et ad amicam detulisse argenti viginti minas?
Meóque sciente filio id facere flagitium patrẽ? Idem Casin. 22. 2. Neque quò fugiam, neque vbi lateam, neque hoc dedecus quo modo celem, Scio: tantum herus atque ego flagitio superauimus nuptiis nostris. Terentius. Heaut. 5. 4. 14. – ea causa magis
Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri.
Vitia atque flagitia domestica. Cic. 1. Tuscul. 113.
Stupra & flagitia. Cic. 7. Verr. 21. Ira diei breuitas conuiuiis, noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur.
¶ Flagitium, pro dedecore, vel probro, Liuius lib. 2. Decad. 5. Consul momenti flagitio timoris fatendi: victus tamen ratione, silẽtio noctis transductis copiis, castra in vlteriore ripa communiuit.
¶ Flagitium, pro Errore, Cic. 1. de Nat. deor. 89. Ista enim flagitia democriti, siue etiam antè Leucippi, esse corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, curuata quædã, & quasi aduncaex his effectum esse cælum atque terram nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito.
Promptus flagitio. Tacitus libro 15.
Compertus flagitii. Tacitus libro 1, Nam senem Augustum deuinxerat adeò, vti nepotem vnicum Agrippam Posthumum in insulam Planasiam proiiceret, rudem sanè bonarum artium, & robore corporis stolidè ferocem, nullius tamen flagitii compertum.
Ratus flagitii. Tacitus libro 3.
¶ Grauissima flagitia. Quintil. libro 2. cap. 16. 4.
Ingens flagitium. Horatius 2. Serm. saty. 4. 17.
Insignitius flagitium. Tacitus libro 4.
Manifesta flagitia. Quintil. lib. 2. cap. 1. 10.
Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus vnquam tuis, quod flagitium à toto corpore abfuit? Cicero 1. in Catil. 9.
¶ Ad flagitium accommodatus, Vide ACCOMMODO.
Damnum addere flagitio. Horat. 3. Carm. Ode 5. 5.
Flagitium admittere. Cic. Attico lib. 9. 181. 6. Spes quædam me obtentabat, fore vt aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. Id est Italiam relinqueret.
Admittere rei militaris flagitium. Cicero pro Cluentio, 100.
Flagitio ardere. Plautus Casin. 24. 1.
Maximo ego ardeo flagitio: nec quid agam meis rebus scio:
Nec meam vt vxorẽ aspiciã contrà oculis, ita disperii. Vide ARDEO.
Committere flagitium. Cic. de Clar. Orat. 115. Vide COMMITTO.
Conficere flagitium, Vide CONFICIO.
Deprehendere flagitia. Quintil. libro 2. 16. 4. Grauissima nonnunquam flagitia deprehensa sunt.
Flagitium facere, pro Peccare, & crimen ac facinus committere. Terent. Eunuch. 2. 3. 90. At enim isthæc in me cudetur faba: ah,
Flagitium facimus. CH. an id flagitium est, si in domum meretriciam
Deducar, &c.
Flagitium fecerunt fores. Plaut. Pœnul. 8. 32.
– hæ fores fecerunt magnum flagitium
Modò. AD. quid flagitii est? e. crepuerunt claré.
Scelera & flagitia facere. Cicero pro Rosc. Amer. 15.
Gliscere flagitio, & infamia. Tacitus libro 14.
Ingurgitare se in flagitia, Vide INGVRGITO.
Nauare flagitium. Tacitus libro 20, Cæteros, vt quisque flagitium nauauerat, præmiis attollit.
Flagitiis aliquem nobilitare. Terent. Eunuch. 5. 7. 21.
Tu tam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas
Flagitiis, & eundem indicas.
Occultare flagitia sua. Author ad Herenn. libro 2. 35.
Incesto flagitio polluere, Vide INCESTVS.
Flagitium est: Hoc est malè est actum. Plaut. Casina, 13. 3. Et milite, 10. 99. Flagitiũ est, si nil mittet, quo supercilio spicit. Terẽt. Adel. 3. 3. 63.
Nam id nobis tam flagitium est, quàm illa Demea non
Facere vobis quæ modò dixti. Ibidem, 1. 2. 21.
Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum
Scortari, neque potare, &c. Et paulo pòst, Non est flagitium facere hæc adolescentulum?
Dedecus & flagitium magnum est. Cic. 3. Offic. 115.
Flagitium tuum est. Plaut. Pœnulo, 16. 5
Nam tuum flagitium est, tuas populares te pati
Seruire ante oculos, domi quæ fuerunt liberæ. Idem Bacch. 1. 64.
– tu facito opulentum obsonium:
Ego obsonabo. nam id flagitium meum sit, mea gratia
Te operam dare mihi, & ad eam operam facere sumptum de tuo.
Teneri flagitiis. Tacit. lib. 3.
¶ Flagitium, aliquando periculum significat, vt vult Nonius. Lucilius, li. 29. Quiete poscente minus, & præbent rectius multo, & sine flagitio. Plautus Epid 10. 79. Abiero: flagitio cum maiore pòst reddes tamen. Hic apud Plautum, damnum siue dispendium videtur significare.
Flagitiosus, pen. prod. Adiectiuum, (μοχθηρός, λαφυκτής, ὑβριστής,) Sceleratus, Vitiis omnibus abundans. Cice. de Amicit. 44. Itaque videas rebus iniustis iustos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. Salust. In tanta, tamque corrupta ciuitate, id quod factu facillimũ erat, omnium flagitiosorum atque facinorosorum circum se tanquam stipatorum cateruas habebat. Cic. 2. de Finib. 97.
Flagitiosæ libidines. Cic. 4. Verr. 93.
Possessio flagitiosa. Cic. pro Rosc. Amer. 14.
Flagitiosa vita. Cic. 2. de Finib. 149.
Verbis flagitiosa dicere, quæ turpia non sunt, reprehendunt & irrident Stoici. Cic. 1. Tuscul. 178.
Flagitiose, pen. prod. Aduerbium, (μοχθηρῶς,) Perperã & iniquè. Cice. 2. Verr. 28. Patres Conscriptos iudicia malè & flagitiosè tueri.
Flagitiose desciuit à Stoicis propter oculorum dolorem. Cice. 5. de Finibus, 161.
Flagitiose & turpiter dicta. Cic. 1. de Orat. 115.
Factum flagitiosè. Author ad Herennium, lib. 1. 7.
Flagitiose obire legationes. Cic. pro Fonteio, 20.
Flagitiosissimè seruire aliorum amori. Cic. in Catil. 30.
Flagitiosè & turpiter fuit gladiatoribus. Cic. ad Attic. lib. 6. 114. 13.
Impurè ac flagitiosè viuere. Cic. 3. de Finib. 59.

Flagito, flágitas, pen. corr. (ἐξαιτέω, ἐγγυάζω,) flagitare, A flamma deductum videtur, vt sit, quasi flãmas agito. Flagitare enim propriè est vehemẽter, & veluti quadam inflammatione animi petere. Plaut. Pseud. 7. 144.
Nanque ædepol si tu non dabis,
Clamore magno & multum flagitabere. Ibidem, 20. 37.
– at hic est vir probus:
Sed tu non vir es, flagitare sæpe inclamare in foro
Cum libello nusquam est, nisi quod leno hic subuenit tibi.
Flagitare, plus est quàm Postulare. Cic. pro Quint. 7. Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea quę me P. Quintius cupit commemorare tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat, prætoribo.
Rogare & flagitare. Cic. Varroni, lib. 9. 8. 2. Ex ea igitur media excitatos misi, qui metuo ne te fortè flagitent, ego autem mãdaui vt rogarent.
Flagitari stipendium. Cæs. 1. bel. Ciuil. 335. Petreius atque Afranius quum stipendium ab legionibus penè seditione facta flagitarentur, cuius illi diem nondum venisse dicerent: Cæsar vt cognosceret postulatum est.
Poscere & flagitare. Cic. 7. Verr. 57. In tanto conuentu nemo erat qui rationem numerumque haberet, & reliquos non desyderaret solum, sed etiam posceret & flagitaret. Idem 1. de Legib. 7.
Quid acta vita, quid studia tua à te flagitant, videbis. Cicero Figulo, libro 4. 13. 10.
Quæ tempus & necessitas flagitat apparare. Cic. 5. Philip. 203.
Flagitare aliquid ab. Cæsar 1. bel. Gall. 61. Interim quotidie Cæsar ab Heduis frumentum quod essent polliciti, flagitat. Quidam legũt Heduos. Cic. 7. Verr. 100. Flagitat abs te filium. Sic pro Sestio. 19.
Flagitare aliquem, Precibus ab aliquo quidpiam petere. Cic. ad Plancum, lib. 9. 16. 3. Flagitare Senatus institit Corneliũ. Plautus Pœnulo, 7. 36.
Quicquid est pauxillulum illuc nostrum, id nobis omne intus est:
Neque nos quenquam flagitamus, neque nos quisquam flagitat.
Implorare & flagitare auxiliũ Consulis. Cic. pro Rabirio perduel reo, 6.
Flagitare clamore aliquem. Plaut. Menæch. 2. 44.
Propterea illius nomen memini facilius,
Quia illum clamore vidi flagitarier.
Etiam atque etiam instare, vrgere, insectari, poscere atque adeò flagitare crimen. Cic. pro Plancio, 38.
Flagitas me vt. Plaut. Merc. 4. 64.
Credo si boni quid ad te nuntiem, instes acriter:
Qui nunc malum quum est audiendum, flagitas me vt eloquar.
Non admodum quid flagitare. Cic. 1. de Finib. 24.
Pretium flagitare caua manu. Tibull. lib. 2. eleg. 3.
Flagitare promissum ab aliquo per literas. Cic. ad Appium, lib. 3. 11. 14.
Instare & flagitare testes. Cic. pro Fonteio, 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad victum quæ flagitat vsus.Lucret.lib.6.2.

Flagitare vt.Cic.5.Philipp.186.Vt primùm libere Senatus haberi potuit semper flagitaui vt conuocaremur.

¶Flagitare, pro Accusare.Tacit.lib.17.Mox compertum,pecuniam publicam auertisse:vt peculatorem flagitari iussit.

Admonitum te,non flagitatum venimus.Cic.3.de Orat.11.

¶Flagitare,cum duobus accusatiuis.Cicero pro Domo sua,12.Num à te ipso instituta,me frumentum flagitabant?

Largiora aliquem flagitare.Horat.2.Carm. Ode 18.3.

Flagitat me id:Hoc est,Id à me obnixè contendit.Cicero pro Cn.Plācio,4.Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio, & dicendum est,id quod ille me flagitat, Laterensem à Plancio dignitate esse superatum.Suetonius in Vitellio,Tum fœneratorum & stipulatorum, publicanorúmque,qui vnquam se aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitassent,vix vlli pepercit.

Flagitans,penult.corr.Participium. (ἐξαιτῶν,) Cicero de Arusp.resp.42. Ecce iisdem authoribus,Pompeio principe,qui cupientem Italiam,flagitantes vos,Populum Romanum desyderantem,non authoritate sua solùm,sed etiam precibus ad meam salutem excitauit,restituti sumus.

Flagitātor,pen.prod.flagitatōris,(ἐξαιτητής,) Qui assidue petit.Plautus Mostel.2.72.

Sol semper hîc est vsque à mane ad vesperum,
Quasi flagitator astat vsque ad ostium. Idem Casina,2.23.
Ducite ex animo curam,atque alienum æs,
Ne quis formidet flagitatorem suum.Pro creditore accepit reposcente identidem debitum. Cic.de Clar.Orat.9.Nam hunc qui negat, video flagitatorem non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamé & acrem fore. Liuius 2.ab Vrbe,198. Et libro 8.64.

Acer flagitator,Vide ACER.

Flagratores,Flagriones, Vide FLAGRO.

Flagro, flagras,(φλέγω,φλέγομαι,)flagrare,Ardere, A flamma,vel à flatu,quo alitur incendium,quando flatu excitatur, vt ait Seruius.Virgil.Flagrantisque dei vultum. Plin.lib.14.cap.20.8. Fæx vini siccata recipit ignes,ac sine alimento per se flagrat.

Ignes flagrabant ignibus.Ouid.6.Fast.88.

¶Flagrare libidinibus,per translationem,pro Libidinosum esse & libidinibus plenum. Suetonius de Claris grammat.23.Sed maximè flagrabat libidinibus in mulieres vsque ad infamiam oris.

Flagrabat diligētiæ æmulatione mulier pulcherrima.Colum.in Procœ.12.

Flagrare amentia, Amentissimum esse.Cicero pro Cluentio,9.

Flagrare amore. Cic.4.Tusc.117.Et pro Marcello,16.Immortalitatis amore flagrauit. Horat.Epod.5.18.

Flagrare amore pilæ.Martialis libro 10.86.

Flagrare ardore alicuius rei.Columel.lib.6.cap.27.3.

Flagrat bello tota Italia.Cicero ad Atticum,libro 7.135.8.

Cupidine rei alicuius flagrare.Ouid.2.Metam.21.

Cupiditate flagrare.Cic.1.de Orat.65. Idem 6.Verr.66.

Flagrat desyderio tui,aut vrbis.Cic.ad Attic.lib.7.124.1.Et lib.5.98.1.

Flagrare gratia. Tacitus,Flagrantissima tum gratia Pallas, & Appianæ cædis molitor Narcissus agitauere,num Messalinam secretis minis depellerent amore Syllii.

Flagrare infamia.Cic.ad Atticum,libro 4.87.2.COSS.flagrant infamia, quòd Memmius candidatus pactionem in Senatu recitauit,quam,&c. Idem 2.Verr.27.Itaque à Pop.Romano cōtemnimur,despicimur,graui diuturnáque iam infamia flagramus. Suetonius in Cæsare,cap.52. Ac ne cui dubium omnino sit, & impudicitiæ eum, & adulteriorum flagrasse infamia.

Flagrare inopia & cupiditatibus. Salust.in Oratione Philippi, Nunc est Proconsul cum imperio non empto, sed dato à vobis,cum legatis adhuc iure parentibus,& ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissimi,flagrantes inopia & cupiditatibus.

Flagrare inuidia.Cicero pro Cluentio,107.Quum inuidia flagraret ordo Senatorius,potuit nihil decerni?

Flagrare odio alicuius rei. Plinius lib.15.cap.18.6. Cato perniciali odio Carthaginis flagrans. Cic.2.de Orat.102.

Odio flagrant tua pectora nostro.Ouid.4.Trist.eleg.8.2.

Flagrant mutuo odio mugil & lupus.Plin.lib.9.cap.62.1.

Rumore malo flagrare.Horat.1.Serm.Saty.4.26.

Flagrare studiis. Cic.de Senect.45.Atqui eos omnes quos commemoraui,his studiis flagrantes senes vidimus.

Flagrat studium.Salust.in Catil.Nam vt cuiusque studium ex ætate flagrabat,aliis scorta præbere,aliis canes atque equos mercari.

Flagrare incredibili dicendi studio. Cicero 1.de Oratore,8. Et ad Atticum,libro 13.178.6.

Flagrant conuiuia stupris,& flagitiis.Cicero 6.Verr.62.

Vitia libidinis flagrant apud eum. Cicero pro Cælio, 8.Flagrabant vitia libidinis apud illum,vigebant etiam studia rei militaris.

Flagrans,(φλεγόμενος,φλεγυρός,)Participium, siue Nomen ex partipio, vt Flagrans pinus.Virg.lib.9.Aeneid.6.

Eximio literarum amore flagrans.Quintil.in Procem.lib.1.5.

Sydereo flagrans clypeo.Virg.12.Aeneid.34.

Amor flagrans.Propert.lib.1.eleg.12.5.

Arma flagrantia,Id est fulgentia.Silius lib.3.24.

Canicula flagrans.Horat.3.Carm.ode 13.2.

Flagrans cupiditas.Cic.4.Tuscul.67.

Genæ flagrantes.Valer.5.Argon.83.

Oscula flagrantia.Horat.2.Carm.ode 12.5.

Serta flagrantia.Claud.2.Paneg.96.

Flagrantissimus homo.Ci.de Fato,5.Nec enim quod rectè existimas,oratoria illa studia deserui,quibus etiam te incendi,quanquam flagrantissimum acceperam.Sic Flagrantissimus sol,Plin.lib.34.cap.12.9.

Flagranter,Aduerbium,(φλεγομένως,)Tacit.lib.1. Destinare Consules specie recusantis flagrantissimè cupiuerat.

Flagrantia,flagrantiæ,(φλογμός,)Actus ipse flagrandi.Gellius lib.17.ca.10.Quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est.

Flagrantia oculorum,pro Ardore.Cic.pro Cælio,38. Si denique ita sese geret non incessu solum,sed ornatu atque comitatu,nō flagrantia oculorum,non libertate sermonis,sed etiam,&c.

Flagrum,flagri,(μάστιξ,)Idem quod flagellum eius diminutiuum: Virga qua cædi consueuerūt serui.Plaut.Amphit.4.4.Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum? Iuuenalis saty.5.18.
— nec dura timebis Flagra pati. Idem Saty.10.11.
& illū Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites. Suet.in Othone, A prima adolescētia prodigus ac procax adeò vt sæpe flagris obiurgaretur à patre. Liu.8.bel.Pun.58.Ob quā causā cæsa flagro è Vestalis.

Flagriones,(μαστιγίαι,)authore Nonio,dicti sunt serui,quòd flagris subiecti sint,vt Verberones à verberibus. Afranius Vopisco, Tu flagrionibus priuigno iucunditatis plus inest in te mihi,quàm commercatis cōquisitè edulibus.

Flamen, neutri generis,à flo,flas,Vide FLO.

Flamen,huius flāminis,penult.corr.masculini generis, (ἱεροφάντης,φλαμίν,) Sacerdos dicebatur.Plin.lib.18.cap.12.2. Varro flaminem faba non vesci tradit. Varro de Lingua Latina,Flamines quòd in Latio capite velato erant semper,ac caput cinctum filo habebant,flamines dicti. Horum singuli cognomina habent ab eo deo cui sacra faciunt.Sed partim sunt aperta,partim obscura.Aperta,vt Martialis, Vulcanalis. obscura,vt Dialis,Furinalis. Seruius,Flamines in capite habebant pileum,in quo erat breuis virga,desuper habens lanæ aliquid. Quod quum pro æstus ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt,nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat:vnde à filo quo vtebantur,flamines dicti sunt,quasi filamines. Verùm festis diebus filo deposito,pilea necesse erat accipere: quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta:sicut columnæ mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum columen. Alii dicunt,non propter eminentiam dignitatis hoc factum,sed quia quum sacrificarent apud Laurolauinium,& eis extra frequenter aues de vicinis venientes locis abriperent,eminentiā virgarum eas terrêre voluerunt. Exinde etiam consuetudo permansit,vt apud Laurolauinium ingentes haberent virgas,non breues,vt in vrbe.

Sacerdotes & flamines.Cic.2.de Legib.53.Diuisque aliis alii sacerdotes, omnibus Pontifices,singulis flamines sunto.

Cæsaris flamen Antonius.Cic.2.Philipp.106.

Carmentalis flamen,Cic.de Claris Orat.27.

Flamines curiales,Vide CVRIA.

Maiores & minores flamines,Vide MAGNVS.

Flamines Martiales.Cic.1.de Diuin.167. Et de Arusp.resp.10.

Quirinalis flamen.Cic.de Arusp.resp.10.

Flaminia,(φλαμίνιον,)Flaminis domus. Gellius libro,10.cap.15.Ignē è flaminia,id est flaminis Dialis domo,nisi sacrum,efferri ius non est.

Flaminica,pen.corr. (ἱεροφάντρια,) Sacerdotula quæ flaminicæ Diali præministrabat: eaque patrimes & matrimes erat: Id est patrem matremque adhuc viuos habebat.Festus.

Flaminica sacerdotissa.Gel.lib.10.cap.15.Eædem ferme ceremoniæ sunt quas flaminicas sacerdotissas dialeis seorsum aiunt obseruitare.

Dialis flaminica.Tacit.lib.4.Sed lata lex,qua flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri,cætera promiscuo fœminarum iure ageret.

Flaminium,vel Flaminia,flaminiorum,(ἱεροφαντική,) pro ipso sacerdotio.Liuius 6.bel.Pun.122.C.Claudius,flamen Dialis,quod exta perperam dederat,Flaminio abiit.Gellius lib.10.cap.15.Vxorem si amisit, flaminio decedit,Hîc nota abire & decedere flaminio,eo modo dictū quo abire magistratu,officio,&c.Cic.13.Philip.378.Homo ingratissimus flaminia cur reliquisti?

Claudiale flaminium.Tacit. libro.13. Decreti & à Senatu duo lictores, flaminium Claudiale, simul Claudio censorium funus, & mox consecratio.

Flaminius,(φλαμίνιος,)is qui viam Flaminiam strauit,Consul cum Annibale

bale pugnans,ad Thrasimenum interfectus est:eius cadauer inter mortuos ab Annibale quæsitum,nec inuentum.Author Liuius libro 22

Flaminia via,(φλαμινία ὁδός,)à Flaminio Consule dicta,quam strauit lapidibus à Roma Ariminum vsque.Cicero 12.Philip.334.Tres ergo,vt dixi, viæ:à supero mari, Flaminia: ab infero,Aurelia:media, Cassia. Ouidius 1.de Ponto,eleg.9.9.

Nec quos pomiferis positos in montibus hortos
Spectat Flaminiæ Claudia iuncta viæ. Ab eo quoque arcus Flaminius,forum Flaminium nomen habent.

T.Qu.Flaminius superioris filius annos natus XXX.COS.cum Sex. Aelio factus,Philippum Macedoniæ regē prælio fudit,& castris exuit. Deinde Thessaliam,quæ est vicina Macedoniæ, iuuantibus Aetolis & Acarnanibus,vexauit:ciuitates quoque Græciæ,quæ sub rege Philippo erant,per præconem liberas esse pronuntiauit. Demetrium filium obsidem accepit,quem postea pecunia multatum restituit. Ex Plutarcho. L.Flaminius huius frater,vir Consularis quidem,sed libidini deditus,is puerum ardebat adeò,vt siue prouincias adiret,siue exercitus duceret,nunquam ab eius latere discederet,eóque quondam in conuiuio aliquem coram se necari cupere dicente, statim vnum è damnatis securi percuti iussit. Liuius scriptum esse dicit in Catonis Oratione, Gallum transfugam cum liberis & vxore venisse, & ab eo epulis exceptum,mox vt scorto quod amabat,obsequeretur, propria manu confossum.Cuius etiam sceleris meminit Cicero de Senectute.

Flamma, huius flammæ,(φλόξ,πυρσός,πηγής,) A Græco dicitur φλέγω,quod est ardeo.Plautus Curcul.2.53. Semper, tu scito,flamma fumo est proxima.

Alimenta flammæ pix & cera.Ouid.14.Metam.106.

Apices flammarum.Stat.libro 1.Achill.106.

¶Aeris flamma,Vide ACER.

Fabrilis flamma.Claud.2.Paneg.36.

Hostiles flammæ.Claud.2.in Eutrop.115.

Rapida flamma.Ouidius 2.Metam.35.

Tremulæ flammæ.Virgilius 8.Eclog.21.
Aspice,corripuit tremulis altaria flammis Sponte sua.

Trifida flamma.Ouidius 2.Metam.
Naiades Hesperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo. Flammam intelligit fulminis trisulci quo Phaethon ab Ioue interfectus est.

¶Accensa est flamma,apicémque per aera duxit. Ouidius 10.Metam. 56.Vide ACCENDO.

Adolere penates flammis.Virg.1.Aeneid.142.

Affixit flammam lateri turris.Virg.9.Aeneid.111.

Ora afflata flammis.Silius libro 17.23.

Aggestis vigilant altaria flammis.Stat.10.Thebaid.11.

Alere flammam re aliqua. Quintilianus libro 5.cap.13.11. Ouidius 10.Metamorph.35.

Applicare ad flammam,Vide APPLICO.

Cingere mœnia flammis.Virgilius 9.Aeneid.34.

Circundare flammis vrbem.Virgilius 10.Aeneid.14.

Collucent flammis mœnia.Virgilius 5.Aeneid.1.

Compescere flammam mero.Ouidius epist.15.47.

Concidit flamma.Quintilianus libro 5.cap.13.11.Vrgent vniuersa.At si singula quæque dissolueris,iam illa flamma,quæ magna congerie conualuerat,diductis,quibus alebatur,concidet.

Concipere flammam,Vide CONCIPIO.

Conflagrare flammis,Vide CONFLAGRO.

Conualescit flamma magna congerie. Quintilianus libro 5.cap.13.11. Vide CONVALEO.

Corripitur flammis tellus.Ouidius 2.Metam.41.

Crepitante flamma cremari.Virgilius 7.Aeneid.15.

Celeri flamma degustant tigna ignes.Lucretius libro 2.39.

Sonitum dare flammæ.Virg.4.Georg.82.

Excoquitur flammis scopulus.Silius libro 3.130.

Languida succiduis expirant lumina flammis.Stat.10.Thebaid.23.

Extinguere flammas.Ouidius 15.Metam.156.

Exuperant flammæ,furit æstus ad auras.Virg.2.Aeneid.151.

Fundit terra egestas flammas.Silius libro 7.75.

Hebetare flammas.Ouidius 7.Metam.42.

Iactant flammas ad culmina.Virg.2.Aeneid.96.

Iaculatur flammas Polus.Senec.Herc.fur.13.14.

Inicere aliquid flammis. Quintilianus in Procem.libri 6.4.Tunc igitur optimum fuit, infaustum opus, & quicquid hoc est in me infœlicium literarum super immaturum funus consumpturis viscera mea flammis inicere.

Inuoluit flammis nemus.Virgilius 2.Georg.62.

Flammis opera omnia lustras.Virg.4.Aeneid.122.de Sole.

Mollire cibum vapore flammæ.Lucretius libro 5.222.

Opprimere flāmam.Cic.2.de Orat.122.Dicere enim aiunt Enniū,flāmā à sapienti facilius ore inardente opprimi,quàm bona dicta teneat.

Vnda flammas opprimit.Senec.Med.122.

Agilis flamma altas percurrit trabes.Senec.Hippol.5.11.

Populante flamma capillos.Ouid.2.Metam.64.

Flammæ vires posuere.Virg.5.Aeneid.135.

Quieuit flamma.Virg.6.Aeneid.45.

Rapuit in fomite flammam.Virg.1.Aeneid.36.

Ocyor cursum rapiente flamma.Senec.Hippol.6.1.

Restinguere flammam.Lucret.lib.4.229.

Rotant cauis flammam fornacibus.Lucret.lib.6.41.

Signare viam flammis.Virg.5.Aeneid.105.

Rutilas per nubila flammas spargit.Ouid.3.Fast.57.

Stupea flamma spargitur.Virg.8.Aeneid.137.

Rubra suffusus lumina flamma.Ouid.11.Metam.74.

Torrere flammis aliquem.Senec.Hippol.2.21.

Trepidant flammæ sordidum rotantes vertice fumum. Horatius.4. Carm.ode 11.3.

Voluere globos flammarum.Virg.1.Georg.94.de Aetna.

Furentes flammæ per culmina voluuntur.Virg.4.Aeneid.134.

¶Flamma, Periculum aliquando significat.Cic.lib.2.Tusc.105.Quid de cupiditate honorum loquar?quæ flamma est,per quam non cucurrerint hi,qui hæc olim punctis singulis colligebant?Idem in Bruto,46.dixit Galbam eripuisse sese de flamma iudicii,quū significare vellet eum liberatum esse à periculo iudicialis dānationis.Teren.Eunuc.3.2.38 E flamma te petere cibum posse arbitror.Cic.ad Tironem,lib.16.10. 4.Sed incidi in ipsam flammam ciuilis discordiæ.

Flamma amoris turpissimi flagrare.Cice.7.Verr.72.Vna atque eadē nox erat qua Prætor amoris turpissimi flamma,ac classis Pop.Rom.prædonum incendio conflagrabat.

Feruida flamma.Ouid.1.Amor.eleg.2.10.

Insanæ flammæ.Senec.Hippol.4.1.

Pronuba flamma.Claud.1.de raptu Proserp.27.

¶Abire in flammas.Ouid.1.Meta.100.
Vt facibus sepes ardent,quas fortè viator
Vel nimis admouit,vel iam sub luce reliquit:
Sic deus in flammas abiit,sic pectore toto
Vritur,& sterilem sperando nutrit amorem.

Abrumpere flammam,Vide ABRVMPO.

Assumere nouas flammas.Ouid.2.de Remed.amor.17.

Toto concepit pectore flammam.Catull.Argon.50.19.

Feroces iuuenum flammas concitat Venus.Senec.Hippol.3.4.

Corripi flamma,Vide CORRIPIO.

Tenues sub artus flamma demanat.Catull.ad Lesbiam,epig.48.2.

Obscœnæ procul hinc discedite flammæ.Ouid.9.Metam.103.

Excute conceptas pectore flammas.Ouid.7.Metam.4.

Sæuas extinguere flammas.Ouid.1.de Remed.amor.8.

Subdita flamma medullis.Virg.3.Georg.54.

Serpens flamma vrit medullas.Senec.Medea,10.17.

Inuidiæ flamma.Cic.3.de Orat.7.Sulpitius autem, qui in eadem inuidiæ flamma fuisset,quibuscum priuatus coniunctissimè vixerat, hos in Tribunatu spoliare instituit omni dignitate.

Vis & flamma Oratoris,Cicero de Claris Orat.122.Ardor animi nō semper adest, isque quum consedit,omnis illa vis & quasi flamma Oratoris extinguitur.

Flammea,flammeæ,viola Plinio dicitur,vt testatur Ruellius libro 3.cap.57.quæ lychnis coronaria dicitur.Galli candelariam vocant.

Flāmmula,pen.corr.Diminutiuum,(φλόγιον,)Colu.lib.12.cap.53.4.Postero die mactantur,& vel aqua candente,vel ex tenuibus lignis flammula. Idem lib.9.cap.14.7.Vndique papiliones concurrunt:dumque circa flammulam volitant,aduruntur. Cic.4.Acad.141.

Flammeus,Adiectiuum,(φλόγεος,φλόγινος,)Quod flammæ colorem refert.Plin.lib.35.cap.6.10.Colos debet esse flammeus.Cice.1.de Diuinat.80.Dextrorsum orbem flammeum
Radiatum solis liquier cursu nouo.Ex Accio poeta.Colu.lib.6.Vt nisi vites teguminibus opacentur,velut habitu flammeo fructus vratur.

Stellæ natura sunt flammeæ.Cic.2.de Nat.deor.176.

Flammeum,huius flammei,(φλογεῖον,)genus vestimenti lutei coloris,quo amiciebatur noua nupta boni hominis causa:sic dictum,inquit Festus, quòd eo assiduè vtebatur Flaminica,id est Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Et eodem modo tegebatur nupta flammeo, vt perpetuò cum viro maneret. Lucanus de Martia iterum nubente Catoni,lib.2.73.Lutea demissos velarunt flammea vultus.Plin.li.21. cap.8.2.Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum.Martial.lib.12.38. Præluxere faces,velarunt flammea vultus.

Flammeólum,pen.cor.Diminutiuum,(φλογίδιον,)Iuuenal.Saty.10.34.
— sedet illa parato Flammeolo.

Flammearius,huius flammearii,(φλογιεύς,) Infector flammeorum:hoc est qui flammea colore luteo tingit atque inficit: aut qui flammea facit vel vendit.Plaut.Aulul.15.35.Ciniflones,patagiarii,indusiarii,fla-

Universidad de Deusto Biblioteca

mearij,violarij,&c.

Flammeolus,pen.corr.Adiectiuum,(ὑπεφλόγεος,) Quod flammæ colorem aliquantulum habet. Colunel.libro 10.9.Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha.

Flammo,flammas,(φλογίζω,)flãmare,Flãmam producere. Virg.3.Geor. Ex illis in siccum:& flammantia lumina torquens   Sæuit agris.

Flammare,pro Inflammare seu ira accendere. Tacitus libro 18.Nanque omnes exercitus flammauerat arrogantia venientium à Vitellio militum,quod truces corpore,horridi sermone,cæteros vt impares irridebant. Idem libro 20. His inter se vocibus in sistenteis flammauere insuper allatæ à Vespasiano literæ.

Facem flammantem nubila direxit.Valer.1.Argon.115.

Flammatus Iupiter, Hoc est flammam dextra manu tenens pro sceptro. ita enim apud antiquos pingebatur.Cicero 1.de Diuinat.30.
 Principio æthereo flammatus Iuppiter igni
 Vertitur,&c. Ex poeta.

Iuuentus flammata pudore.Valer.4.Argon.130.

Flammata toga.Martial.libro 5.20.
 Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ,
 Flammatæque togæ scrupula tota decem,
 Luxuria esti tumidique vocant hæc munera reges.

Flammifer,penult.corr.(φλογοφόρος,)flammifera,flammiferum, Ferens flamma,& commouens,siue excitans.Cicero 4.Acad.159.
 Fer mihi auxilium,pestem abige à me.
 Flammiferam hanc vim quæ me excruciat. Ex poeta.

Flammiger,penult.corr.Aliud adiectiuum:vt Sol flammiger. Valerius 5. Argon.117.

Flammigerare,(ἀστράπτειν,)Flammas producere & emittere. Gell.libro 17.cap.10. Interdiu fumare Aetnam, noctu flammigerare. Vbi alia exemplaria habent flammigare.

Flator,Flatus, Vide FLO,flas.

Flaueo, Vide FLAVVS,

FLAVINIVM,(φλαβίνιον,) locus est in Italia. vt ait Seruius enarrans illum Virgilii locum,7.Aeneid.139.
 Hi Soractis habent arces,Flauiniaque arua,
 Et Cymini cum monte lacum,lucosque Capenos.

FLAVIVS,(φλάβιος,)erat nomen familiæ Romanæ,ex qua erant Vespasianus & filius eius Titus,& Domitianus,qui à Ioue dicitur Flauius. Flauiorũ gentis historiã require apud Tranquillũ in Vespasiano,ca.1.

Flauus, Adiect.,(ξανθός,πυῤῥός,μελίχρος,)Color est,viridi, rubro & albo cõcretus,hoc est fuluor clarior,qualis est color auri.

Flauus Achilles,Vide ACHILLES.

Arena multa flauus Tyberinus.Virg.7.Aeneid.6.

Arua flaua.Virgil.1.Georg.64.Sæpe ego quum flauis messorem induceret aruis   Agricola.Id est maturis.Seruius.

Cæsaries flaua.Valer.6.Argon.46.

Flaui capilli.Ouidius libro 2.Fast.
 Forma placet,niueúsque color,flauíque capilli.

Flaua Ceres,à Virgilio dicitur,propter aristarum maturitatem, vt inquit Seruius libro 1.Georg.   —neque illum
 Flaua Ceres alto nequicquam spectat olympo.

Crinis flauus.Virgil.4.Aeneid.140.de Didone moriente,
 Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem   Abstulerat.

Flauum mare.Cicero 4.Acad 189.

Flaua mella.Mart.lib.1.Flauáque de rubro promere mella cado.

Oliua flaua.Virgilius 5.Aeneid.62.

Flauus puluis.Martial.libro 14.76.

Rura flaua.Claud.1.in Eutrop.23.

Flaueo,flaues,(ξανθίζομαι,)flauere,Fulgere,& auri colorem referre. Columel.lib.2.cap.21.1.Sed æqualiter flauẽtibus iam satis, antè quàm ex toto grana indurescant,quũ rubicundũ colorẽ traxerũt messis facienda est.Virg.lib.3.Geor.Turbidus & torquens flauentes Hister arenas.

Flauens malas.Virgilius 10.Aeneid.65.
 Tu quoque flauentem prima lanugine malas
 Dum sequeris Clytium,&c.Hoc est flauentes malas habentem, primæ ætatis.Seruius.

Flauesco,flauescis,(ξανθίζομαι,)flauescere,Idem quod flauere.Cato cap. 151.1.Maturum est vbi ordeum flauescit.Sub.semen cupressi. Virgil. Eclo.4.6.Molli paulatim flauescet campus arista. Plin.lib.9.ca.35.5. Herbulæ spicas imitatæ,manibus aristis ante messem flauescunt. Quintilianus libro 1.cap.3.4.

Flebilis, Vide FLEO,fles.

Flecto, flectis,flexi,flexum,(κάμπτω,ἀνακάμπτω,ἐπικαμπτίω,ἀμύνω,ἐνδύω,προτρέπω,)flectere,Torquere & curuare.

Flecte in gyrum. Ouidius 2.Metamor.

Flectere in diuersum & in auersum. Plin.lib.11.cap.45.2.de Elephanto, Idẽ poplites intus flectit hominis modo.Cætera animalia in diuersum posterioribus articuli pedibus,quàm prioribus.Nam quæ animal generant,genua ante se flectunt,& suffraginum artus in auersum.

Oculorum aciem flectere,Vide FLECTO.

Flectere currum de foro in Capitolium.Cic.7.Verr.62.

Flectere cursum ad aliquem.Liu.1.ab Vrbe,16.

Gyro breuiore flecti.Sene.Hippol.3.8.

Flectere iter.Liu.8.ab Vrbe,89.Ad Priuernum, COS. flexit iter.Idem 3. bel.Pun.4.Inde Capuam flectit iter. Ibidem,lib.5.121.Quod vbi parum processit,ad Brundusium flexit iter,prodi id oppidum ratus.

Flectere iuuencum.Virg.2.Georg.   —& ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuuencos. Vbi Seruius.Flectere,cum quadam moderatione ducere,ne tenera adhuc virgulta concutiantur.

Flectere Leucaten,pro Dirigere cursum ad Leucaten.Cic.ad Atticum,li. 5.96.1.Actio maluimus iter facere pedibus,qui incommodissimè nauigassemus:& Leucaten flectere molestum videbatur.

Membra cõtorquet & flectit quò vult omne animal.Cic.1.de Diui.196.

Promontoria flectere.Cic.2.de Diuinat.141.Qui nauigant,maximè animaduertant, quum in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas sæpe sentiunt.

Ratem flectere.Ouid.epist.10.8.

Viam flectere.Cic.attico,lib.11.226.2.

Flecte vias hac qua madidi sunt tecta Lyæi.Martial.lib.1.66.

Viam flectere velis.Virg.5.Aeneid.6.

¶Flectere,per translationem.vt Flectere animum:Hoc est attendere & aduertere.Terent.Hecyra,4.3.2.Isthuc est sapere,qui vbicúque opus est possis animum flectere.

Flectere animum à vero.Liu.1.ab Vrbe,4.

Flectere ad.Liu.8.bel.Pun.244.Et id est viri & ducis non deesse fortunæ præbenti se,& oblata casu flectere ad consilium.

Flectere ad aliquid.Tacit.lib.1.Tunc à veneratione Augusti orsus flexit ad victorias,triumphosque Tiberii.Idem li.5,Flexit ad grauiora.

In ambitionem flexisse arguebatur.Tacit.lib.4.

Commutare & omni ratione flectere animos.Cic.2.de Orat.117.

Teneros & rudes animos flectere & inficere.Cic.1.de Legib. 70.

Flecti animo atque frangi.Cic.pro Sylla,13.

Fata flectere.Cic.3.in Catil.64.

Imbecillitatem animorum varietas opinionum torquet & flectit quocunque cœpit.Cice.1.de Legib.33.

Flectere & dirigere aduersus alios iudicium suum.Brutus ad Ciceronem, 16.19.Idem Cicero si flexerit aduersus alios iudicium suum,quod tãta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio: non modò reliqui temporis gloriam eripuerit sibi,sed etiam præterita euanescere coget.

Mentes ab omni studio sensuque Pœnorum, ad nostrum imperium nomenque nostrum flexerunt.Cic.pro Corn.Balbo,31.

Minas alicuius flectere.Valer.1.Argon.45.
 Naturam suam versare & regere ad tempus,atque huc & illuc torquere & flectere.Cic.pro Cælio,9.

Flectere aliquem oratione,Persuadere,& alicuius animum nostra oratione ad voluntatem nostram inclinare.Cic.4.Acad.114.Si te, inquit,Luculli oratio flexit,quæ est habita memoriter,&c. Idem 1.de Legib.70.
 Qui teneros & rudes quum acceperunt,inficiunt,& flectunt vt volũt.
 Et 1.Philipp.26.

Propositum flectere.Iuuenal.Saty.10.5.

Puella flectitur assiduis minis.Propert.lib.1.eleg.18.5.

Sensus alienus flectere.Valer.7.Argon.35.

Flectere vocabulum de Græco.Gellius lib.4. cap.3. Hoc vocabulum de Græco flexum est.

¶Flectere,absolute.Tacit.lib.1.Flexit paulatim.

Flexus in obliquum,Vide OBLIQVVS.

Flexus,(κεκαμμένος,ἀνακαμπτός,)Participium,siue Nomẽ ex participio.

Aditus flexus,Vide ADEO.

Animus flexus.Catull.Argon.59.66.

Arcus flexos incuruant.Virg.5.Aeneid.99.

Flexa nitidus coma vagaris.Martial.lib.10.65.

Dies in vesperam flexus.Tacit.lib.1.

Genu flexum summisit.Ouid.4.Metam.68.

Flexi fractíque motus.Cic.5.de Finib.62.

Os in mœstitiam flexum.Tacit.lib.3.Cæsar flexo in mœstitiam ore, suã inuidiam tali morte quæsitam,&c.

Flexus sonus.Cic.3.de Ora.120.Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera,lene,asperum,contractum,diffusum continenti spiritu,intermisso,fractum,scissum,flexo sono,attenuatum,inflatum.

Flexa iuxta nasum supercilia.Plin.lib.11.cap.52.3.

Flexus,huius flexus,(καμπή,)Curuatio,cõuersio.Plaut.Menæch.17.106.
 Iam ascendo in currum,iam lora teneo,iam stimulus in manu est,
 Agite equi,facitote sonitus vngularum appareant
 Cursu celeri,facitote in flexu sit pernicitas
 Pedum.

Pedum. Quintil.lib.9.cap.2.Qui cursu parum valent, flexu eludũt.

Flexus & artes in actione. Quintilianus libro 5.cap.13. Indirecta ferè, atque,vt sic dixerim,clamosa est actio. hinc mille flexus & artes desyderantur. Idem libro 7.cap.10.Fit ambiguitas per flexum, Quinquaginta vbi erant,centum inde occidit Achilles, &c.Vbi flexus pro vocis commutatione accipitur.nam vbi distinguendum est, vox in pronuntiando flecti solet.

Flexus ætatis,Quum ætas vergere incipit,& inclinari. Cicero in Proœmio de Oratore, 2.Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio decursu honorum etiam ætatis flexu constitisset. Idem pro Cælio,59.In hoc flexu quasi ætatis(nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia vestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas, notitia noua mulieris, & infœlici vicinitate & insolentia voluptatum. In flexu,inquit,ætatis hæsit ad metas,Id est,quum iam curriculum iuuenilium studiorum permensus esset, ibi in voluptatis licentiam delapsus est:aliquantisperque immoratus est,vt illi qui in meta insistunt,non flectentes cursum,nec finem,præmiúmque assequuntur laboris. Budæus.

Autumni flexus.Tacitus lib.21.Flexus autumni est,quum autumnus vergere incipit,& inclinari. Sic Flexum ætatis vocat alio loco.

Flexus capillorum.Quintilianus libro 8.cap.2. Propter flexum capillorum,pars est summa capitis:scilicet vertex.

Membrorum flexus.Quintilianus libro 1.cap.1.17.

Flexus suffraginum.Plinius libro 8.cap.15.2.

Vocis flexus.Quintilianus libro 1.cap.10.19.

Lunati flexus.Silius libro 4.64.

Mollis flexus.Persius Satyra 3.7.

Sinuoso flexu anguis.Virgilius 1.Georg.49.

Flexus ille,& vt sic dixerim,motus,dat actum quendam,& factum.Quintilianus libro 2.cap.13.6.de statuis,& picturis.

Cum multis flexibus introitus habent aures duros & quasi corneolos.Cicero 2.de Natur.deor.217.

Mutare flexum.Quintilianus lib.4.cap.1.47. Quod idem in Demosthene,si flexum illum mutaueris,accidet.

Ad iter flexus est. Cicero Attico, libro 16.337.1.Quum ante lucem de Sinuessano surrexissem, venissémque diluculo ad pontem Tiretium qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter Arpinas, obuiam mihi fit tabellarius.

Flexio,Verbale,(κάμψις,)Actus ipse flectendi.

Flexiones, & diuerticula. Cic.in Pisonem, 41.Quos tu mæandros,dum omnes solitudines persequeris,quæ diuerticula,flexionésque quæsisti?

Virilis laterum flexio.Cicero in Oratore,33.Gestus est oratoris.

Flexiones modorum.Cicero 2.de Legibus.63. Illa quidem quæ solebant quondam compleri seueritate iucunda Liuianis & Næuianis modis, nunc vt eadem exultent, ceruices, oculósque pariter cum modorum flexionibus torqueant.

Vocis flexiones.Cicero in Oratore,32.

Flexibilis,& hoc flexibile,pen.corr.(γνάμπτος,)Quod torqueri,& facile in quamuis partem curuari potest.

Molle,tenerum,fragile, flexibile. Cicero pro Milone, 32.Nihil enim est tam molle,tam tenerum,tam aut fragile,aut flexibile, quàm voluntas erga nos,sensúsque ciuium.

Flexibile & deuium.Cic.de Amicit.77.Quid enim potest esse tam flexibile,tam deuium,quàm animus eius qui ad alterius non modò sensum ac voluntatem,sed etiam vultum atque nutum conuertitur?

Flexibile & Durum, contraria.Cic.2.de Nat.deor.119.Vocis genera permulta,canorum fuscum,lene asperum,graue acutum,flexibile durum.

Nihil fallax,nihil non flexibile ad bonitatem.Cic.Atti.lib.10.203.1.

Flexibilis ætas.Cic.ad Brutũ,lib.18.4.Videtur enim esse bona indoles,sed flexibilis ætas,multique ad deprauandum parati.

Arcus flexibiles.Ouidius 3.Amor.eleg.3.6.

Flexibile vocis genus.Cicero 2.de Natu.deor.219.

Flexibilis & commutabilis omnium rerum materia. Cicero 3.de Natura deorum,133. Idem pro Milone,32.

Nihil est tam tenerũ,tam flexibile,neque quod tam facilè sequatur, quocunque ducas,quàm oratio.Cic.3.de Orat.97. Idẽ de Clar.Orat.149.

Mollis, tenera, & ita flexibilis oratio,vt sequatur quocunque torqueas. Cicero in Orat.29.

Flexilis,pen.corr.Adiectiuum,(καμπτός,) Quod facilè flecti potest.Plinius lib.11.cap.37.49.Sed quibus ceruix, è multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circũspectũ articulorũ nodis iũgit. Ibidẽ, 82.Itẽ oium auriculæ ac nares quæ modicũ eminẽt flexili mollitia.

Cornu flexile.Ouid.5.Metam.77.de arcu.

Flexuosus,pen.prod.(καμπτός,) Quod varios vel multos habet flexus: vt Flexuosa vitis.Cato cap.33.1.

Flexuosus corporum impulsus.Plin.lib.9.cap.20.2. Hæc omnia flexuoso corporum impulsu ita mari vtuntur,vt serpentes terra.

Iter flexuosum habet auditus ne quid intrare posit, si simplex & directum pateret.Cic.2.de Natura deor.215.

Flexuosus mons.Plinius libro 5.cap.27.7.

Flexosus volatus hirundini.Plin.lib.10.cap.24.3.

Flexuosissimus,pen.corr.(καμπτώτατος,)Plinius lib.11.cap.37.68.Hominique flexuosissimis orbibus.

Flexuosè,pen.prod.Aduerbium,(καμπτικῶς,) Plin. lib.18.cap.35.16.Si flexuosè volitet flamma.

Flexanima oratio,(ψυχαγωγὸς λόγος,)quæ animum flectere possit.Ci.2. de Orat.101.Sed tantam vim habet illa quæ rectè à bono poeta dicta est flexanima,atque omnium regina rerum oratio,vt non modo inclinantem erigere,aut stantem inclinare,sed etiam aduersantem & repugnantem,vt imperator bonus ac fortis,capere possit.

Flexumines,pen.corr.Equites Romani appellati sunt, qui prius Celeres dicebantur.Plin.lib.33.cap.2.6.Quinetiam ipsum Equitum nomen sæpe variatum est in his quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo regibusq; appellati sunt.deinde Flexumines,postea Trossuli. Quidam legunt Flexamines.

Flexûra,huius flexûræ,pe.prod.(καμπή,καμπυλότης,)Flexus,curuatio. Colu.lib.5.cap.5.19.Proxima deinde putatione melius existimat Celsus ferro abstineri,ipsósque coles in modum coronæ contortos arbori circundari:vt flexura materias profundat. Lucret.lib.4.69.
 Quinetiam quæcunque latuscula sunt speculorum
 A simili lateris flexura prædita nostri: &c.

Flexiloquus,pen.corr.Adiectiuum,(καμπτολόγος,)Qui ambigua & obscura loquitur.Cic.2.de Diuin.172.Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen impleuit partim falsis,vt ego opinor:partim casu veris, vt fit in omni oratione sæpissime:partim flexiloquis & obscuris,vt interpres egeat interprete.

Flegmen, flegminis,pen.corr.n.g.(κάμψις,) Plaut.Epid.14 5. —dum te sequor, Præ lassitudine inuaserunt miserum in genua flegmina. Scribitur à nonnullis flemina.

Fleo, fles,fleui,fletum,(κλαίω,κλάω,θρηνέω,)flere, Lachrymas emittere.Ouid.2.de Remed.amor.59.Vt flerent oculos erudière suos.

Flere de morte alicuius.Cic.3.Verr.53.

Fleuit drachmis argenteis.Plaut.Pseud.3.99.
 Quid fles cuculet viues. C.quid ego ni fleam,
 Quoi nec paratus nummus argenti fiet,
 Neque libellæ vlla spes sit vsquam gentium?
 P.Vt literarum ego harum sermonem audio,
 Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis,
 Quod tu istis lachrymis te probare postulas:
 Non pluris refert quàm si imbrem in cribrum geras.

Funera alicuius flere.Ouid.in Ibin,4.

Flere ac lamentari omnes lapides coegisset.Cic.1.de Orat.127.

Noctem flere.Virg.4.Georg.103.

Delicuit flendo.Ouid.7.Metam.77.

Diffundere dolorem flendo.Ouid.9.Metam.29.

Flendo diffundimus iram.Ouid.epist.8.13.

Ocelli rubent flendo.Catull.de passere,epigr.3.4.

Fletur,Impersonale,(κλαίεται,)Terent.And.1.1.102.In ignẽ posita est. fletur. Longo æuo flebitur.Silius lib. 5.38.

Acrius fleus,(ἐντονώτερον κλαίουσα,)Ouid.1.Trist.eleg.3.4.
 Vxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat.

Fortuna flenda,(τύχη κλαυτή,)Ouid.3.Trist.eleg.11.8.

Fletus,Participium,(κεκλαυμένος,)Virg.6.Aeneid.97. Hîc multum fleti ad superos,belloque caduci.

Fletûrus,pen.prod.(κλαύσων,)Aliud participium.Ouid.4.Trist.eleg.9. 16 Non aliter fleui,quàm me fleturus ademptum   Ipse fuit.

Multa fleturum caput.Horat.Epod.5.16.

Fletus,huius fletus,(κλαυθμός,ὀδυρμός,οἶτος,θρῆνος,) Nomẽ.Cic.ad Terẽtiam,lib.14.2.4.Id quod ego maximo cum fletu legi.

Fessa fletu lumina.Sene.Octau.4.4.

Humida fletu litera.Ouid.4.Trist.eleg.1.20.

Lachrymæ & fletus cum singultu.Cic.pro Plancio,62.

Mulierum fletus & lamentationes.Cic.6.Verr.42.

Assiduus fletus,quotidianæ querimoniæ.Cic.pro Cluentio,11.

Dulcior risu fletus.Ouid.in Ibin,42.

Inanes fletus.Virgil.4.Geor.75.

Modestus fletus.Stat.5.Thebaid.6.

Supplex fletus.Claud.1.de raptu Pros.10.

¶Abstergere fletum,Vide ABSTERGO.

Acuere fletus,Vide ACVO.

Adducere ad,vel in fletum,Vide ADDVCO.

Adhibere fletum,Vide ADHIBEO.

Longos ciebat fletus.Virg.3.Aeneid.69.

Comprimere fletus.Ouid.ad Liuiam,94.

Ducere fletum iouitis luminibus.Propert.lib.1.eleg.14.8.

Effusi fletus.Valer.7.Argon.83.

Erumpit fletus.Quintil.lib.6.cap.1.6.An quum ille,qui plerisque perorationibus petitur,fletus erumpit,non palàm dicta sententia est?

Excitat fletum orator.Catull.in Egnatium, epigr.37.1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Fletum,gemitúmque fieri tota vrbe.Cic.pro Rosc.Amer.14.Quod Ameriniis vsque eo visum est indignũ, vt vrbe tota fletus gemitúsq; fieret,
Fundere fletus.Ouidius 11.Metamor.135.
Impediri fletu,Vide IMPEDIO.
Lugubris lamentatio fletúsque mœrens.Cicero 1.Tuscul.116.
Mouere fletum,Vide MOVEO.
Nullis mouetur fletibus.Virgilius 4.Aeneid.88.
Ortus ab omni turba fletus,Vide ORTVS.
Petitur fletus perorationibus. Quintil.libro 6.cap.2.6.
Prosequi natos fletibus.Quintil.libro 5.cap.11.29.An vero me de incõmodis vitæ differentem non adiuuabit earum persuasio nationum quæ fletibus natos,lætitia defunctos prosequuntur?
Genas rigare fletu.Sene.Oedip.12.8.
Largo fletu rigabat ora.Virgilius 6.Aeneid.140.
Mœstis fletibus ora rigat.Sene.Octau.6.12.
Rumpe iam fletus.Sene.Troade,8.10.
Verba fletu scinduntur.Ouidius 3.de Ponto,eleg.1.31.
Siste tuos fletus.Ouidius 14.Metamor.167.
Suspendere fletum.Ouidius 4.Fast.171.
Flebilis,& hoc flebile, pen.corr.(θρηνώδης,) Plenum lachrymis,vel Dignum quod fleatur. Horatius in Carm.
Multis ille quidem flebilis occidit.
Nulli flebilior quàm tibi Virgili.
Flebilis cantus.Plinius libro 10.cap.23.6.
Carmen flebile.Ouid.epist.21.2.
Clamor flebilis.Sene.Troad.6.55.
Elegia flebilis.Ouidius 3.Amor.eleg.8.1.
Flebilis gemitus.Cicero 2.Tuscul.97.
Modi flebiles.Horatius 2.Carm.Ode 9.2.
Truncum ac flebile murmur.Stat.8.Thebaid.124.
Questus flebilis.Claud.1.in Ruff.20.
Flebilis species.Cic.11.Philipp.193.Ponite ante oculos P.C.miserã quidẽ illã & flebilẽ speciẽ,sed ad incitandos animos vestros necessariam.
Vigiliæ flebiles.Cicero pro Plancio,81.
Vlulatus flebilis.Stat.5.Thebaid.111.
Voces flebiles referre.Cicero 2.Tuscul.57.Resonando multum flebiles voces refert.Ex quodam poeta.
Cantare flebile.Ouidius 1.de Remed.amor.8.
Vlularunt flebile ripæ.Silius libro 6.57.
Flebiliter,pen.corr.Aduerbium.(θρηνωδῶς,) Cicero 2.Tuscul.67.Vide quàm non flebiliter respondeat. Liuius 1.ab Vrbe,108.Soluit crines,& flebiliter nomine sponsum mortuum appellat.
Flebiliter aliquid canere.Cicero 1.Tuscul.134.
Gemens flebiliter.Horatius 4.Carm.Ode 12.1.
FLEVO,Rheni fluminis ostium,vt scribit Pomponius Mela lib.3.Plin. cap.xv.libri quarti,alterum ostiorum Rheni,Fleuum, alterum Helinũ appellatum scribit. Cornelius Tacitus libro 3.Fleuum castellum esse ait propè Rheni in Oceanum exitum,à quo aut sumptum nomẽ quod alueo daretur,aut certè mox ab alueo natum retentum est.

Flexanimus,Vide FLECTO.

Flexibula, Satyræ nomen est apud Varronem,teste Plinio in Præfatione Nat.historiæ,10.

Flexile,Flexumines,Flexura,Vide FLECTO.

Fligo, fligis,flixi,flictum,(θλίβω,)fligere:verbum antiquũ, à quo compositum affligo.Liuius Aegysto,Ipse se in terram saucius cadens.Nonius.
Flictus,huius flictus.(ἀραγμός,) Virg.9.Aeneid.48. Dant sonitum galeæ flictu:pugna aspera surgit.Vbi Seruius, Flictu,pro afflictu, id est ictu, nam detraxit more suo præpositionem.

Flo, flas,(πνέω,πνείω,πνεύω,ἀυτέω,) flare. Spirare:quia spiritus omnes calore humorem diffundente proueniunt. Plin.libro 17.cap.24.15.Hic enim si flauerit circa brumam, frigore exurit arefaciens. Cicero Papirio,9.14.7.Tum quum Fauonius flaret. Cæsar 5.bel.Gal.27.Quód Corus ventus nauigationem impediebat,qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consueuit.
Bellè nobis flauit ab Epeiro lenissimus Auster mitis. Cicero Attico,libro 7.122.1.
Flare simul & sorbere.Plautus Mostel.10.7.
– heus tu,si verbum hoc cogitare voles,
Simul flare,sorberéque haud factu facile est,ego hîc esse
Et illic simul haud potui.Adagium est, de iis qui duo negotia eodem tempore conficere nequeunt.
Tibia flatur.Ouidius 4.Fast.69.
¶Flor,flaris, Passiuum. Plin.libro 36.cap.19.ad finem,Vritur antè vino perfusus,flatúrque follibus,donec rufescat.
Hebetatus flatus. Plinius libro 11.cap.10.5.Iuxta verò terram volant in aduerso flatu vepribus hebetato.De apibus.

Lenissimus flatus.Plin.lib.19.in Procem.3.
Mollissimus flatus.Plin.lib.19.in Procem.4.
Flatus,huius flatus,(πνεῦμα,ἀήτης,)Cic.2.Offic,Nam & quum prospero flatu eius vtimur,ad exitus prouehimur optatos: & quum reflauerit affligimur.De Fortuna loquitur.
Fulminei flatus.Valer.7.Argon.117.
Multiuagi flatus.Claud.1.de raptu Proserp.36.
Segnis flatus.Valer.8.Argon.20.
Complere sedilia flatu.Horat.de Arte poet.42.
Validis flatibus erumpere.Cice.in Arato,13.Aestiferos validis erumpit flatibus ignes.De Cane sydere.
Vnde aliquis flatus ostenditur,vela do.Cic.2.de Orat.100.
Hybernis parcebant flatibus Euri.Virg.2.Georg.68.
Permulcere flatu aliquem locum.Cice.in Arato,21,Aram quam flatu permulcet spiritus Austri.
Resedit flatus repentè.Virg.7.Aeneid.6.
Contorto flatu rotare aliquid.Silius lib.3.107.
Flamen,flaminis,pen.corr.neu.gen(πνεῦσις,)Flatus dicitur.Horat.libro,3.Carm.ode 19.
Insanire iuuat:cur Berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ? Virg.10.Aeneid.19. – ceu flamina prima
Quum deprensa fremunt syluis,& cæca volutant
Murmura,venturos nautis prodentia ventos.
Abactum flamen,Vide ABACTVS.
Contraria classi flamina.Ouid.13.Metam.37.
Rauca flamina.Lucan.lib.5.44.
Ingenti flamine ducitur puppis.Ouid.3.Fast.120.
Fugant inductas flamina nubes.Ouid.1.Metam.53.
Rapido terram cum flamine portant.Virg.4.Aeneid.49.
Pulsant aliquem ab regione Aquilonis flamina.Cic.2.de Nat.deor.164. Idem in Arato,3.
Sonoro flamine rapturus syluas.Claud.1.de raptu Proserp.15.
Spirant flamina. Ouid.4.Fast.4.
Vibrabant flamina vestes.Ouid.1.Metam.106.
Flabilis,& hoc flabile,pen.corr.(πνευματώδης,)Ci.1.Tusc.103. Nihilne aut humidum quidẽ,aut flabile,aut igneũ?Flabile dixit pro aereo.
Flabrum,flabri,(πνεῦμα,)vel vt vult Seruius,flabra tantum pluraliter. Virgil.2.Georg.59.
Ergo non hyemes illam,non flabra,neque imbres
Conuellunt. Propert.lib.2.eleg.28.3.Neque hic Boreæ flabra,neque arma timet. Lucretius lib.1.55. – montesque supremos
Syluifragis vexat flabris.Id est flatibus.De vi ventorum loquitur.Vix in singulari reperias.
Lenibus flabris horrescunt venti.Virg:3.Georg.39.
Flabellum,flabelli(πνευματίδιον,)Diminutiuum à flabro,accipitur pro instrumento quo fit ventilatio per æstatem ad refrigerandum corpus: vt ait Sipontinus.Terent.Eunuch.3.5.47.
– heus tu inquit,Dore Cape hoc flabellum,&ventulum huic sic facito dum lauamur.Varro 1.de Re rust.cap.1.2. Martial.lib.3.40.
Et æstuanti tenue ventilat frigus
Supina prasino concubina flabello.
Tenui ventos mouisse flabello.Ouid.1.de Arte,33.
Mota flabella manu.Ouid.3. Amor.eleg.2.8.
¶Flabellum seditionis,per translationem.Cic.pro Flacco,43. Cuius lingua,quasi flabello seditionis,illa tum est egentium concio ventilata.
Flabellifer,pen.corr.Adiectiuũ,(πνευματιδιοφόρος,)Plaut.Trinũ.5.12.
Auctor auri custos,flabelliferæ,scandali gerulæ,
Cantrices,cistellatrices,nuntii,renuntii.

Floces, flocum,flocibus,Vuarum purgamenta,& fæx vini è vinaceis expressa,inquit Nonius.Cæcil.Aedepol ego neque florẽ,neque floces volo mihi,vinũ volo. Gellius,Appludã edit, & floces bibit.

Floccus, flocci,(κρόκις,)Particula lanarum diuisa à velleribus inutiliter euolans.Varro de Re rust.lib.2.cap.11.Diligentiores tegeticulis subiectis oues tõdere solent,nequi flocci intereãt. Plin. lib.10.ca.33.1.Hirundines nidũ mollibus plumis floccisq; cõsternũt.
Flocculus,flocculi,pen.corr.Diminutiuũ,(κροκίδιον,)Plin.lib.16.ca.7.2. Nascuntur in robore pillulæ nucibus non absimiles,intus habẽtes flocculos molles,lucernarum luminibus aptos:nam & sine oleo flagrant.
Floccifacio,floccifacis,pen.corr.flocciféci,(περὶ οὐδενὸς ἡγοῦμαι,)floccifacere,Idem significat quod nihili facere. Idem autem significant floccifacere aliquem,& Non floccifacere,diuisa compositione. Cic.ad Atticum,lib.4.84.4.Totam denique Rempub.flocci non facere.Hoc est ne flocci quidem. Plaut.Curc.15.35, – non taces?
M. Non taceo. C. non ego te flocci facio, ne me territes. Idem Trucul.11.45.
Cuius es?cur ausus inclementer mihi dicere? G.lubido est.
S.Istúcne mihi responsas? G.hæc:non ego te flocci facio. Terent. Eunuch.2.3.11.
Vt illum di,deæque senium perdant,qui me hodie remoratus est:
Meque

Méque adeò qui restiterim:tum autem qui illum non floccifecerim.Cicero ad Atticum,lib.13.197.3.Hoc ipsum quantum acceperit, prorsus, aueo scire:nec tamen floccifacio.
Floccifacere fidem.Plautus Rud.2.47.
Is leno vt æquum est,flocci non fecit fidem,
Neque quod iuratus adolescenti dixerat.
Floccifacere suum tergum. Plaut.Epid.8.12. Dum tibi ego placeã atque obsequar,meum floccifacio tergum.
Floccum facere,Idem.Plaut.Trinummo,13.150.
At etiam maledicis? S.Imò saluus quandoquidem
Aduenis,di te perdant,si te flocifacio,an periisse prius.
Ego ob hanc operam argentum accepi,te macto infortunio?
Sed non facio qui sis,qui non sis floccum.
Floccipendo,floccipendis,(ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεμαι,)floccipéndere,Idem quod floccifacere. Terent.Eunuch.3.1.21.Inuidere omnes mihi,mordere clanculum:ego non floccipéndere.
FLORA,(ἀνθέστρια,) Dea quædam à Romanis in honore habita. Hæc enim quum magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset, Pop.Rom.scripsit hæredem: certámque pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur,editione ludorum quos appellant Floralia,siue ludos florales. Quod quia Senatui flagitiosum visum est,ab ipso nomine argumentum sumi placuit, vt pudendæ rei quædam dignitas adderetur:deam finxerunt esse quæ floribus præsit,eámque oportere placari vt fruges cum arboribus aut vitibus bene prosperéque florescerent. Varro 1.de Re rust.cap.23.3.Plin.lib.18.cap.29.4.
Flora Populo Romano mater.Cicero 7.Verr.29.
Floralia,floraliorum,(ἀνθεστήρια,) Festa Floræ sacra. Quintil.lib.1.cap.9.Quædam tamen & faciem solœcismi habent,& dici vitiosa non possunt,vt Tragœdia Thyestes,& ludi Floralia ac Megalesia.
Festum Florale.Ouidius 4.Fast.191.
Floralitius,Adiectiuum.Mart.lib.8.67.Et Floralitias lasset arena feras.
FLORENTIA,(φλωρεντία,) in Hetruria hodie clarissima; aliquando Fluentia,quòd ad Arni fluenta extructa sit,dictas& Fluentini illic populi Catoni & Plinio,qui nunc Florentini nomine magis auspicato vocantur:vt in quidam ad Scalam suum epistola Politianus scribit, Vulgò Fiorenze,Italis,Florence.
FLORIANVS,(φλωριανός,) Imperator qui Tacito successit, dolens Probum militiæ peritum à magna exercitus parte esse electum,sibi ipsi venas incidit,effusóque sanguine cõsumptus est. Author Aurelius.

Flos, huius floris,m.g.(ἄνθος,) A dictione Græca φλὲξ dicitur,quia emicat,scintillátque vt flamma.Plinius libro 12.cap.10.1.Flos arboribus suauitate inenarrabili.
Varietas florum.Cic.de Sene.50.
Blandi flores.Virgilius Eclog.4.5.
Improbus flos.Stat.2.Sylu.1.22.
Lectissimi flores.Cicero 6.Verr.95.
Odorus flos.Ouidius 9.Metam.18.
Purpureus flos.Pli.li.26.cap.10.2.Vide ORCHIS.
Purpureus flos rosæ.Horat.3.Carm.Ode 15.3.
¶Flores adhibere,Vide ADHIBEO.
Afferre florem,Vide AFFERO.
E floribus afflari suauitates odorũ. Cic.de Sene.55.
Aperit florem suum arbor,Vide APERIO.
Canescit flos,Vide CANESCO.
Recentes flores carpere. Horat.3.Carm.Ode 27.9.
Comprimere florem,Vide COMPRIMO.
Nouos decerpere flores.Lucretius libro 4.1.
Deflorent flos.Catullus in Carmine nuptiali.
Fundere flores.Virgilius 9.Eclog.4.
– varios hîc flumina circum
Fundit humus flores.
Induit se in florem nux,Vide INDVO.
Legere flores.Virgilius 3.Eclog.19.
Metunt purpureos flores,Vide METO.
Morituri flores.Stat.6.Thebaid.12.
Apricos necte flores.Horatius 1.Carm.Ode 26.2.
Ornatus crines floribus.Virg.6.Eclog.14.
Reddit flores arbor.Plinius libro 16.cap.26.2.
Odoratis spirabunt floribus aræ.Stat.3.Sylu.3.43.
Non semper idem floribus est honos.Horat.2.Carm.Ode 11.2.
¶Ipse flos,Vide IPSE.
Aetatis & fortunæ flos. Curt.libro 10.Indignantium voces exaudiebantur,tam viridem & in flore ætatis fortunæque, inuidia deũm ereptum esse humanis.De Alexandro mortuo.
Adolescentia flos ætatis,Vide ADOLEO.
Obnoxius flos,Vide OBNOXIVS.
Perpetuus æui flos.Ouidius 9.Metamor.88.
Flos & robur ciuium.Cicero in Orat.19.
Flos dignitatis.Plinius libro 7.cap.44.

In ipso Græciæ flore,Id est quum floreret Græcia.Cic.3.de Natu.deor 118.Quàm multas ante hunc in ipso Græciæ flore Pisistratus ac Phalaris,ac Apollodorus,pœnas sustulit,&c.
Hominum flos.Plin.li.7.ca.57.1.Variarum artium scientia innumerabiles enituere,quos tamen attingi par sit,florem hominum libantibus.
Flos Italiæ,firmamentũ imperii,ornamentum dignitatis.Cic.3.Phili.132.
Nobilitatis & iuuentutis flos.Cic.2.Philipp.56.
Orationis flos.Cic.in Parad.3.
Delibatus flos populi.Cic.de Clar.Orat.29.
Flos poetarum.Plaut.Casina, 2.17.
Hæc quum prima facta'st,vicit omnes fabulas,
Ea tempestate flos poetarum fuit.Id est excellentior fuit.
Iuuenilis flos.Claud.5.Paneg.14.
Primæuo flore iuuentus.Virg.7.Aeneid.34.
Viridissimo flore puella.Catull.ad Coloniam,epigr.17.3.
¶Florem amittere dicitur puella quando corrumpitur.Catul.in Carmine nuptiali,
Sic virgo dum casta manet,dum chara suis:sed
Quum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet,nec chara puellis.
Aetatis flore,non virtutis specie collecta gratia.Cic.2.Philip.30.
Frui flore ætatis.Lucret.lib.4.223.
Populi florem aliquem dicere.Cic.de Clar.Orat.29.
Bacchi flos euanescit.Lucret.lib.3.45.
Quod genus est,Bacchi quum flos euanuit, aut quum
Spiritus vnguenti suaues diffugit in auras.Florem Bacchi appellat auram & odorem vini.
Flos olei.Plin.lib.15.cap.6.
Flos & color pigmentorum Cic.de Clar.Orat.165.
Breues flores rosæ.Horat.2.Carm.ode 3.3.
Flos in siligine.Plin.lib.18.cap.10.Pollinem appellant in tritico,quod florem in siligine.
Flos vini,Id est odor.Plaut.Curcul. 3.1.
Flos veteris vini naribus meis obiectus est:
Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.
Flos vini,Aliter.Plin.lib.14.cap.21.3.Flos vini candidus probatur,rubẽs triste signum est,si non is vini color sit.Item vasa incalescentia, operculáve sudantia.Quod celeriter florere cœperit,odorémque trahere, non fore diutinum.Vide Columellam lib.12.cap.30.
Flosculus,huius flosculi,pen.corr.(ἀνθύλλιον,) Diminutiuũ.Cic.2.Offi.61. Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt.
Lasciuiæ flosculi.Quintil.lib.2.cap.6.14.Ne recentis huius lasciuiæ flosculis capti,voluptate quadam praua deliniantur.
Velox flosculus vitæ.Iuuenal.Saty.9.13.
Flosculos carpere atque delibare.Ci.pro P.Sestio,103.Nõ sum tam ignarus iudices,causarum,nõ sum tam insolens in dicẽdo,vt omni ex genere orationem aucuper,& omnes vndique flosculos carpã atq; delibẽ.
Ostendere flosculos.Quintil.in Procem.lib.6.8.Non enim flosculos,sicut prior:sed iam decimum ætatis ingressus annum,certos,atque deformatos fructus ostenderat.
Floreus,Adiectiuum,(ἀνθινός,)Quod totum ex floribus est:vt Florea corona.Plautus Menæch.14.57.
Non ego te modò hîc ante ædes cum corona florea
Vidi astare? Idem Aulul.13.15.
Nunc Tusculum emi,& hasce coronas floreas:
Hæc imponentur in foco nostro lari. Martial.lib.8.71.
– & cingant florea serta caput. Tibull.lib.2.eleg.2.2.
Rura florea.Virgil.1.Aeneid.87.id est florida.Seruius.
Floridus,pen.corr.(ἀνθεμώδης,)Similiter adiectiuũ,Quod floret,vel floribus abundat.Tibullus lib.1.eleg.2.3.
– quum posti florida serta darem.
Aetas florida.Catull.ad Mallium,epigr.63.4.
Floridus color.Plin.lib.35.cap.6.1.Sunt autem colores austeri,aut floridi.Vtrunque natura,aut mistura euenit.Floridi sunt quos dominus pingenti præstat,minium,armenium,cinnabaris,chrysocolla,Indicum,purpurissum.Cæteri austeri.
Genus floridius.Quintil.lib.2.cap.5.12.De oratione.
Hybla florida.Ouid.5.Trist.eleg.7.8.
Floridus orator.Cic.de Claris Oratoribus,157.At est floridior,vt ita dicam,quàm Hyperides,quàm Lysias.
Puella florida.Catull.in Epithal.Iuliæ,56.12.
Ramuli floridi.Catull.in Epithal.Iuliæ,56.5.
Serta florida.Tibull.lib.1.eleg.2.3.
Prato floridior.Ouid.13.Metam.170.
Floridum & varium.Cic.3.Tuscul.73.Siquem tuorum afflictum mœrore videris,huic acipenserem potius,quàm aliquem Socraticum libellũ dabis?ὑδραύλεως hortabere vt audiat voces potius, quàm Platonis? Expones quæ spectet,florida & varia,&c.
Floridulus pen.corr.Adiectiuum diminutiuum,vt Ore floridulo nitens

Universidad de Deusto Biblioteca

Catullus in Epithal.Iuliæ,56.19.
Florifer,penult.corr.(ἀνθοφόρος,)Item adiectiuum,vt Saltus floriferi.Lucretius libro 3.3.
Florilegus,pen.corr.(ἀνθολόγος,)Aliud adiectiuum, vt Florilegæ nascuntur apes.Ouid.15.Metam.75.Florilegas vocat à legendis floribus.
Floreo,flores,florui,(ἀνθέω,)florere,Floridum esse,& flores habere Cicero 1.Tuscul.108.Segetes largiri fruges,florere omnia, Fontes scatere.Plin.lib.19.cap.6.Florent verò cũ fraxino serpyllũ abrotonũ,&c.
Particulatim florere,Vide PARS.
Arbor floret.Cic.1.de Diuinat.27.
Segetes florent.Ouidius 5.Fast.53.
Vinea floruit.Ouidius 5.Fast.55.
¶Florere,pro Splendere,prospere se habere,siue excellere.Cic.de Amicitia,3.Catonem induxi senem disputantẽ:quia nulla videbatur aptior persona quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius qui & diutissimè senex fuisset,& in ipsa senectute præ cæteris floruisset. Ouidius,
Nos quoque floruimus:sed flos fuit ille caducus.
Florere & vigere.Cic.11.Philip.318.Ego autem(dicendũ est enim,P.C. quod sentio)non tam veteranos intuendos nobis arbitror, quàm quid tyrones milites,flos Italiæ: quid nouæ legiones ad liberandam patriã paratissimæ,&c.Nihil enim semper floret:ætas succedit ætati.Diu Cæsaris legiones viguerunt:nunc vigent Pansæ,vigent Hirtii,&c.
Admodum florere.Cicero 4.Academ.33.
Florere in re aliqua.Cicero ad Lentulum,libro 1.9.4.In sententiis Senatoriis,& in omni actione atque administratione Reip.floruissemus.
Florere in foro.Cicero 4.Acad.1.
Floruerunt in Græcia musici.Cicero 1.Tuscul.8.
In generis sui gloria florere.Cicero pro Flacco,19.
Peræquè florere,Vide PERAEQVE.
Florere inter aliquos.Cicero pro Quintio,54.
Accessus meus ad vrbem incredibili hominum gratulatione florebat. Cicero pro Sestio,114.
Cum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi florere. Cicero 4.Academ.33.
Florere ætate & forma.Liuius 6.bell.Pun,254. Et lib.9.1.
Integerrima ætate,optimo habitu in Republica florere. Cic pro Cæl.46.
Florere authoritate & gloria in vrbe. Cicero ad Nigidium,libro 4.13.7.
Florere existimatione.Cicero pro Fonteio,26.
Familiaritatibus doctissimorum hominum florere. Cic.1.de Nat.deo.11.
Omni genere virtutis floruit Pericles Cicero de Clar.Orat.14.
Gratia,authoritate,gloria florere.Cicero Figulo,lib.4.13.7.
Gratia atque hospitiis nobilissimorũ hoĩum florere.Cic.p Rosc. Ame.9
Honoribus,& rerum gestarum gloria florere.Cic.1.de Orat.1.
Florere laudibus Cicero ad Atticum,libro 14.315.2. Mihi verò gloriosum, te iuuenem COS.florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ. Lucretius libro 1.217.
Florere laude bellica.Cicero pro Flacco,50.
Laude ingenii & priuatis beneficiis florere.Cic.3.de Orat.4.
Leges sub Cæsare florent.Ouidius 2.Fast.29.
Florere memoria.Cicero 2.de Legib.55.
Obsoletis floret Epicurus.Cicero 3.Offic.159.
Quæstura floret.Cicero pro Plancio,51.
Studiis & artibus beneficia florere.Cicero Figulo,libro 4.13.11.
Florent verba modo nata,vigéntque.Horat.de Arte,13.
Multis virtutibus ac beneficiis florere.Cicero 7.Verr.106.
Florens, Participium,(ἀνθῶν,) vt Florens & potens. Cicero pro Domo sua,39. Itaque quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares,&c.
Beatum & florens. Cicero in Parad.21. Quicquid est laudabile, idem & beatum,& florens,& expetendum videri decet.
Florens & integer.Cicero pro Plancio,69.Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram?
Aetate, opibus, honoribus, ingenio,liberis,propinquis,affinibus,amicis florens homo.Cicero Cælio,libro 2.12.4.
Aetatibus florentes ambo. Virgil.Eclog.7.1.
Studiis otii florens.Virgil.4.Georg.113.
Florẽs,(ἀνθεμώδης)Nomẽ ex pticipio.vt Florẽs iuuenis. Cic.6.Verr.72.
Florentissima fortuna.Cic.ad Atticum,lib.10.195.4.
Afflictus & Florens,contraria. Cic.pro Quintio,62. Ab afflicta amicitia transfugere,atque ad florentem aliam deuolare.
Aeuo florente puellæ.Lucret.libro 3.205.
Anni florentes.Stat.3.Sylu.5.
Arua florentia.Ouid.1.Metam.159.
Florentissima armis ciuitas.Cic.1.de Oratore,21.Et in Catil.47.
Nihil florentius.Cic.1.de Legib.57.Qua nihil à diis immortalibus vberius,nihil florentius,nihil præstabilius hominum vitæ datum est.
Corona florente cinctus.Ouid.1.Metam.6.
Præstanti florentique fortunæ inuidetur.Cic.2.de Orat.116.
Herbæ florentes.Virg.Eclog.9.4.

Iuuenta florente feruidus.Horat.de Arte poet.24.
Poma florentia.Ouid.14.Metam.153.
Respublica florens.Cic.pro Cluentio,86.
Vrbs florentissima.Cic.2.in Catilinam,ad finem.
Florente Antonio.Ci.ad Brutũ,li.11.18.3.Etenim quum te incluso spem maximã omnes habuissent in tua virtute florẽte Antonio,qs erat,&c.
Floresco,florescis,(ἀνθέω,)florescere,Floridũ fieri Colu.lib.5. Ventique nebulam & rorem pestiferum celeriter adsiccant,multumque ad florescendum & ad bonitatem vini conferunt. Varro li.1.de Re rustica, Pratum aqua defendi debet,ante quàm florescere incipiat. Cice.2.de Diuinat.49.Nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri,& puleium aridum florescere brumali ipso die.Idem de Clar.Orat.168. Hoc florescente Crassus est mortuus.
¶Florescere,per metaphoram,pro Augeri siue crescere.Ci.pro Marcello,At verò hęc tua iustitia & lenitas animi florescet quotidie magis:ita vt quantum operibus tuis diuturnitas detrahet,tantũ afferat laudibus.
Ad summam gloriam eloquentiæ florescere.Cic.3.de Orat.7.
Senescere & Florescere,contraria.Lucret.lib.2.15.Illa senescere,at hæc contrà florescere cogunt.
Florescens,Participium,(ἀνθῶν,)Cice.pro Cælio,63.Nolite Iudices,&c. hunc nunc primum florescentem firmata iam stirpe virtutis tanquam turbine aliquo,aut subita tempestate peruertere.

Fluctuare,Fluctuosus,Fluctus,Fluito, Flumen,Vide FLVO.

Fluo, fluis,fluxi,fluxum,(ῥέω,ῥόω,ῥνέω,ῥώομαι,συλλείβω,) fluere, Decurrere.Virg.1.Georg.
Hæc eadem argenti riuos,ærisque metalla
Ostendit venis,atque auro plurima fluxit.
Lutulentum fluere.Horat.1.Serm saty.4.3.de Lucilio.
Fluunt in contrarias partes flumina Cic.1.de Diuin.132.
Fluit amnis per.Cice.6.Verr.86. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit.
Fluit fluuius Eurotas propter Lacedæmonem.Cic.2.de Inuent.195.
Sanguine fluxit fluuius atratus.Cic.1.de Diuin.159.
Legitimum fluere.Ouid.3.Amor.eleg.5.18.
Lachrymæ fluunt.Ouid.2.Metam.73.
Sudor fluit vndique riuis.Virgil.5.Aeneid.4.
Pleno alueo fluere.Quintil.lib.2.cap.1.4.Nam tenuis à fonte,assumptis poetarum,historicorumque viribus, pleno iam satis alueo fluit. De Grammatica.
¶Fluunt arma de manibus.Cic.12.Philipp.324.Ipsa illa Martia cælestis & diuina legio,hoc nuntio languescet & mollietur,atque illud pulcherrimum nomen Martiũ amittet,excident gladii,fluet arma de manibus.
Crines intonsi longa ceruice fluebant.Tibul.lib.3.eleg.4.6.
Fluunt sudore & lassitudine membra,labant arma,mollia corpora,&c. Liu.8.bell.Maced.71.
Ex fonte consiliorum fluere.Cic.Bruto,15.9.De me tantum dico,Cæsarẽ hunc adolescentem,per quem sanè sumus, si verum fateri volumus, fluxisse ex fonte consiliorum meorum.
Totis vallibus fluere.Quintil.lib.5.cap.14.24.Feratur igitur non semitis,sed campis:non vti fontes angustis fistulis colliguntur,sed vt latissimi amnes totis vallibus fluat. De eloquentia.
Carmen vena pauperiore fluit.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.4.
Ex lingua alicuius melle dulcior fluit oratio.Cic.de Sene.28.
Ab aliquo fluxit oratio.Cic.de Clar.Orat.105.
Fluere rami dicuntur,Latius,atque vberius crescere.Virgil.2.Georg.74.
-tum denique dura
Exerce imperia,& ramos compesce fluentes.
Fluit ratio à capite.Cic.2.de Finib.59.Atque ab ipso capite fluere necesse est omnẽ rationem bonorũ & malorũ.Id est,procedere & deriuari.
Sermo fluit.Cic.1.de Nat.deor.9.& 10.Multum autem fluxisse video de libris nostris,quos complures breui tempore edidimus, variumque sermonem,partim admirantium vnde hoc philosophãdi nobis subitò studium extitisset,partim quid quaque de re certi haberemus,scire cupiẽtium.Id est manasse.Budæus.
Occidere,fluere,labi,nec diutius in eodem statu esse. Cic.in Oratore,6.
Voluptas corporis fluit.Cic.2.de Finibus,169.Id est labitur,præterit.
Tarda fluunt,ingratáque tempora.Horat.1.epist.1.5.
¶Fluere & auolare.Cic.2.de Finibus,169.Fluit igitur voluptas corporis,& prona quæque auolat,vt aiebat.
¶Fluxit & permanauit doctrina.Cice.4.Tusc.3. Pythagoræ autem doctrina quum longe latéque flueret,permanauisse mihi videtur in hanc ciuitatem.
¶Fluunt ad voluntatem nostram res prosperæ.Cic.1.Offic.126.Atque etiam in rebus prosperis,& ad voluntatem nostram fluentibus,superbiam,fastidium,arrogantiámque magnopere fugiamus. In eandẽ sententiam dixit Seneca,3.de Ira,Fluunt ex destinato proposita nostra.

¶Quorsum

¶Quorsum fluant rationes Cn.& quid agat,videamus.Cic.ad Atticum, lib.9.181.8.
Spes retro fluit.Virgil.2.Aeneid.34.
Ex illo fluere,ac retro sublapsa referri
Spes Danaûm. Fluere,inquit Seruius, τῶν μέσων est.Ideo addidit retro.
¶Fluere facetiis.Plaut.Milit.20.12. Nam tu quenuis potis es facere vt fluat facetiis.
Fluere mollitia & luxu: Hoc est,mollem & libidinosum esse.Cice.2.Tuscul.91. Opinio est enim quædam effœminata ac leuis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liquescimus, fluimúsque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Liu.7. ab Vrbe,131.Campani magis nomen ad præsidium sociorum,quàm vires quum attulissent, fluentes luxu, ab duratis vsu armorum in Sidicino pulsi agro.
Fluens,Participium,(ῥέων,)vt Fluens aqua.
Fluentes buccæ. Cice.2.de Orat.148. Demonstraui digito pictum gallum in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortũ,eiecta lingua,buccis fluentibus.
Sudore fluentia brachia.Ouid.9.Metam.12.
Nauseam fluentem coercere.Horat.Epod.9.7.
Libere fluens oratio.Cic.de Clar.Orat.149.
Soluti ac fluentes pueri.Quintil.lib.1.cap.2.7.
Res prosperæ & ad voluntatem nostram fluentes.Cic.1.Offi.126.
Riuus fluens.Virgil.eclog.8.21.
Fluens sylua.Martial.lib.11.37.
Cedentes oneri ramos,syluamque fluentem
Vicit concussas ipse secutus opes.
Tunicis fluentibus auras excipit.Ouid.3.de Arte,61.
Vestis fluẽs.Propert.lib.3.eleg 17.7.Et teretes nudos veste fluẽte pedes.
Fluentum,fluenti,neut.g.(νᾶμα,ῥεῖθρον,ῥεῦμα,)paruum flumẽ,siue aquæ decursus,vt Xanthi fluenta.Virgil.4.Aeneid.29.
Lubrica fluenta.Lucret.lib.5.190.
Rauca fluenta.Virg.6.Aeneid.66.
Fluentisonus,pen.corr.Adiectiuum,(κυματοηχής,)vt Littus fluentisonũ. Catull.Argon.59.11.
Fluctus,huius fluctus, (σάλος,ῥόθιον,κῦμα,κλύδων,) Aquæ discurrentis moles atque impetus, quæ & vnda dicitur. Cice.6. Verr.105. Qui fluctu totus operiretur,nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset.
Aduersa fluctuum.Tacit.in vita Agricolæ,Montium profunda,tempestatum,ac fluctuum aduersa.
Motus & agitatio fluctuum.Cic pro Murena,34.
Atri fluctus Aquilone Virgil.5.Aeneid.1.
Cærulei fluctus.Silius lib.17.11.
Decumani fluctus,Vide DECVMANVS.
Discordes fluctus.Sene.Medea,12.13.
Fluminis ingentes fluctus.Lucret.lib.4.109.
Salsi fluctus.Virgil.5.Aeneid.48.
Sonori fluctus.Stat.2.Sylu.12.
Variis fluctibus agi.Sene.Agamem.3.6.
Immodicis fluctibus canent æquora.Ouid.epist.17.28.
¶Ad fluctum declamabat Demosthenes,vt fremitum assuesceret voce vincere.Cic.5.de Finib.8.
Ratem dedere fluctibus.Sene.Agamem.3.8.
Egerit hic fluctus,æquorque refundit in æquor.Ouid.11.Metamor.98.
Per longos ire fluctus.Horat.3.Carm.ode 27.4.
Insani fluctus feriunt littora.Virgil.eclog.9.9.
Ferre fluctum.Cic.Attico,lib.5.99.2.
Euolutos frangit fluctus opposita Leucas.Sene.Herc.Oeth.66.
Fortunam tanquã fluctum à saxo frangi oportere.Cic.Pæto,li.9.16.16.
Fracti fluctus.Horat.2.Carm.ode 14.3.
Iactari fluctibus.Cic.in Orat.57. Ouid.11.Metamor.41.Vide IACIO.
Illiditur fluctus,Vide ILLIDO.
Impacti fluctus,Vide IMPINGO.
Languentes fluctus.Silius lib.7.52.
Percussa fluctu littora.Virgil.eclog.5.18.
Secare fluctus naue.Ouid.1.Fast.100.
Sedatis fluctibus & tempestate commutata.Cic.2.de Inuent.236.
Cano fluctu spumabant cærula.Virgil.8.Aeneid.132.
Submersus medio in fluctu.Virg.1.Aeneid.118.
Tumidis fluctibus tunditur saxum.Virgil.5.Aeneid.26.
¶Fluctus,pro impetu vel multitudine.Cic.ad Atticum,lib.7.4.Fluctum enim totius Barbariæ ferre vrbs vna non poterat.
Concionum fluctus.Cic.pro Milone,3.Et quidem cæteras tempestates & procellas in illis dũtaxat fluctibus concionum,semper putaui Miloni esse subeundas.
Insanos curarum comprime fluctus.Silius lib.8.7.
Voluere curarum tristes in pectore fluctus. Lucret.lib.6.7.
Fluctus fortunæ.Plin.lib.5.ca.17.1.Largè frequentantibus,quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.

Irarum fluctus.Lucret.lib.3.60.
Incendi fluctibus.Catul.in Argon. Qualibus incensam iactasti mente puellam Fluctibus.
Fluctifragus,pen.corr. Adiectiuum,(σαχλυός,)vt Littus fluctifragum, id est fluctus ipsos frangens.Lucretius,Denique fluctifrago suspensę in littore vestes. Epitheton est poeticum.libro 1.61.
Fluctiuagus,pen.corr.(κυματοπλανής,)Aliud adiectiuum:vt Nautæ fluctiuagi.Stat.3.Sylu.1.17.
Vnda fluctiuaga.Stat.1.Thebaid.54.
Fluctuo,fluctuas,(κυμαίνω,σαλεύω,κλυδωνίζομαι,) fluctuare, Fluctus agitare, id est vndas facere.Plaut.Rud.8.13,Atq; vt nunc valide fluctuat mare,nulla nobis spes est. Ibidem,21.12,
In digitis hodie percoquam quod ceperit,
Ita fluctuare video vehementer mare. Cic.pro Rosc.Amer.43.Quid tam est cõmune quàm spiritus viuis,terra mortuis,mare fluctuantibus,littus eiectis?Idẽ 7.Ver.72,Quadriremẽq; in solo fluctuãte reliquerat.
Fluctuare,Iactari,commoueri,in dubio esse,& instar nauis fluctibus agitari.Virgil.lib.2.Georg.
-at late fluctuat omnis Aere renidenti tellus.
Fluctuans acies,Vide ACIES.
Magno curarum fluctuat æstu.Virg.8.Aeneid.4,
Fluctuat animus.Plaut.Merc.22.49,
Sed vbi eam sanam & saluam? E.ego scio. C.ego me mauelim.
E.Potin' vt animo sis tranquillo? C.quid si animus fluctuat?
E.Ego istum in tranquillo tuto sistam,ne time.
Fluctuatur incerti animi.Liu.3.bel.Maced.41.
Fluctuare animo. Liuius 3.belli Macedon.117, Ephesi regem est consecutus,fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello. Sic 1.ab Vrbe,117.
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum.Lucret.lib.4.217.
Tota res etiam nunc fluctuat.Cic.Attico,2.27.4.
Magnis curarum fluctuat vndis.Catul.in Argon.59.13.
Fluctuare in re aliqua.Cic.4.Acad.56, Non debere eos in suo decreto, sicut in cæteris rebus fluctuare. Hoc est Marinorum fluctuũ ritu huc atque illuc ventorum impetu commoueri.
Fluctuo,& fluctuor dicimus.Quintil.lib.9.cap.3, Pleraque verba vtroque modo efferantur,luxuriatur,luxuriat:fluctuatur, fluctuat:assentior,assentio. Curtius fluctuari animo rex,& modò suum, modò Parmenionis consilium expendere. Liu.Fluctuansque animo,vt tereret tempus,explicat ordines.
¶Fluctuare, pro Fluitare.Plin.lib.36.cap.17.1, Lapidem è Scyro insula integrum fluctuare tradunt:eundem comminutum mergi. Quædã exemplaria habent Fluctuari.
Fluctuare,pro Fluitare,&c. Idem lib.16.ca.38.5, Lignum in longitudinem fluctuatur.
Fluctuans,Participium,(σαλεύων,)Cic.ad Atticũ,lib.1.15.4, Quum hominis amplissima fortuna,authoritate,gratia,fluctuantem sententiam confirmassem.Hoc est dubiam.
Genus orationis fluctuans & dissolutum,eo quòd sine neruis & articulis fluctuat hoc & illuc. Author ad Herenn.lib.4.157.
Fluctuatus,pen.prod.Adiectiuum(σαλευθείς,)Iactatus & agitatus.Plin. lib.4.cap.12.16, Delos diu fluctuata,vt proditur,sola motum terræ non sensit.Idem lib.9.cap.8.7,Et sopitus(vt apparuit)odoris nouitate,fluctuatusque similis exanimi, caruit hominum conuersatione. De quodam delphino.
Fluctuatio,Verbale,(ζάλη,κύμανσις,κλυδών.)
Fluctuatio stomachi dicitur, quando stomachus siue ventriculus cibum non amplexatur: & quidam veluti fluctus audiuntur huc atque illuc ferri dum incedimus.Plin.lib.20.cap.8,3.
Fluctuatio animorum.Liu.9,ab Vrbe,131,In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse.
Fluctuosus,pen.prod.Adiectiuum,(κλυδωνώδης,) Plin.lib.37.cap.5.9, Ii sunt fluctuosi,& rerum imagines complexi,vt verbi gratia,papauerum aut auium,&c.De smaragdis.
Fluctuatim,pen.prod.Aduerbium,(κλυδωνηδόν,) Iactãter & solutè, vt ait Nonius.Afranius Põpa, Tene tu,in medio nemo est,magnificè volo fluctuatim ire ad eum,accipe hoc,tene tu,& sustine.
Fluxus,Adiectiuum,(ῥοώδης,ῥυτός,)dicitur quod fluit.Plin.lib.9.cap.38,1,Quoniam quum fœtificauere,fluxos habent succos.
Fluxa vestimenta,Amplissima,& minimè astricta, qualique liberè fluentia.Lucanus,Illic & laxas vestes,& fluxa virorum
Velamenta vides.Quasi liberæ laxitatis. Eadem ratione Virgilius dixit,Vestium sinus fluentes.Aeneid.1. Sueton.in Cæsare,cap.45, Fluxiora cinctura cingeretur.
Fluxa dicimus,momentanea,instabilia, & citò peritura. Vnde fluxam fidem gerere. Plaut.Capt.7.80, Fac fidelè sis fideli, caue fidem fluxam geras. Sallust.in Catil.Nam diuitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis est:virtus clara æternaque habetur.Virg.10.Aenei.17,Nõne

tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur?
Authoritas fluxa. Tacit.lib.17.
Fides seruitiorum fluxa. Tacit.lib.20.
Fortuna belli fluxa. Cicc.Bruto,10.2, Huius belli fortuna, vt in secundis,fluxa:vt in aduersis,bona.
Mens senio fluxa. Tacit.lib.5.
Studia fluxa. Tacit,lib 3.
¶Fluxi,Libidinosi,molles,effœminati.Sueto.in Tib. Drusus animi fluxioris,remissiorisque vitæ erat.
Fluxè,Aduerbium,(ῥοωδῶς,)Varro 2.de Re rust.cap.11.2,Et eo magis fluxè ex herba quæ eadem ipsa sumpta perpurgare corpora nostra soler. Id est abundanter.
Fluxio Verbale,(ῥοή,ῥύσις,)vt Fluxio aquarum.Cic.1.de Diuinat.181.
Fluxiones alui,quos rheumatismos vocant.Plin.lib.22.cap.23.3.
Fluxiones sanguinis.Plin.lib 20.cap.14.5.
Vuluæ ac ventris fluxionem sistit decoctum eius.Plin.lib.23.cap.5.2.
Fluxus,pen.prod. Participium,(ῥέων,) Columel.lib.3.cap.2.21,Propositum est enim docere qua ratione vineæ pariter feraces & preciosę fluxuræ possint constitui.
Flûito,fluitas,pen.corr.(ἐπιπολάζω,)fluitare, Frequentatiuum, Sæpe & continuè fluere.Liu.1.ab Vrbe,16,Tenet fama,quũ fluitantem alueũ in quo expositi erant pueri,tenuis in sicco aqua destituisset.
¶Fluitare,Supernatare.Cic.2.de Natur.deor.145,Quot genera quáq; dispariá,partim submersarum,partim fluitantium,& innatantium belluarum,partim ad saxa natiuis testis inhærentium? Liu.1.ab Vrbe, 166,Fluitária arma in Tyberi.Plin.lib.7.cap.17,Virorum supina corpora fluitare,fœminarum prona.
Fluitant locustæ reptantium modo.Plin.lib.9.cap.30.8.
Fluitant tauri & cameli,Plin.5.cap.16.1.
¶Fides fluitat, Id est labascit. Tacit.lib.18,Vnde primum creditur Cecinnæ fides fluitasse.
Spe fluitare.Horat.1.epist.19.23.
-ne fluitent dubiæ spe pendulus horæ.
Fluitans,pen.corr.Participium,(ἐπιπολάζων,)Cic. pro Sestio,37,Quum verò in hanc Reipublicæ nauem, ereptis Senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum, armatæ tot classes, &c.
Tranquillus & quietus,Immoderatè agitatus & fluitans,contraria.Cicero de Vniuersit.11,Quicquid erat quod in cernendi sensum caderet. id sibi assumpsit, non tranquillum & quietum, sed immoderatè agitatum & fluitans.
Amictus fluitans.Catull.Argon.59.14.
Carmina fluitantia ludendi versu.Ouid.ad Pisonem,33.
Cæca fluitantia sorte.Horat.2.Serm.saty.3.54.
Flûidus,pen.corr.Adiectiuum.(ῥυτός,)Modò fluẽtem significat, modò humectum.Plin.lib.9.ca.30.8,de locustis,Vnum hoc animal,nisi viuũ feruenti aqua incoquatur,fluida carne non habet callum.
Liquor fluidus.Virg.3.Georg.95.
¶Fluidus pro Languido,seu marcido.vt Calore fluido habent corpora. Ouid.15.Metam.74.
Lacerti fluidi pendent.Ouid.15.Metam.47. Sic Liuius lib.4.bel.Mace. vocat corpora Gallorum emollida & fluida.
Fluxus aquæ ex vicini domo aut alio loco fluens, cui quis per domum suam cursum dare tenetur,vt in vicum aut cloacam defluat. Pomponius in L.Cum in lege ff.De contrahenda emptione.
Flumen,fluminis,pen.corr.n.g.(ποταμός,)significat amnem.
Flumen riui,Id est, fluxus seu cursus riui.Plin. Ne fluminis eius riui esset impedimento.Mart.lib.1,Et qui prima bibit deprensi flumina Nili.
Accessus fluminum,Vide ACCEDO.
Alueus fluminis.Virg.7.Aeneid.7.
¶Aduerso flumine lembum remigiis subigit.Virg.1.Georg.41.
Altum flumen.Virg.4.Georg.67.
Caua flumina.Virg.4.Georg.86.
Decliuia flumina.Ouid.1.Metam.8.
Dulce flumen ouibus.Horat.2.Carm.ode 6.2.
Frigida flumina.Virg.eclog.5.5.
Herbosum flumen.Virg.2.Georg.40.
Lata flumina.Virg.3.Georg.42.
Latebrosa flumina,Vide LATEO.
Limosa flumina.Ouid.1.Metam.128.
Magnum flumen.Horat.1.Serm.saty.1.11.
Nobile flumen.Ouid.3.Amor.eleg.5.18.
Pingui flumine Nilus,Virg.9.Aeneid.7.
Publicum flumen.Cic.de Arusp.resp.55.
Rapidum flumen.Quintil.lib.6.cap.2.6.Horat.2.Serm.saty.3.49.
Sacrum flumen.Virg.2.Georg.30.
Sanctum flumen.Virg.8.Aeneid.15.
Secundum flumen.Tacit.lib.21.
Septemflua flumina Nili.Ouid.15.Metam.151.

Sonora flumina.Virg.12.Aeneid.28.
Vaga flumina.Horat.1.Carm.ode 34.2.
Validum flumen.Lucret lib.1:59.
Viuum flumen.Virg.2.Aeneid.143.
¶Auertere flumen,Vide AVERTO.
Concita flumina.Ouid.7.Metam.31.
Gelu flumina constiterunt.Horat.1.Carm.ode 9.1.
Decrescentia flumina prætereunt ripas.Horat.4.Carm.ode 7.1.
Diducere in riuos maxima flumina.Quintil.lib.5.cap.13.11.
Deuehitur flumine.Tacit.lib.18.
Effuso flumine stagnans Nilus.Virg.4.Georg.58.
Languido flumine errans Cocytus.Horat.2.Carm.ode 14.4.
Fugientia flumina.Stat.5.Sylu.5.13.
Largo humectat flumine vultum.Virg.1.Aenei.94.Id est lachrymis.
Increuerunt flumina.Ouid.11.Metam.10.
Innatare flumini,Vide INNATO.
Interueniente flumine,Vide INTERVENIO.
Inuehi flumine,Vide INVEHO.
Labentia flumina.Ouid.1.Metam.38.
Mergere se in flumen,Vide MERGO.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos.Ouid.1.Metam.58.
Subsidunt flumina.Ouid.1.Metam.70.
Superare flumina.Ouid.9.Metam.23.Tranare intelligit.
Torrentia flumina.Virg eclog.7.11.
Glaciem flumina trudunt.Virg.1.Georg.62.
Vomens calidum de pectore flumen.Virg.9.Aeneid.86.
¶Ingenii flumen.Cic.pro Marcello,2, Nullius tantum est flumen ingenii,nulla dicendi aut scribẽdi tanta vis,tantaq; copia,quæ non dicam exornare,sed enarrare C.Cæsar res tuas gestas possit.
Orationis flumen & varietas.Cic.2.de Orat.33.
Verborum flumen.Cic.in Orat 29,Flumen aliis verborum,volubilitasq; cordi est,qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Idem 2.de Orat.101,Tantum est flumen grauissimorum & optimorum verborum,tam integræ sententiæ,&c.
Flumineus,adiect.(ποτάμιος,)vt Aqua fluminea.Ouid.2.Fast.120.
Auis fluminea.Ouid.1.Amor.eleg.3.5.
Portus fluminei.Claud.4.Paneg.99.
Vnda fluminea.Ouid.4.de Ponto,eleg.7.6.
Volucres flumineæ.Ouid 2.Metam.51.
Fluuius,huius fluuii,(ποταμός,) dicitur amnis perpetuò fluens. Plaut. Curcul.2.86,Quisnam hic fluuius est,quem non recipiat mare?
Amœnus fluuius.Virgil.8.Aeneid.6.
Truces fluuii Stat.5.Sylu.4.1.
¶Decurrens fluuius,Vide DECVRRO.
Deficiente fluuio sedet alueus in limo.Ouid.1.Fast:82.
In fluuios gelidos ardentia membra dare.Lucret.lib.6.236.
Atratus fluuius sanguine fluxit.Cic.2.de Diuinat.85.
Impactus insulis fluuius,Vide IMPINGO.
Influit fluuius in Pontum,Vide INFLVO.
In fluuium innatare,Vide INNATO.
Innatat terræ fluuius,Vide INNATO.
Innare fluuios rapaces.Virg.3.Georg.28.
Irrumpens fluuius,Vide IRRVMPO.
Liquens fluuius.Virg.4.Georg.89.
Salubri fluuio mersare gregem.Virg.1.Georg.55.
Fluuiis grauem solari æstum.Horat.2.Carm.ode 5.2.
Strepunt fluuii turgidi niue.Horat.4.Carm.ode 12.1.
Minaces fluuios tentare.Virg.3.Georg.16.
Viuens fluuius.Stat.9.Thebaid.115.
Fluuiâlis,& hoc fluuiâle,pen.prod.(ποτάμιος,) Quod ex fluuio est: vt Aqua fluuialis.Columel.lib.6.cap.22.2. Et libro 8.cap.16.3,Fluuialis lupus piscis,pro fluuiatili.
Anas fluuialis.Ouid.11.Metam.155.
Arundo fluuialis.Virg.2.Georg.83.
Lympha fluuialis.Virg.4.Aeneid.127.
Fluuiatiles naues,Vide NAVIS.
Ripa fluuialis.Ouid.epist.5.5.
Fluuiatilis,& hoc fluuiatile,penult.corr.(ποταμηγός,) Quod in fluuio viuit: vt Piscis fluuiatilis. Plin.lib.19.cap.4. Et Liu.10.ab Vrbe,8, Fluuiatiles naues.
Fluuiatilis arena,Quæ in fluuiis est. Plin.lib.36.cap.23.2, Arenæ tria sunt genera:fossitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatili, aut marinæ tertia.
Testudines fluuiatiles.Cic.2.de Natura deor.184.
Fluuiaticus,pen.cor.(ποταμικός,)Idem quod fluuiatilis.Colu.lib.8.cap.15.4,Vbi delitescentibus fluuiaticis animalibus insidentur.
Fluuiâtus,pen prod.Adiectiuũ,(ποταμωτός,)Plin.lib.16.cap.39.8,Hæc qua diximus ratione fluuiata decorticat. Id est macerata in aqua fluuiatili.Sic dicere possumus Canabem fluuiatam.

Flustra,

Flustra, dicuntur quum in mari fluctus non mouentur: quam Greci μαλακίαν,vocant. Festus.

Fluta, flutæ:flutæ,flutarum,(ἔγχελυς,)Anguillæ sine murenæ dicebantur in freto Siculo,quæ Græcè plotæ,quasi nauigabiles dicuntur:quòd in summa aqua fluitantes mergi non possunt.Macrobius libro 3. Saturn. cap.15.Accersebantur murenæ ad piscinas nostræ vrbis ab vsque freto Siculo.Illic enim optimæ esse à prodigis esse credantur,tam Hercule quàm anguillæ.Et vtræque ex illo loco Græcè πλῶται,vocantur,Latinè flutę:quòd in summo supernantes,sole torrefactæ curuare se posse,& in aquam mergere desinunt. Colu.lib.8.cap. 17.7.Item flutas,quæ maximè probantur,murenas,& siquæ sunt saxatiles notæ,quarum pretia vigent.

Fluuialis,Fluuius,Fluxio,Fluxus, Vide FLVO.

F O

Focale, huius focâlis,pen.prod.(ἀσφαραγῶνον,) Genus ligaminis ad fauces velut fascia quędam collum ambiens,quòd fauces ac collum perfrigère non fineret,& pronuntiationi conduceret.Quintil. lib.11.Palliolum sicut fascias,quibus crura vestiuntur, & focalia,& ligamina aurium sola excusare potest valetudo. Focale à faucibus,au in o mutata. Martial.lib.14.147.
Si recitaturus dedero tibi fortè libellum,
Hoc focale tuas asserat auriculas. Videtur tamen Seneca vsurpare pro genere vestis,quo ad focum vtebantur.Sic enim lib.4.Natural.Quæstionum,Videbis quosdam graciles,& palliolo,focalique circundatos,pallentes & ægros.
¶Focale,Ferrum ignitum quo crispantur crines.Hora.2.Ser.saty.3.51.
Fasciolas,cubitale,focalia. - ponas insignia morbi,
Focaneus,(ἀσφαραγῖνος,) palmes dicitur qui in fauce vitis nascitur,vt est apud Columellam libr.4.cap.24.Vocatur etiam focaneus palmes qui solet in bifurco medius prorepere,& idcirco eum prædicto vocabulo rustici appellant,quòd inter duo brachia,quà se diuidit vitis,enatus,velut fauces obsidet,atque vtriusque duramenti alimenta præripit. Idem lib.5.cap.6.Focaneus est,qui inter duo brachia velut in furca,de medio nascitur:eum colem deterrimum esse comperi,quòd neque fructum ferat,& vtraque brachia,inter quæ natus est,attenuet:ita tollendus est.

Focillo, focillas,(ἀναλαμβάνω,)focillare,Calefacere, Recreare,restaurare.Plin.epist.16.lib.3.Focillata,Dixerã,inquit,vobis inuenturam me quamlibet durã ad mortẽ viam,si vos facilem negasse tis. Suet.in Augusto,cap.16,M.Antonii societatem semper dubiam & incertam,variisque reconciliationibus malè focillatam abrupit.
Focillatur pro fouet.Varro de vita Pop.Rom.lib. 2. Propter secundas sublato metu,non in communi spectant,sed suum quisque,diuersi,com modum focillatur.Nonius.
¶Focillo,penult.breui.Ouid. ad Pisonem,6.
Sed miserum parua stipe focilat,vt pudibundus
Exercere sales inter conuiuia possit

Focula,Foculus, Vide FOCVS.

FOCVNATES,Plinio populi sunt in Alpibus,lib.3.cap.20.

Focus, foci,masc.g.(ἑστία,ἐσχάρα,)à fouendo, in quo ignis seruatur, etiam si sit ara.Ouid.lib.6.Fastorum, At focus à flammis, & quòd fouet omnia,dictus. Idem,Thure vacent aræ,stentque sine igne foci. Tibullus,Dum meus assiduo luceat igne focus. Cato de Re rust. Folia subdito,in foco calido sub testa coquito leuiter.
Aræ & foci.Cic.2.de Nat.deo.97.Vis autem eius ad aras & focos pertinet.De Vesta.Idem Attico,lib.7.130.3.
Foci accensi, Vide ACCENDO.
Breues foci Iuuenal.Saty.11.8.
Casti foci.Ouid.3.Fast.140.
Focus familiaris.Colum.lib.8.cap.1.2.Vide OPVLENTVS.
Furiosi foci.Ouid.epist.10.19.
Graminei luxere foci.Lucan.lib.4.41.
Humilem grato calfacit igne focum.Ouid.4.Fast.140.
Lucens focus.Stat.1.Sylu.2.51.
Focus publicus.Cic.2.de Legib.33.Virginesque Vestales in vrbe custodiundo ignem foci publici sempiternum.
Pudici foci.Stat.3.Sylu.1.12. Sancti foci.Ouid.4.Fast.60.
Extruere lignis focum.Horat.Epod.2.9.
Splendet focus.Horat.1.epist.5.2.
¶Focus,Priuata cuiusque domus,quemadmodum ara aliquando templum significat.Plautus Amphit.4.72.
-conuenit,victi vtri sint eo prælio,
Vrbem,agrum,aras,focos,seque vti dederent.
Foci patrii.Cic.pro Rosc.Amer.15.
Pro aris & focis pugnare.Cic.3.de Nat.deor.137.
Repetere deos penates patrios,aras,focos, larem familiarem. Cicero 2. Philipp.81.

Foculus,huius foculi,pe.cor.Diminutiuũ,(ἑστιάδιον,)Plau.Capt.13.78, Iuben' an non iubes astitui aulas,patinas elui,
Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus?Cic. de Senect.51,Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites quũ attulissent, repudiati sunt. Plin.lib.35.cap.10.23,Arrepto carbone extincto è foculo. Cic.pro Domo sua,94.
Foculum excitare bucca.Iuuen.Sat.3.26.
¶Focula ventris,pro nutrimẽtis authore Nonio dixit Plautus in Persa, 4.24,Nam esurio venio,non aduenio saturio.
T.At edes iamnam intus ventris fumant focula.
Focarius,Adiectiuum,(ἐσχαρικός,)vt Focarius panis,In foco coctus.
Focaria focarię,Concubina etiam libera.In L.3.C.de Donationibus inter virum & vxorem,Si ancillam numis tuis comparatam esse Præsidi prouinciæ probaueris:donationisq; causa focarię tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum:eã tibi restitui iubebit. Nã licet cessante iure matrimonii donatio perfici potuerit: milites tamẽ meos à focariis suis hac rõne fictisq; adulationibus spoliari nolo. Et in L.Si ea.C.de Conditionibus insertis,Si ea cõditione Aulazanus legata testamento prestari voluit,si cum focaria sua matreq; eius moraretur,& per eum stetit quo minus voluntati testatoris pareret:quũ sponte scripturæ testamenti non obtemperauit:ad petitionem non admittitur.

Fodare, pro Fodere dixerunt veteres, Festo teste.

Fodio, fodis,fodi,fossum, (ὀρύττω,σκάλλω, σκάπτω, σκαλίζω, ταφρεύω,)fodere,Cauare,& quasi foras dare.Plaut.Rud.11.19, Nostro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Virg.lib.6. Aeneid.175,Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.Cicc.2.de Diuinat.99,Respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto: fodit:inuenit auri aliquantum.
Fodere argentum.Liu.8.bel.Pun.11,Sita in Mesessium finibus est, Hispanæ gentis,ager frugifer:argentum etiam incolæ fodiunt. Sic Fodere metallum,Plin.lib.2.cap.63.6.
Arua fodiebant coloni.Ouid.11.Metam.
Guttura cultro fodit.Ouid.7.Metam.63.
Humũ fodere.Virg.2.Georg.81.
Fodere ense iugulum. Marti.lib.1.7.
Latus alicuius fodere.Horat.1.epist.6.11.
Fodere ora hastis. Liuius 8.ab Vrbe,51, Hastisque ora fodientes, primo robore virorũ cæso,per alios manipulos velut inermes propè intacti euasere.
Fodere puteos.Cesar 3.bel.Ciuil.107.
Sibi ipsi fodere aliquid.Cic.2.de Orat.93.
Fodere stimulis.Cic.2.Philip.90,Num expectas dũ te stimulis fodiam?
¶Fodere terram,Arare.Plaut.Pœnulo,16.56.
-palas vendundas sibi mergas datas
Vt ortum fodiat,atque vt frumentum metat. Terent.Heaut.1.1.17,
Nunquam tam mane egredior,neq; tam vesperi
Domum reuertor,quin te in fundo conspicer
Fodere,aut arare,aut aliquid facere. Cic.1.de Finib.6, Nam vt Terentianus Chremes non inhumanus qui nouum vicinum nõ vult Fodere, aut arare,aut aliquid ferre denique.Cato cap.2.3.
Foditur cor stimulo.Plau.Bacchid.23.37,Tactus sum vehemẽter visco, cor stimulo foditur.
Fodit dolor. Cic.2.Tuscu.58, Pungit dolor,vel fodiat sanè.si nudus es, da iugulum:sin tectus Vulcaniis armis,id est fortitudine,resiste.
¶Fodiri,pen.prod.à quarta coniugatione.Colu.lib.11.ca.2, Runcari, & adhuc fodiri possunt.Idem de Arboribus,cap.30, Sed omnibus annis fodiri ante Calend.Martias,& interputari oportet.
Fódico,fódicas,penult.correp.(νύττω,) fodicare, Frequentatiuum, pro Peruellere, pungere,siue fodere, hoc est dolore afficere. Cicero 3. Tuscul.61. Non enim est in nostra potestate fodicantibus his rebus, quas malas esse opinamur, dissimulatio vel obliuio. Horatius,Emamus qui fodicet latus.
Fodicare alicui animum.Plaut.Bacchid.1.30.
-quia isthæc lepida sunt memoratu:
Eadem in vsu atque vbi periculum facias,aculeata sunt,
Animum fodicant,bona distimulant facta,& famam sauciant.
Fodîna,huius fodinę,pen:prod. Locus vbi quid foditur.Plin.lib.33.cap. 6.3.Odor ex argenti fodinis,inimicus omnibus animalibus,sed maximè canibus.Legitur & coniunctim,Argentifodinæ.
Cretæ fodina.L.Sed & ii,de Publ.Caius Iurifcon.
Fossa,huius fossæ,(τάφρος,διῶρυξ,σκαπάνη,κάπετος,λάκκος,) Notũ. Colum.lib.3,Prius q̃ pomarium cõstituas,qui magnum habere voles, circũmunito maceria aut fossa,ita vt non solum pecori,sed nec homini transitus sit,nisi per aditum,dum adolescant semina.Vlpianus in L. Vnica.ff.Vt in flumine publico nauigare liceat: scribit fossam esse receptaculum aquæ manufactum:vt ad castra, seu vrbes, oppidive, aut alia huiusmodi munienda.Cic.ad Atti. lib.9.184.3,Pop.Ro.exercitus Cn.Pompeium circũsidet,fossa & vallo septum tenet,fuga prohibet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De fossis & cloacis interdicit Prætor.Cic.pro Cecinna,26.
Perpetua fossa,Vide PERPETVVS.
Redundans gurgitibus fossa Rheni.Cic.in Pisonem.64.
Circundare latum fossam alicui rei.Cic.5.Tuscu.83.
Transitum fossæ ponticulo ligneo coniungere.Cic,5.Tusc.83.
Obcæcare fossas in agro,Vide OBCAECO.
Percutere fossam,Vide PERCVTIO.
Perducere fossas in altitudinem,Vide PERDVCO.
Vallo & fossa munire castra.Cæsar 2.bell. Gall.153.Castra in altitudiné pedum duodecim,vallo fossaque duodeuiginti pedum munire iubet. Cicero ad Catonem,lib.15.4.29.Vallo & fossa circundedi.
Fossula,huius fossulæ,pen corr.Diminutiuú,(ταφρίδιον,)Cato cap.161. 3. Deinde fossulas facito, qua radices asparagi demittas.Colum.lib. 11.cap.3.Singulis fossulis disponas.
Fossatum,pen.prod.(ὄρυγμα,)pro Fossa.Plin.lib,17.cap.21.7. Fossatú purgari,& extendi,ne crudum relinquatur.
Fossor,huius fossoris,(σκαπτεύς,σκαλεύς,σκαπανεύτης,)Qui fodit. Virgilius libro 2.Georg.Et labefacta mouens robustus iugera fossor.Columella libro 3.cap.13.2.Etsi fossore tantum terra versetur,&c.Martialis libro 7.70.Rigidus fossor.
Fossio fossionis,(διωρυχή,σκάμμα,)Ipsa fodiédi actio.Columella lib.5. Deinde malleolo inter ordines posito,crebris fossionibus pastinatum resoluere. Idem libro 4.cap.10.1. Frequentibus fossionibus omnibus mensibus dum frondent,ac pampinationibus adiuuanda sunt. Sic lib.11.cap.2.45.
Fossionibus terra fit fœcundior.Cic.de Senect.49.
Agri fossiones & repastinationes.Cic.de Senect.49.
Recenti fossione terram fumare calentem videmus. Cicero 2.de Natura deorum.36.
Fossura,huius fossuræ,penult.prod.(σκάλευμα,)Idem quod fossio. Columel.lib.5. Hanc planam fossuram maximè nos probauimus. numerus autem fossionis aut idem esse debet,qui primi anni,aut vna minus. Idem lib.1.cap.8.30.
Fossitius,Adiectiuum,(ὀρυκτός,)Quod foditur:vt Arena fossitia. Plin. lib.36.cap.13.Arenæ tria genera:fossitia,cui quarta pars calcis addi debet:fluuiatili aut marinæ tertia.
Fossilis,& hoc fossile,pen.corr.(ὀρυκτός,)Quod foditur:vt Ebur fossile. Plin.lib.36.cap.18. Theophrastus author est,& ebur fossile candido & nigro colore inueniri,& ossa è terra nasci. Idem lib.33.cap.6.Tùc salem fossilem adiciunt.Varro 2.de Re rust.cap.11.4.Quin asperi solent sales,melior fossilis quàm marinus. Plin.lib.16.cap.12.3.Picem fossilem,&c.

Foecundus,

Adiectiuum,(εὔτοκος,πολυτόκος,πάντροφος,)Quod fructum facit & ferax est,à faciendo seu ferendo. Columel.lib.2.cap.14.3. Id neque æquè fœcundum est,nec tam pretiosum.Ouid.4.Fast.127. Forda ferens bos est,fœcundaque dicta ferendo.
Fœcundus,Abundans,& plenus. Horat.1.epist.5.4. Fœcundi calices, quem non fecere disertum?
Fœcundus & huber.Cic.de Arusp.resp.39.Quæstum illum maximè fœcundum,huberemq; campestrem,totum ad se ita redegit,&c.
Fœcundissimus melle & felle amor.Plaut.Cist.2.60.
Nàq; ecastor amor & melle & felle est fœcundissimus,
Gustu dat.dulce,amarum ad satietatem vsque aggerit.
Pecorum fœcundus.Tacit.lib.de German.
Frugum fœcundus. Tacit.in vita Agricolæ.
Amone fœcunda prouincia.Tacit.lib.17.
Pectus fœcundum.Cic.1.de Diuinat.44.
Ab Anaxagora huber & fœcundus Pericles.Cic.in Orat.8.
Sue nihil genuit natura fœcundius.Cic.2.de Nat.deor.159.
Fœcunda metallorum terra.Plin.li.33.ca.4.12. Italiæ parcitum est vetere interdicto Patrum,vt diximus:alioquin nulla fœcundior metallorum quoque erat tellus.
Fœcundam esse,de muliere dicitur,quæ fert vterum.Ouid.2.Metam.95.
Vt fœcunda fores,fieretque iniuria partu Nota.
Fœcúditas,penult.corr.fœcunditatis,(εὐτοκία,πολυτοκία,)Hubertas ac copia.Plin.lib.20.ca.6.4.Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri,&c. Idem lib.7.cap.16.1.
Importare fœcunditatem fœminis.Plin.lib.14.cap.18.1.
Aquarú inductionibus terris fœcunditaté damus.Cic.2.de Nat.deo.229.
Experta fœcunditatis fœmina.Tacit.lib.12.
Mulieris miseræ fœcunditas calamitosa.Cic.2.Philip.71.
Terrarum fœcunditas,Cæli temperatio.Cic.2.de Nat.deor.20.
Propter fœcunditatem multa in agris fingi,gigniq́ue possunt. Cicero 2. de Diuinat.155.
Efferat se in adolescente fœcunditas. Quintilia.lib.2.cap.4.6.ex Cicerone 2.de Orat.40.
Fœcunditas animi.Plin.in Præfatione 3.
Fœcundo,fœcundas,(πολύτοκον ποιῶ,)fœcúdare,Abundantem seu fructiferum facere. Virgil.4.Georg.
Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena.
Fœcundè,Aduerbium,(πολυτόκως,)Plin.lib.16.cap.36.6,Atque etiam recisa fœcundius resurgit.

Foecialis,

Vide FECIALIS.

Foedus,

fœderis,pen.corr.neutri.gen.(ὅρκιον,συνθήκη,σπονδαί)Pax est(inquit Seruius)quæ fit inter dimicantes. Dictum est autem vel à fœcialibus,per quos fiebant fœdera:vel à porca fœdè, id est lapidibus cæsa,vt Virgilius 8.Aeneid.52,
–& cæsa iungebant fœdera porca.
Fœderis autem faciendi morem,vide apud Liuium 1.Decad.lib.1.100.
Facere fœdus cum aliquo.Cic.de Senect.15.Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho.
Tria genera fœderum.Liuius 4.bel.Macedo. Esse autem tria genera fœderum,quibus integrè paciscerentur amicitias,ciuitates,regesq;. Vnú quum bello victis dicerentur leges.Vbi enim omnia ei,qui armis plus posset,dedita essent,quę ex iis habere victos,quibus multari eos velit, ipsius ius atque arbitrium esse.Alterum,quum pares bello,æquo fœdere,in pacem atque amicitiam venirent. tunc enim repeti,reddiq; per conuentionem res, & si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex æquo simul,aut ex formula iuris antiqui,aut ex partis vtriusque commodo componi.Tertium esse genus,quum qui hostes nunquã fuerint, ad amicitiam sociali fœdere iungendam coeant.eos neque dicere, neque accipere leges.id enim victoris & victi esse.
Fœdus pro vinculo necessitudinis quod priore patrocinio quis contraxit.Plinius Iunior epist.4.li.3,Legati rursus inducti,iterú me iam præsentem aduocatum postulauerunt,implorátes fidem meam quã essent contra Massam Bœbium experti,allegantes patrocinii fœdus.
Sanctio fœderis.Cic.pro Corn.Balbo,29.
Publicæ regiones fœderum.Cic.7.Verr.39.
Amicitiæ fœdus.Ouid.2.Trist.eleg.6.1.
Religionum fœdera.Cic.2.de Legib.27.
Certum fœdus.Horat.3.Carm.ode 24.5.
Clandestinú fœdus. Silius lib.7.54.Vide CLAM.
Fœdus coniugiale.Ouid.11.Metam.49.
Feralia fœdera.Lucan.lib.1.18.
Genialia fœdera.Id est cónubialia.Stat.2.Achil.71.
Illibata fœdera tori.Lucan.lib.2.69.
Immunes ac libere fœdere ciuitates.Cic.5.Ver.11.
Infidum fœdus,Vide INFIDVS.
Ratum & religiosum fœdus.Cic.13.Philip.144.
Sacrosanctú fœdus est.Cic.pro Corn.Balbo,25.
Socialia fœdera.Ouid.epist.4.4.
Temeratum fœdus.Silius lib.11.31.
¶Accipere fœdera,Vide ACCIPIO.
Fœderi adscribi.Liu.7.bel.Pun.61,In eas conditiones,quũ pax cóuenisset,ab rege fœderi adscripti Prusia Bithynię rex, Achæi,Bœotii,&c.
Aequo fœdere amantes.Virg.4.Aeneid.104.
Ascribere fœderibus pœnam.Cic.pro Corn.Bal.14,O prçclarum interpretem iuris,authorem antiquitatis, correctorem atq; emendatoré nostræ ciuitatis,qui hanc pœnam fœderibus ascribat,vt omnium pręmiorum,beneficiorumq́ue nostrorum expertes faciat fœderatos.
Calcare fœdus.Silius lib.3.18.
Cauere fœdere de aliqua re.Cic.1.de Lege Agraria,6.
Coire in fœdus,Vide COEO.
Placitum læti componite fœdus.Virg.10.Aeneid.3.
Oblato gaudens componi fœdere bellum.Virg.12.Aenei.22.
Concipere fœdus,Vide CONCIPIO.
Conceptum fœdus excutere.Virg.12.Aeneid.31.
Confirmare fœdere societatem.Cic.2.Philip.92.
Confundere fœdus.Virg.12.Aeneid.59.
Deuincitur fœderibus etiá cum hoste fides Cic.3.Offic.151.
Fecère inter se fœdus.Cic.2.de Finib.131.
Contra fœdus,id est contra Populi Romani religionem & fidem facere. Cic.pro Corn.Balb.7.
Ferire fœdera,Facere,vel inire. Cicer.pro Cęlio,26, Ideo'ne ego pacem Pyrrhi diremi,vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Virg.10.Aeneid.30.
Firmabant fœdera dictis.Virg.12.Aeneid.43.
Frangere fœdus.Silius lib.1.2.
Frangere fœdus,& in fide manere,contraria.Cic.pro Domo sua,52.
Frangere fœdus sanguine alicuius ictum.Cic.in Pisonem,21.
Faciunt fœdus.Tacit.lib.11.
Icere fœdus cum aliquo.Cic.pro Corn.Balbo,27.Vide ICO.
Ictum fœdus.Claud.de bel.Get.100.
Fœdus Veneris inire.Ouid.3.Metam.59,
.–Veneris cum fœdus initis,
Da mihi te talem.

Infirmare fœdus.Cic.pro Corn.Balbo,26.
Iungere fœdera.Virg.8.Aeneid.11.Vide IVNGO.
Iungi fœdere alicui,Vide IVNGO.
Iuratum fœdus Ioui.Silius lib.1.2.
Læsum fœdus.Virg.12.Aeneid.100.
Negligere,violare,rumpere fœdera.Cic.pro Corn.Bal.9.
Pepigit fœdera mihi tecum.Virg.10.Aeneid.179.
Pactum fœdus.Cic.pro Sestio,26. Lucret.lib.3.157.
Percutere fœdus,Vide PERCVTIO.
Petere fœdus.Quintil.lib.7.cap.5.5.
Polluere fœdus naturæ.Ouid.10.Metam.70
Polluta dolis fœdera. Silius lib.11.65.
Renouare fœdus.Cic.pro Corn.Balbo,17.
Reposcere fœdus.Virg.12.Aeneid.116.
Rumpere fœdera. Virg.8.Aeneid.106.
Fraternum rumpere fœdus.Horat.1.epist.3.7.
Sancire fœdera.Virg.12.Aeneid.40.
Sancire fœdus sanguine alicuius ictum.Cic.pro Sestio,18.
Pactiones,fœdera,reconciliationes sanguine alicuius sancire. Cice. post Red.ad Quirites,10.
Promissa fœdera seruare.Ouid.2.Fast.55,
Perpetuo lecti fœdere sociata coniux.Ouid.in Ibin,3.
Soluere fœdera.Virg.10.Aeneid.18.
Veniunt ad fœdus amantes.Ouid.2.de Arte aman.116.
Violare fœdus.Cic.13.Philipp.144.
Communia fœdera pacis violare.Lucret.lib.5.233.
¶Fœdus,pro Lege.Virg.1.Aeneid.14.
–regemque dedit,qui fœdere certo
Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.
Aequissimo iure & fœdere ciuitas.Cic.pro Archia,5.
Aeterna fœdera certis imposuit natura locis.Virg.1.Georg.12.
Fœdifragus,pen.corr.(ὑποσπονδος,)Ruptor fœderis.Cic.1.Offic.59.Pœni fœdifragi,crudelis Hannibal.
Fœderati,(ὁμόσπονδοι,)dicuntur populi,qui fœdere icto cum aliis populis societatem coierunt.Nanque inter ciuitates prouinciarum alię ciuium Romanorum,aliæ Latinorum veterum,aliæ fœderatorum, aliæ stipendiariæ dicebantur. Suetonius in Caligula,Domi, forisque ciuilis,libera ac fœderata oppida sine lictoribus adibat. Cic.7.Verr.127. In oppido fœderatorum.
Fœderatæ ciuitates,Alius fœdere quodam conićtæ. Cice.pro Archia,5. Siqui fœderatis ciuitatibus ascripti essent. Idem 4.Verr.115.
Populus fœderatus.Cic,1.de Orat.89.
Socii & fœderati populi.Cic.pro Corn.Balbo,15.
Fœderatum ac pacatum solum.Ci.6.Verr.22.In Mamertinorum solo fœderato atque pacato,monimentum istius crudelitatis constitutum est.

Foedus,

Adiectiuum,(δυσειδής,αἰσχρός,)Deformis. Terent. Eunu.4.4.17.Nunc eò tibi videtur fœdus,quia illam non habet. Liu.2.ab Vrbe,97.Inde ostentare tergum fœdum recentibus vestigiis verberum.
Adulationes fœdæ.Tacit.lib.15.
Adulterium fœdum.Ouid.8.Metam.31.
Fœda capitis animalia.Plin.lib.22.cap.24.2.
Amor fœdus.Ouid.10.Metam.64.
Auaritia,& libidine fœdus,ac maculosus.Tacit.lib.17.
Aura fœda.Stat.2.Thebaid.1.1.
Caput fœdum impexa porrigine.Horat.2.Serm.saty.3.16.
Carmine fœdo splendida facta linunt. Horat.2.epist.1.48.
Cicatrix fœda.Horat.1.Serm.saty.5.13.
Fœdum consilium.Liu.6.bel.Pun.189.Id fœdum consilium cum incœpto,tum etiam exitu fuit.
Conuiuia fœda.Ouid.1.Metam.14.
Corpora fœda podagra.Tibull.lib.1.eleg.9.15.
Culpa fœdior.Silius lib.7.112.
¶Fœdum exemplum.Liu.7.bel.Pun.28.Qui neque magistratum continuari satis ciuile esse aiebant: & multo fœdioris exempli,cum ipsum creari qui comitia haberet.
Genus mortis fœdum.Cic.Attico,lib.15.329.12.
Rigat ora fœdus imber.Senec.Oedip.19.13.
Fœdissima senectuti luxuria.Cic.1.Offic.173.
Fœdum in modum laceratus verberibus.Liu.9.ab Vrbe,158.
Immanissimum & fœdissimum monstrum.Cic.in Pisonem,24.
Fœdus odor.Plin.lib.11.cap.18.2.Apes odère fœdos odores,proculq́ue fugiunt,sed & infectos.
Pædor fœdus.Senec.Herc.fur.9.3.
Fœda persona senectutis.Cice.ad Atticum, lib.15.321.6.Parúmne fœda persona est ipsius senectutis?
Sapor fœdus.Lucret.lib.2.81.
Fœdissima tempestate lacerata nauis.Liu.9.bel.Pun.89.
Victus fœdus.Horat.de Arte poet.79.
Fœdum,Execrandum.Virg.7.Aeneid.
–auersusque refugit Fœda ministeria.
¶Fœdum,Crudele. Terent. Eunuch.5.5.1. Proh fidem deûm facinus fœdum,ô infœlicem adolescentem. Virgil.4.Aeneid.39. Hæc passim dea fœda virûm diffundit in ora. De Fama loquitur. Sallustius, Fœdi oculi.
Bellum fœdissimum.Cic.Attico,lib.7.144.4.
Exitum iudicii fœdum & perniciosum leuissimè tuli. Cicero Quint.fratri,lib.3.14.3.
Nihil miserius, nihil perditius, nihil fœdius fieri potest. Cicero Attico, libr.8.155.6.
Fœdior & inquinatior. Cicero de Arusp.respon.47. Fœdior atque inquinatior in Cn.Pompeio accusando,quàm in vniuerso Senatu vituperando fuit.
Fœdum relatu.Ouid.9.Metam.34.
Fœdo,fœdas,(μιαίνω,ῥυπαίνω,φορύσσω,)fœdare,Polluere,inquinare.Plau. Amphit.4.92.Cum clamore inuolant,impetu alacri.
Fœdant & proterunt hostium copias.Virg.2.Aeneid.58,
–quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus. Id est cruentauit,inquit Seruius. Ibidem,Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes.
Romam verò ipsam fœdauit aduentus tuus.Cic.in Pisonem,41.
Fœdata turpitudine sacella.Cic.de Arusp.resp.29.
Ora vnguibus fœdans.Virg.4.Aeneid.135.
Vultus fœdatus.Ouid.5.Metam.12.
Fœdare aliquem appellatione. Cato apud Plinium libro.29.cap.1.14. Nos quoq; dictitant barbaros,& spurcius nos quàm alios opicos appellatione fœdant.
Nefario scelere fœdare aliquem.Cic.de Arusp.resp.45.
¶Fœdare, Dilacerare. Virgil.2.Aeneid. Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.
Fœdè,Aduerbiú,(μιαρῶς,)Turpiter,vel crudeliter.Liu.3.ab Vrbe,215. Non minore motu animorum Siccii cædis memoria renouata,quàm quòd noua fama de Virginia adeò fœdè ad libidinem petita accenderat.
Tempestas perquam fœdè turbida.Lucret.lib.4.35.
Admissum fœdè,dictumque superbè.Lucret.lib.5.246.
Fœdissimè causam agere.Cic.ad Atticum,lib.9.175.5. Causa igitur non bona est?imò optima,sed agetur(memento)fœdissimè.
Fœdè diuexari.Cic.1.Tuscul.171.
Fœdè interemptus.Liu.5.bell.Pun.39.
Fœditas,penu.corr.huius fœditatis,(ἀηδότης,μιαρία,)Turpitudo. Liu. 1.bel.Maced.135.Diuisa à corpore capita,patentiaque viscera,& fœditatem aliam vulnerum viderunt.
Fœditas & turpitudo. Cice.3.de Finib.59. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat.
Deprauatio & fœditas turpificati animi.Cice.3.Offic.143.
Fœditas odoris.Cice.2.de Natura deorum.190. Sic Fœditas pediculorum,Plin.lib.11.cap.33.1.
Fœditas spectaculi. Liuius 1.ab Vrbe.126. Auertère omnes à tanta fœditate spectaculi oculos.
Vestitus fœditas.Cic.12.Philipp.327.Quando eius obliuiscetur vlla posteritas,cuius scelere in hoc vestitus fœditate fuerimus?
Notabilis fœditas vultus,Vide NOTA.

Foelix,

huius fœlicis,pen.prod.om.ge.(εὐτυχής,εὐδαίμων,εὐήμερος,ἐπιλαμπής,εὔποτμος,ὄλβιος,)A fœnus quidá deducunt, conuersione n in l,quasi beatus:hoc est diues & fœnore plenus: Dicitur qui prosperitatem habet.Virg.3.Aeneid.99.
Viuite fœlices,quibus est fortuna peracta Iam sua.
Fœlices ter & amplius.Horat.1.Carm.ode 13.4.
O fœlix vna ante alias.Virg.3.Aeneid.64.
Ab omni laude fœlix.Cic.de Claris Orat.31.Est nónulla in iis etiam inter ipsos similitudo: acuti sunt,elegantes,faceti,breues.Sed ille Græcus ab omni laude fœlicior.habet enim,&c.De Lysia & Timæo.
Ad casum fortunamq́ue fœlix vir.Cic.pro Fonteio.28.
Fœlix & nato,fœlix & coniuge.Ouid.11. Metam.54.
Curarum fœlix.Stat.4.Sylu.4.10. Sis fœlix.Virg.1.Aeneid.67.
Fuit fœlix,si potest vlla esse in scelere fœlicitas.Cic.2.Philip.72.
Fœlix,Commodum,vtile.Martialis,
Illa manus quondam studiorum fida meorum,
Et fœlix domino,notaque Cæsaribus.
Quod bonum,faustum,fœlix,fortunatumq; esset,præfabantur rebus omnibus agendis antiqui.Cic.1.de Diuin.165.
Aetas fœlicior.Ouid.14.Metam.29.
Audacia fœlix.Ouid.epist.17.40.
Auspiciis fœlicibus ibat.Virg.11.Aeneid.7.
Exitus fœlix.Lucret.lib.1.20.
Fœlix illa dies.Ouid.ad Pisonem.32.
Omen fœlix.Ouid.10.Meta.1.
Populus fœlix.Ouid.4.Trist.eleg.2.13.

Universidad de Deusto Biblioteca

Via fœlici ire.Ouid.1.Fast.87.
¶ Fœlix,Pingue,fœcundũ,fructuosum,ferax.Virg.lib.2.Georg.17.Exiit ad cœlũ ramis fœlicibus arbos. Varro de Vita Populi Romani,lib.2, Contra nouo marito quum item è foco initio ne ex fœlici arbore, & inæquali aqua allata esset.
Fœlix Arabia quare dicta sit,Vide Plinium,lib.12,cap.15.4.
Fœlix industria.Plin.in Procem.lib.14.3,Tanto priscorũ cura fertilior, aut industria fœlicior fuit.
Fœlices horti.Martial.lib.13.20,
Hos Amiternus ager fœlicibus educat ortis.
Fœlix hostia,Fœcunda & pinguis.Virg.1.Georg.
Terque nouas circum fœlix eat hostia fruges.
Syluæ fœlices,Id est fertiles.Virg.4.Georg.66. Seruius.
¶ Fœlix,Propitius.Virg.1.Aeneid.67,Sis fœlix nostrumque leues quecunque laborem. Vbi Seruius,Fœlix,propitia. Fœlix enim dicit & qui habet fœlicitatem,& qui facit esse fœlicem. Idem,5.ecloga, Si bonus ô fœlixque tuis: en quattuor aras. Vbi Seruius,Fœlix,propitius. Deos enim fœlices vel infœlices ex rebus quas præstant,vocamus.
Fœlicitas,pen.corr.(εὐτυχία,εὐδαιμονία,εὐκληρία,εὐποτμία, ὄλβος,εὐπραξία,)huius fœlicitatis.Cic.pro Fonteio,26, Videor hoc leuiter pro mea authoritate vobis præcipere posse,vt ex eo genere homines,quorum cognita virtus,industria,fœlicitas in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis.
Fœlicitates bonæ,Vide BONVS.
Fœlicitas aduersa,Vide ADVERTO.
Summa alicuius fœlicitas.Cic.de Claris Orat.3. Dedit illi fortuna fœlicitatem,huic industria virtutem.Author ad Heren lib.4.175.
Fœlicitas terræ,Fœcunditas.Plin.epist.19,lib.3,
Præstare fœlicitatem de seipso nemo potest,meminisse & commemorare de altero possumus.Cic.pro Lege Manil.33.
Fœlicitas,ponitur pro dea quam Romani venerabãtur. Augustinus,lib.4.de Ciuitate Dei,Quid Fœlicitas? dea est,ædem accepit, arã meruit, sacra ei congrua persoluta sunt.
Fœliciter,pen.corr.Aduerbium,(εὐτυχῶς,εὐδαιμόνως,)Cic.3.de Finib.41,Necessariò sequitur,oẽs sapientes semper fœliciter, absolutè,fortunatè viuere,nulla re impediri,nulla prohiberi,nulla egere.
Audere fœliciter aliquid.Horat.2.epist.1.34.
Faustè,fœliciter,prosperè euenit res.Cic.pro Murena,1.
Bene & fœliciter gesta Respublica.Cic.5.Philipp.194.
Implere suos annos fœliciter.Ouid.epist.7.32.
Satis fœliciter anni iam aduerso tempore nauigare.Cic.4.Verr.66.
Fœliciter is sapit,qui alieno periculo sapit.Plaut.Merc.19.40.
Fœlicius,Aduerbium,(εὐτυχέστερον,)Virg.1.Georg.11,Hic segetes,illic veniunt fœlicius vuæ.
Decertare cum aliquibus fœlicissimè.Cic.de Prouinc.Consul.26.
Fœlicissimè res gerere.Liu.10.bel.Pun.35.
Fœlicito,fœlicitas,penult.correp.(ὀνησέω),fœlicitare, Fœlicem reddere. cuius contrarium est Infœlicito,quod est destruo. Plaut. Pœnulo, Dii illum infœlicitent omnes.

Foemen, Vide FEMEN.

Foemina, huius fœminæ,pen.cor.(θῆλυς,θηλυ̃κα,ἄκρος,)Notum vocabulum à feminis mollitie,vt quidam putant: siue à fœtu,vt nos potius remur. Plautus Persa,15.17,
Qui Atticam hodie ciuitatem
Maiorem feci,atque auxi ciui fœmina.
Eximia pulchritudine fœmina.Cic.1.de Diuinat.92.
Præstantissima omnium fœminarum vxor tua.Cic.Licinio,lib.5.8.5.
Varium & mutabile semper fœmina.Virg.4.Aeneid.114.
Bona fœmina.Cic.3.Philipp.15.
Cultissima fœmina.Ouid.1 de Arte aman.20.
Fœmina decennis,Vide DECEM.
Dux malorum fœmina,& scelerum artifex.Senec.Hippol.4.41.
Dux viris & fœminis in cælum mores.Cic.1.Tuscul.44.
Lectissima fœmina,Vide LEGO.
Luculenta & festiua fœmina,Vide LVCVLENTVS.
Nitida fœmina,Vide NITEO.
Primaria fœmina.Cic.Vatinio,lib.5.11.2.
Fœmina princeps.Plin.epist.144.b,Habebat illa pantomimos,fouebatque effusius quàm principi fœminæ conueniret.
Probatissima fœmina.Cic.pro Cecinna,8.
Prudentissima & diligentissima fœmina.Cic.Bruto,18.1.
Sanctissima & optima fœmina.Cic.3.Philipp.134.
In mare & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Cice.2.de Natur.deor.192.
In natura fœminarum sentiant mulieres omnem castitatem pati. Cice.2.de Legib.49.
Coniungere fœminam matrimonio,Vide CONIVNGO.
Calere fœmina aliqua.Hoc est,ardere amore alicuius fœminæ. Horat.4.

Carm ode 11.7,
Non enim posthac alia calebo
Fœmina: condisce modos.
Fœminas implere,Vide IMPLEO.
Insolitæ fœminę prodire in conuentum.Vide INSOLITVS.
Bestiæ aliæ mares,aliæ fœminæ.Cic.2.deor.192.
¶ Anguis fœminæ.Cic.2.de Diuinat.91.
Fœmina piscis coitus tempore marem sequitur.Plin.lib.9.cap.50.
Porcus fœmina.Cic.2.de Legibus,90,C.Cotta censet habendas triduum ferias,& porco fœmina piaculum dare.
Fœmineus, Adiectiuum,(θῆλυς,)Quod pertinet ad fœminam.
Fœmineus amor. Virg.11.Aeneid.156,Fœmineo prædæ & spoliorum ardebat amore.Vbi Seruius,Fœmineo,impatienti,irrationabili. Ibidẽ Fœmineum clamorem cæli ad sydera tollunt. Vbi idem Seruius, impatientem interpretatur.
Ars fœminea.Ouid.epist.18.8.
Dolor fœmineus.Ouid.9.Metam.31.
Doli fœminei.Stat.1.Achill.107.Plin.lib.2.cap.101. Fœmineum lunæ ac molle sydus,& lib.25.cap.5.Fœmineum corpus.
Labor fœmineus.Tibull.lib.2.eleg.1.13.
Mens fœminea.Ouid.lib.16.Metam.49.
Nomina fœminea.Quint.lib.1.cap.5.34.
Pectus fœmineum.Ouid.13.Metam.150.
Plangor fœmineus.Author ad Herenn.lib.3.121.Virg.2.Aeneid.98.
Sors fœminea.Ouid.6.Metam.136,
Quattuor ille quidem iuuenes,totidemque crearat
Fœmineæ fortis.Id est quatuor fœminas.
Stirps fœminea.Ouid.13.Metam.142.
Vlulatus fœmineus.Virg.2.Aeneid.134.
Voce fœminea modulatur carmina.Ouid.14.Metam.68.
Vulgus fœmineum.Lucan.lib.7.8.
Fœmininus,pen.prod.Adiectiuum,(θηλυκός,)Quintil.libr.1.cap.4.18, Nec statim diligentem putabo,qui promiscua(quæ & picœna dicuntur)ostenderit,in quibus sexus vterque per alterum apparet: aut quæ fœminina positione mares aut neutrali fœminas significãt: qualia sunt Muræna & Glycerium.
Fœmininus sexus.Plin.lib.27.cap.2.1,Tactis quoque genitalibus fœminini sexus animalium,eodem die inferre mortem.
Fœmineum ac molle.Plin.lib.2.cap.101,Fœmineum lunæ ac molle sydus. Idem lib.25.cap.5.22,Item mollibus ac fœminei corporis, animive exilibus aut teneris.

Foenarius, Foeneratitius, Foenero, Vide FOENVM.

Foenebris, Vide FOENVS.

Foeniculum, huius fœniculi,pen.corr.(μάραθρον,)quidam à fœnore deductum volũt,quasi paruum fœnus: quòd semen eius terræ mandatum,magno fœnore reddat fructum. Herba est quam Græci marathron vocant Plin.lib.20.cap.23.2,Fœniculum nobilitauere serpentes gustatu senectam exuendo, oculorumque aciẽ succo eius reficiendo.Vnde intellectum est hominum quoque caliginem præcipuè eo leuari.
Fœnicularium,fœnicularii. Cicer.ad Atticum,lib.12.236.7.Ad est enim dies,& ille currit. Scribe quæso quid referat Celer egisse Cæsarem cũ candidatis: vtrum ipse in fœnicularium,an in cãpum Martium cogitet. In quem locum sic interpres,In fœnicularium,id est in aciem ad exercitum,quando fœnum succiditur à militibus falciculariã facientibus.

Foenum, huius fœni,(χόρτος,χιλός,) Dictum quòd sine cura fœnus præbeat: vel quòd herbæ eædem manentes,quotannis nouas pariant,vt ait Sipontinus ex Festo.
Meta fœni,Vide META.
Fœnum cordum,Vide CORDVS.
Fœnum habet in cornu.Horat.1.Serm.saty.4.7.
Fœnile,pen.pro.neu.gen.(χορτοβολών,)Locus in quo seruatur fœnum. Colum.lib.1.cap.6. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam,torculariam,cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, paleariaque. Virgil.3.Georg.64,
-nec tota claudes fœnilia bruma.Ouid.6.Metam.92.
Non secus exarsit conspecta virgine Tereus,
Quàm siquis canis in ignem supponat aristis,
Aut frondem,positasque cremet fœnilibus herbas.
Fœnisex,pen.corr.huius fœnisecis,pen.etiã corr.com.gen.(χορτοκόπος) Qui secat fœnum.Plin.lib.18.cap.28.3. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fenisex incedebat.
Fœniseca,fœnisecæ,penul.cor.com.gen.(χορτοτόμος,)Idem. Columella lib.2.cap.19.4. Vt necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. Ibidem, Tum fœnisecam messorem oportet inducere, & defectam herbam religare & exportare. Varro lib.1.de Re rust.cap.47. Herba in

ba in pratis ad spem fœnisecæ nata,non modò non euellenda in nutricatu,sed etiam non calcanda.Vbi ex vetusto codice legitur fœnisiciç. Ibidem,cap.49.ad finem,Sicilienda prata,id est falcibus consectanda, quæ fœnisecæ præterierunt.
Fœnisecium,fœnisecii,(χορτοκοπία,)vel vt alii scribunt,fœnisicium, Ipsa fœni sectio,& veluti messis fœni. Varro de Re rust.Nec primo anno rigari,nec pasci ante secunda fœnisecia,ne herbæ vellantur,tritique hebetentur. Idem lib.2.cap.11.6. Colum.lib.2.cap.18.6.Altero tamen anno minora pecora post fœnisicia permittemus admitti. Et ca.19.ad finem,Sed & iam fœnisecia sequitur cura messis.
Fœnisicia,huius fœnisiciæ,fœm.gen. Varro de Re rust.lib.1.cap.49.Primum de pratis summissis,herba qui crescere desiit, & æstu crescit,subsecari falcibus debet,&c. Tum de pratis stipulam rastellis eradi,atque addere fœnisiciæ cumulum.
Fœnarius, Adiectiuum: vt Falces fœnariæ. Vlpianus in L.instrumento .ff. De instructo vel instru leg.
Fœnum grçcum,(τῆλις,)Herbæ genus,quod telin vocant, alii carphos: aliqui buceras,alii ægoceras,quoniam corniculis semen est similes,nos siliciam.Hæc Plin.lib.24.cap.19.12. Colu.siliquam appellare videtur lib.11.cap.2.Itemque siliquam quod rustici fœnumgræcum vocant.
FOENEA,Simulacra,(χορτινὰ εἴδωλα,)fiebant ad irritandos in spectaculis tauros. Ascon. in orationem pro Cornelio de maiestate. Budæus.

Foenus, fœnoris,pen.corr.neu.gen.(δάνειον,τόκος,)appellatur,inquit Festus,naturalis terræ fœtus,ob quam causam & nummorum fœtus,fœnus est vocatum: & de ea re leges fœnebres.
Fœnus,vt ait Gellius lib.16.cap.12.à fœtu dicitur,& quasi à fœtura quadam pecuniæ parientis,atque increscentis. Quidam à fundo dictum, putant: quia cum o,non u,apud antiquos scribebatur,quòd(vt ait Val L.lib.4.)sit naturalis terræ fructus: postea verò ad vsuram translatum quasi pecunia per se fructum producat sicut terra.
Graue fœnus.Cic.pro Flacco,46.
Hæreditarium fœnus. Quint.lib.7.cap.2.13.Procurator alicuius pecuniam petit ex fœnore hæreditario.
Tolerabile fœnus.Cic.Attico,lib.6.111.29.
Vnciarium fœnus. Tacit. libro.5. Nequis vnciario fœnore amplius exerceret.
Fœnus quinquagesimum.Plin.lib.18.cap.17.11.
¶ Fœnore accipere,Vide ACCIPIO.
Accipere fœnus ab aliquo.Cic.5.Verr.145.
Credere fœnus argenti.Plaut.Mostel.8.112,Ab eo etiam argenti fœnus creditum audio.
Dare fœnori pecuniam.Cic.4.Verr.123.
Ducere quaternis centesimis fœnus.Cic.Attico,lib.6.113.16.
Perpetuo fœnore,in causa creditorum,centesimæ ducuntur.Cic.Attico,lib.5.110.17.
Facere fœnus ex triente aut bessibus.Cic.Attico,lib.4.84.6.
Magno & iniquissimo fœnore versuram facere.Cic.Att.lib.16.139.8.
Laborare fœnore,Vide LABOR.
Leuari fœnore,Vide LEVIS.
Obligatus fœnore,Vide OBLIGO.
Grandi fœnore pecuniam alicui occupare.Cic.pro Flacco, 40.
Nummi positi in fœnore.Horat.de Arte poet.85.
Quærere argentum in fœnus.Plaut.Asina.9.23.
Tanquam si claudus sim cum fuste est ambulandum,
Quia triduum hoc vnum modo,foro operam assiduam dederim,
Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus.
Reddere fœnus.Plautus Mostel.8.55.Reddetúrne igitur fœnus? TR. redditur.
Ingenti fœnore reddit ager hordea.Ouid.1.Fast.139:
Reddere cum fœnore quinquagesimo.Plin.li.18.cap.17.11. Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit fœlicitas soli.
Renouare in singulos annos fœnus.Cic.Attico,lib.6.114.7.
Trucidari fœnore.Cic.pro Cælio,33.Pareat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienã,ne effundat patrimonium,ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam.
Sæpe venit magno fœnore tardus amor.Propert.lib.1.eleg.7.5.
Fœnúsculum,fœnúsculi,penul.corre.Diminutiuum,(δανείδιον,) Plaut.Pseud.5.54.
Fuit occasio,si vellet,iam pridem argentum vt daret.
C.Quid si non habuit? B.Iam haberes,inuenires mutuum:
Ad danistam deuenires,adderes fœnusculum.
Fœnero,fœneras,pen.corr.(δανείζω,)fœnerare,actiuũ verbũ.A quo fœneror passiuum,datiuo,& aliquando accusatiuo iungitur: Dare ad vsuram.Cic.de Amic.30.Vt enim benefici,liberalesque sumus,non vt exigamus gratiam(neq. n. beneficium fœneramus.sed natura propensi ad liberalitatem sumus)sic amicitiã,non spe mercedis adducti, sed quòd omnis eius fructus in ipso sit amore,expetendam putamus. Legitur & fœneramur.Liu.7.ab Vrbe,205.Præter hæc inuenio apud quosdam L. Genutium Trib.plebis tulisse ad populum,ne fœnerare diceret.

Communem pecuniam fœnerare.Paulus in L.Si vnus §.1.ff.pro socio, Si vnus ex sociis qui non totorum bonorum socii erunt,communem pecuniam fœnerauerit,vsurasque perceperit,ita demum vsuras partiri debet,si societatis nomine fœnerauerit.
Pecuniam publicam sub vsuris solitis fœnerare. Paulus in L.Caius.ff.de Vsuris, Caius Sæius qui Rempublicam gerebat,fœnerauit pecuniam publicam sub vsuris solitis,&c.
Fœnerari & dirripere prouincias.Cic.Parad.59.
Fœneratum beneficium. Terent.Phorm.3.2.8,Fœneratum istuc beneficium tibi pulchrè dices.Pauló pòst exponit quid velit, dicens, Idem hoc tibi,quod bene promeritus fueris,conduplicauerit.Id est conduplicabit,coniunctiuũ pro indicatiuo,vt docet Donatus. Idem Adelphis,2.2.21.
Meruisti,si nunc de tuo iure concessisses paululum atque
Adolescenti esses morigeratus,hominum homo stultissime,
Ne non tibi isthuc fœneraret.Vbi donatus,Fœneratum,est cum lucro redditum,& multiplicatum. Fœneraret ergo,non Aeschinus, sed res ipsa in qua fœneratio est.
Hæc sapit,hæc omnis fœnerat vna deos.Martialis.
Fœnerat sol lumen suum cæteris syderibus. Plin. libro 2.cap.6.19. Id est mutuat.
Fœneror,pen.corr.(δανείζομαι,)Deponens ablatiuo cum præpositione iunctum,Ad vsuram accipio.vt in xxxi.libro Digestorum, Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam,vel fœnerari super eam, potestatem habeat vendere cohæredi suo, & fœnerari ab eo. Vide Vallam lib.5.cap.25.
Fœnerari etiam pro Dare ad vsuram,datiuo iunctum. Cic.4.Verr.123 Idem preterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fœnerabatur.Idem 5.Ver.141,Primũ eam,quum posita esset apud eas societates,vnde erat attributa,binis centesimis fœneratus est.
Fœnerator,pen.prod.(δανειστής,τοκιστής,χρήστης,) Quid dat ad vsurã, Græcè danista dicitur.Cic.1.Offic.208,Primum improbantur ii quæstus qui in odia hominum incurrunt,vt portitorum, vt fœneratorum. Sic Plinius lib.33.cap.1.14.
Acerbissimi fœneratores.Cic.Attico,lib.6.111.14.
Fœnerator Alphius.Horat.Epod.2.13.
Nec putant ei nummos deesse posse,qui fœneratores ex obsidione exemerit Cic.Sestio,lib.5.6.6.
Fœneratio,fœnerationis,Verbale,(δανεισμός,)Colu.in præfatione, An fœneratio probabilior sit,etiã iis inuisa quibus succurere videtur? Cic. pro Flac.44,Hæc pecunia ab honoribus translata in quæstũ & fœnerationem,recuperata est multis pòst annis.Idem 2.de Finib.185.
Fœneratò,Aduerbium,(δανειστικῶς)Plaut.Asin.16.52.
Næ ille ecastor fœneratò funditat: nam si domum
Redierit hodie,osculando ego vlciscar potissimum. Idem Menæch.
Næ illam mecastor fœneratò abstulisti. Hoc est, hoc furtum magno tibi constabit.
Fœneratitius, Adiectiuum(δανειστικός,)vt Res fœneratitia, quæ data est fœnori,siue accepta,aut ad fœnus pertinet.
Fœneratorius,Adiectiuum,(δανειστικός,)Valer.lib.2.Argon.cap.1,Auara & fœneratoria Gallorum philosophia: alacris & fortis Cimbrorum & Celtiberorum.
Fœneralia,fœneraliorum,(τοκιστῶν,)Tempus quo fœnus cessabat,& finiebatur,reddebaturque pecunia. Liuius 5.bel.Macedo.22. Instabat, enim cura alia,quòd ciuitas fœnore laborabat: & quum multis fœnebribus legibus constricta auaritia esset via fraudis inita erat, vt in socios qui non tenerentur iis legibus,nomina trãscriberent.Ita libero fœnore obruebant debitores: cuius coercẽdi quum ratio quæreretur,diem finiri placuit,Fœneralia quæ proximè fuissent: vt qui post eam diem socii ciuibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur: ex ea die pecuniæ creditæ quibus debitor vellet legibus ius creditori diceret. Quo in loco Feralia legitur.
Fœnebris,& hoc fœnebre,pen.corr.(τοκιστικός,)Ad fœnus pertinens,vt
Fœnebres leges.Vide.FOENERALIA.
Fœnebris res. Liuius 7.ab Vrbe,94. Inclinatis semel in concordiam animis, noui COSS. fœnebrem quoque rem, quæ distinere vnanimes videbatur, leuare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt.
Malum fœnebre.Tacit.lib.5,Sanè vetus vrbi fœnebre malum.

Foestuca, Vide FESTVCA.

Foeteo, fœtes,(κινακύζω,βρωμῶμαι)fœtere,Malè olere.Plau.Asi,36.144,Dic amabo,an fœtet anima vxori tuæ? Martial.lib.5.4,Fœtere multo Myrtale solet vino.
Fœtidus,pen.corr. Adiectiuum,(δυσώδης,βδελυγμίας,) Malè olens. Plaut.Merc.11.13, -tanto minus,
Quum sis iam ætatis plenus,anima fœtida,
Senex hircosus.Idem Capt.13.44,Tum piscatores,qui præbent populo pisces fœtidos.Apud Ciceronem in Pisonem.9,Fœtidum os,

Universidad de Deusto Biblioteca

Fœtiditas,pen.corr.(μυσάγμα,βδελυγμία,)pro fœtore. Senec.epist.111.
At mehercule ista solicitè scrutata, varieque condita, quum ventrem subierint,vna atque eadem fœtiditas occupauit.
Fœtor,huius fœtoris,Verbale,(δυσωδία,βδελυγμός,) Columella lib. 12.cap.18.2, Cella quoque vinaria omni stercore liberanda, & bonis odoribus suffienda,ne quem redoleat fœtorem,acorémve.

Foetus, huius fœtus,(γονὴ,ἐπιγονὴ,γέννημα,κύημα,ἔκγονον,ἔμβρυον,βλάστη,κύος,)Fœtus(inquit Valla,lib.4.) auium est & pisciũ: quanquam & hoc generalius nomen est. Sipontinus improbãs hæc Vallæ dicta,Nos,inquit,vi veritatis impulsi, dissentire in hoc ab eo, vt in plerisque aliis,cogimur.nam fœtus,non auium tantùm & piscium,sed generaliter omnium animalium,etiam rationalium est: quin & rerum quoque inanimatarum:vt fœnum terræ,fœtum dicimus,à quo nomen habet.& fœnus fœtum pecuniæ,à quo simili modo ita vocatur,Plinius de homine,Legimus mulierem Aegyptiam binos fœtus quater enixã. Idem de feris,Totus tigridis fœtus qui semper numerosus est,ab insidiatore rapitur equo. Idem libro 10.cap.31.1,Oscines præter exceptas,non temerè fœtus faciunt.
Arborei fœtus.Virg.1.Georg.11.
Fœtus nemorum. Virgil.2.Georg.86, Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit. Vbi Seruius, Fœtu,id est vtilitate. nam omnis vtilitas fœtus est.
Fœtus terræ.Virg.1.Georg.Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset.
Adulti fœtus.Quintil.lib.2.cap.6.5.
Adultos educunt fœtus.Virg.4.Georg.33.de apibus.
Dubii fœtus.Plin.lib.10.cap.31.
Dulces fœtus & pabula læta.Lucret.lib.2.232.
Frugiferi fœtus.Lucret.lib.6.1.
Grauidi fœtus.Ouid.8.Metam.58.
Lætifici fœtus telluris.Lucret.lib.1.39.
Maturos edere fœtus.Ouid.de Nuce,19.
Teneri,infirmique fœtus.Quintil.lib.1.cap.6.5,Cui rei simile quiddam facientes aues cernimus,quæ teneris,infirmisq; fœtibus cibos ore suo collatos partiuntur.
Vitales fœtus.Plin.lib.10.cap.31.
¶ Abigere fœtum,Vide ABIGO.
Auferre fœtum vberibus,Vide AVFERO.
Fœtus arborum decerpere.Plin.lib.4.cap.12.48.Vide DECERPO.
Teneros depellere fœtus.Virg.eclog.1.5.
Dare fœtum.Virg.2.Georg.89.
Edunt fœtus nixibus.Virg.4.Georg.40.
Edit fœtus meliores & grandiores ager non semel aratus,sed nouatus & iteratus.Cic.2.de Orat.72.
Facere fœtus.Plin.lib.10.cap.31,Oscines,præter exceptas,non temerè fœtus faciunt ante æquinoctium Vernum,aut post Autũnale:ante Solstitium autem,dubios:post Solstitium,vitales.
Procreare multiplices fœtus.Cice.2.de Nat.deor.193,Quæ multiplices fœtus procreant,vt sues,vt canes,his mammarum data est multitudo.
Terræ fœtus profunduntur nobis.Cic.1.de Legib.37.
Largo pubescit vinea fœtu.Virg.2.Georg.78.
¶ Animi fœtus triplex.Cic.5.Tuscu.96,Ex quo triplex illi animi fœtus existet;vnus in cognitione rerum positus, & in explicatione naturæ: alter in discretione expetendarum fugiendarúmve rerum: tertius in iudicando quid cuique rei sit consequens,quid repugnans.
Fœtus oratorũ.Cicero de Claris Oratoribus,95, Nec vlla ætate vberior oratorum fœtus fuit. Ibidem,8,Sic omnis fœtus repressus, exustusq;, flos siti veteris vbertatis exaruit.
¶ Fœtus,pro Fœtura.Cic.3.de Finib.96,Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest,quarum in fœtu & in educatione laborem quum cernimus,naturæ ipsius vocem videmur audire.Budæus.
Fœtus,Adiectiuũ,(ἔγκυος,ἐγκύμων τοκάς,)Seruius,Fœta dicitur & grauida,& partu liberata.
Ager fœtus.Ouid.1.Fast.132.
Fœta canis.Plaut.Mostel.10.51,
Mane sis videam ne canis. T.agedum,vide,est? S.abi. T.canis est?
S.Abi directa. T.est? S.abi hinc in malam crucem.at etiam restas?
T.Est? S.abi hinc,nihil pericli est. T.age,tam placida est q̃ fœta.
Loca fœta furentibus Austris,Id est plena.Virg.1.Aeneid.51.
Luridæ fœtæ,Vide LVRIDVS.
Fœta oris,dicitur grauida.Virg.1.eclog. Non insueta graues tentabunt pabula fœtas. Vbi Seruius, Fœtas accusatiuus pluralis est, quasi graues:id est grauidas,scilicet non enixas.Colu.lib.8,Huic pecudi nocet æstus,& precipuè fœtæ,quæ gelicidio hyemis conceptum fecit.
Pecus fœtum.Virg.eclog.3.17.
Præcordia fœta belli,Id est amore belli.Silius lib.17.77.
¶ Fœta,Partu liberata,hoc est,quæ peperit. Virgilius, Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro. Sic Colu.lib.6.cap.37,Fœta equa.
Vaccæ fœtæ.Virg.3.Georg.55.
Fœtûra,huius fœturæ,pen.prod.(κύησις,)Genitura & pariendi tempus. Varro lib.2.de Re rust.cap.5.10, Nunc appello fœturam à conceptu ad partum.hi enim prægnationis primi & extremi fines.
Aetas fœturæ habilis.Virg.3.Georg.12.
Fœtura domino suo decoxit,Vide DECOQVO.
Fœtura,Animalium prouentus. Virg.eclog.7.8,Si fœtura gregem suppleuerit,aureus esto. Vbi Seruius, Si tot agnos habuero quot oues: hoc enim est gregem suppleri per fœturam. Fœtura enim est prouentus,id est ipse fœtus.Plin. Optima fœtura est post vernũ æquinoctiũ. Colum.lib.7.cap.6.6.
Fœtura,pratorum etiam dicitur.
Fœturam ad opus suum transtulit Plinius, quum dicit in ipso statim initio præfationis,Opus natum apud me proxima fœtura licentiore epistola narrare constitui.
Fœtifico,fœtificas,penul.corr.fœtificare,(κυίσκω,λοχεύω,)Fœtum facere, parere.Plin.lib.10,cap.8.2,Accipitres totius Massiliæ humi fœtificãt. Idem lib.9.cap.38.1,Quoniam quum fœtificauere,fluxos habent sucos.Ibidem,cap.15.5, Intrant è magno mari Pontum verno tempore gregatim,nec alibi fœtificant.
Fœto,fœtas,(λοχεύομαι.)fœtare,Idem,de auibus.Colum.lib.8,Circa paludes in quibus plerunque fœtant. Ibidem,cap.8.7, Minus enim suas impares diligunt,& ideo nec multum ineunt,nec sæpius fœtant. De palumbis.
Fœtificus,Adiectiuum,(κυητικός,)vt Fœtificus humor. Plin.lib.9.cap.51.3, Nuper compertum in ostreariis,humorem iis fœtificum lactis modo effluere.
Fœtifer,penul.corr.fœtifera,fœtiferum,pen.corr.Plin.lib.7.cap.31,Vbi fœtifer potu Nilus.

Folium, folii,(φύλλον,πέταλον,) Est tam arborum, quàm herbarũ,& florum. à Græco venit, inquit Festus, quòd illi φύλλον dicunt.Simplici autem I ideo scribitur,quod antiqui consonantes non geminabant.
In arboribus truncus,rami,folia.Cic.3.de Orat.98.
Lanata canicies foliorum,Vide LANA.
Folia Acanthi,Vide ACANTHVS.
Folia in se aduersa,Vide ADVERTO.
Arida folia.Cic.in Pisonem,78.
Folium argenteum,Vide ARGENTVM.
Capillaceum folium.Plin.lib.13.cap.25.1.
Folia capillata,Vide CAPILLVS.
Folium carnosum,Vide CARO.
Folia concaua,Vide CONCAVVS.
Folium crispum,Vide CRISPVS.
Famulosa folia.Plin.lib.16.cap.24.4.
Implicatum folium,Vide IMPLICO.
Inordinata sunt folia pomis,Vide INORDINATVS.
Labentia ventis folia.Virg.2.Georg.27.
Laciniosa folia,Vide LACINIA.
Languida folia.Senec.Thyest.2.8.
Laurina folia,Vide LAVRVS.
Mobilia folia.Horat.1.Carm.ode 23.1.
Mollia folia,Virg.eclog.5.6.
Mordacia folia vrticis,Vide MORDEO.
Mucronata folia,Vide MVCRO.
Oleacea folia,Vide OLEACEVS.
Pampinosa folia,Vide Pampineus in PAMPINVS.
Luxuria foliorum exhuberat vmbra.Virg.1.Georg.59.
¶ Amisisse dicitur arbor folia,Vide AMITTO.
Folia arborum cadunt.Vide CADO.
Decerpere folia,Vide DECERPO.
Decidũt arbori folia.Plin.li.16.ca.21.2.& ca.22.1.
Demittere folia.Plin.lib.16.cap.21.1.
Deperdere folia.Plin.16.cap.22.1.
Dimittere folia.Plin.lib.16.cap.13.ad finem,& cap.22.2.
Exire in folia,Emittere folia.Plin.lib.23.cap.7.21.
Mittere folia,Vide MITTO.
Oscitant folia ad solem.Plin.lib.16.cap.24.1.
Pluma aut folio facilius moueri.Cic.Attico,lib.8.167.3.
Tegmine foliorum ornata arbusta.Cic.in Arato,14.
Tegmine foliorum septi pulli.Cic.2.de Diuinat.96.
Amaris vesci foliis.Horat.2.Serm.satyr.3.23.
Orni viduantur foliis. Horat.2.Carm.ode 9.2.
Foliaceus,Adiectiuum,(πεταλοειδής,) Quod ex foliis factum est, vel foliis simile. Plin.libro.19.cap.7, Paucis foliacea & lata, vt atriplici sunt semina.
Foliôsus,penul.prod.Adiectiuum,(φυλλώδης,)Foliis plenus. Plin.lib.24.cap.15.5,Chamæcissos spicata est tritici modo, ramulis quinis ferè,foliosa.Idem lib.21.cap.15.6.& cap.7.7. Item lib.24.cap.16.10, Herbam in pratis tenuem,à lateribus capillamenti mõ foliosam.Idem lib.12.cap.11.1,Foliosior tamen,rosciique floris.

Foliatum

Foliâtum,penul.prod.vnguentum quo matronæ Romanæ vtebantur ad gratiam & delicias,dictum à foliis malobatri quæ plurima recipit.itaque etiam malobatrinum dicebatur.Martial.lib.11.28.
At mea me libram foliati poscat amica.

Follis, huius follis,m.g.(φῦσα,θύλαξ,)Quicquid ex corio factum est,vt impleatur:cuiusmodi saccus,crumena,& alia.
¶ Follis,instrumentum quo attrahitur ventus atque emittitur ad ignem excitandum.Plaut.Aulul.9.23.Quin quum it dormitum, follem obstringit ob gulam. Virgil.lib.8.Aeneid.
–alii ventosis follibus auras
Accipiunt,redduntque. Cic.1.de Nat.deorum,75.
Follis fabrilis.Liu.8.bel.Maced.30.
Hircini folles.Horat.1.Serm.saty.4.4.
Caui spirant mendacia folles.Iuuen.Saty.7.12.
¶ Follis,Pilæ genus ex pelle vento inflata compositum,qua pugiles antiqui vtebantur,à flatu nomen habens:siue quòd veteres follem,pellem dicebant,& per diminutionem folliculum.Mart.lib.14.52.
Ite procul iuuenes,mitis mihi conuenit ætas:
Folle decet pueros ludere,folle senes. Plaut.Rud.18.14.
–extemplo hercle ego te follem pugillatorium
Faciam,& pendentem cursabo pugnis periurissime.
Folliculus,pen.corr.(θυλάκιον,)Diminutiuum,Sacculus.Author ad Herennium,li.1.24.Malleolus iudicatus est matrem necasse:eo damnato, statim folliculo lupino os obuolutum est.Cic.2.de Inuent.231. Liu,9. ab Vrbe,66. Cæterum adeò exigue commeatus suppeditabantur vt eques folliculis in castra ab Arpis frumentum veheret.
Folliculus,in arboribus.Plin.lib.13.cap.6.2.Fert & folliculos emittentes quædam animalia.De terebintho.
¶ Folliculus,Pila vento intumescens,vt dictum est.Suet.in Augusto,Post bella ciuilia,ad pilam primo,folliculumque transiit.
¶ Folliculus,Theca frumenti,vel lini,vel cuiuslibet alterius rei quæ granum continet inuolutum.Columel.lib.2.cap.8.5.Quoniam folliculum quo continetur,firmum & durabilem aduersus longioris temporis humorem habet. Ex Seneca epist.125.apparet esse pelliculam, vt ita loquar,è qua spica enascitur.Assurgit enim primum herba in culmum:ex eo postea se spica profert.Sunt autem hæc verba Senecæ,Est aliquod bonum tritici,hoc nondum est in herba latente,nec quum folliculo se exerit spica mollis,sed quum frumentum æstas & debita maturitas coxit.
¶ Folliculum pro corpore accepit Lucilius lib.26.Et quo folliculo nũc sum indutus non queo.
Follitus.penul.prod.Adiectiuum,(θυλακωτός,)Obuolutus corio.Plaut. Epid.8.15.
Para tu ductare,atque ego follitum ductitabo.

Fomes,Fomentum, Vide FOVEO.

Fons, huius fontis,m.g.(πηγὴ,κρήνη,πῖδαξ,)A fundendo dicitur,inquit Festus.Notæ est significationis.Plinius li.12.cap.1.6.Nũc est arbor clara in Lycia gelidi fontis socia amœnitate.
Aquæ dulcis fons Syracusis est,cui nomen Arethusa est,incredibili magnitudine,plenissimus piscium.Cic.6.Verr.105.
Fons Acidalius,Vide ACIDALIA.
Amœnus fons.Lucret.lib.4.206.
Fons augustus,Vide AVGVSTVS.
Fons nitidis argenteus vndis.Ouid.3.Metam.82.
Fons Caballinus,Vide CABALLVS.
Fons in planitie conspicuus,Vide CONSPICVVS.
Contracti fontes.Ouid.2.Meta.
–contractosque vndique fontes.
Egregius fons.Iuue.Saty.12.4.
Gelidi fontes.Virg.eclog.10.9.
Illimis fons.Ouid.3.Metam.81.
Instabilis fons,Vide INSTABILIS.
Integri fontes,Id est illibati.Lucret.lib.4.1.
Irriguus fons.Virg.4.Georg.7.
Largi fontes.Lucan.lib.4.55.
Medicati fontes.Cels.lib.4.cap.4.Consistere in frigidis medicatisque fontibus,quales cutiliarum subcutiliarumque sunt,salutare est.
Montani fontes.Lucan.lib.2.98.
Muscosi fontes.Virg.eclo.7.9.
Nobiles fontes.Horat.3.Carm.ode 13.3.
Pellucidus fons.Ouid.3.Metam.33.
Perennis fons,Vide PERENNIS.
Perspicuus fons.Claud.3.de raptu Proser.51.
Fons putealis.Colum.lib.11.cap.3.Fonte puteali possit irrigari.
Fons rapidus.Senec.Herc.Oeth.5.2.
Sacros fontes polluere.Ouid.2. Metam.1.procul hinc,dixit,nec sacros pollue fontes.
Spumiger fons.Ouid.11.Metam,19.
Viui fontes.Ouid.3.Meta.6,Et petere è viuis libandas fontibus vndas.
¶ Aspergere ex fonte,Vide ASPERGO.
Corrumpere fontes,Vide CORRVMPO.
Fontibus manare,Vide MANO.
Fontes obstrepunt manantibus lymphis.Horat.Epod.2.6.
Fons prorumpere dicitur.Cæsar 8.bel.Gall.148,Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat.
¶ Fons,per translationem:vt Fons Mœroris,Id est origo & causa.Ci.3. Tuscul.115,Non rem ipsam causam atque fontem esse mœroris.
Fons & caput.Cic.1.de Orat.22,Vrgerent præterea philosophorũ greges,iam ab illo fonte & capite Socrate.
Caput & fons rerum Horat.1.epist.18.9.
Principium & fons.Horat.de Arte poet.63.
Origines fontium.Horat.4.Carm.ode 14.10.
Incertus fons,Vide INCERTVS.
Argumentorum fontes.Cic.2.de Orat.77.
Fons cõsiliorum.Cic.ad Brutum,10.4,Nec in Senatu, sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitaui.
Curarum fons.Lucret.lib.3.17.
Aperire fontes eloquentiæ.Quintil.lib.6.cap.1.38.
Fons ingeniorum Homerus.Plin.lib.17.cap.5.4.
Exũdans ingenii fons.Iuuenal.Satyr.10.12.
Infœcundus fons ingenii.Ouid.3.Trist.eleg.14.7.
Largus fons luminis sol.Lucret.lib.5.57.
Philosophiæ fontes aperire.Cic.1.Tusc.11.Vide APERIO.
Rerum fontes non videre,& riuulos consectari, & tardi ingenii est. Cic. 2.de Orat.64.
Omnes omnium rerum fontes animo & memoria cõtinere. Cic.1.Tusc. 47.Vide CONTINEO.
Fons vitii & periurii.Plaut.Trucul.11.51.
A fonte deductio riuorum.Cic.in Topic.17.
Ex eodem fonte hæc omnia fluxerunt.Cic.3.de Nat.deor.66.
Hauriant potius à fontibus,q̃ riuulos consectentur.Cic.1.Academ.12.
Oritur fons in monte,Vide ORIOR.
Patent vel inimicis fontes alicuius.Cic.pro Murena,8.
Sitiunt fontes,Prouerbialis locutio.Cic.Qu.fratri,lib.3.17.17,Poema ad Cæsarem quod composueram,incidi.Tibi quod rogas,quoniã ipsi fontes iam sitiunt,si quid habebo spatii,scribam.
Suppressis fontibus aret fluuius.Ouid.15.Metam.56.
¶ Fontem pro aqua posuit Virgil.lib.12.à parte totum,
–alii fontemque ignemque ferebant.
Fonticulus,huius fonticuli,penult.corr.(πηγίδιον,)Diminutiuum. Plin. Vbicunque moueris humum,fonticuli scatent. Idem lib.31.cap.10. 2.Lacus est nitrosus exiliente è medio dulci fonticulo. Horatius.1. Serm.Saty.1.11,
–magno deflumine mallem
Quàm ex hoc fonticulo tantundem sumere.
Fontânus,penul.prod.Adiect.(πηγαῖος,)Quod ex fonte est:vt Fontana aqua.Plin.Fontanæ aquæ cyathos duos. Sic Colum.lib.12.cap.8.1.
Fontâlis,& hoc fontâle,pen.prod.(κρηναῖος,) Idem Plaut.Stich.14.16,
–vide vtram tibi lubet etiam nunc capere,
Cape prouinciam. SA.quid isthuc est prouinciæ? ST.vtrum fontali,An libero,imperium te inhibere mauis?
FONS SOLIS,(κρήνη τοῦ ἡλίου,)in Cyrenaica sic dictus,quòd Solis per cardines motu,calore & algore variatur.Meminere Diodorus,Arrianus,& Herodotus. Ouid.lib.15.Metam.
–medio tua corniger Ammon
Vnda die gelida est,ortuque,obituque calescit. Hermolaus duos fontes huiusce ingenii illic esse credidit,Plinii authoritate mot⁹.Iouis(inquit)Ammonis fons interdiu frigidus,noctibus feruet.In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis,& circa meridiem maximè frigidus: mox paulatim tepescẽs,ad noctis media feruore & amaritudine infestatur. Hæc Plinius,lib.2.cap.103.6. Silius,lib.3.
Stat fano vicina,nouum & memorabile,lympha,
Quæ nascente die,quæ deficiente tepescit:
Quæque riget,medium quum sol ascendit Olympum:
Atque eadem rursus nocturnis feruet in vmbris.
FONTEIA,(φοντηΐα,)virgo Vestalis. Fonteii soror, cuius meminit Cicero,Prospicite(inquit)ne ignis ille æternus nocturnis Fonteiæ laboribus,vigiliisque seruatus,sacerdotis Vestæ lachrymis extinctus esse dicatur.Hæc Cicero in Oratione pro Fonteio.

Forâmen, pen.prod.forâminis,n.g.(τρῆμα,τρύπημα,ὀπὴ,) quasi paruæ fores.Colum.de Arb.cap.8.4, Itaque cauatũ foramen quum purgauimus, vndiq; adrasos circulos inserimus. Cic.1. Tusc.75,Nã nunc quidẽ quanquã foramina illa quæ patent ad aĩum à corpore,callidissimo artificio natura fabricata est,tamen terrenis cõcretisque corporibus sunt intersepta quodammodo.
Foramina naturæ leporum.Varro.3.de Re rust.cap.12.4.
Foramen auditus.Plin.lib.10.ca.70,1,Pisces quidem, auditus nec mẽbra

Universidad de Deusto
Biblioteca

habent, nec foramina.
Foramen ad extrementa corporis. Plin.lib.11.cap.26.5.
Parua foramina. Lucret.lib.4.190.
Præclusa foramina. Quintil.lib.1.cap.11.4.
Tenue foramen. Ouid.4.Metam.25.

Foras, (θύραζε, ἐκτός, θύραζε,) Aduerbium ad locum, à Foris pro specticulis, vt ait Seruius, quasi ad forum, inquit Sipontinus post Festum.
Foras ambulare. Plautus Epid.3.62, Adolescenti dic nostro herili filio, ne hinc foras ambulet.
Dari foras scripta timui. Cic. Attico, lib.13.280.2.
Aer per os foras editus. Lucret.lib.3.25.
Eiecta foras anima. Lucret.lib.4.187.
Eminere foras. Cic. in Somn. Scipionis, 33,
Ire foras. Horat.1.epist.7.7.
Foras exire. Plautus Casina, 13,27, Foras tacitus exeo cum ornatu quo vides. Idem Amplut.17.26. –sed qui tu foras
Egressa es?
Exire foras ex ædibus. Lucret.lib.3.215.
Foras locitare agellum. Terent. Adelph.5.8.27.
– agelli hic sub vrbe est paululum quod locitas foras,
Huic demus qui fruatur. Vbi Donatus, Foras dixit, locum pro persona ponens: quasi diceret, nescio cui alieno.
Foras præuerti. Plaut. Amphit.15.24, Fores enim clausit, ne præuortetetur foras.
Proferre foras aliquid. Cic. pro Cælio, 45.
Proiicere foras pestem. Cic.2.in Catil.26.
Foras vendere. Plaut. Sticho, 4,66,
Ridiculus æque nullus est quàm dum esurit,
Nunc auctionem facere decretum est mihi,
Foras necessum est quicquid habeo vendere.
Foras vocari. Plaut. Capt.4.69.
– sed nunc quò foras
Vocatus ad cœnam? E. nusquam pol, quod sciam.
Foris, (ἔξωθεν, ἐκτοσθε,) Aduerbium in loco, vel de loco.
Foris & domi, cōtraria. Cic.1.Offic.110, Parua enim sunt foris arma, nisi est consilium domi.
Extrinsecus & foris. Cic.2.de Orat.89.
Intus & Foris, contraria. Cicero pro Sylla, 12, Ille relictus intus expectatus foris.
Inesse, & foris petere, contraria. Cic.3.de Finib.38.
Foris concludere fores. Plaut. Mostel.6.56.
Clauim mihi harumce ædium nunc iam
Iube efferri intus: hasce ego ædeis occludam hinc foris.
Fo[illegible] est Plautus Mercatore, 4,21, Vbi Charinus herus: domine an foris?
Terent. Eunuch.5,4,12,
Meretricum ingenia & mores posset noscere:
Maturè vt quum cognorit, perpetuò oderit.
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius.
Nec magis compositum quicquam. Plaut. Asin.16.13, Ille opere foris faciundo lassus, domum noctu aduenit.
Foris quærere. Plaut. Bacchid.15.7,
Nunc amanti hero filio senis, qui cum bibo, edo, & amo,
Regias copias, aureasque obtuli, vt domo sumeret, neu foris
Quæreret.
¶ Abstrudere foris, Vide ABSTRVDO.
Adiungere foris argumentum. Cic.2.de Inuent.134, Assumptiua igitur tunc dicitur quum ipsum ex se factum probari non potest, aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur.
Assumi foris argumenta, & Ex sua vi atque natura, contraria. Cicero, 2, de Oratore, 89.
Deferre foris, pro eo quod Deforis dicunt. Cicero in Partitionibus, 27, Illa verò indigent, & nec eo dicūtur sine arte, quòd ita sunt, sed quòd ea non parit oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat, & maximè in testibus.
Foris cœnare. Plautus Sticho, 4,36, Vocem te ad cœnam, nisi egomet cœnem foris.
Foris effusus. Plinius, lib.9, cap.33, Margine in Mucronem emisso, foris effuso, intus replicato.
Foris aliquid effutire. Terent. Phorm.5.1.19.
– verum isthoc de nomine
Eo perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes foris
Effutiretis. Id est, non euacuaretis.
Foris est animus. Plaut. Merc.12.2,
Sumne ego miser qui nusquam bene queo quiescere?
Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi est.
Foris quærere. Plaut. Bacchid.15.7. Cic.5. Verr.181.
Foris sapere. Terent. Heaut.5.1.50.
Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliariter? Seipsum exposuit Terentius, quum dixit Te aliis consilium dare. nam id significat Foris sapere.
A foris. Plinius, lib.17.cap.24, 12, Quoniam in vlcus penetrat omnis à foris iniuria.
Forinsecus, penult. corr. Aduerbium, (ἔξωθεν,) Plinius, libro, 13, cap.22,4, Quoniam quarundam naturæ lignum omne corticis loco habet, hoc est forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam. Colum.lib.8.cap.3.5, Sed ab cohorte forinsecus prędictis fenestellis scandulę similiter iniungantur.

Forceps, forcipis, (πυράγρα, καρκῖνος,) tam masculini quàm fœmini, secundum Priscianum, Instrumētum fabrile quo forum, id est calidum tenetur, inquit Festus. Virg.lib.4. Georg.38,
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum: versantque tenaci forcipe ferrum. Colu.lib.6.ca.26.1, Deinde prius quàm ferrum admoneas, duabus angustis ligneis regulis veluti forcipibus, apprehendere testium neruos. Plin.lib.7.cap.56.5. authorem & inuentorem furcipis commemorat.
Curua forceps. Ouid.12.Metam.56.
Forcipes dēticulatæ cancrorū. Plin.lib.9.cap.31.2, Fœminæ primus pes duplex, mari simplex. præterea bina brachia, denticulatis forcipibus.

Forda, fordæ, (κυοφοροῦσα,) Bos prægnans, à ferendo dicta. Ouid. 4. Fast. Forda ferens bos est, fœcundaque, dicta ferēdo. Colum.lib.6.cap.24.2, Post vnum coitum forda non admittit taurum.

Forem, (γενοίμην,) Optatiuo modo, tempore præsenti, & preterito imperfecto, & Coniunctiuo modo, tempore præterito imperfecto, vtinam, vel quum forem, fores, foret. Et pluraliter, forent. Id est essem, esses, esset. Infinitiuo futuro, fore. Id est futurum esse. Cæteris caret. Plaut. Merc.12.37.
Quin percunctatus hominis quæ facies foret,
Qui illam emisset. Terent. Heaut.2.4.2.
Acdepol te mea Antiphila laudo, & fortunatam iudico,
Id quum studuisti, isti formæ mores vt consimiles forent. Salustius in Iugurtha, Nam ego quidem vellem, & hæc quæ scribo, & ea quę antea in Senatu questus sum, vana forent.
Iam iamque fore. Cic. Attico, lib.7.139.3, Mihi dubium non erat quin ille iam iamque foret in Apulia.
Damno dedecorique foret sibi. Horat.1.Serm.Saty.2.11.
Fore noxæ. Liu.10.ab Vrbe, 84, Siqua clades incidisset, desertori magis quàm deserto fore noxę.
¶ Fore (ἔσεσθαι,) significationē habet participii quod est futurū, vnà cū infinitiuo esse. idē est enim fore, quod futurum esse: ideo iungit cū nomine, non cum participio. Hæc Valla, lib.1. Plaut. Capt.17.4.
Fui ego lepidus, vel bonus vir nunquam, neque frugi bonę,
Neque ero vnquam, neque spem ponas me bonæ frugi fore.
Cic. Trebatio, lib.7.8.1, Scripsit ad me Cæsar perhumaniter, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certè fore. Liu.1.ab Vrbe, 156, Sed date dextras, fidemque, haud impune adulterro fore. Cic. pro Rosc. Com.29.
Fore & esse. Cic.3.de Orat.117. Fore dicis? inquit: ego verò esse iā iudico.
Non fore dicto audientem. Cæsar, Nonnulli etiam Cæsari nuntiabant, quum castra moueri, aut signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites.
Affirmans fore. Sueton. in Domit.cap.15, Nulla tamen perinde re commotus est, quàm responso casuque Ascletarionis Mathematici. Hunc delatum nec inficiantem iactasse se, quæ prouidisset ex arte, sciscitatus est quis ipsum maneret exitus & affirmantem fore vt breui laceraretur à canibus, interfici quidem sine mora: sed ad coarguēdam temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissimè imperauit.
Existimo fore. Cic. Attico, lib.13.4.3, Dionysio dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse.
Expetendum fore. Cic. Appio Pulchro, lib.3.13.1, Quasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum, sic quum de tuis rebus gestis agebatur, inseruiebam honori tuo.
Puto fore. Cicero Attico, lib.16.343.1, Nunquam putaui fore vt supplex ad te venirem.
Scio fore. Plaut. Asina, 16,20, –ego isthuc scio
Ita fore illi dum quidem cum illo nupta eris. Gellius, Spero fore vt eductus, eruditusq; abs te, dignus existat & nobis & rerū istarū successione. Cic. Spero fore vt cōtingat id nobis. Idē Lent.lib.1.5.15, Tu fac animo forti, magnoq; sis: speresq; fore vt fracto impetu leuissimi hominis tuam pristinam dignitatem consequare. Gellius, Conuersus ad proximos, affirmauit fore vt sequenti die luna se in Aquario cruētaret. Asinius Pollio, Nunquam fore credidi, Iudices, vt reo Scauro, nequid in eius iudicio gratia valeret, precarer.
Spem habeo nihil fore aliter quàm deceat. Cic. Att.lib.6.114.13.
Ne spes quidem vlla ostendatur fore melius. Cic. Att.lib.11.219.1.
Nec spes quidem melius aliquando fore relinquitur. Cicero Curio, libro septimo, 7,29,7.

Video

Video fore. Cic. Attico, lib.8.144.5. Sin erit bellum, vt video fore, meæ partes non desyderabuntur.
Visuros fore. Cicero pro T. Annio Milone, 58. Spero multa vos, liberósque vestros in Repub. bona esse visuros. In his singulis ita semper existimabitis, viuo P. Clodio, nihil horum vos visuros fore. Vbi ex vetusto codice legitur visuros fuisse. Idem Attico, lib.5.110.1. Te ad me fore venturum.
Fore cum possum. Gell.lib.15.cap.1. Siquid autem posset remedii fore.

Forensis, Vide FORVM, & FORIS, huius foris.

Fores, Vide FORIS.

Forfex, forficis, pen.corr.f.g. (τομεύς, ψαλίς,) Seruius, Forfices sunt quibus incidimus: forcipes quibus aliquid forum tenemus, quasi forum capiens. Nam forum est calidum. Vnde & formosos dicimus, quibus calor sanguinis ex robore pulchritudinem creat. Colu.lib.12.cap.43.4. Alii quum legerunt vuam, siqua sunt in ea vitiosa grana, forficibus amputant.
Facta forfex ad id. Celsus lib.7.cap.12. Quotiescunque dente exempto radix relicta est, protinus ea quoque, ad id facta forfice, quam ῥιζάγραν Græci vocant, eximenda est.
Forficula, pen.corr. Diminutiuum, (ψαλίδιον,) Plin.lib.32.ca.11.6. Elephanti locustarum generis nigri, pedibus quaternis, bisulcis. Præterea brachia duo, binis articulis, singulisque forficulis denticulatis. Vide FORCEPS. Idem lib.25.cap.5.19. Præterea mirum inuentum est, quòd forficulis incisum, vt diximus, cribrant, cortex remanet.

Fori, fororum, m.g.plur.numeri, (ἐνδιάφραγμα, κατάστρωμα,) Sunt tabulata nauium, vel locus in naui aptior, qui iter nauem perambulantibus præbet: ab eo quòd incessus ferant, inquit Festu cum Seruio. Cic. de Senectute 16. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari senectutem negant, similesque sunt, vt siqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos scandant, alii per foros cursitent, alii sentinam exhauriant, ille autem clauum tenens sedeat in puppi quietus, non faciat ea quæ iuuenes. Virg.6. Aeneid.83.
– laxatque foros, simul accipit alueo
Ingentem Aeneam. Idem libro quarto Aeneidos, 121, Implessemque foros flammis.
¶ Forus in singulari dixit Ennius, Multa foro ponens, ageaque longa repletur. Gellius lib.17, cap.19. de Arione, Stansque in summæ puppis foro, carmen quod orthium dicitur, voce sublatissima cantauit.
¶ Fori, Loca spectaculorum, & vt Festus dicit, Circēsia spectacula: hoc est, loca erecta, & tabulis composita in amphitheatro, è quibus populus ludos spectabat. Liu.1.ab Vrb.160, Tum primum circo, qui nūc maximus dicitur, designatus locus est, loca diuisa Patribus, Equitibusque, vbi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati.
Foruli, forulorum, Diminutiuum, (θυλάκια,) Armariola, siue capsulæ, in quibus reponuntur libri. Suet. in Aug. cap.31. Quicquid fatidicorum librorum Greci Latinique generis, nullis vel parū idoneis authoribus, vulgò ferebatur, supra duo millia contracta vndique cremauit, ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Iuuen. Saty.3.
Hic libros dabit & forulos, mediamque Mineruam.
Fori, Parui sulci & oblongi in agris. Colum.lib.10.
Angustosque foros aduerso limite ducens
Rursus in obliquum distinguat tramite paruo.

Foria, foriorum (ἀφόδευμα καὶ ὑγρότερα,) Stercora liquidiora, vt ait Nonius. Vnde cōforire verbum, quod est stercore liquido fœdare. Pomponius Macco, Conforisti me Diomedes.
Foriolus, huius forioli, pen.corr. Qui foria facile emittit, soluti scilicet ventris: author eodem Nonio. Laberius in Panilicis, Foriolus esse videris, in coleos cacas.

Forica, huius foricæ, pen.corr. (ἀφεδρών,) Locus in quem alui stercora deiicimus. Iuuenalis Saty.3.4. inde reuersi Conducunt foricas. Proprie de publicis dicitur, Latrina de priuatis.

Foricula, Vide FORIS, huius foris.

FORICVLVS, deus putabatur qui foribus præerat: sicut Cardinea dea quæ cardinibus: Limentinus deus, qui limini.

Forinsecus, Vide FORIS aduerbium.

Foris, Aduerbium, Vide FORAS, aduerbium.

Foris, huius foris, f.g. (θύρα,) Id est ianua. Plautus Casina, 21.14. Tace, vestra foris crepuit. Terent. Adelph.2.3.11. Sed quidnam foris crepuit? Ouidius, Constitit ad geminæ limina prima foris. Horatius 1. Serm. Saty.2. Exclusus fore.
Fores limenque carceris. Cic.5. Tuscul.116.
Fores in liminibus prophanarum ædium, ianuæ nominantur. Cicer.2.de Nat.deor.97.
Duræ fores. Ouid.2.Amor.eleg.1.5.
Foris rasilis. Catul. in Epithalamio Iuliæ, Rasilemque subi forem.
Forem, in accusatiuo dixit Plautus in Bacchid.18.35.
– hanc forem pauxillulum
Aperi placidè, ne crepet. Idem Casina, 22.14. Forem obdo, ne senex me opprimeret. Cicero pro Cornelio, Aperuit forem scalarum. Liu.6.ab Vrbe, 137. Lictor Sulpitii Tribuni militum quum is de foro se domum reciperet, forem (vt mos est) virga percuteret.
Accedere ad fores, Vide ACCEDO.
Adire ad fores, Vide ADEO.
Aperire fores. Cic.3.off.48. & 49.
Fores aperire, prouerbio dicebatur, qui rei cuiuspiam ingressum, initiūque patefaceret. Plin. libro, 2.ca.8. Obliquitatem eius intellexisse, hoc est rerum fores aperuisse, Anaximander Milesius traditur. Erasmus.
Fores amicitiæ aperire, vel amicitiam auspicari. Cic. ad Brutum, li.15.11.9. In omnibus nouis coniunctionibus interest qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur.
Assistere ad fores, Vide ASSISTO.
Auscultare ad fores, Vide AVSCVLTO.
Claudere fores cubiculi. Cic.5. Tusc.83.
Clausit amica fores. Ouid.2.Amor.eleg.1.4.
Concussæ fores. Ouid.1.Amor.eleg.6.10.
Consertæ fores. Ouid.1.Amor.eleg.6.15.
Offringere fores. Cic. pro Cælio, 30.
Excedere foribus. Ouid.4.Metam.17.
Expassæ repentè delubri fores. Tacit. lib.21.
Moliri fores. Taci.lib.1. Concursuque ad ianuam facto, molitur fores.
Obditæ fores ferratis trabibus, Vide OBDO.
Operiri fores iussit. Tacit.lib.3.
Pulsare fores. Ouid.5.Metam.80.
Percutere fores, Vide PERCVTIO.
Reserare fores, Ouid.10.Metam.77.
Foricula, huius foriculæ, penult.corr. (θυρίον,) Diminutiuum à foribus. Varro, 1. de Re rustica, capit.59.1. Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt fenestras habeant, atque vt aere perflentur curant, neque tamen sine foriculis: ne quum humorem amiserint, pertinaci vento victa fiant.

Forma, formæ, (εἶδος, ἰδέα, μορφή, τύπος,) Facies cuiusq; rei, quæ immobilis est & naturalis, inquit Donatus. Plaut. Pœnulo, 16.150, – atque ea ipsa est.
M. Specie venustā, ore paruo, atque oculis pernigris.
P. Formam quidem hercle verbis depinxisti mihi. Idem Epid.2.41.
Quia forma lepida & liberali captiuam adolescentulam
De præda mercatus est. Idem Menæch.2.18,
Ita simili forma pueri, vt mater sua
Non internosse posset quæ mammam dabat. Teren. Hecyra, 4,1,58,
Forma in tenebris nosci non quita est. Cicero de Natura Deorum, lib.1, Suam quodque animal formam & speciem diligit. Ibidem, 111, Primum quod ita sit informatum, anticipatum mentibus nostris, vt homini quum de deo cogitet, forma occurrat humana. Sic idem, 4, Verr. 113. Et, 6, 109.
Cognitio formarum ex pictura. Cic.6.Verr.109.
Figura formæ. Cic.1.de Nat.Deor.123. Lucret.lib.9.14.
Imagines formę notæ, simulacra. Author ad Heren.lib.3.129.
Species formæ. Cic.5.Tusc.161.
Animalis forma. Lucret.lib.5.29.
Animantium forma, & Hominis figura. Cic.1.de Nat.Deor.68.
Hominis forma. Cic. pro Flacco, 9,
Literarum formæ. Quintil.lib.1.cap.1, Neque enim mihi illud saltē placet, quod fieri in plurimis video, vt literarum nomina & contextum prius quam formas paruuli discant.
Forma & quasi naturalis nota cuiusque. Cic.3.de Orat.64.
Apposita ad dignitatē forma, spēs & statura. Author ad Heren. 226.
Haud dissimilis forma. Tacit.lib.2. Nam ætate & forma haud dissimili in dominum erat.
Eburneæ formę literarum. Quintil.lib.1.cap.1.20.
Forma humana. Quintil.lib.7.cap.4. Epicurus humanam deo formam, locumque inter mundos dedit. Pro eodem dicitur Species humana.
Impares formæ. Horat.1.Carm.ode.33.3.
Mala forma. Vide MALVS.
Mendax forma. Ouid.3.Metam.88.
Nuda forma. Ouid.4.Metam.71.
Rotunda forma vllam negat esse pulchriorem Plato. Cicero, 1, de Natura Deorum. 35.
Terribiles formę nocturno tempore visæ. Cic.1.de Diuin.35.
Virilis forma. Ouid.4.epist.16.
¶ Capere alicuius formam. Vide CAPIO.
Detrahere aliquid formæ. Quintil.li.1.ca.10.33. Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoque peribit.

Universidad de Deusto Biblioteca

In omnes fingetur formas. Ouid.14.Metam.137.
Exprimere formam quam mente acceperis. Quintil.lib.2.cap.7.3.
Fit minor annis forma. Ouid.2.de Arte,
  Forma bonum fragile est: quantumque accedit ad annos,
Fit minor, & spatio carpitur illa suo.
Fucata formam. Lucan.lib.10.28.
Immutata forma, Vide IMMVTO.
Induta forma hominum belluæ, Vide INDVO.
In formis aliis dignitas inest, aliis venustas. Cic.1.Offic.151.
A forma remoueatur oïs viro non dignus ornatus. Cic.1.Offic.181.
Noui formam, Vide NOSCO.
¶Forma. Pulchritudo. Terent.Eunuc.2.3.83.
  Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neque scit qui sies:
  Præterea, forma, ætas ipsa est, facilè vt pro eunucho probes. Virgil.11.
  Aeneid. Cui neque fulgor adhuc, necdum sua forma recessit.
Clarissima forma. Ouid.14.Metam.159.
Conspicuus forma, Vide CONSPICVVS.
Decora forma. Ouid.2.Metam.155.
Diuitior forma. Ouid.6.Metam.91.
Egregius forma iuuenis. Virg.6.Aeneid.171.
Insignis forma. Virg.5.Aeneid.57.
Laudatissima forma. Ouid.epist.18.27.
Præstantissima forma. Ouid.15.Metam.26.
Candor formæ. Ouid.1.Metam.150.
Eximium decus formæ. Stat.1.Achill.58.
Dignitas formæ coloris bonitate tuenda est. Cic.1.Offic.181.
Dotes formæ. Ouid.epist.15.62.
Gratia formæ. Ouid.7.Metam.9.
Pulchritudo formæ. Quintil.lib.2.cap.15.5.
Forma & species liberalis. Cic.pro Cælio,4.
Forma bona. Terent.And.1.1.91. Interea inter mulieres quæ ibi aderãt,
  fortè vnam aspicio adolescentulam,
  Forma: SO. bona fortasse. SI. & vultu Sosia
  Adeò modesto, adeò venusto, vt nihil supra. Vide BONVS.
Forma egregia. Terent.And.1.1.45,
  Interea mulier quædam abhinc triennium
  Ex Andro commigrauit huic viciniæ,
  Inopia & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atque ætate integra.
Eximia forma puer. Cic.5.Tuscul.86.
Eximiæ correptus imagine formæ. Ouid.4.Metam.136.
Fugax forma. Senec.Hipp.6.4.
Honesta & liberalis forma. Terent.And.1.1.95,
  – & quia erat forma præter cæteras Honesta & liberali.
Indigna est pigro forma perire situ. Ouid.2.Amor.eleg.3.3.
Luculenta forma, Vide LVCVLENTVS.
Neglecta forma. Ouid.1.de Arte aman.102.
Nitida forma picturæ. Vide NITEO.
Perfectissima forma. Quintil.lib.1.cap.10.31.
Forma pulcherrima. Virgil.1.Aeneid.16.
  Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
  Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.
Quotidianæ formæ. Terent.Eunuc.2.3.6, Tæder harum quotidianarum formarum.
Forma stata & vxoria. Gellius, lib.5.cap.11, Inter enim pulcherrimam fœminam & deformissimam media quædã forma est, quę à nimiæ pulchritudinis periculo, & à summo deformitatis odio vacat: qualis à Quinto Ennio in Menalippa, perquàm eleganti vocabulo stata dicitur, quæ neque κοινὴ (id est communis) futura sit, neque ποινὴ (id est pœna) quam formã modicã & modestã Fauorinus nõ me hercule inscitè appellat vxoriam. Encius autem in ista, quam dixi, tragœdia, eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma forent.
Superba forma. Ouid.epist.20.7.
Puer virginea forma. Ouid.3.Metam.122.
¶Adiuuare formam cura, Vide ADIVVO.
Auferre formam. Vide AVFERO.
Laudare formam alicuius. Cic.Lent.lib.1.9.73. Ex Terentio.
Laudata forma. Ouid.epist.15.27.
Perdere formam. Vide PERDO.
Polluere formam. Tibull.lib.1.eleg.9.4.
Aetas formam populabitur. Ouid.de Medicam.faciei,9.
Veteres, inquit Donatus, ignem & calorem quendam, quasi feruorem, dixerunt formam: & ideò fornaces, forcipes, formam, & formosos: ex quibus ignis amoris exoritur.
Tangi forma. Ouid.10.Metam.120, Nec forma tangor: poteram tamen hac quoque tangi.
¶Forma, Metaphoricè pro effigie vel idæa. Cic.lib.1.Offic.14. Formã quidem ipsam Marce fili, & tanquam faciem honesti vides. Idem,2, de Finib.79. Habes vndique expletam & perfectam Torquate formã honestatis, quæ tota his quatuor virtutibus, quæ à te quoque commemoratæ sunt, continetur.
In breuem formam contrahi. Ouid.5.Metam.92.
Ad formam. Plin.lib.9.cap.23.1. In Gallia septentrionali murenis omnibus dextra in maxilla septenæ maculæ, ad formam Septentrionis, aureo colore fulgent. Idem lib.4.cap.12, Peninsula ad formam gladii in transuersum porrecta.
Innumerabiles penè sunt formæ figuræque dicendi specie dispares, genere laudabiles. Cic.3.de Orat.21.
Exprimere quandã formã, figuramq; dicendi. Cic.2.de Orat.55.
Forma honestatis & similitudo. Cic.5.de Finib.123.
Ingenii forma admodũ impolita & planè rudis. Cic.de Clar.Orat.163.
Lucebat ingenii forma, & exercitatione perfecta erat. Cicero de Claris Oratoribus,183.
In formã latrocinii. Liu.2.ab Vrb.211, Res proximè in formã latrocinii venerat. Vetera exemplaria scripta non habent præpositionem IN.
Laudationum, scriptionum, historiarum, & suasionum formæ. Cicero in Oratore,20.
Officii forma. Cic.1.Offic.134.
Rerum publicarum forma. Cic.Attico, lib.6.114.6.
Forma Senatusconsulti vltimæ necessitatis. Liu.3.ab Vrbe, Tantum terrorem incussere Patribus, vt (quæ forma Senatusconsulti vltimæ semper necessitatis habita est) Posthumio alteri Consulum negotium daretur, videret nequid detrimenti Resp. caperet.
Temporum & Reipublicæ forma. Cic.Appio, lib.3.11.12.
Habere formã & speciẽ ipsam tyrannorũ. Cic.pro L.Manil.43.
¶Forma; Species apud Oratores. Quintil.lib.7.cap.5. Abdicationũ formæ sunt duæ, altera criminis perfecti, altera imperfecti, &c.
Scelerum omnes comprehendere formas. Virg.6.Aeneid.125.
¶Forma, Regula. Virg.6.Aeneid. – ne quære doceri,
  Quam pœnam, aut quę forma viros, fortunáve mersit. Vbi Seruius, Forma, regula. singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur.
Censualis forma, qua cauebatur vt agri in censum referrentur. Vlpianus in L.Forma. ff.de Censibus.
Iurisdictionis forma. Callistratus in L. Diuus Pius. ff. Ad legem Corneliã de falsis, Si plus eos meruisse videaƚ quàm ex forma iurisdictionis pati possint: vt imperatori describaƚ, æstimaturo, quaten⁹ exerceri debeat.
Prouinciæ forma, significat fines & contributa loca. Vlpian. in L. Relegatorum. ff. de Interdictis & relegatis, In insulam relegare Præsides prouinciarum possunt sic tamen, vt siquidem insulam sub se habeant, id est ad eius prouinciæ formam pertinentem, quam administrãt, etiam specialiter insulam adsignare possunt, inque eam relegare.
¶Forma. apud Columellam in qua exprimiƚ caseus: lib.7.cap.8. de conficiendo caseo, Liquor in fiscellas, aut in calathos vel formas transferendus est. Ibidem, Deinde vbi formis aut calathis exẽptus est. Ibidem, Vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur.
Forma, est Deliniatio futuri ædificii. Cic.pro Cælio, lib.2.7.4, Ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed vt ab homine longè in posterũ prospiciente, futura expecto: vt ex tuis literis quum formam Reipublicæ viderim, quale ædificium futurum sit, scire possim. Budæus.
Forma buxea. Vide BVXVM.
Formæ sutorum. Horat.2.Serm.Saty.3.22.
  Siquis emat citharas, emptas comportet in vnum,
  Nec studio citharę, nec Musæ deditus vlli:
  Si scalpra, & formas non sutor, &c.
Capacissima forma. Quintil.lib.1.cap.10.31.
¶Accipere formam aratri dicitur vlmus. Virg.1.Georg.34.
  Continuò in syluis magna vi flexa domatur
  In burim, & curui formam accipit vlmus aratri. Id est, formatur in aratrum, ab ipso scilicet artifice.
Accipere formam rectè loquendi. Quintil.lib.2.cap.4.12.
Dare formam loquendi. Quintil.lib.1.cap.6.10.
  Habere formã suadendi. Quintil.lib.3.cap.4.8.
In formam cadere, Vide CADO.
Per literas vel formas distinguere. Colum.lib.7.cap.9. Siue per literas, siue per formas vnumquenque fœtum cum matre distinguat.
Forma calcei ceruicẽ percussit. ff. ad L. Aquiliã. L.5. §. Sed etsi, &c.
Fórmula, huius fórmulæ, pen.corr. Diminutiuum, Parua forma. Plautus Persa,6.48.
  Tempori hanc vigilare oportet formulam atque ætatulam:
  Ne vbi capillus versipellis fuat, fœde semper seruias.
¶Formula dicẽdi, pro Stylo & ratione loquẽdi. Cic.de Opt.gen.Orat. 148. Et ad quã eos quasi formulã dicendi reuocẽt, intelligant. Cic.lib. 3.Offic.24. Formula quædam constituenda est: quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus.
Nota cuiusque generis & formula. Cic.in Orat.41.
Formulam disciplinæ componere. Cic.1.Acad.25.
Constituere formulam quam sequamur. Cic.3.Offic.24.

Formulam

Formulam aliquam scribere de vinearum iugeribus. Varro.1.de Re rust. cap.18.1. Quintil. Colophum tibi dicam, & formulam scribam, quòd caput durum habeas.
Formula cognitionis. Liuius 10.belli Maced. Vis hanc formulã cognitionis esse, vt vter timuerit, ne alter videretur dignior regno, is consilium opprimendi fratris indicetur cepisse?
Formula deditionis. Liu.1.ab Vrbe,169, Deditos Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam esse, Rex interrogauit, Estisne, &c.
Fiduciæ formula. Cic.Trebatio, lib.7.12.3. Vbi porrò illa erit formula fiduciæ, Vt inter bonos bene agier oportet. Hoc ẽ, lex fiduciaria, inquit interpres: formula enim pro lege & institutione ponitur.
Norma iuris, aut iudicii formula. Cic.2.de Orat.95.& 96. Plura.n. multo homines iudicãt odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracũdia, aut dolore, aut lętitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mẽtis: quàm veritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicii formula, aut legibus.
Formula pacti & conuenti. Cicero pro Cecinna,38.
Postulationum formulæ vsitatæ. Cic.4.Verr.104.
Formula sponsionis. Cice. pro Roscio Comœdo,7.
Testamentorum formulæ. Cic.1.de Orat.88.
¶Cadere formula. Quintil.lib.3.cap.6.50.
Stipulationum & iudiciorum formulas componere. Cic.1.de Legib.21.
Iura & formulæ de omnibus rebus constitutæ. Cic.pro Quint.14.
Edita formula damni dati. Pli.li.9.ca.57.3. ferunt discordẽ sociũ duci insidiatum pulchre noto cepisse malefica volũtate: agnitũ in macello à socio, cuius iniuria erat, & dati dãni formulã editã, condemnatumq;, &c.
Formula excidere, apud Suetonium, Idem quod Cadere causa. Vide CADERE CAVSA.
Præscriptum aliquod aut formulam exprimere. Cic.in Orat.20.
Formulam intẽdere, Significat quod alio loco expositũ est, dicã impingere, vel dictare actionẽ. Suet.in Vitellio, Quũ libertino cuidã acerbius debitũ reposcẽt, iniuriarũ formulã, quasi calce ab eo pepulsus, itẽdisset.
Protulit de dolo malo formulas Aquilius. Cic.2.de Orat.52.
Formula hæc multos tenet. Horat.2.Serm saty.3.9.
  – hæc magnos formula reges Excepto sapiente tenet.
Formularius, huius formularii. Quinti.in duodecimo, Quorum alii ad rubricas vel ad album se transtulerunt: & formularii, vel (vt ait Cicero) leguleii esse maluerunt.
Formósus, pe.prod. Adiectiuũ, (εὔμορφος, εὐειδής, εὐχάριτος,) Pulcher. Cic.1.de Nat.deo.106. Est enim vis tanta naturæ, vt homo nemo velit nisi hominis similis esse: & formica formicæ, quotus enim quisque formosus est? Virg.eclog.2.1. Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Cic.6.Verr.119. Mulierum nobilium & formosarum gratia.
Formosus & Deformis, contraria. Cic.1.de Inuent.52.
Formosus & pulcher. Cic.1.de Natu.deor.35.
Formosa acies, Vide ACIES.
Adonis formosus, Vide ADONIS.
Annus formosissimus. Virg.eclog.3.12.
Boues formosæ. Ouid.1.de Arte amandi,59.
Comæ formosæ. Ouid.1.Amor.eleg.14.7.
Dies formosus. Ouid.epist.21.25.
Mulier formosa. Horat. de Arte poetica,1.
Os formosum. Ouid.3.Metam.93. Ab os, oris.
Puella formosa. Tibull.lib.1.eleg.1.11.
O formose puer. Virg.eclog.11.4.
Virgines formosæ. Cic.2.de Inuent.122.
Vultus formosus. Ouid.2.Amor.eleg.1.7.
Hedera formosior alba. Virg.eclog.7.8.
Formósitas, pen.corr. huius formositátis, (εὐμορφία,) Cic.1.Offic.126. Idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionẽ apto. De decoro loquitur.
Formãlis, & hoc formãle, pen.prod. (εἰδικός,) Suet.in Domit.cap.13. Pari arrogantia, quum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit, Dominus & deus noster sic fieri iubet.
Formalis temperatura æris. Plinius lib.34.cap.9.1. Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarii vicesima, maximeque ita colorem bibit quem Græcanicum vocant.
Formo, formas, (μορφόω, σχηματίζω,) formare. Ci.4.Academ.211. Parmenides ignem qui moueat terram quæ ab eo formetur. Plin.lib.10.cap. 63.5. Quo maius est animal, tanto diutius formatur in vtero.
Formata in offam. Colum.lib.6.cap.25. Potest etiam cũ arida fico & eruo conteri herba santonica, & formata in offam, sicut saliuatum demitti.
Formare classem. Virg.9.Aeneid.
  Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
  Aeneas classem.
Imaginem formare. Cic.pro Sestio,14.
Quæ inter se discrepant, iisdem præceptis atque in vna institutione formari non possunt. Cic.3.de Orat.20.
Ad studium formare aliquem. Virg.3.Georg.32.
In muliebrem figuram, habitumque formari. Cic.4.Verr.60.
Animos iudicum in eum, quem volumus habitum formare, & velut transfigurare. Quintil.lib.6.cap.2.2.
Capillos lapsos formare. Propert.lib.1.eleg.3.5.
Formare carmen, epistolam, orationem alieno ingenio: quod nostrates pueri dicunt chifrare, facere fabricari. Suet.in Domit.cap.20, Epistolas, orationesque & edicta alieno formabat ingenio. Id est, in iis componendis aliena opera vtebatur, siue per alium componebat.
Formare consuetudinẽ exercitationis assiduitate. Cic.1.Acad.30, Morũ autem putabant studia esse, & quasi consuetudinẽ, quã partim exercitatiõis assiduitate, partim rõne formabãt, (quib⁹ erat Philosophia ipsa.
Corpora ad quosdam membrorum flexus formari nisi tenera non possunt. Quintil.lib.1.cap.1.17.
Formare disciplinam. Quintil.lib.4.in Prolog. Vt tui, meique filii disciplinam formare, satis putaremus. Idem, lib.10.cap.2. Omnis disciplinæ initia ad propositum sibi præscriptum formari videmus.
Gaudia formare tacita mente. Ouid.3.Amor.eleg.6.13.
Formare hominem in suos mores. Liu.3.ab Vrbe,146. Suo iam inde ingenio viuere cœpit: nouosque collegas iam prius quàm inirent magistratum, in suos mores formare.
Formare ignarum dictis. Ouid.3.Metam.58.
  Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis Formarat.
Formare iuuentutem. Plin.in Paneg.45. Quid vitam? quid mores iuuentutis quam principaliter formas?
Mentes formandæ studiis. Horat.3.Carm.ode.24.11.
Formare se in alicuius mores. Liu.1.ab Vrbe,85, Et quum ipsi se homines in regis velut vnici exempli, mores formarent.
Orationem formare, eamque variare & distinguere, oratoris est. Cicero,2,de Orat.36.
Exercitatione & stylo formãda nobis oratio est. Cic.3.de Orat.105.
Animantur atque formantur pueri. Cicero,2,de Diuinatione,134, Perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atq; formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionẽ vitæ casus cuiusque euentusque fingi.
Studia alicuius formare. Quintil.in Procem.lib.1.5.
Verba rectè formare. Quintil.lib.1.cap.12.7.
Fingere & formare verba vt mollissimam cerã. Cic.3.de Orat.97.
Varie formare verba, prima persona o litera terminata, ipsa analogia cõfitetur. Quintil.lib.1.cap.6.10.
Verba formari nulla similitudine possunt. Cic.2.de Orat.195. De Memoriæ arte loquitur.
Formatus, pen.prod. Participium, (μεμορφωμένος,) vt Ad morem Dialecticorum formata conclusio. Quintil.lib.7.cap.4.10.
In animis nostris deorũ notiones formatæ. Cic.3.de Nat.Deor.21.
Signum formatum è marmore. Ouid.3.Metam.84.
In animo ea formata habemus, quæ nunquam vidimus. Cicero,2,de Diuinatione,205.
Formãtor, pen.prod. formatõris, Verbale, (κατηχητής,) Qui instruit & format: vt Formator animi, Formator morũ. Colu.in Præfat.lib.1.4. Deniq; animi sibi quisque formatorẽ, præceptoremque accersat. Plin. epist.176.a. Latum clauum in domo mea induerat: suffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat: adhoc ita me dilexerat, ita verebatur, vt me formatore morum, me quasi magistro vteretur.
Formatũra, penult.prod (μόρφωσις,) Lucret.lib.4.112. Formaturaque labrorum pro parte figurat. Idem paulo pòst, Seruat enim formaturam, seruatque figuram.
FORMIAE, (Φορμίαι,) Campaniæ vrbs, sedes olim Læstrigonum, quorum memoria à nonnullis horridę dictæ sunt. Nam hi ab humanis visceribus non abstinuerunt, vt eleganter scribit Ouid. lib.14. Metam. Formiæ (inquit Seruius) quæ ante Hormię, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, id est ab impetu dictæ. Formiæ, Ptolemæo Formæ hodie Nola.
Mœnia Formiarum. Horat.3.Carm.ode.17.2.
Colles Formiani. Horat.1.Carm.ode.20.3.
Formîca, formícæ, pen.prod. (μύρμηξ,) A ferendis micis dicta. Mica verò propriè puluisculus ille qui in arena quasi argẽtum fulget. à quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, micæ dicuntur. Plaut. Trinum.2.6.
  Quid factum est eo? S. comesum,
  Expotum, exutum, elotum in balneis, piscator, pistor abstulit,
  Lanii, coqui, holitores, myropolæ, aucupes: confit citò
  Quàm si tu obiicias formicis papauerem. Vide Plinium lib.11.cap.30. Et Horatium Saty.1.7.
Frugilegæ formicæ. Ouid.7.Metam.127.
Formica anteponenda pulcherrimæ vrbi, quòd in vrbe sensus sit nullus, in formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria. Cic.3.de Natura Deor.28.
Inopi metuens formica senectæ. Virg.1.Georg.38.
Inda cauis aurum mittit formica metallis. Propert.lib.3.eleg.13.1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Formicînus,pen.prod. Adiectiuum,(μυρμήκινος,)Quod ad formicā pertinet. Plautus Menæch.18.12, – nunc cogito
Vtrum medicam ducere,medicum an fabrum:
Atque eccum incendit,mouet formicinum gradum.

Formicōsus,pen.prod. Adiectiuum,(μυρμηκώδης,)Plenū formicis. Plin. lib.10.cap.74.5,Dissident thoes & leones, & minima æque ac maxima. Formicosam arborem sorices cauent.

Formicatio,formicationis,(μυρμηκία,)Vitiū corporis,quod Græci μυρμηκίαν vocant,quum parua tubercula rotunda & pinguia corpus infestant. Plin.lib.28.cap.7.2,Capilli mulierum si crementur,&c.cinere eo panos,&c.sanguinemque sistit illico, & formicationes corporum. Dicta formicatio,quòd velut exesse carnem formicæ videantur. Idē lib.30.cap.8.6,Verendorum formicationibus, verrucisque medetur arietini pulmonis mactati sanies.

Formicans,pen.prod.formicantis,(μυρμηκίζων,) Quod formicarū currentium modo sentitur: vt Pulsus formicans,qui omnium maximè lethalis est. Plin.lib.7.cap.51.1,Venarum inæquabili aut formicāte percussu. Id est,arteriarum sese attollentium & dimittentium,ita vt veluti formicæ currentes sentiantur in pulsu.

Formîdo, formidinis,fœ.gen.(ὑπόπτησις,κακότης,)Cic.4.Tusc. 31,Formidinē,metum permanentem diffiniunt. Hora. 1.epist.17.11,Tu nihil admittes in te formidine pœnæ. Plaut.Amph. 4.183,Neque miser me commouere possum pre formidine.

Pauidus formidine pœnæ. Virg.3.Georg.74.
Plenus formidinis homo. Cic.Attico,lib.9.181.2.
Fugæ & formidines. Cic. Attico,lib.8.166.2, Omnino intelligo,nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse literis.
Atra formido. Lucret.lib.4.35.
Subita & improuisa formido. Cic.de Prouinc.Consul.35.
Turpis formido. Virg.2.Aeneid.80.
Animus formidine diuûm contrahitur. Lucret.lib.5.245.
Subita formidine sanguis diriguit. Virg.3.Aeneid.52.
Horribiles formidines ex ignoratione rerū existūt. Cic.1.de Finib.97.
Impendent formidines ab nostris. Vide IMPENDEO.
Inicere formidinem alicui, Vide INIICIO.
Intendebat formidinem. Tacit.lib.18.
Minas iactare, formidines opponere. Cicero pro Quintio, 26, Vide OPPONO.
Animus formidine perterritus. Quintil.lib.7.cap.4.13.
Posita formido in vita improbis. Cic.3.in Catil.80,Itaque vt aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos eiusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt,&c.
Ancipiti mentem formidine pressus. Virg.3.Aeneid.10.
Incommodorū formidines proponere. Cic.7.Verr.18, Reperietis idcirco hæc in vno hoīe pecunioso tot constituta,vt cæteris formidines si militū incommodorū atque exempla periculorum proponerentur.
Immissa rumpit formidine somnos. Silius lib.3.34.
Perpetua soluent formidine terras. Virg.eclog.4.14.
Terrere aliquem formidine. Ouid.4.Metam.161.
Cassa formidine torpens. Lucret.lib.3.200.

Formîdo,formidas,pen.prod.(ὑποπτήσσω,πτώσσω,καταπτώσσω,) formidare,Pauere,timere. Plaut.Cistel.10.21,Nam & intus paueo,& formido foris. Cic.2.Philipp.75.

Formido mihi,ne scilicet aliqd mali mihi accidat. Plaut.Amphit.17.61.
Ego cunas recessim rursum prorsum trahere & ducere,
Metuens pueris,mihi formidans.
Formidat auro,ne surripiatur. Plaut.Aulul.2.6, Auro formidat Euclio, abstrudit foris.
Formidat animus,tandiu,&c. Plaut.Bacchid.5.3,
– meus formidat animus nostrum tandiu
Ibi desidere,neque redire filium.
Iracundiam alicuius formidare. Cic.Attico lib.9.169.3.
Formido malum. Plaut.Amphit.3.27, Non minus quàm vestrum quiuis formidat malum.
Formido malè ne. Plaut.Amphit.4.150. – formido malè
Ne ego nomen commutem meum,& Quintus fiam è Sosia.
Idem Cistell.10.4, Quæ in tergum meum ne veniat, formido malè.
Idem Asina.9.55.
Formido miser ne hic me tibi arbitretur
Suasisse,sibi ne crederes.
Formido illum nimis malé. Plaut.Capt.15.5,
Quasi lupus esuriens metui ne in me faceret impetum,
Nimisque hercle ego illum malè formidabam,ita frendebat dentibus.
Verbera formidauere. Stat.5.Sylu.3.37.

Formîdans,pen.prod.Participium, (ὑποπτήσσων,) vt Cerui formidantes. Ouid.15.Metam.95.

Formidâtus,pen.prod.(ὑποπτηκτος,)Aliud Participium: vt Classe formidatus. Horat.3.Carm.ode.6.3.

Manus formidatæ. Ouid.1.Amor.eleg.7.13.

Formidolôsus,pen.prod.Adiect.(κατάφοβος,ψοφοδεής,)Actiuè & passiuè sumitur. Actiuè,Qui formidat. Terent.Eunuc.4.6.18.
– num formidolosus obsecro es mi homo? C. apagesis,
Ego formidolosus? nemo est hoīum,qui viuat,minus. Columel.lib.6. cap.1.12,Nec ad ingredienda flumina,aut pontes formidolosi.
Formidolosior hostium miles,apud Tacitum,lib.1.qui magis formidat.
Passiuè,Qui formidat. Sallustius,Regibus boni quàm mali suspectiores sunt,semperque iis aliena virtus formidolosa est. Cic.4.Tuscul. 81,Conseruatio stabilis iudicii in iis rebus quæ formidolosè videtur. Tacit.lib.11,Formidolosum paci virum insignem,& ignauo principi prægrauem. Idem lib.13,Formidolosum id imperatori dictitans. Idē lib.17.19.Et in vita Agricolæ.
Bellum formidolosissimum. Cic.in Pisonem,45.
Formidolosum facinus,& formidolosissimum bellum,Maximè timēdum. Plaut.Amphit.17.65.
Mira memoras,nimis formidolosum prædicas facinus.
Nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis. Cicero pro Lege Manil.43.Ad bellum maximum,formidolosissimumque pro Consule mitteretur?
Horribilis & formidolosus locus & consessus alicuius. Cic.pro Cluēt.4.
Dubia & formidolosa tēpora. Cic.7.Verr.1,Ita enim causa cōstituit,prouinciā Siciliā virtute eius & vigilātia singulari dubiis formidolosisq; temporibus à fugitiuis atque à belli periculis tutam esse seruatam.

Formidolôse,pen.prod.Aduerbium,(κατασόβως,) Cic. pro Sestio,34. Eos qui plurimū possent,opponi omnibus concionibus falsò,sed formidolosè tamen,authores ad perniciem meam.

Formidâbilis,& hoc formidabile,pen.corr.(φρικτός,) Ouid.2.Metam. 172.Nullæ in fronte minæ,nec formidabile lumen.
Orcus formidabilis. Ouid.14.Metam.24.
Serpens formidabilis. Ouid.2.Metam.35.
Ridens formidabile. Stat.8.Thebaid.117.

Formidatio,huius formidationis,Verbale,(φόβος,)Cic.in Part.7. In suasione autem,aut spem,aut formidationem deliberantis. Quædā exemplaria legunt reformidationem:quædam reformationem.

PHORMIO,(φορμίων,)Ptolemæo Istriç fluuius: hodie Cisanus, vulgò Cesano.

Formo, formas, Formosus, Formula, Vide FORMA.

Fornax, huius fornâcis,pe. pro.f.g.(κάμινος,χωνευτήριον,χόανος,) Latinè dicitur quod Græcè caminus. Plin.lib.9.cap.38.2, Longinque fornacis cuniculo. Idem lib.11.cap.36.1. In Cypri ærariis fornacibus ex medio igni, &c.

Ardentes fornaces. Cic.1.de Nat.Deor.144, Sunt quædā etiā quæ igne nasci putentur,apparentq; in ardentibus fornacibus sæpe volitātes.
Calidæ fornaces. Lucret.lib.6.30.
Cauæ fornaces. Lucret.lib.6.41.
Longinqua fornax, Vide in LONGVS.
Profunda fornax. Ouid.2.Metam.46.
Sulfureis ardet fornacibus Aetna. Ouid.15.Metam.68.
Vaporiferæ fornaces. Stat.1.Sylu.3.9.

Fornácula,pen.corr.Diminutiuum:(καμίνιον,) vt Magna est fornacula. Iuuenalis,Saty.10.9.

Fornaceus,Adiect.(καμινοειδής,)Factū in modum fornacis. Plin.lib.35. cap.14.1,Quid?non & in Africa Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant fornaceos,quoniā fornacum modo circundati vtrinq; duabus tabulis,infarciuntur verius,quàm instruuntur,æuis durant,incorrupti imbribus,ventis,ignibus,omniq; cæmento firmiores?

Fornacarius,huius fornacarii,(μυλωθρός,)Idem quod pistrinarius vel pistor. In libro Digestorum,L. Si fornacarius.

Fornacalia,fornacaliorum,n.g.(καμινάλια,)Feriæ sunt (inquit Festus) institutæ farris torrendi gratia,quod ad fornacem,quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Idem alibi, Fornacalia sacra erant quū far in fornaculis torrebant. Seruius autem Grāmaticus author est apud Priscos molarum vsum non fuisse:fruges enim torrebant,& deinde in pilis pinsebant,& hoc erat molēdi genus,quod & suo tempore adhuc factitatum esse ait. Plin.lib.18.cap.2.2,Is & fornacalia instituit. Ex Budæo. Ouid.2.Fast.106. Idem,6,Fast.63.

Fornix, huius fórnicis,pen.corr.m.g.(καμάρα,ψαλίς,)Arcus in ædificiis,& quodcunque opus concameratum. Cic.2.Verr.12, Videt ad ipsum fornicem Fabianum. Idem in Topic.10, Non debebit prestare quod fornix vitii fecerit. Plin.lib.33,ca.4.5. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis. Virg.6.Aeneid.126, Mœnia conspicio,atque aduerso fornice portas. Idem,10.Aeneid. 159,Aut amnis ripis,aut alti fornice saxi.

Fornices,(περίγυοι,)erant arcus in memoriā rerum à triumphalibus viris gestarum extructi,quasi monumenta victoriarum. Cicero lib.2.de Oratore,149.Etiam illa ridentur quę minuendi, aut augendi causa, ad incredibilem admirationē efferuntur:velut tu Crasse in concione,
ita

ita sibiipsum magnum videri Memmium, vt in forum descendens caput ad fornicem Fabii demitteret. Hæc Budæus. Cic.4.Verr.109.Huius fornix in foro Syracusis est,in quo nudus filius stat.

¶Fornix,aliquando pro lupanari ponitur,quòd sub fornicibus habitare consueuissent meretrices. Sene.lib.1.Cōtrouersiarum, Redoles adhuc fuliginem fornicis. Iuuenal.saty.3.16.Lenonum pueri quocunque in fornice nati. Idem Saty.12.18.
Olenti in fornice stantem. Horat.1.Serm.saty.2.6.

Fórnico,fornicas,pen.corr.(καμαρόω,)fornicare, Fornices facere. Plin. lib.11.cap.10.4.Ruentes ceras fulciūt pilarum intergerinis à solo fornicatis,ne desit aditus ad sarciendum. Idem lib.16.cap.42.1.Populus contra omnia inferiora pandatur,palma è contrario fornicatur. Hoc est,sursum versus curuatur in modum fornicis.

Fornicatus,Participium,(καμαρωτός,)vt Paries fornicatus. Cice.in Topic.10. Omnibus est ius parietem directum ad parietem communem adiungere,vel solidum,vel fornicatum.

Fornicarius,huius fornicarii,Dicit opifex & propola siue institutor, qui tabernas à fisco conducit sub fornicibus, vt ibi merces suas vænales habeat:cuiusmodi esse solent in porticibus fori venalium,id est macelli, quas sallas appellant. In Pandectis,L. Cum quidam §. Fiscus.ff.De vsuris,Fiscus in suis contractibus vsuras non dat,sed ipse accipit,vt solet à fornicariis qui tardius pecuniam inferunt. Budæus.

Fornicatio,Verbale,(περιεία,)Fornicis structura. Sene.91. Societas nostra Lapidum fornicationi similis est,quę casura,nisi inuicem obstarēt, hoc ipso sustinetur.

Foro, foras,(τρύω,τρυπάω,τιτράω,)forare, Penetrare,& quasi in forum exire. A foris enim deriuatur. Plautus Mostell.2.52.
O carnificiam cribrum quod credo fore,
Ita te forabunt patibulatum per vias. Colu.lib.5.cap.10.14.
Amygdala si parum ferax erit,forata arbore lapidem adiicito, & ita librum arboris inolescere finito. Idem lib.8.cap.3. Foratis duobus aduersis parietibus. Sic lib.9.cap.7.5.

Forâbilis,& hoc forabile,penult.correp.Adiectiuum,(τρηπτός,)vt Nullo ictu forabilis. Ouid.12. Metam.34.Contemptor ferri,nulloque forabilis ictu.

Fors, ô fors,à forte,fœm.g.(τύχη,)Est,vt inquit Nonius,casus temporalis. Fortuna,ipsa dea. Accius Astyanacte,Itera in quibus partibus,nanque audire volo,si est quem exopto,& quo captus modo,fortunáve,an fortè reperitur. Idem Andromeda,Multi in quo mulier animo sibi mala efferre in malis,quib* natura praua magis, quàm fors aut fortuna obfuit. Lucil.Saty.lib.13.Cui parilem fortuna locum,fatúmque tulit fors. Idem eodem,
Aut forte omnino ab fortuna vincere bello,
Si forte ac temere omnino quid cursum ad honorem. Varro epistola ad Fusium. Dii quæso fors fortuna quantis commoditatibus hunc diem. Virg.1.Aeneid.77.Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Domina campi fors. Cic.in Pisonem,2.
Fors in aliquibus rebus plusquam ratio potest. Cic.Atti.lib.14.308.8.
Fors fuat pol. Terent.Hecyra,4.3.4.
Isthuc est sapere,qui vbicunque opus est,animum possis flectere.
Quod faciundum fortasse sit pòst,idem hoc nunc si feceris.
5.Fors fuat pol. Vbi Donatus,Fors fuat,fortuna faueat,quasi τῷ ἐφημέρῳ, aduersus triste dictum vsa est,nam fors,fortuna bona est. Et fuat, sit significat,dixerat enim,Quod faciēdum sit fortasse. Et iterum,Fors fuat pol.id est,bona eueniat:quasi τῷ ἐφημέρῳ dicat. Bona dicito potius. An bona fortuna sit per Pollucem? Idem Adel.4.7.23.Illud quod cecidit forte,id arte vt corrigas. Vbi Donatus, Forte, pro fortuna intelligendum. Idem Phorm.5.1.30.
Di vostram fidem,quàm sæpe fortè temere
Eueniunt quæ non audeas optare.

¶Fors,pro Fortuna. Cice.ad Atticum, lib.4.79.4. Sed de illa ambulatione fors viderit,aut siquis est,qui curet,deus. Eidem libro,8.145.4. Eundum vt quencunque fors tulerit casum,subeam potius cum iis qui dicuntur esse boni,quàm videar à bonis dissentire. Eidem,libro, 14 308.8. Sed hæc fors viderit ea,quæ talibus in rebus plus quàm ratio* potest. Eidem li.7.133.4.Sed hæc vt fors tulerit. Liu.1.ab Vrbe,197. Vni se ex Sabinis fors dare visa est,priuato cōsilio imperii recuperādi.
Mala fors. Cæsar 8.belli Gall.45,Cuius mala fors incidit Rhemis,quibus illa dies fungendi muneris obuenerat. Sic Liuius 1.ab Vrbe, 197.
Fors fortuna,pro Fœlici casu & prospero. Terent.Phorm.5.6.1,
O fortuna,ô fors fortuna quantis commoditatibus,
Quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem.
Vbi Donatus,Fortuna,dicta est incerta res:fors fortuna, euentus fortunæ bonus. Idem,Aliud fortuna est,aliud fors fortuna. nam fors fortuna,est cuius diem festum colunt,qui sine arte aliqua viuunt:huius ædes trans Tyberim est. Cic.2.de Diuin.27.Quid est tandem quod casu fieri,aut forte fortuna putamus? Terent.Hecyra,3.3.26.
Quæque fors fortuna est,inquit,nobis quæ te hodie obtulit,
Per eam te obsecramus ambæ,si ius,si fas est,vti
Aduorsa eius per te tecta,tacitaque apud omnes sient. Vbi Donatus. Fors fortuna,ὑφ' ἧς,id est subita fortuna. Et fortuna,in incerto: fors fortuna,in bono ponitur.
Forte fortuna. Plaut.Milit.6.16, Forte fortuna per impluuium huc despexi proximum,&c. Terent.Eunuc.3.5.20,
Quid multa verba? amare cœpi:forte fortuna domi
Erat quidam Eunuchus,quem mercatus fuerat frater Thaidi. Ibidem 1,2,54, – forte fortuna adfuit
Hic meus amicus.
Vbi Donatus,Forte fortuna.Id est,bona fortuna.

Fortè,Aduerbiū,(τυχὸν,ἄρα,συμβὰν,τυχόν,)Hoc est casu & veluti per sortem. Plaut.Amphit.7.63.Ibi fortè istum si vidisses quēdam in somnis Sosiam. Idem Merc.11.65.
Si ibi amare fortè occipias,atque item eius sit inopia,
Iam tu inde porrò aufugies. Idem Curcul.7.58,
Postquam mihi responsum est,abeo ab illo mœstus ad forum,
Me illo frustra aduenisse. forte aspicio militem: aggredior hominem. Terent.And.1.1.53,
Qui tum illam amabant,fortè(ita vt fit)filium
Perduxêre illuc secum,vt vna esset,meum. Ibidem,5,4,21,
Atticus quidam olim naui fracta apud Andrum eiectus est,
Et isthæc vna parua virgo. tum ille egens forte applicat
Primum ad Chrysidis patrem se. Ibidem,1.1.91,
– interea inter mulieres
Quæ ibi aderant,fortè, vnam aspicio adolescentulam. Idem Heaut. 2,3,31. Sic Liu.1.ab Vrbe,29,Forte euenit vt,&c. Et,201,Forte ita inciderat,ne,&c. Cic.pro Cluent.112. Virg.7.Aeneid.23.
Ne fortè hoc magnum ac mirabile videatur. Cic.2.de Orat.103.
Ne fortè me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirêre. Cicero Qu. fratri,lib.1,2,5.
¶Fortè vsurpatur in his rebus quæ acciderūt illæ quidē, sed incerta de causa: præterquā cū his dictionibus,si,nisi,& relatiuo quis vel quæ.
Nisi fortè. Cic.pro Flacco,15. Et,2,de Nat.Deor.235.
Siquis vestrum Iud.aut eorum qui adsunt fortè miratur. Cic.1.Verr.1.
Forte,pro fortasse. Cicero,3,de Oratore. Vereor ne nihil sim tui nisi supplosionem pedis imitatus, & pauca quædam verba, & aliquem si fortè motum.

Forsan,forsitan,fortassis,& fortasse,dubitationem habent.

Forsan,Aduerbium,(τάχα,)Terent.And.5.5.1,
Prouiso quid agat Pamphilus,atque eccum. P. aliquis forsan me putet
Non putare hoc verum:at mihi nunc sic esse hoc verum lubet. Virg. 1,Aeneid.
– forsan & hęc olim meminisse iuuabit.

Fórsitan,pen.corr.(τάχα,)Aliud Aduerbium. Terent.Eunuc.1.2.17,
Me miseram,forsitan hic mihi paruam habeat fidem:
Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet. Cic. Forsitan quispiam dixerit,nimne igitur,&c. Quintil.lib.3.cap.9,Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret.

Fortassis,Aliud Aduerbium,(ἴσωσπου,)Cic.Cælio,lib,2.15.18,Sed ego fortassis vaticinor,vt hæc omnia meliores habeant exitus. Plaut.Asin. 9.87. – nemo etiam me accusauit
Merito meo,neque me Athenis alter hodie est quisquam
Cui credi rectè ęquè putent. ME. fortassis:sed tamen me
Nunquam hodie induces vt tibi credam hoc argentum ignoto.

Fortasse,Idem,(ἴσωσπου,)Plaut.Asin.9.93.
– quanquam ego sum sordidatus,
Frugi tamen sum:nec potest peculium enumerari.
ME. Fortasse. Idem Amphit.8.92.
Tu me heri hîc vidisti?
AL. ego inquam,si vis decies dicere.
AM. In somnis fortasse.
AL. imò vigilans vigilantem. Terent.Eunuc.5.9.31.
– tu fortasse,quę facta hîc sint nescis?
T. Scio. Idem Heaut.4.3.37. Idem And.1.1.93. Idem Eunucho, 5.7.19. Quintilianus, Liberos natura omnes, & iisdem constare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilibus ortos, dici potest. Cicero, Raras tuas quidem, fortasse non perferuntur, sed suaues accipio literas. Idem Mario,libro,7,3,19,Habes epistolam verbosiorem fortasse quàm velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remiseris. Idem,1,Verr.12, Fortasse dices, Quid? ergo hæc in te sunt omnia.
Græculus otiosus & loquax,fortasse doctus. Cic.1.de Orat.51.
Puerum inquies,fortasse fatuum,& non grauem,& non cōtinentem. Cic. Attico,lib.6.117.3.
Paulatim mercaris agrum,fortasse trecentis. Horat.2.epist.2.33.

Fortis, & hoc forte,(ἀνδρεῖος,κρατερός,ἄλκιμος,εὐσθενής,ἰσχυρός,κραταιός,)Propriè is dicitur qui est validis virib* præditus.
Fortis ad opera. Colum.lib.6.cap.2.
Fortissimus contra audaciam, Vide A vel AB præpositiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fortissimus contra pruinas. Plin. lib. 14. cap. 2. 3.
Fortis in armis. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 6.
Manu fortis. Ouid. 13. Metam. 72.
Fortis & Ignauus, contraria. Cic. 2. de Na. Deor. 218. Iratum, propitium: lætantem, dolentem: fortem, ignauum: audacem, timidum cognoscit, Vide IGNAVVS.
Fortis Achilles, Vide ACHILLES.
¶ Fortissimus adiutor. Cic. pro Domo sua, 25.
Aetas fortior. Ouid. epist. 1. 22.
Arma fortia. Virg. 10. Aeneid. 146.
Aura fortior. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 8.
Ausa fortia. Virg. 9. Aeneid. 59.
Coloni fortes. Virg. 3. Georg. 57.
Corpora fortia. Virg. 1. Aeneid. 21.
Ductor fortissimus. Virg. 8. Aeneid. 101.
Fortis equus, id est celer. Virg. 11. Aeneid. 141,
 – quid tam egregium, si fœmina forti Fidit equo? Lucret. lib. 3.
 Aut quidnam tremulis facere artubus hœdi
 Consimili in cursu possint, ac fortis equi vis. Nonius.
Fortia facta. Liu. 6. bel. Pun. 194. Virg. 1. Aeneid. Fortia facta patrum.
Fortis familia, Diues. Plaut. Trinum. 17. 8.
 – sed ego hoc nequeo mirari satis,
 Eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam. Hoc est, diuitem & copiosam.
Forte & vehemens dicendi genus. Cic. 3. de Orat. 19.
Impetus animi fortissimus. Cic. 3. de Orat. 18.
Fortis industria. Plin. lib. 11. cap. 37. 55, Hirto corde gigni quosdam homines produnt, neque alios fortioris esse industriæ.
Fortis & virilis inflexio laterum. Cic. 3. de Orat. 122.
Ingenium fortius. Ouid. epist. 18. 2.
Latus forte. Horat. 1. epist. 7. 6.
Nomina fortissima. Silius lib. 17. 100.
Fortibus oculis spirans Martem. Cic. ad Atticum, lib. 15. 326. 2.
Fortis & virilis oratio. Cic. 1. de Orat. 118.
Forti orationi opponitur Placida, summissa, lenis. Cicero, 2, de Orat. 98.
 Non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis, quæ maximè commendat reos.
Tauri fortes. Virg. 1. Georg. 13.
Turmæ fortes. Propert. lib. 2. eleg. 11. 1.
Vir fortis ad arma. Ouid. 2. Fast. 138.
Contra audaciam fortissimus vir. Cic. pro Rosc. Amer. 52.
Fortis vir ad pericula. Cic. pro Fonteio, 28.
Vrbs fortissima. Cic. 12. Philipp. 323.
Fortes fortuna adiuuat. Cic. 2. Tuscul. 15.
¶ Fortis, pro Constante, & magnanimo: à ferendo dictus est: quòd æquo animo ferat aduersa. Plaut. Asin. 5. 1. 11, Qui me vir est fortior ad sufferendas plagas? Virg. 1. Aeneid. 46.
 – fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
Heroum fortissime. Virg. 6. Aeneid. 77.
Animosus & fortis. Cic. de Senect. 65, Ex quo fit vt animosior etiam senectus sit quàm adolescentia, & fortior.
Adolescens bonus & fortis. Cic. 5. Verr. 52.
Animus fortis. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 4.
Fortis, & acris animi magnique vir. Cic. pro Sestio, 36.
Fortis & constantis al est nō perturbari in rebus asperis. Cic. 1. Off. 114.
Fortis & magnus animus. Cic. 1. Offic. 71.
Corda fortia. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 2.
Corda fortissima. Virg. 5. Aeneid. 145.
Acerrima & fortissima Populi Romani recuperandę libertatis cupiditas. Cic. 12. Philipp. 323.
Pectus forte. Virg. 4. Aeneid. 3.
Acerrimæ & fortissimæ sententiæ. Cic. 3. In Catil. 58.
Verba fortia. Propert. lib. 1. eleg. 5. 3.
Fortis vir. Cic. 1. de Finib. 56, Quæ studiosè antiqua persequeris, claris & fortibus viris commemorandis. Terent. And. 2. 6. 14,
 Dum licitum est ei, dumque ætas tulit,
 Amauit, tum id clàm: cauit ne vnquam infamiæ
 Ea res sibi esset, vt virum fortem decet.
Constans & fortis vir. Cic. de Claris Orat. 60.
Magnanimi & fortes viri. Cic. 1. Offic. 91.
Magnitudinem fortissimi viri desyderare. Cic. pro Milone, 52.
Viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus. Cic. pro Rosc. Amer. 81.
¶ Fortis, Formosa. Plaut. Milite, Ecquid fortis visa est?
Fortiter pen. corr. Aduerbium, (ἀνδρείως, ἐῤῥωμένως, ἰφι,) Id est animose, & infracto animo. Plaut. Menæch. 4. 18.
 – quid dona cessant mihi
 Conferre omnes gratulantes, quia pugnaui fortiter? Idem Amphitryone, 15. 32.
 – pugnas pugnatas prolocuta, & Prerelam oppugnatum,
 Nostris occisum mœnibus fortiter. Cic. de Senect. 77, Quem ego meū casum fortiter ferre visus sum.
Animose & fortiter non solum, sed consyderatè etiam, sapienterque facere aliquid. Cic. 4. Philipp. 155.
Accipere fortiter aliquid. Cic. Att. lib. 15. 319. 12.
Defendere fortiter aliquid. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 2.
Liberè & fortiter salutem alicuius defendere. Cicero ad Cornificium, libro, 12. 18. 1.
Constanter & fortiter disputare. Cic. de Prouinc. Consul. 34.
Animo magno, fortiter excellenterq; facere aliquid. Cic. 1. Offic. 89.
Perseuerare fortissime facere aliquid. Cic. pro Quintio, 16.
Fortiter aliquid facere in re militari. Cic. 7. Verr. 3.
Fortiter ferre aliquid. Cic. 11. Philipp. 294.
Fortiter & sapienter, quicquid acciderit ferre. Cic. Att. lib. 14. 309. 8.
Gerere fortiter bellum cum hostibus. Cic. pro Flacco, 76.
Iudicare fortiter. Quintil. lib. 6. cap. 1. 15.
Perire fortiter. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 9.
Resistere fortiter. Quintil. lib. 6. cap. 4. 9.
Vti ense fortiter. Ouid. epist. 11. 20.
Fortius. Plautus Cistell. 7. 15,
 Illæc forti fortuna fortius
 Aures obseræ. Idem Merc. 23. 5, Non abstulit modò, sed in amorem coniecit fortius.
Tormento fortius mittere aliquid. Ouid. 9. Metam. 44.
Fortissimè vlmus seruat rigorem. Plin. lib. 16. cap. 40. 9.
Forticulus, pen. corr. Adiectiuum Diminutiuum. Cic. 2. Tuscul. 70, Quā uis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat.
Fortesco, fortescis (κρατύνομαι) fortescere, Fortem fieri. Næuius, Crescit annis, & fortescunt vires. Gellius lib. 19, cap. 7, De Næuio loquens, Item quòd fortescere posuit pro fortem fieri. Antiquum.
Fortifico, fortificas, penul. corr. (κρατύνω, δυναμόω,) fortificare. Plaut. Fortifica animum.
Fortitúdo, pen. prod. fortitudinis, (ἀνδρεία, ἰσχύς, ἀλκή,) Est, vt inquit Cicero, 2, de Inuēt. 242, Consyderata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Idem, 13. Philipp. 146, Est omnino fortium virorum, quales vos esse debetis, virtute præstare tantum vt possint fortunæ culpā non extimescere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solùm, verumetiam sapientia postulatur, quanquam videntur hæc non posse seiungi, seiungamus tamen. fortitudo dimicare iubet, iustum odium incendit, ad confligendum impellit, vocat ad periculum. Idem. 1. Off. 90. & 3. Offic. 161. Gellius lib. 12. cap. 5, Ea vera & proba fortitudo est, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarū: per quod apparet esse quædā intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, aut sustinendis.
In periculis fortitudo, in negotiis labor. Cic. pro L. Manil. 20.
Comites fortitudinis sunt, Magnitudo animi, grauitas, patientia, rerū humanarum despicientia. Cic. 2. Tuscul. 56.
Viri propria maximè est fortitudo, cuius munera duo maxima sunt, mortis dolorisque contemptio. Cic. 2. Tuscul. 75.
Domesticæ fortitudines non inferiores militaribus. Cic. 1. Offic. 112.
Magnitudinis animi & fortitudinis proprium est, nihil extimescere omnia humana despicere, nihil quod homini accidere possit, intolerandū putare. Cic. 3. Offic. 135.
Erumpit fortitudo in neruum, Vide NERVVS.
Imitatur audacia fortitudinem. Cic. in Partit. 43.
Venientibus malis obstat fortitudo. Cic. in Partit. 41.
Fortitudinem omnem aut in dolore, aut in labore, aut in periculo spectari. Cic. 3. de Nat. Deor. 51.
Non militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem ciuium mentem vindicauit. Cic. Antequā iret in exil. 1.

Fortûna, fortunæ, pen. prod. (τύχη, αὐτοματία, πότμος, ἐσομένων ἀφανεία,) A ccidentium rerum subitus, ac inopinatus euentus. Vide FORS. Plaut. Pœnul. 16. 12, Aliqua fortuna fuerit adiutrix tibi. Plin. de Viris illust. 4. b. Vt fortunam belli experiretur, ac sequeretur, à Tullio in auxilium accersitus, aciē in collè subduxit. Cæsar. 7. bel. Gall. 3. Miseratur communem Galliæ fortunam.
Fortunam definit. Cic. 2. de Diuin. 23, Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid euentus, nisi quum sic aliquid cecidit, sic euenit, vt vel nō cadere atq; euenire, vel aliter cadere atq; euenire potuerit?
Fortunæ vocabulum medium est: sed quum fortunam solam dicimus, intelligimus fœlicitatem.
Crimen fortunæ. Quintil. in Proœ. lib. 6. 12, Nam frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus.
Fluctus fortunæ. Catul. ad Mallium, epig. 63. 3.
Inops fortunæ. Tacit. lib. 4.
Liquidus fortunæ riuus. Horat. 1. epist. 12. 2.
Procella impotens fortunæ. Seneca Agamem. 7. 2.
Fortuna & casus. Cic. 1. de Nat. Deor. 124.

Propria

Propria fortunæ varietas. Cic. 1. de Diuinat. 164.
Belli fortuna. Cic. Bruto, 10. 2.
¶ Aequa fortuna. Horat. 2. epist. 1. 19.
Anceps pugnæ fortuna. Virg. 4. Aeneid. 121.
Ardua fortuna. Claud. 6. Paneg. 3.
Cæca fortuna. Cic. de Amic. 49. Idem 13. Philipp. 350.
Communis propinquis plerunque fortuna. Cic. 1. Offic. 84.
Crudelis fortuna. Silius lib. 13. 79.
Dulci fortuna ebrius. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.
Facillimā fortuna. Virg. 11. Aeneid. 152.
Fatalis fortuna. Cic. pro Sestio, 13.
Fortunatior fortuna. Cice. 2. de Diuinat. 131. Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se fortunatiorem quàm Præneste vidisse fortunam.
Grauis fortuna. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 1.
Indignissima fortuna. Cic. Post red. ad Quir. 5.
Infesta fortuna, Vide INFESTVS.
Infima conditio & fortuna seruorum. Cic. 1. Offic. 64.
Iniqua fortuna lædi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 8.
Fortuna manca. Horat. 2. Serm. Satyra, 7. 18.
Minax fortuna. Iuuen. Saty. 10. 6.
Miserrima fortuna. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 15.
Omnipotens fortuna, Vide OMNIPOTENS.
Prospera fortuna. Horat. 4. Carm. ode 14. 8.
Prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna. Cic. Post red. in Sen. 2.
Prospera, & aduersa fortuna. Cic. 3. de Nat. deor. 129.
Secunda fortuna. Cic. de Aruspic. resp. 50.
Rapax fortuna. Horat. 1. Carm. ode 34. 3.
Tristis fortuna. Ouid. epist. 3. 9.
Quàm vaga volubilisque fortuna, quàm varia vitæ commutabilisque ratio. Cic. pro Milone, 51.
¶ Abuti fortuna, Vide ABVTOR.
Adire fortunam, Vide ADEO.
Adiungere fortunam, Vide ADIVNGO.
Aspirat fortuna labori. Virg. 2. Aeneid. 77.
Committere se fortunæ, Vide COMMITTO.
Committere se timidius fortunæ. Cic. Attico, lib. 10. 173. 12.
Coniuncta virtuti fortuna, Vide CONIVNGO.
Constituit aliquem mearum ineptiarum testē fortuna. Cic. 1. de Orat. 56.
Casu & fortuna aliquid contingere. Cic. 2. Offic. 63.
Crescens fortuna. Stat. 5. Sylu. 1. 24.
Destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Tacit. lib. 4.
Virtutibus fortunam domare. Claud. 5. Paneg. 8.
Elargitur res fortuna. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 8.
Magnam fortunam bene ferre. Horat. 3. Carm. ode 27. 15.
Gubernans fortuna. Lucret. lib. 5. 22.
Habere fortunam, Ouid. 3. Metam. 30. Fortunamque dies habuit satis.
Habere fortunam reuerenter. Ausonius sectione prima, in exhortatione ad modestiam.
 Fortunam reuerenter habe, quicunque repentè
 Diues ab exili progrediere loco.
Maximam vim habet fortuna. Cic. in Parad. 3.
Miserorum fortunam non insectari. Cic. Bruto, 4. 3.
Eadem fortuna viros insequitur. Virg. 1. Aeneid. 49.
Insidians fortuna. Quintil. in Procem. lib. 6. 7. Illud verò insidiantis, quò me validius cruciaret, fortunæ fuit.
Labentem fortunam continere, Vide LABOR.
Legare fortunæ, Vide LEGO.
Moderandum fortunæ. Tacit. lib. 15.
Mutatur fortuna, Vide MVTO.
Nutat fortuna, Vide NVO.
Pendēre ex fortuna, Vide PENDEO.
Pendebat belli fortuna. Ouid. 8. Metamor. 3.
Positum in fortuna omne consilium. Cic. Attico, lib. 14. 314. 5.
Præsumere fortunam. Tacit. lib. 17. Torpebat Vitellius, & fortunam principatus inerti luxu, ac prodigis epulis præsumebat.
Potestas fortunæ in aliquos prorogata. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 7.
Recessit fortuna. Virg. 3. Aeneid. 11.
Regit fortuna vitam non sapientia. Cice. 5. Tuscul. 38,
Renascens fortuna. Horat. 3. Carm. ode 3. 13.
Superbæ fortunæ responsare. Horat. 1. epist. 1. 14.
Amica varietati fortuna respuit constantiam. Cic. 2. de Nat. deorum, 62.
Seiungi non potest fortuna ab inconstantia & temeritate. Cic. 3. de Nat. deorum, 84.
Fortuna extrema stetit. Cic. in Salust. 9. Bis ad iudicii subsellia attractus, extrema fortuna stetit, & ita discessit, vt non hic innocens esse, sed iudices peierasse existimarentur.
Esse infœlicem, fortunæ est: esse deteriorem, improbitatis. Cicero. de Prouinc. Consul. 7.
Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ quàm fortuna. Cicer. 2. de Diuinat. 27.
In casu sunt atque fortuna bona corporis & quæ extra corpus sunt. Cic. 5. Tuscul. 38.
Inferiorem fortuna alio esse. Cic. Valerio, lib. 13. 5. 5.
Magnam esse vim in fortuna in vtrāque partem, vel ad secundas res, vel aduersas, quis ignorat? Cic. 2. Offic. 26.
Tentare fortunam. Lucan. lib. 3. 102.
Vexilla fortunæ modestè summittere. Stat. 4. Sylu. 2. 9.
Sed hoc fortuna viderit, quoniam consilio non multum vti licet. Cic. Attico, lib. 6. 115. 2. Eidem, lib. 14. 307. 2.
Vti fortuna. Virg. 9. Aeneid. 49.
Nemo dexterius fortuna est vsus. Horat. 1. Serm. saty. 9. 9.
¶ Fortuna, dea credita est antiquis. Iuuen. Satyr. 10, ad finem,
 Nullum numen abest, si sit prudentia sed te
 Nos facimus Fortuna deam, cæloque locamus. Plaut. Aulul. 5. 22, Si bona fortuna veniat, ne intromiseris. Cic. 13. Philip. 350, Deinde obsecro vos Patres Conscripti, quis hoc vestrum nō videt, quod fortuna ipsa quæ dicitur fortuna cæca, vidit? Idem de Amicit. 49, Non enim solum ipsa fortuna cæca est: sed eos etiam plerūq; efficit cæcos, quos complexa est. Idem pro Marcello, 4, Quinetiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna, in istius se societatem gloriæ nō offert, tibi cedit. Sallust. in Iugurtha, Magna voce hortatur, vti cohortes à tergo circūueniant, Fortunam illis præclari facinoris casum dare.
Facies inuidiosa fortunæ. Ouid. in Ibin, 25.
Fortunæ filius. Horat. 2. Serm. saty. 6. 10. Vide FILIVS.
Iniuria fortunæ. Ouid. ad Liuiam, 11.
Ludus fortunæ. Horat. 2. Carm. ode 1. 1.
Domina rerum fortuna. Cic. pro Marcello, 4.
A fortuna multari, Vide MVLTA.
Vultum seruat fortuna benignum. Horat. 1. epist. 11. 4.
Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi, Saxóque instare globoso prædicant volubili. Author ad Herennium, lib. 2. 71, Ex Pacuuio.
Muneribus fortunæ amplissimis ornari. Cic. de Prouinc. Consul. 18.
¶ Fortuna, Diuitiæ. Cic. de Amic. 52, Sæpe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Horat. 1. epist. 5. 3, Quò mihi fortuna, si non conceditur vti?
Abundare fortuna. Quintil. lib. 6. cap. 1. 38, Nam quum de necessitudine multa dixisset, de fortuna quoq;, qua vterq; abundabat, adiecit.
Fortuna, fortunæ, (τύχη,) siue fortunæ, fortunarum, pluraliter, Fœlicitates vel rationes & conditio hominis. Terent. And. 1. 1. 70,
 Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
 Bona dicere, & laudare fortunas meas,
 Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Idem Phorm. 1. 4. 25, Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt distrahar: Nulla est mihi vita expetenda. Cic. 1. Tuscu. 136, Plenus fortunarum. Id est bonorum & pignorum. Liu. Pleni fortunarum gloriæque triumphantes domum redibatis.
Possessiones & fortunæ, (κτήματα,) Cic. pro Rosc. Com. 20, Tum enim propter Reipublicæ calamitates, oīum possessiones erant incertæ: nūc deūm immortalium benignitate, omnium fortunæ sunt certæ.
Conditio & fortuna hominum infimi generis. Cic. pro Milo. 71.
Omnis fortunæ mulieres ac loci. Cic. in Pisonem, 41.
Defensor fortunarum alicuius. Cic. 1. Verr. 21.
Habitus fortunarum. Horat. de Arte, 22,
 Format enim natura prius nos intus ad oēm Fortunarum habitum.
Periculum fortunarum. Quintil. lib. 2. 86.
Adesæ fortunæ. Tacit. lib. 13, Nec si Iturius & Caluisius adesis omnibus fortunis, &c. Vide ADEDO.
Amplissimæ fortunæ. Cic. 7. Verr. 15.
Florentissima fortuna. Cic. Attico, lib. 10. 195. 4.
Immundæ fortunæ, Vide IMMVNDVS.
Infima fortuna homines. Cic. 5. de Finib. 94, Vide INFERVS.
Integra fortuna. Cic. pro Sylla, 67, Hic vos orat Iudices paruus, vt se aliquando si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis.
Secunda aut aduersa cadat fortuna. Virg. 9. Aeneid. 59.
Sordida fortuna. Senec. Herc. fur. 3. 8.
¶ Accessiones fortunæ & dignitatis, Vide ACCEDO.
Afflicta alicuius fortuna. Cic. pro Sylla, 28. Vide AFFLIGO.
Mala & afflicta fortuna. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 18.
Secundas fortunas amittere, & in aduersis sine vllo remedio permanere. Cic. pro Sylla, 50. Vide AMITTO & AMPLVS.
Amplificare fortunam. Cic. de Amic. 52. Vide AMPLIFICO.
Auctus fortunis, Vide AVGEO.
Concredere alicui fortunas, Vide CONCREDO.
Conqueri fortunas suas, Vide CONQVEROR.
Consulere fortunis, Vide CONSVLO.

Universidad de Deusto Biblioteca

Conturbare fortunas, Vide CONTVRBO.
Spoliatam fortunam alicuius conferre cum florente alterius. Cicero in Pisonem, 19.
Pro fama & fortunis decernere. Cic. 2. de Orat. 110.
Defendere fortunas nostras per aliquem, cuius fides est nobis cognita Cic. 1. Verr. 11.
Dimisit morte fortunas suas Crassus. Cic. 1. Tuscul. 19.
Egens fortuna, vita turpis Asclepiades. Cic. pro Flacco, 17.
Fortunis omnibus aliquem euertere. Cice. 1. Verr. 12, Cur de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris euertere?
Ferre pulcherrimè secundam fortunam & æquè aduersam. Cicero Sulpitio, lib. 4. 5. 21.
In fortunas alicuius impetum prædonum fieri. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 15.
Frui dignitate tua & fortunis licebit. Cic. Torquato, lib. 6. 2. 4.
Misera, multumque iactata alicuius fortuna. Cic. pro Cluent. 4.
Impertire fortunas aliis, Vide IMPERTIO.
Inclinat se fortuna vt, Vide INCLINO.
Inuadere in fortunas alicuius, Vide INVADO.
Locupletare fortunis, Vide in LOCVS.
Lugere fortunas meas bonos viros malui, quàm suis desperare. Cic. Post reditum in Sen. 30.
Obtinere fortunas. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 9.
Honoribus amplissimis fortunisque maximis ornatus Imperator. Cice. Bruto, 18. 3.
Parare magnas fortunas, Vide PARO.
Domum & fortunas relinquere. Cic. ad Cassium, lib. 12. 6. 1.
Succurrere saluti fortunisq; omnibus. Cic. pro Rab. perd. reo, 1.
Fortûno, fortûnas, pen. prod. (ὀυρίω,) fortunare, Prosperare. & bonis augere. Cic. Curioni, lib. 2. 1. 2, Tuum patrimonium dii fortunent. Idem M. Marcello, libr. 15. 8. 1, Maxima sum lætitia affectus, quum audiui Consulem te factum esse, eumque honorem tibi deus fortunare volo. Liuius 6. ab Vrbe, 181, Quod faxitis deos velim fortunare. Horat. 1 epistol. 11. 5, Tu quancunque deus tibi fortunauerit horam Grata sume manu.
Fortunâtus, pen. prod. (εὐδαίμων, εὐτυχής, τυχηρός, ὀλβιοδαίμων, μάκαρ,) Adiectiuum, Fœlix. Terent. Adelph. 5. 3. 66.
Derides: fortunatus qui isthoc animo sies:
Ego sentio. Idem Eunuch. 2. 2. 53,
-sine biduum hoc prætereat!
Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus. Ibidem, 5. 9. 1.
O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior?
Nemo hercle quisquam. Virgil. Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. Idem 1. eclog. 10.
Integrorum & fortunatorum promissa. Cic. pro Murena, 47.
Fortunatus in gratia. Gellius lib. 16. cap. 19, In gratia, pecuniaque magna fortunatum esse.
Fortunatus & potens. Cic. 1. Offic. 101.
Fortuna fortunatior. Cic. 2. de Diuinat. 131.
Comitatu nobilium iuuenum fortunati quidam. Cice. de Sen. 26.
Fortunatæ Athenæ. Plaut. Persa, 16. 1,
Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ atque opiparæ?
P. Vrbis speciem vidi: hominum mores prospexi parum.
Conlogium fortunatum. Ouid. 2. Metam. 161.
Domus fortunata. Propert. lib. 3. eleg. 20. 2.
Exitus alicuius fortunatus. Cic. de Claris Orat. 184.
Gens fortunata. Virg. 4. Georg. 58.
Homo fortunatus. Cic. pro Quintio, 54.
Fortunatus & nobilis homo. Cic. 2. de Orat. 191.
Ingenium fortunatius arte. Horat. de Arte, 60.
FORTVNATAE insulæ, (μακάρων νῆσοι,) à fructuum hubertate dictæ sunt. de quibus Strabo li. 1, sic inqt, Fortunatæ insulæ contra Mauritaniæ finem ad Occidentem sunt. Quam quidem ad partē & Hispaniæ terminus cōcurrit. Ex ipso autem nomine manifestum est, quoniā & has ipsas fœlices existimabant, quia huiusmodi locis propinquæ forent. Hactenus Strabo. Plin. lib. 4. cap. 22. 6, Ex aduerso Celtiberiæ cō plures sunt insulæ, Cassiterides dictæ à Græcis, à fertilitate plumbi, & è regione Arrotrebarum promontorii, deorum sex, quas aliqui fortunatas appellauere. Vulgus autem nostrum hodie vocat insulas cannarias, à fertilitate cannarum, in quibus crescit saccarum.
Nemora fortunata. Virg. 6. Aeneid. 118. De campis Elisiis.
Respublica fortunata. Cic. 2. in Catil. 19.
Vita fortunata. Horat. 1. epist. 11. 3.
Fortunate, pen. prod. Aduerbiū, (εὐδαιμόνως, τυχηρῶς,) Fœliciter. Cic. 3. de Finib. 40, Necessario sequitur omnes sapientes semper fœliciter, absolutè, fortunatè viuere. Liu. 10. ab Vrbe. 80, Quod ductu Consulis quicquam ibi satis scitè aut fortunatè gestum.
Fortunatim, Aduerbium, (εὐτυχῶς,) Prospere. Ennius in Annalibus, Ea mihi reliquæ fidei regno, Vobisque Quirites, se fortunatim, fœliciter ac bene vortat. Antiquum.
Fortuitus, pen. indiff. Adiectiuum, (τυχηρός,) Quod casu accidit. vt Fortuitus concursus. Cice. 1. Tuscul. 37. Quintil. lib. 6. cap. 6, Insidiarum inuidiam in Clodium vertit, quãquam reuera fuerat pugna fortuita. Cic. 1. Academic. 9.
Diuinum & Fortuitum, contraria. Cice. Mario, lib. 7. 5. 6, Vt illud nescio quod non fortuitum, sed diuinum videretur.
Boni fortuiti quippiam nacti sumus. Cic. 3. de Nat. deor. 116.
Concursus quidam fortuitus. Cic. 1. de Nat. deor. 89.
Fortuitus euentus. Plin. lib. 14. cap. 6. 1, Genera autem vini alia aliis gratiora esse quis dubitet? aut non ex eodem lacu aliud præstantius altero germanitatem præcedere, siue testa, siue fortuito euentu?
Mors fortuita. Tacit. lib. 2.
Fortuita oratio, pro Extēporali. Cice. 1. de Oratore, 73, Nam si subitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facilè vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. Budæus.
Pugna fortuita. Quintil. lib. 6. cap. 5. 8.
Rerum fortuitarum concursio. Cic. in Top. 39.
Fortuitus sermo. Quintil. lib. 10. cap. 7, Nec tumultuarii, nec fortuiti sermonis contextum mirabor. Tacit. lib. 4.
Belli fortuita sperabantur. Tacit. lib. 20.
Fortuitò, Aduerbium, (τυχόν,) Id est casu. Plaut. Aulul. 6. 36, Si eam senex anum prægnantem fecerit fortuitò? Cic. 5. de Finib. 57, Siue hoc ita sit fortuitò. Sic 2. de Diuinat. 57.
Temere & fortuitò. Cic. in Oratore, 107, Itaq; Herodotus & eadem superiorq; ætas numero caruit, nisi quando temere & fortuitò.
Fortuito accidit. Cic. 1. Tuscul. 58.
Dicere fortuitò aliquid cōclusè apteq;. Cic. in Ora. 102, Quæ sic aperta est vt mirer veteres non esse cōmotos, præsertim quū vt fit, fortuitò sæpe aliquid conclusè apteque dicerent.
Incidere fortuitò in aliquem sermonem. Cic. 1. de Orat. 55.
Non repentina aliqua voluntate, neque fortuito incidere ad aliquid agē dum. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 7.
Casu aut fortuito futurum quid sit scire. Cic. 2. de Diuinat. 27.
Fortuitu, (τυχικῶς,) Aliud aduerbium, Idem significans. Cic. 10. Philipp. 272, Quod verbum tibi non excidit, vt sæpe fit, fortuitu: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.
Fortuitu & sine consilio. Cæsar 7. bel. Gal. 72.
Casu & fortuitu nauis in portum delata est. Author ad Heren. lib. 1. 20.
Casu & fortuito factum. Cic. 1. de Diuinat. 203.
Temere, fortuitu, inconsyderatè, negligenterque facere aliquid. Cice. 1. Offic. 144.

Foruli, Vide FORI.

FORVLI, Vrbs Italiæ. Virg. 7. Aene. 143, Casperiāq; colunt, Foruloscq; & flumen Hymellæ. Foruli & Casperia, ciuitates sunt. Seruius.

Forum, huius fori, (ἀγορά,) Negotiationis locus, quò venalia ferun tur, vt ait Festus. Salluſt. in Iugurth. Erat haud longè ab eo

itinere, quò Metellus pergebat, oppi. dum Numidarū, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum: vbi & incolere, & mercari consueuerant Italici generis multi mortales. Cicer. in Catil. Oratione prima, 17, Quanquam quid ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos, qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati? sciam pactam & constitutam esse cum Manlio diem? Idem pro Cluentio, 30, L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum Larinum venisset, aggreditur, & cum eo HS quadringentis, id quod ipsius tabulis tum est demonstratum, transegit L. Clodius, qui properaret, cui fora multa restarent, simul atque introductus est rem conficit.
Forum boarium, In quo boues venduntur. Liu. 9. bel. Pun. 195.
Duilium forum. Quintil. lib. 1. cap. 7. 7.
Olitorium forum, Vide OLITOR.
Solicitum forum. Ouid. 1. de Arte, 33.
Forum suarium, inquit Varo lib. 1. de Lingua Lat. in quo sues venditur, & boarium in quo boues: & piscarium olitoriumque in quo pisces oleraq;. Sicut forum cupedinis, in quo cupedinarii negotiantur. Quæ omnia (inquit) in vnum locum contracta, post quam ædificatus est locus, appellatur macellum.
Forum vinarium, de quo Varro lib. 1. de Re rustica, cap. 54. 1, Itaque lectæ ius defertur in forum vinarium, vnde in dolium inane veniat, electa in secretam corbulam, vnde in ollulas addatur, & in dolia plena vinaceorum contrudatur.
Per medium forum, Vide MEDIVS.
Circum omnia fora aliquem sectari. Cic. 4. Verr. 122.
Foro vti, Præsentem rerum statum boni consulere, & vtcunque sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Teren. Phorm. 1. 2. 29, Cœpi his omnia facere: obsequi quæ vellent. Dscisti vti foro. Donatus vulgare prouerbium admonet esse: ductamque metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercii præscribunt quanti vendant quæ auehant, sed secundum annonam fori quam deprehenderint, consiliū de non vendendis aut vendendis mercibus sumunt. Seneca, Vtamur foro: & quod fors feret, æquo feramus animo. Ex Erasmo.

¶ Fora, vasa quibus antiqui vtebantur in torculariis. Col. lib. 12. cap. 18. Tum lacus vinarii, & torcularii, & fora, omnisque vasa, si vicinum est mare, aqua marinatsi minus, dulci eluenda sunt, & commundanda, & diligenter assiccanda, ne humorem habeant.
¶ Forum, (ἀγοραῖος, φοιτητήριον, δικαστήριον,) in quo iudicia publica exercebantur. Quintilianus in tertio, Rarum est autem, vt in foro iudicia propter id solum constituantur, sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo. Cice. pro P. Sextio, 67. Hic iam de ipso accusatore quæro, qui P. Sextium queritur, cum multitudine in Tribunatu, & cum præsidio magno fuisse, num illo die fuerit. certe non fuit. Et paulo pòst, Gladiatores in nouitios pro expectata ædilitate suppositos cum sicariis è carcere emissis ante lucem in forum immittas: magistratus templo eiicias: cædem maximam facias: forum purges? Idem Attico, lib. 12. 24. 1. 5, Quod me in forum vocas, eō vocas vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. Fuerunt autem fora tria: Romanum, Iulium, Augustum. Suet. in Augusto, cap. 29. Fori extruendi causa fuit hominū & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio egere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautumque vt separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicum fierent.
Tabes fori. Tacit. lib. 11. Fori tabes pecuniam aduocatis ferat.
Veritas fori. Quint. lib. 6. cap. 1. 32. Non admittit hoc idem veritas fori.
Argutum forum. Ouid. 1. de Arte, 16.
Litigiosa fora. Ouid. 4. Fast. 38.
Orbum litibus forum. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.
Verbosi garrula verba fori. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 4.
Adducere à foro, Vide ADDVCO.
Agere forum. Cic. Attico, lib. 5. 104. 4, Appius, vt audiuit nos venire, in vltimam prouinciam se coniecit Tarsum vsque, ibi forum agit. Idem Appio, lib. 3. 6. 11. Qui te forum Tarsi agere, statuere, multa decernere, iudicare dicerent. Vide AGO.
Forum attigit. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 7. Puto te suppudere: Quicum loquor? cum vno fortissimo viro, qui posteaquam attigisti forum, nihil fecisti nisi plenissimum amplissimæ dignitatis. Id est, ex quo in foro versari cœpisti. Idem Licinio, lib. 5. 8. 5.
Foro cedere, Vide CEDERE foro.
Destinari foro. Quintil. lib. 2. cap. 8. 5. Verum ei, qui foro destinabitur, nō in vnam partem aliquam, sed in omnia, quæ sunt eius operis, etiā si qua difficiliora discenti videbuntur, elaborandum est.
Mersus foro, Vide MERGO.
De foro sublata fides. Cic. 2. de Lege Agrar. 23.
Vertitur res in meo foro. Plaut. Mostellaria, 15. 10.
Vbi ego video rem vorti in meo foro, quantum potest
Facio idem quod plurimi, quibus res timida aut turbida est,
Pergont turbare vsque, vt quod fit, cœpit quiescere.
Forum à subselliis & iudiciis distinguit Cice. 1. de Orato. 17. Agè verò ne semper forum, subsellia, rostra, Curiamque mediteris, &c. Id est causas Ciuiles, publica iudicia, conciones & opiniones in Senatu dicendas. Et paulo pòst, 19. Quòd remoto foro, concione, iudiciis, Senatu, statuisti oratorem in omni genere sermonis & humanitatis esse perfectū. Quare forum, hastam Centumuiralem intellexisse videtur. Plin. lib. 2. epist. 38. ad Maximum, Vt mihi, inquit, Attilius noster expresse dixisse videatur, sic in foro pueros à Centumuiralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholis. Quanquam appellatione fori etiam publica iudicia intelligantur. Budæus.
Forensis, & hoc forense, (ἀγοραῖος,) Quod ad forum pertinet.
Forensis & Domesticus, contraria. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 17. Sic vtantur in omnibus publicis, priuatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientum tuorum negotiis.
Asperitas forensis. Quintil. lib. 1. cap. 8. 8.
Forenses causæ. Cic. 3. de Nat. deor. 12.
Genus dicendi forense. Quintil. lib. 2. cap. 10. 6.
Forense, concertatoriū, & iudiciale genus non tractauit Thucydides. Cic. de Claris Orat. 158.
Forensis homo, Causidicus, vel qui se in foro exercet. Quintil. lib. 5. cap. 10. Rusticus, forensis, negotiator.
Forense latrocinium. Cice. in Pisonem, 7.
Forenses literæ. Cic. 2. Offic. 5.
Marte forensi valere, Id est eloquentia. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 6.
Opella forensis. Horat. 1. epist. 7. 2.
Iudicialis & forensis oratio. Cic. in Orat. 97.
Forensis populus apud Liuium lib. 9. ab Vrbe, in fine, 251. differt ab integro populo bonorumque fautore.
Forensis quæstus. Cic. pro Cluent. 81.
Ratio forensis. Quintil. lib. 5. cap. 4. 7.
Forensis rhetorica. Cic. 2. de Finib. 19.
Turba forensis. Ouid. 3. Fastorum, 19.
Forensia vestimenta, Vestes quibus in foro vtuntur. Colu. lib. 12. cap. 45, Arculæ faginæ, vel etiam tiliaceæ, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur. Suet. in August. Forensia autem & calceos nunquā non intra cubiculum habuit. Sub. vestimenta.
Forensis & publicus vsus. Cic. in Parad. 1, Animaduerti Brute, sæpe Catonem auunculum tuum, cum in Senatu sententiā diceret, locos graues ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc vsu forensi & publico.
FORVM Bibalorum, (φόρος Βιβαλῶν,) Ptolemæo Hispaniæ vrbs, vulgò Fomillan.
Forum Claudii, Centronum ciuitas in Alpibus Ptolemæo, hodie Tarentesia ducis Sabaudiæ.
Forum item Claudii, est Tuscorum vrbs Ptolemæo, vulgò Tolfa.
Forum Cornelii, Galliæ Togatæ vrbs, authore Ptolemæo lib. 3. cap. primo. vulgò Imola.
Forocorneliensis agri meminit Plinius lib. 3. cap. 16.
Forum Egurrorum, Ptolemæo, vrbs Hispaniæ Taraconensis. vulgo Medina de Ruiseco.
Forū Iulii, Galliæ Narbonensis vrbs, nō longè distans à Massilia, & Octauianorum colonia, vt scribit Pomponius Mela lib. 2. Sunt & Foroiulienses, & Foroflaminienses, populi Italiæ, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 14, in descriptione sextæ regionis.
Forum item Clodii in Hetruria, apud Plinium lib. 3. cap. 15.
Forum Iulium, Carnorum colonia, authore Ptolemæo, hodie Frigoli.
Forum Iulii, Narbonensis Galliæ, vrbs apud Ptolemæum, Vulgo Freius.
Forum Liuii, Galliæ Togatæ vrbs Ptolemæo, hodie Forliuio, Forli.
Forum Segusianorum, oppidū Galliæ Ptolemæo, vulgò Bourg en Bresse.
Forum Sempronii, Vmbrorum ciuitas, Ptolemæo authore, vulgò Fossembrone.
Forum Tyberii, Heluetiorum ciuitas in Gallia iuxta Rhenum, apud Ptolemæum, vulgò Schuuitz.

Fossa, Fossio, Fossor, Fossura, Vide FODIO.

FOSSAE Marianæ, (φόσσαι μαριάναι,) Ptolemæo, Galliæ Narbonensis. vulgò Aigues mortes.
FOSSAE Papyrianæ, (φόσσαι παπυριάναι,) Tuscorum ciuitas, authore Ptolemæo. hodie Fossonouum.

Fotus, Vide FOVEO.

Fouea, foueæ, (βόθρος, βόθυνος,) Notum. Plaut. Pœnul. 3. 59, Ita decipiemus fouea lenonem Lycū. Plin. lib. 10. ca. 38. 2, Itaque

anates in foueas, quibus feras venamur, delapsæ solæ euadunt.

Foueo, foues, foui, fotū, (θάλπω, ἀναθάλπω, περιθάλπω, περιπτύσσω, περιποιέω,) fouere, Propriè est calidum tenere, siue calefacere.

Plaut. Capt. 13. 78,
Iubēn' an non iubes astitui aulas, patinas elui?
Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus?
Humum fouet coluber. Virg. 3. Georg. 84.
Nidos fouent. Virg. 4. Georg. 12. de apibus.
Fouere oua. Plin. lib. 8. cap. 36. 3, Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu, quàm oua volucres. Idē lib. 9. cap. 10. 3, Quidam oculis spectando quoque oua foueri ab iis putant. Idem lib. 10. cap. 55. 1, Iulia Augusta ouum in sinu fouens.
Oua fouere plumis. Ouid. 1. Fast. 89. Ibidem, lib. 4. 141.
Pennis pullos suos fouēt aues ne frigore lædant. Cic. 2. de Nat. deo. 195.
¶ Fouere, Nutrire, prouehere. Plaut. Merc. 18. 6, Alios enicat, extinguit, alios suo lacte fouet & erigit.
Gremio fouere aliquem. Virg. 1. Aeneid. 145.
Fouere amorem, Quod alere aliàs dicitur. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 3. 17. 12, Scribis de Cęsaris in nos amore: hunc & tu foue bis, & nos quibuscunque poterimus rebus augebimus.
Arma fouere. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 9.
Bella fouere. Virg. 10. Aeneid. 18.
Fouere bona naturæ. Quintil. Vtile plerisque visum est, ita quosque instituere, vt propria naturæ bona natura fouerent. Id est alerent & vegetarent. Budæus.
Fouere castra. Virg. 9. Aeneid. 12,
-non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere. Id est tueri, vt ait Nonius.
Fouere dolores, Cic. ad Atticum, lib. 12. 241. 11, Nam dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fouebam dolores meos.
Famam fouemus inanem. Virg. 4. Aeneid. 44.
Fouere iudicium, quod de aliquo habemus. Plin. in Paneg. 142, Vos quoque quos parens noster familiariter inspicere dignatur, fouere iudiciū eius quod de vobis habet.
Fouere partes. Tacit. lib. 17.
Fouere periculum alterius. Plin. epist. 5. a, Rustici Aruleni periculum fouerat, exultauerat morte, adeò vt librū recitaret, publicaretq; in quo Rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat.

Universidad de Deusto Biblioteca

fouere rem Romanam. Liuius 6.bell.Pun.190.
fouere senectutem. Plaut. Stich. 9.62. Postea ibo lauatum in Pilum: ibi fouebo senectutem meam.
Sensus hominum fouere, delinire animos. Cicero pro Murena, 67.
Fouere spes improbas. Senec. de Benef. lib.1.cap.4. Callidus difficilem aditum præbet, immodica cupientibus, spésque improbas nihil se adiuturis verbis fouet. Virg. – spemque fouemus inanem.
Spes vitam fouet. Tibullus libro 2.eleg.7.4.
Foueri spe. Liu. 8.bell.Maced.23. Et propè certa fouebantur spe iam Nicandrum ex composito affore. Alia exemplaria habent fouebant spe.
Fouere in pectore. Plautus Bacchid. 21.1.
Quàm magis in pectore meo foueo quas meus filius turbas
Turbet, &c. Id est, quanto magis cogito.
Gaudia fouere mente. Ouidius ad Liuiam, 6.
Vota mea animo fouebam. Ouid. 7. Metamor. 129.
¶ Fouere aliquem, pro Illi fauere. Virg. 1. Aeneid. 58.
– mecúmque fouebit Romanos rerum dominos.
Aliquem non modò fouere, sed & illi pecuniam dare. Cicero Attico, libro 11.217.4.
Peculiariter fouere aliquem in suam gloriam. Quintil. lib.1.cap.1,13.
Fouere aqua aut oleo, Madefacere, aspergere. Virg. 12. Aeneid.
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapix. Nonius.
Artus fouendos accipit. Ouid. 8. Metamor. 132.
Exulceratas nares vapore aquæ calidæ fouere. Celsus lib.6.cap.8. Nares verò intus exulceratas fouere oportet vapore aquæ calidæ, id est spongia expressa atq; admota. Fit & subiecto vase oris angusti: calida aqua repleto. Post id fomentum, &c.
Fouere os. Celsus lib.1.cap.2. Vbi experrectus est aliquis, paulum intermitteret: deinde, nisi hyems est, fouere os multa aqua frigida debet.
¶ Fouere, Constituere, Virg. 4. Georg. Sub terra fouere larem. Nonius.
¶ Fouere aliquam, pro Amplecti. Virg. 3. Ecloga,
Infœlix ô semper ouis pecus, Ipse Neæram
Dum fouet, ac ne me sibi præferat illa veretur. Seruius.
Fouere & osculari aliquem. Cicero Lentulo, libro 1.9.30.
Fotus, Participium. (ἀνατεθαλμένος,) Cic. 2. de Nat. deor. 185. Quinetiam anatum oua gallinis sæpe supponimus, ex quibus pulli orti primum aluntur ab iis, vt à matribus à quibus exclusi fotique sunt.
Fotus, huius fotus, m.g. (θάλψις,) Idem quod fomentum significat. Plinius libro 23.cap.1.4. Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos iuuat & potione & fotu.
Fomes, huius fomitis, pen. corr. m.g. (ζώπυρον, ὑπέκκαυμα) à fouendo, hoc est nutriendo ignem dicitur: est enim assula ex arbore excussa dum cæditur, vt ait Festus. Ponitur & pro omni materia sicca quæ facilè igni inflammatur. Virgilius 1. Aeneid. 36.
Ac primùm silicis scintillam excudit Achates,
Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. Plinius libro 16. cap.40.8. Excipiente materia aridi fomitis.
¶ Fomes, per translationem, dicitur quicquid excitat nos & accendit ad aliquid agendum. Gellius libro 15.cap.2. Fomitem esse quendam dicens & incitabulum ingenii virtutisque, si mens & corpus hominis vino flagraret.
Fomentatio, Idem quod fomentum. Vlpianus in L. Si cui. Parag. Lanæ appel. ff. De leg. 3. Nec ea quidem, quæ fomentationis gratia parata sunt, vel medicinæ; lanarum appellatione continentur.
Fomentum, (θαλπτήριον,) Verbale aliud. Dicuntur autem fomenta applicationes rerum calidarum siue humidarum ad partes corporis læsas & medendi gratia: quæ & fotus appellantur. Columella libro 6.cap. 30.3. Frigori fomenta adhibentur, capútque & spina, tepenti adipe vel vino illinuntur. Plinius Iunior, Cuius grauissimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit.
Fomenta calida. Celsus libro 2.cap.17. Fomenta quoque calida sunt, milium, sal, harena: quodlibet eorum calfactum, & in linteum coniectum. Ibidem de fomentis multa.
Fomenta calida, sicca, lenta, valida. Celsus libro 4.cap.14. Vbi is dolor cœpit, admouere sicca & calida fomenta oportet: sed primò lenta, deinde validiora.
Frigidis & humidis fomentis fouere. Celsus lib.4.cap.11. Si verò tormina sunt oportet frigidis, & humidis fomentis stomachum fouere vel, si venter dolet, iisdem egelidis.
Fomentum humidum, fomentum siccum. Celsus libro 4.cap 4. Opus est deinde fomentis humidis: nam sicca spiritum elidunt. Ergo admouere spongias oportet, quæ melius in calidum oleum, quàm in calidam aquā subinde demittuntur.
¶ Fomentum, Per translationem. Cicero 2. Tuscul. 101, Hæc sunt solatia hæc fomenta summorum dolorum. Idem 2. de Finib. 153. Fortitudinis fomentis dolor mitigari solet.
¶ Nutricis fomentū, pro Ipsa nutricatione accipit Sene. lib.3. de Benef.
Frigida curarum fomenta. Horat. 1. epist. 3.6.

Ingrata fomenta, vulnus nil malum alleuantia. Horat. Epod. 11.4.
Parare fomenta. Horat. 1. Serm. saty. 1.17.
Præ mollire asperum fomentis. Quintil. lib.4.cap.3.7, His igitur velut fomentis si quid erit asperum, præmolliemus.
Focillationes, (ἀναλήψεις,) inquit Festus, à fouendo dicuntur, id est à calefaciendo.

F R

Fraceo, fraces, siue Fracesco, fracescis, fracui, (στεμφυλοῦμαι, ἐξίσταμαι,) fracescere, Caldore & vetustate putrefieri, vt ait Nonius. Colu. lib.1, Oleum quod minus prouenit, si cōgelatur, fracescet. Id est putrescet. Varro lib.1. de Re rust. cap.55.2, Hæc de qua fit oleū congeri solet aceruatim per dies singulos in tabulata, vt ibi mediocriter fracescat. Cato cap.128, Sinito quatriduum fracescat: vbi bene fracuerit, rutro concidito. Plin. lib.15.ca.6, videtur interpretari verbum istud per minui & deterius fieri, quum sic ait, Oleum in tabulato minui, deteriusque fieri.
Frácidus, pen. corr. Adiectiuum, (ὑπέρωρος,) Plus quàm maturum & iam putrescens. Cato cap.64. & cap.55.2, Factores volunt vt oliua in tabulato diu sit, vt fracida fit, quo facilius efficiant.
Fraces, fracium, (στέμφυλα,) Oliuarum sunt carnes & fæces. Plin. lib.15. cap.6, Oleum in tabulato minui, deteriusque fieri. item in amurca, & fracibus: eæ sunt carnes, & inde fæces. quare sæpius die decapulādum. Colum. lib.6.cap.13.3. Et lib. de Arb. cap.14. Gellius lib.11.cap.7, Item floces audierat prisca voce significare vini fæcem è vinaceis expressum, sicuti fraces ex oleis.

Fractus, Vide FRANGO.

Fraenum, huius fræni, n.g. (στόμιον, χαλινός,) à frangendo, Instrumentum quo equus retinetur & domatur. Dictū quòd equorum ora frangat. & ideo per æ scribendum. In plurali, hi fræni, vel hæc fræna diclinatur, Ouid. 1. de Arte, 96, Tempore lenta pati fræna docentur equi. Cic. pro Mil. 47.
Sonantes fræni. Virg. 3. Georg. 36.
Sonantia fræna. Ouid. 2. Metamor. 25.
Accipere frænum, Metaphoricè, pro dedere se alicui. Virg. 12. Aeneid. 115, Ni frænum accipere, & victi parere fatentur.
Addere fræna equis, Vide ADDO.
Frænos alicui adhibere, Retrahere. Cic. de Clar. Orat. 107, Alteri calcaria adhibere, alteri frænos.
Coercuit ora frænis. Ouid. 5. Metamor. 129.
Compescere animum frænis. Horat. 1. epist. 2.13.
Concordi currere fræno. Silius lib.16.77. Sic Virgilius 3. Aeneid. 108.
–& fræna iugo concordia ferre.
Frænum non depulit ore. Horat. 1. epist. 10.8.
Dare fræna, Id est laxare habenas. Senec. Agamem. 3.2,
Da fræna, & omnem prona nequitiam incita.
Casta fræna dare iuuentæ. Claud. 3. Paneg. 25.
Domare fræna. Plin. lib.8.cap.42.5, At illum indignatione accensum domitis frænis, ne regi posset, præcipiter in abrupta isse.
Ducere fræna, Id est coercere. Ouid. 15. Metam. 104,
Præcipitant currum scopulis, ego ducere vana
Fræna manu, spumis albentibus oblita, luctor:
Et retro lentas tendo resupinus habenas.
Eget frænis alter, alter calcaribus. Cic. Attico, lib 6.111.25.
Mobilibus frænis ora flectere. Ouid. ad Pisonem, 10.
Frænis impediuntur equi. Ouid. 2. Fast. 148.
Sæpe obstinatis induit frænos amor. Senec. Hippol. 4.44.
Inhibere frænos, Vide INHIBEO.
Frænos inicere alicui, pro Cohibere alicuius conatū. Valerius Maximus lib.2, Fræni sunt iniecti nobis.
Inicere alicui frænos furoris. Cic. 13. Philip. 358, Vide INIICIO.
Iniecit fræna vaganti licentiæ. Horat. 4. Carm. ode 15.3.
Laxat frænos populis furentibus. Lucan. lib.7.25.
Spumantia fræna mandit sonipes. Virg. 4. Aeneid. 27.
Imperii moderari fræna. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9.7.
Moderandis frænis docta manus. Senec. Hippol. 12.21.
Frænum mordere. D. Brutus ad Ciceronem, lib.11.23.3, posuisse videtur pro eo quod est vel Leuiter repugnare seruituti, dicens, Si frænum momorderis, peream, si te omnes quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Hoc est, si vtcunque significaueris te seruitutem iniquo animo ferre. Ad hanc sententiam faciunt quæ respondet Cicero sequente epistola, 2, Si timidus, inquiens, essem, tamen ista epistola omnem mihi metum abstersisses. Sed vt mones, frænum momordi. Etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas?
Frænum mordere, Papinius in Epithalmio Stellæ & Violantillæ in diuersum sensum vsurpauit, nempe pro eo quod est Seruitutē accipere, frænúmque recipere, Fama tace, subiit leges, & fræna momordit. Id est, admisit vincula matrimonii.
Frænos ore momordit equus. Tibull. lib.1. eleg.3.9.

Oblata

Oblita fræna spumis albentibus. Ouid. 15. Metam. 104.
Equus fræna patitur. Ouid. epist. 4.5.
Recipit fræna equus. Cic. in Topic. 18.
Regere frænis aliquem. Senec. Troad. 4.16.
Lupatis temperat ora frænis. Horat. 1. Carm. ode 8.2.
Vti fræno in vno, in alio calcaribus. Cic. 3. de Orat. 21.
¶ Frænum apud Celsum lib.7.cap.25. est morbi genus, quod Græci φίμωσιν appellant. Est autem, quum glans penis ita contecta est, vt nudari non possit.
Fræno, frænas, frænare, (χαλινόω,) Frænis equos cohibere. Cæsar 8. bel. Gall. 58. Equites frænatis equis in stationibus disponit. Liu. 1. bel. Pun. 99. Instructus, frænatusque equus. Sic lib.9. 172.
Frænare, per translationem, vsurpatur pro Cohibere, & continere. Cic. 5. Verr. 111. Quum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris, auaritiæque suæ frænaret.
Frænare cursus aquarum. Virg. 4. Geor. 28.
– & glacie cursus frænaret aquarum. Liu. 7. bel. Maced. 60. Vbi demersis nauibus frænassent claustra maris.
Iustitia gentes frænare superbas. Virg. 1. Aeneid. 106.
Iras frænare. Senec. Medea, 114.
Frænare populos. Virg. 1. Aeneid.
O regina nouam cui condere Iuppiter vrbem,
Iustitiaque dedit gentes frænare superbas.
Spes auidas frænare. Silius lib. 10.68.
Frænare vinclis & carcere. Virg. 1. Aeneid.
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras,
Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.
Frænare voluptates. Liu. 10. bel. Pun. 65. Qui eas voluptates sua temperātia frænauit ac domuit, multo maius decus, maioremque victoriam sibi peperit, quàm nos Syphace victo habemus.
Frenátus, pen. prod. Participium, (χαλινωτός,) vt Acies frænata, Vide ACIES.
Equi frænati. Virg. 5. Aeneid. 110.
Os frænatum equi. Horat. 1. epist. 15.4.
Frænigerus, pen. corr. Adiectiuum, (χαλινοφόρος,) vt Ala frænigera. Stat. 5. Sylu. 20. Quisnam frænigeræ signum dare dignior alæ? Hoc est equitibus.

Fraga, fragorum, Mora quæ in herbis nascuntur, inquit Seruius, odoris & saporis optimi. Virg. 3. eclog. 19. Qui legitis flores, & humi nascētia fraga. Plin. li.21. ca.15.1. Sequuntur herbæ spōte nascentes. Et paulo post, In Italia paucissimas nouimus, fraga, tamnum, ruscum, &c. Idem lib.15. cap.24. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni, quod solū pomum simile fructui terræ gignitur. Sunt itaque fraga terrestria, siue campestria, quæ similia sunt vnedoni. alia montana, de quibus mētio fit apud Oui. 1. Meta. 22.
Mollia fraga leges. Ouid. 13. Metam. 175.

Fragilis, Fragmen, Fragor, Vide FRANGO.

Fragro, fragras (ὄζω,) fragraui, Odorē reddere: quia (inquit Serui⁹) specie fractu odor redditur maior. Virg. 1. Aeneid. 88.
– redolentque thymo fragrantia mella. Martial. lib.1.83. Ne grauis hesterno fragres Pescennia vino. Sic lib.3.23. & lib.5.38.
Odor fragrat acerbus. Valerius 4. Argonaut. 98.
Fragrans, Participium, (ὄζων,) vt Domus fragrans odore Assyrio. Catul. ad Mallium, epig. 63.29.
Mella fragrantia. Virg. 1. Aeneid. 88. Et 4. Georg. 34.

Framea, frameæ, penul. corr. ῥομφαία, factum videtur, transpositione literarum, vt φ præcedat, quod in f versum est, Lancea, siue telum oblongum. Tacit. de Germ. Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis aut maioribus lanceis vtuntur. hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent, & eques quidem scuto frameáque contentus est. Iuuenalis Saty. 13.8. Et Martis frameam, & Cyrrhæi spicula vatis.
FRANCONES, Germaniæ populi sunt, qui à Meridie Sueuos & Bauaros habent: ab Occasu Rhenum, ab Ortu Boemos. Alluitur regio flumine Megano, Ptolemæo Menio vocato. Franconum meminit Cicero in Epistolis ad Atticum, lib.14.

Frango, frangis, fregi, fractū, (ἀγνύμι, θρύπτω, κλάω, θραύω, φλάω,) frangere. Quidam putant factitium esse verbum à sono quem res fracta reddere consueuit. Est autem frangere, illidere, & rumpere. Plaut. Asin. Quis nostras sic fregit fores?
Frangere aulas in caput alterius. Plaut. Capt. 3.21.
Fregit brachium. Cic. 2. de Orat. 140. Excusauit Vespa Terentius quòd eum brachium fregisse diceret.
Frangere ceruices alicui. Cic. 7. Verr. 87. Prætorem tu accusas: frange ceruicem. Ibidem, 115. Ceruices in carcere frangebantur indignissimè ciuium Romanorum.

Comam in gradus frangere. Quint. lib.1.cap.6.19.
Fregit coxam. Plin. epist. 25.
Gleba frangenda versis bidentibus. Virg. 2. Georg. 80.
Frangere in micas. Plin. lib.12.cap.14.13, Item ne thus dentem recipiat potius q̄ in micas frangatur. Hoc est frietur & cōminuatur.
Frangere molis. Plin. lib.18.cap.7.22, Deinde molis frangunt.
Fregit nauem, pro naufragium passus est. Terent. And. 1.3.17.
Nauem is fregit apud Andrum insulam.
Oua frangit alter alterius miluus & coruus. Cic. 2. de Nat. deor. 187.
Patinam frangere. Horat. 2. Serm. saty. 8.15.
Ad saxum aliquid frangere. Virg 3. Aeneid, 125.
Euri frangunt syluas. Virg. 2. Georg. 89.
¶ Frāgere ad incorporea transfertur: vt Frangere animū alicuius. Plaut. Cistella, 5.12, Ita meum frangit amantem animum. Cic. pro Corn. Balbo, 45. Sed id factum est, nō vt vobis rem tam perspicuā dicendo probaremus: verùm vt omnium maleuolorum, iniquorum, inuidorū animos frangeremus. Idem 3. Offic. 156, Qua quidem re audita fractum animum Annibalis scribit. Sic Liuius 6. bel. Pun. 63.
Frangere & abiicere aliquem. Cic. Plancio, lib.10.12.10.
Frangere & comminuere aliquem. Cic. 1. Offic. 57.
Frangere, atque concidere quicquid est in oratione generosius. Quintil. in prooem. libro. 1.18, Nam plerunque nudæ illæ artes nimiæ subtilitatis affectatione frangunt, atque concidunt quicquid est in oratione generosius.
Frangas enim potius, quàm corrigas, quæ in prauum indurauerunt. Quintil. lib.1.cap.3.7.
Animum pietas, maternaq; nomina frangunt. Ouid. 8. Metam. 102.
Frangere audaciam hostis. Liu. 5. bel. Pun. 213.
Contundere & frangere latronis audaciam. Cic. 13. Philip. 367.
Frangere authoritatem veteris disciplinæ. Cic. 1. Acad. 48.
Bella frangere. Ouid. ad Liuiam, 91.
Bellum aliquorum præliis frangere & domare. Cic de Prouinc. Cons. 26.
Commoda alicuius frangere. Catull. ad Mallium, epigr. 63.5.
Frangere consilia de aliquo. Cic. ad Lent. lib.1.9.90, Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere.
Contentiones frangere. Cic. 3. de Orat. 4.
Dolor frangit corda fortia. Tibull. lib.3. eleg.2.2.
Cupiditates frangere. Cic. 1. de Orat. 43.
Diem morantem mero frangere. Horat. 2. Carm. ode 7.2.
Frangere dignitatem suam. Cic. ad Papyr. lib.9.16.18, Vt neque offendā animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meam?
Doli demum frangentur inanes. Virg. 4. Georg. 80.
Frangere fidem. Cic. pro Rosc. Comœdo, 9.
Fluctus frangere. Plin. in Paneg. 134, Nunc cum valentissimo quoque sodalium certat frangere fluctus, domitare ventos reluctantes, remisque transfretare obstantia freta.
Fluctum saxo frangere. Cic. Pæto, lib.9.16.17.
Frangere fœdus. Cic. in Pisonem, 21. Et pro Domo sua, 52.
Furorem & petulantiam alicuius frangere. Cic. in Pisonem, 24.
Gemitu supplice frangere aliquam. Stat. 11. Thebaid. 75.
Hominem frangere, pro Vincere. Cic. ad Brutum, lib.11.12.4, Itaque homines alii fracti sunt: nonnulli etiam queruntur.
Imperium frangere. Horat. 1. Carm. ode 35.3.
Impetus aduenientes frangere. Cic. 3. Tusc. 56, Quare accipio equidem à Cyrenaicis hæc arma contra casus & euētus, quibus eorum aduenientes impetus diuturna præmeditatione frangantur.
Mala ingenium fregere meum. Ouid. 3. eleg. 14.7.
Frangere aliquem ingenio & industria. Cicer. ad Plancum, lib.10.3.5, Eaque adeptus es adolescens, multis inuidentibus, quos ingenio, industriaque fregisti.
Iudicio aliquem frangere, non vi superare. Cic. Post red. in Sen. 17.
Leges alicuius frangere. Lentulus Ciceroni, lib.12.14.19.
Libidines alicuius frangere. Cic. 3. de Legibus, 45.
Mandata frangere. Horat. 1. epist. 13.4.
Morbum frangere & vincere. Plin. epist. 12.b, Hunc abstinentia sanctitateq; viris ætas vicit & fregit. De dolore pedum loquitur.
Nationes frangere & domare. Cic. de Prouinciis Consul. 27.
Opes frangere inimicorum. Liu. 2. ab Vrbe, 90, Mortuus est Cumis, quo se post fractas opes Latinorum ad Aristodemum tyrannum contulerat. Ouid. 1. Amor. eleg. 9.7.
Opes frangere & infirmare. Cic. pro Rab. Posthu. 18.
Patientia frangere aliquem. Cic. de Claris Orat. 48.
Vinum sublimia pectora fregit. Ouid. 1. Fast. 61.
Pœnas leuiter frangere. Lucret. lib.4.218.
Se laboribus frangere. Cic. pro Archia, 21.
Se calor frangit. Cic. 1. de Orat. 138.
Sententiam alicuius frangere. Cic. ad Lētulum, lib.1.4.1, Quod iam illā sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.
Fractum studium scribendi. Cæcinna ad Ciceronem, libro 6.7.9.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sic totmalis tum victum,tum fractum studium scribendi.
Ventum frangere.Plin.epist.41.g.lib.2,ad Gallum,Similiter Africanum sistit,atq; ita diuersissimos ventos,alium alio latere frangit & finit.
Debilitare & frangere vim aliquam.Cic.pro Marcello,4.
Superare & frangere furiosam vim alicuius.Cic.pro Domo sua,44.
Frangere vires.Cic.3.Tusc.63,Quæ vt peruellere te forsitan potuerit, & pungere,non potuit certe vires frangere.
Vires & robur frangit minutatim.Lucret.2.lib.227.
¶Frangi, debilitari,succumbere.Cic.2.de Finib.153.Potius ergo illa dicantur·Turpe esse viro debilitari,dolere,frangi,succumbere.
Mare æstu frangitur.Lucret.lib.6.29.
Frangi dolore.Cic.2.Tusc.29.
Frangi metu.Cic.1.Offic.97.
Minis nullis frangitur.Stat.9.Thebaid.95.
Molestia animos frangi & debilitari nõ oportet. Cic.Q.fratri,lib.1.1.3.
Frangi pudore.Cic.2.Tuscu.84.
Fractus,(κεκλασμένος,)Participiũ,siue Nomẽ ex participio. Plaut.Mili. 3.8,Quæ misera gestitet fractum facere ex hostibus.
Fractus animo.Cic.ad Atticum,lib.2.36.3, Deformatus corpore, fractus animo,quò se conferat nescit.
Calamitate fractus & afflictus.Cic.pro Sylla,11.
Fractus aliquo detrimento.Hirtius 4.bell.Alexand.42.
Membra multo labore iam fractus.Horat.1.Serm.saty.1.1.
Malis fracta ciuitas,mura,debilitata,abiecta metu.Ci.pro Domo sua,20.
Fractus prælio.Cæsar 1.bell.Gall.121.Virg.2.Aeneid.
-fracti bello,fatisque repulsi Ductores Danaûm.
Fractus & humilis animus,pro eodem.Cicero pro Plancio,40,Quum nil valuissent suffragiis,quàm putassent,postea prolatis comitiis prosternerent se,Populo Romano fracto animo atque humili supplicarent: non dubito quin omnis ad te conuersura se fuerit multitudo. Idem in Pisonem,49,Ita nescio quid istuc fractum,humile, demissum,sordidũ, inferius etiam est,quàm vt mediolanensi præcone auo tuo dignũ esse videatur. Budæus.
Afflictus & fractus animus.Cic.Attico,lib.12.242.6.
Fracto atque afflicto animo loqui.Cic.pro Domo sua,74.
Fracto animo & demisso esse.Cic.ad Lentulum,lib.1.9.55.
Debilitata virtute & fracto animo esse.Cic.Post red.in Sen.15.
Aureus annulus fractus & comminutus.Cic.6.Verr.49.
Crus fractum.Horat.1.epist.18.12.
Dolor fractus.Senec.Herc.Oeth.7.35.
Coniectu lapidum fracta domus.Cic.Attico,lib.4.72.2.
Ductores fracti bello.Virg.2.Aeneid.3.
Fluctus fracti.Horat.2.Carm.ode 14.3.
Fœdera fracta.Silius lib.17.71.
Fluminis fracti vndæ.Lucan.lib.1.45.
Fractus furor.Silius lib.7.51.
Fractus & propè dissipatus homo.Cic.Post red.in Sen.21.
Fractum & debilitatum Greciæ nomen.Cic.pro Flacco,49.
Fracta pronuntiatio:Id est,eneruata,mollis,scenica. Plin.epist.14.lib.2. Pudet referre quæ quàm fracta pronuntiatione dicantur.
Fractæ res.Plaut.Persa,16.105,Nã etsi res sunt fractæ, amici sunt tamẽ.
Sapientia fracta cadet.Ouid.5.Trist.eleg.13.3.
Sonitus fractos imitata vox tubarum.Tubarum.Virg.4.Georg.15.
Fracta spes.Cic.de Amicitia,52,Sæpe enim in quibusdam aut animus abiectior est,aut spes amplificandæ fortunæ fractior.
Vires fractæ.Virg.2.Aeneid.34.
Virtus fracta.Horat.2.Carm.Ode 7.3.
Voces ad littora fractæ.Virg.3.Aeneid.11.
Fractum, minutum,& puerile.Cicer.de Claris Orat.158,At quid est tam fractum,tam minutum,tam in ipsa(quam tamen consequitur)concinnitate puerile?De scriptis Hegesiæ Græci.
Fractūra,huius fractūræ,pen.prod.(κλάσις,θραῦσις,)Plin.lib.29.cap.6. 28,Item minutæ & latæ fracturis aurium illinuntur cum melle. Idem lib.12.cap.8.3.
Fragmen,huius fragminis.pe.corr.(κλάσμα,ἄγμα,θραῦσμα,τρύφος,)Est fragmentum,seu pars fractæ rei. Lucretius lib.1, Fragmina coniciens syluarum,arbustaque tota.Virgilius 11.Aeneid.
Mortalis mucro(glacies ceu futilis)ictu.
Dissiluit:fulua resplẽdent fragmina arena.Colu.lib.9.cap.15.11,Mox deinde fragmina fauorũ q̃ in sacco remanserũt retractata exprimunt.
Fragmentum,Idem significat:sed fragmen magis poeticum est.
Collecta laceræ fragmenta carinæ.Lucan.lib.8.148.
Galeæ fragmenta.Lucan.lib.6.39.
Fragmentum lapidis.Cic.2.de Nat.deor.117.Martial.lib.8.51,
Collegitque sinu fragmenta nouissima fracti
Oris & aggesta contumulauit humo.
Fragmentum panis.Plin.lib.9.cap.8.4.
Fragmentum septorum.Cic.pro Sestio,68.
Ramea fragmenta.Virg.4.Georg.61.

Fragor,huius fragōris,penul.prod.m.g.(κτύπος,)Sonitus qui ex arbore aut re alia fracta redditur:estque fictitiũ verbũ à sono.Virg.1.Georg.
-& horridus altis Mõtibus audiri fragor. Vbi Seruius,Horridus fragor,sonitus qualis fieri solet ex aridis, quũ franguntur, arboribus.Liuius 1.ab Vrbe,127, Iam fragor tectorum quæ diruebantur, vltimis vrbis partibus audiebatur.Sic libro 5.188.Et libro 1.bel.Pun.
Graui fragore strepitus.Ouid.11.Metam.74.
Vocis horrendæ fragor.Senec.Herc.furente,9.36.
Aridus fragor.Virg.1.Georg.72.Vide ARIDVS,
Fulmineus fragor.Valer.2.Argon.100.
Præceps fragor Oceani.Valer.3.Argonaut.81.
Raucus fragor.Claud.2.in Eutrop.33.
Pelagi cecidit fragor.Virg.1.Aeneid.32,
Dat fragorem propulsa sylua.Ouid.8,Metam.69.
Miserrimus exoritur fragor.Stat.3.Thebaid.25.
Fit fragor.Ouid.1.Metam.55.
Ingens fragor intonat.Virg.9.Aeneid.103.
Belli sentire fragorem.Lucan.lib.5.46.
Horrisono fragore succidere.Lucret.lib.5.12.
Cœlum tonat omne fragore.Virg.9.Aeneid.112.
Fragōsus,penult corr.Adiectiuum,(τραχώδης,)Asper,ac præruptus.vt Fragosus locus.
Fragosa oratio,cui contraria est Lenis.Quintil.lib.9.cap.4,Quæ connexa & totis viribus fluit,fragosa atq; interrupta melior oratio, Ibidem, Aures fragosis offenduntur,& lenibus mulcentur.
Vada fragosa.Valer.2.Argon.126.
Mollia,lenta,fragosa,putricaua, &c.Lucret.lib.2.172.
Fragōse,pen.prod.Aduerbiũ,(τραχωδῶς,)Plin.lib.16.cap.10.9,Quippe respuuntur,& fragosius sidunt,ægrius reuelluntur.
Fragilis,& hoc fragile,penu.corr.(θραυστός,ψαθυρός,ψαθυρὸς,ἐπίκηρος, εὔθραυστος,)Caducum,Debile,quod facile frangi potest.Cic.de Amicitia,84,Sed quoniam res humanæ fragiles caducæque sunt,semper aliqui anquirendi sunt quos diligamus,& à quibus diligamur.Plinius in Paneg.130,Vt enim cæterorum hominum, ita principum illorũ omnium,qui dii sibi videntur,omne æuum & breue & fragile est.
Anni fragiles,& interior ætas.Ouid.4.Trist.eleg.7.1.
Cicuta fragilis.Virg.eclog.5.18.
Fragile & caducum corpus.Cic.1.de Legibus,35.
In fragili corpore odiosa omnis offensio est.Cic.2.de Senec.60.
Glacies fragilis.Ouid.1.de Arte,75.
Fragilis & laboriosa mortalitas.Plin.lib.2.cap.7.2.
Muri fragiles.Claud.de bello Get.43.
Res humanæ fragiles caducæque sunt.Cic.de Amic.94.
Sonitus fragiles chartarum.Lucret.lib.6.23.
Fragile & caducum.Cic.2.de Finib.138. Quis enim confidit semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit?
Fragile dentibus. Plin.lib.12.cap.8.1.Saccarum est mel in arundinibus collectum,gummium modo candidum,dentibus fragile.Gellius lib.6. cap.1,Ictibus,offensionibusque paruis fragile.
Fragilius.Plin.lib.12.cap.7.4.Est etiãnum in India piperis grani simile, quod vocatur gariophyllon,grandius fragiliusque.
Fragilitas,pen.corr.huius fragilitatis,(τὸ εὔθραυστον,) Debilitas & imbecillitas.Plin.episto.51.c,Illud etiam notabile; vltimus ex Neronianis Consularibus obiit,quo Consule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miseratio subit.
Imbecillitas & fragilitas generis humani.Cic.5.Tuscul.4.
Naturæ communis fragilitas.Cic.pro Marcello,13.
Duratur ferrum in fragilitatem.Plin.lib.34.ca.14.8,Tenuiora ferramẽta oleo restingui mos est,ne aqua in fragilitatem durentur.

Frater, huius fratris, (ἀδελφός,κάσις, κασίγνητος, αὐτοκασίγνητος,)Notæ significationis.diciturque quasi ferè alter. Gellius lib.13.cap.10,Fratris autem vocabulum, P.Nigidius homo impẽ sedoctus,non minus arguto,subtiliq; ἐτύμῳ (id est veriloquio)interpretatur.Frater,inquit,dictus est quasi ferè alter.
Fratris mei gnatus.Plaut.Pœnulo,18.24,
-quid est,fratris mei gnate?quid vis?expedi.
Fratris filia.Plin.epist.164, Quum affectum tuũ erga fratris filiam cogito,etiam materna indulgẽtia molliorem,intelligo prius tibi, quod est posterius,nuntiandum.
Fratres nostri Hedui. Cicero ad Trebatium,lib.7.10.9,Vna mehercule nostra vel seuera vel iocosa congressio pluris erit,quàm nõ modò hostes,sed etiam fratres nostri Hedui.
Fratres patrueles,Filii patrui.Cice.pro Cn. Plancio,21,Hic est enim qui adolescentulus cum Aulo Torquato profectus in Aphricam, sic ab illo grauissimo & sanctissimo,atque omni laude & honore dignissimo viro dilectus est,vt & contubernii necessitudo, & adolescentuli modestissimi pudor postulabat.quod si esset,nõ minus ille declararet, q̃ hic illius frater patruelis.Fratres patrueles,sororesq; patrueles dicuntur, qui quæve duobus ex fratribus progenerantur, vt apud Iurisconsul. traditum

traditum est.Suetonius in Cæsare, Qui fratri patrueli suo Marco in Consulatu successerat.
Fratres gemini,non gemini fratres,vt docet Quintil. lib.9.cap.4. Cice. pro Cluent.34.Itaque his rebus incensus,qua ratione Habitum venenо tollere conatus sit,cognoscite.C.& L.Fabritii fratres gemini fuerũt ex municipio Aletrinate,homines inter se cum forma tum moribus similes,municipium autem suorum dissimillimi. Horat.1.epist.19.8.
Gemelli fratres. Ouid.epist.8.16.
Frater germanus.Cice.5.Verr.91.Sunt alii qui dicant:notæ res, ac manifesti prolatæ sunt,& proferuntur.Dicit C. Fannius Eques Romanus, frater germanus Qu. Titinii iudicis tui,tibi se pecuniam dedisse. Idem pro Domo sua,91. Et pro Cælio,24.
Hoc fratri mecum,& cum fratre conuenit. Vide CONVENIO.
Lugere fratrem ademptum,Vide ADIMO.
Fraterculus,fraterculi,pen corr.Diminutiuum,(ἀδελφίδιον,)Iuuenalis Saty.4.10.
Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum. Cic.5. Verr.131.
Volo mihi fraterculo tuo credas.Ex epistola Timarchidis.
Fratria,fratriæ,(φράτρια,) Vxor fratris,inquit Festus. Fratriæ, inquit Nonius, vocantur fratrum inter se vxores.
Fraternus,possessiuum,(ἀδελφικός,)vt Fraternus amor.Cic. ad Qu.fratrem,lib.1.1.15. Sic fraterna inuitatio,Cice.ad Atticum,lib.9.184.2.
Fraternæ acies apud Statium lib.1.1.
Animi fraterni.Horat.1.epist.10.1.
Fœdus fraternum rumpere.Horat.1.epist.3.7.
Hæreditas fraterna.Cic.pro Cluentio,23.
Fraterna mors.Virg.lib.9.Aeneid.52.
Fraternum parricidium Cic.pro Cluentio,23.
Pacis fraternæ fides. Ouid.3.Metam.26.
Sodalitium fraternum.Catul.de Cælio,epigr.95.1.
Fratricida,huius fratricidæ,pen.prod.(ἀδελφοκτόνος,)Qui fratrem occidit,Cic.pro Domo sua ad Pontif.21.Extra ordinẽ ferri nihil placet Clodio.quid de me, quod tulisse te dicis parricida , fratricida,sororicida,nónne extra ordinem tulisti?
Fraternè,Aduerbium,(ἀδελφικῶς,)Ad similitudinem fratris.Cic.ad Qu. fratrem,lib.2.16.2.Quare facis tu quidem fraternè,quòd me hortaris: sed me hercule currentem nunc quidem,vt omnia mea studia in istum vnum conferam. Ibidem,lib.1.3.20.Huic tu epistolæ nõ fraternè scriptæ,fraternè debes ignoscere. Sic ad Atticum,lib.1.3.7.Et tibi persuadeas te à me fraternè amari.
Fraternitas,pen.corr.(ἀδελφότης,)Quintil.Declamat.16. A primis statim ætatibus in eandem coire vitam,habet aliquẽ fraternitatis affectũ.

Fraus, fraudis,f.g.(ἀπάτη,φενακία,σόφισμα,περιγραφή,χλεύη,)Deceptio,qua aliquem circumuenimus. Plaut. Pseud.5.130. Fur.a babæ.p.fugitiue.b bombax.c.fraus populi.b.planissume.Terent.Heaut.5.4.10,
-mores caue in te esse istos sentiam.
CL. Quos? C. Si scire vis,ego dicam: gerro,iners,fraus,helluo,Ganeo, damnosus.
Fraus & integritas,contraria.Cic.2.de Orat.10. Fraus hominum ad perniciem,& integritas ad salutem vocatur.
Fraus est concessa repellere fraudem. Ouid.3.de Arte,98.
Cæcus fraude,Vide CAECVS.
Inapertus fraudi,Qui falli non potest.Silius lib.7.6.
Crimina fraudis.Ouid.3.de Arte,7.
Impia fraus.Vide IMPIVS.
Inexplicabiles fraudes,Vide INEXPLICABILIS.
Nefanda fraus.Iuuenal.Saty.13.18.
Muliebris fraus.Tacit.lib.4.
Mala fraude aliquid agere.Horat.1.Carm.ode 3.6.
Agere aliquem in fraudem,Conicere in periculum.Virg.10.Aeneid.
Quis deus in fraudem,quæ dura potentia nostra
Egit?Vbi Seruius,In fraudem,id est in periculum.Ita enim in iure lectum est.Fraudi est illa res,id est periculo.
Astruere fraudem.Senec.Herc.Oeth.6.3.
Captus fraude,Vide CAPTVS.
Cogitare fraudem alicui.Horat.1.epist.1.24.
Componere fraudes.Propert.lib.1.eleg.10.7.
Concipere fraudes,Vide CONCIPIO.
Fraudem creare suis cruribus,Vide CREO.
Deducere aliquem in fraudem Plancus Ciceroni,lib.10.23.9.Vide DEDVCO.
In fraudem quandam in Republica delabi.Cic.3.de Orat.125.
Fraudes & fallacias alicuius exagitare.Cic.pro Cluentio,81.
Facere fraudem.Plaut.Milit.5.9.
Per istis,nisi vsque ad mortem multatis malè,
Atque adeò vt ne legi fraudem faciam talariæ,
Accuratore,vt sine talis domi agitem conuiuium.
Facere fraudem Senatusconsulto.Cic.Attico,lib.4.81.2.

Pudica fraude fallere procos.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.21.
Ferre fraudem alicui.Cic.Attico,lib.7.144.2,Ego me ducem in ciuili bello quoad de pace ageretur,negaui esse:non quin rectum esset,sed quia quod multo rectius fuit,id mihi fraudem tulit.
Fert illi fraudem hæc res.Virg.11.Aeneid.
Iam noscet ventosa ferat cui gloria fraudem.
Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid.Cic.pro Quint.33.
Vi aut fraude fit iniuria: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrunque ab homine alienissimum,sed fraus odio digna maiore. Cice. 1.Offic.64.
Quod sine fraude mea aliorumque fiat: Id est saluo suo, alienoque iure,inquit Budæus. Liu.libro 1, Fecialis regem interrogauit,Rex facisne me tu regium nuntium,Populique Romani Quiritium vasa comitesque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea , populique Quiritium fiat,facio.
Impelli in fraudem.Cic.de Amic.75, Maxima autem culpa in eo est qui & veritatem aspernatur,& in fraudem obsequio impellitur.Idem pro Rosc,Amer.35,Hæc te opinio falsa in istam fraudem impulit. Sic in Partit.62. Et de.Prouinc.Consul.1.
Incidere in fraudem.Plaut.Trinum.10.32,
Vi Veneris victus,otio captus,in fraudem
Incidi. Terent.Heaut.3.1.33, In eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides.
Incidere in fraudem spe aliqua.Cic.Attico,lib.11.224.2.
Inferre fraudem,Vide INFERO.
Inicere in fraudem,Vide INIICIO.
Innexa fraus clienti.Virg.6.Aeneid.122.
Instruendæ fraudi intentus,Vide INSTRVO.
Nectere fraudem.Silius lib.6.66.
Nudare fraudem alicuius.Claud.de bello Gild.55.
Nubem obiicere fraudibus. Hora.1.epist.17.13.
Fraude loci oppressus.Virg.9.Aeneid.83.
Petere aliquem fraude.Virg.4.Aeneid.235,
Struere fraudes alicui.Senec.Hippol.4.30.
Suscipere fraudem.Cic.in Pisonem,33.
Ne ea res mihi sit fraudi: Id est,ne ea res mihi adscribatur,néve vitio detur,vnde pœna aliqua proueniat. Antiqui enim fraudem pœnam vocabant.Vlpianus de Aedilitio edicto,L. Quum autem, Veteres fraudem pro pœna ponere solebant. Cicero pro L. Murena,27, Id erit eius vitrico fraudi ac crimini. Idem ad Atticum, Fit gratia Bruti, Senatusconsultum,vt néve Salaminis,néve qui eis dedisset, fraudi esset. Idem 4.Verr.125,Statuunt illi,atque decernunt, vt hæ literæ, quibus existimatio C.Verris læderetur, remouerentur:operaque daretur,ne ea res C.Verri fraudi esse posset. Idem pro Sex.Roscio Amer.29, Id erit ei maximè fraudi.Idem 5.Philip.188,Censeoq; vt iis qui in exercitu Antonii sunt,ne sit ea res fraudi,si ante Calendas Februarii ab eo discesserint. Ibidem,192,Duos Cn.Pompeii summi ac singularis viri filios,incolumes haberemus,quibus certè pietas fraudi esse nõ debet. Sic Liu.1.ab Vrbe,99.& 208.
¶Fraus,pro Piaculo & quasi pro crimine, vel potius pœna. Cice.1.de Diuin.15, Est enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude:aut susceptis,anili superstitione obligemur.
Fraus capitalis.Liu.3.bel.Pun.50,Descendit equo,dixitq;,Qui capitalẽ fraudem ausi,quique pecuniæ iudicati in vinculis essent,qui,&c.
Capitalem fraudem admittere, Est tale aliquid delinquere, ꝓpter quod capite puniendus sit qui deliquit. Hæc Vlpianus de Aedilitio edicto. Cic.pro Rabir.perduel.reo,19.
Peculatus fraude carere.Cic.12.Philipp.327.Id est crimine.
Nocituram fraudem committere.Horat.1.Carm.ode.28.7.
Inexpiabiles fraudes in Republica violanda cõcipere. Cic.1.Tusc.114.
Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. Cic.1.de Orat.191.
Pœnas fraudis præsentis in diem seruant nonnunquam dii. Cicero pro Cælio,46.
Fraudulentus,Adiectiuum,(περίδαλος,)Plenum fraudis.Plaut.Menæch. 14.9. -datum denegant quod datum est,
Litium pleni,rapaces,fraudulenti sunt viri,
Qui aut fœnore,aut periuriis paratam rem habet. Cic.2. Offic.51, Nam quos improbos,maledicos,fraudulentos putant , &c. Colu.lib. 9.cap.5.2,Neque ea curatorem fraudulentum tantum, sed etiam immundæ segnitiæ perosa est.æquè enim dedignatur si minus purè habita est,ac si tractetur fraudulenter.
Fraudulenti & mendaces Carthaginenses.Cic.2.de L.Agra.92.
Homo fraudulentus.Author ad Heren.lib.2.78.
Populus & dux fraudulentus.Horat.3.Carm.ode.3.5.
Venditiones fraudulentæ.Cic.3.Offic.110.
Fraudulenter,Aduerbium,(περιδάλως,)Cum fraude. Colum.lib.1.cap. 8.14,Sæpe enim quærẽdi potestatẽ faciat de iis q aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent. Plin.lib.30.cap.10.7, Quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt.De stellione.

Universidad de Deusto Biblioteca

Fraudo, fraudas, (ὑπάγομαι, πλεονεκτέω, παρακόπτω, νοσφίζω,) fraudare. cuius passiuum est fraudor, significat decipere, & vtplurimum priuare. Plin.lib.11.ca.16.5, Aequitas quidem etiam in eis obstringitur: feruntq; societate fraudata alucos mori. De apibus.

Fraudare & fallere. Cic. pro Rosc.Com.9, Aequè enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere, quæ continet vitam: & pupilli fraudare, qui in tutelam peruenit: & socium fallere, qui se in negotio coniunxit.

Vadimonium alicui deserere, & eum fraudare. Cice. pro Quintio, 50, In huiusmodi sponsionem testes dare oportebat ex eo numero qui hæc dicerent, vadimonium mihi deseruit: me fraudauit: à me nominis eius quod inficiatus esset, diem petiuit: ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit.

Fraudare & offendere animum. Cic. in Orat.103, Perfecta ac moderata semper expectat: mutila sentit quædam, & quasi decurtata: quibus tā quam debito fraudetur, offenditur. De animo.

Creditores fraudare, domo profugere, propter æs alienum venire ad arma. Cic.6.Philip.211.

Decumanum fraudare, ne grano quidem vno sine maxima pœna potest arator. Cic.5.Verr.16.

Fraudare genium, Naturæ appetitui & voluptati non satisfacere. Plaut. Aulul.25.14,
Perditissimus ego sum omnium in terra.
Nam quid mihi opus vita est, qui tantum auri
Perdidi, quod custodiui sedulo? egomet me fraudaui,
Animumque meum, geniumque meum: nunc eo alii lætificantur meo malo & damno. pati nequeo.

Fraudare mutuationibus. Cicero pro Flacco, 37, Itaque quum Roma clàm esset profectus, multosque minutis mutuationibus fraudauisset, in Asiam venit.

Fraudare nomine veteri. Cic.5.de Finib.157, Audebo igitur cætera quæ secūdum naturam sint, bona appellare, nec fraudare suo veteri nomine: quàm aliquid potius nouum exquirere.

Fraudare aliquem pecunia. Cice. ad Atticum, lib.1.1.7, Cæcilius auunculus tuus à P. Vario quum magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum eius fratre.

Improbissimè populum fraudare. Cic. de Arusp. resp.39.

Fraudare aliquem regno. Virg.4.Aenei.72, Quam regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus aruis.

Fraudare aliquem in hæreditaria societate. Cic. pro Quint.51.

Somno fraudare aliquem. Ouid.1.Amor.eleg.13.4.

Fraudare stipendium militum, & prædam omnem domum auertere. Cæsar 3.bell.Ciuil.328.

Fraudare aliquem per tutelā, aut societatem, aut, &c. Cic. pro Cecinna, 5.

Fraudare aliquem testimonio suo. Colum.lib.3.ca.7.1, Nos quoque hæc genera non fraudamus testimonio nostro: sunt enim largissimi vini. De vitis fœcunditate loquitur.

Pelàm bonos viros fraudare. Cic. pro Quintio, 29.

Fraudare aliquem voluptate. Plin.epist.96.d.lib.5, Deinde quod durum existimabā, te amantissimū mei fraudare voluptate, quā ipse capiebā.

Fraudare se victu suo. Liu.2.ab Vrbe, 46, In magna inopia pro domesticis copiis vnusquisq; ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit.

Spe fraudandi sublata, soluendi necessitas cōsequitur. Cic.2.Offic.125.

Data corripere fraudando. Catull. ad Aufilenam, 105.2.

Fraudans, Participium, (νοσφίζων,) vt Censu fraudante ferus. Ouid.3. Fast.166.

Fraudatus, Participium, (νενοσφισμένος,) Cic.3.Offic.91, Vti ne propter te, fidemve tuam captus fraudatusve sim.

Coniugio fraudata. Ouid.epist.6.33.

Fraudator, pen.prod. Verbale. (πλεονεκτικός,) Cic. pro Flacco, 38, Nolite existimare iudices, non vnam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam.

Creditorum fraudator. Cic.13.Philip.364.

Fraudator & interceptor prædæ. Liu.4.ab Vrbe, 218.

Fraudatio, Verbale, fœm. (νοσφισμός,) Ci.3.Offic.91, Quàm illa aurea, vt Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione.

Fides, & Fraudatio, contraria. Cice. in Catil.44, Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulātia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio.

Frausum, veteres fraudatū dicebant: hoc est eū qui ad fraudis fructum venisset. Et frausus erit, qui fraudem commiserit, authore Festo. Plautus Asin.7.20, Memo in commune, nequam fraudem frausus siet.

Fraxinus, fraxini, pen.corr.f.g. (μελία,) Arbor. Plin.lib.16.ca.13.1, Materiæ enim causa reliquas arbores natura genuit: copiosissimamq; fraxinum procera hæc ac teres, pennata & ipsa folio multumq; Homeri præconio & Achillis hasta nobilitata, &c.

Amicitior vndis fraxinus. Stat.9.Thebaid.99.

Fraxinus campestris, Vide CAMPVS.

Fraxinus in syluis pulcherrima. Virg. eclog.7.13.

Stridula fraxinus. Claud.1.in Ruffin.44.

Vmbrosa fraxinus. Stat.4.Thebaid.57.

Proceras manibus vertere fraxinos. Horat.3.Carm.ode 25.4.

Fraxineus, Adiectiuum, (μέλινος,) Ex fraxino. vt Frons fraxinea, Colu. lib.6.cap.3.6. Et lib.11.cap.2.62, Iisdem temporibus si sit, fraxineam: sin minus, orneam: si nec hæc sit, iligneam frondē rectè præbebimus.

Hasta fraxinea. Ouid.4.Metamor.2.

Sudes fraxineæ. Virg.2.Georg.72.

Trabes fraxineæ. Virg.6.Aeneid.36.

Fraxinus, pen.cor. Adiectiuum, (μέλινος,) vt Virga fraxina. Ouid.epist. 11.16, Vt quatitur tepido fraxina virga noto.

FREGELLAE, Vetus Italiæ vrbs, olim florentissima, quum à Romanis defecisset diruta, & ad vicum iam vsque à Strabonis tempore redacta. Silius lib.8.95, Obsessæ campo squalente Fregellæ, Idem alio loco, Et quæ fumantem texēre giganta Fregellæ. Inde Fregellani, populi dicti, quorum meminit Plin.lib.3.cap.5.

Fregellānus, penult.product. Adiectiuum. vt Fregellana vitis. Columel. libro 3.cap.2.17.

Fremo, fremis, fremui, frémitum, pen.cor. (φρυάττω, φριμάσσω, φρυμάττω, βρυχάω, ἐμβριμάομαι,) frémere, Factitium verbum, significat immaniter sonare. Plaut. Mostel.18.10, Fremunt, perstrepuntque. Virg.1.Aeneid.113.
-Concti simul ore fremebant.

Fremebant æternas opes esse Romanas. Liu.2.ab.Vrbe, 191.

Fremit ereptum sibi Consulatum. Cic. ad Atticum, lib.2.21.4.

Non fremit in infantes leo, nisi magna fame. Plin.lib.8.cap.16.7.

Fremunt gaudio erecti de pace Reip. Liu.6.ab Vrbe.31.

Fremit leo ore cruento. Virg.9.Aeneid.25. Suet. in Galba, Præcipuè Germanicæ legiones fremebant se fraudari stipendio.

Magno circum dolore fremebant. Virg.6.Aeneid.35.

Hæc fremit plebs. Liu.3.ab Vrbe, 159.

Fremebat tota prouincia. Cic.5.Verr.112.

Vario superi sermone fremebant. Ouid.9.Metam.84.

Torrentes immane fremunt. Claud.8.Paneg.47.

Turba mixto murmure fremit. Lucan.lib.7.10.

Venti fremunt immani murmure. Ouid.1.Trist.eleg.2.5.

Fremant omnes licet, dicam quod sentio. Cic.1.de Orat.96.

Fremens, Participium, (φριμάσσων,) vt Sæuit acerba fremens. Valer.3. Argon.46.

Bello fremens Italia. Virg.4.Aeneid.46.

Equus fremens. Virg.1.Georg.3.

Fremendus, Participium, (φριμακτέος,) vt Clamor fremendus. Stat.12. Thebaid.151.

Frémitus, huius frémitus, pen.corr.m.g. (φριαγμός, φρύαγμα,) Ingens sonitus, vt æstuantis maris, aut murmurantis populi, aut hominis excandescentis in iram. Plaut. Amphit.4.79, Tela frangunt, boat cælum fremitu virūm. Cice. ad Atticum, lib.2,18.2, Qui fremitus hominum! quàm irati animi! Idem 5.de Finib.8, Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret voce vincere. Ibidem lib.2.151

Auditus cum fremitu strepitus. Cic. de Arusp. resp.18.

Aequoris nigri fremitus. Horat.3.Carm.ode.27.5.

Egentium fremitus. Cic. pro Flacco, 18.

Maris murmurantis fremitus. Cic.5.Tuscul.164.

Marino fremitu assurgens Benacus. Virg.2.Georg.32.

Fremitus equorum. Cæsar 3.bel.Ciuil.151, Ex fremitu equorum illata suspicione, ad suos se recipere cœperunt. Virg.11.Aeneid.121, Equorum ardescit fremitus.

Plausu fremituque secundo. Virg.5.Aeneid.67.

Acri cum fremitu perfurit ventus. Lucret.lib.1.56, Vide ACER.

Denso circunstant fremitu. Virg.4.Georg.44.

Flebilis fremitus. Senec.Hippol.7.4.

Horribilis fremitus armorum. Cic. de Arusp. resp.18.

Horrisono fremitu sequuntur. Virg.9.Aeneid.11.

Inconditus fremitus, Vide INCONDITVS.

Mugienti fremitu loca cuncta retonant. Catull. de Berecyn.58.17.

Rapidi fremitus. Lucret.lib.5.140.

Truces fremitus tubæ. Senec.Octau.6.5.

Semiferi fremitus virorum. Valer.6.Argo.47.

Fremebundus, (φρυαγματώδης,) Qui fremit. Cice.2.de Nat. deorum, 127.
Tanta moles labitur Fremebunda ex alto ingenti sonitu & strepitu. Ex Accio poeta. Ouid.12.Metam.26, Tum verò præceps curru fremebundus ab alto Desilit.

Frendeo, frendes, frendui, fressum, (θραύω,) frendēre, Frangere, authore Festo. vnde & Faba fressa. Colu.lib.2.cap.11.9, Cicera bubus erui loco, fressa datur in Hispania Bethica. Varro 2. de Re rust.cap.16, Amisso nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frendere possint, id est frangere.

Frendere (βρύχειν,) aliquando accipimus pro eo quod est simul concussis, & strictis dentibus veluti cum iracundia vocem emittere. Plaut. Capt.

Capt.15.5, Nimisque hercle ego illum malè formidabam, ita frendebat dentibus. Dicitur & stridere.

Frendo, frendis, (βρυχάομαι,) per tertiam coniugationem etiam legitur. Plaut. Trucul.11.41.
Traxit ex intimo ventre suspirium: hoc vide dentibus
Frendit, icit femur.

Frendens, Participium, (βρύχων,) vt Frendens leo, hoc est sæuiens. Cic.2. Tusc.37. Ex antiquo poeta.

Aper frendens. Ouid.1.de Arte, 10.

Leo frendens. Silius lib.10.5.

Dolor frendens. Senec. Herc.fur.9.16.

Grauiter frendens. Virg.4.Georg.91.

Fressa faba. Cels.lib.5.cap.18.

FRENTANI, Italici populi, Daunis & Picentibus vicini. Alii à Ferentinis qui in Tuscia sunt, & Ferentinatibus qui Latium habitarunt, de quibus disputat Hermolaus cap.5.libro, 3.Plinii. Illorum regio, Frentana Plinio dicitur.

Frenum, Vide FRAENVM.

Frequens, huius frequentis, om.g. (θαμινός, πυκνός, ἀθρόος, πεπολυμένος, ταρφός,) Valla, Frequentem locum dicimus', quem frequentare multi solent: vt Vrbs frequens, oppidum frequens, platea frequens, vbi multi homines aut habitant, aut diuersantur. Quūdo autem de persona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur: vel de sola sic, Sit miles frequēs spectator præliorum, id est creber & assiduus. Vel de turba sic, frequens populus, frequens Senatus, id est copiosus & multus. Et quidem cum nomine collectiuo in singulari: cū ceteris verò in plurali: vt frequētes ciues, frequentes Senatores, hoc est multi & numerosi. Veruntamen quum dico, sis frequens: innuo actionē quum dico, frequens locus, passionem. ille frequentat, iste frequentatur. Hactenus Valla lib.4.cap.96.

Frequentes & Pauci, contraria. Cice.3.de Orat.117. Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an singuli.

Frequentissima ædes. Plin.epist.216. Aruspicum monitu reficiēda est mihi ædes Cereris in prædiis in melius & in maius, vetus sanè & angusta quum sit, alioqui stato die frequentissima.

Auditor Platonis frequens Demosthenes. Cic. in Orat.8.

Frequens auditorium, Quò multi conueniunt. Plin.epist.42.a, Proximè frequenti auditorio interse coràm multi ordinis nostri clarē iocabantur. intraui, conticuerunt.

Collegium frequens. Cic. de Arusp. resp.11.

Compita frequentia. Horat.2.Serm.saty.3.5.

Conuiua frequens, Id est multi conuiuæ. Ouid.2.Amor.eleg.5.5. Iamque frequens ierat mensa conuiua relicta.

Imitatio frequens. Quintil.lib.1.cap.11.2.

Latrocinia frequentia. Asinius Pollio Ciceroni, lib.10.31.1.

Modus frequens & fauorabilis. Quintil.lib.4.cap.1.14.

Municipium frequens. Ci.2.Philip.103. Quum inde Romam proficiscēs ad Aquinum accederet, obuiam ei processit (vt est frequēs municipiū) magna sanè multitudo.

Frequens numerus. Brutus ad Ciceronem, lib.11.10.6. Est numerus veteranorum & armatorum satis frequens cum Ventidio.

Frequens opera. Plau.Cist.2.5. Omnibus relictis mihi frequentem operā dedistis. Id est, frequentissimè iussistis me.

Frequentia pocula. Cic. de Senect.40. Caret epulis, extructisque mensis, & frequentibus poculis.

Frequens Senatus. Plaut. Milit.9.110.
Redeo in Senatum rursus. nam Palæstrio,

Frequens Senatus, Sceledrus nunc autem foras. Cic. ad Lentulum, lib.1. 4.2. Causam enim frequenti Senatu, &c. obtinebamus. Idem 2. de Legib.26. Approbante Senatu frequentissimo.

Conuenit Senatus frequens. Cic. Planco, lib.10.12.7.

Sylua frequens trabibus. Ouid.8.Metam, 69.

Theatro frequentissimo incredibili plausu comprobatum est. Cice.1. de Diuinat.106.

Via frequens & tuta. Ouid.1.de Arte, 118.

Vrbs populis frequens. Lucan.lib.1.102.

¶ Frequens aliquis, & qui in ore omnium quotidie versatur. Cice. pro Rosc.Amer.10.

Secretis frequens. Tacit.lib.4. Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac medicus Liuiæ, specie artis frequens secretis.

Frequens est, id est consuetum, receptum. Paulus in L. Singulis. ff. De except.rei iud. Parere ergo exceptionem rei iudicatæ, frequens est.

¶ Frequens adest. Terent. And.1.1.80. Cum illis qui amabant Chrysidem, vnà aderat frequens. Cice.4.Verr.50. Et in consilium frequentes conuenissent.

Frequens comparebo tibi benefactis. Plaut. Milit.10.67.
Tu me vt fateare faciam esse adolescentem moribus:
Ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens.

Frequens obuiam prodeunt, gratiasque agunt. Cic.4.Verr.134.

Frequens est cum eo. Cicero, 1, Officiorum, 66, Quibuscum si frequentes sint, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi delegerunt ad imitandum.

Frequentes fuimus ad ducentos. Cic. ad Qu.frat.lib.2.5.2.

Frequens venit. Cic. de Senect.35, Adsum amicis, venio in Senatum frequens, vltroque affero res multum & diu cogitatas easque tueor, animi non corporis viribus.

Frequentissimi venerūt ad hoc iudicium mercatores. Cic.7.Verr.120. de multitudine loquitur. Sic Cæs.4.bel.Gall.505, Frequētes oībus principibus maioribusque natu adhibitis, ad eum in castra venerunt.

Frequentia, frequentiæ, (πλῆθος, σύλλογος,) Qualiscunque hominū multitudo. Cic. de Amicit.73, Atque hoc maxime iudicaretur, si quid tale posset contingere, vt aliquis nos deus ex hac hominum frequētia tolleret, & in solitudine vspiam collocaret. Plin. in Paneg.37, Circumfusus vndique nunc Senatus, nunc Equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus inualuisset. Salust. Reliquos cū custodibus in ædem Concordiæ venire iubet. eò Senatum aduocat, magna frequētia eius ordinis erat. Sic Cic.2.Verr.12, Domum reducebatur è campo cum maxima frequentia à multitudine. Ibidem, 31, Non committam vt cum res iudicetur, quum hæc frequentia totius Italiæ Roma discesserit, quæ conuenit vno tempore vndique.

Forum celeberrimum, tanta frequentia. Cic.5.Verr.114.

Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. Cic. de Petit. Consul.3.

Epistolarum frequentia. Cic. Attico, lib.4.85.1.

Scholarum frequentia. Quintil.lib.1.cap.2.1.

Summa hominum frequentia in foro aliquid agere. Cic.4.Verr.137.

Circumfusus frequentia hominum, Vide CIRCVNFVNDO.

Magna frequentia consessuque effertur. Cic. pro Flacco, 31.

Ornare ac celebrare frequentia egressum alicuius. Cic. in Pis.24.

Solidam, & robustam, & assiduam frequentiam præbere. Cicero pro Plancio, 17.

Stipari frequentia. Cic. pro Milone, 1.

Frequenter, Aduerbium, (θαμινά, θαμά, ἑκάστοτε,) Author ad Heren.lib. 4.241, Nunc identidem nosmet ipsi nobis instemus: res enim communis agitur: vt frequenter & assiduè consequamur artis rationem studio, & exercitatione. Cicer. in Orat.45, Translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis vtitur non modò vrbanorum, sed etiam rusticorum.

Vince frequenter. Ouid.4.Trist.eleg.6.5.

Frequento, frequentas, (θαμίζω, φοιτάω,) frequentare, Sæpe & frequenter adire, aut inuisere. Sallust. in Iugurtha, Denique plebs sic est accensa, vt opifices, agrestesque omnes, quorum res, fidesq; in manibus sitæ erant, relictis operibus, frequentarent Marium. Sueton. in Octauio Augusto, cap.53, Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiusque solennis frequentare desiit, quā grādior iam natu, & in turba quondam sponsaliorum die vexatus. Sallust. Inuētutem quæ domum Catilinæ frequentabat.

Aliquem frequentare, pro Inuisere, & ei adhærere. Tacit.lib.18. Digressis, qui Pacariū frequentabāt, nudus & auxilii inops in balneis interficit.

Domum alicuius frequentare. Cic. Messino.lib.5.21.4.

Domum conuentu frequentare. Catull. Argon.59.7.

Frequentari domus dicitur quæ à multis aditur, vel cum multis. Cicero 1, Offic.195. Liu.7.ab Vrbe, 140.

Ludos frequentare. Cic.1.de Inuent.57.

Sacra frequentare. Ouid.3.Metam.139.

Solitudinem alicuius loci frequentare. Cic. Att.lib.1.14.6.

Templa frequentari decet. Ouid.4.Fast.175.

Vrbes sine cœtu hominum nec ædificari, nec frequentari potuissent. Cic. 2.Offic.10.

¶ Frequentare etiā est Crebrū facere. Cic. de Clar. Orat.182. Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum, quàm verbis volucre, atque incitatum. Idē pro Domo sua, 69, Quem tu tamen populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras. Id est qui nō multus fuisset in comitiis, nisi tabernas occludi iussisses. Budæus.

Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus verborum. Cicero.3.de Orat.112.

In animo primas quasque partes rethoricæ frequentare. Author ad Herennium, lib.3.136.

¶ Frequentare, pro Frequentē reddere. Suet. in Aug. Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum à se, frequētauit. Tacit.lib.3, Nec ideo coniugia, & educationes liberûm frequentabantur.

¶ Frequentare, pro Geminare. Gellius, lib.13.ca.23, Quæ à Poetis vel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei gratia duobus eadem pluribusve nominibus frequentantur.

¶ Frequentare, pro Celebrare. Senec.epist.80, Ad nos quidem nihil pertinebit posterorū sermo: tamē nec sentiētes colet ac frequentabit.

Triumphum frequentare. Liu.lib.6.Decad.4, Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui egregiam nauare operam Rei-

Universidad de Deusto Biblioteca

pub.potuissent.
Frequentare cõmercium Seneca dixit, epist. 38. pro Frequẽter colere.
Frequentans, Particip. (θαμίζων,) Cic. in Orat. 47, Non faciet Rempublicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa frequentans, vna complexione deuinciet.
Frequentatio, Verbale, (συναθροισμός,) Cic. in Part. 67, Atq; hæc quidẽ vtriq; maximè in peroratione facienda: alteri, frequentatione argumentorum, & coaceruatione vniuersa alteri, si planè causam, &c.
Frequentatio, est figura oratori propria, quam sic definit Author ad Herennium, libro, 4. 215, Frequentatio est, inquit, quum res in tota causa dispersa, coguntur vnum in locum, quò grauior, aut acrior, aut criminosior oratio sit.
Densa & continens frequentatio verborum. Cic. 1. de Orat. 125.
Frequentarius, Adiectiuum, (θαμινός,) Veteres dixerunt pro frequente. Festus, Pomp.
Frequentamentum, (πύκνωμα,) Gellius, lib. 1. ca. 11, Numeros & modos & frequentamenta quædam varia tibicen incineret. Idem, lib. 5. ca. 1. Si quibusdam quasi frequentamentis orationis mouentur, exagitãtur, & gestiunt. Existimo esse quod Galli musici vocant Fredon.

Fressa faba, Vide FRENDEO. Plin. lib. 22. ca. 25. 20. Colum. lib. 6. cap. 3. 5. Martial. lib. 2. 152.

Fretum, freti, (πορθμός,) Locus angustus in mari: ac etiã ipsum mare à similitudine (vt Varro existimat) feruẽtis aquæ, quòd in fretum sæpe concurrat æstus, atque efferuescat. Cic. 7. Verr. 41, Hinc in freto ante sua tecta & domos nauigarent. Ibidem, 133, Te iubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret.
Oceani freta. Cic. 1. Tuscul. 73. Ex quodam poeta.
Freta & maritimi æstus. Cic. 2. de Diuinat. 50.
Aestuosa. Horat. 2. Carm. ode. 7. 4.
Alta. Senec. Hippol. 10. 8.
Cærula. Virg. 10. Aeneid. 41. Vide CAERVLVS.
Curua. Valer. 1. Argon. 124.
Imbelle fretum torpentibus vndis. Stat. 3. Sylu. 5. 17.
Insana. Ouid. epist. 17. 6.
Lenta. Ouid. epist. 16. 48.
Mollia. Ouid. 14. Metam. 111.
Naufraga. Ouid. 14. Metam. 2.
Triste fretum. Ouid. epist. 17. 43.
Tumida. Senec. Herc. fur. 11. 13.
Vastum fretum. Seneca Hippol. 2. 1.
Crebris freta concita terris. Virg. 3. Aeneid. 26.
Concutiunt freta venti. Ouid. 6. Metam. 138.
Currentia freta. Horat. 1. epist. 3. 1.
Disiungi freto ab Italia. Cic. 5. Verr. 110.
Venti distraxere fretum. Silius, lib. 7. 116.
Feruet fretis spirantibus æquor. Virg. 1. Georg. 66.
Findere fretum carina. Ouid. epist. 15. 7.
Inclinatum fretum æstu. Vide INCLINO.
Indignantia freta miscent venti. Ouid. 11. Metam. 99.
Inire fretum. Ouid. 14. Metam. 87.
Secare freta. Virg. 10. Aeneid. 29.
Cæca freta solicitant remis. Virg. 2. Georg. 101.
Sorbet fretum Charybdis. Ouid. 7. Metam. 13.
Adductis spumant freta versa lacertis. Virg. 5. Aeneid. 29.
Sæuior freto surgente. Ouid. 14. Metam. 143.
Segne torpescit fretum. Senec. Herc. fur. 9. 30.
Transire freto ad aliquem locum. Cic. 7. Verr. 4.
Agitata freta tumescere incipiunt. Virg. 1. Geor. 72.
¶ Fretus masculino genere dixerunt veteres. Lucretius lib. 6, Nam fretus ipse anni permiscet frigus ad æstum. Nonius, Dubiis fauentem per fretum introcurrimus. Ennius, Crassa puluis oritur, omnem peruolat cœli fretum. Lucilius Serano, Cœli nomine & salis fretus. Varro Gallo, aut Fundania, Inter Italiam & Siciliam, qui est fretus inter Regium & Messanam. Cic. 7. Verr. 133, Vt ille in dolore, cruciatuque moriens, perangusto fretu diuisa, seruitutis, ac libertatis iura cognosceret. Ita legit Gellius.
Aetatis freta. Lucret. lib. 4. 207.

Fretus, Participium. Vide FRVOR.

Friabilis, Vide FRIO, frias.

Frico, fricas, fricui & aliquando fricaui, frictum & fricatum, (τρίβω, ἐντρίβω, ξύω, ἀνατρίβω,) fricare, Notæ significationis. Plaut. Asina. 12. 88, Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. Plin. epist. 171. d. Quin etiam (fœdum, miserandumq́ue dictu) dentes lauandos, fricandosq́ue præbebat. Plin. lib. 8. cap. 27, Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) Barbari venantur.
Fricare corpus oleo. Martialis, lib. 4. 45.
Costas fricare arbore. Virg. 3. Georg. 51. de suibus.
Frictus, pro Fricatus. Iuuen. Saty. 6. 58,
– si prurit frictus ocelli
Angulus, inspecta genesi collyria poscit.
Fricari vento. Plin. lib. 36. cap. 22. 9, Exercetur halitu maris, fricatur vento, & verberatur imbri.
Frictio, frictionis, (τρίψις,) Actus ipse fricandi. Cels. lib. 1, In ipso quoque itinere, frequens frictio. Plin. lib. 23, Frictiones inhibeat oculorum.
Fricatio, (ἔντριψις,) Idẽ. Colu. lib. 6. cap. 12. 1, Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur. Sic Plin. lib. 28. cap. 4. 19, Fricatio vehemens. Et lib. 26. cap. 3. 2, Fricatio corporis.
Fricatus, huius fricatus, pen. prod. (ἔντριψις,) Idẽ. Plin. lib. 23. ca. 7. 11, Luscios ex oleo illitus emendat, dentiumq; vitia crebro fricatu.

Frigeo, friges, **Frigidus,** Vide FRIGVS.

Frigo, frigis, frixi, frixum, vel frigui, frictum (φρύγω,) frigere, Torrere. Plaut. Bacchid. 16. 7, Tam frictum ego illum reddam, quàm frictus est cicer. Idẽ Pœn. 4. 104, – nil nisi laterculos, Sesamum, papaueremq;, triticũ, & frictas nuces. Corn. Cels. lib. 2. ca. 18, Tũ res eadẽ magis alit iurulẽta quàm assa, magis assa quàm frixa. Plin. lib. 18. cap. 7. 22, postero die frigunt, deinde molis frangunt. Sic Colum. lib. 7. ca. 5. 8. Frictum sal. Et Varro. 2. de Re rust. cap. 4. 19, Frictum triticum.

Frigus, frigoris, penul. corr. n. g. (ψῦχος, ῥῖγος, κρύος, κρυμός, ἄλγος,) contrarium est Calori. Virgilius, 1, Georg. – frigusque caloremq́ue Inter. Idem, – aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Dicitur à Græcis ῥῖγος.
Frigus impendebat Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 14. 5, Scribemus ad te, si modo tabellarios tu præbebis: quanquã eiusmodi frigus impendebat, vt summum periculum esset ne Appio suæ ędes vrerentur.
Infames frigoribus Alpes, Vide INFAMIS.
Rugosus frigore pagus. Horat. 1. epist. 19. 22.
Acerbum Horat. 1. epist. 18. 11.
Acre, Vide ACER.
Amabile. Horat. 3. Carm. ode, 13. 2.
Brumale. Virg. 6. Aeneid. 41.
Durum. Lucret. lib. 5. 164.
Ignauum. Ouid. 2. Metam. 153.
Immodicum. Ouid. 5, Trist. eleg. 14. 2.
Iners, Ouid. 8. Metam. 160.
Matutinum. Horat. 2. Serm. Saty. 6, 9.
Media frigorib', Id ẽ media hyeme. Vir. ecl. 10. 13.
Intolerabile. Cic. pro Rosc. Amer. 77.
Opacum frigus, Vide OPACVS.
Pallidum. Stat. 5. Sylu. 1. 26.
Penetrabile, Vide PENETRO.
Penetrale. Lucret. lib. 1. 103.
Sceleratum, Virg. 2. Georg. 52.
¶ Admittere frigus, Vide ADMITTO.
Penetrabile frigus adurit, Virg. 1. Georg. 19.
Frigore affligi, Vide AFFLIGO.
Gelidum valido de corpore frigus anhelare. Cic. in Arato, 7.
Arcere mala frigora hirsutis pellibus, Ouid. 3, Trist. eleg. 10. 4.
Astringi frigore, Vide ASTRINGO.
Opacum captare frigus. Virg. eclog. 1. 11.
Vmbras & frigora captare. Virg. eclog. 2. 2.
Cauere frigora. Ouid. 2. de Arte, 61.
Colligere frigus, Horat. 1. epist. 11. 3.
Concreuit frigore sanguis. Virg. 11. Aeneid. 180.
Contracto frigore pigræ. Virg. lib. 4. Georg. 52.
Pluuio contristat frigore cœlũ. Virg. 3. Georg. 55.
Defendo teneras à frigore myrtos. Virg. eclo. 7. 2.
Depellere frigus, Horat. 1. Serm. Saty. 2. 2.
Dissoluere frigus. Horat. 1. Carm. ode, 9. 1.
Frigus per vngues elabitur, Ouid. 1. Metam.
Frigus excruciabat. Lucret. lib. 5, 286.
Excipi frigore. Celsus lib. 2. cap. 1, Corpus ergo & æstate & subinde meridianis caloribus relaxatum subitò frigore excipitur.
Acre ferit frigus. Lucret. lib. 4. 53.
Gelant frigora. Plin. lib. 15. ca. 6. 1, Si gelẽt frigora, quarto die premendã.
Ingruit frigus, Vide INGRVO.
Impendet maximum frigus. Cic. Qu. frat. lib. 2. 14. 5.
Laborare à frigore, Vide LABOR.
Lædit me frigus, Vide LAEDO.
Zephyri minuunt frigora. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 1.
Mollire frigora. Seneca Hippol. 1. 4.
Munire à frigore, Vide MVNIO.
Glaciali frigore obsessum corpus, Ouid. 9. Metam. 117.
Perferre frigus, Vide PERFERO.
Vis frigorum tectis pellitur, & calorum molestiæ sedantur. Cic. 2. Offic. 17, Vide PELLO.

Tremulo quatietur frigore corpus. Cic. in Arato, 8,
Ad magnitudinẽ frigoris remediũ aliq̃d sibi cõparare. Cic. 7, Verr. 31.
Vim frigorum hyememq́ue vix vrbis tectis sustinere. Cicer. pro Rab. Posth. 26.
Vitare frigus. Cic. Tironi, lib. 16. 8. 3.
¶ Frigus, pro timore. Virg. 1. Aeneid. 20. Ex templo Aeneæ soluuntur frigore membra. Vbi Seruius, Frigore, id est timore.
Gelido frigore astrictum pectus. Ouid. epist. 21. 23.
Cucurrit frigus per ossa. Ouid. ad Liuiam, 31.
¶ Frigus pro morte, vt Seruius interpretatur. Virg. 12. Aeneid. – ast illi soluuntur frigore membra.
Ferire aliquem frigore, id est Interficere aliquem. Hora. 2. Serm. saty. 1. 13.
Extremum frigus, id est mors. Stat. 8. Thebaid. 143.
Supremum frigus animæ. Stat. 3. Sylu. 3. 4.
Curarum frigus, Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 5.
¶ Frigus etiam id appellatur, quum pro risu & gratia vel fauore sperato, res in diuersum exiit. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 14. 1. Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, vt populi conuitio nos coactus sit dimittere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 29. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor & deformitas afferunt interim frigus: diligenterq́ue actori hæc sunt prouidenda. Id est, eo patronum adducunt vt confusus obmutescat, & expectatione plausus aut fauoris desperati destituatur. Frigus his in locis absurdam rei speciem significat, quã incommodus euentus consequitur. Budæus.
Quæstionum & argumentorum frigus. Quintil. lib. 2. cap. 12. 4. Itaque illud quæstionum & argumentorũ apud corrupta iudicia frigus euitãt.
Non leue frigus. Quintil. lib. 5. cap. 7. 22. Quod interrogantis non leue frigus est.
Frigeo, friges, frigui, & frixi secũdum Donatum, (κρυμώω, καταψύχομαι,) frigẽre, hoc est Frigore confici & horrere. Priscianus, Syllaba verò naturaliter longa ante geo, mutat geo in xi, vt lugeo, luxi, frigeo, frixi. A Græco venit φρίσσειν, authore Festo. Cice. de Claris Oratoribus, 97. Quare tibicen Antigenidas dixerat discipulo sanè frigenti, &c.
Plane nunc frigeo. Cic. Bruto, lib. 11. 14. 1.
Frigent hic homines. Terent. Eunucho, 2. 2. 37.
Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video
Riualis seruum: salua res est: nimirum hic homines frigent:
Nebulonem hunc certum est ludere. Ibidem, 3. 3. 11,
– Iam tum erat suspicio,
Dolo malo hæc fieri omnia: ipsa accumbere
Mecum: mihi sese dare: sermonem quærere.
Vbi friget, huc euasit, quàm pridem pater mihi & mater mortui essent. Id est, Vbi nihil erat quod amplius diceret.
Frigent iudicia omnia. Cic. 4. Verr. 42. Quum omnia iudicia frigerent admonitu istius, &c.
Sine Cerere & Baccho friget Venus. Terent. Eunuc. 4. 5. 6. Cic. 2. de Nat. deo. 86. Ex quo illud Terentii, Sine Cerere & Libero friget Venus.
Vires effœtæ frigent. Virg. 5. Aeneid. 29.
In re frigidissima cales, in feruentissima friges. Author ad Herennium, libro. 4. 165.
Frigens, Participium, (ῥιγῶν,) vt Frigens animis turba. Id est Timida. Silius lib. 16. 120.
Lumina frigentia torpent. Stat. 2. Sylu. 30.
Frigesco, frigescis, (καταψύχομαι,) frigescere, Frigidum fieri. Cato cap. 156. 4. Infundito in catinum vti frigescat. Idem cap. 95, Vbi erit tam crassum quàm viscum, finito frigescat.
Frigescere frigore. Cælius ad Ciceronẽ, lib. 8. 6. 10. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigescimus.
Opus frigescit. Quintil. lib. 6. cap. 1. 21.
Frigefacto, frigefactas, (καταψύχω,) frigefactare, Frequentatiuum à frigefacio. Plautus Pœnulo, 11. 15.
Calidum prandidisti prandium hodie? dic mihi.
A. Quid iam? L. quia hoc nunc frigefactas quum rogas.
Frigidus, pen. corr. (ψυχρός, ῥιγηλός, κρυερός, κρυόεις, ἄπυρος,) Adiectiuum notæ significationis. Ouid. 1. epist. 5.
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Aer frigidus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 13. 2.
Amnis frigidus. Tibull. lib. 4. ad Messalam, 8. 1.
Aura frigida. Propert. lib. 1. eleg. 15. 5.
Corpus frigidum, Exangue. Quintil. in Procem. lib. 6. 11.
Fons frigidior. Horat. 1. epist. 17. 3.
Grauedo frigida. Catull. ad Fundum, epigr. 41. 3.
Horror frigidus. Virg. 3. Aenid. 6.
Imber frigidus. Virg. 1. Georg. 52.
Lingua frigida. Virg. 4. Georg. 105.
Lumina labuntur frigida letho. Virg. 1. Aeneid. 164.
Mors frigida. Virg. 4. Aeneid. 78.
Oscula frigida. Ouid. epist. 11. 24.
Rura frigida. Virg. 3. Georg. 64.
Sanguis frigidus. Virg. 2. Georg. 97.
Sudor frigidus. Virg. 3. Georg. 99.
Vesper frigidus. Virg. 5. Georg. 3. 66.
Vmbra frigida noctis. Virg. eclog. 8. 5.
In venerem frigidus. Virg. 3. Georg. 19.
Cura frigida. Lucret. lib. 4. 213.
Fomenta frigida curarum. Horat. 1. epist. 3. 6,
Affectatio frigida & puerilis. Quintil. lib. 4. cap. 1. 53.
Quartana frigida, Horat. 2. Serm. Saty. 3. 58.
¶ Frigidus, per translationem: vt Homo frigidus, pro Lento, tardo & remisso. Cic. 3. Verr. 85, Alii etiam frigidiores erant: sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, &c.
Frigidissimi accusatores. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 19. 4.
Argumentum frigidum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 22.
Frigida & ieiuna calumnia, Cic. pro Cecinna, 45.
Frigidę literæ. Cic. ad Plancum, lib. 10. 16. 2, Quum is frigidas sanè, & inconstantes recitasset literas Lepidi.
Mens frigida. Lucret. lib. 3. 61.
Frigida negotia. Plinius, epist. 179, Multum distringebar, plerunque frigidis negotiis, quę simul & auocant animum, & comminuunt. Id est, nullius momenti.
Pausa frigida vitæ, Id est mors. Lucret. lib. 3. 190.
Pellis frigida. Lucret. lib. 6, 240.
Solatia frigida, Ouid. 4, de Ponto, eleg. 2, 9,
Verba frigidiora vitanda sunt. Cic. 2. de Orat. 142.
¶ Frigidus, Segnis. Virg. 11. Aeneid. 68, Largus opum & lingua melior, sed frigida bello Dextera. Nonius.
Lentus in dicendo, & penè frigidus. Cic. de Clar. Orat. 92.
Virgo non frigida, Ouid. 2, Amor. eleg. 1, 1,
¶ Frigidus, Perniciosus & nocens: eo quod frigida, nostrę temperaturæ sunt perniciosa. Virg. Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Seruius.
¶ Frigida, Substantiuè positum, cui subauditur aqua. Plautus Most. 4, 1, Iampridem ecastor frigida non laui magis libenter. Plin. epist. 49, d, Post solem plerunque frigida lauabatur.
Frigidam suffundere, Blanditiis incitare. Plaut. Cistel. 1, 27,
Eas si adeas, abitum quàm aditum malis, ita nostro ordini
Palàm blandiuntur: clàm si occasio vsquam est, frigidam
Subdolè suffundunt, viris cum suis nos solere prædicant,
Suas pellices esse aiunt. Id est, instigant clanculum. Conqueritur enim in ea fabula meretrix de matronis maritos suos in meretricum odium quoad possunt inflammantibus. Translatum apparet ab iis, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant, quo refocillati currerent acrius, atque hoc pacto ad cursum instigabant. Ex Erasmo.
¶ Frigidum, cui Facetum & plausibile opponitur. Cic. in Bruto, 127, de P. Lentulo, Habuit à natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limauerat, quod erat in reprehendendis verbis versutum & solers: sed sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum & facetum. Budæus.
Frigide, pen. corr. Aduerb. (ψυχρῶς,) Quint. lib. 6. ca. 1. 30, Tũ ille alioqui vir facũdus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantẽ suũ frigidissimè reportauit. Id est ita vt minimè placeret, aut moueret iudices.
Frigidulus, pen. corr. (ὑπόψυχρος,) Adiectiuum diminutiuum. Catul. Argon. 59. 20, Frigidulos vdo singultus ore cientem.
Frigẽdo, pen. prod. frigẽdinis, (ψυχρότης,) Idẽ quod frigus. Varro, Atq; vt igni feruido medullitus aquilonia intus seruat frigedinem. Nonius.
Frigidarius, Adiect. Vide apud Pliniũ epist. 17. lib. 2, Frigidaria cella balnei, Id est, vbi aqua frigida lauabatur.
Frigorificus, pen. corr. Adiectiuum, (ψυχροποιός,) Gellius lib. 17. cap. 8. Acetum omnium maximè frigorificum est, atque id tamen nunquam concrescit. Vide ACETVM.
Frigutio, frigutis, frigutiui, frigutitum, (τιτίζω, φρίττω,) frigutire, à frigeo, Cum sono erigi, atq; exilire. Plaut. Casi. 5. 51, Nam quid frigutis? quid isthuc tã cupidè cupis? Nonius, Frigere & frigutire & fritinnire, subsilire est cum sono, vel erigi & excitari: quòd quæcunque friguntur, vel frigent, nimio calore vel frigore cum sono sursum subsiliunt.

Frigilla, frigillæ, (σπίζα,) auis est, dicta, vt inquit Festus, quòd frigore cantet & vigeat. Martial. lib. 9. 57.
Nunc sturnos inopes, frigillarumq́ue querelas
Audit, & arguto passere vernat ager.
Frictus ex oleo. Plin. lib. 29. cap. 3. 5, de luteis ouorum, Item ex oleo fricta terna, totis ouis pridie maceratis in aceto.

Friuiculum, friuiculi. Vlpianus de Donat. inter virum & vxorẽ. L. Cum hic §. Si diuortium, Quod si diuortium non intercesserit, sed friuiculum interuenerit: donatio, profectò valebit, si friuiculum quieuit. Quidam frigusculum legunt: alii fribusculum: alii aliter legunt.

Frio, frias, (τρίβω,) friare, Conterere, comminuere. Plin. lib. 13. ca. 4. 17, In ipsa quidem Aethiopia friatur hæc (tanta est siccitas, & fa

Universidad de Deusto Biblioteca

rinæ modo spissatur in panem. Varro, 1, de Re rust. cap. 9.6, Si sit terra alba, si nigra, si læuis, quæ quum fodiatur, facilè frietur.

Friabilis, & hoc friabile, pen. corr. (χαῦνος, ψαθυρός, κραῦρος, ψαθυρός,) Quod facilè friatur, & quasi manibus minutim cōteritur. Plin. lib. 28. cap. 8.21, Optimaque est, quæ candidissima, & friabilis, minimeq́; ponderosa: quum teratur inter digitos, fermentescens. Idem lib. 34. cap. 18.7, Quantoque minus plumbosa, friabilis, & modice grauis.

FRISSI, (φρίσσιοι,) populi sunt protinus vltra Rhenum, Oceano adpositi, vt Ptolemæus ait.

Frit, qd significet, declarat Varr. 1, de Re rust. ca. 48.3. Illud autē summa in spica iam matura quod est minus quàm granū, vocat frit.

Fritillus, fritilli, m.g. Dicit̃ apud nos tabula lusoria, quæ apud Græcos pyrgus, in quo tesseræ coniectæ agitatæque mittitur, inquit Porphyrio. Tesseræ igitur in fritillo coniiciuntur tanquam vasculo, quo agitatę deinde mittuntur in alueolum. Iuuenalis Saty. 14.1.
– paruoque eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus, vt quidam putant, à crepitu ipso tesserarum, vel quòd super eo tesseræ ferantur. Martialis, lib. 4.14,
Dum blanda vagus alea December
Incertis sonat hinc & hinc fritillis. Idem lib. 13.1.

Friuola, pen. corr. friuolorum, n.g. plu. num. (γρυτάρια,) Festus, friuola, vasa sunt propriè fictilia, quassa. Vnde verba friuola dicta, quæ minus sunt fide subnixa. Vlpian. in L. Solutum §. Solutā. ff. de Pigno. act. Non enim credibile est hoc conuenisse, vt ad vniuersam pensionem insulæ friuola mea teneantur. Hīc friuola pro supellectili tenui & vili accipiuntur: qualis eorum esse solet qui in cœnaculis habitant. quo modo & Satyricus vsus est Saty. 5.6.
Et ne te teneam, Romanorum omnia regum Friuola. Quibus verbis paupertatem regum Romanorū significauit, quos etiam Samiolis vasis vsos esse constat. Idem tertia, 10.
Viuendum est illic vbi nulla incendia, nulli
Nocte metus, iam poscit aquam, iam friuola transfert
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant. A Græcis γρυτάρια dicuntur, id est τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκευάρια λιτά. Vnde & grytopolæ ab eis dicuntur, qui huiusmodi supellectilia venditant: quos Latinè friuolarios appellare possumus. Nonnulli fribolarios dicunt, vt Albeolos pro alueolis. Nostrate vulgus quinquallierios eos appellat. Hæc Bud.

Friuolus, pen. corr. Adiectiuum, (εὐτελὴς,) Plin. lib. 7. cap. 7.1, de generatione hominis loquens, Miseret, atque etiam pudet, æstimantem quàm sit friuola animalium superbissimi origo, quum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolum pro fragili & infirma dixit, & veluti friabili. Nam & friuolum à verbo frio dictum nō immeritò existimatur, id est contero comminuo. Plin. lib. 7, cap. 53.7, Friuolum dictu ne hoc gloriæ artificis daretur, &c. Gellius lib. 15. ca. 30, Oppido quàm fiunt in literarum ostentatione inepti & friuoli. Idē lib. 16. cap. 13, Quædam futilia & friuola. Quintil. lib. 1. cap. 10, Friuolæ in paruis iactantiæ. Idem lib. 7. cap. 3.28, Eoque satius est, omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quàm leuibus aut friuolis, aut manifestò falsis reum incessere.

Friuolus & illiberalis sermo. Author ad Heren. lib. 4.158.

Frondator, Frondes, Frondosus, Vide FRONS frondis.

Frons, frontis, f.g. (μέτωπον, ὤψ,) à ferendo dicitur, vt nonnulli volunt, quòd indicia animi præ se ferat. est enim tristitiæ, hilaritatis clementiæ, seueritatis index, vt ait Plinius lib. 11. cap. 37. Varro tamen à foraminibus potius oculorum dictam existimat. Mart. Nec Matutina si mihi fronte venis. Idem, lib. 1.34, Illa fronte precor carmina nostra legas. Idem lib. 2.11.

¶Frons masculino genere proferebatur antiquis, vt docet Gellius, lib. 15. cap. 9.

Ianua animi frons est. Cic. de Petit. Consul. 19.

In fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. Cic. 2. de Finib. 124.

Ex vultu, & oculis, & fronte, vnius erga aliū amorem perspicere. Prouerbialis locutio, cuius sensus satis liquet ex verbis Ciceronis ad Antoniū in Epist. ad Atticum, lib. 14.311.1, Quod mecum per literas agis, inquit: vnam ob causam mallem corām egisses. non enim solùm ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses.

Aspera cornu frons. Ouid. 10. Metam. 45.
Attrita frons. Iuuen. Saty. 13.16.
Breuis frons. Vide BREVIS.
Castigatæ collecta modestia frontis. Stat. 2. Sylu. 1.9.
Ferox frons. Senec. Herc. fur. 6.27.
Generosa frons. Lucan. lib. 8.132.
Hirta frons. Senec. Hippol. 6.14. Silius lib. 16.25.
Inuerecunda frons, Vide INVERECVNDVS.
Læta frons. Virg. 6. Aeneid. 173.
Læuis frons. Virg. eclog. 6.11.
Minax frons. Seneca Oedip. 122.

Mœsta fronte queri. Claud. 4. Paneg. 52.
Mollis supra modum frons. Quintil. lib. 6. cap. 4.10.
Niuea pendebant fronte capilli. Ouid. 10. Metam. 28.
Proterua frons. Horat. 1. Carm. ode, 5.4.
Rigida frons. Lucan. lib. 2.76.
Rugosa frons, Vide Rugosus in RVGA.
Serena frons. Silius lib. 3.61.
Setigera frons apri. Stat. 8. Thebaid. 107.
Setosa frons læui oris. Horat. 1. Serm. Saty. 5.13.
Solicitam explicuere frontem. Horat. 3. Carm. ode, 29.4.
Speciosa frons. Ouid. 3. Metam. 5.
Tenera frons. Virg. 2. Georg. 75.
Tenuis frons. Horat. 1. Carm. ode, 33.1.
Torua frons. Virg. 3. Aeneid. 127.
Tristis frons. Tibull. lib. 2. eleg. 3.8.
Trunca frons tauri. Ouid. 9. Metam. 18.
Turbida frons. Senec. Hippol. 4.15.
Turgida frons cornibus. Horat. 3. Carm. ode, 13.1.
Vrbana frons est fiducia, & petendi audacia. Horat. 1. epist. 9.3, Frōtis ad vrbanæ descendi præmia. Id est abiecta verecundia petiui. Budæus.
A fronte præcipitium, à tergo lupi. Prouerbium. Vide in A, vel AB præpositionibus.
A fronte. Ouid. 1. Metam. 35,
Plebs habitat diuersa locis, à fronte potentes Cælicolæ.
A fronte, à tergo, à lateribus teneri. Cic. 3. Philipp. 147.
¶In fronte disertus. Ouid. 1. de Arte, 93, Sed lateāt vires, nec sis in fronte disertus.
¶Fronte an mente, Hoc est vultu an animo. Cic. ad Att. lib. 4.84.7. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed vtrum fronte an mēte, dubitat.
¶Aequata fronte, & concordi currere fræno. Silius lib. 16.77.
Astricta frons, Vide ASTRINGO.
Attollere frontem. Stat. 4. Thebaid. 22.
Cædere frontem. Quintil. lib. 2. cap. 12.6.
Fronte & supercilio, non pudore & temperantia contegere. Cic. de Prouinc. Consul. 7.
Concurrunt nubes frontibus aduersis. Lucret. lib. 6.24.
Contractæ seria frontis. Horat. 2. Serm. Saty. 2.25.
Contrahere frontem. Cic. pro Cluent. 57.
Conuersis frontibus incurrunt tauri. Virg. 12. Aeneid. 144.
Detecta fronte pugnare. Quintil. lib. 5. cap. 13.10, Toto corpore enitēdum: & vt sic dixerim, detecta fronte pugnandum est. Id est apertè.
Dirigere frontem. Quintil. lib. 2. cap. 13, de acie, Quid enim si præcipias imperatori, quoties aciem instruet, vt dirigat frontem, cornua vtrinque promoueat, equites pro cornibus locet?
Senectus rugis frontem exarat. Horat. Epod. 8.1.
Frontem explicare vel exporrigere dicimur quū hilarescimus: Contrahere quū ringimur, hoc est vbi quid molestum est. Frons enim, inquit Plinius lib. 11, cap. 37.15, homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clemētię seueritatis index. Terent. Adel. 5.3.53, Exporge frontē. Hoc est, viue hilariter. Horat. 3, Carm. ode. 29.4, Solicitam explicuere frōtem.
Frontem ferire. Cic. ad Atticum, lib. 1.1.3, Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, vt frontem ferias.
Fronte & vultu bellis, aliquid ferre, sed intimis sensibus angi. Cicero Attico, lib. 5.97.3.
Inscribere in fronte, Vide INSCRIBO.
Inuerecunda frons. Quintil. lib. 2. cap. 4.12.
Frontem obducere, pro Contrahere, Quintil. lib. 10, cap. 3, Interrogauit quæ causa frontis tam obductæ, Vide OBDVCO.
Obducta fronte tristis. Iuuen. Saty. 9.1.
Obducta fronte senectus. Horat. Epod. 13.1.
Ostentans frontem albam. Virg. 5. Aeneid. 113. de equo.
Peccat frons pluribus generibus. Quintil. lib. 1, cap. 11.5, de gestu.
Frontem perfricare, pro Deponere pudorem. Plinius, Perfricui frontem & nihil profeci. Caluus apud Quintil. lib. 9, cap. 2, Perfrica frontem, & dic te digniorem qui Prætor fieres, quàm Catonem.
Periit illi frons. Persius Saty. 5.11,
– exclamet Melicerta perisse Frontem de rebus.
Porrectiore frōte mecum loquaris oportet. Apud Plautum in Casina, 6, 3. Item Obducta fronte, Corrugata fronte, Contracta fronte, Caperata frōte aliquid facere. Plautus, Caperata frons seueritudine. Quod quidam à caprinis cornibus translatum volunt.
Nubila frons: cui contraria sunt, Serena frons, explicita frons.
Præcinctus arundine frontem. Ouid. 1. de Arte, 45,
Premere frontem corona, Lucan. lib. 2.72.
Promittere aliquid fronte, Quintil. lib. 1, cap. 4, 2, Plus habet in recessu, quàm fronte promittit. De Grammatica.
Remittere frontem: Plinius in epistola, Ego tamen qui à te hanc seueritatem exigo, cogor id quod diuersum est, postulare, vt in plerisque frontem remittas.

Vallatus frontem radiis. Ouid. epist. 4.34. de Sole.
Verissima fronte verum dicere. Cic. pro Rab. Posth. 21.
¶Frons, pro Seueritate & grauitate. Cic. ad Dolabellam, lib. 9.10.4. Tu adeò mihi excussam seueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant?
¶Frons, Principium & ingressus. Quint. lib. 4. cap. 1.29. Insinuatio surrepat animis, maximè vbi frons causæ non satis honesta est.
A fronte & à tergo vide A vel AB præpositiones.
Prima fronte. Quintil. lib. 7. cap. 2. Dura prima fronte quæstio.
In frontem statuerat ferratos. Tacit. lib. 3.
Aduersis frontibus, Vide ADVERTO.
Pugnare in frontem. Tacit. in vita Agricolæ, Verius, ne simul in frontem, simul & latera suorum pugnaretur.
¶Frons, de rebus etiam inanimatis dicitur, pro parte anteriore, vel initio alicuius rei. Virgilius, Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrū, &c. Plinius lib. 12. cap. 7.1, In fronte Caucasi solibus opposita, gigni, &c. Idem lib. 4. cap. 21. Illo finitur Hispaniæ latus, & à circuitu eius incipit frons.
¶Frontes librorum. Ouid. 1. Trist. eleg. 1, Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes.
Frontāle, frontālis, pe. prod. n. gen. (κεφαλόδεσμος, προμετωπίδιον,) Ornamentum quod fronti equorum, siue elephantorum imponi solebat. Plin. lib. 37. cap. 12.2. Quondamque tantæ magnitudinis fecere, vt equis regum in oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent. Liu. 7. bel. Maced. 162. ingentes ipsi erant, addebant speciem frōtalia & cristæ, & tergo impositæ turres.
Frontātus, pen. prod. Adiectiuum: (μετωπωτός,) vt Frōtati lapides, apud Vitruuium. Lapides vtraque parte frontati, sunt qui vtraque parte parietis, faciem certam ostendunt, ex quibus fiunt quæ vulgò catenæ & crura dicuntur. quibus totius operis firmitas constat: quæ eam rationem in ædificio habent, quam ossa in homine. Græcè diatori dicuntur: quasi perpetua soliditate vtrinque extantes. Vel, vt in quibusdam exemplaribus legitur, diatoni: id est, ab vna parietis parte ad aliam pertinentes, pertendentesque. Artifices ob hoc perpennas appellant quasi perpetuo lapide constantes, id est solido. Hæc Budæus. Plin. lib. 35. ca. 14.9. Vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque. Hoc est ab ea parte continuatis qua opus lateritium conspici debebat.
Fronto, frōntonis, (μετωπίας,) Qui magnam habet frontem. Cice. 1. de Nat. deor. 109. Ecquos næuum habere, ecquos silos, flaccos, frontones capitones quæ sunt in nobis?

Frons, huius frondis, f.g. (φύλλον,) A ferendo, quòd frondes arborū huc atque illuc à vento ferantur. Frondes, inquit Valla, arborum sunt tantum: folia autem & arborum, & herbarum, & foliorū quoque. Virg. lib. 2. Georg. 75.
– frons tenera, imprudensque laborum. Varro li. 1. de Re rust. Quod Cato ait circum fundum vlmos & populos, vnde frons ouibus, bubus sit. Cic. pro Cælio, 33. Ergo hæc deserta via & inculta, atque interclusa iam frondibus & virgultis relinquatur.
Fœcundę frondibus vlmi. Virg. 2. Georg. 90.
Arboreæ frondes. Ouid. 4. Metam. 68.
Aridæ frondes. Horat. 1. Carm. ode, 25.4.
Cupressinę frondes, Vide CVPRESSVS.
Frondes densæ. Virg. 9. eclog. 6.
– hîc vbi densas
Agricolæ stringunt frondes, hîc Mœri canamus.
Glauca frons. Virg. 2. Georg. 3.
Ilignea frons, Vide ILEX.
Teneræ frondes. Virg. 3. Aeneid. 90. Quintil. lib. 2. cap. 4.8.
¶Abditus fronde leui. Ouid. 2. Metam. Abdita fronde leui, densa speculabar ab vlmo.
Agere frondem, Vide AGO.
Auellere frondes. Ouid. 2. Metam.
Tertia quum crinem manibus laniare pararet, Auellit frondes.
Glauca canentia fronde salicta. Virg. 2. Georg. 3.
Carpendæ manibus frondes. Virg. 2. Georg. 74.
Frondes consternunt terram. Virg. 4. Aeneid. 89.
Detonsæ frigore frondes. Ouid. 3. Fast. 48.
Strictis frondibus explere bouem. Horat. 1. epist. 14.6.
Opaca fronde horrent comæ. Senec. Herc. fur. 9.15.
Hirsutis frondibus pastus. Virg. 3. Georg. 46.
Leuandum fronde nemus. Virg. 2. Georg. 80.
Viridi super fronde requiescere. Virg. eclog. 1.16.
Spargit agrestes tibi sylua frondes. Horat. 3. Carm. ode 18.3.
Festa fronde velamus delubra. Virg. 2. Aeneid. 50.
Fronde comas vincti. Horat. 2. epist. 1.22.
Noua fronde virere. Virg. 6. Aeneid. 41.
Caducæ frondes volitant. Virg. 1. Georg. 74.
Frondeus, Adiectiuum, (φύλλινος,) Quod totū ex frondibus est. vt Frondea corona. Plin. lib. 16. cap. 4.4.

Nemora frondea, Virg. 1. Aeneid. 39, pro Frondosa.
Tecta frondea. Virg. 4. Georg. 13.
Frondōsus, pen. prod. Adiect. (φυλλώδης,) Quod frondibus abundat. vt Frondosus ramus. Liu. 10. ab Vrbe, 206. Et Frondosi montes, Varro 2. de Re rust. cap. 5.10.
Aestas frondosa. Virg. 3. Georg. 59.
Lucus frondosus. Virg. 4. Georg. 109.
Frondarius, Adiectiuum, (φυλλίναιος,) Quod ad frondes pertinet. Plin. lib. 18. cap. 31.6, Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die iustum habet.
Frondeo, frondes, frondui, (φυλλέω,) frondere, dicūtur arbores. Virg. 3. eclog. 12, Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus. Idem, 2 Georg. – nemorumque Ioui quæ maxima frondet Aesculus.
Lætius frondere, Vide LAETVS.
Frondens, Particip. (φυλλῶν,) vt Arbuta frondentia. Virg. 3. Georg. 60.
Campus frondens. Lucan. lib. 6.17.
Ramo frondenti tempora implicat. Virg. 7. Aeneid. 17
Frondens vitis. Colum. lib. 3. cap. 1.5.
Frondesco, frondescis, (φυλλοῦμαι,) frondescere, dicūtur arbores quum frondes emittunt. Colum. lib. 5, Nihilominus enim paucis frondescet pampinis. Idem lib. 4. cap. 9.1 Nanque defluens humor cæcat oculū nec patitur frondescere. Cic. 1. Tusc. 108. Et lib. 5.53.
Ramos arboribus frondescere. Lucret. lib. 1.217.
Virga frondescit. Virg. 6. Aeneid. 19.
Frondo, frondas, (φυλλοκοπέω,) frondare, Frondes amputare.
Frondātor, pen. prod. frondatōris, (φυλλοτόμος,) Tria (inquit Seruius) genera sunt frondatorū. Frondator, qui arbores amputat, & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus vitium folia auellit, quo ardor solis vuā maturiorem reddat. aut auis quę in frondibus habitat & his vescitur, vel etiam palumbes, quæ in frondibus nidificant. Hactenus Seruius. Plin. lib. 18. cap. 31.6, Vnus frondator &c. Vide Frondarius. Virg. 1. eclog. 12, Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Falx frondatorum. Catull. Argon. 59.9.
Frondātio, frondatiōnis. Columel. lib. 5. cap. 6.14. Atque in frondatione cauendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.
Frondifer, pen. corr. Adiectiuum, (φυλλοφόρος,) Frondes ferēs. Lucretius libro 1.4. Frondiferasque domos auium. Ibidem, Frondiferasque nouis auibus canere vndique syluas.
Nemus frondiferum. Lucretius libro 2.72.

Fronto, frontonis, Vide FRONS, frontis.

FRONTO, (φρόντων,) philosophiæ simul, & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeò ab illo dilectus, vt ille statuam ei à Senatu statui peteret. Author Capitolinus. Frontonis alterius sub Nerone meminere Tacitus, & Iuuenalis. Martialis item, Clarum militiæ Fronto togæque decus.

Fructus, Vide post FRVOR.

Frugalis, Frugalitas, Vide post FRVGIPERDA.

Fruges, frugis, f.g. vel hæc frux, frugis, Prisciano, (ὡραῖον, λήιον,) Generale nomen est: non modò ad frumēta, leguminaque, sed etiam ad omnes fructus terræ quos in alimoniam vertimus. vnde frugiferæ arbores dictæ sunt, quæcunque fructum ferunt. Plinius lib. 18. cap. 7.1. Et quoniam præparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera: frumenta, vt triticum, hordeum: & legumina, vt faba & cicer. Varro de Ling. Lat. Fruges à fruendo. Donatus, Fruges quòd his fruamur dictæ sunt. Festus, Seruius, & Donatus, Frugis vocabulum à frumine eminente sub mento gutturis seu gurgulionis parte, qua cibus in aluum demittitur, à ferendo cibum appellati dicunt.
Fruges à frumento nihil differre, satis docet Cicero Actione quinta in Verrem his verbis, Lucio Octauio & C. Cottæ Cōsulibus Senatus permisit vt vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te Quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent. De leguminibus dicit: vt ostenderet etiam frumenta fruges vocari. Hæc Seruius in primum Aeneid. 19. Liuius 1. Decad. lib. 5. de Gallis, Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximéque vini noua tum voluptate captam, Alpes transisse. Cicero de Senect. 47. E quibus quum emerserit, fundit frugem, spicæ ordine structam. Idem 4. de Finib. 62. Virgilius 9. Eclog. 10. Astrum, quo segetes gauderent frugibus. Idem 10. Eclog. – nocent & frugibus vmbræ.
Locuples frugibus annus. Horat. 2. epist. 1.28.
Fœta frugibus terra. Cic. 2. de Nat. Deor. 233.
Infœlix frugibus tellus. Virg. 2. Georg. 48.
Copia frugum & Inopia, contraria. Cic. pro Domo sua, 14.
Diua potens frugum, Id est Ceres. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.7.

Universidad de Deusto Biblioteca

Parens frugum tellus.Virg.2.Georg.35.
Perceptio & cóſeruatio frugum fructuúmque reliquorum. Cicero ſecundo Officiorum,16.
Hubertas frugum & fructuum.Cic.3.de Nat.Deor.125.
Grauidæ fruges.Virg.2.Georg.85.
Lætæ fruges.Virg.1.Georg.14.
Maturæ fruges.Virg.eclog.3.16.
Medicatæ fruges,Vide MEDICO.
Medicatis frugibus offa,Virg.6.Aeneid.84.
Minutę fruges,Vide MINVO.
Huberes fruges,Horat.4.Carm.ode,15.1.
Copia diffundit fruges pleno cornu. Horat.1.epiſt.12,6,
Tellus ferebat fruges.Ouid.1.Metam.23.
Fundere fruges.Cic.1.de Diuin.26.
Tonſis gemit area frugibus.Virg.3.Georg.26.
Percipere fruges.Cic.1.Offic.86,
Horna fruge placare lares.Horat.3.Carm.ode,23.1.
Serere fruges.Cic.2.de Nat.Deor.128.
Nitidæ ſurgunt fruges.Lucret.lib.1.51.
Cererem fruges appellamus, vinum autem Liberum.Cicero,2,de Natura Deorum,86,
Ad frugem perducere.Quintil.lib.6.cap.3, Generare, atque ad frugem perducere.
¶ Recipere ſe ad frugem bonam,dicebant antiqui,pro eo quod vulgaris ſermo dicit,ex nihili homine fieri hominem de bono, id eſt frugi. Cic.pro Cælio,20,Equidé multos & vidi in hac ciuitate, & audiui,nó modò qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitæ,& extremis(vt dicitur) digitis attigiſſent:ſed qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent,emerſiſſe aliquando,& ſe ad frugem bonam(vt dicitur) recepiſſe,grauesque homines atque illuſtres fuiſſe.Budæus.
Corrigere aliquem ad frugé:hoc eſt,ita emendare vt frugi homo euadat. Plaut.Trinum.4.60,Quin eum reſtituis? quin ad frugé corrigis?
Euadere ad frugem bonam, De eo dicitur qui anté nequam non fuerat. Lactantius,lib.6,de Pythagorea litera loquens, Si ducem nactus fuerit,qui ducat ad meliora titubantem,hoc eſt philoſophiam didicerit, aut eloquentiam,aut aliquid honeſtę artis quo euadat ad bonam frugem,quod ſine labore maximo non poteſt, honeſtam vitam diſputát peracturum.Budæus.
Redire ad frugem bonam.Lamprid.in Heliog.Milites ſe parſuros dixerunt,ſi ad frugem bonam rediret. Budæus.
¶ Frugi,(χρηστος,) à fruge dicitur,quod indeclinabile eſt:compoſitú tamen cum bonæ,antiqui quandoque ponebant, vt Seruus bonæ frugi, Homo bonæ frugi.Frugi bonę(inquit Budæus) quum dicebant, probum, officioſumque conſummatè ſignificabant. quanquam apud Gellium frugis bonæ legitur. cui contrarium eſt Homo nequam. Plautus Capt.17.3.
Fui ego lepidus vel bonus vir nunquam,neque frugi bonæ,
Neque ero vnquam:neque ſpem ponas me bonæ frugi fore.
Idem Trinum.6.39,Is probus eſt,quem non pœnitet quàm probus ſit, & frugi bonæ. Idem Pſeud.7.53. Vlpian.ad legem Aquiliam,L.Neratius,Sed ſi bonæ frugi ſeruus intra annú mutatis morib⁹ occiſus ſit.
Permodeſtus ac bonæ frugi homo.Cic.Attico,lib.4.77.5.
Frugi eſt:id eſt, vtilis & neceſſarius,inquit Donatus. Idem alio loco,Frugi eſt ergo,in quo eſt aliquid quo fruamur, id eſt vtamur. Plaut. Pœnul.10.10,Quid nunc mihi authores eſtis? AD. vt frugi ſies. Terent. Eunuch.3.5.59,
– ſed interim de ſymbolis quid actum eſt?
C. Paratum eſt. A. frugi es:vbi?domine?
Factus frugi aliquis.Cic.2.Philipp.78.
Frugi homo.Cic.3.Tuſcul.30, Sed quia nec qui propter metum præſidium reliquit,quod eſt ignauiæ:nec qui propter auaritiam clàm depoſitum non reddidit, quod eſt iniuſtitiæ: nec qui propter temeritatem malè rem geſſit,quod eſt ſtultitiæ, frugi appellari ſolet: eò tres virtutes,fortitudinem,iuſtitiam,prudentiam,frugalitas eſt complexa. Terentius Adelph.5.9.2.
Frugi homo es:ædepol hodie mea quidem ſententia
Iudico Syrum fieri eſſe æquum liberum. Idem Heaut.3.3.19,
– Clitipho,hæc ego præcipio tibi,
Hominis frugi & temperantis functus officium. Plaut. Epid. 14.28, Quid ego ago? A. quid agas?mos geratur. E.frugi es homo. Cicero,3, Tuſcul.32.Qui ſit frugi igitur,vel ſi mauis,moderatus & temperans, eum neceſſe eſt eſſe conſtantem. Idem ad Seſtium, lib.5.6.1, Quanquam illum hominem frugi, & tibi amicum exiſtimabam. Idem pro Fonteio,25,Frugi igitur hominem Iudices,frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris,&c. Idem,5,Verr.55.
Homo frugi omnia rectè facit.Cic.4.Tuſcul.36.
Frugi ædificium,Hoc eſt vtile,& quod vulgò dicitur, bene appropriatú & ad vtilitatem.Plin.epiſt.41,b,lib.2,ad Gallum, Villa vſibus capax, non ſumptuoſa tutela:cuius in prima parte atrium frugi, nec tamé ſordidum:deinde porticus in O literæ ſimilitudinem circumactæ.
Frugi mancipes.Plin.epiſt.63,b,lib.4.ad Caluiſium, Sunt ergo inſtruédi complures frugi mancipes.nam nec ipſe vſquam vinctos habeo, nec ibi quicquam ſupereſt.
Frugi ſeruus,Cui curæ eſt commodum domini.Plaut.Amphit.11.4, Atque ita ſeruum par videtur frugi eſſe inſtituere,
Perinde vt heri,ipſe item ſit,vultum è vultu comparet,&c. Idé in Caſina,5.39,Vt detur nuptú noſtro villico ſeruo frugi, vbi illi bene ſit. Plin.epiſt.21,Omiſſis iocis credo decentes eſſe ſeruos, qui ſunt empti mihi ex conſilio:ſupereſt vt frugi ſint.
Frugi atque integer ſeruus.Cic.pro Cluent.35.
Frugi,ſeueráque alicuius vita,tum etiam iucundiſſima conuictio. Cicero filius Tironi,lib.16.21.9.
Frugi,cui Nequam opponitur.Cic.pro M.Fonteio,24. Qui tanta virtute atque integritate fuit,vt etiam illis optimis temporibus, quum hominem inuenire nequam neminem poſſes,ſolus tamen frugi nominaretur: quem quum in concionem Gracchus vocari iuberet, & viator quæreret quem Piſonem?(quòd erant plures)Cogis me,inquit,dicere inimicum meú frugi. Idem, 2,de Finib.145,Vt frugi ille Piſo.
Frugi & Nequam ſeruus,contraria.Cic.2.de Orat.137,In iiſdem verbis & laudare frugi ſeruum poſſumus:& ſi eſt nequam, iocari.
Homo frugi & modeſtus.Cicero Seruilio,libro,13,71,1, Et Brutus Ciceroni,6,2.
Sum bonus & frugi.Horat.1.epiſt.17.10.
Populus frugi,caſtusque.Horat.de Arte,42.
¶ Frugi,Is etiam dicitur,qui in victu,veſtitu,ſimilibusque temperás eſt, vt ait Valla in Raudenſem.Vide FRVGI homo, paulo anté. Plautus Aſin.16.7.
Ego,præter alios,meum virum fui rata
Siccum,frugi,continentem,amantem vxoris maximè. Ibidem,12,11,
Qui ſeſe parère apparent huius legibus,profectò
Nunquam bonæ frugi ſient,dies noctesque potent.
Frugi ac ſobrii homines.Cic.5.Verr.55.
Cœnula frugi.Iuuenal.Saty.5.17.
Frugi victus,cui Luxurioſus opponitur.Quintil.lib.5.cap.10,Victus luxurioſus,an frugi,an ſordidus.
Frugis in genitiuo dixit Plautus in Milite,20,50,Fac ſis frugis.
Frúgifer,pen.corr.Adiectiuum,(δενδροφόρος,πυροφόρος,φερέσβιος,)Fructum ferens:vt Arbores frugiferę. Vnde apud Plinium, lib.12.hic eſt titulus,Naturæ frugiferarum arborum. Ibidem,cap.2, Vicina bonitas prouinciis excepto Africæ frugifero ſolo.
Ager frugifer.Lucan.lib.1.28. Cic.2.Tuſc.19. Et.2.de Nat.Deor.140,
Cineres iam ſpatia frugifera atque immenſa camporum.
Arua frugifera.Lucan.lib.3.13.
Frugifera & ferta arua.Cic.in Orat.93.Ex antiquo poeta.
Frugifera alimentis inſula.Liu.6.bel.Pun.208.
Meſſes frugiferæ.Ouid.5.Metam.132.
Frugifera & fructuoſa philoſophia.Cic.3.Offic.6,Sed quú tota philoſophia,mi Cic.frugifera & fructuoſa,nec vlla pars inculta ac deſerta ſit,&c.
Frugiferum & ſalubre.Liu.in Præfatione,ab Vrbe cond.7, Hoc illud eſt præcipuè in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri.
Frugiferens,pen.corr.frugiferentis,(πυροφορῶν,)poeticum epitheton,pro frugifero.Lucret.lib.1,Quæ mare nauigerum,quæ terras frugiferentes Concelebras.Sed antiquum eſt.
Frugilegus,pen.corr.Adiect.(καρπολόγος,) Ouid.7.Metam.127.
Hîc nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes.
Frugiperda,(ὠλεσίκαρπος,)ſalix.Plin.lib.16.cap.26.5,Ocyſſimè autem ſalix amittit ſemen antè quàm omnino maturitatem ſentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda.
Frugâlis,& hoc frugâle,pen.prod.(εὐτελής,ἀφελής,λιτός,ἐγκρατής,ὀλιγόψος,)Qui eſt temperans. Cic.3.Verr.95,Frugaliſſimus homo. Teret. Heaut.Dedo me patri nunc iam, vt frugalior ſim quàm vult. Cic.ad Atticum,lib.1.11.5. Plin.in Paneg.85,Satis eſt tibi,nimiumq́;,quum ſucceſſeris frugaliſſimo principi, magis reiicere aliquid, & amputare ex his quæ princeps tanquam neceſſaria reliquit.
Frugalis & integer.Cic.4.Verr.76,Nihil aliud in eo quod reprehédi poſſit,inuenio,niſi quòd homo frugaliſſimus atque integerrimus, te hominem plenum ſtupri,flagitii,ſceleris,domum ſuam inuitauit.
Nequiſſimus & Frugaliſſimus,contraria. Ci.Attico,lib.1.11.5,Quum accuſator tanquam Cenſor bonus homines nequiſſimos reiiceret, reus tanquam clemens laniſta frugaliſſimum quenque ſecerneret,&c.
Optimus colonus,parciſſimus,frugaliſſimus.Cic.2.de Orat.159.
Aratores laborioſiſſimi frugaliſſimiq́; homines. Cic.5.Verr.73.
Frugaliſſimus ſui ordinis homo.Cic.3.Verr.49.Id eſt probus & honeſtus ait Budæus.
Frugaliſſimi & ſanctiſſimi homines.Cic.pro Flacco,55.

Frugalis

Frugalis magiſter pecorum.Colu.lib.1.ca.9.1.Magiſtros pecoribus oportet præponere ſedulos ac frugaliſſimos.
Frugalis villa.Varro 3.de Re ruſt.ca.2.2.Sed non hæc,inquit, villa,quá quam ædificauerunt maiores noſtri,frugalior ac melior eſt,quàm tua illa perpolita in Reatino.
Frugálitas,pen.corr.frugalitâtis,(λιτότης,εὐτέλεια,)Temperantia,ſiue moderatio in rebus agendis.Cic.3.Tuſc.28.Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans,quem Græci σώφρονα,appellant: eamque virtutem σωφροσύνην,vocant,quam ſoleo equidem tum temperantiam,tum moderationem appellare:nonnunquam etiam modeſtiam, ſed haud ſcio an rectè ea virtus frugalitas appellari poſſit. Et pauló poſt,31.Frugalitas,vt opinor,à frugé,qua nihil melius è terra nequitia ab eo, etſi hoc erit fortaſſe durius,ſed tétemus,& luſiſſe putemur,ſi nil ſit ab eo quod nequicquam eſt in tali homine,ex quo idem nihili dicitur. Idem pro Deiotaro,18.Hæ ſunt regię laudes,illa priuata eſt:vt volet quiſque accipiat:ego tamen frugalitatem,id eſt modeſtiam & temperantiam, virtutem eſſe maximam iudico.
Singularis & admiranda frugalitas in rege. Cic.pro Deiot.17.
Ingenerata alicui frugalitas,Vide INGENERO.
Frugáliter,pen.corr.(λιτῶς,)Sobriè & modeſtè.Plaut.Epid.11.37.
Ille eam rem adeò ſobriè & frugaliter accurauit vt alias
Res eſt impenſe improbus. Idem Perſa,13.1.& 6.
Siquam rem accures ſobriè & frugaliter,
Solet illa recta ſub manus ſuccedere. Plin.epiſt.248.Nam & reddere pœnæ poſt longum tempus pleroſque iam ſenes,& quantum affirmatur, frugaliter,modeſteque viuentes, nimis ſeuerum arbitrabar. Cice. pro Domo ſua,86.Itaque omnia ſigna, tabulas, ornamentorum quod ſuperfuit in fanis & communibus locis,tota è Græcia, atque inſulis omnibus honoris Pop. Romani cauſa ſanè frugaliter domum ſuam deportauit. Sic 2.de Fin.45. Cur igitur non bene? Quia quod bene,id rectè,frugaliter,honeſtè.
Parce & frugaliter viuere.Horat.1.Serm.ſaty.4.22.

Fruiſcor, Vide FRVOR.

Frumen, frúminis,pen.corr.n.g.(λαιμός ἄνω,)Eſt,vt inquit Donatus,ſumma pars gulæ,vel ſumma gula,tractúſve gulæ quâ cibum lingua demittit in ventrem. Seruius in primum Aeneid.19.Frumen eminens ſub mento,gutturis pars.

Frumentum, frumenti,n.g.(σῖτος,χιλόν,χιλός,)Seruius frumenta dici putat quæcunque emittunt ariſtas,à fruendo dictum,vel à frumine.Plin.lib.18.ca.7.1.Et quoniam præparatus eſt ager,natura nunc indicatur frugum.Sunt autem duo prima earum genera,frumenta,vt triticum,hordeum:& legumina, vt faba & cicer. Frumenti ipſius totidem genera per tépora ſatu diuiſa.Hyberna, quæ circa Vergiliarum occaſum ſata terra per hyemem nutriuntur,vt triticum,far,hordeum.Aeſtiua,quæ æſtate ante Vergiliarum exortum ſeruntur,vt milium,panicum,ſeſama,horminum. In eodem capite,9.ſeparata frumentum ab hordeo,dicens,Frumentum & hordeum vtrumque. Varro 1.de Re ruſt.cap.48.2. In ſegetibus autem frumentum, quod culmus extulit.
Aceruus frumenti ingens.Horat.2.Serm.ſaty.3.23.
Copia frumenti.Horat.1.epiſt.15.4
Luxurioſa frumenta.Cic.in Orat.45.Vide LVXVS.
Frumentum triticeum.Martial.lib.13.12.
¶ Abripere frumentum,Vide ABRIPIO.
Abundare copia frumenti,Vide ABVNDO.
Aeſtimare frumentum.Cic.in Piſonem,68.
Aeſtimatum frumentum ternis denariis. Cicero. 5. Verri.185. Vide AESTIMO.
Sata frumenta manu carpes.Virg.3.Georg.35.
Emetere multum frumenti agris.Horat.1.epiſt.6.5.
Exarare frumentum.Cic.5.Verr.73.Nónne plus lucri nomine eripitur, quàm quantum frumenti omnino exararent?
Imperare ſibi in cellam frumentum,Vide IMPERO.
Inſerere frumentum arboribus,Vide INSERO.
Metiri frumentum,Vide METIOR.
Grandia tradunt frumenta,Virg.4.Aeneid.82.
Lactentia turgent frumenta.Virg.1.Georg.63.
Frumentaceus,Adiectiuum,(σιτινός,)Quod ex frumento eſt.
Frumentarius,Aliud adiectiuum,(σιτικός,) Quod ad frumentum pertinet.Cicero,5.Verr.10. Neminem veſtrum præterit Iudices, omnem vtilitatem, opportunitatemque prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda Popul. Romani adiuncta ſit,conſiſtere in re frumentaria maxime: in cæteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hac verò alimur ac ſuſtinemur.
Frumentaria cauſa,Frumentaria res.Cic.5.Verr.9.& 38.
Frumentaria magna largitio.Cic.2.Offic.107.
Frumentaria lex.Cice.3.Tuſcul.83. Piſo ille frugi ſemper contra legem frumentariam dixerat.

Lex frumentaria de ſemiſſibus.Author ad Heren.lib.1.21.
Locus frumentarius,Hoc eſt ferax frumêti.Cæſar,lib.1.bel.Gall.Vt bellicoſos Pop.Rom.Inimicos,locis patentibus maximeque fruméntariis finitimos haberet.
Lucrum frumentarium.Cic.5.Verr.73.
Frumentarius prædo.Cic.5.Verr.64.
Prouinciæ frumentariæ.Cic.Attico,lib.9.180.5,Omnis hæc claſſis Alexandria,&c.ad intercludendos commeatus Italiæ, & ad occupandas frumentarias prouincias comparatur.
Re frumentaria laborare,Vide LABOR, laboris.
Frumentarium ſolú,In quo ſeritur frumentú.Plin.lib.18.cap.6.3. Ebulú vel prunus ſylueſtris,& ſylueſtris pirus, malusque, frumentarii ſoli notæ. Sic lib.17.cap.5.1. Et Colum.lib.1.cap.2.3.
Frumentarius,Mercator comparans ſibi frumenta,vt inde lucrú faciat. Plautus Pſeud.4.55.
– quæ amica eſt frumentariis,
Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti ſunt domi. Sic Frumentarii negotiatores,Plinio,lib.8.cap.44.5. Cic.3.Offic.73,Nó igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius,nec hic ædium véditor celare emptores debuiſſe.Sic Cæſar.8.bel. Gall.125, In fruméntarios ſub ipſam lucem impetum fecit.
Frumentor,frumentaris,(σιτολογέω,ἐπισιτίζομαι,)frumentari,Frumentum colligere.Cicero ad Atticum,lib.8.163.3, Quę ſi copia in vnum locum fuerint coactæ, vt pars exercitus ad Albam mittatur, pars ad te accedat vt nó pugnet,ſed locis ſuis repugnet,hærebis: tuque ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris, vt frumentatú eas.Cæſar.4.bel.Gall.490,Prædandi, frumentandique cauſa. Liu.1. bel.Maced.141,Quum in propinquo agro frumentarentur Romani. Idem,7,ab Vrbe.180,Placuit dum incluſus pauerer hoſtis, frumentatum per agros militem duci.
Frumentatio,Verbale,(σιτολογία,ἐπισιτισμός,) Frumentorú demeſſio, vel collectio.Cæſar,7,bel.Gall.58, Omnes noſtras pabulationes, frumentationesq́; obſeruabat. Ibidem,lib.6.142. Interim confecta frumentatione,milites noſtri clamoré exaudiút. Liu.1.bel.Maced.142, quia ex tam propinquis ſtatiuis parum tuta frumentatio erat.
¶ Frumentatio etiam vocabatur diſtributio frumenti,quæ Romę fiebat poſtquam principes receperant curam publicæ annonæ. Sueton. in Auguſto,Impetum ſe cepiſſe ſcribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi.
Frumentâtor,pen.prod.(σιτώνης,)Aliud Verbale. Liu.1.bel.Mace.10. Improuiſo impetu Gallorum cum frumentatoribus eſt circumuentus. Sic.2.ab Vrbe.146.

Fruniſcor, Vide FRVOR.

Fruor, frúeris,pen.corr.fretus ſum vel fui, (ἀπολαύω,καρπόομαι, ἡδυπαθέω,)Frui,eſt(vt ait Donatus in Eunuchum Teretii) veſci.à frumine.
Frui, Ali,authore eodem Donato. Terent.Adelph.5.8.16,
– agelli hîc ſub vrbe eſt paululum quod locitas foras,
Huic demus qui fruatur.Id eſt,vnde fructum capiat & alatur,nó proprietate potiatur,inquit Donatus.
Frui,propriè,inquit Donatus,eſt voluptaté capere ex vſu & delectari.
Frui liceat quod amo:vt Frui quiete. Terent. Phorm.1.3.13, Ita me Di bene ament,vt mihi tandiu liceat quod amo frui.
Dum licet frui,opto vt ſemper liceat.Cic.Papirio,lib.9.17.4.
Palàm & liberè frui,Vide PALAM.
Aeternitate fruuntur animi.Cic.1.de Nat.Deor.90.
Aeuo ſempiterno beati fruuntur.Cic.in Somn.Scip.8.
Aliquo non frui & carere.Cic.Attico,lib.2.16.7, Neque nos te fruimur, & tu nobis cares.
Beneficiis atque honoribus frui.Brutus Ciceroni,16.8.
Bonis cum filio frui.Cic.pro Cecinna,9.
Frui colloquio deorum.Virg.7.Aeneid.
Et varias audit voces,fruiturque deorum
Colloquio. Vbi Seruius,Fruitur,paſcitur:quod de rebus tantùm bonis dicimus.
Frui contemplatione.Quintil.lib.2.cap.18.19.
Certis fundis patre viuo fruitur filius.Cic.pro Roſc.Amer.25.
Frui gaudio.Plin.in Paneg.145,Quanto nunc diue Nerua gaudio frueris,quú vides,& eſſe optimum,& dici, quem tanquam optimú elegiſti.
Gratia & opibus alicuius frui.Cic.Lentulo,lib.1.9.90.
Frui ingenio ſuo.Terent.Heaut.2.4.21,Hoccine me miſerum non licere meo modò ingenio frui?Id eſt, ſecundum naturam meam viuere meo arbitrio.
Licentia liberiore quadam frui.Cic.in Orat.21.
Lucem qua fruimur,commoda quibus vtimur, ſpiritus quem ducimus,à Deo nobis dari videmus.Cic.pro Roſc.Amer.78.
Marito meliore fruitur.Ouid.2.epiſt.16.
Frui otio.Plinius epiſt.127, Te negotiis diſtineri ob hoc moleſtè fero,

quòd deseruire studiis non potes: si tamen alteram litem per iudicem alteram vt ais ipse finieris, incipies primùm istic otio frui: deinde satiatus ad nos reuerti.
Paratis frui. Horat. 1. Carm ode, 31. 4.
Parto frui. Virg. 1. Georg. 60.
Pace frui. Cic. 7. Philipp. 229.
Præsentibus fruitur sapiens. Cic. 1. de Finib. 95.
Frui recordatione alicuius. Cicero de Amicitia, 14, Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim.
Frui sermone alicuius. Cicero de Senectute, 11, Cuius sermone ita tũ cupidè fruebar, quasi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto, fore vnde discerem neminem.
Somno frui. Ouid. 2. Metam. 156,
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.
Vtatur suis oportet & fruatur, qui beatus est. Cic. 1. de Nat. Deor. 143.
Vectigalibus frui. Cic. de Arusp. resp. 56.
Virginitate perpetua frui. Ouid. 1. Metam. 98.
Frui viro aliquo. Plin. epist. 10. c, Quanquam quid ego plura de viro, quo mihi frui non licet?
Frui vita. Cic. 2. de Finib. 169, Dum vita fruebatur. Lucret. lib. 3. 113.
Vita & communi spiritu frui. Cic. 4. in Catil. 79.
Frui voluptatibus. Terent. Heaut. 1. 1. 97.
Decreui tantisper me minus iniuriæ Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser:
Nec fas esse, vlla me voluptate hîc frui. Cic. de Senect. 44, Quod si istis ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primùm paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis quibus senectus, etiam si nõ abundè potitur, non omnino caret.
Præsentibus voluptatibus frui. Cic. 3. Tusc. 67.
Frui vsu amici & moribus. Cic. de Amicit. 31, Vt vsu eius quẽ diligere cœperunt, fruantur & moribus, sintque pares in amore & æquales.
Fruitur hanc alternas noctes. Plautus Asina. 16. 68.
Argyrippus exorari spero poterit, vt sinat
Sese alternas cum illo noctes hanc frui.
Ars fruendi diuitiis. Horat. 1. epist. 4. 2.
Fruendus, Particip. (ἀπολαυτέος.) Cic. de Senect. 53, Agro bene culto nihil potest esse nec vsu huberius, nec spé ornatius: ad quẽ fruendũ non modò non retardat, verum etiam inuitat atque allectat senectus.
Iustitiæ fruendæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Cic. 2. Officiorum, 58.
Fruenda sapientia est. Cic. 1. de Finib. 5. Idẽ ad Qu. frat. lib. 2. 16. 9, Suauitatis equidem nostræ fruendæ causa cuperem te ad id tempus venire quod dixeras.
Fruiturus, pen. prod. (ἀπολαύσων,) Cic. lib. 3. Tuscul. 67, Zeno Stoicorũ acutissimus contendere magna voce solebat, eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, confideretque se fruiturum.
Fructus, Aliud Participium, (ἀπολελαυκώς,) Cic. in Hortensio, Amœnitate summa fructus est.
¶ Fretum etiam, opinione quorundam, maximè Vallæ, in supino facit.
Fruitus, pen. corr. Aliud Particip. (ἀπολελαυκώς,) Vlpian. in L. Pomponius. ff. De vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur, Licet proprietarius mihi pensionem soluerit, tamen vsumfructum amitti: quia non meo nomine, sed suo fruitus est emptor.
Fretus, Adiectiuum, (πεποιθώς,) Id est confisus. Participium esse volunt nonnulli, aliis nomẽ esse cõtendẽtibus. Plaut. Menæch. 17. 12. —credo
Cum viro litigium natum esse aliquod, ita isthæc solent, quæ viros
Subseruire sibi postulant, fretæ dote, feroces.
Fretus & munitus. Cic. de Petit. Consul. 17. Et quanquam partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oporteret, tamen in ipsa petitione amicitiæ, &c.
Fretus conscientia officii mei, beneuolentiæq; hæc ad te scripsi liberius. Cic. Appio, lib. 3. 7. 19.
Fretus consiliis, & innixus. Plin. in Paneg. 112, At nũc tua dextera, tuisq; promissis freti & innixi, obsepta diutina seruitute ora reseramus, frænatamque tot malis linguam resoluimus.
Fretus diis, & deos sperare. Plaut. Casin. 7. 39, Benedice, diis sum fretus, deos sperammus. Salust. in Iugurtha, Igitur consul, omnibus exploratis, credo diis fretus (nam contra tantas difficultates consilio satis prouidere non poterat, &c.
Fretus fiducia tua. Plaut. Aulul. 16. 50. —ibo ad te, fretus tua
Fides fiducia.
Fretus fuga, auxiliove. Cic. 3. Tusc. 76. Ex quodam poeta.
Fretus gratia. Cic. pro Quintio, 47, Si fretus gratia postulabat aliquid iniquius Alphenus.
Freti tua humanitate tibi consilium dabimus. Cic. ad Att. lib. 9. 179. 1.
Fretus ingenio. Plaut. Capt. 6. 100,
—huius ego experiar fidem,
Fretus ingenio eius, quòd me esse scit erga se beneuolum. Terentius in Prolog Heaut. 24,
Tum quòd maleuolus vetus Poeta dictitat,
Repentè ad studium hunc se applicasse musicum,
Amicûm ingenio fretum, haud natura sua. Cicero, 1, de Inuẽtione, 5, Tum ingenio freta malitia peruertere vrbes, & vitas hominum labefactare assueuit.
Innocentia freti, nobilitate nixi, potentia fulti. Cicero, Antequam iret in exilium, 6.
Fretus intelligentia vestra, dissero breuius quàm causa desyderat. Cic. 1. de Nat. Deorum, 69.
Fretus iuuenta. Virg. 5. Aeneid. 85.
Fretus malitia sua. Terentius Phormione, 2. 1. 43, Sed siquis fortè malitia fretus sua.
Fretus virtute. Plaut. Amphit. 4. 58,
Magnanimi viri, freti virtute & viribus
Superbi, nimis ferociter legatos nostros increpant. Sic Fretus viribus, Colum lib. 6. cap. 23. 3.
Fretus vobis. Terent. Eunuch. 5. 9. 33,
—cur ergo in his ego te conspicor regionibus?
T. Vobis fretus. PH. scis quàm fretus? miles edico tibi, &c.
Fretus voce. Cic. 1. Offic. 159.
Fruiscor, fruisceris, pen. corr. (ἀπολαύω,) fruisci, Idem quod fruor. Gell. lib. 17. cap. 2, Dubitatum est ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret fruisci. non modò autem Latinum, sed iucũdius, amœniusque etiã verbum fruiscor factum est q̃ fruor: & vt fatiscor à fateor, ita fruiscor factum est à fruor. Qu. Metellus Numidicus, qui castè pureque lingua vsus Latina videtur, in epistola quam exul ad Domitios misit, ita scripsit, Illi vero omni iure atque honestate interdicti, Ego neque aqua neque igni careo, & summa gloria fruiscor. Næuius in Attellana, quæ Partus inscripta est, hoc verbo ita vtitur,
Quod magnopere quæsierunt, id fruisci non queunt:
Qui non parcit apud se, fruitus est.
Fruisci, accusatiuo iunctum. Plaut. Rud. 23. 72, Hinc tu, nisi malum, fruisci nihil potes.
Frunisci, (ἀπολαύειν,) pro Frui, Antiqui dixerũt. Lucilius, lib. 18. Acquè frunìscor eso, ac tu. Cælius lib. 2, Domus suas quoque ire iubet, & sua omnia frunisci. Nonius Par. Eo quòd magnopere quæsierunt, id frunisci non quærunt. Gellius (vt vides paulò antè in Fruiscor) hoc exemplum adducit ex Næuio, & fruisci legit. Festus Pompeius, Frunìscor & frunitum dixit Cato nosque quum adhuc diximus infrunitum, certum est antiquos dixisse frunitum.
Frunitus, (φρόνιμος,) inquit Sipontinus, dicit prudens, hoc est is quo perfrui licet: sicut è contrario, Infrunitus, insipiens, ac stolidus, qui nulli vsui est. Sed nos frunitum & infrunitum à Græco potius deducta existimamus. nam Græci φρόνιμον prudentem, ἄφρονα dementẽ dicunt.
Fructus, huius fructus, vel fructuis & fructi, datiuo fructui, masc. ge. (καρπός,) à fruendo dicitur: vt inquit Varro, & Donatus, quòd his fruimur. Alii à ferendo, fructus deduci volunt: & dicuntur illæ res quas fundus fert, & quæ in fundo feruntur.
Fructi. Terent. Adelph. 5. 4. 17,
—contriui in quærundo vitam atque ætatem meam.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero, Odium. Cato, cap. 4, Fundus melior erit, minusque peccabitur: fructi plus capies. Varro, 1, de Re rust. cap. 2. 16, Eius enim saluam esse fructuis veneni.
Acidus fructus, Vide ACIDVS.
Apyrinus fructus, Vide APYRINVS.
Breuis fructus. Lucret. lib. 3, 187.
Certi, atque deformati fructus. Quintil. in procem. lib. 6. 8.
Crastinus fructus, Vide CRAS.
Incertus fructus. Varro, 1, de Re rust. cap. 4. 2. Vide ORCVS.
Noui fructus. Cic. de Clar. Orat. 8.
Obnoxius fructus feris, Vide OBNOXIVS.
Perpetuus fructus, nec fortunæ subiectus. Quintil. lib. 1. cap. 12. 13.
¶ Fructus, pro Cibo, interprete Donato. Terent. Phorm. 2. 2. 18,
Non rete accipitri tenditur, neque miluio,
Qui malè faciunt nobis: illis qui nihil faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
¶ Fructus, pro Fruitione & voluptate. Laurentius Val. lib. 5. cap. 5. Cic. pro Sestio, 126, Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ seruiamus. Idem pro Cecinna, 9, Frueretur enim bonis cum eo, quẽ suis bonis hæredem esse cupiebat, & ex quo maximum fructum ipsa capiebat, sed hunc fructum maturè fortuna ademit.
¶ Authoritatis fructus. Cic. de Senect. 58.
Diuitiarum fructus in copia est. Cic. in Parad. 60. Idem, 2, Offic. 81.
Iocunditatis fructus. Cic. pro Murena, 38.
Laboris fructus. Quintil. in procem. lib. 6. 3. Ouid. epist. 12. 35,
Libertatis fructus iucundissimus. Cic. Antequã iret in exil. 1.
Pecuniæ fructus maximus. Cic. 2. Offic. 44.
Pietatis cuiusdam fructus. Cic. pro Sestio, 58.

Prædiorum fructus. Cic. Attico, libro 11. 210. 2.
Virtutis fructus gloria. Cic. in Pisonem, 44.
Fructus & commoda. Cic. 1. de Natura deor. 168. Quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius cõmoda quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quædam vtilitatum suarum. De amicitia.
¶ Ad vitæ fructum aliquid acquirere. Cic. 5. in Catil. 72.
Afferre ad communem fructum, Vide AFFERO.
Alere suis fructibus exercitum. Cic. in Paradox. 57.
Voluptatũ fructum aufert solitudo. Cic. de Amici. 73. Vide AVFERO.
Fructum capere ex aliquo: Hoc est, vtilitatem & cõmodum. Cic. de Amicitia, 67. Et amicos tanquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. Vide CAPIO.
Diligentiæ fructum capere. Cic. de Claris Orat. 117.
Capere fructum dulcedinis. Lucretius lib. 2. 195.
Laborum & vigiliarum suarum fructum capere maximũ. Cic. Bruto. 3. 2.
Immortalem fructum vestri in me amoris cepi. in Pisonem, 2. 4.
Tempestiuos fructum capere. Cic. 2. Offic. 19.
Huberes & diuturnos fructus capere. Cic. pro Cælio, 63.
Fructus claudicat, Vide CLAVDICO.
Condere fructum, Vide CONDO.
Conferre fructum, Vide CONFERO.
Consequi amplissimum fructum, Vide CONSEQVOR.
Coquere fructus, Vide COQVO.
Fructus solidus coctus, Vide COQVO.
Creare fructus. Quintil. lib. 5. cap. 11. 19. Terra neglecta, sentes atque dumos exculta, fructus creat.
Decerpere fructum ex re aliqua. Horat. 1. Serm. saty. 2. 16.
Demetere & percipere fructus. Cic. de Senect. 64.
Spe posteritatis & fructu duci. Cic. pro Rabir. perduel. reo, 22.
Edunt nullum fructum ex se sine hominum cultu oues. Cicero 2. de Natura deorum, 236.
Vitæ fructibus non vnquam explemur. Lucret. lib. 3. 205.
Ferre fructum ex aliquo. Pollio Ciceroni, lib. 10. 32. 15.
Lætos & huberes fructus ex Repub. sed magna acerbitate permistos ferre. Cicero pro Plancio, 75.
Inducere fructum, Vide INDVCO.
Indui fructu, Vide INDVO.
Causa fructus aut delectationis inuisere res rusticas. Cic. 1. de Orat. 129.
Feri fructus mansuescunt terra. Lucret. lib. 5. 275.
Metere fructum. Cic. Antequam iret in exilium, 1.
Minuere fructus, Vide MINVO.
Mittere fructum, Vide MITTO.
Feros fructus mollire colendo. Virg. 2. Georg. 8.
Gloriæ magnũ fructum ex rebus gestis percipere. Cic. pro Arch. 17.
Modestiæ fructum aliquem percipere. Cicero pro Sylla, 1.
Percipitur ex literis fructus. Cic. Cassio; lib. 15. 14. 5.)
Vitæ superioris fructum perdere. Cic. 2. de Diuinat. 56.
Perferre fructum, Vide PERFERO.
Petere fructum non ex stipe aduocationum, sed ex animo suo, & contemplatione, ac scientia. Quintil. lib. 1. cap. 12. 13.
Præmium & fructum officii repetere. Cic. Antequam iret in exil. 2.
Fructum repetere, dictum de rebus ad animum pertinentibus. Cicero pro Archia, post commemoratum ingenium suum & dicendi exercitationem, & optimas artes, sic intulit, Earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè suo iure debet. Est autem metaphora à villico, à quo villæ dominus rationem fructuum solet exigere.
Non respondens labori fructus. Ouid. 4. Fast. 129.
Serere, percipere, & condere fructus. Cic. de Senect. 22.
Ad fructum partim, partim ad vsum hominum, partim ad vescendũ procreatæ sunt pecudes. Cic. 1. de Legib. 37.
Ad animi fructum & lætitiam permagnum hoc est. Cic. de Lege Agrar. 21.
Sustulit magnos fructus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 34.
Fructifer, ra, rum, pe. corr. Adiectiuum, (καρποφόρος,) Ferens fructum, Plinius libro 12. cap. 3. 1. Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas.
Fructuarius, Aliud adiectiuum, (κάρπιμος, ἐπικάρπιος,) Cuius est fructus, vel ad fructum pertinens, aut ferens fructum. Columel. lib. 1. cap. 6. 1. Et diuidatur in tres partes, vrbanam, rusticam, & fructuariam. Idem libro 5. cap 5. 14. Quòd existiment plus alimenti terram præbere fructuariis flagellis. Idem lib. 3 cap. 18, 3. Et reliqui duo vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimuntur. De vite loquitur. Varro 2. de Re rust. cap. 4. 16. Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse.
Agri fructuarii. Cælius Ciceroni, libro 8. 9. 10.
Fructuósus, pen. prod. Adiectiuum. (ἔγκαρπος, πολύκαρπος,) Qui fructũ, hoc est vtilitatem præstat. Cic. 2. Tusc. 10. Ager quàuis fertilis sine cultura, fructuosus esse non potest. Idem de Amicitia, 67.
Aratio fructuosa, mercatura quæstuosa dicitur. Cic. 5. Tusc. 135.
Grandiferæ & fructuosæ arationes. Cic. 2. Philipp. 100.
Fructuosa ars. Cic. 1. de Finib. 109. Eas ergo artes persequeretur, viuẽdi artem tantam, tãmque operosam & perinde fructuosam relinqueret.
Fructuosissima ars medicinæ. Hoc est Vtilissima, & haud parum fructus atque vtilitatis afferens. Plin. lib. 29. cap. 1. 2.
Beneficia fructuosa. Cic. Antequam iret in exil. 1.
Fructuosissimus locus, Fertilis, & plurimum fructum afferens. Cæsar 1. belli Gall. 115. Locúmque domicilio ex magna copia delegerat, quem ex omni Gallia opportunissimum ac fructuosissimum iudicassent. Sic apud Ciceronem 5. Verr. 194. Sicilia fructuosissima & opportunissima.
Fructuosa prædia. Cic. 2. de Finib. 136.
Rustica res bene culta & fructuosa. Cic. pro Quintio, 7.
Fructuosæ segetes. Varro 1. de Re rust. cap. 9. 5.
Virtutes fructuosæ. Cic. 2. de Oratore, 187.
¶ Fructuosus, de homine. Cic. pro L. Manilia, 10. Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructuosi sunt, conseruaueritis?
Multis esse fructuosum. Quintilianus lib. 1. cap. 6. 29. Vt quum M. Cælius se esse hominem frugi vult probare, non quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidem poterat) sed quia vtilis multis, id est fructuosus, vnde sit dicta frugalitas.
Non modò liberale, sed interdum etiam fructuosum est, paulum nonnunquam de iure suo decedere. Cic. 2. Offic. 93.
FRVSINO, pen. corr. (φρεσίνων,) Ciuitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Falernum, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Iuuen. Satyra 3, —optima Soræ Aut Fabratariæ domus, aut Frusinone paratur. Silius lib. 12. Bellator Frusino. Sed hîc populum significat.
FRVSINVM, φρούσινον, Latinorũ oppidũ Ptolemæo hodie Frusinona.
Frustra, Aduerb. (ἄλλως, αὔτως, εἰκῆ, μάτην,) Incassum, nequicquã. Quod à frusto Sipontinus deductum existimat. Cic. de Senect. 76. Nec me vixisse pœnitet, quoniã ita vixi vt nõ frustra me natũ existimẽ. Plaut Curc. 7. 58. Postquã mihi responsum est abeo ab illo mœstus ad forũ, Me illò frustra aduenisse. Idem Bacchid. 5. 12. 4.
Sed quid futurum est, quum hoc senex resciuerit?
Quom se excurrisse illuc frustra sciuerit,
Nósque aurum abusos! Terent. Adel. 2. 1. 54. Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo. Idem Heaut 4. 8. 17. Vah, frustra igitur gauisus miser. Idem And. 2. 1. 10. Et Heaut. 2. 3. 20. Et 4. 1. 15. Frustra operam hanc opinor sumo. Cic. ad Atti. lib. 5. 97. 2. Vt aut quoad dem posthac literas sciam, aut ne dem frustra. Idem pro Rosc. Comœ. 24. Frustra tempus contero. Virg. eclog. 7. 10.
Fortissimus frustra. Virg. 5. Aeneid. 77.
¶ Frustra, pro eo quod est re infecta, id est, sine vllo rei effectu. Salustius in Iugurth. Multa tamẽ oratione consumpta, frustra legati discessere. Nisi fortè malis legere, consumpta frustra.
Conterere tempus frustra. Cic. pro Rosc. Comœdo, 24.
Describere aliquid frustra. Cic. Attico, lib. 13. 271. 1.
Nec frustra ac sine causa quid facere, dignum deo est, quod abhorret ab hominis constantia. Cic. 2. de Diuinat. 187.
Implorare frustra auxilium alicuius Cic. 1. de Orat. 78.
Suscipere frustra laborem. Cic. de Vniuersit. 47.
¶ Frustra habere aliquem pro Decipere & circunuenire. Plaut. Amphit. 3. 2. 5. Is aduenienteis seruum & dominum frustra habet.
Habitus frustra. Tacit. lib. 13. Igitur Corbulo, quæsito diu prælio frustra habitus. Infra, Quæ breui seruata, dein frustra habita sunt.
Frustra esse, pro Decipi, falli. Plaut. Bacchid. 18. 41.
Quid, illam meretricemne esse censes? N. quippe ni?
C. Frustra es. N. quis igitur obsecro est? Hoc est falleris. Idem Amph. 11. 20, Hi iam ambo & seruus & hera frustra sunt duo. Hoc est, vterque fallitur. Idem Capt. 13. 85. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hîc edes, ne frustra sis. Idem Mostel. 8. 41.
Hic ad me it: saluus sum, spes est de argento, hic hilarus est.
TR. Frustra est homo. Id est, non ita est vt opinat. Idẽ Pseud. 10. 17.
Stulti haud scimus frustra vt simus: quum quod cupienter dari
Petimus nobis, quasi quid in rem sit, possimus noscere. Salust. in Iugur, Quo mihi acrius adnitẽdũ est, vt neq; vos capiamini, & illi frustra sint.
Frustra esse, Non prodesse. Cels. lib. 3. Quia curatio minus iis prodest, in quibus assidui frustra fuit.
Frustra esse dicitur, quod exitum speratum non habet, quódque non ex sententia euenit. Salust. in Iugurth. Cuius neque consilium, neque inceptum vllum frustra erat. Idem, Ea res frustra fuit. Id est, Expectationem frustrata est. Budæus.
Frustro, frustras, (ψεύδω,) frustrare, Decipere. Cæsar, Non frustrabo vos milites. Plaut. Milit. 12. 9. —quin ego frustro,
Postquam adhibere meas aures ad tuam moror orationem.
Frustror, frustraris, (ψεύδομαι, ἀποτυγχάνω, ματαιόομαι, ὑπερβάλλω,) Verbum commune secundum Priscianum, Idem quod Frustro. Alii tamen deponens esse volunt. Plautus Amphit. 8. 193.
Nescio quis præstigiator hunc frustratur mulierem. Idẽ Mostel. 5. 63.
Multos me hoc pacto iam dies frustramini.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Molestus si sum, reddite argentum abiero. Terent. in Prologo. Eunu. 14. Dehinc ne frustretur ipse se, aut sic cogitet,
Defunctus iam sum; nihil est quod dicat mihi. Cic. ad Atticum libro 12. 241.12. Liuius 1. ab Vrbe, 206. Gellius lib. 18. cap. 2.
Frustrari ab aliquo. Passiue. Plin. de Viris Illust. 42. Et cum ad tertium ab vrbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus, primum à Fabio Maximo frustratus: deinde à Valerio Flacco repulsus, &c.
Imagine verbi frustratur. Lucretius lib. 4. 115.
Frustror, Actiuè. Paulus in L. Sed & ad eos. ff. Ex quibus causis maiores, Sed & ad eos pertinet, qui conuenti frustrantur: & qualibet tergiuersatione & solertia efficiunt ne cum ipsis agi possit.
Frustrari expectationem alicuius: Hoc est, non præstare quod quis expectat. Plin. epist. 54.2, Magna etiam longa expectatio est, quam frustrari adhuc, & differre non debes. Idem epist. 171.2, Alii contrà hoc ipsum laudibus ferunt, quod sit frustratus improbas spes hominum: quos sic decipere pro moribus temporum, prudentia est.
Frustrari impensas. Columel. lib. 1. cap. 1. 2. In agricultura, in qua voluntas, facultásque citra scientiam sæpe magnam dominis adferunt iacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur expensas.
Frustrantur falsis gaudia lachrymulis. Catul. de Coma Bere 61.4.
Frustrari laborem. Columel. in Præfat. Sydorum ortus & occasus memoria repetat, ne imbribus, ventísque imminentibus opera inchoet, laborémque frustretur.
Frustrari se. Horat. 2. Serm. saty. 3. 7. —ô bone ne te
Frustrère, insanis & tu.
Seipsum frustrari de. Cic. 4. Academ. 117. De omni statu, consilióque totius vitæ aut certare cum aliis pertinaciter, aut frustrari cum alios, tum etiam meipsum velim?
Frustrâtus, pen. prod. Participium, (ἀποτυχὼν ἄεγ☉,) vt Nunquam frustrata sagitta. Stat. 1. Syl. 2. 13.
Frustrata nos est fides tua. Terent. Adelph. 4. 4. 11.
Abi abi iam Aeschine, satis diu verba dedisti nobis:
Satis adhuc tua frustrata est fides.
Frustrata est hæc me spes. Terent. And. 2. 2. 37. —bene mones,
Ibo, etsi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est. Lentulus Ciceroni, libro 12. 14. 2.
Frustratio, frustrationis, (ματαίωσις,) Verbale, Deceptio. Planc. ad Ciceronem, lib. 10. 23. 1. Tanto maiorem his frustratio dolorem attulit.
Frustrationem inicere in aliquem. Plaut. Amphit. 9. 16.
Nunc Amphitruonem memet vt occœpi semel,
Esse assimulabo, atque in horum familiam
Frustrationem hodie iniiciam maximam.
Frustrationes dare. Plaut. Mostel. 16. 30.
Dicito his quo pacto tuus te seruus ludificauerit:
Optimas frustrationes dederis in comœdiis.
Frustratio cupiditatis. Columel. lib. 11. cap. 1. 13. Nec supplicium grandius, quàm frustrationem cupiditatis existimat.
Per frustrationem. Liuius 5. bell. Pun. 144. Quum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset.
Frustratio est. Varro 1. de Re rust. cap. 1. 5. Quoniam sine aqua, omnis arida ac misera agricultura: sine successu, ac bono euentu, frustratio est, non cultura.

Frustum, frusti, (ψωμὸς, κόνδ'ρον, τεῦφ☉, ἄγμα, ψῆγμα, κέρμα,) Rei cuiuscunque particula, siue fragmentum, dictum à frango, vt vult Sipontinus. Cic. 2. Philipp. 74. In cœtu verò populi, negotium publicum gerens, Magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit. Virgil. 1. Aeneid. Pars in frusta secant, verubúsque trementia figunt. Cato, Frusto panis conduci potest vel vti taceat, vel vti loquatur. Cic. 1. de Diuin. 53. Necesse enim est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore quum pascitur.
Frusta ampla casei ouilli proximi anni facito. Columel. lib. 12. cap. 42.
Semesa lardi frusta. Horat. 2. Serm. saty. 6. 18.
Frusta meri bibunt, id est vinum congelatum. Ouidius libro 3. Trist. eleg. 1. 10. 5. de Getis.
Mucida frusta cærulei panis. Iuuenal. saty, 14. 13.
Frustum pueri, per iocum dixit Plautus Persa, 13. 71. —hei nates
Peruellit. P. Licet: tandiu enim sæpe expunctæ sunt. D. loquere
Tu etiam frustum pueri.
Librarium frustum, Vide LIBRA.
Rogare frusta. Iuuenal. Saty. 3. 21.
Frústulum, frústuli, penult. corre. Diminutiuum, (κερμάτιον,) apud Plautum: à quo frustillum.
Frustâtim, pe. pro. Aduerbiũ, (εἰς κέρματα,) Id est minutatim & p frusta. Plin. lib. 20. cap. 9. 18. Coquitur plurimis modis in olla, quæ coniiciatur in clybanũ aut furnũ, vel adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis.
Frustillatim, pen. prod. Diminutiuũ aduerbiũ. (κερματηδόν,) Plaut. Curcul. 12. 20. —iam ego Te faciã vt hic formicæ frustillatim differãt.
Frustulentus, Adiectiuum, (κερματώδης.) Plenum frustis. Plaut. Curcul. 7.

34. Vin' aquam? C. si frustulenta est, da obsecro, hercle absorbeam.

Frutex, fruticis, pen. corr. m. g. (θάμνος, φρυγανός,) Dicitur (inquit Valla lib. 4.) qui ad iustam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque arescit vt herba, verùm perennis est. Plin. lib. 6. cap. 36. 1. Inter ea, quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dixisse conueniat. Principatum in his tenebunt arundines. Idem libro 14. cap. 16. 10. Et fruticum verò è genere, cedri vtriusque, cupressi, laurus, iuniperi, terebinthi, calami, lentisci. Varro 2. de Re rust. cap. 1. 16. Equos vt capras in montosis potius locis & fruticibus, quàm in herbidis campis.
Frutex crassa radice, Vide CRASSVS.
Genus omne fruticum. Virg. 2. Georg. 5.
Buxeus frutex, Vide BVXVM.
Luteus frutex, Vide LVTVM.
Nefasti frutices, Vide NEFAS.
Oleraceus frutex, Vide OLVS.
¶ Frutex, Arboris nomen in Phrygia. Plin. lib. 13. cap. 53. Cedro similis in Arcadia est arbor: in Phrygia frutex vocatur.
¶ Frutex, de lupino. Columel. lib. 2. cap. 11. Lupini semini contraria est sarritio, quoniam vnam radicem habet, quæ sine ferro succisa est, seu vulnerata, totus frutex emoritur. Ibidem, Vt latius se frutex humi diffundat. De frumentis & leguminibus. Idem libro 2. cap. 15. Frutex lupini succisus, optimi stercoris vim præbet. Idem libro 11. cap. 3. de inula herba, Inulam verò interuallo trium pedum seri conuenit, quoniam vastos facit frutices.
Frutêtum, fruteti, pen. prod. (θαμνών,) Locus fruticibus consitus. Plin. lib. 18. cap. 6. 13. Fruteta igni optimè tolluntur. Colum. lib. 6. cap. 22. 2. Nã melius nemoribus herbidis & frutetis & carectis, q̃ lapidosis locis durantur vngulæ. Idẽ lib. 2. cap. 1. Frutetis & arboribus delapsa folia. Idem lib. 8. cap. 15. In syluulis tamaricum, aut sirporum fruteris immorari. Legitur & Frutectum etiam in vetustioribus scriptis codicibus.
Fruticêtum penul. prod. Idem, (φρυγανών,) vt Arctum fruticetum. Horatius 3. Carm. ode 12. 5.
Frutetôsus, pen. prod. siue Frutectosus, Adiectiuum, (θαμνώδης) Fruticibus abundans. Plinius libro 19. cap. 1. 7. Siccis hæc ferè & sabulosis locis, frutetosisque nascuntur. Columella libro 2. cap. 2. 9. Nemorosi, frutetosíque tractus duplex cura est.
Frútico, fruticas, pen. corr. (βλαστάω,) fruticare, Pullulare, & quasi frutices emittere. Plinius libro 17. Quod supra terram est, è matre radi iubetur, ne fruticet. Idem libro 12. cap. 14. 6. Columella libro 5. Potest annicula præcidi ad semissem super duos pedes; vt è trunco fruticet. Sic libro 2. cap. 9. 5. Et libro 11. cap. 2. 45.
Lætius fruticare, Vide LAETVS.
Fruticare pluribus culmis. Colu. lib. 2. cap. 9. 5. Vbi ex vno semine pluribus culmis fruticauit. Hoc est, plurimos culmos ex eodẽ semine emisit.
Fruticatio, Verbale, (βλάστησις,) In arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producunt. Plin. lib. 17. cap. 1. 7. Ita enim appellatur in ipsis arboribus, fruticatio inutilis.
Fruticor, fruticaris, (βρύω,) fruticari, Deponens, Frutices emittere. Cicero Attico, libro 15. 323. 6. Animis enim vsi sumus virilibus, consiliis (mihi crede) puerilibus. Excisa enim est arbor, non euulsa: itaque quàm fruticetur vides.
Fruticesco, fruticescis, (βρύομαι,) fruticescere, Idem. Plin. lib. 17. cap. 27. 6. Vitis tantum tonsuram annuam quærit. alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescunt.
Fruticôsus, pen. prod. Adiectiuum, (φρυγανώδης,) dicitur quod longè, latéque fruticat, & multos habet fruticantes ramos. Plin. lib. 12. cap. 4. 3. Duo genera eius. Rarum id quod melius, arboreum: alterum fruticosum. Id est latè admodum fruticans.
Fruticosum arboribus mare. Plin. lib. 6. cap. 22. 6. Mare id colore puiridi, præterea fruticosum arboribus, iubas earũ gubernaculis deterentibus.
Fruticosiores rami. Plin. lib. 20. cap. 13. 6. Latiora satiuæ folia, rami fruticosiores. Hoc est foliis & surculis abundantiores.
Vimina fruticosa. Ouid. 6. Metam. 69.

Frux, huius frugis, (ὄσπριον,) dixerunt antiqui, authore Festo Pompeio, Varro, Frux, legumen, triticum.

F V

Fuat, (εἴη,) pro Sit, dixerunt veteres, authore Donato. Virgilius lib. 10. Aeneid. 11. Tros, Rutulúsve fuat, nullo discrimine habebo. Vbi Seruius, Fuat, id est fuerit, futuri temporis verbum defectiuum. Terentius Hecyra, 4. 3. 4.
Isthuc est sapere, qui vbicunque opus est, animum possis flectere.
Quod faciundum fortasse sit post, idem hoc nunc si feceris.
S. Fors fuat pol. Plaut. Amphit. 12. 2. Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obuiam obsistat mihi. Ibidem, 16. 8. —istic si fuat,
Illum sanè non esse oportuit, nisi quidem sit geminus.
FVCINVS, pen. corr. (φουκῖνος,) Lacus in quarta regione Italiæ, propè Albenses Marsorum populos. Quo etiam nomine dictus est lacus Volscorum. Martialis libro 1. 28.

Fucus,

Fucus, fuci, m. g. (κηφήν,) Genus apis sine aculeo, sed maior ape melli conficiente. non autem mellificat fucus, neque operam aliquam præbet in faciundo opere, nisi quòd ad fouendos fœtus concalefaciendo adiuuat, & consumit alimenta quæ apes congesserũt. Virg. 4. Georg. 34. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Plinius lib. 11. cap. 11. 1. Sunt autem fuci sine aculeo velut imperfectæ apes, nouissimæque à fessis, & iam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi seruitia verarum apum. Quamobrem imperant iis, primósque in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt. Neque in opere tantum, sed in fœtu quoque adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba. Certè quo maior fuerit multitudo, eo maior fiet examinum prouentus. Columel. libro 9, cap. 5. Fucus genus amplioris incrementi, simillimum apis & immune, sine doctrina, fauis assidens. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 6. Itaque infectantes à se eiiciunt fucos, quòd hi neque adiuuant, & mel consumunt.
Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. Virg. 4. Georg. 49.
¶ Fucum pro cera posuit Virgilius 4. Georg. 8.
—fucóque & floribus oras
Explent. Fucus genus est herbæ, vnde tinguntur vestes. Fucum autẽ & flores pro cera posuit, quam ex his colligunt rebus. Seruius.
¶ Fucus marinus, (φυκὸς θαλάττιον,) Herba quæ & alga marina dicitur. Plin. libro 26. cap. 10. 9. Præcipuè verò liberat eo malo phycos thalassion id est fucus marinus, lactucæ similis, qui conchyliis substernitur: non podagræ modò, sed omnibus articulorum morbis impositus, prius quàm exarescat. Tria autem genera eius, latum, & alterum longius quadam tenus rubens. Tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur. omnia eiusdem vsus. Idẽ tamen lib. 13. cap. 25. Non habet, inquit, lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos: quoniam alga herbarũ magis vocabulum intelligitur: hic autẽ est frutex, &c. Vnde coniectandum est, haud rectè vocari fucum marinum: quin potius id nomẽ à quibusdam vltra Plinii mentem fuisse inditum.
¶ Fucus, (φυκίον,) Vnguentum aut pigmentum quo mulieres tinguntur & colorantur, vt vitia corporis emendent. Plaut. Mostel. 4. 118.
Nam isthæc veteres quæ se vnguentis vnctitant interpoles,
Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant,
Vbi sese sudor cum vnguentis consociauit, ilico
Itidem olent, quasi quom vnà multa iura confundit coquus.
¶ Fucus, (φῦκος,) fraudem aliquando significat & insidias interprete Donato: sub quibus occultatur veritas. Plaut. Capt. 10. 6.
Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantellum est meis:
Nec sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam est. Terentius Eunucho, 3. 5. 41.
Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas
Venisse clanculum per impluuium fucum factum mulieri.
Facere fucum. Cic. de Petitio. Consul. 24. Iam illud teneto diligenter, si eum qui tibi promiserit, fucum, vt dicitur, facere velle senseris: vt te id audisse, aut scire dissimules.
Sine fuco, Id est, simpliciter & apertè. Cic. ad Atticum, lib. 1. 1. 1. Prensat vnus P. Galba sine fuco ac fallaciis, more maiorum. Idem de Claris Orat. 64. In his omnibus inest quidam, sine vllo fuco veritatis color.
Sententiæ, veræ sine pigmentis fucoque puerili. Cic. 1. de Orat. 101.
Fucus & cincinni poetæ. Cicero 3. de Orat. 56.
Fucus roseus. Catul. in Argon. Tincta tegit roseo conchilis purpura fuco.
Mercem sine fucis gestat. Horat. 1. Serm. saty. 2. 17.
Illitus fuco color. Cicero 3. de Orat. 110.
Lana medicata fuco. Horat. 3. Carm. ode 5. 6.
Mentiri colorem fuco. Quintil. lib. 2. cap. 15. 17.
Splendente fuco ornare comas. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 3.
Perfusa gloria fuco. Ouid. 1. Fast. 61.
¶ Fucus, pro medicamine siue sanie purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 38.
Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit.
Fuco, fucas, (φυκόω, ἐγχρώζω,) fucare, Colorare. Virg. 2. Georg. 94.
Alba neque Assyrio fucatur lana veneno. Cic. 1. de Nat. deor. 157.
Quæ etiam si essent, quæ nulla sunt, pellere seipsa & agitari inter se, concursu fortasse possent: formare, fucare, colorare, animare non possent. Alia exemplaria legunt figurare.
Stercore fucatus crocodili. Horat. Epod. 12. 3.
Immodice formam fucata. Lucan. libro 10. 28.
Fucâtus, penul. prod. Adiectiuum, (φυκωτός,) Fucatæ mulieres dicuntur quæ vel vnguentis quibusdam colorantur, vel vitia corporis inductis coloribus tegunt.
Candoris & ruboris fucati medicamenta omnia repellentur, elegantia modò & munditia remanebit. Cic. in Orat. 43.
Fucatus nitor, cui opponitur Naturalis. Cic. de Claris Orat. 18. Hæc enim ætas effudit hanc copiam: & vt opinio mea fert, succus ille & sanguis incorruptus, vsque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor.
Signa probitatis non fucata specie forensi. Cic. pro Plancio, 14.
Hyali saturo fucata colore vellera. Virg. 4. Georg. 67.

Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. Cicero pro Plancio, 17.
Fucata & simulata, Syncera & vera, contraria. Cic. de Amicit. 78. Secerni autem blandus amicus à vero & internosci tam potest adhibita diligẽtia, quàm omnia fucata & simulata à synceris atque veris.
Fucata ineptiis omnia. Cicero pro Murena, 23.
Fucôsus, pen. prod. Adiect. (φυκιώδης,) Vitiatus, quasi fuco tectus, nõ syncerus. vt Fucosæ merces. Cic. pro Rab. Posthu. 14. Auditæ, visæque merces fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis & vitro delatæ.
Fucosæ amicitiæ, pro ambitiosis, & specie splendidis. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 2. Nam illæ ambitiosæ nostræ, fucosæque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.
FVFIDIVS, Oratoris nomen, cuius meminit Cicero in Bruto, Fufidius (inquit) in aliquo patronorum numero fuit.

Fuga, Fugax, Vide FVGIO.

Fugio, fugis, fugi, fugitum, pen. corr. (φεύγω, φυγάνω, ἀλεείνω, ἀλύσκω, ἀλύζω, ὑπαλύσκω, δ'ραπετεύω,) fugere, Cum cursu & celeritate abire & recedere. Virgil. 1. Eclog. 1. Nos patriam fugimus. Idem 8. Eclog. 9. Nunc & oues vltro fugiat lupus. A Græco φεύγω.
Sapientis fugere negant Stoici. Cic. Bruto, 15. 8.
Fugere de cauea. Martial. lib. 9. 93. De cauea fugiat ne male pastus aper.
De ciuitate fugere. Quintil. libro 6. cap. 1. 15.
Fugere è conspectu. Terent. Hecyra, 1. 2. 107.
—siquando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere è conspectu ilico, Videre nolle.
Fugere è manibus. Cic. pro Cælio, 51. Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus.
Tenues fugit, ceu fumus, in auras. Virg. 5. Aeneid. 147.
In bellum fugitur. Lucan. lib. 1. 100.
Longè fugere, Vide LONGVS.
Fugiebam maxime. Plaut. Amphit. 4. 45. Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè.
Pauidè fugere, Vide PAVIDVS.
Fugere oppido. Cæsar 3. bell. Ciuil. 13. Octacilius sibi timens, oppido fugit, & ad Pompeium peruenit.
¶ Fugere, Vitare, & respuere. Plaut. Asin. 5. 61.
Quod nolebam ac vetueram de industria,
Fugiebatis: neque conari id facere audebatis prius.
Aciem fugere, Vide ACIES.
Fugit aciem tenuitas. Cic. 1. Tusc. 80. Casurúsne in conspectum videatur animus, an tanta sit huius tenuitas vt fugiat aciem. Hoc est, vt videri non possit. de acie enim oculi loquitur.
Odisse & fugere aliquem. Horat. 1. Serm. saty. 1. 17.
Aliquid omni contentione fugere, Vide OMNIS.
Fugere congressus hominum. Cic. de Amicit. 71. Quinetiã siquis asperitate ea est, & immanitate naturæ, congressus vt hominum fugiat atque oderit.
Fugere conspectum alicuius. Cic. pro Lege agrar. 60. Nec quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. Sic Cæsar 7. bell. Gall. 122. Ouid. 2. Metam. 118. Conspectum lucemque fugit.
Fugere curam. Cicero de Amicitia, 45. Quòd si curam fugimus, virtus fugienda est.
Disciplinas omnes fugit. Quintil. lib. 2. cap. 17. 10.
Fugere hominem oculis. Cic. in Pisonem, 55. Nemo bonus, nemo denique ciuis est, qui modò se ciuem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur.
Fugere facta aliqua. Plaut. Milit. 10. 28.
Mihique amanti ire opitulatum, atque ea facere facinora,
Quæ isthæc ætas fugere facta magis, quàm sectari solet.
Fugere infamiam. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 4.
Fugere iter, Hoc est fugiendo conficere. Brutus ad Ciceronem, libro 11. 13. 4. Biduo me Antonius antecessit, itinera multa maiora fugiens, quàm ego sequens.
Fugere laborem. Terentius Heaut. 1. 1. 114.
Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc meipsum fugere. Virg. 3. Aeneid. 92. Cic. 5. de Finib. 102.
Nec voluptatem relinquentes, nec fugientes laborem. Et ad Atticum, lib. 11. 212. 2. Fugere omne munus.
Fugere nomen inuidiosum voluptatis. Cicero 4. Acad. 250.
Fugere nuptias aliquas. Terentius And. 4. 4. 27. Rectè ego semper fugi has nuptias.
Recordationes, quæ morsu quodam dolorem efficiunt, fugere. Cicero Attico, libro 12. 241. 9.
Fugere suspicionem. Cicero ad Atticum, libro 15. 324. 2.
Fugere tædium. Plinius libro 26. cap. 15. 8.
¶ Fugit accedere. Ouid. 2. Metam. 98. —propiúsque accedere fugit.
¶ Fugere, De iis qui nauigant etiam dicitur. Virg. 3. Aeneid. 49.
Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus vndis. Plautus,
Remigio, velóque quantum potes, festina & fuge.

Universidad de Deusto Biblioteca

Item de auibus. Virg.3.Aeneid.49. – celerique fuga sub sydera lapsæ
Semesam prædam,& vestigia fœda relinquunt. De Harpyis loquitur.
Fugere,& præteruolare aliquos.Cic.in Orat.114.Qui audiunt,hæc duo animaduertunt,& iucunda sibi censent,verba dico & sententias:eaque dum animis attentis admirantes excipiunt,fugit eos & præteruolat numerus:qui tamen si abesset,illa ipsa delectarent.
Ventis ocyor fugit.Silius libro 13.49.
Fugere,pro Latere, & præterire & obliuisci. Cic.pro Cecinna,Alia siqua fortè est actio,quæ nos fugiat,dic quæ sit:discere cupio. Budæus.
Nulla res est in vsu militari posita,quæ huius viri scientiam fugiat. Cicero pro Lege Manilia,20.
Fugiunt hæc me,Id est non recordor, non memini,aut ignoro.Cicero 2. Tuscul.57.Nisi quæ me fortè fugiunt, hæ sunt ferè omnium de animo sententiæ. Idem pro Cecinna,62.Non enim sum id dicturus quod ego inuenerim,sed quod illos non fugerit.Id est, quod ipsi non ignorauerint. Idem pro Murena,16.Neque enim quenquam vestrum fugit,cum multi, &c. Idem 2.Verr.27. Neque hoc Qu.Catulum hominem sapientissimum atque amplissimum fugit.
Me fugit,Id est nescio.Ouidius 5.Fast.89.
Dicta sit vnde dies,quæ nominis extet origo,
Me fugit:ex aliquo est inuenienda deo.
De Cæsare fugerat me ad te rescribere, Hoc est, non memineram ad te rescribere de Cæsare.Cic.ad Qu.fratrem,lib.2.14.3.
Siquid te fugerit. Terentius Heaut.2.3.75. Vbi si paululum modo quid te fugerit,ego perierim. Id est,Si vel tantillum peccaueris obliuione, aut aliquo alio modo.
Fugit te ratio.Plautus Amphit.4.232.
Sciebam equidem nullum esse nobis,nisi me seruum Sosiam:
Fugit me ratio.
Non te fugit. Brutus ad Ciceronem,lib.11.10.4.Quantamque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas,non te fugit. Id est non ignoras.
¶Fugere,Cedere est.Vnde vina quæ ætatem ferre non possunt, id est fugientia,annis cedere dicuntur:vt Cedere oneri dicimus,onus non perferre. Atque eadem quoque ratione factitiæ gemmæ scarificationi cedentes, fugere dicuntur. Plinius libro 37.cap.13.2.Factitiæ gemmæ scarificationis candicantiam fugiunt. Vbi fortè candicantia septimo casu legi debet. Budæus ex Hermolao.
Fugiendo.Propert.libro 1.eleg.1.2.
Mimallion nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit Iasidos.
Satietas audientium oratori fugienda.Cicero 5.Verr.84.
Longa animi prouisione fugiendũ vitiosum genus dicẽdi.Cic.in Orat.110.
Iniuria fugienda.Cicero 1.Offic.38.
Turpitudo fugienda,adipiscenda honestas.Cic.2.Tusc.111.
Fugiens,fugientis,Participium,(φεύγων,) Qui timet & fugit aliquid. Terentius And.5.4.35. Is hinc bellum fugiens, meque in Asiam persequens proficiscitur.
Consilire fugientibus.Tacit.lib.3.Tanto magis imbelles Aeduos euincite,& fugientibus consilite.
Obsistere fugienti.Ouidius 2.Fast.119.
Fugientem est voce secutus.Virgilius 1.Aeneid.82.
Fugiens opprobria culpæ.Horat.1.epist.9.2.
¶Fugiens, Nomen: vt Vinum fugiens: Id est,dubium & in vitium inclinans. Et Fugere in vino Latinè dicitur, quod vulgò non seruari dicimus.Cic.3.Offic.122.Qui vinum fugiens vendat sciens, debeátne dicere:non necesse putat Diogenes:Antipater viri boni existimat.
Fugiens Cicero pro ætati cedente dixit. Budæus.
Aetas fugiens.Catullus ad Mallium,63.9.
Fugientes etiam literæ dicuntur exolescentes,quæ vetustati cedsit.Id est, ἐξίτηλα τὰ γράμματα,quasi diffluentes,dilabentésque. Quod fit etiã quum membranæ præpingues,literas non retinent,Budæus.
Spicula fugientia.Virg.11.Aeneid.131.
Fugientia vina,Vide Fugiens Nomen.
Fugiens laboris. (φυγόπονος,) Cæsar 1.bell.Ciuil.255. Nemo erat adeò tardus,aut fugiens laboris,quin,&c.
Fugitūrus,pen.prod.Participium. (φευξούμενος,) Ouidius epist.2.10.Remigiúmue dedi quo me fugiturus abires.
Fúgito,fugitas,penult.corr.(φεύγομαι,) fugitare,Frequentatiuum.Apul. Huc atque illuc fugitando,ad stabulum tandem perueni.
Fugitare patrem, Terentius Phorm.5.5.7. Vicissim partes tuas acturus est. A. quasi? vt fugitet patrem.Id est,è conspectu patris.
Fugitare conspectum patris,Idem Terent.Heaut.3.1.25.
Non vult te scire se rediisse:etiam & tuum
Conspectum fugitat propter peccatum.
Fugitare oculos alterius.Plaut.Capt.11.10, – quid istuc est,
Quòd meos te dicam sic fugitare oculos Tyndare?
Fugitant omnes hanc prouinciam.Plaut.Capt.4.53.
Quid credis?fugitant omnes hanc prouinciam,
Postquam captus est Philopolemus tuus.

Fugitare quæstionem,Formidare & fugere tormentum. Cicero pro Roscio Amer.47.Dubitate etiam nunc Iudices,si potestis, à quo sit Sext. Roscius occisus,ab eóne qui propter illius mortem in egestate & insidiis versatur, cui ne quærendi quidem de morte patris potestas permittitur: an ab iis qui quæstionem fugitant, bona possident, in cæde atque ex cæde viuunt?
Fúgitans.penult corr.fugitantis.Participium, Qui sæpius,aut huc, atque illuc solet fugere.
Fugitans litium,Nomen.Terentius Phorm.4.3.18.
Herus liberalis est, & fugitans litium.
Fúgitor,penult.corr.fugitōris,(φυκτής.) Timidus,& qui protinus fugit. Plautus Trinummo,10.96. – in faginam
Herus se coniecit meus,credo ad summos bellatores
Acrem fugitorem fore,& capturum spolia.
Fugitor acer.Vide ACER.
Fuga,fugæ,(φυγή,φύζα,φύξις,δρασμός,)Profectio,abscessus cum celeritate.Virg.3.Aeneid. – longámque fugæ ne linque laborem. Idem lib.4. Frondentésque ferunt remos,& robora syluis
Infabricata fugæ studio. Seruius.
¶Fuga,pro Exilio.Cic.3.de Orat.6.Tenemus enim memoria Qu.Catulum virum omni laude præstantem, quum sibi non incolumem fortunam, sed exilium & fugam deprecaretur, esse coactum vt vita se ipse priuaret. Idem Antequam iret in exil.12. Isti modò videant qua ratione hanc inultam meam fugam ferre possint. Budæus.
¶Fuga,Cursus.Virg.1.Aeneid.64. – vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice,volucrémque fuga præuertitur Hebrum. Idem 4.Aeneid. – illa fuga syluas,saltúsque peragrat. Seruius.
¶Fuga,Celeritas.Virgil.11.Aeneid.
– dimitte fugam:& te cominus æquo
Mecum crede solo. Seruius.
¶Fuga, Impetus. Virgilius, Ille volat simul arua fuga,simul æquora verrit. Nonius.
¶Fugã acer,Vide ACER.
Fuga honoris.Liuius libro 3.Hanc ignominiam, si non alia honoris fuga fuisset,vel exilio,vel morte vitassem. Id est, effugiendi honoris ratio. Sic Fuga vulnerum & mortis. libro 8.Decad.4.Iam nox appetebat, quum prælio excedant Thraces. non fuga vulnerum aut mortis, sed quia satis onerati præda erant.
Laboris fuga desidiam coarguit.Cicero pro Murena,7.
Laborum ac dolorum fuga.Cicero 2.de Finib.51.
Lucis fuga.Quintil.libro 1.cap.3.10.
Operarum fuga. Cicero Qu.fratri,libro 2.7.4.
¶Calamitosa fuga,Vide CALAMITAS.
Celeri fuga sub sydera lapsæ.Virg.3.Aeneid.49.
Ignominiosa fuga,Vide IGNOMINIA.
Fuga nulla malefactis meis. Plautus Capt.10.7.Neque precatio perfidiis meis,nec malefactis fuga est.Id est,non possum vitare pœnam.
Occulta fuga.Silius libro 7.67.
Trepidæ dúxque comésque fugæ.Ouid.1.Trist.eleg.9.1.
Turpis fuga.Tacitus libro 19.
Turpissima ab vrbe fuga.Cicero Attico,libro 7.138.2.
Volucris fuga.Silius libro 17.119.
¶Ardet abire fuga.Virgilius 4.Aeneid.57.Vide ABEO.
Fugam furto abscondere,Vide ABSCONDO.
Accelerare fugam.Stat.5.Thebaid.56.
Agere in fugam,Vide AGO.
Agitare fugam.Virgilius 2.Aeneid.128.
Amittere fugam,Vide AMITTO.
Inclusis aperire fugam.Claud.de bello Getico,20.
Apparare fugam,Vide APPARO.
Auertere in fugam,Vide AVERTO.
Fugam capere.Cæsar 7.belli Gall.110. Vide CAPERE fugam. Ouidius 3.Fast.174.
Capessere fugam,Vide CAPESSO.
Celerare fugam.Virgilius 1.Aeneid.73.Vide CELERO.
Claudere alicui fugam,Vide CLAVDO.
Fugam custodia claudit. Ouidius 7.Metamor.116.
Cohibere fugam.Silius libro 15.147.
Commendare se fugæ,Vide COMMENDO.
Compescere fugam alicuius.Claud.de bello Get.64.
Conferre se in fugam,Cicero pro Cecinna,16.
Conicere se in fugam.Cicero pro Cælio,50.Vide CONIICIO.
Consciscere fugam. Tacitus libro 19. Deserta Italia,turpem fugam consciuissent. Liuius libro 5.Decad.1.Exiliúmque,ac fugam nobis ex eo loco consciscerenus.
Cõsternari in fugam. Liuius 10.ab Vrbe, 217.Incerti quam in partem intenderent iter,in fugam consternantur.
Conuertere se in fugam,Vide CONVERTO.
Fugam clamore conuertere,Vide CONVERTO.

Conuertunt

Conuertunt clamore fugam.Virg.12.Aeneid.51.
Desperata fuga latronis.Cicero 5.Philipp.186.
Dictare fugam.Quintil.lib.1.cap.3.10, Qui pudor restringit animum & abiicit,atque ipsius lucis fugam & tædium dictat.
Disiicere aliquem in fugam.Tacit.in vita Agricolæ,Quantóque ferocius accurrerant,tanto acrius pulsos in fugam disiecisset.
Incertæ & periculosæ fugæ se dare.Cicero Attico,lib.7.141.3.
Dare sese in fugam.Cicero 6.Verr.85.
Dare fugam.Virg.7.Aeneid.5.
Inclinare in fugam,Vide INCLINO.
Iniicere fugam inimicis,Vide INIICIO.
Intendere fugam,Vide INTENDO.
Intendere fugam ad mœnia.Lucan.lib.4.54.
Intercludere fugam,Vide INTERCLVDO.
Mandare se fugæ,Vide MANDO.
Maturate fugam.Virg.1.Aeneid.29.
Meditari fugam.Vide MEDITOR.
Moliri fugam.Virg.1.Aeneid.22.Vide MOLIOR.
Occultare fugam,Vide OCCVLTO.
Ornare fugam,Vide ORNO.
Parare fugam,Vide PARO.
Penetrare se in fugam,Vide PENETRO.
Implicitam visco fugam perdere, Vide IMPLICO.
Petere fugam.Claud.2.in Ruffin.27.
Terga præbere fugæ.Ouid.1.Metam.140.
Repressa est fuga quæ parabat.Cic.Att.lib.7.144.1.
Simulata fuga.Quintil.libro 2.cap.13.3.
Sistere fugam alicuius.Stat.9.Thebaid.175.
In fuga esse.Cicero Attico,libro 7.141.4.
Texúntque fugas & prælia ludo. Virg.5.Aenei.118.
Vertere in fugam. Liuius libro 7.Decad.4.Postea quàm videre ex alto classem in fugam verterunt.
Fugax,fugācis,penult.prod.om.gen.(φυξανικός,)Qui propter timiditatem facilè fugit.
Fugax.Fugiens,Nomen pro participio,Virg.11.Aeneid.
Haud mora,conuersísque fugax aufertur habenis. Seruius.
Fugacia poma,Persica appellat Plinius,quòd citò deflorescant,& diutius seruari nõ possunt:lib.15.cap.11.Pretiúmque singulis iam triceni nummi fuère,nullius maiore,quod miremur,quia nõ aliud fugacius,lõgissima nanque decerpto bidui mora est,cogítque se venundari. Budæus.
Fugax,Velox.Virg.10.Aeneid. – prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi:cum quo Latagum Paláumque fugacem. Ibidem,
– si forte fugacem Conspexit capream. Seruius.
Fugax contra insequentes crocodilus.Plin.lib.8.cap.25.5.
¶Anni fugaces.Horat.2.Carm.Ode 14.1.
Fugaces aues Plin.lib.10.cap.52.1. Tribuit hoc auium generi natura, vt fœcundiores essent fugaces earum quàm fortes.
Capræ fugaces.Ouid.1.Metam.89.
Cerui fugaces.Virg.3.Georg.106.
Aura fugacior.Ouid.13.Metam.173.
Sequi fugacem.Horat.1.Serm.saty.7.23.
Breuia,fugacia,& caduca existima.Id est,caduca & temporaria.Cicero ad Plancum,libro 10.12.13.
Fugitīuus,penult.prod.Adiectiuum,(φυξίμος,)Qui aufugit:vt Fugitiuus seruus,qui à domino ea mente recedit,ne ad eum redeat,etiamsi mutato consilio ad eum reuertatur.Plaut.Menæch.3.4.
Homines captiuos,qui catenis vinciunt,
Et qui fugitiuis seruis indunt compedes. Idem Capt.5.16.Apage, haud nos deceat fugitiuos imitari. Terent.Heaut.4.5.32.
Quamobrem,C.quamobrem,me rogas?homini fugitiuo dabo?
S. vt lubet. Cic.in Parad.35.
Princeps fugitiuorum.Cicero 5.Verr.55.
Seruus fugitiuus.Vatinius Ciceroni,libro 5.9.5.
Amor fugitiuus.Ouidius 2.de Remed.50.
Fugitiuum argentum.Terent.Heaut.4.2.11. Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen.
Erro fugitiuus.Horat.2.Serm.saty.7.33.
Fugitiua gaudia, Quæ citò euanescunt & abeunt,ac parum durant,Mart. lib.7.40,Viue velut rapto,fugitiuáque gaudia carpe. Idem lib.1.99. Gaudia non remeant,sed fugitiua volant.
Fugitiuus lapis.Plin.lib.36.cap.15.1.Eodem in oppido est lapis fugitiuus appellatus:Argonautæ eo pro anchora vsi,ibi reliquerant.
A iure & legibus fugitiuus.Cicero 6.Verr.100.
Fugitiuus rei familiaris. Plin.epist.205.Pollicêris in finem,quum certius de vitæ nostræ ordinatione aliquid audieris,futurum fugitiuum rei familiaris,statímque ad nos euolaturum.
Fugitiuus loci alicuius. Plin.lib.18.cap.16.2. Intantum columbis grata, vt pastas ea negent illius loci fugitiuas fieri.
Fugitiuarius.(φυγαδοθήρας,)Fugitiuarii,apud antiquos, fugitiuorum seruorum reprehensores erant:qui eam operam profitebantur, vt fugitiuos inuestigatos reducerent. In pandectis, in lege, Si apud te, præscript. verbis, Non enim ambo pecuniam ego & fugitiuarius deposuimus, vt quasi apud sequestrem esset depositum. Fugitiuarium vocat,qui reducendum fugitiuum susceperat. Varro hoc verbo metaphoricos quodammodo vsus est:quum inquit libro 3.de Re rust.cap.14.1.Idoneus sub dio sumendus est locus cochleariis,quem totum circum aqua claudatme quas ibi posueris ad partum,non liberos earum, sed ipsas quæras:aqua inquam finiendæ,ne fugitiuarius sit parandus. Id est,ne si locus fugæ pateat cochleis,cogaris postea tanquã fugitiuos seruos,sic cochleas fugitiuas persequi,& vti ministerio reprehensorum. Budæus.
Fugo,fugas,(φυγαδεύω,)fugare,significat Expellere,& in fugam conuertere. Plautus Amphit.1.136. – ibi nunc meus pater
Memorat,legiones hostium vt fugauerit. Idem Trinummo,5.28.
Fugat vos cognatos, fugat ipse se à suo contuitu. Plinius libro 4. cap.11.b,Fugati à gruibus Catizi.
Fugare è.Plautus Pœnulo,4.101.
– nam vigilante Venere,si veniant eæ,
Ita sunt turpes credo ecastor venerem ipsam è fano fugent.
Cædere & fugare aliquem.Brutus Ciceroni,6.2.
Repellere,fugare,auertere.Cic.pro Cecinna,34.Homines inermes qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent,armis,viris,terrore,periculoque mortis repuleris,fugaris,auerteris.
Fugat astra Phœbus.Horat.3.Carm.ode 21.5.
Lapidibus aliquem fugare & ferro.Cic.de Arusp.resp.5.
Somnos classica pulsa fugant.Tibul.lib.1.eleg.1.1.
Virtus fugat.Lucan.libro 2.49.
Fugari.Plinius libro 11.cap.53.3.Vultures vnguento qui fugantur, alios appetunt odores.
Armis pelli & fugari Cicero pro Cecinna,13.
Concio fugata.Cicero 6.Philipp.106.
Hostis fugatus.Cicero Octauio,12.
Longè fugati ex conspectu hominum.Lucretius lib.3.10.
Fugatūrus,pen.prod.Participium.(φυγαδεύσων,) Ouid.epist.17.23.
Iámque fugatura Tithoni coniuge noctem,
Præuius Auroræ lucifer ortus erat.

Fulcio, fulcis,fulciui,fulcitum,(στηρίζω,ἐρείδω,)fulcire, Munire,Sustentare,Fortificare,Plaut.Sticho,1.37.Bene procuras, satis sic fultum est mihi. Iuuen.saty.3.20.Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Mart.lib.3.43.Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Fulcire cibis ac omnia sustentare Lucret.lib.1.231.
Vndique fulcire aliquid.Cicero de Arusp.resp.55.
Beneuolentia fulcire imperium.Cicero 3.Offic.117.
Labentem re,fortuna,fide fulcire & sustinere. Cic.pro Rab.Posthu.37.
Fulcire aliquem literis,pro Onerare. Cic.ad Atticum,lib.5.110.19.Hermum vt rogas,creberrimis literis fulcio.
Fulcit Chrysippus porticum Stoicorum. Cicero 4.Acad.134.Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?
Rempublicam fulcire.Cic.2.Philipp.66.Nam quum L.Lentulo, C.Marcello Consulibus,Calend.Ianu.labentem & propè cadentem Rempublicam fulcire caperetis. Idem Post red.in Senatu,16.Horum Consulum ruinas,vos Consules vestra virtute fulcistis.
Subsidiis magnis Rempublicam fulcire.Cic.Cassio,lib.12.5.3.
Salutem fulcire.Lucretius libro 3.26.
Fulciri cibis. Colum.lib.6.cap.24.4.Quæ quum partũ edidit nisi cibis fulta est,quamuis bona nutrix,labore fatigata,nato subtrahit alimentum.
Fultus amicitiis. Plinius epist.190.d, Præterea qua gratia, quibus amicitiis fultum?
Ope fultus.Quintil.libro 6.cap.3.6.
Molli fulta pede.Horat.1.Serm.saty.2.18.
Potentia amicorum fulti,nobilitate nixi.Cic.Anteq.iret in exil.6.
Prauis fultus malè talis.Horat.1.Serm.saty.3.10.
Caput fultum.Virg.11.Aeneid.8.
Domus fulta columnis.Propert.lib.3.eleg.2.3.
Fultum gloria imperium.Cicero 3.Offic.117.
Fultæ calore omnes partes mundi sustinentur.Cic.2.de Nat.deor.36.
Fulta viris.Cicero de Senect.48. Viris,quæ natura caduca est,& nisi fulta sit,ad terram fertur.
Pluribus & grauissimis rebus aliquorum causa fulta est. Cicero pro Cornelio Balbo,18.
Fulcimentum, huius fulcimenti. (στήριγμα,) Quod aliquid sustinet: alio modo sustentaculum Plautus Trinummo,10.92.
– quid ego nunc agam,nisi vti sarcinam
Constringam,& clypeum ad dorsum accommodem fulcimenta,
Iubeam suppingi soccos?
Fultūra,huius fulturæ,pen.prod.(ἔρεισμα,)Idẽ Plin.lib.16.cap.35.Vt eximantur trabes sine fulturis. Idẽ epist.256. Nã fulturæ ac substructiones,quibus subinde suscipitur,nõ tam firmæ mihi,quàm sumptuosæ vi-

deatur. Idem epist.9.2, Tunc enim subit recordatio, Quot dies quàm frigidis rebus absumpsi: quod euenit mihi posteaquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut scribo, aut etiam corpori vaco, cuius fulturis animus sustinetur. Colum.lib.1.cap.5.8, Sed & pro fultura & substructione fungentur aduersus ea, &c. Mart.lib.8.34.
Ingens accedat stomacho fultura ruenti. Horat.1.Serm.Saty.3.31.
Fulcrum, fulcri, (ἐρείσμα, ἐρεισμα,) Virgilius 6.Aeneid.121.
– lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Gell.lib.20.cap.15.
Neque apud eius lecti fulcrum capsam esse cum strue aut ferro oportet. Sueton.in Claud. Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris, puellisque nobilibus qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. Plin.libro 34.cap.7.
Nobile fulcrum. Iuuen.Saty.11.10.
Fulcro sternatur lectus eburno. Propert.lib.2.eleg.14.5.
Fulgeo, fulges, fulsi, (στίλβω, σελαγίζω, τηλαυγέω,) fulgēre: & aliquando Fulgo, fulgis, fúlgere, Lucere & splendorem emittere significat. à φλὸξ, quod flammam significat. Lucanus lib.10.
Fulget gemma toris, & iaspide fulua supellex.
Purior æther fulsit. Ouidius 3.de Arte, 12.
Dies fulget. Ouidius 1.Amor.eleg.8.2.
Fulgent gladii. Liu.1.ab Vrbe, 103. Vt primo statim concursu increpuere, arma, micantésque fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit.
Fulsere ignes, & conscius æther Connubii. Virg.4.Aeneid.34.
Quum crastina fulserit hora. Ouid.epist.3,12.
Rosæ fulgent inter sua lilia. Ouid.2.Amor.eleg.5.8.
Virtus interminatis fulget honoribus. Horat.3.Carm.Ode 2.4.
Paribus quas fulgere cernis in armis. Virgilius 6.Aeneid.165. Hîc coniugationis est tertiæ.
Fulgere auro & purpura. Cic.in Catil.28. Qui nitêt vnguentis, qui fulgêt purpura, &c. Liu.4.bell.Maced.12. Quid honestum dictu saltem seditioni prætenditur muliebriiv t auro & purpura fulgeamus, inquiunt.
¶ Fulgere, pro Ferire prisci dicebant, authore Festo Pompeio. Vnde fulgur dictum est.
¶ Fulgere, pro Fulgurare. Cic.1.de Nat.deor.94. Hinc etiam augures nostri quum dicunt, Ioue fulgente, tonante: dicunt enim cælo fulgente, tonante. Idem in Varinium, 15. Ioue fulgête, cum populo agi nefas esse. Idem 2.de Diuinat.211. Si chaldæum, si aruspicem videris: si fulserit, si tonuerit: si tactum erit aliquid de cælo. Lucret.lib.6.35.
– & tremulo lux impete fulgit.
Fulgês, Partici. (σελαγίζων, τηλαυγῶν,) vt arma fulgêtia. Virg.Aene.144.
Candore nimio fulgens circus lacteus. Cic.in Arato, 29.
Cæli fulgentis imago. Ouid.2.Metam.4.
Fax fulgens. Tibullus libro 1.eleg.2.6.
Fulgentes gladios hostium videbant Decii, quum in aciem eorum irruebant. Cicero 2.Tusc.100.
Iupiter fulgens. Cicero in Varinium, 15.
Nomina Romanas inter fulgentia gentes. Ouid.ad Pisonem, 1.
Oculi lucidum fulgentes. Horat.2.Carm.Ode 12.2.
Fulgentia ebore & auro tecta. Cicero in Parad.14.
Vestis fulgens. Tibull.lib.4.ad Messalam, 1.25.
Imperio fulgens. Horat.1.Carm.Ode 16.7.
Fulgetrum fulgetri, pen.pro. (ἀστραπή,) Dicitur lux illa, & quasi vibratio luminis, quæ antè cernitur quàm tonitruum audiatur, quum simul fieri certum sit. Plin.lib.2.cap.43.2. Hinc nasci procella. Et si in nube luctet flatus, aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardês, fulmina: si lôgiore tractu nitatur, fulgetra. His findi nubê, illis perrumpi. Ibidê, cap.54. Fulgetrum prius cerni quàm tonitrum audiri (quum simul fiant) certû est. Nec mirum, quoniam lux sonitu velocior. Idê Plin.lib.35.cap.10.30. Pinxit, & quæ pingi non possunt, tonitrua, fulgetra, fulguráque, &c.
Fulgétra, fulgetræ, pe.pro.fœ gen. (ἀστραπή,) etiam dicitur. Plin.libro 28. cap.2.15. Fulgetras poppysmis adorare, consensus gentium est.
Fulgor, fulgôris, pen.prod. (σέλας, τηλαυγεια,) Splendor dicitur. Plin. lib.7.cap.15.2. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Virg.lib.5. Aeneid.18. – maculosus & auro Squammam incendebat fulgor.
Armorum fulgor. Horat.2.Carm.Ode 1.4.
Iouis fulgor. Cic.in Somnio Scip.15.
Dextri fulgores. Cic.2.de Diuinat.124. Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. Ex quodam poeta.
Eximio fulgore corona. Cic.2.de Nat.deor.156. Ex quodam poeta.
Mortalis fulgor siderum, Vide MORIOR.
Nubilans fulgor carbunculi, Vide post NVBES.
Tremulo fulgore micantes oculi. Ouid.2.de Arte, 145.
Fulgor tepidus. Plinius libro 9.cap.31.1. Quia nocte sidus tepido fulgore mitificat.
Fulgores & tonitrua. Cic.2.de Diuin.64. Quum autem se in nubem induerint, eiúsque tenuissimam quanque partem cœperint diuidere ac dirumpere, idque crebrius facere & vehementius, tum & fulgores & tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

Fulgore collucere atque illustrari. Cicero 6.Verr.62. Cuius fulgore collucere atque illustrari Iouis Opt.Max. templum oportebat. De quodam candelabro.
Elucent aliæ & fulgore coruscant. Virg.4.Georg.20.
Stupet insanis acies fulgoribus. Horat.2.Serm.saty.2.1.
Fulgor Alexandri Magni, pro Splendore & gloria. Plin.lib.7.cap.26.1. Aequato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis propè, ac Liberi patris. De Pompeio.
Fulgur, fúlguris, penult.corr.neut.gen. (στεροπή, φλογμός, ἀστεροπή,) Idem quod fulgetrum. Sueton.in Augusto, cap.29. Cum lecticam eius fulgur perstrinxisset.
Cæli fulgora. Cicero 2.de Legibus, 24.
Vis fulgurum. Cicero 1.de Diuinat.29.
Nictantia fulgura flammæ. Lucret.libro 6.37.
Rapidum fulgur. Ouidius 1.Fast.115.
Triste fulgur galeæ. Claud.6.Paneg.7.
Oculos ingesto fulgure clausit. Lucan.libro 7.32.
Interpretari fulgura. Cicero 1.de Diuinat.18.
Solis peruolgant fulgura cælum. Lucret.libro 5.32.
Fulgurális, & hoc fulgurále, pen.prod. (στεροπικός,) Cicero 1.de Diuinat. 124. Quòd Hetruscorum declarant, & Aruspicini, & fulgurales & rituales libri, nostri etiam augurales. Hoc est, libri qui de fulgurum inspectionibus tractant.
Fulguritas, fulguritatis, (σέλας,) Splendor. Lucilius, Luporum aciem claram & fulguritatem arborum.
Fúlguro, fúlguras, pen.corr. (ἀστράπτω,) fulgurare, Fulgur emittere. Plin. lib.18.cap.35.13. Quum ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit. Idem libro 9.cap.35.4. Si fulguret, comprimi conchas.
Oculis fulgurat ignis. Silius libro 12.145.
Fulgurare, ac tonare. Quintil.lib.2.cap.6.11. Vt non loqui, & orare, sed (quod Pericli contigit) fulgurare, ac tonare videaris.
Auro fulgurat domus. Stat.4.Thebaid.39.
Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere nefas. Cicero 2.de Diuinat.62.
Fulguritassunt, pro fulgure percutiuntur, dixit Plautus Trinummo, 8. 104. – nam fulguritassunt
Alternæ arbores, sues moriuntur angina acerrimè.
Fulguratio, (ἀστραπή,) & fulminatio apud Senecam, 2.Natu.quæstio. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.
Fulgurâtor, pen.prod. fulguratôris, (ἀστράπτης,) Fulgurum inspector, vt docet Nonius. Cato de moribus Claudii Neronis, Aruspicem fulguratorem siquis adducat. Cic.2.de Diuin.164. Nónne intelligis eadê vti posse & aruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum, &c.
Fulgurio, fúlguris, pen.cor. (ἀστράπτω,) fulgurire, Fulgur iacere. Næuius, Sanè à suo sonitu claro fulgurivit Iupiter. Nonius.
Fulguritum, (ἀστραπτόν,) Id quod est fulmine ictû. Qui locus statim fieri putabatur religiosus, quòd eum deus sibi dicasse videretur. Nonius.
Fulmen, fúlminis, pen.cor.neu.gen. (κεραυνός, πρηστήρ, σκηπτος, σκηπτός,) Ignis excitatus è nubibus. Plin.lib.2.cap.49. Quod si simul rupit nubem, exarsitque, & ignem habuit, non postea concepit, fulmen est. Ibidem, cap.43. Si erumpat ardens, fulmina sunt.
Fulmen est, si nubium conflictu ardor expressus se emiscuit. Cicero 2. de Diuinat.64.
Iactus fulminum & tonitrua extimescere. Cic.2.de Diuinat.62.
Ictu fulminis deflagrare. Cicero 3.Offic.127.
Percussa fulminis ictu. Ouidius ad Liuiam, 3.
Ira fulminis. Ouidius 15.Metamor.163.
Sæuior ira fulmine. Ouidius 13.Metamor.182.
Vis corusca fulminis. Cicero 2.Tuscul.36.
¶ Bruta fulmina, Vide BRVTVS.
Caduco fulmine sustulit immanem turmam. Horat.3.Carm.Ode 4.9.
Ignis cælestis fulminis. Lucretius libro 2.77.
Fulmen crispisulcans, Vide CRISPVS.
Horrificum fulmen. Valer.2.Argon.20.
Ineuitabile fulmen. Ouidius 3.Metamorph.61.
Addidit & tonitrus & ineuitabile fulmen.
Inimica fulmina. Horat.1.Carm.Ode 12.12.
Iracunda fulmina. Horat.1.Carm.Ode 3.8.
Obliqui via fulminis. Senec.Thyeste, 4.5.
Penetrabile fulmen. Ouid.13.Metam.182.
Præsaga fulmina. Valer.3.Argon.71.
Rutili fulminis æstus. Valer.7.Argon.130.
Sinistrum fulmen, optimum auspicium est. Cic.2.de Diuinat.63.et 112.
Terribili fulmine perculsus aliquis. Cicero 1.de Diuinat.34.
Trisulca fulmina. Senec.Herc.Oeth.17.3.
Vaga fulmina. Ouidius 1.Metam.120.
¶ Afflare fulmine, Vide AFFLO.
Ictu fulminis concidit. Lucretius.libro 3.99.
Disiecit fulmine montes. Virg.1.Georg.57.

Expressum

Expressum ventis per nubila fulmen. Lucan.lib.1.51.
Fabricati sunt Ioui fulmen Cyclopes. Cic.2.de Diuinat.63.
Feriunt fulmina montes. Horat.2.Carm.Ode 10.3.
Fregerunt fulmina nubes. Lucan.lib.7.31.
Fulmine ictus. Liuius 1.ab Vrbe, 13. Auentino fulmine ipse ictus, regnum per manus tradidit.
Fulmen vibratum iactare. Ouidius 2.Metam.62.
Vnde mouet tonitrus, vibratáque fulmina iactat.
Molitur fulmina Iuppiter. Virg.1.Georg.66.
Percuti fulmine, Vide PERCVTIO.
Percutit fulmine Iupiter. Cic.7.de Nat.deor.122.
Spargere fulmina in terras. Ouid.1.Metamor.51.
Terret fulmine Iuppiter. Virg.1.Aeneid.47.
Torquet fulmina Iuppiter. Virg.4.Aeneid.42.
Vibrata fulmina iactat Iuppiter. Ouid.2.Metam.62.
Volant fulmina. Lucretius libro 2.43.
Imperii nostri duo fulmina Cn. & P. Scipiones. Cic.pro Cornel.Balbo, 17.
Fulmina verborum: Hoc est impetus. Cicero ad Papirium, libro 9.21.1. Insanire tibi videris, quòd imitere verborum meorum, vt scribis, fulmina! Columella in Præfatione lib.1.15. Nec Brutum aut Cælium, Pollionémve cum Messala & Catullo deterruere fulmina illa Ciceronis ab eloquentiæ studio.
Fulmina fortunæ. Cicero 2.Tusc.112. Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit.
Fúlmino, fúlminas, pen.corr. (κεραυνόω, σκήπτω, κεραυνοβολέω,) fulminare, Fulmen emittere vel fulmine percutere, aut afflare. Plin.lib.2.cap. 7.7. Fulminantem peierant Iouem.
Fulminat per totum orbem. Ouidius ad Liuiam, 76.
Oculis fulminare. Propert.lib.4.eleg.9.6.
Fregimus quicquid fuit fulminandum. Senec.Herc.fur.103.
Fulminantis magna manus Iouis. Horat.3.Carm.Ode 3.2.
¶ Fulminans Mars per translationé. Plin.lib.30.cap.1.7. Troianis itaque têporibus & Chironis medicinis contenta & solo Marte fulminâte, mirror, equidem Achillis populis famam eius intantum adhæsisse, vt &c.
Fulminâtus, penul.prod. Participium (κεραυνίας,) Plinius lib.2.cap.54.5. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt.
Fulmineus, Adiectiuum: (κεραυνικός.
Ignis fulmineus. Ouid.2.de Ponto, eleg.2.24.
Fulmineo celeres dissipat ore canes. Ouid.1.Fast.47. de apro.
Ductor fulmineus. Silius libro 17.111.
Potentius ictu fulmineo. Horatius 3.Carm.Ode 10.3.
Sues fulminei. Stat.6.Thebaid.173.
Fúlica, fúlicæ, pen.corr. (φαλη, κέπφος,) Auis quæ & fulix dicitur, marina vel stagnensis, paulò supra magnitudinem columbæ. Dicta à furuo, id est nigro. Virg.1.Geor. In sicco ludunt fulicæ. Plin.libro 18.cap.35.18. Loligo volitans, conchæ adhærescentes, echini affigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Ranæ quoque vltra solitum vocales. Et fulicæ matutino clangore. Vulgus Lingonum vocat vne foulqué. Parrhisini autê diabolum vocant. Cic.1.de Diuin.23.
Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti,
Nuntiat horribiles clamans instare procellas. Ex quodam poeta.
Palustres fulicæ. Ouidius 8.Metamor.126.
FVLGINATES, (φουλγινάται,) populi sunt Vmbriæ in Italia, vt scribit Plinius cap.14.lib.3. Foro Flamminienses.
Fuligo, pen.prod. fuliginis, fœ.ge. (ἄσβολη, αἰθάλη, καπνία,) à furuo dicitur. Est autem nigrum illud excrementû quod ex fumo caminis aut furnis adhæret. Plin.lib.35.cap.6.11. Adulteratur fornacium balnearúmque fuligine. Sic lib.28.cap.11.5. Plaut.Pœn.18.23.
Stulta soror es magis ꝗ voloian verò pulchra vidêre obsecro,
Si tibi illic non os oblitum est fuligine? Colum.lib.1.cap.6.12.
Quoniam fumo & fuligine sapor olei corrumpitur.
Ardentis massæ fuligo. Iuuen.Saty.10.13.
Madida fuligo. Iuuen.Saty.2.10.
Assidua postes fuligine nigri. Virg.Eclog.7.10.
Abstergere fuliginem. Cic.2.Philipp.93. Idem tamen quasi fuligine abstersa, reliquis diebus, in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti. Verborum & argutiarum fuliginem ob oculos audientium iacere. Gellius libro 1.cap.2.
Fulix, Vide FVLICA.
Fullo, fullônis, m.g. (γναφεύς, κναφεύς,) à fouendis aqua calida vestibus. Qui (vt ait Vlpianus) curanda, poliendáve vestimenta accipit. Plautus Aulul.15.36. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plinius libro 28.cap.6.9. Vrina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. Martial.libro 14.56.
Notam sæpe teret lintea fullo tibi. Sic libro 5.115.
Fullonius, Adiectiuum: (γναφευτικός,) vt Fullonia ars. Plinius libro 7.capite 56.6. Plautus Pseud.12.16. Cras mihi potandus fructus est ful-

lonius. Plinius libro 16.cap.44.10. Quod verò in spina fullonia, hyphæston vocant, &c.
Fulloniæ aneæ. Plinius libro 27.cap.10.8.
Fullonicus, pen.corr. Adiectiuum, (γναφικός,) Idem Plaut.Asin.16.57.
– si non didicisti fullonicam,
Non mirandum est in oculos inuadere optimum est. Subaudi artem. Cato cap.14.2.
Fullónica, fullonicæ, penult.correp. (γναφεῖον,) Taberna fullonum. Vlpianus in L. Apud Trebatium ff.de Aqua pluuia arcenda. Apud Trebatium relatum est: quum, in cuius fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem instituisse, & ex his aquam in fundum vicini immittere cœpisset, &c.
Fullonicum, fullonici: vel Fullonica, fullonicorum, in neutro genere, (κναφεῖον,) reperitur apud Vlpianum in L. Si cuius. Parag. Item si domus. ff. de Vsufructu, & quemadmodum quis vtatur & fruatur. Quod autem dicitur meritoria non facturum, accipe quæ vulgò diuersoria vel fullonica appellantur.
Fulmen, Fulminare, Vide FVLGEO.
FVLSINATES, (φουλσινάται,) Populi sunt Illyrici, vt scribit Plinius cap.21.lib.4.in descriptione Illyrici.
Fultura, Vide FVLCIO.
FVLVIVS, Viri Romani proprium nomen.
Fuluius Flaccus Censor, tectum marmoreum Iunonis Laciniæ spoliauit, vt ædem quam dedicauerat equestri fortunæ, tegeret. Author Liuius libro 42.
Fuluiaster, Imitans Fuluium. Cicero ad Atticum, libro 12.257.5. Solet omnino esse Fuluiaster.
Fuluiâna, penult.prod. herba. Plinius libro 26.cap.8.41. Et herba fuluiana trita ex vino, & hæc nomen inuentoris habet, nota tractantibus, vrinas ciet.
Fuluus, Adiectiuum, (ὠχρανθός, πυῤῥός,) Color est rufo ac viridi mistus. Vnde fului leones dicuntur. Plinius libro 13.cap.9. 2. Cuci fuluus color. Idem libro 8.cap.21.3. Sed atrocissimos habet tauros syluestres maiores agrestibus, velocitate ante omnes, colore fuluos, oculis ceruleis. Ibidem cap.39.2.
Aquila fulua. Virg.11.Aeneid.151.
Aper fuluus. Ouidius 2.de Arte amandi, 75.
Arena fulua. Virgilius 5.Aeneid.79.
Aurum fuluum. Virgilius 7.Aeneid.56.
Lumen fuluum. Virgilius 7.Aeneid.15.
Lupus fuluus. Ouidius 11.Metamor.155.
Nuntia fulua Iouis miranda visa figura. Cic.1.de Legib.3. Id est aquila.
Pellis fulua leonis. Virgilius 8.Aeneid.108.
Sydera fulua. Tibull.libro 2.eleg.1.18.
¶ Fuluus, Viridis. Virg.4.Aeneid. – atque illi stellatus iaspide fulua Ensis erat. Vbi Seruius, Iaspide fulua, pro viridi: vt, Fuluáque caput nectentur oliua. Idem 12.Aeneid. Fulua pugnas de nube tuentem.
Fumus, huius fumi, m.g. (καπνός, ψόλος,) A furuo deducitur ἰ notæ significationis. Plinius libro 12.cap.17.7. Tradunt fumum brutæ arboris contra ligna alia esse remedio.
Nidor atque fumus ganearum. Cic.in Pisonem, 9. Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo.
Amarus fumus. Virgilius 12.Aeneid.119.
Fumus calidus. Ouidius 2.Metamor.47.
– calidóque inuoluitur vndique fumo.
Vndans fumus misto puluere. Virg.2.Aeneid.122.
Volucres fumi. Virgilius 2.Georg.44.
Cælum subtexere fumo. Virg.3.Aeneid.116.
Fumos vendere, apud Martialem, pro eo quod est, principum beneuolentiam, simulato commendationis officio, per occasionem familiaritatis, pretio vendere. Nam fumus initio quidem magnum quiddam esse videtur, verum euanescit illico. Martialis carmen hoc est,
Vendere nec vanos circum palatia fumos,
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.
Fumo comburi. Cicero ad Quintum fratrem, libro 1.2.9. Sed quid opus fuit eiusmodi literis, quas ad ipsum misisti: illum crucem sibiipsi constituere, ex qua tu eum antè detraxisses, te curaturum fumo vt combureretur, plaudente tota prouincia.
Fumarium, huius fumarii, (καπνοδόχη,) Locus vbi vina fumo medicabantur. Martial.lib.10.36. Improba Massiliæ quicquid fumaria cogunt, Accipit ætatem quicquid ab igne cadus. Nam vina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celerius vetustescunt, vt docet Columella, libro 1.cap.6.12.
Fumôsus, pen.prod. (καπνώδης, ψολόεις,) Adiectiuum, Fumo velut tinctû. Cato de Re rustica, cap.130. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito: perbibant bene. Ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

Fumosus December. Martial. libro 5.31.
Fumosa flamma. Cato cap. 38.3. Item infimi lapides cocti cadent, & minus flamma fumosa exibit.
Foci fumosi. Ouid. epist. 20.19.
Perna fumosa. Horat. 2. Serm. saty. 2.14.
Tecta fumosa. Virg. 2. Georg. 40.
Cado fumoso condita vina Ouid. 5. Fast. 104.
Fumeus, Adiectiuum, (καπνώδης,) vt Fumeus Acheron. Valer. 4. Argonau. Vide ACHERON.
Fumosæ imagines. Cic. in Pisonem, 1. Sed ne notum quidem factum aut militiæ aut domi, obrepisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum quarum simile habes nihil, præter colorem. Fumosas imagines appellauit Cicero, antiquissimi generis stemma: vt legi omnino debeat apud Iuuenalem, Fumosos equitum cum Dictatore magistros. Budæus.
Fúmifer, penul. corr. (καπνοφόρος,) Aliud adiectiuum: vt Fumiferi ignes. Virg. lib. 9.38. Pinum & fumiferos infert Mezentius ignes.
Item libro 8.20. Fumiferam noctem.
Fúmidus, pen. corr. Aliud adiectiuû. (καπνίας,) Plin. lib. 37. cap. 7.7. Sunt qui præferant Arabicas Indicis: fumidæque chrysolitho illas similes dicunt. Idem libro 14. cap. 20.6. Vitia præter supradicta, acor, aut fumidum virus: picis autem, adustio.
Cautes fumidæ. Plinius libro 5. cap. 9.12.
Fumida altaria. Ouid. 12. Metam. 52.
Teda fumida. Virg. 9. Aeneid. 16.
Vortex fumidus Pli. lib. 2. cap. 43.1. de tonitru, Et fumidû vorticê volui.
Fumo, fumas, (τύφομαι,) fumare, Fumum emittere. Virg. 1. Eclog. 16.
Et iam summa procul villarum culmina fumant. Cic. 7. Verr. 75. Quû fumantes etiam nostras naues reliquissent. Idem 2. de Diuinat. 94. Aræ fumantes. Ex quodam Poeta. Et pro Sestio, 18. Ouid. 1. Metamor. 40. – mediis Tanais fumauit in vndis.
Ignibus atria fumant. Ouid. 12. Metam. 43.
Fumans aper dicitur. Martial. lib. 14.227.
Aræ fumantes. Catull. Argon. 59.79.
Fumans bitumen. Ouid. 14. Metamor. 159.
Fúmigo, fumigas, penult. corr. (καπνίζομαι,) fumigare. Suffire. Varro 3. de Re rust. cap. 16.13. Verno tempore & æstiuo ferè ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leniter.
Fumífico, fumíficas, pe. corr. (καπνίζομαι,) fumificare, Idem. Plaut. Milite, 8. ..Inde ignem in aram, vt Ephesiæ Dianæ latas laudes,
Gratesque agam eique vt Arabico fumificem odore.
Fumíficus, pen. corr. Adiectiuum, (καπνοποιός,) Ouid. 7. Metam. 23.
Fumificisque locum mugitibus impleuêre. De tauris Colchicis.

Funalia, Funambulus, Vide FVNIS.

Funda, huius fundæ, (σφενδόνη ἐκβολή,) Instrumentum è funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactantur lapides. Virgil. lib. 1. Geor. 62. Stupea torquentem balearis verbera fundæ. Terent. Eunuch. 4.7.15. – fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes.
Liuius 1. ab Vrbe, 188. Ouidius 2. Metamor. 146. Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum Funda iacit. Adiicit autem balearica, eo quòd Baleares insulæ peritissimos mitterent funditores.
Balearis verbera fundæ. Virg. 1. Georg. 62.
Cita funda. Tibull. lib. 4. ad Messalam, 1.20.
Lata funda Ouid. 14. Metam. 165.
Tereres fundæ. Stat. 4. Thebaid. 14.
Torta funda. Propert. lib. 4. eleg. 3.13.
More fundæ rotare aliquem. Ouid. 14. Metam. 104.
¶ Funda, Retis genus quod in orbem spargitur, & reticulum dici solet. Virg. 1. Georg. Funda iam verberat amnem. Seruius.
¶ Funda, Sacculus, seu marsupium in modum retis factû, in quo pecuniæ & alia gerûtur. Macrob. Quûmque accessisset ad sellam, demissa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos principi daret.
¶ Funda, Circulus ex auro siue alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, vt aurum non nisi margines amplectatur. Plin. Funda includitur perspicuæ: cæteris subiicitur aurichalcum.
Funditor, pen. corr. (σφενδονήτης,) funditôris, Qui funda dimicat. Sall. Ipse cum expeditis cohortibus adhuc funditorum & sagittariorû delecta manu. Cæsar 2. bell. Gal. 157. Numidas & Cretas sagittarios & funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Sic Liu. 1. bell. Pun. 78.
Fundibolarius, Idem. (σφενδονιστής,)

Fundamentum, Vide FVNDVM.

FVNDI, (φοῦνδοι,) Oppidum Italiæ prope Caietam, quod intercidit, iuxta quod lacus est Fundanus, cuius meminit Plinius cap. 5. lib. 3. Inde generosa vina Fundana scriptoribus commendata.

Funditus, et Fundo, fundas, Vide FVNDVM,

Fundo, fundis, fudi, fusum, (χέω, χύνω, χύδην, λείβω,) fundere. Propriè est liquefacere. Membra fusa. Quintilian. libro 7. cap. 1.1. Neque enim, quanquam fusis omnibus membris, statua fit, nisi collocetur.
Fundere ex ære imaginem. Plin. lib. 34. cap. 8.32. Theodorus qui Labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fudit, præter similitudinem mirabilem, fama magnæ subtilitatis celebratus.
Fundi & dilatari. Cicero 3. de Finib. 75. Sed quanquam negent, nec virtutes, nec vitia crescere, & tamen vtrunque eorum fundi quodammodo, & quasi dilatari putant.
Fundet se latius Orator. Cicero in Oratore, 68. Quum verò ea causa inciderit, in qua vis eloquentiæ possit exprimi, tum se latius fundet Orator, tum reget & flectet animos, &c.
Fusus in corpore humor & calor. Cic. 2. de Nat. deor. 27.
Funditur fulgor lucis in digitos. Plin. lib. 37. cap. 6.4.
Fundet se iniltitia in cæteras virtutes, Cic. 5. de Finib. 118.
Fusa per gentes superstitio. Cic. 2. de Diuinat. 219.
¶ Fundere flores. Virgil. 4. Eclog. 5. Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. Id est abundanter præbebunt. Sic Cic. 5. Tusc. 54.
Fundit frugem. Cic. de Senect. 47. Deinde tepefactum vapore, & complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit, culmóque erecta geniculato, vaginis iã quasi pubescens includitur: è quibus quum emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam. Id est emittit.
Fundere lachrymas. Plin. lib. 8. cap. 42.4. Sic Fundere sanguinem, Cicero 1.1. de Diuinat. 84. Liu. 8. bel. Maced. 93.
Fundit asinorum siluestrium multitudinê Africa. Plin. lib. 8. cap. 30.3.
Fundit ex sese pastus varios terra. Cic. 2. de Finib. 176.
¶ Fundere corpora humi, Prosternere. Virgil. 1. Aeneid. 40.
Nec prius absistit, quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi. Tibull. lib. 1. eleg. 7.1.
Fusus humi toto corpore. Martial. lib. 8.69. Id est extensus, stratus.
Fundere exercitum, Delere & vincere. Liuius 1. ab Vrbe, 43. Exercitum fundit fugatque, fusum persequitur. Plinius de Viris Illustribus, 51. Regem Philippum prælio fudit. Sic Fundere copias. Cæsar 1. bell. Gall. 188. Eas omnes copias à se vno prælio fusas ac superatas esse. Ibidem libro 3.373. Sic omnibus hostium copiis fusis, armisque exutis, se in castra, munitionesque suas recipiunt. Cicero pro Rabirio, 22. Et 1. de Finib. 155. Et pro Murena, 17.
Fusa in fugam primo concursu acies. Liuius 5. ab Vrbe, 146.
Sanguinem fundere non de regno, sed de rege. Vide sanguinem fundere, in SANGVIS.
Fundere versus ex tempore. Cicero 3. de Oratore, 107.
Funduntur turpi fuga. Liuius 4. ab Vrbe, 182.
Fusi fugatique inimici. Liu. 2. ab Vrbe, 18. Et lib. 1.11.
¶ Fundere, Abundanter loqui. Virg. 3. Aeneid. Talia fundebat lachrymans. Idem 8. Aeneid. 46.
– hæc genitor digressu dicta supremo Fundebat.
Fundere verba. Terent. Adelph. 5.1.7. – ohe scelus.
5. Eho, iam tu verba fundis hîc sapientia? Vbi Donatus, Fundis, verû siue vlla cessatione profers: an perdis? secundum illud,
Nam quid tu hîc agas, vbi siquid boni præcipias, nemo obtemperat?
Fundere verba poetarum more. Cicero 4. de Finib. 17.
Fundere mendacia. Plaut. Pseud. 14.38. – ita me di ament.
5. Ita non facient, mera iam mendacia fundis.
Fundere cantus ex gutture dicitur rana. Cic. 1. de Diuinat. 23.
Fundere carmen. Cicero 1. Tusc. 99.
Fundere clangorem vastum. Cic. 2. Tusc. 43.
Fundere incôditè. Cic. 3. de Orat. 96. Neque ex multis res vna quæ magis Oratorem ab imperito dicendi, ab ignaróque distinguat, quàm quod ille rudis inconditè fundit, quantum potest, & id quod dicit, spiritu non arte determinat: Orator autem, &c.
Fundere iocularia inconditis versibus. Liuius 7. ab Vrbe, 6.
Iras inanes fundere. Valer. 3. Argon. 141.
Lachrymas fundere. Virg. 3. Aeneid. 70.
Loquelas has fudit ore. Virg. 5. Aeneid. 167.
Fundere oracula. Cic. 1. de Diuinat. 187. Et lib. 1. de Nat. deor. 89.
Orationem numerosè & volubiliter fundere. Cic. in Oratore, 122.
Preces fundere. Virg. 5. Aeneid. 47.
Sagittam fundere. Silius libro 7.130.
Fundere versus ex tempore. Cic. de Orat. 107.
Septenarios ad tibiam fundere. Cicero 3. Tusc. 171. Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam.
Fundere vocem. Cicero 2. Tuscul. 96. Quid? qui volunt exclamare maius, num satis habent latera, fauces, linguam intendere: è quibus elici vocem & fundi videmus? Virg. 4. Aeneid. 125.
– extremam fundo cum sanguine vocem.
Fundere vrinam, pro Meiere. Plin. lib. 24. cap. 19.
Fusa latius oratione. Cicero 1. de Legib. 92.
¶ Fundere in Tyberim, Immergere. Liuius 2. ab Vrbe, 19. Desectam cum stramento

stramento segetem magna vis hominum simul immissa corbibus fudere in Tyberim.
Funditur in Rheum fluuius. Plinius lib. 4. cap. 10.
Funditur latissimè. Cic. 5. de Fin. 157. Semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latissimèque funditur, tota res appellatur.
Fundi in latitudinem. Plin. lib. 18. cap. 13.3.
Funditur in omnes partes viris. Cic. de Senect. 48.
Fusa ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo. Plinius libro 11. cap. 37.50. Summa gulæ, fauces vocantur: extremum, stomachus. Hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ, ad latitudinê ac longitudinem lagenæ modo fusa.
Dispositio pars Rhetorices, & per omnes materias, totúmque earum corpus æqualiter fusa. Quintil. lib. 5. cap. 0.2.
Per herbam fusi. Virg. 1. Aeneid. 44.
Aer fusus & extenuatus. Cic. 2. de Nat. deor. 145. Exin mari finitimus aer die ac nocte distinguitur. Isque tum fusus & extenuatus sublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur, humorémque colligens, terram auget imbribus, tum effluens huc & illuc, ventos efficit.
Crines fusi. Virg. 10. Aeneid. 27. Id est sparsi.
Fusa cupressus. Plin. lib. 12. cap. 17.7.
Membra fusa toro. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.2.
Opus latè fusum. Quintil. lib. 2. cap. 13.11.
Fusum corpus, pro leni & polito. Liu. lib. 8. Decad. 4. Detegebat vulnera eorû, & quod nudi pugnant, & sunt fusa & candida corpora: vtque nûquam nisi in pugna nudentur. contrarium Rugoso vel calloso.
Vulnere multo fusus Silius lib. 4.47.
Humi fusus. Virg. 6. Aeneid. 85.
¶ Fundere (inquit Seruius) est supina manu libare, quod fit in sacris supernis Virgil. 4. Aeneid. – media inter cornua fundit. Et apud Martialem lib. 9.98. Fundere sex cyathos.
Vina liquentia fundam. Virg. 5. Aeneid. 48.
Fusè, Aduerbium, (χύδην,) Hoc est abundanter & copiosè. Cic. 3. de Finib. 41. Potest id quidem fusè & copiosè, & omnibus electissimis verbis grauissimisque sententiis rhetoricè & augeri & ornari.
Latè fusum decorum. Cic. 1. Offic. 138.
Fusè latéque. Cic. 4. Tuscul. 10. De cuius excellentia multa quidem dici quanuis fusè latéque possint, sed breuissime illo modo.
Fusè latéque dicere. Cicero in Orat. 61.
Fusio, Verbale, (χύσις,) Cic. 1. de Nat. deor. 57. Ipsúmque mundum deum dicit esse, & eius animi fusionem vniuersam. Idem de Vniuers. 36. Fusiones autem deorum, & inter ipsos deos concursiones, quæque in orbibus eorum conuersiones, &c. Ex vetusto codice legitur flexiones.
Fúsilis, & hoc fúsile, pen. corr. (χυτός,) Verbale, Quod fusum est, vt Sal. fusile. Columella libro 6. cap. 35.
Fusile per rictus aurum fluitare videres. Ouid. 11. Metam. 26.
Fusûra, huius fusûræ, pen. prod. (χύμα,) Aliud verbale. Plin. lib. 33. cap. 6. 11. Molybditis plûbi ipsius fusura quę fit Puteolis, & inde habet nomê.
Fúndito, fúnditas, pen. corr. (χύμι, ἀποσπερμολογέω,) funditare, Frequentatiuum, Sæpe fundere.
Funditare, Multum & frustra verba proferre. Plaut. Asin. 16.52.
Næ ille ecastor fœnerato funditat, nam si domum
Redierit hodie, osculando ego vlciscar potissimum.
Funditare verba. Plaut. Pœnulo, 5.52. En monstrum mulieris, tantula tanta verba funditat. Idem Amph. 14.13. – qui dum?
M. Quia senecta ætate à me mendicas malum.
A. Cum cruciatu tuo isthæc hodie verna verba funditas.
Funditare rem, pro Consumere, & prodigere ac profundere. Plaut. Merc. 3.58. Omni quód modo, qui iuuenis ipse patferit,
Me rem videret funditare ac perdere.

Fundus, fundi, (πυθμήν, βάθος, βύθιον,) Propriè est ima pars vniuscuiusque rei quæ aliquid in se liquoris contineat, vel ad continendum facta sit, vt dolii, nauis, aluei, fluminis, lacus, maris. Seneca epist. 1. Sera in funda parsimonia.
Imo Nereus ciet æquora fundo. Virg. 2. Aeneid. 84.
Arenosum fundum fluuii. Silius lib. 1.94.
Armarii fundum exceuit, & sestertiorum & auri quinque pondo abstulit. Cicero pro Cluentio, 143.
Residere in fundo. Cicero pro Cornelio Bâlbo, 15.
Largitio fundum non habet. Cic. 2. Offic. 79.
Fúnditus, penul. corr. Aduerbium. (πάγχυ,) Cicero 5. Verr. 71. Qui non obtrusit aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac deleuit. Id est prorsus, omnino, penitus, & velut ab ipso fundo.
Funditus interire. Cicero Torquato, libro 6.2.3. Necesse est enim aut armis vrgeri. Rempub. sempiternis, aut his positis recreari aliquando, aut funditus interire.
Funditus perdere aliquem. Plaut. Bacchid. Pistoclere perdidisti me sodalem funditus. Idem Merc. 23.6. – quoniam hæc tibi
Non abstulit modò, sed in amorem coniecit fortius,
Quo te consiliúmque tuum, atque mentem perdit, funditus.

Terent. And. 1.5.0. Quod si fit, pereo funditus. Cic. ad Lentulum, li. 1.9. 31. Quem ego funditus perdidi.
Funditus amicitiam è vita tollere. Cice. de Amicitia, 44. Quæ causa est cur amicitiam funditus tollamus è vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias?
Funditus euertere amicitiam. Cic. 2. de Finib. 127.
Funditus euersa ciuitas. Cic. de Amicitia, 23. Quæ autem domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit euerti? Sic 5. Verr. 38. Et pro Quintio, 47. Idem 1. Verr. 4. Et pro domo sua, 28.
Funditus omnia miscentur. Sallust. ad Cæsarem, de Rep. ordinanda. Sed non inscius, neque imprudens sum, & quæ mea res agetur, quæ sæuitia, quæ ve tempestates hominum nobilium futuræ sint, quum indignabûtur omnia funditus misceri, antiquis ciuibus hanc seruitutem imponi.
Perdere funditus ciuitatem. Cic. Attico, lib. 6.111.11.
Vrbes pereunt funditus. Horat. 1. Carm. ode 16.4.
Trahere Remp. funditus. Tacit. lib. 1. Hâc P. C. curam sustinet princeps. hæc omissa, funditus rempublicam trahet.
Versæ leges funditus. Tacit. lib. 1.
¶ Funditus, pro Prorsus. Cic. 1. de Orat. 108. Neque earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem.
Funditus tollere fidem. Cic. in Orat. 121.
Ne spondæus quidem funditus est repudiandus. Cic. in Orat. 215.
Fundo, fundas, (θεμελιόω, κατασκευάζω,) fundare, Firmare, & quasi fundamentum facere, stabilirèque. Virg. 8. Aeneid, 06.
Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto,
Vrbis Agyllinæ sedes.
Arces fundantem, ac tecta nouantem. Virg. 4. Aeneid. 53.
Fundata legibus ciuitas, cui opponitur Euersa. Plin. in Paneg. 54. Auertisti oculos, atque vt ante castris, ita postea pacem foro reddidisti. excidisti intestinum malum, & prouida seueritate cauisti, ne fundata legibus ciuitas, euersa legibus videretur.
Accurate fundata & extructa disciplina. Cic. 4. de Finib. 1.
Fundatam paternis, auitisque opibus domum exhaurit. Quintilianus in Gladiatore.
Leuiter fundata fides, Vide LEVIS.
Magnis laboribus fundatum imperium Cic. 4. Catil. 91.
Illud maximè vestrum fundauit imperium. Cic. pro Cornelio Balbo, 24.
Ius ciuile fundare. Pomponius in L. 2. § Post hos fuerunt. ff. de Origine iuris. Post hos fuerunt Publius Mutius, & Brutus, & Manilius, qui fundauerunt ius ciuile.
Fundare nauem, Facere & constituere. Plaut. Milite, 12.44.
Nam mi patrone hoc cogitato, vbi probus est architectus,
Bene lineatam si semel carinam collocauit.
Facile esse nauem facere, vbi fundata & constituta est.
Nunc hîc carina satis & fundata est bene, & statuta.
Significat & firmare in mari. Virg. 6. Aeneid. 1.
– tum dente tenaci Anchora fundabat naues.
Opes bene fundatæ. Ouid. 4. Metam. 117.
Præclarè fundata Respublica Cic. in Paradox. 11. Qui hanc Rempublicam tam præclarè fundatam nobis reliquerunt.
Sceptra fundare. Silius lib. 1.9.
Vrbem fundabit legibus. Virg. 6. Aeneid. 162. Quintil. in Procem. li. 1.9.
Fixus & fundatus Reip. status. Cice ad Atticum, lib. 1. 11.11. Et lib. 1. de Diuinat. 40.
Fundatum veritate. Cic. pro Flacco, 20. Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expressum, &c.
Fundatissima familia, Antiquissima & ditissima. Cic. pro Domo sua ad Pôtif. 74. Quod quum indicassem, defleui coniugis miseræ dissidium, liberorum charissimorum solitudinê, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimæ familiæ ruinas.
Fundâmen, pen. prod. fundáminis, n. g. (θεμέλιον,) Idê quod fundamentû. Ouid. 5. Metam. 73. Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Fauis ponunt apes fundamina. Virg. 4. Georg. 23.
Fundamentum, huius fundamêti, (θεμέλιος, βάθρον, ἔδαφος, ὑπόθεσις,) Notæ significationis.
Initia & fundamenta. Cic. pro Sestio, 3. Non aggrediar ad illa maxima & amplissima prius, quàm docuero, quibus initiis ac fundamentis hæ tantæ summis in rebus laudes excitatæ sunt.
Fundamentum dialecticæ. Cic. 4. Acad. 168.
Adolescentiæ fundamentis constituta senectus Cic. de Sene. 58.
Virtutum omnium fundamentum, pietas. Cic. pro Plancio, 13.
Iustitiæ fundamentum, fides Cic. 1. Offic. 35.
Orationis fundamentum præclarè iactum. Cic. 1. de Natura deorum, 63.
Sedes & fundamentum constituendæ fidei, narratio. Cicero in Partit. 18.
Solum quoddam atque fundamentum est, verborum vsus & copia bonorum. Cic. 3. de Orat, 84.
Cæmentitia fundamenta, Vide CAEMENTVM in præcedêti codice.

Universidad de Deusto Biblioteca

Firmissima fundamenta defensionis meæ sunt si nitantur iudicio suorum. Cicero pro Cælio, 3.
Firmissima fundamenta libertatis. Cic. pro Corn. Balbo, 24.
Stabili fundamento manet fortuna. Lucret. lib. 5. 116.
¶ A fundamento. Vide A præpositionem.
Agere fundamenta. Cic. pro Milone, 56. Vide AGO.
Conuellere fundamenta, Vide CONVELLO.
Mali fundamentum & radices altiores habere. Brutus Attico, in Epist. ad Brutum, 17.4.
Iacere fundamenta. Quintil. libro 1. cap. 4.5.
Causæ fundamenta iacere. Cicero pro Flacco, 3. Nihil est præterea quò fugere possimus, nisi fortè quæ res hoc iudicio tentetur, quid agatur, cui causæ fundamenta iaciantur, iudices videtis.
Iacere fundamenta Reipub. Cice. Cornif. lib. 12. 25.4. Ego mi Cornifici, quo die primum in spem libertatis ingressus sum, & cunctantibus cæteris ad XIII. Calend. Ianuarii fundamenta Reip. ieci, eo ipso die prouidi multum, atque habui rationem dignitatis tuæ.
Iacere fundamenta salutis alicuius. Cic. Appio, libro 10. 29. 2. Illi mihi necesse est concedant vt tibi plus quàm ipsi hoc tempore prodesse possim, quod quidem nec destiti facere, nec desistam, & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci salutis tuæ. Tu fac bono animo, magnóque sis, méque tibi nulla re defuturum esse confidas.
Defensionis fundamenta iacta. Cicero pro Murena, 12.
Iacere fundamenta pacis. Cicero 1. Philipp. 1. Quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis.
Perficere opera, & fundamenta iacere, contraria. Cicero pro Marcello, 15. Tantum abes à perfectione maximorum operum, vt fundamenta quæ cogitas, nondum ieceris.
Latent fundamenta. Quintil. in Prooem. lib. 1.4.
Fundamenta locant alii. pars ducere muros. Virg. 1. Aeneid.
Locare fundamenta in stabili loco. Plin. lib. 36. cap. 14. 2.
Ordiri fundamenta ex depressiore loco, Vide ORDIOR.
Philosophiæ fundamentum in finibus bonorum & malorum positum est. Cicero 2. de Diuinat. 2.
Ponere fundamenta Consulatus. Cic. in Pisonem, 6.
Ponere virtutum omnium fundamenta in voluptate tanquam in aqua. Cicero 2. de Finib. 124.
Fundamentum substruere. Plaut. Mostel. 3. 27.
Primum dum parentes, fabri liberûm sunt, & fundamentum Liberorum substruunt.

Fundus, fundi, masc. gen. (χωρίον, ἀγρός,) Est quiddam minus quàm ager: singula enim propriè prata (vt inquit Valla) singulæ vineæ, singuli horti, singula olueta, pomaria, salicta, arbusta, pascua, nemora, loca aucupatoria, venatoria, piscatoria, siue villam, atque ædificium, siue piscinam atque aluearia, siue vinaria habeat, siue non habeant, singuli fundi sunt: & hoc quidem in agro: Itaque fundus est possessio rustica. Plautus Capt. 4.78. Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.
Cultus fundus. Horatius 2. Serm. Saty. 5.3.
Lati fundi. Virgilius 2. Georg. 94.
Mendax fundus. Horatius 3. Carm. Ode 1.6.
Optimus maximúsque fundus, Vide Optimus in BONVS.
Ornatissimus fundus, Vide Ornatus in ORNO.
Conducere fundum, Vide CONDVCO.
Ingredi in fundum, Vide INGREDIOR.
Obire fundos nostros cui non licet, aut res rusticas vel fructus causa vel delectationis inuisere? Cicero 1. de Orat. 129.
Occiderunt fundi, Vide OCCIDO, pen. prod.
Fundi appellatione (inquit Florentinus Iureconsul.) omne ædificium, & omnis ager continetur. Sed in vsu, vrbana ædificia, ædes; rustica, villæ dicuntur. Locus verò sine ædificio in vrbe, area, rure autem, ager appellatur. idémque ager cum ædificio, fundus dicitur.
Fundus, inquit Festus, dicitur ager, quòd planus sit, ad similitudinem fundi vasorum.
Fundus, Varroni, vel à fundamento, vel à fundendo, ager dictus. Seruius, Fundus dicitur ab eo, quòd sit rerum omnium fundamentum.
¶ Fundus, metaphoricos, pro fundamento in quocunque negotio, à Plauto vsurpatur, in Trinummo, 16.4.
Nunc mihi is properè conueniendus est: vt quæ cum eius
Filio egi, ei rei fundus pater sit potior eo.
Fundus quoque fieri vel esse dicitur (authore Festo) populus eius rei quã alienat, hoc est author. Cicero pro Cornelio Balbo, 15. Quid enim potuit dici imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis proprium est fœderatorum, quàm omnium liberorum. sed totum hoc Iudices, in ea fuit positum semper ratione atque sententia, vt quum iussisset Prætor aliquid, si id asciuissent socii populi ac Latini: et si ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo resedisset: vt tum lege eadem is populus teneretur, non vt de nostro iure aliquid minueretur, sed vt illi populi aut iure eo, quod à nobis esset constitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio vterentur. Ibidem, Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, si tum fit fundus, quum scita ac iussa nostra sua sententia comprobat?

Funebris, Funestus, Funero, Vide FVNVS.

Fungor, fungeris, pen. corre. functus sum, (τελέω, ἐπιτελέω,) fungi, Officium, munusque agere, inquit Valla lib. 5. Accusatiuo & frequentius ablatiuo iungitur. Plaut. Mostell. 2.45.
Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aueis:
Sine me alliato fungi fortunas meas,
Fungi iniuncta aduocatione. Plin. epist. 35. b. lib. 2. In fine sententiæ adiecit, quod ego & Tacitus iniuncta aduocatione, diligenter, fortitérque functi essemus, arbitrari Senatum ita nos fecisse vt dignum mandatis partibus fuerit.
Epulis functi. Ouid. 2. Fast. 66.
Functus fato, pro Mortuus. Quintil. lib. 3. cap. 7.7.
Fortuna prospere fungi. Cic. de Claris Orat. 131.
Gaudio fungi. Tacit. li. 18. Additæ erga Germanicos exercitus laudes, gratesque, & missa legatio, quæ gaudio fungeretur.
Laboribus functus. Horat. 2. Carm. ode 18.8.
Legationibus fungi. Quintil. lib. 3. cap. 2.4.
Mandatis fungi. Tacit. lib. 13. Burrus iis mandatis Seneca corã fungebat.
Functus honore. Liuius 4. ab Vrbe, 248. Quatuor creati sunt, omnes iam functi eo honore.
Primo loco fungi. Quintil. lib. 3. cap. 6.6.
Fungi militia. Suet. de Claris gramma. 9. Deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit: functusque militia, studia repetit, quæ iam inde à puero non leuiter attigerat.
Fungi ministerio, Plin. lib. 8. cap. 5. Non potuisse effici, vt crudelitatis alienæ ministerio fungerentur.
Morte functus, mortuus. Ouid. 11. Metam. 117.
Fungi munere alicuius. Plaut. Menæch. 6.5.
– iam isti sunt decem:
Nam parasitus, hominũ octo munus facilè fungitur. Idem Amph. 8.196.
– te hic absente tamen tuam
Rem curet, teque absente hic munus fungatur tuum. Idem Asin. 14.4. Et Trinum. 2.1.
Fungi & sustinere aliquid muneris in. Cic. 5. Verr. 175. Hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in Rempublicam fungi, ac sustinere velitis.
Fungi aliquo munere. Cæs. 7. bel. Gal. 107. Hunc ex proximis vnus iacentem transgressus, eódem illo munere fungebatur. Cic. 5. de Fin. 63. Atque in sensibus est sua cuiusque virtus, vt nequid impediat quominus suo sensu quisque munere fungatur in his rebus celeriter expeditéque percipiendis quæ subiectæ sunt sensibus.
Fungi munere interpretis. Cic. 1. de Finib. 9.
Munere fungi amici. Horat. 1. epist. 9.1.
Fungi muneribus corporis. Cic. de Amicitia, 21. Denique cæteræ res quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus ferè singulis: diuitiæ, vt vtare, opes, vt colare: honores, vt lauderis: voluptates, vt gaudeas: valetudo, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis.
Munere fungi, pro Donare. Cice. 2. Offic. 103. Neque verò verbis auget suum munus, siquo fortè fungitur, sed etiam extenuat. Id est, si beneficium inopi collocauit. Budæus.
Munera fungi. Tacitus li. 3. Suprema erga memoriam filii sui munera fungerentur.
Fungi officio suo, quod vulgus dicit facere suum debitum. Terentius Adelphis, 4.3.12.
Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miseria
Tabescit, & tuo officio fueris functus. Cic. 5. de Finib. 122. Idem Bruto, 191. Et pro Cælio, 15. Cæsar 8. bel. Gall. 23. Colum. lib. 7. cap. 12.6.
Iustitiæ fungantur officio, qui adipisci veram iustitiæ gloriam volet. Cic. 2. Offic. 62.
Fungi ministerio officioque seruorum. Plin. epist. 248. In plerisque ciuitatibus maximè Nicomediæ & Nicææ, quidam vel in opus damnati, vel in ludum (similia in his genera pœnarum) publicorũ seruorum officio, ministerioque funguntur, atque etiam vt publici serui annua accipiũt.
Aetatis suæ maiorem partem ciuilibus officiis fungi. Liu. lib. 1. Decad. 1. Eandem constructionem & apud Tranquillum reperias.
Officiis vernaliter fungi. Horat. 2. Serm. saty. 6.22.
Officium alicuius fungi. Terentius Heaut. 2.2.14.
– proinde quasi nemo siet,
Ita attentè tute illorum officia fungere. Idem Adelph. 3.4.18.
– maior filius tuus Aeschinus,
Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni,
Neque liberalis functus officium est viri. Idem Phorm. 2.1.51. Et Heaut. 3.3.19.
– hæc ego præcipio tibi,
Hominis frugi & temperantis functus officium.

Fungi iudicis partibus. Plin. epi. 49.2, lib. 3. Fungar iudicis partibus: atque etiam, quo sint ordine scripti, notum tibi faciam.
Fungi stipendio. Cæsar 8. belli Gall. 30. Quæ octauo iam stipendio functa tamen collatione reliquarum, nondum eandem vetustatis & virtutis ceperat opinionem. De legione loquitur. Hoc est, quæ octo stipendia fecerit.
Fungar vice cotis. Horat. de Arte poet. 62.
Fungi vicem alienam. Liuius lib. 1. ab Vrbe, 183.
Virtute functos duces canere. Horat. 4. Carm. Ode 15.6.
Vita fungi. Papinianus in L. Filiusfamilias. ff. de Castrensi peculio, Filiusfamilias miles si captus apud hostes vita fungatur, lex Cornelia subuenit & scriptis hæredibus, &c. Hoc est moriatur.
¶ Fungi, cum, accusatiuo. Cornel. Tacit. libro 4. Ego me P.C. mortalem esse, & hominum officia fungi, satisque habere, si locum principem impleam, & vos testor, & meminisse posteros volo. Vide Fungi munus, & Officium fungi.
Diem fungi. Tertullianus in L. Proponebatur. ff. de Castrẽsi peculio, Proponebatur filiusfamilias miles testamento facto extraneum hæredem scripsisse, deinde superstite decessisse: pater deliberante hærede instituto ipse diem functus esse, deinde hæres, &c.
Fungor, fungeris, significatione passiua, pro Aestimari, legitur apud Paulum in L. Si seruum ff. Ad leg. Aqui. Sextus quoque Pedius ait, pretia rerum non ex affectione, nec vtilitate singulorum, sed communiter fungi. Quo tamen loco fingi legendum esse non dubium mihi est, quem apud eundem Iurisconsultum in L. Prætia. ff. ad leg. Falci. eadem verba sic legantur, Pretia rerum non ex affectu, nec vtilitate singulorum, sed communiter finguntur.
Functio, Verbale. (ἐπιτέλεσις,) Cic. 2. Tusc. 80. Labor est functio quædam vel animi, vel corporis grauioris operis & muneris.
Muneris functio, pro Pensitatione. Cic. 5. Verr. 12. Ita decumas lege Hieronica semper vendendas censuerunt, vt iis iucundior esset muneris illius functio, si eius regis, qui Siculis charissimus fuit, non solum instituta commutato imperio, verumetiam nomen maneret.
Recipere functionem in suo genere dicuntur res quædam. Paulus in L. 2. Parag. Mutui datio ff. Si certum petatur, Mutui datio consistit in iis rebus quæ pondere, numero, mensura constant: quoniam earum rerum datione possumus in creditum ire: quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quàm specie. Id est vicem mutuam, per solutionem magis quàm per speciem. Nam in cæteris rebus (vt subdit Paulus) Ideo creditum ire non possumus, quia aliud pro alio inuito creditori solui non potest. Budæus.

Fungus, huius fungi, m. g. (μύκης,) à funere dicitur, vt nonnulli volunt, quòd periculosus sit vescentibus. Plinius libro 22. cap. 23.1. Fungorum lentior natura, & numerosa genera. sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi, qui rubent callo, minus diluto rubore quàm boleti. Mox candidi, velut apice flaminis insignibus pediculis. Tertium genus suilli, venenis accommodatissimum. Plautus Sticho, 17.5. – contrà staticulis stare
Nobis non magis potis est, quàm fungus imbri.
Fungus etiam in lucernis dicitur. Virgil lib. 1. Georg.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nesciuere hyemem, testa quum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. Seruius.
Nam vt dicit Plinius, quum aer humidus esse cœperit, fauilla quæ cum fumo solet egredi, prohibita aeris crassitate, in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines. Cicero Dolabellæ libro 9.10.3. Oblitúsne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam, & ingentium cultrarum cum Sophia Septimæ?
Albos fungos colligit. Ouidius 4. Fast. 141.
Ancipites fungi. Iuuenalis Satyra, 5.15.
Pluuiales fungi. Ouid. 7. Metam. 79.
Fungi pratenses. Horat. 2. Serm. Saty. 4.4.
¶ Fungus, Arborum morbus. Plin. lib. 17. cap. 24.7. Olea præter vermiculationem, quam æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel patellam. hæc est solis exustio.
¶ Fungum hominem, pro Stupido, & insulso posuit Plautus Bacchid. 5. 51. Adeon' me fuisse fungum, vt qui illi crederem,
Quum mihi ipsum nomen eius Archidemidis
Clamaret demptum esse, siquid crederem?
Fungósus, pen. prod. Adiectiuum, (μυκητώδης,) Quod est rarum & leue, ad similitudinem fungi. Plin. Hunc totum fungosa replet medulla. Columel. lib. 4. cap. 29.4. Tum consyderet surculũ teretem, solidíque corporis, nec fungosæ medullæ. Sic Fungosa terra, Idem lib. 11. cap. 3.38.
Fungósitas, pen. corr. huius fungositatis, (μυκητότης,) A fungoso dicitur. Plinius. Tota fungositas derasa.
Fungínus, penult. prod. Adiectiuum, (μυκηνός,) Pertinens ad fungos. Plautus Trinum. 13.8, – pol hic quidem
Fungino genere est, capite se totum tegit, hillurica facies videtur Hominis, eo ornatu aduenit.

Funis, huius funis, (σχοῖνος, κάλως, ῥύματος, ἀπόγειον,) tam masculini quàm fœminini generis est, teste Gellio lib. 13. cap. 20. citate versus Lucretii ex lib. 2. 231.
Haud, vt opinor, enim mortalia secla superne
Aurea de cœlo demisit funis in arua. Plin. lib. 16. ca. 1.2. Vlua & palustri iunco funes nectunt.
Canabinus funis, Vide CANABIS.
Laxi funes. Virgil. 8. Aeneid. 139.
Tortos incidere funes. Virgil. 4. Aeneid. 115.
Conuellere funem à terra, Vide CONVELLO.
Reducere funem. Pers. Saty. 5.14. Quæ dederam suprà repeto, funemque reduco.
Religare funem. Lucan. lib. 7. 174.
Traiectus funis, Id est extentus. Virgil. 5. Aeneid. 97. Seruius.
Funális, & hoc funále, pen. prod. Adiectiuum, (σειραφόρος,) vt Funales equi in triumphis. Suet. in Tib. Cæsare, ca. 6. Dehinc pubescens, Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo quum Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur.
Funalis cereus. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 6. Caius autem Duellius, qui primus naualem triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulaturus erat, ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine, à cœna domum reuerti solitus est, insignem bellicæ rei successum nocturna celebratione testando.
Funále, huius funális, pen. prod. n. g. (λαμπάς, δᾷδος,) Cic. de Sen. 41. Delectabatur crebro funali, & tibicine: quæ sibi nullo exemplo priuatus sumpserat: tantum licentiæ dabat gloria. Plin. de Viris illust. 38. Duillio concessum est, vt prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret.
Densum funale coruscis lampadibus. Ouid. 12. Metam. 50.
¶ Funale, pro ipso fune, apud Liuium lib. 2. Decad. 5. non ita procul à fine, Funda media duo funalia imparia habebat.
Funétum, funéti, pen. prod. n. g. Plin. lib. 17. cap. 22.7. Quum breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur.
Funámbulus, funámbuli, pen. cor. (σχοινοβάτης,) Terẽ. in Prol. Hecyræ, 4. Ita populus studio stupidus, in funambulo Animum occuparat,
Funiculus, pen. corr. Diminutiuum, (σχοινίον,) Plin. lib. 12. ca. 17.4. Atque attractis funiculis herbam eam conuolui, atque ita offas fieri. Cic. 2. de Inuent. 236. Vsqueadeo vt dominus nauis, quum idem gubernator esset, in scapham confugeret: & inde funiculo qui à puppi religatus, scapham annexam trahebat, nauim quoad posset moderaretur.

Funus, funeris, pen. corr. n. g. (κηδεία, ἐκφορά, κτέρεα,) Donatus, Funus à funalibus dictum est: & est pompa exequiarum. Terẽt. And. 1.1.10. – funus interim
Procedit. sequimur. ad sepulchrum venimus.
In ignem posita est. fletur. Cic. de Amicit. 10. Quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est.
¶ Funus, Mortem aliquando significat. Virgil. 4. Aeneid. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Plaut. Amphit. 4.36.
Quòd multa Thebano populo acerba obiecit funera,
Id vi, & virtute militum, victum, atque expugnatum oppidũ'st. Id est, multos occiderat.
Reipublicæ funus, casum suum & discessum vocat Cicero de Prouinc. Consul. 37.
Solenne funeris. Tacit. lib. 15. Exin. balneo illatus, & vapore eius exanimatus, sine vllo funeris solenni crematur. De Seneca.
Solennia funerum. Tacit. lib. 3.
¶ Amplum funus, Vide AMPLVS.
Ardentia funera. Stat. 2. Sylu. 1.32.
Atrum funus. Lucret. lib. 2. 117.
Crudeli funere extinctus. Virgil. eclog. 5.5.
Familiare funus & domesticus luctus. Cic. in Vatinium, 24.
Funestum funus. Cic. pro Domo sua, 54.
Immaturum funus. Quintil. in Prooem. lib. 6.4.
Inhumatum funus. Lucan. lib. 7. 166.
Lachrymosa funera. Horat. 1. Carm. ode 8.3.
Lamentabilia funera, Vide LAMENTOR.
Maturo propior funeri. Horat. 3. Carm. ode 15.1.
Miserandum funus. Lucan. lib. 1. 21.
Modicum eius funus. Tacit. lib. 5. Id est tenue.
Perluctuosum funus. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 24.7.
Plebeii funeris arca. Lucan. lib. 8. 144. Da vilem Magno plebeii funeris arcam. Hoc est, da Pompeio saltem plebeium funus.
Præclarum funus. Pers. Saty. 3.1.
Profanatum funus acerbo vulnere. Stat. 9. Thebaid. 2.
Suprema funera. Ouid. 3. Metam. 28. – dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.
Tristia funera. Horat. 2. epist. 2.15.
¶ Funus celebrare alicui. Plinius lib. 10. cap. 43.2. Funus innumeris ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti celebratum exequiis.
Concelebrare funus, Vide CONCELEBRO.
Confecere funera, Vide CONFICIO.
Congerere funera, Vide CONGERO.
Ad funus cõuenisse amici ad exequias cohonestãdas. Cic. p Quintio, 29.
Deducere funus, Vide DEDVCO.
Multa senum ac iuuenum densantur funera. Horat. 1. Carm. Ode 28.4.
Seua dare funera. Virgil. 8. Aeneid. 112.
Dare operam funeri, Cicero Attico, lib. 15. 321. 7.
Acerbissimam vitio, videntique funus ducere. Cicero pro Quintio, 29.
Et 2. de Oratore, 156.
Dotari funeribus. Ouidius 13. Metam. 106.
Funere elata Resp. Cicero pro Domo sua ad Pontif. 34. Atque ego hoc tot. m non sine causa relinquo. video enim quosdam clarissimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis iudicasse, te cum plebe iure agere potuisse, qui etiam de meipso quom tua rogatione, funere elatam Rempub. esse diceremus tamen id funus, etsi miserum, atque acerbum fuisset, iure indictum esse dicebant.
Expers funeris. Lucretius libro 3. 143.
Fecit de integro funus iam sepulto filio mater. Cic. pro Cluentio, 10.
Amplum funus facere. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12. 8.
Funus facere prandio alicuius, pro Consumere epulas prandii. Plautus Menæch. 1. 1. 77. – fecisti funus absenti me prandio:
Cur autius facere, cum ego ea, quæ tu eras, eram?
Egregie factum funus. Horat. 1. Carm. Ode 5. 13.
Iudicare funus Reipublicæ. Vide INDICO.
Inducere funus. Cicero 3. de Legib. 97.
Instare funeri, Vide INSTO.
Instaurare funus alicui. Virgil. 3. Aeneid. 13. Vid INSTAVRO.
Locare funus, Vide LOCVS. Cic. 7. Verr. 93.
Maturare funus, Vide MATVRVS.
Acerbo mersit funere. Virgil. 6. Aeneid. 86.
Funera pati. Virgilius 1. Aeneid. 48.
Plangere funera alicuius. Stat. 1. 2. Thebaid. 77.
Reuuisere in funeribus. Cellus lib. 2. cap. 6. Illud interrogari me posse ab aliquo scio, Si certa futuræ mortis indicia sunt, quomodo interdum deserti à medicis conualescant, quosdãmque fama prodiderit in ipsis funeribus reuixisse.
Author funeris tibi fuit. Ouidius. 10. Metam. 40.
Causa funeris tibi fui. Virgilius 6. Aeneid. 92.
Animam tradere funeri. Senec. Troad. 5. 2.
Soluere iuta patrono funeri. Cic. pro Rosc. Amer. 13.
Arbitraria funeris soluere. Cic. Pont red. in Sen. 16.
In funus venire. Cicero Attico, lib. 15. 321. 7.
¶ Funus, pro Sepulcro. Virgilius 3. Aeneid. 13. Ergo instauramus Polydoro funus. Seruius.
Funeræ, funerarum, apud maiores dicebantur, illæ ad quas funus pertinet, vt sororem, matrem. Nam præficæ sunt planctus principes, non dolorin. Funeras autem dicebant, euasi funereas ad quas pertinet funus. Seruius in hunc locum Virgilii libro 9. Aeneid. 101.
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
Matribusque iacesmec te tua funera mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera laui.
Funerens, Adiectiuum (κηδεμονικός,) vt Funeræ mulieres ad quas pertinet funus & exequias facere, vtputa soror & mater.
Bubo funerens. Ouidius 10. Metam. 90.
Funerea fax. Martial. lib. 8. 37. Funereamque toris quassat vterque facẽ.
Frons funerea. Virg. 4. Aeneid. 101.
Intenditque locum sertis, & fronde coronat Funerea.
Funebris, & hoc funebre, pen. corr. (ἐπιτάφιος, ἐπικήδειος,) vt Funebris pompa. Quintil. in Aegro redempto, Quid sibi velit ille funebrium longo ordo pomparum. Sic Funebris concio, Cic. 1. de Orat. 186.
Funebria iusta. Liuius 3. ab Vrbe, 84. Nec cælestes modò ceremonias, sed iusta quoque funebria, placandosque manes, vt idem Pontifex edocerer. Iusta, sunt exequiæ, id est sacrificia quæ mortuis impenduntur, & funerandi solennitas.
Bellum funebre. Horat. 1. epist. 20. 10.
Cupressi funebres. Horat. Epod. 5. 4.
Epulum funebre. Cicero in Varinium, 13. Cedo quis vnquã cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.
Laudationes funebres. Quintil. libro 3. cap. 7. 2.
Paratus funebris. Tacit. lib. 13.
Sacra funebria. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 17.
Funebre vestimentum. Cicero 2. de Legib. 94.
Funebre bellum dixit Horatius in Serm. pro Plenum cædibus.
Funero, funeras, pen. corr. (κηδεύω,) Funerare, Sepelire. Plin. lib. 33. cap. 10. 3. Qui funerari se iussit sestertiis vndecim milibus. Sueton. in Domitiano, cap. 17. Cadauer eius populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funerauit.
Prope funeratus arboris ictu. Horat. 3. Carm. ode 8. 2.
Funestus, Adiectiuum, (ἐπονείδιστος,) Quod est funere inquinatum. Plin. in Paneg. 68. Quare ego te Cæsar, muneribus omnibus reis, omnibus comparo, multis anteponos quòd licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros sub exemplo præmonere, nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manes à posterorum execrationibus conquiescant.
Funestum, Mortiferum, cruentum. Seneca, Vox illa funesta Reip.
Funesta familia, Quæ lectum & exequias celebrat. Liu. 2. ab Vrbe, 37. Postem iam tenenti Consuli fœdum inter precationem deûm nuntium incutiunt, mortuum eius filium esse, funestaque familia dedicare eum templum non posse. Caius in L. Si ex re & Illud quæsitum. ff. De stipulatione seruorum. Quæ ratio illo argumento commendatur: quòd hæredis familia ex tempore mortis funesta facta intelligitur, &c.
Perniciosum & funestum. Cic. 1. in Catil. 17. Aquilam illam argenteã, quã tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido, & funestam futuram.
Acies funesta, Vide ACIES.
Arma funesta induere. Ouid. 1. Fast. 104.
Funesta auctio. Cic. pro Lege Agraria, 60.
Funestum bellum. Liu. 5. belli Maced. 126.
Campus funestior æquore. Silius lib. 8. 51.
Consilia funesta. Valer. 6. Argon. 87.
Curæ funestæ. Claud. 2. de raptu Pros. 56.
Funesta dies Alliensis pugnæ. Cic ad Atticum, lib. 9. 173. 3.
Dies aliquibus funestus. Cic. 7. Verr. 96.
Domus funesta. Ouid. 7. Metam. 117.
Facem funestam à templis repellere. Cic. Anteq. iret in exil. 15.
Hora funesta. Lucan. lib. 6. 7.
Ignes funestos templis deorum inferre. Cic. 3. in Catil. 66.
Malum funestum. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 6.
Munus funestum. Ouid. 2. Metam. 18.
Nox alicui funesta. Cic. pro Flacco, 79.
Funestæ nuptiæ. Liu. 4. ab Vrbe, 44. Nec vlla species, cladesq; belli abest, velut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum, funestas nuptias ex occasu patriæ petentium.
Omen funestum. Propert. lib. 2. eleg. 29. 8.
Ominibus funestis aliquid agere. Ci. pro Cluent. 10. Nubit genero socrus nullis auspiciis, nullis authoribus, funestis ominibus omnium.
Pestis Reipublicæ funesta. Cic. pro Domo sua, 3.
Funestũ est à forti atque honesto viro iugulari: funestius ab eo cuius vox in præconio quæstum prestitit. Cic pro Quintio, 64.
Tuba funesta tristior. Propert. lib. 2. eleg. 7. 3.
Vestis funesta. Catull. Argon. 59. 47.
Victoria funesta. Plancus Ciceroni, lib. 10. 8. 8.
Pestifer & funestus tribunatus. Cic. pro Domo sua, 1.
Funesto, funestas, (μιαιφονέω,) funestare, Funere inquinare. Cic. pro Fonteio, 17. Qui etiam siquando aliquo metu adducti, deos placandos esse arbitrantur humanis hostiis, eorum ara ac tẽpla funestant. Idem pro Milone, 69. Sedem ab vniuerso populo concessam vni ordini inflammari, excindi, funestari. Idem pro Rabirio perduellionis reo, 7. An ego qui funestari concionem contagione carnificis veto, &c.
Funestare aliquem. Catull. Argon. 59. 40. Tali mente deæ funestet seque suosque.

Fuo, fuis, Vide FVAT.

Fur, huius furis, communis generis. (κλέπτης, φώρ, τοιχωρύχος, κλοπεύς, φιλάστης,) Nonius, Fures significantiam habent à furuo, quod Romani veteres atrum appellauerunt, & quòd per obscuras atque atras noctes opportuna sit eius mali effectio, eos dictos fures testatur Varro rerum Diuinarum, lib. 14. Furem ex eo dictum, quòd furuum atrum appellauerint, & fures per obscuras noctes atque atras facilius furentur. Quibusdam tamen magis placet furem à fero deriuari, quòd ferat, id est auferat res alienas. Alii à Græco φώρ, deductum volunt.
Fur mihi es. Plaut. Aulul. 16. 18. Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi. Id est, furis mea. Idem Rud. 20. 43. Fures mihi estis.
Fur à Varrone dicitur, qui fucus in apibus nominatur, lib. 3. de Re rust. cap. 16. 14.
Manifestarius fur, Vide MANIFESTVS.
Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune voluerunt. Cic. pro Mil. 6. Quintil. lib. 5. cap. 10. 62.
Commutant fures signa earum rerum quas ceperunt. Cic. 5. de Finib. 119.
Fur priscorum verborum. Suet. de Claris grammat. 15. Salustium historicum & Iastaurum, & lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita, scriptisque monstrosum: præterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem.
Fures pro militibus, Vide MANIPVLVS.
Fures etiam serui dicti sunt. Virg. 3. eclo. Quid domini facient, audent quum talia fures? Seruius.

Fúrculus

Fúrculus, huius furculi, penult. corr. (κλεπτοδόκιον,) secundum Priscianum diminutiuum à fur.
Furunculus, penult. corr. Item diminutiuum. (κλεπτόμυον,) Cicero in Pisonem, 52. Nam quòd vobis iste tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc verò etiam rapax.
¶ Furunculus, (δοθίηνον,) Tuberculum (inquit Hermolaus) acutum cum inflatione ac dolore in carnosis maximè partibus Galeno. Prouenit ex humoribus crassis. Plin. libro 20. cap. 13. 5. Furunculos concoquit est fermento. Idem libro 26. cap. 12. 5. Passim & in quacunque parte, ac maximo incommodo nascuntur, qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus.
Furunculus etiam in vitibus dicitur extuberãtia quædam in modum verrucæ, quæ fit dum germen ex cicatrice procedit. Columel. libro 4. cap. 22. 3. Plerunque autem germen de cicatrice procedit, quòd siue longius prosiluerit, in flagellum subnititur, siue breuius in pollicem, siue admodum exiguum in furunculum, is ex quolibet vel minimo capillamento fieri potest. Ibidem, cap. 14. Sed si refecis facultas non erit, circunspiciendos est furunculos, qui quanuis angustissimè præcisus in modum verrucæ proximo vere materiam exigat.
Furinus, penult. prod. Adiectiuum, (κλεπτικός,) Quod ad furem pertinet. Plautus Pseud. 13. 2. Nam non coquinum est, verùm furinum est forum.
Furtum, huius furti, (κλεπτοσυνή, φῶρον, κλέμμα, κλοπή, κλοπός,) Est (inquit Paulus Iurecons.) contrectatio rei fraudulosa, lucrifaciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere. Cæsar 6. bell. Gall. 64. Qui in furto aut latrocinio, &c.
Apertum furtum. Cicero pro Rosc. Comœ. 16.
Iocosum furtum. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.
Manifestum furtum, Vide MANIFESTVS.
Abactus furto, Vide ABACTVS.
Astringere se furti, Vide ASTRINGO.
Furti damnatus. Cicero pro L. Flacco, 33. Pati fœlicitate vnã legatus venit Nicomedes, qui neque in Senatum vlla conditione peruenire potuit, & furti & pro socio damnatus est.
Deprendere furta alicuius. Ouid. 1. Metamor. 2.
Furtum ærati facere. Plautus Bacchid. 2. 60. Metaphoricos dixit,
Aedepol fecisti furtum ærati malum,
Quum istbæc flagitia me celauisti. Quintil. libro 7. cap. 4. 1. Cicero pro Cluentio, 142.
Sui furtum facere. Africanus in L. Ancilla. ff. de Furtis, Ancilla fugitiua quemadmodum sui furtum facere intelligitur, ita partum quoque contrectando furtum facit.
Ligurire furta. Horat. 2. Serm. saty. 4. 16.
Paulo furto subducere aliquid. Lucan. lib. 2. 34.
Furtum veteres dicebant quicquid clàm factum esset. Virgil. 4. Georg. 69.
Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta. Seruius pro adulterio interpretatur.
Cessationis furtum. Cicero Tironi, lib. 16. 16. 3. Tu etiam si quod scribis non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæ fuisse videaris.
Latitantia furta. Claud. 1. de raptu Proserp. 22.
Modestum furtum. Ouid. 2. de Arte amandi. 78.
¶ Furtum, pro adulterio. Tibullus, – celari vult sua furta Venus.
Virg. 6. Aeneid. – suppositique furto Pasiphae. Seruius. Ouid. 2. Metamor. Hoc certe furtum coniux mea nesciet, inquit.
Puer furto conceptus. Ouid. 2. Fast. 37.
Iucundum furtum. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 1.
¶ Furtum, Insidiæ. Virgilius 11. Aeneid. 103. Furta paro belli conuexo in tramite syluæ. Idem libro 10. 147. – haud furto melior, sed fortibus armis. Sallust. lib. Hist. Metu gentis ad furta peridoneæ. Seruius. vt regi ac dissimulari posset, eleuabant verbis: nec opinato aduentu, ac propè furto vnius diei vrbem vnam Hispaniæ interceptam.
Furtim, Adiuerbium, (κλεπτῇ,) Id est clàm: cuius contrarium est palàm. Cicero 2. de Nat. deorum, 235. Neque enim homines mutium aut formicarum causa frumentum condunt, sed coniugum & liberorum, & familiarum suarum. Itaque bestiæ furtim, vt dixi, fruuntur: domini palàm: nitre etiam Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus proclinatis Aegyptus, vt occultè latet? vt recondita est? vt furtim tota deceptus traditur? Tacitus libro 10. Vacuam arcem furtim tradi futurum. Quintil. libro 1. cap. 11. Vnde nos non id agentes, furtim decor ille discentibus traditus prosequatur.
Pacere aliquid furtim. Cicero pro Domo sua, 107.
Latere furtim. Ouid. 14. Metamor. 55.
Furax, furácis, pen. prod. om. gen. (ἐπιλήπτης, κλεπτικός,) Qui facile furatur, & furtis faciendis animum applicuit. Cic. 3. Offic. 123.
Homo auarus & furax. Cicero 2. de Orat. 149.
Furax lepus. Martial. lib. 1. 45.
Furaces manus. Martial. lib. 8. 35. Et Cic. in Pisonem, 58. Nam quum tu tumidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus deti actam cruentis fascibus lauream, &c.
Furax seruus. Cic. 2. de Orat. 137.
Furacitas, pen. corr. furacitátis, (τὸ κλεπτικόν,) Plin. lib. 10. cap. 29. 2. Cui soli tam furacitas auri argentique præcipua mira est.
Furacter, pen. corr. Aduerbium, (κλεπτικῶς,) Cic. in Varinium, 8. Quisq; omnium domos, apothecas, naues furacissimè scrutaretur, &c.
Furtificus, pen. corr. Adiectiuum, (φωρεπιτάδιος,) Qui furtum facere solet. Plaut. Persa, Vbi illa altera est furtifica leæna? Idem Epid. 2. 10.
– manus Iam furtificus sum, quàm antehac. Idem Pseud. 13. 97. Vt præ rodatis vestras furtificas manus. Antiquum.
Furtiuus, pen. prod. Aliud. adiectiuum, (κλεπτάδιος, κλεπτικός, κλεπτομάδης,) Quod furto est raptum. Plaut. Persa, 15. 56.
– addixit simul
Forma expetenda liberalem mulierem.
Furtiuam, abductam ex Arabia penitissima. Idem Curc. 14. 22.
Qui scias mercari furtiuas atque ingenuas virgines.
Ambula in ius. Idem Pœnulo. 14. 77. Et qui eas vendebat, dixit se furtiuas vendere.
Res furtiua. Quintil. lib. 5. cap. 3. 39.
Furtiuum Clandestinum. Gellius lib. 17. cap. 9. Rex quasdam occultas nuntiare regi furtiuo scripto volebat. Sic Furtiuæ excursiones, Liu. 4. bel. Punic. 130.
Amor furtiuus. Virgil. 4. Aeneid. 34.
Artes furtiuæ Cupidinis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 9.
Ioci furtiui. Ouid. 3. de Arte, 128.
Iter furtiuum in Italiam. Cic. in Pisonem, 77.
Mentis furtiuæ conscia. Ouid. Epist. 16. 53.
Motus furtiuum. Catull. ad Ortalum, epigr. 60. 4.
Venus furtiua. Ouid. 1. de Arte, 55.
Viæ furtiuæ. Ouid. 2. de Arte, 10.
Voluptas furtiua. Ouid. 4. Metam. 66.
Furtiue, pen. prod, (κλεπτικῶς,) Aduerbiũ, pro Furti. Plaut. Pœnul. 16. 59.
– certiorem esse te volui,
Nequid furtiuè clàm accepisse censeas.
Furor, furaris, (κλεπτέω, κλεπτίζω, κλωπεύω, κλέπτω,) furari, Clàm alienti auferre. Plin. lib. 11. cap. 14. 7. Nemo furatur alteri. Cic. 6. Verr. 28. Tũ primùm intellexi ad eam rem illos fratres Cybiratas fuisse, vt iste in furando manibus suis, oculis illorum vteretur.
Furari & clàm alicui eripere. Cic. 1. Offic. 56.
Rapere & furari. Cic. 4. Verr. 40.
Furari ex. Quintil. lib. 3. cap. 6. 31. Qui pecuniam priuatam extemplo furatus est.
Oculos furare labori. Virgil. 5. Aeneid. 168.
¶ Furari, pro Furtim assequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cicero pro Corn. Bal. 3. Non enim furatus esse ciuitatem, non genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse in censum dicitur. Budæus.

Furca, furcæ, (δίκερκος,) à ferendo, dictum instrumentum quo stramenta ferunturHorat. 1. epist. 10. 5.
Naturam expellas furca licet, vsque recurret:
Et mala perrumpet furtim vestigia victrix,
Bicornes furcæ. Virgil. 1. Georg. 53.
¶ Furca, (τρίκηξ,) dicitur omne id quo quid sustentatur in modum furcæ factum. Plin. lib. 14. cap. 2. 10. Furcas subdere his necessarium. Idem lib. 9. cap. 8. 12. Tunc piscatores circundant retia, furcisque sublenant. Liu. 1. ab Vrbe, 161. Spectauere, furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes.
¶ Furcam ferebant deprehensi in aliquo maleficio serui. Cice. 1. de Diuin. 97. Quumque iam populus consedisset, seruus per circum quum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Liu. 2. ab Vrbe, 163. Mane seruum quidam pater familiæ nondum commisso spectaculo sub furca cæsum medio egerat circo. Ibidem, lib. 1. 112. Hunccine aiebat, quem modò decoratum, ouantemque victoria incedentem vidistis Quirites eum sub furca vinctum, inter verbera, & cruciatus videre potestis? Hinc apparet furcam fuisse lignum oblongum in modum furcæ, duas autem hinc & hinc positas, superiecta vna pertica, sub qua vincti verberabantur, aut quam ferebant qui cædebantur, siue serui, siue alii qui aliquid peccassent.
Figebantur furcæ grassatores. Callistratus in L. Capitalium §. Famosos. ff. De pœnis, Famosos latrones in his locis, vbi grassati sunt, furcis figendos quàm pluribus placuit: vt & conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, & solatio sit cognatis & affinibus interemptorum eodem loco pœna reddita in quo latrones homicidia fecissent.
In furcas fixus. Plin. lib. 19. cap. 4. 1. Eadem de causa supplicia annua cãnes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani, viui in furcas sambucea arbore fixi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Furcæ ferreæ, apud Catonem cap. 10. 2. Et Varronem lib. 1. cap. 22. 3.

Furcula, Diminutiuum. (φουρκίον,) Liuius 8. bell. Maced. 28. Momento enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muro peruenerunt. In eumdem ad ianoribus codicibus legitur fulturis.

Furcilla, (φουρκίδιον,) Diminutiuum à furcula, Instrumentum quo frumenta cillentur, id est mouentur. Varro libro 1. de Re rust. cap. 49. 1. Herba quũ crescere desiit, & æstatibus arescit, subseccari debet, & quoad peraresçat, furcillis versari. Ibidem, cap. 8. 5. Columel. lib. 2. cap. 10. 10. Baculis, fercillisve contundant.

Furcilles, siue furcilla, quibus homines suspendebantur. Festus.

Furcifer, pen. corr. (ὑποφέρτης,) furciferi, dicebatur (inquit Donatus) seruus qui ob leue delictum cogebatur à domino, ignominiæ magis, quàm supplicii causa, circa vicinos, furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, simũlque monere cæteros nequid simile admitterent. Hactenus Donatus. Vnde (inquit Calepinus) Plutarchus in vita Coriolani, Furcifer hanc nomen est, quòd maxima pœna apud antiquos seruo peccanti erat, vt is plaustri lignum, cui temo affigitur, spectante vicinia, ferens circunageret. Quod vbi factum erat, infidus à domesticis & vicinis existimatus, furcifer appellabatur. nam Latini, lignum illud, furcam appellant. Plaut. Amphit. 4. 1. 51.

Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer
Accipiam. Cicero in Vatinium testem, 11. Quod in illo viro & quum ferendum esset, & maximis rebus quas postea gessit, obliterandum: id tu tibi furcifer sumes? Idem pro Deiotaro, 17. Quid inde furcifer? quò progreditur? Terentius And. 3. 5. 12. Oh, tibi ego vt credam furcifer? Horatius 2. Serm. saty. 7. 5. Nunquam hodie dices quo: sum hæc tam putida tendent Furcifer?

Furfur, furfuris, pen. corr. m. g. (πίτυρον,)

Purgamentum & fæx farinæ. Plautus Capt. 13. 38. Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfure sues.

Furfures in capite & tota facie dicuntur fuliginosa illa excrementa sicca & alba ac tenuia quæ super poris colliguntur. Plin. libro 20. cap. 9. 19. Discurit & folia stromas, quadrinis diebus soluta. Furfures capitis & vlcera manantia illita ex oleo cocta.

Furfuróſus, pen. prod. Adiectiuum. (πιτυρώδης,) Plin. lib. 12. cap. 15. 10. Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus, deterior furfuroſus. Hoc est, Qui veluti furfuribus permistus apparet.

Furiae, Furialis, Furiosus, Furibundus, Furio,

Furo, Vide FVROR, furoris.

FVRNALIA, sacra Furinæ quam deam dicebant. Festus.

Furnianus, pen. prod. Adiectiuum, vt Furniana vasa, à Furnio inuentore fortassis dicta. Plin. lib. 33. cap. 11. 1.

Vasa ex argento mira inconstantia hominũ ingenii variat nullum genus officinæ diu probando, nunc furniana, nunc clodiana, nunc grariana, &c.

Furnus, huius furni, m. g. (κλίβανος, ἰνίον,)

Locus in quo panis decoquitur. A furuo, id est nigro colore, propter fuliginem, vel propter obscuritatem quam intus habet. Plinius, Cortices quoque decussi ligni, cibanis & furnis præbent vsum. Plautus Casina, 7. 1. Vna ædepol opera in furnum calidum condito.

Mersus furno. Vide MERGO.

Furnaceus, Adiect. (ἰνικός,) vt Furnaceus panis, qui in furno coquitur. Plin. lib. 18. cap. 9. 1. Nam furnaceis panibus binas adiciunt libras.

Furnariam exercere, Dicitur qui ex furno, panisque coctura quæstum facit, vel qui furnos locat conductoribus. Sueton. de Vitell. cap. 2. Cuius filius sectionibus & consuturis huberius compendium nactus ex muliere vulgari Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum gemerit.

Furnaria absolute dicitur, sicut cœnacularia & sagaria.

Furnarius, furnarii, Substantiuum. Paulus in L. Fluminum. Paragr. Præterea. ff. De damno infect. Præterea si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit, &c.

Furor, fureris, Vide FVROR, furoris.

Furor, furaris, Vide FVR.

Furor, furoris, m. g. (μανία, θυμός, ἐνθουσιασμός,)

Insania, à feror verbo, quòd qui furore agitantur, huc atque illuc temerè ferãtur. Cic. 2. Tuscul. quæst. 19. Itaque non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit. Insaniam enim censuerunt (id est inconstantiam sanitate vacantem posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ cõmunem cultum, atque vitatum, furorem autem esse rati sunt mẽtis ad omnia cæcitatem. Idem de Aruſp. respon. A diis quidem immortalibus, quæ potest homini maior esse pœna, furore, atque dementia?

Accensus furor. Vide ACCENDO.

Cæcus furore. Virg. 2. Aeneid. 49.

Vultus furore toruus. Seneca Oedip. 12. 2.

Violenti signa furoris. Lucret. lib. 1. 136.

Furor bellorum. Lucan. lib. 5. 8.

Cæli furor æquinoctialis. Catul. ad seipsum, epigr. 43. 1.

¶ Breuis furor. Horat. 1. epist. 2. 13.

Cæcus furor. Horat. Epod. 7. 3.

Effrænatus, & præceps furor alicuius. Cic. 1. de Aruſp. resp. 1.

Impius furor Virgil. 1. Aeneid. 69.

Impotens furor. Sene. Agamem. 8. 4.

Incauti furore. Silius lib. 3. 30.

Incitatus furor, Vide INCITO.

Inflammatus atque ignitus furor. Cic. pro Domo sua, 109.

Insignis furor. Virgil. 3. Georg. 53.

Mœstus furor. Virg. 12. Aeneid. 121.

Periurus furor. Claud. 4. Panog. 42.

Vecors furor. Catull. ad Aurelium, epigr. 15. 3.

¶ Abſistere furore. Tacit. lib. 7. Si abſistere furore vellẽt. Id est desistere.

Animis furor additus. Virgil. 2. Aeneid. 71.

Augere furores. Lucan. lib. 10. 13.

Currenti cede furori. Ouid. 1. de Remed. amor. 24.

Consedit eius furor. Cic. 4. Acad. 155.

Bellandi furore corda extimulat. Silius lib. 1. 7.

Exundans furor. Stat. 10. Thebaid. 121.

Fractus furor. Silius lib. 7. 51.

Indomitos furores in corde gerens. Catull. Argon. 59. 11.

Inflammari furoribus, Vide INFLAMMO.

Glisit furor. Lucret. lib. 4. 215.

Minuere furorem. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.

Ponere furorem. Lucan. lib. 1. 67.

Furor iraque mentem Præcipitant. Virgil. 2. Aeneid. 64.

Sistere furorem. Stat. 5. Thebaid. 33.

Prætumido quatiebat corda furore. Claud. 1. in Ruff. 46.

Versatur mihi ante oculos aspectus & furor Cethegi in vestra cæde bacchantis. Cic. 4. in Catil. 43.

¶ Furor, Mens vi quadam diuina concitata, qualis est furor poetarum. Cice. 1. de Diuinat. 136. Negat enim sine furore Democritus quenquã poetam magnum esse posse. Ibidem paulò ante. 115. Inest igitur animis præsagitio extrinsecus iniecta, atque inclusa diuinitos. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, quũ à corpore animus abstractus, diuino instinctu concitatur.

Vaticinos concepit mente furores. Ouid. 2. Metam. 129.

FVRIA, furiæ (ἐρινύς, ἀνοιαι,) vel furiæ, furiarum.

Furiæ (inquit Seruius) Diræ in cœlo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos: vnde & tres esse dicuntur, Acherontis & Noctis filię. Canes etiam vocantur, vt est apud Virgilium in 6. Aeneid.

– visæque Canes vlulare per vmbram
Aduentante dea. Lucanus,

– Stygiasque Canes in luce superna Destituunt. Cic. 3. de Nat. deor. 2. Sin hæc dea est, cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quarũ & Athenis fanum est, & apud nos, vt ego interpretor, lucus Furinæ, Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices scelerum & sceleris.

Furiæ, Veteribus scelestæ mentis tormenta erant. Cice. pro Rosc. Amer. 40. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè sceleratéque commiserint, agitari & perterreri Furiarum tedis ardentibus, sua quenque fraus & suus terror maximè vexat: suum quenque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes conscientiæque animi terrent, hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ: quæ dies noctesque parentum pœnas à consceleratissimis filiis repetant.

Furia ac pestis patriæ. Cic. pro Sestio, 36.

Claudium furiam appellat Cicero ad Qu. fratrem, li. 3. 17. 16. Primum est, de Claudii ad Cæsarem literis: in quo Cæsaris consilium probo, quòd tibi amantissimè petenti veniam non dedit, vti vllum ad illam furiam verbum rescriberet. Idem in Pisonem, 5.

Tristes furiæ. Claud. 2. de raptu Pros. 44.

Malis furiis actus. Horat. 2. Serm. saty. 3. 27.

Amor furiis agitatus. Virgil. 12. Aeneid. 134.

Furiis agitata doloris. Ouid. 6. Metam. 119.

Accensus furiis. Vide ACCENDO.

Agitant & insectantur impios furiæ non ardentibus tedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, & fraudis cruciatu. Ci. 1. de Legibus, 58.

Scelerum furiis agitatus. Virgil. 3. Aeneid. 66.

Concepit furias. Virgil. 4. Aeneid. 95.

Consistere vsquam impios non patiuntur furiæ. Cic. pro Rosc. Amer. 40.

Verberibus furiarum exagitari. Sueton. in Nerone, ca. 34. Sæpe confessus exagitari se materna specie, verberibus furiarum, ac tedis ardentibus.

Incensa furiis. Virgil. 4. Aeneid. 76.

In furias, ignemque ruunt. Virgil. 3. Georg. 48. Videtur figura esse ὲν διὰ δύο, quasi dicat furiosum igem. Intelligit enim amorem.

Tedis

Tedis ardentibus furiarum terreri. Cicero in Pisonem, 36.

Horrendas tollitur in furias. Stat. 5. Thebaid. 19.

Furialis, & hoc furiale, pen. prod. (ἐρινυώδης,) Quod furentibus & insanis proprium esse solet. Liuius 7. ab Vrbe, 73. Inde terror maximus fuit, quòd sacerdotes eorum fascibus ardentibus, anguibũsque prælatis incessu furiali militem Romanum insueta turbauerunt specie.

Arma furialia. Ouidius 6. Metamor. 118.

Aula furialis. Ouid. 11. Metamor. 3.

Cædes furialis. Ouid. 6. Metamor. 131.

Caput furiale. Horat. 3. Carm. ode 11. 4.

Furiale carmẽ. Liuius 10. ab Vrbe, 205. Et dira execratio ac ac furiale carmen detestandæ familiæ stirpique compositum.

Ignes furiales. Ouid. 2. Fast. 152.

Furialis vestis. Cicero 2. Tusc. 31. Hæc me irretiuit veste furiali inscium. Ex Sophocle.

Virus furiale. Claud. 1. in Eutrop. 38.

Vox furialis. Cicero pro Plancio, 70. Et de Aruſp. resp. 35.

Furiale minatur. Stat. 6. Thebaid. 86.

Furiáliter, pen. corr. Aduerbium. (ἐρινυώδης,) Ouid. 3. Fast. 128.

Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Furiósus, pen. prod. Adiectiuum, (μανιώδης, μανικός, λύσσος,) A quo furor nunquam recedit, inquit Seruius. Cic. lib. 3. Tuscul. 19. Itaque non est scriptum, Si insanus, sed Si furiosus esse incipit. Idem pro Cluentio, 144. Mulier iam non morbo, sed scelere furiosa.

Vecors, furiosus, mente captus. Cic. in Pisonem, 59.

Vesanus & furiosus homo. Cic. pro Domo sua, 1.

Furiosa æditus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 6. 3. Spero enim in officio fore: sed omnia sunt tardiora, propter furiosæ æditatis expectationem.

Amor furiosior. Ouid. 9. Metamor. 148.

Opum furiosa cupido. Ouid. 1. Fast. 45.

Effrenata & furiosa cupiditas alicuius. Cic. 1. in Catil. 18.

Impetus furiosus. Senec. Hippol. 1. 36.

Libido furiosa. Ouid. 1. de Arte, 56.

Peccatum furiosum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 17.

– quanto hoc furiosius, atque
Maius peccatum est?

Vis furiosa Tribuni facile superari frangique potest. Cicero pro Domo sua, 44.

Vultus furiosus & acer. Lucret. lib. 6. 138.

Furiosissimæ conciones Publii. Cic. ad Atticum, lib. 4. 72. 7.

Furiósè, pen. prod. Aduerbium, (μανικῶς,) Cic. 13. Philipp. 376. Partes furiosè dicuntur in foro, in curia. Idem ad Atticum, lib. 8. 149. 1. Etsi solet cum, quum aliquid furiose fecit, pœnitere.

Furo, furis, (μαίνω, ἐνθουσιάζω, παρακόπτω, μανιάζομαι,) furere, Ira agitari, Apul. Furit, ensem corripit, fertur in eum præceps, nihil tale timentem aggreditur. Cicero 3. Tuscul. 19. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus.

Furere, Insanire. Cicero libro 1. Offic. 113. Versutum & callidum factum Solonis, qui quo tutior vita eius esset, & plus aliquanto Reipub. prodesset, furere se simulauit. Idem in Pisonem, Quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges, non Senatum, non ciuitatem?

Insanire & furere. Cicero 6. Verr. 55.

Bacchari & furere. Cic. de Aruſp. resp. 35. Idem de Claris Orat. 151.

Furit ad. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 15. Res furit ad interregnum, & est nõnullus odor Dictaturæ. Ex vetusto codice legendum, fluit.

De aliquo furere. Cicero Attico, libro 14. 317. 3.

A Rasilio se contumaciter, vrbanéque vexatum furebat Clodius. Cicero Qu. fratri, libro 2. 5. 6.

Apud sanos furere, & quasi apud sobrios bacchari videtur vinolentus. Cicero in Orat. 53.

Furit æstus arenis. Virgilius 1. Aeneid. 23.

Dolore furit. Ouid. 12. Metam. 9.

Lymphata mente furebat. Catull. Argon. 59. 51.

Furere aliquid, pro ob aliquid. Liu. 1. Decad. libro 8. Et nunc id furere, id ægre patis: quòd sine L. Papirio nõ inermes, nõ mãci milites fuerint.

Audacia furens Catilina. Cicero 2. in Catil. 25.

Ense furens. Valer. lib. 1. Argon. 30.

Furens contumelia. Plin. lib. 7. cap. 12. 7.

Inflammatus & furens libidinibus. Cic. 5. Tusc. 25.

Animi furens. Virg. 5. Aeneid. 41.

¶ Cedere furenti. Cic. Anteq. iret in exil. 17.

Furentem & exultantem continere. Cic. de Aruſp. resp. 1.

Ira furentem mollire. Ouid. 13. Metam. 66.

¶ Bella furentia. Silius lib. 7. 115.

Flammæ furentes. Virg. 4. Aeneid. 134.

Furentes & violenti impetus. Cic. de Aruſp. resp. 43.

Populus furens. Lucan. lib. 2. 50.

Rabie furenti stimulatus animus. Catull. de Berecynthia, 68. 1.

Ventis furentes. Virg. 10. Aeneid. 8.

Vndæ furentes. Lucan. lib. 3. 39.

Furenter, Aduerbium, (μανικῶς,) Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 11. Dionysius mihi quidem in moribus est: pueri autem aiunt eum furenter irasci.

Furio, furias, (ἐνθουσιάζω,) furiare, Cum furore concitare. Horat. lib. 1. Carm. ode 25. 3. – flagrans amor, & libido
Quæ solet matres furiare equorum.

Furiatus, pen. prod. Adiectiuum, (μανιώδης,) Furore concitatus. Virg. 7. Aeneid. 82. Non tulit hanc speciem furiata mente Choroebus. Vbi Seruius, Furiatus, Qui ex causa fuit.

Iuuentus furiata. Silius lib. 11. 27.

Furiata mente ferebar. Virg. 2. Aeneid. 118.

Furibundus, Aliud adiectiuum, (λύσσης πλήρης, μαινόμενος,) Qui vehemẽter furit. Salust. Tum ille furibundus, Quandoquidem circunuentus, inquit, agor incendium meum ruina extinguam. Cic. pro Sestio, 10. At quum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente venisset, & coldem 13. Philipp. 357. Cæsaris enim incredibilis ac diuina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.

Canis furibundus. Horat. 1. epist. 10. 4. intelligit fidus.

Magistratui furibundo cedere. Cic. Anteq. iret in exil. 17.

Mens alicuius furibunda. Cic. Anteq. iret in exil. 16.

Vatum furibundæ prædictiones. Cic. 1. de Diuinat. 7.

Taurus furibundus. Ouid. 13. Metam. 186.

Furibunda ruit. Ouid. ad Liuiam, 76.

Furtim, Furtiuus, Furtum, Furunculus, Vide FVR.

Furuus, furua, furuum, (μέλας,) Festo.

Nigrum vel atrum dicitur, authore

Antra furua. Ouid. 5. Metam. 109.

Fuscina, fuscinæ, pen. corr. (σφυραινα, τρίαινα,)

Telum tridens siue trisulcum piscatorium, quòd fundo natantia capiat. Cic. 1. de Nat. deor. 140. Dant etiam deo arcum, sagittas, hastã, clypeum, fuscinam, fulmen. Sic Martialis lib. 1. 16. Fuscina dente minax, &c.

Fuscina vtebantur retiarii in gladiatoris ludis. Iuuenal. Saty. 2. 15. Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

Fuscus, Adiectiuũ, (φαιός,)

Quod est subnigrum cuiusmodi est color Indorum meridionalium & Aethiopum. Colu. lib. 6. cap. 1. 3. Colore rubro vel fusco.

Amictus fuscus. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 11.

Fusca caligo. Martial. lib. 8. 45.

Fusca cella. Martial. lib. 5. 87.

Color fuscus. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 8.

Cornix fusca. Cic. 1. de Diuinat. 14. Ex quodam poeta.

Equus fuscus. Ouid. 2. Fast. 63.

Fuscum falernum. Martial. lib. 2. 40.

Fusca laterna. Martial. lib. 14. 67. Cornea si non sum, nunquid sum fuscior?

Nubila fusca. Ouid. 5. Metam. 58.

Pars inferior delphini fusca videtur. Cic. in Arato, 12.

Fuscus pilus. Plin. lib. 8. cap. 21. 1.

Violæ fuscæ. Claud. 2. de raptu Pros. 76.

Fusca vox. Cice. 2. de Natura deor. 119. Et vocis genera per multa, canorum, fuscum: leue, asperum: graue, acutum: flexibile, durum. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Fusco, fuscas, (ἀμαυρόω,) fuscare, Fuscum facere.

Fuscantur corpora campo. Ouid. 1. de Arte, 103.

Diem fuscare. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 3.

Fuscat nube diem. Valer. lib. 1. Argon. 81.

Lanugine fuscante malas. Lucan. lib. 10. 18.

Fuscandi cura coloris. Ouid. 2. Trist. 97.

Fuscátor, pen. prod. Verbale, (ἀμαυρωτής,) vt Cæli fuscator Eoi Corus. Luca. lib. 4. 14.

Fusc, Vide FVNDO.

FVSIDIVS, fœneratoris nomen apud Horatium, 1. Serm. saty. 2. 3.

Fusidius, vappæ famam timet, ac nebulonis,
Diues agris, diues positis in fœnore nummis.
Quinas hic capiti mercedes exigit, atque
Quanto perditior quisque est, tanto acrius vrget.

FVSIVS, Oratoris nomen, cuius meminit Cicero libro secundo de Oratore, 51. Fusius (inquit) neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non assequitur: oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur, &c.

Fusilis, Fusio, Fusor, Fusorius, Vide FVNDO.

Fustis, huius fustis, m. g. (ξύλον,)

Lignum teres. Plaut. Amphit. 4. 203.

– quonam modo?

Ne. Auferêre,non abibis,si ego fustem sumpsero. Plin.libro.7.cap. 56.10. Prælium Afri contra Aegyptios primi fecere fustibus,quos vocãt phalangas. Idem lib. 13.cap.13.1.Innenimus inter exempla,Egnatii Mecennii vxorem,quòd vinum bibisset è dolio,interfectam fusse à marito Legitur in vetusto exemplari fuisse.Cicero pro Cecinna,44. Quid igitur si glebis,aut saxis,aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? Columel.libro 12.cap.23.1.

Longus fustis.Horat. 2.Serm.saty.1.23.

Non opus est verbis,sed fustibus.Cic.in Pisonem,57.

Formidine fustis agere aliquid.Horat. 2.epist.1.31.

Agitare fustibus equos prohibet imperator,in L.prima.C.De cursu publico,libro 12.Equos qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus,sed flagellis tantummodo agitari decernimus.

Capar aperire fuste.Iuuenal.Saty.9.Hoc est findere.

Cædi fustibus. Marcellus in L.In seruorum.ff. De pœnis, Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his seruus flagellis cædi, & domino redditi iubetur.

Coercere aliquem fuste.Horat. 1.Serm.sat y.3.27.

Impingere fustem.Cælius Ciceroni,lib.8.8.30. Quid si filius meus fustem mihi impingere volet?

Pugnare fustibus.Horat.1.Serm.saty.3.20.

Mili multatos clauis & fustibus repellere.Cic.7.Verr.84.

Fustuarium,Substantiuum,n.g.(μαστίγωμα,) Valla lib.1.cap.6. Interpretatur fustigationem.Cicero 3.Philipp.133.Nam ille Consul, fustuarium meruerunt legiones quæ Consulem reliquerunt, &c. Liuius lib. 5.de modestia Veientum,Fustuarium meretur qui signa relinquit.

Fusus, masc. generis,(ἄτρακτος,)quo nent mulieres: à fundo, fundis dictum,quòd dum trahitur voluendo, quasi liquefieri videtur. Plinius libro 11.cap.23.2.Lanificia mox in fila tenuantur iunco fuso.

Fusis mollia pensa deuoluunt.Virgil.4.Geor.70.

Versato ducentem stamina fuso.Ouid.4.Metam.45.

Torquere fusos.Plinius lib.28.cap.2.28.Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cauetur,ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino derectos ferant.

Teretem versabat pollice fusum.Ouid.6.Metam.5.

Fusura,Fusus, Vide FVNDO.

Futile, (χυδαῖος,) Vas erat (vt inquit Donatus) quod non deponebant ministri sacrorum,quod erat acuto fundo, & patulo ore, eóque instabile erat. Vtebantur eo in sacrificiis deæ Vestæ, quia aqua ad sacra hausta in terra non ponebatur: quod si fiebat, piaculum erat. Vnde excogitatum vas fuit quod stare non posset, sed positum statim effunderetur.Ex Donato & Seruio. Ab hoc

Futilis,& hoc futile, (χυδαῖος, κενός,) Id est vanus vel inutilis:vt ait Valla libro 1.Vel à futio,fotis,vnde effutio,effutis.vel à fuo,futum. Fe flus,Futiles dicuntur qui silere tacenda nequeunt,sed ea effundunt.Sic & Vasa futilia à fundendo vocata.

Aetas futilis,imbellésque anni.Silius libro 16.131.

Futilis alacritas.Cic.4.Tusc.57.Nec sitienter quid expetens,ardeat desyderio,nec alacritate futili gestiens deliquescat.

Vani & futiles aruspices.Cicero 1.de Diuinat 67.Irrideamus aruspices,vanos,futiles esse dicamus.

Futilis author. Virg.11.Aeneid.Consiliis habitus non futilis author.Vbi Seruius,Non futilis,bonus in consiliis,non inanis.

Futilis causa,Vana & leuis.Plin.lib.33.cap.2.1.Futili penè de causa.

Futilis homo, Qui est eiusmodi, vt tacenda continere non possit, sed continuò effutiat: qui commissa(inquit Seruius) non retinet. Terentius And.3.5.3.

– atque hoc confiteor
Iure obtigisse:quandoquidem tam iners,tam nulli consilii
Sum.seruóne fortunas meas me commisisse futili? Idem Adelphis,3.3.41.Tu quantus quantus,nihil nisi sapientia es,
Ille futilis,somnium. Cicero 3.de Finibus,53.Quis non odit sordidos, varios,leues,futiles? Apul.Leuis homo & futilis,& rimarum plenus.

Lætitiæ futiles.Cic.5.Tuscul.25.

Murmur futile.Valer.8.Argon.72.

Futiles commentitiæque sententiæ.Cic.1.de Nat.deor.27.

Vorum futile.Silius libro 10.68.

Futilitas.penul.corr.huius futilitatis.n. (ἀκοσμία,)Cicero 1.de Natura deorum,102.Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis,summæque leuitatis.

Futo, futas,(διάγω,)fotare,Redarguere interpretatur Festus.Antiquum est,vnde confutare,& refutare.

Fut atim,penult.proda.Aduerbium,(χύδην,) Id est profusim. Plautus Trucul.19.18.

Futatim nomen commemorauit ter.Antiquum.

Futurus, Vide SVM,es,est.

G

ABA,(γάβα,) Galilææ oppidum est,vt ait Iosephus lib.5.Antiquitatum Iudaicarum.

Gabalus, gabali,m.g.(γαβαλός,)Apud veteres crux siue patibulũ dicebatur.Varro,Nos barbari,quòd iunocéres in gabalũ suffigimus homines:vos nõ barbari, quòd noxios absoluitis. Nonius.

Gabata, gábatę,pe.corr.Praliter,gabatę,gabatarum,Vasa concaua,eduliis, pulmentatisque aptissima.Martial.Transcurrunt gabatæ,volantque lances Idem lib.11.32.Sic impler gabatas paropsidesque.

GABII,Gabiorum,(γάβιοι,)Vrbs Volscorum fuit,septuaginta millibus passuum ab vrbe distans,à Galacto,& Bio Siculis fratribus condita. Gabiorum meminit & Virgilius lib.6.Aeneid.155.

Hi tibi,Nomentum,& Gabios,vrbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

Gabinensis,Adiectiuum,)γαβίνης,)Plin.lib.3.cap.94.Quædam verò terræ ad ingressus tremunt,sicut in Gabinensi agro,non procul vrbe Roma,&c. Alii legunt Gabiensi.

Gabinus,pe.prod.Adiectiuũ,(γαβῖνος,)vt Gabina Iuno.Virg.7.Aen.59.

Gabinus cinctus,Vide Cinctus in CINGO.

Vrbs Gabina.Ouid.2.Fast.142.

Robore freta Gabino.Claud.3.Paneg.17.

GABINIVS,(γαβίνιος,)Romanus qui Ptolemęum in regnum reduxit, vt est apud Cic.lib.1.epistolarum.

GADERES, (γάδηρα,) ciuitas Syriæ non longè ab Ascalone:à qua Theodorus rhetoricæ,præceptor,qui Strabonis ætate floruit, Gadareus dictus est.

GADES,Gadium,fœm.g.(γάδειρα,)insula est Oceani, vltra Bæticam Hispaniã,circa columnas Hercelis,longa XII.millia passuum,lata tria millia,vt ex Polybio Plinius in fine quarti tradit. Ibidem, duarum videtur meminisse exiguo interuallo distãtium,quarum maior Erythrea vel Erythia dicta fit ob Tyrios,quorum origo ad Erythræum mare relata est:tum & Cotinusla,ab oleastri copia,qui à Græcis κότινος, dicitur. A Gadibus,Gaditanus dictus.Hęc etiam Gadit est appellata,quòd Gadira lingua Punica sepem,vel septum significat.Hermolaus nõ Gadira,sed Gadiruta legit apud Plinium.

Iocosæ Gades.Martial.lib.1.57.

Occiduæ gades.Glaud.de bello Gildon.32.

Remotæ Gades.Horat.2.Carm.ode 2.3.

Hominum finis Gades.Silius li.1.29.Et lib.17.129.Terrarũ finis Gades.

Gaditanorum mœnia,delubra,agros,Hercules ipse itinerum, & laborum suorum terminos esse voluit.Cic.pro Corn.Balbo,32.

Tyriæ Gades.Lucan.lib.7.38.

Gaditanus,pen.prod.Adiectiuum,(γαδειρεύς,γαδειρανός,γαδειρικός) vt Fœdus Gaditanum.Cic.pro Cornelio Balbo,25.Vbi est igitur exceptum fredere Gaditano,ne quem Pop.Romanus Gaditanum recipiat ciuitate? Et ibidem,26.

Ciuitas Gaditana.Cic.pro Corn.Bal.27.Ita Gaditana ciuitas,quod beneficiis suis erga Rempublicam nostram consequi potuit,quod imperatorum testimoniis,&c.id abest.

GABON,(γαβών,)a Iosepho dicitur esse Nilus.Recti scripseris Gehon.

Gagates, seu Gages,(γαγάτης,)fluuius in Lycia,& nomen lapidis pretioli in eo primùm reperti,quanuis etiam in Britãnia abundet.Plio.lib.36.cap.19.4.Gagates lapis,nomẽ habet loci & amnis Gagis Lyciæ.

Galactopota, huius galactópotæ,pen.corre.(γαλακτοπώτης,) Qui lac potat.Colu.lib.7.cap.2.Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat lex quo Nomadum Getarumque plurimi γαλακτοπώται,dicuntur.

GALANTHIS,(γαλανθίς,)vt est in fabulis,Alcmenæ ancilla fuit:quæquum domina sua partus doloribus laborans,à Iunone ne pareret impediretur,mira astutia dicitur deã elusisse:venisse quippe ad eam tilis ac lætitia gestientẽ,& solutam iam partu reginam,mentiendo cõfixisse.Qua re intellecta,admiratione simul ac dolore concitam deam resolutis manibus surrexisse.Tunc subitò Alcmenam sine vllo cruciatu Herculem enixã,Lucinam verò indignatam mox Galanthidam in animal sui nominis,hoc est in galen,id est mustelã mutasse:hac addita pœna,vt ore quo præcipuè peccauerat,pareret.Vide Ouid.lib.9.Metam.

GALATEA,pe.prod.(γαλάτεια,)fuit nympha,filia Nerei & Doridis, vt est apud Ouidium lib.13.Metamorph.

At mihi cui patrem Nereus,& Dæda.la Doris Enixa est,&c.

GALATIA,(γαλατία,) Regio minoris Asiæ. Hæc ab Oriente Cappadocia

Cappadociam & Halym fluuium,ab Occidente Bithyniam & Asiam, à Meridie Pamphyliam,à Septentrione Pontum Euxinum habet: quã olim Galli ex Europa venientes habitarunt,& Gallogræcia dicta est. Vide Plinium lib.5.cap.32.

GALBA Sergius,(γάλβας,σέργιος,) vir Consularis,temporum suorum eloquẽtissimus,quem Tranquillus in Galba cap.4.scribit ex Prætura Hispaniam obtinentem,XXX Lusitanorum millibus perfida trucidatis,Viriatini belli causam extitisse.Valerius autem dicit,cum trium Lusitaniæ ciuitatum conuocato populo,rãquam de commodis eius acturum,nonem millia hominum trucidasse. Pædianus ait, esi pro direptis Lusitanis accusatum à Catone,duoque amplexum filios prætextatos, absolutum propterea misericordia fuisse.Huius Galbæ multam mentionem facit Cicero in Bruto.

Galbae, (γάλβαι,) Animalia in esculis nascentia:miræ exilitatis. Vnde qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit,ab exilitate ita vocitatus est.Quamais alii è contrario, quòd præpinguis fuerit,ita nomionatum scripserint:talem enim Galli vocant galbam. Alii quòd oppidum Hispaniæ frustra diu oppugnatum, illatis demum Galbano facibus succenderit. Nonnulli, quòd in diuturna valetudine galbeo,hoc est remediis lana inuolutis,assiduè vteretur. Suetonius in Galba,cap.3.

Galbanus, gilbani,pen.corr.f.g.(χαλβάνη,)vel galbanum,galbani,neutri:succus est siue lachryma cuiusdam herbæ,similis ferulæ,quæ in ipso fruticẽ ætate prorumpit.Plin.lib.12.cap.25. 11.Dat & galbanum Syria,in eodem Amano monte è ferula,quã eiusdem nominis refunæ modo stagonitin appellant, quod maximè laudant,cartilaginosum,parum,ad similitudinem ammoniaci,minimęque lignosum.

Galbanum cartilaginosum,Vide CARTILAGO.

¶ Galbanum,Genius vestimenti delicatorum,à colore albo ac sublucido quod nullos habet pilos.Iuuenalis Satyra 2.10,Cerulea indutus seu tulata,aut galbana rasa.

Galbanatus,pen.prod.(γαλβανωτός,)Nomen simile participio formauit Martialis,Id est galbano indutus,accipiturque pro homine molli & effœminato:lib.3.40.Iacet occupato galbanatus in lecto.

Galbaneus,Adiectiuum,(γαλβάνεος,)Virg.4.Georg.Galbaneoque agitare graues nidore chelydros.Idem 4.Georg.Hic iam galbaneos suadebo incendere odores.

Galbinus,pen.prod.Adiectiuum, Mollis, & lasciuus,Martialis,Galbinos habet mores.

Galbulus, gilbuli,pen.corr.m.g.(σφαιρίον,τῆς κυπαρίσσου,)Pila cupressi.Varro 1.de Re rust.cap.40.1.Quædam enim ad genendum propterea vsque adeo parua,vt sint obscura,vt cupressi, non enim galbuli,qui nascuntur,id est tanquam pilæ paruæ corticiæ id semen,sed in his intus primigenia semina dedit natura.

Galbula, gilbulæ,penult.correp.(ἰστρίς,)Auis. Martialis libro, 13.68.

Galbula decipitur calamis & retibus ales:
Turger adhuc viridi quum rudis vua mero.

Gale, γαλῆ,Latinè mustela dicitur,teste Donato.

Galea, galeæ,(κόρυς,κράνος,κυνέη,) Munimentum capitis est,è corio quondam fieri solitum,nunc è ferro fit.Plin.lib.7. cap.56.10.

Galeam,gladium,hastam Lacedæmonii inuenere.

Nitor galeæ claro radiantis ab auro.Ouid.13.Metam.21.

Aerea galea.Virgil.5.Aeneid.98.

Aurea galea.Virgil.9.Aeneid.10.

Galea comans,Vide COMA.

Galea cristata,Vide CRISTA.

Insignis galea.Virgil.5.Aeneid.73.

Teretes galeæ.Stat.3.Thebaid.117.

Terribilem cristis galeam.Virgil.8.Aeneid,132.

¶ Exuere galeam.Ouid.epist.13.30.

Imponere galeam alicui.Ouid.epist.13.28.

Induere galeam.Cæsar 2.bel.Gal.307.

Comantem induitur galeam.Virgil.2.Aeneid.78.

Galeo,galeas,(κορυθόω,)galeare,(galea induere.Hirtius 5.bel. Asiani,43.

Milites in campo iubet galeari,& ad pugnam parari.

Galeãtus,pen.prod.(ἱππόκορυς,)Galea inductus.vt Galeata Minerua. Cic.1.de Nat.deor.139.

Galeatum ferò duelli Pœnitet.Iuuenal.Saty.1.17.

Galena, galenæ,(μολύβδαινα,)quid significet,declarat Plinius lib. 34.cap.16.4.his verbis,Plumbi nigri origo duplex est.Aut enim sua prouenit vena,nec quicquam aliud ex se paritaut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena, quæ portio est tertia addita venæ. Hæc rursus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus.

GALENVS, pen.prod.(γαληνός,)Pergamenus medicus è Pergamo ciuitate Asiæ,enituit Traiani temporibus vsque ad Antonium Pium. scripsit volumina XV. Author Suidas.Scripsit præterea in opera Hippocratis dictionarium ex ordine literarum.

Galéola, galéolæ,pen.corr. Vas sinuosum à galeæ similitudine dictum,authore Nonio.Varro de vita Populi Romani,li.1, Vbi erat vinum in mensa positum,aut galeola,aut sinu!

Galeótae, pen.prod,(γαλεώται,)in Sicilia dicebantur portentorum interpretes,teste Cic.lib.1.de Diuin.71.

Galerita, galeritæ,pen.prod.(λόφον ἔχουσα,) Auis quæ nunc alauda dicitur, à crista quadam quæ galeri similitudine capite prominere videtur.Varro galericum appellat,quia plumam elatam in capite habet.Plinius,lib.10.cap.49, Quæque de vna aue galerita priuatim commemorat.

Galérus, galeri,pen.prod.m.g.vel galerum neutro genere,(πῖλος, κυνῆ,)Pileus rotundus,quòd in modum galeæ esset factus vt inquit Varro. Stat.1.Thebaid.61,

– & temperat astra galero.

Flauo crinem abscondente galero.Iuuen.Saty.6.12.

Deducere sibi galerum, Vide DEDVCO.

Galericulum,pe.corr.Dimin.(πιλίδιον,)de quo Martial.epig.lib.14.55,

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos,
Hae poteris madidas condere pelle comas. Sueton. in Orthone, cap.12, Galericulo capiti,propter raritatem capillorum adaptato & annexo, vt nemo dignosceret.

GALESVS, pen.prod.(γαλησός,)fluuius est Calabriæ,qui iuxta ciuitatẽ labit Tarentinã. Hæc Seruius enarrans illud Virgilii,4,Geor.26.

Nanque sub Oebaliæ meminit me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus,
Corycium vidisse senem,&c.

Dulce pellitis ouibus Galesi flumen.Horat.1.Carm.ode 6.3.

Et lotam tepido togam Galeso Martial lib.1.36.

Galeos, huius galeotis,(γαλεός,) Piscis qui à Latinis mustela dicitur. Plinius lib.32.cap.2.Quod ad repugnantiam rerum attinet,quam Græci antipathiam vocant,nihil est vsquam venenatius quàm in mari pastinaca, vtpote quum radio eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen persequitur galeos. Vide diligenter Massarium in librum 9.Plinii.

Galgulus, huius galguli,penult.corr. (ἰκτερός,)Auis genus. Plin. lib.33.cap.11.2, Auis icterus vocatur à colore: quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & auem mori. hanc puto Latine vocari galgulum.

Galla, huius gallæ,(κοκκίς,)Fructus quercuum.Plin.lib.20.cap.20.3, Ceruicis dolores cum galla & lini semine pari mensura fedat. Sic Columella lib.6.cap.7.1.

Gallæ sapor.Virg.4.Georg.54,

Proderit & rosum gallæ admiscere saporem.

Gallam bibere, ac rugas conducere ventri quum ait Lucilius, præmonet parsimonia esse vrendum,neque gulæ indulgendum, ventremque coarctandum.Festus.

GALLAICI, siue Gallæci,(κελτίβηρες,) populi Hispaniæ sunt, Gallis finitimi. Martialis lib.1.147, Nec quæ Gallaico lunentur auro. Alii legunt Callaico.

GALLECIA,Citerioris Hispaniæ regio est,vt scribit Plinius lib.4.ca. 20,in descriptione citerioris Hispaniæ.

Diues Gallecia.Silius lib.3.70.

GALLIA,(κελτική,κελτογαλατία γαλλία,)Europæ pars, à candore populi dicta.Cæs.1.bel.Gal.1. Gallia est omnis diuisa in partes tres: quarum vnam incolunt Belgæ:aliam Aquitani:tertiam qui ipsorũ lingua Celtæ,nostra Galli appellãtur.Hi omnes lingua,institutis,legibus inter se differunt.Gallos ab Aquitanis Garumna flumen,à Belgis Matrona & Sequana diuidit. Et paulo pòst,Eorum vna pars,quam Gallos obtinere dictum est,initium capit à flumine Rhodano, continetúrque Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum. attingit etiam à Sequanis, & Heluetiis flumen Rhenum: vergit ad Septentriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni:spectant ad Septentriones & Orientem solem Aquitania à Garumna flumine, ad Pyreneos montes: & eam partem Oceani,quæ ad Hispaniã pertinet,spectat inter Occasum solis & Septentriones.

Comata Gallia.Cic.8.Philip,152. Catul.in Iulium Cæs.27.1.

Facunda Gallia.Iuuenal.Saty.15.12.

Nobilis Gallia.Lucan.lib.3.16.

Transalpina Gallia.Cic.pro Murena,80.

Vlterior Gallia & citerior.Cic.de Prouinc.Consul.29.

Gallicus,pen.cor.Adiectiũ,(γαλλικός,γαλλακτικός,)Qui ex Galliis est.

Gallica terebra.Columella de Arboribus,cap.8.3.

Ager Gallicus.Cic.pro Sestio,6.

Copiæ Gallicæ.Cic.1.de Diuin.138.

Universidad de Deusto Biblioteca

Arua Gallica.Ouid.4.de Ponto,eleg.16.4.

Gallicânus,pen.prod.Aliud Adiectiuum,(γαλατικός,) vt Gallicanæ res. Cic.pro Quintio,3,Quum & de societate multa inter se communica rent,& de tota illa ratione atque re Gallicana,&c. Varro,1,de Re rustica,cap.32,Cæteraque quæ alii legumina,alii (vt Gallicani quidam) legaria appellant.

Catullus Gallicanus.Catull.de Acme,epig.39.4.

Gallus,Adiectiuum,(γαλάτης,)Qui ex Gallia est.

Rebellis Gallus.Virg.6.Aeneid.172.

Robore valent Galli,numero Hispani,Pœni calliditate, Græci artibus. Cic.de Arusp.resp. 17.

Gallicae, gallicarum,Genus calceamẽti quo vtũtur Galli pluuioso tempore inquit Bayfius.Cic.2.Philip.83,Nã quod quærebas quomodo redissem primum luce,nõ tenebris.deinde cum calceis & toga,nullis nec gallicis,nec lacerna.Nos galozas dicimus.

GALLOGRAECI,(γαλλογραῖκοι,)Iidẽ sunt qui Galatæ, ad quos Paulli epistola extat.eorũ regio Galatia,quã Gallorũ aliquot populos insedisse,Plin.lib.5.cap.32,testatur:& Ptolemæus lib.5.tabula Asiæ prima.Strabo quoque lib.4,Tectosages & Narbonensi, Tœlistobolgios & Trocinos,& Celticis Gallis profectos,Phrygiam Cappadociæ & Paphlagoniæ vicinam occupasse scribit:tanto olim hominũ robore Galli valuerunt:Meminit & Liuius plurimis,quartæ Decados lib.8.

GALLONIVS,(γαλλόνιος,)Vir sumptuosus,de quo Cic.pro Qu.63 Non vsque eò tũ vt in capite fortunisq; hoium honestissimorũ dominentur ii,qui relicta bonorũ virorũ disciplina,& quæsum & sumptũ Gallonii sequi maluerunt. Idẽ,2,de Finib.145,Sed qui ad voluptatẽ omnia referens,viuit vt Gallonius,loquitur vt frugi ille Piso.

GALLVS,(γάλλος,)fluuius Phrygiæ,cuius aqua potantes facit furere. Ouid.4.Fast.73,Amnis it insana nomine Gallus aqua. Hinc dicebantur Galli sacerdotes Cybeles deæ Phrygiæ qui se castrabant, & interfacrificandum furiosè se gerebant. Lucan.lib.1.113.

–crinemque rotantes
Sanguineum populis vlularunt tristia Galli.

Cybele Galla.Catul.de Berecynthia,Epigr.58.3,Agite,ite ad alta Gallę Cybelles nemora.

Gallus, huius Galli,(ἀλεκτρυών,ἀλέκτωρ,)Nota auis.

Gallus gallinaceus,Idem.Plaut.Aulol.14.6,
Condignè etiam meus me intus gallus gallinaceus,
Qui erat anui peculiaris,perdidit penissume. Cic.1.de Diuinat.128,
Gallos gallinaceos in eo loco sic assiduè canere cœpisse.

Canorum animal gallus gallinaceus.Cic.2.de Diuinat.85.

Gallus gallinaceus lacertosus,Vide LACERTVS.

Cantant ante lucem galli.Cic.2.de Diuinat.84.

Victi galli silere solent,canere victores.Cic.1.de Diuinat.83.

Sub galli cantum.Horat.1.Serm.saty.1.2.

Fauent faucibus silentio noctis galli, rursus cantu plausuque premunt alas.Cic.2.de Diuin.85.

Gallina,huius gallinæ,pen.pro.(ἀλεκτορίς,ὄρνις,)Plaut.Asin.12.76,Dic igitur me tuum passerculi,gallinam,cotutnicè.Terent.Phor.4.4.27,
Anguis per impluuium decidit de tegulis,

Gallina cecinit!Plaut.Pseud.3.28,
An obsecro hercle habent quoque gallinæ manus?
Nam has quidem gallina scripsit.Cice.4.Academ.105,Gallinas alere.
Et Martial.lib.15.62,Gallina altilis.

Abundat porco,hœdo,agno,gallina,lacte,caseo, mélle villa locuples.Cicero de Senec.52.

Gallinæ filius albæ.Iuuen.Satyr.13.15.Vide ALBVS.

Dura gallina,Id est non tenera.Horat.2.Serm.saty.4.4.

Numidica gallina,Vide NVMIDIA.

Peperit ouum gallina.Cic.4.Acad.105.

Supponere oua gallinis.Cic.2.de Nat.deor.185.

Ad gallinas,Vide AD.

Gallinaceus,Adiectiuum,(ἀλεκτορικός,)Quod ex gallinis est: vt Pullus gallinaceus.Varro de Re rust.lib.3.cap.9,Gallinaceis enim pullis bidẽi dies opus sunt:pauoninis,ter nouem. Et paulo pòst,Si oua gallinis pauonina subiicies, quom iam decem dies pauonina fouere cœpit,tum denique gallinacea subiicere,vt vnà excudant. Cicer.2.de Diuinat.44,Gallinaceum fel.

Gallinaceus,sine adiuncto,Idem quod gallus.Plin.lib.37.ca.105,Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas crystallina specie. Sic lib.8.cap.16.11,Gallinaceorum cristæ.

Gallinarius,Qui curat gallinas.Plin.lib.10.cap.55, Traditur quædã ars gallinarii cuiusdam dicẽtis quod ex quaq; esset. Varro 3.de Re rust. cap.9.5,Inter duas ostium sit qua gallinarius curator earum ire possit. Cic.4.Academ.151.

Scala gallinaria.Cels.lib.8.cap.15,Sic brachium deligatũ super scalę gallinariæ gradũ transicitur,ita alte vt homo ipse consistere non possit.

Gallipes huius gallipedis,Galli gallinacei pedes habens.Sueto.Ad extremum voto pro itu & reditu suo suscipi passus est,vt vulgo iam per iocum gallipes vocaretur.Sed qui sic legũt,atq; interpretantur, toto errant cælo. Sic enim ait Suetonius in Tiberio cap.38,Biennio continuo post adeptum imperium pedem porta nõ extulit,&c. Paulo pòst, Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus, vt vulgò iam per iocum Callipides vocaretur:quem curitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi,prouerbio Græco notatum est.

Gallinarium,gallinarii,(θρεπτών,)Locus in quo gallinæ nutriuntur.Colu. li.9,Gallinaria constitui debent pte villæ ḋ hybernũ spectat Orientẽ

Gallicinium,gallicinii,(ἀλεκτρυοφωνία,)Pars noctis appellata est,in qua galli cantant.Apul.lib.2.de Asino,Noctis gallicinio venit quidam iuuenis proxima ciuitate.

Gallo,gallas,(μαίνω,)gallare,Insanire. Varro Eudemonibus, Deam gallantes vario retinebant studio. eodem nanque vetustas hîc est gallantibus. Nonius.

Gammarus, gámmari,pen.corr.m.g.(καρκίνος,)Aquaticum animal cercui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur,coctus fit rubens.Marti.lib.2.42,Concolor in nostra gammare lance rubes.Veneti adhuc hodie nom ẽ retinent. Plinius autem libro 9.ca.31. Iconem appellat.Quod nomen Massilienses etiam habent.

Dimidio constrictus gammarus ouo.Iuuena.Satyr.5.9.

Gamos, Latine nuptiæ. Inde Agamus.Monogamus.

GAMPHASANTES,(γαμφάσαντες)Aethiopię populi, Plinius lib. 5.cap.8.2,Gamphasantes(inquit)nudi,præliorumque expertes, nulli externo congregantur.

Ganea, ganeæ,vel hoc ganeum,ganei. Donatus, Veteres ganeum, meretricum tabernam dixerũt: κατὰ τὴς γῆς,τοῦτ' ἔστι τὴς γῆς.quòd ipsa sit in terra,non vt cœnacula,superius. Terent.Adelph. 3.3.5,Vbi ego illum quæram?credo abducẽtum in ganeum. Columella in Prologo, Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam eruditatem Laconicis excoquimus.Plinius in Paneg.80.Aegrecẽ pernessus superbam illam conuictus simulationem,rursus re ad clandestinam ganeam occultumq; luxum refers. Festus,Ganeum antiqui locũ abditum,ac velut sub terra dixerunt.Nonius,Ganea, sunt loca vinolẽtiæ ac libidini apta. Liu.6.bel.Punici,12,Et eum in ganea, lustrisque, vbi iuuentam egerit,senectutem actutum.

Ganearum nidor.Cic.in Pisonẽ,Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo:vnde tu nos cũ improbissimè respõdendo, tum turpissimè eructando eiecisti.

Ganeo,geneõnis,(γανιτής,)Nonius,Ganeones à ganeis dicti, vt popones. Varro Modio, Et hoc interest inter Epicurum & ganeones nostros,quibus modulus est vitæ culina. Cice.in Catil.30,Quis ganeo, quis nepos,quis adulter,quæ mulier infamis,quis corruptor iuuentutis? Iuuenal. Satyr.11.6, Sed laudem siliquas occultus ganeo pulmentis. Terent. Heaut.5.4.11,Si scire vis,ego dicam:gerro, iners,fraus, helluo,ganeo,damnosus.

Cincinnatus ganeo.Cic.Post red.in Senatu,10.

Occultus ganeo.Iuuenal.Satyr.11.6.

Egentissimus ganeo.Cic.pro Sestio,97.

GANGARIDAE.,pen.cor.(γαγγαρίδαι,)inquit Curtius populi sunt inter Assyrios & Indos iuxta Gangem.Virg.3.Georg.5,
In foribus pugnam ex auro,solidoque elephanto
Gangaridum faciam, victorúque arma Quirini.

GANGES,(γάγγης,)Indiæ fluuius maximus,qui vniuersam circuit Indiam,secum arenas aureas trahens,è Paradiso exiens. Alii incertis fontibus vt Nilum rigantemq; vicina eodem modo ferunt. Alii in Scythicis nasci,ipsamque Indiam secare dixerunt. Dictus est Ganges,à Gange Aethiopum rege,vt ait Suidas.Ouid.lib.4.Metam.5.

Decolor extremo qua cingitur India Gange.

Lato spatiantem flumine Gangem.Ouid.5.Trist.4.5.

Pulcher Ganges.Virg.2.Georg.28.

Tepidus Ganges.Ouid.in Ibin,28.

Gangeticus,pen.corr.Adiectiuum, (γαγγητικὸς,) Colum.lib.8.cap.8.9, Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aues eructant.

Nemus Gangeticum.Senec.Medea,114.

Ganglion, siue Ganglion(γαγγλίον,)Genus morbi in capite,quũ humor quidã includitur:de quo Colu.lib.7 Est & ganglion Paulo,nerui alicuius vel ex ictu,vel ex lassitudine cõtortio.multis quidem omnino corporis partibus , sed præcipuè mobilibus, vt in extremitate manuum ac pedibus.Ex Hermolao in Castigat.

Gangraena, gãgrænæ,(γάγγραινα,)Caro emortua ex vlcere vel inflamatione ac rubore. subalbescit autem primò demum atra fit,sensu amisso in prominẽtibus membris,id est inter vngues & alas,& inguina,& in senibus ferè,atque his quorum corpus malo,ad quem herpestica posset. Varro,Non vituperamus, quum sciamus digitum præcidi oportere:si ob eam rem gangræna non sit ad

brachium ventura. Idem de vita Populi Romani, libro 3, Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænam sanguinolentiam permeasse. Plin.lib.20.cap.22.8. Item ad gangrænas & pterygia:succus verò auriculis,&c.Vide Cellsum lib.5.de vlceribus quæ extrinsecus per vulnerà incidunt.

Gannio, gannis,gannui & gannii,gannitum(κνυζάω,)gannire,Proprie vulpes dicuntur,authore Donato.

Gannire,vsurpatur pro eo quod est obiitrepere,& veluti vapulantis vocem emittere.Terent.Adelph.4.2.18.Quid ille gãnit?quid vult?quid ais bone vir? Sic Plautus Amph.15.24.Persius Saty.5.10. Stat cõtra ratio,& sceleratã gannit in aurem.Iuuen.Saty.6.7.

–Appula gannit Sicut in amplexu.

Gannitus,huius gannitus,penuli produ. (κνυσμός,) Vox vulpis proprie dicitur.

Gannitus Nereidum.Plin.li.9.ca.5.1.Nanque hæc in eodem spectata litore est,cuius morientis etiã gannitum tristem accolæ audiere lõgè.

Gannitus est proprie velati ploratus vapulantium.Donatus.

Gannitu lacessere.Mart.lib.5.61.Et gannitibus improbis lacessas,

GANNYMEDES,pen.prod,(γανυμήδης,)Trois filius formosissimus, quem quum Iupiter deperiret,iussit in cælum ab aquila portari, & sibi à calicibus siue poculis esse,Hebe nympha deiecta.in cęlum translatus, Aquarius dicitur.

Rapti Ganymedis honores.Virg.1.Aeneid.7.

Flauus Ganymedes.Horat.4.Carm.ode 4.1.

Phrygius Ganymedes.Ouid.10.Metam.31.

GARAMANTES,(γαραμάντες,)Populi Libyæ Psilis finitimi,à Garamante Apollinis filio cognominati,qui ibi Garamantam oppidum ex suo nomine condidit.

Inopa Garamas.Senec.Hippol.1.12.

Extremi Garamantes.Virg.3.Aeneid.9.

Nudi Garamantes.Lucan.lib.4.68.

Garamãtis,tidos,(γαραμαντίς,)Patronymicum fœmininum.Virg.4. Aeneid.40. –rapta Garamantide nympha.

Garamanticus,Adiectiuum(γαραμαντικός,)vt Garamantica signa.Silius libro 1. 29.

GARGANVS,pen.prod.(γάργανον,)Celebris mons Apulię,subtus quẽ habitantes,propriè Apuli dicuntur.De quo Silius, In nemore aut agitet Gargano terga ferarum.Hodie mons dicitur s.Angeli.

GARGARVS,pen,corr.mal.g.(γάργαρα,)In plurali Gargara,Gargarorum,neu.ge.Cacumen montis Idæ,dictum(inquit Seruius)quasi κάρα κεκτῆσθαι est,caput capitis,altitudinis altitudo.κάρα,enim è ἡ κεφαλή, Gargara autem sunt montis Idæ cacumina.

Ipsa suas mirantur Gargara messes.Virg.1.Georg.11.

Gargarus,Oppidum positum in finis radicibus montis Idæ, tanta frumenti copia abundans,vt qui magnum cuiusque rei numerum vellet exprimere,pro multitudine immensa nominaret. Vnde & Ouidius 1. de Arte amandi,12. Gargara quot segetes,quot habet Methymna racemos.

Gargarus,lacus est Phrygiæ,iuxta Idam montem,ex quo lacu Scamander & Simois fluuii decurrunt.

Gargarizo, gargarizas,(γαργαρίζω,)gargarizare,Sæpe ad gurgionem,id est guttur,euocare.Plin.lib.20.ca.17.11.

Sedet anginas cum melle ac hyssopo ex aceto gargarizatum. Ibidem, Voci succus sub certamine vrilis:&qui gargarizatur vua tumente,adiecta menta. Celsus lib.4.cap.2. In vetusto capitis dolore communia sunt,sternutamenta excitare,inferiora vehementer perficare,gargarizare his quæ saliuam mouent.Plin.lib.20.cap.6.8.

Gargarizatio,Verbale,(γαργαρισμός,) Plin lib.30.cap.4.6.Tonsillas & fauces lactis omnis gargarizatio adiuuat. Sic lib.22.cap.25.1.

Gargarizãtus,huius gargarizãtus,pe.prod.(γαργαρισμός,) Idem quod gargarizatio.Plin.lib.21.cap.19.1.

GARGITTIVS,canis cuiusdam generosi nomẽ qui Geryonis boues custodiebat,& leonibus insultabat:quem tunc Hercules interfecit quũ illius armẽta abduxit:fuitque Cerberi Epitoticí frater,vt scribit Iulius Pollux lib.5.de vocabulis rerum ad Commodum Cæsarem.

Garrio, garris,garrui,garritum.pen.prod.(κατάλαλος,φλυαρία,γαυλός,)garrire,Est inquit Donatus, tanquam auis inaniter loqui.Terent.Heaut.3.2.25. Garris.c. hæc facta ab illo oportebant Syre.Idem Eunuch.2.3.86.Quid agistiocabar equidem.CH.garris? P.periisquid ego egi miser? Idem Heaut.4.6.19.Cic.2.de Orat.12. Nam & seculis multis antè gymnasia inuenta sunt,quàm in his philosophi garrire cœperunt.

Garrire nugas.Plaut.Curcul.14.6. –at pol mea mãtertera,
Mater ei vtendum dederat.c.at pater tuus rursum ribi.

P.L.Nugas garris.c.soleo:nam propter eas viuo facilius. Idẽ Aulul.27. 22. –soleo hercle ego nugas Garrire.ita loquor.

Garrire alicui in aurem.Martia.lib.1.85.Garris in aurem semper omnibus Cinna.

Garriunt ranæ.Martia.lib.3.51.Meliusque ranæ garriant Rauennates.

Impunitas garriendi.Cic.1.de Natura deorum,150.

Garrulitas,pen.cor.(ἀδολεσχία,)Actus ipse garriendi.Martial.lib.5.53, Crede mihi quãuis ingentia Posthume dones,
Authoris pereant garrulitate tui. Sic Plinius lib.26.cap.2.1.

Extemporalis garrulitas.Quintil.lib.2.cap.4.12.

Rauca garrulitas picarum.Ouid.5.Metam.136.

Garrulus,penul.corr.Adiectiuum.(ἀδολεσχῶν,κατάλαλος,)Qui abundat vanis & inanibus verbis.Plaut.Merc.18.15,
Verum si non amant,oderunt,mole sti itidem,atq; difficiles, Garruli, osores,infensi,iracundi,sibi suisq; inuidi.Terent.Adelph.4.4.15,
Sensi ilico id illas suspicari,sed me reprendi tamen,
Nequid de fratre garrulæ illi dicerem,ac fieret palàm,

Garrulæ aues,dicuntur(interprete Nonio)canoræ & hilares.Virg.lib.4. Geor.Garrula quã tignis nidũ suspendit hirundo.Senec.Oedip.5.10.

Garrulus cantus.Plin.lib.10.cap.29.5, Luscinius diebus ac noctibus continuis quindecim.garrulus sine intermissu cantus.

Garrulam infantiæ disciplinam contemnere.Author ad Herennium, lib. 2.49.De futilium amphibologiarũ cognitione & captatione loquitur.

Fama garrula.Seneca Hercu. fur.4.7.

Fistula garrula.Tibul.lib.1.eleg.5.6.

Hirundo garrula.Virg.4.Georg.62.

Lingua garrula.Ouid.2.Amor.eleg.2.9.

Lyra garrula.Tibull.lib.3.eleg.4.8.

Garrula noctua.Plin.lib.18.ca.35.19.

Rius garrulus.Ouid.2.Fast.64.

Garrula sistra.Martialis lib.14.59,
Hæc quatiat tenera garrula sistra manu.

¶Garrulus,inquit Nonius,dicitur cordatus.Varro Periplus li.1.In hac ciuitate tum regnabat Dionysius homo garrulus & acer.

Garritido,garritidas,(ἀδολεσχία,)garritidare,Idẽ quod garrire. Varro. Quidnam garritidatis,dicentes,O fortuna!Sunt qui scribant garridito.

Garum, rulorum quam salamuriam vulgò vocamus. Mart.lib.13. 82,Nobile nunc sitio.luxuriosa garum.Ibidem,102,
Expirantis adhuc scombri de sanguine primo,

Accipe fæcosum munera cara garum.Columel.lib.6.cap.9.1. Et Plinius lib.9.ca.17.6,M.Apicius ad omne luxus ingenium mirus,in sociorum garo(nam ea quoque res cognomen inuenit)necari eos præcellens putauit,atque è iecore eorum alecẽ excogitare,quocauit.Seneca, Quid illud sociorum garum,pretiosùm malorum piscium taniem,non credis vrere fallsa?tabe præcordia?Horat.2. Serm.saty.8.10,His mistum ius est oleo,quod primo Venafri
Pressit cella,garo de succis piscis Iberi, Vino,&c.

GARVMNA,garumnæ,masc.ge.(γαρύνης,) Galliæ fluuius ex Pyrenæo monte delapsus,qui Celtas ab Aquitania separat.De eo nemo diligentius Mela scripsit.

Magnus Garumna.Tibull.lib.1.eleg.7.3.

Gaudium, gaudii,(χαρά,χάρημα,χαρμονή, χαρεσώνη,) Est affectio animi,alicuius præsentis boni opinione concepta,Cic. lib.4.Tuscul.21,Nam quum ratione animus mouetur placidè atq; cõstanter,tum illud gaudium dicitur.Quum autem inaniter & effusè animus exultat,tum illa lætitia gestiens,vel numia dici potest.quam ita definiunt,sine ratione animi elationem.

Communia gaudia.Lucret.lib.4.241.

Crudelia gaudia.Ouid.6.Metam.131.

Grande gaudium.Tacit.lib.17.

Inane gaudium.Quintil.lib.2.cap.4.12.

Inæstimabile gaudium,Vide INAESTIMABILIS.

Ingens gaudium,Vide INGENS.

Lachrymosa gaudia.Claud.de bello Get.82.

Mala mentis gaudia.Virg.6.Aeneid.56.

Mutua gaudia.Lucret.lib.4.243.

Sordida nunquam gaudia.Stat.3.Sylu.5.4.

Vana gaudia.Horat.2.epist.1.38.

¶Accipere gaudium,Vide ACCIPIO.

Adire gaudium,Vide ADEO.

Admisit gaudia duro vultu.Lucanus lib.2.75.

Aduocari gaudiis.Horat.4.Carm.ode 11.3.

Inopina gaudia afferre alicui.Stat.1.Sylu.2.10.

Agitare gaudium,Vide AGITO.

Asserere gaudia,Vide ASSERO.

Capere gaudia.Ouid.7.Metam.104,
–equidem modò gaudia cœpi,
Quum tam pulchra mihi,tam par ætate iuuentus
Obuia processit.Id est gaudiis sum. Vide CAPIO.

Compleri,afficigaudio.Cic.5.de Finib.123.

Gaudia in dimẽsum cõuertere,Vide CONVERTO.

Cumulare gaudium,Vide CVMVLO.

Cumulari gaudio,Vide CVMVLO.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dectarant gaudia vultu.Catull.Argon.59,7,
Pacta gaudia dare.Ouid.3.de Arte aman.92,
Empta gaudia.Stat.9.Thebaid.11,
Exulta ne gaudiis.Cice.1.in Catil.18, Hic tu qua lætitia perfruêre,quibus gaudiis exultabis,quanta in voluptate bacchabere,cum,&c.
Quod putaui fore gaudium,id extitit exitium. Cicero Ante quàm iret in exilium,6,
Fungi gaudio.Tacit.lib.18,
Indulgere gaudio,Vide INDVLGEO.
Inter gaudium mori,Vide INTER.
Mutare gaudium mœrore.Vide MVTO.
Oblectare gaudio,Vide OBLECTO.
Gaudium percipere.Plin.lib.epist.10,Vt tandem percipias gaudium.
Pertentant gaudia pectus.Virg.1.Aeneid.102,
Blanda gaudia pertentant mentem.Virg.5.Aeneid.165.
Gaudeo,gaudes,gauisus sum,(χαίρω,γάνυμαι,ἀλάομαι,)gaudere, Est secum & apud se lætari,nec respicit alium.Terent.Heau.5.1.12,Gaudere adeò occœpit,quasi qui cupiunt nuptias. Idem Hecyra11,2,32,
Ita me di bene amabunt,haud te propterea te rogo
Vt hoc proferam,sed vt tacita mecum gaudeam. Cic.4.Tuscul.106,
Atque vt considere decet,timere nõ decet:sic quidem gaudere decet, lætari non decet.
Gaudere & bene rem gerere, salutationis loco posuit Horatius,1,epist. 81,more Grærcorum,ἀντὶ τοῦ χαίρειν καὶ εὐπραττεῖν.
Triumphare & gaudere.Cicero Attico,lib.189,2,Meum factum probari abs te,triumpho & gaudeo.
Tuo illo tam excellẽti bono gaude,& fruere, cum fortuna & gloria,tum etiam natura & moribus tuis.Cic.pro Marcello,10,
Id tu nos obtinuisse non modò facile patiare, sed etiam gaudeas.Cic.Plãcio in epist.ad Atticum,lib.16.342,3,
Gaudeo id. Terent.And.2.2,25,
–ego me continuo ad Chremem.
Quum illo aduenio,solitudo ante ostium:iam id gaudeo.
Carmine in gaudes,hic delectatur iambis.Hora t.2.epist.2.12.
Gaudeo venium, pro Venisse.Plaut.Cist.2.17,
Quod ille dixit,qui secundo vectus est mari,
Ventum gaudeo ad te ecastor:ita hodie hic acceptæ sumus
Suauibus modis.
Gaudeo esse natum.Cic.de Amicit.13,Quem tamen esse natũ & nos gaudemus,& hæc ciuitas,dum erit,lætabitur.
Acri gaudet equo.Virg.4.Aeneid.32.
Gaudet myrrha rastris.Plin.lib.12.cap.15.1.
Gaudere gaudia.Terent.And.5.5.8,Nam hunc scio mea solidè solũ gauisurum gaudia. Cælius Ciceroni,lib.8.2.4,In theatrũ Curionis Hortensius introiit,puto vt suum gaudium gauderemus.
Gaudere gaudio. Plaut.Persa,22.30, Bene ei qui inuidet mihi, & ei qui hoc gaudio gaudet.
Gaudere animo.Plaut.Stich.4.53,
Qui multum miseri sint,laborent,nihil moror:
Dicant auctionis causam,vt animo gaudeant. Marti.lib.4,45,
–animo gaudens,ac fœnore liber.
Gaudebis facto.Terentius Phorm.3.2.9,Crede mihi gaudebis facto:verũ hercle hoc est.Sic Gaudere ruinis inimicorũ,Liu.9,bel.Mace.151.
Laudibus gaudere.Virg.3.Georg.36.
Numero Deus impare gaudet.Virg.8.eclog.10.
Gaudere in.Cic.Lentulo lib.1.9.9,In molestia gaudeo.
Gaudere in se.Catull.ad Varum,epig.19.4, Tam gaudet in se,tamque ipse miratur.
In aliquo genere scientiæ gaudere.Cic.3.Offic.166.
Gaudere in sinu,modus loquendi apud veteres,significat Tacitam apud se voluptatem sentire,neque vulgo proferre gaudii notas.Cic.3.Tusc. 87,Vt in sinu gaudeant,gloriese loqui desinant. Tibullus epigr.12.2.
Qui sapit,in tacito gaudeat ille sinu. Propertius lib.2.eleg.26.6,In tacito cohibe gaudia clausa sinu.
Mecum tacitus gaudeo,Vide MECVM.
Rebus nouis gaudere.Lucret.lib.5.55.
Sanguine gaudere.Ouid.1.Metam.48.
Sibi gaudere.Lucret.lib.3.50.
Dubiè gaudet,fallique veretur.Ouid.10.Metam.58.
Gauisus frustra. Terentius Heauton.4.8.17,
Vah,frustra igitur gauisus miser.
Immortaliter gaudere.Cic.Q.fratri,lib.3.17.13,Quod scribis te à Cæsare quotidie plus diligi,immortaliter gaudeo.
Quæ fecimus,valde probari gaudeo, si est nunc vllus gaudendi locus. Cic.Attico,lib.9.17.8.
Gaudere,vehementerque lætari.Cic.pro Rosc.Amer.81.
¶ Gaudeo,pro Oblector.Cic.de Senec.45,Quã gaudebat bello suo Punico Nævius?quàm Truculento Plautus,quàm Pseudolo?
Gaudens,Participium,(χαίρων,)vt
Nimium gaudens popularibus auris.Virg.6.Aeneid.163.
De pectore gaudens.Stat.4.Sylu.6.11.
Animus æquus,imò verò etiam gaudens & libens.Cic.Attic.lib.2.19.3.
Animo gaudente vident.Tibull.lib.1.eleg.6.17.
Gauisus,pen.prod.Participiũ,(γεγαθὼς,)Cælius Ciceroni, lib.8.14.3,
Nunc furit tam gauisos homines suum dolorem.

Gaulus, Genus nauigii penè rotundum. Festus Gauli meminit Gellius lib.10.cap.25.Apud Herodotum videtur poni pro nauе oneraria, quum sic ait in Thalia, Confestim quidem duas triremes, simulque cum ipsis ingentem gaulum impleuerunt varia multiplicique præda.

GAVRVS,(γαῦρος,)Mons est Campaniæ in Italia,in quo præstantissimum vinum nascitur.
Bacchei vincta madentia Gauri.Stat.3.Sylu.5.20.
Inanis Gaurus.Iuuenalis Saty.9.6.
Icario nemorosus palmite Gaurus.Stat.3.Sylu.1.30.
Mons Gauranus.Stat.8.Thebaid.110.
Sinus Gaurani.Stat.4.Sylu.5.

Gausape, pen.corr.indeclinabile,n.g.(ἀμφίτριπτος,) Militare vestimentum vtrinq; villos habens, vel vna tantum parte, quod pro lecto in castris sternebatur.Plin.lib.8.cap.48.4,Antiquis torus è stramento erat,qualiter nunc etiã in castris gausape. Patris mei memoria cœpêre amphimalla nostra,sicut villosa etiam ventralia.nã tunica laticlaui in modum gausape texi nunc primùm incœpit. Martialis lib.14.157,Gausape quadratum.
Hæc gausapes, gausapis: hæc gausapa, gausapæ: & hoc gausapum antiquitus declinabatur.vnde in plurali gausapa. Pers.Saty.6.5,Iam chlamydas regum,iam lutea gausapa captis,&c.Martialis lib.14.142,Gausapa villosa. Ouid.2.de Arte aman.60,Gausapa si sumpsit,gausapa sumpta proba.
Purpureo gausape mensam pertersit.Horat.1.Serm.8.3.
Gausape, pro barba hirsuta & prolixa dixit Persius,quòd dependeat tanquam stramentum cõtextum aliquod,Satyra 4.4, Tu quum maxillis balanatum gausape pectas,&c.
Gausapina,gausapinæ,pen.corr.(ἀμφίμαλλος)Idem Martia. Mense vel Augusto sumere gausapinas. Idem lib.6.59,
Et dolet,& queritur sibi non contingere frigus:
Propter sexcentas Baccara gausapinas.
Gausapina penula,Marti.lib.14.150.Et 152,Gausapina cubicularia.
Gausapatus,pe.pro.(ἀμφιμαλλωτος,)Gausapina iudutus, Seneca epist. 54,Mitto me in mare,quomodo plychrolatam decet gausapatus.

Gaza, gazæ,(γάζα,)Dictio Persica, significat opes, suppellectilẽ, & generaliter quicquid possidemus,vt ait Seruius in primũ Aeneidos.Pomp.Mela,Gaza inquit,Persæ ærarium vocant. Curtius lib. 3,non ita procul à fine,Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens ante solis ortum,pecuniam regiam(gazam Persæ vocant)cum pretiosissimis rerum efferri iuber,simulans fugam.Virgilius 5.Aeneid.
–& gaza lætus agresti. Idem lib.1.Aeneid.
–tabulæque & Troia gaza per vndas. Cice.pro L.Manil.46,Tamen nisi erit idem qui se à pecuniis sociorum, qui ab eorum conlugibus ac liberis,qui ab auro gazaq; regia,manus,oculos,animum cohibere possit,Idem 2.Offic.112,Omni Macedonum gaza,quæ fuit maxima,potitus est Paulus.Liu.5.bel.Pun.148,Cũ centũ nauibus post paucos dies redit,multis(vt fama est)domis ex Hieronis gaza ab Epicide donatus.
Agrestis gaza.Virg.5.Aeneid.9.
Beatæ Arabum gazæ.Horat.1.Carm.ode 29.1.
Nobiles gazæ.Claud.de nuptiis Honorii,46,
Gazophylacium,gazophylacii,(γαζοφυλάκιον,)Arca,sine quinis alius locus in quo pretiosior suppellex conseruatur.

G E

GEBENNA,(γεβέννας,)Galliæ oppidum ditionis Allobrobrogum ad lacum Losanensem seu Lemanum.Numero multitudinis extulit Lucanus lib.1.87, –qua montibus ardua summis.
Gens habitat,cana pendentes rupe Gebennas.Vide GENEVA.

GEDROSIA,(γεδρωσία,)Asiæ regio Ptolemæo, hodie Tarsiæ regnũ Haithono & Sabellico:& sunt populi Christiani.

GELA,(γέλα,)Vrbs Siciliæ,cuius meminit Plutarchus in vita Timoleonis.Volgò Cherza.
Immanis Gela.Virg.3.Aeneid.140,
Apparet Camerina procul,campique Geloi:
Immanisque Gela fluuii cognomine dicta. Seruius,Ciuitas à fluuio nominata:sicut etiam campi Geloi.

Gelabile,Gelascere, Vide GELV.

Gelasinus, penul.prod.γελασῖνοι dentes anteriores quos ridendo ostendimus.Item lineæ quæ ridendo efficiũtur. Mart. lib.7.14,Nec grata est facies cui gelasinus abest.

Gelicidium,Gelidus, Vide GELV.

Gelo,

Gelo, gelas Vide GELV.

GELOI,pen.prod.(γελῶοι,)Campi in Sicilia apud Gelam fluuium.Virgil.3.Aeneid.140.Campique Geloi.Vide GELA.

GELON,(γέλων,)Pyrrhum veneno necare est aggressus, vt scribit Plutarchus in vita Pyrrhi. Fuit & Gelon.Siciliæ rex,quem Dionysius γελάστα,id est risum esse dicebat.vt scribit Plutarchus in Dione.

GELONI,vel Gelones,pen.prod.(γελωνοί,)Popoli Scythiæ,interius habitantes,& Agathyrsis proximi,à Gelono Herculis filio.Hi solebant se pingere.Virg.2.Georg.23. –pictosque Gelonos.
Nunc autem Gete dicuntur,siue Tartari corrupto vocabulo.Sanguinem equinum cum lacte mistum bibunt. Virg.3.Georg.93.
Bisaltæ quo more solent,acerque Gelonus,
Quum fugit in Rhodopen,atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Acer Gelonus.Virg.3.Georg.93.
Pharetrati Geloni.Horat.3.Carm.ode 4.7.
Picti Geloni,Id est stigmata habentes.Virg.2.Georg.115. Seruius.

Gelu, (κρυμός,κρύος,ψῦχος,)Propriè est glacies,id est aqua conferta, à serenitate cœli concreta.Neutri generis indeclinabile.Virgil. 3.Georg.
Sed iacet aggeribus niueis informis,& alto
Terra gelu. Plin.lib.8.cap.28.2.Obseruatum eam aure ad glaciem apposita coniectare crassitudinem gelu.
Perstrictus gelu non potuit eo peruenire humor.Plin.lib.17.cap. 14.3.
Alii legunt præstrictus.
Gelus,masc.genere dixisse veteres multis verbis probat Nonius.
Geli,genitiuus antiquus.Lucret.lib.5.42.Affiduusque geli calus. Idem li. 6.32.Denique sæpe geli multus fragor.
Acutum gelu.Horat.1.Carm.ode 9.1.
Amaro gelu strata messis.Stat.5.Thebaid.79.
Astricto gelu coit vnda.Ouid.1.Trist.39.
Cano gelu horrida bruma.Virg.3.Georg.87.
Canenti gelu obsita gleba.Ouid.5.Trist.eleg.3.5.
Frigidum gelu.Seneca Troad.6.44.
Marmoreum gelu Ouid.5.Trist.eleg.10.2.
Niuale gelu.Seneca Medea,9.10.
Sæuum gelu.Valer.1.Argonaut.104.
Hyems rura claudit gelu.Virg.2.Georg.64.
Tarda gelu,sechisque effixta senectus.Virg.8.Aeneid.100.

Gelicidium,huius gelicidii,(κρυστάλλιον,)Ipsum gelu & ipsa concretio aquæ. Colu.lib.1.ca.8.5.Vt prius conualescant radices frumentorum,quàm hybernis imbribus,aut gelicidiis,pruinisve infestentur. Idẽ lib.11.ca. 2.Hyemat cum frigore & gelicidiis. Varro 1.de Re rust.cap.55.1.

Gelo,gelas,(πήγνυμι,)gelare,Achuum,& aliquando neutrum. Iuuenalis Satyr.6.10.
–pauidoque gelantur
Pectore. Sic Gelatum lac,Columel.lib.10.cap.38. Et lib.7.cap.8.6.
Gelatus caseus.Plin.lib.14.cap.[illegible]8.Non antè demetuntur quã gelauerit.
Gelant frigora.Plinius lib.15.cap.6.1.Si gelant frigora, quarto die premendam.De oliuis.

Gelasco,gelascis,(πήγνυμαι,)gelascere.Est gelu astringi. Plinius lib.14. cap.11.1.Vini natura non gelascit.Gellius lib.17.cap.8.Vina rarenter congelascunt.

Gelatio,huius gelatiõnis,Verbale,(πῆξις,)Plin.lib.17.cap.14.17.Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat.

Gelabilis,& hoc gelabile,pen.corr.(πηκτός,)Quod gelu durari potest,à quo compositum Ingelabile.Gellius lib.17.cap.8. Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur,mare omne ingelabile sit. Alia exempla ria habent incongelabile.

Gelidus,pen.corr.Adiectiuum,Frigidus,(κρυόεις,κρυμώδης,) Ouid.Sed gelidum Boream,egelidumque Notum. Virg.lib.3.Aeneid.
– mihi frigidus horror
Membra quatit,gelidusque coit formidine sanguis.
Gelidus æther.Virgilius.8. Aeneid.3.& 48. Gelidus amnis. Et 28,Gelida rupes.
Gelidæ naturæ fidus.Plin.lib.2.cap.8.5.
Gelidissima natura.Plin.lib.14.cap.16.1. Sic Cic.1.de Legib.11.

Gelida,subaudi aqua,sicut in Calida & Tepida.Horat.2,Serm.saty.7.
Poscit te mulier:vexat,foribusque repulsum
Perfundit gelidam:rursus vocat.
Aqua gelida.Ouid.epist.20.44.
Aquam gelidam bibere.Cic.1.in Catil.13.
Antrum gelidum.Ouid.11.Metam.51.
Artus gelidi.Ouid.4.Metam.50.
December gelidus.Ouid.1.Trist.eleg.10.5.
Formido gelida.Ouid.2.Metam.40.
Frigore gelido astrictum pectus.Ouid.epist.21.23.
Horror gelidus.Seneca Troad.6.10.
Metus gelidus.Ouid.epist.11.16,
Mors gelida.Horat.2.Carm.ode 8.3,
Nox gelida.Virg.1.Georg.58,
Pallor gelidus.Stat.1.Achill.32,
Pectus gelidum.Ouid.1.Fast.10,
Riui gelidi,Horat.3.Carm.ode 13,2,
Ros gelidus.Virg.2.Georg.41,
Sanguis gelidus.Virg.3.Aeneid.52,
Saxum gelidum.Lucret.lib.3.183,
Sudor gelidus.Virg.3.Aeneid.35,
Terror gelidus.Ouid.3.Metam.20,
Timor gelidus.Ouid.1.Trist.eleg.3.23,
Tremor gelidus.Virg.2.Aeneid.25,
Valles gelidæ.Virg.2.Georg.98.
Vmbræ gelidæ.Ouid.8.Metam.100,

Gelidè,Aduerbium(ψυχρῶς,)vt
Ministrare res omnes timidè,gelidèq;Horat.de Arte,35.

Gemebundus, Vide GEMO.

Gemellar, neutri generis,Vasis genus, cui fortassis ex eo inditum nomen,quòd geminas mensuras contineat. Columella lib.12.cap.50.9,Quod deinde primum defluxerit,in rotundum labrum (nam id melius est,quàm plumbeum quadratum, aut gemellar)protinus capulator depleat.
Gemellar,Augustinus in Psal.136,vocat gemellariam, Vt amurcam per plateas fluentem cernent,oleum in gemellaria non videas.

Geminus, pen.corr.Adiectiuũ(δίδυμος,δίφυης,δίοιδος,)Gemini, propriè duos significat.Plaut.Milit.1.6,
Suum arcessit herum Athenis:atque inde adforat
Geminis cammunem parietem suum ædibus. Virgil.lib.6.Aeneid.
Sunt geminæ Somni portæ.
Acies geminæ,pro duobus oculis.Virg.7.Aeneid.158,
Hac geminas nunc flecte acies:hanc aspice gentem.
Chiron geminus, Vide CHIRON. Quia Centaurus, partim homo, partim equus.
Geminus ictus Plin.lib.10.cap.38.1,Percussoq; semel aliquæ & gemino ictu aere feruntur.De auium natura.
Gemino lumine declarari diffensionem.Cic.2.de Diuinat.181.
Gemini nominis errore seruari.Cic.pro Sestio,70,Quum quærerent alii Numerium,alii Quintium:gemini nominis errore seruatus est.
Geminæ nuptiæ.Terent.And.4.1.50,
–nam satis credo,si aduigilaueris,
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.
Pennis geminis aera secare.Cic.in Arato,5.
Geminæ voragines,scopulique Reipub.Cic.in Pisonem,32,
¶ Gemini quãdoq; dicuntur,qui vno partu & vno die nascuntur. Virg. lib.8.Aeneid.127,
–Geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros.Plaut.Meneh.2.17,
Mercator quidam fuit Syracusis senex:
Ei sunt nati filii duo gemini Gemellos etiam vocat Virgilius in Bucolicis,1.eclog.3.
Geminus est ille.Plaut.Amphit.16.9,Istic si fuat,illum sanè non esse oportuit,nisi quidem sit geminus. Ibidem,7,57,Quid opus verbis? geminus Sosia hic factus est tibi.
Geminos duos filios parit.Plaut.Amphit.5.18,
Nunc de Alcumena dudum quod dixi minus,
Hodie illa parit filios geminos duos.
Fœtus geminus.Ouid.6.Metam.23,
Fratres gemini.Horat.1.epist 19.9.
Nati gemini sub vbere.Virg.5.Aeneid.56,
Geminum partum edere. Liuius 1.ab Vrbe,14, Vt compressa Vestalis quum geminum partum edidisset.
Prolem geminam partu dedit.Virg.1.Aeneid.56,
Gemina huius soror. Plaut.Milit.15.9,Sororem hîc eius geminam esse, & matrem dicito.
Sorores geminæ.Horat.4.Carm.ode 7.2,
¶ Geminus,Par,similis. Qui enim gemini nascuntur, ferè similes sunt. Virg.1.Aeneid.34.
Hinc atque hinc vastæ rupes,geminique minantur
In cælum scopuli. Vbi Seruius, Gemini, Pares,similes. Interdum & duos significat.
Consortem esse in lucris atque furtis, geminum & simillimum nequitia, improbitate,audacia.Cic.5.Verr.132.
¶ Gemina audacia.Cic.pro Roscio Amer.70,Par est auaritia, similis in probitas,eadem impudentia,gemina audacia.
Simillima & maximè gemina societas hæreditatis est. Cicero pro Roscio Comœdo,32.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Gemini, cæleste signum, quod Castor & Pollux constituunt, qui vno partu sunt editi. Plin. lib. 18. cap. 29. 2, Ipse circulus fertur per Sagittarium atque Geminos.
Gemellus, Adiectiuum diminutiuum, (δίδυμλος,) Virg. 1. eclog. 3.
–modò nanque gemellos
Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit.
Fœtus gemellus. Ouid. epist. 6. 29.
Fratres gemelli. Ouid. epist. 8. 16.
Partus enixa gemellos. Ouid. 6. Metam. 143.
Prolem est enixa gemellam. Ouid. 9. Metamo. 91.
Gemellæ vites, duas vuas ferentes. Columel. lib. 5. cap. 1, Verum & aliæ duæ geminæ, quæ ab eo quod duplices vuas exigunt, gemellæ vocantur. Plin. lib. 14. cap. 2. 2, Gemellarum quibus hoc nomen vuæ semper geminæ dedere.
Gemellos quoque vocat Paulus equos fortè biiuges, id est binos & geminos coniungi solitos: vt in L. Proinde. ff. Ad legē Aquil. Veluti si quis ex comœdis aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularum vnum ex vnam occiderit.
Gemellipara, penult. corr. (δίδυμητόκος,) dea, Id est Latona. Ouid. 5. Fast. 108.
Gémino, gémino, pen. corr. (δίπλόω, διπλασιάζω,) geminare, Duplicare, Iterare. Terent. Adelph. 2. 1. 19, O facinus indignum. A B. geminabit, nisi caues. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 25, Eximendorum fauorum signum sumunt ex ipsis, quum plenas aluos habēt, & quum illas geminauerint.
Labor geminauerat æstum. Ouid. 5. Metam. 117.
Facinus geminare. Ouid. 10. Metam. 93.
Honorem geminare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 10.
Impensas geminare. Claud. 3. Paneg. 45.
Orbem geminare. Cice. in Arato, 44, Persæpe in paruum tranans geminauerit orbem.
Pericula geminare. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 9.
Geminare, Copulare. Horat. in Arte, 1.
Sed non vt placidis coeant immitia, non vt
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.
Geminātus, pe. pro. Participiū, (δεδιπλασιασμένος,) vt
Onus geminatum. Quintil. lib. 2. cap. 3. 2.
Geminata ars. Plin. lib. 19. cap. 1. 9.
Captatio geminata. Quintil. lib. 5. cap. 13. 42.
Ebrietas geminata libidine. Ouid. 12. Metam. 44.
Geminatus honor. Liu. 9. bel. Maced. 164.
Merces geminata. Ouid. 2. Metam. 141.
Sol geminatus, Id est duo soles. Cic. 2. de Nat. deo. 21.
Geminata victoria. Liu. 1. ab Vrbe, 105.
Geminatio, Verbale, (διπλασιασμός,) Cic. 3. de Orat. 114, Nam & geminatio verborum habet interdum vim.
Vti geminatione. Quintil. lib. 1. cap. 48. Aut enim vnam longā facilit, vt veteres scripsere, qui geminatione earum, velut apice vtebantur.

Gemma, gemmæ, (ὄφθαλμός,) Oculus vitis quem primò emittit. Virg. eclo. 7. 10.
–turgēt in palmite gémæ. Cic. de Senect. 49, Itaq; ineunte vere in his quę relicta sunt, existit tanquā ad articulos sarmentorū ea quæ gemma dicitur, à qua oriens vua se ostendit.
Vuida gemma in palmite. Virg. 1. Fast. 48.
Pampinus trudit gemmas, Id est protrudit. Virg. 2. Georg. 67.
¶ Gemma, (βαλάνος,) Omnis lapillus pretiosus, siue perlucidus, siue non. Plaut. Curcur. 14. 8, Quid? ego sub gemma abstrusos habeo tuam matrem & patrem. Plin. de Viris illustr. 42, Vode Romam legatione repetitus, hausto, quod sub annuli gēma habebat, veneno, absumptus est.
Corona insignis gemmis. Virg. 7. Aeneid. 15.
Patera grauis gemmis. Virg. 1. Aeneid. 147.
Ignea gemma. Silius lib. 8. 95.
Lucida gemma. Ouid. epist. 21. 15.
Magnetica gemma, Claud. de magnete, 4. 6.
Monstrificæ gemmæ, Vide MONSTRO.
Pura gemma. Ouid. 2. Metam. 172.
Stellantes gemmæ. Ouid. 1. Metam. 146.
Teres gemma. Virg. 5. Aeneid. 62.
¶ Ensis accinctus gemmis, Vide ACCINGO.
Gemma bibere, Id est gemmeo poculo. Virg. 2. Georg. 102.
Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis. Cic. 6. Verr. 54.
Dat digitis gemmas. Ouid. 10. Metam. 53, Id est indult annulos.
Fulgentes gemmæ. Valer. 5. Argon. 102.
Limare gemmas, Vide LIMA.
Gemmula, gémmulæ, pen. corr. Diminutiuum, (βοτάνιον.)
Gemmulæ, Flores etiam dicuntur, quibus tanquam gemmis verno tempore cuncta pinguntur. & prata vestiuntur. Apuleius lib. 10. Planè tenui specula, solabar clades vltimas, quòd vere in ipso ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret.
Gemmeus, Adiectiuum, (λιθινός,) Quod ex gemma est, siue gémis ornatum. Cic. 6. Verr. 55, Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c.
Radix gemmeæ rotunditatis: Id est, rotunda in modum gemmæ. Plinius lib. 18. cap. 7. 22.
Gemmo, gemmas, (ὀφθαλμίζω,) gemmare, Dicuntur vites & arbores, quū gēmas emittunt. Colu. Quum primū vites incipiunt gēmare. Cic. 3. de Orat. 85, Nam gemmare vites, luxuriē esse in herbis, læras segetes etiā rustici dicunt. Rursum Colu. lib. 4. cap. 24. 14. Et lib. 5. cap. 5. 10.
Gemmans, gemmantis, Participium, (λιθίζων,) vt
Gemmantes alæ panonis: Id est, lucentes in modum gemmarum. Martialis lib. 13. 70.
Miraris quoties gemmantes explicat alas:
Et potes hunc sæuo tradere dure coquo? Sic Plin. lib. 10. cap. 10. 1.
Herbæ gemmantes rore. Lucret. lib. 2. 64, Hoc est coopertæ rore tanquā lucidis gemmis.
Gemmātus, pen. prod. Adiectiuum, (διάλιθος,) Gemmis instructus & ornatus. Plin. li. 37. ca. 2. 5, Quinimo etiā ius videmur pdidisse corripiēdi gēmata potoria, & variæ supellectilis genera, annulos transeūtes.
Gemmari magna specie annuli. Liu. 1. ab Vrbe, 48.
Cultus gemma ti. Claud. 6. Paneg. 41.
Monilia gemmata. Ouid. 10. Metam. 23.
Gemmasco, gemmascis, (ὀφθαλμοῦμαι,) gemmascere. Plin. lib. 17. ca. 15. 2, Atque vt gemmascere incipiens, legatur calamus. Idem lib. 37. cap. 10. 18, Draconites, siue dracontias è cerebro fit draconum, sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemmascit. Vbi legitur etiam ex vetusto codice gemmescit. Colu. lib. 5. cap. 10. 8, Nucem Græcam serito circa Calendas Feb. quæ prima gemmascit.
Gémmifer, pen. corr. Adiectiū, (λιθοφόρος,) vt Gémiferi amnes. Plin. lib. 37. cap. 13. 3, Gemmiferi amnes sunt Acesinus, & Ganges, &c.
Corona gemmifera. Valer. 5. Argon. 90.
Mare gemmiferum. Propert. lib. 3. eleg. 4. 1.

Gemo, gemis, gémui, gémitum, pen. corr. (γέμω, ἐπιγέμω, τρύζω,) gemere, Proprie pectoris est, quum præ angustia in sonum prorumpit. Plaut. Ampli. 17. 47,
–dum hæc agnitur, interea vxorem tuam
Neq; gementem, neq; plorantem, nostrum quisquam audiuimus.
Lugere & gemere pro aliquo. Cic. pro Plancio, 82.
Desyderio alicuius gemere. Cic. in Pisonem, 10, Quorum Capuæ te prætextatum nemo aspexit, qui non gemeret desyderio mei.
Grauiter rem aliquam gemere. Cic. Attico, lib. 2. 34. 4, Eandem istam virtutem veniet tempus quum grauiter gemes.
Occultè suum malum gemere. Cic. Post red. in Senat. 11.
Gemere se sernum. Mart. lib. 9. 97,
Quæ mala sunt domini, quæ serui commoda nescis
Consile, qui sernum te gemis esse diu.
¶ Gemunt gubernacula nauis, quū huc atq; illuc à nautis circūaguntur. Plin. epist. 20. 3. b, Ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, quum placido & quum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus inglorius subit portum. At quum ir[illegible]ūt fuoes, curuatur arbor, gubernacula gemunt: tunc ille clarus & diis maris proximus. Ouid. 14. Metam. –gemunt antennæ & malus.
Gemit impositis incudibus Aetna. Virg. 4. Georg. 35.
Flebile terrificis gemuit mugitibus Aerna. Claud. 2. de rap. Pros. 2.
Amnes repleti gemunt. Virg. 5. Aeneid. 160.
Area gemit tonsis frugibus. Virg. 3. Georg. 26.
Gemit cymba nimis onusta. Virg. 6. Aeneid. 83,
–gemuit sub pondere cymba.
Gemuit turtur. Virgilius eclog. 1. 15,
Nec gemare aeria cessabit turtur ab vlmo.
¶ Gemitur, penult. corr. Passiuum. Cice. ad Atticum, lib. 1. 33. 1, Atque hic status qui vna voce omnium gemitur, neque verbo cuiusquam subleuatur.
Vita gemenda. Ouid. 13. Metam. 93.
Gemēs, Participiū, (γέμων,) vt Flebiliter gemēs. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.
Acerba gemens. Ouid. epist. 8. 22.
Turpe gemens. Stat. lib. 3 Thebaid. 67.
Rota tractu gemens. Virg. 3. Georg. 36.
Gemisco, gemiscis, (γεμίζω,) gemiscere, Idem quod gemere: vt Ferale gemiscunt. Claud. 3. de raptu Proserp. 26.
Gémitus, huius gémitus, penul. corr. (γεμισμός,) Cic. 6. Verr. 122, Quod postea quàm dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ & commemoratione, &c. Ibidem, 5. 1. 42, Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniasq; audires.
Gemitus delphini est similis humano. Plin. lib. 9. ca. 8. 3.
Gemitus toto foro. Cic. 2. Philip. 89.
Acerbus. Valer. 2. Argon. 92.
Altus. Virg. 11. Aeneid. 19.
Inanis. Valer. 2. Argon. 7.
Lamentabilis, Vide LAMENTOR.

Abiectus gemitus. Cic. 1. Tusc. 97. Si non erit ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si abiectus, si flebilistei qui se dederit, vix eum virum dixerim.
Abscondere gemitus. Lucan. lib. 9. 223.
Ciere gemitus, Vide CIEO.
Extremos ciere gemitus Virg. 3. Georg. 103
Querela commissa gemitu. Lucret. lib. 6. 255.
Compescere gemitus alicuius. Stat. 12. Thebaid. 73.
Lamentatio & gemitus vrbis conticescit. Cic. Post red in Senat. 15.
Dare gemitum. Ouid. 1. Metam. 60. Ita dabat gemitum.
Crebros dat gemitus. Ouid. 10. Metam. 101.
Ingentem gemitum dat pectore ab imo. Virg. 1. Aeneid. 98.
Ducere gemitus imo de pectore. Virg. 1. Aeneid. 58.
Edere gemitus. Ouid. 2. Metam 61. Idem epist. 11. 11.
Erupit medullis gemitus. Claud. de nuptiis Honorii, 2.
Exprimere gemitus iterò pectore. Lucan lib. 9. 210.
Fit gemitus. Virg. 6. Aeneid. 44.
Vt vrbe tota fletus gemitusque fieret. Cic. pro Rosc. Amer. 14.
Gemitu & vlulatu fremunt tecta. Virg 4. Aeneid. 134.
Lamentabili lugete gemitu. Seneca Agam. 7. 15.
Mulcere insanos gemitus feris. Stat. 2. Sylu. 1. 3.
Resumere gemitus. Stat. 6. Thebaid. 3.
Stridentes gemitus mirari. Stat. lib 1. Thebaid. 87.
Testari dolores gemitu. Ouid. 2. Metam. 46.
¶ Gemit, genitiuus etiam legitur. Plaut. Aulul. 15. 10. Tantum gemiti & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit.
Gemebundus, Adiectiuum, (γοεδής,) Idem quod gemens, vel abundè gemens, vt
Gemebundus obambulat. Ouidius, 14. Metam. 38.

Gemoniae, gemoniarum, scalæ dicebantur ad quas corpora dānatorū tracta præcipitabantur, siue locus quò noxii abiciebant. Cornelius Tacitus, Tuc confossum collaceratumq; & abscisso capite truncū corpus, Sabini in gemonias trahūt. Pli. li. 4. ca. 40. 4, scribit, cané à corpore seruinō recessisse abiecto in gradibus gemoniis.
Gemonii gradus dicti sunt, quòd essent locus gemitus & calamitatum. Nā quòd aliqui augurantur à Gemonio authore, parum compertum est. Gemonios gradus inuenies apud Plin. lib. 8. Cornelius item Tacitus, Tunc, inquit, confossum collaceratumque, & abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. Gradus autem vel scalæ dicebantur, quoniam surrectus foret locus, ac gradibus quibusdam conscendere tur. Cælius lib. 10. cap. 5.

Gemursa, huius gemursæ. Festus. Gemursa, sub minimo digito pedis tuberculum, quòd gemere faciat eum qui id gerat. Plinius lib. 26. cap. 1. 8. Et hic quidem morbus in Italia celeriter restinctus est, sicut & ille quem gemursim appellauere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

Gena, huius genæ. (γένυς, γένυος, παρειά,) Festus, Genas, Ennius palpebras putat, quum dicit hoc versu, Pādite sulcis genas, & corde relinquite somnum. Alii eas partes putant genas dici, quæ sunt sub oculis. Pacuuius genas putat esse qua barba primùm oritur, hoc versu, Nunc primum opacat flore lanugo genas. Hæc Festus. Plin. lib. 11. ca. 37. 28. Omnia talia & pisces & insecta non habent genas, nec integunt oculos. Omnibus membrana vitri modo transluciida obtenditur. Palpebræ in genis homini vtrinque. Mulieribus verò etiam infectæ quotidiano. Tanta est decoris affectatio, vt tingantur oculi quoque. Alia de causa hoc natura dederat, ceu vallum quoddam visus, & prominens monimentum contra occursantia animalia, aut alia fortuitu incidēria. Defluere eas haud immeritò Venere abundantibus tradunt. Ex cæteris nulli sunt, nisi quibus & in reliquo corpore pili. Sed quadrupedibus in superiore tantum gena, volucribus in inferiore, & quibus molle tergui, vt serpentibus: & quadrupedum, quæ oua pariunt, vt lacertæ. Strthiocamelus, alitum sola (vt homo) vtrinque palpebras habet, nec genæ quidem omnibus: id eo neque nictationes iis quæ animal generant. Graiores alitum inferiore gena conniuent. Eadem nictantur, ab angulis membrana obcante. Columbæ & similia, vtraque conniuent. At quadrupedes quæ oua pariunt, vt testudines, crocodili, inferiore tantum, sine vlla nictatione, propter prædictos oculos. Extremum ambitum genæ superioris antiqui cilium vocauere, vnde & supercilia. Hoc, vulnere aliquo dilaciatum nō coalescit, in paucis humani corporis membris. Infra oculos malæ, homini tantum, quas prisci genas vocabant. XII. tabularum interdicto radi à feminis eas vetantes. Hactenus Plinius. Virgil. 8. Aeneid. 32. Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentus. Martial. lib. 1. 74. Siccis ipse gens Hentes hortatus amicos.
Muliebres genarum lacerationes. Cic. 3. Tuscul. 104.
Conspicuæ cum flore genæ. Claud. 4. Paneg. 112.
Grauidæ lachrymis genæ. Ouid. epist. 21. 35.
Ingenuæ genæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 11.
Madidæ genæ. Ouid. epist. 5. 11.
Mœstæ genæ. Ouid. 6. Metam. 61.
Pilosæ genæ, dentes putridi. Cic. in Pisonem, 1.
Pubentes genæ. Virg. 12. Aeneid. 45.
Pulchræ genæ. Horat. 4. Carm. ode 13. 2.
Purpureæ genæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 5.
¶ Carpere genas. Ci. 2. de Leg. 83, Mulier genas ne carpito.
Nec lachrymis carnere genæ. Virg. 5. Aeneid. 35.
Declinare genas, Id est oculos claudere. Stat. 8. Theba. 117.
Effusæ genis lachrymæ. Virg. 6. Aeneid. 137.
Exhaurire genas. Stat. 5. Sylu. 1. 7.
Vdas facere genas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.
Rubentes flagrant genæ. Senec. Medea, 11. 2.
Humectare genas, Flere. Senec. Hippol. 6. 10.
Hument incultæ fonte perenne genæ Ouid. epist. 8. 13.
Immaduere lachrymis genæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 7.
Fletus insequitur genas. Senec. Here. Oeth. 4. 4.
Irrigat fletus genas. Senec. Troad. 10. 21.
Humor in genas labitur. Horat. 1. Carm. ode. 13. 1.
Roseas laniata genas. Virg. 11 Aeneid. 122.
Concauæ lucent genæ. Senec. Here. fure. 9. 31.
Liuentes genæ. Lucan. lib. 5. 45.
Manat lachryma per genas. Horat. 4. Carm. ode 1. 7.
Nitentes genæ. Stat. 3. Sylu. 4. 13.
Pendentes genæ. Iuuen. Saty. 10. 20.
Lachrimæ peredēre humore genas exāgues. Ci. 3. Tusc. 45.
Flagrantes genas perfusa lachrymis. Virg. 12. Aeneid. 13.
Rugis perfulcata genas seueras. Claud. 1. in Ruff. 18.
Lachrymis rorantes ora genasq;. Lucret. lib. 3. 96.
Rigat fletu genas. Senec. Oedip. 12. 8.
Ruptæ genę. Iuuen. Saty. 15. 6.
Siccare genas. Ouid. 10. Metam. 73.
Igne suffusæ genæ. Senec. Here. Oeth. 10. 24.
Trementes genæ. Virg. 4. Aeneid. 120,
Genæ ab inferiore parte tutantur oculos subiectæ, leniterq; eminentes. Cic. de Natur. deor. 215.
Vmbratus genas, Id est barbam gerens circa genas. Stat. 3. Sylu. 4. 16.
GENABVM, Vide GENEVA.

Genauius, Adiectiuum, (λαμπρός,) Idē quod gulosus. Varro, Hæc nouissimè in triclinium genauium introierunt è culina propter fastidium.

Genealogia, genealógiæ, penult. correp. γενεαλογία, Sermo de origine generationis. Cice. 3. de Nat. deorum, 59. Quod si ita est, Cæli quoq; parentes, dii habendi sunt, Aether, & Dies, eorumque fratres & sorores, quā genealogiis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus.

Gener, Generalis, Generatim, Genero, Generosus, Vide GENVS.

Genesis, pen. cor. huius genéseos, fœm. ge. γένεσις, Generatio, nativitas. Significat etiam fidus natalitium, id quod conuersione cæli oritur eo momento quo quis nascitur. Iuuen. Saty. 6. 58,
–si prurit frictus ocelli.
Angulus, inspecta genesi collyria poscit. Cic. 1. de Diuinat. 136,
Sidus natalitium appellat. Tranquil. in Vespas. Monentibus amicis ea nendum esse Metium, quòd vulgò crederetur genesin habere imperatoriam, insuper Consulem fecit. Id est, quòd opinio esset à mathematicis prædictum esse fore vt imperarer. Hæc Budęus. Iuuenalis Satyr. 14. 15, Nota mathematicis genesis tua.

Genethle, genethles, fœm. ge. γενέθλη, Venus.

Genethlia, genethliorum, neut. g. plu. nu. (γενέθλια,) Celebritas quæ agitur in natali alicuius, natalia munera aut conuiuia.
Genethliacus, pen. corr. (γενεθλιακός,) Natalitius.
Genethliaci, (γενεθλιακοί,) dicti mathematici, qui à natiuitatis die & hora, quos illi horoscopos vocant, futura prædicunt, id quod meminit Gellius lib. 14. cap. 1. his verbis, Aduersum istos qui se Chaldæos seu genethliacos appellant, ac de motu, deque positu stellarum dicere posse, si futura sint profitentur, audiuimus quondā Phauorinū Philosophū Romæ Græcè disserētem egregia atque illustri oratione.
GENEVA, Allobrogum oppidum. Cæsar belli Gall. lib. 1. 19, Extremū oppidum Allobrogum est, proximumque Heluetiorum finibus Geneua, ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. In quem locum sic ait Glareanus, Quatuor hæc nomina Genua, Geneua, Genabum, & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum sæpe fefellerunt: quæ ipsa longe diuersa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italie ad mare est nostrum: Geneua verò Allobrogum ad ostia Lemanni lacus, vbi Rhodanus exit: Genabum Carnutū oppidum ad Ligerim amnem, hodie (vt quidam putant) Aurelia. Denique Gebenna mons qui Heluios ab Aruernis separat, vt libro septimo postea dicet Cæsar. Hactenus Glareanus. Porro locus Cæsaris li. 7. bel. Gal. sic habet, Par-

rem copiarum ex prouincia, ſupplementumque quod ex Italia adduxerat, in Heluios, qui fines Arnernorum contingunt, conuenire iubet. His rebus comparatis, repreſſo iam Lucterio, & remoto, quòd intrare intra preſidia periculoſum putabat, in Heluios proficiſcitur: etſi mõs Gebenna, qui Arnernos ab Heluiis diſcludit, duriſſimo tempore anni, altiſſima niue iter impediebat: tamen diſcuſſa niue, &c. Heluii qui ſint (ait Glareanus) Cæſaris verba ſatis declarãt. Meminit & Plinius lib. 3. cap. 4, Albæ Heluiorum: vt recte Martianus exiſtimarit hodie Albi nam dici. Gebenna qui mons ſit, non minus clarum eſt. Cæterum in gens error eſt eorum, qui Geneuam hodie Gebennas vocãtiquum hęc vrbs ſit iuter Allobrogas & Heluetios. Mons autẽ Gebenna inter Arnernos & Heluios, lõgiſſimo ab Geneua tractu. Meminit eius etiã Plinij lib. 3. ca. 4. Hæc & plura Glareanus in Annotationibus in Cæſarẽ.

Genialis, Vide GENVS.

Geniculatim, Geniculum, Vide GENV.

Geniſta, geniſtæ, (ἀκάνθιον,) Arbuſcula quædam. Plin. lib. 21. cap. 9. 1, Flotem eſſe dixerim geniſtas: nãq; & iis decerpitur luteus. Martia. lib. 1. 117,

Non pyra, quæ lenta pendent religata geniſta. Virg. 2. Georg. 87,
–molle ſiler, lentæque geniſtæ.
Humiles geniſtæ. Virg. 2. Georg. 87.

Genitalis, Genitor, Genitura, Genitiuus, Genitus, Genius, Vide GIGNO.

Geno, genis, genui, genitum, pen. corr. (γένω,) genere, Idem quod gignere, generare. Priſcianus lib. 10. Gigno genuis pro quo Geno veteſtiſſimi protuliſſe inueniuntur. Varro in Andabata, Sed quòd hæc loca aliquid genunt. Idẽ 1. de Re ruſt. cap. 40. 1. Quædam enim ad genendum &c. Ex veteſto codice. Infinitiuum paſſiuum Lucretius protulit lib. 3. 160,

–tanto magis inficiandum
Totum poſſe extra corpus durare, geniſque.

Gens, gentis, Vide GENVS.

Gentiana, gentianæ, pen. prod. (γεντιανή,) Herba amariſſima: de qua Plinius lib. 25. cap. 7. 2, Gentianam inuenit Gentius rex Illyricorum vbique naſcentem, in Illyrico tamen præſtantiſſimã, folio fraxini, ſed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis craſſitudine, cauo & inani ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſis montibus ſubalpinis plurima. Vſus in radice & ſucco. Radicis natura eſt excalfactoria, ſed prægnantibus non bibenda.

Gentiles, Gentilitas, Gentilia, Vide GENVS.

Genu, neut. gene. indeclinabile in ſingulari. In plurali, genua, genuũ, genibus, (γόνατα, γόνυ,) Genua (vt quibuſdam placet) femorũ, ac crurum commiſuræ: quod hæc, dum infans eſt in vtero matris, genis oppoſita ſint: ſiue à generando, q̃ in genibus ineſt vitalitas. Virg. lib. 5. Aeneid. 86, Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus.

Genibus pronis ſupplex. Ouid. 3. Metam. 14,
Et genibus pronis ſupplex, ſimiliſque roganti.
Dura genua. Ouid. 12. Metam. 28.
Aduoluor genibus veſtris ſupplex. Claud. de raptu Proſerp. 60.
Aduolui genua. Tacit. lib. 1, Ambulantiſque Tiberis genua aduolueret. Idem lib. 5, Quãquam genua patris aduolueretur. Et lib. 10, Quidã oculorum tabe notus, genua eius aduoluitur.
Aduolutus genibus, Vide ADVOLVO.
Amplecti genua. Virg. 3. Aeneid. 121.
In genua aſtare, Vide IN.
Inflexo genu cadit. Propert. lib. 3. eleg. 15. 7.
Intremuere genua timore. Ouid. 2. Metam. 36.
Pigris membra genibus labant. Senec. Thyeſte, 5. 7.
Impreſſo niti genu. Virg. 12. Aeneid. 61.
Nixus genu. Ouid. 8. Metam. 37.
Nixæ genibus matronæ, Vide NITOR.
Prenſare circumſtantium genua. Tacit. lib. 1.
Prouolutus genibus. Tacit. lib. 12.
Tu affinem tuam filiam meam ſuperbiſſimis verbis à genibus tuis repulſti. Cic. Poſt reditum in Senatu, 15.
Iunctura genuum riget. Ouid. 2. Metam. 165.
Genua ſubmittere, pro Flectere. Plin. lib. 8. cap. 1. 3, Regẽ adorant genua ſubmittunt, coronas porrigunt. De elephantis.
Genu flexum ſummiſit. Ouid. 4. Metam. 68.
Genu terram contingere. Cic. 2. Tuſcul. 97, Genu M. Antonium vidi, quũ contentè ipſe pro ſe diceret, terram tangere.
Aegra genua trahens. Virg. 5. Aeneid. 93.
Tremit corde & genibus. Horat. 1. Carm. ode 23. 2.

¶ Genus, geni, maſculino genere dictum antiquis probat Nonius. Lucilius Saty. lib. 4,

Hæret verticulis adfixum in poſteriore
Parte atque articulis, vt nouis talus genusque eſt.

Genus, neut. gen. pro genu. Priſcianus lib. 6, Cicero in Arato, hoc genus, pro genu protulit. Ciceronis teſtimonia ſunt in Arato, 3,

At propter læuum genus omni ex parte locatas.
Paruas Vergilius tenui cum luce videbis. Et paulo poſt, 5.
Quod genus ad læuum nixi delapſa reſedit,
Atque inter flexum genus & caput alitis hæſit. Ibidem, 41,
Sed læuum genus atque illuſtrem liquit in altum
Plantam. Rurſum, 44,
Hic genus & ſuram cum Chelis erigit altè.

Genualia, Indumenta genuum. Ouid. 10. Metam. 118. –quæque
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo.
Geniculum, Diminutiuum, (γόνυ.)
Genicula dicuntur ſtipulæ, vel caulis herbacei internodia, & veluti articuli ac nodi quidam. Plin. lib. 16. cap. 30. 5, Arundini in geniculo. Idem lib. 18. cap. 7. 7, Genicula autem tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona.
Geniculãtus, pen. prod. Adiectiuum, (γονατώδης,) Quod multis geniculis committitur: vt Geniculatus culmus. Cic. de Senect. 47. Deinde tepefactum vapore & complexu ſuo, diffundit & elicit herbeſcẽtem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit, culmoq; ere cta geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcens includitur.
Geniculãtim, pen. pro. Aduerbium, (γονατηδόν,) Per genicula. Plin. lib. 21. cap. 11. 8, Foliis geniculatim circundata.
GENVA, (γενόα, βένοια,) Ligurſicum emporium. Hinc incipit Apenninus mons: diſtatque à Sabatis ſtadiis ducentis ſexaginta. De hoc Mela lib. 2. Vulgo Genoua. Vide GENEVA.

Genuini, dentes, Vide GIGNO.

Genus, géneris, pen. cor. n. g. (γένος,) Proprè principium vniuſcuiuſque generationis: vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo genitus eſt: vt Oreſtes à Tantalo ducit genus: & Plato genere Atheniẽſis eſt. patria enim, generationis vniuſcuiuſq; principium eſt, quẽadmodum & parentes.

Genere & factis clarus, Vide CLARVS.
Genere & nobilitate ſuæ ciuitatis facile primus. Cic. pro Roſc. Amer. 9.
Generis claritudo. Tacit. lib. 12. & 16.
Opprobrium generis. Ouid. 8. Metam. 31.
Princeps generis, Id eſt author. Ouid. 1. Faſt. 8.
Turpitudo generis, opprobrio multis fuit. Quintil. lib. 3. ca. 7. 13.
Generis atque ſeminis Romani propria eſt virtus. Cic. 4. Verr. 161.
Antiquum genus. Virg. 6. Aeneid. 130.
Clarum genus. Horat. 1. Serm. ſaty. 5. 11.
Egregium genus. Virg. 7. Aeneid. 43.
Humilius genus. Quintil. lib. 2. cap. 7. 8, Aut enim reſpondiſſe nobilitati, pulchrum erit, aut humilius genus illuſtrauſe factis.
Inclytum genus. Senec. Here. fur. 6. 1.
Ingens genus à proauis. Virg. 12. Aeneid. 46.
Regium genus. Horat. 1. Carm. ode 4. 3.
Sublime genus. Stat. 3. Sylu. 3. 13. & 10. Thebaid. 43.
¶ Demiſſum genus ab alto Aenea. Horat. 2. Serm. ſaty. 5. 13.
Gradus generis dinumerare. Ouid. 2. Faſt. 135.
Ducere genus ab aliquo. Virg. 6. Aeneid. 167.
Primordia generis ducere ex aliquo. Ouid. 15. Metam. 79.
Efferre genus ſuum. Cic. pro Murena, 3.
Genere indignum facit. Plaut. Pœnulo, 17. 20.

Nanque hodie earum mutarentur nomina,
Facerentque indignum genere quæſtum corpore. Ibidem, 18. 13.
Eo ſumus gnatæ genere, deceat à culpa eſſe nos
Caſtas. Terent. Adelph. 3. 3. 55, –interuenit
Homo de improuiſo cœpit clamare, Aeſchine,
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere noſtro?

Generatũ ex ipſius ſapiẽtiæ ſtirpe genus alicuius. Cic. de Clar. Orat. 111.
Iactare genus & proauos. Ouid. epiſt. 16. 11. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.
Genere & nomine familiæ ſerui continentur. Cic. pro Cecinna, 43.
Genere bono natus, Vide BONVS.
Malo genere natus. Cic. 2. de Orat. 158.
Nobili genere nati aliqui. Cic. 7. Verr. 141.
Genere paterno ab Hercule oriũdus. Plin. de Viris illuſt. 35, Pyrrhus rex Epirotarũ, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriũdus.
Genere ſummo prognatus, Plaut. Capt. 4. 67,

Nam ecquum hic captiuum adoleſcentem alium,
Prognatum genere ſummo, & ſummis diuitiis. Vide NASCOR.

Propagare genus. Lucret. lib. 1. 34.

Genere ſum ei proximus. Terent. Phorm. 1. 2. 75.

Lex eſt vt eorũ hæ qui ſint genere proximi,
Eis nubant & illos docere eadem hæc lex iubet.

Animal genus. Lucret. lib. 1. 46.
¶ Genus humanum. Plin. epiſt. 118. Precor ergo vt tibi & per te generi humano proſpera omnia, id eſt digna ſeculo tuo contingant. Cic. de Amicitia, 18. Quanta autem vis amicitiæ ſit, ex hoc intelligi maxime poteſt, quòd ex infinita ſocietate generis humani, quam conciliauit ipſa natura, ita contracta res eſt, &c. Virgil. 1. Aeneid. Si genus humanũ, & mortalia temnitis arma. Cic. 3. de Orat. 62.
Genus hominum, Idem. Plau. Pœnulo, 18. 14. Iuppiter qui genus colis, aliſque hominum, per quem viuimus vitale ænum. Ci. pro Roſc. Amer. 55.

Nam dum hominum genus erit, qui accuſet eos non decrit.

Genus Thebanum, Id eſt natio. Plaut. Amphit. 15. 13. In noſtro olim Thebano genere pluſquam mira memorant.
¶ Genus, quod dicitur de pluribus differentibus ſpecie, vt puta animal genus eſt, quod de homine, elephanto, equo, auibus, piſcibus, reptilibus, aliiſque ſpecie differentibus prædicatur. Homo verò eſt ſpecies: quoniam de Socrate, Platone, Ariſtotele, Fabio, Catone, Cicerone, aliiſque non ſpecie, ſed numero differentibus dicitur: ob eam rationem ita appellata, quòd multorum collectio vna quaſi viſione comprehendatur.
Genus eſt, quod plures partes amplectitur: vt animal, pars eſt, quæ ſubeſt generi, vt equus, ſed ſæpe eadẽ res alii genus, alii pars eſt: vt homo, animalis pars eſt: Thebani aut Troiani, genus. Cic. 1. de Inuent. 58.
Genus id eſt, quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes duas aut plures complectitur partes. Cic. 1. de Orat. 93.
Hominum genus in ſexu conſyderatur, virile an muliebre. Cice. 1. de Inuent. 51.
Genera in ſpecies multas ſeſe ſpargentia hoc eſt diuiſa. Plin. libro, 21. cap. 8. 1.
Omnium ſumma genera duo: tectum, & colonicum. Plin. libro. 8. cap. 47. ad finem.
Gens hominum. Plin lib. 8. cap. 25. Quin & gens hominum eſt huic beluæ aduerſa in ipſo Nilo Tentyritæ.
Acre genus virũm. Virg. 2. Georg. 34.
Audax genus. Horat. 1. Carm. ode 3. 6.
Durum genus. Virg. 1. Georg. 13.
Exitiale genus. Stat. 1. Thebaid. 49.
Fœmineum genus. Virg. 9. Aeneid. 30.
Immite genus virorum. Ouid. 13. Metam. 160.
Immortale genus. Virg. 4. Georg. 42. de apibus.
Impauidum genus. Senec. Here. Oetheo, 1. 13.
Impium genus. Senec. Octau. 7. 4.
Implacidum genus Genauni. Horat. 4. Carm. ode 14. 2.
Infime genus. Horat. 2. Carm. ode 14. 4.
Inſuperabile genus bello. Virg. 4. Aeneid. 8.
Intractabile genus bello. Virg. 1. Aeneid. 69.
Irritabile genus vatum. Horat. 2. epiſt. 2. 21.
Mortale genus. Ouid. 1. Metam. 38.
Parcum genus patienſque laboris. Ouid. 7. Metam. 134.
Commune genus teſtium. Cic. pro Placco, 18.
¶ Genus hominum eſt: Id eſt, eius conditionis & rationis. Terent. Eunucho, 2. 2. 15.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,

Nec ſunt hos conſector. Plaut. Sticho, 4. 17.
Sed generi noſtro hæc reddita eſt benignitas:
Nulli negare ſoleo ſiquis me eſum vocat. Virg. 1. Aeneid. 109.
Quod genus hoc hominum? quæ've hunc tam barbara morem
Induxit patria?

Genus hominum aduerſariorum, ſeditioſum & infertiſſimum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 4.
Generis grati eſt. Plaut. Merc. 9. 17.
–generis grati eſt:
Eam ſi curabis, perbona eſt, tondetur nimium ſcitè.

Conſtantes eligendi amicitiæ cuius generis magna penuria eſt. Cice. de Amicitia, 55.
¶ Varia genera beſtiarum vel cicurum vel ferarum. Cic. 2. de Natura deorum, 143.
Animantum omne genus. Lucret. lib. 1. 1.
Tot animantium genera atque naturæ. Cic. 1. de Legib. 32.
Alituum genus, atque ferarum. Lucret. lib. 6. 245.
Montiuagum genus ferarum. Lucret. lib. 2. 121.
Natantum genus. Virg. 3. Georg. 107.
Aligerum genus, Id eſt aues. Senec. Hippol. 3. 13.
Concharum genus. Lucret. lib. 2. 75.
Pecudum omne genus. Virg. 5. Georg. 94.
Durum tineæ genus. Virg. 4. Georg. 50.
Genus arbuſtiuum, Vide ARBVSTVM.
Aequoreum genus. Virg. 3. Georg. 48.
Varium florum ac ſuccorum genus. Quintil. lib. 1. cap. 10. 8.
Herbarum genera. Lucret. lib. 5. 184.
Munifica ſyluarum genera, Vide MVNVS.
Lætum genus vitis. Virg. 2. Georg. 53.
Canorum vocis genus, Vide CANORVS.
Præcox ingeniorum genus. Quintil. lib. 1. cap. 3. 3.
Nihil eſt quod de ſuo genere in aliud genus transferri poſſit. Cicero, 4. Academ. 92.
Suo proprio genere ſaporis non comparatione cum aliis dulce eſſe ſentitur mel. Cic. 3. de Finib. 53.
In ſuo genere perfectum eſſe voluit quicquid genuit natura. Cicero, 5 Tuſcul. 53.
¶ Genus eſt notio ad plures differentias pertinens. Cic. in Top. 15.
Genus pro Specie, ſeu parte, ſiue membro. Cic. 1. Offic. 14, Omnis de officio duplex eſt quæſtio, vnum genus eſt quod pertinet ad finem bonorum: alterum quod poſitum eſt in præceptis.
Summum genus dicitur vltima ſpecies. Quintil. lib. 7. cap. 5. Eſt autẽ qualitas alia de ſummo genere, atque ea quidem non ſimplex.
Vltimum genus, id eſt quod generaliſſimũ vocãt. Cic. in Top. Aqua pluuia vltimo genere ea eſt, quæ de cœlo veniẽs, creſcit imbris ſed propiore loco, in quo ius arcẽdi continetur, genus eſt, aqua pluuia nocẽs, &c.
Vniuerſi generis quæſtio. Cic. 2. de Orat. 77.
In certa genera cogere quod diffuſum & diſſipatum eſt, & ad artem faciles redigere. Cic. 2. de Orat. 78.
Definita genera non ſolum numero, ſed etiam paucitate. Cicero. 2. de Oratore, 79.
Deprehendere genus. Quintil. lib. 1. cap. 64, Comparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationem.
In omni genere aliquem in innumerabilibus rebus deſyderare. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 6. 5, Innumerabiles enim res ſunt, in quibus te quotidie in omni genere deſyderem.
Diducere genera à. Quintil. lib. 1. cap. 5. 25, Hæc tria genera quidam diducunt à ſoloecismo.
In genera digerere omne ius ciuile, & eorum generum quædam membra diſpertire. Cic. 1. de Orat. 94.
A genere ducere argumentum. Cic. in Topic. 19.
De toto aliquo genere diſputare. Cic. 2. Offic. 89.
Diſtinguere genere aliquid. Cic. 3. de Orat. 10.
Illuſtrare aliquid generibus, & partibus diſtribuere. Cic. 1. de Orat. 54.
Mutare genus dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 5. 15.
Subiectæ generibus partes. Cic. 2. de Orat. 90.
Ex genere quę ſumitur argumentatio, commodè tractatur. Cicero in Topicis, 10.
¶ Genus, pro Forma ſeu ſpecie. Quintil. lib. 7. cap. 5, Abdicationum formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, alia imperfecti. Et paulo pòſt pro eodem, Vt pro filiis in vtroque genere ſummiſſam.
In omni genere & varietate artium excellere. Cic. pro Corn. Balb. 10.
Generibus ac modis diſceptationũ oſum explicatis. Cic. 3. de Orat. 65.
In omni genere aliquem delectare. Cic. Att. lib. 16. 333. 13.
Adhibere genus, Vide ADHIBEO.
Genus dicendi attenuatum, Vide ATTENVO.
Concertatorium genus, Vide CONCERTO.
Declamatorium genus. Quintil. lib. 2. cap. 10. 6.
Oratorium genus. Quintil. lib. 3. cap. 7. 3.
Abruptum ſermonis genus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 33.
Accuratum genus, Vide ACCVRO.
Acutum genus, Vide ACVTVS.
Captioſiſſimum genus, Vide CAPTIOSVS.
Concionale genus, Vide CONCIONOR.
Floridius genus. Quintil. lib. 2. cap. 5. 11.
Genus conſentaneum, Vide CONSENTANEO.
Forenſe genus dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 10. 6.
Preſſum, limatumque genus dicendi. Quintil. Lib. 2. cap. 8. 3.
¶ Orationes, aut aliquid id genus ſcribere. Cic. Att. lib. 13. 369. 1.
Excutiendum omne ſcriptorum genus. Quintil. lib. 1. cap. 4. 3.
Cuius generis tibi videbitur. Plin. epiſt. 216, Velim ergo emas quatuor marmoreas columnas, cuius tibi videbitur generis.
Armorum genus. Silius lib. 8. 63.
Generis eius eſt vt. Plin. epiſt. 181, Vererer ne immodicam orationem putares quam cum hac epiſtola acceſſiſſes, niſi eſſet generis eius vt ſæpe incipere, ſæpe deſinere videatur. Id eſt, ſic compoſita, &c.
In genere aliquo peccare. Cicero, 4, Verr. 6, Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi vſitato more, ſi denique vllo aliquo in genere peccaſſet.
Genere nouo literarum vti. Cic. ad Cęſarem, lib. 13. 16. 7. Sic ad Lent. lib. 1. 7. 3. Id erit cauſæ, quòd non eius generis meæ literæ ſunt.
Genus furandi. Cic. 7. Verr. 1, Verſatusque ſit ſine vlla non modo religione, verũtẽtã diſſimulatione in oĩ genere furandi atque prædandi.
Eiuſdem generis. Cicer. 1, Officiorum, 17, Vt paſtum, vt latibula, vt alia

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusdem generis. Id est similia.

Vno genere capere pisces. Plin. lib. 9. cap. 59. 1, Ibi frequens hic piscis, & celeriter capitur vno genere, paruo nauigio, & concolori veste. Quintil. lib. 7. cap. 7 Contra scriptum tribus generibus occurritur.

Genus institutorum & rationum. Cic. ad Cælium, lib. 2. epist. 6, Genus institutorum & rationum mearum dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione prouinciæ.

Infinitum genus mouerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam. Vide INFINITVS.

Aetatis degendæ genus sibi id cõstituere quod maximè adamauerimus. Cic. 1. Offic. 104. Vide CONSTITVO.

Implicari certo genere cursuque viuendi, Vide IMPLICO.

Commutare genus vitæ, Vide COMMVTO.

Incorruptum genus disciplinæ, Vide INCORRVPTVS.

Generosus, pen. pro. A dictiuum, (γενναῖος, εὐγενής, εὐπατρίδης,) Quod est nobile, & claro genere ortum. vel potius præstãs. Ouid. 2. Fast. 40, Egreditur castris miles generosus ab isdem.

Nobilitas, generosaque nomina. Ouid. epist. 6. 23.

Virgo generosa & nobilis. Cic. in Parad. 23.

Nominibus auorum generosus. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 1.

Iuuenis generosi sanguinis. Lucan. lib. 3. 144.

Vitalis generosus auitis. Stat. 5. Sylu. 2. 5.

Domus generosa. Ouid. 2. Fast. 45.

Fœmina generosissima Sueton. in Tiberio Cesare, cap. 45, Condemnatã & generosissimam fœminam Lepidam, in gratiam Quirini Consularis prodiuitis & orbi.

Indoles generosa. Seneca Thebaid. 2, 3.

Generosus ortus. Cic. de Amicit. 19, Humilem sane relinquunt & minimè generosum (vt ita dicam) ortum amicitiæ, quam ab inopia, atque indigentia nasci volunt.

Ortu materno generosus. Ouid. 13. Metam. 30.

Generosus, Magnanimus. Cic. lib. 3. Offic. 115, Quomõ de imperio certamen esset cum rege generoso atque potente.

Nemo generosior est te. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 1.

Iuuentus generosa. Ouid. ad Liuiam, 40.

¶ Generosæ arbores Colum. lib. 4, Atque vbi multa inuitabunt regionis commoda, vt riobilem vitem conseramus, generosam requiremus. Idẽ lib. 3, Vitem maximè populus alit, & postea vlmus, quam atiuiam vocant rustici, generosissima est.

Bacchus generosus. Tibull. lib. 3. eleg. 6. 1.

Conatus generosus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 4.

Flos generosus. Ouid. 5. Fast. 43.

Honores generosi. Propert. lib. 4. eleg. 11. 13.

Mens generosa. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 7.

Metallum generosum. Ouid. ad Pisonem, 45.

Miles generosus. Ouid. 2. Fast. 40.

Pectora generosa. Ouid. 11. Metam. 47.

Generosum pecus. Virg. lib. 3. Georg.

Continuò pecoris generosi pullus in aruis
Audet & ignoto sese committere ponto.

Pomum generosissimum. Quintil. lib. 5. cap. 11. 3.

Pruna generosa. Ouid. 13. Metam. 175.

Pubes generosa. Stat. 5. Sylu. 3. 30,

O generosam stirpem. Cic. de Claris Orat. 112.

Vinũ generosum. Horat. 1. epist. 15. 5, Ad mare quum veni, generosum & lene requiro. Colum. lib. 3, vocat generosum vini saporem.

Quod natura ipsa, & quædam generosa virtus statim respuit. Cicero, 2, Tuscul. 23.

Vna generosa. Ouid. 2. de Rem. amor. 35.

Generosè, Aduerbium, (γενναῖως,) vt Perire generosius. Horat. 1. Carm. ode, 38. 5.

Generositas, pen. corr. generositãtis, (εὐγενείαι,) Nobilitas. Colum. lib. 3, Qui vincam vel arbustum constituere volet, seminaria prius facere debet: sic enim sciet cuius generis vitem positurus sit. Na quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet, quum dubiũ est an is qui vendidit, legendis seminibus adhibuerit diligentiam.

Generositas celeberrima cæcubo. Plin. lib. 14. cap. 6. 2.

Generositas tauris est in aspecto. Plin. lib. 8. cap. 45. 5.

Generalis, & hoc generale, pen. prod. (γενικός,) Quod ad cunctos pertinet. Quintil. lib. 9. cap. 1, Quædam ex iis species planè distant, manente tamen generali illa societate.

Decorum generale. Cic. 1. Offic. 135, Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur: & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis.

Tractatus generalis, Quintil. lib. 2. cap. 4. 17.

Generalis constitutio. Cic. 1. de Inuent. 15, Quum de genere negotii controuersia est, constitutio generalis vocatur.

Generaliter, pen. corr. Aduerb. (γενικῶς,) Oia simul sub vno genere complectendo. Plin. epist. 8, Memini quidem te iam quædã notasse, sed generaliter. Cic. 1, de Inuent. 55, Nam ipsum quidem generaliter definire, difficile est. Quintil. lib. 1. cap. 5. 1, Accipere generaliter.

Generatim, pen. prod. Aduerbium, (κατὰ γένη,) Per singula genera, vel per singulas species. Virg. lib. 2. Georg.

Quare agite ô proprios generatim discite cultus
Agricolæ. Varro, Non in volucribus generatim seruatur analogia, non ex aquilis aquilæ, neq; ex turdis procreantur turdi, sic ex reliquis sui cuiusque generis. Sueton. in Calig. cap. 22, Hostiæ erant phœnicopteri, pauones, tetraones, vel (vt alii volunt) erithroraones, Numidicæ, Meleagrides, phasianæque generatim per singulos dies immolarentur. Cic. 4. Acad. 86, Exponam igitur generatim argumenta eorum: quoniam ipsi etiam illa solent non confuse loqui. Plin. lib. 7. cap. 50. 5, Nanque & vniuersis gentibus ingruunt morbi, & generatim modò seruitiis, modò procerum ordini, aliosque per gradus. Cic. 4. Verr. 121, Ergo ab vniuersa prouincia, generatimque à singulis eius partibus non solum diligitur, sed etiam exornatur.

Generatim, & Confusè, videntur contraria: vt in exemplo Ciceronis ex 4. Acad. 86, paulo antè adducto.

Publicè & generatim. Cic. 4. Verr. 55, Nam vt publicè ciuitates istos honores habent: ita generatim homines, vt aratores, vt mercatores, vt nauicularii. Id est per certa hominum genera.

Generatim distributi in ciuitates. Cæsar, 7, bel. Gall. 68.

Quærere aliquid generatim. Cic. 2. de Orat. 24.

Expedire & exponere generatim. Cic. 2. de Orat. 78, Sed hæc Crassus aliquando nobis expediet, & exponet descripta generatim.

Generatim, pro Generaliter. Cic. lib. 1. de Orat. 24, Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quærereturr, hoc modo, Expetendane esset eloquentia, expetendiue honores. Idem Attico, lib. 11. epist. 14. 2, Me discessisse ab armis nunquam pœnituit, tãta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, vt nõ nominatim, sed generatim proscriptio esset informata. Idem, 1, de Orat. 92, Nulli fierunt qui illi artificiosè digesta, generatim componerent. Cæsar in Comment. Multa præterea generatim ad auaritiam excogitabantur. Idem, 2, bel. Ciuil. 85, Cæsar habita oratione Cordubæ, omnibus generatim gratias egit.

Sigillatim & Generatim vniuersèque, contraria. Cic. 7. Verr. 111, Nam quid ego de cæteris ciuium Romanorum suppliciis sigillatim potius, quàm generatim atque vniuersè loquar?

Dicere generatim quæ maximè nota sunt. Cic. in Pisonem, 68.

Generatim omnia amplecti. Cic. 1. de Inuent. 133.

Ab vniuersa prouincia generatimque à singulis eius partibus diligit. Cic. 4. Verr. 121.

Genero, generas, pen. corr. (γεννάω,) generare, Notę significationis. Plin. lib. 12. cap. 17. 5, Aut (vt alii) generante, & id rhus is arbore, Cic. in Part. 44, Quẽadmodum quisque generatus, quemadmodem educatus.

Generare, pro Inuenire. Quintil. lib. 10. cap. 2, An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc, vt tam multa generarent?

Generare de fœminis etiam dicitur. Plin. lib. 8. cap. 44. 2, Et quę non primo initu generare cœperit. Ibidem, Contraque mulos quos asini & equæ generarent.

Generare, de herba. Gellius, lib. 5. cap. 6, Obseruari solitum vt fieret é gramine, quod in oleo generatum esset.

Hominem generaui & ornauit deus. Cic. 1. de Legib. 40.

Generandi gloria mellis. Virg. 4. Georg. 41.

Aliam ex alia generando suffice prolem. Virg. 3. Georg. 11.

Semina limus habet, virides generantia ranas. Ouid. 15. Metam. 76.

Populus Romanus à Marte generatus. Cic. 4. Philipp. 155.

Neque enim ita generati à natura sumus, vt ad ludum & iocum facti esse videamur. Cic. 1. Offic. 144.

E sanguine generata Beli. Silius, lib. 8. 44.

Homines hominum causa generati Cic. 1. Offic. 34.

Generasco, generascis, (γεννιόμαι,) generascere. Lucret. lib. 3. 149,

– cur omnia membris
Ex incunte ævo generascunt, ingenioque?

Generatio, Verbale, (γενετή,) Plin. lib. 10, cap. 52. 1, Generatio aniũ simplex videtur esse.

Generator, pen. prod. (γεννήτης.) Aliud Verbale. Cic. de Vniuer. 48, Nosse autem generatores suos optimè poterant.

Equorum generator Agragas, Virg. 3. Aeneid. 146.

Generabilis, & hoc generabile, pen. corr. (γενητός,) Quod facili generatur. Plin. lib. 2. cap. 45, Hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus.

Gener, huius generi, pen. corr. m. g (γαμβρός,) Filiæ meæ vir. Plaut. Cist. 10. 90, Ithic quidem ædepol viri habirat gener. Cic. 1. Offic. 180, Cum soceris generi non lauantur. Idem, 5, Tuscul. 11.

Generum assumere. Plin. epist. 11. lib. 3.

Adiungere generum, Vide ADIVNGO.

Capere generum, Vide CAPIO.

Sumere generum. Tacit. lib. 1, Mox defuncto Marcello generum sumpsit, Vide SVMO.

Optare

Optare generum. Pers. Saty. 2. 4.

Gens, gẽtis, f. g. (ἔθνος, φυλή,) à genus deducitur, u litera detracta. Natio. Virg. 1. Aeneid. 15. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Plin. de Viris illust. 76. Mithridates rex Ponti, oriundus à septem Persis, magna vi animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur, bello sociali, dissidentibus Romanis, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit.

Gens pro popalis aliquam regionem incolentibus. Plin. lib. 12. cap. 7. 4. Vtrunque sylueſtre gentibus suis est, & tamen pondere emitur vt aurum vel argentum. Ridet Plinius vecordiam nostram, qui vtrunque piper, rem Indis apud quos nascitur sylueſtrem, tam magno emamus pretio.

Gens Cilicum. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 9. Vt opprimerentur ii qui ex Cilicum gente in armis fuissent.

Cunabula gentis, Id est nutrimenta. Virg. 3. Aeneid. 21. Seruius.

Primordia gentis. Ouid. 5. Metam. 18.

Societas propior est eiusdem gentis, nationis, linguæ, quà maximè homines coniunguntur. Cic. 1. Offic. 78.

¶ Gens Ariana Indis contermina, Vide CONTERMINVS.

Aurea gens. Virg. eclog. 4. 2.

Barbaræ gentes. Sene. Agamemn. 8. 1.

Belligeræ gentes. Sene. Medea, 2. 2.

Crudelis gens. Virg. 6. Aeneid. 72.

Diræ gentes, Valer. lib. 5. Argonaut. 62.

Dolosa gens. Ouid. 14. Metam. 19.

Effręna gens virũm. Virg. 3. Georg. 76.

Egregia bello gens. Virg. 1. Aeneid. 90.

Externa gens. Ouid. 5. Amor. eleg. 4. 7.

Ferox gens. Ouid. 14. Metam. 90.

Fœconda gens. Horat. 2. Serm. saty. 3. 58.

Fortis gens. Horat. 4. Carm. ode 4. 11.

Furua gens. Id est Mauri vel Aethiopes. Iuue. Sat. 12. 11.

Hircosa gens Centurionum. Pers. Saty. 3. 8.

Humana gens. Horat. 1. Carm. ode 3. 6.

Immanis & barbara gens, Vide IMMANIS.

Indomita gent. Senec. Medea, 7. 8.

Insociabilis gens, Vide INSOCIABILIS.

Inuisitæ gentes. Virg. 12. Aeneid. 39.

Nefanda gens. Virg. 3. Aeneid. 130.

Odorifera gens, Id est Arabes. Ouid. 4. Metam. 42.

Periura gens. Silius lib. 16. 30.

Perniciosa gens. Quint. lib. 3. cap. 7. 15. Et est conditoribus vrbium infamiæ contraxisse aliquam perniciosam cæteris gentem.

Sanctæ gentes. Iuuenal. Satyra, 15. 1.

Togata gens. Virg. 1. Aeneid. 58.

Gens triumphata. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 10.

Turbida gens. Valer. 8. Argonaut. 65.

Vagæ, & sine vrbibus, ac sine legibus gentes. Quintil. lib. 3. cap. 2. 4.

Valida gens. Claud. de bello Get. 27.

Vetusta gens. Virg. 9. Aeneid. 59.

¶ Alluta gens bello. Ouid. 15. Metam. 98.

Laceras gentes colligere, Vide LACER.

Componere gentem. Silius lib. 17. 72.

Contrahere gentem. Quintil. lib. 3. cap. 7. 15.

Superas gentes frænare. Virg. 1. Aeneid. 106.

Illigare gentem aliquam bello, Vide ILLIGO.

Magnis gentibus imperitare. Lucret. lib. 3. 209.

Armis miscere gentes. Lucan. lib. 9. 217.

Nata gens instaurandis reparandisque bellis, Vide NASCOR.

Subactæ gentes. Lucan. lib. 1. 59.

¶ Gens Aelia. Festus, Gens Aelia appellatur, quæ ex multis familiis conficitur.

Sine gente, Id est ignobilis. Horat. 2. Serm. saty. 5. 3.

Qui quamis periurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno, &c.

Minorum gentium patritii, Vide MINOR.

Patritiæ gentis formosissimus. Iuuen. Saty. 10. 34.

Pulcherrima gens. Silius lib. 13. 94.

¶ Gent, de apibus item dicitur. Colum. lib. 9. cap. 9. Intestino bello totæ gentes consumuntur.

¶ Gens, de piscibus dictum. Virg. 4. Georg. 86.

Quum Protheus consueta petens à fluctibus antra
Ibat: eum nasci circum gens humida ponti Exultans, &c.

¶ Vbicunque terrarum & gentium. Cic. 7. Verr. 112.

O dii immortales, vbinam gentium sumus? Cic. 1. in Catil. 6.

Nusquam gentium, Vide NVSQVAM.

Genticus, pen. corr. (ἐθνικός,) Gentilis. Corn. Tacitus lib. 3. Addũtur è seruitiis gladiatoræ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (cruppellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles.

Gentilis, & hoc gentile, pen. prod. (ἐθνικός, ὁμοφυλετικός,) Cic. in Topic. 14, Gẽtiles sunt qui inter se eodem sunt nomine, non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt, ue id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti. Festus, Gentilis dicitur & ex eadem gente ortus, & is qui simile nomine appellatur, vt ait Cincius, Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. Cic. 1. Tusc. 19, Pherecides Syrus primùm dixit animos hominum esse sempiternos. antiquus sane fuit enim meo regnante gẽtili. Hoc est, Seruio Tullio, quia eiusdem nominis erat.

Ad agnatos & gentiles, Vide AD præpositionem.

Caterua gentilis. Silius lib. 16. 10.

¶ Scriptores rerum sacrarum, Gentiles, siue gentilitatem vocant omnes idolorum cultores, hoc est quicunque deorum multitudinem posuerunt. diuersę enim gentes innumerabilia numina habuere: nec solùm superiora illa quæ fulgore suo mundum illustrant, Solem, Lunã, &c. sed inferiorum quoque animaliũ virtutes, pudicitiam, concordiã, &c. Ideo autẽ hos gentiles vocant, quia in gentilium, hoc est maiorum suorum fide perstitere, nec religionis cultum mutauerunt. Sipontinus.

Gentilis penè Verris Verrutius. Cic. 4. Verr. 138, Responde mihi nunc tu Verres, quum esse hunc tuum penè gentilem Verrutium putes.

Gentiles dominorum serui. Id est, eodem nomine appellati quo domini. Plinius, lib. 33. ca. 1. 11, Singuli Marcipores, Luciporéive, dominorum gentiles, omnem victum in promiscuo habebant: neo vlla domi custodia à domesticis opus erat.

Gentiles etiam nationes vocantur, quæ vicinæ sunt natali solo cuiuspiã. Tacit. lib. 11, Quando Viennæ genitus, multisque & validis propinquitatibus subnixus, turbare gentiles nationes promptum haberet.

Gentile dicitur quod est gentis propriũ & familiare: vnde Iuuenalis Gentilia tympana dixit, id est gentis propria. Suet. de Tiberio, cap. 68, Colore etiam candido, capillo pone occipitium summissiore, vt cerui cem etiam obtegeret: quod gentile in illo videbatur.

Gentilitius, Adiect. (γενεθλιακός,) Quod ex gente siue familia est: vt Gẽtilitia nota, quæ originem gentis vel familiæ declarant, vt Portius, Cornelius. Sic Gentilitia nota à Liuio dicitur, & Gentilitia funera à Plinio nuncupantur. Et Gentilitię hæreditates apud Suetonium.

Gentilitium hoc illi: Id est, hoc illi à gẽte sua propriũ est. Plin. epist. 101, lib. 6, Passenius Paulus splendidus Eques Romanus, & in primis eruditus scribit elegos: gentilitium hoc illi est: enim municeps Propertii, atque etiam inter maiores suos, Propertium numerat.

Gentilitium, Quod à gente id est natione vsurpatur. Inde gẽtilitia sacra dicuntur à Liuio, quæ statuta sunt eidem gẽti. Cic. de Aruisp. resp. 19, Multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilitia, illo ipso in sacello, statuto loco anniuersaria facitarint. Plin. lib. 19. cap. 1. 2, In Seranorum familia gentilitium esse fœminas linea veste non vti.

Gentilitas, pen. corr. huius gentilitatis, (γένος,) Multitudo ipsa familiæ alicuius. Plin. de Viris illust. 24, Gentilitas eius Manlii cognomen eiauauit, nequis postea Capitolinus vocaretur.

Bruta gentilitas, Vide BRVTVS.

Gentilitas in iure tractabatur vt agnatio. Cic. 1. de Orat. 86, Quum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patritii eiusdem hominis hęreditatẽ gente ad se rediisse dicerent, nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum? Et Boetius in Topicis. Ex hoc hodie nostrates vulgo vsurpare nomen gentilis hominis videntur. Budæus.

Gentilitas, Ipsa necessitudo inter gẽtiles & cognatos. Plin. in Paneg. 63, Ex quo intelligi potest quãtæ benignitatis, quanti spiritus fuerit, spargas, atque (vt ita dicã) laceras gentilitates colligere atque connectere.

Gentilitas in herbis, Id est natale solum. Plin. libro 12. cap. 13. 4. Cinnamomo proxima gentilitas erat, ni prius Arabiæ diuitias indicari conueniret. Idem lib. 23. cap. 7. 16. Herba quoque quam Græci erincon vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem.

Geodaesia, (γεωδαισία,) est scientia earum quæ in sensibus diuisionem & compositionem cadens.

Geographia, huius geographiæ, pen. corr. (γεωγραφία,) Terræ descriptio. Cic. Attico, libro 2. 19. 3. De Geographia dabo operam vt tibi satisfaciam, sed nihil certi polliceor, magnum opus est, sed tamen vt iubes, curabo vt huius peregrinationis aliquod tibi opus extet.

Geómetres, γεωμέτρης, γεωμέτρου, m. g. siue geómetra, pe. corr. Terræ mensor siue diuisor. Cice. 4. Acad. 46. Quomodo aut geometres cernere potest quæ aut nulla sunt, aut internosci à falsis non possunt? Ibidem, 207. Geometræ prouideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere.

Geometræ solent non omnia docere, sed postulare, vt quædam sibi concedantur, quo facilius quæ volunt explicent. Cic. 3. Offic. 41.

Geométria, pen. corr (γεωμετρία,) Terræ mensuratio, vel ars ipsa terram dimetiendi. Cic. 3. de Finib. 8. Quanquam ea verba quibus ex instituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipsa Philosophia, vt rhetorica, dia-

Universidad de Deusto Biblioteca

lectica, grammatica, geometria, musica: quanquam ea Latinè dici potenant, tamen quoniam vsu percepta sunt, nostra ducamus.
Geometria apud Græcos in summo honore fuit. Cic. 1. Tusc. 8.
Discere geometriam ab aliquo. Cic. 1. de Finib. 31.
Quæ in geometria describuntur, Mathematicorum sunt, non Ariolorũ. Cic. 2. de Diuinat. 31.
Tractauerunt geometriam Euclides & Archimedes. Cic. 5. de Orat. 72.
Geometricus, pen. corr. Adiect. (γεωμετρικός,) Cic. 1. Tusc. 89, Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati.
Geometrica scientia. Plin. lib. 7. cap. 37. 3.
Geometrica ratio. Cic. 4. Acad. 208.
Geometricum quiddam. Cic. 2. de Diuin. 183.
Geometrica, geometricorum, absolutè. (γεωμετρικά,) Cic. 1. Tusc. 88, Ita faciles interrogationes sunt, vt gradatim respõdens eò peruenìat quasi geometrica didicisset.
Geometrice. Aduerbium, (γεωμετρικῶς,) vt Geometricè eruditus, Qui geometriam callet. Plin. lib. 35. cap. 10. 11, Sed primus in pictura, omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmetice & Geometrice, sine quibus negabat artem perfici posse.
Refellere γεωμετρικῶς aliquem. Cic. Attico, lib. 12. 235. 5.

Georgia, georgias, fœminini generis, γεωργία, pen. prod. agricultura Latinè dicitur.
Georgica, pen. corr. georgicorum, (γεωργικά,) Libri de re rust. tractãtes.
Georgicus, pen. corr. Adiect. (γεωργικός,) Rusticus: vt Georgicũ carmen. Colum. lib. 7. cap. 5. 8.
GERABA, (γέρρα,) Lusitanię vrbs apud Ptolemæum, Caceres vulgò.
GERMANIA, (γερμανία,) Prouincia à Germanis vocitata est, quæ à Gallis, Rhetiisque, ac Pannoniis Rheno ac Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisque mutuo metu, ac mõtibus separat: cætera ambit Oceanus, latos sinus, & insularum immensa spatia cõplectens. Rhenus Rheticarum Alpium inaccessio & præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus, Septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito mõtis Arbonæ iugo effusus, plureis populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpit: septimum os paludibus hauritur. Germani ipsi indigenæ existimantur, quoniam nũ est verisimile aliquos Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petiisse, informem terris, asperam cœlo, tristem cultu, aspectuque, nisi patria sit. Hi antea Teutones appellabantur, à Teutono deo eorum, quem terra ortum existimabant. postea Alemani sunt dicti ab huius dei filio Manno. Germaniæ vocabulum nuper à Romanis additum: quoniam quum primùm Rhenum deuictis Gallis transgressi fuissent, videntes eos, & feritate animorum, & proceritate corporũ, & colore flauo, formæ præterea & moribus, & viuendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos, hoc est fratres Gallorum esse existimauerunt. Hæc ex Strabone lib. 7. Alii germanos putant dictos à Ger & man vocabulis Theutonicis. Ger veteres Germani dicebant, quod recentiores gar, id est totũ prorsus, plane. Man virum significat. Hinc Germanus, id est totus vir, prorsus virilis, plane mannus.
A Germano Germanicus dicitur, sicut ab Italo Italicus: propter quod à debellatis Germanis Imperatores quidam Germanici cognomen sumpsere.
Ferox Germania. Claud. de bello Getico, 85.
Fera Germania. Horat. Epod. 16. 2.
Penetralis Germania, Hoc est penitior. Tacit. lib. 2, Ille fas patriæ, libertatem auitam, penetralis Germaniæ deos, &c.
GERMANICVS, C. Cæsaris Caligulæ pater, Drusi & iunioris Antoniæ filius, à Tiberio patruo adoptatus, missus ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones vniuersas imperatorem Tiberium pertinacissimè recusantes, & sibi summam Reipublicæ deferentes, incertum constantia an pietate maiore, compescuit: atque hostes mox deuicto triumphauit. Huius gesta, virtutes, & mortem vide apud Suetonium in Caligula, cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
Germãicus, pen. corr. Adiectiuum, (γερμανικός,)
Germaniciãus, penultima product. Adiectiuum, vt Milites Germanicianiquibus præerat Germanicus. Suet. in Tiberio, cap. 25, Duplex seditio militũ in Illyrico & in Germania exorta est. Flagitabãt ambo exercitus multa extra ordinemiante omnia, vt æquarentur stipendio Prætoriani Germanicianis. Quidam etiam principem detrectabant non à se datum: summaque vi Germanicum, qui tum his præerat, ad capessendam Rempub. perurgebant, quanquam obfirmatè resistentem. Idẽ in Othone, cap. 8.
Negotiatores Germanici est sub lustrum censeri. Cic. Att. lib. 1. 13. 11.
Signa Germanica. Ouid. ad Liuiam, 67.
GERMANICA legio septima, (γερμανικὴ μεγίστη,) Ptolemęo Tarraconensis Hispaniæ vrbs. Leon Hispanicè.

Germãnus, pen. prod. Vide GERMEN.

Germen, germinis, pen. corr. n. g. (βλαστός, γίνημα, ἀκέμων,) Festus, Germen est quod ex arborum surculis nascitur vnde & Germani, quasi ex eadem stirpe nati. Quanuis (inquit Sipontinus) Varro germanos esse dicat ex eadem genitrice natos. Plin. lib. 10. cap. 29. 5, Densante se frondium germine.

Aliena ex arbore germen. Virg. 2. Georg. 15.
Germina ortorum exurunturr. Plin. lib. 7. cap. 15. 2.
Germino, germinas, pen. corr. (βλαστάνω, βλάω, βλαίνω,) germinare, Pullulare, germen emittere. Plin. lib. 13. cap. 4. 4, Fœmina citra florem germinat tantum spinæ modo.
Fœtus in vtero dicitur capillum germinare, quum ei capillos nascit. Plin. lib. 7. cap. 6.
Germinatio, Verbale, (βλάστησις,) Plin. lib. 16. cap. 25. 2, Alia protinus, vt animal tardius aliqua & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo vocatur. Colum. lib. 4. cap. 24. 16, Propter quod palmes quem mox in germinatione citauerit, imbecillis ac minus fructuosus erit. Idem lib. 11. cap. 2. 60.
Germinãtus, huius germinatus, pen. prod. (βλάστησις,) Plin. lib. 15. ca. 8. 7, Oleam si lambendo capra contigerit, depaueritque, primo germinatu sterilescere, author est M. Varro.
Germinasco, germinasces, (βλαστάνομαι,) germinascere, cuius compositũ est Congerminascere. Quadrigarius, Facite exempla eorum, vt cum illis congerminascere sciatur.
Germinus, penult. product. Adiectiuum, (γνήσιος, ὁμοφυλος, ὁμογενής,) Quasi ex eadem stirpe genitus, inquit Festus. Plin. lib. 14. cap. 2. 2, Ex iis germana minor acino melius defloresciet. Cic. in Partit. 46, Coniages, germani, parentes, &c.
¶ Germanus, pro Vero & syncero, hoc est non fucato, nõ adulterato accipitur, vt ait Budęus.
Germani Attici. Cic. de Oratore. Hanc ego iudico formam submissi oratoris, sed magni tamen, & germani Attici. Sic Germani Campani. Cicero, 2, de Lege Agraria, 95, Illi veteres, germanique Campani. Id est veri & legitimi.
Germana Græcia. Plaut. Rud. 18. 31, Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Græcia.
Germanæ gerrę. Plaut. Pœnul. 3. 9,
Nam tuæ blanditię mihi sunt quod dici solet,
Gerræ germanæ, atque ædepol λῆρι λήρου.
Luperci germani Cic. pro Cælio, 19.
Germanus amore. Cic. 5. de Finib. 1, Et L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus.
Germana ironia. Cic. de Claris Orat. 164, Hæc germana ironia est: cur ita sentiam non dicam, ne me tibi assentiri putes.
Verum ius & germana iustitia. Cic. 3. Offic. 91, Sed nos veri iuris germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus.
Magistri germani alicuius artis. Cic. 1. de Orat. 88.
Germanum nomen. Plaut. Capt. 6. 38, Nam illi Theodoromedes fuit germano nomine.
Germana patria. Cic. 2. de Legib 4, Quia si verum dicimus, hæc est mea & huius fratris mei germana patria. hũc enim orti stirpe antiquissima sumus. Idem, Hunc locum idem ego te præcipio dicere Arpinum germanam patriam esse vestram.
¶ Germanus alicuius authoris. Cic. in Orat. 17, Quum mutila quædam & hiantia locuti sunt, vel quæ sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidis.
Germanissimus Stoicis, id est simillimus. Cic. 4. Acad. 239, Erat quidem si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis.
Germanus, pro Fratre germano (ὁμοπατρίως, ὁμοπατρέως,) Terẽ. Adelph. 2. 4. 5, O mi Aeschine, ô mi germane: ah vereor corãm in os te laudare amplius. Ibidem, 5. 8. 35,
– nunc tu mihi es germanus pariter
Corpore & animo.
Germanus frater. Plaut. Capt. 19. 18, Intus eccum fratrem germanũ tuũ. Terent. And. 1. 5. 57, Si te in germani fratris dilexi loco, &c. Cicero pro M. Fonteio, 30, Præsertim quum virgo Vestalis ex altera parte germanum fratrẽ complexa teneat, vestramq; Iudices, ac Pop. Rom. fidem imploret. Idem, 3, Verr. 91.
Soror germana. Cic. pro Milone, 54.
Memoria literaturæ germana. Cic. in Partit. 15.
Germanitas, pen. corr. (ὁμοπατρότης,) germanitãtis. Cic. de Aruſp. respõs. 38, Qui post patris mortem, primam illam ætatulam suam ad scurrarum locupletum libidines deruliit: quorum intemperantia expleta, in domesticis est germanitatis stupris volutatus. Liu. 7. bel. Maced. 241, Argis & illos, sicut sese oriundos esse, ab ea germanitate fraternã sibi esse iis charitatẽ esse. Plin. lib. 6, cap. 1. 3, Vnde nomen ambobus, & tãtò quam in dissociatione germanitas concors. Cic. pro Ligario, 20, Si fraternè, si piè, si cum dolore facitunt, moueãt te horũ lachrymæ, moueat pietas, moueat germanitas, valeat illa vox quæ vicit.
Germãne, pen. prod. Aduerbium, (ὁμοπατρίως,)
Germanè & fraternè. Cic. ad Q. fr. fratl. lib. 2. 16. 7, De quo petis vt ad te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil tibi indulgens, germanè fraternè

neque referibam, &c. Legitur & genuine, ex vetusto codice.
Germinãlis, & hoc germinale, pen. prod. (βλαστητός,) vt Germinales arbores. Papinianus L. Diuortio §. Si fundam. ff. Soluto matrimonio, Si arbores cęduæ fuerint, vel germinales. Videtur arbores significare quę ex iacto semine, vel sponte, è terræ germine nascantur. Legitur eremia lex, in emendatioribus codicibus.

Gero, geris, gessi, gesti, (κομίζω, φέρω, φορέω, μεταχειρίζομαι,) gerere, Portare. Virg. 7. Aeneid. 91. Bella manu, letumque gero.
Gerere rem aliquam, pro Facere & administrare. Virgil. lib. 9. Aeneid.
– nec tecum talia gessi,
Magnanimum Aeneam, & fata extrema secutus.
Gerere, regere, gubernare aliquam rem. Cic. Atti. lib. 16. 332. 3.
Geri & fieri. Cicc. 2. de Orat. 133. Ita facta demonstres, vt mores eius, de quo narres, vt sermo, vt vultus omnes exprimantur: vt iis qui aud iuut, tum geri illa, fierique videantur.
Quemadmodum nos aduersus homines geramus, natura nos docuit non negligere. Cic. 1. Offic. 138.
¶ Amicitiam gerere. Cic. Pulchro, lib. 3. 8. 21.
Animum laude dignum gerere. Cic. in Parad. 47.
Animum muliebrem gerere. Cic. 1. Offic. 48.
Bellum gerere, Idem quod facere bellum. Cic. de Senect. 16. Nisi fortè ego vobis qui & miles & tribunus & legatus & Consul versatus sum in vario genere bellorum, cessare nouo videor, quum bella non gero.
Continenter bellum gerere, Vide CONTINENO.
Gerere bellum cum Stoicis. Cic. 2. de Finib. 69. Stoicis quibuscum bellum gerebat, opponeretur.
Bene & fuciliter gerere aliquid. Cic. 5. Philipp. 193.
Censuram. Plin. lib. 17. cap. 1. 3.
Coniecturam perspicuam solet prægerere affectionis ratio. Cic. 1. de Inuen. 141.
Consulem. Salust. in Iugurtha, Nam gerere, quàm fieri Consulem tempore posterius, re atque vsu prius est. Sic Gerere Consulatum, Cic. de Lege Agraria, 11.
Pulcherrimum factum ex authoritate Senatus gerere. Cicero. pro Domo sua, 72.
Fidem fluxam, Fide integra non esse. Plaut. Capt. 7. 80. Fac fidele sis fideli, caue fidem fluxam geras.
Formam gerit imago. Lucret. lib. 4. 10.
Formam alterius. Plaut. in Prologo Amphit. 4.
Mercurius formã Sosię serui gerit Absentis. Id est, repręsentat vel refert.
Honores. Plin. epist. 147. 2, Offertur ei mulieris figura, humana grandior pulchriorque, perterrito, Apiricam se futurorum præuuntiam dixit: iturum enim Romam, honoresque gesturum, atque etiam cum summo imperio in eandem prouinciam reuersurum. Idem in Paneg. 130.
Quippe etiam fortunæ videbatur indignũ, si posset honores dare, qui gerere non posset. Plin. lib. 1. cap. 68. 4. Hi'c honores gerimus. Liu. 9. bel. Pun. 26. Absens creatus, absens eum honorem gessit.
Immanitatem beluæ gerit figura hominis. Cic. 3. Offic. 108.
In oculis gerere. Vide OCVLVS.
Ingenium callidum gerere. Plaut. Asina. 6. 9.
– caue tu idem faxis alii quod serui solent,
Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.
Inimicitias. Liu. 10. bel. Maced. 180. Inimicitias per annos multos vobisipsis graues & atroces geritis.
Inimicitias graues cũ aliquo gerere. Cic. 1. Ver. 37. Idẽ pro Deiotaro, 21.
Muliebres inimicitias gerere cum aliquo. Cic. pro Cælio, 14. Neque enim muliebres vnquam inimicitias mihi gerendas putaui, præsertim cum ea quam omnes semper amicam omnium potius quàm cuiusquam inimicam putauerunt.
Veteres inimicitias cum Cæsare gerebant. Cæsar 1. bel. Ciuil. 10. Sic Cicero 1. Verr. 27.
Iras. Plautus Pœnulo, 12. 18.
Siquid benefacias, lenior plumũ est gratia:
Siquid peccatum est, plumbeas iras gerunt. Terent. Hecy. 3. 1. 30. Pueri inter sese quàm pro leuibus noxis iras gerunt: Plaut. Pseud. 7. 34. Iam isthæc insipientia et, iram in prompta gerere.
Magistratum. Cicero. de Senec. 9. Quadriennio post factus sum Prætoriquem magistratum gessi, COSS. Tuditano & Cethego. Idem pro Sestio, 65.
Mammas. Plin. lib. 11. cap. 40. 3. Vrsæ mammas quaternas gerunt.
Morem, Obedire, obtemperare. Terent. Adel. 4. 5. 75. Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret? Plau. Asin. 3. 27. Fiat, geratur mos tibi. Idem Pseud. 2. 20. Mos tibi geretur. Cic. 1. Tus. 28. Geram tibi morem, & ea quæ vis vt potero explicabo. Sic 2. de Fini. 47.
Morem gerere amori. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 3.
Morem gerere animo. Plaut. Amphit. 3. 1. 11. Pater nunc intus suo animo morem gerit. Terent. And. 4. 1. 17. Molestus certè ei fuero, atque animo morem gessero. Idẽ Heaut. 5. 1. 74. Quid agis? c. mittetne fine me in hac re gerere mihi morem.
Gerere morem alicui de. Plaut. Cistel. 2. 74. Obsequuta est, de ea re gessit morem morigeræ mihi.
Negotium aliquod. Cic. de Amicit. 72, Et hi qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur, & hi qui suum negotium gerunt otiosi, postremò, hi qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt. Idem, 6, Verr. 22, Tu quid ego priuatim negotii geram interpretabere in minuendo honore Senatorio.
Negotium suum cum consilio alterius gerere. Cic. Att. lib. 13. 26 2. 1.
Male gerere negotium. Cic. 2. in Catil. 41.
Negotium otiosè gerere, Vide OTIOSVS.
Pro tua fide & diligentia ex voluntate alicuius susceptum negotium gerere. Cic. Valerio, lib. 13. 5. 2.
Nomen & decus gessit. Virg. 1. Aeneid.
– & nos aliquod nomenque, decusque Gessimus.
Odium. Liu. 8. bel. Pun. 113, Neque id tam dignum ira erat, quàm ob extra necessitates belli præcipuum in Romanos gerebant odium.
Onus morsu. Plin. lib. 11. cap. 30. 1, Formicæ gerunt onera morsu.
Partum, Idem quod Vterum gerere, & grauidam esse. Plin. lib. 7. cap. 5. 1, Cæteris animantibus statum & pariẽdi, & partus gerendi tempus est: homo toto anno & incerto gignitur spatio. Idem lib. 8. cap. 47. 1. Gerunt partus diebus CL. postea concepti inualidi.
Personam aliquam. Cic. 1. Offic. 161, Ipsi autem quam personam gerere velimus, à nostra voluntate proficiscitur. Itaque se alii ad philosophiã alii ad ius ciuile, alii ad eloquentiam applicant.
Personam ciuitatis. Cicc. 1. Offic. 174, Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis.
Potestatem gerere. Cic. 4. Verr. 96.
Prælia gerere. Ouid. epist. 17. 8.
Præturam. Plaut. Epid. 1. 23, Iam tu autem nobis Præturam geris.
Priuatim aliquid gerere. Cic. 5. de Finib. 101.
Pudorem. Plautus Pœnulo, 4. 92, Meretricem pudorem gerere magis decet, quàm purpuram.
Pugnas gerere. Claud. 3. Paneg. 29.
Rem aliquam gerere: Hoc est, agere. Plaut. Bacch. 5. 53, Occœpi ego eos obseruare quam rem gerant. Id est, quid agerent. Terent. Eunuch. 5. 4. 1, Reuiso quidnam Chærea hic rerum gerat. Plaut. Pseud. 4. 62.
– pol iste.
Ita videtur, atque etiam maleficus. sed tace atque hanc rem gere.
Idem Milit. 10. 19,
Sed volo scire eodem consilio quod meditati istus sumus,
Si gerimus rem. Idem Aulul. 11. 7, Scio quam rem geram: hæc ipsius magister me docuit.
Gerere & administrare rem aut negotium aliquod. Cic. 1. de Inuen. 55.
A reb us gerendis senectus abstrahit? quibus? Cic. de Senect. 14.
Bene rem suam gerere. Plaut. Capt. 9. 1,
Quid est suauius, quàm bene rem gerere bono publico,
Sicut ego feci heri, quum emi hosce homines? Idem Trinum. 4. 75,
Crede huic tute, iam suam melius rem gesserit.
Cum cura rem gerere. Plaut. Persa, 6. 17, – I sane, ego domum
Ibo, face hanc rem cum cura geras, curriculo vola.
Bene rem gerere, salutationis loco positum, Vide GAVDEO.
De compacto rem gerere. Plaut. Capt. 2. 15,
Dicere vnum ridiculum dictum de dictis melioribus,
Qui solebam menstruales epulas antè adpisciri:
Nemo ridet, sciui extemplo rem de compacto geri.
Ex sententia rem aliquam gerere. Cic. Lent. lib. 1. 6. 18.
Fœliciter & ex sententia rem gerere. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 7.
Leuiter rem gerere. Plin. lib. 15. cap. 29. 7, Quoniam rẽ leuiter sine cruore gesserat.
Male rem gerere. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 15.
Rem alicuius gerere malitiosè. Cicero. pro Rosc. Amerin. 65, In priuatis rebus siqui rem mandatam non modò malitiosius gessisset sui quæstus aut commodi causa, verùm etiam negligentius, eum maiores summum admisisse dedecus existimabant.
Pallam rem aliquam gerere. Cic. Attico, lib. 16. 336. 6.
Res gerere. Plin. lib. 12. cap. 25. 4, Alexandro Magno res ibi gerẽte. Id est belligerãte, inquit Budæus. Cic. 4. Acad. 225, Sic innumerabiles pari bus in locis esse eisdem noibus, honoribus, rebus gestis, ingeniis, &c.
Res alias gerere, pro Non attendere ad ea quæ dicuntur. Plautus Cistell. 10. 57,
– nunc eam vult suæ matri & patri,
Quibus nata est, vltro reddere. mi homo obsecro
Alias res geris, ego tibi meas mando. istuc ago:
Atque istic quod tu fabulare, mihi cibus est.
Libidine, non ratione res aliquas gerere. Cic. pro Quintio, 8.
Sapientia omnes res humanæ geruntur. Cic. 2. de Orat. 187.
Rempub. gerere, pro administrare & præesse Reip. gubernandæ. Plaut. Amphit. 4. 41,
Me à porta premisit domum, vt hæc nuntiem vxori suæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt gesserit Remp.ductu, imperio, auspicio suo. Cic.3. de Finib.104,
Vt sapiens velit gerere, & administrare Remp.
Rempublicam solus gerit, orbemque terrarum gubernat. Cic. pro Rosc. Amer.78. Idem Marcello, lib.15.114.
Bene gerere Rempublicam. Cic. Post red. ad Quirites, 18.
Se gerere in aliquo negotio. Cic.2. Verr.28, Nunc autem homines in speculis sunt: obseruant quemadmodum se vnusquisque vestrum gerat in retinenda religione, conseruandisque legibus.
Artificialiter se gerere. Quintil.lib.2.cap.17.27, Sed nec illa omittenda sunt, quæ in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem.
Gessit se cõtra disciplinam meam. Traianus ad Plinium, epist.199, Siqui autem se contra disciplinam meam gesserint, statim coerceantur: aut si plus admiserint, quàm vt in re præsenti sit satis, puniantur.
Excellentius se in Republica gerere. Cic. pro Sestio, 83.
Se gerere honestè. Cic. ad Atticum, lib.6.111.12.
Inartificialiter se gerere. Quintil. lib.2.cap.17.27.
Perditè se gerere, Vide PERDITVS.
Non perditè se gerere. Cic. Attico, lib.9.171.6.
Se gerere pro ciue. Cic. pro Archia, 8.
Se gerere summissius. Cic.1.Offic.128, Vt restè præcipere videantur qui monent vt quanto superiores simus, tanto nos geramus summissius.
Se gerere turpissimè. Cic.2. Tuscul.84, Si turpissimè se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem, &c.
Gessit se turpiter in legatione. Plin. epist.36.b, Præterea quid publicè minus aut congruens, aut decõrũ, notatũ à Senatu, in Senatu sedere: ipsisque illis, à quibus sit notatus, æquari summotũ à Procõsulatu, quia se in legatione turpiter gesserat, de Proconsulibus iudicare?
Se ita gerit vt sibi iam decemuir esse videatur. Cic. pro L. Agra.57.
Ita se gessit: hoc est, Ita se habuit. Cic. de Amicit.17, Qui ita se gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas. Exposuit seipsum Cicero quum dixit, ita viuunt.
Gerere sensus abditos, Vide ABDO.
Similitudinem quandam, speciemque sapientum gerere. Cic.3.Offic.20, Nec ii qui sapientes habiti sunt & nominati, M.Cato, & C.Lælius; sapientes fuerunt: ne illi quidem septem: sed ex mediorum officiorũ frequentia similitudinem quandam gerebant speciemque sapientum.
Simultatem gerere cum aliquo. Antonius ad Ciceronem in Epist.ad Atticum, lib.14.310.3, Putere obsecro te pro Rep. videri gessisse simultatem cum patre eius.
Societatem. Cicero pro Quintio, 7, Quasi ii qui magna fide societatem gererent.
Speciem teli. Colum.lib.3.cap.17.2, Seu quia cacumine attenuata prædẽti telli speciem gerit. De sagitta vitis.
Speciem paternam gerere. Colum.lib.8.cap.2.10, Nam & paternam speciem gerunt, & falacitatem fœcunditatemque vernaculam retinẽt. De gallis gallinaceis.
Tela gerere. Virg.1.Aeneid.39.
Tutelam ianuę. Plaut. Trucul.5.41,
– sed fores, quicquid est futurum, feriam.
Ecquis huic tutelam ianuæ gerit? Idem Trinum.13.16,
– aperite hoc, aperite: ecquis
His foribus tutelam gerit?
Vestem indutui gerere. Tacit.lib.16.
Vincla gerere. Ouid.4.Metam.137.
Vilitatem quandam, quo magis expetatur, præ se gerit amicitia & bona existimatio. Cic.1.de Inuent.233.
A spe gerendi abesse. Cic.5.de Finib.95, Maximeq; eos videre possumus res gestas audire & legere velle, q̃ à spe gerẽdi abfuit, cõfecti senectute.
Rebus minus apta gerendis. Ouid.1.de Arte, 84.
Orbatus gerendis negotiis. Cic.5.de Finib.101, Itaque vt quisque optimè natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus, possit paratissimis vesci voluptatibus.
Gerens, Particip. (φέρων,) vt Bella gerens. Horat.4.Carm.ode, 4.4.
Animum gerens virilem. Virg.9.Aeneid.65.
Furores in corde gerens. Catull. Argon.59.11.
Virginis os, habitumque gerens. Virg.1.Aeneid.64.
Vulnera gerens. Virg.2.Aeneid.56.
Sui negotii bene gerẽs. Cic. pro Quintio, 42, Eques Romanus locuples, sui negotii bene gerens.
Gestus, Participiũ, (πεπραγμένος,) Factus & administratus. Plautus Trinummo, 17.567.
– siquid tibi pater laboris.
C H. Nihil euenit, ne timeere bene gesta salaus redeo. Idem Ruden. 14.28, Hoc modo res gesta est, vt ego dico.
Comitia armis seruilibus gesta. Cic.3.de Legib.64.
Gesti honores. Plin.lib.14.cap.22.6, Ad Proconsulatum vsque è Prætura honoribus gestis.
Gestus est mos, Obeditum est. Cic. pro L. Murena, 44, Gestus est mos &

voluntati & dignitati tuæ. Idem ad Atticum, lib.2.31.6, Vtrigi à me mos gestus esse videatur.
Bene gestæ res. Virg.9.Aeneid.33.
Prelia gesturus. Consul. Lucan.lib.2.56.
Gesta, gestorum, (πεπραγμένα, πεπραγμένα, ἔργα,) Vide ACTA. Plaut. Trucul.6.19, Qui accipias gesta tecum.
Exultare in suam famam gestis. Tacit. in vita Agricolæ, Nec Agricola vnquam in suam famam gestis exultauit.
Gestus, huius gestus, (ὑπόκρισις,) Est (vt ait Valla lib.4.) Actio quædam & quasi pronuntiatio corporis: Gestio verò est administratio & actio: quamuis parum in vsu est. Cic. in Parad.31, Histrio si paulum se mouit, &c. In vita quæ omni gestu moderatior, omni versu aptior esse debet, &c. Idem, 2, de Nat. Deor.116, In corporum etiam motione atqi gestu multa cernunt subtilius. Idem, 4, Acad.260, Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat.
Moderatior omni gestu, omni versu aptior vita esse debet. Cicero in Paradox.31.
Summorum actorum gestus. Cic.1.de Orat.63.
Orationis gestus Græci σχήματα appellant. Cic. in Orat.46.
Gestus, huius gestus, pro gestione. Vlpian. in L. Itẽ si. §. pen. ff. De neg. gest. Nec posit quod alii acquisitũ est ipso gestu, hoc tuum negotiũ videri.
¶ Distortus gestus. Quintil.lib.6.cap.3.20.
Iactantior gestus, Vide IACIO.
Incertus gestus. Quintil.lib.1.cap.10.27.
Indecorus digitorum gestus. Quintil.lib.1.cap.10.27.
Non inurbanus gestus. Quintil.lib.6.cap.3.18.
Numerosi gestus. Ouid.4.de Ponto, eleg.2.7.
Ridiculus gestus. Quintil.lib.6.cap.3.17.
¶ Accommodare gestum ad vocem. Quintil.lib.1.cap.11.5.
Agere gestum. Cic. pro Quintio, 52.
Agere gestum humeris. Cic. pro Rabirio Postb.22.
Agere gestum in scena, Vide AGO.
Capere gestum, Vide CAPIO.
In gestu, motuque vitium caueatur. Cic.1.Offic.181.
Componere gestum ad similitudinẽ saltationis. Quintil.lib.1.ca.11.11.
Conficere gestu aliquid. Cic.4.Acad.259.
Alternis gestibus contendere. Quintil.lib.6.cap.3.45.
Furens gestu. Quintil.lib.2.cap.12.6, Emugiunt, multo discursu, anhelitu, iactatione, gestu, motu capitis furentes.
Imitari gestum alicuius. Lucret.lib.4.73.
Intelligo de gestu, Vide INTELLIGO.
Iuuare gestus histrionum. Tacit.lib.16, Et plebs quidem vrbis, histrionũ quoque gestus iuuare solita, personabat certis modis.
In gestu qui semel peccauit, non continuò existimatur nescire gestum. Cicero, 1, de Orat.62.
Illa placet gestu. Ouid.2.Amor.eleg.4.6.
Sedatus & constans gestus. Author ad Heren.lib.3.121.
Exiguo gestu signare aliquid. Ouid.3.de Arte amat.55.
Histrionum nonnulli gestus ineptis non vacant. Cic.1.Offic.181.
In gestu nec venustatem conspicuã, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut operari esse videamur. Author ad Heren.lib.3.119.
Gestuosus, pen.prod. Adiect. (ὑποκριτικός,) Qui multos gestus veluti mimus facit. Gell.lib.1.cap.5, Gestuosas Hortensii manus & argutas.
Gestio, gestionis, (μετοχή, μετοχή,) Curatio, & administratio. Cic.1.de Inuent.54, Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in negotii gestione considerantur: partim adiuncta negotio sunt, partim gestione negotium consequuntur.
Gestio, gestis, gestui & gesti, gestitum, pen.prod. (γαυριάω,) gestire, Proprie est lætitiam animi cum quodam corporis motu exprimere. Plaut. Asina.13.43,
– verùm in cubiculo
Deme isthuc: equidem illam moueri gestio. Idem Amphit.4.169, Ille homo superstitiosus est: gestiont pugni mihi. Terent. Phorm.5.1.30, Egone illi non succenseam? ipsum gestio dari mihi in conspectũ. Cic.1.Offic.144, Aut voluptate nimia gestiũt, quorum oculus, voces, motus, flatusque mutantur. Plin.lib.8.cap.17.2, Vt causam doloris intellexit, simulque salutis suæ mercedem, exemit catulos, eaque cum his prosequente vsque extra solitudines deductus, læta atque gestiente, vt facile appareret gratiam referre. De panthera loquitur. Cicero, 1, de Finib.22. Quorum alter lætitia gestiat, alter dolore crucietur. Perf. Saty.1.13, Non hic qui in crepidis Graiorum ludere gestit. Cic. ad Att.lib.4.80.1, Gestio scire. Eidem, lib.2.22.5, Gestit animus.
Nimia voluptate gestire. Cic.1.Offic.144.
Gestit paribus colludere. Horat. de Arte poet.33.
Animi forensibus negotiis defessi gestiunt, ac volitare cupiunt. Cicero, 1, de Orat.14.
Animus gestit antiqua exequi supplicia. Senec. Thebaid.1.8.
Contrectatione vaccæ gestit taurus, & equæ equus. Cicero, 1, de Natura Deorum, 104.

Gestiunt

Gestiunt parietes, per translationem dixit Cice. pro Marcello, 6. Parietes mediusfidius C. Cæsar, (vt mihi videtur) huius curiæ tibi gratias agere gestiunt, Id est quasi gestu videntur tibi parietes gratias agere. Hoc dixit vt Cæsari gratularetur.
Gestiens, Participium (γανυσσῶν,) vt Lætitia gestiens. Cic.4.Tusc.21.
Perterriti & Gestientes, contraria. Cic.1.de Nat.deo.122. Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus. De eloquentia.
Elatus inani lætitia, exultans, & temere gestiens. Cic.5.Tusc.25.
Gesticulor, pen.corr. gesticulãris, (χειρονομέω,) gesticulari, Plurimos gestus facere.
Carmina gesticulari, id est Saltare ad numeros carminis. Suet. in Nerone, cap.42. Super abundantissimam cœnam iocularia in defectionis duces carmina, lasciueq̃ modulata, quæ vulgo innotuerũt, ét gesticulatus est.
Gesticulãtor, pen.prod. gesticulatõris, (χειρονόμος,) Qui gestus huiusmodi facit. Colu.in Præfat.lib.1. Nec minus corporis gesticulatorem seruulosissimæ requirant saltationis, ac musicæ artis studiosi.
Gesticularia, gesticulariæ. (χειρονομικός,) Gel.lib.4.cap.1. Non iam histrionem cum esse diceret, sed gesticularium, dionysiamque: nec cum notissimæ saltatricule nomine appellarit.
Gerulus, penul.corr. (βαστάζω, κομιστής,) Qui fert aliquid. Suetonius in Caligula, cap.40. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua exigebatur. Plautus Bacchid.10.77.
Non dabis, si sapies: verum si das maximè,
Næ illæ alium gerulum quærat, si sapiet, sibi:
Nam ego non laturus sum. Plin.libro.8.cap.43.1. Horat.2.epist.2.15.
Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor.
Geruli flagitii. Plaut. Bacchid.6.14.
– neque te tuis pudium est factis quæ facis,
Quos tuum patrem, meque vnà, amicos, affines tuos
Tua infamia fecisti geruli figulos flagitii.
Gestor, gestõris, Verbale, (μαντής,) Qui gerit, siue portat. Plaut. Pseud.7.14.
Homines qui gestant, quique auscultant crimina,
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant:
Gestores linguis, auditores auribus.
Gerundium, gerundii, Nomen participiale appellatur, carens numeris & personis: & sub vna voce actiuam & passiuam significationem gerens. Vnde à gerenda duplici significatione, quidam gerundia dicta esse existimant.
Dicundi. Terent. in Prol. Phorm.23.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi quum ipse de se finem non facit.
Nominandi istorum. Plaut. Capt.1.5.83. Nominãdi istorum tibi erit magis, quàm edundi copia.
Amando perit. Plaut. Curcul.4.3.3. Ilicet pariter hos perire amãdo video vterque insaniunt.
Pro vapulando. Plaut. Aulul.1.3.7.
Heus senex, pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam.
Coctum, ego, non vapulatum, ẽdum conductus fui.
Sedendo dolent. Plaut. Menæch.18.6. Lumbi sedendo, oculi spectando, dolent, manendo medicum.
Osculando non est impudicior. Plaut. Curcul.2.52.
Tam à me pudica est, quasi soror mea sit nisi
Si est osculando quippiam impudicior.
Exorando. Plaut. Stich.3.22. Exorando, aduersando, sumendam operam censeo.
Flendo modum non facere. Plaut. Milit.20.1. Quid modi flendo quæso hodie facies?
Alitur vitium, viuitque tegendo. Id est dum tegitur. Virg.3.Georg.91.
Iterandum ista mihi. Cic. ad Atticum, lib.14.312.1. Iterandum eadẽ ista mihi. Pro iteranda.
Castrandum me loces. Plaut. Aulul.7.73.
Si hercle ego te non elinguandam dedero vsque ab radicibus,
Impero, authorque sum, vt me cuius castrandum loces.
Gerundiuũ, Fruẽdis voluptatibus. Plin.epist.158. Fruendis voluptatibus crescit carẽdi dolor. Terent. Eunu.1.2.108. Mos gerũdus est Thaidi.
Gerundiua hoc differunt à participiis, quòd participia significant tẽpus sine administratione rei: gerundiua significant administrationem rei sine tempore vt Tenet me cura scholæ regendæ: non quę olim regetur non enim significat tempus: sed quam regere debeo. Ergo (regendæ) gerundiuum hic est, non participium. Contrà, Cruciat me lectionis solicitudo dicendæ: participium est, id est quam dicturus sum. Gerundiua habent omnes casus & genera. Nominatiuum, vt Iusurandum dabitur. Genitiuum, vt Patris visendi gratia, patriam peto. Datiuũ, vt Auarus congregandis nummis inhiat. Accusatiuum, vt Inter edendum tuæ mihi redditæ sunt epistolæ: Ad irridendos nos venisti. Ablatiuum, Tu litibus prouocandis delectaris.
Gesto, gestas, (φόρημι, φορέω,) gestare, Frequentatiuũ. Plaut. Curc.144.

C. Pater istum meus gestauit. Sub.annulum.
Gestare in aluo. Plaut. Stich.4.5.
Nam me illa in aluo menses gestauit decem.
At ego illam in aluo gesto plus annos decem.
Atque illa puerum me gestauit paruulum. Plin.lib.8.cap.10.1, Decẽ annis gestare in vtero vulgus existimat. De elephantis.
Caput fixum gestare in pilo. Cic.11.Philipp.192.
Gestare in manibus. Terent. Adelph.4.1.25, Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestaui meis.
Gestare collo. Plin.in Procem.lib.1.3, Quoniam parum erat vniones collo crinibusque gestare, nisi, &c.
Annulos gestabat. Tacit.lib.10.
Gestare arma humeris. Liu.7.bel.Pun.259. Legitur & gerere.
Gestare aliquem in sinu, Vehementer amare. Terent. Adelph.4.5.76.
Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret?
Hic non amandus hiccine non gestandus in sinu est?
Gestas animum meum. Plaut. Merc.11, – tu quidem
Meum animum gestas, scis quid acturus sicm.
Non obtusa adeò gestamus pectora. Virg.1.Aeneid.115.
Scopulos gestare in corde. Ouid.7.Metam.7.
Gestito, gestitas, pen.corr. (φορέω μαι,) gestitare, Frequẽtatiuum à gesto, gestas. Plaut. Cistell.10.91,
Eloquere, vnde sunt tibi hæc cito crepundia?
L. Mea hæc herilis gestitauit, non tua. P. ne obloquere.
Gestitare volucrem vocem. Plaut. Amphit.4.172,
– næ ego homo infœlix fui,
Qui non alas interuelli, volucrem vocem gestito.
Gestãtus, pen.prod. Participium (φορούμενος,) à gesto, gestas. Mart.lib.1.43.
Gestãtus biugis Regulus esset equis.
Gestãtus, huius gestãtus, pen.prod. (κομιδή,) Plin.lib.15.cap.25.1, Iulianis gratus sapor, sed pené tantum sub arbore sua, adeò teneris vt gestatum non tolerent. Id est gestari non possint.
Gestãtio, Verbale, (φόρησις,) Vectio, portatio. Celsus lib.1.cap.14, Gestatio etiam longis & iam inclinatis morbis aptissima est, iis quibus leues morborum reliquiæ remanent, aut qui per se exerceri non possunt. Idem, Gestationum leuissima est naui in portu, vel in flumine lectica aut scamno: asperior vehiculo. Senec. epistol.56, A gestatione quum maximè venio, non minus fatigatus sum, quàm si tantum ambulassem, quantum sedi.
Gestatio, pro loco. Plin.epist.101.e.lib.5, Ab his gestatio in modum circi, quæ buxum multiformem, humilesque & retentas manu arbusculas circumit. Idem epist.3, Quid illa mollis, & tamen solida gestatio? quid balineum illud quod plurimus sol implet & circumit? Gestatio locus erat ad quem gestabantur homines sanitatis vel voluptatis gratia ea forma qua cœnatio ambulatioque dicitur. Plin. auunculus lib.16.cap.3.2.
Gestãtor, gestatõris, (φορητής,) Verbale masc. & gestãtrix fœmininum.
Diua gestatrix Gorgonei monstri, id est Pallas. Valer.4.Arg.110.
Gestãmen, pen.prod. gestãminis, (φόρημα, γνώρισμα,) Quicquid geritur, vt vestes, arma, sceptrum. Virg.lib.3.Aeneid.
Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo. Id est, quod geri solebat à magno Abante. Iuuenalis Satyr.2, Ille tenet speculum magni gestamẽ Orbonis. Plin.lib.37.cap.8.4, Hoc vectigal, hocque gestamen diuites in ceruice gratissimum norunt. Idem lib.32.ca.2.12, Haruspices eorum vatesque in primis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur.
Lecticæ gestamen. Tacit.lib.2, Quoties per vrbes incederet lecticæ gestamine.
Gestatorius, Adiectiuũ, (φορήματικός,) vt Sella gestatoria, in qua aliquis geritur: vel quæ ab aliquibus defertur. Suet. in Nerone, Interdiu quoque clàm, gestatoria sella delatus in theatrum.
Gestatorium, Subst. (φορεῖον,) Lectica aliàs Latine dicitur. Suet. in Claud. Solitus etiam in gestatorio ludere.

Gerrae, gerrarum, (γέρρα,) à Græcis primum crates viminæ appellabantur. Ea vox postea vulgò pro nugamentis rebusque friuolis vsurpata est, authore Festo Pompeio, hac quidem occasione: Athenienses quum Syracusas obsiderent, & crebrò gerras poscerent, irridentes Siculi gerres clamitabant. Hinc in prouerbium cessit. Vnde & familiares, quique inter se nugas omnes communicant, congerrones vocantur. Plaut. Asin.12.10,
– videlicet Solon est
Leges vt conferibat, quibus se populus teneat, gerræ. Idem Pœnulo, 3.9, Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet,
Gerræ germanæ, atque ædepol λῆροι λήρων. Idem Epid.5.50, Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt noua, &c. gerræ maxumæ. Canuque ademptum est nomen.
Gerro, gerrõnis, (φλύαρος,) Nugator, siue nugarũ inuẽtor. Terẽ. Heau.5.4.10. At ego (si me metuis) mores caue! te esse istos sentiã. c 1. Quos? c. si scire vis, ego dicã, gerro, iners, fraus, helluo, Gangeo, dãnosus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Gerres, Genus piscis vilis. Plinius libro, 32. cap. 11. 7. Martialis, libro, 11. 28,

–fuisse gerres, aut mutiles mænas
Odor impudicus vrcei fatebatur. Sic lib. 3. 35.

GERVS, (γέρρος,) Fluuius Scythiæ, septimus ab Istro, memoria dignus, teste Herodoto, lib. 4.

Gerulus, Gerundium, Vide GERO.

GERVNDA, (γηρουνδ'α,) Hispaniæ vrbs Ptolemæo. Vulgò Girona.

GERVSA, (γερούσα,) Sarmatiæ in Asia ciuitas Ptol. hodie S. Georgi.

Gerusia, γερουσία Spartæ, id est Lacedæmone: ipsa quoque à senibus dicta, qui Græcè γέροντες dicuntur.

GERYON, vel Geryones, penult. corre. (γηρυών,) Rex fuit Hispaniæ: qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis præfuit, quæ adiacent Hispaniæ, Baleaticæ minori & maiori, & Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia & nauali & terrestri certamine plurimum potuit. Hunc Hercules vicit: qui ideo fingitur ad eum olla ærea transuectus, quòd habuit nauem fortem & ære munitam. Hæc Seruius apud Virgilium, lib. Aeneid. 7.

–postquam Laurentia victor,
Geryone extincto, Tiryntiius attigit arua,
Thyrrenoque boues in flumine lauit Iberas. Hoc nomen & Geryones, nis, & Geryones, onis, & Geryoneus, secundum Prisciamum declinari potest.

Tricorpor Geryon. Silius lib. 3. 85.

Triplex Geryon. Claud. 1. in Ruff. 39.

GESODVNVM, (γησόδουνον,) nomen vrbis in Norico, vt scribit Ptolemæus. Vulgò Saltburg.

GESORIACVM, (γισσόριακον,) Ptolemæo teste, Morinorum nauale, Vulgò Cales.

Gesta, Gestamen, Gestatorium, Vide GERO.

Gesticulor, Gestio, Gesto, Gestus, Vide GERO.

Gesum, gesi, (γαῖσα,) Telum Gallicum. Liu. 8. ab Vrbe, 38, Leues autem, qui hastam tantum gesaue gererent, vocabantur. Idem, 6. bel. Pun. 26, Sub læuo humero summum pectus gesi ictu est. Ibidem, lib. 8. ca. 154, Galeas totidem, pila, gesa, hastas longas. Sic lib. 9. ab Vrbe, 188, Falcibus gesisque bini armati. Sunt qui scribant per æ diphthongon, gæsa.

Rigida gesa. Senec. Oippol. 2. 6.

Gesa manu vertere. Stat. 4. Thebaid. 13.

GETAE, (γέται,) Populi sunt Thraciæ, natura & moribus feroces: è montibus aliàs ac saltibus expulsi à Sarmatis ad Dutiam amnem, à Romanis Daci vocantur. De his sic Ouid. libro. 2. de Ponto, eleg. 7. 7.

Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. Quidam tamen Getas à Dacis ita distinguunt: vt Getæ sint qui ad Pontum in Oriente vergũt: Daci, qui in oppositum versus Germaniam, & ad Istri fontes, quos olim Danos vocatos nonnulli volunt. Ex quo apud Athenienses Danorum & Getarum seruilia nomina in vsu maximè fuerunt. Getas à Lucullo victos Salustius scribit.

Deserta Getarum. Virg. 3. Georg. 91.

Flaui Getæ. Claud. lib. 2. de Raptu Proserp. 13.

Pharetrati Getæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 22,

Vagus campis Geta. Seneca Hippol. 1. 17.

Geticus, penult. corr. Adiectiuum, (γετικός,) vt Humus Getica. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 10.

Litus Geticum. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.

Plectrum Geticũ, pro Orphei plectro ponit Statius, qua ratione videtur etiam Thraces inter Getas numerare. Sic enim ait lib. 2. Sylu. 1. 13,

– & Getici cedat tibi gloria plectri,
Et tu saxa moues, & te nemora alta sequuntur. Idem, 3, Sylu. 1. 4,

– Tyrione luce mœnia plectro, An Getica venere lyra?

Sagittæ Geticæ. Ouid. in Ibin, 18.

GETVLI, pe. prod. (γετοῦλοι,) Africæ populi. Hi & Libyes, primi omnium ex Punicorum annalũ fide Africã tenuerũt, asperi, incultiq; quibus cibꝰ erat caro ferina, atq; humi pabulũ vti pecoribus. Hi neq; moribus, neq; lege, aut imperio cuiusquã regebant: vagi, palãtes: quo nox cogerat, sedes habebant. Author in Iugurthino Saluit.

Getulus, pen. prod. Adiect. vt Leo Getulus. Virg. 5. Aeneid. 70.

Getulicus, pen. corr. Iuuen. Saty. 8.

Agnosco procerem. salue Getulice, seu te, &c.

G I

Gibbus, gibbi, m. g. (κύφωσις,) Tumor quidam carneus in aliqua corporis parte. Iuuenal. Saty. 6. 11,

Attritus galea, meditisque in naribus ingens
Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli.

Gibbus, Adiectiuum, (κυφός, κῆφος, ὕβδος,) pro conuexo. Celsus libro. 8. cap. 1, Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba, vtrinque læuis.

Gibber, gibberis, masc. gen. (κύφωσις,) Idem quod gibbus. Iuuen. Attritus gibbere nasus. Plin. lib. 8. cap. 45. 4, Syriacis non sunt palearia, sed gibber in dorso.

Gibbũsus, pen. prod. Adiect. (ἀμφίκυφος,) Qui gibbum habet.

Gibber, gibbera, gibberum, pen. corr. & gibber, gibberis, & hoc gibbere, Idem, (κυφωδής,) Plin lib. 10. cap. 16, Africæ hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis. Varro, 3, de Re rust. cap. 9. 14, Gallinæ Africaue sunt grandes, variæ, gibberæ. Idem, 2, de Re rust. cap. 5. 6, Gibberi, inquit, spina leuiter remissa.

Gibberum, extantem & eminentem Nonius interpretatur. Varro Eumenidibus. Item tragici prodeunt, capite gibbero, cum antiqua lege, ad frontem superficias accedebant.

Gigas, (γίγας, φάος,) è terra natum significat, cõposita dictio à Græco γίνομαι, seu γίγνομαι, quod est nascor, & γαῖα, seu γῆ, quod lingua Dorica γᾶ facit, & terram significat. Fingunt poetæ Gigantes homines fuisse, seu potius hominũ monstra, corporibus maximis, quos irata Tellus procrearit vt contra superos arma capesserent, & Iouem è suo regno deturbarẽt. Horum noia fuerunt varia, vt Enceladus, Porphyrion, Tiphoeus, Damastor, & alia quorum diuersis in locis meminerunt poetæ Græci, & Latini, inter quos Claudianus de Gigantomachia opus reliquit, quod imperfectum ad nos peruenit.

Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quàm hominum quandam impiam gentem deos negantem, & ideo existimatã deos pellere de cœlesti sede voluisse? Horum pedes in draconum volumina desinebant: quod significat, nihil eos rectum, nihil superum cogitasse, totius vitæ eorum gressu atque processu in inferna vergente. Hæc & plura Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 20.

Gigantes, si ad Physica respicimus, aliud nihil sunt quàm spiritus illi terra clausi: qui dum exitum non inueniunt, vi sibi viam faciunt, montibus altissimis adeò persæpe concussis, vt aut rumpantur, aut ingentia frustra emittant cõtra Iouem, id est cœlum versus. Hinc illa pugna Gigantum, montes in Iouem mouentium vetusta.

Magni Gigantes. Lucret. lib. 4. 28.

Sæuos Gigas. Valer. 4. Argon. 40.

Sæui Gigantes. Lucan. lib. 1. 8.

Terrigenæ Gigantes. Lucan. lib. 3. 64.

More Gigantum bellare cum diis, quid aliud est nisi naturæ repugnare? Cic. de Senect. 6.

Cum Titanis & Gigantibus bella gesserunt dii. Cic. 2. de Nat. Deor. 102.

Giganteus, pen. prod. Adiectiuũ, (γιγάντειος,) vt Futiæ Gigantea. Claud. 4. Paneg. 37.

Prælia Gigantei belli. Ouid. 2. Trist. 15,

Quumque Gigantei memorantur prælia belli.

Gigeria, gigeriorum, Nonius interpretatur intestina gallinarum, & quę cum his coquebantur. Lucilius lib. 8, Gigeria sunt fine allio, his vescamur alacriter.

Gigno, gignis, genui vel gignui, secundum Diomedem, genitum, pen. corr. (γεννάω,) gignere, A ger, is deriuat, notę significatiõis vsum hominum omnia creari.

Gigni & creari. Cic. 1. Offic. 34, Placet Stoicis, quę in terris gignũtur, ad vsum hominum omnia creari.

Gignere & procreare. Cic. 2. de Diuin. 142, Quòd non intelligunt seminum vim, quæ ad generãdum procreandumq; plurimum valeat, suaditus tolli, mediocris erroris est.

Gigni & appagari initiũ sui generis ab se volebat Verres. Cic. 7. Ver. 141.

Parere & gignere, & proferre. Cic. ad Heren. lib. 4. 144.

Quæ terra gignit, maturata pubescunt. Cic. 1, de Nat. Deor. 8.

Gignitur, & vitæ lumen inimus. Lucret. lib. 3. 137.

Filius mihi gignitur. Cic. 2. de Orat. 77.

Gigni capite. Vide A Præpos. Gignere in capita, Ibidem.

Gignitur capillus. Gell. lib. 12, cap. 1, In illo capillum gigni teneriorem.

Gignuntur oua. Plin. lib. 10. cap. 52. 1. Et quadrupedes oua gignunt.

Oua gignunt pisces. Cic. 2. de Nat. Deor. 194.

Gigni pedibus. Plin. lib. 7. cap. 8. ad finem, Neronem quoque paulo antè principem, & toto principatu suo hostem generis humani pedibus genitum parens eius scribit Agrippina.

Gignitur serpens. Plin. libro. 10. cap. 49. 3, Auium confuso sanguine serpens gignitur.

Gignitur thus aut piper. Plaut. Trinum. 13. 87, – non Illa vbi thus gignitur, sed vbi ablynthium fit. Plin. lib. 2. cap. 78. 2. Idem lib. 12. ca. 7. 1, Passim verò quæ piper gignunt, iuniperis nostris similes.

Huic vrbi vos genuisse deus videtur. Cic. 14. Philipp. 405.

Gigni ad. Cic. 1. de Fin. 34, Ad maiora n. quædã nos natura genuit & conformauit, vt mihi quidẽ videtur. Plin. lib. 7. cap. 52. 1, Hæc est conditio mortalium, ad has & huiusmodi occasiones fortunę gignimur.

Ad aliquid gigni. Quintilianus, libro, 1, cap. 12, Ac sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad sæuitiam feræ gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio.

Multa

Multa nobis blandimenta natura genuit. Cic. pro Cælio, 31.

Animam ex tua mente & diuinitate genuit Deus. Cic. de Vniu. 34.

Ludus genuit certamen. Horat. 1. epist. 20. 10.

Dolorem oculis gigni. Lucret. lib. 4. 63.

Qui non illustrant modò, sed etiam genuit in hac vrbe dicendi copiam. Cic. de Clar. Orat. 158.

Gignere fastidium. Plin. lib. 14. cap. 16. 2. Fastidium gignit vnus appetẽdi.

Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquassatione, & perturbatione gignuntur. Cic. 4. Tusc. 43.

Pax & concordia extraneis gignitur, quum iam domesticis non insideat. Cic. Antequ ãret in exil. 5.

Nouas præceptiones gignere. Author ad Heren. lib. 4. 141.

¶ Geni, pro Gigni aut generari ab antiquo verbo Geno, apud Lucretium est, libro, 3. 160. Totum posse extra corpus durare, geniq́ue. Vide GENO.

Genitus, pen. corr. Participium, Natus. Plin lib. 11. ca. 37. 35. Septimo mẽse genitis sæpenumero foramina aurium & nasium defuere.

Sanguine nostro genitos. Ouid. 3. Metam. 18.

Genitus Celtis. Mart. lib. 10. 65.

Cur frater tibi dicor ex Iberis, Et Celtis genitus, Tagiq́ue ciuis?

Genitus ad perdendã vitã. Plin. lib. 14 cap. 22. 3. Sic genitus ad superbiam. Plin. lib. 7. in Procem. 4.

E furto genitus. Silius lib. 7. 98.

Genitus ex Iberis. Mart lib. 11. 161. Nos Celtis geniti & ex Iberis.

Genitus in seruitio, pro Genitus seruus. Plin. lib. 7. cap. 39. 1.

Liberaliter genitus, Vide LIBER.

Geniti dentes in palato. Plin. lib. 11. cap. 37. 40.

Genitrix, pen. prod. (γενέτωρ,) Aliud participium vt Semina genitura populos. Ouid. epist. 12. 9.

Genitor, pen. corr. huius genitõris, (γενέτης,) Qui gignit. Cice. de Vniuers. 35.

Quo nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreatum. De anima.

Diuũ genitor, Iupiter. Silius lib. 5. 14.

Deũm genitor rectorq́ue. Ouid. 2. Trist. 8.

Genitor Saturnius. Cic. 2. de Diuinat. 98.

Dubio genitore creatus. Ouid. 5. Metam. 19.

Genitores omnium vitiorum Græci. Plin. libro 15. cap. 4. 2.

Genitrix, pen. corr. huius genitrĩcis, pen. prod. (γενέτειρα,) Verbale fœminium: vt Frugum genitrix. Ouid. 5. Metam. 98.

Genitura, huius genituræ, pen. prod. (γένεσις.) Generatio. Plin. li. 18. ca. 24. 7. Inter diligentissimos conuenit, vt in alitum, quadrupedumq́ue genitura, esse quosdam ad conceptum impetus terræ.

Origo & genitura. Plin. lib. 9. cap. 35. 5. Origo atque genitura conchæ, est haud multum ostrearum conchis differens.

¶ Genituram, horoscopum vocauit Suetonius in Augusto, Vertũm genitura sua vix & conctanter edita, exiluit Diogenes, adorauitq́ue eum. Tantam autem mox fidaciam fati Augustus habuit, vt thema suũ vulgauerit, nummumq́ue argenteum, nota sideris capricorni, quo natus est, percusserit. Firmicus lib. 3. Secundũ hanc genituram & secundum has conditiones stellarum, & secundum testimonia, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominũ volunt fata disponi. Gellius, Ac multo etiã antè quàm pater ipse ac mater nascerentur, ex eorum genitura tantũ debuisse prospici. Budæus. Suetonius in Tito, cap. 9. Dicitur etiam cognita vtriusque genitura, imminere ambobus periculum affirmasse, vẽturum quandoque & ab alio, sicut euẽnit.

¶ Genitura, (γένεμα,) Semen genitale. Plin. libro. 20. cap. 8. 6. Rupta & contusa vtroque genere immantur. Item quibus genitura, valetudinis morbo, effluat. Paulo pòst, Omnes hæ & podagricis vtiles, & sanguinẽ reiicientibus. Item quibus genitura fluit. Ibidem, cap. 33. 5. Genituræ abundantiam quoquo modo hausum facit. Ibidem, 7. Semen eius extinguere genituram virorum dicitur. Idem lib. 22. cap. 22. 16. Datur & contra profluuia genituræ viris.

Genitalis, & hoc genitale, pen. prod. (γενέσιος, γενετικός,) Idem quod natalis: vt Genitale solum, patria in qua nati sumus.

Fœdera genitalia. Stat. 3. Thebaid. 60.

Genitalis hora. Plin. libro, 9. cap. 35. 3 Has vbi genitalis anni stimulauerit hora, pendentes sese quadam oscitatione impleri roscido conceptu traduunt.

Origo genitalis rerum. Lucret. lib. 5. 36.

Arua genitalia. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 2.

Corpora quatuor genitalia. Id est quatuor elementa. Ouid. 15. Meta. 48.

Mundus genitalis. Silius lib. 13. 107.

Partes genitales corporis. Lucret. lib. 4. 210.

Profluuium genitale. Vide Profluuium in PROFLVO.

Genitalia femina, Quibus aliquid procreatur & gignitur. Virg. 2. Georg. 65. Vere tument terræ, & genitalia femina poscunt.

Tempus genitale, Id est dies natalis. Ouid. 3. Trist. eleg. 13. 4.

Genitales partes trunci, fertiles, vim gignendi habentes. Columel. libro, 3. ca. 6. 1, Adhibenda est ratio subtilior, vt ex his partibus truncũ sumãtur quæ & genitales sunt, & maximè fertiles. Sic lib. 7. cap. 9. 4.

Genitale, pen. prod. (ἀδάμιον,) Substantiuum, n. g. tam de membro virili, q̃ animalium. Plin. li. 10. cap. 63. 1, Conculis auersa genitalia. Sic lib. 11, cap. 44. 1, Ac præter genitale tantum, & hoc in maribus, visceratiam interiora omnia ad exemplar.

Ossa genitalia, Vide OSSIS.

Genitale maris. Plin. lib. 28. cap. 9. 15, Testes quoq; eius inueterati, vel genitale maris, salutariter dantur in vino. Ibidẽ, ca. 11. 4, Vulpis masculæ genitale circunligatum.

Genitaliter, pen. corr. Aduerbium, (γεννητικῶς,) Lucret. lib. 4. 253,

–vt semina possint
Seminibus commisceri genitaliter apta.

Genitiuus, pen. prod. Adiect. (γεννητικός,) Quod habet vim generandi.

Genitiuus, Quasi genitalis, à natura ingenitus, & genuinus, & originalis, & cum nascente congenitus. vt Genitiuæ notæ. Suet. in Augusto, cap. 80. Corpore traditur maculoso, dispersis p pectus atq; alari genitiuis notis in modum & ordinem ac numero stellarum cælestis Vriæ.

Genitiuus, pro gentilitio. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 22,

Adiectiq́ue probent genitiua agnomina Cottæ.

Genius, genii, (δαίμων,) Veterum sententia dicitur vniuscuiusque anima rationalis: ideoque esse singulis singulos genios dicebant. Fuere etiam qui dicerent genios deos, aquam, terram, ignem, & aerem: quæ rerum semina sunt, elementaq́ue appellata. Duodecim quoq; signa, Lunamq́; & Solem inter hos deos putabant: & à gerendo, quòd multa gerere possent, gerulos, deinde genios vocitarunt. Censorinus scribit genios dictos, quia vt ginamur curent: siue quòd vnà gignãtur nobiscum, vel etiam quia nos genitos suscipiant, ac tueantur. Certè à gignendo genius appellatur. Eũdem esse genium & larem, multi veteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appositum, hoc est duos lares, qui etiam penates dici solent. Terent. And. 1. 5. 54.

Quod ego per hanc te dexteram oro & genium tuum,
Per tuam fidem, perq́ue huius solitudinem.
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras,
Si te in germani fratris dilexi loco, &c. Plaut. Sticho, 10. 42,

–veni. s. huccine? A. imò in carcerem:
Nam hìc quidem meliorem genium tuum non facies.

Dis iratis, genioq́ue sinistro. Pers. Saty. 4. 3.

Loci genius. Virg. 5. Aeneid. 18. Idem, 7. Aeneid. 28.

Genius, natale comes qui temperat astrum. Horat. 2. epist. 2. 38.

Belligerare cum geniis suis, Idem quod Defraudare genium. Plaut. Trucul. 4. 76.

–non istæc mea benignitas docuit te fabulari. A. sed istos
Qui cum geniis suis belligerent, parcè promi.

Concelebrare genium chorcis. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 10.

Curare genium meum. Horat. 3. Carm. ode 17. 3.

Defraudare genium, Negare naturæ quod appetit. Terentius Phormione, 1. 1. 10,

Quod ille vnciatim vix de demenso
Suo suum defrudens genium, comparsit miser,
Id illa vniuersum abripiet.

Indulgere genio, Est animo obsequi. Pers. Saty. 5. 16, Indulge genio, carpamus dulcia.

Male voleante genio natus, Vide NASCOR.

Per genium dextramq́; deosq́; penates obsecro. Horat. 1. ep. 7. 19.

Vino placare genium. Horat. de Arte. 43.

¶ Genius, ab aliquibus dicitur vis ac naturæ proprietatem vt ait Budæus, gratia & lepos. Martialis, Victurus genium debet habere liber.

Iuuenalis Satyr. 6,

Nemo mathematicus genium indemnatus habebit.

Geniãlis, & hoc geniãle, penult. prod. (γενφιεός, γαμικός,) Quod pertinet ad genium.

Bella genialia, id est Inter conuiuia exorta. Stat. 1. Achill. 19.

Genialis copia pecudum. Plin. lib. 17. cap. 9. 5.

Genialis dies, Lætus & voluptarius. Iuuenalis,

–genialis agatur Iste dies.

Epulæ genitales. Claud. de raptu Pros. 1. 66.

Festum geniale. Ouid. 3. Fast. 105.

Genialis hyems. Virg. lib. 1. Georg. 61, Inuitat genialis hyems.

Iura genialia. Stat. 3. Sylu. 3. 12.

Lectus genialis. Horat. 1. epist. 1. 18.

Genialis musa. Ouid. 3. Amor. elegia 14. 4.

Nunc elegi molles, genialis musa, valete.

Prædã genialis. Ouid. 1. de Arte, 35.

Puluinar geniale. Catull. Argon. 59. 10.

Rus geniale. Ouid. epist. 18. 2.

Genialis fors. Plin. lib. 18. cap. 14. 3.

Thalami geniales. Claud. 2. in Ruffin. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genialis torus siue lectus, Qui in nuptiis sternitur in honorem genii. Virg.6.Aeneid.21, Iucent genialibus altis
Aurea fulcra thoris. Plin.de Viris illust.57, Et quum in domo Tiberii duos angues è genialí thoro repsissent, responso dato eum de domi uis periturum, cuius sexus anguis fuisset occisus: amore Corneliæ conIugis marem iussit interfici. Cic.pro Cluent.10, Lectum illum genialem quem biennio filiæ suæ nubenti strauerat, in eadem domo, &c. Liuius 10.bel.Pun.56.

Genialiter, pen.cor. Aduerbium, (γαμικῶς, Oppiparè & lautè. Ouid.11. Metam.20, Hospitis aduentu festum genialiter egit.

Genuinus, pen.prod. Adiectiuum, (γνήσιος,) Natiuus & peculiaris. Apuleius, genuino sermone nomen Augusti Cæsaris inuocare tentaui. Gellius lib.2.cap.2, Quum extra Rempublicam in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur in conuiuio quoq; familiari discumbatur, tum inter filium magistratum & patrem priuatum publicos honores cessare, naturales & genuinos exorari.

Genuini, (γομφίοι,) dicuntur dentes posteriores, qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. Plin.lib.11.cap.37.39, Homini nouissimi, qui genuini vocantur, circiter vicesimũ annũ gignuntur, multis & octogesimo. Cic.2.de Nat.deo.202, Dentibus in ore constructis manditur atq; ab his extenuatur atq; molitur cibus. corũ aduersi acuti morsu diuidunt escas: intimi autẽ conficiunt, qui genuini dicuntur. Festus, Genuini dentes, quòd à genis dependent.

Genuinum frangere in aliquo, Clanculum obtrectare, lacerareq; quẽpiã. Pers.Saty.1.12, -secuit Lucilius vrbem, Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis. Idem etiam dicitur & Genuino rodere.

Genuinum agitare. Iuuen.Satyr.5.7,
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum, solidæ iam mucida frusta farinæ,
Quæ genuinum agitent, non admittentia morsum.

Giluus, (κιρρός,) Color medius inter album & rufum, nẽpe is qui & melinus dicitur: cuiusmodi mellis color esse videtur. Virg.3. Georgicorum, Luxuriatq; toris animosum pectus: honesti
Spadices, glaucique color deterrimus albis,
Et giluo. Seruius, Aliud est candidum esse, id est quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse vicinum. Giluus autẽ melinus est color. Multi autem ita legunt Albis & giluo: vt non albũ & giluum, sed albo giluum vituperet. Quod si singuli colores vituperandi sunt, quanto magis mistus vterq;, id est albo giluus.

Gingiber, Vide ZINZIBER.

Gingiua, gingiuæ, pen.prod. f.g. (οὖλον, ἴουλον,) Pars oris cui dentes inhærent. Plin.lib.23.cap.6.6, Ex his dulcia, quæ apyrina alio nomine appellauimus, stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingiuasq; lædunt. Iuuenalis Satyr.10.20, Frangendus misero gingiua panis inermi.

Rusam defricare gingiuam. Catul. in Gnatium, epigr.37.5.

Gingiuula, gingiuulæ, pen.corr. Diminutiuum, (οὐλίδιον,) A pulcius, Cõplanatorem tumidulæ gingiuulæ.

Gingrio, gingris, gingrii, gingritum gingrire, Anserum vocis proprium est, authore Festo. Vnde genus quoddam tibiarũ exiguarum, gingrinæ. Antiquum.

Gith, vel git, o.g. indeclinabile. (μελάνθιον,) Genus seminis, quod hodie nigella Romana à nostris appellatur. Plin.lib.19.cap.8.24, Gith pistrinis, anisum & anethum culinis & medicis nascuntur. Idem lib.19.ca.17.6, Gith, ex Græcis alii melanthion, alii melanspermon vocant. Optimum quàm excitatissimi odoris, & quàm nigerrimum. Meretur ser pentium plagis & scorpionum. Colu.lib.7, Interdum fastidio ciborum languescit pecus. Huius remedium genus seminis quod gith appellatur. Plaut.Rud.30.38, Os calet tibi, num gith frigefactas? Officinæ (inquit Ruellius lib.3, cap.51.) nigellam Romanam appellant, rutæ nostra poeuteram, quasi piperacem dicit, quòd odorata piperis modo referat acrimoniam, aut quia piperis vice in multis vtantur. Ibidem plura poteris legere: vbi contendit gith non esse, quam nigellam cognominant. Est & gittago, authore Hermolao, quæ in frumentis crescit, herba inutilis seminis, git speciem referens.

G L

Glaber, glabra, glabrũ, (ψιλὸς, ἄθριξ, λειοκόμης,) Quod est læue & sine pilis. Plaut. Trinumo, 8.106. Oues scabræ sunt, tam glabræ habẽ quàm hæc est manus. Varro 2.de Re rust.ca.2.21, si quẽ glabrum facere velis. Mart.lib.12.34, Glaber crure. Sic Glabræ sues, Colum.lib.1.in Præf.11.

Glabellus, Adiectiuum, Diminutiuum, (ὑπόψιλος.)

Glabella vocatur etiam id interstitium quod supercilia super nasum distinguitur, quia sine pilis esse consueuit. Martianus Capella lib.1, Quarum vna deosculata philologiæ frontem illic vbi pubem ciliorum discriminat glabellæ medietas.

Glabrior. glabrioris, Comparatiuũ à glaber. (ψιλότερος,) Plau. Asin. Tu iltum gallum, si sapis, glabriorẽ redies mihi quàm Volsus ludius.

Glabrẽtum, glabrẽti, pen. prod. (ψιλωτὸν,) Glabrera dicũtur loca in quibus propter aliquem humorem noxium segetes non prouenũt. Colu.lib.2.ca.9.7, Solet autem salsum nõnunquam & amaram vligine vomere terra: quæ quãuis matura iam sata, manẽte noxio humore corrũpit, & locis glabrentibus sine vlla stirpe semiusi areas reddit. Ea glabreta ignis adhibitis, notari cõuenit: vt suo tpe vitiis eiusmodi medeamur.

Glabro, glabras, (ψιλόω,) glabrare, pilos aufere. Colu.lib.12.ca.53.4, de sallura suillæ carnis, Quum ab aqua pridie sues prohibiti sunt, postero die mactantur: & vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

Glabreo, glabres, (ψιλοῦμαι,) glabrẽre, p eo quod est Glabrum fieri: vtitur Columella, Vide Glabretum.

Glabresco, glabrescis, (μαδάω,) Glabrescere, Glabrum fieri. i. Sine pilis aut capillis aut plumis fieri, quod euenit nonnũquã alio morbo.

Glabrescit etiam area, quũ herbis attritis complanatur. Colu.lib.2.ca.10.1, Nam dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam vngulis atteruntur, atq; ita glabrescit, & fit idonea seminibus area.

Glacies, glaciei, pen. pro. f.g. (πηγός, κρύος, πάγετος, κρύσταλλος,) Aqua cõgelata. Plin.li.8.ca.28.2. Aure ad glaciẽ appositã.

Frigidius glacie pectus. Ouid.epist.1.5.

Lucidior glacie. Ouid.13.Metam.171.

Glacies aspera. Virg.10.eclog.10,
Ah, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.

Astricta ventis glacies. Ouid.1.Metam.25.

Cærulea glacie concretus. Virg.1.Georg.48.

Fragilis glacies. Ouid.3.de Arte, 75.

Frigida glacies lædit molle pecus. Virg.3.Georg.59.

Indurata glacies, Vide INDVRO.

Iners stat glacies. Horat.2.Carm.ode 9.1.

Niualis glacies. Claud.1.de raptu Pros.14.

Saucia glacies. Ouid.2.Metam.162.

Ignis exoluit glaciem. Lucret.lib.6.76.

Flumina trudunt glaciem. Virg.1.Georg.62.

Glacio, glacias, (πηγνύω,) glaciare, in glaciem conuertere. Plin.lib.14.ca.21.1, Glaciatæ moles prodigii modo.

Glaciare pro glaciari. Plin.lib.29.cap.3, ad finem, Fit autem hyeme, quoniam æstate non glaciat nisi accepta cera. Id est non glaciaĩ, non coãgulatur.

Iupiter glaciat niues. Horat.3.Carm.ode 10.2.

Glaciari, In glaciem conuerti. Plin.lib.24.ca,13.4, Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.

Glacians, Participium, (πηγνύων,) vt Glaciantes auræ Boreæ, Valer.4. Argon.144.

Glaciatus, Aliud Particip. (πηγνύς,) Colu.li.7.ca.82, Nec dubiũ quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissimẽ sapiat. Id est coagulatus.

Humor glaciatur in gẽmas. Plin.lib.8.38.2, Lyncum humor ita redditur vbi gignũtur, glaciatur arescitve in gẽmas carbunculis similes.

Humor glaciatus in grandines. Plin.lib.2.cap.39.2, Alia sunt in liquorem soluti humoris fœcunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines.

Glaciãlis, & hoc glaciãle, pen. prod. (κρυμώδης,) Quod in glaciẽ astringi solet. Iuuenalis Satyr.2.1, Vltra Sauromatas fugere hinc liber, & glacialem Oceanum. Colu.lib.3.cap.1.5, Per quem omni penè regione, & omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali, vel præferuida, curæ mortalium respondet.

Fretum glaciale. Claud.1.Paneg.35.

Frigus glaciale. Ouid.9.Metam.117.

Pol is glacialis. Senec.Herc.fur.1.2.

Glacito, glacitas, pen. cor. glacitare, Proprium est vocis anserum. Author Philomelæ, Cacabat hinc perdix, hinc glacitat impro bus anser. Quidam legunt glositat, alii gratitat.

Gladius, gladii, m.g. (μάχαιρα, κοπίς,) Varro de Lin.Lat. Gladios, e in cõmutato, à clade, quod fit ad hostium cladem. Plaut. Trinum.4.68, -dedisti næ hoc pacto ei
Gladium qui se occideret. Id est ministrasti materiam & adiumentum ad perniciem.

Sica & gladius. Cic.3.in Catil.53.

Acutus gladius, Vide ACVO.

Cruentus gladius. Quintil.lib.4.cap.1.9.

Enormes gladii. Tacit.in vita Agricolæ. Quod & ipsis vetustate militiq; exercitatum, & hostibus inhabile parua scuta & enormes gladios gerẽtibus spatium immensum, & enorme.

Ingentes gladii. Tacit.in vita Agricolæ.

Gladius vagina vacuus. Cic.pro M.Marcel.10, Vidimus tuã victoriã præliorum exitu terminatam, gladium vagina vacuũ in vrbe nõ vidimus quos amisimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ: vt dubitare debeat nemo quin multos si fieri posset, Caius Cæsar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conseruat quos potest.

¶ Cingere se gladio. Vide CINGO.

Cruento

Cruento cum gladio comprehendi. Cic.1.de Orat.91.

Conficere gladio aliquem. Cic.pro Cecinna, 60.

Gladio nostro conficere sententiam alicuius. Est quod alia loquendi forma dicitur, Iugulare & conficere sermonem alterius: hoc est verbis nostris ita facere, vt eius sententia minus probetur. Cic.pro Cecinna, 60. Aut tuo (quemadmodum dicitur) gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur necesse est.

Distringere gladium. Cic.3.Offic.153.

Educere gladium è vagina. Cic.1.de Inuent.131.

Eunt gladii per latus meum. Ouid.epist.10.18.

Extrahere gladium è vulnere. Quintil.lib.4.cap.2.9.

Fabricare gladium. Quintil.lib.3.cap.2.2. & lib.2.cap.16.4.

Finire dolorem gladio. Ouid.1.de Ponto, eleg.7.9.

Fulgens gladius. Cic.5.Tuscul.87.

Imbuere scelere gladium, Vide IMBVO.

Incumbere gladio, Vide INCVMBO.

Infigere gladium hosti in pectus, Vide INFIGO.

Strictio gladio insequi aliquem. Cic.2.Philipp.44.
Ire per ignes & gladios. Ouid.8.Metam.16.

Suo sibi hunc iugulo gladio. Erasmus, Suo gladio, suiue telo iugulari dicitur, qui tuis ipsius dictis reuinciturs aut qui suopte inuento, doloue capitur. denique in quem quocunque modo seu dictum seu factum retorquetur quod ab ipso profectum sit. Tralata metaphora ab his qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. Terent. Adelphis, 5.8.36.
¬ suo sibi hunc Gladio iugulo.

Gladio plumbeo iugulare, est Futili leuiq; argumento conuincere quẽpiam. Cic.ad Atticum, lib.1.ep.4. Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Idem 4.de Finib.79. Frigidum argumentum, plumbeum appellat pugionem. Erasmus.

Micant gladii, Vide MICO.

Triste minantes gladii. Lucret.lib.1.65.

Nudare gladios. Vide post NVDVS.

Obrundere gladios. Claud.8.Paneg.34.

Gladiis districtis portas occupauerunt. Cæsar 7.bel.Gall.45.

Percutere gladio, Vide PERCVTIO.

Perfodi gladiis, Vide PERFODIO.

Pectora gladio petit. Ouid.5.Metam.37.

Recondere gladium in vaginam. Cic.1.de Inuent.131.

Recondere gladium lateri. Ouid.12.Metam.97.

Mucrones gladiorum à iugulis nostris reiecimus. Cic.3.in Catil.49.

Retundere gladios districtos. Cic.3.in Catil.49.

Stringere gladios. Virg.12.Aeneid.56.

Stricti gladii. Ouid.15.Metam.160.

Traiectus gladio. Ouid.epist.2.28.

Transegit seipsum gladio. Tacit.lib.14.

¶ Gladius, piscis apud Plinium lib.31.cap.11.3.

Gladiolus, gladioli, pen. corr. (μαχαίριον,) Diminutiuum.

Gladiolus, Herba quædam, quòd sit foliis gladii similis. Vide Plinium lib.21.cap.11.4.

Gladiator, pen. prod. gladiatoris, (μονομάχος,) Gladiatores dicuntur generaliter omnes qui gladiis pugnant, etiam discendi gratia, tantũ quàm in ludum producantur. Cic.3.Philippic.149. Quod si tam (quod Dii omen auertant) fatum extremum Reip. venit, quod gladiatores nobiles faciunt, vt honestè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiumque omnium, &c. Idem 7.Philipp.128. Gracchorum potentiam maiorem fuisse arbitramini, quàm huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari soleat, sed vt appellant si qui planè & latitor quærit. Idem ad Cassium, libro 12.2.4. Cædem enim gladiator quærit.

De gladiatorũ origine ac causa Iulius Capitolinus habet hoc pacto, Multium sanguine litato (specie pugnarum fortunam satiarent. Alii hoc liberis tradunt, quod verisimilius videtur, ituros ad bellũ Romanos debuisse pugnas videre, & vulnera, & formam, & nudos inter se coeuntes, ne in bello armatos hostes timerent, aut vulnera & sanguinem perhorrescerent. Hinc mos tractus videtur, vt imperatores ad bellum proficiscentes, munus darent gladiatorium.

Familiæ gladiatorum. Cic.pro Sylla, 40.

Centum paria gladiatorum. Horat.2.Serm.saty.3.117.

Athletæ & gladiatores. Cic.in Orat.133.

Sicarii & gladiatores homines. Cic.pro Rosc.Amer.6.

Importunissimus gladiator, Vide IMPORTVNVS.

Gladiator armorum inscius. Quintil. lib.1.cap.12.2.

Vetus ac nobilis gladiator. Cic.pro Rosc.Amer.10.

¶ Bonus gladiator rudem tam citò accepit. Cic.2.Philipp.82.

A gladiatore cessisse lanista videtur. Cic.pro Rosc.Amer.70.

Cum bustuario gladiatore decertare. Cic.in Pisonem, 14.

Gladiatori & militi armorum ars ludicra prodest. Cic.2.de Orat.47.

Victus repent gladiator arenam. Ouid.2.Trist.4.

Gladiatorius, Adiectiuum, (μονομαχικός,) vt gladiatorius ludus. Cic.in Catil.31, Nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur.

Gladiatorius animus. Erasmus, prouerbii speciem habet quod legimus in Phormione Terentiana, Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Quo significatur ita tendi ad nocendum alteri, vt id cum proprio etiam periculo tentetur, animo pertinaci, paratoque vel perdere, vel perire. Nam gladiatori composito ad certamen hæc pugnæ proposita sors est, aut occidere si occupauerit, aut occumbere si cessauerit.

Certamen gladiatorium. Cic.1.de Orat.173.

Gladiatorius congressus. Plin.lib.8.cap.2.1.

Gladiatorius locus. Cic.pro Murena, 67, Nec si virgo Vestalis huius propinqua & necessaria locum suum gladiatorium concessit huic, non & illa piè fecit, & hic à culpa est remotus.

Gladiatorium munus. Plin.lib.15.cap.18.10, Ara inde sublata gladiatorio munere Drusi Iulii, quod nouissimè pugnauit in foro.

Pugna gladiatoria. Cic pro Milone, 71.

¶ Gladiatorium quoq; ponunt sine adiecto scriptores, subaudito substãtiuo. Liu.lib.4.Decad.5, Vix gladiatorio accepto, decem talentis, ab rege rex vt in eam fortunam recideret. Subaudi, præmio.

Gladiatorium est stomachari. Hoc est, gladiatorium publicorum proprũ non autem virorum fortium. Cic.4.Tuscul.73, An verò vir fortis nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse? Gladiatorium id quidem quãquam in eis ipsis videmus sæpe constantiam.

Gladiatura, gladiaturæ, pen. prod. f.g. (μονομαχία,) Tacit.lib.3, Addunturque seruituti gladiaturæ destinat.

GLANDOMIRVM, (γλανδόμυρον.) Hispaniæ Tarraconẽsis vrbs Ptolemæo, Vulgò hodie Mondauedo.

Glans, glandis, vel glandis, huius glandis, f.g. (βάλανος, δρυοβάλανος,) Fructus arboris quercus. Plin.li.16.ca.56.1, Ceres frumẽta inuẽnit, quum antea glande vescerentur. Colu.lib.4.cap.33, Glandem magis quàm cast ineam postulabant.

Glans fructus omnũ arborum glandiferarũ: vt Glans fagineæ, Glans illignea. Plin.lib.16.cap.5, Dulcissima est osum glans fagi. Virg.4.Georg. 17, Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Glandem quæ propriè intelligitur, ferunt robur, quercus, esculus, cerrus, ilex, suber. Plin.lib.16.cap.6.

Glandis appellatione (inquit Caius in L. Qui venenum ff. De verb. & rerum signif.) omnis fructus vt Labeonis ait, continet exẽplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species δρυοβάλανον appellantur.

Glans cadoca est q ex arbore cecidit, inquit Paulus in L. Sylua cædua. ff. De verborum significat. Lucret.lib.5.274.

Glans cerrea, Vide CERRVS.

Fagea glans. Plin.lib.16.cap.5.2, Nanque alia fageæ glandi figura, alia quernæ, & alia illignæ.

Hyberna glans. Virg.10.eclog.4,
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.

Illigna glande nutritus aper. Horat.2.Serm.saty.4.8.

Glans quernea. Colu.lib.9.cap.1.5, Quernæ glandis, illignæ, nec minus cerreæ. Virg.1.Georg.61.

Glans & pabulum. Cicero de Aruspic.responsi.4, Quid enim hunc persequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum, meorum & glande corruptum.

¶ Glans, plumbum in modum glandis formatum, quod antiqui milites in bello iaculabantur. Sallust.in Iugurth. Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Hirt.5.belli Asiatici, 73. Sagittasque & tela vti fierent complura, curare, glandes fundere, sudes comparare. Stat.1.Achill.88.
Plumbea glans. Lucret.lib.6.36.

Glandula, glandulæ, pen. corr. Diminutiuum, (βαλανίον.

Glandula, (ἀδήν,) caro glandulosa in sue, quæ ab antiquis boni saporis putabatur. Plaut. Menæch.5.18,
Iube nobis tribus apud te prandium accurari,
Atque aliquid sitomentorum de foro obsonarier,
Glandulam fusilem, laridum, pernam iridem. Martialis, Partitur apri glandulas palæstritis. Idem lib.7.19, Ter poscit apri glandulas, quater lumbum.

Glandulosus, penult. product. Adiectiuum, (ἀδενώδης,) Plenum glandulis. Colum.lib.7.cap.9.1, Qui porcum laudat qui est amplæ & glãdulosæ ceruicis.

Glandium, glandii. (ἀδήν,) Pars quædam intestinorum est, vt inquit Priscianus. Alii volunt esse partem apri iuxta ceruicem, vel ipsam ceruicem. In hac enim glandulæ positæ sunt. Plaut. Capt.25.7, Arripuit gladium, prætruncauit tribus tergoribus glandia. Idem Curc.7.44. Nam illis conuentris sanè opus est meis dentibus.
DIH. Pernam, abdomen suis, glandium. Plin.lib.8.cap.51.5, Hinc Cic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſoriarum legum paginæ, interdictáque cœnis abdomina, glándia, teſticuli, &c. Idem libro 16.cap,38.4. Quibuſdam ſunt tubera ſicut in carne glandia. Idem libro. 17.cap.6, de marga. Eſt quiddam terræ pileps ac veluti glandia in corporibus, ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo. De glandio ſuillo.

Glandifer, pen. corr. Adiectiuum, (γαλανοφόρος,) Quod glandes producit. Plin. in Procem. lib. 16.1, Primum erat narrare glandiferas quoq;. Cicc. 1.de Leg.3, Quare glandifera illa quercus ex quo olim enolauit Nuntia fulua Iouis, &c. Ex quodam poeta. Ouid.1.2.Metam.66.

Glandiferæ & fructuoſæ arationes. Cicc. 2. Philip. 100. Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leõtini, in Pop. Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur.

Glandarius, Adiectiuum, (βαλανικός,) Denominatiuum à glande: vt Glãdaria ſylua, quæ ſeruatur glandis ſerendæ cauſa. Cato cap.1.3, Secundo loco ortus irriguus, &c. octauo arbuſtum: nono glãdaria ſylua. Sic Varro lib.1.de Re ruſt.cap.7.6.

GLANVM, (γλανὸν,) Saliorũ ciuitas in Gallia Ptolemæo. Vulgò Gap.

Glanus, vel glanis, (γλανίς,) Piſcis genus. Plin. lib.9.ca.43, Cantius qui & glanis vocatur, auerſos mordet hamos, nec deuorat, ſed eſca ſpoliat. Idẽ lib.32.ca.10.14, Verrucas tollit glani iecur illitũ.

Glaphyrus, pen. corr. γλαφυρός, feſtiuus, iucundus, ornatus, politus. Mart. lib.4.5,

Vendere nec vanos circa palatia fumos:
Plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro.

Glarea, glareæ, pen. corr. (ψῆφις,) Minutiſſimi lapilli qui in fluuiorum ripis, vel maris littoribus reperiuntur. Colu. lib.1.cap. 2.8. Qui cum parte dimidia lapides minutos vel nudam glaream repererint. Idem lib.6.cap.13, Stabula ſunt optima ſaxo aut glarea ſtrata: non incõmoda etiam ſabuloſa: illa quod imbres reſpuãt, hæc quòd celeriter ſorbeant, tranſmittantque.

Puluis & glarea. Cicc. ad Quint. fratrem, lib.3.17.7. Eo loco puluis non glarea iniecta eſt.

Glarea & arena. Colum. lib.11.cap.3. Niſi aut nudæ glareæ; aut ſine vllo robore ſolutiſſimæ arenæ.

Dura glarea. Tibul. lib.1.eleg.7.13.

Ieiuna glarea, Id eſt ſicca & ſterilis terra. Virg.2.Georg.43. Seruius.

Glareola, glareolæ, penult. corr ep. Diminutiuum. Plaut. Glareolam manu effundens.

Glareoſus, pe. pro. Adiectiuum, Plenũ glarea. Plin. lib.16.ca.8.40, Silaus naſcitur glareoſis & perẽnibus riuis cubitalis, apii ſimilitudine.

Glareoſa & ſaxoſa amat ficus. Colu. de Arboribus. cap.21.1.

Glareoſi riui. Plin. lib.26.cap.8.40.

Glareoſa & ſaboloſa arua. Colum. lib.2.cap.10.18.

Glareoſa ſaxa. Liu.1.bel. Pun.115, Adhæc ſaxa glareoſa voluẽs, nihil ſtabilis nec tuti ingrediens præbet.

Glaſtum, glaſti, (γλάστον,) Herba qua fullones pãnos inficiunt. Plin. lib.22.cap.1, Similè plantagini glaſtum in Gallia vocatur: quo Britãnorum coniuges nurusque toto corpore oblitæ, quibuſdam in ſacris nudæ incedunt, Aethiopum colorem imitantes. Cæſar etiam author eſt, Britannos ſe hac inficere, quo horridiori ſint aſpectu in pugna. lib.5.bel. Gall.56.

Glaucito, glaucitas, pen. corr. Verbum proprium catulis. Ouidius, aut quiſquis ille ſit qui libellum de Philomela ſcripſerit 12. Glaucitat & catulantur lepores vagiunt.

Glaucium, (γλαύκιον,) Herbæ genus ſylueſtris & erraticę. Rhœa vocatur: alii paralion dicunt. Naſcitur in aſſlatu maris, aut nitroſo loco. Hæc Plinius lib.20.ca.19.2. Glaucion, inquit Hermolaus, foliis déſis, minoribus quam papaueris, ſordidioribusq;, guſtu amaro cum quadam aſtrictione. Granum habet crocei coloris.

Glaucoma, Glaucopis, Vide GLAVCVS.

Glaucus, Adiectiuum, (γλαυκὸς,) Quod admiſtũ habet viridi colori alborem quendam. Vnde Virgilius glaucas ſalices, & oliuas, & vluam & equum dixit. Gellius lib.2.cap.26. Sed ne viridis quidem color pluribus quàm à nobis vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius colorem equi ſignificare viridem volens, cæruleum magis dicere equum, quàm glaucum. ſed maluit verbo vti notiore Græco, quàm inuſitato Latino. Noſtris autem Latinis veteribus cæſia dicta eſt, quæ à Græcis γλαυκῶπις, vt Nigidius ait, de colore cæli, quaſi cælia. Plin lib.9.cap.36, de conchyliis loquens, Vnde conchyliis pretia quis virus graue in fuco, color auſterus in glauco, & iraſcenti ſimilis mari?

Glaucus amictus. Virg.12.Aeneid.

Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
Multa gemens: & ſe fluuio dea condidit alto. Vbi Seruius,
Glauco amictu, quaſi propter vndarum ſimilitudinem.

Arundo glauca. Virg.10.Aeneid.41.

Fronde glauca canentia ſalicta. Virg.2.Georg.3.

Fructus glauci oliuæ. Claud.2.in Eutrop.55.

Glauci oculi, Iidem qui & cæſii, quales ſunt felis & leonis, & noctuæ oculi. Plin. lib.8.cap.21.4, Oculis glaucis, colore ſanguineo, &c. De mantichora. Atque hic ab Homero γλαυκῶπις ἀθήνη eſt appellata, hoc eſt Pallas cæſios & glaucos oculos habens: quòd antiqui ſummam puellarum pulchritudinem in glaucis oculis conſtituebant.

Oliua glauca. Stat.2.Sylu.20.

Glauci ſpadices. Virg.3.Georg. –honeſti.
Spadices, glaucique. Vbi Seruius, Glauci, felincis oculis, id eſt ſplendore perfuſis.

¶ Glaucus, Piſcis. Plin. lib.9.ca.16.4, Quidam rurſus æſtus impatientia, mediis feruoribus ſexagenis diebus latent, vt glaucus, aſſelli, auratæ. Idem lib.39.cap.11.11, tradit glaucum æſtate non apparere.

GLAVCVS, (γλαῦκος,) Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, auxilio Troianis venit: cum quo Diomedes memor veteris hoſpitii, iuſtis dextris amicitiam inuit, armaque commutauit ænea pretio nouem boum, cum illius aureis armis, quæ centum erant boũ. Author Homerus Iliados ſexto. Glaucus piſcator, vt habetur in fabulis, piſces captos ſupra ripam explicuit, donec retia ſiccarentur. At illi contacta herba, colligentes ſeſe in mare proſilierunt. Glaucus eam herbam deguſtans, immortalitatem adeptus eſt, vt eſt apud Ouidium lib.13.Meta. Glaucus, Antenoris Troiani filius, ab Agamemnone interfectus, vt eſt author Dictys Cretenſis. Glaucus, Siſyphi filius, qui apud Potniã regnauit, equas alebat humana corpora paſcentes, à quibus & ipſe poſtremò deuoratus. Author Probus grãmaticus. Seruius vero dicit Glaucum Potniaden, ſacra Veneris ſpernentem, ab equabus ſuis, quibus à currum vtebatur, dilaceratum. Huius meminit Virgilius 3.Georg.54.

Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum.
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci
Potniades mãlis membro abſumplere quadrigæ. Alius fuit Minois filius. Alius inter miniſtros Vulcani cõmemoratur ab Herodoto. Alius item Lemnius ſtatuarius apud Stephanum.

Biformis glaucus. Claud.3.de raptu Proſerp.3.

Glaucinus, pen. corr. Adiectiuum (γλαυκεοειδὴς,) Glauci colorem habẽs. Martialis lib.9.18, Pallia donauit glaucina Coſme tibi.

Glaucõma, pen, prod. glaucomatis, n.g. & Glaucomatum, glaucomati. & Glaucoma, glaucomæ, (γλαυκώμα,) Vitium eius humoris in oculis qui cryſtallinus appellatur, nempe dum in colorem glaucũ mutatur. Plautus Milite, 4.69.

Et nos factitiis fabricis & doctis dolis
Glaucomam ob oculos obiiciemus eumque ita
Faciemus, vt quid viderit, nõ viderit. Plin. li.29.ca.6.19. Glaucomata dicunt magi cerebro catulũ ſeptem dierum emendari, ſpecillo dimiſſo in dextram partem, ſi dexter oculus cõtegitur: in ſiniſtrã, ſi ſiniſter: aut felle recenti aſionis.

Glaucõpis, pe. pro. (γλαυκῶπις,) Vide Glauci oculi, in GLAVCVS.

Gleba, glebæ, (βῶλαξ, βῶλος,) Cæſpes terræ dicta q. ſit quaſi globus. Cic. pro Cecin.44, Quid igitur, ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquẽ de fundo ſcipitẽ egeris? Idẽ 2.de Nat.deor.117, Sed non quũ dicimus natura conſtare adminiſtrariq; mundũ nõ ita dicimus vt glebã, aut fragmentũ lapidis, aut, &c. S'c Cæſar 7.bel Gall.106.

Cæſpes & gleba. Cicc. pro Cecinna, 45, Vinces profectò non fuiſſe armatos eos qui ſaxa iacerent, quæ de terra tollerentnon eſſe arma cæſpites, neque glebas.

Putris gleba. Virg.1.Georg.9.

Vuiferæ glebæ. Silius lib.7.53.

¶ Adimere glebam de aliquorum agris. Cic.3.de Lege Agrar.2.

Inertes glebas raſtris frangere. Virg.1.Georg.19.

Humare glebis. Cic.2.de Legibus, 89.

Iniecta in os alicuius gleba. Cic.2.de Legibus, 89.

Supinatas Aquiloni oſtendere glebas. Virg.2.Georg.53.

Agri glebam poſſidere. Cic.5.Ver.22.

Sitiens gleba. Claud.de bello Gildon.31.

Ligonibus Verſare glebas. Horat.3.Carm.ode.6.8.

Virens gleba, id eſt cæſpes. Iuuen.Saty.12.9.

Siceis vruntur ſemina glebis. Horat.Epod.16.12.

Gleba non ſolùm de terra dicitur. Plin. lib.36.ca.5.4, Nuper etiam in Lunenſium lapicidinis. Sed in Pariorum mirabile proditur, gleba lapidis vnius cuneis diuidentium ſoluta imaginem Silenĩ intus extitiſſe, libido. cap.6.7, Inter hos primum, vt arbitror, marmoreos parietes habuiſſe ſcena M. Scauri, non facilè dixerim ſectos an ſolidis glebis poſitos. Et cap.19, ad finem, Phrygius lapis gentis nomen habet. Eſt autem gleba pumicoſa.

Glebofior, Cõparatiuum. Plin. lib.35.ca.16.1, Altera glebofior candida.

Glebõſus, pen. prod. Adiectiuum, (βωλακώδης,) Plin. lib.35.cap.15.2. de ſulphure, Genera quatuor, viuum quod Græci apyron vocãt, naſcitur ſolidum, hoc gleboſum. Hoc eſt, in formam glebæ.

Glebula, glebulæ, pen. cor. Diminutiuum, (βωλάριον,) Plin. lib.29.ca.55. Glebula ex hirũdinũ nido illita ex aceto. Col. li.1.ca.6.16. Lapilliq; carent, & glebulis, quas per trituram ferè terrena emittit area.

Gleſſum.

Gleſſum, gleſſi, Electri ſpecies. Plin. li.37.ca.3.1, Certum eſt gigni in inſulis Septẽtrionalis Oceani, & à Germanis appellari gleſſum. Itaque & à noſtris vnam inſularum ob id gleſſariam appellãtam, Getmanico Cæſare ibi claſſibus rem gerente, Auſtrauiam à Barbaris dictam. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in ceraſis, reſina pineis. Erumpit humoris abundantia ideaſtatur rigore vel tepore autumnali.

Gleucinum, pen. corr. (γλεύκινον,) Oleum muſtũ, hoc eſt expreſſum antequàm oliuæ in torcũlari ſubigantur. γλεῦκος, muſtum. Gleucini olei compoſitionem vide apud Columellam lib. 12.cap.51.1. Plinius lib.23.cap.4.13.

Glis, gliris, maſc. gen. (ἐλιός,) Animal muri ſimile, quod nutritur in arboribus, & bonam partem anni ſomno conſumere dicitur. Vide Plinium lib.8.cap.57. Martialis, Somniculoſos ille porrigit glires. Idẽ lib.13.59. Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tepore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Glirarium, glirarii, (ἐλιοτροφεῖον,) Locus in quo nutriuntur glires. Varro 3.de Re ruſt.cap.15.1. Glirarium diſimili ratione habetur, quòd nõ aqua, ſed maceria locus ſepitur.

Gliſco gliſcis, (ἐπιθυμῶ,) gliſcere, Creſcere é, inquit Feſtus. Plaut. Aſina.16.62. Pulchrè hoc gliſcit prælũ. Idem Capt.1.1.28.

Vidẽ hunc quàm inimico vultu intuetur: concedere optimũ eſt Aegio: ſic (quod tibi dixi) gliſcit rabiticauc tibi. Liu.6.ab Vrb.69, Gliſcente in dies ſeditione, quàm ſolito magis. Cic. in Hortenſio, Ad iuuenilem libidinem copia voluptatũ gliſcit illa, vt igni oleo. Liu.9.bel.Pun.10. Et 1.ab Vrbe, 65. Et 2.bel.Maced.153. Gell.lib.2.cap.7. Eadem autẽ ipſa quæ creſcente luna gliſcunt, defluente contrà luna deficiunt.

Numero gliſcere. Tacit.lib.4. Quum ex vti temporis lucc mearent, gliſcerent numero, & aliquando minuerentur.

Flatu gliſcit aulicio. Valer.1.Argon.56.

Gliſcit authoritas. Tacit.lib.3. Punitis ingeniis, gliſcit authoritas

Certamen gliſcit. Tacit.lib.10.

Cuius gliſcit. Stat.1.Thebaid.22.

Dignatio ſacerdotum gliſcit. Tacit.lib.4.

Diſcordia gliſcit. Tacit.lib.4.

Flagitia gliſcunt. Tacit.lib.14.

Infamia gliſcit. Tacit lib.14.

Inuidia crudelitatis gliſcit. Tacit.lib.15.

Libido pugnandi gliſcebat. Silius lib.7.44.

Luxuria interim gliſcebat. Tacit.lib.16.

Multitudo periclitantium gliſcebat. Tacit.lib.3.

Periclum gliſcit. Claud.1.in Eutrop.79.

Poteſtas gliſcebat. Tacit.lib.3.

Præcordia gliſcunt. Valer.1.Argon.128.

Sæuitia gliſcit. Tacit.lib.5.

Mauti rumor atque audacia gliſcit. Stat.9.Thebaid.157.

Acceuſo gliſcit violentia Turno. Virg.12.Aeneid.2.

¶ Gliſcere dicitur terra, Hoc eſt pinguiſcere. Colum.lib.2. Prius tamen quàm exilem terram iteremus, ſtercorare conuenit. nam eo quaſi pabulo gliſcit. Idem lib.3. Paleis quæ penè omnibus regionibus abundant, etiam gliſcit. De aſino loquitur. Idem lib.2.cap.14. Quod etiam in fabis cæteriſque leguminibus quibus terra gliſcere videtur, veriſimile eſt accidere.

Gliſcens, Participium: (ἐπιθυμῶν,) vt

Adulatio gliſcens. Tacit.lib.1, Donec adulatione gliſcente deterreretur.

Famam in dies gliſcentem ſors diſcuſſit. Tacit.lib.18.

Malum gliſcens. Silius lib.7.71.

Negotia gliſcentia. Tacit.lib.11. Deio gliſcentibus negotiis.

Periculo gliſcẽtia. Tacit.lib.15. Quo gliſcentibus periculis etiã ſub, &c.

Pernicies gliſcens. Tacit.lib.12. Mox gliſcente pernicie, &c.

Globus, globi, (σφαῖρα, στρόμβος, σφαιρωμα,) Corpus ſolidum vndique rotundum, quam Græci ſphæram appellant. Virg.6. Aeneid.145.

Principio cælum ac terras, campoſque liquentes,
Lucentemque globum lunæ. Cic.2.de Nat.deor.65. Quumque duæ ſorpiacet) ex planis, &c.

¶ Globus, Quicquid eſt rotundum, non concauum. Plaut. Pœn.6.4.

Quid poſteà? in fundas infundẽdum grandiculos globos,
Ego illos volantes iuſſi fundariier.

In cœlo animaduerſi globi. Cic.1.de Diuinat.158.

Nodoſus globus. Stat.1.Sylu.5.12.

¶ Globus, (σύστημα,) Multitudo hominum, ſine aliorum animalium, aut alterius cuiuſcunque rei ſimilis, collecta & quaſi conglobata. Saluſt. Alii fiducia gnauitatis locorum, occulta fuga ſparſi alii globis eruptionem tentauerunt. Liu.8.ab Vrbe, 161. Extrema concio, & circa Fabiũ globus, increpabant inclementem Dictatorem.

Globus armatorum. Liu.9.ab Vrbe, 164. Et lib.1.20. Globus inuenum. Et lib.3.197. Globus mulierum.

Hoſtiles globi, Id eſt hoſtium cateruæ. Claud.1.Paneg.11.

Cordis globus. Lucret.lib.4.14.

Flammarum globos attollit Actna. Virg.3.Aeneid.115.

Lanæ globi. Horat.1.epiſt.13.3.

Picei globi. Valer.3.Argon.27.

Sanguinis globos vomit. Ouid.12.Metam.48.

Stellarũ globi terræ magnitudinẽ facilè vincebant. Cic. in Som. Scip.13.

Globus terræ eminens è mari. Cic. in Tuſcu.106.

¶ Terra, globus. Cic. in Somnio Scip.11. Homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio vides, quæ terra dicitur.

Globulus, pen. cor. Diminutiuũ, (σφαιρίον,) Plin. lib.33.cap.5.3. Cum tinxere pictores, orobitin vocant: eiusque duo genera faciunt, Luteam q̃ ſeruatur in lomenta, & liquidum globulis ſudore reſoluti.

¶ Globulus, Gen? edulitiũ: quo Cato c.129. Globulos, inq̃t, ſic facito, &c.

Globõſus, pen. prod. Adiectiuũ, (σφαιροειδὴς,) Id eſt rotundus. Cicc. de Vniuerſ.11. Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.

Globoſum corpus. Colu lib.10.17. Lucret.lib.1.95.

Globoſa forma. Cic.1.de Nat.deorum.70.

Mundus globoſus. Cic.1.de Nat.deorum.173.

Globoſa ſaxa. Liu.8.bel.Maced.114. Author ad Herenn.71.

Globoſæ ſtellæ & rotundæ. Cic. in Somnio Scip.11.

Terra ſolida & globoſa. Cic.1.de Nat.deor.141.

Globoſus turbo. Cic.2.de Nat.deor.128. Ex quodam poeta.

Globo, globas, (σφαιρόω,) Globare, Aliquid ſolidum in rotũditatẽ cõponere. Plin. lib.2.ca.2. Forma eius in ſpẽm orbis abſoluti globatam eſſe nomen in primis, & conſenſus in eo mortalium orbem appellantium.

Globati paruis orbibus. Plin. lib.2.ca.65.4. Nanq; & dependentes vbiq; guttæ paruis globantur orbibus.

Globari in rotunditatem. Plin. lib.18.cap.15.4.

Nubes globantur. Plin. lib.18.cap.vltimo.14.

Glocido glocidis, pen. cor. glocidare. Proprium eſt gallinarũ quũ pullos incubitura ſunt: quod fit crebris ſingultibus, interiecta voce acuta. Feſtus.

Glocio, glocis, glocui, glocitum, pen. prod. glocire, Idem quod, glocidare. Columella lib.8.ca.5.3. Obtenuare debet cuſtos, dum edent oua, vt ea quæ nata ſunt, recolligantur: notenturq;, quo quæq; die ſint editæ & quàm recentiſſima ſupponantur glocientibus.

Glomus, glomi, m.g. & glomus, glomeris, penult. corr. n.g. (κόμβος,) Eſt globus ex filo factus. Plin. lib.30.cap.13. 8. Quo ſiquis inuoluerit ſine glomere lini, exitum inuenire nequeat. De labyrinthis.

Glomero, glomeras, pe. cor. (κομβόω,) glomerare, ſuplicare, & in globi hoc eſt ſphæræ figuram filum inducere, inquit Sipontinus.

Lanam glomerabat in orbes. Ouid.6.Metam.4.

Glomerare per tráſlationem, Congregare & accumulare. Varro 3.de Re ruſtica cap.5.1. Cibatui offas poſitas, eæ maximè glomerantur ex fiois & farre miſto. Celſus libro 7. Maximè vbi inter ſe venæ implicatæ glomerantur.

Glomerant annus. Cic.1.de Diuinat.36. Omnia fixa tuus glomerans determinat annus. Ex poeta.

Glomerãtur aues. Virg.6.Aene.62. Quàm multæ glomerantur aues.

Glomerata glades Cic.1.Tuſcul.45.

Atque hæc vetuſta ſeclis glomerata horridis,
Luctifica clades noſtro infixa eſt corpori. Ex Aeſchylo.

Nuues glomeratas agit Corus. Silius lib.3.106.

Glomerantur nubes. Virg.9.Aeneid.3.

Hinc atque hinc glomerantur. Virg.1 Aeneid.101.

Glomerari puluere. Plin. li.12.ca.17.2. Ladanum glomerari puluere, coqui ſole tradunt.

Glomerari in orbem. Virg.4.Georg.16.

–magnum muſtæ glomerantur in orbem.

Agmina cerui glomerant fugã. Virg.4.Aeneid.31.

Greſſus glomerare ſuperbos. Virg.3.Georg.23.

Ventus incendia glomerat. Virg.2.Georg.63.

Manum glomerare bello. Virg.1.Aene.61. Bello, ad bellum. Seruius.

Saxa ſub auras glomerat. Virg.3.Aeneid.115.

Nubes tempeſtatem glomerant. Virg.1.Georg.65.

Glomeratio, Verbale, (κόμβωσις,) Plin. lib.8.cap.42.1.de equis, Quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno eiurum explicatũ glomeratio.

Glomerãmẽ, pe. pro. glomeraminis, n.g. (κόμβωμα,) Lucret.lib.2.138.

Diſimiles igitur formæ glomeramẽ in vnum Conueniunt.

Gloria, gloriæ (κλέος, κλεῖος, δόξα, εὔκλεια,) Cic.2.de Inuent.144. Gloria, Eſt frequens de aliquo fama cum laude. Quintil. Cõſcutiens laus bonorum, gloria appellatur. Cicc.1.Officiorum.94. Vix innititur qui laboribus ſuſceptis periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſyderet gloriam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gloria, est illustris ac peruagata multorum & magnorum vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Cic. pro Marcello, 15. & 16.
Gloria, est solida quædam res & expressa non adumbratarea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute. Cic. 2. Tusul. 6.
Ex omnibus præmiis virtutis amplissimũ est gloria. Cic. pro Milone, 74.
Auidior gloriæ, Vide AVIDVS.
Clarus gloria, & authoritate grauis. Cic. 2. de Orat. 84.
Gloria cumulatior, Vide CVMVLVS.
Cupidus gloriæ & altissimus animus. Cic. 1. Offic. 94.
Splendoris & gloriæ cupidus. Cic. 1. Offic. 65.
Cupiditas gloriæ. Quintil. lib. 7. cap. 3. 10, Quod ipsum fecisse seductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor.
Vita breuis, cursus gloriæ sempiternus. Cic. pro Sestio, 38.
Gradus gloriæ dispares, honorum pares sunt. Cic. pro Planc. 49.
Gloria palmæ, Victoria. Virg. 3. Georg.
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmę.
Fructus veræ virtutis, gloria. Cic. in Pisonem, 44.
Ostentatio & gloria. Cic. pro Rab. Posthu. 23.
Gloria & laus. Cic. 1. Philipp. 11, Ea autem est gloria & laus rectè factorum, & magnorum in, Remp. meritorum.
¶ Dulcis gloria. Cic. Antequ. iret in exil. 4.
Hortatrix animosi gloria lethi. Stat. 9. Thebaid. 144.
Magna apud omnes gloria nomen Annibalis. Cic. 2. de Orat. 41.
Magna gloria nostri ævi. Ouid. epist. 21. 19.
Matura gloria, Vide MATVRVS.
Militaris gloria. Tacit. in Vita Agricolæ.
Naualis gloria, Vide NAVIS.
Operosa gloria. Ouid. epist. 2. 13.
Romana gloria. Quintil. lib. 1. cap. 10. 14.
Solida veraque gloria. Cic. Bruto, 3. 5.
Vera, grauis, & solida gloria. Cic. 5. Philip. 100.
¶ Abiicere gloriam & deponere. Cice. 2. de Orat. 116, Gloria parta non delectari, sed totam abiicere, atque deponere.
¶ Honorem & gloriam acquirere. Cic. Appio, lib. 3. 7. 15.
Acquirere ad gloriam, Vide ACQVIRO.
Immortalem gloriam non adimunt, si vitam eripiunt. Cicero Antequam iret in exilium, 14.
Afficere gloria, Vide AFFICIO.
Amplificare gloriam, Vide AMPLIFICO.
Gradibus gloriæ videntur homines ascendere. Cic. pro Milone, 74.
Auferre gloriam, Vide AVFERO.
Capere maximam gloriam ob amicitiam summa fide seruatam. Cicer. de Amicit. 15. Vide CAPIO.
Circunfluens gloria, Vide CIRCVNFLVO.
Commendare sempiternæ gloriæ aliquem. Cice. Lucceio, lib. 5. 12. 22. Vide COMMENDO.
Concedere alicui de gloria. Tacit. lib. 19, Ne Antonio, Varoque de gloria concederet.
Consequi gloriam, Vide CONSEQVOR.
Aeternam gloriam consequi. Cic. Plancio, lib. 10. 14. 4.
Propriam ingenii gloriam consequi. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 22.
Cumulare gloriam bellicam eloquentia. Vide CVMVLO.
Summa & perfecta gloria constat ex tribus his, si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. Cice. 2. Offic. 43.
Deflorata gloria. Liu. lib. 8. Decad. 4, Gloriamque eius victoriæ deflorata ad Thermopylas esse.
Laudis gloriæq; mercedem virtus desyderat. Cic. 5. Philip. 189.
Diuulgata gloria. Lucret. lib. 6. 2.
Immortalem gloriam dare, & sempiternam turpitudinem infligere. Cice. in Pisonem, 50.
Ducitur maximè gloria oprimus quisq;. Cic. pro Archia, 19.
Ducere in gloria. Plin. lib. 31. cap. 6. 3. Plerique in gloria ducunt plurimis horis perpeti calorem earum.
Gloria se & prædicatione efferre. Cic. in Parad. 17.
Excellit maximè gloria is, qui virtute plurimũ ꝓstat. Cic. pro Planc. 49.
Falsa gloria Philosophiam exornare. Cic. 2. Tusul. 17.
Expetenda gloria magis est, si pecunia tantopere expetitur. Cicero 2. de Orato. 61.
Fama, gloria, doctrina, plurimis artibus, imperio & laude bellica floruit Græcia. Cic. pro Flacco. 50.
Habere gloriam cum modo. Tacit. lib. 15. Si aut gloriam cum modo, aut prædam cum cura habuisset.
Dicendi gloriam maiorem habere. Cic. de Clar. Orat. 129.
Haber formam honestatis & similitudinem gloria. Cic. 5. de Finib. 121.
Incenduntur omnes gloria ad studia, Vide INCENDO.
Insistere in gloria, Vide INSISTO.
Intendere gloriam, pro Augere. Tacit. lib. 4, Et huic negatus honor gloriam intendit.
Iuncta inuidiæ gloria, Vide IVNGO.
Mactare perfidum vltioni, & gloriæ. Tacit. lib. 2, Reddendamque gratiam in acie faterentur, simul perfidos & ruptores pacis vltioni & gloriæ mactandos.
Multiplicare gloriam, Vide post MVLTVS.
Niti ad gloriam immortalem, Vide NITOR.
Parere gloriam. Quintil. lib. 3. ca. 7. 9, Quo minores opes fuerunt, eo maiorem benefactis gloriam parit. De Fortuna.
Parta gloria. Ouid. epist. 20. 23.
Ponere in gloria, Vide GLORIA.
In gloria referre, Vide IN.
Veram gloriam repudiare, leuis est animi splendorem lucemq; fugientis. Cic. in Pisonem, 44.
Ad gloriam & splendorem in imperio & dignitate omnia reuocare. Cicero Flacco, 21.
Sepolita & discors gloria. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 3.
Sequitur gloria virtutem tanquam vmbra. Cic. 1. Tusc. 177.
In gloria esse, Vide IN.
Sit in æterna gloria Marius. Cic. 4. in Catil. 93. Et 3. Offic. 114, In maxima & gratia futurus sit & gloria.
Nulla est gloria asellos præterire. Martial. lib. 12. 32.
Titillat vos gloria. Horat. 2. Serm. satyr. 3. 36.
Vertere aliquid ad gloriam. Tacit. lib. 13, Idque illi imperitante Claudio impune mox ad gloriam vertit.
Gloriola, pen. corr. Diminut. (δοξίδιον,) Cice. ad Luceium, lib. 5. 12. 34. Et nosmetipsi viui gloriola nostra perfruamur. Idem ad Cæsarem, lib. 7. 5. 9. Hisce eum ornes gloriolæ insignibus.
Gloriosus, pen. prod. Adiectiuũ, (κλεινὸς, κλυτὸς, ἔνδοξος, ὑπερκλυτὸς,) Præclarus, excellens, & qui in magna gratia est. Plaut. Epid. 4. 52, –magnus miles Rhodius, raptor hostium Gloriosus.
Gloriosum consilium. Cic. ad Atticum, lib. 8. 160. 5, Vt non solum gloriosis consiliis vtamur, sed etiam paulo salubribus.
Illustria & gloriosa facta. Cic. 1. de Finib. 57.
Fuga Ciceronis sibi gloriosa, patriæ calamitosa. Cic. 1. de Diuinat. 104.
Gloriosa mors. Cic. 2. de Finib. 156, Cum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors.
Magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis. Cic. pro Flacco, 41.
Præpotens & gloriosa Philosophia. Cic. 1. de Orat. 95.
¶ Gloriosus etiam in malam partem vsurpatur pro superbo: vt propriè sit inanis gloriæ cupidus & ostẽtator: & qui ad gloriã refert quicquid aut facit aut dicit. Plaut. Trucu. 4. 52. Vos nequã & gloriosæ, malæq;, &c. Plin. epistol. 53. b, Miserat etiam epistolas Romam ad amiculam quandam iactantes & gloriosas.
Gloriosus miles, apud Terentium, & Ciceronem lib. 1. Offic. 192.
¶ Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, vt, &c. Cic. 2. de Diuinat. 8.
Præclarum & gloriosum. Cice. 2. Philipp. 49. Longum est persequi cæteros: idque Reipublicæ præclarum, fuisse tam multos, tum multo ipsis gloriosius est.
Ad immortalem memoriæ gloriosum. Cice. 3. de Legibus, 31. Quod nobis quidem egregium, & ad immortalitatem memoriæ gloriosum, neminem, &c.
In priuatis gloriosa, multo magis in regibus commemorabuntur. Cicero pro Deiotaro, 29.
Gloriosum in vulgus. Cice. 4. Acad. 154. Nisi forte quod gloriosum sit in vulgus, id honestum velimus dicere.
Gloriosum mihi. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 6. Mihi verò gloriosum, te iuuenem Consulem florere legibus.
Populari fama gloriosum, vt consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum. Cic. 2. de Finib. 80.
Gloriosum & Inuidiosum, contraria. Cicero 1. Philipp. 25, Charum esse ciuibus, bene de Republica meteri, laudari, coli, diligi gloriosum est: metui verò & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.
Gloriose, penult. prod. Aduerbium, (κλεῶς,) Cum gloria & laude. Plin. de Viris illustr. 47. Ipse quadragies quater accusatus, gloriosè absolutus, Carthaginem delendam censuit. Ibidem. 39. Consulem liberauit: ipse cum trecentis pugnans cecidit: & postea ab Attilio semianimis inuentus & sanatus, magno postea terrori hostibus fuit: Attilius gloriosè triumphauit. Cicer. ad Cælium, lib. 2. 11. 6. Satis gloriosè triumpharem.
¶ Gloriosè, in malam partem: vt Gloriosè loqui. Cice. 2. de Finib. 142. Quid ergo attinet gloriosè loqui, nisi constanter loquare? Idem 3. Tusc. 27. Quoniam hæc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant.
Gloriosè amiciri. Plaut. Persa. 9. 5. Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriosè.

Exordiri

Exordiri non gloriosè. Cice. 2. de Orat. 18.
Gloriosè mentiri. Cic. pro Milone, 53.
Glorior, gloriaris, (κυδιάω, κυδιάομαι, κομπορέω, μεγαλαυχέω, μεγαλοφρονέω,) gloriari, Dese iactãter aliquid pronũtiare, & gloria se & prædicatione efferre. Cic. 5. Vert. 150. Vtrũque in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris. Sic Cæsar 1. bel. Ciuil. 3. Seque alterum fore Syllam inter suos gloriarentur, ad quem summa imperii redeat.
Gloriari apud aliquem. Cicero. 1. Offic. 110. Licet enim mihi M. fili apud te gloriari, ad quem & hæreditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet.
Gloriari contra aliquem. Cic. 5. Tusc. 40.
Gloriari de re aliqua. Cice. 3. de Finib. 43. Quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata. Idem in Vatinium, 22. De rus diuitiis intolerantissimè gloriaris.
De suis rebus gestis gloriari. Cic. pro Domo sua, 72.
Gloriari de se. Cic. de Senect. 74. Vt de me aliquid more senum glorier.
De misera vita nemo gloriari potest. Cic. 3. de Finib. 43.
Gloriari in re aliqua. Cicer. 1. Tusc. 76. Non pudet philosophum in eo gloriari? Idem 1. de Nat. deor. 115. Propter virtutem iure laudamur, & in virtute rectè gloriamur. Idem 2. Offic. 17. Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari.
Quibus rebus quis in seipso gloriatur, easdem in alius reprehendat non concedit. Cic. pro Ligario, 12.
Gloriari insolenter. Cæsar 8. bel. Gal. 108. Propterea quòd insolenter aduersari sui gloriarentur, L. Lentulum, &c. Sic lib. 1. 55. Cic. ad Atticũ, lib. 1. 11. 13. Non enim mihi videor insolenter gloriari.
More senum gloriari. Cic. de Senect. 74.
Nimis gloriari. Cic. de Acusp. resp. 14.
Factis Equitum gloriantur ciues, lætantur socii, gemunt hostes. Cic. Antequam iret in exil. 18.
Gloriari nominibus veterum. Cic. in Orat. 96.
¶ Gloriari, cum accusatiuo. Cic. de Senect. 28. Equidem posse vellem idẽ gloriari quod Cyrus. Salust. in Ciceronem, 4. Quasi verò togatus & non armatus ea quæ gloriatis confeceris.
Se per grasse omnes prouincias gloriari. Cic. 1. de Orat. 143.
¶ Alicui gloriari. Cic. in Pisonem, 1. Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum.
Gloriandus, (κυδιατέος,) Participium, Cic. 5. Tusc. 71. Beata virgo gloriandus, & prædicandus, & præ se ferenda est.
Prædicabile aut gloriandum nec in misera vita quicquam est. Cice. 5. Tusc. 70.
Glorians, (κυδιῶν,) Aliud participium. Cice. 1. de Nat. deor. 97. Quod & non prædicanti tamen facile quidem crederem, sicut mali ædificii domino gloriantis se architectum non habituile.
Gloriario, Verbale, (κυδίωσις,) Cic. 4. de Finib. 82. Illud verò minimè cõfectarium, sed in primis habes: illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam. Sic lib. 3. 41. Ex qua efficitur, gloriatione, vt ita dicam, dignam esse beatam vitam. Idem de Finibus, Virtus digna est gloriatione vt est, tantamque præstat cæteris rebus, &c.
Gloriabundus, (μαρμαρυγόεις,) Qui gloriatur. Gellius libro 5. cap. 5. Contemplatione tanti & tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspicit.

Glos, gloris, f. g. (γλὼς,) Viri soror, inquit Festus. Nonius, Glos appellatur mariti soror, atque eadem fratris vxor.

Glossa, glossæ, (γλῶσσα,) Latinè lingua dicitur. Plaut. Casin, 14. 15.
–timeo hoc negotium quidem,
Nisi hæc ꝓ γλῶσσα, vspiam percussit flore liberi.
Glossa à Quintiliano secretioris linguæ interpretatio dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 1. 14. Primus enim potest interpretationem linguæ secretioris (quas Græci glossas vocant) dum aliud agitur, edicere.
Glossema, pen. prod. glossematis, (γλωσσήμα, γλῶσσον,) Quintil. lib. 1. cap. 14. Circa glossemata etiam, id est voces minus vsitatas, non vltima eius professionis diligentia est. Varro lib. 6. de Lingua Latina, exponens versum Ennii, Cælitum Camilla expectata aduenis, salue hospita Camilla. CAMILLA, inquit, qui glossemata interpretati, dixerunt administram. Ad hi oportet, In his quæ occultiora. Mosellanus Quintilianum sic interpretatur, Aristoteles in poeticis libris sic inquit, Omnis vox aut propria est, quã videlicet singuli vtuntur: aut est glossa, qua cæteri. Hoc est (vt postea ipse exponit) heroicorum versuum scriptores. Ex quibus Aristotelis verbis, atque etiam ex his quæ ex Eustathio citat Etymologicus, colligere licet, glossemata, & glossas apud Fabium priscas & poeticas voces rectè intelligi, quas idem Fabius tam antè, linguam secretiorem interpretatus est, & hic voces minus vsitatas appellat. Sic apud Diomedem intelligendum est glossematicum dicendi genus. Qui itaque apud veteres, has voces interpretabantur, in Græcorum commentariis Glossographi dicuntur. Hactenus Mosellanus. Vide etiam Cælium libro, 13. cap. 4. Afranius Gallus apud Suetonium in libello de Claris grammat. 22. Pugillem olim fuisse Afinius Gallus hoc in eum epigrãmate ostendit, Qui caput ad leuam didicit, glossemata vobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis. Varro de Ling. Lati. lib. 6, Itaque sub hoc glossema callide describunt,

Glottis, glottidis, pen. corr. fœm. gen. (γλωττίς,) Latinè lingua, dicitur. Hinc Plinius lib. 10. cap. 23. auem (quæ rex coturnicum appellatur) glottida vocauit. Glottis, inquit, prælongam exerit linguam, vnde et nomen.

Glubo, glubis, (κλοῦβω,) glubere, Corticem detrahere. Cato de Re rust. ca. 33. Salicium, suo tempore cædito, glubito, arcte que alligato, libros conseruato.
Glubere. Catull. ad Cælium, 54. de Lesbia,
Nunc in quadriuiis, & angiportis
Glubit magnanimos Remi nepotes.
Glubi pecus dicitur, vt Festus ait, cuius pellis detrahitur.
Glubere ramos, Distringere, valde stringere, inquit Nonius. Varro de Re rust. lib. 1, Duritiei enim ea, quòd nõ solum stringit baccam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium rectos. Cato de Re rust. ca. 17, Quę materies semẽ nõ habet, quã glubet, tum tẽpestiua est.

Gluma, glumæ, (ἄλυπον,) hordei tunicula est, inquit Festus. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 48. de frumento loquens, Granum dictum quod est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus eius. Arista, quæ vt acus tenuis lõga eminet: gluma. Proinde vt grani theca sit gluma, & apex arista. Paulo post, Videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubitur granum.

Gluten, glutinis, siue glutinum, glittini, pen. cor. n. g. (κόλλα,) Colla dicitur Græci. Plin. lib. 11. cap. 30. 5, Boum coriis glutinum exconquitur, tantorumq; præcipuum, Idem lib. 16. cap. 8. 17, Laudatur natione Colophonium, Mysium, Prienense, specie autem nitidum, & q̃ simillimum taurino glutini. Idem lib. 13. cap. 11. Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur fauente aqua, minimo aceti aspersu.
Glutinosus, pen. prod. Adiectiuum, Tenax. Plin. lib. 35. cap. 16. 1. Prioris laus vt recens sit, & leuis, linguæq; glutinosa. Colu. lib. 1. in Præf. 21. In Asia, Mysiaque, denla etiam glutinosa terra maximè exuberat. Et lib. 3. cap. 11. 9. Glutinosissima terra. Item lib. 2. cap. 2. 14.
Glutino, glutinas, pen. corr. (κολλᾶν,) glutinare. Coniungere, ferrumiuare. Plin. lib. 35. cap. 11. 2. Vis bituminis, quæ sulphuris, fustit, discutit, contrahit, glutinat. Idem quo genere sistitur sanguis & vulnus glutinatur. Idem lib. 37. cap. 12. 5. Sardoniches è ceraunius glutinantur gẽmis, ita vt deprehendi ars non possit.
Glutinamentum, glutinamenti, (κόλλησις,) Compactio, coniunctio. Plin. lib. 13. cap. 12, Deprehendi tur & lentigo oculis, sed insita mediis glutinamentis tenia. De chartis loquitur.
Glutinator, pen. corr. glutinatoris, (κολλητής,) Cic. Attico, li. 4. 73. 2, Etiã vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus: ad hoc cærera administrestilique imperes vt sumant membranulam, ex qua indices fiant.

Glutio, gluris, (κατεσθίω,) glutire, Deuorare. Iuuenalis Satyr. 4. 3,
Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus
Induperatorem
Glutire vocem. Plin. lib. 10. cap. 12. 4. Pessima eorum significatio, quum glutiunt vocem velut strangulati. De coruis.

Glutus, Adiectiuum, ab antiquis vsurpatum pro vnto & bene saturato. Cato cap. 45. Locus bipalio subactus fiet, benedque glutus fiet. Hæc verba refert Plinius lib. 17. cap. 18. 1.

GLYCON, (γλύκων,) Vir apud Horatium 1. epist. 1. 6. robustissimus, & gladiatoria quadam totius corporis firmitate:
Nec quia deperes inuicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra. Fuit & Glycon medicus Pãsæ apud Romanos, qui in carcerem coniectus est ob suspicionem veneni quod ferebatur indidisse vulneri domini sui. Vnde Suetonius in Augusto, Pansæ quoque, inquit, adeò suspecta mors fuit, vt Glycon medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Et Cic. in Epistolis ad Brutum, tibi, inquit, Glycona medicum Pansæ qui fororem nostri Achilleos in matrimonium haber, diligentissimè commendo. Audimus enim venisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custoditique vt parricidam.

G N

Gnaphalium, gnaphalii, (γνάφαλλον,) Herba inuentitia. Plin. lib. 27. ca. 10. 5. Gnaphalion, alii chamæzelon vocant, cuius foliis albis mollibusque pro tomento vtuntur. Hinc etiam vulgò coronaria appellatur.

Gnarus, gnari, vel narus, (γνάφαρος, ἐπιστάμων,) dicitur sciens & peritus alicuius rei. Plin. lib. 9. cap. 35. 6. Concha ipsa quum manum videt, comprimit sese, operitque opes suas, gnara propter illas se peti. Cic. in Orat. 8. Gnarumq; quibus orationis modis quoque animorum partes pellerentur. De Pericle.
Gnaros sum loci eius. Plaut. Rud. 5. 18.
–quæ mihi est spes qua viuere velim: nec loci sum gnara,

Nec diu hîc fui.Cola.in Præfat.Armorum ac militiæ gnaros.Plin.lib.
9.cap.2.11,Gnara temporis multitudo.
Rerum gnarus.Silius lib.7.85.
Reipublicæ gnarus Sisenna.Cic.de Clar.Orat.121.
Gnari tergi nostri tortores.Plaut.Asin.11.6,
Torroresque acerrimos, gnarosque nostri tergi,
Qui sæpe antè in nostras scapulas cicatrices indiderunt.
¶ Gnarus,pro Cognito.Tacit.li.1,Trudebanturque in paludem gnari
vincentibus,inopia nescia. Idem lib.1.2,At nobis ea pars militiæ ma
xime gnara est.Item lib.15,Idque nulli magis gnarum,quàm Neroni.
Et lib.21.Campos madentes,& ipsis gnaros,paludes hostibus noxias.
Huic dictioni gnarus præposita est litera G,quo dulcius sonaret:quem
admodum factum est dictionibus gnauus & gnotus.Cice.in Orat.89,
Noti erat,& nauì,& nari,quibus quì IN præponi oportteret,dulcius
visum est,ignoti,ignaui,& ignari dicere,q̃ vt veritas postulabat.
Gnaritas,penult.correp.gnaritatis,(ἐπιστημοσύνη,)Sallust. Nanque alii
fiducia gnaritatis locorum occulta fuga sparti, alii globis eruptionem
tentauêre.

Gnathos, (γνάθος,)Latinè gena,maxillàve dicitur,aut bucca.Inde apud Terentium Gnato parasitus.

Gnatus, gnati,m.g.(γνάτος,)Filius.Eadem ratione præponitur illi G,qua dictioni Gnarus.

Gnatho gnathonis,pen.prod.Vir Siculus,ob gulâ,voracitatemq; famosissimus.Vide PHILOXENVS.

Vsurpatur pro homine impuro & nihili.Ci.2.Phili.39,Hodie non desce
dit Antonius.Cur nemineM nominabo.Putatote eum Phormioni al
cui,tum Gnathoni,tum Balliioni.O fœditatem hominis flagitiosam!
Dulces gnati.Lucret.lib.4.248.
Committere gnatam suam vxorem,Vide COMMITTO.
Manet huic vnicus gnatus domi,Vide MANEO.
Aetas gnati non est ad præcepta.Cic.pro Plancio,48.

Gnauus Adiectiuum,(δραστήριος,αἰκμητής,)Celer,strenuus,à na
tiuum celeritate.Plautus Mostel.3.12,Simul autè gnauos
esse ad hanc rem mecum vos omnes volo.
Inuenta gnaua.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.3.
Gnauus mane forum,& vespertinus pete tectum.Horat.1.epist.6.4.
Gnauiter,pen.corr.Aduerbium,(δραστικῶς,)Diligenter.Liu.10.ab Vr
be,194,Ibi aliquádiu nec cessatum ab armis,nec gnauiter pugnatum.
Plaut.Epid.1.1.29, tùne es
Qui per voluptatem in me ærumna obsæuisti gnauiter!
Gnauiter agere aliquid.Horat.1.epist.1.5.
Gnauiter illum amo.Plaut.Cistel.2.76,Vt me quem ego amarem gnaui
ter,fineret cum eo viuere.

Gneus, & corporis insigne,& prænomen,à generando dicta esse,& ea ipsa ex Græco γίγνεσθαι apparet.Festus.

GNIDVS,(κνίδος,)Ciuitas Lyciæ quæ duos portus habuit,& in fron
te insulam quæ stadia septem ambitus complectebatur:theatralis,&
alta aggeribus iuncta continenti:Vide Volaterranum lib.9.
Regina Gnidi Venus.Horat.1.Carm.ode 30.1.
Gnidius,Adiectiuum,(κνίδιος,)vt Gnidia Venus. Cicero de Diuinat.
Et 6.Verr.119.

Gnoma, gnomæ,appellatur,inquit Festus,genus machinulæ cuius
dam quo regiones agri cuiusque cognosci possunt.quod
genus Græci dicunt γνώμονα. Et est gnoma,quæ Latinè dicitur Sentè
tia.Vide Quintilianum lib.8.cap.5.
Gnomon,gnomonis,m.g.(γνώμων,)Regula.Stylus horas Indicans,cuius
vmbra internoscuntur horæ.Plinius lib.2.cap.73,gnomonem solis vm
bilicum vocari dicit,quum ait,Solis itaque vmbilici(quem gnomonè
appellant)vmbra in Aegypto meridiano tempore æquinoctij die pri
o plus quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit.In vrbe Roma no
na pars gnomonis deest vmbræ. In oppido Antona superest quinta
trigesima.In parte Italiæ quæ Venetia appellatur,eisdè horis vmbra
gnomoni par fit.Idem lib.36.cap.10.2,Hæc obseruatio,xxx iam fer
è annis non congruit,siue solis ipius dissono cursu & cæli aliqua ra
tione mutato siue vniuersa tellure aliquid à cètro suo dimota,vt dep
hendi & in aliis locis accipio:siue vrbis tremoribus,ibi tantũ gnomo
ne intorto,siue inundationibus Tyberis sedimento molis facto.
GNOSOS,(κνωσσός,)Vrbs Cretæ in plano sita,quæ alio nomine Ce
rathius,vt scribit Strabo, appellata fuit à fluuio. Eadem Minois re
gia. Hinc.
Gnosius,(κνωσσίς,)Ex ea vrbe ciuis. Gnosia regna.Virgil.3.Aeneid.
23.10. Sic Gnosia stella,Virg.1.Georg.45,Gnosiaque ardentis dece
dat stella coronæ.
Humus Gnosia.Ouid.epist.4.14.
Littora Gnosia.Catul.Argonaut.59.35.
Pharetra Gnosia.Propert.ha.2.eleg.13.2.
Gnosiacus,pen.cor.Aliud adiectiuum,(κνωσσιακός,)vt Corona Gnosia
ca.Stat.1.Sylu.6.18.
Regnum Gnosiacum.Ouid.9.Metam.134.

Gnosius,Aliud adiectiuum.Lucan.lib.3.37,
Iam dilecta Ioui centenis venit in arena
Creta vetus populis,Gnosiaque agitare pharetras Docta.
Gnosis,Gnosidos,pen.corr.f.g.(κνωσσίς,)Ouid.epist.21.5, Et phœbus
Daphné,& Gnosida Bacchus amauit. Intelligit Ariadnen.

G O

GOBARVM,(γόβαρον,)promontorium,Galliæ oppidum apud Prole
mæum.Vulgò Le four.

Gobio, gobionis,masc.gene.vel gobius gobii,(κωβιός,) Piscis qui si
littoralis est,Veneris nomen retinet: si verò fluuiatilis,is sa
nè erit qui à nostris vulgò appellatur go.Plin.lib.9.cap.57.3, Eadem
in Ponti regione apprehendi glacie piscium,maximè gobiones,nõ ni
si patinarum calore vitalem motum fatentes. Iuuen.Saty.11.4. Nec
mullum cupias,quum sit tibi gobio tantum
In loculis. Mart.lib.13.88.Principium cœnæ gobius esse solet.Colu.
lib.8.cap.17.13,Et cammarus,exiguusque gobio.
GOBRIA,(γοβρίας,)vir Persa nobilis,vnus ex his qui cum Dario coni
urarunt.Nam erat Darii socer,antequam regnum Darius ipse adipi
sceretur,vt ostendit Herodotus circa initium libri 7.
GORDIVS,(γόρδιος,)Rex Phrygiæ primò rusticus.Nam quum Phry
ges oraculum consuluissent super electione regis:responsum est vt il
lum crearent regem,qui primus templum intraret. Itaq; primus venit
Gordius rusticus,lora plaustri portans.Qui rex factus,lora illa in me
moriam rei suspendit in templo Iouis:quæ ita erant perplexa,& con
nexa,vt difficillimè possent dissolui:& ferebatur oraculum vt qui lo
ra illa dissoluerit,regno potiretur.Hinc Gordianus nodus prouerbio.
De quo vide Erasmum in Chiliadibus.Gordii meminit Strabo lib.12.
GORGIAS,(γοργίας,)Leontinus,Siculus rhetor,Empedoclis discipu
lus,Isocratis autem & aliorum philosophorũ & rhetorum præceptor,
vt scribit Quintilianus lib.3.cap.1.7. Huius meminit & Cicero pas
sim in Bruto,& libris de Oratore.
Concinnitatis princeps Gorgias.Cic.in Orat.94.
Magister Isocratis Gorgias.Cic.de Senect.12.
Isocrates adolescens senè Gorgiã in Thessalia audiuit.Cic.in Orat.102.
Gorgiæ tantus honos est habitus à Græcia,soli vt ex omnibus,Delphis
non inaurata statua,sed aurea statueretur.Cic.in Orat.71.
Centum & septem compleuit annos Gorgias.Cic.de Sene.12.
Numerosa oratione maximè delectabatur Gorgias.Cic.in Orat.45.
Leontinus Gorgias se ad omnia,de quibus quisq; audire vellet,esse para
tum denũtiabat.Cic.1.de Orat.51.Idem 2.de Finib.2.Et in Orat.70.
GORGONES,pen.cor.(γόργονες,)dictæ sunt Phorci filiæ,scilicet Scil
la,Medusa,Sthenio,quæ Doreades insulas in Oceano Aethiopico si
tas habitasse dicuntur contra Hesperidos hortos.quæ ab agilitate no
men habent.γοργὸν enim,agile vel terribile dicunt. Scribit Diodorus
fœminas fuisse in Aphrica bellicosas,aduersus quas Perseus bellum ges
serit,& earum reginam Medusam debellauerit ac interfecerit. Vide Ca
balam apud Ouidium lib.4.Metam.ad finem.
Gorgones tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem: quæ
omnes vnum oculum habebant,quo inuicem vtebantur:Sthenio,Eu
ryale,Medusa. Serenus tamen dicit puellas fuisse vnius pulchritudi
nis:quas quum vidissent adolescentes,lupore corpebant: vnde fingi
tur,quòd si quis eas vidisset,vertebatur in lapidem. Hactenus Seruius
in 6.Aeneid.
Gorgo,siue Gorgon,dicta est Medusa,apud poetas ex Gorgonibus tan
tum celebris.
Os Gorgonis pulcherrimum,cinctum anguibus.Cic.6.Verr.111.
Rigida cum Gorgone Perseus.Claud.1.in Ruff.57.
Sæua Gorgone effulgens Pallas.Virg.2.Aeneid.123.
Triffis Gorgo.Valer.3.Argon.11.
Gorgoneus,Possessiuum,(γοργόνειος,)Ouid.4.Metamo.156.Gorgoneas
tetigisse domos.
Angues Gorgoneus.Ouid.3.de Arte,100.
Hydræ Gorgoneæ.Claud.2.de raptu Proserp.45.
Gestatrix Gorgonei monstri.Valer.4.Argon.150.
Gorgophorus,pen.corr.Adiectiuum,(γοργοφόρος,)vt Pallas Gorgopho
rus,quasi Gorgonem ferens.In eius enim scuto pictum est Medusæ Gor
gonis caput.Cic.Anteq.iret in exil.15,Teque Tritonia,armipotens,
Gorgophora Pallas,Minerua cæteriq; dii,deæq; immortales,&c.

Gorgonia, (γοργονία,)inquit Plinius lib.37.ca.10.14,nihil aliud est quàm corallium:nominis causa, quòd in duritiem lapidis mutatur.

GORTYNA,penult.prod.(γόρτυνα,)Vrbs Cretæ,pulchris cincta mu
ris,teste Homero libro Iliados 1. quam teste Solino Lenæus praeter
fluit amnis,per quem Europam tauri dorso vsque ad eam portatam fe
runt.Vulgò Cortyn.
Arundo Gortynis. Lucan. lib.6.42. Dictæa procul ecce manu Gorty
nis arundo Tenditur in Scæuam.Id est sagitta Gortinia,siue Creten
sis.Gortynis enim patronymicum est fœminium pro possessiuo.
Gortynius,Adiectiuũ,(γορτύνιος)vt Spicula Gortynia.Stat.3.Theb.71.

Tecta Gortynia.Catull.Argon.59.15.

Gossipion, n.g.(βύσσος,)Frutex laniger,de quo Plin.lib.19.cap.1.
Superior pars Aegypti in Arabiam vergens,gignit fru
ticem,quem aliqui gossipion vocant,plures xylon,& ideò lina inde fa
cta xylina.Parnus est,similemque barbatæ nucis defert fructum cuius
ex interiore bombyce lanugo netur.Nec vlla sunt eis in candore mol
litiáue præferenda.Vide XYLON.
GOTTHI,(γότθοι,)Immanes Scythiæ populi,qui Italiam,& deinde Hi
spaniam inuaserunt.Gothorum historiam vide apud Volaterranum.
GOTTHIA,(γοτθία,)Regio Europæ cõterminа Daciæ & Norwegiæ,

G R

Grabatus, grabati,pen.prod.Lectus exiguus in quo meridiari an
tiqui solebant.Ci.1.de Diuinat.103.Venit enim iam in
contentionem,vtrum sit probabilius,deosne immortales,rerum om
nium præstantia excellentes,concursare omnium mortalium,qui vbi
que sunt,non modò lectos,verùmetiam grabatos. Et quum stertentes
aliquos viderint,obiicere iis vitã quæ sunt tortuosa & obscura,Martia
lis,Ibat tripes grabatus,& bipes mensa. Idem lib.6.39.Sed in grabatis,
tegetibusque concepti.Idem lib.1.88.Sed si nec focus est,nudi nec spõ
da grabati.Vbi Sipontius,Grabatum propìè vocamus exiguum lectũ
in quo meridiari solemus:dictum quasi carabatum,quòd in eo, capite
recumbamus.κάρα,enim caput,βατόν,pedilum Græci appellant.Ca
tull.de Varro,10.17.
At mi nullus erat neque hîc,neque illic,
Fractum qui veteris pedon grabati
In collo sibi collocare posset.
T.GRACCHVS,(τιβέριος,γράκχος,)Gracchorum ex Cornelia Africa
ni sorore pater,Proconsul,Celtiberos in deditionem accepitque monu
mentum operum suorum,Gracchorum oppidum in Hispania constru
xit,vt Liuius refert.De hoc scribunt Plutarchus & Valerius.Filii huius
T.Gracchi,Tiberius & Caius,ambo eloquentes:quorum eloquentiæ
mater Cornelia multum contulit.Verum & doctior & eloquãtior fuit
Caius,qui erat maior natu,quo nemo plenior,nemo vberior fuisse fer
tur.Grandis erat verbis,sapiens sententiis,genere toto grauis.Constat
autem hos homines fuisse seditiosissimos,de quibus Iuuenalis,Quis tu
lerit Gracchos de seditione querentes?
C. Gracchus præcipuus suorum temporum Orator. Quintil.libro,1.
cap.10.22.
Gracchãuus,penu.prod.Adiectiuum,Quod est Gracchi.Quintil.lib.11.
cap.3.Aut Gracchanum illud,Quò me miser conferam?
GRACCHVRIS,(γρακχουρίς,)Vrbs Hiberæ regionis:dicta à Graccho
Sempronio,quæ antea Illuricis nominabatur.Festus.

Gracilis, & hoc gracile,penul.corre.(ἰσχνός,ἀραιός,ταπεινόσωμος,λε
πτός,)Tenue,ac corpore macilentum.Terent.Eunucho,
2.3.22.
Haud similis virgo est virginum nostrarum,quas matres student
Demissis humeris esse,vincto pectore,vt graciles sient. Turpil.
Nosti quàm sit gracili corpore.
Artus graciles.Ouid.2.Amor.eleg.10.5.
Arundo gracilis.Senec.Hippol.6.15.
Capellæ graciles.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.5.
Corpus gracile.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.5.
Gracilis lapis.Plin.epist.236.Ingentibus enim rimis descendit,& hiat:siue
in causa solum humidum & molle,siue lapis ipse gracilis & putris.
Gracilis liber. Martialis libro,8.26.Siquid fortè petam timido gracilique
libello.
Gracile marmor.Plin.epist.101.li.5.E stibadio aqua velut expressa cu
bantium pondere siphunculis effluit,cauato lapide suscipitur, gracili
marmore continetur.
Gracili nucleo glans.Plin.lib.12.cap.21.2.
Gracilis vindemiæ.Plin.epist.197. Ipse quum abesis,vindemias graciles
quidem,vberiores tamen quàm expectaueram,colligo.
Vmbra gracilis.Ouid.4.Trist.eleg.9.18.
Gracilitas,pen.corr.(ἰσχνότης,λεπτότης,)Corporis habitus tenuior.Cic.
de Claris Orat.32.Habet enim certos sui studiosos,qui non tam habi
tus corporis opimos,quàm gracilitates confectentur. Ibidem,173.
Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis,pro
cerum & tenue corpus,&c.
Exigere gracilitatem stylo.Quintil.lib.1.cap.9.2.Igitur Aesopi fabellas,
quæ fabulis nutricularum proximè succedunt,narrare sermone puro,
& nihil se supra modum extollente,deinde eandem gracilitatem stylo
exigere conducant.
Gracilitudo,penul.prod.gracilitudinis,(ἰσχνότης,)Accius Amphitryone,
tamen & statuæ gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem.
Nonius.
Gracilentus,Adiectiuum,(ἰσχνός,)Idem quòd gracilis. Ennius lib.7.Ded
cunt habiles gladios filo gracilento.Nonius.
Gracilens,pen.corr.gracilentis,o.g.(λεπτός,)Nenius Protesilao,Demã
gracilentis colorem,dum ex hoc gracilens fit. Nonius.

Gracilesco,gracilescis,(ἰσχναίνομαι,)gracilescere,Gracile & tenue fieri.
Plin.lib.17.cap.22.6,Quum aliàs fœlinarione parienti gracilescat.

Gracus, graci,m.g.(κολοιός,)Auis est minimè canora,sed tã odio
se garrula atque obstrepera.Dicta vel à vocerel,vt Var
ro ait,quòd gregatim volitet: vel à gerendis baccis.
Gracculos,graculi,pen. corr. Diminutiuum,(κορακίδιος,) Plin.lib.11.cap.
29.5,In Lemno insula certa mensura præfixa est,quam singuli ene
catarum ad magistratus referant.Graculos quoque ob id colunt,ad
uerso volatu occurrentes earum exitio. Idem lib.10.cap.29.1,Rho
dus aquilam non habet. Transpadana Italia iuxta Alpes Larium la
cum appellat,amœnum arbusto agro,ad quem ciconiæ non permeat,
sicut nec ostiuum citra lapidem ab eo,immensa aliquot stadiorum In
subrium tractu examina graculorum & monedularum:cui soli aut fu
racitas auri argentique præcipuè mira est.

Gradatim,Gradatio,Gradior,Gradiuus, Vide GRADVS.

Gradus, huius gradus,m.g.(βαθμός,βῆμα,βάσις,βαθμίς,βάθρος,)
Sipontius,Gradus hi sunt ex quibus scalæ cõstant,& per
quos ad ædificiorum altiora conceditur:à gradiendo, hoc est eun
do dicti,quòd per eos eatur.Cic.ad Atticum,lib.4.70.6,Gradus tem
plorum ab infima plebe completi erant. Idem pro Sestio,27,Gradus
eiusdem templi tollebantur.
Sublimes gradus.Ouid.1.Fast.128.
Aedificare gradus.Cic.pro Cluent.74.
Ascendere gradibus in cœlum.Cic.pro Domo sua,58.
Multis gradibus ascendere.Cic.ad Fimb.73.
Conuellere gradus,Vide CONVELLO.
Altos gradus euaserat.Virg.4.Aeneid.137.
Gradibus surgebant limina.Virg.1.Aeneid.91.
Scalarum gradus si alios tollis,alios incidas,nõnullos hærẽtes relinquis
periculum struis,non ascensum paras.Cocluna Ciceroni,lib.6,7.8.
¶ Gradus cognationis,apud Iurisconsultos describuntur.
¶ Diitare gradus aliquot ab vno.Ouid.13.Metam.19.
¶ Gradus,Gradientium pedum vicissitudo.Virg.3.Georg.38.
– gradibusque sonare Compositis.
Citatus gradus.Seneca Medea,13.3.
Gradu infausto.Ouid.3.Metam.3.
Gradu pleno.Liu.1.Decad.lib.4,Peditum instructam aciem pleno gra
du in aciem inducit. Idem lib.10,Et vbi nemo obuius ibat,pleno gra
du ad castra hostium tendunt.
Præceps gradus.Senec.Here.Oeth.4.5.
Vesanus gradus.Senec.Medea,9.14.
¶ Abducere gradum,Vide ABDVCO.
Accelerare gradum,Vide ACCELERO.
Incitato accurrit gradu.Senec.Thebaid.10,28.
Acuere gradus.Stat.6.Thebaid.118,
– tunc rite citatos
Explorant acuuntque gradus.
Addere gradum,pro Accelerare.Liu.3.Decad.lib.6,Alacresque milites
alius alium vt adderet gradum,memor ad defendendam ire patriam,
hortabantur. Idem,1,Decad.lib.5.In vtroque agmine quas tempus
ipsum poscebat adhortationes erant,vt adderent gradum,maturato
opus esse,vt nocte ad hostem peruenire possent.
Adiunare gradum bacolo.Senec.Here.furent.9.16.
Aequare gradus alicuius.Silius lib.16.80.
Approperare gradum,Vide APPROPERO.
Celerare gradum.Virg.4.Aeneid.129.
Colligere gradum.Silius lib.7.140.
Conferre gradum.Virg.3.Georg.33.Vide CONFERO.
Continere gradum.Virg.3.Aeneid.119.
Corripere gradum.Horat.1.Carm.ode.3.7.
Dirigere inuitum gradum.Senec.Thebaid.1.13.
Verso gradu discedere.Ouid.4.Metam.68.
Efferre gradum foribus.Silius lib.11.23.
Facere gradum.Cic.2.de Orat.138,Sp.Caruilio grauiter claudicanti ex
vulnere ob Rempublicã accepto,& ob eã causam verecundanti in pu
blicum prodire,mater dixit,Quin prodis mi Spuri, vt quotiescunque
gradum facias,toties tibi matrum virtutum veniat in mentem?
Facere gradum,Aliter.Vide post Gradum facere.
Modico gradu ire,Vide MODVS.
Tardis gradibus errare.Ouid.11.Metam.72.
Fœmineo corpora ferre gradu.Ouid.3.de Arte,60.
Ingentes ferre gradus.Ouid.3.de Arte,61.
Virgineos ferre gradus.Ouid.8.Metam.8.
Flectere gradum retro.Senec.Here.fur.9.12.
Ebrio gradu marcidum incedere.Seneca Medea,1.3.
Inferre gradum.Liuius,Tandem gradum Romani acrius intulerunt,ces
sitque Lusitanus.Vide INFERO. Tacit.lib.19, Gradum inferunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi recentibus auxiliis aucti.
Minuere gradum suum. Quintil. lib. 1. cap. 3. 6.
Seniles moliri gradus. Senec. Hippol. 4. 15.
Gradu mouere, Est retro agere, Propellere retrorsum. Liuius, Primum gradu mouerunt hostem: deinde pepulerunt: postremo haud dubie auertunt.
Niti gradu, Vide NITOR.
Ouum gradus. Valer. 2. Argon. 108.
Proferre gradum. Stat. 12. Thebaid. 2.
Promouere gradum. Stat. 12. Thebaid. 100.
Rapido prosiluit gradu. Senec. Oedip. 14. 2.
Retrahere gradum. Stat. 11. Thebaid. 110.
Reuocare gradum. Virg. 6. Aeneid. 26.
Sistere gradum. Virg. 6. Aeneid. 93.
Suspensus gradus digitis. Ouid. 1. Fast. 85.
Sustinere gradum. Ouid. 6. Fast. 80.
Tangere locum gradu, Id est, peruenire ad locum. Ouid. 3. Metam. 8.
Tremulo gradu venit ægra senectus. Ouid. 4. Metam. 29.
Vertere gradum. Stat. 8. Thebaid. 28.
¶ Deiici de gradu, Id est de Constantia & animi magnitudine. Cicero lib. 1. Offic. 113, Fortis verò animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, sed præsenti animo vti & consilio.
¶ Gradum iacere ad aliquam rem, & aditum, Quod barbari facere ingressum dicunt. Cic. 7. de L. Agra. 49, Hunc quasi gradum quendã atque aditum ad cætera iactum intelligetis.
Ad Rempublicam gradus. Cic. de Aruisp. resp. 3.
Gradus tuos & quasi processus dicendi studeo cognoscere. Cicero de Claris Orat. 114.
Facere gradum ad aliquid. Quintil. lib. 3. ca. 6. 7, Interim ad ea, quæ sunt potentiora, gradum ex iis fecisse contenti. Gradum facere (ait Valla lib. 5. cap. 36.) non est transitum facere, sed aliquam rem gradũ & quasi scalam ad alia facere.
Notitiam primosque gradus vicinia fecit. Ouid. 4. Metam. 12. De Pyramo & Thisbe.
Imperii gradus ex Sicilia in Africam Romanis fastus. Cic. 4. Verr. 2.
Facilem gradũ adipiscendi Cõsulatus relinquere. Cic. pro Muren. 13.
Venire gradibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 112, Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem videtur venisse gradibus.
¶ Ætatis gradus. Cic. Appio, lib. 3. 11. 9.
Scandere gradus adultæ ætatis. Lucret. lib. 2. 225.
Fortunæ gradus. Cic. pro Corn. Balbo, 13, Sinautem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo genere & fortunæ gradu, non modò amicitias & rei familiaris copias consecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem.
Necessitudinũ gradus nõ idẽ erunt qui & tẽporum. Cic. 1. Offic. 81.
Gradus officiorum. Cic. 1. Offic. 124, In ipsa autem cõmunitate sunt gradus officiorum, ex quibus quid cuique præstet, intelligi possit: vt prima diis immortalibus, secunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gradatim reliquis debeantur. Idem pro Deiotaro, 18, Multis ille quidem gradibus officiorum erga Rempub. nostram ad hoc regium nomen ascendit.
Officii primum gradum seruare. Cic. pro Quintio, 41.
Oratorum & doctorum gradus. Cic. de Claris Orat. 46.
Petitionis gradus inter æquales. Cic. 5. Philipp. 198, Antiqui leges annales non habebant quas multis post annis attulit ambitio, vt gradus essent petitionis inter æquales.
Gradus sapientiæ. C. Marius ad Ciceronem, lib. 11. 28. 5, Fateor me ad istum gradum sapientiæ non venisse.
Societatis hominum plures sunt gradus. Cic. 1. Offic. 78.
Sonorum gradibus descendere. Cic. 3. de Orat. 116.
Intendere & remittere sonorum gradus. Cic. de Clar. Orat. 32.
¶ In causis tres sunt gradus. Cic. in Partit. 54.
Temporum gradus seruantur. Cic. in Partit. 7.
¶ Gradus, Existimatio, & honoris locus. Cic. 2. Philip. 33, An in illa querela misera quidem & luctuosa, sed mihi pro gradu in quo S. P. Q. R. collocauit, necessaria?
De gradu dignitatis dimoueri, Ab existimatione pristina deici & deturbari. Cic. lib. 2. Tuscul. 100, Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel sentiunt, sed mori malunt, quàm tantummodo de dignitatis gradu dimoueri. Id est, quàm indignè in sese aliquid admittere.
¶ Omni gradu amplissimo dignissim°, & sui ordinis facilè princeps. Cic. Trebiano, lib. 6. 10. 4.
Deiectio gradus. Modestinus in L. 3. ff. de Re militari, Pœnæ militum huiusce modi sunt: castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio.
Altissimus dignitatis gradus. Cic. Post red. in Senatu, 1.
Amplissimus gradus dignitatis. Cic. pro Murena, 17.
Inferior gradus aut interitus aut seruitutis. Cic. de Aruisp. resp. 56.
Senatorius gradus. Cic. pro L. Manil. 42.
Stabilis & non expers dignitatis gradus. Cic. in Orat. 125.
Summus honoris gradus. Cic. 10. Philipp. 171.
¶ Altiorem gradum ascendere. Cic. 2. Offic. 90.
Ascendere ad altiorem gradum, Vide ASCENDO.
Ascendere vnum gradum dignitatis. Cic. pro Murena, 51.
Magistratum gradibus ascendere. Cic. de Claris Orat. 154.
Assequi dignitatis aliquem gradum. Cicero, Antequam iret in exil. 8. Et pro Cluentio, 120.
Collocare in gradu, Vide COLLOCO.
Militiæ gradu deiici Modestinus in L. 3. ff. de Re militari, Qui stationis munus relinquit, plus quàm emansor est. itaque pro modo delicti, aut castigatur, aut gradu militiæ deiicitur.
Per honorum gradus ad summum imperium efferri. Cic. 1. in Catil. 10.
Poni in altissimo gradu præter spem alienis opibus. Cic. pro Sestio, 7.
Suum cuique honorem & gradum reddere. Cic. pro Rosc. Amer. 81.
Honoris gradum spectare. Cic. pro Milone, 17.
Tenere gradum Consularis dignitatis. Cic. 3. Offic. 135.
Firmare gradũ, præhensis inuicẽ manibus. Quintil. lib 3. cap. 4. ad finem.
¶ Gradus, pro Occasione & facultate & præparatione. Cic. Attico, lib. 7. 141. 3, Mihi venit in mentem, multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse, qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres reuertissent. Budæus.
Gradior, graderis, pen. corr. gressus sum, (βαδίζω, πορεύομαι,) gradi, Incedere, ire, ambulare, progredi. Virg. 1. Aen. 64. – ipse vno graditur comitatus Achate. Cic. 7. de Nat. Deor. 181, Iam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.
Gradiad Virg. 8. Aen. 44, Posthinc ad naues gradiẽ socios q; reuisit. Cic. 1. Tusc. 178, Fidenti animo (si ita res fert) gradietur ad mortem.
Pedatim gradi, Vide PES.
Gradi viam. Colum. lib. 6. cap. 37. 9, de mulo & mula, Vterque sexus vias rectè graditur, & terram commodè proscindit.
Gradiens degrauat littora ingẽti pastu. Ouid. 3. Metamorphoseos, 167. De Polyphemo.
Lente gradiens asellus. Ouid. 11. Metam. 36.
Gressus, Participium, (πορευόμενος,) Virg. 6. Aeneid. 127,
– & pariter gressi per opaca viarum.
Gressus, huius gressus, mas. gen. (βάδισμα, βαδίσημα, βῆμα,) Incessus. Cic. 1. Offic. 181, Cauendum est autem, ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, &c. Virg. 3. Georg.
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Presso gressu, cui opponitur Pleno gradu. Ouid. 3. Metam. 1,
Subsequitur, presseque legit vestigia gressu.
Superbus gressus. Silius lib. 16. 89.
Volucer gressus. Stat. 10. Thebaid. 27.
¶ Admouere gressus. Stat. 11. Thebaid. 112, Vide ADMOVEO.
Ardentes gressus. Valer. 7. Argon. 23.
Comprimere gressus. Virg. 6. Aeneid. 78.
Properos coniungere gressus. Valer. 4. Argon. 36.
Deflectere gressum. Senec. Thyest. 5. 5.
Exultans gressus. Silius lib. 10. 60.
Anxios gressus ferre. Senec. Troad. 6. 42.
Attonito gressu ferri. Senec. Octau. 7. 12.
Lapsantem firmare gressum. Silius, lib. 3. 128.
Inferre gressus. Virg. 4. Georg. 22.
Iungere gressus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 2.
Properatus gressus. Silius lib. 3. 33.
Rapere gressus. Lucan. lib. 3. 14.
Recipit ad limina gressum. Virg. 11. Aeneid. 6.
Celeres domum referre gressus. Senec. Medea, 10. 22.
Reprimere gressum. Stat. 10. Thebaid. 78.
Tendit gressum ad mœnia. Virg. 1. Aeneid. 83.
Succiduitrubant gressus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 31.
Turbatus gressus. Stat. 11. Thebaid. 104.
Auidos gressus ad littora vertit. Valer. 1. Argon. 38.
Gradatus, penult. prod. Adiectiuum, (κλιμακωτός,) In modum graduum factus. Plin. lib. 13. cap. 4. 3, Densis, gradatisque corticum pollicibus. Plin. Iunior epist. 101. 6, Omnia macerie muniuntur: hanc gradata buxos operit, & subtrahit.
Gradatio, (κλῖμαξ,) apud Rhetores dicitur, quum ex prima sententia oritur secunda, & ex secunda tertia, atque ita deinceps. Author ad Herẽ. lib. 4. Gradatio est, in qua non antè ad consequens verbum descendit, quàm ad superius conscensum est: hoc modo, Nam quæ reliqua spes libertatis manet, si illis & quod libet licet, & quod licet possũt, & quod possunt audent, & quod audent faciunt, & quod faciunt, vobis molestum non est? Cic. 3. de Orat. 115, Est etiam gradatio quædã & conuersio & verborum concinna transgressio.
Gradarius, Adiect. (ἱππεφόρος,) vt Gradarii equi, qui sine succussatione molliter incedũt. Lucil. lib. 14. Ipse equus nõ formosus, gradarius optimus.

Seneca epist. 40. per metaphoram Ciceronem gradarium vocauit, cuius oratio lente incedebat.
Gradatim, pen. prod. Aduerbium, (κλιμακωτῶς,) Id est gradibus, siue per gradus. Plin. lib. 33. cap. 4. 10. Fossæ in quas profluat, cauantur, agogas vocantque sternuntur gradatim.
Gradatim descendere. Varro 1. de Re rustica, cap. 1. 3. Necesse est humanæ vitæ à summa memoria gradatim descendisse ad hanc ætatem.
Redire gradatim sursum versus. Cic. in Orat. 74.
¶ Gradatim, (ἠρέμα,) pro Sensim, paulatim, & vt ait Sipontinus Ordinatè & lentè.
Pedetentim & gradatim. Cice. Dolabellæ, lib. 9. 14. 16. Ita pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus.
Minutatim & gradatim addere aut demere. Cic. 4. Acad. 91.
Ascendere gradatim ab humilioribus verbis ad superiora. Cicero in Partit. 29.
Gradatim assequi honores. Cic. ad Quirites post reditum, 4. Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assecuti.
Deducere gradatim ad pauciores, postremò ad singulos vniuersitatem generis humani. Cic. 2. de Nat. deor. 144.
Minutatim & gradatim interrogare, Quod quidam dicunt, per puncta & partes. Cic. 4. Acad. 165.
Peruenire gradatim aliquò. Cic. 1. de Nat. deor. 121.
Gradatim respondere. Cicero. 1. Tuscul. 89. Tamen ita faciles interrogationes sunt, vt gradatim respondens eò peruenias, quasi geometrica didicisses.
Gradatim habere amicos. Plin. epist. 30. 2, Et aliud sibi & nobis, aliud minorib° amicis (nã gradatim amicos habet) aliud suis, nostris q; libertis.
Gradiuus, pen. prod. (ἄρης,) Mars, appellatus est (inquit Festus) à gradiendo in bella vltro citroque, siue à vibratione hastæ, quod Græci dicunt κραδάνειν, vel, vt alii dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretatur quia corona graminea in re militari maximæ est honorationis. Hactenus Festus. Gradiuus Mars, inquit Seruius, dicitur quum sæuit; quũ tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa sunt: vnum Quirini intra vrbem, quasi custodis & trãquilli. Alterum in Appia via extra vrbem prope portam, quasi bellatoris, vel Gradiui.
Belliger Gradiuus. Senec. Hippol. 2. 21.
Magnus Gradiuus. Ouid. 6. Metamor. 86.
Gradiuicola, pen. corr. (ἀρεοστάδης,) Silius lib. 4. 45.
– iaculatoremque Sabellum,
Et Gradiuicolam celso de colle Tudertem.
GRAECIA, Græciæ, (Ἑλλάς,) Regio omnibus nota, dicta à Græco primo eius prouinciæ rege. Cice. pro Flacco, 50. Hæc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, paruum quendam locum Europę tenet, lemperque tenuit, Asiæ maritimam oram bello superatam eiuxit vrbibus, &c. Ibidem plura de Græciæ laudibus.
In angustiis & faucibus Græcię posita erat Corinthus. Cice. 1. pro Lege Agraria, 86.
Magna Græcia olim in Italia fuit. Cic. 2. de Orat. 84. Nam & referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Græcia, &c. Idem 4. Tuscul. 4. Quis est enim qui putet quum floreret in Italia Græcia potentissimis & maximis vrbibus, ea quæ magna dicta est, &c. Idem de Amic. 12.
Mendax Græcia, Iunen. Saty. 10. 18.
Princeps eloquentiæ Græcia. Cic. 1. de Orat. 7.
Permiscere Græciam, Vide PERMISCEO.
Græcus, (Ἕλλην, γραικός,) Qui est ex Græcia. Cl. pro Flacco, 50. Quis ignorat, &c. quin tria Græcorum genera sint vere; quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur: Aeolis altera, Doris tertia nominabantur.
Doctissimus Græcorum Heliodorus. Horat. 1. Sarm. saty. 5. 1.
Doctrina perridicula Græcorum. Cic. 2. de Orat. 43.
Familiaritates Græcorum neque tam fideles sunt, inuident non nostris solùm, verum etiam suis. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 24.
Luxuria & leuitas Græcorum. Cic. pro Flacco, 55.
Homo leuitate Græcus, crudelitate barbarus. Cic. pro Flac. 19.
Contentionis quàm veritatis cupidiores Græci. Cic. 1. de Orat. 25.
Vetere Græcia digni perpauci sunt Græci. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 24.
Fallaces sunt permulti & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi Græci. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 24.
Omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ causa faciunt Græci. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 23.
Artibus Græci, Galli robore, Hispani numero, Pœni calliditate valẽt. Cl. de Aruisp. resp. 17.
Græcus, Adiectiuum, (ἑλληνικός, γραικός,) vt Chartæ Græcæ. Horat. 2. epist. 1. 33.
Exemplaria Græca. Horat. de Arte, 55.
Græcis literis studere. Cice. de Claris Orat. 38, Gallus qui maximè omnium nobilium Græcis literis studuit.
Literalis Græcis imbutus. Horat. 2. epist. 1. 1.
Locutio Græca. Cic. de Claris Orat. 140.
Græco more bibere. Cicero 3. Verr. 45. Fit sermo inter eos & inuitatio vt Græco more biberetur. Vide PERGRAECARI.
Græci mercari fide, apud Plautum. Vide MERCOR.
Ad calendas Græcas, prouerbium pro Nunquam. Græci enim Calendis carent. Vide Erasmum.
Oratio Græca plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latinè dicendi affert. Cic. de Claris Orat. 172.
Conuertere è Græco in Latinum, Vide CONVERTO.
Versiculi Græci. Horat. 1. Serm. saty. 10. 7.
Via Græca ire. Cic. Mario, lib. 7. 1. 10. Græcos ita non ames, vt ne ad villam quidem tuam via Græca ire soleas. Ironicè. Sensus enim est, Tantum inquit, abest vt Græcos ames, vt omnia quæ eius gentis nomine appellantur, ferre non possis, adeò vt ne ad villam quidem tuam Græca via ire velis.
Voce Græca loqui. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 8.
Græcè, Aduerbium, (ἑλληνιστί, γραικιστί,) vt Græcè loqui. Cic. 6. Verr. 129.
Quòd quidem apud Græcos Græcè loquutus essem, id ferri nullo modo posse. Idem 1. Tuscul. 25. Scis enim me Græcè loqui in Latino sermone non plus solere, quàm in Græco Latine.
Legere Græcè. Cic. 1. de Orat. 75.
Qui Græcè nesciunt. Cic. pro Flacco, 7.
Græcè vel Latinè reddere. Cic. de Orat. Quum ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem.
Scribere Græcè historiam. Cic. 3. Offic. 157.
Græcanicus, pen. corr. Adiectiuum. (ἑλληνικός,) vt Græcanicus color Plinius libro 34. cap. 9. 2. Maximèque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.
Græciensis, & hoc Græciense. (ἑλλαδικός,) Gellius lib. 19. cap. 10. Offendimus eum cubantem in sympodio Græciensi. Sic apud Plinium lib. 35. cap. 6. 6. Græciense melinum.
Græciense mare. Plin. lib. 4. cap. 11. ad finem, quod Græciam alluit.
Græcostasis, pen. corr. (γραικοστάσις,) Quasi Græcorum statio. Varro de Ling. Lat. lib. 4. Ante curiam Hostiliam rostratcolus id vocabulum ex hostib° capta, fixa sunt rostra. Dextra è comitio locus substructus, vbi nationum subsisterent legati, qui ad Senatum essent missis Græcostasis appellatur. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 5. 6. Deinde eius operæ repentè à Græcostasi & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt. Plin. lib. 33. cap. 1. 14. Et quum ad id pecunia publica non decerneretur, ex multatitia fœneratoribus condemnatis ædiculam æream fecit in Græcostasi, quæ tunc supra comitium erat.
Græculus, pen. corr. Diminutiuum. (γραικύλος,) Cic. 6. Verr. 113. Tum epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi: quòd iste eruditus homo & Græculus, qui hæc subtiliter indicat, &c.
Assentator Græculus. Cicero pro Milone, 41.
Græculus esuriens. Iunen. Satyra 3. 8.
Homines Græculos cõtrouersia verbi tandiu torquet. Cic. 1. de Orat. 51.
Ineptum & Græculum negotium. Cic. 1. Tuscul. 135.
Græculus atque otiosus. Cic. pro Sestio, 95, Posteaquam rem paternam ab idiotarum diuitiis ad philosophorum regulam perduxit, Græculum se atque otiosum putari voluit. Idem, 1, de Orat. 112, Neque vult ita sapiens inter stultos videri, vti qui audiant, aut illum ineptum, aut Græculum esse putent. Idem pro Flacco, 18, Fremitum egentium, & motũ quendam temerarium Græculæ concionis.
Græcula rosa, Rosa omnium minima, in sentibus crescens, quæ folia ita proiecta habet, vt nisi cogantur manibus, apertam rosam non ostendant. Plin. lib. 21, cap. 4. 4. Est & quæ Græca appellatur à nostris, à Græcis lychnis, non nisi in humidis locis prouenienes, &c. Est & alia græcula appellata, conuolutis foliorum panicolis.
Græculæ vites. Colum. lib. 3. cap. 2. 14, Nam quæ Græculæ vites sunt, vt mareoticæ, thesiæ, &c.
Græcor, græcaris, (κωμάζω,) græcari. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 3.
– vel si Romana fatiget Militia assuetum græcari. Hoc est luxuriari, aut Græco more ludere. Porphyr.
GRAIVGENA, pen. corr. (γραιογενής,) Græcus dicitur aut qui à Græcis genus & originem traxit. Cic. 1. de Natur. deor. 133. Graiugena de isto aperit ipsa oratio. Ex Pacuuio. Virg. 3. Aeneid. Graiugenũque domos, suspectaque linquimus arua. Idem libro 8. Optimè Graiugenũm cui me fortuna precari, &c.
Domus Graiugenæ. Catull. Argon. 19. 8.
Reges Graiugenæ. Stat. 6. Thebaid. 43.
GRAIVS, Adiectiuum, (ἀγραιός,) Græcus. Quintil. lib. 8. cap. 4. Non putant indignum Troiani principes Graios, Troianosque propter speciem Helenæ tot mala tanto temporis spatio sustinere. Virg. lib. 4. Aeneid. – Grasumque ideo bis vindicat armis. Cic. 1. de Nat. deorum, 132. et 133. Hoc quod memoro, nostri cælum, Graii perhibent æthera. Ex Pacuuio. Eodem verbo ibidem vsus est iple Cicero. subdit enim, Quasi vero non Graius hoc dicat. Idem 3. de Natur. deor. 72.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Φλόγινοι ἐγκέφαλοι etiam apud Graios multis modis nominantur.
Homo Graius. Lucret. lib. 1. 14.
Gentes Graiæ. Ouid. 4. Metam. 40.
Vrbes Graiæ. Virg. 3. Aeneid. 59.

Grallae, grallarum, Fustes sunt furculas habentes, quibus nituntur qui super iis ambulant. Ex Nomo.

Grallator, pen. prod. grallatoris, Qui grallis graditur, & passus ingentes facit. Plaut. Pœn. 7. 27. At si ad prandium in ædem vos dixissem ducere, Vinceretis certum cursu, & grallatorem gradu.

Grallatores (inquit Festus) appellabantur pantomimi, qui vt in saltatione imitarentur Aegippanas, adiectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes, ob similitudinem crurum eius generis, gradiebantur, vtique propter difficultatem consistendi.

Grallatorius. Adiectiuum: vt Grallatorius gradus, Id est magnus, cuiusmodi solet esse grallatorum. Plaut. Amphit. 1. 5. 1.
– abstine quæso, non potuimus
Nostros grandius grandire gradus. A. siue grallatorius, siue Testudineus fuerit, certum est mihi hunc scelestum perdere.

Gramen, graminis, pen. corr. n. g. (ἄγρωστις, ἀγρόστη χόρτος.) Herba vulgatissima. Ita appellata, quòd geniculatis internodiis mirificè serpat, crebroque ab iis & ex acumine nouas spargat radices. Non est herba gratior iumentis, siue viridis sit, siue in fœno siccata. Plin. lib. 24. cap. 19. 10, Quod è graminum genere septem internodia habet, efficacissimè capiti contra dolores adalligantur. Quidam propter vesicæ cruciatus decoctum ex vino gramen ad dimidias à balneis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramen vocant, trium generum: quorum in cacumine aculei sunt plurimum quini, dactylon vocant: hos conuolutos naribus inserunt, extrahuntque sanguinis ciendi gratia. Altero, quod est aizoo simile, ad paronychia & pterygia vnguium, & quum caro vnguibus increuit, vtuntur cum axungia: ideo dactylon appellantes quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli, sed tenui, nascitur in parietinis aut tegulis. Huic caustica vis est. Sistit vlcera quæ serpunt. Gramen capiti circundatum, sanguinis è naribus fluxiones sistit. Hactenus Plinius. Sanguinaria vulgò appellatur.

¶ Gramen generali vocabulo quancunque herbam cõprehendit. Cic. 2. de Finib. 134. Tua sint Poreolis gramina.

Graminis herba. Liu. 1. ab Vrbe, 98. Fœcialis ex arce graminis herbã puram attulit. Virg. 5. eclog. 5.
– nulla neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Crispum gramen. Claud. 5. Paneg. 43.
Gramen floreum. Martial. lib. 9. 95.
Sic in gramine floceo recliuis.
Ignobile gramen Ceryinthæ. Virg. 4. Georg. 13. Vide IGNOBILIS.
Inexpugnabile gramen. Ouid. 5. Metam. 98.
Lætum gramen. Virg. 1. Georg. 106.
Mala gramina pastus. Virg. 1. Aeneid. 94.
In molli gramine prostrati. Lucret. lib. 5. 280.
Montanum gramen. Ouid. 1. Metam. 169.
Roscida gramina. Claud. 1. de Raptu Proserp. 21.
Saliente grauci ceciderunt gramine nimbi. Ouid. 14. Metam. 109.
Tenerum gramen, Horat. 4. Carm. ode, 12. 2.
Viridi se gramine vestit tellus. Virg. 2. Georg. 44.
¶ Canent gramina. Virg. 3. Georg. 64. Subaudiendum, rore,
Carpunt gramen equi, Virg. 9. Aeneid. 74.
Gramina credunt se in nouos soles, Vide CREDO.
Defectum gramen. Ouid. 14. Metam. 129.
Redeunt iam gramina campis. Horat. 4. Carm. ode, 7. 1.
Tundentes gramina campo Lanigeræ. Lucret. lib. 2. 132.

Gramineus, Adiectiuum, (ἀγρωστινός.) Quod ex gramine est factum: vt Graminea corona. Gellius lib. 5. cap. 6. Obsidionalis corona est, quam ii qui liberati sunt obsidione, dant ei duci qui liberauit. Ea corona graminea est: obseruarique solitum vt fieret è gramine quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant qui obsidebantur. Sic Plin. lib. 12. cap. 3. 1. Et Liu. 7. ab Vrbe, 76.
Cæspes gramineus. Ouid. 1. Amor. eleg. 16. 2.
Campus gramineus, Ouid. 3. Fast. 104. Et Graminea hasta. Cic. 6. Verr.

Graminosus, pen. prod. Adiect. (χορτώδης.) Plenum herbis. Colum. lib. 1. in Præfat. 21, Quid syluester ager, quid humidus & graminosus, quid siccus & spurcus recusaret. Sic lib. 7. cap. 9. 6.

Gramia, gramiæ, (κόμη.) Festus, Gramie vitia sunt oculorum, quas alii glamas vocant. Nonius, Gramie sunt oculorum pituitæ: vnde Gramiosi oculiuà quo qui tristes sunt, in hodiernum quoque diem gramiosi vulgò nominantur.

Gramma, grammatis, penult. corr. neutri generis, (γράμμα.) Latinè litera dicitur.

Grammatica, grammaticæ, vel Grammatice grammatices, penult. corre. (γραμματική,) est rectæ loquelæ, rectæque scripturæ scientia. Cicero 3. de Finib. 8.

Grammatice, Latinè literatura dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 1. 4. Et Grãmatice (quã in latinũ trãferentes, literaturã vocauerũt) hoes suos notis. Eodem lib. cap. 14. 3, Grãmatice literatura est, non literatrix.
Elementa grammatices. Quintil. lib. 1. cap. 4. 5.
Professio grammatices. Quintil. lib. 1. cap. 4. 1.

Grammatica, grammaticorum, (γραμματική,) Studium literarum quod profitentur ii qui grammatici vocantur. Cic. 1. de Orat. 92, In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

Grammaticus, grammatici, pen. corr. (γραμματικός,) Qui grammaticam docet. Suet. de Claris Grammat. 4. Appellatio grammaticorũ Græca consuetudine inualuit: sed initio literati vocabantur. Cornelius quoque nepos in libello quo distinguit literatos ab erudito, literatos quidem vulgò appellari ait eos, qui aliquid diligenter, & acutè, scienterque possint aut dicere aut scribere. Cæterùm proprè sic appellados poetarum interpretes: qui à Græcis grammatici nominentur, eosdem literatos vocitatos. Hæc Suetonius. Cic. 1. de Diuin. 189, Sant. n. exploratores, vt Grammatici poetarum. Idem, 2, Tusc. 17, Vt enim si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur, &c.
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Horat. de Arte, 16.
Tribus grammaticæ. Horat. 1. epist. 20. 8.

Grammaticus, pen. corr. Adiect. (γραμματικός,) Quod ad grammaticam pertinet: vt Grammaticus stylus, Grammatica oratio.
Ars grãmatica. Author ad Heren. li. 4. 160, Hæc quarõne vitare possimus in arte grammatica dilucidè discemus. De soloecismo & barbarismo.

Grammaticè, Aduerbium, (γραμματικῶς,) Quintilianus, lib. 1. cap. 6. 17, Quare mihi non inuenustè dici videtur, aliud esse latinè, aliud grammaticè loqui.

Grammatista, grammatistæ, (γραμματιστής,) Mediocriter eruditus. Suetonius de Claris Grammaticis, 4, Sũt qui literatum à literatore distinguunt, vt Græci grammaticum à grammatista: & illum quidem absolutè, hunc mediocriter doctum existimant. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud Maiores (ait) quum familia alicuius vænalis producereturnõ temerè, quem non literatum in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum literatum sed imburum.

Grammateus, pen. corr. (γραμματεύς,) trium syllabarum cum diphthongo in vltima, huius grammatei, Qui rationes publicas in tabulis scribit. Apuleius lib. 11, Tum ex his vnus, quem cuncti grammatea dicebant. Suidas ait grammatea esse notarium, & ἀποχέρωτον, id est arcanorum principem.

Grammatophylacium, grãmatophylacii, n. g. (γραμματοφυλάκιον,) Vbi tabulæ & instrumenta publica, monumentaque rerum gestarum, asseruantur: quod Tablinum Latinè appellatur. Iurisconsultus in tractatu De pœnis ἀρχαῖα fortasse vel grammatophylacio.

Granarium, Vide GRANVM.

Grandis, & hoc grande, (μέγας, πεοβεβηκώς,) Notæ significationis.
Grandis ætas. Plaut. Aulul. 7. 37, Aetatem meam scis? E. scio esse grandi.
Idem vt pecuniam. Cic. 5. Philipp. 198, Legibus enim annalibus quid grandiorem ætatem ad Consulatum constituebant, adolescentiæ ceremitatem verebantur.
Aeruus grandis. Ouid. 1 Amor. eleg. 8. 18.
Plane grandis adolescens. Cic. de Senect. 9.
Grande æs alienum. Plin. lib. 7. cap. 38. 2, Grandi Gnidiorum ære alienò permutare eam conati.
Aetas grandior. Ouid. 6. Metam. 6.
Acuum grande. Lucret. lib. 2. 229.
Aeuo grandior. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 9.
Alumnus grandis. Horat. Epod. 13. 3.
Caput grande. Ouid. 6. Fast 27.
Amplus, grandis, subtilis, & elegans causidicus. Cic. in Orat. 16.
Certamen grande. Horat. 3. Carm. ode, 20. 2.
Cubiculum grande & altum. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 4.
Decus grande. Horat. 2. Carm. ode, 17. 1.
Dedecus grande. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 20.
Grandis dica. Terent. Phorm. 2. 3. 92,
Si eo illam attigeris, secus quàm dignum est liberam,
Dicam impingam tibi grandem.
Diuitiæ grandes homini sunt. Lucret. lib. 5. 225.
Dona grandia. Ouid. epist. 3. 6.
Dos grandis. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 10.
Epistola grandis. Cic. Attico, lib. 13. 27. 5. 1.
Exemplis decuit grandioribus vti. Cic. 1. de Diuin. 61.
Exemplis in paruis grandibus vti. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 5.
Fœnore grandi alicui pecuniam occupare. Cic. pro Flacc. 40.
Fœtus grandior siliquis. Virg. 1. Georg. 59.
Meliores & grandiores fœtus edit ager. Cic. 2. de Orat. 72.

Frumenta grandia Virg. 4. Aeneid. 82.
Grande gaudium. Plaut. Sticho, 5. 22.
Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande: Vix ipsa domina hoc nisi sciat, exoptare à dis aufit ipsis. Tacitus lib. 17.
Genus dicendi grandius. Cic. 2. de Orat. 183.
Guttis humectat grandibus ora. Virg. 11. Aeneid. 18.
Ictus grandior affligit animantem. Lucret. lib. 2. 189.
Ingenium grande doloris. Ouid. 6. Metamor. 115.
Grandis litera. Plaut. Bacchid. 20 67. – taceas: id quod iubeo
Facias. c. adero. N. heu literas minutas. C. qui quidem videat parum:
Verum qui satis videat, grandes satis sunt. Sic Cic. 6. Verr. 66.
Grandibus literis P. Africani nomen erat incisum.
Homo macie grandi torridus, Cic. 2. de Lege Agra. 91.
Malum grande. Horat. 2. Serm. saty. 1. 10.
Membra grandia. Ouid. 10. Metam. 48.
Grandis nauis. Plin. lib. 9. cap. 44. 1.
Maxime omnium grandis tragicus orator Sulpitius. Cice. de Claris Orator. 106.
Orator quo grandior sit, & quodammodo excelsior. Cicero in Oratore, 64.
Ossa grandia. Virg. 1. Georg. 99.
Grandi pecunia mercari. Plaut. Capt. 6. 8.
An verò non iusta causa est, vt vos seruem sedulò,
Quos tam grandi sim mercatus præsenti pecunia? Sic Grandi pecunia facta redemptio est, Cic. 2. Verr. 11.
Pecuniam grandem credere. Cic. pro Rab. Posthum. 2.
Pœna grandis. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 14.
Pondere grandi & præclaro opere hydria. Cic. 6. Verr. 26.
Grande pondus argenti. Cic. pro Cecinna, 9.
Pretium grande. Ouid. epist. 7. 15.
Vectigal grande imponere. Cic. pro Lege Agrar. 60.
Verba grandia. Cic. 3. de Finib. 19.
Vitium grande & perspicuum. Cic. 1. de Inuent. 102.
Grandiorem & pleniorem vocem subsellia desyderant. Cicer. de Claris Orator. 160.
Verbis grandes erant, crebri sententiis. Cic. de Clar. Orat. 14.

Natu grandis. Horat 1. epist. 7. 10. Plaut. Aul. 6. 32.
Sed est grandior natu, media est mulieris ætas
Eam sibi ubes frater, tibi me poscere, poscam. Terent. Adel. 5. 8. 7.
– quid postea?
D. Proba & modesta. M. ita aiunt. D. natu grandior. Cicero. 7. Verr. 100.
Grandis natu Eubulida, hoc tantum, &c. Et de Claris Orat. 38. Idem pro Roscio Comœdo, 26. Quid expectas quàm mox ego Luscium & Manilium dicam ordine esse Senatores: ætate, grandes natu natura sanctos, & religiosos.
Grandior homo, grandior virgo. Terent. Phorm. 2. 3. 15.
Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam,
Si illum minus noratiquippe homo iam grandior,
Pauper, cui opera vita erat, ruri ferè
Se continebat. Idem Adelph. 4. 6. 39.
– an sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum conatus huc
Illinc veniret, expectantem? Cic. pro Cluent. 8. Reliquit hunc annos XV natum grandem autem & nubilem filiam.
Audere grandia. Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 1.
Grande sonant Tragici. Ouid. 2. de Remed. amor. 75.
Grandiculus, pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Pœnulo, 6. 34.
Perge, optume hercle peruras: quid postea?
A. Io fundas infundebam grandiculos globos.
Grandiusculus, grandiusculi, pen. corr. Diminutiuũ. Teren. And. 4. 6. 19.
– nam ferè
Grandiuscula iam profecta est illinc.
Grandiras, pen. corr. (μέγεθος,) grandietãtis. Plin. epist. 107. lib. 6. Nunc primum se in vetere comœdia, sed non tanquam inciperet ostendit: non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, nõ lepos defuit. Granditas, id est elata & sublimis oratio.
Granditas ætatis, Id est, maior ætas. Sisenna lib. 4. Hist. Neque ætatis grãditatem, neque ea merita, neque ordinis honestatem, aut dignitatem sibi esse excusationi.
Granditas verborum. Cic. de Claris Orat. 62. Idque apparet ex genere & granditate verborum. De Demosthene.
Grandæuus, (πολυετής,) Id est grandis æui, vel prouectioris ætatis. Virg. 1. Aeneid. 56. Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes. Plin. lib. 2. cap. 7. 35. Alios esse grandæuos, semperque canos.
Consilia grandæua. Valer. 7. Argonaut. 70.
Patres grandæui. Ouid. 7. Metamor. 52.
Senes grandæui. Lucan. lib. 3. 104.
Grandæuitas, pen. corr. (πολυετία,) grãdæuitãtis. Accius Alcimacho, Ne quia nec vos, nec ille impune irrideret meam grandæuitatem. Idem Bacchis, Quia neque vetustas, neque mores, neque grandæuitas. Pacuius Hermione, Quod tamen ipsa orbitas, grandæuitasque Pelei penuriam stirpis subaxet. Antiquum.
Grandiloquus, pen. corr. Adiectiuum, (μεγαλοῤῥήμων,) Eloquens, & qui cum quadam verborum magnificentia loquitur. Cic. in Orat. 10, Nam & grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt cum ampla & sententiarum gravitate & maiestate verborum, vehemens &c. Idem, 5, Tusc. 128, Quid tandem isti grandiloqui contra hæc duo, &c.
Grandio, grandis, grandiui, grandi'tum, penul. prod. (μεγαλύνω,) grandire, Grandem facere. Plaut. Aulul. 4. 10, Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum, Testudineum istum tibi ego grandibo gradũ. Idem Amphit. 1. 5. 1.
Nam ego ille alter Sosia, qui illic sum, me malis multauit modis.
B. Mira profectò, sed gradus condecet grandire. Et paulo pòst, 52,
– abstine quæso: non potuimus
Nostros grandius grandire gradus.
Grandesco, grandescis, (μεγαλυνόμαι,) grandescere, Grãdem fieri, Crescere. Plin. lib. 18, Crescente luna frumenta grandescunt. Sic lib. 9. cap. 35. 4. Colum. lib. 2. cap. 12. 8, Omne autem frumentum, &c. spicam à tertio ad quartum modum emittit: & quum totam edidit, octo diebus defloresciet, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem deuenit. Ibidem, cap. 2. 19. Cic. 1. de Diuinat. 36, Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. Ex poeta.
Ad auctum hilarem grandescere. Lucret. lib. 2. 225.
Grandescere & ali. Lucret. lib. 1. 39.
Pabula grandescunt. Lucret. lib. 2. 233.
Seges sponte grandescit. Claud. 3. de raptu Proserp. 5.

Grandigro, grandigras, pen. corr. grandigrare, Obsoletum verbum. Plautus Trucul. 6. 31.
– quid clamas insane?
Abire hinc ni properè grandigras, iam ego istos fictos,
Compositos, crispos cinnos tuos vnguentatos vsque ex cerebro
Expellam.

Grando, grandinis, pen. corr. f. g. (χάλαζα.) Gutta aquæ in aere cõgelata. Plin. lib. 1. cap. 60, Grandinem conglaciato imbre gignit & niuem eodem humore mollius coacto, pruinam, autem ex ore gelido. Plaut. Mostel. 3. 39, Ea mihi aduentu suo, quamprimũ grandinem imbremque attulit. Cic. 2. de Nat. Deor. 20.
Ruina grandinis. Lucret. lib. 6. 32.
Imbres grandinis. Lucret. lib. 6. 22.
Brumalis grando. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 7.
Gelida grando. Claud. 1. de raptu Proserp. 15.
Hyberna grando. Ouid. 5. Metamor. 32.
Niuosa grando, Vide NIX.
Spissa grando. Ouid. 9. Metamor. 45.
¶ Missa imbri largifluo subita præcipitãs cadit grãdo. Cic. 3. de Orat. 86.
Contudit grando vites. Horat. 1. epist. 8. 1.
Vredo aut grando si quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. Cic. 3. de Nat. deorum, 123.
Hyems pugnat grandine. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 3.
Crepitans ialit horrida grando. Virg. 1. Georg. 89.
Verberatæ grandine vineæ. Horat. 3. Carm. ode 1. 6.

Grandinosus, pen. pro. Adiectiuum. (χαλαζώδης,) Quod obnoxium est grandini. Colu. libro 3. cap. 1. 5. Posthæc non ignorabit dominus loci, plus esse, posse qualitatem cæli frigidam vel calidam, siccam vel roscidam, grandinosam, ventosimque vel placidam, serenam vel nebulosam. Id est, quæ sæpe grandinem infert.

Grandino, grandinas, pen. corr. grandinare dicitur Deus.

GRANICVS, pen. corr. (γρανικός,) Bithyniæ fluuius, pugna quæ inter Persas & Alexandrum fuit nobilis, de qua apud Diodorum lib. 17. In ea pugna sexcenta milia hominum cæsa, fugiãtque sunt victa ab Alexandri exercitu non maiori triginta duobus millibus peditũ, & equitum millibus quatuor & quingentis: quibus omnibus nihil de fuga cogitantibus, non in pedibus spes, sed in lacertis fuit, magno fugati Darii Dedecore. Authores Plutarchus & Iustinus lib. 2.

Granum, huius grani, (κόκκος, κόκκος,) Ferè frugum dicitur: vt Granum tritici, hordei &c. Plaut. Sticho, 9. 52.
Videlicet illum fuisse nequam adolescentem, qui illico,
Vbi ille poscit, dare denegant se granum tritici. Plin. lib. 11. cap. 53. 2. Sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali. Varro 1. de Re rust. cap. 48. 2. Granum dictum quod est intimum solidum. Et paulo pòst, Granum à gerendo. id enim seritur, vti spica gerat frumentum.
Tritici grana congesserunt in os Midæ dormienti formicæ. Cicero 1. de Diuinatione, 132.
Punica grana. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 2.
Inserere grana in acum. Quintil. libro 2. cap. 10. 3. Qualis illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distante missa in acum continuò, & sine frustratione inserebat.

Granarium, huius granarii, (ἀποθήκη, σιτοφυλακεῖον,) Locus in quo gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na frugum reponuntur. Varro, 1, de Re rust. cap. 57. 1. At triticũ cõdi oportet in granaria sublimia, quæ perflentur ventis ab Exortu & Septentrionis regione, ad quę nulla aura humida à propinquis locis aspiret. Horat. 1. Ser. Saty. 1. 1. 1, Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris? Colum. lib. 1. cap. 10. 1, Repositũ in granario patitur æuum.

Astringere & laxare granaria. Persius Saty. 5. 11.

Granátus, pen. prod. Adiectiuum, (κοκκωτός,) Quod abundat granis: vt Malum granatum. Colum. lib. 12. cap. 41. 2, Et integra mala dulcia granata, quæ punica vocantur.

Granátum, pen. prod. Substantiuum (κοκκωτόν, ῥοιά,) pro Malo granato. Plin. lib. 10. cap. 14. 5, Singulus & vomitus sistit cum succo granati.

Granea triticea quomodo facienda sit, docet Cato, cap. 86,

Granósus, pen. prod. Adiectiuum, (κοκκωδής,) Quod plenum est granis. Plin. lib. 11. cap. 35. 1, Quorum alterũ cui acini coccinei, granosi folliculi, aliccabum vocant, & alii callion. Ibidem cap. 4. 1,
Germinat omnis primo inclusa granoso cortice. De rosa.

Gránifer, pen. corr. granifera, granifer um, (κοκκοφόρος.) Ferens granaiv t
Agmen granifer om dicuntur formicæ. Ouid. 7. Metam. 130.

Graphice, graphices, pen. corr. (γραφική,) appellatur illa facultas quem Cicero stylum vocat, authore Budæo. Plinius libro, 35. capite, 10. 12, Et huius authoritate effectum est Sycione primum, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est picturam in buxo docerentur. Ex vetusto codice legitur diagraphicen.

Graphis, huius graphidis, pen. corr. fœm. g. (γραφίς.) Descriptio operis futori delineata, vt Budæo placet. Hermolaus, Graphis, idẽ quod ars ipsa pingendi, à stylo dicta quem Græci graphion & graphida quoq; nominant. Plin. lib. 35. cap. 10. 4, Alia multa graphidis vestigia extant in tabulis ac membranis eius, ex quibus proficere dicuntur artifices.

Graphium, huius graphii, pen. corr. (γραφεῖον,) Stylus quo in pugillaribus scribitur. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 5,
Quid digitis opus est graphium lassare tenendo?

Graphicus, pen. corr. Adiectiuum, (γραφικός.) Ad vnguem factus, absolutusque, & quasi pictoris manu expolitus. Plaut. Sticho, 9, 64,
Graphicum mortalem Antiphonem vt apologum fecit, quàm fabre:
Id iam nunc scelestus esse ducit pro adolescetulo. Idem Pseud. 1. 1. 9.
Nimium est mortalis graphicus mihi heuretes. Ibidem, 7, 104, Aedepol mortalem graphicum, si seruat fidem. Idẽ Epid. 3. 30, Næ tu graphicum habes seruum, & quantiuis pretii.

Nimium graphicus negator, Vide post NIMIS.

Graphice, pen. corr. (γραφικῶς,) Eleganter, politè. Plau. Persa, 3, 5,
Nunc huic ego graphicè facetus fiam,

Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriosè. Idem Trinummo, 1, 27, Exornetur graphicè.

Graphiárium, huius graphiarii, (γραφιοθήκη,) Theca, in qua styli reponuntur quibus & scribere simul & pingere solebant antè quàm penicili & colores inuenirentur. Martial. lib. 14. 21,
Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro:

Si puero dones, non leue munus erit.

Grassor, grassáris, grassari, (κωπαζόμενος, ἐξεγείρω, λωποδυτέω,) Supra modum sęuire, inquit Nonius. Festus, Grassari dicuntur latrones vias obsidentes, gradi siquidem ambulare est: vnde tractũ grassari, videlicet ab impeto gradiendi. Plaut. Rud. 17. 18,
Acta hæc res est certuro est moriri, quàm hunc pati
Lenonem in me grassari. Liu. 2. ab Vrbe, 57, Trecenti coniuratiuimus principes iuuenturis Romanæ, vt in te hac via grassaremur. Ibidem, lib. 3. 56, In iuuentrutem grassantem, in Soburra incidisse.

Grassari ad. Salustius in ipso statim initio Iugurthini, Sed dux atque imperator vitæ mortalium, animus est, qui vbi ad gloriam, virtutis via grassatur, abundè pollens potensque & clarus est, &c. Grassatur dixit pro ingreditur & procedit.

Grassari aduersus. Suetonius, Nec minore liuore ac malignitate, quàm superbia sæuitiaque penè aduersus omne genus hominum grassatus est. Id est, improbum ac maleficum se exhibuit, in diesque nocentiorem. Budæus.

Grassari in. Liu. 6. ab Vrbe, Nobiles homines in possessionem agri publici grassari.

Grassatur pestis, quum ingenti clade hominum inualescit. Budæus.

Grassari obsequio metaphoricè dixit Horatius, de captatore loquens, 2, Serm. Saty. 5. 10, – Dauus sis comicus, atque
Stes capite obstipo, multum similis mettuenti,
Obsequio grassare. Hoc est, obrue diuitem obsequiis.

¶ Grassari in bonam partem. Liuius, 3, ab Vrbe, Iam à vi tuta erat, quum assertor nihil opus esse multitudine concitata aut ise iure grassari, non vi. Hoc est procedere. Idem, 1, Decad. lib. 10. 60, Cæterùm quando ne ea quoque tentata vis proficeret, consilio grassandum, si nihil vires iuuarent, ratus, &c.

¶ Grassari, Ambulare, authore Nonio. Tirinnius Veliterna, Vnde thensam atque mulos, sine eam pedibus grassari, cum fingere eius superbiã.

Nævius Pædio, Certamus si me diploidi à recta grassatur via. Idem, Nunc me res ipsa reprimit, sæpe hæc eadem grassatus via. Afranius, Consimili grassantur via, à quibus hic est omnis cultus.

Grassátor, pen. prod. grassátoris, (κωπηλάτης,) Est viatim in vrbe, vicorumque obsessor, qui obuios iniuriæ opportunos spoliat, aut pulsans, aut intentata morte territans. Plin in Paneg. 54, At tu Cæsar quàm pulchrum spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti? vidimus delatorum iudicium quasi grassatorum, quasi latronum non solitudinem illi, non iter, sed templum, sed forum insederant. Iuuenalis, Sat. 3, Interdum & ferro subitus grassator agit rem. Suetonius in Augusto, Nam & grassatorum plurimi, palàm se ferebant, succincti ferro, quasi tuendi sui causa. Et inferius, Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit. Cicero de Fato, 51, Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa grassatori fuisse dicitur cur ab eo spoliaretur.

Grassatores, inquit Callistratus in L. Capitolini. ff. Grassatores. ff. De pœnis, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur: & ibi cũ ferro aggredi & spoliare insisterunt, capite puniuntur: vtique si sæpius atque in itineribus hoc admiserunt. cæteri in metallum dantur, & in insulas relegantur. Claudius Iurisconsultus, Furta, inquit, manifesta à non manifestis discerni solent, vt rixę à grassatus, expilationes à furtis, violentia à petulantia. Secũdum hoc grassatores dici possunt hoc genus hominum qui nocte primis facibus in vrbe. Patrimonii homines veste aut spoliant, aut ministros cœnas dominorum suorum gestantes pulsatos inanes remittunt. Budæus.

Grassatio, grassationis, (κωπηλασία,) Plin. lib. 13. cap. 22. 7, de tapsia loquens, Nero Cæsar claritatem ei dedit, initio imperii nocturnis grassationibus conuerberatam faciens illicens sibi cum thure cerasque, & sequente die contra famam, cutem syniceram circumferens. Ibid.

Grassatúra, grassatúræ, pen. prod. (κωπηλασία,) Suetou. in Tib. In primis tuendæ pacis, à grassaturis, ac latrociniis, seditionumque licentia, curam habuit.

Grate, Grates, Vide GRATIA.

Gratia, gratiæ, penult. corr. (χάρις, χάρισμα, χαριστήριον,) Beneficium, quod gratis datur nobis. Gratia est in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. Cic. 2. de Inuent. 241.

Postulare gratiam apponi sibi. Terent. And. 2. 1. 33,
Ego Charine neutiquam officium esse liberi puto,
Quũ is nihil promeret, postulare id gratiæ apponi sibi. Vbi Donatus Id gratiæ apponi sibi, Addito gratiã suã. Id est, sibi gratiam merere.

Ad gratiam, Vide AD.

Aduersus animus gratiæ. Quintil. lib. 5. cap. 9. 6.

Obnoxius animus gratiæ. Quintil. lib. 3. cap. 9. 6.

Gratia dis. Ouid. 1. Fast. 140.
Gratia dis, domisque tuæ, religata catenis
Iam pridem vestro sub pede bella iacent.

Ingenii gratia. Quintil. in Protem. lib. 1. 4. Nullam ingenii sperantes gratiam. Id est laudem & commendationem.

Reĉtis factorum gratia. Tacit. lib. 3.

Sermonis gratia. Horat. de Arte, 14.

¶ Bona gratia, Vide BONVS.

Illustris gratia. Cic. pro Domo sua, 37.

Immerita gratia, Vide IMMERENS.

Immensa gratia. Tacit. lib. 14.

Improba gratia. Iuuenal. Saty. 13. 1.

Inclyta gratia. Ouid. ad Pisonem, 13.

Iuuenilis gratia. Stat. 2. Sylu. 2. 2.

Pluma leuior est gratia. Plaut. Pœnul. 1. 1. 17, Verum ita sunt omnes isti diuites, siquid benefacias, leuior pluma est gratia.

Gratia magna loui. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 5.

Debita fit facto gratia nulla meo. Ouid. epist. 10. 29.

Fratrum rara gratia. Ouid. 1. Metam. 30.

Vana gratia meriti tui. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11. 2.

Vilis gratia alicuius. Ouid. 2. de Arte, 6.

¶ Abolescet gratia facti. Virg. 7. Aeneid. 47.

Abest gratia officio. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 11.

Afferre gratiã. Quintil. lib. 2. cap. 13. 7, Quã quidem gratiã & delectationẽ afferunt figuræ, quæque in sensibus, quæque in verbis sunt.

Auctipari gratiam alicuius. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 21.

Auferre gratiã alicui. Quintil. lib. 6. cap. 1. 15, Nã & cautiores ad custodiam suæ religionis iudices facit, & gratiam responsui is auferet.

Augere gratiam, Vide AVGEO.

Cedere gratiæ, Vide CEDO.

Capere gratiã dicitur animus, Vide CAPIO. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 6.

Circundare gratiam. Tacit. lib. 14, At tu immensam gratiam, innumeram pecuniam circundedisti.

Coæquare gratiam, Vide COAEQVO.

Malè

Malè sarta gratia nequiquam coit. Horat. 1. epist. 3. 7.

Colligere gratiam ex priuatorum negotiis. Ci. 3. de Orat. 74. In est inire.
Idem ad Qu. fratrem, libr. 2. 16. 11. Ex hoc labore magnam gratiam, magnamque dignitatem sim collecturus. Sic ad Cælium, lib. 2. 15. 3.

Commemorare gratiam. Cic. Post red. in Senatu, 20.

Cum bona gratia aliquid componere. Terent. Phorm. 4. 3. 17.
– cur non inquam Phormio,
Vides, inter nos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala? Vide CVM.

Componere gratiam inter aliquos. Terent. Heeyra, Neque alio pacto cõponi potest inter eas gratia.

Beneficii gratiæque causa concedere aliquid. Cic. 5. Verr. 95.

Conciliare gratiam, Vide CONCILIO.

Conciliare alicuius gratiam sibi. Cic. pro Lege Manilia, 49.

Consequi gratiam. Cic. 1. de Orat. 58. Vide CONSEQVOR.

Conuellere gratiam, Vide CONVELLO.

Cupio gratiam tuam. Plaut. Persa, 10. 15.
Fuertes homines tuo arbitratu fundis familiis
Cum optimis viris rem habebis, gratiam cupient tuam,
Venient ad te comessatum. Idem Trinum. 3. 9.
Nimioque hic pluris pauciorum gratiam faciunt pars hominum,
Quàm id quod prosit pluribus.

Debere gratiam. Cic. 3. de Finib. 111.

Deprogare gratiam alicui, Vide DEPROGO.

Cum bona gratia dimittere aliquem. Cic. de Fato, 10.

Dissoluit gratia fratrum. Horat. 1. epist. 19. 9.

Gratiam vel veniam dare. Cic. 2. de Diuinat. 9.

Cum gratia efficere aliquid. Cic. Planco, lib. 10. 11. 9.

Effundere gratiam collectam. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 4.

Gratia ante omnia est Clazomenio vino. Plin. lib. 14. cap. 7. 1.

Exigere gratiam. Cic. de Amicitia, 30.

Exornare aliquid gratia & venere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 82. Narrationẽ, vt si vllam partem orationis, omni, qua potest, gratia, & venere exornandam puto.

Extinguit gratiam nostram hominum suspicio. Cice. Lentulo, lib. 1. 1. 11.

Facere gratiam iurisiurandi. Plaut. Rudente, 3. 1 59.
– quàm mox mihi argentum ergo redditur?
D. Res soluta est Gripe, ego habeo. G. hercle rat ego me mauolo.
D. Nihil hercle hic tibi est ne tu speres, iurisiurandi volo
Gratiã facias. G. perii hercle nisi me suspendo to occidi. Vide FACIO.

Facere gratiam delicti, pro Ex iure diligẽtiore aliquid imminuere. Liu. 3. ab Vrbe, 236. Omnium tibi Appi Claudii, que impii, nefarieque per biẽnium alia super alia ex ausus, gratiam facio. Vide FACIO.

Per gratiam legem alicui ferre. Cic. pro Domo sua 63.

Prædicare & habere gratiam. Cic. pro Corn. Balbo, 1.

Habenda diis immortalibus gratia. Cic. 1. in Catil. 7.

Habenda iis quoque gratia est, per quos labor nobis detractus est. Quintil. lib. 5. cap. 10. 84.

Habere gratiam senectuti. Plaut. Merc. 23. 4.
– hæc quum fugiant senes,
Tu tamen senectuti gratiam non habes? quoniam hæc tibi
Non abstulit modò, sed in amorem coniecit fortius.

Habere gratiam, Memorem esse beneficii accepti. Terentius Eunucho, 4. 6. 12. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita vt merita es gratia. Vbi Donatus, Qui habet apud se gratiam, nondum retulit. Retulit, qui destitit habere. Multum ergo hic dicit, & habetur gratia & refertur. Quẽ sensum transtulit Salustius in bellum Iugurthinum, Arma, pecuniam tu me, vetere & quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris, semper apud me integra erit. Plaut. Rudente, 3. 1. 56. Bene facis, gratiã habeo. Vide HABEO.

Incessere gratiã. Quinti. li. 5. c. 7. 14. Si potẽtes gratiã oportebit incessere.

Inire gratiam ab aliquo, quod aliter dicitur, Ponere se in gratia, cum aliquo. Plaut. Cistella. 10. 78.
– at pol ille à quadam muliere,
Si eam demonstret, ineat magnam gratiam. Terent. Eunuc. 3. 5. 8. Adibo, atque ab eo gratiam hãc quam video velle, inibo. Vbi Donatus, Gratiã inire, Est dare beneficium, ac per hoc inire gratiam, id est amicitiã. Sed hęc elocutio, gratiam ab eo inibo, pro eius gratiam merebor. Cic. Atti. lib. 1. 9. 10. Et Sulpitio, lib. 4. 1. 6. Gratiã quo qi nos inire ab eo desendẽda pace arbitramur. Iterum Attico, li. 7. 128. 11. Quintil. li. 3. ca. 1. 5.

Inire gratiam apud aliquem, Vide INEO.

Inire gratiam cum aliquo, Vide INEO.

Inuenire gratiam, Vide INVENIO.

Languet mihi gratia. Silius lib. 17. 73.

Negligere gratiam alicuius. Plaut. Trinum. 8. 74.
– vt scias hic factiones atque opes
Non esse, neque nos tuam gratiam negligere, sine dote posco tuam Soorem filio.

Parare gratiam. Quintil. lib. 1. cap. 6. 15. Et quia intermissa sunt, gratiam nouitati similem parant.

Reditum gratiæ alicui patere. Cic. de Aruisp. resp. 49,

Perdere gratiam orationis. Quintil. lib. 6. cap. 1. 31, Præteritam quoque orationis gratiam perdidit. Vide PERDO.

Meritam alicui gratiam mente persoluere. Cic. pro Plancio, 55,

Beneficii gratiæque loco petere aliquid. Cic. 5. Verr. 164.

Petere gratiam à patre, pro Petere veniam. Plaut. Sticho, 3, 23, Gratiam si à patre petimus, spero ab eo impetrassere.

Petere gratiam alicuius, Idem quod cupere gratiam. Plaut. Aulul. 7. 68,
Nam si opulento sit petitum pauperiotis gratiam,
Pauper metuit congredi, ac per metum malè rem gerit.

Ponere aliquem in gratiam cum altero. Cic. ad Att. lib. 5. 90. 2, Apud Lẽtulum ponam te in gratiam.

Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui. Cic. ad Attic. lib. 5. 98. 5. Et ad eundem, lib. 6. 1 1. 1, Meque apud eum magna in gratia posuit. Cęlius Ciceroni, lib. 8. 6. 12.

Præcipere gratiam. Liu. lib. 6. Decad. 1, Non præcipiam gratiam publicæ benefacii. Id est non ante capiam.

Nulla Senatus mala gratia aliquem ratione comitiorum priuare. Cicero in Pisonem, 3.

Quærere gratiam, Id est animum gratum. Cic. pro Plácio, Nam hæc priuatim fortasse officiorum memoriam & gratiam quęrunt. Id est, animum gratum postulant.

Recipere in gratiam. Cic. pro Rabirio Posthumo, 12, Quem enim ex tãtis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hũc afflictum violare non debeo.

Reconciliata gratia. Cic. Appio, lib. 3. 12. 13.

Reddere gratiã, Referre acceptum, vel par. Colum. lib. 4. cap. 3. 5, Experto mihi crede Syluine, bene positam vineam, bonique generis, & bono cultore, nunquã non cũ magno fœnore gratiã reddidisse. Cic. 2. Offic. 101. Tacit. lib. 2, Reddendamque gratiam in acie fatebantur.

Reddere gratias alicui voluntate ipsa. Cic. pro Plancio, 55.

Redire in gratiam cum aliquo, pro Reconciliari. Cic. ad Att. lib. 1. 9. 11, Cum Luceio in gratiam redi. Idem ad Lentulum, lib. 1. 9. 20, Quimque Pompeius ita contendisset, vt nihil voquam magis, vt cum Crasso redirem in gratiam, &c. Et de Prouinc. Consul. 15.

Reditus in gratiam cum aliquo. Cicero Attico, lib. 2. 184, Coniunctio mihi summa cum Pompeio, si placet etiam cum Cæsare reditus in gratiã, cum inimicis pax.

Redigere aliquos in gratiam. Terent. Phorm. 5. 8. 73, Ego redigam vos in gratiam.

Reducere, reconciliare, & restituere vnum cum alio in gratiam. Cice. de Prouinc. Consul. 18.

Reducere aliquem in gratiam cum altero, Idem. Quintil. lib. 5. 11, Plebem cum Patribus in gratiam traditur reduxisse.

Reddere gratiam, Reddere par, reddere beneficiũ. Terẽt. Eunu. 2. 3. 94.
– & illis crucibus, quæ nos nostramque adolescentiam
Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, vt ab illis fallimur?
Idem Eunuc. 4. 6. 12. Plaut. Mostel. 4. 75, – quid illis

Futurum est cæteris qui te amant? PH. magis amabunt quum videbunt Gratiam referentem.

Quanquã gratia referri tanta non potest, quanta debetur, habenda tamẽ est, quantã maximam animi nostri capere possunt. Cic. 3. Philipp. 125.

Debitio pecuniæ & gratiæ dissimilis. nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit; qui autem debet, is retinet alienum. gratiam autem & qui refert, habet; & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Cic. pro Plancio, 55. Idem, 1, Offic. 101.

Inops si referre gratiã nõ potest, habere certe potest. Cic. 2. Offic. 101.

Referre plenius gratiam. Quintil. lib. 2. cap. 16. 11, Eo quidem magis quẽ nulla in parte plenius labor gratiam refert.

Bonam gratiam alicui referre. Cic. Attico, lib. 2. 24. 2.

Iustam debitamque gratiam referre, Cic. pro Corn. Balb. 48.

Meritam gratiam, debitamque referre. Cic. 3. de Orat. 9.

Mutuam gratiam referre. Cic. in Salust. 5.

Parem gratiam, pro beneficio referre. Cic. pro Rosc. Com. 11, Neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur.

Præclaram Pop. Romano gratiam referre. Cic. in Catil. 20.

Referre gratiam, in malam partem. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 2. 7. 3, Surrexit Clodiuinei tantus clamor à nostris (placuerat enim referre gratiam) vt neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret.

Rependere gratiam facto. Ouid. 2. Metam. 139.
– neu gratia facto
Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam.

Restituere in gratiam. Cic. ad Att. lib. 1. 1. 14, Salustium præsentem restituere in eius veterem gratiam non potui.

Restituere gratiam alicui. Cic. de Petit. Consul. 14.

Retinere alienius gratiam. Id est fouere amicitiam, & vt vulgò dicit Manere in gratia. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 7. 10, Quæ tibi eo scribo, quòd me de

Universidad de Deusto
Biblioteca

retinenda Sestii gratia literis sæpe monuisti.
Ira gratiam rupit. Senec. Thyest. 7.1.
Scribere gratias. Gellius lib. 3. ca. 8. Regem Populo Romano laudes gratiæque scripsisse.
Vinax stat gratia. Horat. de Arte, 4.
Esse in gratia cum aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 2. ep. 2, Erit nebulo iste esse in dynastis in gratia. Eidem, lib. 5. ep. 8. 6, Erat in Syria nostrum nomen in gratia.
In laude & gratia esse. Cic. 3. Verr. 14.
Esse in gratia cum aliquo. Cic. 2. Verr. 31.
In gratia pecuniæque magna fortunatum esse, Vide FN.
Cum illo magna est mihi gratia. Cic. Lentulo, lib. 1. ep. 76, Ego quum mihi cum illo magna iam gratia esset, quòd eius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa voluntaria quadam obliuione contriueram, eius repentinam, &c.
Solida est mihi gratia tecum. Ouid. 11. Metam. 116.
Cum illo nulla est mihi gratia. Propertius libro secundo, Cum Tyberi & Nilo gratia nulla fuit. Id est, Nunquam Aegyptii & Romani se inuicè amauerunt.
Est gratia, pro Ago gratias. Plaut. Menæch. 9. 30, Eamus intrò, vt prãdeamus. MEN. bene vocas: tum gratia est. Idem Merc. 22. 107.
– salue mi sodalis Eutyche,
Vt valuisti? quid parentes mei, valent? tibi gratia est.
Bene vocas, benignè dicis, eras apud te cœnauero.
In memoria & remuneratione officiorum & honorũ & amicitiarum obseruantiam tenet gratia. Cic. 2. de Inuent. 21. 170.
Tenere gratiam. Suet. in Aug. cap. 13, Partitis post victoriam officiis, quũ Antonius Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agros collocandos recepisset, neque veteranorum, neque possessorum gratiam tenuit: alteris pelli se, alteris nõ pro spe meritorum tractari querentibus.
Tollere beneficium & gratiam. Cic. 2. de Finib. 185.
Trahere gratiam. Tacit. lib. 3, Et quum rectè factorum sibi quisque gratiam trahant, vnius inuidia ab omnibus peccatur.
Tribuere gratiam alicuius rei inuentori. Cic. 4. de Finib. 22.
Magna gratia venit minimo labore. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 10.
¶ Gratia, pro Causa & ratione siue occasione. Terent. And. 2. 6. 2,
Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hîc restitisse gratia. Vbi Donatus, Gratia veteres pro causa ponebant. Ibidem, 3. 4. 8, Sed ea gratia simulaui, vos vt pertentarem. Salust. Rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur. Terent. And. 5. 1. 17. Plaut. Pseud. 2. 1. 39.
Nunc non abire certum est istac gratia:
Libido est ludos tuos spectare Pseudole.
Hominum gratia generatas bestias videmus. Cic. 1. de Nat. Deor. 135.
Dolorum effugiendorum gratia. Cic. 1. de Finib. 57.
Ea gratia. Cic. de Nat. Deor. Id ea gratia, vt dum nati dissipatos artus caperet parens, ipsa interea effugeret.
Gratia mea, Hoc est, Mea causa, propter me. Plaut. Bacchid. 1. 64.
– nam id flagitium meum sit mea gratia
Te operam dare mihi, & ad eam operam facere sumptum de tuo. Idẽ Curcul. 3. 6. 2. Hoc vide vt dormiunt pessuli pessimi,
Nec mea gratia commouent se ocyus. Idem Amphit. 1. 5. 68, Amphitruo mitre hunc mea gratia
Gratia, pro Fauore. Salust. in Iugurtha, Sed ab iisdem illis fautoribus regis summa ope enisum est ne tale decretum fieret: ita bonum publicũ (vt in plerisque negotiis solet) priuata gratia deuictum. Id est, bonum publicum priuato fauore expugnatum est.
¶ Gratiæ, gratiarum, Plurali numero.
Actio gratiarum & congratulatio. Cic. Bruto, 3, 3.
Actionem gratiarum ab aliquo desyderare. Cic. Planc. lib. 10. 19. 1.
Immemor gratiarum nemo gratus inuentus est. Cicero, Post reditum in Senatu, 20.
Externæ gratiæ. Tacit. lib. 12, Externas & ipsi gratias quæsiuere.
Acquirere gratias, Vide ACQVIRO.
Acquirere & retinere gratias. Cic. Attico, lib. 1. 1. 10.
Agere gratias & grates, Vide AGO.
Amplissimis verbis gratias agere. Cic. 1. Philipp. 2.
Immortales gratias agere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 11. 1.
Incredibiles gratias suo & alterius nomine per literas agere. Cicero Seruio, lib. 13. 18. 2.
Ingentes gratias agere, Vide INGENS.
Iustissimas gratias agere. Cic. 2. de Legib. 10.
Miras gratias agere. Cic. Attico, lib. 16. 334. 8.
Mirificas gratias apud aliquem agere. Cic. Culleolo, lib. 13. 45. 1.
Singulares gratias agere. Cic. Culleolo, lib. 13. 47. 1.
Venerari aliquem laudibus ac gratiis. Tacit. lib. 12, Agrippinam quoque haud procul alio suggestu conspicuam, iisdem, quibus principem, laudibus, gratisque venerati sunt.

¶ De Gratiis, quę & Charites dicebanť antiquis, Vide CHARITES.
Decentes Gratiæ. Horat. 1. Carm. ode, 4. 7.
Gratia iuncta nudis sororibus. Horat. 3. Carm. ode, 19. 4.
Solutis Gratiæ zonis. Horat. 1. Carm. ode, 30. 2.
GRATIDIA, Vide post GRATVLOR.
Gratus, (εὐγνώμων, ἐπήκοος, ἵλεως, ἀμφάδιος,) Qui gratiam p̃ beneficio refert, vel saltem memor est accepti beneficii. Terẽt. Adelph. 2. 2. 43, Scio non te vsum antehac amicitia mea:
Memorem me dices esse & gratum. Vbi Donatus, Figuratè est inducta promissio præmiorum. Et bene vtrunque narrat: nam non cõtinuò qui memor est, etiam gratus est. Memor enim est, qui apud se meminit. Gratus, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. nam multi sunt memores, ingrati tamen. Plaut. Mostell. 4. 63,
Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum vt impetrauì, Atque olim prius quàm id extudi. Plin. in Paneg. 69, Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.
Memor & gratus. Cic. 4. Verr. 1 14, Sed quod sua interesse putabãt, se memores gratosque existimari, gratias illi egerunt.
Gratus ac memor beneficii. Cic. pro L. Agra. 34.
Gratus in aliquem. Brutus Ciceroni, lib. 11. 10. 1, Gratiorem me esse in posse, quàm isti peruersi sint in me, exploratum habes.
In vulgus gratus. Tacit. lib. 1, Accit Centurio clemens, & fralii bonis artibus grati in vulgusin vigiliis, stationib⁹, custodiis portarũ se iferebat.
Gratus erga aliquem. Plin. lib. 1. ep. 9. 1. Cic. Tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes. Idem Post reditum in Senatu, 20, Vtrũque erga authores salutis meæ satis gratus iudicarer.
Gratum se præbere alicui. Cic. pro Plancio, 74, Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati.
Virtutem alicuius grata memoria prosequi. Cic. 14. Philipp. 44.
Grato animo prosequi nomen alicuius, id est, Esse gratum erga aliquem. Cic. 4. Philipp. 153.
Gratior, Comparatiuum. Senec. lib. 1. de Beneficiis, cap. 4, Tu me aliquid eorum doce, per quæ beneficentior, gratiorque aduersus benemerentes fiam.
Re ipsa atque animo gratissimus. Cic. Planco, lib. 10. 19. 1.
¶ Gratus, Acceptus, & iucundus. Liuius, 2, ab Vrbe, Gratæ in vulgus leges fuere.
Comitum gratissimus. Ouid. 14. Metam. 45.
Gratum beneficium. Plaut. Rud. 26. 17, Atque vt mihi gratum beneficiũ factis experiar. Terent. And. 1. 1. 15. – &
Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.
Conuiua gratus. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 24.
Diua animo gratissima nostro. Ouid. 5. Metam. 53.
Dona grata. Ouid. 1. epist. 6.
Error gratissimus. Horat. 2. epist. 2. 28.
Gratæ gratiæ. Plaut. Pœn. 3. 6.
Quibus pro benefactis fateor debere tibi
Et libertatem & multas gratas gratias.
Hora grata. Horat. 1. epist. 4. 3.
Quies grata. Horat. 1. epist. 18. 2.
Tempore grato frui. Horat. 2. epist. 2. 40.
Virtus gratior veniens in pulchro corpore. Virg. 5. Aeneid. 68.
Gratus differt à Iucundo. Cic. ad Att. lib. 3. ep. 6. 5, Ista veritas etiã si iucunda non est, mihi tamen grata est. Idem Sulpitio, lib. 4. ep. 6. 3, Cuius officia iucundiora scilicet sepe mihi fuerint, nunquam gratiora.
Gratum odore iucundo ladanum. Plin. lib. 12. cap. 17. 6.
Gratum in cibo. Pli. lib. 11. ca. 29. 5. Et lib. 10. ca. 48. 3, Cibis gratissima.
Gratum & optatum. Cic. 1. Verr. 4, Quid est quod aut Pop. Rom. gratius esse debeat, aut sociis exterisque nationibus optatius esse possit, aut salutiì fortunisque omnium magis accommodatum sit?
Gratum & Graue, cõtraria. Cic. 2. de Legib. 67, Velim hoc, quod loquor, tibi gratum videri potius quàm graue.
Minimè gratum, Vide post MINOR.
Accidit mihi illud gratum, Vide ACCIDO.
Gratum facere, Obsequi & inseruire. Cic. Si hunc iuueris, gratissimum mihi feceris.
Facere alicui gratum, Id est rem gratam. Cic. Attico, lib. 15. ep. 5. 2.
Gratè, Aduerbium, (εὐγνωμόνως,) cuius contrarium est Ingratè. Cic. pro Plancio, 80, Audi, atque attende Lateresis, vt scias quid ego Plancio debeam, confitearque aliquando quod faciam, me & gratè & pie facere. Idem, 1, de Finib. 94, Nam & præterita gratè meminit, & præsentibus ita ponitur, vt, &c.
Gratiosus, penultima product. Adiectiuum, (χαρίεις, ἐπήκοος, ἵλεως,) Qui apud omnes plurimum gratia potest, vel omnium gratiam & fauorem facilè demeretur: comis, facilis, benignusque qui gratiam inire cupit cum multis. Gellius, libro, 9, capite, 12, Gratiosus est qui adhibet gratias, & qui admittit. Cicero, 5, Verr. 77, Hic Venerius, quemadmodum aratores eluserit ex vna pactione hominis honesti, gratiosique cognoscite. Idem pro L. Murena 6. Nil tibi Consulatum petenti à me defuit, quod esset aut ab amico, aut à gratioso, aut à Consule postulandum.

Cum aduersario gratiosissimo contendere. Cic. pro Quintio 12.
Potens & gratiosus homo. Cic. pro Cluentio 99.
Potens, gratiosus, disertus homo. Cic. pro Cœlio 15.
Splendidi homines & gratiosi. Cic. 5. Verr. 29.
Gratiosus ad. Cic. pro L. Murena, Natũ summo loco adolescens, qui & quo animo iam sit, & qualis vir futurus sit, videmus, in equitum centuriis voluit esse, & ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus.
Vir ad ambitionem gratiosus. Cic. de Petit. Consul. 14.
Apud omnes ordines gratiosus. Cic. 3. Offic. 76. Tum Pythius qui esset, vt argentarius, apud omnes ordines gratiosus. Idem Lentulo, lib. 1. 3. 2. Vehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore. Idem 4. Verr. 112. Nisi forte, quòd apud publicanos gratiosus fuisti, in ea re spes te aliqua consolatur.
In suis ciuitatibus & municipiis gratiosi homines Cic. pro Murena 45.
Habere in re aliqua sui cupidos & gratiosos. Cic. pro Planc. 37.
Gratiosi eramus apud illum, quem, &c. Cic. ad Attic. lib. 15. 323. 9.
Gratiosus, cum datiuo Cic. pro Plancio 37. Iam vt ego doceo gratiosum esse tribulibus Plancium, quòd multis benignè fecerit, pro multis spoponderit, &c.
Gratiosus, cum ablatiuo. Plin. lib. 16. cap. 33. 1. Odore violenta, ac ne vmbra quidem gratiosa. De cupresso.
Gratiosa missio, quæ per illicitum fauorem facta est. Liu. lib. 5. Decad. 5. Missorum causas sese cognituros esse: & quarum ante emeritis stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri iussuros.
Gratiosè, pen. pro. Aduerbium, (χαριέντως) Vlpianus in L. Tutor qui repertorium, & Competer. ff. de Administratione tutorum, Competet aduersus tutores tutelæ actio, si malè contraxerint: si prædia non idonea comparauerint per sordes aut gratiam. quid ergo, si neque sordidè, neque gratiosè, sed non bonam conditionem elegerint? Restè quis dixerit, solam latam negligentiam eos præstare in hac parte debere.
Gratis, Aduerbium, (πρόσκαιρον, ἀμισθεί,) Gratuito, sine solutione pecuniæ. Cuius contrarium est Pretio. Plaut. Capt. 16. 16.
At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis,
Gratis à me, vt sit liber, abducito. Ibidem 7. 49. Nunquam erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. Idem Pœnulo 14. 46. Et Mostell. 4. 19. Terent. Phorm. 3. 2. 15.
Adeóne te esse incogitantem atque impudentem Phædria,
Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis? Cic. 3. Verr. 71. Is repentè vt Romam venit, gratis Prætor factus est. Martial lib. 5. 87. Sportula nulla datur, gratis conuiua recumbis.
Gratis alicui pollicerì. Cice. Quin. fratri, lib. 3. 17. 10. Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum.
Seruire alicui gratis. Cic. pro Cluentio 56.
Habitare gratis in alieno. Cic. 1. Offic. 122.
Gratis diligere virtutes. Cic. 1 de Finib. 133. Vt æquitatem, modestiam, virtutes omnes per seipsas gratis diligant.
Gratis & Pretio, contraria. Cic. pro Rosc. Comœd. 16. Hic primum quæstus est non leuter Saturius, communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannii.
Gratis & sine mercede. Sueton. de Claris grammaticis 13. Sunt qui tradant tanta cum honestate prædium, vt temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis & sine mercede vsa, in disciplinam receperit.
Gratuitus, penul. correp. Adiectiuum, (ἄμισθος,) Quod datur gratis, & sine præmio: vt interpretatur his verbis Cicero, lib. 1. de Legib. 71. Quid liberalitas? gratuitane est, an mercenaria? sine præmio benigna est & gratuita? si cum mercede, conducta.
Gratuita amicitia. Cic. 1. de Nat. deorum 168. Prata & arua & pecudum greges diliguntur isto modo, quòd fructus ex his capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita est. Id est, non ad fructum relata, sed ad illius commoda qui diligitur: alioqui mercatura est, non amicitia.
Gratuita eì hospitia decreuere. Plin. lib. 15. cap. 9. 5.
Gratuita probitas. Cice. 2. de Finib. 159. Innatam esse homini probitatem gratuitam, non mutuatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam.
Gratuita ferre suffragia. Cic. pro Plancio 44.
Gratuitum. Stat. 1. Sylu. 6. 4.
Et quas præcoquit Ebosita cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis.
Mercenarius & Gratuitus, contraria. Cic. pro Fonteio 19. Potestis igitur ignotos notis, &c. mercenarios gratuitis anteferre?
Gratuito, pen. corr. Aduerbium, (ἀμισθί,) Idem quod gratis. Cice. 1. Offic. 98. Diserti igitur hominis, & facile laborantis, quodque in patriis est moribus, multorum causas & non grauatè, & gratuitò defendentis, beneficia & patrocinia late patent. Tacit. lib. 11. Neque tamen eloquentiam gratuitò contingere.
Gratuitò & Mercede, contraria. Plin. lib. 35. cap. 9. 2.
Grates, (χάριτες,) Numero tantum pluralì, & in hac tantum terminatione, pro gratiis quæ referri debent pro accepto beneficio. Virg. 1. Aeneid. 121. – grates persoluere dignas
Non opis est nostræ Dido. Plaut. Merc. 22. 2. Spem speratam quum hanc obtulisti mihi, grates ago. Idem Milite 87.
Inde ignem in aram, vt Ephesiæ Dianæ latas laudes
Gratesque agam. Cic. in Somn. Scip. 2. Et grates, inquit, tibi ago summe Sol. Liu. 7. bel. Pun. Discursum inde ab aliis circa templa deûm, vt grates agerent. Idem, Veta in tam prosperis rebus grates diis immortalibus agi. Idem, Grates agere et iussi sumus. Curtius, Grates habebant velut præsenti deo.
Agere grates alicui. Tacit. li. 16. Sed sepipso deorũ Martì grates agimus.
Meritas grates agere alicui. Ouid. in Ibin 5.
Decernuntur grates deis. Tacit. lib. 15.
Exoluere seruas grates. Stat. 5. Sylu. 5. 9.
Pendere dignas grates. Stat. 1. Sylu. 3. 31.
Rependere grates. Stat. 1. Sylu. 3. 31.
Gratificor, pen corr. gratificatis, (χαρίζομαι,) gratificari, Rem gratam facere & Beneficium dare aliquando significat. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 11. Quod Pompeio gratificari se putant.
Honestè gratificari alicui. Cic. 3. de Legib. 56.
Gratificatur mihi gestu accusator, inscientem Cn. Pompeium fecisse significat. Cic. pro Corn. Balbo 9.
Cur tibi hoc non gratificer nescio. Cic. Valerio Iurisc. lib. 1. 10. 1.
Deus gratificatur hominibus, non gratum facit. Cic. 1. de Natu. deorum 170. Nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem? De Deo.
Gratificari alicui de. Cic. 5. de Fini. 76. Deque eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. De pueris loquitur.
Gratificandi facultas. Cic. 1. Offic. 37. In quibus autem maior est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatẽ. Id est, vt gratos, obnoxios & deuinctos sibi reddere possent.
Gratificari libertatem suam alicuius potentię. Sallust. in Iugurtha, Frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est, nisi forte quem inhonesta & perniciosa libido tenet, potentiæ paucorum decus atque libertatem suam gratificari.
Gratificari gratiam. Sallust. de Repub. ordinanda ad Cæsarem, Neque alter quisquam extollere sese, & diuina mortalis attingere potest, nisi omissis pecunię, & corporis gaudiis, animo indulgens, nõ assentando, neque concupita præbendo, peruersam gratiam gratificans: sed in labore, patientia, bonisque præceptis, & factis fortibus exercitando.
Gratificari, pro Fauere & ornare. Cic. 3. de Legib. 56. Vti in eo sit ipsa libertas q̃ populo potestas honestè bonis gratificãdi datur. Idẽ 1. Offi. 66. Qui gratificant culpiã quod obsit illi cui velle videant, p̃desse, nõ benefici, neq; liberales, sed pociosi assentatores iudicãdi sunt. Budæ⁹.
Liberalis gratificandi voluntas. Cic. 1. Offic. 74.
Gratificatio, Verbale. (χάρισμα,) Cic. 1. de Natu. deor. 167. Vos autem quid mali datis, quũ imbecillitatẽ, gratificationẽ & bũuoletiã ponitis?
Impudens gratificatio. Cic. 3. de Leg. Agra 4. Et Plin. lib. 11. cap. 3. 6.
Grator, gratari, (εὐχαριστέω,) gratari, Gratias agere alicui, & quasi supplicare. Ouidius lib. 3. Fast.
Quisquis ades, castæque cohs penetralia Vestæ,
Gratare, Iliacis thuraque pone focis.
Gratari, (χαίρειν,) Gaudere de bono proprio, vel alterius. Ouid. lib. 8. Metam. O superi, totoque libens mihi pectore grator. Virg. 4. Aene. 96. Inueni germana viam, gratare sororì. Liu. 7. ab Vrbe 58. Tum vincere cupimus, tum duce te vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes vrbem inire tuum sequentes currum, Iouis Opti. Max. templum gratantes, ouantesque adire. Ibidem, lib. 9. 232. Colligebantque in vnum copias inuicem inter se gratantes.
Gratari, Aliquid gratanter dicere. Tacit. lib. 1. Tum complexus eum Tiberius, præscium periculorum & incolumen fore gratatur.
Gratatur reduces. Virg. 1. Aeneid. 8.
Gratari alicui. Ouid. 6 Metam. 87. – gratata est scilicet illis Thracia.
Gratari sibi. Ouid. epist. 11. 1 3. Quid tibi grataris?
Ad gratandum se expedire. Tacit. lib. 14.
Gratans, gratantis, Participiũ, (χαίρων,) Tacit. li. 2. Inter venerantes, gratantesq; aspici sobita Idẽ lib. 11. Obuiũ apud forũ præber se gratãtib⁹.
Gratabundus, (συνχαίρων,) Tacitus libro 17. Et proximi militum gratabundi respondent.
Gratulor, penul. correp. gratularis, (συνχαίρω, συνεύδαιμων,) gratulari, Verbis testari se gaudere fortuna & fœlicitate alterius, apud eum ipsum qui affectus est fœlicitate, & aliquando etiam apud nosipsos eb fœlicitatem aliquam quæ nobis sorte contigit.
De reditu alicuius gratulari. Cic. Attico, lib. 4. 70. 1.
Aduentu alicuius gratulari. Cic. in Sallust. 6.
Nomine alicuius gratulari. Cic. 1. Philipp. 12.
Gratulor tibi. Quintil. lib. 6. in Procem. Illi dolori, quem iure optimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceperam, gratulor.
Gratulor tibi & mihi. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 11.
Et quoniam vera est, tota tibi mente, mihique
Gratulor, ingenium non latuisse tuum.
Gratulor tibi hanc rem. Plautus Capt. 9. 1. Eunt obuiam, gratulanturque mihi eam rem. Idem Sticho 9. 61. Ibo intrò, & gratulabor vestrum aduentum filiis. Marcellus Ciceroni, lib. 4. 11. 5. Itaque in hoc ego mihi gratulor. Cice. 2. Verr. 12. Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. Ouid. 3. de Arte,
Prisca fuerunt alios, ego me nunc denique natum
Gratulor. Terent. Eunuch. 2. 2. 28.
– coqui, fartores, piscatores, aucupes,
Quibus & re salua & perdita profueram, & prosum sæpe,
Salutant, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur.
Gratulor tibi affinitate. Cælius Ciceroni, lib. 8. 13. 1. Gratulor tibi affinitate viri mediusfidius optimi.
Gratulor tibi de hac re. Cice. Lentulo, lib. 1. 7. 22. Quód mihi de nostro statu, & de Milónis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodii gratularis, minimè miramur. Ibidem 36. Quód mihi de filia & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam. Idem Appio Pulchro, libro 3. 12. 1. Gratulor tibi prius (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me cóuertar: ego verò vehementer gratulor de iudicio ambitus.
Gratulor tibi in hoc. Cice. pro Plancio 74. Idem Trebiano, lib. 6. 11. 2.
Qua in re tibi gratulor ita vehementer.
Gratulor huic terræ quód abest regionibus illis. Ouid. 10. Meta. 62. Quintilian. Pastu cadauerum, siue Declamat. 13. Gratulemur quód iam nulla ciuitas fame laborat. Subauditur nobis. Trebo. Ciceroni, lib. 12. 16. 4. Itaque tibi (quod verè facere possum) libenter quoque gratulor, nec minus etiam nobis, quòd eum quem necesse erat diligere, qualiscúque esset, talem habemus vt libenter quoque diligamus.
Gratulari dolori, pro Gaudium sumere. Quintil. in Præfat. lib. 6. Itaque illi dolori, quem ex matre optima, ac laudem omnem supergressa, paucos ante menses ceperam, gratulor. Minus enim est quod flendum meo nomine, quàm quod illius gaudendum est.
Gratulor pro. Cic. Cassio Proquæstori, lib. 15. 14. 6. Sed tamen & feci antè, & facio nisi, tibique cum pro rerum magnitudine quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quòd te de prouincia decedentem summa laus & summa gratia prouinciæ prosecuta est.
¶ Gratulari, Gratias agere, inquit Nonius. Ennius Hecuba, Iuppiter tibi summe tandem malè re gesta gratulor. Nonius belli Punici lib. 3. Itque sursum ad cœlum suas res Ammulus gratulabatur diuis. Afran. Cinerario. Quòd salous venis, melius est, gratulor diis. Liuius, Triumphantes in Capitolium ascendebant, Ioui Opti. Maxi. cæterisque diis gratulaturi. Terent. Heaut. 5. 1. 6.
Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere
Tuam esse inuentam gnatam: nisi illos ex tuo ingenio iudicas,
Vt nihil credas intelligere, nisi idem dictum est centies.
Gratulatio, Verbale, (ἐπιφώνημα,) Plin. lib. 8. cap. 54. de simiis, Gestant catulos, quos manu factæ intra domos peperere, omnibus demonstrát, tractantque gaudent, similes gratulationem intelligentis. Cic. ad Brutum, lib. 11. 18. 4. Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. Idem Cælio, lib. 2. 9. 1. Præsertim quó esset tanta res, tátæ gratulationes de te. Cesar 5. bel. Gal. 197.
Lætitia & gratulatio. Cice. Ad Atticum, lib. 4. 70. 2. Itaque hoc tibi verè affirmo, in maxima lætitia & exoptatissima gratulatione, vnum ad cumulandum gaudium conspectum, aut potius complexum mihi tuum desuisse. Idem 6. Verr. 66. In suis antiquis sedibus summa cum gratulatione ciuium & lætitia reponi.
Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 1.
Hic parēti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Cic. pro Murena 10.
Gratulatio, pro Gratiarum actione, vel supplicatione. Cice. de Prouinc. Consul. 11. Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quę ex maximis bellis.
Gratulabundus, (συγχαίρων,) Idem quod gratulans. Gell. lib. 3. cap. 15. Quumque populus gratulabundus, flores vndique in eum iaceret.
GRAVIONARIVM, (γραυιονάριον,) Germaniæ vrbs Ptolemæo. Vulgo Bamberg.

Grauis, & hoc graue, (βαρύς, βαρεῖς, ἀβαρὴς, ἐπιχθόνιος, δηνεὸς, ἀνδάνων,) Suapte natura, inquit Valla, ponderosum significat: vt Graue saxum, grauis farcina, grauis arma, graue scutum, quod scilicet grauat nos in ferendo, & quod ægre, & cum molestia fertur. Inde per abusionem transferimus ad senectutem, ad morbum, ad laborem, ad doloremquia hi qui molestiam ex senectute, morbo, cæterisque sentiunt, quasi onere intolerabili premitur, quod cupide velut graue pondus à se vellent deponere. Neque solum ad molestias corporis translatio hæc fit, verumetiam ad molestias animi, vt grauis cóumelia, grauis iniuria, grauis mœror, grauis iactura, quæ animum genere quodam pó-

deris premunt. Itaque vnus modus est, quæ corpori aut animo molesta sunt, ea grauia appellare. Eoque molestia à mole, id est à re magna, magnique ponderis vocitata est. Alter modus est, quòd quemadmodum grauia saxa & grandes trunci non facile loco mouétur, sed ad omnem temporis mutabilitatem hærentia: ita homines constantes, ac præditi sapientia, meritò per figuram graues nominátur, quòd nec precibus, nec minis, nec vanitate, nec promissis ab æquo & iusto summouétur: vt id faciant quos leues vocamus, qui in similitudinem pulueris & paleárū ad omnem auram ventilantur. Sciamus tamen grauis tunc regere datiuum, quum est in priore significatio: vt Tu es grauis mihi. Hactenus Valla lib. 6. Virgil. 1. Georg. 33.
Leuis & Grauis, contraria. Cice. ad Torquatum, lib. 6. 3. 7. Sed hæc consolatio leuis est, illa grauior. Idem pro Sext. Roscio, Quod minimè videtur graue iis, qui minimè ipsi leues sunt. Idem pro Roscio Comœdo 3. Quod etiam apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur?
Grauis ætate. Liu. 10. ab Vrbe 166. Ingressi milites refractis foribus, paucos graues ætate, aut inualidos inuenerunt. Ibidem, lib. 2. 82. Tarquinius Superbus, quanquam iam ætate & vitibus erat grauior, equum infestus admisit.
Grauis pietate, Plenus. Virgil. 1. Aeneid. 31.
Tum pietate grauem, ac meritis, si forte virum quem
Conspexêre, silent, arrectisque auribus astant.
Graues cibo sopiti iacebant. Liu. 1. bel. Maced. 164.
Grauis diuitiis, Plenus & abundans. Plaut. Bacchid. 9. 23.
Sed antè quàm illa vnquam meis opulentiis
Ramenta fuit grauior aut propensior,
Mori me malim misera excruciarum inopia.
Fide grauior 2. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 14.
Grauis Marte, Id est grauida. Virgil. 1. Aeneid. 56.
– donec regina sacerdos Marte grauis. Id est. semine Martis impleta. Idem eclog. 1. 10. Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.
Grauis morbo. Virg. 3. Georg. 19.
Vbi aut morbo grauis, aut iam senior annis
Deficit abde domo. Id est languidus.
Natu grauior. Claud. de bello Get. 98.
Grauior natu animus. Terent. Heaut. 4. 1. 31.
Mi Chreme, peccaui, fateor, vincor: nunc te obsecro,
Quantò tuus est animus natu grauior, ignoscentior,
Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi. Id est, quanto pulcra nosti quàm ego.
Grauis vinculis, Oneratus & oppressus. Plin. epist. 147. d. Illa scribentis capiti catenis insonabat: respicit rursus idé quod prius inuenté, nec moratur, tollit lumé, & sequitur: ibat illa léto gradu, quasi grauis vinculis.
Grauis vino & somno. Liu. 9. bel. Pun. 172.
Vino somnoque graues. Ouid. epist. 14. 7.
Grauis vulneribus Alexander. Liu. 6. bel. Maced. 87.
Grauis vtero, pro prægnante. Plin. lib. 9. cap. 6. 2. Tunc quidem & vtero graues, pariendíve pœnis inualidæ, solum auxilium nouere in altum profugere, & se toto defendere Oceano.
¶ Graue absynthium, Id est amarum, & quod grauem succum habet. Varro in Quinquatribus, Absynthium vt bibam graue & castoreum.
Grauis aduersarius, Perniciosus, acerbus, & nocens. Cicero 3. Officio. 115. Magnum illud bellum, perfuga vnus, & grauem aduersarium imperii sustinuisset.
Acestes grauis. Vide ACESTES.
Graue æs. Liu. 4. ab Vrb. 176. Decem milibus æris grauis damnatur.
Aes graue & signatum, opponuntur. Liu. 4. ab Vrbe 261. Patres bene coptam rem perseuerantes tueri, conferre ipsi primi, & quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium connehentes, speciosam collationem faciebant.
Aestas grauis. Virgil. 2. Georg. 76.
Ambitio misera grauisque. Horat. 1. Serm. saty. 6. 26.
Amicitiæ principum graues. Horat. 2. Carm. ode 1. 1.
Amentia grauis. Ouid. 5. Metam. 103.
Amore perculsus grauis. Horat. Epod. 11. 1.
Grauis annis miles. Horat. 1. Serm. saty. 1.
Grauis annona, Cara. Plaut. Sticho. 10. 52.
Vides benignitates hominum perite, & prothymias? Plinius de Viris illustribus, Hic Consul grauí annona aduectum è Cilicia frumentum, magno pretio dandum populo curauit, vt hac iniuria plebs agros, nó seditiones coleret.
Grauis armatura, cui opponitur Leuis. Liu. 6. bel. Pun. 21. Igitur magna parte impedimentorum relicta in Brutiis, & omni grauiore armatura, cum delectis, &c.
Auræ graues. Ouid. 7. Metam. 114.
Grauis author, Probatus & magnæ authoritatis. Plin. lib. 17. cap. 25. 4. A quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis author prodidit. Sic lib. 24. cap. 9. 11. Grauis author in medicina.

Author

Author grauior. Tacit. 19. Eo grauior author, qđ Paulino prię Forū Iulii.
Graue bellum, pro molesto, authore Donato. Sallust. Grauiore bello qui prohibituri venerant socii frigere.
Graue & plenum carmen. Cic. 1. Tuscul. 98.
Casu grauiore decidunt turres. Horat. 2. Carm. ode 10. 2.
Graus causa, Necessaria. Lucilius lib. 29. Habeasque animo, mihi admodū causam graué fore, quæ me ab vllo cōmodo abducat tuo. Nonius.
Certamina grauiora. Silius lib. 16. 104.
Grauissimæ contumeliæ. Tacit. lib. 14.
Cura grauí saucia. Virg. 4. Aeneid. 1.
Damnum grauius. Ouid. 7. Metam. 112.
Fatum graue. Ouid. 2. Metam. 62.
Graui fronte, Tristi. Plinius in Panegy. 66. Nunquam principibus defuerunt, qui fronte graui, & tristi supercilio vtilitatibus fisci contumaciter adestent & erant principes ipsi sua sponte auidi, & rapaces, & qui magistris non egerent.
Graues greges, Multi. Varro, Vbi graues pascantur atque alantur pauonum greges. Nonius.
Grauis halitus, Insuauiter olens. Columel. lib. 1. cap. 5. 4. Nam præstat à mari longo potius interuallo quàm breui refugisse: quia media sunt sparia grauioris halitus.
Grauis homo, Grandæuus. Virg. 5. Aeneid. 78. Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. Nonius.
Ictus graues excipere. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.
Graue imperium, aut stabile. Terent. Adelphis 1. 1. 41.
– errat longè mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse aut stabilius
Vt quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.
Impetus grauis hastæ. Stat. 10. Thebaid. 108.
Incœpta grauia. Horat. de Arte 3.
Ira grauis, & inexpugnabile pectus. Virg. 5. Aeneid. 155.
Labore grauí fessos. Senec. Hippol. 4. 30.
Lacerto grauí vibrata fraxinus. Ouid. 5. Metam. 79.
Grauis manus, Vel pecuniis, vel re aliqua onusta. Plaut. Pseud. 12. 19. Ae. depol vt nunc mosst eum metuo miser,
Si quispiam det, cui manus grauior fiet. Virgil. in Buc. eclog. 1. 7.
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.
Mœror grauis. Horat. de Arte 25.
Morbus grauis. Ouid. 8. Metam. 177.
Mors grauis. Ouid. 3. Metam. 95.
Nidor grauis. Virg. 3. Georg. 83.
Graues imbre nubes. Liuius 8. bel. Pun. 81. Nisi ex vehementi sole, qualis inter graues imbre niues effulget, tanta vis aquæ delecta esset, vt &c.
Grauis nuntius, Tristis. Virg. lib. 8. Aeneid.
– grauior ne nuntius aures Vulneret.
Graues oculi. Cic. Post reditum in Senatu 11. Composito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, &c.
Grauis odor. Plin. lib. 11. cap. 7. 1. Omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruunur, odore & ipsa etiamnum grauí. Sic Colum. lib. 9. cap. 5. 6.
Odor grauis oris. Ouid. 3. de Arte 56.
Grauis & pestilēs ora. Pli. epist. 101. a. li. 5. Tuscos meos petiturū, ne facetē suauisti, dū putas insalubres. est sanè grauis & pestilēs ora Tuscorū.
Grauis paupertas, Dura & difficilis. Plaut. Persa 10. 20.
Nam vbi ad paupertatem accessit infamia,
Grauior paupertas fit; fides sublestior. Teren. Adelph. 3. 4. 50.
Cognatus mihi erat, vnà à pueris paruuli
Sumus educati, vnà semper militiæ & domi
Fuimus, paupertatem vnà pertulimus grauem.
Pœna grauiore dignus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 3.
Pondus graue. Horat. Epod. 4. 4.
Graue pondus & Leue, contraria. Plin. lib. 12. cap. 9. 2.
Præsium graue. Horat. 4. Carm. ode 14. 3.
Graue pretium: Id est multum. Sallust. Cœpit per omnem prouinciam graue pretium fructibus esse. Martial. lib. 11. 37. Miraris pretium tam graue: surdus erat.
Graui & crassa radice frutex. Plin. lib. 12. cap. 12. 1.
Graues remi, Fortes & robusti. Virgil. lib. 5. Aeneid. Prima pares ineunt graui bus certamina remis.
Robur graue. Virg. 1. Georg. 33.
Senatusconsultum vehemens & graue in aliquem. Cic. 1. in Catilin. 2.
Grauis senectus, Molesta. Cic. de Senect. 4. Quòd senectutem nunquam tibi grauem esse senserim.
Seruitium graue. Propert. lib. 1. eleg. 5. 4.
Sol grauis. Horat. 2. Serm. saty. 4. 5.
Sonus grauis & acutus. Horat. de Arte 71.
Grauissimus sonus. Cic. 1. de Oratore 131.
Sopor grauissimus. Lucret. lib. 4. 193.
Stomachus grauis. Horat. 1. Carm. ode 6. 1.
Grauis supellex, Diues. Plin. epist. 170. b, Viderunt hi quos excelsioribus terris illa tempestas non deprehendit, alibi diuitum apparatus, & grauem supellectilē, alibi instrumēta ruris, ibi boues, aratra, rectores, &c.
Grauissimam suem facit glans querna. Plin. lib. 16. cap. 6. 7.
Tempus graue. Horat. 3. Carm. ode 23. 2.
Graus terra, Fœcunda & frugifera. Virgil. 3. Georg. 105.
Quid labor, aut benefacta iuuant, quid vomere terras
Inuertisse graues?
Grauis testis, Locuples & optimus. Cic. ad Curionem, lib. 2. 2. 1. Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei. Idem 5. Verr. 89. Et hoc in te grauiores, certioresque testes sunt, quòd cæteræ ciuitates suis solum incommodis commouentur.
Vereor ne tibi sim grauis, Id est molestus. Cic. in Topic. 3.
Torpor grauis. Senec. Here. fur. 12. 5.
Venter grauis maturo pondere. Ouid. 9. Meram. 138.
Grauis ventus, Molestus. Plin. lib. 2. cap. 25. 4.
Grauius verbum. Plaut. Trinum. 6. 105.
– ecce res nimio citius
Transiges, firmum omne erit quod tu egeris: grauius erit
Tuum vnum verbum ad eam rem, quàm centum mea.
Grauiore verbo appellare aliquem. Cic. 5. Verr. 114. Eum in tanto tuo dedecore profectò ne verbo quidem grauiore appellasses.
Honestas omni pondere grauior est habenda, q̄ cętera oīa. Ci. 3. Offi. 45.
Vir grauis pietate. Virg. 1. Aeneid. 31.
Virus graue. Horat. 2. epistol. 1. 32.
Grauis vmbra. Virg. in Buco. Iuniperi grauis esse solet cantātibus vmbra.
Grauis voluntas. Cice. pro Fonteio 19. Grauiorne igitur vobis erit hostium voluntas, quàm ciuium?
Vterus grauis. Papinianus in l. Qui graui. ff. De iure codi. Qui graui vtero vxorem esse ignorabat, &c.
Vulnus graue. Ouid. 4. Metam. 41.
¶ Graue & facile, contraria. Terent. Heaut. 5. 5. 13.
– hæc dum incipias, grauia sunt,
Dumque ignores, vbi cognoris, facila.
Graue est quale sit existimare. Cic. ad Atticum, lib. 11. 222. 4.
¶ Annus grauissimus, & pestilentissimus. Ci. Titio lib. 5. 16. 10. Non me hercule quenquam audiui hoc grauissimo, & pestilētissimo anno ado lescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non à diis immortalibus exceptus ex his miseriis, atque ex iniquissima cōditione vitæ videret.
Tempus anni grauissimum. Cice. Qu. fratri, lib. 2. 16. 11. Atque id anni tempore grauissimo, & caloribus maximis.
¶ Grauissimum. Terent. Adelph. 3. 4. 22. – filiam eius virginem
Vitiauit, D. hem. H. mane: nondum audisti Demea
Quod est grauissimum.
¶ Graue est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 3.
Graue in populum, Quod ægre & grauiter admodum populus ferre potest. Cic. pro Corn. Balbo 17. Et enim in Populum Romanum graue est, non posse vti sociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare: in socios verò ipsos & in eos, de quibus agimus, fœderatos, iniuriosum & contumeliosum est, iis præmiis & his honoribus exclusos esse fidelissimos & coniunctissimos socios.
Grauiúsculus, pen. corr. A diectionem diminutiuum, (ὑπόβαρυς,) Gellius, lib. 1. cap. 11. Qui fistula breui tenuiq̄ grauiusculum sonum inspiraret ad deprimendum, sedandumque impetum vocis eius.
Grauitas, pe. cor. grauitātis, (βαρύτης, βάρος, βαρεῖαι, βαρύσωμα, ἀνάτασις, ὀνοστάνη,) Pondus. Cic. 2. de Nat. deo. 154. Tanta contentio grauitatis & ponderum. Idem de Fato 38. De ipsa atomo dici potest quum per inane moueatur grauitate & pondere, sine causa moueri.
Quanta illi fuit grauitas, quanta in oratione maiestas? Cice. de Amic. 78.
¶ Grauitas, pro molestia, vel magnitudine accipitur, vt Grauitas odoris, grauitas doloris, grauitas somni.
Grauitas audiendi, vel auditus, pro duro, & depraauato auditu. Plinius libro 28. cap. 11. 13. Si grauitas sit audiendi, fel bubulum cum vrina capræ, vel hirci. Idem libro 23. cap. 4. 8. Grauitatem auditus discutit.
Grauitas aurium. Plin. lib. 20. cap. 13. 4.
Grauitas capitis. Plin. lib. 27. cap. 12. 23.
Grauitas cœli, Hoc est aeris nobis inducendi molestia. Cicero ad Atticum, lib. 11. 228. 3. Iam enim corpore vix sustineo grauitatem cœli huius, qui mihi laborem affert in dolore. Liuius 3. belli Punici 163. Quo Mutium, qui successisset sibi, grauitate cœli, aquarumque aduenientem exceptum, non tam in periculosum, quàm longum morbum implicatum, diu ad belli vim sustinendam inutilem fore.
Grauitas membrorum, & cruciatus dolorum. Cic. 4. de Finib. 50.
Grauitas oris, pro graueolentia. Plin. lib. 28. cap. 12. 6.
¶ Grauitas ignauia. Ouid. 2. Metam. 81.
Tarda grauitate iacentes. Ouid. 11. Metam. 124.
Ignauia nequeunt grauitate mouere. Ouid. 2. Meram. 165.
Rerum grauitas, nitorque. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 6.
Serena grauitate plenus vultus. Ouid. ad Pisonem 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Grauitas. Firmitas ac constantia animi, & in vultu, moribus, verbis, rebus agendis quædam seueritas. Cicc. de Senectute 30. Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quoddã habet quod suo tempore percipi debeat. Idem de Amicitia 4. Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum authoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis.

Grauitas sapientis. Cic. 4. Academ. 130.

Grauitas & virtus iudicis. Cic. pro Q uintio 3.

Grauitati deditus homo. Cic. pro Cælio.

Adhibere grauitatem. Vide ADHIBEO.

Facere grauitatem. Cels. lib. 1. cap. 3. Qui vomere bis in mense vult, melius consulet si biduo continuarit, quàm si post quintum decimũ diem vomeritmisi hæc mora grauitatem pectori facient.

Habere grauitatem. Cicc. de Claris Oratorib. 181. Hæc autem (vt dixi) genera dicendi aptiora sunt adolescentibus, in senibus grauitatem non habent.

Tenere grauitatem. Cic. Attico, lib. 9. 191. 5. Ego tuis consiliis sum vsus, maximeq; q; grauitatem in congressu nostro tenui quam debui.

Eandem seruare grauitatem Cic. Attico, lib. 10. 192. 6.

Oneris grauitate impedire aliquem. Ouid. 10. Metam. 136.

Tuenda est tibi grauitas. Cic. Titio, lib. 5. 16. 15.

Sententiarum grauitate, verborum ponderibus est vtendum. Cice. 1. de Oratore 40.

Verborum grauitas. Q uintil. lib. 1. cap. 8. 6.

Iucunda grauitas remoto fastu. Claud. 8. Paneg. 49.

Cum grauitate loqui. Cice. ad Atticum, lib. 9. 180. 6. Illud me præclarè admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potius loquar.

Grauiter, penul. correp. (βαρέως, σφοδρῶς, δυσχερῶς,) Aduerbium, aliquando multum significat aliquando asperè & male. Significat etiam molestè nonnunquam & sapienter.

Grauiter accipere aliquid, Id est, iniquo animo. Cic. 2. de Ora. 117.

Grauissime ægrotare, pro Vehementer. Cic. 2. de Finib. 71.

Grauiter audire. Terent. Heaut. 1. 1. 62. – adulescentulus
Sæpe eadem & grauiter audiendo victus est.

Concidit ad terram grauiter, Virg. 5. Aeneid. 89.

Grauiter crepuerunt fores. Terent. Heaut. 3. 1. 53. Mane, mane, quid est quòd tam à nobis grauiter crepuêre fores. Idem Adelph. 5. 5. 2. Quisnam à me pepulit tam grauiter fores.

Grauiter cruciare, Multum & maximè acvehementer. Terẽ. Heau. 5. 5. 1.
Enimuero Chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum,
Nimisque inhumanè.

Grauiter in aliquem dicere. Terent. Adelphis 1. 2. 60.
– iste tuus ipse sentiet
Posterius: nolo in illum grauius dicere.

Grauiter dissentiunt inter se. Cic. 11. Philipp. 338.

Grauiter aliquid facere Cicero, Siquid prudẽter, siquid grauiter factum est. Hoc est, non leuiter ac sapienter, sed maturè sapienterque.

Grauiter aliquid ferre, Id est molestè. Terent. And. 1. 1. 20. Omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt. Matius ad Ciceronem, li. 11. 28. 4. Vitio mihi dant quòd mortem hominis necessarii grauiter fero. Huius contrarium est Leuiter ferre. Cicero de Atuspicum respon. 43. Quæ quandiu hærebant in vno me, id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam.

Grauiter imperare. Plaut. Capt. 6. 58.
Equidem si perinde vt ipse fui imperator familiæ,
Habeam dominisi, haud vereor ne inuitè aut grauiter mihi imperet.

Grauiter increpare. Plin. lib. 17. cap. 1. 3.

Grauiter irasci, Multum. Terent. Hecyra 4. 4. 2.
Tibi quoque ædepol sum iratus Philumena
Grauiter quidem. Cicero, Nec verò audiendi, grauiter qui inimicis irascendum putant.

Miseram grauiter. Virg. 10. Aeneid. 163.

Grauiter narrare res gestas. Cic. in Oratore 16. Thucydides autem res gestas & bella narrat & prælia grauiter sanè & probè.

Opinari de aliquo grauissimè. Tranquillus in Augusto, Cosinium seruũ grauissimè de se opinantem, non vltra quàm compedibus coercuit.

Sæuit grauiter. Virg. 4. Georg. 91.

Grauiter sonare. Cic. in Somnio Scip. 17. Natura fert vt extrema, ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent.

Grauiter spirare, Multum & vehementem odorem afferre naribus. Virgil 4. Georgic. 7. – grauiter spirantis copia thymbræ.

Esse alicui grauiter inimicum. Cic. Lentulo lib. 1. 9. 109.

Grauẽdo, pen. prod. (κόρυζα,) Morbus seu humor qui ex capite distillat, nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet, vt docet Celsus lib. 4. cap. 1. Plaut. Asin. 13. 51. Quod illa autem simulet, quasi graue do profluat. Cicero Attico, lib. 10. 207. 6. Tu quoniam quartana carres, & nouum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, teque vegetum nobis in Græcia siste, & literarum aliquid interea. Idem Attico, libro 16. 338. 3. Grauedini quæso omni ratione subueni. Plinius lib. 21. cap. 19. 7. de violis purpureis, Crapulam & grauedines capitis impositis coronis olfactúve discutiunt. Idem lib. 23. cap. 1. 1. de vuis recentibus, Grauedinem enim capiti, morbumque lethargicum faciunt. Suetonius in Oct. Augu. cap. 81. Nam sub natalem suum plerunque lãguebat, & initio veris præcordiorum inflatione tentabatur, austrinis autem tempestatibus grauedine. Colum. lib. 7. cap. 3. 23.

Frigida grauedo. Catull. ad Fundum, epigr. 41. 4.

Grauedinõsus, penul. prod. A dictiuum, (κορυζώδης,) Cic. 4. Tuscul. 40. Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, nõ quia iam sint, sed quia sæpe sint.

Grauedinosum, Quod grauedinẽ facit. Plin. li. 18. ca. 15. de eruo, Martio mense satum noxium esse bubus aiunt. Item autumno grauedinosum.

Grauéolens, pen. corr. graueolentis, om. gen. (βαρυόσμος,) Quod male olet. Virg. 6. Aen. 40. – ad fauces graueolẽtis auerni. Pli. li. 27. ca. 8. 1. graueolentibus foliis.

Graueolentia centaurea. Virg. 4. Georg. 54.

Graueolentia, graueolentiæ, (δυσωδία,) Plin. Et oris graueolentiam sistit. Idem lib. 30. cap 9. 12. Et lib. 22. cap. 22. 19. Graueolentiam aburum emendat. Paulo pòst, Oris graueolentiam corrigi. Idem lib. 28. cap. 11. 16. Mulcet graueolentiam oris.

Graueolentia halitus. Plin. lib. 28. cap. 12. 10.

Grauo, grauas, (βαρύω,) grauare, Premere, onerare, molestare. Virg. 1. Aeneid. 142.
– nec me labor iste grauabit.

Fortunam alicuius grauare. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 6.

Cymba grauanda. Propert. lib. 3. eleg. 3. 5.

Poma grauantia ramos. Ouid. 13. Metam. 174.

Grauãtus, pen. pro. Participiũ, (βαρυνόμενος,) Molestia aut grauedine affectus. Colu. lib. 6. ca. 7. 2. Signa febricitantis manantes lachrymæ, grauatum caput, oculi compressi. Cic. 1. de Diuin. 36. Ex antiquo poeta, Iam vero semper viridis, semperque grauata
Lentiscus, triplici solita grandescere fœtu.

Grauatus somno. Plin. lib. 16. cap. 1. 6. Item Liu. 4. ab Vrbe 159. Et 5. bel. Pun. 130. Grauatis omnibus vino somnoque.

Grauatus vulneribus. Liu. 10 bel. Pun.

Caput grauatum demittere. Ouid. 10. Metam. 39.

Oculos in morte grauatos. Ouid. 4. Metam. 29.

Grauor, grauaris, (βαρύομαι,) grauari, Deponens, Offendi, & grauiter ferre. Plautus Trinummo 17. 46.
Quum ille ita est vt esse nolo, id cruciorimetuo si id denegem,
Quod me orasmi te leuiorem erga me putes, non grauabor,
Faciam ita vt vis. Idem Rud. 11. 21. Cur tu aquam grauare amabò, quã hostis hosti commodat? Idem Sticho 4. 31.
– veni illo ad cœnam, sic face:
Promitte verò, ne grauare, est commodum. Cic. de Amicitia 15.
Ego vero non grauarer, si mihi ipse considerem. Idem pro Lege Manilia 40. De quo legando spero Consules ad Senatum relaturos: qui si dubitabunt, aut grauabuntur, ego me profiteor relaturum. Liuius 1. ab Vrbe 143. Minus tamen plebs grauabatur, se templa deũm exædificare manibus suis.

Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re sentiam dicere. Cice. 1. de Orato. 53.

¶ Grauari, cum accusatiuo. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8. Quæ siquis grauabitur non rationi defuerit, sed oneri. Idem lib. 4 cap. 5. Præter hæc, in omni partitione est vtique aliquid potentissimum: quod quum audiuit iudex, cætera tanquam superuacua grauari solet. Sueton. in Augusto, cap. 72. Ampla & operosa prætoria grauabatur. Virg. lib. 10. Aen.
– quid si, quæ voce grauaris, Mentre dares!

Grauari dominos. Lucan. lib. 7. 57. Romanos odere omnes, dominosque grauantur. Id est nollent eos habere dominos. Sic Horatius 4. Carmin. ode 11. 5.
– & exemplum graue præbet ales
Pegasus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem.

Grauari aliquid, pro Moleste ferre. Tacit. lib. 3. Sane grauaretur aspectũ ciuium senex imperator.

Grauãtus, pen. prod. (βεβαρυμένος.) Plaut. Rud. 7. 2. – nam vox me
Precantum huc foras excitauit bonam atque obsequentem deam, atque haud grauatam
Patronam exequuntur, benignamque multum. Id est, quæ ex animo facit quod ab ea petitur, non inuita, aut ægre. Idem Sticho 16. 6.
– quanquam
Grauatus, non nocuit tamen.

In re aliqua homines grauatos non esse. Cice. pro Murena 63.

Grauate, pen. prod. Aduerbium, (βεβαρυμένως,) Molestè & ægrè. Plaut. Bacchid. Quàm grauate pater dedit. Id est quàm ægro animo & inuito. Idem Sticho 16. 2. Nunc minus grauatè iam accipit, tene tu interim

interim meus oculus. Liuius ab Vrbe condita. Haud grauatè nimis ob eundo. Idem de bello Macedonico, Id grauate concessum est regi. Cicero pro Cornelio Balbo, 19. Qui errantiõ comiter monstrant viam, benignè, nõ grauatè. Idem 1. de Oratore, 104. Meam facilitatem laudatore, quum vobis non meo iudicio, sed vestro studio inductus, non grauatè respondero. Idem 2. Offic. 77. Grauatè ille primò quid multa? Imperat.

Grauãtim, pen. prod. (βαρέως,) Aliud aduerbium idem significans. Liu. 1. ab Vrbe, 7. Haud grauatim socia arma Rutulis iunxit.

Grauatim cadere, Id est tardè & vix. Lucret. lib. 3. 79.
– plumas autum, pappoique volantes,
Qui nimia leuitate cadunt plerunque grauatim.

Grauesco, grauescis, (βαρύομαι,) grauescere, Grauem & oneratum fieri. Virg. 2. Georg. 26. Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit. Id est oneratur. Plin lib. 11. cap. 41. 1. Cameli lac habent donec iterum grauescant. Hoc est grauidæ fiant & prægnantes.

Valetudo grauescit. Hoc est ingrauescit, grauior fit Tacit. libro 1. Hæc æqua mala agitantibus, grauescere valetudo Augusti

Malis publicis in dies grauescentibus. Tacit. lib. 14.

Grauidus, penult. corr. (γραυρός, γραυρώδης,) A dictiuum, significat plenum & ponderosum. Plautus Trucul. 4. 4.

Ad fores auscultato, atque asserta has ædeis,
Nequis aduentor grauior abeat, quàm adueniat.
Neu qui manus attulerit steriles intrò ad nos,
Grauidas foras exportet.

Grauida mulier. Quæ iam concepto fœto grauatur. Plaut. Amphit. 8. 47. Et quum grauidam, & quum te pulchre plenam aspicio, gaudeo. Cice. pro Cluentio. 23. Nam quum esset grauida Auria fratris vxor, & iam appropinquare partus videretur. Idem 3. Verr. 32. Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad parientdum vicinam, temporibus exactis fugisse Delum atque ibi Apollinem, Dianãmque peperisse.

Aluus grauida. Ouid. 1. Amor. eleg 14. 4.

Metallis grauida Amathus. Ouid. 10. Metam. 105.

Fœtus grauidi. Virg. 4. Georg. 47.

Fruges grauidæ. Virg. 1. Georg. 19.

Imperiis grauida Italia. Virg. 4. Aeneid. 6.

Lingua grauida. Propert. lib. 3. eleg. 8. 3. Quæ mulier grauida iactat conuitia lingua.

Messes grauidæ. Ouid. 8. Metam. 158.

Nubes grauidæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 22.

Palmes grauidus. Ouid. 1. Fast. 51.

Pecus grauidum. Virg. 3. Georg. 30.

Tellus grauida. Ouid. 7. Metam. 26.

Venter grauidus. Ouid. 10. Metam. 100.

Grauida puero mulier. Plaut. Amphit. 8. 85.
Amphitruo sperani ego illam tibi pariturum filiam:
Verùm non est puero grauida.

Grauidam facere mulierem filio. Plaut. Amphit. 18. 5.
Ex concubitu grauidam feci filio.
Tu grauidam item fecisti, quum hinc in exercitum Profectus.

Grauida à Pamphilo. Terent. And. 3. 2. 33.
Iam primum hæc se à Pamphilo
Grauidam dixit esse: inuentum est falsum. Plaut. Amphit. 3. 111.
Nunc de Alcumena vt rem teneatis rectius,
Vtinque est grauida, & ex viro, & ex summo Ioue.

Vxores grauidas reddere. Lucret. lib. 4. 240.

Grauida facta, mensis hic septimus. Terẽ. Adelphis 3. 4. 29. – virgo ex eo
Compressu grauida facta est, hic mensis decimus est.

¶ Grauida gratia bonis. Plaut. Capt. 6. 108. Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea grauida est bonis.

Grauida carnaria. Plaut. Pseud. 4. 64. Carnaria tria grauida tergoris, onerata, huberi hodie
Mihi erit, cras te, quasi Lircen, olim (vt memorant) duo gnati Iouis
Ad taurum deuinxêre.

Vbera grauida vitali rore. Cic. 1. de Diuin. 38.

Grauiditas, pen. corr. huius grauiditatis, (γραυρότης,) Cice. 2. de Natu. deorum 178. Ipse sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque lunam illuminata grauiditates & partus afferat, maturitatesque gignendi.

Grauido, grauidas, pe. corr. (γραυροῦσθαι,) grauidare, Implere & grauidũ facere. Cic. 2. de Nat. deo. 118. Profectò ipsa terra eadem vi continetur sese. Cæcilius Tyche, Per mysteria hic inhonestè grauidauit probro.

Grauastellus, inquit Festus, dicitur senior. Plaut. Epid.
Sed quæ hæc est mulierculà, & ille grauastellus qui venit? Vt puto grauastellus à grauitate dictus. Hactenus Festus. Quidam legunt Rauastellus, à rauo colore.

GRAVISCAE, Tuscorum castellum, authore Ptolemæo mõs altus hodie. Virg. lib. 10. Aeneid. 16. Et Pyrgi veteres, intẽpestæque Graniscæ.

Veteres grauiscæ. Silius lib. 8. 94.

Gregalis, Gregatius, Gregatim, Vide GREX.

Gremium,

huius gremii, (κόλπος,) Est inter cõplexum femorũ, seminúmve, in quo cõplexu mulieres cõcipere solent inquit Valla lib. 4. cap. 17. Terent. Adelph. 5. 2. 15. Quis se in sui gremio positurum puerum dicebat. Virg. 1. Aeneid. 140.
– & tarum gremio dea tollit in altos
Idæ lucos. Cic. de Claris Orat. 111. Apparet filios non tam in gremio matris educatos, quàm sermone matris. Idem 2. de diuin. 128. Is est hodie locus septus religiose, propter Iouis pueri, qui lacteus cum in nouæ Fortunæ in gremio sedens, mammam appetens, castissimè colitur à matribus. Idem pro Cluent. 10. In huius amantissimi sui fratris manibus & gremio, mœrore, & lachrymis conseuescebat.

Accipere aliquem gremio. Virg. 1. Aeneid. 138. Vide ACCIPIO.

Liberi partim è gremiis parentum diripiuntur, partim in sinu iugulantur. Author ad Heren. lib. 4. 111.

Implere gremium Iuue. Saty. 14. 33.

Impositus gremio. Quintil. lib. 1. cap. 1. 18. Fingamus igitur Alexandrum dari nobis impositum gremio, dignum tanta cura infantem.

Incellare gremium matris. Stat. 1. Thebaid. 47.

Telluris gremium. Virg. 5. Aeneid. 102.

¶ Gremium terræ. Cic. de Senect. 47. Quæ quum gremio mollito, & subacto semen sparsum excipit. De terra.

Gremium arenosum, de fluuiis dicitur. Silius lib. 8. 38.

Gremium Græciæ. Cice in Pisonem 72. Aetolia quæ procul à Barbaris disiuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur, &c.

Sinus & gremium patriæ. Cic. pro Cælio 46. Quum Q. Metellus abstrahetur è sinu, gremioque patriæ.

Hæc sunt sepulta in gremio Consulatus tui. Cic. in Pisonem 7.

Gremium imperii. Cic. de Prouinciis Consul. 3. Vt Thessalonicenses positi in gremio imperii nostri relinquere oppidũ, & arce munire cogant.

¶ Ad gremium reuocare. Quintil. de Prælectione, lib. 1. cap. 5. Non vtique hunc laborem docemium postulo, vt ad gremium reuocatis, cuius quisque eorum velit libri lectioni deseruiant.

Gressus, Vide GRADVS.

Grex,

huius gregis, m. g. (ἀγέλη, πόλυπος,) Minorum animalium congregatio, vt ouium, porcorum, caprarum, vt ait Valla lib. 4. capit. 42. Ouid. 4. Metam.
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Pascebant. Virgil. 3. Georg. 58.
Hæc satis armentis, superat pars altera curæ
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas. Cicero ad Atticum, lib. 7. 137. 8. Idem quod pecudes, quæ dispulsæ, sui generis sequuntur greges, vt bos armentarius ego, &c.

Grex armentorum. Cic. 3. Philipp. 146. Cædit greges armentorum, reliquique pecoris quodcunque nactus est. Colum. lib. 1. cap. 2. 4. Nec ab sint greges armentorum.

Auium grex. Horat. 1. epist. 3. 4.

Grex equarum. Cice. 1. Verr. 19. Præterea greges equarum eius illum abligendos curasse. Idem 4. Verr. 13. Greges nobilissimarum equarum ab actos, &c. Silius lib. 3. 77.

Herdorum grex. Virgil. eclog. 2. 5.

Ouillus grex, Vide OVIS.

Pecorum greges. Ouid. 11. Metam. 56.

Grex vænalium. Plautus Aulul. 13. 4. Etiam introduce si vis vel gregem vænalium.

Bucerræ greges. Lucret. lib. 2. 133.

¶ Lanigeros agitare greges. Virg. 3. Georg. 57.

Cædere greges, Vide CAEDO.

Compellere greges in vnum. Virg. eclog. 7. 1.

Magnus grex, Id est armentum. Virg. eclog. 6. 11.

Grex armentitius, Vide ARMENTVM.

Milliarius grex. Vide MILLE.

¶ Custos gregis, Opillio. Virg. eclog. 10. 8.

Dux gregis, pro Tauro. Ouid. 1. de Arte 65. de Europa.
Hanc tamen impleuit vacca deceptus acerna
Dux gregis: & parto proditus author erat.

¶ Grex hominum. Terentius Eunucho 1. 9. 54.
Rectè facitis: vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem Recipiatis. Idem Adelph. 3. 3. 8.
Sed eccum Syrum ire video: huic scibo iam vbi fiet:
Atque hercle hic de grege illo est. Cic. in Catil. 41. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Terent. Heaut. 1. 3. 4.
Ego verò audio, nunc demum & video, & valeo Clitipho.
CE. Minimè mirum, adeò impeditæ sunt: ancillarum gregem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ducunt secum. Idem in Prologo Phorm.33.
– adeste æquo animo per silentium:
Nemimi vtamur fortuna atque vi sumus,
Quum per tumultum noster grex motus loco est. Idem in Prologo Heaut.45.
Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni:
Si qua laboriosa est, ad me curritur:
Sin lenis est, ad alium deferitur gregem.
Virorum grex. Silius libro 7.11.
Grex amicorum. Cic.1.de Finib.101. Quantaque amoris conspiratione consentientes tenuis amicorum greges!
Grex oratorum. Cicero 1.Verr.27. Quartum quem fit habiturus non video: nisi quem forte ex illo grege oratorum qui subscriptionem sibi postularunt,
Indocilis grex. Horat. Epod.16.8.
Scribere aliquem sui gregis, id est Referre in numerum amicorum. Horat.1.epist.9.3. Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonumque.
Greges virgarum Plaut. Pseud.5.100.
– Iamos inde accersam duo cum tintinnabulis:
Eadem duo greges virgarum inde vlmearum adegero:
Vt hodie ad litationem huic suppetat satis loui.
Gregarius, Adiectiuum, (ἀγελαῖος, ἀγελαῖος, ἀγελαῖος,) Ex grege vulgaris. Vnde gregarius miles dicitur non electus, sed tumultuarie vndecunque collectus. Saluft. Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quòd ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita diuites, vt regio victu atque cultu vitam agerent. Colum lib.6.in Præfat.1. Gregariorúmque pastorum velut minutam professionis suæ disciplinam constantissime repudiasse. Cic. pro Plancio, 59. At id etiam gregarii milites faciũt inuiti. Liu.8.bel.Pun.17. Ad principes seditionis gregarios milites, &c.
Miles gregarius. Tacit.lib.1.
Gregalis, & hoc gregãle, pen.prod. (ἀγελαῖος,) Qui ex eodem est grege. Varro 2.de Re rust.cap.7.5. Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo.
Gregales tui. Cic. pro Domo sua, 59. An vt crudelem tyrannum? quod vos Catilinæ gregales de me dicere solebatis. Idem de Aruisp.resp. 49. Neque P. Clodius, nec quisquam de gregalibus eius aut consiliariis designatur. Idem 1.de Orat.140. Vt in illum Titium, qui quum studiosis pila ludierent, & idem signa sacra noctu frangere putaretur, gregalesque eum in campum non venisse requirerent, exclamauit Vespa Terentius, quòd eum brachium fregisse diceret.
Gregalis, pro vulgari seu publico. Sene. epist.87. Dii boni quãm inuabat intrare balnea illa obscura, & gregali tectorio induta, quæ scires Catonem ædilem, aut Fabium Maximum, aut ex Cornelis aliquem tibi sua manu temperasse. Idem 1.de Benef. Gregalia poma.
Gregatim, pen.prod. Aduerbium, (ἀγελαδόν,) Per diuersos greges. Varro libro 4.de Ling.Lat. Merula, quòd mera, id est sola volitet. Contrà ab eo graculi, quòd gregatim, Vide Quintilianum lib.1.de Etymologia. Plin.lib.8.cap.5.1. Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Ibidem de ceruis, cap.32.4. Maria tranant gregatim nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentium clunibus.
Volare gregatim. Quintil.lib.1.cap.6.24.
¶ Gregatim, ad homines trãslatum. Varro 3.de Re rust.cap.17.4. Quòd sacrificanti tibi Varro ad tibicinem Græcum gregatim venisse dicebas ad extremum litus. Cicero 7.Verr.116. Videris eines Romanos gregatim coniectos in latomias: videris indignissimo in loco coacerunatam multitudinem vestrorum ciuium.
Gregatim ferre manus. Stat.8.Thebaid.130.
Gregatim sentiuntur morborum genera. Plin.lib.26.cap.1.4. Acciditque sæpius vt noua contrà genera morborum gregatim sentirentur.

Grillus, Vide GRYLLVS.

Griphus, griphi, masc.gen. (γρίφος,) Latinè dicitur rete, vel sermo implicitus, atque intricatus, Gellius lib.1.cap.2 Aliosque id genus griphos neminem posse dicem, nisi se, dissoluere.

Grossus, huius grossi, masculini, vel fœminini generis, (δλαυκός,) Dicitur hœus quæ nondum maturuit. Plinius libro 13.cap.7. Grossus eios non maturescit. Celsus libro 5. Grossi in aqua cocti. Plinius lib.15.cap.18.5. Deprehensique in his hyeme grossos. Idem alibi, Crudæ grossi verrucas tollunt.
Grossulus, huius grossuli, pen.corr. Diminutiuũ. (δλαυίτιον,) Colum.de Arboribus, cap.21.1. Si voles licum quãnis non natura seram facere, quũ grossuli minuti erunt, fructum decutito. Sic lib.5.cap.10.7.

Gruma, huius gruma. Gruma (inquit Nonius) sunt loca media in quæ directæ quatuor congregantur & conueniunt viæ. Est autem gruma mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt est agrimensorum, & similium. Ennius lib.17. grumam dirigere dixit degumari ferrum.

Grumus, huius grumi, (τρόμος,) Dicitur terra in aceruum collecta, quæ tamen est minor tumulo: apud Columellam dicitur cliuulus. Vnde libro secundo, cap.18.4. ait, Grumósque quos ad versuram plerunque tractæ faciunt crates, dissipabimus, ita vt necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere.
Grumus salis. Plinius libro 33.cap.4.18, Torretur & cum salis grumo, pondere triplici.
Grumulus, huius grumuli, pen.corr. Diminutiuum. (τρόμβιδιον,) Plin.lib. 10.cap.6.13. Quidam vlpicum & alium in plano seri vetant, cattellatimque grumulis imponi distantibus inter se pedes ternos.

Grundio, grundis, (γρυλλίζω,) grundire, dicebãt veteres, quod nos grunire dicimus. Claudius lib.16. Agni grũdibant, dixere & grundibat grauiter pecus suillum, Etiam hominum esse grundium Cæcilius Ebrius designauit. Ex Nonio.

Grunnio, grunnis, grunnui, vel grunnii, grunnitum, penult. prod. (γρυλλίζω,) grunnire, Proprium est porcorum. Plinius libro 32.cap.2.8. Grunnire cum quum capiatur. Iuuenalis Satyra 15.3. Et quum remigibus grunnisse Elpenora porcis.
Grunnitus, huius grunnitus, penul.prod (γρυλλισμός,) Cic.5.Tusc.163. Aut grunnitum, quum iugulatur, suis. Plinius lib.11.cap.52.1. Et is qui aper vocatur, in Acheloo amne grunnitum habet.

Grus, huius grus, masculini, vel fœminini generis. (γέρανος,) Auis nota. Virg.lib.1.Georg. Stymoniæ dant signa grues. Et 10.Aeneid. Horat.2.Serm.saty.8.18. – discerpta ferentes
Membra gruis sparsi sale multo. Plinius libro 10.cap.23. Inducias habet gens Pygmea, abscessu gruum, cum iis dimicantium. Immensi est tractus quo veniunt, si quis reputet, à mari Eoo. Quando proficiscuntur, consentiunt. Volant ad prospiciendum alte: ducem quem sequuntur eligunt, &c. Mira de gruibus toto hoc capite legat qui volet.
Grues, vt inquit Cicero, 1.de Natura deorum, 187. quum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficiunt formamcius autem summo angulo aer ab iis aduersus pellitur: deinde sensim ab vtroque latere tanquam remis, ita pennis cursus auium leuatur. Basis autẽ trianguli, quam efficiunt grues, ea tãquam à puppi venta adiuuatur, eæque in tergo præuolantium colla & capita reponunt, quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipse quoque quiescat: in eius locum succedit ex iis quæ adquierunt, eaque vicissitudo in omni cursu conseruatur.
Clamor grunum. Lucretius libro 4.184.
Hyberna Rhodopes grus. Stat.4.Sylu.6.2.
Threicia grus. Ouidius 3.de Arte.37.
Aduenam laqueo caprare gruem. Horat. Epod.2.7.
¶ Grus machina ad subleuanda onera accommodatis dicta, quòd in longum prominens, cellum grois referat: Græcè γέρανος dicitur cuius sæpe fit mentio apud Vitruuium. Labeo in L. Si seruus tuus. ff. De actio. empti. & vendit. Qui per κατάβασμον γέρανον descendere, aut in cloacam demitti solitus esset.
Gruo gruis, (κλαγγάζω) gruere. Festus, Gruere dãr grues, vt sues grũnire.

Gryllus, huius grylli, mascul.gen. Animal est magnitudine cicadæ, corpore longiore, pernicies agrorũ. Plinius lib.29.cap.6. Auribus prodest gryllus, cum sua terra effossus & illitus. Magnam authoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi: quoniam retro ambuler, terrámque terebret, ilridat noctibus. Venantur eum formicã circumligato capillo in cauernam eius coniecta, efflato prius puluere, ne sese condat, & ita formicæ complexu extrahitur.
Grynæus, Adiectiuum. (γρυνεῖος,) vt Grynæus Apollo. Virgil.4.Aeneid. Vbi Seruius, Clazomenæ ciuitas est Asiæ. Vnde Horatius 1.Serm.Satyra 7.1. – diues habebat Clazomenis. Iuxta hanc nemus est Grynæũ, vbi Apollo colitur. Inde ergo nunc epitheton dedit: licet & in Delo acceperit oraculum. Idem 6.Eclog. His tibi Grynei nemoris dicatur origo. Vbi Seruius, Grynæum nemus est in finibus Ionis Apollini consecratum.

Gryps, huius gryphis, m.g. vel etiã gryphus, gryphi, (γρύψ,) Aiãl pẽnule, æquis vehemẽter infestum. Virg.eclo.8.9. Iungantur iam gryphes equis. Plin.lib.10.cap.49. Pegasos equino capite volucres & gryphas antiros adiuitare rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia. Idẽ lib.33.cap.4.1. Aurum inuenitur in nostro orbe, vt omittamus Indicum, atque à formicis aut gryphibus apud Scythas erutum.

Grypus, huius grypi, (γρῖπος,) Qui nasum adunctum habet.

G V

Guberno, gubernas, (διοικέω, κυβερνάω, βραβεύω, ἰθύω, ἡγεμονεύω,) gubernare, Administrare, procurare, regere, gerere, moderari. Cicero Curioni, lib.2.6.1. Teque hortor vt omnia gubernes & moderere prudentia tua.
Regere & gubernare. Cic.1.de Nat.deor.73. Si vero in ipso mundo deus inest aliquis qui regat, qui gubernet, qui cursus, &c. conseruet.
Velim totum hoc ita gubernes, vt ne minima quidem re vlla Bruti commodum impediamus. Cicero Attico, libro 13.282.4.
Sed hæc deus aliquis gubernabit. Cicero Attico, lib.6.114.5.

ed hæc deus aliquis gubernabit. Cicero Attico, lib.6.114.5.
Gubernare aliquem consiliis. Cicero Bruto, 10.3.
Fortunæ nos, quantum humano consilio effici potest, morum ratione quadam gubernabimus. Cicero Attico, lib.8.148.1.
Gubernare orbem terrarum. Cic. pro Sex. Rosc.78. Quum solus Rempublicam gereret, orbemque terrarum gubernaret. De Sylla.
Gubernare petitionem alicuius. Cicero pro Milone, 18. Clodius contulit se ad eius competitores, sed ita, totam vt petitionem ipse solus etiam inuitis illis gubernaret.
Gubernat tormenta dolor. Cicero pro Sylla, 58. Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque.
Vitam gubernare ratione. Lucret. lib.5.225.
Gubernans, Participium: (διοικῶν,) vt
Fortuna gubernans. Lucret. lib.5.12.
Gubernãtor, pen.prod. Verbale, (κυβερνήτης, διοικητής, κηβερνήτης, ἡγεμόνευτής, ἰθυντής,) Rector, & moderator nauis proprie dicitur. Cicero de Senectute, 16. Vt siqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, &c. Ille autem clauum tenens sedet in puppi quietus. Idem 1.de Inuent. 74. Nauis quæ scientissimo gubernatore vtitur. Idem 4.Acad.179. Sed si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate gubernetur: probabile videatur se illuc ventuum esse salium. Sic 4.de Finib.122. Et Cæsar 3.bell.Gall.383.
Custos, gubernatorque Reip. Cic. pro Rabirio Postho. 10.
Gubernator equorum. Quintil libro 8.cap.6. Translatio est quum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur: vt de agitatore, Gubernator magna contorsit equum vi.
Bonus gubernator. Vide BONVS.
Summi gubernatores. Cic.7.Philipp.134. Quanquam non eges consilio, quo vales plurimum, tamen & summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent.
Gubernãtrix, pen.prod. huius gubernatricis, pen.prod. Verbale fœm. (κυβερνήτειρα,) Cic.1.de Oratore, 21. Quum ciuitatem vel paterno consilio, vel quitis armis florentissimam accepissent, ista præclara gubernatrice, vt ais, ciuitatum eloquentia, Rempub. dissipauerunt.
Gubernatio, huius gubernationis, (διοίκησις, κυβερνήσεις,) Aliud verbale. Cic.4.de Finib.123. Et si in ipsa gubernatione negligentia est nauis euersa. Ibidem, libro 3.58. Nec enim gubernationi aut medicinæ similem sapientiam esse arbitramur.
Vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse. Cicero 3.in Catil.63.
Magnam gubernationem tui consilii, tuæque authoritatis res desyderabit. Cicero Bruto, 14.4.
Gubernaculum, pen.corr. (οἴαξ, πηδάλιον, οἰήιον,) dicitur clauus nauis. Cicero 1.de Inuent.130. Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit. Plin.lib.11.cap.50.1. Piscium meatus gubernaculi modo regunt.
¶ Gubernaculum, penult. prod. per syncopen: vt Gubernaculum contorquet nauim quò libet. Lucret. lib.4.183.
Reuulsum gubernaculum. Virg.6.Aeneid.70.
¶ Assidere gubernaculis, Vide ASSIDEO.
Clauus & gubernaculum Reip. per translationem. Cic. pro Sestio, 15. Clauum tanti imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare.
Accedere ad gubernacula Reip. Cic.1.de Inuent.6.
Deiicere Senatum à gubernaculis. Cicero pro Domo sua, 20. Quum Senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses, ipse archipirata cum rege prædonũ impurissimo plenissimis velis nauigares.
Qui nisi à gubernaculo recesserint, maximum ab vniuerso naufragio periculum est. Cicero Tironi, lib.16.27.5.
Vnã penè voce Oratorem à gubernaculis ciuitatum repellere. Cicero de Oratore, 24.
Sedere omni tempore ad gubernacula Reipublicæ. Cicero pro Roscio Amerino, 30.
Gubernacula Reipub. tenere, Diligenter curare & administrare Remp. Cicero 2.de Diuinatione, 4. Quos tunc scripsimus quum gubernacula Reipub. tenebamus.
Tradere oratori ciuitatum regendarũ gubernacula. Cic.1.de Orat.107.
Gubernacula vitæ. Plin.lib.31.cap.37.85. Obseruatione tamen crebri aut languidi ictus gubernacula vitæ temperat.

Gula, gulæ, fœm.g. (φάρυγξ, λαιμός,) Pars superior œsophagi, qua citur. Salust. Laqueo gulam fregere. Plin.lib.19 cap.4. Hi nimes, illi glãdes potant, pernisque montium in voluptatem gulæ vertunt. Plaut. Merc.12.28. Demisisti gladium in gulam, iam cadam. Cic. ad Atticũ, lib.13.286.4. O gulam insulsam, pudet me patris.
Gula follis, pro anteriore follis parte qua aer intromittitur & exprimitur. Plaut. Aulul.9.23. Quin quum it dormitum, follem obstringit ob gulã.
Ingeniosa gula, Vide INGENIOSVS.
Ingenua gula, Vide INGENVVS.
Immensa gula, Vide IMMENSVS.
Insulsa gula, Vide INSVLSVS.
Parens gulæ. Horat.2.Serm.saty.7.23.
Implacata gula. Ouid.8.Metam.171.
Crescens gula. Iuuenalis Saty.11.4.
Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Cicero 1.in Saluft.8.
Profundæ, intempestiuæ, & sordidæ gulæ homo. Sueton. in Vitellio, cap. 13. Vide VISCVS, visceris.
Gulosus pen.prod. (φαγέιμαργος, λαιμάργος,) Adiectiuum notæ significationis. Martialis libro 8.74. Esse tibi videor sæuus, nimiúmque gulosus. Vide NIMIVM. Idem lib.11.37.
Non est Tucca satis quòd es gulosus:
Et dici cupis, & cupis videri.
Gulosus lector. Martialis, Non opus est nobis nimium lectore guloso.
Hoc est, multæ lectionis curioso. Idem lib.5.69.
Gulose. penul. prod. Aduerbiũ. (λαιμαργικῶς,) Columel.lib.1.in Præfat. 5. Contemptissimorum vitiorum officinas gulosius condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi.

Gummi, neut.gen. indeclinabile, & hæc gummis, (κόμμι.) Lachryma arborum quarundam, quæ veluti gutta quædam viscosa per ipsum corticem diffunditur. Plin.lib.13.cap.11. Gummi optimũ esse ex Aegyptia spina conuenit, vermiculatum, colore glauco, purũ, sine cortice, dentibus adhærens. Columella libro 12.cap.50.15. Nostrorum temporum agricolæ repudiauerunt, existimantque satius esse noua dolia liquida gummi perluere. Ibidem, 16. Multi quum semel noua dolia vel serias crassa gummi liuerunt, vnã in perpetuum gũmitione contenti sunt. Et sanè quæ semel oleum testa combibit, alteram gummitionem non recipit. Respuit enim olei pinguitudo talem materiam, qualis est gummi.
Gummitio, gummitionis, (κόμμωσις,) Illinitio quædam ex glutinoso illo arborum succo, quæ doliis fieri solebat, quemadmodum picatio expice, vt in præcedenti Columellæ exemplo.
Gummosus, pen.prod. Adiectiuum, (κομμώδης,) Quod multum gummi habet. Plin.libro 12.cap.9.1. de bdellio arbore, Indicum, humidius & facilius hoc, & crustosius, amatiusque erat gummosum.

Gurdi, gurdorum, (ἰνιδῶνες,) Stolidi à vulgo dicuntur. Quintil.lib. 1.ca.5.36. Et gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audiui.

Gurges, gurgitis, penult. corr. masc.gen. (ἄμπωτις δίνη,) Locus in flumine profundus, in quo aqua congeritur & circũ vertitur. Omnis aquarum congeries, dicitur gurges. Martialis lib.1.72. Raptus flumineo venit de gurgite piscis. Plin.lib.8.cap.5.1. Amnem transituri minimos præmittunt, à maiorum ingressu atterente alueum crescat gurgitis altitudo. De elephantis. Idem lib.9.cap.31.1. Aestate in opaca gurgitum recedunt. De cancris.
Altus gurges. Virgilius eclog.6.16.
Neptunus omnium altissimus gurges Apicius. Plin.lib.10.cap.48.1.
Anhieli gurgites. Silius libro 3.91.
Gurges imus. Plinius libro 9.cap.15. Reliquo tempore hyberno latent in gurgitibus imis.
Limosus gurges. Ouidius 6.Metamor.77.
Rapidus gurges. Senec. Thyeste, 2.11.
Refluo circumsona gurgite Thule. Stat.5.Sylu.1.19.
Sinuatus gurges. Silius libro 13.6.
Sinuatus gurges in cuiusque arcus. Ouid.14.Metam.11.
¶ Quæ Charybdis tantos exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum, Brogitarorúmque prædas exorbuit? Cic. de Aruisp.resp.55.
Ferrur cita gurgite classis. Virgilius 5.Aeneid.7.
Spumans gurges. Silius libro 17.15.
Tollimur in cælum curuato gurgite. Virg.3.Aeneid.113.
¶ Gurges, pro ipso maris periculo & veluti quadam syrte aut scylla. Virgilius 1.Aeneid.14. Apparent rari nantes in gurgite vasto.
Gurges cæruleus, pro Oceano. Ouid.1.Metam.52.
¶ Gurges per translationem vt Gurges & vorago vitiorum. Cicero 5.in Verrem, 18. Immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum, turpitudinúmque omnium. Idem in Pisonem, 31. Ille gurges atque helluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. Idem 11.Philipp.196. At videris quot & quãm multos habeat Antonius. Primùm, I. fratrem, quam facem dii immortales! quod facinus, quod scelus, quem gurgitem, quãm voraginem!
Gurges & vorago patrimonii. Cic. pro Sestio, 25.

Gurgulio, (τράχηλος.) Vide CVRCVLIO. Plinius libro 18.cap.30. Gurgulionem enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari.

Gurgustium, huius gurgustii, (οἴκημα δίον,) inquit Festus, genus habitationis angustum, à gurgulione verme sic dictum. Seruius docet, gurgustium esse obscuram & latentem tabernam. Cicero in Pisonem, 9. Meminisne cœnum, quem ad te quinta fere hora cum C. Pisone venisse, nescio quo è gurgustio te prodire,

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuoluto capite,soleatum? Idem 1.de Natura deorum,33. Quid autem erat quòd concupisceret deus mundum signis & luminibus, tanquam ædilis ornaretur vt deus ipse melius habitaret, anti videlicet tẽpore infinito,in tenebris tanquam in gurgustio habitauerat.

Gurgustiolum,gurgustrioli,pen.corr.(οἰκίσκος,)Diminutiuum.

Gusto,gustas,(γεύομαι,)gustare, notæ significationis.Cæsar 5.bell. Gall.40.Leporem & gallinã & anserem gustare fas nõ putãt.

Gustare aquam.Cic.ad Gallum,lib.7.27.2.Fugi in Tusculanum quũ quidem biduum ita ieiunus fuissem,vt ne aquam quidem gustarem.

Gustare herbam.Cicero 1.de Natura deorum, 189.Capras autem in Creta feras quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere quæ dictamus vocaretur : quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore.

Pabula gustare.Virg.1.Aeneid.96.

¶ Gustare,per translationem. Cicero in Pisonem,45.Non gustarat illam tuam Philosophiam. Sic Gustare aliquam partem liquidæ voluptatis. Cicero 1.de Finib.89.

Istorum omnium summatim causas, & genera ipsa gustaui. Cicero 1.de Oratore, 84.

Attingere, & gustare sensu nostro. Cicero pro Archia. 12.Quòd si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus,etiam quum in aliis videremus.

Gustare saluæ Reip.partem.Cicero Cornificio.lib.12.23.6.Nullam partem per ætatem sanæ & saluæ Reip.gustare potuisti.

Primis,vt dicitur, labris gustasse phyiologiam, id est naturæ rationem. Cicero 1.de Natura deorum.29.

Gustare labris primoribus aliquod genus vitæ.Cic.p M.Cælio,20.Equidem multos & vidi in hac ciuitate,& audiui,nõ modò qui primoribus labris gustasset genus hoc vitæ,& extremis(vt dicit)digitis attigissent.

Gustare sermonem alicuius.Plautus Mostell.15.15.Herus meus hic quidem est:gustare eius sermonem volo.

De aliquo gustare.Horat.2.Serm.Saty.5.17.
Sic tibi Penelope frugi est,quæ si semel vno
De sene gustarit tecum partita lucellum,
Vt canis à corio non deterribitur vncto.

Gustare ciuilem sanguinem,vel potius exorbere. Cic.2.Philipp.79.

Gustãtus,huius gustãtus,pen,prod.masc.gen.(γεῦμα,)pro Gustu. Cicero 2.de Natura deorum,111.Iam gustatus, qui sentire eorum,quibus vescimur,genera deberet,habitat in ea parte oris qua esculentis & potulentis iter natura patefecit. Idem 3.de Oratore,55.Quinetiam gustatus qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius,quique & dulcedine præter cæteros sensus commouetur, &c. Plinius libro 11.cap.37. Sed in gustatu,iuguæ vice carnosum aquatilibus palatum.

¶ Gustatus,Ipsa gustatio,siue gustandi actus.Cic.2.de Natura deor.135. Nisi fortè tantã hubertãs & varietas pomorum, cortimque iucundus non gustatus solũm,sed odoratus etiam,& aspectus, dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donauerit.

Gustus,huius gustus, (γεῦσις,)Sensus ipse qui ex gustatione percipitur. Plinius lib.10.cap.71.Quoque existimauerim omnibus sensum gustus esse,In vetustioribus codicibus legitur & gustatus.

Acer gustus,Vide ACER.

Gustus acutus & odoratus.Plin.lib.27.cap.12.17.

Gustus astrictus.Plin.lib.27.cap.12.16.

Gustus calidus. Plinius libro 27.cap.8.5.Circæa strychno satiuo similis est,&c.radice semipedali,triplici fermè aut quadruplici, alba, odorata,gustus calidi.

Gustus amarus cum astrictione,Vide ASTRINGO.

Austerior gustus.Vide AVSTER.

¶ Veræ laudis gustum non habere.Cicero 3.Philipp.120. Vt quidã mor bo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt:sic libidinosi, auari,licinorosi,veræ laudis gustum non habent.

Gustus non traditur arte. Quintil.libro 6.cap.5.2. Nec magis arte traditur,quàm gustus,aut odor.

Gustatorium,huius gustatorii,(δεῖπνοτόριον,)Locus erat vbi antiqui cœnare solebant. Plinius epist.101.m.libro 5.Gustatorium, grauiórque cœnatio margini imponitur.

Gutta,huius guttæ,fœm.ge.(γαῦλος,γαλαγμός,ἐφανίς,λίχνος,γοῦττα, ῥόμβος,) Minima pars aquæ vel alterius materiæ liquidæ.

Plautus Casino.5.33.
Di me & te infœlicitent,si ego in os meum
Vini guttam indidi. Plin.lib.31.cap.2. Distillantes quoque guttæ in lapides durescunt in antris Coryciis. Plaut.Rud.11.20.
Nostro illum puteum periculo & ferramentis fodimus,
Nisi multis blanditiis à me guttam non ferri potest. Cic.2.Tusc.46.
Ex quo liquatæ solis ardore excudunt Guttæ. Ex poeta.
Idem 2.de Natura deorum,19.Gottis in brium quasi cruentis.

Cruentæ guttæ.Ouid.15.Metam.158.Vide CRVENTVS.

Frigida gutta per artus fluit.Ouid.3.Amor.eleg.13.8.

Grandes guttæ.Virg.2.Georg.49.

Liquentes humorum guttæ Lucret.lib.2.198.

Lucida gutta.Ouidius 4.Fast.105.

Sanguineæ guttæ.Ouid.2.Metamor.72.

¶ Instillant guttæ saxa,Vide INSTILLO.

Guttæ sanguineæ manant tanquam de vulnere.Ouid.2.Metam.36.

Leuibus guttis manantia antra.Ouid.4.Metam.103.

Cadentes guttæ pertundunt saxa.Lucret.lib.4.259.

Saxa stillant guttis.Lucret.lib.6.189.

Cœruleis variantur corpora guttis.Ouid.4.Metam.116.

Gutta consilii.Plaut.Pseud.6.4.
Quid nunc acturus.postquam herili filio
Largitus dixit daphnis:vbi sunt ea?
Quæ neque parata gutta certi consilii,
Neque adeò argenti.

Dulcedinis gutta in cor stillauit.Lucret.lib.4.213.

Gúttula,huius gúttulæ,pen.corr.Diminutiuum,(ψακάριον,)Plautus,
Vt guttulam hauriret ex guttulo. Idem Epid.11.26.
Ah guttula pectus mihi ardens aspersisti.

Guttãtim,pen.prod.Aduerbium,(κατὰ ψακάνας,) Plaut.Merc.4.89.
– cor ædepol miserum meum
Quod guttatim contabescit,quasi in aquam tu indideris salem.

Guttãtus,pen.prod.Adiectiuũ,(ψακωτός,) Quod veluti guttas habet. Martial.lib.5.114.Et picta perdix,numidicæque guttatæ.

Guttans, guttantis, (ψακάζων,)Formam participii habet quasi à gutta guttas,pro guttatim stillare. Plinius libro 20.cap.8.3.Huius folia ambustis vulia,guttantia astringunt.

Guttur,φάρυγξ,βρόγχος,λαιμός,λάρυγξ huius gútturis,pe.cor.ne.ge.(ἀσφάραγος,) Ea pars quæ est à faucibus ad iugulum, siue exterior,siue interior sit. Plin.libro 11.cap.37.50.Guttur hominũ tantum & suibus intumescit:aquatum quæ potantur, plerunque vitio. Virgil.in Georg.Et lætæ pecudes,& ouantes gutture corui.
Cicero pro Cælio,Vitium ventris & gutturis.

Mobile guttur.Persius Satyra,1.2.

Tumidum guttur.Iuuen.Saty.13.17.

¶ Tenui gutture cantat auis.Ouid.1.Amor.eleg.13.2.

Colluere guttur liquido plasmate.Pers.Saty.1.2.

Elisa guttura laqueo fregit.Lucan.lib.2.31.

Pandere guttur.Virg.6.Aeneid.84.

Radere guttur.Iuuen.Saty.6.11.

Rupit mihi guttura pugno.Ouid.3.Metamor.126.

Trahere amnem gutture,Id est bibere amnem.Ouid.15.Metam.66.

Plenis tumuerunt guttura venis.Ouid.3.Metamor.15.

Vincire guttura alicuius.Ouid.10.Metamor.5.

¶ Gutturem masculino genere dixit Plautus in Milite,11.22.
Quia enim obsorbuinam mihi nimius calor
Comburebat gutturem:alii sunt ebrii Postquam potarunt.

Gutturõsus,pen.prod.Adiectiuum,(φαρυγγώδης,) Cuius guttur tanquã spongia quædam intumescit:ira vt hoc malum,non morbus,sed vitium sit. Vlpianus De ædilitio edicto, Siquis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.

Guttus,huius gutti,masc.gen.(πρόχοον,) Poculi genus quo in sacrificiis vtebantur,quoque guttatim aqua infundebatur.Plinius lib.16.cap.38.4.Curius iuranit se ex præda nihil attigisse præter guttũ figinũ quo sacrificarer. Horat.1.Serm.saty.6.24. – astat echinus Vilis,cum patera guttus,Campana supellex.

Pleno compouit lintea gutto.Iuuen.Saty.3.26.

Gutius,Vas in quod oleum mittitur. dictus quòd guttam mittat. nam eo vti sunt Rumani in balneis ad vngenda corpora post lauationem.Gellius libro 17.cap.8.Puerum iubet Taurus oleum in ollam indere. Erat is puer genere Atticus festiuissimus ad annos maximè natus VIII, ætatis & gentis argutiis scatens : guttum Samium ore tenas imprudens inanem,tanquam messet oleum afferet : conuertitque eum, vt solitum est,circúegit per omnem partem ollæ manũ,nullum inde ibat oleũ.

Gúttulus,penult.corr.(πρόχοιδιον,)Diminutiuum. Plautus,
Vt guttulam hauriret ex guttulo.

G Y

GYARVS,Gyari,penult.corre.fœm.gen.vel Gyara, Gyaræ,(γυάρος,) Vna è Cycladibus insulis cum oppido,in quod Romani noxios in exilium mittere solebant,Iuuenalis Saty.1.8.
Aude aliquid brenibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquid. Idem Satyra 10,
Vt Gyaræ clausus scopulis,paruaque Seripho.
Virgilius 3.Aeneid.15.de insula Delo.
Quam pius arcitenens oras,& littora circum
Errantem,Mycone celsa,Gyaróque reuinxit.

GYGAEVS,(γύγαιος,)Lacus Lydiæ.Propertius,lib.3.eleg.11.4.
Lydia Gygæo tincta puella lacu.

GYGES,(γύγης,)Viri proprium, qui Cæli & Terræ filius fingitur,& frater Briarei,gigas maximus & centimanus.

Centimanus

Centimanus Gyges.Horat.3.Carm.ode.4.14.

¶ Gyges,Rex Lydiæ,qui consuluit Apollinem Delphicum,an aliquis esset se felicior.Apollo autem prætulit illi Aglaum quendam rusticum & pauperem. De quodam item Gyge, qui annulum præstantissimum habuit,videto Ciceronem,3.Offic.48.

Gymnas,gymnadis,pen.corr.fœm.gen.(γυμνάς,) Exercitium.Statius 4.Sylu.2.10. – sic lubrica ponit
Membra Terapnæa resolutus gymnade Pollux. Idem 4.Theb.22.
Chalcis,& Herculea turpatus gymnade vultus
Amnia.Intelligit Acheloum. Idem 1.Achill.72.
– exercere proterius Gymnadæ.

Gymnasium,gymnasii,(γυμνάσιον,) Locus exercitii.Plaut.Bacchid.8.21.
Nego tibi annis viginti fuisse primis copiam
Digitum longe à pædagogo pedem vt efferres ex ædibus
Ante solem exorientem:nisi in palæstram veneras,
Gymnasii præfecto haud mediocres pœnas pederes. Idẽ Amph.13.3.
Nam omnes plateas perreptaui,gymnasia,myropolia,
Apud emporium atque in macello,in palæstra,atque in foro.
Cic.7.Verr.145. Plinius epist.257. Tunc autem à priuatis exigi operatibi coræ sit,quum theatrum(propter quod illa promissa sunt) factũ erit,gymnasiis indulgent Græculi. Idem epist.41.c, Hoc hibernaculum,hoc etiam gymnasium,meorum est.Cic.1.de Orat.29. Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholæ sua hæc esse omnia propria. Idem 1.Academ.25.

Gymnasium plenum pueris.Quintil.lib.1.cap.8.2. Vt si quis palæstræ peritus,quum in aliquod plenum pueris gymnasium venerit,&c.

Flos gymnasii.Catull.de Berecynthia,epigr.58.1.

Virgineum gymnasium.Propert.lib.3.eleg.14.1.

Indulgere gymnasiis,Vide INDVLGEO.

Quæ vix in gymnasiis & in otio Stoici probant.Cic.in Parad.4.

Gymnasticus,pen.corr.Adiectiuum,(γυμναστικός,)vt Gymnasticum exercitium.Plautus Rudente,8.7.
Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio
Gymnastico & palæstrico.

Gymnicus,pen.corr.Aliud adiectiuum, (γυμνικός,) Idem Plin.lib.7.cap. 56.Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon inuenit.Sic Cic.2.Tusc.105.

Gymnasiarchus, huius gymnasiarchi:& Gymnasiarcha, gymnasiarchæ, (γυμνασίαρχος,)Gymnasii præses.Cic.6.Verr.82. Demoliendum curauit Democritus gymnasiarchus,quòd is eiloco præerat.

Gymnosophistae,(γυμνοσοφισταί,)Philosophi Indorum:sic dicti,quòd nudi incederent:nam γυμνὸς, nudus dicitur.Plinius lib.7.cap.2.12.Philosophos eorum:quos gymnosophistas vocant,ab Exortu ad Occasum peritare,contuentes solè immobilibus oculis,ferustibus arenis toto die alternis pedibus insistere.

Gynaeceum,huius gynæcei,pen.prod.(γυναικωνῖτις,)Locus secretior in ædibus,in quo solæ mulieres habitabãt. Plaut.Mostel.9.59. Scio equidem istuc,sed senex
Gynæceum ædificare volt hic in suis,
Et balneas,& ambulacrum,& porticum Terent.Phorm.5.6.12.
– nam nihil ad hanc rem est Antipho.
Vbi in gynæceum ire occipio,puer ad me accurrit Mida,
Ponè apprehendit pallio. Cic.1.Philipp.95.Syngrapha HS.centies per legatos viros bonos,sed timidos & imperitos,sine reliquorum hospitum regis sententia,facta in gynæceo.

GYNDES,(γύνδης,) Allyriorum fluuius maximus secundum Euphratem.De quo Seneca lib.1.de ira. Tibull.lib.4.ad Messalam,19.
Nec qua vel Nilus,vel regia lympha Choaspes
Profluuit,at rapidus Cyri dementia Gyndes.

Gypsum,huius gypsi,(γύψος,)Id quod ex lapidibus tostis & ambustis exprimitur. Plin.lib.36.cap.24.2. Cognata calci Thuriis:& è terra foditur,vt in Cypro,ac Pertharbis:& summa tellure, & Tymphaicum est. Qui coquitur lapis,nõ dissimilis alabastritæ esse debet,aut marmoroso. In Syria durissimos ad id eligunt, coquúntque fimo bubulo,vt celerius vrantur. Omnium autem optimum fieri compertum est è lapide speculari,squamiuve talem habente. Gypso madido statim vtendum est,quoniam celerrimè coit,ac siccatur:tamen rursus tundi,& in farinam resolui patitur. Iuuenal.Saty.2.1.
– quanquam plena omnia gypso Chrysippi inuenias.

Gypso,gypsas,(γυψόω,)gypsare, Gypso inducere seu incrustare. Tibullus libro 3.eleg.3.13.
Nota loquor,regnum ipse tenet,quem sæpe coegit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Columella, Quum deinde modice aruerunt,in vasa noua sine pice operculata, & gypsata, sicco loco reponito. Idem lib.2.cap.10.Quæ repleta quũ cõsilim gypsata sint,quãdocũque in vsus prompserimus,integrã lentã reperiemus.

Pes gypsatus.Ouid.1.Amor.eleg.8.13.

Gypsata manus.Cic.Trebatio.lib.7.cap.6.3. Hoc tibi tã ignoscemus nos amici,quàm ignouerunt Medeæ (quæ apud Corinthum arcem altam habebat)matronæ opulentæ optimates,quibus illa manibus gypsatis persuasit ne sibi illæ vitio verterent quòd abesset à patria.

Gyrus,gyri,masc.gen (γῦρος,)Latinè circulus vel ambitus dici poteit.Virg.5.Aeneid.
Dixerat hæc,adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros,septena volumina traxit. Cice.3.de Oratore,41.
Sed si his contenti estis,atque iis etiam quæ dici voluistis à me, ex ingenti quodam Oratorem immensoque campo in exiguum sanè gyrum compellitis. Idem 1.Offic.128.Homines secundis rebus efferatos,sibique præfidentes,tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.

Aerius gyrus.Catull.de Coma Berenicis,epigr.61.2.

Terribilis gyrus.Claud.de raptu Proserp.2.5.

¶ Equus abrumpit gyros medios tremulo poplite.Luca.lib.6.28.

Agere gyros.Seneca Agamemn.6.13.

Curuo contendere gyro.Tibul.lib.4.ad Messalam,eleg.1.19.

Dare gyros.Virg.3.Georg.22.

Ducit per aera gyros milius.Ouid.1.Amor.eleg.6.7.

Exiguos format per prima volumina gyros.Silius lib.13.5.

Ire in gyros coactus equus.Ouid.3.de Arte amau.77.

Patulo vaga vincula gyro spargere.Valer.6.Argon.27.

Pruma ritualem interiore diem gyro trahit.Horat.2.Serm.saty.6.6.

Volat ingenti gyro.Virg.10.Aeneid.175.

Ancipiti gyro volui.Stat.10.Thebaid.120.de serpente.

Gyro,Gyras,vnde Gyratus,tus.pen.pro.Adiectiuum. Plin.lib.5.cap.10. 1.Ad effigiem Macedonicæ chlamydis,orbe gyrato lacinosam. De Alexandria vrbe Aegypti.

GYTHEVM,(γύθειον,)Oppidum quod Hercules & Apollo depositis eo loci simulatibus communi opere condiderũt.Cic.3.Offi.64.Classem Lacedæmoniorum quæ subducta esset ad Gytheum. Lio.4.bel. Maced.111,Gytheum omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum. Ex Hermolao in Plinium.

Gytheates,pen.prod.(γυθεάτης,)Populi in eo habitantes. Plin.lib.4.ca.5.

H

ASPIRATIO dicitur à Cicerone in Oratore,91.quum inquit, Quin ego ipse quum loquor ita maiores locutos esse, vt nusquam nisi in vocali,aspiratione vterentur, loquebar sic,vt pulcros,& Cetegos, triumpos,Cartaginem dicerem,atq; quando,idque sero,comitio autũ quum mihi extorta veritas esset, vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui.De hac litera,siue aspiratione sic Gellius libro.2.cap.3.H literam, inquit,siue illam spiritum magis quàm literam dici oportet,inserebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque,vt sonus earum esset vlridior,vegeticrque.Atque id videntur fecisse studio & exemplo linguæ Atticæ.Satis notum est Atticos ἰχθύν, ἱππόν, multa itidem alia citra morem gentium Græciæ cæterarum inspirantes primæ literæ dixisse. Sic lachrymas, sic sepulchrum, sic abenum,sic vehemens,sic inchoare, sic hallucinari,sic helluari, sic honera, sic honustum dixerunt. In his enim verbis omnibus,literæ seu spiritus istius nulla ratio visa est,nisi vt firmitas,& vigor vocis quasi quibusdam nerui additis intenderetur.

H litera,in varias literas mutatur,nunc in B, vt quæ prius Helena fuit, apud Romanos Belena dicebatur. Nunc in V,vt Hesper,Vesper.Nunc in F,vt Hanula,Fanula.Nunc in S,vt quod olim Exhibeant,modo exbibeant dicimus.

Ha,(ἁ,)interiectio corripientis,siue admonentis ne quid fiat,neve quid in re cœpta progrediatur.Plaut.Trinum.14.1.
Heu tu asta illico,audiheus tu.S.non sto.C.at ego te stare volo.
S.Quid si egomet te velle nolo?C.ha,nimium
Stasime sæuiter. Idem Mostel.10.23.
Ha caue ne illi obiectes nunc in ægritudine
Te has emisse.

Ha ha he,interiectio risus,inquit Donatus.Plautus Trucul.5.1.

Ha ha he hercle quieuit,quia introiuit, odium tandem sola sum. Idem Pseud.14.47.
Vt ego te hodie accipiam lepidè vbi effeceris hoc opus.
S.Ha ha he.P.lepido victu,vnguentis,vino. Idem Pœnulo,11.23.
Mementote illuc aduocati.AD.meminimus.
I.Ha ha he,iam teneo quid sit,perspexi modò. Terent.Eunuc.3.1.36.
Lepus tute es,& pulpamentum quæris.G.ha ha he.
T.Quid est?G.facetè,lepidè,lautè,nihil suprà. Ibidem,3.2.44.
Quid tibi ego multa dicam?domini similis es.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G. Ha ha he. Ta quid rides? G. istuc quod dixti modò. Idem Phorm. 2. 3. 94. – id quod lex iubet
Dotē dare, abduce hanc, minas quinque accipe. P. ha ha he, homo suauis.

Habena, habenæ, pen. pro. (ἡνίον, ἀγωγεύς, ἐλλαγή, ἐντερεία, ἐντεινω-γεύς) Retinaculum & frænum quo equus cohibetur. Virgil. 6. Aeneid. 117. Ipse ter adducta circum caput egit habena.
Liber habenis equos. Virg. 1. Georg. 38.
Conuidæ habenæ baleares funda. Stat. 10. Thebaid. 171.
Pressæ habenæ. Virg. 11. Aeneid. 120.
Comprimere habenas cursus. Ouid. 6. Metamor. 142.
Laxas dare habenas. Virg. 1. Aeneid. 14.
Flectere habenas aliqua. Ouid. 3. Metamor. 34.
Immittit habenas classi, Virg. 6. Aeneid. 1.
Moliri habenas, Vide MOLIOR.
¶ Habena, Scutica. Horat. 2. epist. 1. 5. – semel hic cessauit, & vt fit,
In scalis Lituis metuens pendentis habenæ.
Habena vel ferula cædi. Vlpianus in L. Cum aliter. Paragr. Impuber. ff. de s. c. Siliano.
¶ Laxissimæ habenæ amicitiæ, Vide LAXVS.
Quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas quum velis, vel remittas, commodissimum est. Cic. de Amicit. 42.
Rerum habenæ traduntur. Hasdrubali. Silius lib. 1. 29.
¶ Habena, pro Potestate & facultate. Virg. 12. Aeneid. 101.
Terribilis sæuam nullo discrimine cædem
Suscitat, hinc omnes effundit habenas. Vbi Seruius, Habenas, Potestatem, facultatem: sit premere, & laxas scire dare iussus habenas. Cicero 1. de Oratore, 115. Senatum seruire populo, cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem quasi quaidam habenas, tradidisset? Ibidem libro 3. 91. Atque illud,
Erras, errasnam exultantem te, & præsidentem tibi,
Reprimere valde legii habenæ, atque imperii resistent iugo. Ex poeta.
Habenas adducere vel remittere, Vide ADDVCO.
Immissis habenis furit Vulcanus. Virg. 5. Aeneid. 131.
Regere habenas. Ouid. 1. Fast. 5. – Vates rege vatis habenas.
Habenula, pen. corr. Diminutiuum.
Habenula, apud Celsum lib. 7. cap. 10. Ab ora quoque eius vulneris quod in inguine est, demenda habenula paulo latior est, quo maior plaga fit. Idem libro 7. cap. 7. Tenuis habenula ab vlteriore ora excidenda. De palpebris procidentibus.

Habentia, habentiæ, (ἕξις) antiquis dicebatur, sicut à sapio, sapientia significat autem ipsum habere, & diuitem esse. Claudius lib. 7. Animos eorum habentia inflarat. ex Nonio.

Habeo, habes, habui, habitum, pen. corr. (ἔχω, ἔχεις, ἔσχον, ἔχειν,) habere, propriè significat quod Græci dicunt ἔχειν. Plaut. Aulul. 7. 14. Virginem habeo grandem dotis casum, & illocabilem. Idem Rud. 10. 33. – pipe diuitias tu eadem habuisti luculentas.
L. Miseram istuc verbum & pessimum est habuisse & nihil habere.
¶ Habere, pro Tractare & afficere, vt Habere miserrimum, id est miserimè tractare. Plautus Casina, 1. 1. 27. Miserrimum hunc ego hodie habeo amasium. Idem Capt. 6. 64.
Et profectò deus qui quæ nos gerimus audíque & vider,
Is vti tu me hùc habueris, perinde illum illic curauerit. Id est, vt illum acceperis & tractaueris. Idem Pœnul. 4. 20.
Miror equidem soror, te istæc fabulari, quæ tàm callida
Et docta es, & facetamam quum sedulo
Munditer nos habemus, vix ægrè amatoreculos inuenimus. Terentius Hecyra, 1. 1. 6. Nunquam secus habui illam, ac si ex me esset nata. Idem Adelph. 1. 1. 21.
Rurí agere vitam semper parcè ac duriter.
Se habere. Plaut. Menæch. 4. 3. Nimium te habui delicatam.
¶ Aegrè habere, Aegrè ferre. Plaut. Bacch. 2. 2. 17. – ego si alibi
Plus pdiderim, minus ægrè habeã, minúsque id mihi dãno ducã. Liu. 7. ab Vrbe, 19. Ita ægrè habuit filii id pro parete ausum, eóque id, &c.
Habet illum arctè, contentéque. Hoc est, durius & arctius agit cum illo. Plautus Asina, 3. 64
Quanquam illum mater arctè contentéque habet,
Patres vt consueuerunt.
¶ Habere, Detinere. Salust. in Iugurtha, Neque flumen, neque mons erat qui fines eorum discerneret, quæ res, eos magno diuturnóque bello inter se habuit.
Habet eos somnus. Ouid. 6. Fast. 66. Hi ludunt, hos somnus habet.
Habere aliquem in luce, vel tenebris, pro Continere. Celsus lib. 3. cap. 18. de phreneticis, Ferè verò antiqui tales ægros in tenebris habebant, eo quòd eis contrarium esset exterreri: & ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid, iudicabant. At Asclepiades tanquam tenebris ipsis terrentibus, in lumine habendos esse dixit. Neutrum tamen perpetuum est. Aliò enim lux, alium tenebræ magis turbãt. Optimum itaque est, vtrunque experiri & habere eum qui tenebras horret, in luce: eum qui lucem, in tenebris. At vbi nullum tale discrimen est, æger si vires

habet, loco lucidosi non habet, obscuro continendus est.
¶ Habere, pro Censere. Suetonius in Augusto, cap. 23. Diemque cladis quotannis mœstum habuerit, ac lugubrem. Budæus.
¶ Habere, pro Habitare. Salust. in Iugurtha, Sed qui mortales in inimo Africam habuerint.
Habet se erga ædem, pro Habitat. Plaut. Trucul. 2. 38. Syram nouisti nostram quæ erga ædem sese habet? Ibidem, 3. 43.
– nam mihi hæc meretrix
Quæ hic habet, Phronesium suum nomen, omnem
Ex pectore euomit meo phronesim.
Quæ regio Anchisen, quis habet locus? Virg. 6. Aeneid. 134.
¶ Habeo, pro Possum. Cic. ad Attic. lib. 2. 38. 6. De Rep. nihil habeo ad te scribere, nisi summum odium omnium hominum in eos qui tenent omnia. Idem pro Rosc. Amer. 61. Habeo dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis sexagintà de ponte in Tyberim deiecerit. Liu. lib. 2. Decad. 5. Illud infirmare pro certo habeo, audeoque.
¶ Habere, pro Reputare. Quintil. lib. 7. cap. 47. An habendum sit adulterium in lupanari.
¶ Habere, Solicitè seruare. Cato, Villica villam conuersam, mundáque habeat, focum purum circumuersum quotidie, prius quàm cubitum eat.
¶ Habeo habui de amicitia quæ dicerem, Hoc est, tantum hæc mihi de amicitia erant dicenda. Cice. de Amicit. 86. Hæc habui de amicitia quæ dicerem: vos autem hortor vt ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest.
¶ Sicuti pleraque mortalium habentur, Hoc est, Vt solet accidere rebus hominum. Salust. in Catil. Sed postquam res eorum ciuibus, moribus, agris aucta, saris prospera, satisque pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta est.
¶ Habeo precari, pro Precandum est mihi. Suet. in August. cap. 58. Quid habeo apud deos immortales precari, quàm vt hùc consensum veniri, ad vltimum vitæ finem mihi perferre liceat!
Habeo audire. Id est, audiendum est mihi, inquit Valla lib. 5. Cic. de Oratore, Audire habeo quid hic sentiat.
¶ Deponendum. Plin. lib. 10. cap. 55. 1. Iulia Augusta, prima sua iuuenta Tiberio Cæsare ex Nerone grauida, quum parere virilem sexum admodum caperet, hoc vsa est puellari augurio: ouum in sinu fouendo, atque quùm deponendum haberet nutrici per sinum tradendo.
Præcipiendum habeo. Columel. lib. 5. cap. 5. Eatenus habemus præcipiendum, vt intelligant agricolæ, siue &c. Idem lib. 2. cap. 9. Illud deinceps habeo præcipiendum, vt &c.
Respondendum habere. Tacit. in Dialogo Orat. Quum in aliquam iniuidiam, aut crimen vocati sua voce respondendum haberent. Idé paulò inferius, Nam multum interest, vtrum de furto, aut formula, & interdicto dicendum habeas.
Tolerandum habere. Tacit. libro, 4. Posse ipse Liuiam statuere, nubendum posse Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet. Videtur (inquit Rhenanus) imitatione Græca dictum, vt illud epigrammatis 3. οὐκέτι δ' ἔχω, hoc est, non potui cognoscere. Itaque hoc in loco expone, Tolerandum haberet, pro posset tolerare vitam in penatibus iisdem.
¶ Deportatum. Cice. 5. Verr. 28. Quum illud edictum repente huberrimum, & quæstuosissimum nascitur, vt ante Cal. Sext. omnes decumas ad aquam deportatas haberent.
¶ Habere accessum ad aliquem. Colu. lib. 7. cap. 12. 4. Quamobrè tectus tenebris, canis tutiorem accessum habeat ad insidiantem.
Acerbum aliquem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 4. 2. Eo die acerbum habuimus Cutionem. Id est, resistebat nobis, siue aduersabatur.
Aditum habere dicitur locus. Cæs. 3. bel. Gal. 395. Erant eiusmodi ferè situs oppidorum, vt posita in extremis lingulis promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, &c. neque nauibus. Idem 2. bel. Ciuil. 3. Maritima enim ferè ex tribus oppidi partibus mari alluitur: reliqua quarta est, quæ aditum habet à terra.
Aditum habere ad pastum, Vide ADITVS.
Aditum ad aliquem, per translationem, pro Facilè cum aliquo congredi & colloqui. Cæsar 7. bel. Gall. 26 3. Ne ad parentes, ne ad vxorem aditum habeat, qui non bis per hostium agmen perequitasset. Cic. ad Curium, lib. 13. 60. 2. Sed vt quàm facillimos ad te aditus haberet. Idé ad Atticum, lib. 4. 77. 6. Tu velim è Fabio, siquem habes aditum, odorere & istum conuiuam tuum degustes.
Adiutorem. Horat. 1. Serm. saty. 9. 10.
Admirationes, Vide ADMIROR.
Habet hæc res admirationem. Plin. lib. 10. cap. 32. 1. Nidi halcyonum admirationem habent.
Habere ætatem procul à Rep. Salust. in Catil. Igitur vbi animus ex multis miseris atque periculis requieuit: & mihi reliquam ætatem à Reipublicæ procul habendam decreuit, non fuit consilium secordia atque desidia bonum otium conterere.
Satis ætatis & roboris habere. Cice. pro Rosc. Ameri. 88. Fori iudiciique rationem Messala, vt videtis iudices, suscepit: quì si iam satis ætatis atque

que roboris haberet, ipse pro Sex. Roscio diceret.
Habere bene ætatem suam. Plaut. Merc. 10. 6. Nam hanc se bene habere ætatem, nimio est æquius. Id est, lautè vincre dum in ea est ætate.
Amicum. Cicero de Amicitia, 69. Sed plerique peruersè, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt, quæque ipsi non tribuunt amicis, hæc ab his desyderant. Idem ad Atticum, libro 1. 13. 9. Qui miseros publicanos quos habuit amantissimos sui, tertium iam mensem vexat.
Pro ancilla. Plautus Bacchid. 1. 1. 1.
Id amabo te huic caneas. P. quid isti caneam? B. vt reuehat domum.
Vbi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla sibi.
Animum alienum ab aliquo. Cic. de Amicit. 18. Ab altero propter probitatem eius, non nimis alienos animos habemus.
Bonum animum. Plaut. Aulul. 7. 15.
– tace, bonum habe animum Euclior
Dabitur, adiuuabere à me. Idem Amphit. 6. 47. Licet, prius tua opinione hic cadero, bonum animum habe. Liuius 6. ab Vrbe, 168. Consolans inde filium Ambustus, bonum animum habere iussit.
Magnum animum, & ipsum bonum. Cic. ad Q. fratrem, libro 1. 2. 27.
Quietum animum. Plaut. Casina, 8. 18. – verbero
Men' te censes esse nulla est, habe quietum animum.
In animo. Salustius, Tantummodo in animis habetote, non me obscuris, aut auaritiam cæsum, sed volentem pro maximis beneficiis animam domino dedisse. Cæsar 6. bell. Gall. 23. Hoc neque transire habebat in animo, neque, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 11. Nam istem exhæredare in animo habebat. Idem ad Atticum, libro 1. 12. 15. Cato de Re rust. Prædium quum comparare cogitabis, sic in animo habeto, vti ne cupiden emas. Id est memento ne, &c.
Animum intentum. Cic. de Senec. 13. Intentum enim animum tanquam arcum habebat nec longescens succumbebat senectuti.
Annos. Quintil. lib. 6. cap. 4. Dicenti triginta se annos habere.
Anxium me hæc res habet. Plin. epist. 15. 2. Anxium me & inquietum habet peritio Sexti Eurycii mentaficior cura: & quam pro me solicitudinem non adii, quasi pro me altero patior.
Habere in armis, pro Cogere esse in armis. Liuius lib. 10. Semper eos accolæ Galli in armis habebant: quia sciliicet insestabant eos.
Artes in complexo. Plin. in Paneg. 70. At tu eisdem artes in complexu, oculis, auribus, habes: præstas enim quæcunque præcipiũt, tantumque eas diligis, quantum ab illis probaris.
Artem differendi. Cicero 1. de Finib. 40. Differendi artem nullam habuit. De Epicuro.
Habere attonitum, pro Reddere. Seneca epist. 111. Vana sunt ista, quæ nos mouent, quæ attonitos habent.
Auratam mulierem, pro Eleganter eam vestire. Plaut. Menæch. 17. 42.
Quando te auratam & vestitam bene habet, ancillas, penum
Rectè præbet: melius lanam eit mulier mentem sumere.
Authorem Ciceronem, pro Imitari Ciceronem. Terentius in Prologo And. 19. Nævium, Plautum, Ennium
Accusant quos hic noster authores habet.
Authoritatem. Cicero de Senect. 5. Omnem autem sermonem tribuimus non Thitono, vt Aristo Chius ne parum esset authoritatis in fabulis: sed M. Catoni seni, quo maiorem authoritatem haberet oratio. Id est pluris fieret.
Authoritatem apud aliquem. Cæsar 3. bell. Ciuil. 36. Eundémque apud Cn Pompeium authoritatem habere intelligebat. Plin. epist. 18. lib. 1. Atque etiam experior quantum apud illos authoritatis ex studiis habeam. Vide AVTHOR.
Minimam authoritatẽ. Cic. 1. de Finib. 72. Nescio quomodo is qui authoritatem minimam habet, maximam vim cum illis populis facit.
Habet auunculum. C. Septimium, quo nihil verius, nihil simplicius, nihil candidius, nihil fidelius nouis. Plin. epist. 21. 6. Hoc est, illi auunculus, &c.
¶ Belle habere, Sanum esse. Cic. ad Tironem, lib. 16. 13. 1. Ia etsi mihi nunciauit te plane febri carere, & belle habere. Dolabella Ciceroni, lib. 9. 9. Terentia minus belle habuit, sed certum scio iam conualuisse eam.
Bene habet. Liuius lib. 19. Bene habet, inquit, & poculo in pauide exhausto, haud ita multo post expirauit.
Pro beneficio habere. Brutus Ciceroni, 16. 4. An hoc pro beneficio habẽdum est, quòd te quàm Antonium esse maluerit, à quo ista petenda essent, vindici quidem alienæ dominationis, non vicario?
Bonum ciuem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 18. Quem bonum ciuem semper habuisset, bonum virum esse pateretur.
Bonum cælum agere habere dicitur Catoni, qui habet salubrem aerem, aut situs est in aere salubri.
Habere in bonis. Inter bonas dotes. Cicero 3. de Finib. 17. Si vllam aliam probauissent, præter eam quæ nihil aliud in bonis habet, nisi honestum, nihil turpe in malis?
In bonis rebus. pro Inter bona numerare. Cic. Parado. 17. Voluptas (quæ plurimorum patrocinio defenditur) in rebus bonis habenda non est.
Habere castra ad, pro Castrametari. Cic. ad Atticum, lib. 5. 108. 3. Quum

dies quinque ad Cybistra Cappadociæ castra habuissem, certior sum factus, &c. Idem lib. 8. 159. 4. Quò mihi quum Cæsar ad oppidum castra haberet, tutum iter esse non arbitrabar. Et lib. 5. 187. 1. Liu. 4. bel. Pun. 187. Primò ad castrum Altum castra Romani habuere. Id est castrametati sunt.
Castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum. Cic. Catoni, lib. 15. 4. 27.
Prope muros castra habere. Cicero 1. de Inuentione, 114. Auxilia quædam in oppidum recepit, si foris essent, quòd prope muros castra hostes haberent.
Casum habere dicitur res aliqua. Plancus ad Ciceronem, libro. 10. 18. 7. Ea nunc magnam affert solicitudinem, magnumque habeo casum. Idé 1. Offic. 16.
Causam: Hoc est ius & occasionem. Plautus Asin. 13. 44. Nolo habere illam causam, & vetera dicere. Cæs. 1. bel. Gal. 183. Quum neque aditũ, neque causam postulandi iustam haberet. Cic. Attico, lib. 9. 188. 7. Habere causam veram. Idem pro Quinto, 59. Et pro Cluentio, 60.
Censum. Cæsar 1. bel. Calli. 111. Eorum qui domum redierunt censu habito, vt Cæsar imperauerat, repertus est numerus millium c & x. Cic. 4 Verr. 31. In censu habendo potestas omnis existimationis habendæ, summæque fidei Censori permittitur.
Certandum. Plin. epist. 7. 6. Pone præterea, quod minime præteremdum fuit, accepisse me carcoras optimas, quæ nunc cum fici & boleti certãdum habent. Vbi e. ctius legitur certamen.
Certamen cum aliquo. Liu. 9. bel. Maced. 9. Magno certamine cum Prætore habito, tenuerunt causam.
Certi aliquid habere. Cic. 1. de Natdeor. 17. Profectò eos ipsos qui se aliquid certi habere arbitrantur, addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio.
Certam rem habere. Cic. 4. Acad. 193. Idem Attico, li. 1. 8. 2. Et li. 2. 37. 1. Liu. 5. ab Vrbe, 9.
Pro certo. Cice ad Brutum, 1. 1. Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus. Idem ad Atticum, lib. 7. 131. 6. Nos quidem pro certo habebamus.
Ciuum aliquem habere. Terent. Aud. 1. 5. 38.
Ego propter me illam desipiui miseram finam?
Quæ tuui suum animum atque omnem vitam credidit?
Quam ego animo egregiè charam pro vxore habueri! Cic. de Sene. 33.
Metuebant eum serui, verebantur liberi, charum omnes habebant: vigebat in illa domo patrius mos & disciplina.
Ciuiliter habere. Tacit. lib. 4. Quæ in præsens Tiberius ciuiliter habuit.
Habere cogitationem alicuius, Id est Respectũ ad. Senec. de Bene. 6. Nullam mei cogitationem habuit.
Cognomen sapientis. Cic. de Amicit. 6. Cato, quis multarum rerum vsum habebat, multa eius & in Senatu & in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè, ferebãtur. Vtopterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. Sic Plinus lib 11. cap. 37. 26.
Habere cognitum. Suetonius.
Cognitam amicitiam. Cic. de Amicit. 48. Non ergo erit homines delicis affluentes audiendi, siquando de amicitia, quam nec vsu nec ratione habent cognitam, disputabunt.
Colloquia. Cæsar 3. bel. Ciuil. 73. Crebraque inter se colloquia militer habebant.
Comitia. Salust. Igitur Comitiis habitis, Consules declarantur M. Tullius & C. Antonius. Habere Comitia dicebatur is qui Comitiis præerat de signandis magistratibus. Cic. 1, de Diuinat. 61. Comitia Consulibus renuntiandis habuit.
Commendatos. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 11. Matrem meamque tibi commendatos habe.
Commercium cum aliquo, Versari. Cic. 1. Tusc. 92. Quis est enim qui modò cum musis, id est cum humanitate, & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quàm illum tyrannum?
Habeo complere. Plin. lib. 18. cap. 31. 6. Vous frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die iustum habet.
Compertum, Certò scire. Liu. 6. ab Vrbe, 234. Compertum habebat facilem pedibus ad murum transitum dari. Cæsar 1. bel. Ciui. 195. Id se ab ipsis per eorum nuntios compertum habere.
Pro comperto, Idem quod Habere compertum. Liu. 7. bel. Pun. 96.
Comprehensam animo sententiam aliquam. Cic. 4. Acad. 213. Quancunque verò sententiam probauerit, eam sic animo comprehensam habebit, vt ea quæ sensibus.
Nihil comprehensi habere. Cic. 4. Acad. 48. Cur has igitur sibi tam graues leges imposuerit, cum quamobrè ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti?
Concilium. Plaut. Mil. 10. 3.
Cohibere intra limen etiam vos parumper Pleusides:
Sinite me prius perspectare, ne vispiam insidiæ sint,
Conciliumque habere volumus: nam opus est nunc toto loco. Liu. 9. bel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pun.26. Exemplo Gallorum & Ligurum concilium habuit.

Concionem, Est, vt ait Gellius lib.13.cap.14. verba facere ad populum sine vlla rogatione. Plaut. Menæch. 10.7.
Vt illum di omnes perdiunt, qui primus commentos est
Concionem habere, quæ homines occupatos occupat. Plin. de Viris Illust. 73. Cluciæ Prætori, quòd is eo die quo is concionem habebat, ius dicendo partem populi aduocasset, sellam concidit, vt magis popularis videretur. Cic. ad Atticum, lib. 4. 70. 8. Quo 5. c. recitato, continuò populus more hoc insulso, & nouo plausu, eo nomine in recitando desiliet, habui cõcionem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 70. Ipse habuit graues in Cæsarem conciones. Vide CONCIO.

Concordiam cum aliquo. Plin. lib. 34. cap. 14. 8. De magnete lapide, suo loco dicemus, concordiæque quam cum ferro habet.

Conscientiam conditionis suæ. Trajanus ad Plinium, epist. 247. Lecti si sunt, inquisitor peccauit. si vicarii dari penes eos culpa est qui dederũt. si ipsi quum haberent conditionis suæ conscientiam venerunt, animadueretudum in illos erit.

Conscium. Liuius 8. bel. Maced. 105. Et ne cum quidem vt amans gratuitam certo auri pondere pactus, nequem conscium suorum haberet, ipsi permittit vt quem velit, vnum ex captiuis contentum ad suos mitteret. Id est, nequis suorum sciret & cognosceret.

Consilium, Id est consulere. Cæsar 4. bel. Gall. 5 31. More suo consilio habito. Liu. 4. bel. Maced. 132. Ita & Tyranno ad consultandum tempus datum est. Quintius sociorum etiam principibus adhibitis habuit consilium. Tacit. lib. 1. Consilium de summis rebus regni. Virg. 9. Aeneid. 17. Cic. Attico, lib. 1. 160. 2. Ipse Romam venirem, vt vna essemus, si satis consilium quadam de re haberem.

In consilio aliquem, pro Consilium ab eo petere. Plin. epist. 10. 1. Nam si hos in consilio habeas, non solum sarius est breuiter dicere, sed omnino non dicere. Idem in Paneg. 106. Vos ille præsentes, vos etiã absentes in consilio habet, tertio Consules fecit quos vos elegeratis.

Conspectum, Conspicere. Celsus lib. 1. cap. 6. 4. Villico iuxta iantum fiat habitatio, vt intrantium, exeuntiumque cõspectum habeat. Id est, vt intrantes & exeuntes videat.

Constitutum. Hirtius 6. bel. Hispan. 75. Dixitque se cum familia constitutum habuisse, vt vna transfugerent ad Cæsarem. Id est constituisse. Cæsius ad Ciceronem, lib. 8. ep. 4. Tameti hac de re puto te constitutum quid facturus esses, habere.

Continuare aliquem habere. Vide CONTINEO.

Controuersias. Cæsar 6. bel. Gall. 44. Hæc omnes vndique qui controuersias habent, conueniant, eorumque iudiciis decernisque parent.

Controuersias inter se. Cæsar 5. bell. Gall. 161. Si perpetuas controuersias inter se habebant, vter alteri anteferretur: omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant.

Controuersiam cum alio. Cic. ad Brutum, 6. 4. Plautus noster de cõtrouersia, quam habet cum Dyrrhachiis hæreditariam, sumpsit te iudicem.

Controuersiam cum aliquo habere de re aliqua. Cic. Seruilio, lib. 13. 70. 4. Peto igitur à te, vt in ea controuersia quam habet de fundo cũ quodam Colophonio, & in cæteris rebus, &c.

Conuiuium, pro Facere. Plin. libro 9. cap. 53. 6. Quum populo admodum placuisset natali die suo, cõuiuium que haberet, edita cœna calidam potionem in pultario poposcit. Plautus Casina, 28. 8. Cras habuero vxor ego tamen conuiuium.

Habeo conuenire. Cic. de Senec. 75. Neque vero eos solum conuenire habeo quos cognoui, sed etiam illos de quibus audiui & legi. Id est conuenendum est mihi eos, vt ait Valla libro 5. Ex antiquo codice legimus conuenire aueo.

Cornua. Propertius libro 2. Quum te iussit habere puellam cornua Iuno. Id est quum Iuno te puellam iussit habere cornua. Loquitur de Io, quam Iuno in vaccam mutauit.

Culpam. Plautus Sticho, 7. 32. Meam culpam habeto, nisi per excruciatio. Hoc est, mihi imputato, dicas mea culpa esse factum, nisi. &c.

Cultu liberali aliquem habere. Liu. lib. 5. Decad. 5. Filiam cum minore filio à Samothrace accitos Amphipolim, omni liberali cultu habuit.

Curæ rem aliquam. Plautus Menæch. 2. 2.
Per, ego vobis deos atque homines dico, vt imperium meum
Sapienter habeatis curæque imperaui atque impero, Facite.

Curatum bouem. Cato cap. 5. 4. Boues maxima diligentia curatos habeto.

Curam vestri habeo. Gellius lib. 20. cap. 5. Percunctabar Apollinarẽ Sulpitium, quum eum Romæ adolescentulus sectarer, qua ratione diceretur, habeo curam vestri, aut misereor vestri. & iste casus VESTRI eo in loco, quem videretur habere casum rectum. Is mihi ita respondit, Quæris, inquit, ex me quod mihi quoque est iandiu in perpetua quæstione. Videtur enim, non vestri oportere dici, sed vestrum, sicut Græci loquuntur. Et paulo post, Inuenio tamen, inquit, non paucis in locis nostri atque vestri dictum, non nostrum aut vestrum.

Coram plebis. Liuius 8. bell. Pun. 58.

Coram serendi. Plinius libro 22. cap. 14. 5. Nam & Asiæ reges serendi curam habuerunt.

In cura aliquid habere. Plin. lib. 18. cap. 6. 5. Dehinc peritia villicorum in cura habenda est.

Inter curas. Quintil. lib. 9. cap. 4. Vt confiteor penè vltimam oratoribus artem compositionis, quæ perfecta sit, contigisse ita illis præsertim habitã inter curas, inquantum adhuc profecerant puto.

Cursum secundum habere dicuntur naues. Cæs. 3. bell. Ciuili 190. Neque vllus flare vetus poterat, quin aliqua ex parte secũdũ cursum haberet.

Cursum habent quædam, & impetum. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6.

In custodia aliquẽ. Liu. 5. bel. Maced. 128. Idem 3. ab Vrbe, 193. Ne Virginio commeatum dent, atque etiam in custodia habeant. Cic. pro Lege Manil 6. Publicanorum familiæ quas in portibus & custodiis habet.

Militari custodia haberi. Tacit. lib. 3. Idemque seruos Lepide, quum militari custodia haberetur, trucidauit ad consules.

Aliquid de aliquo. Terent. Phorm. 2. 3. 17.
– ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat.

In Decurionibus aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 19. Neque enim ista tua negotia prouinciali esse putabam, neque te in decurionibus habebam. Id est, non existimabam te Decurionem esse. Ex vetusto codice legitur Toculionibus.

Delectum, Deligere. Cic. 5. de Finibus, 19. Quum enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum quæ secundũ naturam sint, habere delectum.

Delectum habere, Cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæsar 1. bel. Ciuil 26. Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, &c. Idem 6. bel. Gall. 1. Per M. Syllanum antistium Reginum, T. Sextium legatos, delectum habere instituit. Cic. in Pisonem, 7. Et ad Atticum lib. 9. 193. 1.

In delicis habere, significat Vehementer amare. Cic. 1. de Diuinat. 126. Simia quam rex Molossorum in delicis habebat, & sortes ipsas, & cætera quæ erant ad sortẽ parata, disturbauit. Idem ad Atticũ, lib. 6. 1. 11. 28.

Habere quoque in delicis, ponitur pro Delicate fouere. Seneca de Prouid. Bonum virum deus in delicis non habet ex peritur, indurat.

Dereliẽtui vineam. Gel. lib. 4. ca. 12. Si quis arborem suam, vineamque habuerit derelictui. Id est, reliquerit inculam.

Pro derelicto. Cic. ad Atticum, lib. 8. 14. 1. Id ego in eam partem accepi hæc oppida atque orã maritimam illum pro derelicto habere nec sum miratus, eum qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris nõ parcere.

Despicatum, pro Spernere, vel Aspernabilem & contẽptum facere. Plaut. Casina. 4. 1. 7. Vir me pessimis meis habet despicatam modis. Terent. Eunuch. 2. 3. 91.
– an id flagitium est, si in domum meretricium
Deducat, & illis cruciabor, quæ nos nostramque adolescentiam
Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiam?

Despicatui, pro Despectui, antiquè. Plaut. Menæch. 5. 19.
Tu huc post hunc diem pedem intrò non feres, ne frustra sis,
Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui.

Deum præsentem. Terent. Phorm. 2. 2. 31. Ea qui præbet, non tu hunc habes planè præsentem deum?

Habeo dictum, vel dicere. Plaut. Persa, Satis iam habeo dictũ. Id est, satis dixi. Cice. 5. Philipp 101. De Cæsare satis hoc tempore dictum habeo. Idem pro Cornelio Balbo, 16. Quid habemus igitur dicere de Gaditano fœdere? Idem 3. de Nat deor. 136. Hæc ferè dicere habui de natura deorum. Idem 1. de Diuinat. 103. De nostris somniis quid habemus dicere? Idem in Partitionibus, 6. Quid habes igitur de causa dicere? Colum. lib. 5. cap. 8. 5. Sed hæc in vniuersum de toto genere huius arboris, habui vobis dicere.

Pro non dicto. Liu. 3. bel. Pun. 165. Id omnium maximè tegendum, occultandum, obliuiscendum, pro non dicto habendum esse.

Diem habere acerbum. Virgil. 5. Aeneid. 10.

Dignum, Hoc est, dignum existimare. Plaut. Asin. 3. 67.
– ego mitto omnia hæc,
Præsertim quum is me dignum cui concrederet
Habuit. Id est, existimarit dignum. Idem Merc. 4. 7.
Detriba in viam nam hæc disciplina hîc pessima est
Currenti atque properanti, haud quisquam dignum habet decedere.

Dignitatem alicui: Hoc est, alicuius dignitatem plurimi facere. Plin. in Paneg. 75. Quid vitam? quid mores iuuentutis, quam principaliter formas? quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapientis doctoribus habes?

Dignitatem. Cice. 2. de Finib. 119. Verùm esto verbum ipsum voluptatis non habet dignitatem: nec vos fortasse intelligimus. Hoc est, nullã gratiam aut potius authoritatem præ se fert.

Diligentiam in re aliqua. Cic. de Amicit. 75. Omni igitur hac in re habenda ratio & diligentia est: primùm vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio contumelia careat.

Antiqua disciplina milites habuerat. Tacit. lib. 12.

Disputationem. Cic. 5. bel. Gall. 115. Hac in vtranque partẽ habita disputatione, quum à Cotta, primisque ordinibus acriter resisteretur, &c.

Haber

Habet me sibi documento, Hoc est, meo exemplo facit, & me exemplum sumit. Cic. pro Lege Agrar. 17. Deinde habeat meipsum sibi documento, quem equestri ordine loco Consulem videt, quę vitę via facilliũ vitos bonos ad honorem dignitatemque perducat.

Dolorem. Cice. ad Atticum, lib. 1. 3. 6. Terentia magnos articulorum dolores habet.

Dolorem capitis habet. Quintil. lib. 2. cap. 17. 25.

Dubium an, vel quin. Plaut Capt. 13. 133. An tu dubium habebis etiam sanctè quum ego iurem tibi? Hirtius de bel. Hispaniensi 119. Et Cæsar quum aciem directam vidisset, non habuit dubium quin media planicie in equum ad dimicandum aduersarii procederent.

Dubia. Cic. 4. Acad. 57. Hęc autem habere dubia, neque his ita confidere, vt moueri non possint, abhorrere à sapientia plurimum.

In dubiis habere. Quintil. lib. 1. ca. 7. 1. Sed totam, vt mea fert opinio, subtilitatem in dubiis habet.

Pro haud dubio. Liu. 8. ab Vrbe 185. Vt si ducis consilia fauor subsecutus militum forer, debellari eo die cum Samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit.

¶ Habere alicui edictionem, Facere edictum vel pronunciare. Plau. Pseu. 4. 59. – etiam est quod domi dicere penè oblitus fuit
Auditin'? heus vobis mulieres hanc edictionem habeo.

¶ Effectum. Plin. lib. 23. in Proœmio 4. Eadem cum oleo sæpius pdis illitis, pilothri effectum habet. Nomen est hoc loco effectum: hoc est vim & facultatem.

Habere effectum, Participium: pro aliquid effecisse. Cæsar 7. bel. Gall. Idque se iam propè effectum habere.

Effigiem. Plin. lib. 11. cap. 5. 2. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.

Excusationem. Cic. de Senect. 60. At morositas tamen, & ea vitia quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustæ, sed quæ probari posse videatur. Plin. epist. 170. Habet, vt puto, iustam excusationem: quam tamen dubito an tibi probari vellem.

Ex ingenio aliquid habere. Quintil. lib. 2. cap. 5. 8. Nam sermo rectus, & secundum naturam enuntiatus, nihil habere ex ingenio videtur.

Exemplum bonorum. Terent. in Prologo Heaut. 20.
Habet bonorum exemplum quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.

Exemplum alicuius rei Cæsar 7. bel. Gall. 314. Cuius rei exemplum si non haberemus, tamen libertatis causã institui, & posteris prodi, pulcherrimum iudicarem.

Exitum celerem. Cæsar 3 bel. Ciuil. 90. Itaque magnarum initia rerũ quæ occupatione magistratuum & temporum solicitam Italiam habebant, celerem & facilem exitum habuerunt.

Ex aliqua parte aliquid habere. Cic. pro Cluentio 53.

Experimentum habeatur. Quintil. lib. 3. cap. 8. 45.

Expertem consiliorum habere aliquem. Liu. 10. bel. Mace. 18. Itaque expertem eum pater omnium de rebus Romanis consiliorum habebat. Id est, celabat eum, non aperiebat ei sua consilia.

Exploratum habere, Certum compertum & cognitum. Cic. 4. Acad. 149. Quando igitur potest tibi P. Geminus Quintus videri, quid habes exploratè? Idem 1. de Diuin. 88. Illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuisse sine causã. Vide EXPLORO.

Exploratum de. Cæsar 2. bel. Gal. 43. De numero eorum omnia se habere explorata Rhemi dicebant.

Exploratum in. Cic 4. Acad. 232. Quid habemus in rebus bonis & malis exploratè?

Expositionem suam vtraque pars habet. Quintil. lib. 7. cap. 3. 21.

Expurgationem. Plaut. Amphit. 11. 1. Habui expurgationem, facta pax est. Id est, Excusaui me.

¶ Habere facultatem aliquam ad. Cæsar 3. bel. Ciuil. 115. Vt aliquam Cęsar ad insequendum facultatem haberet.

Factionem testamenti. Cic. Trebatio, lib. 7. 22. 2. Tabulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui factionem testamenti non habuerit.

Edita facinora habent. Liu. lib. 9. Decad. 4.

Facta similia alicuius habere in se, Factis & moribus aliquem referre. Plautus Amphit. 4. 113.
Et enimuero quoniam formam cepi huius in me & statum,
Decet & facta moresque huius habere me similes item.

Fas habetur. Quintil. lib. 3. cap. 8. 9. In iudiciis enim vulgo fas habetur indulgere aliquid studio suo.

Fauor habet aliquem. Tacit. lib. 2. Arminium pro libertate bellantem fauor habebat.

Febrem, pro Febri laborare. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 1. Quum decimum iam diem graniter ex intestinis laboratem, neque iis qui mea opera vti volebant me probare non valerem: quia febrim non haberem, fugi in Tusculanum.

Habere fidem apud aliquem, Credi ab aliquo. Plin. lib. 12. cap. 14. 8. Tanto minus fidei apud hos pœna, quàm apud illos sylvæ habent. Id est, non creditur ab eis.

Fidem alicui, pro Fidere illi, credere quod dicit verum esse. Plau. Bacchi. 14. 21. Nisi ames, non tibi habeam hodiem tantam. Cic. Consul. bus, Tribunis plebis, Senatui, populoque Romano, lib. 15. 1. 4. Quum essent nõ nulli qui et regi minorem fidem habendam putarent. Idem in Verrem, act. 6. Fides huic defensioni non haberetur. Idẽ pro Cluentio. 128. Nõ solum sibi potestatem datam, verumetiam fidem habitam esse meminisse. Terent. Eunucho, 1. 2. 117.
Me miseram, fortasse hic mihi paruum habeat fidem,
Atque ex aliis tum ingenuis nunc me iudicet. Idem Hecyra, 5. 4. 50.
Myrrhina ista Phidippo dixit, iurisiurando meo
Se fidem habuisse, & propterea te sibi purgatũ. Idem Heaut, 5. 2. 49. Seni nostro fidei nihil habeo. Cic. 1. Offic. 28. Et Colu. lib. 1. cap. 2. 6.

Fidem non habere. Salust. contra Ciceronem, 5. Tibulum petulantissimis verbis lædis, laudas Cæsarẽque quem maximè odisti, ei maximè obsequeris: aliud stans, aliud sedens, de Rep. sentis: his malè dicis, illos odisti leuissime transfugameque in hac, neque in illa parte fidem habens. Hoc est infidelis.

Fidem habere alicui. Quintil. lib. 3. cap. 5. 8. Testibus, an argumentis maior fides habenda.

Si fidem habeat: Si credere cogatur, si credat, inquit Donatus. Terentius Eunucho, 1. 2. 59.
Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi Apud me.

Habeo tibi fiduciam. Plin. epist. 199. Tibi eam fiduciam diligẽtiæ habeo, vt credam te omni ratione id acturum, ne sint obnoxii iniuriis.

Fiduciam alicuius rei Cæs. 5. bel. Ciuil. 99. Quantoque eius amplius processerat temporis, tanto erãt alacriores ad custodias qui classibus præerant, maiorẽque fiduciam prohibendi habebant.

Fiduciam orationis habere. Quintil. lib. 2. cap. 15. 6.

Fortunam. Liu. 4. bel Pun. 157. Et habuisset tanto impetu cœpta res fortunam, nisi vnus homo Syracusis ea tempestate fuisset Archimedes.

Dies fortunam satis habuit. Ouid. 3. Metam. 30.

Habeo te fratrem. Terent. Adelph. 2. 4. 4. Ego illam hercle verò omitto, qui quidem te habeam fratrem. Hoc est, fratris loco.

¶ Gloriam cum modo habere. Tacit. lib. 15.

Habere gratiam dicuntur lapilli & gemmæ pretiosissimæ, & cætera quæ accepta & grata sunt. Plin. lib. 20. cap. 11. 1. Apio gratia vulgò estimãque rami Largis portionibus per iura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habent. Idem lib. 37. cap. 6. 5. Quippe opali gratiam habet, sed mollius nitet.

Gratiam apud aliquem, Alicui gratum esse. Plin. lib. 19. cap. 1. 3. de lino, Candor æquè vt Fauentinis, sed lanugo nulla. Quod apud alios gratã, apud alios offensionem habet.

Gratiam habere alicui. Quintil. lib. 5. cap. 10. 84.

Habeo grates Neptuno. Plant. Sticho, 7. 2.
Quum bene re gesta saluus conuortor domum,
Neptuno grates habeo & tempestatibus.

Gratiam, vel gratias habere, in animo, quum accepti beneficii mentẽ memorem, animumque habemus, & inuicem gratificandi volũtãte. Plaut. Epid. 6. 105.
– hic erit optumus:
Hic poterit cauere rectè, iura qui & lege tener.

P. Epidice habeas gratiam. Idem Aulul. 7. 32. Redeo ad te Megadore, si quid me velis. M. habeo gratiam. Idem Capt. 7. 13.
– gratiam habeo tibi,
Quum copiam istam mihi & potestatem facis,
Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium. Idem Menæch. 24. 35.
Hercle quin tu me admonuisti rectè, & habeo gratiam. Idem Milit. 20. 45.
Quanquam alios fideliores semper habuisti tibi,
Tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium. Cice. de Senec. 18.
Quorsum hæc? vt intelligatis, si voluptatem aspernari ratione & sapiẽtia non possumus, magnam habendam senectuti gratiam, quæ effecerit vt id non liberet quod non oporteret. Plaut. Merc. 23. 4.
– hæc quum fugiant senes,
Tu tamen senectuti gratias non habeas: quoniam hæc tibi
Non abstulit modò, sed in amorem coniecit fortius. Idem Rud. 19. 54. Pene ergo hercle factum habeo vobis gratiam. Cic. ad Matiũ, lib. 11. 27. 19. Quare habeo gratiam Trebatio familiari nostro, qui mihi dedit causam harum literarum. Idem 2. Offic. 101.

Gratias. Terent. Andr. 4. 4. 35.
– dis pol habeo gratias
Quum in pariundo aliquot affuerunt liberæ.

Gratum. Plaut. Merc. 2. 19. Honoris causã quicquid est quod dabitur, gratum habebo. Plin. lib. 21. cap. 14. 12. Adeoque Nili sui floribus gaudet, vt implexis coloeuiæ foliis, in variam speciem vasorum potare gratissimum habeant.

Gratissimum habere debitorem. Plin. epist. 46. 6. Astruere autem quod sit splendidum nec molestum, cuius generis quæ prima occasio tibi, conferas in eum rogo: habebis me, habebis ipsum gratissimum debitorem.

Grauitatem. Cic. de Amicit. 59. Tristitia autem, & in omni re seueritas ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet illa quidem grauitatem. Ibidem 4. Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum authoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis.

Grauem rem aliquam, pro Magnifacere. Cic. 5. Offi. 45. Itemque si ad honestatem nati sumus, eaque aut sola expetenda est, vt Xenoni visum est, aut certè omni pondere grauior habenda quàm reliqua omnia.

¶ Habemus hominem ipsum. Terent. Eunuch. 5. 1. 19.
Hera mea tace obsecro, saluæ sumus,
Habemus hominem ipsum.

Honorem alicui, Honore afficere. Plaut. Asina. 3. 67.
– ego mitto omnia hæc,
Præsertim quum is me dignum cui concrederet,
Habuit: me habere honorem eius ingenio decet. Plin. in Paneg. 143.
Tu libertis tuis summum quidem honorem, sed tanquam libertis habes, abundeque sufficere his credis, si probi & frugi existimentur. Idē epist. 88. 2. lib. 6. Cur ergo quæro? habebat studiis honorem, timebat, pallebat, scribebat. Plaut. Aulul.
Cœpi obseruare ecquid maiorem filius
Mihi honorem haberet, quàm eius habuit pater. Idem Milit. 14. 82.
– non ædepol tu scis mulier
Quantum ego honorem nunc illi habeo. Cicero in Vatinium 1.
Quare ne tibi hunc honorem a me haberi forte mirère. Idem Tironi lib. 16. 9. 7. Curio misi, vt medico honos haberetur. Idem in Verrem. Tu ex illius honore in eos ipsos qui honorem illi habuerunt, supplicia quærebas. In eundem, Habuit honorem vt proditori, non vt amico fidem. Idem Rufo, lib. 5. 20. 6. Si honos is fuit, maiorem tibi habere non potuisti fides, maiorem tibi habui quàm penè ipsi mihi. Idem 14. Philipp. 399. Ex literis enim C. Pansæ, A. Hirtii C O S S. C. Cæsaris Pro prætoris de honore dis immortalibus habendo sententias diximus.

Honorem, pro Honores adeptum esse. Cic. 1. Verr. 40. Habet honorem quem petimus, habet spem quam propositā nobis habemus, habet existimationem multo sudore, labore, vigiliisque collectam. Dicitur & cum adiecto. vt Habere honorem statuæ, apud Plinium epist. 31.

Honore, pro in honore. Cæsar 5. bel. Gall. 205. Quos præcipuo semper honore Cæsar habuit.

Honores alicui habere. Cicero ad Catonem, lib. 15. 4. 45. Equidem etiam illud mihi animum aduertisse videor (scis enim quàm attentè te audire soleam) te non tam res gestas, quàm mores, instituta, atque vitam imperatorum spectare solere in habendis aut nō habendis honoribus.

In honore. Cic. ad Atticum, li. 7. 122. 10. Chrysippum verò, quem ego propter literularum nescio quid libenter vidi, in honore habui. Sic pro Cluentio 147. Cæsar 3. bel. Ciuil. 19.

Pro hoste. Sallust. in Iugurtha, Eos ille non pro vanis hostibus, vt meriti erant, sed accuratè & liberaliter habuit.

Habeo huic, non tibi. Terent. And. 4. 2. 21.
– hoc ego tibi profectò effectum reddam.
P. Iam hoc opus est. D. quin iam habeo. C. quid est? D. huic, non tibi habeo, ne erres.

¶ Incerta pro certis. Cic. de Senect. 62. Quid enim stultius, quàm incerta pro certis habere, & falsa pro vetis?

Incomperta. Vide INCOMPERTVS.

Habere pro indigno. Liuius lib. 1. ab Vrbe cond. Etsi antea semper pro indignissimo habuerant, se patrio regno totoris fraude pulsos, &c.

Infamiam. Cæsar 6. bel. Gal. 34. Latrocinia nullam habent infamiam quæ extra fines cuiusque ciuitatis fiunt.

Infestum aliquid habere. Liu. lib. 9. Decad. 4. Qui vias latrocinis, pascuaque publica infesta habuerant. Id est in infestauerant.

Ingenium. Terent. Heaut. 2. 4. 4. Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua.

Ingrata bona. Plaut. Amphit. 4. 30. Quoniam bona quæ in me fecerunt, ingrata ea habui atque irrita.

Inimicitias quum aliquo. Cæsar 3. bel. Ciuil. 63.

Inimicos. Plautus Aul. 16. 44. Aedepol ne tu aula multos inimicos habes.

Aliquem inimicum. hoc est pro inimico. Terent. Eunuch. 1. 2. 94.
Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri posse maximè, veruntamen
Potius quàm te inimicum habeam, faciam vt iusseris.

Immunitatem. Cæsar 6. bel. Gal. 56. Druydes à bello abesse consueuerunt, neque tributa vnà cum reliquis pendunt: militiq vacationem, omnimque rerum habent immunitatem. Hoc est immunes sunt ab omnibus rebus.

Imperium in beluas. Terent. Eunuch. 3. 1. 15.
Is vbi molestus magis est, Quæso, inquam, Strato,
Eone es ferox quia habes imperium in beluas?

Impetrandum. Plin. epist. 315. Nam & iudicia amicorum promeretur, & parum felix matrimonium expertus est: impetrandumque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. Quintilian. in Mathematico, Adeò ludibriis miseræ sum diuersitatis vel necessitatis implicitus, vt impetrandum à vobis habeam odii mei fauorem. Id est (inquit Valla) vt impetrādus mihi sit à vobis odii mei fauor.

Impunè aliquid habere. Terent. Eunuch. 5. 7. 18.
Itáne lepidum tibi visum est, scelus, nos irridere? P. nimium.
P A. Si quidem istuc impune habueris.

Habet intentum hæc cura me. Liu. 6. bel. Pun. 2. Ea tum cura maximè intentos habebat Romanos. Hoc est, faciebat maximè vt intenderent, & animum aduerterent suis rebus agendis.

Intimum aliquem, Hoc est, maxime amicum. Terent. Eunuch. 1. 2. 48.
Te interea loci cognoui. tute scis, post illa quàm intimum
Habeam te, & mea consilia vt tibi credam omnia.

Iter, pro Iter facere. Plaut. Asina. 8. 6.
Nemo etiam tetigit: sanúsne es? L. at censebam attigisse,
Propterea huc quòd iter habebas. Terent. Eunuch. 5. 9. 35.
– nihil quod dicas mihi
Alium quærebam, iter hac habuit periisti.

Iter ad legiones. Cæsar 1. bel. Ciui. 54. Cn. Pompeius pridie eius diei ex vrbe profectus, iter ad legiones habebat.

Iter habere, significat propriè, vt ait Valla lib. 5. iter aliquem esse facturū, Cic. ad Quintum fratrem, lib. 2. 8. 5. Videre autem volebam, quòd erā postridie Roma exiturus, & quòd ille in Sardiniam iter habebat. Idem ad Pompeium in epist. ad Atticum, lib. 8. 15 9. 1. Aliique complures Cæsarem iter habere Capuam.

Iter habere, pro Habere viā, vt Iter habeo expeditū, Id est, Iter per quod eundum mihi est, expeditum habeo, & sine vllis impedimentis. Cæsar 3. belli Ciuil. 328. Pompeius per Candauiam iter in Macedoniam expeditū habebat. Huic rectè subiunges quod postea sequit, Iter aliud, &c.

Iter aliud habere, pro Habere aliam viam. Cæsar 1. bel. Gall. 27. Propterea quòd iter haberent nullum aliud.

Iudicium non habere. Cic. pro Plancio, 76. Hercule me confiteor non iudicium aliquod habuisse de Reipublicæ vtilitate, sed hominibus amicum, aut inimicum fuisse.

Ius actionis habeo. Quintil. lib, 3. cap. 6. 52.

Ius abdicandi habere. Quintil. lib. 3. cap. 6. 55.

Ius habere in omnes. Lucan. lib. 7. 53.

¶ Lachrymas ex miseratione habere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 7.

Laudem habere de aliquo. Ouid. epist. 16. 4.

Habeto laudationem istam tibi. Cicero pro Flaccio, 28. Tu verò tibi habeto istam laudationem: nec enim Acmonensium testimonio Flacci vita & dignitas nititur.

Habere alicui laudem, pro Laudare. Tacit. lib. 1. Laudes & grates reuersis legionibus habentem.

In laudibus. Plin. lib. 22. cap. 22. 11. Bupreſtim magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere.

Liberaliter habere, Vide LIBER liberi.

Licétiam. Plaut. Trinum. 14. 25. Scurra iacere, fugereque hostes, more habent licentiam.

Lites cum aliquo. Cic. 4. Acad. 174. Mecum verò quid habent litium, qui ipsorum disciplinam sequor?

Literas ab aliquo. Cic. ad Brutum, 10. 1. Nullas adhuc à te literas habebamus, ne famam quidem quæ declararet, &c.

Literas ad. Cice. ad Atticum, lib. 2. 28. 3. Tu si literas ad Sycionios habes, aduola in Formianum.

Locum Cic. 2. de Orat. 152. Genus hoc leuius, & vt dixi, mimicum: sed habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, vt vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid.

Loco filii habere aliquem. Plancus Ciceroni, lib. 10. 24. 12. Vel quòd eram insigni amicitia mea atque Cæsaris, hūc filii loco & illius & vestro iudicio substitutum non perinde habere, tu per me mihi videtur.

Loco mercis. Plin. lib. 33. cap. 3. 8. Antea enim hic nummus ex Illyrico aduectus mercis loco habebatur.

Nullo loco habere rem aliquam, pro Nihili facere. Cic. 2. de Leg. 21. Lege autem carens ciuitas, estne ob ipsum habenda nullo loco?

In loco. Cic. 2. Philipp. 98. Cur eos habes in loco patrui? Id est tanti, quanti patruum, facis?

Loco patris. Brutus ad Atticum, in epist. ad Brutum, 17. 7. Quid enim tā alienum ab humanis sensibus est, quàm eum patris habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit?

Luculentè diem aliquem, Luculenter viuere illo die. Plaut. Epid. 3. 55.
Quid hīc nunc agimus? S. eamus intrò ad te, vt hunc hodie diem lucu lentè habeamus. Id est, genialem vitam agamus.

Ludibrio aliquem, Id est irridere, & illudere. Plaut. Menæch. 9. 39.
Quī lubet ludibrio habere me, atque ire inficias mihi,
Facta quæ sunt? Idem Casina, 11. 11.
Hic Pardalisca esto, qui hinc exeat: eum vt
Ludibrio, habeas. Idem Epid. 14. 2. Liuius 8. bell. Puni. 112. Consulem peccare arbitror, qui de re transacta simulando se referre, Senatum ludibrio habet, non Senatorem modò, qui de quo consulitur, suo loco dicit sententiam.

Ludibrio sibi habere aliquem. Lucret. lib. 5. 148.

Habere

Habere in magno negotio, pro habere curæ. Sueton. in Iulio, Ad securitatem ergo posteri temporis in magno negotio habuit, obligare semper animos magistratus.

¶ Habebis malum si, &c. Plaut. Amphit. 8. 87.
Equidem sana sum, & deos quæso vt salua pariam filium
Verum tu magnum malum, habebis, si hic suum officium facit.

Habere mandata à Pompeio ad Cæsarem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 34.

Habere se à Pompeio ad eum priuati officii mandata demonstrat. Liuius 10. bel. Pun. 203. Partim ad quos mandata à propinquis haberet. Sic 4. bel. Maced. 214.

Ad manum aliquid habere. Tacit. lib. 3.

In manibus, & sub manus. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 1. Est enim mihi vtendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos quos in manibus habeo. Id est quos tracto, vel compono.

In manibus concionem alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128. 5. Habebamus autem in manibus Antonii concionem habitam decimo Cal. Id est legebamus.

Semper in manibus librum aliquem, pro Legere & attrectare semper eum librum. Cice. 2. Tuculan. 106. Et ad Quint. fratrem, lib. 3. 17. 28. Quòd multos dies epistolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum.

In manu & tute la, ob in seruitio vxores habere. Liu. 4. bell Maced. 37.

In matrimonio mulierem aliquam. Cic. pro Quinct. 9. Nam P. Quintii consobrinam habet in matrimonio Neuius, & ex ea liberos.

In matrimonio, pro Decere. Cic. 3. de Legib. 52. Cuius in matrimonio soorem autem nostram habebat. Idem ad Brutum 6. 2.

Habeo me ita. Sueton. de Claris grammat. 14. Ciceronis ad Atticum verba adducens, De Natia quòd scribis, si ita me haberem, vt eius humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere: sed mihi solitudo & receſſus prouincia est. Id est, si res meæ ita se haberent.

Ita se habet, vt Cic. de Senect. 75. Quod quidem nisi ita se haberet, vt animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maximè ad immortalem gloriam niteretur.

Habet hoc me male, Id est, ægre fero hanc rem. Terent. And. 3. 6. 5. Præter spem euenit, lentoshoc male habet virum. Id est, Hinc est quòd ira scitur. Ibidem 5. 4. 38. At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me male habet. Hoc est, qui me torquet & angit. Plaut. Rud. 5. 11. Eius me impietas male habet. Vide MALVS.

Habet me ea solicitudo. Plaut. Merc. 19. 27.
– dic mihi, quæ te nunc habet solicitudo?

Ita me habuit, Id est ita percussit. Plaut. Aulul. 11. 5.
Totus doleo atque oppidò peris, ita me iste habuit senex Gymnasiū.

Habeto me sibi, Hoc est, Sim illi pro seruo. Plaut. Milite 3. 23.
Periuriorem hoc homine siquis viderit,
Aut gloriarum pleniorem quàm illic est,
Me sibi habeto, & ego me illi mancupi dabo.

Habeant me sibi. Plaut. Pœnulo 19. 2.
Si ego mnam non vltus fuero probè, quam lenoni dedi,
Tum profectò me sibi habeant scurræ ludificis caueis. Id est patiar vt me irrideant in publicis caueis.

Habet me miseram animi petulantia mea. Plaut. Cistel. 10. 3.
– petulantia mea me animi miseram habet,
Quæ in tergum meum ne veniat, formido malè.

An melius quis habet suadere? Horat. Epod. 16. 5.

In memoria. Plaut. Persa 10. 53. Et qui parentes fuerint? P. habeo in memoria. Terent. Eunucho 1. 2. 90.
Heri minas viginti pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria. Idem Aul. 1. 1. 13.
S O. In memoria habeo.

Mentē, Sapere. Cic. 4. Acad. 213. Hīc mēdū esse sapientē, habere mentē.

Mentionem, pro Facere. Liu. 4. ab Vrbe 247. Tribuni militum mentione nulla comitiorum consularium habita (credo ob iram Dictatoris creati) Tribunorum militum comitia edixerunt. Quintilian. lib. 8. in proœmio, M. Antonius, cuius suprà habuimus mentionem, ait à se diserros visos esse multos, eloquentem autem nemnem. Plin. lib. 15. cap. 13. 3. Et lib. 19. cap. 2. 6.

Habere militem aliqua disciplina, pro Tractare secundum seueritatem antiquæ disciplinæ. Liu. lib. 5. Decad. 5. Itaque antiqua disciplina habiti antiqui, neque defecerunt.

Aliquem molestis miserum, pro Afficere & onerare. Cic. ad Terentiam, lib. 14. Omnes molestias & solicitudines quibus te miserrimam habui, id quod mihi molestissimum est, Tulliolamque quæ nobis nostra vita dulcior est, deposui & eieci. Id est, quibus mea causa plurimum laboraſti, & affectæ fuistis atque oppressæ.

Habeo mittendos legatos, pro Opus habeo mittere. Seneca de Benefic. 7. Sapiens non habet mittendos trans maria legatos, nec metanda in ripis hostilibus castra.

Modum, Rationem imponere & ordinem. Plaut. Curcul. 7. 21. Ita nunc

seruitium est, profectò modus haberi non potest. Teren. And. 1. 1. 68.
Nam quicum ingenio conflictatur eiusmodi,
Neque commouetur animus in ea re tamen?

Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum. Vbi Donatus, Modū, moderationem, regimen. Idem Eunuch. 1. 1. 13.
Here, quæ res in se neque consilium, neque modum

Habet vllum, eam consilio regere non potes. Cicero. 2. de Finib. 48.

Ergo & auarus erit, sed sinitē: & adulter, verūm habebit modum: & luxuriosus, eodem modo. Liu. 1. bel. Maced. 146. Quòd si modum in insequendo habuissent, non in præsentis modo certaminis, &c.

Molestiam. Cic. ad Tironem, li. 16. 11. 11. Habeo etiam illam molestiam, quòd Dolabella noster apud Cæsarem est.

Momentum ad beatam vitam, Cic. 4. de Finib. 78. Et quum ad beatam vitam nullum momentum res haberet, ad appetitionem autem rerū esse in his momenta diceret.

Moram. Cassius Ciceroni, lib. 11. 12, 5. Habeo paululum moræ, dum promissa militibus persoluo,

Habet sibi moræ imperium herile. Plaut. Aulul. 17. 2.
Hoc est seruī facinus frugi facere, quod ego persequor,
Ne moræ molestiæque imperium herile habeat sibi. Id est, non cūctetur quod iussit herus implere.

Aliquem mortuum. Cic. ad Cassium, lib. 15. 17. 3. Nos hīc (tamē ad te scribam aliquid) D. Sylla patrem tuum mortuum habebamus. Id est, ferebatur apud nos patrem tuum esse mortuum.

Habeo hunc morem, vel hoc moris, pro Ita consueui. Plautus Capt. 5. 19. Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent, quod sibi volunt,

Dum id impetrant, boni sunt, &c. Plin. epist. 12. 6. Seruī è cubiculo recesserunt: habebāt enim hoc moris, quoties intrasset fidelior amicus, quin etiam vxor, quanquam omnis secreti capacissima, digrediebatur.

Mores omnes nouos. Plaut. Trucul. 14. 6.
– dic, impera mihi, quid tibi
Et quouis modo omnes omnes mores habeo, veteres perdidi.

Mos habebatur, principum liberos, &c. Tacit. lib. 13.

Multa, pro Diuitem esse. Gel. lib. 9. cap. 8. Verum est profectò quod obseruato retū vsu sapientes viri dixere, multis egere qui multa habeat: magnamque indigentiam nasci, non ex inopia magna, sed ex magna copia: multa enim desiderari ad multa, quæ habeas, tuenda.

¶ Narrationem habere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 4. Sunt enim ante omnia quædam tam breues causæ, vt propositionem potius habeant, quàm narrationem.

Habere naturam alicuius. Plin. lib. 11. cap. 26. 1. Chamæleonum stellionesque quodammodo naturam habent.

Necesse. Cic. 1. de Orat. 137. Hoc opinor primum, ne quotiescunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 321, Itaque se victos cōfiteri, orare atque obtestare, siquis locus misericordiæ relinquatur, ne ad vltimum supplicium progredi necesse habeant. Et Colum. lib. 9. cap. 8. 2. Vide NECESSE.

Necesse habet dicere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 13.

Nefas, Nefandum existimare. Cic. 3. de Nat. deor. 76. Quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare.

Non habeo, pro Nescio. Cic. ad Atticum, De pueris quid agā non habeo. Idem 6. Ver. 45. Ferebat grauiter illam sibi ab ipso prouinciam datam: nec quid faceret habebat.

Notam impudentiæ, Vide IMPVDENTIA.

Negotium. Plaut. Pœnulo, 4. 3.
Negotii sibi qui volet vim parare, nauem & mulierem
Hæc duo sibi comparato. nam nullæ magis res duæ

Plus negotii habent. Gellius libro, 11. cap. 14. Eundem Romulum dicunt ad cœnam vocatum non multum bibisse, quia postridie negotium haberet.

Noctem plenam timoribus, Tota nocte timere. Cic. ad Tironem, lib. 16. 14. 1. Itaque habui noctem plenam timoribus ac miseriis.

Nomen habere. Quintil. lib. 7. cap. 4. 7. Quum res vtraque habeat suum nomen.

Notum. Plin. epist. 239. Quid quæris scripsisse me? vt notum haberes, his literis subitici iussi.

Notitiam. Cic. 1. de Legib. 36. Itaque ex tot generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei.

Notitiam fœminæ, pro Rem habuisse cum fœmina. Cæsar. 6. bel. Gall. 78. Intra annum verò vicesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.

Noxæ capitali Liuius, Neque ea res capitali noxæ haberetur.

Numerum. Plaut. Pseud. 15. 5.
Habui numerum sedulò: hoc est sextum à porta proximum
Angiportum. Id est, memini & recordor quo tum fuerit.

Habere aliquo numero. Varro de Re rustica, Minus se putant despici, atque aliquo numero haberi à domino. Id est, alicuius reputationis & numeri se esse existimant apud dominum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habere aliquem in hostium numero, Referre. Cæsar 1. bel. Gal. 1 08. Reductos in hostium numero habuit, Cic. ad Atticum, li. 10. 208. 6. Dubitas igitur quin nos in hostium numero habeat? Id est reputet inimicos.

Haberi in numero bonorum virorum. Cic. pro Rosc. Amer. 69.

In numero sapientum. Cice de Amicit. 6. Nam qui septem appellantur, eos, qui ista subtilia quærunt, in numero sapientum non habent. Sic Habere aliquem in numero necessariorum, Cæsar 3. bel. Ciuil. 118.

Quintilian. lib. 1. cap. 3. 4. Ego porrò eum, qui nolit, in numero præcipientium non habeo.

¶ Oblectationem. Cic. 4. Acad. 229. Indagatio ipsa rerum tum maximarum, tum etiam occultissimarum habet oblectationem.

Obstrictos suo beneficio Cæsar 1. bel. Gall. 34. Et cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat, & quamplurimas ciuitates suo sibi beneficio habere obstrictas volebat. Id est, sibi beneficio deuincire.

Obtentum aliquem habere. Tacit. lib. 1 2. Cupido autem immensa obtentum habebat.

Habere obuiam. Cellius lib. 17. ca. 4. Eum quum fortè habuisset obuiam.

Occasionem vt. Plaut. Epid 13. 38. Non habeo vllam occasionem vt apud te falsa fabuler.

Oculos suos in oculis alterius Plaut. Pseud. 1 3. 68. – iam edico tibi,
Vt nostra properes amoliri hinc omnia,
Tum vt huius oculos in oculis habeas tuis.

Ante oculos habere aliquem, Id est, semper de illo cogitare. Ouid. 2. de Remed. amor. 34.

Odium in aliquem. Cic. pro Cluentio 121.

Sibi odio habere aliquid. Plaut. Menæch. 4. 1.
Ni mala ni stulta, ni indomita, imposque animi: quod viro
Esse odio vides, ute tibi odio habeas

Offensionem habere dicitur res aliqua. Plin lib. 19. cap. 1. 3. Quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Id est non placet.

Officia alcuius. pro Iunar. ab aliquo. Plin. epist. 1 39. c. Vtranque dilexi, vtranque coluiuitram magis, nescio: nec discerni volebant. Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis.

Omnes habere vno ordine. Virgil. 2. Aeneid. 21.

Habet omnia, Plautus Amphit. 8. 19. Virtus omnia in se habet: omnia adsunt bona, quem penes est virtus. Id est complectitur. Terent. Eunucho 2. 2. 12. Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil quem est, nihil de fit tamen.

Onus habere. Vide ONVS.

Opinionem aliquam de moribus aliculus: Id est, bene existimare de aliquo. Cic. de Amicitia 30. Quid enim Africanus indigens mei: minimè hercleiar ne ego quidem illius. sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla quam de meis moribus habebat, me dilexit. Liuius 8. bel. Pun. 148. Ita & vixi, & res gessi, vt tacitus ea opinione, quam vestra sponte concepram animi habereris, facisse contentus essem. Cæs. 6. bel. Gal. 66. De his eandem ferè quam reliquæ gentes, habent opinionem.

Opinionem de se fallam habere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 13.

Orationem habere apud aliquem. Quintil. lib. 1. cap. 1. 5.

Orationem ad populum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 6. Octauo quam habui ad populum postridie quàm Catilina profugit. Enumerat varias, quas habuit, orationes.

Orationem cum aliquo. Cæsar 1. bel. Gal. 1 29. Plaut. Epid. 8. 19.
– nam ita suasi seni, atque hanc habui orationem:
Vt quum redisses, ne tibi eius copia esset. Terent. Hecyra 3. 1. 21.
Omnibus nobis, vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus: Hanc habere orationem mecum à principio institit. Cœlius Ciceroni, lib. 8. 1. 8. Et quam orationem Pompeius habuerit tecum, &c. fac mihi perscribas. Idem pro Domo sua, Cum his hæc haberi oratio potest.

In ordine. Plautus Pseud. 10. 10.
Q uomodo quicque agerem, vt lenoni furripiam mulierculam, Iam instituta, ornata, cuncta in ordine habeo vt volueram. Hoc est, disposita eo ordine quo oprabam.

Ornata cuncta in ordine habere, Vide ORNO.

In ore aliquid. Cic. ad Brutum 17. 3. An quia nõ omnibus horis iactamus Idus Martias, similiter atque ille Non. Decemb. suas in ore haber, eo meliore conditione, &c. Hic Cicero quid sit Habere in ore, declarauit, quum iactamus dixit. Idem 1. de Finib. 38. Deinde ita mortem non timentes, vt illud in ore habeant ex Hymnide, Mihi sex menses satis sunt vitæ, septimum orco spondeo. Sic lib. 3. 58.

Ab aliquo otium ad aliquid faciendum habere, Vide AB.

¶ Habere pacta cum aliquo, Pacisci & conuenire. Liu. 5. bel. Pun. 160. Expositis quæ pacta iam cum Marcello haberent, &c.

Habeo pactam sororem tuam filio. Plaut. Trin. 8. 75.
– nunc vt scias hic factiones atque opes
Non esse, neque nos tuam negligere gratiam, sine dote posco tuam Sororem filiosque res bene vortat. habeo' pactum? quid taces?

Palmam. Plin. li. 14. ca. 6. 6. Hetruriæ palma Luna habet, Ligurià Genua.

Habet partes in hac comœdia seruus, Est etiam comœdiæ interloquutor. Plaut. Amphit. 3. 6 2.
– quoniam hic seruos quoque partes habet,
Sit proinde, vt dixi, tragico comœdia.

In partibus aliquem habere. Tacit. lib. 1 3. Habebat in partibus Pallantem. Hoc est, ad dictum, fauentemque Pallantem habebat.

Parum habuit hoc facere, Id est, pro nihilo duxit, parui fecit. Salustius in Iugurth. Tamen hæc talia faciora impune suscepisse, parum habuere. Id est, parum esse censuerunt. Liu. lib. 2. Decad. 5. Templum augustissimum regionis, quod non Pyrrhus, non Annibal violassent, violare parum habuisse, nisi detexisset fœde, ac propè diruisset.

Pecuniam numeratam non habere ni præsentia. Cic. 7. Verr. 14. Ille clamare quum raperetur, nihil te miserum fecisse, nihil commisisse: pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in præsentia non habere.

Pensi habere. Tacit. lib. 1 3. Neque fas, neque fidem pensi haberet, olim prouisum erat. Idem lib. 17, Neque modum oneris quisquam, neque genus quæstos pensi habebat. Idem in Dialogo Oratorũ, Nec quisquã in tota domo pẽsi habet, quid coram infante domino aut dicat, aut faciat.

Nihil pẽsi habere. Salust. in Catil. Prorsus neque dicere, neque facere quisquam pensi habebat.

In perditis & desperatis: pro Habere pro perditis & desperatis. Cicer. ad Thermum, lib. 13. 57. 1. Is ita sibi persuadet, quod in tua prouincia negotii habet, nisi te prouinciam obtinente meis commendationibus effecerit, id se in perditis & desperatis habiturum.

Periculum, Esse in periculo. Colu. lib. 1 2. cap. 11. 4. Sed periculum habet, ne vitietur vinum si malè cocta sit aqua. Idem lib. 5. cap. 9. Truncis conuenit poni, vt si non periculum à pecore habeat, exiguus admodũ supra se ebem emineat.

Perspectum. Cice. ad Brutum, 1. 3. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum.

Persuasum habere. Plin. lib. 23. cap. 1. 26. At nos ediuersis fumi amaritudinem vetustatem indui persuasum habemus. Sic Cæsar 3. bel. Gall. 301. Et Columella lib. 1. cap. 1. 3.

Plura habebam tibi mandare. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 25.

Ad pœnas aliquid habere. Quintil. in Procem. li. 6. 1 2. Te omnis spe Attiæ eloquentiæ cadidatũ, superstes parẽs habiturus est tantũ ad pœnas.

Habeo polliceri, pro Pollicendum est mihi. Cicero. Lentulo, libro 1. c. 4. De Alexandrina re, causaque regia tantum habeo polliceri, me tibi adfuturum, tuisque præsentibus cumulatè satisfacturum. Valla.

Pondus. Cic. ad Brutum, 14. 1. Quæ autem epistola non pondus habet? Idẽ pro Flacco, 7 2. Pertinet quum ipse non deducendo Falcidium, iudicium feceris, plus falsam epistolam habiturum ponderis, quàm ipsius præsentis fictã vocem. Idem ad Atticum, lib. 4. 8 5. 2. Paccio ratione & verbis & re ostendi, quid tua commendatio põderis haberet. Sic in Topicis, 38. Persona autem non qualiscunque testimonii pondus habet.

Potestatem summam Cic. 1. Verr. 19. Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum, quòd te non prohibuerit, qui summam ipse haberet potestatem. Idem pro Rosc. Amer. 17. Vestrum qui summam potestatem habetis, hoc tempore fidem implorem?

In potestatem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 98. Quo facilius omne Adriatici maris extremis Italiæ partibus, regionibusque Græciæ in potestate haberet.

In sua potestate. Cic. ad Brutum, 4. 1. Habuique in mea potestate, quoad bellum fuit.

In potestate sua aliquem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 323.

Potius, pro Præferre. Cæsar 1. bel. Ciuil. 34. Semper se Reipub. commodis priuatis necessitudinibus habuisse potiora. Id est, prætulisse. Sic Liu. 8. bel. Maced. 235. Quòd Reimp. priuatis simultatibus potiore habuisset.

Prædam cum cura habere. Tacit. lib. 15. Si aut gloriam eũ modo, aut prædam cum cura habuisset.

Prædæ. Salust. in Iugurtha, Sed incedunt per ora vestra magnifice sacerdotia & Consulatus, pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi eo honori, non prædæ habeant. Cic. 5. Verr. 59.

Præpositum, pro Præponere. Terent. Hecyra. 4. 2. 6.
Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pacto me habuerit
Præpositam amori tuo: nunc tibi, &c.

Præsentem in oculis. Liu. 5. bel. Maced. 1 18. Ibi enim non præsidia modò Macedonum fuisse: sed regiam exædificatã, vt præsens semper in oculis habendus esset dominus.

Præsidium. Cæsar 1. bel. Gal. 179. Vt presidium quam amicissimum siquid opus facto esset, haberet.

Habent pretia in odoribus syluæ: Hoc est, odores syluarum sunt in pretio. Plin. in Procmio lib. 1 3.

Pretium, pro Pretio vendi. Plin. lib. 1 2. cap. 14. 1 7. Itaque optimi thuris libra, X V I. pretium habet.

Persoluere alicui summum pretium. Ter. Andr. 1 1.

Prima quæ suauia. Terent. Heaut. 5. 2. 10.
Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitiæ tuæ.
Vbi re vidi animo esse omisso, & suauia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem,
Cœpi rationem vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere.

Principatum.

Principatum. Plin. lib 30. cap. 2 1. 1. Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublime vis fiaturus, iudicauit. De sinapi.

Priores partes apud aliquem, Priorem esse in eius amore. Terent. Eunu. 1. 2. 7. Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius.
Sine illum priores partes hosce aliquot dies
Apud me habere.

Probationes in aliquem habere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 1 2. Si tamen plures in personam probationes habuerit, conuertet hunc ordinem.

Susceptam alicuius procurationem habere. Cic. Paulo, lib. 13. 1 3. 8. Mearum re i quarum rerum, maximeque existimationis meæ procurationẽ susceptam velim habeas.

Processum aliquem in literis. Suet. de Claris grammat. 10. Ad summam, Philologus ab semet nominatus ipse, ad Lælium Hermam scripsit, se in Græcis literis magnum processum habere, & in Latinis nonnullum.

In prodigiis. Plin. lib. 7. ca. 3. 2. Olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc verò in deliciis.

Habeto tibi promissum. Plaut. Asin. 5. 14. Semper tibi promissum habeto hac lege, dum superes datis.

Habeo in promptu, Id est, Prompta est mihi de hac re memoria. Cicer. 4. Acad. 86. Oportet igitur & ea q̃ pro perspicuitate respondere possunt, in promptu habere. Idem 3. Tusca. 92. Hæc enim ferè rum habemus in promptu. Nihil oportere inopinatum videri. Quintil. lib. 2. cap. 4. 21.

Promptum aliquid habere. Ouid. 3. Metam. 19.
– vt vellet promptas habuisse sagittas.

Propitium aliquem. Plinius in Paneg. 1 2 1. Quid enim tam infidum mare, quàm bi iodiq̃ principum illorum, quibus tanta leuitas, tanta fraus, vt facilius esset irato, quàm propitios habere?

Propositionem habere. Quintil. lib. 4. cap. 1. 4.

Propositum reprehendendi, aut ad, &c. Plin. epist. 1 96. b. Quinoquam non habeo propositum, illum reprehendendi, sed hunc tuendi. Cæsar, 3. bel. Ciuil. 106, Tentandum Cæsar existimauit quidnam Pompeius propositi aut voluntatis ad dimicandum haberet.

¶ Habere quæstui Reimp. Hoc est, Cum quæstu Reimp. moderari. Cic. 2. Offic. 1 14, Habere enim quæstui Reimp. non modò turpe est, sed sceleratum etiam & nefariũ. Idem, 5, Verr. 59. Qui non intelligat istum sibi quæstui prædæque habuisse bona, possessiones, fortunas aratorũ?

Quæstionem alicuius rei, vel de re. Cic. 11. Philipp. 292. Quum verborum contumelis optimum virum incesto ore lacerasset, tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ. Idẽ p. Cluẽt. 139. Post mortem eius Sassia statim moliri nefaria mulier cœpit insidias filio: quæstionem habere de viri morte instituit. Idem pro Rosc. Amer. 47, Mortis paternæ de seruis paternis quæstionem habere filio non licet. Vide Quæstio in QVAERO.

Querimoniam de re aliqua, Conqueri. Cic. 7. Verr. 58, Et ita dicam, vt sit me in ea querimonia quam sum habiturus de istius crudelitate, & de ciuium Rom. indignissima morte, &c.

Querelas de aliquo. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 3, Interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur.

Quod gaudeamus, vel quid sequamur, habemus. Cic. 4. Acad. 134. Hanc præscriptionem esse naturẽ à qui qui aberrauisset, eũ nunquã quid in vita sequeretur habiturum. Idem, 1, de Finib. 94, Dolores autem si qui incurrunt, nunquam vim tantam habent, vt nõ plus habeat sapiẽs quod gaudeat, quàm quod angatur. Id est propter quod.

¶ Habere rationem alicuius. Liu. 7. belli Punici, Itaque si suum nomen Dictator acciperet, se comitiis intercessuros Tribuni dixerũt. Si aliorum, præter quàm ipsius ratio haberetur, comitiis se moram non facere. Idem lib. 4. Vicerunt Patres, quia plebs patriciis seu hunc, seu illũ delatura honorem, frustra certate supersedit. Et principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quàm quibus vt indigni præteriretur. Plin. epist. 1 2. li. 2, In sortitione prouinciæ rationem eius non habendam.

Rationem cum orco, Vide ORCVS.

Rationem extra ordinem. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 11, Quomodo horum extra ordinem habita ratio est, sic aliorum quoque beneficiorum haberi debet.

Habetis rationem quomodo. Plautus Capt. 2. 23, Rationem habetis quo modo vnum amiserit.

Rationem procreandi. Cic. 3. de Finib. 95, Quod primum intelligi debet figura, membrisque corporum, quæ ipsa declarant procreandi à natura habitam esse rationem.

Rationem periculi. Cicero ad Atticum, lib. 10. 197. 7, Iam misso officio, periclí ratio habenda est. Sic Habere rationem dignitatis, Cicero ad Lentulum, lib. 1. 4. 5.

Habenda ratio valetudinis. Cic. de Senect. 32, Pugnandum tanquam contra morbum est, sic contra senectatem: habenda ratio valetudinis, vtẽdum exercitationibus modicis. Idem, 1, de Finib. 103.

Habenda ratio in hac re & diligentia. Cic. de Amic. 75, Omni igitur hac in re habenda ratio & diligentia est: primùm vt monitio acerbitate, deinde vt iurgatio contumelia careat.

Rationem aliquam. Cice. 7. Verr. 80. Quod postea quàm iste cognouit, hanc habere rationem cœpit.

Rationem habere cum terra, Colere terram cum quadam veluti agriculturæ ratione. Cic. de Senec. 46. Venio nunc ad voluptates agricolarũ quib' ego incredibiliter delector: quæ nec impediũtur senectute, & mihi ad sapientis vitam proximè videntur accedere. habent enim rationem cum terra, quæ nũquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit quod accepit. Vulgus imperium dicit habent ad faciendum cum terra. Hoc est, Negotium est eis cum terra.

Rationem cum musis, pro Dare operam literis. Cic. ad Atticum, li. 2. 20. 4. Cum omnibus musis rationem habere cogito.

Receptum. Liu. 1. bel. Maced. 92, Et ipse quum maiorem in angustiis trepidantium edidisset cædem, in temerario incœpto, tutum tamen receptum habuit: quia qui, &c.

Receptum ad suos. Cæsar 4. bel. Gal. 584. Atq; ita se collocant vt si illi à multitudine hostium premantur, expeditũ ad suos receptum habeant

Receptum ad gratiam alicuius. Cæsar 1. bel. Ciuil. 2. Habere se quoq; ad Cæsaris gratiam atque amicitiam receptum.

Receptum ad vrbem. Tacit. lib. 5. Ne aut Tyrannus quum vellet receptum ad vrbem haberet.

Regnum in cælo. Plaut. Milit. 14. 90.
Postridiio natus sum ego mulier, quàm Iuppiter ex Ope natus est.
PA. Si hic pridie foret, quàm ille est: hic regnum haberet in cælo.

Regressum. Colu. lib. 1. cap. 1. 4. Quum semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuirescere, aut repubescere potest.

Religioni, pro Religiosum existimare Cic. 2. Offic. 72. Nec tamen vt hoc fugiendum est, ita habendum est religioni, nocentem aliquando & nefarium, impiumq; defendere. Idem 1. de Diuin. 130. Ipse & equus eius ante signũ Iouis Statoris sine causa repẽtè conciditnec eam rẽ habuit religioni, obiecto signo vt peritis videbatur, ne cõmitteret prælium.

In remediis: Hoc est, Presidii & remedii vice. Plin. lib. 28. ca. 1. 9. Quapropter hoc primũ quisq; in remediis animi sui habeat ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura, nullum melius esse tempestiua morte.

Res ita se habet. Cice. 4. Acad. 120. Sed tamen necille qui dixit iurare posset, ita se rem habere: neque ego. Terent. Heaut. 4. 3. 24. Aperte ita vt se habet, narrato.

Rem cum aliquo, Negotiari. Plaut. Aulul. 14. 2.
Di immortales facinus audax incipit,
Qui, cum opulento pauper cœpit rem habere aut negotiũ. Idem Persa. 16. 15. Euertes homines tuo arbitratu fundis familiis,
Cum optimis viris rem habebis gratiam cupient tuam. Idem Mostel. 8. 155. Terent. Eunuch. 1. 2. 30.
Ego cum illo, quo cum vno rem habebam tam hospite,
Abii hinc, qui mihi reliquit hæc quæ habeo omnia.

Habe rem pactam sic futurum. Plaut. Pœnulo, 14. 31.
– heus Synceraste? S. Synceratum qui vocat?
M. Tuus amicus. S. haud amicè facis, cui cum onere offers moram.
M. Atob hanc rem tibi reddam vbi voles, vbi iusseris. S. habe
Rem pactam sic futurum, si do tibi operam hanc modo.

Habes omnem rem. Terent. Hecyra, 1. 2. 119, Habes omnem rem, pergã quo cœpi hoc iter. Id est, audis quomodo res se habeat.

Habeo tibi res solutas Plaut. Curcu. 11. 21. Ego habeo tibi res solutas re fè, bellator vale. Hoc est satisfeci.

Scis quo modo tibi res habet? Hoc est, vis dicã quo pacto tractaberis, vel quo tandem res redibit? minantis heri particula. Plaut. Aulul. 4. 8.
– at satin' quomodo tibi res se habet?
Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum, &c. Terent. Eunuch. 4. 7. 31.
Scin' tu vt tibi res se habeat? si quicquam hodie hîc turbæ cœperis,
Faciam, &c.

Rem antiquissimam, quod vulgò dicitur, Bene charam tenere, Cicer. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 1. Orationem meam collaudauit satis multis verbis, non me hercle indiferrè, Senerus Antistius, isque iudiciorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit.

Respectum. Cic. 5. Philipp. 199. Itaque quum respectũ ad Senatum & ad bonos non haberet, eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus populi liberi ferre non posset. Plin. lib. 28. cap. 1. 2. Quando ita decretum est, minorem gratiæ, quàm vtilitatum vitæ respectum habere.

Habere reuerentiã alicui. Plin. epist. 82. Adulescentulus eram: & iam mihi ab illo honor, atq; etiam, audebo dicere, reuerẽtia habebatur.

¶ Satis habere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 187. Nostri verò qui satis habebant, sine detrimento discedere. Tacit. lib. 10. Senatus censuit satis habendum, quod Prætor iusiurandum polliceretur. & Liu. lib. 2. Decad. 5. Non portas claudere regi satis habuerunt.

Satin' habes, si. Plaut. Amphit. 6. 11. Satin' habes si fœminarum nulla est quam æquè diligam?

Satis habeo promere. Gellius lib. 13. cap. 15. Satis habui vnũ interim exẽplum promere. Quintil. lib. 9. cap. 4. Illud notasse satis habeo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Satis habui. Quintil. lib. 3. cap. 6. 125, Quæ ne præterisse videret, satis habui attingere.

Se aliter, habere ac sensibus videantur. Cic. 4. Acad. 181. Neque nos contra sensus aliter dicimus ac Stoici, qui multa falsa esse dicunt: longeq; aliter se habere ac sensibus videantur.

Se bene. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 24. 3.

Se graviter. Cice. ad Atticum, lib. 7. 122. 3, Quanquam videbatur, se non graviter habere, tamen sum sollicitus.

Se male. Cæsar 1. bel. Ciuil. 233.

Se mundiare. Plaut. Pœnulo. 4. 20.

Se parce habere, pro Rebus suis parcere, nec profundere. Terent. Adel. 1. 1. 21. Ruri agere vitam, semper parce ac duriter se habere.

Habere aliquid secretũ ab altero, pro Eum celare. Liu. lib. 9. bel. Maced. Hæc amoris pignora quũ essent, nec quicquam secretũ alter ab altero haberent, pueri adolescens vetat mirari, si p aliquos dies secubuisset.

Sedem. Plin. lib. 11. cap. 37. 16. Superbia aliubi conceptaculum, sed in superciliis sedem habet.

Sedes in Gallia. Cæsar 1. bel. Gal. 187, Sedes habere in Gallia ab ipsis concessas obsides ipsorum voluntate datos.

Senatum, pro Cogere. Cice. ad Q. fratrem, lib. 2. 6. 4, Consecuti sunt dies Comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. Idẽ 1. de Nat. deor. 17. Quod quũ pomœrium postea intrasset, habendi Senatus causa, in redeundo, &c. Idem 3. Philipp. 145.

Sermonem, Facere verba, colloqui, commentari. Varro de Re rust. Narrasti quidem eidem qui sermones sint habiti. Cic. 1. Tuscul. 90. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo sermone, quem habuit eo ipso die quo excessit è vita.

Sermonem de. Varro de Re rust. Referam sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper. Ibidem, Ad te misi hæc, recordatus de ea re sermones quos de villa perfecta habuissemus. Cic. de Amicit. 3, Itaque tũ Scæuola, quum in eam ipsam mẽtionem incidisset, exposuit nobis sermonem Lælii de Amicitia habitum ab illo secum & quum altero genero C. Fannio M. F. paucis diebus post mortẽ Africani. Idem 3. de Finib. 3. Et 1. Offic. 188. Item 7. Verr. 80.

Sermonem apud populum. Plin. epist. 8. 5, Etenim hunc ipsum sermonẽ non apud populum, sed apud Decuriones habui: nec in propatulo, sed in curia.

Sermonem cum aliquo. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 8. 4, Ad. iii. Id. April. veni ad Quintum, eumque vidi planè integrum, multumque is mecum sermonem habuit & perhumanum de discordiis mulierum nostrarum. Idem ad Atticum, lib. 10. 208. 1.

Habere in sermonibus, pro Cõmemorare sermonibus. Liu. lib. 4. Decad. 5, Et propter Macedonici maximè belli curam in sermonibus homines habebant, quos in animum Consules, ad finiendum tandem id bellum crearent.

In seruitiis. Pli. lib. 18. ca. 11. 6, Nec cocos verò habebãt in seruitiis, eosq; ex macello conducebant. Hoc est inter seruitia seu seruos.

Sibi. Cic. 4. Verr. 43, Iste Epicratu bona Bidinos omnia possidere & sibi habere iussit.

Habeant sibi. Cic. de Amicitia, 17, Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum.

Sic habeto, Id est, ita tibi persuadeto, vel pro comperto teneto. Cic. ad Tironem, lib. 16. 6. 7, Sic habeto mi Tiro, neminẽ esse qui me amet, quin idem te amet. Id est sic intelligere debes. Idẽ in Somnio Scip. 28, Tu vero enitere, & sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc.

De me aũt (vt iam de vtroque loquar) sic habetote, &c. Cic. de Amicit. 9.

Sine sic habere, Barbare dicitur, Ponecalum. Plautus Casi. 16. 20,
–Casinam intus habere aiunt, qui me atque te inuitat. 5. scios
Sic habere sine, nugas agunt, noui ego illas malas merces.

Signum ex arce. Plaut. Pseud. 19. 2.
Viso quid rerum meus Vlysses egerit,
Iamne habeat signum ex arce Ballionia.

Sub signo, Diligentissimè seruare tanquam obseratum & clausum. Cice. ad Atticum, lib. 9. 181. 7, Nam quum ad hunc locum venissem, euolui volumẽ epistolarum tuarum, quod ego sub signo habeo, seruoque diligentissimè.

Similitudinem. Plinius lib. 10. cap. 47. 1, Olorum similitudinem onocrotali habent.

Simulates cum aliquo. Cic. pro Cluentio, 69. Quĩ enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius, qui cum matre habebat simulates, hærebat in rabulis publicis reus & accusator, &c.

Societatem cum aliquo, Eandem operam præbere, & eiusdẽ effectus esse in re agenda. Plin. lib. 29. cap. 3. 1, Lanæ habent & cum ouis societatem simul frontũ impositæ contra epiphoras. Id est, Lanæ mistæ, & quasi associatæ ouis sanant epiphoras.

Solenne. Plin. li. 27. ca. 7. 10, Huius ramũ Isiaci præferre solenne habent.

Aliquem solicitũ, quod & Tener dicitur. Plaut. Menæch. 14. 14,
–me hodie nimis solicitum quidam habuit cliens:
Neque quod voluit agere, quicquam licitũ est. Teren. Heaut. 3. 1. 52,

–releui dolia omnia, omnes serias,
Omnes solicitos habui. Cic. de Senect. 61. Quarta restat causa, quæ maximè angere, atque solicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis. Plaut. Milit. 14. 94.
–nunquid vis? P T. ne sim magis pulcher quàm sum,
Ita me mea forma habet solicitum.

Spatium. Cic. 1. Offic. 166, Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimum vitæ cursum sequi vellent.

Habeo spatium vt. Terent. And. 3. 5. 17. –hei mihi
Cur non habeo spatium, vt de te sumam supplicium, vt volo?

Speciem alicuius rei habere. Columella lib. 11. cap. 5, Quidam ferri massas exuruit, ita vt ignis speciem habeant.

Speciem honesti. Cic. 3. Offic. 10, Si id quod speciẽ haberet honesti, pugnaret cum eo quod vtile videretur, quomodo ea discerni oporteret? Legitur & specimen, ex vetusto codice.

Speciem habere in pictura. Quintil. lib. 2. cap. 3. 8, Habet in pictura speciem tota facies.

Spem. Cic. 2. Verr. 10, Quam spem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iam Iudices exponam.

Bonam spem de aliquo, Cic. ad Atticum, lib. 15. 3. 5. 3, Redeamus ad nostros, de quibus tu bonam spem te significas habere. Idem 2. Verr. 27, An iste vnquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Sic de Amicitia, 10, Qui summam spem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, &c.

Spem summam alicui. Cic. pro Quinctio, 3.

Spem in aliquo. Cicer. ad Terentiam, lib. 14. 2. 3, In nouis Tribu. plebis intelligo spem te habere. Sic Habere spem in virtute, Liuius 4. bel. Macedon. 57.

Spem positam in virtute. Cice. ad Atticum, lib. 8. 146. 4, In vnius hominis quotannis periculosè ægrotantis anima, positas omnis spes nostras habemus.

Spem repositam in aliquo. Liuius 6. bel. Pun. 203.

Spem conceptam ex re aliqua. Liu. 5. bel. Punic. 213, Nec huius occasionis spem, milites, fortè temerè, sed ex re ipsa conceptam habeo. Alloquitur milites.

Stativa, pro Aestimare. Liu. 2. bel. Maced. 47, Ibi statiuis Rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est.

Statutum. Cic. ad Sulpicium, lib. 4. 2. 9, Tu, si videbitur, ita censeo facias, vt si habes iam statutum quid tibi agendũ putes, in quo non sit consultum consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris.

Pro stercore, id est, Nihili pendere. Plaut. Turcul. 11. 2,
Qui amat, nequit quin nihili sit, atq; improuisi pariibus expolietur.
Nam hoc quĩ fit ita, nequit id quærat ex me, domi scit quę facit
Improba facta amator, qui bona sua pro stercore habet.

Studium alicuius rei habere. Quintil. lib. 2. cap. 18. 1.

Studio, hoc est, Dedita opera. Teren. Adelph. 3. 3. 28,
–di vostram fidem,
Vtrum studióne id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum?

Subsidio. Colu. de Arboribus, cap. 5. 1, A'terum subsidio habeas, si fortè illa extraordinaria interierit.

Sumptus cum aliquo. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 20. 4. In Epicuri nos aduersarii nostri castra coniecimus: nec tamen ad hanc insolentiã, sed ad illam tuam lauritiam veterem dico, quum in sumptus habebas.

Superuacuum. Plin. lib. 27. cap. 12. 19, Phyteuma qualis sit, describere superuacuum habeo, quum sit vsus eius tantum ad amatoria. Id est, existimo superfluum.

Supplicationem. Liu. 8. bell. Pun. 57, Prodigia c o s s. hostiis maioribus procurare iussi, & supplicationem vnum diem habere.

Sespectum. Liu. 2. bel. Maced. 74, Regem ipsum suspectum habebant, pro eius crudelitate, &c. Idem 4. bel. Pun. 106, Quia & ipsum, vt ambiguę fidei, virum suspectum iampridem habebat.

Susque deque. Gellius lib. 16. cap. 9. Susque deque fero, Susque deq; habeo, aut est, (hiz enim omnibus modis dicitur) verbũ est ex hominum doctorum sermonibus, in poematis quoque, & in epistolis veterum scriptum pluriẽfariam: sed facilius reperias, qui id verbum esse tent, quàm qui intelligãt: ira plerique nostrum quæ remotiora verba inuenimus: dicere ea properamus, non discere. Significat autem susque deq; ferre, æquo animo esse, & quod accidit, non magni pendere, atque interdum negligere & conte mnere, & propemodum id valet quod dicitur ἀδιαφορεῖν. Plaut. Amphit. 10. 5,
Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat:
Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit:
Atque id me susque deque esse habituram putat?

¶ Habeto tacitum hoc tecum: Hoc est, Sileto, Ne hoc reuelaueris. Plaut. Pœnulo, 14. 68, –male credam, & credam tamen
Sed hoc tu tecum tacitum habeto.

Tacitè habere aliquid. Liu. lib. 1. Decad. 5, Et quãquam dissimulare, & tacitè habere id, patique statuerat.

Nunquam

Nunquam secus habui illam, ac si ex me esset nata. Terent. Hecy. 2. 3. 8.

Temperanter aliquid habere. Tacit. lib. 4. Vel quum patres pollerent non ferenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur.

Dum habes tempus, Dum vacat, dum licet per opportunitatem. Plaut. Trucul. 16. 3. Nunc dum illi lubet, dum habes tempus, ei obsecundes. Cice. ad Atticum, lib. 1. 9. 4. Sed tamẽ distinebãt, vt vix huic tantulæ epistolæ tempus haberem.

Testes ad aliquam rem. Plaut. Præsul. 16. 1. 1. Si ad eam rem testes habeã faciam quod iubes.

Habe tibi, Id est, accipe tibi. Plaut. Menæh. 15. 16.
–nec te vltrò oraui vt dares:
Tute vltrò ad me detulisti: dedisti eam dono mihi,
Eandem nunc reposcis: patiar, tibi habe, auferv, vtere. Idem Amp. 10. 26.
Tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo.

Habe tibi centum minis: Hoc est, tibi eam relinquo pro minis centum. Plaut. Persa, 16. 112, Faciam ita, vt te velle videam, vt emas, habe tibi centum minis.

¶ Habere vacationem, Quod nunc Facere dicitur. Cic. 4. Acad. 117, Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant: quanto est æquius habere ipsos deos?

Vacationem militiæ, aut alicuius muneris. Plin. lib. 7. cap. 2. 10. Et ob id perpetuo 2. c. militiæ, aliorumque munerum vacationem habent. Cic. ad Varronem, lib. 9. 6. 1. 5. Quæ igitur studia magnorum hominũ sententia vacationem habent, eadem publici muneris, iis concedente Repcur non abutamur?

Veniam habere. Vide V E N I A.

Verba vltrò citroque. Cice. in Somnio Scipi. 3. Multisque verbis vltrò citroque habitis, ille nobis est consumptus dies.

Habere verecundiam alicuius, pro Eum reuereri. Liu. lib. 8. Nemo hominum, nemo deorum verecundiam habeat: non edicta imperatorum, nõ auspicia obseruentur. Sic lib. 7. bel. Pun. Imperii verecundiam habere.

Vetustatem. Cic. ad Attic. lib. 14. 305. 5. Mori millies præstitit, quàm hæc pati, quæ mihi videntur habitura etiam vetustatem. Id est, quæ longè etiam ad posteros memoriam habitura sunt.

Viam ad aliquem. Plautus Pseud. 10. 10. Heus vbi estis vos? hic quidem ad me rectà habet rectam viam. Id est, rectà venit ad me. Idem Trinu. 13. 14. Ad nostras ædes hic quidem habet rectam viam.

Victoriam. Plaut. Trucul. 6. 20,
–hæ nos, an vos
Dignos dãt Laniniæ, hic sunt quas habet victorias. Liu. 10. bel. Pun. 134. Quique toties propè in manibus victoriam habui.

Vim, Pollere viribus. Cic. 1. de Fin. 51. Dolores autem siqui incurrunt, nũquam vim tantam habent, vt non plus, &c.

Habent vim antidoti. Plin. lib. 20. cap. 3. 5.

Vim habere ad. Cic. 1. Offic. 167. Ad hanc autem rationem, quoniam maximam vim natura habet fortuna proximam, vt iusque omnino ratio habenda est in deligendo genere vitæ, sed naturæ magis.

Vim fœderis. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. 13. Has literas velim existimes fœderis habituras esse vim.

Vires. Plin. lib. 16. cap. 32. 3. Non habet vires frutex cinnami in Syriæ vicina peruenienti.

Vir tuæ in manibus. Cic. de Amicit. 85. Virtutem enim semper amaui illam viri, quæ extincta non extinct mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui: sed etiam posteris erit clara & insignis.

Habet vitium hæc res. Cic. de Amic. 36. Difficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris, quod si rectum statuerimus, vel concedere amicis quæ quid velint, vel impetrare ab amicis quicquid velimus: perfecta quidẽ sapientia sumus, si nihil habeat res vitii.

Voluntatem habere ad. Cicero pro Ponteio, 25. Quod si aut quãtam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam, tantum haberent ad cõmentiendum animi, aut ad fingendum ingenii, &c.

Voluptari habet aliquid. Salust. in Iugurtha, Et sanè Marius, illoque, aliisque temporibus Iugurthini belli, pudore magis, quàm malo exercitum coercebat. quod multi per ambitionem fieri aiebant, quòd à pueritia consuetam duritiem, & alia quæ cæteri miseriis vocant, voluptati habuisset.

Habere in votis dicimur quod cupimus, pro quo Seneca 3. de Ira, dixit Habere votum, Hęc res fidelissimos homines eò compulit, vt de morte eorum cogitarent, pro quibus & ante quos mori, votum habuerant.

Vsum. Plin. lib. 11. cap. 12. 1, Myrobalano in vnguentis similem proximũque vsum habet palma in Aegypto, quę vocatur adipsos. Id est, vtimur palma Aegyptia in vnguentis eodem modo quo myrobalano.

Vsum ex aliqua re. Cice. 2. Offic. 19. Nam & qui principes inueniendi fuerunt quem ex quaque belua vsum habere possemus, homines certe fuerunt.

Vsum multarum rerum, pro Exercitatum & experientem esse. Cic. de Amicitia, 6. Cato quia multarum rerum vsum habebat, multa eius & in senatu & in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, &c.

Vsum in re aliqua. Cæsar 1. bel. Gal. 156. Quòd non magnum in re militari vsum habebant. Et lib. 4. 137. Habere vsum belli.

In vsu quod docemus. Plinius epist. 10. 8, Affirmat etiam esse hanc philosophiæ, & quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promere, & exercere iustitiam, quæ quę ipsi doceant in vsu habere.

In vsu habere aliquem. Plinius in Paneg. 144. Ac primum neminem in vsu habes, nisi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo cuiquam principum dilectum.

Vtilem aliquem, Aliquid emolumenti ex eius opera percipere. Plaut. Cistel. 2. 8.
Pol isthoc quidem nos pretio facili est frequentare tibi,
Vtilesque habere nita lepide, nitideque in prandio
Accepisti apud te, vt semper meminerim.

Habet vtilitatem hæc res. Cice. de Amicit. 16. Quapropter à natura mihi videtur potius quàm ab imbecillitate orta amicitia, & applicatione animi magis, cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione quantum illa res vtilitatis esset habitura.

¶ Habere me spero. Terent. Eunucho. 5. 3. 11. Si dis placet, spero me habere qui hunc meo excruciem modo.

Habeo quid agam. Hoc est, Scio. Terent. And. 3. 2. 18. Teneo quid errem quid ego agam habeo. Id est, scio quid acturus sim.

¶ Habet quod det. Terent. Eunucho, 5. 9. 48. Principio & habet quod det, & dat nemo largius.

¶ Habet tibi bene principia. Terent. Phorm. 2. 5. 82. Bene habent tibi principia. Id est, proceditquod incepisti.

¶ Habes nescio quid. Plaut. Persa, 6. 46. Eccam hue nullam attuli. 5. habes nescio quid.

Sic habetote de me: Hoc est, Quod ad me attinet ita intelligitote. Cic. de Amicitia. 9. De me autem vt iam vtroque loquar: sic habetote: ego si Scipionis desiderio me moueri negem, quàm id rectè facium vt deliri sapientes, sed certe mentiar.

¶ Habeatur sane Oratore, sed de minoribus. Cic. de Opt. gen. Orat. 146. Hoc est existimetur.

Formosus haberi cupit. Horat. 1. Serm. saty. 6. 7.

Sapientes atq; eloquẽtes habentur. Quintil. in Proœ. lib. 1. 10.

¶ Habuisse, miserrimum verbum, nempe eius qui nunc non habet. Plaut. Rud. 30. 33. Miserrimum istuc verbum & pessimum est, habuisse, & nil habere.

Habe. Permittentis particula. Plaut. Mostel. 16. 58, Sine te exorẽ. T. age habe abi impune.

Habet. Terent. And. 1. 1. 55, Egomet continuò mecũ, certè captus est, Habet. Vbi Donatus, Habet, id est, vulneratus est. Habet enim qui percussus est, & proprie de gladiatoribus dicitur: quia prius alii vident, q̃ ipsi sentiunt se percussos. Sic dicitur de eo qui seraliter vulneratus est. Virgilius 12. Aeneid. 60, Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis. Hæc Donatus.

¶ Sic habendum est, Ita intelligendum. Cic. de Amicit. 76, Sic habendum est, nullam in amicitia pestem esse maiorem, quam adulationem, blanditias, assentationem.

¶ Amor sceleratus habendi. Ouid. 1. Metam. 25.

Habendum & ferendum hoc opus. Plaut. Amphit. 4. 23.
Ergo in seruitute experiunt multa iniqua,
Habendum & ferendum hoc opus est cum labore.

¶ Habitu optimum. Plaut. Pœnul. 4. 22.
–modos omnibus
In rebus soror est optimum habitu.

Habitus, pen. corr. Participium, (ἐξωμμένος.)

Habita fuerunt mea dona de amata apud illum. Plaut. Truc. 15. 5.
Vt ego lætus sum, & lętitia differor, ita ad me
Magna nuntiaunt Chiamus hodie gaudia, mea dona de-
Amata, acceptaque habita esse apud Phronesium.

Habita huic fides. Plaut. Asin. 9. 5. 1.
Da modo meo periculo. rem saluam ego exhibebo.
Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam, Succenseat.
Vir ego tuos sum: tu virum me, aut hominem deputas adeo esse?
Nam si vtrũque horum, mulier, vnquam tibi visus forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem.

Habita est semper eius soror: Hoc est, existimata est. Terentius Andria. 4. 6. 14.
Semper enim eius dicta est, hæc atque habita est soror.
Quæ illius fuerunt, possidet. Plaut. Sticho, 3. 2.
Qui manet vt moneatur semper seruus homo officium suum,
Nec voluntate id facere meminit, seruus is habitus haud probus est.

Vt patrem tuum vidi esse habitum: Hoc est, Quantum ego coniicere potui ex habitu & ira patris. Terent. Heaut. 1. 4. 12.
–Syre vix suffero.
Hocccine me miserum non licẽre meo modo ingenio frui?
2. Imò vt patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habitus est hic tibi honos. Terent. Eunuc. 5.7.22. Hic pro illo munere tibi honos est habitus.
Habitus in honore. Plin. libr. 16. cap. 34. 2. Vt mirum sit vllum honorem habitum ei.
Habitus irrisus. Plaut. Epid. 10. 83.
Quid nunc, qui in tantis positus sum sententiis?
Eúmne ego sinam impune? imò etiam si alterum
Tantum perdundum est, perdam potius quàm sinam
Me impune irrisum esse habitum.
Habitus magnæ authoritatis. Cæsar 7. bel. Gal. 307. Hic summo in Aruernis natus loco, & magnæ habitus authoritatis.
Habitus ludibrio. Teren. Hecyra, 4. 1. 11.
In custodiam habitus. Tacit. lib. 17. Et sæuitia Galbæ in custodiam habitos in numero legionis composuerat.
Miles in vnum habitus, hoc est collectus. Tacit. lib. 15. Ac dispersio milite, qui in vnum habitus, &c.
Duro imperio habitus. Tacit. lib. 12. Moxque vulgus duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat.
Frustra habitus. Tacit. lib. 13. Igitur Corbulo quæsito diu prælio, frustra habitus. Ibidem, Quæ breui seruata, deio frustra habita sunt.
Honor habitus supremis. Tacit. lib. 4. Habitus tamè honor supremis, ossaque tumulo Octauiorum illata.
Honore habitus. Tacit. lib. 17. Proximæ tamè Germanis exercitibus Galliarum ciuitates, non eodem honore habitæ.
In leui habitus. Tacit. lib. 18. Quocunque casu accidit, dum attociora metuebantur, in leui habitum.
In procincto & castris habiti. Tacit. lib. 19.
Auarè habita prouincia. Tacit. lib. 13. Damnatus iisdem Cósulibus Vipsanius Lænas ob Sardiniam prouinciam auarè habitam.
Publicè vsui habitus. Tacit. lib. 3. Quod haud perinde publicè vsui habitum quàm exitiosum multis.
Habitus, huius habitus, pen. corr. (ἕξις, κατάστασις, σκευὴ, κατασκευὴ,) Qualitas & forma corporis & cuiuscunq; rei. Plau. Qualis habitus oris. Col. lib. 1. Vineq non sic altos & lacertosos exigunt. nam is habitus fossuris magis aptus. Virg. lib. 1.
–cultusque habitusque locorum. Plin. epist. 102. l. lib. 6. Vbi dies reditus is, ab eo, quem nouissimè viderat, tertius, corpus inuentum est integrum, illæsum, opertumque vt fuerat indutus: habitus corporis quo fecondi, quàm defuncto similior. Cice. 6. Verr. 66. Inerat in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis. Virg. lib. 1. Aenei. 64. Virginis os habitumque gerens.
Habitus oris, & vultus. Cic. 3. de. Finib. 85. Liu. 2. ab Vrbe, 263, Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu.
Habitus, Cultus corporis, & vestiti ornatus. Plin. epist. 100. b. lib. 5, Caius quidem Fannius, quod accidit, multò antè præsensit. visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus in habitu studétis, habere ante se scrinium ita solebat. Liu. lib. 7. Decad. 4. Cum solémi habitu ante portam occurrunt. Plin. in Pan. 123. Testis ipse es quæ in omnium ore versaria, non amictus cuiquam, non habitus, quem modò extulerat, &c. nihilque tantis clamoribus satis clausum. Idem epist. 76. a, Idem quum Græco pallio amictus intrasset (carent enim togæ iure, quibus aqua & igni interdictum est) postquam se composuit, circúspexitque habitum suum: Latinè, inquit, declamaturus sum, & dicens tristia & miseranda. Plinius, Quid ad nos lugubri habitu venerat, & capillatior solito?
Habitu aliquo se augustiorem facere. Liu. 1. ab Vrbe, 32, Quæ ira sancta generi hominum agresti fore ratus, si seipse venerabilem insignibus imperii fecisset, cum cetero habitu se augustiorem maximè lictoribus duodecim sumptis fecit.
Corporis habitus. Quintilianus lib. 4. cap. 2. 4. Pubertas annis, an habitu corporis æstimetur.
Habitus fortunarum. Horat. de Arte poet. 23.
Vestis habitus. Virg. 8. Aeneid. 142.
–incedunt victæ longo ordine gentes,
Quàm variæ linguis, habitu tam vestis, & armis.
Habitus verborum. Quintil. in Procem. lib. 8. Res illo verborum habitu vestiuntur. Metaphora.
Pastoralis habitus. Vide Pastoralis in PASCO.
Habitus triumphalis. Quintil. lib. 10, Moribus & margaritis, ac veste longa, quæ sunt ornamenta fœminarum, deformant virinec habitus triúphalis, quo nihil cogitari potest augustius, fœminas decet.
Animorum habitus. Tacit. lib. 17, Isq; habitus animorum fuit.
Concipere mente habitum declamantis. Quintil. lib. 1. cap. 2. 21.
Constitutus animi habitus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 82.
Habere habitum temporis, Id est Ornatum esse pro ratione temporis. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 1.
Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse,
Infœlix habitum temporis huius habe.
Induere habitum dolentium. Tacit lib. 4. Habitum ac voces dolentiú simulatione magis, quàm libens induebat.
Mutuerat habitum oris. Lucan. lib. 9. 209.
Mutare habitum animi. Quintil. lib. 4. cap. 2. 82. Difficile est nobis mutare habitum animi semel constitutum.
Mutare se habito & loco, Vide MVTO.
Permutare habitum cum aliquo. Quintil. lib. 3. ca. 7. 5, Vt si in laude Herculis permutatum esi regina Lydiæ habitum, & imperata, vt traditur, pensa Orator excuset.
Prætendere habitum à cęteris dissentientem Quintil. in Procem. lib. 1. 12. Non enim virtute, ac studiis, vt haberentur Philosophi laborabãt sed vultum, & tristitiam, & dissentientẽ à cæteris habitum, pessimis moribus prærendebant.
Recidere in malum habitum. Cels. lib. 2. cap. 7, Si sine causa quis emacrescit, ne in malum habitum corpus eius recidat, metus est.
Subsistere in eodem habitu. Cels. lib. 2. cap. 1. Quæ quia neque in eodem habitu subsistete, neque vltra progredi possunt, fere retro, quasi ruina quadam reuoluuntur.
Variari habitus videmus. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6.
Habitior, (ἐυσχημότερος,) Comparatiuum ab habitus nomine: Id est pinguior, vt ait Festus. Terent. Eunuc. 2. 3. 23.
Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres ſtudent
Demissis humeris esse, vincto pectore, vt graciles sient:
Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibũ. Plaut. Epid.
Corpulentior hercle atque habitior. Gellius lib. 4. cap. 10.
Equum nimis strigosum, & malè habitum, sed equitem eius huberrimum & habitissimum viderunt.
Habituęus, pen. prod. Participium, (ἔχων,) vt
Habiturus es me pro derelicta. Plaut. Trucul. 18. 14.
Scio quidem sponsam tibi esse, & filiom ex sponsa tua,
Et tibi vxorem ducendam iam esse: alibi iam animum tuum,
Me quasi pro derelicta sis habiturus.
Habendus, (ὀστέον,) Aliud participiũ. Plin. lib. 10. cap. 37. 1. Cum collibs habẽda est anis q̃ tinnũculus vocatur, Defendit enim illas, terrenq; accipitres naturali potentia, in tantũ, vt visum vocemq; eius fugiant.
Habenda est amicitia cum hoc. Plaut. Pœnul. 18. 43, Si quidem amicitia est habenda, cum hoc habenda est.
Habenda hæc sunt cum illis. Terent. Heauton. 2. 3. 84. Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt.
Habenda est magna gratia, si. Terent. Phorm. 1. 2. 6.
Præsentim vt nunc sunt mores, adeò res redit,
Siquis quid reddit, magna habenda est gratia.
Gratia habenda est tibi. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 5.
Ratio habenda est tibi tuæ laudis, Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 11.
Habitũdo, penult. prod. habitũdinis, (ἕξις, κῆρα,) Ipse corporis habitus. Terent. Eunuc. 2. 2. 11, Qui color, nitor, vestitus, quę habitudo est corporis? Author ad Herennium, lib. 4, Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe: ita grauis oratio sepe ab imperitis videtur ea quæ turget & inflata est.
Habilis, & hoc habile, penult. corr. (εὐάρμοστος, εὐδιέξοδος,) Aptum interpretatur Donatus: quod optimè quadrat. Virg. 6. Aeneid. 5.
Nanq; humeris de more habilem suspenderat arcum. Mart. lib. 13. 22.
Non habilis cyathis, & inutilis vua Lyæo.
Habilis & aptus. Cicer. 1. de Orato. 118. Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quanuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles.
Aptus, habilis, & accommodus. Cic. 4. de Finib. 90. Et primum rebus his quas non bonas dicimus, concessit vt haberẽtur aptæ, habiles, & ad naturam accomodæ.
Habilis ensis. Virg. 9. Aeneid.
–humero simul exuit ensem.
Auratum mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius, atque habilem vagina aptarat eburna.
Habilis gladius ad propiorem pugnã. Liuius 7. ab Vrbe. 38, Armant inde iuuenem æquales, pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam.
Habilis locus pandendis retibus. Plin. lib. 9. cap. 8. 10.
Habilis frumentis terra. Columel. lib. 2. cap. 2.
Habile tundendo ferrum. Plin. lib. 34. cap. 15. 1. Rubens non est habile tundendo, neque antè quàm albescere incipiat. Hoc est ad tundẽdum, siue vt tundatur.
Hæc habilis breuitate sua est. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 7.
Vigor habilis membris. Virg. 4. Georg. 84.
Habilior. Quintil. lib. 6. cap. 3. 8. Porrò natura non tantũ in hoc valet, vt acutior quis, atq; habilior sit ad inueniendum.
Habiliter, pen. corr. Aduerbium. Paulus in L. Si vt. ff. De auro & ar. Leg. Si vt habiliter gemmæ geri possint, inclusæ auro fuerint, &c.
Habilitas, penult. corr. huius habilitãtis, (εὐεξία, εὐρυθμία,) Cic. 1. de Legib. 40. Omitto opportunitates, habilitatẽq; reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, &c.

Habessit

Habessit pro habeat, (ἔχέτω,) antiquè dictũ. Cic. 2. de Legibus, 31. ex verbis XII. TAB. Separatim nemo habessit deos, néve nouos, sed ne aduenas, nisi publicè ascitos, priuatim coluito.
Habito, habitas, pen. corr. (οἰκέω, κατοικέω, διαιτάω, ναίω, οἰκέω,) habitare. Frequentatiuum, notæ significationis.
Inter commorari & habitare hoc interest, quòd commorari est ad tẽpus, habitare autem perpetuum, quanquam hæc differentia vt plurimum confunditur. Cic. de Senectute, 76. Commorandi enim naturam diuersorium nobis, non habitandi dedit.
Matris habitauimus aluo. Ouid. 15. Metam. 44.
Syluis habitare. Ouid. 12. Metam. 82.
Terra habitare. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 2.
Casis humiles habitare. Virg. eclog. 2. 6.
Habitare ad Oceasum. Plin lib. 2. cap. 70. 5.
Habitare apud. Cic. 4. Academ. 205. Qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me. Idem 7. Verr. 61. Apud me habitauit, mecum fuit, &c.
Esse & habitare apud aliquem. Cic. 4. Verr. 58. Quum apud eum nón modò Thermis sæpenumero fuisset, sed etiam habitasset.
Habitare cum. Cic. 3. Verr. 43. Eius esse filiam quæ cum patre habitaret, propterea quod virum non haberet.
Viuere & habitare cum aliquo. Cic. Attico, lib. 14. 118. 1.
Habitare & pernoctare cum aliquo. Cic. 5. Tusc. 97.
Habitare in. Cic. Memmio, lib. 13. 2. 1. C. Antonio Euandro qui habitat in tuo sacrario. Sic Habitare in domo alterius vel sua, Cic. in Salustium. Terent. Andr. 4. 6. 2. In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. Sic Plaut. Amphit. 3. 97.
Duabus vrbibus habitare. Liu. lib. 8. Vide Oriundes in ORIOR.
Habitare in residem aquam. Varro 3. de Re rust. cap. 17. 7. Etenim hac in curia laborare aiebat M. Lucullam, & pisonias eius despiciebat, quòd æstuaria iudonea non haberet, ac in residem aquam, & locis pestilentibus habitarent pisces eius.
Habitare sub. Cic. 1. de Natura deo. 137. Si essent, inquit, qui sub terra semper habitassent bonis & illustribus domicilijs.
Habitare viciniæ. Plau. Bacc. 4. 27.
–proximæ viciniæ Habitat.
Habitare tanti, pro In ædibus maximi sumptus, & Habitare triginta millibus, est Milia triginta pro habitatione dare. Plin. li. 17. ca. 1. 3. Grauiter increpuit tãti Censorem habitare. Cice. pro Cælio, 12. Sumptus vnius generis obiectus est habitationis triginta millib' dixistis eũ habitare.
Habitare bene. Cic. ad Atticũ, Neque tamen nũ in primis bene habitauit.
Habitare laxè & magnificè. Cic. pro Domo sua, 83.
Habitant, in vultu eorum oculi mei. Cic. 12. Philip. 320, Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitãt oculi mei, tristiores videbam. Hoc est, quos semper intueor.
Habitare in rostris. Cice. de Cla. Ora. 169. Disserti quidem Qu. Varius, C. Carbo, Cn. Pompeius, & it quidem habitabant in rostris. Idem pro Murena, 18. Absueris tandiu, vt quum longo lateruallo veneris, cũ iis qui in foro habitarunt, de dignitate contendas.
Mœnia habitantur Graiis. Virg. 3. Aeneid. 80.
Nobis habitabitur orbis Vltimus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 26.
Mapalia habitata raris tectis. Virg. 3. Georg. 68.
Tecum habita. Persius Satyra 4. 6. Tecum habita, vt noris, quàm sit tibi curta supellex. Id est, domi tuæ viuito, vt intelligas, quàm tenuis sit tua fortuna. Translatum ab iis, qui in principum familiis agunt, & vt volgò fit, ex alienis opibus, perinde quasi suis intumescũt. quibus si domi viuendum sit, vix salinum habeant, quod apponant. Tecum igitur habita, Id est tuapte supellectile te metire, ac tuis ipsius malis, bonisve teipsum expende. Haud scio an huc pertineat, quod scribit M. Tullius in Catone maiore, 45. Secũ esse, secumque vt dicitur, viuere. Erasmus in Chiliad.
Habitatio, Verbale, (οἴκησις, κατοίκησις,) pro Domo & loco quem habitamus. Cic. Memmio, lib. 13. 2. 1. Peto à te, &c. vt ei de habitatione ac commodis. Idem pro Cælio, 12. Sumptus vnius generis obiectus est, habitationis XXX milibus dixistis eum habitare. Colum. lib. 1. ca. 6. 4. Villico iuxta ianuam fiat habitatio.
Accommodate alicui de habitatione, Vide ACCOMMODO.
Habitator, pen. prod. (οἰκήτωρ, κάτοικος,) Aliud verbale, Incola. Cice. 2. de Nat. deor. 110. Non vt incolæ atque habitatores esset, &c. Ibidem, 131. Inesse aliquem non solum habitatorem in hac cæleſti ac diuina domo. Idem ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 12. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Camiæ condoxerunt. Idem ad Atticum, lib. 15. 325. 2.
Habitabilis, & hoc habitabile, pen. corr. (οἰκήσιμος,) Cicer. 1. Tuscul. 73. Tum & habitabiles regiones, & rursum omni cultu, &c. Plin. lib. 9. ca. 10. 1. Habitabiles calæ.

Hac, Vide HIC.

Hactenus,

pen. corr. (μέχρι τοῦδε, μέχρι νῦν, μέχρι ἐνταῦθα,) Adverbium, compositũ ex HAC aduerbio, & TENVS, quod finem significare docet Nonius in hoc verbo. Significat autem hucusque, quasi vsque ad finem. Plaut. Bacchid. 2. 58. Istæc hactenus tibi Lyde libertas data est,
Orationis satis est, sequere me, ac tace. Plin. in Paneg. 61. Hactenus ille parcius fortasse, quàm decuit optimum principem: sed non parcius quàm optimum patrem. Idem epist. 38. c, primus hunc audiendi morem induxit Larcius Licinius: hactenus tamẽ vt auditores corrogaret. Cic. de Amicitia. 50. Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio: vt etiam si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tamẽ vitia inculta & deserta ab amicis, non possit esse iucunda. sed hæc hactenus. Ibidem, 24. Hactenus mihi videor de amicitia quod sentirem potuisse dicere.
Sed hęc hactenus: ne videar, &c. Cic. ad Atticum.
Sed hactenus. Cic. ad Atticum. lib. 5. 100. 2.
Hactenus vt. Cic. 1. de Diuin. 22. Etsi vide Boethum Stoicum esse conatum, qui hactenus aliquid egit, vt earum rationem rerum explicaret, quæ mari cælóve fierent.
Hactenus arborum cultus, &c. nunc te Bacche canam. Virg. 2. Georg. 1.
Hactenus, disiunctum. Virg. 5. Aeneid. 120. Hac celebrata tenus.
Celsus de Vsufructu, L. Hactenus tamen vt sarta tecta habeat: siquatamen vetustate corruissent, neutiquam cogi reficere.
Hactenus, pro Non vltra. Suet. in Nerone, cap, 40. Comæ quoque tempore interpellatus tumultuosioribus literis, hactenus excãduit, vt malum is qui descissent minaretur. Hoc est, non vltra, siue non grauius excanduit, quàm vt minaretur, &c.
Hactenus quatenus. Vlpianus de In remverso. L. Si p patre, Si domini debitor sit seruus, & ab alio mutuatus ei soluerit, hactenus nõ vertit quatenus domino debet.

HADRIA, m. g. (ἀδρία,) Sinus maris, siue ipsum mare Hadriaticum. Lucanus lib. 5. –longa Ionio vagus Hadria ponto. Vide ADRIA.

Hadria, f. g. Oppidum prope Ferrariã nunc demersum, ad XXXV. lapidẽ. Ari vulgò dicitur, quæ Hadriatico mari nomen indidit. A quo fiunt.
Hadrianus, Hadriacus. Hadriaticus, & Hadriensis.
Hadria fuit et Romanorũ colonia arduo in colle sita, ex qua Hadrianus imperator originem duxit. Sunt qui hoc nomen non aspirent.

Hadrobolum,

hadroboli, (ἀδρόβολοι,) Gummi genus. Plin. lib. 12. cap. 9. de bdellio loquens.

HAEBVDES, (αἵβουδες, Insulæ sunt. Solinus, A Calydoniæ promontorio Thulen petentibus, biduí nauigatio est. Excipiunt Hæbudes in sulæ quinque numero. Et paulo pòst, Secundam à continenti stationẽ euntibus Oreades præbent, quæ ab Hæbudibus porrò absunt septem dierum, totidemq; noctium cursu Hęc Solinus.

Haec, fœmininum ab hic, Vide suo loco.

Haedile, Vide HAEDVS.

HAEDVI, (αἵδουοι,) Populi Galliæ, Aruernis finitimi, trans Ararim habitantes, inter Burgundos nominati. Cæsar. Vide HEDVI.

Haedus,

Vir. eclo. 1. 5. Sic canib' catulos similes, sic matrib' hædos.
Quidã ἀπὸ τοῦ ἁδάσαι derliuant, id est testiculis. Alii hœdũ dictũ volunt, quasi fœdum, lingua Sabina, in qua F litera in aspirationem vertitur, & pœ scribunt. Ci. de Senect. 52. Villaq; tota locuples est, abundat porco, hędo, agno, gallina, lacte, caseo, melle.
Grex hędorum. Virg. eclog. 2. 6.
Perulci hædi. Virg. 4. Georg. 2.
Tenero lasciuior hædo. Ouid. 13. Metam. 170.
Hædi prid. Non. Oct. oriuntur vespere aries medius occidit. Colu. lib. 11. cap. 2. 55. Sed hîc fidus est cæleste.
Hædulus, hęduli, pen. corr. (ἐρίφιον,) Diminutiũ. Iuuen. Saty. 11. 9.
Et Tyburtino veniet pinguissimus agro Hędolus.
Hędillus, hędilli, (ἐρεφίδιον,) Idem Plaut. Asin. 12. 77.
Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem,
Agnellum, hædillum.
Hædile, hædilis, penul. corr. n. gen. (ἐρεφοκοῖτε,) Stabulum hædorum. Horat. 1. Carm. ode 17. 2.
Nec virides metuunt colubros,
Nec Martiales hędilis lupos.
Hædinus, pen. prod. Adiectiuum, (ἐρίφεος,) Quod est ex hædo: vt hædinæ pelliculæ. Cic. p. Murena. 69. Atqui ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.
Hædinum coagulum. Varro. 2, de Re rust. cap. 11. 4.

Haemanthinum,

(αἱμάνθινον,) vitrum. Plin. lib. 36. ca. 26. 8. Fit & tinctura genere obsidianum, ad escaria vasa & totum rubens vitrum, atque non transluceus, hæmantinon appellatum.

Haematites,

hæmatitæ, m. g. pen. prod. (αἱματῖτις,) Lapidis genus, roboris sanguinei. Plin. lib. 36. cap. 16. 4.

HAEMONIA, (αἱμονία,) Regio quæ postea Thessalia dicta est, Vide ARMONIA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Niualis Hæmonia Horat.1.Carm.ode 38.4.

Hæmorrhois, pen.corr.huius hæmorrhoidis,f.g.(αἱμοῤῥοῖς) Genus serpentis pestiferi,à fluxu sanguinis ita appellatum.quippe Graeci αἷμα sanguinẽ, ῥοῦς fluorem dicunt. Huius morsu sanguis omnis à corpore fluit,nec sisti potest.Lucan.lib.9.142.

Et non stare suum miseris passura cruorem,
Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes. Ibidem.162.
Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo
Magnanimo iuueni,miratorique Catonis.
Vtque solet pariter totis se effundere signis
Corycii prellura crocisfic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus. Plin.lib.20.cap.20.1,

Est & Portulaca, quam peplion vocant, non multum satiua efficacior,cuius memorabiles vsus traduntur. sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum & presterum restringi,pro cibo sumpta, & plagis imposita extrahi.

Hæmorrhoia,huius hæmorrhoiæ,(αἱμοῤῥοΐα,)Idem.Plin.lib.23.ca.117. Mustum serpetibus aduertatur,maximè hæmorrhoiæ & salamandræ. Ex vetusto codice legitur hæmorrhoidi.

Hæmorrhoidas etiam vocamus genus morbi, quum ora venarum iuxta anum,tanquam ex quibusdam capitalis turgent,& sanguinẽ fundunt : quod & in ore vuluæ fœminarum incidere consuenit. Quandoq; hæc purgatio est,non morbus:deoque curati quidam quum sanguinis exitum non haberẽt,inclinata in præcordia,ac viscera materia,subitis ac grauissimis morbis correpti sunt. Ideoque quoties is supprellus est,ne quid periculi afferatur,multa exercitatione digerenda materia est, & sanguis interdum è brachio mittendus. Hæc omnia Sipontinus ferè ex Cels.lib.capite de Hæmorrhoidibus.

HAEMVS,(αἷμος,)Vide AEMVS.

Nubifer Hæmus.Claud.1.in Ruff.67.

Haereditas, Vide HAERES.

Haereo, hæres,hæsum(ἔχομαι,ἐπέχομαι,ἐνίχομαι,)hærẽre,Proprie est alicui rei acctè insidere & coniunctum esse. Virgil.2. Aeneid.Hærent parietibus scalæ.Terent.Eunu.5.6.7.Periclingua hæret metu.Plautus Rud.23.44.Quicquid hæsit,extra lio. Idem Amph 16.38.Parata naui clauo hæreres sedulò.

Aspectu conterritus hæsit.Virg.3.Aeneid.119.
Attonitis hærere animis.Virg.5.Aeneid.105.
Obtutu hæret defixus in vno.Virg.1.Aenei.100.
Criminibus repetundarum hærebant.Tacit,lib.4.
Hæret amor.Ouid.3.Metam.79.
Ferrum hæsit in corpore.Virg.11.Aeneid.173.
Fides illa hæsit animis.Ouid.2.Fast.100.
Vox faucibus hæsit.Virg.2.Aeneid.154.

¶ Circa aliquid hærere.Quintil.lib.1.ca.7.17.Non obstant hæ disciplinæ per eas cuntibus,sed circa illas hærentibus.Idem lib.1.ca.1.16.

In cõplexu alicuius hærere.Quintil.lib.6.ca.1.32. Tendit ad vestra genua supplices manus.& hæret in complexu miser.

Pectore hærent infixi vultus verbaque.Virg.4.Aeneid.1.
In amplexu hæsit.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.4.
Hæsit in armo.Ouid.3.Metam.17.De cane.

Hærere in equo.Cic.pro Deiotaro.19.Itaq; Deiotarum quum plures in equum sustulissent,o hærere in eo senex posset,admirari solebamus.

Hæsit in mala pugnus. Terent.Adelph.2.1.16.
Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos,
Ne mora fit,si inuenerim,quin pugnus continuò in mala hæreat.

Hærent in scuto tela,Id est infixa sunt.Liuius lib.2.Vndiq; in hostem tela coniiciunt:quæ quum in obiecto scuto hæsissent,neq; ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu.

Hærere in medullis.Cic.2.Philip.26.O beatos illos,quum adesse ipsis,propter vim armorum non licebat,aderant tamen, & in medullis Populi Romani ac visceribus hærebant?

Hærere in memoria. Cic.4.Acad.5.Credo quòd hærebant in memoria quæcunque audierat aut viderat.

Hærebit memoria in sermonibus omnium.Ci.in Capil.94. Quod ego vestro bonorumq; omnium auxilio,memoriaq; tantorum periculorum, quæ nõ modo in hoc populo qui seruatus est,sed in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper herebit.

Hærere in terga.Liu.1.ab Vrbe.61.Hærens in terga Romanus,prius q̃ foras portarum obiicerentur,velut agmine vno irrumpit.

Hærent mihi in visceribus.Cic.ad Atticum,lib.6.111.16.

Hærere in oculis.Cic.13.Philip.345.Hi in oculis hærebunt, & quum licebit,in faucibus.

¶ Hærere in iniquitatibus. Cic.7.Verr.19. Cogitare in his iniquitatibus vnum hæsisse Apronium,cæteros,pfectò multos ex his incõmodis pecunia se liberasse.Hoc est,Apronium explicare se non potuisse.

Hæret culpa in te omnis.Teren.Hecyra,2.1.33.Sola hic fuisti, in te omnis hæret culpa sola.

Hæret crimen. Cicero pro Cælio.10.Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. Ibidem.11. In quo non modò crimen non hærebat,sed vix,&c. Idem.5.Verr.88. Vtrum enim horum dixeris,in eo culpæ crimen hærebit.

Hæret iniuria.Cic.Cecinnę,lib.6.5.4.Neque potest hęrere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria.

Hęret peccatum huic,& in hoc.Cic.p Rosc.Comœdo.9.Potest hoc homini huic hærere peccatum?Idem 1.de Diuin.58. Vt peccatũ hęreat non in eo qui monuerit,sed in eo qui non obtemperarit.

Hęret illa in Rep.turpitudo.Cic.pro Sestio.53.

Hęret Cn.Pompeio.Sueto.de Claris grãmat.14.Curtius Nitia hęsit.Cn. Pompeio,& C.Memmio.

Hęreat nobis illud: Hoc est,illud semper in mente habeamus. Traimus ad Plinium,epistol,237. In primis enim,sicut scribis,verendum est ne si permisceantur seruis publicis milites,mutua inter se fiducia negligẽtiores sint. Sed & illud hæreat nobis, quàm paucissimos milites à signis auocandos esse.

Hęrere pertinaciter.Quintil.li.1.ca.1.4. Et hæc ipsa magis pertinaciter hęrent, quę deteriora sunt.Id est,animo infixa,tenacius manent.

Hęrere in salebra.Cic.5.de Finib.144.Procliuius currit oratio,venit ad extremum,hęret in salebra. Tractum à venatoribus:qui quu m in loca confragosa inciderunt,insistere coguntur.Sunt autem salebræ,fluminum aut viarum obstacula,à saltu dictę.

¶ Hærer ad. Cic.1.de Natu.deor.103.Linguam autem ad radices eius hærens,excipit stomachus.

Hærere apud meretricem,pro Eam perditissimè amare, Non posse abes disiungi.Plaut.Epid.5.8.

–nam illum ego audiui
Hærere iuniorem apud nescio quam fidicinam.

Hæc & hic, pro apud hanc meretricem. Terent.Adelph.3.3.49.

–vidistine hodie?s .tutimne filium?
D.Abigam hunc rus.S .iam dudum aliquid ruri agere arbitror.
D.Satin' scis ibi eum esse?s .oh,qui egomet produxi.D .optimè est: Metui ne hæreret hic.

Hęrere in parte aliqua apud aliquam.Terent.Eunuch.5.9.25.

–perfice hoc
Precibus,pretio,vt hæream in parte aliqua tãdem apud Thaidem. Id est,vt in aliqua gratia sim apud illam.

¶ Hęrere aliquando ponitur pro Dubitare, & ancipitem esse quoniam qui in aliqua re dubitant,nõ mouentur,& ideo hęrere ac suspensi esse videntur.Cic.4.de Finib.110.Itaque vti eadem ratione qua sem paulò antè vsus,hærebitis. Idem 4.Academ.29.Et tamen isti physici raro admodum,quum hęrent,aliquo loco exclamant,quasi mente incitati. Idem 4.Verr.136.Quærere cœpimus,&c.Hærere homo,euerfari,rubere.Idem 1.Philip.81.Hęrebat nebulo,quo se verteret non habebat. Terent.Phorm.5.8.70.Atat nisi mihi ꝓspicio,hæreo. Plaut.Mencch. 17.85:Amplius enim hæreo,&c.

Hęrere in. Cice.1.de Nat.deor.85.In multis enim nominibus hærebitis. Idem de 1.Finib.30.In quo etiam Democritus hæret.Idem ad Atticũ, lib.13.290.5.Valde enim in scribendo hæreo.

Hærere circa.Plin.lib.8.ca.28.1.Non fibris modò extisque,circa quod magna mortalium portio hærer. Quintil.lib.8.in Procem. Pleroque videas hærentes circa singula. Idem lib.5.cap.10.

Nec circa probationem hæc res hæret.

Hæret hæc res:Hoc est dubia est.Plaut.Amphit.8.180.

Vir ego tuus sim?ne me appella falsa falso nomine.
S.Hæret hęc res:siquidẽ hic iam mulier facta est ex viro.Idem Pseud. 15.28. –perii,nunc homo in medio luto est,Nomẽ nescit,hæret hęc res. Prouerbialiter dictum,quum quid occurrit dubium & non liquidum.Tractum à locis difficilis trãsitus:quibus quum applicuimus,nescimus quid faciamus,& hærentes illis dubitamus quò transeũdum sit. Idem Pseud.7.8.Occisa est hæc res,hęret hoc negotium.

Aqua hærer. Cicer.3.Offic.161. Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret,vt aiunt. Significat Cicero Epicurum parum secum in disputando constare, seque ipsum inuoluere, dum ea quæ dicit hic pugnant cum iis quæ dixit alibi,atque ita quasi fluctuate,neque in solido consistere: id quod euenire solet iis qui quum aberrent à vero, verborum fucis rem inuoluunt. Transtum apparet vel à fluitantibus, qui vado destituti, huc atque illuc iactantur: quoque magis se commouent,hoc maiore periculo laborant. Aut certè ab oratorum clepsydra: vt cum in aqua hærere dicamus,qui se distillata iam aqua, tamen è causa non potest expedire. Cice.ad Quint.fratrem,lib.2.9. 2. Quod Idibus & postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri,non est actum. In hac causa mihi aqua hæret. Incertum vtrum significet,eam actionem integram sibi relinqui, an causam esse inextricabilem. Erasmus.

¶ Si hic terminus hæret,Id est,si hoc est inmutabile.Virg.4.Aeneid.133.

Hærens,Particip.(ἐχόμενος,)vt Altè terminus hęrens.Lucret.lib.5.19. Naues hærentes littore.Horat.2.Serm.saty.3.41.

Hæsurus,(ἐξόμενος,)Aliud participium:vt Fides hæsura in omne tẽpus. Ouid.1.Trist.eleg.4.8.

Hæsito,hæsitas,pen.corr.(ἐνίχομαι,διπτοροῦμαι,)hæsitare,Frequentatiuum,Dubitare,timere,titubare.Cic.2.de Finib.30.A periedum est igitur quid sit voluptas:quum si explicauisset,non tam hæsitaret.

Hæsitare & cunctari.Cic.in Catil.34.Quum hæsitaret,quum cũctaretur, quæsiui quid dubitaret proficisci cò quò iam pridem pararat.

In eodem hæsitas luto.Terent.Phorm.5.1.15.

–quid nunc porrò,
Quid fiet?in eodem luto hæsitas. In eos competit,qui sic implicantur negotio cuipiam,vt se nequeant extricare.A viatoribus transtatum, qui simul atque in lutum inciderint,quum alterum pedem conantur educere,altero altius immergantur.Rursum vt huic extrahant,alter quem eduxerant,denuo est infigendus. Erasmus.

Dubitare & hæsitare.Cicero.4.Acad.96. Dubitant,hæsitant,reuocant se interdum.

Hæsitare lingua.Cic.1.de Orat.57.Sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes,aut ita voce absont,&c.

Hæsitare in.Cice.1.de Orat.11.Carbo hæsitans in maiorum institutis, rudis in iure ciuili. Liu.4.bel.Maced.123.Cæterum nec causam aduentus satis expediebat,& in eo maximè hæsitabat:quòd cum Barchinę solum fictionis hominibus colloquutum eum arguebant.

Hæsitat frumentum in vadis.Liu.1.ab Vrbe,20.Ita in vadis hæsitãtis frumenti acerrus sedisse illitos limo.

Hæsitatio,Verbale,(διπτόρησις,)Dubitatio.Cic.2.de Orato.111, Quitimor?quæ dubitatio?quanta hæsitatio,tractusque verborum?Idẽ appio Pulchro,lib.4.12.3.Noli ignoscere hæsitationi meæ.

Hæsitator,penu prod.(διπτορητής.) Aliud verbale m.g.Plin.epist.106. Sum & ipse in edendo hæsitatorem tamen meam quoque cunctationẽ tarditatemque vicisti.

Hæsitantia,huius hæsitantiæ,(διπτόρημα,)Idem quod hæsitatio.

Hęsitantis linguæ.Cice.4.Philipp.135.Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis,cognomen ex contumelia traxerit. De Bambalione quodam.

Haeres, huius hæredis,pe prod.com gen.(κληρονόμος,)Notæ significationis.Ab hærendo dicitur:quòd qui hæres est hæret: hoc est,proximus est ei cuius est hæres.Licet quidam hæredem dictum putent,quòd dominus fiat bonorum quæ ad eum peruenisunt. Apud veteres enim,hæres dominus dicebatur,authore Festo.

Hęredis appellatione omnes significari successores credendum est,etsi verbis non sunt expressi,inquit Vlpianus.

Alienior hæres.Vide ALIENVS.
Auidus hæres.Horat.2.Serm.saty.2.30.
Auiti nominis hæres.Ouid.6.Metam.48.
Criminis alicuius hæres.Ouid.3.de Arte,91.
Indignus hæres.Horat.3.Carm.ode 24.22.

Facere hæredem,dicitur is qui moritur quum testamento facto eius res in alienam potestatem redeunt.Cic.Cornificio,lib.12.25.7.Qu. Turius, &c.hæredes fecit similes sui,Cn.Saturninum,Sex.Aufidium,&c.Idẽ 2. Philipp.59.Igitur fratrem exhæredans te faciebat hæredem.

De sententia propinquorum aliquem facere hæredem.Cic.3.Verr.78.In his nuper Annia ea de multorum propinquorum sententia pecuniola mulier,quòd censa non erat,testamento fecit hæredem filiam.

Facere hæredem ex deunce.Cic.pro Cecinna,12.Testamento facto mulier moritur,facit hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam,ex duabus sextulis M.Fulcinium libertum superioris viri, Ebutio sextulam aspergit.

Fæctitare hæredem.Cic.2.Philipp.59.Quem palàm hæredem semper fæctitarat,ne nomen quidem præscripsit.

Instituere hæredem.Cic.1.de Orat.88.Qui esset secundum posthumum & natum & mortuum hæres institutus. Sic pro Cluent.16.

Instituere aliquem secundũ hæredem.Cic.Silio Propr.li.13.62.1. Quod quidem ille testamento declarauit,qui me cum tutorem,tum etiam secundum hæredem instituerit.

Habiliter,pen.corr.A.duerbium.Paulus in L.Si vt.ff.De auro & ar.leg.Si vt habiliter gemmæ geri possint,inclusæ auro fuerint,&c.

Mouere hæredes,Vide MOVEO.

Relinquere hæredem testamento.Cic.pro Quintio,8.Hæredem testamẽto reliquit hunc P.Quintium.

Scribere aliquem hæredem.Cice.1.de Orat.86.Posnẽtne paternorum bonorum exhæres esse filius,quem pater testamento neque hæredem,neque exhæredem scripsisset nominatim. Idem pro Milone, 36.Testamẽtum autem palàm fecerat, & illum hæredem & me scripserat.Quintil.lib.3.cap.6.69.

Successit hæres.Cic.2.Philip.73.Nondum in Cn.Pompeii locum,multorumque aliorum qui abierant,repentinus hæres successerat.

Hæredem esse alicui.Cicero pro Cluentio,29.Auiam tuam Dineam cui tu es hæres.

Secundi hæredes,Secundo loco instituti,& substituti. Cic. pro Cluentio,

24.Memoria teneo,Milesiam quãdam mulierem,quum essem in Asia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibipsa medicamentis abegisset,rei capitalis esse damnatam.Et paulo post.25. Itaque ei testamento legat grandem pecuniam à filio,siqui natus esset:ab secundo hærede nihil legat.Plin.lib.7.ca.6.3.Massurius autem ait L.Papyrium Prætorem secundo hærede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse,quum mater partum se tredecim mensibus dicere tulisset:quoniam nullum certum tempus parienti statuum videretur. Gellius lib.3.cap.15.ad finem.Boethius in cõmentariis in Topica Ciceronis lib.2.Secundus hæres,inquit,dicitur qui hæredi instituto substituitur:veluti siquis filiom instituat hęredem,scribatq;,Si filius intra pubertatem decesserit,nepotem velquẽlibet alium hæredẽ esse oportere.Cic.1.de Inuen.167.Possessio hæredum secundorum est. Ibidẽ, Qui patris pupilli hæredes secũdi sunt. Idẽ Atti.lib.15.322.5. Quos tamen secundos hæredes scire vellem.Idem ad Silium,lib.13.62.1.

¶ Hæredes arboris,pro surculis vel ramis.Plin.lib.16.cap.37.1.Cæsæq; densius innumero hærede profunt.De salice loquitur.

Hæreditas,pen.corr.hæreditatis,(κληρονομία,)nihil aliud est quàm Successio in vniuersum ius quod defunctus habebat. Et ideo hoc nomine etiam damnosa hæreditas cõtinetur,diuiditurq; in duodecim vncias, quæ assis appellatione continẽt.Vide AS 512. Hęc ex Caio Iurisconsult. L.Nihil aliud.Et Pomponio,L.hæreditatis titulo,De verborũ signifi. Et Vlpiano,De hæredibus instituendis.L.Seruum.

Hæreditate venire bona dicuntur,quæ iure hæreditario alicui obueniũt. Cice.2.de Inuent.167.

Hæreditas caduca.Cic.10.Philip.176,Quæ celeritas illa Bruti?quæ cura?quæ virtus?& sine illa quidem Antonii celeritas contemnenda est: quem nisi in via caducæ hæreditates retardassent, volasse eum,nõ iter fecisse diceres.Vide CADVCVS.

Luculenta atque magna hæreditas,Vide LVCVLENTVS.
Offertissima hæreditas,Vide OFFERCIO.
Vsu capta hæreditas,Vide CAPIO.

Hæreditas est pecunia quæ morte alicuius ad quẽpiã peruenit iure,&c. Cice in Topicis,

¶ Accipere hæreditatem.Quintil.lib.6.cap.3.67. Post acceptam hæreditatem primos sententiam rogabatur.

Hæreditatem adire,Vide ADEO.
Attingere hæreditatem,Vide ATTINGO.

Hęreditatem auertere,pro Auferre,eripere,& detorquere.Cic.ad Cornificium,lib.12.25.19.Ne patiare Erotem Turium Q.Turii libertum, vt adhuc fecit,hæreditatem Turianam auertere.

Hæreditatem cernere,Vide CERNO.
Obire hæreditatem,Vide OBEO.Cic.de Lege Agr.4.
Obuenit hæreditas,Vide OBVENIO.

Tenere hæreditatem.Cic.ad Atticum,li.13.295.4. Veretur autẽ ne non liceat tenere hæreditatem & Ad ꝓ95 omnino.

Hæreditas gloriæ.Cic.1.Offic.109.Ad quem & hæreditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet. Ibidem.171.Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis,omniq̃ue patrimonio prętantior,gloria virtutis,rerumq̃ue gestarum.

Hæredium,hæredii,(χωρίον,)Parui prædium,inquit Festus. Varro 1.de Re rust.cap.10.2.Quantum attinet ad antiquos nostros, ante bellum Punicum pendebant bina iugera,quot à Romulo primum diuisa dicebantur viritim : quæ quòd hæredem sequerentur, hæredium appellarunt. Plin.libro.19.cap.4.2. In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus : in horti verò hæredium.

Hæredíolum,hæredioli,pen.corr.(χωρίδιον,)Paruum hereditũ.Cola.lib. 1.cap.1.13.Quintius Cincinnatus obsessi Consulis & exercitus liberator,ab aratro vocatus ad Dictaturam venit:ac rursus fasciibus depositis,quos festinãtius victor reddiderat quàm sumpserat imperator, ad eosdem iuuencos & quatuor iugerum aurum hæredíolum rediit. Hæredíolum aurum dicit,quod nos hodie proprium vocamus.

Hæreditarius,Adiectiuũ,(κληρονομικός,)Ad hæreditatẽ pertinens. Cic. 6.Verr.07.In iustius Ienonis turpissimi domo simul cum cæteris Chelidonis hæreditaris ornamenti,capitalia ornamenta ponentur?

Hæreditaria auctio constitura.Cic.pro Cecinna,9.
Hæreditaria controuersia.Brutus ad Ciceronem.6.4.
Ĩtes hæreditariæ.Quintil.lib.3.cap.10.3.

Hæreditarium nomen.Cic.in Somnio.6.Eritq; cognomen id tibi per te partum,quod habes adhuc à nobis hæreditarium.

Hæreditaria Quæstura.Cic.5.Ver.152.Iterum gessit hæreditariã Quæsturam cum Dolabella:magnam pecuniam auertit.

Hæreditarium regnum.Plin.lib.6.cap.22.10.
Aduentitia atque hæreditaria res.Cic.3.Verr.90.

Haeresis, huius hæresis,pen.corr.fœm.g.(αἵρεσις,)Græca dictio, quæ opinionem firmatã de aliquo dogmate significat: quales sunt quæ hodie sectæ dicũtur.Cic.in Præf.Paradoxorum,Cato autem perfectus,mea sententia,Stoicus,& ea sentit quæ non sanè pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

bantiæ in vulgus:& In ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis:neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit efficit. De secta Stoicorum loquens. Hæreses dicimus habitus animorum & instituta Philosophiæ circa disciplinam, vt author est Seruius in lib.10.Aeneid.Hæc ex Budeo.Cic. ad Atticum,libro 14.ep.12,De hæresi Vestorina,& de Pherionis more Puteolano risisse me satis,nihil est necesse referibere. Idem Cassio, lib.15.ep.16,Postulabimusque ex qua hæresi vi hominibus armatis deiectus sis,in eam restituãre.

Haesito, hæsitas, Vide HAEREO.

Hagios, ἅγιος, Latine dicitur sanctus.

Hagnos, ἁγνὸς, Latine purus & castus: quòd sit hostia pura, & immolationi apta.

Haha, (ἁαὶ,) Interiectio. Senec.4.Natu. Quæst.Haha iubes me cum Luxuria litigare.

HALCYON, (ἀλκυών,) Ceyx, inquit Seruius, filius Luciferi, habuit vxorem Halcyonemà qua quum prohibitus, isset ad consulendum Apollinem de statu regni, naufragio periit. Cuius corpus quum ad vxorem delatum fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea miseratione Tethydis & Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas, quæ halcyones vocantur. Sane sciendum est quòd quum de muliere dicimus, hæc Halcyone facit penult. corr. quum de auibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyones. Istæ autem aues nidos faciunt in mari, media hyeme: quibus diebus tanta est trãquillitas, vt nihil penitus in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. Hæc Seruius enarrans illud Virgilii Georg.1,

Non tepidom ad solem pennas in littore pandunt

Dilectæ Thetidi halcyones. Vide apud Ouidium lib.11.Metam.

Halcyon, halcyonis, (ἀλκυών,) Auis quæ & alcedo dicitur. Vide ALCEDO. De hac sic Plinius lib.10.cap.32. Dies earum partus, maria quique nauigant nouere. Ipsa auis paulò amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & cãdidis admistis pennis, collo gracili ac procero. Alterum genus earũ magnitudine distinguitur & cantu. Minores in arundinetis canunt. Halcyonem videre rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, & circa Solstitia, Brumãve, naue aliquando circumuolata, statim in latebras abeuntem. Fœtificant bruma: qui dies, Halcyonides vocantur, placido mari per eos, & nauigabili, Siculo maxime. In reliquis partibus est quidem mitius pelagus, Siculum vtique tractabile. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Nidi earum admirationem habent, pilæ figura paulum eminenti, ore perquàm angusto, grandium spongiarum similitudine, ferro intercidi non queunt, frãguntque ictu valido, vt spuma arida maris. Nec vnde confingantur inuenitur: putant ex spinis aculeatis: piscibus enim viuunt. Subeunt & in ãnnes. Pariunt ouaquina. Hæc ille.

Halcyoneus, (ἀλκυόνιος,) A dictiuum. vt Halcyonei dies sunt à Virgilium occasu circa Solstitia Brumãve. Columella lib.11.cap.2.16, viii.Cal.Martii Sagitta crepusculo incipit oriri, variæ tempestates, halcyonei dies vocantur.

Halcyoneum, halcyonei, (ἀλκυόνιον,) Genus medicamenti. Plinius li.32. cap.8.1, Pit & in mari halcyoneum appellatum, ex nidis, vt aliqui existimant, halcyonum & cæycum: vt alii, è sordibus spumarum crassescẽtibus: alii è limo vel quadam maris lanugine.

Halec, huius halẽcis, pen. pro. tã fœmnini, q̃ neutri generis, (ἁλεκὶς) Piscis qui sola aqua nutritur. Plaut. Aulul.

Qui mihi olera cruda ponant, halec danunt. Vbi legendum halecem, vt constet versus. Martialis lib.11.ad Flaccum.

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra

Halecem, sed quam protinus illa voret. Cato de Re rust.cap.58.de pulmentariis familiæ loquens, Vbi oleæ comesæ erũt, halecem & acetum dato. Hic fortasse fæcem piscium significat, vel potius pisciculos saxatiles qui muria conditi, haleces etiam vocabantur.

Halec, liquamen ex intestinis piscium. Horat.2.Serm,saty.4.15.

–ego fæcem primus & halec,
Primus & inueni piper album.

Halécula, huius halẽculæ, pen.corr. (ἁλεκίον,) Diminutiuum, apud Columellam, lib.6.cap.8.1, & lib.8.cap.17.

HALESVS, pen.prod. (ἅλεσος,) fluuius & mons non longe ab Aetna, vbi Proserpina flores legit cum aliis virginibus. Columella lib.10.

Et quæ Sicanii flores legistis Halesi.

HALIACMON, (ἁλιάκμων,) fluuius est Macedoniæ, ad quẽ ducebant quæ volebant candida nasci, vt refert Plinius lib.31.cap.2.

Haliaeetus, haliæti, pen.cor.m.g. (ἁλιαήτος,) Genus aquilæ, Falcãt. Plin. lib.10.ca.3, Haliætus tantũ implumes etiãnum pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri solis radios: & si conniuentem, humectantemq; aiaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinũ & degeneremillam cuius acies firma contra sẽtẽrit, educat. Halieti suũ genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur.

Halica, Vide ALICA.

Halicacabum, pen.corr. (ἁλικακάβη,) Herbam vocant, quam alii solanum, alii strychnõ, alii vesicariam, quòd vesicæ & calculis medeatur. Plin. lib.21.cap.31.1. Vulgus autem nostrum appellat des coquerettz.

HALICARNASSVS, (ἁλικαρνασσεύς,) Cariæ ciuitas, clara Herodoto, Heraclio poeta, Callimachi socio, & Dionysio historico, qui res Romanas Strabonis temporibus scripsit. Regia olim regum Cariæ fuit, ab Alexandro capta, & Adæ reginæ Idriei coniugi, quam Pixodorus eiecerat, regenda data, vt Diodorus lib.17.& Strabo lib.14, scribunt. iuxta eam Salmacis fons est, molles effœminatosque faciens. De quo Ouidius lib.4.Metamor.

Halicastrum, Colu.lib.2.cap.6.3, Semen trimestre quod dicitur halicastrum, idque pondere & bonitate est præcipuum De farre clusino liquitur. Alicastrum scribunt alii.

Halieutica, pen. cor. (ἁλιευτικά,) dicuntur volumina in quibus tractatur de piscibus. Plin. lib.32.cap.1.1, Mihi videtur mira & q̃ Ouidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine quod Halieuticon inscribitur.

Halitus, huius halitus, Vide HALO, halas.

Halo, halas, (ἀτμίζω, ἐκπνέω,) halare, Spirare, vel odorem emittere. Virg.4.Georg.22, Inuitent croceis halantes floribus horti.

Hálito, hálitas, pen.cor. (ἐκπνοῦ μαι,) halitare, Sæpe spiritũ emittere. Ennius, Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes.

Halitus, huius halitus. pe.cor. (ἐκπνοή,) Spiritus. Plin.li.9.ca.7.2, In aquas quidem penetrare vitalem hunc halitum quis miretur?

Flammeus halitus Euri, Vide Flammeus in FLAMMA.

Effiare extremum halitum. Cic.2.Tuscul.37. Ex quodam poeta.

Halitus solis. Columel.lib.2.cap.5. Difiectum deinde protinus fimum inarari & obrui conuenit, ne solis halitu vires amittat. Hoc est vapore solis & calore.

Halitus terræ, pro Vapore qui per terræ rimulas sursum ascendit. Plin. lib.11.cap.12.2. Obuio terræ halitu infectus.

Halitus niger. Ouid.3.Metam.7.

Faucibus exoberat grauis halitus. Pers.Saty.3.9.

Noxius terræ halitus, Quintil.lib.7.cap.3.2.

Halo, ἅλως, ab Aristotele in Meteoris dicitur, quem nostri modo circulum, modò coronam circa lunam dicunt. Sene.lib.1.Quæst.

Hunc Græci halo vocant, quã nos dicere coronã aptissime possemus.

Halophanta, halophantæ, (ὁλοφάντης,) Hominis genus nequã, inquit Festus, quod ob fuenda mendacia miserrima mercede conducitur. Scribendum Holophanta, quasi omnia mentiens. Plaut. Curcul.9.2,

Aedepol nugatorem lepidum, lepidè hunc nactus est Phædromus:
Holophantam an sycophantam hunc magis dicam nescio.

Halósis, penult.prod. ἅλωσις, ιος, fœm.gen. Latinè captio vel expugnatio dicitur. Suetou. in Nerone, Hoc incendium è turre mecœnatica prospectans, lætusque flammæ pulchritudine, halosin Illi decantauit.

Halter, haltẽris, vel haltére, haltẽris, pen.prod.m.g. (ἁλτήρ) Haltẽres vocantur plumbeæ pilæ, masculęve, quibus vtraq; manu se librabant qui saltu certabãt, vt certius assilirent. Mart. in Apoph.

Quid peremt stulto fortes haltẽre lacerti?
Exercet melius vinea fossa viros. Vide Annotationes Budæi & Cœlium.

HALYARTVS, (ἁλιάρτος,) Viri proprium, qui mutatus fuit in auem sui nominis de quo Ouidius 8.Meta.30, Et modo factus auis fuluis halyartus in alis. Existimo scribendum Haliætum, & Ouidium alterum è absfulisse, versus causã.

HALYS, (ἅλυς,) Paphlagoniæ fluuius maximus: Crœsi fato, quod attulisse visus est, nobilis. Notum oraculum est, Crœsus Halym penetrans magnam peruertet opum vim. Quo deceptus, quum regnorum opes expectaret, suas profligauit. Scribit in hanc sententiam Cicero libro 2.de Diuinat.173.

Crœso fatalis Halys. Lucan.lib.3.55.

Crebro vortice tortus Halys. Ouid.4.de Ponto.eleg.10.10.

Hama, hamæ, Instrumentum ad incendia compescenda. Plin.epist. 250, Et alioqui nullus vsquam in publico sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Cato de Re rust.cap.135.de ferramentis & vtensilibus, Aratra in terra validã, Romanica bona eruntin terram pullam Campanica, iuga Romanica optima erunt, &c. Nolæ ad Rufri maceriam claues. Clostra Romæ. Hamæ, vrnæ, &c. Capuæ.

HAMADRYADES, ἁμαδρυάδες, Vide DRYADES, Virg.10.ecl.9.

Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis. Ipsa placent.

Deæ

Deæ Hamadryades Catul.in Epithal Iuliæ,66.5.

Lafinæ Hamadryades Ouid.14.Metam.125.

Hamatilis, Hamatus, Vide HAMVS.

Hamaxa, (ἅμαξα,) Sidus quod nos Septentriones vocamus, teste Gellio lib.1.cap.21.à figura. posturaque ipsa, quia simile plaustri videtur

HAMAXOBITAE, pen.prod. (ἁμαξοβῖται,) Populi Sarmatiæ in Europarqui quia pro sedibus plaustra habent, sic dicti sunt, authore Pomponio Mela lib.2.Græcis enim ἅμαξα, plaustrum dicitur. Ptolemæus Hamaxobios nominat. Vadianus Melæ interpres, eos esse credit, quos hodie alibi sitos Poloni Moscouitas nominant, corrupto vocabulo. Plin.lib.4.cap.12.35.

Hamiotae, Vide HAMVS.

HAMMON, (ἄμμων,) cognominatus est Iupiter, qui in arena putatur inuentus, quæ Græce hoc nomine ἄμμος, appellatur: cui cornua affinguntur arietis, à genere pecoris inter quod inuẽtus est. Festus. Vide AMMON.

Fanum Hammonis. Lucret.lib.6.170.

Hammonium, hammonii, n.g. Coloris genus tendentis in subruffum. Varro de Re ruit.libr.3.cap.2. Sed non hæc, inquit, villa, quanquã ædificarant maiores nostri, frugalior ac melior est quàm tua illa perpolita in Reatino. Nuncubi hic vides citrum aut aurum? num minium aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithostroton? quæ illic omnia contrã. Ex vetusto codice, non legitur hammonium, sed armenium.

Hamus, hami, m.g. (ἅγκιστρον,) catenam significat. Virgil. 3.Aeneid. 94. Lorica consertam hamis, auroque trilicem. Vbi Seruius, Hamis aureis, per Endyadin. Hamis autem, catenis significat.

Hamus, Instrumentum quo capiuntur pisces. Plaut. Sticho, 5.16. Arundinem fert, sportulamque, & hamum piscarium.

Hamum vorat, meus est. Plaut. Curc. 8 60. Meus hic est, hamum vorat.

Catenatus hamus, Vide CATENA.

Hamum, quidam à Græco deductum putant. nam Græci ἄμματα, dicunt ligamenta.

Piscem ducere hamo. Ouid. epist. 18.3.

Excipere hamo. Cels. lib.7.cap.5. Quorum vbi aliquid detectum est, excipiendum hamo retuso est.

Reducere hamulis. Cels. lib.7.ca.31. Vitaturque, ne plagæ ipsius ore adurantur, quas reducere hamulis facile est.

Adunci hami. Ouid.13.Metam.198.

Curuos dedit vnguibus hamos. Ouid.11.Metam.69.

Fallax hamus. Ouid.1.de Ponto, eleg.7.2.

Occultum decurrit piscis ad hamum. Horat.1.epist.7.15.

Opertus hamus. Horat.1.epist.17.11.

Vnci hami. Ouid.15.Metam.96.

¶ Hamus, Instrumentum ferreum quo diuitum arcæ nummariæ obsepiũtur, ne res facili apertu surripiatur. Iuuenalis Satyra 14. Dispositis præduos hamis vigilare cohortem. Vbi interim itur s cum vocali in dictione prædiues.

¶ Hamus, Aliud instrumentum ferreum quo pectitur linum. Plin. lib.19. cap.1.19. Quod proximum cortici fuit, stupa appellatur deterioris lini, locernatum ferè luminibus aptior. Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur.

Hamus. Instrumentum quo domus dirumpuntur ne incendium latius serpat. Paulus in L. Nam salutem. Paragr. Sciẽdum. ff. De offic. Præf. vigil. Sciendum est autem, Præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & oberrare calceatum cum hamis & dolabris, &c.

Hami ferrei, meminit Cæsar 7.bel.Gal.294. sed in alio vsu: Ante hæc (inquit) taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur: mediocribusque intermissis spatis, omnibus locis disserebantur, quos stimulos nominabant.

Hámulus, pen.corr. Diminutiuum, (ἀγκίστριον,) Hamulum Celsus vocat vncinum quo medici chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Inde hamularii fures dici possunt. Celsus lib.5. Specillo auriculario protrahendũ est, aut hamulo retuso. Budæus,

Hamátus, penult. produ. A dictiuum, (ἀγκιστρωτός,) Hamo instructus, & munitus. vt apud Ciceronem 4.Acade.217. Hamatis vncinatisque corpusculis.

Hamatum interse & perplicatum. Lucret.lib.2.79.

Arundo hamata. Ouid.5.Metam.77.

Hamata munera, quę ita dantur, vt alia subinde ad se dona alliciant. Plin. epist.207. Volo enim eum qui sit vere liberalis, tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis: sed amicis dico pauperibus, non vt isti, qui is potissimum donant qui donare maximè possunt. Hos ego visceratis hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.

Sagittæ hamatæ. Ouid.3, Trist.eleg.10.13.

Sentibus hamatis implet præcordia, Id est curis. Ouid.1.Meta.160.

Vngues hamati. Ouid.12.Metam.113.

Hamátilis, & hoc hamátile, pe.corr. (ἄγκιστρος,) Quod pertinet ad hamũ, vel quod hamo piscatur. Plaut. Rud.8.9. –habemus echinos, lopadas, Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam, Musculos, plagusias, striatas: post id hamatilem piscarum Et laxatile aggredimur, captamus cibũ in mari. Id est hamo piscamur.

Hamiota, hamiotæ, pe pro. (ἁλιεύς,) à veteribus piscator dicebatur. Plautus Rud.9.5. Saluere iures maritimi, conchitæ atque hamiotæ, Famelica hominum natio. Varro, Cohortes coquorum atque hamiotarum, ucupúmque.

HANNIBAL, (ἀννίβας,) Vide ANNIBAL.

Parentibus abominatus Hannibal. Horat. Epod.16.2.

Belliger Hannibal. Silius lib.1.8.

Perfidus Hannibal. Horat.4.Carm.ode 4.10.

Superbus periuro ense Hannibal. Stat.4.Sylu.6.16.

Tyrius Hannibal. Iuuen. Saty.12.11.

HANNO, (ἄννων,) Carthaginiensis, Philippi Macedonis temporibus, qui Carthagine priuatis opibus potens, regnum affectans: & in filiæ nuptiis principes ciuitatis veneno necare, prodito à ministris consilio frustra cogitans, alia aggressus via, seruitia concitat, quibus incautam vrbem opprimatquo etiam ciuibus prouiso ac virato periculo, ipse demum in castellum munitum sese recipiens, Afros, Maurorũmque regem armauit. captus postremò, ac primùm virgis cæsus, deinde effossis oculis, & manibus cruribúsque fractis, cruci adixus esthæc in cognatos omnes etiam animaduersum. Ex Trogo lib.21. Hanno item Carthaginiensis alius Agathocli cum XXX millibus Pœnorum obuius factus, conserta pugna interfectus est. Trogus lib.22.

Hanno, factionis Barchinæ, qui cum optima consuleret Carthaginensibus de pace, nequaquam exauditus est. Author Liuius in primo & vltimo de bello Punico, apud quem prudentissimas orationes huius & Asdrubalis legere licet.

Haphe, haphes, f.ge. (ἁφή,) Inspersio pulueris, qua inspergebantur luctantes, vbi ceromate illiti fuissent. Martialis, Et flauescit haphe. Nam puluere perfusa luctantium corpora, quodammodo flauescebant, lepram patientibus similia.

ἁφή, ἁφῆς, Tactus, iunctura, contrectatio in palæstra. Iulius Pollux haphé accipit primam infecturam quoties vestes imbuuntur coloribus.

Hapsus, hapsi, m.gen. Celsus lib.7.cap.26. quæ curatio calculo euulsio habenda sit, Tum multo is oleo perungendus, inducendúsque hapsus lanæ mollis tepido oleo replens, qui pubem, & coxas, & inguina, & plagam ipsam contectam eodem ante se linteolo protegatque subinde oleo tepido madefaciendus est, vt neque frigus ad vesicam admittat, & nerues leniter molliat. Hapsum lanæ intelligunt docti quantum manu capi potest. Galli vocant Vne poignee.

Hara, huius haræ, (σῦφορος,) Porcorum stabulum. Donatus, Hara, in qua pecora includuntur. Plaut. Asin.9.24. –vos

Dormitis interea domi, at herus in hara, haud ædibus habitat.

Idem Mostel.1.39. –te Iuppiter,
Dique omnes perdant, obolusti tallium,
Germana illunies, rusticus, hircus, hara suis,
Canem, capram commistam. Cic. in Pisonem, 28. Ex hara producte, non ex schola. Ouid, 1.epist.11. Tertius immundæ fidelis haræ. Cato de Re rust.cap.14. Villam ædificandam sibi locabis nouam ab solo, faber hæc faciat oportet, limina, postes, fulmentas, cellas familiæ, carnaria tria, orbem, aliena duo, haras decem. Colum.lib.7.cap.9, Diligẽs autem porculator frequenter sulle conuertat, & sæpius haras.

Hara, Stabulum anserum. Varro de Re rust.lib.3.cap.10.2, Singulis vbi pariant faciendũ haras quadratas circum binos pedes & semipedem. Ibidem, Deinde quotidie serenum quum est, producunt in prato, item piscinas, aut paludes: iisque faciunt haras supra terram aut subtus: in quels non includant plus viceno pullos: eatque cellas prouident, ne habeant in solo humorem, sed vt molle habeant substramen è palea, aliáve qua re. Sic apud Colum. lib.8.cap.14.

Hariolus, hariolí, penul. corr. (χρησμολόγος, χρησμῳδός.) Qui (vt aut Donatus) diuina mente vaticinatur. Dictus hariolus quasi fariolus, à fatis vel à fando. H enim pro F, & item F pro H, in multis locutionibus mutabantur. An ab alandofnam halitu solent exclodere velut mortalem animam, vt diminam recipiant. Vnde & vocẽ eiusmodi dabant quæ est O H, quod O H sonus, exhalandi vim præstet. Hafienus Donatus. Plaut. Cist.10.91, Hic ergo habitas. P. hariolaris. Terent. Phorm.4.4.27. Interdixit hariolis.

Hariolorum furibundæ prædictiones. Cic.1.de Diuin.7. Sibyllinorũ versuum decem interpretes delectos ex Ciuitate esse voluerunt. Ex quo genere sæpe hariolorum etiam & vatum furibundæ prædictiones.

Hariolor, pen.corr. hariolaris, (χρησμολογῶ, χρησμῳδῶ,) hariolari, Diuinare. Plautus Asina.11.33, Argenti viginti minas habeinet L H. hariolare. Ibidem, 7.50.

Ergo mirabar, quòd dudum scapulæ gestibant mihi,

Hariolarique occœperunt sibi esse in mundo malum. Idem Amphit.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

40. Quid tibi patiendum ferè hariolor. Terent. Phorm.3.2.7, Non mihi credis? D. hariolare. Cic.1.de Diuin.214, Neque eos qui quæsitis causa hariolantur, nec plychomantia, &c agnoscere.

Hariolans, Participium, (χρησμῳδῶν,) Cic.ad Atticum, libro, 8.155.4. ἀρχαιοπρεπῶς igitur noster Attice, non hariolans vt illa, cui nemo credi dit, sed coniectura prospiciens, Iamque mari magno.

Hariolatio, Verbale, (χρησμῳδία,) Actus ipse hariolandi: vt Superstitiosæ hariolationes. Cic.1.de Diuin.116. Ex quodam poeta.

HARMODIVS, (ἁρμόδιος,) & Aristogiton, Ciues Athenienses de Repub. bene meriti, quorum passim mentionem facit Demosthenes in orationibus.

Harmónia, harmóniæ, pe. corr. (ἁρμονία,) Latinè cõpositio, concordia, cõcentus. Musici intentionem, concentúque neruorum in integros modos, sine vlla offensione consonantium, harmoniam vocant. Lucretius, lib.3.21, Harmoniam Graii quam dicit, hæc alio nomine dicitur symphonia. Cic.1.Tuscul.31, Proximè autem Aristoxenus musicus, idemque philosophus, ipsius corporis intentionem quandam velut in cantu & fidibus, quæ harmonia dicitur. Ibidem, 65, Harmoniam autem ex sonorum internallis nosse possumus, quorum varia compositio harmonias etiam efficit plures. Idem de Vniuersitate, 35. Quintil. libro, 1, cap. 10. 12, Nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam vocãt harmoniam, sonum quoque his motibus dederunt.

Ad harmoniam canere. Cic. 3. de Nat. Deor. 37, Nisi verò loqui solé cum luna putamus quum propius accesserit aut ad harmoniam canere mũdum, vt Pythagoras existimat.

Harmonia corporis. Lucret. lib. 3. 24.

Harmónicus, penult. corr. A dictiuum, (ἁρμονικός,) vt Harmonica ratio. Plin. lib. 3. cap. 109. 2, Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia septem M. Ex vetusto codice legitur Harmoniaca.

Harpágo, pen. prod. harpagõnis, m. g. (ἅρπαξ,) Telum in summi tate aduncum, quo nauigia capiuntur. Est præterea instrumentum quo extrahuntur quæ in puteum vel in flumen cecidérint. Et dicitur harpax. Hunc harpagonem inuenit Anacharsis philosophus, teste Plinio lib. 7. cap. 56. 19. De hoc item vide Liuium, 10, bel. Pun. 42. Cæsar, 1, bel. Ciuil. 213.

¶ Harpago. Ferramenti genus, quod nonnulli canem vocant: quo ferramento circi vasis vinariis aptantur. Liuius verò lib. 10. belli Puni. 42, sic ait, Asseres ferreo vnco præfixi (harpagonas vocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti.

Harpago, harpagas, (ἁρπάζω,) harpagare, Rapere. Plaut. Bacchid. 13. 13,
– nullus frugi
Esse potest homo, nisi qui benè & malè facere tenet: improbus
Cùm improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat. Idem Aulul. 7. 24. – hei misero mihi,
Aurum mihi intus harpagatum est. Antiquum.

HARPALICE, pen. corr. (ἁρπαλίκη,) Amazonum regina. Hæc est (inquit Seruius) quæ patrem suum captum à Getis, multitudine collecta liberauit celerius, quàm de fœmina potest credi. vnde & flumina dicitur celeritate transire. Hæc Seruius enarrans illud Virg. 1. Aeneid.
– vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, volucremque fuga præuertitur Hebrum.

HARPASA, pen. corr. (ἁρπασσα,) Oppidem Asiæ, appositũ fluuio harpaso, vt scribit Plin. lib. 2. cap. 96. & lib. 5. cap. 29. Vbi cautes stat horrenda, vno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur resistẽs.

Harpastum, harpasti, (ἁρπαστόν,) Pilæ genꝰ. grossior est quàm pila paganica, tenuior quàm follis. & panno ferè fit, aliquando ex pelle, lana, tomentóve impletur. nõ repercutitur: sed quum multi sint ludentes, & in duas partes diuisi, ita vt vtrique è regione sibi inuicem oppositi sint, ad suos quisque transmittere pilã conatur, quam aduersarii nituntur arripere. Sic magno labore luditur, decidit sæpe in terram pila, ad quam cæteratim currentes, se inuicem prosternunt, puluereque & sudore infecti flauescunt. Laboriosum ludi genus: & ideo grandioribus tantum conueniẽs. Harpastum dictum est ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, hoc est à capiendo: quia proiectam pilam multi simul conantur arripere, seque ob eam causam inuicem prosternũt. Hæc Sipontinus. Martial. lib. 14. 53,
Seu lentum ceroma teris, tepidúmve trigona,
Siue harpasta manu paluerulenta rapis. Idem, lib. 7. 31, Non harpasta vanus puluerulenta rapis. Sic lib. 4. 19.

Harpe, harpes, f. g. (ἅρπη,) Græca dictio, ensem falcatum significãs quo vtitur Mercurius. Lucan. lib. 9. 133, Et subitos præpes Cyllenida sustulit harpen. Hoc est incurũ Mercurii gladiũ. Hoc amputauit Mercurius caput Argo centum oculis prædito. Hoc etiã vsum fuisse Perseum Poetæ tradiderunt in obtruncando capite Medusæ. Lucan. lib. 9. 133, Harpen, alterius monstri iam cæde rubentem.
Ouid. 5. Metam. 14, Vertit in hunc harpen madefactã cæde Medusæ.

HARPOCRATES, penul. corr. (ἁρποκράτης,) Simulacrum in sacris Isidis & Serapidis erat: quod digito labiis impresso admouere videbatur, vt silentium imponeretur. Hic dicebatur silentii deus. Fuit autem reuera Philosophus Græcusiculus eruditio ac præceptum in id tendebat vt silentium præciperet, & omnibus rebus facilè anteponeret.

Reddere Harpocratem. Catul. in epigrammatis prouerbiali specie dixit,
Reddidit Harpocratem, pro eo quod est, Imposuit silentium. Carmen est huiusmodi in Gellium, epig. 59,
Gellius audierat patrum obiurgare solere
Siquis delicias diceret aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perdespuit ipsam
Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem. Ex Erasmo.

HARPYIAE, ἅρπυια, pe. prod. Monstra fuerunt, qualia describit Virgilius lib. 3. Aeneid.
Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla
Pestis, & ira deûm stygijs sese extulit vndis.
Virginei volucrum vultus fœdissima ventris
Proluuies, vniceque manus, & pallida semper
Ora fame. Seruius, Pelagi volucres, quia dicuntur Ponti & Terræ filiæ. Vnde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Alii dicunt eas Neptuni filias: qui ferè prodigiorum omnium pater estinec inmerito. Nam secundum Milesium Thaleten omnia ex humore procreantur: vnde est, Oceanumque patrem rerum. Et paulo pòst, Alii autem dicunt Harpyias Thaumantis & Electræ filias. Vide A BELLO.

Rapacibus Harpyiis digna gula. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 8.

Trunces Harpyiæ. Claud. de bel. Get. 5.

Haruspex, haruspicis, pen. corr. (ἱεροσκόπος,) ab haruga nominatur, vt ait Donatus. Seruius autem ex hara & specio componi docet. Terent. Phorm. 4. 4. 28, Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui
Negotii incipere. Erant autem diuinatores quidam haruspices, qui ab harae conspectu futura prædicebant. Cic. 1. de Nat. Deor. 77.

Haruspex secundus. Virg. 11. Aeneid. 148.
– dum sacra secundus haruspex
Nuntier. Secundus haruspex, pro secunda sacra, id est prospera. Seru.

Vanus haruspex. Silius, lib. 5. 33,
– nam dum nos augur, & extis
Quæsitę fibræ, vanusque moratur haruspex.

Verum esse haruspicem, Id est, vera loqui. Propert. lib. 3. eleg. 14. 13.
Proloquar, atque vtinam patriæ sim verus haruspex,
Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.

Haruspica, haruspicæ, pen. corr. (ἱεροσκόπος,) Diuinatrix. Plaut. Milite, 10. 87, Da qui faciat, qui conciliãda quod dem quinquatribus,
Pèrcantatrici, collectrici, ariolę, atque haruspicæ.

Haruspicinus, pen. prod. A dictiuum, (ἱεροσκοπικός,) Cic. 1. de Diuinat. 124, Quod Etruscorum, declarant & haruspicini, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales.

Haruspicina, huius haruspicinæ, pen. prod. (ἱεροσκοπική, ἡ παρατηρητικὴ,) Diuinatio. Cic. 1. de Diuin. 150. Et lib. 2. 41.

Haruspicinam facere, Cic. ad Leptam, lib. 6. 18. 2, Quare bono ãso sint & tui & mei familiares: neque enim erat credendum, quum qui hodie haruspicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur.

Haruspicium, Substantiuum, (ἱεροσκοπία,) vt Perficum haruspicium. Catullus, epig. 85,
Nascatur Magus ex Gelli, matrisque nefando
Coniugio, & discat Persicum haruspicium.

HASDRVBAL, (ἀσδρούβας,) Vide A SDRVBAL.

Decultus Hasdrubal. Horat. 4. Carm. ode, 4. 8.

Hasta, huius hastæ, (ἄγχος, δόρυ, ἔγχος, λόγχη,) Ab astando dicta, inquit Varro, quòd astans ferri solet. Aspiratur tamẽ ad differentiam secundæ personæ verbi asto. Plaut. Bacchid. 8. 24,
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,
Saliendo se exercebant. Idem Mostell. 6. 11. Vbi qui dindymenis hastis corpus transfigi solent. Cic. 2. de Finib. 155, Euelli iussit cassa, qua erat transfixus, hastam.

Acies hastæ, Vide A CIES.

Hastam abiicere. Cicero pro L. Murena, 42, Quum iam hoc nouo more ferè omnes domos omnium concurrent, & ex vultu candidatorum coniecturam faciant, quantum quisque animi & facultatis habere videatur, Videsne tu illum tristem, demissum? iacet, diffidit, abiecit hastas, serpit hic tumor. Hastam abiicere, est causæ diffidere, & contentionem relinquere. Transfugum à militia desperat enim quisquis arma in bello abiicit, & aut fugam spectat, aut mortem expectat. Erasmus.

¶ Acclius hasta, Vide A CCLIVIS.

Acuta hasta, Vide A CVO.

Amentata hasta, Vide A MENTATVS.

Centumuiralis hasta, Vide C ENTVMVIR.

Densis virũm seges horruit hastis. Virg. 2. Georg. 29.

Fraxinea hasta. Ouid. 5. Metam. 2.

Graues

Graues hastæ. Horat. 1. Carm. ode 15. 4.

Horrentes hastæ. Virg. 10. Aeneid. 35.

Infesta subit obuius hasta. Virg. 10. Aeneid. 174.

Minax hasta. Sene. Agamemn. 6. 28.

Protentæ hastæ. Tacit. lib. 14. Et eques protentis hastis perstingit quod obuium & validum erat.

Recurua hasta. Ouid. 2. Fast. 112.
Comat virgineas hasta recurua comas.

Tremens hasta. Virg. 2. Aeneid. 35.

Trabalis hasta. Stat. 4. Thebaid. 2.

¶ Hasta adiuta viros, Vide A DIVVO.

Adnixi hastis, Vide A DNITOR.

Contorquere hastam, Vide C ONTORQVEO.

Dirigere hastam in aliquem. Ouid. 8. Metam. 14.

Stridentem iecit hastam. Virg. 10. Aeneid. 153.

Innixus hasta, Vide I NNITOR.

Insectari aliquem hasta vel lapidibus, Vide I NSEQVOR.

Insistere hastæ, Vide I NSISTO.

Mittere hastam in aduersum aliquem. Ouid. 12. Metam. 23.

Premere aliquem hasta. Virg. 2. Aeneid. 106.

Ingentem quatiens hastam. Virg. 10. Aeneid. 151.

A iugulo nitentem sustinet hastam. Stat. 2. Thebaid. 130.

¶ Hasta ponebatur in auctionibus. Cic. 2. Philip. 75. Hasta posita pro ędeIonis Statoris, bona (miserũ me, consumpsi n. lachrymis, tamẽ infixus animo hæret dolor) bona inquã Cn. Pompeii Magni voci acerbissimæ subiecta præconis. Idẽ 4. Philip. 158. Quos non bonorũ donatio, non agrorum assignatio, non illa infinita Pompeii hasta satiauit. Idẽ 2. Philip. 102. Iam intelliges aliã causam esse hastæ Cæsaris, aliam cõfidentię & temeritatis tuæ. Id est, iectio bonorũ & auctio. Hæc Iudæus. Festus, Hastæ ea quæ publicè venũdabãt, subiiciebant veteres. Cic. 2. Offi. 38.

Subire sub hasta, Est vendi. Plaut. Mostell. 6. 10. Vel isti qui trium nummorum causa subeunt sub hasta.

Ad hastam locare. Colum. in Præfatione lib. 1. 18. Itaque in hoc Latio & Saturnia terra, vbi dii agrorum cultus, progeniem suam docuerant, ibi nunc ad hastam locamus, vt nobis ex transmarinis prouinciis aduehatur frumentum, ne fame laboremus.

Hasta, pro ipsa venditione bonorum. Cic. de Lege Agrar. 3. Num obscurè videntur propè hasta præconis insectari Cn. Pompeii exercitũ, &c. Idem ad Caelium, lib. 15. 17. 4. Cæsarem putabant molestè laturum, ve rentem ne hasta refrixisset. Id est, auctio bonorum proscriptorum in desuetudinem ueniisset, amisso tali patrono.

Hasta venditionis. Cic. 1. Philip. 102. Quis hastam illius vẽditionis vidit.

Hástula, hástulæ, pen. corr. Diminutiuum. (δόρατιον,)

Hastula regia. Herba quæ & asphodelus & albucum dicitur. Plin. lib. 21. cap. 17. 6. Nostri illud albucum vocant, & asphodelum hastulam regiã. Idem lib. 16. cap. 11. 3. Nanque flos crudus resinæ, cum multa hastula tenui, breuiquè aculeus conciditur.

Hastátus, pen. prod. A dictiuum, (λογχοφόρος,) Hastati dicebantur qui primi in acie constitui cum hastis solebant. Varro de Ling. Latina, libr. 4. Hastati milites dicebantur qui primi hastis pugnabant. Liu. 7. ab Vrbe 161. Nec tu mihi plus quàm vnius legionis principes hastatosque dederis cum quibus vbi euascro in summum, &c.

Acies hastata. Tacit. lib. 1

Bellona hastata. Stat. 2. Thebaid. 144.

Hastile, hastilis, n. g. penu. prod. (λόγχη,) dicitur lignum teres oblongum, quale solet esse hastæ. Columel. lib. 4. cap. 12. 1. Aut si regionis conditio permittit, vetera deponamus hastilia quibus adnectuntur singulæ transuersæ perticæ in imam partem ordinis: quod genus iugi canteriũ vocant rustici. Liu. 1. bel. Pun. 31. Fallarica erat Saguntinis missile telum hastili oblõgo. & cætera tereti. Cic. pro Rab. 15. Quum denique bris omnibus captus ac debilis, hastili nixus, &c. Plin. lib. 17. ca. 23. 15. Circunligatis hastilibus.

Crispare hastilia. Silius lib. 8. 74.

Curuatum hastile. Iuuenal. Satyra 7. 13.

Densis hastilibus horrida myrtus. Virg. 3. Aeneid. 5.

Lenta hastilia torquere. Ouid. 7. Metam. 6.

Præfixa hastilia ferro. Virg. 5. Aeneid. 111.

Rasæ virgæ hastilia. Virg. 2. Georg. 73.

Lato crispans hastilia ferro. Virg. 1. Aeneid. 64.

Valida hastilia. Virg. 1. Georg. 90.

Hau, (αὖ,) Interiectio est conturbatę mentis, nec constantis sibi, vt ait Donatus. Plaut. Cistel. 8. 15. Hau volui sti istue sæuum facere. Terent. Phorm. 5. 1. 27. Quid? duasne is vxores habet? s. hau obsecro, vnam ille quidem hanc solam. Idem Eunuc. 4. 3. 14. Hau obsecro mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit?

Hau hau. Terent. Adel. 5. 2. 38.
– hau, hau mi homo, sanúsne es?
An hoc proferendam tibi vlquam esse videtur?

Haud, (οὐ, οὐκ, οὐχί) Aduerbium negandi, significat non. Terentius Andr. 4. 1. 18, Haud istud dicas, si cognoris vel me, vel amorem meum. Cicero pro Cluentio, 131, Haud hæres est Cluentius. Terentius And. 1. 1. 13, Haud muto factum. Vbi Donatus, Haud muto factum, non me pœnitet facti.

Haud ab re. Liu. 8. ab Vrbe, 54, Haud ab re duxi verbis quoque ipsis vt tradita nuncupataque sunt, referre.

Haud commodi ei est, Nihil illi prodest. Plaut. Casina, 4. 12,
– peculii probam nihil habere addecet
Clam viro: & quæ habet partum, ei haud commodi est.

Haud sanè commodus. Terent. Adelph. 5. 2. 8,
Aedepol comessatorem haud sanè commodum,
Præsertim Ctesiphoni.

Haud consimili ingenio est, atque. Plaut. Bacch. 8. 50, Haud consimili ingenio atque ille est, qui in lupanari accubat.

Haud consuetudine, Non quidem vt solebas. Plaut. Trinum. 6. 81, Mentire ædepol gnate, atque id nunc facis haud consuetudine.

Haud diu est. Terent. Eunuc. 2. 3. 67, Sed istam Thaidem non sciui vobis vicinam. P. haud diu est.

Haud sanè difficilis. Cic. de Senect. 4, Rem haud sanè Scipio & Læli difficilem admirari videmini.

Haud difficile. Liu. 7. bel. Pun. 80, Hæsere omnia tela haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu.

Haud dubiè. Liu. 3. ab Vrbe, 103, Quæstores M. Volscio, & falsus haud dubiè testis in Cæsonem extitisset, diem dixerunt. Ibidẽ, lib. 1. 109. Seruius quanquam iam vsu haud dubiè regnũ possederat, tamen, &c. Itẽ ibidem, 56. Et Plin. lib. 16. cap. 16. 1. Quintil. lib. 1. cap. 1. 4.

Haud dudum: Hoc est, non ita pridem. Plaut. Persa, 15. 31, Ad me allatæ modo sunt istæ à domino meo. D. quando? T. haud dudum.
Idem Sticho, 9, 69,
Quid agit parasitus noster Gelasimus? etiam valet?
B. Vidi ædepol hominem haud dudum.

Haud dum. Liu. 9. bel. Pun. 51, Aesculapium quoque ex Græcia quondã haud dũ vllo fœdere sociata, valetudinis populi causa accersitũ, &c. Idem, 2, ab Vrbe, 228, Haud dum exoleuisset.

Haud erat sanè quod quisquam ratione ac doctrina requireret. Cicero 3. Tuscul. 3.

Haud faciam. Terent. Heaut. 3. 1. 7, Haud faciam, nam quàm potero adiutabo senem.

Haud facilè. Plautus Pœnulo, 14, 49, Sine pennis volare, haud facil'est. Cicero de Senect. 75, Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit.

Haud fermè. Terent. And. 3. 1. 2,
Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum.

Haud grauatè. Plaut. Rud. 10. 75,
Vt lepidè, vt liberaliter, vt honestè, atque haud grauatè
Timidas, egentes, uuidas, eiectas examinatas
Accepit ad sese.

Haud immeritò. Plin. lib. 11, cap. 37, 29, Defluere palpebras haud immeritò venere abundantibus tradunt.

Haud inuitò. Terẽt. Hecy. 3. 5. 33, Pamphile, ad aures haud inuitò sermo mihi accessit tuus. Id est, lubens audiui te loquentem.

Haud ita decet: Id est, inquit Donatus, non vsque adeò decet, & est confirmatio. Terent. Hecy. 2. 1. 10,
Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc,
Celare te iras.

Haud ita multũ. Liu. 9. bel. Pun. 143, Haud ita multũ progressus à mari, tumulos proximos ceperat. Idem, 2, ab Vrbe, 164, Haud ita multum interim temporis fuit, antè tamen quàm prædicta dies veniret, &c.

Haud magni pretii. Plaut. Sticho, 4, 81, Ecaltor auctionem facit haud magni pretii.

Haud malus. Plaut. Rud. 2. 35, Senex qui Athenis huc exul venit, haud malus. Idem Aulul. 6. 45,
Nouistine hunc senem Euclionẽ ex proximo pauperculum? B. Noui, hominem haud malũ mecastor. Terent. Eunuc. 2. 2. 4, Cõueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atq ordinis, Hosem haud impurũ, itidem patria qui abligurierat bona. Vbi Donatus, Non dixit prodigum: quia hoc ipsum probat: sed non auarum, non improbum, & sic laudamus eos in quibus nihil est quod magnopere efferamus.

Haud mora: intelligitur verbum fit, quod rarò exprimitur. Virgilius, 10, Aeneid. 31,
– haud fit mora, Tarchon
Iungit opes, fœdusque ferit.

Haud nihil, pro Non parum. Terent. Eunuc. 4. 2. 13,
– certe extrema linea
Amare, haud nihil est.

Haud nihil ambigam. Liuius primo ab Vrbe, 10, Haud nihil ambigam (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Ascanius tam maior, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Haud parum opportunum.Liu.7.bel.Pun.118,Consilio in cætera exequenda belli haud parum opportuni.

Hauit perinde,quàm Tacit.lib.1,Suum militem haud perinde vulneribus,quàm spatiis itinerum,damno armorum affici.

Haud potuit melius fieri.Terent.Adelphis.3.1.8,E re nata melius fieri haud potuit,quàm factũ est,hera. Idẽ And.4.5.53,Alio pacto haud poterat fieri,vt sciret hæc quæ volumus.

Haud procul abfuit quin.Liu.5.ab Vrbe,18,Res repetentes legatos nostros,haud procul abfuit quin violarent.

Haud promeruit quamobrem. Plaut. Amphit.18.12. Haud promeruit quamobrem vitio verteres.

Haud quæret.Plaut.Amphit.3.130,
Nunc quum esse credent seruum & conseruum suum,
Haud quisquam quæret qui siem,aut quid venerim.

Haudquâquam,penult.prod.(οὐμά,)pro Nequaquam. Liu.10.bel.Pun.28,Et Asdrubalem propediem affore,cum manu haudquaquam contemnenda. Sic,6,ab Vrbe,136. Cic.2.de Oratore,78, Haudquaquã id est difficile Crasso. Idem de Vniuersit.57,Haudquaquam boni est ratione vinctum velle dissoluere. Tacit.lib.12, Differebat, si sueta coniux rediret,haudquaquam nouercalibus odiis vsura in Britannicum,& Octauiam.

Haud scio.Terent.Heaut.4.4.25.
Ne ille haud scit hoc paulum lucri quantum ei
Damni apportet. Idem Adelph.4.5.33, Qui infœlix haud scio an iam nunc miserè amat. Idem And.3.2.44,Atque haud scio an quæ dixit,sint vera omnia. Cic.de Amicit.19,Est enim amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia & charitate summa consensio:qua quidem haud scio an excepta sapientia,quicquam melius homini sit à dis immortalibus datum. Idem,1, Offi.103,Capessentibus autem Remp.nihil minus quàm philosophis haud scio an magis etiã & magnificentia & disciplicentia adhibenda sit rerum humanarum quàm sæpe dico. Idem pro Flaccio,47,de Massilia,Cuius ego claritatis disciplinam atque grauitatem non solùm Græciæ,sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam dicam.

Haud secus.Liu.4.bel.Maced.75, Quum incertum, bellum an pax cum Celtiberis esset,commeatus tamen haud secus q̃ in pace ex agris castellisque hostium Romani portabant. Idem,1,ab Vrbe,177,Id verò haud secus quàm præsentem mercedem regni aspernata plebs.

Haud sic decet.Terent.Eunuc.5.9.35,Eia,haud sic decet. Idẽ Adelph. 3.4.8,Ni facient quę illos æquum est, haud sic auferent.

Haud similis.Terent.Eunuc.2.3.21, Haud similis virgo est virginũ nostrarũ. Ibidẽ,5,2,15,Perpulchra credo dona,haud nostris similia.

Haud finit.Terent.And.3.5.18,Nanque hocce tempus præcauere mihi me,haud te vlcisci finit.

Haud stultè sapis.Terent.Heaut.3.3.82,
Vis amare,vis potiri:vis,quod des illi,efficit
Tuum esse in potiundo periculum non vis:haud stultè sapis.

Haud vereor.Terent.And.1.5.41,Haud vereor,si in te solo sit situm.

Haurio, hauris,hausi,haustum,(ἀφύομαι,ἀντλέω,)haurire,Proprè est extrahere humorem & educere ex profundo aliquo loco.Tractum(vt ait Sipontinus)ab aura quæ humorem omnem extrahit atque exiccat.

Hausurum absque r,pro hausturum apud Virgilium legitur,lib.4.Aenei. 77, Spero equidẽ mediis,siquid pia numina possunt, Supplicia hausurum scopulis.

Hauriui & hauristũ,pen.prod.lectũ est.Varro ad Ciceronẽ,Quũ idẽ quoque haurierit.Pro hauriuerit.Apul.lib.1.de Asin. Lagena facilis hauritu. Idẽ in,4,Haurito pluiculo vncto corporis mei mẽbris perfricui. Idem in,3,Rorem rigentem hauritum ista confestim deserta vrnula.

¶Haurire fontes.Lucret.lib.4.1,
Auia Pieridum peragro loca,nullius antè
Trita solo.iuuat integros accedere fontes,
Atque haurire.iuuatque nouos decerpere flores,
Insignemque meo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli velarint tempora Musæ. Hoc est,Iuuat materiã hactenus intactam,& quam ante me nullus omnino attigit,describere.

¶Haurire, Vacuare. Lucil.lib.30, Quantum haurire animus musarum & fortia gestit. Nonius.

¶Haurire,pro Accipere dixit Virg.lib.1.Aeneid.149, authore Seruio,
–ille impiger hausit
Spumantem pateram,& pleno se proluit auro.

¶Haurire animo,Accipere,vel audire.Virg.lib.12.Aeneid.6,
–haud hæc mollia fatu,
Sublatis aperire dolis,simul hæc animo hauri.Id est,omni attẽtione percipe,inquit Seruius.

Haurire auribus vocem alterius.Virg.4.Aeneid.72,
–vocemque his auribus hausi.

Hausit cœlum.Virg.10.Aeneid.180, –vt auras
Suspiciens hausit cœlum,mentemq; recepit.Hoc est aerẽ. Lucret.In

hoc cœlo qui dicitur aer.Et hoc dicit,Postquam respirauit, & mẽtem recepit,post turbationem ex equi venientem ruina. Seruius.

Haurire artes domo.Cic.de Claris Orat.187,Nec enim decet te ornatũ huberrimis artibus,quas quum domo haurire non posses, accersiuisti ex vrbe ea,&c. Sic haurire studia. Idem,1,de Orat.7.Cæterarum artium studia ferè reconditis atque abditis è fontibus hauriuntur.

Calamitatem haurire.Cic.pro Domo sua,24,Si vtile Reipub.fuit haurire me vnum pro omnibus illam iudignissimam calamitatem:etiam hoc vtile fit,quorum id scelere conflatum sit,me occultare & tacere.Id est deuorare & concoquere,hoc est perferre. Sic,1,Tusc.116.

Cibos haurire,pro Sorbere & deuorare.de iis enim dicitur qui dentibus carent.Colum.lib 8.cap.17.10,Nã quia dentibus carent, aut lambũt cibos,aut integros hauriunt:mandere quidem non possunt.

Cogitatione haurire omnia,Cic.11.Philipp.296,Quem gurgitem? quã voraginem?quid eum non sorbere animo,quid non haurire cogitatione,cuius sanguinem non bibere censetis?

Haurit corda pauor,Defatigat.Virg.lib.1.Georg.3,
–exultantiaque haurit Corda pauor pulsans.

Dolorem haurire.Cic.pro M.Cęlio,46,Vidi enim,vidi,& illom hausi dolorem vel acerbissimum in vita, quum Qu. Metellus abstraheretur è sinu gremioque patriæ.

Dona noctis haurire.Silius lib.7.58.

Rostro femur hausit adunco.Ouid.8.Metam.75.

Flamma multos hausit.Liuius,10,belli Punici.21. Hoc est absorbuit,& velut deuorauit.

Gaudium auribus haurire.Liu.7.bel.Pun.273, Tunc enimuero omnes ætas currere obuiam:primus quisque oculis auribusque hauriebantur gaudium cupientes.

Imaginem haurire,pro Animo concipere.Plin.lib.7.cap.12,Hausta imagines sub ipso conceptu.

Incendium hausit opus.Liuius,lib.5, Tam longi temporis opus incendium hausit.

Laborem haurire ex re aliqua.Horat.1.Serm.Saty.2.16.

Latus haurire alicuius:Confodere & vulnerare.Virg.10.Aeneid.
Per tunicam squalentem auro,latus haurit apertum.

Laudes haurire.Cicad Cecinnam,lib.6.6.20,Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas,è quo sit leuiter aspersus.

Lucem haurire.Virg,2.Georg.68.Significat nasci.

Luctum haurire.Cic.pro Sestio,54,Luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem.

Oculis haurire aliquid.Virg.4.Aeneid.133. Ibidem,12.189.

Opes vbis profunda mente hauserat.Claud.de bello Get.18.

Haurire patrias opes.Martial.lib.9.86.

Pauor hauriit corda,Id est ferit.Virg.3.Georg.20.Seruius.

Pectora ferro hausit.Ouid.8.Metam.89.

Poculum haurire.Liu.10.bel.Pun.69,Nec locuta est ferocius,quàm acceptum poculum,nullo trepidationis signo dato,impauidè hausit.

Potionem haurire mulsi.Plin.lib.7.cap.53.5.

Solidos ceruos haurire.Plin.lib.8.cap.14.1, Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinẽ adolescere,vt solidos hauriãt cetuos taurosque.

Supplicia haurire,Luere.Virg.4.Aeneid.77,
Spero equidem mediis,siquid pia numina possunt,
Supplicia hausturum scopulis,& nomine Dido
Sæpe vocaturum.

Voluptates haurire,Auide sumere.Cic.5.Tuscul.25,Quoque affluãtiores voluptates vndique hauriat,eò grauius ardentiusque sitiente.

Turbari & hauriri.Tacit.lib.2.Batauique in parte ea dum insultãt aquis artemque nandi ostentant,turbati,& quidam hausti sunt.Id est aquis absorti.

¶Haurire à.Cic.1.Acad.13,Vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos consectentur. Idem pro Milone,7,Non scripta, sed nata lex:quam non didicimus,accepimus,legimus:verum ex natura ipsa arripuimus,hausimus,expressimus.

Haurire de.Cic.1.de Diuin.183,Qui quũ vidisset hausta aquam de ligi puteo,terræ motus dixit instare. Idẽ de Clar.Orat.159, Qui hoc sentiat,si is potare velit,de dolio sibi hauriendum putet?

Haurire è vel ex.Cic.1.Offic.11,Nõ vt interpretes,sed vt solemus,è fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro quantum,quoque modo vtãtur,hauriemus. Idem,1,de Diuin.46,Aqua ex puteo hausta.

Haurit ex ærario sumptum,suppeditat à sociis. Cice.2.de Lege Agraria contra Rullum,43.

Haustus,Participium,(κοτλημένος,ἀφυμένος,)Cic.1.de Diuin.39,Ex diuinitate,vnde animos haustos,aut acceptos,aut libatos haberemus.

¶Haustæ mari naues.Liu.3.belli Maced.91, Multæ naues eiectæ, multæ ita haustæ mari,vt nemo in terram enauerit. Sic lib.1.147,Nec ferro tantum periere,sed in paludes quidam coniecti,profundo limo cõ ipsis equis hausti sunt.

Haustæ in profundũ arbores.Liu.10.bel.Pun.180,Et in Veliterno agro terra

terra ingentibus cauernis consedit,arboresque in profundum haustæ. Id est absorptæ.

Igni haustus. Tacit.lib.12.Eodem oratore Bononiensi Coloniæ igni haustæ subuenitur.

Amor haustus.Stat.1.Achil.61.
–nouum bibit ossibus ignem,
Nec latet haustus amor.

Aqua hausta duabus palmis.Ouid.1.Fast.59.

Haustus,huius haustus,(ἄφυστος,ἀφυμα,)Sorbitio,& eductio aquę ex aliquo loco.Colu.lib.1.Si deerit fluens vada,putealis quæratur in vicino aquaiquæ non sit haustus profundi. Hoc est, quæ non è profundo puteo hauritur & extrahatur. Ouid.7.Meta.99,Bacchi tibi sumimus haustus. Idem lib.6.Metamorph.72.
Haustus aquæ mihi nectar erit,vitamque fatebor

Accepisse simul,vitam dederitis in vadis. Plin.lib.2.cap.79.2. Haustu aquæ è puteo præsensisse. Cicer.pro Cecinna,54.Aquæ ductus,haustus,iter,actus à patre,sed rata authoritas harum rerum omnium à iure ciuili sumitur.

Haustum lucis illò regerit luna vnde accepit.Plin.lib.2.cap.9.5.

Haustum facere,pro Potare,inuenitur apud veteres,teste Sipont.

Aetherei haustus,Id est diuini spiritus.Virg.4.Georg.44.

Exiguis haustibus bibere. Ouid.3. Fast.55.

Haustrum,haustri,neu.gen.(ἄντλον,)Propriè dicuntur rotarum cadi,inquit Nonius,ab hauriendo,Lucret.libro.5.194.Vt fluuios versare rotas,atque haustra videmus.Budęus interpretatur aquariam rotam,vel tympanum.

H E

Heautontimorúmenos, pen.corr.ἑαυτοντιμωρούμενος, Nomen Comœdiæ apud Terẽtium:ex ἑαυτόν,& τιμωροῦμαι,compositum,quod est,Seipsum excruciare.Inducitur enim senex Menedemus,quòd filium Clinium sua duritia in militiam proficisci compulerit,valde seipsum excrucians.

Hebdomas, pen.corr.hebdomadis,& Hebdomada,hebdomadę, ἑβδομάς,Spatium septem dierum.Cic.Tironi,li. 16.9.7.Symphoniam Lysonis velim vitassetis in quartam hebdomadam inciderès.

Hebdomas,non solum de diebus dicitur,sed etiam de annis,& quibuscunque rebus quæ septenario numero comprehẽduntur.Gellius, Tum ibi addit,se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse,& ad eum diem septuaginta librorum hebdomadas conscripsisse. Sipontinus.

HEBE,(ἥβη,)Dicitur à poetis Iunonis filia sine patre. Nam quum grande conuiuium Apollo in domo patris Iouis,Iunoni nouercæ parasset, & ipsa auide lactucas comedisset agrestes,factum est vt ex illis grauida fieret,quum vsque in id tempus sterilis fuisset,peperitque Hebẽ:quę quia formosa erat,ab ipso Ioue pocerua constituta est, & dea inuentus dicta.Quæ deinde quum in deorum conuiuio pocula ministraret,& casu in terram caderet, vestesque subleuarentur,ita vt pudenda dis monstraret,indignatus Iupiter,eam ab officio amouit,& eius loco Ganymedem rapiens substituit:postremo Herculi in deos relato,vxor data est.Ex Seruio.

Iunonia Hebe.Valer.8.Argonaut.47.

Hebenus, fœm.g.& hoc hebenum.pen.corr.(ἔβενος,) Arbor est in India atque Aethiopia nascens:quanuis scribat Virg.1. Georg.14.
–sola India nigrum Fert hebenum. Vbi Seruius, Atqui & in Aegypto nascitur:sed Indiam,omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Sanè & hæc hebenus & hoc hebenum dicitur. Lucan.lib.10.14.
–hebenus Mereotica vastos
Non operit postes. Hebenus autem arbor est quæ cæsa dureſcit in lapidem.Hactenus Seruius. Vide Plinium lib.12.ca.4.Scribitur & sine aspiratione Ebenus.

Hebes, huius hebetis,pen.corr.om.g.(ἄμβλυς,ἀμβλυδός,ἀμαυρός,) Quid lunæ,quæ lineamenta sunt?potestne dicere, cuius & nascentis, alias hebetiora,alia acutiora videantur cornua?Hic Cicero hebeti opposuit acutum.Ex Nonio.

Gladii hebetes.Ouid.3.de Arte amandi.117.

Leuiora & hebetiora tela.Cic.de Aruspic.reiponſ.1.

¶Hebes,per translationem vt Hebes homo & rudis Cice.2.de Diuinat. 154.Videsne Epicurum quem hebetem & rudem dicere solent Stoici?

Hebes æquè ac pecus.Cic.1.de Diuinat.82.

Acutus & Hebes,contraria.Cic.1.de Inuent.52.Formosus, an deformis? velox,an tardus:acutus,an hebetis?memor,an obliuiosus,&c.

Hebetes & indociles.Quintil.lib.1.cap.1.2.

Hebes acies oculorum.Cic.4.de Finib.106.Hebes acies est cuiplam oculorum,corpore alius languescit.

Hebetes aquæ.Plin.lib.9.cap.57.Decedentibus fluuiis in cauernis aquas hebetes remanere.Vbi ex vetusto codice sic legitur, Piscium genera

etiãmnum à Theophrasto mira produntur circa Babylonis rigua,decedentibus fluuiis,in cauernis aquas habentibus remanere.

Hebetiores aures.Cic.pro Plancio,63,Sensi Pop.Rom.aures hebetiores oculos acres atque acutos habere.

Cor hebes.Lucret.lib.4.11.

Dolor hebes.Cic.Art.lib.2.147.7,Nullus apertus priuatorum dolor,bonorum autem esset aliquis,sed hebes,vt solet.

Ictus hebes.Ouid.12.Metam.17.

Hebes ingenium.Cic.10.Philipp.281,Scilicet hæc Pansa aut nõ videt(hebeti enim ingenio est)aut negligit? Idem,1,de Nat.Deor.26,Hebetiora vt sint hominum ingenia propter cœli pleniorem naturam.

Hebes oculus.Plin.lib.11.cap.26.3,Oculi tam hebetes,vt si quis digitum contrahens ac remittens iis appropinquet,transeant velut in folia.Ibidem,cap.37.18,Prominentes oculos hebetiores putant.

Hebes rhetorica forensis.Cic.1.de Finib.29.

Hebes spondeus,& tardus Cic in Orat.175,Nec spõdeus quidẽ finditur est repudiandus:etsi quòd est è longis duabus, hebetior videtur & tardior,habet tamen stabilem quendam & nõ expertẽ dignitatis gradũ.

Hebes sensus.Cic.1.Acad.45.

¶Hebes ad.Cælius Ciceroni,lib.8.13.2,Neque hebes ad id quod melius sit intelligendum.

Hebes in.Cic de Orat.129,Aliud est enim esse artificem eiusdem generis,atque artis,aliud in communi vita & vulgari hominum consuetudine non hebetem nec rudem.

Hebes gustu.Colum lib.3.cap.2.15,Inerticula tamen nigra,quam quidam Græci amethyston appellant,potest in secundi quasi tribu esse, quòd & boni vini est,& innoxia,vnde etiam nomẽ traxit,quòd inertes habentur in tentandis neruis,quanuis gustu non sit hebes.

Hebes & Odorata herba,contraria.Plinius,lib.21.cap.11.7, Vnum hebes,alterum odoratum.

Aciem oculorum hebetare,Vide ACIES.

Cura tristitiæ hebetatur vino.Plin.lib.23.cap.1.24.

Flatus hebetatur,Vide Flatus in FLO.

Oculos hebetat allium.Plin.lib.20.cap.6.11. Ibidem,cap.9.23,Oculos hebetari à bulbis putat.Diocles.

Venena omnia hebetat oleum.Plin.lib.23.cap.4.4.& cap.8.6.

¶Hebetem reddere aliquem.Cicad Atticum,lib.9.190.2,Tu quæso cogita quid deinde:nam me hebetem molestiæ reddiderunt.Hoc est,lentum & tardum,ac languidum.

Hebeo,hebes,(ἀμβλυωπέω,)hebere,Hebetem esse. Liuius,3,belli Puni. 210,Nunc ne ferrum hebet?an dexteræ torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis.

Iræ hebent.Stat.11.Thebaid.77.

Sanguis gelidus hebet.Virg.1.Aeneid.79.

Hebesco,hebescis,(ἀμβλυνέμαι,ἀμκυρόομαι,) hebescere, Ab hebeo significat hebetiorem fieri.Cic.1.Tusc.115, Quod ita sæpe vsu venit, qui cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectũ omnino amitterent:sic mentis acies seipsam intuens,nonnunquam hebescit.Id est desidiosior & remissior fit.

Hebescit acies authoritatis.Cicero in Catil.1. Num vnum diem postea L.Saturninum Tribunum plebis, & C.Seruilium mors à Reipub. pœna remorata est?at nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis.

Hebescere & languere in otio.Cic.4.Acad.13,Quis reprehendet nostrũ otium,qui in eo non modo nosmetipsos hebescere & languere nolumus,sed etiam vt plurimis prosimus,enitimur?

Hebeto,hebetas,penult.corr.(ἀμβλυόω,ἀμαυρόω,)hebetare,Obtundere.Liuius,7,belli Maced.167, Et humor toto ferè graui armatu nihil gladios aut pila hebetabat. Idem,8,ab Vrbe,50, Qui aliquandiu pugna atroci quum & semetipsi fatigassent,& hastas aut præfregissent, aut hebetassent.

Aciem ferri hebetare.Vide ACIES.

Dentem hebetare herbis & carmine.Silius lib.8.99.

Flammas hebetare.Ouid.7.Metam.42.

Hebetatur speculorum fulgor.Plin.lib.7.cap.15.2. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur,acies ferri perstringitur. Idem,lib.11.ca.37. 47,Nanque & speculi uitorem ex aduerso nudati hebetant.

Tela hebetata.Silius lib.16.11.

¶Hebetare,pro hebere vsurpasse videtur Cic. Att lib.4.85.15, Locus ille animi nostri,vbi hebetabat stomachus olim,concaluit.Sub.vt digerat multa cruda facilius.Hoc est,vbi prius languebat,& viribus coctri cibus non optimè fungebatur.In emendatioribus tamen codicibus ex vetusto exemplari legitur,vbi stomachus habitabat olim.

Hebetesco,hebetescis,hebetescere,Hebetari. Plin. lib.28.cap.7.9. Sed præter alia certum est aciem in cultris tonsorum hebetescere.

Hebetatio,Verbale,(ἀμβλυνσις,)Plin.lib.28.cap.6,7,Medetur & lumborum dolori,oculorũ hebetationi,mẽte captis,& melancholicis.

Hebetatrix,penult.prod.Verbale fœm.(ἀμβλυντίς,) vt Hebetatrix vmbra.Plin.lib.1.cap.13.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HEBRAEVS, Hebræi, (ἑβραῖος,) dicitur Iudæus. Vide dictionarium Hebraicorum nominum.

HEBRVS, (ἕβρος,) Thraciæ fluuius est in quem Orphei caput proiectum, quum Cicones eum confecissent. Ouid. lib. 2. Metam.

Membra iacent diuersa locis: caput Hebre lyramque Excipit.

Martianus lib. 6. Hebrum (inquit) Odrysiæ niues complent, qui inter diuersos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie Marizza. Hic ab Oeagro flumine ortũ habet: vnde Oeagrius dictus. Virg. 4. Georg. 105,

Tu quoque marmorea caput à ceruice reuulsum
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus Volueret. Habet arenas ex quibus colligitur aurum.

Arenosus Hebrus. Ouid. 3. Fast. 148.

Celer Hebrus. Vide CELER.

Volucer Hebrus. Virg. 1. Aeneid. 65.

Fluuialis Hebrus. Seneca Medea, 8. 11.

Liquores Hebræi. Stat. 5. Sylu. 43.

HECALE, pen. corr. (ἑκάλη,) nomen pauperrimæ fœminæ, apud Ouidium, lib. 2. de Remed. amor. 71.

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

HECATE, pen. corr. (ἑκάτη,) ponitur pro Diana, siue Luna, seu Proserpina. Vnde Virgilius, 4, Aeneid. 103, Tergeminãque Hecaten, &c.

Rursum, 6. Aeneid. 50,

Voce vocans Hecaten, cœloque Hereboque potentem. Vbi dicit Seruius, Hecate pro Proserpina dicta est: aut quòd centum victimis placentur, aut quòd centum annos errare faciat insepultos. Hæc Seruius, vt ait Tortelius.

Triformis Hecate. Seneca Medea, 1. 2.

Solem ferunt (ait Diodorus Siculus, lib. 5. ca. 3.) duos procreasse pueros, Aeetam & Persen. Aeetas in Colcho regnauit, in Taurica Persesque deles ambo efferirique. Ex Perse Hecate orta est, superans audacia immanitateque patrem, vt quæ cruciatu hominum lætaretur, eos proferis appetere sagittis consueuerit. Sed ad venena mortifera conficienda summum studium operamque impendens, prima aconitum inuenit, vim naturamque cuiusque veneni in cibis quos aduenis dabat, experta. His rebus admodum edocta, primùm veneno patrem sustulit: deinde regno assumpto, templum statuit Dianæ, cui præter nauigantes hospites sacrificabat, existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurũ. Post hæc nupsit Aeetæ, genuitque liberos tres, Circen, Medeam, Aegialeum. Hactenus ille.

Hecate altera, ex Asteria Latonæ sorore Perseo Titane nata, cui Iupiter elementa subiecit, & cœlo hereboque potentem fecit, vt canit Maro. Vnde & Hecate dicta est, vt discimus ex Hesiodo. Virg. 4. Aeneid. 10?, Ter centum tonat ore deos, vt dicat Hecaten à sagacter inuocatam, quam per centum deos obiurè quidem, verùm peritissimè designauit, ad amplissimam deæ potestatem, & nominis rationem simul alludẽs. Id ab ἑκατὸν trahitur, quod apud Græcos idem valet quod centum. Ternarius portò numerus in huiusmodi sacris adhibebatur ex ritu, vt ex Homero, Nasone, Tibullo, Papinio colligitur & Porphyrius ille philosophus in responsis abunde disserit. Nec obest quòd à poeta statim subiicitur, Tergeminamque Hecaten, tria virginia ora Dianæ. Nam sui moris est, vt etiam Macrobius obseruauit, in quibus non conuenit inter doctos, vtrunque sententiam complecti, quo fit vt sibi plerunque non constet, vt Seruius & alii post eum grammatici notauerunt. Norat diuersas in Hecate opiniones: & eam quam superius attulimus, & illorum qui cũ Iunone coniungunt: vt sit eadem Iuno, Diana, & Proserpina: ex quibus Hecate, vt est apud Lucanum, commune numen efficiatur. Ideirco ne alterutrum poeta damnaret, vtrunq; dixit. Ex Parrhasio in Claudianum.

Hecaten Nocte genitam canit Bacchylides: Ioue & Asteriæ Musæus: eodem & Cerere matre Orpheus. Phereycides Aristæi Peonis filiam tradit. Eadem Perseis appellat à patre. Apollonius lib. 4. Argon. Noctiuagę testor Perseidos orgia diuæ. Papinius in euocatione manium ex persona Tiresiæ,

-to separe cœtu
Elytios Persea pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat. Vbi Persei quoque legi potest vocatiuo casu, vt Inachi, Phylli, Amaryllidis. Ex eodem Parrhasio.

Perseia Hecate, à patre. Valer. Flac. lib. 6. Argon. 99,

Hanc residens altis Hecate Perseia locis Flebat.

Hecaten triplex caput habere fingit Orpheus in Argonautico, dextrum equi, sinistrum canis, mediũ hominis, & quidẽ rustici. Ouid. 1. Fast. 29.

Ora vides Hecates in trés vergentia partes.

Claud. de Rapt. Proser. lib. 1. 3, Ecce procul ternis Hecate variata figuris. Alcamenes omnium primus Hecates triforme signum fecit. Id Athenis visebatur iuxta victoriæ statuam, quam quòd alis carebat, impiorem vocabant, vt docet Pausanias.

Hecate canes immolabatur, vt Mimorum poeta scribit Sophron. De Hecate vide multa apud Cælium.

Hecateius, (ἑκατήϊος,) A dictiuum quinque syllabarum: vt Carmina Hecateia. Ouid. 4. Metam. 9.

Hecatombe, (ἑκατόμβη,) Sacrificii genus in quo ritus hic seruabatur, vt centenę sui generis mactarentur victimę, centum sues, centum boues. Iulius Capitolinus, Tantum sanè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat, vt Hecatomben faceret, quod tale sacrificium est: Centum aræ vno loco construuntur ex cæspite: ad eas centum sues, centum oues mactabantur. Iam si imperatoris sacrificium fit, centum oues, centum aquilæ, & cætera huiusmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam fecisse dicuntur, quum pestilentia laborarent. Vel à numero victimarum, vel quia centum Peloponnesi vrbes id faciebant, & à numero sacrificantium composita est dictio. Iuuen. Saty. 12. 10. Existunt qui promittant hecatombeu.

HECATOMPYLOS. penult. correp (ἑκατόμπυλος,) vrbs est Parthorum, regni caput. Plin. libro, 6. cap. 15. A centum portis dicitur. nam πύλη, porta dicitur.

Hécaton, ἑκατόν, pen. corr. Latinè centum dicitur. Inde per compositionem deducuntur

Hecatontarchus, Centurio. (ἑκατόνταρχος,)

Hecatonchiros, pen. prod. ἑκατόγχειρος, centimanus. qualis ille quem dii Britareum, homines autem Aegeonem appellant, vt ait Homerus.

Hecta, hectæ, (ὁνθήν, μαθήν,) ab hio, hias dicitur, quasi hieta, rem nulla quæ in coquendo pane fitet assurgere, quòd fit quasi panis hiatus à quo res minimi pretii hecta vocatur. Pomponius, Hic homo hectam me facit, & multo libam vocat. Hecta me facit, inquit, hoc est parum facit. Hæc Sipontinus.

Hectice, hectices, siue hectica, hecticæ, pen. corr. (ἑκτική,) Species febris leniter ossibus inhærens, vt vix sentiatur donec pro latim corpus absumat, quasi dicas habitus. Item. ab ἔχω, ductum est. De hac sic Hermolaus in Plinium, Hectici, & febris hectica, non à consuetudine, vt imperiti credunt, & ob id ethicam barbarè pronunti. inò, sed ab habitu nomen habet. hæc non in humore tantum atque spiritu, sed in ipsis plane coit & inolescit ossibus.

HECTOR, (ἕκτωρ,) Priami & Hecubæ filius ab Achille interfectus. Virgilius 1. Aeneidos,

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros:

Ex minimumque auro corpus vedebat Achilles. Dictus vt scribit Plato, ἀπὸ τοῦ ἔχειν, defendo: quòd vrbem cõtra hostium impetum tenuerit, patriamque seruarit.

Homicida Hector. Horat. Epod. 17. 3.

Hectoreus, A dictiuum possessiuum, (ἑκτόρειος,) vt Gens Hectorea, quæ ab Hectore duxit originem.

Coniux Hectorea. Virg. 3. Aeneid. 98.

HECVBA, pen. corr. (ἑκάβη,) vxor regis Priami, quam Homerus Dymantis dixit, idque sensisse videtur Ouid. lib. 13. Metamorph.

Ergo aliis latrasse Dymantida flebile visum est. Euripides verò non Dymantis, sed Cissei filiam Thracum regis esse dixit: quem secutus est Virgilius lib. Aeneid. 10,

-& face prægnans
Cisseis regina Paris creat.

Quia prægnans somniauerat se accensam facem parere, quæ patriam totam inflammaret. Idcò porrò in canem conuersa fingitur. Hecuba, quòd quum post euersam Troiam captiua à Græcis duceretur, & Polydori corpus in mare præcipitatum agnouisset, seque in maria præcipitare vellet, nimio dolore inauiter Græcis cõuitiat est. Hæc Seruius.

Hecyra, ἑκυρά, pen. corr. Latinè socrus dicitur: quo nomine dicta est Comœdia Terentii.

Hedera, huius hederæ, pen. corr. (κισσός,) Inimica arbori, satisq; omnibus (inquit Plin. lib. 16. cap. 34. 1.) Sepulcraque ac muros rumpens, serpentium frigori gratissima: vt mirum sit vllum horrorem habitum ei. Duo genera eius prima, vt reliquarum, mas & fœmina. Maior traditur mas corpore, & folio duriore ac pinguiore, & flore ad purpuram accedente, &c.

Hedera alba & nigra. Virg. 7. eclog. 8, Candidior cygnis, hedera formosior alba. Vbi Seruius, Alba hedera: quia sunt & nigræ hederæ: vt,

-aut hederæ pandit vestigia nigræ. Nigra autem, vel alba hedera, non ex foliis, sed ex ligno cognoscitur.

Errantes hederæ. Virg. eclog. 4. 4.

Lasciuis hederis ambitiosior. Horat. 1. Carm. ode, 36. 4.

Lugubris hedera, Vide LVGEO.

Nigræ hederæ. Virg. 7. Georg. 51.

Pallens hedera. Virg. 3. eclog. 8.

Hedera tenax. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 7.

Virés hedera. Horat. 1. Carm. ode, 15. 4.

Vultus hederarum frondibus abdit. Ouid. 6. Metam. 120.

Baccifera hedera. Senec. Oedip. 5. 3.

Flexibiles hederæ. Ouid. 10. Metam. 20.

Nexiles hederæ. Ouid. 6. Metam. 26.

Victrix hedera. Horat. 1. epist. 3. 5.

¶ Hedera, quòd hæreat, dicta est, authore Festo, quodque sequatur quicquid proximum est. Quanuis per diphthongum non scribatur. Virgi. eclog. 8. 3.

-atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Alii ab edo deducunt, quòd parietes edat atque cõsumat. Festi verba hæc sunt, Hædera dicta, quòd hæreat, vel quòd edita petat: vel quia id cui adhæserit, edat. quæ in tutela Liberi patris patabatur esse: quia vt ille iuuenis semper, ita hæc viret. Vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat.

Hederaceus, A dictiuum, (κίσσινος,) Quod ex hedera est. vt Hederaceus vas. Cato cap. 111. Plin. lib. 16. ca. 24. ad finem, Bubus quidem & ficulnea, ilignaque, & hederacea.

Hederacea herba. Colum. lib. 8. cap. 10. 3.

Hederacea species. Plin. lib. 24. cap. 19. 8. In Parnaso tantum hederacea specie densius, quàm vsquam fruticante.

Hederósus, pen. prod. A dictiuum. Proper. lib. 4. eleg. 4. 1. Lucus erat felix hederoso conditus antro.

HEDVI, Heduorum, (ἐδοῦοι,) populi finitimi Aruernis, Biturigibus, Sequanis, ac Sebusianis inter Celtas. Hi adhuc nomen priscum Latinè retinent, inter Burgundos nunc nominati: nec citra Aratim flumen, qui nunc Sagona appellatur, aliquos habent fines, nec hodie sunt Sebusianis finitimi, in ducatu Burgundiæ & Francorum regno siti.

Hedui fratres Romanorum. Cic. ad Atticum, lib. 1. epist. 14. Hedui fratres nostri pugnant, Sequani malè pugnarunt.

Hedychrum, (ἥδυχρον,) Cic. 3. Tusc. 79. Colloc emus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutellam dulcedinis potionis, aliquid videamus & cibi. In quem locum Victorius, Hedychrum, inquit, verbum Græcum & elegans, à medicis potius inter vnguenta quàm odoramenta recensetur: vnde ita appellatum volunt quòd gratam aspectu, suauemque & nitidam cutem redderet, ac bonitatem coloris præstaret.

Hedyosmos, huius hedyosmi, (ἡδύοσμος,) Latinè dicitur mentha, ab odoris gratia. Plin. lib. 35. ca. 15. 9. Vruntur etiam ad quartanas bituminis drachma, & hedyosmi pari pondere cum myrrhæ obolo lubacti. Dicta autem hedyosmos, quòd suauè oleatmẽta autem à mente, quòd odore suo mentem excitet.

HEGESIAS, (ἡγησίας,) Cyrenaicus philosophus, cuius tanta fuit eloquentia (teste Valerio Maximo) vt sic mala vitæ repræsentaret, vt eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret. Ideoque à rege Ptolemæo amplius de hac re dicere prohibitus. Huius meminit Cicero in Orat. 135. Meminit & 1. Tusc. quæst. 130. & Strabo.

HEGESIPPVS, (ἡγήσιππος,) historiam scripsit ecclesiasticam quinque libris, quos habemus à CHRISTO pallo ad sua tempora, vt scribit Suidas.

Alter eiusdem nominis fuit poeta comicus: inter fabulas ipsius commemorantur φιλοκτήτρια. Athenæus.

HEGESISTRATVS, pen. corr. Ephesius, ob tribulis sui necem exul Delphos peruenienta, quemnam locum coleret, consuluit deum. Cui Phœbus, Vbi saltantes videret rusticos cum coronis oleagineis. Itaque profectus in Asiam, rusticos eodem modo cernens, vrbem condidit Eleã. Author Pythocles Samius apud Plutarchum.

HEGITMATIA, (ἡγεμονία,) Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ vrbs. Vulgò Lignitz.

Heheu, (φεῦ φεῦ) Dolentis interiectio. Plaut. Capt. 18. 18. Heheu Pœnulo, 11. 46. Heheu quàm ego nunc habui harioloos, haruspices. Scribitur à nonnullis Eheu. Vide EHEV.

Hehem, Vide EHEM. Plautus Pœnu. 2. 118. Hehem penè oblitus sum reliquum dicere.

Hei, (ὤ,) Interiectio dolentis & ingemiscẽtis. Plautus Aulul. 7. 43. Heiphit. 4. 167. Olet homo quidem malo suo. 5. hei nunquam obolui. Ibidem, 8. 34. Hei, periì miser. Terent. And. 1. 1. 46. Hei vereor nequid Andria apporter mali. Idem Phorm. 1. 3. 26. Is est ipsus: hei timeo misser, quam hic mihi nunc rem nuntiet. Plaut Epid. 14. 50. Hei, non illud temerè est.

Hei, Datiuo iungitur, Hei mihi. Plau. Amphit. 17. 57.

-hei mihi. 2. Ne pauc. Idem Aulul. 7. 23.

-hei misero mihi,

Aurum mihi intus hariparum est. Terent. Heaut. 2. 2. 5. Hei misero mihi. Idem And. 3. 5. 16. -hei mihi,

Cur non habeo sparium vt de te sumam supplicium vt volo? Ibidem, 1. 5. 18. Cic. Hei mihi, non possum hoc sine lachrymis commemorare. Virg. 2. Aeneid. 55. Hei mihi qualis erat, &c.

Hei mihi, hei mihi. Plau. Ba. 8. 7. Istæc illum perdidit assentatio.

Hei hei. Plaut. Casi. 16. 7.

-hei hei, fœtet tuus mihi Sermo.

¶ Hei, vocatiuo etiam iungitur, quum exclamatio est hortatis cũ approbatione. Terẽt. Eunu. 1. 1. 74. Hei noster laudo, tãdẽ perdoluit: vt es.

Helcium, huius helcii, (ἕλκιον,) dicitur id quod est ante pectus equorum & id genus animalium, ab armis, id est humeris pendens instrumentum, quo & mole, illi per machinulam innexæ, versantur, & curricula per remonem trahuntur: vnde & nomen accepit. ἕλκω enim Græcè, dicitur traho Latinè. Apul. lib. 9. Metam. Defectum alioqui me, helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicant præsepio. Et paulo post, Helcio tandem absolutus, refectuiq; securè redditus.

Helciarius, helciarii. Budæus, Helciarii, qui in naui onera funibus molintur, vel qui naues deducunt, subducuntve ad officia inuicem adhortantes, vt vno conniũ pariter conspirantes, admoliri voluerint viribus possint, quod singulis nequeunt, vt fieri interim videmus. Hactenus Budæus. Martial. lib. 1. 170,

Quem nec rumpere nauticum celeuma,
Nec clamor valet helciariorum.

Helcysma, helcysmatis, penult. corr. neu. gen. (ἕλκυσμα,) Scoria est argenti. Plinius, lib. 33. cap. 6, Scoriam in argento Græci vocant helcysma.

HELEI, penulti. producta, (ἥλοιοι,) Populi in Peloponneso clarissimi, propter delubrum Iouis Olympici, ludosque Olympicos, quorũ præfecturam Helei habuerunt. Vnde Helei equi, & Carcer Heleus, sæpe legunt. Lucanus lib. 1. 60,

-quantum clamore iuuatur, Heleus sonipes. Vide ELIS.

HELENA, Helenæ, vel Helene, Helenes, pen. corr. (ἑλένη,) filia Iouis ex Leda vxore Tyndari regis Laconię, Castoris & Pollucis soror, & Menelai Lacedæmoniorum regis vxor, à qua Helene insula vocata est, quòd in ea primùm Paris cum Helena dicitur concubuisse. Hæc ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit: primùm adhuc puella à Theseo: secundò, iam Menelao nupta, à Paride: pro qua recuperanda Græci cum Troianis decennale bellum gesserunt. Nota est historia ex Homero.

Argiua Helena. Virg. 1. Aeneid. 131.

Infamis. Horat. Epod. 17. 9.

Lacnæa Helene. Horat. 4. Carm. ode 9. 4.

Helenium, helenii (ἑλένιον,) Fruticis, seu herbæ genus: quod quia in agris frequens est, ideò vulgò Enula campana dicitur. Plin. lib. 21. cap. 10, Helenium è lachrymis Helenę dicitur natũ, & ideò in Helena insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargens, dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo.

HELENVS, pen. corr. Vir Troianus, quem Virgilius 3. Aeneid. 69. Priamidem vocat. Et vatem, Ibidem, 141.

Heleus, Vide ELIS

HELIADES, pen. corr. (ἡλιάδες,) Patronymicum fœmininum ab Helios qui est Sol. Nam sorores dicuntur Phaetontis. Oui. 2. Metam. 68. Nemus Heliadum. Id est populi arbores. Ouid. 10. Metam. 19.

HELICE, pen. cor. (ἕλικη,) Vrbs Achaiæ, quã mare absorbuit: cuius nomine Vrsæ sidus fortasse vocatũ est à poetis, q. Calisto Lycaonis regis filia, quæ ex Vrsa cum filio in stellas versa est, Arcas fuerit.

Helice, stella maris, vel sidus iuxta poli arcticũ. Lucan. li. 2. 48, Parrhasis obliquos Helice quum verteret axes. Vide ARCTOS.

Helice niuosa. Senec. Here. O Etæo, 12. 5.

HELICON, pen. cor. huius Helicõnis, pen. pro. (ἑλικών,) Mons Bœotiæ iuxta Thebas, Phocidi vicinus, vt Strabo scribit lib. 9. nõ procul à Parnaso, eique æmulus & altitudine & circuitu, qui & ipse Apollini quoque sacer, & Musis est. vnde Heliconiades mulæ sunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone qui bicum Cithærone fratre singulari certamine pugnauit, vt quidam tradunt. Ibi Caballinus fons. Vide suo loco.

Amœnus Helicon. Lucret. lib. 1. 24.

Virgineus Helicon. Ouid. 1. Metamor. 44.

Heliconides. (ἑλικονιάδες,) Persi. in Proœ. 1, Heliconidas, pallidamque Pyrenen.

Comites Heliconiadum. Lucret. lib. 3. 211.

Heliocaminus, heliocamini, pen. prod. (ἡλιοκάμινος,) Ad vetustum solaris formax diei potest. Est autem solare vaporarium in aprico loco situm, ad calorem solis excipiendum, quo antiqui vtebantur. Hęc Budæus. Vlpianus In seruitutibus vrbanis, Si arbor in heliocamino vel solario solem adimat, dicendum erit quia vmbram facit in loco cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. Plin. epist. 41. h, In capite villi deinceps cryptoporticus, horti diæta est, amores meri, re vera amores, ipse posui. In hac heliocaminus quidem, alia xystum, alia mare, vtraque solem, cubiculum autem valuis, cryptoporticum fenestra prospicit, qua mare contra patrietem medium dięta perquàm eleganter recedit.

HELIOGABALVS, penult. prod. Antonini Caracallæ filius, qui ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperium assumptus fuit matris ingenio apud Antiochiam. Seruius, Gabalus Romanus imperator Solem se dici voluit: nam Heliogabalus dictus est. Huius mores impuriſſimos, gulam, libidinem omnẽ, apud Lampridium videre licet.

HELIOPOLIS, pen.cor. (ἡλιόπολις,) Ciuitas est Aegypti, quæ à Græcis, teste Diodoro Siculo, Thebe dicitur. huius ciues testes Herodoto lib. 2. apud Aegyptios omũ sapientissimi habentur. Altera est eiusdẽ nominis in Cilicia patria Crysippi Stoici, vt author est Solinus.

Heliotropium, heliotropii, (ἡλιοτρόπιον,) Herba de qua sic Plinius lib. 2. cap. 41. 2, Miretur hoc, qui nó obseruet quotidiano experimento herbam vnam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Idem lib. 22. cap. 21. 6, de ea prolixè disputat; & lib. 37. cap. 10. 14. Varro, Nec minus admirandum, quod fit in floribus quos vocant heliotropia, ab eo quòd solis ortum mane spectant, & eius iter ita sequuntur ad Occasum, vt ad eum semper spectent. Quidam putant eam esse herbam quæ etiam calendula dicitur, vulgò du soulciz.

Hellanôdices, pen.corr. Latinè dicitur iudex certaminis. ἑλλανοδίκης.

HELLAS, (ἕλλας,) nomen fluminis & regionis Achaiæ, vt ait Ptolemæus, à nostris Græcia appellata à Græco qui primus in ea regnauit: à cuius filia vocata est Attisideinde ab Hellene Deucalionis filio dicta fuit Hellas. Vide Melam lib. 2.

HELLE, (ἕλλη,) filia Athamantis regis Thebarum, quę cum Phryxo fratre suo nouercales insidias fugiens, in mare iuxta Byzantium demersa est: de qua vide in dictione PHRYXVS.

Helleborum, huius hellebori, pen.corr. (ἐλλέβορος,) herba vomitoria. Plau. Pseud. 20. 80, Helleborum hisce hominibus opus est. Plin. lib. 25. cap. 5, Hellebori duo facit genera, sicut & Dioscorides lib. 4. candidum, quod Italia veratrum album appellat, & nigrum quod alii vocant antomon, etiã si in Dioscoride ato mon legimus. alii polyrhizon, plerique melampodion vocant, ab inuentore Melampode vate, vel eiusdem nominis pastore, quòd is animaduertisset eo purgari capras. deinde dato earum lacte, sanauit Prœtidas furentes. Sed Aulus Gellius, Plinium sequutus, ait coloris discerniculum, non in semine, neque in virgultis, sed in radice apparẽre. Cãdido vomitiones cientur, eoque stomachum & ventrem superiorẽ purgat. Nigro aluus inferior diluitur. vtriusque periculosa sumptio. Sed albi, vt præstantior, ita periculosior. quod ipsum tamen adeò vulgatũ esse cœpit, vt plerique studiorum gratia, ad peruidẽda acrius, quæ cõmentabantur, sæpius sumptitauerit. Nominatim autẽ Carneades Academicus, scripturus aduersũ Stoici Zenonis libros, candido hellebro superiora corporis purgare solitus legitur, nequid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia vsque animi redundaret, & instantiam, vigoremque mẽtis labefaceret. Nigri verò religiosum etiã vsum fuisse testatur Plinius. siquidem hoc & domos sufficiebant, purgabãtque aspergentes & sese & pecora cum precatione solenni. Colligebatur & superstitiosius, vt meminit etiam Theophrastus. Primùm enim gladio circunscribebatur. deinde qui succisurus erat, exortũ solis spectabat, precaburque vt id sibi liceret, diis cõcedentibus, facere. Obseruabat & aquilæ volatum: quæ si propius aduolasset, moriturum eo anno, qui succiderat, augurium erat. Ex Plinio igitur colligere licet vtrunque genus tum candidum, tum nigrum, cum ad alia cõplura mala, tum aduersus melancholiam, remedium efficax habere. Vnde & puerbium natum: quod tamen variè effertur. Plaut. Menæh. 20. 15, Nõ potest hæc res iugere hellebori obtinerier. Demosthenes Aeschinem in actione moneat, vt sese purget helleboro. Lucianus in Dialogo Menippi & Tantali, λυμῆνε ὦ τάντ᾽ αλε, καὶ ὡς ἀληθῶς πατοῦν ἀνῆδωα δ᾽ κῆς ἀκρατόνυς ἑλλεβόρου νὴ δία. id est Defipis Tãtale, & vt verè dicam, helleboro poto tibi est opus, eoque sanè merãco. Et apud eundẽ Radamanthus in secundo Verarum narrationum libro, ita pronũtiat, vt Aiax traditum ab Hippocrate helleborum bibat, priusquam in heroum consortium recipiatur. alludens ad eius insaniam. Horat. 2. epist. 2. Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco. Ouid. de Põt. lib. 4.

I, bibe dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Erasmus.

¶ Helleborus etiam in genere masculino dicitur. Columel. lib. 10. 2, Sed negat helleboros, & noxia galbana succo. Virg. 3. Georg. 89,
– helleborosque graues, nigrumque bitumen.

Helleborum, Apuleio scribitur per h. Apud Græcos non aspiratur.

Helleboro opus habere dicuntur, qui animo parum constant, atq; iidem apud Latinos etiam authores helleborum edere, & helleboro sese purgare prouerbio iubentur: propterea quòd antiquitus plurimus vsus fuerit huius herbæ ad leuanda mentis & capitis vitia. Erasmus.

Danda est hellebori multo pars maxima auaris. Horat. 1. Serm. 3. 17.

Tristi helleborum. Catull. ad Iuuentium, epig. 94. 3.

Helleborósus, pen. prod. Adiectiuum, (ἐλλεβορώδης,) Qui plus hellebori sumpsit, quàm par fuit. Plautus Rudent. 23. 66, Quæso sanus es? T.

helleborosus sum. C. at ego ceritus. Helleborum si minus sumatur, magnam ægritudinem leuare non potest. si plus sumatur, portendit periculum. Idem Persius inquit, Saty. 5. 10, Dilais helleborum certo compescere puncto.

HELLEN, (ἕλλην,) Deucalionis & Pyrrhæ filius, à quo Hellenes, pen. prod. nonnulli credunt fuisse nominatos.

HELLESPONTVS, (ἑλλήσποντος,) Fretum angustum ab Aegeo in Propontida, & vbi sunt illæ angustię, septem tantum stadiis Asiam ab Europa diuidentes. Ibi enim Helle in Pontum decidit. Vnde quę Prius Pontus dicebatur, postea Hellespontus vocatus est. Cic. in Oratore, 93. Qua Pontus Helles superat modum.

Hellespontus hodie dicitur Brachium sancti Georgii.

Iunxit Hellespontum Xerxes. Cic. 1. de Finib. 177.

Hellespónticus, Adiectiuum, & Hellespontiacus, penul. corr. (ἑλλησπόντιος.) Virgil. Georg. 3.

Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

Aqua Hellespontiaca. Ouid. epist. 18. 7.

Mare Hellespontiacum. Ouid. epist. 17. 22.

Helops, helopis, pen. corr. est genus piscis. Quintil. lib. 5. cap. 10, 15, Et piscium quoque genera alia planis gaudent, alia fossis, regionibus etiam, littoribusque discreta sunt. nec helopem nostro mari, nec scarum ducas.

HELORVS, pen. prod. (ἕλωρος,) Siciliæ fluuius. Fuit etiam eo nomine Istri fluminis filius, qui ab Aiace occisus est in ea pugna quã Græci cum Telepho rege Mysorum habuerunt.

Præpingue solum stagnantis Helori. Virg. 3. Aeneid. 139.

Heluellae, heluellarum, (λαχανίδια,) Genus oleris minuti, ut refert Festo. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 5, Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil possit esse suauius.

Heluéolum, Vide HELVOLVS.

HELVETII, Populi inter Celtas, bonitatem agri habentes, finitimi Constantiensi, Basiliensi, Seduuensi, ac Gebennensi & Bisuntinæ diœcesibus ac vltra Lausanensem agrum protensi sunt, maximaque ex parte Bisuntinæ prouinciæ sunt, atque ad Sabaudiæ ducatum extendebantur. De his Cicero in Oratione pro Corn. Balbo, 25. Vide Cæsarem lib. 1. belli Gall.

Acerrima & maxima Heluetiorum natio. Cic. de Prouinc. Consul. 16.

Heluo, trisyllabum heluõnis, m. g. (λαιμάργος, δεῖπνον, λιχνός,) Vorax dicitur. Festus, Heluo dictus immoderatè bona consumens: ab eluendo, qd̃ nomen ideò aspiratur, vt rei auditas magis exprobretur: fit enim aspiratione vox incitatior. Terent. Heaut. 5. 4. 14.

At ego (si me metuis) mores caue in te esse istos sentiam.
C I. Quos? C. si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo damnosus.

Heluo patriæ, per Translationem, pro eo qui turpissimo scelerum genere patriam perdit & infamat, vel patriæ bona prodigit ac deuorat. Cicero pro P. Sext. 10, Nam alter ille horridus & seuerus consultò se demi continebat: quatum superbia cœnum illud ac labes, amplissimi ordinis preces, & clarissimorũ ciuium lachrymas repudiauit: neque ipsum vt contempsit heluo patriæ? nam quis ego patrimonii dicam, quod ille, cum quasi quæstum faceret, amisit?

Gurges atque heluo. Cic. in Pisonem, Tu verò qui ad Senatũ nihil scripseris, vt in vrbe nequior inuẽtus es, quàm Gabinius: sic in prouincia paulò tamen quàm ille demissior. nã ille gurges atque heluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ: quum equites Romanos in prouincia, quum publicanos, nobiscum & voluntate & dignitate coniũctos, omnes fortunis, multos famã, vtraque priuasset.

Concinnus heluo, Vide CONCINNVS.

Heluo impurus. Cic. 1. de L. Agra. 1.

Heluo immanis (purissimus, item nequissimus. Cicero pro Domo sua, & Post red. in Senatu, 12.

Heluo librorum, à Cicerone per translationem dictus, lib. 3. de Fin. 11. pro eo qui legendo satiari nequit, Quò quum venissem M. Catonem, quem ibi esse nesciebam, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris. erat enim vt scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat: quippe qui nec reprehensionem quidẽ vulgi inanem reformidans, in ipsa curia soleret legere sæpe, dum Senatus cogeretur, nihil operæ Reipub. detrahens, quo magis tum in summo otio, maximaque copia, quasi heluo librorum (si hoc verbo tam in clara re vtendum est) videbatur.

Heluor trisyllabum, heluaris, (λαιμάζω, λαιμάω, λαιμάσσω,) heluari, Vorare consumere. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 95, Nunquid igitur is bona Lentuli religioni obligauit? sed quid ego cæteros? tu, tu inquã, capite velato, concione aduocata, foculo posito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Persarumque donaras, consecrasti, &c, sin est ratum cur ille gurges, heluatus tecum simul Reip. sanguinẽ, ad cælum tamen extruxit villam in Tusculano visceribus ærarii? Idem pro Sextio, 96, Quid? tu meo periculo gurges ac vorago patri inconsulto heluaberis?

heluaberis? si ego Consul Remp. contra te, & gregales tuos defendissem, in ciuitate esse me nolles? Idem de Prouinc. Consul. 11, Qui huiscum iam in Orchestra heluatur.

Au parum heluatus est? Catull. in Iulium Cæsarem, epig. 27. 4.

Heluatio, (λαιμαργία,) Verbale. Cic. Post red. in Senat. 11, Vbi nobis hæc authoritas tanta, tanta latuit? cur in lustris & heluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tandiu cessauit?

Héluolus, siue heluéolus, pen. corr. Adiectiuum, vt Heluolum vinum. Cato de Re rust. ca. 65, Qui vino locus optimus dicetur esse, & ostentus soli, ibi aminæum minusculum & geminum seu geneum, & heluolum minusculum conferito. Legitur hiem quibusdã exemplaribus heluéolum. Sic etiam cap. 24. Item Colum. lib. 3. c. 2. 13, Sunt & heluolæ, quas nonnulli variat appellant, neque purpureæ, neque nigrę, ab heluo (ni fallor) colore vocitatæ. Melior est nigrior abundantia vinis: sed hęc sapore pretiosior.

Helius color. Qui medius est inter rubrum & nigrum colorem. Varro, 2 de Re rust. cap. 5. 7, de corio boum, Corium attactu nõ asperum ac durũ, colore potissimũ nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo.

Hélxine, helxines, pen. corr. fœm. g. (ἕλξις,) Herba quæ Latinè parietaria & muralis & moralium dicit. Plin. lib. 22. ca. 16. 3.

Hem, (φεῦ,) Interiectio irascentis, inquit Donatus. Terentius Andria, 1. 2. 23,
– tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.
D. Non hercle intelligo. S. non hem? D. non Daus sum, non Oedipus. Ibidem, 2. 6. 4.
Quid Daus narrat? D. æquè quicquam nunc quidem.
S. Nihil, hem. Vbi Donatus, Interiectio est aduersus eum qui se negat aliquid locutum esse.

¶ Hem, Exclamantis. Terent. And. 2. 5. 5.
Vtrunque adesse video. D. hem senex. S. Pamphile.
D. Quasi de improuiso respice ad eum. P. hem pater.
D. Probè. Vbi Donatus, Interiectione magis, quàm verbo exclamant. Ibidem, 4. 5. 4.
Non mihi respondes? M. hem nusquam est, væ miseræ mihi,
Reliquit me homo, atque abiit.

¶ Hem, Nouas res, & optimè audientis. Terent. Heaut. 2. 3. 70,
Adducimos tuam Bacchidem. C L I. hem, quid Bacchidem?
Eho scelesta, quò illam ducis? Idem Hecy. 3. 2. 4. Heus Sostrata.
S. hem. P A R. iterum istinc excludẽre. Idem Adelph. 4. 4. 13.
Hem, quid istud obsecro inquam est? valeas: habeas illam quæ placet.

¶ Hem, Ecce, demonstratio facti. Terent. And. 1. 2. 14.
Obsecro te quamprimum hoc me libera miserum metu. D. hem, Libero. Plaut. Curcul. 3. 25.
Salue anus. I. B. egõn' salua sim quæ sicca sim siti?
P H. At iam bibes. I. B. diu sit. P H. hem tibi, anus lepida. Terentius And. 5. 2. 1, Hem Danom tibi. Plaut. Asin. 15. 13.
– an tu esse me tristem putas?
D. Purè ego, quã videã æquè esse mœstum, vt quasi dies si dicta sit?
A R. Ne dixis istuc. D. ne sic fueris, sico ego non dixero.
A R. Hem, aspecta, rideo. Idem Capt. 11. 8. Et Casina, 8. 52. Et Amphit. 8. 144. Terent. And. 2. 2. 22. – hem,
Paululum obsoni, &c.

¶ Hem, Commiserescentis. Terent. And. 4. 6. 8,
– estne hic Crito sobrinus Chrysidis?
Is est. C. ô Mysis salue. M. saluus sis Crito.
C. Itane Chrysis? hem. M. nos quidem pol miseras perdidit. Vbi Donatus, Non nunc interrogat, sed commiseratur: & ita sequebatur, vt diceret, periit. sed magis gemitus significat quod minus dixerat. Ibidem, 4. 5. 46, hem
Scelera, hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.

¶ Hem, Insperatum aliquid videntis aut audientis. Terẽt. And. 1. 2. 13,
Herus est, neque præsuderam. S. Daue? D. hem, quid est? S. chodum ad me. Vbi Donatus, Quasi correptio totius corporis. Idem Adel. 1. 2. 1. Hem opportunè, te ipsum quæsito.

¶ Hem, Perturbati animi. Terent. And. 5. 2. 5, Herus est: quid agam? S. ô salue bone vir. D. hem Simo. ô noster Chreme. Idem Eunuc. 5. 1. 11.
– hem misera decidi
Infœlix, si quidem tu istæc vera prædicas. Plaut. Trinum. 4. 108,
Hæc sunt, seu rectè, seu peruerse facta sunt, egomet fecisse
Confiteor Megaronides. hem mea malefacta, hem meam
Auaritiam tibi: hæcine me propter res maledictas
Famas ferunt? Terent. And. 4. 5. 8. Ibidem, 1. 1. 89.

¶ Hem, Interiectio qua mulieres in suis exclamationibus vti solent. Terent. Hecy. 3. 2. 12.
Quid ais? an venit Pamphilus? P A R. venit. S. dis habeo gratias:
Hem istoc verbo animus mihi redit, & cura ex corde excessit.

¶ Hem, Lætitiæ. Terent. Heaut. 4. 1. 9,
Cesso hunc adoriri? C. Syre? hem. C. quid est?
S. Te mihi ipsum iandudum exoptabam dari. Ibidem, 4. 3. 26,
Dic contemnis, egisse de nuptiis.
M. Dicam. quid deinde? C. me facturum esse omnia.
Generum placere. postremò etiam si volet,
Desponsam quoque esse dicito. M. hem istuc volueram. Idem Adel. 2. 3. 7. Plaut. Rud. 4. 10, Tuus hic seruus est? D. meus est. T. hem, istuc optimè quandò tuus est.

¶ Hem, Laboranti animi. Terent. Eunuc. 4. 7. 8.
Occœpi mecum cogitare, Hem, biduum hic
Manendum est soli sine illa: quid tum postea? Idem And. 3. 3. 24,
Hem, id te oro, vt antè eamus dum tempus datur.

¶ Hem, Principium iracundiæ. Terent. And. 5. 4. 16,
Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probè. S.
Sycophanta. C R. hem. C H. sic Crito, est hic: mitte. C R. videat q fiet.

¶ Hem, Ironica interiectio. Terent. And. 3. 4. 25.
– in nuptias conieci herilem filium:
Fecit hodie vt fierent, insperante hoc, atque inuito Pamphilo: Hẽ astutias: quod si quiessem, nihil euenisset mali. Plaut. Pœn. 4. 160.
Non ego homo triboli sum? nisi ego illi malligiæ
Exturbo oculos atque dentes. hem voluptatem tibi:
Hem tibi mel, &c. Terent. Phorm. 4. 4. 7, – hem, siquid velis,
Hæc mandes quod quidem rectè curatum velis.

¶ Hem, Singulientis flexu & gaudio dictum. Terent. Adelph. 4. 5. 62,
Bono ãso es, duces vxorẽ hanc. A E. hem. M. bono animo es Ioquã.

¶ Hem, Quasi incipientis, demonstrantisque aliquid noui se inuenisse. Terent. And. 4. 1. 59,
– restitue, in quem me accepisti, locum.
D. Faciam. P. at iam hoc opus est.
D. Hem sed mane, concrepuit à Glycerio ostium.

¶ Hem, Respondentis. Terent. Adelph. 2. 4. 17,
Heus heus Syre. S. hem quid est? C. obsecro hercle hominem istũ impurissimum Quamprimum absoluito.

Hæc omnia ex Donati commentariis in Terentium.

Hemeresios, co. g. Latinè diurnus dicitur. Vnde tabula hemeresios, q̃ vna die absoluta fuerit, apud Plinium, &c.

Hemeris, pen. corr. (ἡμέρις,) Genus arboris glandem ferentis. Vide Plinium, lib. 16. cap. 6. 4.

Hemeródromus, pen. corr. (ἡμεροδρόμος,) Cursor, qui die vno ingẽs spatium cursu emetitur. Liu. 1. bel. Maced. 88, Ni speculator (hemerodromos vocant Græci, ingẽs die vno cursu emetientes spatium) contemplatus regium agmen è specula quadam prægressus nocte media Athenas peruenisset.

Hemicrania, (ἡμικρανία,) Morbus quo dimidium capitis infestatur.

Hemicyclus, hemicycli, pen. corr. m. g. (ἡμικύκλιος,) Sedes, seu cathedra semirotunda. Cic. de Amicit. 2. Quũ sæpe multa, tum meminit domi in hemicyclo sedentem (vt solebat) quũ & ego essem vnã, & pauci admodum familiares, in eum sermonem incidere, qui tum ferè multis erat in ore. Nominis autem ipsius appellatio ex Græco semicirculum significat, quo vocabulo Astrologi in suis demonstrationibus sæpe vtuntur.

Hemína, heminæ, penult. product. (ἡμίνα, κοτύλη,) Dimidia pars est sextarii. Cato, cap. 57, Vinum familiæ, vbi vindemia facta erit, loram bibant? menses tres. Mense quarto heminam in diem vnam, &c. Plaut. Milit. 11. 18.
Nego hercle verũmam ille me vetuit dicere,
Neque equidem heminas octo exprompsi in vrceum,

Hemina (inquit Festus) ex Græco ἡμιον, quod est dimidia pars sextarii.

Heminarius, Adiect. (ἡμιναῖος,) Quintil. lib. 6. ca. 3. 30, Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit. Id est mediocria.

Hemiolus, hemioli, pen. corr. (ἡμιόλιος,) Est (inquit Gell. lib. 18. ca. 14.) qui numerũ aliquẽ totũ in se habet, dimidiũq; habet eius, vt tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti.

Hemiplexia, Vide PARALYSIS.

Hemis, Græcè, apud Latinos transfertur semis.

Hemisphærium, Dimidia sphæra, hoc est, cœli dimidium. Varro, 3, de Re rust. cap. 5. 14, Intrinsecus sub tholo stella Lucifer interdiũ, noctu Hesperus ita circumeunt ad infimum Hemisphærium, ac mouẽtur, vt indicent quot sint horæ.

Hemistichion, Dimidius versus.

Hemitritæus, hoc est semitertiana febrim̃ ideò sic vocãt quia dimidio minor q̃ tertiana sit: sed q̃ parte aliqua tertianã præsentet, tertio die vt illa, repetens: nõ tã vt illa die vnũ præstat integrũ, sed inter horas XXXVI, plus minus per ãgitur. Hæc Hermolaus. Mart. lib. 12. 87.
Pro seue, sed charo votum Maro fecit amico:
Cui grauis & feruens hemitritæos erat. Idem lib. 4. 36, Declamas æger, declamas hemitritæos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hendecasyllabus, pen. corr. (ἑνδεκασύλλαβος,) versus vndecim syllabarũ, qualis ille Catullianus, Passer deliciæ meæ puellæ.

HENETIA, (ἐνετία,) olim dicta est, quæ nũc Venetia appellatur, teste Seruio. Atque etiam Heneti, qui nunc Veneti.

HENIOCHI, (ἡνίοχοι,) Vide ENIOCHI.

Truces Heniochi. Valer. 6. Argonaut. 9.

Hepar, hepatis, pen. corr. n. g. (ἧπαρ, ἥπατος,) Latinè iecur dicitur. ἧπαρ ἥπατος,

Hepar, piscis genus, Plinio lib. 32. cap. 11. 7.

Hepatarius, pen. corr. Adiectiuum, (ἡπατικός,) Quod ad hepar pertinet vt Hepatarius morbus. Plaut. Curcul. 5. 24.

Quid tibi est? c. lien necat, renes dolent,
Radices cordis pereunt, choriæ omnes dolent.
P. tum te igitur morbus agitat hepatarius,

Hepaticus, pen. corr. Aliud adiectiuum, (ἡπατικός,) Qui hepatis morbo laborat. Plin. lib. 26. ca. 7. 7. Datur hepaticis in farre cocta. Idem li. 28. cap. 9. 8. Lactis vsus aliàs contrarius capitis doloribus, hepaticis, splenticis, &c. Apud Celsum lib. 4. cap. 9. Hepaticus morbus.

Hepatica, herba, quæ & iecoraria dicitur, quòd hepatis siue iecoris similitudinem referat. crescit autem in fontibus, & saxis inhæret.

Hepta, ἑπτά, apud nos septem, aspiratur cum suis deriuatiuis.

HEPTAPORVS, (ἑπτάπορος,) Rhesus fluuius Troianus, quia septẽ locis vadari potest eadem via: propter quod & Polyporos appellatus est, teste Strabone.

Heptemimeres, pen. corr. (ἑπτημιμερής,) cæsura est, quum syllaba naturaliter correpta producitur: quod solet fieri in principio quarti pedis, vel septimæ syllabæ, si tres spõdei præcedant, quasi septima dicatur diuisa pars. ἑπτημιμερής.

Hera, Vide HERVS.

HERACLEA, pen. prod. (ἡράκλεια,) Bithyniæ vrbs, clarissima ob celeberrimas quas emisit colonias, vt Strabo scribit, diu tyrannorum sæuitiam passa, mox libera facta est. Iustinus libr. 15. Heracleam à Bœotiis iterum oraculo monitis in Herculis honorem conditam esse ait. Est & Heraclea in Italia ad Crotonem, vt scribit Mela lib. 2. Est item Heraclea, Siciliæ inter Pachynum & Lilybæum, vt scribit idem Mela li. 2. & Ptolemæus. Heraclea Pontis hodie Naxio portus. Stephanus de vrbibus plures scribit esse Heracleas: inter quas vnam Lydiæ scribit, alterã Libyæ. Vide ibidem plura.

Heracleotes, Heracleotæ, pen. prod. (ἡρακλεώτης,) vnde Dionysius philosophus Zenonis discipulus, Heracleotes à Cicerone 2. Tuscul. 101. appellatus est, vbi fuit amphitheatrum vnum è septem spectaculis. Vide & 4. Tuscul. 127. Et 5. de Finib. 16.

Heracleoticus, penu. corr. Adiectiuum, (ἡρακλεωτικός,) item aliud, Heraclius: vnde Heraclius lapis, qui & Lydius. Plinius lib. 33. cap. 8. 3. Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quodã non solitus inueniri nisi in flumine Tmolo, vt author est Theophrastus. nunc verò passim, quem alii heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas vncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum è vena vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argẽti vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente.

Heraclius lapis, formam prouerbii habet: In eos qui vehementer acri, exactoque iudicio sunt. Ex Erasmo.

HERACLEOPOLIS. pen. corr. (ἡρακλεοπόλις,) Nomen trium ciuitatum. Vna est in Aegypto, ex qua Theophanes physicus: altera non longè à Pelusio: tertia secundum Nili ostium, quod Canopicum est. Ex Volaterrano.

HERACLIDES, penult. product. Lycius, domi vir clarus, sophistica facultate insignis Smyrnæ docuit, vbi in honore maximo fuit. Dicunt eum olim apud Seuerum principem, extemporali facultate dicentem aulicis præsentibus exterritum, sermone excidisse. Solus sophistarum ad hanc artem industria & labore, natura minime iuuante contendit. Hæc ex Philostrato.

Heraclides Ponticus philosophus, Athenas concessit, Platonem, deinde Aristotelem audiuit. Reliquit ingenii monumenta quæ non extãt. Vir fuit molliori habitu, vt pro Pontico Pópicus vocaretur. Author Diogenes Laertius. Huius etiam meminit Cicero Tusc. quæst. lib. 5. Sunt & alii multi huius nominis apud Laertium.

HERACLITVS, pen. prod. (ἡράκλειτος,) Ephesius philosophus, vt tradit Suidas, nullum inuenitur habuisse præceptorem: tantum natura, & diligentia solus perfecit. quidam tamen audisse Xenocratem & Hippasum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus vltimi Darii: scripsit poetice multa: ab Aristotele sæpe testis citatur. De quo sic Cicero lib. 5. Tusc. quæst. 147. Est (inquit) apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios esse morte multandos, quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt,

Nemo de nobis vnus excellat: sin quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Hactenus Cic. Hũc aiũt, qui hydropicus esset, spretis medicis oblitũ bubulo seuo, soli siccãdũ se præbuisse, dormiẽtemq; à canibus dilaceratũ esse. Hæc Suidas. Hic Heraclitus ille est, qui quoties domo egrediebatur, flebat: quemadmodum Democritus ridere dicebatur. alteri enim oia quæ agimus, miseriæ: alteri ineptiæ videbantur.

Herba, herbæ, (πόα, βοτάνη,) Ab hærendo. Virgil. lib. 1. Georg. Et sulcis frumenti quæreret herbam.

Herbam dare, siue porrigere, pro eo quod est victorem agnoscere, ac se victũ fateri, passim obuium est apud doctos. Inde sumptum, quod vt author est Festus, id erat pastoralis vitæ indicium, qui dum curiis, aut alio quopiam certamine superati essent, herbam ex eodem statim loco decerptam, aduersario porrigebant, victoriæ agnitæ symbolum. Plin. lib. 22. cap. 4. Ioquens de corona obsidionali graminea, Dabatur, inquit, viridi è gramine, decerpto inde vbi obsessos seruasset aliquãdiu. Nanque summum apud antiquos signum victoriæ erat herbam porrigere victos: hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere. Quem morem, inquit, etiam nunc durare apud Germanos scio. Idem lib. 8. cap. 5. de elephante. Mirus nanque pudor est, victus vocẽ fugit victoris, terram ac verbennas porrigit. Hæc Erasmus. Nonius, Herbam veteres palmam vel victoriam dici voluerunt. Virgil. lib. 3. Georgicorum.

– atque immemor herbæ
Victor equus. Accius Meleagro, Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent pro se quisque.

Altæ herbæ. Virg. 4. Georg. 92.
Comantes. Vide COMA.
Coronariæ. Vide CORONA.
Fertiles. Ouid. 1. Amor. eleg. 16. 2.
Florentes. Virg. eclog. 9. 4.
Fœcundæ pecori. Ouid. 1. Metam. 137.
Graminis. Ouid. 10. Metam. 18.
Immortales. Claud. de nupt. Honorii, 32.
Impiæ. Vide IMPIVS.
Inualida medica. Vide INVALEO.
Lætæ. Virg. 1. Georg. 68.
Largæ. Horat. 4. Carm. ode, 2. 11.
Medicæ. Claud. 6. Paneg. 13.
Miliaria herba. Vide MILIVM.
Molles. Virg. eclog. 3. 11.
Morientes. Virg. 1. Georg. 22.
Murales. Vide MVRVS.
Nocentes. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 5.
Operosæ. Ouid. 4. Metam. 5.
Pallentes. Virg. eclog. 6. 11.
Pollentes. Ouid. 7. Metam. 40.
Potentes. Virg. 7. Aeneid. 4.
Pubentes. Virg. 4. Aeneid. 103.
Salaces. Ouid. 2. de Arte, 85.
Salutiferæ. Ouid. 1. de Remed. Amor. 9.
Spinosæ. Ouid. 2. Metam. 163.
Suaues. Virg. eclog. 2. 10.
Surdæ & ignobiles. Vide IGNOBILIS.
Surgentes. Virg. 4. Georg. 3.
Tenere. Ouid. 1. Metam. 84.
Virides. Ouid. 2. Metam. 86.
Vitiatæ. Ouid. 3. Metam. 16.

¶ Adoptare herbam. Vide ADOPTO.

Arent herbæ. Virg. 4. Georg. 86.
Carpere herbam. Vide CARPO.
Sitiunt herbæ. Virg. 4. Georg. 81. Idem, 7, eclog. 12,

Aret ager: vitio moriens sitit aeris herba.

Hérbula, herbulæ, pen. corr. Diminutiuum, (βοτάνιον,) Cic. 2. de Natura Deor. 190, Ceruæque paulò ante partum perpurgant se quadam herbula quæ sesellis dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 3. 4, Et imitatę spicas herbulæ, manibus aristis ante messem flauescunt.

Herbaceus, Adiectiuum, (βοτανώδης,) Quod in herbam crescit & aliquid, & de iis rebus dicitur, quæ deinde eadem emittunt. Plin. lib. 11. cap. 13. 2. Herbaceum amomum peius.

Herbeus, Aliud Adiectiuum, (βοτανοειδής,) Quod herbę colorem habet. Plaut. Curcul. 5. 16,

– qui hic est homo
Cum collatiuo ventre, atque oculis herbeis?

Hérbidus, pen. corr. Aliud Adiect. (βοτανώδης,) Quod plenum est herbis. Plin. epist. 173. b. Nulla in hoc nauis (sacer enim est) sed innatant insulæ herbidæ, omnes arundine & iunco tectæ.

Herbidæ segetes. Colum. lib. 1. cap. 6. 15, Nec in agrum exportata segetes herbidas reddant.

Herbidus locus vel campus, Herbis refertus & plenus. Liuius primo ab Vrbe

Vrbe, 15. & lib. 9. 7.

Epirus herbida. Ouid. 8. Metam. 57.

¶ Herbidus color. Plin. lib. 12. cap. 14. 4. Arborem thuris alii folio piri minore dantaxat, & herbidi coloris prodidere.

Herbidus potus. Plin. lib. 24. cap. 6. 7. Plus quàm lactis herbidos per montium æstiua potus.

Herbifer, pen. corr. herbifera, herbiferum, (βοτανοφόρος,) Quod herbas producit: vt Herbifer mons. Plin. lib. 15. cap. 8. 14.

Herbosus, pen. prod. Adiect. (πολύβοτος,) Herbis abundans. Plin. libro. 35. cap. 4. 11. Vlex siccatus vritur, & cinis eius lauatur substrato cæspite herboso, vt fidat aurum. Sic Cato, cap. 14. 2.

Agger herbosus. Ouid. 14. Metam. 80.

Herbasco, siue herbesco, herbescis, (βοτανόομαι,) herbescere. In herbam conuerti. Cic. de Senec. 47, Terra semen repefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem.

Herbascere, pro Herbas generare vsurpanit Plin. lib. 19. cap. 8. 21, quum inquit, Quin & omillo simo nominatim vti, quoniam aliud herbascereet. Hoc est, in herbosam viriditatem conuerteretur, & succum suum ad herbarum generationem conuerteret.

Herbarius, Adiect. (βοτανικός,) vt Ars herbaria, qua cognoscitur vis & natura herbarũ. Plin. lib. 7. cap. 56. 6, Herbariam & medicamentariã à Chirone Saturni & Phyllirę filio. Subaudi, repertam fuisse tradunt.

Herbarius, Substantiuum, (βοτανολόγος,) Qui peritus herbarũ eas colligit, venditque & ex eis medicamenta conficit. Plin. lib. 16. cap. 6. 1. Sideritis lata folia, clauo suistra manu circumfossa adalligantur, cuiusdiendo sanatis, ne rursus sata diro herbariorum scelere (vt in quibusdam) rebellet. Idem lib. 20. cap. 17. 14, Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasmata imposuit cum oplo.

HERBITA, pen. corr. (ἕρβιτα,) Siciliæ vrbs apud Ptolemæum. hodie S. Nicolaus.

HERCARVS, (ἕρκαιος,) dictus est Iupiter, quem etiam penetralẽ vocabant, qui intra conseptum domus cuiusque colebatur. Græcè enim ἕρκος septum claustrumque nominatur. Ouid. in Ibin, 58,

Cui nihil Hercæi profuit ara Iouis.

HERCINIA Sylua, (ἑρκύνιος δρυμός,) est Germaniæ trãs Rhenũ, forte ab Hercino mõte ipsius Germaniæ dicta. Vide HERCYNIA.

Hercisceor, hercisceris, Vide ERCISCOR.

Hercle, siue hercule (μὰ τὸν Ἡρακλέα,) Iurandi Aduerb. quasi dicas per herculem. Plaut. Milit. 13. 30, Hercle occasionẽ lepidã vt mulierem excludam forat. Idem Sticho, 6. 55, Hercle rem gestam bene. Terent. Eunuc. 2. 3. 19, Hercle hoc factum est.

Hercle, ornatiua aliquando particula, teste Donato. Terent. And. 4. 5. 3.

– sed quid hoc?
Puer hercle est. mulier, tũne apposuisti hunc?

Hercle sine duo. Cic. Thermo Propr. libro. 2. 17. 3, Et hercle sine dubio erit ignominia.

Bene hercle faciunt. Cic. 3. de Legib. 2.

Mehercle. Cic. 2. in Catil. 29, Vno mehercle Catilina exhausto, releuata mihi, &c.

Hercle certè. Terent. And. 2. 2. 10, Mea quidem hercle certè in dubio est vita. Vbi Donatus, Ideo & iurauit, HERCLE. & affirmans iusiurandum CERTE addidit.

Quæso hercle. Terent. Eunuc. 2. 3. 64,

Imo si sciat quod donum huic dono contrà comparet,
Tum magis id dicas. CH. quodnam quæso hercle?

Obsecro hercle. Terent. Eunuc. 3. 5. 14, Ego te obsecro hercle vt audias.

Corrigere mihi gnatum, porrò enitere.
D. Faciam hercle sedulò. Vbi Donatus, Hercle sedulò, productiones sunt Comici stylli ad fucum orationis positę.

Hercle verò. Terent. Adelph. 1. 4. 4, – omitte verò tristitiam tuam.

C. Ego illam hercle verò omitto, qui quidem te habeam fratrem. Vbi Donatus, Apparet non nunc primùm dici Ctesiphoni ab Aeschino, Omitte tristitiam tuam. nec nunc primùm respõsum Omitto. Et ideo additum est, Hercle verò: quia nunc demum data est plena securitas. Ibidem, 5. 9. 18,

– & quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedi hæc. D. hercle verò serio,
Si quidem prima dedit, haud dubium quin emitti æquum siet. Vbi Donatus, Hercle verò, aduerbia sunt confirmatiua. Idem Heaut. 4. 5. 18,

– gloriare eumisse ex sententia?
S. Non hercle verò, verum dico, Plaut. Milit. 6. 53,
– illam quidem vidi domi. SC. quid domi? PA. domi hercle verò.

¶ Hercule. Idem quod hercle & certè. Cic. pro Quintio, 7, Itaque hercule haud mediocriter de communi quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat. Cœlius Ciceroni, lib. 8. 6. 8, Et hercule confecta omnia fœda & inhonesta sunt.

Sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experiter tuũ. Cic. Capitoni in Epist. ad Atticum, lib. 16. 343. 1.

Mehercule etiam aduentu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinẽtia, &c. Cic. ad Atticum, lib. 6. 104. 3. Idem Cælio, lib. 2. 10. 5, Mihi mehercule magnæ curæ est ædilitas tua. Et in Oratore, 89, Libentius dixerim mehercule, quàm mehercules.

Hercules, p Hercle vel hercule, (μὰ τὸν Ἡρακλέα.) Cic. pro Rosc. Amer. 18. Quoniã quidẽ semel suscepi, licet hercules vndique omnes terrores, minæ, periculaque impendeant o si succurram, atque iubibo.

Hercules quidem. Cic de Cla. Orat. Et hercules hæc quidem extant.

Me hercules. Cic. 2. in Catil. 32, Si me hercules hoc, quod agit, nunquam antè, &c. Plaut. Ciceroni, lib. 10. 11. 10, Cupio me hercules, &c. Cic. pro Plancio, 52, Vere me hercules hoc dicam.

HERCVLES, pe. corr. (ἡρακλῆς,) Cognomẽ, vel fortasse potius agnomen Iouis & Alcmenæ filii, qui ob fortitudinẽ & gloriam creditus fuit inter deos esse relatus. Fuisse autem tres Hercules scribit Diodorus, alii sex autumant. Primus qui certauit cum Apolline de tripode. Alter Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius est ex Idęis digitis, cui inferias afferũt. Quartus Iouis est, Asteriæ Latonæ sororis, qui Tyri maxime colitur, cuius Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertio genitus, cui aliorum gesta assignant. Ex Cicerone lib. 3. de Nat. Deor. 55. Herodotus scribit Herculem vnũ esse ex duodecim diis Aegyptiorũ, Græcosq; ab Aegyptiis hoc nomẽ mutuatos indidisse filio Amphitryonis. Varro, 43, Hercules notat: verũtamẽ oẽs qui robore præstiterũt, hoc nose ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 20, asserit Herculẽ esse Solẽ, quasi Heraclentidẽque ex nose clarescere. Hercules n. nihil aliud est, quàm heras, id est Iunonis, hoc est aeris: deos, id est gloria vel laus. Quæ porrò alia est aeris gloria, q̃ Solis illuminatio? Ita dictus est duodecim labores confecisse, quia Sol annuo cursu, duodecim signa Zodiaci lustrat & conficit. Ab Hercules, Hercule, & Hercle, Mehercules, & Mehercule, aduerbia iurandi. Vide Seruium in, 8, Aeneid.

Clauiger Hercules. Ouid. in Ibin, 52, Claua enim vtebatur.

Diuex amico Hercule. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 1. Ideo quia thesauris præest. Et sunt qui eundem Incubonem quoque esse velint. Vnde putant & q̃ res rustica in tutela eius sit. nã illi sacrificia reddunt rustici quum iuuencos domuerint. Præterea etiam traditur fabula, fuisse quendam mercenarium, qui semper Herculẽ deprecatus sit, vt sibi boni aliquid præstaret: quem Hercules ad Mercurium duxit, & obseratum thesaurum fecit ostendi. quo effosso, ille eundem agrum in quo operam mercenariam faciebat, comparauit, & labori solito operam dedit. Sicque probauit mercenarius quod deus prędixerat Herculi, nulla re vllum posse beatum viuere, quum in eadem opera etiam post inuentionem thesauri perseuerauerit. Persius, Saty. 2. – ô si

Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercules: pupillúmve vtinam quem proximus hæres
Impello, expungam. Quia deus lucri & thesauri dicitur. Hactenus Porphyrio.

Impiger Hercules. Horat. 4. Carm. ode. 8. 6.

Laborifer Hercules. Ouid. 9. Metam. 58.

Magnus Hercules. Horat. 4. Carm. ode, 5. 8.

Oetheus Hercules. Vide OETHEVS.

Vagus Hercules. Horat. 3. Carm. ode. 3. 2.

HERCVLIS portus Ptolemæo, (ἡρακλέους λιμήν,) vrbs Massiliensiũ. Vulgò dicitur Villa francha.

Herculeus, pen. corr. (ἡρακλέος,) Adiectiuum possessiuum.

Manus Herculea, pro forti. Martial. lib. 1. 15.

Claua Herculea. Propert. lib. 4. eleg. 10. 8.

Herculeè, Aduerbium, (ἡρακλείως,) ab Hercules: pro Fortiter. Cic. ad Atticum, lib. 8. 150. 3. Spero etiam quoniam adhuc nihil nobis obfuit, nihil mutassemus tegẽtia hoc, quod cum fortiter & diligenter, nunc ferretiam Herculeè. Quædam exemplaria legunt mehercule. Locus profectò totus est corruptus.

Herculãnus, pen. prod. possessiuum, (ἡρακλιανός,) Gellius lib. 1. cap. 1. Cõprehensa mensura Herculani pedis.

Herculaneæ herbæ meminit Plinius lib. 21. cap. 15. 8.

Herculaneę formicæ. Plin. lib. 30. cap. 4. 3.

HERCYNIA, maxima Germaniæ sylua (ἑρκύνιος δρυμός,) de qua Cæsar commentariorum sexto sic scribit, Huius Hercynię syluæ, quę supra demonstrata est, latitudo nouem dierum iter expedito patet: non enim alter finiri potest, neque mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis à flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit: neque quisquam est huius Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initiũ eius syluæ dicat, quã dierum iter XL. processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Hactenus Cæsar: apud quem præpostero characterum ordine XL. pro LX. legi videtur iudicio Vadiani.

Lucis Sueui nobiles Hercyniis.Senec.Medea,9.9.
Prominet Hercyniæ confinis Rheria syluæ.Clau.de bel.Get.67.

Here, pro,heri,(χθές,)dicebatur à veteribus. Est autem aduerbium temporis.Donatus,Propter cognationem H & I literarum,nõ dubitauerunt antiqui & here & heri dicere,& mane & mani,& vespere & vesperi.Terent.Heaut.3.1.8.
– recte equidem te demiror Chreme,
Tam mane qui here tantum biberis. Idem Eunucho,2.3.65.
Inhonestum hominem quem mercatus est here,senem,mulierem?

Heri,(χθές,ἡ χθές,χθιζά,)Aduerbium temporis:significat autem hesterno tempore. Plaut.Curcul.2.37.
Caruitne febris te heri,vel nudiustertius?
Et heri cœnauistine. Terent.Eunu.1.2.89.Heri minas viginti pro ambobus dedi. Idem And.4.5.19.Quemne ego heri vidi ad vos afferri vesperi? Cic.Attico,Lepidus ad me heri vesperi literas misit Antio.

Herilis, Vide HERVS.

HERILLVS,(ἡρίλλος,)Calcedonius philosophus,Zenonis discipulus fuit,qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto,summum bonum in ea posuit.Huius meminit Cicero li.4. Acade.& lib.2.de Finib.

Herinaceus, herinacei,qui & herix & hericius, teste Sipontino: (ἐχῖνος,)animal spinis horridum,sese in globum interdum componens,& hyeme condens sese:de quo Plin.lib.8.cap.37. 1.Præparant,inquit,hyemi & herinacei cibos,ac volutati supra iacentia poma,affixa spinis,vnum non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores.Idem mutationem Aquilonis in Austrum, condentes se in cubile,prælagiunt.Vbi verò sensere venantem,contracto ore,pedibusque,ac parte omni inferiore,qua raram & inuocuam habêt lanugi nem,conuoluuntur in formam pilæ,ne quid comprehendi possit præter aculeos.In desperatione verò vrinam ex se reddunt tabificam tergori suo spinisque noxiam,propter hoc se capi gnari. Quamobrẽ eximanita prius vrina venaris est:& tum præcipua dos tergori,aliàs corrupto,fragili,putribus spinis atque deciduis,etiam si viuat subtractus fugatque id non nisi nouissima spe maleficio illo perfunditur.

Herma, hermæ,m.g.(ἑρμῆς,)Statua & sigillum erat,in trunco arboris efformata,cuiusdam Mercurii formam habens.Vnde Suidas dicit hermas statuas dictas,quòd Plurimum Mercurii statuæ deliniarentur.Atque hæ quidem hermæ,viriles statuæ, ad propagandam defuncti memoriam sepulchris erigebantur.Cic.Attico,lib.1.5.4.Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti,iam nunc me admodum delectant:quare velim & eos, & signa, & cætera quæ tibi cius loci, & nostri studii, & tuæ elegantiæ esse videbuntur, quamplurima,quamprimumque mittas,& maxime quæ tibi gymnasii, xystique videbuntur esse ibidem,6.1.Itaque propter hanc dubitationem meam breuior hæc ipsa epistola est:quòd qui incertus essem vbi esses,nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire.Signa Megarica,& hermas,de quibus ad me scripsisti, vehementer expecto. Idem 2.de Leg.102,Neque id opere tectorio exornari,nec hermas eos quos vocãt,licebat imponi,nec de mortui laude, &c. De sepulcro loquitur.
Herma,pro Firmamento à Græcis ponitur,authore Festo. vnde etiam (inquit)Mercurii nomen,inuentoris,vt putabant,firmæ orationis,dictum.Interdum etiam saburram significat.Hæc Festus.
Hermathena,hermathenæ,pen.produ.(ἑρμαθήνη,)Mercurii ac Mineruæ statuæ coniunctæ,quas gymnasiis Romani dicare consueuerant. Cicero.Attico,libro 1.2.2.Quòd ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est,& ornamentum Academiæ proprium meæ,quòd & Hermes commune omnium, & Minerua singulare est eius gymnasii. Eidem,libro 1.1.10.Hermathena tua valde me delectat:& posita ita belle est,vt totum gymnasium πλέον ἀνάθημα, esse videatur. Idem lib.1. de Inuent. 11.
HERMAEA,(ἑρμαῖα,)Extrema Ptolemæo vrbs Africæ minoris: Mercurii promontorium Pomponio Melæ.Vulgò Cabo Denubia.
HERMAGORAS,pen.corr.(ἑρμαγόρας,)Aeolides,Carion cognominatus,rhetor egregius,scripsit artem Rhetoricam libris sex,de diligentia orationis,de decoro,de elocutione,de figuris.Docuit Romæ Augusti temporibus,decessitque senex.
HERMAPHRODITVS,penult.product.(ἑρμαφρόδιτος,)Mercurii & Veneris filius:ab Hermes(quo nomine dicebatur à Græcis Mercurius)& Aphrodite,id est Venus. Hic fuit Androgynus, vir & mulier. De quo talis est fabula, Hermaphroditus quum adolescens se lauaret in quodam fonte Cariæ,cui inerat Salmacis nympha: illa eum amans amplexa,deos orauit,vt ex ambobus vnus fieret:idque factum est. Hinc omnes Androgyni,vocantur Hermaphroditi. Plinius libro 11. cap.49.2.Sicut Hermaphroditis vtriusque sexus. Idem lib.7. cap.3.2. Vide ANDROGYNVS. Martial.lib.6.68 Et lib.14.179. Ouidius 4.Metamorph.77.De Hermaphrodito extat elegãtissimum illud Pulicis poetæ carmen.

Quum mea me genitrix grauida gestaret in aluo:
Quid pareret,fertur consuluisse deos.
Mas est,Phœbus ait:Mars,fœmina:Iunoque neutrum.
Quumque forem natus,Hermaphroditus eram.
Quærenti lethum sic Iuno ait:Occidet armis.
Mars,cruce. Phœbus,aquis.Sors rata quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas.afcendo.decidit ensis,
Quem tuleram casu.labor & ipse super.
Pes hæsit ramis.caput incidit amne.tulique
Fœmina,vir,neutrum,flumina,tela,eunucem.
HERMES Trimegistus(ἑρμῆς τρισμέγιστος,)Philosophus Aegyptius, post Mosen fuit, cuius tempore in Aegypto studia Philosophiæ clarere cœperunt,quum antea tantum circa Astronomiam, & huius generis disciplinas versarentur: quæ ad exercendum ingenium magis, quàm ad illustrandum animum valent. Scripsit lingua patria dialogum, in Latinum sermonem postea conuersum,vbi Asclepius introducitur.Deum olim vnum opinatur olim conditorem erroremq;fatetur parentum suorum,qui superstitiones idolorum inuenerint. De hoc plura apud Suidam & Augustinum De Ciuitate Dei.
Hermes,Hermis & Hermẽtis,penult.prod.(ἑρμῆς,) dictus est Mercurius deorum interpres:ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας,id est sermone & enuntiatione, siue eloquentia.Virgil.4.Aeneid. Nunc etiam interpres diuûm Iouo missus ab ipso. Vbi Seruius,Interpres diuûm Hermes: ex presse verbum de verbo.
HERMINIVS, Romanus quidam, cuius meminit Virgilius,libro,12. Aeneid.42.
HERMIONE,pen.corr.(ἑρμιόνη,)fuit Menelai filia,ex Helena coniuge,quæ Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit:sed quum Pyrrhus Achillis filius eam duxisset,Orestes illum occidit,& sponsam recepit. Altera Hermione filia fuit Martis & Veneris,vxor Cadmi, cuius Vulcanus pulchrum sed perniciosum monile formauit:tandem cum marito mutata dicitur in serpentem. Martial.lib.3.11. Dic mihi quid similè est Thuis,& Hermione?
HERMODORVS, pen.prod.(ἑρμόδωρος,)Siculus,auditor Platonis cui vitio datũ est,q; quæstui philosophiam habuerit: dictata quæ sub præceptore audiuerat colligendo,ac dein in Sicilia venditando.
Hermodorus,Philosophus Ephesius,quẽ in Italia exulãtẽ,Põponius Iurisc.tradit authorẽ fuisse XII. TAB. ferendarum Decẽuiris.Plin.lib. 34.cap.5.dicit hunc fuisse interpretem legum Decemuiralium.
HERMOGENES,pen.corr.(ἑρμογένης,)Tarsensis,annos natus XV. Sophista adeò probatus est,vt fama eius ad auditorium M. Antonii principem excuerit,ab eoque munera egregia tulerit. Deinde tempore procedente,eum facultatis habitum deperdidit,nulla morbi causa. Proinde Antiochus sophista dicebat, Hermogenes in pueritia senex,& in senectute puer.Ex Volaterrano lib.15.
HERMOPOLIS,pen.corr.(ἑρμόπολις,)vt ait Volaterr. lib. 12. vrbs Aegypti in Sebenitica pfectura vbi Pan colit & hircus, vt ait Pind.
HERMVS,(ἕρμος,)Fluuius Lydiæ,qui Smyrnæ campos interseçat delapsus à monte Dorilao,Phrygiã scindit à Caria. Hic super fusus campis gignit fertilitatem,vnde arenas aureas fertur trahere. Strabo lib. 13.Virg.2.Georg.Nec pulcher Gangẽs,atque auro turbidus Hermus.

Hernia, huius herniæ,fœm.gen.(κήλη,)dicitur quum pondere, aut ictu aliquo rupta tunica,quæ ab inferioribus partibus intestina diluit,omentum,aut intestinum in scrotum descendit.scrotum enim vocamus cutem testiculos ambientem:quod ὄσχεον Græci appellant.Id vitium à Græcis enterocelæ,siue epiplooceleæ, hoc est intestinorum,siue omenti descensus, dicitur. nostri communi nomine herniam vocant.Mart.lib.10.epig.55. Enterocelarum fertur podalirius Hermes. Idem lib.5.81, Ingens iratis apparuit hernia sacris.
Herniõsus,pen.prod.Adiectiuum,Qui herniam patitur.
HERNICI,pen.corr.(ἕρνικες,)populi sunt Italiæ in Campania, in locis asperis habitantes.Nam Herniæ,Sabinorum lingua, saxa dicũtur. Hos tamẽ Hernicos appellatos voluit Macrobius ab Herno quodam Pelasgo eorum duce.Horum metropolis est Anagnia.
Terra Hernica.Ouid.3.Fast.18.
Saxa Hernica.Silius lib.4.46.
Frondosa Hernica.Stat.4.Sylu.5.12.
HERODES, pen.prod.(ἡρώδης,) Antipatris Idumæi filius, anno x Augusti rex Iudæorum à Romanis declaratus est, regnauitque annis XXXVII. Huius meminit Horat.2.epist.1.37.
Cur alter fratrum cessare,& ludere,& vngi
Præferat Herodis palmetis pinguibus.
Herodes Antipas,huius filius,præfectus Galilææ post Archelaum,impii illimus fuit.
Herodes Agrippa Aristoboli filius,qui B.Iacobum occidit.
Herodes quidam fuit Atticus, qui Græca oratione (vt ait Gellius) ferè vniuersos grauitate atq; copia,elegantiaq; vocũ longè antecessit.

Herodius, (ἡρώδιος,)Auis ex iis quas Romani Diomedeas vocant.Theodorus ardeolam vertit, Augustinus fulicã, Ciconiam

Ciconiam putat esse Suidas,aut ciconiæ similem, dictamque quòd in paludibus versetur,quasi ἑλώδιον.
HERODOTVS, pen.corr.(ἡρόδοτος,)Halicarnasseus claris ortus parentibus,nempe patre Cyxo,matre Dryone, fratrem etiam habebat Theodorum Scripsit historiam libris nouem,quorum quilibet Musæ nomine inscribitur. Cœpit à Cyro Persarum rege. Secessit in Samũ Lygdami tyrannide offensus,qui tunc in patria regnabat. Eo expulso reduit. Postremo inuidiæ ciuium obnoxius, sponte Thurium concessit,Atheniensium colonias,vbi extinctus est & sepultus: licet aliqui Pollæ dicant. Author Suidas.Hunc Cicero,1,de Legib.7.appellat historiæ parentem

Heros, huius herõis, pen. prod.m.g.(ἥρως,) Heroes dicuntur ii qui quum sint homines,rebus tamen gestis eam opinionẽ apud vulgus emeruerunt,vt inter diuos relati credantur. Proinde heroes in quauis arte & scientia dici possunt qui in ea plurimum excelluerunt. Gaza putat deductum esse ab ἔρα. Plures tamen ab ἤρα,id est Iunone: quibus & diuus Augustinus suffragatur.Seruius,Heros vir fortis,semideus,plus ab homine habens,vt ait Hesiodus.Virgil.lib.1. Aeneid.
– dederatque abeuntibus heros. Idem lib.7.Quin & auis Mauors heros potentibus addet. Horat.de Arte poetica, Intererit multum,diuûne loquatur,an heros.Cic.Attico,lib.14.307.2,Illi non heroes,sed dii futuri quidem in gloria sempiterna sint. Idẽ Att.lib.1.12.14,Heros ille noster Cato. Idem.1.de Nat.Deor.46.
Delecti heroes.Virg.eclog.4.7.
Magnanimi heroes.Virg.6.Aeneid.150.
Maximus heros.Virg.6.Aeneid.30.
Semidei heroes.Stat.5.Thebaid.75.
Herõis,pen.prod.herõidis,pen corr.fœm.gen.(ἡρωΐς.) Martialis,
Mutatas formas heroidas,insuper iisdem Addidit.
Graius heroidas æquas.Stat.3.Sylu.5.9.
Heroïna,huius heroïnæ,pen.prod.(ἡρωΐνη,)Propert.lib.1.eleg.12.7,
Illa sit Inachiis & blandior heroinis.
Heruïcus,pen.cor.Adiectiuum,(ἡρῳϊκός,)vt Heroica ætas,in qua heroes floruerunt.Cic.1.Tusc.10,Etiam heroicis ætatibus Vlyssem & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes.
Heroica tempora.Cic.1.de Diuin.1.
Heroicæ personæ.Cic.1.de Nat.Deor.99, Medea modo & Atreus commemorabantur à nobis heroicæ personæ.
Heroicus versus dictus,quòd eo genere carminis heroum gesta describãtur.Cic.1.de Legib.105,Ne plus quatuor heroicis versibus quos longos appellat Ennius.
Versus heroicus.Quintil lib.1.cap.5.18.
Herõus,pen.prod.Adiectiuum,(ἡρῷος,)vt Heroi pedes, quibus in carmine heroico vtimur.Cic.3.de Orat.100,Quare primum ad heroïnos, dactyli,& anapæsti,& spondæi,pedem inuitat.
Heroi carminis opus.Propert.lib.1.eleg.3.4.
Herõum,herõi,pen.prod.n.g.Monumentũ qd solet erigi viro alicui insigni,propter eximiam virtutem.Cic.1.de Leg.97,Quod autẽ ἡρῷον, id est vestibulũ sepulchri,bustũve vsucapi vetat,tuet ius sepulchrorũ.
HEROSTRATVS, pen.corr.(ἡροστρατος,) fuit vir scelestus & ignauus,qui vt nomen memoria sceleris propagaret, incendium nobilissimæ fabricæ templi Ephesiæ Dianæ manu propria struxit, sicut ipse cõfessus est,voto adipiscendæ famæ latioris,vt scribit Strabo,lib.14.
HERSILIA,(ἑρσιλία,) vxor Romuli fuit, quæ post apotheosim mariti ipsa quoque in cœlum relata fuit. & quemadmodum mutato nomine Quirinus ille dicebatur, sic ipsa etiam Ora dicta fuit, vt habet Ouid.14.Metam.170.De hac Liuius.

Herus, (ἥρως,)Dominus.Terẽ.And.5.2.5, Herus est:qd agãt Ibidẽ,1,1,4,Mirabar hoc sic abiret,& heri semp lenitas
Verebar quorsum euaderet.
Herus,pro herili filio.Terent.And.1.3.3.
Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptiis,
Quæ si non astu prouideritur,me aut herum pessundabunt. Cic.2.Officiorum,32,Sed iis qui vi oppressos imperio coercent,sit sanè adhibẽda sæuitia,vt heris in famulos,si aliter teneri non possunt.Virgilius.3. Aeneid.65,Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Diues herus.Horat.1.Carm.ode,18.7.
Hera,heræ,(ἥρα,ἡρωΐνη,)Domina.Terent.And.3.2.3.
Nunc illud est,quòd si omnes omnia consilia sua conferant,
Atque huic malo salutem quærant auxilii nihil afferant,
Quod mihûque,heræque,filiæque herili est. Idem And.4.3.2.
Nihilne esse proprium cuiquam fidi vestram fidem?
Summum bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum.
Hera dicta est Iuno. Ennius apud Ciceronem,1,Offic.60,
Vosne velit,an me regnare Hera,quidve ferat fors,
Virtute experiamur.
Formosa hera.Ouid.epist.9.16.
Herilis,& hoc herile,pen.pro.(δεσποτικός,) Quod ad herum pertinet: vt Herilia imperio.Plaut.Amphit.7.64, Non soleo ego somniculose herilia imperia persequi.
Herilis filius:Id est,filius heri.Terent.Eunuc.2.2.58, Sed video herilem filium minorem huc aduenire. Idem And.3.4.23, Herum fefelli, in nuptias conieci herilem filium.
Arbitrium herile.Valer.4.Argon.77.
Verna ministeriis ad nutus aptus herilex.Horat.2.epist.2.2.
Herifuga,herifugæ,pen.corr.m.g.(φυγοδεσποτάς,) Qui herum fugit.vt Famuli herifugæ.Catul.de Berecynthia,epig.58.11.
HESICHIVS,(ἥσυχιος,)Milesius sub Anastasio principe scripsit Onomatologion,id est Catalogum nominum.Quorum epitome Suidas se fateatur vsum esse.Compoluit & historiam libris VI. in quibus cõplectitur tam Romanorum Imperatorum, quàm aliarum gentium & tyrannorum res gestas vsque ad sua tempora,vt ait Suidas.
HESIODVS, pen.corr.(ἥσιοδος,)poeta Ascræus, scripsit poemata, Theogoniam,ἔργα καὶ ἡμέρας,Opera & dies.quod imitatus est Virg. Primus agriculturæ præcepta tradidit,vt Plin.lib.14.scribit. Fabulatorum item author,vt ait Quintil.lib.5.cap.11.15.
Hesiodius(ἡσιόδειος,)Possessiuũ,Quod est Hesiodi, vel qd ab Hesiodo cõpositũ est.Cic.in Bruto,Illud Hesiodiũ laudat à doctis, q; eadẽ mensura reddere iubet qua acceperis,aut etiã cumulatiore, si possis.
HESIONE, pen.corr.(ἡσιόνη,)Filia Laomedontis regis Troiæ,& Priami soror,quã Hercules expugnata Troia vxorẽ dedit Thelamoni.
HESPERIAE,(ἑσπερίαι,)duæ sunt,vna quæ Hispania dicitur: altera Italia:quæ sic discernuntur. Aut enim Hesperiam solam dicimus & significat Italiam.Virg.1.Aeneid. Est locus,Hesperiam Graii cognomine dicunt. Aut addimus vltimam,& tunc significat Hispaniam quæ in Occidentis est fine. Horat.1,Carm.ode,36.1,Qui nunc Hesperia sospes ab vltima. Et hæc ab Hespero Occidentali stella dicta est: Italia verò ab Hespero Atlantis fratre,qui à Germano pulsus,Italiam tenuit:& ei nomen vel proprio vel suæ pristinæ regionis imposuit.Macrobius tamen voluit Hesperiam dictam esse Italiam, quòd Occasui subiecta sit.Seruius.
Magna Hesperia.Virg.1.Aeneid.115.
HESPERIDES, pen.corr.(ἑσπερίδες,)appellatæ sunt Hesperi fratris Atlantis filiæ,Aegle,Arethusa,& Hesperetusa.Hæ amœnissimos hortos colere dicebantur in Africa iuxta Lixon coloniam à Claudio Cæsare deductam.In iis auriferũ nemus esse cum aureis malis existimabãt custodiri verò à peruigili dracone.Et quoniam Themis dea prædixerat futurum olim quendam Iouis filium qui ea poma diriperet,cinxisse Atlantem pomarium montibus,ne peruium grassatoribus foret.Penetrasse tamen eo Herculem ab Eurytheo missum, & occiso Dracone aurea mala abstulisse. Ex eo autem datum huic fabulæ locum existimant,q; ibi flexuoso meatu æstuariũ fertur è mari,adeò sinuosis lateribus tortuosum,vt vicinitibus procul lapsus lugineos fracta vertigine mentiatur,& quos Hesperidũ hortos appellanere,circundet.Est autem insula quam solã è vicino tractu aliquanto excelsiore, non tamẽ æstus maris inundant.Peruenisse eò Herculem,ara eius, quæ ibi ædificata conspiciebatur,indicio erat:nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore illic visebatur. Alii putant ouium greges ibidem fuisse,purpuream lanam ferentes,easque ab Hercule raptas,& ad Eurystheum ductas.Hinc quoniam μῆλον Græcè, Latinè ouem dicimus,locum fabulæ datum. Hæc Sipontinus ex Seruio.
Hesperides,Erebo & Nocte natæ.Cic.3.de Nat.Deor.69,Eorumque fratres & sorores,qui à genealogiis antiquis sic nominãtur,amor, dolus, metus,labor,inuidentia,fatum,senectus,mors,tenebræ,miseria,querela,gratia,fraus,pertinacia,Parcæ,Hesperides,somnia,quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt.
Aquarum Hesperidum regnator.Virg.8.Aeneid.16.
Mala Hesperidum.Virg.eclog.6.13.
Poma Hesperidum.Stat.3.Sylu.1.31.
Hesperius,(ἑσπέριος,)vt fretum Hesperium.Ouid.Metam.lib.12.
HESPERVS, pen.cor.(ἕσπερος,)Atlantis frater,à quo Hesperis.Scribit Diodorus hunc Hesperum conscendisse cacumen montis Atlãtis ad cursus astrorum obseruandos,& nũquam deinde comparuisse: cui vulgus honores diuinos exhibuit,astrumque lucidissimum eius nomine appellauit:de quo Virg.eclog.7.16, Ite domum saturæ,venit Hesperus,ite capellæ.Hæc etiam serotina stella Vesper dicitur, & Vesperugo:mane autem,Lucifer,& Venus. Cic.1.de Nat.Deor.77. Infima rugo:mane autem,Lucifer,& Venus. Cic.1.de Nat.Deor.77. Infima est quinque errantium,terrẽque proxima,stella Veneris,quæ φωσφόρος,Latinè Lucifer dicitur,quum antegraditur solem:quum subsequitur autem,Hesperus.Dicitur & Hesperugo.Seneca Medea,1116.
Mergit diem timendum Dux noster Hesperugo.

Hesternus, Adiectiuum,(χθιζός,)quod heri factum est significãs. Plaut.Persa.3.1.2,Nunc huc introibo, visam hesternas reliquias.Terent.Eunuc.5.4.17, Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. Plin.in Paneg.107,Quotusquisque principũ antecedentium,honorem istum aut Consulatui habuit, aut populo,non alii marcidi somno,hesternaque cœna redundantes, comitiorum suorum nuntios opperiebantur?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hesternus dies. Cic. 2. de Nat. deor. 106. Sic in Catil, 29.
Hesterna disputatio. Cic. 2. Tusc. 14.
Hesternum decus. Liu. 7. bel. Pun. 78. Pugnatum vtrinque aliquanto quã pridie acrius est, Pœnis ad obtinendum hesternum decus adnitentibꝰ, Romanis ad demendam ignominiam.
Hesterno die lusimus. Catull. ad Licinium, epig. 47. 1.
Luce hesterna vidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 1.
Nocte hesterna lenior aura fuit. Ouid. epist. 18. 15.

HESSENI, pen. prod. (ἔσσηνοι,) Palæsthinæ populi, apud quos lege columbis parium olim, & tantam earum copiam factam, vt aduenarum ora cicures petierint. vnde sunt illa Tibulli verba libro primo,
Quid referam vt voliter crebras intacta per vrbes
Alba Palæsthino sancta columba viro? Plin. lib. 5. cap. 17. Hesseni, gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine vlla fœmina, omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum, &c.

HESTIAEA, (ἑστίαια,) Thessaliæ pars apud Strabonem lib. 13. & Ptolemæum: sed apud Homerum oppidum est in Euboea: Stephanus vrbẽ dicit in Acarnania.

Heterocliton, pen. corr. ἑτερόκλιτον, interpretari potest, alienæ & insolitæ declinationis.

Heterocraneas, (ἑτεροκρανίας,) vocant Græci morbum capitis, quum caput æqualiter dolet, tumetque, & inter pilos rotunda & humida vlcuscula assurgunt, & pus mali odoris. Plin. libro, 31. cap. 9. 2. Ad heterocraneas capitisque vlcera, & pustulas, papulisve.

Heteromaschala, (ἑτερομάσχαλα,) Quæ ex altera tantum parte villosa sunt, & seruitis dicata, authore Polluce. Ex Hermolao. Quæ eadem heteromalla dicuntur quẽ admodum & amphimalla. Qua de re videto Bayfium in libello de Re Vestiaria.

Heteronyma, Vide HOMONYMA.

HETRVRIA, (τυρρηνία, ἑτρουρία,) Italiæ regio, ad Maerã fluuium vsque protenditur, vbi Liguriæ principium est, quæ Varo in extimo Italiæ termino finitur. In Hetruria hodie Florentia clarissima, aliquando Flũtia dicta. Porro Hetruria dicta est, quòd eius fines tenebãtur olim vsque ad ripam Tyberis: & quasi ἑτερουρία, & per syncopem ἑτρουρία. Nam ἕτερος, est alter: & ὅρος, finis vocatur. Roma enim antea vnam tantum Tyberis ripam tenebat. Iuuenalis, – & quæ
Imperii fines Tyberinum virgo natauit. Hæc Seruius apud Virgilium.
Solers Hetruria. Claud. in Eutrop. 1. 3.
Hetruscus, Adiectiuum, (τυρρηνός,) vt Mare Hetruscum. Horat. 3. Carm. ode 29. 8.
Obesus Hetruscus. Catull. in Egnatium, epig. 37. 3.

Heu, (ἰοῦ,) Interiectio dolentis, Nominatiuo, datiuo, accusatiuo iungitur.
Nominatiuo. Virgil. 6. Aeneid. 176. Heu pietas, heu prisca fides. Sũt qui vocatiui casus esse dicant PIETAS hoc loco.
Datiuo. Plaut Milit. 20. 32. Heu mihi, nequeo quin fleã. Idẽ Merc. 1. 2. 76.
– heu misero mihi,
Si ille abierit, mea omnes dicant esse ignauia. Ibidem, 1. 5. 2.
– heu miseræ mihi! Hem cui te, & quæ tu habeas, commendas viro?
Accusatiuo. Plaut. Bacchi. 20. 66. Heu literas minutas. Idem Milit. 14. 73. Heu ecastor hominem periurum. Idem Trucul. 14. 18. Terent. And. 4. 1. 11. Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectani modo. Plaut. Menæch. 17. 1. 1. 1. Plin. lib. 7. in Præf. 4. Heu dementiam ab his initiis existimantium ad superbiam se genitos. Cice. 7. Philipp. 225. Heu me miserum, cur cogor, &c. Horat. Epod. 11. 2.
¶ Heu heu. Plaut. Pseud. 5. 2. 7. Heu heu, quàm ego malis perdidi modis quod tibi detuli.

Heus, (οὖ,) Aduerbium vocantis. Plaut. Amphit. 3. 1. 1.
– heus vos, Aperite hoc. heus ecquis hic est? Idẽ Bacch. 5. 9. 2.
Atque heus tu. N. quid vis? C. annulum gnati tui
Facito vt memineris ferre. Idem Milit. 1. 1. 4. Terent. And. 3. 3. 48. Heus euocate huc Dauum. Idem Eunucho, 4. 1. 10.
– heus, inquit, puer, Pamphilam
Accerse. Ibidem, 3. 2. 16. Et 3. 5. 46. Cic. pro Milone, 44. Heus, vbi Rufeio, vbi Casca?
¶ Heus significationem habet nominis ad intentionem, considerationẽque reuocandi, vt ait Donatus. Terent. And. 4. 1. 11, – heus
Proximus sum egomet mihi. Idem Eunucho, 2. 2. 45.
– hoc nunc dices,
Eiectos hinc nos. omnium rerum heus vicissitudo est.
Sed heus tu, reuocantis particula. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 2. 16. 14. Sed heus tu, celari videor a te: quonam modo mi frater de nostris versibus Cæsar? Idem ad Atticum, lib. 1. 11. 22. Sed heus tu, videsne Consulatum illum nostrum, quem, &c. Terent. Eunucho, 3. 1. 44.
Sed heus tu, purgõne ego me de istac Thaidi,
Quòd eam me amare suspicatur? Ibidem, 2. 1. 11.

¶ Heus, dolentis. Virg. 7. Aeneid. 11.
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.
¶ Heus heus. Terent. Heaut. 2. 3. 107. Verum hercle istuc est, Syre, Syre inquam, heus heus Syre. Idem Adelph. 2. 4. 17, Heus heus Syre. s. hẽ, quid est? Ibidem, 4. 4. 25. Idem Eunuc. 3. 3. 24.
Non hercle veniam tertio, heus heus. P. hic quis est?
C. Ego sum Chremes. P. ô capitulum lepidissimum. Ibidem. 2. 3. 46,
¶ Heus à Græco οὖ venit, authore Festo Pompeio.

Hexaclinon, pen. prod. (ἑξάκλινον,) Stibadium significat, sex capiens conuiuas, vel potius locum in quo duo triclinia stare poterant: hoc est sex lecti cœnatorii. id enim Græca dictio sonare videtur. Martial. in Mamurram, lib. 9. 61.
Et testudinem mensus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non satis esse suo.

Hexagônum, Adiectiuum, pen. prod. (ἑξάγωνον,) Quod habet sex angulos. Colum. lib. 5. cap. 2. 14. Si fuerit sex angulorum in quadratos pedes, sic redigitur. Esto hexagonum quoquouersus lineis pedum trigiuta &c.

Hexámeter, hexãmetri, pen. cor. (ἑξάμετρος,) Sex pedũ. Mart. lib. 6. 65, Hexametris epigramma facis, scio dicere
Tuccam. Cic. 3. de Ora. 107. Quòd si Antipater ille Sidonius, ille quẽ tu probe Catule meministi, solitus est versus hexametros, aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore.

Hexaphorum, pen. corr. (ἑξάφορον,) Lectica quæ à sex seruis ferri solet. Mart. lib. 1. 157. Ingenti latè vestiaris hexaphoro. Idẽ lib. 6. 77, Inuidiosa tibi quam sit lectica, requiritur
Non debes ferri mortuus hexaphoro. Idem lib. 2. 80, Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit.

Hexástichum, pen. cor. (ἑξάστιχον,) Hordeũ dicit, cuius spicæ lum. lib. 2. cap. 9. 12, Proximus est his frumentis vsus hordei, quod rustici hexasticũ quidã etiam cantherinũ appellant: quũ & alia animalia quæ ruri sunt melius, quàm malum triticum pascit.

Hexêres, pen. prod. (ἑξήρης,) naues, quæ sex remorum ordines habent. Liu. 7. bel. Maced. 94, Regia classis septẽ & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres & quatuor hexeres habebat, præter has decem triremes erant.

HIARBAS, (ἴαρβας,) rex Libyæ, qui Didonem re vera voluit docere. Et vt habet historia, quum hæc negaret, Carthagini bellum intulisse ius timore quum cogeretur à ciuibus, petit vt antè placaret manes mariti, & exædificata pyra se in ignem præcipitauit. Ob quam rem, Dido, id est virago dicta est, quæ virile aliquid fecit. Nam Elisa propriè appellata est. Hæc Seruius explicans illud Virgilii, 4. Aeneid. Non Iarbyæ, non antè Tyro despectus Iiarbas. Scribitur nonnullis sine aspiratione.

Hiasco, Hiatus, Vide HIO, his.

HIBERNIA, (ἰουερνία,) insula in mari Atlantico. Cæsar, lib. 5. bel. Gallici, Hibernia (inquit) dimidio minor, vt æstimatur, quàm Britannia. Huius incolæ, longè magis quàm Britanni syluestres sunt, vt scribit Strabo lib. 4.

Hibíscus, hibisci, m. g. vel hibiscum, n. g. (ἀλθαία,) & à quibusdã ebiscus: Herba non dissimilis maluæ, vt inquit Theophrastus, folio maiori quàm maluę, pilosioriqué caule. Vsus eius est ad ruptæ & tussẽ. Plin. lib. 19. cap. 5. 22, Hibiscum à pastinaca gracilitate distat: damnatum in cibis, sed medicinæ vtile. Virgilius pro iunci fine viminis genere accipit, quum dixit in Alexi, Hædorumque gregem vimine ridi compellere hibisco.

Hibla, Vide HYBLA.

Hibris, hibridis, Hibridas sues vocabant antiqui semiferas, ex placido & fero natas. Plin. lib. 8. cap. 53. 1. Aequè facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui hibridas vocabant, ceu semiferos ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Consulatu Colleg. appellatione translata. Sunt qui scribant per y Græcum Hybris.

Hic, (οὗτος, ὅδε,) hæc, hoc, Pronomen demonstratiuum.
Hic, iste, & ille: & aduerbia ab eis descẽdentia, qualia sunt, hîc, istic, illic, hinc, istinc, illinc: huc, istuc, illuc: hac, istac, illac: hors um, istorsum, illorsum, hucusque, istucusque, illucusque: hoc, isto, illo: hanc habent distinctionem: quoniam Hic cum cæteris, dicitur de persona loquente, aut de re ei proxima. Iste verò cum cæteris, de persona ab vtroque remota, vel de re ei proxima. Ille autem de tertia persona ab vtroque remota, vel de re ei proxima. Hęc ex Valla lib. 2. Terentius Eunucho, 3. 1. 33, – vnà in conuiuio
Erat huc quem dico, Rhodius adolescentulus. Plaut. Amphit. 4. 245,
Hic homo sanus non est. Idem Trinum. 15. 17,
Hic homo est omnium hominum præcipuus, voluptatibus, gaudiisque
Anteponendus. Terent. Eunuch. 5. 6. 15, Tum quandam fidicinam amat

amat hic Chærea. Idem And. 1. 1. 85. Idem Eunuc. 5. 3. 1.
¶ Hic, pro Ego ipse. Terent. And. 2. 1. 12, Tu si hic sis, aliter sentias. Vbi Donatus, Hic, seipsum ostendens dicit. & est HIC pronomen.
Hic, ille. Terent. Eunuc. 3. 1. 53, Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà. Ibidem, 4. 4. 14,
Ne comparandus hic quidem ad illum est. ille erat
Honesta facie & liberali.
Hic dies. Terent. And. 1. 1. 75,
– hæc suma impulsus Chremes,
Vltro ad me venit, vnicam gnatam suam
Cum dote summa, filio vxorem vt daret.
Placuit: despondi. hic nuptiis dictus est dies. Ibidem, 1, 2, 18,
Hæc dies aliam vitam affert, alios mores postulat. Sic Mensis hic. Terent. Adelph. 3. 4. 29.
Puer hic vnde est? Terent. And. 4. 5. 9. Quid hic vult? Idem And. 1. 1. 53. Hic quis est? C. ego sum Chremes. Idem Eunuc. 3. 3. 24.
Hic ipsus est de quo agebam. Terent. Adelph. 1. 1. 53, Sed estne hic ipsus de quo agebam? Vide IPSE.
Hic meus, hic noster. Terent. And. 4. 1. 26,
– nescis quantis in malis versor miser,
Quantasque hic suis consiliis mihi confecit solicitudines
Meus carnifex. Idem Adelph. 4. 1. 17. Hic meus amicus, illi genere est proximus. Idem Eunuch. 2. 3. 62, In hanc nostram plateam, commodum hinc se aduorterat.
Hanc tuam, pro Istam. Terent. And. 3. 2. 30, Prorsus à me opinionẽ hanc tuam ego esse amotam volo.
Hunc istum otii & pacis hostem. Cic. pro Domo sua, 20.
Huic illi legato, &c. Cic. pro Flacco, 42.
¶ Hic somnus est mihi! Hoc est, ita dormire soleo. Plaut. Curc. 4. 29,
– quin tu is dormitum? P. H. dormio, ne occlamites.
LA. Tu quidem vigilas. P. at meo more dormio, hic somnus est mihi.
Hæc, (αὕτη, ἥδε,) huius huic, hanc, fœmininum. Plurali numero in genere neutro dicitur etiam hæc: quòd fœminino iunxit. Terent. in Eunu. 3. 5. 34, Hæc adornant vt lauet.
Hæc ferè de moribus. De naturis autem sic sentiebat. Cic. 1. Acad. 55.
¶ Hæc illa. Terentius Andria, 1. 1. 99, Hinc illæ lachrymæ, hæc illa est misericordia.
Hæc ea est. Terent. Eunuc. 4. 6. 14, Nam hæc ea est quam miles à me vi nunc exeptum venit.
Hæc pictura. Terent. Eunuc. 3. 5. 36,
Suspectam tabulam quandam pictam, vbi inerat pictura hæc. Iouem Quo pacto, &c.
Vna hæc spes. Terent. Eunuc. 2. 3. 4, Vna hæc spes est, vbi vbi est, diu celari non potest. Ibidem, 5, 2, 53,
– vnam hanc noxiam
Mittere si aliam vnquam admisero, occidito.
Ad hanc manum. Terentius Adelph. 4. 2. 38. Est ad hanc manum facellus: ibi angiportum propter est.
Hac re, pro Sic, vel hoc modo. Terent. Eunuc. 1. 2. 92,
Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri posse maximè. Ibidem, 4. 4. 50, Hac re & omni re turba euolues, & illi gratum feceris.
Hoc, (τοῦτο, τόδε,) huius huic, hoc, neutrum. Terent. Eunuc. 4. 4. 27,
– age dum hoc mihi expedi
Pennam, istam quam habes, vnde habes, vestem? Ibidem, 1, 2, 50,
Hoc agite amabo, mater mea, &c.
¶ Hoc, Ablatiuus, pro Propter hoc. Plin. epist. 19. li. 1, Tamen hoc quòd sedent, quasi debilitantur.
Hoc, pro tanto, sequente quo. Plin. epist. 10. lib. 3. Effigies hoc diuturnior erit quo verior. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 9. 1. Certè hoc maius habes testimonium amoris mei, quo maturius tibi quàm cæteris, cõsilia liqua tormenta telorum, eo grauiores emissiones habent, quo sunt eõtenta atque addacta vehẽmẽtiussic vox, sic cursus, sic plaga hoc grauior, quo est missa contentius.
Hoc, sequente quòd. Cæsar, 3, bel. Ciuil. 7, Atque eæ copiæ ipsæ hoc infrequentiores imponuntur, q̃ multi Gallicis tot bellis defecerant. Cic. 3. de Orat. 79, Sin eos disiungent, hoc erunt inferiores, q̃, &c. Idẽ ad Atticum, Atque etiam hoc magis, quòd, &c. Cæsar Oppio Cornelio in Epist. ad Atticum, lib. 9. 17. 1, Consilio vestro vtar libenter, & hoc libentius quòd, &c.
¶ Hoc alterum. Terent. Eunuc. 5. 4. 7,
– eam confici sine molestia,
Sine sumptu, sine dispendiorum hoc alterum
Id verò est, quod mihi puto palmarium.
Hoc aliud. Terent. Eunuc. 5. 9. 11, Iam hoc aliud est quod gaudeamus, miles pellitur foris.
Hoc amplius. Terẽt. And. 1. 1. 4, Quid est quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?
Hoc ætatis, pro Eius ætatis. Plaut. Bacch. 5. 108, Censebam me effugisse à vita maritima, ne nauigarem tandem hoc ætatis senex.
Hoc æui Plin. lib. 2. cap. 31. 1, Ad hoc æui nunquã pduxi. Idẽ lib. 6. ca. 4. 1. Cedũt & rostra tequãuis in duobus maximè ad hoc æui celebres.
Hoc biduum. Terentius Eunuch. 1. 2. 107, Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.
Hoc confiteor. Terent. And. 3. 5. 1.
– periì. P. atque hoc confiteor,
Iure obtigisse. Idem Eunuch. 5. 2. 59,
– crede hoc meæ fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo.
Hoc die. Terent Eunuc. 4. 6. 18,
Hoc die modò sororem illam tuam esse, & te paruam virginem Amisisse, nunc cognosse. Ibidem, 2, 1, 44.
– hoc nunc dices, Eiectos hinc nos.
Hoc scio. Terent. And. 3. 2. 26,
Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hîc.
Hoc est patrem esse? Terent. Adel. 4. 5. 74. Quid hoc negotii? hoc est patrem esse, aut hoc est, filium esse?
Hoc est signi, vbi primum poterit, se illinc subducet scio. Terentius Eunuch. 4. 1. 14.
Hoc est, pro Id est. Cic. pro Cecin. 14, Istius ille fundus est quem quadrãsnium, hoc est, ex quo tempore fundus vænit, possedi. Ibidem, In exilium, hoc est in aliam ciuitatem. Ibidem, V sucapio fundi, hoc est finis solicitudinis. Idem pro Milone, Ad Præturam gerendam, hoc est ad Rempub. cuerendam. Idem, 2, Verr. 23, Erit tum Consul Hortensius in summo imperio & potestate, ego autem Aedilis, hoc est paulo amplius quãm priuatus. Horat. 2. Serm. Saty. 7,
– Dauus fuerit: Dauus amicum
Mancipium domino, & frugi, quod sit satis, hoc est,
Vt vitale putes. Dicens HOC EST, exponit illud QVOD SIT SATIS, per hæc verba sequentia, VT VITALE PVTES. quasi ita dixerit, hoc est, sic frugi vt ipsum putes esse vitale.
Hoc est dicere. Cic. 6. Verr. 39, Hoc est enim dicere, Non es dignus tu q̃ habeas quæ tam, &c.
Hoc facito. 2. rectè sanè. P. hoc fugito. 5. callidè.
D. Hoc laudi est. 3. istha ec rei est. D. hoc vitio datur.
5. Probissimè. Terent. Adelph. 3. 3. 63. Ibidem, 3. 3. 71,
Consentiens ad eundem illis præcipio modum:
Hoc satisum est, hoc adeptum est, hoc lautum est parum,
Illud rectè.
Cum tanto munere hoc. Terent. Eunuc. 2. 3. 61, Quis is est tam potens, cum tanto munere hoc?
Idem hoc tu ais? Terent. Eunuc. 4. 7. 40.
Hoc commodi est. Cic. pro Rosc. Amer. 55, Hoc commodi est: quòd ita vixerunt, vt testes omnes, si cuperent, interficere non possent.
Hoc hominis. Terent. Eunuc. 3. 4. 8.
– quid hoc hominis? qui hic ornatus est?
Quid illud mali est?
Hoc honoris alicuius causã suscipere. Cic. Dolabellæ in Epist. ad Atticũ lib. 15. 328, 3, Magnaque cura & solicitudine Atticũ & me liberaris, si hoc honoris mei causã susceperis, vt eos semper à te defensos velis.
Hoc literularum exarare. Cic. Attico, lib. 12. 232. 1, Hoc literularum exarauí egrediens è villa ante lucem.
Hoc mentis. Quintil. lib. 4. cap. 2, Si alioqui hoc mentis habuissent.
Hoc morbi. Terent. Eunuc. 3. 1. 19,
Di boni, quid hoc morbi est. adeóne homines immutarier
Ex amore, vt non cognoscas eundem esse?
Hoc noctis, & hoc lucis. Plaut. Amphit. 4. 15,
Qui hoc noctis à porta ingratis excitauit,
Nonne idem hoc lucis me mittere potuit?
Hoc noui. Cic. Attico, lib. 1. 11. 22. Noui est in lege hoc, vt qui nummos in tribu pronuntiarit, si non dederit, impune sit.
Hoc sceleris. Terent. Eunuc. 2. 3. 34, Quid hoc sceleris?
Hoc villi. Terent. Adelph. 5. 2. 11, – quid ego nunc agam?
Nisi dum hæ silicunt turbæ, interea in angolum
Aliquò abeam, atque edormiscam hoc villi.
Hoc nisi sit vt. Terent. And. 3. 2. 36, Hoc nisi sit puerum vt tu videas, nihil mouentur nuptiæ.
Hoc nouum est aucupium. Terent. Eunuc. 2. 2. 16.
Hoc opus est. Terent. And. 4. 2. 21,
– hoc ego tibi profectò effectum reddam. P. Iam hoc opus est.
Hoc patrium est. Terent. Adelph. 1. 1. 40,
Hoc patrium est, potius consuescere filium
Sua sponte rectè facere.
Idem Adelph. 4. 7. 7. Hoc peccatum est in virginem ciuem.
Hoc plus facies. Terẽt. Eunuc. 2. 1. 15, Vigilabis lassus, hoc plus facies.
Hoc primum. Terent. And. 1. 1. 19,
– hoc primum in hac re prædico tibi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.
Hoc primum est. Terent. Adelph. 4.4.23. Nunc hoc primum est, ad illas ibo vt porgem me, accedam ad fores.
Hoc mihi responde. Terent. Eunuc. 4.7.22.
Thais, primum hoc mihi responde, quum tibi do istam virginem, Dixtin' mihi hos dies soli dare te?
Hoc est quod. Plau. Asin. 16.14. Hoc ecastor est quod ille it ad cenã quotidie. Hoc est, ea est causa cur, &c. Idem Mer. 15.1.1. Pol hoc est ire qd' rus meus vir noluit. Idem Menæch. 14.77. Hoc erat quod hæc te meretrix huius vocabat nomine. Idem Pseud. 1.1.8. Quid opus, me multas agere ambages, hoc homini est quamobrem Vitam amet.
Hoc quid sit. Terent. And. 1.2.20.
Dehinc postulo, siue æquum est, te oro Daue, vt redeat iam in viam.
D. Hoc quid sit. 5. omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt. Idẽ Eunucho, 4.3.2. Periti: hoc quid sit vereor.
Hoc vnum. Terent. Eunuch. 5.2.38.
Imò ita quæso vnum hoc scito, contumeliæ
Non me fecisse causa, sed amoris. Ibidem, 5.9.54.
Vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem Recipiatis.
Hoc verè dicunt. Terent. Adelphis, 1.1.3.
Profectò hoc verè dicunt, si abis vspiam, aut Vbi si, &c.
Hoc vtrunque. Terent. Eunuc. 1.1.41. Vtrunque hoc falsum est, effluet.
¶ Hoc, pro hic. Terent. Phorm. 1.4.32.
-hoc nihil est Phædria: illicet,
Quid cõterimus operam frustra? Vbi Donatus, Vtrum HOC relatiuum? an HOC cum contemptu, pro hic Antipho nihil est? Sic Cic. in Verr. Etsi hoc nescio quid nugatorem sciebam, pro hunc.
¶ Huius non faciam, pro Flocci faciam, & minimum æstimabo. Terent. Adelph. 2.1.9.
- hanc iniuriam mihi nolle
Factam esse, huius non faciam. crede hoc, ego meum ius persequar.
¶ Hac re pro eam ob rem. Senec. epist. 9. Qui causa vtilitatis assumptus est, tandiu placebit, quandiu erit vtilis. hac re, florentes amicorum turbas circunsedere, circa euersos ingens solitudo est.
¶ Datiuus pronominis, Huic, monosyllabũ est. Virgi. 1. Aeneid. 70. Huic coniunx Sichæus erat.
Huic per diæresim disyllabum efficitur. Stathius 1. Theb. Lætus huic domino videas dare iura nepotes.
¶ His legibus, pro Hac conditione. Plaut. Aulul. 6.30. His legibus quum tu dare vis, cedo, nuptias adorna.
His moribus. Terent. And. 2.3.21.
Patri dic velle, vt quum velit, tibi iure irasci non queat.
Nam quod tu speres propulsabo facile: vxorẽ his moribus dabit nemo.
Hice, (ὅυτοσί,) hæcce, hoccce, Idem est quod Hic, hæc, hoc. Terent. Eunucho. 1.2.38. Hice hoc munere arbitratur suam Thaidem esse. Idem Adelph. 5.1.31. Satin' hoc certo? c. certè: hisce oculis egomet vidi, Sostrata. Idem And. 3.5.18. Nãque hocce tempus præcauere mihi me, haud te vlcisci, finit. Plaut. Captiu. Hice talem inter se confinxerunt dolum. Cice. 4. Verr. 5. Sic Pop. Roma. iucunda suburbanitas huiusce prouinciæ.
Hiccine, hæccine, hoccine, pe. corr. Id est talis. Semper cum interrogatione. Terent. Hecyra, 1.1.13.
Vtiue eximium neminem habeam? s. neminem.
Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit,
Quin ita paret sese, abs te vt blanditiis suis
Quàm minimo pretio suam voluptatem expleat.
Hiscine tu amabo non contrà insidiabere? Vbi Donatus, ἐρώτησις, interrogatio. Id est talibus. Idem Adel. 4.5.76. Hic nõ amandus? hiccine nõ gestandus in sinu est? Idem Eunuch. 4.7.1.
Hanccine ego vt contumeliam tam insignem in me accipiam Gnato? Idẽ Adelph. 4.7.40. - ô Iupiter, Hanccine vitam? hoscine mores? hanc demẽtiam? Plaut. Curcul. 4.35. Hoccine fieri vt immodestis hîc te moderere moribus? Quidam vnico c scribunt, Hicine.
Hiccine est Simo? Terent. And. 5.4.4. Sed hiccine est Simo? c H. hic est. Cice. 3. Tusc. 68. Hiccine est Telamon ille, modò quem gloria ad cælum extulit?
Hæccine parua meum funus arena teget? Propert. lib. 1. eleg. 16.2.
- Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam vt fiet,
Vt malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua comparent vt commoda? Terent. And. 4.1.1. Vbi Donatus, Totum hoc in pronuntiatione hoc enim genus interrogationis, vim negandi exprimit.
¶ Hiccine, Dubitatiuè. Liu. 1. ab Vrbe, 10. Haud nihil ambigam hiccine fuerit Ascanius, an maior, &c.
Hic, (ἐνθάδε, ἐνταῦθα, ἐνταυτοῖ, ἀδδε,) Aduerbium in loco. Terent. Eunucho, 5.2.5. Iam frater ipse hîc aderit virginis. Ibidem. 4.6.5. Thais ego iandudum hîc adsum. Ibidem, 5.6.5. Quem præstolare Parmeno hîc ante ostium? Idem And. 4.2.31. Idem Adelphis, 2.1.2. Idem Eunucho. 5.2.56. visne interea, dum is venit,
Domi opperiamur, potius quàm hîc ante ostium? Ibidem, 2.1.24. Idem Adelph. 2.1.15. Hîc propter hunc assiste. Ibidem, 3.4.7.
Hîc, Vbi promiserant. Terent. And. 4.1.13, - vbi fides est
Si roges, nihil pudet. hîc, vbi opus est,
Non verentur: illic, vbi nihil opus est, ibi verentur.
¶ Hic, pro Tum, Aduerbium temporis. Terent. Hecy. 1.2.93.
Hîc animus partim vxoris misericordia
Deuictus, partim victus huiusce iniuriis,
Paulatim elapsus Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem. Vbi Donatus, Hîc, pro tum. Virg. 9. Aeneid. 50, Hîc annis grauis, atque animi maturus Alethes. Terent. Eunuch. 2.2.8. Hîc ego illum contempsi præ me, &c. Idem And. 2.3.15, Cedo quid iurgabit tecum? hîc reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta vt fient,
Sine omni periculo. Vbi Donatus, Hîc, Aduerbium loci non est, sed aduerbium temporis. Cicero. 5. Verr. 57, Hîc illi flentes rogare atque orare cœperunt, vt sibi suas segetes, fructusque omnes, &c. Idẽ. 4. Acad. 19, Hîc Catulus, Etsi heri, inquit, &c. Et pro Cluẽt. 58, Hîc tum Oppianicus, &c. Ibidem, 60.
¶ Hîc, pro In hac re & negotio. Plaut. Bacchid. 1.4,
Iandudum Pistoclere tacitus te sequor,
Spectans quas tu res hoc ornatu geras. nanque
Ira me Di ament, Lycurgus, vt mihi quidem
Videtur, posset hîc ad nequitiam adducier.
Hinc, (ἔνθεν, ἐνθένδε, ἐντεῦθεν,) Aduerbium de loco. Plaut. Amphit. 8.8.
Atque is repentè abiit à me hinc ante lucem: sola hîc mihi
Nunc videor. Terent. Adelph. 4.4.9.
Nam vt hinc fortè ea ad obstetricem erat missa, vbi eam vidi illuc accedo, Vide ABEO & ABEVM.
Hinc ab læua. Plaut. Milit. 10.13.
Sed speculabor, nequis aut hinc ab læua, aut ab dextera
Nostro consilio venator affit auritis plagis. Terent. And. 4.4.13.
- ego quoque hinc ab dextera
Venire me assimulabo.
Hinc ab ianua. Terent. And. 4.5.20, Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua.
Hinc ciuis est. Terent. And. 5.1.14. Illam hinc ciuem esse aiunt. Idẽ Eun. 5.5.10, Scis eam hinc ciuem esse, & fratrem eius apprimè nobilem.
Hinc à nobis profecti in cælum reperientur. Cic. 1. Tusc. 46.
Abest hinc de, Vide ABSVM.
Hinc in. Cic. de Fin. Via quæ est hinc in Indiam.
Hinc empta. Terent. Adelphis. 2.2.22. -emptę mulieres
Complures, & item hinc aliæ, quæ porto Cyprum. Sic apud Cicerone 3. in Catil. 89. Quidam hinc nati.
Hinc eo. Terent. Eunuch. 3.2.12. Cur non imus hinc? Ibidem, 3.5.13. Ad cœnam hinc eo. Idem Heaut. 2.3.99. Ibo obuiam hinc, dicam eis reuortantur domum. Cice. 2. de Oratore, 8, Dixit se Sæuolam hinc euntem esse conuentum.
Hinc euoca aliquem foras. Terent. Eunuch. 2.2.52.
Nõm quem euocari hinc vis foras.
Hinc ex Attica abrepta. Terent. Eunuc. 1.2.30.
-ibi tum matri paruulam
Puellam dono quidam mercator dedit
Ex Attica hinc abreptam. Cic. pro Leg. Agra. 91. Nos autem hinc Roma qui veneramus, iam non hospites, sed peregrini atque aduenæ nominabamur.
Hinc ex proximo. Plaut. Aulul. 14.6, Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?
Hinc ex ara. Terent. And. 4.4.5. Ex ara hinc sume verbenas tibi.
Hinc intrò concedam. Terent. Eunuc. 1.2.126. Concedam hinc intrò, atque expectabo dum venit.
Hinc & hinc. Martial. libro 10.83. Raros colligis hinc & hinc capillos. Sic lib. 7.94.
Hinc atque hinc glomerantur. Virg. 1. Aeneid. 101.
Hinc illuc. Terent. Adelph. 2.2.17,
Coemisse hinc quæ illuc veheres multa.
Hinc illinc. Liuius 2. ab Vrbe, 50.
Hinc illinc venit. Terent. Adel. 4.5.39. -an sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc venit et expectantem?
Hinc atq; illinc totus septentrio eremigatus. Plin. lib. 3. cap. 67.2.
Hinc & illinc exhibent mihi negotium. Plaut. Mostel. 8.39.
-næ ego sum miser
Sceleستus, natus diis inimicis omnibus,
Iam illo præsente adibit me. næ ego sum miser,
Ita & hinc & illinc mihi exhibent negotium. Cice. de vniuers. 62. Id fit quum speculorum lęuitas hinc illincq; altitudinem assumpsit, &c.
Hinc inde, Vndecũque, circũquãque. Plin. epist. 110. 2, Incidi in materiã veram, sed similimam fictæ, dignamque illo lætissimo, altissimo, planéque poetico ingenio, incidi autem, dum super cœnam varia miracula hinc inde referantur. Idem epist. 190. d, Longum est omnia quæ tunc hinc inde facta sunt, recensere. Marc. lib. 1. 188 Cubitis trudit hinc & inde conuiuas. Sic lib. 10. 83.

Ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Hinc loci mei. Terent. Eunuc. 1.2.3.
Conueni hodie adumiens quendam mei loci hinc, atque ordinis
Hominem haud imparum.
¶ Hinc, Ex hac causa. Terent. And. 1.1.99.
Percussit ilico animum, Atat, hoc illud est,
Hinc ille lachrymæ, hæc illa est misericordia. Plaut. Milit. 6.23.
Nunc cruribus, capitisque fraudem capitalem hinc ereas. Cic. pro Flacco. 43. Hinc totum odium, hinc omnis offensio. Et pro Cluent. 151.
Hinc enim illæ sollicitationes, &c.
¶ Hinc, Ex hoc vel illo. Terent. Adelph. 3.3.7.
Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquò persuasit ille imparus, sat scio.
Sed eccum Syrum. ire video. hinc scibo iam vbi siet.
¶ Hinc, Ex hac parte. Cic. 1. in Catil. 44. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum. Idem in Tusc. Ex hac opinione sunt illa varia, &c. Hinc ille Agamemnon Homericus, & idem Aeciamus, &c.
¶ Hinc volucrum naturæ dicentur. Plin. lib. 9. cap 62.2.
Hac, Aduerbium per locũ, id est per eum locũ in quo sum. Terent. Eunu. 5.9.64. Ire hac omnes vos: valete, & plaudite.
Hac iter est. Virg. 9. Aeneid. 68.
Hac, pro Illac. Teren. Adelph. 4.2.42.
Id quidem angiportum non est peruium. s, verum hercle, vah,
Censeo' hominem me esse: erraui. porticum rursum redi
Sani hac multo propius ibis, & minor est erratio.
Hac an illac. Plaut. Rud. 5.20.
-nec loci sum gnara,
Nec diu hic fuisi: tam aliquem velim, qui ex his locis mihi viam Aut semitam monstret: ita nunc hac, an illac eam, sum incerta Consilii.
Hac illac circuncursa. Terent. Heaut. 3.2.1.
Hac illac circuncursa, inueniendum est tamen
Argentum: intendenda in senem fallacia.
¶ Hac noa successit. Terent. And. 4.1.46. Hac non successit, alia aggrediamur via. Id est, hoc modo quem tentauimus.
Hac, Aduerbium ad locum, (δεῦρο, δευτερόν, δεῦρο,) Plaut. Persa. 4.56.
Est leno isti mondum sex menses Megarihus
Hoc est quum commigrauit. Virg. 2. eclog. 9. Huc ades.
Huc abii cum illo. Terent. Eunuc. 1.2.40.
Ego cum illo, quo cum vno rem habebã tũ hospite, Abii huc.
Huc in medium agmen. Terent. Eunuch. 4.7.4. In medium huc agmen cum vesti Danax.
Huc in Vrbem. Terent. Hecyra. 1.2.100. Nam senex rus abdidit se, huc raro in vrbem commeat.
Huc te accersi iussi. Terent. Eunuc. 1.2.19.
-age, sed huc qua gratia Te accersi iussi, auscula,
Huc coram. Terent. And. 5.3.29. Sine me expurgem, atque illum huc coràm adducam.
Huc deducta ad. Terent. Eunuc. 1.3.60. Huc deducta est ad Thaidem meretricem: ei dono data est. Cicer. 2. Tuscul. 34. Huc arripe ad me manibus abstractam piis.
Huc euocate. Terent. And. 3.3.48. Heus euocate huc Dauum.
Huc foras. Plaut. Aulul. 5.14.
-eo nunc te secretò huc foras seduxi,
Vt tuam rem ego tecum hîc loquerer familiariter.
Huc intrò. Terent. Eunu. 5.6.26. Cesso hac intrò irrumpere?
Huc deambulare, Terent. Adelph. 6.1.4.
Sed postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc libitum est.
Huc prouiso. Terent. Eunuch. 3.1.4.
-huc prouiso, vt vbi tempus siet, Deducam.
Huc secede: procul. Plaut. Capt. 5.26.
-secede huc nunciam si videtur, procul
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.
Huc renumeret. Terent. Hecyra, 3.5.52. Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat. Idem Eunuch. 4.7.26. Pamphilam ergo huc redde, nisi mauis eripi.
¶ Huc redeunt hæc verba. Terent. Eunuc. 1.2.78,
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt. denique
Ego excludor. Id est, eam ob causam dicuntur.
Rem huc deduxi, vt, &c. Cic. 1. in Catil. 27.
¶ Huc & huc ora vertere Horat. Epod. 4.2.
¶ Huc illuc. Tacit. lib. 1. Sed exterruit Cæcina huc illuc ferens arma. Idem libro 4. Sed persequi incertum fuit, quum ex vsu temporis huc illuc mearent.
Huc & illuc, Incertum iter ostẽdunt. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180.7, Ne fortè aut abim quum venier, aut cursim huc & illuc deterrima via. Sic 1. de Oratore 9. Huc & illuc intueri.
Huc & illuc rapere. Cice. in Offic. Pars quæ hominem huc & illuc rapit. Horat. 4. Carm. ode. 1.2. Huc & illuc curritare.
Nunc huc, nunc illuc. Virg. 5. Aeneid. 139.
Huccine tandem omnia reciderunt? Cic. 7. Verr. 127.
Hucusque, pro Vsque huc. Plin. lib. 6. cap. 29.11, Hucusque Sesostris exercitum duxit.

HIDRVNTVM, (ὑδροῦς,) Hydrus Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Calabriæ oppidum iuxta Ionium mare. Vulgò Otronto

Hierarchia, penult. produc. (ἱεραρχία,) Latinè sacer principatus dicitur.

HIERO, pen. cor. (ἱέρων,) Syracusanus, qui esset ex duce rex factus, Populi Romani perpetuus amicus fuitat quum omnis expers disciplinæ in morbũ incidisset, erudiri cœpit, ac vltro sermonibus physicis aures accõmodare, donec paulatim, dum per valetudinem licuit, poetis Pindaro & Simonide accersitis vsus è. Author Aelianus De varia historia.

Hierobotane, (ἱεροβοτάνη,) Herba: cuius meminit Plinius lib. 25. cap. 9. 3. Hierobotane etiam scribitur.

Hieroduli, (ἱεροδοῦλοι, pen. prod. Sacrorum ministri. Firmicus lib. 9. matheseos scribit futuros ædituos, aut hierodulos, qui habuerint horoscopum in vicesima sexta parte Geminorum.

Hieroglyphicae, pe. cor. (ἱερογλυφικά,) Literæ sacræ. Quo nomine dictæ sunt Aegyptiæ, q̃ notis volucrum, ferarum, aliarumq; rerum prænotatæ erant. De quibus sic Tacitus, Primi per figuras animalium Aegyptii sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur, & literarum inuentores perhibentur.

HIERONYMVS, (ἱερώνυμος,) pen. corr. Siciliæ tyrannus, Hironi patri successit adnodum puer: cui pater metuens, relictis tutoribus XVI. mandauit moriens vt fidem erga Pop. Rom. annos quinquaginta ab se coltam, inuiolatam seruaret. Hic postea abiecta tutela, contempta patris disciplina ac moderatione, luxuriosius & arrogantius agendo, à Romanis defeciit, Annibaliq̃ue adhæsit. Quumq̃ue superbè nimis in ciues sese haberet, ab eisdem interfectus est. Author Liuius lib. 4. secundi belli Punici.

Hieronymus Historicus Rhodius, familiaris Demetrii Poliorcetis, relictusque ab eo pfectus in regione Bœotiæ, scripsit res ipsius Demetrii gestas, vt scribit Plutarchus in Demetrio.

Hieronymus, Sacrum nomen Latinè interpretatur, quod viri cuiusdã sanctissimi & doctissimi proprii fuitscuius opera in pretio habentur.

Hieronymus, Philosophus Rhodius, qui finem summi boni posuit in indolentia.

HIEROSOLYMA, Hierosolymæ, pe. cor. & Hierosolyma, Hierosolymorum, tantum pluraliter, (ἱεροσόλυμα,) Vrbs Iudæa seu Palæstina quæ & Hierusalem vocabatur. Cic. pro Flacco, 52. Quum aurum Iudeorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus vestris prouinciis, Hierosolymam exportari soleret. Ibidem. 53. C. Pompeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. Dicuntur autem Hierosolyma, vt scribit Egesippus, quæ primo Solyma dicebãtur. Sed quum rex Cananæus, cognomento Iustus, qui fuit conditor Solymorum, templũ addidisset, inde Hierosolyma nuncupauit. Græci enim ἱερὸν templum vocant. Eusebius libro nono Euangel. præp. ait, Hierosolyma appellari, quasi hieron Solomonis, hoc est ædẽ Solomonis, à templo quod Solomon Hierosolymis pulcherrimum magnificẽtissimumq; construxit. Tacit. lib. 11. Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ vrbi Hierosolymam nomen à suo fecisse. Suet. in Nerone, Spoponderunt tamen quidam destituto ei gubernationem Orientis, nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum.

Hierosolymarius, (ἱεροσολυμεύς,) dictus est Pompeius à Hierosolymis expugnatis. Cice. Attico, lib. 2. 24.2. Vt sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis, &c.

Hilaris, & hoc hilare, pen. corr. (ἱλαρός, φαιδρός,) Lætus & iocundus. Plaut. Epid. 9.33. Illam ridibundam atque hilaram huc adduxi simul. Horat. 1. epist. 10.19. Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi. Terent. Eunuc. 4.5.5, Certè tu quidem pol multo hilarior.

Hilaris animus. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2.15.1. Risi nisem atram, teq; hilari animo esse & prompto ad iocandum valde me iuuat.

Hilare cauædium. Plin. epist. 17.2. Est contra medias cauædium hilare, Hoc est iucundum & delectabile.

Hilarem diẽ sumere. Teren. Adelph. 2.4.23. Quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem.

Hilare ingenium. Plau. Mostel. 5.4.
Nunc comessatum ibo ad Philolacheten, vbi nos hilari
Ingenio & lepido accipiet.

Hilarem in modum. Cic. ad Atticum, lib. 5.96.1. Epulati essemus hilarem in modum. Legendum ex vetusto codice saliarem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Probitas hilaris.Stat.5.Sylu.2.15.
Hilari vultu atque leto.Cic.1.Tusc.161.
Hilaris & Tristis opponuntur.Quintil.lib.8.cap.3.
Populus hilaris.Ouid.3.de Arte,103.
Hilarus,hilara,hilarum,(ἱλαρός,)pro eodem.Plaut.Milit.16.62. Hilarus exit,impetrauit:inhiat quod nusquam est miser.Terẽt.Adelp.4.7.38,
– ita vti decet
Hilarum ac lubentem fac te in nati nuptiis. Ibidem,5.3.56.
Hodie modò hilarum fac te.
Hilara vita,Cic.5.de Finib.157.Semper enim ex eo quod maximas partes continet,latissimeque funditur,tota res appellatur. Dicimus aliquem hilarè viuere:igitur si semel tristior effectus est,hilara vita amissa est? Idem Attico,lib.16.333.2,Hunc tu tralatum in Maccrollum lege in arcano conuiuis tuis:sed si me amas, hilaris, & bene acceptis, ne in me stomachum erumpant,quum sint tibi irati.Eidem,li.5.108.7. Hilara sane Saturnalia. Idem de Claris Orator.9.Quoniam longo interuallo modò primum animaduerti paulo te hilariorem.
Hilárulus,pen.corr.Diminutiuum,(ὑφίλαρος,)Cic.ad Atticum,libr.16. 336.10, Atticæ,quoniam(quod optimum in pueris est) hilarula, est meis verbis suauium dex.
Hilaritas,penultima correpta.hilaritátis,(ἱλαρότης,) Festiuitas, iucunditas. Cicero.2.de Finib.206.Non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu aut ioco comite leuitatis, sed sæpe etiam tristes,firmitate & constantia sunt beati.
Hilaritas & lætitia.Cic.1.de Oratore,126,Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit.
Hilaritas & Tristitia,contraria.Cic.in Orat.33.
Multa hilaritas.Cic.1.Offi.151.Erat in C.Lælio multa hilaritas.
Hilaritatem afferre,Vide AFFERO.
Hilaritatem amittere.Cic.ad Atticum,lib.12.255.2.Hilaritatem illã qua hanc tristitiam temporum condiebamus,in perpetuum amisi.
Hilaritate aliquem conspergere.Cl.1.Acad.13.Vide CONSPERGO.
Hilaritatem eripere alicui.Cice.Dolabellæ,lib.9.11.3.Sed tamen hilaritas illa nostra & suauitas,quæ te præter cæteros delectabat,erepta mihi omnis est.
Hilaritas diei.Colum.lib.9.ca.14.15.Quum diei permittit hilaritas,procedere audent in, &c.
Hilare,pen.corr.Aduerbium,(ἱλαρῶς,)Quod & hilariter dicitur.Cic.5. de Finibus.157. Dicimus aliquem hilarè viuere:igitur si semel tristior effectus est,hilara vita amissa est?Idem 3.de Orat.17. Quis vnquam res,præter hunc,tragicas penè comicè,tristes remisit,seueras hilarè,forenses scenica prope venustate tractauit? Ibidem,libro.2.160. Ego verò atque hilarè quidẽ à te acceptus. Afranius Prutigno, Et propter patruelem tuam constituit,hilarè anhelans deiecta coma. Author ad Herennium,Deinde modò acriter,tum clementer,mœstè in omnes partes commutabimus pronuntiationem. Cicero 3.Tuscul.108.Hilarius loquuti.
Hilarè & libenter ei cupienti audire nostra,dixi fine te omnia muta esse. Cic.ad Tironem,lib.16.12.3.
Epulatus hilare.Tacit.lib.11.
Hilarissime.Plaut.Menæch.4.38.Ecquid audes de tuo istue addere? P. atque hilarissimè.
Hilaritus,penultima correpta.(ἱλαρῶς,)pro hilariter dixit Plautus Milite,10.82.Es, bibe,animo obsequere mecum, atque onerato hilaritus me.
Hilaro,hilaras,pen.corr.(ἱλαρύω,)hilarare,Lætitiam, iucunditatemque afferre.Cic.lib.2.de Finib.12.Omnes enim iucũdum modum quo sensus hilaretur,Græce εὐθυμίαν,Latinè voluptatem vocant. Idem de Claris Orat.22.Huius suauitate maximè hilaratæ sunt Athenæ.Idem 2.de Nat.deor.147.Vt cum cælo hilarata videatur.
Animum hilarare.Catul.de Berecynth.epigr.58.4.
Hos vbi facundo tua vox hilarauerit ore.Ouid.4.de Pon.eleg.4.8.
Hilaror,hilarãris,Passiuum.Plin.libr.19.cap.42.3.Constat emori victas difficultate verbi,ac nisi subinde eadẽ audiant,memoria falliquæ rentes minum in modu hilarari,si interim audierint id verbũ.De phitracis.
Hilarefco,hilarescis,(ἱλαρύνομαι,)hilarescere,Hilarem fieri.Varro epist. latin.lib.1.In votum amicorum domus fumat hilarescо.
Hilaria,hilariorum,pluraliter tantum,n.g.(ἱλαρία,)antiqui diem æquinoctii verni colentes appellarunt,vt ait Macrobius:nempe octauum Calend.Aprilis,quo fit æquinoctium vernum, quo primum tempore solidiem longiorem nocte protendit.De his meminit Flauius Vopiscus in Aureliano.

Hilla, hillæ,fem.(νῆσις,ἀμυλλαῖος,)vel hilla,hillorum, neut.Horat.2. Serm.saty.4.12.
– perna magis,ac magis hillis
Flagitat immorsus refici.Quo loco Acron,Hilla,inquit,dicuntur falsa intestina hirci. Positum est diminutiuè hæc hilla.Quidã in diminutione neutri generis esse dicunt. Alii dicunt farta falsitia.Hæc ille. Varro de Ling.Latina,lib.4.ab hillum deducit,quod est minimum. Videtur esse intestinum illud porcinum fartum aliis intestinis.Plautus. Atque illas infumatas & fumen.

Hilum, huius hili,Nigrum illud putaẽ quod in summitate fabæ adhæret, inquit Festus.
Hilum,p breui exiguoque ponit,authore Nonio.Lucil.lib.30. Quodsi tuas laudes culpes,non proficis hilum. Cic.1.Tusc.16,
– num illud quod Sisyphus versat
Saxum sudans nitendo,neque proficit hilum?Ex Poeta.

HIMERA, pen.corr.(ἱμέρα,)Fluuius Siciliæ,qui in duas partes diuiditur:& in altera,dulcé saporé,in altera salsum retinet.Plin.lib.3.cap.8.

Hinc, Vide HIC.

Hinnio, hinnit,hinniui,hinnitum,pen. prod. (χρεμετίζω,) hinnire Proprium equorum,vt ait Festus.
Fortiter hinnire.Quintil.lib.1.cap.5.45,Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter dicerемus,nisi iudicio vetustatis niterentur.
Hinnitus,huius hinnitus,pen.prod. (χρεμετισμός,) Liu.2.ab Vrbe,273. Fremitus,& vox ipsa quã equi emittere solent. Cic.1. de Diuin.126, Quum autem aliquantum progressus esset,subitò exaudiuit hinnitum reipexitque,& equum alacrem aspexit.
Acutus hinnitus.Virg.3.Georg.18.
Edere hinnitus Ouid.2.Metam.144.

Hinnus, hinni,m.g.(νεβρός,)Varro de Re rust.lib.2.ca.8, Multi & hinni bigeneri atque infititiinon suopte genere ab radicibus.ex equa enim & asino fit mulus contrà, ex equo & asina hinnus, vterque eorum ad vsum vtilis, partu fructus venter. Ibidem paulò post,Hinnus qui appellat,ex quo & asina,minor est quàm mulus corpore,plerunque rubicundior,auribus vt equi,iubam & caudam habet asini.Id in ventre est,vt equus,menses duodecim. hosce item vt equos & educant & alunt,& ætatem eorum ex dentibus cognoscunt.Colum.lib.7.cap.37,Qui ex equo & asina concepti generantur, quibus à patre nomen traxerint,quòd hinni vocantur matri per omnia magis similes sunt.
Hinnulus,hinnuli,pen.corr.Diminutiuum,(νεβρίδιον,κριός,)Est feratra capreolorum,caprarum,damarum,leporum,similiumque. Plin.lib. 28.cap.9.26.Summis autem remediis præfertur hinnuli coagulum matris vtero execti.Ex antiquo codice legitur hinulei coagulum.
Hinnulus dicitur etiam qui patre equo,matre asina natus est, quem quidam burdonem nominant.Plin.lib.8.cap.44.1,Equo & asina genitos mares hinnulos antiqui vocabant:contraq; mulos,quos asini & equæ generarent.

Hio, hias,hiare,(χάινω,)Proprie est ore aperto spiritum emittere. Plinius,libro,8,cap.25.2.Inuitat ad hiandum pabuli sui gratia. Iuuenalis lib.10.ca.33.9,Perdices hiantes exerta lingua per id rẽpus æstuantes.
Hiare,Sponte,vel aliqua vi externa aperti siue scindi: vt Ligna hiãt ariditate,& tellus æstu. Saluit.lib.4,Atque hiauit humus multa, vallis & profunda. Colum,lib.5.cap.9.10, Quum terra æstibus hiat.
Hiare flores dicuntur,quum aperiuntur.Proper.lib.4.eleg.2.10.
Nec flos vllus hiat pratis quin ille decenter
Impositus fronti langueat ante meæ.
¶ Hiant sensus.Cicero 2.de Finib.12. Omnes enim iucundum modum quo sensus hiarent,Græce ἡδονὴν,Latinè voluptatem vocant.Ex vetusto codice legendum hiaretur.
¶ Hiare vocalibus sermo dicitur,quũ propter multarum vocalium concursum hiulco ore proferendum est.Quintil.lib.9.ca.4. Neque enim aut hiare semper vocalibus, aut destitui temporibus volunt sermo & epistola. Cic.in Orat.85.In ea est erebra ista vocum cõcursio,quã magna ex parte vt vitiosam fugit Demosthenes. Sed Græci videntur nobis ne si cupiamus quidẽ,diffraiere voce conceditur.Indicant orationes illæ ipsæ horridulæ Catonis,indicant omnes poetæ,præter eos qui vt versum facerent,sæpe hiabant:vt Næuius,vos qui accolitis Hirum fluuium atque Algidam.
¶ Hiare ad aliquid,pro Cõcupiscere.Senec.epist.73.Quicquid accepit, integrum deuorat:& semper ad spem futuri hiat.
Hians,hiantis,(χάινων,)Participium,siue Nomen ex participio.
Emptorem inducere hiantem.Horat.1.Serm.saty.2.18.
Hiante auaritia Verres.Cic.4.Ver.93.Nam ipsum Verrem tantũ semper auaritia hiante atqi imminenti fuisse,ingenio & cogitatione nulla.
Cupiditates hiantes.Tacit.lib.7.Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbæ facilitas intendebat.
Hians oratio.Quint.lib.8.ca.6.Fit frequentissimè aspera & dura & diffoluta & hians oratio.Hoc est malè coniuncta & concatenata.
Mutila & hiantia loqui.Cic.in Orat.17.Huius tamen nemo neq; verborum,neque sententiarum grauitatem imitatur,sed quum mutila quædam & hiantia locuti sunt,quæ vel sine magistro facere potuerint,germanos se putant esse Thucydidis.
Disiuncti atq; hiantes concursus literarum.Cic.in Partit.12.
Hiatus,huius hiatus,pen.prod.m.g.Oris apertio. Cice.2.de Natura.deorum.82.Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipsis capessunt.

Plin.lib.8.cap.16.16. Iuxta littus conspecto leone hiatu minaci,arborem fuga petit.
Extremus expiantis hiatus.Quintil.lib.6.cap.2.26.
Immoti fauces didicit hiatu.Silius lib.3.40.
Hiatus ex cõcursu vocalium.Cic.in Oratore.42.Habet enim ille tanquã hiatus concursu vocalium molle quiddam.
¶ Hiatus terræ. Cic.2.de Natur.deorum.20.Repentinis terrarum hiatibus. Plin.lib.36.cap.15.19.Hauriri vrbes terræ hiatibus,publicus mortalium dolor est.
Terræ hiatus.Ouid.3.fast.122.
Deuorari subito telluris hiatu.Ouid.epist.3.13.
Paculi hiatus fontis.Ouid.3.Metam.33.
Profundus hiatus.Plin.lib.2.ca.80.1.Alibi hiatu profundo haustis.
Hisco,hisciis,(χαίνω,θηλάζω,)hiscere,Inchoatiuũ verbum,Proprie est oris humanis:quum videlicet præ somno aut tædio os aperiunt homines.
Raris turbatus vocibus hisco.Virg.3.Aeneid.83.
¶ Hiscere,Submissè loqui,siue os ad loqendum aperire.Plaut.Ne hiscere quidem audet.Virg.3.Aenei.62.
–vix pauca furenti Subiicio, & raris turbatus vocibus hisco. Plin.in Paneg.127.At quis antea loqui,quis hiscere audebat, præter miseros illos qui primi interrogabantur! Liu.10.ab Vrbe,86.Priore Consulatu primis vtique mensibus hiscere cum nequisse,nunc eam populares orationes ferere. Idem 9.bell.Maced.145.Nec hiscere quisquam audebat, Cicer.2.Philipp.107.Respondebisne ad hæc? aut omnino hiscere audebis?
¶ Hiscere,Stupere mirari,dubitare.Næuius,Hiscit,dubius est quid agat. Nonius.
¶ Hiscere,Aperiri.Plaut.Pseud.14.47.
–tace,ædes hiscunt.P. credo animo malè est
Aedibus.5.quia tamẽ P. quia ædepol ipsum lenonem euomunt.Ouid. epist.6.19.Hiscere nempe tibi terra negãda foret.Apud Quintilianũ lib.9.cap.2.Magnæ nunc hiscite terræ.
Hiasco,hiascis,(ἀνοίγομαι,)hiascere. Cato de Re rust.ca.10.de nucibus, Vbi primùm incipiunt hiascere,tum legi oportet.

Hippace, hippaces,pen.corr.f.g.(ἵππακα,)Caseus ex lacte equino,quos bubulo traditi:hunc vocant hippacen. De caseis. Idem lib.11.cap.54.1.Vbi Hermolaus,Hippocrates,inquit,inuentum scribit Scytharum hippacen ex equino lacte,dicens, In lingua caua infundunt:id deinde obturbant.Innatantem spumam butyrum vocant: id quod fidit,hippacen:id quod in medio subsistit,serum.
Hippago,hippaginis,(ἵππαγωγαί,)Genus nauigii conuehendis equis aptum,inquit Festus:quod à Iulio Polluce ἱππαγωγὸς dicitur.Liu. Decade quinta,li.4.109.Quinque & XXX. naues quas ἱππαγωγοὺς vocant,ab Elea profectæ,&c.

HIPPARCHVS,(ἵππαρχος,)Nicæus astrologus,scripsit de Arati Phænomenis,de stellis fixis,de lunę motu contra Platonem.Primus instrumenta mathematica inuenit,vnde hæc sensibus deprehẽdi possent, Plinio maximè laudatus. Hipparchus quoque filiis Pisistrati tyranni,q; ob libidinem in Harmodium,Aristogitonis coniurationem in se exciuit,vt est apud Thucydidem. Idem vt inuidiam tyrrãnidis sapiẽtiæ opinione extingueret,literas coluit,virisq; doctis maximè fauit,vt est author Aelianus de Varia historia.

HIPPE,(ἵππη,)Chironis Centauri filia:quæ quum in monte Pelio sese venando exerceret,grauida facta est:& ob id patris indignationem timens,deorum miseratione in equam conuersa est,& in cælum translata.Nonnulli vatem eam dixerunt fuisse:sed quia deorum consilia hominibus patefecisset,in equam esse conuersam.
Hippenemia.Vide HYPPENEMIA.

HIPPERIDES,pen.cor.(ἱππερίδης,)Athenienſis orator, æmulus quũdoque Demosthenis,accusatusq; ab eo super rapina pecuniæ: deinde ambo dãnati iussu Antipatri,Hipperides aufugit in Aeginam,&c.Vola terranus lib.6.Hyperides scribunt alii.Vide suo loco.

HIPPIAS,(ἱππίας,)Elæus philosophus,discipulus Hegesidemi, vt tradunt Cicero & Quintilianus,non liberalium modo artium præ se scientiam tulit,sed earum quas Graeci mechanicas vocant,vt & vestẽ,& annulum,crepidasque,ac omnia quæ ferebat,manu faceret. Atque ita se comparauit,ne cuiusquam ope egeret.Summum bonum ἀυτάρκειαν posuit,hoc est,eo contẽtum esse quod simplici victu sat esset.De quo sic Cicero 3.de Oratore.69. Hippias Elæus,inquit,quum Olympiam venisset,maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est cuncta penè audiente Græcia,nihil esse vlla in arte rerum ofum,quod ipse nesciret:nec solum has artes,quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur,geometriam,musicam, literarum cognitionem & poetarum,atque illa quæ de naturis rerum,quæ de hominum moribus,quæ de Rebuspublicis dicerentur: sed annulum quem haberet, pallium quo amictus foccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse,&c. Hactenus Cicero. Fuit item Hippias,Pisistrati filius de quo Cicero ad Atticum libr.9.181.4.sic scribit, Nefarius,inquit,Hippias Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens.

Hippice, hippices,pe.corr.f.g.(ἵππικοι)Herba de qua Plin.lib.25. ca.8.4.Scythicam herbam in ore habẽtes, famem sitimq; non sentimt.Idem præstat & hippice,dicta quod in equis quoque eandem effectum habeat.

HIPPO,(ἵππος)duplex in Africa. Hippo regius,Hic episcopatu insignis est diui Augustini,qui se alloqui Tagastanũ fuisse,& Tagasta Africæ oppido,libro secundo Confessionum scribit. Strabo libro vltimo vtranque Hipponem regiam nominat,nisi codex vitiatus est.Alterum autem,Diarrhython Græcis dictum Plinius scribit,quòd palustri solo madet.Vtrãque Silius lib.3.c.2.vno versu expressit,Tum Vaga,& antiquis dilectus regibus Hippo. Vagam enim Diarrhyton nominat,q palustri solo sita sit,quare terræ motibus frequentius infestatur. Nec perperam vagam dixit fœmineo,quum sic æque vt masculino proferãtur.Plinius lib.6.cap.34.1.Vtraque,inquit,Hippo, Diarrhytos memorabilis est Delphini mansuetudine,ex hominis manu cibum capientis, cuius cap.8.lib.9.Plinius meminit.Vtranque Hipponem Græcos equites condidisse,author est Solinus. Est & Hippo,puellæ Bœotiæ nomẽ apud Plutharchum in Pelopida.

Hippocampae, siue hippocampi,(ἱππόκαμπαι,) Equi marini in piscium caudas desinẽtes,à flexu caudatum,quæ piscosæ sunt,vt ait Nonius,dicti.
Hippocampinus,pen.prod.Adiectiuum.Plin.lib.32.cap.7.1. Alopeciae replet hippocampinus cinis,nitro & adipe suillo mistus.

HIPPOCENTAVRVS,(ἱππόκενταυρος,)Equi stimulator. Quidã volunt Hippocentauros filios fuisse Centaurorum,quod & Diodorus aitfabula ex eo nata, quòd primi equitate ausi sunt,veluti hippos,id est equus,& homo copulati essent. Claudius Cæsar scribit Hippocentaurum in Thessalia natum,eodẽ die interiisse.Cicero 1.Tuscu.quęst. Hippocentaurum negat vnũ fuisse.Et lib.2.de Natur.deo.Quis enim, inquit,Hippocentaurum fuisse,aut Chimæram putat?quæ vt anus tam excors iuueniri potest,quæ illa,quæ quondam credebantur apud inferos,portenta extimescat?

Hippocomi, pen.corr,(ἱππακόμαι,)Mangones ab equis compo nendis,colore fuco,robur inani fagina,vt ait Quintilianus,mentiontes.

HIPPOCRATES,pennul.corr.(ἱπποκράτης,)Cous medicus,auditor Democratis,vt quidam volunt,vixit apud Perdicam Macedoniæ regem. Excessit è vita annos natus CIIII.Suscepit filios Thessalum & Draconem. Artaxerxes rex Persarum ad Hystanem Helleiponti præfectum de Hippocrate sic scripsit,Rex regum magnus Artaxerxes,Hystani Helleiponti præfecto salutem.Hippocratis medici Aesculapio p gnati,ad me artis fama peruẽnit.Da igitur operã vt aurum illi tribuas quantum cupit,aliaque item quorum indiget,& eum ad me mitte,erit enim par honore summis in Perside viris, &c.Author Valerius. Eius libri tanquam diuino emanuerint ore, vbique celebrantur. in primo enim Iusiurandum continetur,in secundo Prognostica, tertio Aphorismi,quarto illa admirabilis compositio LX.libris omnem scientiam medicinæ complectens.Hæc ex Suida. Hippocrates præter superiorem,Suidas quinque commemorat,omnesq; eiusdem artis & familiæ, quorum omnium excellẽtissimus fuit primus,Hippocratem alii, Athenienſium ducem ponit in bello Peloponnesiaco Thucydides.Quint. lib.3.ca.6.46.Hippocrates clarus arte medicinæ.

HIPPOCRENE,pen.prod.(ἱππουκρήνη,)teste Bocatio,fons est Bœotiæ.Hunc aliqui fingunt ob equi Pegasi percussionem factum, & hinc denominatum.Quod quidem figmentum facilè detegitur, si secundũ quosdam inspiciatur historia.Volunt quidam Cadmum equo insidentem,dum sedem sibi sociisq; perquireret,primo ad hunc fontem constitisse:& quia literarum Græcarum repertor fuit, quarum fortãn meditationem ibidem sumpsit,illum Musis sacrum esse voluit.
Aganippis Hippocrene.Ouid.5.Fast.2.

HIPPODAME,pen.cor.(ἱπποδάμη,ἱπποδάμεια,)Inquit Seruius, seu Hippodamia,pen.prod.filia fuit Oenomai regis Elidis & Pisarum.hic equos habuit velocissimos,vtpote ventorum flatu creatos,qui procos filiæ multos necauit,sub hac conditione prouocatos ad certamen,vt aut victus traderet filiã,aut victos necaret.Hæc Seruius enarrans illud Virgilii lib.Georg.3.
Cui non dictus Hylas puer,& Latonia Delos,
Hippodameque,humeroque Pelops insignis eburno
Aceri equis?&c.De hac infra in dictione OENOMAVS.

HIPPODAMVS,pen.corr.(ἱπποδάμος,)Milesius,natura studiosus, primus eorum qui in Republica versati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit enim ciuitatem ex numero x milium,diuisam in partes tres,artifices,agricolas & milites. Regiones in totidem partes,sacram publicam, & priuatam. Erat ob ambitionem vita morosior,crinium prolixitate,ac sumptuoso ornatu.Aristoteles libro.2.Politicorum.
Asper Hippodamus.Stat.6.Thebaid.88.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Martius Hippodamus. Stat. 6. Thebaid. 96.

HIPPODORVS, pen. prod. Vnus Codridarum, inuidiam populi vitare cupiens, & optimam simul principis famam inter Athenienses adipisci, seueritate in suos est vsus, ac filiam cũ mœcho deprehensam currui iussit alligari atque discerpi. Aelianus de Varia historia.

HIPPODROMVS, pen. corr. Thessalus genere, patria Larissæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis scholæ successit, vt est author Philostratus qui eum inter sophistas retulit.

Hippodromus, hippódromi, pen. corr. m. g. (ἱππόδρομος,) Locus ad cursus equorum dispositus, qui statim intrantium oculis totus simul offertur, hinc atque hinc platanos, aut buxos, aut cupressos, aut alias arbores perpetuò virentes habens. In eo de pernicitate equorum certatur, citra simulacrum pugnæ: & à cursu equorum appellatur. Græci enim ἵππον equum vocãt, δρόμον, cursum. Plautus Bacchi. 8. 27.

Inde de hippodromo & palæstra, vbi reuenisses domum,
Cincticulo præcinctus, in sella apud magistrum alludere.
Idem Cistell. 7. 7.
Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim
Herilem filiam nostram sustollere.

Hippoglossa, Herba à figura equinæ linguæ appellata: habet autem folia sylueſtris myrti concaua, & spinosa, & in his ceu linguas folio paruo exeunte de foliis. Plin. lib. 27. ca. 11. 1. Eam tusci appellant Bislinguam, à ii. Bonifacium.

Hippolapathum, pen. corr. (ἱππολάπαθον,) Herba lapatho latiuo maior, candidiorque ac spissior, vt ait Plinius lib. 20. cap. 21. 9. Vulgò lappa maior appellatur, siue lapathium maius, à Græcis etiam prosopion, à Latinis personata dicitur.

HIPPOLOCHVS, pen. corr. (ἱππόλοχος,) fuit, teste Homero libro Iliados sexto, filius Bellerophontis, & Glauci pater. Alter, teste eodem, libro vndecimo, fuit Antimachi Troiani filius, qui vnà cũ Pisandro fratre ab Agamemnone in Troiano bello interfectus est.

HIPPOLYTVS, pen. corr. (ἱππόλυτος,) Thesei & Hippolytæ Amazonis filius, Virbius dictus. Qui dum cælibem ducens vitam sese venatio exerceret, & constanti animo sperneret mulieres, à Phædra nouerca, absente patre, amatus est. Cuius turpi desyderio quùm obtemperare noluisset, redeunte patre, adulterii ei crimen nouerca obiecit. Quãobrem Theseus in furorem versus, de filii nece cogitauit. quod metuẽs Hippolytus, conscenso curru fugam arripuit. Sed dum Phocæ, quæ tũ forte in littus exierant maris, equorum & rotarum strepitu perterritę, sese in mare præcipitarũt, eum exterriti equi per scopulos ac saxa traxere, tanto impetu, vt compagibus dissolutis infœlicem iuuenem loris implicitum discerpserint. Hunc postea Aesculapius reuocauit ab inferis, & pristinæ incolumitati restituit. Hippolytus verò relicta terra Attica in Italiam venit, ne patris iram rursus experiretur, & se Virbiũ appellari iussit, quòd bis vir fuisset. Non longè à Roma oppidum ædificauit, quod à nomine acceptæ coniugis, Ariciam appellauit.

Direptus equorum furiis Hippolytus. Ouid. 3. Fast. 53.

HIPPOMACHVS, pen. corr. (ἱππομάχος,) tibicen fuit, qui quùm videret à plebe laudari discipulum, quem tamen in arte peccare cognoscebat, baculo tactum desistere iussit, dicens maximum erroris argumentũ quod ab ignara turba laudaretur. Aelianus author.

Hippomanes, pen. corr. n. g. (ἱππομανές,) indeclinabile, compositum ab ἵππος, equus, & μανία, furia vel insania. Seruius scribit esse virus ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furoremiquod in humana viscera descendens, furorem facit. Virgilius lib. 3. Georg.

Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus. Plin. libro. 8. cap. 42. 11.

Et sanè equis amoris innasci veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, cariæ magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu deuorat fœta, aut partum ad hubera non admittit, siquis præreptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. Virgil. 4. Aeneid. 104.

Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus, Et matri præreptus amor. Columella, libro 6. cap. 27. Maximè itaque curandum est prædicto tempore anni, vt tam fœminis, quàm admissariis desyderantibus coeundi fiat potestas. Quoniam id præcipue armentum si prohibeas, libidinis extimulatur furiis. Vnde etiam veneno inditum est nomen ἱππόμανες, quòd equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat.

Hippomarathrum, penul. corr. (ἱππομάραθον,) Herba de qua sic Plin. lib. 20. ca. 23. 3. Est, inquit, & in hoc genere sylueſtre quod alii hippomarathrum, alii myrsinum vocãt: foliis maioribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & angusto folio, semine coriandri. Hactenus Plinius. Nos verò fœniculum maius hippomarathrum appellamus. mos enim est Græcis in compositione, vt quùm magnum aliquid significare volunt, quum aut boucm ponant.

HIPPONA, pe. pro. (ἵππονα,) dea erat equorum, quam stabularii colebant. Eius simulacrum locabatur in stabulis. Ab hac dea, Hippones populi dicti videntur. Apud. lib. 3. de Asino 9. Iuuen. Saty. 8.

–iurat Hiponam, & facies oleda ad præsepia pictas.

HIPPONAX, pen. prod. (ἱππόναξ,) poeta: de quo sic Plinius lib. 36. ca. 5. 1. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat: quamobrem imaginem eius lasciuia iocorum in proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit intantum, vt creditur aliquibus ad laqueũ eos compulisse quod falsum est. Hactenus Plinius. Ab hoc Iambicum Hipponacticum, siue Hipponacteum, quod & scazon dicitur, nomen sumpsisse videtur. Cic. in Oratore. 109. Semarios verò & hipponactos effugere vix possumus. magnam enim partẽ ex Iambis nostra constat oratio. Vide Solinum.

Hippoperas, penul. prod. (ἱπποπήρας,) Seneca vocat saccolos scorteos ad ferẽda numismata siue cætera ad ter necessaria accommodos. Bulgas Pompeius vocat. Seneca verba sunt, ex epistola ad Lucil. 13. M. Cato Cęsorius quem tam necessariũ Reipublicæ fuit nasci quàm Scipionem, Alter enim cum hostibus nostris bellum gessit, alter cum moribus gessit. canterio vehebatur, hippoperis quidem impositis, vt secum vtilia portaret.

Hippopotamus, pen. corr. (ἱπποπόταμος,) Animal in Nilo nascens, de quo sic Plinius lib. 8. cap. 25. 25. Maior altitudine in eodem Nilo belua hippopotamus editur: vngulis bifidis, quales bubus, dorso equi & iuba, & hinnitum, rostro resimo, gada & dentibus aprorũ, aduncis, sed minus noxiis: tergoris ad scuta gaesasque impenetrabilis, præterquam si humore madeat.

Hippos, (ἵππος,) Latinè equus dicitur: à quo multa deducuntur.

Hipposelinum, penul. corr. (ἱππουσέλινον) Apii herba species, in siccis nascens, quasi selinum siue apium magnum dicas, ea ratione compositionis Græcorum quæ prius dicta est in hippomarathrum. eadem etiam herba olusatrum aliàs dicitur. Plin. lib. 20. cap. 11. 4.

Hippotoxotae, pen. cor. (ἱππεροξόται,) Dicti sunt equites sagittarii, vel sagittarii qui equis insidentes iacula mittunt. Vide Hirtium lib. 5. belli Asiatici, 68.

Hippuris, huius hippũris, penul. prod. (ἵππουρις,) Herba à Latinis equisetum dicta. Plin. 26. cap. 13. 1. Equisetum, hippuris à Græcis dicta, & in pratis nascens, vituperata à nobis. Est autẽ pilus terræ, equinæ setæ similis, &c.

Hira, hiræ, (ἱρὰ λάτις,) quæ diminutiuè, inquit Festus, dicitur hilla, id est, festinum est quod ieiunum vocant.

Hircquus, hircqui, per c & q, m. g. (κανέθ,) Angulus oculi. Virgilius in hircquos, hoc est in angulum vtrunque retortis. Tractum est autem ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, transuersum tantùm per aspiciunt.

Hircus, hirci, per c vel per q. (τράγος, χίμαρος, Caper, capranus, & missarius. Plaut. Mostel. 1. 39. –te Iuppiter
Diique omnes perdant, ob oluisti alligm,
Germana illunies, rusticus, hircus, hara suis. Ad hominem transtulit immundum & libidinosum. Idem Asina. 12. 21.
Quid ego nunc faciam, flagitium maximum feci miser
Propter operam illius improbi hirci edentuli.

Læuis hircus Horat. Epod. 16. 7.

Mulgere hircos, Vide MVLGEO.

¶ Hircus aliquando dicitur fœtor ille qui fit sub alis.

Grauis hirsutis cubat hircus in alis. Horat. Epod. 12. 1.

Hircinus, penult. prod. (τραγόθ,) Adiectiuum, siue hirquinus antiquis. Quod ad hircum pertinet: vt Hirquina barba. Plaut. Pseudo. 1. 5. 1. Heus tu qui cum hirquina stas barba, responde quod rogo. Apuleius, homo sordidus & hircina libidine fœtens. Plin. lib. 12. cap. 17. 10. In pellibus hircinis.

Follibus hircinis conclusæ auræ. Horat. 1. Serm. saty. 4. 4.

Hircõsus, pen. prod. Adiect. (τραγομάσχαθ,) Quod hircinum odorem olet. Plaut. Merc. 11. 14. Quum sis iam ætatis plenus, anima fœrula, Senex hircosus, tu osculere mulierem, &c. Pers. Saty. 5. 8. Hic aliquis de gente hircosa centurionum. Idem Saty. 5. 10. Dixeris hæc inter hircosos centuriones. Id est, rusticos, olidos, & omnis nitoris expertes, inquit Budæus. Nonnulli legunt varicosos.

Hirculus, pen. corr. Herbæ nomen. Plin. lib. 11. cap. 11. 6. Cũ Gallico nado semper nascitur herba, quæ hirculus vocatur, à grauitate odoris & similitudine, qua maximè adulterat. Distat q̃ fine cauliculo est, & spinoribus foliis, quodq; radicis neque amaræ neque odoratæ.

Hirnea, hirneæ, Valis genus. Cato cap. 81. Indito in hirneam sicilum.

HIRPINI, (Ἱρπῖνοι,) Familiæ sunt, ait Plinius lib. 7. ca. 2. paucæ haud procul vrbe Roma in Falisciorum agro. Hæ sacrificio annuo, quod fit ad montem Soracten Apollini, supra ambustam ligni struem ambulantes non

non aduruntur. Hirpi Solino vocantur.

Pubes Hirpina. Silius lib. 8. 114.

HIRTIVS, (Ἵρτιος,) Cõsul, cum Pansa Collega in prælio ab Antonio cæsus, vt scribit Cicero lib. 12. Epist. 25.

Hirsutus, penult. prod. Adiectiuum, (λάσιος, δασύς,) ab horreo & seta, quasi horrens setis, setosus, horridus. Martialis lib. 10. 65.

Hirsutis ego cruribus, genisque,
Os blæsum tibi, debilisque lingua est.

Hirsutæ spinis quædam animantes, Cic. 2. de Nat. deor. 180.

Barba hirsuta. Ouid. 13. Metam. 165.

Hirsutæ castaneæ. Virg. 7. eclog, Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. Vbi Seruius, Hirsutæ, adhuc inter suos echinos locatæ.

Comæ hirsutæ. Ouid. 3. Fast. 67.

Feræ hirsutæ. Ouid, 5. Fast. 36.

Frondes hirsutæ. Virg. 3. Georg. 46.

Hirsutæ genæ. Martialis lib. 6. 52.

Hirsuta petrea herba. Plin. lib. 20. cap. 9. 12. Folia habet bina, parua, rotũda, plantis oleris similior, candidior satiua, & hirsutior.

Supercilium hirsutum. Virg. eclog. 8. 7.

¶ Hirsutum, metaphoricè, pro Austero & inamœno. Ouid. 2. Trist. 52. Sumpseris annales, nihil est hirsutius illis.

Hirsutia, hirsutiæ, f. g. Solinus cap. 38. Durissimum dorso tergus est, ventri mollius. Setarum hirsutiæ nullæ.

Hirtus, Adiectiuum, (λάσιος, Idẽ quod hirsutus: vt Hirtus setis musculus marinus. Plin. lib. 11. cap. 37. 38.

Canities rigidis fletit hirta capillis. Ouid. 10. Metam. 84.

Hirtæ capellę. Virg. 3. Georg. 57.

–hirtaque capellas.

Hirto corde gigni quosdam homines proditur. Plin. lib. 11. ca. 37. 55.

Hirta corpora. Plin. lib. 7. cap. 2. 15. Et lib. 6. cap. 24. 2.

Crinis hirtus, Ouid. 8. Metam. 162.

Hirtæ oues. Varro 2. de Re rust. cap. 2. 17. & cap. 10. 8.

Saxa hirta dumis. Stat. 3 Sylu. 1. 3.

Hirtæ sepes, hoc est rubis & spinis asperæ. Colu. lib. 10. Talis humus, vel parietibus, vel sepibus hirtis claudatur.

Hirudo, pen. prod. hirũdinis, (βδέλλα,) Sanguisuga. Plin. lib. 32. cap. 10. 9. Diuersus hirudinum quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem vsus est. Plaut. Epid. 5. 5. Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exugebo sanguinem. Horatius de Arte poeti. 96. Non Missura cutem nisi plena cruoris hirudo. Plin. li. 8. cap. 10. 3. Cruciatum in potu maximum sentiunt hausta hirudine quã sanguisugam vulgò cœpille appellari aduerto, &c.

Hirudo ærarii, per translationem, hoc est exhaustrix. Cicero ad Atticum lib. 1. 11. 19. Accedit illud, quòd illa concionalis hirudo ærarii, misera & ieiuna plebecula me ab hoc magno vnicè diligi putat.

Hirundo, hirundinis, f. g. (χελιδών,) Auis nota. Plin. lib. 10. ca. 24. 31. Abeunt & hirundines hybernis mensibus, sola carne vescens auis ex his quæ aduncos vngues non habent, sed in vicina abeunt, apricos sequutæ montium recessus: inuentæque iam sunt ibi nudæ atque deplumes. Plaut. Asinã. 12. 104. Dic igitur me te anaticulã, columbam vel catellum, hirundinem, &c.

Argutæ hirundo. Virg. 1. Georg. 78.

Garrula hirundo. Virg. 4. Georg. 62.

Veris prænuntia hirundo. Ouid. 2. Fast. 171.

Hirundininus, penult. product. Adiectiuum, (χελιδόνιος,) vt Hirundininus nidus. Plaut. Rudente. 15. 6. Et libro. 11. 19. In nido seges est hirundinino.

Hirundininus sanguis. Plin. lib. 30. cap. 14. 10.

Hisco, Vide GIO, hias.

HISPALIS, pe. corr. (Ἰσπαλίς,) Ciuitas Hispaniæ: quæ nunc Sibilia vocatur. Quidam declinant, hoc Hispal, Hispalis. Plin. lib. 2. cap. 97.

HISPANIA, (Ἱσπανία, Ἰβηρία,) Europæ regio, ampla inter Africam & Galliam terra, viris (nam Quintilianum, Senecam, Martialem, Silium, Lucanum, aliosque innumeros genuit) equis ferro, plumbo, ære, argento, auroque tam abundans, & adeò fertilis, vt ficubi ob penuriam aquarum efficæta, & sui dissimilis est, linum tamen, aut spartum alat. Ea in vlteriorem aliquando & citeriorem diuisa est: Vlterior in Mauritaniam & Atlanticum inclinans, prouincias habet, Bæticam fertilissimã, à Bæti, quo irrigatur, amne dictam. Alteram Lusitaniam, à Luso comite Liberi patris sic vocatam, vt tradit Plinius libro tertio. 3. ca. 1. Tarraconensem tertiam, à Tarracone, à Scipionibus condita vrbe dictam. In ea hodie regna sunt Tarraconiæ seu Aragoniæ, vel Cataloniæ, Nauarræ, Castellæ in Bętica, Granatæ. Lusitania ferè ad Portugaliã attinet, supra quam Gallicia est, & Vasconum sedes, in Septem rionem exposita. Amnes Hispaniæ clarissimi sunt, Ibẽrus, Bętis, Tagus, Anas, & Durius. Vide Tabulam Europæ secundam Ptolemæi: & adhibe quæ scribit Plinius cap. primo libri tertii. Cassius plurali vsus est, scribens ad Ciceronem, lib. 15. 19. 7. Quid in Hispanis geratur scribe.

Hispania ad Aphricam adiungitur, Vide ADIVNGO.

Hispũnus, penultim. product. Adiectiuum, (ἰβηρικός, ἰσπανός,) Qui in Hispania natus est.

Hispanus capillus. Martial. lib. 10. 5.

Tu flexa nitidus coma vagaris,
Hispanis ego contumax capillis.

Nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, &c. superauimus. Cic. de Aruſp. resp. 17.

Iugum Hispanum. Ouid. 3. de Arte aman. 119.

Hispanienis, & hoc Hispaniente (ἰβηρικός, ἰσπανόιος,) Qui alibi ortus, in Hispania versatur. Vnde Hispanienses vocamus negotiatores: vt Hispaniensis exercitus, hoc est Romanorum qui erant in Hispania cum Prętoribus. Tacit. lib. 1.

Hispaniensis æstus maritimus, vel Britannicus. Cic. 3. de Nat. deor. 32.

Hispidus, pen. cor. Adiectiuum, (τραχύς,) Setosus, horridus, vt ait Seruius. Virg. 10. Aeneid.

–cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert. Plin. lib. 16. ca. 6. 2. Continẽtur hispido calyce.

Hispidus aspecta. Plin. lib. 22. cap. 6. 6.

Facies hispida. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.

Frons hispida. Virg. 10. Aeneid. 42.

Agri hispidi. Horat. 2. Carm. ode 9. 1.

Hispidosus, pen. pro. Adiectiuum, (τραχώδης,) Catull. ad Aurelium, epig. 16. 1. Non dico pueris, sed hispidosis.

Hister, histri, m. g. (ὑπουργός,) Hetrusco vocabulo, ludio vocabat. Vnde histrio artifex ludionum, qui personatus in scena comœdias tragœdiasq; voce & corporis gesta agit. Liu. 7. ab Vrbe, 6. Quia hister Thusco verbo, ludio vocabatur.

Historia, historiæ, (ἱστορία,) Latinè narratio dicitur, & rerum gestarum expositio. Propriè tamẽ est earum rerum, quibus gerendis interfuerit is qui eas narrat. Vnde nomẽ habet ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod est videre. Vide ANNALES. Plaut Menech. 7. 23.

In scirpo nodum quæris: quum nos hinc domum
Redimus: nisi si historiam scripturi sumus. Cic. 4. Academ. 148.
Doctum sanè hominem, vt indicat ipsius historia scripta Græcè. Idem 2. de Orat. multa dicit de historia.

Testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, historia à Cicerone dicitur, 2. de Orat. 20.

Erat historia nihil aliud, nisi annalium confectio. Cic. 2. de Orat. 28.

Prima lex historiæ, nequid falsi dicere audeat, deinde nequid veri non audeat, nequa suspicio gratiæ sit in scribendo, nequa simultatis. Cic. 2. de Orato. 34.

In historia pura & illustri nihil ebreuitate dulcius. Cic. de Clar. Ora. 142.

Enarratio historiarum. Quintil. lib. 1. cap. 8. 12.

Satis historiarum est? Plaut. Bacchid. 1. 50.

Pol metuo magnæ phœnix factis fiam tuis
Teque ad patrem esse mortuum renuntiem.
P. Satis historiarum est? L. dic veri perdidit Compendium.

¶ Amaræ historiæ. Horat. 1. Serm. saty. 3. 18.

Infans historia, Vide INFANS.

Lubrica historia, Quintil. lib. 9. ca. vltimo, ad finem. Vide ORBIS.

Maior historia. Quintilian, libr. 1. cap. 5. 13. Et hic maioris historiæ est author. De Sallustio.

Mendosior historia, Vide MENDA.

Muta historia, Vide MVTVS.

Vana historia. Quintil. lib. 1. cap. 8. 13.

¶ Condere historiam, Vide CONDO.

Conquirere regionum historiam, Vide CONQVIRO.

Decurrit historia. Plin. lib. 7. cap. 16. 5. Sed mox plura de hoc, quum mẽbratim decurret historia. Hoc est, quum hominẽ per singula membra describam. Id quod facit libro. 11. cap. 27.

Distinguere historiam varietate locorum. Cic. 2. de Orat. 29.

Dare historias poeticas alicui. Quintil. lib. 2. ca. 4. 2. Grãmaticis autem poeticas dedimus. De historia loquitur.

Loquuntur historiæ, Vide LOQVOR.

Scribere historiam. Cic. 2. de Orat. 28.

Historia aliis vocabulis dicitur à Cicerone, Memoria publica, memoria rerum veterum, commemoratio antiquitatis, monumenta rerum veterum, monumenta temporum, locorum, hominum, rerum gestarum, omnium secretorum memoria.

Historicus, pen. corr. Substantiuum, (ἱστοριογράφος, ἱστορικός,) Historiarum scriptor. Cice. pro Murena. 13. Tua vero nobilitas Serui Sulpitij, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior populo verò & suffragatoribus obscurior. Idem in Topicis. 42. Philosophi, poetæ, & historici.

Vires historicorum. Quintil. lib. 2. cap. 5, 4. Nã tenuis à fonte, assumptis poetarum, historicorumq; viribus, pleno iam satis alueo fluit.

¶ Historicus, dicitur aliàs à Cicerone Rerum pronuntiator, & re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum explicator.
Historicus, Adiect. (ἱστορικός) vt historicũ genus. Cic. de Clar. Orat. 157.
Non tam historico, quàm oratorio genere perscripsit.
Fides historica. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 9.
Historice, historices, pe. corr. f. ge. (ἱστορική,) Enarratio authorum dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 9. 1. Ratio loquendi, & enarratio authorum: quarũ illam methodicen, hanc historicen vocant.
Historialis, & hoc historiále, pen. prod. Quod ad historiam spectat. Plin. lib. 16. cap. 33. 2. Trahiturque etiam in picturas opere historiali.

Histrio, huius histriõnis, con. g. (ὑποκριτής, μίμος,) Qui personatus in scena, tragœdias vel comœdias agit. Festus, Histriones dicti, quòd primùm ex Histria venerint. Liu. lib. 7. ab Vrbe, 6. & Valerius, nomen histrionibus fuisse inditum scribunt, quia hister Thusco verbo ludio vocabatur, Plaut. Amphit. 3. 91. Etiam histriones Nannico in proscenio hic Iouem inuocarunt. Cice. 4. Tusc. 86. Aguntur ista præclarè, & ab Oratore quidem melius, si modò est Orator, quàm ab vllo histrione.
Actio histrioni, saltatori motus non quiuis, sed certus quidam datus est. Cic. 3. de Finib. 37.
Exibilatur & exploditur histrio si paulum se mouit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba vna breuior aut longior. Cicero. in Paradox. 32.
Curare histriones, Vide CVRO.
Leuis ars & scena histrionum. Cice. lib. 1. de Orat. 10.
Roscius & Aesopus histriones clari. Cic. 1. de Orat. 135.
Comœdiarum histrio. Plin. lib. 7. cap. 53. 6 Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur, comœdiarũ histrione.
Histrionia, huius histrioniæ, (ὑποκριτική,) vel Histrionica, histrionicæ, ars ipsa. Plautus Amphit. 3. 90.
–quasi verò nouum
Nunc proferatur, Iouem facere histrioniam.
Histricus, pen. cor. Adiectiuum, (ἱστρικός,) Quod pertinet ad histrum vel histrionem: vt Imperator histricus, qui imperat histrionibus, præfectus histrionici chori. Plautus Pœnulo, 2. 4.
Audire iubet vos Imperator histricus:
Bonoque vt animo sedeant in subsellis,
Et qui esurientes, & qui saturi venerint.
Histrionicus, pen. corr. Adiectiuum: (ὑποκριτικός,) vt Histrionicus gestus Histrionicæ vestes, histrionica verba.
Histriónalis, & hoc histrionále, pen. prod. vt Studium histrionale. Tacit. lib. 1. Miscere cœtus histrionali studio doctus. Idem de Oratore, Vt Iasciuia verborum, grauitate sententiarum, licentia compositionis, histrionales modos exprimant.

Histrix, histricis, pen. corr. f. g. (ὕστριξ,) Animal ex herinaceorũ genere. Plin. libro. 8. cap. 35. Histrices generat India & Africa spina contectas, ac herinaceorum genere: sed histrici longiores aculei, & quum intendit cutem, missiles. Ora vrgentium figit canum, & paulò longius iaculatur. Hybernis autem se mensibus cõdit: quæ natura multis, & ante omnia vrsis.

Hiulcus, hiulca, hiulcum, (χασκώδης, κεχηνώς,) Fissus, & fathiscens. Virgil. 2. Georg. Hoc, vbi hiulca siti findit canis æstifer arua.
Vbi Seruius, Hiulca, nimiis caloribus fissa.
Hiulca gens, Auida vel bilinguis & fallax. Plau. Trinum. 6. 9.
Noui ego hoc seculum moribus quibus sit: malus bonum malum
Esse volt: vt sit sui similis, turbant, miscent mores mali, rapax,
Auatus, inuidus, sacrum prophanum, publicum priuatum habent:
Hiulca gens, hæc ego dolco, hæc sunt quæ excruciant.
Arua hiulca. Virgil. 2. Georg. 71.
Fulmen hiulcum. Stat. 1. Thebaid. 6.
Nubes hiulca. Claud. 5. Paneg. 41.
Hiulcæ voces, Hiulcus concursus verborum. Cicero. 3. de Oratore. 94.
Collocationis, est componere & struere verba sic, vt neue asper eorũ concursus, néve hiulcus sit. Idem in Orato. 83. Extremorum verborum cũ in sequentibus primis concursus, aut hiulcas voces efficit, aut asperas.
Hiulcè, (κεχηνότως,) Aduerbium. Cic. 3. de Oratore, 20. Ex quo sic locutũ esse eius patrem iudico, sic maiores, non asperè, vt ille quem dixi, non vastè, non rusticè, non hiulcè, sed presse, & æquabiliter, & leniter.
Hiulco, hiulcas, (χαίνω,) hiulcare, Findere, hiulcum facere. vnde Catullus ad Mallium, epigr. 63. 13. Aestus hiulcat agros.

H O

Hodie, Aduerbium temporis. (σήμερον, τήμερον,
Hodie, pro nunc, siue hoc tempore. Plaut. Asin. 16. 37. Censẽ'tu illũ hodie primum fre assuerum in ganeum? Idem Capt. 6. 98,
Nec quenquam fideliorem, neque cui plus credat, potes
Mittere ad eum, nec qui magis sit seruus ex sententia,
Neque adeò cui rem conueredat filium hodie audacius. Hoc est, hoc tempore, hac tempestate. Terent. Eunucho, 5. 9. 1. O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior?

Hodie, per comminationem dictum, authore Donato. Terent. And. 1. 1. 25. Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis Fallaciæ conari.
Hodie mane. Cic. Attico, lib. 13. 267. 1. Venit paulo pòst Curtius hic salutandi causa, sed mansit inuitatus. Trebatium nobiscũ habemus. hodie mane Dolabella. multus sermo ad multum diem. Vide MANE.
Hodie nunquam. Terent. Adelph. 4. 2. 32. Scio vbi sit: verùm hodie non quã mõstrabo. Vbi Donatus, Hodie, aut abũdat: vt Virg. 2. Aen. 134.
–nunquam omnes hodie moriemur inulti. Aut nunq̃ hodie, pro, nullo tempore huius diei: quia nunq̃, per se generale est. Idem Adel. 2. 1. 6.
Quãquam est scelestus, non committet hodie vnquam iterũ vt vapuler. Ibidem, 4. 2. 13. Nunquam hercle hodie ego istuc cõmitram tibi.
Nunquam hodie effugies. Virg. eclog. 3. 10.
Non facies hodie? Non dices hodie? & similia, instandi & vrgendi causa dicuntur. Horat. 2. Serm. saty. 7. 5. Non dices hodie quorsum hæc tam putida tandem Furcifer?
¶ Hodie, pro Hoc tempore, hac ætate. Cic, pro Domo sua. 62. Hodierque Volat errani non modò ciues, sed etiam optimi ciues, fruuntur nobiscum simul hac ciuitate.
Hodiernus, Adiectiuum, (σημερινός,) vt hodiernus dies. Cice. pro Cecin. 7. Et pro Leg. Agr. 100. Liu. 4. bel. Maced. Hodierna consultatio tota ex vobis pendet.
Hodierno die, pro Præsenti tempore, Cic. de Clar. Orat. 19. Nam etsi Seruio Tullo regnante viguerunt, tamẽ multo diutius Athenæ iam erant, quàm est Roma ad hodiernum diem. Budæus.
Ante hodiernum diem. Cice. 3. in Catil. 65. Neque à nobis ante hodiernũ diem collocaretur.
Hodierna lux. Liu. 1. ab Vrbe. 67.
Hordierno mane. Cic. in Catil. 65. Vt quum hodierno mane per forum meo iussu & coniurati, & eorum Iudices in ædem Concordiæ ducerentur, &c. Vide MANE.
Hodiernus sermo. Cic. 1. de Legib. 86.

Hodoeporicum, pen. cor. ὁδοιπορικόν, Liber aliquod iter describens: quod & Itinerarium Latine dicitur.

Hoedus, Vide HAEDVS.
Pluuiales hœdi, Vide PLVO.

Hoi, (οἴμοι,) Interiectio lachrymantis. Terent. Eunuc. 4. 4. 48.
PH. Obsecro te verò Phœdria. PH. I intrò. DO. hoi hei.
PH. Alio pacto honeste quomodo hinc ab eam, nescio. Idem Phorm. 4. 3. 58. –ager oppositus est pignori
Ob decem minas, inquit. D. age, age iam ducat, dabo.
G. Aediculæ item sunt ob decem alias. D. hoi hui,
Nimium est. G. ne clama, petito à me hasce decem.

Holocaustum, huius holocausti, (ὁλόκαυστον,) Hostia quæ ductis extis integra aræ imponebat, quasi ὅλον καυστόν, id est totum combustum, aut totum igne absumptum.

Holophanta, Vide HALOPHANTA.

Holor, Vide OLOR.

Holus, Vide OLVS.

HOMERVS, pen. corr. (ὅμηρος,) Græcorum poetarũ excellentissimus: vixit ante Romam cõditam annis CLX, vt Cornelius Nepos scribit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen sortitus est, quum prius Melesigenes diceretur. Eius patria ignota fuit. Nam, vt ait Cicero, Homerum Colophonii ciuem esse dicunt suum, Chii suum vendicant. Salaminii repetunt: Smyrnæi verò suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt: permulti alii præterea pugnant inter se atque contendunt. Et paulo pòst, Quàm multos scriptores tanti fuarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? atque is tamẽ quum in Sigæo Ad Achillis tumulũ astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuę virtutis pręconẽ Homerũ inueneris? Et verò. Nam nisi Ilias illa extitisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Hæc Cicero in Oratione pro Archia poeta.
Magniloquus Homerus. Stat. 5. Sylu. 3. 13.
Magnus Homerus. Horat. 1. Serm. saty. 10. 11.
Mæonius Homerus. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
Homéricus, pen. cor. (ὁμηρικός,) Adiectiuum. Quintil. lib. 2. cap. 3. 9. Sed ergo tam eloquentia, q̃ moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere doceat. Iuuena. Satyra. 13. 12.
Tu miser exclamas vt vincere Stentora possis,
Vel potius quantum Gradiuus Homericus.
Homeridæ, familia apud Chios illustris, vt ait Hellenaicus.
Homeromastix, (ὁ μηρομάστιξ,) Dicitur Homeri flagellum: cognomento cui quo Zoilus quidam Homeri oblocutor cognominatus est, qui scripta sua contra Iliadem & Odysseam Homeri comparata, in Alexandria veniens, Ptolemæo regi obtulit. Sic Virgiliomastix, Virgilii æmulus. Mastix enim Latinè flagellum dicitur. Vnde Comici, vel berones mastigias

stigias identidem appellant. Quod planè nomen omnibus detractoribus accommodatum est. Plin. in Præfatione, 11, Vt obiter caucum istos homeromastigas. Ita enim carptores suos nominat. Et omnes obtrectatores. mastiges dicuntur, addito nomine eius cui obloquuntur, vt Ciceromastix.

Homicida, Vide HOMO.

Homo, hominis, m. g. (ἄνθρωπος, βροτός, φώς, ἀνήρ,) vt testis est Phocea doctissimus grammaticus: tametsi regulæ triuiales affirment esse communis generis. nusquam enim legitur iunctum cum adiectiuo fœminino, neque de muliere separatim quisquam dixerit homo. Sed vbi generaliter refertur ad naturam humani generis, ibi sub masculino fœmininũ intelligitur: vt si quis dicat, homo nascitur ad laborem, Id est, humanum genus, vel humani generis hæc est natura, vt nascatur ad laborem. Idem fit quum describitur aliquid ad cæterorum animantium naturam pertinens: vt quum dicimus, Leoni est præcipua generositas. Sic enim & mas, & fœmina intelligitur. Terent. Eunuch. 1. 3. 65. Imò si scias quod donum huic dono contra comparet,
Tum magis id dicas. CH. quodnam quæso hercle? PÆ. eunuchum.
CH. illúmne obsecro
Inhonestum hominem quem mercatus est here, senẽ mulierem? Vbi Donatus, Opportunè hominem dixit, tanquam incerti sexus. Plau. Cistel. 10. 22. –intus paueo, & formido foris ita metus.
Nunc vtrobiq; me agitat, illos hominis miseræ misereri, Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 5. 15. In vnius mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere cõmoueris? quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis pòst annis tamen ei moriendum quoniã homo nata fuerat. Sensus, Quoniam ea nata fuerat homo, id est humana sorte, & cõditione: quasi dicat, mortalis. Eadem ratione dici potest, ea nata erat animal. Virgil. eclog. 10. 8. Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
Conuentus hominum. Lucret. lib. 4. 158.
Infima fortuna homines, Vide INFERVS.
Iniquitas hominum, Vide INIQVVS.
Sator hominum atq; deorũ. Virg. 1. Aene. 51.
¶ Absonus voce homo, Vide ABSONVS.
Homo mirifice abstinens, Vide ABSTINEO.
Abstrusus, Vide ABSTRVDO.
Abundans, Vide ABVNDO.
Acer, Vide ACER.
Acerbus, Vide ACERBVS.
Acutus, Vide ACVO.
Adolescens, Vide ADOLEO.
Aduersus, Vide ADVERTO.
Acratus, Vide ABS, ætis.
Afflictus & iacens, Vide IACEO.
Alienus, Vide ALIENVS.
Asini homines, Vide ASINVS.
Allegatus, Vide ALLEGO.
Ambitiosus, Vide AMBIO.
Ansatus, Vide ANSA.
Antiquus, Vide ANTIQVVS.
Aptus & simplex, Vide APERIO.
Apparatus homo, Vide APPARO.
Arcanus homo, Vide ARCANVS.
Aridus homo, Vide ARIDVS.
Bellus homo. Catul. ad Puerum, epigr. 11. 2. Vide Bellus in BONVS.
Calculosus homo, Vide CALCVLVS.
Capitalis homo, Vide CAPITALIS.
Integer & castissimus homo, Vide INTEGER.
Certi homines, Vide CERTVS.
Cibarius homo, Vide CIBVS.
Circunretitus homo, Vide CIRCVNRETIO.
Comitiales homines, Vide COMITIA.
Commodus homo, Vide COMMODVS.
Conspicuus homo, Vide CONSPICVVS.
Consummatus homo, Vide CONSVMMO.
Hõ multis flagitis cõtaminatus, Vide CONTAMINO
Contentus & abiectus hõ. Cic. de Lege agrar. 91.
Homo suę acumine, Vide ACVMEN.
Copiosus homo, Vide COPIA.
Crassus homo, Vide CRASSVS.
Crudus homo, Vide CRVDVS.
Multum demissus homo. Horat. 1. Serm. saty. 3. 12.
Desertus atque abiectus homo. Cicero Lentulo, lib. 1. 5. 13. Idem Figulo, lib. 4. 13. 3.
Verborum homo diligentissimus Cicero. Gellius lib. 13. cap. 23.
Durus homo. Horat. 1. Serm. saty. 7. 2.
Non facetus homo, Vide INFACETVS.
Idonei & integri homines, Vide IDONEVS.
Illustris honore ac nomine homo, Vide ILLVSTRIS.
Immundus homo, Vide IMMVNDVS.
Impotentissimus homo, Vide IMPOTENS.
Indifferens homo, Vide INDIFFERENS.
Infames oibus vitiis, atq; omni dedecore homines, Vide INFAMIS.
Infans atque impotens homo, Vide IMPOTENS.
Infantes & insipientes homines, Vide INFANS.
Infimi homines, Vide INFERVS.
Ingeniosus hõ & peracutus, Vide PERACVTVS.
Inquietus homo, Vide INQVIETVS.
Insignis hõ ois notis turpitudinis, Vide INSIGNIS
Instabilis homo, Vide INSTABILIS.
Integer homo & sanctus. Vide INTEGER.
Intonsi homines & inculti, Vide INTONDEO.
Ipse homo, Vide IPSE.
Lenissimus homo & natura, &c. Vide LENIS.
Leuis homo, Vide LEVIS.
Homo domi suæ cũ primis locuples, Vide LOCVS.
Luculentus homo, Vide LVCVLENTVS.
Luteus homo, Vide LVTVM.
Maculosus homo, Vide MACVLA.
Malus homo, Vide MALVS.
Maritimi homines, Vide MARE.
Miseri homines. Lucret. lib. 3. 11.
Mobilis homo, Vide MOBILIS.
Municipales homines, Vide MVNVS.
Nauus & industrius homo, Vide NAVVS.
Nobilissimus omnium homo, Vide NOBILIS.
Noui homines, Vide NOVVS.
Operarius homo, Vide operariat in OPVS.
Opinatissimi homines, Vide OPINIO.
Ordinarius homo, Vide ORDO.
Ornatissimus homo. Vide ORNO.
Pareus homo. Iuuenalis Satyra 14. 11.
Pereruditus homo, Vide PERERVDITVS.
Summissus & abiectus hõ, cui contrarium est Elatus. Cic. 1. Offic. 174.
Venustus homo, dicax, & vrbanus. Catull. ad Varrum, epigr. 19. 1.
¶ Accedere ad hominem, Vide ACCEDO.
Admirari hominem in re aliqua, Vide ADMIROR.
Aduertere hominem, Vide ADVERTO.
Conuertere hominem à consuetudine, Vide CONVERTO.
Conuertere homines in admirationem, Vide CONVERTO.
Conuertere se in hominem, Vide CONVERTO.
Hominem ex homine exuere. Cic. 5. de Fin. 61, Fugere planè seipsè & hominem ex homine exuens, naturam ostisse videatur.
Fingere homines. Quintil. lib. 1. ca. 6. 10. Non enim quum primũ fingerẽtur homines, analogia demissa cælo formam loquendi dedit.
Immolare homines, Vide IMMOLO.
Iugulare hominem suis verbis, Vide IVGVLO.
Mollire hominem, Vide MOLLIS.
Inter homines esse, Vide INTER.
¶ Homines à latere, Vide LATVS.
¶ Trium literarum homo, Vide LITERA.
¶ Homo, pro Ille de quo agitur. Hora. 2. Serm. saty. 7. Aut insanit homo aut versus facit. Cice. ad Sulpitium, Repente Cæsar præter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum ipsius Marcelli.
Homo, mirè additum, aut superuacuè. Terent. Eunucho, 2. 2. 30.
Ille vbi miser famelicus videt me esse in tantum honorem,
Et tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare,
Vt sibi liceret discere id de me.
Homo additum, quum negatur familiaritas. Terent. Adelph. 1. 2. 31. Prò Iuppiter tu homo adiges me ad insaniam.
Homo, comicè additum. Terent. Phorm. 1. 2. 73.
–est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens, qui (illum di omnes perdiant.) Vbi Donatus, Homo comicè dictum: nam quis ignorat hominem parasitum esse? Ibidem. 2. 1. 2. Sed quid cessas hominem adire, & blandè in principio alloqui?
Ita est homo. Terent. Adelph. 1. 2. 63.
–nam ita est homo,
Quum placo, aduersor sedulò & deterreo. Vbi Donatus, Homo dixit moraliter: sic enim dicimus de iis quos parcè reprehendimus. vt alibi,
Vt homo est, ita morem geras.
Habemus hominem. Terent. Eunuc, 5. 1. 19.
Hera mea, tace obsecro, saluæ sumus,
Habemus hominem ipsum. Vbi Donatus, Mirè hominem dixit, vt reum.
¶ Nemo homo. Terent. Eunu. 3. 5. 1. Nunquis hìc est? nemo est. nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. Idem Adelph. 2. 3. 6. Nunquam ita magnificè quicquam dicam, quin virtus id superet tua. Itaq; hanc vna

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem me habere præter alios præcipuam arbitror. Fratrem hominí nemínem esse primarum artium magis principem. Vbi Donatus, Quãuis per nemo, homo intelligatur, tamen addidit homo, vt veteres solent, τῆς ἀγχινοίας, Cic. pro P. Sylla, 18. Quare neque me peregrinum post hac dixeris: ne grauius refuteremeque regem, ne derideare. Nisi fortè regium tibi videtur ita viuere, vt non modò homini nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruiat. Idem 1. de Natu. deor. 106. Est enim vis tã ta naturæ, vt homo nemo velit nisi hominis similis esse.

Homo sum, Id est qui errare & facilè falli possim. Terent. Adelph. 4. 2. 41. —vah,

Centéo hominem me esse: errauí. Idem Heauton. 1. 1. 25. Homo sum, humani à me nihil alienum puto. Plin. epist. 98. 2. Aliquando præterea rideo, iocor, ludo: vtque omnia iuuenilia remissionis genera complectar, homo sum. Idem epist. 189. Non interdum facis quod filius tuus si repentè pater ille, tu filius, pari grauitate reprehendat? non omnes homines aliquo errore ducuntur? Idem epist. 84. Plin in Præfat. 7. Homines enim sumus, & occupati officiis.

¶ Homo es, Idem quod vir es, Hoc est fortem, & magni animi re esse ostédis. Plaut. Epid. 10. 57. Euge frugi Epidice, frugi es: bene pugnasti, homo es. Ibidem, 9. 44.

Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium

Minus hominem quàm doctum, minusque ad hanc rem callidum, Os sublitum esset. Cic. ad Oppium, lib. 11. 29. 7.

¶ Homo ad differentiam belluæ dicitur, quum intelligere volumus ratione præditum, non stupidum. Cic. ad Oppium li. 11. 29. 7. Quod tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo.

Nihil minus hominis. Cicero ad Brutum, li. 1. 1. Nihil enim mihi minus hominis videtur, quàm non respondere in amore iis à quibus prouocêre.

Nullorum hominum homo, Vide NVLLVS.

¶ Homo, de pueris. Quintil. lib. 1. cap. 3. Fugiendo turbã hominum eius ætatis quæ sit ad vitia maxime prona.

Homines, pro famulis, ancillis, seruis & tota familia. Sequela in L. Pater. ff. De doli ma. except. Pater pro filia dotem promiserat, & pactus erat, vt ipse aleret filiam suam, eiusque homines.

Homuncio, homunciónis, Diminutiuum, (ἀνθρωπάριον,) Terent. Eunu. 3. 5. 43. Ego homuncio hoc non facerem? Cic. 4. Academ. 242. Homúcio hic qui multa potat, &c. Iuuen. Saty. 5. 14.

Quadrigenta tibi siquis deus, aut similis diis,
Et melior fatis donaret homuncio, quantus, &c.

Homúnculus, pen. corr. Aliud diminut. (ἀνθρωπάριον,) Plaut. Capt. 2. 51. Homunculi quanti sunt, quum recogito. Cic. 1. Tusc. 18. Sed vt homunculus vnus à multis probabilia coniectura sequens, Sic. 1. Tusc. 91.

Hómunculus, Hómuli, penul. corr. (ἀνθρωπίνος,) Aliud diminut. Plin. epist. 105. Homulus deinde nóster vsus vigilanter hoc cõsentu Senatus, tententiæ loco postulauit, vt Cõsules desiderium vniuersorum, notum principi facerent. Cic. in 1. Pisonem. 46. Sed quoniam præterita mutare nõ possumus, quid cessat hic homulus ex argilla & luto fictus, Epicureus, dare hæc præclara præcepta sapientiæ clarissimo & summo Imperatori genero suo?

Homicida, huius homicídæ, pe. prod. (μιαιφόνος,) Qui hominem occidit. Quintil. lib. 7. cap. 4. An qui se interficit, homicida sit.

Homicidium, homicidii, (μιαιφονία,) Plin. lib. 18. cap. 3. 4. Suspensumque Cereri necati iubebant granus quàm in homicidio conuictum.

Improbens homicidium. Valer. lib. 1. cap. 5.

Pacere homicidium. Quintil. lib. 5. cap. 9. 6.

Homoeóptoton, pen. cor. (ὁμοιόπτωτον,) est, inquit Aquila Romanus) simile in casibus. Hoc ex eo nomen accepit: quòd membra illa, id est cola, in eosdem casus cadunt, ad hunc modum, Huic igitur socios vestros criminanti, & ad bellum vos cohortãti, & omnibus modis vt in tumultu efletis, molienti. Hæc enim tria, in eundem casum determinata sunt.

Homoeoteleuton, (ὁμοιοτέλευτον,) Simile determinatione, differt à superiore: quòd illud quidem & casu & sono similia verba membrorum determinat: hoc verò, non solũ casuum similitudine, sed cuiscunque verbi atque enuntiationis contẽtum est. In muros statim curritur, exercitus à locis accersitur, delectus iuuentuti denuntiatur. Hæc Aquila Romanus.

Homoeomería, pen. prod. (ὁμοιομερεία,) Similitudo partium. Lucret. lib. 1. 167. Hinc & Anaxagoræ scrutemur homoeomeriam. Seruitus super illud Virgilii 4. Aenei. Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. Secundum (inquit) Anaxagoram, qui homœomeriam dicit, id est omnium membrorum similitudiné esse in rebus creandis: id est ex ossibus, ex sanguine, ex medullis. Nã omnia pro parte sui transeunt in procreationem.

Homoeósis, pen. prod. (ὁμοίωσις,) Est quum per similitudinem dignata, & parabolæ. Harum distantia est, quòd paradigma facit vera exempla, parabola ficta ostendit.

Homónymon, pen. corr. (ὁμώνυμον,) Quod est eiusdem nominis, & diuersæ significationis. Vnde homonymum dicimus, nomen multa significans: vt Nepos, quod filium filii significat, & luxuriosum.

Honestus, Adiect. (καλὸς, σεμνὸς, καὶ σιμὸς) ab honore. Quod vitutem probitatemq; significat, quo cauetur nequid indecorè, effœminatè, libidinosè, turpiter fiat, cogitetur ve. Iuuen. Saty. 3. 6. Participem qui te secreti fecit honesti. Salustius, Calumnia paucorum, quibus omnia honesta atque inhonestas vendere mos erat.

Honestus, vt inquit Varro, quòd honus Reip. sustineat. Ex cuius verbis constat, honus, antiquè per h scribi solere.

Honestiorem honore facere. Plaut. Capt. 7. 32.

Omnium primum salutem dicito matri & patri,
Et cognatis, & quem alum beneuolentem videris:
Me his valere, & seruitutem seruire huic homini optimo,
Qui me honestiorem honore semper fecit & facit. Sallust. In Catil.

Sed quòd non dignos homines honore honestos (vel vt alii legunt, inhonestos) videbam.

Honesta dicta factis. Plaut. Sticho, 5. 7. Propterea Dinacium hortare pedes, honesta dicta factis.

Honestissimus dies alicui. Cice. 1. Lentulo, lib. 1. 2. 8. Post tuum discessum is dies primus nobis honestissimus fuerat in Senatu, Id est, habitus est in magno honore.

¶ Honestos, Pulcher, Terent. Eunuch. 3. 1. 21.

—hem eunuchum tibi
Quàm liberali facie, quàm ætate integra?
THA. Ita me diuent, honestus est.

Honesta facie virgo. Terent. Eunuch. 2. 1. 14.

—ætat, hic quidem est parasitus Gnato.
Militi si ducit secum vnã virginem huic dono, papæ Facie honesta!

Honesta & liberali facie. Terent. Eunuc. 4. 4. 15. —ille erat
Honesta facie & liberali.

Honesta forma & liberali, hoc est decora & egregia. Teren. And. 1. 1. 96.

—& quia erat forma præter cæteras
Honesta & liberali, accedo ad pedisequas. Idem Eunuc. 1. 2. 52.
Is vbi hanc forma videt honesta virginem,
Et fidibus scire, pretium sperans, illico Producit, vendit.

¶ Honesto loco natus. Plin. epist. 1. 59. 9. Inuenientur honesto loco nati, qui peterent, cuperentque, quod diari liberto, promitti seruis videbant. Cice. 5. Tuscul. 81. Qui quum essent bonis parentibus, atque honesto loco natus, &c.

Honesti homines, Id est optimi & probatissimi: vel honoribus insigniti. Cice. 3. Verr. 92. Quid est aliud omnibus omnia peccata & malefacta concedere, nisi hoc, hominem honestissimorum testimonius, & vitam bonorum tabulis non credere?

¶ Arma honesta. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 2.

Honesta ciuitas. Cice. 5. Verr. 55. Agyrinensis est in primis honestatis Siciliæ, hominum ante hunc Prætorem locupletum summorumque aratorum.

Honestus conuentus Syracusis. Cic. 5. Verr. 116. Præterea conuentus honestus Syracusis, multi equites Romani viri primarii.

Exitus honesti. Tacit. lib. 16. Quanuis honestos ciuium exitus, tristes tamen, & continuos aspernantium.

Ampla & honesta familia. Cic. pro Murena. 13.

Mors honesta. Tacit. in vita Agricolæ.

Nomen honestum ponere errori. Horat. 1. Serm. saty. 3. 9.

Vellem in amicitia sic erraremus, & isti
Errori nomen virtus posuisset honestum. De amatore vitia amante non deprehendente.

Officium honestum. Horat. 1. epist. 19. 7.

Honesta oratio. Terent. And. 1. 1. 114. —diceret,
Quid feci, quid commeruí, aut peccaui, pater?
Quæ sese voluit in ignem inicere, prohibui,
Seruaui: honesta oratio est. Hoc est, quæ est honestum iuuenem decet.

Honestissimum testamentum. Plin. epist. 144. Numidia Quadratilla paulò minus octogesimo ætatis anno decessit: vsque ad nouissimam valetudinem viridis, atque etiam vltra matronalem modum cõpacto corpore, & robusto, decessit honestissimo testamento.

Honestum, honesti, Substãtiuè: vt Nixa honesto virtus. Vide NITOR.

Complecti aliquid honesto. Quintil. lib. 2. cap. 4. 27. Sed nos iustum, pium, religiosum, cæteraque his similia honesto complectimur.

Mouere aliquid honestum. Quintil. lib. 1. ca. 1. 25. Non otiosas velim sententias habeant, sed honestum aliquid mouentes.

Honestas, honestatis, (τὸ καλὸν, καλοκαγαθία,) Dignitas, decus, laus: cui contrarium est Turpitudo.

Honestas & Turpitudo vitæ, contraria. Cic. 1. Offic. 8. In officio colendo sita est honestas ois, & in negligẽdo turpitudo. Quinti. lib. 1. ca. 4. 19. Nam & in laude iustitia, vtilitasq; tractantur, & in consiliis honestas.

Dignitas & honestas. Cice. ad Atticum, lib. 7. a 30. 2. O hominem amantem &

rem & miserum, qui ne vmbram quidem vnquàm τοῦ καλοῦ viderit. Vbi est autem dignitas, nisi vbi honestas!

¶ Amittere honestatem, Vide AMITTO.

Honestas continetur ex quatuor virtutibus, Vide CONTINEO.

Copulare honestatem cum voluptate, Vide COPVLO.

Honestate metiri summum bonum, Vide METIOR.

Honestate spoliatus. Cic. pro Rab. Posthumo 18.

Honestatem & decus conseruare. Cic. 1. Offic. 27.

¶ Honestatibus partis & omni dignitate priuare. Cic. pro Mur. 78. Nolite per deos, &c. etiam cæteris eum ante partis honestatibus atque omni dignitate fortunaque priuare.

Honestè, Aduerbium, (καλῶς.) Dicitur id honestè fieri quod cum decoro & honesto fit. Terent. Eunuch. 4. 4. 49. Alio pacto honestè quomodo hinc abeam, nescio. Idem And. 4. 6. 3.

In hac habitasse platea dictum est Chrysidem,
Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias
Potius, quàm in patria honestè pauper viuere. Cice. de Amicitia 34.

Quod qui recusarent, quanuis honestè id facerent, ius tamen amicitiæ deserere arguerentur. Idem 3. Offic. 148. Honestius hic ij Qu. Pópeius, quo, quum in eadem causa esset, deprecante, accepta lex nõ est. Idẽ 1. de Fin. 89. Nisi sapienter honestè iusteq; viuat. Idẽ 4. Acad. 137.

Honesto, honestas, (σεμνύω, σεμνότης,) honestare, Decorare: cui contrarium est, Dehonestare. Cic. 1. Offic. 84. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Idem 1. Offic. 28. Quæcunque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt, &c. Sic pro Rabirio 18.

Honore honestare. Plaut. Capt. 5. 53. Ne me secus honore honestes, quàm ego te, quum seruiebas mihi. Salust. Sed quod indignos homines honore honestatos videbam.

Honestari loco aliquo à candidatis. Cic. pro Murena 64. A quibus si in forum deducimur, si vnus spatio basilicæ honestamur, diligenter obseruari videmur & coli. De candidatis.

Vultus honestat illum. Claud. 1. Panegy. 6.

Honestamentũ, honestamẽti, (κόσμημα,) Sene. epi. 67. Nullo. n. honestamẽto eget, virtus, ipsa & magnũ sui decus est, & corpus suum cõsecrat.

Honor, vel honos, honóris, m. g. (τιμή,) Aspiratur secundum Apolleium, vt differat ab Onos quod est asinus. Reuerentia est quam alicui exhibemus in virtutis testimonium. Plaut. Aulul. 14. 4.

Megadõrus tentat me omnibus miserum modis,
Qui simulauit me honoris mittere huc causa coquos. Idem Pœnulo 9. 25. Nos honoris tui causa hic ad te venimus. Cicero de claris Oratoribus 154. Honos est præmium virtutis, iudicio, studioque ciuium delatum ad aliquem.

¶ Honor, Dignitas. Plaut. Capt. 6. 29. Quid, ipsius quo honore est illic? summo, atque ab summis viris. Cic. lib. 1. ad Cæsarem iuniorem. Tu quum ea quæ es à Senatu summo cum honore eo consecutus.

Iudiciorum cœlestium honor. Quintil. in Procem. lib. 4. 2. Non satis honorem iudiciorum cœlestium intelligam, nisi ex hoc oneris quoque magnitudinem metiar.

Verborum honor. Quintil. lib. 3. cap. 7. 9. Nam & pulchritudinem interim, roburque prosequimur honore verborum.

Honoris causa procedere. Salust. in Iugurtha. Deinde vbi dies aduenit, & ei nuntiatum est Iugurtham haud procul abesse cum paucis & Quæstore nostro, quasi obuius honoris causa procedit.

Appellare vel nominare aliquem honoris causa. Cic. pro Sext. Rosc. 3. Quæ de viro fortissimo & clarissimo, L. Sylla, quem honoris causa nomino. Hoc est honorificè & non ad ignominiam cedere volo, quòd nomen eius efferto inter tem commonetaciendum. Idem 1. Philipp. 50. Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris causa nomina tur. Ibidem 5. 2. Cur honoris causa à te sunt appellati?

Cupido cæca honorum. Lucret. lib. 3. 12.

Inania honoris. Tacit. in vita Agricolæ, Ludos & inania honoris, modo rationis, atque abundantiæ duxit.

Vmbra honoris. Tacit. lib. 19.

¶ Corumelosus honor, Vide CONTVMELIA.

Crudus honor. Stat. 10. Thebaid. 68.

Diuini honores. Quintil. lib. 3. cap. 7. 13.

Fatiss honor iuuat. Horat. 1. epist. 17. 8.

Iusti honores, Vide IVSTVS.

Meriti honores, Vide MEREO.

Nonnullus honor, Vide NONNVLLVS.

Otiosus & vacans honor. Vide OTIOSVS.

Pauper honos. Stat. 5. Thebaid. 103.

Sublimis honor. Claud. 1. Paneg. 66.

Temerarios honor. Quintil. in Procæ. lib. 1. 7. Interceptum boni iuuenes, sed nimium amantes mei, temerario editionis honore vulgauerant.

¶ Abundare honoribus, Vide ABVNDO.

Accipere honorem, Vide ACCIPIO. Cic. Bruto 4. 7.

Accumulare honorem alicui. Vide ACCVMVLO.

Adducere aliquid in honorẽ. Cic. ad Gallũ, li. 7. 27. 5. Vide ADDVCO.

Adeptus summos honores, Vide ADIPISCOR.

Adolere honores aris. Ouid. 8. Metam. 150. Vide ADOLEO.

Afferre honorem, Vide AFFERO.

Afficere aliquem regis honores. Cic. pro Deiotaro 9. Quæ quidem à te in eam partem accepta sunt C. Cæsar, vt eum amplissimo Regis honore & nomine afficeres.

Aggredi magnos honores. Virg. eclog. 4. 10.

Honos alit artes, omnesque incendunt ad studia gloria. Cic. 1. Tusc. 7.

Amplificatus honoribus, Vide AMPLIFICO.

Ascendere ad honores. Cic. de Claris Oratorib. 130.

Ascendere in honorem. Cic. in Orat. 68. Vide ASCENDO.

Assequi honorem, Vide ASSEQVOR.

Augeri honore. Cic. ad Atticum, lib. 7. 122. 8. Vide AVGEO.

Amplis honoribus auctus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 3.

Capere honorem, Vide CAPIO.

Capessere honorem. Tacit. lib. 13. Iulius quidem Montanus Senatorii ordinis, sed qui honorem nondum capessisset.

Cedere honori & honore. Vide CEDO.

Compellare aliquem multo honore. Virgil. 3. Aeneid. 95.

Comprobare honorem, Vide COMPROBO.

Congesti honores. Vide CONGERO.

Contigit ex merito qui tibi nuper honor. Ouid. 4. de Pont. eleg. 7. 4.

Custodire honorem. Vide CVSTODIO.

Decernere honores alicui. Cic. ad Atticum, lib. 5. 110. 6. Ob hæc beneficia quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino. Vide DECERNO.

Decorare honoribus. Vide DECORO.

Honoribus amplissimis & præmiis decorari. Cic. 1. de Orat. 119.

Defendere honorem suum. Vide DEFENDO.

Deferre & dare aliquem honorem claris viris. Cic. Planc. lib. 10. 10. 4. In enim denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defertur & datur.

Honore dicto. Plin. lib. 28. cap. 8. 1. Hæc sunt quæ retulisse fas sit, ac plera que ex iis non nisi honore dicto. Reliqua intestabilia & infanda.

Dignari aliquem honore. Ouid. 1. Metam. 40. Virg. 1. Aeneid. 68.

Facere honorem alicui. Cic. 9. Philipp. 161. Nulla dubitatio relinquetur, quin honorem mortuo, cui iniuriam viuo fecimus, faciamus.

Factus honos aris. Virg. 5. Aeneid. 152.

Missos facere honores. Vide MITTO.

Honore florere. Cic. pro P. Sestio 119. Ad eam rationem, in qua multi homines noui & honore & gloria floruerunt, cohortabor.

Intaminatis fulget honoribus. Horat. 3. Carm. ode 2. 4.

Habere honorem alicui, pro Honore afficere & honorare. Cic. pro Flacco 35. Cui nullus honos in sua ciuitate habitus est. Idem pro Cœlio 3. Nemini vnquam præsenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm absenti M. Cœlio.

Habere in honore aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 7. 122. 10. Chrysippum libenter vidi, & in honore habui.

Honori habere Cõsulari fuit. Salust. in Iug. Neq; eos qui ea fecêre, pudet aut pœnitet, sed fœdũ p ora vestra magnificè sacerdotia & Cõsulatus, pars triũphos suos ostẽtãtes, perinde quasi ea honori, nõ pdæ habeant.

Impertire aliquem honoribus. Vide IMPERTIO.

Incipere honorem. Vide INCIPIO.

Indicere honores. Virgil. 3. Aeneid. 53.

Inire hanorem. Vide INEO.

Inseruire honori. Horat. de Arte 34.

Inseruire honoribus. Vide INSERVIO.

Sacros templis largitur honores. Valer. 2. Argon. 131.

Leneum libat honorem. Virgil. 4. Aeneid. 42.

Meritos aris mactauit honores. Virgil. 3. Aeneid. 14.

Mandare honorem. Tacit. lib. 11. Manisque Consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret.

Mandare honores alicui. Vide MANDO.

Mandare honores hominibus nouis. Cic. 6. Verr. 73.

Aeternos honores parere alicui. Horat. 1. Carm. ode 1. 3.

Perfunctus honoribus amplissimis. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 7.

Perhibere honorem. Vide PERHIBEO.

Peruigere opibus atque honoribus. Tacit. lib. 4. Et vterque opibus, atque honoribus peruigere.

Petere honores. Quintil. lib. 7. cap. 1. 4. Abdicatur aliquis, quòd inuito patre militarit, honores petierit, vxorem duxerit.

Præfari honorem. Cic. Pæto, lib. 9. 11. 13. Nos autem ridiculũ si dicimus, Ille patrem strangulauit: honorem non præfamur. Sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est. Idem de Finib. Cætera addit Epicurus: quæ si appelles, honos præfandus est.

Honos auribus sit habitus. Curtius lib. 5. Fœminarum conuiuia incuntiũ in principio modestus est habitus: paulatim pudorẽ pfanãt ad vltimũ opus (honos auribus habitus sit) ima corporum velamenta proiicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reddere alicui suum honorem. Cice. pro Sext. Rosc. 81. Suum cuique honorem & gradum redditum gaudeo.
Sacrare honorem alicui. Virgil. 1. Aeneid. 29.
– hunc illi rex ætheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate sacrauit.
Ad summum succedere honorem. Lucret. lib. 5. 1126.
Honori esse. Cic. de Amic. 61. Vt si parentibus nati sint humilibus si propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes, eisque honori sint & dignitati. Idem 1. Offic. 103.
Fuit honori. Cice. 2. Offic. 86. Honori summo nuper nostro Miloni fuit, quód, &c. Idem pro Milone 74. Beatos esse quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus.
In honore esse apud aliquem: Hoc est in numero & existimatione. Cice. pro Sext. Rosc. 42. Serui apud eum sunt in honore & in pretio. Idem 2. de Orato. 120. Hæc ara summo in honore semper fuit. Idem 1. Tuscul. 8. In summo honore apud Græcos geomitria fuit.
In honore meularum esse, Vide IN.
Tollere aliquem honoribus. Horat. 1. Carm. ode 1. 2.
Honoribus vti. Sallust. in Catil. Catullus experitione Pontificatus odio incensus, quód extrema ætate maximis honoribus vsus, ab adolescente Cæsare victus discesserat.
Homines honore vti. Id est, qui magistratum gesserunt. Cic. 8. Philip. 254. Quanquam hoc honore vsi togati esse solent, quum est in sagis ciuitas.
¶ Honor, Pulcritudo. Plaut. Epid. 5. 1.
Honoris causa modò homines æquum fuit
Sibi habere speculum, vbi os contemplarent suum. Virgil. 1. Aeneid.
– & lætos oculis afflarat honores. Idé 2. Georg. 81. Frigidus & sylus Aquilo decussit honorem.
Honor, Cultus & obseruantia. Virgil. 6. Aeneid.
Semper honore meo, semper celebrabere donis.
Pulcritia Virgil. 1. Aeneid. 7. – & rapti Ganymedis honores.
Hostia. Virgil. 3. Aeneid. 24. – meritos aris mactauit honores.
Præmium. Virg. 6. Aeneid. 50. Ipsis præcipuos cultoribus addit honores.
Sepultura. Virg. 6. Aen. 67. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes.
Amor. Virgil. 11. Aeneid. 12. – siquis amatæ
Tangit honos animum. Hæc ex Nonio.
¶ Honor etiam pro præmio accipitur. Cic. pro Sext. Roscio 64. Quam ob causam à Chrysogono tantis præmiis donabantur si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit his gratias agi denique, vt perhiberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? Plato Cur tria prædia, tantæ pecuniæ, Capitoni statim dantur? Sic lib. 2. de Repu. præmium mercenarii, vocat τιμὴν.
Honorarius. Adiectiuum, (τιμητικός,) Quod ad honorem pertinet.
Honorarius arbiter, Quem honoris causa, vtraque pars summum facit suæ caulæ & controuersiæ iudicem. Cice. 5. Tuscul. 168. Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. Sic pro Rosc. Comœdo 8.
Honorarius tumulus, Qui honoris causa erigitur. Suetonius in Claudian. Cæs. cap. 1. Cæterùm exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps statuto die quotannis miles decurreret, Galliarúmque ciuitates publicè supplicarent, quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum esset. Sic vocari possunt hodie quas repræsentationes in anniuersariis exequiis vocamus. Budæus.
Honorarii ludi, antiquis Liberalia dicebantur, vt ait Festus. Dicti honorarii, ab honore videlicet eorum qui munera ea populo edebant.
¶ Honorarium, Donum erat quod Consulibus olim in prouincias adeuientibus honoris loco dabatur: qualia hodie principibus suas primùm vrbes ingressis porrigi, veluti bene omiuandi gratia, solent. Honorarium ob id dictum, quód honoris causa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Cic in Pisonem 68. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi qui honorarii? si quidem potest vi & metu extortum, honorarium nominari, quod cum peræquè omnes, tum acerbissimè Bœotii, & Byzantii, Cherronenses, Thessalonica sensit. Budæus.
Honorarium, Id quod à Decurionibus pro curiæ introitu dari solitum est. Plin. ad Traianum, Superest ergo vt ipse dispicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes qui deinde buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Ad quam epistolam rescribens Traianus, Honorarium, inquit, Decurionatus omnes qui in quaque ciuitate Decuriones fiunt, inferre debeant, necne, a me non potest statui.
Honorarium, pro salario quod datur magistratibus, arbitris, & aliis huiusmodi. Vlpianus in L. 16. §. 1. ff. Si men. fal. mod. dixe.
¶ Honoraria opera. Cic. pro A. Cecinna 4. Quod quoniam iam in consuetudinem venit, & id viri boni vestri similes in iudicando faciunt, reprehendendum fortasse minus, quærendum verò magis etiam videtur: ideò quòd omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt: quórum alterum leuius est, &c. alterũ est vehementissimúque & ad grauiores res pertinet, & nõ honorariam operã amici, sed seueritatem iudicis, acyim requirit.

Honôro, honóras, penul. prod. (τιμάω, τίω, ἀγλαΐζω,) honorare, Honoribus afficere. Cice. 1. de Diuinat. 147. Amphiaraum autem sic honorauit fama Græciæ, deus vt haberetur. Idem 2. Philip. 47. Qui me nõ solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis. Ibidem 259. Nemo vir autem non honorabat.
Honorare, aliàs à Cicerone dicitur Honorem habere alicui, Honorem adhibere, Honestare, In honore habere, Honorem facere, Honorem tribuere, Honoráre, Honore amplissimo ornare.
Honorátus, pen. prod. Adiectiuum, (τιμώμενος, ἔντιμος, τιμοῦχος, γεραιός,) Qui in honore & pretio est apud aliquos. Cic. 1. Offic. 192. Dicendum est etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat esse. Idem de Senect. 19. Manent ingenia senibus modò, permaneat studium & industria, nec ea solum in claris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta.
Vetus & honorata familia. Sue. i Othone, ca. 1. Maiores Othonis sũt ortí oppido Ferẽtino, famlia veterẽ & honorata, atq; ex pricipib⁹ Hetrurię.
Honoratus vir. Liui. 1. ab Vrbe 153. Oblitaque ingenitæ erga patriam charitatis, dummodò virum honoratum videret, consilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Ouid. 4. de Ponto, eclog. 5. 1.
Honoratus quatuor filiis. Cic. 2. Tuscu. 132. Metellus ille honoratus quatuor filiis, & quinquaginta Priamus, &c.
Honoratus Achilles, Vide ACHILLES.
Custodia honorata. Tacit. lib. 19.
Cani honorati. Ouid. 8. Metam. 2.
Dies honoratus. Claud. 5. Paneg. 52.
Honoratior militia. Liu. 2. bel. Maced. 101. Parsnauales socii relictis nuper classibus ad spem honoratioris militiæ transgressi.
Militia honorata. Tacit. lib. 20.
Honorátè, Aduerbium, (τιμώμενος,) Quod cum honore & dignitate factum est. Cic. 11. Philip. 314. Quæ de illo viro Sylla, quæ Murena, quæ Seruilius, quæ Lucullus, quàm honoratè, quàm honorificè, quàm graui ter sæpe in Senatu prædicauerunt? Ex vetusto codice legimus nonnulla honoratè. Tacit. lib. 20. Quòd filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum, honoratè custodierunt.
Honorabilis, & hoc honorabile, pen. corr. (γεραιός,) Quod est honore dignum. Liui. 4. ab Vrbe 50. Quinque Consulatus eodem tenore gestis vitaque omnis Consulariter acta, verendum penè ipsum magis quàm honorabilem faciebant.
Honorificus, pe. cor. Adiectiuum, (τίμιος,) Quod honorem confert. Cicero ad Brutum 15. 10. Decreui etiam imperium quod quanquam vrgebatur illi ætati honorificũ, tamẽ erat exercitum habenti necessarium.
Honorifica mentio alicuius. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 13. 2.
Honorifica verba. Cic. 1. Tuscul. 103. Quem vt vidisset, & salutasset, honorificisque verbis prosecutus esset, &c.
Honorificum Senatusconsultum. Cic. 4. Verr. 84.
Honorificentior, Comparatiuum. Cicero ad Atticum, lib. 1. 11. 7. Ei mihi res multo honorificentior visa est, quàm aut illa quum, &c.
Honorifice, pen. corr. (τίμιος,) Aduerbium, Idem quod honoratè. Cic. 105. Verr. 141. Publicani tractati honorificè sunt. Idem 6. Verr. 111. Itaque in Curiam venimus: honorificè sanè consurgitur: nos regum magistratus sediimus.
Honorificè dicere. Brutus Ciceroni 16. 1. Non solum enim vtrumque, sed etiam quotidianum est aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter atque honorificè dixeris aut feceris.
Honorificè appellare. Cæsar 8. bel. Gal. 176. Itaque honorificè ciuitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo, &c.
Largè & honorificè promittere aliquid. Cic. de petitione Consulatus 19.
Honorate & honorificè multa de aliquo prædicare. Cic. 11. Philip. 314.
Honorificentissimè. Cice. ad Cœlium, In quo admirari soleo gravitatem & iustitiam, & sapientiam Cæsaris, nunquam, nisi honorificentissimè, Pompeium appellat.
Honôrus, penul. prod. (τίμιος,) Adiectiuum. vt decorus, canorus, apud Tacitum, teste Budæo.
Laudis honora effigies. Silius lib. 8. 77.
Fama honora. Stat. 1. Thebaid. 126.
Oratio honora. Tacit. lib. 1. Etenim Augustus paucis ante annis, quum Tiberio Tribunitiam potestatem à Patribus rursum postularet (quam honora oratione) quædam de habitu, cultuque, & institutis eius fecerat. Id est oratione honorifica.
Honora & magnifica. Tacit. lib. 3. Fuere qui publici funeris pompam requirerent, compararentque, quæ in Drusum patrem Germanici honora, & magnifica Augustus fecisset.
Honoriades, pen. corr. (ὀνομαστός,) Patronymicum ab Honorio secundum Claudianus in eiusdem Epithalamio 69. – sic natus in oftro
Paruus Honoriades gemibus confidat auitis.
Sorores Honoriades. Claud. de laudibus Serenæ 22. 27.

Hora, huius horæ, (ὥρα,) Tempus significat, hoc est, quamcunque æternitatis partem, siue annuum, siue diurnum, siue nocturnum

ciurnum spatium complectens. Hinc quatuor anni tempora, hoc est Hyems, Ver, Æstas, Autumnus, horæ dicuntur. Item partes ipsæ in quas distinctus est dies, similiter horæ vocantur. Hæ principio duodecim institutæ sunt, cuius ordinationis hæc fuisse origo memoratur. Quodam tempore Hermes Trismegistus, quum esset in Aegypto sacrum quoddam animal Serapi dicatum, quód in 1010 die duodecies vrinam fecisset, pari semper interposito tempore, per XII. horas diem diuidi debere coniecit. Exinde hic horarum numerus longo tempore costoditus est. Postea in XXIIII. horas diuisus est dies. Plinius lib. 13. cap. 8. 4. Horis matutinis duabus.
Hora amplius. Cic. 6. Verr. 86. Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur.
Hora ante. præsidiũ meũ Pollentia veni. strutus ad Ciceronẽ li. 11. 13. 7.
Hora anni, pro Parte. Pli. li. 9. ca. 35. 3. Has vbi genitalis anni stimulauerit hora pundẽtes sese quadã oscitatione impleri roscido cõceptu tradũt.
Punctum horæ. Horat. 2. epist. 2. 55.
¶ Atrox hora. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.
Hora bona, Vide BONVS.
Crastina hora, Vide CRASTINVS.
Diurnæ horæ. Virg. 3. Georg. 80.
Extrema hora. Virgil. 8. eclog. 4.
– & diuos (quanquam nil testibus illis
Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
Funesta hora. Lucan. lib. 6. 1.
Horæ legitimæ, Vide LEX.
Lunares horæ. Lucan. lib. 1. 83.
Hora matutina, meridiana, vespera. Plin. lib. 19. cap. 12. 1.
Mobilis hora. Horat. 2. epist. 2. 35.
Nouissima hora. Ouid. 4. Metam. 31.
Septembres horæ. Horat. 1. epist. 1. 24.
Sinistra hora. Ouid. epist. 20. 14. Id est infausta.
Solida hora. Iuuenal. Saty. 11. 21.
Tempestiua hora narratibus. Ouid. 5. Metam. 100.
Horæ veloces. Ouid. 2. Metamorpho. 74.
Hoc loco deas esse fingit Horas, & ministras Solis.
¶ Hora abiit, Hoc est, tempus elapsum est. Terent. Eunoch. 2. 3. 49.
Dum hæc dicit, abiit hora. rogo nunquid velit.
Recte, inquit, abeo.
Admouere mortis horam, Vide ADMOVEO.
Collocare horas, Vide COLLOCO.
Consumere horas suauissimo sermone, Vide CONSVMO.
Nos flendo ducimus horas. Virg. 8. Aeneid. 108.
Partiri horas curis. Quintilian. lib. 1. cap. 1. 23. Cur non plurimis curis horas partiamur.
Grata superueniet quæ non sperabitur hora. Horat. 1. epist. 4. 3.
Vti sua horis. Cic. 3. Verr. 21. Credo si meis horis in accusando vti voluissem, vererer ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox vireque deficerent.
¶ Ab hora tertia. Cic. 2. Pisl. 102. At quàm multos dies in ea villa turpissimè es debacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.
Ad hanc horam, Vide AD præpositionem.
Ad horam vnam expectare. Cæsar 4. bel. Gall. 550.
In hora vna, Vide IN.
In horas, Id est, singulis horis. Horat. 2. Sermo. saty. 7. 1.
Cum tribus anellis modo læua Priscus inani
Vixit inæqualis, clauum vt muraret in horas. Virg. eclog. 10. 15.
– vos hæc facietis maxima Gallo,
Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas.
Quantum, &c. Vide IN.
Commutare in horas, Vide COMMVTO.
In horas expectare, Vide IN.
In horam viuere, Vide IN.
¶ Hora, pro die. Cic. 3. Verr. 20. Menses mihi tres quum eripuisstis, ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni meis vobis remissurum putastis, vt quum horis nostris nos essemus vsi, tu binis ludis interpositis, quadragesimo post die responderes. Horas suas vocat (inquit Asconius) viginti dies, qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi tortor idemque defensori. Ibidem 10. Hic tu fortasse ris (inquit idem Asconius) mirè dixit, quum sint dies, vt ostenderet nimiam diligentiam. Virgil. 1. Georg. 86.
– nunquam te crastina fallet
Hora, neque insidiis noctis capiere serenæ. Budæus.
¶ Horam veteres iuuentutis deam vocabant. Ennius,
Teque Quirine pater veneror, horamque Quirini.
¶ Omnium horarum hominem veteres appellabant eum qui seriis pariter ac iocis esset accommodatus, & quicum assidue libeat conuiuere. Atque ita vocatum Asinium Pollionem. author est Quintilianus lib. 6. cap. 4. circa finem. Erasmus.

Hôrarius, Adiect. Quod est vnius horæ. Sueton. in Domitiano, ca. 3. Inter initia principatus, quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam ampliùs, quàm muscas captare, ac stylo præacuto cõfigere.
Horologium, horológi, (ὡρολόγιον,) Quasi horarum ratio. Quicquid enim quodammodo horas indicat, horologium dicitur. De quo vide Plinium lib. 7. cap. 60. Cice. Tironi, lib. 16. 18. 5. Horologium mittam & libros si erit iudum.
Horologium solarium. Plin. lib. 7. cap. 60. 7.
Horoscopus, pen. cor. (ὡροσκόπος,) Adiectiuum, dicitur omne id in quo horæ notantur. Pli. li. 2. ca. 71. Vasaq; horoscopa nõ vbiq; eidẽ sunt vsui, in trecẽnis stadiis, aut vt lõgissimè in quigenis, mutãtib⁹ semet vmbris. Significat etiam eam cœli partẽ, quæ hora qualiber ab inferiore hemisphario surgit ab Oriente. Astrologi ascendens appellãt. Item id temporis momentum quo quisque nascitur, quasi horæ inspectionem & notationem. Persi. Sat. 6. 2. – genitos horoscope vaticinatus Producis genio.

Horaeum, per simplex r, (ὡραῖον,) Mel æstiuum, ab hora. nam Græci, omnes fructus æstiuos nominant ὡραῖα: quoniã id tempus per excellentiam ὥραν, vocant.
Horæum, Sallamentum ex pisce. Athenæus, Sallamentum autem horeum est, aut thunnum. In horæo macra pinguibus, in thunnio macris pinguia præferimus.

Horarium, Vide HORA.

HORATIVS, (ὁρατίος,) Poeta Venusinus, Lyricorum scriptor: qui anno imperii Augusti Cæsaris tricesimotertio, ætatis verò suæ sexagesimotertio moriens, Augustum reliquit hæredem: maxima pompa apud Mecœnatem in Exquiliis sepultus.
Horatius Cocles, Romanus vir clarissimus, id cognomentum adsequutus, quòd in prælio oculum amiserit. Vnde Plautines caullus in seruũ qui altero oculo captus erat, cum nobilem ue de Coclitum familia appellando. Horatius item Puluillus, subrogatus in locum Lucretii defuncti in Consulatu huiuc sorte euenit, vt ædem Iouis Capitolini dedicaret. Liu. lib. 2. Fuerunt præterea Horatii tres, qui cum Curiatiis, Albanis congressi sunt, vt est author Liu. 1. ab Vrbe.
Pila Horatia. Propert. lib. 3. eleg. 3. 2.

Horda, hordæ, (ὑγρὸς ἀγελάς,) Vacca prægnans, Vide FORDA. Varro 2. de Re rust. ca. 5. 6. Quæ sterilis est vacca, taura appellatur: quæ prægnans, horda. Ab eo in fastis dies Hordicalia nominantur: quòd tunc hordę boues immolantur. Idem habet Festus.

Hordeum, hordei, (κριθή,) Frugis genus notum. Plin lib. 18. ca. 7. 18. Hordeum, frugum omnium mollissimũ est. seriũ valet, nisi in sicca & soluta terra, ac nisi lætapolea ex optimis. Stramento verò nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum, quia tollitur antè quàm triticum occupet rubigo.
Hordeum, ab horrore quidam dici volunt: quoniam licet calamus altior frumento, quàm hordeo sit, arista tamen est mordacior hordeo. Vel dicitur hordeum, ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumenta fit arid ũ. Vel dicit à fordus, forda, fordũ, vt loco F, fuerit H aspiratio posita.
Cantherinum hordeum, Vide CANTHERIVS.
Grandia hordea. Virgil. eclog. 5. 8. Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis.
Hordeum marinum, Vide MVS.
Hordeaceus. Adiectiuum, (κριθινός,) Quod ex hordeo factum est. vt Panis hordeaceus. Plin lib. 18. cap. 11. 2.
Hordearius, Aliud adiect. Quod hordeo viuit. Plin. lib. 18. ca. 7. Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandro authore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur.
Hordeariũ ęs veteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Festus.
Hordearia pruna. Plinius lib. 15. cap. 13. 1. Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

Horia, horiæ, Vide ORIA.

Horizon, horizontis, penu. prod. (ὁρίζων.) Finitio vel terminatio dicitur. Nam circulus est vel cœli terminus quodam circo designatus, qui super terram videtur, quem sibi vniuersique circunscribit aspectus Centum & octoginta stadia non excedit acies cõtra videntis vbicunque terrarum steteris, videris tibi quandam cœli conclusionem videre, quam horizontem vocauerunt. Cice. 1. de Diuinat. 138. Quum enim illi orbes qui cœlum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες, nominantur, à nobis finientes rectissimè nominari possunt, varietatem maximam habeant, atque in aliis locis sint, necesse est ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

Horminum, (ὅρμινον,) Semine cumino simile est, cætero porro, dodrantali altitudine. Plin. lib. 22. cap. 25. 38.

Hornus, Adiectiuum, Veteres quod ipsius anni esset, dicebant. Lucilius lib. 18. Vtrum anno, anque horno te abstuleris à vito. Varro Eudæmonibus, Quum in eo essem occupatos, atque inschola curarent, inscribit Scantius horno per Dionysia. Nonius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hornum, Quod est huius anni, inquit Porphyrio, vel vnius anni, vt inquit Acron. vt Vinum hornum quemadmodum & bimum & trimum dicitur. Horat. Epod. 2. 10. Et horna dulci vina promens dolio.
Horni agni. Propertius lib. 4. Illa dies agnis cædem denuntiat hornis. Id est anniculis.
Fruge horna placare lares. Horat. 3. Carm. ode 23. 1.
Hornam messem prouerbiali figura dixit Plautus Mostellaria 4. 3. pro maximo emolumento, quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit pro uenturum in agris Comici verba sunt hæc
Iam pridem mecastor frigida non laui magis lubenter,
Nec vnde me melius mea Scapha rerer ædificaram. Hæc dicuntur à persona puellæ. Tum læna, optans vt ex eius forma quàm plurimum commodi capiatur,
Euentus (inquit) rebus in omnibus velut in horreo horna messis Magni fit. Id puella quippe simplex, quid sibi vellet, non satis intelligens, Quid (inquit) ea messis attinet ad meam lauationem? Erasmus.
Palea horna. Horat. 2. Sermo. saty. 6. 18.
Hornotinus, pen. corr. Adiectiuum, (ἐνιαύσιος,) Id est, Huius, vel vnius anni. Cic. 5. Verr. 36. Hæ literæ ludices, L. Metelli, quas audistis, hoc quantũ est, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt. Glebam commosset in agro Decumano Sicilæ nemo, si Metellus hanc epistolam nõ misisset.
Hornotinæ nuces. Cato de Re rust. cap. 17. de nucibus loquens, Vbi primùm incipiunt hiascere, tum legi oportet, tum primùm per semen incipiunt maturæ esse. Postea vsque adeò sunt plus mensés octo. hornotinæ nuces virides sunt.
Hornotinæ virgæ. Columel. lib. 5. cap. 6. 27. Præcipites palmites dicuntur, qui de hornotinis virgis enati, in duro alligantur. hi plurimum fructus afferunt, sed plurimum matri nocent. Sic apud eundem, libro de Arboribus, cap. 30.
HORODES, penul. product. rex Parthorum, qui M. Crassum occidit. Alii Orodes scribunt.

Horologium, Horoscopus, Vide HORA.

Horreo, Horresco, Vide HORROR.

Horreum, huius horrei, (ἀποθήκη,) ab horrore, quasi horridum, propter asperitatem aristarum, quoniam prisci fruges in suis spicis in granariis condiderunt. Festus. Horreum antiqui dicebant farreum, à farre. Horreum ab hordeo quidam deducunt. Colu. lib. 2. cap. 10. Ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata condatur. si mator modus in horreo si minor, in vasis oleariis salsamentariisque Virg. 1. Georg. Illius immensæ ruperunt horrea messes. Cic. 5. Verr. 15.
Horreum frumenti. Plin. lib. 15. cap. 8. 1.
Horreum pro cella vinaria. Horat. 3. Carm. ode 28. 2.
Parcis diripere horreo
Cessantem Bibuli Consulis amphoram. Senec. epist. 115. Plena multorum seculorum vindemiis horrea.
Cella atque horreum. Cice. 1. de Leg. agra. 57. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt.
Constituere horrea certis locis, Vide CONSTITVO.
Distentet spicis horrea plena Ceres. Tibul lib. 2. eleg. 6. 10.
Horreum, Locus ad custodiam rerum pretiosarum sepositarum à quotidiano vsu. vt est apud Apuleium in Asino aureo, Demonstrat horreũ vbi vespera sagaciter argentum copiosum recondi viderat.
Horrea Iurisconsulti frequenter vsurpant pro repositoriis mercium & rerum pretiosarum.
Horrearius, horrearii, Cui commissa est cura ac custodia horrei. Vlpian. in L. Celsus. ff. Ad exhib. Sed si nemo hæres sit, cum horreario agẽdũ.

Horribilis, Horridus, Vide HORROR.

Horror, horrôris, masc. gen. (φρίξ, φρίκη,) Tremor proprie, quum corpus vel frigore, vel pauore intremiscit, & succussatur. Virg. 1. Aeneid. 114. At me tum primùm sæuus circumstetit horror. Celsus lib. 3. cap. 3. Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ ab horrore. Frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgescunt horrorem, vbi totũ corpus intremit. Virg. 3. Aen. 6. – mihi frigidus horror
Membra quatit. Plaut. Quis hic horror est? quid pauitas?
Horror quandoque ad toruitatem aspectus refertur. Apuleius, Quẽ quũ aspexisset, horrore hominis deterritus, statim retrocessit. Quandoque ad abominationem. Varro, Ira, odiũ, horror, eos ab incœpto retrahit.
Quandoque ad venerationem refertur, vt ait Seruius. Virg. 1. Aeneid. 34.
– horrentique atrum nemus imminet vmbra. Lucanus,
Arboribus suus horror inest.
Classicus horror. Ouid. ad Pisonem 29.
Exanguis horror. Claud. 1. in Ruffin. 26.
Sacer horror. Stat. 5. Thebaid. 101.
Comæ arrectæ horrore. Virg. 4. Aeneid. 57.
Aura ciet horrorem membris Lucret. lib. 3. 59.

Armorum ingruit horror Virg. 2. Aeneid. 61.
Tremulo horrore moueri. Ouid. 9. Metam. 70.
Horrore perfundi. Cic. Attico lib. 8. 15. 0. 2. Deinde supposuit exemplum epistolæ Domitii, quod ego ad te pridie miseram. Dii immortales qui me horror perfudit, quàm sum solicitus quidnam futurum sit? Vide PERFVNDO.
Horriditas, penult. corr. huius horriditãtis, s. g. (φρίκη,) Ipse horror. Nauius, Omnia mihi horriditati erant maximæ.
Horridus, pen. cor. (φρικώδης, ἀδιάστικτος, ἀτημελητος, κρυερός, κρυώδης, ἄγριος,) Adiectiuum, Hispidus asper. cui contrarium est Nitens vel nitidum. Cic. 3. de Orato. 29. Ita de horridis rebus nitida de iejunis plena de peruulgatis noua quædam est oratio tua. Virg. lib. 4. Aeneid. 10.
– & glacie riget horrida barba Terent. Phorm. 1. 2. 56.
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
Capillus passus nudus pes, ipsa horrida. Plaut. Trucul. 19. 39. Hunc cine hominem te amplexarier tam horridum atque squallidum.
Horridus, Timendus. Virgil. 3. Aeneid. 8.
Horridus in iaculis. Hoc est terribilis. Seruius.
Irã horridus. Ouid. 6. Metam. 137. de Borea.
Acies horrida. Tacit. lib. 5. Vide ACIES.
Aequora horrida. Horat. 3. Carm. ode 24. 8.
Arma horrida. Ouid. 1. Metam. 26.
Barba horrida glacie riget. Virg. 4. Aeneid. 50.
Bella horrida. Virg. 6. Aeneid. 18.
Bruma horrida gelu. Virg. 3. Georg. 87.
Cæsaries horrida. Ouid. 10. Metam. 18.
Horridum corpus. Cic. pro Lege agraria, 27.
Horridus December, Quòd frigore squallidos & horrentes aut horrore rigentes artus efficiat. Mart. lib. 7. 94.
Facinus horridum. Seneca. Hippol. 2. 17.
Fluctus horridi. Horat. Epod. 10. 1.
Grando horrida. Virg. 1. Georg. 89.
Hyems horrida. Ouid. 4. de Ponto eleg. 10. 8.
Macies horrida. Virg. 4. Georg. 51.
Horridi pilt apes. Colum. lib. 9. cap. 3. 1.
Prælia horrida. Virg. 2. Georg. 57.
Sus horridus. Virg. 4. Georg. 81.
Tempestas horrida. Horat. Epod. 13. 1.
Verba horrida. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 2.
Horrida & inculta vita. Cic. pro Ros. Am. 45. Et pro Quintio 63.
Inculta & horrida scripta. Cic. 1. de Finib. 13.
Horridus sapor. Plin. lib. 34. cap. 13. 1. Hæc aceto accepto odorem ante præstari & si tangatur lingua, saporem horridum.
Horrida syluestris ruta ad effectũ, & ad omnia acrior. Plin. lib. 20. ca. 13.
Horridus, asper, durus oratione & moribus. Cic. 4. de Finib. 126.
Horridus, & iejunus. Quin. li. 2. ca. 14. Fient enim horridi atque iejuni.
Deformis atque horridus homo. Cic. 5. Verr. 38.
Rufco horridior. Virg. eclog. 7. 9.
Non valde nitens, nec planè horrida oratio. Cic. de Cla. Ora. 128.
Horride, pen. corr. (ἀκόσμως,) Aduerbium: Hoc est, asperè & inculte. Horridè dicere. Cic. in Orat. 15. Putant enim qui horridè, inculcatè dicat, modò id eleganter enucleatéque faciat, eum solũ Atticè dicere.
Horridulus, pen. corr. (ὑπότρομος,) Adiectiuũ diminutiuũ Tremens vel incultũ, Persius Saty. 1. 6. Scis comitẽ horridulũ, trita donare lacerna.
Horridula scripta. Cic. ad Atticum lib. 2. 16. 2. Quanquam rua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso quòd ornamenta neglexerant. Sic in Oratore. 48. Horridulæ orationes.
Horribilis, & hoc horribile, pe. cor. (φρικτός,) Formidabile & timẽdũ. Cic. Et quod dictu quoque horribile, videtur viuentis sanguine hausto.
Horribilis diligentia, Cic. ad Atticum lib. 8. 15. 2. 8. Et 1. de Finib. 97.
Horribiles formidines. Et, pro Fonteio 22. Horribiles impetus.
Fera horribilis. Virg. 4. Georg. 89.
Horribilis, Teter, deformis. Varro, Fœda atque horribili.
Metus horribilis. Claud. 5. Paneg. 16.
Oratio horribilis. Cic. pro Murena 68. Horribilis oratio sed eam vsus, vita, mores, ciuitas ipsa respuit.
Horrifer, pen. corr. Adiectiuum, (φρικοφόρος,) Cic. 1. Tusc. 107. Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Ex poeta quodam. Idem 2. de Natu. deorum 164. Et magis horriferis Aquilonis tangitur aurib. Ex Arato. Virg. 8. Aeneid. 35. Horrifera ægis.
Horrifer Boreas. Ouid. 1. Metam. 14.
Voces horriferæ. Lucret. lib. 5. 199.
Horrificus, pen. corr. Adiectiuum, (φρικόδεις,) Quod horrorem incutit vt Horrificum bellum. Cic. pro Domo sua 47.
Bustum horrificum. Lucret. lib. 3. 186.
Cæsaries horrifica. Lucan. lib. 2. 75.
Lapsus horrificus. Virg. 3. Aeneid. 45.
Horrifico, horrificas, penul. correp. (φρικοποιέω,) horrificare, Horrorem incutere

incutere vrait Seruius. Virgil. 4. Aeneid. 194.
Multaque præterea vatum prædicta priorum,
Terribili monitu horrificant.
Horrificans Zephyrus proclitas incitat vndas. Catull. Argona. 59. 54.
Horrisonus, pen. corr. Adiectiuum, Quod cum horrore sonat, siue quod horridum sonum emittit. vt Horrisonus fremitus. Virg. 9. Aeneid. 11. Cic. 2. Tusc. 41. Horrisonum fretum.
Flagellum horrisonum. Valer. 7. Argon. 51.
Fragor, horrisonus. Lucret. lib. 5. 22.
Horreo, horres, horrui, (φρίσσω, φρίττω,) horrere, Horrore pfundi. Propriè qui pilis setoq; in alante erigunturVt Horrens leo. Virg. li. 9. Aen. 22.
Dies horruit imbre. Valer. 2. Argon. 11.
Horrere, Frigere. Iuuenal. Saty. 1. 10.
– & horrenti tunicam non reddere seruo.
Horrere. Timere. Virg. 3. Georg. Nec varios horret strepitus. Ibidem,
– nunquam costodibus illis
Nocturnum stabulis farem, incursúsque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis iberos.
Horrere armis, conspectumque aliceies, & similia. Liui. 2. ab Vrbe 193. COSS. quoque Romani nihil præterea aliud quàm suas vires, sua arma horrebant, &c. De Hetruscis. Cic. ad Atticum, lib. 11. 11. 3. Etsi omnium conspectum horreo, præsertim hoc genere, tamen in tantis malis quid aliud velim, non reperio.
Horrere alicui, quemadmodum Timere alicui. Plin. in Paneg. Nemo tam parens filio nisi fragilitatis humanæ vices horret.
Mare iratum horrere. Horat. Epod. 2. 2.
Horrere minas alicuius. Cic. pro Quintio 61.
Pauperiem horrere. Horat. 2. Sermo. saty. 5. 2.
Horrere, Tremere, vt solent qui vehementer frigent. Colum. lib. 1. capi. 4. 8. Sed frigoribus hyemis mitiores abiliter horrent. Plautus Cistel. 7. 9. Iam horret corpus, cor salit. Terent. Eunucho 1. 2. 4.
– totus Parmeno
Tremo, horreoque, postquam aspexi hanc.
Capilli horrent. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 6.
Comæ horruerant. Ouid. 1. Fast. 101.
Horrere, Asperum esse, vt Horrent agri, vel loca inculta. Virg. 11. Aeneid. 121. – tum late ferrea hastis Horret ager. Colum. lib. 1. Sunt quædam loca, quę solititis minus connaliescunt, sub hyeme intolerabiliter horrent, sicut Thebas ferunt, Bœotiæ.
Verba horrent fœuis minis. Ouid. 2. de Remed. amor. 54.
Horrere, Stupere, mirari. Virgil. 3. Aeneid. 6.
Horrendum, ac dictu video mirabile monstrum.
Horrere diuinum numen. Cic. 4. Acad. 218.
Animus horret adhuc. Stat. 8. Thebaid. 22.
Horrendus, da, dum, Gerundiuum, (φρικτός, φριστός, ἀκατάλογος,) vt Vox horrenda. Virgil. 9. Aeneid. 54.
Auia horrenda. Valer. 5. Argon. 95.
Clamores horrendi. Virg. 2. Aeneid. 45.
Enses horrendi. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 1.
Nox horrenda. Ouid. 2. Fast. 28.
Rabies horrenda. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 65.
Sonus horrendus. Ouid. 4. Fast. 38.
Species horrenda. Stat. 6. Thebaid. 57.
Stridens horrendum. Virgil. 6. Aeneid. 58.
Visu horrendus. Virgil. 9. Aeneid.
Dictu horrendum. Virgil. 4. Aeneid. 91.
Horrens, horrentis, (φρικτός,) Participium: vt Horrens leo: hoc est, formidabilis vel hispidus horridus. Virg. lib. 9. Aeneid. 22. Plin. lib. 8. cap. 40. 9. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primùm latratu intonuit.
Agmina horrentia pilis. Horat. 1. Sermo. saty. 1. 3.
Arma horrentia. Virgil. 1. Aeneid. 1.
Hastæ horrentes. Virgil. 10. Aeneid. 35.
Rubi horrentes. Virgil. 3. Georgic. 0. 7.
Vmbra horrens. Virgil. 1. Aeneid. 33.
Horresco, horrescis, (φρίττω,) horrescere, Horridum fieri, & vehementer timere, veluti quum quis intrinsecus algorem seu tremorem in se modi. Virg. 6. Aen. 141. Horrescit visu subito, causasq; requirit. Plaut. Horrescet saxo læna, leges quum audiet. Idem Trucul. 4. 87.
Horresco misera, mentio quoties fit partionis ita pœnæ
Tibi fuit Phronesium. Terent. Adelph. 4. 4. 24. Perii, horresco semper vbi pultare hasce occipio fores.
Horrescere morsus futuros. Virgil. 3. Aeneid. Nec tu mensarum morsus horresce futuros. Id est expauesce.
Pectora horrescentia mortem. Stat. 3. Thebaid. 14.
Horrescunt segetes & campi. Virgil. 3. Georg. 59.
– tum segetes altæ, campíque natantes
Lenibus horrescunt flatris. Id est contremiscunt.

Tempestas horrescit nimbis. Silius lib. 1. 27.
Horripilo, horripilas, pen. corr. horripilare, Horridiore, asperioreque pilo frutificare. Apul. lib. 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

Horsum, Aduerbium loci, Versus hunc locum. Plau. Rud. 4. 83.

Vidésne alteram illam vt fluctus eiecit foras?
Surrexit, horsum se capescit, salua res. Terent. Hecyra 3. 4. 36.
– atat eccum Phidippum, & patrem
Video, horsum pgũ. quid dicã hisce, incertus sum. Idẽ Eunuc. 2. 1. 13.
– censeõ posse me obstirmare,
Perpetí ne redeam interea? p. ténet non herele ab itrtor.
Nam aut iam reuertitur, aut mox noctu te adigent horsum insomnia.
Vbi Donatus, Horsum, hoc est ad vrbem agent.
HORTENSIA, ὀρτησία, Hortensii filia fuit eloquẽtissima. App. Alex.

Hortensis, Vide HORTVS.

HORTENSIVS, (ὀρτήσιος,) Romanus orator, qui in foro Romano caesarum rex ob eloquẽtiam dictus est: licet eius scripta infra famã fuerint. De quo sic refert Cic. de Claris Orat. 167. Primũ memoria tanta, quantam in viro cognouisse me arbitror. vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto ve bis cisdem redderet, quibus cogitauisset.
Hortensius poeta. Ouidius 2. Trist. 88.
Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui Carmina.

Hortor, hortaris, (παρακαλέω, παρακελεύομαι, ἐγκελεύω,) hortari, Ab ore deduci quidam volunt: & ideo aspirari ne frequentatiuum ab orior putetur. Significat autem ore suadere. Donatus, Hortamur impulsu. Terent. Hecyra 1. 1. 7.
– ergo propterea te sedulò
Et monco & hortor, ne cuiusquam misereat
Quin spolies. Plaut. Persa. 13. 62. Pol benefacta tua me hortantur, tuo imperio paream.
Hortari & monere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 4. Pompeium & hortari & orare, & iam liberius acculare & monere, vt magnam infamiam fugiat, non desistimus. Hortari, inquit, quasi argumentis suadere: Monere, quasi meo iure, & quadam authoritate.
Hortari vt Cæsar 7. bel. Gall. 12. Hortatur vt communis libertatis causa arma capiat. Cic. ad Atticum, lib. 8. 15. 8. 1. Magnopere te hortor, pro tuo singulari perpetuoque studio in Remp. vt, &c.
Hortari ad. Cic. pro Archia 11. (Quibus auditis, &c. hunc ad perficiendum hortatus sum. Idem, Nam quod addidisti, vos, &c. id me non modò non hortatur ad disputandum, sed etiam deterret. Idem Attico, libro 7. 13. 3. 4. Ad pacem quidem hortari non desino.
Hortari de. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 2. Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum. Sic apud Cæsarem 1. de bello Ciuili, Hortari aliquem de pace reconciliandã.
Hortari aliquid. Cice. in Catil. 9. Sin (quod te iandiu hortor) exieris, exhaurietur, &c.
Hortari, aliàs à Cicerone dicitur adhortari, suadere, authorẽ esse, cohortari, excitare, spellere authoritatẽ alicui ad aliquid faciẽdũ dare, acuere.
Hortari, passiue vsurpatum. Tacit. lib. 12. Memmium Pollionem Consulem designatum ingentibus promissis inducunt, sententiam expromere, quæ hortaretur Claudius Octauiam despondere Domitio.
Armatas hominum est præsens hortata cateruas. Catul. Argon. 59. 79.
Acem hortari. Ouid. 1. de Arte 42.
Canes hortari. Ouid. 10. Metamor. 107.
Terribiles hortatus equos, in gurgitis, &c. Ouid. 5. Metam. 85.

Hortatio, Verbale, (παρακελευσμός,) Actus ipse hortandi. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 1. 1. 6. 1. Ac iam hoc loco non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago, &c. Idem 5. de Finib. 10. Tamen mihi grata est hortatio tua.
Hortatus, huius hortatus, pen. prod. (παρακελευσμός.) Idem quod hortatio & monitio. Plin. lib. 33. ca. 1. 12. Cuius hortatu exceperat eos diez. Cicero pro Archia 1. Quòd si hæc vox huius hortatu, præceptisque confirmata, nonnullis aliquando saluti fuit, &c.
Blandis hortatibus implere aliquam. Silius lib. 8. 6.

Hortamen, pen. prod. & hortamentum, Idem, (ἐγκελευσμός,) Liuius 10. ab Vrbe 141. Ibi auditor P. Decii euentus, ingens hortamen ad omnia pro Repub. audenda. Ibidem, lib. 7. 44. Pognatum haud procul porta Collina est totius viribus vrbis, in cõi pectu parentum coniugumque, ac liberorum quæ magna etiam absentibus hortamenta animi, tũ subiecta oculis simul verecundia, misericordiaque militem accendebant.
Longo hortamine vti. Ouid. 1. Metam. 59.

Hortator, pen. prod. hortatõris, (παρακελευστής,) Qui hortatur & suadet vt aliquid fiat. Cic. ad Atticũ, li. 1. 7. 1. Eò accedebat hortator assiduus Sallust. Plaut. Merc. 14. 1. Solicitus est hortator remiges hortarier, Ita hortabatur. Qui hic hortator à Plauto dicit, Græce celeustes dicit, qui remiges hortat, quasi nauigationis moderator. ꝗ ea hortamẽta faciatque verbo Græco celeusmata dicuntur etiam à Latinis, vt ait Budeus.
Bonus hortator. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hortatore re fecimus.Cic.1.de Finib.108.
Hortator & intercessor.Cic.pro Sex.Rosc.65.Postremò isto hortatore, authore,intercessore,ad Syllam legati non adierunt.
Hortatores cædis permulti.Cic.ad Atticum,lib.10.195.11.
Pugnæ hortator.Ouid.4.Trist.eleg.2.7.
Scelerum hortator.Virg.6.Aeneid.106.
Hortator & magister eius studii tibi fuit domi.Cic.1.de Orato.120.
Hortator non faciendi aliquid,& author.Cic.pro Rol.Amer.65.
Adiutor,author, hortator ad aliquid agendum. Cicc. Post reditum ad Quirites 7.
Hortatrix,pen.prod.Verbale, (παρακλητής,) vt
Gloria hortatrix animosi lethi.Stat.9.Thebaid.144.
Hortatrius,pen.prod.Adiectiuum, (παρακλητικός,) Quintil. Hæc ad hortatiuum genus maximè pertinent.

Hortus, huius horti, (κῆπος, παράδεισος,) Hortus est siue in vrbibus atque oppidis,siue in villis,rusticè locus,in quò arbores solent oriantur. Ea autem ratione ab aliquibus aspiratur,vt differat ab ortus,quando natum siue natiuitatem significat.
Amœnitas hortorum.Cic.Qu.fratri,lib.3.17.19.
Culti ssimus hortus.Ouid.2.Fast.141.
Epicuri horti.Cic.5.de Finib.6.
Exiguus hortus lectis floribus.Ouid 3.de Ponto,eleg.4.13.
Halantes floribus horti.Virg.4.Georg.12.
Indigens hortus.Vide INDIGENS.
Irriguus hortus.Horat.2.Sermo.saty.4.4.
Paterni horti.Cic.13.Philipp.372.Nam paucis diebus & in domum,& in hortos paternos immigrauit.
Pauperis horti cultos. Virg.eclog.7.7.
Pinguis horti.Virg.3.Georg.26.
Riguus hortus.Ouid.8.Metam.130.
Soburbani horti.Stat.4.Sylu.4.2.
¶ Conducere hortum.Cic.Tironi,lib.16.18.4.
Hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant.Cic.de Senect.53.
Inserere hortos.Vide INSERO.
Inspicere hortos.Vide INSPICIO.
Instituere hortos.Vide INSTRVO.
In hortos ad cœnam aliquem inuitare.Cic.3.Offic.75.
In hortis se sine interpellatoribus oblectare.Cic.3.Offic.75.
Parare hortos.Cic.Attico,lib.12.24.1.16.
Præparare hortos.Cic.pro Cælio 28.Habes hortos ad Tyberim:ac diligenter eo loco præparasti,quò omnis iuuentus natandi causa venit.

Hortus in singulari,pluralique,pro hortis oliteriis accipitur, id est olera producentibus.Est enim olus,omnis herba satiua qua vescimur,& cuius folia,vt caule,in edulium vtimur.Horti verò in plurali,arboribus cõsiti dicuntur,& voluptaris amœnitatisque causa parati. In superiore igitur significatione dicentur vnum hortum,duos,tres hortos. In posteriore,vnos,binos,ternos,quaternos hortos:nisi alicuius authoritas, aliud sibi vendicauerit.Hæc Valla lib.3.cap.9. Colum.lib.4. cap.18.1.Centenæ stirpes per singulos hortos semitis distinguantur. Idem libro 11.cap.3.pro loco herbis consito,seu locis,nunc hortum,nũc hortos vsurpat. Plin.lib.19.cap.4.11.Hortos villæ iungendos nõ est dubium,riguosque maximè habendos,si contingat profluo amne.
Horti in fenestris.Plin.lib.19.cap.4.Iam in fenestris suis plebs vrbana in imagine hortorũ quotidiana oculis rura præbebant;ante quàm præsigi prospectus omnis coegit multitudinis innumeræ sæua latrocinatio.
Horti pensiles,Qui supra ædificia facti,vel supra columnas erecti pendent.Plin.lib 36.cap.14 Leguntur & pensiles hortos, immò verò totum oppidum fecisse Aegyptiæ Thebæ.
¶ Horti,pro villa,in XII.TAB.Plin lib.19.cap.4.2.In XII.TAB.legum nostrarum,nusquam nominatur villa,semper in significatione ea hortos,in horti verò hæredum. Festus.Hortus apud antiquos omnis villa dicebantur,quòd ibi qui arma capere possent oriebantur.
Hortulus,pen.corr.Diminutiuum.Cic.1.de Natu.deor.164. Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis 2 cautis fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. Plin.lib.35.cap.10.38.Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo.
Platonis hortuli.Cic.5.de Finib.3.
Hortensis,& hoc hortense, (κηπαῖος,) Quod ex horto est,siue in eo crescit.Plin lib.19.cap.10.1.Morbos hortensia quoque sentiunt,sicut reliqua terræ fœta. Idem lib.19.cap.5.9. Sunt & Sylueſtres in vtroque genere,& omnibus fere hortensibus.
Hortensius, (κηπαῖος,) Aliud adiectiuum.Plin.li.22.ca.24.12.Sed medicinas floribus coronamque mantisque, & hortensius, quæque mandunt herbis profecati,quo nam modo frugum omittemus? Idem lib. 19.cap.8.7.Iera hortensiorum lenissima est.

HORVS (κῆρυξ,) Iudis filius,quem quòm Isis amisisset,veritatem illi obtenuit,quod Osiri patri acciderat,multum fleuit;sed eo inuento,mœrorem in lætitiam conuertit. Horus item,Assyriorum rex,Plinio lib. 30.cap.11. Horus etiam ab Aegyptiis dictus Sol,apud Bocatium.

Hospes, hospitis,pen.corr. com.g. (κατάλυτης, ξένος, ξενοδόκος,) Valla, Hospites sunt tam qui in priuato alicuius hospitio sunt,q̃ qui in publico,quod diuersorium,vel tabernam meritoriam appellamus:tamq̃ qui recipit,q̃ qui recipitur .Vnde Oni.1.Metam.30. – nõ hospes ab hospite tutus.Hactenus Valla lib.4 Plau.Epid.13.54. Remeabo intróiuit accurẽtur aduenientes hospites.Terẽ.Adel.4.1.13. Cliens,amicus,hospes nemo est vobis? c. sunt. quid postea? 5.Hisce opera vt data sit. Ci.pro Deiotaro 4.Per dextrã te istã oro, quã regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti.Idẽ 7.Verr.85. Pater adorat Dexio Tindaritanus,hõ nobilissimus,hospes tuus: cuius tu domi fueras quẽ hospitẽ appellaueras.Plau.Pœn.16.88. Pater tuus ergo mihi hospes Antidamas fuit.Cic. Acilio,lib.13.38.1.Hippiã Philoxeni filiũ Calatinũ,hospitẽ,& necessariũ meũ tibi cõmẽdo in maiorẽ modũ. Hospes & peregrinus,Cic.cõtra Rullũ 93.Nos autẽ hinc Roma qui venimus,iam non hospites,sed peregrini atque aduenæ nominabamur.
Amabilis hospes.Horat.2.epist.2.27.
Accipere hospitem.Cic.Pæto,lib.9.26 9.
Vespertinus hospes.Horat.2.Sermo.saty.4.4.
¶ Deducere hospitem domum.Author ad Herenn.lib.4.135.
Diuertere ad hospitem.Cic.1.de diuin.101. Et lib.5.de Finib.7.
Habere hospites domi.Author ad Herennium,lib.4.233.
Multorum hospitum copo quidam Binnius.Cic.pro Cluent.136.
¶ Hospes,pro peregrino.Terent.And.4.6.15. – nunc me hospitem Lites sequi,quàm hîc mihi sit facile,atque vtile, Aliorũ exẽpla cõmonẽt. Cic.pro Milone 24.An verò Iudices,vos illi ignoratis,vos hospites in hac vrbe versamini,vestræ per quam res,neq; in hoc quagato ciuitatis sermone versantur? Idẽ 2.Verr.14. Nã nos in nostra vrbe peregrinãtes erratesq;,rãquã hospites,nos hospitio quasi domũ deduxerũt:vt possemus aliq̃ qui,& vbi essemus agnoscere. Virg.4.Aeneid.2. Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes.
¶ Hospes,pro homine ignaro eorũ quæ aguntur.Terẽ.Phorm.4.1.15. Petam hinc,vnde à primo institut.is si dat,sat est.Si ab hoc nihil fit,hunc adoriar hospitem.Vbi Donatus,Asturè hospitem,de eo qui superuenit:nomen aptum imprudenti rerum,atque alieno ab earũ scientia.
¶ Hospes vrbis.Cic pro Rab.21.Quæ fides Labiene,quẽ poruit fingere natus confulto dari? Adeone hospes huiusce vrbis,adeone ignarus es disciplinæ,cõsuetudinis;nostræ,vt hæc nescias? vt peregrinari in alterna ciuitate,non in tua magistratum gerere videare! Sed plũ expedit. Cicero quum dixit,Ignarus disciplinæ consuetudinisque nostræ.
Hospes in re aliqua. Cic.1.de Orato.110. Fatcor enim calliduũ quãdam hunc,& nulla in re tyronem ac rudem,nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.
Hospes in voluntatibus suorum ciuium.Cic.de Orato. Si erit idem vel consuetudine ciuitatis,in moribus atque institutis, in volũtatibus suorũ hospes.Hoc est ignorans voluntates,&c.
Hospes voluntate.Cic.12 Philip.338. Quem Cato quũ salutasset, te appellem,inquit fat ille,Voluntate hospitem,necessitate hostem.
Hospitus,pe.corr.Adiectiuũ, (ξενικός,) vt Hospita auis.Stat.1.Achil.
Hospita æquora,Vicina interpretatur Seruius.Virgil.3.Aeneid.76.
Pauca tibi è multis,quo rutior hospita lustres Aequora.
Hospita flumina,per quæ transiri aut nauigari potest.Statius lib.3. Thebaid.Accipies,fessulque lubens iterum hospita pandas Flumina.
Nauis hospita.Ouid.1.Fast.68. Tecta hospita.Valer.2.Argo.137.
Terra hospita.Virgil.3.Aeneid.108.
Hospita,hospitæ,Substantiuum, (κατάλυτις,) Cic.4.Verr.62.Continere etiam signum illud Himeræ iam videbatur,quòd eum multò magis figura & lineamẽta hospitæ delectabãt.Ibidẽ 15. Ter.And.2.2. Num illi molestæ quippiam hæ sunt nuptiæ, Propter hunusce hospitæ consuetudinem? Cic.ad Atticum,li.7.13.
Hospitium,hospitii, (ξενοδόκιον, κατηγώγιον, ξενικόν,) Domus quæ ciuitatis liberè taliterque venienti hospiti pater.Liu.li.2.Ibi benignè exceptus diuisique in hospitia,curatis vulneribus.Sciẽdum antiquũ isthmum fuisse,vt hospitii necessitudo,non modo inter priuatos,sed etiam inter populos contraheretur,neque id quidem modò,sed etiam inter singulos priuatosq̃ homines & ciuitates quod genus amicitiæ Græci xenia,Latini hospitium publicum vocauerunt. Nam quod hospitii inter ciuitates cõtrahebatur, Græcè ἰσοτελεία,Latine priuatum hospitium dicebatur.cuius erat nota pignusque tessera hospitalis,vt ille apud Plautum ait in Pœnulo 15.22. – deum hospitalem & tesseram Mecum fero.Liuius lib.5.ab vrbe 130. de Timasitheo Liparensi loquens: qui legatos Romanos hospitio exceptos,ac Delphos vsque deductos,retro in vrbem hospites reduxerat. Hospitium (inquit) cum eo Senatui Romano est ficti,donaque publicè data.Idẽ lib.7.de bel.Maced.Principes legationis expositis initiis amicitiæ cũ Pop.Rom.meritisque Rhodiorũ. Nihil (inquit) nobis tota nostra actione Patres Cõscripti,neque diuiti cilius,neque molestius est,quàm quod cum Eumene nobis dissepsitum est,cum quo vno maximè regum & priuatũ singulis,& (quod magis nos mouet) publicũ ciuitati nostræ hospitiũ est.Cic.7.Verr.122. Senatu Syracusano loquens,Decernũt statim,primũ vt L.F. frater hospitium

hospitium publicè fieret,quòd is eandem voluntatem erga Syracusanos Susceperit,quam ego semper habuissem. Id non modo rum scripserunt verumetiam in ære incisum nobis tradiderunt Cæsar de Heduis loquens , Q ubus præliis calamitatibusque fractos , qui & sua virtute & Popu.Romun.hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent,coactos esse Sequanis obsides dare.Ex Budæo .
Clientelæ hospitiaque prouincialia.Cic.4.in Catil.94.
Agreste hospitium . Cic.ad Atticum,lib.2.31.9. Te in Arpinati videbimus,& te hospitio agresti accipiemus.
Antiquum hospitium.Virg.3.Aeneid.3.
Commune hospitium.Silius lib.13.59. – consurgens ilice multa Extruitur rogus,hospitium commune peremptis.
Fauens hospitium.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.32.
Liberale hospitium.Cic.2.de Orato.130.Atqui non nimium liberale hospitium meum dices:nam te simul ac,&c.extrudam & eiiciam.
Magnificentissimum hospitium . Cic.2.de Diuin. 119. Quumque ab eo magnificentissimo hospitio acceptus esset,&c.
Pauperis hospitii pretium.Silius lib.7.38.
Ex hac vita ita discedere tanquam ex hospitio . Cic.de Senect.76.
Excipere aliquem hospitio.Ouid epist.15.16.
Indulgere hospitio.Virg.4.Aeneid.11.Vide INDVLGEO.
Inuitare hospitio aliquem propter familiaritatem notissimam . Cicero 11.Philipp. 335 .
Iungimus hospitio dextras.Virgil.1.Aeneid.17.Hospitio,septimus casus est,Id est iure hospitalitatis . Seruium.
Nancisci hospitium , Vide NANCISCOR.
Arcenæ hospitio prohibemur.Virgil.1.Aeneid.109.
Recipere aliquem hospitio.Ouid.5.Metam.132.
Renuntiare hospitium alicui,& domo emigrare.Cic.4.Verr.65.
¶ Hospitium calamitatis.Plaut.Trinum.8.16. – contra isthoc Detrudi maleficos æquum videtur , qui quidem istius sunt modi,Hospitium est calamitatis .
Hospitium confidentiæ.Plaut.Capt.10.8. Nec confidentiæ vsquam hospitium est,nec diuerticulum dolis .
Ius ac necessitudo hospitii , vel familiaritas interdum , quæ ex hospitali consuetudine contrahitur.Cic.Seruio,&c.
¶ Hospitium,Familiaris quædam amicitia,vel mihi hospitandi apud illum,vel illi apud me.Cic.Seruio 13.20.1.Fuit mihi cum illo vetus hospitium.Idem 4.Verr.15.Dixit hoc idem M.Lucullus,se de his Dionis incommodis pro hospitio,quod sibi cum eo esset, iam antè cognosse.
Hospitium & amicitia.Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.2.24. Optimum quenque hospitio amicitiaque coniungi dico oportere .
Gratia atque hospitiũ.Cic.pro Sexi.Roscio 9.Gratia atque hospitiis florens hominum nobilissimorumiam cum Metellis,Seruiliis,Scipionibus,erat ei nõ modò hospitiũ,sed etiam domesticus vsus & cõsuetudo.
Amicitiam,hospitium,& fœdus amicitiæ cum aliqua gente facere . Papinianus in L.Postliminii.ff.de Captiuis & postliminio reuersis . Nam si cum gente aliqua neque amicitiam,neque hospitiũ,neque fœdus amicitiæ causa factum habebimus,hi hostes quidem non sunt,&c.
Pro hospitio quod mihi cum eo est.Cic.4.Verr.15.
Facere publicè hospitium cum aliquo. Cic.pro Cornelio Balbo 32. Hospitium multis annis ante hoc tempus cum L.Cornelio Gaditanos fecisse publicè dicto .
Paternũ hospitiũ hunc cũ Pompeio intercedebat.Vide INTERCEDO.
Iunctius hospitio Quantio,Vide IVNGO.
Renouare vetus hospitium.Cic.pro Deiotaro 5.
Hospitalis,& hoc hospitale,pen.pro. (ξένιος, φιλόξενος, πρόξενος,) Quod est hospitis,siue quod ad hospitẽ pertinet.Liu.1.ab Vrbe 253.Vbi exceptus benignè ab ignaris cõsilii,quã post cœnã in hospitale cubiculũ deductus esset.Idẽ li.2.ab Vrbe 65.Adii profecti domos, nũtii hospitaliũ beneficio immunitos Romæ hospitium vrbisque charitas tenuit.
Hospitalis tessera.Plaut.Pœnulo 16.86. – si ita est,iam tesseram Confer si vis hospitalem. Et paulò post ,Hæc mihi hospitalis olim tessera cum illo fuit .
Hospitalis,Liberalis,Facilis ad suscipiendos hospites, aptusque ad seruiendum illis.Cic.3.Verr.44.Homo qui semper hospitalissimus , amicissimusque nostrorum hominum existimatus esset,noluit videri ipsum illum Rubrium inuitus in domum suam recepisse.
Hospitalis deus,Iupiter dictus est antiquis , sub cuius tutela & veluti hospitio salus hominum constituta esset.Plaut.Pœnulo 15.22.Deum hospitalẽ ac tesserã mecũ fero.Cic.3.de Finib.101.Atque etiã Iouẽ quũ Optimum & maximum dicimus,quumque eundem salutarem,statorem,hoc intelligi volumus,salutem hominum in eius esse tutela .
Hospitalem locum appellat hunc mundum Seneca epist. 103.quia in eo peregrinemur,ac simus inquilini. Quicquid circa te est rerum , tanquam Hospitalis loci sarcinas specta.
Hospitalis in suos.Cic.2.Offic.95.
Hospitalis cœna.Plin.lib.33.cap.4.15.
Hospitalis sedes.Cicero pro Lege agraria 52.
Hospitalis regis clementia.Plin.lib.6.cap.21.4.
Hospitale aduenis solum.Plin.lib.17.cap.10.10.
Hospitalitas,pen.corr.huius hospitalitatis, (φιλοξενία, ξενία,) Cic.2.Offi.94.Rectè ẽt à Theophrasto est laudata hospitalitas.Mart.li.1.170.
Hospitiolũ,pe.cor.Diminutiuũ.Vlpian.in L.Si verò.§. Idẽ.ff. De iis qui deie.Idẽ erit dicẽdũ & sigi amicis suis modica hospitiola distribuerit.
Hospitaliter,pen.corr.Aduerbium. (ξενίως,) Liu.1.ab Vrbe 37. Inuitati hospitaliter per domos. Ibidem,li.6.302.Moti extemplo Patres,vocari eos iam tum hospitaliter magis quàm hostiliter iussere. Idem lib. 7.bel.Pun.245.Cum summa omnium lætitia hospitaliter excipiũtur.
Hospitor,penul.corrept.hospitaris,(ξενίζω, ξενοδοκέω, ξενόω,)hospitari, Amicè in hospitium suscipere .
Hospitari,hospitio vti significat.Seneca de Vita beata . Quid enim est, cur illis bonum locum inuideat (veniant,hospitentur. Id est tanquam in alieno habitent. Idem epist.119.rationem assignans cur Pythagoras voluerit abstinere homines ab animãtibus,Quum possint, inquit, ferro morsuque violare,in quo cognatus aliquis spiritus hospitari etur.
Hospitari nescit castanea,pro In alieno solo crescere. Plin. lib. 17. cap. 20.6.de castanea,loquens,Nudata enim radice tota in sulco prosternitur.Tunc ex cacumine super terram rebẽto renascitur & alia abra dicetur sed transplata nescit hospitari,pauetque nouitatem.
Hospitatur aqua in eo loco. Plin.lib.6.cap. 18. 1. de Gange fluuio , Alii cum magno fragore ipsius statim fontis erumpere , deiectumque per scopulosa & abrupta,vbi primùm molles planities contingat , in quodam lacu hospitari,inde lenem fluere .

Hostia, hostiæ, (ἱερεῖον,) Ab hostis fit : significatque sacrificium quod ab iis fit qui in hostem pergunt ob victoriam,id est pro victis hostibus. Cæs.8.bell. Gall. 182. Hostiæ omnibus locis immolabantur. Festus, Hostia , sacrificium quod laribus immolabant, quòd ab illis hostes arceri putabant. Ouid.1.Fast.68.Hostibus à domitis hostia nomen habet.
Hostiam ab hostio,id est ferio,Festus deriuat. Plaut.Epid.4.10.
Cuius quoties vides sepulchrum,sacrificas Horco ilicò hostias .
¶ Decoræ,& quæ quoique diuo gratæ sint hostiæ.Cic.2.de Legib.33.
Fœlix hostia.Virg.1.Georg.69.
Mactata hostia.Horat.1.Carm.ode 19.4.
Petulans hostia.Iuuenal.Saty.12.1.
Pinguis hostia.Virg.11.Aeneid.148.
Pulla hostia.Tibull.lib.1.eleg.2.13.
Sumptuosa hostia.Horat.3.Carm.ode 23.5.
¶ Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.Virg.1.Aeneid.68.
Humanis hostiis aras deorum ac templa funestare.Cic.pro Font.17.
Immolare hostias.Vide IMMOLO.
Immolabant studiosius & crebrius hostias Etrusci.Cic.1. de Diuin. 153.
Maiores hostiæ in foro constitutæ ad præconem & ad tibicinem immolabantur.Cic.2.de Lege agraria 91.
Cæsis hostiis ad scelus perficiendum deos placari non posse . Cicc. pro Cluentio 153.
Præbere hostias ad sacrificium. Cic.2.de Inuent.191.
Hostiatus,penul.prod.Adiectiuum, (θυσιωτός,) Hostiis , siue sacrificiis onustus.Plaut.Rud.7.8.
Ergo vos æquinis erat candidatas venire,hostiatasque;
Ad hoc fanum ad isthunc modum non veniri solet.

Hosticus,Hostilis, Vide HOSTIS.

Hostio, hostis,hostiui, (ἐναντίωμαι,) hostire,Aequare,æquum reddere. Plaut.Afin.7.121.
– pugno malam si tibi pertusserò,
Mox quum Sauriam imirabor,caueto ne succenseas . Et paulò post, Quin promitto,inquam hostire contrà,vt meruerit.Nonius.
¶ Hostire,Comprimere,Retũdere,ab hostia dictum. Pacuuius Teucro, Nisi coercuero proteruiratem,atque hostiero ferociam.
¶ Hostire,Offendere,Cædere.Pacuuius Erotopægnion lib. 2.Nunc id mihi molestum est,quod hostit voluntatem tuam.
Hostimentum, (ἐναντίωμα,) Aequamentum,vt quum quis pro beneficio cõpẽsationẽ accipit.Festus,Hostimẽtũ,bẽficii pẽsatio.Plau.Afi.5.20.
Dedi equidem quod mecum egisti.c.& tibi ego mili mulierem,
Par pari datum hostimentum est,opera pro pecunia.
Hostorium, (ἐνωτήριον,) Lignum æquatorium , baculus quo modius & cæteræ mensuræ æquantur,& alio nomine radius dicitur.

Hostis, huius hostis,com. g. (πολέμιος, ἐχθρός, ἀντικείμενος,) ab hostio, hostis,quod est æquo,quum in hostium conflictu soleat fieri quædam æquatio ordinũ,seu quòd (vt ait Nonius) ex æqua causa pugnã adeãt.Cic.12.Philip.338.Memini colloquia & cũ acerrimis hostibus,& cũ grauissimẽ dissentientibus ciuibus.Terent.Hecyra 5.2. 23.Nã nupta,meretrici hostis est,à viro vbi segregata est.Cic.1. Offi. 56.Equidẽ illud etiã animaduerto,q̃ qui proprio nomine perduellis esset,is hostis vocaretur,lenitate verbi tritutia rei mitigante. hostis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud maiores nostros is dicebatur,quem nunc peregrinum dicimus.
Inimicus & hostis.Cic.5.de Fin.5. Quotiescũque dicetur malè de se quis mereri,sibique esse inimicus atque hostis.Idem 4.Verr.41.Atpicere re postea non potuisset:inimicus & hostis esset,tanta cõtumelia accepta. Idẽ 1.de Inuẽ.117.Per quẽ dicimus inimicis quoqs & hostibus ea, &c.
Turmæ hostium.Horat.4.Carm.ode 14.5.
Victor hostium.Horat.1.Carm.ode 6.1.
¶ Acer hostis.Horat.Epod.6.3.
Hostis capitalis.Cic.1.in Catil.26.
Conserti hostes.Claud.3.Paneg.39.
Ferus hostis.Ouid.1.Metamorpho.38.
Hostis nimis ferus & immanis.Cic.4.Verr.36.
Glomerati hostes.Virgil.9.Aeneid.92.
Imbelles hostes,Vide IMBELLIS.
Immanis hostis,Vide IMMANIS.
Importunissimus hostis.Vide IMPORTVNVS.
Infesti hostes.Ouid.1.Amor.eleg.9.4.
Inordinati hostes & effusi,Vide INORDINATVS.
Insolens hostis,Vide INSOLENS.
Instabilis hostis ad comminus conserendas manus,Vide INSTO.
Spoliatus hostis.Silius lib.15.138.
Validus hostis.Ouid.12.Metamorpho.104.
¶ Facere hostem aliquem alteri.Lucan.lib.1.41.
Densos fertur moriturus in hostes.Virg.2.Aeneid.102.
Hostes incessere iaculis & pilis,aut saxis.Vide INCESSO.
Hostem induere.Tacit.lib.10.Nisi contra instituta, & ceremonias maiorum proditorem palãm,& hostem Thrasea indusisset.
Inijcere se in medios hostes,Vide INIICIO.
Intercludere hostes ab oppido & ponte & commeatu omni, Vide INTERCLVDO.
Inuadere in hostem,Vide INVADO.
Iudicare aliquem hostem, Vide IVDICO.
Laborare hostibus domesticis,Vide LABOR.
Obsidere hostem.Lucan.lib.6.24.
Obterere hostem.Lucan.lib.7.56.
In medios penetrare hostes.Silius lib.5.47.
Propulsare hostem.Stat.11.Thebaid.53.
Ex hoste rapti penates.Virgil.1.Aeneid.77.
Impetus hostium reprimere,ac retardare,Cic.pro Lege Manil.8.
¶ Perniciosissima studiorum hostis.Quintil.lib.2.cap.2.6.Illa verò vitiosissima,quæ iam humanitas vocatur,musicem qualiacunque laudandi, quum est indecora, & theatralis & seuerè institutis scholis alienarum studiorum perniciosissima hostis.
Hostilis,& hoc hostile,penul. prod. (πολεμικός,) Quod pertinet ad hostem.Virgi.11.Aeneid.19.Iudutosque iubet truncos hostilibus armis.
Plaut.Pseud.10.19. – occasionem reperisti verbero,
Vbi perconteris me insidiis hostilibus?
Acies hostilis.Tacit.lib.19.
Agmen hostile. Ouid.8.Metamor.8.
Animus hostilis.Senec.Octan.15.
Conditiones pactionesque bellicas & hostiles perturbare.Cic.3.Offi.146.
Hostilis in Rempub.animus.Cic.ad Brutum 4.1.
Hostilis dextra.Cic.2.Tusculan.32.
Hostilis expugnatio.Cic.pro Lege Manilia 8.
Hostilem in modum cruciati.Cic.7.Verr.58.
Odium hostile.Tacit.lib.15.
Hostile odium & crudelitas.Cic.pro Cluentio 8.
Rapinæ hostiles.Lucanus lib.1.33.
Spiritus hostiles.Tac.li.20.Galbã,& ifracta tributa hostiles spũs ĩdulsie.
Terra hostilis. Cic.1.de Inuent.119.
Induere hostilia aduersus aliquem. Tacit.lib.19. Etiam aduersus nos hostilia induerat.
Facere hostilia.Tacit.lib.15.Quòd pro Armeniis hostilia faceret.
Hostilia referre.Liu.Legati retulerũt hostilia:& Sagũti excidiũ nũtiatũ.
Resumere hostilia. Tacit.lib.12. Quia Zorsines Soracorum rex hostilia resumpserat.
Hostiliter,penul.corre.Aduerbium, (πολεμικῶς,) Id est, hostilem in modum.Cic.5.Philipp.181.Ergo Annibal hostis,ciuis Auronius:quid ille fecit hostiliter,quod hic aut non fecerit,aut non moliatur,& cogitet? Liu.1.ab Vrbe 63.Bona hostiliter vendendi. Idem 1.ab Vrbe 45.Hostiliter in fines Romanos incursionem facit.
Nimium hostiliter.Ouid.14.Metamorpho.14.
Sternit hostiliter omnes.Ouid.11.Metamorpho.75.
Hostilitas,pen.corr. (ἐχθροδοκία,) Senec.de Vita beata,Aduersus hostes inhumana crudelitas,aduersus suos etiam hostilitas est.
Hosticus,pe.cor.Adiectiuũ,(πολέμιος,)Idẽ qd hostilis.Plau.Capt.5.52.
Quod antehac pro iure imperitabam meo, te oro nunc per precem,
Per fortunam incertam,& per mei te erga bonitatem patris,
Perque consenitium commune,quod hostica cuenit manu,

Ne me secus honore honestes,quàm ego te. Idem Trucul.17.42.
– lapideus sum,
Commouere me miser non audeo,res palàm omnis est,meo
Illic nunc sunt capiti hostica,meum illuc facinus,mea stultitia est. Horat.1.Serm.saty.9.7.Hunc neque dira venena,nec hosticus auferet ensis. Colum.in Præf.lib.1.17.Quanquam inter ferrum & ignes hostilis incursionibus vastatæ fruges,largius tamen condidẽre quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem rusticam.
Turba hostica. Ouid.3.Trist.eleg.10.14.

Hostium, Vide OSTIVM.

Hostorium, Vide HOSTIO, hostis.

Hostus, hosti,vide Factum in FACIO. Cato cap.6.2.Sin in loco crasso aut caldo seueris,hostus nequam erit,& ferundo arbor peribit. Varro 1.de Re rust.cap.14.2.

H V

Huber, hũberis,pen.corr.om.g.(γόνιμος,ὕνιμος,) Abundans,fecundus,fertilis,copiosus.Secundum Apuleium,ab sine pluuia. Alii magis ab humeo.loca enim arida,infœcunda sunt.contrà quæ humecta sunt,feracia.& mulierum habera, si humore careant, carebunt & lacte.Cato Orig.lib.2.Ita res huber fuit. Quidam autem & maior pars, hodie sine aspiratione scribit.Vide VBER.
Huber aqua.Cic.ad Qu.fratrem,lib.3.17.5.Ego locum æstate vmbrosum rem vidi nunquam,permultis locis aquam profluẽtem,& eam huberẽ.
Huberiora cibaria facta sunt caritate,Cic.5.Verr.186.
Copia exilis & Huberrima,contraria.Cic.4.de Finib.20.
Huberrimus fructus.Cic.2Tuscul.20.
Huberrimi,lætissimique fructus.Cic.2.de Natu.deor.234.
Ager quum multos annos quieuit,huberiores efferre fruges solet, Cic. de Claris Oratorib.9.
Huberibus spicis & crebris seges.Cic.5.de Finib.156.
Huberrima triumphis prouincia.Cic.in Pisonem 78. Vbi illa huberrima supplicationibus,triumphisque prouincia?
Plenus & huber ad dicendum. Cic.de Claris Oratorib.Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit.
Ferax & huber.Cic.3.Offic.7.Nullus feracior in philosophia locus, nec huberior,quàm de officiis.
Democritus huic in hoc similis,huberior in cæteris.Cic.4.Acad.212.
Ars huberior.Cic.1.Tuscul.11. Idem de Claris Oratorib.187. Vir ornatus huberrimis artibus.
Huber & fœcundus author.Cic.in Orato.8. Siquidem etiam in Phædro Platonis hoc Periclem præstitisse cæteris dicit Oratoribus Socrates, quòd is Anaxagoræ physici fuerit auditor:à quo censet eum quæ plurima & præclara quædam & magnifica didicisset,huberem & fœcundũ fuisse.
Huberrimum & quæfluosissimum edictum.Cic.5.Verr.28.
Huberiores literæ.Cic.ad Atticum,lib.13.297.1.
Huberes animi atque ingenii motus ad.Cic.1.de Orato.56. Nam & animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent,qui ad excogitandum acuti,& ad explicandum ornandumque sint huberes, & ad memoriam firmi atque diuturni.
Huberes sententiæ.Cic.1.Tuscul.99.
Huberior spes.Cice.de Natu.deorum, Maiore delectatione, huberiore spe commoueri.
Huberius,& huberrime,Aduerbiũ, (ἐυπορώτερον,) vt Disputare aliquid huberius & fusius.Cic.2.de Natu.deor.30. Et 4.Acad.235.Huberius explicata. Item Huberrimè,apud eundem,lib.2.de Diuinat.5.
Huberius loqui.Cic.ad Appium,lib.3.11.3. Eadem illa fecerunt lectiones mihi tuæ literæ,non solum quia planius loquebantur,& huberius,quàm vulgi sermo,sed etiam quia magis videbar tibi gratulari.
Hubertas,huius hubertãtis, (ὀνεαρ,ἐυπορία,πολυφορία,) Abundantia, copia,multitudo.Plin.lib.7.cap.1.12.Hec facit hubertas soli,temperies cœli,aquarum abundantia. Cic.1.Tuscul.108.
Hubertas & varietas pomorum.Cic.2.de Natu.deor.235.
Hubertas mammarum.Cic.2.de Natu.deor.193.Nuper nati mammas appetunt,earumque hubertate saturantur.
Hubertas,copia,vilitas frugum.Cic.Post reditum ad Quirites 15.
Asia fertilis est hubertate agrorum.Cic.pro Lege Manil.31.
¶ Hubertas dicendi.Cicero in Orato.7.Omnis enim hubertas & quasi sylua dicendi ducta ab illis est.De Academicis. Et pro Corn. Balbo 1.Orationis hubertas,varietas,copia.
Hubertas in dicendo:cui contrarium est Exilitas.Cic.1.de Orato.27.
Hubertas virtutis.Cic.2.de Natu.deor.148.Siquidem satis à nostris & à principe philosophiæ Socrate dictũ ẽ de hubertatib? virtutis & copiis.
Hubertas orationis.Cic.3.de Finib.29.
Húbero,húberas,penul.corrept. (γονιμοποιῶ,πιαίνω,) huberare, Huberem & fœcundum facere.Palladius lib.4.Hoc velut coitu sterilis arbores huberantur. Plin.in Paneg.Et cœlo quidem nunquam benignitas tanta,vt simul terras huberet,foueatque.

Huberare

Huberare dicuntur fructus,pro Exhuberare,sine huberes esse & fœcundos.Colum.lib.5.cap.9.10.Optimum est etiam constitutas plantas circumuenire cuicis:deindejconsitutum iam & maturum olluetũ in duas partes diuidere,quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuò biennio huberat.Id est,fœcunda est & fertilis.
Hubertus,Adiectiuum, (ὑπορρῶν,) Abundans.Gellius lib.7.cap.14. Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus:magnificum in Vlysse,& hubertum:subtile in Menelao, & cohibitum:mistum,moderatumque in Nestore.Aliqua exemplaria habẽt, Magnificum in Vlysse,& huber est.
Huber,Substantiuum, (ὀὐθαρ,) Pro hubertate.Palladius lib.1.ca.33.Prati verò recentia stercora proficient ad huber herbarum.
Huber,huius huberis,n.g.(ἐπάν,) Mamma,quæ & papilla dicitur.Virg.3. eclog.6. – binos alit huberе fœtus. Liuius 7.bel.Pun.18.Multa æstate,qua hæc facta sunt ex propinquia vrbibus agrisque nũtiata sunt prodigia,Thulculi agnum cum huberе lactanti natum.Cic.1.de Diui.38.
Martia,quæ paruos Mauortis semine natos
Huberibus grauidis vitali rore rigabat.
Hubera mammarum lactantia,Vide LAC.

Huc, Vide HIC.

Hudum, Vide SVDVM.

Hui, (βαβαί,) Interiectio admirantis,inquit Donatus.Terent. Adel. 3.3.57.Saluos sit,spero est similis maiorũ suũm.3.hui.Idẽ.Heau. 1.1.40.Hui tam graues hos quæso.M.sic meritum est meum. Cic. ad Atticum,lib.5.98.1.Hui,tot?ne me literas dedisse Romam,quum ad te nullas darem? Eidem,Hui si scias quanto periculo tuo. Idem in quadam epistola,Hui vereor ne,&c.Et,Hui quàm velim scire vtrũ,&c.
Hui,hem,& cætera huiusmodi,sanuę sunt aduersus eos quibus irascimur, interprete Donato.Terent.Eun.4.7.35.
Scibis, principio eam esse dico liberam. THR.hem. CH. ciuem Atticam. THR.hui.
CH.Meam sororem. Ibidem 2.1.17.
Tandem ego non illa caream, si sit opus, vel totum tridiuum?P.hui,
Vniuersum triduum?vide quid agas. Ibidem 3.117. Idem Adelph. 4.2.19. Idem Phorm.2.1.72. Et And.3.1.16.
Iuno Lucina fer opem,serua me obsecro.
2.Hui,tam citò,ridiculum. Plaut.Rud.4.66.Hui, homunculi quanti estis ciecti?vt natant. Idem Trucul.5.33.
Hui vt hic agrestis est adolescens,qui hic habet?
Nimis pol mortalis lepidus,minusque probus dator.

Huic, Vide HIC.

Huiusce (τουτουί,) genitiuus ab hic hæc hoc: compositum cum syllabica adiectione CE.Cic.7. Verr. 97. Quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit?

Huiusmodi, pen.corr. (τοιοῦτος,) Nomen compositum ex duobus obliquis huius & modi, om. gen. quasi simile & eo modo fieri vel esse aliquid dicamus.Plaut.Bacchid.1.38.
Quid ab hac metuis?P.quid,ego mentã cogitas?hõ adolescẽs Penetrẽ huiusmodi in palæstrã,vbi dãnis desudascitur?Teren.Heaut.2.3.98.
Mane,habeo aliud,si istuc metuis,qd ambo cõsiteamini,Sine periculo esse.CLIT.hui,ôi obsecro aliquid reperi.5.maximè. Ibidem 4.6.8.
Huiusmodi mihi res semper comminiscere,
Vbi me excarnifices. Idem Eunuch.4.6.8. Ibidem 5.2.34.Sæpe ex huiusmodi re quapiam,&c. Cicero Terentiæ,lib.14.2.4. Nec miror, sed mœreo casum huiusmodi.Legitur & eiusmodi.
Pro huiusmodi,Cicero aliquando Generis eiusdem, aliquando id genus dixit.vt ad Atticũ,lib.15.269.1.Scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere. Idem in Topicis 24.Et cætera generis eiusdẽ.

Hulula, huius hululæ, Vide VLVLA.

Hululare, Vide VLVLO, vlulare.

Humânus, penul.prod.Adiectiuum, (ἀνθρώπινος,ἀνθρώπινος,φιλάνθρωπος,) Ab homo deriuatur.Quod est hominis, & ad hominem spectat.Terent.Adelph.3.4.25.
– nam hoc quidem ferundum aliquo modo est:
Persuasit nox,amor,vinum,adolescentia:
Humanum est. Vbi Donatus.Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemos,vbi peccatum quidem non negamus,sed tolerabile esse dicimus. Idem And. 1.5.1.
Hoccine est humanum factum,aut incœptum? hoccine officiũ patris? ĩque animi officia. Cic.Attico,lib.15.129.13.Brutus quidem subitò, sed sapienter πάχωνι. Quando enim illum: sed humana ferenda, tu ipse eum videre non potes. Idem 7.Verr.91. Metum virgarum Nauarchus nobilissimæ ciuitatis pretio redemit.humanum.

¶ Animus humanus.Horat.1.Serm.saty.8.4.
Humanus calculus,Qui in homine generatur.Plin.lib.11.cap.49.1.Sunt iis etiam calculo humano remedia præcipua.
Caput humanum.Horat.de Arte.1.
Cæterùm si aliquid mihi humanum cõtigerit,Id est,si mortuus fuero. Paulus in L.Publia Mæuia.ff.Depositi.
Facies humana.Ouid.2.Metam.133.
Humana gens,pro Humano genere.Salust.ad Cæsarem,Sed multo maximum bonum patriæ,ciuibus,tibi,liberis:postremò humanæ genti peperieris,si studium pecuniæ aut sustuleris, aut quoad res feret, minuerис. Cicero.5.de Finibus,116.Deinde totius complexu gentis humanæ.Lucre.lib.5.44.
Genti humanæ,contraria est Immanis & barbara.Cicero de Diuinat.
Humanum genus.Ci.4.Verr.121.Quod est aliud in illa prouincia genus humanum? Virgil.1,Aeneid.110.
Deus sub imagine humana.Ouid.1.Metam.45.
Ius humanum,ac diuinum,& contrà.Tacit.lib.4.Quietam & intelligentem humani,diuinique iuris mentem duint. Liu.9.Decad.4. Prudentissimi vlri omnis diuini,humanique iuris.
Labores humani.Virgil.1.Aeneid.137.
Mentes humanæ.Ouid.1.Metam.12.
Natura humana.Horat.de Arte,71.
Rationes humanæ.Lucret.lib.2.34.
Res humanæ.Virgil.10.Aeneid.30.
In rebus humanis,Id est in rerum natura.Vlpian.in L. Siquis cum.Parag. De fructibus.ff.De except.iud. De fructibus eadem quæstio est & de partu.hæc enim nondum erant in rebus humanis.
Sortis humanæ memor.Ouid.3.Trist.eleg.11.14.
Humana specie & figura esse.Cice.pro Rosc.Amer.38.Portentum atque monstrum certissimum est,esse aliquem humana specie & figura,qui tãtum immanitate bestias vicerit,&c.
Vultus humani.Horat.de Arte,11.
¶ Humanus significat etiam affabilem,benignum,comẽ,blandum, commodum, vrbanum.
Homo facillimus atque humanissimus.Cic.ad Atticum,lib.16.343.4.
Humanus & ciuilis cultus.Cic.1.de Orat.18.Quæ vis alia potuit aut dispersos homines vnum in locum congregare,aut à fera agresteque vita ad hunc humanum cultum ciuilemque deducere,&c.
Humanius fieri nihil potest.Cic.ad Tirouem,lib.16.1.4.
¶ Humanus,Eruditus,& non rudis literarum Varro,Praxiteles propter artificium egregium,nemini est paulò humaniori ignotus. Vide post Humanitas,ex Gellio.
Humanitas,pen.corr.huius humanitãtis,(ἀνθρωπότης,) Propriè humanã naturam significat.Cic.pro Rosc.Amer.38.Magna est enim vis humanitatis:multum valet communio sanguinis,natura ipsa.
Communis humanitas.Cic.pro Flacco,18.Tamen ciuis ciuem à ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecaretur,ne,&c.Et pro Sylla,48.Peterem errato veniam L.Cæcilii ex intimis vestris cogitationibus,atque ex humanitate communi.
Humanitas vitæ,pro Humana vita)Scribe,pro Cultu humanæ vitæ, quo scilicet homines differunt à pecudibus. Plin.lib.13.cap.11.2. Quum chartæ vsu maximè humanitas vitæ constet,& memoria.
¶ Humanitas,(φιλανθρωπία,)facilitatem etiam significat,lenitatem,mansuetudinem,comitatem,vrbanitatem, suauissimos mores benignitatẽ, mansuetudinem morum ac facilitatem, suauitatem sermonum atque morum,& leporem.His omnibus promiscuè vtitur Cicero Metello,li. 5.2.25.Cognosce nunc humanitatem meam,si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio.
Comitas & facilitas.Cic.de Amicitia.
Humanitas & modestia.Cic.ad Atticum,lib.7.125.2.
Singularis humanitas,suauissimi mores.Cic.ad Att.lib.16.341.5.
Lepor & humanitas in omni vitæ tempore versetur.Cic.de Oratore.
Mansuetudo atque humanitas.Cic.pro Sylla,68.
Facilitas & humanitas tua.Cic.Seruio,lib.13.25.3.
Literæ & humanitas.Cicero Seruio,lib.14.25.3.
Expers humanitatis.Cic.2.de Diuinat.122.Placet igitur humanitatis expertes habere diuinitatis authores?
¶ Accipere humanitatem,Vide ACCIPIO.
Humanitate adductus.Cic.pro Sylla,61.Tamẽ humanitate adductus ad uocationem hominis improbissimi sella curuli,atque ornamẽtis & fuit & Consulatus honestauit.
Comprehendere aliquem humanitate,Vide COMPREHENDO.
Humanitati suæ constare,Vide CONSTO.
Ab humanitate deducere,Vide DEDVCO.
Deest illi humanitas.Ci.ad Atticum,lib.5.88.6.Quid quæris?vel ipsi hoc dicas licet,humanitatem ei meo iudicio illo die defuisse.
Habere humanitatem.Cic.pro Sext Rosc.Amer.26.Natura certe dedit, vt humanitatis non parum haberes.
Obtinere humanitatem alicuius.Cic.Figulo,li.4.13.8.Obtinemus ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæsaris summam erga nos humanitatem.
Tribuere humanitatem alicui. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 42.
¶ Gravitas & humanitas, contraria. Cic. 3. de Legi. 2. Quid enim est ele
gantia tua dignius, cuius & vita & oratio consecuta mihi videtur diffi
cillimam illam societatem gravitatis cum humanitate?
Immanitas & humanitas, contraria. Cic. 1. Offic. 90. Non enim modo id.
virtutis non est sed potius immanitatis omnè humanitatè repellentis
¶ Humanitas etiam pro Eruditione. Gellius lib. 13. cap. 15. Qui verba
Latina fecerunt, quique iis probè vsi sunt, humanitatem non id solum esse
voluerunt quod vulgus existimat, quodque à Græcis φιλανθρωπία di
citur, & significat dexteritatem quandam beneuolentiamque erga om
nes homines promiscuam: sed humanitatem appellauerunt id prope
modum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem, institutio
nemque in bonas arteis dicimus: quas qui syncériter cupiunt appetunt
que, ii sunt vel maximè humanissimi. Huius enim scientiæ cura, & disci
plina ex vniuersis animantibus, vni homini data est, idcircoque huma
nitas appellata est. Sic igitur eo verbo veteres esse vsos, & cum primis
M. Varronem, Marcumque Tullium, omnes fermè libri declarant.
Quamobrem satis habui vnum interim exemplum promere. Itaque
verba posui Varronis, è libro rerum humanarum primo, cuius princi
pium hoc est, Praxiteles qui propter artificium egregium, nemini est
paulum modo humaniori ignotus. Humaniori, inquit, non ita. vt vulgo
dicitur, facili & tractabili, & beneuolo, tametsi rudis literarum sit (hoc
enim cum sententia nequaquam cõuenit) sed eruditiori doctiorique:
qui Praxitelem, quid fuerit, & ex libris, & ex historia cognouerit. Ha
ctenus Gellius. Cic. 6. Verr. 88. Tu sine vlla bona arte, sine humanita
te, sine ingenio, sine literis intelligis & iudicas?
Politior humanitas. Cic. 2. de Oratore 39. Omnium cæterarum rerum
oratio, mihi credè, ludus est. Homini non haberi, neque inexercitato,
neque communium literarum & politioris humanitatis experti.
Informare artibus ad humanitatem. Cicero pro Archia 2. Atque ab his
artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari soleat.
Vir humanitate politus. Cic. 2. de Oratore 84.
Versari in humanitate. Cic. 1. de Orato. 134. In omni recto studio atque
humanitate versarentur.
Humanitatis studia, artes ipsæ liberales dicuntur. Harum enim cura
& disciplina ex vniuersis animalibus soli homini data est. Cice. pro
Murena 55. Et quoniam nõ est nobis hæc oratio habenda aut cum im
perita multitudine, aut cum aliquo conuentu agrestium, audacius pau
lò de studiis humanitatis, quæ & mihi & vobis nota & iudicanda
sunt disputabo.
Humane, penul. prod. Aduerbium, (φιλανθρώπως,) Benignè, mansuetè,
facile, leniter. Terent. Adelph. 1. 2. 65.
Cum placo, aduersor sedulò, & deterreo,
Tamen vix humanè patitur. Cice. Attico, lib. 15. 330. 1. Ille quòd Pu
teolos prosequitur, humanè: quæritur, iniustè. Et 2. Tusc. 110. Tole
ranter & humanè ferre morbum. Plin. li. 16. ca. 19. 1. Humanius iuuant.
Humaniter, penul. correp. (ἀνθρωποπρεπῶς,) Cice. ad Marium, lib. 7. Pro
pter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro, &c. do
cebo profectò quid sit humaniter viuere. Idem ad Atticum, lib. 1. 1.
11. Sin aliter acciderit, humaniter feremus. Id est, æquo animo. Idem
ad Quin fratrem, lib. 2. 5. 1. Sed fecit humaniter Licinius, quòd ad me
misso Senatu vesperi venit.
Humanitus, pen. corr. (ἀνθρωπίνως,) Humano more. Plin. lib. 10. cap. 63.
Vrsi autem (vt dictum est) humanitus strati, herinacei stantes ambo
inter se complexi. Id est vt solent homines.
Humanitus illi accidit. Cic. 1. Philipp. 7. Hunc igitur vt sequerer propera
ui, quem præsentes non sunt secutimon vt proficerem aliquid (neque
enim sperabam id neque præstare poteram) sed vt siquid mihi huma
nitus accidisset (multa autem impendêre videbantur præter naturam
etiam, præterque fatum) huius diei vocem testem Reipub. relinque
rem meæ perpetuæ erga se voluntatis. Id est, si fortalle morerer.

Humatio, Humatus, Vide HVMVS.

Humeo, humes, humêre, (νοτίω,) ab humore. Madidum esse. Colu.

lib. 3. ca. 11. 9. Verùm est in opere difficilior, quòd neque
humentem fodere possis, quòd sit glutinosissima: nec nimium siccam,
quia vltra modum prædura. Plin. lib. 22. cap. 24. 11.
Arbor humet lachrymis. Ouid. 10. Metam. 101.
Capillus humens. Ouid. 11. Metam. 139.
Genæ humentes. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 8.
Oculi humentes. Ouid. 11. Metam. 93.
Vmbra humens. Virgil. 3. Aeneid. 118.
Humesco, humescis, (νοτίομαι,) humescere, Humidum fieri. Virgil. libro
3. Georgic. 21.
– humescunt spumis, flatuque sequentum. De equis.
Poculis humescere. Horat. 2. Sermo. saty. 6. 14.
Humescentes oculi. Pli. in Paneg. 124. Vidimus humescentes oculos tuos,
demissumque gaudio vultum: tantumque sanguinis in ore, quantum

in alieno pudoris.
Humecto, humectas, humectare, (ἰκμάζω, ὑγραίνω,) Humidum & madidũ
reddere, aut humore aspergere. Virg. lib. 4. Georg. 26. Qua niger hu
mectat flauentia culta Galesus. Colum. lib. 7. cap. 3. 15. Agnus quum
est editus, erigi debet, atque huberibus admoueri: tum eius diductum
os prestis humectare papillis, vt condiscat maternum trahere alimen
tum. Sic Plinius lib. 31. cap. 11. 7.
Voltum humectat largo flumine. Virgil. 1. Aeneid. 94.
Oscula humectans labris. Lucret, lib. 4. 240.
Humectatus, pen. prod. (ὑγροποιός,) Participium. Silius lib. 8. 87.
– statque humectata Vomano Adria.
Humectus, Adiectiuum, (νοτιδαής,) vt Humectus locus. Varro. 1. de Re
rust. cap. 14. 3. Et Cato cap. 6. 2.
Humidus, pe. corr. (νοτερός, νότιος, ὑγρός, κόπυγρος, ἰκμάλεος, μυδαλέος,)
Aliud adiectiuum, Quod humorem inducit, vel humorem habet. Vir
gil. 2. Aeneid. 2. – & iam nox humida cælo
Præcipitat suadentque cadentia sidera somnos. Cic. 3. Verr. 30. Igot ex
lignis viridibus atque humidis, in loco angusto fieri iussit.
Dies humida. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 1.
Humus humida. Ouid. 5. Metam. 78.
Lumina humida. Ouid. 9. Metam. 108,
Nox humida. Virgil. 3. Aeneid. 40. Et lib. 2. 2.
Nubila humida. Ouid. 8. Metam. 1.
Humida oua. Pli. lib. 10. ca. 60. 3. Sunt autè oua sterilia, & magis humida.
Vapor humidus. Ouid. 1. Metam. 87.
Humidum, Substantiuum. (ὑγρόν, ὑγρασία, νοτία, ἰκμασία,) vt Humidum
paludis. Tacit. lib. 1. Præmisso Cecinna, vt occulta saltuum scrutaret,
pontesque, & aggeres humido paludum, & fallacibus cãpis imponeret.
Humidulus, pen. corr. Diminutiuum, (ὑπονότιος,) vt Linum Humidulum.
Ouid. 3. de Arte, 125.

Humerus, húmeri, pen. corr. (ὦμος,) ab humo (inquit Sipontinus)

fieri quidam existimant: quia humeri, sicut humus, fere
dis oneribus apti sunt. Sunt autè humeri, à quibus dependent brachia.
Terent. Eunuch. 2. 3. 22. – quas matres student
Demissis humeris esse. Virgil. 2. Aeneid. 143.
Hæc fatus, latos humeros subiectaque colla,
Veste super, fulvique insternor pelle leonis.
Candentes humeri. Horat. 1. Carm. ode 2. 7.
Candidi humeri. Horat. 1. Carm. ode 13. 2.
Fortes humeri. Virgil. 9. Aeneid. 76.
Incurvus humeris, Vide INCVRVVS.
Insignes humeri: Scat. 6. Thebaid, 115.
Lati humeri. Virgil. 2. Aeneid. 143.
Languentes humeri. Virgil. 11. Aeneid. 175.
Superbi humeri. Valet. 2. Argon. 109.
¶ Attollere humeros, Vide ATTOLLO.
Læna demissa ex humeris. Virgil. 4. Aeneid. 55,
Exerere humerum. Ouid. 1. Fast. 82.
Altis humeris extans. Virgil. 6. Aeneid. 834.
Extollere in humeros. Cic. 5. de Orat. 116. Quòd is C. Sulpitii Galli pa
pinqui sui Qu. pupillum hoc iam ipse senem in humeros suos extulisset.
Onusto humero aliquid ferre. Horat. 1. Serm. saty. 1. 10.
Innixus in humeris, Vide INNITOR.
Portare aliquid humeris. Horat. 1. Serm. saty. 5. 18.
Recedere ab humero. Cels. lib. 8. cap. 11. Nam modò quæ iuncta sunt in
ter se, dehiscunt: vt quum latum scapularum os ab humero recedit, &
in brachio radius à cubito, & in crure tibia à sura: interdum à talo, quod
eis os à talo, quod rarò tamen fit.
Reportare humeris. Salust. in Ciceronem, 5. Italia exulem humeris suis
reportauit.
Sparsus humerus capillis. Horat. 3. Carm. ode 20. 3.
Humeris bouem vinum sustinere. Cic. de Senec. 29.
Velate humeros ostro. Stat. 8. Thebaid. 113.
Humeris Remp. sustinere, per translationem. Cice, pro Domo sua, Remp.
quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa solus vestris
ceruicibus sustinetis. Idem pro Flacco, 72. De summa Reipub. tacen
quam vos in vniuersam in hoc iudicio vestris humeris, vestris inquam
humeris Iudices sustinetis. Idem pro Milone, 18. Totum vt pesum
nem solus etiam inuitis illis gubernaret: vt comitia, suis vt dictabat
humeris sustineret.
¶ Humeri, de bobus. Ci. 2. de Nat. deor. 137. Quid de bobus loquar: quo
rum ipsa terra vires humerorũ & latitudines ad aratra extrahêda, &
Humeri arborum. Plin. lib. 17. cap. 14. 6. Certumque est, ab humeris ar
rum Orientem æstiuum spectantibus surculos petendos.
Humeri in gallinaceis. Colu. lib. 8. cap. 2. 8. Iubæ deinde variæ, vel ex ar
ro flauæ per colla, ceruicesque in humeros diffusæ.
Humerâle, humeralis, pen. prod. n. g. (ὠμίς,) Paulus, Nam si tibiale vel hu
merale miles alienauit, castigari verberibus debet.
Homerôsus, pen. prod. (ἐυεύωμος,) Adiectiuũ, Qui altos humeros habet.
Humerosus

Humerosus locus. Colum. lib. 3. cap. 10. 4. Itaque custodiemus, vt à prædi
ctis locis, quos humerosos rustici vocant, semina legamus.

Humesco, Humidus, Vide HVMEO.

Húmilis, & hoc humile, penult. correpr. (ταπεινός, χαμαιλός, ὀνο

ῥόβιος,) Quod est humi declive.
Humilis & Excelsa luna, contraria. Plin. lib. 2. cap. 9. 2. Iam verò humilis
& excelsa, & ne id quidem vno modo, sed aliàs admota cœlo, aliàs cõ
tigua montibus: nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros deiecta.
Humilis vitis, Quæ altius non attollitur. Cic. 5. Tuscul. 53. Vites & ea quę
sunt humiliora, neque se tollere à terra altius possunt. Columella lib.
4. cap. 14. Humili statu vitis plerunque iuxta terram coercetur.
¶ Humilis, Parvus & summissus. Virg. eclog. 5. 6. Atque humiles habitare
casas. Apud Columellam lib. 4. Bos humilis.
Domus humilis. Horat. 1. Carm. ode 5.
Fossa humilis. Virg. 7. Aeneid. 32.
Volatus humilis. Valer. 4. Argonaut. 102.
¶ Humilis, pro Contempto, abiecto, demisso, vel summisso,
Humilis & abiectus. Cic. 5. de Finib. 103. Omnium cæterarum obliti nihil
abiectum, nihil humile cogitant.
Humilis abiectusque. Quintil. lib. 4. cap. 1. 10. Nam & potentes sequitur
inuidia & humiles, abiectosque contemptus.
Humilis & infirmus homo. Cic. 1. de Inuent. 8.
Humilis ac demissus. Cic. pro Ponteio 19. Sic existimatis eos hic sagatos
brachatosque versari animo demisso atque humili, vt solent ii qui af
fecti iniuriis ad opem iudicum supplices, inferioresque confugiunt.
Idem Attico, lib. 2. 36. 4.
Humilis & contemptus. Cic. de Amicitia 31. Nihil enim altum, nihil ma
gnificum, ac diuinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes
abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam.
Ab inferiore atque humiliore vinci. Cic. pro Quintio 64. Indignum est
est vinci ab inferiore atque humiliore.
Animus demissus & humilis. Cic. pro Ponteio 19.
Ab humili ad summum. Vide AB.
Humilis animus & imbecillus. Cic. ad Atticum, lib. 7. 136. 2. Dicam idem
quod Pompeius: neque id faciam humili animo. Idè 1. de Finib. 75. Sue
cũbere doloribus, eosque humili animo in bestiloq; ferre miserũ est.
Humilis ars. Cicero pro Archia 17. Etenim quum mediocribus multis, &
aut nulla, aut humili aliqua arte præditis. Hoc est vili & parua.
Humili atque obscuro loco natus. Cic. 7. Verr. 147. Posteaque Pompeius
humili atque obscuro loco natus, nonne plurimis inimicitiis, maximis
que suis periculis ac doloribus amplissimos honores est adeptus?
Angusta mens & humilis. Cic. Post reditum in Senatu 7.
Metus humilis. Claud. de bello Get. 11.
Nomen humilius. Seneca Hippol. 5. 5.
Oratio humilis & abiecta: cui contraria est alta & exaggerata. Cicer. in
Oratore 112.
Humilis & minimè generosus ortus. Cic. de Amic. 29.
Preces humiles. Ouid. 2. de Arte Aman. 61.
Humiles ac supplices preces & consecrationes. Cic. 1. de Inuent. 32.
Humilis sepultura. Cic. 14. Phil. 408. Nec dispersis busti humili sepultu
ra crematos. Tac. li. 17. Humili sepultura i priuatis eius hortis cõtexit.
Demissus atque humilis sermo. Cic. in Orato. 114.
De stirpe humili creatus. Ouid. 14. Metam. 146.
Humilia verba. Cic. in Part. 19. Augent etiam relata verba, iterata, duplica
ta, & ea quæ ascendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora.
Vir humilis atque demissus: cui contrarium est Alacer, atque lætus. Cice.
2. Verr. 11.
Vir humilis: cui contrarium Amplissimus. Balbus & Oppius Ciceroni in
Epistola ad Atticum, lib. 9. 179. 1.
Humilis & obscurus vir: cui contrarium est Clarus & præstans. Cic. 1. de
Diuinat. 146.
Humilis & sordidus. Cic. ad Atticum, lib. 8. 148. 3. Nonquam reo cuiquã
tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise negani.
¶ Humillimus homo. Liu. 3. ab Vrbe 84. Scilicet siquis vobis humillimus
homo de vestra plebe, quam partem, &c.
Humillimus, pro abiectissimo & vilissimo. Tacit. lib. 17. Et vt cuique hu
millimus cliens. Idem lib. 18. Humillimo cuique credulus.
Humilis in plebe, & ideò Ignobilis puerpera. Plin. lib. 7. cap. 36. 1.
Humiliter, penul. correp. Aduerbium, (ταπεινῶς,) Hoc est demisse: con
trariũ habet Alte. Plin. epist. 1. 10. lib. 6. Eadem enim facta clarè aut eve
obscuritate facientiũ aut tolluntur altissimè, aut humillimè deprimũtur.
Humiliter, cui contrarium est. Superbè. Liu. 4. bel. Pun. 115. Hæc natura
multitudinis est aut seruit humiliter, aut superbè dominatur.
Humiliter, id est demisse, summisse, humili animo.
Humiliter, & demisse sentire: cui contrariũ Elatè & amplè. Cic. 5. Tus. 35.
Humilitas, humilitãtis, (ταπεινότης,) contrarium est altitudinis. Cic. 5.
Tuscul. 98. Sidera inter se altitudine & humilitate distantia. Idem 2.
de Diuinat. 137. Docet enim ratio mathematicorũ quanta humilitate
luna feratur, terram penè contingens.
¶ Humilitas, ignobilitas, paupertas, vt ait Cice. 5. Tuscul. 43. Idem 3. Of
ficio 53. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Idem 13. Philipp. 161. Is autè humilitatem despicere audet cuiusquã qui ex eadẽ sutulerit liberos?
Humilitas Dignitati opponitur. Cic. pro Rosc. Amer. 80. Quis enim erat qui non videret humilitatem eũ dignitate de amplitudine cõtendere?
Humilitatem generis alicui obiicere. Cic. Antequ. ret in exil. 9.
Humilitatem habet metus. Cic. 3. Tuscul. 48.

Humo, humas, Vide HVMVS.

Humor humôris, m. g. (γυμός, νοτίς, ἰκμάς,) Aqua, liquor. Ab hu

mus deriuatur. Cic. 2. de Diuinat. 86. Et humor allapsus ex
trinsecus, vt in rectoris videmus, Austro sudorem videtur imitari. Idẽ
2. de Nat. deor. 60. Et terrenis marinisque humoribus longo interval
lo extenuatis alantur. De astris. Ibidem, 27. Humor & calor qui est in
fusus in corpore.
Aquæ humor. Lucret lib. 2. 40.
¶ Humor aduentitius, Vide ADVENIO.
Aquatilis humor, Vide AQVA.
Corrupius humor. Quintil. lib. 2. cap. 10. 5.
Candens lacteus humor, Id est, candens humor lactis. Lucret. libro 1. 52.
Crassus humor. Persi. Saty. 3. 2.
Deciduus humor, Vide DECIDO.
Dulcis humor. Lucret. lib. 2. 96.
Exiguus humor. Virgil. 1. Georg. 14.
Gelidus canis in montibus humor. Virgil. 1. Georg. 9.
Bacchi Massicus humor. Virgil. 2. Georg. 29.
Rober humor, Id est sanguis. Lucret. lib. 4. 212.
Splendidus humor. Lucret. lib. 6. 239.
Tener humor. Virgil. 1. Georg. 67.
¶ Bibit humorem tellus. Virgil. 2. Georg. 44.
Linguæ defecerat humor. Ouid. 9. Metam. 114.
Euocare corruptum humorem. Celsus lib. 1. cap. 17. Balneum adhibetur,
vbi summum cutem relaxari, euocarique corruptum humorem, & ha
bitum corporis mutari expedit.
Excedit humor. Cels. lib. 8. cap. 10. Iscanalis & inferiori parte foramina
habet, per quæ siquis humor excesserit, descendat, &c.
Liquitur humor. Virgil. 1. Georg. 9
Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur.
Madescimus humore. Quintil. lib. 6. cap. 2. 23.
¶ Humor, pro re superflua. Virgil. 1. Georg. 56. Aut dulcis musti Vulca
no decoquit humorem. Vbi Seruius, Humorem, id est rem superfluam.
Humificus, penul. corr. Adiectiuum, Idem quod humectans, humidum fa
ciens. Plin. lib. 1. cap. 101. Glaciem refundat, Cunctaque humifico spiri
tu laxet. De Luna.

Humus, humi, f. g. (γαῖα, χθὼν, ἐπιχθών,) Terra dicitur. Cic. de Sene.

55. Humum subactam atque puram. Idem 2. de Leg. 89.
Quos humus iniecta contegeret.
¶ Arenosa humus. Ouid. 2. de Remed. amor. 40.
Arens humus. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 20.
Dives humus. Ouid. 1. Metam. 28. Fœcundam intelligit.
Graminea humus. Ouid. epist. 4. 9.
Immunda humus. Ouid. 1. de Arte, 105.
Limosa humus. Ouid. 1. de Remed. amor. 19.
Macer ima humus, Vide MACER.
Mollis humus viridi cæspite. Ouid. 3. de Arte, 137.
Palodosa humus. Ouid. 15. Metam. 54.
Pinguis humus. Virgil. 2. Georg. 37.
Tonsa humus. Ouid. 1. de Remed. amor. 39.
Vda humus. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.
¶ Accersita humus, Vide ACCERSO.
Ab humo attollere aliquem. Virgil. 5. Aeneid. 90.
Exercere humum. Virgil. 1. Georg. 44.
Mandare aliquem humo, Vide MANDO.
Sedit humo nuda. Ouid. 4. Metam. 53.
Spargere humum solitis. Virgil. eclog. 5. 8.
Stratus humo gelida. Stat. 10. Thebaid. 63.
Tollere se humo. Virgil. 3. Georg. 2.
Humi genitiuus, (χαμαί,) vice aduerbii positus aliquando construitur cũ
verbo quietis aut motus nõ exterioris, & significat in humo, vel super
humum, vel intra humum. Plin. lib. 9. cap. 13. Humi quoque vice pedũ
serpunt. Colum. lib. 8. cap. 14. 4. Ineunt autem non vt priores anes de
quibus diximus, insistentes humi. Idem, Vt latius sese frutex humi dif
fundat. Id est, intra humum.
Fusus humi. Virgil. 6. Aeneid. 85.
Iacere humi, Vide IACEO.
Construitur etiam cum verbo motus ad locum. Virgil. 1. Aeneid. 40.
Nec prius absistit quàm septem ingentia victor

Corpora fundat humi. Idem 11.Aeneid.153. Et 5.96. –procumbit humi bos. Iuuenal.Saty.8.8.Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos. Plin.lib.8.cap.83.Intentos ingentes arcus defigunt humi. Columel.lib.8.cap.15.4 Cana liculus humi depressus.

Prosternit humi iuuenem.Ouid.5.Metam.40.

Spargere aliquid humi.Ouid.3.Metam.21.

Humo,humas,(ἑκάστω,) humare, humo contegere,Sepelire. Cice.2.de Orato. 191. Quos quum humare vellent sui,neque possent,&c. Idem 1.Tuscul.56.In terram enim cadentibus corporibus,hisque humo tectis,ex quo dictum est humari,sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin.lib.7.cap.54.1.Sepultus intelligitur quoquomodo conditus:humatus verò,humo contectus. Mart.lib.6.28.Hoc sub marmore Glaucias humatus. Carmen est Phaleucium.

Corpora suorum non humare nisi à feris sint antea laniata, Magorum mos est.Cic.1.Tuscul.174.

Quisque suum pro re consortem mœstus humabat.Lucretius lib.6.258.

Corpus humandum.Virg.6.Aeneid.32.

Hic populus semper consuerat humari.Lucret.lib.6.257.

Humare talcas.Columel.lib.5.cap.9.3. Sed binis indicibus ex vtraque parte humantur.De taleis.

Humatio,Verbale, (τάφος,) Cic.1. Tuscul.164.Cuius hoc dicto admonear vt aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimẽ. Sic Plin.lib.22.cap.4.2.

Humator,pen.prod. (τάφτης,) Aliud verbale.Lucan.lib.7.162. –non illum Pœnus humator Consulis,&c.

Humifer,pen.corr.Adiectiuum, (γηγενής,χθόνιος,) Cic.1.de Diuin.16.Nabibus humiferum duxere ex aere succum.Ex antiquo poeta.

HVNNI, (ὄυννοι,) gens Scythica,& ferocissima prope Gothos. Hi temporibus Valentiniani principis,orbem peruagati,duce Atila,multas & maximas clades ediderunt in Gallia & Italia. Tandem quum vrbi Romæ imminerent,Leo Pontifex vir sanctus Atilam adiit, & in Pannoniam redire persuasit.Hodie Vngari vocantur.

H Y

HYACINTHVS, (ὑάκινθος,) puer dilectus Apollini: quem quum Apollo imprudens disco necasset,vertit in florem, qui etiam vocatur hyacinthus : in quo duæ literæ inscriptæ cernuntur αι: quæ vox lugubris, hoc est dolentis interiectio est. propter quod Apollo apud Ouidium lib.10.Metamor.42.dicit.

Flosque nouus scripto gemitus imitabere nostros. Paulo pòst,

Ipse suos gemitus foliis inscribit,& αι αι,
Flos habet inscriptum,funestaque litera dicta est.

Hyacinthia, (ὑακίνθια,) festa.Ouid.10.Metam.44.

Nec gemuisse pudet Sparten Hyacinthon,honorque
Durat in hoc æui.celebrandaque more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Hyacinthus, huius hyacinthi,masc. g. (ὑάκινθος,) Genus floris, quod Latini vacinium appellant.Plin.li.11.ca.11.

Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis.Nouissima rosa: cadéq; prima deficit.excepta satiua:cæteris hyacinthus maximè durat,& viola alba & cœnanthe,&c.Vir.3.eclo. –& suaue rubẽs hyacinth'.Idé eclo.6.

Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas. Frequens (inquit Ruellius lib.3.ca.4.) apud nos hyacinthus,quem florem rura hodie vacietũ appellant,in quo pristini vocabuli quędam rudimenta relucent quasi vacinum & vacinium innuant:herbam ipsam,nemoralẽ vel agrestẽ cepã.

Ferruginei hyacinthi.Virgil.4.Georg.37.

Languens hyacinthus.Virgil.11.Aeneid.14.

Mollis hyacinthus.Virgil eclog.6.11.

¶ Hyacinthus,lapis pretiosus.Pli.li.37.ca.9.8.Hyacinthos Aethiopia mittit,& chrysolithos aureo colore trãslucẽtes,&c. Vide VACINIVM.

Hyacinthinus,pen.corr.Adiectiuum, (ὑακίνθινος,) Quod est coloris hyacinthi.Persius Saty.1.Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina læna.Quidam legunt Lumbos,& ianthina læna est. Id est violacei coloris.Nam & is color,etiam ianthinus dicitur.

Flos hyacinthinus.Catull.in Epithalamio Iuliæ 56.19.

HYADES,Vide HYAS.

Hyaena, hyænæ,(ὕαινα,) animalis de quo sic Plinius lib.8.cap.30.1.Hyænis vtranque esse naturam,& alternis annis mares, alternis fœminas fieri. Parere sine mare vulgus credit, Aristoteles negat.Collum & iuba continuitate spinæ porrigitur,flectique nisi circũactu totius corporis nequit.Multa præterea mira traduuntur:sed maximè sermonem humanum inter pastorum fabula assimulare, nomẽque alicuius addiscere,quem euocatum foras laceret.Item vomitionem hominis imitari,ad sollicitandos canes quos fouadat. Ibidem plura.

Hyalus, hyali,pen.corr.(ὕαλος,ὑαλος,) Vitrum,Sumitur proviridi colore. Virg.4.Georg.67.

–milesia vellera nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore. Id est vitriquòd fit naturaliter coloris viridis. Vnde hyalinus color pro vitreo: & calices hyalini antiquis dicebantur.

HYAS,Hyadis,pen.corr. (ὑάς,) Hyades, septem filiæ Atlantis, & Aetheriæ filiæ Oceani.Quæ fratrem suum (qui Hyas dictus est) à leone necatum ita fleuerunt,vt ab eo denominatæ sint,& ob pietatem in cœlum translatæ.Sunt enim septem stellæ in capite Tauri, quę & Hœdi & Succulæ dicuntur,& Athlantides.Plin.li.2.ca.29.3.Qualiter in Succulis sentimus accidere,quas Græci ob id pluuio nomine Hyadas appellant.Idé lib.18.ca.26.15.Nimborum argumẽto Hyadas appellabant Græcis has stellas.Cic.1.de Natura deorũ 161. de Tauro loquẽs,

Eius caput stellis conspersum est frequentibus,
Has Græci stellas Hyadas vocitare fuerunt. Ex poeta.

à pluendo : ὕειν enim est pluere, nostri imperitè Succulas quasi à suibus essent,non ab imbribus nominatæ. Ouid.lib.5.Fastorum.

At simul inducent obscura crepuscula noctem:
Pars Hyadum toto de grege nulla later.
Ora micant Tauri,septem radiantia flammis,
Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.

Pluuiæ Hyades.Virgil.3.Aeneid.103.

Inserena Hyas.Stat.1.Sylu.6.5.

Nimbosa Hyas.Claud.de bello Gildon.100.

Tristes Hyades.Horat.1.Carm.ode 3.3.

HYAS,Hyantis,(ὕας,) dictus est qui Bœotiam gubernabat:à quo Hyantes,Bœotii dicti sunt vt ait Strabo lib.7.& 10.

Hyantius,Adiectiuum,(ὑάντιος,) Bœotius.vt Hyãtius Actæon. Ouid.3.Metamorpho.30.

Hyantea Agauippe.Ouid.5.Metam.63.

Agri Hyantei,Stat.1.Thebaid.57.

HYBERNIA,(ἰουερνία,) Insula inter Septentrionem & Occidentem solẽ,dimidio minor q̃ Britannia,cui propinqua est.Ab hiberno tẽpore vt quidã putant sic appellata, ppter hyemis magnitudinẽ.dicit & Hiberne à Claud.7.Paneg.7.Scotorũ cumulos fleuit glacianis Hyberne.

Hybérnicus,pen.corr.Adiectiuum(ἰουερνικός,)vt mare Hibernicũ.Vide Plinium libro quarto,cap.16.

Hybernus, (χειμερινός,) Adiectiuum ab hyeme deducũ, Quod est hyemis, siue quod ad hyemem pertinet,vt hybernæ tunicæ.Plautus Milite,10.93.

¶ Hyberni agni.Pli.li.8.ca.li.47.1.Multi hybernos agnos pferũt vernos.

Annus hybernus.Horat.Epod.1.6.

Hybernum cubiculum.Cice.ad Quin.fratrem, lib.3.17.4. Id est aptum ad vsum hyemis.

Euentus hyberni. Tacit.in vita Agricolæ, Quia soliti plerunque damna æstatis,hybernis euentibus pensare.

Flatus hyberni.Virgil.2.Georgi.68.

Grando hyberna.Ouid.5.Metam.32.

Hybernum mare.Plin.lib.12.ca.19.3.Præterea hybernum mare exigẽte circa brumam,Euris tum maximè flantibus.

Hyberni menses.Cic.ad Atticum,lib.5.101.3.

Nix hyberna.Horat.4.Carm.ode 12.1.

Noctes hybernæ.Virgil.6.Aeneid.71.

Soles hyberni.Virgil.2.Georg.97.

Tempus hybernum.Ouid.11.Metam.150. Cic.7.Verr.21.

¶ Hyberna,hybernorum,plu.nu.neut.gen. Loca in quibus milites hyeme stationem faciunt. Cicero ad Catonem, libro 15.4. 30. Exercitum in hyberna dimisi. Lentulus ad Ciceronem,lib.12.14.2.4.In hyberna cum equitibus erat profectus. Tacit.lib.15. Et tunc reducti hybernis. Idem lib.1.Frumentum,quod ex hybernis extulerat. Cice.in Pisonem 68.Tradere hyberna.

Mittere in hyberna cohortes.Cic.de Prouinc.Consul.5.

Dimittere in hyberna exercitum.Cic.Catoni,lib.15.4.31.

In hybernis legiones collocare.Pollio Ciceroni,lib.10.33.8.

Hybernaculum,pe.cor.(χειμαδρίον,) Idé qd̃ hyberna hybernorũ. Liu.2.bel.Pu.138.6055.M.Attilius Regul.Cn.Seruilius Gemi.exercitus cepto,hybernaculis maturè cõmunitis,&c.Idé 5.ab Vrbe 4. Hyberna cula etiã,res noua militi Romão,ędificari cepta.Sic 4.bel.Pu.17.Idé li.10.HybernaculaCarthaginiẽsiũ,cõgesta temerè ex agris materia,ceræ dificata,lignea ferme tota erãt.Tac.Cohortes,aleq; nouis hybernaculis locatæ.Liu.10.bel.Mac.Loca pacata me ad hybernacula electarũ.

Hyberno,hybernas,(ἐγχειμάζω,) hybernãt,dicũtur milites,Stationẽ hyeme facere.Ci.pro Lege Manil.27.Iam verò quẽadmodũ milites hybernent,quotidie sermones ac literæ pferũtur.Liu.7.ab Vrbe 188. Quæ procul ab domo ac rebus suis hybernassent. Plinius lib.10.cap.4.1.

Hybernant etiam pisces. Plin.lib.9.cap.15.7.Bruma non vaganturr vlcũque deprehensiusque ad Aequinoctium,ibi hybernant.De hyemis.

HYBLE,Hybles,vel Hybla, ὕβλαι,ciuitas Sycilię,in qua thymi & faliũ copia,ab Hyblone rege dicta.Hãc Strabo à Doriẽsibus cõdità scribo. Sicula Hybla.Ouid.in Ibin.41.

Est etiam huius nominis mons proximus,thymo abũdans:vnde apes pastæ mel optimũ conficiunt.

Thymus Hyblæ.Virgil.eclog.7.8.

Hyblæus.

Hyblæus,Adiectiuum, (ὑβλαῖος,) vt Apes Hyblææ,& Mel Hyblæũ.Virgil.1.eclog.11.Hyblæis apibus florem depasta salicti.Mart.in Xenis. Quum dederis Siculis mediæ de collibus Hyblæ,
Cecropios dicas tu licet esse fauos. Stat.2.Sylu.1.10.

Hybris, hybridis,penult.correp f.g. (ὕβρις,) Canis qui imparibus parentibus natus est, inquit Porphyrio, hoc est ex venatico & gregario.

Hybridæ,sues ex fero & domestico sue progeniti.Plin.lib.8.ca.5.31. In nullo genere æquè facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant eeu semiferos,ad hominem quoque, vt in C. Antonii Ciceronis in Consulatu Collegam,appellatione translata. Sueton.in August.cap.19.Themistini epicadi ex gente Parthica hybridæ.Horat. lib.1.Serm.saty.7.1.Hybrida quo pacto sit Persius,vltus opinor.

Ὑβρίζω,contumelia.ὑβρίζω conuitior,contumelia afficio. Vt sint hybridæ,quasi per contumeliam nati.

HYDASPES,(ὑδάσπης,) fluuius Indiæ,dictus ab Hydaspe, antiquissimo Medorum rege. Lucan. lib.6. Qua rapidus Ganges, & qua Nisæus Hydaspes.

Eous Hydaspes.Stat.9.Thebaid.89. Fabulosus.Horat.1.Car.ode 22.1.

Fuscus Hydaspes.Horat.1.Serm.saty.8.3.

Medus Hydaspes.Virgil.4.Georg.43.

Odoratus Hydaspes.Claud.1.de raptu Proserp.17.

Hydra, Vide HYDRVS.

Hydrargyrum, (ὑδράργυρος,) Pigmenti genus, in vicem argenti viui aliquando dilutum,quo argentum optime inauratur. Plin.lib.33.cap.3.23. Aes inaurari argento viuo, aut certè hydrargyrum legitimum erat.

Hydraulos, m.g. (ὑδραυλός,) Organum dicitur extrahendæ à profundo aquæ idoneũ. Valla, Hydraula Vitruuius accipit pro machina quadam simili tympano,seu molẽdino, simulque pro instrumento musico quod organa vocant:licet proprie organa ex chordis constent. Hactenus Valla in Raudensem. Plin.lib.9.cap.8.4. Delphinus non homini tantum amicum animal, verùm & musicæ arti, mulcetur symphoniæ cantu,& præcipuè hydrauli sono.

Hydraules peritus artis, vt choraules.

Hydraulax,m.g. (ὑδραύλαξ,) Sulcus aquarius.

Hydraulicus,penul.correp.Adiectiuum,(ὑδραυλικός,) Plinius lib.7.capi.37.4. Laudatos est Ctesibius pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. Vitruuius lib.10.cap.13.

Hydria, huius hydriæ, (ὑδρία,) Vrna ad capiendam aquam.Cice. 4.Verr.13.Dicebant scyphorum paria complura, hydrias argenteas,pretiosam vestem stragulam,multa mancipia pretiosa Veri data esse. Idem 6.Verr.87.In hoc fano loricas,galeasque æneas,cęlatas opere Corinthio,hydriasque grandes,simili in genere, atque eadem arte perfectas. Idem 4.Verr.88.Tot in hydriam sortes coniicerentur. Sic 6.Verr.27.

Hydrocele, penul.prod. (ὑδροκήλη,) Vide HERNIA. Martia lis,lib.12.80.Tumidas in hydrocelas.

Hydrocélicus,pe.cor.Aliud adiectiuũ,(ὑδροκηλικός,) Qui hydrocele laborat.Plin.li.30.ca.8.8.Hydrocelicis stelliones mirè prodesse tradũt.

Hydrolapathum, pen.corr.(ὑδρολάπαθον,) Genus lapathi, quod in aqua nascitur.Plin.lib.20.ca.21. 9.Sunt qui hydrolapathum tradunt in aqua natum.

Hydromeli, pen.corr.neut.g. indeclinabile, (ὑδρόμελι,) Aqua mulsa,quæ etiam Græcis melicraton dicitur. Plin.libro 11.cap.6.12.Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam quod daretur appetentibus vinum ægris.

Hydrophobus, pen.cor.(ὑδροφόβος,) Qui aqua expauet. Plin.li.29.ca.5.3 Est.limus saliuæ sub lingua rabiosi canis,qui datus in potu,fieri hydrophonos non patitur. Celsus de morsu rabiosi canis loquens,Solet autem in eo vulnere,vbi parum occursum est,aquæ timor nasci.Hydrophobos Græci vocant miserrimum genus morbi, in quo simul æger & siti & aquæ metu cruciatur.

Hydrops, huius hyprõpis,pen.prod.m.g.(ὕδρωψ,) Morbus, qui Latinè aqua intercus dicitur: quoniam sub cute aqua fit, qua venter turgescit.Horat.2.Carm.ode 2.3.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops:
Nec sitim pellit,nisi causa morbi
Fugerit venis,& aquosus albo
Corpore langor. Plinius lib.24.cap.11.2. Celsus multa de hydrope lib.3.cap.21.

Hydropicus,pen.corr.Adiectiuum,(ὑδροπικός,) Qui hydrope laborat. Plin.lib.10.cap.6.3. Item morbo regio vel hydropicis. Horat.1.episto.2.7.Si noles sanus,cures hydropicus.

Hydropisis,huius hydropisis,pe.cor.f.g.(ὑδροπισις,)Idem qd̃ hydrops Plin.lib.20.cap.1.5.Sic & contra phthisiasim bibitur,& hydropises.

Hydrus, (ὕδρος,) Genus anguium in aqua degentium:sed hydrus mas, hydra fœmina.Plin.lib.29.cap.4.15. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est quod in aqua viuit,hydri vocãtur,nullis serpentium inferiores veneno.

Immanis hydrus.Virgil.4.Georg.92.

Stridentes hydri.Stat.11.Thebaid.99.

Tortui hydri.Claud.2.Paneg.18.

HYDRAM,(ὕδραν,)finxerunt poetæ esse multorum capitum serpentẽ in Lerna paludẽ:quorum aliquot excisis,totidem continuò renascebãtur.quæ quidem tandem ab Hercule & sagittis & igne interfecta est. Plato(inquit Sipontinus)Hydram acutissimam sophistriam scribit fuisse,cuius mos erat canillari,& quæstiones ita proponere,vt vno soluto dubio,multa renascerentur.Ego inde natum huic fabulæ locum existimo,quòd anguium genus,sub quo hydra continetur,omnium fertilissimum sit,& nisi incendis femina exurerentur,non esset fœcunditati eorum resistere inquit Sipontinus ex Plinio lib.29. cap.4.

Dira hydra Horat.1.epist.1.1.

Immanis hydra.Virg.6.Aeneid.115.

HYDRVS,Hydruntis,(ὕδρους,) vrbs in littore Adriatici maris apud Strabonem,quæ & Hydruntum dicitur in Calabria.

Hyems, hyemis,pen.cor.f.g.(χειμών,)ἀπὸ τοῦ ὕειν,quod est pluo, deriuatur:quod id tẽpus anni pluuiosum sit.Significat autem quartã partẽ anni,quæ est inter Autũnũ,& Ver.Virg.1.Georg.10. –atque hyemes orate serenas Agricolæ.

Hyems aliàs à Cicerone dicitur Hyberuum tempus, hyemale tempus,vis frigorum,durum anni tempus.

Magnitudo hyemis.Cicero pro Plancio,Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo.

Vis hyemis.Cic.9.Philipp.157.Non illum vis hyemis,&c.retardauit,quo minus,&c.

Vis frigorum & hyems.Cic.pro Rab.Posth.16.Hanc vim frigorum hyemẽmque,quam nos vix huius vrbis tectis sustinemus,excipere.

¶ Hyems,Vis venti.Virgil.1.Aeneid.

Et qua vectus Abas,& qua grandæuus Alethes,
Vicit hyems. Idem 2.Aeneid.
–sæpe illos aspera Ponti
Intercluſit hyems.

Aestas & hyems.Cic.de Senec.43.Refrigeratio æstate,& vicissim aut sol aut ignis hybernus.

¶ Adulta hyems. Tacit.li.11.Adulta hyeme dux antedictũ Bononiã vẽit.

Affecta hyems.Id est propè finita.Silius lib 15.99.

Aquilonia hyems.Plin lib.17.cap.2.3.

Aquosa hyems.Virg.eclog.10.14. Atra hyems.Virg.7.Aeneid.43.

Cæca hyems.Valer.3.Argon.31. Dura hyems.Virg.4.Georg.48.

Extremæ sub casum hyemis.Virgil.1.Georg.68.

Fera hyems.Ouid.1.Trist.eleg.1.9.

Flammea hyems,Id est,tempestas flammarum & incendii. Stat.3.Sylu. 5.15.de monte Vesuuino.

Genialis hyems.Virgil.1.Georg.61.

Glacialis hyems.Virgil.3.Aeneid.57.

Glacialis hyems canos hirsuta capillos.Ouid.1.Metam.6.

Hyems ignaua.Virg.1.Georg.60.Nudus ara,sere nudus:hyems ignaua colono. Vbi Seruius,Ignaua,quæ ignauum reddit colonum.

Imbrifera hyems.Silius lib.3.40.

Informes hyemes.Horat.2.Carm.ode 10.3.

Iniquæ hyemes.Horat.3.Carm.ode.1.7.

Intoleranda hyems,Vide INTOLERABILIS.

Intonata hyems.Horat.Epod.2.11.

Intrepida hyems.Tacit.in vita Agricolæ.

Matura hyems,cui opponitur Tarda.

Lethalis hyems,Mortiferum frigus.Ouid.2.Metam.166.

Mollis hyems.Stat.3.Sylu.5.17.

Niuosa hyems,Vide NIX.

Perfrigida hyems,Vide PERFRIGIDVS.

Pigra hyems.Ouid.3.Amor.eleg.5.19.

Præmatura hyems.Tacit.lib.1.

Senilis hyems.Ouid.15.Metam.43.

Serenæ hyemes.Plin.lib.17.cap.2.4.

Serotinæ hyemes.Plin.lib.17.cap.2.4.

Sicca hyems.Ouid.3.Amor.eleg.5.21.

Summa hyems.Cice.6.Verr.77.Erat hyems summa:tempestas (vt ipsum Sopatrum dicere audistis)perfrigida:imber maximus.

Tristis hyems.Virg.4.Georg.27.

Turbida hyems.Claud.de bello Get.82.

¶ Adoperta gelu hyems.Ouid.3.Fast.47.

Discedens hyems.Ouid.2.Fast.31.

Mitescente iam hyeme, Vide MITIS.

Hyems iam præcipitauerat,& ver iam appetebat.Cæs.3.bel.Ciuil.

Acris hyems soluitur.Horat.1.Carm.ode 4.1.

¶ Hyems pro anno:vt Sexta hyems,id est sextus annus.Mart.5.38.Sextam peregit hyemem,nec tamen totam.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Hyeme, pro in hyeme. Cic. 1. de Diuinat. 154. Campos & montes hyeme & æstate peragrantes.

¶ Hyemes, in plurali. Plin. lib. 8. cap. 38. 3. Ergo in hyemes aliis prouisum pabuló, aliis pro cibo somnus. Cæs. 4. bel. Gal. 534. Exigua parte æstatis reliqua, Cæsar, etsi in his locis, q̃ omnis Gallia ad Septentrionẽ vergit, maturæ sunt hyemes, tamen in Britanniam proficisci cõtendit.

Hyemare, (χειμάζειν,) id est, hyemare, siue frigus facere eo modo dictum quo pluere legimus. Columel. lib. 11. cap. 2. 5. Auster aut Africus hyemat. Ibidem 59. Quinto Calend. Nouembris Vergiliæ occidunt, hyemat cum frigore gelicidiis. Tertio nonas Nouemb. Fidicula mane exoritur, hyemat & pluit. Plin. lib. 18. cap. vltimo 13. Pluuiæ erunt & tonitrua, & hyemabit.

Dies hyemant, Tempus hyemat. Plin. lib. 18. cap. 26. 5. Delphini vespertino occasu continui dies hyemant Italiæ. Idem li. 2. ca. 47. 8. Ante sturnam autem septem diebus, totidemque postea sternitur mare halcyonum fœturæ, vnde nomen hi dies traxere, reliquum tempus hyemat.

Mare hyemat. Horat. 1. Serm. saty. 2. 4.

¶ Hyemare aquam. Plin li. 19. ca. 4. 6. Niues, illi glaciẽ portant, penasq; montiũ in voluptatẽ gulę vertunt. Sermur algor estibus, excogitatq; vt alienis mẽsib'nrs algeat. Decoquit aliis aquas, mox & illas hyemãt.

¶ Hyemare, pro Stationem hyeme facere: quod & hybernare dicitur. Cæsar 1. bel. Gal. 37. Diuasque ibi legiones circumsedit, & tres quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis eduxit. Cice. pro Fonteio 5. Cn. Pompeius maximus atque ornatissimus hyemauit in Gallia M. Fonteio imperante. Idem ad Quin. frat. lib. 3. 10. 6. Et 7. Verr. 93.

Mediis hyemet mercator in vndis. Horat. 1. epist. 17. 15.

Hyemãtus, pen. prod. Participium. (χειμασθείς.) Plinius lib. 9. cap. 22. 1. Autũnali sidere, vt palãm est, hyemato lacu, fluctibus glomeratæ volumtur multitudine.

Hyematio, Verbale, (χειμασία.) Varro 3. de Re rust. cap. 16. 26. Vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.

Hyemãlis, & hoc hyemãle, penul. prod. (χειμερινός.) Hybernus. vt Hyemalis dies. Columel. lib. 11. cap. 1. 19.

Nimbi hyemales. Ouid. 9. Metam. 21.

Hyemalis vis. Cic. 5. Tuscul. 115. In ea tamen gente primum hi qui sapientes habentur, rudi ætatem agunt, & Caucasi niues, hyemalemque vim perferunt sine dolore.

Hyemalis nauigatio, & minimè portuosa. Cic. Toranio, lib. 6. 20. 1.

Hyemalis locus. Plinius lib. 18. cap. 7. 20. Totis hoc Alpibus notum, & hyemalibus proximis.

Hygremplastrum, hygremplastri, n. g. Emplastrum liquidum, non siccum, ὑγρός, humidus, flexibilis, mollis, madidus. Plin. lib. 34. cap. 14. 5. Præcipea tamen commendatio eius in hygremplastro ad purganda vulnera fistulasque.

HYGRIS, (ὕγρις, id est, materia apud Prolemęum, vulgò Tabardi.

HYLA, Hylæ, siue, Hylas, hylæ, (ὕλας,) Comes Herculis quem perdidit in finibus Iouis iuxta Mysiam, nec vsquam potuit reperiri. Postea quũ esset cognitum q̃ periisset in fonte, ei instituta sunt sacra, in quibus mos fuerat vt eius nomen clamaretur in fontibus. ad quam imitationem dixit Virgilius eclog. 6.

– vt littus Hyla Hyla omne sonaret. Seruius.

Pulcher Hylas. Valer. 1. Argona. 45.

Tener Hylas. Stat. 5. Thebaid, 80.

HYLACTOR, (ὑλάκτωρ,) Canis nomen. Ouid. 5. Metam. 45.

– & acutæ vocis Hylactor.

HYLARA, (ὑλαῖα,) regio est, à qua Hylæum mare quo alluitur. Hieron. Traiecto Borysthene, à mari in primis est Hylæa regio. Herodotus lib. 4. Quum abiisset in Scythiam, venit ad locum qui dicitur Hylæa, iuxta Achillis cursum sita, vbique omnifariis arboribus referta. Vide Volaterranum lib. 7.

HYLAEVS, (ὑλαῖος,) Centaurus à Pirithoo inuitatus ad nuptias, visa puella pmorus est, & diuiulẽtus ei esse conaretur, à Lapithis, qui simul nuptiis intererant, prohibitus est. Hinc in certamen itũ est, & vsque ad picula dimicatũ: ab Hercule sunt postea occisi. Hora. 1. Car. od. 12. 1.

Nec sæuos Lapithas, & nimium mero

Hylæum. Id est, intolerabilem ebrietate, ait Acron.

¶ Hylæus, Nomen canis Actæonis. Ouid. 3. Metam. 43.

Hylæusque ferox nuper percussus ab apro.

HYLAS. Theodamanteus hylas, Vide THEODAMAS.

Hymen, hymenis, m. g. (ὑμήν,) Pellicula, membrana, tunicula qua ceit munita virginitas, quæ primo rumpitur coitu. Dicitur pterea carmen nuptiale, à voce qua vtebãtur Græci, q̃ erat Hymenę.

Festus hymen. Claud. ad Serenam 17. 1.

Professus clamatur hymen. Stat. in Epithal. Stellæ 6.

Hymenæus, (ὑμέναιος,) Deus nuptiarum putatus est, ἀπὸ τοῦ ὑμένος, à membranaque quum sit claustrum virginitatis, in nuptiis rumpitur. Donatus, Hymenęum quidam Liberi & Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit. Ideò per laudem cantatur in virginalibus nuptiis ob huiusmodi meritum. Alii virum sortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas prædonibus virgines oppressis latronibus, integras patriæ restituerit: quam ob causam nubentes, eius inuocant numen quasi liberatoris virginitatis. Hinc etiam apud Romanos Talasio inuocatur. Quum enim in raptu Sabinarum mulierum plebeius quidam raptam pulcherrimam ducere: ne ei auferretur ab aliis. Talasionis enim ducis nobilis esse simulaniticuius nomine, puellæ fuit tutata virginitas. Hæc Seruius enarrans illud Virgilii 1. Aeneid.

Pergama quum peteret, inconcessosque Hymenæos

Extulerat, matris Lædæ mirabile donum. Alii quòd ὑμὴν, dicatur membrana quædam, qua est munita virginitas, quæ primo disrumpitur coitu, hymenæum putãt, veluti hymnum vocari virginalium nuptiarum. Terent. Adelph. 5. 7. 7.

– hoc mihi in mora est Tibicinæ & hymenæum qui cantent. Sic accipe (inquit Donatus) Hymenęum in nuptiis, quemadmodum ἐπίθον, in funere, vel in sacris hymnum. Plautus Casina, 19. 1. Suaui cantu concelebra omnem hanc plateolam hymenæo.

Clarus Hymenæus. Lucret. lib. 1. 20.

Lasciuus Hymenæus. Silius lib. 5. 4.

Pactos Hymenæos exercere. Virgil. 4. Aeneid. 20.

Vetitos Hymenæos inuadere. Virgil. 6. Aeneid. 125.

Iustos pati Hymenæos. Virgil. 3. Georg. 11.

Inconcessos Hymenæos petere. Virgil. 1. Aeneid. 132.

Promiscus socios Hymenæus in annos. Ouid. epist. 2. 7.

HIMETTVS, (ὑμηττός,) Mons Atticæ clarissimus, semper floruit, cuius mel Plinius lib. 11. cap. 13. scribit esse pretiosum. Mart. lib. 7. 27.

Pascat & Hybla meas, pascat Hymettos apes. Ex hoc mõte marmora pulcherrima fodiebantur

Dulcis Hymettus. Iuuenal. Saty. 13. 19.

Hymettius, Adiectiuum. (ὑμηττιός,) Plin. lib. 36. cap. 15. 14. Scena triplex altitudine 360. columnarũ in ea ciuitate quæ sex Hymettas vocitabat suæ probro ciuis amplissimi. Idem lib. 36. cap. 5. Lacrabus autor primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias.

Cerà Hymettia. Ouid. 10. Metam. 57.

Mella Hymettia. Horat. 2. Serm. saty. 2. 3.

Hymnus, huius hymni, (ὕμνος,) Latinè canticum siue laus dicitur. Mart. lib. 12. 72. Inuitus puerum fateriur hymnus.

Hymnifer, pen. corr. Adiectiuum. (ὑμνοφόρος,) vt Vulcus Orpheus hymnifer, Ouid. 11. Metamorph. 12.

Hyoscyamus, pen. corr. (ὑοσκύαμος,) Herba quæ fabi grauiolens dicitur, Latinis alterum, vt ait Seruius Largus. Plin. li. 20. ca. 17. 2. Colligitur succus eius vt hyoscyamus.

Hyoscyaminum, pen. corr. Adiectiuum. (ὑοσκυάμινος,) vt Hyoscyaminum oleum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. lib. 23. cap. 4. 15.

HYPAEPA, (ὑπαιπα,) vrbs, vt ait Strabo, quæ occurrit à Tanaide ad Caistri campestria. Ea est, vt ait Stephanus de Vrbibus, ex monte sita. Veneri sacra est, eo quòd pulchræ fœminæ ibi vitam agunt. Metam. 3. de Arachne, Orta domo parua, paruis habitabat Hypaepa.

Hypaethrium, (ὑπαίθριον,) seu Hypæthrum, Adiectiuum, quasi sub æthere positũ quo nomine vocabant ædificia quædam quorum meminit Vitruuius lib. 1. cap. 2. Decor autem est emendatus operis aspectus, probatis rebus compositis cum authoritate. Is perficitur statione qui Græcè θεματισμός, seu consuetudine, aut natura. Statione quum sons, fulguri, & cæli, & lunæ ædificia sub duo, hypæthraque constituuntur.

Hypagogeus, ὑπαγωγεύς, instrumentum, vt quidam volunt, fabrile vt alii, quo lapides poliuntur, cuius meminit Aristophanes in Alitum comœdia.

Hypagum, quoddam nauale instrumentum. Plin. lib. 7. cap. 56. Hypagon Salaminii inuenerunt, aut Pericles Atheniensis. Alia exemplaria habent Hippagum.

Hypallage, hypallages, pen. corr. (ὑπαλλαγή,) figura quam vertibra per aduersum intelliguntur: quum quod potuerit aggere dicimur: aut contrà vt Trade rati ventos, pro Trade cæteris vrtia. Ex ὑπὸ sub, & ἀλλαγή, id est mutatio. Cice. in Orat. 50. Alia occasi pro patria arcem dixisset, & horridam Africam horribili tremere bello multa, quum dicit, pro Afris immutat Africã. Hanc hypallagen Grammatici vocant, q̃ nomina transferuntur. Vide Quintilianum lib. 8. cap. 6.

HYPANIS, pen. corre. (ὕπανις,) Sarmatiæ fluuius est, de quo Vitruuius cap. 3. lib. 8. In Ponto (inquit) est flumen Hypanis, qui à capite profluit circiter millia XL. sapore dulcissimo: deinde quum peruenit ad locum qui est ab ostio ad millia CLX, admiscetur ei fonticulus oppidoque parvulus. Is quum in eum influit, tunc tantam magnitudinem flumini facit amaram. Hactenus Vitruuius. Fonticulum autem quem adiecimus, Exampeum Mela nominat, cuius meminit Herodotus lib. 4.

Flauus Hypanis. Stat. 8. Thebaid. 99.

Scythicis Hypanis de montibus ortus. Ouid. 15. Metam. 57.

Saxosum sonans Hypanis. Virg. 4. Georg. 74.

HYPARCHVS, (ὕπαρχος,) Philosophus qui de sideribus & de temporibus anni scripsit.

Hypenemium, ouum, (ὑπανέμιον ὠόν,) irritum dicitur. Plin. lib. 10. cap. 58. 3. Et ipsæ autem interse si mas non sit) fœminæ æquè faliunt, pariuntque oua irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ hypenemia Græci vocant. Rursus ibidem, cap. 60. 2. Sic Varr. 2. de Re rust. cap. 1. 19. Vide vtinum ouum.

Hyper, (ὑπέρ,) præpositio Græca: apud Latinos significat super.

Hyperaspistes, ὑπερασπιστής, Latinè protector, propugnator, tegẽs, defẽtor, qui clypeo suo pregit aliquẽ, satelles.

Hypérbasis, siue hyperbaton, pen. corr. (ὑπέρβασις, ὑπερβατόν,) Figura de qua sic Quintil. lib. 8. ca. 6. Hyperbaton quoque, id est verbi trangressionem, quam frequenter ratio cõparationis & decor poscit, non immeritò inter virtutes habemus. Fit enim frequentissimè asperæ, & duræ, & dissolutæ, & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur: & vt quoque oritur, ita proximis etiamsi vinciri non potest, alligetur. Differenda igitur quędam, & præsumendã, atque vt instructuris lapidum impolitorum, loco quo conuenit quęque ponendum. Et paulò pòst, Verum id quum duobus verbis fit, ὑπερβαίνειν, dicitur, reuersio quædam: qualia sunt vulgò, Mecum, Secum: apud oratores, & historicos, Quibus de rebus. At quũ de coris gratia distrahitur longius verbũ, propè hyperbati tenet nomẽ: vt, Animaduerti Iudices omnem accusatoris orationẽ in duas diuisam esse parteis. Nam in duas parteis diuisam esse, rectum erat, sed durũ & incomptũ. Poetæ quidẽ etiã verborũ diuisionẽ faciunt, & transgressionẽ, Hyperboreo Septen subiecta trioni quod oratio nequaq; recipiet.

Hypérbole, hyperboles, pen. corr. f. g. (ὑπερβολή,) Figura poetica, raró autem oratoria, quę transcrius verismani festus dicitur: de qua sic Iulius Rufinianus. Hyperbole alius schema, alius tropus videtur. Cæterum fit quum excedit veritatem sententia. Apud Virgilium 12. Aeneid. 17. Qui candore niues anteiens, cursibus auras. Hactenus Iulius. Cic. in Topicis 22. In hoc genere oratoribus & philosophis concessum est vt mota etiam loquantur, vt mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ, quæ hyperbole dicitur, & multa mirabilia alia. Vide Quintilianum lib. 8. cap. 6.

Hyperbolicos. penul. corr. (ὑπερβολικῶς,) Aduerbium Græcum, pro hyperbolicè. Cice. ad Atticum.

HYPERBOREI, penul. correp. (ὑπερβόρεοι,) Montes & populi Scythiæ sic dicti, quòd supra, id est vltra eos flat Boreas: vt ait Seruius. Festus verò, Hyperborei, inquit, supra Aquilonis flatum habitantes, dicti quòd humanæ vitæ modum excedant viuendo vltra centesimum annum: quasi ὑπερβόντες τὸν ἔνατον, seculi humani. Diodorus oppositam Celtis iuxta Oceanum esse insulam scribit, haud multo Sicilia minorem, habitari: quæ ab iis qui Hyperborei appellantur: eo quòd vento Boreæ sint expositi: insulam valde fertilem, in qua fructus annis bis nascuntur. Cice. 3. de Natu. deor. 78. Apollinem ex Hyberboreis Delphos ferunt aduenisse. Multa de his apud Strabonem, Hyperborei, inquit, super Aquilonem Riphęosque montes sub ipso sidereum cardine iacent, vbi sol non quotidie vt nobis, sed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo sex mensibus diei, & totidem aliis nox vsque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis: cultores iustissimi, & diuitis quàm vlli mortalium, & beatius viuunt, &c. Hactenus Mela. Plinius item cap. decimo septimo libri sexti eadem prorsus tradit.

Hyperboreæ glacies. Virgil. 4. Georg. 104.

Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque niualem

Arvaque Riphæis nunquam viduata pruinis.

Hypercatalécticum, pen. corr. (ὑπερκατάληκτον,) Metrum dicitur cui vna syllaba, vel duæ Deorũq; Et Horat. 1. Carm. ode 9. 1. Syluæ laborantes geluque. Illud dactylicũ hypercatalecticũ est: hoc verò iambicum hypercatalecticũ.

Hypericon, herba, Vide CORION.

HYPERIDES, pen. corr. (ὑπερείδης,) Atheniensis, vnus è decem oratoribus primis, æmulus quandoque Demosthenis, accusatusque ab eo peculatus: deinde ambo damnati fuisse Antipatri. Hyperides in Aegintũ missus necat, lingua excisa, vt testatur in Demosthene Plutarchus.

HYPERION, pen. prod. huius Hyperionis, pen. cor. (ὑπερίων,) alias Solis pater, alias Sol ipse, quòd ear super terras, dicitur. Poetæ pro Sole ipso vsurpant. Ouidius lib. 1. Fastorum 77. Placat equo Persis, radius se, Cœli filium, qui Solis ac Lunæ, aliorumque astrorum motus, horascendã tradidit. Ideo eorum parens nominatur, veluti ipsorum naturæ contemplator. Frequens est Solis epitheton apud Homerum.

Hyperionius, Adiectiuum. vt Currus Hyperionius. Valer. 2. Argon. 8.

HYPERMESTRA, (ὑπερμνήστρα,) filia Danai. Fabula sic habet, siue (vt quibusdam placet) historia, Belides dicitur quinquaginta filiæ Danai, filii Beli & fratris Aegysti. Nam Aegystus habens quinquaginta filios, coegit Danaum fratrem suum, qui totidem filias habuit, vt illas filiis suis coniugio copularet. Danaus verò id noluit, quoniam ex oraculo didicisset se occidendum ab eo filiorum fratris. Sed ramen ad nuptias à fratre coactus, imperauit filiabus vt viros suos prima nocte necarent: quod omnes fecerunt præter vnam Hypermestram, quæ viro suo Lino, aut Lynceo pepercit. Qui postea interfecit Danaum. Vide Ouidium in Heroidibus epist. 14.

Hypermeter, siue hypermetrus, pen. corr. (ὑπέρμετρος,) abundans syllaba. Virgil. 1. Georgic. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Hic REM hypermeter vocatur. Et debet sequens à vocali incipere, nisi fiat synæresis. Vnde sequitur, Et foliis vndam, &c.

Hyphen, (ὕφεν,) subunio interpretatur. Virgil. 1. Aeneid.

– neque enim ignari sumus ante malorum. Vbi Seruius,

Ante malorum ὕφεν, est vt alibi,

– cœli subter labentia signa. Terent. And. 1. 2. 4.

– & heri semper Ienitas

Verebar quorsum euaderet. Vbi Donatus, Sæpe Ienitas hyphẽ. Lucreti.

– semper florentis honoris.

Hypocaustum, (ὑπόκαυστον,) Locus ad sudandũ, quòd παρὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc est à succendendo dicitur. Habet in suo pauimento locum vacuum in quo succensus ignis calidos vapores emittit, excitatq; sudorẽ. Habet etiam ab vno latere prefurniũ hoc est paruã fornacem, in qua inclusus ignis partim hypocaustum calefact, partim aquas ęteperat ad lauandum. Et enim super eam tria aheoa cõponũtur, vnum caldarium, ex quo aqua calida hauritur: alterum tepidarium ex quo tepida: tertiũ frigidarium, ex quo frigida, quantũq; aquæ calidæ ex caldario exit, tantum ex tepidario in caldarium, & ex frigidario infloit in tepidarium. Vide Vitruuium lib. 5. cap. 10. Hoc Latinè vaporarium dicitur. Pl n. epist. 17. li. 2. ad Gallũ. Applicitũ est cubiculo hypocaustũ perexiguũ, quod angusta fenestra suppositũ caloré, vt ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Ci. ad Qu. frat. li. 3. 17. 4. In balnearis hypocausta in alterũ apodyterii angulũ promouimus propterea q̃ ita erãt posita, vt eorũ vaporariũ ex quo ignis erũpit, esset sub tectũ cubiculi. Ita legit Sipõtius. at quot quot vidimus exemplaria, pro (hypocausta) legũt (asla) q̃ tamẽ dictio quid significet, video doctos ignorare. Tenuem voluunt hypocausta vaporem. Stat. 1. Sylu. 5. 12.

Hypocrisis, pen. corr. (ὑπόκρισις,) Simulatio latinè dicitur. Hypocrita, pen. corr. alienæ personæ simulator.

Hypodidáscalus, pen. corr. (ὑποδιδάσκαλος,) dicitur quẽ vulgus corruptè coadiutorẽ, submagistrũ, submonitorem, & subprimarium appellat. Cic. ad Papyr. li. 9. 18. 9. Scilicet tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo.

Hypogeum, hypogei, pe. prod. (ὑπόγειον,) Locus subterraneus. Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, promptuarias.

Hypomnema, pen. produ. huius hypomnematis, n. g. & hypomnemmatum, hypomnẽmati. (ὑπόμνημα,) Interpretatio siue commentarius. Cice. ad Tironem, lib. 16. 21. 18. Multum mihi enim eriputur operæ in excribendis hypomnematis. Colu. lib. 7. cap. 5. 14. Cuius commenta, quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falso produntur

Hypostasis, pen. corr. huius hypostaseos, f. ge. (ὑπόστασις,) Subsistentia, siue substantia. Aliquãdo accipitur à Græcis pro persona.

Hypotheca, pen. prod. (ὑποθήκη,) Græcè dicitur quod Latinè pignus: teste Martiano dicente, Inter pignus & hypothecam tantum nominis suos differt. Cui assentitur Valla. Cic. ad Thermum, lib. 13. 57. 4. Curea velim vt aut de hypothecis decedat, eamque procuratoribus Cluuii tradat, aut pecuniam soluat.

Hypothecarius, Adiectiuum. vt Hypothecarius creditor. Vlpian. in L. 1. Parag. Scienidum est autem. ff. De separat.

Hypóthesis, huius hypothesis, pen. cor. (ὑπόθεσις,) Materia, argumentum, genus quæstionis. Cic. in Top. 42. Definitum est quod hypothesin Græci, nos causam. Idẽ ad Atticum, lib. 14. 3 10. 2. Hypothesin autem hanc habent, eamque præ se ferunt, vitum clarissimum interfectum, totam Rempublicam interitu illius perturbatam.

Hypothesis & materia, Idem. Cic. ad Atticũ, lib. 1. 9. 6. Vide THESIS.

Hypozeuxis, (ὑποζευξις,) è figura Zeugmati cõtraria, vbi sui cuiq; clausulę reddit verbũ. Virgi. 10. Aeneid.

Regem adit, & regi memorat nomenque, genusque.

Quisque petat, quidve ipse ferat, &c. Ab ὑπό, id est sub, & ζεῦξις, coniunctio, vel iugatio.

HYPSA, Plinius Siciliæ. Plin. lib. 3. cap. 8. Silius lib. 14. 46.

Nec non qui potant Hypsamque, Alabinque sonoros,

Et pellucentem splendenti gurgite Achatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HYPSIPHILE, penul.correp. (ὑψιπύλη,) filia Thoantis regis Lemniq́ quùm mulieres in Lemno viros omnes communi consilio necarent, ipsa patrem seruauit, & dimisit. Ob id ipsa eiecta à Lemno, & à piratis capta, & Lycurgo regi Thraciæ diuendita fuit pro nutrice filio Ophelti. De qua vide in dictione LEMNOS. Vide Ouidium in Heroidibus episto.6.

Formosa Hypsiphile. Valer.3.Argonaut.69.

Hypsiphylæus, Adiectiuum, (ὑψιφίλαος,) vt

Tellus hypsiphylæa, Id est Amazonia. Ouid.3.Fast.17.

HYRCANIA, (ὑρκανία,) Regio Asiatica, magna ex parte plana, & pre clarissimis vrbibus adornata. dicta Hyrcania ab Hyrcana sylua quæ Scythiæ subiacet. Habet ab Oriente mare Caspium, à Meridie Armeniam, à Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. In ea regione Pantheræ, pardi, & tigres abundant, quum sy luis aspera sit. Hinc

Hircânus, pen. prod. Adiectiuum, (ὑρκανός,) Virgil.4.Aeneid.

Hyrcanæque admorunt hubera tigres.

Auis Hyrcana. Stat.6.Thebaid.120.

Luci Hyrcani. Valer.lib.6.Argonaut.23.

Tigres Hyrcanæ, Virgil.4.Aeneid.74. Stat.9.Thebaid.4.

Hyrcanum, siue Caspium mare, mare Abacuch, siue mare de Sala hodie vocitant, quem Ptolemæus lacum facit.

HYRIVM, (ὑριον,) Apuliæ vrbs Ptolemæo, Tyrium alio nomine. vulgò Lesina.

Hysginum, penul.corr. (ὑσγινον,) Color similis coccineo: vnde Græci vestes ὑσγινοβαφῆς, appellant, hoc est, hysgino tinctas. Plin.lib.21.cap.26.1. Hyacinthus in Gallia eximiè prouenit. hoc ibi pro cocco hysginum tingitur. Sic lib.35.cap.6.15.

Hyssôpus, penul. prod. (ὕσσωπος,) Herba vulgò nota. Columel.lib.6.cap.10.1. Veterem russim sanant duæ libræ hyssopi macerati sextaris aquæ tribus. Idem lib.7.cap.5.17. Remedio sunt hyssopus & sal æquis ponderibus contrita. Plin.lib.25.cap.11. Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite.

Hyssopites, hyssopitæ, pe.prod.m.g. (ὑσσωπίτης,) sed figuratè neutro tingitur: & est vinum factitium ex hyssopo. Colum.lib.12.cap.35.

Hysterologia, siue hysteron proteron, (ὑστερολογία,) Est sententiæ cum verbis ordo mutatus. vt Et Cererem torrere parant flammis, & frangere saxo. Hæc Donatus. Prius Ceres frangitur, postea torretur.

I

Litera, iota. Cicc.3. de Orato.26. Quare Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpiti nonnunquam imitaris, vt ioram literam tollas, & e plenissimum dicas, non mihi Oratores antiquos, sed messores videris imitari.

Iniu mutauerunt aliquando veteres: pro Decimo, Maritimo, Decumum & Maritumum scribentes: quæ tam in vetustis M.Tullii Ciceronis exemplaribus, quàm in Liuianis, & Plinianis, & aliorum authorum, per v notata deprehendi, annotat Pierius.

I, litera sibi insidit. Conlicit enim est ab illo iacit. Quintil.lib.1.cap.4.9.

I, (ἴθι,) Imperatiuus ab eo, is. Terent.And.I præ, sequar.

IA, Minor fuit Atlantis filia, soror Maiæ matris Mercurii, de qua Homerus lib.14.Odyssex scribit.

IACCHVS, (ἴακχος,) Bacchus dicitur ἀπὸ τοῦ ἰαχεῖν, clamo, canto. nã qui Baccho sacrificabant, clamare solebant. Et duplici c c scribi debet, quanquam in verbo ἰαχεῖν, sit simplex c: quod ideò fit, vt in Iaccho secunda producatur. Virgil. eclog.7.11. Populus Alcidæ gratissima vitis Iaccho. Nonnunquam etiam ponitur pro vino. Virg.eclog.6.3.

Inflatum hesterno venas, vt semper, Iaccho.

Florens Iacchus. Catull. Argonaut.59.51.

Lætus Iacchus. Claud.1.de raptu Proserp.4.

Iætus ab Iaccho. Lucret.lib.4.235.

Iaceo, iaces, iacui, iacêre, pen.prod. (κεῖμαι, κατάκειμαι,) Notæ significationis, nempe cubare, decumbere, & prostratum esse. Virgil.eclog.6.3. Silenum pueri somno videre iacentem. Plaut.Amphit. 4.27. Quisque vt steterat, iacet, obtinetque ordinem.

Ad quartam iaceo. Horat.1.Serm.saty.6.25.

Iacêre alicui ad pedes, Prouolui ad pedes, procumbere ad pedes & genua. Cicero.7.Verr.101. Mihi ad pedes misera iacuit. Idem ad Qu. Ligarium, lib.6.14.5. Quum fratres & propinqui tui iacerent ad pedes.

Iacêre ante. Plautus Amphit. Quis est hic senex qui ante ædes nostras sic iacet?

Supplex ante pedes iacuit. Ouid.11.Metam.3.

Iacêre in limine. Cic.7.Verr.92. Patres hi, quos videtis, iacebãt in limine.

Iaceant in aqua carnes. Plaut. Pseud.4.33. Pernam, callum, glandium, lumen facito in aqua iaceant.

In lacertis alicuius iacêre. Ouid.1.Amor.eleg.13.1.

Iacere in lustra. Plaut. Cas.5.18. Sic Iacêre in luto, Idem Aul.7.53.

Iacere in tenebris. Cice.3.Verr.5. Religiones verò, cerimoniæque omnis sacrorum fanorumque violatæ, simulacraque deorum quæ non modò ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris, ab ipso abstrusa atque abdita.

In toro iacui. Ouid.epist.14.8.

Iacere sub. Virgilius 7.eclog.11. Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma.

Vmbra iacuere sub vna. Ouid.2.Fast.18.

Iacêre humi. Liu.lib.2.belli Pun. Humi iacentem inter custodias statiónesque militum circumspexerunt. Cic.in Catil.18. Ad huius vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: iacere humi non modò ad obsidendum stuprum, verumetiam ad facinus obeundum.

Humi iacet nudus infans. Lucret.lib.5.45.

Humo iacuit resupinus. Ouid.4.Metam.25.

Truncus iners iacui. Ouid.3.Amor.eleg.6.3.

Graues vino somnoque iacebant. Ouid.epist.14.7.

¶ Iacere, Ignobile esse: cui opponitur Vigere. Cic.10.Philip.279. Ab hoc igitur quisquam bellum timet, qui antequam nos id coacti susceperimus, in pace iacere, quàm in bello vigere maluit? quanquam ille quidem vigere quàm iacuit: nec hoc cadere verbum in tãtam virtutis præstantiã potest.

Iacere, Sordere, nec lætum esse. Lucilius lib.30. Et sua præcipuè retro delicta iacere. Lucretius lib.1.13.

Humana ante oculos fœdè quum vita iacêret
In terris, oppressa graui sub relligione. Nonius.

Iacere in obliuione, vel in silentio. Cic.3.Verr.71. Absens non in obliuione iacuisset, sed in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuisset. Sic Iacêre in silentio. Cic.2.de Orat.35. In eodem silentio multa alia officia Oratorum iacuerunt.

Iacere in occulto, Non esse alicuius nominis, neque famæ. Plaut. Trinummo, 10.38.

– nisi me auscultas, atque hoc, vt dico, facis,
Tute pone te latebis facile, ne inueniat te honor:
In occulto iacebis, quum te maximè clarum voles.

Iacêre inultum. Liu.5.bell.Pun.204, Ne inultos imperatores suos iacere finerent.

Iacêre prostratum. Cic.in Catil.26. Iacet ille nunc prostratus Quintius, & se per cusum, atque abiectum esse sentit.

¶ Iacet grauiter: id est, grauiter dolet. Plin.epist.44.2, Verania Pisonis grauiter iacebat: hanc dico Pisonis, quem Galba adoptauit. Idem epist. 104.a.lib.5. Triste illud, quòd Iulius Valens grauiter iacet: quanquam ne hoc quidem triste, si illius vtilitatibus abstinetur, cuius interitu maturissime inexplicabili morbo liberari. Sic Iacere in lecto. Cic. Philipp.62.

Iacêre in sordibus. Cice.ad Terentiam, 14.2.5. Te nunc mea Terentia vexari & iacere in lachrymis, & sordibus. Sic Iacere in mœrore. Ad Atticum, lib.10.195.8.

Telo iacet. Virg.1.Aeneid.21.

Morte iacent meritã. Ouid.3.Fast.147.

¶ Iacet oratio, Quæ languet, & quasi exanimis est. Quintil.lib.9. de figuris sententiarum loquens, Motus est in his orationis, atque actus quibus detractis, iacet, & velut agitante corpus spiritu caret. Boetius.

Iacent pretia prædiorum: pro Vili venduntur prædia. Cicero pro Roscio Comœdo, 19. Accepit enim agrum temporibus iis, quum iacerent pretia prædiorum.

Rationes iacent: Hoc est, emortuæ sunt & láguidæ ac sopitæ. Plaut. Amphit.16.65.

– supreme Iuppiter
Quid intueor, vtrique in musculo dextro, eodem in loco
Signo eodem apparet probe, vt primum coiuit cicatrix rufula. Sobolescunt rationes iacent, iudicium silet: quid agã, nescio. Id est, rationes ignorantur.

Iacent studia: Id est, frigent & sine vigore sunt. Cicero.lib.1. Tuscul.n.

Honos alit artes: omnesque incenduntur ad studia gloriã iacêque semper quæ apud quosque Improbantur. Hæc Budeus. Sic apud eundem Ciceronem lib.2.de Diuinat.159. Iacet igitur tota conclusio.

Iacent virtutes. Cic.2.de Finib.185. Maximas verò virtutes iacêre omnes, si se est voluptate dominante. Sic 4.Acad.188.

Iacent suis testibus illi. Cic.pro Milone, 36. Iacent suis testibus ii, qui Clodium negant eo die Romã, nisi de Cyro auditum esset, rediturũ fuisse.

¶ Iacêre, Plenum esse, & oneratum. Virg.lib.3.Georg.

Sed iacet aggeribus nueis informis & alto
Terra gelu. Nonius.

¶ Iacere, Perplurimum porrigi. Virg.lib.3.Georg.69.

– itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis: tantum campi iacet. Nonius.

Iacêre inter. Brutus ad Ciceronem, lib.11.13.1. Quem locum volo tibi esse notum, iacere inter Apenninum & Alpes, impeditissimis ad iter faciendum. Plin.lib.4.cap.16.1. Inter Septentrionem & Occasũ iacet.

Iacet campus in medio. Sallustius,

In medio campus iacet, aquis vndique scatens.

Tellus iacet extra sidera. Virg.6.Aeneid.159.

Iacêre, Mortuum esse, quòd iaceant cadauera, nec amplius moueãtur. Lucanus, Ille iacet, lætæque paci quem prætulit orbis.

Iacêre dicuntur cineres alicuius, Sepultum esse. Martialis,

Non aliter cineres mando iabere meos.

Iacens, Participium, (κείμενος,) Cice.12.Philipp.321. Si iacens id nobiscum agêret, audirem fortasse.

Segnis, & iacens. Quintil.lib.1.cap.3.1. Probus autem ab illo segni, & iacente plurimum aberit. De pueris.

In amore iaceus. Lucret.lib.3.202.

Dura in regione iacens, Id est ægrotans. Ouid.3.Trist.eleg.3.1.

Miserius iacens, pro Te ægrotante. Cic.ad Papirium, lib.9.29.9. Sed cura si me amat, vt valeas, ne ego te iacente, bona tua comedim. Pro comedim hic positum est comedim.

Consolari iacentem. Ouid.3.de Ponto, eleg.3.16.

Casa humi iacens. Seneca Thyeste 5.10.

Iacentes terræ ad Hesperum, Hoc est vergentes, vel declinantes, & quod vulgus respicientes dicit. Plin.lib.18.cap.25.8.

Iacio, iacis, ieci, iactum, (βάλλω, ἐκβάλλω, ἐκτείνω,) iacere, pen. corr. Emittere, & vi impellere. Apuleius, Multis in eum lapidibus iactis. Virgil.lib.5.Aeneid.

Sublataque procul dextra conixa coruscat,
Et iacit. Cice.6.Verr.20. de signis, in quem, scyphum de manu iacere conatus est. Cæsar 2. bell.Gall.255. Vndique in murum lapides iaci cœpti sunt.

Iacere iuxta. Plin.lib.2.cap.73.3. Iuxta quem vmbræ ostare in Austrum, hyeme in Septentrionem iaciuntur.

Iacere in sublime. Plin.lib.11.cap.2.3.

Iecissem ipse me potius in profundum, quàm, &c. Cic.pro Sestio 37.

In præceps aliquem iacere. Tacit.lib.4. Aponiam coniugem in præceps iecit.

Præceps se iecit in agros, Id est irruit aut fugit in agros. Lucanus lib.7. 34. de tauro quodam.

Iacere aggerem, Id est iacere, inquit Nonius. Lucilius lib.16.

Aggere in faciendo, siquo est vincis actis opus.

Iacere anchoras ante portum. Liu.9.bel.Pun.138. Et 7.bel.Maced.117. Cæsar 4.bel.Gall.569. Quæ tamen anchoris iactis, quum fluctibus complerentur, &c.

Anchora de prora iacitur. Virg.3.Aeneid.66.

Edicta in populum iacere. Tacit.li.13. Quòd edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adueõtius Vitellium iecerat.

Exempla iacere. Tacit lib.3. Antiqua exempla iaciens.

¶ Iacere fundamenta. Est (inquit Valla) quasi qualiacunque fundamenta facere, & quodammodo dare rei principium. Cic.1.Philip.1. In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis: Hic per translationem. Sine translatione autem, Sueton.de Vita Caii, cap.21. In area Capitolina nouæ domus fundamenta iecit. Plinius lib.36. cap.10.1. Quintilian.lib.1.

Fundamenta fideliter iacere. Quintilian.lib.1.cap.4.5. Quæ nisi Oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris corruet.

Iacere fundamenta salutis alterius. Cice.Appio, libro 10.29.2. Quod quidem nec desistam facere, nec desistam: & iam in maxima te feci, & fundamenta ieci salutis tuæ. Idem ad Lentulum, lib.1.9.40. Tenebam memoria nobis Consulibus ea fundamenta iacta ex Cal. Ianuariis confirmandi Senatus.

Fundamina iaciunt clues. Ouid.4.Fast.168. de condenda Vrbe.

Gradum iacere, atque aditum ad cætera. Idem quod facere gradũ, & progredi, aut procedere. Cice. 1. de Lege agra.47. Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligatis.

Haltam eminus iecit. Virgil.10.Aeneid.333.

Iacere moles ab vtroque portus corna. Cic.Attico, lib.9.187.1.

Odorem iaciunt de corpore. Lucret.lib.2.170.

Iacere pedem: Hoc est, promouere. Plin.lib.10.cap.38.1. Aliquæ aues ante se pedes iacium, vt ciconiæ.

Salutem in re aliqua, pro Ponere salutem suam in re aliqua, & ab ea aliquid sperare. Virgil.lib.4.Georgic.

Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.

Talos, pro Ludere talis. Plaut. Aulu.13.35.

Talos ne cuiquam homini admoueat, nisi tibi:
Quum iaciat, te ne dicat, nomen nominet. Ibidem, 16.54.

Iace pater talos, vt porro nos faciamus. Cicero.1.de Diuinat.181.

Quid est tam incertum, quàm talorum iactus? tamen nemo est quin sæpe iactãs, Venerem iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium. Ibidem, 127. Et 3.de Finib.83.

Talos in medium iacere. Quintil.lib.6.cap.1.35. Talos iecit in medium.

Tela manu iaciens. Virg.11.Aeneid.175.

In falsum tela iacere. Tacit.lib.4. Telisque non in falsum iactis.

¶ Iacere, pro Enuntiare, siue spargere in vulgus. Tacit.li.1. Quædam de habitu, cultuque, & institutis eius iecerat. Idem lib.2. In se iacta nolle ad cognitionem vocari.

Apud aliquem iacere quidpiam. Tacitus libr.4. Neque raro, neque apud paucos talia iaciebat.

¶ Iacere aliquid in aliquem, per translationem. Liu.4.bel. Macedon.22. Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Consul verbo tenus, quàm vt re insimularet.

Contumeliam in aliquem. Cice.pro Sylla, 17. Tacit lib.2. In Germanicũ contumelias iacere.

Inter se, aut inter amicos iaciunt contumelias. Tacit.lib.15.

Ignículos. Cice.ad Atticum, libro, 15.329.24. Reliqua pars epistolæ illa nanque in vtranque, Sed tamen nonnullos interdum iacit ignículos vitiis, &c.

Iacere & immittere iniuriam in aliquem. Cic.in Parad.36.

Per vanilo quentiam, & minas iaciebat. Tacit.lib.5.

Probra in aliquem iacere. Tacit, lib.11. Iaque fœminas illustres probra iecerat.

Iacere probra in insontem. Liuius 2.ab Vrbe, 199. Itẽ 5.bel.Punici, 101. Et lib.8.115.

Querelas. Cicero.1.de Diuinatio.24. Vocibus instat, & assiduas iacit ore querelas.

Querimoniam, Conqueri. Seneca, Et in negligentes nostri deos querimoniam iaciunt, quòd non bona valetudo, & virtus inexpugnabilis data sit, quòd non futuri scientia.

Iacere & mittere ridiculum. Cic.in Orato.48. Vtetur vtroque, sed altero in narrando aliquid vemusè, altero in faciendo, mittendoque ridiculo. De facetis & dicacitate loquitur.

Sermones. Tacitus libro, 4. Igitur Latiaris iacere fortuitos primum sermones.

Significationes, pro Ostendere & significare. Sueton.in Nerone, cap.37. Multasque nec dubias significationes sæpe iecit, ne reliquis quidem se Senatoribus, eumque ordinem sublaturum Id est, multis significationibus ostendit, &c.

Suspicionem, pro Inducere. Cic.pro Flacco, 5. Quæ est vnquam iacta nõ suspicio, quæ tamen soleat esse falsa, sed iracundiæ vox, aut doloris? Terrores iacere, & demuntiare. Cic.ad Atticũ, lib.2.18.3. Sed βοαστικῶς, noistræ consanguineus nõ mediocres terrores iacit atque denũtiat, &c.

Vera aut vana. Liuius 6.ab Vrbe, 64. Ad hoc domi concionantis in modum, sermones pleni criminum in Patres: inter quos cum omisso diadem, fermones pleni criminum in Patres: inter quos cum omisso diadem, de crimine vera an vana iaceret, thesauros Gallici auri occultari à Patribus iecit.

Vocem Claudii, quam temulentus iecerat. Tacit.lib.12.

Iacto, iactas, (ἐκτείνω, ἐκτείνομαι, γαυριάω, μεγαλοφρονέω,) Iactare, Frequentatiuum. Cæsar 1.bell.Gall.67. Diu iactato brachio. Virgil.1.Georgi. Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.

Brachia excussa iactare. Ouid.5.Metam.120.

Brachium in latus iactare. Quintil lib.4.cap.2.29. Hic potissimum & vocem flectunt, & ceruicem reponunt, & brachium in latus iactãt.

Iactare cæstus. Cic.3.Tuscul.96

Caput iactare. Tibull.lib.1.eleg.6.6.

Colla iactare. Ouid.3.Metam.146.

In toto corpus iactare embili. Lucan.lib.5.163.

Oculos iactare. Lucret.lib.4.119.

Iactare odorem, pro Emittere. Virg.2.Georg.27.

Et si non alium late iactaret odorem, Laurus erat.

Nunc ego iactandas optarem sumere pennas. Ouid.3.Trist.eleg.8.1.

In iactando membra fatigat. Lucret.lib.3.100.

Iactare rete. Celsus in L.Si iactum.ff. De actionib.empti. Si iactum retis eiecro, & rete iactare piscator noluit.

Iactare semen. Varro.1.de Re rust.cap.42.

Iactare talos. Cic.1.de Diuinat.181.

Actus varie iactat incertus dolor. Seneca Hippol.4.2.

Iactare curas pectore. Virg.11.Aeneid.47. – atque illum tales iactante pectore curas. Id est sæpe volutantem. Nonius.

¶ Iactatur nummus. Cic.3.Offic.105. Cumque collegium Prætorii Trib. pleb. adhibuissent, vt testimonia, &c. constituerent. iactabatur enim illis temporibus nummus sic vt nemo scire posset quid haberet. Id est fluctuabat æstimatio nummi. Budæus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iactare atq; agitare æquitatem multis iniuriis.Cic.pro Quintio,5.
¶ Iactare dicta iocosa in aduersarios.Liu.10.bel.Maced.23.
Conuuria iactare grauida lingua.Propert.lib.3.eleg.8.3.
Iurgia iactare.Virg.10.Aeneid.19.
Iactare minas.Cic.pro Quintio,26,Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur,&c.
Iactare probra in aliquem.Liu.9.bel.Pun.44.
Iactare queremonias vltro citroque. Liu.7.ab Vrbe,33, Ea vlrima fuit causa, quum multæ antè queremoniæ vltrò citroque iactatæ essent, cur per,&c.
Iactare rem sermonibus.Liu.8.bel.Maced.122,Cæterum ipsi ne sibi eum sinxerint metum,& timore vano quietem exuerint,an iactata sermonibus res apud Romanos,perlata ad eos sit,nihil comperti est. Sic 8. ab Vrbe,143. Cæsar 1.bel.Gall.68, Sed quod pluribus præsentibus eas res iactare nolebat,celeriter consilium dimittit.
Voces ad sidera iactant.Virg.eclog.5.12.
¶ Fama iactatur.Silius lib.4.1.
Iactatur hoc vulgò.Cælius ad Ciceronem,lib.8.1.10, Neq; hæc incerta, tamen vulgò iactantur.
¶ Iactare rem aliquam, Temere laudare,vel ambitiosius gloriari. Virg. 10.Aeneid.65.
-voces dum iactat inertes.
Iactare se,pro Efferre,quod Galli dicunt se faire valoir.Cice.pro Roscio Amerino,54, Hæc tu Eruci tot & tanta si iactus esses in reo,quàdiu diceres?quo te modo iactares? tempus hercule te citius, quàm oratio deficeret.Liu.lib.9.bel.Maced. Itaque seruorum modo,præter spem repente manumissorum,licentiam vocis & linguæ experiri: & iactare sese,infectatione & conuitiis dominorum.
Iactare se magnificentissimè.Cic.ad Atticum,lib.2.36.4.
Se se iactare,& in alios cæco impetu incurrere. Cic.1.de Finib.69.
Iactare se de re aliqua.Cic.6 Verr.40.
Iactare se in re aliqua.Cic.ad Atticum,lib.1.16.9. Iam quum se ille septimo die venisse à freto,neque sibi obuiam quéquam prodire potuisse, & noctu se introisse dixisset, in eoque se in concione iactasset, nihil ei noui dixi accidisse.
Intolerantius se iactare.Cic.2.de Orat.115.
Fiduciam partis suæ iactare.Quintil.lib.4.cap.13, Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat.
Iactare aliàs à Cicerone dicitur magnificè loqui,gloriari, verbis se locupletem facere,gloria se & prædicatione efferre,& te ostentare.
Genus,& prænomen,& regia nomina iactare.Ouid.epist.10.11.
Ingenium iactare.Quintil.lib.3.cap.1.3.Non iactandi ingenii gratia.
Virtutem iactare.Ouid.epist.15.17.
¶ Iactare,pro Exponere,seu proiicere,iacturæ faciendæ animo.Seneca, Non est hic tantus populis cõsensus,sic amandi suos reges,& se suaq; iactandi,quocunque deliberauerit imperantis salus.
¶ Iactare,Inaniter loqui.Virg.1.Aeneid.22,
Talia iactanti,stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit.
¶ Iactare,Fatigare,vexare,concutere.Virg.1.Aeneid.7,
-iactatos æquore toto
Troas reliquias Danaûm. Plaut.Rud.14.4,
-nocte hac verò proxima
Se iactatas atque eiectas hodie esse aiunt è mari? Virg.1.Aeneid.136.
-iactetur odiis Iunonis iniquæ.
Huc illuc iactari.Lucan.lib.8.137.
Ventis iactamur.Propert.lib.3.eleg.5.3.
In vadis iactari.Virg.10.Aeneid.9.
Morbo iactari.Horat.1.Serm.saty.3.35.
Iactari æstu,febrique.Cic. in Catil.23.
Iactari fluctibus.Cic in Orat.57. Et ad Atticum.lib.1.13.10.
Iactari clamore conuitioque.Cic.ad Lentulum,lib.1.5.10. Posteaquàm Pompeius & apud populum ad viii.Idus Februarii,quum pro Milone diceret,clamore conuitioque iactatus est.
¶ Iactare,Plagis sternere.Cic.3.Ver.46,Iactatur domi suæ vir optimus, & homo honestissimus:pro se quisque manus affert Nonius.
Iactito,iactitas,pen.corr.(εἰπτάζομαι,)iactitare,Frequẽtatiuum à iacto iactas.Liu.7.ab Vrbe,8,Iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus,iactitare cœpit.
Iactus,(βιβλημένος,)Participium à iacio.Cic.2.de Lege agraria,47,Sed attendite animos ad ea quæ consequuntur: hunc quasi gradum quédã atque aditum ad cætera iactum intelligetis.
Iactus,huius iactus,(βολή,)Ipse iaciendi actus. Terent. Adelph.4.7.22. Si illud quod est maximè opus,iactu nõ cadit.Ci.3.Catil.63, Iactus fulminum. Et 2.de Diuin.62.
Iactus pilarum.Ouid.2.Trist.97.
Teli iactus. Tacit.lib.3.Affultare ex diuerso Tyridates,non vsque ad iactum teli.
Iactu se dedit in æquor.Virg.4.Georg.106.

¶ Iactus etiam reris dicitur absolutè. Valer.lib.4.cap.1.circa finem, A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emerat.
Iactans,(ἀκαλινδούμενος,ἀκαζών,)Participium, siue Nomen ex participio.Plin.epist.9.lib.3.Iactantes & gloriosæ epistolæ.
Iactans sui.Quintil.lib.11.cap.1,Commoueatùrne quisquam eius fortuna,quem tumidum,ac sui iactantem,& ambitiosum,institorem eloquentiæ in ancipiti sorte videat?
Paulo iactantior.Horat.1.Serm.saty.3.10.
Iactantior gestus.Quintil.lib.11.cap.1,ex defensione Cælii, Aut denique quod nimium est,iactantior gestus fuisse videatur.
Iactanter,(ἀκαζονευόμενος,)Aduerbium apud Tacitum,lib.2, Perisse Germanicum nulli iactantius mærent,quàm qui maximè lętantur.Id est,ambitiosius,vel maiori cum ostentatione.
Iactatus,pen.prod.Participium,(ἐφεμμένος,)Virg.1.Aeneid.
-iactatos æquore toto.
Periclis iactatus.Virg.6.Aeneid.139.
Terris iactatus & alto.Virg.1.Aeneid.2.
Nautæ iactati turbine.Catull.ad Malliom,epigr.63.13.
Nix iactata sub Arcto.Ouid.3.Trist.eleg.10.3.
Iactatus,huius iactatus,Verbale.Plin.lib.14.cap.18.2, Sic & mari naugio,cuius iactatus his quæ durauerint tantum vetustatis adiicere lenitur,quantum habuerint.
Pennarum iactatus.Ouid.6.Metam.141.de Borea,
Excussit pennas,quarum iactatibus omnis Afflata est rellus.
Iactatio,Aliud verbale,(ἀκαζονεύσις,)Actus ipse iactandi. Liu.10.bel. Pun.90.Simul sperans leuiorem in nauigatione quàm in via iactationem vulneris fore,& curationis omnia commodiora. Sic lib.9.162. Cic.pro Murena,3, Quo tandem animo me esse oportet, ppè iam ex magna iactatione terram videntem,in hunc cui video maximas Reip. tempestates esse obeundas?
Iactatio corporis.Cic.in Orat.Actio modica iactatione corporis.
Circulatoria iactatio.Quintil.lib.1.cap.4.12.
Temporum nostrorum iactatio.Quintil.lib.4.cap.1.7.
¶ Iactatio est voluptas gestiens,& se efferens insolentius.Cic.4.Tusc.31.
Insolentiam & iactationem hominum ferre.Cic.ad Att.lib.10.11.6.
Iactatio popularis,pro Gloria & vanis sermonibus.Cice.pro Cluent.76. Optimis hercle temporibus tum quum homines se non iactatione populari,sed dignitate,atque innocentia tuebantur.
Eruditionis iactatio.Quintil.lib.1.cap.5.8.
Iactatio,verborum.Brutus ad Cic.lib.11.20.5,Nam de tuo periculo,cur de mihi,iactatione verborum,& denuntiatione periculi,&c.
Iactator,pen.prod.(κομπαστής,ἀκαζών,μεγαλαυχος,βουγαῖος,)Gloriosus. Quintil.lib.11.cap.1,de Cicerone,Is quidem rerum à se gestarum maior quàm eloquentiæ fuit in orationibus vtiq; iactator.Gellius lib. 18.cap.4. A pollinaris Sulpitius vir in memoria nostra ꝓter alios doctus,iactatorem quempiam & venditatorẽ Salustianæ lectionis arcebat.
Acer in absentes linguæ iactator.Claud.1.in Eutrop.76.
Immodicus proprii iactator honoris.Claud. 3.Paneg.6.
Iactantia,iactantiæ,(μεγαλαυχία,μεγαλαγορία,κενοδοξία,) Idem quod iactatio. Quintil.lib.9.cap.2,Veritus opinionem iactantiæ.Idem,Hoc enim inanis est iactatiæ.Tacit.lib.1,Iactantia,gloriaq; ad posteros.
Frivola iactantia.Quintil.lib.1.cap.6.13.
Inanis iactantia.Quintil.lib.1.cap.8.12.
Minuere iactantiam.Quintil.lib.6.cap.3.51.Eleuandi ratio est duplex, vt aut veniam quis,aut iactantiam minuat.
Iactanter,Iactuose,Iactuosus,(κομπαστικῶς,)nusquam legontur. Quod autem quidam probant ea ex Cicerone,non iactuosè,neque iactuosus in iis locis quos adducunt,legi debet:sed actuosè & actuosus.
Iactura,iacturæ,penult.prod.(ἐκκοπή,ζημία,ὄλεθρος,)Proprè damnum dicitur,quod fit præcipuè in mari: quum quis magnas mercẽs quas locauerit,tempestate ingruente,cogitur in mare conicere,ne nauis ebrietur.Salustius ad Cæsarem,Siquid aduersi coortũ est,de illis potissimũ iactura fit,quia pretii minimi sunt.
Decoris ablati iactura.Ouid.9.Metam.10.
Humani generis iactura.Ouid.1.Metam.50.
Leuis iactura.Claud.2.in Eutrop.24.
Mediocris iactura.Iuuenal.Saty.13.1.
¶ Accipere iacturam,Vide ACCIPIO.
Afferre iacturam,Vide AFFERO.
Iacturam rei familiaris facere.Cic.2.de Finib.27. Et apud Martialem lib.5.131.Vide FACIO.
Pati iacturam,Vide PATIOR.
Iaculum,iaculi,penult.correp.(ἀκόντιον,βολίς,ἀγκύλη,σαυρία,)dicitur quicquid in longum iaci potest. Plaut.Trucul.3.11. Tentant bestiæ gnusne,an bonæ frugi fiest quasi in piscinam Rete qui iaculum parat: quando abiit rete pessum,abducit. Iaculum(inquit Varro) dicitur, quòd vt iaciatur,fit. Quintilian.libro 8.cap.2, Qui iaculum emittit,iaculari dicitur.

Audax iaculis.Silius lib.2.124.
Infigitur iaculo.Virg.10.Aeneid.150.
Missa iaculorum turba. Ouid.3.de Ponto,eleg.7.7.
¶ Acumen iaculum.Virg.4.Aeneid.10.Vide ACVO.
Lethale iaculum.Ouid.5.Metam.37.
Velocis iaculi certamina.Virg.2.Georg.106.
¶ Dirigere iaculum totis viribus.Senec.Hippol.6.16.
Ictus iaculis aut lapide,Vide ICO.
Inuadere aliquem iaculis.Silius lib.15.72.
Intorquent iaculum.Virg.9.Aeneid.11. Ouid.5.Metam.18.
Moliri iacula,Vide MOLIOR.
Perlibrat iaculum ad ossa Silius lib.15.137.
Torquere iaculum Iacerto.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.12.
Iaculor,pen.corr.iaculãris,(ἀκοντίζω,κατακοντίζομαι,σαυροβολέω,) iaculari, Longè iacere.Iuuenal.Saty.1.2.
-quantas iaculetur Monychus ornos. Colum.lib. 2. Faba quæ longius emitterur, pura eò peruenient, quò ventilator eam iaculabitur. Idem lib.10.31. Sæpe ferus duros iaculatur Iuppiter imbres. Liu. 2. bel.Pun.210.Et quum in latus dextrum,quod petebat,Numidæ iacularentur,&c.Horat.1.Carm.ode 2. -& rubente
Dextera,særas iaculatus arces
Terruit vrbem. Sic Plinius lib.8.cap.8.2.
Abrupta quædam iaculantur.Quintil.lib.2.cap.11.5.
Ferro iaculabor acuto. Ouid.in fabu.10.
Iuppiter iaculatur fulmina.Ouid.1.Metam.13.
Saxa iaculans Gigantea Iacerto.Ouid.14.Metam.57.
Iaculari,pro Moliri.Horat.2.Carm.ode 16.4. Quid breui fortes iaculamur æuo Malta?
Iaculo,iaculas,(ἀκοντίζω,) etiam dicitur.Claudianus.
-latis iaculabat in armis.
Iaculatus,pen.prod.Participium,(ἀκοντιστής,) vt
Ignes iaculata e nubibus.Virg.1.Aeneid.10.
Iaculator,pen.prod.(ἀκοντιστής,ἀκροβολιστής,) Qui iaculum emittit. Liui. 1.bel.Pun.98.Pro eo supplementum iple ex Africa, maximè iaculatorum leuium armis petit.Ibidem,lib.7.69.Annibal turmatim per equites,peditumque iaculatores leuia certamina serens,&c.
Audax iaculator.Horat.3.Carm.ode 4.12.
Iaculatores dicuntur de errare.Vide DERRO.
Iaculatrix,pen.prod.(σαυροφόρος,) Verbale fœmininum: vt Diana iaculatrix.Ouid.5.Metam.76.
Iaculabilis,& hoc iaculabile,pen.corr.(ἀκοντιστός,) Quod iaculari potest vt Telum iaculabile.Ouid.7.Meta.138.Claud.2.in Eutropium 34.
Pondus iaculabile.Stat.6.Thebaid.132.
Iaculus,iaculi,pen.cort.m.gen.(ἀκοντίας,) Serpentis genus,qui subit arbores,è quibus se vi maxima vibrat,penetratque quodcunque animal obuium fuerit fortuna.Plin.lib.8.cap.23.Iaculum ex arborum ramis vibrari: nec pedibus tantum pauendas serpentes,sed & missili volare tormento.Lucan.li.9.145.Et natrix violator aquæ,iaculique volucres.
Iaculatorius.Adiectiuum.vt Campus iaculatorius. Vlpian. in L. Item Parag.Sed si.ff.Ad leg.Aquil.
IALYSOS,pen.prod.(ἰάλυσος,) Rhodi insulæ vrbs, teste Pomponio lib.2.in Rhodo (inquit) tres quondam erant,Lindos,Camiros, Ialysos. Ialysos autem hæc ipsa est, quæ Telchinas olim aluit, his qui in Creta floruere,cognomines, maleficum genus hominum,& præstigiis infame. Historiam Ouidius indicat lib. Metamorpho. 7. Vide Plinium libro quinto,cap.31.

Iam, Aduerbium temporis,(ἤδη.)

¶ Iam,Properantis,& se aliquid protinus facturum indicantis. Terentius Adelph.1.2.1.Tace,egomet conueniam iam ipsum. Idem And. 5.4.51.Recte admones:Dauo iltus dedam iam negotii. Idem Eunucho 5.7.20. Idem Phorm.2.3.4. Plautus Trucul.4.95.
Iamò ab eo vt nuntiatum est,iam hîc adfuturum aiunt:cum nondum Aduenisse miror. Terent.Adelph.4.2.51.
-ego iam prospiciam mihi:
Nam iam adibo atque vnum quicquid, quod quidem erit bellissimũ, Carpam. Plaut.Aiuna.12.15.Sermoni iam finem face tuo, huius sermonem accipiam. Idem Mostel.6.18.
¶ Iam,Increpatio moræ.Terentius Eunuch.3.2.39.
Iamne mihi THAIS primùm introducam,& quæ volo
Simul imperabo postea continuò exeo. Hoc est, quid cessamus? iam debuissemus reduisse.
¶ Iam deinde, in principio sententiæ, Id est iam primum,vel principiũ. Cic.3.Verr.81.Iam quid id ad Prætorem,vtei possessor sit? Budæus.
¶ Iam,Renuntiatio perpetuitatis,inquit Donatus. Teren.And.2.1.15. Vxorem tibi iam non dat Chremes.P.qui scis?o.scio. Plaut.Bacch. 2.30. -illic sis vide:
Non pædagogum iam me,sed Lydum vocat. Varro de Re rust.lib.2. cap.4.Quum porci depulsi sunt à mamma,à quibusdam delicis appellantur:neq; iam lactentes dicuntur. IAM eleganter dixit,pro eo quod nunc plerique dicunt AMPLIVS.
¶ Iam,pro Iam verò. Cice.de Senect.53.Iam ortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Budæus.
¶ Iam,Modò. Terent.Eunuch.5.2.43.Te quoqi iam Thais,ita me dibene ament,amo.Idem Adel.2.4.12.Quid ait tandem nobis Sannio?s. iam mitis est. Ibidem.4.3.87. Idem And.5.2.4.Plaut.Trucu.17.31.
-puer quidem beatus,matres duas Habet,& aulas duas:iam metuo patres quot fuere.vide sis.
Facinus muliebre.Cic.de Amic.9.De me autem(vt iam cum vtroque loquar)sic habetote.
Iam geminatum,pro Modò,siue interdum similiter geminato. Horat.2. Serm.satyr.7.Iam vino quærens, iam somno fallere noctem.Ibidem.
Iam moechus Romæ:iam mallet doctus Athenis
Viuere. Virgil.6.Aeneid. Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Iam, pro Incerto & non constituto tempore.Tibul.lib.1.eleg.14.
Iam veniet tenebris mors adoperta caput:
Iam subrepet iners ætas,nec amare decebit.
¶ Iam,pro Posthac. Cicer.ad Terentiam, libr.14.14.1. Vestrum iam consilium est non solum meum,quid sit vobis faciendum. Idem Terentiæ,lib.14.4.7. Sed quid Tulliola mea fiet?iam id vos videte: mihi deest consilium.
¶ Iam,pro Nunc temporis.Terent.And.3.4.2. Cur vxor non accersitur?iam adueſperascit. Idem Eunuch 4.2.5. -dum hæc puto Præteriit imprudens villam:longè iam abieram. Ibidem,5.7.7.
Defessa iam sum mísera de te ridendo. Plautus Merc.1.2.73.
Iam dixistis n.dixi.e.frustra dixti.
Iam est,vel Iam sunt, vel etiam sine addito,pro temporis significatione certa, & ꝓxè sequitur quum,aut accusatiuus, aut ablatiuus. Plautus Merc.9.35. Ecastor iam biennium est quum mecum rem ille cœpit. Idem Rud.4.43.
Non hercle adolescens,iam hos dies complusculos
Quenquam istic vidi sacrificare. Idem Aulul.3.4.Hanc domum iam multos annos est quum possideo & colo. Idem Mostel.13.16. Quin, sex menses iam hîc nemo habitat.Plaut.Truc.88.35. -mater Ancillas iubet,quoniam iam decimus mensis aduentat propè.Idem Curcul. 1.14.Hoc Aesculapii fanum est.PLAUTUS iam anno scio.
¶ Iam, Statim,mox,confestim.Terent.Eunuc.2.1.13. Nam aut iam reuertẽs:aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Ibidem,1.2.6. Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Idem Adelph.1.10. Plaut.Aulul.5.16. -occlude fis
Fores ambobus pessulis,iam ego hîc ero. Idem Trucul.4.98.
-sed iam nunc Dinarche,
Quàm mox te recepisti, iam hîc ero, propè est profecta quò fum. Terentius Andr.1.1.15. Quum illo aduenio, solutudo ante oblitum iam id gaudeo. Cicero pro Placco,44. Iam illud videro: sed primùm illud tenebo.
¶ Iam,Tarditatis signum,pro Tandem.Terent.And.1.2.19.
Dehinc postulo,siue æquum est,te oro Daue,vt redeat iam in viam.
Idem Adelph.2.1.21.
Non innueram:verùm in istam partem potius peccato tamen.I nunc iam. Vbi Donatus,Nunc iam duæ,partes sunt.Et bene iam quia serò & post plagas.
¶ Iam, pro Tunc.Quintil.Quòd si satis prudenter ea viderint,iam ꝓpè consummata fuerit præcipientis opera.
¶ Iam à pueris,Statim ab infantia. Terent.Heaut.Qui nos putant iam à pueris ilico nasci senes. Cic.Lentulo,lib.1.9,94. Iam à prima adolescentia delectarunt.
Iam à principio. Saluſt.in Iugurtha,Ad hoc Pop.Rom. iam à principio inopi melius visum est,amicos quàm seruos quærere.
Iam ab illo tempore quum venisti in Italiam.Cic.Cælio,lib.2.14.9.
Iam ab illo tempore quum in Cumanum mihi obuiam venisti. Cicero Cælio,lib.2.15.0,
Iam abhinc.Cic.4.Ver.90.Comitiis iam abhinc triginta diebus habitis.
Iam antea petiui abs te.Cic.ad Atticum,lib.16.34.1.
¶ Iam continuò.Plaut.Cistell.Quod lubet,non lubet iam id continuò.
¶ Iam diu,Per longum tempus significat.Plaut.Menæch.7.16.
Hominem inter vnos quæritamus mortuum.
Nam inuenissemus iam,diu si viueret. Idem Milit.4.17.
Ego iam diu apud hunc seruitutem seruio. Idem Pœnulo,18.19.Idẽ Epid.2.9. Terent.Eunucho,3.5.12.
-hoc euasit,quamprídem pater
Mihi & mater mortui essent:dico iam diu. Donatus, Iam olim interpretatur. Ibidem,5.6.30.
Nam iam diu aliquam causam quærebat senex,
Quamobrem iniqui aliquid facerem:is nunc repperit. Cicer.de Senect.17.Carthagini male iam diu cogitanti. Gellius lib.3.cap.1.Iam diu in ipso quærendo fui. Cicer.ad Callum,lib.15.14.3,Vt eo quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iam diu plurimi facio, tanto interuallo viderem Idem Cælio, lib. 2. 13.3. Nam iam diu propter hyemis magnitudinem nihil noui ad nos adferebatur.

Idem iam diu non facit. Cice. 1. de Diuina. 69.

Iam diu expectans Varro. Cic. 1. Acad. 5.

Iam diu flagitat. Cic. 1. Verr, 14.

Iam diu hæc tractantur à Græcis. Cice. 1. Acad. 36.

Iam diu est quòd. Plaut. Amphit. 4. 148, Agite pugni, iam diu est quòd vêtri victum non datis. Idem Merc. 19. 1. Syra non redit, quam accersitum patrem iam diu est quòd miseram.

Iam diu factum est quom. Plaut. Asin. 6. 3. Iam diu factum est quom discessi ab hero, atque abisti ad forum.

Iam diu factum est postquam. Plaut. Persa, 13. 42. Iam diu factum est post quam bibimus: nimis sicci sumus.

¶ Iam dudum, pene prod. inquit Valla, de paruo tempore dicitur, vnius horæ aut semihoræ, aut duarum horarũ, aut certè breuissimi temporis. Terent. Adelph. 4. 1. 1. Asin' patrem hinc abisse rus? 5. iam dudum. Idem Eunucho. 4. 6. 5. Thais ego iam dudum hîc adsum. Ibidem. 4. 7. 46. Iam dudum est animus in patinis. Idem And. 5. 4. 46. Plaut. Menæh. 9. 59.

–iam dudum mulier tibi
Non imprudens aduersabar, hunc metuebam. Idem Epidico, 9 28.

–quia dixit mihi

Iam dudum alius, se rum vidisse hîc filium. Idem Amph. 5. 29. Cice. Pulchro, lib. 3. 12. 8. Vides sudare me iam dudum laborantem quomodo ea tuear. Idem de Amicitia, Ea quam iam dudum tractabamus stabilitas.

Iam dudum est intus. Plautus Asin. 12. 151.

Iam dudum aliquem expectare. Cic. 2. de Orat. 16.

Iam dudum factum est quum abisti domo. Plaut. Trinum. 1. 4. 3.

Iam dudum vereor ne, &c. Cic. 6. Verr. 97.

Iam dudum te illud hortor. Cice. in Catil. 9.

Iam dudum, pro Nimium & valde, vel iam pridem. Teren. Eun. 3. 1. 58.

Quando illud quod tu das, expectat atque amat,
Iam dudum amat te, iam dudum illi facile fit
Quod doleat.

Iam dudum, pro Iam primum. Terent. Andr. 1. 4. 1. Audiui Archillis: iam dudum Lesbiam adduci iubes.

Iam dudum ætatem. Terent. Eunucho. 4. 5. 8. Iam dudum ætatem lites sunt inter eos factæ maximæ. Vbi Donatus, Quia iam dudum finitæ moræ est, addit AETATEM, vt ostendat multum abisse temporis vt factum est.

¶ Iam fermè. Terent. And. 1. 5. 49.

Iam fermè moriens, me vocat, accessi.

¶ Iam iam, Repentè, mox: geminatio enim temporis celeritatem denotat. Plaut. Curcu. 15. 29. Iam iam faciam vt iusseris. Ibidem. 5. 18. Iam iam noui, leno est Cappadox. Idem Milit. 16. 60.

Et vos intrò abite actiũtu: nam illum huc sat scio
Iam iam exiturum esse intus.

Iam iam desino. Terent. Adelph. 5. 3. 67.

Derides: fortunatus qui istoc animo fies:
Ego sentio. M. ah pergisne? o. iam iam desino.
M. I ergo intrò.

Iam iam intelligo Crasse quid dicas Cic. 3. de Orat. 51.

Iam iam sat est. Plaut. Milit. 4. 91. Iam iam sat amabo est sine vt abeam, si possum, viua à vobis.

Iam iam, figuratum est per indignationem aut miserationem. Virgili. 4. Aeneid. 75.

–iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. Cicero Attico, Iam iam Dolabella neque tui, neque tuorum liberorum miseret. Budæus. Vide Laurentium lib. 2. cap. 47.

Iam iamque, Id est mox, celerrimè. Plaut. Pseud. 4. 88. Tu autem quæ p capite argentum mihi iam iamque sæpe numeras. Cic. ad Atticum, lib. 7. 139. 5. Mihi dubium non erat quin ille iam iamque foret in Apulia Idem ad Brutum. 14. 3. Tibi iam iamq; faciendum est. Idem ad Cassium, lib. 12. 10. 9. Vos expectaui, Brutum quidem iam iamque. Idem ad Atticum lib. 7. 138. 2. Illum ruere nuntiant, iam iamque adesse. Sic 3. de Finib. 74. Vt iam iamque possint emergere. Virg. 2. Aeneid. 106.

–iam iamque manu tenet, &c. Ouid. 1. Metam. 18.

¶ Iam inde, Ab hoc tempore. Videtur enim tempori metam constituere quo aliquid fit, vel fieri cœptum est. Cice. in Vatinium. 10. Ac tibi iam inde præscribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas.

Iam inde ab adolescentia. Plaut. Bacch. 24. 1.

Hi senes nisi fuissent nihili, iam inde ab adolescentia,
Non hîc tantum flagitii facerent. Terent. Adelph. 1. 1. 16.

–is adeò Dissimili studio est iam inde ab adolescentia.

Iam inde à patre atque maioribus, &c. Cic. pro Flacco, 41.

Iam inde à teneris impende laborem. Virg. in Georgicis.

Iam inde ab Aristotele. Cic. in Orat. 70, Est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele constituta. Liuius de bello Maced. Tartare gentem aduersam Romanis iam inde ab Racilii morte.

Iam inde ab initio. Liu. 1. Vrbe, 7. Iam inde ab initio minimè lætus nouæ origine vrbis. Ibidem, 19, Iam inde ab initio Faustulo spes fuerat, regiam stirpem apud se educari. Ibidem, Vt institutum iam inde ab initio erat.

Iam inde à principio. Plaut. Pseud. 15. 14. Iam inde à principio probaui. Idem Casina, 2, 4, Vt vos mihi æquos iam inde à principio scram. Cic. pro Corn. Balbo, 23, O iura præclara, atque diuinitus iam inde à principio Romani nominis à maioribus nostris comparata. Et de prouinciis Consularibus. 17. Liu. 4. bell. Maced. 1. 90. Iam inde à principio ad nostram vsque ætatem traducentes. Salustius in Iugurtha, Iam inde à principio belli Iugurthini.

Iam inde à principiis. Liu. 4. bell. Pun. 217. Ita iam inde à principiis gentis maiores suos bella gessisse.

Iam inde à cunabulis. Varro de Re rust.

Iam inde à certaminibus. Liu. ab Vrbe cond. Iam inde à paternis certaminibus inuisus.

Iam inde à Consulatu meo testis. Cice. 14. Philipp. 306. Sic ad Atticum, lib. 13. 39. 1. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde à quæstura mea Siciliensi.

Iam inde à puero. Plaut. Stich. 4. 22. Quia iam inde à pusillo puero ridiculus fui. Liu. 4. bel. Pun. 22. Et iam inde à puero in omnibus militaria iura assuetum. Terent. Adelph. 3. 3. 86. Vah homo antiquus nobis iam inde à puero.

Iam inde antiquitus. Plin. in Paneg. 136. Video enim iam inde antiquitus maritos deorum, ac deorum liberos, nec dignitate nuptiarum tantum, quàm his artibus inclaruisse. Liu. 4. bell. Maced. 104. Hi sunt iam inde antiquitus castellani agreste genus.

Iam inde ætate. Plaut. Merc. 9. 23.

Bonam hercle te & frugi arbitror natura, iam inde ætate
Quum scis facere officium tuum.

Iam inde vsque à pueritia. Terent. Heaut. 1. 2. 9.

–nam mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia
Semper fuit familiaritas.

¶ Iam nunc, quod & Nunc iam dicitur, Certi temporis quod præsens est indicationem faciens. Cice. 1. Verr. 21. Iam nunc mente & cogitatione prospicio, quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sint. Ibidem 23. Quæ quum cogito, iam nunc timeo. Virg. 1. Georg. 9.

–& votis iam nunc assuesce vocari. Propertius,

–iam nunc me sacra Dianæ
Suscipere, & Veneri ponere sacra iuuat. Cice. ad Atticum, lib. 13. Hermæ tui Pételici, cum capitibus æreis, de quibus ad me scripsisti, nunc admodum delectant. Ouid. 3. de Arte. 12.

Venturæ memores iam nunc estote senectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Iam nunc, quod Barbari dicunt, Totum 2. nunc. Terent. Andr. 1. 1. 16.

Eamus nunc iam intrò.

Nunc iam, Vide NVNC.

¶ Iam olim. Id est, tam à lõgo tempore. Cicero, Iam olim principio illud statueram. Quintil. libr. 8. Sed in foro tamen illam iam facilitatem olim desyderamus.

Iam olim, Aliquando. Terent. Eunuch. 3. 5. 39.

–& quia consimilem luserat
Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi. Virg. 2. Georg. 81. Et iam olim seras posuit quum vinea frondes.

Iam olim. Pomponius, in L. Sub conditione. ff. de Solutionibus. Sub conditione debitor, si acceptum feratur, postea conditione existente intelligitur iam olim liberatus: & hoc etiam si solutio re fiat, accidit. Aristo dicebat.

¶ Iam porrò. Cic. 5. Verr. 98. Iam id porrò vtrum libentes inuiti debant.

¶ Iam pridem, pen. prod. De paruo tempore dicitur. Plautus Rudens. 23. 23. Vidulum istum quoius est, noui ego hominem iam pridem. Idem Bacchid. 13. 35 Istud iam pridem scio. Idem Amph. 4. 149.

Iam pridem videtur factum, heri quòd homines quatuor
In sopòrem collocastis nudos. Terent. Hecy. 2. 1. 22. Iam pridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenã. Id est, iam aliquãto ab hoc tempore audiuisse ait Valla lib. 2. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 17. 3. Quod si timor vestræ crudelitatis non esset, eiecti iam pridè hinc essemus. Sic Cicero 4. Verr. 19. Et in Catil. 1. Item 1. Acad. 21.

Iam pridem, De longiori tẽpore. Plinius Quod maiores nostros iã pridem fecisse manifestum est: quod genus nuper & patrum fere nostrorum memoria inuentum est.

Iam pridem, Continuò. Lucanus libr. 1. 71. Tollite iam pridem vitia, tollite signa. Si iam pridem ad verbum TOLLITE referatur, Continuò significat: si verò ad nomen VICTRICIA, Iam diu significat.

Iam

¶ Iam primum, pro Nunc primùmhoc est, tantum nunc, vel nunc solũ. Terent. Adelph. 3. 2. 40. Iam primum illum alieno animo à nobis esse res ipsa indicat.

Iam primum, pro Primò. Salust. in Catil. Iam primum adolescens Catilina, multa nefanda stupra fecerat cum virgine nobili. Terent. Andri. 3. 2. 32.

Iam primum hæc se è Pamphilo
Grauidam dixit esse: inuentum est falsum.

Iam primum omnium satis constat, Troia capta, in cæteros sæuitum esse Troianos. Liu. 1. ab Vrbe, 1. Et lib. 3. 85. Iam primum omnium, inquit, Quirites, in Volscos & Aequos mihi atque Collegæ legiones ducere in animo est.

¶ Iam tandem. Cic. Terẽtiæ, lib. 14. 23. 1. Red. litæ mihi iam tandem sunt à Cæsare literæ. Idem pro Lege Agrar. 100.

Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Virg. 6. Aeneid. 13.

¶ Iam tum, pro eo quod barbare dicitur ex tunc. Cice. pro A. Licinio, Ita se iam tum gessisse pro ciuitãte temporibus quæ tu criminaris. Idem 7. Verr. 6. Iam tum quum bello fugitiuorum tota Italia arderet. Idem pro Cluentio, 86. Qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente Rep. floruerunt, Virgil. 8. Aeneid. 70.

Iam tum religio pauidos terrebat agrestes. Idem 2. Georg. 85.

Iam tum acer curas venientem extendit in annum.

¶ Iam vero ipsa terra ita mihi parua visa est, vt me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, pæniteret. Cic. in Som. Scip. 13. quo loco legitur & sine VERO. Idem 7. de Orat. 46. Iam verò narrationem quod habent verisimilem esse, & apertam & breuem: restè nos admonent, &c.

Iam verò, secundo loco positum. Cic. de Claris Orato. Probabilis orator iam verò etiam probatus. Videtur hîc pro similitãr positum vel est potius correctio, quasi dicat, Quid dico probabilis? imò iam probatus.

¶ Iam vsque ab. Cic. 1. de Diuin. 1. Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus, eaque & Pop. Rom. & omnium gentium confirmata consensu, versari quandam inter homines diuinationem.

IAMBLICVS, pe. corr. (ἰαμβλίχος.) Pythagoricus Philosophus è Chalcide Syriæ, fuit Porphyrii discipulus, Constantini magni tẽpore. Adeò profecit, vt secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam differre videretur doctrinamisi quòd ille melior facilitate candoreque orationis, hic paulo durior habebatur: ac vt de Xenocrate Plato dicebat, venere dicendi carebat. Moribus adeò probatus, vt eius vitæ abstinentia, modestiaque ea tempestate cognita fuerit. Huius etiã meminit B. Hieronymus.

Iambus, (ἴαμβος,) pedis genus constans ex breui & longa, vt docés, ab ἰαμβίζειν, id est maledicendo. est enim pes versibus maledicis aptissimus. Alii ab Iambe puella deducunt. Appellatur quoque Daunius, & Gradarius.

Syllaba longa breui subiecta vocatur Iambus. Horat. de Arte, 51.

Criminosi Iambi. Horat. 1. Carm. ode 16. 1.

Pariti Iambi. Horat. 1. epist. 20. 5.

Pugnax Iambus. Ouid. in Ibin, 105.

Iambum facere. Quintil. lib. 1. cap. 5. Ne fiat iambum.

Truces vibrare iambos. Catull. in annales Volusii. 34. 1.

Iambeut. pen. prod. Adiectiuum, (ἰαμβεῖος,) vt Trimetri Iambei. Horat. de Arte, 52.

IAMESA, (ἰάμεσα,) Ptolemæo lib. 1. cap. 3. æstuarium Britannici maris: Tamesis, fluuius, Cæsari. hodie Thamis dictus.

IANA, (ἴανα,) Prius: & deinde Diana, n literæ appositione, vt Nigidius ait.

IANICVLVM, pen. corr. (ἰανίκυλον,) Oppidum non procul à Roma: dictum quia per eum Pop. Romanus transire cœperat in agrum Hetruscum, vt ait Festus: seu quòd Ianus illud condiderit. Solinus, Quis dubitat Ianiculum à Iano non fuisse nominatum?

Ianitor, Vide IANVA.

Ianthinus, pen. corr. (ἰανθινος,) Adiect. Violaceus, siue coloris purpureis: ἀπὸ τοῦ ἴον, quod est viola, καὶ τὸ ἄνθος, τοῦ ἄνθους, quod florem significat: hoc est quasi violaceus flos. Martialis li. 2. 59. Coccina formosæ domas & ianthina mœchæ. Subaudi, indumenta. Plin. lib. 11. cap. 6. 1. Violis honos proximus: earum plurima genera: Purpureæ, lutteæ, albæ: plantis omnes vt olus satæ. Ex is verò quæ ipsorte apricis & macris locis proueniunt, purpureæ, latiore folio statim ab radice carnosa exeunt, iolæque Græco nomine à cæteris discernuntur: appellata Ia, vt ab his Ianthina vestis. Ibidem, cap. 8. 1. Luxuria vestibus quoque prouocauit eos flores qui colore commendantur. Hos animaduerto rosis esse principales. Vnum in cocco, qui in rosis micat. &c. Alium in amethysto, qui in viola: & ipse in purpureum: quemque ianthinum appellauimus.

Ianua, ianuæ, (θύρα, πυλών,) Ostium, aditus, fores. Valla lib. 4. Portarum est, munitionumque atque castrorum: Ianua parietis ac domorum. Cicero. 3. Verr. 46. Seruis suis Rubrius vt ianuam

clauderent, & ipsi ad fores assisterent imperat. Vide IANVS. Plaut. Asin. 8. 10.

Ianuam & ostium pro eodem ponit Cicero 2. de Orat. 153, Vt illud Nasicæ, qui quum ad poetam Ennium venisset, eiq; ab ostio quærenti Ennium, &c. quum ad Nasicam venisset Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Nasica, &c.

Ianua, atque vestibulum. Cic. 1. de Orat. 99. Q. Mutii ianua & vestibulũ, quod, &c. maxima quotidie frequentia ciuium ac summorum splendore hominum frequentatur.

¶ Ad aperta ianua. Ouid. 14. Metam. 148.

Simia aperta ianua. Ouid. 1. Amor. ele, 6. 1.

Clausa ianua. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 14.

Firma ianua. Ouid. 2. Amor. eleg. 12. 1.

Laxa ianua ferenti, surda perenti. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 16.

Maxima ianua. Cato cap. 14. 1.

Pulsata ianua sepulchri. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 5.

¶ Ianuam saxis cædere, Vide CARDO.

Effingere & reuellere ianuam. Cic. pro Murena, 11, Eam vrbẽ sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauisset: qua effracta & reuulsa, tota pateret prouincia.

Ianuam obseruare. Vide OBSERVO.

Patefacere ianuam, Vide PATEFACIO.

A Ianua quærere aliquem. Cic. 2. de Orat. 53.

¶ Ingredi ianua aliqua in causam, per metaphoram. Cice. pro Plancio, 6, Itaq; quãquã qua nolui ianua sim ingressus in causam, sperare videor, tantum abfuturam esse orationem meam, &c.

Ab hoc aditu, ianuaque patefacta peruenire ad ea quæ cupimus. Cicero 1. de Orat. 101.

¶ Mortis ianua. Silius lib. 11. 38.

Ianitor, pe. cor. Ianitõris, m. g. (πυλωρὸς, θυρωρὸς,) Cui ianuæ custodia cõmissa est. Cic. 5. Ver. 7. Hunc vestri ianitores, hunc cubicularii diligũt.

Ianitores ex equestri loco ducenti, stipatores corporis. Cicero 2. pro Lege agrar. 43.

Ianitor carceris. Cic. 7. Verr. 97.

Catenatus ianitor, Vide CATENA.

Ingens ianitor. Virg. 6. Aeneid. 80. Cerberum intelligit.

Ianitrix, pen. corr. ianitrĭcis, pen. prod, f. g. Plaut. Curcul. 1. 76. Anus hîc recubare solet custos ianitrix. Plinius lib. 15. cap. 30. 1. Laurus triumphis proprie dicatur, vel grauissima domibus ianitrix Cæsarum, Pontificumque. Id est, quæ solet plantari ante domos Cesarum & pontificũ.

Vxores duorum fratrum dicuntur Ianitrices, Modestino in L. Non facile, §. Ad fines sunt. ff. de Gradibus cognationum in quibusdam exemplaribus non legitur dictio Ianitrices, sed vnico contexto ita legitur, Duorum fratrum vxores dicuntur apud Græcos ἰωνίτρισι.

Ianuarius, (ἰανουάριος, γαμηλιών,) Primus mensium, quem Numa Pompilius à principio deo, hoc est Iano appellauit: qui primum anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem, respicientem & prospicientem transacti anni finem, futurique principia.

Ineunte Ianuario, Vide INEO.

IANVS, (ἰανὸς) antiquissimus Italiæ rex, Saturnum in regni societatem asciuit. Eum aiunt primum in Italia diis templa fecisse, ritusq; sacrorũ instituisse, ac ideò eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam. Vide Macrobium cap. 7. 8. 9. libri primi.

Ianus, Ab hiatu dictus est, detracta aspiratione, quem quidam Solem putantideo geminum, quia vtriusq; ianuæ cæleitis potẽtem, qui exoriẽs aperiat, occidens claudat. Alii Ianum mundũ, Id est cælum intelligunt, quasi eanum ab eundo, vt inquit Cicero lib. 2. de Natur. deor. 97. quia mundus semper eat dum in orbem voluitur, & ex se initium faciens in se refertur. Hinc & bifrons plugitur. duas enim facies antè & retro habere dixerũt, quòd annus ex se initium faciẽs, finì occurrat. Vel quòd præterita sciuerit, & futura præuiderit: seu quòd superorum & inferorum ianitor extiterit. Huius templum erat Romæ, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: vnde Patuleius & Clausiuus cognominabantur. Hunc etiam quadrifontem fecerũt ob quatuor orbis partes, & Ianum geminum vocitarunt. Et Iunonium, quia Calẽdarum princeps. Calendæ enim sunt Iunoni dicatæ.

Ianus erat locus Romæ vbi fœneratores consistebant in regione Basilicæ: quoniam in eo Iani simulacra collocata videbantur. Ouid. Qui pueri, Calendas, Ianumq; timet, celeresq; Calendas.

Iani quoq; peruiæ transitiones, foresq; in liminibus profanarum ædium, Ianuæ nominabantur teste Cicerone 2. de Nat. deo. 97. Suet. in Domitiano, inquit, arcusq; cum quadrigis & insignibus triumphorum per regiones vrbis extruxit.

Iani templum fuit Romæ, quod belli tempore apertũ, pacis clausum fuit, vt author est Seruius: Constat, inquit, templum hoc ter esse clausum. Primum regnante Numa: item post bellum Punicum secundum: tertiò post bella Actiaca quæ confecit Augustus. quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes, sed bella flagrauere ciuilia. Huius autẽ claudendi, vel aperiendi templi ratio varia est. Alii

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo esset vt vincere
tur, calidam aquam ex eodem loco erupisse, quæ fugauit exercitũ Sa
binorum. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirẽt templum,
quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem pristini auxilii. Alii
dicunt Tatium & Romulum fœdo fœdere hoc templum ædificasse.
Vnde & Ianus ipse duas facies habet, quasi vt ostendat duorum regũ
coitionem: vel quod ad bellum iturí debent de pace cogitare. Est alia
melior ratio, quòd ad prælium iturí optẽt reuersionem. Hæc Seruius
enarrans illud Aeneid. 1.60. –dirè ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæua sedens super arma, &c.
Mensis Ianus. Ouid. 1. Fast. 10.
Anceps Ianus. Ouid. 14. Metam. 57.
Belliger Ianus. Lucan. lib. 1. 13.
Biformis Ianus. Ouid. 1. Fast. 86.
Biceps Ianus. Ouid. 1. epist. 13.
Bifrons Ianus. Virg. 12. Aeneid. 40.
Custos pacis Ianus. Horat. 2. epist. 1. 52.
Anceps mirandus imagine Ianus. Ouid. 1. Fast. 19.
Ianãlis, pen. prod. Adiect. (ἰανάλιος,) vt Virga Ianalis. Ouid. 2. Fast. 33.
Virgaque Ianalis de spina sumitur alba,
Qua lumen thalamis parua fenestra dabat.
IAPETVS, pen. corr. quadrisyllabum, (ἰάπετος,) Cœli & Terræ filius, vt inquit Hesiodus. Hunc quidam Promethei patrem fuisse asserunt. Ouid. 1. Metamor. 17.
Siue recens tellus, seductaque nuper ab alto
Aethere cognati retinebat semina cœli,
Quam satus Iapeto mistam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
Audax Iapeti genus. Horat. 1. Carm. ode 3. 6.
Trux Iapetus. Valer. 1. Argon. 114.
IAPIS, pe. prod. lapidis, (ἰάπις,) Nomẽ, prũ Aetoli, qui quũ ad regionem Veneriæ venisset, oppidum de suo nomine condidit, à quo ea pars vbi Timauus fluuius est, Iapidis nomen sumpsit. Virg. 3. Georg.
–castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui.
IAPYX, pen. prod. trisyllabum, huius Iapygis, pen. corr. (ἰάπυξ,) Dedali filius, à quo Iapyges populi. Solinus cap. 8.
Agri Iapygii. Solinus lib. 8. 44.
Arua Iapygis. Ouid. 15. Metam. 11.
¶ Iapyx, ventus est ex Apuliæ ora proficiscens, quem eundem Caurum Gellius lib. 2. esse iudicat. est enim Occidentalis, & vtilis Græciam petentibus ex Italia, vt testatur Horatius lib. 1. Carm.
Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida sidera,
Ventorumque regat pater
Obstrictis aliis, præter Iapyga Nauis, &c. Lucan. lib. 6. Excipit aduersus Zephyros & Iapyga Pindus. Virg. 8. Aeneid. 140.
Illam inter cædes pallentem monte futura
Fecerat ignipotens, vndis, & Iapyge ferri. Hoc est vento qui de Apulia flans optimè ad Tarentum ducit. Seruius.
Albus Iapix. Hrat. 3. Carm. ode 17. 4.
IABRAS, Vide HIABRAS.
IASIS trisyllabum, pen. corr. huius Iasidis, (ἰάσις,) dicta est Atalantis, ab Iasio patre. Vide Scheneus.
Dura Iasis. Propert. lib. 1. eleg. 1. 2.
Iasides, pen. corr. (ἰασίδης,) Palinurus. Virg. 5. Aeneid. 168.
Dux Iasides. Stat. 6. Thebaid. 193.
Iasides, pen. corr. Patronymicum, &c.
IASIVS quadrisyllabum, (ἰάσιος,) Dardani frater. Nam Dardanus, inquit Seruius, & Iasius fratres fuerunt, Electræ filii: sed Dardanus de Ione, Iasius de Corito procreatus est. Hæc Seruius apud Virgilii Aen. 3.
Hæ nobis propriæ sedes, hinc Dardanus ortus
Iasiusque pater, genus à quo principe nostrum.
IASIVS, Pater Palinuri, authore Seruio. Vnde intelligit. n. Statius eo loco Adrasti, qui filius fuit Talonis, nepos verò Iasii fratris Dardani.
IASON, pen. prod. trisyllabũ, Iasonis, pen. corr. (ἰάσων,) Aesonis filius, fratris Pelæ Thessaliæ regis, qui Colchos profectus, vellus aureum abstulit. De hoc Iustinus & Diodorus. Ouid.
Quem nisi crudelem, non tangit Iasonis ætas?
Asper Iason. Valer. 4. Argon. 45.
Clarus Iason. Ouid. 7. Metam. 2.
Efferus Iason. Stat. 5. Thebaid. 95.
Pegasens Iason. Ouid. 8. Meram. 70.
IASONIVM, (ἰασόνιον,) promontorium Cappadociæ, hodie S. Thomas. Ptolemæus lib. 5. cap. 6.

Iaspis, trisyllabum, iaspidis, pen. corr. m. g. (ἴασπις,) Lapidis pretiosi genus. Plin. lib. 37. cap. 8. Viret, & sæpe transluet iaspis, etiam si victus à multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes, smaragdo similem Indis Cypros duram glaucoq; pinguiPersæ aeri similem: sed id vocatur aerizusa. Talis & Caspia est, cerulea circa Thermodoontem amnem, in Phrygia purpurea, in Cappadocia ex purpura, cærulea, atque non refulgens. Martial. lib. 5. 11.
Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas, vno
Portat in articulo Stella Seuere meus.
Supellex fulua fulget iaspide. Lucan. lib. 10. 25.
Fulua iaspide stellatus ensis. Virg. 4. Aeneid. 53.
Tereti nodantur iaspide vestes. Claud. 2 de raptu Pros. 8.
Viridi angustant iaspide pectus. Claud. 4. Paneg. 105.
Iaspideus, Adiectiuum, (ἰασπίδινος,) vt Iaspidea gemma, quæ iaspidis colorem refert. Plin. lib. 37. ca. 10. 17, Cepionidæ in Acolide Atarne, vbi pago quondam oppido, nascũtur, multis coloribus trãslucentes, aliàs vitreæ, aliàs crystallinæ, aliàs, Iaspideæ.
IATRVM, (ἰατρεῖον,) Ptolemæo authore lib. 2. cap. 8. Meldensium ciuitas, vulgò Meaulx.

Iatraleptes, penu. prod (ἰατραλείπτης,) Medicus vnguentarius, qui vnguentis & perfrictionibus curat. Suponitur, Tria medicinæ genera veteres fecere: Empiricen, quæ nullis rationibus, sed solis experimentis constat. ἐμπειρία enim Græci experientiã vocant Iatraleptcen, quæ vnguentis & perfrictionibus curat, quasi medicinam vnguentariam ἰατρική enim medicina dicitur: ἀλείφειν, vngere: ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, quod vngere est, vnde huiusmodi artifex iatralepes dicitur. Cellus lib. 1. cap. 1. Sanus humo qui & bene valet, & suæ ipsius est, nullis obligare se legibus debet: ac negi medico, neqi iatralepta egere. Et Clinicen, quæ victu & venenis corporibus medetur. Vide CLINICE. Plin. lib. 29 cap. 1. 4.
Iatros, pen. cor. (ἰατρός,) Latinè dicitur medicus. Plin. lib 29. cap. 1. 9.
IAVA, (ἰάουα,) Hispaniæ ciuitas, Ptolemæo. vulgò Laca.
IAXARTES, (ἰαξάρτης,) Scithiæ fluuius in Asia, amnis ab Oriente in Caspium influentium vel maximus: nam multum secũ rapit, & imbrum vndarum copia extumescit: ceritur in vltimis Sogdianorum finibus ex montibus, quos Sogdios Ptolemæus vocat. Alexander multisque eius Tanaim puauerunt, quum sit alius, trans amnem Apollini Dionymæo aras olim statuit nominis gratia Dæmonas Seleuci & Antiochi dux: citra verò, Herculis, Baccii, Cyri, Semiramidis, & Alexandri quidam erectæ aræ, vt lib. 6. cap. 16, Plinius refert. Strabo lib. 2, memini, & Curtius lib. 6.
IAXTES, (ἰάξτης, fluuius, quẽ eodem cum superiore, in tractu quidam locãt: cuius meminit Claudianus, Sic nobis Scythicus famulet Iaxtes.
IAZYGES, pen. cor. (ἰάζυγες,) Metanastæ Populi in Europa, qui (inquit Ptolemæus lib. 3. scribit) ab Oriente habent Dacian, ab Occidente Austro Germaniæ partem, à Septentrione Sarmatiam. Hodie Sepulcastra, Germanicè Sibenburgen. regio quæ partim ab Vngaris, partim à Valachis colitur.
Acres Iazyges. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 3.

I B

IBERNIA, (ἰουερνία,) vide HYBERNIA.
IBERVS, pen. pro. (ἴβηρ,) fluuius Hispaniæ, qui apud Cantabros oritur, per 200, passuum milia fluit, & in mare Balearicum exit. Dictus, vt Stathius ait, à rege eiusdem nominis. Lucanus lib. 4. 5. Qui præsent ut ris aufert tibi nomen Iberus. Quod & Iberum declinari potest: præsertim quando sequitur flumen.
Dines Iberus. Claud. 8. Paneg. 11.
Torrens Iberus. Lucan lib. 7. 5.
Iberia, (ἰβηρία,) dicta est pars Hispaniæ, quę intra Iberũ continetur: quod nis generali vocabolo pro Hispania capiatur. Et Iberiæ quidem partem vnam exteriorem, alteram interiorem dixerunt. Hanc regionem Celtæ Gallorum populi, relictis sedibus suis habitauere. Vnde composito ex vtraq; gente nomine, Celtiberi appellati sunt, & regio eorum Celtiberia. Lucan. lib. 4. 2,
–profugiq; à gente vetusta
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.
Ab Iberia verò Iberi & Iberes, pen. prod. vocati sunt populi Hispaniæ.
Duræ tellus Iberiæ. Horat. 4. Carm. ode 14. 11.
Fera Iberia. Horat. 4. Carm. ode 5. 6.
¶ Est & alia regio hoc nomine iuxta Pontum inter Colchida & Armeniam, venenorum ferax, quæ Caucasis montibus circũdatur, cuius fere militer populi Iberi & Iberes dicti sunt, à quibus, vt Varro scribit, venerunt qui in Hispania habitauerunt, & à quibus Hispania, Iberia & fluuius Hispaniæ, Iberus & Iberus, Ibera, Iberam. Virg. lib. 9. Aeneid.
Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus Ibera. Scribit Dionysius, Iberes populos à Pyrenæis montibus profectos in Asiam sedes posuisse. Vnde ea pars Asiæ, Iberia nuncupatur.
Armifer Iberus. Silius lib. 13. 3.
Durus Iber, Lucan. lib. 6. 51,
Iberiacus, penult. corr. Adiectiuum, (ἰβηριακός,) vt Terræ Iberiacæ. Silius lib. 13. 103.

Ibi, (ἰβῖ, vel, Aduerbiũ, in loco. Terent. And. 2. 2. 19. Vbi te nõ inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum. Idem Eunuc. 4. 1. 8.

Inuitat tristis manste ibi. illa cum illo sermonem occipit. Idem And. 3. 1. 41. Plin. in Paneg. 90. Incipimus inde, desinimus ibi à quo incipi, in quo desini sub alio principe non poslet. Cice. pro Cecinna, 19. Et armatos ibi fuisses
Ibi loci. Plinius lib. 6. cap. 11. 1. Ibi loci terrarum orbe portis disclusio.
Ibi; vbi. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 1. Nemóque est quin vbinis quã ibi vbi est esse malit. Idem pro Domo sua, Ibi enim potitis est, vbi repli aditus est.
Ibi; vnde. Iunius 1. ab Vrbe, 97. Ibi imperium fore, vnde victoria fuerit.
Ibi. Terent. Adelph. 5. 4. 3. Duxi vxorem: quam ibi misertam vidit Vbi Donatus, Ibi, inquit, quasi vxor locus sit.
¶ Ibi. Tum, Tunc, Quum hæc fierent. Terent. And. 3. 1. 104.
–interea hæc soror,
Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius
Satis cum periculosi tum exanimatus Pamphilus,
Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat. Cic. 5. Verr. 118. Quid tu ibi tum, quid facis? Terent. Hec. 1. 2. 3. –postquam videt
Pararas nec moram vllam quin ducat dari,
Ibi demum ita ægre tulit, vt ipsam Bacchidem
Si adesset, credo ibi, eius commisse rescerat. Idem Eunuch. 2. 2. 29.
Ille vbi miser famelicus videt me esse in tantum honorem,
Et tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare. Idem And. 2. 5. 5. Plaut. Amph. 17. 16.
Vt tacui, exurgo ardore censuæ dos, ita tum fulgebant:
Ibi me ioclamat Alcmenanam ea res me horrore afficit. Cic. pro Cecinna 19. Ibi tum Cecinnam postulasse, &c.
¶ Ibi tum: id est illud cogito. Terent. Heauton. 5. 2. 30.
Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio adiuuas?
–Inò & ibi nunc sum, & vlque dudum id egi, dum loquitur pater.
Ibidem, pen. prod. (αὐτοῦ,) In eodem loco. Plaut. Cist. 11. 7.
–propera ire intro ad affinem tuum:
Filiam tuam iam cognoscesinrus ibidem vxor tua est. Idem Bacch. 2. 26.
Ibidem meam operam perdidi, vbi tu tuã. Idem Trinum. 8. 8. Terent. And. 4. 1. 58.
Ni puerum tollit, tam ego hunc in mediam viam
Prouoluam: eique ibidem peruoluam in luto.
In eodem loco & ibidem. Cic. 2. de Inuent. 131. Quare quum in quandam tabernam diuertissent, simul cœnare, & in eodem loco somnum capere voluerunt, cœnati discubuerunt ibidem.
Ibidem in. Cicero. 1. de Inuent. 136. In naui ibidem. Idem 5. Verr. 12.
Vt certo tempore anni, vt ibidem in Sicilia, deinde vt lege Hieronica venderent.
¶ In eo, & ibidem. Cic. pro Cecinna, 17. L. æsit in eo Cecinnam: subleuauit ibidem. Id est in eodem.
Ibidem mihi adoutat: Id est ex eo loco vbi ipse erat. Plautus Merc. 7. 93.
–ibidem mihi
Etiam adutat, addam sex minas,
¶ Ibidem, vbi. Plautus Persa, 16. 59. Do ego tibi operam. 5. tibi ibidem das, vbi tu tuum amicum adiuuas. Id est, tunc tibi ipsi prodes quum amicum iuuas.
Ibidem loci res erit. Plaut. Cistel. 5. 53.
Abit intrò iratus, quid ego nunc agam? si redierit
Illa ad hunc, ibidem loci res erit vbi odium occœperit,
Illam extrudet, quom hanc vxorem Lemniam ducet domum.

Ibis, huius ibis vel ibidis, penult. correpta, fin (ἴβις,) Auis Aegypti. Plin. libro 10. cap. 48. Visam in Alpibus ab se peculiarem Aegypti ibin, M. Egnatius Caluinus præfectus earum prodidit. Idem libr. 8. cap. 27. 1. Simile quiddam & volucris in eadem Aegypto monstrauit, quæ vocatur ibis: rostri adunciate per eam partem se proluens, quæ reddi ciborum onera maximè salubre est. Cicero, 1. de Natura deorum, 140. Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt, quum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro. auertunt pestem ab Aegypto, quum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt; atque consumunt. ex quo fit vt illæ, nec morsu viuæ noceant, nec odore mortuæ. Ouid. in Ibin. 13,
Ibidis inter ea tu quoque nomen habe. Plin. libro, 30. cap. 7. 6. Cinis ibidis sine pennis cremitæ potus, &c. Ab huius auis similitudine ibis pro inuido ponitur. Vnde Ouidius conscripsit libellum in inuidum quem in Ibin vocauit.

I C

ICARIA, (ἰκαρία,) Insula in Icario mari ab Icaro Dædali filio dicta: 4 trecentorum stadiorum ambitum habet. Et in ea Dianæ templũ Tauropolium appellatum. Hæc & Icaros dicta est, antè Doliche vocata. Est inter Sardum & Siculum maria.
ICARIVS, (ἰκάριος,) Athiensis, Laconum regis Oebali filius, pater Erigones & Penelopes, quum acceptum à Libero patre vinum mortalibus indicaret, occisus est à rusticis: qui quum plus æquo potassent, inebriati venenum se bibisse crediderunt. Huius canis reuertus est ad Erigonem filiam: quæ quum eius comitata vestigiis peruenisset ad patris cadauer, laqueo vitam finiuit. Hæc deorum voluntate inter astra relata est quã vocãt Virginẽ. Canis quoq; ille est iter sidera collocat.
Icarius pater Penelopes. Ouid. 1. epistol. 17.
Me pater Icarius viduo discedere lecto Cogit, &c.
Icarus, pen. corr. (ἴκαρος,) scribitur etiam Tibullo lib. 4. ad Messalam 1.
–etiam Phœbo grauissima dona
Cres tulit, & cunctis Baccho iucundior hospes
Icarus, vt puro testantur sidera cœlo,
Erigoneque, Canisque neget ne longior ætas.
Astrum Icarium. Stat. 4. Thebaid. 156.
Canis Icarius, id est Canicula stella. Ouid. de Nuce 24.
Icaris, pen. corr. Patronymicum, (ἰκαρίς,) Ouid. in Ibin, 79.
Et velut Icaridos similæ periere, procique, &c. Penelope.
Icariõtis, pen. prod. (ἰκαριώτις,) Aliud patronymicum fœm. lic. Propertius vocat Penelopen, lib. 3. eleg. 13. 2.
Hæc etiam clausas expugnaui arma pudicas,
Quæque terunt fastus Icariotis tuos. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 22. Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.
ICARVS, pen. corr. (ἴκαρος,) dictus fuit Dædali filius, qui vna cum patre Creta fugiẽs, fretus alatõ fiducia, quũ vltra patris iussa altius euolasset, solisque ardore cera qua pennæ continebantur, liquefacta esset, ita vt ab alis defluereat, decidit in mare, quod est inter Myconem & Gyarum, à quo postea Icarium mare dictum fuit, dicente Ouidio lib. 1. Tristium, eleg. 1. 18. Icarus, Icaria nomina fecit aquis.
Aqua Icaria. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 6.
Pelagus Icarium. Claud. 2. in Eutrop. 5 1.
Icarus præterea (vt Plinius lib. 4. author est) mons est in Attica regione.

Ichneumon, huius Ichneumonis m. g. (ἰχνεύμων,) Animal est magnitudine felis, specie muris, quod vulgò nunc murem Indicum vocant. Plin. lib. 8. cap. 14.

Ichnographia, pen. corr. (ἰχνογραφία,) Est quæ vulgò plana forma vocatur. Hæc, circini regulæque modicæ cõtinet vsus, ex qua capiuntur formarum descriptiones in solis arcarum. Author est Vitruuius lib. 1. Ichnographia dicitur quasi vestigii descriptio, in quo quasi vestigio totum opus insistit. Budæus.

Ichthyocolla, (ἰχθυοκόλλα,) est corium, idemque nomen glutino eius. Hæc Plinius lib. 32. cap. 7. 6. Et lib. 7. cap. 56. 8.
ICHTHYOPHAGI, penult. corr. (ἰχθυοφάγοι,) Qui piscibus viuunt: quo nomine dicti sunt quidam populi in Aethiopia interiori, qui magnum sinum Occidentalis Oceani tenent, teste Ptolemæo lib. 4. ca. 9. De his sic Strabo lib. 15. Ichthyophagorum regio secus mare est, & magna ex parte arboribus caret. Raritas in ea palmarum, acanthi, myricæ, aquarũ & domestici cibi maxima est. Vescũtur piscibus tũ ipsi rũ eorum pecora: & aquas plumales ac fossiles potant, pecorum carnes piscibus præbent, domicilia ex ossibus cetorum, & ostreorum conchis magna ex parte faciunt. Nam trabium & fulcrorum vsum costæ præstant, portas mobiles, à vertebris fiunt mortaria, in quibus pisces subiguntur, ad solem assarunt: postea ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiscentes. Nam & molas habent, quanquam ferrum non habeant, quod nequaquam mirandum est id enim aliunde afferri potest. conciduntur eas quum attritæ sunt lapidibus iis, quibus & sagittas & missilia præsuta exacuunt: pisces partim in cupis paranis assant, partim (quod frequenter fit) crudos edunt. Capiunt eos retibus ex cortice palmarum factis.
Ichthyotrophium, huius ichthyotrophii, pen. prod. (ἰχθυοτροφεῖον,) Locus in quo aluntur pisces, qui & piscina & viuarium Latinè dicitur. Colum lib. 8. cap. 1. Est autem id ferè vel in villa, vel circa villam: in villa est quod appellant Græci ἐμβαθῶνας καὶ περιστερεῶνας, atque etiam cũ datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφεῖα, sedula cura exercentur.
ICHTHYS, (ἰχθύς,) Elidis est promontoriũ in Achaia apud Thucydidẽ, quẽ Valla piscẽ trãstulit, & ob id meritò reprehensus ab Hermolao.

Ico, icis, ici, ictum, (πατάσσω, βάλλω,) Icere, Percutere, inquit Festus. Plaut. Trucul. 11. 41. –hoc vide, dentibus. Frendit, icit femur. Idem Aulula. Ibi vt piscabar, fuscina ici vidulum. Cæcilius, Si vaquam quisquam vidit quem catapulta aut balista icerit. Plin. lib. 16 cap. 10. 7. Arborum manu satarum, receptarumque in domos, laurus in fulmine sola non icitur. Idem lib. 12. cap. 55. Lauri fruticem non icit. Liu. 1. ab Vrbe 24. Ibi in turba ictus Remus cecidit. Plaut. Curc. 5. 14.
–catapulta hoc ictum est mihi Apud Sicyonem.
Telis icere caput. Camill. ad Gellium, epigram. 111. 1.
Icimur ictu. Lucret. lib. 4. 212.
¶ Icere fœdus, pro Percutere. Cic. in Pisonem 21. Tu scilicet homo relligiosus & sanctus, fœdus quod meo sanguine in pactione prouinciarũ iceras, frangere noluisti. Et pro Corn. Balbo 27. L. Martius primipili Centurio cum Gaditanis fœdus iciffe dicitur. Liu. ab Vrbe 5. In de fœdus ictum inter duces, inter exercitus salutationem factam.
Ictus, Participiũ, (βεβλημένος,) vt Ictus caput. Cæsar 3. belli Gall. 510.
Ab latere ictus, Vide A vel AB præpositiones.
Iouis ignibus ictus. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput ictum.Horat.2.Serm.saty.1.5.Intelligit vino ictum.
Domus icta.Ouid.6.Trist.eleg.5.7.
Fœdus ictum.Virg.12.Aeneid.63.
Desyderiis fidelibus icta patria.Horat.4.Carm.ode 5.3.
Pinus icta mordaci ferro.Horat. 4.Carm.ode 9.2.
Ictus,huius ictus,m,g.(πληγμα,πληγή,)Percussio ipsa. Plaut.Mostell.8.104,Perfacile ego ictus perpetior argenteos. Cice.3.Offic.126,Ictu fulminis deflagrauit. Idem pro Cœcina,52,Neque conflictu corporum,neque ictu cominus,neqi coniectione telorum,&c. Cæsar 7.bel. Gall.107,Ictu scorpionis exanimato altero.
Ictus,morsus,impetus.Cic.2. Offic.16,Hæc igitur ipsa fortuna cæteros casus rariores habet,primùm ab inanimis procellas,tempestates,naufragia,ruinas,incendia:à bestiis ictus,morsus,impetus.
Ictus pedum.Ouid.5.Metam.53.
Saxorum ictus.Tacit.lib.19.Simul iuncta turris ictibus saxorũ cõcessit.
Diri ictos serpentum.Ouid.4.Metam.100.
Nullo ictu forabilis.Ouid.12.Metam.34.
Grauis ictu . Virg.5.Aeneid.54.
¶Ictus cæcus,Occultus.Oui.1. Fast.125.Vide CAECVS.
Clarus ictus.Ouid.2.Metamorph.62.
Ictus contrarius.Vide CONTRARIVS.
Ictus creber aut languidus,Vide CREBER.
Fulmineus ictus.Horat.3.Carm.ode.16.3.
Ingens ictus.Stat.3.Thebaid.18.
Iniuriosus ictus,Vide INIVRIA.
Inualidus ictus.Stlius lib.10.24.
Languidus ictus.De pulsibus,Vide LANGOR.
Languens ictus,Lucan.lib.3.138.
Lapidosus grandinis ictus.Claud.de bello Get.48.
Lethiferi ictus.Ouid.8.Metam.73.
Obliquus ictus,Horat.3.Car.ode 22.2.Vide OBLIQVVS.
Surdis ictibus,& qui non exaudiunt,arborẽ cædere.Plin.lib.19.ca.1.12.
¶Accipere ictum.Lucret.lib.4.212.Vide ACCIPIO.
Resonos latus accipit ictus.Valer.1.Argon.124.
Grandior ictus affligit animantem.Lucret.lib.2.189.
Hebeti pectus tantũmodo contudit ictu.Ouid.12.Metam.17.
Declinare ictum,Vide DECLINO.
Dari sub ictum.Tacit.lib.13. Nec tamen proximo itinere ductæ legiones,quæ si amnem Araxem.qui mœnia alluit,ponte trãsgrederentur, sub ictum dabantur.
Euocare ictum aduersarii.Quintil lib.5,cap.13.42.Fiunt & tertiæ,si prima ad euocandum aduersarii ictum prolata erit.
Excipere ictus galea.Ouid.2.Metam.75.
Feruidos ictus excludere.Horat.3.Carm.ode 15.1.
Inflexo ictu ferire,Vide INFLECTO.
Leui ictu ferire.Senec.Here.fur.1.2.12.
Innumeris ictibus labefacta arbor.Ouid.8. Met.157.
Leuare ictum serpentis.Vide Leuo in LEVIS.
Densis ictibus creber pulsat.Virg.5.Aeneid.91.
Crebro pulsarier ictu.Lucret.lib.4.189.
Validos cute repulit ictus.Ouid.3.Metam.13.
Vesanis ictibus æra sonãt.Ouid.1.de Arte aman.123.
Vastis tremuit ictibus ærea puppis.Virg.5.Aene.40.
Crebro ictu tundi.Lucret.lib.4.258.
Ictu baculi violari.Ouid.3 Metam.31.
Corpora serpentum baculi violauerat ictu.
¶Ictus pro potestate.Senec.de Benef.libro 2.capite 2,Proinde quisquis es iniquus æstimator sortis humanæ,cogita quanta nobis tribuerit parens noster quanto valentiora animalia sub iugum miserimus,quanto velociora assequamur,q̃ nihil sit mortale nõ sub ictu nostro positum.
Ictu aliquo nouæ calamitatis sublata fides de foro.Cic.pro Lege agr.23.
Ictu pellere animi statum. Cic.2.de Finib.55.Neque enim hæc mouere potest appetitum animi:nec vllum habet ictum quo pellat animi statum hîc non dolendi.
¶Icti,in genitiuo.Gellius ex historia Claudii Quadrigarii, Dein continuò humerum dextrum eodem concussu incidit:neq; recessit vsquam donec subuertit,ne Gallus impetum icti haberet.

Icon, iconis,pen.corr.fœm.gen.εἰκὼν,εἰκόνος,Latinè effigies,imago, & statua membrorum hominis à pictoribus seu statuariis ad viuum expressa. Plin.lib.34.cap.4.2. Effigies hominum non solebãt exprimi,nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium.Et primò sacrorum certaminum victoria maximéque Olympiæ:vbi omniũ qui vicissent,statuas dicari mos erat.Eorum verò qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa,quas iconas vocant. Ex vetusto codice legitur iconicas.
Iconicus,penu.corr.Adiectiuum,(εἰκονικός,)Ita pictum,vt ex eius membris similitudo expressa sit.Plin.lib.35.cap.8.5.Adeò iam colorũ vsus percrebuerat,adeoque ara perfecta erat,vt in eo prælio iconicos duces pinxisse tradatur,Athenienſium Milciadem,Callimachum,Cynegyrum Barbarorum Darium,Tyssaphernem. Sueton.In Caligu.Simulacrum stabat in templo aureum iconicum,amiciebaturque quotidie vt ipse,quali ipse vteretur.
Iconismos,(εἰκονισμός,)Seneca lib.15.epist.appellat descriptiones,aliqui verbum esse publicanorum.
ICONIVM,(ἰκόνιον,)Oppidum est Ciliciæ, in quo Cicero se cõmoratum esse scribit Appio,lib.3.8.17,Quum enim Laodiceæ,inquit, quũ Apameæ,quum Synadis,quum Philomeli,quũ Iconii essemus quibus in oppidis omnibus commoratus sum,&c.

Icteros, penult.corr.ἰκτερός,ἰκτεροῦ,masc.g.Morbus,quum per totum corpus bilis suffunditur, quæ interdum nigra,interdũ flaua est,Hic etiam morbus,regius appellatur: Molliter excessa quoniam curetur in aula.
Ictericus,penul.corr.(ἰκτερικός,)Qui eo morbo laborat,ἀπὸ τοῦ ἰκτεροῦ,hoc est à miluo,quòd oculi bile suffusi, miluinis similes videntur. Plin.lib.20.cap.9.8.Ictericis,necnon & phreneticis,radicis crudæ succum gargarizandum bibendumque demonstrat. Idem lib.21.cap.20. 1.vocat felle suffusos. Iuuenal.Satyr.6.57. Consulit ictericæ lento de funere matris.

Icterus, icteri,masc.gen.(ἴκτερος,)Auis de qua Plinius lib.30.cap.11.2, Auis icterus vocatur à colore.quæ si spectetur,sanari id malum tradunt,& auem mori. Hanc puto Latinè vocari galgulũ. De morbo regio loquitur.In quibusdam exemplaribus legitur galbulus,in aliis galgula.

Ictis, ictis,(ἰκτίς,)Mustelæ genus. Plinius lib.29.cap.4.3. Mustellarum duo genera:alterum sylueſtre.distant magnitudine,Græci vocant ictidas.

Ictus, huius ictus,Vide ICO icis.

I D

Id, Neutrum ab is, eius: Vide IS,eius.
IDA,Idæ,(ἴδη,)Mons altissimus,qui ad Troadem spectat,habetq; multos pedes.Latus eius Septentrionale,ex angustiis Abydi vsq; ad Aesepum & Cizycenũ agrum,ad Propontidẽ pertinet:Occidẽtale ad Hellespontum respicit:Australe promontorii facit quod Lectum appellatur.Orientalia Ideę ad Mysos declinãt,abundatq; mons aquis,& multa flumina ex eo descẽdũt:in cuius summitate locus fuit Gargarus appellatus,à quo Gargara Aeolica ciuitas dicta est. Ouid.lib.4.Fastorũ 50.Dindimon & Cybelen,& amœnã fontibus Idam.
Aerisona Ida.Valer.1.Argonaut 41.
Aquosa Ida.Ouid 6.Fast.3. Horat.3.Carm.ode 20.3.
Celebertima fontibus Ida.Ouid.2.Metam.44.
Cluosa Ida.Ouid.1.Amor.eleg.14.3.
Frondosa Ida.Virg.5.Aeneid.51.
Magna Ida.Virg.5.Aeneid.89.
Phrygia Ida.Virg.4.Georg.9.
Pinifera Ida.Stat.3.Sylu.4.3.
Viridis Ida.Catul.de Berecynthia,epigr.58.6.
¶Ida etiã appellata fuit Dardani Scytharũ regis filia.
Idæus,Adiect.(ἰδαῖος,)vt Cãpi Idæi.Virg.7.Aene.45.
Cyparissi Idæi.Virg.2.Georg.17.
Iugum Idæum.Ouid.4.Fast.53.
Mater Idæa,Cybele.Lucret.lib.2.124.
Mons Idæus.Virg.3.Aeneid.21.
Nemus Idæum.Virg.3.Aeneid.23.
IDAEI Dactyli,(ἰδαῖοι δάκτυλοι,)filii fuerũt Minerue & Solis:vel,vt alii volunt,Saturni & Alciopes;& dicuntur alio nomine Corybantes.
IDALIVM,(ἰδάλιον,)Mons est Cypri,Veneri sacer.De quo Virgilius libro Aeneid.1.Aut super Idalium sacrata sede recondam.
Frondosum Idalium.Catull.Argonaut.59.19.
Sanctum Idalium,Catull.in Annales Volusii,34.3.
Idalius,Adiectiuum,(ἰδάλιος,)vt Idalia acus,Vide ACVS.
Dea Idalia.Ouid.3.de Arte amandi,22.
Venus Idalia.Virg.5,Aeneid,151.
Volucres Idaliæ,Columbæ.Stat.1.Achill.75.

Idcirco, vel iccirco,(διό,)Coniunctio, Idem quod ideo significat. Teren.And.4.2.7.Nam idcirco accessor, nuptias 9 mihi apparari sensit.Cic.7.Verr.18.Reperietis idcirco hæc in vno homine pecuniosõ tot constituta,vt cæteri formidines,&c.Idem ad Atticum, Sinautem id actum est,& idcirco arma sumpta sunt,vt,&c.

Idea, ideæ,pen,cor.(ἰδέα,)Forma,figura, species rerum prima & incõcoata intelligẽtia.Cic.in Orat.6, Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi solum, sed etiam dicẽdi grauissimus author & magister Plato,easq; gigni negat,& ait semper esse,ac ratione & intelligentia cõtineri,cætera nasci,occidere,fluere,labi,nec diutius esse vno & eodẽ statu.Idem 1.Acad.45.de mẽte, Quia sola cerneret quid semp esset simplex & vniusmodi,& tale quale esset.hãc illi ideã appellabãt,iam à Platone ita appellatã nos rectè speciem possumus dicere.

Idem, eadem,idem,(ὁ αὐτός,ἡ αὐτή,τὸ αὐτό,)idem masc.g. producit primam:idem neu.corripit.Genit. eiusdem 1 eidem 1 eumdem,eandem,idemeõdem,eãdem,eõdem.Eidem vel iidem,eædem,eadem:eorundem,earundem,eorundem:eisdem vel iisdem:eosdem,easdem,eadem:eisdem vel iisdem.
Idem.Hic ipse,vel is ipse.Plaut.Pseud.3.16.
Licet me id scire quid sit?nam tu me antidhac
Supremum habuisti comitem consiliis tuis.
c.Idem animus nunc est.
Idem qui.Plaut.Trucul.8.13.Idem es ecastor,qui soles. Idem Sticho,3. 72,Idem animus in paupertate est , qui olim in diuitiis fuit. Cice.Attico,lib.9.180.8.Eit idem qui semper in Repub.fuit. Idem 1. Verr.91. Eandem suam causam videbat esse,qui illorum qui innocẽtes peribãt.
Idem præsens,absens. Teren.Adelph.1.1.48.Studet par referre,præsens absenique idem erit.Id est,idem aget absente domino, quod præsente solebat agere.
Idem ego,vel Idem ille.Plaut.Capt.13.95.
Nam ego nunc tibi sum summus Iuppiter,
Idem ego sum salus, fortuna,lux,lætitia,gaudium. Cice.pro Sestio,93 .
Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populũ in campo Martio concionem .
Idem,Id est Similis.Plaut.Milit.9.49.
Prò dii immortales,similorem mulierem,
Magisque eandem,quàm nostræ est ea,non reor
Deos facere posse. Idem Epid.1.30.Aedepol facinus improbum.
Tat iam antè alii fecerunt idem Teren.And.3.4.5.
Ego dudum nonnihil veritus sum Dane abste ne faceres idem
Quod vulgus seruorum solet,dolis vt me deluderes.
Idem est,acsi. Quintil.in Aegro redempto. Quum propter duos venerim,quod in altero mihi pirata concessit , idem est acsi mihi neutrum reddidisset .
Idem hoc hominibus sat erat decem.Plaut.Milit.10.159.
Huic eidem Sopatro iidem inimicis.Cic.4.Verr.48.
Idem iste.Cic.pro Domo sua,65.Verum ea lege quam idem iste de Macedonia Syriaque tulerat .
Idem istud credo ego.Plaut.Milit.10.180.
In iisdem illis locis.Cic.3.Verr.38.
Eodem pacto quo hue accessi,abscessero.Plaut.Trin.10.83.
Ipse ille animus idem meus.Cic.Post reditum in Senatu,30.
Eidem tibi metis.Plaut.Merc.3.71.
¶Idem dicere semper.Id est,In eadem persistere opinione,neque sententiam mutare.Cicer.de Amicitia,12.Qui non tum hoc, tum illud(vt in plerisque)sed idem semper,animos hominum esse diuinos .
Vnus & idem.Cice.de Amicitia,85.Vna domus erat.idem victus,isque cõmunis. Idem 2.in Catil.39.Quibus hoc præcipiendum videtur,vnum scilicet & idem quod cæteris omnibus,vt &c.
Vnum & idem videtur esse atque id quod de me ipso nominatim tulisti , Cic.pro Domo sua,41.
Vno & eodem statu.Cic.in Orat.6. Et 6.Verr.83.Vno eodem tempore .
Alter idem,pro Alter ipse:hoc est,sibi vel ipsi similis.Cice.de Amicit.68. Est enim is qui est tanquam alter idem.De vero amico .
Quod idem.Cice.2.de Natur.deorum,77. Et ad Atticum,lib.12.250.2. Quod idem video tibi placere . Et 3.de Finib.39.Quod idem in cæteris artibus non contingit .
¶Eosdem esse oratorios numeros qui sunt poetici.Cice.in Orat.110.
Amor omnibus idem.Virg.3.Georg.48.
Non idem iudicum comestatorumque conspectus.Cic.pro Cælio.54.
Imperii nostri,terrarumque illarum idem esset extremum.Cicero de Prouinciis Consul.27.
Non eadem est fortuna & conditio earum rerum,quas gessi,& illorũ qui, &c.Cic.in Catil. 70.
Eadem est quæstio & iudicatio.Cic.1.de Inuent.28.
Dianam & Lunam eandem esse putant.Cic.2. de Nat.deor.99.
Libera , quam eandem Proserpinam vocant. Cicero 6.Verr.95. Et 2.de Natu.deor.90.Hunc etiam Romulum quem quidem eundem esse Quirinum putant .
¶Si quæratur idémne sit pertinacia & perseuerantia.Cic.in Partit.47.
Quum quæritur idémne sit,an aliquid interesit.Cic.3.de Orat.64.
¶Peripatetici iidem olim qui Academici.Cic.3.Offic.15.
Non idem est seruulus quod familia.Cic.pro Cecinna,43.
Hoc est idem quod illud.Cic.2.de Finib.10.Vt scias me intelligere , primum idem esse voluptatem quod ille ἡδονήν. Et ad Atticum, Hoc est ferè idem quod illud .
¶Idem ego ille,&c. Idem inquam ego.Cice.ad Attic.lib.1.11.13.
¶Par & idem.Cice.pro Quintio,5.Quum adhuc ei propter vim aduersariorũ non ius par,non agendi potestas cadẽ,non magistratus æquus reperiri potuerit .
Par & eadem.Cic.pro Murena,18.Quam ego,si mihi per Seruium liceat pari atque in eadem laude ponam .
Par atque vnum iudicium.Cic.pro Sylla,4,Et de hoc & de cæteris iudicium meum & horum par atque vnum fuit.
Similis & eadem.Cic.de Clar.Orat.180.&.181,Ad causas simillimas inter se,vel potius eadem noui veniebamus quotidie.
Perpetuus & idem spiritus.Cic.in Orat.69, In iisdem causis perpetuum & eundem spiritum sine vlla commutatione obtinebis.
¶Iidem iidem,ea forma qua dicimus alii alii.Cic.in Orat.11.&.15, Videmus quosdam qui iidem ornatè & grauiter , iidem versutè , acsubtiliter dicerent.
Iidem iidem,aliter posita.Cic.3.de Nat.Deor.135,Sed quomodo iidem dictis non omnia deos persequi?iidem vultis, &c.
¶Et idem,vel Idemque , emphasis, hoc est vehementiæ causa positum, quum laudem alicuius augemus verbis.Cic.de Claris Orat.48, Splendida & grandis,& eadem in primis facera & perurbana cõmendabat oratio. Idem pro Murena,17, Asiã istã refertã & eandẽ delicatã sic obiit,vt ea,&c. Idem,1,de Nat.Deor.1,Nec ego(inquit)incautus qui cum Academico & eodẽ rhetore congredi conatus sum. Ibidẽ,lib.3. 115,Vir innocentissimus,idemq; doctissimus. Idẽ pro Domo sua,68, Si me Pop.Rom.incitatus iracundia , aut inuidia, è ciuitate eiecisset, idemq; postea mea in Remp.beneficia recordatus, te collegisset,&c.
¶Qui,idem. Cice.pro Sylla,14, Vt me quẽ boni constantem semper,vt spero,existimassent,eundem ne improbi quidem crudelem dicerent. Idem,1,de Legib.3.Ac quam Vlysses Deis se proceram & tenerã palmam vidisse dicit,hodie monstrant eandem.
¶Musici,qui iidem poetę.Cic.3.de Orat.95,Duo Musici,qui erãt quondam idem poetę.
¶Beneficentia quam eandem vel benignitatem,vel liberalitatem appellare licet.Cic.1.Offic.31.
¶Cõparatio de eodẽ & alio,vel,De eodẽ & altero. Cic.in Topic.45.
¶Idem quod.Cic.ad Att.lib.6.113.12, Nunc ista habet iuris idẽ quod cætera,nihil præcipui. Idem,2,de Diuin. 117, Quid enim sors est? idem propemodum quod micare,&c.
¶Idem ac.Varro de Lingua Latina,Idem ac diceretur, aut hic lepus, & hic nemus. Liuius de bello Punico,Ipsa re intellecturos nequaquam idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare. Terẽt.Heaut.2.3.24, Et animus te erga idem ac fuit.
Idem valet ac si pater iudicaret.Cic.pro Sylla.
Idem atque.Plaut.Mostell.4.63,
Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, vt impetrauí, Atque olim. Cato de Re rust.Pomarium seminarium ad eundem modũ atque oleaginum facito. Ibidem , Densas eodem modo componito, atque spiram. Vlpianus,Non eandem causam esse decem aureorum, quos annuos tibi testes Pompeiæ Crispinæ patronæ tuę relictos proponis,atque sint alimentorum.
Idem vt,pro Idem quod.Plaut.Mercat. Non ego idem facio, vt alios in comœdiis amantes vidi facere.
¶Idem ætatis.Tacit.lib 13,Mos habebatur,principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum. Id est eiusdem ætatis.
Idem virium.Tacitus,lib.14,Nec bonis artibus idem virium erat.Id est, eædem vires.
Identidem,pen.corr.(ἐφεξῆς,ἐφεξῆς,) Frequenter,cum quodam interuallo,inquit Valla lib.2. Plaut.Milit.20.54, Cogitato identidem, tibi quàm fidelis fuerim. Idem Bacchid.8.75,
Nullo pacto res mandata potest agi,nisi identidem
Manus ferat ad papillas. Idem Casina, 22.10. Idem Menæch.4.49. Liu.1.ab Vrbe,39,Vnam longè ante alias insignem specie & pulchritudine à globo Talassii cuiusdam raptam ferunt:multeisque sectantibus cuinam ferrent,identidem ne quis violaret, Talassio ferri clamitatum. Plin.lib.1.cap.14,Centum millia nummorum pro domo eius identidem promittetur. Sueton.in Cæsare,Quum M. Cato identidẽ identidem promitteret,delatorum se nomen eius simul ac nec sine iureiurando denuntiaret,delatorum se nomen eius simul ac primum exercitum dimisisset. Plin.epist.208,Legi enim locum,identidem repetens ea maximè quæ de me scripsisti.
Identidem dicere.Cic.2.de Finib.119.
Identidem futurus videbatur in vrbem impetus. Liu.5.ab Vrbe,176.
Identidem belli author.Liu.1.ab Vrbe,134.
Identidem quærere.Cic.pro Rosc.Amer.51.
Appellare nomen alicuius identidem.Cic.2.de Inuent.180.
Recitabatur identidem Pompeii testimonium. Cic.pro Rab.Posth.11.
¶Eisdem vel iisdem.Cic.in Orat.30,Idem campus habet,inquit Ennius & In templis iisdem.probauit iisdem. at erat verius , nec tamen eisdem opimius:malè sonabat iisdem.imperratum est à cõsuetudine,vt peccare suauitatis causa liceret.

Ideo, (διό,)Coniũctio collectiua,siue rationalis.Cic.pro Cælio,15, Sed vestrę sapientiæ est Iudices,non si causa iusta est viris fortibus oppugnandi M.Cælium.Ideò vobis quoque vos causam putare esse iustam alicuio dolori potius,quàm vestræ fidei consulendi.
Ideo quia.Plaut.Merc.3.31. - hoc ideò fit,quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ nihil attingunt ad rem, nec, &c.
Ideo quòd. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 13, Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quòd, &c.
Ideo vt. Cic. 6. Verr. 7. Ideo Claudius pulcher retulit, vt C. Verres auferre posset. Idem, 1, de Inuent. 37, Hęc ideo diligentius inducitur prescriptio, vt aperte, &c.

Idiôma, penultima producta, idiómatis, neutri generis, Proprietas, ἰδίωμα.

Idiôta, Adiectiuum, (ἰδιώτης, ἰδιώτου.) Indoctus & illiterratus. Lucil. lib. 16. Quidni & tu idem illiteratum me atque idiotam diceres? Cic. 6. Verr. 3, Quæ non modò istum hominem ingeniosum atque intelligentem, verumetiam quęuis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent. Idem in Pisonem, 50, Tu eruditior quàm Piso, prudentior quàm Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia quàm Crassus: ea contemnis, quæ illi idiotæ, vt tu appellas, præclara duxerunt. Et paulo pòst, 52, Sed planè animi fui causa, ludos nobis idiotis relinquit. Sic pro Sestio, 95.
Idiotæ opponitur Ingeniosus atque intelligens. Cic. 6. Verr. 3.
Idiota, Dicitur etiam priuatus & plebeius.

IDMON, (Ἴδμων,) vates inter Argonautas, Apollinis & Asteriæ filius. Ex Idmone autem & Testia, Testoris Tectore Calchas item vates, vt placet Pherecidi. Apollonius autem poeta Idmonem Abantis filium esse dicit, & item Herodotus. Volaterranus.
Argolicus Idmon. Valer. 5. Argon. 1.
Audax Idmon. Ouid. in Ibin, 102.
Phœbeius Idmon. Valer. 1. Argon. 47.

Idólum, idóli, pen. prod. (εἴδωλον,) Simulachrum, & repræsentatio rei alicuius: quam veteres in honore habebant. Cic. 1. de Finib. 32, Imagines quæ idóla nominant. Plin. epist. 147. b. Mox apparebat idólon, senex macie & squallore confectus, promissa barba. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 5, Sed si in insulam Britannicam cœpero cogitare, eius idolum mihi aduolabit ad pectus.
Idololatria, idololatriæ, pen. prod. (εἰδωλολατρεία,) Idolorum cultus.
Idololatra, idololatræ, pen. cor. com. g. (εἰδωλολάτρης,) Idoloru cultor.
Idolorhytum, idolorhyti, pen. prod. Quod immolatum est idolo. εἰδωλόθυτον, εἰδωλοθύτου.

IDOMENEVS, p. cor. quadrisyllabũ, (Ἰδομενεύς,) Deucalionis filius, & nepos Minois, rex Cretensium, qui teste Homero, populos suos ad Troiam duxit, & quum post euersam Troiam reuerteretur, in tempestate denouit diis sacrificaturum se de re quæ ei primum occurrisset. Contigit vt filius eius primus occurreret: quem quum, vt alii dicunt, immolasset: vt alii, immolare voluisset: à ciuibus pulsus regno, Salentinum Calabriæ promontorium tenuit: iuxta quod cõdidit ciuitatem, vt scribit Virgil. 3. Aeneid. 80.
Et Salentinos obsedit milice campos
Lictius Idomeneus. Hæc Seruius.
Ingens Idomeneus. Horat. 4. Carm. ode. 9. 4.

Idoneus, Adiectiuum, (ἱκανός, ἀξιόχρεως, ἐπίτιμος, ἐγγύνος, φίλος,) Aptus ad omnia, & bona & mala, inquit Donatus, Conueniens & alicui rei natus. Terent. Hecy. 3. 3. 1,
Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum,
Vnde exordiar narrare. Plaut. Mostell. 8. 108, Videtur obsecro hercle idoneus Danista qui sit, genus qd improbissimũ est. Plin. epist. 150, Adeò rarũ est inuenire idoneos cõductores. Barbari proprios vocant.
Idoneus author, Fidelis & sufficiens quod dicitur. Cicero, 5, Verr. 186, Dicito potius quoniam habes authorem idoneũ, quod Antonius vno aduentu, & vix menstruis cibariis fecerit, id ipsum per triennium fecisse. Idem de Claris Orat. 28. & Atti. lib. 8. 166. 4. Liu. 8. ab Vrbe, 17, Idoneos authores habeo quærentibus de nobis Samnitibus ita respõsum ab Senatu, &c.
Idonei atque integri homines. Cic. 1. Verr. 5.
Idoneis verbis consuescere. Cic. 1. de Orat. 75.
Idoneum tempus, Accõmodum. Cic. pro Sex. Rosc. 41. Et. 1. Offic. 190, Sic fit vt modestia hęc quam ita interpretamur, vt dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.
Aptus & idoneus. Cic. 2. de Legib. 15. Est enim ratio mensque sapiẽtis ad iubendum & deterrendum idonea.
Idoneus locus, Id est aptus, cõueniẽs, & quasi opportunus. Cic. 1, de Leg.
Idonea tẽpestas Cic. ad Quẽ. frat. lib. 2. 8. 6, Tu mi frater, simul ac ille venerit, primã nauigationẽ (dũmodo idonea tẽpestas sit) ne omiseris.
¶ Idoneus, cum datiuo: Hoc est vtilis. Cic. 5. Verr. 35, Tibi fortasse idoneus fuit nemo quem imitarẽre. Idem Leptæ, lib. 6. 19. 1, Eius falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio. Plin. lib. 23. cap. 19, 2, Idoneus & tingendis vestibus flos.
Historiæ magis idoneus erit alius. Quintil. lib. 2. cap. 8. 4.
Pugnæ non sat idoneus. Horat. 2. Carm. ode, 19. 6.
Rhetori idoneus puer. Quintil. lib. 1. cap. 3. 1.
Idoneus ad, Natus & aptus. Plaut. Pœnul. 8. 6, Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos. Terent. Heaut. 1. 1. 81,
– sed gnatum vnicum, Quẽ pariter vti his decuit, aut etiã amplius,
Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est,
Eum ego eieci hinc. Cicero de Amicit. 55, In amicitiis eligendis negligentes esse, nec habere quasi signa quedam & notas, quibus eos qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent. Idem ad Atticum, lib. 5. 93. 1. Instruat etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium. Sic, 3, Verr. 58. Idem, 5, de Finib. 106.
Demonstratiua ad scribendum idonea. Quintil. lib. 3. cap. 8. 43, Nanque Aristoteles idoneam maximè ad scribendum demonstratiuam, proximamque ab ea iudicialem putauit.
Idoneus de. Cic. 4. Acad. 36, Et rem idoneam de qua quæratur, & homines dignos quibuscum disseratur, putant.
Idoneus in. Terent. And. 4. 5. 18,
– adeone videmur vobis idonei in quibus sic illudatis?
Idoneus qui. Plaut. Aulul. 7. 74,
Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum,
Quẽ senecta ætate ludos facias haud merito meo. Terẽ. And. 3. 2. 12,
– itane tandem idoneus
Tibi videor, quem tam apertè fallere incipias dolis?
Idonea, idoneorum. Tacit. lib. 4, At apud idonea prouinciarum. Hoc est, apud idoneos locos prouinciarum.

Idonè, Aduerbium, (ἱκανῶς,) Aptè & commodè. Cicero, 1, de Inuentione, 19, Exordium est oratio animum auditoris idonè comparans ad reliquam dictionem.

IDVMARA, (Ἰδουμαία,) Regio est Syriæ, teste Plinio, lib. 5, à Meridie contigua Arabiæ, à Septẽtrione vetò Phœniciæ: à qua Libanus eã diuidit, habetq; ciuitatẽ Idumẽ Phœniciæ cõiunctã, & abundantem palmis, vt ostendit Lucan. lib. 3. dicens. – & arbusto palmarũ diues Idume. Vnde Idumæus Adiectiuum, pro epitheto palmarum ponitur à Virgilio, 3, Georg. 3.
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Idus, iduum, Pluraliter tantum, f. g. (εἶδος, μετοῦντος μηνός,) dicuntur octo illi dies, qui in singulis mensib⁹ Nonas sequũtur. Cicero Attico, lib. 14. 302, 2, Sed omnia licet concurrant, Idus Martiæ consolantur. Idem, Nam hæc idibus mane scripsi.
¶ Idus dicuntur diuisiones: vnde proprie existimantur dies qui diuidunt mensem. Diuidunt enim mẽses, præcipuè Nonas à Calẽdis. Idus re siquidem Hetrusca lingua, diuidere est.
Octonæ Idus. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 13.
Agendæ tibi sunt Idus. Horat. 4. Carm. ode, 11. 3.

IDYIA, Vxor Aeetæ regis Colchorum. Vide MEDEA.

Iecur, iecoris, vel iecinoris, penu. corr. (ἧπαρ.) Qui genitiuus, vt Priscianus, à nominatiuo iecinus videtur esse. Hepar Græcè dicitur, estque id viscus quod dextra parte ventriculo affidet, sanguinẽque conficit. Plaut. Curcul. 5. 22.
– Iten necat, renes dolent,
Pulmones distrahuntur, cruciatur iecur,
Radices cordis percunt. Plin. lib. 11. cap. 37. 61. Sex victimarum iecinora replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt. Ibidem, Iecur in dextra parte est, in eo quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. Cic. 2. de Nat. Deor. 105.
Iecur anseris proceres gulæ saporis bonitate commendãt: fartilibus crescit mira amplitudine: & quod mirabilius est, exemptum quoque liẽte multo augetur. Ex Plinio lib. 10. cap. 22. 2. Martial. lib. 13. 58.
Aspice quàm tumeat magno iecur ansere maius.
Miratus dices, hoc rogo creuit vbi?
Aegrum iecur. Persius Saty. 5. 13.
Artolem iecur. Horat. Epod. 5. 8.
Iecur arietinum, Vide ARIES.
¶ Siccum iecur ardet ira. Iuuenal. Saty. 1. 5.
Feruens difficili bile tumet iecur. Horat. 1. Carm. ode, 13. 1.
Vlcerare iecur alicuius. Horat. 1. epist. 19. 15.
Bilis vrit iecur. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 14.

Iecúsculum, penult. corr. Diminutiuum, (ἡπάριον,) Plin. lib. 11. capit. 37. 64, Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur, totidemque inueniri quotum lumen eius sit. Sic Cicero, 1, de Diuinatione, 49.

Ieiûnum, ieiúni, penultima product. (νῆστις,) Intestinum sic dictũ, quia nunquam quod accipit continet, sed protinus ad inferiora transmittit. Hoc maiores nostri hiram, & per diminutionem hilam dixerunt, vt inquit Festus: & hilum neutro genere. Vide Ieiunus, Adiectiuum.

Ieiunium, huius ieiunii, (νηστεία, δοιτία,) Tẽpus quo à cibis abstinemus. Liu. 6. bel. Maced. 144, Eorũ prodigiorũ causa libros Sibyllinos ex s. c. Decẽuiri quum adissent, renuntiarunt, ieiunium instituendũ Cereri esse, & id quinto quoque anno seruandum.
Instituere ieiunium, in præcedenti exemplo.
Annua ieiunia celebrare. Claud. ad CHRISTVM, 9. 4.
Longa domantillos inopi ieiunia victu. Ouid. 1. Metam. 63.

Explete ieiunia. Seneca Thyeste, 1. 1. 3.
Indicere ieiunia. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 58.
Ieiunio laborare. Colum. lib. 3. cap. 12. 3.
Expera vadit & cibi, lachrymis pauit ieiunia. Ouid. 4. Metam. 53.
Placare ventris ieiunia. Ouid. 15. Metam. 17.
Sedare ieiunia carne feræ. Ouid. 15. Metam. 17.
Soluit ieiunia tribus granis. Ouid. 4. Fast. 122.
Vexare ieiunio. Celsus libro, 3, cap. 15, Nam neque implendus æger est, ne insaniat: neque ieiunio vtique vexandus est, ne imbecillitate in cardiacum incidat.
Ieiúnus, ieiúna, ieiúnum, penu. prod. (νήστις,) Qui à cibis abstinet. Plautus Pseud. 2. 12. In cœnam qui ieiunus venerit, aut sitiens,
Is risu & ventre raso vigilabit sedulò. Idem Casina, 1. 40.
Quicquam nusquam ædepol gentium
Ieiunum æquè est, atque ego te rori reddibo. Id est, nihil vsquam tã inane & exhaustum, &c. Idem Capt. 8. 6.
Neque ieiunioriorem, neque magis effractum fame Vidi.
Arena ieiuna. Virgil. 3. Georg. 97.
Ieiuna auiditas, Hoc est maxima & qualis ieiunis esse solet, vel quasi ieiuno semper esset stomacho. Plin. lib. 10. cap. 3. 3. Eadem ieiunæ semper auiditatis & querulæ murmurationis. De quodam genere aquilæ.
Expletur ieiuna cupido. Lucret. lib. 4. 170.
Dentibus ieiunis acer Iupas. Horat. 2. epist. 2. 8.
Fames ieiuna. Ouid. 8. Metam. 160. Fames, dea.
Ieiuna glarea. Sicca & sterilis terra. Virg. 2. Georg. 45. Nam ieiuna quidẽ clinosi glarea turis. Seruius.
Ieiunum intestinum. Celsus lib. 4. cap. 1. de iunctura quæ pylorus dicitur, Ab ea ieiunum intestinum incipitque tale vocabulum est, quia nũquã quod accipit continet, sed protinus in inferiores partes transmittit.
Iugera ieiuna. Seue. Here. Oeth. 1. 7.
Macies ieiuna. Claud. de bello Gildon. 5.
Ieiuni oris saliua. Plin. lib. 7. cap. 2. 7. Quòd si in fauces penetrauerit, etiã mortiũque maximè humani ieiuni oris.
Ieiuna saliua. Colu. lib. 6. cap. 35. 1. Cicatrices oculorum ieiuna salua & sale defricatæ extenuantur. Id est quæ ab homine ieiuno expuitur.
Ieiuna terra. Columel. lib. 3. cap. 5. 1. Vitiarium neque ieiuna terra, neque vliginosa faciendum est.
Amicus ieiunus. Cic. Appio, lib. 3. 10. 24. Nihil in me non modò perfidiosum, & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoscere. Badæus.
Ieiunus animus, per translationem, pro exili, tenui, minuto, nec satis pleno, aut capaci rerum ingentium. Cicer. 14. Philipp. 396. Hæc inter posui, P. C. non tam vt pro me dixerim (malè enim mecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione purgatus) quàm vt quodam nimis ieiuno animo & angusto monerem (id quod ego semper fecissem) vti excellentium ciuium virtutem imitatione dignã nõ inuidia putarent.
Frigida & ieiuna calumnia. Cic. pro Cecin. 45. Iuris iudicium quum erit, & æquitatis, caue in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia delitescas.
¶ Ieiuna oratio, cui opponitur Copiosa & plena. Cicero. 3. de Oratore, 10. Quod siquis erit qui doctus opinione vulgi aut Antonium ieiunorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet, &c. Idem de Claris Orat. 23. Deinde quòd Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior. Quintil. lib. 8. cap. 3. Quædam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, vilis oratio est. Quæ vitia facillimè sunt manifesta contrariis virtutibus. nam primum acuto, secundum nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo, accurato diuersum est. Idem lib. 2. cap. 9. 3.
Traditio ieiuna, atque arida. Quintil. lib. 3. cap. 1. 3.

Ieiúne, pen. prod. Aduerbium, (νηστίως,) vt Ieiunè de re aliqua disputare, agere, dicere: Hoc est frigidè, & languidè admodum. Cicero. 1. de Iter. vt eum quem acutissimum Erunt Chrysippum disputauisse, neque ob eam rem philosophiæ non satisfecisse, &c. Idem in Oratore, 64. Quæ sæpe cadũt in causas, sed ieiunè aguntur. Idem 3. de Fini. 29. Et 4. Acad. 199.

Ieiúnitas, penul. correp. (νηστότης,) Ieiunitãtis, Tenuitas. cui contraria est Hubertas & copia. Cice. 1. Tusc. 5. Et quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem & famem se malle quàm huberta tem & copiam dicerent. Idem 2. de Orat. 7. Non tamen arbitror tibi hos libros in eo fore genere, quod meritò propter eorum qui de dicendi ratione disputarunt, ieiunitatem bonarum artium posit illudi. Sic de Claris Orat. 105.

Ientáculum, ientáculi, penult. corrept. (ἀκροατισμός,) Cibus qui ante prandium sumitur. Prandiolum alias dicitur. Plaut. Curc. 1. 72.
Nunc ara Veneris hæc est ante horum foreis,
Me inferre Veneri noui iam ientaculum. Idem Trucul. 11. 37.
– non nouisti obsecro
Qui illic apud me erat, huius pater vsque ad ientaculum
Iussit ali, manẽ. Sueton. in Vitell. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat: in ientacula, & prandia, & cœnas, comessationesque. Martialis lib. 14. 219.
Surgite, iam vendit pueri ientacula pistor:
Cristatæque sonant vndique lucis aues.
Iento, ientas, (ἀκροατίζω,) Ientare, Aliquid ante prandium gustare. Varro Marcipore, Vt eat, ac Rempublicam administret, & quòd pulli ientent. Afranius, Hæc ieiunia ientauit.

Iens, euntis, (ἰών,) Participium ab eo, is verbo.

IERVSALEM, (ἱερουσαλὴμ,) vrbs Iudææ celeberrima: de qua vide Dictionarium nominum Hebraicorum à nobis impressum.

IESVS, (ἰησοῦς,) dissyllabum apud Hebræos, tametsi Græcis trisyllabum, Nomen est Redemptoris ac Saluatoris nostri CHRISTI: qui Hebraicè IESVOSVA dicitur, Latinè Saluator, vel vt alii volunt Seruator. Cuius significationis ratio est apud Matthęũ, Hic enim (inquit) saluum faciet populum suum à peccatis suis.

Igitur, pen. corr. (ἄρα, ἄρ' οὖν, ῥοῦν, δυνεῖν. τοίνυν, τοιγαροῦν,) Collectiua vel rationalis coniunctio est. colligit enim superiorem ratiõem, hoc est ratione confirmat. Adhibetur, inquit Valla, breuioribus conclusionibus. Quintil. lib. 1. cap. 5, Solœcismus fit transmutatione, qua ordo turbatur, Quòque ego, Enim hoc voluit, Autem hoc habui. Ex quo genere an sit igitur, initio sermonis positum, dubitari potest: quia maximos authores in diuersa opinione fuisse video, quũ apud alios sit etiam frequens, apud alios nunquam reperiatur. Terent. Eun. 5. 5. 14, quid igitur faciam miser?
Quidve incipiam? Idem And. 3. 3. 1, Quid igitur sibi vult pater cur simulat! Cic. pro Ligario. 1. Habes igitur Tubero, quod accusatori maxime optandum, confitentem reum. Idem in Orat. 57, Ieiunas igitur huius multiplicis & æquabiliter in omnia genera fusę orationis aures eiuitatis accepimus.
Igitur, pro Deinde, vt ait Donatus. Terent. Eunuc. 1. 1. 1.
Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem
Quum accersor vltrò. Plaut. Amphit. 4. 16,
– sin aliter fient animati, neque dent, æque petat,
Sese igitur summa vi, virisque eorum oppidum expugnassere. Ibidem, 4. 147, Clara vorsum fabulabor: hic auscultet quæ loquar: igitur magis maiorem in modum in sese concipiet metum.
Ibidem, 5. 11, Errori ambo ego illos & dementiæ
Complebo: atque omnem Amphitruonis familiam,
Adeò vsque satietatem dum capiet pater
Illius quam amat: igitur demum omnes scient
Quæ facta. denique Alcmenam Iuppiter
Rediget antiqua in concordiam coniugis. Idem Afina. 6. 4, Iamdiu factum est quum discessisti ab hero, atque abisti ad forum Igitur, inueniundo argento vt fingeres fallaciam.

Ignárus, (ἀγνοῶν,) Vide IGNORO.

Ignauus, pen. prod. Adiect. (βλακώδης, ἄπρακτος, ἀκάθυμος, ἀπραγμων,) Est, inquit Donatus, qui vim non potest ferre, qui non est perseuerans. Cic. 2. Tusc. 93, Vt enim fit in prælio, vt ignauus miles ac timidus simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugiat. Liu. 5. ab Vrbe, 132, Quum concione aduocata terrorem increparet ac fugam, fusos esse ab ignauissimo & fugacissimo hoste. Plaut. Casina, 5. 30,
quid id est quod tu scisse te sene omnium
Neminem esse ignauiorem. vnde is nihili? Terent. And. 1. 5. 43, adeòn' me ignauum putas!
Adeòn' porrò ingratum, &c. Idem Eunuch. 4. 77, Quid ignauè, penicullone pugnare qui istue huc portes, cogitas? Ibidem, 4. 3. 10. & 2. 2. 8. Plautus Capt. Non igitur nos soli ignaui sumus. Idem Rud. 19. 48, Ignaui homines satis rectè monent.
Ignauus & Fortis, contraria. Cic. 1. de Inuent. 105. Indignum esse ab homine ignauissimo virum fortissimum Aiacem esse necatum.
Aestus ignaui. Ouid. 7. Metam. 197. Ab effectu.
Amor ignauus. Stat. 3. Syl. 2. 20.
Anni ignaui. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.
Contagia ignaua. Claud. 1. in Eutrop. 98.
Corpus ignauum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 1.
Ignauus dolor, Qui vires aufert, vt labori sufficere nequeat.
Plin. lib. 11. cap. 18. 4, Rege apum à peste consumpto moreretur plebs ignauo dolore, non cibos conficiunt, non procedunt.
Frigus ignauum. Ouid. 1. Metam. 153. Ab effectu.
Ignauum & iners interrogationis genus. Cic. de Fato, 42.
Grauitas ignaua. Ouid. 2. Metam. 165.
Mora ignaua. Ouid. 1. de Arte, 37.
Ignaua otia. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 5.
Ignauum pecus, Hoc est inutile, & nullius artis. Virg. 4. Geor. 14.
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Ignauus somnus. Ouid. 11. Metam. 119. Tibull lib. 3. eleg. 4. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ignauus succus. Plinius lib.10.cap.18.6, Quum capita ipsa & folia deco quuntur, succus meconium vocatur, multum opio ignauior. Hoc est minorum virium.

Ignauia, huius ignauiæ, (ἀδρανία, ἀκαυμία, ἀργία,) Est vitium contrariũ fortitudini, quo quis aggredienda præ formidine non aggreditur. Cic.2.de Inuent.243, Vt fortitudini ignauia, & iustitiæ iniustitia. Sub. contraria est. Idem de Amicitia,43, Vt cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit, vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauam fortitudo.

Timiditas & ignauia. Cic.1.de Finib.77, Quibus rebus intelligitur nec timiditatẽ ignauiãmque vituperari, nec fortitudinem patientiãmque laudari suo nomine.

Ignauia. Plau.Mer.1.2.77. Et Tri.4.70. Liu.1.ab Vr.103.& 2 132.

Ignauia odoris, pro Odore remisso & laxo. Plin.lib.12.cap.25.6.

Ignauè, pen.prod. Aduerbium, (ῥαθύμως,) Hoc est lentè, & segniter. Cic. 2.Tusc.94. Sed hoc quidem in dolore maxime est prouidendum, ne quid abiectè, nequid timidè, ne quid ignauè, nequid seruiliter, muliebri terve faciamus.

Ignauiter, pen.cor. (βλακικῶς,) Similiter aduerbium. Hirtius ad Ciceronem in Epistolis ad Atticum, lib.15.325.1, Rure iam redierim, quæris. an ego, quum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Lucilius Satyr.lib.16, Cur tam ignauiter, hoc præsertim tempore, quæris?

Ignis, huius ignis, m.g. (πῦρ,) A gignendo dictus: quòd in eo nihil nascatur, & omne quod nascitur, eum amittit & frigescit. Vel quòd seipsum pariat, & paruis scintillis crescat in immensum.

Inuicti ignibus dentes, Vide INVICTVS.
¶ Ácer ignis, Vide ACER.
Arduus ignis. Stat.3.Sylu.3.36. Atri ignes. Virg.4.Aene.77.
Ignis atarus. Propert.lib.1.eleg.19.12.
Auidus ignis. Ouid.12.Metam.56.
Calidi ignes. Lucret.lib.2.87.
Confusi ignes. Stat.5. Thebaid.64.
Damnosi ignes. Ouid.4.Fast.143.
Feruidus ignis. Senec. Oedip.12.3.
Festus ignis. Stat.4.Sylu.8.8.
Ingens ignis, Vide INGENS.
Inimicus ignis. Virg.4.Georg.66.
Languidus ignis, Vide LANGOR.
Lentus ignis, Vide LENTVS.
Magnus ignis, Vide MAGNVS.
Nigri ignes, Rogales. Horat.4.Carm.ode 11.6.
Odorati ignes. Ouid.1.Fast.16.
Pugnax aquæ ignis. Ouid.1.Metam.87.
Rapax ignis. Ouid.8. Metam,169.
Rapidus ignis. Virg.4.Georg.53.
Roseus ignis. Claud.5. Paneg.1.
Rutilus ignis. Virg.1. Georg.90.
¶ Abolitum corpus igni. Tacit.lib.16.
Ignem ab æde abstinere. Liu.7.ab Vrb.124. Vide ABSTINEO.
Accendere ignem. Virg.5.Aeneid.1. Vide ACCENDO.
Lethiferos accendit Sirius ignes. Silius lib.16.20.
Adhibere ignem, Vide ADHIBEO.
Adiuuare ignem, Vide ADIVVO.
Apponere ad ignem, Vide APPONO.
Largus ardet ignis. Horat.1.Serm.saty.8.4.
Asseruare ignem è silice, Vide ASSERVO.
Concipere ignem. Ouid.9. Metam.105.
Celer ignis peredit Aetnam. Horat.3.Carm.ode 4.16.
Cinere multo latet obrutus ignis. Lucret.lib.4.187.
Coercere ignes, Vide COERCEO.
Compescere ignes. Ouid.7. Metam.63.
Comprendere ignem crinibus. Virg.7.Aeneid.15.
Concremare igni, Vide CONCREMO.
Conicere se in ignem, Vide CONICIO.
Considere in ignes, dicitur vrbs vel domus. Virg.2.Aeneid. 125.
Corrumpi igni, Vide CORRVMPO.
Festos cumulare altaribus ignes. Stat.4.Sylu.8.8.
Debacchantur ignes. Horat.3. Carm.ode.3.11.
Depellere ignes ab aliquo. Virg.9. Aeneid.16.
Vlmos igni dare, Id est imponere foco. Virg.3.Georg.76.
Ignem elicere lapidum conflictu atque tritu. Cic.2. de Nat.deor.36.
Auidum de crinibus ignem. Excutit. Ouid.12.Metam.56.
Excudere ignem abstrusum venis silicis. Virg.1. Georg.27.
Impius ignis templa Iouis ferat. Stat.5. Thebaid.137.
Festinare ignes. Tacit.lib.14, Sed cædes, patibula, ignes, cruces tanquã redditurì supplicum, ac præcepta interim vltione festinabant.
Flagrant ignes. Silius.lib.1.20.
Fulsere ignes. Virg.4.Aeneid, 24.

Haustos igni. Tacit.lib.12, Eodem oratore Bononiensi Coloniæ igni haustæ subuentum, centies sestertii largitione.
Ignem facere. Cæsar.3.bel.Ciuil.119, Subsque omnes castris continuat, ignesque fieri prohibuit, quo occultior esset eius aduentus.
Inferre ignem hostibus. Lucret. lib.5.251.
Ignem operibus inferre. Cæsar 2.bel.Ciui.53, Portis se foras erũpent, sedo, magnóque vento operibus ignem inferunt.
Iniicere ignes Capitolio, Vide INIICIO.
Moliri ignem. Virg.10.Aeneid. 26.
Occisus igne, Quintil.lib.6.cap.1.14, Occisus est, vtrum ferro, an igne, an veneno.
Opprimere ignem, Vide OPPRIMO.
Arduus ignis palpitat. Stat.12. Thebaid.14.
Ignem ignes procudunt. Lucret.lib.2.251.
Infandos ignes prohibe à natibus. Virg.1.Aeneid.106.
Stridunt ignes. Iuue.Saty.10.7. Luca.lib.6.36.
Ignem subiicere. Cic.3.Verr.48, Cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt.
Subsiliunt ignes ad tecta domorum. Lucret.lib.2.39.
Suppositi ignes cineri. Horat.2.Carm.ode 1.1.
Suscipere ignem foliis. Virg.1.Aeneid. 36.
Sopitos ignes suscitare. Virg.5. Aeneid.148.
Torrere igni fruges. Virg.1. Georg.54.
Latè vagatur ignis, Vide LATVS.
Volant ignes ad tecta. Virg.12. Aeneid.120.
¶ Liquidus ignis, Id est purus, æthereus. Virg.eclog.6.7.Seruius.
Liquidi color aureus ignis. Lucret.lib.6.42.
Astrorum ignes, Stellæ. Virgi.3. Aeneid.117.
Sanguineo igne cometes. Claud.1.de raptu Pros.47.
Vagus ignis Solis. Lucan.lib.1.10.
Phœbei ignes. Ouid.5.Metam. 78.
Tremuli ignes. Lucret.lib.4.81.de solis splendore.
¶ Fulmineus ignis. Lucret.lib.1.27.
Abruptus nubibus ignis, Vide ABRVMPO.
Crebris micat ignibus æther. Virg.1.Aeneid.10.
Elisus nubibus ignis. Ouid.8.Metam.68.
Infesto igne peti. Ouid.1.Trist.eleg.1.17.
Rapidus ignis Iouis, Fulmen. Virg.1.Aeneid.19.
Trisulci ignes, Fulmina. Ouid.2.Metam.170.
Oculi micant igne. Ouid.3.Metam.7.
Truculento igne minaces ardent genæ. Sene. Oedip.11.9.
¶ Ignis, pro meretrice aliquando accipitur, quòd non secus atque ignis amantes vrere soleat. vel quia auida & auara est, vt ignis, alimentorum. Terent. Eun.1.2.5, Accede ad ignem hunc, iam calefces plus satis. Virg.eclog.4.13, At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas. Donatus.
¶ Ignis pro amore, vt Arserunt agitati fortius ignes. Ouid.6.Metamorpho.142.
Cæco carpitur igni. Virg.4.Aeneid.1.
Indomito igne carpi. Ouid.10. Metam.74.
Blandos ignes colligere paulatim. Valer.1.Argon.71.
Validos ignes concipere. Ouid.7. Metam.2.
Edunt medullam ignes. Catull.ad libellum, epigr.33.3.
Erumpit oculis ignis. Senec.Hippol.42.
Mutuos ignes ferre. Senec.Hippol.4.12.
Insolitos ignes hauserat virginis. Claud.de Nupt.Honorii,1.
Lentis macerati ignibus. Horat.1.Carm.ode.13.2.
Mersus visceribus ignis. Senec.Hippol.5.11.
Nutrire suos ignes. Ouid.6.Metam.90.
Furtiuo igne populante venas. Senec.Hippol. 3.2.
Tepidos ignes sub pectore sensit. Ouid.11.Metãm.46.
¶ Subiicere ignem, Id est inuidiæ materiam suggerere. Cic.pro Rabir. Post.9, Et quanquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamen quum odium non restinguerètis, huic ordini ignem nouum subiici non fuistis. Budæus.
¶ Ignis lacer, Morbi genus sciuius duæ species sunt. alter est subrubicundus aut missus cum rubore, atque pallore, exasperatusque per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est. plurimæ parexiguæ, in quibus semper ferè pus est, & sæpe rubor cum calore serpitque id nonnunquam senescente eo quod plurimum vitiatum est. fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipuè quæ in planis. Altera species est in summæ cutis exulceratione, sed sine alitudine hoc latum est, subliuidum: inæqualiter tamen, mediómque senescit, extremis procedentibus, ac sæpe id quod iam sanum videbatur, iterũ exulceratur. cutis colorem habet ex rubro subnigrum. hoc morbo corpora ferè seniora tentantur, aut quæ mali habitus sunt, sed in cruribus maximè. Hæc Sipontinus. Plin.lib.26.cap.11.15, Ignis sacri plura sunt generatinter quæ medium hominem ambiens, qui Solter appellatur, & enecat si cinxerit. Vulgus vocat ignem S. Antonii.

Ignis sacer est quem Græci ἱερὰν νόσον appellant. Virg.3.Georg. 111.
– contactas artus sacer ignis edebat. Seruius.
Igniculus, huius igniculi, pen.correp.m.g. Diminutiuum, (πυρίδιον,) Iuuenal.Satyr.3.11.
– igniculum brumæ si tempore poscat.
¶ Igniculus, metaphoricè, pro Incitamento & veluti stimulo quodam à natura dato, ad virtutem consequendam. Cice.lib.3.Tuscul.3. Nunc paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinioni busque deprauatis sic restinguimus, vt nusquam naturæ lumen appareat. Idem 5.de Finib.30. Quorum similia sunt prima in animis quasi virtutum igniculi & semina.
Igniculas desyderii. Cic.ad Trebonium, lib.15.20.2. Quo tolerabilius ferramus igniculum desyderii tui, crebris nos literis appellato.
Ingenii igniculi. Quintil.in Procem.lib.6.7.
Virilis igniculus. Ci.Att.li.15.329.24. Reliqua pars epistolæ illa nanque in vtranque sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos virileis. Id est inuitamenta quædam, vel incentiua virtutis homini innata. Bud.
Iacere igniculos. Vide IACIO.
Igneus, Adiectiuum, (πυρινός,) Quod igne candidum est. Cic.2. de Natu.deorum 34. Nam omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo.
Aether igneus. Tibull.lib.4.ad Messalam 5.
Astra ignea. Virg.4.Aeneid.71.
Igneus color. Plin.lib.8.cap.38.2. Ateschtve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes.
Igneus feruor. Plin.lib.9.cap.60.1. de stella marina, Huic tam igneum feruorem esse tradunt, vt omnia in mari contacta adurat.
Sitis ignea. Virgil.3.Georg.95.
Sol igneus. Claud.2.Paneg.13.
Virtus ignea. Lucan.lib.9.2.
Ignitus, pen.pro. Adiectiuum, (πυρώδης, φλόγινος, ἔμπυρος, πυρωθείς, πυρακτός,) Candens & admodum calidus.
Ignitius vinum, Hoc est, Gellius lib.17.cap.8. Tum ego respondi, conie ctare me vinum idcirco minus coalescere, quod semina quædam caloris in sese haberet, essetque natura ignitius.
Igneo ignesù quo Ignesco, ignescis, (πυρόομαι, πυρακτόομαι,) ignescere, Ignitum fieri, In ignem conuerti & veluti ardere. Plin.lib.34.cap.8. 43. Idemque inuenias additis auri scrupulis ferè, prætenui pyropi bracteæ ignescit. Cic.2.de Natu.deor.177. Ex quo euenturum nostri putant id, de quo Pamætium addubitare dicebant, vt ad extremum omnis mundus ignesceret.
Ignescit amor. Col.lib.10.21. Atè amor ignescit mẽti, sæuitq; medullis.
Ignescunt iræ, pro accendantur. Virg.9.Aeneid.14.
Haud aliter Rutulo muros & castra tuenti
Ignescunt iræ, & dari dolor ossibus ardet.
Vultus ignescunt sanguine. Stat.3.Thebaid.16.
Ignescens, Participium, (πυρακτούμενος,) vt Ignescens color. Plin.lib. 37.cap.2.9. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, & tertium ex vtroq; ignescẽte.
Odia ignescentia. Stat.11.Thebaid.101.
Ignitirium, Igniarii, (πυρεῖον,) Igniaria Plinio appellantur ligna ex quibus ignis statim accenditur: lib.16.cap.40.10. Calidæ, morus, laurus, edera, & omnes ex quibus ignitaria fiunt.
Igniarium est (inquit Budæus) quo ignis eliciturcõstat silice è quo ignis atterendo elicitur, & ferro quo silex atteritur percussuque scintillæ decussæ, & in fomite, linteoque concepto exceptæ, flamam excitant.
Ignifer, penul.correp. (πυροφόρος,) Adiectiuum: vt Lampades igniferæ. Lucret.lib.2.5.
Axis ignifer, Currus Solis. Ouid.2.Metam.12.
Ignifluus, (πυρόρρυτος,) Aliud adiectiuum, vt Cauernæ ignifluæ. Claud. 6.Panegy.40.
Ignipes, pen.corr. ignipedis, (πυρόπους,) Martial.lib.1.27. Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros.
Equi ignipedes Solis. Ouid.2.Metam.79.
Ignipotens, pen corr. (πυροδυνής,) dictus est Vulcanus, quòd ignis potestatem habeat. Virg.8.Aeneid.142.
Illam inter cædes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens, vnàis, & Iapyge ferri. Ibidem 85. Hoc tunc ignipotens, cœlo descendit ab alto.
Deus ignipotens, Vulcanus. Virg.12.Aeneid.18.
Ignispicium, (πυροσκοπία,) sicut Aruspicium, Diuinatio erat apud antiquos quæ ignis inspectione sumebatur. Plin.lib.7.cap.56.12. Aruspicum Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia auium Tiresias Thebanus inuenit.
Ignis receptaculum, Festus.
Ignitabulum, Solinus cap.12. Pyrpole etiam quoniam & ignitabula ibi & ignis inuenta sunt.

Ignobilis, & hoc ignobile, pe.corr. (ἄσημος, ἀνάμαστος, κοινός,) Incognitus, ignotus, vilis, & abiectus in contemptum.

Plaut. Amphit.4.286. Nunc quando ego sum, vapulabis, nisi hinc abis, Ignobilis. Idem Pseud.15.9, Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Virg.lib.7. Aeneid.150, Solus vbi in Sylui Italis ignobilis æquum.
Exigeret. Cic.1.Tuscul.164, Quid Cyreneum Theodorum philosophum non ignobilem, nonne miramur?
Inglorius & ignobilis. Cic.1.Tuscul,96. Nec siletur illud potentissimi regis Anapæstum, qui laudat senem, & fortunatum esse dicit ꝗ inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus.
Non ignobilem argentariam facere. Cic.pro Cecinna, 8.
Carmen ignobile. Virg.eclog.9.8.
Non ignobili ex familia mulier. Cic.7.Verr.13.
Ignobile gramen, Vile, vbique nascens, vt aic Seruius. Virg.4.Georg. 13, – & cerinthæ ignobile gramen. Sic Colu.lib.9.cap.8.10.
Sordæ & ignobiles herbæ. Plin.lib.22.cap.3, Interim fortius augetur authoritas: quæ quanta debeatur etiam surdis, hoc est ignobilibus herbis, perlubebitur.
Lethum ignobile. Silius lib.3.25.
Ignobili loco natus, Humili & abiecto. Cic.pro Cluent.89. Vbi siquis ignobili loco natus ita viuat vt nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur.
Non ignobilis dicẽdi magister Demetrius Syrus. Cic.de Clar.Orat.174.
Ignobili atque inhoneita morte occubuit. Liu.9. bel.Pun.90.
Nomen ignobile. Silius lib.13.7.
Regnum ignobile Horat.1.Serm. saty.6.2.
¶ Ignobilis, Stultus. Virg.1.Aeneid.31, – sæuitque animis ignobile vulgus. Sic Seruius. Nisi mauis accipere pro fæce populi quam vocat Cicero.
Ignobilitas, pen.corr. ignobilitãtis, (δυσγένεια,) Vilitas. Cice.5.Tuscu. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? Idem pro Rosc. Amer. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt.
Paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo. Cic.5.Tusc.43.
Virorum ignobilitas. Ouid.6. Metam. 64.
Ignobilitas generis. Cic. pro Murena, 14, Quanquam ego iam putabam Iudices, multis vitiis fortibus, ne ignobilitas generis obiceretur, meo labore esse perfectum.

Ignóminis, & hoc ignóminie, pen.corr. (δυσώνυμος,) Qui laude & gloria caret: quasi inglorius & illaudatus. A quo
Ignominia, (ἀτιμία, κακία,) Nominis nota, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum. Cic.pro Quint.66, Dedecore, macula, turpitudinisque ignominia notetur. Idem 4.de Repub. Itaque quum omnis caiudicatio versetur tantummodo in nomine, animaduersio illa, ignominia dicta est. Idem Thermo, lib.2.17.3, Ostendi graues te suscepturum inimicitias, si adolescens potens & nobilis à re ignominia affectus esset, & hercle sine dubio erit ignominia. habes enim ueminem honoris gradu superiorem.
Ignominiæ est, pro Summa ignominia & vitio haberur. Plin.lib.18.cap. 3.4, In quas transferri, ignominiæ esset.
Labes, ignominiãque mortis. Cic.pro Rabirio perd.reo, 20.
Cum ignominia & dedecore perire. Cic.2.de Diuinat.33.
Damnatione & ignominia dignus. Cic.Attic.lib.7.123.8, Omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiãque dignos, illac facere.
¶ Afficere ignominia, Vide AFFICIO.
Qui ignominia mortuum affecerit. Cic.pro Sext.Roscio, 66.
Ignominia omnibus appetitus. Cic.pro Quint.65. Vide APPETO.
Concissus ignominia, Vide CONCIDO pen.prod.
Depellere ignominiam. Quintil.lib.1.cap.2.17, Et dolor vicium ad depellendam ignominiam concitabat.
Gemens ignominiam plagãque superbi victoris. Virg.Georg.45.
Imponere iniuriam alicui sint ignominia. Cic.pro Quintio, 64.
Inferre ignominiam, Vide INFERO.
Iaurere ignominiam alicui, Vide INVRO.
Notare aliquem ignominia. Quintil.lib.6.cap.3.43. Cic.7. Philip.211. Vide NOTO.
Perferre ignominiam, Vide PERFERO.
Ignominiosus, pen.prod. (ἄτιμος,) Notatus infamia. Quintil.lib.7.ca.2, Tibi inquit accusator, illos non licuit occidere. exul enim eras & ignominiosus. Ibidem, cap.6, Ignominioso patri filius præcribit: de eo solo iudicatio est an liceat.
Ignominiosa ac barbara appellatio. Plin.lib.3.cap.3.12. Dicta ignominiosa. Horat.de Arte, 50.
Ignominiosa fuga. Liu.3.ab Vrbe, 100, Hos ignomniosa fuga domum se recipientes Romanos Consul in algido consequutus ad vnum omnes occidit.
Ignominiatus, pen.prod. (ἀτιμασθείς,) pro Ignominia affectus. Gel.lib.9 cap.vlti. Quibus modis ignominiatus, tractatusque sit à Ca.Cæsare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liberius poeta. Antiquum & obsoletum.

Ignôro, ignoras, penul. pro. (ἀγνοῶ,) ignorare, Nescire, Plaut. Amph. 3.37.
Illi iniqui ius ignorant, neque tenent. Terent. Heaut. 2.3.28,
Hoc primum, vt nequid huius rerum ignores: anus
Quæ est dicta mater esse ei ante hac, non fuit.

Ignoras me, Hoc est, Qui sim non cognoscis. Terent. Heaut. 1.1,53, Erras si id credis, & me ignoras Clinia. Cic. 4. Acad. 8, Maiore enim studio Lucullus, cum omni literarum generi, tum philosophiæ deditus fuit, quàm qui illam ignorabant, arbitrabantur.

Ignorant me omnes, Sum omnibus ignotus, Plaut. Amph. 16.78,
–quid nunc agam. Quem omnes mortales ignorant, & ludificant vt lubet! Terent. Eunuch. 5.9.59.
–isti te ignorabant: postquam eis mores ostendi tuos,
Et collaudaui secundum facta & virtutes tuas: Impetrani,

Ignorat nomen suum. Plau. Cap. 11. 30, Quia suum ipse interdum ignorat nomen, neque scit qui siet. Id est, non meminit nominis sui.

Ignorat patrem suum. Terent. Phorm. 5.6.34,
Somnium vt ine hæc ignoraret suum patrem? G. aliquid credito Phormio esse causæ.

Ignorat sit necne, Cl. 4. Ac. 48, Ipsa verò sapientia si se ignorabit, sapientia sit necne quomodo primum obtinebit nomen sapientiæ?

¶ Ignorâtur, Passiuum. Terent. Phorm. 1.3.10, Ignoratur parens.
Plaut. Menæch. 9. 68, –eadem ignorabitur
Ne vxor cognoscat te habere, si in via conspexit. Ibidem, 11.3.
Non faxo eam esse dices, ita ignorabitur.

Fides ista ignoratur. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.4.

Ignorans, pen. prod. Participium. (ἀγνοῶν,) Cic. de Amicit. 24. Noua fabula quã ignorante tege vter eorum esset Oreستes. Idem 1. de Orat. 91 Hæc igitur & horum similia iura ignorantem, vagari, &c. Brutus Ciceroni, 16. 3, Iuuat enim magnifice loqui, & certè decet aduersus ignorantes quid pro quoque timendum, aut à quoque petendum sit.

Ignoratus, pen. pro (ἠγνοημένος) Taci. li. 20, Eadem in Voculam parabantur, nisi seruili habitu per tenebras ignoratus euasisset. Idem lib. 19. Ni duo milites præclarum facinus ausi, arreptis è strage scutis, ignoratis, vincula ac libramenta tormentorum abscidissent,

Ars ignorata. Horat. de Arte, 53.

Ignoratus vterus. Plin. epist. 164, Fuit alioqui in summo discrimine, (impune dixisse liceat) fuit nulla sua culpa, ætatis aliqua: inde abortus, & ignorati vteri tristis experimentum.

Ignoratio, ignorationis, (ἀγνόημα,) Inscitia, & si ita dicendum est, inscientia, Ad actum & rem pertinet, quæ penitus nescitur, nec sciri potest: nisi prodatur. Cic. lib. 3. Off. 95. Quotus enim quisque reperitur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita, abstinere posset iniuria. Idem ad Attic. lib. 7. 139. 5, Mittam illa, fugam ab Vrbe turpissimam, timidissimas in oppidis conciones, ignorationem non solùm aduersarii, sed etiam copiarum suarum. Idem ad Cælium, li. 2. 8. 1, Non negligentia mea, sed ignoratione rerum omnium. Id est, quia res omnes, à me ignorantur, vel quia ignorantur à me omnia quæ istic aguntur.

Ignoratio sui. Cic. pro A. Cluentio, 88, Quod erat odium dii immortales quæ superbia, quanta ignoratio sui, quàm grauis atque intolerabilis arrogantia? Idem de Amic. 61, Vt in fabulis qui aliquãdiu propter ignorationem stirpis & generis, in famulatu fuerint, &c. Corrupte legitur in quibusdam exemplaribus, Ignorantiam.

Abuti ignoratione alicuius, Vide ABVTOR.

Ignorantia, huius ignorantiæ. (ἄγνοια,) Ad humani ingenii vitium pertinere potest, quando quis per ignorantiam non satis intelligit quid faciat vel dicat, aut contrà, vt suuis ne sciat ea quæ ad se non attinent. Quintil. lib. 7. cap. 2, Ignorantia prætendi non potest. Cic. pro Flacco, 37, Vbi adolescentes nihil possent discere nisi ignorantiam literarum.

Viri ignorantia. Ouid. 7. Metam. 19.

Miserabilis ignorantia. Quintil. lib. 6. cap. 1. 36.

Ignorabilis, & hoc ignorabile, pen. corr. (ἄγνωστος,) Quod non cognoscitur. Plaut. Pseud. 8. 11, Quis hic est, qui oculis obuiam ignorabilis obiicitur? Cic. 2. de Inuent. 195, Quòd leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit. Gellius lib. 9. cap. 12, Alterum autem illud ignorabilius obscuriúsque est.

Ignãrus, ignãra, ignãrum, pen. prod. (ἀμαθής, ἀνεπιστήμων,) Imprudens, inscius, rudis, imperitus indoctus. Plaut. Pœnulo, 9.43, Ait se peregrinum esse, huius ignarum oppidi.

Ignarus animi mei. Terent. Hecyra, 4.4.60,
Erras, tui animi si me esse ignarum putas:
Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum.

Ignara artis meretricię. Terent. Heaut. 2, 1.14, Habet bene ac pudicè edu ctam, ignaram artis meretricię.

Ignarus causæ. Plin. lib, 17. cap. 11. 9.

Ignarus fortunarum suarum. Cic. pro Quintio, 44.

Haud ignara futuri. Virg. 4. Aeneid. 102.

Hominum & locorum ignarus. Virg. 1. Aeneid. 68.

Ignarus instituti. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24.4, Tu autem ignarus instituti mei, quanti ego, &c.

Ignarus lachrymarum tuarum, Terent. Hecyra. 4.4.53,
Ignarum censes tuarum lachrymarum esse me?
Aut quid sit, id quod solicitêre ad hunc modum;

Ignarus es morum meorum. Terent. Adel. 2.1.6,
Aeschine audi, ne te ignarum fuisse dicas meorum morum,
Leno ego sum.

Ignarus mundi. Plin. lib. 7. cap. 9. 3.

Ignarus officii ciuilis. Cic. 3. de Finib. 98.

Ignara patris. Plin. epist. 176. b, Modo designatus ædilis, recens maritus, recés pater, intactum honorem, orbam matrem, viduam vxorem, filiũ pupillum, ignaram aui, ignarimque patris reliquit. Id est, quæ non nouerat patrem.

Ignarus philosophiæ. Cic. 1. Acad. 67.

Rationis ignarus. Tacit. lib. 1.

Ignarus religionis. Cic. 6. Verr. 68. Hi denique illud ignari totius negotii ac religionis mercede accepta sustulerunt.

Viæ ignarus. Virg. 1. Georg. 9.

Ignarus vrbis. Liu. 1. ab Vrbe, 158.

Ignaros docendi. Quintil. lib. 1. cap. 3, Hunc disertum præceptorem, prudentem quoque, & non ignarum docendi esse oportebit.

Mens ignara nocendi. Claud. epist. 1. 1.

Non ignari estis quemadmodum. Cic. ad Senatũ, lib. 15. 1. 11, Non quemadmodum instructos, & quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionem misseritis, non estis ignari.

Ignarus sum quid agatur. Et, Ignarus quid virtus valeret. Cic. pro Sestio, 51.

Ignarus ad quod pertineat. Cic. in Topicis, 40, Pueri sæpe indicarunt aliquid, ad quod pertineret ignari.

Ignarus & insolens. Cic. 1. de Orat. 103, Ea requiruntur à me, quorũ sum ignarus atque insolens.

¶ Ignarus pro ignoto. Tacit. lib. 1, Per occulta, & vigilibus ignara. Idem lib. 3, Non quidem sibi ignara, quæ vulgabantur. Iren. lib. 12. Nihil tam ignarum barbaris, quàm machinamenta, & assus oppugnationum.

Ignôsco ignoscis, ignôui, ignôtum, pen. pro. (συγγινώσκω,) ignoscere, Valde noscere, & discere. Varro, Vólque in theatro qui voluntatẽ auribus hoc aucupatum concurristis domo, adestes & à cui, quæ feram, ignoscite, domum vt feratis è theatro literas.

¶ Ignoscere, Condonare, &, vt ait Cicero Bruto, 15. 14. sceleris pœnam prætermittere. Plaut. Aul. 30. 9, Id adeò te oratum aduento, vt animo æquo ignoscas mihi. Idem Mer. 24. 37, Orat ignoscat delictis, atque adolescentiæ. Cic. ad Cæsarem Iunorem, Nam & præteritis ignoscis, & concedis futura. Idem pro L. Murena, 57, Fateturque quis se peccasse: & eius delicti veniam petit, nefarium est facinus ignoscere. Idem 6. Ver. 124, Petiisse vt sibi, quæ res abesset, ignoscerẽtur: itaque omnes liberatos discessisse, & te ignorum omnibus. Sic 7. Ver. 108. Et 8. Philip. 250. Idem ad Brutũ, 15. 14. Virg. 4. Georg. Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes. Terent. Adelph. 3. 4. 18, Venit ipsus vltro lachrymans, orans, obsecrans,
Fidem dans, iurans se illam ducturum domum. ignotum est. tacitũ est. Idẽ Eunuc. 5. 2. 40, Propterea magis ignosco tibi. Cæsar 1. bel. Gal, 195.

Fasso ignoscere. Ouid. 13. Metam. 38.

Vitio ignoscitur omni. Ouid. 1. de Arte, 50.

Dementia ignoscenda. Virg. 4. Geor. 98.

Ignoscere sibi. Quintil. lib. 10. cap. 3. Nam si nonnisi refecti, nonnisi liberes, nonnisi omnibus aliis curis vacantes, studendum existimauerimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus.

Ignotũrus, pen. pro. Participium. (συγγνωσόμενος,) Cic. in Catone, Ignoturum alteri, quòd patrem alteri, quòd tutorem secutus esset. Cato lib. 5. Orig. Quòd eorum nemo mihi ignoturus esset.

Ignoscens, ignoscentior. (συγγνωμονικός,) Qui facile condonat & ignoscit. Terentius Heautont. 4. 1. 32,
Mi Chreme peccaui, fateor, vincor nunc te obsecro,
Quanto tuus est animus natu grauior, ignoscentior,
Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.

Ignoscentia. (συγγνώμη,) Condonatio peccati. Gell. lib. 7. cap. 3. Interdũ autem quasi eos deliquisse concedat, ignosci postulat, & ignoscentiam vtiles esse rebus humanis docet.

Ignoscibilis, & hoc ignoscibile, pen. corr. (συγγνωστός,) Gel. lib. 13. cap. 20, Hic vester huiuscemodi vestitus, de multo iam vsu ignoscibilis est. Id est venia dignus.

Ignôtus, pe. prod. A dicẽti. (ἄγνωτος, ἀγνοούμενος,) Incognitus, nõ visus. Plaut. Menæch. 8. 19, Nam ego quidem insanum esse te certo scio,
Qui mihi molestus homini ignoto, quisquis es. Idem Trinummo, 11. 18, –is homo exornetur graphicè
In peregrinũ modũ, ignota facies, quæ non visa sit, falsidicus, confidens,

Populo ignotus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 11.

¶ Domos ignotas petere. Virg. 4. Aeneid. 65.

Locis ignotis errare. Ouid. 4. Metam. 59.

Mortibus ignotis perierunt. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 22.

Orta ignotis exalat. Virgil. 3. Georg. 44.

Pars ignotissima turbæ. Claud. 1. in Eutrop. 11.

Pondus auri ignotum. Virg. 1. Aeneid. 73. Quo loco Seruius ignotum inquit, aut quod ignorabat Dido, aut certè ad magnitudinem pertinet. Id est, tantum quantum nullus vnquam nouit.

Terra ignota. Virg. 1. Aeneid. 158.

Verba obscuriora & ignotiora. Quintil. lib. 7. cap. 4. 9.

Vias ignotas ioire. Ouid. 1. de Remed. Amor. 37.

Viri ignoti noua forma. Virg. 3. Aeneid. 118.

Viri in veste ignota. Virg. 7. Aeneid. 15.

¶ Ignotus, Qui ignorat, & est inscius rei alicuius. Quintil. Declamat. 6. Nequis tamen erret ignotus, non est filii mei nouerca, sed mater.

Ignotus in Vulgus. Cic. ad Atticum, lib. 9. 173. 4. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.

Obscurus & ignotus. Cic. 1. de Orato. 86. Ius applicationis obscurum sanè & ignotum patefactum est.

Ignotior, Comparatiuus, (ἀγνοωτέρος,) Liuius 5. ab Vrbe 148. Id (vt fit) propter authoris humilitatem spretum & quòd longinqua, eoque ignotior gens erat.

I L

ILBA, vel Ilua, (Ἴλβα,) Insula est in mari Tusco, à continenti distans x. M. passuum, de hac dicit Plinius lib. 34. cap. 14. Ferri metalla vbique propemodũ reperiũtur, quippe insula etiãm Iealsæ Iluæ gignente, minimaque difficultate cognoscuntur ipso colore terræ manifesto. Virg. 10. Aeneid. –at Ilua trecentos
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis. Vbi Seruius dicit, quum in aliis regionibus effossis metallis terræ sunt vacuæ, apud Ilua hoc esse mirum, quòd sublata renascuntur, & rursum de iisdẽ locis effodiuntur. Varro & aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in structuram non posse cogi, nisi transuectum in Populoniam Tusciæ ciuitatẽ.

Ile, ilia, o. g. (λαγών,) Pluraliter, ilia, ilium, ilibus. Seruius, Hoc ile, & hęc ilia facit. Vnde etiam Iuuen. Saty. 6. 14. –vis frater ab ipsis
Ilibus. Nam quod Marulus mimographus dixit parasito, Tu Hectorem imitaris, ab illo nunquàm recedis, quum de galeso diceret, allusit ad ciuitatis nomenmam ab ili debuit dicere. Plin. lib. 11. cap. 37. 68. Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus, in cæteris ileà quibus capaciora intestina ad alaum, hominúque flexuosissimis orbibus.

Ilia ipsa inter coxas & pubem in imo ventre posita sunt, inquit Celsus libro 4. cap. 1. Plin. lib. 11. cap. 37. 75. Inter vesicam & alium arteriæ, ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. Celsius lib. 7. cap. 19. Oportet mulierem resupinam transuerso lecto sic collocare, vt feminibus eius ipsius ilia comprimantur.

Dura maiorum ilia. Horat. Epod. 3. 1.

Subiricta ilia. Ouid. 3. Metam. 44.

¶ Ducere ilia. Horat. 1 episto. 1. 2.

Religare ilia balthco. Senec. Herc. fur. 7. 4.

Rumpere ilia alicuius. Catul. ad Furium, epigram. 11. 4.
Cum suis viuat, valeatque mœchis,
Quos simul complexa tenet trecentos,
Nullum amans verè, sed identidem omnium
Ilia rumpens.

Inuidia rumpantur vt ilia codro. Virg. eclog. 7. 6.

Ima ilia longo singulta tendunt. Virg. 3. Georg. 100.

Trahere ilia. Plin. lib. 16. ca. 6. 1. Tanta huic vis est, vt iumentis etiam, nõ tussẽtibus modò, sed ilia quoq; trahẽtib', auxilier potu. Deverbasco, goras & iliosis dandos censet.

Ileos, ἴλεος, Morbus gracilioris intestini. Plin. lib. 30. cap. 7. 1. de ven lib. 10. cap. 6. 6. Et contra ileum in oleo & pulte.

ILERDA, (Ἰλέρδα,) Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ vrba, Leryda & Leyda vernaculis dicitur.
Vinctus matteris Ilerdam. Horat. 1. episto. 21. 3.

Ilex, huius ilicis, pen. corr. I. g. (πρῖνος,) Arbor quercui proxima. Virgil. 6. Aeneid. 42.
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea vento. Gellius lib. 5. cap. 6. Ea fit è fronde quernatquoniam cibus vicíusque antiquissimus quercu capi solitus fit. Fit etiam ex ilice: quod genus superiori proximum est. De corona cuica loquitur.

Aruta ilex. Virg. eclog. 7. 1.

Corusci ilicibus fremit Apenninus. Virg. 12. Aeneid. 141.

Crebris ilicibus nigrum nemus. Virg. 3. Georg. 66.

Curuata glandibus ilex. Ouid. 10. Metam. 19.

Frondens ilex. Virg. 1. Aeneid. 16.
Icta securibus ilex. Virg. 6. Aeneid. 36,
Littorea. Virg. 3. Aeneid. 78.
Nigra. Virg. 9. Aeneid. 80.
Opaca. Virg. 6. Aeneid. 42.
Plena faunis ilex. Claud. 1. de rapta Pros. 22.
Procera ilex. Horat. Epod. 15. 1.
Ramosa ilex. Ouid. 8. Metam. 48.
Tonsa ilex bipennibus. Horat. 4. Carm. ode 4. 12.
Trementes ilices frangit Aquilo. Horat. Epod. 10. 2
Viridis ilex. Ouid. 1. Metam. 23.
Vitiosa. Virg. 2. Georg. 91.

Ilicens, ilicea ilicem. (πρινινος,) Quod factum est ex ilice. Statius lib. 6. Theb. Ornique ilicęque trabes, metuendaque succo.

Ilicẽtum, pen. prod. (πρινῶν,) Locus ilicibus consitus. Mart. lib. 12. 19.
–è cathedra Surgentem focus excipit superba
Vicini struc cultos ilicetì. Sic lib. 1. 161.

Ilignens, Adiectiuum. (πρινινος.) Quod est ex ilice, vel etiam ad ilicem pertinet. vt Frons ilignea. Colũ. lib. 11. cap. 2. 62, Si nec hæc sit, ilignea frondem bubus rectè præbebimus. Idem lib. 6. cap. 3. 5. Modius viridis laureæ, & ilignea frondis. Et paulo pòst, 6, Vtinæ sint ilignea & quernea & laurea. Et paulo pòst, 7, Ilignea tamen vel melior est quernea.

Ilignea corona. Plin. lib. 16. cap. 4. 5.

Ilignus, Adiectiuum. (πρινινος,) vt Iligna glans. Plin. lib. 16. cap. 5. 1. Horat. 2. Serm. saty. 4. 8.

ILIA. (Ἰλία,) Vestæ sacerdos, Romuli & Remi mater à Marte compressa, Amulii filia, vt notat Seruius apud Virgilium lib. 1. Aeneid. 58,
–donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

Ilia, ilium, Vide ILE.

Iliades, Vide ILIVM.

Ilias Iliadis, pen. cor. f. g. (Ἰλιάς,) Homeri opus in quo Ilii excidium describit.

Ilias malorum, Prouerbium. De calamitatibus maximis simul & plurimis propterea quòd in Iliade Homerica nullum mali genus non recensetur. Vnde ex hac docti putant tragœdiarum argumenta fuisse sumpta, sicut ex Odyssea comœdiarum. Est autem opus verbosum, vigiati quatnor voluminibus vix absolutum. Vnde & quamuis orationem plus satis prolixã Iliade longiorem vocant. Cic. ad Attic. lib. 8. 155. 5, Non multo inquam secus possum vaticinari, tanta malorum impendet Ilias. Erasmus. Oui. 2. Trist. 74.

Ilias ipsa quid est nisi turpis adultera, de qua
Inter amatorem pugna, virúmque fuit?

Iliceus, Vide ILEX.

Ilicet, pen. corr. (τετελεσθαι,) pet syncopam dictum, quasi ire licet. Donatus, Sic iudices de concilio dimittebantur, suprema dicta quum præco pronuntiasset, Ilicet, quod significat, ire licet. Terent. Eun. 1. 1. 9. –actum est, ilicet,
Peristi: eludet, vbi te victum senserit. Hoc est, Per me quidem licet, atque id etiam cõsuluerim vt abeas, alioqui actum est de te. Idẽ Heaut. 5. 2. 21, –quæ ista est prauitas,
Quæ've amentia, quod peccaui ego, id obesse huic? CH. Ilicet: Ne te admisce, nemo accusat Syre te. Idem Phorm. 1. 4. 32,
–hoc nihil est: ilicet,
Quid conterimus operam frustra? quin abeam? Vbi Donatus, Ilicet, semper finẽ rei significat. Nonnulli scribunt ilicet, duplici L. Plaut. Cistell. 10. 17, ilicet, Actu' est.

Ilicet, pro Statim, confestim. Plaut. Rud. 26. 12,
Sed propera. T. licet. D. iam hic fac fis; cœna vt curetur. T. licet. D.
Omnia ilicet. T. licet.

Ilicet obtinimur numero. Virg. 2. Aeneid. 84.

Ilicet, Affirmantis aduerbium. Plaut. Epid. 14. 19, Ilicet vt vadimonium mihi hic vltrò facit. Idem Curcul. 4. 31, –ilicet
Pariter hos perire amando video.

Ilico, Vide ILLICO.

Ilígneus, Vide ILEX.

ILIONE, pen. corr. (Ἰλιόνη,) filiarum Priami natu maxima. Virg. lib. 1. Aen. Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim
Maxima natarum Priami.

ILIONEVS, pen. corr. quadrisyllabum. (Ἰλιονεύς,) Troianus fuit, quẽ Virgilius non sine causa vbique inducit eloquentem. Nam vt Homerus dicit, Phorbas, pater Ilionei, semper Mercurio deo eloquentię fauente pugnauit. Hæc Seruius apud Virgilium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ILISSVS, (Ἴλισσος,) Amnis Attica Musis dicatus, qs Ilissidas vocat.

ILITHYIA, pe. prod. (εἰλίω) dicitur à poetis Diana, quę parientibus assistere putabatur.

Præpositam timidis parientibus Ilithyiam. Ouid. 9. Metam 57.

ILIVM, (Ἴλιον,) (inquit Seruius) Virgilius neutro tantum genere declinat: Horatius autem fœminino: vt Non semel Ilios vexata. Ilium pro priè ciuitas est: nam regio, Troia est, quanuis interdum pro ciuitate, Troiam ponat Virgilius, Et campos vbi Troia fuit. Diuûm domus Ilium. Virg. 2. Aeneid. 99.

Altum ilium. Virg. 3. Aeneid. 53.

Crematum Ilium. Horat. 4. Carm. ode 9. 11.

Sacrum Ilium. Horat. 3. Carm. ode 19. 1.

Superbum Ilium. Virg. 3. Aeneid. 1.

Ilius, Adiectiuum. (Ἰλιάς,) vt Tellus Ilia. Virg. 9. Aeneid. 59.

Iliacus, pen. cor. Aliud adiectiuũ. (ἰλιακός,) vt Cãpi Iliaci. Virg. 9. Aeneid. 21. Gens Iliaca. Virg. 6. Aeneid. 175.

Ruinæ Iliacæ. Virg. 1. Aeneid. 131.

Iliades (Ἰλιάδες,) ciuitates Troiæ soluto. Virg. 3. Aeneid. 12. Id est Troianę.

Illabefactus, Adiectiuum. (ἀβλαμμένος,) Non debilitatus: vt Vincula illabefacta. Ouid. 4. de Ponto. eleg. &c.

Illâbor, pen. pro. Illaberis, illapsus sum. (ἐνδύω,) illabi, Intro labi, influere, demitti. Cic. 2. de Nat. deorum. 202. Quò primũ illabuntur ea quæ accepta sunt.

Illabor ad Cic. 1. de Finl. 61, Nã si ea sola voluptas esset, quę ijs ritillaret sensus, vt ita dicã. & ad eos cũ suauitate affluereret & illaberetur, nec, &c.

Illabi in. Virg. 2. Aeneid. 76, -sensit, medios illapsus in hostes. Legitur & delapsus.

Illabi animos. Cic. 2. de Legib. 63, Longe prouidens quàm sensim pernicies illapsa ciuium animos, malis studiis, malisque doctrinis repete totas ciuitates euerteret.

Illabitur vrbi, & illabitur mari, hoc est In vrbẽ & in mare prorũpit. Virg. 2. Aeneid. 48, -mediæque minans illabitur vrbi. Plin. li. 5. cap. 19. 9, Postremò Cariũ placidus, omnęque eos agros ferrilissimo rigãs limo, ad decimum à Milero stadiũ lenis illabitur mari. De Mæandro amne.

Amni Tyberino illabitur Nar. Lucan. lib. 1. 94.

Astris illabentibus tepet Pontus. Stat. 1. Achill. 28.

Truncus illapsus cerebro. Horat. 2. Carm. ode 17. 6.

Illapsus, huius illapsũ. (ἔνδυσις,) Colum. lib. 2. ca. 2, 9. Vt eiusmodi constructio ripã sustineat, ne præcludatur humoris illapsũ atque exitu.

Illaborátus, pen. prod. Adiectiuum. (ἀκατεργάστος,) Quod sine labore & diligentia factum est. Quintil. de Cicerone. lib. 10. cap. 3, Tum interim hæc omnia quæ vix singula quisquam intentissima cura cõsequi posset, fluũt illaborata: & illa, qua nihil pulchrius auditu est oratio, præfert tamen fœlicissimam facilitatem.

Illac, Aduerbium per locum.

Hac atque illac perfluo. Terent. Eunucho, 1. 2. 25.

Ibimus illac. Ouid. 8. Metam. 37.

Illac, pro A parte illua. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 8, Veruntamen hac vidaci cum homine audacissimo paratissimóque negotium esse: omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione, ignominiaque dignos illac facere. Id est, ex illa parte Cæsaris.

Illacerabilis, & illacerabile, pen. corr. (ἀλαμπτός,) Vt Spolium illacerabile, Silius lib. 5. 28.

Illacessitus, pen. prod. (ἀπεμάχητος,) Tacit. in vita Agricolæ, Tanta ratione curaque, vt nulla ante Britaniæ noua pars illacessita transierit.

Illachrymo, ȣ, Valde lachrymare. Li. 5. bel. Pu. 141, Illachrymasse dicitur parum gaudio.

Illachrymare morti alicuius. Lio. 10. bel. Maced. 117, Si te, qui mortis innocentis, qui meo infelici errori vous illachrymasti, in locũ eius substitutum relinquam. Cic. 3. de Nat. deor. 128, Quid dicam de Socrate cuius morti illachrymari soleo Platonem legens.

Sic ait illachrymans. Virg. 9. Aeneid. 63.

Malis illachrymare. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 2.

Illachrymare fortis humanæ, sub. causa. Lio. lib. 4. Decad. 5, Et ipse illachrymasse dicitur fortis humanæ.

Illachrymare, de rebus etiam insensibilibus à Virgilio dictum est, pro sudare, & liquidum humorem emittere. 1. Georg.

-illachrymat templis ebur, æraque sudant.

Illachrymabilis. pen. corr. (ἀδάκρυς,) Immisericors, & inexorabilis.

Pluto illachrymabilis. Horat. 2. Carm. ode 14. 2.

Illaedo, Illædis, illæsi, illæsum, (κατβλάπτω,) illædere, apud Cicerõnem legitur, pro Infringere & violare, in Oratione in Vatinium, circa principium. 1. Num legem aliquam Cornelius contra auspicia tulerit: num Heliam, num Fufiam legem illæserit? Quo loco legendum ex vetusto exemplari neglexerit.

Illęsus, Participium. (ἀλώβητος ἀνήρ,) Plin. lib. 15. cap. 30. 8, Gallinã conspicui candoris fedenti aquila ex asto abiecisse grenũ illæsum. Martial. lib. 1. 36, Illæsum timidis vnguibus hæsit onus.

Cupressus illæsa bruma. Stat. 6. Thebaid. 70.

Illaetábilis, & hoc illætabile. pen. corr. (ἀνιαρός,) Non lætum, & quod nullam lætitiã affert. Virgil. 3. Aeneid. 141, Hinc Drepani me portus, & illętabilis ora Accipit. Et lib. 12. 58, Illætabile murmur.

Onus illætabile. Stat. 5. Thebaid. 127. sic vocat puerum mortuum.

Illaqueo, illaqueas, (κατεμπλέκω,) illaqueare, Laqueo constringere. Cic. de Aruisp. responsis, 5, Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, &c.

Illatebro, illatebras, pen. corr. (ἀπόκρυπτω,) illatebrare, Quasi intrus abscõdere. Gellius lib. 17. cap. 3, ex. Q. Claudii annalũ primo, Arma plerique abiciunt, atque inermi illatebrant sese. Ibi illatebrãt, verbũ poetícum visum est, sed non absurdũ, neque asperũ.

Illaudâtus, pen. prod. (ἀπαράκλητος,) Adiectiuũ, Nõ qui laudat nõ sed q laudari nõ meruit, hoc est illaudabilis, vt ait Seruius. Sicuti quódã à cõnum cõsilio Asiæ decretũ, fuit. vti nomẽ eius, qq tẽplũ Dianæ Ephesi incẽderat, neq; vllo tẽpore notaret. Ita hoc verbũ illaudati, idoneum est ad exprimendam scelerastissimi hominis detestationem. Virgil. 3. Georg. 7, -quis aut Eurysthea durum, Aut illaudati nescit Busiridis aras? Gellius lib. 2. cap. 6, de isto loco Virgilii loquẽs, Sed ení (inquit) qui l omni re, atque omni tẽpore laude omni vacat, is illaudat' est, ifque omnũ pessimũs deterrimũque habẽt. Facta non illaudata. Stat. 11. Thebaid. 3.

Illaudabilis, & hoc illaudabile, pen. corr. (οὐκ ἀξιέπαινος,) Gellius lib. 2. cap. 6, Illaudatus enim est quasi illaudabilis, & in nõinabilis, qui neque mẽtione aut memoria vlla dignus est, neque vnquam nominandus est.

Carmen illaudabile. Stat. 5. Syl. 5. 7.

Ille, illa, illud, illius, penul. prod. (ἐκεῖνος, ταῦτος,) illi, Dicitur is de quo fit mentio. De certa enim persona dicitur, inquit Donatus. Terẽt. Andr. 2. 1. 1, Quid ais Birria? daturne illa hodie Pamphilo Nuptũ? Vbi Donatus, Bene ILLA, Velut amatorũ, de certa loquẽs persona. Sic Virgil. 4. Aeneid. 85, -solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam vbi credere sensus. Ergo non Aeneas, sed ille. Idem Phorm. 1. 2. 70,

Ille ne indotatam virginem atque ignobilem

Daret illi? Idem Heaut. 3. 3. 21, Nonne accedam ad illos?

Ille, ad propinquam etiam referri solet. Plin. epist. 9. 2. lib. 3, Matrum vna ciuitas publicè, multique priuatim rerum pegerunt. in Classicum totã prouincia incumbit. Ille accusationem vel fortuita vel voluntaria mortę præuertit. Ille, id est Classicus. Cic. pro Rosc. Comœdo, 3, Quidem quod negligenter scribamus adiuriatiquid est quod diligenter conficiamus tabulas? quas de causa? quia hæc sunt mensrua, illæ sunt aeternæ? hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè.

Ille pro aliquis. Hor. 2. Serm. Saty. 7. 8, -fateor me dixerit ille, Dicentre leuem. Hoc est, si aliquis dixerit, &c.

Ille cum significantia aliqua prolatum, inquit Priscianus, id est emphasi. Virg. 7. Aeneid. 22, -hic Iuppiter ille monebat. Cic. 1. Verr. 37, M. Catonẽ illũ sapientẽ clarissimũ virũ, &c. Idẽ 3. de Oratore, 107, Amicus pater ille Sidonius, ille quẽ tu probè Catule meministi, solitus est, &c. Ego ille, Maioris expressionis gratia, quod etiam vehementia non vacat. Terent. Adel. 5. 4. 12, Ego ille agrestis, sæuus tristis. Vbi Donatus, Bene addidit ILLE, quasi iam nostis hoc ipso quòd parcus, Sic Virgilius initio suæ Aeneidos, Ille ego, dixit eadem ratione.

Ego ille ipse vindex æris alieni. Cic. ad Atticũ, lib. 2. 16. 17. Et Cælio lib. 2. 8. 3, Ego ille ipse factus sum: scis quem dicam.

Noster ille. Ci. 1. de Inuent. 7 Quod nostrum illum non fugit Catonẽ.

Ipsum illud. Cic. 1. de Orat. 128, Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris quàm sic bellum, cauere malum, scire possumus.

Ipse ille animus idem meus. Cic. Post reditum in Senatu, 30.

Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna. Cic. pro Marcel. 4.

Ille iste Cic. 1. in Catil. 7, Fuit fuit illã ista quondam in hac Repub. virtus, vt, &c. In vetustioribus codicibus non legitur ILLA.

Ille ipse. Cic. pro Lege Manil. 10, Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Syllã, &c. Idẽ pro Fonteio, 23, Ille igitur ipse homo sanctissimus, &c.

Ille quidem Cic. Cassio, lib. 12. 9. 2, Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed, &c. Ibidem. epist. 10. 5, Nam adhuc rãtum conatus audiuntur, optimi illi quidem & præclarissimi: sed, &c. Idem ad Sulpitium, lib. 13. 70. 1, Catus Curtius Mithres est ille quidem, vt scis, libertus Posthumii familiarissimi mei, sed, &c. Idem pro Cælio, 57.

Ille talis. Terent. Eunucho, 1. 2. 21, Quæ aduecta est, ne illum talem præripiat tibi.

Ille alter. Cic. Attico, De illo altero, quem scribis tibi visum esse non alienum. Idem, De illo altero scio equidem venire nunc nihil posse. Idẽ de Oratore, Quid illẽ alter? quid petam præsidii? Idem, Nã illud alterum genus, quod est tẽporibus, locis reis definiunt. Salust. in Catil. Adherbalem omnęsque qui sub imperio Micipsæ fuerunt, metus inuadit, in

duas partes discedunt: Numidiæ plures Adherbalem sequuntur: sed illam alterum bello meliores. Ibidem, In diuisione, quę pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agro virisque opulentior, luguriæ tradituri illam alteram specie, quàm vsu potiorem, quę portuosior, & ædificiis magis exornata erat, Adherbal possedit. Terent. Eunucho. 4. 4. 26.

Venisti ne ad nos? negat. at ille alter venit, annos natus sedecim.

Illi, pro Ab illo. Plaut. Persa, 7. 18.

-ne illi mihi tam nihil noui Offerri potest, quin sim peritus.

Illiusmodi pen. corr. Teren. Adelph. 3. 3. 87.

Næ illiusmodi iam nobis magna ciuium Penuria est.

Illorum aduersus, pro illis. Tacit. lib. 3. Veneno eum à Lepida petitum illustrium domum aduersa. Hoc est domibus.

Illæc, pro illa hæc. Terent. Adelph. 3. 4. 63.

-verũm nimia illæc licentia

Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Illud breuiter significandum videtur. Cicero, ad Brutum, libro. 11. ep. 3. Illud tamen breuiter significandum videtur, Populum Rom. omnia à te expectare.

Ab illo, pro A se. Cicer. pro Deiotaro, Quid enim retineat per te, meminit, non quid amiserit: neque enim se à te mulctatum esse arbitratur: sed quum existimaret multis tibi multa esse tribuenda quæ minus assequi in altera parte potuisses, ea sumens ab illo non recusauit. Ab illo: pro à se, παρ' ἐκείνου. Budæus.

Illecebra, illecebre, pen. corr. (ἐπαγωγή, δελεασμός, ἴυγξ, θέλγητρα,) Omne blandiciarum genus quibus allicimur. Cic. de Senect: 56. Stupra verò & adulteria, & omne cũle flagitium nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. Plat. Afina. 4. 25. Atque eccam illecebra exit tandem. Idem Menæch. 5. 1. Munditia illecebra animo est amantium. Idem Casin. 22. 1. 1. Illecebram stupri. Cicer. in Catil. 9. Illecebræ corruptelarum.

Illecebra iuuentutis. Cic. 1. in Catil. 30. Iam verò quæ tanta in vllo vnquã homine iuuentutis illecebra fuit, quanta in illo? Idem pro Milone, 33. Quis ignorãt maximam illecebrã esse peccandi, impunitatis spem? Id est inuitamentum, incitamentum, lenocinium, stimulum, &c.

Argentariæ illecebræ. Vide ARGENTVM.

Dolosę illecebræ. Claud. 2. Paneg. 27.

Deliniri illecebris voluptatis. Cic. Cassio, lib. 15. 16. 6.

Irritare adolescentulum illecebris corruptelarum. Cic. 1. in Catil. 9.

Morari aliquem illecebris. Horat. de Arte, 45.

Trahit aliquem suis illecebris ad verum decus virtus. Cicero, in Som. Scipionis, 27.

Dedere se vitiorum illecebris & lenocinijs cupiditatũ. Cic. pro Sest. 11.

Illecebrõse, pen. prod. illecebrosus, illecebrosissimè, Aduerbium. (ἐπαγωγός,) Plaut. Bacchid. 1. 55.

Manum da, & consequere. P. aha, minimè. S. quid ita obsecro? P. Quia illoc illecebrosius fieri nihil potest.

Illectus, Vide ILLICIO.

Illectũ, à lego legis, (οὐκ ἀναγνωσθέν,) Non lectũ significat. Ouid. 1. de Arte, 95. Si non accipiet scriptum, illectumque remittet.

Lecturam spera, propositumque tene.

Illepidus, pen. corr. Adiectiuum, (ἄχαρις,) In quo nihil lepõris est. Plaut. Bacch. 14. 3. Sine modo & modestia sum, sine bono iure, atque honore.

Incredibiles, inpos animi, intamabilis, illepidus viuo. Cic. 3. de Nat. deorũ. 102. Parentem habere anarum, illepidum, in liberos difficilem. Ex poeta antiquo. Plin. epist. 9. lib. 3. Inde dictum non illepidum ferebatur.

Delicitæ illepidæ atque inelegantes. Catull. ad Fauinum, epigr. 6, 1.

Scortillum non illepidum, nec inuenustum. Catull. epigr. 10. 1.

Illepide, pen. corr. Aduerbium, (ἀχαρίστως,) hoc est iniucundè & infacetè. Plin. in Præf. 13. Nec Plancus illepidè, quum diceretur Asinius Pollio edentur, ne respondere posset, Cũ mortuis non nisi laruas luctari.

Crassũ & illepidè compositum aliquid. Horat. 2. epist. 1. 16.

Illex, Vide ILLICIO.

Illibâtus, pen. prod. Adiectiuum. (ἀμόλυντος, ἄβλαβος,) Quasi diminutum. Plin. lib. 17. cap. 17. 3. Vt illibato cortice, atque vt sectura inferior ponatur. Sic lib. 2. cap. 63. 4.

Fœdera tori illibata. Lucan. lib. 2. 69.

Illibatum robur hominis. Colum. lib. 12. cap. 1. 1.

Integrum & illibatum. Colum. lib. 3. cap. 10. Ex proximo terræ integro illibatoque succo aluntur.

Illiberalis, & hoc illiberále. pen. prod. (ἀνελεύθερος,) Non munificus. Memmio, libro, 13. 1. 5. Non te in me illiberalem, sed me in te negligentem putabit.

Illiberalé facinus, Indignum homine libero. Terent. Adelph. 3. 4. 3,

-ex illine familia.

Tam illiberale facinus esse ortum?

Illiberalis iocus. Cice. 1. Offic. 145. Duplex omnino est iocandi genus: vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum.

Illiberalis labor. Cic. 1. de Finib. 6, Non enim illum ab industria, sed illiberali labore deterret. De Chremete Terentiano.

Res ad cognoscendum non illiberalis. Cic. 1. de Orat. 71.

Illiberalis cibus. Plin. lib. 19. ca. 5. 13, Est præterea genus syluestre, cnius folia, &c. Paulo pòst, Et vis mira colligendi spiritum, laxandiq; rusticũ. Ob id cibus illiberalis: vtique si proximè olus mandatur.

Illiberalitas, pen. corr. illiberalitãtis. (ἀνελευθερία,) Cice. 1. Offic. 94, Habenda est autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere, flagitiosum est: sed ita vt illiberalitatis auaritiæque absit suspicio. Idem ad Atticum, lib. 8. 15. 4.

Illiberaliter, pen. corr. Aduerbium, (ἀνελευθέρως,) Id est, iniustè, inclemẽter, haud rectè. Terent. Adelph. 5. 4. 30,

-factum à vobis duriter,

Immisericorditerque atque etiam, si est pater

Dicendum magis aperte, illiberaliter. Idem Phorm. 2. 3. 24,

Nam si ita eum existimassem, nunquam tam graueis

Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam,

Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter. Vbi Donatus, Apud veteres illiberaliter dicebãt factũ, siquis excessisset omne genus maleficii. Cic. ad Atticum, lib. 16. 3. 3. 1, De Xenone coram cognoscam: quanquam nihil ab eo arbitror neque indulgenter neque illiberaliter.

ILLIBERIS, pen. cor. (ἰλιβερίς,) ciuitas est Narbonensis prouinciæ, vt Pomponius scribit, & Plinius cap. 4. libri 3, Magnæ, inquit, quondam vrbis tenue vestigium Illiberis. Ptolemæus lib. 2 ca. 4. Aliis Liberia dicitur, vulgò Granada, caput Regni Granatæ. Vide ILLIBERIS.

Illiberis, Ptolemæo libro. 2. cap. 10, Tectosagum ciuitas: vulgò Salsas, Hispanorum ditionis.

Illic, (ἐκεῖ,) Aduerbium in loco. Terent. Adelph. 4. 2. 39, Illic vbi etiã capricius magna est. Idem Adelph. 4. 1. 10,

-quod si abesset Ionpius,

Prius nox oppressisset illic, quàm huc reuerti posset iterum,

Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret sat scio. Plaut. Trinum. 5. 1. 2. Illic sum, atque hic sum. Idem Amphit. 1. 111,

Quis igitor illic narrauit mihi, illic vt fuerit prælium?

Illic, pro Ille. Terent. And. 4. 5. 4.

-mulier, tũne apposuisti hunc? M. vbi

Illic est? Ibidem, 3. 1. 1, Vbi illic fœlcus est qui me perdidit? Plaut. Amph. 4. 109, Atat illic huc itur: us est, ibo ego illi obuiã. Teren. Bun. 5. 9. 53.

Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est.

Illicet, Vide ILICET.

Illicio, illicis, pen. cor. illexi, illectum, (ἐπάγω, δελεάζω,) illicere, Attrahere, & quasi inescare: quod & pellicere etiam dicitur. Terent. And. 5. 4. 8, tũne hic homines adolescentulos,

Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis? Ab in, & licio, quasi ligio dicũ, inqt Donatus. Plau. Milit. 22. 4. 3, Is me hac illexit fraude. Idem Bacch. 23. 29, Possumus nos hos intrò illicere huc?

Illexit me ad. Plaut. Asin. 5. 54., Aliam atque olim quum illiciebas blandè ad te, benedice Idem Aulul. 30. 7, Deus impullor fuit, is me ad illam illexit.

Caue ne illicias. Lucret. lib. 4. 231.

Illicere & attrahere. Cic. de Amicitia, 46, Nihil esse quod ad se rem vllam tam alliciat, tam attrahat, quàm ad amicitiam similitudo.

Illicere aliquẽ in fraudem, aut in aliud. Teren. And. 5. 4. 8. Plaut. Merc. 3. 53, Amorem multos illexisse in dispendium. Cic. 3. de Nat. deor. 93, Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum.

Illectus, Participium, (ἐπαγόμενος,) Attractus. Cic. 4. Tusc. 20. Libido ad id quod videtur bonum, illecta & inflammata rapiatur.

Illectus, huius illectus, Verbale, (ἐπαγωγή,) Blanditiæ & illectamentum. Plaut. Bacch. 1. 21, Magis illectum mum, quàm lectum metuo.

Illicium, huius illicii, (θέλκτρον, θέλγητρον,) Incitamentum. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 17, Sed si transitura sunt apes ea, apiastro perfricanda, quòd illicium hoc illis. Cicer. ad Atticum, lib. 11. 210. 2, Postea quàm mihi literæ à Balbo Cornelio minore missæ essent, illum existimare Qu. fratrem illicium meæ profectionis fuisse, &c. Ex vetusto exẽplari legitur lituum.

Illex, illicis. pe. cor. o. g. ab illicio, (θελκτρον,) Idem quod illiciũ, vel illectamentum. vt Illex animi Venus. Plaut. Pœnulo, 10. 34, Quando illi malæ rei antea fuimus illices. Idem Persa, 1. 2. 4, Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi. Et illices oculi apud Apuleium, quod incitent & attrahant.

Illicitus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀθέμιτος, ἀθεσμός,) Ex in, & licitus compositum. Quod non licet, & indecens est. Cic. pro Cluent. 102, Incognita causa probatũ illud erat, multitudinem illicitũ est

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõtradicere nemo deniqi vt defenderet contrariã partem, laborabat.
Tori illiciti. Lucan.lib.10.16.
Ire per illicitum. Stat.1.Thebaid.45.
Venus illicita. Stat.8.Thebaid.20.
Viae illicitas tentare. Valer.1.Argonaut.41.
Illicitè, Aduerbium. Vlpian.in L.Fideicõmissa. Parag. Siquis illicitè. ff. De legatis & fideicõmissis, lib.3.

Illico, penult. corr. Aduerbium, (παραχρῆμα,) Continuò, confestim, statim, Breuitatem temporis notat, inquit Donatus. Terent. Adelph.4.4.9.
Nam vt hinc fortè ea ad obstetricem erat missa, vbi eam vidi, illico Accedo rogito Pamphila quid agat. Idem And.3.2.34.
-nunc postquam videt Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico. Plaut.Amphit.8.80, Ecastor equidem te certo heri adiumentem illico & salutaui, &c. Cic.ad Atticum, lib.2.27.2, Ipsis Ceralibus quã in me incurrit Roma veniens Curio meus, ibidem illico puer abs te cum epistolis. Sic 4.Acad.214.
Illico, Proprè in loco, vt ait Festus. Terent.Adelph.2.1.2, Otiose nunc tam illico hic consiste. Vbi Donatus, Illic, modo, locum, non tempus significat. Ennius, Et quia quò irent nesciebant, illico manserunt. Id est in eo loco.

Illido, illidis, penu.prod. illisi, illisum, (προσβάλλω, προσαράσσω,) illidere, Infringere. Valerius Max.lib.1.cap.2, Coactis Locrẽsibus ex thesauro eius magnam illi pecuniam dare, quum onustus nefaria præda nauigaret, vi subitæ tempestatis, tota cum classe vicinis Deę littoribus illisus est. Plaut.Amphit.15.9, Concisus pugnis, & illisis dentibus. Cic.de Aruſp.resp.5, Iam ista serpens & compressa atque illisa moritur.
Illisit duros cæstus in ossa. Virg.5.Aeneid.05.
Illidere dentem alicui rei, pro Imprimere. Horat.2.Serm.saty.1.16.
-& fragili quærens illidere dentem Offendit solido.
Dentes illidere labellis. Lucret.lib.4.218.
Dentum funale illisit fronti Lapithæ. Horat.12.Metam 50.
Illidere manus. Cic.3.Tuscu.130, ex Aeschylo,
Siquidem qui tempestiuam medicinam admouens,
Non aggrauescens vulnus illidat manus.
Illidere saxis. Plin.lib.9.cap.6.2, Contra orcæ occurrere laborant, seseq̃t opponere, & cautiũ angustiis trucidare, in vada vrgere, saxis illidere.
Fluctus illidontur. Quintil.lib.10.cap.3.circa finẽ, Tantus amator secreti Demosthenes, in Iuttore, in quod maximo cum sono fluctus illidere tur, meditans consuescebat concionum fremitus non expauescere.
Aequora illisa scopulis. Virg.3.Georg.52.
Illisus, huius illisiu, pen.prod.m.g. (πρόσβολή, πρόσραξις,) Plin.lib.27. cap.8.9, Illisiũ ipso repercussus.

Illigo, illigas.pe.corr. (πρόσδεσις,) illigare, Idem quod alligare. Plin. lib.17.cap.14.12, Eamque illigari opertam stramentis iubet.
Illigare in. Cicero 6.Verr.48. Tum illa ex patellis & thuribulis quæ vellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, vt, &c. Idem in Pisonem, 33, Illigare in machina. Et Liu.1.ab Vrbe, 125.
Illigare alicui bello gentem aliquam. Liu.1.bel.Maced.97, Id quæri vt obsidem Acheorum iuuentutem educeret ex Peloponneso, ad illigandam Romano bello gentem. Sic lib.2.83, Postea quàm nos neq; decernere id præsidium, neq; velle illigari Romano bello vidit, &c.
Illigare aliquem sermoni alicui. Cic.4.Acad.11, Restat vt his respondeã qui sermonibus eiusmodi nolint personas tam graues illigari.
Genus dicendi in quo omnes illigantur verborum & sententiarum lepores. Cic.In Oratore, 51.
Illigare sententiam verbis. Cice.3.de Orat.96, Orator autem sic illigat sententiam verbis, vt eam numero quodam complectatur, & astricto, & soluto, &c.
Illigare conscientia. Tacitus, Primores classiariorum Misenensium labefacere, & conscientia illigare connixa est hoc initio.
Illigatus. Participium. Horat.1.Carm.ode 27.5,
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra.
Illigatus alicui amicitia. Liu.2.bel.Maced.98. Priuatis etiam hospitiis familiarisque amicitia plerique illigati Philippo erant.
Illigatus peste interimor. Cic.2.Tuscu.32. ex Sophocle.
Aratra illigata iuuencis. Horat.Epod.1.5.
Illigatæ post tergum manus. Liu.5.ab Vrbe, 125.
Iuga illigatura tauris. Horat.Epod.3.3.

Illimis, & hoc illime, pe.pro. (ἀδολώτος,) Sine limo. Oui.3.Met.82. Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis.

Illinc, Aduerbiũ de loco, (ἐκεῖθεν,) Terent.Adelph.4.7 13. Illinc huc transferetur virgo. Idem Eunu.4.1.14, Vbi primum poterit, se illinc subducet, scio. Idem And.4.6.19. Idem Adelph.2.2.23. Cic. ad Atticum, Illinc Spinterem expecto.
Illinc, pro ab illa parte. Cicer.ad Atticum.libr.9,175.6, Sed quum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectius putem quiduis domi perpeti.
Illinc, pro Ab illa. Cice.2.Philipp.84, Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse.
Hinc illinc, Prouerbiale. Terent.Adelph.4.5.40, -an Sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc veniret, expectantem?

Illinio, illinis, pen.corr. illiniui, illinitum, pe.pro. (ἀλείφω, ἐπαλείφω,) illinire, Inungere, & leniter confricare. Colum.lib.6.ca.14.6, Tumor ceruicis madefactus subficcatur, prædictoque medicamento defricatur & illinitur. Si ex toto, propter ceruicis tumorem, iugum recusset, paucis diebus requies ab opere danda est. Tum ceruix aqua frigida defricanda, & spuma argentea illiniẽda est. Quidam legunt illmenda. Plin.lib.30.cap.11.10, Cornicis carnes esse, & nidum illinire in lõgissimis morbis vtilissimum putant.

Illino, illino, pen.cor. illini, vel illeui, vel illiui, pen.pro. (καταχρίω,) illitum, pen.cor. illinere, Inspergere, maculare. Virg.
Illita tela dolis, nec Martem cominus vlquam
Aulã pati virtus. Liu.lib.2, Ira in vadis hæsitantes, frumenti acerrus sedisse, illitos limo ferunt. Plin. libro 9.cap.30.3, Qua de causa & nassis illinuntur.
Tectis aurum illinere, quod secundum hanc constructionem dicendũ potius foret, auro tectum illinere. Senec.epist.120.
Viscum pennis illinere dicuntur aues, dum excutere volunt. Senec.3.de Ira. Sic 4.Nat.quæstion. Quicquid pingue secum fert Nilus, arenibus & arenosis locis illinit.
Bruma nines illinit agris. Horat.1.epist.7.2.
Illinere chartis aliquid. Horat.1.Serm.satyr.4.8.
Aurum vestibus illitum Horat.4.Carm.ode 9.3.
Illitum veneno donũ. Liu.5.ab Vrbe, 4, Nec se fefellisse, id donum inimicorum veneno illitum forevæneisse libertatem plebis.
Fæx toto illita vultu. Ouid.3.de Arte, 43.
Illitum fuco. Ci.3.de Orat.110, His tribus figuris insidere quidam venustaris non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color.
Illitus, huius illitus, pen.corr. (ἐπίχρισμα, ἀλείφημα,) Actus ipse illinendi. Plin.lib.14.cap.6.3, Sonitus aurium emendat infusum, strumas illitum, nerorumque nodos. Idem lib.26.cap.15.1.

ILLIPVLA, (ἰλλίπουλα,) mons Hispaniæ Bæticæ, authore Ptolemæo lib.2.cap.4. Vulgo Ilipa, Ilpa.

Illiquefacio, illiquefacis, illiquefeci, illiquefactum, (κατατήκω,) illiquefacere. Cicc.4. Tuscu.31, Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporis quæ sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam liquefactæ voluptates.

Illiteràtus, pen.prod. (ἀγράμματος, ἀμαθής,) Adiectiuum, contrium est Docto & literato. Cic.2.de Oratore, 15. Ego cognouimus virum bonum, & non illiteratum sed nihil ad Persium. Plin.epist.247.c. Est libertus mihi non illiteratus.
Illiteratum & insulsum. Cice. Peto, libr.9.16.10, Incidunt in sermone vario multa, quæ fortasse illis quum dixi, nec illiterata nec insulsa esse videantur.

Illo, (ἐκεῖσε,) Aduerbiũ ad locũ, Plaut.Capt.19.5. Vbi illò aduenit, &c. Terent.And.2.2.25, Quam illò aduenio, solitudo ante ostium.

Illocabilis, & hoc illocabile, pen.corr. (ἀνεκθέσιμος,) Illocabilis virgo, quæ non potest viro tradi. Plaut.Aulul.7.14.
Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem:
Neque eam quo locare cuiquam.

Illôtus, penult. produc. (ἄπλυτος, ἄλουτος,) Immundus & sordidus. Plaut.Pœnul.4.94, Vtru quidem hulus oculos illotis manibus tractes aut teras. Vnde illotis manibus vel pedibus rem aliquam aggredi, Quod est confidenter atque imperitè rem egregiam aggredi, tanquam profanè, irreuerenter, & imparatè. Translatum à sacrorũ ceremoniis in quibus omnia pura, loraque iubebantur exhiberi. Aulus Gellius in Noctibus, Illotis, quod aiunt, pedibus & verbis, reprehẽdit doctissimi hominis orationem. Macrobius Saturnaliũ lib.1, Illotis pedibus prætereunt. De literatoribus loquitur, qui reconditam illam in Virgiliano poemate doctrinam negligunt. In genere, sermonem parum verecundum nimisque procacem ac petulantem, illotum prouerbio vocant. Erasmus.
Illoti echini, propter salem. Horat.2.Serm.satyr.8.11,
Erucas virides, inulas ego primus amaras
Monstraui incoquere, illotos Catillus echinos.

Illuc, Aduerbium ad locum, (ἐκεῖσε,) Cic.1.de Oratore, 91. Huc atque illuc intuentem, &c.
Illuc, pro Illud. Plaut.Milite, 10.64, Illuc ætatis. Idem Amphit.4.116, Sed quid illuc est?

Illuceo, illuces, penult. producit. illuxi, (ἐπιλάμπω,) illucere, Lucidum esse, quod propriè ad diẽ pertinet. Liu. Vbi illuxit, recepere classem. Plaut.Capt. At pol te, si hic sapiat senex, atra pix agitet apud carnificem, tuo quæ capiti illuceat. Liu.li.35. Hic speciosus vltimus dies P.Scipioni illuxit. Idem 2.ab Vrbe, 19. Nam postquam illuxit, nec quisquam hostium in conspectu erat, Valerius Consul spolia legit. Sic.lib.1.120. Cic.pro C.Rabirio, 3. Precorque ab iis vt hodiernũ diem, & ad huius salutem conseruandam, & ad Remp. constituendam illuxisse patrantur. Plaut. Perſa, 23.4.
- pessimus hic mihi dies
Hodie illuxit, corruptor. Cic. ad Bratum, 15.10. Idem 4. Acad.135.
Illucere dicitur dies nocti, cui succedit. Sueton.in Cæsare, Ea vero nocte, cui illuxit dies cædis, ipse sibi visus est volitare.
Illucet comitas in ingeniis. Cic.4.de Finib.7. Natosque esse ad congregationem hominum, & ad societatem, comitatemque generis humani, eique in maximis ingeniis maxime illucere. Legitur & elucere.
Illuxère illum sol, dies, &c. Plaut. Bacchid.5.22.
Aedepol certò scio. Vulcanus, Sol, Dies,
Luna, dei quatuor, scelestiorem nullum illuxère alterum.

Illucesco, illucescis, (ἐπιλάμπομαι,) illucescere, Idem. Plaut. Amph. Nunc te, inquit, quæ mansisti, mirto, vt eedas dici, vt mortalibus illucescas clara & candida. Cic. pro Milone, 52. Erit illud profectò tempus, & illucescet aliquando ille dies, quum ti salutaribus, &c.

Illuctor, illuctaris, (πρόσπαλαίω,) illuctari. Stat.4.Thebaid.157.
Et teneris meditans verba illuctantia labris.

Illûdo, illûdis, illûsi, illûsum, pen.prod. (ἐμπαίζω, κατακαταγελάω,) illudere, Decipere & circumuenire veluti ludendo. & tam dativo, quàm accusatiuo casui iungitur.
Illudo tibi. Virg.1.Aeneid.13.
- certantque illudere capto.
Cic.pro Sexto Roscio, Finge aliquid saltem commodè, vt ne planè videaris id facere, quod apertè facis, huius miseri fortunis, & horum virorũ talium dignitati illudere. Idem pro Rosc. Com.23. Quid si tandem planum facio post decisionem veterem Roscii, post repromissionem recentem hanc Panni, HS.CCCIↃↃↃ. Fannium à Qu. Flavio Pannigi nomine abstulisse tamen diutius illudere viri optimi existimationi Qu. Roscii audebit? Sic Mart.lib.12.49.
Illudere corpori mulieris. Curtius, Coniugem Darii adeò non violauit, vt summam adhibuerit curam nequis captiuo corpori illuderet. Tacit. lib.13. Tradunt plerique eorum temporũ scriptores, crebris ante exitium diebus illusisse puerilitæ Britanici Neronem. Nam sequitur, Stupro prius, quàm veneno pollutum. Idem lib.15. Siue C. Cæsar scortorum quoque cupiens, etiam matri eius illasit.
Capreæ illudunt pecori. Virg.2.Georg.75.
Nostris illuserit aduena regnis? Virg.4.Aeneid.119.
Chartis illudere. Horatio, 1.Serm.saty.4.28. Hoc est, velut per ludum inscribere.
Pecuniæ illudere. Tacit.libro, 18. Tanquam in summa abundantia pecuniæ illudere.
Illudo te. Terent.Phor.5.8.22. Satin' superbè illuditis me? Vbi Donatus, Et datiuum & accusatiuum casum regit illudo. Idem Heaut.4.4.19. Dignam me putas, quam illudas? Virg.9.Aeneid.127.
- Verbis virtutem illude superbis. Terent.And.5.1.3. Dum studeo obsequi tibi, peoè illusi vitam filiæ.
Nimium acumen alicuius illudere. Ci.1.de Orat.125. Vide ACVMEN.
Miseros illudi nolunt, nisi si se fortè iactant. Cic.2.de Orat.132.
In aliquem illudere. Cic.3.de Orat.94. Quæ quum dixisset in Albutiũ illudens, ne à me quidem abstinuit.
Illudo in re. Terent.And.4.4.19. Adeòne videmur vobis esse idonei in quibus sic illudatis?
Illusus, pen.prod. Participium. Cice.pro Quintio, 29. Multis vadimoniis deseris, sæpe illusi ac destituti.
Facetis illusus. Tacit.lib.15. Ille ferociam amici metuit, sæpe asperis facetiis illusus.
Vestes illusæ auro, Id est, in quibus artifex ludẽs, auro aliqua depinxerat. Virg.2.Georg.93. Serulus.

Illusio, Verbale, (ἐμπαιγτεός,) Cic.1.de Orat.112. Et extenuatio, & huic adiuncta illusio à præceptis Cæsaris non abhorrens, &c.

Illumino, illuminas, pen.cor. (φέγγω, φωτίζω, διαφωτίζω, λύχνω,) illuminare, Notæ significationis. Plin.lib.2.cap.73.1. Puteũque eius experimenti gratia factum, totum illuminari. Idem lib.9.cap. 36.2. Diis aduocatur placandis, omnemque vestem illuminat. Cic.2.de Nat.deor.178. Sol mundum omnem sua luce complcat, ab eoque luna Igni vias illuminat. Stat.12.Thebaid.55.
Illuminare orationem, pro Lucem vel lumen afferre orationi, & eam illustrare. Cicero 3.de Orato.115. Hæc enim sunt ferè, ad quæ horum rerũque conformationibus illuminent. Ibidem, Quibus orationem ornari & illuminari puto. Quintil.libro, 2.cap.4.9. Laudare aliqua debet præceptor, ferre quædam, mutare etiam, reddita, cur id fiat, ratione, illuminare interponendo aliquid sui.
Illuminate, penult. prod. Aduerbium. Cice.3.de Orat.50, Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus & verbis dicũt, & in ipsa oratione quasi quendam numerum, versumque conficiunt: Id est quod dico ornatè.

Illúminus, penult. corr. Adiectiuum, Quod est sine lumine. Apul.lib.6, Et illuminatum Proserpinæ nuptiarum. Et libro 3, Seruato noctis illumino tempore.

Illûnis, pen.prod. (ἀσέληνος,) nox dicta est, Plinio epist.106.d.lib. 6, pro obscura, quasi sine luna, & lunari splendore. Vix, inquit, viam deseruerámus, & nox non quasi illunis & nubila, sed qualis in locis clausis lumine exrincto. Apuleius libro 9, Illunæ caliginis impeditus dixit.

Illustris, & hoc illustre (ἐκφανής, ἐπιφανής, περίφανος, φαιδρός) Clarus, splendidus. Colu.lib.1, Balnearia occidenti æstiuo aduertantur, vt sint postea & vsque in vesperum illustria. Plau. Rud.3. 6, Illustriores fecit, fenestrasque indidit. Plin.lib.9.cap.16.2, Noctibus quidem illustribus æquè quàm die cernunt. Id est Terentius.
Caput illustre solis. Ouid.2.Metamorpho.10.
Illustris vir, Id est nobilis, & magni nominis. Cice.de Amicit.4, Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum authoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis. Idem 3.Verr.11, Et hinc homines maximè illustres, qui vt ipsi noti sunt, sic nostrum vnumquéque optimè norunt.
Expressum & illustre. Cic.Lentulo, lib.1.7.29, Hæc vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint.
Illustrius nihil possum dicere. Plin.epist.119.c, Me quidem illud etiam affligit & torquet, quòd matrem eius illam (nihil enim illustrius dicere possum) tantæ feminæ matrem rursus videor amittere. hoc est, nihil dignius aut excellentius.
Obscurum & Illustre, contraria. Cic.4.Acad.167.
Ad laudem illustris. Cic.pro Domo sua, 67, Fortis & constans in optima ratione ciuis P.Popilius semper fuit, tamen eius in omni vita nihil est ad laudem illustrius, quàm calamitas ipsa.
Animæ illustres. Virg.6.Aeneid.152.
Auos illustres iactare. Propert.lib.2.eleg.14.2.
Ciuitates illustres. Cic.4.Verr.2.
Tam illustre ac nobile domicilium. Cice.in Verrem.
Illustre, notumque omnibus factum. Cic.7.Verr.28.
Facta illustria & gloriosa. Cic.1.de Finib.57.
Fama illustris. Virg.7.Aeneid.16.
Homo illustris honore ac nomine. Cic.de Petit.Consul.13.
Ingenium illustre. Tacit.lib.10.
Ordo illustrior seruitii. Claud.1.in Eutrop.30.
Pompæ plena, illustris, & splendida petitio. Cic.de Petit.Consul.14.
Proles illustris. Claud.7.Paneg.116.
Prouincia illustris. Cic.3.Verr.7
Illustris & lata via. Cice.5.Verr.188, Ne auaritiæ qua anae hac occultis itineribus atque angustiis vti solebat, authoritate vestra viam patefactis illustrem atque latam.
Insignem & illustrem habere visum. Cic.1.de Nat.deor.19.

Illustro, illustras, (λαμπρύνω, ἐπιφαίνω,) illustrare, Lucidam & splendidã rem aliquam facere, vel ei lucem & splẽdorem afferre. Varro 1.de Re rust.cap.12.1, Propterea quòd ab sole toto die illustratur, salubrior est. Plin.lib.2.cap.18.2, Illustrans nox leniter. Colum.lib.1, Angustis illustratum fenestris.
Sol illustrat ora. Horat.4.Carm.ode 14.2,
Leniter illustrans lux, Vide LVNIS.
Collucere & illustrari fulgore. Cic.6.Ver.62, Cuius fulgore collucere atque illustrari Iouis Opt.Max.templum oportebat.
Illustrare amplitudinem alicuius, hoc est, illustrem & insignem facere. Cice. Lentulo, lib.1.6.4, Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum inuidia.
Illustrare, Declarare, patefacere, manifestare, aperire: quòd quæ aperta sunt, maiorem lucem præbeant. vt Illustrare dubia perspicuis. Cice. 4.de Finib.110.
Patefacere & illustrare obscura. Cic.1.de Orat.76.
Distinguere & illustrare orationem. Cic.2.de Inuent.155.
Illustrare philosophiam Latinis literis. Cic.1.Aca.5. Et 1.Tusc.3.
Reperta Græcorum illustrare Latinis versibus. Lucret.lib.1.28.
Illustratum, pro Comperto & manifeste probato. Cic.3.in Catil.66, Omnia & Senatus, & vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata, & patefacta vidistis.
Illustratio, Verbale, (λαμπρυνσις,) Ipse illustrandi actus.
Illustratio & euidentia. Quintil.lib.6.cap.2.26. Insequetur ἐνάργεια quę à Cicerone illustratio & euidentia dicitur.
Illustramentum, illustramenti, (λάμπρυμα,) Quintil.lib.11.cap.vltimo, de amicitia oratoris loquens, Hæc sunt, vel illustramẽta pronuntiationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel vitia,quibus propositis,multa cogitare debet orator.

Illutibilis, & hoc illutibile,pen.corr.(ἀνίπαυτος,) Quod eluí nó potest,& luto expurgari.Plau.Menæ.4.55, Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.

Illuuies, illuuiei,f.g.(ἀλουσία,) Sordes immunditia,spurcities. Te -ea texebat vnà pannis obsita,
Neglecta,immanda illuuie. Virg.3.Aeneid.44, -fœdissima ventris Illuuies. Legitur & pluuies. Var.Ac periret squale,scabieq;,illuuie, & vastitudine.Plaut.Mostel.2.39, -obolutisti allú Germana illuuies. Cic.3.Tuscul.46,Infuscat pectus illuuie scabrum.Ex poeta.
Cultus & Illuuies,contraria. Liu.1.bel.Pun.141, Otium enim ex labore copia ex inopia,cultus ex illuuie, tabeque squalida & propè esse rata corpora varie mouebant.
Corporis illuuies.Lucret.lib.6.256.
Locorum illuuies.Silius lib.3.109.
Dira illuuies.Virg.3.Aeneid.118.
Obesa illuuies,Vide OBESDO.
Illuuies absumpsit maiorem partem Syriæ,Vide ABSVMO.

ILLYRIVM, siue Illyris,pen.corr.Illyriáve,(ἰλλυρίς,) regio Epiri cóterminia,propinqua Italiæ:ab Illyrio,vt Apianus inquit,Polyphemi filio,siue(vt Eustathio placet)Cadmi filio denominata. Huius fines sunt latissimi:hinc Italiam,illinc Germaniam,inde Macedoniã, Thraciam,& Epirum habens.hinc etiam Adriaticum sinum,qui Colphus sinus Venetiæ appellatur.inde Danubium flumen. Propertius lib.1. eleg.8.1,An tibi sum gelida vilior Illyria? Hodie Illyris, Sclauonia, vel Bosinensis dicitur.

Illyricus,penult.corr.Adiectiuum,(ἰλλυρικός,)vt Nigrior Illyrica pice. Ouid.2.de Arte,132.
Terræ Illyricæ.Propert.lib.2.eleg.17.1.

ILVA,(ἴλουα,)insula est adiacens Tusciæ,Vide ILBA.

Ilua inexauftis Chalybum generosa metallis.Virg.10.Aeneid.34.

ILVS,(Ἴλος,) Trois Troianorum regis filius,qui Ilium ædificauit,Vnde par est eum in medio campo sepultum esse,quoniam prior aulus est in campis habitare.Hæc Strabo lib.13.

I M

Imago, pen.prod.imaginis,pen.corr.fœ.ge.(εἰκών,σκιμωία,) Simulacrum, species, exemplar, & aliculus rei repræsentatio.
Plaut.Amphit.3.121.
Nam meus pater intus nunc est,eccum Iuppiter,
In Amphitruonis vortit sese imaginem,
Omnesque eum esse censent serui qui vident. Ibidem,4.111.
Quando imago est huius in me, certum est hominem eludere. Idem Casina,11.1,
Nunc amici,sinne inimici sis imago,Alcesime mihi,
Sciam.Id est,experiar,amicúne sis,an non. Idem Menæb.24.4,
-quid vides? MES.speculum tuum.
MEN.Quid negotii est? MES.tua est imago, tam cósimilis est quàm potest. Cic.de Amicitia,85,Nemo vnquã animo,aut spe maiora concipiet, qui sibi non illius memoriam, atque imaginem præponendam putet. Virg.lib.2.Aeneid. -atque ipsius vmbra Creusæ
Visa mihi ante oculos,& nota maior imago. Cic.1.de Nat.deo.147. Hæc imagines esse quibus pullant animi,species duntaxat obiicitur quædam.Idem.1.de Finib.32,Atomi,inane,imagines,quæ idola nominantur.Idem in Oratore,69,Demosthenis imaginem ex ære vidi.
Imago,vt ait Festus,ab imitatione dicitur.
Imago,Simulacrum,exemplum.Cic.pro Sestio,14,Si imaginem iudiciorum,aut simulacrum aliquod futurum in ciuitate putasset. Ibidem, 14,Vnum aliquem te ex barbatis illis,exemplum imperii veteris,imaginem antiquitatis diceres intueri.
Imago animi vultus est,indices oculi.Cic.3.de Orat.122.
Antiquitatis imago.Tacit.lib.3.Cic.pro Sestio,14.
Artis imago quædam & similitudo.Cic.2.de Orat.193.
Cognitionis imagine. Tacit.lib.3,Biduum super hæc imagine cognitionis absumptum.Hoc est prætextu & specie.
Eloquentiæ imago.Quintil.lib.1.cap.12.12.
Vltimi fati imago.Quintil lib.6.cap.2.27.
Caua imago formæ,Id est manus.Virg.6.Aeneid.59.
Imago priscæ frugalitatis.Plin.epist.22.b,Soleo ipsum cubiculum illius, ipsumque lectum,vt imaginem quandam priscæ frugalitatis aspicere. Hoc est repræsentationem quandam.
Iudiciorum,consiliorumque imago. Quintil.lib.2.cap.10.8,Quare declamatio, quoniam est iudiciorum consiliorumque imago, similis esse debet veritati.
Falsa laudis imago.Quintil.lib.5.cap.8.2.
Libertatis imago.Tacit.lib.1.
Litis mago.Quintil.lib.4.cap.1.3.
Aurea imago fœlicis mali.Ouid.epist.19.47.
Aurea imago maris.Virg.8.Aeneid.132.
Somnus,gelidæ mortis imago.Ouid.2.Amor.eleg.9.9.
Pacis imago.Tacit.lib.1.
Pietatis imago,Id est pietas.Virg.6.Aeneid.81. Seruius.
Tristis imago ponti.Ouid.11.Metamor.78.
Quæris imago.Tacit.lib.16,Nocturnæ quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit.Hoc est imaginationem.
Credibilis rerum imago.Quintil.lib.4.cap.2.86.
Imaginem Reip.nullam reliquissent.Cic.contra Rullum,86.
Speculi imago.Ouid.2.Amor.eleg.17.2.
Imago speluncæ.Plin.lib.12.cap.1.6,Ac nequid desit, speluncæ imagini saxea intus crepidinis corona,&c.
Temporis imago.Quintil.lib.6.cap.1.14.
Imago temporum.Cic.ad Lentulum,lib.1.6.2,Recordatio meorum temporum,quorum imaginem video in rebus tuis.
Terroris imago.Lucan.lib.7.157.
Tristium,ac lætorum imago. Tacit.lib.2, Magnaque illic imago tristium lætorumque.
Vitæ imago,hoc est exêplar.Tacit.lib.15,Quod vnũ iam,& tamen pulcherrimum habebat,imaginem vitæ suæ relinquere testatur.
Loquax humanæ vocis imago.Ouid.2.Amor.eleg.6.8.
Orandi vera imago.Quintil.lib.5.cap.12.13, Olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt.
Acres imagines,Vide ACER.
Cerea imago.Horat.1.Serm.saty.8.9.
Imago expressa. Cicero pro Sex.Rosc.27, Vt effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.
Ficta imago.Ouid.4.Metamor.65.
Deus humana sub imagine.Ouid.1.Metam.43.
Iocosa imago.Horat.1.Carm.ode 12.1.
Mœsta imago.Ouid.ad Liuiam,41.
Muta imago,pictura.Cic.2.de Inuen.122.
Nocturnæ imagines.Tibull.lib.3.eleg.4.12.
Picta aut ficta imago.Cic.Lucceio,lib.5.12.25.
Puerilis imago.Ouid.2.de Remed.amor.36.
Pulchra imago.Ouid.2.Metamor.161.
Regalis imago.Ouid.6.Metam.15.
Repercussæ imaginis vmbra.Ouid.3.Metam.87.
Tenuis imago.Lucret.lib.4.13.
Turbida imago.Virg.4.Aeneid.72.
Vana imago.Horat.3.Carm.ode 27.4.
Abolere imagines,Vide ABOLERO.
Capere imaginem.Quintil.lib.6.cap 2.27, Quid?non idem poeta peritus vltimi fati cepit imaginem?
Falsa culpam sub imagine cælat.Ouid.2.Metamor.8.
Concipere animo imaginem alicuius rei.Quintil.lib.1.cap.10.3.
Effingere imaginem dicendo. Quintil.lib.6.cap.1.22,Citius etiam necesse est illa,quam dicendo effinximus,imago.
Exprimere imaginem alicuius rei. Quintil.lib.3.cap.8.34.
Ioduere imaginem mortis,Vide INDVO.
Irrumpunt imagines in animos,Vide IRRVMPO.
Falsis imaginibus ludere aliquem.Virg.1.Aeneid.83.
Ludificans somnos imago.Silius lib.8.128.
Persequi imaginem laudis.Quintil.lib.5.cap.8.2, Laudis falsam imaginem persequuntur.
Præbere imaginem antiquitatis.Tacit.lib.3, Imaginem antiquitatis Senatui præbebat.
Proferre imaginem alicuius.Quintil.lib.6.cap.1.30.
Memoriam & imaginem patris tui tibi propone.Cic.de Amic.85.
Reddere imaginem proximam veritati.Quintil.lib.2.cap.10.2.
Repræsentare imaginem sceleris. Quintil.lib.6.cap.1.25,Vestis tamen illa sanguine madens,ita repræsentauit imaginem sceleris,vt non occisus esse Cæsar,sed tum maximè occidi videretur.
Imagines maiorum,pro Nobilitate generis accipi sæpe solent, vt multis exemplis ostenditur Cic.2.de Lege agra.98, Significare voluit,ignouum hominem, id est nulla generis nobilitate commendabilem,Cõsulem tamen factum: ita ad populum inquit, Quemadmodum quinque petebam,nulli me vobis authores generis mei commendarunt: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines,quæ me à vobis deprecentur. Idem in Pisonem,1, Obtepsisti ad honores errore hominum, cõmendatione fumosarum imaginum:quarum simile habes nihil præter colorem. Famosas imagines appellauit Cicero,antiquissimi generis semata. Mos autem fuit olim Romæ,vt imagines maiorum,in funeribus decerentur,ad gentilitatem ostendam.Plin.lib.35.cap.2.3, Apud maiores,in atriis imagines erant,quæ spectarent, non signa externorum artificum,nec æra aut marmora expressicera vultus singulis disponebantur armariis, vt essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera: semperque defuncto aliquo,totus aderat familiæ eius qui vnquam fuerat populus. Stemmata verò lineis discurrebant ad imagines pictas

Tablina codicibus implebantur,& monumentis rerum in magistratu gestarum. Atræ foris & circa limina,animorum ingentium imagines erant,affixis hostium spolis,quæ nec emptori refringere liceret,triumphabantque etiam dominis mutatis ipsæ domus. Hactenus Plinius. Proiis,vt opinor, posteriora tempora insignia gentilitia habuerunt,quæ arma vulgò vocantur.Ex Budæo.
Imagines subitæ.Plin.epist.lib.9.ad prosocerum,Neque enim ardentius tu prosequeris,quàm ego liberos cupio,quibus videor à meo, tuoque latere proiuum ad honores iter,& audita latius nomina,& non subitas imagines relectorum ascitur modò,& hõe nostrum dolorem gaudio mutent. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem parum antiquã sed repentè fortunæque beneficia quæsitam. Quo modo nostris temporibus multi exiterunt, ignotis natalibus orti,qui nec aum, quidem, aut etiam partem ciere aut possent,aut auderent, qui subitaris principum beneficiis,& aulicorum suffragationibus,supra ciuile fastigiũ euecti,longorum splendidarumque gentilitatum fundamenta iecerunt. Ex Budæo.
Imago,pro vagina,quòd veluti sit imago eius rei quam claudit, Virgil. lib.8.Aeneid.
-curuam seruans sub imagine falcem.
Imaginarius, Adiectiuum(φανταστικός,)pro eo vsurpatur quod nec esse potest,sed duntaxat imaginatione potest comprehendi. quæ, ratiocinatio aut apprehensio propriè dicitur. Sueton.in Claud. Cæs. cap.25.Equestres militias ita ordinauit, vt post cohortem,alam:postalam,tribunatum legionis daretis pendiaque institui,& imaginariæ militiæ genus,quod vocatur super numerum,quo absentes,& titulo tenus fungerentur.
Imaginaris fastibus cedere Liu.5.ab Vrbe.1274.
Emptio imaginaria.Vlpianus in L. Iusti suis.ff.de Manumissionibus,Si ab ignoto emptus sit,postea autem pretium suum obtulerit:dicendum erit,non esse audiendũ.ab initio enim hoc agi debet,vt imaginaria fiat emptio,& per fidem contractus inter emptorem & seruum agatur.Est autem imaginarius emptor,qui seruum suã nummis emit. Modestinus in L.Contractus.ff.de Actionibus & obligationibus,Contractus imaginarii etiam in emptionibus iuris vinculum non obtinent,quòm fides facti simulatur,non intercedente veritate.Sic & Imaginarius emptor, id est simulatus,& ab alio allegatus L.Et qui sub imagine.C.de Distractione pignorum,Si igitur poteris euidentibus probationibus monstrare, creditorem per suppositam imaginarii emptoris personam semper possessiones tenuisse,nec vendita bona fide prædia postea synceriter comparasse:pores oblata pecunia cum vsuris,creditorem ad restitutionem compellere. Budæus.
Imaginósus,pen.prod.(φανταστικός,) Adiectiuum, in quo sunt plures imagines.Vnde Speculũ imaginosum à Catullo dicitur,ab imaginibus, quæ in speculo numerosæ videntur.
Imagino,Imaginor,pen.corr.(εἰκονίζω,)imaginare,Imagines facere,seu repræsentare.Gellius lib.15.Vt speculũ in loco certo positum nihil imaginat,aliorsum transitum facit imagines.
Imaginor,pen.corr.imaginàris,(εἰκαζω,φαντάζω,)imaginari,significat rei alicuius,quæ facta sit,vel fieri possit,etiam quæ fieri non possit,similitudinem mente concipere,& apprehendere.Plin.epist.100.b. lib.5.Caius quidem Fannius,quod accidit,multo antè præsensit. Visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus in habitum studẽtis,habere ante se scrinium:ita solebat.Mox imaginatus est venisse Nerone,in toro sedilie. Plin.lib.9.cap.35.15.Imaginetur eorum feruorem,in toro sedilie. Idem lib.20.cap.13.10.Ideo profluuio genitali datur, & venerem cerebrò per somnia imaginantibus.
Imaginari aliquem,est animo suo subiicere qualis sit.Plin.epist.14. 20.cap.7.7.
Imaginatio,Verbale,(φαντασία,)vt Imaginationes libidinum. Plin. lib.
IMANTOPODES,pen.corr.(ἱμαντόποδες,) Populi in Aethiopia lotatur,flexis cruũ nexibus.ἱμὰς,enim Græci lorum dicũt.Hoc novat Plinius:quoniam his crura præalta,quas etiam ternis digitis infitere dicit.Per aspirationem in principio scribi debet. Plin.lib.5.ca.8.
IMAVS,(ἶμαος,) Mons Indiæ qui extenditur vsque ad fontes Gangis,vt ait Scythorum gentes.Est & pars Caucasi & Tauri, vt Plinius & Ptolemæus tradunt.

Imbecillis, & hoc imbecille,(ἀδύναμος,ἀνισχυρός,ἀπαδής,ἀπαδός,ἀδυνός, baculo,quasi baculo indigens:debilem significat & languidum.vt Imbecillus genitus.Cic.2.Tusc.97. Idem ad Quintum fratrem,lib.2.12.5.Marius & valetudine & natura imbecillior. Idem de Amicitia,61. Vt si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecillioridignitati.
Ingenium imbecille.Plin.in Paneg.132. Quis enim est tam imbecilli ingenio,qui non tanto meliorem Consulem speret,quanto sæpius fuerit?
Imbecillus,à nomine baculus, contra naturam primitiui secundam producit.Hor.2.Serm.saty.7.8,Imbecillus,iners,liquid vti,adde popino.
Aetas imbecilla.Horat.2.Serm.saty.2.18.
Imbecillis medicina.Cic.Attico,lib.10.105.6. Quamobrem quicquid habet ad consulendum,colligé,& illa scribe, non ex doctrina, neque ex libris(nam id quidem domi est) sed nescio quomodo imbecillior est medicina,quàm morbus.
Natura imbecilla. Cic.de Amicitia,56,Imbecilla enim natura est ad cõtemnendam potentiam, quam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt, excusatum sibi se arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia.
Cultor imbecillus.Plin.epist.63.b,Sed hæc fœlicitas terræ imbecillis cultoribus fatigatur.
Consilium imbecillum Cic.pro Flac.56,Imbecilli consilii mulier.
Vox imbecilla.Quintil.lib.11.cap.3.
Imbecillitas,pe.corr.imbecillitátis,(ἀδυνατία,ἀσθενία,ἀδυναμία,ἀδυνα μία,) Debilitas,infirmitas,defatigatio.ad spiritum & ad corpus referẽ, sicut & imbecillus.Cic.de Amicitia,25,Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitanti,maximè illud considerandum videri solet,num propter imbecillitatem atque inopiam desyderata sit amicitia.
Imbecillitas materiæ murorum.Cæsar 2 bel.Ciuil.60.
Imbecillitas consilii.Cic.1.Offic.164.
Imbecillitas ætatis.Cic.ad Brutum,10.7.
Infirmitas laterum,& virium imbecillitas.Cic.de Clar.Orat.106.
Imbecillitas,fragilitasque humani generis.Cic.5.Tuscu.4.
Recidere ad imbecillitatem.Celsus lib.3.cap.19, Incipit iam tempus ipsum esse præsidio,vbi in tuto esse videtur: verendum tamen est ne ad eandem imbecillitatem citò recidat.
Imbecilliter,pen.cor.Adverbium,(ἀδυνάτως,) Debiliter,& remisse ac languidè. Cicero 4.Acad.96.Dubitant,hæsitant,reuocant se interdum hisq; quæ videntur,imbecilliusassentiuntur.Idem 5.Tuscul.123,Qui imbecillius horrent dolorem & reformidant.

Imbellis, & hoc imbelle,om.gen.(ἀπόλεμος,ἄμαχος,) Quod nihil bellicum sonat.Hora.lib.1.Carm.ode 15.3,Imbelli cithara carmina diuides.
Carmen imbelle.Stat.10.Thebaid.174.
Dies imbellis, In quo non pugnatur,aut strenuum opus aliquod agitur. Silius lib.11.82, -discatque Lyæo
Imbellem donare diem.
Annum imbellè agere,Sine bello.Liu.10.ab Vrbe,1,Tamen ne prorsus imbellem agerent annum,parua expeditio in Vmbria facta est.
Imbellis,Timidus;ignauus,infirmus;quasi bello minimè aptus. Ouid. lib.Heroidum,epist.1,
Tres sumus imbelles numero,sine viribus,vxor,
Laertesque senex,Telemachusque puer.
Imbelles & timidi.Cic.1.Offic.116,Nunquam omnino periculi fuga cõmittendum est,vt imbelles timidique videamur.
Capræ imbelles.Ouid.5.Fastorum,75.
Cerui imbelles.Virg.3.Georg.52.
Cithara imbellis.Horat.1.Carm.ode 15.3.
Columba imbellis.Horat.4.Carm.ode 4.7.
Imbelles damæ,Vide DAMA.
Fretum imbelle.Stat.3.Sylu.5.17.
Imbelles hostes.Liu.1.ab Vrbe,51.
Lacerti imbelles.Ouid.13.Metam.22.
Manus imbellis.Propert.lib.4.eleg.3.5.
Somnus imbellis.Stat.3.Thebaid.51.
Tellum imbelle.Virg.2.Aeneid.109.
Triennium imbelle.Liu.1 Decad.lib.4.89.
Imbellis,inermisque fœminarũ turba.Li.8.bel.Pu.119.Et 8.bel.Mac.95.
Imbellis,imbellis,(ἀναπολέμιος,) Ignauia,& veluti bellicæ rei quædam negligens tractatio,sed antiquum est.Macrob.2.Saturn.cap.1,Ostendebat Antiochus Annibali in campo copias ingentes, quas bellum Pop. Romano facturus cõparauerat, Et paulo pòst,Tum Pœnus eludens ignauiam imbelliamque militũ eius pretiosis armatorum,Planè,inquit, satis esse credo Romanis hæc,etsi auarissimi sunt.

Imber, imbris,m.gen.ablatino imbre vel imbri,(ὄμβρος,ὄμβρημα, ὑσμός,) Pluuia & aqueus ille humor qui è cælo demittitur.
Plaut.Mostel.3.10.
-venit imber,lauat parietes perpluunt Tigna. Idem Capt.6.86,tam hoc quidem tibi in proclini,quàm imber est quando pluit. Terent. Eunucho,3.5.37. Quo pacto Danae missile aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Imbrem,inquit Nonius,consuetudo,agmen cælestium aquarũ & pluuiarum induxit solum dici:quum authoritas varie,significetque omnem humorem aqueum.Virg.lib.4.Georg. -ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres. Idem 1.Aeneid.16, Accipiunt inimicum imbrem. Lucretius,Ex igni terraque animæ oriuntur & imbri. Plaut.Pseud.3.100,Non plus refert, quam si im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

brem in cribrum geras.
Imber, Græcè ὄμβρος dicitur.
¶ Actis cælo magnis Aquilonibus imber. Virg. 1. Georg. 67.
Assidui & magni imbres. Cic. Attico, lib. 13. ep. 3. 2.
Atri imbres. Virg. 1. Georg. 48.
Atrox imber. Stat. 10. Thebaid. 108.
Cæruleus imber. Virg. 3. Aeneid. 39.
Collecti imbres. Horat. 1. epist. 15. 4.
Continens imber, Vide CONTINEO.
Densissimus imber. Virg. 1. Georg. 67.
Edax imber. Horat. 3. Carm. ode 3. 1.
Effusus nubibus imber. Virg. 4. Georg. 63.
Fœcundi imbres. Virg. 2. Georg. 65.
Frigidus imber. Virg. 1. Georg. 52.
Intempestiui imbres. Lucret. lib. 2. 186.
Lætus imber. Virg. eclog. 7. 8.
Iuppiter & læto descendit plurimus imbri.
Largus imber. Virg. 1. Georg. 5.
Quique satis largum cælo demittitis imbrem.
Imber maximus. Cic. 6. Verr. 77. Et ad Atticum, lib. 7. 138. 1, Maximo imbri Capuam veni.
Multus imber. Lucret. lib. 6. 237.
Pluuius imber. Ouid. 6. Fast. 57.
Præruptus imber. Claud. 2. Paneg. 93.
Saxeus imber. Silius lib. 13. 37.
Subiti imbres, Lucret. lib. 5. 44.
¶ Amnis concitus imbribus. Ouid. 3. Metam. 16.
Auster diffundit imbres. Stat. 1. Thebai. 70.
¶ Concrescunt imbres gelidis ventis. Ouid. 9. Metam. 45.
Decidit imber multa aqua. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 7.
Lapides effudit imber. Iuuenal. Satyr. 13. 7.
Per imbrem facere opus. Cato cap. 2, Quum tempestates pluuiæque fuerint: videto quot dies, quæve opera per imbrem fieri potuerint. Id est imbris tempore.
Maximus agricolis, pelagoq; parabitur imber. Virg. 1. Georg. 86,
Ventos perpessus, & imbres. Virg. 9. Aeneid. 12.
Vento pulsatur & imbri. Virg. 4. Aeneid. 50.
Vitare imbres. Lucret. lib. 5. 192.
¶ Gelidus imber, pro simplici aqua, apud Lucretium lib. 6. 30.
Calidis perfundes imbribus artus. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 5. Intelligit aquam calidam.
¶ Imber pro lachrymarum effusione. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 14.
Spargebat tepido flebilis imbre sinus.
¶ Lactis, lapidum, sanguinis, & terræ imber. Cic. 1. de Diuina. 159, Sæpe lapidum, sanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber defluxit.
Lapideus & sanguineus imber. Cic. 2. de Diuinatione, 89. Vide Lapideus in LAPIS.
¶ Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber. Virg. 12. Aeneid. 57.
Imbridus, pen. corr. Adiectiuum. Solinus cap. 10, Nam homo Sardus opè plurimam de imbrido cælo habet.
Imbricus, penul. corr. Adiectiuum, (ὑμβρικὸς,) Pluuiosus, & imbres ferens aut generans. Plaut. Merc. 22. 35,
Hic Fauonius serenus est, hic Auster imbricus:
Hic facit tranquillitatem, ille omnes fluctus conciet.
Imbrifer, pen. corr. ra, rum, (ὀμβροφόρος,) Idem. Colu. lib. 5. cap. 5. 4, Hoc ego siccis locis fieri vtiliter nõ negauerim, sed vbi aut vliginosa regio est, aut cæli sunt imbriferi, minimè faciendum censeo. Idem lib. 7. cap. 6. 3, Hanc pecudem mutilâ parabimus quieto cæli statu nam procelloso atque imbrifero cornuta semper,
Arcus imbrifer. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 9.
Austri imbriferi. Ouid. 13. Metamor. 157.
Hyems imbrifera. Silius lib. 3. 40.
Ver imbriferum. Virg. 1. Georg. 63.

Imberbis, & hoc imberbe, (ἀγένειος,) Sine barba. Cice. 1. de Nat. deorum, 112, Isto enim modo dicere licebit Iouem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.
Imberbis & Bene barbatus, contraria. Cic. 3. in Catil. 42.
Adolescentulus imberbis. Cic. pro Domo sua, 19.
Iuuenis imberbis. Horat. de Arte, 53. Idem 2. epist. 1. 17.

Imbibo, imbibis, pen. corr. imbibi, imbibitum, (ἐμπίνω,) Imbibere, Idem quod haurire, vel exhaurire significat, quod & ebibere dicitur. Plin. lib. 20. cap. 14. 9, Imbibitur ad serpentium ictus decoctum. Vbi rectius legitur ex vetusto codice bibitur. Idem lib. 24. cap. 15. 6, Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per in fumibulum imbibitur in vtere tusi. De chamæleuce.
Imbibere, per metaphoram apprehendere significat. Cic. 2. Verr. 27, An iste vnquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Liu. 2. ab Vrbe, 253, Nec vlla vi domari potuerat, tantum certamen animis imbiberant.
Opinionem imbibere, Vide OPINIO.

Imbrex, huius imbricis, pen. corr. m. vel fœ. g. Tegula curua atque obtorta, quæ rectis applicari solet, vt per eã defluat aqua. Plin. lib. 17. cap. 14. 14, Seruarique inter duos imbrices. Colum. lib. 9. cap. 13. 4, Imbricibus infusum præbeant libandum. Plaut. Milite. 9. 24, Quid meas confregisti imbrices & tegulas
Ibi, dum condignam te sectaris simiam. Idem Mostel. 3. 19,
–tempestas venit,
Confregit tegulas, imbricesque. Vitruu. lib. 5. cap. 10.
Imbricium, imbricii, Idem quod imbrex. Martialis lib. 2. 35,
Quum sint crura tibi, similent quæ cornua lunæ,
Imbricio poteras Sexte lauare pedes.
Imbricium, Scribe, Martialis lib. 2. 35. Alii vulgò sic legunt,
Quum sint crura tibi, simulent quæ cornua Luna:
In thytio poteras Phœbe lauare pedes.
Imbrex porci. Martialis lib. 2. 37,
Quicquid pontur, hinc & inde verris,
Mammas suminis, imbricemque porci,
Communemque duobus attagenam, &c.
Imbrico, (imbricas, pen. corr. imbricare, in modum imbricis facere, & quasi imbricibus tegere. Plin. lib. 11. cap. 1. 2, Aut superne tantum imbricatis flexibilibus vertebris. Sidonius, Tegulis imbricarent. Vitruuius lib. 2, Incertà verò cementa alia super alia sedentia inter se imbricata, non speciosam, sed firmiorem, quàm reticulata, præstant structuram. Imbricata, inquit Budæus, appellat inter se hærentia, imbricum modo.
Imbricatum conchæ genus vndata distinctione. Plin. lib. 9. ca. 33. 2.
Imbricata asperitas. Plin. lib. 11 cap. 37. 44, Lingua leonibus ac pardis, omnibusque generis eius, etiam felibus, imbricatæ asperitatis, & limæ similis, attenuansque lambendo cutem hominis.
Imbricati vngues simiæ. Vide VNGVIS.
Imbricatim, pen. prod. Aduerbium, Imbricis modo. Plin. lib. 9. ca. 33. 2, alia concharum generibus, Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata.
IMBRVS, (ἴμβρος,) Insula Thraciæ, Mercurio sacra, quem vocant Imbranum Oppido quoq; in ea nomen est Imbrus, vt ait Stephanus.
Imbrius, Adiect. (ἰμβρίος,) vt Terra imbria. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 4.

Imbuo, imbuis, imbui, imbutum, pen. prod. (πατεμβύω, πατεμβύνω,) Imbuere, Inficere, seu inmergere. Colu. lib. 10, Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt insistẽtes apes, quasi per syphonem succum euocent. Horat. 1. epist. 2. 14,
Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu. Cato de Re rust. cap. 69, Dolia olearia noua sic imbuito, amurca impletro. Ibidem, cap. 23. 1.
Imbuere aram. Virg. 1. eclog. –illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Hoc est perfundet, aut defaciet, Seruius.
Imbuere gladium scelere. Cice. 5. Philipp. 178, Quum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi, nisi defatigatio & satietas attulisset.
Tela imbuta veneno. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 16.
Tellus imbuta scelere. Catull. Argon. 59. 80.
Vestis imbuta sanguine. Ouid. 9. Metam. 31.
Imbuta Appia via sanguine latronis. Cic. pro Milone, 13.
¶ Inter imbuere & initiare hoc interest, quòd Initiare ad sacra pertinet: Imbuere ad prophana. Plin. lib. 8. cap. 45. 5, Optimè cum domito iumento imbuitur. Hoc est domatur, docetur.
Sacramento imbutus. Tacit. lib. 17, Miles vrbanus longo Cæsarum sacramento imbutus, & ad destituendum Neronem, &c.
Imbuere & instituere. Cic. 2. de Orat. 89, Sin sit is qui & doctrina liberaliter institutus, & aliquo tam imbutus vsu. Plin. in Paneg. 137, Marsiis hoc opus qui sta imbuit, ita instituit,
Imbutus ad. Cic. in Oratore, 94, Ad quam non docti, sed factiones institutti, sed imbuti sumus.
Alloquio imbutus. Plin. li. 6. ca. 22. 4, Annii Plocami, qui maris Rubri vectigal à fisco redemerat, libertus, &c. hospitali regis clementia sex menses tempore imbutus alloquio percontanti postea enarrauit, &c.
Amoribus imbutus aulæ. Stat. 11. Thebaid. 132.
Imbuere ingenium artibus, Id est instituere, ornare. Plaut. Trinum. 5. 169,
–hisce ego te artibus gratiam facio,
Neu colas, neo imbuas ingenium, meo modo, & moribus vitiis antiquis. Plin. in Panegir. 134, His artibus futuri principes imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, &c. Cic. 1. Offic. 165, Parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur.
Imbuere animos errore. Liu. 9. bel. Maced. 29. Et apud Ciceronẽ 3. Tusc. 4, Imbui erroribus. Item 1. de Finib. 91, Imbutus superstitione.
Fauore imbutus. Tacit. lib. 18.
Fomidine imbutus. Horat. 1. epist 6. 1.

Leuiter literis imbutus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 12.
Literulis Græcis imbutus. Horat. 2. epist. 2. 2.
Imbutum odio bellum, Hoc est aspersum & refertum, aut flagrans. Cice. pro Domo sua, 47, Qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus meis horrificum quoddam & nefarium omni imbutum odio bellii intulistis? Idem pro Fonteio, 10. Sed totum illud foedus bellum macula sceleris imbutum est.
Imbui opinionibus. Cic. Attico, lib. 14. ep. 11. 4. Nam de puero Clodio tuas partes esse arbitror, vt eius animum tenerum, quemadmodum scribis, his opinionibus imbuas, vt ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur.
Imbuit mentem eorum opinio. Cicero. 1. Tusc. 47. Vt porrò firmissimum hoc asserri videtur, cur deos esse credamus, quòd nulla gens tam fera, nemo omnium sit tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio.
Imbuere pectora pietate aliqua. Liu. 1. ab Vrbe, 85.
Sermonibus aures alicuius imbuere. Tacit. lib. 10. Occurrere illi, quos innocentissimos Senatus habeat, qui honestis sermonibus aures imperatoris imbuant.
Imbuere se studiis ab ineunte ætate. Cic. pro Deiotaro, 19,
Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat.
Vitiis aliquem imbuere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8.
¶ Imbui castrensibus stipendiis, Primis annis castrensia stipendia emereri. Plin. epist. 167. Inde adolescentuli statim castrensibus stipendiis imbuebãtur, vt imperare parendo, duces agere dũ sequuntur, assuescerẽt.
Amicitiæ religiosa superstitione imbutæ. Quintil. lib. 1. cap. 2. 15.
Præda imbui. Tacit. lib. 19. Vt specie parandarum copiarum ciuili præda miles imbueretur.

Imitor, pen. corr. imitãris, (ἐικάω, μιμέομαι, μιμαόμαι,) Imitari, Est mores aut aliam rem ab aliquo gestam effingere, quod à Græco deducitur μιμεῖσθαι. Plin. epist. 150. Quum sanè, quum componerẽ illos, habuit in manibus, non vt æmularet (improbum enim, ac penè furiosum) sed tamen imitarer & sequerer, quantum aut diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ dissimilitudo paterentur. Plaut. Cistel. 2. 2.
– si idem istuc nos
Facimus, si idem istuc imitamur, ita tamen vix viuimus.
Imitari atque exprimere. Cice. in Orat. 10. Quem si imitari atque exprimere non possumus.
Imitari & adumbrare. Cic. 1. de Orat. 105, Heroum veteres casus fictosq; luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo.
Prosequi atque imitari. Cic. de Claris Orat. 70. Cotta cũ verbis tum sono ipso subrusticè prosequebatur atque imitabatur antiquitatem.
Imitari alas auium. Plin. lib. 12. cap. 6. 1. Folium alas auium imitatur. Id est simile est alis auium.
Imitari chirographum alterius, Effingere & adulterare. Suet. in Tito, cap. 3. E pluribus comperi, notis quoque excipere velocissimè solitum: & cum amanuensibus suis per ludum iocumque certantem imitari chirographa quæcunque vidisset, & profiteri se maximum falsarium esse potuisse. Cice. 3. de Nat. deor. 105. Chirographum sex primorum imitatus est. Hoc est adulterauit.
Gestum imitari alicuius. Lucret. lib. 4. 73.
Gaudia falsa imitari. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 1.
Imitatur sermones hominis turdus. Plinius li. 10. cap. 42. 4. Agrippina turdum habuit imitantem sermones hominum. Sic li. 8. cap. 30. 1. Item vocem hominis imitari ad solicitandos canes quos inuadat.
Voces alicuius imitari. Propert. lib. 1. eleg. 12. 1.
¶ Imitari, pro Simulare. Tacit. lib. 1. Quanquam mœstitiam imitarentur consuetudinis propiores.
Imitatus, pen. prod. (ἐπιεικὴς,) Participium passiui sumptum. Cice. de Vniuersitate, 9. Quum autem iugi essa est, imitata & effecta simulacra, bene agi putat si similitudinem veri consequatur.
Imitatio, Verbale, (μίμησις, μίμημα,) Cic. 14. Philipp. 396. Excellentium virtutem imitatione dignam non inuidia putarent. Plin. lib. 8. cap. 54. 1. Calceari imitatione venatorum tradunt. De similis.
De imitatione, consule Quintilianum lib. 10. cap. 2.
Calidissima simplicitatis imitatio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 41.
Imitator, pen. prod. (μιμητὴς, ζηλωτὴς,) Aliud verbale. Mart. li. 1. 123. Siquis erit rectè cultos, imitator honesti. Cic. 3. de Leg. 45. Etenim tantũ mali est peccare principes (quanquam est magnũ hoc per seipsum malum) quantum illud, quòd permulti imitatores principum existunt.
Maiorum imitator. Cic. 3. Philipp. 128. O ciuem natum Reipublicæ, memorem sui nominis, imitatoremque maiorum.
Imitator & narrator facetus. Cic. 3. de Oratore, 121.
Doctus imitator. Horat. de Arte, 65.
Imitatrix, pen. prod. (μιμητρίς,) Verbale fœm. Cic. 1. de Legib. 70. Penitus in omni sensu implicata insider imitatrix boni voluptas. Sic 3. Tusc. 6. Et 1. de Inuent. 5.
Imitabilis, & hoc imitabile, penult. correp. (μιμητός,) Quod quis potest imitari. Cic. in Orat. 41, Nam orationis subtilitas imitabilis illa quidẽ videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus.
Decipit exemplar vitiis imitabile. Horat. 1. epist. 20. 4.
Imitamen, pen. prod. imitaminis, neut. gene. (μίμημα,) Verbale, vt Prisci facti imitamina. Ouid. 4. Fast. 42.
Imitamentum. Aliud verbale, (μίμημα,) Idem. Gellius lib. 7. ca. 5. Quasi Orestis amplexus oppleuit omnia, non simulacris, neq; imitamentis, sed luctu atque lamentis veris & spirantibus.
Imitamenta doloris. Tacit. lib. 3, Meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lachrymas, vel doloris imitamenta.
Tristitiæ imitamenta. Tacit. lib. 13, Cæterum peractis tristitiæ imitamẽtis, curiam ingressus, &c.

Immadeo, immades, penult. corr. immadui, (βρέχομαι,) immadẽ re, Madidum esse. Plin. lib. 17. cap. 5. 5, Quum à siccitate continua immaduit imbre.
Genæ immaduerunt lachrymis. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 7.
Terra immaduit. Ouid. 6. Metam. 80. Idem lib. 10. cap. 22. 4, Semen ac radix quum immaduere multo, conteruntur.

Immanis, & hoc immane, pen. prod. (ἄγριος, ἀπηνὴς, θηριώδης,) Minimè bonum, nocẽs & ferrum. Accius Medea, Prima ex inani vicrum ad mansuetum applicans. Virg. lib. 4. Georg.
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba. Accius Philocteta, Phrygiã minorem esse immanem Græciam. Cice. de Rep. lib. 4, Quid Perieta sensit, vt loquitur, est homo impurus: sin aliter, quod malo, oratio est tamen immanis. Virg. 1. Aeneid. 71, Pygmalion scelere ante alios immanior omnes. Plaut. Trinum. 3. 1,
Næ amicum castigare ob meritam noxiam,
Immane est facinus, verùm in ætate vtile & conducibile. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 41, Quòd si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, immanibus ac barbaris nationibus, &c.
Immane & Mansuetum, contraria. Cicero 1. de Inuention. 4, primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos.
Immportuna & immanis natura. Cicero 3. Verr. 5, Istius immanis atque importuna natura desyderat. Idem de Aruspic. responsis, 3. Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis.
Acta immania. Ouid. 2. Trist. 67.
Ambitus immanis. Cice. Quint. fratri, lib. 2. 16. 9, Ambitus redit immanis, nunquam fuit par.
Armenta immania. Virg. 4. Georg. 79.
Immanis belua. Cic. 7. Verr. 85. & 4. Acad. 194. Item 3. de Fin. 97.
Cœptis immanibus effera. Virg. 4. Aeneid. 119.
Duritia immanis patientiam imitatur. Cic. in Partit. 43.
Fera immanis. Ouid. 8. Metamor. 86.
Immanis ac fera & barbara gens. Cic. 1, Tusc. 47. Et 6. Verr. 21.
Gloria immanis falsi. Stat. 5. Sylu. 3. 27.
Immanis & ferus hostis. Cic. 4. Verr. 36.
Ingenium immane scelerum. Claud. 2. in Ruff. 29.
Nefas immane. Virg. 6. Aeneid. 125.
Quæstus immanes. Cic. 5. Philipp. 171, Quid illi immanes quæstus, ferendine, quos M. Antonii tota exhausit domus?
Scelus immane. Lucret. lib. 5. 24.
Vitium immane. Horat. 2. Serm. saty. 4. 16.
¶ Immanissimus quisque voluptatem sequitur. Cic. in Partit. 48.
Animo immanis. Ouid. 8. Metam. 117.
Scelere ante illos immanior omnes. Virg. 1. Aeneid. 71.
¶ Immane, ingẽs, magnum, inquit Festus. Virg. lib. 6. Aeneid. 4.
–posuitque immania templa.
Antrum immane. Virg. 6. Aeneid. 2.
Corpus immane. Virg. 3. Aeneid. 85.
Argentum immane. Stat. 6. Thebaid. 42.
Membra immania. Ouid. 11. Metam. 102.
Moles immanis. Virg. 9. Aeneid. 107.
Immanis numerus. Varro. 3. de Re rust. cap. 1. 3, Quod tempus si referas ad illud principium quo agricoli cœpti sunt, atque in casis & tugurijs habitabant, nec murus nec porta quid esset sciebant, immani annorum numero vrbanos agricolæ præstant.
Immanis pecunia. Cic. pro Rosc. Comœdo, 13. Et ad Atticũ, lib. 2. ep. 4.
Qui immanes pecunias paucis dederunt.
Immane pondus. Plin. lib. 17. cap. 10. 13, Contra immane pondus attollere se non valet.
Vulnera immania. Stat. 5. Theb. 6.
Immanis, pro Ingenti, & in laudem accipitur. Ouid. 9. Meta 50, Nam quamquam ipsius datis hoc immanibus actis. Obligor ipse tamen.
¶ Immania saxa à Virgilio 5. Aene. 15, dicuntur pro asperis & horrẽdis.
¶ Immane, Fœdum. Accius Andromeda, Immane te habet templum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ebuallatum ossibus. Nonius.

Immane dictu. Sallust. de Rep. ord. ad Cæsarem, Sed ob easdem cautas Immane dictu quanti, & quàm multi mortales postea ad Pompeium discesserint, eoque per omne tempus belli quasi sacro atque inspoliato fano debitores vti.

¶ Immane, pro Immane dictu, vel incredibile dictu. Horat. 1. Carm. ode 27. 1, Vino & lucernis Medus acinaces
Immane quantũ discrepat. Sallu. li. 1. Immane quantũ animi exarsere.

Imminitas, pen. corr. fœm. gen. (ἀπάνευθε, ἀγριότης,) Sæuitia. Cic. de Amicitia, 73, Quinetiam fiquis asperitate ea est, & immanitate naturæ, cõgressus vt hominum fugiat, atque oderit, &c. Idem 1. Officiorum, 183. Quo est detestabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni scelere patriam. Plin. in Paneg. 75. Vt sub te spiritum & sanguinem, & patriam receperunt studia, quæ priorum temporum immanitas exilis puniebat.

Ferarum immanitas. Senec. Medea, 6. 6.

Immanitas, est excessus fortitudinis, & veluti stupor adueſus tormenta. Cic. in Partit. 43, Nam & prudentiam malitia, & temperantiam imanitas in voluptatibus aspernãdis. Gellius lib. 11. cap. 5. vtitur. Budæus.

Immanitas barbara. Cic. 2. Tuscul. 33. Ex poeta.

Immanitas verborum. Cic. 4. de finib. 40.

¶ Immanitas pretii. Plin. lib. 35. ca. 11. 26. Nec vllius in pictura velocior manus fuit: artis verò tantum, vt immanitate pretii antecederet celeberrimos eadem ætate imaginum pictores. Ex vetusto codice nunc legimus, vt multum mani pretio antecederet, &c.

Immansuetus, penu. prod. (ἄνημερος,) contrarium Mansueto.

Cic. 1. de Legib. 36, Ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiam si non ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat.

Ingenium immansuetum & ferum. Ouid. 15. Metam. 17.

Immansuetissimus. Ouid. epist. 17. 8, At tu de rapidis immansuerisime ventis, &c. ad Boream.

Immarcesco, immarcescis, (σήπομαι,) immarcescere, Corrumpi.

Horat. lib. 2. Serm. saty. 7.
Nempe immarcescunt epulæ sine fine petitæ:
Illusique pedes vitiosum ferre recusant
Corpus. Id est, corrumpuntur in stomacho cibi.

Immatûrus, pen. prod. Adiectiuum, (ἄωρος, ἄμετρος,) Non maturus: & propriè de fructibus aut frugibus dicitur,

quum ante tempus colliguntur. Plin. lib. 2. ca. 13. 3. Quo apparet aut aliud esse, aut colligi immaturum.

Immaturus amor. Liu. 1. ab Vrbe, 109, Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum, inquit, oblita fratrum mortuorum, viuiq; oblita patriæ.

Immaturum consilium, Quod ante tempus datur. Liu. 2. bel. Pun. 162, Seque consilia magis res dent hominibus, quàm homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum.

Filius immaturus obit. Hora. 2. Serm. Saty. 8. 12.

Iter immaturum mortis. Propert. lib. 3. eleg. 7. 1.

Immatura mors, Quã quis constitutum vitæ tempus, & confectam ætatem senio eripitur ac moritur. Cic. 2. Philipp. 122, Etenim si abhinc annos propè viginti hoc ipso in templo negani posse mortem immaturã esse Consulari, quanto verius nũc negabo seni? Idem de Claris Orat. 64, Damnum enim illius immaturo interita res Romanæ Latinæque literæ fecerunt. Catull. ad Caluum, epigr. 91.

Immatũritas, pen. corr. immaturitãtis, (ἀωρία,) vt apud Suetontũ in Augusto, Immaturitas sponsarum quæ nondum coniugio aptæ erant.

Immaturitas, per transtlationem. Cic. pro Quintio, 55, Quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat?

Immediáte, pen. prod. Aduerbium, (ἀμέσως,) Cito ac celeriter.

Gell. lib. 20. cap. 11. Incuriosè, ac propè etiam subrusticè, ex ipso loco ac tempore hybernarum vigiliarum, Atticas noctes inscripsimus.

Immedicabilis, & immedicábile, pen. cor. (ἀθεράπευτος, ἀνίατος,) Quod sanari nõ potest medicamimbus.

Ouid. 2. Metamorpho. 82, Vtque malum latè solet immedicabile cancer Serpere.

Ira immedicabilis. Silius lib. 1. 30.

Malum immedicabile. Ouid. 2. Metam. 166.

Telum immedicabile. Virg. 12. Aeneid. 70.

Immemor, pen. corr. immemoris, pen. etiam corr. om. g. (ἀμνήμων, ἄνους,) Qui non meminit. Genitiuo iungitur aliquãdo.

Terent. And. 3. 1. 19. Num immemor es discipli? Cic. de Claris Orat. 115. Magna hæc immemoris ingenii signa. Liu. 2. ab Vrbe, 92, Armorum immemores. Cic. ad Atticum, lib. 4. 75. 4, In alia incidi non immemor istius mandati.

Mériti tanti non immemor vnquam. Virg. 9. Aeneid 53.

Oblitus & immemor. Cicc. pro Sylla, 62, Adeóne vobis alienus à fanitate, adeò oblitus constantiæ meæ, adeò immemor rerum à me gestarum esse videor?

¶ Immemor beneficium, passiuè. Terent. And. 1. 1. 17, Istiuc commemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficii. Cuius nemo meminerit, inquit Donatus. Ego potius interpretarer, eius qui beneficii non meminit.

Immemorabilis, & hoc immemorabile, pen. corr. (ἀμνημόνευτος,) Cuius nulla debeat esse memoria. Plaut. Capt. 2. 56, Neque spurcidici insunt versus immemorabiles,
Spatium immemorabile, Id est maximum. Lucret. lib. 4. 39.

Immemorátus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀμνημόνευτος.)

Immemorata ferens, Id est noui aliquid apportans. Horat. 1. epist. 20. 7.

Immensus, Adiectiuum, (ἄμετρος, ἄμετρος, ἀδιάφορος,) Quod præ magnitudine mensurari nõ potest. Plin. lib. 8. ca.

28. 1, Quod persequi immensum est. Plin. Iunior epist. 157, Ardoris, immensum etiam tuo ingenio.

Immensus est tractus quo veniunt. Plin. lib. 10. cap. 23. 1.

Ex ingenti quodam oratorem, immensoque campo in exiguum gyrum compelli. Cic. 3. de Orat. 41.

Aer immensus & infinitus. Cic. 1. de Nat. deorum, 38.

Aeuum immensum. Lucret. lib. 5. 245.

Clamorem immensum tollit. Virg. 3. Aeneid. 134.

Cupido immensa laudum. Virg. 6. Aeneid. 165.

Immensa, infinita, immoderata cupiditas. Author ad Heren. lib. 2. 68.

Dolor immensus. Senec. Thebaid. 2. 7.

Finibus immensis ingenii describere aliquã artem. Ci. 1. de Orat. 107.

Fletus immensus. Ouid. 10. Metam. 18.

Immensa gula. Sallust. in Ciceronem. 3.

Immensum iter. Liu. 1. bel. Pun. 107.

Labor immensus. Ouid. 1. Metam. 147.

Opes immensæ. Ouid. 6. Metamor. 37.

Mare immensum. Cic. 1. Tuscul. 116.

Pondus immensum. Horat. 1. Serm. saty. 1. 9.

Immensæ quæstionis est, vtique si recipiatur poetica fabulositas. Plinius lib. 7. cap. 28. 1.

Obseruata sunt hæc tẽpore immenso. Id est infinito. Cic. 1. de Diuin. 19.

Terræ immensæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 12.

Vorago vitiorum immensa. Cic. 5. Verr. 18.

¶ Immensum terrarum imperio adiectum. Plin. lib. 18. cap. 3. 8. Subditum est, nisi subaudias SPATIVM.

Ardet in immensum geminatis ignibus Aetna. Ouid. 2. Metam. 44.

Attolli immensum. Tacit. lib. 5, Nuntiauere accolæ Euphraten nulla imbrium vi sponte & immensum attolli.

Vigere immensum. Tacit. lib. 3, Domus illa immensum viguit.

¶ Immenso, adlatiuus. Plin. lib. 9. cap. 40. 1, Qui ista mercantur immenso. Sub. pretio.

Immenso plus. Plin. lib. 20. cap. 9. 12, Syluestris siue erraticæ immenso effectus laudat Cato. De brassica.

Immensum est referre. Plin. lib. 22. cap. 23, ad finem, Quas habeat vitates admissum aliis, immensum est referre.

Immensitas, penult. corr. immensitãtis, (τὸ ἄμετρον,) Infinitas. Cice. 3. de Natur. deor. 143.

Immeo, immeas, (εἰσέρχομαι,) immeare, Idem quod meare: nisi aliquid addat præpositio. Plin. lib. 8. cap. 25. 3, Itaq; & delphini immeantes Nilo, quorum dorsum, tanquam. &c.

Immeans, Participium. Plin. lib. 11. cap. 39. 1, Setas suum obstare commanti immeantis spiritus.

Immerens, pen. corr. immerentis, om. g. (ἀναίτιος,) Qui non meretur.

tus est. Suet. in Tito, ca. 10, Multum questus eripi sibi vitam immerenti. Plin. epist. 9. lib. 3, Honestissimum credidi nõ gerere immerentem Horat. 2. Carm. ode 13. 3,
Te triste lignum, te caduceum
In domi caput immerentis.

Immerenter, Aduerbiũ, (ἀναξίως,) Valer. lib. 6. cap. 2, Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis, quæ à Philippo rege temulento immerenter damnata, Prouocarem, inquit, ad Philippum, sed sobrium.

Immeritus, pen. cor. Adiectiuum, Idem quod imerens. Plaut. Aulu. 11. 18.

Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?

Premere immeritos. Ouid. 2. Trist. 55.

Immerita gratia, Quæ non debetur illi cui refertur. Liu. 4. ab Vrbe, 56, Quanquam postremo annonæ quoque leuatæ haud immeritam & gratiam & gloriam tulit. Martial. lib. 7. 31, Et rapit immeritas fordibus vnctor opes.

Immerito, pen. corr. Aduerbium, Hoc est indignè. Plaut. Bacchid. 14. 15,
Immeritò tibi iratus fui. Terent. Hecyra, 2. 1. 11,
Meq; abs te immeritò esse accusatam postmodũ rescisses. 2. scio te immeritò? Ibidem, 4. 2. 21, Hic video me esse mullam immeritò: tẽpus est concedere. Cicc. 2. de Oratore, 175, Ex re, si crudelis, si infanda, si præter opinionem, si immeritò, si misera, &c. Sic Plin. lib. 35. cap. 4. 4.

Immeritissimo, penult. correp. Superlatiuum aduerbium, resti. Donatus. Terent. Phorm. 2. 1. 60, Iam dudum te, omnes nos accusare audio immeritò,

Immeritò, & me omnium horum immeritissimò.

Immergo, immergis, immersi, immersum, immergere (ἐμβάπτω,) Latus mergere, & veluti in profundum obruere. Virg. 3.

Aeneid. 121,
-vastoque immergite ponto. Plin. lib. 9. cap. 36. 3. Aqua dulci necantur, & sicubi flumen immergitur.

Immergitur amnis. Plin. lib. 4. cap. 11. 5. Nanque Thracia altero latere à Pontico littore incipiens, vbi Ister amnis immergitur, vel, &c.

Immergere se aliquò, pro Clàm & furtim intrare. Plaut. Rud. 10. 64. Et aurum & argentum fuit lenonis ibidem: credo
Aliquem immersisse se, atque eum excepisse.

Immersit se aliquò in gaineum. Plaut. Menæch. 16. 3. Immersit aliquò sese credo in ganeum.

Immergere se in voluptates. Liu. 3. bel. Pun. 85. Et eò impensius, quò auidius ex insolentia in eas se immerserant.

Immergere se penitus in consuetudinem alicuius blanditiis, Se insinuare, & conciliare sibi eius amorem. Cice. pro Cluentio, 26. Qui vt se blanditiis & assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuò sperare cœpit hoc se Asinio, tanquam aliqua machina admota, capere Asinii adolescentiam, & fortunas eius patrias expugnare posse.

Immersabilis, & immersibile, pen. corre. (ἀβύθετος,) Horat. 1. epist. 2. 5. de Vlysse, Et mores hominum inspexit, latumque per æquor
Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, aduersis rerum immersabilis vndis.

Immetatus, pen. prod. (ἄμετρος,) Non metatus. à metor metaris.

Horat. 3. Carm. ode 14. 3.
Viuunt & rigidi Getæ,
Immetata quibus iugera, liberas
Fruges, & cererem ferunt.

Immigro, immigras, penult. corr. (μετοικίζω, μετοικίω,) Immigrare. In domum aliquam habitandi gratia se conferre. Cice. 1. Tuscul. 91. Neque ea plane videt animus, quum repentè in tam insolitum, tamque pertur batum domicilium immigrauit. Plaut. Mostel. 3. 16.

Atque vbi illò immigrat nequam homo, indiligens cum pigra familia,

Immundus, inirenous, hic iam ædibus vitium additur, bonæ Quum curantur malè. Cic. 13. Philipp. 372. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit.

Irruere, aut immigrare in locum aliquem. Cicero. de Clar. Orator. 150. Sic tamen vt ea non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres.

In suas ædes ex templis immigrare. Cic. pro Domo sua, 109.

¶ Immigrauit auaritia & luxuria in Remp. Liu. 1. ab Vrbe, 7.

Immigrare in ingenium suum. Plaut. Mostel. 3. 37.

Nam ego ad id frugi vsque & probus fui, in fabrorum potestate dum fui.
Postea quam immigrauit in ingenium meum, perdidi operam faborum. Id est, postquam cœpi pro animi mei sententia viuere.

Immigrare in vestigia & sedes nobilium. Plin. in Paneg. 81.

Ergo in vestigia, sedesque nobilium immigrant pares dominimec iam clarissimorum virorum receptaculo habitatore sertio teruntur, aut fœda vastitate procumbunt.

Immineo, immines, penult. correp. imminui, (ἐφεδρεύω, ἐνίσταμαι,) imminẽre, ab in, & maneo compositum, Instare, impendere significat Cic. 1. Tusc. 145. Mors quę propter incertos casus quotidie imminet. Plin. epist. 119. b. lib. 6. Ad hoc stipatum tribunal, atque etiam ex superiore basilicæ parte, qua fœminæ, qua viri, & audiendi, quod difficiles & quod facile, visendi studio imminebant.

Impendẽre & imminere. Cicero, pro Domo sua, 21. Impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.

Instare & imminere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 306, Instabat agmen Cæsaris, atque vniuersum imminebat.

Imminent in fortunas nostras, Id est impendent & cogitant de inuadendis fortunis: vel occasionem quærunt occupandi fortunas. Cicero, 7. Philipp. 230. Qui in Gallia delectus habent, qui in nostras fortunas imminent. Idem pro Domo sua, 37. Qui imminere iam cupiditate videntur in tribunitiam potestatem.

Imminebat in occasionem opprimendi ducis exercitusque, Liu. 5. bel. Pun. 111.

Quæ imminent, non videre: aut quæ videmus, dissimulare. Cicero, 1. in Catil. 11.

Imminet bellum ab Tarquiniis. Liu. 1. ab Vrbe, 12. Quum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tarquiniis imminere, Id quidem spe omnium serius fuit.

Imminere sibi putat periculũ. Plin. in Paneg. 30. Quippe non is princeps, qui sibi imminere, sibi intendi putet, quod in hostes paretur: quæ persuasio fuit illorum, qui hostilia quum facerent, timebant.

Imminet his aër. Ouid. 1. Metamor. non ita procul ab initio.

Imminere animis in propinquam spem. Liu. 10. bel. Pun. 128, Ifquoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, & victoriæ spes, quò magis in propinquam eam imminebant animis, eo curæ intentioris erant.

Imminere exitio alterius, Paratum esse ad exitium alteri inferendum. Ouid. 1. Metam. 30, Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Imminent duo reges toti Asiæ. Cic. pro lege Manilia. 7.

Rebus imminere, Occasionem quærere occupandi imperii. Tacitus, Ferebatur Antæum & Ostorium imminere rebus. & sua Cæsarisque fata scrutari auaritia. Budæus.

Imperio imminere. Cic. pro Cornel. Bal. 27. Duris enim quondam temporibus Reipublicæ nostræ quum præpotens terra marique Carthago nixa duabus Hispaniis huic imperio imminere, &c. Ex omnibus partibus Siciliæ imminere. Cic. 7. Verr. 113.

¶ Imminere, pro Obseruare & captare. Liu. Fama autem erat defectioni Campanorum imminentes admoturos castra. Curtius, Imminẽnsque Dario, iter ad Euphratem pronuntiari iussit. Id est, Darium inuaturus impetituros, aggredi festinaos. Idẽ. Sed dum nihil in commune consulitur, qui deditioni imminebant, apertis portis hostem recipiunt. Budæus. Idem lib. 5.

Ipse currum sequebatur, occasioni imminens alloquendi eum.

Alieno imminere, pro Appetere rem alienam, dixit Seneca in epist. 2.

Emptioni imminere. Tranquillus, Quem tamen, quòd imminere emptioni publicanos videbat, liberro suo addixit.

Imminés annotatot conuiuis, pro Astas & ades. Plin. in Paneg. 80, Num enim ante medium diẽ ditentus, solitaria cœna spectator, annotatorque conuiuis tuis imminés?

Imminens, pen. corr. imminentis, participium. (ἐπιστάμενος,) Cic. pro Domo sua, 12, Sed homo ad cædem imminens, meum nomen operis ediderat.

Imminenti auaritia esse. Cic. 4. Verr. 93, Nam ipsum Verrem tantum semper auaritia hiante, atque imminenti fuisse, ingenio, & cogitatione nulla, vt quicquid sua sponte faciebat, item vt vos Romæ cognouissis, eripere potius, quàm fallere videretur.

Gestus imminens. Cic. 1. de Orat. 124, Pro Dii immortales, quæ fuit illa, quanta vis, quàm inexpectata, quàm repentina? quum conjectis oculis, gestu omni imminenti, summa grauitate & celeritate verborum, Brute quid sedes?

Imbres imminentes. Horat. 4. Carm. ode 27. 2.

Imminuo, imminuis, imminui, imminútum, pen. prod. (ἐλαττόω, σμικρύνω,) Imminuere, Diminuere, Attenuare.

Dolor se imminuit. Ouid. epist. 21. 13.

Imminuere & Amplificare, contraria. Cic. 4. Academ. 9. Vereor interdum ne talium personarum, quum amplificare velim, minuam ipsam gloriam.

Imminuere & immutare. Cic. pro Lege agraria, 32, Hic quod populi proprium semper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutauit.

Imminuere authoritatem suam. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 8. Et 2. de Orat. 85.

Violare atque imminuere ius & officium. Cic. pro Sext. Rosc. 64.

Imminuere laudem alicuius. Cic. ad Dolabellam in Epistolis ad Atticum lib. 14. 315. 2.

Imminuere maiestatem Pop. Romani. Cic. lib. 2. de Oratore, 89, Si res tota quæritur, definitione vniuersa vis explicanda est: sic, Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit, qui exercitum hostibus Pop. Rom. tradidit. Item 2. de Orat. 59. Mihi ipsi cum Sulpitio fuit in Norbani causa summa contentio. Pleraque enim de iis, quæ ab isto obiiciebantur, quum confiterer, tamen ab illo maiestatem imminuta negabam: ex quo verbo lege Apuleia tota illa causa pendebat.

Imminuere pudicitiam virginis, Violare & infringere. Plau. Cist. 2. 79, Neque pudicitiam meam mihi alius imminuit quisquam.

Imminuere summam, quod & Demere de summa dicitur. Cic. 5. Verr. 59, Statuit Senatus hoc, ne illi quidem esse licitum, cui cõcesserat omnia, à populo factarum quæsitarumque rerum summas imminuere.

Imminuere de voluptate. Cic. 1. de Orat. 135. A quibus enim nihil præter voluptatem aurium quæritur, in iis offenditer sinul atqi imminuitur aliquid de voluptate.

¶ Imminuere caput alteri, pro Comminuere & confringere. Plaut. Mostell. 4. 108, Nimis velim lapidem, qui ego illi speculo imminuam caput.

Imminútus, penult. prod. Participium. (ἠλαττωμένος,) vt Imminuta liberatas. Cic. pro Lege Manilia, 6.

Attenuatum, atque imminutum bellum expectatione. Pompeii. Cic. pro Lege Manil. 11.

Imminuta atque debilitata cupiditas. Cic. 12. Philipp. 323.

Imminuta virtus. Cic. Attico. lib. 1. 11. 16, Dolor accessit bonis, viris, virtus non est imminuta. Sic ad eundem, lib. 3. 66. 4, Imminuta constantia.

Imminutio. Verbale. (ἐλάττωσις,) Cic. 5. de Finib. 85, Nam si prauitatem imminutionémque corporis propter se fugiendam putamus, cur non

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam ac fortassè magis propter se formæ dignitatem sequimur? Idem 3.de Oratore,115.
Dignitatis imminutio.Cic.Pulchro,lib.3.8.6.

Immisceo, immisces,immiscui,immistum,vel immixtum.(ἐμμίγνυμι,)immiscêre, Idem quod miscere : nisi quid accipiat vehementiæ ab ipsa compositione. Liu.3. ab Vrbe,108, Et immisti turbæ militum togati, &c. Sic lib.10.137, Immistus turmæ. Et lib.8.174.
Immiscere se alicui bello.Liu.5.ab Vrbe, Falisci propria etiam causa infesti,q; Fidenati bello se iam antea immiscuerant,&c.
Immiscere se colloquiis.Liu.1.bel.Pun.119,Quum se immiscuissent colloquiis Montanorum.edoctus interdiu,&c.
Immiscere se cum aliquo.Liu.lib.5.Decad.5,Victoria Populi Ro.lætari eum regem:mirum non esse,qui sortem omnem fortunæ regnique cũ rebus Romanis immiscuisset.
Armis mediis se immiscuit. Virg.11.Aeneid.163.
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni.Virg.1.Geo.90.
Spiritus immistus nebulis.Sene.Troade,5.2.
Nocti se immiscuit atræ,Virg.4.Aeneid.114.
Immiscere se rei alienæ culpa est,ait Pomponius de Verb.signif.
Summis immiscuit ima. Ouid.7.Metam.56.

Immiserabilis, pen.corr. Adiectiuum.(ἀνοικτρός,) qui nullius misericordia subleuatur : vt Pubes captiua immiserabilis. Horat.3. Carmode 5.4.

Immsericors, pen.corr.om.ge.(ἀνελεής,ἀνελεήμων,)Sine miseri cordia.Cic.2.de Inuent.202, Ipsum immisericordem, superbum fuisse.
Immisericordia.(τὸ ἀνελεόν,)Liu.7.bel.Maced.1,Plus ira,quàm immisericordia,in causa eorum valebat:quia non vt hostibus,&c.In vetustioribus codicibus legitur misericordia.
Immisericorditer,pen.corr. Aduerbium. (ἀνελεῶς,) Terent. Adelph. 4.5.29, –factum à vobis duriter
Immisericorditérque.

Immitis, & hoc immite, pen.prod.om.gen. (ἀμείλιχος, ἀνήμερος,)
Asper.sæuus,crudelis. Virg.1.Aeneid.7, –immitis Achilli.
Sueto.de Tib.Cæsare,cap.59,
Asper & immitis,breuiter vis omnia dicam?
Dispeream si te mater amare potest.
Immite & turbidum cælum.Plin.epist.107.2,Num istic quoque immite, & turbidum cęlum?
Corda immitia Silius lib.4.163.
Dolor immitis.Senec.Octauia,2.4
Edictum immite & minax. Ouid.1.Trist.17.
Facta immitia.Ouid.2.de Arte,38.
Immite,pectus,Catul.Argonaut.59.28.
Immite pelagus, Procellosum. Apul. Erat enim turbidum & immite pelagus.
Immitia poma,Cruda & immatura.Plin.Immitia adhuc & cruda poma.
Idem lib.13.cap.4.1,Palmæ ferunt in maritimis Hispaniæ fructum,verum immitem.
Rescriptum immite. Tacit.li.5,Immiti rescripto venas resoluit. Vua immitis,Id est acerba,immatura.Horat.2.Carm.ode 5.2. Vulnera immitia,Ouid.de Nuce,14.

Immitto immittis,immisi,pen.prod.immissum.(ἐνίημι,ἐφίημι,ἐμβάλλω,ἐπαφίημι,)immittere,Notæ significationis,Plin. epist.157.a,Dices immisa terris noua flumina.
Lentum filis immittitur aurum. Ouid.6.Metamor.14,
Immittere ad.Cic.5.Verr.77,Segestem item ad immunem ciuitatem Venerius Symmachus Decumanus immittitur.
Immittere ad spoliandum.Cic.6.Verr.90, Eóne tu seruos ad spoliãdum fanum immittere ausus es?
Immittere aliquos in bona alterius,vel in Remp. Cic.3. Verr. 101, Et si non putas cautum, scilicet tu Prætor in mea bona quos voles immittes?me ad meas fortunas defendendas accedere non sinas? Idem Attico,lib.1.11.16,Bis absolutum esse Lentulum,bis Catilinam, hũc tertium iam esse à iudicibus in Remp. immissum.
Immittere in forum sicarios.Cic.pro Sestio,67. Et ad Atticum. lib.14. 306.2,Seruique & egentes in tecta nostra cum facibus immissi.Hic significat Cum pernicie mittere,stimulare,vrgere,incitare.
Immittere se in medios hostes,Irruere & sese prorumpere. Ci.1. Tuscul. 189.Et Li.8,ab Vrbe,47.Rursus Cicero pro Fonteio,32,Qui se armatus sæpe in hostium manum multitudinemque immiserit.
Immittere se in voluptates,pro Immergere Liu.li.3.bel. Pun.Corpus immittere in vndas. Ouid.epist,2.17.
Immittere dolorem.Cic.3.de Nat.deor.131,Neque enim quem Hipponactis Iambus læserat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus,à deo immissum dolorem,non conceptum à seipso continebat.
Immittere equum ad Galba ad Ciceronem, li.10.30.2, Repentè equum immisi ad eam legionem tyronum quæ veniebat ex castris.
Immittere iniuriam in aliquem, Cic.in Parad.35.Iactam & immissam à te nefariam in me iniuriam semper duxi, peruenisse ad me nunquam putaui.
Immittere perturbationes.Cic,3.Tusc.43.His autem perturbationibus quas in vita hominum stultitia quasi quasdam furias immittit, atque incitat,omnibus viribus atque opibus repugnandum est.
¶ Immittere aliquid in aures suas. Plaut.Epid.7.15, –blatis
Quod nusquam est,neque id immitto in meas aures. Idem Capt.11. 17,Ne tu quod fabuletur,in aureis immittas tuas. Id est, ne auscultaueris quod dicit.
¶ Immittere,pro eo quod vulgò subornare aliquem dicimus Salust.Alii Tarquinium à Cicerone immissum dicebant, ne Crassus suscepto malorum patrocinio, Remp.tutaret.
Immittere rudentes, Funes nauium extendere & apparare ad nauigandum.Plin epist.157.a,Proinde iure vatum inuocatis diis,& interdum ipso,cuius res opera, consilia dictaturus es,immitte rudentes, pande velatac siquando aliàs,toto ingenio vehere.
In flumen publicum immittere.Vlpianus in L.Vnica.ff.Ne quid in flumine publico,inve ripa eius fiat,Ait Prætor:in flumine publico,inve ripa eius facere, aut in id flumen ripámve eius immittere, quo aliter aqua fluat,quàm priore æstate fluxit,veto. Et paulo pòst, Non omnia ergo,qui immisit,vel qui fecit,tenetur:sed qui faciendo vel immittendo efficit aliter,quàm priore æstate fluxit, aquam fluere.
¶ Immittere vitem ad vuas pariendas.Varro lib.1.de Re rust.cap.31.2.
Immittere,est tigna vel trabes ædificii eò extendere,vbi requiescant,siue in pariete communi,siue in proprio.Iabolenus in L. Malum.ff.de Verborum signif. Inter proiectum & immissum hoc interesse ait Labeo: quod proiectum esset id, quod ita proiecheretur, vt & nusquam requiesceret: qualia mœniana & suggrundæ essent. Immissum autem, quod ita fieret,vt aliquo loco requiesceret: veluti tigna, trabes, quæ immitterentur.
Immissus, Participium.(ἐνεμέτης,) vt Canes immissi ceruis. Virg.3. Georg.74.
¶ Immissa barba, pro Prominenti & longa. Virg.3.Aeneid.118,Rejicio,dira illuuies,immissáque barba. Sic apud Quintilianum lib.11. cap.3.in fine,
Immissio,Verbale.(ἐνωτία,)Cic. de Senect.49,Sarmentorúmque ea quæ dixi aliorum amputatio,& aliorum immissio.

Immo seu potius.(μᾶλλον δὲ μαλλομένοιγε,)Imò,Coniunctiones apud veteres significabat prorsus,quasi ex infimo. Nunc verò significat quin potius.Varro,Non humanitas, immò sæuitia est ledere innocentem.Plaut.Amphit.2.92,In somnis fortasse. A L. immò vigilans vigilantem. Idem Mostel.2.118,Etiam fatetur de hospite? immo pernegat. Idem Bacchid.4.29. Terent.Heaut. 1.1.42.
–filium vnicum adolescentulum
Habeo.at quid dixi habere me?immò habui Chreme?
Nunc habeam,nécne incertum est. Idem Adelphis,5.3.55.Cum prima luce ibo hinc.M.Inamò de nocte censeo. Ibidem,4.3.23. Plaut. Amphit.4.196, Quod apud hasce ædeis negotium est tibi?S. Immo quod tibi est?
Immò,secundo loco positum.Plaut.Milite,20.57,
Scio,& perspexi verum,cum antehac,tum hodie maxime.
P A.Scies immò hodie meum?factum, faxo pòst dices magis. Plin.epist. 44.2,Assem para,& accipe auream fabulam:fabulas immò mihi me prorum noua admonuit.
Immo.Terent.And.1,1.2, –dictum pura,
Nempe vt curentur rectè hæc.S I.immo aliud. Idem in Phormione,
Dic me orare vt veniat.P A R.ad te?B A C.Immò ad Philumenam. Videtur immo exponendum esse per non & sed;vt Immo aliud,id est non istud volo quod dicis.sed aliud volo.Sic,Immo ad Philumenam quasi dicat,non ad me,sed ad Philumenam.
Immo certè. Terent.Eunuc.4.7.42,Iam hęc tibi aderit supplicans vltrò, T H R.credin?? G.immo certè.
Immò enim.Terent.Phorm.1.2.24,
Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.
P.Immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert. Idem And. 5.1.4.
Dum studeo obsequi tibi,penè illud vitam filiæ.
S.Immo enim quammaxime abs te postulo,atque oro Chreme, Vt beneficium verbis initum dudum nunc re comprobes.In his & similibus vocat enim,sicut in sed enim,quia enim.
Immo enimuero.Terent.Eunuch.2.3.37,Incommodè hercle.
C H.immo enimuero infœliciter.
Immo etiam.Terent.And.4.2.25, Verum vis dicam?D.immo etiam. Plaut.Epid.10.81,
Quid nunc,qui in tantis positus sum sententiis?
Eúmne ego sinam impune?immo etiam si alterum
Tantum perdundum est,perdam potius,quàm,&c.
Immo et,pro eo quod barbarè dĭ,sed quod plus est.Terẽt.And.4.1.31.
–nec te

–nec te quisquam hodie cogere illam vt duceres.
P.Immo etiam,quo tu minus scis ærumnas meas,
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi.
Immo verò.Cic.in Partitionibus,Omnibusne igitur ex his locis argumenta sumemus? C.P.Immo verò scrutabimur.Idem pro Lege agraria,95.
Immo verò etiam hoc magis,quàm,&c.
Immo,post negationem dictionẽ.Plaut.Asina.16.72.Nullus sum. A R T. immo es, ne negato,omnium pol nequissimus. Terent.And.1.2.30.
Qui hoc? intellex tin'?an nondum etiam ne hoc quidem?D. immo cal lidè. Idem Heaut.4.2.10.Non potest.immo optimè.Verba sunt Syri secum deliberantis.
Causa igitur non bona est?immo optima.Cic.Att.lib.9.15.5.

Immobilis, & hoc immobile.pen.corr.(ἀκίνητος,)Quod non potest moueri.Plinius lib.11.cap.37.13. Autes homini tantum immobiles.
Immobilibus oculis contueri solem.Plin.lib.7.cap.2.12.
Solo hæret immobilis.Virg.7.Aeneid.50.
Scopulis immobilior.Ouid.13.Metam.172.

Immoderatus, pen.prod.(ἄμετρος,)Adiectiuum, contrarium Moderato,Intemperans,nimius, immodestus.
Cic.ad Atticum,lib.13.28.3.6.Alexandrum postquam rex appellatus fit,superbum,crudelem,immoderatum fuisse.
Immoderata intemperantia.Cic.1.Academ.55.
Immoderata mulier.Cic. pro Cælio,41.
Immoderata oratio.Cicãs Oratore,115.
Immoderatus potus.Cice.1.de Diuinat.107.Ea pars animi,&c. immoderato obstupefacta potu atque pastu,&c.
Res immoderata cupido est.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.7.
Immoderata tempestas,Cic.pro Sex.Rosc.77.Ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus,aut nimio calore,aut,&c.
Immoderatio,Denominatiuum(ἀμετρία,)vt Efferri immoderatione verborum.Cic.pro Sylla,22.
Immoderãte,pen.prod.Aduer.(ἀμέτρως,)Non moderatè, extra modũ, immodicè.
Immoderatè facere.Cice.2.Tuscul.55.An temperantia sinet te immoderatè facere quicquam?
Immoderatè profusa vox.Cic.2.de Natu.deor.223.
Immoderatè ferre res secundas.Cic.1.Offic.127.Nam vt aduersas res,sic secundas immoderatè ferre,leuitatis est.
Immoderatè & intemperatè viuere.Cic.de Vniuersit.51.

Immodestus, Adiect.(ἄμετρος,ἀκόλαστος,ἄφρων,)Non temperatus,immoderatus.Terent.Heaut.3.3.7.Vel heri in conuiuio quàm immodestus fuisti.
Immodesti mores.Plaut.Curc.4.45. Hoccine fieri vt immodestis hic te moderêre moribus?
Profusum & immodestum iocandi genus,cui opponitur Ingenuum & facetum.Cic.1.Offi.145.Ipsúmque genus iocandi non profusum nec immodestum,sed ingenuum & facetum esse debet.
Immodestia,immodestiæ,(ἀφροσύνη,πρόπετεια,)Immoderatio, intemperantia.Plaut.Amph.4.10. Hæcheri immodestia coegit me. Idem Merc.5.27.Incogitantia,excors immodestia.
Immodestè.Aduerbium,(πρόπετως,)Immoderatè.Plaut.Pœnulo, 3.25.
–cur ego apud te mentiar?
Amo Immodestè. Liuius 2.belli Puni.119, Immodicè immodesteque gloriari.

Immodicus, pen.corr.Adiect.(ἄμετρος,)Multus & nimius. Coelum.lib.1.cap.3.Suaque lege C. Licinius damnatus gauerat,immodica possidendi libidine transcendisset. Sic Plin. lib.9. cap.30.3.Assiduitate sorti immodici.
Amore immodico victus.Ouid.2.Fast.117.
Frigus immodicum.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.3.
Labor immodicus.Ouid.1.de Ponto, eleg.5.5.
Immodica oratio,Nimium longa vt fastidium pariat.Plin.epist,181.Vereor ne immodicam orationem putares,quam cum hac epistola accepisses,nisi esset generis eius vt sæpe incipere,sæpe desinere videatur.
Rixæ immodicæ.Horat.1.Carm.ode 13.2.
¶ Immodici,Plures.Martial.lib. 1.89.Atriaque immodicis arctat imagi-
nibus.Id est,tam multas ponit,vt locus arctior fiat.
¶ Immodicus libidinis,Nimia libidinis cupiditate ductus. Columel.libro.7.cap.6.2.Est autem mensium septem satis habilis ad procreandum,quoniam immodicus libidinis dum adhuc huberibus alitur, matrem stupro superuenit.
Iræ immodicus.Stat.1.Thebaid.9.
Lætitiæ immodicus.Tacit.lib.15.
Mœroris immodicus.Tacit.lib.15.
Immódice,pen.corr.Aduerbium,(ἀμέτρως,)Nimis vel intemperatè. Coelum.lib.1.cap.16.2.Magisque conducere agricolæ frequenter id potius quàm immodicè facere.

Immodicè ferre aliquem casum,pro Immoderatè.Cic.4.Tusc.61.

Immodulâtus, Adiectiuũ,(ἀνεπιμέλητος,)pro Aspero.vt Poemata immodulata.Horat.de Arte poetica,14.

Immolitus, Adiectiuum,pe.prod.(ἐνοικοδομητός,)Idem quod ædificatus.Liu.9.bel.Maced.183.Aquam publicam omnem in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt: & quæ in loca publica inædificata, immolitaue priuati habebant, intra dies triginta demoliti sunt.

Immolo, immolas,pe.cor.(θύω ἐπιθύω ἐπιστρέφω,)Immolare,Sacrificare,& quasi mola inspergere,exin, & mola. Festus, Immolare,est mola,id est farre molito,& sale hostiam fusam sacrificare.Virg.lib.12.Aeneid.90,
–Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat,& pœnam scelerato ex sanguine sumit. Cic.2.de Diuin.56, Quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit vt litetur aliis,aliis non litetur? Sic Cæsar 8.bel.Gall.182.
Agno immolato aram spargere.Horat.4.Carm.ode 11.2.
Libidinosus immolabitur caper.Horat.Epod.10.5.
Immolare homines.Cic.pro Ponteio,18.
Immolare hostias.Cic.3.Tuscul.105.
Immolator,pen.prod,Verbale.(ἐπιθύτης,)Qui immolat & sacrificat.Cic. 2.de Diuinat.53,Hæc decollio capitis, aut accollio, subitóne fieri potest,vt se exta ad immolatoris fortunam accommodent?
Immolátio,Aliud verbale feminimum.(ἐπίθυσις,) Cicc.1.de Diuin.195. & lib.2.55.

Immorior, (ἐκποδὼν κτείνω,)à quo immortuus, Idẽ significat quod mortuus. Plin. lib. 29. cap.4.16. Nam quum immortuus est in vino,faciem eorum qui biberint,lętitiæ obducit. De stellione. Sic lib.11.cap.53.4. Et Cic.ad Attic.lib.1.9.6,De immortuis reliquiis coniurationis.
Immori,cum datiuo.Plin.lib.7.cap.43.4,Quod dissimulauerit,& supremo somno eius(cui immortuus quodammodo est)credamus ab vno illo inuidiam gloria victam.
Fortiter Euxinis immoriemur aquis.Ouid.3.de Ponto, eleg.7.8.
Ferro immori.Sene.Herc.Oetheo,7.26.
Hastæ immoritur.Valer,6.Argonaut.114.
Studiis immori.Horat,1,epist.7.17.

Immoror, pen. corr. immoráris, (ἐγχρονίζω ἐμμένω,) immorari, Moram trahere. Colum. lib.8.cap. 5.10, Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est cibus, vt saturæ studiosius nidis immorentur.
Immorari honestis cogitationibus,Versari, diu & multum temporis insumere in cogitatione rerum honestarum. Plin.epist.8.d,Per hoc enim assequebamur,primum vt honestis cogitationibus immoraremur.
Terrenis immorari.Quintil.lib.2.cap.16.4,Quis nescit ignes,aquas, sine quibus nulla sit vita,&(ne terrenis immorer)solè, lunamque præcipua siderum, aliquando etiam nocere?

Immortâlis, & hoc immortale,pen.prod. (ἀθάνατος ἄμβροτος ἀδόρατος,)Plaut. Trinum.4.13,Eho tua vxor quid agit?M.immortalis est,
Viuit,victúraque est. Cic.1.de Fin.79,Immortales dii. Terent.Eunu.2.2.1,Dii immortales,hominę homo quid præstat?
Immortales atque beati,Id est diui.Lucret.lib.5.24.
Mortalis & Immortalis, contraria. Cice.1. Offic. 168. Vt fortuna nonnunquam tanquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videatur.
Animi omnium immortales, sed fortium bonorum diuini. Cic.2. de Legibus,45.
Aeuum immortale.Lucret.lib.1.12.
Deus immortalis.Horat.de Arte poetica,94.
Immortalia facinora,Immortalia opera,Quæ nullo tempore sunt intermoritura.Plaut.Mostel.9.81, –quid mihi fiet tertio,
Qui solus facio facinora immortalia? Liu.1.ab Vrbe,67, His immortalibus editis operibus,quum ad recensendum exercitum concionem in campo ad Capræ paludem haberet,&c.
Herbæ immortales.Claud.de Nuptiis Honorium,32.
Immortalis memoria.Cic.pro Corn.Balbo.
Mens immortalis.Lucret.lib.3.123.
Mors immortalis.Lucret.lib.3.178.
Quæstus immortalis.Cic.in Pisonem,21,Quo quidem in spectaculo mira Reipublicę æquitas erat,vter eorum periisset,tanquam lanista,in eiusmodi pari lucrum heri putabat:immortalem tamen quæstum si vterque cecidisset.
Tributa immortalia. Tacit.lib.10.

Immortalitas, pe.cor.immortalitatis.(ἀθανασία,)Ci.de Ami.9,Nisi enim (quod ille minime putabat)immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus quod hominis fas esset optare? Terent.And.5.5.4,
–nam mihi immortalitas
Parta est,si nulla ęgritudo huic gaudio intercesserit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cedit nulla re nisi immortalitate cælestibus beata vita.Cic.1.de Nat. deorum,130.
Commendare immortalitati, Vide COMMENDO.
Non est lugenda mors quam immortalitas consequatur. Cic.de Senectute,67.
Aeternitatem & immortalitatem, non vnius diei gratulationem alicui donare.Cic.in Pisonem,4.
Mandare aliquid immortalitati. Cic.pro Domo sua,60. Idem.1.de Oratore.20.Vide MANDO.
Memoria immortalitatis memoriam aliquorum prosequi.Cic.2. Philipp.53.
Reddere immortalem alicuius memoriam.Cic.2.Offic.5.
Immortalitatis esse & Aeratis,contraria.Cic.4.Philip.154, Sunt enim facta eius immortalitatis,non ætatis.
Tradere immortalitati scripta alicuius.Cic.3.de Orat.34.
Immortale,pro Immortaliter:vt Flos immortale virens, Valer.7.Argonaut.73.
Immortaliter,pen. cor. Aduerb.(ἀθανάτως,)Perpetuò.Cic. ad Q. frat. 3.17.13, Quod scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Immôtus, pe.prod.Adiect.(ἀκίνητος ἄσειμος,)à moueo,Quod non mouetur.Plin.lib.8.ca.16.8,Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures. Namque & has notas generosissimo cuique natura tribuit.Immota ergo placidus, clemens, blandientique similis. Virg.lib. 3. Georg. Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit.
Fides immota.Valer.3.Argon.121.
Lumina immota tenere.Virg.4.Aeneid.67.
Mens immota manet.Virg.4.Aeneid.90.
Fixum,immotumque animo sedet.Virg.4.Aeneid.3.

Immulgeo, immulges, immulsi vel immulxi, immulsum vel immulctum.(ἀναμέλγω,) Immulgêre, Mulgendo & fugendo,lac ex mammis exprimere. Plin.lib.28.cap.7.3, Item mammarum collectionibus cum thure, oculo ab ictu cruore suffuso,& in dolore,aut epiphoris,si immulgeatur,plurimum prodest.De lacte. Idem lib.11.cap.39.7,Fabulosum arbitror de strigibus, hubera eas infantiũ labris immulgere. Virg.11.Aeneid.37.
-& lacte ferino
Nutribat,teneris immulgens hubera labris.

Immúgio, immûgis,pe.prod. immugiui vel immúgii, immugitũ.(ἐμμυκάομαι,)immugire,Idẽ quod mugire,& sonitũ qualem boues emittere solent,edere.Virgil.3.Aeneid.134, -curuique immugiit Aetna cauernis.
Mare totum immugit.Sene.Hippol.10.8.
Mœsto immugit regia luctu.Virg.11.Aeneid.8.

Immundus, Adiectiuum.(ἀκάθαρτος,)Impurus,Impolitus.Terent. Heaut.1.3.54, -pannis obsita, Neglecta, immunda illuuie.
Contactu immundo fœdant omnia.Virg.3.Aeneid.46.
Fimus immundus.Virg.5.Aeneid.66.
Immundæ fortunæ.Plaut. Cistel.2.105, Immundas fortunas meas æquũ est squalorem sequi.
Immundus homo.Sordidus,inquinatus.Plaut.Mostel.3.17,
Homo indiligens cum pigra familia,
Immundus, instrenuus.
Immundus lapsus.Plin.lib.14.cap.19.1,Aut supernè deciduo immundio re lapsu aliquo polluto.
Pauperies immonda.Horat.2.epist.2.40.
Immunda segnities.Colum.lib.9.cap.5.2, Neque ea curatorem fraudulẽtum tantũm, sed etiam immundæ segnitiæ perosa est. Sues immundi. Virg.1.Georg.80.
Nil immundius hoc,nihil est immundius illo.Catul.de Aemyl.92.
* Immunditia.(ἀκαθαρσία,)

Immûnis, & hoc immune,penult.prod.(ἀτελής ἀνωφόλος ἀφορολόγητος,)Dicitur,vt ait Festus,qui nullo fungitur officio,liber ab onere publico:Qui vel ætate vel alio priuilegio præstare munia non tenetur. Virgil.4.Georg.49, Immuniique sedens aliena ad pabula fucus. Cicero Vacare muneribus dixit, quòm in libello de Senectute ait,31,Ergo & legibus & institutis vacat ætas nostra muneribus iis quæ non possunt sine viribus sustineri.
Immunis non est virtus: Id est non est otiosa, semper aliquid agit. Cice.de Amicit.46, Non est enim inhumana virtus, neque immunis: neque superba,quæ etiam populos vniuersos tueri,eisque optimè consulere solcat.
Immunis & vectigalis,contraria.Cic.3.Offic.65,Melius hi quàm nos,qui piratas immunes,socios vectigales habemus.
Agri immunes.Cic.2.Philipp.60.
Immunes agros,liberosque arare.Cic.4. Verr.120.

Immunes & liberæ ciuitates,Quæ nullum vectigal pendunt.Cic.5.Verr.11.Quinque præterea sine fœdere immunes ciuitates ac liberæ, Cisturipa, Halesina,&c.
Immunis.cum,genitiuo:vt Immunis aratri.Ouid.3.Meta.1.Nullũ passa iugum,curuique immunis aratri.
Belli immunis.Virg.12.Aeneid.115.
Boni alicuius immunis,Id est expers.Ouid.4.Trist.eleg.2.13.
Immunis huius mali:Hoc est Suspicione vacans aut carens. Ouid.lib.8. Metamorph.139, -vobis immunibus huius
Esse mali dabitur.
Manus immunis,id est innoxia.Horat.3.Carmi. ode 23.4.Immunes scelerum manum vult intelligi,Id est à sceleribus puram.Porphyr.
Operum immunes famulæ.Ouid.4.Metam.1.
Scelerum immunis,Stat.5.Thebaid.25.
Immunis,cum ablatiuo: vt Immunis militia.Liu.1.ab Vrbe,189, Inde vna centuria facta est immunis militiæ. Plin.lib.17.cap.24.9,Capraticus omnibus immunis est quæ adhuc diximus.Id est,caret malis prædictis,non inarescit,non sentit tabem.
Conditione commodiore sunt immunia,quàm illa quæ pensitant.Cic. 3.de Lege agraria,6.
Metu immunis.Sene.Hippol.10.13.
Immunis.Improbum aliquando significat,authore Festo. Plaut.
Immune est facinus.Ego existimarim legendum & apud Festum & apud Plautum immanis,per a primam vocalem.

Immúnitas,pen. corr.(ἀτελωνία φόρων,)Exemptio, & vacatio muneris & onerum.Cic.1.Philip.3,Num immunitates dare?Plin.in Panegy.69, Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit,si modo redictus esset in patris potestatem. Cic.4.Acad.116, Negas sine deo posse quicquam, ecce tibi è transuerso Lamplacenus Strato, qui deo immunitatem magni quidem, muneris. Idem 2. Philipp.91, Neque post Idus Martias immunitatis tabula, néve cuiusquam beneficii figeretur.
Immunitas & libertas alicuius prouincie.Cic.pro Fonteio,15.
Dare immunitatem.Cic.ad Cassium, lib.12.epist.1.5, Tabulæ figuntur,immunitates dantur.
Munerum immunitatem alicui dare.Cic.4.Academ.215.
Habere immunitatem, Vide HABEO.

Immunificus,pen.corr.Adiect.(ἀνελεήμων,)Plaut,Trinum.6.68, -ad Immunifico scis quid cantari solet,Quod habes ne habeas.

Immunitus, Adiect pen.prod.(ἀτελωνήτος,)Nõ munitus.Cic. pro Cecinna,39,Si via sit immunita, iubet qui vetit agere iumentum.
Immunita castella.Liu.2.bel.Pu.48,Edictoque proposito, vt quibus oppida castellaque immunita essent,in loca tuta commigrarent.
Vrbs immunita.Ouid.10.Metam.34.

Immúrmuro, immúrmuras,pen.corr. (εὐστοιχεμύθω,) Immurmurare: vt Agmen totum immurmurat. Ouid.3. Metam.130.
Sub lingua immurmurare aliquid.Persius Saty.2.1.
Syluis immurmurat.Auster.Virg.4.Georg.53.

Immusculus, Immussulus.(φίνης,) Ales ex genere aquilarum est (inquit Festus)sed minorum virium quàm aquilæ;quæ volucris rarò & nisi rè præter quàm vere apparet:quia æstum,algoremque metuit.Apud latur autem ita,quòd subitò & inexpectata se immittat. Hactenus Festus.ex cuius verbis,non immusculus,sed immissulus scribendum potius videtur:siue immussulus:nam ab immittendo deducit. Deinde ait sic Plinius. lib. 10.cap. 7.1, Sanqualem auem atque immussulum augures Romani in magna quæstione habent. Immussulum aliqui volunt pullum arbitrantur esse, & sanqualem ossifragæ. Massurius sanqualem ossifragam esse dicit,immussulum autem pullum aquilæ putat, quàm albicet cauda. Quidam post Murium augurem visos nõ esse Romæ confirmauere. Ego(quod verisimilius est)in desidia rerum omnium non arbitror agnitos. Hic Plinius vocare videtur immussulum aucem, quam Festus immusculum vocat,& ossifragam.

Immutesco, immutescis, immútui. (κωφόομαι,) immutescere, Mutum fieri, tacere. Quintil. lib. 10. cap.3, Non ergo putemus semper optimum esse quod latet, ne immutescamus alioqui.
Ruptis immutuit ore querelis.Stat.5.Thebaid.109.

Immûto, immûtas, pen.prod.(ἀνταλλάττω,)immutare, Idem quod mutare,siue Aliud pro alio dare.Plau.Epid.1.3.40,
Accipe argentum hoc Damsta. hic sunt quadraginta minæ.
Siquid erit dubium,immutabo. Idem Milit.8.22,
-perseruatari hic volo Sceledre,nos nostri,
An alieni simus:ne dum quispiam nos vicinorum
Imprudentes aliquis immutauerit.
Immutare se,vel immutari.Plaut.Trucul.6.57 -verùm ego Illã quam violentus est,spero, immutari posse blandimentis. Terent. Phorm.1.4.30.

Non sum apud me.Quatquid opus est,nunc, cũ maximè vt sis Antipho: Nam si te senserit timidum parer esse,arbitrabitur
Commeruisse culpam.P.hoc verum est.A.non possum immutarier. Idem And.1.6.7.Id mutauit,quoniam me immutatũ videt.
Conuerti & immutari.Cic.Lentulo,lib.1.9.85.Neque permanendum in vna sententia conuersis rebus,ac bonorum volũtatibus immutatis sed temporibus assentiendum.
Alienare à se aliquem,& se illi immutare. Cic.Licinio,lib.5.8.4.Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium,& te nonnunquam à me alienarunt,& me aliquando immutarunt tibi.
Immutari ex amore.Terent.Eunu.2.1.19.
Di boni quid hoc morbi est?adeòne homines immutarier
Ex amore,vt non cognoscas eundem esse?
Immutari imperio.Cice.de Amicitia,49.Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus,imperio,potestate, prosperis rebus immutari,sperni ab iis veteres amicitias,indulgere nouis.
Mouere & immutare.Cic.1.de Diuin.133.Vim quandam esse aiunt signifero in orbe qui Græcè ζωδιακὸς,dicitur,talem,vt eius orbis vnaquæque pars alia alio modo moueat immuteríque cælum.
De institutis priorum immutat successor aliquid.Cic.pro Flac.26.
Figuram alicuius immutare.Ouid.7.Metam.147.
Immutatur ingenium egestate.Terent.And.1.5.40.
Bene & pudicè eius doctum atque eductum,tinam
Coactũ egestate ingenium immutarier non factum. Plaut. Curcul.3.54.
-neque veto,neque iubeo,quando te
Video immutatis moribus esse here,atque ingenio.
Immutare ingenium moribus.Plaut.Trinum.4.28.
-nam si in te ægrotant artes animi tui,
Sin immutare vis ingenium moribus, aut si demutant mores ingenium tuum, &c.
Immutare mores.Cic.2.de Leg.62.Quarum mores lapsi ad mollitiem,pariter sunt immutati cum cantibus,&c.
Immutare se in re aliqua.Cice.ad Lentulum, lib.1.9.36.Si quibusdam in sententiis paulum me immutassem.
Sensus immutare.Lucret.lib.5.384.
Ad literam verbum immutare.Cic.2.de Orat.138.At vtrunque genus cõtinet verbi ad literam immutati similitudo.
Immutare vestitum.Plaut.Amphit.9.6.Ilico Amphitruo fio,& vestitum immuto meum.
Immutare voluntatem.Cic.ad Atticum,lib.1.7.2.
Immutare vultum.Terent.Hecyra,3.3.9.
Sed continuò vultum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum.
Immutatus,penult.produ.Participium,(ἠλλαγμένος,)Sueton. in Claudio, Suppositos aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos. Salustius Quibus rebus permota ciuitas, atque immutata vrbis facies erat.
Immutata forma.Terent.Heaut.2.4.10.
Quippe forma impulsi nostra,nos amatores colunt.
Hæc vbi immutata est,illi suum animum alìò conferunt.
Immutatis literis.Cic.2.de Natu.deor.96.Vt Portunus à portu,sic Neptunus à nando paululum primis literis immutatis. Sic apud eundem in Orat.124.Verborũ ordinẽ immuta,fac sic,Cõprobauit filii temeritas.
Voluntas immutata.Cice.in Philippicis,Suspicionem multis attulit immutatæ volũtatis.
Immutabilis,& hoc immutábile,pe.cor.(ἀμετάβλητος,ἀμετάβολος,ἀμετάθετος,ἀτρεπτος,)Quod nullo modo mouetur ac flectitur. Plaut. Epid.12.8.
Scio quid erres,quia vestitum atque ornatum immutabilem
Habet hæc. Cic.1.Academ.43.Quã interdum eandem necessitatem appellantiquia nihil aliter possit atque ab ea constitutum sit, inter quasi fatalem & immutabilẽ cõtinuationem ordinis sempiterni. Sic li.4.47.
Pondus immutabile adest verbis sanctis.Stat.1.Thebaid.43.
Immutabilitas,pen.corr.immutabilitãs,(ἀτρεψία,)Cic.de.Fato,26.Sed in factis immutabilitatem apparere,in futuris quibusdam,&c.
Immutatio,Verbale,(ἀλλαγή,)Ci.2.de Leg.63.Negat enim mutari posse mutatio ordinis.Cic.5.de Orat.96.
Translatio & immutatio.Cice.in Orato.51.Et quanquam translatio est apud eum multa,tamen immutationes nusquam crebriores.

Imo, Vide IMMO.

IMOLA,(φίλος πόρωλιον,)Vrbs in Aemilia,quæ olim Forum Cornelii dicebatur,Ptolemæo lib.3.cap.1.

Impacatus, pen.prod.Adiectiuum,(ἀνήλεος,) Non pacatus. Virg.3.Georg.81.
-incursusque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Odia impacata.Claud.2.in Eutrop.43.

Impactus, Vide IMPINGO.

Impâges, impâgis,pen.prod.f.g.(ἔμπηγμα,)Festus,Impages dicũtur quæ à fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant.à pangendo,id est figendo,Vnde poetæ pangere versus dicũtur & agricolæ.pangere plantas,id est infigere.

Impalleo, impalles, impallui,(ἐκχέαι,) impallêre: Idem quod pallere. Stat.6. Thebaid.161, Euentu impalluit ipse secundo.

Impar, imparis.pe.cor.o.g.ablatiuo impari, & aliquando impare, metri causa.(πολύφυος,ἀνόμοιος,)Virg.in Pharmaceutria.
-numero deus impare gaudet.
Impar,Non par,sed inæquale: vt Imparia arma. Virg.4.Georg.49,Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis.Vbi Seruius,Imparibus armis,Inæquali consilio:nam apes laborantes consumit.
Impar beneuolentia.Cice.Licinio,lib.5.8.12, Quos quidem ego ambo vnicè diligo:sed in Marco beneuolentia impar.
Certamen impar.Ouid.11.Metam.32.
Fata imparia.Virg.12.Aeneid.30.
Fortuna est impar animo.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.25.
Interuallis imparibus coniungi.& pro rata portione distingui. Cic. in Somn.Scip.17,Hic est, inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus,sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur.
Impar numerus.Cic.4.Acad.63,Illos qui omnia sic incerta dicunt vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur, quasi desperatos aliquos relinquamus.
Impari numero oua.Varro 3.de Re rust.cap.9.9.
Impariter,pen.corr.Aduerbium.(ἀνομοίως,)vt Versus impariter iuncti, Horat.de Arte poetica,15.

Imparatus, pen.prod. Adiectiuum.(ἄστοχος,) Notæ significationis. Cic.3. Tusc.52. Vt siqua inuecta diritas casu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.Ex Euripide.Terent. Phor. 2.1.84,Vt ne imparatus sim quum aduenit Phormio.
Paratus & imparatus. Plaut.Capt.11.6,Qui ex parata, imparatam rem omnem facis. Cic.pro Milone,31,Quanquam paratus in imparatos Clodius,tamen mulier inciderat in viros.
Imparatus arma sumpsit.Cic.1.Tusc.136.
Imparati cum à militibus,tum à pecunia.Cic.Atti.lib.7.134.4.
Imparatissimus omnibus rebus Cesar 1.belli Ciuil.121.
Imparatus semper agredi ad dicẽdum videbatur Antonius.Cic. de Clar. Oratoribus,72.
In malis imparatus.Cic.Attico,lib.9.176.3.
Longum est imparatis breue tempus.Cic.3.Philipp.124.
Inermem & imparatum aliquem gladiis adoriri.Cic.pro Sestio,68.
Pectus non imparatum ærumnis.Sene.Hippol.10.1.

Impárens, pen.prod.Impatentis,omn.g.(ἀπείθης,) Non parens,siue obediens.Festus.

Impartio, Vide IMPERTIO.

Impasco, Impâscis,impâui,pe.pro.impastum,(ἐνιέμαι,)impascere, vel Impascor,impascéris,impasci,Idem quod pascere,siue pasci.Colum.lib.6.cap.5.2,In ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus. Idem lib.2.cap.18.1, Ac neque suem velimus impasci:quoniam rostro suffodiat,& cæspites excitet.
Impastus,Particip.à pascor passiuo(ἀτροφος,)Nõ pastus.Virg.9.Aeneid. 25,Impastus,ceu plena leo per ouilia turbans,&c. Ibidẽ lib.10.47,
Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans,
(Suadet enim vesana fames)si forte fugacem,&c.
Leo impastus.Stat.6.Thebaid.120.
Turba impasta luporum.Silius lib.7.26.

Impatibilis, & hoc impatibile. pen. corr. (ἀπαθής,) Quod ferri non potest siue tolerari.Plau.Amph.15.21,Cladesque exanclarem impatibiles.
Impatibilis cruciatus,Impatibilis dolor.Plin.lib.25.cap.5.20.
Impatibilis morbus,Intolerabilis. Plin.lib.20.cap.10.5.
Impatibilis pœna.Cic.2.de Finib.93.
Impatibilis valetudo.Plin.lib.10.cap.18.4.Quum impatibilis valetudo odium vitæ fecisset.

Impatiens, impatientior, impatientissimus.(ἀτλήμων,) Nullius laboris aut doloris patiens.Iungitur genitiuo.Plin.li. 8.cap.10.1,Iidem impatientes frigoris.De elephantis.
Impatiens vetustatis.Plin.lib.21.cap.16.4.
Impatiens tarditatis.Plin.lib.10.cap.63.1.Vipera singulos diebus singulis parit,viginti fere numero.Itaque cæteræ tarditatis impatientes: perrumpunt latera occisa parente.
Animus impatiens,& non tractabilis.Ouid.1.de Reme.amor.25.
Impatientissimum frigorum pisum.Plin.lib.8.cap.12.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impatientiores hyemis intubi.Plin.lib.19.cap.8.5.
Iræ impatiens.Ouid.13.Metam.1.
Mollis.& laboris impatiens.Ouid.3.Trist.eleg.2.2.
Viæ impatiens.Ouid.6.Metam.65.
Impatientia,impatientiæ (ἀτληπία,)Plin.lib.11.cap.23.1, Fieri autem primò papiliones paruos nudósque, mox frigorum impatientia villis inhorescere.
Impatienter,Aduerb.(ἀτλημόνως,)Aegre & molestè. Plin. epist.7.lib.2, Amaui,consumatissimum iuuenem tam ardenter, quàm nunc impatiẽter requiro.

Impauidus, pen. corr. Adiect.(ἄφοβος,)Qui nihil timet. Plin. lib.28.cap.19.12, Et pellis asinina iniecta impauidos infantes facit.
Ianitor impauidus.Stat 6.Thebaid.100.de Cerbero.
Impauidum pectus Liu.1.bel.Pun.108.
Impauidus somni.Silius lib 7.Impauidus somni seruat pecus.
Impauidus frangit telum.Virg.11.Aeneid.2.
Sui impauidus.Claud.de piis fratrib.41.3.
Impauide,pen.cor.Aduerb.(ἀφόβως,)Audacter,Intrepidè.Liu. 10.bel. Pu.69,Nec loquta est ferocius,quàm acceptum poculum nullo trepidationis signo dato impauidè hausit. Idem 9.bel.Maced.205, Et poculo impauidè exhausto,haud ita multo post expirauit.

Impeccabilis, & hoc impeccibile, pen. corr.(ἀναμάρτητος,)Quod peccare non potest.Gel.lib.17.cap.19.18 erit pleraque impeccabilis,vitamque viuet tranquillissimam.

Impedo, impedas, pen.corr.(ἐμποδίζω,)impedare, Pedaminibus sustinere Colum lib.4.cap.16.2, Quum mensem tricesimum excesserit,posita vinea.id est tertio autumno, vehementioribus catuminibus statim impedanda est.Vnde Impedata vitis ab eodem dicta,quæ pedamentis fulta est.

Impédio, impedis,pen.cor.impedíui,impeditum.(ἐμποδίζω ἀναπποδίζω κλοιοχαιτίζω κωλύω,)impedire,Implicare, inuoluere,ac proprie de pedibus dicitur, sed ad alia transfertur. Terent. And.3.5.11,
–ehodum bone vir,quid ais? videm'me tuis consiliis.
Miserum impeditum esse? Plaut.Ruden.2.37,Sed dum alios seruat, se impedioit.
Impedire se,& implicare.Cic.4.Ver.29,Sic illud dices,te,Heraclii voluntate ab lege recessisse,ipse te impedies,ipse tu tua defensione implicabere Vide IMPLICO.
Impedire,& Expedire,contraria. Cic.pro Rab.Posth.15,Sapientis est, quum stultitia sua impeditus sit,quoquo modo possit,se expedire.Idẽ Pæto, lib.9.19.3, Me quotidie aliud ex alio impedit: sed si me expediero,&c. Idem Terentiæ, lib.14.19.2, Etiam antè fecissem, sed me multa impediuerunt,quæ ne nunc quidem expedita sunt.
Impediri & Adiuuari,contrariæ.Cic. de Clar. Orat.2,Quum præsertim non modò nunquam sit aut illius à me cursus impeditus, aut ab illo meus:sed contrà semper alter ab altero adiutus & communicando & mouendo & fauendo.
Impediri in re aliqua.Cæsar 1.bel.Gall.145,Si ipse Pop.Ro.non præscriberet,quemadmodum suo iure vteretur, non oportere se à Pop. Ro. in suo iure impediri.
Impediri & alligari in re aliqua. Cic. ad Attic. lib.9. 169.1, Cedendum enim celeriter est,ne fortè qua in re impediar atque alligier,
Impediuit ipsus sese in plagas.Id est irretiuit,& sese retibus implicuit. Plautus Milit.21.111.
Equitatum alicuius impedire. Cæs. 2.bel.Gal.293, Quo facilius finitimorum equitatum, si prædandi causa ad eos venisset, Impedirent.
Impeditum impedire,Cic.Dolabellæ in Epi.ad Att.li.15.328.7. Stultissimis interrogationibus aliquorum causam impedire.Cic. de Aruspic. responsis,1.
Mentem dolore impedire.Cic.pro Cælio,48.
Impedire cornua nouis sertis. Ouid. 2.Metam.174.
Impediunt curæ.Terent.And.1.5.25,
Tot me impediunt curæ,quæ meum animum diuerse trahunt
Amor,misericordia huius,nuptiarum solicitatio.
Impedire iter.Cic.ad Attic.lib.8.162.2,Vtte mecum coniungeres prius quã Cesar aut tuũ iter impedire,aut me abs te excludere posset.Cesar 2.bel.Gal.294,Is rebus quum iter agminis nostri impediretur,&c.Sic apud eundem,1.bel.Ciuil.99,Impedire exitus.Nauigationem Impedit ventus. Cesar.5.bel.Gall.20, Quo Corus ventus nauigationem impedierat.
Impedire nuptiis aliquem Terent.Phorm.2.4.2,
Quanta me cura & sollicitudine afficit
Gnatus,qui me & se hilce impediuit nuptiis.
Impedire & tardare profectionem alicuius.Cic.Cesari,lib.7.5.3.
Impedire vxorem alterius impudicitia.Plaut.Amphit.16.13.
–qui domi vxorem meam
Impudicitia impediuit,per quam teneo thesaurum stupri.

¶ Impedire,Obstare nequid fiat, impedimento esse.Plin.epist.261.Vereor enim ne in alteruttam partem ignorantia lapsus,aut illicita confirmem,aut necessaria impediam.
Perturbare & impedire rationem belli prope iam explicatam.Cic.de Prouinc.Consul.19.
Impedire quominus.Cic.de Senec.56,Hac igitur fortuna frui licet senibus:nec etas impedit quominus & cæterarum rerum & in primis agri colendi studia teneamus vsque ad vltimum tempus senectutis.
Impedire ne.Cic.de Fato,Casus quidam ne facerem,impediit.
Nihil impedio. Cic. 1.Offic.4,De rebus ipsis vtere tuo iudicio: nihil enim impedio.
Nihil impedit quominus. Cic. 1. de Fin.52, Quumque nihil impedit quominus id quod maximè placet, facere possimus. Idem pro Rosc. Amer. 3,Quæ tot ac tales viros impediat quominus pro capite, &c. Quæ obstant & impediunt remouere.Cic.4. Academ.40.
Impedire ab.Plin.lib.10 cap.63.10,Non impedit partus quasdam abscpere. De equabus loquitur.
Ab delectatione omni negotio impediri.Cic.pro Murena,17.
Lachrymæ,doloréque impediunt loqui.Ouid.9. Metam.66.
Impedire amplexu. Ouid. 2.Metam.87,
Qua venata foret syloa narrare parantem Impedit amplexu.
Impediri fletu.Cic.ad Atticum, lib.3.50.3.
Impedior luore. Brutus ad Ciceronem,lib.11.10.2,Quod isti ne facile summa maleuolentia & liuore impediuntur.
Malis domesticis impediri.Cic.pro Sestio,84.
Impediri ætate & morbo Cic.5. Verr.61. Et 1.de Finib.89.
Impediri negligentia,studiis,occupationibusíve.Cic.1.Offic.41.
Impediri occupatione,Vide OCCVPO.
Pudore impediri.Cic.4.de Fin.3.Tum ego,Non me hercule solere mirè contra Stoicos.non quo illis admodum assentiar.sed pudore impediorstita multa dicunt quæ vix intelligam.
Impediri religione,Detineri,arceri.Sulpit.ad Ciceronem,lib.4.12.6.Athenienſibus locum sepulturæ intra vrbem vt darent,impetrare non potui, quod religione se impediri diceret.Cæs.5.bel.Gall.23, Partim quòd insuetus nauigandi mare timeret,partim quòd religionibus impediceret impediri. Cic.6.Verr.108.
Impediri vinculis.Cic.1.de Diuinat.180.
¶ Frænis impediuntur equi,Id est frænantur. Ouid.2.Fast.148.
Impeditus,pe.prod.(ἐμπόδιος,)Nomen ex participio; vt Impeditæ syluæ. Cæsar 8.bel.Gall.67.
Animos libidini deditus,amore,desyderio,cupiditate,sæpe nimia oppia,inopia etiam nonnunquam impeditus.Cic.pro Cælio.36.
Iter impeditum.Stat.4.Sylu.3.7.
Impedita nomina apud Ciceronem sunt, quæ non sunt expedita. Vide Expedita nomina.
Impeditior pugna.Liu.4.bel.Pun.68.
Impedita studia.Plin.epist.170. Torqueor quòd discipulum, quem optimè spei amisisti.cuius & valetudine & morte impedita studia. Tempora Reipublicæ impedita. Cic.in Pisonem.2.
¶ Irretitus impeditus,constrictus,quibus opponitur Promptus Cic.pro Milone.40,Quid minus promptum ad pugnam, quum penula irretitus,rheda impeditus,vxore penè constrictus esset?
Vinctus,constrictus,& impeditus.Cic.de Aruſp. responſ.20.
Impeditissimus ad.Brutus ad Ciceronem,lib.11.13.5,Iacet inter Appennum & Alpes impeditissimus ad iter faciendum.
Occupatum impeditumque hunc amores tenent. Cic.pro Cælio,35.
Impeditio,Verbale.(ἐμπόδισις,)Detentio,occupatio.Cic.1.de Diuinat.188,Viget enim animus in somnis,liberque sensibus ab omni impeditione curatum iacente & penè mortuo corpore,
Impedimentum.(ἐμπόδιον,)Aliud verbale.Dicitur quo quis impeditur, vt non perficiat quod cupit.Plaut.Casina,2.60,
Ille autem postquam sensit hlium suum
Eandem illam amare,& esse impedimento sibi,
Hinc adolescentem peregre ablegauit pater. Terent. And.4.2.24.
Proinde hinc vos amolimini.nam mihi impedimento estis.
¶ Inferre moram & impedimentum alicui.Cic.1.de Inuent.18.
Legitimum impedimentum, Vide LEX.
Impedimentum pati. Plin. epist.12.lib.2, Nisi quid impedimenti in via passus est.Vide PATIOR.
Esse impedimento.Cic.pro Corn.Bal.14. Et ad Att.lib.10.108.4.Sperabat impedimenta naturæ,diligentia, industriaque Demosthenis. Cic.1.de Orat.136.
¶ Impedimenta,in exercito, dicuntur res quæ conducunt in expeditione necessariæ.Et non solum sarcinæ,sed etiam iumenta,impedimenta dicuntur,vt docet Frontinus in libro Stratagematon.Scribens suos se interfecta à Petreio impedimenta in magna aquarum & pabuli inopia. Curtius, Magno consilio iactura sarcinarum, impedimentorumque contẽpsit.Cæsar 1.bel.Gal.100,Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt. Ibidem,95,Heluetii cum omnibus suis copiis secuti,

secuti,impedimenta in vnum locum contulerunt. Sic.lib.3.360.Cic.6. Verr.19.Etiam erat inimica improborum,quę C.Catonis illius,qui Cõsul fuit,impedimenta retinuit.

Impello, impellis,impuli.pen.corr.impulsum,(ὠθέω,ἐλαύνω,ἐπιστρέφω,ἐπιστρωφάω,ἐπιστρεφάω,ἐπιστρωφάω,ἐπιστρεφάω,ἐπιστρωφάω,ἐπιστρεφά

Universidad de Deusto
Biblioteca

349,In aquæ ductu domine,Nicomedenses impenderunt H.S.xxxx.ccc.xxix, qui imperfectus adhuc relictus. Salustius,Pòst vbi eorũ famam atque pudorem attriuerat, maiora alia impendebat.

Impendere de suo.Liu.6.ab Vrbe 69.

Biennium impendere.Quintil.ad Tryphonem, Quibus componẽdis (vt scis)paulo plus quam biennium impendi.

Curam impendere alicui rei.Colum.in Præfat.lib.1.23,Tot generibus ficorum sic vt iosaris impenderet curam,quum à plerisque etiam maiora negligantur.

Laborem impendere.Plin.epist.49.f.Rursus quum audis quid officiorum studiis,laboris impenderit,nec scripsisse satis,nec legisse?

Impendere laborem in fœdere faciendo. Cic.7.Verr.41.

Opus impendere,pro Operam dare.Senec. epist.76, Neque philosophia ingenio renunciat multum tamen operis impendere verbis non oportet.

Operam impendere intra tectum.Colum.lib.12.cap.1.3.

Impendere duplicem operam. Varro 2. de Re rust. cap. 11.6. Vide OPERA.

Pecuniam impendere in res aliquas Cic.6.Verr.60.

Studia iuuenibus erudiendis impendere.Quintil.in Proœ.lib.1.1.

Sumptum impendere ad.Cic.5.Ver.195, Ad incertum casum & euẽtũ certus quotannis labor & certus sumptus impenditur.

Tempus studiis impendere.Plin.epist.106.a lib.6, Profectò auuncule ipse reliquum tempus studiis(ideo remanseram)impendi.

Vitam impendere famæ.Stat.5.Sylu.1.13.

Tota volumina in disputationem impendere.Quintil.li.3, cap.6.16.

Impensus,Participium,(δεδαπανημένος,)vt Impensum pretiũ,Ci.ad Atticum,lib.14.309.2.Scribis enim esse rumores me ad lacũ quod habeo venditurũ,minusculũ verò villã vtique Quinto traditurũ,vel impenso pretio,quo introducatur,vt tibi Q.filius dixerit, dotata Aquilia. Cæsar 4.bel.Gal.469,Quinetiam iumentis,quibus maximè Galli delectantur,quæque impenso parãt pretio, Germani importatis nõ vtuntur.Id est soluto, vt quibuldam placet Alii magno interpretantur.

Aetas impensa labori.Lucan.lib.2.113.

Preces impensæ,pro vehementibus,apud Suetonium in Tiberio.

Libido impensa.Lucret.lib.5.193.

Impensa voluptas, vt Propensa. Prima eius oratio fuit excusantis, quòd tanto minoribus copiis ipse venisset,quàm pro opinione hominum,id suæ impensæ erga eos voluntatis maximum debere initium esse.

Impensus,Nomen ex participio,(δεδαπανητός,)Auctus affluens, quasi in quem multæ impensæ fiunt.Plaut.Capt.13.37,Væ misero illi, cuius cibo iste factus est impensior.

Impensus,Grauis,intolerabilis,molestus.Plaut.Bacch.7.10,

Pol quidem,meo animo,ingrato homine nihil impensius est.Quod impenditur, graue est.

Cura impensior,Hoc est maior, vehementior.Ouid.2.Met.82.

Impensa,impensæ.(δαπάνη χορηγία,)Sumptus,Cælius ad Ciceronem,lf.8.1.5,Ne molestia tibi cũ impẽsa mea exhibeã.Cic.5.Ver.45, Magna impẽsa.Et 1.de Fini.71. Item 3.Verr.103,Nulla impensa deiectæ.

Ingentes impensæ,Vide INGENS.

Leuis impensa,Ouid.2.de Arte,51.

Profundæ impensæ.Claud.3.Paneg.45.

Cruoris impensa,Ouid.8.Metam.14, -melius sine cæde,moraque,

Impensaque sui poterit superare cruoris.

Impensas agere in rem aliquam.Cic.in Oratione Antè quàm iret in exilium,Qui neque tanta valetis authoritate, neque tantorum officiorũ impensam egistis in patriam.

Ad impensas angebatur regis animus, Vide ANGO.

Impensas facere.Cic.Antè quàm iret in exil.2.Iure igitur quoniam & maior impensa in patriam officii facta est, quàm in priuata fit defensione,&c. Idem 6.Philip.113,Nam possessores animo equiore discedẽt: nullam impensam fecerant,nondum instruxerant.

Parcere impensæ,Vide PARCO.

Cœnarum impensis venari suffragia.Horat.1,epist.20.8.

¶ Impensa,Beneficium.Mart.lib.1.epigr.4, Impensis vitam principis annumeres.

Impense,Aduerb.(σφόδρα)Valde,admodum.Plaut.Epid.11.38,Est impense improbus. Terent.Adelph.5.9.36,

Sed si id vultis potius quæ vos propter adolescentiam

Minus videtis, magis impense cupitis,consulitis parum. Gell. lib.18. cap.7.Iulius Paulus poeta vir bonus,& rerum,literarumque veterum impense doctus. Terent.Eunuch.3.1.23.

Illi inuidere miserè, verum vous tamen

Impense,elephantis quem Indicis præfecerat.Cic.ad Atticum. lib.5.89. 3,Cum me impense sua villa,nunquid vellem,impẽse rogasset.Vbi sic legitur ex vetusto codice,Quũ me spectans è sua villa.nunquid vellẽ rogasset.Liu.10.bel.Maced.142,Impense regnum affectare.

Impensus,(σφοδρὸς,)Abundantius, huberius. Plin.lib.6.epist.90, Quo impensius rogo vt timoti meo quotidie singulis, vel etiam binis epistolis consulas.Idem epist.159.c,Et quanto ab eiusmodi cupiditatibus remotior eios animus esset, tanto impensius petere à publico parente,vt eum compelleret ad cedendũ Senatui.Columella, Sed curisque disciplinæ prudẽtè delectãt impensius ea, quæ propris generibus distinguũtur,quàm quæ passim velut abiecta,& quodã acervo cõfusa sunt.Liu.4.ab Vrbe,197,Multo impẽsius accendi.Et 6.bel.Pun.153.

Impensius vtor.Catull.ad Lesbiam,epigr.67.1.

Impendium,impendii,(δάπανον,) Idem significat quod impẽsa.Plin.epist.72,Ego mihi curam tantùm & impendium vendico. Idem in Panegy.66,An tantas vires habeat frugalitas principis, vt tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat? Ibidem,45,Amor impendio isto,non vtinia quæsita est. Idem epist.134,Nunc Reip.Prusensium impendia,pauditus,debitores excutio.Cf.de Clar.Ora.8.

Sine impendio.Cicero pro Quintio,7,Qui ab adolescentulo quæstui sibi instituisset sine impendio.

Impendium,Pecunia quæ fœnori datur.Cic.ad Atticum,lib.6.111.9,Ita que aut tutela cogito me abdicare,aut vt pro Glabrione Scæuola, fœnus & impendium recusare.

Conferre impendia in educationem. Quintil.lib.1.cap.10.17,Repugnanti filium patri velut rationem impendiorum quæ in educationem eius contulerat,opponens se,psaltis & geometris multa dicit dedisse.

Deducere impendia ex dote. Neratius in L.Quod dicitur.ff.De impensis in rebus dotalibus factis.Quæ autem impendia secundum eam distinctionem ex dote deduci debeant, non tam facile in vniuersum definiri,quàm per singula ex genere & magnitudine impendiorum æstimari possunt.

Ad aliam impendium reddere.Vide AD præpositionem.

Impendiosus,pen,prod.(δαπανηρὸς δαπάνης,)Qui plus æquo impendit, & consumit quàm par est. Plaut.Bacch.7.12, Nimio præstat impendiosiore, quàm ingratum dicier.

Impẽdio,Aduerb.intẽdẽdi,(λίαν,πολύ,)Idẽ quod impense,valde,apprimè.Gel.li.1.ca.2,Erat ibidẽ nobiscum simul adolescẽs, philosophiæ tãtator:disciplinæ,vt ipse dicebat, Stoicæ:sed loquacior impendiò & prôptior.Idẽ lib.11.ca.18, Quoniã videbantur impẽdio acerbiores.

Impendiò magis,pro Multò magis.Terent.Eun.3.5.39,

-& quia conlimilem luserat

Iam olim ille ludum,impendiò magis animus gaudebat mihi.Cic.Attic.10.105.13,At ille impendio nunc magis odit Senatum.

Impendio minus.Plaut. Aulul.3.18,

Atque ille vero minus minusque impendiò

Curare,minusque me impertire honoribus.

Impenetrâle, pen.pro.(δύσβατον,)inquit Festus, cuius vltimi penetrale intrare non licet.

Impenetrabilis & hoc impenetrabile.pen.cor.(ἀπόβατος,)Quod penetrari non potest.Liu.1.bel.Pun.39.Et quum auerti,ac diuertisset,nomine à tam multis simul venientibus haud sanè impenetrabilis, in littus passim naues egerunt.

Armis impenetrabilis.Stat.3.Thebaid.3.

Mens impenetrabilis iræ.Silius.lib.17.113.

Pudicitia impenetrabilis.Tacit.lib.4.

Impenetrabilis ferro silex.Liu.6.bel.Maced.106.

Impenetrabile tergus ad.Plin.lib.8.cap.15.7,Tergoris ad scuta galeaque impenetrabilis.

Venia impenetrabilis.Tacit.lib.10,Scribuntur ad Treuiros epistolæ, vt abstinerent armis impenetrabili venia.

Impennatas,(ἀπτέρους,)agnus in Saliari carmine veteres pro spicis,vsurparunt, quæ non habent aristas. Ego enim nouas voluerunt intelligi.Festus.

Impensibilis,& hoc impensibile, pen.corr.(ἀδιαστάθμητος,)Id quod inconsyderabilis.Gellius.lib.11.cap.5, Omniumque rerum fidem veritatemque,mistis confusisque signis, verisque falsi,ita impensibilem videri aiiunt, vt quisquis homo est, &c.Alia exemplaria habent incomprehensibilem.

Impensus,Impense, Vide IMPENDO.

Imperceptus, Adiectiuum.(ἀδιαλλάκτος,)Gel.lib.14.cap.1, Minora maioribus imperceptiora.

Impercito,(συνηγωνιῶ,)Id est parcito, futurum ab imperatiuo. Festus.

Impercussus, Adiectiuũ.(ἄβλητος,)vt Pedes impercussus incuuere,Id est sine strepitu. Ouid.3. Amor ele.1.1.

Imperditus, pen.corr.(ἀδόλυτος,)Aliud adiectiuum.Virg.10. Aeneid.28,Et vos ô Graiis imperdita corpora Tot eri. Vbi Seruius,

Imperdita corpora Graiis,Quos Græci perdere nequiuerunt

Corpora imperdita.Silius lib.10.84.

Pectora imperdita.Stat.3.Thebaid.17.

Imperfectus, Adiect. (ἀτελὴς ἀπηρτισμένος,) Nondum absolutus & perfectus.Virg.8.Aeneid.35. -pars

-pars imperfecta manebat Plin. episto.254.

Qui imperfectus adhuc relictus,ac etiam destructus est.

Opus imperfectum.Ouid.4.de Ponto,eleg.16.3.

Sermonis verba imperfecta.Ouid.1.Trist.eleg.3.14.

Imperfossus, Adiectiuum,(ἀκατόρυκτος,)Non perfossus.Oui. 12.Metam.100.

-manet imperfossus ab omni.

Inque cruentatus Ceneus Elatius ictu.

Imperator,Imperiosus, Vide IMPERO.

Imperitus, pen.prod.Adiect.(ἀκατήκουος,ἀμαθής,) Non expertus,inquit Donatus.Inscius,ignatus,rudis,indoctus.

Plaut.Capt.17.10,Eia,credo ego imperito plagas militaris mihi. Idẽ Trinum.10.39. -pernoui

Equidem Lesbonice imperitum tuum ingenium admodum.Teren. Eun. 5.2.42,Non adeo inhumano ingenio sum.Chærea,

Neque tam imperita,vt quid amor valeat,nesciam.Idem Adel.1.2.18,

-tu illum corrumpi sinis.

M.Homine imperito nunquam quicquam iniustius.

Imperitus & Callidus,contraria,quemadmodum Rudis & Astutus. Cic. pro Rosc.Comœd.12.

Imperitum,vulgus.Imperita multitudo.Cic.3.Ver.107, Vt nomine ipso & memoria patris,animos imperitę multitudinis concitarem. Idem 1. Offic.94,Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus.Plin.lib.34.cap.14.9, Quod imperitũ vulgus appellat ferrum viuum.

Imperitus & indoctus.Cic.in Partitionibus,49,Sin apud indoctos imperitosque dicemus.

Imperitus rerum.Plau.Stich.3.47.

-vostrum animum adhiberi volo:

Nam ego ad vos nunc imperitus rerum, & morum mulierum Discipulus venio ad magistras. Terent.And.1.4.8,

-tũc hic homines adolescentulos,

Imperitos rerum,eductos liberè,in frandem illicis?

Homo omnium rerum imperitus,quærit quid sit,ad perpendiculum. Ci. 3.Ver.94. Idem 4.Tusc.111,Aut stultum,aut rerum esse imperitum existimet.Ex vetusto poeta.

Imperitus expersque linguæ Græcæ. Plin.lib.29.cap.17.

Imperitus ad eam rem.Plaut.Milit.12.45,Adsunt fabri, architectique,eã quidem ad rem haud imperiti.

Imperitia,imperitiæ.(ἀκατηκοΐα,ἀμαθία,)Plin.lib.17.cap.2.10,Cõtra Circium serere imperitia existimatur.

Imperite.pen.prod.(ἀμαθῶς,)Imperitius,imperitissime, Aduerbium, Indoctè Cic.de Claris Orat.91,Dicebat enim L. Scipio non imperite,

Cneusque Pompeius Sex.F.aliquem numerum obtinebat.Idem pro Cor. Bal.15.Quid enim potuit dici imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere?Ibidem,19,Sed quam est illud imperitissime dictũ de populis fundis,quod commune liberorum est populorũ, &c.

Imperium, Vide IMPERO.

Imperiuratus, Adiect.(ἐπόμοτος,)Non peieratus:vt Amnis aquæ imperiurate.id est Styx, per quam dii iurantes nunquam peierabant.Ouid.in Ibin.16,

Quique per infernas horrendo murmure valles.

Imperiuratæ liberis amnis aque.

Impero, imperas,pen.corr.(ἀρχέλαω,ἄρχω,ἀρχηγετόω,παιρεκτέω,μέ particula, & paro, quasi statim paro, vel prorsus paro. Terent. And.3.2.10,Non imperabar coram quid opus facto esset puerperæ.

Idem Eunuc.3.2.40,

-hos prius introducam:& quæ volo.Simul imperabo Idem Phor.1.4. 47,Quin tu quod faciam impera.Vatinius ad Ciceronem,lib.5.10.2, Sed tamen omnia mihi imperas.

Imperare,plus est quàm iubere.Terent.Eunuc.2.3.97,Iubeo,cogo, atque impero. Vbi Donatus, Euidenter ostendit plus esse Imperare, quàm iubere.

Imperare & Obedire,contraria.Cic.2.Tusc.87,Hæc vt imperet illi,parẽti animi quæ obedire debet,id videndum est viro.De virtute.

Imperare & Parere,contraria.Cic.2.Tusculã.82,Reliquum est vt tute tibi imperes,quanquam hoc nescio quomodo dicatur, quasidũ sumus vt alter imperet, alter pareat:non inficiè tamen dicitur.

Qui bene imperat,parueritaliquando necesse est. & qui modestè paret, videtur,qui aliquando imperet,dignus esse.Cicero.3.de Legib.6.

Parcius imperare.Stat.1.Sylu.5.9.

¶ Imperare animo nequiui,quin prius quàm perirem, cur perituris essem,scirem.Liu.4.bel.Maced.117.

Aruis imperat agricola. Virg.1.Georg.20. Seruius,Aruis imperare, Id est.vt tantum ferant quantum desiderat agricola.

Cupiditatibus imperare, cui contrarium est Seruire cupiditatibus. Cic. de Amic.69,In talibus ea,quam iam dudum tractabamus, stabilitas amicitiæ confirmari potest,quum homines beneuolentia coniuncti,primum cupiditatibus iis quibus cæteri seruiunt,imperabunt.

Dolori imperare,Vincere dolorem,& patienter ferre.Plinius epist.172, Imperare enim dolori,vt scriberem,potuisvt vacuo animo, lætoque, non potui.

Omnibus gentibus & nationibus terra mariqúe imperare.Cic. pro Lege Manilia,39.

Fortiter imperat iræ.Ouid.9.Metam.6.

Exercuiatum imperare.Plaut.Cistel.1.49,Noli obsecro imperare lachrymis mihi exercuiatum tuis.

Liberis imperare:Id est regere liberos,inquit Donatus Teren.Adel.1.1. 52,Hoc qui nequit,fateatur nescire imperare liberis.

Nobismetipsis vt imperemus quum præcipitur, hoc præcipitur vt ratio coerceat temeritatem.Cic.2.Tuscul.83.

Sibi imperare.Terent.Eunuch.2.2.21,

-imperaui egomet mihi

Omnia assentari.

Imperare sibi silentium.Plin.lib.28.cap.6.5.

Vrbi imperare.Lucan.lib.2.12,

¶ Imperare tributum dicitur princeps, quando subditos imperio cogit ad dandas pecunias, tributo, milites, & id genus, Plau. Epid. 5.44, At tributus quum imperatus est, negant pendi posse.Sic imperare pecuniam,Cic.7.Ver.41.&.4.96.Idem ad Atticum,lib.4.85. 18.Obsidibus acceptis,nulla præda,imperata tamen pecunia. Brutus ad Ciceronem,lib.11.10.2. Sed neque Cæsari imperari potest nec Cæsar exercitui suo. Cic.pro Lege agraria,52.

Imperabitur aliquid muneris,non recusabunt.

Imperare arma.Cæsar 1.bel.Ciuil.26,Tota Italia delectus habentur,arma imperantur,pecuniæ,&c.

Imperare equites ciuitatibus.Cæsar 6.bel.Gal.13.

Pro portione aliquibus frumentum imperare.Cic.7.Verr.44.

Frumentum in cellam, Cic.1. Ver.17, Queritur tota Sicilia C. Verrem ab aratoribus,quum frumentum sibi in cellam imperauisset, &c.

Munus aliquod imperare.Cic.7.Verr.41.

Naues imperare.Cic.7.Verr.35.Superiorum Prętorum consuetudo quũ hæc fuisset vt naues ciuitatibus, certusque numerus nautarum, militumque imperaretur & maximę & locupletissimæ ciuitati Mamertinæ:nihil horum imperauisti.

Obsides imperare.Cic pro Lege Manil.15,Idem Cretensibus, quum ad eum vsque Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent,spem deditionis non ademit,obsidesque imperauit.

Imperare obsides ciuitatibus.Cæsar 7.bel.Gal.249,

Pecuniam ad.Cic.4.Verr.95,Singulis Censoribus denarii trecẽti ad statuam Prætoris imperati sunt.

Pecuniam in remiges imperare. Cic.pro Flacco,25.

Imperare cœnam famulo. Cic.pro Rosc.Amer.36,Nonnunquam etiam puerum vocaret,credo cui cœnam imperaret.

Imperare nuptias alicui.Quintil.lib.7.cap.2.11, Qui expositum recepit,imperat ei nuptias locupletis.

¶ Imperare,pro Velle.Terent.And.52.1, Animo iam nunc otioso esse impero.Vbi Donatus,Impero pro volo. an vt statim fiat tanquam illud quod imperatur?Et impero dixit superbè. summum enim iudicii securitatis est superbia.

¶ Imperor, pen,corr.Passiuum.Horat.1.epist.5.5,

Hæc ego procurare,& idoneus imperor,& non

Inuitus. Ratum est.

Malo imperari,quàm eripi mortem mihi.Senc.Thebaid.1.21.

Imperãtus.penul.prod.Participium.(πρόσταγμένος,) Vnde Imperatoriatius,pro Quum,Imperatum esset.

Imperata facere.Cæsar 1.belli Gal.351.

Imperata facere dariuo iunctum.Liuius,Qui quum in pace essent,imperataque prioribus Consulibus fecissent.

Imperito,imperitas,penult.corr.(ἀρχηγετεῖν μου,)Imperitare,Frequent. Plaut.Capt.5.50,

Quod antehac pro iure imperitabam meo. Liu.1.ab Vrbe.70,

Decem imperitabant. Ibidem,7,Qui Cære opulento tum oppido imperitans.

Imperitare,& Seruire.contraria.Horatius 2.Serm.satyr.7.17,

Tu mihi qui imperitas,aliis seruis miser.

Equis imperitare.Horat.1.Carm.ode 15.5.

Reges magnis qui gentibus imperitarunt.Lucret.lib.3.109,

Magnis legionibus imperitare.Horat.1.Serm.saty.6.1.

Rem æquam imperito.Horat.2.Serm.saty.3.38.

Imperitandi parum prudentes. Colum.lib.11.cap.1.6.

Imperitando,seruiendoque vicissim.Plin.lib.6.cap.29.19.

Imperator.penult.prod.imperatoris,(βασιλεὺς,αὐτοκράτωρ,στρατηγὸς ἀρχηγός,)Qui imperat.Plaut.Capt.6.57.

Equidem,si perinde,vt ipse sui imperator familię,&c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imperatores, Ductores exercituum & præfecti copiarum militarium dicuntur apud historicos. Cicero pro Sex. Roscio, 90, Solent hoc boni imperatores facere, quùm prælium committunt: vt in eo loco fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent. Idem. 4. Philipp. 159, Faciâ igitur vt imperatores instructa aciè solent, quãquam paratissimos milites ad prælianda videant, vt eos tamen adhortentur. Ibidem, 14. 392, Sed hoc primum faciam, vt imperatores appellem eos, quorum virtute, & consilii fœlicitate, maximis periculis seruitutis atque interitus liberati sumus. Sipontinus, Imperatores dicebantur, qui Senatus & Populi Romani iussu vel ductabant exercitus. vel prouincias administrabant, & singuli duos legatos habebant. Itaque hi non domini erant, sed ministri, quanuis postea in tyrannidem uersus sit hic magistratus, & imperatoris mitissimum nomen in eum translatum sit, qui Romani imperii gubernacula tenet. Plin. lib. 7. cap, 16, 12, enumerans Pompeii laudes, Toties imperator anté quàm miles.

Imperator & administrator belli gerendi. Cic. 1. de Orat. 105.

Imperator & miles Cic. 2. Tuscul. 106, In primis laudabat illud quod diceret, eosdem labores non esse æquè graues imperatori & militi, quòd ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorium.

Castrorum imperator, duxque hostium. Cic. 1. in Catil. 3.

Victor & imperator omnium gentium Populus Romanus. Cic. pro Domo sua, 70.

Bonus & fortis imperator. Cic. 2. de Orat. 101. & 149.

Exercitui præpositus est callidus & sapiens imperator. Cic. 1. de Inuẽ. 74.

Inuictissimus imperator. Cic. 6. Verr. 74.

In summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiã rei militaris, virtutem, authoritatem, fœlicitatem. Cic. pro Lege. Man. 19.

Imperator vitæ & necis. Plin. lib. 29. cap. 1. 11, de medicis, Palamque est, vt quisque inter istos loquendo polleat, imperatorẽ ilico vitæ nostræ necisque fieri,

Imperatrix, pen. prod. Imperatrîcis. (βασίλισσα, ἡγεμονίς,) Cic. pro Cælio. 53, Prægestit animus iam videre, primum lautos iuuenes mulieris beatæ ac nobilis familiares: deinde fortes viros ab imperatrice in insidiis atque in præsidio balnearum locatos.

Imperatrix Italia. Plin. lib. 26. cap. 3. 5.

Imperatorius, Adiectiuum. (στρατηγικός, βασιλικός,) Quod ad imperatorem pertinet. vt

Imperatoria donatio. Cic. 5. Verr. 162.

Imperatorius labor. Cic. 2. Tuscul. 106.

Imperatoria laus. Cic. 4. Acad. 3.

Imperatorium ius. Cic. 3. Verr. 58, P. Seruilius quæ signa atque ornamenta ex vrbe hostium & virtute capta, belli lege atque imperatorio iure sustulit, ea Pop. Romano asportauit.

Imperiõ, imperii, (στρατηγία, βασιλεία, ἐπιστάτεια, ἡγεμονία,) Iussus & veluti præceptum imperatoris. Virg. 1. Aeneid. 12,
–tempestatesque sonoras

Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat. Idem, Imperio læti parent. Liu. 1. ab Vrbe. 122. Nec imperium illud meum, sed consilium & imperii simulatio fuit.

Pro imperio. Terent. Phorm. 1. 4. 19. Satis pro imperio, quisquis es. Id est imperiose, vt ait Donatus.

Arbiter imperii. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 1.

Duritia imperii. Tacit. lib. 17.

Imperiũ facile in bonis. Plaut. Milit. 10. 17, Facile. est imperium in bonis.

Lenia imperia. Horat. 1. epist. 19. 9.

Perseuerum imperium. Tacit. lib. 15, Idque pluribus probabatur qui in tanta vitiorum dulcedine summum imperium nec restrictum nec perseuerum volunt.

Precarium seni imperium, & breui transiturum. Tacit. lib. 17.

Restrictum imperium. Tacit. lib. 15.

Imperium est in te mihi. Hoc est, tibi imperare possum. Plaut.

Menæch. 2. 2. 40. Nempe iubes? MES. Iubeo hercle vero, siquid imperii est in te mihi.

Imperium tuum est apud nos. Plaut. Milit. 16. 60,
–apud nos imperium tuum est. PA. Agite, abscedite ergo. Hoc est meminimus quid tu nobis imperaueris.

¶ Abnuere imperium. Vide ABNVO.

Accipere imperia, Tacit. lib. 18, Cæteros Placentiam reduxit, minus turbidos, & imperia accipientes. Vide ACCIPIO.

Accipere imperium. Liuius, Perculsæ ciuitates minores imperium acceperunt. Imposito stipendio paruerunt.

Capessere imperia, Vide CAPESSO.

Imperium alicuius demutare. Plaut. Menæh. 17. 110,
Sed quis hic est, qui capillo me hinc de curru deripit,
Imperium tuum demutat, atque edictum Apollinis? Id est, contra imperium tuum agit.

Detrectare imperium. Curtius lib. 9, Oppidani detrectabant imperium, & clauserant portas. id est abnuebant, respuebant.

Eiurare imperiũ. Tacit. lib. 19, Præuenerat rumor eiurari ab eo imperiũ.

Imperiũ exequi, pro Facere quod est imperatum. Plaut. Amph. 4. 108,
Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capessere.
Flectere durum mollibus imperiis. Horat. 1. Carm. ode 1, 1.

Frangere imperium. Horat. 1. Carm. ode 35. 4.

Habere imperium in belluas Terent. Eun. 3. 1. 25, Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas?

Negligere imperium alicuius, Vide NEGLIGO.

Obtemperare imperio alicuius, Vide OBTEMPERO.

Parẽre imperio. Virg. 4. Aeneid. 60.

Rumpere imperium alicuius. Senc. Herc. fur. 1. 16.

Rupto imperio. Tacit. libro 13. Sed rupto imperio, postquam paucæ à proximis Castellis turmæ, &c.

Imperiis alterius seruire Plautus Trinum. 6. 21, Tuis seruiui seruitutem Imperiis, & præceptis pater.

Sub alicuius imperio esse. Terent. Heaut. 2. 2. 4, Mater sub imperio cuius est, mala.

¶ Imperium, pro Dominio. Virg. 1. Aeneid. 59, Imperium Oceano, fama qui terminet astris. Cic. 1. de Lege agraria 13, His insignibus, atque insulis imperii venditis, quibus ornatam, vobis maiores vestri Rempublicam tradiderunt.

Inimicissimus huic imperio, Vide INIMICVS.

Imperium sine fine. Virg. 1. Aeneid. 57.

Continens imperium, Vide CONTINEO.

Infinitum imperium, Vide INFINITVS.

Labans imperium. Claud. de bello Get. 115.

Solenne imperium. Virg. 12. Aeneid. 39.

¶ Abrogare imperium, Vide ABROGO.

Absistere imperio. Tacit. lib. 8, Non tamen ita infregit animos eorum, vt absisterent imperio. Vide ABSISTO.

Amittere imperium, Vide AMITTO.

Consociare imperium, Vide CONSOCIO.

Degustare imperium. Tacit. lib. 5, Et tu Galba quandoque degustabis imperium.

Explere imperio triginta magnos orbes. Id est regnare annos triginta. Virg. 1. Aeneid. 55.

Fulgens imperio Africæ. Horat. 3. Carm. ode 16. 7.

Mandata & commissa imperia. Vide MANDO.

Fræna imperii moderari. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 7.

Galliæ imperio potiri. Cæsar 1. bel. Gall. 8.

Regere imperium. Virg. 1. Aeneid. 69.

Aeternis imperiis res hominum regere. Virg. 1. Aeneid. 48.

Terminare imperium Oceano. Virg. 1. Aeneid. 59.

Comitia imperii transigit. Tacit. lib. 17,

¶ Imperium, Potestas. Vlpianus, De iurisd. om. iud. Merum est imperium habere gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos, quod etiam potestas appellatur.

Consulare imperium, Vide CONSVL.

Duro imperio habitus populus. Tacit. lib. 12, Moxque vulgus duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat.

Dura imperia exercere. Virg. 2. Georg. 74.

Immutari imperio, Vide IMMVTO.

Inhibere imperium, Vide INHIBEO.

Regium imperium pati. Senec. Medea, 4. 3.

Pati imperium, Vide PATIOR.

Imperium alicuius perferre. Cæsar 5. bel. Gall. 206, Tantum se eius opinionis deperdidisse vt Pop. Romani imperia perferrent, grauissime dolebant.

Proferre imperiũ suum, Id est ostendere potentiam & vires suas. vel prorogare, dilatare, ampliare. Ouid. 5. Metamor. 75. Tacit. lib. 1.

Summo in imperio esse. Cic. 1. de Finib. 107, Virginem filiam sua manu occidit potius quàm ea P. Claudii libidini, qui tum erat summo in imperio, dederetur,

Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, cui nominatim à Pop. Romano dabatur imperium. Cum potestate esse, dicebatur de eo qui à populo alicui negotio præficiebatur. Hæc Festus. Ci. 6. Ver. 6, Quæ dico signa antè quàm abs te sublata sunt, nemo Messanam cum imperio venit quin viderit. Plaut. Truc. 3. 55,
–nam ego Lemno aduenio
Athenas nudiustertius legatus, hinc quò cum publico
Imperio sui. Vide CVM.

Imperium, maius est quàm iurisdictio. Paulus in L. Ea quæ magis. ff. Ad municipales, Ea quæ magis imperii sunt, quàm iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest. Magistratibus municipalibus non permittitur in integrum restituere, aut bona rei seruãdę causa iubere possidere, aut dotis seruandæ causa, vel legatorum seruandorum. Ita sunt misti imperii, inquit Accurrtius. Vlpianus in L. Iubere cauere. ff. de Iurisdictione omnium iudicum, Iubere cauere. Prætoria stipulatione. & in possessionem mittere imperii magis est quàm iurisdictionis.

Imperium apud Iurisconsultos duplex est, Vlpianus in L. Imperium. ff. de Iurisdictione

Iurisdictione omnium iudicum, Imperium aut merum aut mistum est. Merum imperium est, habere gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mistum est, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit: vt iurisdictio, iudicis dandi licentia.

Imperiosus, pen. prod. Adiectiuum. (ὑπερήφανος,) Qui imperium habet. Cic. in Oratore, 65, Cognoscat etiam rerũ gestarum & memoriæ veteris ordinem, maximè scilicet nostræ ciuitatis, sed & imperiosorum populorum, & regum illustrium. Id est, qui multum imperarunt.

Imperiosa Dictatura. Liu. 7. ab Vrbe. 197. Eodem tenore duos insequentes Consulatus gessit: eodem hæc imperiosa Dictatura geretur.

Aequor imperiosius. Horat. 1. Carm. ode 14. 2.

Fames imperiosa. Ouidius ad Pisonem, 44.

¶ Imperiosus, Qui nimis seuerè imperat, quasi ostentator imperii, qualis Torquatus apud Liuium, qui filium, licet victorem, quia contra imperium suum pugnauerat, securi percussit. De quo Cicero lib. 1. de Fi. 97, Vtrum tandem censes Torquate, imperiosum illum, si, &c. Plaut. Pseud. 1. 5. 39.

Nã necesse est hodie Sycioni me esse, aut cras mortem exequi: Ita herus meus est imperiosus. Idẽ Asi. 9. 4, Nimis imperiosus est. Mar. li. 9. 16.

Imperiosus sibi, Qui sibi ipse imperat, qui vitæ suæ modum habet: siue (vt vulgò dicitur) qui suis passionibus dominatur. Horatius 2. Ser. saty. 7. 17, Quisnam igitur liber? sapiens, sibique imperiosus.

Coniux imperiosa. Ouid. in Ibin, 168.

Consul imperiosus. Cic. Post red. in Senatu, 10.

Dura domina, imperiosa, vehement cupiditãt. Ci. in Parad. 50,

Imperiosissima & superbissima familia. Liu. 9. ab Vrbe, 128.

Imperiosa inedia Plin. lib. 29. cap. 1. 12.

Nimis imperiosi Philosophi est, vetare meminisse. Cic. 1. de Fin. 166.

Vis imperiosissima. Quintil. lib. 6. cap. 3. 6.

Impermissus, Adiect. (ἀδίμητος,) Illicitus. vt Gaudia impermissa. Id est illiciti concubitus. Horat. 3. Carm. ode 6. 6,
Mox iuniores quærit adulteros
Inter mariti vinã neque eligit
Cui donet impermissa raptim
Gaudia, luminibus remotis.

Impersonáles, & hoc impersonále, pe. pro. (ἀπρόσωπος,) Vox est à Grãmaticis ficta, quibus verbũ impersonale dicitur, quod nõ habet personas. Vide Priscianũ & alios Grãmaticos.

Impersonáliter pen. corr. Aduerbium. Florentinus in L. Siue. ff. De stipul. Serno. Siue mihi, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter dari seruus meus stipuletur, mihi acquiret.

Impertérritus, pen. corr. Adiectiuum. (ἄτρεστος,) Qui nulla re terretur. Virg. 10. Aeneid. 152,
–stuunt, imperterritus ille.

Imperterritus equum impellebat. Silius lib. 7. 140.

Impertio, impertis, impertiui, impertitum, (μεταδίδωμι,) impertire, actiuum. vel impertior deponens. Impendere, partẽ dare, communicare, participem facere. Ex in & partior compositum,

Calorem impertire. Cic. 2. de Nat. deor. 40, Iam verò reliqua pars mundi ea & ipsa tota natura fœnida est, & cæteris naturis omnibus salutarem impertit & vitalem calorem.

Diem festum alicui impertire. Cic. 4. Ver. 36, Tu Syracusanis vnũ diem festum Marcellis impertiri vetuisti, per quos illi adepti sunt vt cæteros dies festos agere possint.

Dolorem suum alicui impertire. Cic. 4. Verr. 59, Veruntamen dolorem suum nemini impertiebat, Prætoris iniurias tacitè, hospitis placidè ferendas arbitrabatur.

Fortunas aliis impertiri. Cic. de Amicitia, 61, Quod faciendum, imitandumque est omnibus, vt siquam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæque consequuti sunt, impertiant eam suis, communicentque cũ proximis, me, L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum, &c.

Prudentiam suam ad salutem alicuius impertire. Cic. ad Atticum, lib. 3. 55. 13, Nunc Pomponi quoniam nil impertisti tuę prudentiæ ad salutẽ meam, quòd aut in meipso, &c.

Salutem impertire. Lucil. lib. 18, Sospirat, impertit salutem plurimam & plenissimam. Cic. ad Atticum, lib. 2. 17. 5, Terentia delectata est tuis literis impertit tibi multam salutem.

Studium Philosophiæ impertire. Ci. 5. de Fin. 10, In primisque vt aliquid suorum studiorum Philosophiæ quoque impertiat.

Tempus alicui rei impertire. Cic. Huic rei aliquid temporis impertias. Idem ad Atticum, lib. 9. 18 3. 5, Vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi.

¶ Aliquem honoribus impertire. Plaut. Aulul. 3. 19,
Atque ille verò minus, minusque impendio.
Curare, minusque me impertire honoribus.

Aliquem malis impertire. Terent. Adel. 3. 2. 22, Sed cesso heram hoc malo impertire properet

Aliquem osculo impertire, Osculari. Sueto. In Nerone. cap. 37, Certè neque aduenienes, neque proficiscens quenquam osculo impertiuit, ac ne resaluratione quidem.

Aliquem salute impertire, Salutare. Terent. Eunuch. 2. 2. 40,
–plurima salute Parmenonem
Summum suum impertit Gnato. quid agitur? Plaut. Epid. 3. 24,
Aduenientem herum suum Stratiphoclem
Salua impertit salute Epidicus seruus.

Alterum rem aliquam impertire. Plaut. Milit. 5. 77, At te Iuppiter bene amet. PE. at me imperti quod commentus es.

Alteri de re aliqua impertire. Cic. 2. Offi. 77, Sæpe idoneis hominibus, indigentibus, de re familiari impertiendum est, sed &c.

Impertiri, passiuè. Cic. 3. in Catil. 58, Atque etiam viro forti Collegæ meo C. Antonio laus impertitur. Sic pro Lege Mandia, 13. Sueto. In Claud. Cæs. cap. 4. Nec dubium est quid post hæc Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo, præter augurali sacerdotii, honore impertitum.

Imperturbatus, Adiectiuũ, (ἀτάραχος,) contrarium est Turbato. Plin. lib. 2. cap. 23. 1, Imperturbata lux.

Ore imperturbato bibere venenum. Ouid. in Ibin, 111.

Imperuius, Adiectiuum, (ἀδιάβατος,) vt Amnis imperuius, non vadosus. Ouid. 9. Metam. 22.

Freta imperuia. Valer. lib. 4. Argon. 142.

Itinera imperuia. Tacit. lib. 5.

Impetîgo, pen. pro. impetiginis, f. g. (λιχὴν,) Fœdatio cutis, serpẽs cum pruritu, quã alii scabiem siccam, asperam, & promitentem intelligunt. vulgus nostrum gratellam vocat. Alii morbum similem scabiei squamosum, corpúsque dehonestantem. Ab impetu nomen deductum Plin. lib. 23. cap. 7, Hyberna caprificus in aceto cocta & trita, impetigines tollit. Idem lib. 20. cap. 1. 3.

Impeto, (ἐπιβάλλω,) Impẽte, re, Inuadere, adoriri. Apul. Irrgilis me oppido impetens. Varro 3. de Re rusti. cap. 16. 5, Itaque impetentes à te eliciunt fucos, quòd hi, &c.

Flammis & sagittis impetens Cupido. Seneca Hippol. 3. 1.

Impetus, huius impetus, pe. cor. (ἐπιβολή, ἐμβολή, ὁρμή, φορά, κατωφορά, ῥύμη,) Inuasio cum tumultu. Plaut. Amphit. 4. 91,
–ab dextera maximo
Cum clamore inuolant, impetu alacri?
Fœdant. Plin. de Viris illustrib. 11, Quum Tarquinios in vrbem restituere tentaret, & primo impetu Ianiculum cepisset.

Impetus animi. Plin. lib. 23. cap. 24. 5. Cic. ad Plancium, lib. 10. 5. 5, Vt tota mente, omnique animi impetu in Remp. incumbat.

Impetus animi & voluntas. Cic. 3. de Orat. 32.

Non rectus animi impetus est libido. Cic. 2. de Inuent. 243.

Incursio atque impetus armorum. Cic. pro Cecinna, 33.

Famæ impetus. Tacit. in vita Agricolæ.

Libidinum impetus. Cic. 1. de Finib. 71.

Impetus pituitæ. Celsus, Ante febrem si ex somno oculi caligant, aliquis impetus pituitæ timeri potest. Plin. lib. 22. cap. 25. 3, Farina ex hordeo & cruda, & decocta, collectiones imperũque discurit.

¶ Acer impetus. Lucret. lib. 6. 26.

Non auspicati impetus. Horat 3. Carm. ode 6. 2.

Cæcus animi impetus, Vide CAECVS.

Effrænus impetus. Senec. Agamemn. 126.

Furentes ac violenti impetus. Cic. 1. de Aruſp. resp. 33.

Naturalis impetus. Quintil lib. 1. cap. 3. 6.

Impetus repentinus. Cic. pro Rosc. Amer. 60.

Sæuus impetus. Horat. 3. Carm. ode 1. 6.

Sceleratus impetus delendi imperii. Cic. pro Cælio, 10.

Violentus impetus. Senec. Thebaid. 2. 6.

Viuidus impetus. Horat. 4. Carm. ode 4. 2.

¶ Locus abnuit impetum, Vide ABNVO.

Abstrahere ab impetu, Vide ABSTRAHO.

Eunt equi qu'à impetus illos egit. Ouid. 2. Metam. 41.

Impetum & quandam commotionem animi affectionemque suam verbis & sententiis amplificare. Cic. 2. de Inuent. 134.

Impetum capere in aliquem. Plin. lib. 9. cap. 30. 2, In naufragos, vrinanresve impetum capit.

Colligare impetum furentis, Vide COLLIGO.

Comprimere impetum. Cic. de Aruſp. resp. 3, Omnem impetum gladiatoris, ferociamque compressi.

Continere impetum missum, Vide CONTINEO.

Conuertere impetum suum, Vide CONVERTO.

Horribiles impetus hostium deprecari. Cic. pro Fonteio. 22.

Vasto impetu diruere aliquid. Horat. 4. Carm. ode 14. 7.

Dare imperũ in aliquid. Tac. li. 2, Primus Cæsar cũ Prætoriis cohortibus capto vallo dedit impetum in syluas.

Impetum dare, Adoriri, aggredi. Liu. 2. ab Vrbe, 83, Et ad alterũ cornu Ebutius Magister equitum in Octauium Mamilium impetum dederat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impetum dare, pro Incitare. Quintil. lib. 10. cap. 3. Quod non tam morâ facit, quàm nouos Impetus dabit.
Impetum excipere. Cæs. 1. bel. Gal. 125, At Germani celeriter ex consuetudine sua, phalange facta, impetus gladiatorum exceperunt.
Feros impetus exuere. Seneca Thyeste, 1. 3.
Impetum facere, Intiadere & adoriri. Cic. pro Roscio Amer. 34, Vos autè maximè debetis in eos impetum facere qui murentur. Cic. ad Catonè, lib. 15. 3. 1, Docuique Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum. Catull. de Berecynthia, epig. 58. 18.
Impetum facere in agros inimicorum. Liu. 1. ab Vrbe, 19.
Impetum facere in bona & fortunas alicuius. Cic. 3. Verr. 64. Et pro Roscio Amer. 12.
Impetum facere in tabulas. Cic. 6. Verr. 130, Admonitu ipsorum Syracusanorum impetum in eas tabulas facto, in quibus singula perscripta erant.
Inauem impetum facere. Cic. pro Domo suo, 51.
Feruntur omni impetu ad voluptatem belluæ. Cic. 1. Offic. 147.
Prædonum impetus in tuas fortunas fieri nolo. Cic. Marc. lib. 4. 7. 14.
Frangere impetum alicuius. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 15.
Furit impetus Aetnæ. Lucret. lib. 2. 120.
Habere impetum. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6, Cursum habent quædam, & impetum. De statuis, & picturis.
Habent suos impetus animalia. Cic. 2. Offic. 14.
Animorum impetus impellere. Cic. 2. de Orat. 171.
Incurrere cæco impetu in aliquem. Cic. 1. de Finib. 59.
Inhibere impetum. Seneca Medea, 6, 7.
Languescit impetus famæ. Tacit. in vita Agricolæ, Donec impetus famq, & fauor exercitus languesceret.
Mollire impetum, Vide MOLLIO.
Moueri vertique impetum cæli admirabili cum celeritate videmus. Cic. 2. de Nat. deo. 141.
Opprimi violentiæ impetu. Cic. Antè quàm iret in exilium, 8.
Percellere impetu aliquem, & irruere in eum. Cic. pro Domo sua, 82.
Rapit impetus illuc Theiea magnanimum. Stat. 12. Theb. 159.
Impetum, telis, & meorsum aliquorum refugere. Cic. pro Cecinna, 16.
Reprimere impetum, ardoremque restinguere, Cic. in Bruto.
Impetus Marcelli resederunt Cæliusque Ciceroni, lib 8. 2. 5.
Retardare animos & impetus alicuius. Cic. 1. Verr. 18.
Fuit impetus illi in medios ingos ire. Ouid. 11. Metam. 67.
Sumere impetum. Quintil. lib. 10. cap. 3. Recipit ex integro vires, & velut repetito spatio sumit impetum.
Sustinere impetum. Cels. lib. 2. cap. 15, Sed id periculosè fit, melius que quiete eiusmodi impetus sustinetur.
Impetu magis quodam animi vti quàm cogitatione. Cice. Attico, lib. 11. 11. 1. Et 1. de Inuent. 135.
¶ Impetus in oratione, pro Vi & contentione ac vehementia. Cice. in Orat. 134, Aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit. Et pro Deiota. 3. Ad omnem impetum dicendi contentionemque leuiora.
Dicendi impetus Quintil. lib. 3. cap. 8. 41.
Augeri impetu. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21, Ideoque laude crescit, & impetu augetur, & aliquid magnum agere gaudet. De pueris.
Dicere impetu. Quintil. lib. 2, cap. 11. 3, Igitur & impetu dicere se, & viribus vti gloriamur.
¶ Impetu vno. Plin. lib. 14. cap. 22. 6, Tribus congiis epotis vno impetu.
Impete, pen. corr. (ἐφόδιος,) ablatiuus, pro impetu ab antiquo nominatiuo impes, Idem. Plaut. Amph. 16. 1, Quis tam vasto impete has foras toto conuulsit cardine? Lucret. lib. 1. 59, Quaquaque in partem trudit res antè ruuntque. Impetibus crebris. Stat. lib. 7. Theb. Transiliunt campos, aurigamque impete vasto.
Impete magno comburens flamma. Lucret. lib. 6. 31.
Recto impete perfringit nubem vis venti. Lucret. lib. 6. 28.
Vasto impete fertur. Ouid. 3. Metam. 16.
Impetuosus, pen. pro. Adiectiuti. (ἐφόρμητος,) Qui magno impetu fertur. Plin. lib. 35. cap. 10. 3. Impetuosus animus.

Impetritus, Adiectiuum, (πιτρωτός,) Quod est stabile, quasi impetra fixum. Impetratum, inquit Festus. Plaut. Asin. 6. 11, Impetritum, inauguratum est. Antiquum.

Impetro, impetras, pen. corr. (τυγχάνω,) impetrare, Ex in & patro compositum, significat obtinere & exorare. Plaut. Capt. 4. 17, Quod quidem ego nimis quàm cupio vt impetret.
Impetrare & exorare. Plaut. Casin. 5. 5. 3,
Quid si ego impetro atque exoro à villico, causa mea
Vt eam illi permittat?
Postulare siue orare, & impetrare. Plautus Casin. 7. 3. Quàm istanc operam à me impetres quod postulas. Idem Capt. 9. 13, Vt quod me oramus, impetres. Terent. And. 2. 5. 11, Facis vt te decet, quòd istuc quod postulo, impetro cum gratia.
Deferre aliquid alicui & impetrare. Cic. Plan. lib. 13. 30. 13, Omnia quæ potui in hac summa tua gratia ac potentia à te impetrare, si petiissem,

vltrò te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetrauero.
Minus honestè impetrare, Cic. Attico, lib. 7, 135. 6.
Facile ab vno de alio impetrare, Cic. Attico, lib. 15. 15. 2.
Impetrare ab aliquo, vt verum esse concedat. Cic. 4. Acad. 172.
Impetrare æquum. Plaut. Curcul. 2. 65,
–neque quicquam queo
Aequi bonique ab eo impetrare. Liu. 8. bel. Maced. 81, Legati ab Epusognato venerunt, nuntiantes profectum eum ad regulos Gallorum, nihil æqui impetrasse.
Ciuitatem ab aliquo impetrare. Cic. Acilio, lib. 13. 37. 1.
Exceptionem ab aliquo impetrare. Cic. 4. Academ. 171.
Pacem impetrare. Horat. 2, epist. 1. 28.
Quietem studiis impetrare. Quintil. in Procœin. lib. 1. 1.
Impetrare precibus salutem. Brutus Ciceroni, 16. 5.
Impetrauit ex pœnitentia veniam. Plin. epist. 518, Quamuis suspectus in præteritum fuerit veniam ex pœnitentia impetret.
Veniam exilii impetrat. Tacit. lib. 12.
Impetrare veniam metendi. Plin. lib. 12. cap. 19. 5.
Voluntate impetrare aliquid. Terent. Adel. 3. 4. 44, Quod vos iussi obegit, id voluntate impetret.
¶ Impetrare, cum ablatiuo, & præpositione A vel AB. Valer. lib. 4. cap. de Abstinentia, A seruis vix impetrari potest, ne eam suppellectilem fastidiat, quæ vt Consules non erubuit. Hic non significatur, Seruis impetrare non possunt: sed sensus est. Hoc non potest per dominos à seruis impetrari, ne, &c. Id est, hoc non possunt domini à seruis impetrare.
¶ Impetrassere, pro Impetrare veteres dixerunt. Plaut. Cas. 5. 55,
–quid si ego autem ab armigero impetro,
Eam illi permittat atque hoc credo impetrassere? Idem Aulul. 17. 4, Et istud confido à fratre me impetrassere.
Impetrâtus, penul. prod. Participium: vt Reditus impetratus Augusti. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.
Impetrabilis, & hoc impetrabile, pen. corr. Quod facilè impetrari & obtineri potest. Liuius. 6. bel. Maced. 130, Itaque premissis à Philippo legatis spem impetrabilis veniæ ostendebant, &c. Idem 5. bel. Pun. 167, Clunia & impetrabilia & tuta.
Impetrabilis dies, In quo quis quid facile impetrat & obtinet. Plaut. Epid. 8. 6. –pro dii
Immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum,
Vt facilem, atque impetrabilem.
Impetrabilis orator, Qui facillimè quod vult, impetrat. Plaut. Most. 1. 40, Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. Idem Mercat. 11. 20, Impetrabilior qui viuat, nullus est, dico.
Votum impetrabile. Propert. lib. 4. eleg. 1. 21.
Impetratio, Verbale. Cic. ad Atticum, lib. 11. 22. 8. 2, Illud molestius, quòd impetrationes nostras nihil valere.

Impexus, Adiect. (ἀκτένιστος,) Non pexus: vt Barbæ impexæ. Virg. 3. Georg. 73.
Antiquitas tristis & impexa. Tacit. in dialogo de Orator. Hoc est inculta.
Cauities impexa. Stat. 3. Thebaid. 38.
Comæ impexæ. Ouid. 3. Fast. 80.

Impico, impicas, pen. corr. (πισσόω,) impicare, Pice illinere. Cato, lib. 12. cap. 19, De lacu quam recentissimam addito mustum in amphoram nouam, eamque oblinito & impicato diligenter, ne quid aquam aquæ introire possit.

Impiger, impigra, impigrum, pen. corr. (ἄοκνος,) Non piger sed diligens & strenuus. Horat. 1. epist. 1. 9, Impiger extremos currit mercator ad Indos. Liu. 1. ab Vrbe, 151, Anco regnante Lucumo vir impiger, ac diuitiis potens Romam commigrauit.
Impiger ad. Cic. pro Fonteio, 28, Virum ad labores belli impigrum, ad periculaque fortem, &c.
Impiger in. Cic. ad Curionem, lib. 2. 1. 3, Etenim quis est tam in scribendo impiger, quàm ego? In aliquibus tamen exemplaribus deest præpositio IN. Idem 7. Verr. 22, Dabat se labori atque itineribus, in quibus vt que eo se præbebat patientem atque impigrum, vt eum nemo vnquam in equo sedentem videret.
Ales impiger. Stat. 1. Thebaid. 59. Mercurium sic vocat Iupiter.
Ibam comes impiger. Stat. 3. Sylu. 2. 19.
Ductor impiger. Lucan. lib. 1. 46.
Mentis impigræ experiemna. Lucret. lib. 5. 292.
Impigra militia. Liu. 3. ab Vrb. 23. Cohortes inde Latinę Hernicæque ab Senatu gratiis ob impigram militiam actis, remissæ domos.
Impigrum vrbanæ militiæ virum dixit Cornelius Tacit. lib. 3.
Impigrè, pen. corr. Aduerbium, (ἀόκνως,) Diligèter. Liu. 1. ab Vrbe, 203, Impigrè secuti sunt. Plaut. Rud. 22. 8.
–nam vt de nocte multa,
Impigreque exurrexi, lucrum præposui sopori & quieti. Liu. 4. bell. Pun. 59, Omnia impigrè facta.

Impigritas

Impigritas, pen. corr. impigritatis pro Impigritia. Cic. de Repub. lib. 3, Nũquam viri fortissimi fortitudinis, Impigritatis, patientiæ.

Impingo, impingis, impegi, penul. prod. impactum, (προσρίπτω, ἐπιβάλλω τινὶ τινὶ,) impingere, ab in & pango: Impellere & illidere, atque in faciem aut oculos iactare. Cic. 5. Tusc. 75, Quidnam calix multi impingendus est, vt plorare deliuat. Impingendus dixit, quasi illidendus, & nolenti ingerendus.
Beneficiis impingere, Seneca de Beneficiis lib. 1. cap. 1. Gratus aduersus eum quisquam esse potest, qui beneficium aut superbe iniecit, aut iratus impegit?
Caput parieti impingere. Plin. epist. 60. 1, Dum hæc dicit, exilituit cathedram, auersoque parieti caput ingenti impetu impegit, & corruit. Virgil. 1. Aeneid. 161, Examinata sequens impingeret agmina muris. Plin. lib. 8. cap. 3. 3, Postea fessi, impactos arbori fi angunt, prædaque se redimunt. Sic Liuius 8. ab Vrbe, 34. Et Martialis lib. 11. 22.
Impinges me in magnam litem & molestiam. Senec. epist. 118.
Compedes alicui impingere, pro Compedibus obuincire. Plaut. Capt. 12. 76,
Abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum:
Iubete huic crassas compedes impingier. Id est, astringi.
Culpam in aliquè impingere, Reiicere & conferre. Plaut. Milit. 12. 54,
–potin' vt hominem.
Mihi des? quiescas exteratmisi illum Indificata lepidè,
Culpam omnem post in me impingito. Seneca lib. 1. de Ira, Quid opus est se in columnas impingere?
Dicam impingere, Vide DICO A. Terent. Phorm. 2. 3. 95.
Epistolam alicui impingere. Cic. ad Atticum, lib. 6. 1. 11. 11, Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, tem illam suo periculo esse.
Laqueum impingere. Seneca de Tranquil. vitæ.
Nauem impingere, Id est impellere aut agere in arenam aut scopulos. Quintil. lib. 4. cap. 1. Pessimus certe gubernator, qui nauem, dum portum egreditur, impegit.
Pugnum impingere. Plaut. Bacch. 18. 1, Impinge pugnum, si mutuierit. Idem Rud. 18. 1, Pugnum in os impinge. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 8. 30. Quid si filius meus sustem mihi impingere volet?
Venenũ impingere. Seneca epist. 120, Ao non putas esse istas diuitias, quia propter eas nullus filius patri, nulla vxor viro venenũ impegit?
Vulnus impingere. Plaut. Amphit. 16. 61.
–cicatricem in dextro musculo ex illoc vulnere,
Quod mihi impegit Pterela.
¶ Impingi passiuum, pro Immergi, & in profundũ demitti, Plin. li. 10. cap. 16, 1, de anium volatu, Iaculantur sese in sublime, in rectum, in pronũ. Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire.
Impingi, pro Impelli. Seneca. lib. 1. de Ira, Irasci dicit, impingi, incitari.
Impactus, Participiũ. (πεσόβλημένος,) vt Fores impactæ. Lucã. li. 5. 42.
Impactus saxo, pro Impegit ad saxum. Liu. lib. 8.
Impacti turbine, pugnæ Eumachus & Clytius. Silius lib. 4. 75.
Impacti fluctus. Plin. epist. 117. e. lib. 6, Emuet iam & apparet saxeũ dorsum, impactoque fluctus in immensum elidit & tollit.
Impactus insulis fluuius. Plin. lib. 5. cap. 9. 10, Subinde insulis impactus totidem incitatus irritamentis, postremo inclusus montibus.
Impactus in carcerem. Vlpian. in L. In eos. ff. De custodia & exhib. reor. Et quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur, propter quod impacti sunt in carcerem.
Nauis in scapham impacta. Vlpianus in L. Quemadmodum ff. Si prorectum. ff. Ad legem Aquiliam, Si nauis tua impacta in meam scapham damnum mihi dedit, quæ istum est quæ actio mihi competat.
Res impactæ dicuntur, quæ impetu inter se cõcurrant. Seneca 2. Nat. quest. Cum coitu nubium vehementer impactarum à latere eliditur.
Impactio, Verbale. Senec. 2. Nat. quæst. Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium.

Imprus, Adiect. (ἄνοιστος ἀνόσιος ἀθέμιστος ἀθεμίστιος,) Crudelis, A pietate remotus. Terent. Eun. 4. 3. 1, Vbi ego illi scelerosum pius assiduè domesticæque furiæ.
Impius & conscleratus. Cic. in Pisonem, 36, Me tamen fugerat deorum immortalium hos esse in impios & conciceratos pœnas certissimas constituta:
Piorum & impiorum rationem habent dii Cic. 1. de Legib. 25.
Impius, pro Parricida dicitur ab Oratore per antonomasiam. Quintil. lib. 8. cap. 6.
Impius & Religiosus, contraria. Cic. pro Fonteio, 19.
Aetas impia. Horat. Epod. 16. 2.
Arma impia. Virg. 6. Aeneid. 123.
Domus impia. Ouid. 3. Metam. 98.
Facta impia. Lucret. lib. 1. 17.
Fama impia. Virg. 4. Aeneid. 60.
Fraus impia. Cic. 1. de Diuinat. 12, Est enim periculum ne aut neglectis his impia fraude aut susceptis, anili superstitione obligemur.
Furor impius. Virg. 1. Aeneid. 60.
Gens impia. Virg. 2. Georg. 105.
Lingua impia deos laeit. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 4.
Pectora impia. Horat. Epod. 1. 3.
Religio impia Persarum. Catull. in Gellium, epigr. 85.
Venena impia. Ouid. 2. Amor eleg. 8. 21.
Verba impia in deos dicta. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 11.
¶ Impia herba vocatur incana, rosmarini aspectu, thyrsi modo vestita atque capitata. Inde alii ramuli assurgunt sua capitella gerentes, ob id impiam appellauere, quoniam liberi super parentem excellant. Alii potius ita appellatam, quòd nullum animal eam attingat, existimauere. Hæc Plinius libro. 24. cap. 19. 4.
Impiissimus, superlatiuum. Martianus in L. His verbis, Parag. 1. ff. De hære. instit. Filius meus impiissimus, malè de me meritus.
Impietas, pen. corr. impietatis, (ἀσεβεία ἀσέβειν ἀνοσιότης,) Nequitia, perperitas, atque proprie eorum est, qui pie, hoc est iuste & sapienter agere non didicerunt. Cicero 1. de Finib. 79. Etsi verò impietas molita quidpiam est, quamuis occultè fecerit, nunquam tamen confidet id fore semper occultum.
Impietas & scelus. Cic. 4. de Fin. 108, Sed nihil est quod tam miseros faciat quàm impietas & scelus.
Furens impietas. Seneca Octauia. 7. 12.
Habere aliquem, socium impietatis. Ouid. 4. Metam. 1.
Impii, Aduerbium. (ἀσεβῶς,) Inhumaniter. Cic. 5. Tusc. 9, Vituperare quisquam inquam vitæ parentem, & hoc parricidio se inquinare audet? & tam impiè ingratus esse, vt eam accuset quàm vereri deberet, etiam si minus perciperet posset?
Impiè facere. Quintil. lib 6. cap. 1, Tu impiè fecisti, quum exheredationem meruisti.

Impio, impias, (μιαίνω,) impiare, Fœdare, maculare. Plaut. Rud. 5. 6.
Nam hoc mihi haud laboris est, laborem huc potiri, si erga parentem
Aut deos me impiaui. Id est, Si impius fui erga parentes.
Impiatus, pen. pro. 1. Adiectiuum. (μιαρός,) Sceleratus, inquit Festus.
Impiatus, Maculatus. Apul. Cruore humano asperum atque impiatum.
Thalami impiari facinore. Senec. Hippol. 1. 2. 7.

Implacabilis, & hoc implacabile, pen. corr. (ἄμειλιχος ἀλλαγὴν οὐκ ἐπιδεκτικός,) Qui placari non potest. Plin. epist. 175, Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni vitæ genere teneamus, vt nobis implacabiles simus, exorabiles istis, etiam qui dare veniam nisi sibi nociciunt. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 59. Nam si implicabiles iracundiæ sint, summa est acerbitas: si autem exorabiles, summa leuitas.
Implacabilis terror. Cic. 2. Tusc. 31.
Ira implacabilis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 13.
Implacabilem, inexpiabilemque sese præbere alicui. Cic. in Pisonem, 63, Si aspernaretur amicitiam meam, seseque mihi implacabilem, inexpiabilemque præberet, tamen ei quum tantas res gessisset gereretque quotidie, non amicus esse non possem.
Quod implacabilis Quinto Fabio fuisset, Liuius 8. ab Vrbe, 182. Et lib. 5. bel. Pun. 91.

Implacatus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀνίλεος,) Nõ placatus: vt Gula implacata. Ouid. 8. Metam. 171.

Implacabiliter, Aduerbium. (ἀνιλεῶς,) Tacit. lib. 1. Scaurum, cui implacabilius irascebatur, silentio transiit.

Implacidus, pen. corr. Adiectiuum. (ἀνάστατος,) Nõ placidus, vt Diuũm implacidissimus Mars. Stat. 9. Theb. 1.
Genus implacidum Genauni. Horat. 4. Carm. ode 14. 2.

Implexus, (ἐμπεπλεγμένος,) Participium, ab implecto, significat implicatum, & inuolutum vt ait Festus. Plinius lib. 25. cap. 7. 1, Folliculis cum semine inter se implexis. Idem libro 33. cap. 1. 8, Est quidem apud eundem Homerum virorum crinibus aurum implexum. Ideo nescio an prior vsus à fœminis cœperit. Idem lib. 8. cap. 13. 1, Narratur in maritimis eorum quaternos quinosque inter se peratium modo implexos erectis capitibus velificantes ad meliora pabula Arabiæ vehi fluctibus. de draconibus.
Implexus pro complexo. Plinius lib. 2. cap. 65. 7, Vt quum terra arida & sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinente terra, mutuo implexu iungerentur.
Cæruleos implexe crinibus angues Eumenides. Virg. 4. Geo. 96.

Impleo, implea, impleui, impletum, pen. prod. (πλήθω ἐμπίμπλω ἐμπλήθω ἐμπίμπρημι πλήθω,) implere, Notæ significationis. Plin. lib. 14. cap. 63, 6, Canes implentur vno coitu. Hoc est grauidæ fiunt & prægnantes. Idem lib. 10. cap. 14. 9, Singula hæc manum implere soluta muenio.
Implere, cum genitiuo. Plaut. Aulul. 16. 20,
Quid sit me rogas? qui mihi omnes angulos
Furum impleuisti in ædibus misero! Virgil. 1. Aeneid. 44, Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ. Liu. 1. ab Vrbe, 203, Adolescentẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

suæ temeritatis implet. Idem lib.5, Multitudinem (quæ semper ferè regenti est similis) religionis iustæ impleuit. Idem libro.35, Totam Siciliam impleret nominis sui.

Implere, cum ablatiuo. Virg.1.Aeneid.147, Impleuitque mero pateram. Plaut. Merc. 16.55, –at te vicine di deæque perdint,
Cum tua hac amica, cumque amationibus,
Quæ suspicione impleuit me indignissime. Idem Casin.3.34,
Quæ nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris.

Implere ad summum. Colum.lib.12.cap.36.

Impudentię est id profiteri quod non possis implere. Id est perficere. præstare. Cic. pro Cluent.50.

¶ Implere acta Sueton.de Claris Rhet.6, Suscepit eas partes actaque ita impleuit, vt Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere.

Aeuum implendum non segnibus annis. Ouid.ad Liuiam, 90.

Amaritudinem inimici implere Plin.epist.15.3.b. Vix dum conticuerat mus, & Massa questus Senecionem non aduocati fidem, sed inimici amaritudinem implesse. impietatis reum postulat.

Impleuit annos centum. Pli.lib.7.cap.48.5. Hoc est compleuit.

Annos suos fœliciter implere. Ouid.epist.7.32.

Auras vlulatibus implet. Valer.8.Argon.29.

Aures implere sermonibus. Ouid.12.Metam.12.

Aures auditoris implere. Cic.in Orat.56, Qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas, sita sunt auidæ & capaces, &c.

Cælum questibus implere. Virg.9.Aeneid.100.

Cælum votis implere. Tibull.lib.3.eleg.3.1.

Conuiuia implere varijs dictis. Ouid.13.Metam.147.

Cursum implere vitæ. Plin.lib.7.cap.16.8.

Deos implere questibus. Valer.2.Argon.34.

Diem sermonibus implere. Ouid.7.Metam.155.

Implere expectatione. Liuius 6.bel.Maced. Nicader eo ipso tempore ab rege Antiochio veniens, impleuit expectatione vana multitudinem, terra marique parari bellum.

Facultates equitris ordinis implere. Pli.epi.16, Igitur vt te non Decurione solo, verũetiã Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equestres facultates c c c milia nummũm. Id est complendas.

Fata implere suæ ætatis. Ouid.epist.6.7.

Fidem implere. Plin.epist.58,2, Ille, siue quia non sentiebat, siue quia non sentire simulabat, immobilis & extetus fidem peractæ mortis impleuitum demum quasi æstu solutus effertur. Tacit.lib.18, Implesse fidem ominis videbantur.

Finem vitę sponte, an fato impleuit. Tacit.lib.1.

Fœminas implere. Col.lib.7.ca.6.3, Itaque quinquennis parũ habetur fœminis implẽdis. De capro. Pli.li.8.ca.44.2, Fœminas à partu optimè septimo die impleri obseruatum est, mares fatigatos melius implere.

Prodigium implere. Plin.lib.10.cap.18.ad finem.

Formidinis implere. Liuius 10.ab Vrbe,65, Errorque vtilis Romanis oblatus, fugæ formidinisque Samnites impleuit.

Horror asper me impleuerat. Silius, lib.8.15.

Hostes fama implere. Liuius 7.bel. Maced.53, Id proculdubio iam nũtiantes, non suos modò, sed etiam hostes fama Romani auxilii aduentantis impleuerunt.

Locum aliquem clamore implere. Virg.3.Aeneid.82.

Deliciis implere locum. Ouid.3.Amor eleg.13.4.

Locum principem implere. Tacit.lib.4.

Magnitudinem suam anno implere. Plin.lib.9.cap.36.3.

Meritis implere aliquem. Ouid.2.Amorum, eleg.3.3.

Munia Consulatus solus impleret. Tacit.lib.3.

Numeros principis implere. Ouid.ad Liuiam, 58.

Imago impleuit oculos. Silius lib.3.9.

Officium suum implere, quod barbari dicunt, Facere suum debitum. Plin.epist.264, Vereor enim ne aut excessisse, aut non implesse officii mei partes videar.

Populares laudibus & meritis Scipionis implere. Liu.6.bel.Pun.159.

Potestatis suæ implere. Liu.3.ab Vrbe, Ne ita omnia Tribuni potestatis suæ implerent, vt nullum publicum consilium finerent esse.

Promissum implere, quod barbari dicunt, Tenere suam promissionẽ. Plin.epist.36.b, Impleui promissum, priorisque epistolæ fidẽ exolui.

Quorum sese regum sanguine impleriint. Cicero 1.de Lege agraria, 53.

Sinum alicuius implere. Seneca de Beneficiis.lib.2.cap.31, Num quic quid potero & faciam & reddam, & temporum rerumque occasionem sequar, & eius implere sinum cupiam a quo aliquid accepi?

Sinum implere lachrymis. Virg.4.Reneid 6.

Sortem implere. Curtius lib.3, Sortem vel elusit, vel impleuit.

Spei implere. Liu.5.bel.Maced. 137, Quem adeuenient extẽplo spei impleuit. Idẽ 6.bel.Pun.98, Et impleret homines certioris spei, quàm quantam fides promissi humani, aut fiducia, &c.

Spem implere quàm quis de nobis, concepit. Plin.epi.10.2, Atque vtiam sic spem iple, quam tunc ille de me concepit, impleuerim, vt ille multum virtutibus suis addidit.

Superstitione implere. Liu.1.bel.Pun. Impleuerat ea res superstitione animos, proniqúe & ad nuntianda & ad credenda prodigia erant.

Tempus implere. Cic.ad Atticum, lib.6.116.4, Etsi annuum tempus prope, tamen emeritum habebamus.

Terrore impletur. Africa. Silius. lib.17.159.

Is vomens frustis esculentis totum tribunal impleuit. Cic.2.Philip.74.

Neptunus ventis impleuit vela secundis. Virg.7.Aeneid.5.

Verba implere lachrymis. Ouid.epist.6.12.

Vestigia implere, pro Assequi. Pli.epist.66, Vides quem sequi, cuius debeas implere vestigia.

Vicem alterius implere. Plinius epist.92.b, Dicenti mihi solicitè adsistit, assidet recitanti. primus etiam, & cum maximè nascentibus opusculis meis interest. nunc solus, antè cum fratre, cuius nuper amissi ego suscipere partes, ego vicem debeo implere.

Vices implere pro alio. Claud.4.Paneg.87.

Tuis oraculis Chrysippus totũ volumẽ impleuit. Ci.2. de Diuin.172.

Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes. Ouid.2.Fast.19.

Vterum implerat generoso semine. Ouid.9.Metam.57.

Implere de. Martial.lib.15,
Hos nisi de flaua loculos implere moneta
Non decet: argentum vilia ligna ferant. Et Cic.4.Academ.163,
De quibus rebus volumina impleta sunt non à nostris solùm, sed etiã à Chrysippo.

¶ Implet vnas hominum quatuor. Plin.li.16.ca.40.3, Quæ arboris crassitudo quatuor hominum vnas complectentium implebat.

Implere libram. Plinius lib.18.cap.10.3, Raro modius grani non x v i. libras implet.

Implico, implicas, pen.corr. Implicui & implicaui. implicitum, pen. corr. & implicatum, (ἐμπλέκω ἐγκίμπτω,) implicare, Inuoluere, innectere. Virg.1.Aen.111, Implicuitque comam læua. Seneca epist.22, Quod malè implicuisti, soluas potius, quàm abrumpas.

Implicatum in. Varro.2.de Re rust.cap.7.4, Non angusta iuba, crebra fasca, suberispa subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem conuicis, &c. De equis,
Acies totas implicuere inter se. Virg.11.Aeneid.127.
Collo implicuit brachia. Ouid.1.Metam.153.
Colla laqueis implicuisse iuuat, Ouid.epist.2.29.
Sertis implicare comas. Tibul, lib.3.eleg.7.7.

In complexum alicuius implicari. Catull.in Epithal.Mallii, 22.
Crimen implicat auro. Virg.4.Aeneid.30.
Auster rates implicuit. Stat.11. Thebaid. 104.

¶ Implicare transfertur ad alia. Liu.7.bel.Pun.231, Eum primo incertis implicantes responsis, vt metus tormẽtorum admotus fateri vera cogit, edocuerunt literas se ab Asdrubale ad Annibalem ferre. Id etiã certis sermonibus eũ frustrabãtur, dũ nunc hoc, nũc illud respondẽt.

Implicari. Pompeius ad Lentulum in Epist.ad Atticũ, lib.8.161.1, Quod veritus sum, factum est, vt Domitius impliciaretur, vt neque ipse liberi firmus esset ad castra facienda.

Implicatus ad. Cic.pro Rosc. Amer.51, Ideo quòd tametsi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam, quàm implicatus ad scueritatem videbatur.

Coniuncti inter se & implicati. Cesar.7.bel.Gal.291, Quini erant ordines coniuncti inter se atque implicati.

Impedire & implicare se. Ci.4.Ver.29, Sin illud dices, te Heraclii volũtate ab lege recessisse, ipse te impedies, ipse tu tua defensiõe implicabere.

Implicitum esse cum aliqua re & cohærere. Cicero pro Lege Manilia.12, Hæc fides, atque hæc ratiò pecuniarum, quę Romæ, quę in foro versatur implicita est cum illis pecunijs Asiaticis, & cohæret.

Amicitiis nouis implicati. Cic.Attico, lib.1.24.11.

Angoribus & molestiis implicati animi. Cic.5. Tuscul.5.

Implicata res controuersijs, Cic.pro Quintio, 2.

Implicata criminibus auaritia. Cic.in Pisonem, 67,

Implicari erroribus. Cic.4. Tuscul.93.

Erroribus sæuis vrbem implicat. Valer.3.Argon.7.

Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorũ omnium, implicatus expectatione supplicii. Cic.de Arusp.resp.6.

Implicari familiaritatibus alicuius. Cic.pro Cor.Bal.48, Et erat æqua lex & vobis Iudices atque omnibus qui nostris familiaritatibus implicatur, vehementer vtilis, &c.

Implicari certo genere, cursúque viuendi. Cic.1.Offic.164.

Implicatum teneri legibus, Cic.5.Verr.69, Tu qui omnibus legibus implicatus tenebare, libidinem tibi tuam pro lege esse voluisti?

Litibus arris implicitus. Horat.de Arte, 86.

Implicari maleficio. Cic.pro Cælio, 57.

Molestiis multis implicari. Cic.5.Tuscul.5.

Molestis, operosisque negotiis implicari. Cic.1.de Nat.deor.73.

Implicari morbo, Detineri. Liu.3.ab Vrbe,4, Intra castra quies necessaria morbo

morbo implicitum exercitum tenuit. Ibidem, lib.5.145. Consulibusq; morbo implicitis placuit, &c. Sic Caes.3.bel.Ciuil.69.

Implicitus in morbum. Liu.3.bel.Pun.163. Qu. Mutium non tam in periculosum, quàm longum morbum implicitum, diu ad belli vim sustinendam inutilem fore.

Qui contrahendis negotiis implicantur. Cic.2.Offic.55.

Nullis occupationibus implicatus deus. Cic.1.de Nat.deor.71.

Implicari & constringi multis officiis. Cic.1.Academ.17.

Vltro & citro, vel vsu diurno, vel officiis implicari. Cic.de Amicitia 71.

Multarum ætatum oratoribus implicari. Cic.de Claris Oratorib.90. Atque ita diu vixit, vt multarum ætatum oratoribus implicaretur, multum etiam in causis versaretur.

Permisse cum altis implicari. Cic.1.de Inuent.47.

Muliebribus religionibus implicari. Cic.pro Domo sua 81.

Voluptas penetus in omni sensu implicata insidet. Cic.1.de Legib.70.

Scueritate iudicum implicari, & frequentia populi circumretiri. Cice.7. Verr.117.

Implicare se societate omnium. Cic.2.de Finib.76.

Vim suam cum naturis hominum implicant dii. Cic.1.de Diuin.135.

Implicita visco fuga. Martial.lib.1.11.

Implicitam visco perdidit ille fugam.

¶ Implicare, Ornare. Plaut. Implicat ad speculum caput. Afranius Brundusio, In parte inferiore hic implicabatur caput, fateor.

Implexus, pro implicito siue conserto. Senec.lib.1.de Benefi. Quare tres Gratiæ, quare sorores sint, quare implexis manibus.

Implicitus, pen.corr. siue implicatus, pen.prod. Participium, (ἐμπεπλεγμένος,) Cic.ad Appium Balbum, lib.6.12.3. Etenim omnes Cæsaris familiares satis opportunè habeo implicatos consuetudine. Idem 1.Offic.25. Quæ quatuor quàquam inter se colligata sunt, atque implicata. Et apud Plinium epist.9.lib.3. Implicitus suspicionibus.

Casus liberaris controuersiæ implicitus. Paulus in L.fina. ff. Si ex noxali causa agatur. Sed si statuliberũ sisti promissum sit, in eadẽ causa sisti videtur, quàuis liber sistatur, quòd implicitus ei casus libertatis fuerit.

Viæ implicitæ errore. Lucan lib.8.1.

Limo implicitus. Claud.2.in Eutrop.89.

Morbo implicitus. Lucret.lib.6.148.

Controuersia iuris ciuilis negotio alicui implicita. Cice.1.de Inuent.167. Negotialis est quæ in ipso negotio iuris ciuilis habet implicitam controuersiam.

Implicatum folium. Plin.lib.11.ca.17.3. Iasione vnum folium habet, sed ita implicatum, vt plura videantur.

Inscitia implicata impudentia est. Cic.2.Philipp.87.

Implicitũrus, Partic. (ἐμπλέξων,) vt Serta implicitura comas. Oui.5.Fast.44.

Implicito, implicitas, pen.corr. Frequentat, (ἐμπλέκομαι,) Plin.lib.9.ad Caninium, epist.2.10. Varios orbes implicitat expeditque. Pro Inuoluit. de delphino loquitur. Alia exemplaria habent implicat.

Implicatio, Verbale, (ἐμπλοκή,) Cice.2.de Natu. deorum 209. Huic addeneruos à quibus artus continentur, eorumque implicationem corporetoto pertinentem.

Implicatio rei familiaris. Cic.pro Sestio 86. Aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint quam suo deflagrare.

Implicite, pen.corr. Aduerbium, (ἐμπεπλεγμένως,) Cic.2.de Inuen.172. Absoluta est quæ ipsa in se, non vt negotialis implicitè & absconditè, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

Implôro, imploras, pen.prod. (ἀναβοάω,) implorare, Proprie est cum fleta rogare, quod est vapulantis, vt ait Festus. Plau. Rud.16.1. Pro Cyrenenses popolares, vostram ego imploro fidem. Terentius Adelphis 3.4.43.
–certè Hegio.vt.hem,
Illæc fidem nunc vostram implorat Demea. Plin.epist.48.b. Legati rursus inducti, iterum me iam præsentem aduocarum postulauerũt, implorantes fidem meam, quam essent contra Massam Bebium experti.

Implorare & appellare. Cic.7.Verr.147. Vos etiam atque etiam imploro & appello sanctissimæ deæ, quæ, &c. Idem pro Quintio 63. Qui deus appellandus est, cuius hominis, fides imploranda est?

Implorare & obtestari. Cic.7.Ver.148. Cæteros item deos deasque omnes imploro atque obtestor, quorum templis, &c.

Appellare, nominare, Implorare. Cic.7.Verr.101. Et ita me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans, &c.

Implorare & supplicare. Cic.1. de Orat.118. Nemo est quæstus, nemo Rempublicam imploranit, nemo supplicauit.

Implorare & testari. Cic.pro Sylla 48. Imploraremsensus vestros, vniuscuiusque indulgentiam in suos testarer, &c.

Appellare, obtestari, implorare aliquem. Cic.pro Flacco 3.

Auxilium implorare. Virgil.4.Aeneid.124.

Auxilium alicuius implorare & flagitare. Cice.pro Rab.perduel.reo 6.

Implorare auxilium ab aliquo. Cæsar 1.bel.Gall.122. Neque auxilium à Popu.Roma. imploraturos.

Precari, venerari & implorare deos immortales. Cic.1.in Catil.47.

Implorare fidem alicuius. Cice.pro Rosc.Amer.17. Vestramne, qui summam potestatem habetis, hoc tempore fidem imploremᵗ Idem 4.Verrin.53. Sopatrus implorare hominum atque deũm fidem, vt cum consilio cognosceret. Hic nata est illa exclamatio apud comicos, Prò deũm atque hominum fidem: quasi quis dicat, Imploro deorum atque hominum fidem. In eodem genere loquendi legitur quoque expressum verbum OBSECRO, vt apud Plautum Pœnulo; Prò dii immortales, obtecro vestram fidem.

Implorare fidem, dignitatem, religionem alterius in aliquo negotio. Cice.5.Verr.123.

Hominem aliquem implorare. Cic.6.Verr.72. Quid aut his respondere honestè potes aut illi facere, nisi vt te ac fidem tuam implorent?

Iura libertatis & ciuitatis implorare. Cic.3.Verr.4.

Implorare memoriam alicuius. Cic.4.Acad.23. At ille Heracliti memoriam implorans, quærere ex eo, &c.

Misericordiam & fidem alicuius obtestari & implorare. Cic.pro Mur.78.

Implorare & exposcere misericordiam alicuius. Cic.pro Mil.70.

Implorare & vsurpare nomen ciuitatis. Cic.7.Verr.127. Quum implorarẽt sæpius, vsurpatque nomen ciuitatis, crux, crux inquam infœlici & æruminoso, qui nunquam istam potestatem viderat, comparabatur.

Numine implorant magno quæstu. Valer.3.Argon.130.

Implorãtus, pen.prod. Participium, (ἀναβοηθούμενος,) vt Prece Pollucis implorata. Catull.ad Mallium, epigram.61.13.

Imploratio, Verbale, (ἀναβοήσις,) Liu.8.ab Vrbe 23. Proditur memorię aduersus crebram imploratiouem deũm, &c. Idem 1.bel.Pun.22. Nec enim inde votis aut imploratione deũm, sed vi ac virtute euadẽdũ est.

Omnium deorum & hominum & ciuium & sociorum imploratio. Cice. 2.de Orato.106.

Acerba imploratio & vox miserabilis. Cic.7.Verr.127.

Implûmis, & hoc implũme, penul. prod. (ἄπτερος,) Quod plumã caret. Plinius lib.8.cap.55.3. Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Sic lib.10.cap.3.5. Haliætus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, &c.

Pulli implumes. Horat.Epod.1.4.

Impluo, impluis, implui, vel implũi, implũtum, penult. product. (ἐπομβρέω,) impluere. Columel.lib.2. cap.8. Tremellius quidem affeuerat, prius quàm impluuerit, ab auibus, aut formicis sata edi, vbi æstiuis serenitatibus ager arat. Cato cap.5.5. Scabiem pecori & iumentis caueto: id ex fame, & si impluuit, fieri solet. Id est intus, siue intra stabulum impluit.

Impluere in aliquem locum. Plin.lib.2.cap.96.1. Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cuius quandam aream non impluit.

Impluit malum cæteros & cæteris. Plaut.Mostel.12.12.
Atque vt vetem verberari, si huic imperabo, propè
Tectum habebo malum, quom impluit cæteros, ne impluat mihi.
Hoc est, in me tota res cadat, & in caput meum ruat.

Impluuium, huius impluuii, (ὀμβρεῶν,) Locus (vt inquit Varro) in medio domus relictus, vt lucem caperent deorsum, quò impluebat. Plaut.Milite 5.4. –ego vestra faciam latera lorea,
Mihi quidem iam arbitri viuunt meæ quid fiat domi ita per
Impluuium intrò spectant. Idem Amphit.17.56.
Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo
Maximi. Terent.Eunuch.1.5.41.
Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas
Venisse clanculum per impluuium fucum factum mulieri. Cic.3.Verrin.41. Nehæc quidem duo signa pulcherrima quæ nunc ad impluuium tuum stant, quæ, &c.

Ad impluuium locare aliquid. Cic.3.Verr.105. Ostendam in ædibus priuatis, longa difficilique vectura, columnas singulas ad impluuium H S. quadragenis millibus non minus magnas locatas.

¶ Impluuium, Quò aqua impluit, collecta de tecto. Festus.

Impluuia, huius impluuiæ, (μεσόδωμα,) Vestis erat, inquit Perottus, qua sacerdotes per imbrẽ vtebantur. pluuiale nuncvolgò appellatur. Varro, Salium quoque sereno tempore impluuia amictum fuisse criminabant.

Impluuiatus, penul. prod. Color, quasi fumato stillicidio impletus inquit Nonius. Vnde impluuiata, genus vestimenti, à colore, de quo Plautus Epid.5.41.
Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?
Ij. Impluuiatam, vt isthæc faciunt vestimentis nomina:
Vt impluuium erat induta.

Impolitus, pen.prod. Adiectiuum, (ἄξυστος,) contrarium Polito, Radis. Cic.de Prouinciis Consul.18. Impolitę verò res & acerbæ si erunt relictæ, (quanquam sunt abscissæ) tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent.

Impolitus & rudis. Cic.de Claris Orat.163. Significat enim quandam formam ingenii, sed admodum impolitam atque rudem.

Hebes & impolitus. Cic.2.de Orat.73. Genus hoc eorum qui sibi eruditi

Universidad de Deusto
Biblioteca

videntur, hebes & impolitum.

Impolitia, huius impolitiæ, (ἀκοσμία,) Ruditas & inelegantia. Gellius lib. 4. cap. 12. Siquis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidũ visus erat impolitiæ, notabatur. Id verbum significat quasi tu dicas incuriæ. Cuius rei vtriusque authoritates sunt: & M. Cato id sæpenumero attestatus est.

Impolite, pen. prod. Aduerbium, (ἀκόσμως,) Ineleganter. Cic. 1. de Oratore 107. Quum sæpissime tibi Senatu breuiter, impoliteque dicenti maximis sit de rebus assensus, &c.

Impolitias, Consores facere dicebantur, inquit Festus quum, equiti es abnegabant, ob equum male curatum.

Impollûtus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀμίαντος,) Non pollutus: vt Fides impolluta. Silius lib. 13. 137.

Impôno, impônis, pen. prod. imposui, impositum, pen. corr. (ἐπτίθημι, ἀνατίθημι, ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω, ἐγκαθιδρύω,) imponere, Supra ponere, vel intus ponere. Virgil. 1. Aeneid. 13.

– molemque & montes insuper altos Imposuit. Idem lib. 4. 91.

Vidit, thuricremis quum dona imponeret aris. Plaut. Aulul. 13. 16.

– hæc imponentur in foco nostro, lari,
Vt fortunatas faciat gnatæ nuptias. Plin. lib. 8. cap. 32. 4. Imponentes capita clunibus præcedentium.

Imponere aliquid alicui cum fide. Cic. pro Rosc. Amer. 6. Quod si perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quàm id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere.

Imponere alteri, & Sibi sumere, contraria. Cic. pro Murena 36. Nũquam iste plus militi laboris imposuit, quàm sibi sumpsit.

Arces imponere montibus. Virgil. 6. Aeneid. 155.

Imponere argentũ in stipendiũ. Liu. 3. bel. Mac. 6. Carthaginienses eo anno argentum in stipendium impositum primum Romam adiuexerunt.

Calculum, Rationem subducere. Columel. lib. 5. cap. 1. 4. Sed aliud existiment professioni suæ conuenire, aliud eorum qui iam extructa metiuntur, & imposito calculo, perfecti operis rationem computant.

Claues alias portis. Liu. 7. bel. Pun. 139. C. Terentius vt Arerium cum legione venit, claues portarum quum magistratus poposcisset, negantibus his comparere, fraude amotas magis ratus quàm negligentia intercidisse, ipse alias claues omnibus portis imposuit.

Clausulam disputationi. Colum. lib. 3. cap. 19. 2. Antè quàm disputationi clausulam imponamus, dicendum est, &c.

Cognomen vel nomen alieni. Plin. lib. 5. cap. 1. 5. Et lib. 14. cap. 3. 6. Est & nigra aminea cui Syriacæ nomen imponunt.

Coloniam. Liu. 8. ab Vrbe 113. Aegre pati ciuitatem Samnitium, quòd Fregellas ex Volscis captas, diutisque à se restituerit Romanus Populus, coloniamque in agro Samnitium imposuerit.

Consulem populo, Per vim & tyrannidem collocare in Consulatu. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 5. Consul est impositus nobis, is quem nemo præter nos philosophos aspicere sine suspirio posset.

Coronam alicui. Cic. 2. de Legib. 95.

Imponere diadema. Cic. 2. Philipp. 90.

Imponere dignationẽ imperatoris alicui. Tacit. lib. 17. Vitellio tres patris Consulatus, Censuram, collegiam Cæsaris imponere iampridem imperatoris dignationem, & auferre priuati securitatem.

Dominum aliquibus imponere. Cic. 13. Philipp. 356. Nam si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat?

In ceruicibus aliquorum sempiternum dominum imponere. Cice. 1. de Natura deorum 75.

Exercitum Brundusii imposuit. Cic. 1. de Diuinat. 126.

Exitũ alicui rei, aut sermonibus. Liu. 7. bel. Maced. 77. Et lib. 3. 88.

Fastigium operi. Cic. 3. Offic. 41. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus.

Finem bello. Stat. 8. Thebaid. 133.

Finem bello, vel curis. Plin. de Viris illust. 41. Sexcentas eorum naues cõmeatibus, & aliis oneribus impeditas duce Himilcone apud Egates insulas Siciliam & Aphricam depressit, finemque bello imposuit. Virgi. 7. Aeneid. – finemque imponere curis.

Sic Imponere finem spei suæ, Liu. 5. ab Vrbe 16.

Finem luctibus. Ouid. 15. Metamor. 149.

Formam operi, Senec. epist. 66.

Frumentum. Cic. Attic. lib. 15. 325. 10. Frumentum imponere quę est alia Dionis legatio, aut quod munus in Republica sordidius?

Plurimas iniurias alicui. Cic. 6. Verr. 17. Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliasque imposuisti. Idem pro Quintio 64. Obsecrans per deos immortales, vt aut secum iure contenderent, aut iniuriam sine ignominia sibi imponerent.

Laborem alteri. Cice. pro Murena 36. Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quàm sibi sumpsit.

Sibi laborem. Cæsar 3. bel. Ciuil. 163. Tantumque studium infamiæ sarciendæ, vt nemo aut Tribuni aut Centurionis impetum desyderaret, & sibi quisque etiam pœnæ loco grauiores imponeret labores.

Legem alicui, Imperare, præcipere. Plaut. Asin. 5. 86. Vt voles, vt tibi lubebit, nobis legem imponito. Cic. ad Atticum, lib. 7. 134. 2. Vni Faunio leges ab illo nobis imponi non placebat, sed, &c.

Sibi leges, Seipsum cohibere & sibiipsi imperare. Cice. 4. Acad. 48. Cui has igitur sibi tam graues leges imposuerit, &c.

Leges imponere alicui. Virgil. 1. Georg. 12.

Continuo has leges, æternumque fœdera certis
Imposuit natura locis.

Leges populo. Cice. 1. de Legib. 61. Si xxx. illi Athenis leges imponere voluissent, &c.

Per vim leges inponere Reipublicæ. Cic. 6. Philipp. 206.

Manum imponere rei alicui, pro inchoare eam. Ouid 4. Trist. eleg. 1. 6.

Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,
Pieridum sacris imposuisse manum, Idem 4. de Ponto 8. 17.

Manum extremam imponere alicui rei. Virgil. 7. Aeneid. 115.

Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. Seruius, Quod superest perficit. Et est translatio à pictura, quam manus complet atque ornat extrema.

Imponere summam manum alicui operi. Plin. lib. 36. cap. 5. 5.

Summam manum imponere in re aliqua. Quintil. in Procem. lib. 1. 4. Iam sunt exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinæ summam in eloquentia manum imponerent.

Manum supremam bellis inponere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 23.

Ministerium. Liu. 1. ab Vrbe 20. Direptis bonis regum, damnati proditores, sumptumque supplicium: conspectius eo, quòd pœnæ capiendæ ministerium patri de liberis Consulatus imposuit.

Modum prosperæ pugnæ. Liu. 1. bel. Maced. 150.

Imponere modum tempori Liu. 4. ab Vrbe 101. Maximam autem eius custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent: & tempori modus imponeretur, quibus iuris imponi non posset.

Modum suo dolori. Plin. lib. 9. ad Quadratum epist. 190. f. Nunc quoque nõ sustinere, deserere officii sui partes, in quo tamen & suo dolori modum imponere, & optimarum fœminarum ferre modestissimũ affectũ, quas cõtẽtas esse admonere Senatũ Publicii Certi cruẽtæ adulationis.

Multam. Liui. 10. ab Vrbe 183. Multa præsens quingentũm millium aeris in singulas ciuitates imposita.

Necessitatem. Cic. ad Atticum, lib. 4. 74. 2. Ego me hercule mihi necessitatem volui imponere huius nouæ coniunctionis. Liui. 5. ab Vrbe 19. Sed etiam necessitate imposita ex alieno prædandi. Cice. pro Sylla 36. Atque hoc vos Iudices testor, mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quædam imposita est ab illo.

Alicui necessitatem quandam nitoris imponere. Plin. epist. 118. Quamtamen sit nuptura honestissimo viro Nonio Celeri, cui ratio clauium officiorum, necessitatem quandam nitoris imponit.

Nomen alicui. Ouid. 9. Metam. 142.

Nomen vitio. Cic. 2. de Orat. 11. Itaque quòd vim huius mali Graeci vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Sic 2. de Finib. 12. Et Liu. ab Vrbe 55. Rursus. Cic. 4. Verr. 100. Honesta nomina turpissimis rebus imponere. Plin. lib. 8. cap. 48. 6.

Onus alicui imponere, pro Dare prouinciam alicuius rei, & committere aliquid negotii faciendum. Terent. Phorm. 3. 3. 29. Præsto est audacissime oneris quiduis impone, & feret. Idem Andria 5. 3. 26. Tibi pater me dedo: quidnis oneris impone, impera. Cic. ad Atticum, lib. 9. 17. 4. Sed vereor ne Pompeio quid oneris imponam. Eidem, lib. 1. 96. 3. Sed non audeo tibi omnia onera imponere. Idem 4. Verr. 96.

Nimis impudẽter in amicitia onus iponere. Cecinna Ciceroni, li. 6. 7. 5.

Onus simultatis. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 5. 2. Causã serò perorata, sententias se rogaturum negaunt, ne quod onus simultatis nobis imponeret.

Imponere onus & Recipere, contraria. Cic. in Orat. 19. Volo enim mihi tecum commune esse crimen: vt si sustinere tantam quæstionem I non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. Quintil. in Procem. libri 1. 3. Plus, quàm imponebatur, oneris suscepi.

Partes alicui. Cice. ad Atticom, libro 10. 202. 2. Partes mihi Cæsar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia paterer. Ibidem 198. 2. Atque eo feci studiosius, quòd iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra.

Duriores partes alicui imponere. Cic. pro Murena 36.

Personam alicui, Hoc est, Alicuius loco alium sufficere. Cic. 4. Ver. 75. Dubitate etiam nam si potestis, quin eum iste potissimum ex omni numero delegerit, cui improbam personam imponeret: quem & huic inimicissimum, & sibi amicum esse arbitraretur. Idem pro Cecinna 10. Quam personam iam ex quotidiana cognoscitis vita Recuperatorum, mulierum assentatoris, cognitoris viduarum, &c. Hanc personam imponite Ebutio. Hoc est talem existimate. Idem 2. pro Lege agraria 5. Mihi quæso ignoscite, si appello talem virum sæpius. Vos mihi Prætori biennio antè Quirites, hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, vt quibuscunque rebus possem, illius abientis dignitatem vobiscum vna tuerer. De Pompeio.

Imponatur honestæ ciuitati turpissima persona calũniæ! Cic. 4. Ver. 24.

Plagam mortiferam Reipublicæ imponere. Cic. pro Sestio 35.

Plus aliquid imponere quibusdam populis, quàm ferre possunt. Cice. 6. Verr. 18.

Portam in aliquam regionem. Liui. 4. bell. Macedo. 41. Partem muri versam in agros egregiè munitam habebant, vna tantum in eam regionem porta imposita.

Præsidium ciuitati, Hoc est, Præsidio munire. Liu. 4. bel. Pun. 31. Q. Fabius ex authoritate Senatus Puteolos, per bellum cœptum frequentari emporium, communiit, præsidiumque imposuit. Sic 3. ab Vrbe 10.

Pretium. Cice. 4. Verr. 73. Iidem seipsos à teipso pretio imposito redemerunt. Sic apud Quintilianum libro 12. Grauiora iusto imponere pretia melli.

Plagiario pudorem. Martial. lib. 1. 48.

Regem alicui regioni. Liuius 10. bel. Maced. 52. Nam etsi in Romanis tantum momenti esse credebam, vt quem vellent, imponerent Macedoniæ regem.

Imponere aliquem in regnum alterius. Liu. 7. bel. Maced. 104. Masinissam non in patrio modò locasse regno, sed in Syphacis à quo antè expulsus fuisset, regnum imposuisse.

Sarcinam alicui. Plaut. Mostel. 6. 82.

– hinc speculabor procul,
Vnde aduenienti sarcinam imponam seni.

Seruitutem fundo. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 3. 17. 6. Calous aiebat aqua dempta, & eius aquæ iure constituto, & seruitute fundo illi imposita, tamen nos pretium seruare posse si vendere vellemus.

Silentium alteri. Sueto. de Claris Rhet. 5. Suscepit eas partes, actaque ita implenit, vt Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere.

Stipendium. Liui 8. bel. Maced. 64. Vbi cum resistentibus pugnando, pacem petentibus stipendium imponendo, Byzantium quum peruenissent. Sic Cæsar 1. bel. Gal. 198.

Testẽ. Cic. p Cecin. 52. Fictus testis subornari solet, & sponi falsę tabulę.

Tributum. Cæsar 3. bel. Ciuil. 120.

Vectigal. Cic. pro Lege agrar. 5. & 60. Et Liu. 4. ab Vrbe 157.

Villicum imponere aliquem, aut pecori præficere. Cic. pro Planc. 51.

Vim alicui. Cic. 4. Verr. 105. Si me saluum esse vis, mihi impone istam vim, vt omnino mihi non liceat polliceri.

Virum imponere toti mundo. Lucan. lib. 3. 79.

Vocabulum alicui. Tacitus. Cui, vt degeneri, Pseudophilippi vocabulum impositum.

Vocabula rebus imponens. Horat. 2. Serm. saty. 3. 56.

Vulnera Reipub. Inferre vulnera, & lædere atque offendere Rempub. Cice. 4. de Finib. 108. Quæ hic Reipub. vulnera imponebat, eadem ille sanabat. Idem ad Atticum, lib. 5. 105. 4. In sanandis vulneribus quæ sunt imposita prouinciæ.

¶ Imponere in collum, in manum, in nauim. Plaut. Persa. 18. 10. Hanc in collum, nisi piget, nostrum impone. De crumena loquitur. Idem Bacchid. 1. 36. Vbique imponat in manum, alius mihi pro cæstu cantharum, &c. Sic Rud. 10. 16. Liui. 3. bel. Pun. 224. Imponere in nauem. Et lib. 5. ab Vrbe 183. Imponere in plaustrum. Et Cice. 1. Tuscul. 153. Imponere in rogum.

In aliquam causam aliquem imponere. Cœlius Ciceroni, lib. 8. 17. 1.

In eculeum imponere aliquem. Cic. 5. Tuscul. 20.

Imponere aliquem in equum. Liu. 1. bel. Maced. 144.

In naues exercitus imponere. Lentulus Ciceroni, lib. 11. 14. 2.

Imponere in aliquem onus. Plaut. Bacchid. 8. 92. Factum volo. P. in te ergo hoc onus omne impone.

¶ Imponere alicui, pro Decipere, & subauditur FRAVDEM. Quintil. Spes tibi perpetuæ laudis imposuit. Tacit. lib. 17. Falluntur quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Plin. episto. 6. lib. 2. Ne tibi optimæ indolis iuuenì, quorundam immensa luxuria, specie frugalitatis imponat. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 10. 5. Id legibus perniciosissimis obsistitur, maximè Catonis: cui tamen egregiè imposuit Milo noster.

Impositus, pen. corr. Partic. (ἐπιτεθείς,) Plin. lib. 15. ca. 30. 9. Fluuio Tyberi imposita iuxta nouum lapidem Flaminia via. Sic lib. 31. cap. 2. 3.

Necessitudinibus publicis impositus. Vide post NECESSE.

Stratis impositus. Stat. 1. Sylu. 1. 13.

Cistellæ boui sunt impositæ. Cic. Attico, lib. lib. 5. 103. 3.

Corona imposita capiti. Propert. lib. 4. elegia 6.

Iuuenes impositi rogis. Virgil. 4. Georg. 95.

Mens cunctis imposita manet. Stat. Thebaid. 146.

Nomen impositum abre. Lucret. lib. 6. 149.

Onus impositum ferre. Ouid. 15. Metam. 164.

¶ Impositus pro Præfecto apud Salustium in Iugurtha, Simul Consul, quasi nullo imposito, omnia prouidere, apud omnes adesse, laudare, increpare mœstentes.

Impositus, huius impositus, (ἐπίθετος.) Plin. lib. 24. cap. 4. 5. Vlcera commanducatu impositúque efficacissimè sanari. Ex vetusto codice legitur commanducato impositoque.

Impositio, Verbale, (ἐπίθεσις,) Plin. lib. 27. ca. 13. 8. Succus eius lacteus in gummi spissatus, vel semen, impositione spicula à corpore eiicit.

Imposititius, Adiectiuum: (ἐπιθετικός,) Quod impositum est: vt Seruitus causa est imposititia, hoc est nõ naturalis. Vlpianus in L. De pupilo §. Sextus Pedius. ff. de Noui operis nuntiatione, Sextus Pedius definit noui operis nuntiationis triplicem esse causam: aut naturalem, aut publicam, aut imposititiam, &c. Et paulo pòst, Imposititiam, quum quis postea, ius suum diminuit, alter ius auxit: hoc est postea quam seruitutem ædibus suis imposuit, contra seruitutem fecit.

Impositiuus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 28. cap. 4. 1. Pythagoræ inuẽtis non temerè fallere, impositiuorum nominum imparem vocaliũ numerum, clauditates, &c.

Imposititia nomina, quæ à natura imposita sunt, vnde alia deriuantur. Ex Varrone.

Impostor, impostoris, (φένακες,) Versutus & fallax homo.

Verbum impostorum. Vlpianus in L. prima §. Medicos. ff. de Variis & extraordinariis cognitionibus, Non tamen si incantauerit, si imprecatus est, si (vt vulgari verbo impostorum vtar) exorcizauit. Budæus. Quædam exemplaria legunt in posterum.

Impostura, impostúræ, pen. prod. (φενακισμός,) Fallacia, versutia: ab eo dicta quòd adulterinas merces pro veris supponat. Vlpianus in L. 3. ff. de Crimine stellionatus, Siquis impostura fecerit, aut collusionem in necem alterius, stellionatus potest postulari. Ex Budæo.

Imporco, imporcas, imporcare, Porcas in agro facere. Colu. lib. 1. cap. 10. 5. Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatúque occabimus. Est autem porca, vt inquit Festus, terra eminens inter duos sulcos.

Imporcitor, imporcitoris, qui porcas in agro facit arando. Festus.

Importo, importas, (εἰσκομίζω,) importare, Inferre. Cæsar 3. bel. Ciuil. 169. Ac plerunque vtũtur frumento importato. Cic. 2. de Orat. 20. Modo enim huic ista sunt importata. Cæsar 8. bel. Gal. 124. Sylvestribus angustisque itineribus frumentum importare in oppidum instituit. Sic Plaut. Epid. 8. 7. Vt importet in coloniam hunc.

Importare adiumenta, Iuuare & conferre. Cic. 1. de Orato. 20. Plura proferre possim detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata.

Calamitatem conseruatoribus suis importare. Cice. pro Sestio, 129.

Important enim ægritudines anxias atque acerbas, animosque affligunt & debilitant metu. Cic. 4. Tusc. 52.

Cladem importare. Lucret. lib. 3. 166.

Clades discordia ciuilis importat. Liu. 4. bel. Pun. 98.

Contagionem importare. Plin. lib. 26, cap. 13. Quum in Asia apparuisset, inde cogitationem eius importante.

Fœcunditatem importare alicui, vel rabiem. Plin. lib. 14. cap. 18. 1 Sunt & in vino prodigia. Dicitur in Arcadia fieri quod fœcunditatem fœminis importet, viris rabiem.

Incommodum importare. Cic. 2. Offic. 25. Per eosdemque siquid importetur nobis incommodi, propulsemus.

Mala casus importat. Cic. 5. Tuscul. 43.

Multum calamitatis importare. Cic. 5. Verr. 106.

Odium importare bellis. Horat. 1. epist. 13. 1.

Periculum importare. Liu. 9. bel. Maced. 10. Patres pauor ingens cepit, cũ publico nomine, nequid eæ cõiurationes, conuiuia nocturni fraudis occultæ, aut periculi importarent, tũ priuatim suorũ quisque vicẽ, &c.

Pestem importare. Cic. pro Deiotaro, 30. Aut cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus.

Solicitudines importare, Cice. 1. de Finib. 79. Easque ipsas solicitudines, quibus eorum animi noctesque diesque exeduntur, à diis immortalibus supplicii causa importari putant.

Suspicionem aliquam alicui importare. Cic. Tironi, lib. 16. 21. 13.

Importãtus, pen. prod. Participium, (εἰσκομισθείς,) Cæsar 5. bel. Gall. 49.

Aere vtuntur importato.

Importanda longè. (εἰσκομιστέον μακρόθεν.) Varro 1. de Re rust. cap. 16. 3.

Fructuosior fit fundus, quàm si longè sint importanda.

Importunus, pen. prod. Adiectiuum, (ἄλιμος,) Quod caret portu: hoc est quietes vbi nullus portus est, ait Seruius Virg. lib. 11. Aeneid. 62. Bellum importunum, ciues, cum gente deorũ, Inuictúque viris gerimus. Festus, Importunum, in quo nullum est auxiliũ, velut esse solet portus naulgantibus.

¶ Importunus, Qui aliquid facit præter rationem loci, seu temporis, aut personarum. Plaut. Merc. 3. 44.

Leno importunus eius mulieris,
Vi summa, quicquid poterat, rapiebat domum. Idem Asin. 3. 48. Fateor eam esse importunam atque incommodam. Terent. Heaut. 1. 2. 23.

Imò ille fuit senex importunus semper: & nunc nihil magis
Vereor, quàm nequid in illum iratus plus satis faxit pater.

Importunum tẽpus, Incommodũ. Cic. 1. de Ora. 12. Id est nõ opportunũ.

¶ Importunus, Virgens, Molestus, fastidiosus. Cicero. in Ant. Non possum æquo animo videre tam importunos, tam sceleratos hostes. Cice. pro

Universidad de Deusto Biblioteca

Cluentio 8. Repentè est exorta mulieris importunæ nefaria libido.
Importunus & crudelis. Cic. pro Cluentio 141. Furere crudelis atque importuna mulier, sibi, &c. Idem 1. de Finib. 55. Filium morte multauit: si sine causa, nollem me ab eo ortum tam importuno, tamque crudeli.
Cyclops alter multo importunior. Cic. 7. Verr. 114.
Importunissima bellua. Cic. 6. Philipp. 209.
Clades ciuitatis importuna. Cic. de Claris Orat. 186.
Corda importuna domandi. Sillus lib. 11. 78.
Importuna crudelitas. Cic. de Prouinc. Consul. 1. Propter illud infigne scelus eorum, & importunam in me crudelitatem.
Fata importuna. Ouid. 10. Metam. 126.
Importunissimus gladiator. Cic. pro Murena 76.
Importunissimus hostis. Cic. in Catil. 34.
Importunum ingenium, Friuolum & leue. Plin. li. 36. ca. 6. 7. Sed quisquis primum inuenit secare, luxuriemque diuidere, importuni ingenii fuit.
Importunissimæ libidines. Cic. 6. Verr. 79.
Importuna mors. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 4.
Immanis atque importuna natura. Cic. 3. Verr. 5.
Pauperies importuna. Horat. 3. Carm. ode 16. 8.
Importunum scelus. Cic. de Aruisp. resp. 1.
Importunus & amens tyrannus. Cic. 7. Verr. 81.
Vulnus importunum. Cic. Post red. in Senato 13. Omnia flagitia latère posse arbitraretur, si modò vulnus importunum in forum detulisset.
Importune, pen. prod. Aduerbium, (ἀκαίρως,) Præter temporis, aut decoris atque honestatis rationem. Cic. 4. Acad. 141. Hoc est enim verum esse, confidere suis cestibus, & importunè insistere. Plin. lib. 7. cap. 12. 4. In quo perquam importunè fortuitum hoc quoque fuit, duorum simul Consulum in scena imagines cerni.
Importunitas, pen. corr. huius importunitatis, (ἀκαιρία.) Quæ (vt ait Donatus) nec loci nec temporis habet commoditatem. Ter. Andr. 1. 4. 4.
- importunitatem spectate aniculæ
Quia compotrix eius est.
Animi importunitas. Cic. pro Cluentio 136.
Importunitas pro effrænata incontinentia & libidine præcipiti. Cic. de Senec. 7. Moderati enim, nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem senectutem agunt. Importunitas autem & inhumanitas, omni ætati molesta est. Budæus.
Importunitate incredibili & audacia homo. Cic. 4. Ver. 52. Iste quanquàm est incredibili importunitate & audacia, tamè subitò destitutus primùm.
Tanta sceleris inauditi importunitas. Cic. pro Sylla 56.
Importunitas, Detestandum atque execrandum facinus. Cic. pro Cluerio 154. Huius importunitatem matris à filii capite depellite. Idem in Pisonem 16. Animal ex nefariis stupris, ex cruoribus, ex omnium scelerum importunitate & omnium flagitiorum impunitate concretum. Idem de Amicitia 49. Quanquam miror, in illa superbia & importunitate, si quenquam habere potuit. Cic. 5 Verr. 34. Vide inter importunitatem tuam, Senatusque bonitatem quid interfit.

Importuósus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀλίμενος,) Quod est sine portu. Plin. epist. 117. e. lib. 6. Nam per longissimum spatium, littus importuosum hoc receptaculo vtetur. Salust. in Iugurtha, Quem locũ Catabathmõ incolæ appellant: mare læuũ & importuosũ, & ager frugũ fertilis. Liu. 10. ab Vrbe 5. Cũ læua importuosa Italiæ littora, dextra Illyrici, Liburniq;, & Istri, gẽtes feræ, & magna, &c. Mare importuosum. Tacit. lib. 12.

Impos, huius impotis, pen. corr. om g. (ἀκρατής, ἀνεξέλεγκτος,) Qui animi sui potens non est. Qui animum suum in potestate nõ habet: inquit Festus. Et qui non est sui animi, authore Donato. Plautus Trucul. 17. 51. - per tua obtecto genua,
Vt tu istuc insipienter factum, sapienter feras, mihique ignoscas
Quod animi impos, vini vitio fecerim. Idem Casina 15. 7. Eripite quæso iste gladium, quæ sui est impos animi. Idem Trinum. 4. 69. Te in manus argentum homini adolescenti, animi impoti!

Impossibilis, & hoc impossibile, pen. corr. (ἀδύνατος,) Quod fieri non potest. Quintil. lib. 5. cap. 10. de argumento, Non enim longum tantum, sed etiam impossibile. Idem lib. 10. ca. 13. Impossibilia aggrediantur, pro effectis relinquant vixdũ inchoata.

Impostor, Impostûra, Vide IMPONO.

Impotens, pen. corr. impotentis, om. ge. (ἀκράτωρ, ἄκυρος, ἀπεξέλεγκτος,) Nimis potens, inquit Donatus.
Impotentissimus tyrannus à Quintiliano dicitur. Decemuiri, quorũ principatus erat immoderatus, à Liuio impotentes domini nuncupantur.
Ferociores impotentioresque reddit victoria. Cic. Marcel. lib. 4. 9. 9.
Impotentissimus homo, Sceleratissimus. Cic. 5. Philipp. 194. Aduolabat ad vrbem à Brundusio homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnes bonos cum exercitu Antonius.
Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus. Cic. 5. Philipp. 181.
Amore impotente deperit. Catul. ad libellum, epigram. 33. 3.
Animus impotens. Cic. de Aruisp. resp. 2. Senec. Herc. fur. 6. 1.

Impotenti esse animo. Terent. And. 5. 3. 8.
Adeòn' impotenti esse animo, vt præter ciuium
Morem, atque legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere studeat cum summo probro?
Impotens dominatus, Superbus. Cic. Lepido, Sin ista pax perditorum hominum in possessionem impotentissimi dominatus restituta est.
Dominatio impotentissima. Liu. lib. 4. Decad. 4.
Furor impotens. Senec. Agamem. 5. 4.
Lætitia impotenti efferri. Cic. 5. Tuscul. 17.
Motus animi impotentes. Cic. in Partit. 66.
¶ Impotens, Debilis, & deuictus, authore Donato. Terent. Heaut. 2. 3. 130. Ego te autem noui quàm esse soleas impotens.
Impotens & infans homo. Cic. 1. de Finib. 80. Neque homini infanti aut impotenti iniustè facta conducunt.
Ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum hæc valeant. Cic. pro Murena 54.
Impotens iræ. Liu. 9. bel. Pun. 47. Pleminius impotens iræ, neglectam ab Scipione, & nimis leuiter latam suam iniuriam ratus, &c. Sic impotens animi. Curtius lib. 8. Itaque impotens animi, percurri ad regiæ vestibulum. Hoc est non potens iræ & animo suo moderari.
Amoris impotens. Tacit. lib. 20.
Doloris impotens. Valerius Max. lib. 4. cap. 6. de C. Plautio.
Impotentia, impotentiæ, (ἀδυναμία, ἀδυναστία, ἀκρασία,) Infirmitas animi. Donatus. Ter. Adel. 4. 3. 16. Oés quibus res sunt minus secũdæ, magis sunt nescio, quo modo Suspiciosi, ad cõtumeliam ofa accipiunt magis. Propter suam impotentiam ise semper credunt negligi.
Impotentia animi. Cic. 4. Tuscul. 53. Item inflammant appetitione nimia, quã tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quidem animi à te imperantia & moderatione plurimum dissidentem.
¶ Impotentia, Valida immoderataque potentia. Cic. lib. 5. Tusc. 27. Qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotentia cõtrahantur. Ex vetusto codice legendum impotenti lætitia. Sisenna, Legentia nimia, atque impotentia animi commotus.
Dictorum atque factorum impotentia. Cic. 4. Tuscul. 79.
Ob scelera animique impotentiam, & superbiloquentiam, impendere Tantalo apud inferos saxum faciunt poetæ. Cic. 4. Tusc. 54.
Impotentia, à Seneca Fortunæ asseribitur. Quinetiam Suetonius scribit Cæsarem edere solitum voces impotentiæ.
Impoteoter, Aduerbium, (ἀκρατῶς,) Quint. lib. 1. ca. 3. 2, Nequid impotè, nequid impotenter faciat, monendus est puer.
Impotenter regnare, Iniustè & impiè. Hirtius lib. 4. bel. Alex. 137, Cuius nomine diu regnasse impotenter Ganymedem, docuimus.
Impotentius regi. Liu. 7. bel. Pun. 256, Eodem versi elephanti, qui primo impetu turbauerant antesignanos, & tam signa mouerant loco, hoc ipso crescente certamine & clamore, impotẽtius iã regi, & inter duos dominos versari, velut incerti quorum essent.

Impransus, Adiectiuum, (ἄνριστος,) Qui nondum prandit. Plaut. Sticho, 9. 78, Quã mox cocta est cœna, impransus ego sum. Idem Rud. 4. 50, Nullum est periculum te hinc ire impransum domum. Idem Aulu. 15. 56, Miles impransus ast. Idem Amph. 100, Hoc adeò, hoc cõmemini magis, quia illo die impransus fui. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 2, Vestum hic impransi mecum disquirite. Ibidem Sat. 3. 52, Impransus magister.

Impraesentiarum, Aduerbium, (ἐνεστῶτα νῦν,) De tempore quod fuit, quod est, quod erit dicitur. Ita ramen de præsenti. Cato de lege oleæ legendæ, Extra quam si quid socium impræsentiarum dixerit. Vlpianus in L. 1. ff. de Tabulis exhibendis, Siquis forte confiteatur penes se esse testamentum iubẽdus est exhibere. & tempus ei dandum est vt exhibeat, si non potest impræsentiarum exhibere. Hæc Budæus. C. Fannius apud Prisciannum, li. 13. cap. De casibus, vbi de genitiuo nominis alius, Quum in vita agenda diligimus multa, quæ impræsentiarum bona videntur: post inuenta & multa amplius aliusmodi atque antè visa essent. Tacit. lib. 4. Plerunque tamen quid impræsentiarum conduceret oblitum.

Imprecor, pen. corr. imprecaris, (ἐπαρᾶσθαι, κατευχόμαι,) imprecaris: Idem quod precari significat: & in bonum & in malum solet accipi. Sæpius tamen in malam partem accipitur. Quintil. Declamat. 15. Nõ imprecamur debilitatem, naufragia, morbos: pauper sit & amet quancunque meretricem. Plin. lib. 8. cap. 7. 4. Diraque Pompeio quas ille mox luit, pœnas imprecaretur. Virgil. 4. Aeneid. 126.
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas Imprecor.

Impressio, Vide IMPRIMO.

Imprimis, Vide In primis, in IN.

Imprimo, imprimis, pen. corr. impressi, impressum, (ἐντυπόω,) imprimere, Premendo immittere & efformare. Cic. 1. Tusc. 95. An imprimi quasi cæram animum putamus, &c.
Imprimere corpus, Plin. libro. 8. cap. 16. 1. Atque vbi acutissimum vidit stipitem,

stipitem, imprimens corpus, venam quandam in crure vulnerat.
Imprimere repulsum dentium dicitur serpens. Plin. lib. 11. ca. 37. 36. Vipera prægnans veneno, impresso dentiũ repulsu, virus fundit in morsus.
Imprimere sigilla annulo. Cic. 4. Acad. 99. & 151.
Imprimere literam humi, Infigere. Cic. 1. de Diuin. 47.
Signum imprimere pecori. Virg. 1. Georg. 53.
Impressit parieti tabulas. Plin. lib. 35. cap. 4. 9.
Imprimere vestigium. Cic. pro Ceenna 55. Nisi ex eo loco vbi vestigium impresserit, deiici neminem posse.
Imprimere vnguem. Plin. lib 8. cap. 16. 9. de leonibus, Ex omni vulnere, siue vngue impresso, siue dente, ater profluit sanguis.
Imprimere vulnus, Inferre. Colum. lib. 7. cap. 11. 1. Quum duobus vulneribus impressis per vnamquanque plagam singuli testiculi exprimuntur. De castratione suum.
¶ Imprimitur animo oratio. Plin. epist. 20. lib. 1. ad Cornelium Tacitum, Nam plerisque longiore tractatu vis quædam & põdus accedit: vtque corpori ferrũ, sic oratio animo, non istu magis, quàm mora imprimit.
Imprimi in animum. Cic. 4. Acad. 106. Quum visa in animos imprimantur, non vos id dicere inter ipsas impressiones nihil interesse, &c.
Imprimere in animo atque in mente. Cic. 4. Acad. 67. Et lib. 1. 61. Idem 1. de Legib. 44.
Imprimere dedecus Reipub. Cic. 5. Philipp. 175. Vt hos Iudices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur Reipub. dedecus.
Maculam imprimere Ludibus alicuius. Senec. Herc. Oeth. 118.
Notionẽ deorũ ipressit in omniũ animis natura. Cic. 1. de Nat. deor. 62.
Imprimere è verò. Cic. 4. Acad. 100. Si enim mihi cum Peripatetico res esset, qui id percipi posse dicerer quod impressum esset è vero: neque adhiberet illam magnam accessionem quomodo imprimi non posset à falso, cum simplici homine simpliciter agerem.
¶ Imprimere, pro Notare, metaphoricès. Cic. 1. Philipp. 71. Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiam impressit.
Imprimere & signare aliquid. Cic. de Fato 63. Sic visum obiectum imprimet illud quidem, & quasi signabit in animo speciem suam.
Memoriam publicæ recentionis tabulis publicis imprimere. Cic. pro Mil. 55. Eum qui ædem Nympharum incendit, vt memoriam publicæ recẽsionis tabulis publicis impressam extingueret, &c.
Vestigiis aliquid imprimere Cic. Rufo, lib. 5. 10. 17. Quæquum viderem tot vestigiis impressa, vt in his errari non posset, non adscripsi id quod tua nihil referebat.
Impressus, Participium ἐντυπωθείς, vt Sole alti' ipressus. Ci. 2. de Diu. 75.
Crater impressus signis. Virg. 5. Aeneid. 107.
Visum impressum efficitumque. Cic. 4. Acad. 38.
Impressio, impressionis, Verbale, (ἐντύπωσις, ἐνστολή,) Impetus: quod quasi per impressum terrorem fiat. Vnde Impressionem facere in hostes, hoc est impetum & incursionem facere. Varro li. 1. de Re rust. Hostes se arbitrati occasionem habere victoriæ, Impressionem facere cœperunt in castra. Idem de Ling. Lat. Piso in Annalibus scribit. Sabino bello quod fuit Romulo & Tatio virum fortissimum Metium Curtiũ Sabinum, quum Romulus cũ suis ex superiore parte impressionem fecisset, Curtium in locum palustrem, qui tũ fuit in foro antè quàm cloacæ sint factæ, fecesse, atque ad suos in Capitolium recepisse, ab eo lacum inuensisse nomen. Hirtius in Cõment. Vt omniũ multitudine in fidem Cæsar equitum turmas suorum iaber in hostium equitatũ, qui ad oppidum in statione erat, facere impressionem. Ibidem, Quo facto, sui sublati vniuersi in hostes impressione facta, in fugam aduersarios dederunt. Liuius 1. Decad. lib. 2. 128. Postquam impressionem sensere ex aduerso factam, & ante oculos micare gladios. Idem 1. Decad. lib. 3. 364. Duo extra ordinem milia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, tenuere.
Dare impressionem. Liu. 4. ab Vrbe, Hæc Locutum redintegrato clamore secuti dant impressionem, qua Postumius cohortes obiecerat.
Vi atque impressione euertere aliquem. Cic. Metel. lib. 5. 2. 22. Neque illi quicquam deliberatius fuit quàm me quacunque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed vi atque impressione euertere.
¶ Impressio, pro Violento imperio. Cic. pro Flac. 66. Non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt.
¶ Impressio vocum. Cic. 1. Acad. 30. Vim in manibus, claritatem in voce in lingua etiam explanatam vocũ impressionem. Idem 3. de Ora. 102. Etsi numerosum est id in omnibus sonis atqꝫ vocibus, quod habet quasdam impressiones, & quod metiri possunus interuallis æqualibus, &c.

Improbabilis, Vide IMPROBVS.

Improbus, pen. corr. Adiectiuum, (κακοήθης, πονηρός, μοχθηρός,) Non probus, Malignus & nequam. Plaut. Pœn. 4. 15. Verũ ita vos estis pditi, negligẽtes, ingenio improbo. Terẽ. An. 1. 2. 21.
- tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat Plaut. Truc. 4. 52. Postremò illi sunt improbi, vos nequam & gloriosæ. Cic. de Amic. 40. Talis improborum cõtensio, non modo, &c. Martial. Nihil nasutius improbiusque est. Plau. Bacch. 8. 3. Cic. 1. de Finib. 87.
Infignite improbus, Vide INSIGNIS.
¶ Improbus. Sæuus. Virgil. 10. Aeneid. - lauit improba teter
Ora cruor. Idem 3. Georg. - tum piscibus atris
Improbus ingluuiem, ranisque loquacibus explet. Lucil. lib. 30.
Improbior multo quàm de quo dximus ante:
Quanto blandior, hoc tanto vehementius mordet. Nonius.
Fortuna improba. Virgil. 1. Aeneid. 16.
Hyems improba. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 9.
Rabies improba ventris. Virgil. 2. Aeneid. 71.
¶ Improbus, Turpis. Lucil. lib. 30. Omnes formosi, fortes, vbi ergo improbus est? Hæc Nonius. Plaut. Improbiorem non vidi faciem mulieris. Idem Sticho 6. 14. Vt operam omnem aranearum perdam, & texturam improbam.
Improbus amor. Virg. 4. Aeneid. 82.
¶ Improbus, Audax, apud Quintilianum lib. 11. cap. vlt. Perfricare frontem, & quasi improbam facere. Id est inuerecundam.
¶ Improbus, Magnus. Virg. 1. Georg. 30. - labor omnia vincit
Improbus. Vbi Seruius, Improbus, vel magnus, vel nulli probabilis, nullus est enim amator laboris.
¶ Improbus, Insatiabilis, Damnosus. Virg. 1. Georg.
- nihil improbus anser,
Strimoniæque grues. Vbi Seruius, Improbus, insatiabilis, nulli probandus. Plaut. Epid. 2. 30. - vbi arma sunt Stratiphocli?
T. Pol illa ad hostes transfugère. E. armine? T. atque quidem cito.
E. Serione dicis tu? T. serio inquam hostes habent.
E. Aedepol facinus improbum.
¶ Improbus aliæ rei. Plaut. Milite 10. 206. Qui nisi adulterio studiosus, nulli aliæ rei est improbus. Id est nulli alii rei malæ dat operam nisi adulterio.
Carmina improba. Ouid. 2. Trist. 88.
Mala & improba defensio. Cic. 4. Verr. 70.
Diuitiæ improbæ. Horat. 3. Carm. ode 24. 13.
Improba fila. Martial. lib. 13. 57.
Improba merx, iniusta, vel in qua nullum est lucrum. Plau. Milit. 10. 133. Sicuti merci pretium stat, pro virtute vt vænea: Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.
Improbi postes. Plaut. Mostell. 10. 39.
Improbum os, Dicax, iniuriarium plenum. Sueton. de Claris Grammat. 15. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, vt Salustium historicum, quòd eum oris improbi animo inuerecundo scripsisset, acerbissima satyra lacerauerit.
Improbum testamentum, id est iniquum. Cic. 3. Verr. 75. Iure, legibus, authoritate omnium qui consulebantur, testamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficiosum, non inhumanum.
Verba improba. Ouid. 1. Fast. 137.
Improbulus, pen. corr. Diminutiuum, (ὑπομοχθηρός,) Iuuen. Saty. 5. 8.
- finge tamen te Improbulum, superest illi qui ponere cogat.
Improbè, pen. corr. Aduerbium, (πονηρῶς,) Perniciè. Plaut. Trinũ. 4. 44. Siquid scis me fecisse inscitè aut improbè. Cic. 5. Verr. 119. Est aliquid quod improbius fieri potest! Hoc est, nequius & malitiosius ac dolosius.
Improbè dare, & iniustè adimere. Cic. 2. Officiorũ 116. Nec si plures sunt ii quibus improbè datum est, quàm illi quibus iniustè ademptum est.
Imbrobè facere. Cic. 3. Verr. 111. Et 2. de Finib. 88.
Improbissimè comparauit prædam. Cic. 7. Verr. 146.
Improbitas, pen. corr. (πονηρία,) Malignitas. vt Improbitas cordis humani. Plin. lib. 2. cap. 23. 4. Cic. 4. Verr. 47. Ex multis similibus ea sumam quæ maximè improbitate excellere videbuntur.
Prodiga improbitas. Iuuen. Saty. 10. 31.
Robusta improbitas. Cic. 1. Philip. 74. Sed hæc quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus: loquamur potius de iniquissimo genere leuitatis.
Improbitate & vitiis omnibus notus. Vide NOSCO.
Absoluere improbitatis. Vide ABSOLVO.
Certare cum alterius improbitate. Vide CERTO.
Improbo, improbas, pen. corr. (ἀποδοκιμάζω, κατηφίσω, ἐγκαλέω,) improbare, Reiicere, refellere. Plau. Mer. 24. 9. Qui bono sunt genere nati, præditi ingenio malo, Suapte culpa ex genere capiunt genus, ingenium improbant.
Improbare testamentum, Ratum ac firmum non tenere. Plin. epist. 171. li. 8. ad Rufinum, Quinetiam Domitius Afer, qui illos in numen assumpsit, reliquit testamentũ ante octo & decẽ annos nuncupatũ: adeoque postea improbatũ sibi, vt patris eorum bona proscribenda curauerit.
¶ Improbare, Damnare. Cæsar 1. bel. Ciuil. 124. Curio vtrunque improbans consilium, quantum alteri sententiæ deesset animi, tantum alteri superesse dicebat. Cic. 4. Acad. 36. Plerique tamen definitiones ipsarũ etiam euidentium rerum non improbant. Idem ad Trebatium, lib. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6.4.Ex quodam poeta. Suetonius in Tiberio,cap.21.Nec illud quidem ignoro aliquos tradidisse,Augustum palàm nec dissimulanter morum eius distiratem adeò improbasse,vt nonnunquam remissiores hilariores esque sermones superuenientes eò abrumperet: sed expugnatum precibus vxoris, &c. Budæus.

Improbare, & Approbare,contraria.Cic.4.Acad.156. Vt aut approbet quid,aut improbet. Idem pro Fonteio 6. Et ob probationem, quum multa improbata sint.

Improbare,Irritum facere.Cic.4.Verr.48.Res Sopatro facilis videbatur, & quòd erat innocens,& quòd sacerdotis iudicium improbare istum aufurum non arbitrabatur. Budæus.

Improbaturus,pen.prod. (ἀποδοκιμάσων,) Horat.Epod.5.2.
Per hoc inane pui paræ decus precor,
Per sæpe probatum hæc Iouem.

Improbatio,Verbale, (ἀποδοκιμασία,) Author ad Heren.lib.2.41.Hæc & ad improbationem,& approbationem testium pertinebunt.

Improbabilis,& hoc improbabile.pen.corr. (ἀποδοκιμαστός,) Quod probari non potest.Cic.4.Acad.65.Quamobrem siue tu probabilem visionem,siue improbabilem,& quæ non impediatur (vt Carneades volebat) siue aliud quid præferes,&c. Celsus in Protem.lib. 1. Si rationes sequi velit,omnium posse videri improbabiles.

Improbro, improbras,pen.corr. (ὀνειδίζω,) Improbrare.Probrò afficere.Plaut.Trucul.6.25.Rus tu improbras,vt nata es hominem,quem pudeat probri?

Improcerus, pen.prod. Adiectiuum, (ἄμυος,) Non procerus. Gell.lib.4.cap.19.Adeò tenuisque hinc elici ceratitatem,corpora eorum improcera fieri.

Improfessus, Participium siue verbo,(ἀνεπαγγελτος,) Martianus in L.Interdum§.Idem etiam.ff.de Publicanis, Siquis improfessus seruus fuerit,& proberur in commissum cecidisse, & aut vxorem corrupisse domini dicatur,aut aliud quid grauius admisisse,vt cognoscat Procurator.

Improlis, & improlus,pen.prod. Qui nondum adscriptus est in ciuitate. Festus.

Impromiscuus, (ἄμικτος,) Gellius lib.12.cap.4.Suauitas tam impromiscua,tamq; ab omni fuco remota est.

Impromptus, Adiectiuum,(πρόχειρος,) Propto cotrariũ. Li.7.ab Vrbe 15.Quia insacidior sit,& lingua ipropius.

Impropero, improperas,penu.corr.(ὀνειδίζω,)improperare, Est crimen vel aliquid aliud obiicere.Plau.Rud.18. 26.Vi agis mecum 9.etiam vim improperas flagitii flagrantia?

¶ Improperare,pro intro properare,properanter ingredi. Plin.lib. 36. cap.13.8.Inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quò siquis improperaret sine glomere lini,exitum inuenire nequeat.

Improperatus,pen.prod.Nomen, (ἄσπουδος,) Non properatus,non festinus.Virg.9.Aeneid.
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert.

Improprius, Adiectiuum,(ἄκυρος,) Minimè proprius.Quintil. lib.8.cap. 2. In hac autem proprietatis specie quæ nominibus ipsis coniuncta rei vtitur, nulla virtus est, atque ei contrarium est vitium,id apud nos improprium.

Impropriè,Aduerbium, (ἀκύρως,) Gellius lib.17.cap.1. Vt scribere ausi sint M.Ciceronem parum integrè,atque impropriè atque incōsyderatè locutum. Plin.lib.8.cap.10.2.Mandunt orcat piranti & bibunt,odorantur que haud impropriè appellata manu. De elephantis. Idem libro 9.cap.35.5.Sani quidem partus multiplici constant cute, non impropriè callum vt existimari corporis possit.

Improspere, pen.corr.Aduerbium, (δυσπραγῶς,) Non prospere.Colum.lib.1.cap.1.11. Vbi quid perperam administratum cesserit improspere,vitatur quod fefellerat.

Improtectus, (ἀσκέπαστος,)Non protectus,non defensus. Gellius lib.13.cap.26.Nequa in re aduersa & repentina incursio imparatis,improtectisque nobis obortiatur.

Improuidus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀπρονόητος,) Incautus, Qui non præuidet quod futurum est. Linius 2.ab Vrbe 220.Et quum improuidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent.Cic.de Legib.Necessitas quædam fatalis improuidas hominum mentes occupauit. Idem ad Cœlium,lib.2.11.5. Vt existimares aut me tam improuidum, &c.

Improuidus & incautus.Liu.2.bel.Pun.85.Itaque vt improuidos, incautosque vniuersos simul effuso terrore opprimeret,&c.

Contili improuidus.Tacit.lib.19.

Rudis & improuidus mali.Pli.li.36.cap.3.1.Nec pōt videri Scaurus rudi & huius mali improuide eiuitati obrepsisse quodam vitæ rudimento. Liu.6.bel.Pun.195.Improuidus futuri certamnis Romanus veniebat.

Pectora improuida.Virg.2.Aeneid.40.

¶ Improuida tela,pastiueque non præuidentur.Plin. epist.87.lib.4. ad Sempronium Rufum,Sæpius à Domitiano,non secus ac tela, quæ ipsa

cæca & improuida feruntur,in optimum quenque contorquebatur.

Improuide,pen.corr.Aduerbium, (ἀπροσδόκητος,) Incaute & clam. Liu.2. bel.Pun.154. Neque pro veteris prudentia ducis, tam improuide Collegamque,& totam penè Rempublicam in præceps dederat.

Improuisus,penul prod. (ἀδόκητος,) Quod non est præuisum, inopinatum,subitum,repentinum.

Improuisum & inopinatum.Cic.1.Acad.44.Nōnūquam,quidem eadem fortunā,q; efficiat multa iprouisa hæc,nec opinata nobis;propter obscuritatē,ignorationemque causarū. Idē 4.Verr.48.Sopater quū hoc illi improuisum atque inopinatum accidisset,commotus est sane.

Noua res atque improuisa pupilli calamitas nuntiatur,&c.Cic.3.Verr.91.

Vis improuisa lethi.Horat.2.Carm.ode 13.4.

Improuisior,& hoc improuisius, (ἀδοκητότερος,) Tacit.lib.2. Eodem anno duodecim celebres Asiæ vrbes collapsæ,nocturno motu terræ,quo improuisior,grauior que pestis fuit.

Improuise,pe.pro.Aduerbiū,(ἐκ τοῦ ἀφανοῦς,) Ex improuiso,Ex inopinato,De improuiso,De repente,Subito,Repēte,Repētino.Plau.Trin. 11.2.Qui amat,nequit quin nihili sit,atq; iprouisō partibus exposit.

Improuiso,Aduerbiū,(ἀνυποψίως,) Idem.Cic.12.Philip.320.Cur hoc tam porescurtā iprouisō;cur tā repentē pacis est facta mentio? Liu.3.ab Vrbe 98.Arcem Tusculana improuiso nocte capiūt.Cic.ad Atticū,lib. 15.521.2.Etiam illud quid est quod nō pertimescendū sit, cū bonorū temperantēm,summum medicū,tātus improuiso morbus oppresserit?

Improuiso id fecerat.Liu.7.bel.Pun.161.

Improuiso accessit aliud incommodum.Cæsar 3.bel.Ciuil.328.

Improuiso oppressit tyrannum.Cic.1.Offic.119.

De improuiso,& Ex improuiso.Vide DE & EX.

Imprudens, pen.pro.imprudentis,o.g.(ἄφρων,ἀπόκμων,ἄνοος,) Non prouidens.Iusciens.Cic.pro Roscio Amer.12. Hec oia,Iudices,imprudēte L.Sylla facta esse certe scio.Plau.Capt.3. 44. Imprudens itidem,& sæpe iam in multis locis.
Plus insciens quis fecit,quàm prudens boni. Terent.Hecyra,5.4.16.
–sequor equidem,plus hodie boni
Feci imprudens,quàm sciens ante hunc diem vnquam.Idem Eunuch. 3.1.40.Dolet dictum imprudenti adolescenti & libero. Idem Hecyra. 4.1.10. Idem Adelphis,4.5.78. Idem Ad.1.3.22.Contentus Philumene de hac re pater imprudentem opprimat. Hoc est insciente. Idem Eunucho,4.2.5.
–dum hæc puto,præterii Imprudens villam.

Imprudens & inscienS,Idem significant. Præterea sciens & imprudens contraria sunt:vt videre in præcedentibus exemplis.

Imprudens culpa peccaui mea.Plaut.Epid.14.64.

Non imprudens aduersabar.Plaut.Menech.9.60.

Imprudentem opprimere. Terent.Ad.1.3.22.hoc est,Clām & præter alicuius opinionem adoriri.

Sæpe imprudenti fortuna occurit amanti.Propert.lib.1.eleg.10.

¶ Imprudens,cum genitiuo vt Imprudens negotii,hoc est ignarus. Cicero lumell. in Procemio,10, Tota vita vellent imprudentes negotiorum conspici.Id est ignari.

Imprudens ætatum.Quintil.lib.1.cap.1.14, Non sum adeò ætatum imprudens,vt instandum teneris protinus accersi putem.

Antiquitatis imprudens consuetudo.Colu.lib.3.cap.18.

Imprudens maris.Liu.4.bel.Maced.43; Commercio eorum Hispanorum imprudentes maris gaudebant.

Imprudens harum rerum.Terent.Eunuch.1.2.56.
–emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum,ignarusque omnium.

Religionis imprudens.Liu.lib.9.Decad.4. Templum Cereris imprudentes religionis,cum cætera turba ingressi sunt.

Imprudentia,imprudentiæ,(ἄνοια,ἀβουλία,)Inscitia,error,insciens. Cic.2. de Inuent.192.Imprudentia est quum scisse aliquid,id quod negatur.Ibidem,Imprudentia in purgationem conferturcuius partes sunt inscitia,casus,necessitas: & in affectionem animi.

Adiicere oculorum imprudentiam,Vide ADIICIO.

Per imprudentiam in oratione sæpe versus dicimus.Cic. in Orat.199.

Labi in imprudentiam,Vide LABOR.

Peccare imprudentia,hoc est,inanimaduertentia,quod dicitur.Terent. in Prol.Eunuc.17.Si id est peccatum,peccatū imprudentia est Poetæ.

Quod sæpe per imprudentiam fit.Cic.4.Verr.4.

Imprudentia teli emissi,Id est cum telum manu fugit.Cic.3.de Orator.53.

Imprudenter,Aduerbium,(ἀνόητως,ἀβούλως,)Inscitè, & per imprudentiam. Terent.Ad.1.1.103. –interea hæc soror
Quam dixi,ad flammam accessit imprudentius. Cic.1.Acad.33.Est enim hæc partitio illorum.Illud imprudenter, si alios esse Academicos,quorum appellarentur,alios Peripateticos arbitrantur.

Impubes, impubis,pen.produ.(ἄνηβος,ἀνίουλος,)vel Impubis, & hoc impube,vel impūber impūberis,om.g.Qui nondum lanuginem emisit, quæ pubis dicitur: vel qui nondum ad puberis annos peruēnit.Plin,libro,13.cap.7.15.Corticem eius impubertem, puer

tem,puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus.Virg.9.Aeneid. 53.Impubes malæ,Cice.in Catil.85.Filiumque eius impuberem ligatū à Prætore missum in carcere necandum esse dixit. Liu.2.ab Vrbe 61. Laudatamq; virginem parte obsidū se donare dixit ipsa quos vellet,legeret.productis omnib' elegisse impuberes dicitur.Legitur & ipubes.

Anni impubes. Ouid.9.Metamor.84.

Corpus impube.Horat.Epod.5.3.
Impube corpus,quale posset impia
Mollire Thracum pectora.

Genæ impubes.Ouid.3.Metam.85.

Puer impubes.Ouid.2.Fast.48.
Nam puer impubes,& adhuc non vtilis armis,
Vnus de Fabia gente relictus erat.

Impubescens,impubescentis,Adiectiuum,(μειρακιῶδης,) Nondum lanuginem emittens,quod tam de plantis & arboribus dicitur, quàm de ipsis animalibus.Plin.lib.13.cap.7.15.Corticem eius impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus,&c.

Impudens, penul corr.impudentis, (ἀναιδής,ἀνεπαίσχυντος,ἀναιδής,ἀνυπόπτωτος,) Quem nihil pudet,inuerecundus,perfricte frontis.Cic.4.Acad.105.Vtrum igitur nos impudentes, qui labi volumus: an illi arrogantes,qui sibi persuaserint scire se solos oia? Sic 6.Verr.59.

Impudens audacia.Terent.Heaut.1.3.71.

Impudens intemperantia adolescentium.Cic.1.Offic.173.

Impudens luctus.Cic.3.Tuscul.47.Est autem impudens luctus mœrore se conficientis,quòd imperare non liceat liberis.

Impudens mendacium.Cic.pro Cluentio 134.

Impudens oratio.Terent.And.4.1.10.
Tum impudentissima eorum oratio est, Quis tu es?

Os impudens.Terent.Eunuch.5.4.49.Tum equidem istud os tuum impudens,videre nimium vellem. Ibidem 5.1.22.

Impudentia,huius impudentiæ, (ἀναιδεία,ἀναισχυντία,) Inuerecundia. Cic.1.Verr.104.Quid ad hanc impudentiam addi potest?Sic 1.de Diuin. 108.Pli.li.11.c2.54.4.Candidi pars extenta,nota impudentiæ habet.

Impudentia impudica.Cic.de Aruisp.resp.1.

Nancisci impudentiam.Vide NANCISCOR.

Impudenter,Aduerbium,(ἀναιδῶς,) Terent.And.4.5.16.Mirum verò, impudenter mulier si facit meretrix.

Peruersè & impudenter. Cice.de Amicitia 69. Sed plerique peruersè, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt.

Impudenter rogare, & Impudentissimè postulare.Cice.1.Offic.124. Et ad Atticum, lib.7.128.11.

Impudicus, Adiectiuum,pen.prod.(ἀσελγής,) Impurus,minimè pudicus.Cic.ad Octauiū, Audiet Marius ipudico dominō parēre nos,qui ne militem quidem habere voluit, nisi pudicum.

Omnes impuri,impudicique.Cic.2.in Catil.32.

Complexi mulieres impudicas.Cic.2.in Catil.32.

Caput impudicum.Senec.Hippol.5.24.

Impudica impudentia.Cic.de Aruisp.resp.1.

¶ Impudicus,Temerarius,& qui nullo pudore ducit.Plaut.Rud.10.60.
–ō facinus impudicum,
Quam liberam esse oportet,seruire postulare?

Impudicitia,impudicitiæ,(ἀσελγεια,) Cic.ad Octauium 15.Nulla dignitas maiorum conciliaret opem potentium,sed forma per dedecus peceniam,& nomen nobile consceleratum impudicitiæ deliliet.

Conuitia impudicitiæ.Quintil.lib.4.cap.2.20.Nōnne optimè patronus occurrat prius conuitiis luxuriæ,petulantiæ,impudicitiæ, q̄ veneficii?

Impudicatus,Adiectiuum,Stupratus,inquit Festus.

Impugno, impugnas, (πολεμῶ,ἀντιτείνω,) impugnare, Vineas,plutei que agam.res parata est,impugnandoque Capere certa res est.

Impugnare terga hostium.Liu.3.ab Vrbe 199.

¶ Impugnare,per translationem,pro Aduersari vt Impugnare dignitatem alicuius.Cæsar 8.bel.Gal.189. Cice.ad Atticum, libro 6.117.3. Quid esset mihi faciendum de relinquendo, cæsare pugnabant. Cōpugner,sed quod illi æquum putet constituat, ait Curionem quærere discordias. Horat.2.epistol.1.18.
Nostra sed impugnat,nos nostraque lividus odit.

Impugnare & defendere,contraria.Liu.5.ab Vrbe 11.Vtrum enim defenditis,an impugnatis plebem?

Causa meritum impugnans.Ouid.5.Metam.31.Vide CAVSA.

Impugnare morbum,Profligare.Plin.lib.26.cap.12.2.Fit verò & citra febres,impugnatur que centanario maiore (vt diximus) poto.

Impugnātus,penul.prod. Participium, (κατασκευασθείς,) Victus.Plin.libro 5.cap.24.1. Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert. De Euphrate flumio & Tauro monte.

Impugnatio, Verbale,(πολεμοποιία,) Cic.ad Atticum,lib.4.72.5.Ipse

domum P.Syllæ pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat.

Impunitus, ius,inultus,liber, solutus pœnis: vt Impunita iniuria, ob quam nullum sumptum est supplicium. Cice.7. Verr. 116. Possemus hanc iniuriam ignominiamque nostris Rom.inultam impunitamque dimittere?

Impunita scelera.Cice.2.Offic.39.

Iniuria impunita.Cice.6.Verr.60.

Libertatem omnium rerum impunitam tenet virtus.Cic.1. de Orat.115.

Scelera multorum impunitam ferre.Cice.2.Offic.50.

Impunita ac libera vexatio & direptio sociorū tibi fuit.Ci.1.in Catil.13.

Impunitior.Horat.2.Serm.saty.7.21.
–qui tu impunitior,illa,
Quæ paruo sumi nequeunt quam obsonia captas?

Impūnit,& hoc impūne,pen.prod.Illicius,sine pœna.Solinus cap.40.Getulæ etiam mulieris nomen Iubæ libri is comprehensum est,quæ obtestata occurrantes feras,impunis redit.

Impūnitas,pen.corr.huius impunitātis, (ἀτιμωρησία,) Licentia, venia,libertas.Liuius.9.bel.Pun.153.Et qui Mezetullo præter impunitatem sua omnia cum fide restitui ponderent.

Impunitas & licentia.Cice.1.de Finib.117. Quæ libido se non proripiet ac proiectet aut occultatione proposita,aut impunitate,aut licentia?

Spes impunitatis,maxima est illecebra peccandi.Cic.pro Mil.33.

Dioturna impunitate furor alitur.Cic.pro Sestio 70.

Impunitas à sermone.Cic.pro Rabirio Posthumo 16. Quorum impunitas fuit non modo à iudicio,sed etiam à sermone.

Impunitas flagitiorum.Cic.in Pisonem 16.

Peccatorum impunitas.Cic.4.Tuscul.68.

Scelerum impunitas.Cic.pro Domo sua 14.

Iuuenilis quædam impunitas & licentia dicendi.Cic.de Claris Orat.175.

Garriendi impunitas.Cic.1.de Natu.deor.150.

Impunitas summa medico tantum,hominem occidisse.Pli.li.29.ca.1.18.

Libertatem & impunitatem adipisci. Liu.2. ab Vrbe 3. Aut libertatem, aut certe impunitatem adepta.

Assequi impunitatem.Cic.pro Plancio 1.Mihi nō sumo tantum, Iudices, ne que arrogo,vt C.Planciam suis erga me meritis impunitatem conteciturum putem.Hoc est,quòd propter sua erga me merita, impunitatem,hoc est libertatem consequatur sui flagitii,& impunitus recedat.

Impunitatem concedere.Vide CONCEDO.

Dare impunitatem peccatorum alicui.Cic.4.Tuscul.68.

Veniam & impunitatem dare. Cic.8.Philipp.145. Cæteris autem si errorem suum deposuerint,& in Reipob.gratiam redierint, veniam & impunitatem dandam puto.

Habere impunitatem & licentiam.Cic.pro Milone 64.Quem si vicisset, habiturus esset impunitatem & licentiam sempiternam.

Impune,pen.prod.Aduerbium, ἀτιμωρεί,) Sine pœna, sine damno vel periculo.Cic.1.de Finib.89.Id Sextilius factum negabat. poterat autem impune:quis enim redargueret?

Impune minax.Horat.2.epistol.1.31.

Abire impune.Plaut.Mostel.16.58.Age,habe,abi impune. Terent. Eunuch.5.2.13.Credin' te impune abiturum?

Impune facere.Terent.Adelph.5.3.18.Hoc licet impune facere huic, illi non licet. Sic Cicero pro Ceccina 24.

Fallere aliquem impune.Ouid.3.Amor.eleg.3.3.

Impune ferre.Cic.Sulpitio,li.14.78.5.Dionysius seruus meus, qui meam bibliotheceu multorum numerorum tractauit,quum multos libros surripuisset,nec se impune laturum putaret, aufugit. Ouid.1.Metamorpho.95. Haud impune feres: adimam tibi namque figuram. Idem 8. Metamor.99.Virg.6.Aeneid.176.
– non illi quisquam se impune tulisset Obuius armato.

Impunè habere.Terent.Eunuch.5.7.18.Si quidem istuc impune habueris.Hoc est,Impunitatem consequeris.

Licet impune.Tibull.lib.1.eleg.9.1.

Ludificari aliquem impunè. Tacit.lib.3. Irritum,fessumque Romanum impunè ludificabatur.

Impunè est.Plaut.Merc.10.4 Id si refeciit vxor,impune est viro. Liu.4. ab Vrbe 171.Quia impunè illis fuerunt.

Vt impunè in otio esse possemus.Cic.2.de Lege agrar.14.

¶ Impūtius, Magis impune & libere,ac cum minori periculo. Terent. Heaut. 3. 2. 48.
Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui:
Nec quum malefacerem,crederem mihi impunius licere. Cic. 6.Verr. 43.Ille ciuis Rom.quòd erat,impuniūs id se facturum putauit. Idem pro Deiotaro 11.Quid ait medicus? nihil deveneno.at id fieri potuit primò occultius in potione vel in cibo, deinde etiam impunius fit. Idem pro Quintio 6. & 2.de Diuinat.86.

¶ Impunissimè.Plaut.Pœnulo 5.2.
–nam impunissimè
Tibi quidem hercle vendere hasce ædes licet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impûrus, penult. prod. Adiectiuum, (ἀκάθαρτος, βέβηλος, μιαρός,) contrarium est Puro.

Impurus, Improbus. Terent. Adelph. 2.1.19. O hominem impurum. hicci ne libertatem aiunt æquam esse omnibus? Idem Eunuch. 2. 2.4. Conuenit hodie aduemens quendam mei loci hinc, atque ordinis, Hominem haud impurum. Idem Heaut. 4.1.16. Sed hîc erat anus Corinthia, haud impura. Idem Adelph. 3.2.6. Persuasit ille impurus.

Impurus, Qui aliquo vitio notatus est, sordidus, & contaminatus. Cic. lib. 4. de Repub. Sed iuuentuti nostræ minimè audiendus: quippe si ita sen sit, vt loquitur, est homo impurus. Idem de Amicitia 53. Nec verò se adduci posse, vt hoc, quemadmodum putaretur à Blanto esse dictũ, crederet, qui sapiens habitus esset, vnus è septem: sed impuri cuiusdã, aut ambitiosi, &c. Idem, Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribus familiis, in illa terra atque impura legatione vim attulisse exi stimatis? Idem 3. Verr. 11. Impura adolescentia.

Impurus & impudicus. Cic. 2. in Catil. 42.

Impurus & sceleratus. Cic. Arrico, lib. 9. 18. 8. 7. Ego illum male sanũ semper putaui, nunc etiam impurum, & sceleratum puto.

Omnium bipedum & quadrupedũ impurissimus. Cic. pro Domo sua 38.

Turpis & impurus. Cic. 4. Verr. 53. Quocum inire conuiuium nemo vnquam nisi turpis impurusque voluisset.

Adulterium impurum. Catull. de coma Berenicis, epigram. 61. 17.

Historia impura. Ouid. 2. Trist. 83.

Lues impura. Cic. de Aruspic. resp. 21.

Latulenta, impura, inuisa persona. Cic. pro Rosc. Com. 12.

Impurûs, pen. prod. Adiectiuum, (βέβηλος,) Idem quod impurus. Te ren. Phor. 4. 3. 64. Impuratus me ille vt etiam irrideat? Ibidem 5. 8. 69. Tum hunc impuratum poterimus nostro modo Vlcisci.

Impûre, pen. prod. Aduerbium, (μιαρῶς,) Iniquè & flagitiosè. Cic. 3. de Finib. 16. Qui animo æquo videt eum quem impurè ac flagitiosè putent viuere? Sic pro Domo sua 81. Impurissimè, teterrimèque violare. Et ad Atticum, lib. 7. 184. 2.

Impurè & retrò aliquid facere. Cic. 1. de Diuinat. 108.

Impûritas, pen. corr. impuritâtis, (μιαρία,) Infamia. Cicc. 2. Philipp. 35. Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino lustriisque confectus.

Imputo, imputas, pe. corr. (πρόσθεσιν μιαρὸν τινὶ ἀναλίσκω,) imputare, Ad significationem exprobrantis accedit, sed citra reprehensionem. Quintilianus Declamat. 1. Neque ego grauissimum patrem summa sua iuuenti iactasse crediderim, vt hæredem filium scriberet: nõ est res quæ imputetur. Idem Declamat. 13. Imputa nobis propitios ventos, secundum mare, ac ciuitatis opulentæ liberalitatem; quæ tantum frumenti vendidit, quantum duobus populis satis esset.

Cædem alicui imputare. Quintil. lib. 5. cap. 10. 51. Id est an ei cædes imputanda sit, à quo iurgium cœpit.

Nihil inuicem imputare. Vide INVICEM. Plin. lib. 8. cap. 17. 4.

Imputate, est odiosa commemoratione exprobrare beneficium. sic accipi tur apud Plinium in Panegy. Suero. in Nerone, Quum crimen quidam vltro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter ei non posset nisi morte, succurrere.

¶ Imputare, Supputare & numerare aut subducere rationem. Hac signi ficatione pollit Seneca epist. 8. Hoc non imputo in solutum de tuo ti bi. Vlpianus, Præterea si matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eũ posse. sed est verius nõ illi per quem egenti dedit, imputare eũ oportere. Hoc est quod vulgò dicitur, deducere in suis rationibus. Cajus in L. Id autem. ff. Ad legem Falcidiam, Quo ratione placuit legata quæ legatarii non capiunt, quum apud hæredes subsederint, hæreditario iure apud eos remanere intelligi, & ideo omni quadranti imputanda. Columel. lib. 1. cap. 7. 5. Et maximè vexant serui qui seruos elocant eosdemque & cætera pecora malè pascunt, nec industriè terram vertunt, longeque plus imputant seminis iacti, quàm quod seuerint.

¶ Imputare aliquid alteri, Affignare, tribuere, attribuere. Pli. in Pane. 99. Gessisti alterum Cõsulatum, scio, illum exercitibus, illũ prouinciis, illũ etiam cæteris gentibus poteris imputare: nõ potes nobis. Plin. li. 18. ca. 1. 3. Nostris eam criminibus vrgemus, culpãque nostrã illi imputamus.

Imputare magno. Sene. in Cõsol. ad Martiã, Optimè de posteris meruisti, ad quos puenier incorrũpta rerum fides magno authori suo imputata.

¶ Imputare ciuitati terna millia, Imperare & imponere. Plin. epist. 160. Idem ciuitati imputata sunt terna millia, quæ vtrici nomine annua dabantur legato eunti ad eum qui Mesæ præest, publicè salutandum.

¶ Imputare, sine adiecto, Quæsito prætextu excusare. Tacit. lib. 19. Intererat Vitellium vinci, sed imputare perfidiã non possunt, qui eum Vespasiano prodidere, quum à Galba defecissent.

Imputâtus, penul. prod. Adiectiuum, Quod non est putatum, hoc est putatum. & proprè de vineis dicitur. Quamis imputo in hac significatione non legatur. Plin. lib. 14. cap. 12. 1. Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas statuit, ratione excogitata, vt putare cogerentur.

Imputâtor, Verbale, (πρόσθεσιν μιαρὸν τινὶ ἀναλίσκων,) Seneca de Benefic. 2. Multi sunt tam prauæ naturæ, vt malint perdere quæ præstiterunt, quàm videri recepisse, superbi & imputatores.

Imputresco, imputrescis, imputrui, (καταστέκομαι,) imputrescere. Idem quod putrescere, vel intus putrescere significat. Columel. libro 6. cap. 17. 3. Nam animal ipsum oleo merium inteneratur: & quum imputruit, conteritur.

Imus, ima, imum, (κατώτατος,) Propriè dicitur quod est infimum, & profundum. Virgilius lib. 6. Aeneid. Fulmine deiecti, fundo volumur in imo. Cic. in Somn. Scip. 18. Nam terra nona immobilis manens ima sede semper hæret.

Summus & Imus, contraria. Cic. pro Rosc. Comœd. 11. Nonne ab imis vnguibus vsque ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? Author ad Herennium, lib. 3. 125.

¶ Imus Acheron. Vide ACHERON.

Ima auris, Inferior pars. Pli. li. 11. ca. 45. 4. Est in aure ima memoriæ locus.

In imo corde. Virgil. 10. Aeneid. 172.

Ab imis fauces in distributione vocem adhibere oportet. Author ad Herennium, lib. 3. 118.

Fundus imus. Virgil. 2. Aeneid. 85.

De gradu imo tollere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 35. 1.

Manes imi. Virgil. 4. Aeneid. 78.

Gemitum dat pectore ab imo. Virg. 1. Aeneid. 98.

Imo à pectore vel de pectore. Hoc est intimo. Virg. 6. Aeneid.
– fuditque preces rex pectore ab imo. Idem lib. 11. – rumpitque hoc imo pectore voces. In his, & similibus locis IMO PECTORE videtur significare ex intimo & profundo animi affectu.

Imus pes, Extrema pars pedis. Plin. lib. 11. cap. 45. 7. Est bisulcus distinctus exiguo pes imus vestigio carnoso.

Imæ radices montis. Cæsar 8. bel. Gall. 140.

Ab imis radicibas eruere segetem. Virg. 1. Georg. 64.

Sensibus imis reponere aliquid. Virg. eclog. 3. 11.

Imus sonus. Pli. li. 10. ca. 29. 6, Modulatus edit sonus, vimus, medius, summus.

Ima de stirpe recisum. Virg. 12. Aeneid. 42.

Sub ima tellure. Virg. 6. Aeneid. 92.

¶ A vertice ad imos talos. Horat. 2. epist. 2. 1.

Ima pedis. Virg. 3. Geor. 90.

Imum vmbræ angustissimum. Plin. lib. 2. cap. 11. 3.

Ima petere. Ouid. 2. Metam. 26, Ima petunt pisces.

Ab imo suspirare. Ouid. 3. de Arte, 134.

I N

In, præpositio, (ἐν, ἐπί, εἰς, ἀνά, κατά,) Accusatiuo & ablatiuo iungitur, ratiaque significat.

In, interpositum suo casui. Cic. de Amicitia, 14, Quo in genere, spero vt deos Scipionis Amicitiam & Lælii, notam posteritati fore. Ibidem, 67, Quibus in ipsis inest causa cur diligantur.

Accingi in aciem. Tacit. lib. 20, Quidam expedire arma, telis sumpsere, in aciem accingi.

Audere in aciem. Tacit. libro 11, Obuio hosti, & in aciem audentes, plures cladis faciunt.

Deduci in aciem. Tacit. lib. 18, E parte Othonis, prima adiutris, mox totè in aciem deducta.

Ire in aciem. Tacit. lib. 18.

Venire in aciem. Tacit. in lib. de German. moribus.

Demissus in adulationem. Tacit libro. 15, At in Senatu cunctis, vt cuique plurimum mœroris, in adulationem demissis, &c.

In ægritudine has ædes emit. Hoc est ægrè & iniquo animo. Plaut. Mostel. 10. 21.
Ha, caue ne illi obiectes nunc, in ægritudine
Te has emisse.

In ære alieno esse. Cice. 6. Verr. 10. At hominem video auctionem fecisse, nullam: vendidisse præter fructus suos nihil vnquam non modò in alieno nullo, sed in suis nummis multis esse ac semper fuisse.

In ætate. Plaut. Trinummo, 8. 49.
Nam & stultè facere, & stultè fabularier,
Vtrunque Lesbonice, in ætate, haud bonum est. Ibidem, 3. 2.
Nè amicum castigare ob meritam malam noxiam,
Immane est facinus, verlim in ætate vtile & conducibile.

In æuo nostro. Plin. lib. 1. cap. 25. 5. In nostro verò æuo circa veneficiorum quo, &c. Id est nostro tempore.

In æternum. Plin. in Paneg. Quos quidem, non in præsens tãtum, sed in æternum repressisti.

In agendo. Terent. Prolog. Adelph. 14.
Senes qui primi venient, hi partem aperient,
In agendo partem ostendent. Idem Adelph. 5. 7. 2. In apparando consumunt diem.

In alio facere. Gell. lib. 20. cap. 1. Quæ ita acerbitas est si idem fiat in re, quod tute in alio feceris? Vbi videtur esse dicendum in alium. Sed vtique dici rectè potest. vide In eo.

Inuadere in aliquem. Tacitus lib. 1. Vt hi mox in hostem inuaderent.

In aliquo referam gratiam. Plaut. Rud. 14. 17.
– da mihi vestimenti aliquid aridi,
Dum mea arescunt, in aliquo referam gratiam tibi.

In ambiguo esse. Plaut. Trinum. 8. 151.
– gesta probè,
Si quidem ager nobis saluus esset: sit admodum
In ambiguo est etiam nunc quid de hac re fiat.

In amicitiam & in amicitia alicuius esse. Cice. 1. Verr. 36. Clarissimi viri nostræ ciuitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimúmque ducebant, ab hospitibus, clientibũsque suis, ab exteris nationibusque amicitiã Pop. Rom. ditionémque essent, iniurias propulsare. Plin. epist. 5. lib. 3. Nec in officiis vllis, nec in amicitia principum fuisse.

In animis nostris & iudiciis es. Plinius in Paneg. 34. Eras enim in animis, in iudiciis nostris: nec publicè pietatis erat quid vocarere.

In animo est. Liu. 6. bel. Pun. 70. Itaque quibus vestrum antè fato cedere, quam hæc tot & tam acerba videant, in animo est: iis apud me hodie epulæ istructæ paratæq; sunt. Id est placet, & sic cogitãt siue apponũt.

In annum vel In vnum annum, In spatium vnius anni. Cato de Re rust. Si quid desit in annum vt comparetur. Cice. 4. Verr. 89. Et locus ille, atque honos in illum annum ita deberi putabatur. Liuius ab Vrbe condita, Designati Consules in eum annum fuerant. Ibidem, Vt Iudi in statutum diem nouarentur. Ibidem, Vt rum in vnum annum recreati sint? Ibidem, Exercitus in annum decreti. Ibidem, Qui Prætor in eum annum creatus erat. Ibidem, Magistratibus in annum creatis. Ibidem, Decemuir in annum creatus. Ibidem, Stipendium exercitui ab hoste eum annum pensum. Ibidem, Induciæ in annos quadraginta petentibus datæ. Ibidem, Inducias in triginta annos impetrarunt. Sueton. de Claris Grammat. 17. Docuitque in atrio Catalinæ domus, quæ pars palatii tunc erat, & sestertia centena in annum accepit.

In annos singulos, Singulis quibusque annis. Cic. 4. Verr. 87. Syracusis lex est de religione, quæ in annos singulos Iouis sacerdotem sortito capi iubeat. Liu. 1. ab Vrbe 190. Quæ bina milia æris in annos singulos penderent. Cæsar 6. bel. Cal. 80. Sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus, cognationibusque hominum qui vna coierunt, quantum eis & quo loco visum est, attribuunt agri.

In ante diem. Cic. 1. in Catil. 4. Dixi ego idem in Senatu eædem te optima tum contulisse in ante diem quintum Calendarum Nouembris, tum quum multi principes ciuitatis Romanæ, non tam sui conseruandi, quàm tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Idem ad Atticum, lib. 2. 35. 5. In ante diem XV. Cal. distulit. Vide ANTE.

In apertum proferre, vel referre. Id est, vulgare in publicũ. Cic. in Parad. Hoc tamen opus in apertũ vt referas, nihil postulo. Horat. 1. epist. 6. 5.
– in apertum proferet ætas. Legitur & apricum.

In Apulis natus. Plaut. Milite 10. 53. Post, Ephesi sum natus: non enim in Apulis, non sum in Vmbria.

Vti re aliqua in argumentum. Quintil. lib. 3. cap. 7. 4. Vt qui Romulum Martis filium, educatumque à lupa dicat, in argumentum cœlestis ortus vtatur his?

Promptus in arma. Tacit. lib. 20.

In armis erant. Liui. 2. ab Vrbe 173.

In articulo ipso temporis. Cic. pro Quintio 10.

In assem. Colum. lib. 2. cap. 13. 6. Quæ nos ratio docet sufficere posse iugum boum tritici CXXV. modiis, totidemque leguminum: vt sit in assem Autumnalis fatio modiorum ducentorum quinquaginta. Hoc est in totum.

In aurem dicere. Plin. lib. 7. cap. 53. 4. Necnon & proximo anno, dum Consulari viro in aurem dicit eques Romanus.

In authoritatem scientiæ est. Plin. lib. 25. cap. 1. 1. Ita certè recondunt qui pauca aliqua nouere, inuidentes aliis: & neminem docere, in authoritatem scientiæ est.

¶ Corrupta ciuitas in Barbarum. Tacit. lib. 5. Idem lib. 20. Auẽto in Barbarum cognomento. Accusatiuus MOREM, non est in codice Budensi, nos quoque sustulimus, ait Rhenanus.

In bonis, Inter bonos. Cice. de Amicitia 16. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse. Idem 4. Acad. 144. Cui præter honestum nihil est in bonis. Id est, nullum aliud bonum esse existimat præter honestatem.

In breui, pro Breuiter. Quintil. lib. 9. cap. 4. Hæc arbitror vt in breui de ordine fuisse dicenda.

¶ Ire in cædes. Tacit. lib. 13. Ibaturque in cædes, nisi Afranius Burrus, & Anneus Seneca obuiam issent.

In cœlo esse. Vide COELVM.

In capita, In singulos, singulatim. Liu. 2. ab Vrbe 144. Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita. Id est, quisque contulit sextantem.

Dare aliquid in casum. Tacit. lib. 1. Fixumque Tiberio fuit, non omittere caput rerum, neque se, remque publicum in casum dare.

In cibo & vino, Id est super cibum. Cic. in Pisonem 31. Verum audis in prælibis, audis in stupris, audis in cibo & vino. Budæus.

In cœnam, Pro cœna. Terent. And. 2. 2. 11. Olera, & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. Gellius lib. 2. cap. 14. Fertis quibusdam sollemnibus H-S. tricenos in cœnam in sumere, ius potestasque est.

In cœnas singulas. Gell. lib. 2. cap. 14. Non amplius in singulas cœnas sumptus effecturos.

In cogitando, Dum cogito. Plaut. Stichо 23. 39.
Atque in cogitando mœrore angorinam tam propemodum
Ostendit suam sententiam. Idem Trinum. 5. 1. Multum in cogitando dolorem indipiscor.

In cognoscendo. Terent. Eunuch. 5. 2. 54.
Incogno scendo tute ipse aderis Chærea.

In commune conferre. Cic. 4. Verr. 102. Vt iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent, etiam id contulerunt.

Congredi in commune. Tacit. lib. 18.

In commune consulere: Ex æquali prouidere, inquit Donatus. Terent. And. 3. 3. 17. – id oro te, in commune vt consulas:
Quasi illa tua sit, Pamphilique sim pater. Tacit. in vita Agric.

In commune consultare. Plin. epist. 102. e, lib. 6. In commune consultant, an in tecta subsistant, an in aperto vagentur.

In commune dicere. Plin. lib. 23. cap. 1. 23. Reliqua in commune dicentur.

In commune loqui, pro Colloqui. Plin. epist. 87. b, De huius nequitia, sanguinariisque sententiis, in cõmune omnes super cœnam loquebãtur.

In commune metuo. Plaut. Asin. 7. 10. – vinctos nescio quos ait,
Non placet. metuo in commune nequam fraudem fraudis fiet.

In commune vocare honores. Liu. 6. ab Vrbe 174. Hoccine est in commune honores vocare, vt duos plebeios fieri Consules liceat, duos patricios non liceat?

In concubinatum dare sororem. Plaut. Trinum. 10. 64.
– ne mihi hanc famam differant, me
Germanam meam sororem in concubinatum tibi sine dote
Dedisse magis, quàm in matrimonium.

In confesso est. Vide CONFITEOR.

In conspectum aspice. Plaut. Persa. 14. 6. Age illuc aspice de procul in conspectum.

In continenti, Vide Continens in CONTINEO.

In contrarium, In oppositum, vel opposito. Plin. lib. 11. cap. 44. 1. Simia rum genera habent crura in contrarium inflexa. Liu. 5. ab Vrbe 62. Tristem hyemem sine ex intemperie cœli raptim mutatione in contrarium facta sine alia qua de causa, grauis, pestilensque omnibus animalibus æstas excepit.

In controuersiam venire. Quintil. lib. 7. cap. 3. A quo factum sit, in controuersiam venit.

In crastinum vocare: Id est, Vt die crastino veniatis. Plaut. Pseu. 23. 44.
– verlim si voltis applaudere,
Atque approbare hunc gregem & fabulam, in crastinum
Vos vocabo. Idem Stichо 10. 55. Nunquam ædepol viuum quisquam in crastinum prospiciet diem.

In crepidis, pro Crepidatus. Sueton. in Cæsare Caligula, cap. 52. Ac modo in crepidis, vel cothurniis, modò in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri.

In culpa inuenire aliquem. Terent. Hecyra 3. 1. 19. Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in culpa inuentorum arbitror.

In culpa esse. Vide CVLPA.

In culpas cadere. Gell. lib. 4. cap. 9. ex Nigidio, Idcirco in culpas cadunt.

In culpam dicere, Hoc est, in vituperium. Gel. lib. 4. ca. 9. Cur inquam ista nunquam in culpam, sed in laudem dicuntur?

¶ In deliciis habere. Vide HABEO. Plaut. Asin. 16. 35.
– egõ' vt non domo vxori meæ
Surripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam?

In denegando, Dum denegatur. Terent. And. 4. 1. 5.
Imò id genus hominum est pessumum in
Denegando modò quis pudor est paululum.

In dialogos includere. Cic. Attic. lib. 13. 276. 1. Sic enim constituebam, ne minem includere in dialogos, eorum qui viuerent.

In diem, In longam dilationem. Terent. Eunuch. 5. 7. 19. Sed in diem istuc Parmeno est fortasse quod minitare. Vide DIES.

In qua die. Terent. Eunuch. 3. 3. 15. Postremò, & qua in die parua perisset soror.

In diem viuere, Idem quod extempore viuere, neque habita dierum aut horarum ratione. Cice. 1. de Oratore 91. Si barbarorum est in diem viuere, nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. Idem 2. Philipp. 91. Iamiam minime miror, te otium perturbare, non modò Vrbem odisse, sed etiam lucem. cum perditissimis latronibus, non solum de die, sed etiam in diem viuere. Idem 5. Tusculan. 48. Nos in diem viuimus. Quintil. Declamat. 13. Non vt feræ, volucres, præsentis modò cibi memores, in diem viuunt. Salust. Panem in diem mercari. Horat. 3. Carm. ode 29. 9.
– ille potens sui,
Lætusque deget, cui licet in diem,
Dixisse, vixi. Liuius de bello Punico, In diem rapto viuit. Ibidem, Nihil ex raptis in diem commeatibus superabat. Id est Nihil supera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat ex his quæ capiebat in singulos dies. Plin.epist.100.a.Nam qui voluptatibus dediti, quasi in diem viuunt,viuendi causas quotidie finiũt.

In diem abiit.Terent.Phorm.5.2.16.

In diem determinare. Plin.lib.8.cap.25.8. Depascitur segetes destinatione anbi (vt ferunt) determinatas in diem,& ex agro ferentibus vestigiis,ne quæ reuertenti insidiæ comparentur.

In diem,In spatium vnius tantum diei.Ouid.1.Metamor.
- currus petit ille paternos,
Inque diem alipedum ius & moderamen equorum.

In hunc diem,id est,Pro hoc die.Plaut.Stichо 3.24. - i modò,
Alium conuiuam quærito in hunc diem tibi. Idem Pœnulo 6.54.
- sequor,
In hunc diem iam tuus sum mercenarius. Idem Stichо 7.23.
Et ius & æquum postulassimas Striche
In hunc diem,te nihil moror,abi quò lubet. Idem Pseud.3.127.
- notisque edico meis,
In hunc diem à me vt caueant ne credant mihi. Ibidem 7.135.
Da in hunc diem operam Callipho quæso mihi,
Ne quo te ad aliud occupes negotium. Idem Stich.9.12.Nam illi heri me vocauerant in hunc diem.

In hunc diem,pro Vsque in hunc diem.Plaut.Pseud.13.110.
Neu fidem ei haberemmam eum circumuire in hunc diem,
Vt me,si posset,muliere interuortere.

In hunc annum.Cœlius ad Ciceronem,lib.8.11.3. Confirmarunt Consules se his supplicationibus in hunc annum non vsuros.

In eum diem. Plautus Casina 13.3.
Stultitia magna est,mea quidem sententia,
Hominem amatorem vllum ad forum procedere
In eum diem,cui quod amat,in mundo fiet.

In dies,Per singulos dies.Plaut.Persa 15.2. Nam ego hodie compendi feci,duo panes in dies. Interpretes legunt NON, pro DVO, & non panes in dies, id est non paruam vtilitatem sum consecutus. Idem Menæch.10.10. Ad forum est hominum in dies, qui singulas escas edunt. Idem epid.1.52. - sumpsiti fœnore!
T. In dies,minaque argenti singulas numus. Liuius, Qui senescit in dies. Hirtius in Comment.Vt omnes in dies, horaque parati essent. Cicero 1.Philipp.3.Nam quum serperet in Vrbe infinitum malum,idque manaret in dies latius,&c. Liuius,
Crescente in dies multitudine. Virg.eclog.10.15.
Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus. Plinius Iunior,
Crescit in dies fœditas vtraque lingua notata.

In dies singulos,In singulos annos,& In singulas horas.Varro lib.2. de Re rustica,Decem sibi in dies singulos denarios dare audiuisset.Et subdit,
Se capturum de prædio in dies singulos denariũ mille. Cic.Torquato,Illa in dies singulos magis,magisque optimo hominum confirmatur. Idem Attico,lib.11.24.2.Sed cura,vt exculet morbi causa in dies singulos. Idem in Catil.Crescit in dies singulos hostium numerus. Lepidus ad Ciceronem,lib.10.epistol.penult.4.Iam in dies singulos eius copiæ minuuntur. Vlpianus, Quando dies legat. ce.L. Quanquam,Si cui in menses,vel in dies,vel in annos singulos quid legetur. Liuius, Ludi in singulos dies instaurati. Varro de Lingua Latina.Ducere debet Dictator & Consul in singulos annos. Liuius, Qui bina millia æris in annos singulos penderent. Idem, Vt in singulas horas capite dimices tuo. Sic lib.7.bel.Pun.1 29.

In his diebus.Plaut.Capt.4.65.
- nam illum confido domum
In his diebus me reconciliassere.

In diebus pauculis.Plaut.Trucul.12.9. - ego faxo
Dicat me in diebus paucolis crudum virum esse. Teren.And.1.1.77.
Ferè in diebus paucis quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur.

In disciplinam tradere puerum,hoc est vt doceatur.Suet.in Ner.ca.7. Annoque Senecæ iam tunc Senatori in disciplinam tradituo.

In diuersum,Seorsum,separatim.Plin.lib.10.ca.33.10. Perdix ancupem iamiam prehensurum effugiens,spemque frustrans, donec in diuersum abducat à nidis.

In diuersum sterni. Columel.lib.3.cap.15.2. In hanc mensuram scrobibus depressis,vini radices ita ponuntur, vt à media scrobe singulæ & in diuersum sternantur.

In diuitias adoptauit,hoc est,Hæredem constituit.Plaut.Pœnulo 14.83.
Is in diuitias domo adoptauit hunc,quum diem obit suum. Idem Cistel.7.58.Nempe iste est,qui Alcesimarcho filiam suam despondit in diuitias maximas.Id est,despondit adolescenti ditissimo.

In diuitiis esse,pro Esse diuitem,Plaut.Trinum.10.56.
Meam vis sororem tibi dem? suades sine dote?hoc non conuenit
Me qui abulus sum tantam rem patriam,porrò in diuitiis
Esse,ægrumque habere,egere illam autem,& me meritò oderit.

In domo,pro Domi. Quintil.lib.5.cap.10. In domo furtum factum, ab

eo qui domi fuit.

In dotem esse,& doti esse. Iulianus in L. Quemadmodum ff.de iure dotium, Si debitori suo nuptura,ita dotem promiserit, Quod mihi debes,aut fundus Sempronianus dori tibi erit: vtrum mulier voluerit in dotem erit. Idem L.Vir ab eoeodem titulo, Quærebatur esset ne pecunia in dotem, &c.

In dubio est.Terent.And.1.5.31.Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.Hoc est,incertus est animus. Ibidem 2.2.10.
Mea quidem hercle certè in dubio est vita.Id est in periculo.

In dubio fuit vtrum. Liuius 3.ab Vrbe 83. In dubio fuit vtrum L. Mamilius Tusculanus dux, an P.Valerius & C.Claudius COSS.Romanam arcem liberarent.

Ponere in dubio.Hirtius 6.bel.Hispan.121.Nostri lætari,nonnulli etiam timere,quòd in eum locum res fortunæque omnium deducerẽtur, vt quicquid post horam castris fieret,in dubio poneretur.

¶ In exitu est iam meus Consulatus:Hoc est, Absolui tempus Consulatus mei.Cic.pro Murena 73. Liu.5.bel.Pun.233.Iam ferme in exitu annus erat.Hoc est ferè erat absolutus.

In exemplis est.Vide EXEMPLVM.

In exemplum. Quintil.lib.10.cap.2.Rustici probatam experimento culturam in exemplum tuentur. Ibidem, Iis quæ in exemplum allaturi sumus subest natura.

In expedito esse,In promptu.Quintil.lib.10.cap.7.Promptum hoc,& in expedito positum, exercitatione sola continetur. Plin.lib.4.cap.22.1.Peracto ambitu Europæ,reddenda consummatio est,ne quid non in expedito sit noscere nolentibus.

In expectatione esse omnium rerum,Plancus ad Ciceronem, lib.10.epist.
Sum in expectatione omnium rerum,quid in Gallia,&c.

In expectatione esse,Expectari.Plaut.Milit.16.64, Vide ne sis in expectatione,ne illam animi excrucies. Id est, ne diutius immoreris, sed nãvide ne te expectet.

In eo,pro In eum.Cic.Portes in eo Quirites.Id est,in eum. Quæ locutiones & similes,dictæ sunt secundum antiquos,apud quos præpositiones communes indifferenter, id est nulla lege seruata ponebantur. Seruatur in artem Donati.

In fabulis esse,pro Traduci sermone hominum,Suet.in Cæsare Augusto cap.70,Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit.

In facili.Plin.lib.18.cap.28.14,Contentum ita probasse, opes sibi in facili cum vellet,fore.Liuius 3.ab Vrbe,35,Et compulsos in causa vallum exitus haud in facili esset,circumuenimt.

In familiaribus alicuius esse.Cic.ad Trebatium,lib.7.7.3,Perfice vt sim in Cæsaris familiaribus.

In futurum.Plin.epist.91.lib.6,Addidit etiam, petendum à Consulibus vt referrent sub exemplo legis ambitus,de lege Repetundarũ, ne liceret in futurum ad eam legem adiici. Plinius auunculo Lib.[illegible] 15.10,Terra in futurum proscinditur.

In præsens & In futurum,contraria.Liu.10.bel.Pun.77,Omnibus ordine Patribus,ingenti osum & in ipsens lætitia,& in futurum.

¶ In genua astat.Plaut.Casina,23,25,Continuò in genua astat pedibus mihi pedibus percutit.

In gloria esse:hoc est in pretio & honore. Plin.lib.11.cap.42.1,Tamaria verò caseus Bythinus ferè in gloria est. Idem libro 5.cap.13.1. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis, & bellorum naualiumque ac bellicarum artium.

In gloriam referre aliquid.Liu.8.bel. Maced.224. Et ramium fabularum aberatiquia pro periculo,non in gloriam referebantur. De Scipione causam dicente.

In gratia,pecuniaque magna fortunatum esse.Gel.lib.16.cap.13.

¶ In hoc factum est:hoc est ob hoc,& ad hoc.Columel.libro,7.cap.8.1. Et sub vmbra cratibus in hoc factis,ita ordinatur,ne alter alterum offensus contingat.

In hæc verba.Liuius 5.bel.Puni.62.Priore carmine Cannensis prælii clades in hæc ferme verba erat.

In hoc similis.Cice.4.Academ.212.Democritos huic in hoc similis,hoc ior in cæteris.

In hoc sumus sapientes,quòd naturam optimam ducem, tanquam deum sequimur.Cic.de Senect.5.Hoc est in hac parte.

In hac parte.Plin.lib.10.cap.63.2.Quantum in hac parte multo nocentiores,quàm feræ sumus?

In honore hominum,& in honore famæ esse.Plin.in Paneg.117.Sunt honore hominum,& in honore famæ magna nomina ex tenebris obscuritatis,indulgentia Cæsarisicuius est vt nobilius conferuet,& efficiatur.

In honore mensarum est buteo accipitrum genus.Plin.lib.10.cap.4.9.1.

¶ In horam viuere.Cicero.5.Philippic.181.At ii qui in horam viuunt, non modò de fortunis & de bonis ciuium,sed ne quidem de vitis suis cogitauerunt.

In hora vna Plaut.Pseud.23.16.
- credo equidem potesse te scelus
Massici montis huberrimos fructus quattuor

Ebibere

Ebibere in hora vna. Cice.ad Cassium,lib.15.16.2, Ego si semper haberem,cui darem,vel ternas in hora darem.

In horas expectare.Plin.epist.16.lib.3,Si valere est,suspensum & anxium viuere,expectantem in horas.

In horas,pro Sæpissime.Horat.2.Serm.saty.7.2.
- clauum vt mutaret in horas.Id est sæpissime. Et est aduerbium temporis,sicut In diesquasi tu dicas In singulis horis.

¶ In istac.Terent.Adel.5.9.40. - sed de fratre quid fiet?o.sino,
Habeat,in istiac finem faciat.

Depicta tabula in imaginem rei.Quintil.lib.6.cap.1.25.Et ipse aliquando visli depictam tabulam supra Iouem in imaginem rei,cuius atrocitate iudex erat commouendus.

In immensum,Immense. Plinius,libro,16.cap.1.1. Vasto ibi meatu bis dierum,noctiumque singulis interuallis,effusus in immensum agitur. Oceanus. Liuius 4.ab Vrbe,18. In æternum Vrbe condita,& in immensum crescente.

In incertum,Incertò.Liu.4.ab Vrbe,60,Et L.Minutius præfectus annonæ sese refectus,seu quoad res posceret,in incertum creatus.

In incerto res est sita:Hoc est,incertũ est mihi quid agã.Plaut.Capt.11.4.
- mihi Res omnium incerto sita est. Liuius 5.ab Vrbe,130. Eodem anno in Aequis varie bellatum: adeò vt in incerto fuerit & apud ipsos exercitus & Romę,victissent,vicinne essent

In re incipiunda.Terent.Phorm.1.4.43.
Meministi in'olim vt fuerit vestra oratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam?

In infinitum,Plin.epist.110.b.lib.3.In infinitum epistolam extendam, si gaudio meo indulgeam,

In ingressu,Dum ingredior,vel accedo ad aliquem locum.Plin.epist.234. Hæc tibi domitie,in ipso ingressu meo scripsi.

In insidiis esse,Pacere insidias.Plaut.Pseud.15.4.Ingredere in viam dolis, & ego hic in insidiis ero. Terent.Phorm.1.4.53.
- ego in insidiis hic ero Succenturiatus,siquid deficies.

In integro res est.Cic.ad Rufum,lib.5.10.13. De Tribunorum militarium congressibus,res est in integro.Id est,nihil adhuc actum est, & res adhuc est integra. Sic Liu.3.ab Vrbe,46.

In integro res nobis erit,Res nostra bene se habebit.Cicero Cassio,li.15. 6.6.Quare si iam biennium aut triennium est, quum virtuti nunciam remisisti,delisitus illecebris voluptatis in integro res nobis erit. Idem 4.Verr.68.Quum vero,abs te tui capitis causa peteret hominesque certos domo misisset, hique eo tempore ad te venissent, quum tibi in integro tota res esset,ne tum quidem te potuit,&c.

In tegrum restitutus.Cice. pro Cluentio.70.

In inuidia & in odio esse apud aliquem.Cic.7.Verr.141.

In itinere.Terent.Heaut.2.3.50. - hoc ipsa in itinere alteræ
Dum narrat,forte audiui.Id est inter eundum. Trebatius apud Ciceronem ad Atticum lib.9.Capita quum essemus,in itinere audiuimus Pompeium Brundusio ad XVI. Cal. April. cum omnibus copiis quas habuerat,profectum esse.

In itinere est Antonius,Id est venit.Brutus Ciceroni,lib.11.11.

In iugerum,In iugera singula,pro singulis iugeribus.Cic.5.Ver.93.Si ostéo minus tribus medimnis in iugerum neminem dediile Decimæ, &c. Et paulo pòst,Ab eoque peteret vt ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera singula,quàm terna medimna exigeret.

¶ In laudem dicta. Vide In culpam.

In legem,pro Vice legis. Senec.de Benef.6. Sua illis in legem æterna est voluntas. Sic In patrimonium, & in gloriam, apud eundem, Ne in patrimonium quidem est, nedum in gloriam, incendium extinxisse quod feceris.

In loco,id est Opportunè,& captato (vt aiunt) tempore. Terent.Heautontim.5.2.26.Eho quæso laudas qui heros fallente.e.in loco,Ego vero, laudo. Idem Adelph.1.1.8.Pecuniam in loco negligere,maximum interdum est lucrum. Ibidem 5.3.41.
Vt volumus,video eos sapere,intelligere in loco
Vereri inter se amare. Ibidem 5.9.17.Hæc reprehendere, & corrigere me & obsecundare in loco. Horat.4.Carm.ode 12.6.
Dulce est desipere in loco. Cice.Anti quàm iret in exilium 1. Fidei conducit,in loco debitum retribuere.

In loco fratris amare.Terent.And.1.5.57.
Si te in'germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te solum semper fecit maximi.

In beneficii loco petere aliquid ab altero.Cice.5.Verr.95,Atque hoc in beneficii loco peritum est ab Apronio, vt ingerà singula tetris medimnis decidere liceret.

In loco posita ædilitas:hoc est, cui debuit,data. Cicero.7.Verr. Ex his ego rebus omnibus iudicas,ita mihi deos omnes propitios esse velim, vt tametsi mihi iucunditissimus est honos populi tamen neque quanti tantum capio voluptatis,quantum solicitudinis & laboris, vt hæc ipsa ædilitas,non quia necesse fuerit,alicui candidato data,sed quia sic oportuerit,recte collocata, & iudicio digno populi in loco posita esse videatur.

In locum alterius Consulatum petere.Cic.11.Philipp.296, Quis se Consulatum in Bruti locum petere profiteretur?

Peruadere in aliquem locum.Tacit.li.17,Piso in ædem Vestæ peruasit.

In longum trahere.Plin.lib.10.cap.29.5,Nunc continuo spiritu trahitur in longum,nunc variatur inflexo.

In lucem semper Acerra bibit:hoc est,totam noctem,& vsque ad sequentem diem.Martial.lib.1.112.

In lucem comat Sertorius.Martial.lib.7.9.

Effusi in luxum,& epulas,& nocturnos cœtus.Tacit.lib.20.

¶ In manibus est res.Cic.Att.libro 6.114.1,Non quo me aliquid iuuare posses,quippe res enim est in manibus:tu autem abes longè gentium.

In manibus esse vel habere.Tractare & diligenter videre.Cic.Attico,lib. 4.8.2.2,De libris Oratoriis,factum est à me diligenter,diu,multumq; in manibus fuerunt. Ibidem,Ex iis libris,quos in manibus habeo.Eidem lib.16.333.13.Sic enim commutatus est totus scriptis meis quibusdam,quæ in manibus habebam. Idem Lentulo,lib.1.9.30,Inimicum meum,&c.sic amplexabantur,sic in manibus habebant,sic fouebant,sic me præsente osculabantur,non illi quidem vt mihi stomachũ facerent,quem ego funditus perdidisse certò vt facere se arbitrarentur. Idem de Amicitia,78, Sed absuistis, & est in manibus oratio. Idem in Bruto,64, Sed ecce in manibus vir & præstantissimo ingenio, & flagranti studio, & doctus à puero C. Gracchus. Idem 2. 7.Verr.11, Labelli nominum vestrorum consiliisque huius, in manibus erant omnium.

In manibus res esse aliqua dicitur,pro Versari & incumbere in ea. Plin. epist.193,Non vacat,quia vindemiæ in manibus.Liu.4.ab Vrbe,144, Cum tantum belli in manibus esset. Idem 6.bel.Pun.133, Id quod in manibus erat,coegerunt bellum.

Quam spem nunc habeat in manibus,& quid moliatur, breuiter iam Iudices exponam.Cic.2.Verr.10.

Victoria in manibus est:Hoc est facilis & in promptu,Liu.5,bel.Maced. 16,Consul obtestabatur milites,vt paululum adniterentur victoriam in manibus esse.Hoc est velut iamiam teneri.

In manu mea est,Hoc est,in potestate mea est.Plaut.Amph.3.80, Si illis fides est,quibus est ea res in manu. Cicero pro Quintio,3, Propterea quòd omnes,quorũ in alterius manu vita posita est,sæpius illud cogitant. Plaut.Merc. Quia illi suam rem esse æquum est in manu. Ibidem; Qui tibi in manu est quod credaiat ego quod dicam,id mihi mea in manu est.Terentius Hecyra,Tibi in manu est ne fiat.Salustius in Iugurtha,Sed quoniam parum tuta per se probitas est,neq;in manu mihi fuit Iugurtha qualis nunc forer.Ibidem, Verum id fruitra,an ob rem faciam,in manu vestra est Quirites. Liu.ab Vrbe condita,Vt sua cuiq; Respub.in manu esset. Idem de bel.Pun.Quum in eorum manu res Syracusana esset. Ibidem,Sit an non sit,in vestra manu posuerũt Cælius Ciceroni,lib.8 6.2,Quàm velis eum obligare,in tua manu est,Plaut.Pœnulo,2.52, -dicam tamen,
Si quidem licebit per illos quibus est in manu.Cice.ad Terentiam,lib. 14.2.6,Verum hæc non fuit in nostra manu,

In manu & tutela habere.Liu.de bel.Maced.Et vos in manu & tutela,nõ in seruitio debetis eas habere.

Agas quod in manu est.Plaut.Most.6.63.

Quò eueniat,diis in manu est.Plaut.Most.8.68.

In manum dare.Terent.Phorm.4.3.29, -eho dic quid velis dari
Tibi in manũ,vt heros desistat litibus.Id est,Quid tibi vis dari.Plaut. Trinum. Quid intereit dare te in manus argenti amanti huiusmodi adolescentuli,animi impoti?Vide DO.

In materiam adhærescere.Cic.pro Domo sua,11,Nonne prouidendum Senatui fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis, ita funesta fax adhærescereet?

In me.Terent.Eunuc.5.9.1.
O populares,ecquis me viuit hodie fortunatior?
Nemo hercle quisquamnam in me planè di potestatem suam
Omnem ostendere.

In medio,Coram.Terent.Adelph.3.4.33.
Pro certone tu isthæc dicis?it mater virginis
In Medio est,ipsa virgo,res ipsa.

In medium relinquere.Gell.lib.6.cap.14.

In memoriam redire & egredi,pro Meminisse.Plaut.Capt.19.26,
Nunc demum in memoriam redeo quum mecum cogito:
Nonne ædepol demum in memoriam regredior audisse me
Quasi per nebulam,Aegionem meum patrem vocarier.

In memoriam sempiternam orbis terræ aliquid spargere. Cicero pro Archia,12.

In mente,& in mentem est mihi,item In mentem venit: Hoc est succurrit mihi,& nunc recordor,& in mentem reduco.Plaut.Bacch.2.22,
-non omnis ætas Lyde,ludo conuenit,
Magis vnum in mente est mihi nunc,satis vt commodè
Pro dignitate obsonii hæc concurret coquus. Idem Amph.8,76.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui istuc in mente est tibi, mi vir percontarier? Ibidem, 4.16,
Sum verò verna verbo, nunc verò mihi in mentem fuit. Id est, nunc primùm meminì. Ibidem, 4.139,
Nullus est hoc metu culosus æquè. s. quem? in mentem venit,
Illic homo hoc denuo volt pallium detexere. Terent. Eunuc. 3.2.45,
- quid rides? G. istuc quod dixti modò?
Et illud de Rhodio dictum in mentem venit. Cic. In mentem tibi non venit causam publicam sustinere. Idem pro Sexto Roscio, 72, Ego in Chrysogono, quod ad me attinet, nihil eiusmodi suspicor, neque hoc mihi nunc primùm in mentem venit dicere. Idem Att. lib. 8. 147. 1, Quid in vtranque partem mihi in mentem veniat, explicabo breui. Gel. lib. 1. cap. 11, Tibiæ quoque illius concionatoriæ in mentem venit. Cic. Nigidio, lib. 4. 13. 4, Sæpiusque mihi veniebat in mentem queri, quòd ita viuerem.

In meridiem spectat: Id est ad meridiem conuersum est. Cato.

In metu esse. Plaut. Pseud. 16. 8, - nunc in metu sum maximo
Triplici modo: primum omnium iam hunc comparem
Metuo meum. Terent. Phorm. 1. 2. 7,
Sed quid tu es tristis? G. egone? nescis quo in metu, &
Quanto in periculo sim. Ibidem, 5. 4. 6,
Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis,
Quin si hoc celetur, in metu: sim patefit, in probro siem. Idem Heaut. 1. 2. 25, Illene? sed reprimam memam in metu esse hunc illi est vtile.

In militem, in capita, in naues, & similia. Quod aliàs diceretur, pro quolibet milite, pro singulis capitibus, pro singulis nauibus: vel per singulos milites, singula capita, &c. Varro de Re rust. In centum sues decem verres satis esse putant. Hoc est pro quibuslibet centum suibus. Ibidé, Illud ferè omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas oues singulos homines. Liuius ab Vrbe, Frumentum Melianum asibus in modios æstimatum plebi diuisit. Liuius, Singulis in militem tunicis imperatis. Idem de bel. Maced. Quod pretiũ in capita statuisset. Virg. 5. Aeneid. 13,
Binà boum vobis Troia generatus Acestes Dat capita in naues.

In modum. Corn. Tacit. lib. 1, Cur paucis Centurionibus, pauciores Tribunos in modum seruorum obedirent?
Peto à te maiorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel mea causa, vt, &c. Cic. Bruto, lib. 11. 22. 1. Idem Meminio, lib. 13. 2. 1.

In modum peregrinum, & in modum seruilem, pro Quemadmodum peregrini & serui solent. Plaut. Trinum. 11. 78,
- is homo exornetur graphicè
In peregrinum modum. Liuius 2. bel. Maced. 159, In seruilem modum lacerati atque extorti.

In modum perpetuum perii. Plaut. Mostel. 8. 5, Nunc pol ego perii planè in perpetuum modum, &c.

In modum amici, Tanquam amicus. Sueton. de Claris grammat. 21, Cui cum se gratum, & acceptum in modum amici videret, quanquam asserente matre, permansit tamen in statu seruitutis. Sic Liuius 5. ab Vrbe, 70, Vaticinantis in modum cecinit.

In monendo. Plaut. Bacchid. 1. 3, Pol magis metuo, in monendo ne mihi defuat oratio.

In mora Tribuni erant. Liu. 3. ab Vrbe, 103. Et 4. bel. Pun. 151.

In more est, De more & consuetudine. Plin. lib. 16. cap. 4. 6, Ludos ineunti semper assurgi, etiam ab Senatu in more est.

In morem. Virg. 8. Aeneid. 23, Pellibus in morem cincti. Alio loco dicit De more.

In morte, Dum moritur. Plaut. Menæch. 9. 53, Qui in morte regnum Hieroni tradidit.

In multum velociores. Plin. lib. 10. cap. 36. ad finem.

¶ In noctes singulas. Plaut. Trucul. 6. 45,
- quid maceria illa air, in horro
Quæ est quæ in noctes singulas litere fit minor, qua is ad vos
Damni permensus viam est?

In nominando. Varro 1. de Re rust. cap. 9. 1, In ea enim & lapis & arma, & cætera eius generis sunt in nominando comprehensa.

In nouissimis esse, Inter vltimos, & quod vulgus dicit, de vltimis. Cic. pro Rosc. Comœd. 18, Itaque perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos.

In noxa, vel noxia esse. Terent. Phorm. 2. 1. 36, - haud ita est,
Hic in noxia est. Id est, hic peccatum illud cõmisit. Plaut. Merc. 15. 30,
Nihil magis manifesto teneo, in noxia es.
L. Qua noxia? Liu. 7. bel. Pun. 13, Comprehensi oẽs qui in noxa erãt.

In numerum ludere, Id est saltare. Virg. eclog. 6,
Tum verò in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus. Vbi Seruius,
In numerum ludere, Hoc est saltare ad modum rhythmi & cantilenæ.
Lucrer. lib. 2. 128, - inter se forte cateruæ
Ludunt, in numerumque exultant sanguine læti.

In numerato habere, Id est in promptu. Quintil. lib. 6. cap. 3. 77, Illa potius vrbana esse dixerim, quæ sunt generis eiusdem quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non sunt. De actore facile dicente, ex tempore dictum est ingenium eum in numerato habere: Id est, promptũ, & ad manum, hoc est præsentissimum, & ad expediendà ex tempore dicenda solertissimum.

¶ In obliquum alios sequi. Liu. 8. bel. Pun. 77.

In occasum est sol. Columel. lib. 12. cap. 15, Quum sol in occasum fuerit, erigantur.

In occulto, Clàm. Plaut. Trinum. 10. 85,
Nihil ego in occulto agere soleo meus vt animus
Est eloquar. Id est, palàm omnia facio, nihil clàm. Cæsar 1. bel. Gall. 317, Petierintque vti sibi secreto & in occulto, de sua omniumque salute cum eo agere liceret.

In oculis quidem exercitus quid ex eo est consecutus? Cic. 1. de Finib. 55.

In oculis habitare, pro Versari in publico, vertit Budæus. Cic. pro Plancio, 54, Nam posteaquam sensi Populum Romanum aures habere, oculos acres atque acutos habere destiti, quid de me aut iuri essent homines, cogitare: feci vt postea quotidie me præsente videretur habitaui in oculis, pressi eorum neminem à congressu meo.

In oculis esse. Cic. pro Plancio, 55, Sed vt redeam ad Plancium, nunquam ex vrbe abfuit, nisi fortè lege, necessitate, non valuit rebus iisdem, quibus forrasse nonnulli: at valuit assiduitate, at valuit sertandis amicis, valuit liberalitate: fuit in oculis, petiuit, est vsus ratione, &c.

In odiis resident mores pristini. Plaut. Trucul. 2. 5, - quid si de vestro
Quippiam orem abducere? me hercle in odiis resident
Mores pristini.

In odio, esse. Cic. 7. Verr. 143, Videmus quanta sit in inuidia, quantoque in odio apud quosdã hoses nobiles, nonorũ hominũ virtus & industria.

In odio, aliter. Plin. lib. 6. cap. 27. 7, Ibi mortalium soli aurum in odio esse trahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in vsu.

In opere faciundo. Terent. Heaut. 1. 1. 21,
At enim dices, me quantum hic operis fiat, pœnitet.
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, plus agas.

In orbem se tutaris hoc est, in gyrum, & circulum aut circuitum. Liu. 4. ab Vrbe, 106, Tumulo quodam occupato in orbem se tutabantur.

In orbem, Vicissim, alius post alium. Liu. 5. ab Vrbe, 91, Quod ne intermitteretur opus, neu sub terra continuus labor eoldem conficeret, in partes sex munitorum numerũ diuisit: senæ horæ in orbem operi attributæ sunt, nocte ac die nunquã antè omissum, quàm in arcem viam facerent. Id est quisq; sex horas laboraret sua vice. Ibidem, lib. 3. 147. Vt vnus fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem suam cuique vicem per omnes iret.

In os, pro in faciem. Senec. de Benef. 7, Si in ora parentum filios ingulat.

In ore est omni populo, Fama est, vulgare est. Terent. Adelph. 1. 2. 1.
- clamant omnes indignissimè
Factum esse. hoc aduenienti quot mihi Mitio
Dixere: in ore est omni populo.

In ordine. Plaut. Casin. 22. 16, Perii hercle ego, manifesta res est.
c. Omnem in ordine rem fatêre. Id est eo ordinem quo acta est.

In ordinem redigi vel cogi. Liu. lib. 12, Tribuni plebis in ordinẽ redigi. Sueton. in Claud. In ordinem se coactum conscriberet. Vide COGO.

In ordinem reponere. Columel. lib. 9. cap. 12. 2, Reponat in ordinem reliquorum aliuorum.

¶ In pariundo. Terent. And. 4. 5. 32,
- dis pol habeo gratias,
Quum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ. Hoc est quum parerem.

In parte causæ. Plin. epist. 5. 6, Nitebantur nos in parte causæ sententia Meri Modesti optimi viri. Vulgus, In vna parte processus dicit.

In parte laboris. Liuius in Præfatione belli Maced. 1. Me quoque iuuat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuissem, ad finem belli Punici peruenisse.

In partem: hoc est, Pro sua parte. Plaut. Asina. 1. 2. 89, Age sis, tu in partem nunc iam hunc delode, atque amplexare hanc. Liu. 6. ab Vrbe, 30, Cunctis in partes muneris sui benignè pollicentibus operã, Valerius, &c.

In partem dimidiam decoquere. Columel. lib. 12. cap. 24. 1, Aqua marina quam longissimè à littore de pelago sumenda est, atque in dimidiam partem decoquenda. Quod vulgus practicorum dicit ad partem dimidiam.

Venire in partem alicuius rei. Quintil. in Proœm. lib. 1. 17, Quatuor elocutioni, in cuius partem memoria ac pronuntiatio veniunt, dabuntur.

In paucos dies, Paucis diebus. Liu. ab Vrbe cond. Obsidio in loco nudo, atque inopi, vix in paucos dies tolerabilis erat.

In pedes, In fugam. Terent. Eunuc. 5. 2. 5, - interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam
Venit: vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum. Idem Phorm. 1. 4. 13, Atque hinc me conicerem protinus in pedes.

In pedes nasci, Vide NASCOR.

In pedem,

In pedem, Id est, pro singulis pedibus. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 6, Is se terni nummis in pedem secum transegisse dicebat.

In pedes soleas indicere. Cic. 2. de Inuent. 232, Quidam iudicatus est patentem occidisse: ei statim, quo effugiendi potestas non esset, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt. Legitur & indutæ.

In perendinum, Perendie, die sequenti crastinum. Plaut. Trinum. 17. 63. Nunc quid causæ est, quin vxorem cras domum ducat? c. optumũ est. Licet tu in perendinum paratus sis, vt ducas.

In periculum legis includi. Cicero pro Cluentio, 122, Nec nunc quicquam agitur, mihi credite iudices, & prospicite id quod prouidẽdum est, nisi vt Equester ordo in huiusce legis periculum includatur. Id est hac lege includatur.

In perpetuum contrarium habet In tempus. Terent. Heaut. 4. 5. 33, Non ego in perpetuum dicebam, vt illam illi darẽs,
Verùm vt simulares. Plinius epist. 5. 3. b, Hic numerosissimæ causæ terminus fiat, quibus absolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis, aliis in tempus, aliis in perpetuum. Liuius 2. ab Vrbe, 188. Cicero 3. Verr. 55, Idcirco tibi amicum in perpetuum fore putasti? Cæsar 4. bel. Gal. 588.

In perpetuum, pro Omnino. Cic. ad Atticum, li. 12. 41. 5, Apud Apuleiũ (quoniam in perpetuum non placet) in dies vt excuser, videbis. Eidẽ lib. 5. 104. 1, Maxima expectatione in perditam, & planè cuerfam in perpetuum prouinciam nos venisse scito.

In plenum, Summatim. Plin. lib. 12. cap. 16. 2, In plenum autem probatio est minutis glebis. Idem lib. 13. cap. 1. 17. In plenum ergo hoc dixisse conueniet. Seneca epist. 92. In plenum cogitanda fortuna est. Id est, pro omni parte.

In porto sum, id est in tuto. Cic. ad Varronem, lib. 9. 6. 10, His tempestatibus es propè solus in portu.

In posterum, id est, Postero tempore. Plin. epist. 117. lib. 6, In posterum nisi adhuc ueris modum, ego adhubebo. Quintil. libro 1. Multa linguæ vitia, nisi primis eximantur annis, immendabili in posterum prauitate durantur. Plin. in Paneg. 110, Prouinciis quoque in posterum & inuiriarum metum, & accusandi necessitatem remisisti. Cicero de Amicit. 22, Quamquè plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimium præstat omnibus, quòd bona spe præluceat in posterum. Idem pro Cluentio, 97, Videte quid agatis, ne in vnumquemque nostrum Censoribus in posterum potestatem regiam permittatis? Sic Cæsar 3. bel. Ciuil. 317. Rursum Cicero ad Lentulum lib. 1. 9. 2.

In posterum tempus. Cic. 2. de Natur. deor. 229, Defectiones Solis & Lunæ cognitæ, prædicataque in omne posterum tempus, quæ, quatæ, quando futuræ sint.

In posterum & In præsens, contraria. Cicer. ad Brutum, 15. 15, Vt & in præsens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterreremus & in posterum documentum statuerem, nequis talem amentiam velleit imitari.

In posteritatem, pro In posterum. Cic. in Catil. 16, Quanta tempestas inuidiæ nobis si minus in præsens tempus recẽti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat?

In potestate alicuius esse. Cicero ad Metellum, lib. 5. 4. 5, Quod si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo.

In potestatem esse. Cic. pro Leg. Manilia, 13, Quum vestros portus, atque eos portus quibus vitam & spiritũ ducitis, in prædonum potestatem fuisse scitis, Vbi ex vetusto codice legitur in potestate.

In potiundo. Terent. Heaut. 2. 3. 82,
Vis amare, vis potiri, vis quod des illi, effici,
Tuum esse in potiundo periculum non vis. Hoc est, vt ea potiaris.

In præsentia, Nunc temporis. Terent. Phorm. 5. 2. 4, Prouisum est ne in præsentia hæc hinc abeat. Idem Adelph. 2. 2. 14,
- verum ego nunquam adeò astutus fui,
Quin quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia.
Idem in Prolo Hecyræ, 14,
Quòd si scripturam spreuissem in præsentia,
Et in deterrendo voluissem operam sumere, &c. Idem Heaut. 5. 2. Cice. Attico, lib. 8. 163. 2, Non enim pro tua prudentia debes illud solum animaduertere, quot in præsentia cohortes contra te habeat Cæsar, sed quantas breui tempore equitum & peditum copias contracturus sit. Eidem libro 15. 329. 14, Videas enim vnde omnium sint, mihi feras expensum hoc video in præsentia opus esse. Cæsar, Quoniam obsidibus in præsentia cauere inter se non possent. Cic. 1. de Inuentione, 60. Et ad Atticum, lib. 7. 133. 3, Spero etiam in præsentia pacẽ nos habere. Idem 5. de Finib. 35, Sed quoniam non possunt omnia simul dici, hæc in præsentia nota esse debebunt.

In præsentia, & Post, opponuntur. Cice. 7. Verr. 83, In præsentia, inquit nobis obstare possit.

In præsens, Idem. Plin. in Paneg. 56, Quamque insulas omnes, quas modò

Senatorum, tam delatorum turba compleret: quos quidem non in præsens tantum, sed in æternum repressisti, mille pœnarum indagine inclusos. Liuius, Id modò esse salutare etiam in præsens credebat, cede te inde quantum posset. Idem 10. bel. Pun. 72, Satis prospera in præsens oppugnatione. Gell. lib. 10. cap. 3, Velut sunt ista quæ de C. Verre dicit, quæ nos vt in præsens potuimus, quantum memoria suppeditabat, adscripsimus. Sic lib. 12. cap. 11, Quum emere vellet in palatio domum, & pecuniam in præsens non haberet.

Lętus in præsens animus. Horat. 3. Carm. ode 16. 5.

In præsenti Cicero dixit de tempore in quo loquebatur: vt Græci τὸ παρόντι. is ad Cęlium ita scribit libro 2. 9. 9, Hæc ad te in præsenti scripsi, vt speres te assequi id quod optasses. Liu. 4. bell. Maced. Darei talẽta centum argenti in præsenti, & quinquaginta talenta in singulos annos per annos octo.

In præteritum. Quintil. lib. 7. cap. 5, Quos quanto magis in præteritum laudarit, tanto facilius probabit, morbo esse mutatos. De moribus.

In pretio esse. Plin. lib. 10. ca. 4. 7, Salutem ciuis si in pretio esse noluerit. Horat. de Arte poet. 75.

In primis, Ante omnes, vel ante omnia, vel vnum ex primis. Terent. Eunucho, 3. 1. 39, Audierat? G. sæpe, & fertur in primis. Salust. Quæ quidem res in primis mihi videtur fuisse causa facinoris maturandi. Idem, Id facinus ego in primis memorabile existimo. Cicero in Verrem, Homini in primis gloriosissimo respondet. Idem 4. Acad. 198, Ne illam quidem prætermisisti Lucullè reprehensionem Antiochimec mirum, in pranis enim est nobilis reprehensio. Idem ad Tironem, lib. 16. 5. 3, Omnes cupimus, ego in primis, quamprimum te videre. Brutus ad Ciceronem, lib. 1. 9. 2, In primis rogo te ad hominem ventosissimum Lepidum mittas, &c.

In primis, venerare deos. Virg. 1. Georg. 68.

In principibus, pro Inter primos. Cicero ad Lentulum, libro 1. 7. 26, Quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi, euolare altius certè noluerunt.

In principio. Plaut. Pœnul. 16. 142, Lepidè hercle assimulas: iam in principio id mihi placet. Terent. Phorm. 2. 1. 21, Sed quid cessas hominem adire, & blandè in principio alloqui?

In priuato, & In publico, contrariaspro Priuatim & publicè. Liu. 9. belli Maced. 69, Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant: vt ipsi in priuato animaduerterent in eas: si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animaduertebatur.

In probro esse. Terent. Phorm. 5. 4. 6, Quin si hoc celetur, in metu: sin patefit, in probro siem.

In procliue. Lucret. lib. 2. 92, Et pcursus ité in procliue volubilis extat.

In proclui. Terent. And. 4. 2. 18,
- sed si id non poterit:
Id faciam, in procliui quod est, per me stetisse vt credat.

In promptu. Plaut. Pseud. 7. 14.
- iam istuc insipientia est,
Iram in promptu gerere: nam quanto satius est,
Adire blandis verbis, atque exquirere,
Sint illa, necne sint. Ouid 1. de Remed. amor. 33,
Quæritur Aegistus quare sit factus adulter:

In promptu causa est, desidiosus erat. Id est, manifesta est, & patet: vel parata est, & dictu facilis.

In promptu est & patet. Cic. 1. de Orat. 13, Sed quum illa pateant, in promptuque sint omnibus, neqi ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint, &c.

In propatulo, Palàm. Plin. epist. 8. 5, Etenim hunc ipsum sermonem, non apud populum, sed apud Decuriones habui, nec in proparulo, sed in curia. Liu. 5. ab Vrbe, 63, Tota vrbe patentibus iauis, promiscuoque vsu rerum omnium in propatulo posito. Idem 4. bel. Pun. 73, Apparata conuiuia omnibus in propatulo ædium fuerant.

Iam in propinquo certamen erat. Liu. 6. ab Vrbe, 60.

In proximo. Terent. Heaut. 1. 1. 2,
Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,
Inde adeò quòd agrum in proximo hic mercatus es.

In proximum Senatum differre. Plin. epist. 35. 8, Delata res est in proximum Senatum, cum ipse consepectus augustissimus fuit.

In publico. Plaut. Mostel. 11. 7.
Quin ego ipse & Philolaches, in publico omnes porticus
Commensi sumus. Plin. lib. 6. cap. 17. 5, Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat.

In publico pernoctare, Vide PERNOCTO.

In publico & in foro: in secreto & intra parietes, contraria. Liu. 5. belli Punici, 4, Nec iam in secreto modo atque intra parietes ac postes continebantur Romani ritus, sed in publico etiam ac foro, Capitolioque mulierum ruba erat, nec sacrificantium, &c.

In publicum proponere. Cic. 2. de Lege agraria, 18, Aliquando tandem me designato lex in publicum proponitur.

In publicum, auxilium polliceri. Quintil. lib. 10. cap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In publicum redigere bona, Proscribere, & in publicum vendere. Liu. 2. ab Vrbe, 18, De bonis regiis, quæ reddenda antè censuerant, res integra refertur ad Patres. Illi victi ira vetuere reddi, vetuere in publicum redigi: diripienda plebi sunt data, vt, &c.

In punctum, pro In singula puncta. Sueton. in Nerone, cap. 30. Quadragenis in punctum H-S. aleam lusit.

¶ In quos sumus, Inter quos sumus. Cic. Attico, li. 10. 103. 4, Quid enim dicam de hac iuuentute? ea verò, quæ mihi quidem qui illum amo, sunt his ipsis malis, in quibus sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro.

In querelis mentis. Plaut. Menæh. 14. 11,
Qui aut fœnore, aut periuriis paratam rem habent,
Mens in querelis.

In quinquennio. Cic. 4. Verr. 100. Non opinor id ages, vt ista pecunia in quinquennio consumatur in statuis.

¶ In rationem eandem, Id est, In eandem formam, eiusdem sententiæ ac sensus. Cic. ad Attic. lib. 1. 7. 1, Et mea sponte faciebam antea, & post duabus epistolis tuis perdilligenter in eandem rationem scriptis, magnopere sum commotus.

In reliquum tempus. Cic. pro Lege agrar. 7, Deinde etiam in reliquum tempus diligentissimè sancit, vt, &c.

In remedio esse. Plin. lib. 8. cap. 16. 12, Gustatus deinde sanguis in remedio est.

¶ In rem præsentem olim cum veniebant, quum locum oculo ac digito designare volebant: vt hodie quum aut iudex pronuntiat, aut inter litigantes conuenit, agrum quem controuersum facere volumus, aut reo designari, aut testibus per inquisitorem demonstrari certis finibus circumscriptum: videlicet vt ille deliberare de re controuersa possit, cedere nè cne vindicanti debeat, hi vt certi sint testimonii sui. Cic. 1. de Orat. 130, An verò si de re ipsa, si de finibus, quum in rem præsentè non venimus, si de tabulis & præscriptionibus controuersia est, contortas res, & sæpe difficiles, necessario perdiscimus? Idem lib. 1. Offi. 48, Vt si constitueris re cuipiam aduocatum, in rem præsentem esse venturum, atque interim grauiter filius ægrotare cœperit, non sit contra officium nõ facere quod dixeris. Idem pro A. Cecinna, 14, Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem ueniretur. Budæus.

In rem præsentem perducere. Plin. epist. lib. 3, Non potui te magis in rem præsentem perducere. Id est, non potui planius omnia vt acta sunt, scribere, vt perinde omnia teneres, atqi si in re præsenti fuisses. Quintil. lib. 4, de narratione loquens, Multum confert adiecta veris credibilis rerum imago, quæ velut in rem præsentem perducere audientes videtur. Idem lib. 6. cap. 2, de affectibus, Quarum rerũ ingens plerũqi vis est, velut in rem præsentem animos hominum ducentium. Id est, rerum gestarum tantam fidem facientium, & repræsentationem, quantam vilus & oculis faciunt: hoc est vt vulgò loquuntur, rei inspectionem per figuram facientium. Budæus.

In rem præsentem excurrere. Plin epist. 225, Nunc videar commodissimè posse in rem præsentem excurrere. nam & menstruum meum Cal. Septemb. finitur, & sequens mensis complures dies feriatos habet.

Quemadmodum in rem præsentem venire dicebant, ita in re præsenti disceptare. Liu. 4. bel. Maced. Responderi legatis vtriusque partis placuit, missi ros se in Aphricam, qui inter Carthaginienses & regem in re præsenti disceptarent.

In re præsenti, E re nata, quod dicitur. Plin. epist. 282, Tu quidem domine prouidentissime vereris, ne commissus flumini, atque ita mari lacus effluat: sed ego in re præsenti inuenisse videor, quemadmodum huic periculo occurrerem. Plaut. Casina, 10. 63,
In re præsenti, ex copia piscaria
Consulere licebit quid emam. Idem Amph. 4. 95. Nam ego fui illic in re præsenti, & meus, quum pugnatum est, pater. Id est præsens aderã. Plin. epist. 257, Quid oporteat fieri citra theatrum, quod inchoatum apud Nicenses est, in re præsenti deliberabis & constitues.

In re præsenti, pro Tunc. Quintil. lib. 6. cap. 3, Occisum hominẽ queror, non omnia quæ in re presenti accidisse credibile est, in oculis habebo? Velut in re præsenti. Quintil. lib. 7. cap. 11, Illa potentissima est, quæque verè dicitur œconomica rotius caulæ dispositio, quæ constitui nisi velut in re præsenti non potest.

In re mea est, In rem & vtilitatem meam. Plaut. Trucul. 18. 20,
-nam eo quid opus?
P. In re mea triduum hoc saltem, dum aliquo miles circunducitur.

In re ipsa. Terent. Hecyra, 5. 2. 11,
Phidippe nostras mulieres suspectas fuisse falsò
Nobis, in re ipsa inuenimus. Id est certò.

In eã rem siquid habebo, tibi quoq; etiã proderit. Plaut. Trucul. 18. 21.

In rem esse. Tacitus, Colonam copiis validam auferre Vitellio, in rem famamque videbatur.

In rem nostram est. Id est, in nostram vtilitatem. Plaut. Persa, 16. 55,
Age vt rem esse in nostram putas. Idem Pseud. 5. 9,
-quo pacto possim animum vincere?

In rem quod sit præuortas, quam rem aduerso animo auscultes. Idem Menæh. 2. 1. 3, -alii sunt ita, vt in rem esse ducant suam:
Ego ero ita vt me esse oportet. Idem Trinum. 10. 2, Si in rem tuam Leshonice esse videatur, gloriæ aut famæ, sinam. Idem Amphit. 3. 10,
-eaque vt nuntiem,
Quæ maximè in rem vostram communem sient. Idem Aulul. 6. 10,
-quod in rem esse vtrique arbitremur,
Et mihi te, & tibi me consulere, & monere. Idem Capt. 7. 38,
Ar quamprimũ: istud in rem vtriqs est maximè. Terent. And. 3. 3. 12,
Si in rem est vtriqs, vt fiant, accersi iube. Idem Hecyra, 2. 2. 7, Quod si tu idem faceres, magis in rem & nostram & vostram id esset. Idem Phorm. 2. 4. 9, Ego quæ in rem tuam sint, ea velim facias. Liu. 6. bel. Pun. 231, Hortatur, imperat quæ in rem sint.

In rem ventris. Plaut. Persa, 10. 14,
Vrrum tu pro ancilla me habes, an pro filia?
S. Vrrũ hercle magis i vẽtris rẽ videbit. Hoc est, pro saginãdo vẽtre.

In rem iurare, & in personam. Vlpianus, Si fideiussor iurauerit, si quidem de persona sua iurauerit, quasi se nõ esse obligatum, nihil reo prodeberit. Si vero in rem iurauerit, dabitur exceptio reo quoque.

In rem cõcepta actio, vel scripta. Vlpianus in L. Hac stipulatione. ff. Vsufructuarius quemadmodũ caueat, Hac stipulatione dolum malum abesse, ab futuramque esse continetur. Et quum in rem sit doli mali mentio concepta, omnium dolum comprehendere videtur successorum & adoptiui patris. Idem in L. Metum §. finali. ff. De eo quod metus causa gestum erit, Sed est verius quod Marcellus notat, etiã aduersus eum competere actionem hanc, quum in rem sit scripta.

In rerum natura. Cic. de Amicit. 23, Agrigentinum doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura totoque mundo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, distipare discordiam.

In respectum. Senec. de Benef. 4, In respectũ illius hic populis præsidebit.

In ridiculo haberi, Ludibrio esse. Plaut. Pœn. 18. 10, Neque ab iuuentute ibi in ridiculo habitæ.

In ridiculo esse. Plaut. Casina, 22. 3, Ita nunc pudeo, atq; ita nunc paueo, atque ita in ridiculo sumus ambo.

¶ In saginam se conicere, Ventri indulgere. Plaut. Trinum. 10. 60,
-in saginam Herus se conicit meus: credo ad summos bellatores
A crem fugitorem fore, & capturum spolia.

In salute alicuius saluere. Plaut. Trucul. 6. 5,
Salue. S. satis est mihi tuæ salutis, nihil moror, non saluos
Aegrotare malim quàm esse tua in salute sanior.

In senecta. Plaut. Milit. 10. 19, Eam me pudet tibi in senecta obiicere solicitudinem, Hoc est, te tam senesiue cum sis tam senex.

In senioribus est, Hoc est, inter graniores & seniores. Plaut. Casina, 6. 1,
Antiquam eius edimus comœdiam,
Quam vos probastis qui estis in senioribus.

In sententiam eam dicere. Cic. Attico, lib. 2. 37. 3, Hæc & in eam sententiam quum multa dixisset, iiebat illum, &c.

In sententia eadem esse. Cic. ad Tironem, lib. 16. 3. 2, Approbaui tuum consilium, neque nunc muto, si tu in eadem es sententia.

In seruitute habere. Plaut. Pœn. 10. 54,
In seruitute hic habuit duas filias tuas.

In serum pro In vesperum. Sueton. in August. cap. 16, Nec multò post nauali prælio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit.

In singula iugera centenos sextarios efficiant. Colum. lib. 3. cap. 3. 4.

In singulas ciuitates imposita pecunia. Liuius ab Vrbe, Mulcta quinquagenũm æris in singulas ciuitates imposita.

In singulis stipendiis. Plaut. Epid. 2. 36,
Id modò videndum, vt materies suppetat scutariis,
Si in singulis stipendiis ad hostes exuuias dabit.

In singulos annos, in singulos dies. Vide paulò antè, In dies singulos.

In singulos H-S. quinquagenis millibus damnari mauultis? Cicero 5. Verr. 57.

In singulos modios. Cice. 1. Verr. 17, Pro frumento in modios singulos duodenos sesterrios exegisse.

In sodalibus illis es. Plaut. Persa, 16. 94,
-tu in illis es decem sodalibus,
Te in exilium ire hinc oportet.

In solatio esse, Solari & gaudere. Plaut. Amphit. 8. 12, -& domum
Laudis compos reuenit, in solatio est.

In solutum accipere, Id est vice solutionis. Senec. de Benef. 7. Nisi quod ei qui bonam voluntatem in solutum accepit, eo libentius debes, quia dimitteris.

In solem. Columel. lib. 9. cap. 13. 3, Quum clementia diei suaserit in solem proferre. Quintil. lib. 5. cap. 12, In clarissimum solem mortale lumen inferre.

In somnis, Inter somniandum. Plaut. Amphit. 7. 63, Ibi fortè istum si vidisses quendam in somnis Sosiam.

In somnis,

In somnis, Id est per somnos, vt Seruius ait, hoc est inter dormiendum. Virg. 2. Aeneid. 54, In somnis ecce an te oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi.

In speciem, Dissimulanter, & veluti per speciem tantum. Liu. 10. bel. Pun. 76, Ducentes paucos in speciem captiuos. Idem 4. ab Vrbe, 179. Nec precibus Tribunorum quæ in speciem modo iactentur, sed auxilio cõfidere rem. Idem 8. bel. Maced. 93, Tenui vulnere in speciem.

In speciem, & Reipsa, contraria. Liu. 5. ab Vrbe, 41. Dilataq; in speciem actione, reipsa sublata, Consules extemplo accersiti. Idem, Regem in aliqua parte Græciæ continere, & quod in speciem famamq; belli satis sit, paratum traiicere.

Præclara claris in speciem, sed inops & infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Cic. 7. Ver. 1. 69.

In spem. Liuius 2. ab Vrbe, 49. Multoque plures, vt in spem vniuersæ prædæ, flumen traiciant.

In spem venire. Cic. ad Varronem, lib. 9. 1. 1. In spem tamen venio aduentum tuum appropinquare.

In spe esse. Liu. 5. bell. Maced. 39, Si post deportatos ex Græcia exercitus, primò in spe fuerant, & Anthiocum in vacuam Europæ possessionem venturum, &c.

In summa, Summatim, breuiter. Plin. epist. 96. b, In summa non profuturum ei si donassem, profuturum si cessissem. Idem epist. 94. b. lib. 6. In summa, nosti facetias hominis, quas velim attẽdas, ne in bilem & amaritudinem vertat iniuria. Idem epist. 101. 0. lib. 5. In summa (cur enim non aperiam tibi vel iudicium meum, vel errorem?) primum ergo officium scriptoris existimo, titulum suum legat, &c. Idem epist. 161. b, In summa, nihil erit, ex quo non captes voluptatem. Quintilianus In summa, non recedo, sat est mihi mutis etiam parentibus pie facere. Plin. annculus lib. 7. cap. 34. In summa, ei in patria mori non licuit. De Natura. Idem lib. 7. cap. 45. 4. In summa deus ille, cælumq;, &c. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 10. 1. In summa, quatuor sententiis, &c.

In summo beneficio. Cic. 5. Verr. 94, Hoc vix ab Aprouio in summo beneficio, pro in qui etiam tum incolumes erant, impetratum est.

In summum euadere. Liu. 5. ab Vrbe, 208.

In omni summa. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 11. 8, Et in omni summa, vt mones, valde me ad otium paceuve conuerto.

In superuacuum. Seneca, de Ira, 1, Quid autem est ira in superuacuum tumultuante frigidius? Id est frustra.

In suspenso relinquere. Plin. epist. 248, Existimabam necessariò ergo rem totam, dum re consulerem, in suspenso relinqui. Hoc est, Suspensam & incertam.

¶ In tam breui spatio. Terent. Heaut. 5. 2. 2,
Itine tandem quæso Menedeme, vt pater
Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animum patris?

In tantum. Plin. lib. 8. cap. 16. 15, Et male credi libertas ei, cui in tantum, erasisset etiam feritas.

In tantum, in quantum. Plin. in Paneg. ad finem, Si denique in tantum diligo optimum principem, in quantum inuisos pessimo fui.

In tantum, vt. Plin. lib. 10. cap. 52. 1, Aliquæ in tantum, vt effœtæ moriantur. Ibidem, cap. 11. 1, Vnde tamen nulla vulgo infixa fit fama in tantum, vt in maledictis, &c.

In talibus viris. Cice. de Amicit. 37, Nam hæc quidem in talibus viris quid attinet dicere?

In te est mihi salus. Plaut. Pseud. 3. 69.

In te copia est sodali tuo. Plaut. Epid. 7. 10.

In te, Contra te. Plaut. Trinum. 4. 10, Hæc cum audio in te dici, excrucior, miser.

In tempore, Id est opportunè. Plaut. Capt. 13. 67,
-optime mihi in tempore aduenis. Idem Amphit. 9. 17,
-Alcumenæ in tempore auxilium feram. Liu. 4. ab Vrbe, 171,
Aut in tempore pugnam iniisse. Sic 3. belli Pun. 185.

In ipso tempore. Hoc est, Tunc temporis. Plaut. Cistel. 9. 18, -quasi
Dedita opera, in tẽpore ipso Spes mihi sancta subuenit. Terent. And. 3. 2. 51, Atque adeò in ipso tempore eccum ipsum obuiam Chremetẽ. Ibidem, 5. 6. 10, Charine, in tempore ipso mihi aduenis. Idem Hecyra, 4. 4. 5, Opportunè te Phidippe in in ipso tempore ostendis.

In tempus. Plin. epist. 49. d, Mox quasi alio die studebat in cœnæ tempus. Cic. Attico, lib. 2. 14. 5, Nam & eiusmodi sunt ii versus, vt in tempus ab inimico Pompeij scripti esse videãtur. Horat, in Arte, 9, Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat.

In præsens tempus, pro nunc. Cic. 1. in Catil. 16, Video si mea voce ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas inuidiæ nobis si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Budæus.

In omne tempus. Cic. Luccio, lib. 5. 15. 1, Dicerem iucundius: nisi id verbum in omne tempus perdidissem.

In tormentis esse. Plinius epist. 176. b, In tantis tormentis eram, quum scriberem hæc.

In totum, Omnino. Plin. in Præf. 10, Et ne in totum videar Græcos insectari, ex illis nos velim, &c. Idem lib. 10. cap. 29. 9, Mox æstu aucto in totum alia vox fit. Idem lib. 2. cap. 9. 4. Et cap. 47. 10. Id est omnino. Colu. lib. 3. cap. 12. 2.

In totum, & in vniuersum, ferme pro eodẽ. Quintil. de Proœmio, Aristoteles quidem in totum id necessarium apud iudices negat.

In tranquillo. Terent. Eunu. 5. 9. 8,
-tum autem Phædriæ
Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo.

In transcursu, Obiter. Plin. lib. 3. cap. 5. 2, Nec ignoro ingrati ac segnis animi existimari posse meritò, si breuiter atque in transcursu in hunc modum dicatur terra.

Tractare aliquid in transitu. Quintil. lib. 6. cap. 2. 2, Et eorũ non simplex natura, nec in transitu tractanda.

In triduo hoc, In spatio tridui. Plaut. Persa, 2. 39,
-quos continuò reponam tibi
In hoc triduo, aut quatriduo. Plin. lib. 9. c. 2. 51. 8, Cæteræ fœminæ in triduo excludunt, si mas attigit.

In turpissimis rebus habere. Cæl. 6. bel. Gal. 78, Intra annum vero vicesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.

In tunicis albis venerit. Plin. epist. 147. c, Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat. Venerunt p fenestras, ita narrat, in tunicis albis duo. Id est tunicis albis induti.

In tussiendo, Per tussim. Plaut. Asin. 13. 50,
-ne sic tussiat,
Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat.

In tuto res est. Plaut. Merc. 7. 42,
Res adhuc quidem hercle in tuto est: nam hunc nescire sat scio De illa amica. Terentius Heaut. 4. 3. 11, Nam amici quoq; res est videnda in tuto vt collocetur.

In tutum eduxit legiones. Plaut. Mostell. 15. 7.

¶ In verba certa dare recuperatores. Cice. 5. Verr. 57, Quærebant quæ in verba recuperatores darent: respondebat, si pateret aduersus edictũ fecisse, quæ in iudicio dicturum esse dicebat.

In vero. Vlpian. in L. Qui cum tut. Parag. vlt. ff. De transact. Qui per fallaciam cohæredis, ignorans vniuersa quæ in vero erant.

In vesperum parata. Plaut. Mostell. 9. 8, Parata res mala est in vesperum huic seni.

In via. Plautus Menæh. 9. 69, Ne vxor cognoscat te habere, si in via conspexerit.

In vicem, In locum. Plin. lib. 11. ca. 37. 10, Sed exẽpta modicè non sunt letalia, in vicem eorum succendente corporea cicatrice.

In vicino sunt terræ. Plin. lib. 2. cap. 16. 6.

In viros diuidere: hoc est in singulos viros, vel viritim. Plau. Aulul. 5. 30,
Nam noster nostræ qui est magister curiæ,
Diuidere argenti dixit nummos in viros.

In vnguem. Celius, Suturæ in vnguem commissæ: quarum oræ exactè cõmissæ sunt, ita vt alteri neutra insidat.

In vniuersum, pro eo quod est generaliter. Quintil. Verùm antè quàm de singulis loquar, pauca in vniuersum de varietate opinionum dicenda sunt. Idem lib. 4. cap. 1. 16. In quo vitii nihil erat, nisi in vniuersum id præciperet. Plin. lib. 5. cap. 27. 9, Quinetiam confractus, effugiens quoque maria plurimis se gentium nominibus hinc & illinc implet, A dextra Hircanus, Caspius: A læua Pariedrus, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus Scythicus appellatus. In vniuersum verò Græcè Ceraunius De Tauro monte. Idem lib. 6. cap. 18. 20. Et lib. 15. cap. 16. 1.

In volatu, Volando. Plin. lib. 10. cap. 24. 3, Ea demum sola auium non nisi in volatu pascitur. De hirundine.

In vtranque partem. Cic. 4. Acad. 187, Item ea quæ interrogati in vtranque partem respondere possumus, sequentes, &c.

In vulgus fama pessima. Liu. 3. ab Vrbe, 180, Sepultus ingenti militũ mœstitia, pessima decemuirorum in vulgus fama est.

In vulgus gratum. Cice. ad Atticum, lib. 2. 37. 4, Quod egregiè non modo iis qui vtuntur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus. Hoc est vulgo gratum.

¶ In, componitur cum omnibus literis tam vocalibus, quàm consonantibus, sed quando vocalibus iungitur, vel c, d, f, g, h, n, q, s, t, semper remanet n, vt in auris, ineo, inicio, inops, inuoco, incedo, induco, infero, ingero, inhibeo, innuo, inquiro, insisto, intueor. Quando vero cum b, m, & p, mutatur n, in m vt imbibo, immunis, impono. Cum l, & r, mutatur n, in l, vel in r, vt illudo, irruo.

Inabruptus, Adiect. (ἀῤῥαγής,) Quod nõ est abruptum, aut qd abrumpi non potest. Stat, 5. Sylu. 1. 9,
Nec mirum si vos collato pectore mistos
Iunxit in abrupta Concordia longa cathena.

Inaccessus, Adiect. (ἀπρόσιτος,) Ad quem nõ acceditur, vel accedi non potest. Plin. lib. 12. cap. 14. 1, Saba regio à dextra maris scopulis inaccessa. Idem lib. 10. ca. 12. 5, Deserta incolitur nec tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa.

Aditus inaccessi. Silius lib. 3. 4, Rumpit inaccessos aditus, atque ardua

Universidad de Deusto
Biblioteca

primus Exuperat. De Hannibale superante Alpes.

Inaccessus, Ad quem nullus debeat accedere. Virg. 7. Aeneid. 1. Diues inaccessos vbi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu. Seruius.

INACHIA, (ἰναχία,) vocatur tota Peloponnesus, non solum Argos. Stephanus.

INACHVS, (Ἴναχος,) pater Iouis vel Ius, qui primus apud Argiuos regnauit, & Inacho fluuio nomen dedit: vnde & poetæ Huiusi ipsum Iouis patrem vocant, & regem faciunt Argiuorum. Strabo lib. 8. sic ait, Argiuorum vrbs magna ex parte planis in locis sita est, promontoriũ Larissam nomine, collem valde septum, in quo Iouis phanum est. Fluuius iuxta labitur Inachus inter saxosas conualles, qui oritur ex Lyrcio ad Cynuriam montem Arcadiæ. Quæ de illius fontibus fabulosa vulgantur, poetica sunt cõmenta. De Inacho rege meminit Horatius 1. Carm. ode. 3. 5. Diuesne prisco natus ab Inacho
Nil interest, an pauper, & infima
De gente sub dio moreris.

Antiquus. Senec. Thyest. 4. 1. Volucer, Sene. Herc. Oeth. 2. 8.

Fabula est apud Ouidium. 1. Metam. Complexus est illam etiam Virgilius. 7. Aeneid. 158. his versibus,
At tuuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Cælataque amnem fundens pater Inachus vrna.

Inachides, Patro. m. (Ἰναχίδης,) Ouid. 1. Met. 152. Non tulit Inachides.
De Epapho loquitur, qui ex Ioue vel Iside natus erat. Statius pro gentili posuit, lib. 3. 73. – trepidi de fedibus attant

Inachidæ. Id est Argiui.

Inachis, Patronymicum fœm. (ἰναχίς,) Propert. lib. 1. eleg. 3. 4.
Sed sic intentis hærebam fixus ocellis,
Argus vt ignotis cornibus Inachides. Id est Ius filiæ Inachi.
Ouid. 1. Metam. 123. – inque nitentem
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam.

Ripæ Inachidæ. Ouid. 1. Met. 129. Venit & ad patrias, vbi ludere sæpe solebat Inachidas ripas. Posuit pro gentili Inachias ripas.

Inachius, Adiectiuum, (ἰναχῖος,) Virg. 3. Georg. 31.
Inachiæ suno pestem meditata iuuencæ.

Vrbes Inachiæ. Stat. 1. Thebaid. 64.

Litus Inachium. Ouid. 5. Fast. 131.

In aduersum, (εἰς τὸ πρόσθιον,) pro In parte aduersa, vice aduerbii fungitur. Cæsar. 5. bel. Gal. 14. L. Cotta legatus omnes cohortes, ordinesque adhortans, in aduersum os funda vulneratur. Colum. lib. 4. cap. 25. Nam quum in aduersum pressa manu defecare quid debet, cultro vtitur.

Inadulábilis, pen. corr. Adiectiuum, (ἀδολόκλωστος,) Non obnoxius adulationi. Gel. lib. 14. cap. 4. Ex imagiois autem istius significatione intelligi voluit iudicem, qui iustitiæ antistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, &c.

Inaedifico, inædificas, penult. corr. (ἐνοικοδομέω,) Inædificare, Idẽ quod ædificare significat. Cæs. 1. bel. Ciuil. 109.
Portas obstruit, vicos, plateasq; mẽdificat, fossas trauersas viis ducit.

Inædificata & immolita ædificia. Liu. 9. bel. Maced. 182.

¶ Inædificare, pro Simul ædificare & construere. Plin. lib. 10. cap. 3. 6. Inædificatur nido lapis aeriues, quem aliqui dixere gagatem. Hoc est, in nido ædificatur.

¶ Inædificare, Quod ædificatum erat destruere. Cic. de Aruisp. resp. 29. A Sexto Serrano sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine esse fœdata nescimus?

Inaequalis, & hoc inæquale, pen. prod. (ἄνισος, ἀνόμαλος,) Notæ significationis.

Aurumni inæquales. Ouid. 1. Metam. 24.

Inæqualis mensa. Martial. lib. 1. 51.
Pinguis inæquales onerat cui villica mensas.

Inaequo, inæquas, (ἀνισόω,) Inæquare, Complanare, adæquare. Cæs. 1. bel. Ciuil. 109. Fossas transuersas viis ducit, atqi ibi sudes, stipitesque præacutos defigit. Hæc leuibus cratibus terræque inæquat.

Onus inæquatum. Tibul. lib. 4. ad Messalam, eleg. 1. 9.

Inæqualitas, pen. corr. inæqualitátis, (ἀνισότης, ἀνομαλότης,) Colum. lib. 3. cap. 11. 3. Opus est inter has inæqualitates magno tẽperamento.

Inæqualiter, pen. corr. Aduerb. (ἀνίσως,) Colum. de Arboribus, cap. 7. 4. Et eodem ferro acuto plagam emendes, sicubi inæqualiter findi videbitur. Liu. 8. bel. Pun. 106. Clauos secum ferreos portantes, quà per inæqualiter eminentia rupis poterant, scandunt.

Inæquabilis, & hoc inæquabile, pen. corr. (ἀνόμαλος,) Idem quod inæqualis: vt Inæquabilis locus campester. Varro. 1. de Re rust. cap. 6. 5.

Inæquabili varietate distinguere. Cic. in Partit. 8.

Inæquabiliter, pen. corr. Aduerb. (ἀνομάλως,) Varro. 3. de Re rust. ca. 9. 7. Ob quam rem oua aut inæquabiliter maturescũt, aut consenescunt.

Inaestimabilis, & hoc inæstimabile, penul. corr. (ἀτίμητος,) Quod æstimari non potest. Liu. 5. bel. Maced. 53. Quòd è grege se imperatorum, velut inæstimabilem secreuisset. Ibidem, lib. 1. 134.

Aestimabile & Inæstimabile, contraria. Cic. 3. de Fin. 31. Aestimabile esse dicitur (sic enim vt opinor appellamus) * id quod aut ipsum secundum naturã sit, aut tale quid efficiat, vt selectione dignum propterea sit, quòd aliquod põdus habeat dignum æstimatione, quam ille ἀξίαν vocat: contraque inæstimabile, quòd sit superiori contrarium.

Inæstimabile gaudium. Liu. 9. bel. Pun. 158.

Inaestuo, inæstuas, (ἐνκυμαίνω,) inæstuare, Idem quod æstuare, aut valde æstuare. Horat. Epod. 11. 3. Bilis inæstuat præcordiis.

Inaffectatus, Adiect. (ἀκατεύθυνος,) Non affectatus. Quintil. lib. 11. Quia mirè simplicitas illa & securitas inaffectatæ orationis tenues causas decet. Plin. in Paneg. Inaffectata veritas verborum.

Inaffectata iucunditas. Quintil. lib. 10. cap. 1. Quid ego commemorem Zenophontis illam iucunditatem inaffectatam?

Inalbesco, inalbescis, (ἐσκλυκαίνομαι,) inalbescere, Album fieri. Celsus in secundo, Venæ sub lingua inalbescunt. Idem in tertio, Totum corpus cum pallore inalbescit.

Inalgesco, inalgescis, (ἐσριγόω μαι,) inalgescere, Idem quod algescere. Celsus lib. 3 cap. 3, Frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrore, vbi totum corpus intremit.

INALPINI, (ἐνάλπειοι,) Dicuntur, qui Alpium intra & veluti fauces incolunt. Plin. lib. 3. cap. 4. ad finem. Adiecit formulæ Galba Imperator ex Inalpinis Amanticos atque Ebroduntios. Quanquam pro incolis Alpium videtur accipere, cap. 5, Alpes populique Inalpini vnius nominibus: sed maximè capillati.

Inamabilis, & hoc inamabile, pen. corr. (ἀείρατος,) Qui non potest amari, in quo nihil est propter quod amentur. Martial. lib. 5. 38. Plaut. Bacchi. 14. 3, Incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus viuo. Plin. epist. 1. 87, Quanquam id genus operis inamabile, inamœnũ, magisq; laboribus ruris, quàm voluptatibus simile.

Feritas inamabilis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 1.

Locus inamabilis. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 9.

Regnum inamabile. Ouid. 14. Metam. 118.

Ridere inamabile. Ouid. 3. de Arte amandi, 58.

Inamaresco, inamarescis, (ἐξαπικραίνομαι,) inamarescere, Amarescunt epulæ sine fine periræ.

Inambitiosus, penult. prod. Adiectiuum, (ἀφιλότιμος, ἀφιλόδοξος,) Ouid. 11. Metamorpho. 154, Secretos montes & inambitiosa colebat Rura.

Inambulo, inambulas, pen. corr. inambulare, (ἐμπεριπατέω,) Significat spatiari, & spatia ambulando cõficere. Cicero de Orat. 137. Neque is consistens in loco, sed inambulans, atque aliquantulum ingrediens arduo. Liu. 1. ab Vrbe, 237 Ibi inambulans tacitus, sarcina papauerum capita dicitur baculis decussisse. De Tarquinio. Cicero. lib. 6. 115, 9. Ante lucem inambulabam domi. Sic 1. Acad. 25. Et lib. 1. de Legi. 4. Plaut. Afina. 12. 92. Inambulandum est.

Quiescere & Inambulare, contraria. Cic. 6. Verr. 27. Eò quum venio, Pretor quiescebat, fratres illi Cybiratæ inambulabant.

Cum aliquo in portico inambulare. Cic. 2. de Orat. 7.

In viridi, opacaque ripa inambulare. Cic. 1. de Legib. 22.

Inambulatio, (ἐμπεριπάτησις,) Verbale, Ipse inambulandi actus. Cicero. in Bruto non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio. Author ad Heren. lib. 3. 120. Sin contentio fiet per distributionem, celeri porrectione brachii inambulatione, pedis dextri rara supplosione, acri & defixo aspectu vti oportet. Catullus ad Flauiũ epig. 6. 3.
– tremulique quassa lecti
Argutatio, inambulatioque.

Inamoenus, Adiectiuum, (ἀφαιδρόπος,) Ouid. 10. Metam. 9. Persephonem adiit, inamœnaque regna tenentem.

Feritas inamœna viæ. Stat. 2. Sylu. 2. 7.

Inanimus, pen. cor. Adiect. (ἄψυχος,) Quod non habet animum, vel anima caret, & non viuit. Cic. 2. Off. 14. Partim sunt inanima, vt aurum, argentum. Idem 1. Tusc. 85. Inanimum est enim oũ quod pulsu agitatur externo. Idẽ 7. Verr. 134. Tamen omnia mutæ atque inanima, tanta & tam indigna rerum atrocitate cõmenerantur.

Inanima caro. Plin. lib. 7. cap. 15. 1.

Inter inanimum & animal quid intersit, ostendit Cic. 4. Acad. 71. Deinde (inquit) quum inter inanimum & animal hoc maximè intersit, quòd inanimum nihil agit, animal agit aliquid.

Inanimãtus, pen. corr. Adiectiuum. (ἄψυχος,) Idem quod inanimus. Cicero in Somn. Scip. 32. Inanimatum est enim omne quod impulsu agitatur externo. Vbi ex vetusto codice legitur inanimum. Idem in Topicis, 36, Animata inanimatis anteponantur.

Inãnis, &

Inanis, & hoc inãne, pen. pro. (κενός, ἀνόλβιος ἐρεῦδος, πτωχός,) Vacuus. Plaut. Milit. 11. 40.
Eam plenam atque inanem fieri, plenam à summo,
Vbi bacchabatur auia, quassabant cadi. Idem Persa, 10. 16,
Non ego mimicitias omnes pluris æstimo,
Quàm mensa inanis si nunc apponatur mihi.

Inanis atque inops. Pauper. Plaut. Bacchid. 9. 19. Igitur mihi inani atque inopi subblandibitur. Cic. pro Cluen. 55. Quum domi suæ miserrimus & inanissimus tantum nummorum positum videret.

Inanis accedit, Id est, nihil secum affert. Plaut. Pseud. 5. 75,
Nihilne te mei miseret? n. inanis accedas?
Dicta non sonant: at ego te viuum, saluumque vellem. Sic Cicero ad Atticum, lib. 14. 301. 1, Inanes redierunt.

Inanis incedit, Nihil fert aut portat. Plaut. Amph. 4. 176. Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes. Idem Asin. 12. 70, Eho baiulabottu, vt decet dominum, ante me ito inanis.

Inanem ex aliquo loco profugere. Cic. 3. Verr. 26. & 4. 16.

¶ Ager inanis Cic. 5. Verr. 101.

Artus inanes. Ouid. ad Liuiam. 27.

Corpus inane. Ouid. epist. 11. 24.

Nuda & inanis domus, cui opponit Exornata & instructa. Cic. 4. Ver. 59.

Inanis equus, Cui nemo insidet. Cic. 4. Verr. 115.

Horrea inania. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 7.

Inanis locus. Cic. 7. Ver. 75. Quem postea quàm inanem locum offenderunt, & Prætorem cõmouisse ex eo loco castra senserunt.

Inanis nauis. Cæsar 5. belli Gall. 85. Et Cic. 7. Verr. 37, Inanem te nauẽ esse in Italiam deducturum.

Nubila inania. Virg. 4. Georg. 40.

Inanes ostreæ, Quæ parum aut nihil habẽt succi inclusi in ipsis cochleis, Plin. lib. 9. cap. 31. 3. Huic solertia est, inanium ostrearum testis se cõdere. De piuot hero.

Simulacra inania. Ouid. 1. Metam. 134.

Vas inane quum dicimus, non ita loquimur vt physici, quibus inane nihil placet, sed ita vt, verbi gratia, sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus. Cic. de Fato, 17.

Vmbra inanis. Ouid. 3 Trist. eleg. 11. 5.

Inane crimen. Cic. 4. Verr. 118. Crimen huiusmodi nisi literis confirmetur, inane esse dicet?

Bella inania gerens. Silius lib. 1. 14.

Causas nequicquam nectis inanes. Virg. 9. Aeneid. 45.

Spes fallaces, cogitationes inanes. Cic. pro Milone. 77.

Cupiditatum inaniũm nec modus vllus, nec finis inueniri potest. Cicero 1. de Finib. 71.

Curæ inanes. Lucret. lib. 5. 287.

Deum inane. Horat. Epod. 5. 2.

Doli frangentur manes Virg. 4. Georg. 90.

Inanis eloquutio, ac pene puerilis. Cic. 1. de Orat. 11.

Fletus inanes. Virg. 4. Georg. 75.

Ira inanis. Virgilius 10. Aeneid. Dii Iouis in tectis iram miserantur inanẽ.
Vbi Seruius, Generaliter dicit omnem iram bellicã. Vbi enim tam inanis iracundia est quàm in bello, vt pereamus irascimur?

Lætitia tumefactus inani. Propert. lib. 3. eleg. 6. 1.

Ludus inanis. Virgil. 4. Georg. 21.
Inflabiles animos ludo prohibebis inani. Id est leui.

Metus inanis. Lucret. lib. 3. 200.

Munus inane, Non profuturum. Virg. 6. Aeneid.
–& fungar inani Munere. Seruius.

Nomen inane. Horat. 1. epist. 18. 9.

Operam inanem sumere. Horat. de Arte poetica. 90.

Pictura inanis. Virg. 1. Aeneid. –animum pictura pascit inani.

Promissum inane. Ouid. 3. Fast. 137.

Sagina inanis. Quint. lib. 2. ca. 15. 18. Et verũ robur inani sagina mẽtiani.

Palla & inania humana somnia esse. Cic. 2. de Diuinat. 191.

Spe multum captus inani. Virg. 11. Aeneid. 10.

Inani & tenui spe consolati. Cic. pro Qu. Rosc.

Inane studium. Virg. 2. eclog. 1, –ibi hæc incondita solus
Montibus & syluis studio iactabat inani.

Studia inania, & fluxa. Tacit. lib. 3.

Inane tempus Virg. 4. Aenid. 87.

Inania verba. Virg. 10. Aeneid. –dat inania verba,
Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis.

Verba inania fingis. Propert. lib. 3. eleg. 20. 1.

Visiones inanes. Cic. 4. Academic. 90.

Voces inanes fundere. Cic. 3. Tuscul. 72.

¶ Inanis, cum genitiuo. Ouidius epist. 3. 12.
Sanguinis atque animæ corpus inane fuit.

Inanissimus prudentiæ, hoc est prudentia omnino vacans. Cic. pro Murena, 24. Postea verò peruulgata, atque in manibus iactata & excussa, inanissima prudentiæ reperta sunt.

¶ Inanis, cum ablatiuo. Cic. ad Att. lib. 2. 23. 1, Nullã enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re vtili & suaui venerat.

¶ Inane, Leue & non constans. Cic. Brut. 3. 3, Nihil est in me inane, neq; enim debet. sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, gratulatioque me commouet, propterea quòd popularem me esse in populi salute præclarum est. Budæus

Nihil inane, nihil sine causa, nihil supernacuum. Cic. 1. de Nat. deor. 126.

¶ Inãne, pen. pro. Substantiuum, pro aere, cælo. Ouid. 1. Metam.
Sustulit & celeri raptus per inania vento Imposuit cælo.

Magnum inane. Virg. eclog. 6. 7. Lucret. lib. 2. 13. & 22.

Profundum inane. Lucret. lib. 3. 20.

Inãnitas, pen. corr. Vacuitas. Plaut. Casina, 19. 6, Mihi inanitate lãdudum intestina murmurant. Plin. lib. 13. cap. 22. 4, Quædam verò inanitatem, vt arundines. Cicer. de Fato, 29. Quum duo indiuidua per inanitatem ferantur.

¶ Inanitas, Vanitas. Cic. 3. Tusc. 5. In summa inanitate versatur.

Inanitas & error. Cicc. 1. de Finib. 70. Vt sapiens solum amputata circumcisaque inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus sine ægritudine possit & sine metu viuere.

Oris inanitas. Quintil. lib. 1. cap. 11. 4, Nec verba in faucibus patietur audiri, nec oris inanitate resonare.

Inãniter, pen. corr. Aduerbium, (κενῶς, φρόνιμα,) Cic. 4. Tuscul. 21, Quũ autem inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest.

Inaniter, pro Frustra. Ouid. 1. Metamor.
–& medicas exercet inaniter artes. Horat. 2. epist. 1. 43,
–meum qui pectus inaniter angit.

Inaniter moueri. Cic. 4. Academ. 87.

Inaniloquus, pen. cor. Adiect. (κενολόγος,) Qui inania loquitur & vana. Plaut. Pseud. 5. 15, Surdus sum profectò, inaniloquus es.

Inaniæ, inaniarum, pro Vacuitatibus, (κενότητες,) Plaut. Aulul. 5. 26,
Nam hîc apud nos nihil est aliud quæsti furibus,
Ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.

Inãnio, inãnis, pe. pro. inaniui, inanitum, (κενόω,) inanire, Vacuare. Plin. lib. 10. cap. 3. 1, Herbacea arefacta, per se inanit aloum. De cucurbita. Idem lib. 21. cap. 10. 9. Vesicas inanit, & epiphoris illinitur. Idẽ lib. 15. cap. 5. 19. Cortex remanet: hoc inaniunt: medulla cadit.

Inapparatio, (ἀδιακοσμοκοσία,) coi contrarium est Apparatio. Author ad Heren. lib. 1. 38. Si præterea ex altera parte vires, pecunia, consilii, scientia, apparatio: ex altera pte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demõstrabitur fuisse.

Inapertus, Adiectiuum, (ἀνανεύθυνος,) Non patens, non expositus. vt Senectus inaperta fraudi. Silius lib. 7. 6.

Inardeo, siue Inardesco, Inardescis, inarsi, (ἐνάπτω,) Inardescere, Idẽ quod ardescere significat. Hoc est, igne, calore consumi. Cic. 2. de Orat. 121. Dicere enim aiunt Ennium, Flammam à sapiente facilius ore inardente opprimi, quàm bona dicta teneat.

Inardescit solis radiis nubes. Virg. 8. Aeneid.
–qualis quum cærula nubes
Solis inardescit radiis, longeque refulget.

Inarsit. Horat. Epod. 3. 4. Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit æstuosius.

Inaresco, inarescis, inarui, (κατεξηραίνομαι,) Inarescere, Significat idem quod suum simplex: nisi aliquid addat præpositio. Colu. lib. 4. cap. 14. 3, Nec patiantur ante maturitatem fructum inarescere. Plin. epist. 17. libro 2. Buxus qua parte defenditur tectis, abundè viret, aperto cælo apertoque vento, & quanquam longinqua aspergine maris inarescit.

Inarescens ficus à rore. Colum. lib. 11. cap. 15. 2.

Lachrymæ inarescunt. Quintil. libro 6. cap. 1. 22, Nihil facilius quàm lachrymas inarescere.

Inarefactus, Participium ab Inarefio. Plin. lib. 31. cap. 10. 8, Ad sanguinem sistendum & ranarum illmunt cinerem vel sanguinem inarefactum.

Inargentàtus, pen. prod. Adiect. (ἀργυρόω,) hoc est argento coopertus & illinitus atque obuolutus. Plin. lib. 21. cap. 2. 3, Paulatimq; & Romæ subrepsit appellario, collis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollaris postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

Inargute, pen. pro. Aduerb. (ἀστειόλως,) Non astutè. Gell. lib. 21. cap. 13. Tunc Sulpitius Apollinaris renidens, Non me hercle inargutè, inquit, nec incallidè opposuisti hoc Tullianum.

INARIME, penul. corr. (ἄριμα, ἄριμοι,) insula in ora Campaniæ prope Neapolim: & vt ait Plin. lib. 3. cap. 6. in Puteolano sinu, Aenaria à statione nauium Aeneæ vocitata. Vulgò Ischia ab oppido cui coxendicis similitudo, vt docet Hermolaus. Inarime verò ab Arimis, siue populis, siue bellis, ita prisca Hetroscorũ lingua simias dictante. quas Græci pithecos vocãt: vnde nomen insulis Pithecusis, vt Straboni placet, ex historia fabulosa quã Harpocration, Xenagoras, & Suidas ita referũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fratres, aiunt, duo fuerunt, Candulus & Atlas, omnium scelerum quibus humana vita damnata est, authores & inuentores. Quibus morum peruersitas, Cercopum nomen dedit (impostores enim ac planos, quæ res hi præcipui fuere ita, Græcè vocãt ab animalibus, quę κίρκω, id est caudæ motu blandiuntur.) Iis summum studium fuit, appulsos & adnenas dolis quibuscunque circunuenire. Quod quum semel in ipsum Iouem tentallent, ab eo ex hominibus in simias mutati sunt, quas Græci pithecos vocant. Vnde insulis quas tenebant, Pithecusę vocabulum datum. Hinc Ouidius Xenagoram secutus, 14. Metamor. 18, cecinit,

Inarimen, Prochizenque legit, sterilique locatas
Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.
Quippe deũm genitor fraudem & periuria quondam
Cercopum exosus, gentisque admissa dolosæ,
In deforme viros animal mutauit: vt iidem
Dissimiles homini possent, similesque videri. Quanquam Plinius libro 3. cap. 6. ait, Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, vt aliqui existimauere, sed à figlinis doliariorum. πίθος enim dolium Græcis dicitur.

Tyrrhena Inarime. Senec. Herc. Oeth. 9. 6.

Inaro, inaras, pen. cor. (ἰναρόω,) inarare, Idem quod arare, & summa diligentia excolere. Varro 1. de Re rust. cap. 23. 3. Si ager macror est, pro stercore inarare solent. Et apud Columellam lib. 2. ca. 2. 9, Inarare arbores. Plin. lib. 18. cap. 14. 4, Inarari pro inus solũ opus est. Cato cap. 37. 1. Et Columel. lib. 2. cap. 10. 5.

Tellus inarata. Horat. Epod. 16. 9.

Terra inarata. Virg. 1. Georg. 17.

Inartificialiter, (ἀτέχνως,) Vide ARTIFICIALITER. Quintil. lib. 2. cap. 17. 27. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem.

Inascensus, (ἀναβασις,) pro non ascenso. Plin. in Paneg. 111. Iam totics procedere in rostra, inascensuque illum superbiæ principum locum terere, &c.

Inassatus, pen. prod. (ἄνοπτος,) Idem quod simplex assatus. Plin. libro 28. cap. 8. 8. Glaucomata verò lecinoris recẽtis inassati sanie, cum despumato melle inunctis. Idem lib. 30. ca. 7. 4. Caro palumbi in aceto decocta dysentericis & cœliacis medetur. Turdus inassatus cum myrti baccis dysentericis: item merulæ. Ibidem, cap. 8. 8, Verendorum formicationibus verrucisque medetur arietini pulmonis inassati sanies. Et cap. 10. 6, Quidam & ipsum arundine exẽteratum inueteratumque bibendum dedere. Alii in cibo in ligneis verubus inassatum.

Inaspectus, Adiectiuũ, (ἄνοπτος,) Non cõspectus, non visus: vt

Penates inaspecti cælo radiisq; Stat. 1. Thebaid. 10.
–imæque recessu Sedis inaspectos cælo radiisque penates
Seruantem.

Inassuetus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀνήθης,) Idem quod insuetus, inusitatus. Ouid. 4. Fast 90,

Panditur interea Diti viamque diurnum
Lumen inassueti vis patiuntur equi. Idem in Ibin, Cogit inassuetas sumere tela manus.

Manu inassueta agere aliquid. Ouid. 1. de Arte aman. 60.

Inattenuatus, pen. prod. Adiect. (ἀλέπτωτος,) Non attenuatus aut imminutus. Ouid. 8. Metam. 171,

Iamque fame patrias, atque voragine ventris
Attenuarat opes: sed inattenuata manebat
Tum quoque dira fames, implacatæque vigebat Flamma gulæ.

Inaudax, Adiectiuum, (ἄτολμος,) Timidus. Horat. 3. Carm. ode 20, Dura paulo pòst fugies inaudax Prælia raptor.

Inaudio, inaudis, inaudiui, inauditum, (κατακούω,) inaudire, Bene vel perficè audire. Plaut. Aulul. 7. 88. Credo ego iam illum inaudisse mihi esse thesaurum domi.

Inaudire de. Plaut. Mostel. 8. 10.

Sed quidnam hic sese tam citò recipit domum?
Vt metuo ne de hac re quippiam inaudiuerit. Cicero Pansæ Quorũ erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram. Idem ad Pætum, libro 9. ep. 4. Aquini & Fabrateriæ consilia sunt inita de me, quæ te video inaudisse. Idem ad Atticum, lib. 6. ep. 3, Nunquid de quo inaudisti?

Inauditus, pen. prod. (ἀκάκουστος, ἀδιάπυστος,) Nomen, Non auditum, inusitatum, nouum. Liu. 5. belli Macedoni. 189. Et multa nomina gentium inauditarum.

Pars altera inaudita. Senec. Medea, 4. 5.

Inaudita magnitudo, Incredibilis & admodum magna. Plinius libro 9. cap. 30. 4.

Inaudita Græcis fors ista. Cic. 2. de Diuin. 174.

Inauditum omni memoria. Cice. in Vatinium, 25, Fecerisne quod in hac Rep. non modò factum ante nunquam est, sed in omni memoria sit omnino inauditum?

Inauditum nomen imponere alicui rei. Cic. 3. de Finib. 23.

Inaudita & inuisa. Cic. de Aruſp. respon. 53.

Inauditum & nouum. Cic. 1. de Orat. 68. Et pro Cecin. 27.

Inauditum damnari, Id est, Indicta causa damnari. Suet. in Galba, cap. 14.

Quosdam claros ex vtroque ordine viros suspicione minima inauditos condemnauit. Idem in Vitellio, cap. 14, Nullis tamen infensior quàm vernaculis & mathematicis, vt quisque deferretur inauditus capite puniebat. Plin. epist. 76. b. Nec minore scelere, quàm quod vlisci videbatur, absentem, inauditamq; damnauit incesti, quum ipse filiam incesto non polluisset.

Inauditus & indefensus. Tacit. lib. 17, Inauditi, atque indefensi tanquam innocentes perierant.

Inauditiũcula, inauditiũculæ, pen. corr. Diminutiuum, (ἀκροαματίον,) Gellius lib. 5. cap. 21. Habebatq; nõnullas disciplinæ grãmaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoatasque, partim non probas.

Inauguro, inauguras, pen. cor. (οἰωνίζομαι,) inaugurare, Idẽ quod augurium captare. Liu. 2. ab Vrbe, 23. Palatinum Romulus, Rhemus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt.

¶ Inaugurare, Dedicare, consecrare. Cic. 2. Philip. 106. Quid igit cessat? cur non inaugurare? sume diem, vide qui te inauguret. College summe, nemo negabit. Sic de Claris Orator. 1.

Inaugurare locum, Augurio decernere & quasi dedicare. Liu. 3. ab Vrbe 88. Eo magis ꝓ & augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exiuerat: locumq; inaugurari, vbi auspicato cum populo agi posset.

Inaugurare. Claud. 4. Paneg. 3,

Qualis erit terris quem mons Euandr ius offert
Romanis auibus, quem Tybris inaugurat annus.

Inaugurari in locum alterius. Liu. 10. bel. Pun. 118.

Inaugurato, pen. prod. Aduerb. (οἰωνισθέντος,) Id est captato augurio. Liu. 1. ab Vrbe, 162. Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Accius Nauius inclytus ea tempestate augur, neque mutari, neque nouum constitui, nisi aues addixissent, posse.

Inauris, huius inauris, f. g (ἐνώτη,) Ornamentum aurium, quo mulieres antiquè vtebantur. Plaut. Epid. 13. 54, Non mercatisti me inaurem ad te afferre natali die? Idem Menæh. 1. 2. 17. Inaures da mihi. Plin. lib. 9. cap. 55. 2. Antonia Drusi, Murenæ quam diligebat, inaures addidit. Idem lib. 32. cap. 2. 6.

Inauritus, penul. prod. Adiectiuum, (ἐνωτος,) Gell. lib. 7. cap. 6. Quædam animalium alia alio carent: & aut cæca natura gignuntur, aut in odora, inauritáve. Id est sine aure.

Inauro, inauras, (χρυσόω,) inaurare, Auro tergere.

Inaurari ab aliquo. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 13. 3, Puto te malle à Cæsare consuli, quàm inaurari. Horat. 1. epist. 12. 2, –vtte
Confestim liquidus fortunæ riuus inauret.

Inaurãtus, pe. pro. Partici. (χρυσωθείς,) Auro intectus. vt Inaurata dona. Cic. in Piso. Et 4. Ver. 36. & 78. Item 6. Ver. 122. Et pro Cluentio.

Inaurata extrinsecus columna. Cice. 1. de Diuinat. 87. Item, Romulus in Capitolio inauratus. Cic. 3. in Catil. 3.

Crater inauratus. Ouid. 2. Fast. 51.

Palla inaurata indutus. Author ad Heren. lib. 4. 116.

Pellis arietis inaurata. Cic. 1. Tuscu. 72. Ex quodam poeta.

Statua inaurata. Catull. ad Iuuentium, epigr. 76.

Inauspicatus, pen. pro. Adiect. (ἀπόδιος,) Non auspicatum & infœlix, nempe quod fit auspicio non prius capto. Id enim veteribus pro summa religione habebaẽ, vt nihil quod graue esset, prius inciperent, quàm augurium aut auspicium captassent. Plin. lib. 28. cap. 2. 15. Incendio inter epulas nominato, aquam ipsi profundi abominamur: recedente aliquo ab epulis, simul verrit solũ, aut bibente conuiua, mensam vel repositorium tolli, in auspicatissimũ iudicatur. Id est, infelicissimum.

Inauspicatò, Aduerbium. (ἀπροσίως,) Cic. 1. de Diuin. 62, Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quòd inauspicatò pomœriũ ingressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit.

Inauspicatò, pro Infœliciter aliquando accipitur.

Inausus, Adiectiuum, (ἄτολμος,) Non ausus, & quod quis non audet. Senec. Thyeste, 1. 4, Ac me innocentem faciat: & inausa audeat. Id est quæ alii non sint ausi.

Inausum. Senec. epist. 92, Itaque formetur ad intellectum patientiamque fortis suæ animus, & sciat nihil esse fortunæ inausum. Virg. 8. Aeneid. 42, At furiis Caci mens effera, nequid inausum
Aut intentatum scelerisve dolive fuisset.

Incaeduus, Adiectiuum (ἄτμητος) Quod non cæditur. Ex in & cæduus. Seruius, Intonsi mõtes, syluosi, incæduique. Ouid. 2. Fast. 87.

Monte sub Exquilio multis incæduus annis
Iunonis magnæ nomine lucus erat.

Incalesco, incalescis, incalui, (ὑποθερμαίνομαι,) incalescere, Calidum fieri. Plin. lib. 14. ca. 21. 9, Item vasa incalescentia operculaque

operculaq; sudantia. Sic. lib. 37. cap. 4. 3. Oui. 2. Meta. Incaluit, sumpsitque nouas feruoribus iras.

Incalescere vino. Liu. 1. ab Vrbe, 251. Et 9. bel. Maced. 177. Fortè epulantibus iis quum iam vino incaluissent, nuntiatum in cõuinio esse. Ouid. 2. Metam. Incaluitque deo, quem clausum pectore habebat. De Baccho in vtero Semeles.

Animi incaluere. Ouid. 2. Metam. 18.

Incalescens spuma. Plin. lib. 9. cap. 51. 3.

Incalescens tepus. Colum. lib. 2. cap. 4. 1. Pingues campi, qui diutius continent aquam, proscindendi sunt anni tempore iam incalescente.

Virtus incaluit. Lucan. lib. 6. 47.

Incalficio, incalfacis, pen. corr. (ὑποθερμαίνω,) incalfacere, Calidum facere. Ouid. 4. Fast. 185.

Quantum si culmos Titan incalfacit vdos. Idem 15. Metam. 147.
Iętaque coniectos incalfacit hostia cultros.

Incalo, incalas, penultima correpta, (κυλίω,) incalare, Vocare. Festus.

Incallidus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀμήχανος,) Non astutus. Cice. 1. de Inuent. 6. Quum à summis viris maximè res administrarentur, arbitror alios fuisse nõ incallidos homines, qui ad paruas controuersias priuatorum accederent. Idem pro Cluentio. 55. Seruus non incallidus, sed vt ipsa res indicauit, frugi atque integer, sermonem &c. Idem Appio, lib. 3. 8. 25. Quid potest esse incallidius, quàm, &c. In vetusto exemplari legitur callidus. Tacit. lib. 3. Quum incallidus alio qui, & facilis inuenta, sentibus tum artibus vtereturr.

Iudex incallidus. Ouid. epist. 14. 11.

Incillide, penult. corr. Aduerbium, (ἀμηχανοῦς,) Cice. 3. Offic. 162. In his tamen tribus generibus quoquomodo possunt, non incallidè tergiuersantur.

Incandesco, incandescis, incandui, (διαπυροῦμαι,) incãdescere, Vehemẽter incendi, inflammarique. quod enim maximè ignitum est, candidum appellamus. Ouid. 2. Metam. 146.

Non secus exarsit, quàm quum balearica plumbum
Funda iacit, volat hoc, atque incãdescit eundo. Virg. 3. Georg. 96.
–rotoque Autumni incanduit æstu.
Vbi Seruius, Exarsit prima Autumni parte.

Ara incanduit ignibus. Ouid. 12. Metam. 3.

Incanto, incantas, (ἐπῳδάω, γοητεύω,) incãtare, Verbis solis, vel etiã rebus quibusdam adiunctis, aliquid supra naturam moliri. Plin. lib. 28. cap. 2. 8. Qui malum carmen incantasset.

Vincula incantata lacertis. Horat. 1. Serm. saty. 8. 10.

Incantatio Verbale, (ἐπῳδή,) Actus ipse incantandi.

Incantamentum, (γοητεία,) Idem. Plin. lib. 28. cap. 2. Ex homine remedium primum maximæ quæstionis, & semper incertæ est valeántne aliquid verba & incantamenta carminum. Ibidem, 9. Hinc Theocriti apud Græcos, Catulli apud nos, proximeque Virgilii incantamentorũ amatoria imitatio.

Incanus, pen. prod. Adiect. (ἐπιπολιός,) Idem quod canus, aut valde canum significat, teste Seruio. Plaut. Rud. 4. 37, Ecquê tu hic hominem crispum, incanum videris. Virg. 3. Georg. 63.
–barbas incanaque menta.

¶ Incanæ herbæ. Colum. lib. 8. cap. 2. 7. Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ herbæ dependent. Plin. lib. 24. cap. 19. 3, Herba impia vocatur incana torismarini aspectu.

Incanesco, incanescis, incanescere, (ἐπιπολιοῦμαι,) Canum fieri. Virg. 1. Georg. 15. –armisque incanuit albo Flore pyri.

Spumis incanuit vnda. Catull. Argon. 69. 3.

Incassum, Aduerb. (ματαίως, φρεύδη,) Frustra, tractũ à cassibus, vt ait Seruius. Salust. Lucullus superiore anno quantis turbæ concitentur, quæ profectò incassum agerentur, si prius quã vos seruiendi, finem illi dominationis facturi erant. Virg. 7. Aenei. 36. Tum ne tot incassum fusos patiere labores: Vbi Seruius, Incassum, tractum est à cassibus, id est retibus. Idem Seruius in tertium Georg. Cassibus, id est retibus. Hinc est quod & incassum dicimus, id est sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio est inanis.

Incassum tela iactare. Liu. 10. ab Vrbe, 141.

Ignis incassum furit. Virg. 3. Georg. 19.

Incastigatus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀκόλαστος,) Hora. 1. epist. 10. 9.

Nec me dimittes incastigatum, vbi plura
Cogere, quàm satis est, ac non cessare videbor.

Incauo, incauas, pen. corr. (ἐγκαίνω,) incauare, Idem quod caussum pressa manu defecare quid debet, cultro vtitur: quum autem retrahere, sinu: quum allæuare, scalpro: quum incauare, rostro.

Incautus, Adiectiuũ (ἀνυπόβολος, ἀτάμιευτος,) Qui sibi cauere nequit. Liu. 1. ab Vrbe, 233, Nã ne erraret, manere his bellũ quod positum simuletur, & per occasionẽ eum incautos inuasurum.

Incautus, Prouidens & precauens, contraria. Cic. pro Plancio, 43, Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidentem autẽ & præcauentem nunquam certè mouebunt.

Prudens, acutus, minimè incautus patronus in causis cognoscendis, cõponendisque diligens. Cic. de Clar. Orat. 133.

Ingenium incautum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 4.
Pectore incauto lapsus spiritus. Ouid. 3. de Arte aman. 148.
Vulgus incautum. Virg. 3. Georg. 92.
Oppressus ab hoste incautus aliquis. Cic. 11. Philip. 191.

¶ Incautus, cum genitiuo. Horatius 1. Serm. saty. 1. 7,
–haud ignara, ac non incauta futuri. De formica loquitur.

Incautior. Liu. 10. bel. Pun. 61, Neque prudentiorem, neque constantiorem Masinissam quàm Syphacem esse, etiam ab inuenta incautiorem, certè, &c.

¶ Incautum, pro eo quod nõ cauetur, Tacit. lib. 1, Consultatque ex duobus itineribus breue & solitum sequatur, an impeditius, & intentatum eoque hostibus incautum.

Incautè, Aduerb. (ἀβούλευτος,) Improuidè, imprudenter. Cic. ad Att. lib. 7. 129. 2, Nisi ego insanio, stultè omnia & incautè agi iudico. Eidem, lib. 3. 65. 3.

Incautè & inconsultè. Liu. 4. ab Vrbe, 161, Primo prælio quod ab Sempronio incautè inconsultèque commissum est, &c.

Incautius. Liu. 9. bel. Maced. 78, Sed dum incautius subit muros, ictus ex vulnere, post dies paucos moritur. Idem 5. bel. Pun. 48.

Incédo, incedis, pen. prod. incessi, incessum, (βαίνω, βαδίζω,) incedere, Est ingredi, sed proprè cum quadam pompa & fastu.

Virg. 1. Aeneid.
Ast ego quæ diuũm incedo regina, Iouisque
Et soror & coniunx. Liu. lib. 1, Ipse en ille nostris decoratus insignibus, magnificè incedit. Plaut. Curcũl. 7. 13,
Constant, conferunt sermones inter se, tanquam drapetæ,
Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis. Et paulò antè, 10,
Qui incedunt suffarcinati cum libris. Plin. lib. 15. cap. 29. 8, Laurea coronatus incessit.

Incedere magnificè per ora hominum. Salust. in Iugurtha, Neque eos qui ea fecêre pudet, aut pœnitet: sed incedunt per ora vestra magnificè, sacerdotia & Consulatus, parsque triumphos suos ostentantes.

Honore claro incedere. Lucret. lib. 3. 16.

¶ Incedere, venire, & accedere. Plaut. Sticho, 9. 22, Sed fratrem eccum Phamphilippum, incedit cum socero suo. Idem Epid. 1. 3. 2, Sed eccũ incedit Epidicus. Idem Mostel. 4. 1. 53, Sed ẽstne hic meus sodalis qui huc incedit cum amica sua? Idem. Aulul. 14. 18. Et Merc. 7. 27. Terent. Eunucho, 5. 3. 9. Vir mi bonum eccum Parmenonem incedere video. Plaut. Pœnul. 1. 10, Nimia est stultitia sessum impransum incedere.

Inanis incedit, Vide INANIS.

¶ Incedere, Ambulare. Plaut. Merc. 7. 65, Flagitium est si sequatur quando incedat per vias. Idem Curcu. 2. 31, Quid istuc est? PA. cautè vt incedas via. Pli. in Paneg. 38, Incedebas pedibus, incedis: lętabaris labore, lætaris. Colu. lib. 6. Transuersus rursus laxiora spatia faciant, per quæ vel fossor, vel arator incedat. Liu. de secundo bello Punico, Quũ signis prima luce motis segniter agmen incederet.

Facilius autem ad inuentionem incedet animus, si gesti negotii, &c. Cic. 2. de Inuent. 152.

Regina incessit ad templum. Virg. 1. Aeneid. 100.

Incedere ad vrbem. Liu. 6. bel. Maced. 41.

Incedere per vias. Plaut. Merc. 7. 65. Et apud Salustium paulò antè.

Incedere via. Plaut. Curcul. 2. 32.
Durius incedere. Ouid. 1. de Remed. amor. 68.
Lenis incedas. Horat. 3. Carm. ode 18. 1.
Molliter incedit. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 5.
Passu inerti incedere. Ouid. 2. Metam. 155.
Passu tardo incedere. Ouid. 10. Metam. 10.
Summissius primo, deinde pressius pòst sensim incedere. Cice. in Orat. 14.
Turpe incedere. Catul. de Acme, 39. 4.

Incedit pedes: hoc est pedester & sine equo. Liu. 8. bel. Pun. 49.

Itaque iret alter Consul sublimis curru multiiugis, si vellet, equis: vno equo per vrbem verum triumphum vehi? Neronemque etiam si pedes incedat, vel parta eo bello, vel spreta eo triumpho gloria, memorabilem fore. Virg. 10. Aeneid. 151.
Longo ordine incedunt gentes. Virg. 8. Aeneid. 142.
Nuntii incedunt. Tacit. lib. 11, Sed vndique nuntii incedunt.

Incessus, huius incessus. (βάσις βαδίσις βαδίσμα,) Valla, Incedere est ambulare: inde incessus, siue tardus, siue festinus, siue commotus, incõpositus immoderatusque. Proprie tamen sublimior quidam & fastum præ se ferens. Hactenus Valla lib. 5. Cic. 2. de Finib. 113, Quod si vultum tibi, si incessum fingeres, quo grauior viderẽre, non esses tui similis. Virg. 1. Aeneid. Et vera incessu patuit dea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incessus omnibus animalibus certus & vniusmodi, & in suo cuique genere. Plin.lib.10.cap.38.1. Hoc est gressus.
Citus incessus, Vide CITVS.
Fractus incessus. Quintil.lib.5.cap.9.9.
Ratus incessus, nec ira longus. Cic.in Orat.33. De gestu oratoris.
¶ Exprimere incessum alicuius. Ouid.11.Metam.127.
Fingere vulgum & incessum. Cic.1.de Finib.123.
Tacito incessu progressus. Virg.12.Aeneid.44.
Incesso, incessis, incessi vel incessui, incessitum, penult. product. (πορεύομαι,) incessere, A supino verbi incedo formatum, hoc est Ingruo & eueniо. Colum.lib.3. Et quum Autumnus incesserit, ante quàm frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet. Idem lib.12.cap.17. Pluuiæ incesserunt.
¶ Incessere, (βάλλειν, ἐσβάλλειν,) Aggredi, inuadere. Festus, Incessere, Immittere, ac iactu vel verbis petere.
Incessere hostes iaculis & saxis, aut pilis. Liui.8.ab Vrbe, 124. Et.7.bell. Maced.173. Id est lacessere.
Asperè aliquem incessere. Quintil.lib.5.cap.7.18. Probos quosdam & verecundos non asperè incessere profuit.
Incesso illius malè gratiam. Plaut. Cistel.20.109. Illius ego istam incesso malè gratiam.
Bello incessere aliquem. Stat.1.Sylu.4.16.
Dictis incessere aliquem, Ouid.13.Metam.47.
Iaculis incessitur index. Ouid.3.Amor.eleg.11.5.
Lapidum iactu incessere aliquem. Ouid.13.Metam.115.
Leuibus, & friuolis aliquem incessere. Quintil.lib.7.cap.3.28. Satius est omni se antecactæ vitæ abstinere conuitio, quàm leuibus, aut friuolis, aut manifestò falsis reum incessere.
Monitis amaris incessere aliquem. Silius lib.3.35.
Pœnis incessere gentem. Stat.1.Thebaid.49.
Verbis amaris incessere aliquem. Silius lib.11.42.
¶ Incessit admiratio quòd pugnam non inirent. Liu.7.ab Vrb,163.
Incessit homines admiratio. Liu.9.ab Vrb.39. Quæ vbi dixit, tanta simul admiratio miserationque viri incessit homines, vt, &c.
Incessit eum cupido. Liuius, Perfectis patris mandatis, cupido incessit animos iuuenum sciscitandi ad quem, &c. Idem 4.bel.Pun.56. Ipsum ingès cupido incesserat Tarenti potiundi.
Incessit mihi cupido, cura, &c. Vale.Ma. Nec mihi cuncta complectèdi cupido incessit. Liu.1.Decad.lib.4. Grauior cura Patribus incessit. Idem 3.ab Vrbe, 149, Ingens metus incesserat Patres, &c.
Cupido aliquem incessit. Tacit.lib.17. Atque illum cupido incessit adeundi, visendique templum Paphiæ Veneris.
Discordia incessit regibus. Virg.4.Georg.14.
Incessere aliquem dolis, Adoriri & aggredi per fraudem. Plautus Amph. 15.37. Ostendam quid sit herum fallere minis, & dolis incessere.
Incessit fames. Colum.lib.9 cap.14.14.
Incessit ambos inopia. Salust.in epistola Mithridatis, Restituto deinde apud Gaberam exercitu, & variis inter me atque Lucullum præliis, inopia rursus ambos incessit.
Incessebat enim de tertimo cuique licentia. Tacit.lib.3.
Incessit mœstitia animos. Liu.9.bel.Pun.19.
Incessit morbus in castra. Liu.9.bel.Pun.49.
Incessit mos vt, Hoc est, inualuit, aut inuectus est. Salust. de Rep.ord. ad Cæsarem, Quoniam is incessit mos, vt homines adolescentuli sua atq; aliena consumere, nihil libidini, atque aliis rogantibus denegare, pulchrimum putent.
Fœduni anni principium incessit. Tacit.lib.4.
Incessit procella, pro Ingruit. Colu.lib.2.cap.21.1. Si verò procellæ ventorum, aut turbines incesserint, maior pars ad terram defluit.
Incessit dein religio. Tacit.lib.3.
Incessit te religio? Terent.And.4.4.9. Noua nunc religio vnde te isthæc incessit, cedo? Liu.5.bel.Pun.4. Tàta religio ciuitatem incessit, vt, &c. Senec.lib.Controuers.6. Arellius Fuscus, Facinus indignũ commissum æstiuus & pauper eadem vestigia incessimus.
Rumor incessit. Tacit.lib.1.Quippe rumor incesserat.
Seditio incessit. Tac.lib.1.Quum Pannonicas legiones seditio incessit.
Spes incesserat. Tacit.lib 1.
Incessit hominibus sterilitas annonæ. Colu.lib.7.cap.10.1. Famem quoq; si sterilitas annonæ incessit hominibus, commodè propulsat.
Tenebræ incessunt. Tacit.lib.15.
Timor aliquem incessit. Liu.lib.7.Decad.4. Timor incessit Liuium.
Incessit eos timor ne. Liu.1.ab Vrbe,70. Timor deinde Patres incessit, ne ciuitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur. Idem lib.6.bel. Maced.69. Timor deinde incessit ne quos per, &c.
Valetudo eum incessit. Taci.lib.3. Quoties valetudo aduersa Flaminem Dialem incessisset.
Incessi, infinitiuum, (ἐπιβάλλειν,) Virg.12.Aeneid.120.
Regina vt tectis venientem prospicit hostem,
Incessi muros, ignesque ad tecta volare, &c. Hoc est inuadi. Seruius.

Incélebris, pen.corr. Adiectiuum, (ἄκλυτος,) vt Vallis incelebris, apud Silium lib.8.75.
Incendo, incendis, incendi, incensum, (ἐμπυρόω, ἀνάπτω, τύφω, ἐμπρήθω,) incendere. Inflammare. Plautus Menæchmis, 6.2. Sternite lectos, incendite odores.
Agros incendere. Virg,1.Georg.17.
Nulla mens potest incendi, nisi ipse ad eam ardens accesseris. Cic.2.de Orato.105.
Inflammari nauem, incendique iussit. Cic.7.Verr.73.
Odores Galbaneos incendere. Virg.4.Georg.55.
Thura & odores incendere. Cic.6.Verr.69.
¶ Incendere aliquem, per translationem dictum: vt Incédere ira, amore, &c. Terent. Phor.5.8.81.
Hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo,
Vt neque restinguas, lachrymis si extillaueris. Ibidem, 1.4.9.
Loquar ne? incendam, taceam? instigem,
Capere & incendere aliquem. Cic. Lucceio, lib.5.12.3. Genus enim scriptorum tuorum etsi erat semper à me vehementer expectatum: tamen vicit opinionem meam meque ita vel cepit, vel incendit, vt cuperem quàm celerrimè res nostras monumentis commendari tuis.
Incendit eos qui audiunt. Cic.4.de Finib.11.
Incendere & Sedare contraria. Cic.3.de Legib.34.
Animum incendit amore. Virg.6.Aeneid.178.
Animum dictis incendit. Virg.4.Aeneid.40.
Incendere bonorum animos. Cic.ad Atticum, lib.2.31.2.
Clamore incendunt cœlum. Virg.10.Aeneid.177.
Cupiditatem alicuius incendere. Cic. Trebonio, lib.15.21.1.
Incendere cupiditatem & arrogantiã alicuius. Cic. Bruto, 4.3. & ad Quintum fratrem, lib.3.17.24. Amore incendi,
Incendi desyderio. Cic.in Oratore, 18.
Dolore acri incensa. Virg.11.Aeneid.143.
Inflammari & incendi ad cupiditates facibus corporis. Cic.1.Tusc.50.
Furiis incensa. Virg.4.Aeneid.76.
Incendiuntur omnes gloria ad studia. Cic.1.Tuscul.7.
Incendi ira, Vehementer irasci. Plaut. Asin.9.14. Sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit. Idem Pseud.4.69.
– nimis ego sermone huius
Ira incendor. Terent. Hecyra, 4.1.48.
Aderam, cuius consilio ea par fuerat prospici,
Quamobrem incendor ira. Cic.2.de Nat.deorum, 16.
Placatus, & Ira incensus, contraria. Cic. Atti lib.6. 113.2.
Querelis incendere aliquem. Virg.4.Aeneid.73.
Incensus est studio vtriusque vestrum. Cic.1.de Orat.49.
Incensi studio quod ad agrum colendum pertinet. Ci. pro Rosc.Amer.16.
Incensi suspicione, rem in medium vocare cœperunt. Cic. pro Cluentio.
Pudor incendit vires. Virg.5.Aeneid.90.
¶ Incendere in se odia, Concitare in se aliorum inimicitias. Cic. ad Brutum, lib.9.170.4.
In aliquem incendi. Cic. Lentulo. lib.1.9.29.
Incensus, Participium, (ἐμπεπυρωμένος,) vt,
Ad Rempublicam bene gerendam incensus imperator. Cicer. de Prouin. Consul. 29.
Inimicitiis incensa contentio. Cic.de Opt.gen.orat.152.
Pectus incensum amore. Virg.3.Aeneid.60.
Officio incensa voluntas. Cic. Cecinnę, lib.6.6.18.
Incensio, Verbale, (ἐμπύρευμα,) Cic. pro Sylla, 24. Incensione vrbem, internecione ciues, vastitate Italiam, interitu Remp. liberauit.
Incensio Capitolii. Cic.in Catil.54.
Incendium, incendii, (ἔμπρησις, ἐμπρησμός, πυρκαϊά, πυρκαϊαγή,) Inflammatio. Plin.lib.12.cap.19.8. Donec id delubrum incendio consumptum est.
Tanquam aliquod incendium. Cic.3.Verr.108. Communi præsidio tales improbitas, tanquam aliquod incendium, restinguenda est. Sic Asinius Pollio ad Ciceronem, lib.10.33.14.
Belli incendia, Id est vis. Virg.1.Aeneid.114.
Clara incendia. Virg.2.Aeneid.114.
Mitia incendia. Ouid.1.Fast.82.
Sæua incendia. Virg.9.Aeneid.16.
¶ Ardere continenti incendio, Vide CONTINEO.
Compescere incendia, Vide COMPESCO.
Consumi incendio, Vide CONSVMO.
Facere incendium. Cic.in Parad.39.
Ventus glomerat incendia. Virg.2.Georg.63.
Inflammari incendiis cupiditatum Vide INFLAMMO.
Miscere incendia. Virg.2.Aeneid.66.
Offerre incendium, Vide OFFERO.
Incendia vites potuere. Virg.5.Aeneid.135.
Incendium ex amore, Ardor. Plaut. Asin.16.69.
– nam ni impetro,
Regem perdidi, ex amore tantum est homini incendium.

Incendium meum ruina restinguam. Catilina apud Sallustium. Vide Ruina in RVO.
¶ Incendium pro Inuidia. Cic.pro Murena, 49. Catoni fortissimo viro iudicium minitanti ac denuntianti respondisset, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. De Catilina. Liuius, Se populare incendium priore Consulatu semustũ effugisse. Budæus.
Ardere incendio, Vide ARDEO.
Conflagrare inuidiæ incendio, Vide CONFLAGRO.
Incendiarius, (πυρός,) Tacitus libr.15. Item Quintil. Decla.9. Morabar inter sacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus vna laus est) homicidas inclusos turpiore custodia. Sueto. etiam vtitur in Vitellio.

Incensus, (ἄτιμος,) Adiect. à censu, Incensi, qui in censu peragendo censeri nolebant: hoc est qui non profitebantur. Erat autem mulcta, vt libertate priuarentur. Cice. pro Cecinna, 71, Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimiltit. Iam populus quum eum vendidit, qui miles factus non est, nõ adimit ei libertatem, sed iudicat non esse eum liberum: qui vt liber sit, adire periculum noluit. Quum autem incensum vendidit, hoc iudicat, quum ii, qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum, qui quum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse.

Incentiuus, Adiectiuum, Vide INCINO.
¶ Incentiuum pro stimulo. Plinius in Paneg. Non tubæ solum, sed etiam Spartanæ tibiæ incentiuum aliquod feruntur habuisse.

Incepsit, (ἤρξατο,) Incœperit, Antiquè, inquit Festus.

Incepto, Inceptor, Inceptio, Vide INCIPIO.

Incerno, incernis, increui, incretum, pen.prod. (κοσκινεύειν, διακοσκινεῖν,) incernere, Purgare, Separare. vt Incernere terram cribro. Cato cap.48.1. Tum semen serito cribro tãquam limum, & eo terram cribro incernito. Vitruuius, Super fricaturam leuigationibus & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.
Incerniculum, incerniculi, pen.corr. (κοσκινίδιον,) Instrumẽtum quo frumenta purgãtur. Plin.lib.8.cap.44.5, Decretum fecere quo caueretur ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent. Cato, Cribrum vnum, incerniculum vnum, securim vnam, scamnum vnum.

Incero, incerat, pen.prod. (κηρόω,) Incerare, Aliquid cera tegere. Iuuenalis Satyr.10.
– genua incerate deorum.
Incerãtus, pen.prod. Participium, Cera illitus. Cor. Celsus lib.8. cap.8. Si plura fragmenta sunt, excipienda sunt ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato, ne fascia diducatur.

Incertus, (ἄδηλος, ἀδύματος,) Adiectiuum notum, In opinione dubia, Non sibi constans. vt Incertum vulgus. Cic. pro L. Mure. 34, Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominũ, nihil fallacius ratione tota comitiorum.
Lubrica & incerta puerilis ætas. Cic.7.Verr.107.
Incertus animus, Dubius. Terent. Heaut.1.1.71.
Domum reuertor mœstus, atque animo ferè
Perturbato, atque incerto, pro ægritudine. Tacit.lib.5.
Animi hominum incerti & exitus præliorum. Cic. Bruto. 14.4.
Aura incerta. Ouid.2.Amor.eleg.9.7.
Incerta bestia, apud Plautum, quæ nihil certi præsagit.
Anceps & incerti casus. Cice.in Orat.53.
Incerta consilia. Terent. And.1.3.16.
Cedo, quid obiurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta vt fiant.
Crines incertos colligere. Ouid.1.Amor.eleg.11.1.
Errores incerti. Lucret.lib.4.217.
Euentus futuri temporis incerti. Cic.pro Quintio, 56.
Incertus armorum exitus. Cic.ad Atticum, lib.7.12.3.
Exitus pugnarum, Marsque communis incerti. Cic.pro Mil.42.
Incertus fons. Plin.lib.6.cap.18.1, Hanc alii incertis fontibus vt Nilũ, rigantemque, &c.
Litus breue & incertum. Tacit.lib.14.
Mars incertus. Tacit.lib.10. Pugnatum longo agmine, & incerto Marte.
Mens incerta. Ouid.9.Metam.127.
Incertæ nuptiæ. Terent. And.5.1.11,
– perpulisti me vt homini adolescentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias. Hoc est, de quibus non constat an firmæ futuræ sint.
Pede incerto ferebar. Horat. Epod.11.4.
Pericula incerta. Virg.9.Aeneid.21.
Incerta possessio. Cic.pro Rosc.Comœdo, 10, Tum enim propter Reip. calamitates, omnium possessiones erant incertæ.
Soles incerti. Virg.5.Aeneid.41.
Tellus incertissima regni. Stat.11.Thebaid.78.
Vices incertæ. Ouid.5.Trist.eleg.11.14.
Vulgus incertum. Virg.2.Aeneid.8.
¶ Incertus animi. Terent. Hecyra, 1.2.46,
– sed postquam aerius
Pater instat, fecit animi vt incertus foret.
Incertus sententiæ. Liu.4.ab Vrbe, 145, Non quia incertus sententiæ fuerit.
Incertus veri. Liu.4.ab Vrbe, 98, Tubero incertus veri est.
Salutis incerta. Ouid.epist.10.7.
Suspensus & incertus obscura spe pendeo. Cic.de Lege Agr.68.
Incertus de. Teren. Hecyra, 4.1.8, Quia de vxore incertus sum etiã quid sim facturus. Plin.epist.106.c.lib.6, Proinde qd cessatis euadere? Respondimus, non commisuros nos, vt de salute eius incerti, nostræ consuleremus. Cic. 1.Verr.33, Quum incertum sit de iniuria.
Incertus sum, Responsio. Plaut. Epid.10.3.
Senex hic vbi habitat Periphanes Platenius?
Incertus sum.
Incertus eram, vbi esses. Cice.ad Atticum, lib.1.6.1.
Incertior multo sum, quàm dudum. Terent. Phorm.2.4.19.
Aura quauis incertior. Ouid.4.de Ponto, eleg.3.7.
Scabile & Incertum, contraria Cic.in Topic.36.
In incertum, vel In incerto, Vide IN.
Quidquid incerti. Plaut. Pseud.11.69,
Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit,
Nunc liquet, nunc defæcatum est.
Incertum vtrum. Plinius epist.76.b, Confessus est quidam incestum, sed incertum vtrum quia verum erat, an quia grauiora metuebat si negasset.
Incertum facere de. Plin.lib.7.cap.43.1, De spatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modo situs, verum exempla ac sua cuiq; sors nascendi, incertum fecere.
Incerta pro certis habere stultum. Cic.de Senect.62.
Incertum, verè, manuterve moueatur. Cic.4.Acad.67.
In dubium, incertumque reuocare aliqua. Cic.pro Cecin.28.& 55.
Incertum est mihi, & incertum est absolutè, pro Nescio & ignoro. Plaut. Aulul.29.18, – nunc mihi incertum est
Quid agam: abeam, an maneam, an adeam, an fugã. Terent. Heaut. 1.1.43, Nunc habeam, nécne incertum est. Idem Phor.2.1.9, Incertum est quid agam: quia præter spem, atque incredibile hoc mihi obtigit. Idem And.1.5.29, Incertum est quid agam.
Incertum est quis deus, &c. Virg.8.Aeneid.29.
Incertum est q̃ longa nostrum cuiusq; vita futura sit. Cic.3.Verr.108.
Incerto me, Hoc est Inscio & nesciente. Plaut. Asin.9.61,
Sit, non sit, non ædepol scio. si is est, eum esse oportet:
Ego certè, me incerto, scio hoc datorum nemini homini. Id est, neminí traditurus sum quem probè non nouerim.
Incerto scio, aduerbialiter, pro Clàm me est. Plautus Epid.10.69,
– postquam libera est,
Vbi habitet dum incerto scio.
Incertum, Substantiuum, Id est, vt Ira dicã, incertitudo. Papinianus in L. Qui ex Parag.1.ff. De bono poss. secun. tab. Admittẽda est Iuliani sententia, qui propter incertum conditionis, etiam prioris esse peti bonorum possessionem respondit.
Incerto, incertas, (ἀδηλέω,) incertare, Incertum reddere. Plau. Epid.11.17, – longa dies animum incertat meum,
Sin ea est quam incerto animo, hanc congrediar æstu.

Incesso, incessus, Vide INCEDO.

Incestus, huius incestus, masc.g. vel incestum, incesti, n.g. (μιαρός, ἀφόρος, ἀθάρσεια,) Quasi non castum & pudicum dicitur quæ id crimen qd committitur cum ea cum qua illicitum alioqui matrimonium fuisset, vtputa cum matre, sorore, sacris virginibus, aut aliis huiusmodi. Nonius, Incestum, dicitur flagitium in affines admissum Festus, Incestus à Græco trahitur. nam illi sacrum dicunt anicestum. Cestus, cingulum erat Veneris, quo vrebatur ad honestas nuptias. Ideò incestum dicitur, quòd à sacrato illo Veneris cingulo non fertur. Cice 104. Tuscul.122, Omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior, vt si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo. Suetonius in Caligula, cap.36, Super sororum incesta & notissimum prostitutæ Pyrallidis amorem, non temerè vlla illustriore fœmina abstinuit. Idem in Nerone, cap.5. Maiestatis quoq; & adulteriorum, incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberii reus, mutatione temporum euasit. Idem in Domitiano, cap.8, Incesta Vestalium virginum à patre suo quoque & fratre neglecta, varijs ac seuerè coercuit.
Oratio nobilis Curii de incestu pro Seruio Fuluio. Cic.de Clar.Orat.61.
Committere incestum. Quintil.lib.4.cap.6.63. Idem lib.5.cap.10.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liberare aliquem incesto.Cic.in Pisonem,76.
Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto.Cic.2.de Legib.37.
Incestum neutro genere ferè legitur,apud Iurisconsultos.Papinianus in L. Si adulterium.§. Stuprum.ff. Ad Legem Iuliam de Adulteriis,Incestum autem,quod per illicitam matrimonii coniunctionem admittitur,excusari solet,vel sexu,vel ætate,vel etiam puniendi correctione quæ bona fide interuenit. Budæus.
Incestus, Adiectiuum,(ἀνιέρωτος,)Id est pollutus. Propertius libro.3. eleg.11.8.Scilicet incesti meretrix regina Canopi. Plin.in Paneg.108. Plerique tamen non tam superbia,quàm metu quodam submouebantur: an stuprorum sibi,incestarumque noctium cõscii auspicia polluerè,sacratumque campum nefario auderent contaminare vestigio? Cic. pro Cœlio,26.Ideo aquam adduxi,vt ea tu incestè vterêre.
Aues incestæ.Stat.9.Thebaid.6.
Facies incesta.Lucan.lib.10.21.
Incesto flagitio polluere,pro Flagitio incestus. Cice.pro Domo sua,81. Iltius qui non solùm ab pectu,sed etiam incesto flagitio,& stupro polluit,ceremonias,&c.
Nuptiæ incestæ.Tacit.lib.11.
Incestæ nuptiæ confirmari non solent. Papinianus in L.Si adulterium.§. Stuprum.ff.ad Legem Iuliam de Adulteriis.
Os incestum.Cic.11.Philipp.292.Quum verborum contumeliis optimũ virum incesto ore lacerasset.
Prædo incestus.Stat.1.Achill.9 Paridem intelligit.
Incestus sermo,pro fœdo & libidinoso.Liu.lib.8.Primo pellicere cum sermone incesto conatus est,&c.
Stuprum incestum.Cic.de Aruſp.resp.3.
Incesta Vestalis.Plin.lib.28.cap.2.3.
Virilitas incesta.Tacit.lib.5,Arguitur pleraque,C.Cæsarem quasi incestæ virilitatis dixisse. Id autem ideo de Caligula dixerat Messalinus, quòd is cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, inquit Rhenanus.
Incestè, Aduerbium,(ἀνοσιουργήσας,)Fœdè,turpiter.Lucr.lib. 1.20.
Sed casta incestè nubendi tempore in ipso Hostia concideret.
Incesto,incestas(μιαίνω,φθείρω,)incestare,Polluere.Plaut.Pœnu.16.132.
Et duæ puellæ sunt meretrices,seruulæ
Sororesicarum hic alteram efflictim perit,
Neque eam incestauit vnquam. Suet.in Tiberio,ca.43.Triplici serie cõnexi inuicem incestarent se coram illo. Virg.6.Aeneid.30.
– totamque incestat funere classem.
Filiam incestare.Taci.lib.5.Post quos Sex.Marius Hispaniarũ ditissimus; defertur incestasse filiam,& saxo Tarpeio deiicitur.
Gremium incestare parentis.Stat.1.Thebaid.47.
Incestificus,pen.corr.(φθορεοποιός,)Senec.Thyeste,1.45,
– ego castam manum
Nefandus,incestificus,execrabilis Attrecto?

Inchoo, inchoas(ἄρχομαι,κατάρχομαι,)Inchoare,Incipere. Virg.3. Georg.8.Te fine nil altum mens inchoat.
Cædes inchoata.Sene.Medea,12.20.
Inchoare & perficere,siue Absoluere,siue conficere,contraria. Cic.4.de Finib.57.Potest ab alio inchoatum accipere & absolucre.Idem 1.Aca. 30,In qua quod inchoatum est,neque perfectum.
Inchoare lites dicitur annus.Iuuenalis Saty.16.5.Expectandus erit qui lites inchoet, annus.
Inchoare philosophiam.Cic.1.Acad.15.
Spem longam inchoare,pro Spem in longum protendere. Horatio. 1. Carm.ode.4.3.Sic & Senec.epist.102.O quanta dementia est spes longas inchoantium.
Inchoare virtutem.Cic.5.de Finib.107.Et induxit in ea quæ inerant tanquam elementa virtutis,sed virtutem ipsam inchoauit.
Inchoare & informare oratorem perfectum.Cic.in Orat.17.
Inchoare libros,& conficere,contraria.Cic. Meos libros quos expectas inchoaui,sed conficere non possum his diebus.
Præclare inchoata multa,perfecta non planè.Cic.de Claris Orat.65.
Inchoata atque rudia pueris exciderunt.Cic.1.de Orat.3.
Mancum atque inchoatum.Cic.2.Offic.215.
Inchoata maturitas.Plin.lib.15.cap.1.4. Primum omnium cruda, atque nondum inchoatæ maturitatis.
¶ Inchoare,Perficere.Virgil.6. Aeneid.51. Tum Stygio regi noctiurnas inchoat aras.Vbi Seruius,Inchoat,perficit:& est verbum sacrorum.
¶ De scriptura siue orthographia verbi inchoo, sic Seruius in tertium Georgic.Apud Latinos nullum verbum est quod ante o finalem, habeat o:excepto inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant,aspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant incohO. Tria enim habebant nomina in quibus c literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher: è quibus pulcher tantum hodie recipit aspirationem.
¶ Inchoo,inquit Festus,videtur ex Græco originem trahere:quòd Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos.

Inchoãtus,pen.prod.(ἀτελής,)Imperfectus.Cic.2.de Nat.deo.47.Atque etiã si à primis inchoatisque naturis ad vltimas perfectasque volumus procedere,ad deorum natiuram peruenianus necesse est.
Inchoatiua,(ἀρκτικά,)verba pete à Grammaticis,Priscano, Diomede, Perotto,Valla,& similibus.

Incido, incidis,incidi,incisum,pe.prod.(τέμνω,κόπτω,ὑποτέμνω, σκαλίνω,γκαμψίκοπω,γυκυρίω,)incidere,Ex in & cædo compositum,Idem quod cædere,& in partes diuidere ac secare.Virg.3. eclo. 4.Atque mala vites incidere falce nouellas.Plin.lib.11.ca.14.3.Quã incidant eas arbores.Cæsar 2.bel.Gall 293.
Poema ad Cæsarem,quod composueram,incidi. Cicero Q.q. fratri,libro.3.17.16.
Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. Cicero. Anteq.iret in exilium,9.
Venas incidere.Tacit.lib.16,Neque tamen præceps vitam expulit,sed incisas venas,vt libitum obligatas,aperire rursum,& alloqui amicos.
¶ Incidere,Insculpere etiam significat variéque construitur.
Incisum marmori.Suet.de Clar. grammat.17.Statuam habet Prænestinæ inferiore fori parte contra hemicyclum,in quo fastos à se ordinatos, & marmoreo parieti incisos publicaret.Plinius in Paneg.9.Quod ego titulis omnibus speciosius reor,quando non trabibus,aut saxis nomen tuum,sed monumentis æternæ laudis inciditur.
Incidere in re aliqua.Cic.de Senect.57.Notum est totum carmẽ incisum in sepulcro. Idem 4.Verr.77.Cuius de meritis in Rempub.Thermitanorum,Siculosque vniuersos fuit ænea tabula fixa Thermis in curia: in qua publicè erat de huius beneficiis scriptum & incisum? Idem in Pisonem, 73. Idemque vt esset, quod in basi trophearum incidi,inscribique posset.
Incisum ac notatum in monumentis rerum gestarũ.Cic. pro Fonteio.16.
Incidere in ære.Cic.6.Ver.127.Id non modò tum scripserunt, verumetiã in ære incisum nobis tradiderunt. Plinius in Paneg.126. Quasi verò aut oratione complecti,aut memoria consequi possim, quæ vos p.c. nequa interciperet obliuio,& in publica acta mittenda,& incidenda in ære censuistis.Cic.4.Verr.77.Incisum in tabula ænea. Idem pro Corn. Balbo,42.Quod quidem nuper in columna ænea meminimus posti rostra incisum & perscriptum fuisse.
Incidere in æs.Liuius 3.ab Vrbe cond.Leges in æs incisas in publico proposuerunt.Cic.Philipp.2.Quid tum?quod erit ita gestum,id lex erit? & in æs incidi iubebitis? Ibidem,1.12.Quæ ille in æs incidit.Plinius 189.f,Senatusque consulta de iis rebus facta in æs incidentur. Suet. in Cæsare,Ac mox lege in æs incisa.
Nomina ciuium in tabula incidere.Cic.Acilio,lib.13.37.2.
Fagi incisæ mea nomina seruant.Ouid.epist.5.4.
Marmora incisa notis.Horat.4.Carm.ode 8.3.
Incisa tabula his literis.Liuius 6.ab Vrbe.117.
Incidere leges.Cic.pro Milone.67.Incidebantur iam domi leges quas nostris seruis addicerent.
Leges incidere ligno.Horat.de Arte 81.
Incisum grandibus literis nomen in basi.Cic.6.Verr.66.
Verba incidere ceris.Ouid.9.Metam.107.
¶ Incidere pro Abscindere & præcidere.Cicero 2.de Orat.183.
Inciditur enim omnis iam deliberatio,si intelligitur non posse fieri,aut si necessitas affertur.Budæus.
Ludum incidere.Horat.1.epist.14.8.
Neruos virtutis incidere.Cic.1.Academ.51.
Neruos populi Romani incidere.Cic.2.pro Lege agr.53.
Incidere sermonem,Intercidere,vel cõcidere,aut Interturbare.Liuius.2. bel.Maced.156.Quibus longiorem exorsis orationem breuis interrogatio,cessurûsne iis tribus vrbibus esset,sermonem incidit,quum mandatum sibi de his nominatim negarent quicquam.
Incisa spes dicitur quæ decidit,& qua frustramur.Liuius 3.ab Vrbe,145. Itaque spe incisa prius,quàm prædicta dies adesset,Appius mortem sibi conciuit.Ibidem,lib.2.69.Spe omni reditus incisa.& lib.6.164.
Singultus verba incidens.Stat.9.Thebaid.177.
Incisio,huius incisionis,(τμῆσις,τόμος,)Actus ipse incidendi.Columella libro 3.Infra incisionem & alligaturam,falce actita,leuiter vitem vulnerato ex vtraque parte, vt his potius plagis humor defluat, quàm ex incisione abundet.
Incisio apud Oratores aliàs dicitur membrum,aliàs circuitus,aliàs cõprehensio,&c.estque veluti dissectio & partitio clausularum in oratione. Cic.in Orat.125.In incisionibus verò multo magis,& in membris.
Incisura,huius incisuræ,pen.prod.(τομή,)Ipsa incisio.Plin.lib.11.ca.39. 5.Pili recisi non vt herba ab ipsa incisura augentur,sed ab radice exeunt.Colum.lib.12.cap.54.1.Tum salem inter incisuras raporum non nimium minutum aspergito.
Incisuræ etiam dicuntur in manibus quæ vulgò lineæ vocantur. Plin.lib. 11.cap.52.2,Contrà longæ esse vitæ incuruos humeris,& in manu vna duas Incisuras longas habentes.
Incisus,pen.prod.Participium,(τετμημένος,)Plin.lib.11.cap.37.7.Incisa nascentium in diuersas partes torquentur.

Carmen incisum in sepulcro.Cic.de Senect.57.
Elogium in sepulcro incisum.Cic.in Pisonem,57.
Incisum,pen.prod.(τμῆμα,κόμμα,)oratores vocant sensum non expleto numero cõclusum,quod plerìque pars membri esse videtur.vt Domus tibi deerat? at habebas,pecunia superabatur? egebas.Fiunt autem singulis verbis incisa.Hæc ex Quintiliano.Cice.in Orat.122. Quę nescio cur quum Græci κόμματα & κῶλα nominant,nos non rectè incisa & membra dicamus.
Incisus,huius incisus,pen.prod.(τμῆσις,)Plin.lib.16.cap.12.4.Fructum quædam proximo anno ab incisa largiuntur.
Incisum,pen.prod Aduerbium,(τμηδὸν,)Per incisiones,Minuatim.Cicero in Oratore,124. Hæc quidem duo binis pedibus incisim,deinde membratim dicere solebas.
Incise,Aliud aduerbium,(κατακόμματα,)Idem.Cic. in Orat.123.Quo autem pacto deceat incisè,membratimve dici,iam videmus.
Inciduus,Adiectiuum,(ἄκοπτος,) Quod incidere vel cædere non licet. Ouid.2.Fast.87.
Monte sub Exquilio multis incidus annis,
Iunonis magnæ nomine,lucus erat.
Sylua incidua.Ouid.3.Amor.eleg.1.1.Stat vetus & multos incidua sylua per annos. Sic Stat.6.Thebaid.19.

Incido, incidis,incidi,penult.correp.(ἐμπίπτω,)incãsum, incidere, Ex in & cado compositum, Idem significat quod simplex à quo componitur. Plinius libro,2.cap.27. Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt arbitror: verum hæc ideò facta, quia incaſura erant illa.
Ad terram incidit.Virg.12.Aeneid.184.
¶ Incidere, Quasi casu venire,aut de improuiso labi,præsertim quando construitur cum accusatiuo & præpositione intvt,Incidi in latrones.Cice.Curioni,lib.2.6.3.Quod in id Reip.tempus non incideris,sed veneris. Cæsar 1.belli Gall.128, In ipsum Cæsarem hostium equitatum persequentem incidit. Cice.1.Tusc.136. In seruorum ferrum & manus incidisset.
Incidere in æs alienum,Debitorem alterius fieri,quod dicitur.Cic.in Catil.40.In tantum æs alienum inciderunt.
Incidere in amorem,pro Amatorem fieri.Cic.1.de Inuent.93. Nemo potest vno aspectu,neque præteriens in amorem incidere.
Incidere in contentionem. Cice.de Amicit.33.Quòd si longius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari,si in honoris contentionem incidissent.
In imperiorũ,honorum,gloriæ've cupiditatem incidere.Cic.1.Offic.38.
Incidere in diem.Cice.ad Atticũ,lib.9.172.6.Si enim rectè ambulauerit is qui hanc epistolã tulit,in ipsum tuum diem incidit.Id est eodem die quo sperabas,& eum expectabas,ac de quo mecũ colloquutus eras.
Incidunt in eum diem mysteria,hoc est eo die.Cic.ad Atticum,lib.6.112. 7.Faciesque me in quem diem Romana incidant mysteria,certiorem. Id est quo die agentur.
In discrimen.Cic.ad Atticum,lib.7.121.8.Nũc incido in discrimẽ ipsum.
In errorem incidere.Quintil.lib.2.cap.15.16.
Eunti & in euntem,Occurrere alicui ex insperato.Cic.ad Atticum,li.12. 214.8.Is dicitur incidisse in euntem iam in Asiam.In emendationibus codicibus legitur, Is dicitur vidisse an euntem,an in Asia. Idem 4.Ver. 131.Sane homini præter opinionem improuiso incidi.
In febriculam incidere.Cic.Ap.Pulchro,lib.10.21.24.
In fouea:quoniam incidit bellua,obruatur.Cic.4.in Catil.160.
In fraudem.Plaut.Trinum.10.33.
– ita vt Veneris victus,otio captus,in fraudem
Incidi.Id est feci iacturam magnam. Terent.Heaut.3.1.13.
In eandem fraudem ex hac re,atque ex illa incides. Cic.ad Atticũ,lib.11. 224.2.Cuius ego spe in hanc fraudem incidi.
In furorem & insaniam incidere.Cic.in Pisonem,36.
In lapidem.Offendere Varro 3.de Re rust.cap.14.2.Ita vt in aliquem lapidem inciliat,ac lith diffiipetur.
In libros alicuius.Cic.2.de Legib.52.Nam eorum ego in libros incidi.
In eum locum vt.Terent.Phorm.1.3.23.
– ego in eum incidi infelix locum,
Vt neque mihi eius sit amittendi,nec retinendi copia.
In luctum.Cic.1.Offic.47.Quo impetrato in maximos luctus incidit.
In malum.Terent.And.4.5.4.Iocularium in malũ inscius penè incidi.
In manus hostis.Cic.pro Cecinna,33.In manus corui incidere non est satis?Sic ad Atticum,lib.8.159.6.Et 1.Tusc.90.Incidere in manus regis.
Ex aliquo sermone in memoriam & recordationem aliquorum incidere. Cic.de Clar.Orat.5.
In mentionem.Cic.1.Verr.27.Sic breuiter,quoniam non consulto, sed casu in eorum mentionem incidimus,quasi præteriens satisfaciã vniuersis.
De improuiso in milites incidere.Cic.pro Rosc.Amer.90.
In morbum,Morbo laborare.Cic.de Senect.61.Quinetiam ætas illa mal tò plures,quàm nostra,mortis casus habet:facilius in morbos incidit adolescentes, graulus ægrotant, tristius curantur. Sic ad Atticum, lib.15.322.4.
In nomen alicuius. Cice.pro Rosc.Comœdo,10,Nonne quotiescunque in causa in nomen huius incidisti,toties hunc & virum bonum esse dixisti,& honoris causa appellasti?
In patrocinium alicuius incidere.Quintil.lib.7.cap.3.6,Fuerunt autem tales nostris etiam temporibus controuersiæque aliquæ in meũ quoque patrocinium inciderunt.
In sermonem.Cice.de Amicit.2 Quum sæpe multa narraret,tum memini,domi in hemicyclo sederem,vt solebat,qui & ego essem vnũ,& paucis admodum familiares,in eum sermonem illum incidere,qui tum ferè multis erat in ore. Idem ad Varronem,libro.9.3.2,Tamen in sermonem incidemus. Idem ad Atticum lib.16.332.5, Ego enim in varios sermones incidebam.
In suspicionem regni appetendi.Cic.pro Milone,53.
In vitium. Cic.in Salustium,1,Ant si huius facta,mores,omnem ætatem nudauero, in idem vitium incidam procacitatis quod huic obiicio. Idem 4.de Finib.66,Nam si omnino non negligimus, in Aristonea vitia & peccata incidemus.Quintil.lib.1.cap.5.32.
¶ Incurrere atque incidere in aliquem.Cic.pro Plancio,14.
In aliquem incidere & complecti.Cic.pro Plancio,80
¶ Incidit in idipsum quod timebat.Cice.4.Acad.37. Ex vetusto exemplari legitur Induit.
¶ Incidit mihi in mentem hæc res.Terent.Phorm.1.3.5,
Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,
Neu me cupidum eò compulisset.Idem Heaut.3.1.75,
Quodcunque inciderit in mentem,volet,neque id
Putabit prauum,an rectum fiet quod putet. Cic.4.de Fin.70, Introduxit autem quibus cõmotus sapiens appeteret aliquid, quod cuique in mentem incideret,& quodcunq; tanquam occurreret.
Rarius in iudicia incidunt.Cic.2.de Inuent.163.
Incidit aliud ex alio,Aliud ex alio depẽdet & euenit.Terẽ.Heau.3.3.37.
Reperisti tibi quod placeat,an nondum etiam? 5.de fallacia
Dicis?hem,inueni nuper quandã. c.frugi esicedò quid id est? 5.Dicã? verum vt aliud ex alio incidit. c. quidnam Syre? 5.pessima hæc
Est meretrix.
Incidit amori nostro calamitas.Terent.Heaut.2.4.15,
Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero deuincimini,
Vt nunquam vlla amori vestro incidere possit calamitas.
Pierius menti calor incidit.Stat.1.Thebaid.1.
Incidunt causæ,Quod ineptè dicunt Cæsus contingant. Cic.3.Offic.65
Sed incidunt sæpe causæ quum repugnare vtilitas honestati videatur.
Nouus incidit error.Propert.lib.1.eleg.12.7.
Flamma incidit in segetes.Virg.1.Aeneid.61.
Incidit ceruicibus iugum.Colu.lib.2.cap.2,Iugumq; melius aptum ceruicibus incidat.Scribendum per s,insidat.De bubus.
Nihil mali ciuitati incidit quod non impendere illi tanto antè viderint. Cice.1.de Orat.14.
Incidit mentio de Philippo & Romanis. Liu.1.bel.Maced.77. Et 1.ab Vrbe,250,Incidit de vxoribus mentio.
Incidit animis metus tacitus,Hoc est,clã metuebant.Liu.9.bel.Pun.137.
Non meta modò omni,qui tacitus incidebat animis, liberauit eos,sed
Iętiam ingentem fecit,quòd,&c.
Incidit pestilentia grauis per Vrbem.Liu.7.bel.Pun.134.
Incidere rebus,pro Temere & fortuitò,non consilio in res ferri.Seneca epistol,87, Ab illa disces quid & quemadmodum aggredi debeas? non incides rebus.
Incident ruinæ capitibus nostris.Liu.1.bel.Pun.37.
Saxum ex spelunca in crura eius incidit.Cic.de Fato,9.
Sermones varii incidere nobis.Catull.de Varro,epig.10.2.
Incidit sermo de. Plin.epist.87.b,Dixi omnia,quum hominem nominaui. Incidit sermo de Catulo Messalino, qui luminibus orbatus, ingenio sæuo,&c.
Incidit mihi suspectio. Terent.And.3.2.11, Renuntiatum est.nam qui isthæc tibi incidit suspectio?
Incidit suspicio de.Terent.Adelph.4.4.6,
Nunc suspicio de me incidit,neque ea immeritò:
Sostrata credit mihi,me psaltriam hanc emisse.
Incidunt sæpe tempora quum ea quę maximè videntur digna esse iusto homine,eoque quem virum bonum dicimus,&c.Cic.1.Offic.45.
Incidit terror exercitui.Cæsar 3.bel.Ciuil.49.
Manibus tremor incidit vnctis.Horat.1.epist.17.5.
¶ Incidit sæpe vt,Sæpe euenit,Ferè fit.Cic.de Amic.32,Quanquam ille quidem nihil difficilius esse dicebat,quàm amicitiam vique ad extremum vitæ diem permanere:nam vel vt non idem expediret vtrique, incidere sæpe,vel vt de Rep.non idem sentirent.
Rarò incidebat vt secundæ classis,vocarentur.Liu.1.ab Vrbe,191.
Quum inciderit vt id aptè fieri possit.Cic.1.de Fin.12.
Incidit infeliciter vt talem ciuem amitteremus.Liu.8.bel.Maced.218.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Siquis eiusmodi fortè casus incideriit vt id faciendum sit.Cicero,de 3.Finibus, 105.

Fortè ita incidit vt comitiis perfectis nuntiaretur,&c. Liuius 6. bell.Pun. 119. Et lib.8.91.

Fortè ita inciderat,ne duo violenta ingenia matrimonio iungerentur.Liuius 1.ab Vrbe,201.

Incafirus,pen.prod.Participium.Plin.lib.2.cap.27.1.Verum hæc ideo facta,quia incafura erant illa.

Incidens,pen.corr.incidentis,Adiectiuum,Quod incidit,siue cadit. Plin. lib.11.cap.37.23.Pupillæ obiter incidentia facile declinant.

Incidens portis exercitus, Hoc est, Incurrens in eum locum quò portæ erant.Liu.5.ab Vrbe,54.Quum fuga trepidum,plenum vulnerum,ac pauore incidentem portis exercitum viderint,&c. Ibidem,libro.3.9. Agrestesque pauidi incidentes portis,non populationem,nec prædonum paucas manus,sed omnia vano angentes timore.

Incile, incilis,pen.prod.n.g.(ἐπιῤῥυγή,) Locus depressus, vt ait Vlpianus,ff.de Riuis.L.1.ad latus fluminum ex eo dictus,quòd incidit. Incidit enim vel lapis,vel terra vnde primum aqua ex flumine agi possit. Quemadmodum in pistrinis frumentaris fieri videmus.Quæ autem ad incile opponitur,aquæ deriuandæ, compellendæve ex flumine causa,quod vulgò clausa dicitur,eodem Vlpiano teste, latine septum appellatur,siue id ligneum sit, siue lapideum, siue ex qualibet alia materia ad continendam,transmittendamque aquam excogitatũ. Item ex quocunque riuo aqua irrigandi causa deducatur,incile dicitur locus per quem primùm deducitur.Hæc Sipontinus.Colum.lib.5.cap. 9.11.Si olea in cliuo sit, incilia excitentur,quæ limosam aquam ad eo dicem deducant.

Prima incilia & principia fossarum.Vlpianus in L.1.ff.de Aqua quotidiana & æstiua,Caput aquæ illud est,vnde aqua nascitur,si ex fonte nascatur,ipse fons,si ex flumine vel lacu, prima incilia, vel principia fossarum,quibusque ex flumine vel ex lacu in primũ riuũ cõpelli possent.

Inciles,canales,inquit Festus,in quos aqua confluit,in viis lapide stratis, ab eliciendo dicti.

Incilio,(ἐνιλυγής,)authore Festo,fossæ quæ in viis fiunt ad deducendã aquam,sine derivationis de riuo communi factæ.

Incilo,incilas,pen.prod,(ἐγκαλέω,)incilare,pro Increpare vel improbare,dicebant veteres.Actus, Qui me incilant probris, sermone indecorant. Plautus,Melius est tamen ita viuere, ne quis nostra inciletfacta Lucret.lib.3.196.Iure(vt opinor)agat,iure increpet,inciletque. Vide Nonium.

Incingo, inciingis,incinxi,incinctum,(κατα(ωνύω,) incingere, Iré quod cingere,vel circunligare.Liuius 8.ab Vrbe,47. Ipse incinctus cinctu Gabino,armatus in equum insiluit,ac se in medios hostes immisit. Virgil.7.Aeneid.820.Pampineasque gerunt incincti pellibus hastas.

Lauro incingi.Ouid.14.Metam.144.

Mitrâ canos incincta capillos.Ouid.3.Fast.134.

Vrbes incingere mœnibus.Ouid. 3.Amor.eleg.7.10.

Pellibus incinctæ ambæ.Virg.4. Georg.69.

Mercator incinctus tunica.Ouid.4.Fast.135.

Aras incinxit verbenis.Ouid.7.Metam.49.

Pictis incinctæ vestibus horæ.Ouid.5.Fast.44.

Incino, incinis,pen.corr.incinui,incentum,(ἐπαυλέω,) Incinere, Simul canere,vel modulanter sonare.Propertius, –seu varios incinit ore modos.Gel.lib.4.cap.13.Creditum hoc est à plerisque & memoriæ mandatum,Ichiaci quum maximè doleant,tum si modulis leuibus tibicen incinat,minui dolores. Idem lib.1.cap.11. Et frequentamenta quædam varia tibicen incineret.

Incentio,huius incentionis,f.g.(ἐπαυλησις,)Cãtio seu cantilena, vel harmonia vocum ac tibiarum.Gellius refert libro,4.cap.13.Democritum docere plurimis hominum morbis medicinam fuisse incẽtiones tibiarũ.

Incentio,Incantamentum quod vocis modulatione fiebat.Gel.lib.16.ca. 11,Vt serpentum virulentorum domitores sint,& incentionibus herbarumque succis faciant medelarum miracula.Id est incantamentis.

Incentiuus,penul.prod.Adiect.(ἐπαυλητικός,)vt Tibia incentiua,apud Varronem,quæ à dextra canit,sicut succentiua,quæ à sinistra succinit ait enim lib.1.de Re rust.cap.2.13.Et vt dextra tibia à ia quã sinistra, ita vt tamen sit quodammodo coniuncta,quod est altera eiusdem carminis modorum incentiua,alia succentiua.

Incipio, incipis,pen.corr.incœpi,incœptum,(ἄρχω,ἄρχομαι,κατάρχομαι,ἀπάρχομαι,ἐξάρχω,ἐγχειρέω,)incipere, Notæ significationis,& à capio deriuatur vel ab alis placet,à cœpi defectiuo.Plaut. Pœnu.16.13.Incipere multo est quàm imperrare facilius.Terent. Adel.2.2.19.Periti hercle,hac spe illi hoc incœperunt.

Aestas prima incœperat.Virg.3.Aeneid.1.

Amor incipiens.Ouid.2.de Arte aman.130.

Incipit annus vicesimus.Plaut.Capt.18.3.Quàm diu id factum est? S T. hic annus incipit vicesimus.

Annus incipit à frigoribus,Ouid.1.Fast.30.

Barba erat incipiens.Ouid.12.Metam.79.

Incipit febris.Cicero ad Atticum,libro,7.12.8.2. Diem raum ego quoque ex epistola, quadam quam incipiente febricula scripseras mihi notaueram.

Ver incipit.Cicero,7.Verr.12.Quum rosam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur.

Incipiente vere patiunt.Plin.lib.10.cap.52.3.

¶ Incipiunt postulare,poscere,minari.Cic.5.Verr,66.

Incipere à.Plin.lib.14.in Prooem.7.Vnde autem potius incipiemus,quàm à viribus?Quintil.lib.9.cap.4.Optimè incipitur à longis.

Abruptè aliquid incipere.Quintil.lib.5.cap.8,5.

Amicitiam.Terent.And.3.5.8.

Per ego te deos oro,& nostram amicitiam Chreme,

Quæ incœpta à paruis,cum ætate adcreuit simul.

Cursuram Plaut. Trinum.13.166.Sed quis hic est,qui huc in platea cursuram incipit?

Facinus.Plaut.Trinum.13.39. –magnum

Facinus incipis sic petere.

Honorem.Plau.Milit.5.73.Magnum illic honorem incipis,si magna manus mœnia.

Iter.Plaut.Casina, 20.2. Sospes iter incipe hoc, vt viro tuo sospes superstes.

Quum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent. Cice.3.in Catil.52.

Hasce incipio sententiæ diffidere.Cicero,4.Tusc.4.Et apud eundem, Incipio sperare.

Incipiendus,Participium,(ἀρκτέος,)Ouid.5.Fast.115.A tantis principe incipiendus erat.

In re incipienda,Vide IN.

Incœptus,Aliud participium,(κατάρχθείς,) vt Laborem incœptum decurrere.Virg.1.Georgic.8.

Iter incœptum celerant.Virg.8.Aeneid.18.

Opus incœptum destituere.Ouid.3.Amor.eleg.11.4.

Rite incœpta sacra.Virg.4.Aeneid.128.

Sermo incœptus.Virg.6.Aeneid.94.

Incœpto,incœptas,(ἄρχομαι,ἀρξόμαι,)incœptare,Frequentatiuum abincipio,vel à cœpi defectiuo.Plaut.Amph.3.7.Quasque incœpistis res, quasque incœptabitis.Terent.Heaut.4.4.11. Quid incœptat? Idem Phorm.4.3.24. –eia fudabis satis,

Sicum illo incœptas homine,ea eloquentia est. Gellius lib.1.cap.16.

Tibicines inter exercitum positi canere incœptabant.

Incœptare facinus.Terentius. Heauton.3.3.39. Vah video quod incœpter facinus.

Incœptare fabulam.Terent.And.5.4.22.

Et istæc vna parua virgo.tum ille egens,fortè applicat,

Primùm ad Chrysidis patrem se.s fabulam incœptat.c H.sine

Incœptrare iter.Plaut.Trucul.4.27.

Sed quid ais?quid vis istic?quò iter incœptas?quis est

Quem accersis?

Incœptu,Supinum,(ἄρχεσθαι,)Terent.Phorm.Turpe incœptu.Liuius 4 Præfat.Fœdum incœptu.

Incœptum,incœpti,Institutum,principium.Terent.And.1.5.1.Hoccine est humanum factum,aut incœptum?hoccine officium patris?Plin.lib. 4.cap.4.1.Incœpto infausto.Cic.in Catil.46.Cuius ego non modò factum,sed incœptum vllum,conatumve contra patriam deprehendero.

Iuuenilia incœpta.Ouid.epist.17.7.

¶ Abire incœpto,Vide ABEO.

Abire longius incœpto,Vide ABEO.

Absistere incœpto,Vide ABSISTO.

Absistere incœptis.Silius lib.11.67.

Desistere incœpto. Virg.1.Aeneid.9.

Peragere incœptum. Virg.4.Aeneid.91.

Magni incœpti pertæsus.Virg.5.Aeneid.142.

Incœptor,incœptôris,Verbale, Qui incipit.Terent.Eunuch.5.9.5.

–ô Parmeno mi,ô mearum voluptatum omnium

Inuentor,incœptor,perfector.

Incœptio,incœptionis,Aliud verbale,Principium. Terent.And.1.3.13. Nam incœptio est amentium,non amantium. Cic.4.Acad.215.Tam præclari operis incœptio.

Incise, Incisim, Incisio, Incisum, Incisura,

Vide INCIDO,incidis.pen.prod.

Incita, incitæ pen.corr.hominini generis,(πτωχός,)Paupertas,indigentia Plaut.Trinum.8.103.

Hem nunc hic cuius est? vt ad incitas redactus. Idem Pœnul.4.86. Tacto modò,perfectò ad incitas lenonem rediget,si has abduxerit.Antiquiss.

Incito, incitas,pe.cor.(παροξύνω,παροτρύνω,ἐπαίρω,ἐγείρω,ἐρεθίζω,) incitare,Commonere,compellere, incendere: Compositum ab in,& cito citas. Cæsar 3.bell.Gall.389.Sed multa tamen Cæsaris

ad bellum incitabant.

Incitare ad scribendum.Cic.ad Papirium,lib.9.16.1.

Incitare & commouere.Cice.2.de Orat.100.Facilius est enim currentem (vt aiunt)incitare,quàm commouere languentem.

Incitare contra.Cic.4.Acad.259.Qui si vndique omnes conuenerint,facile contra vos incitabuntur.

Incitari in studia.Trebonius ad Cice.lib.12.16.6.Ne pates in Asia feriatum illum ab his studiis in quæ tua cohortatione incitatus,futurum.

Ad studium & laborem incitandi iuuenes.Cic.1.de Orat.137.

Sedare animos,& Incitare,contraria.Cic.in Orat,34.

Celeritatem incitat exercitatio eloquendi.Cic.1.de Orat.45.

Cupiditate faciendi aliquid aliquem incitare.Cice.de Clar.Orat.176.

Incitare currentem.Cic.3.Philipp.137.Quorum consiliorum Cæsaris,& me authorem & hortatorem & esse & fuisse fateor,quamquam ille non egnit consilio cuiusquam,sed tamen vt dicitur,currentem incitaui.Sic idem ad Cassium,lib.15.15.9.

Incitare equos.Cæsar 4.bel.Gal.503.Incitato equo sese hostibus obtulit.

Equo incitato se in hostes immittere.Cic.3.de Nat.deor.20.

Incitare mentes,& Reflectere,contraria.Cic.1.de Orat.28.

Vmbra vana metum incitat.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.3.

Motus silentio incitari non posse.Cic.de Somnio Scip.17.

Incitantur veterani in eum.Cic.Cassio,lib.12.2.2.

Incitant me spe non dubia.Cic.ad Atticum,lib.10.197.8.

Incitare se in alteram partem.Cic.ad Atticum,lib.2.31.1.Quòd si in eam me partem incitarem, profectò iam aliquam reperirẽ resistendi viam.

Incitat auiditatem hæc herba:Prouocat,& irritat appetitum ciborũ. cui opponitur Inhibere auiditatem.Plin.lib.20.cap.7.6.Nec vlla res in cibis auiditatem incitat,inhibetque eadem.

Saliens incitat vnda sitim.Ouid.2.de Remed.amor.48.

¶ Beneficiis alicuius & amore incitari.Cic.Lentulo,lib.1.7.28.

Natura incitari ad aliquid agendum.Cic.3.de Finib.101.

Voluptate corporis incitari.Cic. de Senect.37.

Incitatus,pen.produ. Participium,siue Nomen ex participio. (παροξυνθείς,παροτρυνθείς,)

Incitatus celeritate & studio.Cæsar 3.bel.Ciuil.323.

Incitatus ira aut aliqua perturbatione.Cic.1.Offic.36.

Iracundia incitatus populus.Cic.pro Domo sua,67.

Incitatus mente.Cic.4.Academ.19. Et tamen illi Physici raro admodum quam hærent aliquo loco,exclamant,quasi mente incitati.

Gradu incitato accurrit.Senec.Troade,10.28.

Populum incitatum mitigare.Cic.1.de Orat.101.

Studium incitatum ad inueniendam veritatem.Cic.5.Tusc.96.

Incitata aduersa ratione voluntas.Cic.4.Tusc.21.

¶ Incitatum pro vehementi.Cic.in Bruto,Nihil grande,nihil incitatum, nihil ornatum.Idem,Incitata & volubilis,nec ea redundãs tamen.

Incitatus furor.Cic.4.Acad.158.Nonne ibidẽ incitato furore,Vnde hæc flamma oritur.Ex poeta.

Incitatissima conuersio.Ci.in Som.Scip.19.Hic verò tantus est totius mũdi incitatissima conuersione sonitus, vt eum aures hominum capere non possint.

Incitatio,huius incitationis,(παροξυνμός,)Instigatio,commotio. Cice.4. Acad.146.Qui ne nunc quidem putat,quum ille sol qui tanta incitatione fertur,vt celeritas eius quanta sit ne cogitari quidem possit.

Languentis populi incitatio,& Effrænati moderatio,contraria. Cic.2.de Oratore,10.

Acrii incitatio,Vide ACER.

Acri & vehementi incitatione inflammatur animus.Cic.2.de Orat.98.

Diuina mentis incitatio.Cic.1.de Diuinat.147.

Incitatio orationis.Cic.1.de Oratore,77.Sic euoluit oratio,vt eius vim atque incitationem aspexerim:vestigia,ingressumque vix viderim.

Incitate,pen.prod.Aduerbium,(παροξυντικῶς,)Cic.in Orat.36.Itaque video visum esse nonnullis.Platonis & Democriti locutionem, etsi abstibus vtatur,potius poema putandum,quàm comicorum poetarum. Idẽ ad Atticum,lib.2.19.1.Quas Numestio literas dedi: sic te his euocabam,vt nihil acrius,neque incitatius fieri posset.

Incitamentum,huius incitamenti,(παροξυντικόν,)Quod commouet,incitat & accendit ad aliquid faciendum.Plin.epist.6.Iam vndique sylue, & solitudo,ipsumque illud silentium,quod venationi datur,magna cogitationis incitamenta sunt.Cic.pro Archia,18.Hoc maximum & periculorum incitamentum est & laborum. Plin.lib.8.cap.16.8. Tacit.lib. 19.Idipsum apud infensos incitamentum erat. Idem lib. 2. Inclinatio Senatus incitamentum Tiberio fuit,quo promptius adnitaretur.

Incitamentum ad vincendum.Liu.1.bel.Pun.166.

Incitabulum,huius incitabuli,pen.corre.(ἐρεθιστήριον,)Idem. Gellius lib. 16.cap.2.Fomitem esse quendam dicens,& incitabulum ingenii virtutisque.Antiquum.

In citus,(παροξυνμός,)Verbale pro incitatione.Plin.lib.2. cap.45. Qu, siue assiduo mundi incitu, & contrario siderum occursu, nascuntur siue hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus,&c.

Incitus,(παρόξυντος,)Compositum ex in & citus:Idem quod vox & celer.Cic.de Nat.deor.130,

Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt

Delphini.Ex Accio. Lucret.lib.6.28,

–validi vis incita venti.

Inclamo, inclamas,pen.prod.(ἐπιβοάω,) inclamare, Clamore accersere,Vocare.Plaut.Amph.17.16,

–ardere censui ædes,ita tum fulgebant.

Ibi me inclamat Alcumena.iam ea res me horrore afficit.Idem Truc. 14.3. –iam pol hic

Me inclamabit,si aspexerit. Idem Pseud.20.38.

Sed tu non vir es,flagitare sæpe,inclamare in foro.

Cum libello nusquam est.Valerius Max.lib.1,Perterritus deinde tam tetro viso & nomine horrendo seruos inclamauit:sciscitatusque est,si quem talis habitus aut intrantem cubiculum,aut exeuntem vidisset. Cice.ad Atticum,lib.2.33.5,Sed ita te para,vt si inclamaro, aduoles. Sic lib.2.de Inuent.133. Et lib.1.de Orator,117,Lucret.lib.3.194,

Non merito inclamet magis,& voce increpet acri?

Inclamare aliquem.Ouid.3.Fast.52,

Illę cadit præceps,& calce feritur asellis

Inclamatque suos,auxiliumque vocat.

Inclamare aliquem magna voce.Liu.8.ab Vrbe,45.

Inclamare nomine.Liu.6.belli Pun.80,Turbam nomine inclamat.

Inclamare alicui. Liu.1.ab Vrbe,105,Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, vti opem ferant fratri,iam Horatius cæso hoste victor secundam pugnam petebat.Ouid.1.Amor.eleg.7.9.

Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ,

Nec nimium rigidas intonuisse minas?

Inclamatus à puero.Plin.lib.9.cap.8.5.

¶ Inclamare aliquem,Conuitiis & maledictis infectari, inquit Festus. Plautus Asin.11.36,

Nimis ægre risum continui,vbi hospitem inclamauit,

Quod se absente mihi fidem habere noluisset. Idem Cistel.2.1.100.

Si me absente Alcesimarcus veniet nolito acriter

Eum inclamare:& vtvt me erga'st meritus,tamẽ incordies. Idem Sticho,Tuos inclama,mi delinquunt.Ouid.lib.3.Fast.

Fit sonus,inclamat comites,& lumina poscit.Hoc est obiurgat.

Inclamito,inclamitas,pe.corr.(ἐπιβοῶμαι,)inclamitare,Frequentatiuũ. Plaut.Epid.14.46,Etiam inclamitor quasi seruos.

Inclareo, inclares,pen.prod.inclarui,inclarẽre, vel Inclarescо,inclarescis,inclarescere,(δόξαν ἐνδείκνυμι,)Clarum fieri,manifestum,& notũ.Plin.in Paneg.136,Video enim iam inde antiquitus maritos deorum,ac deorum liberos,nec dignitate nuptiarũ magis,quàm his artibus inclaruisse.Sueton.de Clar.grammat.17, Verrius Flaccus, docendi genere maxime inclaruit. Ibidem,18,Deinde in pergula doceuit,donec commentario Smyrnæ edito,adeò inclaruit,vt hæc de eo scriberentur.

Artes plurimis inclaruere exemplis.Plin.lib.7.cap.37.4.

Maximè inclaruit discipulo Nicea Athenienſi, qui diligentissimè mulieres pinxit. De Euphranore pictore. Hoc est,Clarus euasit. Plin. lib.35.cap.11.9.

Inclaruit in auro cælando.Plin.lib.33.cap.12.3. Et lib.7.ca.21.2,Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit.

Inclemens, penult.produc.inclementis,(ἀνιμόκοος,)contrarium est Clementi: hoc est, Durus & asper. Liu.8.ab Vrbe,162,Extrema concio,& circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

Inclementia,inclementiæ,(ἀνιμοκοία,)Duritas.Virg.2.Aeneid.121, Verum inclementia diuum Has euertit opes.Idem 3.Georg.14,Ille labor,& duræ rapit inclementia mortis. Vbi Seruius. Inclementia, inexorabilitas & duritia.

Grauis inclementia fati.Stat.1,Sylu.4.10.

Inclementer,Aduerbium,(ἀνιμοκόως,)Dure.Liuius 2.bel.Pun,171,Nihil inclementer in Varronem dictum,nisi id modò,mirari te,&c.Idem 2.bel.Maced.94,Secundum orationem Prætoris murmur ortum aliorum cum assensu,aliorum inclementer assentientes increpantiũ.Plaut. Amphit.8.109,Iterum hic in me inclementer dicit, atque id sine male. Idem Trucu.11.44. –vnde es tu? Cuius es?cur ausus inclementer mihi diceretis.lubido est.

s.Istiscne mihi responsas? Idem Rud.4.26,

Peculiosum esse decet ternum & improbum,

Quem hero præsente prætereat oratio,

Aut qui inclementer dicat homini libero. Idem Pseud.3.25,

Has quidem pol credo,nisi Sibylla legerit,

Interpretari alium posse eor neminem.

c.Cur inclementer dicis lepidis literis?Id est,quare irasceris istis literis? Idem Pœnul.19.44,

Quid tibi lubido est obsecro Anthemonides,

Universidad de Deusto
Biblioteca

loqui inclementer nostro cognato & patri?

Inclementius, Immitius. Terent. in Prologo Eunu. 4.
Tum siquis est, qui dictum in se inclementius
Existimat esse, sic existimet, sciat
Responsum, non dictum esse, quia læsit prius. Hîc pro inclementer positum est.

Inclino, inclinas, pen. produ. (ἐπικλίνομαι, ἐγκλίνω,) inclinare, Inflectere. Iuven. Saty. 9.
– atque ipsos etiam inclinare maritos.

Inclinare animum. Liu. 9. bel. Pun. 167. Hæc animum inclinât, vt cum modico potius quàm cum magno præsidio equitum ad Scipionem quoq; postea venisse Masinissam credam.

Inclinat animus. Liu. 7. ab Vrbe, 35, Magis vt belli Gallici causa Dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. Ibidem, Hos vt sequar inclinat animus.

Inclinare animum ad rem aliquam. Liu. 10. bel. Maced. 17. In præsentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad consilia belli ad quæ tam sui sponte animum inclinasset.

Ortus inclinauerat astra. Stat. 12. Thebaid. 1.

Inclinare vel inclinari dicitur acies, quando ita vrgetur ab hostibus, vt iam deficiens incipiat cedere, atque in fugam conuerti. Liu. 1. ab Vrbe, 49. Vt Hostibus cecidit, conscitim Romana inclinatur acies. Ibidem, libro, 7. 87. Tum demum impulsi Latini, perculsaque inclinauit acies. Plinius, de Viris illust. 16. Quum collato cum Collega somnio conuenisset, vt cuius cornu in acie laboraret, diis se manibus voueret, inclinante sua parte, se & hostes per Valerium Pontificem diis manibus deuouit.

Dicimus nos inclinare in iis rebus, in quibus acquiescimus. Senec. in Consol. ad Albinam, Quasi data opera, in id tempus coniectis malis tuis, vt nihil esset, vbi se dolor tuus inclinaret. Dixerat autem absentes fuisse liberos, quum mors mariti nuntiaretur.

Acies inclinabant. Silius lib. 15. 145.

Domus inclinata. Virg. 12. Aeneid. 12.

Fata deum inclinant. Lucan. lib. 3. 150.

Inclinat se fortuna vt. Cæsar 1. bel. Ciuil. 201. Tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinauerat, vt nostri magna inopia necessariarum rerum conflictarentur. Cic. Inclinante deinde se fortuna ad causam plebis, nuntii veniunt.

Inclinata & propè iacens fortuna. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 3.

Oppida inclinata. Ouid. 15. Metam. 60.

Inclinata resistui integra opponitur. Cic. ad Atticum, lib. 10. 199. 1. Scribendum ad te existimaui, & pro nostra beneuolentia petendum, ne quò progrederis inclinata iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses. Ex vetusto codice legitur & proclinata.

Res inclinata est, laboratur vehementer. Cice. Lentulo, lib. 1. 1. 10. Id est quasi ruinam minatur.

Inclinata Resp. Quæ iam declinare cœpit. Salust. de Rep. ord. ad Cæsarē, Qui per virtutem sibi diuitias, decus, honorem pepererunt, vbi paulò inclinata Resp. agitari cœpit, multipliciter animus curis atque laboribus fatigatur. Cic. ad Brutum, 18. 2. Respondi id quod sentiebam & dignitati & existimationi tuæ maximè conducere, te primo quoque tempore ferre præsidium labenti & inclinatæ penè Reip.

Inclinat sententia, Hoc sentit, huc tendit, eò vergit vt, &c. Liuius 5. bell. Mace. 47. Ibi statuis rex per aliquot dies habitis fluctuatus animo est, vtrum protinus in regnum se reciperet, an reuerti in Thessaliam posset: inclinauit sententia, suum in Thessaliam agmen dimitteret.

Inclinabant eò sententiæ, vt ilum, &c. Liu. 7. bel. Pun. 246.

Inclinabat eò sententia. Liu. 8. bel. Pun. 134, Illa dubitatio erat, singulæne cohortes, an vniuersi ad stipendium perendum ireni inclinauit eò sententia, quòd tutius censebant vniuersos ire.

Inclinātur opes ad. Liu. 1. ab Vrbe, 75, Quanquam inclinari opes ad Sabinos rege inde sumpto videbantur.

Inclinare ad consilium adiuuandum. Cic. ad Atticum, lib. 12. 247. 3, Tuū enim illud desperatū denique intelliges, & quid incliner ad hoc meū consilium adiuuandum.

Inclinare in consilium, id est Descendere in sententiam. Liu. 10. ab Vrbe 35, In hoc consilium maximè inclinant: legatos tamen ad Annibalem mittendos censent.

Inclinare culpam in. Liuius 5. ab Vrbe, 40, Vbi quum omnē culpā in Collegam inclinaret, acciri Virginium ex castris, &c.

Curtum inclinat. Ouid. 2. Met. 145, de Mercurio volante.

Inclinare eloquentiam, pro Imminuere. Quintilianus lib. 10. cap. 1, Quin etiam & Phalereum illum, Demetrium (quanquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur) multum ingenii habuisse & facundiæ fateor.

Genua inclinarat arenis. Ouid. 11. Metam. 72.

Inclinare in fugam. Liuius 4. belli Macedonici, 109, Tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. Ibidem, lib. 7. 97, Itaq; iam haud dubiè dextrum cornu hostium in fugam inclinabat.

Inclinat fuga. Liu. 1. ab Vrb. 119, Quò, postq; inclinauit fuga, alii arma, &c.

Ad Stoicos inclinare. Cic. 3. de Finib. 15.

Paulum timore inclinari. Cic. Attico lib. 4. 5. 3.

Inclinare in vitium. Plin. lib. 14. cap. 20. 8. Iuvitium inclinantis experimentum est laminæ plumbeæ mutatus in eo colos.

In clinat dies. Cic. 3. Tuscu. 11. Inclinato iam in postmeridianum tempus die. Plin. epist. 101. 1. lib. 5. Post vtranque crypto porticū, vnde viuū desinit, incipit porticus, ante mediū diē hibernai inclinato die, estiua.

Meridies inclinat. Hora. 3. Carm. ode 28. 1.

Inclinat se sol. Liu. 9. ab Vrbe 166. Et prius sol meridie se inclinauit, quam telum hinc atque illinc emissum est.

Inclinatum fretum æstu, hoc est, Pacatum mare. Liu. 9. belli Pun. 36. Quod primum æstu fretum inclinatum est, naues mari secundo misit.

Inclinans, pen. prod. Partic. (ἐπικλινόμενος,) vel Nomen ex participiorū.

Inclinātus ad crocū vel in luteum colorem. Hoc est tendens & ferè similis. Plinius lib. 27. cap. 12. 21.

Inclinantem erigere, Stantem inclinare, contraria. Cic. 2. de Orat. 101.

Inclinātus, pen. prod. (ἐπικλινής,) Participiū, sine Nomē ex participiorū.

Inclinatus ad causam plebis, id est proptus. Liuius 3. ab Vrbe, 275. Nihil magno pere ad patrum aut plebis causam inclinati, otium domi ac foris habuere.

Inclinatus animo. Senec. de Benef. lib. 2. ca. 12. Proinde ista maiora aut minora erūt, prout fuerit iudex, aut ad hæc, aut ad illa inclinatus animo.

Inclinatior ad pacem animus. Liu. 4. bel. Maced. 133. Et lib. 3. ab Vrbe 5. Teri tempus neutrò inclinata spe.

Ceruix inclinata. Quintil. lib. 1. cap. 11. 5.

Inclinatus morbus, Qui tam ad sanitatem spectat. Plin. lib. 13. cap. 4. Lethargicis magis auxiliare, & inclinato morbo.

Inclinata vlulantique voce canere. Cic. in Orat. 31.

Inclinatæ vices. Liu. Nullo dum certamine inclinatis viribus. Id est hergis adhuc & nullo certamine debilitatis.

Inclinatus, huius inclinatus, (κλίσις,) pro declinatione Grammaticis. Cicero 1. ca. 12, Neq; aliud est quē simili inclinatu dicaf. Id est declinatione.

Inclinatio, Verbale, (ἐπίκλισις, ἔγκλισις,) Pli. de lignis sectilibus loquens lib. 16. ca. 43. 2. Durabilia ac sectilia, quæ modicè humida, Arula Siriarius quàm viridia serris cedunt, præter robur & buxum, quæ pertinacius resistunt, serrarumque dentes replent æqualitate inerti: quæ de causa alterna inclinatione egerunt scobem.

Corporis inclinatio. Quintil. lib. 1. cap. 11. 9.

Fortis, ac virilis laterum inclinatio. Quintil. lib. 1. cap. 11. 11.

Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quando Reipub. constitutio tenorem suum iam non amplius seruat, sed ad mutationem spectare videtur. Cic. 5. Philipp. 181. Minimis momentis, p. c. maximæ inclinationes temporum fiunt. Et 5. de Finib. 19. Hoc amplius Theophrastus, quæ essent in Repub. inclinationes rerum, & momenta temporum, quibus esset moderandum. Idem 7. Verr. 139. Etenim cum maximis in rebus, tum in Repub. permagni momenti est ratio atque inclinatio temporum. Sic pro Domo sua 37.

Inclinatio, animorum plebis ad sustinendam inopiam, &c. Liuius 2. bel. Punic. 81.

Temporis inclinatione & perleui sæpe fortunæ momento vectigalia Populi Romani pendere. Cic. 2. de Lege agrar. 80.

Causæ inclinatio. Quintil. 5. cap. 13. 45.

Repentina voluntatum inclinatio. Cic. pro Murena 50.

Voluntatis inclinatione propendere in aliquem. Cic. 2. de Orat. 70.

Inclinatio ad meliorem spem. Cic. pro Sestio 57.

Inclinatio cæli, Quam quidam aspectum & horizonta vocant. Gell. lib. 14. cap. 1. Procedat, Inquit, hæc disciplina sane, sed sub ea modò inclinatione cæli, sub qua tunc Chaldæi fuerunt.

Inclinamentum, inclinamenti, (ἐπίκλιμα,) Pro declinatu vel derinatione vel terminatione. Gellius lib. 4. cap. 9. ex Nigidio, Hoc, inquit, inclinamentum semper huiusce modi verborum, &c. inusitatum.

Inclûdo, includis, inclusi, pe. prod. inclusum, (ἐγκλείω, κατακλείω,) includere, Intus claudere. Plin. epist. 101. 1. lib. 5. Subest cryptoporticus, subterraneæ similis æstate incluso frigore riget, cui taque aere suo nec desyderat auras, nec admittit. Cic. de Senect. 70. Nam dum fumus inclusi in his compagibus corporis munere quodam necessitatis, & graui opere perfunguntur.

Omnia animalia in mundo inclusit Deus. Cic. de Vniuer. 47.

Includam orationi meæ. Cic. Attico, lib. 1. 8. 8. παρεκβασίαν, quam possebo Misenī & Puteolorum, includam orationi meæ.

Includere in carcerem. Cice. 7. Verr. 91. Includuntur in carcerem condemnati.

Incarcere includere. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 15. Itaque nunc Consule in carcere incluso.

Illigare & includere. Cice. 6. Verr. 48. Tum illa ex patellis & thuribulis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis suis includebat, vt ea ad illam rem nata esse diceres.

Includere aliquem in dialogos. Cic. ad Atticum, lib. 13. 276. 2. Sic enim constituebam,

Includere aliquem in dialogos. Cic. ad Atticum, lib. 13. 276. 2, Sic enim constituebam, neminem includere aliquem in dialogos, eorum qui viuerent. Vide 118 præpositionem.

Includi in periculum legis. Cic. pro Cluent. 122, Nec nunc quicquam agitur, nisi credite Iudices & prospicite id quod prouidendum est nisi, vt Equester ordo, in huiusce legis periculum includatur.

Includere se domi. Cic. 7. Verr. 75. Et ad Atticum, lib. 12. 257. 4.

In prædonum hostium; custodias aliquem includere. Cic 7. Verr. 112.

Cælum ignauos inclusit nubibus æstus. Ouid. 7. Metam. 107.

Dolor inclusis lachrymas. Stat. 12. Thebaid. 64.

Opinionem aliquam in definitiones aliquas includere. Cic. 4. Tusc. 25.

Populus includera septis. Ouid. 1. Fast. 11.

Includere verba versu. Cic. 3. de Oratore, 102.

Includere viam, Quasi præcludere & claudere dicitur. Liu. 7. bel. Pun. 152, Non ante apparuere quibus obuiis ab iugo ipse contorquendum erat, quàm circuire qui ab tergo includerent viam.

Includere vocem. Liu. 1. ab Vrbe, 10, Consule primò tam nouæ rei ac subitæ admiratio inclusérat vocem. Hoc est admirat.

Vocem includit dolor. Cic. pro Rab. Postu. 30, Iam indicat tot hominum fletus, q̄ fis charus tuis, & me dolor debilitat, includitque vocem.

¶ Includere & inscalpere gemmam. Vlpianus in L. Item quæritur. §. Si gemma. ff. Locati, Si gemma includenda aut inscalpenda data sit, si qui dem vitio materiæ factum sit, non erit ex locato actioni imperitia facientis, erit.

Sm ragdi auro includuntur. Lucret. lib. 4. 227.

Speciem sui similem inclusit clypeo Paidias. Cic. 1. Tuscul. 54.

Inclūsus, pen. prod. Participium, (κατακλεισθείς,) vt

Inclūsus angustis temporis & in in hoc est, obrutus & seruitus. Liu. 4. bel. Pun. 34, Nullis neq; temporis, neq; loci inclusum angustiis quo minus ita omnia gerat administretque, vt tempora postulabant belli.

Inclusa in vno cubiculo ambitio. Cic. 4. Verr. 42.

Pisces inclusus aqua. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 14.

Vas plena inclusa mero. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 8.

In impia fabulas non inelegans ratio phylica inclusa est. Cicero 2. de Natur. deor. 91.

Verba inclusa modis. Stat. 4. Sylu. 4. 3.

Inclusa sunt mihi medullis. Cic. ad Atticum, lib. 15. 325. 8.

Inclusio, Verbale, (κατακλεισμός,) Ipse includendi actus. Cicer. in Vatinium, 1. M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere voluerat.

Inclytus, Adiectiuum, pen. corr. (κλυτός,) Gloriosus, excellens, atque insignis, quique veluti fulgore quodam famæ resplendet. Plaut. Milite, 18. 11, –vt tu inclytus apud mulieres.
ΠΥ. Parfaq; quando ira Veneris volt. Cic. in Orat. 50.

Armis inclytus. Virg. 6. Aeneid. 96.

Fastis inclytus. Ouid. 12. Metamor. 56.

Acta viri multum inclyta cantu Maeonio. Stat. 1. Achil. 1.

Dux inclytus. Virg. 6. Aeneid. 113.

Genus inclytum altis titulis. Senec. Herc. far. 6. 1.

Gloria inclyta famā. Verg. 1. Aeneid. 17.

Inclyta iustitia, religioque ea tempestate Numæ Pompilii erat. Liuius 1. ab Vrbe, 73.

Moenia inclyta bello. Virg. 1. Aeneid. 49.

Inclytum diuitiis templum. Liu. 6. bel. Pun. 54.

Virtus inclyta. Senec. Herc. Oetheo, 17. 1.

Incoactus, Adiectiuum, (ἄκων,) pro voluntario. Senec. epist. 67, & nullo malo mistum. Sic Valer. lib. 4. cap. 7, Incoactam voluntatem esse in amicitiis contrahendis.

Incoctilis, Vide INCOQVO.

Incoenis, & hoc incoene, (ἀδεῖπνος,) Qui non cœnauit. Plaut. Casina, 17. 18, –illæ autem scenem
Incœnem extrudere cupiunt ex ædibus,
Vt ipsæ solæ ventres distendant suos.

Incœno, incœnas, (δειπνέω,) incœnare, pro cœnare, apud Tranquillum in Tiberio, cap. 39, Incœnante eo, complura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt.

Incœnatus, pe. pro. Adiect. (ἀδείπνος,) Idéqd incœnis. Plau. Aulu. 12. 6,
Si autem deorsum comedent, siquid ceperint,
Superi incœnati sint, & cœnati inferi. Idem Pœud. 13. 57, It incœnatus cubitum. Cato cap. 156. 3, Qui potatus erit, lauet calida, bibat aquā mulsam, cubet incœnatus. Idem cap. 127, Incœnatum iube esse.

Incepto, Incoeptum, Vide INCIPIO.

Incogitans, pen. corr. incogitantis, o. g. (ἀλογιστός,) Temerarius, inquit Donatus, Terent. Phorm. 3. 2. 14.
Adeo ne te incogitantem atque impudentem Phædria,
Vt pluaeratis dictis ducas me, & meam dastes gratiā? Ibidem, 1. 3. 3.
Quòd si fuissem incogitans, ita eum expectarem vt par fuit.

Incogitātus, pen. pro. Adiect. (ἀμετάλογιστος,) Idem Plaut. Bacchid. 14. 1, Petulans, proterno, iracundo animo, indomito, incogitato:
Sine modo & modestia sum. Accipitur hic actiuè sed passiuè apud Senecam, epist. 58, Alacritas incogitata & inuisa.

Incogitābilis, & hoc incogitabile, pen. cor. (ἀνεξέλεγκτος,) Idem. Plaut. Mil. 9. 63, Nunc demū scio me fuisse excordem, cæcum, incogitabilē.

Incogitantia, incogitantiæ, (ἀλογία,) Plaut. Mere. 3. 27, Incogitantia, excors immodestia.

Incognitus, pen. corr. Adiect. (ἀγνώστος,) Non cognitus. Salust. in Iugurth. Ne quid de absente incognita causa statuatis. Cice. pro Cecina 11, Dum incognita re iudicare voluisset, &c. Idem 1. Acad. 59, Quæ esset inhecilla, & cum falso incognitoque cōmunis. Sic Plinius lib. 6. cap. 19. 11.

Oculis incognita nostris. Ouid. 2. Metam. 10.

Facinus incognitum. Senec. Medea, 12. 11.

Res incognita turbat animos. Virg. 1. Aeneid, 104.

Incognita vobis vocabula. Cic. 3. de Finib. 6.

Incohibesco, incohibescis, (ἐνυπόστασις,) incohibescere, Lucre. lib. 3. 91, de anima,
Aere qui credas posse hanc cohibescere vllo,
Corpore qui nostro rarus magis incohibescit? Hoc est nō cohibet. 1 N, negat. Cohibescere, id est quod cohibere.

Incoibilis, & hoc incoibile, penu. corr. (ἀνεύφορτος,) Quod coire & coniungi non potest. Gel. lib. 4. cap. 3. Videt enim esse illo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili facile atq; expedite incedentem. Obsoletum.

Incolo, incolis, pen. cor. incolui, incolitum, (ἐνοικῶ, ἐνοικέω,) incolere, Inhabitare. Cic. 6. Verr. 18, Lycii illam, Græci homines incolebant. Cæsar 4. bel. Gall. 466, Neque longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet. Cic. 3. Verr. 31.

Incolere castrum. Cic. 2. Tusc. 41. ex quodam poeta.

Incolere locum aliquem. Cic. 1. Tuscul. 16. Et 4. Acad. 111.

Lucos incolere. Lucan. lib. 1. 90.

Lustra incolere. Silius lib. 8. 14.

Incoluere sedem Capitolii dicebantur dii Romanorum. Cice. Antea, ire in exil. 15, Cæterique dii deæq; immortales, qui excellenti tumulo ciuitas sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam.

Gens terras incolit. Lucan. lib. 9. 179.

¶ Incoli locus passiuè dicitur, qui frequentia populi abundat. Cic. 1. de Diuin, 152, Ex locis quoq; ipsis quæ à quibusq; incolebantur.

¶ Incolere vitam. Terent. Heaut. 1. 1. 84.
–nam vsque dum ille vitam illam incolit
Inopem, carentem patria, ob meas iniurias.

Incola, huius incolæ, pe. co. (ἐνοικος, ἐνοικος,) Qui in aliena regione, vel vrbe, aut Rep. habitat, quasi ciuis aut municipiū ait Valla li. 4. Bud. Incola, qui in alienam ciuitatem domicilium transfert. Plin. Quod eorum montium incolæ facere consueuerūt. Cicero 1. Officiorum, 175, Peregrini aūt atq; incolæ officium est, nihil præter suum negotiū agere, nihil de alieno inquirere, minimeque esse in aliena Rep. curiosum.

A quarum incolæ bestiæ nantes. Cic. 5. Tuscul. 54.

Incolam & ciuem totius mundi arbitrabatur. Cic. 5. Tusc. 153.

Nouus incola. Horat. 2. Serm. saty. 2. 26.

Pauper incola. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 12,

Turbā incola. Ouid. 3. Fast. 117.

¶ Incola, pro Habitatore. Cice. 1. de Nat. deor. 110, Sunt enim ex terra homines, non vt incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque cælestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantum pertinet. Budæus.

Incola alicuius loci. Cic. 5. de Finibus, 5

Incolæ Orientis. Plin. lib. 2. cap. 70. 5.

¶ Incola arbor, incola piscis. Plin. lib. 12. cap. 5. 1, Sed quæ ex his in incolarum numero esse cœperē, dicentur inter fructiferas. Id est quæ colunt & seruntur apud nos. Idem lib. 9. cap. 17. 4, Admouēque sibi gula sapores piscibus latis & nouum incolam mari dedit, nequis peregrinas aues Romæ parere miretur.

Inculus, inculta, inculum, (ἀδιέξοδος,) Horridum & inhabitabile. Cic. 1. de Nat. deor, 35, Terræ regiones inhabitabiles & incultæ. Sic apud eundem de Clar. Orat. 8, Serere in inculto & derelicto solo.

Ager inculto. Cic. pro Rosc. Com. 20. Ouid. 7. Metam. 108.

Inculta & sylucstris via. Cic. de Clar. Orat. 140.

Incultæ partes mundi, Inhabitatæ & desertę. Cic. 1. Tuscul. 107, Cęteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore.

Capilli Inculti. Ouid. epist. 9. 25.

Incultum corpus, Inornatum. Cice pro Lege agr. 29, Vestitu obsoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior quàm antè.

Inculta oratio, Inculta scripta, impolita & inconpta. Cicero tertio de Orato. 54, Vt caucatis ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta. Cice. 1. de Finib. 13, Sed ex eo credo quibusdam vis

Universidad de Deusto
Biblioteca

venire vt abhorreant à Latinis, quòd inciderint in inculta quædam & horrida. De malis Græcis Latinè scripta deterius.
Nulla pars philosophiæ inculta & deserta est. Cic. 3. Offic. 6.
Horrida, inculta, abdita & opaca pictura: cui opponitur Nitida, læta, col lustrata. Cic. in Orat. 20.
Versus inculti. Horat. 2. epist. 1. 47.
Subhorridus & inculcus vir. Cic. de Clar. Orat. 60.
Horridus, inculcus, mœstus vir. Cic. Post red. in Senatu, 12.
Vita inculta & deserta ab amicis non potest esse iucunda. Cicero de Amicitia, 50.
Sentes inculti. Virg. eclog. 4. 6.
Rusticana illa atque inculta parsimonia: cui opponitur Deformata, & ornamentis omnibus spoliata. Cic. pro Quintio, 62.
Inculta & horrida vita, cui opponitur Delicata. Cic. pro Rosc. Amer. 45.
Inculcus, substantiuum, contrarium cultui. Liu. lib. 2. Decad. 5, Suos honores partim defectos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse. Seneca autem epist. 5, videtur posuisse pro cultu vbi ait, Asperum incultum, & negligentiorem barbam, & intonsum caput, & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem peruersa via sequitur, deuita.
Inculcè, Aduerbium, (ἀνηρημοσμένως.) Horridè, Inornatè. Cic. de Claris Orat. 55, Et dicere non inculcè solebat, & erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, vt illis temporibus, latis eruditus.
Inculcè & horridè aliquid dicere. Cic. in Orat. 15.
Inculcè atque horridè vinere. Cic. pro Quintio, 40, Vixit enim semper inculcè atque horridè: natura tristi ac recondita fuit.

Incólumis, nus & salous. Plaut. Trucul. 4. 64.
Vestra hercle factum iniuria, quæ properaueritis olim raperes:
Oriosè oportuit, diu vt essem incolumis vobis. Terent. Heaut. 1. 2. 29,
Quid reliqui est quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur, bona, Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias? Idem And. 3. 5. 5, Posthac incolumè fac scio fore me, nisi si deuito hoc malis.
Saluus & incolumis. Cic. 4. de Finib. 31, Vt se & saluum in suo genere, incolumemque vellent.
Quibus incolumibus & domi dignitas, & foris authoritas retineretur. Cic. pro Rosc. Amer. 81, Hoc est superstitibus & viuis.
Incolume & saluum aliquid per alium retinere. Cic. 1. Verr. 40.
Conseruare incolumem, Vide CONSERVO.
Incolumem se ad suos recipere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 207.
Gratulor incolumi Ouid. epist. 6. 1.
Aedes incolumes, pro integris & non ruinosis dicit Vlpianus in L. Qui bona fide §. Quum inter. ff. de Damno infecto, Quanuis posit quis dicere, non vitio incolumium ædium hoc factum, si aliæ in eas incidentes et damni causam præbuerint. Budæus.
Incolume argentum. Plaut. Persa, 9. 23,
Nimis tu facetè loquere, atque tibi ego omne argentum actutum
Incolume redigam.
Capite incolumi esse. Horat. 2. Serm. saty. 3. 27.
Integros & incolumes ciues seruare. Cic. 3. in Catil. 69.
Saluæ & incolumes ciuitates. Cic. 2. de Diuinat. 146.
Corpus incolume. Lucret. lib. 3. 50.
Famam tueri incolumem. Horat. 1. Serm. saty. 4. 24.
Grauitate incolumi iocum tentauit. Horat. de Arte, 45.
Incolumes & beatos liberos suos nemo est qui non cupiat. Cic. 1. de Inuent. 64.
Ratis incolumis. Ouid. 2. Trist. 10.
Splendorem à calamitate iudicii incolumem retinere. Cic. pro Plancio, 9
Incolumis status, Sanitas, & prosperitas. Sueton. in Nerone, cap. 54, Sub exitu quidem vitæ pallam vouerat, si sibi incolumis status permansisset, proditurum se parta victoria ludis, etiam hydraulam, & choraulam, & vtricularium, ac nouissimo die histrionem saltaturum.
Virtutem incolumem odimus. Horat. 3. Carm. ode 24. 6.
Vox incolumis. Lucret. lib. 4. 121.
Incolúmitas, pen. corr. huius incolumitátis, (ἀβλάβεια,) Cic. Trebiano, lib. 6. 10. 7, Itaque si qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate, in qua sunt omnia agenda, &c. agam per me ipse & molias. Incolumitas (inquit Cicero 2. de Inuent. 146,) est salutis tuta atq; integra conseruatio. Idem 5. de Finib. 30, In quibus numerant incolumitatem, conseruationemque omnium partium. Idem pro Deiota. 28, Multa sunt tuæ clementiæ monimenta, sed maximè eorum incolumitates quibus salutem dedisti.
Mundi incolumitas. Cic. 2. de Nat. deor. 178.
Incolumitatem & salutè alicuius deserere. Cic. Antequã ire in exiliũ, 10.
Habere ab aliquo incolumitatem. Brutus Ciceroni, 16. 7.
Incolumitatem deditis polliceri. Cæsar 3. bel. Ciuil. 109.
Incolumitatem præstare. Hirtius ad Ciceronem, in Epist. ad Atticum, lib. 15. 325. 10.
Incolumitatem & libertatẽ retinent ciuitates. Cic. 2. de Inuentione, 146.

Incomes, pen. corr. huius incómitis, (ἄπομπος,) Sine comite dicitur, authore Festo. Antiquum est.
Incomitátus, pen. prod. Adiectiuum, Idem, (ἀσύμπροπομπος,) Cic. 1. de Orat. 110, Cuius artem quum indoratam esse atque incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti.
Funera incomitata. Lucret. lib. 6. 247.
Virtus incomitata externis bonis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 8.
Incomitas, huius incomitatis, (ἀσυμπροπομπία,) Actus ipse eundi sine comite. Varro 2. de Re rust. cap. 10. 8, Necnon etiam hoc quæ virgines ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, & quibus mos est non denegauit ante naptias vt succumberent quibus vellent, & incomitas, vt vagari liceret, & filios haberent à quibus vellent. Hactenus Calepinus, sed fœdissimè lapsus. Ex vetusto enim codice legendum est incomitatis: vt sit sensus, quibus vagari liceret incomitatis, hoc est sine comite.

Incomitio, incomitias, (ἐπεκφωνησις,) incomitiare, Significat (inquit Festus) tale commissum facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conuentum venire. Plaut. Curcul. 8. 30,
Adolescens ob Remp. hoc intus mihi,
Quod insigne habeo, quæso ne me incomities. Antiquum.

Incommendatus, penult. prod. Adiectiuum, (ἀσύστατος,) Quod libidinosè violatur tanquam expositum sine commendatione. Ouid. 11. Metam. 87,
Quum semel emisi tenuerunt æquora venti,
Nil illis vetitum est, incommendataque tellus
Omnis, & omne fretum est, cœli quoque nubila vexant.

Incómmodum, huius incommodi, penult. correp. (ἀσύμφορον, ἄχρηστον,) Damnum, detrimentum. Plaut. Amphit. 8. 4.
- itaque cuique comparatum
Est in ætate hominum, ita diis placitum, voluptati vt mœror
Comes consequatur: quin incommodi plus, maliqué ili co
Adsit. Cic. 1. de Finib. 82, Itaque non ob ea solum incommoda quæ eueniunt improbis fugiendam improbitatem putamus. Idem de Amicitia, 8, Nec enim ab isto officio, quod semper vsurpaui quum vobis rem, abdu ci incommodo meo debui. Sic pro Roscio Amer. 72, Hominibus leuissimis ademit misericordiam consuetudine incommodorum.
¶ Incommodum, Malum, periculosum. Terent. Hecyra, 3. 4. 5.
Non hercle Parmeno verbis dici potest
Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est.
Non erat incommodum. Cic. ad Caninium, lib. 2. 16. 3, De rationibus referendis non erat incommodum te nullam referre, quam tibi Bibulo fieri potestatem.
¶ Nisi tibi incommodum est, hoc est molestum. Plaut. Mostellaria.
Saluum te aduenisse peregrè gaudeo, Teutopides.
TE. Di te ament. S. inspicere ædes te has velle aiebat mihi.
TE. Nisi tibi incommodum est. S. imò est commodum.
¶ Accedit incommodum, Vide ACCEDO.
Accedit nobis illud quoque incommodu. 2. Cic. pro Quintio, 2.
Accipere incommodum, Vide ACCIPIO.
Afficí incommodo. Cic. 1. Offic. 37.
Incommodis & difficultatibus affici. Cic. 1. Verr. 5.
Angi incommodis, Vide ANGO.
Cadit incommodum, Vide CADO.
Capere incommodum, Vide CAPIO.
Multa senem circunueniunt incommoda. Horat. de Arte, 35.
Committere incommoda sua legibus, Vide COMMITTO.
Commoueri te incómodo valetudinis tuæ nolo. Cic. Att. lib. 7. 22.
Conciliare incommoda alicui. Lucret. lib. 3. 177.
Contrahi incommodis amici, Vide CONTRAHO.
Debilitata multis incommodis veritas. Cic. pro Quintio, 3.
Dare incommoda. Cic. 5. de Finib. 93.
Incommodo detrimentoque suo dolere. Cic. de Clar. Orat. 3.
Facere suo incommodo aliquid. Cic. Attico, lib. 12. 258. 2.
Ferre incommoda alicui, pro Incommodare. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17, Atque ita mihi dicebat Flauius, scriptum in ea epistola, quam tuus esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda laturum.
Incommoda, atque iniurias viri omnes ferre, & tegere contumeliat. Terent. Hecyra, 1. 2. 91.
Plus adiumenti quàm incommodi habet locus. Cic. 2. de Orat. 57.
Importare incommodum, Vide IMPORTO.
Inuecta incommoda per aliquem, Vide INVEHO.
Leniunt incommoda vitæ commodorum compensatione sapientes. Cic. 1. de Nat. deorum, 33.
Patiens incommodi, Vide PATIOR.
Reiicere, diminuere, deuitare incommodum. Cic. 2. de Inuent. 134.
Medicinam reperire incommodis, Vide MEDICO.
Incómmodus, pen. corr. A diectiuũ, (ἀσύμφορος,) Quod damnum adferat, vel

vel molestam est. Terent. Hecyra, 3. 4. 1, Ain' tu tibi hoc incommodum euenisse iter? Plinius de Viris illustr. 31, Et quum eum metu mortis attonitum vidisset, incommodam ambulantibus radicem excidi iussit.
Incommodus & Gratus, contraria. Cicer. 5. Verr. 184, Non potest reprehendi illa æstimatio, quæ aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata est.
Incommoda vxor & importuna. Plaut. Asin. 3. 48, Pateor eam esse importunam atque incommodam.
Rebus incómodis subleuare aliquem. Cic. pro Cluent. 130.
Incómmode, pen. corr. Aduerbium, (ἀσυμφόρως,) Cum damno & incommodo hoc est molestè. Terent. Hecyr. 3, 3. 10,
Sed continuò vultum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum. Idem Eunucho, 2. 3. 37,
Id dum sequor hanc, fit mihi obuiam
P. Incommodè hercle.
Optimè & incommodè, contraria. Cic. de Amicitia, 14, Quamobrem cum illo quidem (vt suprà dixi) actum optimè est, mecum autem incommodius.
Non incommodè. Colu. lib. 12. cap. 56, Idq; non incommodè opus efficit, nisi quòd frequenter vitiatur.
Accidisse mihi non incommodè vlum est. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 2. 1.
Venire non incommodè ad aliquem. Cic. Attico, lib. 7. 128. 2.
Incommodissimè nauigare. Cic. ad Atticum, lib. 5. 96. 1.
Incómmoditas, pen. corr. incommoditatis, (τὸ ἀσύμφορον, ἀχρηστία,) Damnum, molestia. Plaut. Milite, 10. 49.
Incommoditate abstinere me apud conuiuas commodè
Commemini. Terent. And. 3. 3. 36,
Nempe incommoditas denique hue omnis redit,
Si eueniat, quod di prohibeant, discessio.
Incómmoditas temporis. Liu. 10. ab Vrbe, 41, Romę tum desyderio viri, tũ incómodi tate temporis tristis nuntius fuit, vt, &c.
Incommodo, incommodas. pe. cor. (βλάπτω, ἠμύω,) incómodare, Damnum inferre. Terent. And. 1. 1. 15,
Quem ego credo manibus, pedibusque obnixè omnia facturum,
Magis id adeò, mihi vt incommodet,
Quàm vt obsequatur gnato. Id est noceat, & incómodum afferat, ait Donatus. Cic. pro Quintio, 29, Vt quum ipsi alteri scientes incómodarint, mihi ipsis iure incómodi cadere possit.
Incómodatio, Verbale, (ἠμύωμα,) pro Incómoditate, Cic. ad Atticum, lib. 12. 12. 0, Atqui in ista incommodatione alienati illius animi & offensi illud inest tamen incommodi, &c.

Incomparabilis, & hoc incomparabile, penul. corr. (ἀσύγκριτος,) Plin. lib. 7. cap. 25. 3, Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas. Id est cui comparari alia non potest. Quintil. lib. 1 cap. 3, Sed præstet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, vt doctissimum, atque incomparabilem magistrum domi habeat.

Incompertus, Adiect. (ἀδήλητος,) Incognitus, & de quo nullam certitudinem habemus. Plinius li. 34. ca. 13. 8,
Origo atque natura eius incomperta est mihi. Idem lib. 4 cap. 13. 6,
Incompertæ magnitudinis.
Incompertum aliquid dicere. Liu. 9. ab Vrbe, 138.
Verustate incompertum. Liu. 4. ab Vrbe, 98.
Incópertum est. Liu. 8. bel. Pun. 15, Id vtrum parum ex interuallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incompertum est.

Incompositus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀσύστατος,) Composito contrarium. Inornatus & inelegans atque incompositus vt incomposita oratio. Liuius 4. ab Vrbe, 173, Tẽpanni orana laudibus, non crimine alieno læta.
Moribus incompositus. Quintil. lib. 4. cap. 5. 8.
Incompositum agmen. Liuius 5. ab Vrbe, 131. Ibidem, lib. 9. 190.
Motus incompositos dare. Virg. 1. Georg. 70.
Pede incomposito currunt vertus. Horat. 1. Serm. saty. 10. 1.
Incompositè, pen. corr. Aduerbium, (ἀσυστάτως,) Inelegantèr. Liuius 5. bel. Pun. 104. Et in hostem negligenter & incompositè venientem incurrunt. Hoc est sine ordine.

Incomprehensibilis, & hoc incoprehẽsibile, pen. cor. (ἀκατάληπτος,) Quod cõprehẽdi & enumerari non potest. Plin. epist. 20. 6, Vt est in disputando incõprehensibilis, & lubricus, ita eladit. Cell. Quoniã incõprehensibilis natura sit. Incomprehensibilis arenæ paruitas. Columel lib. 10. in Procem. 5. Quintilian. lib. 9. ca. 1, Apollodorus incomprehensibilia partis huius præcepta existimauit.

Incomptus, A diectiuum, (ἄκοσμος,) Inornatus. Cic. ad Atticum, li. 2. 16. 2, quanquam tua illa, legi enim libenter, hor ridula mihi atque incompta visa sunt. Idem in Orat. 43, Si hæc subtilis oratio etiam incompta delectat.
Decor incomptus. Senec. Hippol. 5. 14.
Capilli incompti. Horat. 1. Carm. ode 12. 9.
Caput incomptum. Horat. Epod. 5. 4.

Inconcessus, (ἀσυγχώρητος,) A diectiuum, à concedo concedis, Negatus & prohibitus. Quintil. lib. 10. cap. 2, quã rotum exprimere quem elegeris, penè sit homini inconcessum. Virg. 1. Aeneid. 132, Pergama quum peteret inconcessosq; hymenæos.
Ignibus inconcessis attonitæ puellæ. Ouid. 10. Metam. 31.
Voluptas inconcessa placet. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 7.

Inconcilio, inconcilias, (ταραττω, ἀλοτρόω,) inconciliare, Turbare. Plaut. Bacch. 11. 22, Ipse quod in se fuit, accuratũ habuit, quod posset mali facere in me, inconciliare copias oẽs meas.
Inconciliare sibi aliquem: Facere sibi inimicũ. Plau. Trin. 4. 73, Incõcilia sibi eũ qui mãdatus est tibi: illũ qui mãdauit, eũ Exturbasti ex ędib'.
Inconciliare. Plautus Persa, 23. 65,
Agite saltis, hunc ludificemur nisi indignus est. S. non opus est. L. At me haud par est. T. credo quia non inconciliat, quum te emo. Hic putarim significare quod Festus ait significasse apud antiquos, Per dolũ decipere: nisi potius significet Controuersias facere, & quod vulgus vocat Disconciliare.
Inconciliate, penulti. prod. Aduerbium, (ἀφιλοτίμως,) Perperã, inconsultè. Plaut. Mostel. 3. 83, -at etiam & sortem dabit:
Pater quum aduenier peregrè, iam multo prius:
Is tibi & fœnus, & sortem dabit:
Ne inconciliate quid nos portò postules. Id est, Nequid nos roges vnde efficiamur tibi inimici.

Inconcinnus Adiectiuum, (ἀνεύπρεπτος, ἀμελὴς,) Quod cõcinno contrarium est. Gellius lib. 16. cap. 5, Ea ferme omnia inconcinna atque absurda visa sunt. Cice. 1. de Oratore, 11 Nam qui aut tempus quid postulet nõ videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis vel commodi rationẽ nõ habet, aut denique in aliquo genere aut Iconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur.
Asperitas agrestis & Inconcinna. Horat. 1. epist. 19. 1.
Personamq; ferret non inconcinnus vtramq;. Horat. 1. epist. 18. 6.
Inconcinniter, pen. corr. Aduerbium, (ἀνεύπρεπως,) Inornatè, incomptè, impolite. Gellius lib. 10. cap. 17, Vertitque in eam rem quam tum agebat, non inconcinniter.

Inconcussus, Adiectiuũ, (ἄσειστος,) Stat. 5. Sylu. 1. 29, Florebãt hilares inconcussique penates.

Inconditus, pen. corr. (ἄτακτος,) Ex in & cõdo compositum. Inordinatus, incompositus, Inordinatè cõpositus. Plin. epist. 190, Ac primis quidem diebus redditæ libertatis pro le quisq; inimicos suos duntaxat minores incondito, tumidoq; clamore postulauerat, simul & oppresserat. Liu. 1. Decad. lib. 4, Longè maximũ triũphi spectaculum fuit, Collus spolia opima regis interfecti gerens. In eũ milites carmina incondita, æquantes eũ Romulo, canere, spolia in ede Iouis feretrii prope Romuli spolia, quæ prima opima appellata sola ea tempestate erant, cum solenni dedicatione dono fixit.
Inconditæ blanditiæ. Plin. lib. 8. cap. 5. 4.
Incondita carmina. Liu. 4. ab Vrbe, 58.
Incondita conuerudo dicendi. Cice. 3. de Oratore, 95, Idque principes Isocrates iustituisse fertur, vt inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa (quẽadmodum scribit discipulus eius Naucrates) numeris astringeret.
Corpora incondita, Id est inlepulta. Lucan. lib. 6. 21.
Inconditus fremitus. Plin. lib. 9. cap. 13. 2.
Genus dicendi inconditum. Cic. de Clar. Orat. 130.
Inconditum ac penè ridiculum omne ius ciuile præter Romanum. Cicero 1. de Orat, 87.
Incondita loca, Inconscripta. Salustius in Iugurtha, Ar illi quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas, inconditas tenere. Virg. 2. eclog.
-ibi hæc incondita solus
Montibus & sylus studio iactabat inani. Vbi Seruius, incondita, incõposita, subito dicta, agrestia, vel sanæ mentis dicta verba. Vel inconditæ, inconscriptæ vt Salust. in Iugurtha, &c.
Inconditus motus. Plin. lib. 8. cap. 2. 1.
Orator inconditus. Cic. in Orat. 137.
Incondita turba hominum. Liu. 3. bel. Pun. 189. Et lib. 5. 1.
Verbis inconditis sententiam aliquam efferre. Cic. in Orat. 84.
Ne sparsi & inconditi sine ordine, sine signis, omnibus portis excurrerẽt obsistendo. Liu. 9. bell. Pun. 172.
Incondite, pen. corr. Aduerbium, (ἀκατατάκτως,) Incompositè, inordinatè. Cic. lib. 3. Offic. 109, Dicam vt potero: inconditè fortasse, sed tamẽ vt res possit intelligi.
Rudis hæc inconditè fundit. Cice. 3. de Oratore, 96.
Inconditè & monstruosè aliquid cogitare. Cice. 2. de Diuin. 116.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inconfessus, Adiectiuum, (ἀνωμολογημένος,) Ouid.2. Metamor. 110, Seruandum dederat, sed enim inconfessa quid esset.

Incongelabilis, & hoc incongelabile, penult. corr. (ἄπηκτος,) Quod non potest congelari. Gellius lib.17. cap.8. Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne incongelabile sit.

Incongruens, huius incongruentis, om.g. (ἀκόλουθος,) Quod non congruit, aut concordat ei rei de qua agimus. Plin.epist.74.f. Nam quibus sententia Cepionis placuit, sententiam Maeri vt rigidam, duramque reprehendunt: quibus Maeri, illam alteram dissolutam, atque etiam incongruentem vocant. Gellius lib.2. cap.5. Est enim pleraque & sibi & nobis incongruens.

Inconniuens, pen.prod om.ge. (ἀτενίζων,) Non motans palpebras: quod genus motionis pulpebrarum, conniuere dicitur. Gellius lib.2.cap.1, Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens.

Inconscius, Adiectiuum, (συνειδώς,) Conscio cõtrarium est. Liu.1.bel Pun.46, Alcon inconsciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu transiisset.

Inconsequentia, huius inconsequentiæ, (ἀκολουθία,) Quin oil.lib.8. cap.6, Multi enim quum initium à tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt, quæ est inconsequentia rerum fœdissima.

Inconsiderantia, Vide INCONSYDERANS.

Inconsolabilis, pen.corr. Adiectiuum, (ἀπαρηγόρητος,) Ouid. 5.Metam.86, -contemptaque fontis
Iura sui mœrens, inconsolabile vulnus
Mente gerit tacita.

Inconstans, inconstantis, com.g. (ἄστατος, ἀβέβαιος,) Qui non stat, sibi constat, lenis, mobilis, volubilis, qui tum hoc, tum illud dicit. Plin.lib.18.cap.35.11, Si id in pluribus partibus fiet, inconstantes ventos effundent. Idem lib.29.cap.1.2, Mirumque & indignum protinus subit, nullam artiam inconstantiorẽ fuisse & etiamnum sæpius mutari De medicina.
Ridiculè videri inconstans in aliqua re. Cic. pro Rosc. Comœ. 10.
Inconstantes literæ. Cic. Planco, lib.10.16.2, Quum is frigidas sanè & inconstantes recitasset literas Lepidi.

Inconstantia, inconstantiæ, (ἀστασία,) Leuitas. Cic.4 Acad.125, Quãuis igitur fuerit acutus vt fuit, tamen inconstantia eloquitur authoritas. Id est minoris fit, vt ait Budæus. Idem 7.Verr.82, Tibi vni paream: & totius istius culpæ crimen, vituperationemque inconstantiæ potius suscipiam, quàm aut in te sim crudelis, &c.
Inconstantia totius sententiæ. Cic.4.Acad.58.
Inconstantiam mensuræ diuersitas authorum facit. Plin.lib.6.cap.16.10.
Mutatio consilii, & inconstantia. Cic.ad Attic.lib.16.334.5, Nemo doctus vnquam mutationem consilii, inconstantiã dixit esse.
Inconstantia, mutabilitasque mentis. Cic.4. Tuscul.123.
Varietas & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Cic. pro Domo sua, 5.
Ab inconstantia & temeritate feiungi non potest fortuna. Cic.3.de Nat. deorum, 84.
Famæ inconstantiæ pertimescenda. Cic. Lentulo, lib.1.9.16.
In maxima inconstantia, veritatis ignoratione, versantur vulgi opiniones. Cic.1.de Nat.deorum, 61.

Inconstanter, Aduerbium, (ἀστατῶς,) Leuiter. Cic. in Partit.28, Si aut ambiguè, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt.
Inconstanter loqui. Cic.4.Acad.98.
Inconstanter & turbidè in motu esse perturbationem. Cic.4. Tuscul.36, Intelligatur igitur perturbationem, iactantibus se opinionibus, inconstanter & turbidè in motu esse semper.
Membra inconstanter iactando fatigat. Lucret. lib.3.100.
Inconstantis sunè dicta. Cic.2.de Finib.140.

Inconsuetus, pen.prod. Adiectiuum, (ἀνήθης,) Non assuetus. Silius lib.1.57, -stupet inconsuetus opimæ
Sidonius mensæ miles.

Inconsultus, Adiectiuum nomen, (ἄβουλος,) Imprudens, Inconsyderatus, & nullius consilii, vel qui omnia agit sine consilio. Cicero pro Deiot.10, Homo inconsultus & temerarius hæc non videbat. Quintil. Declamat.19, O inconsultam muliebrem semper amentiam!
Si inconsultus hoc fecit, & Si optimo consilio vsus sit, contraria. Tribonianus in L. Non solum. Parag. Sed & 1.ff. De ritu nupt.
Inconsultum consilium, Imprudenter administratum. Plaut. Milit. 10. 6, Nam bene consultum, inconsultum si fit, inimicis, vsu esse potest. Liu.3.bel. Pun.28, Veritus deinde nequid inter vim tumultus, atque ex concitatione animorum inconsulti certaminis oriretur, &c.
Turba inconsulta ruit. Lucan. lib.1.99.
Ex inconsulto arma posuit. Silius lib.8.45.
¶ Inconsultus, Participium, à quo consilium non est petitum. Varro. Ea enim inscio atque inconsulto domino, serui sæpè ex agro discedunt.
¶ Inconsultus, Cui non est datum consilium. Virg.3.Aeneid.91, Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ. Vbi Seruius, Inconsulti, Inscii rerum, ignari, sine consilio. Et consultus est, qui consulitur: inconsultus qui non accipit consilium.

Inconsultè, Aduerbium, (ἀβουλόως,) Sine consilio, imprudenter. Salust. Inconsultè, ac veluti per dementiam cuncta simul agebant. Plin.in Paneg.137, Multis illustribus dedecori fuit aut inconsultius vsur sumpta, aut retenta patientius. Cic.1.de Nat.deorum, 61, Quàm inconsultè ac temere dicantur. Sic Liuius 2.ab Vrbe, 158. Cæsar 1.bel. Ciuil. 178, Quòd eo incitati studio inconsultius processerant.

Inconsultò, Aduerbium. Vlpianus in L.1.Parag. Et ideo.ff. De his qui testest. del. Proinde etsi inconsultò superscripsit induxisse se, manebunt. Ibidem, Sed si lege non possunt, quæ inconsultò deleta sunt.

Inconsultus, huius inconsultus, (ἀβουλία,) Plaut. Trinum. 4.95,
-quia rure dum fum,
Ego vnos sex dies, me absente, atque insciente, inconsulto meo,
Aedes vænales hasce inscribi literis.

Inconsumptus, Adiectiuũ, (ἀδιαφθόρητος,) Ouid.7.Metam.121, Tibi iuuenta inconsumpta, Tu puer æternus. Ouid.4.Metam.4.

Inconsyderans, pen.corr. Adiectiuũ, (ἀβρόβδελος,) Idem quod inconsultus: qui non consyderat quomodo quidque agendum sit. Cic.1.de Diuin.80, Nos autem ita leues atque inconsyderantes sumus, vt si mures corroserint aliquid, quorũ est ea? hoc vnum, monstrũ putemus. In vetusto codice legitur inconsyderatus.

Inconsyderatus, pen.prod. Adiectiuum, (ἄλογος,) Idem significat, vt apud Ciceronem in Tuscul. Temerarius & inconsyderatus.
Inconsyderata cupiditas. Cice. pro Quintio, 54, O rem incredibilem! O cupiditatem inconsyderatam!
Temeraria & inconsyderata fama popularis. Cic.3. Tuscul.6.

Inconsyderantia, huius inconsyderantiæ, (ἀλογία,) Inconsultus error. Cic.ad Qu.fratrem, lib.3.24.10, Cuius in hoc vno inconsyderantiam & ego sustineho vt potero, & tu vt posis est tuorum neruorum. Idem in Clau. Cæsare, ca.39, Inter cætera, in eo mirati sunt homines & obliuiscendi & inconsyderantiã, vel vt Græcè dicam μετεωρίαν καὶ ἀβρόβδελον.

Inconsyderãte, pen.prod. Aduerbium, (ἀλογίστως,) Inconsulto, temerè, vt apud Ciceronem 1.Offic.144, Nequid temere ac fortuito, inconsyderatè, negligenterque agamus. Et 1.Tuscul.10. Gell.lib.1.cap.1, Vt scribere ausi sint M. Ciceronem parum integrè, atque inpropriè, atque inconsyderate locutum.

Incontaminatus, pen.prod. Adiectiuum, (ἄμιαντος,) Contaminato contrarium. Varro 3.de Re rust. cap.9.13, Similes facie non his villaticis gallinis nostris, sed Tanagræis, aspectu ac facie incontaminata. Liuius 4.ab Vrbe, 5, Neque id quidem, nequid incontaminati sit, vt discrimine omni sublato, nec se quisquam, nec suos nouerit.

Incontentus, Adiectiuum, (ἀσυμπάθεστος,) A verbo tendo, tensum, sed laxum. Cic.4.de Finib.121, Vt in fidibus pluribus in quibus earum ita contenta numeris sit, vt concentũ seruare possit, ois aequè incontentæ sint: sic peccata quæ discrepant: æquè discrepant, paria sunt igitur. Hoc ambiguo ludimur: æquè enim contingit omnibus fidibus, vt incontentæ sint: illud non continuò vt æquè incontentæ.

Incontinens, pen.corr. huius incõtinentis, o.g. (ἀκρατής,) Quod continere non potest. Plaut. Asin.16.9.
At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales preti,
Madidum, nihili, incontinentem, atque osorem vxoris suæ. Plin.lib.4. cap.43.2, Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, &c.

Incontinens, cũ genit. Senec. 5.Natu.quæst. Nihil est tam violẽtũ & incontinens sui. Itẽ lib.2.ad Serenũ, cap.14, Incontinens cupiditatis animus.
Tityus incontinens. Horat.3.Carm.ode 4.16.

Incontinenter, Aduerbium, (ἀκρατῶς,) Immodestè & sine continentia. Cic.3.Offic.48, Si omnes deos hominesq; celare possimus, nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.

Incontinentia, huius incontinentiæ, (ἀκρασία, ἀκράτεια,) contrariũ Continentiæ: hoc est Immodestia & intemperãtia. Cic. pro Cælio, 18. Multa de incontinentia, intemperantiaque disseruit.
Incontinentia vrinæ, Profluuium. Plin.lib.28.cap.8.16, Vesicam in vino potam contra vrinæ incontinentiam. Hoc est spontaneam vrinæ emissionem. Idem lib.32.cap.5, Vrinæ incontinentiam Hippocampi in vino sumpti emendant.

Inconueniens, om.g. (ἀσύμφωνος,) Indecens. Quintil.lib.1.cap.9, Est enim solœcismus in oratione cõprehensionis vnius sequentium ac priorum inter se inconueniens positio. Cicero ad Ciceronẽ, lib.12.13.5, Hæc nouissima nostra facta non subiuncta nec inconuenientia, sed similia illis cogitationibus.

Inconuenientia quoque dicuntur, quæ ob diuersitatem inter se non conueniunt. Seneca de Vita beata, Definant igitur inconuenientia inter se iungere, & voluptati virtutem implicare.

Incôquo, incoquis, pen.corr. incoxi, incoctũ, (συναναλίσκω,) Incoque re. Simul coquere significat. Plin.lib.11.cap.3.2, Hæc est auri, cuius grana Parthorũ proceres incoquere diximus esculentis, tũmendandi habitus gratia. Plin.lib.20.cap.11.3, Suauiores aquas potui incoctum præstat.
Incoquere, pro Coquere. Plin.lib.9.cap.30.8, Vnum hoc animalium nisi viuum ferueni aqua incoquatur, fluuida carne nõ habet callum. Gell. lib.5, Iterum rerumque expansis tribus cyathis, & incoquuntur.
Incoquere cum aqua, Colum.lib.8.cap.5.11, Canea cum matre claudendi sunt, & farre ordeaceo cũ aqua incocto, vel adoreo farre vino respersio modicè alendi.
Incoqui sole. Plin lib.11.cap.17.2, Tradidere ladanum glomerari in pulverem, & incoqui sole.
Radices incoquere o dorato Baccho. Virg.4.Georg.56.
Succos atros incoquis. Ouid.7.Metam.55.
¶ Incoquere, aliquando significat Coquendo applicare. Nam quum metallum aliquod deplambamus, vel deargentamus, vel deaurãmus, in coquere dicimur. Vnde Vasa ænea plumbo vel stanno ad ignem illita, incoctilia dicuntur. Plin.lib.34.cap.17.2. Improbiores ad tertiarium additis æquis partibus plumbi albi, argentarium vocant, & eo quæ vocant, incoquunt. Ibidem, 3, Album plumbum incoquitur æreis operibus Galliarum inuento, ita vt vix discerni queat ab argento: eaque incoctilia vocant. Deinde & argentarium incoquere simili modo coepere equorum maximè ornamentis, iumentorumq; iugis.

Incoctus, Adiect. (συναναλωθείς, ἀναλωθείς,) Simul coctus. Plin.li.18.ca.11. 13, Candorem autem ei pro ereta lactis incocti mistura confert.
Cruor incoctus herbis. Horat.2.Epod.5.2.
Incoctæ mulieres dicebantur plus æquo calamistris vstæ. Festus.
Mauri incocti corpora. Silius lib.17.128
Incoctum generoso pectus honesto. Pers. Saty.2.8.
Spicula incocta cerastis. Silius lib.15.135.
Vellera incocta Tyrios rubores. Virg.3.Georg.61.
Incoctum aliquid dare. Plaut. Mil.5.53,
Concrepuit digitis, laboræ cerebro, commutat status,
Ecce autem capite nutat, non placet quod repperit:
Quicquid est, incocti non exprimit, bene coctum aliquid dabit.

Incoctile, incoctilis, penult. corr. (συνεψήσιμος,) Vas æneum quod stanno liquefacto delibutum est, vt edulis saporem gratiorem reddat. Vide paulò ante Incoquere.

Incordio, incordias, incordiare, Incor inuitere, & suadere. Plaut. Cistel.1.100. Antiquum.

Incorporalis, & hoc incorporãle, pe.pro. Adiectiuum, (ἀσώματος,) Quod non habet corpus. Quintil.lib.5. cap.10, Ius, quòd sit incorporale, apprehendi manu non potest.
Incorporale. Senec.epist.91, Deinde à corporibus se ad incorporalia transtulit.

Incorporeus, Aliud adiectiũ, (ἄσωμος,) Quod forma & corpore caret. Cic.5.de Finib.70, Omnis ista incorporearum rerum æstimatio, splendore virtutis & magnitudine obscuretur & obruatur, atq; intereat ne cesse est. In nonnullis vetustioribus exemplaribus legitur, ista rerum incorporearum æstimatio. In aliis, in corpore sita si æstimatio. Gellius lib.5.cap.15, Corpus ne sit vox, an incorporeum: hoc enim vocabulũ quidam fine extremi proinde quod Græcè dicitur ἀσώματον.

Incorporo, incorporas, pen.corr. incorporare. Solinus cap.35, Regionũ partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, iam inde à pueris, variæ animalium effigies incorporantur.

Incorrectus, Adiectiuum, (ἀδιόρθωτος,) vt Opus incorrectum. Ouid.3.Trist.eleg.14.5,

Incorruptus, Adiectiuum, (ἄφθορος,) Plin.lib.13.cap.9.3, Nec in aquis durat.
Animus incorruptus. Cic.1.Tuscul.68.
Custos incorruptissimus. Horat.1.Serm.saty.6.17.
Incorruptior custos canis. Colu.lib.7.cap.12.1.
Incorruptum genus disciplinæ. Liu.1.ab Vrbe, 75.
Integritas Latini sermonis incorrupta. Cic.de Clar.Orat.68.
Incorrupta contra omnia vitia maneria. Plin.lib.13.cap.16.2.
Incorrupta opinio, Firma & integra. Marius ad Ciceronem, lib.11.28.1, De qua etsi non dubitabam, tamen quia maximè æstimabam, vt incorrupta maneret, laborabam.
Sanitas incorrupta. Cice. de Optimo gene.orat.145.
Succus singulis incorruptus. Cic. de Clar.Orat.18.
Incorruptus atque integer testis. Cicero 1.de Finib.107, Si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat, id est incorruptis atque integris testibus, &c.
Virgo incorrupta. Cic. in Orat.55.
Incorrupta vox bene iudicantium. Cic.3.Tusc.6.
Purus & incorruptus: Vitiosus & corruptus, contraria. Cic.de Clar.Orat. 141, Cæsar autem rationem adhibens consuetudinem vitiosam & corruptam pura & incorrupta consuetudine emendat.
Incorrupte, Aduerbium, (ἀφθόρως,) vt Incorruptè, atque integrè iudicare, hoc est Iustè & sine fauore. Cice.1.de Finib 45. Idem pro Marcel. 17, Serui igitur iis etiam iudicibus qui multis pòst seculis de te iudicabũt, & quidem haud scio an incorruptius quàm nos.

Incoxo, incoxas, (ἐνιαυλίζω,) Incoxare, In coxam sedere. Pacuuius,
Adeò incoxauti mihi pes obstupuerat. Pomponius Panuceatis, Neque interim eacandi causa vnq incoxaui nate. Nonius.

Increbresco, increbrescis, increbrui vel increbui, remoto r post b, (ἀνεμεγαλόμαν,) increbrescere, Diuulgari, palã fieri. Plaut. Merc.21.9, -ab Artices abhorreo.
Nam vbi mores deteriores increbrescunt in dies,
Vbiq; amici qui infideles sient, nequeas pernoscere. Idem True.3.20,
Si raras noctes ducit, ab animo peritis increbruit, ipsus
Gauder, res perit. De amatore.
Increbrescit fama vel rumor, hoc est Augetur & innotescit. Liuius.9.ab Vrbe, 49, Gallici quoque belli fama increbrescebat. Idem 4.bell. Punic.50, Quum increbresceret rumor bellum in Sicilia esse, T. Ostacilius, &c.
Nomen increbrescit. Latio. Virg.8.Aeneid.3.
Increbuit res prouerbio. Liu.8.ab Vrbe, 41, Inde rem ad triarios rediisse, quum laboratur, prouerbio increbuit.
Increbuit sermo, & increbuit apud. Cice. de Opt.gen.ora.146, Nonnullorum sermo iam increbuit, partim se, &c. Idem in Orat.36, Nunc apud oratores tam ipse numerus increbuit.
Aura increbuit. Horat.2.Serm.saty.5.19.
Increbuit Auster: Hoc est auctus est, & vehementior factus est. Cæs.3.bel. Ciuil.103, Et quum iam nostris remissiore vento appropinquassent, Idem Auster increbuit, nostrisque auxilio fuit.
Ventus increbrescit cura vt valeas. Cic. ad Trebatium, lib.7.21.6. Hoc est, vehementius perflat.
Vnde magis increbrescunt. Catul. Argon.59.55.
Increbuit consuetudo, hoc est Inualuit. Cicero 14. Philippic.392, Ac siquis Hispanorum aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo milia occidisset, non eum hac consuetudine, quæ increbuit, imperatorem appellaret Senatus.
Increbuit disciplina. Cic.4.Verr.5, Vt proximè ad nostram disciplinam illam veterem, non hanc quæ nunc increbuit, videantur accedere.
Pugna aduersa increbrescit. Silius lib.10.1.

Incredibilis, & hoc incredibile, penul. corr. (ἄπιστος, ἀπίθανος,) Quod credi non potest. Teren. Eunuch.5.9.19, Di vestram fidem, incredibilia Parmeno modò quæ narrauit.
Incredibilis sum. Plaut. Bacch.14.3.
Sine modo & modestia sum, sine bono iure, atque honore,
Incredibilis, impos animi, immobilis. Id est non creditur mihi.
Incredibilis celeritas. Cic.7.Verr.70, Hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis. Idem ad Atticum, lib.5.104.3, Itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris.
Eloquentiam incredibilem consequi. Cic.1.de Orat.1.
Furor incredibilis & singularis. Cic. pro Sylla, 56.
Modo incredibili consentire. Horat.1.Carm.ode 17.5.
Peruersitas incredibilis. Cic. Lentulo, lib.1.7.12.
Credibilis & incredibilis res, contraria. Cic.2.de Inuent.150.
Singularis & incredibilis virtus. Cic. Attico, lib.14.313.3.
Incredibile & fallo memoriæ proditum omnibus hoc videbatur. Cicero pro Lege Manilia, 28.
Incredibile est quæ ego illos scio opposuisse Gallorum castris in æstuis se cisse equos ille Iatro, nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum delinit. Cice. Tironi, lib.16.27.3. Et ad Solp.lib.13.29.1, Incredibile est enim quas mihi gratias omnes mihi agant.
Incredibile auditu. Cice.7.Philip.221, Quæso vos Patres Conscripti, vt primò si erit vel acerbum auditu, vel incredibile à M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione quod dixero.
Incredibile memoratu. Salust. in Catil. Incredibile memoratu est, quàm facile coaluerint. Id est, incredibile dictu.
Incredibile & probabile. Cice. in Parad.4, Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.
Incredibilis & singularis. Cic.1.de Orat.84, Antonii incredibilis quædã & prope singularis & diuina vis ingenii.

Incredibiliter, penult. corr. Aduerbium, (ἀπίστως,) Cicer. de Senect.46, Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, &c. Idem ad Quint. fratrem, lib.2.16.2, Incredibiliter delectare. Idem ad Atticum, lib.16.337.5, Incredibiliter enim me commouet tua cohortatio.

Incredulus, pen. corr. Adiect. (ἀπιστος,) Horat. in Arte, 39, Quodcunq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendis mihi sic, incredulus odi. Quintil. lib.10, Veluti incredulí quidam, & de ingenio suo pessimè meriti. Hoc est, Qui difficillimè assentiuntur.

Incredúlitas, pen.corr. incredulitátis, (ἀπιστία,) Martianus in L.Mariri Ienocinium.ff.ad legem Iuliam de Adulteriis, Tunc autem puniendus est maritus eius quum excusare ignorantiâ suam nõ potest, vel adumbrare patientiam prætexu incredulitatis.

Incrementum, Vide INCRESCO.

Increpo, increpas, pen.corr. increpui, increpitum, pen.corr. (ἐπιτρίβω, ἐπιπλήττω, μετακαλέομαι, ἐπαιτιάομαι,) increpare,

Sonare, & crepitum vel sonum emittere. Virg.9.Aeneid.101,
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit. Idem lib.8.106, - iterum atque iterum fragor increpat ingens. Quo in loco Seruius legit intonat. Plaut. Amphit. 14.20.
Si minusculo digito increpuerint fores, hac tegula
Tuum deminuam caput. Liu.1.ab Vrbe,103, Vt primo statim concursu increpuere arma, micante sque fulsère gladii, horror, &c.

Increpui hybernum. Plaut. Rud. 2.69,
Ego quando video virgine m asportarier,
Teruli ei auxilium, & lenoni exitium simul:
Increpui hybernum, & fluctus moui maritumos. Id est, sonitum dedi ventorum, vt hyberno solet fieri tempore.

Ictu verberis increpuit. Ouid. 14. Metam. 164.

Stimulo tardos increpuisse boues. Tibul. lib. 1. eleg. 1.6.

Vnda increpuit latus carinæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.26.

Lyram increpuisse digitis. Ouid. epist. 3.24.

Iuppiter atras increpuit nubes. Ouid. 12. Metam. 11.

Increpuit suspicio, Audita est, vel relata est, per transtationem. Cic. pro Murena, 20. Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes iltco nostræ conticescunt.

¶ Increpare, Reprehendere, sed veluti cum crepitu, hoc est verborum pedumúe strepitu: vt Increpare arrogantiâ alicuius. Cic. 4. Acad. 132. Et tunc increpui & increpati facit, vt nonnulli volunt. Plaut. Amph. 4.59, Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant. Plin. epist. 53.m, Summo die Saluius Liberalis reliquos legatos grauiter increpuit. Plaut. Amph. 17.25, Totus timeo, ita me increpuit Iupiter. Cic. 4. Acad. 132, Sed tamen illis verbibus increpant eorum arrogantiam quasi irati. Idem ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 6, Quum illius in me perfidiam increparet, auditus est magno silentio maleuolorum. De Pompeio & Catone. Liuius 2. ab Vrbe, 120, Postulamus vt ii qui maxime ignauiam increpant, adsint nobis.

Increpare aliquem auaritiæ. Sueton. in Caligula, cap. 39, Cui instrumento distrahendo nihil nõ fraudis ac lenocinii adhibuit: modò auaritiæ singulos increpans, & quòd non puderet eos locupletiores esse, quàm se.

Increpabantur hæc in eum. Salust. de Rep. ord. ad Cæsarem. An illa quæ paulò ante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriamque Syllanam increpabantur, obliuio abstulit?

Increpare probris. Liu. 3. bel. Pun. 209, Annibal multo grauioribus probris increpabat, &c. Idem 2. bel. Maced. 23, Prætorem multis probris increpitum prouincia decedere, atque abire Romam iussit.

Increpando exercitum. Liu. 2. ab Vrbe, 194.

Increpare hostem. Liuius, Et vanis animis minisque increpant hostem.

Voce acri increpare aliquem. Lucret. lib. 3. 194.

¶ Increpare, Accusare. Cic. Hortensio, Tum Pseudomenus, Et soritam, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas.

Aetatem alicuius increpare. Cic. in Salust. 4.

Fugam alicuius increpare. Cic. 2. de Orat. 169.

Moras alicuius increpare. Ouid. epist. 1.17.

A cunctis increpor. Ouid. 3. Metam. 130.

Increpitus, pen.corr. Participium, (ἐπιτριβής,) Obiurgatus. Liu. 3. bel. Ciuil. 119, Qui post classem ad Iberum per pauorem desertam grauiter increpiti, &c. Ibidem, lib. 7. 76, Ita concio dimissa, fatendo iure, ac meritò sese increpitos.

Increpito, increpitas, pen. corr. (ἐπαλείπω,) increpitare, Frequentatiuum, Arguere, Conuitiari, inquit Festus. Clamare, maledicere, insultare, vt ait Nonius. Virgilius lib. 10. Aeneid. 180, Hostis amare quid increpitas, mortemque minaris! Cæsar 3. bel. Gal. 289. Increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui, &c.

Socii increpitant. Virg. 3. Aeneid. 91.

Audentius increpitans hostem. Stat. 11. Thebaid. 134.

Increpitare aliquem moræ. Silius lib. 8. 52.

¶ Increpitare. Virg. lib. 4. Georg. 28, Aestatem increpitans seram. Id est, causatus æstatem fuisse tardiorem.

Increfco, increfcis, increui, incrètum, pen.prod. (ἐπιδίδωμι, ἐπαυξάνομαι,) increscere,

Valde sine magis crescere. Liu. lib. 1, Carcer ad terrorem increscentis audaciæ media vrbe imminens foro edificatur. Quintil. lib. 8. cap. 4. Hoc genus increscit, ac fit manifestius, si ampliora verba cum ipsis nominibus, pro quibus ea posituri sumus, conferantur: vt Cicero in Verrem, act. 7, Non enim furem, sed raptorem non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ: nõ sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque: non siccarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumque, in vestrum iudicium adducimus. Ita enim modo, vt sit multum: hoc etiam plus vt sit, efficitur. Sueton. de Claris grammat. 3, Post hoc magis ac magis & gratia, & cura artis increuit, vt ne clarissimi quidem viri abstinuerint. Plin. epist. 12.2, Affuit tamen Deus votorum ille compos, vt iam securus, liberque moriturus, multa alia vitæ, sed minora retinacula abrupit: inerat vaietudo, quam temperantia mitigare tentauit. Cellus in Proœmio, Et per hos quidem maximè vitos ista lutaris ista professio nobis increuit. Idem, Nam modò increscere morbos, modò consistere, modò remitti. Virgil. 3. Aeneid. 10,
- hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.

Increscit audacia. Liu. 1. ab Vrbe, 150.

Barba increscit genis. Lucan. lib. 1. 76.

Increscente certamine. Liu. 10. ab Vrbe, 18.

Dolor increuit. Ouid. 9. Metam. 141.

Increscentibus varst maculis ac verrucis. Plin. lib. 37. cap. 12. 3.

Incrementum, incrementi, (ἐπίδοσις,) Augmentum. Quintil. lib. 8. cap. 4. Quatuor tamen maximè generibus video constare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est potentissimum, quum magna videntur etiam quæ inferiora sunt. Cic. 2. de Finib. 40, Negat enim summo bono afferre incrementum diem. Fluuii incrementa. Lucan. lib. 4. 18.

Incrementum vrbis. Liu. 1. ab Vrbe 195. Sic Magnum Iouis incrementum apud Virgilium, eclog. 4. 10.

Incremento augeri. Liu. 4. ab Vrbe, 37. Vide AVGEO.

Incremento ingenti res auctæ. Liu. 1. ab Vrbe, 150.

Incrementum capere, Vide CAPIO.

Dare incrementum alicui rei. Quintil. lib. 3. cap. 2. 1, Huic studium, & incrementum dederit vtilitas.

¶ Incrementa, semina vnde aliquid crescit. Ouid. 3. Metam. 21,
- motæque iubet supponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.

Incruentus, qua nullus cruor effusus est, nulli aut pauci occisi sunt.

Liu. 7. bel. Pun. 83. Idem 7. ab Vrbe, 72, Nec Romanis incruenta victoria fuit, quarta pars militum amissa.

Incruento milite victoria. Liu. 8. ab Vrbe, 146, Haudquaquam incruento milite suo.

Incruentátus, pen. prod. Aliud adiectiuum, (ἀνώμοκτος,) Tacitus. Discesserant obsessores, mistus ex Cattis, Vsipiis, Mattiacis, satietate prædæ, nec incruentati.

Incrusto, incrustas, (πλακόω,) incrustare, Crustam facere, vel crustam applicare. Varro 3. de Re rust. cap. 14. Ita quoque saginare solent ita vt ollam cum foraminibus incubitare pa & farre.

Syncerum cupimus vas incrustare. Horat. 1. Serm. saty. 3. 12. Id est, cerem quasi vitium interpretantur. Budæus.

Incrustatio, incrustationis, (πλάκωσις,) Verbale. Crustæ paries, aut pauimento, aut vasi applicatio.

Incrustationem materiariam, Galli Lambrissuram vocant. Budæus.

Incubo, incubas, pen.corr. incubui, incubitum, & incubatum, pen.corr. batum, pen.corr. (δύνω, ἐπιδύνω, ἐπικοίμαω, ἐπιτρίβω, ἐπιμένω,) incubare, absolutè, vel cum datiuo, significat intus, sine superiacere. Plaut. Curcul. 2. 61,

- hic leno ægrotus incubat,
In Aesculapii est phano, is me excruciat. Idem Casina, 3. 21,
Quando ego eam mecum rus vxorem abduxero,
Rure incubabo vsque in præfectura mea. Virg. lib. 4. Aeneid.
Incubitoque thoro, dixitque nouissima verba. Colum. lib. 7. cap. 5.
Vt semper quàm aridissimis filicibus vel culmis stabula cõstrata sint, quo purius & mollius incubent fœtæ. Id est super cubent, dormiant, & quiescant. Quintil. lib. 10. cap. 1, Qui autem sciuerit quo quæque modo dicenda, nisi tanquam in procincta paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, velut thesauris clausis incubabit.

Incubant ab omnibus spondis transuersæ, præclaræ cõtubernales. Quintil. lib. 4. cap. 2. 87.

Incubare stramentis. Horat. 2. Serm. saty. 3. 24.

Incubaui, Præteritum. Plin. lib. 11. cap. 16. 4, Nam nisi incubauêre, fœtus liuidos faciunt. De apibus.

¶ Incubare proprè, inquit Seruius, dicuntur ii qui dormiunt ad suspienda responsa. Virg. 7. Aeneid. 18,
Pellibus incubuit stratis, somnosque petiuit:
Multa modis simulacra videt volitantia miris:
Et varias audit voces, fruitur que deorum
Colloquio, atq; imis Acheronta affatur Auernis. Plaut. Curcul. 2. 61,
Nanque

Nanque incubare te satius fuerat Ioui,
Qui tibi auxilio in iure iurando fuit. Hoc est, dormire in Capitolio, vt responsa posis accipere.

¶ Incubare pecuniæ alicui spe atque animo, pro Inhiare, & eam vehementer cupere. Cice. pro Cluent. 67, Hic ille planus improbissimus quæstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ quam condiderat, spe iam atque animo incubaret, contrahit frontem. Liu. 6. ab Vrbe, 67, Liberes fœnore plebem Romanam, & istos incubantes publicis thesauris ex præda clandestina euoluas.

Auro defosso incubare. Virg. 2. Georg. 192.

Diuitiis soli incubuere repertis. Virg. 6. Aeneid. 122.

Incubare, pro incumbere. Liuius, Incubans cortici, secundo Tyberi ad vrbem deferitur.

¶ Acies incubuit, Vide ACIES.

Mens incubuit dolori. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.5.

Nox ponto incubat. Virg. 1. Aeneid. 19.

Metus incubat animi. Lucan. lib. 2. 6.

¶ Incubare ouis vel pullis dicitur gallina. Colu. lib. 8. cap. 5. 8, At pauonino & anserino paulo amplius ter nouemque siquidò fuerint supponenda gallinis, prius eas incubare decem diebus fœtibus alienis patiemur. Ibidem, cap. 8. 4, Nec minus in agros emittant matrices quæ ouis vel pullis incubant.

Incubare oua. Plin. lib. 9. cap. 10. 1, Pariunt oua, auium ouis similia, ad cẽtena numerosaq; defossa extra aquas, & cooperta terra, ac pauita pectore & complanata, incubant noctibus. Id est fouent. Var. de Re rust. Negant plus viginti quinque oua incubare.

Incubare super. Seneca de Vita beata, Super circensis tomentum per suturas veteris tunicæ effluens incubabo.

Incubare thesauris. Quintil. lib. 10. ca. 1. noa procul ab initio, Velut clausis thesauris incubabit. Id est, quos habeat quidem in sua potestate, sed non explicet ad vsum aliquem.

Incubare, absolute positum, & subauditur OVA vel OVIS. Colu. lib. 8. cap. 5. 4, Galline incubare cupiunt ab Idib. Ian. Et paulo post, Inhibetque cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta.

Incubari, passiuum. Plin. lib. 10. cap. 54. 1, Oua incubari intra decem dies ædita vtilissimum. Ibidem, Quarto die postquam cœpere incubari. Idem lib. 29. cap. 5. 7, Fiunt & tota lutea quæ vocant schista, quum triduo incubata tota tollantur.

¶ Incubare, Assiduam esse, & frequentem in aliquo loco: atque in malam sumitur. Apaleius lib. 7, Tabernulam quandam vitatis mari fluctibus, incubabat.

¶ Incubare, Curam habere. Tralatio ab auibus, quæ incubatu fouêt oua, & excludant fœtus. Apul. lib. 4. Metam. Aureos folles incubabat.

Incúbito, incúbitas, pen. cor. (ἐπιδύω, κοίμαω,) incubitare, Frequentatiuum. Colu. lib. 8. cap. 14. 8, Cellas in quibus incubitant, siccissimas esse oportet. De anseribus. Plin. lib. 8. cap. 43. 3, Nec nisi spatiosa incubitant laxitate. De asinis.

Incubátus, huius incubitus, pen. prod. (ἐπωοκοιτής,) Plin. lib. 10. cap. 54. 2, Si incubatu tonuerit, oua percunt. Id est quum gallina incubat ouis. Ibidem, cap. 19. 3.

Incubátor, Verbale masc. (ἐπιδυνατής,) Macrobius de Dionysio, Siculæ incubator aulæ.

Incubatio, Idem, (ἐπώκοιτος.) Pli. lib. 10. ca. 56, Rara incubatio ouis noxia.

Incubitio, incubitiõnis, Idem, (ἐπώκοιτις,) Plin lib. 10. cap. 54. 2, Incubitionis datur initium post nonam lunam.

Incúbitus, huius incubitus, pen. cor. Idem, (ἐπωοκοιτής, ἐπιδυνατής,) Pli. lib. 10. cap. 54. 2, Quædam auræ & citra incubitum sponte naturæ gignũt. Idem lib. 8. cap. 36. 3, Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu quàm oua volucres. De vrsis. Idem lib. 28. ca. 3. 3. Idem gallinarum incubitus, pecorum fœtus abortu vitiant.

Incubitus dextri lateris. Dum aliquis cubat supra dextrum latus. Pli. lib. 28. cap. 4. 20, Aristoteles & Fabianus plurimum somniari circa Vernum & Autumnum tradunt: magisque supino cubitu, at prono nihil. Theophrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius à supinis.

Inculco inculcas, (ἐπιστίπτω, πατέμβω,) inculcare, Ex in & calco, Infarcire repente & sine aliqua alia prudentia aut ordine statim immittere aut conicere. Plin. lib. 29. ca. 2. 3, At canis rabio si morsibus inculcata post diem septimum soluitur. De lana succida.

¶ Inculcare, p translationẽ, cadẽ sæpius iterando ingerere. Cic. in Orat. 28, De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitq; leniora. Idem de Fato, 10, Quid ergo attinet inculcare fatum, quum sine fato, ratio omnium rerum ad naturam fortunamve referatur?

Tradere & inculcare aliquid. Cic. 1. de Orat. 63, Satis est enim cæteris artificiis percipiendis tantummodo similem esse hominis: & id quod tradatur, vel etiam inculcetur, siquis fortè sit tardior, posse percipere animo, & memoria custodire.

Alicui inculcare aliquid. Cic. 5. Verr. 131.

Inculcasti etiam vt C. Pisonem nominaret. Cice. in Vatin. 20. Verius etiã minus vsitatos per imprudentiam inculcare. Cic. in Orat. 110.

Inculcare munus, est plus quàm Offerre. Seneca de Vita beata, quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo. Hoc est obtrudam.

Inculcare verba Græca. Cic. 1. Offic. 156.

Tradita atque inculcata libertas. Brutus Ciceroni, 16, 1, Hanc ego ciuitatem videre velim, aut potem vllam quæ ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere possit. Id est vsitatam atque à maioribus receptam, & in qua imbuti atque educati sumus. Seneca de libertate loquens, Quibusdam, inquit, offeram, quibusdã etiam inculcabo. Id est accipere cogam, Budæus. Sic Inculcata persuasio, Quintil.

Inculcare animis, Infundere. Cic. 1. de Nat. deor. 150, Vos autem nõ modò oculis imagines, sed etiam animis inculcatis.

Inculcare se auribus alicuius. Cic. 2. de Orat. 11, Horum Græcorum qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt.

Inculpátus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀνάιτιος,) Qui caret culpa.

Gell. lib. 1, cap. 6, Sed enim qui omni in re, atque omni tempore, laude omni vacat, is illaudatus est, isq; omnium pessimus, deterrimusque est. Sicuti omnis culpæ priuatio, inculpatum facit. Inculpatus autem, instar est abiolutæ virtutis. Idem lib. 14. cap. 1, Eum constabat virum esse ferme bonum, notæque & expertæ fidei, & vitæ inculpatissimæ. Idem lib. 7. cap. 12, Non omnino inculpatum, neque indefidem visum esse.

Fides inculpata. Ouid. 9. Metam. 135.

Honestæ & inculpatæ vitæ testis, cui opponitur Notatus & reprehensibilis. Callistratus in L. Testium. ff. de Testibus, Testium fides diligenter examinanda est: ideoque in persona eorum exploranda erunt. in primis conditio cuiusque: vtrum quis decurio an plebeius sit, & an honestæ & inculpatæ vitæ, an vero quis notatus & reprehensibilis, &c. Græcè fortè potest dici ἄμεμπτος. Budæus.

Incultus, (ἄκοσμος,) Vide INCOLO.

Squalor incultus. Seneca Hippol. 6. 20.

Incumba, incumbæ, Pars pilę in cõfornicationibus. Vitruuius lib. 6. cap. 10, Extremæ pilæ in his latiores spatio sunt faciẽdæ, vti vires eæ habentes resistere possint, quũ cunei ab oneribus parietum pressi, per coagmenta ad centrum se prementes extruderint incumbas. Budæus.

Incumbo, incumbis incúbui, incúbitum, pen.cor. (ἐπιτρέπω, ἐπιδύω, μετάλλω, ἐπιμένω, κοιτάζω, ἐπιφέρομαι,) incũbere, Inniti & inhærere. Virg. eclo. 8. 4, Incumbens tereti Damon, sic cœpit, olinæ. Plin. lib. 2. cap. 64. 1, Nanq; in illo caua in se conuexitas vergit, & cardini suo, hoc est terræ, vndique incumbit.

Aratris incumbere. Virg. 1. Georg. 43.

Baculo incumbens. Ouid. 1. Fast. 36.

Incumbunt tecta centenis columnis. Martial. lib. 5. 13,
At tua centenis incumbunt tecta columnis.

Gladio incumbere. Author ad Herennium, lib. 1. 19.

Humero alicuius incumbere. Virg. 5. Aeneid. 64.

Lecto incumbens. Ouid. 11. Metam. 132.

Toro incubuit. Virg. 4. Aeneid. 130.

Incumbere gladium, Idem quod Incumbere in gladium, vel incidere. Plaut. Casina, 6. 29,
Si sors autem decolassit gladium faciam culcitram,
Eumque incumbam.

In gladium incumbere. Cic. 2. de Inuent. 136.

Incumbere in scuta. Liuius 5. bell. Macedonic. 15, Densis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in scuta incumbentes sustinebant impetus Romanorum.

Incumbere illi, & non in illum. Quintil. lib. 9. cap. 3, Si antiquum sermonem nostro comparemus, penè iam quicquid loquimur, figura est: vt Huic rei inuiderunt vt oẽs vetereis, & Cicero præcipue, hanc rem: & Incumbere illi, non in illum.

Incumbere ad bellum omni studio, Omni diligentia curare res bellicas. Cicero pro Lege Manil. 17, Quare videre num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum ciuium cum Rep. defenduntur.

Incumbere in bellum animo & opibus. Cæsar 7. bel. Gall. 303, Omnesq; & animo & opibus in id bellum incumberent.

Incumbere in causam communem, Est pro virili parte tueri causam communem. Cicero 4. Philipp. 160, Incumbite in causam Quirites, vt facitis. Nunquam inter Senatum & Vos consensus maior in vlla causa fuit. Idem ad Atticum, libr. 3. 15. 5, Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam, quod profectò, cum sua sponte, tum te instante faciet. Idem 11. Philipp. 306, Facis tu id quidem, & eo maximè incumbis. Budæus.

In cupiditatem incumbere. Cice. Attico, lib. 2, 31. 6.

Incumbere in curam. Cic. Attico, li. 15. 329. 20, Te quoq; die expectem, velim sciri: de meo itinere, variæ sententiæ. multi enim ad me sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu incumbe quæso in eam curam.Idem ad Plancum,lib.10.3.8, Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem,quæ tibi summam dignitatē & gloriam afferat.Liu.7.bel.Maced.62,Totis viribus incūbere in vnius belli,quod aduersus Antiochum fit,curā posse, &c.

Incubuit autem in eas disputationes,vt doceret nullum,tale esse visum à vero.&c.Cic.4.Acad.138.

Incumbere ad laudem. Cic.Planco lib.10.10.5, Mi Plance,incumbe toto pectore ad laudem.

Incumbere ad,vel in perniciem alicuius.Cic.pro Murena,54,Quid,Sergium Galbam(nam traditum memoriæ est)nonne prouauo tuo fortissimo atque florentissimo viro M. Catoni incumbēti ad eius perniciem Pop.Romanus eripuit?Idem Catoni,Incumbit in eius perniciem.

Incumbere in Remp. Studere & vacare Reip.Cic.ad Plancū,lib.10.5.5 Itaque te non hortor solum,mi Plance,sed plane etiam oro,quod feci, his literis,quibus tu humanissimè respondisti,vt tota mente,omniqué animi impetu,in Remp.incumbas. Ibidem,1.6, Monere te atqué hortari,vt in Remp.omni cogitatione,curaque incumberēs.

Incumbere ad salutem Reip.Hoc est, Dare operam & attendere ac prouidere saluti Reip.Cic.4.in Catil.76,Quare Patres Conscripti incumbite ad salutem Reip.circunspicite omnes procellas quæ impendent, nisi prouideris.

Incumbere,ad vel in studia,Summam animi diligentiam adhibere in studiis litterarum,Obnixè dare operā studiis,& omni alii rei.Cic.ad Atticum,lib.2.31.6, Quare incumbamus,ô noster Tite,ad illa præclara studia:& eo vnde discedere non oportuit , aliquando reuertamur. Idem 1.de Orat.18,Quamobrem pergite,vt facitis,adolescentes: atque in id studium,in quo estis,incumbite.

Incumbere ad voluntatem. Cic. ad Atticum , lib.1.14.5,Pompeius verò ad voluntatem perferendæ legis incubuerat . Id est volebat perferre legem agrariam.

Incumbit defensio mortis hæredi. Vlpianus in L.Necessarios. Parag.fin. .ff.5.c.Syllmano,&c.

Incumbere nobis dicitur,quod nos onere suo grauat.Tacit.lib.14,Cætera inuidiam mouent,quæ quidem infra tuam magnitudinem iacent, sed mihi incumbunt.

¶ Acrius incumbere.Virg.4.Georg.50.

Hæc doce,hæc profer,huc incumbe.Cic.pro Plancio,36.

Labori incumbere.Silius lib.4.166.

Incumbe toto animo & studio omni in eam rationē qua adhuc vsus es. Cic.ad Qu.fratrem.lib.1.1.40.

Netuis cunctis incumbere.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.8

Pectore toto incumbere.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.8.

Omni studio, virtute, authoritate ad Rempublicam conseruandam incumbere.Cic.pro Sylla,61.

Incumbere ceris & stylo.Plin.lib.7,ad Suram,epist.147.d,Hic contrà,vt paululum expectaret, manu significat, rursusq; ceris & stylo incūbit.

Possessioni incumbere.L.Consentaneum.C.Quomodo & quando iudex, A quo ter citatus, si contumaciter præsentiam sui facere neglexerit: non abs re erit,vel ad cogendum eum,vt sese repræsentet vel possessionem bonorum,cui incumbit, ad te transferre, & aduersarium petitorem constituere: vel audiris defensionibus tuis id quod iuris ratio exegerit iudicare.Quo loco,quid sit animo & corpore,vel animo tantum possessioni incumbere,noratur.Budæus.

¶ Incumbere cum aliquo in rem aliquam. Cælius ad Ciceronem,lib 8 11.9,De prouinciis in quam adhuc incubuisse cum Sentu Pompeius videtur,vt Cæsar ante Id.Nouembres decedat.

¶ Incumbit illi spes, Id est imminet,aut manet illum. Suet.in Tib.Cæs. cap.15, Ac multo magis postquam Agrippa abdicato atque sepofito, certum erat vni spem successionis incumbere.

¶ Incumbere,Violenter incidere,& irruere.Quintil.lib.5.cap.9,Magna vis venti in mare incubuit.Cic.pro Plancio, Potius quàm ab ipsis,qui in te ipsum incubuerunt,te depulsum puras.Id est occurrerunt & obiecti sunt. Budæus.

Aestus incumbens scopulis.Virg.2.Georg.76.

¶ Incumbere,pro Inclinare in aliquam partem.Plaut.Aulul.11.8,

- hoc serui officium reor,
Retinere ad salutem,non eum,quò incumbat,eò impellere.

Ad lenitatem nimiam, ambitionemq; incumbunt mores. Cic.Qu.fratri, lib.1.1.16,Præsertim quum ii mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint. Id est gratiosam indulgentiam. Budæus.

Ad boni virū repentina voluntatū inclinatio incubuit.Cic.pro Mur.50

Volunt idem oēs ordines,eodem incumbunt municipia.Cic.6.Phil.116.

Incunabula, pen.corr. incunabulorum, (κοιτίδες,) Idem quod.

- fasciis opus est,puluinis,
Cunis,incunabulis.Cic.pro Rosc.Amer.91.

Incunabula,pro Initiis posita.Cic.in Orat.25,Non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere.

Incunabula & rudimenta.Cic.in Salust.5, An vllum existimas posse fieri

ciuem egregium,qui non his artibus & disciplinis sit eruditus?an vlla alia putas rudimenta & incunabula virtutis , quibus animi ad gloriā cupiditatem aluntur ? Plin.in Paneg.24, Nonne incunabula hæc tibi Cæsar, & rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augens , nomenque Germanici iam tum mererere , quum ferociam superbiamque Parthorum, ex proximo auditus magno terrore cohiberes ?

Dicendi incunabula.Quintil.in Procem.lib.1.6.

Ab incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ. Cicero 1.de Oratore,12.

Vestigia atque incunabula. Cic.6.Verr.96, In his locis vestigia ac prophanum incunabula reperiantur deorum.

¶ Incunabula, pro loco vnde orti sumus, siue pro natalibus & origine generis. Sueton. Quare princeps quoque locum incunabulorum frequentauit.Cic.ad Atticum,lib.2.30.3, Ego verò in montes pauxillum ad incunabula nostra pergam.

Iouis incunabula Crete.Ouid.8.Metam.20.

Incuratus, penult.prod.Adiectiuum, (ἀκάθαρτος, ἀκτενίστατος.) Horat.1.epist.17.5, Stultorum incurata pudor malorum vlcera cælat.

Incuria huius incuriæ, (ἀμέλεια, ἀπερισκεψία.) Negligentia, inopia Festus. Plin.lib.14.cap.6.2, Quod iam intercidit & incuria colonii,locique angustia.Cicero de Prouinciis Consul.4, Miserandum in modum milites Pop. Romani capti, necati, deserti, aliique sunt incuria,fame,morbo,vastitate consumpti. Id est quod nulla habita est de iis cura.Varro 3.de Re rust.cap.17.7, Etenim hac incuria laborare aiebat M.Lucullum,&c.

Defertos,opis expertes,incuria mactat. Lucret.lib.6.250.Horat.de Arte,71,Offendar maculis,quas aut incuria fudit,Aut, &c.

Vituperanda est rei maximè necessariæ tanta incuria. Cic.de Amicit.71

Incuriosus, penult. prod. Adiectiuum, Negligens. Gellius lib.2.cap.19, Quippe M.Cato vir in cognoscendis rebus multi studii,incertæ fidei causa & incuriosa,super ea re opinatus est.

Incuriosus,pro Vacuus cura.Tacit.lib.2,Dum vetera extollimus,recentium incuriosi.Idem lib.4,Et princeps proferendi incuriosus erat.

Aetas incuriosa.Tacit.in vita Agricolæ.

Vigiliæ incuriosæ. Tacitos lib.21, Nauibus remeabat.disiecto agmine incuriosis vigiliis.

Incuriosus proximorum. Plin.epist.173.2, Ea sub oculis posita negligimus: seu quia ita natura comparatum,vt pro ximorum incuria,proximaq; sectemur : seu quòd omnium rerum cupido languescit, quum facilis occasio est. Tacit.lib.19, Recentissimum quodque vehementius,summi discriminis incuriosis.

Incuriose.pen.prod. (ἀμελῶς,ἀβλεμμόνως,) Negligenter. Plin.lib.13.cap. 12.6, Rebellat sæpe humor incuriose datus . Idem lib.18.cap.18.2, Depacto surculo incuriosius.Gellius lib.2.cap.6,Reprehendit quod si incuriose & abiectè verbum positum. Liu.8.ab Vrbe,193,Calliphanes hostico incuriose ita posita,tanquam procul abesset hostis.

Agere puerilia incuriose. Tacit.lib.17, Nanque Otho puerilia incuriose,adolescentiam petulanter egerat.

Incuriosius agere. Tacit.lib.20, Cæsæ cohortes eorum in vico Mauro duro incuriosius agentes.

Incurro, incurris,incurri,incursum, (ἐπιδρέμω,ἐπιτρέχω,ἐμβάλλω,) incurrere,Contra aliquem currere, vel incurrere & concurrere in aliquem.Liu.lib.2.ab Vrbe,167, Eo prælio præpuia equitum gloria fuit,vtrinque ab cornibus positos,quum iam pedes erectur media peditum suorum acies , ita incurrisse ab lateribus fertunt, vt, &c.

Incurrere,Intrò currere, & magno impetu ferri in aliquem. Salust. Pollquam Catilina fusas copias,seque cum paucis relictum vidit, more generis atque pristinæ dignitatis , inter confertissimos hostes incurritibique pugnando confoditur.Martial.lib.1.38, Pectore nec nudo strictos incurris in enses.

Desuper incurrere.Tacit.lib.2, Soli Cheruſci iuga insedere, vt prælantibus Romanis desuper incurrerent . Idem paulò inferius , Vallisque mos equitum incurrere latus.

Incurrere & offendere in tenebris. Cic.ad Varronem,lib.9.2.6, Quis enim tam lynceus,qui in tantis tenebris nihil offendat,nusquam incurrat?

Incurrere in aduersam hostium aciem,Vide ACIES.

Incurrit ager in agrum.Cic.2.de Lege agrar.81, Quum à maioribus vestris P.Lētulus,princeps Senatus,in ea loca missus esset, vt & publicos agros,qui in publicū Cāpanū incurrebāt, pecunia publica coemeret.

Incurrere in aliquem,Incidere ex insperato. Cic.ad Atticum,lib.2.22.6, Emerseram commodè ex Antio in Appiam ad Tres tabernas ipsis Calendis realibus,quum in me incurrit Roma veniens Curio meus.

Incurrere & incidere in aliquem.Cic.pro Plancio,14.

Inuadere in aliquem & incurrere. Cic.pro Sestio,11, Neque quemquam offendet oratio mea , nisi qui se ita obtulerit, vt in eum non incidisse sed incurrisse videamur.

Cæco impetu in alium incurrere.Cic.1.de Finib.69.

Incurrere in aliquem verbis,pro Inuehi.Trebonius Cic.lib.15.16.10.Deinde qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis,quā nobis? quis etiā,si odio par fuerit,in eos quos læsit,tamen certè non magis dignos habuerit,in quos tanta libertate verborum incurreret.

In crimen incurrere.Cice.pro Plancio,74.Si bene de me meritis gratum me præbeo,non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris,nimiumque grati .

In damnum atque famam alterius incurrere.Cic.pro Cælio,33.

In difficultatem incurrere.Cic.Sulpitio.lib.4.12.8.Nihil enim constitui potest,quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem .

In loca incurrere,pro Facere incursus in loca.Brutus ad Ciceronem , lib. 11.10.7.Aut Apennino , Alpibusque se tenerat,& decursionibus per equites quos habet multos,vastet ea loca in quæ incurrerit .

In memoriam communium miseriarum incurrere.Cic. de Claris Orator. 135.Incurro in memoriam communium miseriarum, quarum oblivionem,quærens,hunc ipsum sermonem produxi longius .

In memoriam notam incurrere.Cic.de Claris Orat.131.

Incurrere in morbos,in damna, in dedecora.Cic.1.de Finib.72.

In mucronem incurrere.Cic.pro Cecina,61.

In vnam nauim multæ classes armatæ incurrunt.Cic.pro Sest.37.

In oculos incurrere.Cic.Attico,lib.11.1.1.2.Quid enim mihi faro,sine iudiciis,sine curia,in oculos incurrentibus iis , quos æquo animo videre non possum? Est proprie in oculos incurrere,oculis admoueri non intentis,& cum quadam offensione.Quintil.lib.8.cap. 2.ad finem , Nisi tam clara fuerint quæ dicemus,vt in animum eius oratio, vt sol in oculos,etiam si in eam non intendatur,incurrat. Idem lib.7.cap.2.19.Alii vitantes,ea,quæ in oculos incurrunt, exquirenda putant.

Pro eo dixit Seneca,Incurrere oculis,lib.de Benef.1.

In odia hominum incurrere.Cice.1.Offici.108. Primùm improbantur ii quæstus,qui in odia hominum incurrunt,vt portitorum, vt fœneratorum.Id est quæ homines oderunt .

In ordinem incurrere.Quintilia.lib.1.ca.5.34.Neque enim grammaticē componere aggressi sumus:sed quum in ordinem incurreret,inhonorata transire nolaimus .

In apertam perniciem incurrere.Cic.3.de Nat.deor.97.

In prælia incurrunt tauri.Virg.12.Aeneid.144.

Incurrere in varias reprehensiones.Cic.1.de Finib.1.

Casus in sapientem potest incurrere.Cic.5.Tuscul.43.

In tempora aliqua incurrere.Cic.Qu.fratri,lib.3.11.4.

Incurrit febris in tempus exercitationis.Celsus lib.3.cap.15.

Incurrit in voces maleuolorum nostra laurus.Cic.Cælio,lib.2.15.6. Sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos,sed iam etiam in voculas maleuolorum.Id est,malè loquuntur de ea maleuoli.

Incurrere in vrbanitatem facetosam hominum.Cic.2.de Finib.165.Quos quidem dies quemadmodum agaris,& in quantam hominū facetosam vrbanitatem incurratis,non dicomihi nil opus est litibus .

Incurrere præter spem,Inuadere ex destinato.Cic.pro Sestio,Neque quē quam offendet mea oratio,nisi qui se ita obtulerit, vt non in eum iniuria fiisse,sed incurrisse videamur

Incurrit suspicio fraudis,absolutè . Papin.in L.Ab hærede .ff. De separationibus .

Incurrit hic & alia suspectio.Tryphon.in L.Bona fides.Parag.1.ff.Depositi vel cont .

¶ Incurrere Circensibus.Suet.in Tiberio,Natalem suum plebeis incurrentem Circensibus,vix vnius bigæ adiectionem honorari passus est. Id est in eum diem incidentem.Budæus .

Incurrere in diem.Cic.ad Atti.lib.7.117.3.Tua λαβὴ quem ut dié incurrat nescio:sed prorsus te commoueri incómodo valetudinis tuæ nolo.

Acies incurrunt.Silius lib.4.129.

Armis densis incurrimus.Virg.2.Aeneid.82.

Hastis aduersis incurrere.Virg.11.Aeneid.123.

Vrsi incurrunt armentis.Ouid.7.Metam.111.

Incurritur,Impersonale(ἐμβάλλεται,)Iouen.Saty.6.33.Si nihil est,seruis Incurritur .

Incursurus,(ἐμπεσούμενος,)erat,tenuit vestigia tellus.Ouid.5.Met.40.

Incursio,Verbale,(ἐπιβολή,) Occursatio rerum inter sese.Cice.1.de Nat. deor.158.Nec tamen video quomodo non vereatur iste deus beatus ne intereat,quum sine vlla intermissione pulletur,agiteturque atomorum incursione sempiterna,quum ex ipso imagines semper affluant .

Sic 1.de Finib.32.

¶ Incursio militi in agros hostium.Cic.pro Cecin.33.Incursio atque impetus armorum. Cæsar 5.bel.Gal.3.Quo à Piruſtis finitimam partem prouinciæ incursionibus vastari audiebat. Ibidem,5.78.Et lib.6.39.

Incursionem facere,Facere impetum.Liu.1.ab Vrbe,45 . Antemnatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit. Item 140.

Incursio seditionis,Impetus.Cice.pro Cluent.82. Ergo adhuc Ianii iudicium video esse eiusmodi,vt incursionem potius seditionis,vim multi-

tudinis,impetum tribunitium,quàm iudicium appellandum putem.

Incursus,huius incursus,(ἐπιδρομή,ἔφοδος,)Actus ipse incurrendi.Plin. lib.8.cap.42.13,Vnde equis tolutim carpere incursus traditur arte.

Laporum incursus.Virg.3.Georg.81.

Incursus militum.Cic.pro Cecinna,16,Impetum armati Anthiochi,cæterorumque tela & incursus refugit.

Vis & incursus pluuiarum,Impetus & vehementia.Colu.lib.4.cap.17.6, Nam vbi magna vis & incursus est pluuiarum procellarumq;,&c.

Incursus solis.Colu.lib.1.cap.6.15, Nec arescere ventis sinunt, aut solis incursu patiuntur exuri.

Grauis incursus. Tacit.libro 4,Non graui,nec vno incursu consectandum hostem.

In cursus omni de parte timendi.Ouid.4.de Ponto,eleg.14.6.

Sustinere incursus.Ouid.3.Metamorph.17.

Vndarum incursu sonat vnda.Ouid.11.Metam.100.

Incursio incursas,(ἐπιδρόμαμαι,)incursare,frequētatiuum,Currendo petere & offendere.Plaut.Aulul.7.57,Asini me mordicibus scindant,boues incursent cornibus.Idem Asin.3.20,Vbi vinos homines mortui in cursant bones.Quintil.Nihil eorū quæ incursant,ad alum peruenient. Ouid.2.Meta.40, -atqi sub æthere fixis Incursant stellis.

Fortius incursant Tyrii.Stat.8.Thebaid.32.

Incursare aciem.Tacit.lib.19,Nutātem aciem victor equitatus incursat.

In fortunas omnium incursare.Author ad Herenn.lib.4.210.

Incursare aduersis cornibus.Plin.lib.9.cap.31.3,Dimicant inter se arietes aduersis cornibus incursantes.

Incursat color alii colori,Contendit & pugnat siue certat. Plin.lib.28. ca.8.23,Cor annexum in lana omis nigræ,cui nullus alius color incursauerit,& primo partu genitæ,quartanas abigere dicitur.

Incursabit in te dolor meus.Cic.ad Atticum,lib.12.256.2.

Incursans incursantis(ἐπιδρομάμενος,)Quod incursat.Pli.lib.11.ca.37. 23,Natura oculos cōpoluit lubricos propter incursantia, & mobiles.

Incúrsito incúrsitas,pen.corr.incursitāre.Sene.2.de Ira, Multa caligine incursitantem,vastantem,fugantemque. Ibidem, Properanti in multos incursitandum est. Item in epist.3,Tota vita incursitamus. Significat offensare,Heurter.

¶ Incursatus,Pasiuum.Liu.lib.4.bel.Pun.185,Agmenq; Romanū impune incursatum ab equitibus hostium fuerat. id est incursione vexatū.

Incuruus, Adiectiuū,(ἐπικαμπής,ἐπίκυρτος,)Idem quod curuus. Terēt.Eunu.2.3.44,Incuruus,tremulus labis demissis. Plin.lib.18.cap.19.5, Arator nisi incurnus præuaricatur.

Incuruus humeris.Plin.lib.11.cap.52.2,Aristoteles longæ esse vitæ ponit incuruos humeris.

Incurua arbor.Plin.lib.12.cap.25.3.

Incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum.Cic.1.de Diuin.58.

Carina incurua.Ouid.15.Metam.129.

Metæ incuruæ.Stat.5.Sylu.2.6.

Incurtuo,incuruas,(κυρτόω,ἐγκάμπτω,)incuruare.Plin.lib.16.cap.42.1, Robur,olea incuruantur,cedunтque ponderi. Idem lib.15.ca,11.1, Incuruatos trahunt ramos,prohibentque crescere parentem.Cic.2.de Finib.57,Incuruatum bacillum.

Arcus incuruant validis viribus.Virg.5.Aeneid.99.

Membra incuruata.Ouid.6.Metam.50.

Incurueſco,incurueſcis,(κυρτοῦμαι,) incuruescere, Curuari. Cicero 1. Tuscul.108,Ramos baccarum hubertate incuruescere.Ex poeta antiquo.Sic 3.de Orat.85.

Incus, incūdis,pen.prod.sg.(ἄκμων,)Instrumentum fabrorum ferrariorum super quod aliquid cuditur.Plin.lib.33.ca.4.14, Fit & cura electrum argento addito. Quòd si quintam portionem excessit, incudibus non resistit. Cice.1.de Natur.deor.75, Ex quo efficiuntur hę rerum formæ atque figuræ,quas vos effici posse sine follibus & incudibus non putatis.

Gladios parante incude.Iuuen.Satyr.10.14.

Medis,incudibus ablatum opus.Ouid.1.Trist.eleg.6.6.

Duris incudibus impositi enses.Virg.2.Georg.105.

Incudi reddere versus,per translationem Hoc est emēdare & expolire. Horat.in Arte poet.89,Et mali tornatos incudi reddere versus.

Tundere incudem.Cic.1.de Orat.88,Si quidem nunc planè rudem instituti ad dicendum velim,his potius tradam assiduis vno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus,qui omnes tenuissimas particulas,atque omnia minima mansa,vt aiunt nutrices,infantibus pueris in os inerant.

Incúso, incúsas,pen.prod.(μέμφομαι,ὑπαιφεύω,)incusare,Reprehēdere alterius mores,& plerunque cum querela, quòd ab illo iniuria sis affectus,vt ait Valla libro 6.reprehendens Seruium. Plaut. Trucul.4.42, -vbi non
Est scriptura,vnde dent incusant publicanos. Ibidem,11.55.
Si æquum facias,aduentores meos non incuses,quorum mihi
Dona accepta & grata habeo,tuaque ingrata quæ abs te accepi. Terent.Heaut.5.2.7,Quid me incusas Clitipho?Idem Phorm.5.8.21,

Universidad de Deusto
Biblioteca

–fermè eadem omnia.

Quæ tute dudum coram me incusaueras. Ibidem, 3.1.7. Equidem here nos iamdudum hic te absentem incusamus qui abieris. Cæsar 1.bell. Gall.161. Omniumque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus vehementer eos incusauit. Sic lib.2.186. Increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se, &c. Liuius 1.ab Vrbe, 39.

Incusabo te probri. Plaut. Trucul.4.5. – quia qui
Alterum incusat probri, ipsum se mtueri oportet.

Voce magna incusat Latinum. Virg.12.Aeneid.117.

Querelis incusat fata. Stat.1.Achill.88.

Intemperiem cœli incusantes. Corn. Tacitus.

Incusatio, Verbale, (μέμψις,) Cic.3.de Orat.59. Quorum partim habent vitiorum & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam, &c.

Incustoditus, penultima product. Adiectiuum, (ἀφύλακτος,) Mart.lib.1.118.

Incustoditis & apertis Lesbia semper
Luminibus peccas.

Boues incustoditæ. Ouid.1 Metam.137.

Onile incustoditum. Ouid.1.Trist.eleg.5.2.

Incusus, pen.prod. (ἰγκάλαστος,) Adiectiuũ ab incudo: vt Incusus lapis. Virg.1.Geor.55. – lapidemque reuertens
Incusum, aut atræ mallam picis vrbe reportat. Vbi Seruius,
Incusum lapidem, id est manualem molam cudendo asperatam.

Incutio, incutis, pen.corr, incussi, incussum, (πτοιοβάλλω, ἐμβάλλω, ἐμπείω, ἐμφορέω,) incutere, Ex in & quatio, quatis compositum, significat Inijcere, & cum quodam impetu proijcere.

Incutere scipionem eburneum in caput alterius. Liu.5.ab Vrb.187.

Incutere pedem terræ. Quintil lib.2.cap.13. Iam colludere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere, mirè ad pullatum circulum facit. Id est ferire terram pede.

Incutere colaphum. Iuuen. Saty.9.1. Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo.

Incutere pollicem limini. Plin.li.7.cap.53.3. Qu. Aemylius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi.

¶ Incutere, ad inanimata transferturi vt Incutere errorem. Cice. de Vniuersit.47. Rursusque emersi errorem incutiant rationis expertibus.

Desyderium vrbis incutere alicui. Horat.1.epist.14.5.

Metum incutere. Liu.2.ab Vrbe, 79. Et lib.1.216.

Morbum incutere. Plaut. Trinum.4.30.
Omnibus amicis morbum incuties tu grauem, vt te videre,
Audireque ægroti sient.

Morbos incutere alicui. Lucret.lib.6.155.

Negotij aliquid incutere alicui. Horat.1.Serm.saty.1.16.

Nũtiũ alicui incutere. Liu.1.ab Vrbe, 37. Postem iam tenẽti COS, fœdũ inter precationẽ deũ nuntium incutiunt, mortuum eius filiũ esse, &c.

Pauorem incutere. Liui.7.bel.Pun.226.

Pigritiam incutere. Liu.1.bel.Mace.134 Quod prõptiores ad subeundã omnẽ dimicationem videbatur facturũ, id metum pigritiamq; incussit.

Pudorem incutere alicui. Horat.1.epist.19.17.

Religionem incutere. Liu.9.bell.Puni.54. Quia mouendi inde thesauros incussa erat religio, muro circundare templum voluerunt. Ibidem, lib. 2.180. Quod quanquam Varro ægre est passus, Flaminii tamen recens casus, Claudiique Consulis primo Punico bello memorata naualis clades religionem animo incussit.

Terrorem Patribus incutere. Liu.3.ab Vrbe, 15. Et lib.7.61.

Timorem incutere. Cic.2.de Orat.115. Item timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus, &c.

Vim ventis incutere. Virg.1.Aneid.15. Incute vim ventis, submersasque obrue puppes.

Incussus, (ἐμβάντ,) Participium, siue Nomen ex participio. Pli, lib.22. cap.14.1. Medetur cũ mica salis, cõtusis, incussisque, inustis, & strumis.

Indago, indagas, pe.prod. (ἰχνεύω, ἰχνηλατέω, ἀνιχνεύω, ἀνακείνω, ἐξιχνέω,) indagare, Ab in & ago compositum, d, interposito euphoniæ gratia, Venatorum more inquirere. Plautus Merc.12.38.

– eo si pacto posset indagarier
Mulier. Cic.5.de Finib.104. Consyderatio, cognitióve rerum cœlestium & earum quas à natura occultas & latentes indagare ratio potest, &c. Cice.in Orat.6. Reprehendent quòd inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus.

Indagare, inuenire, & veluti ex tenebris eruere. Cic.de Lege agraria, 1

Indagare & odorari. Cic.4.Verr.93. Hæc verò eius erat ars & malitia miranda, quòd acutissimè tota prouincia quid cuique esset necesse, indagare & odorari solebat.

Indagare & patefacere indicia. Cic.pro Milone, 78. Quum illa indicia eõ munis exitii indagaui, patefeci, protuli, extinxi, omnes in me meosq; redundant ex illo fonte dolores?

Omnibus vestigiis indagare aliquid. Cic. Att.lib.1.2.1. De Publio quę ad me scribis, sanè mihi iucunda suntreaque etiam velim omnibus vestigiis indagata ad me afferas, quum venies.

Indagatio, verbale, (ἴχνευσις,) Cic.4.Acad.229. Indagatio ipsa rerũ, &c. Idem.5.Tuscul.98. Inde est indagatio, nata, &c.

Indagatio & inuentio veri. Cic.1.Offic.25.

Indagator, pen.prod. (ἰχνευτής,) A laud verbale mas. Colu.li.9.ca.8.9. Sed indagatorem conueniet matutina tempora vestigandi eligere.

Indagator aquarum. Colu.lib.2.cap.2.16.

Indagatrix, pen.prod. Verbale fœm. (ἰχνευτίς,) Cic.5.Tusc.7. O vitæ philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

Indaganter, Aduerbium, (ἰχνευτικῶς,) Colu.lib.5.ca.1.2. Boni venatoris est indaganter quamplurimas feras capere.

Indãgo, pen.prod. indagnis, f.g. (ἰχνηματίσω,) Inuestigatio, inquisitio, præsertim venatorum. Plin.lib.9.cap.7.1. In qua sententia fuisse Aristotelem video, & ea multis persuasisse doctrinæ indaginibus.

¶ Indago, Series plagarum saltus cingentium. Virgil.4.Aeneid.25.
– saltusque indagine cingunt. Cæs.8.bel.Gall.67. Sylusque vndique impeditissimis, aut altissimo flumine vel indagine munitum. De quo si cum po. Liu.7.ab Vrbe, 181. Quum præmissus eques velut indagine dissipatos Samnites ageret, &c. Lucan.lib.6.9.

Et syluas, vastaq; feras indagine claudit. Hic (inquit Budæus) Lucanus per metaphoram indaginem vocauit fossam, & turritũ munitarum seruitem.

Armata indagine lustrare omnem prospectum. Statius 12. Thebaid.91.

¶ Indago, per translationem. Tacit.lib.13. Romæ testamenta & orbos velut eius indagine capi. Id est captatorem esse orborum, ita vt nullas captiones eius euadat. De Seneca dictum est. Hæc Budæus. Idem in vita Agricolæ, Quod si frequens vbique Agricola validas, & expeditas cohortes indaginis modo, &c.

Indagine pœnarum cingi, Id est ambitu. Plin.in Panegy.56. Quos quidẽ non in præsens tantum, sed in ęternum repressisti mille pœnarum indagine inclusos. Budæus.

Inde, Aduerbium de loco, (ἔνθεν,) Plaut. Pœnul.17.33.
– ego iam detrudam ad molas:
Inde porrò ad puteum atque robustum codicem. Idem Stich.3.10.
– ad meam maiorem filiam inuiso domum:

Siquis me quæret, inde vocatote. Terent. Andr.1.2.31. Etiam puerum sic de abiens conuenì Chremis. Ibidem, 1.1.110. Quid ais? si. redire me iratus atque ægre ferens. Liu.lib.1. Primò in Macedoniam venit, inde in Siciliam quærentem sedes delatum. Plaut. Pseud.9.30. Quid videre inde esse. Cic. Abeamus igitur inde. Idem ad Atticum, lib.15.epist. 2. Qui autem veniunt inde, id modò nuntiant. Id est, illinc.

Inde, ad res relatũ. Plaut. Amphi.4.275. Cadus erat vini, inde impleui ceneam. Id est ex illo dolio. Liu.1.ab Vr.7. Omnis te exempli dominam in illustri posita monumento intueri inde tibi tuæque Reipublicæ imitere capias. Cice.1.de Inuent.41. Si vnde necesse est, inde sumetur. De narratione breui.

Inde, ad personam relatum. Plaut. Curcul.15.44.
– quò sequar ego te? e.ad trapezitam meum,

Ad Prætoremnam inde rem reoluo omnibus quibus debeo. Terentius Adelph.1.1.21.
– vxorem duxit: nati filii
Duo. inde ego hunc maiorem adoptaui mihi.

¶ Inde, pro Ob id, ob eam rem, propterea. Terẽt. Heau.1.1.2. Quæsoq; hæc inter nos nuper notitia admodum est,

Inde adeò, quòd agrum in proximo hic mercatus es. Plin.li.10.epist.97. Nymphidium Lupum domine primipilarem cõmilitonem habui, qui ipse Tribunus essem, ille Præfectus. Inde familiariter diligere cœpit, de est quòd, pro Vnde, vel hinc est. rationem reddit. Plin.epist.132.a. lib.7. Incredibile est quãto desyderio tui tenear. In causa, amor primùm deinde, quòd non consueuimus abesse, inde est, quòd magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo. inde, quòd interdiu quibus te videre solebam, ad diætam tuam ipsi me, vt verissimè dicitur, pedes ducunt. Idem in Paneg.17. Q uotus enim quisque, cuius tu nõ antè commilitonem, quàm imperator? inde est, quòd propè omnes nomine appellas, quòd singulorum fortia facta commemoras.

¶ Inde, pro Deinde. Liu.1.ab Vrbe, 19. Crimini maximè dabant Numitoris agros ab his imperum fieri, inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum prædas agere.

Quid tum inde? Cic.pro Murena, 22.

¶ Abs te inde. Plaut. Pseud.19.7.
– quid igitur boni est?
B. Minæ viginti sanæ ac saluæ sunt tibi
Hodie, quas abs te inde est instipulatus Pseudolus.

¶ Inde ab ineunte ætate, vel ab incunabulis. Plaut. Trinum.6.14. Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat suo, &c. Liu.4.ab Vrbe, 157. Et iam inde ab incunabulis imbutum odio Tribunorum.

Iam inde ab initio minimè lætus nouæ origine vrbis. Liu.1.ab Vrbe, 7.

Inde vsque. Cic.pro Archia, 1. Quod longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vsque repetens, hunc video mihi principem, &c.

Indebitus, pen.corr. Adiectiuũ, (ἀνοφείλετος,) vt Fletus indebitus. Senec.Herc.Oetheo,14.15.
– indebitos nato quidem
Compesce fletus mater Alcidæ inclyti.

Præmia magna quidem, sed non indebita posco. Ouid.epist.15.4.

Indebitum, indebiti, pen.corr. Substantiuũ, Non debitum. Paulus in L. Si procurator.ff.De condic.indeb. Si procurator tuus indebitum soluerit, & id tu ratum habeas, &c.

Indebitò, Aduerbium. Vlpian in L. Cum duo pro reo.ff.De eõdict.indeb. Quibus personis tria indebitò soluta sunt.

Indecens, pen.corr. indecentis, o.g. (ἀπρεπής, ἀσχήμων,) Quod nõ decet, vel est præter decorum. Mart.lib.5.14. Oculoque lodos spectat indecens vno.

Indecentissimus. Senec.de Benef.lib.1.cap.9. Indecentissimum sponsaliorum genus est adulterium.

Indecenter, Aduerbium, (ἀπρεπῶς,) Plaut. Merc.18.17. Nec tolerant, vt æquum est, patres: sed clamant, indecenter obstrepunt. Mart.li.11.23. Quàm sit lusca Philenis indecenter, &c.

Indecet, (οὐ πρέπει,) Plinius epist.1.2.lib.3. Nam iuuenes adhuc confusa quædam, & quasi turbata non indecentissimis placida omnia & ordinata conueniunt.

Indeclinabilis, & hoc indeclinabile, pe.corr. (ἄκλιντος,) Quod declinari, vel vitari non potest. Gell.lib.6.cap.2.
Fatum, est sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum.

Indeclinabilis iustitia, apud Senecam epist.78. Item epist.67. Indeclinabilis animus, pro Constanti & qui nunquam variat.

Indeclinatus, penult. produ. (ἄκλιντος,) Ouid.4.de Ponto, eleg. 10.17.
Hæc tibi qui præstas indeclinatus amico,
Non est quod lingua dicta tremente putes.

Indeclinata amicitia, Constans. Ouid.4.Trist.
Teque (quod est rarum) præsta constanter ad omne
Indeclinatæ munus amicitiæ.

Indecoris, & hoc indecore, pen.cor. (ἀπρεπής,) Vel indecor, indecoris, pro Indecoro, apud antiquos, Nonio teste, reperitur. Accius Athamante, Cuius sit vita indecoris, mortem fugere tur pe haud conuenit. Virg.12.Aeneid.5.
Sunt aliæ inuptæ Latio, & Laurentibus agris,
Nec genus indecores. Idem lib.7.
Non erimus regno indecores: nec vestra feretur

Fama leuis. Vbi Seruius, Aut sistole est: aut certè dicimus nominatiuum non inueniri, vt in multis nominibus.

Indecõrus, indecõra, indecõrum, pe.prod. (ἄσχημων,) Decoro cõtrariũ: vt

Indecora lasciuia ludere. Plin.lib.18.cap.35.21. Cic.1.Offic.134. Et iusta omnia decora sunt: iniusta contrà, vt turpia, sic indecora. Sic 3.de Finib.21. Si nihil malũ, nisi quod turpe, inhonestũ, indecorũ, prauũ, &c.

Indecorũ questus. Liu.1.bel.Pun.250.

Indecorus visus. Plin.lib.13.cap.12.5.

Indecõre, pen.prod. Aduerbium, (ἀπρεπῶς,) Turpiter. Plaut. Rud. 5.7.
– sed id si parte curaui vt cauerem,

Tum hoc mihi indecorè, iniquè, immodestè datis di. Cice.1.Offic.13. Cauetque nequid indecorè, effœminatéve faciat, tum in omnibus & opinionibus & factis nequid libidinosè aut faciat, aut cogitet. Ibidẽ, 160. Vt ea si non decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus.

Indefatigabilis, pen.corre. Senec.lib.2.de Ira, Alius contentus breui somno, vigiliam indefatigabilẽ extẽdit.

Indefensus, Adiectiuũ, (ἀνυπερασπίστος,) Non defensus. Sine defensione. Liu.4.ab Vrbe, 121, Suos increpas clara voce. Hîc præbitur (inquit) vos telis hostium estis indefensi, inulti! Plin. lib.18.cap.7.5. Indefensa quippe membranis continentur.

Indefessus, Adiect. (ἄκαμπτος,) Nõ fatigabilis. Ouid.9.Met.40.
– ego sum indefessus agendo.

Indefinitus, pe.pro. Adiect. (ἀόριστος,) Obscurus & pplexus. Gel. li.16.ca 4. Indefinitus, inexplicabilisq; sermo fiet.

Indefletus, penultim. product. Adiectiuum, (ἀδάκρυτος,) Ouid.7. Metam.125.
Qui lachryment desunt, indefletęque vagantur
Natorum matrumque animæ, iuuenumque senumque.

Indeflexus, indeflexa, indeflexũ, (ἀκάμπτος,) Quẽ nõ flectitur. Pli.in Pane.8. Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, adhoc ætatis indeflexa maturitas.

Indeiectus, pro non deiecto. Ouid.1.Metam.58.
Siqua domus mansit, potuitque resistere tanto
Indeiecta malo.

Indelebilis, pen.corr. Adiectiuum, (ἀνεξάλειπτος,) Ouid.15.Metam.176. – nomenque erit indelebile nostrum

Indelibatus, pen.prod. Adiectiuũ (ἄσπαστος,) Oui.1.Trist.eleg. 4.6.
Dum suuat, & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.

Indemnatus, 17, – pro deũm atque hominum fidem,
Hoccine pacto, indemnatum atque intestatum me arripi? Id est nulla sententia in me lata. Cic. pro Lege agraria, 60, L. Sylla quum bona indemnatorum ciuium funesta illa auctione sua venderet, &c. Idem 7. Verr.10, Vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reseruares?

Indemnis, Immunis à damno. Seneca de Vita beata, Liber eris tu tus, indemnis, nihil frustra tentabis, nihil prohibeberis. Idem epist.9. Qui p ferrum & ruinas & ignes illæsus & indemnis euasit? Vlpian. in L. Bona fide.ff. De noxal. actione. Vel officio iudicis cõsequetur, vt indemnis maneat.

Indemnitas, pen corr. indemnitatis, (ἀζημία,) Damni vitandi ratio. Papinianus in L. Fideiussor.ff. De negotiis gestis
Fideiussor imperitia lapsus, alterius quoque contractus qui personam eius non contingebat, pignora vel hypothecas susceperit: & vtranq; pecuniam creditori soluit, existimans indemnitati suæ consulis prædiis consuli posse.

Indeptus, Vide INDIPISCOR.

Indeploratus, pen.prod. Adiect. (ἄκλαυτος,) Idem quod indefletus. Ouid.3.Trist.eleg.3.9.
Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri,
Indeploratum barbara terra teget. Idem 11.Metam.135, – nec me
Indeploratum sub inania tartara mitte.

Indeprauatus, pen.prod. Qui non corrumpitur. Senec.epist. 77, Si via indeprauata virtus est, & sui iuris permanet, solum bonum est virtus.

Indeprecabilis, & hoc indeprecabile, pen.cor. (ἀπαραίτητος) Quod nullis precibus potest exorari. Gellius, Et pœna indeprecabilis subeunda esset.

Indeprehensibilis, pen.cor. Quintil. Declam.4, Nec per varias ambages, indeprehensibilem sparsit errorem. Idem Declam.8. Inenarrabile, indeprehensibile est.

Indesertus, Adiectiuũ, (ἀπρόλιπτος,) Ouid.2.Amor.ele.9.11.
Si tamen exaudis pulchra cum matre Cupido,
Indeserta meo pectore regna gere.

Indèses, pen.prod. indẽsidis, (ἄνετος,) contrarium Desidi. Gellius lib.7.cap.22, Id profectò existimandum est nõ omnino inculpatum, neq; indesidem visum esse, cuius corpus in tam immodicum modum laxuriasset, exhuberassetq;.

Indesinenter, Aduerbium, (ἀδιαλείπτως,) pro Semper, & cõtinuè. Varr.1.de Re rust.cap.9.13, Et si alter indesinenter æger est, ne sine cane grex sit.

Indetonsus, Adiect. (ἀκειρόμαλος,) Oui.4.Meta.5. Addit his Nysius, indetonsusq; Thyoneus. Hoc est intonsus.

Indeuotio, Vlpia. in L.1.in fine.ff, De penu legata, Puto tamen sic voluntatem testatoris sequendam, vt tota summa illico postquam cessauerit hæres dare penum vxori, præstetur, hæredis indeuotione coercenda.

Index, huius indicis, pen.corr. Vide INDICO, indicas.

INDIA, (ἰνδική,) Regio Orientalis, Asiæ terminus, quæ tam vasta perhibetur, vt eam tradant esse tertiam partem omnium terrarum. Pomponius scribit tantum spatium litoris occupare, quantum per sexaginta dies noctesq; velificantibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinqs millia oppidorum. Ab Indo flumine sic appellata, in quem ab Occidentali plaga desinit, qui solus post Nilum crocodilos creat. Hæc à Meridiano mari incipiens, adusq; Solis Oceasum porrigitur, & à Septentrionibus vsque ad Curmasum montem prouenit. Gemmis abundat, capricanes & elephantos procreat, arbores habet semper fronden tes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Indi propè gentium soli nunquam emigrauere finibus suis. Illic binæ æstates, lenes auræ, temperies cæli, huberras soli, aquarum abundantiasque omnia faciunt vt maiora in India quàm in cæteris regionibus nascantur animalia. Virg.1. Georg.5, India mittit ebur.

Vasta & agrestis India. Cice.5.Tusc.113.

Decolor India. Seneca Hippol.3.15.

Diues India. Horat.3.Carm.ode 14.1.

Tosta India. Catull. de Acme & Septimio, epigr.41.2.

Indus, (ἰνδός,) Qui est ex India.

Dentes Indi, Id est elephantini. Ouid.8.Metam.58.

Corolati Indi. Virg.4.Georg.59.

Nigri Indi. Ouid.1.de Arte, 11.

Odorati Indi. Silius lib.17.131.

Sitientes Indi. Virg.4.Georg.85.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Indos petere, Vide Ad Seras, in præpositione AD.
Indicus, pen. corr. Adiectiuum, (ἰνδικός,) Qui ex India est.
Indicos elephantos, maximos interpretatur Seruius apud Terentium in Eunucho, Elephantis quem Indicis præfecerat.
Aqua indica. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 15.

Indicatio, Indicatura, Indicium, Vide INDICO, indicas.

Indico, indicas, pe. cor. indicare, (μηνύω, κατηγορέυω, ἐπφανεῖζω, ἐκφανεῖζω, ἐρω, ἀποφαίνω, γνωρίζω,) Propriè est ostendere, patefacere. Plau.

Asin. 14. 1, – cuiori
Me malim, quàm hæc non eius vxori indicem. Idem Aulul. 3. 10. Nunquã indicare id filio voluit suo. Terent. Adel. 4. 4. 21.
Hæc adeò mea culpa fateor fieri, non me hanc rem patri
Vt vt erat gesta indicasse. Idem And. 1. 1. 105.
– ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene dissimulatum amorem & celatum indicat. Ibidem, 5. 3. 7. Vide num eius color pudoris signum vsquam indicat?
Exitus rei hoc indicabit. Cic. 3. de Legib. 37.
Epularum solennium fides ac tibiæ, Saliorumque versus indicant. Cice. 3. de Orat. 109.
Verba apertè indicant. Cic. Bruto, 5. 5.
Mores indicat vultus. Cic. 1. de Legib. 40.
Clarius indicare. Horat. 4. Carm. ode 8. 4.
Consilium suum temerarium indicare. Plancus Cic. lib. 10. 21. 4.
Posteris nostris orationes alicuius indicare. Cic. de Clar. Orat. 181.
Signis indicare quid velis. Ouid. 15. Metam. 134.
Quod in primis te celatum volebam indicabo. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 21. 5.
Indicare in vulgus, nefas est. Cic. de Vniuersit. 6.
Res ipsa indicat, Id vel ex re ipsa apertissimum est. Terent. Adel. 3. 2, 40.
Iam primum illum alieno animo à nobis esse res ipsa Indicat. Idẽ Eunu. 4. 4. 38. Credis huic quod dicat? P Y. quid isti credam? res ipsa indicat. Ibidem, 3. 2. 16.
Perpulchra credo dona, haud nostris similia.
P. Res indicabit.
Indicare iter. Liu. 8. ab Vrbe, 123.
¶ Indicare, Exponere. Plin. lib. 11. cap. 15. 4. Prius Arabiæ diuitias indicare conuenit.
¶ Indicare, Accusare. Donatus. Indicat is qui de se volens aliquid, & de aliis etiam prodit. Plaut. Menæch. 18. 5.
– vos omnes quæso, si senex reuenerit,
Ne me indicetis, qua platea hinc aufugerim. Idem Cistell. 7. 47,
– me indicauit, & suas
Ac meas miserias alias faciam conscias. Idem Asin. 16. 87.
Male cubãdũ est, indicatũ me vxor adducit domũ. Teren. Eunuc. 5. 7. 13.
An pœnitebat flagitii te authore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Et paulo pòst. 11.
Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobil. 125.
Flagitiis, & eundem indicas. Cl. 3. Tuscul. 90. Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius, q̃ conscios delẽdæ tyrãidis indicaret.
Indicare se & induere. Cic. pro Mur. 48. Eum de his rebus iussi, si quid vellet, quæ mihi allatæ essent, dicere. Atq; ille vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atque induit.
De aliqua re indicare. Cic. pro Flac. 71.
Indicare de. Salust. Is quum diceret se indicaturum de cõiuratione, si fides publicè data esset: iussus à Consule quæ sciret edicere, eadem ferè, &c.
Rem omnem dominæ suæ indicauit puer. Cic. pro Cluent. 143.
Sine timore indicare aliquid. Cic. 3. in Catil. 53.
Malitiam suam indicare. Cic. Varroni, lib. 9. 7. 1.
Se alicui indicare. Cic. de Clar. Orat. 100. Et 1. de Finib. 79.
Indicasse reum (inquit Vlpianus in L. Indicasse. ff. de Verb. signif.) est detulisse, arguisse, accusasse, conuicisse.
Coniurationem indicare. Cic. 1. de Diuin. 70.
¶ Indicare, (τιμᾶσθαι,) Aestimare est, pretium rei vænalis statuere. Est autem venditoris, sicut liceri emptoris. Plaut. Persa, 16. 32. Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Ibidem, 16. 109.
Tum tu pauca in verba conferiquid datur? tanti indica.
S. Faciam ita, vt te velle videam, vt emas habe tibi centum minis. Idem Aulul. 1. 3. 3.
Venio ad macellum, rogito pisces, indicant
Caros, agninã caram, &c. Apul. li. 1. Et percontato pretio, q̃ centum nummis indicaret, aiernatus, certũ viginti denarios prestinaui. Cic. 3. Offi. 81. Qu. quidẽ Scæuola filius, quũ postulasset, vt sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur, idque ita vẽditor fecisset, dixisset q̃ se plaris æstimare: addidit centũ milia. Plin. lib. 28. ca. 13. 6. Eadem ex causa emi lienẽ vituli quãti indicatus sit, iubent magi, nulla pretii cõtatione.
Indicãtus, pen. prod. Patric. (μηνυθείς,) Patefactus, ostẽsus, accusatus.
Indicatus, Quod barbare appretiatus dicitur. Plin. lib. 37. cap. 1. 3. Tradit Ismeniã choraulem multis fulgentibusque gemmis vti solitum, comitã te fabula vanitatem eius indicato in Cypro sex aureis denariis smaragdo, in quo fuerat sculpta Amymone, iussisse enumerari. Et quum diu relati essent, imminuto pretio, Male me hercules curatum, dixisse.
Index, indicis, pen. corr. com. g. (μηνυτής,) Is vel ea, qui vel quæ aliquid indicat vel accusat. Asconius scribit indicem esse qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat impunitate propolita. Cic. pro Cluen. 24. Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio: index Asulius ex altera parte coràm tenetur. Plaut. Merc. 3. 17. Per me percontatus tum, sineque indice aliquo. Salust. Plerique Crasso ex negotiis priuatis obnoxii, conclamabant indicem falsum esse. Mart. libro. 1. 49. Indice non opus est nostris nec vindice libris. Plin. epist. 1. 17. Alii ab indice nominari, se esse Christianos dixerunt, & mox negauerunt.
Accedere aliquem indici, Vide ACCEDO.
Index & vestigiũ alicuius rei. Cic. 7. Verr. 126. Cuius rei neque index neque vestigium aliquod, neque suspicio cuiquam esset vlla.
Index animi. Plin. lib. 8. cap. 16. 8. Leonũ animi index cauda, sicut & equorum aures.
Imago animi vultus est, indices oculi. Cic. in Orat. 33. Et 3. de Orat. 225.
Libertatis index tabella. Cic. 2. de Lege agrar. 20.
Index librorum, (πίνακες, σύλλαβοι,) Pro iis quas tabulas vulgò vocamus. Cic. ad Atti. lib. 4. 73. 2. Etiã vellem mihi mittas de tuis libraríolis duos aliquos, quibus Tyrãnio vtatur glutinatoribus, ad cætera administrandũque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vocant Græci (vt opinor) συλλαβόνε, appellatis. Gell. lib. 20. cap. 11. Neque item desunt qui indices libris suis fecerunt.
Librorum indicibus decipi. Cic. 1. de Orat. 33.
Index morborum, ferè est arteriarum pulsus, Hoc est, signa morborũ ex pulsibus cognoscuntur. Plin. lib. 11. cap. 37. 84.
Orationis indicem vocem habemus. Cic. 1. Offic. 185.
Index pectoris color & macies. Ouid. 9. Metam. 108.
Voluntatum erga me vestrarum index vox. Cic. 2. de Le. agra. 20.
¶ Herculis indicis fanum nominatum. Cic. 1. de Diuinat. 36.
Sine duce, sine indice peruenire ad aliquid. Cic. 3. Ver. 73. Vtrum admonitus, an tentatus, an qui est iste fagacitate in iis rebus, sine duce vllo, sine indice peruenerit ad hanc improbitatem, nescio.
¶ Index ẽt lapidis nomen. Ouid. 2. Meta. 7. – perioraque pectora vertit
In durum silicem, qui nunc quoque iicitur index.
Indicium, indicii. (μήνυσις, μήνυμα.) Detectio alicuius criminis, sine occultatio. Salust. Itaq; consulente Cicerone frequens Senatus decreuit, Tarquinii indicium falsum videri. Cic. pro Cluent. 147. Tu periculum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius literis conici iperaris, indicium afferas?
¶ Indicium, Signum, argumentum: vt Specimen hoc virtutis, hoc indicium animi. Cic. Post red. in Senatu, 6.
Insigne tuæ erga me beneuolentiæ indicium. Cic. Trebatio, lib. 7. ep. 6.
Coniurationis indicium. Cic. 2. de Diuinat. 66.
Doloris præsentis indicium. Cic. Octauio. 4. Alias Iudicium.
Communis exitii indicia afferre. Cic. pro Domo sua, 103.
Mali indicium, Ouid. ad Liuiam, 29.
Clariora indicia naturæ. Cic. 5. de Finib. 86.
Ad nominis indicia, & sempiternum generis sui dedecus, aliquid collinere. Cic. in Pisonem, 37.
Notæ scelerum & indicia parricidiorum. Cic. pro Sylla, 57.
Argumenta & indicia sceleris. Cic. 3. in Catil. 57.
Scelerum indicia ostendere, & periculorum signa patefacere. Cicero, de Arusp. resp. 21.
Monumentum positum vt esset iadicium oppressi Senatus. Cic. pro Domo sua, 87.
Indicia & vestigia omnia veneni in illius mortuæ corpore fuerunt. Cicero pro Cluentio, 72.
Defixum ad memoriam omnium gentium sempiternam indicium. Cicero pro Domo sua, 79.
Ex indicio nihil periculi. Terent. Heaut. 3. 1. 6.
– celem tam insperatum gaudium,
Quum illi nihil periculi ex indicio fiet?
Indicio esse. Terẽt. Heaut. 2. 4. 4. Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua. Liu. 3. ab Vrb. 25. Præter quàm quòd infrequens Senatus indicio erat sociis afflictam ciuitatem pestilentia esse. Cice. pro Domo sua, 85. Quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi, &c. Idem. Anteq; fret in exil. 17. C. Marius, qui quantas res gesserit, vestra vobis liberta indicio esse poterit.
Indicio de se esse. Terent. in Prologo Adelph. 4.
Indicio de se ipse erit, vos eritis iudices,
Laudine an vitio duci factum oporteat. Vbi Donatus, Indicio erit, pro index erit.
Per indicium enuntiata res. Cæsar 1. bel. Gal. 16. Ea res, vt est Helueti per indicium enuntiata, moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt.
Indicii partem accipere. Cic. pro Roscio Amer. 63. Si eum qui indicii partẽ acceperit, oculis cernetis, poteritisne dubitare Iudices qui indicarit?

Edere indicium, Vide EDO, edis.
Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones rem manifestã deferunt. Cic. de Claris Orat. 161.
Indicium facere, Signum dare, vel per signum ostendere. Plaut. Rud. 11. 15. Sapientior nata, quid velim, indicium facit. Terent. Adelph. 4. 4. 8. Sustrata credit mihi me psaltriam hanc emisse: id anus
Mihi indicium fecitnam, &c. Idem Hecy. 4. 1. 32. Nunc res indicium hęc facit, quo pacto factum voluerit.
Postulare indicium. Cic. 1. Verr. 19. Quapropter si tibi indicium postulas dari quòd tecum vnà fecerit, cõcedo: id lege permittitur. Quod profiteri Asconius eo loco dixit. Budęus.
Indicium profiteri. Vltro sese, consortesque criminis deferre. Martianus in Pandectis, ad legem Corneliam de sicariis. L. 1. Qui ve quum magistratus esset, publicove iudicio præesset, operam dederit, quo quis falsum indicium profiteretur, vt quis innocens conueniretur. Budeus. Plinius epist. 16. lib. 3. Quum illa profiteretur indicium. Id est spõte indicaret coniurationis socios.
Tristi indicio seruatus. Stat. 3. Theb. 81.
Indicium, pro eo quod tibi datur vt indices. Vlpianus in L. Idem Parag. Si tibi. ff. De condict. ob turp. cau. Si tibi indicium dedero vt fugitiuum meũ indices. Et paulo pòst, Sed si ipse fur indicium à me accepit, &c.
Indicatio, indicationis (τίμησις,) Aestimatio ac probatio alicuius rei, siue appretiatio quam vocat. Plaut. Persa, 16. 37. Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Plin. lib. 12. ca. 14. 3. Mellis causas atque differentias, nationesque, & indicationem, in apium ac deinde florum natura diximus.
Indicatio, pro Affirmatione. Vlpian. in L. Iulianus §. 1. in fine. ff. De actionib. empti & vend. Quoniam qui scit, præmonere debuit furẽ esse: hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem.
Indicatura, indicaturæ, pen. prod. Idem. Plin. in Præfat. 15. Nec fiducia operis hæc est, sed indicatura. Id est pretium & estimatio operis, & quo maximè probatur opus & censetur. Idem lib. 37. cap. 2. 6. Neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura.
Indicatura dolorum. Plin. libr. 29. ca. 1. 11. Ne auaritiam quidem arguam, rapacesque nundinas pendentibus fatis, & dolorum indicaturam, ac mortis arram, aut arcana præcepta. De medicis.

Indico, indicis, pen. prod indixi, indictum, (κατηγγέλλω, ἐπαγγέλλω, μαρτυρέω,) Indicere, Denũtiare aliquid: vt Indicere bellum. Plin. de Viris illust. 4. a, Tullus Hostilius, quia bonam operam adtriginta minorum certamine fecerat, bellum Albanis indixit, quod Curiatiorum certamine finiuit. Cic. 1. Offic. 54, Ac belli quidem æquitas Feciali Po. Rom. iure prescripta est. Ex quo intelligi potest, nullũ bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum antè sit, & indictum. Sic in Catilinam, 35. Et 3, Verr. 33.

Indicendi belli formula ex Liuio libro. 1. ab Vrbe, 145, Quandoque pars maior eorum, qui aderant, in eandem sententiam ibat, bellum erat consensu fieri solitum: vt Fecialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret, & nõ minus tribus puberibus præsentibus diceret. Quod populi priscorum Latinorum, hominesque prisci Latini aduersus Populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod Populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis iussit esse. Senatusque Pop. Rom. Quiritium censuit, consensit, conscituit, vt bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego, Populusque Romanus populis priscorum Latinorum, hominibusque priscis Latinis bellum indico, faciòque. Id vbi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum moremque eũ posteri acceperunt.
Bellum indicere populis. Ouid. 6. Meta. 19.
Bellum indicere voluptatibus, per translationem dictum: Hoc est, pugnare aduersus voluptates. Cic. de Senect. 47. Quòd siquem etiam ista detasse quidem naturalis modus) non intelligo, ne in istis quidem voluptatibus ipsis carere sensu senectutem.
Bellum indicere ventri. Horat. 1. Serm. saty. 5. 2.
Sibi bellum indicere, Sibi ipsi noxium esse, vel sibi ipsi noxam inferre. Cic. 5. de Finib. 10, Velut qui ipsi sibi bellum indixisset, cruciari dies, noctes torqueri vellent.
Tibia indixit choros. Virg. 11. Aeneid. 148.
Cœnam indicere, Iubere sibi cœnam apparari. Mart. li. 11. 43. Indixit cœnam diues amica tibi.
Concilium indicere, Concilii diem dicere & proponere. Liu. 1. ab Vrbe. 219. Principibus longè ab domo excitis, ipsum qui concilium indixerat, non adesse. Cæsar 6. bell. Gall. 9. Concilio Galliæ primo vere (vt institerat) indicto, &c. Sic. lib. 1. 115.
Diem indicere pugnæ. Liu. 10. ab Vrbe, 131.
Ferias indicere. Liu. 3. ab Vrbe, 23. His auertendis terroribus in triduum feriæ indictæ, per quas omnia delubra pacem deũm exposcentium virorum mulierumque turba implebantur.
Forum indicere. Virg. 5. Aeneid. 151.
Funus indicere, Euocare homines per præconem ad funus. Suet. in Cæsare, Funere indicto rogus extructus est.
Funus indicere Reip. Cice. pro Domo sua, 34. Video enim quosdam clarissimos viros, principes Ciuitatis, aliquot locis indicasse, te cum plebe iure agere potuisse, qui etiam de me ipso, quũ tua rogatione funere eiusdem Reimp. esse dicerent, tamẽ id funus, etsi miserũ atq; acerbũ fuisset, iure indictum esse dicebant, quod de me ciue ac de Repub. bene merito tulisses, funestũ funus te indixisse Reip. quod saluis auspiciis tulisses, iure egisse dicebant. Quibus verbis figuratè significatur, exilium Ciceronis funestum & exitiale fuisse Reip. iure tamen irrogatum, quia saluis auspiciis omnia facta fuerant. Hoc est vt loquuntur Iurisperiti vulgò, Etsi improba erat materia, probam tamen formam fuisse.
Honores indicere. Virg. 5. Aeneid. 53.
Templis indicit honorem. Virg. 1. Aeneid. 128.
Iciunia indicere. Horat. 2. Serm. saty. 3. 18.
Inimicitias indicere. Cic. de Prouin. Consul. 18, Etenim si ille, qui hæc omnia flamma ac ferro delere voluerunt, nõ inimicitias solum sed etiam bellum indixi atque intuli.
Indictæ inimicitiæ: cui Tacitæ opponitur. Cic. 7. Ver. 143, Etenim tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, q̃ indictæ & apertæ.
Iustitium indicere. Cic. 5. Philip. 187. Liu. li. 10. ab Vrbe cond. His nuntiis Senatus conterritus, iustitium indici, delectum omnis generis hominũ haberi iussit. Id est primam iuris cessationem, inquit Budæus.
Leges indicere. Propert. lib. 4. eleg. 9. 11.
Sibi legem innocentiæ indicere. Cic. 5. Verr. 1, Legem enim sibi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt.
Lux indicitur. Ouid. 1. Fast. 132.
Ter, quater euolui signantes tempora fastos:
Nec sementina est vlla reperta dies.
Tum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur inquit Musa. &c. Sic Idem 2. Fast. 106,
Curio legitimis nunc fornacalia verbis
Maximus indicit, nec stata sacra facit.
Indicitur mercatus. Cic. 4. Verr. 92, Tanto mercatu Prætoris indicto, cõcurritur vndique ad illum Syracusas.
Mortem indicere. Tacit. lib. 15, Ergo regredi, & indicere mortem iubet.
Multam indicere. Plin. lib. 18. cap. 3. 3, Cautũ quippe est, ne boueri prius quàm ouem nominaret, qui indiceret multam.
Nuptias indicere. Quintil. lib. 7. cap. 5, Virginis causas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias indicentium.
Odium indicere pecuniæ. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 17, Indixisti pecuniæ odium: hoc professus es: hanc personam induisti, agenda est.
Spectacula indicere. Liuius 1. ab Vrbe, 37, Indici deinde finitimis spectaculum iuber.
Supplicationẽ indicere. Cæs. 7. bell. Gal. 360, Huius anni rebus cognitis, Romæ dierum viginti supplicatio indicitur.
Tributum indicere populo. Liu. 4. ab Vrbe, 160, Postremò indicto iam tributo, edixerunt etiam, &c. Idem lib. 4, Vnde enim eam pecuniam confici posse, nisi tributo, populo indicto?
Indictus, Adiectiuum (ἐπάγγελτος,) Quod est solenniter promulgatum.
Dapes indictæ. Ouid. 4. Fast. 71.
¶ Indictus, Non dictus. Terent. Phorm. 5. 8. 58,
Non, volo: volo, nolo: rursum, cedo, cape:
Quod dictum, indictum est: quod modò erat ratum, irritũ est. Liu. 5. ab Vrbe. 72, Itaque quæ tum cecinerit, diuino spiritu instinctus, ea sonec vt indicta sint, reuocare posse. Virg. 7. Aeneid. 147, Nec tu carminibus nostris indictus abibis. Nomẽ est ex participio factum per cõpositionem: neq; enim dicimus indico dũtaxat in hac significatione.
Indictum ore alio. Horat. 3. Carm. ode 25. 2.
Dicam insigne, recens, adhuc Indictum ore alio.
Indicta causa damnari dicuntur, inquit Budæus, qui ad iudicium vocati non adfuerunt, absentesque sententiam passi sunt. Cic. 1. de Legib. 62, Vt Dictator quem vellet ciuium indicta causa impune posset occidere. Idem 2. Verr. 8. Indicta causa damnati & eiecti. Idem 4. Verr. 30, An huiusmodi iudicium dei, quo iudicio indicta causa, fortunis omnibus euerti necesse sit? Idem 2. Philipp. 70. Absentem credo in reos relatum, rem indicta causa iudicatam. Id est, Non audita & indefensa. Liu. lib. 3, Quod si indicta causa in vincula ducatur, iterum se Tribunos plebis appellare & monere, ne imitentur quos oderint. Id est non audiens & indefensus. Budęus.
Causa indicta animaduertere in aliquem. Cic. Metel. lib. 5. 2. 19.
Indicta causa ciuem cõdemnari. Cic. pro Rab. perduel. reo, 8.
Indictio, Verbale: Genus penitationis, vt inquit Asconius Pedian. in 4. Verr. Omne genus, inquit, penitationis in hoc capite positum est, Canonis, Oblationis, Indictionis. De hoc titulus est de Indictionibus lib. 10. C. Vide Canon.
Indictiuus, pe. pro. Adiectiuum (ἐπάγγελτος,) Quod indictiũ est: vt Funus indictiuum, ad quod per præconem euocabantur, vt ait Festus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indidem, pe.corr.(ἐνθένδε,)Aduerbium de loco,compositum ab inde & idem,Ex eadem parte,siue ex eodem loco.Plaut. Cistell.2.53.Indidem vnde oritur,facito vt facias fluititiam sepelibilé. Idem Pseud.11.50.Quod si opus sit vt dulce promat indidem,ecquid habet? Cic.pro Sext.Rosc.Amerino,44.Si per alios fecisse dicis,quæro seruóne,an liberos?quos homines? Indidémne Ameria,an hoscé ex vrbe ficarios? Idem 1.de Diuina.214.Indidemque eadem quæ oriuntur de integro atque eodem occidant.Ex Pacuuio.Liui.9 bel.Maced. 31.Venena indidem,intestinæ cædes,ita vt,&c.

Indifferens, pen.cor.indifferentis,o.g.(ἀδιάφορος,) Res media. Cice.3.de Finib.82.Itaque id definimus,quòd sit indifferens cum æstimatione mediocri.quod enim illi ἀδιάφορον dicũt, id mihi ita occurrit vt indifferens dicerem. Senec.epist.83.

Indifferentia voco,nec bona,nec mala,vt paupertatem.Cic.3.&c.

Indifferens homo,Qui nó discernit,neque est difficilis aut morosus in re aliqua.Suet.in Iulio Cæs.cap.53. Nam circa victum Caius Oppius adeò indifferentẽ docet,vt quondã ab hospite conditum oleũ,pro viridi appositum,aspernantibus cæteris solum ẽt largius dicat appetisse.

Indifferens dolor apud Stoicos.Gell.lib.12.cap.15.

Indifferentia,indifferentiæ,(ἀδιαφορία,)Similitudo,affinitas,cõuenientia.Gel.lib.13.cap.3.Hoc ego scripsi de vtriusque vocabuli indifferentia. Ibidem,cap.21.Cuius sonitus quanta apud veteres indifferẽtia sit, notius est,quàm vt plura in id verba sumenda sint.

Indifferenter,Aduerbium,(ἀδιαφόρως,)Indiscriminatim.

Indifferenter ferre,pro Suique deque.Sue.in Domitiano,cap.23. Occisum eum populus indifferenter,miles grauissimè tulit.

Indifficilis, pen.corr.pro Valde difficilis. Scæuola in L. Gallius §. Ille casus.ff.de Liberis & postlumis,ille casus indifficilis est,si filium habeas,& nepotem nondum natum instituas, isque nascatur vino patre suo,ac mox pater decedat.Budæus.Exemplaria correctiora legunt,Ille casus in difficili est.

Indigena, indigenæ,pen.cor.o.g.(αὐτόχθων,ἐγχώριος,ἐπιχώριος,) dicitur qui non aliunde in aliquam patriam venit,sed ibi natus est,quasi inde genitus.Vide ADVENA. Liu.1.bell.Pun.110. Nec maiores eorum indigenas,sed aduenas Italiæ cultores,&c. Ouid. 2.Meta.189.Suspicit,indigenæ Sidonida nomine dicunt. Pli.libro.36. cap.13.6.Architecti illum fecere Zmilus & Rholus,& Theodorus indigena. Sic.lib.5.cap.1.12. Et lib.10.cap.33.5.Plumbatis igitur eos sagittis decutiunt indigenæ miercis gratia.

Deus indigena.Ouid.6.Metam.66.

Populi indigenæ,Latii.Lucan.lib.2.87.

Indigena vinum.Plin.lib.14.cap.6.11.Dixisse hospiti de indigena vino.

Indigenitalis,& hoc indigenitale,pen.prod.(αὐτοχθόνιος,) Verbum obsoletum.Ci.3.de Ora.85.Vel sæpe sine coniunctione verba nouant * vt ille sensus disertus indigenitalis,vt Baccarum hubertate incuruescere.

Indigeo, pen.corr.indigui,(ἀπαιτέω,δέομαι,προσδέομαι, ἀνιέω,) indigere,Ex in & egeo compositum,d interposito euphoniæ caulasidem quod Egeo significat,& nunc genitiuo,nũc ablatiuo iungitur.

Genitiuo.Plaut.Cistell.2.35.

Cum inuidia summa opum suarum nos illæ volunt
Esse indigentes,nostra copia nihil potesse,
Sæpe omnium rerum nos indigere.

Maximè indigere,Vide MAGIS.

Ablatiuo.Plin.in Paneg.26.Quum ope earum indigeret. Valerius Max. libro.7.Malo virum pecunia,quàm pecuniam viro indigentem. Cæsar 2.bell.Ciuil.154.His rebus indigebant quæ ad oppugnationem castrorum erant.

Adiumento aliquo indigere ad.Cice.5.de Finib.106.Animum autem reliquis rebus ita perfecit vt corpus.sensibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis,vt nihil,aut non multum adiumento vllo ad suam cõfirmationem indigeret.

Indigere alicuius.Terent.And.5.3.19.Quid mi pater?quasi tu huius indigeas patris. Cice.de Amicitia,30.Quid enim erat Africanus indigẽs mei? Sic Attico,lib.2.16.17.

Non tam artis quàm laboris indigent vocis & spiritus,& totius corporis, & ipsius linguæ motus & exercitationes.Cic.1.de Orat.75.

Auxilii tui indiget.Plaut.Rud.16.17. – mulieres
Duæ innocentes,intus hic sunt,tui indigentes auxilii.

Indiget celeritatis.Cic.6.Philip.209.Nam cum plerique in rebus gerẽdis tarditas & procrastinatio odiosa est,tum hoc bellum indiget celeritatis Hoc est celeritate opus habet.

Cohortatione te puto non indigere.Cassius Cic.lib.12.11.3.

Consilii tui indigeo.Cic.Attico,lib.12.25.3.

Consolatione aliorum indigere.Seruius Cic.lib.4.5.3.

Defensionis indiget.Cic.pro Roscio Amer.20.

Exercitationis indiget.Cic.3.de Finib.77.

Bona existimatione indiget mea adolescentia.Cice.pro Rosc.Comœ.16.

Maioris ingenii ad consolandum,& ad ferendum singularis virtutis indigent communes miseriæ.Cic.Torquato,lib.6.4.7.

Sermonis tui sum indigens.Plaut.Rud.23.6.

Singularis virtutis ad ferendum,miseriæ indigent.Cic.Tor.lib.6.4.7.

Vsus indiget horum.Virg.eclog.2.12.

Indigeo addiscere.Gel.lib.4.cap.1.Sed hoc plane indigeo addiscere.

Indigẽtur,pen.prod.(ἀπορεῖται,)Impersonale,dixit Plin.lib.10.cap.37. Nunquam conspectis,nisi quum præsidio earum indigetur.

Indigens,pen.corr.Participium,(ἐνδεής,)vt Benignè facere indigentibus. Cic.1.Officiorum,74.

Ferre opem indigentibus.Cic.2.de Finib.187.

Indigentia,huius indigentiæ,(ἀπορία,)Egestas,penuria,& carentia.Cice. de Amic.83.Amare enim nihil aliud est,nisi eum ipsum diligere quem ames,nulla indigentia,nulla vtilitate quæsita.Sic 4.Tusc.27.& 32.

Indigus,pen.corr.Adiectiuum,(ἄπορος,)Qui indiget re aliquã. Plin.lib. cap.40.3.Stipendiorum indiga.

Indigus ensis.Silius lib.1.Agmina vastabat claua,nihil indigus ensis.

Indigus opis.Virg.2.Georg.86.
– haud opis indiga nostræ.

Lucretius libro,1. Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri. Id est nostri indigens.

Indigestus, Adiectiuum,(ἀδιάτακτος,)Digesto & ordinato contrarium.Plin.lib.13.cap.15.6.Materia surda & indigesta simplicitas,aut platani foliorum modo digesta.

Moles rudis indigestaque.Ouid.1.Metam.2.

Indigeste,Aduerbium,(ἀδιατάκτως,)Inordinatè & incompositè.Gell.lib. 20.ca.11,Quas breuiter,& indigestè,& incondite,annotationibus,ratiocinationibus,lectionibusque variis feceramus.

Indiges, pe.corr.indigetis,(ἥρως,θεός,) Deus ex homine factus. Quo nomine dictus est Aeneas,quum pugnans cum Mezentio nusquam apperuisset,inquit Festus. Alii indigetes dicunt esse deos tutelares,quorum nomina vulgari non licet. Liu.8.ab Vrbe.40. Lares,diui Nouensiles,dii indigetes,diui,quorum est potestas nostrorum hostiumque,&c.Virg.12.Aeneid.159.

Indigetem Aeneam scis ipsa,& scire fateris,
Deberi cœlo,fatisque ad sidera tolli. Verba sunt Iouis ad Iunonem. Idem 1.Georg.100.

Dii patrii indigetes,& Romule,Vestaque mater.Vbi Seruius, Patrii dii,inquit,sunt qui præsunt singulis ciuitatibus:vt Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes autem,proprie sunt dii ex hominibus facti,quasi in diis agẽtes. Abusiuè autem omnes dii generaliter possunt dici indigetes,tanquam nullius rei egentes.Hactenus ille. Vide Macrobium lib.1.de Som.Scip. cap.9.

Indigito, indigitas,pen.corr.(ἐπονομάζω,)indigitare.Quasi indicere,& veluti digito ostendere:ab Indico,vel à digito.Vnde Indigitum.Et significat voco,nomino,& quasi per nomẽ ostendo.Festus. Nanque virgines Vestales ita Apollinem indigitant, Apollo indicit. Apollo pæan. Idem,Nam ita ab incolis indigitantur.

Indigitamenta,indigitamentorum,Libri pontificales,qui & nomina deorum,& rationes ipsorum nominum continent.Festus, Indigitamenta incantamenta,vel indicia.

Indignor, indignaris,(ἀγανακτέω,δυσφορέω,δυσθυμέω,) Indignari,Irasci.Ci.1.de Inuent.126.Duodecimus locus est,per quem Indignamur,quòd nobis hoc primis acciderit. Ouid.9.Metam. Venerat huc Dryope fatorum nescia:quoque
Indignãri magis,Nymphis latura coronas.

Indignamur siquis nostrum interiit.Seruius Ciceroni,lib 4.5.12.

Indignari de.Cic.pro Qu.Roscio,3.Nunium citè ait me indignari decembulis. Quidam legunt indagare.

Indignor,cum accusatiuo.Quintil.lib.6. Quidam indignantur imperitè, quos.iam continet metus.Lucanus cum infinitiuo iunxit,lib.8.119.
– atque indignatus apertum Fortunæ prębere caput.

Honorem partum indignantur.Virg.5.Aeneid.46.

Pontem indignatus Araxes.Virg.8.Aeneid.143.

Preces indignari.Stat.2.Sylu.1.4.

Indignans,Participium,(ἀγανακτῶν,)vt Freta indignantia. Ouid.11. Metam.99.

Corda indignantia longam Pacem.Stat.3.Theb.117.

Fortuna indignans.Stat.2.Sylu.2.26.

Ore indignanti fræna receperat.Ouid.3.Fast.91.

Venti indignantes.Virg.1.Aeneid.12.

Verba indignantia.Ouid.6.Metam.117.

Indignans,Nomen,Qui facilè indignatur.Colum.lib.8.cap.17.7.Neque enim si velimus,vt in mari nonnunquam conspeximus,in vinario mulsitudinem mulorum pascere queamus,quam sit mollissimum genus & seruitutis indignantissimum.

Indignitus,pen.prod.(ἀγανακτηκώς,)Aliud participium:vt Procellæ indignatæ.Stat.3.Sylu.2.15.

Aequor indignatum magnis stridoribus.Virg.2.Georg.33.

Indignatio,indignationis,(ἀγανάκτησις,)Ira.Iuuen.Satyr.1.8. Si natura negat,

negat,facit indignatio versum.Liu.1.ab Vrbe,41.Nec domi tantum in dignationes continebant,sed congregabantur vndique ad T.Tatium regem Sabinorum,&c. Cic.1.de Inuent.111.Indignatio est oratio per quam conficitur vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem graues offensio concitetur. Plin.lib.7.ca.44.5.Nescio morum gloriæ, an indignationis dolori accedat,inter tot Metellos tam celeratam Catiuii audaciam semper fuisse inuitam.

Liberrima indignatio.Horat.Epod.4.2.

¶ Adducere ad indignationem,Vide ADDVCO.

Conuertere in se indignationem alicuius. Plin.lib. 9.cap.30.3.Conuertit in se custodum indignationem assiduitate furti immodici.

Erumpit indignatio.Quintil.lib.4.cap.3.4.Prosequamur eam,velut spiritu,erumpente protinus indignatione.

Mouere indignationem,Vide MOVEO.

Indignabundus,Indignans,(δυσχολαίνων,)Liu.8.bel.Mace.153. Quum illa muliebriter indignabunda nihil de communi filia secum consultatum adiecisset.

Indignus, Adiectiuum,(ἀνάξιος,ἀνέξεστος,)Non dignus. Cice.de Amicit.59.Exilit autem hoc loco quædã quæstio subdifficilis,Nunquando amici noui digni amicitia,veteribus sint anteponendi. Horatius 1.Ser.saty.2.21.Cur eget indignus quisquã te diuite?

Indignos & innerentes ex animat.Lucret.lib.2.221.

Percutit indignos claro plangore lacertos:Ouid.4.Meta.28.

Indignissimus,Omnium maxime indignus.Liu.4.ab Vrbe,148.Itaque sicut priore anno per indignissimos ex plebis candidatos,omnium etsi dignorum tædium fecerant.

Indignissimus tanto nato.Stat.11.Thebaid.61.

Indignus qui.Terent.Eunu.5.2.27.
– si ego digna hac contumelia
Sum maxime,at tu indignus qui facetes tamen.

Nihil indignius,indecentius,aut inhonestius.Cic.6.Verr.75.

Hic vero tantum dolore afficior,vt nihil mihi indignius ferẽdum videaẽ.

¶ Amore indigno deceptus.Virg.eclog.8.4.

Calamitates hominum indignorum subleuare.Ci.4.Tusc.69.

Indigna homine dubitatio.Cic.de Amic.60.Id est,de hac re dubitare,inhonestum est homini & indignũ. Terent.Adelph.3.3.55, – Aeschine
Hæccine flagitia facere tethæc te admittere

Indigna genere nostro?Cic.1.de Fini.34.Tamen eiusmodi esse iudico,vt nihil homine videatur indignius.

Indignum facinus.Terent.And.1.1.118.
Venit Chremes postridie ad me,clamitans,

Indignum facinus,comperisse Pamphilum
Pro vxore habere peregrinam. Idem Eunuch.1.1.25.
– ô indignum facinus:nunc ego &
Illam sceleratam esse,& me miserum sentio.Hoc est,abhorrendum,& quod minime fieri debuit.

Indignum illi facis:Hoc est,quod ipse non commeruit.Plaut.Most.10.15.
– operæ pretium

Nunc est insistemorare hercle,atque illi indignũ facis Id est,pessimè agis, quòd illi sis in mora:vel,illud non est meritus.

Indignum se agere aliquid.Horat.2.Serm.saty.3.8.

Ferre indigna.Silius lib.11.48.

¶ Indignum,Crudele,foedum,impium,inquit Donatus.Terent.Eunuch. 5.5.4.Quæ futura esse exempla dicunt in eũ indigna.Virg.6.Aene.33.
– atque illi Misænum in littore sicco,
Vt venere,vident,indigna morte peremptum.Idem 2.Aene.57.
– quæ caula indigna serenos Fœdauit vultus?

¶ Indignum,per parenthesin,loco interiectionis.Ouid.5.Metam.8.
Illet,&(indignum)scelerato profuit ara.

¶ Fortuna indigna est perire situ.Ouid.2.Amor.eleg.3.3.

Hyemes indignæ.Virg.2.Geor.75.

Manibus indignis pulsata.Propert.lib.1.eleg.15.2.

Indignum in modum.Liu.9.bel.Pun.45. In legatum impetum lictoribus prius indignum in modum multatis faciunt.

Morte indigna peremptus.Virg.6.Aeneid.33.

Necem indignam pati.Ouid.10.Metamorp.125.

Indignas curres dixit Ennius,pro magnis.

Indignè,Aduerbiũ,(ἀνάξιος,)Inhonestè atque impiè.Plaut. Cistel.7.22.
– non enim hic,vbi ex Tusco modo
Tute tibi indignè dotem quæras corpore. Id est impudicè, siue contrà fiet atur. Sic Milite,9.80.Cæsar 7.bell.Gall.156.Proinde siquid in nobis animi est,per iequamur eorum mortem qui indignissimè interierũt. Vatinius ad Ciceronem,lib.5.10.10.Indignéque mi Cicero, oppidam captum,& iam bellum confectum relinquere sum coactus. Terenti. Adelph.5.2.10.Cui miseræ indignè per vim vitium obtulerat.Id est impiè & crudeliter,vt ait Donatus. Ibidem,1.2.11.
– eripuit mulierem
Quam amabat:clamant omnes indignissimè
Factum esse.Hoc est,præter æquitatem,& indecenter.

Eget nunc indignè,quòdam fœlix.Cic.Antequam iret in exilium,10.

Eripere indignissimè vniuersæ ciuitati aliquem Cic.pro Cæl.46.

Ferre indignè aliquid.Cice.6.Verr.75,Hic verò tantum dolore afficior, vt nihil mihi indignius ferendum videatur.

Necari indignissimè.Cic.7.Verr.115.

Indignè pati aliquid,pro Molestè ferre.Cic.7.Verr.25,Hue Tertia illa ducta per dolum atque insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castris effecisse turbas dicitur,quum indignè paterentur vxor Cleomenis Syracusani,nobilis mulier,itemque Aeschrionis honesto loco nata,in conuentum suum mimi Isidori filiam venisse.

Indignitas,pen.corr.huius indignitatis,(ἀνάξια,)Indecentia.Plin.episto. 190,b,Sed non ita me iura priuata,vt publicum fas,& Indignitas facti, & exempli ratio incitabat.Liuius 2.ab Vrbe,148. Egoque has indignitates diutius patiar,quàm necesse est? Sic 1.ab Vrbe,48.Cic.pro Murena,48,Neq; tamen satis seuerè pro rei indignitate decernit.

Indignitas calamitatis. Cicero 7.Verr.95. Et 3.Verr.102, Indignitas iniuriæ.

Calumniæ indignitas.Quintil.lib.6.ca.1.7,Et reus de indignitate calũniæ conspirationis vehementius interim queritur.

Exponere rei indignitatem.Cic.Anteq.iret in exilium,9.

Indignitatem ac molestiam adeundi atque conueniendi alicuius perferre.Cice.Ligario,lib.6.14.4.

Atrocitatem,aut indignitatem,aut omnino culpam facti alicuius augere. Cic.1.de Inuent.159.

Indignitas etiam hominis,pro dedecore vel abiectione dicitur. Cic.In Pisonem,Abiectum,contemptum,despectum à cæteris,à teipso desperatum & relictum,circumspectantem omnia,quicquid increpuisset pertimescentem,sine voce,sine libertate,sine authoritate,sine vlla specie Consulari,horrentem,trementem,adulantẽ omnibus videre volui,vidi. Subiungit postea,Fruar hac tua indignitate.

¶ Indignitas,pro Infamia & obscuritate nominis.Cic.In Vatinium,8,Habeat hoc præmium tua indignitas,vt adolescentiæ turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur.Budæus.

Indiligens, pen.corr.om.ge.(ἀμελής,) contrarium est Diligenti. Plaut.Mostell.3.16,Atque vbi illò immigrat nequam homo,indiligens,cum pigra familia. Idem Bacchid.4.23,
Eho tam inuenisti Bacchidem?p.Samiam quidem.
c.Vide quæso nequis tractet illã indiligens. Teren.Adelph.4.5.50.
Sed vereor ne indiligens nimium fies.

Nimium indiligens,Vide post NIMIS.

Indiligens,cum genitiuo. Gellius lib.15.cap.28,Com.Nepos,& rerum memoriæ non indiligens,& M.Ciceronis.

Indiligentior. Plin.lib.13 cap.12.6,Deprehenditur etiam odore quum fuerit indiligentior.

Indiligens hortus,Negligenter curatus.Plin.lib.19.cap.4.8,Sic statim faciebant iudicium,nequam esse in domo matremfamilias(etenim hæc curæ familiæ dicebatur))vbi indiligens esset hortus.

Indiligentia,huius indiligentiæ,(ἀμέλεια,)Negligẽtia.Plautus Persa,16. 9.Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.2.11,Acsi omnium meorum præcepta literarum repetes,intelliges esse nihil à me,nisi orationis acerbitatem & iracundiam,etsi fortè rari literarum mũlarum indiligentiam,reprehẽsam. Plin.lib.9.cap.35.80,de margaritis,Vsu atteri non dubium est, coloremque indiligentia mutari.Id est negligentia.Ibidem,cap.36.4, Indiligentiam sono coarguat.

Per indiligentiam neglecta prædia.Plin.lib.14.cap.4.5.

Veri indiligentia.Tacit.lib.10,Gaudio,clamoribusque cuncta miscebãt, indiligentia veri,& adulandi libidine. Id est quòd forent indiligentes in perscrutanda veritate rei.

Damnatus indiligentiæ,Vide DAMNO.

Indiligenter,Aduerbium,(ἀμελῶς,)Negligenter.Plaut.Asin.7.7,Væ illi,qui tam indiligenter obseruauit iamnam.Terent.Phor.5.5.3,
–quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur.Cic.ad Atticum,lib.16.333.2,De Xenone coràm cognoscã: quãquã nihil ab eo arbitror neq; indiligenter,neq; illiberaliter factũ. Idem 2.de Inuent.129,In libro primo nõ indiligenter expositum est.

Indipisco, indipiscis,vel Indipiscor,indipiscerit, pen.corr.(κτάομαι,ἐπιτυγχάνω,)Indipisci,deponens,Assequi,adipisci, inquit Festus. Plaut.Asin.7.13.
Nam si huic occasioni tempus se subter duxerit,
Nunq; pol indipiscet quadrigis albis postea.Idem Stich 9.57, –senex
Quidem voluit,si posset indipisci de cibo. Idem Aulul.16.45.
Si scies qui abstulerit,mihi indicabis? L.faciam.B.neque partem
Tibi ab eo,cui est,indipisces,neque furem excipies? L.ita.

Indipisci dolorem in cogitando,hoc est,Cogitationibus nimiis in dolorẽ incidere.Plaut.Trinum.5.2,
Multas res simul in meo corde verso,multum in cogitando
Dolorem indipiscor,egomet me concoquo & macero & defatigo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ind pisci pugnam, Potiri victoria. Gellius lib. 1. cap. 11. Sed enim Achæros Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum, tibiarumque concêtu verùm conspiratu tacito nitibundos.

Indipisci animo, Memoria comprehendere, Gellius lib. 17. cap. 2. Quum librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriæ vegetandæ gratia indipisci animo, ac recedere que in eo libro scripta essent.

Indeptus, Participium, (κτησάμενος,) Liu. 6. bel. Pun. 197. Nec dirimi ab se hostem patiebatur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea intecta manu. Plin. lib. 2. cap. 52. 3. Vocant & familiaria in totam vitam fatidica, quæ prima fiunt familiam suam cuique indepto. De fulminibus. Lucret. lib. 5. 45.

Quod simul atque hominem lethi secura quies est
Indepta atque animi natura, animæque recessit, &c.

Indepto, indeptas, (περιποιησάμενος,) Indeptare, Frequentatiuum. Varro, Nec partem aliquam indeptaui hæreditatis.

Indirectus, tus. A diectiuum, (ἀδιάστατος,) Incompositus & inornatus. Quintil. lib. 5. cap. 13. Indirecta fere, atque vt sic dicam, clamosa est actio.

Indiscretus, pen. prod. A diectiuum, (ἀδιάκριτος,) Ex in, & discretus participio à discerno, compositum. Discreto contrarium significat, hoc est maxime coniunctum. Plin. lib. 9. cap. 35. 8. Intantum, vt nulli duo reperiantur indiscreti vnde nomen vnionis Romanæ scilicet imposuere deliciæ.

Indiscreta lux: Hoc est minimè discreta, & inseparata. Plinius lib. 7. ca. 60. 4. Tunc Scipio Nasica Collega Lænatis, primus aqua diuisit horas æquè noctium ac dierum, idque horologium sub tecto dicauit anno Vrbis D. X C V. tandiu Pop. Rom. Indiscreta lux fuit.

Arma indiscreta maniplis. Silius lib. 8. 115.

Indiscretus cibus. Plin. lib. 11. cap. 53. 2.

Indiscreta agricultura. Varro 3. de Re rust. cap. 1. 5.

Indiscretæ effigies. Plin. lib. 7. cap. 1. 3.

Indiscretæ similitudinis imagines. Plin. lib. 35. cap. 10. 22. Imagines adeò similitudinis indiscretæ pinxit, vt, &c. Hoc est adeò non differentis.

Indiscreta propè specie similes. Plin. lib. 7. cap. 12. 3.

Indiscriminatim, pen. prod. (ἀδιακρίτως,) Aduerbium, ex in, & discrimen compositũ, Indifferenter significat, & sine discrimine. Varro de Ling. Latin. lib. 10. Quibus nos in hoc libro, perinde vt nihil interfit, vtemur indiscriminatim.

Indisertus, A diectiuum, (ἀσύντακτος,) Diserto contrarium. Cicero. de Clar. Orat. 39. Et T. Annium Luscũ huius Qu. filii Collegam non indisertum dicunt fuisse. Idem 2. de Nat. deorum, 1. Nam neque indisertum Academicum pertimuissem, nec sine illa philosophia Rhetorem quamuis eloquentem. Idem 3. de Finib. 23. Vt interpretes indisserti solent. Idem 3. de Orat. 79. Dum modo hoc conset, neque infantiam eius qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queatinequè inscitiam illius cui res non suppetit, verba non desint, esse laudandamquorum si alterum sit adoptandum, malim equidem indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem.

Indisertè, Aduerbium, Sine aliqua eloquentia. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 5. 1. Orationem meam collaudauit satis multis verbis, non me hercule indisertè, Seuerus Antistius.

Indisposite, Aduerbium, pro Inordinatè. Seneca epist. 125. Mutaæ animalia perturbatè & indisposite mouentur.

Indissolubilis, & hoc indissolubile, pen. corr. (ἄλυτος,) Quod dissolui, siue rumpi non potest. Cicero Vniuersi. 57. Sed quoniam orti estis immortales, vos quidem estis indissolubiles non potestis. Plinius lib. 11. cap. 24. 3. Araneus maculas ex angusto dilatãs indissolubili nodo implicat.

Indissolutus, pen. prod. A diectiuum, (ἀδιάλυτος,) Non dissolutus, colligatus. Cic. de Vniuersitate, 57. Hæc sunt indissoluta ne inuito: quanquà omne colligatum solui potest,

Indistinctus, A diectiuum, (ἀδιάκριτος,) Confusus. Quintil. li. 8. cap. 2. Neque inordinata, neque indistincta. Gell. lib. 13. cap. 29. Indistincta nunque fient & confusa.

Corollis indistinctis plexi flores. Catull. Argon. 57. 57.

Indistinctè, Aduerbium, (ἀδιακρίτως,) Gell. lib. 20. cap. vlt. Indistinctè atque promiscuè adnotabam.

Indistrictus, A diectiuũ, (ἀδιάστρεπτος,) Nõ districtus. Ouid. 2. Metam. 19.

– remouebitur omne
Tegminis officium: tamen indistrictus abibo. Id est illæsus.

Indiuiduus, A diectiuum, (ἄτομος,) Q uod diuidi non potest. Cicero. 4. Acad. 102. Cur enim, inquis, quum ex illis indiuiduis vnde omnia Democritus gigni affirmat, &c. Idem 1. de Finib. 36. Ille atomos quas appellat, id est corpora indiuidua. Sic Columel. lib. 3. cap. 10. 3.

Mors indiuidua. Senec. Troad. 5. 7.

Indiuisus, pen. prod. A diectiuum, (ἀδιαίρετος,) Quod non est diuisum.

Indiuisæ vagulæ. Quæ fissæ non sunt. Varro 2. de Re rustica, cap. 7. 1. Plin. lib. 11. cap. 45. 1.

Honos indiuisus. Silius lib. 8. 2.

Indo, indis, indidi, pen. corr. inditũ, (ἐνίτημι,) inderei: Ex in & do: positum, quasi intus dare & imponere. Plaut. Casina, 5. 33.

– di me & te infœlicitent, si ego in os meum
Vini guttam indidi. Cato cap. 14. Et antepagmenta quæ opus erunt, vt lapide indito. Plaut. Merc. 4. 89.

– cor ædepol miserum meum,
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem. Idem Mil. 8. 1. Indeignem in aram.

Indere catenas captiuis. Plau. Capt. 4. 3. His indito catenas singularias. Idem Menæch. 5. 5. – qui catenis vinciunt,
Et qui fugitiuis ferreis indunt compedes.

Indere cicatrices in scapulas alicuius. Plaut. Asin. 11. 7. Qui sæpè antè in nostras scapulas cicatrices indiderunt.

Indere fenestras domui, Applicare. Plaut. Rud. 3. 6. Detexit ventus villam.
Et paulo pòst,
– de recto detorquebit tegulas:
Illustriores fecit, fenestrasque indidit.

Indere aliquid in aurum, argentum, aut æs publicum, quo id pecuniæ fiat. Id est immittere, immiscere, Vlpian. in L. 1. ff. Ad legem Iul. pecul.

Indere limina ferrea. Plaut. Persa, 16. 22.

Proinde tu tibi iubeas concludi ædes foribus ferreis,
Ferreas ædes commutes, limina indas ferrea.

Indere nomen alicui. Plaut. Rud. 22. 26. Oppidum magnum commodè & ego vrbi Gripo indam nomen. Idem Capt. 3. 1. Iuuentus nomen dedit scorto mihi. Ibidem, 1. 68. Sexcentoplago nomen indetur tibi. Idem Merc. 9. 19.

Quod nomen tibi dicam esse? P. Pascompæ.
L. Ex forma nomen inditũ est. Liu. 9. bel. Pun. 186. Inde Salinator: Idem indisti cognomẽ. Idẽ 3. ab Vrbe, 176. Insectãdis Patribus, vnde Aspera etiam inditum est cognomen, Tribunarum gessit. Sic Plin. lib. 34. cap. 7. 2. Rursum Liuius 1. ab Vrbe, 15. 2. Ab inopia Egerio inditum nomen.

Nouos ritus, contrariosque cæteris mortalibus indidit. Tac. lib. 21.

Indere titulos. Gell. lib. 20. cap. 11. Titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt.

Inditus, pen. corr. Participium, (ἐνιτεθεμένος,) vt Castella rupibus indita. Tacit. lib. 4.

Lecticæ inditus. Tacit. lib. 3. Igitur inditus lecticæ, & à Tribunis Prætorianæ cohortis deductus est.

Vincla indita. Tacit. lib. 15. Tum exorta suspicio, quia non congruentes responderant: inditaque vincla. Idem lib. 11. Vincliique indito ut ferebem raptus, neque data Senatus copia, intra cubiculum audiri.

Indoctus, A diectiuum (ἀπαίδευτος, ἀμαθής,) Docto contrarium. Plaut. Trin. 10. 5. Neque meu'st, neque fac[illegible] LE. Indoctus quàm doctè facis.

Non admodum indoctus. Cic. 1. de Finib. 1.

Nimium indoctus, Vide NIMIS.

Indoctus, imperitusque, Vide IMPERITVS.

Rabula, indoctus, inurbanus, rusticus. Cic. de Clar. Orat. 93.

Indoctum & agreste genus hominum, cui opponitur Expolitum. Cicero Partit. 48.

Leuissimum & indoctissimum genus. Cic. 1. de Diuinat. 194.

Manus indoctæ, ac rusticæ. Quintil. lib. 1. cap. 11. 9. Vt recta sint brachia ne indoctæ, rusticæve manus.

Indocti mores. Plaut. Bacch. 12. 3. – ego
Longè ante eo stultitia, & moribus indocti.

Rudis & indocta oratio. Cic. 3. de Orat. 103.

Canere indoctum. Horat. 2. epist. 2. 2.

Vulgus indoctum. Ouid. 5. Metam. 63.

Indoctè, Aduerbiũ, (ἀπαιδεύτως,) Cice. 2. de Nat. deor. 63. Quæ quidem indoctè, non indoctè solum, verumetiam impiè faciat, si deos esse negat.

Indocilis, & hoc indocile, pen. corr. (ἀδιδακτος,) Q uod doceri non potest. Seruius, Indocile est, quod penitus nõ potest discere. Plin. lib. 10. cap. 45. 1. E volucribus, his tantùm sunt indociles. Sic Cic. 4. Acad. 1.

Indocilis & tardus. Cice. 1. de Nat. deor. 19. Dictum est omnino de hac re alio loco diligentiùs: sed quia nimis indociles quidam tardique sunt, admonendi videntur sæpius.

Indocilis Achilles, Vide ACHILLES.

Animi indociles. Ouid. 3. Fast. 24.

Indocile, pro Indocto. Virg. 8. Aeneid.

Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit.

Indocilis cœli agricola. Plin. lib. 18. cap. 25. 16.

Indociles arbores nasci. Plin. in Proœm. lib. 14. 1. Externæ arbores indociles que nasci alibi quàm vbi cœperè.

Indocilis pro naturali, quod arte carer. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 2. Indocilisque loquax gutture vernat auis. Ibidem, lib. 4. eleg. 2. 1.

Hoc est

Hoc est cur cantet vinctus quo que compede fossor,
Indocili numero quum graue mollit opus.

Indociles vias currit lympha. id est, quas nemo illi monstrauit, Naturales. Propert. lib. 1. eleg. 2. 3.

Indoleo, indolei, pen. correp. indolui, (κατεπλαγόμην,) indolere, sine Indoleseo, indoleseis, indoleseere. Cice. 2. Philippic. 73. Quis qui non indoluerit, tam sceleratè, quem hominem secutus esset, cognoscere? Plin. lib. 31. cap. 3. 15. Sed tanta intentione oculorum opus est, vt indoleseant.

Indoluit facto. Ouid. 4. Metam. 35.

Malis alicuius indoluisse. Ouid. 2. Trist. 114.

Indoleo, genitiuo iunctum. Ouid. 2. Metam. 78.

– successorumque Minerua Indolui.

Indolentia, indolentiæ, (ἀνάλγησις,) Quum sine dolore sumus. Cice. 2. Officiorum, Vt qui rem expectandam, vel voluptate, vel indolentia metiuntur. Idem lib. 3. Tuscul. 21. Maxime allentior is, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant. Idem 2. de Finibus, 17. An potest, ille inquit, quicquam esse suauius, quàm nihil dolere? Imò sit sane nihil melius inquam, (nondum enim id quæro) num propterea idem voluptas est, quod (vt ita dicam) indolentia? Idem in iis libris, voluptatis nomine nõnunquam vtitur pro indolentia. Sæpius tamen vacuitatem doloris vocat quàm indolentiam. Bud. Græcis.

Indoles, indolis, pen. corr. f. g. (φύσις, φύσις,) ab Indoleseo fit per interpositionem d. in. pueris quidem atque adolescentibus est significatio quædam futuræ probitatis. Cic. ad Brutum, 3. 1. Cæsaris verò pueri mirifica indoles virtutis. Idem de Senect. 23. Vt enim adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur, Plau. Rud. 1. 1. 10. Tum quæ indoles in illaiuo est?

Bona spes, & indoles magna in adolescentibus. Cic. 2. de Finib. 184. Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnam indolem, quos suis commodis inseruituros, & quicquid ipsis expediat facturos arbitrantur. Idem Lentulo, lib. 1. 7. 36. Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem.

Indoles, in viris est signum præsentis virtutis. Cic. 3. Offic. 19. Itaque his omnes, in quibus est virtutis indoles, cõmouentur. Idem 5. Ver. 136. Fac enim fuisse in isto C. Lælii, M. Catonis materiem atque indolem: quid ex eo boni sperari atque effici posset, qui in patris luxuriæ sic vixerit, vt nullum vnquam pudicum neque sobrium conuiuium viderit?

Specimen indolis dare. Plin. epist. 7. lib. 2. Præterea Cottius ipse tam clarum specimen indolis dederat, vt vita eius breuis, & angusta, debuerit hac veluti immortalitate proferri. Idem epist. 11. 6, lib. 3. Idque primum nonnullius indolis dedi specimen.

Lætæ indolis adolescens. Gel. lib. 19. cap. 9. adolescens è terra Asia, de Equestri loco, lætæ indolis, moribusque & fortunis bene ornatus.

Fœlix indoles. Senec. Troad. 6. 59.

Læta indoles. Quintil lib. 2. cap. 4. 4. Melior autem est indoles læta.

Magnæ indolis exordia. Stat. 1. Achil. 56.

Nutrita indoles sub faustis penetralibus. Horat. 4. Carm. ode 4. 6.

Necas tectam indolem. Senec. Hippol. 4. 20.

Indoles industriæ est in eo. Plaut. Trinum. 6. 41. Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriæ.

Indolem ingenii nostri noui. Plaut. Milit. 12. 47.

Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus est,
Noui indolem nostri ingenii cito erit parata nauis.

¶ Indoles, Incrementum, industria. Festus.

¶ Indoles, Proficentia, seu generositas quædam virtutis atque animi. Liuius 1. ab Vrbe, 9. Tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Lauinia erat) res Latina, & regnum autem paternumque puero steterit. Lucanus libro 1. 4.

Indole si dignum Latia, si sanguine prisco
Robur inest animis.

¶ Indoles, in malum. Liu. 1. bel. Pun. 15. de Annibale loquens, Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Asdrubale meruit.

Hoc est natura propensa ad bonum & malum.

Segnis indoles. Tacit. lib. 12.

¶ Indolem frugum & seminum conseruare. Liuius, Sicut in frugibus, pecudibusque non tantum semina ad ferendam indolem valent, quantum terræ proprietas, cœlique sub quo aluntur.

Indomitus, pe. cor. Adiectiuũ, (ἀδάμαστος, ἀμάστητος,) Q uod domari non potest, & mitescere. Plaut. Trinũ. 11. 15.

Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem indomito,
Pleno amoris ac lasciuiæ. Idem Bacch. 14. 1.

Petulans, proterue, insanodo animo, indomito, incogitato:
Sine modo & modestia sum. Varro 1. de Re rust. cap. 5. 9. Indomiti bones. Et Indomitus iuuencus, Colum. lib. 6. cap. 2. 7.

Equus indomitus. Horat. 2. Sermo. saty. 2. 2.

¶ Indomitus Achilles. Vide ACHILLES.

Bellum indomitum. Senec. Agamemn. 7. 3.

Indomitæ & effrænatæ cupiditates. Cic. 3. Ver. 41. Et pro Rosc. Amer. 23.

Greges indomiti. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 11.

Igne indomito carpitur. Ouid. 10. Metam. 74.

Ferocia & indomita ingenia Gallorum. Liuius 1. bel. Pun. 74. Et libro 8. bel. Maced. 46.

Indomita & effrænata libido. Cic. pro Cluent. 10.

Licentia indomita. Horat. 3. Carm. ode 24. 6.

Mare indomitum. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 10.

Indomiti oculi, effrænati & leues. Plaut. Bacch. 20. 100.

Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui:
Perfuadum est facere, cuius nunc me facti pudet.

Rabies indomita. Horat. Epod. 11. 2.

Vires indomitæ. Virgil. 5. Aeneid. 135.

Vndæ indomitæ. Horat. 4. Carm. ode 14. 4.

¶ Indomitus, Magnus. Virgil. 1. Aeneid. 110.

Nate, quis indomitus tantus dolor excitat iras? Seruius.

Indomabilis, & hoc indomabile, pen. corr. Idem (ἀδάμαστος,) Plaut. Casina, 19. 13. Aedepol, næ tu si esses equus, esses indomabilis.

Indormio, indormis, indormini, indormitum, (ἐγκοιμᾶσθαι, ἐκκοιμᾶσθαι,) indormire. Idem quod dormire, significat præ nimio studio & cura in re aliqua: aut è contrario, negligentius aliquid agere. quasi quis dormiat quum illud agit.

Cubitibus vnctis indormit. Horat. Epod. 5. 15.

Congesti vndique faceis Indormit. Horat. 2. Serm. saty. 1. 14.

Indormire desidiæ. Plin. epist. 2. 2. Erat enim propè tota in contentione dicendi: quod me longæ desidiæ indormientem excitauit: si modò is sum qui excitari possim.

Indormire, pro Cessare & tardum esse. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 3. Sic ego quoniam in isto homine cœlèlo tam indormiri diu, te me hercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem cum equis, tum (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis.

Indormire causæ, Remissius & segnius tractare negotium. Cic. 1. Philip. 51. Edormi crapulam inquam, & exhala: an faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem?

Indotatus, indotata, indotatum, penul. prod. (ἄπροικος,) Dotato contrarium. Plaut. Persa, 10. 61.

Ergo istuc facito, vt veniat in mentem tibi,
Me esse indotatam. Terent. Adelph. 3. 1. 47.

Primùm indotata est: tum præterea quæ secunda ei dos erat, Periit. Idem Phorm. 5. 8. 45. – vos me indotatis modò
Patrocinari fortasse arbitramini.

Corpora indotata, Id est nullis affecta donis. Ouid. 7. Metam. 124.

Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos.

Indotatum artem dote verborum locupletare & ornare. Cice. 1. de Oratore, 120. Cuius artem quum & indotatam esse atque incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti.

Indubito, indubitas, penul. corr. indubitaui, (ἐνδοιάζω,) indubitare. Stat. 3. Sylu. 5. 22.

– sed ingratus qui plura adnecto, tuisque
Moribus indubito.

Indubitatus, penul. prod. A diectiuum, (ἀνεπιδίαστος, ἀναμφισβήτητος,) Certus: & de quo dubitari non potest. Quintil. lib. 9. cap. 4. In iis verò quæ indubitata sunt, breuior. Plin. lib. 7. cap. 12. 1. Indubitatum exemplum est Nicæi nobilis pyctæ Byzantii geniti. Idem lib. 22. cap. 23. 7. A dextera corporum indubitatas confessiones habet.

Indubitata spes. Plin. lib. 31. cap. 3. 15.

Indubitabilis, & hoc indubitabile, pen. corr. (ἀναμφίλογος, ἀναμφιβόλος, ἀναντιρρήτητος,) Idẽ. Quintil. lib. 4. ca. 1. In genere causæ indubitabili, &c. Idẽ lib. 4. ca. 5. Illo sequenti (si modo indubitabile sit) vrẽdũ solo.

Indubitate, Aduer. Vlpian. in L. Quòd si nolit, §. Si ancilla. ff. De ædil. edi. Sed si forte vsus fructus proprietati accreuit, indubitatè hoc quoque restituetur ei.

Indubitanter, Aduerbiũ, (ἀναμφιλογήτως,) Certò. Plin. li. 18. cap. 11. 7. Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit.

Induciae, induciarũ, (ἀνοχαὶ, ἀνοχαί, ἐκεχειρία,) Cessatio belli in aliquot dies. Cic. 1. Off. 49. Vt ille qui quum centũ XXX dierum essent cum hoste pactæ induciæ, nocte populabatur agros, quòd essent pactæ, non noctium induciæ. Plaut. Cap. 6. 92.

– imò alium potius misero
Hinc vbi erunt induciæ, illuc cum qui conueniat patrem. Liu. 4. ab Vrbe, 127. Aequorum legati fœdus ab Senatu quum petiissent, & pro fœdere deditio ostentaretur, inducias annorũ octo impetrauerunt. Idem li. 1. 132. Valuiique apud Veientes pacta cum Romulo induciarum fides. Cic. 1. de Legib. 35. Vide Gellium lib. 1. cap. 25.

Induciæ litium. Plaut. Amphit. 4. 255.

Obsecro vt per pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem.
M. Imò induciæ paruiper fiant, fiquid vis loqui.
S. Non loquar nisi pace facta. Terent. Eunuch. 1. 4. 15.

In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Suspiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum. Hæc eadem citantur à Cicerone 4. Tusc. 123.
Agitare inducias. Salust. in Iugurtha,
Deditionis mora inducię agitabantur.
Exire inducias, Est inducias finiri atque terminari. Liu. 1. ab Vrbe, Iam induciæ exierant. Ibidem, lib. 8. Tempus induciarum cum Veienti populo exierat.
Facere inducias. Cic. Attic. lib. 15. Inducias quas scribis, non intelligo fieri posse. Idem 8. Philip. 147. Quid ille faceret inducias?
Inire inducias. Plinin Paneg. 21. Ac ne inducias quidem nisi æquis conditionibus iubant.
Manent induciæ. Vide MANEO.
Fictæ induciæ. Vide. Pactus in PACISCOR.
Pangere inducias. Vide PANGO.

Indúco, inducis, indúxi, pen. prod. inductum, (ἐπάγω, εἰσάγω, εἰσφέρω, ἐκάγω,) inducere, Introducere. Plau. Trucul. 10. 66.
Quis homo est qui inducit pompam tantam? Plin. de Viris illust. 34. Acium Anienem in vrbem induxit. Terent. And. 2. 3. 25. Vide quo inducas. Plaut. Merc. 24. 41. Consuetudine animus rursus te huc induxit. Idem Milit. 5. 78. –race
Dum in regionem assutiarum mearum te induco: vt scias
Iuxtà mecum mea consilia.
Inducere in prælium cohortes. Liu. 4. bel. Maced. 107.
Inducere in pugnam equites. Liu. 10. bel. Pun. 84.
Inducere exercitum in hostes. Liu. 3. Maced. 75. Id quoque inter scriptores ambigitur, vtrum in Boios prius, an Insubres Consul exercitum induxerit: aduersamque prospera pugna obliterauerit.
Inducere exercitum in agrum. Liu. 8. ab Vrbe, 97.
Inducere legiones in aciem. Vide ACIES.
Mesforem inducere in mis. Virg. 1. Georg. 64.
Inducere manus, &c.) Id est ornare, metaphora sumpta à parietibus, qui noua inductione exornantur.
Inducere oues & armenta in rura. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 11.
Inducere parietes, pro Incrustatione ornare. Sene. epist. 116. Miramur parietes tenui marmore inductos, cũ sciamus quale sit quod absconditur.
Inducere scuta pellibus, pro Operire & munire. Cæsar lib. 2. bel. Gal.
¶ In amorem inducere aliquem. Catul. ad Alphenum, epig. 28. 2.
Inducere se in captiones. Cic. 2. de Diuin. 60. Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam expliceris?
In errorem. Cice. de Claris Oratorib. 162. Ita laudauisti quosdam oratores, vt imperitos posses in errorem inducere. Idem in Pisonem, 46. Cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius q̃ in istum errorem induceremini?
In iter. Quintil. in Procœmio libri 8. Iidem primo solum iter credant esse in quod inducentur.
Aliquem in memoriam rei alicuius. Plautus Persa, 16. 91.
–non vides nelle eam loqui,
Ne suarum se miseriarum in memoriam inducas?
In rationem pecuniam aliquam. Cic. 3. Verr. 74. Tutores pecuniam Prætori si pupillæ omnia dedissent, grandem præsertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo suo dare possent, non videbant.
Regem in regnum. Plin. epist. 7. li. 2. Regem vi & armis induxit in regnũ.
In spem. Cice. 2. Offic. 76 Quod te malum, inquit, rationis in istam spem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? Idem pro Plancio, 84. Quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem, vos eosdem in hoc conseruando futuros, qui fueritis in me. Sic de Amicitia, 52. Tacit. lib. 10.
Spes inducta rapinæ. Ouid. de Nuce, 8.
In viam. Varro 3. de Re rust. cap. 2. 15. Sed oro te, inquit, me induce in viam disciplinæ villaticæ pastionis, &c.
Inducere aliquem, Decipere. Labeo in L. Si de dote. ff. De iure dotium, Quid enim si socer specie futuræ dotis induxerit generum: & quum sciret se præstare dotem non posse, id egerit, vt genero insidiaretur.
¶ Inducere aliquid, Introducere. Cic. 2. de Diuin. 165. Qua ergo ratione hæc inducis, eadem illa possunt esse quæ tollis.
Morem. Plin. epist. 14. lib. 2. Primus hunc audiendi morem induxit Laetinius Licinius.
Nouos mores induxit Erinnys. Stat. 2. Thebaid. 118.
Seditionem in ciuitatem, Inferre & concitare. Cic. 1. Off. 121. Qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam.
Inducere nomen sictæ religionis. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 4. 4. Hæc tamen opinio est Pop. Rom. à tuis inuidis atque obtrectatoribus nomen inductum sictæ religionis, non tam vt, &c.
¶ Inducere aliquem loquentem, quod & introducere dicitur. Cice. de Amicitia, 3. Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne INQVAM & INQVIT sæpius interponeretur. Idem 5. Offic. 48. Hinc ille Gyges inducitur à Platone. Idem 4. Academ. 178. Etenim is quoque qui à

vobis sapiens inducitur, multa sequitur probabilia, non comprehensa, &c. Idem 1. de Finib. 93. Sic enim ab Epicuro sapiens semper introducitur.
¶ Inducere calceum alicui. Plin. lib. 2. cap. 7. 9. Diuus Augustus Iuuenem prodidit sibi calceum præpostere inductum, quo die seditione militum propè afflictus est. Sueton. in Augusto, cap. 9. 1. Si mane sibi calceus perperã, ac sinister pro dextero inducereẽ: vt dirũ. Subaudi obiectum. Plin. lib. 35. cap. 10. 35. Huic picturæ quater colorem induxit, subiiciens iniuriæ & vetustatis, vt decedente superiore, inferior succederet.
¶ Inducere colorem alicui picturæ, quod barbari, Dare colorem dicunt.
Inducere exordium. Cice. de Vniuers. 34. Sic animus à medio profectus extremitatem cœli à suprema regione rotundo habitu circumsistit, seseque ipse versans diuinus, sempiterna, sapientisque vitæ indaxit exordium.
Formam aliquam inducere membris. Ouid. 7. Metam. 131.
Inducere cuti nitorem, Adferre. Plin. lib. 24. cap. 8. 5. Humor in folliculis arboris huius nascens, cuti nitorem inducit, faciemque gratiorem postulat. De vlmo.
Crepuscula inducunt noctem. Ouid. 5. Fast. 33.
Nubes inducere terris. Ouid. 2. Metam. 62.
Senectus inducit rugas. Tibul. lib. 2. eleg. 2. 4.
Tenebras inducere terris. Ouid. 2. Metam. 79.
¶ Inducere, Persuadere, illicere, adducere, impellere. Plaut. Mil. 4. 2. 12 vt esse credat quæ mentibimur. Idem Asin. 9. 88. Nunquam hoc induces vt tibi credam hoc argentum ignoto. Cic. 2. Philipp. 81. Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, clusus, inductus. Et paulo pòst, 86. Ille induxit vt peteret. Idem pro Rosc. Comœd. 17. Quis ego vt mentiatur, inducere possum? vt pejeret exorare facile possum.
Induxerit eum L. Saturnini familiaritas vt amicitiam patriæ præponeret, idcircóne, &c. Cic. pro Rabirio, 17.
Inducebar orationibus tuis. Cic. 1. de Legib. 3.
Adolescentulus corruptus & nequam ab hominibus inductus. Cic. pro Rosc. Amerino, 22.
Inducere aliquem promissis. Cice. pro Rosc. Amer. 46. Pretio, spe, promissis induxit aliquem.
Induci. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 1. ad Amorem,
Semper, vt inducar, blandos offers mihi vultus.
Pàst tamen es misero tristis, & asper Amor.
Inducere animum vt, vel Inducere animum ne, siue vt ne, & aliquando cum infinitiuo, id est Sibi persuadere. Plaut. Trinum. 10. 78.
–mea quæque auaritia autument.
Id me commissurum vt patiar fieri, ne animum induxeris. Idem Captiui. 4. 46. Nunquam istuc dixis, neque animum induxis. Idem Milit. 18. 54. Induxi animum ne oderim item, vt alias omnes odi. Idem Cistel. 8. 3.
Quanquam inuita te carebo, meum animum ego inducam tamen,
Vt illud, quod tuam in rem bene conducat, consulam. Idem Trinum. 11. 23. Si ego te noui, animum inducam vti noueris. Idem Asin. 1. 3.
–quanquam ego istanc amo,
Possum equidem inducere animum ne ægre patiar, quòd tecum agebat. Terent. And. 5. 1. 15.
Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere,
Quibus id maximè vtile est illum esse quàm deterrimum. Idem Hecyra, 1. 2. 24. –quod ego nunquam credidi
Fore vt hac ille viua posset animum inducere Vxorem habere. Idem Adelph. 1. 1. 43.
Mea est sic ratio, sic animum induco meum,
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit tantisper cauet. Idem And. 3. 3. 41.
Si istuc animum induxti esse vtile:
Nolo tibi vllum commodum in me claudier. Ibidem, 5. 3. 12.
–modóne id demum sensti Pamphile?
Olim istuc, olim quum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi. Idem in Prologo Heautont. 41. Mea causa, causam hanc iustam esse animum inducito. Idem Eunucho, 3. 2. 37.
Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos
Homines: nam qui huic animum assentari induxeris,
E flamma te petere cibum posse arbitror. Cic. 1. in Catil. 16.
Vtinam tibi istam mentem dii immortales donarent, etsi video, si hac voce ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas imminebit vobis, si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, in posteritatem impendeat. Idem pro Rosc. Amer. 31. Quibus ipse in suis parens potuerit animum inducere vt naturam ipsam vincere, vt amorem illum, &c. Idem 5. Tuscul. 44. Inducant animum, illa quæque splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem diuitias, honores, opes contemnere. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 1.
Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Vt nunquam

Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniussi nunquam desistant.
Inducere animum ad meretricem, Amorem inclinare. Terent. Hecyra, 4. 4. 67. Nunc animum rursum ad meretricem inducti tuum.
Inducere in animum, Sibi persuadere. Terentius Adelphis, 4. 3. 6. Nunquam te aliter, atque ea, in animum induxi meum. Idem in Prologo Heaut. 43.
Et eum esse quæsitum, in animum induxi maximum,
Quàm maximè seruire vestris commodis. Plaut. Rud. 2. 22.
Atque hoc in animum sceleste inducunt suum,
Iouem placare se posse omnibus hostiis. Liu. 1. ab Vrbe, 70. Et esse igitur aliquod caput placebat, & nemo alteri concedere in animum inducebat. Idem 1. ab Vrbe 21. Inducere in animum vt, &c.
Inducere ad misericordiam. Cic. de Claris Orato. 97.
¶ Inducere, Obliterare, abrogare, vt quum Senatusconsulta inconsultius facta, contrariis Senatusconsultis antiquabantur. Cicero Attic. lib. 1. 15. 7. Inducendi Senatusconsulti mutatitas nondum est, quòd neque sunt qui querantur, & multi partim maleuolentia, partim opinione æquitatis delectantur. Ibidem, 11. 11. Afiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in Senatu se cupiditate prolapsos, nimiis magno conduxisse: vt inducerentur locatio pollulauerunt. Ibidem, lib. 13. 27. 3. Igitur cõsyderemus i est in nomina iam facta sunt, vel induci, vel mutari possunt. Liu. lib. 29. Vectigalia summis pretiis vltro tributa Censores locauerunt i quas locationes quum Senatus precibus & lachrymis victus induci iussisset, Censores edicto summotis ab halla, qui ludificati priorem locationem fuerant, omnia eadem paulo immutatis pretiis locauerunt. Sueton. in Cæsare, Amplissimis verbis collaudatum integrum resistitit inducto priori decreto. Et alibi, Multa inquit & deleta & inducta & subscripta inferant. Est igitur inducere proprè, ducto per ceras stylo tegere & interlineare, & memoriam scriptorum obliterare. Inducere sententiam aut decretum, vulgo Ad nihilum ponere dicimus. Ex Budæo.
¶ Inducetur vobis ager magno pretio. Hoc est Magno vobis constabit & æstimabitur. Cice. pro Lege agraria, 71. Syllanus ager à certis hominibus latissimè continuatus, tantam habet inuidiam, vt veri ac fortis Tribi. plebi. strideren vnum perferre non possit. hic ager omnis, quoquo pretio coemptus erit, tamen iugeni pecunia vobis inducetur. Ibidem 96. Vt indem partim inuidiosos agros à Syllanis possessoribus, partim desertos ac pestilentes, à vestris necessitatibus, à vestri metipsis emptos, quanti velletis, Popu. Roman. inducereris.
¶ Inducere nouercam alicui. Plin. epist. 119. 2. Nam fœmina splendidè nata, nupta Prætorio viro, exhæredata à Prætorio viro, intra vndecim dies, quàm ille nouercam ei, amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat.
¶ Inducere aliquem, pro Decipere, quod etiam Seducere dicitur. Cice. pro Rosc. Amer. 69 Nouem homines honestissimos, eiusdem muneris, legationis, officii, mandatorumque socios induxit, decepit, destituit, aduersatis tradidit, omni fraude, & perfidia fefellit. Idem 3. Offic. 71. Quid est enim aliud quàm viam erranti non monstrare (quod Athenis execrationibus sancitum est) si hoc non est emptorem pati rue re, & per errorem alterum inducere?
¶ Inductum solum, pro æquato. Plin. lib. 20. cap. 82. Budæus.
¶ Inducere rotam, Circumuolucre & agitare: qui ludus, puerorum erat. Martial. lib. 14. 173.
Inducenda rota est, ista nobis vtile munus.
Ite trochus, pueris, at mihi cantus erit.
¶ Inductum, & quasi deuium loqui. Plin. epist. 103. p. li. 5. Similiter nos, vt parua magnus, quum totam villam oculis tuis subiicere conamur, si nihil inductum & quasi deuium loquimur, non epistola quæ describitur, sed villa quæ describitur, magna est.
¶ Inducere fructum dicuntur arbores, Emittere & producere. Columel la libro 5. cap. 9. 13. Plerumque etiam locis siccis & humidis arbores musco infestantur: quem nisi ferramento refecueris, nec fructum, nec lætam frondem olea inducet. Id est producet.
¶ Inducere, Reponere. Cic. 3. Verr. 103. Atqui in illis columnis dico esse, quæ à tua redemptore commotæ non sint: dico esse ex qua tantum tectorium vetus delectum sit, & nouum inductum. Hoc est trulla illitum & impositum.
Tectæ inductæ sulphure, id est illitæ. Ouid. 7. epist. 5.
¶ Inductus argumentis, Persuasus. Plin. lib. 7. cap. 43. 3.
Inductus coniectura. Plin. lib. 28. cap. 1. 6.
Inductus consuetudine ac familiaritate. Cic. pro Quintio, 6.
Inducti his initiis, omnia vetamus diligimus. Cic. 2. de Finib. 77.
Inductum pecunia aliquid facere. Cic. 2. de Inuent. 140.
Inductus falsa spe pollicebar. Cic. pro Plancio, 81.
Inductum, pro Alicuitio, vel longè accersito. Plinius epist. 68. Neque enim coniectura eget quid sermone patrio exprimere possis: quum hoc institio & inducto tam præclara opera perfeceris. Idem epistola 62. possunt videri accersita & inducta.

Inductio, Verbale, (ἐπάγωγή,) vt Inductio aquarum. Cic. 1. de Natu. deorum, 12. 8. Nos aquarum inductionibus, ceteris fœcunditatem damus.
¶ Inductio, Argumenti genus apud rhetores, quum per interrogationem similium cognitum aliquem aliquid fateri, veluti manu mid, quod volumus, eum ducentes. Vt si fiat interrogatio talis, Quod est pomum generosissimum? nonne quod optimum? concedetur. Qui equus generosissimus? nonne qui optimus? Et plura in eundem modum. Tum id subiungitur, cuius rei gratia rogatum est, Quid homo, nonne is generosissimus qui optimus? Fateri hoc, illis concessis, proculdubio oportebit. Sipontinus.
Inductio, inquit Cice. 1. de Inuent. 66. Est oratio quæ rebus non dubiis captat assensionem eius quicum instituta est. Idem in Topicis, 21. Hæc ex pluribus perueniens quò vult, appellatur inductio, quæ Græcè ἐπαγωγή, nominatur. Idem 3. de Orato. 113.
Inductio animi, Persuasio. Cice. 2. Tuscul. 55. Cedet profectò virtuti dolor, & animi inductione languescet. Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 48. Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi & voluntate.
¶ Inductio, pro Litura. Vlpianus in L. 1. Parag. Et ideo. ff. De iis quæ in test. del Lituras, inductiones, superinductiones ipse feci.
Inductus, huius inductus, (ἐπάγωγή,) Aliud verbale. Author ad Heren. lib. 2. 60. Si maximè ita fit, num ea re concedi reo conuenit, quod alienò inductu fecerit. Cicero pro Vareno vt citat. Quintilianus lib. 5. cap. 10. Optio vobis datur vtrum velitis casu illo itinere Varenum vsum esse, an huius persuasu & inductu.

Indúgredi, pen. corr. (εἰσέρχεσθαι,) antiqui dicebant metri causa pro Ingredi: sicut Indoperator, pro Imperator, Indupedius, pro Impedius. Lucret. lib. 1. 17. –viamque Indugredi sceleris. Sic. lib. 4. 72.

Indulgeo, indulges, indulsi indultum, (ἐνδιδόναι, συγχωρεῖν, χαρίζεσθαι, ἐφίεσθαι, ἐπιτρέπειν,) indulgere, Obsequi, inseruire, & facile concedere. Valla, Indulgere est concedere, & vt sic dicam, obsequenter delicateque tribuere. Terent. Heaut. 4. 8. 21, Nimium illi Meneclemè indulges. Ibidem, 5. 2. 35.
Dum isti fuisti solus, dum nulla alia delectatio
Quæ propior esset te, indulgebant, tibi dabant. Plin. epist. 37. b, Equidem iuuenis statim iuuenì, quantum potui per ætatem auidissimè contuli, & nuper ab optimo principe, tium liberorum ei ius impertiuit, quanquam parcè & cum delectu daret, mihi tamen tanquam eligeret indulsit. Idem epist. 191, Indulsit balneum fieri. Hoc est, facile concessit vt balneum fieret.
Indulgere, pro Ignoscere barbari vtuntur sed rectissimè Ignoscimus culpam iam factam: Indulgemus vel concedimus vt culpa admittatur.
Indulge sanè vanæ rei: ignoscet libenter se orbitas decipi. Quintilian. Declamat. 10.
Indulgere filio vestitu nimio. Terent. Adelph. 1. 1. 38.
–cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
¶ Indulgere alicui. Cæsar 1. belli Gal. 171. Quòd si præterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret, sibique eam prætorian cohortem futuram. Huic legioni Cæsar & indulserat præcipuè, & propter virtutem confidebat maximè. Sic lib. 7. 161. Magna affectus solicitudine hoc nuntio Cæsar, quòd semper, Heduorum ciuitati præcipuè indulserat, &c.
¶ Indulgere, est etiam Operam dare: & ferè in malum accipitur. vt Indulgere lusibus, magis, ludo, & frinolis intentum esse.
Indulgere abdomini. Vide ABDOMEN.
Indulgere amicitiis nouis, Parare nouos amicos. Cic. de Amicitia, 49. Atqui hoc idem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, sperni ab his veteres amicitias, & indulgere nouis.
Amori indulgere. Ouid. 9. Metam. 120.
Animo suo indulgere. Ouid. 12. Metam. 120.
Indulgere choreis, pro Chorizare, & choreis exercere. Virg. 9. Aeneid. 45. Claud. 2. de rapta Proserp. 21.
Indulgere desyderio alicuius. Plin. epist. 140. Videris mihi desyderio eorũ indulgere posse. Id est, concedere quod ipsi desyderant.
Indulgere dolori. Plin. epist. 104. b. lib. 5. Sed quid ego indulgeo dolori? cui si frænos remittas, nulla materia non maxima est. Id est, doleo, & me affligo. Senec. Non potes illorum dolori obstare, si tuo indulseris. Budæus. Ouid. ad Liuiam, 84.
Furori alicuius indulgere. Ouid. 9. Metam. 103.
Gaudio indulgere, Obtemperare. Plin. epist. 110, 9. In infinitum epistolã extendam, si gaudio meo indulgeam.
Gymnasiis indulgere, Frequentem & assiduum esse. Plin. epist. 157. Gymnasiis indulgent Græculi, idcò fortitan Nicenses maiore animo cõstructionem eius aggressi sunt, Id est ædificant.
Hospitio indulgere. Virg. 4. Aeneid. 11. Indulge hospitio, causasque innecte morandi. Id est, Da operam, vt ait Seruius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iræ indulgere. Liu. 3. bel. Pun. 9. Sed ante omnia ita vos iræ ſdulgere oportet, vt potiorem ira ſalutem atque vtilitatem veſtram habeatis.
Lachrymis indulſit. Ouid. 9. Metam. 29.
Luctibus indulgere. Lucret. lib. 3. 190.
Luxuriæ indulgere, Dare operam voluptatibus. Sueton. de Claris Gram mat. 23 Luxuriæ ita indulſit, vt ſæpius in die lauaretur.
Peccatis indulgere. Cic. de Amic. 75. Moleſta veritas eſt, ſi quidem ex ea naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiæ: ſed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri ſinit.
Petitionem hæreditatis indulget Prætor. Vlpianus in L. 1. parag. vlti. ff. Si pars hæreditatis, Interdum Prætor incertæ partis hæreditatis petitionem indulget.
Precibus alterius indulgere, Concedere quod petit. Plin. epiſt. 80. c, Proinde indulge precibus meis, obſequere conſilio. Idem epiſt. 201. Vel authoritati meæ parceas, vel precibus indulgeas.
Studio ſuo indulgere. Quintil. lib. 3. cap. 10. In iudiciis enim vulgò fas habetur, indulgere aliquid ſtudio ſuo.
Suffragia indulgere. Plin. epiſt. 80. d, Si denique precibus meis tu potiſſimus adiutor acceſſeris, cuius Senatus & ſuffragio libentiſſime indulgeat, & teſtimonio plurimum credat.
Tempeſtas indulget imbribus. Lucret. lib. 1. 165.
Valetudini indulgere, Habere rationem valetudinis. Cic. Tironi, lib. 16. 18. 2. Indulge valetudini tuæ.
¶ Indulgere, cum accuſatiuo, Antiquè. Terent. Heaut. 2. 1. 16. Eiiciunda hercle hæc mollities animi, nimis me indulgeo. Lucilius lib. 3. Tu qui eam indulges nimis, manus abſtinere à muliere melius eſt.
Abolitionem reorum publicè indulgere. Modeſtinus in L. Titius. ff. Ad Senatuſconſultum Turpillianum, Modeſtinus reſcripſit, abolitionem reorum, quæ publicè indulgetur, ad hoc genus criminis nõ pertinere.
Indulſit ſe videndum tibi. Stat. 4. Syl. 6. 8.
Nomen oratoris malis moribus indulgere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 10. Atque ita quidem, vt appareat hæc aduerſus eos quoque fruſtra excogitata, qui malis moribus nomen oratoris indulgent.
Indulgere ſeſe, De meretricibus, quum ſeſe permittunt & vtendas offerunt amatoribus. Iuuenalis Saty. 2. 17.
– ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno. Budæus.
¶ Indulgeor, Paſſiuum. Gel. lib. 10. ca. vlt. Ipſe autem ad hoc ſcripſi, vt liberis quoque meis paratæ iſtiuſmodi remiſſiones eſſent, quando animos eorum interſtitione aliqua negotiorum data laxari, indulgerique potuiſſet.
Indulgens, Qui indulget, Nomen ex participio. Plinius lib. 17. ca. 10. 10. Nutricem indulgentiorem eſſe, quàm matré ſæpe conuenit. Quintilian. lib. 4. cap. 2. Deinde ſubiicitur, ſimulatos ab iis quorum indulgentiores parentes erant. Cice. ad Attic. lib. 10. 196. 2. Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum, pater enim nimis indulgens quicquid ego aſtrinxi, relaxat. Lucanus lib. 7. 11.
– ſegnis pauidúſque vocatur,
Ac nimium patiens ſoceri Pompeius, & orbis
Indulgens regno. Id eſt nimium intentus & incumbens. Budæus.
Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops. Horat. 1. Carm. ode 2. 3.
Indulgens in aliquem. Liuius 3. Decad. lib. 2. Præter exemplum ciuitatis minime in captiuos iam inde antiquitus indulgentis.
¶ Indulgens, Cui indulgetur. Quintil. Declamat. 10. Fili indulgentiſſime vidi te, nec ſemel vidi. Idem Declamat. 18. Placet ergò, vt ſi filio obtigerit indulgentior facies, vultus erectior, refugiat mater amplexus? Vide Vallam lib. 1. cap. 30.
Indultũrus, pen. prod. Participium. Vlpianus in L. 1. Parag. De his autem .ff. De ſeparat. Qui ſeparationem indulturus eſt.
Indulgenter, &c. Licentioſè, & nimium liberè.) Adde, Comiter & blandè, vel molliter.
Indulgenter, Aduerbium, (φιλοσδοργως,) Licentioſè, & nimium liberè. Cice. ad Attic. lib. 9. 180. 6. Illud me præclarè admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum gravitate potius loquar. Idem 1. de Finib. 176. Quid ſi etiam beſtiæ multa faciunt duce ſua quæq; natura, partim indulgẽter vel cum labore, vt in gignendo, in educando, &c. Et Plinius lib. 7. cap 40. 1.
Indulgenter aliquem habere. Liu. 6. bel. Maced. 18. Philippus Athamãnũ pregeipũ captiuis indulgenter habitis, vt per eos conciliarent gentem.
Indulgentia, Indulgentiæ, (φιλοσδοργία,) Mollis permiſſio & educatio. Quintilian. lib. 1. cap. 3. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Balbus ad Ciceronem in Epiſt. ad Attic. lib. 9. 179. 4. Et hoc Cæſarem pro ſua indulgentia in ſuos probaturum putamus.
Indulgentia, Permiſſio. Plinius epiſtol. 240. Id itaque indulgentia tua reſtituere deſyderant.
Indulgentia intempeſtiua. Seneca de Ben. lib. 1. cap. 15. Quicquid illi accidere optant, in id hoſti intẽpeſtiua indulgentia impellit atq; inſtruit.
Nocet indulgentia nobis. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 7.
Abolere crimina reorum indulgentia. Modeſtinus in Leg. Lucius. ff. Ad Senatuſconſultum Turpillianum, Lucius Titius Seium reum falſi fecit: & prius, quàm perſequeretur, indulgentia reorum crimina abolita ſunt, quæro, &c.
Cœli indulgentia. Virgil. 2. Georg. 69. Plinius lib. 17. cap. 2. 6. Euocatæ indulgentia cœli.
Indulgitas, penul. correp. pro Indulgentia. Siſenna, Baſſus aſſidua indulgitate victus. Antiquum.

Induo, induis, indui, indũtum, pe. prod. (ἐνδύω, περιβάλλω, ἐνδύομαι, ἐμπερίνυμι, ἐνεβολέω,) induere, Ab Intus deducitur, quia ſi intuo. Alii à Græco δύω, quod ingredior ſignificat, deducunt. Vide ἐνδύω, quod eſt induo. Eſt autem verbum notæ ſignificationis.
Induo veſtem. Terent. Eunuch. 4. 4. 35.
– is dedit hanc mihi veſtem. P H. occidi.
D O. Meam ipſe induit. Ibidem, 5. 7. 15.
– vbi veſtem vidit
Illam eſſe eum indutum pater? Curtius, Loricam tamen quàm raro induebat, amicis orantibus ſumpſit. Cice. 2. Tuſc. 30.
Induere veſtem. Liu. 7. bel. Pun. 204. Vide paulo antè.
Induor veſtem, Paſſiuum. Plaut. Epid. 5. 40. Quid erat induta? an tegillam induculam, an mendiculam? Virg. 2. Aeneidos,
– deinde comantem
Androgei galeam, clypeique inſigne decorum
Induitur. Curtius, Iamque nox apparebat, quum thoracem induitur, procedit ad milites.
Induere ſibi veſtem. Plaut. Caſi. 15. 53.
Occiſiſſimus ſum omnium qui viuunt, loricam in duam
Mihi optimum eſſe opinor.
Induere ſe veſte. Terent. Eunuch. 4. 4. 41.
Chæreáne tuam veſtem detraxit tibi?
D O. Factum. P H. & ea eſt indutus? D O. factum. Curtius. Depoſita veſte quam habebat. Arabica induitur.
Veſtes induit meis humeris. Ouid. 10. epiſt. 18.
Induere annulum Plin. lib. 33. cap. 1. 2. & 7. Peſſimum vitæ ſcelus fecit qui annulum primus induit digitis. Cic. 3. Offic. 49. Annulumque aureum in digitorquem vt detraxit, atque ipſe induit, &c.
Induere arma. Virg. 9. Aeneid. 13.
Arma fulgentia induit. Virg. 11. Aeneid. 1.
Induitur etiam pedibus aurum. Plin. lib. 33. cap. 3. 2.
Induere calceum. Sueton. in Auguſt. Si mane ſibi calceus perperam miniſter pro dextro indueretur. Alii legunt induceretur. Plinius lib. 28. cap. 4. 5. In calceamentum dextri pedis antè quàm induatur.
Induere compedes. Plin. lib. 33. cap. 1. 1.
Induere duritiam contra ſenſum. Plinius, &c.) Aiunt verbera ſubditoris potum ex vino, duritiam quandam contra ſenſum induere albi erucæ ſemine.
Galeam induitur. Virg. 2. Aeneid. 79.
Lugubria induere. Ouid. 11. Metam. 134.
Munia ducis per eos dies induit. Tacitus lib. 1. de Agrippina Germanici Cæſaris vxore.
Induere fictam orationem perſonis. Fabius lib. 4. cap. 1.
Pectora induere telis. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 7.
Soccis ſe induere. Cic. 3. de Orat. 70.
Spoliis raptis indutus. Virg. 10. Aeneid. 153.
Torquem induere. Plin. de Viris illuſtrib. 28. Torquem ei detractum victori ſuæ induit.
Tunicam induere. Cic. 2. Tuſcul. 30.
¶ Induere ſoleas iumentis Plin. lib. 33. cap. 111. 2. Noſtra quoque aetate Poppea coniunx Neronis principis delicatoribus iumentis ſolas ſoleas ex auro quoque induere ſolebat.
Indutæ forma hominum belluæ. Cic. pro Sylla, 57. Belluæ quædam illæ ex portentis immanes ac feræ, forma hominum indutæ extiterunt.
Induere poſtes pice, pro Illinere. Plaut. Moſtel. 10. 42. Atque etiam omnia ſatis ſunt boni, ſi ſunt induti pice.
¶ Arbor induit frondes. Ouid, 7. Metam. 57.
Arbos induerat ſe pomis. Virgil. 4. Georg. 19.
Induit ſe nux in florem, Hoc eſt, floribus veſtitur & ornatur. Virgilius 2. Georg. 38.
Contemplator item, quum ſe nux plurima ſyluis
Induet in florem. Id eſt, quando conuertetur in florem. Cic. 2. de Diuin. 64. loquens de anhelitibus terræ, Quum autem ſe in nubem induerint, eiuſque tenuiſſimam quanque partem cœperint diuidere, &c.
Induit fructu, dicuntur palmites arborum, quum fructibus onuſti ſunt. Columel. libro 5. cap. 5. Quia quòd pars palmitis præcipitata eſt, fructu induitur.
Induit ſegetibus dicitur terra, quum frumentis onuſta eſt. Plinius in Panegy. 48. Siquidem proprio ſemper anno perfuſa, nec alio genere aquarum ſolita pinguéſcere, quàm quas ipſe deuexerat, tantis ſegetibus induebatur, vt cum feraciſſimis terris, quaſi nunquam cellaria certaret.

Animum

Animum bonis artibus non induerat. Tacit. lib. 15.
Plurimum adulationis Seleuceſes induẽre. Tacit. lib. 5.
Authoritatem induit vera ſententia. Quintil. lib. 4. cap. 1. 32.
Diem induere. Tacit. lib. 5. Qualem diem Tiberius induiſſet, pari habitu.
Induere duritiam contra ſenſum. Plin. lib. 20. cap. 13. 2.
Formam mortalem induitur Phœbus. Ouid. 11. Metam. 41.
Habitum, ac voces dolentum ſimulatione magis, quàm libens induebat. Tacitus libro 4.
Imaginem mortis induere, Dormire. Cic. 1. Tuſc. 147. Habes ſomnum imaginem mortis, eamque quotidie induis.
Sibi ingenium nouum induere. Liu. 3. ab Vrbe, 137. de Appio Claudio Decemuiro, Regimen totius magiſtratus penes Appium erat fautore plebis: adeoque nouum ſibi ingenium induerat, vt plebicola repentè, omniſque auræ popularis capterator euaderet pro truci ſæuoq; inſecta tore plebis. Ibidem, lib. 9. 95. Quiſi ex habitu nouæ fortunæ, nouiq; vt ita dicam, ingenii, quod ſibi victor induerat, ſpectetur, &c.
Iras induere ſibi. Sil. lib. 1. 8.
Mores pudicos & ſeueros induere. Plin. lib. 28. cap. 5. 19.
Nomen aliquod induere ſibi. Liuius 6. ab Vrbe, 66. Ego me patronum profiteor plebis, quod mihi cura mea & fides nomen induit patroni plebis. Cice. 2. de Finib. 116. Si voluptatis cauſa cum Gallo apud Antiochum depugnauit, prouocatus, & ex eius ſpolis ſibi & torquem & cognomen induit, &c.
Falſos paſtores induerat. Tacit. lib. 20.
Perſonam alterius induere, Quod barbarè in perſona alterius loqui dicitur. Quintil. lib. 6. Orbum aginus & naufragum, & periclitantem: quorum induere perſonas quid attinet, niſi affectus aſſumamus?
Perſonam philoſophi induere, & ſibipſi hoc nomen inſcribere. Cice. 1. Tuſculan. 104.
Perſonam iudicis induere. Quod vulgò Repreſentare dicitur. Cic. 3. Offic. 57. Ponit enim perſonam amici, quum induit iudicis.
Propriis perſonis induere. Quintil. lib. 4. cap. 1. 33. Declamaturus autem maximè poſitas in affectibus cauſas, propriis perſonis debet induere.
Falſam ſibi licentiæ perſuaſionem induerunt. Quintil. lib. 1. cap. 1. 7.
Proditorem & hoſtem induere. Tacit. lib. 16. Niſi contra inſtituta, & ceremonias maiorum proditorem palãm, & hoſtem Thraſea induiſſet.
Seditionem induere. Tacitus, lib. 2. Qui, ne bellum toleraremt, ſeditionem inducunt.
Simulationem ingenii alicuius induere. Liu. 1. ab Vrbe, 146. Comes his addidit L. Iunius Brutus Tarquinia ſorore regis natus, iuuenis longè alius ingenio, quàm cuius ſimulationem induerat.
Societatem alicuius induere. Tacit. lib. 12. Quorum rex Hyliates ſocietatem Meherdatis palãm induerat.
Speciem iudicii induere non poterat. Tacit. lib. 15.
Speciem latronis induere. Liu. 10. bel. Maced. 48. Nunc non inſidiatoris modò, ſed latronis manifeſti & percuſſoris ſpeciem induit.
Spiritus hoſtiles induere. Tacit. lib. 10. Galbam & infracta tributa hoſtiles ſpiritus induiſſe.
Veruſtatem induere. Plin. lib. 23. cap. 1. 27. At nos e diuerſo fumi amaritudine veruſtatem indui perſuaſum habemus.
Vultus ſeueros induere. Martial. lib. 3. 41.
Vultus induc tu magis ſeueros,
Quàm coniux Priami, nurúſque maior.
Induere ſibi animi ſui vultum. Senec. de Benefi. lib. 2. cap. 2.
¶ In mentes hominum induit eum illecebra apologos Aeſopus. Gel. lib. 2. cap. 29. Aeſopus feſtiuos delectabilesque apologos commentus, res ſalubriter ac propicienter animaduertas in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit. Legitur & induxit.
Induere aliquem in vultus ferarum. Virgil. 7. Aeneid. 4.
Quos hominum ex facie dea ſæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Induere ſe Reipub. Senec. 1. de Clement. Olim ita ſe induit Reip. Cæſar, vt alternas dederi non poſſit ſine vtriuſque pernicie. Id eſt implicuit.
Induere ſe acutiſſimis vallis aut ſtimulis, Hoc eſt, inopinatum ſe conicere in vallos. Cæſar 7. bel. Gal. 291. Quini erant ordines coniuncti inter ſe, atque implicati, quò qui intrauerant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebantur, aut in ſcrobes delati, tranſfodiebantur.
Indui in penas. Quintil. lib. 11. cap. 1. Nam neque intelligentiam conceſſerit is iis, qui propoſita honeſtorum ac turpium via peiorem ſequi malint: neque prudentiam, qui in grauiſſimas frequenter legum, ſemper verò malæ conſcientiæ pœnas à ſemetipſis improuiſo rerum exitu induantur. Alii legunt inducantur.
Induere ſe in laqueos, pro Iamittere, & conicere. Cic. 4. Ver. 70. Hic vide te in quos laqueo ſe induerit: quorum ex nullo ſe vnquam expediret.
In id ipſum ſe induit quod timebat Philo. Cic. 4. Acad. 37. Philo autem dum noua quædam commouet, quòd ea ſuſtinere vix poterat, quæ cõtra Academicorũ pertinaciam dicebantur, & aperte mentitur, vt eſt reprehenſus à patre Catulo, & (vt docuit Antiochus) in id ipſũ ſe induit quod timebat. Id eſt, vt ipſe dicit, eò quo minimè vult reuoluit. Budæus.
In fraudem induimur nos. Lucret. lib. 4. 164.
Indui ſua confeſſione. Cic. 7. Verr. 130. Sua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt. Qui eſſet ignorabas? ſpeculatorem eſſe ſuſpicabare? non quæro qua ſui piaculoue tua te accuſo oratione. Hæc verba, TVA TE ACCVSO ORATIONE, videntur interpretari quod dixit, induatur ſua confeſſione quaſi dicat, Sua confeſſione conuincitur.
¶ Induere ſe re aliqua, & Expedire. Cic. 4. Verr. 73. Videre porrò aliam dementiam: videre vt dum expedire ſeſe vult, induat.
At quemadmodum ſeſe induit priore actione? Id eſt, implicauit & irretiuit. Cice. 7. Verr. 59.
Indutus, pen. prod. Participium, (περιβεβλημένος,) vt
Veſtes indutæ. Virgil. 3. Georg. 73.
Indũtus, huius indũtus, pen. prod. (ἐνδυτὸς,) Nomen verbale. vt,
Gerere veſtem indutui. Tacit. lib. 16. Niſi ea, quam indutui gerebat, veſte detergeret.
Indumentum, huius indumenti, (ἐπίβλημα, περιβλημα, ἀμπεχόνη,) Id quo induimur. Gel. lib. 16. cap. 19. Arionem cum fidibus & indumentis, eũ quibus ſe in ſalum eiaculauerat, exiſtiſſe. Cice. 1. de Natu. deor. 92. Quod quum efficere vultis, indumenta tamen corripitis. Legendum ex antiquo codice in dumeta.
Indũcula, huius indũculæ, pen. correp. (ἐνδυμάτιον,) Plaut. Epid. 5. 40. Quid erat indutaʼan regillam induculam, an mendiculam?

Induperator, penul. prod (ἀντοκράτωρ.) pro Imperator, apud poetas, per eam figuram quæ Epenthesis dicitur. Cice. 1. de Diuinat. 174. Omnibus cura viris vter eſſet induperator. Ex Ennio. Iuuenal. Saty. 4. 3. Quales nunc epulas ipſum gluriſſe putemus Induperatorem!

Indupedior, indupediris, (ἐμποδίζομαι,) indupediris vt
Materies indupedita, Id eſt impedita. Lucret. lib. 42. Idem lib. 2. 21. & libro eodem 93. Et apud eũdem, Indupediri, lib. 4. 14. Et multo citius, quanto minus indupediri Pauca queunt.

Indũro, indurat, pen. prod. (σκληρύνω,) indurare, Durum facere. Plin. lib. 8. cap. 51. 1. Tunc inter ſe dimicant, indurantes attrita arborum coſtas, latoque ſe tergorantes. De ſuibus. Idem lib. 15. cap. 17. 1. Punica aqua marina feruente indurari oportet. Sic lib. 18. cap. 21. 1. Plin. Iunior epiſt. 17. lib. 2. Contrarius fluctus indurat.
Niues indurat Boreas. Ouid. 6. Metam. 139.
Indurata glacies, Quæ induruit, & concretione durior facta eſt. Liuius 2. bell. Pun. 135.
Ora indurata cornu. Ouid. 14. Meta. 100. De mutato in auem.
Robora indurata flammis. Stat. 4. Thebaid. 13.
Induratus timor. Liu. 10. bell. Pun. 83. Induratus præter ſpem reſiſtendo hoſtium timor.
Indureo, indureſcis ſiue Indureſco, indureſcis, indurui, (σκληρύνομαι,) indureſcere, Durum fieri. Colu. lib. 2. cap. 11. 2. Antè quàm ex toto grana indureſcant. Sic lib. 12. cap. 15. 3. Antè quàm indureſcant fictilia. Plin. lib. 16. cap. 7. 3. Indureſcent in modum gallæ.
Indureſcere in prauum. Quintil. lib. 2. ca. 4. Frangas citius quàm corrigas quæ in prauum induruerunt.
Corpus induruit vſu. Ouid. 5. Trift. eleg. 2. 1.
INDVS, Indi, (ἰνδὸς,) fluuius à quo India nominata eſt, quem in iugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſus, aduerſus Solis ortũ effuſum aiunt, in ſeque XIX amnes recipere. Huius fluuii meminit Cicero 1. de Natura deorum, 197. Et Plinius libro 6. cap. 20. Hic ab incolis dicitur Sandus.

Induſium, induſii, (γυναικωνῖτις,) quaſi intuſium, ſuper quo mox ſubucula ſumebatur. Varro Intuſium dicit, quem air, Vnum quod foris, à palãm pallaʼalterum quod intus, à quo intuſium.
Induſiarius, induſiarii, Qui induſia conficit. Plaut. Aulula. 15. 37.
– patagiarii, induſiarii,
Flammearii, violarii.
Induſiãta, induſiatæ, vel intruſiãta, pen. prod. Idem quod induſium. Plaut. Epid. 5. 48.
Quid illæ quæ quotannis nomina inueniunt noua,
Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, Imteolum, cæſicium,
Induſiatam, patagiatam, calnulam, &c.

Induſtria, induſtriæ, (ἐγκράτεια, φιλοπονία, ἐυφυΐα,) Animi propitudo & ſagacitas, ſiue habilitas ad aliquid faciendum. Donatus. Induſtria, ſcientia, & prouidẽtia ea enim quæ diſcimus, & ſcimus operatione genita & induſtria quadam ſcimus. Etiam pro ingenii ſiue artis exercitatione accipitur. Plaut. Moſtel. 6. 1.
Iuppiter ſupremus ſummis opibus atque induſtriis me
Perfide, & Philolachetem cupit hertlem filium. Plin. epiſt. 51. a, libro, 3. Laſerat famam ſuam ſub Nerone: ne redebatur ſponte accuſaſſet ſed in Vitellii amicitia ſapienter ſe, & comiter geſſerat. Ex Procõſulatu Aſiæ gloriam reportauerat, maculam veteris induſtriæ laudabili otio abluerat. Tacitus in Prol. Adel. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

– facite æquanimitas
Poetæ ad scribendum augeat industriam. Cic. Vt industria nostra tuę morem geramus voluntati. Plaut. Menæh. 4. 1. 2.
Atque adeò ne me nequicquam serues, ob eam industriam,
Hodie ducam scortum ad cœnam, atque aliò conducam foras. Id est, quia tam attentè obseruas quid agam. Ibidem, 17. 52.
At enim ille hanc amat meretricem ex proximo. SE. sane sapit,
Ob istanc industriam etiam faxo amabit amplius. Cic. 5. Verr. 116. In quo meam industriam ac diligentiam spectari volo? Virg. 3. Georg. 41.
Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quàm Venerem, & cæcis stimulos auertere amoris.
Industria & conatus. Cic. 1. Verr. 22. Ibidem, 7. 143. Hominum nobilium non fere quisquam nostræ industriæ fauet.
Agilis industria. Vide AGILIS.
Aurelucana industria. Cic. 4. Tusc. de Demosthene, Qui dolere se dicebat siquando antelucana vigilas esset industria.
Militaris industria. Vide MILES.
Augere industriam, Vide AVGEO.
De industria aliquid facere, Dedita opera, vel data opera. Terent. And. 4. 5. 50. Paulum interesse censes, ex animo omnia
Vt fort natura facias, an de industria? Cicc. 1. Offic. 36. At quæ illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscuntur.
Ex industria. Idem Quintil. lib. 1. cap. 9. Mastrugam, quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit.
Industria, Ablatiuus. Idem quod De industria. Plaut. Trucul. 3. 26.
– aut aliquid semper quod pereat, debet amans scorto
Suntque hæc celamus nos damna industria, quum iam rem
Fidemque, notque nosmet perdimus.
Industrius, Adiectiuum, (ἐυφυὴς, ἐυγνώμων.) Diligens, Qui multæ industriæ est, & prompto ingenio ad aliquid faciendum. Cicc. 5. Verr. 43. Nympho est Centuripinus, homo nauus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Idē 2. Tusc. 60. Itaq; industrios hoses illi studiosos, vel potius amātes doloris appellant nos cōmodius laboriosos. Ste pro L. Mani. 11. Nauis & industrii. Seruius, Industrios, gnauos dicimus.
Industrium (inquit Festus) antiqui dicebant Indostruum, quasi quicquid ageret, intrò struueret, & studeret domi.
Industrior, Cōparatiuus. Plau. Mostel. 3. 49. – quo neque Industrior de iuuentute erat arte gymnastica, disco, hastis, pila, Cursu, armis, equo, &c.
Industrii, Aduerbium, (ἐυφυῶς.) Ingeniosè. Columella libro 9. cap. 2. 1. Higinius veterum authorum placita secretis dispersa monumentis industriè collegit. Quintil. lib. 5. cap. 12. Fortiter & industriè cutatus contra piratas, &c. Cæsar 3. bel. Ciuil. 371. Castra à cohortibus, quæ ibi præsidio erant relictæ, industriè defendebantur.
Industrius, Comparatiuum, aduerbii industriè. Hoc est, magis industriè, & ingeniosè. Cic. pro Domo sua, 22. Quod enim par amicitiæ Consularis fuit vnquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius? quis apud Popu. Romanum de illius dignitate industrius, quis Senatui sæpius dixit?

Induuium, induuii, (φλοιὸς,) pro cortice arboris, quo ipsa induitur. Plin. lib. 13. cap. 4. 3. Vrlem sibi arboriscque induuiis circulum mira pernicitate tum homine subeunte. De palmis.

Inebrio, inebriat, (μεθύω,) inebriare. Plin. lib. 12. cap. 22. 1. Palma quæ vocatur adipsos, vescentes inebriat. Idem lib. 17. ca. 16. 4. Quoniam inebriaris radicibus nocent. Et lib. 8. cap. 12. Dracones inebriatos opprimi. Iuuenal. Saty. 10. 12.
– qui te per compita quærat
Nolentem, & miseram vinosus inebriat aurem.

Inebrae, aues, quę in augurijs aliquid fieri prohibent, & prorsus omnia inebra appellantur, quæ tardant vel morantur agentem. Festus.

Inedia, inediæ, (ἀσιτία,) Fames & tempus quo quis ab edendo abstinuit. Cic. 5. de Finib. 141. Vigiliis & inedia necatus. Plin. lib. 11. cap. 54. 1. Homini non vtique septimo letalis inedia.
Imperiosa inedia. Vide IMPERO.
Sustinere mediam. Celf. lib. 5. cap. 3. Quòd ad ætates verò pertinet, inediam facillimè sustinent mediæ ætates: minus iuuenes, minimè pueri, & senectute confecti.

Inēditus, penul. correp. Adiectiuum, (ἀδίκαστος,) vt Causa inedita. Vide CAVSA.

Ineffabilis, & hoc ineffabile, pen. corr. (ἄφατος, ἀνεύφημος, ἄρρητος.) Quod effari non possis, aut exprimere. Plin. lib. 28. cap. 2. 10. Non est facile dictu, externa verba, atque ineffabiba derogent fidem: vailiius, an Latina inopinata, &c. Idem in Præf. 5. libro 5. Populorum etus, oppidorumque nomina vel maximè sunt ineffabilia. De Africa.

Inēfficax, pen. corr. ineffiscācis, pen. prod. om. gen. (ἀδύνατος,) Pli. lib. 27. cap. 12. 10. Inefficacius quàm superiora. Idem li. 34. ca. 14. 4. Fit & ex candido ære squama, Cypria, longè inefficacior.

Ineffigiatus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀνομόστυπος.) Informe, quod non est factum ad aliquam effigiem, vel nullum, cuius rei formam aut effigiem refert. Gel. lib. 17. cap. 10. Nam quæ vis bestia fœtum ederet ineffigiatum informemque, lambendoque postea, quod ita edidisset, conformaret & fingeret.

Inelaboratus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀκατεργάστος, ἀνόνητος,) Quod artificio non satis exculum est, & ornatio datur. Quintil. lib. 4. cap. 1. Nec tamen deducta semper atque concinnata, sed sæpe simplice ac inelaboratæ similis, nec verbis vulnerans, mia promittens, &c. De oratione proœmii. Alii legunt illaborata.

Inelegans, pen. corr. Adiectiuum, (ἄμουσος, ἀκατασκεύαστος,) Ignauti contrarium. Plin. lib. 37. cap. 10. 37. Carmen dicitur Veneri, non inelegans. Idem lib. 21. cap. 25. 2. Vestes rutrum odore non ineleganti. De heliochryso. Cic. de Claris Orat. 154. Ineleganter ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia.
Deliciæ illepidæ atque inelegantes. Catul. ad Flauium, epig. 6. 1.
Ineleganter, Aduerbium, (ἀμούσως.) Cic. 2. de Finib. 46. Primum dicit ineleganter. Duo enim genera quæ erant, fecit tria.

Ineluctabilis, & hoc ineluctabile, pen. corr. (ἀκατανίκητος.) Quod vitari non potest, hoc est domari, & subiugari. Virgil. 8. Aeneid. 27.
Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum,
His posuere locis. Id est, insuperabilis vis fati. Idem 2. Aeneid. 61.
Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.
Cœnum ineluctabile. Stat. 9. Thebaid. 102.

Inemendabilis, pen. corr. Adiec. (ἀδιόρθωτος,) Quod emendari non potest: vt Pranitas inemendabilis. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27.
Inemorior, inemoretis, inemori, pen. corr. Horat. Epod. 5. 7.
Quo posset infossus puer
Longo die bis terque mutatæ dapis
Inemori spectaculo. Hoc est emori in spectaculo, &c.

Inemptus, Adiect. (ἀπρόσκτητος.) Non emptus. Mart. li. 1. 17. 6.
Inemptus aprum, campus leporem tibi misit inempto.
Inemptæ ruris dapes. Colum. li. 11. ca. 3. 1. Vt & quotidiani victus illi suppeditet sumptum, & aduenienti domino præbeat, quod air poeta, inemptas ruris dapes. Virgil. 4. Georg. 17.

Inenarrabilis, & hoc inenarrabile, pen. corr. (ἀδιήγητος.) Ac. cap. 7. 4. Sed Pompeiani amissa fugæ spe miserecordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes, supplicauere. Et lib. 10. cap. 2. 1.
Inenarrabilis subtilitas. Plin. lib. 21. cap. 1. 1.
Munus inenarrabile. Martial. lib. 2. 10.
Inenarrātus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀδιήγητος.) Gellius lib. 4. cap. 6. Quod inenarratum relinquamus.

Inenodabilis, & hoc inenodabile, pen. corr. (ἀλύτος.) Cicero de Fato, 29. Nec quum hæc in [illegible] cur Epicurus factum extimescat, & ab atomis petat præsidium, cuique de via deducat, & vno tempore suscipiat res duas, inenodabiles.

Ineo, inis, inii, initum, pen. corr. (εἰσέρχομαι, εἰσέτιμι, εἰσβαίνω, ἐνοικίζω, χαίνω,) Inire, Ingredi. Plau. Casi. 16. 23. Si tu iubes, inibitur recta. Id est ingrediar tecum. Idem. Videbo id priusquam intrem domum. Plin. in Paneg. 23. Non tibi moris, tua inire centoria, nisi cōsilio [illegible] antè intrasses. Cic. pro Corn. Balb. 18. Qui si fuit decretum legibus, sanxissent nequis suorum ciuium castra imperatoris Pop. Romani inire. Hoc modo sæpe vtitur Tacitus hac dictione. vt lib. 3. Vt omnes inirent. Item lib. 5. Quoties eorum inisset. Et lib. 13. Stationem inire. Et lib. 15. Si spectaculum fuisset inissem, pro crimine accipi.
Taurus init cœlum. Ouid. 5. Fast. 123.
Iniit te vnquam febris? Id est, Nemquimne te corripuit febris? Plautus.
Aestimationem inire. Seneca de Benef. lib. 5. cap. 8. Horum quomodo [illegible] dex inibit æstimationem, quum sermo & dubitatio, & voltus [illegible] gratiam destruat? Senec. epist. 77. Quum voles veram hominis [illegible] mationem inire, & scire qualis sit, modum inspice.
Animum inire societatis. Pomponius in L. Planè. ff. Pro socio. Plane si qui socii hæredes exiterunt, animum inierunt societatis.
Beneficium inire, Comparare. Terent. And. 5. 1. 5.
Imò enim quammaximè abs te postulo, atque oro Chreme,
Vt beneficium verbis initum, dudum, nunc re comprobes.
Causam aut rationem alicuius rei inire. Liu. 4. bel. Maced. 17. Atque ego nonnullarū cupiditatum ne causam quidem aut rationē inire possum.
Certamen inire. Cic. 4. de Finib. 51. Virg. 5. Aeneid. 23.
Connubia famulæ inire. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 5.
Consilium inire de re aliqua. Plaut. Pseud. 7. 1. 30.
– imò sic Simo, si sumis
Conspecti, seu consilium vnquam ininimus de istac re,
Aut, &c. Cicc. ad Patrum, lib. 9. 14. 3. Nam & Aquini & Frabateni consilia sunt inita de me.

Consilium

Consilium cum aliquo inire, pro Capere consilium. Cic. ad Brutum, 158. Cōsilia inire cœpi Brutina plane. Sic pro Rosc. Amerino 58. & 65. Liuius de bel. Pun. Inde consilia inire cum genero cœpit. Idem ab Vrbe cond. Qui regni recuperandi consilia iussent. Cæsar in Comment. Vnà cum Ambiorige consilium inierat. Idem 3. bel. Gal. 387. His initis consiliis oppida muniunt. Sic lib. 7. 345.
Consilium malitæ calliditatis init. Ouid. 3. Fast. 77.
Consulatum inire, Ingredi dignitatem Consularem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 19. Q. 92 ex die Consulatum iniit Lentulus. Liu. 2. ab Vrbe 234. L. Aemylius & Opiter Virginius Consulatum ineunt.
Conuiuium inire, pro ire ad. Cic. pro Rosc. Amer. 31. Conuiuia cum patre non inibat quippe qui ne in oppidum, &c. Idem in Pisonem 52. Conuiuium publicum non dignitatis causa inibit nisi forti, &c. Idem 5. Verr. 53. Quocum inire conuiuium nemo vnquam nisi turpis impurúsque voluisset. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 10.
Cubile alicuius inire, pro Cum vxore eius dormire. Cic. de Aruspi. resp. 35. Quum vxorem sororemque non discernis, quum quod ineas cubile non sentis.
Cursum inire. Cic. pro Lege Manil. 18. Vnde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem cursum initum putatis? Virg. 5. Aeneid. 116.
Dapes inire cum aliquo. Stat. 1. Sylu. 6. 10.
Domos ignotas inire. Ouid. 3. Fast. 32.
Fœdus inire. Propert. lib. 4. eleg. 4. 11.
Gratiam ab aliquo inire. Plaut. Asin. 3. 45. Bene hercle facitis, & à me initis gratiam. Idem Cistel. 2. 6. Ego vos amo, & eò à me maximam inistis gratiam. Idem Sticho 9. 10. Nunc me gratiam abs te inire verbis nilil desydero. Plaut. Curc. 8. 34.
Sed hunc quem quæro, commonstrare si potes,
Inibis à me solidam & grandem gratiam. Hoc est, amabo te plurimum. Cic. Seruio Sulp. lib. 4. 2. 6. Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. Idē 6. Verr. 126. Nemo erat voluntarius laudator Præturæ tuæ: defensor periculorum tuorum, præsertim qui inire à Prætore gratiam posset nemo. Ibidem 4. 78. Vt idem Pompeius non ab homine solum, sed etiam à prouincia tota se huius absolutione inire gratiam arbitraretur. Sic pro Cecinna 57. Per magnam initis à nobis gratiam, quum, &c. Et pro Sestio 115. Cæsar in Comment. Qui se summam à Cæsare gratiam inituros putarent.
Gratiam apud aliquē inire. Liu. 6. bel. Mac. 19. Apud regem gratiam initam volebant. Idem de bello Punico, Gratiam magnam apud Hannibalem inituros. Idem 3. bel. Maced. 40. Restitutis confestim apparuit quàm nulla inita apud Beotos gratia esset.
Gratiam cum bonis omnibus inire. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128. 11. Quod ille si faciat, iam cum bonis omnibus summam ineat gratiam.
Gratiam inire, præpositionibus subintellectis. Cic. ad Attic. lib. 1. 9. 4. Intellexi hominem moueri, vtrum Crassum inire eam gratiam, quam ipse prætermisisset: an esse, &c. Idem 1. Offic. 71. Sin erunt merita, vt non ineunda, sed referenda sit gratia, maior quædam cura adhibenda est. Liu. 1. ab Vrbe 71. Quum sensissent ea moueri Patres, offerendum vltro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, summa potestate pop. permissa. Terent. Adelph. 5. 7. 16.
– turbam domum
Adducet, & sumptum admittet: multa quid mea?
Ego lepidus huic gratiam. Vbi Donatus, Ineo gratiam, in gratiam eo, hoc est, amicos comparo.
Falsam gratiam inire. Teren. Heaut. 2. 3. 62.
Perge obsecro te, & cane ne falsam gratiam
Studeas inire.
Honorem inire, pro Sulcipere, & incipere administrationem alicuius magistratus. Suet. in Iulio Cæsare, inito honore, primus omnè instituit, vt tam Senatus q̄ populi, diurna acta conficerētur & publicarentur.
Imperia alicuius inire, Id est seruire alicui. Stat. 1. Achil. 17.
– non colla iugo, non alpeta præbet
Ora lupis, dominique negat captiuus inire Imperia.
Inducias inire, pro facere inducias. Plin. in Paneg. 21. Ac ne inducias qui dem, nisi æquis conditionibus iniibant.
Interregnum inire. Liu. 10. ab Vrbe 48. Eo anno (nec traditur causa) interregnum initum. Ibidem, lib. 5. 79. Vnam expiationem eorum esse, vt Tribuni militum abdicarent se magistratu, auspicia de integro repetentur & interregnum iniretur.
Limen vitæ inire, Id est, gigni. Lucret. lib. 3. 139.
Magistratum inire. Cic. 2. de Finib. 118. Quid enim mereri velis, iam quū ru magistratum inieris, & in concionem ascenderis? Idem ad Atticū, lib. 1. 11. 21. Et 3. Verr. 89. Postreaquam Verres magistratum iniit, &c. Id est, Insignia magistratus cum imperio assumpsit, inquit Budæus. Liuius 2. ab Vrbe.
Mensuras agrorum inire. Colum. lib. 5. ca. 3. 1. His igitur velut primordiis talis ratiocinii perceptis, non difficulter mensuras agrorum inibimus.
Munus aliquod inire. Virg. 5. Aeneid. 168.
Negotiationem inire. Pomponius in L. Si negotia ff. De nego. gest.

Nexum inire, Vinciri, deuinciri, illigari, & detineri. Liui. 7. ab Vrbe 84. Nam etsi vnciario fœnore facto leuata vsura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque ibant. Id est vinciebantur, & astringebantur. Vide Nexus in NECTO.
Numerum inire, Numerare, & quod dicitur, Facere numerum. Plin. epist. 193. Summam te voluptatem percepisse ex isto copiosissimo genere venandi non miror, quum historicorum more scribas numerum inire non potuisse. Liu. 8. bel. Maced. 101. Numerus interfectorum haud facilè iniri potuit. Ibidem, lib. 5. 137. Numerum iniri peditum equitūmque, ac nauium non posse. Sic Cæsar 7. bel. Gal. 303.
Pastum inire. Plaut. Persa 9. 17.
Quid iam? SA. quia boues boni hic sunt in eruinena. T. emitte sodes,
Ne enicet fames, inire pastum. Hoc est, sine eos pascere.
Pericula præliorum inire. Cicc. 1. de Diuin. 91. Quum pericula præliorum iniret audacius. De Decio.
Pœnam inire. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 6.
Pugnam & pliū inire. Plau. Amph. 16. 37. Idē cū Inire bellū, certamen, &c.
Prælia inire. Virgil. 4. Georg. 63.
Inire præliumi opponitur Finire prælium. Liu. ab Vrbe. Hoc vltimum vtrinque initum finitumque est prælīū. Ibidem, li. 3. 120. Et li. 4. 256. Cæsar 8. bel. Gal. 70. Cic. 1. Off. 56. Saluū. Quapropter vos moneo vt forti atq; parato animo finitis & pliū cū inieritis, meminieritis vos diuitias, decus, gloriā, præterea libertatem & patriā in dextris vestris portare.
Rationem inire, pro Viam & modum aliquid agendi quærere. Terent. Heaut. 4. 2. 7. Quid agamtaut quid commiscar? ratio de integro iniunda est mihi.
Rationem inire, & viam reperire, qua. Cicero 5. Verr. 90. Mihimet ineunda ratio, & via reperienda est, qua ad Apponii quæstū, siue adeò qua ad istius ingentem, immanemque prædam possim peruenire.
Rationem inire de. Cicc. 5. Philipp. 102. De agro Campano separatim cognoscerent, iuirentque rationem de commodis militum veteranorum augendis.
Rationem inire quemadmodum vel quomodo. Cic. ad Atticum, lib. 12. 241. 15. Sed iniunda nobis ratio est quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate (si modò hæc stabunt) illud quasi consecratum remanere possit. Idem ad Sulpitium, lib. 13. 29. 6. Adiuues, ineasque rationem quemadmodū ea mulier Romam perducatur. Id est consideres. Liu. 3. bel. Pun. 221. Quod ad stipendium attineat, si ærarium inops esset, se aliquam rationem inituros quomodo ab Hispanis sumant.
Rationem inire vt. Cic. ad Rufum, lib. 5, 10. 14. Nam & Volosii liberandi meum fuit cōsilium & vt multa tam grauia à Valerianis prædibus, ipsiq; T. Mario depelleretur, à me inita ratio est, quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant.
Rationem inire, pro Subducere. Cato de Re rust. Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarum, dierum, &c. Cicc. contra Rullum, Iniretur ratio quæstus de vestra pecunia.
Rationem inire, pro Capere consiliū, vel ratiocinari. Cic. 3. de Nat. deo. 101, Medea modò & Atreus commemorabantur à nobis heroicæ personæ inira subditaq; ratione, nefaria scelera meditantes.
Rationem inire vtrum. Liu. 8. bel. Pun. 39, Sed vix rationem inire posse, vtrum ab le audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.
Aliquid inire cū rōne, Id est æstimare, intelligere, inquit Donatus. Terēt. Phor. 2. 2. 30, Hæc cum ratione ineas, q̄ sint suauia, & q̄ cara sint.
Sedes lucidas inire. Horat. 3. Carm. ode 3. 7.
Inire suffragia, significat Coire & congregari ad suffragia ferenda. Liu. 3. ab Vrbe, 71. Senator sententiam dicit: tali Quirites suffragium ineūt.
Societatem inire cum aliquo. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 8. 7. Vt potius cum pluribus societatem defendendæ libertatis iniremus, quàm cum pauciorbus, &c.
Inire somnum. Virg. eclo. 1. 11. Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
Thalamum inire. Ouid. 4. Metam. 66.
Thalamos pudicos inire. Ouid. 3. Metam. 18. – multi
Nomine diuorum thalamos inière pudicos.
Tribunatum inire, vt Magistratum inire. Cicc. 3. de Legib. 63. Idem ad Atticum, lib. 11. 217. 1.
Viam inire, pro Ingredi. Propert. lib. 1. eleg. 34. 3.
Tu certè Iouis occultis in amoribus Io
Sensisti multas quid sit inire vias. Cicc. pro Murena, 23. Inite viam præsto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret, redite viam. eodem duce redibant. Hæc iam tum apud illos barbaros ridicula, credo, videbantur: homines quum recēti atque in loco constitissent, iuberi abire vt vnde abissent, eodem statim redirent.
Vias ignotas inire. Ouid. 2. de Remed. Amor. 37.
Viam inire, pro Inire rationem. Liu. 1. ab Vrbe, 96. Incamus viam aliquā, qua sine magna clade, sine multo sanguine vtriusque populi decerni possit. Idem 5. bel. Maced. 22. Via fraudis inita.
Inire, Id est Inchoare, exordium accipere. Virgil. 4. eclog. 3.
Teque adeo decus hoc æui, te Consule inibit Pollio. Seruius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Inire, pro Coire, siue concumbere. Plin. lib. 8. ca. 44. 1. Arcerique vtrúque genus ab altero narrant, nisi in infantia eius generis, q̃ ineant lacte hausto. Idem de canibus, lib. 10. cap. 63. Primos quoque mares pariunt, in cæteris alternant, si ineantur opportune & recto mense. Varro 2. de Re rustica, cap. 7. 8. Inire matrem.

Ineor, inīris, penul. produc. Passiuum. Plin. lib. 10. cap. 63. 7. Ineuntur à partu sexto mense.

Iniens, ineuntis, (ἐφόλκιος,) Participium absolutè positum, maioribus rebus adiitbeturvt Ineunte ætatem, &c. Rarissimum autem in nominatiuo legitur.

Ineunte adolescentia. Id est initio adolescentiæ. Cicc. de Senectute 69. Sunt pueritiæ certa studia: num igitur ea desyderant adolescentes? sunt & ineuntis adolescentiæ: num ea iam constans requirit ætas, quæ dicitur media? Idem pro Leg. Manil. 19. 1. Offic. 164.

Ieunte ætate. Cic. de Amic. 63. Nec siqui ineunte ætate venandi, aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet. Idē 1. Offic. 171. Ineūtis enim ætatis inscitia, sensū constituenda & regenda prudentia est.

Ab ineunte ætate, Idem. Cic. pro Cornel. Balbo 4. Et ab ineunte ætate, relictis rebus suis omnibus in nostris bellis, nostris cum imperatoribus esse versatus: nullius laboris, nullius obsessionis, nullius pili experté fuisse. Idem pro Deiotaro, Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat. Idem 2. Phil. 198. Quū in ab eunte ætate res maximas gerere cœpisset.

Ex ineunte ætate. Lucrer. lib. 2. 149.

Ineunte Ianuario. Cic. Attico, lib. 1. 1. 12. Quare Ianuario ineunte, vt constituisti, cura vt Romæ sis. Alia exemplaria habet Ianuario mense, vt &c.

Ineunte vere, Ineunte æstate. Cic. de Senect. 48. Itaque ineunte vere, in iis quæ relicta sunt existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gēma dicitur. Cæsar 2. bel. Gal. 236. Iis nuntiis, literisque commotus Cæsar duas legiones in citeriore Gallia nouas conscripsit & ineunte æstate in viteriorem Galliam qui deducceret, Qu. Pedium legatum misit.

Ab ineunte vita. Gel. lib. 14. ca. 1. Deinceps ab ineunte vita, fortuna eius, & mores, & ingenium, & circunstantia rerum, negotiorumque, & ad postremum, finis etiam vitæ spectaretur.

Initio, initas. pen. corr. initare, Frequentatiuum ab Ineo. Diomedes, Ineo, inis, inito dicimus. Pacuuius Loca arida initas.

Initus, huius, initus, pen. corr. in gen. (σωμφυκασμός,) Coitus. Plin. lib. 8. cap. 42. 10. de equis, Nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare. Ibidem, cap. 44. 2. Et quæ non primo initu generare cœperit. Sic lib. 10. cap. 63. 8. Et lib. 9. cap. 13. 1. Secundo partus reddit initu.

Ineptus, Adiectiuū, (ἀκαιρόλογος, ἀπερόκαλος, ἀφυής) Non aptus. Cic. 2. de Orat. 10. Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quòd non sit aptus, idque in sermonis nostri consuetudine perlatè patet. Nam qui aut tempus quid posuluet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem nō habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. Donatus Ineptum dici ait, quod à quouis reprehendi potest. Terent. Adelph. 1. 1. 38. Vestitu nimio indulges, nimium ineptus est. Idem Eunuch. 2. 1. 21. – hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis seuerus quisquis, nec magis cōtinens. Idem Adel. 3. 3. 76. Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio: Verùm quid facias?

Non ineptus. Vide NON.

Causa inepta. Terent. And. 1. 5. 22.
– censeō vllum me verbum potuisse proloqui:
Aut vllam causam, ineptam saltem, falsam, inquam? obmutui.

Chartæ ineptæ Horat. 2. epist. 1. 54.

Labor ineptus. Plin. epist. 9. 6, Proinde tu quoque strepitum istum, inanemque discursum, & multum ineptos labores vt primum fuerit occasio, relinquereque studiis, vel otio trade.

Lenitas inepta. Terent. Adelph. 3. 3. 36. – inepta lenitas
Patris, & facilitas prava.

Lusus inepti. Ouid. 2. Trist. 45.

Negotium ineptum & Græculum. Cic. 1. Tuscul. 135.

Risu inepto res ineptior nulla est. Catul. in Egnat. epig. 37. 4.

Via inepta, Incommoda, difficilis. Cic. ad Attic. lib. 16. 337. 3. Itaque eo die mansi Aquini longulum sanè iter, & via inepta.

Ineptum est de tam perspicua illius impudentia pluribus verbis disputare. Cice. 3. Verr. 105.

Insolens & ineptum. Cic. in Orat. 16. Hoc esse Atticum in Lysia, nō quòd tenuis sit atque inornatus, sed quòd nihil habeat insolēs aut ineptum.

Ineptio, inepris, ineptiui, (ἀπαιδαγωγία,) ineptire, Facere aut dicere quod neque loco, neque tempori, neque rebus, neque personis conueniat. Terent. Phorm. 2. 3. 73.
– non agam? imo non desinam,
Donec perfecero hoc. P. ineptis. D. sine modò. Idem Adelph. 5. 8. 11.
Hanc te æquum est ducere. & te operam vt fiat, dare.
M. Me ducere autem D. te. M. me. D. te inquam. M. ineptis.

Inéptia, ineptiæ, (ἀπαιδαγία, ἀπερόκαλία,) quod in plurali sæpius reperitur, tam verborum, quàm factorum est. Plaut. Capt. 10. 16.

– quid comminiscar miser?

Maximas nugas, ineptiisque haud dubium est me cœpisse. Terent. Phor. 4. 3. 43. Vt ad pauca redeam ac mirram illius ineptias: Hæc denique eius fuit postrema oratio, &c. Plaut. Merc. 3. 26. Inepti, stultitiaqi adeò, & temeritas. Cic. ad Appiū, li. 3. 7. 12. Quēsō enianē tu hāc ineptias, homo (mea sententia) &c. Idē 1. Tusc. 148. Ineptiæ penè aures.

Lectores ineptiarum. Catullus ad Aurelium, epig. 16. 3.

Facere aliquid ineptiarum Catull. ad Flauium epig 6. 3.

Ineptè, Aduerbium (ἀπερόκαλως,) Minus aptè, & imprudenter. Plaut. Mostel. 7. 64. Interdum ineptè stultus es. T E. taceo. Idem Merc. 3. 41. Quippe aut etiam quicquam ineptè feci, amantes vt solent. Cic. 1. Tusc. 18. Ineptè sanè, quis est enim, &c. Idem 1. Acad. 27. Nam etsi stultus Mineruam vt aiunt, tamen ineptè quisquis Mineruam docet.

Moliri aliquid ineptè. Horat. de Arte, 29.

Inequitabilis, & hoc inequitabile, pen. cor. Non equitabilis. Cirtius lib. 8. Imber violentius quàm aliàs fusus campos lubricos & inequitabiles fecerat. Quasi diceret nullum fuisse tempus regi Porrò vsum quadrigarum & equorum, idque propter camporum lubricitatem & illuuiem. Subdit enim, Graues que & propemodum immobiles currus illuuie & voragine hærebant.

Inermo, inermas, (ἀφοπλίω,) inermare, Armis spoliare. Festus.

Inermis, & hoc inerme, (ἄνοπλος, ἄσπλος,) Qui armatus non est. Suetonius Hist. lib. 4. Plerique inermes in castra perfugiunt. Cic. pro Cecin. 40. Arma esse suis nominibus, alia ad regendum, alia ad nocendum: quos qui non habuerint, eos inermes fuisse vinces. Cic. ad Brut. 10. 3. Perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti.

Inermis & Armatus, contratia. Cic. Anteq. it et in exil. 17. Cedam inermis armatis, innocens nocentibus, &c.

Arcus inermis. Stat. 1. Sylu. 1. 16.

Dextra inermis. Virg. 11. Aeneid. 135.

Hostis inermis. Propert. lib. 4. eleg. 1. 30.

Vulgus inerme. Ouid. 3. de Arte 10.

¶ Inermis ac nudus, per translationem. Cic. 1. de Fini. 23. Iā in altera philosophiæ parte, q̃ est quærendi & disserendi, quæ λογική, dicitur, ita vester plane, vt mihi quidem videtur, inermis ac nudus est. Liu. 1. ab Vrbe 114. Adhæc Albana pubes inermis ab armatis septa, &c.

Amor inermis. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 14.

Inermus, Adiectiuum, (ἀδωφόλυτος,) Idem. Gell. lib. 17. cap. 2. ex Quinto Claudii Annalium lib. 1. Arma, inquit, plerique obiciunt, atque inermi inlacebrant sese. Cicero ad Brutum, libro 11. 12. 1. Ita enim Romani erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis perteritis metu, tracto animo fugisse Antonii. Salust. in Iugur. Nos quam docere, qui manus armauerat, ab inermis pedibus auxilio petiuit.

Vulgus inermum. Virgil. 1. 1. Aeneid. 27.

Inerro, inerras, (πλανόομαι,) Inerrare, Idem quod errare. Plin. lib. 1. epist. 6. ad Cornelium Tacitum, Experieris non magis Dianam montibus, quàm Mineruam inerrare.

Ignis inerrat ædibus. Stat. 1. Sylu. 5. 13.

Inerrans, inerrantis, om. g. (ἀπλανής,) inerrantes stellæ quæ & fixæ dicuntur, quod suo loco moueri non appareant. Cic. 1. de Nat. deor. 98. Nec verò eæ stellæ quæ inerrantes vocantur, non significant eandem mentem atque prudentiam, quarum est quotidiana, conuenienss, constansque conuersio. Sunt qui fixas stellas vocent, quas hìc Cicero inerrantes appellat. Ibidem 79. Habent igitur suam Ipheram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam & liberam.

Iners, inertis, om. g. (ἐτώσιος, ἐτωσιεργός, ἀπράγμων,) Qui sine arte est, Ignauus. Cic. 2. de Finib. 181. Sed iustremus animo non ad maximas artes, quibus qui carebant, inertes à maioribus nominabantur. Terent. And. 3. 5. 2.
– atque hoc confiteor
Iure obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilii
Sum. Idem Adelph. 3. 4. 35. – hic Geta
Præterea, vt captus est seruulorum non malus.
Neque iners, alit illas.

Iners, Otiosus, ignauus, qui nihil operis & artis facit. Virgil. 1. eclog. 1.
Libertas: quæ sera tamen respexit inertem. Terent. Heaut. 5. 4. 10.

Iners & ignauus. Cic. 4. Verr. 139. At homo inertior, ignauior, magis vir inter mulieres nequam, quàm impura inter viros muliercula, &c.

Iners membris, Debilis. Plin. lib. 8. cap. 21. 5. Iuxta hanc fera appellatur cautoblepas, modica alioquin, cęterisque membris iners, caput tantū dūtaxat.

Inertes opera. Plaut. Bacch. 11. 15.

Iners ad. Plin. lib. 9. cap. 6. 2. Illæ ad flexum immobiles ad repugnandum inertes, & pondere suo oneratæ. De balenis.

Iners in Colum. lib. 6. cap. 17. 9. Quod si admissatius iners in Venerem est, odore perficatur, deterfis spongia fœminæ locis.

Non inertissimus homo, Vide NON.

Aetas iners. senectus. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 15. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 1.

Anima iners. Ouid. 13. Metam. 16.

Annus

Annus iners. Ouid. 1. Fast. 34.
Brachia inertia. Ouid. 5. Metam. 36.
Bruma iners. Horat. 4. Carm. ode 7. 3.
Caro iners. Horat. 2. Serm. saty. 4. 8.
Corda inertia. Virg. 9. Aeneid. 11.
Corpora inertia. Virg. 2. Aeneid. 73.
Frigus iners. Ouid. 8. Metam. 160.
Ignauum atque iners genus interrogationis. Cic. de Fato, 43.
Glacies iners. Horat. 1. Carm. ode 9. 1.
Glebæ inertes. Pigrę, nihil producentes. Vir. 1. Geor. 19,
– rastris glebas qui frangit inertes.
Humor iners, cui Profluens opponitur. Virg. 4. Georg.
In medium seu stabit iners, seu profluet humor,
Transuersas salices, & grandia conuiue saxa.
Ingenium iners. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.
Oculos stupor vrget inertes. Virg. 3. Georg. 103.
Iners otium. Cic. 2. de Leg. agraria, 30, Iraque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam ratione & consilio maiores nostri ad inertissimum & desidiosissimum otium perdoxerunt.
Pectus iners. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 5.
Pondus iners. Ouid. 1. Metam. 2.
Inertes querelæ, Languidæ. Liu. 1. ab Vrbe, 159, Mouet tum patris mœstitia, tum Brutus castigator lachrymarum atque inertium querelarū.
Sal iners. Plin lib. 31, Refrigerandoque salem faciunt inertem nec candidum.
Segnitia inertissima. Cic. 1. de Fin. 8, Eadem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitię est, aut fastidii deberatissimi.
Senectus iners. Senec. Hercul. fur. 9. 16.
Iners, ignaua, somniculosa senectus. Cic. de Senect. 31.
Somni inertes. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 4.
Tempus abibit iners. Ouid. 3. de Arte, 12.
Terra iners. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.
Truncus iners iacui. Ouid. 3. Amor eleg. 6. 3.
Versus inertes. Horat. de Arte, 90.
Vita iners. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 1.

Inertia, huius inertiæ, (ἀδρανία,) Modò p ignorātia artis, modò p otio, modò pro ignauia vsurpatur. Pli. lib. 9. cap. 15. 1, Inertia pinguescēs piscis. Col. in Præf. lib. 7. Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benignè nobis ætua respondent. Cic. pro Rosc. Comœdo. 14. Non propter inertiam laboris, sed, &c. Idem lib. 1. de Orat. 35, Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ nostræ. Plin. epist. 167. Sed quum suspecta virtus, inertia in pretio.

Inertia, ignauia, desidia, luxuria. Author ad Heren. lib. 1. 8.

Inertiæ opponuntur Artibus. Cic. in Partit. 10, Animi autem, aut quemadmodum affecti sunt, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis, aut quemadmodum commoti, cupiditate, metu, voluptate, molestia,

Laboris inertia. Cic. pro Rosc. Com. 14.

Mollis inertia. Horat. Epod. 14. 1.

Sepulta inertia. Horat. 4. Carm. ode 9. 6.

Strenua inertia. Horat. 1. epist. 11. 6.

¶ Accusare inertiam, Vide ACCVSO.

Afferre inertiam, Vide AFFERRO.

Segnitiem hominum atque inertiam castigare. Cic. 1. de Orat. 91.

Fuga laboris inertiam coarguit, & desidiam. Cic. pro Mure. 7.

Condemnare aliquem inertiæ. Cic. 1. de Orat. 84.

Nequitiæ & inertiæ se condemnare. Cic. 1. in Catil. 3.

Inertículus, pe. corr. (ἀμεθύστινος,) Plin. lib. 14. cap. 2. 10, Inerticulam è nigris appellauere, iustius sobriam dicturi, inueterato præcipuè commendabilem vino, sed viribus innoxiam. De vite. Colum. lib. 3. cap. 2. 15, Inerticula tamen nigra, quàm quidam Græci amethyston appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quòd & boni vini est, & innoxia: vnde etiam nomen traxit, quòd iners habetur in tentandis neruis.

Ineruditus, pen. prod. Adiect. (ἀπαίδευτος,) Nō eruditus. Suet. de Clar. gram. 15, Præterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem. Cic. 1. de Fin. 109. Nō ergo Epicurus ineruditus. Idem 4. Acad. 138, Modò nequis illud tam ineruditum, absurdumque respondeat.

Inesco, inescas, (δελεάζω,) inescare. Decipere. Translatio à piscibus decipi. Terent. Adelph. 1. 2. 12, Nunquam rem faciet, abi nescis inescare hominēs, Sannio. Liu. 1 bel. Pun. 175, Annibal id damnum haud ægerrimè pati, quin potius credere velut inescatam temeritatem fero cioris Consulis.

Ineuitábilis, & hoc ineuitabile, pen. corr. (ἀδιάδρασος, ἀπερόφυκτος,) Quod vitari non potest. Plin. in Paneg. 68, Magnum & ineuitabile, ac toties cuique experiendum malum.

Ius rigidum, & ineuitabile mortis. Ouid ad Liuiam, 89.

Numen ineuitabile. Stat. 9. Theb. 110.

Inexaturabilis, pen. corr. Adiect. (ἀκόρεστος,) Insatiabilis. Virg. 5. Aeneid. 155, Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus.

Inexcogitatus, pen. prod. Adiectiuum. (ἀδιάνοητος,) Quod excogitatum & præmeditatum non est. Plin. lib. 36. cap. 15. 8.

Inexcultus, Adiect. (ἀδιάκοσμος,) Gel. lib. 13. cap. 22, M. Catone Consulari & Censorius, publicis iam priuatisque opulentus rebus, villas suas inexcultas & rudes, nec tectório quidem prælitas fuisse dicit.

Inexcusabilis, pen. corr. Adiectiuum. (ἀπροφάσιστος,) Ouid. 7 Metam. 104.
Gratia diis, fœlix, & inexcusabile pectus.

Inexercitâtus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀμελέτητος,) Exercitato contrarium. Cic. de Senect. 69, Quibus qui splendidè vti sunt, hi mihi videntur fabulam gratis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. Sic 2. Tusc. 64, Inexercitatum militem.

Hebes & inexercitatus. Cic. 1. de Orat. 30, Omnium cæterarum rerum oratio mihi crede ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium literarum & politioris humanitatis experti.

Inexercitus, pen. corr. (ἀμελετήτος,) Idem. Cic. 5. Tusc. 159, Asclepiades ferunt non ignobilem, nec inexercitum philosophum, &c. Ex vetusto codice legitur non ignobilem Eretricum philosophum.

Inexhaustus, Adiectiuum. (ἀνεξάντλητος,) Quod expleri nō potest, & exhauriri. Cic. 3. de Finib. 11, Erat enim, vt scis, in eo inexhausta amiditas legendi, nec satiari poterat. De Catone.

Inexhausta metalla, Quę exhauriri non possunt præ abundantia. Virg. 10. Aeneid. 34. – aut Ilua trecentos
Insula inexhaustis Calybum generosa metallis.

Inexorabilis, & hoc inexorabile, penult. corr. (ἀπαραίτητος, ἀδάμαντος,) Quod exorari non potest. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 13, In literis mittendis (vt sæpe ad te scripsi) nimium te inexorabilem præbuisti.

Fatum inexorabile. Virg. 2 Georg. 99.

Inexorabilis iudex Cic. 1. Tusc. 16.

Inexorabilis res. Liu. 2. ab Vrbe, 13, Leges, rem surdam, inexorabilem esse salobriorem, &c.

Inexpectatus, pen. prod. (ἀπροσδόκητος,) Expectato contrarium est. Quintil. lib. 9. cap. 2, Illis nō accedo qui schema esse existimant, etiam siquid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum. Alia exemplaria habent inopinatum.

Hostis inexpectatus in armis adest. Ouid, 11. Metam. 13.

Inexperrectus, Adiectiuum. (ἀνέγερτος,) Ouid. 11. Metamor. 64,
In tanto fremitu cunctis sine spe iacebat
Sopitus venis & inexperrectus Aphypnus.

Inexpertus, Adiectiuum, (ἄπειρος,) Id est, Intentatum, & nulla experientia probatum Virg. 4. Aeneid. 83, Nequid inexpertum frustra moritura relinquat. Plin. epist. 167. e, Genus quæstionis quod affero ad te, aut non satis tritum, aut etiam inexpertum fuisse. Horat. 1. epist. 19. 19, Dulcis inexpertis cultura potentis amici,

Expertus metuit. Hoc est iis qui experti non sunt, qui periculum non fecerunt.

Siquid inexpertum scenæ committis. Horat. de Arte, 16.

Relinquere aliquid inexpertum. Virg. 4. Aeneid. 84,

Inexpertus, cum datiuo. Liu. lib. 3. bel. Pun. Exercitum in tectis habuit aduersus omnia mala sæpe ac diu durantem, bonis inexpertum atque insuetum, Item cum accusatiuo media prepositione. Idem libro 6. ab Vrbe, Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto,

Inexpiabilis, & hoc inexpiabile, pe. cor. (ἀνεξίλεωτος,) Quod expiari non potest. Cic. 2. Tusc. 44, Tum à Pontificio iure de ceremoniis sepulchrorum intelligi licet quas maximis ingeniis præditi nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione timuissent.

Implacabilis, & inexpiabilis. Cic. in Pisonem, 64, Si aspernaretur amicitiā meam, seseque implacabilem inexpiabilemque præberet. Pro inexorabili & inexplicabili. Budæus.

Inexpiabile bellum. Cic. de Aruſp. resp. 3, Ac penè huius imperii pestibus bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. Idem 14, Philip. 389, Bellum inexpiabile infert quatuor Consulibus vnus omnium latronū teterrimus. Quintil. lib. 2. cap. 16. 2. Liuius 3 bel. Maced. 111, Vt inexpiabile bellum aduersus se vnum maneret. Inexpiabile, pro pertinaci. Budæus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem. Liuius 9.bel. Maced. 208. Et lib.2.ab Vrbe,73.

Inexplànatus, pen.pro.Adiect.(ἀνομάλωτος)vt Inexplanata lingua,hoc est Impedita, neque agilis, neque etiam complanata,vt apertè proferre possit.Plin.lib.11.cap.37,46, Metellum Pontificem adeò inexplanatæ fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus credatur,quòm meditatur in dedicanda ęde Opiferæ dicere.De linguis animalium loquitur.

Inexplébilis, & hoc inexplebile.pen.cor.(ἄπλης,)Quod ex pleri non potest.Cic.5.Tusc.24,Quid vero illum, quem libidinibus inflammatum & furentem videmus, omnia rabidè oppetentem cum inexplebili cupiditate. Pli.lib.10.cap.47.1, Huc omnia inexplebile animal congerit.Hoc est,insatiabile.

Inexplebilis potu.Plin.lib.11.cap.25.2,Itemque quum sitiunt inexplebiles potu.

Inexplebilis virtutis,veræque laudis homo.Liu.8.bel. Pun.88.

Inexpletus,pe.prod.Adiect.(ἄπλήρωτος,)vt Cædes inexpletæ, Stat.8. Thebaid.130.Id est nondum completæ.

Lachrymans inexpletum.Virg.8.Aeneid.110.Hoc est inexplebiliter. nomen pro aduerbio.Seruius.

Inexplicábilis, & hoc inexplicábile, pen.corr.(ἀνέκπτυκτος,) Quod explicari non potest . Plin.lib.23. cap. 1.10, De generibus singulis disserere,immensum,& inexplicabile est.

Inexplicabilis viarum error.Plin.lib.36.cap.13.4.

Inexplicabiles fraudes.Cic.1.Tusc.114.

Inexplicabile iter.Plin.lib.5.cap.5.8, Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit.

Laqueis inexplicabiles.Quintil.lib.5.cap.10.70.

Series inexplicabilis.Quintil.lib 5.cap.14.25.

Inexplicabiles viæ continuis imbribus Hoc est, vnde sese quis facile extricare non queat.Liu.10.bel.Maced.112.

Inexplicitus, pen.corr.Adiect.(ἀνείλικτος,)Intricatus,inuolutus,obscurus,& qui facile explicari non potest.

Mart.lib.9.50,Democritos,Zenonas,inexplicitosque Platonas.

Inexploratus, pen.prod.(ἀνεξέλεγκτος,)contrarium Exploratro.Liu.6.bel Pun.245, Non altitudo mœnium, non inexplorata stagni vada, non castellum in alto tumulo situm, nõ, &c. Plin.lib.36.cap.6.13, Apportatur & Indicum ex India , inexploratæ adhuc inuentionis mihi.De atramento.

Inexploratò,sine inexploratò.pen.prod.Aduerb.(ἀνεξέλεγκτος,)Incertò, sine exploratione atque indagatione.Gel.li.5.cap.19, Sed arrogationes non temerè,nec inexploratè committuntur . Liu.6.ab Vrb.118, Inexploratò pabulatum cohortes misere . Idem 1.bel.Pun.20, Inexploratò postero die, vix dùm satis certa luce angustiis superatis, &c. Sic lib.7.146.

Inexpugnábilis, & hoc inexpugnibile,penul.corr.(ἄμαχος, ἀνοπλόλητος,) Quod expugnari non potest.Liu.1.ab Vrb.31,Ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore . Sic 4. bel. Pun.167. Cic.5. Tusc 58, Volumus enim eum qui beatus sit,tutum esse,inexpugnabilem,septum, &c. Sic Plinius li. 36.cap 15.8.

Cor inexpugnabile telis.Ouid.4.Trist.eleg.9.13.

Pectus inexpugnabile amori.Ouid.11 Metam.154.

Probationes inexpugnabiles. Quintil.lib.5.cap.10.11.

Inexputabilis, pen.corr.Adiect.(ἀκαρίθμητος,) Quod exputari vel numerari non potest. Colum.lib.9.cap.4. 5,Verum ex cunctis quæ proposui,quæque omisi , temporis compendia sequens(nam inexputabilis numerus erat)saporis præcipui mella reddit thymus.

Inextinctus, Adiect.(ἄσβεστος,)Qui non extinguitur ,Ouid.6. Fast.60,

Ignis inextinctus templo cælatur in illo,
Effi:;:m nullam Vesta nec ignis habent.
Libi finis inextinctæ homo.Ouid.1.Fast.83.

Inextirpabilis, & hoc inextirpabile. pe. corr.(ἀνεκριζωτός,) Quod extirpari & erui non potest.Plin.lib.15. cap.20.1,Radices multæ atque altæ,& ideo inextirpabiles.

Inextricabilis, & hoc inextricabile , pen. corr. Quod extricari non potest . aut vnde quis extricare se non potest. Plin.lib.36.cap.13.8,Ioque basi quadrata intus labyrinthũ inextricabilem. Virgil.6.Aeneid.6,Hic labor ille domus , & inextricabilis error .

Inextricabilia vitia. Pli.lib.20.cap.21.10,Semen stomachi inextricabilia vitia sanat.De hippolapatho .

Inexuperabilis, pen.corr.Adiect.(ἀκήρατος,)Quod superari non potest.vt

Inexuperabilis vis fati.Liu.8.ab Vrbe,20.

Inexuperabiles Alpes . Liu.5.ab Vrbe,155, Alpes inde oppositæ erant , quas inexuperabiles visas haud equidem miror,nulla dum via superatas.Idem lib.8.bel.Maced.88. Sic Plin.lib.12.cap.1.3.

Inexuperabilis,pro Inuicto.Senc.19.epist. Is qui philosophiam in remedium suum exercuit ingens fit animo,plenus fiduciæ , inexuperabilis.

Infabre, pen.correpta,(ἀκατεργάστως,)Aduerbium,contrarium habet Affabre,quod Politè & eleganter significat. Liuius de belli Maced.155, Aureos torques transtulit M CCCCLXX, ad hæc auri pondo CCXLV ,argenti infecti factique in Gallicis vasis non infabre suo more factis,duo millia CCCXL,pondo,&c.

Scalptum infabre.Horat.1.Serm.saty.3.5.

Infabre,Fœdè:vt Affabre,Pulchre,Pacuuius,Barbaricam pestem nauibus nostris obtulit noua figura factam commissam infabre.Nonius.

Infabricatus,pen.prod.(ἀκατασκεύαστος,)Fabricam contrarium. Virg. 4.Aeneid.81.

Froudentesque ferunt ramos,& robora syluis

Infabricata,fugæ studio.

Infacêtus, penult.prod.Adiect.(ἄκομψος,)Faceto contrarium. Plaut . Trucul. 8.3. Quid tam infacetus Lemnio adueniens?

Non infacetus homo.Cic.3.Offic.75.

Seclum infacetum.Catul.in amicam Formiam,epig.40.2.

Infacetiæ,infacetiarum.(ἀνυπερβολία,)vt

Pleni infacetiarum annales.Catul.in Annales Volusii,34.4.

Infacundia, huius infacundiæ.Gel.lib.11.cap.16,Tui errores, quippe esse intelligo in mea scilicet infacundia . Id est imperitia dicendi.

Infacundus,Adiect.Inelegans,nulla dicendi facundia præditus. Liu.4.ab Vrbe,116,Et Tribunus plebis vir acer , nec infacundus nactus inter aduersarios,&c.

Infacundior homo. Liu.7.ab Vrbe,15.

Infamis, & hoc infame,pen.prod.(δυσώνυμος, δυσκλεής,) Quod sine fama,turpis,qui malè audit.Cic.6.Ver.17, Quo in cupido multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris flagitiisque fecisti.

Homines cæteris vitiis atque omni dedecore infames.Ci.pro Cluē.190.

Infamem facere.Terent.Heaut.5.4.14,

-ea causa magis
Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri .

Infames frigoribus Alpes,Horrendæ & pertimescendæ propter frigora . Liu.1.bel.Pun.114, Ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium & vestimentis est adiutus,quæ infames frigoribus Alpes pugnare cogebant .

Infamis annus pestilentia.Liu.8.ab Vrbe,89.Illud peruelim(nec omnes authores sunt)proditum fallo esse venenis absumptos , quorum infamem annum pestilentia fecerit,sicut proditur .

Carmen infame.Ouid.1.de Remed.amor.51.

Infamis ac nefaria cera.Cic.1.Verr.13,Ceratam vnicuique nobilium dari cera legitima,non illa infami ac nefaria .

Genus infame Danai.Horat.2.Carm.ode 14.4.

Ludi infames.Propert.lib.3.eleg.14.1.

Infame nomen.Plin.lib.33.cap.3.10.

Infame os Antonii,Turpe & immundum.Cic.11.Philipp.193.

Terræ infames cædes Ouid.13.Metam.80.

Vita infamis.Lucret.lib.3.9.

¶Infamis dictus est ab antiquis digitus medius propter ignominiam, quòniam indigere videatur aliorum defensione.Persius Saty.2,Infamis digito lustralibus antè faliuis Expiat.

Infamia,infamiæ,(δυσκλεία,)Nota.macula,probrum,nota turpitudinis Terent. And.2.6.13.

-tum id clam cauit ne vnquam infamiæ
Ea res sibi esset,vt virum fortem decet. Suet.de Claris grama.23.

Sed maximè flagrabat libidinibus in mulieres vsque ad infamiæ crimen Terent.Adel.3.2.4,Vis,egestas,iniustitia, solitudo, infamia. Cic.2. Verr.112,Nihil ad tuas aures de infamia tua peruenisse . Cæsar.1.ab Ciuil.16,Simul infamia duarum legionum permotus.

Metus infamiæ. Tacit.lib.10.

Intactus infamia,Vide INTACTVS.

Temporis infamia.Ouid.1.Metam.43.

Inueterata infamia.Quintil.li.6 cap.5.7.Ex Cicer.Cluentiana.

Mendax infamia.Horat.1.epist.17.8.

Vetus infamia est in saxo.Ouid.2.Metam.142.

¶In infamiam accedere.Plaut. Trinum.4.62.

Attingit eum infamia.Vide ATTINGO.

Auertere ab infamia,Vide AVERTO.

Inurere infamiam alicui,Vide INVRO.

Leuare sese infamia,Vide LEVO.

Liberare infamia,Vide LIBERO.

Infamo,infamas,pen.prod.(ἀτιμόω, παρασημαντίζω, infamare ignominiam vel notam inurere,i gnominia notare. Quintil. lib.10.cap.1. non procul à fine,Deinde quum se iactaret eodem modo dicere,&c.

cam,infamabat.Plin.lib.9.cap.35.14, Hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto Oriente, interdicta amicitia ,à Caio Cæsare Augusti filio,venenum biberet.Seneca,Desinant denique infamare nos tanquam incredibilia factantes.

Infamare parricidii.Quintil.8.Declamat.

Animum infamare timore.Ouid.3.de Ponto,eleg.6.9.

Funera infamauit bellum.Stat.6.Theb.10.

Ferum infamare veneno.Silius lib.3.55.

Officia alicuius infamare.Quintil.lib.2.cap.15.4,Qui quum longè sit à voluntate infamantium oratoris officia ,finem artis temere comprehendit. Idem lib.5.cap.7.2.

¶Infamare,Diuulgare.Liu.10.bel.Mac.25, Infamandæ rei causa tanta obseruari iubet.

¶Infamare agrum.Colum.lib.1.cap.7.6,Ita fit.vt & actor & familia peccent, & ager sæpius infametur . Hoc est vt agro imputetur peccatum familiæ.Idem lib.9.cap.8.4,Non sunt degeneres intermiscendæ, quæ infament generosas.

Infamãtus,pen.prod.(ἀτιμωτός,)Participium.Ouid.14.Meta.83,

Et procul insidias,infamatæque relinquunt Tecta deæ.Infamatam deã , Circen vocat.

Infandus, Adiect.(ἄῤῥητος,)Arduum quiddam atque inenarrabile,& quod vix fari quis possit.Virg.2.Aeneid.1.Infandum regina iubes renouare dolorem. Teren.Eun.4.3.22,Perii, obsecro tam infandum facinus mea tu'ne audiui quidem. Mart. lib.9.10, Immatura dabant infandas corpora pœnas. Liu.4.ab Vrbe,142, Romanus odio accensus,impium Fidenatem, prædonem Veientem , ruptores induciarum,cruẽtos legatorum infanda cæde,respersos sanguine colonorum suorum , &c. Idem 3.bel.Pun. Quæso ne ante oculos patris facere & pati omnia infanda velit.

¶Amor infandus . Virg.4. Aeneid.17.

Cædes infanda.Liuius,Infandæ colonorũ cædis & defectionis authores,

Casus infandus.Virg.8.Aeneid.113.

Dies infanda Virg.2.Aeneid.27.

Dolor infandus.Virg.1.Aeneid.1.

Ignes infandi.Virg.1.Aeneid.106.

Labores infandi.Virg.1.Aeneid.121.

Res infanda & crudelis . Cic.1.de Orat.175,Ex aduersario , iisdem locis fere contraria.Ex re,si crudelis,si infanda,si præter opinionem, si immerito,si misera,si ingrata, &c.

Infandum,(ἄῤῥητον,)interiectionequemadmodum Malum.& similia poni solent.Virg.1.Geor.96.Infandum;sistunt amnes . terræque deliscũt.

Infandum,Aduerbium.Virg.1.Aeneid.51,

Nauibus(infandum)amissis vnius ob iram

Prodiuur.Infandũ,pro Infandêmomen pro aduerbio. Potest tamen hoc loco etiam esse interiectio dolentis.Seruius.

Infans, infantis,com.ge.Substantiuum,(βρέφος, νήπιος, νήπιος,) Puer qui nondum fari cœpit.Mart.lib.7.95. Cic.3. Verr. 100,Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit.

Ab infante, Vide AB.

Atinofus Infans.Horat.3.Carm.ode 4.4.

Crassus,Iouenal.Saty.13.17. Generosus.Stat.4.Sylu.7.9.

Infans incertus.Liuius 1,bel.Maced,In Sabinis incertus, infans natus masculus an fœmina esset.

Parui infantes.Lucret.lib.1.38.

Aeditus in lucem facuit sine viribus infans.Ouid.15.Meta.45.

Continere infantem aluo, Vide CONTINEO.

Expressus infans omnibus membris.Quintil.lib.2.cap.4.5.

Infestat infantes æditos plenilunium,Vide INFESTVS.

Remouere infantem,A lacte depellere.Plin.lib.28.cap.7.2,De lectis vsque vtilissimum esse mollissimumque,& in longa febre cœliaci Vagitat infans.Stat.4.Sylu.8.7.

Infans,De bruti & auibus etiã dicitur.Plin. Quadrupedes infantes suos cognoscunt.Idem li.10.ca.61 ,Vespertilio volucrum sola,lacte nutrit ubera admouens,geminos vobrat amplexa infantes.

¶Infant.o.g.capitur pro paruo . Plin.lib.22.cap.22.26,de boleto, Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti.Id est parui & nõdũ adulti. Ouid.in libin.47, Gutturaque imbuerant infantia, lacte canino . Item 4.Fastorum.41, Tutus vt infanti vagiat ore puer.

Pudor infans.Horat.1.Serm.saty.8.11,Verecundia enim nos elingues facit.Porphyr.

Pullus infans.Plin.lib.10.cap.33.1.Ipsum vero nidum mollibus plumis floccisque construunt tegẽfaciendis ouis , simul ne durus sit infantibus pullis .

Infans.Non facundus,orationis facultate destitutus. Cic.de Cla. Orat. 38,Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse.Idem pro Cluent. 39,Tum verò ita sum perturbatus,vt omnia timerem.si nihil dixissem ne infantissimus:si multa in eiusmodi causa dixissem , ne impudentissimus existimarer. Idem ad Q.fratrem,lib.3.20.1, Gabinius absolutus est : omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque infantius.nihil illo consilio sordidius.

Infans historia.Cic. de Claris Orat.52, Quæ neque nimis est infans , neque perfectè disserta .

Infantes ac insipientes homines : quibus opponuntur Magni ac diserti . Cic.1.de Inuent.5.

Infantia,Infantiæ.(νηπία,)Aetas puerilis & inadulta.Plin.lib.9.cap.8.1 Atque etiam gestant fœtus in infantia.

Infantia dicitur quum quis rem aliquam nouit , & eam dicendo non potest explicare.Cic.Attico,lib.4.8.12, Quomodo ergo absolutus omnino ἀεφπαν ὑμμα,accusatorum incredibilis infantia,id est L.Lentuli, L.Ter.quẽ fremunt omnes præuaricatum. Idem lib.3.de Orat.78. & 79,de eloquentia loquens.Neque verò hoc fugit sapientissimum regẽ Philippum,qui hunc Alexandro filio doctorem accierit(de Aristotele loquens)à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta , & eloquẽdi.Nunc fiat,qui velit , cum philosophum, qui copiam nobis rerum , orationisque tradat,per me appellet oratorem licet; sine hunc Oratorem,quem ego dico, sapientium iunctam habere eloquentiæ philosophum appellare malit.non impediam: dummodo hoc constet , neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat: neque inscitiam illius cui res non suppetit,verba non desint , esse laudandam.quorum si alterum sit optãdum , malim equidem indisertam prudentiam,quàm stultitiam loquacem.Idem in Ora.130,Res autem sic se habet(vt breuissimè dicam quod sentio) compositè & aptè sine sententiis dicere,infania est; sententiosè autẽ , sine verborum & ordine,& modo infantia.sed eiusmodi tamen infantia , vt ea qui vtantur , non stulti homines haberi possint , etiam plerumque infantes . Idem in Top.44 . Possitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam,

Soluimus infantiam delitiis. Quintil.lib.1.cap.2.6,

Ab infantia,Vide AB.

Infantia pomi Plin.lib.15.cap.19.2,Mox lacteum humorem , hoc est infantiam pomi absumunt.

Infantaria,infantariæ.(ἀῤῥιτόκος,)pro Puerpera.Mart.li.4.43,Et quod mireris magis,infantaria non est.De Basia.

Infarcio, infarcis,infarsi, infartum,(ἐμπλάττω,συνυφαίνω, ἐνῆθέω,) Infarcire.Implere.Plin.lib.35.cap.14.1, Quidẽ non & in Africa Hispaniaque ex terra parietes,quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati , vtrinque duabus tabulis infarciuntur.verius quam instruuntur)quis durant,incorrupti imbribus,ventis, ignibus,omnique cæmento firmiores?Colum.lib.12.ca.53.2, Et maximè in eas partes quibus ossa relicta sunt,largum salem infarcito. Id est indito.Tranquil.Mori inedia destinanti,per vim ore deducto infarciri cibum inflit.Budeus hic infercire legit.

Infarcire verba,Inculcare,& sine ordine inserere.Cic.in Ora.136, Quæ vitia qui fugerit ,vt neque verborum ita traiiciat.vt id de industria factũ intelligatur: neque infarciens verba,quasi rimas expleat, &c.In vetusto exemplari legitur inferciens .

Infatigabilis, pen.corr.(ἀκάματος,)Qui non defatigatur,vt infatigabilis cursus . Plin.lib.28. cap.19.12, Dentes quidem eorum maximi,equis quoque ad alligati,infatigabilẽ cursum præstare dicuntur .

Infatuo, infatuas , (μωροποιέω,) infatuare , Reddere stultum & fatuum.Cic.pro L.Flacco,37,Habebat enim rhetor iste adolescentes quosdam locupletes,quos dimidio redderet stultiores,quam acceperat , vbi nihil possent discere nisi ignorantiam literarum , neminem quidem adeò infatuare potuit , vt ei nummum vllum crederet. Idem 3.Phil.231,Vt hominem stultum magis etiam infatuerem cede publica.

Infaustus, Adiect.(ἀπόλοιος,)Infœlix,infortunatus.Ouid.14.Metam.106, Bella infausta gerunt , multumque ab vtraque cruoris parte datur.

Infectus, participium , Vide INFICIO.

Infectus,Adiectiuum.(ἀνέργαστος,ἀδόκιμος,)Non factus . Ex in & factus compositum.Plaut.Amphi.10.3,Ea quæ sunt facta,infecta esse acclamitat.Ibidem.7.74, Vtinam di faxint infecta dicta rectè veniant tua. Id est, Vtinam quæ dicis non coeniant.

Infectum argentum Signato opponitur.Liu.4.bel.Mace.46.Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo,& signati bigatorum XVII millia viginti tria.

Cursu infecto deposcit præmia.Propert.lib.1.eleg.26.5.

Infectum damnum.Cic.in Topicis,10,At siquis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit , non debebit præstare quod fornix vitii fecerit.

Infecta dona facere.Plaut.Mostel.4.27,

-infecta dona facio,

Periit quod iam promisseram tibi dona perdidisti.Id est irrita, reuoco donationem.Budæus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fa cta, infecta loqui. Stat. 3. Thebaid. 86.
Fcæli s infectum. Virg. 12. Aeneid. 49.
Facta & infecta opera. Cato cap. 2, Vbi cogouit quomodo fundus culpos fiet, operaque quæ facta, infectaque sient.
Infecta pace, Non facta. Terent. Eunucho. 1. 1. 8,
Infecta pace, vltro ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre nó posse. Liu. 8. ab Vrbe, 187, Sánites infecta pace, quia de conditionibus agebatur, induciasque annuas ab vrbe retulerunt.
Pensa infecta reponunt. Ouid. 4. Metam. 2.
Sacra infecta relinquunt. Ouid. 6. Metam. 41.
Scelus infectum. Virg. 6. Aeneid. 149.
¶ Diffingere, infectumque reddere. Horat. 3. Carmode 19. 10.
Infecta facere, Quod factum est corrumpere. Plau. Casina, 20. 9, Hanc rem mihi ex parata imparatam
Id quærunt: volunt hæc vt infecta faciant,
Infectum fieri non potest. Plaut. Aulul. 36. 11, Quid vis fieri? factum est, illud fieri infectum non potest. Terent. Phorm. 5. 9. 45.
Infectum reddere. Plin. in Paneg. 133, Intercedere iniquitatibus magistratuum, infectamque reddere quicquid fieri non oportuerit.
Pro infecto esse. Liu. 9. ab Vrbe, 54, Nemo quenquá deceperit, omnia pro infecto sint, recipiant arma quæ per pactionem tradiderunt.
Infectum volet esse dolor quod suaserit. Horat. 1. epist. 2. 12.

Infelix, Vide INFOELIX.

Infensus, (ἀπρόσιτος,) Adiectiuum ab Infero, ait Sipõtinus, significat eum qui ira in alios elatus est, & odium gerit. Teren. And. 1. 3. 7, Me infensus seruat, nequam faciam in nuptias fallaciam. Plaut. Merc. 18. 15, Verùm si non amant, oderunt, molesti itidem atque difficiles, Garruli, olores, infensi, iracundi, sibi suisque inuidi. Suet. in Vitell. Nullis tamen infensior quàm vernaculis. Liu. Nec vllius vrbis defectionis magis infensos eorum animos esse. Idem lib. 9, Itaque apud infensos milites confestim oratio habita. Tacit. Infensus Claudio dolore iniuriæ credebaris.
Infensus & inimicus. Cic. 1. Verr. 23, Iam nunc timeo quidnam pro offensione hominum qui illi inimici, infensique sunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum, dignum eloqui possim.
Infenso atque inimico animo ire in aliquem. Cic. 4. Ver. 106.
Dictis infensus amaris. Stat. 2. Theb. 132.
Ignem infensum corripit. Virg. 5. Aeneid. 127.
Infensa atque inimica natura hominum generi. Cic. 4. Tusc. 92.
Valetudo infensa. Tacit. lib. 14. Vitat comitantes, ratus per vrbem, quasi valetudine infensa.

Infenso, infensas, (ἐχθραίνω) Infensare. Verbum apud Tacitum li. 13, pro Infensum habere, Vt quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur.
Infensare, pro Infestare. Tacit. lib. 5, Adequitare castris, infensare pabulatores. Idem lib. 13, Sed palàm infensare Armeniam.

Infer, pro Infra, Antiquè. (κάτω) Cato de Re rust. cap. 149, Vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo: vbi super, inferque vicinus permittet, tum decedito. Putarim tamen & super & Infer adiectiua esse: vt sit Infer, infera, inferum: Super, supera, superum pro Inferior & Superior. Vicinus infer, Cuius pratum est infra tuum, siue sub tuo.

Inferiae, inferiarum, (ἐπιτάφια, ἐνδιδύματα,) sunt (ait Seruius) sacra mortuorum quæ inferis soluuntur. Virg. 10. Aeneid.
Viuentes rapit inferias quos immolet vmbris. Idem lib. 9, Absentes farat inferias, decorètque sepulchro. Suet. in Cal. Inferiasque his annua religione publicè instituit. Cic. 3. de Nat. deorum 56, Tertius est ex Idæis digitis, cui inferias afferunt.
Dare inferias manibus. Ouid. 5. Fast. 84.
Ferre inferias alicui. Virg. 9. Aeneid. 45.
Mittere inferias extincto alicui. Ouid. 11. Metam. 77.
Sacrare vmbris æternas inferias. Stat. lib. 3. 7.

Inferior, Vide INFERVS.

Infernas, infernãtis, pen. prod. sicut Supernas, o. g. (ἐμφερόσιος.) Plin. lib. 16. cap. 39. 8, Et ideo Romę infernas abies supernati præfertur. Vitruius, Infernatia ligna sunt, quæ ex Apennino, parte qua inferum mare spectat, cæduntur: supernatia è diuerso.
Infernus, Adiect. (ὁ κάτω,) vt Infernus fluctus, quasi intimus & profundus. Pli li. 1. ca. 47. 11. Quoniã ille ifernus fluctus ex imo maris spirat.
Aquæ infernæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 4.
Infemi dii, quibus Superi opponuntur. Liu. 1. bel. Maced. 116.
Pars inferna. Cic. 2. de Nat. deor. 170, Hic sese infernis è partibus erigit Hydra. Ex quodam poeta.
Rex infernus, Pluto. Virg. 6. Aeneid. 22.
Sedes inferna. Ouid. 3. Metam. 101.
Inferna flagna. Liu. 8. ab Vrbe, 120. Et Plin. lib. 25. cap. 5. 12.
Tenebræ infernæ. Horat. 4. Carm. ode 7. 5.
Valles infernæ. Ouid. in Ibin, 16
Infernæ vmbræ. Mart. lib. 1. 120. Et lib. 4. 16. Item lib. 11. 6.

Infero, pen. corr. infers, intuli, pen. corr. illãtum, pen. pro. (ἐπιφέρω) inferre, intrò ferre, siue portare. Plaut. Curcul. 2. 72, Me inferre Veneri noui iam ientaculum. Plin. lib. 13. cap. 21. 3, Quæ in domum illata, difficiles partus fieri, mortesque miseras. Colum. lib. 8. cap. 5. 16, Sunt qui spicas allii tepido madefactas oleo faucibus inferat. Illatus in aciem lecticula. Liu. 4. bel. Pun. 192.
In ærarium inferre. Paul. in L. Senatus. ff. de Contrahenda emptione & venditione. Senatus censuit, nequis domũ villámve diruere, quo plus sibi acquireretur, néve quis negotiandi causa eorum quid emeret vendereve pœna, in eum qui aduersus Senatusconsultum fecisset, constituta, vt duplum eius, quanti emisset, in ærarium inferre cogeretur: in eum vero qui vendidisset, vt irrita fieret venditio.
Inferre in ignem. Cęsar 6 bel. Gal. 73, Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica, & sumptuosa omniaque quæ viuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia.
In pauperiem. Plaut. Trucul. 11. 18,
–velut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, amicis.
Inferre se in templum. vel in vrbem. Cic. in Vatinium. 14. Tu in templũ Castoris te cum C. Fidulo atrato, cæterisque tuis furis funestum intulisti. Idem in Pisonem. 43, Triennio post Macedonicus Imperator in vrbem se intulit, vt nullius negotiatoris obscurissimi reditus vnquam fuerit desertior.
¶ Inferre se, pro Cum impetu irruere. Liu. 2. ab Vrb. 64, Adeò concitato impetu se intulerant Hetrusci, vt funderent ipso incursu Aricinos. Ibidem, lib. 3. 19. Se temerè magis quàm cautè in mediam dimicationem infert. Et lib. 1. 81, Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perennis rigabat aquatquo quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum deæ inferebat, Camœnis eum locum sacrauit. Sic lib. 4. 146. Et ipse princeps calcaribus subditis euectus, effræno equo in medios ignes infertur. Idem 3. bel. Maced. 73, Inferentem se ferociter hostem, &c.
Per medios infert se. Virg. 1. Aeneid. 89.
Inferre, se pro Incedere, & composito quasi gradu cum fastu ambulare. Vel etiam simpliciter ingredi & intrare. Plaut. Milit. 14. 53, Vbi tu iguauum vt sese inferat? Idem Persa, 23. 30, Hui babæ, quid basilicè te intulisti, & facetè. Idem Pseud. 22. 22, Ad hunc modum me intuli.
Equus se infert campo. Virg. 1. Georg. 29.
Inferre & intrudere se. Cic. pro Cecinna, 10, Versabatur quoque eorum pore in his rationibus auctionis & partitionis. atque etiam se quasi rebat & intrudebat, & in eam opinionem Cęsennia adducebat, vt ... lier, &c. Id est Ingerebat, vt volgò dicunt. Budæus.
¶ Inferre, de mortuis dicitur. Cic. 2. de Legibus, 85, Iam tanta ... sepulchrorum, vt extra sacra & gentem inferri fas negent ... 101, De sepulchris autem nihil est apud Solonem amplius ... quis ea deleat, néve alienum inferat. Vlpianus in L. 2. ff. de ... & sumptibus funerum, Qui mortuum in locum alienum ... bitur in factum actione. Idem in titulo de Mortuo infer. ... Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibetur inferre.
¶ Inferre abortum. Plinius lib. 8. cap. 47. 2, Tonitrus ... abortus inferunt. Hoc est, Causa sunt abortus. Vide ABORSVS.
Inferre actionem cum aliquo est agere aduersus aliquem. Paulus in L. ... facto. Parag. vlti. ff. De peculio.
Inferre verecundiam alicui. Liu. lib. 5. bel. Maced. Aduentum eius & ... festa tem ad verecundiam inferendam Romanis maiorem vsu habitu ... tuam quàm arma.
Inferre arma, pro Belligerare. Liu. 1. ab Vrbe, 133, Quũ bellũ vitandum ... summa ope pararent, vertique in eo res videretur vt prius arma ... ferrent, occupat. Tullus in agrum Sabinum transire. Sic 8. bel. Pun. 245, Inferenda etiam Africæ arma.
Bellum, Idem. Cic. 1. de Diuin. 88, Iouem imperauisse, vt Italiæ bellum ferret. Cæsar 1. bel. Gal. 114, Vni toti Galliæ bellum inferet, ... que potirentur, Cic. ad Senatum, lib. 15. 2. 2. Virg. 3. Aeneid. 50.
Bellum contra patriam. Cic. 2. Philipp. 68.
Cæcitatem. Plin. lib. 12. cap. 8. 2, Item laurino folio & ibi spiras ... dita est, cuius liquor aspersus oculis, cæcitatem infert omnibus animalibus.
Calamitatem ciuitati. Cæsar 2. bel. Gal. 28 2. Qui huius consilii principes fuissent, quod intelligerent quantam calamitatem ciuitati intulisse ... in Britaniam profugisse. Sic. 1. bel. Gal. 47.
Caritatem annonæ. Plin. lib. 18. cap. 28. 12, Quæque nunquam annonam intulere caritatem.
Causam, Afferre excusationem. Cęsar 1. bel. Gal. 156, Quorum alios ... causa illata, quam sibi ad profiscẽdum necessariam esse dicerent, proponebant: eius voluntate discedere liceret.
Inferre causam, alicui, pro Dare occasionem. Hirtius de bello Hispaniensi, lib. 6. 3. Propter pecuniæ magnitudinem aliqua ei inferebatur causa, vt eo de medio sublato, ex eius pecunia. Iatronum largitio fieret.

Certamen alicui, vt aliquid fiat. Liu. 4. ab Vrbe, 183. Cõsulibus, Tribunis pleb. certamen intulerunt, vt pars Quæstorum ex plebe fieret.
Cladem. Liu. 9. bel. Pun. 18, Omnibus pacis modo iniuriose agentibus magna clades illata. Sic lib. 7. 215.
Classes Oceano. Lucan. lib. 10. 8.
Crimen alicui, Criminari Cic. 7. Verr. 84, Quum ipse prædonum socius putaretur, aliis proditionis crimen inferret. Idem de Amicitia, 58, Addendum eodem est, vt ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis. De amico.
Crimina inferre & Diluere, contraria. Author ad Heren. lib. 4. 104, Accusatoris officium est, inferre crimina: defensoris, diluere & propulsare.
Detrimentum, pro Damno esse Cæsar 2. bel. Ciuil. 8, Magnisque vitro illatis detrimentis, eos qui eruptionem fecerant, in oppidum reiciebant. Ibidem, lib. 3. 255.
Dolorem. Plin. lib. 14. cap. 5. 3.
Faces tectis, incendere tecta. Cic. in Parad. 35, Nisi fortè quũm parietes disturbabas, aut quum tectis sceleratas faces inferebas in eorum aliquid ruere, aut deflagrare arbitrabare.
Famem ciuibus. Cic. ad Atticum, lib. 9. 181. 5, Me meis ciuibus famem, vastitatem inferre Italiæ.
Fraudem. Liu. 7. bel. Pun. 156, Ibi duo duces fagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem.
Gradum. Li. 9. ab Vrbe, 215, Is nouus terror additus quum ex parte vtraque circumuasisset aciem, & ad terrorem hostium legiones Rom. redintegrato clamore intulissent gradum.
Gradum inferunt, quasi recentibus auxiliis aucti. Tacit. lib. 19.
Hostem se alicui. Virg. 10. Aeneid. 13.
Ignominiam. Liu. 4. bel. Maced. 51.
Se in periculum capitis Cic. pro Cor. Bal. 28, Nequis se pro nostro imperio in periculum capitis, atque in vitę discrimen inferret.
Iniuriam socio Cæsar 1. bel. Gal. 56. Et lib. 2. 343. Cic. 1. Offi. 35, Sed in iustitię genera duo sunt: vnum, eorum qui inferunt: alterum, eorum qui ab iis quibus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam. Plaut. Milit. 9. 77, –paterer vicino meo
Inferri apud me ita insignite iniuriam?
Litem capitis in aliquem. Cic. pro Cluentio, 91.
In clarissimum solem lumen inferre. Quintil. lib. 5. cap. 12. 7.
Mala. Plin. lib. 14. cap. 22. 9. Approbauit plane quanta per temulentiam mala terrarum orbi intulisset.
Manus alicui. Idem quod Afferre manus. Cic. in Parad. 28, Et æque peccare se si priuatis, ac si magistratibus manus inferantur. In vetusto exemplari legitur Adferant. Plin. epist. 190. 2, Quòd in Senatu Senator Senatori, Prætorius Consulari, reo iudex manus intulisset.
Turba manus armatas in illum intulit. Ouid. in Ibin, 123.
Meniorìam sempiternam in domum suam. Cic. 2. Offi. 13.
Mentionem pro Mentionem facere, Liu. 4. ab Vrb. 1, Et mẽtio primo sensim illata à Tribunis, vt alterum ex plebe Consulem liceret fieri. Ibidem, 190. Subinde ab eisdem Tribunis mentio in Senatu de agris diuidendis illata est. Sic. 9. bel. Maced. 38. Et 7. bel. Pun. 208.
Metum. Incutere timorem. Liu. 6. bel. Pun. 105, Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quam apud ciues, fociosque & diuinatio quædã futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat, eo opportunè maiorem inferens metum.
Mœstitiam. Cic. 1. Tusc. 170.
Moram Cæs. 3. bel. Ciu. 267, Neque verò Pompeius cognito consilio eius & ... moram vllam ad insequendum intulit. Id est, Nullam moram fecit.
Morsus alicui. Ouid. 11. Metam. 12.
Mortem, Occidere Plin. lib. 27. cap. 2. 1.
Necem. Plin. lib. 10. cap. 74. 6, Aspidem necem intulisse catulo author est Philarchus.
Oculos in. Cic. pro Fonteio, 27, Age verò nunc inferte oculos in curiam, introspicite penitus in omnes Reip. partes.
Odium. Tacit. lib. 15, Et Lucanus Annęus, Plautiusque Lateranus Consul designatus viuida odia intulere.
Pedem. Cic. pro Cęcin. 29, Vtrum pedem quum intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum expellar, atque deiciar: &c.
Inferunt pedem, vrgentque, & impulsos semel terrore eodem agunt quo cœperunt. Liu. 10. ab Vrbe, 160. Et 8. bel. Pun. 118, Conatus paulò post vltro inferre pedem.
Pedem in ædes inferre. Plaut. Amphit. 8. 99, Neque meum pedem huc intuli etiam in ædes.
Periculum. Cic. pro Cluentio, 76, Et penitus perspicere debetis quid mali, quantum periculi vnicuique nostrum inferre possit vis Tribunitia, &c. Sic pro Sestio, 1.
Inferre periculum capitis. Cic. 2. Offic. 71.
Prælium in castra. Liu. 4. ab Vrbe, Dictator prorupto vallo iam in castra prælium intulerat.
Probrum castis, labem integris, infamiam bonis. Cic. pro Cælio, 33.
Rationibus. Colum. lib. 1. cap. 7. 6, Nam & ipsi diripiunt, & ab aliis furibus non custodiunt, sed nec condirum cum fide rationibus inferunt: ita fit vt & actor & familia peccent.
Sermonem in. Cic. 1. Off. 200, Turpe enim, valdeque vitiosum, in re seuera conuiuio dignum aut delicatum inferre sermonem.
Sermonem de re aliqua. Cic. 1. de Orat. 15, Ibi vt ex priscino sermone relaxarentur animi omnium, solebat Cotta narrare, Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse.
Signa. Cæsar 1. bel. Gal. 321, Signa inferre, & manipulos laxare iussit. Idem 1. bel. Ciu. 181, Proximos colles capere vniuersos, atque eo inferri signa iubet.
Signa patriæ. Cic. pro Flacco, 3, Damnatus est is qui Catilinam signa patriæ inferentem interemit. Idem 5. Philip. 189, Atque ille furens infesta iam signa patriæ Brundusio inferebat.
Spem. Cæsar 1. bel. Gal. 322. Huius aduentu spe illata militibus, ac redintegrato animo, &c.
Stuprum reginæ, pro Stuprare. Cic. 3. Off. 49.
Stuprum paluinaribus Bonæ deæ. Cic. de Arusp. resp.
Stuprum in domum aliquam, pro Vxorem alicuius stuprare. Cic. in Para. 28, Quancunque in domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis.
Sumptum ciuibus, hoc est, Sumptibus vexare, & onerare ciues. Cic. pro Flac. 36, Pro quo quum à P. Varino Prætore pecuniam accepisset, celauit suos ciues, vltróque iis sumptum intulit.
Supplicia vrbibus hostium. Cic. de Arusp. resp. 2, Supplicia neque à socio rum mœnibus prohibere, neque hostium vrbibus inferre potuerunt.
Suspicionem. Cæsar 3. bel. Ciuil. 151, Ex fremitu equorũ illata suspicione ad suos se recipere cœperunt.
Terrorem, pro Terrere Cic. pro Milone, 53, Satis declarat se non terrorem inferre vobis. Sic Cæsar 8. bel. Gal. 187. Et lib. 7. 27.
Terrorem intulerat Iouì. Horat. 3. Carm. ode 4. 10.
Tributum studio alterius. Colu. lib. 1. cap. 1. 8, Nec minori fide pro virili parte tributum nobis intulerunt Lysimachus & Cleobolus. Paulo antè dixerat, Aliquod stipendium nostro studio contulerunt.
Vestigia aliquò. Lucret. lib. 6. 157.
Vim & manus alicui. Cic. in Catil. 15, Iam mihi Consulì hoc ipso in templo iure optimo Senatus vim & manus intulisset.
Vulnera alicui, Vulnerare. Cęsar 5. bel. Gall. 109, Multis vltro vulneribus illatis. Sic lib. 1. bel. Ciuil. 17, Multa nostris de improuiso imprudẽtibus atque impeditis vulnera inferebant. Sic 1. bel. Gal. 116. Et Liu. 7. ab Vrbe, 157.
¶ Inferre, Soluere. Sccęuola in L. de accessionibus. ff. De diuer. temporal. prescripti Iam enim illo in tempore, quo contrahebat videri te concessisse venditionem, si pecuniam non intulisses. Paulus in L. Caius. ff. De vsuris & fruct. Quidam debitores cessauerunt in soluendis vsuris, qui dam plus intulerunt.
¶ Infero, absolutè. Plin. in Paneg. Qui vigesimum deberent, nondum indulsisset. De vectigali vel tributo intelligitur.
Illatio, Verbale. (ἀποφορά,) Vlpianus in L. 1. ff. de Religiosis & sumptibus funerum, De ea autem illatione Prætor fensit, quæ sepulturæ causa fit.

Inferus, infera, inferi, pen. cor. (ὁ κάτω,) Ab infra dictum est, teste Sipontino. Quod infra est vt Inferum limen. Plaut. Merc. 21. 1, Limen superum inferumque salue, simul autem vale. Varro, Nubes aquali frigido, velo leues cæli caenemas aurea subdu xerant, aquam vomentes inferam mortalibus. Cic. 1. Tusc. 100. Eademque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit, vt omnia supera, infera, prima vltima, media videramus. Idem ad Atticum, lib. 8. 147. 8, Inferum mare.
Inferi, inferorum. (οἱ κάτω,) Qui infra alios sunt positi & siti. Cic. pro Cluent. 136, Nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit nisi fortè ineptiis, ac fabulis docimur, vt existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos, quàm hic reliquisse. Plaut. Aulul. 12. 6,
–siquid coxerint,
Superi incenati sint, & cœnati inferi.
Inferior, & hoc inferius. (κατώτερος, ἐνδότερος, κατωφερέστερος, κάτω,) Comparatiuum ab inferus. Plin. lib. 11. cap. 37. 30, Sed palpebrę quadrupedibus in superiore tantum genas: volucribus in inferiore. Cic. 4. Tusc. 13, Inferior ambulatio.
Inferior & superior cæteris rebus. Cic. 1. Verr. 33, Tu quum omnibus rebus inferior sit, hac vna in re te mihi anteferri putas oportere, quòd Quæstor illius fueris. ego, si superior cæteris rebus esses, te hac vnam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere.
Inferior belli laude. Cic. 1. Offic. 163. Timotheus Cononis filius, qui quũ belli laude non inferior fuisset, quàm pater. ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adiecit.
Multo inferior Marte & armis. Propert. lib. 2. eleg. 9. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aetas inferior. Cic.4. Acad.130, Quis hunc philosophari non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris ætatis?
Inferiores virtute casus ducere. Cic. de Amic.6, Hanc esse in te sapiētiam existimant, vt omnia tua in te posita esse ducas, humanosque casus virtute inferiores putes. Id est, minoris facis casus quàm virtutem.
Inferiore genere cedendum putauit. Cic. Antep. iter in.17.
Inferius. Ouid.1. Metam.42, Inferiusque suis fraternos currere Luna Admiratur equos.
Cælum sidet inferius mari. Horat. Epod.5.17.
Inferius maiestate. Cor. Tac. lib.3, Tiberius atque Augusta publico abstinuere, inferius maiestate sua rati, si palam lamentarentur.
Infimus, infima, infimum, pe. corr. (κατωτατος,) Superlatiuū. Plaut. Curcul.9.14, In loco infimo boni homines atque dites ambulant.
Infimi homines, Id est contempti, nullo in honore habiti, vel abiectæ conditionis. Terent. Eunu.3.2.36,
Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos,
Homines. Ci.3. de Leg.19. Homo omnium infimus & sordidissimus.
Infimus ciuis. Cic.5. Ver.62. cui contrarium est Summus: vt pro Fonteio, 15, Non modo cum summis ciuitatis nostræ viris, sed cum infimo ciue Romano quisquam amplissimus Gallię comparandus est.
Aduersus infimos etiam iniuria seruanda. Cic.1. Offi.54.
Infima fortuna homines. Cic.5. de Fin.94.
Ab infima plebe completi gradus templorum. Cic. ad Atticum, lib.4.70. 6. Sic Liu.4. bel. Pun.108.
De gente infima. Horat.2. Carm. ode 3.5.
Infimo loco natus. Cic. pro Plac.18. Siquem infimo loco natum, nullo spleadore vitæ, nulla commendatione famæ defendere mutamen, &c.
Infimis precibus aliquid petere. Quibus nos infimos facimus & abiicimus, vt quod petimus, facilius impetremus. Liu.9. bel. Pun.149, Ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quatuor millia Maurorum impetrauit. Idem 8. ab Vrbe, 7, Precibus infimis petiere, vt satis ducerent Romani &c.
Infimum & Summum, contraria. Cic.1. de Fin.26, In quo nihil equè nec summum, nec infimum, nec medium, nec vltimum, nec extremum sit.

Inferueo, fue Inferuesco, inferuescis, inferbui, (ἐνζέω,) inferuescere, Idem quod feruere. Cato cap.108. Facito bis aut ter inferueat. Idem cap.90, Et far parum facito, & fabæ tertia pars vt inferuescat. Plin. lib.19. cap.12.1, His horę rigandi matutina atque vespera, ne inferuescat aqua sole. Horat.2. Serm. sat.4.14,
Hoc vbi confusum fœtis inferbuit herbis. Geryoneque, &c.
Inferuefactio, cis, inferuefeci, inferuefactū, (ἐκζέω,) inferuefacere. Colu. lib.9. cap.11.4. Omnia eadem æquis ponderibus in vouum liquigata, & fictili vase cum aminæo vino inferuefacta. Idem lib.12. cap.17.2, Liquatumque accium inferuefaciant. Sic Cato cap.156.6.

Infestiuus, pen. pro. Adiect. (ἀντιπαθής,) Iofacetus, inuicudus. Gel. Homo subagresti ingenio & infestiuo.

Infestus, Adie. (πολεμικός, ἐχθρός, ἐπιβουλος,) Qui alicui malum inferri & est plus quàm inimicus, iamque aduersus eũ fertur. Plaut. Cæsio, 15.41,
-nunquid mihi quoque minatur?
P. Tibi soli infesta est plus quàm cuiquã. 5. quamobrem P. quia Si se desponsam Olympioni, neque tuam, neque suam,
Neque viri vitam finet in crastinum protolli. Cic.7. Verr.113.
Infestum ferri in suos. Cic. pro Rosc. Amer.53, Is, qui ardens auaritia feratur infestus in suos.
Infestus aut inimicus. Cic.5. Verr.27, Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum fuisse?
Habere aliquid infestum, pro Infestare. Liu lib.9. Decad.4, Qui vias latrocinis pascuaque publica infesta habuerant. Id est infestauerant.
¶ Acies infestæ. Vide ACIES.
Ager Romanus infestus. Liu.2. ab Vrbe, 47, Breuique adeò infestum omnem Romanum agrum reddidit, vt non cætera solum ex agris, sed pecus quoque omne in vrbem compelleretur.
Infestus ager ab inobilitate. Vide AB.
Amor Infestus. Catull. ad Iuuentium. epig.94.3.
Animo infesto reprehēdere. Brutus ad Ciceronem, 16.18, Benefacta pro debitis exiginus quæ aliter euenium, vt decepti ab his, infesto animo reprehendimus.
Arma infesta. Ouid.5. epist.19.
Clamor infestus & inimicus. Cic.3. Verr.8, Clamore Populi Romani infesto atque inimico excitatum.
Dictus infestis discerpere aliquem. Catul. de coma Berenic.61.15.
Enses infesti Star.1. Achill.27.
Fortuna infesta, cui Prosperæ opponitur. Ci. ad Octauium, 4.
Hostes infesti. Ouid.1. Amor, eleg.9.4.
Itinera infesta. Cæsar.8. bel. Gal.165, Infestisque itineribus cōmeatus cōpluries qui comportabantur in hyberna, Romanorum, intercipiebantur. Sic 3. bel. Ciuil.339. Sic Infestum mare, Cic. Attico, lib.9, 191.5.
Latrones infesti. Horat.2. Serm. sat.1.9.

Mare infestum habere, Latrociniis mare infestare. Cic. lib.3. de Rep. Nō qui quæreretur ex eo quo scelere impulsus mare haberet infestū vno myoparone, Eodem. inquit, quo tu orbem terræ.
Crudelis & infesta huic mater. Cic pro Cluentio.31.
Oculis infestis conspici. Cic.1. in Catil.12.
Odium infestum. Cic.5. Ver.134, Qua de causa excitatum esse dicamus in aratores tam infestum odium atque tantum?
Prouincia infesta, Non ab hostibus aut prædonibus tuta. Cic.1. de Leg. Agrar. 204, Quòd tamen excursionibus & latrociniis infestam prouinciam redderent. Budæus.
Quietem infestam facere alicui. Lucret. lib.5.197.
Infestior saltus. Asin. Poll. ad Ciceronem, lib.10.31.2, Nam saltus Caffatiensis qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrocinijs infestior factus est, tamen, &c. Hoc est periculosior.
Senectus infesta, Molesta & grauis. Liu.1. ab Vrbe 204, Tum verò Tullius infestior Tullii senectus, infestus cœpit regnum esse.
Signa infesta dicuntur quæ aduersum tenduntur: hoc est vexillis in hostem euntis, vt molestiam inferant. Hæc Valla, lib.4. Cæsar 6. bell. Gallici. 29, Illi vbi præter spem quos fugere credebant, infestis signis se ire viderunt. Sic Liu.2. ab Vrbe, 103, Sic in primum infestis signis prouolant duo Fabii.
Tela infesta. Virg.5. Aeneid.116.
Terra infesta colubris. Ouid.4. Metam.124.
Vulnere infesto insequi aliquem. Virg.2. Aeneid.106.
¶ Infestus etiam dicitur cui infesti sunt inimici: qui in discrimine versatur, & insidiis. Cic. pro Rosc. Amer.18, Filii vita infesta, sæpe ferro quæ insidiis appetita. Sic Catul. ad Gel. epig.111.1, Infestum telum re musca caput. Id est infestarum. Budęus.
Infesta salus alicui, cui infesti sunt inimici, vt ait Gel. Cic. pro Plancio. Dolebam lodices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam cui esset infestior, quòd is meam salutem atque vitam sua benefacientia, præsidio, custodiaque texisset. Hæc Gellius lib.9. cap.12.
¶ Infestum, à festinando dici putat Nigidius, Qui enim festinat, impetum alicui, cumque properans vrget, opprimereque ei studet festinat, aut contrà, de cuius periculo & exitio festinatur is vt qui festinatur, ab instantia atque imminentia fraudis, quam vel fictus vel pallurus est. Ex Gellio lib.9. cap.12.
Infesto, infestas, (ἐνοχλέω,) infestare, Crebris incursibus molestare, vt ait Valla. Plin. lib.7. cap.2.18, Quęs à gruibus infestari Bonirus quoque prodidit. De Pygmæis.
Charybdis infestat aquas. Ouid.2. Amor, eleg.11.4.
Infestare, pro Vitiare. Plin. lib.15. Arborem ipsam fertilitate collimitaneo præterea rubro infestari. Budæus.
Infestare rudes animos superstitione. Colum. lib.11, cap.1.2.
Infestantur vineta Austris & Euris. Colum. lib.3. cap.12.
Infestat infantes editos plenilunium. Plin. lib.7. cap.6.2.
Infestatur Asia angustiis. Plin. lib.6. cap.11.2.
Infestè, Aduerbium, (ἐπηρεασμός,) Noxiè. Liu.6. bel. Pun. Ab eo quæ illi infestè in nos fecerint repetite. Id est inimico animo.

Infibulo, infibulas. pen. corr. (ἐμπεζεπω, παιδεραστέω,) Infibulare. Colum lib.7. cap.15, Infibulare quoque adolescentibus quidam valetudinis causa consuerunt.
Inficetissimè, penult. corr. Aduerbium. Plin. lib.35. cap.4.7, Hinc enim Crassi oratoris lepos agēris sub veteribus, quum testis compellaret: Dic ergo Crasse qualem me reris. Talem inquit, offendo. Quid autem bula pictum inficetissimè Gallum exerentem linguam. Quid autem carit Plinius inficetissimè pingi, licet colligere ex verbis Cicerones. Idem historiam sic narrantis lib.2. de Oratore, 148, Valde autem tuentur etiam imagines, quæ ferè in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum similitudine turpioris: vt meum illud in Manium Manciam, Iam ostendam cuiusmodi sis: quum ille, Ostende, inquit, fo, demōstrauit digito pectum. Gallum in Mariano scuto Cimbricis nodis distortum. eiecta lingua, buccis fluentibus. Risus est commotus nihil tam Manciæ simile visum est. Hoc & Quintil. refert lib.6. cap.

Inficias, et Inficiator, Vide INFICIAE.

Inficio, inficis, pe. cor. infeci, infectum, (βάπτω, πιεζεμβάω,) Inficere, Intingere, imbuere. Plau. Tru.6.16, Quia tibi infecit aliquis pallam. Pli. lib.7. cap.15.3, Ad eōm contagio ab infecti propudiosa pallulam. Idem lib.7. cap.15.3, Ad eōm contagio ab infectorum, præterquàm filo quod tale virus infecerit. De vestitus Romanorum. Ibidem, cap.56.5, Inficere lanas Sardibus Lydi. Sub. Inuentor. Cæsar 5. bel. Gall. 56, Omnes verò se Britanni glasto inficiunt, quod cæruleum efficit colorem.
Aequor infecit sanguine. Horat.3. Carm. ode 6.7.
Sanguis infecit aquas. Ouid. epist.9.29.
Arcus cælum inficit longo curuamine. Ouid.7. Metam.13.
Capillos nigro colore inficiunt filiquæ crui. Plin. lib.22. cap.15.32.
Senecta infecit caput. Tibull. lib.1. eleg.8.9.
Cultros inficit sanguine. Ouid.15. Metam.27.

Volumina fumi infecere diem. Ouid.13. Metam.132.
Gladios inficere sanguine. Horat.3. Carm. ode.13.2.
Cortex meis inficiens mauus. Ouid. de Nuce, 32.
Ora pallor albus inficit. Horat. Epod.7.3.
Rubor igneus inficit ora. Lucan. lib.5.43.
Inficere pocula veneno, Quod barbari dicunt Venenare, vel intoxicare. Virg.1. Georg.36, -quo non præsentius vllum,
Pocula luoando seuæ infecere nouercæ.
Inficere tabe humidiæ. Ouid.1. Metam.158.
Inficere artibus, pro Imbuere. Cic.1. de Finib. 14, Sed tamen iam puer infici debet his artibus, quas si dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior. Budæus.
Inficere ac flectere. Cic.1. de Legib.70, Qui teneros ac rudes quum acceperunt, inficiunt & flectunt vt volunt.
Inficere prauis moribus, opinionum prauitate, & similibus. Liuius, Hoc luxu & peregrinis infecti moribus. Id est imbuti & vitiati. Cic.3. Tusc.5, Tum planè inficimur opinionum prauitate, à naturaque desciscimus. Idem ad Brutum, 14.4, Et si Brutum præclarè cum Planco coniunctũ habemus, sed non ignoras quàm sine incerti animi hominum, & infecti partibus, & exitus prælionum. Id est corrupti studio partium, qui alter alteri fauet. Idem ad Atticum, lib.1.3.5, Sed vereor ne hoc quod infectum est, serpat longius.
Deliciis, otio, languore, desidia animum inficere. Cic.5. Tusc.114.
Infectus. Participium. (βεβαπτισμένος,) Tinctus. Pli. lib.11. cap.37.29, Mulieribus etiam palpebræ infectæ quotidiano tanta est decoris affectatio vt tingantur oculi quoque.
Infectum mare, Venenatum. Sueto. in Calig. Inuenta & arca ingens varium venenorum plena, quibus mox à Claudio demersis infecta maria traduntur non sine piscium exitio.
Tela infecta sanguine. Stat.9. Theb.58.
Infectus, huius infectus, (βάπτω,) Actus ipse inficiēdi. Plin. li.8. cap.48.4, De reliquarum infectu, suis locis dicemus.
Infector. Verb. (βαφεύς,) Qui lanas inficit, & imbuit aliquo colore. Plin. lib.10. cap.7.2, Quarto infectores lanarũ vtuntur, quod glastum vocant. Idem lib.35. cap.6.13, Fit etiam apud infectores ex flore nigrũ qui adhærescit æreis cortinis. Plaut. Aulul.19.49.
Infector succus, Quo lanæ vel quidpiam aliud tingitur, & inficitur. Plin. lib.11. ca.2.2, Purpurarum generi infector ille succus.

Inficior, inficiaris, (ἀρνέομαι, ἀδόμαι,) inficiari, Negare dicto non facto, inquit Valla lib.6. Plaut. Cistel.9.9, Omnia inficiatur ea quæ dudum confessa est. Idem Ampli.8.145.
-age, ajpice hoc sis iam
Tu, qui quæ facta inficiare, quem ego iam hîc cōuincam palàm Cic. pro Cluent.64, Quis tum posset arguere ab Oppianico tentatum esse iudicium pecunia quis id hoc tempore inficiari potest? Idem 3. in Catil.56, Nam quum id posset inficiari, repente præter opinionem omnium confessus est. Idem 3. Offi.84, Nam quùm CXXII. Tab. satis esset ea præstari quæ essent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus esset, duplì pœnam subiret. Idem 2. de Fin.87, Non igitur de improbo, sed callidè improbo quærimus, qualis Q. Pompeius in fœdere Numantino inficiãdo fuit. Idem pro Cluentio, 130, Florio legatum ex testamento inficiatum est. Idem 6. Verr.93, Earum autem rerum nullam sibi iste neque inficiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit.
Nec tuus est genitor nos inficiatus amicos. Ouid.1. de Pont.8.6.
Pars est inficiata notitiam mei. Ouid.4. de Ponto. eleg.6.9.
Pretium rex inficiatur. Ouid.11. Metam.42.
Amor inficiandus. Ouid.2. Amor eleg.17.6.
Fama inficianda tuis. Ouid.9. epist.1.
Inficias, (ἠρνήσατο μόνον,) tantum, accusatiui casus, & pluralis nume. solùm Cist.9.2, Nullam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem, Quàm illæc est, quæ dudum fassa est mihi, quæve inficias cat. Idem Curcul.10.3, Nemo it inficias. Idem Bacchid.5.25,
Primum dum inficias ire cœpit filio.
Negare sese debere tibi triobolum. Idem Pseud.19.24. Et Trucul.17.16. Terent. Adel.3.2.49. Si inficias ibit, testis mecum est annulus quē amiserat. Gel. lib.16. cap.19, Nautas stupefactos conuictosque inficias ire non posse. Idem lib.10. ca.19, At ille non ibat inficias fecisse. Quintil. lib.3. cap.7.2, Nec inficias eo esse quasdam, &c.
Inficiator, pen. prod. inficiatoris. Verb. (ἀρνητής,) Qui negat se vel debere quod actor petit, vel commisisse quod accusator obiicit. Cic.1. de Orat.82. Quod peritoris causa comparatum esse non intelligebat: vt si ille inficiator probasset iudici antè petitam esse pecuniam, quàm esset cœpta deberi. Vnde status coniecturalis dicitur inficiatio, in quo semper reus inficiatur. Hæc Valla lib.6. Cic. in Catil.41, Hosce ego nõ tã milites acres, quàm inficiatores lentos esse arbitror. Idē pro Flacco, 38. Nolite existimare Iudices, non vnam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum, & inficiatorum impudentiam. Mart. li.1.98. In ius ô fallax atque inficiator eamus.

Inficiatio. (ἀρνησις.) Aliud verbale. Negatio. Cic.2. de Orat.58. Ac nostræ ferè causæ, quæ quidem sunt criminum, plerunque inficiatione defenduntur. Sic in Part.55, Primus ille status rationem habet iniqui criminis, ipsam negationem inficiationemque facti.
Nuda inficiatio. Quintil. lib.5. cap.13.8.
Inficiālis, & hoc inficiāle, pen. pro. (ἀρνητικός,) vt Inficialis status, Quo itur inficias, & negantur obiecta, Vide INFICIATOR. Cic. in Topicis, 49, Itaque aut inficialis, aut coniecturalis prima appellatur.

Infidus, Adiect. pe. prod. (ἄπιστος, ἀκατάπιστος,) à Fido, fidis deriuatur, quod habet primã longam significat autem eum cui nõ est fidendum. Cic. de Prouinc. Conf.27, Cæteræ partes à gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certè immanibus & barbaris.
Fidus & Infidus, contraria. Cic. de Amic.49, Tum quum exul esset se intellexisse quos fidos amicos habuisset, quosque infidos. Plaut. Milli.14.24, Infido cælas ego sum firmè tibi fidelis. Idem Asin.11.22, Vbi scienS fideli infidus fueris.
Infidum fœdus. Liu.7. ab Vrbe, 207, Et propter Latinorum infidum iam diu fœdus, Priuernates, &c.
Mare infidum. Lucret. lib.2.113.
Infidi fratres. Virg.2. Georg.100.
Infida pax. Liu.9. ab Vrbe, 242. Ad Aequos inde veteres hostes, cæterum per multos annos sub specie infidæ pacis quieros versa arma Romana. Sic 4. bel. Maced.134.
Proditio infida. Ouid.3. de Arte, 115.
Infida sedes & instabilis. Plin. lib.36. cap.15.18, Super omnia erit populi furor sedere ausi tam infida, instabilisque sede.
Infida regni societas. Liu.1. ab Vrbe, 57.
Infidus socius. Liu.4. bel. Pu.103. Et 2. ab Vr.49, Infida seruitia.
Vir infidus. Propert. lib.1. eleg.6.4.
Vulgus infidum. Horat.1. Carm. ode 35.5.
Infida omnia atque infesta facere. Liu.1. ab Vrbe, 184.
Infidēlis. & hoc infidele, pen. prod. (ἄπιστος,) Qui non stat promissis, & promissam fidem non exoluit, quin potius violat. Plau. Asin.11.15, Vbi fidentem fraudaueris, vbi hero infidelis fueris. Idem Capt.7.68, Me infidelem non futurum Philocrati. Cæsar 7. bel. Gal.132, Qui autem erant per se infideles, manus cogere, atque apertè bellum parare cœperunt. Liu.3. bel. Pu.16. Sociis superbis atque infidelibus.
Allobrox nouis rebus infidelis. Horat. Epod.16.2.
Infidelis & Firmus amicus, contraria. Cic. ad Catonem, lib.15.4.44, His ego subsidiis ea sum consecutus quæ nullis legionibus consequi potuissem, vt ex alienissimis socils amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem.
Arbitræ non infideles meis rebus. Horat. Epod.5.10.
Infidēlitas, pe. corr. huius infidelitatis. (ἀπιστία,) Fides violata, perfidia. Cæsar 8. bel. Gal.85, Infidelitatem eius sine vlla perfidia iudicauit cōprimi posse. Cic. pro Milone, 51. Quantæ infidelitates in amicis. Sic.5. Tusc.88. Et pro Fonteio, 5.

Infigo, infigis. pe. prod. infixi, infixum, (ἐμπήγνυμι,) infigere, Intus figere: vt
Infigere ictus corpori. Cic.2. Tusc.33.
Infigere gladium hosti in pectus. Cic.4. Tusc.76.
Sagitta infigitur arbore, pro In arbore. Virgil.5. Aeneid.110.
Infigere sagittarum venabula præterentibus. Plin. lib.8. cap.8.3.
Inculcare & infigere aliquid. Plin. epist.20.9. Præuaricatio etiam cursim & breuiter quæ sint inculcanda, infigenda, repetenda.
Positum & Infixum in. Cic. pro Cluen.12, Hoc quod in communibus hominum sensibus, atque in ipsa natura positum atque infixum est.
Infixum est animo, Id est, Vehementer inhæret memoriæ. Quintil. lib.1. cap.14. vbi de lectione pueri.
Infixus. Part. (ἐμπεπηγμένος,) vt Aculeus infixus, Vide ACVLEVS.
Infixus animus in patriæ charitate. Cic. ad Brutum, 15.7.
Infixus animo hæret dolor. Cic.1. Philip.75.
Hostis infixus mœnibus. Sil. lib.11.55.
Intenta & infixa mens in eas res. Cic.1. de Nat. deo.70, In eas imagines mentem intentam, infixamque nostram intelligentiam capere, quæ sit & beata natura & æterna.
Infixa in tergis hostium pila. Liu.7. bel. Pun.81.
Infixa animis religio. Liu.9. bel. Pun.88.
Infixa memoriæ res. Liu.3. ab Vrbe, 107, Eò se rem vetustate obliterata cæterum suæ memoriæ infixam afferre.
Telum infixum educere. Ouid.13. Metam.79.
Vulnus infixum strider sub pectore. Virg.4. Aeneid.138.
Hærent infixi pectore vultus. Virg.4. Aeneid.1.

Infimus, Vide INFERVS.

Infindo, infindis, (ἐνσχίζω,) infindere, Idem quod simplex. Virgil. Seglo.4.7, Oppida, quę iubeant telluri infindere sulcos. Sic 5. Aeneid.29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infinitus, pen. pro, Adiectiuum. (ἀπείρητος, ἀπέρων, ἀπέρατος, ἀπερίγραπτος, ἀπείρατος, ἀπείρατος,) Finito cõtrarium habet significationem. Cic. pro Rosc. Comœdo, 14, Qui tantas & tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit.
Infinita altitudine spelunca. Cic. 6. Verr. 95.
Infinitum genus inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam, Cic. 4. Verr. 10.
Infinitum imperium, id est sine exceptione, vel maximum & quasi perpetuum. Cic. 4. Verr. 6, Postquam M. Antonii infinitum illud imperium senserant. Sic. 5. Verr. 183, Et hic vtrum mihi difficile est dicere an his existimare, ita se in illo infinito imperio M. Antonium gessisse, &c. Budæus.
Labor rerum forensium infinitus. Cic. 1. de Orat. 1.
Infinitæ quæstiones. Cic. 4. Acad. 210.
Infinitum tempus ætatis. Cic. 1. de Fini. 96, Nec maiorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse, quàm ex hoc percipiatur quod videamus esse finitum.
Spatium infinitum. Lucret. lib. 5. 211.
Ab infinito. Plaut. Mostel. 10. 40.
Ad infinitum. Plin. lib. 13. cap. 9. 3, Siccatus durescit ad infinitum.
Ex infinito contractum tempore bellum. Lucret. lib. 2. 116.
In infinitum, Vide IN.
Abire in infinitum, Vide ABEO.
¶ Infinitior. Comparatiuus. Cic. in Topicis, 17, Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam riuorum à fonte deductio.
Infinite, pe. prod. Aduerb. (ἀπερόντως,) sine modo & ratione. Cic. in Parad. 63, Illi aurata tecta in villis, & sola marmorea facienti, & signa, tabulas, suppellectilem, & vestem infinite concupiscẽti, &c. Idem in Orat. 70, Quod & inter media argumenta faciendum est quotiescunque dabitur vel amplificandi vel minuendi locus, & penè infinitè in perorando.
Infinitè secari atque diuidi possunt. Cic. 1. Acad. 41.
Infinito, (ἀπερίτως,) ablatiuus vice aduerbii. Plinius lib. 25. cap. 8. 14, Procedente persuasione illa, quicquid in Creta nascitur, infinito præstare cæteris eiusdem generis alibi genitis.
Infinitas, pe. corr. Infinitatis, (τὸ ἄπειρον,) Vniuersitas, generalitas. Cic. 1. Offi. 78, Gradus autem plures sunt societatis hominum: vt enim ab illa discedatur infinitate, propior est eiusdem gentis, oationis, &c. Ex veteri sto codice legitur infinita. Sic 4. Acad. 220, Ie enim infinitatem naturæ dixit esse, è qua omnia gignerentur. De Anaximandro.
Infinitatem assignare, Vide ASSIGNO.
Infinitio. infinitionis. Cic. 1. de Fin. 32, Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est. Id est infinitas, siue infinitudo. Budæus.
Infinitious, pe. prod. (ἀπερίφραστος,) dictio ficta, Grammaticis peculiaris: de qua abunde Periclanus, & omnes alii grammatici.
Infinitiuus modus dicitur qui nec personis aliquibus nec numeris finitur.
Infinitiuus modus aliquando sine alterius verbi adminiculo poni solet. Virg. 1. Aeneid. 9, -mene incepto desistere victam Subintelligitur autem, Verene ita est.
Infinitiuus pro indicatiuo. Terent. Eunuch. 3. 1. 11.
-inuidere omnes mihi, Mordere clanculum. id est inuidebant.
Infinitiuus, cum verbo LICET, vel EST in sermone generali positus. Gellius. Multos videre est pecuniæ cupidos. Hoc est, multi videri possunt. Idem, Animaduertere est pleraque verborum Latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse. Cic. 1. Offic. 68, Videre etiã licet pleroſque non tam natura liberales, quàm quadam gloria inductos, vt benefici videantur, facere multa. Idem, Licet hoc videre in reliquis sensibus, vnguentis minus diu nos delectari.
Infinitiuus passiuus post verba Nolo, Volo, Malo, sæpius atque multo vsitatius in persona quauis collocatur. Quintil. Nec mihi vnquam tãta fuit cura breuitatis, vt non ea quæ credibilem faciunt expositionẽ, inferi velim. Idem lib. 1. cap. 1, Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus: quas (si fieri possit) sapientes Chrysippus optauit: certè quantũ res patiretur, optimas eligi voluit. Cic. Pluribus nominibus vnam rem declarari volo.
Infinitiui futurum actiuum. Plau. Mili. 16. 35, Hercle credo te facilè impetratum ire. Id est te impetraturum.

Infirmus, Adiect. (ἀδύνατος, ἀκατάστατος,) Quod firmo contrariũ est, hoc est imbecillis & debilis. Cic. 1. Acad. 20, Et simul assidamus, inquam, si videtur. Sanè istud quidem, inquit. Sum enim admodum infirmus. Sic Liu. 2. ab Vr. 239.
Infirmissimus ac desperatissimus homo. Cic. in Pison. 50. & 51, Nunc etiã in hac quotidiana, assidua, vrbanaque vita splendorem tuum gratiam, celebritatem domesticam operam forensem, consilium, auxilium, authoritatem, sententiam Senatoriam nobis, aut verius dicam, cuiquam es infirmissimo ac desperatissimo antè laturus.
Impares & infirmi. Quintil. lib. 4. cap. 1. 6, Si nos infirmos, & impares agẽtium contra ingenius dixerimus.

Infirmi ad resistendum. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 30.
Sum paulo infirmior. Horat. 1. Serm. sat. 9. 15.
¶ Actor infirmus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 33, Quem melius infirmus actor tacitis iudicum cogitationibus reliquisset. De affectu.
Aetas infirma. Ouid. 6. Fast. 120.
Infirmus animus pueri. Terent. Hecy. 3. 1. 31,
Pueri inter sese quàm pro leuibus noxis iras gerunt.
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem illæ mulieres sunt ferme, vt pueri, leui sententia.
Artus infirmos baculo sustinet. Ouid. 6. Metam. 6.
Caput infirmum. Horat. 1. epist. 17. 3.
Leuissimæ & infirmissimæ causæ. Cic. pro Cluentio, 73.
Inops & infirma classis, propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Cic. 7. Verr. 68.
Corpus infirmum. Ouid. 19. epist. 48.
Lacerti infirmi. Ouid. 10. Metam. 82.
Mens infirma. Ouid. 18. epist. 2.
Infirmæ nuptiæ, Friuolæ & quæ duraturæ non sunt. Teren. Phor. 5. 6. Quod vt facerem, egestas me impulit, quum scirem infirmas nuptias Hasce esse.
Infirma & nugatoria res ad probandum. Cic. pro Ceccin 47.
Infirmi saporis vinum, Ingenerosum, debile, & quod linguam non sudat aut penetrat. Colum. de Arb. cap. 3. 7, Montibus, cluissque diffidunt vineæ conualescunt: sed firmum probumque saporem vini præbent. Humidis & planis locis robustissimæ, sed infirmi saporis vinum semperenne faciunt.
Senecta infirma. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 7.
Infirmissimum tempus ætatis. Cic. 4. Acad. 17.
Infirma valetudo. Cic. pro Cluentio, 35. Et 2. de Leg. 5.
Vires infirmæ. Tibull. lib. 4. ad Messalam. 1.
Aetate affecta, & viribus infirmis homo. Cic. 6. Verr. 85.
Infirmitas. pe. cor. infirmitãtis, (ἀδύνατα,) Imbecillitas, debilitas. Plaut. Mostl. 3. 28, Primùdum, parentes, fabri liberũm sunt, & fundamentum Liberorum substruunt: extollunt, parant sedulò infirmitatem. Cic. de Sene. 30, Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum.
Infirmitas corporis. Cic. de Clar. Orat. 173.
Infirmitas Gallorum, Inconstantia. Cæsar. 4. bel. Gall. 479, Is de rebus Cæsar certior factus, & infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles, & nouis plerunque student.
Infirmitas nuptiarum. Terent. Hecy. 1. 2. 101, Quid adhuc habet infirmitatis nuptiæ?
Infirmitas oculorum. Plin. epist. 141, Pareo Collega clarissimo, & infirmitati oculorum: vt iubes consulo.
Infirmitas valetudinis. Cic. 1. Offic. 170.
Infirmitas virium, Impotentia. Cesar. 7. bel. Gall. 110.
Puerilis infirmitas. Quintil. lib. 7. cap. 3. 5.
Commendare alicuius infirmitatem. Quintil. lib. 4. cap. 1. 9, Ipsius autem litigatoris persona tractanda varie est. nam tum dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas.
Onerare infirmitatem discentium. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18.
Separare infirmitatem à robustioribus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 6,
De pueris, ac adolescentibus loquitur.
Vltima infirmitas corporis. Cels. lib. 1. cap. 6, Aut cui simul & continua febris, & vltima corporis infirmitas est.
Infirme, Adu. (ἀδυνάτως,) Imbecilliter, impotenter. Cic. Senatui, 11. 1. 7, His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirmè animatos esse, & nouarum rerum expectatione suspensos: perabam tamen eos, ad quos ipse accesseram, quique nostram consuetudinem integritatemque perspexerant, amicissimos Pop. Rom. esse factos.
Infirmo, infirmas, (ἀδυνάω,) infirmare, Debilitare, infirmum reddere, & eriam refellere: vt Infirmare argumenta & rationes alicuius. Cic. 2. de Diuin. Nec ea dico, quæ si dicam, tu infirmare non possis. Idem ad Atticum, lib. 6. 111. 22, Cæteri infirmant πολίτειαι Platonis.
Confirmare & Infirmare. Contraria. Cic. in Part. 67, In confirmandis autem nostris argumentationibus, infirmandisque contrariis, sæpe etiam accusatori, &c.
Infirmare & tollere. Cic. 4. Acad. 38, Hoc quum infirmat, tollitque vbique iudicium tollit incogniti & cogniti. Idem 2. de Nat. deor. 221, Quæ verò illa sunt quæ vos Academici infirmatis & tollitis?
Infirmare, ac diluere aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 24, Ille quo modo crimen commentitium confirmaret, nõ inueniebat: ego res tam leues quomodo ratione infirmem ac diluam reperire non possum.
Infirmare fidem testis ad iudicem, Infirmum reddere, & ostendere parum esse testem. Cic. pro Roscio Comœdo, 27.
Legem infirmare. Quintil. lib. 7. cap. 1. 34, Quæramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex possit,
Infirmare legem, pro Authoritatem adimere. Liu. lib. 4. bel. Maced. Vnam tollendo legem, cæteras infirmetis.
Infirmare testes. Cic. pro Cecinna, 22.

Infirmare veritatem. Veritati contradicere. Cic. pro Quintio, 54.
Infirmatio, Verb. (ἀδύνασις,) Confutatio Cic. 1. de Inuẽ. 27, Iudicatio est quæ ex infirmatione & confirmatione rationis nascitur, controuersia.
Infirmatio rerum in dicatarum. Cic. pro Lege agraria, 24.

Infit (ἄρχεται,) Defectiuũ verbum, pro Incipit vsurpatur, authore Festo. Plaut. Aulul. Infit ibi postulare plorans, eiulans, &c.
Infit, pro Inquit, (φησί,) Liu. 1. ab Vrbe, 121, Tum ita Tullus infit, Romani, si vnquam antè aliàs vllo in bello fuit, quod, &c. Idem 1. ab Vrbe, 306, Ibi infit annum se tertium & nonagesimum agere. Hæc Budæus. Virg. 5. Aeneid. 141, Isque his Aeneam solatus vocibus infit. Idem 10. Aeneid. 170, -alloquitur mœrentem, & talibus infit. Ibidem, Tum pater omnipotens rerum cui summa potestas, Infit, eo dicente deum domus alta silescit.

Infixus, Vide INFIGO.

Inflammo, inflammas, (φλέγω, ἐμπιπράω,) inflãmare, Incendere. Cic. 6. Verr. 9, Quam quum inuestigare & conquirere Ceres Vellet, dicitur inflãmasse tædas in ignibus, qui ex Aetnæ vertice erumpunt. De Proserpina.
Inflãmare & incendere. Cic. 7. Verr. 72, Classem pulcherrimam Pop. Romani in litus expulsam & eiectam, quũ primum adnesperascerat, inflãmari, incendiq́ue iussit. Sic ad Atticum, lib. 4. 72. 2.
¶ Inflammari, per transllationem, passiue, pro Vehementer appetere, & desiderare aliquid. Cic. de Amicitia, 72, Honores vero quorum cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contẽnunt, vt nihil inanius esse, nihil leuius existiment.
Amore magno inflammatus. Virg. 3. Aeneid. 66.
Inflammari cupiditate aliquid auferendi. Cic. 6. Verr. 34.
Inflammari furoribus. Cic. 1. de Leg. 32.
Inflammari incendiis cupiditatum. Cic. 5. de Finib. 123.
Inflammantur rabie equi: hoc est ardent. Plin. lib. 25. cap. 8. 15.
Inflammari scelere & furore. Cic. 7. Verr. 85.
Inflammari spe potiendi. Cic. 1. de Finib. 91.
Inflammatum studium. Cic. pro Lege Manilia, 13.
Inflammare & augere. Cic. 1. de Fin. 20, Quus nulla præda vnquã improbi parta minuit, sed auget potius atq; inflammat.
Inflãmatus ad. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 7. 28, Omnem gloriã ad quã à pueritia inflãmatus fuisti, omni cura atq; industria consequare.
Inflammare animum alicuius. Cic. 7. Verr. 124, Neq; cuiusquam ad inflãmandos vestros animos eloquentia requiratur. Idẽ ad Curionem, lib. 2. 4. 7, Neq; feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.
Animum inflammauit amore. Virg. 4. Aeneid. 11.
Inflãmare animum in, Hoc est augere & impellere. Cic. 4. Verr. 63, Eum autem inimicissimi Sthenii domum suam inuitant, vt animum eius in Sthenium inflãmarent ementiendo aliquid & criminando.
¶ Inflãmare inuidiam, pro Augere. Cic. 2. Ver. 1, Quũ sint parati qui cõcionibus & legibus hanc inuidiã Senatus inflammare conentur. Bud.
Inflammare odio. Stat. 3. Thebaid. 68.
Inflammatio, Verbale, (φλόγωσις, φλεγμονή,) vt Inflammationes mãmarum, quas Græci phlegmonas vocant, nempe quãdo propter nimium humorem collectũ in aliqua parte, veluti cinisdam ignis ardor sentitur. Plin. lib. 20. cap. 21. 7. Super inflãmationem. Cels. lib. 5. cap. 26, Nam modò super inflammationem rubor ambit.
Leuare inflammationes. Cels. lib. 2. cap. 26, Fœniculum vero & anetum etiam inflammationes etiam leuant.
Occupat inflammatio. Cels. lib. 6. cap. 6, Hos igitur interdum inflãmatio occupat, vbi eum timore in his dolor est.
Remittit se inflãmatio. Cels. lib. 4. cap. 5, Deinde quum paulum inflãmatio se remisit, siccis & callidis fomentis vti.
Reprimere inflammationem. Cels. lib. 7. cap. 24, Tum multa frigida aqua fouetur, emplastrumque circà datur, quod valentem inflammationem reprimat.

Inflecto, inflectis, inflexi, inflexum, (ἐγκάμπτω, ἐπικαμπτίω,) inflectere, Idem quod flectere, vel intus flectere. Cæsar 1. bel. Gal. 97, Quum ferrum se inflexisset.
Inflectere ad. Cicero 7. Verr. 25, Vbi primum ex alto sinus ad vrbem ab litore inflectitur.
Radices in nodum inflectere, Incuruare. Columel. lib. 5. cap. 6. 7, Deinde radices in nodum, si breues: vel in orbem coronæ similem, si longiores erunt, inflecti.
Capita inflectentes. Catul. Argon. 59. 51.
Colla inflectere ad aliquid. Propert. lib. 4. eleg. 9. 10.
Cursus inflectitur in, Hoc est declinat, & delabitur. Plin. lib. 6. cap. 17. 3, A Caspio mari Scythicoq; Oceano, in eam cursus inflectitur, ad Orientem conuersa litorum fronte.
Oculos aliquorum inflectere. Cicer. ad Quirites post reditum, 6, Frater erat vnus, qui suo squallore vestros oculos inflecteret. Id est ad se conuerteret.
Vestigium cursus sui inflectere, A cursu suo declinare. Cice. 1. de Natur. deorum, 70, Nam quum duo sint genera siderum, quorũ alterum spatiis immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeans, nullum vnquam cursus sui vestigium inflectat.
Inflectere. leuiter potius quàm corrigere. Cic. pro Murena, 55, Vt leuiter inflectendus potius, quàm corrigendus esse videaris.
Lachrymis inflectere aliquem. Stat. 8. Theb. 130.
Inflectere ius gratia. Cicc. pro Cecin. 53, Quod enim est ius ciuile, quod neque inflectì gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecuniã possit?
Orationem inflectere. Cic. de Clar. Orat. 18, Hic primus inflexit orationem, & eam mollem, teneramq; reddidit. De Theophrasto.
Sensus alicuius inflectere. Virg. 4. Aeneid. 5.
Voces inflectere cantu. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 8.
Inflexus, Participium, (ἐπικαμπής,) vt Inflexus remus. Cic. 4. Acad. 39.
Aratrum inflexum. Virg. 1. Georg. 33.
Incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum. Cic. 1. de Diuinat. 58. Et 2. de Finib. 57. Vide LEVIS.
Ceruix inflexa. Virg. 3. Aeneid. 126.
Cornu inflexum. Ouid. 4. Fast. 36. Catul. Argon. 59. 2.
Inflexa in se cornua. Plin. lib. 8. cap. 15. 3, Cornibus ita in se inflexis, vt nõ sint vtilia pugnæ.
Genu inflexum. Properr. lib. 3. eleg. 9. 2.
Inflexa puppis. Plin. lib 9. cap. 10. 6.
Sonus inflexo spiritu variatus: cui opponitur cõtinuus. Pli. lib. 10. ca. 29, Nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo.
Inflexa iuxta tempora superciliaderiores significãt. Plin. lib. 11. ca. 52. 3. Hoc est ad tempora promiscentia.
Inflexa ad miserabilem sonũ vox, Hoc est cõuersa. Cice. 1. de Orat. 104
Inflexus ictus. Plinius lib. 11. cap 26. 2, Fetit & obliquo ictu, & inflexo. De scorpione.
Inflexio, Verbale, (ἐπικαμπή,) Ipse inflectendi actus. Cice. de Vnin. 40, omnis enim orbis eorum quasi helicis inflexione vertebat. Idem tertio de Orato.
Inflexio laterum, Vide LATVS.
Inflexibilis, & hoc inflexibile, pe. cor. (κακάστατος,) Quod inflecti non potest. Plin. lib. 28. cap. 12. 8, Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) leuat vrina capræ aribus infusa. Idem lib. 7. cap. 19. 1, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, tortuitatemque naturæ duram & inflexibilem. Idem lib. 16. cap. 14. 1, Cortex quoque crassior ac detractus inflexibilis.
Inflexibilis obstinatio. Plin. epist. 317, Peruicaciam certe & inflexibilem obstinationem debere puniri.

Infligo, infligis, penult. prod. inflixi, inflictum, (πρόσκρουσμα, πρόσκλασμα, ἐμπαρέω,) infligere, Ex in & fligo antiquo verbo compositum, quod significabat Sternere. Est autem Iucutere, siue Inferre.
Infligere colaphum, quod & Infigere & Impingere dicitur. Plin. libr. 7. cap. 36. 4, Sæpe in arena colapho inflicto examinantur. Legitur in vetusto codice, infracto.
Infligere plagã. Cice. in Vatiniũ, 15, Si ad cætera vulnera, quibus putasti Remp. deleri, hanc quoq; mortiferã plagam inflixisses, anguratos tui.
Infligere sibi turpitudinem. Cice. in Piso. 50, Vt mihi illa omnia mortalẽ gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint.
Grauiores infligere vsuras. Paulus in L. Calus. ff. De vsuris & fruct. & caus. Fuit autem consuetudo, vt intra certa tempora non illatis vsuris, grauiores infligerentur.
Infligere vulnus. Cic. in Pisonem, 34, Quæ meus discessus Reip. vulnera inflixit? Idem 2. Philipp. 67, Tamen illud multis antè tentatis necessario vulnus inflictum.

Inflo, inflas, (φυσάω, ἐμφυσάω, φυσιόω, ἐμπνεύματόω,) Inflare, dicitur tibicẽ buccinã, vel calamos, p Tibia canere, vel calamis. Varr. 3. de Re rust. ca. 1 5. 2, Qui quũ eò venisset cũ stola & cithara, & cãtare esset iussus, bucciniam inflauit. Cice. 4. Acad. 151, Et simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur. Idem de Claris Orat. 100, Si tibiæ in flatũ non referant sonum, abiiciendas sibi eas tibiceu putet. Sic Varro 3. de Re rust. cap. 13. 1, Vidisti ad inflatam buccinam certo tempore apros & capreas conuenire ad pabulum. Virg. eclog. 5. 1, Tu calamos inflare leues, ego dicere versus.
Exanimat lentus spectator, sedulus inflat. Horat. 2. epist. 1. 36.
Inflare ambas buccas, Iratorum proprium. Horat. 1. Serm. satyr. 1. 5,
-quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet.
Carbasus inflatur Austro. Virg. 3. Aeneid. 71.
Audierant inflati clarica. Virg. 2. Georg. 108.
Inflare sonũ, Inflatione calami aut fistulæ sonũ emittere. Cic. 3. de Orat. 125, Quem seruum sibi ille habuit ad manũ, cum eburneola solitus est habere fistula, qui flaret occultè post ipsum quum concionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum quo illũ aut remissum excitaret, aut à contentione reuocaret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venas inflauit libido.Horat.1.Serm.saty.2.7.
Venas inflatos hesterno Iaccho.Virg.6.eclog.3.
Crescentem rumidis infla sermonibus vtrem.Horat.2.Serm.sat.5.10.
¶ Inflare,intrò flare,siue flando iniicere.Cato de Re rust.cap.97,de modo palumbi farciendi, Palumbum recentem vt prensus erit, ei fabam coctam tostam primùm datoiex ore in eius os inflato item aquam.
¶ Iosflare vehementius dicitur orator,per trãslationẽ.Cic.1.de Legib.9, Fannii autẽ ætate cõiunctus Antipater paulò inflauit vehementius, habuitq; vires agrestes ille qdẽ atq; horridas,sine nitore ac palæstra.
Inflat animos rumor, Auget,& excitat. Cic.in Pisonem,71, Quo in oppido,quum tibi spe falsa, quòd Q.Acharium non esse successurum putares,animos rumor inflasset,quo te modo,&c.
Inflare spem,Augere.Liu.5.bel.Maced.163, Et quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias eius, erexerat multorum in Græcia animos,iisdem & regis spem inflabat,&c.
Inflatum esse. Liu.5.bel Maced.188, Mentiendo inuicem, iactandoque vires,quas non haberent,inflasse vana spe,atque inflatos esse.
Inflãtus,Participium (πεφυσημένος,) vt Inflatus spe atque animis.Cic. pro Murena, 31, Quam conrento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret.
Inflatus iactatione seueritatis.Liu.9.bel Pun.187.
Inflati lætitia,atque insolentia impii ciues.Cic.14.Philipp.394.
Inflatus animus, Elatus,superbiens. Cic.3.Tuscul.33, Sic igitur inflatus & tumens animus in vitio est.Sapientis autẽ animus semper vacat vitio,nisiquà turgescit,nunquã tumet.Liu.6.ab Vrb.49,His opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque ingenii, vehemens & impotens.
Capilli inflati.Ouid.3.de Arte,19.
Colla inflata tumescunt.Ouid.6.Metam.75.
Inflãtus,hui⁹ iflat⁹,pe.p.(φυσίωσις,)Ipse iflãdi actꝰ.Cic.4.Acad.41,Qui primo iflatu tibicinis Antiopã esse aiũt,aut Andromachã.Sic 2.Tusc.43
Recipiunt inflatam aures. Cic.de Claris Orat.100, Sic oratori populi aures tanquam tibiæ fistrisæ si inflatum non recipiunt,aut si auditor omnino tanquam equus non facit,agitandi finis faciendus est.
Inflatus diuinus,pro Afflatu & inspiratione.Cic.1.de Diuinat.19, Tum aliquo instinctu inflataque diuino futura renuntiat.Budæus.
Inflatio, Verbale, (φύσα, ἐμφύσημα,) Flatium in corpore generatio. Plin.lib.10.cap.3.5, Democritus in rotum ipsum abdicauit in cibis propter inflationes. De rapo. Cica.de Diuinat.111, Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationẽ magnã is cibus,tranquillitati mentis quærẽti vera cõtraria.
Inflatio ventris.Colum.lib.6.cap.6.2.
Refider inflatio.Celsus lib.4.cap.5,Cibis deinde calidis, neque inflantibus, eodemque modo calidis potionibus: primò aquæ, post vbi resedit inflatio,vini austeri.

Influo, influis, influxi, influxum, (εἰσρέω, ἐπιρρέω,) influere, Intus fluere.Varro 1.de Re rust.cap.13.4, Itaque periti (qui possunt) vt eò aqua influat,eo nomine faciunt.
Influit fluuius in Pontum: & sine præpositione, Influit Pontum. Cic.1. Tuscul.100, Apud Hypanin fluuium, qui ab Europæ parte in Pontũ influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quæ vnum diem viuant. Idem 7.Verr.76, Non vt alluantur à mari mœnia extrema, sed influat in vrbis sinum portus.Idem 1.de Diuinat.132,Fluminaque in contrarias partes fluxerint,atque amnes mare influxerit.
¶ Influere,per translationem,Cum ingenti tumultu & magna multitudine ingredi.Cic.de Prouinc.Consul.25, Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit.
¶ Influere in animos, Infundi & demitti. Cic.2.de Legib.61, Assentior enim Platoni, nihil tam facilè in animos teneros atque molles influere,quàm varios caneadi sonos.
Influere nobis bonũ dicitur,quod vltro venit.Sene.epist.51,Illud desperandũ est,posse nobis casu tantũ bonũ influere:laborandum est,&c.
Sensim influere.Quintil.lib.1.cap.2.19, Nam vt vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus, vel etiam instillatis complenturrisic animi puerorum,&c.
Dolor influit menti.Ouid.ad Liuiam,80.
Influere in animos hominũ,pro Insinuare se in gratiam hominum.Cic.2. Offic.44, Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, vt in vniuersorum animos tanquam influere possimus.
Influere in aures populi. Cic.de Amicit.78,Quibus blanditiis C. Papyrius Consul nuper influebat in aures concionis,quam ferret legem de Tribunis plebis reficiendis.
Influens, (ἐπιρρέων,) Participium,siue Nomen ex participio.Plin.lib.31. cap.4.3,Mutant saporem & influentes riui.
Fortunæ influentis dona.Senec.Thyest.6.10.
Influentia negotia, Confertim siue simul & habertim ruentia. Plin. in Paneg.124, Quod siquando cum influentibus negotiis paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris.

Infodio, infodis,pen.corr.infodi,pen.prod.(κατορύττω,) infossum, infodere,Intus fodere.Cato ca.3.1, Vinea,si macra erit,sarmẽta sua cõcidito minutè,& ibidẽ inarato aut ifodito.Pli.li.12.c.13, Parũ est vniones collo crinibusq; gestari,nisi et infoderẽtur corpori.
Infodere corpora terræ.Virg.lib.11.Aeneid.14.
Vnguibus infodiunt fruges.Virg.4.Georg.105.
Infodere sulcum.Colum.lib.3.cap.13.4,Deinde ter tanto amplius sparsi crudum relinquunt,atque ita sequentem sulcum infodiunt.
Infossus, Participium, (κατωρυγμένος,) Plin.lib.13.cap.13.1, Malcontentiamum miraculo,quòd tot infossi doruerunt annis.
Puer infossus humo.Horat.Epod.5.7.

Infoecundus, Adiectiuum,(ἄφορος,) Fœcundo cõtrarũ,Non ferax,Sterile. Plin.lib.11.ca.54.1, Ouæ incubari intra decẽ dies ædita vtilissimũ est: vetera aut recentiora infœcunda. Virg.2.Georg.10, Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras, Infœcunda quidem. Columel.lib.2.cap.4.6, Infœcundior materia. Plin.lib.17.cap.10.1,Infœcunda folia.
Fons infœcundus.Ouid.3.Trist.eleg.14.7.
Natura infœcunda.Stat.3.Sylu.1.34.
Semina infœcunda.Virg.2.Georg.10.
Infœcũditas,pen.corr. infœcunditatis,fœ.g. (ἀφορία,) Sterilitas.Cicero in Prooemio lib.1.1, Sæpenumero ciuitatis nostræ principes accusantes,modò agrorum infœcunditatem,modò cœli per multa tempora noxiam frugibus intemperiem.

Infoelix, infelicis,pen.prod.om.ge. (κακοδαίμων, δυσποτμος,) contrarium Fœlici, Miser, calamitosus.Terent.Eunuch.2.2.13,
At ego infœlix,neque ridiculus esse,neque plagas pati
Possum. Ibidem,5.5.1, Prò fidem deùm facinus fœdum: ô infœlix adolescentulum.Idem Adelph.4.2.1,Næ ego homo sum infœlix mum,fratrem nusquam inuenio gentium.Ibidem,4.5.33,Qui infœlix haud scio an illam nunc misere amat.
Infœlix & ærumnosus.Cic.7.Verr.127.
Animi infœlix.Virg.4.Aeneid.106.
Cura infœlix.Ouid 2.Trist.1.
Dolor infœlix.Ouid.4.Trist.eleg.8.2.
Infœlix ingenium.Plin.in Præfat.17, Obnoxii profectò animi & infœlicis ingenii est,deprehendi in furto malle,quàm mutuum reddere.
¶ Infœlix,Aduersus. Virg.lib.7.Aeneid.62, Quæ potui infœlix, si aduersa,Troianis irata.Seruius.
¶ Infœlix,Non fœcundus,inquit Seruius.Virg.eclog.5, Infœlix lolia ac steriles dominantur auenæ. Cice.pro Rab. perduel.reo.8, Quasi homo lenis, ac popularis libentissime commemoras: caput obnoxio,aboti infœlici suspendito.
Tellus infœlix frugibus.Virg.2.Georg.48.
¶ Infœlix fama. Virg.12. Aeneid. Hinc totam infœlix vulgatur fama per vrbem.; Vbi Seruius,Infœlix fama,rerum infœlicitas.
Infœlicitas,pen.corr. (κακοδαιμονία, δυσποτμία, δυσαρμοστία, δυσαρμοστία,) Aduersa vel incommoda fortuna, Calamitas. Terent. Adelph.4.2.6, Quid hoc(malum) infœlicitatis?nequeo satis decernere. Cic.2. de finib.137, Beate autem viuere, alii in alio, vnum in voluptate ponitis:tutem contra omnem infœlicitatem in dolore.
Damnare infœlicitatis tempora,Vide DAMNO.
Infœliciter, pen.corr. Aduerbium, (δυσυχῶς,) Terent.Eunuch.3.3.9,
- dum sequor hanc,fit mihi obuiam.
P. Incommodè hercle. CH. imò enimuero infœliciter. Liu.2.ab Vrbe,197, Id quanquam omissum iam ex omnium cura Latinorum erat, tamen toties infœliciter tentatã in armis videbatur. Sic 2.ab Vrbe,199, Ceterum toties infœliciter tentatã in armis videbatur.
Infœlicito,infœlicitas,pen.corr. infœlicitare, Infœlicem & miserum facere.Plaut.Casina,5.32,
- dii me & te infœlicitent,si ego in os meum
Vini guttam indidi. Idem Mercat.Dii illum infœlicitent quisquis est.
Et rudente,Hercules illum infœlicitet.

Informis, & hoc informe, (ἄμορφος, ἄσχημος,) Sine forma. Plin.lib.7.cap.15.1,Ea est caro informis,inanima,fœtida & aciem respuens.
Informis res, & Formata, contraria. Author ad Herennium, lib.4.17, Conformatio est, quum aliqua quæ non adest persona, confingitur quasi adsit: aut quum res muta,aut informis, fit eloquens, & fit quasi adsit.
Informes aluei.Liu.1.bel.Pun.96,Aluei informes,nihil dũmõ fuere, & capere oneia possent,curantes,raptim faciebant.Nauigiola fictilia.
Informe cadauer.Virg.8.Aeneid.21.
Exitus repẽtinus,& informis. Tacl.li.5,Repẽtinũ & informẽ exitũ deloqui.
Hyemes informes.Horat.2.Carm.ode 10.3.
Limus informis.Virg.6.Aeneid.83.
Nota informis.Propert.lib.1.eleg.5.4.
Regna informia.Lucan.lib.2.2.
Situs informis.Horat.2.epist.2.24.
Informo,informas, (ὑποτυπόω, σημαντοποιοῦμαι, κλωνοῦμαι, ὑπογράφω,) informare, Rem aliquã inchoare,nec omnino perficere,sed quasi operi quodãmodo informe & impolitũ dare:vt si aut figulus vasa fingat, aut faber statuam dolare cœperit.Budæus,Informare rem aliquã,hoc⁹est summaria descriptione designare. Virg.8.Aeneid.35,
His informatum manibus iam parte polita Fulmen erat. Varro de Ling.Lat. Quæ videretur analogia in oratione & quas haberet species,& quæ de iis sequenda videretur,vt breuiter potui informaui.Cicero Attico,lib.7.123.3, Quòd si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset,quam tu quoque approbas, næ tu haud multum requireres illum virum,qui in sexto libro informatus est. Eidem, lib.1. 1.5, Hæc est adhuc informata cogitatio. Eidem, Tanta erat in illis crudelitas,tanta cum barbaris gentibus coniunctio,vt nõ nominatim, sed generatim proscriptio esset informata. Idem in Orat.17,Referamus nos igitur ad eam quem volumus mehoandum,& eadem eloquẽtia informandum. Ibidem,42,Ac primùm informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atticum. Ibidem,47,Valentiorum hęc laterum sunt,nec ab hoc quem informamus,aut expectanda,aut postulanda. Ibidem,4, At ego in summo Oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Idem pro Quinctio,18, Neque tamen tam multa verba faciam, propterea quòd & ab illo, qui antè dixit, informata iam causa est. Idem pro Sylla, Vt dicitis, informat ad hoc adumbratum iudicium filii. Idem 4.de Finib.73, Quodque dicitis informari non posse virtutem,si quicquam nisi quod honestum sit, numeretur. Ibidem,lib.5.65,Et summatim quidem hæc erant de corpore,animoque dicenda, quibus quasi informatum est quod nominis natura postulet.
Informare arenas.Colu.lib.11.cap.3.11.
Informabitur in eam crassitudinem.Colu.lib.2.cap.2.8,Sarmentis connexus velut fanis informabitur in eam crassitudinem.
Informare deos coniectura.Cic.1.de Nat.deor.54,Magnam turbam cõgreget ignotorum deorum,atque ita ignotorum,vt eos ne coniectura quidem informare possimus,quum mens nostra quiduis videatur cogitatione posse depingere.
Effigiem informat Latiam.Silius lib.17.106.
¶ Informare,fit certam morum formam animo imprimere.Cic.pro Archia,1,Nam vt primùm ex pueris excessit Archias, atq; ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit. Budæus.
Oratorem informare.Quintil.in Prooem.lib.1.17.
Animus bene à natura informatus.Cic.1.Offic.22, Vt nemini parere animus bene à natura informatus velit,nisi præcipienti aut docenti,&c.
Informatio, Verbale,(ὑπογύπωσις)Notio à natura animo impressa,hoc est,prænotio & prolepsis,quasi præsumpta notitia,& anticipata. Cic. 1.de Nat.deorum,62,Quæ est enim gens,aut quod genus hominum, quod nõ habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum,quã appellat προλήψιν Epicurus,id est anteceptam animo rei quandam informationem,sine qua nec intelligi quicquam,nec quæri,nec disputari potest. Ibidem,64,Quæ enim nobis natura informationem deorũ ipsorum dedit,eadem insculpsit in mentibus. Idem 2.de Orat.195, Vnius verbi imagine,totius sententiæ informatio.
Informatio verbi.Cice.in Partit.56,Ita primus ille status,& quasi conflicto cum aduersario,coniectura quadamsecundus autem definitione, aut descriptione atqi informatione verbi,&c.tractandus.

Infôro, Inforas,pen.corr.(ἐκφορέω,) inforare, à foro compositum, significat Dicere,seu in forum diuulgare,aut in forum vocare. Plaut.Curc.8.31, Adolescens ob rem publicam,hoc intus mihi, Quod insigne habeo,quæso ne me incomites.
LY. Licet ne inforare,si incomitiare non licet? e.non inforabis
Me quidemnũ mihi placet tuum profectò nec forum nec comitium.
¶ Inforare,Perforare,à foro,foras.Plin.lib.17.cap.14.5, Timebant pri sci truncum findere. Mox inforare ausi medio.Ipsigi medullæ calamũ imprimebant,vnum insertentes

Infortunatus, Pen.prod.Adiect.(δυσυχής,)Calamitosus, ærũnosus.Terent.Eun.2.3.7, O infortunatum senẽ.
Cic.ad Atticum,lib.2.19.8.
Infortunium,(ἀτυχία,ἀτύχημα,δυσυχήμα,)Calamitas, ærumna.
Crassum infortunium,Vide CRASSVS.
Mediocre infortunium,Vide MEDIOCRIS.
¶ Infortunũ ferre.Teren.Adel.2.1.24.Si attigisses ferres infortunium.
Infortunium habere,Calamitosum esse.Liu.1.ab Vrbe,222, Ne id quidẽ Turnum tulisse tacturnum ferũt,dixisse enim nullam breuiorem esse cognitionem,quàm inter patrẽ & filium paucisq; transigi verbis posse semi parcat patri,habiturum infortunium esse.
Inuenire infortunium,Vide INVENIO.
Tua me infortunia lædent.Horat.de Arte,11.
Mactare infortunio,Vide MACTO.
Multare infortunio,Vide MVLTA,multæ,
Infortũnitas,pen.corr.(δυσυχία,Gel.lib.6.ca.1, Iidem sunt bona & mala,fœlicitas & infortunitas,dolor & voluptas.Inusitatum.

Infra, præpositio,(ὑπό,κάτω,ὑπόκατω,) accusatiuo casui seruiens, cui contrariũ est Supra.Plaut.Truc.7.10, Sed assentio aperi fores:quæ absorbent quicquid venit infra pessulos. Colu.lib.8.cap 5,Infra cubilium stramenta graminis aliquid iubiciunt.
Infra & supra.Cic.4.Acad.125,Supra infra,dextra sinistra,ante,post.
¶ Infra ad personam refertur,siue ad dignitates.Terent.Eunuc.3.2.36,
Tace tu,quem ego esse puto infra omnes infimos
Homines.Id est,Quem ego postiihabeo etiam infimis.
Infra ætatem.Liu.8.bel.Pun.233,Sic senem se perfunctũ,& me infra ętatem filii sui potuit.
Infra censum & ingenium alicuius.Horat.1.Serm.satyr.1.15.
Infra se putare vel iudicare aliquid.Plin.in Paneg.128,Ille verò ita Consul,vt si tantum Consul foret,nihil infra se putabat,nisi quod infra Cõsulem esset.Cice.3.de Fin.39,Sapientia enim & animi magnitudinem complectitur,& iustitiam, vt omnia quæ homini accidant, infra se esse iudicet. Sic 3.Tusc.26.
Infra,ad numerum referri,sunt qui dicant,quòd apud Plinium,lib.10.ca. 54.1,legatur, Ouæ incubari infra decem dies edita vtilissimum,vetera aut recentiora,infœcunda. Quo loco vetera exemplaria legũt intratametsi & lib.11.quoq; cap.48.1,legatur, Quæ hunc numerum pedũ excessere terrestria,vt plerique vermes,non infra duodenos habent,aliqua vero & centenos.Et lib.18,cap.16.2,In eum diẽ ternadena subiicito æstate tota,hyeme pauciora,non tamen infra nouena.
¶ Infrà,Aduerbium est quando sine casu ponitur.Plaut.Truc.3.12,Infrà sin iecit rete,piscis ne effugiat cauet.
Infrà quàm,vt supra quàm.Cic.2.de Nat.deorum,105,Ipsius autem partes eæ quæ sunt infrà quàm desinatur,dilatãturque quæ autem suprà,cõtrahuntur.Ita legit Budæus.Alia exemplaria habent infra id quod.
Multò infrà,pro Minoris pretii. Plin.lib.9.cap.3.3,Nascitur in Perside large,sed multò infrà Cyrenaicum.

Infractio, Infractus, Vide INFRINGO.

Infraeno, infræna,(ἐγχαλινόω,)infrænare, Propriè est equis frænna imponere. Liuius 7.bell.Maced.84, Pauci stabant impauidi equi,eos ipsos non sternere,non infrænare,aut ascendere facile poterant.
Currus infrænant alii.Virgil.12.Aeneid.78,Currus,id est equos.Seruius.
Infrænare nauigia anchoris,pro Cohibere & detinere ne longius progredi possint.Plin.lib.9.cap.31.5,Quod vbi videre nautici,flatum pluribus anchoris nauigia infrænant.
Infrænare & domare.Plin.lib.32.cap.1.1,Infrænat impetus,& domat mũdi rabiem nullo suo labore,non retinendo,aut alio modo quàm adliærendo.De echinelde pisce.
Infrenãtus,pen prod.Participium,(ἐγχαλινωτός,)Liu.7.bel-Maced.81, Non stratos,non infrenatos magna pars habebant equos. Hoc est nõ frænatos,seu frænis munitos.
¶ Infrænati equites,Quorum equi frænos non habent. Liu.1.bel.Pun. 162,Quocunque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris:veteranum peditem,generosissimarum gentium equites frænatos & infrænatos.
Manipli infrænati.Silius lib.4.64.
Infrænus,Adiectiuum, (ἀχάλινος,)Sine fræno.
Infrænus cursus,per translationẽ.Colu.lib.10.22,
Sed quid ego infræno volitare per æthera cursu
Passus equos,&c.

Ifragilisn, penu.corr. Adiectiuum,(ἄῤῥηκτος,)Quod frangi non potest.Ouid.1.Trist.eleg.4.11,
Si vox Infragilis,pectus mihi firmius esset,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent.
Animum infragilem tenere.Ouid.ad Liuiam,71.
Infragilis adamas.Plin.lib.20.in Prooemio,1,Adamantem opum gaudiũ, Infragilem omni cætera vi & mutiũm,&c.
INFRANGIBILIS,pen.corr.Adiect.Q ui frangi nequit.Senec.de Vita beata,Quum tibi dicã,summum bonum est infragibilis animi rigor & prudentia,subtilitas,sanitas,libertas,decor:aliquid vltra quæris?

Infrêmo, infremis,penul.corr.Infremui,(ἐμβρέμομαι,)Infremere. Silius lib.3.47,
Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
Aerius infremuit,trepidumque exterruit orbem.

Infrendeo, infrendes,infrendui,(ἐμβρύχω,)infrendere,Valde frẽdere,Propriè significat dentes præ nimia ira concutere & inuicem collidere.Virg.3.Aeneid.111,
Dentibus infrendens gemitu,graditurq; per æquor Iam medium.

Infrequens, pe.corr.o.g.(ἄστυνος, ἀστοῖος,)parum frequentatũ significat,vt Infrequẽs forũ,In quo pauci cõueniũt.
Infrequens Senatus,Paucorũ Senatorum conuentus.Liu.3.ab Vrbe,15, Præter quàm q; infrequens Senatus iudicio erat sociis, afflictam ciuitatem pestilentia esse,mœstum etiam responsum tulere.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.14.1, Nam pridie Idus quã Appias Senatum infrequentẽ coegisset,tantũ fuit frigus,vt populi cõuitio coactus sit nos dimittere.
¶ Infrequens, Qui non frequentat. Vnde Infrequens milles dicitur à

Universidad de Deusto
Biblioteca

Festo, Qui diutius abest à signis. Plaut. Trucul. 5.18,
– nunquam amatoris meretricem oportet causam noscere.
Quin vbi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum. Plin. de Viris illust. 43, Manlium Statilium transfigere ad hostes volétem, equo & armis donatis retinuit, & Lucano cuidam fortissimo ob amorem mulieris infrequenti, eandem emptam dono dedit.
Infrequens sum Romæ. Cic. ad Q. u. fratrem, lib. 3. ep. 1. 1, Et sum equidem, vti scribis, & Romæ, & in prædiis infrequens.
Cultor infrequens deorum. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.
¶ Infrequens, cum genitiuo. Gel. lib. 13. cap. 23, Infrequens sum vocum Latinarum.
Infrequéntia, huius infrequéntiæ, (ἀσυχία,) Raritas & paucitas. Cic. ad Q. u. fratrē lib. 3. ep. 8. 3, Summa infrequētia, quū vellet exire, à C O S S. retentus est. Liu. 1. ab Vrbe, 100, Nec agi quicquam per infrequentiā poterat Senatus. Colum. lib. 9. cap. 11, Infrequentia eius aliquo examine replenda est.

Infrico, infricas, penul. corr. infricui, & infricui, infricatum, (ἐντρίβω,) infricare, Idem quod fricare, & fricando contundere, vel fricando etiam illinere. Dicimus autem Infricare vas cinere, & Cinerem infricare vasi. Colum. lib. 12. cap. 30. 2, Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato & oblinito. Plin. lib. 30. cap. 5. 8, Et ideo tolerabilius est passeris pullorum farmentis crematorum cinerem ex aceto infricare. Idem lib. 20. cap. 3. 2, Item spinæ & lumborum ac coxendicum dolores cum oleo si infricetur. Varro 3. de Re rust. cap. 16, ad finem, Et vas ipsum cinere facto è ficulneis lignis infricandum paulò plus caldo quàm tepidiore. Legitur & infriandum.
Infricatus, pen. prod. Participium, (ἐντριφής,) Plin. lib. 26. cap. 8. 45, Et infricata polemonia, aristolochiæ decocto foliis.

Infrigo, infrigis, pen. prod. infrixi, infrictum, (ἐνψυχαίνω,) Simul frigo, vel in patella, aut alio quouis instrumento. Plin. lib. 20. cap. 13. 13, Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum. Ex vetusto tamen codice legitur infractam. De ruta loquitur.

Infringo, infringis, infrégi, pen. prod. infractum, (ἐπικλάω,) infringere, Idem quod frangere, & frangendo comminuere. Plin. lib. 22. cap. 6. 7, Ne insidens ales infringat.
Lilia infringere. Ouid. 10. Metam. 39.
Lingua infringitur. Lucret. lib. 3. 32.
Lumbos & latus infregi liminibus. Horat. Epod. 11. 5.
Vestes infringere. Ouid. 9. Metam. 42.
Infringere aliquem, per translationem. Cic. ad Atticum, lib. 7. ep. 12. 2, Ego autem quum sciam quàm sit fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat.
Animos infringere. Liu. 8. bel. Maced. 68, Non tamen ita infregit animos eorum, vt abiisserent imperio.
Colaphum infringere. Terent. Adelph. 2. 1. 46, Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. Vbi Donatus, Vt illudens hoc fecisse Aeschinus videatur, cum sonitu se colaphiçatum significat. Infregit autem, illisit, inflixit. vt sit sensus, Inflixit homini misero plusquam quingentos colaphos.
Conatus aduersariorum infringere, Amoliri. Cæsar 1. bel. Ciuil. 86, Cæsar habita concione Cordulæ, omnibus generatim gratias agit, ciuibus Romanis, quòd, &c. Gaditanis, quòd conatus aduersariorum infregissent.
Deos infringere humili precatu. Stat. 1. Achil. 29.
Difficultatem montis infringere. Columel. lib. 2. cap. 4. 6, Nam hac ratione difficultas accliuitatis infringitur.
Dignitatem alicuius infringere. Cic. pro Coen. Balbo, 11, Est enim labes huius seculi quædam, & macula, virtuti inuidere, velle ipsum florem dignitatis infringere.
Ius infringere. Tacit. lib. 4, Nec infringendum Consulis ius, cuius vigiliis niteretur.
Spem infringere. Cic. in Orat. 4, Quare non est, cur eorum qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria.
Vim militum infringere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 559. Vt primus excursus, visque militum infringeretur, aciesque distenderetur, &c.
Vires alicuius infringere. Propert. lib. 1. eleg. 13. 4.
Grauiter infringendo. Lucret. lib. 6. 29.
Infractus, Participium, (ἐπικλασθείς,) Colum. lib. 8. cap. 17. 11, Nuces digitis infractæ sunt dandæ.
Infractus, Vide fractus. Virg. 11. Aeneid. 1,
Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos
Defecisse videt. Seruius tamen maiorem esse sensum contendit, si infractos intelligamus pro robustis & validis: hoc est qui prius solebant infracti esse.
¶ Infractus, Non fractus. Plin. lib. 8. cap. 50. 3, Mares quàm maximè simos, longis auriculis infractisque, armis quàm vilosissimis probant. Nisi forte infractas auriculas intellexeris, non erectas, pendulas quasi fractæ sint.
Aeuo infracto. Liuius. Silius lib. 15. 128.
Infractus animus cui opponitur Confirmatus. Cic. Post reditum ad Quirites, 16, Eum tamen vidi, quum esset summa senectute, nō modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renouato. Budæus hic legit, non modo infracto animo vt infractus non fractum significet.
Ira infracta constitit. Ouid. 6. Metam. 126.
Loquella infracta. Lucret. lib. 5. 47.
Minæ infractæ. Silius lib. 7. 25.
Infracta oratio. Liu. 8. bel. Maced. 56, Et oratio fuit summissa & infracta, extenuantis opes suas, vrbiumque suæ ditionis egestatem queretis.
Infracta res. Cic. ad Atticum, lib. 9. ep. 18. 1. 5, Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certè minus infracta, quàm si vel proieceris te.
Veritas pluribus modis infracta. Tacit. lib. 17.
Torpent infractæ ad prælia vires. Virg. 9. Aeneid. 103.
Virtus infracta. Stat. 2. Achil. 43.
Infractio, Verbale, (ἐπίκλασις,) vt Infractio animi, pro Inconstantia vel infractione. Cic. 3. Tuscul. 25, Verisimile est igitur in quem cadit aegritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem.

Infrio, infrias, (ὑπαιθρόω,) infriare, Idem quod simplex friare, & minutas partes comminuere. Colum. lib. 8. cap. 5. 16, Aliquando ita paulum triti salis vulneribus infriatur. Idem lib. 7. cap. 5. 11, Suffusóque aceto, vel aeris ærugine infriata. Cato cap. 79, Eos melle vel vino, papauer infriato, ita ponito. Idem cap. 95, Postea infriato quàm minutissimè in amurcam caldam. Idem cap. 156. 4, Sumito farinæ minutæ conchas duas, infriet in aquam, paulum bibat, consistet.

Infructuôsus, penul. prod. Adiectiuum, (ἄκαρπος,) Quod fructum non ferr. Colum. lib. 11. cap. 2. 24, Post quindecim diem sera & infructuosa fit huiusmodi rerum cultura. Idem lib. 4. cap. 4, Infructuosas vites, fœcundas fic facito.
Infructuosæ preces, Vanæ, frustra factæ, & ex quibus nihil ei qui rogat fructus aut vtilitatis prouenit. Plin. epist. 176. b, Quod vel maximè dolorem meum vicerat, obuertantur oculis casti labores & infructuosæ preces, & honor quem meruit.

Infrunitus, Adiectiuum, (ἄφρων,) Insipiens ac stolidus, qui mente caret, & dementem dicunt. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 16, Infrunita & amentata est, quæ nesciat matrimonium vocari vnum adulterum. Insuper quidam exemplaribus legitur Infirmata. Ruellius lib. 2. cap. 40, Vnguentum in lenticula, Prouerbium est, in eos iactari solitum, qui nullo discrimine quas agunt aut dicunt, pari nixu cuncta moliuntur, quos vt apud Senecam & Gellium, infrunitos appellamus, quos Graeci cozelos & apirocalos. Seneca de Vita beata, vsurpat pro insolentibundo, Alterum, inquit, infruniti est animi, alterum tumidi. Cic.

Infûco, Infucas, pen. prod. (ἀγχυνοτίω,) infucare, Fucos ponere. Cic. 3. de Orat. 56, In scriptis & in dictis non auribus solum, sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur.
Infucare, Tegere ita fallaciam vt non deprehendatur. Plaut. Milit. 3. 46,
Nunc pol ego metuo nequid infucauerit:
Si hic non videbit mulierem, aperitur dolus.

Infula, huius infulæ, pen. corr. (μίτρα,) Fascia in modum diadematis, vt inquit Seruius in decimum Aeneid. à qua dependebant vittæ ab vtraque parte. Festus, Infulas, sacerdotum flaminum vocabant antiqui. Alii scribunt infulas, filamenta alba esse, quibus templa ornabantur: & moris fuisse, vt nubentes, prius quàm matri domum ingrederentur, infulis postes ornarent. Cic. 3. de Orat. 46, Pamphilumque nescio quem finamus in infulis tantam rem, tanquam puerilibus illiritas depingere. Idem ad Atticum, lib. 9. ep. 18. 1, Sicut ἐν τοῖς ἱερεῖοις alienantur immunidæ infulis, nudæ decoresque me illius fugæ pœnitentiæque deformitas auertit ab amore. In vetusto scripto exemplari legitur Insulæ. Idem 6. Verr. 99, Præsto milii sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. Liuius 2. ab Vrbe, 235, Consulares virgis, fasces, prætextam, curulemque sellam, nihil aliud quàm pompam deberi putent, claris insignibus velut infulis velatos ad mortem destinari. Idem, Velatā nauis infulis & ramis oleæ, Scipioni occurrit in portu Carthaginis. Idem, Oratores ad Romanos cum infulis & velamentis miserunt.
Velamenta & infulæ. Tacit. lib. 9, Mox velamenta & infulas pro mœrore ostentant.
Infula virgineos circundata comptus. Lucret. lib. 1. 17.
Lanea dum niuea circundatur infula vitta. Virg. 3. Georg. 96.

Infulcio, infulcis, infulcire, pro Ingerere. Senec. epist. 115, Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire.

Infulgens, (ἐπιλάμπων,) Participium sine verbo, Idem quod fulgens. Gens. Catul. Argonaut. 59. 78,
Sæpe pater diuûm templo infulgente reuisens,
Annua dum festis venissent sacra diebus, &c.

Infûmo, infumas, pen. prod. (ὑπακαπνίζω,) Infumare. Ad fumum sicare. Plaut. Atq; hilas infumatas & fumé. Plin. lib. 28. cap. 9. 16, Et infumata pilis oculorum medetur. De cerusa.
Infumibulum, li, Vide Infurnibulum, nam aliqui apud Plinium Non infurnibulum neq; infundibulum, sed infumibulum legunt.

Infundo, infundit, infudi, infusum, pr. prod. (ἐγχέω, ἐπιχέω, ἐπιχύω, ἐπιβρέχω, ἐπιβρέχω,) Infundere, Intus fundere.
Poculum infundere. Horat. Epod. 5. 17.
Infundere fauibus. Columel. lib. 6. cap. 6. 1.
Infundere in naribus, & in vas. Columell. libro 6. cap. 4. 2, At postero die spicas vlpici vel alii cum viuo conserat, & in naribus infundat. Cic. 1. Tusc. 94, Vtrum capacitatem aliquā in animo putamus esse, quò tanquam in aliquod vas ea quæ meminimus, infundantur?
Infundere per nares. Colu. lib. 6. cap. 5. 1.
Infundere in alienum genus. Cice de Clar. Orat. 31, Quum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus.
Infundere orationem in aures alicuius. Cicero 2. de Oratore, 103, Vt illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere.
Infundere vitia in ciuitatē. Cic. 3. de Legib. 47, Quō pernicioſius de Rep. merentur vitiosi principes, quòd non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem.
Infundere alicui venenum. Cic. 11. Philip. 198, At hic nuper sororis filio infundit venenum, non dedit.
Infundere cribro, pro In cribrum. Senec. de Benef. 7, Sicut vinum debeas, & ille te iubeat reticulo infudere, vel cribrum, &c.
¶ Infundere, Supra fundere. Virgil. 1. Georg. Certatim largos humeris infundere rores.
Infusus, penult. prod. Participium, (ἐγχυτός,) Plin. lib. 20. cap. 13. 5, Infuso in aures succo.
Collo infusus amantis. Ouid. epist. 2. 19.
Infusa terræ maria. Plin. lib. 31. cap. 1. 1.
Mens infusa per artus. Virg. 6. Aeneid. 145.
Pax infusa per æquora. Silius lib. 7. 52.
Infusus populus. Virg. 5. Aeneid. 110.
Infusus sol. Virg. 3. Aeneid. 96, Iam sole infuso, iam tebus luce retectis. Infusus sol, lobaditur terris.
Infusus, huius infusus, penult. prod. masc. gene. (ἐγχυτός,) Actus ipse infundendi. Plin. libr. 24. cap. 6. 3, Sonitus aurium emendat infusu, stramis illitum.
Infusio, Verbale, Idem, (ἐπίχυσις,) Plin. lib. 20. cap. 21. 6, Vulnus & cibo & infusione molit in oleo.
Infundibulum, penult. cor. (χόνη,) Instrumentum quo in vasa infundimus liquores. Columel. lib. 3. cap. 12. 2, Rarum supra modum velut per infundibulum transmittere imbres. Idem lib. 14. cap. 15. 6, Atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tusi. Cato cap. 10. 1. Vitruuius lib. 10. cap. 19, de Cresibica machina, Supra catinum penula, vt infundibulum inuersum est attemperata. Quo loco antiqui codices Infundibulum legunt.
Infundibulum. Vitruuius lib. 10. cap. 10, vocat illud quod pau latim frumentum molis fundere. Budæus.

Iufurnibulum, penult. correp. Pala qua panes in furno disponuntur.
Infurnibulum apud Plinium lib. 14. cap. 15. 6 in quibusdam exemplaribus legitur, Radix eius imponitur cū bonibus cupressinatque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tusi. Vbi Hermolaus, per infurnibulum: Vetusti codices per infundibulum. non displicet per incapnismon appellant.

Infusco, infuscas, (ἀμαυρόω,) Infuscare, Fuscum reddere. Plin. lib. 9. cap. 29. 1, Infuscata aqua abiciuntur. Id est obscurata & turbida facta, vel tinctata. Idem lib. 2. cap. 51, Quæ humida, non vrēdi, sed infuscant. De fulminibus.
Infuscatum & nigrum. Colu. lib. 11. cap. 2. 51, Naturalis autem maturitas est, si quum expresseris vinacea, quæ acinis celantur, iam infuscata, & nonnullas promodum nigra fuerint.
Sanie infuscatur arena. Virg. 3. Georg. 97.
Infuscare vellera. Columel. lib. 7. cap. 3. 2.
Maculis infuscet vellera pullis. Virg. 3. Georg. 78.
Infuscati barbarie, Conquinati. Cic. de Claris Orat. 139, Sed omnes tum ferè, qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.
Infuscare pectus illuuie scabrum. Cic. 3. Tusc. 46. Ex quodam poeta.
Infuscatus maleuolentia, Depraauatus, cōspurcatus. Cic. pro Plancio, 17, Laudinula est, vel etiam amāda vicinitas reipuē veterem illum officii morem, non infuscata maleuolentia, non alluta mendaciis, non ficcata, non fallax, &c.
Infuscare saporem, Corrumpere & deteriorem reddere. Columel. lib. 12. cap. 19. 1, Nec omnino quicquam permiscendum, quo naturalis sapor cibi infuscetur.
Infuscare sonum. Plin. lib. 10. cap. 29. 6, modulatus æditur sonus, promittitur reuocato, infuscatur ex inopinato.
Infuscare vinum, pro Aqua diluere. Plaut. Cistel. 2. 15,
– raro nimium dabat quod biberem:
Atque id merum infuscabat.
Infuscus, Adiectiuum, (φαιός,) Idem quod fuscus. Colu. lib. 9. cap. 10, Quidam etiam infusci atque hirsuti reperiuntur.

Ingemino, ingeminas, penul. corr. (ἐπιδιπλασιάζω,) ingeminare, Idem quod simplex gemino, nisi quid addat compositio, vt frequentius geminare significet. Virg. 1. Georg.
Tum liquidas cerui preslo ter gutture voces
Aut quater ingeminant.
Hostiles ingeminauit opes. Ouid. 6. Fast. 114.
Ingeminare, Neutrum. Virg. 1. Georg. 67,
– ingeminant Austri, & densissimus imber. Seruius ingeminant pro ingeminantur positum esse asserit.
Clamor ingeminat. Virg. 5. Aeneid. 46.
Curæ ingeminant. Virg. 4. Aeneid. 107.
Ingeminatus, pen. prod. Participium, (διδιπλασιάζων,) vt Nobilitas ingeminata. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 9.

Ingemo, ingemis, pe. corr. ingemui, ingemitum, penult. corr. (ἐπιστενάχω,) ingemere, Idē quod gemo. Virg. 1. Georg. 4, Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere.
Agris ingemere. Tacit. in lib. de Germanis, Id beatius arbitrantur, quàm ingemere agris, illaborare domibus, suas, alienasque fortunas spe, metuque versare.
Laboribus ingemens. Horat. Epod. 5. 7.
Propriis ingemuisse malis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 2.
Nemo moriturō ingemit. Senec. Herc. Oeth. 13. 17.
Iacentem ingemuere Inachidæ. Stat. 9. Thebaid. 1.
Solum ingemuit. Ouid. 14. Metam. 81.
Ingemisco, ingemiscis, ingemui, (στενάχω,) ingemiscere, Idem quod primitiuum ingemo. Cic. in Somn. Scip. 8, Hic quum exclamasset Lelius, ingemuissentque cæteri vehementius leniter arridens Scipio, &c. Idem 2. Tusc. 31, Quem vidit nemo vlli ingemiscentem malo. Ex quodam poeta. Idem 1. de Orat. 117. Vide INCLAMO.

Ingenero, ingeneras, pen. cor. (ἐμφύομαι,) ingenerare, Notæ significationis. Cic. 5. de Finibus, 59, Et illum appetitum rerum à natura accommodatarum ingeneratā putauerunt omnibus qui continentur ea commendatione naturæ, quā sei ipsi diligunt. Catull. in Epithal. Mallii, 16. 43,
– non decet
Tam vetus sine liberis
Nomen esse, sed in diem
Semper ingenerari.
Deus ingenerat iras. Stat. 4. Thebaid. 46.
Ingenerantur hominibus mores à, vel ex, pro Creātur. Cice. pro Leg. agr. 92, Non ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis seminis, quàm ex his rebus, quæ ab ipsa natura loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur & viuimus.
Ingenerat amorem in eos, &c. Cic. 1. Offic. 20, Ingeneratā in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt.
Ingenerauit natura societatem vtrisque. Liu. 5. ab Vrbe, 124.
Ingenerata familiæ tuæ frugalitas. Cic. pro Sestio, 16.

Ingenitus, Vide GIGNO.

Ingenium, ingenii, à gignendo, (φύσις, ἐγγένεια, τό,) Proprie natura dicitur cuique ingenita. Plaut. Bacchid. 5. 42,
Imò ingenium auidi haud pernoram hospitis. Idem Milite, 10. 44,
Nam qui ipse amauit, amantis ægre ingenium inspicit. Idem Stich. 3. 59, Vbi facillimè spectatur mulier, quæ ingenio est bono? Idem Asina 17. 3,
Nec quisquam est tam ingenio duro, nec tam fismo pectore,
Quin vbi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene. Idē Bacch. 2. 1. 1,
Scio fecisse eo ingenio est. Idem Stich. 10. 46.
– ita ingenium meum est,
Quicum vis depugno multo facilius, quàm cum fame. Terent. Adelphis, 1. 1. 46,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:
Si sperat fore clām, rursum ad ingenium redit. Idem Andr. 1. 1. 66, Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi. Vbi Donatus, Ingeniis, hominibus. Idem Haut. 3. 1. 99, Ingenio te esse in liberos leni puto.
Ingenium patris habet quòd sapit: Id est moribus aut prudēcia similis est patri, siue patrem refert moribus. Plaut. Pœnul. 5. 2. 16.
Ingenio suo viuere. Liuius tertio ab Vrbe, 146, Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit, suo tam inde viuere ingenio cœpit. De Appio Claudio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ingenium cœnæ, pro Artificioso vel ingenioso apparatu. Plin. in Paneg. Frigo non aurum, nec argentum, nec exquisita ingenia cœnarum, sed suauitatem tuam miramur.
¶ Ingenium, Vis quædam naturalis nobis insita, suis viribus præualens ad inuentendum quod ratione indicari possit. Cic. 5. de Finib. 63, Prioris ingenii est docilitas, memoria: quæ fere omnia appellantur vno ingenii nomine. easque virtutes qui habent, ingeniosi vocantur.
Feruidus ingenio. Ouid. 14. Metam. 97.
Mobilissimus ingenio. Tacit. lib. 17, Is mobilissimum quoq; ingenio, &c.
Sæuior ingenio. Ouid. 1. Metam. 16.
Acies acris ingenii, Vide ACER adiectiuum.
Acumen ingeniorum, Vide ACVMEN.
Experientia ingenii est amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 7.
Feruidus ingenii. Silus lib. 17. 84.
Præcox genus ingeniorum. Quintil. lib. 1. cap. 3. 3.
Gratia ingenii. Quintil. in Procem. lib. 1. 4, Nullam ingenii sperantes gratiam. Hoc est laudem.
Igniculi ingenii. Quintil. in Procem. lib. 6. 7.
Magnitudo ingenii. Cic. 4. Acad. 4.
Monumenta ingeniorum. Quintil. lib. 3. cap. 9. 12.
Natura humani ingenii. Quintil. in Procem. lib. 1. 15.
Succus ingenii. Quintil. in Procem. lib. 1. 18, Omnem succũ ingenii bibũt.
Tarditas ingenii. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.
Vena benigna ingenii. Horat. 2. Carm. ode 18. 2.
Velocis ingenii vigor. Ouid. 8. Metam. 51.
Virtutes ingenii. Quintil. in Procem. lib. 6. 8.
¶ Ingenium abruptum, Vide ABRVMPO.
Acre ingenium. Cic. in Orat. 49. Itẽ Vir acerrimo ingenio, Vide ACER.
Acutum ingenium, cui contrarium est Obtusum. Cic. 1. de Diuinat. 135. Vide ACVO.
Ambiguum ingenium, Vide AMBIGVVS.
Aptus ingenium flammis. Ouid. 14. Metam. 6.
Bonum, Vide BONVS.
Cœlestẽ. Ouid. 1. de Arte, 37.
Candidum. Horat. Epod. 11. 5. Tacit. lib. 5.
Capax. Ouid. 8. Metam. 107.
Confirmatum & corroboratum, Vide CONFIRMO.
Copiosissimum, Vide COPIA.
Dines. Ouid. 2. Trist. 67.
Durum. Horat. 3. Carm. ode 21. 3.
Eminens. Quintil. in Procem. lib. 6. 2.
Exercitum adulatione ingenium. Tacit. lib. 20.
Eximium vel præstans ingenium. Cic. 5. Tuscul. 95. Et 2. de Finib. 83.
Expertum ingenium. Tacit. lib. 20, Ignotum adhuc ingenium & nullis defensionibus expertum.
Ingenium rapido feruentius amni. Horat. 1. Serm. saty. 10. 13.
Fortius ingenium. Ouid. epist. 18. 2.
Ingenium fortunatius arte. Horat. de Arte, 60.
Grande doloris ingenium. Ouid. 6. Metam. 115.
Hebetatum ingenium, fractum, contusum, tardum. Plin. epist. 167. d, Quibus ingenia nostra in posterum quoque hebetata, fracta, contusa. Cic. 1. de Lege agra. 4, Sed quem vestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules Syllam Dictatorem fuisse in mentem venire non posset?
Hubertus. Ouid. 1. Trist. 15.
Ignotum. Tacit. lib. 20.
Illustre. Tacit. lib. 20. Cic. pro Cælio, 1.
Imbecillum. Quintil. lib. 2. cap. 8. 7.
Immansuetum. Ouid. 15. Metam. 17.
Importunum, Vide IMPORTVNVS.
Iucundum & elegans ingenii. Quintil. lib. 5. cap. 13. 38.
Inquietum, Vide INQVIETVS.
Insanabile, Vide INSANVS.
Integrum, Vide INTEGER.
Inuerecundum, Vide INVERECVNDVS.
Liberale, Vide LIBER.
Liberius ingeniũ, q̃ virginẽ decet. Liu. 4. ab Vrbe, 192.
Magnum. Cic. 4. Acad. 1.
Malum. Quintil. lib. 1. cap. 3. 2.
Medium, Vide MEDIVS.
Mediocre, Vide MEDIOCRIS.
Indoctẽ. Senec. Thyest. 3. 5.
Iners. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.
Infœlix, Vide INFOELIX.
Ingens. Horat. 1. Serm. saty. 3. 7.
Inhumanum. Terent. Eunuch. 5. 2. 41.
Memorabile, Vide MEMOR.
Mire. Ouid. 13. Metam. 38. Iuuen Saty. 4. 9.
Mobile, Vide MOBILIS.
Molle. Ouid. epist. 21. 17.
Obnoxium, Vide OBNOXIVS.
Par. Cic. pro Corn. Balbo, 2. Vide PAR.
Parum. Horat. 1. epist. 3. 5. Vide PARVVS.
Peracre. Cic. 3. de Orat. 127.
Pingue. Ouid. 11. Metam. 30.
Promptum ad asperiora ingenium Druso erat. Tacit. lib. 1.
Pudicum ingenium. Terent. Hecyra, 1. 2. 77.
Rectum vtroque vorsum ingenium. Plaut. Capt. 7. 8,
Vtroque vorsum rectum est ingenium meum,
Ad te, atque ad illum pro rota me vti licet:
Vel ego huc, vel illuc vortar quo imperabitis.
Rude ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18.
Solers ingenium. Senec. Thebaid. 1. 48.
Subactum ingenium. Cic. 1. de Orat. 71, Subacto mihi ingenio opus esse vt agro nõ semel arato, sed nouato & iterato, quo meliores fœtus possit & grandiores ædere. Subactio autem, est vsus, auditio, lectio, literg.
Tardum ingenium. Cic. 1. de Orat. 64. Quintil. lib. 1. cap. 11. 11.
Velox, ac mobile ingenium. Quintil. lib. 6. cap. 4. 6. Iuuenal. Saty. 3. 8.
Venerabile ingenium. Iuuenal. Saty. 15. 15.
¶ Acuere ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 4. 6. Vide ACVO.
Aequiperans ingenium moros. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 9.
Alere ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 8. 6.
Allequi ingenium, Vide ASSEQVOR.
Augere famam ingenii. Quintil. lib. 4. cap. 1. 38.
Certare ingenio. Lucret. lib. 2. 3.
Claudicat ingenium. Lucret. lib. 3. 92.
Vires ingenii comminuere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 7.
Conferre ingenium, Vide CONFERO.
Consumere ingenium in Musicis, Vide CONSVMO.
Ab ingenio alicuius declinare, Vide DECLINO.
Deficit ingenium. Ouid. 2. Fast. 25.
Liuor detrectat ingenium Homeri. Ouid. 1. de Remed. amor. 73.
Ab ingenio alicuius disidere. Ouid. epist. 7. 7.
Vela dare ingenio. Ouid. 3. Fast. 158.
Exercere ingenium multiplici, variaque materia. Quintil. lib. 7. ca. 4. 15.
Facere ingenium alicui. Propert. lib. 2. eleg. 1. 1,
Non mihi Calliope, non hæc mihi cantat Apollo,
Ingenium nobis ipsa puella facit.
Mala fregerunt ingenium meum. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 7.
Habere ingenium in numerato. Quintil. lib. 6. cap. 3. 77.
Multum ingenii habere ad fingendum. Cic. pro Fonteio, 25.
Lactandi ingenii gratia. Quintil. lib. 3. cap. 1. 3.
Oracula investigata ingeniis. Ouid. 15. Metam. 30.
Imbuere ingenium artibus, Vide IMBVO.
Immutare ingenium moribus, Vide IMMVTO.
Immutatur ingenium coactum egestate, Vide IMMVTO.
Induere sibi ingenium nouum, Vide INDVO.
Ingurgitare ingenium poculis, Vide INGVRGITO.
Laborare ingenio, Vide LABORO.
Manent ingenia semibus, Vide MANEO.
Labores minuunt ingenium. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 3.
Ab arte mollitur ingenium. Ouid. 3. de Arte, 109.
Noscere ingenium, Vide NOSCO.
Ornatus bono ingenio, Vide Ornatus in ORNO.
Ingenium & naturam pueri perspicere. Quintil. lib. 1. cap. 4, Tradito sibi puero docendi peritus ingenium eius in primis, naturamque perspiciat: Ingenii signum in paruis præcipuum memoria est.
Seruire ingenio. Propert. lib. 1. eleg. 7. 1.
Subdere stimulos ingenii. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 16.
Ingenium substitit mihi. Ouid. epist. 21. 40.
Ingenia ita mihi sunt. Plaut. Cistel. 5. 7, Ita mihi ingenia sunt, quod lubet, non lubet iam id continuò. Id est, ita ingenium mihi varium est.
Ingenio diuino esse. Cic. 4. Acad. 109.
Tractare ingenia. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18.
Valere ingenio. Quintil. lib. 1. cap. 8. 6. Ouid. 1. Amorum, eleg. 15. 3.
¶ Ad ingenium redire, siue reuerti. Terent. Hecyra, 1. 2. 38,
- si mihi fidem
Das te taciturum, dicam. PH. ad ingenium redis.
D. Fidem do, loquere. Vbi Budæus ex Donato, A se discesserat seruus loquax, q̃ aliquãtisper tacere abstinuerat. Cic. 1. Verr. 31. Rediit ad se.
¶ Ingenium soli, siue terræ. Plin. lib. 14. cap. 1. 1, Succique tantum gratia ex his pluribus modis ad cœli mores soliq̃ ingenia.
Ingenia lactis & proprietates. Gel. lib. 12. cap. 1.
Ingeniosus, pen. prod. Adiectiuum, (δεξυός, ἀγχίνοος, θαλίκλαρος,) Ingenio optimo & alacri præditus. Cic. 5. de Finib. 64, Prioris generis est docilitas, memoria: quæ fere omnia appellantur vno ingenii nomine: easque virtutes qui habent, ingeniosi vocantur. Idem pro Cluent. 38, Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus.

Ingeniosior.

Ingeniosior. Cic. pro Rosc. Com. 18, Quo quisq; est solertior, & ingeniosior, hoc decet iracundius & laboriosius.
Ingeniosus ad. Ouid. epist. 2. 5, —& ad causas ingeniosa fuit.
Furtum ingeniosus ad omne. Ouid. 11. Metam. 63.
Ager ingeniosus ad segetes. Ouid. 4. Fast. 137.
Egestas ingeniosa. Claud. de raptu Proserp. 3. 7.
Ingeniosus in. Martial. lib. 1. 29, Improbe facit, qui in alieno libro ingeniosus est.
In meas partes ingeniosus eram. Ouid. 2. Trist. 69.
In suam culpam ingeniosus. Ouid. 2. Trist. 58.
Res ingeniosa est. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 13.
Ingeniosa gula. Marr. lib. 13. 62, Pascitur & tenebris, ingeniosa gula est.
Ingeniosa miracula fecit natura. Plin. lib. 7. cap. 2. 23.
Vox motandis ingeniosa sonis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 4.
Ingeniose, penul. prod. Aduerbium, (δεξυῶς,) Subtiliter, & cum ingenio. Cic. 1. de Inuent. 13, Nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniose & diligenter electas res collocasse. Idem 4. Acad. 153, Tractantur ista ingeniosè, disputantur etiam elegantẽr. Plin. lib. 15. cap. 13. 2, Nec aliud pomum ingeniosus geminatum est.

Ingens, huius ingentis, o. g. (δυμεγέθης, πυμμεγέθης, πελώριος, τερατώδης,) Dicitur, vt inquit Festus, augendi cõsuetudine, vt Inclamare, Inuocare. Quia enim gens, populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus valde magnum.

Aceruus ingens. Virg. 1. Georg. 37.
Ingens Achilles, Vide ACHILLES.
Amore ingenti perculsus. Virg. 1. Georg. 96.
Ingens animus, Fortis, magnus & constans. Plin. in Paneg. 103, Si vnius tertium Consulatum eundem in annum, in quem tuum contulisses ingẽtis animi specimen haberetur. Sic apud Horatium lib. 2. Serm. satyr. 7, Ingens virtus atque animus.
Animos ingentes tollere. Virg. 3. Georg. 41.
Arbos ingens. Virg. 1. Georg. 27.
Argentum. Virg. 1. Aeneid. 139.
Argumentum. Virg. 7. Aeneid. 158.
Bellum. Virg. 1. Aeneid. 54.
Cædes. Virg. 9. Aeneid. 50.
Cauerna. Verg. 2. Aeneid. 4.
Clamor. Virg. 9. Aeneid. 8.
Concursus. Virg. 5. Aeneid. 131.
Confidentia Terent. And. 5. 3. 5.
Corpus. Virg. 1. Aeneid. 40.
Curæ ingentes. Virg. 1. Aeneid. 43.
Dolor. Virg. 5. Aeneid. 35.
Facinus. Terent. Adelph. 4. 7. 3.
Flagitium. Horat. 1. Serm. saty. 4. 17.
Fletus. Virg. 5. Aeneid. 152.
Fragor. Virg. 8. Aeneid. 103.
Gaudium. Plin. lib. 7. cap. 42. 1.
Genus ingens à proauis. Virg. 12. Aeneid. 46.
Gladius. Tacitus in vita Agricolæ.
Gloria. Virg. 2. Aeneid. 65.
Ingentes gratias agere. Terent. Eunuc. 3. 1. 2,
Magnas verò agere gratias Thais mihi? G. Ingentes.
Ignis. Plaut. Capt. 13. 74.
Ingentes impensæ, quæ & sumptuosæ dicuntur: hoc est magni sumptus. Liu. 4. bel. Maced. 112, Et quæ strata ruinis atque incendiis erant, ingẽtibus impensis ædificauerit.
Irat ingentes concipit. Ouid. 1. Metam. 34.
Lætitia. Virg. 1. Aeneid. 20.
Luctus. Virg. 6. Aeneid. 174.
Machina. Horat. 2. epist. 2. 15.
Metus. Virg. 6. Aeneid. 98.
Moles. Virg. 5. Aeneid. 14.
Murmur. Ouid. 7. Metam. 131.
Ingentis nominis rex. Liu. 10. bel. Pun. 78.
Obsidio. Virg. 8. Aeneid. 127.
Paratus. Tacit. lib. 18.
Ingens pecunia Multa & numerosa. Ci. p Lege agr. 71, Hic ager oĩs quo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.
Pinus. Virg. 1. Georg. 65.
Pudor. Virg. 10. Aeneid. 172.
Rus. Virg. 2. Georg. 83.
Saxum. Virg. 6. Aeneid. 124.
Sonitus. Virg. 2. Georg. 62.
Ingẽtis spiritus vir. Li. 1. bel. Pu. 4. 1 Præf.
Stridor. Virg. 7. Aeneid. 13.
Ingẽs restis fact' inimici. Pli. li. 7. c. 30. 2.
Vagitus. Virg. 6. Aeneid. 86.
Ventus. Virg. 1. Georg. 66.
Virtus. Horat. 2. Serm. satyr. 7. 21.
Vitium Horat. 2. Serm. satyr. 3. 19.
Vmbram. Virg. 2. Georg. 98.
Vox. Virg. 1. Georg. 95.
¶ Animi ingens. Tacit. lib. 1, Sed fœmina ingẽs animi. Virg. 11. Aen. 28.
Armis ingens. Virg. 11. Aeneid. 128.
Corpore ingens. Virg. 11. Aeneid. 128.
Eloquio ingens. Stat. 1. Sylu. 4. 15.

Ingenuus, Adiectiuum, (ἐλεύθερος, γνήσιος, εὐγενής,) Qui in libertate natus est. Et ab ingenuorũ antiquitate, vt Boethius in Topicis inquit, gentilitas ducitur. Plaut. Pœnu. 14. 72, Quia Adelphasiũ, quam herus deamat tuus, ingenua est. Et paulo post, 78,
Qui eas vendebat, dixit se furtiuas vendere,
Ingenuas Carthagine aiebat esse. Terent. Phor. 1. 3. 16, Vt ne addam, quod sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es. Cic. 3. Verr. 30, Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, &c.
Ingenuus, relatiuum est libertini. Est enim libertinus, qui insta seruitute manumissus est. Plaut. Milit. 10. 188, Ingenuam, an libertinam? Liu. 3. ab Vrbe, 141.
Amor ingenuus. Horat. 1 Carm. ode 27. 4.
Animo ingenuo facere aliquid. Catull. ad Mallium, epigr. 63. 8.
Artes ingenuæ, siue disciplinæ: Id est liberales, & ingenuis, hoc est liberis dignæ. Cic. 2. de Fin. 109, Sint ista Græcorum: quãquam ab his philosophiam & omnes ingenuas disciplinas habemus. Idem, Vt omittam has artes elegantes & ingenuas. Ouid. 1, Trist. eleg. 8. 9.
Color ingenuus. Propert. lib. 1. eleg. 4. 3.
Corpus ingenuum. Ouid. epist. 5. 29.
Crines ingenui. Stat. 2. Sylu. 1. 9.
Crux ingenua, Quæ ingenuo aio & libero suscepta est. Mart. lib. 10. 82.
Per gemitus nostros, ingenuasque cruces, Parce precor lasso.
Facies ingenua, quæ & liberalis dicitur: hoc est elegans. Plaut. Pœnul. 16. 17, Facies quidem pol ingenua est.
Facta ingenua, Viris ingenuis digna: hoc est nobilia. Plaut. Milit. 13. 17,
Vah, egóne vt ad te ab libertina esse auderem internuntius,
Qui ingenuis factis responsaret?
Genæ ingenuæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 10.
Ingenua gula, ironicè. Martial. lib. 6. 11, Non minus ingenua est & mihi Marce gula.
Pudor ingenuus. Catull. in Epithal. Mallii, 56. 17.
Puer ingenuus. Horat. 3. Carm. ode 14. 11.
Ingenuitas, pen. corr. ingenuitãtis, (ἐλευθεότης,) Liberalitas, nobilitas, honestas. Cic. 3. Verr. 108, Vestitus enim neminem cõmouebat is quẽ illi mos & ius ingenuitatis dabat. Idem 1. de Orat. 134, Præstet idem in genuitatem & ruborem suum verborum turpitudine & rerum obscœnitate vitanda. Idem 3. Verr. 79, Detrahes ornamenta non solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis?
Præ se ferre probitatem quandam & ingenuitatem. Cic. 1. Acad. 48.
Ingenuatus, pen. prod. Adiectiuum, (ἐλευθεροπρεπής,) Ingenuitate præditus. Plautus Milite, 10. 135,
Itidem diuos disperisse vitam humanam æquum fuit:
Qui lepidè ingenuatus esset, vitam longinquam darent. Antiquum.
Ingenuè, Aduerb. (ἐλευθέρως,) Liberè, ac simpliciter: vt Ingenuè loquitur id est vt liberum hominem decet, nihil timidum, nihil habens seruile.
Apertè atque ingenuè fateri. Cice. ad Metellum, lib. 5. 2. 6, Quod me abste cupisse laudari, apertè atque ingenuè confitebar.
Ingenuè gratum. Cicer. ad Atticum, lib. 13 283. 1, Isti autem ingenuè, mihique gratum.
Ingenuè educatus, Liberaliter, vt liberti decuit. Cic. 3. de Finib. 59, Quis autem honesta in familia institutus, & educatus ingenuè, non ipsa turpitudine, etiam si eum læsura non sit, offenditur?

Ingero, ingeris, pen. cor. ingessi, ingestum, (ἐπιχέω, ἐπιτίθημι, ἐπεμβάλλω, ἐπιπαρέω,) Ingerere, Imponere, infundere. Plaut. Pseud. 4. 14, Tu qui vnam habes, aquam ingere: face plenum ahenum sit citò. Colu. lib. 5. cap. 9. 8, Deinde ingerendi minimi lapides, vel glarea mista pingui solo. Senec. de Benef. lib. 1. ca. 4, At qui ingenia tuare, & fidem in rebus humanis retinere, memoriam officiorum ingerere animis volunt, seriò loquantur, & magnis viribus agant.
Ingerere se: Id est affectare aliquid, vt lingua vernacula dicit. Plin. in Paneg. Præfectum Prætorii non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere. Budæus.
Periclis se ingerit. Silius lib. 10. 1.
¶ Ingerere cibum, vel potionem ægroto, pro Porrigere. Celsus, Et ingerere cibum fastidiosis. Idem, Febricitanti cuidam & magna siti affecto aquam frigidam ingessit. Budæus.
Conuitia ingerere alicui. Horat. 1. Serm. satyr. 5. 3.
Dicta in dolium pertusum ingerere, prouerbialiter dictum, quasi operam ludere. Plautus Pseud. 5. 134, In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.
Dicta in aliquẽ ingerere, pro Maledicere & conuitiari. Plaut. Asin. 16. 77.

Universidad de Deusto
Biblioteca

- nunc vxorem me esse meministi tuam?
Modò quum dicta in me ingerebas, odium, non vxor eram. Sic Liui. 2. ab Vrbe, 177, Ingerere probra.

Ligna ingerere, loco. Tibul lib. 2. eleg. 1. 5.

Mala multa in aliquem ingerere. Plaut. Bacchid. 9. 34, Atque vt tibi mala multa ingeram. Idem Pseud. 5. 1. 24,
- licet vxor mihi
c. Ingere mala multa. Idem Menæch. 16. 17,
- idem faciebat Hecoba, quod tu nunc facis:
Omnia mala ingerebat. Terent. And. 4. 1. 16,
Ingeram mala multa: atque aliquis dicat, Nihil promóueris.
Multum: molestus certe ei fuero, atque animo morem gessero.

Nomina alicui ingerere. Tacit. de Oratoribus, Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt.

Osculum ingerere. Sucton. de Claris grammat. 23, Qui quum in turba osculum sibi ingerentem, quanquam refugiens denitare non posset, Vis tu (inquit) magister quóties festinantè aliquem vides, abligurire.

Pugnos in ventrem alicuius ingerere, Inferre violenter, & pugnis percutere. Terent. Phorm. 5. 8. 95.
Nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere.
P. Vel oculum exculpe.

Ingerere primordia, Vide PRIMORDIVM.

Sacrilegium ingerere, Inferre. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 4, Sic nos adhortatur Chrysippus, vt dicat verendum esse, ne quia Charites Iouis filiæ sunt, potemus certe pàrum ingerere sacrilegium, si tam bellis puellis fiat iniuria.

Saxa ingerere. Liu. 2. ab Vrbe, 275, Saxa obiacentia pedibus ingerit in subeuntes. Sic 7. bel. Pun. 108.

Scelus sceleri ingerit. Senec. Thyest. 8. 22.

Semen solo ingerere, Seminare. Colum. lib. 2. cap. 10. 5, Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus.

Tela ingerere. Liu. 4. bel. Pun. 155, Postremò vt sui vulnere intacti tela in hostem ingererent. Sic 9. ab Vrbe, 184, Romanus contrà nunc tela, nunc saxa, quibus eos affatim locus armabat, ingerere.

Thura ingerere aris. Plin. lib. 12. cap. 14. 10, Alexandro magno in pueritia sine parsimonia thura ingerenti aris, &c.

Verba & vocem ingerere. Liu. 3. ab Vrbe, 182, Quid tandem priuatæ res vestræ, quo in statu sint? iam vnicuique ex agris sua damna nuntiabantur. quid est tandem domi, vnde ea expletis? Tribuni vobis amissa reddent ac restituent? vocis verborumque, quantum voletis, ingerent, & criminum in principes.

Vulnera ingerere. Tacitus lib. 19, Et ingestis vulneribus concidit. Pro, inflictis.

¶ Ingerere, lacerare. Ingerere lapides, saxa, tela, &c. Plin lib. 10. cap. 1, de struthiocamelis, Vngulæ iis ceruinis similes, quibus dimicant, bisulcæ, comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus.

¶ Ingestum, pro eo quod violenter oblatum est. Tacit. lib. 1, Nomen patris patriæ Tiberius à populo sæpius ingestum repudiauit. Alibi dixit, Ingestis pilis, pro infixis: vbi vulgò legitur, infestis pilis.

Humo ingesta contumulari. Ouid. in Ibio, 93.

¶ Ingerere, In memoriam reuocare. Seneca de Benefic. lib. 1. cap. 12, Ingratis quoque, memoria cum ipso munere meminit, vbi ante oculos est, & obliuisci non sinit, sed actorem suum ingerit & inculcat.

Ingestabilis, & hoc ingestabile, pen. corr. (ἀβάστακτος,) Quod gestari nõ potest. Plin. li. 7. ca. 6. 1, Ingestabile onus eruti, & ingumõ leuis tumor.

Ingigno, ingignis, ingenui, ingenitum, pen. corr. (ἐγγίγνομαι,) ingignere, Vnà & simul gignere. Cic. 5. de Finib. 57, Siue vt doctissimis viris visum est, maior aliqua causa atque diuinior hanc vim ingenuit, siue hoc ita fit fortuito. Ibidem, lib. 2. 76, Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi, &c.

Natali & ingenita sterilitate laborantibus. Colum. lib. 3. cap. 7. 2.

Ingenitum corpori eorum virus exitiale serpentibus. Plin. lib. 7. cap. 2. 5.

Nobilitas ingenita. Ouid. ad Pisonem, 21,
- ingenitæ stat nobilitatis in illo
Pulcher honos, & digna suis natalibus ora.

Inglomero, inglomeras, penult. corr. (συγκυλίω,) inglomerare, Idem quod simplex. Stat. 1. Thebaid. 69,
- sed plurimus Auster
Inglomerat noctem, tenebrosa volumina torquet.

Inglorius, Adiectiuum, (ἄδοξος, ἀδόξως,) Qui nullam laudem aut gloriam sua virtute aut fortitudine consecutus est, & veluti ignobilis. Virg. 9. Aeneid. 109,
Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba. Idem 4. Georg.
- ille horridus alter
Desidia, latamque trahens inglorius aluum. Sic Colm. lib. 9. cap. 10. 3.

Inglorius militiæ. Tacitus, Nec ipse inglorius militiæ. Sil. lib. 12,
- inglorius ausi. Id est qui efficere quod tentabat non potuit.

Inglorius & ignobilis. Cic. 3. Tuscul. 96, Quòd inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus.

Honoratus & Inglorius, contraria. Cic. 1. de Legib. 46, Propter honestatis & gloriæ similitudinem, beati, qui honorati sunt, videntur: miseri autem qui sunt inglorii.

Vox ingloria. Stat. 5. Sylu. 3. 28.

Ingluuies, ingluuiei, fœm. ge. (λαιμαργία,) Ventris rapacitas, voracitas. Terent. Eunuch. 5. 4. 15,
Quæ cum amatore suo quum cœnant, ligurijunt:
Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam. Virg. 4. Georg.
- hic piscibus atram
Improbus ingluuiem, rauisque loquacibus explet. Vbi Seruius, Ingluuiem, Ventris rapacitatem. Quidam legunt capacitatem per c tertiam literam in prima syllaba. Horat. 1. Serm. saty. 2. 2,
Hunc si perconteris, aui cur, atque parentis
Præclaram ingrata stringat malus ingluuie rem.

¶ Ingluuies, pro Gurgulione. Apuleius, Restis ad ingluuiem adstricta.

¶ Ingluuies, pro Sinu guttutis accipitur, in quem aues recentes cibos demittunt, & condunt. Colum. lib. 8. cap. 5. 13, de gallinis loquens, Nam si vacua non est ingluuies, cruditatem significat: abstinerique debent, dum concoquant.

Ingrandesco, ingrandescis, ingrandui, (ἐπιμεγέθυνομαι,) ingrandescere, Grandem fieri. Colum. lib. 11. cap. 3. 14, Ante circa Calendas Martias, locis apricis, licet porrum (si iam ingrandiit) transferre. Idem lib. 2. cap 10. 11, Quę vt celeriter prodeat, & ingrandescat, ante quàm seratur, sino arido permisceri debet.

Ingratus, penul. prod. (ἀχάριστος, ἀχαρίστως,) Adiectiuum passiuæ significationis, Quod non est gratum & acceptum. Donatus, Ingrata quæ ab inimicis fiunt, ac recusantibus. Martial. lib. 1. 10, Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum.

Ingrata amaritudo. Plin. lib. 15. cap. 25. 2, Minus quinquennium est, quòd prodiere quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis.

Ingratus animus. Senec. epist. 1, Nec mirum est inter plurima maximaque vitia nullum esse frequentius, quàm ingrati animi. Lucret. lib. 2. 126,
Ioci non ingrati. Ouid. 3. Fast. 148.

Onus ingratum. Catul. ad Mallium, epig. 63. 29.

Ingrata oratio, cui opponitur iucunda. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Ingrati saporis caseus. Colum lib. 7. cap. 8. 6.

Superbia ingrata Veneri. Horat. 3. Carm. ode 10. 2.

Tempora ingrata. Horat. 1. epist. 1. 5.

Ingratum virus. Plin. lib. 10. cap. 26. 2.

¶ Ingratus, actiuum, Qui non meminit accepti beneficii, nec gratiam vllam habet. Terent. And. 1. 5. 43,
- adeone me ignauum putas,
Adeóne porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, &c. Cic. de Amicit. 40, Propterque inuidiam in exilium missus esset, ingratæ patriæ iniuriam non tulit, quam ferre debuit.

Ingratius. Cic. ad Atticum, lib. 8. 148. 4, Nihil cognoui ingratius, in quo virio nihil mali non inest.

Ingratus aduersum. Gel. li. 4. ca. 18, Nó igitur sumus aduersum deos ingrati.

Ingratus in. Cic. 1. de Nat. deorum, 120, Quum Epicurus in Democritũ ipsum quem secutus est, fuerit ingratus. Idem ad Atticum, lib. 4. 75. 2, dolere quidem possum, vt non ingratus videar.

¶ Ingratus, Inuitus, & coactus, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 2. 1. 14,
Opus faciam, vt defatiger vìque ingratus vt dormiam.

Ingratior. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 27, Vix labra diduxit, & ingratior quàm si tacuisset, fuit.

Ingratè, pen. prod. Aduerbium, (ἀχαρίστως,) Plin. lib. 27. cap. 2. 3, Quòd siquis illa fortè ab homine excogitati potuisse credit, ingratè deorum munera intelligit.

Ferre aliquid ingratè. Tacitus lib. 17, Oppressa Capitonis consilia ingratè tulisset.

Non ingratè nominãdo M. Varronẽ. Plin. lib. 18. cap. 3. 12. Id est libẽter.

Ingratis, penul. prod. Aduerbium, (ἀκουσί.) Præter gratiam & meritum,
Non vltro, inquit Donatus. Plaut. Amphit. 4. 12,
- qui hoc noctis à portu
Ingratis excitauit. Idem Casina, 4. 18,
- quin mihi ancillam
Ingratis postulat, quæ mea est, quæ meo educata siet
Sumptu. Ibidem, 15. 57, Atque ingratis quem non volt, ei nubet hodie. Terent. Heaut. 3. 1. 37,
- ea coacta ingratis
Post illa cœpit victum vulgò quærere.

Libenter & Ingratis, contraria. Cic. 6. Verr. 16, Reticebunt quæ poterunt libenter: dicent quæ necesse erit, ingratis. Vetus exemplar scriptum habet gratis.

Ingratis, (ἀκουσί,) ablatiuus aduerbialiter positus. Aliquando adiungitur TVIS, & dicitur ingratiis tuis. Plaut. Amphit. 4. 217, Non ædepol volo profectò. M. at pol profectò ingratiis. Idem Curcul. 2. 6, Tamen est

men est eundum quo imperauit ingratiis. Idem Milit. 8. 38.
- imo Vi atque inuitam, atque ingratiis volutatim domum te rapiã.
Idem Menæch. 23. 5. Quin ego accurro, teque eripio oppugnãdo ingratiis. Idem Casina, 7. 7.
- si tu uolis, filiusque etiam tuus,
Vobis inuitis, atque amborum ingratiis
Vna libella liber pollum ego fieri. Idem Merc. 8. 11. Nimium multũ scis. 8. tuis ingratiis.

Ingratitudo, (ἀχαριστία, ἀχαριστοσύνη,) Cicerone non dicitur. Maluit enim Græcè dicere, ad Atticum scribens, lib. 8. his verbis, Sed meruisse illum de me puto, vt ἀχαριστίας, crimen subire non audeam. Budæus.

Ingratificus, pen. corr. Adiect. (ἄχαρις.) Idẽ quod ingratus. Cic. pro Sestio, 106. O ingratifici Argiui, inanes Graii, immemores beneficii.

Ingrauo, ingrauas, pen. corr. (ἐπιβαρύνω,) ingrauare, Grauem facere, vel corrumpere, & quasi grauiter afficere. Plin. lib. 19. cap. 8. 34. Postea iisdem fruticibus vruntur, si non hæuitia hyemis ingrauat, quando impatientissimum est frigorum.

Puppem ingrauat. Stat. 5. Thebaid. 81.

Ingrauesco, ingrauescis, (βαρύνω,) ingrauescere, Valde grauem, & molestum fieri. Plin. lib. 31. cap. 7. 6. Vix credibili pondere ingrauescat.

Ingrauescit in dies malum. Cic. ad Brutum, 10. 1. Tacit. li. 19. Quum è cõtratio læta omnia fingeret, fallis ingrauescebat.

Leuari siue releuari & Ingrauescere, contraria. Cic. in Catil. 23. Sic hic morbus, qui est in rep. releuatus istius pœna, vehementius viuis: reliquis ingrauescet. Idem de Senect. 33. Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt: animi autem se exercendo leuantur.

Ingrauescentem morbum præuidere. Cic. 2. de Diuin. 23.

Ingrauescere furore. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195. 3. Alter ardet furore & scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit.

Ingrauescit annona, Carior fit. Cæsar 1. bel. Ciuil. 200. His tamen omnib annona corruit, quæ ferè res inopia non solùm præsentis, sed etiam futuri temporis ingrauescere confuerit. Cic. pro Domo sua, 9. Nam quũ ingrauescerer annona, vt iam plaui inopia ac fames timeretur.

Ingrauescens, ingrauescentis: (βαρύνων,) vt Ingrauescens ætas, id est senectus. Cic. de Amic. 32. Mutari etiam mores hominum sæpe dicebat: aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingrauescente.

Ingredior, ingrediris, pen. corr. ingressus sum (βαίνω, ἐπιβαίνω, ὑπο βαίνω, ἐπεισέρχομαι, ἐπεισβαίνω,) ingredi, pen. cor. Intrare. vt Ingredi forum, vel in forum.

Ingredi intrare. Cæsar 5. belli Gall. 38. Nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant.

Ingredi in fundum. Cic. pro Cecinna, 15.

Ingredi in conspectum populi. Plaut. Amph. 8. 101, - quid est?
Nihil te pudet sceleste populi in conspectum ingredi?

Ingredi in viam. Plaut. Pseud. 15. 4. Ingredere in viam dolis & ego hîc in insidis ero.

Ingredi in sycophantiam. Plaut. Pœnul. 9. 41.
- mortales malos
Vt ingrediuntur dostè in sycophantiam.

Ingredi per foenum. Plin. lib. 7. cap. 10. 3.

Ingreditur colles. Ouid. 14. Metam. 170.

Ingredi iter. Liui. 5. ab Vrbe, 167. Confestim signis conuulsis, citato agmine, iter ingrediuntur. Cic. 12. Philipp. 334. Quid censetis, quum iter ingressus ero, longum præsertim, nullasine insidias pertimescendas?

Ingredi iter pedibus. Cic. de Senect. 30. Arbitror te audire Scipio hospes tuus Masinissa quæ faciat hodie nonagiata annos natus, quum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascenderet quum equo, ex equo non descendere. Columella, libro, 1. cap. 3. 3. Non ægre iter pedibus ingredi.

Ingredi mare pedibus. Liu. in Præfat. bel. Maced. 2. Iam prouideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur, quicquid progredior, in vastiorem me altitudinem, ac velut profundum inuehi.

Hac ingressa vias. Stat. 4. Sylu. 4. 1.

¶ Ingredi, Incedere, non ad locum, sed in loco. Virg. lib. 3. Georg.
Continuò pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur. Cic. Atti. lib. 2. 38. 3. Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris, aduola. Vide ALTVS. Plin lib. 9. cap. 31. 1. Ingredi est his in orbem volui. Idem lib. 8. cap. 5. 1. Elephãti gregatim semper ingrediuntur.

Ingredi tardè. Plin. lib. 11. cap. 51. 5. Qui celerius fari cœpêre, tardius ingredi incipiunt.

Campo ingreditur. Virg. 10. Aeneid. 151.

Curru ingredi. Ouid. 13. Metam. 51.

¶ Ingredi dicere aut facere, pro Aggredi & incipere. Cic. ad Atticum, li. 15. 326. 5. Ea negabam oportere præterita, assentiebar tamen: quanquam ingressus eiusdem dicere quid oportuisset. Idem 4. Acad. 34. Sed qd 2. de Diuinat. 4. De diuinationes ingressi sumus his libris scribere.

Ingredior ad. Cic. ad Curionem, lib. 2. 2. 6, Sed aliter atq; ostenderam facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiæ meæ. Idem de Oratore, Nos qui antè quàm ad dicendum ingressi sumus, obruimur ambitione. Ibidem, Ii qui ingrediuntur ad studium. Id est discere incipiunt. Idem de Fato, Tumisse ingredior ab hoc genus disputãdi.

In causam ingredi. Cicero pro Plancio, Quà voluntatis sum ingressus in causam.

In orationem ingredi. Cic. 7. Philip. 122, Magna spe ingredior in reliquã orationem. P. C. quoniam, &c. Cæsar 1. bel. Ciuil. 4, Dixerat aliquis leniorem sententiam, vt primò M. Marcellus ingressus in eam orationẽ, non oportere antè, &c.

In spem ingredi. Cic. 5. Philipp. 171, Quoniam ingressi in spem Reip. recuperandæ sumus. Idem 2. in Catil. 47, Quæ quidẽ ego neque meã prudẽtia, neq; humana consilia fretus polliceor vobis Quirites, sed multis & non dubiis deorum imortalium significationibus quibus ego ducibus in hanc spẽ sententiam sum ingressus. Idem ad Cornificium, lib. 12. 25. 3, Quo die primùm in spem libertatis ingressus sum.

In vitam ingredi. Cic. de Clar. Orat. 185, Equidem etsi doleo, me in vitam paulo serius tanquam in viam ingressum.

Consilium ingredi. Hirtius ad Ciceronẽ in Epistolis ad Attic. lib. 15. 325. 11, Frustra verò qui ingrediar matris consiliũ, quum vtatur precibus.

Consulatum ingredi. Quintil. lib. 6. cap. 1. 27.

Disputationem ingredi. Cic. pro Cecin. 57, Qui quum istam disputationem mecum ingressus esset.

Fatis ingressus iniquis. Virg. 3. Aeneid. 4.

Ingredi iter, per transllationem. Cic. 3. de Orat. 120, Quo nunc me vertã? quod iter incipiam ingredi? Ex quodam poeta.

Orationem ingredi. Cic. ad Atticum, li. 15. 326. 2, Quam orationem quũ ingressus essem, casus interuenit.

Studia ingredi. Quint. lib. 1. cap. 16, Nam iisdem ferè annis aliarũ quoq; disciplinarum studia ingredienda sunt.

Vestigiis patris ingredi. Cic. in Somnio Scipionis, 18, Quãquam à pueritia vestigiis ingressus patris & tuis, decori vestro non defui.

Viam viuendi ingredi. Cice. in Offic. 165, Quod tempus à natura ad deligendum quam quisque viuendi viam sit ingressurus, datum est.

Vulgarem viam ingredi, Quintil. in proœmio. lib. 1. 3.

Vitam ingredi. Cice. 4. Acad. 203, Officia describas, quam vitam ingrediar definias.

Ingrediens Participium, (ἐπεισβαίνων,) vt Iter ingrediens. Silius lib. 15. 99.

Ingressio, Verbale, (ἐπεισβασις,) Ipse ingrediendi actus. Cic. 4. Tuscul. 75,
Cuius vt arma sumpsit, ingressio lætitiam attulit sociis, terrorem autẽ hostibus. Idem 5. Philipp. 170, Vt quomodo aditus hostium prohibetur castellis & aggeribus, ita ab ingressione fori populum Tribunosq; plebis propulsari videres.

Ingressus, huius ingressus, m. g. (πρόβασις) Ambulatio ipsa, Incessus. Cic. 1. de Nat. deorum, 131, Ingressus, cursus, &c.

Ciuilis & humanus ingressus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 41.

Oportunus ingressus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 1.

Plani ingressus. Silius lib. 10. 84.

¶ Vestigiis odorari ingressus hominis improbi. Cic in Piso. 65.

Vestigia & ingressus orationis. Cic. 1. de Orat. 77.

¶ Ingressus, Initium. Quintil. lib. 9. ca. 4, Si pars posterior inclausula deprehendatur, rursus prior in ingressu. Idem lib. 10. cap. 1, Age verò nõne in sui vtriusq; operis ingressu paucissimis verbibus legem proœmiorum non dico seruauit, sed constituit, &c. De Homero.

In ingressu, Vide IN præpositionem.

Ingrúo, ingruis, ingrui, pe. corr. (ἐπιπολάζω,) ingruere, Simul & cõfertim, veluti gruum more inuadere. Virg. 12. Aene. 126,
Ingruit Aeneas Italis, & prælia miscet. Plaut. Amph. 4. 81, Crebri hostes cadant, nostri contra ingruunt.

Ingruente æstate. Colu. lib. 11. cap. 3. 14,

Ingruente fato. Liu. 5. ab Vrbe, 148.

Ingruit frigus. Colu. lib. 4. cap. 29. 3.
Horror ingruit artorum. Virg. 2. Aeneid. 91.

Imber ferreus ingruit. Virg. 12. Aeneid. 57.

Ingruit metus, Imminet, impendet, accedit, prope est. Plin. lib. 9. cap. 30. 8,
Si nullus ingruat metus, &c. Liu. 6. ab Vrbe, 11, Aliam in partem terror ingens ingruerat.

Ingruunt morbi gentibus vniuersis. Plin. lib. 7. cap. 50. 45.

Ingruens periculum. Liu. 5. ab Vrbe, 96, Hæc præcatus, superante multitudine, ab omnibus locis vrbem aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset.

Vis ingruit. Quintil. lib. 3. cap. 8. 15, Quantalibet enim vis ingruat.

Vitibus ingruit vmbra. Virg. 2. Georg. 82.

Ingruere in. Liu. 4. ab Vrbe, 120, Primò in agrestes ingruerãt morbi. Idem 6. bel. Pun. 118, Eadem in viros ingruit fortuna.

Ingruentes solis radios sentit luna. Plin. lib. 2. cap. 18. 3.

Inguen, inguinis, penul. cor. n. g. (βουβών,) Pars corporis quæ circa pudenda. Sueton. in Nerone, Virorum ac fœminarum ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtipem deligatorum inguina inuaderet Liu.7.ab Vrbe,40.Vno alterò que ſubinde ictu ventrem atque inguina auſit. Sic Plin.lib.7.cap.6.1. Obſcœnum inguen. Horat.1.Serm.ſaty. 8.1.

Candida inguina, Virg.6.eclog.15.

Febris ex inguinè, Id eſt, febris ex bubone, vel tumore præter naturam in inguine. Celſ.lib.3.cap.5.in principio.

Inguinaria, inguinariæ, pen.corr. (βουβών ιον,) Herba inguinũ doloribus vtilis. Plin.lib.26.cap.9.1. Inguinaria (quam quidam argemonen vocant) paſſim in vepribus naſcens, vt proſit inguinibus, in manu tantum habenda eſt.

Ingurgito, ingurgitas, pen.corr. (ἐμφορέομαι, ἀπωτίζω,) ingurgitare, Eſt ſe cibo aut potu intemperantèr obruere. Cicc. 2.de Finib.40. Nolim enim mihi fingere aſotes, vt ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conuiuiis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent.

Ingurgitare ingenium poculis. Gell.libro, 15.cap.2. Ac ſimul inter eiuſmodi orationem crebris, & ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat.

Ingurgitare in ſe merum. Plaut. Curcul. 3.32.

Ingurgitare ſe cibis. Cic. in Antonium, Idẽ quum ſe cibis ingurgitaruiſſet.

Ingurgitare ſe in flagitia, pro Immergere. Cic. in Piſonem, 32. Nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes.

Ingurgitare ſe in philoſophiam. Gel. lib. 5. cap. 16. Deguſtandum inquit ex philoſophia, & non in eam ingurgitandum.

Ingurgitare ſe in copias alicuius. Cicc. 2. Philipp. 76. At quàm inſolenter ſtatim helluo inuaſit in eius viri fortunas ciuius virtute terribilior erat Popu. Romanus exteris gentibus, iuſtitia charior. In eius igitur copias quum ſe ſubitò ingurgitauiſſet, exultabat gaudio perſona de mimo, modo egens, repentè diues. Id eſt, quũ ipſum diuitiis ſpoliaſſet, & in vſum ſuum conuertiſſet.

Ingurgitare humor dicitur, quum nimia abundantia terram proluit. Plin. lib. 17. cap. 2. Ergo humor ex his non vniuerſus ingurgitans diluenſq;, ſed quomodo ſtitur diſtillans, velut ex vbere alit omnia quæ non inũdat. De niuibus.

Inguſtabilis, & hoc inguſtabile, pen.corr. (ἄγευστος,) Quod guſtari non poteſt: vt Inguſtabilis fons. Plin. lib. 2. ca. 106.3. Idem lib. 16. cap. 16.1. Fœmina poſt Autumn ſert baccas acerbas & inguſtabiles cunctis animantibus.

Inguſtatus, pen.corr. (ἄγευστος,) Participium ſine verbo, Non guſtatus. Horat. 1. Serm. ſaty. 8.6. Vt vel continuò patuit, quum paſteris, atque Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi. Id eſt, quæ antè nunquam guſtaueram.

Inhabilis, & hoc inhabile, pen.corr. (ἀνεπιτήδειος,) Non aptus. Colum. li. 2. cap. 1. 2. Progenerandis eſſe fœtibus inhabilem.

Inhabilis ad conſenſum. Liu. 6. bell. Pun. 85. Sine concilio publico, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam, ad conſenſum inhabilem fore.

Inhabilis magnitudinis nauis, quam ſexdecim verſus remorum agebant. Liu. 3. bel. Maced. 52.

Inhabile imperitis telum ad remittendum. Liu. 4. bel. Pun. 152.

Inhabito, inhabitas, pen.corr. (ἐνοικέω,) Inhabitare, Idem quod habitare. Liu. 4. bel. Pun. 11. Procul it qui inhabitabantur. Plin. epiſt. 147. b. Inde Inhabitantibus triſtes.

Inhabitat animus in oculis. Plin. lib. 11. cap. 37. 21.

Inhabitabilis, & hoc inhabitabile, pen.corr. (ἀνοίκητος,) Quod habitari non poteſt. Cic. 1. de Nat. deo. 36. Atqui terræ maximæ regiones inhabitabiles atque incultas videmus. Sic Plinius lib. 6. cap. 17. 4.

Inhaereo, inhæres, inhæſi, inhæſum, (ἐμφόλομαι, ἐπλαμβάνω, πρόσγειμαι, ἀντερείδω,) inhærere, Idem ſignificat quod Adhærere. Colum. lib. 3, Cacumina deinde olinæ, ſicut matri inhærent, vtraque parte adradito, & ita fiſſuræ aptato, cuneiſque eximito. Plin. epiſt. 111. 2. li. 5. Vt illa patris ceruicibus inhærebat: vt nos amicos paternos & amanter & modeſtè complectebatur.

Inhærebat oculis memoria imaginis, Semper præ oculis erat, & verſabatur ob oculos. Plin. epiſt. 147. b. Nam interdiu quoque quanquam abſceſſerat imago, memoria imaginis oculis inhærebat, longiorique cauſa timoris timor erat.

Studio oneratus inhæſi. Ouid. 8. Metam. 175.

Inhærere veſtigiis prioribus. Colum. lib. 9. cap. 8. 7. Etſi eandem petit cœli partem, prioribus inhæret veſtigiis.

Inhærere voluptatibus. Cic. 1. de Finib. 103.

Inhærere in. Cic. Tuſcul. 51. Sed neſcio quomodo inhærет in mentibus, quaſi, &c. Sic 1. de Orat. 89. Inhærere in rei natura.

Inhærens, Participium, (πρόσγειμος,) vt Humeris abeũtis inhærens. Ouidius 1. Triſt. elegia 3. 16.

Inhæreſco, inhæreſcis (ἐπλαμβάνομαι,) inhæreſcere, Idem quod Inhæreo. Colum. lib. 1. cap. 2. Perexigua conſpergitur aqua gleba, manuque ſubigitur, ac ſi glutinoſa eſt, & quouis leuiſſimo tactu preſſa inhæreſcit, & picis in morem ad digitos lentèſcit habendo, vt ait Virgilius, &c. Cic. 3. de Natu deorum, 126. Prouiſum etiam vt ſiqua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium, tanquam in viſco inhæreſcerет.

Inhæreſcunt penitus in mentibus. Cic. 3. Tuſc. 4.

Inhálo, inhalas, pen.prod. (ἐμπνέω,) inhalare, Halitum in aliquem emittere. Cic. in Piſonem, 9. Et quum iſto ore fœtido deterrimam nobis popinã inhalaſſes, excuſatione te vti valetudinis. Id eſt halitum popinam redolentem in nos exhalaſſes & effudiſſes.

Inhibeo, inhibes, pen.corr. inhibui, inhibitũ, pen.corr. (ἐνέχω, κωλύω,) inhibere, Ex in & habeo compoſitum, Eſt rem incœptam, ne procedat, impedire, authore Valla lib. 5. Feſtus, inhibere, Cohibere. Virg. 12. Aeneid. 139. Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini. Cic. 7. Ver. 127. Si te illius acerba imploratio & vox miſerabilis non inhibebat, ne ciuium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu & gemitu maximo commouebare?

Inhibere quominus, Vetare, arcere, & cohibere. Plin. lib. 2. cap. 5. 1. de elementis, Et leuia ponderibus inhiberi quominus euolent. Inhibere aliũ, Id eſt ſiſtere: cui contrarium eſt Soluere. Plin. lib. 19. ca. 8. 10. Mira differentia ſi vera eſt, candidis ſolui aluos modice, nigris inhiberi. Hoc eſt aſtringi.

Incitare & Inhibere auiditatem, contraria. Plin. lib. 10. cap. 7. 6. Nec vllа res maiorem in cibis auiditatem incitat, inhibetque eadem.

Inhibere calcitratus mulæ. Plin. lib. 8 cap. 44. 3.

Curſus inhibebat equorum. Ouid. ad Liuiam, 45.

Stabilire & inhibere dolores. Plin. lib. 20. cap. 3. 3.

Fletus alicuius inhibere. Ouid. 5. Triſt. eleg. 1. 12.

Inhibere frænos. Liu. 1. ab Vrbe, 112, Reſtitit pauidus, atque inhibuit frænos equi iumenta agebat.

Mentem inhibere à turpi probro. Catull. in Gellium, epig. 86. 1.

Naufeas inhibere, Vomitiones ſiſtere & arcere. Plin. lib. 20. cap. 14. 8. Naufeas cum ſale & polenta in frigida aqua pota inhibet.

Profluuium ſanguinis inhibere. Plin. lib. 18. cap. 2. 11.

Venerem inhibere. Plin. lib. 20. cap. 7. 5. & cap. 13. 2. E contrario naſturtium venerem inhibet, animum exacuit.

Vires ſuas inhibere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 11.

¶ Inhibere imperium. Budæus, Qui inhibet remos & telum, manum ſuſpenſam tenetiſic qui inhibet imperium, quaſi minatur, & mũtam veluti telum intentum habet. Idem alio loco, Inhibere imperium ſignificat, quaſi poteſtatis & magiſtratus telum ſtringere. Liuius de bell. Maced. Et ad populum & in Senatu magnis contentionibus certatum eſt, & imperia inhibita vltro citroque, & pignora capta, & multæ auctæ & Tribuni appellati. Plaut. Stichio, 14. 17.

– virtus fontali,

An Libero imperium te inhibere mauis? Id eſt, Vtrum præeſſe, (hoc eſt imperitare) aquæ vel vino miniſtrando. Vel bibere vinum vel aquam. Idem Bacchid. 8. 44.

– verum hoccine hic pacto poteſt

Inhibere imperium magiſter, ſi ipſus primus vapulet? Liu. de Decemuiris, Tentationem eam fore abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſu reſiſterent, imperioque inhibendo acriter in paucos præferocis animi, conatus aliorum compriмerent. Idem, Alius ad aliam partem caſtrorũ diſcurrit, & leuiter agentibus reſponſum nõ redditur, imperium ſiquis inhiberet, & viros & armatos ſe eſſe reſpondetur: Id eſt ſi imperio vti velleт. Hæc Budæus.

Inhibere retro nauem, Eſt quum remiges non tantum procurſum nauis ſuſtinent & ſiſtunt, ſed etiam repentè retrorſus agunt, id quia ſit naui in puppim retroacta, ideo Græci πρύμνην προτρέψαντες καὶ ἀναχωρήσαντες, vocant. Liuius, Vt quæque roſtrata nauis retrò inhibita, onerariam poſt ſe trahebat, ſcindi videres vincula. Hinc nauæ inhibere remis dicuntur, quum nauem retrò vertere volentes, currentis impetum & remorum impreſſione retardant. Iuſtinus, Ita ceſſim inhibere remis, & à bello diſcedite. Cicero hac dictione vſus eſt in primo libro de Oratore, 74. Vt enim incitato nauigio, quum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſuque remorum: ſic in oratione perpetua quum ſcripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua curſum, ſcriptorum ſimilitudine, & vi concitata. Inhibere nauigium Cicero exiſtimabat eſſe ἐπέχειν, hoc eſt ſuſtinere & ſiſtere. Alio tamen loco ſe reprehendit, ad Atticum ſcribens, decimo tertio Epiſt. libro 278. 2. in prægrandi epiſtola, quæ eſt prima eius libri, Inhibere (inquit) illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim verbum totum nauticum, quanquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, quum inhiberi eſſent remiges iuſſi. Id non eſſe eiuſmodi didici heri quum ad villam noſtram nauis appelleretur. Non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. id ab ἐπωχῇ remotiſſimum eſt. Quare facies vt ita ſit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, ſi forte mutauit. His verbis intelligimus Ciceronem in Academicis, epochen, id eſt auriga retentionem quum currum incitatum retinet, hortatu Attici vertiſſe inhibitionem: quum tamen primum retentionem rectè vertiſſet: poſtea

poſtea verò mutaſſe, & retentionem in libro reponendum mandaſſe. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quendam remigationis nauem conuertetis ad puppim. Ex Budæo.

Inhibere remos, Eſt vltra non progredi, quod minus eſt, quàm retro nauem inhibere. Quintil. in Præfar. lib. 12. Vnum modò in illa immenſa vaſtitate cernere videmur M. Tullium, qui tamen ipſe, quamuis tanta, tamque inſtructa naui, hoc mare ingreſſus, contrahit vela, inhibetque remos. Id eſt, vltra progredi non audet.

Inhibere ſupplicia alicui. Cic. 13 Philipp. 375. Ita ſibi conuenиſſe cum Dolabella, vt ille Trebonium, & ſi poſſet etiam Brutum, Caſſium, diſcruciatos necaret, eademque ipſe inhiberet ſupplicia nobis. Inhibere ſupplicium, ſic dictum à Cicerone videtur, vt Inhibere imperium. Vetus tamen ſcriptum exemplar habet adhiberet ſupplicia, &c.

Inhibere tela, pro Suſtinere. Liui. Speculatoriæ naues permiſtæ cum hoſtium nauibus, inhibere ſæpe tela cogebant metu, ne ambiguo ictu ſuis interciderent. Sic Virg. 12. Aeneid. 139.

– & vos tela inhibete Latini.

Curtius, Sed rex manum eius inhibuit. Id eſt, ferire properantem tenuit. Budæus.

Inhibitio, Verbale. (ἄνεσις,) Cic. ad Atticum, lib. 13. 278. 3. Inhibito autem remigum, &c. Vide INHIBERE retro nauem.

Inhio, inhias, (χαίνω,) inhiare, Valde os aperire.

Inhiare, per tranſlationem, Vehementer aſpirare ad aliquid: quoniam in his quæ cupimus, hiare frequenter ſolemus, vt ait Sipontinus. Plaut. Milit. 10. 26. Bona mea inhiant, certatum nutricant, & munere. Idem Stich 10. 25. Nam illic homo tuam hereditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus. Idem Milit. 16. 62. Hilarus exit, impetrauit: inhiat quod nuſquam eſt miſer. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1. 15.

– congeſtis vndique ſaccis
Indormis inhians. De auaro.

Gazis inhians. Seneca Here. furen. 3. 2. Cicero 3. in Catil. 63. de Romulo, Parum atque lactantem huberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.

Tonuit inhians tria Cerberus ora. Virg. 3. Georg. 97.

Inhiare aliquem, Vehementer appetere eius aduentum. Plau. Truc. 7. 12.

– neſcio quem præſtolata eſt.
Credo militem illum ſtudent, iam quaſi voluriis triduo prius

Prædiuinat, quo die eſuri ſiẽt: illum inhiant omnes, illi eſt Animus oſibus.

Inhoneſtus, Adiectiuum, (ἀσχήμων,) Honeſto contrarium. Terẽt. Eunuch. 2. 3. 65.

– illúmne obſecro

Inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here, ſenem mulierem? Ibidem, 5. 4. 16.

Harum videre ingluiem, ſordes, inopiam,

Quàm inhoneſtè ſolæ ſint domi, atque auidæ cibi. Cice. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 19. Inhoneſtiſſima cupiditas, Idem 3. de Finib. 21. Niſi quod turpe, inhoneſtum, indecorum.

Exitus inhoneſtus. Tacit. lib. 17. Infamem vitam fœdauit etiam exitu ſero, & inhoneſto.

Exitus non inhoneſtus. Propert. lib. 1. eleg. 17. 12.

Mors inhoneſta. Propert. lib. 2. eleg. 9. 6.

Vulnus inhoneſtum. Virg. 6. Aeneid. 100.

Inhoneſtè, Aduerbium, (ἀσχήμως,) Terent. And. 4. 6. 2.

In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem:
Quæ ſe inhoneſtè optauit parate hîc diuitias,

Potius quàm in patria honeſtè pauper viuere. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 16. Fauonius meam tribum tulit honeſtius quàm ſuam, Lucceii perdidit, accuſauit Naſicam inhoneſtè.

Inhoneſto, inhoneſtas, (ἀσχημονῶ,) inhoneſtare, Dedecorare. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 4. Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas.

Inhonorátus, pe. prod. Adiectiũ, (ἄτιμος, ἄτιτος, ἀγέρας ος,) Honorato contrarium. Cic. 3. Tuſc. 138. Inhonoratior triumphus. Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 11. Ne Martũ quidem Antonium inhonoratum, ac ſine grata mentione tranſmiſit.

Inhonorata dea. Ouid. 8 Metam. 56.

Tranſire aliquid inhonoratum. Quintil. lib. 1. cap. 5. 34. Neque enim artem grammaticam componere aggreſſi ſumus, ſed quum in ordinẽ incurreret, inhonoratam tranſire noluimus.

Inhonõrus, pen. prod. Adiectiuum, Idem, (ἄτιμος,) Plin. lib. 5. cap. 30. 8.

Facies inhonora. Silius lib. 10. 78

Sacerdos inhonorus. Stat. 3. Thebaid. 114.

Inhorreo, inhorres, inhorrui, (φρίττω,) inhorrere, Valde horrere. Virgil. 10. Aeneid. de apro, Subſtitit, infremitque ferox, & inſetas erexit. acies. Virgil. 10. Aeneid. de apro, Subſtitit, infremitque ferox, & inſetas erexit. vallo ſepta inhorreret horruit armos. Pro, armis inhorruit, aut certè in armis inhorruit, &

Inhorreſco, inhorreſcis, (ἐμφρίττω,) inhorreſcere, Idem. Plin. lib. 10. cap. 41. 1. Inhoreſcunt edito ouo, excutiuntque ſeſe, & circum actæ purificant. Cicer. 3. de Oratore, 86. Inhorreſcit mare. Et 1. de Diuinat. 49. ex quodam poeta.

Inhorreſcit meſſis ſpicea. Virg. lib. 1. Georg. 65,
Spicea iam campis quum meſſis inhorruit, & quum
Frumẽta in viridi ſtipula lactẽtia turgẽt. Id eſt intremiſcit, ait Seruius.

Agitatus inhorruit aer. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 2.

Inhorruit vnda tenebris. Virg. 3. Aeneid. 59.
Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber
Noctem hyememque ferens, & inhorruit vnda tenebris. Id eſt horridior facta eſt per tenebras. Seruius.

Inhoſpitus, pen. corr. Adiectiuum, (ἄπροξενος,) Quod hoſpitio, prium & aptum non eſt ac commodum, vel propter aſperitatem, vel propter incultum loci ſtatum. Vnde

Littora inhoſpita, Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 2,

Regna inhoſpita. Ouid. 11. Metam. 57,

Inhoſpita tecta, In quibus non ſit tutum habitare, vel in quibus nemo habitare poteſt. Ouid. lib. 1. Metam. 44,
Menala tranſieram, latebris horrenda ferarum,
Et cum Cyllene gelidi pineta Lycei,
Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta Tyranni
Ingredior. Virg. 4. Aeneid. 9, Et Numidæ infreni cingunt, & inhoſpita Syrtis. Vbi Seruius, Inhoſpita, Barbara, aſpera. Horat. 1. epiſt. 14. 4,
– nam quæ indeſerta, & inhoſpita teſqua Credis, &c. Id eſt aſperrima loca, acceſſu difficilia.

Inhoſpitalis, & hoc inhoſpitale, penul. prod (ἄξενος,) Inhabitabilis. Plin. lib. 6. in Præfat. 1, Pontus Euxinus antea ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus eſt.

Caucaſus inhoſpitalis. Horat. 1. Carm. ode 22. 1.

Inhoſpitale litus. Id eſt deſertum, incultum, aſperum. Plin. in Paneg. 55. Ac ſiquem fluctus ac procellæ ſcopulis teſeruaſſent, hic nuda ſaxa & inhoſpitale littus incoleret.

Inhoſpitales iniuriæ. Plin. lib. 9. cap. 8. 7, Iniuriæ poteſtatum inhoſpitales ad viſendum venientium, Hipponenſes in necem eius cõpulerunt.

Inhoſpitalitas, pen. corr. inhoſpitalitãtis, (ἀξενία,) Hoſpitalitati contrarium. Cic. 4. Tuſcul. 38, Quæ autem ſunt his contraria, ea naſci putantur à meta, &c. vt inhoſpitalitas eſt.

Inhumanus, penult. prod. Adiectiuum, (ἀπάνθρωπος,) Crudelis, humanitatis expers, & vitæ cõmunis ignarus, Qui communi naturæ ſenſu priuatus eſt, & ab omni humanitate receſſit. Terent. Phorm. 3. 2. 24, Hiccine? quod homo inhumaniſtimus Pamphilam meam vendidit?

Inhumanus homo. Cic. 4. Verr. 139. Et pro Quintio, 6, Inhumanus præco. Terent. Eunuch. 5. 2. 41.
Non adeò inhumano ingenio ſum Cherea,
Neque tam imperita, vt quid amor valeat, neſciam. Hoc eſt, Immitis non ſum, quantum putas. Donatus.

Inhumanus, Non humanus, ſed diuinus. Apul. li. 5, Lauacro pulcherrimo, & inhumanæ menſæ lautitiis eas opipare reficit.

Barbaria inhumana. Ouid. 3. Triſt. eleg. 9. 1.

Inhumana crudelitas. Liu. 4. bel. Pun. 11.

Inhumana gens. Lactant. libro 4. cap. 16, Nulla gens tam inhumana eſt, nulla regio tam remota, cui aut paſſio eius, aut ſublimitas maieſtatis ignota ſit.

Agreſtis & inhumana negligentia. Cic. 1. Offic. 182.

Pars viæ inhumana. Tacit. lib. 18, Protritis arboribus, atq; frugibus dira vaſtitas, nec minus inhumana pars viæ, quam Cremonenſes lauro, roſiſque cõſtrauerant, extructis altaribus.

Securitas inhumana. Tacit. lib. 19, Nec tunc minus crudelitaris, nec inhumana ſecuritas. Sic dixit Liuius Decad. 3, Inhumana crudelitas.

Inhumana & ſcelerata vox. Cice. 3. de Finib. 99. Sic Inhumanior libido, Liu. 1 bel. Maced. 125.

Inhumine, pe. prod. inhumanius, inhumaniſimè, Aduerb. (ἀπανθρωπότατος,) Inciuiliter, imprudenter. Terent. Heaut. 5. 1. 2.
Enimuero Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum,
Nimisq; inhumanè. Cic. 3. Offic. 37, Nam ſiquid ab homine ad nullam partem vtili, vtilitatis tuæ cauſa dextraxeris, inhumanè feceris, contra que naturæ legem. Sic 3. Verr. 97.

Conuitiari alicui inhumanè. Quintil. lib. 3. cap. 8. 47, Et contrà ſentientibus inhumanè conuitiantur.

Inhumaniter, pen. corr. Aduerbium, Idem, (ἀπανθρώπως,) Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 3. 17. 16, Non poſſum ſcribere me miratum eſſe illum tam inhumaniter feciſſe, vt ſine meis litteris profiſciceretur.

Inhumanitas, penult. corr. huius inhumanitãtis, (ἀπανθρωπία,) Cicero 2. Philipp. 34. Sit hoc inhumanitatis tuæ: ſtultitiam incredibilem videte. Idem 1. de Oratore, 50, Quod ego non ſuperbia, neque inhumanitate faciebam.

Conuincere aliquem inhumanitatis, Vide CONVINCO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inhumo, inhumas, pen. corre. (ὑποκρύπτω,) inhumare, Terræ inice re, vel in terra recondere, aut humo operire. Plin. lib. 17. cap. 18. 6. Non inhumare taleas, aut ficere prius, quàm secantur, vitibus compertum. Cice. 1. de Diuin. 112. Is quum est proiectus inhumatus, ab omnibusque desertus iacèret, amica corpus eius texit pallio. Idem 1. Tusc. 166.

Corpora inhumata. Virg. 11. Aeneid. 5,

Busto inhumatum. Lucan. lib. 7. 166.

Inibi, pen. corre. (ἐκεῖ,) Aduerbium in loco, quiddam maius quàm Ibi significans. Plautus, Nos domum properamus: vos inibi adeste.

Apuleius, Multa inibi dicta sunt, quæ commemorare non est opus.

Cicero. 14. Philippic. 188. Quod sperare nos quidem debemus, P. C. aut inibi esse, aut iam esse confectum: & spei fructum rei conuenit, & euentui reseruari. Cato cap. 18. 2. Præsum longum pedes XXV. inibi lingula ped. CXV.

inibi, pro Sic & mox, inquit Nonius. Afranius, Postquam se vidt inibi esse gignatam, paruulam sororibus commendat. Cæcilius Plotio, Liberne estnon sum: verum inibi est. Pacuuius, Profectò aut inibi est, aut iam potiuntur frugum.

Inibi. Plautus Capt. 1. 5.

Pater captiuos commercatur allos,
Tantum studens vt natum recuperet:
Et inibi emit olim amissum filium. Id est inter illos.

Iniicio, iniicis, pen. corr. iniici, pen. prod. iniectum, (ἐμβάλλω, ἐμβιβάζω,) Iniicere, Intrò iacere. Plaut. Antequam hæc in domum iniicias. Terent. And. 1. 1. 113.

Quid fecì quid commeruì, aut peccaui pater?

Quæ sese voluit in ignem iniicere, prohibui. Colum. lib. 11. ca. 3. 37. Mox vel stercus, vel cinis iniiciendus.

Iniicere se in medios hostes. Cic. pro Domo sua, 51.

In agmen medium sa iniecit. Virg. 2. Aeneid. 82.

Perastutè iniicere. Vide PERASTVTVS.

Iniicere ardorem. Liuius 5. ab Vrbe, 134. Quum perequitasset aciem promissa repetens, tantum iniecit ardoris, vt non vltra sustinuerint impetum.

Arma regnis. Stat. 1. Thebaid. 49.

Beneficium. Seneca de Benefic lib. 1. cap. 1. Gratus aduersus eum qui quà esse potest, qui beneficium aut superbè iniecit, aut iratus impegit?

Brachia collo. Ouid. 3. Meram. 78.

Catenas alicui, Incatenare. Liu. 1. ab Vrbe, 126. Iniectæ Turno catenæ. Sic 6. bel. Pun. 75. Plaut. Capt. 1. 2. 1. Iniicite huic actutum manicas magistrigiæ. Cice. 7. Verr. 83. Iste hominibus miseris innocentibusque iniici catenas iubet.

Certamen aliquibus, Dare causam vel præbere occasionem certaminis, & contentionis. Liu. 4. bel. Maced. 18. Vtis hus certamen vxoribus ve & contentionis. Liu. 4. bel. Maced. 18. Vtis hus certamen vxoribus ve stris iniicere Quirites, vt diuites id habere velint, qd nulla alia possit?

Cogitationem alicui. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 3. Quòd si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas, &c.

Contentionē. Liu. 3. ab Vrbe, 271. Iniecta contentione Duellius, 6055. ad subsellia accitos quum interrogasset, &c.

Conuentionem. Liu. 5. bel. Maced. 88. In concilio omnium ad bellum extemplò capessendum inclinatæ sententiæ erant: literæ T. Quintii cunctationem iniecerunt, quibus author erat Prætorem, &c.

Cupiditatem hominibus. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 4. Quantamq; cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas.

Curam alicui, Afferre ei solicitudinem. Terent. Adel. 4. 5. 77.

Itaque adeò magnam mihi iniecit sua commoditate curam,
Ne fortè imprudens faciam quod nolit, sciens cauebo. Horatius 1. Serm. saty. 6. 7.

Fræna iniecit licentia. Horat. 4. Carm. ode 15. 3.

Frænos furoris, Cohibere furorem. Cic. 13. Philip. 358. Qui se totius belli fluctibus circumiri, quàm illum aut egredi, aut progredi maluit: Mutinamque illi exultanti, tanquam frænos furoris iniecit.

Frustrationem in aliquem. Plaut. Amphit. 9. 15.

Nunc Amphitruonem memet, vt occœpì semel,
Esse assimulabo, atque in horum familiam

Frustrationem hodie iniiciam maximā. Id est decipiā eos siue frustrabor.

Fugam inimicis, Cogere inimicos in fugam. Plaut. Pseud. 8. 19.

– tum metum & fugam
Per duellibus meis iniiciam. Id est conuertam eos in fugam.

Ignes Capitolio. Cice. 1. de Diuinat. 37. Et Capitolinis iniecit sedibus ignes. Ex quodam poeta.

Iniicio illud, pro eo quod quis dicat, Addo quòd, vel Ad hæc etiam accedit, &c. Varro 1. de Re rust. ca. 18. 4. Iniicio illud, quòd modum neque vnum, neque modicum proposuit ducentorum quadraginta iugerum. Id est præter iam dicta illud dico. Ex vetusto codice legit Mitto illud.

In flammam aliquam. Cice. pro Cluentio, 63. Atque in hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quæstioni præfuerat, iniectum esse memini.

In fraudem. Plaut. Trucul. 6. 40.

– heritis noster filius apud vestram perit:
Vt perastutè eum iniiciatis in malam fraudem & præmium.

In morbum. Cic. 4. Tuscul. 112. Ex poeta Cælio,

Cui in manu sit, quem esse dementem velit,
Quem sapere, quem insanire, quem in morbum iniici.

In sermone, Verbis significare, & sermone indicare. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 5. Qui quum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere, non modo, &c. Hoc est, quum inter colloquendum verbis significasset mihi, & sermone ostendisset se, &c.

Laqueum alicui. Liui. 1. ab Vrbe, 110. Accesserat lictor, iniiciebátque laqueum.

Iniicere manum, pro Vim inferre. Senec. in Consolat. ad matrem, In corpore latrocinia & morbi exercentur animus quidem ipse sacer & æternus est, & cui non possit iniici manus. Id est qui nequeat violari.

Manus in aliquem, Prehendere, siue apprehendere aliquem, & violenter corripere. Plaut. Trucul. 16. 48.

Iam hercle apud omnes magistratus faxo erit nomen tuum:
Post id ego in te manum iniiciam quadruplus venefica. Cicero. pro Roscio Comœd. 18. Ipsa mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere, & commorari cogit. Horatius, 1. Carm. ode 17. 6. Incontinentes iniiciat manus. Liuius 6. ab Vrbe, 61. Accurrit, & manum iniecit. Plaut. Persa, 3. 16.

– vbi quadruplator quempiam
Illexit manum, tanfidem ille illi rursus iniiciat manum,

Vt æqua parti prodeant ad tres viros. Valerius lib. 5. L. verò Philippus Consul aduersus eundem ordinem libertatem exercere nō dubitauit. nam segnitiem pro rostris exprobrans, alio sibi Senatu opus esse dixit tantumque à pœnitentia dicti abfuit, vt etiam L. Crasso summæ dignitatis & eloquentiæ viro id in curia grauiter ferenti manum iniici iuberet. Liuius 3. ab Vrbe, 181. Virgini venienti in forum minister Decemuiri libidinis manum iniecit.

Iniicere manum, proprie est verbo antiquo iuris, quoties nulla iudicis expectata authoritate, rem nobis debitam, aut etiam nostram vendicamus: quo modo vsus est Quintilianus in septimo, his verbis, Aut alterienum, aut inuicem de iure sit controuersia, vt in re tali patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit: liberti hæredem sequantur, Liberti filium quidem fecit hæredem, inuicem petitur manus iniectio, & patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manus patrói fuerit. In eadem significatione vsus est VIpianus in L. Sed si hac, De in ius vocando. Et Paulus in L. penultima, De seruis exportandis.

Iniicere manum, Latinè dici debet, quod lingua vernacula fæsire appellamus Virgil. 10. Aeneid. 84. Iniecere manum Parcæ. Sic dominus in prædium (vt nunc dicitur) feudarium manum iniicere solet. Budæus.

Iniicitur etiam manus in aliquem, vel in eius bona, vel merces aliqua, quando ille inde abire, vel inde moueri, authoritate aliqua vetatur: quod nos Arrestare dicimus. Budæus. Plinius ad Traianum, epist. 66. hoc verbo μεταφορικῶς, vsus est, quum inquit, Itaque & quieti eius iniecì manum, & exegi, vt me in Bithynia consilio instruerem: quod ille amicissimè & senecturis & otii ratione postposita, & iam fecit, & facturus est. Quæ verba corruptissimè vulgò leguntur. Otiosum (inquit Plinius) Nymphidium nactus, continuò nauare mihi operam coegi, quatique vsui meo vendicaui, vt me consilliis suis adiuuaret. Budæus.

Mentem alicui, pro Iramentem, & in animum indacere. Cic. pro Mil. 64. Cui primùm mentem iniecit, vt, &c. vt irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet.

Metum alicui, Facere vt aliquis timeat. Cicero, 4. Verr. 47. Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nullo exemplo, &c. Idem ad Quintfratrem, libro, 2. 5. 6. Eo metu iniecto repente magna querimonia omnium discessimus. Sic pro Lege Manil. 15. Cæsar 4. bell. Gall. 533. Vt Germanis metum iniiceret. Liuius, Deorum metum populo iniiciendum ratus est.

Metum in pectus alicuius. Plau. Casina, 15. 26. Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam metum.

Missilia. Liuius 6. ab Vrbe, 55.

Pallium alicui. Cic. 3. de Nat. deo. 120. Vide CAVILLARI.

Pauorem. Liu. 4. ab Vrbe, 85. Et 8. bel. Pun. 15.

Periculum, Vide PERICVLVM.

Periculum mortis. Cic. pro Cecinna, 31.

Plagam. Cic. pro Murena, 45. Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima.

Pontem. Liuius 6. bel. Punic. 18. Quorum corporibus quum cōpleta esset fossa, velut aggere aut ponte iniecto, transitum hostibus dedit.

Religionem. Liuius, 8. ab Vrbe, 79. Religio inde iniecta de Dictatore. Idem 1. bell. Maced. 82. Qui si ex eodem fœdere ac iureiurando, cuius nobis religionem iniiciebat, rogemus eum vt, &c. Cice. pro Cecinna, 70. Quum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem iniiciliet, non posse sacramentum nostrum iustum iudicari, &c.

Scrupulum

Scrupulum homini, In dubium aut dubitationem immittere, vt incertū sit quid agere debeat. Terent. Phorm. 5. 8. 61. Monstri, ita me di amēt, simile. P. iniicì scrupulum. Idem Adelph. 2. 2. 20. – timet:

Iniecì scrupulum homini. Cic. pro Cluentio, 60. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædam dubiratio, quidnam esset actum.

Iniicere se flammæ, pro In flammam. Plin. lib. 8. cap. 46. 3. Accensō regis Lysimachi rogo, iniecit se flammæ. De cane.

Spem, Spei & expectationis causas dare. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 15. Bruto quum spem iniecissem de ὁμοιοτελεύτοις, non perinde atque ego putaram, arripere visus est. Vetus exemplar scriptum habet Sæpe. Idem lib. 10. 196. 4. Iniecta autem mihi spes quædam est velle mecum, &c. Eidem, libro, 3. 63. 1. Spes hominì est iniecta, non eadem quæ mihi possē nos vnà decedere. Terent. Phor. 4. 4. 10, Iniecta est spes patri posse illam excludi.

Studium alicui, pro Inflammare, & impellere atque instigare. Sueto. de Claris Rhet. 1. c, Nero Cæsar & primo imperii anno, publicè quoque bis antea declamauit. Plerique autem oratorum etiam declamationes ediderunt. Quare magno studio hominibus iniecto, magna etiam professorum ac doctorum profluxit copia. Cæsar 1. bel. Gall. 101. Multo maior alacritas, studiumque pugnandi maius exercitui iniectum est.

Suspicionem. Cic. pro Lege agrar. 80. Quid omnia transmarina vestigalia inuabunt, tenuissima suspicione prædonum aut hostium iniecta? Sic 5. Verr. 187.

Terrorem alicui. Cic. 7. Verr. 11. Et de Prouinciis Consul. 55.

Timorem. Liu. 4. ab Vrbe, 169. Cæsar 7. bel. Gall. 219. Cic. ad Atticū. lib. 5. 108. 5. Et Parthis timor iniectus.

Trepidationem. Liu. 3. ab Vrbe, 155.

Tumultum ciuitati, Tumultibus ciuitatem vexare. Cicero. in Catil. 52. Ne si nihil esset inuentum, temere à me tantus tumultus iniectus ciuitati videretur.

Vincula alicui, Ligare. Liu. 8. bel. Maced. 138. Quum illi deos & fidem legatorum testarentur, & legati & Prætor summoueret turbas, & protegeret Lacedæmonios, vinculaque iam quosdam iniicientes arceret, crescebat tumultus concitata turba. Virg. eclog. 6. 4.

Vincula animo alicuius. Animum cohibere & reprimere. Cice. 3. de Finib. 114. Restè inuictus, cuius etiam si corpus constringatur, animo tamē vincula iniici nulla possint.

Voluptatem. Varro. 1. de Re rust. cap. 17. 5. Ad iniiciendam voluptatem his præfecturæ, honore aliquo habendi sunt.

Iniectus, Participium, (ἐπιβεβλημένος,) Liu. 7. bel. Pun. 79. Raptus ab suis, atque alteri equo iniectus fugit.

Comæ iniectæ collo. Ouid. 1. Fast. 155.

Iniectus, huius iniectus. (ἐπιβολή,) Plin. lib. 11. cap. 17. 6. Quæ dimicatio iniectu pulueris discutitur. Idem lib. 8. cap. 16. 13. Vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quanuis leui iniectu operto capite, ita vt deuinciatur non repugnans. Ibidem, cap. 17. 2.

Iniectio, Verbale. (ἐπιβολή,) vt Manus iniectio.

Iniecto, iniectas, (ἐπιβάλλω,) iniectare, Frequentatiuum. Stat. 9. Thebaid. 27.

Ausus erat furtò dextram iniectare Leonteus.

Manus iniectio, Ius domini in re capienda & vindicanda quam agnoscit suam. Senec. 2. de Tranquil. vitæ, Habebat ergo secum vera bona, in quæ non est manus iniectio. Loquitur de bonis quæ fortuna nō potest iniecta manu tanquam sua reposcere.

Inimicus, inimici, penultima, producta, (ἐχθρός, ἀπεχθής, δυσμενής,) contrarium Amico. Plaut. Perf. 10. 23. Nam inimici familiam, non ita vt nata est, ferunt. Plin. epist. 9. libro, 3. Tanquam Classiel inimicus.

Inimicus & hostis. Liu. 9. bell. Maced. Quo in numero me esse apud vos velitis, referti si tanquam inimicum, & hostem iniectari propositum est, pergite.

Acerrimus inimicus, Vide ACER.

Atrox inimicus. Virg. 1. Geor. 82.

Certus inimicus, Vide CERTVS.

Peruicax inimicus. Quintil. lib. 5. cap. 7. 18.

Capere inimicos. Vide CAPIO.

Colligere inimicos, Vide COLLIGO.

Inimicus sibi. Cic. 1. de Finib. 48. Necesse est quidem, siquis sibiipsi inimicus est, eum quæ bona sunt, mala putare.

Consilii inimicus. Tacit. lib. 17. Consiliique quanuis egregii, quod non ipse afferret, inimicus.

Inimicior alicui. Cic. Att. lib. 9. 188. 7. Nunc etiam impurum & sceleratū puto, nec tamen mihi inimiciorem quàm sibi.

Inimicissimus huic imperio. Cic. de Amicit. 10.

Inimicus, Adiectiuum, (ἐχθρός, δυσμενής,) Quod ad inimicum pertinet. vt Inimicus animus. Cicero, 4. Verr. 106. Quòd eos infenso animo atque inimico venisse dicaris. Ibidem, 7. 7. Ac videte, quàm non inimico animo sim acturus.

Amnis inimicus pontibus. Silius lib. 3. 92.

Inimicus clamor. Cic. 3. Verr. 8, Meminerit se priore actione clamore Populi Romani infesto atque inimico excitatum, confessum, &c.

Ensis inimicus. Virg. 2. Aeneid. 120.

Fames inimica. Ouid. 4. Fast. 155.

Fortuna inimica. Virg. 5. Aeneid, 71.

Gens inimica mihi. Virg. 1. Aeneid. 15,

Ignis inimicus. Virg. 4. Georg. 66.

Lues inimica Silius lib. 17. 20.

Numina inimica. Virg. 2. Aeneid. 125.

Pectore inimico fat. Virg. 11. Aen. 137.

Vis inimica propinquat. Virg. 12. Aeneid. 30.

Inimicæ oculis maximè ac dentibus vomitiones, hoc est contrariæ & noxiæ. Plin. lib. 11. cap. 53. 5.

Inimicior vox. Cic. de Amicit. 53, Negabat vllam vocem inimicioré amicitiæ potuisse reperire, quàm eius, &c.

Inimicus vultus. Plaut. Capt. 11, 17, Vidén' hunc quàm inimico vultu tuetur?

Inimicitia, inimicitiæ, (ἔχθος, ἔχθεα, ἀπέχθεια, δυσμενεία,) Cic. 4. Tusc. 32, Inimicitia, ira vlciscendi tempus obseruans.

Inimicitiæ sunt inter eos. Terent. And. 5. 2 11.

Graues inimicitiæ. Quintil. lib. 6. cap. 3. 24.

Iustæ inimicitiæ, Vide IVSTVS.

Truces inimicitiæ. Horat. 1. epist. 10. 10.

Appetere inimicitias, Vide APPETO.

Capere inimicitias in se. Terent. Phor. 2. 3. 23,

– ni ita existimassem, nunquam tam graues
Ob hāc inimicitias capere in nostram familiam.

Capessere. Tacit. lib. 5, Nam Trio facilis capessendis inimicitiis.

Communicare, Vide COMMVNICO.

Concipere, Vide CONCIPIO.

Contrahere. Quintil. lib. 7. cap. 1. 37, Multos offenderas: inimicitias domui contraxeras, Vide CONTRAHO.

Deponere, Vide DEPONO.

Insitas inimicitias habere & gerere, Vide INSERO.

Indicere inimicitias, Vide INDICO.

Inimicitiæ indictæ & apertæ. Cic. 7. Verr. 143, Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ & apertæ.

Subire. Cic. 7. Verr. 142, Inimicitiæ sunt subeantur. labores sunt suscipiantur.

Suscipere. Cic. 1. Offic. 41, Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt. Et 7. Verr. 141. Quintil. lib. 6. cap. 1. 17.

Inimico, inimicas, pen. prod. (ἐχθαίνω,) inimicare, Inimicū facere. Horat. 4. Carm. ode 15. 4. Et miseras inimicat vrbes.

Inimicor, inimicaris, (ἐχθαίρω,) Deponens, apud Ciceronem de Petit. Cōsul. 31, Id si promitras, & incertum est, & in diem, & in paucioribus: sin autem id neges, statim abalienant se, & inimicantur.

Inimice, pen. prod. Aduerb. (ἐχθρῶς, δυσμενῶς,) Hostiliter, aduerso animo & cōtrario. Cic. 2. Philip. 54, Ego autem, vide quàm tecum agam non inimicè. Idem 1. de Nat. deor. 9, Nam qui admonent, amicè docēdi sunt: qui inimicè infectantur, repellendi. Idem pro Quint. 45, Sin autem inimicissimè atque infestissimè contendere perseueret, se paratum esse omni recta atque honesta ratione defendere.

Inimiciter, pen. corr. (ἐπεχθῶς,) Aduerbium obsoletū. Accius, Placare hostem ferocem, inimiciter accensum.

Inimitabilis, & hoc inimitabile, pen. cor. (ἀμίμητος,) Quod quis imitari non potest. Quint. lib. 2. ca. 17. 10, Opera ēdam nobis inimitabilia. Idem lib. 10. ca. 2, Quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ nō sufficiat, aut diuersitas repugnet.

Sapor inimitabilis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 8.

Ininde, Aduerbium, (ἐκεῖθεν,) Ex eo loco. Liuius, Ita exercitus inin de domos abducti. Locus fortasse corruptus.

Iniquus, pen. prod. Adiectiuum, (ἄνομος, παράνομος,) Non æquatus nec plausit Iniquus locus. Liu. 1 ab Vrbe, 131, Cū Aequis post aliquantò pugnatum est, inuito quidem Consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes.

Iniquus ascensus. Liu. 8. bel. Pun. 85.

Iniquus, (ἄνομος, παράνομος,) Qui contra æquitatem facit, iniustus. Terent. And. 1. 2. 16. – sed ea nunc me exquirere,

Iniqui patris est. Idem Heaut. 1. 1. 1, Quàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes, iudices. Ibidem, 1. 2. 27, Fortasse aliquanto iniquior præter eius lubidinem. Plaut. Merc. 20. 2.

Ecastor lege dura viuunt mulieres,
Multoque iniquiore miseræ quàm viri.

Iniquus, Inimicus. Terent. in Prologo Adelph. 2,

Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem, &c.

Iniquus, Iratus. Horat. 2. Serm. saty. 7. 3,

Vertunis quotquot sunt, natus iniquis.

Iniquo animo ferre, Aegrè ferre. Terent. Eunuc. 2. 1. 6,

Universidad de Deusto
Biblioteca

– ego quoque vnà pereo, quod mihi est charius:
Ne istuc tam iniquo patiare animo. Cic. 2. Tuscu. 8. Quòd hi ferunt animo iniquo, qui certis, &c.
Vitiis iniquus. Horat. 1. Carm. ode 2. 10.
Animis certatis, iniquis. Virg. 10. Aeneid. 2.
Casus iniquus. Virg. 6. Aeneid. 95.
Iniqua conditio. Cic. ad Atticum, lib. 8. 159. 8. Mea quæ semper fuerit sententia, primum de pace vel iniqua conditione retinenda.
Iniqua defensio. Cic. pro Cecinna, 47. Puto teipsum Piso perspicere, quanto ista sit angustior iniquiorque defensio, quàm si illa vtérere, Nó fuerunt armati, &c.
Iudex iniquus. Ouid. 13. Metam. 38.
Legem sincinus iniquam. Horat. 1. Serm. saty. 3. 14.
Mente iniqua ferre aliquid. Ouid. 8. Metam. 128.
Pretium pietatis iniquum. Ouid. epist. 14. 26.
Pugna iniqua, Non æqua & impar, nempe quum pedes cõtra equitem decertat. Virg. 11. Aeneid.
– & vrgetur pugna congressus iniqua.
Iniqui sermones, pro obtrectationibus. Cicero ad Lentulum, libro, 1. 9. 80. Quorum iniqui sermones quum ad me per homines honestissimos perferuntur.
Sidus iniquum gentibus. Lucan. lib. 10. 7.
Vultu iniquo spectare aliquem. Ouid. 1. de Arte, 63.
¶ Iniquus, Magnus. Virg. 1. Geor. 33.
– iniquo pondere rastri. Seruius.
¶ Iniquus, Angustus. Virg. 4. Georg. 30.
Verùm hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis
Prætereo. Idem lib. 5. 41.
– spatioque subit Sergestus iniquo.
Iniquare, (παρανομεῖν,) à veteribus dictum. Laberius, Aequum animũ indignanti iniquat contumelia.
Iniquitas, pen. corr. iniquitátis: (ἀνομαλία,) vt Iniquitas loci. Liu. 7. ab Vrbe, 164. Si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur. Sic 8. bel. Maced. 88. Et Cæsar 1. bel. Ciuil. 264. Qui si iniquitatem loci timeret, &c. Idem 7. bel. Gall. 183.
Contentus iniquitate, Vide CONTINEO.
¶ Iniquitas hominum, (παρανομία, πονηρὸ μῆμα,) Iniuria aut malignitas. Plin. lib. 11. cap. 19. 7. Id acciderit me ob iniquitatem præpotentium, an forte, non satis constat.
Iniquitas temporis, Difficultas & angustia. Cic. pro Rosc. Amer. 1. Omnes enim hi quos videris adesse in hac causa, iniuriam nouo scelere conflatam putant oportere defendi: defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent. Sic Liu. 5. bel. Maced. 60. Nam si quòd aliquando seruierunt temporum iniquitate presli, &c.
Iniquè, penultima, producta, Aduerbium, (παρανομως,) Iniustè. Plaut. Casina, 14. 27.
Sorte qua ego hunc amorem aut esse mihi dicam datum?
Aut quod ego vnquam erga Venerem iniquè fecerim?
Iniquè iniurius. Plaut. Epid. 1. 1. 24. Iniquè iniurius es.
Iniquè comparata certatio. Terent. Adelph. 2. 2. 3.
– quid istud Sannio est, quod te audio
Nescio quid concertasse cum hero? nunquam vidi iniquius
Certationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit.
Iniquè comparatum. Cicc. pro Cluent. 44. Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quærituin periculis capitis, vt quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimusque patronus adhibetur.
Iniquè pacisci. Cice. 5. Verr. 19.
Iniquè facis. Cic. ad Brut. 4. 2. At hoc ipsum, inquies, iniquè facis, qui hostis animi in Rempub. homines, ciues appelles.

Initium, initii, (ἀρχή,) Valla, Principium rei maioris, initium vocatur, vt Initium orationis, Quintiliano quoque testãte, quia ait libro, 4. cap. 1. Quod principium Latinè vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Græci videntur procœmium nominasse: quæ à nostris initium modò significatur, illi satis clarè partem hanc esse ante ingressum rei de qua dicendum sit, ostendunt. Hactenus Valla lib. 5. Terent. And. 4. 2. 16. – imò etiam
Narrationis incipit mihi initium. Idem Hecy. 5. 3. 23. Hic adeò his rebus anulus initium fuit inueniundis. Ibidem, 3. 3. 1. Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum. Plaut. Milite, 18. 4. Tuum est initium obsecro, tu teipsum conuenisti. Plin. epist. 190. g. Venitur ad me. cõsurgo. vtor initio, quod in libro est. respondeo singulis.
Initium iræ. Terent. Hecy. 3. 2. 16. Vnde ortum est initium iræ,
Inter initia principatus, Vide INTER.
Illa initia, quæ Græcè elementa dicuntur. Cic. 1. Acad. 39.
Abrupta initia. Quintil. lib. 3. cap. 8. 46. Vide ABRVMPO.
Initia quædam, ac semina sunt concessa natura. Quintil. lib. 2. cap. 20. 5.
Mediocre initium, Vide MEDIOCRIS.
Peritum initium, Vide PERITVS.
Præcedentia initia. Quintil. in Procem. lib. 1. 5. Ego quum existimem nihil arti oratoriæ alienum, sine quo fieri non posse oratorem fatendum est: nec ad vllius rei summam, nisi præcedentibus initiis peruenirí.
¶ Initio, ablatiuus, pro In initio. Ci. Lentulo, lib. 1. 7. 19. Redeoque ad illud quod initio scripsi. Idem pro Sext. Rosc. 69. Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga, &c.
In initio. Cic. 1. de Orat. 60. Adolescẽtulas verò sic in initio accusationis exanimatus sum, &c. Hoc est, quum inciperem dicere.
Ab initio, A principio. Cice. Anteq. iret in exilium, 13. Sic enim ab initio fui animatus, vt, &c. Idem ad Brutum, 19. 2. Cui Consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Eidem, 10. 1. Nec externis hostibus magis, quàm domesticis laborabamus, qui erant omnino ab initio belli. Idem 1. de Orat. 28. Ab initio rerum Romanarum vsque ad P. Mutium.
¶ Capere initium. Cesar 1. bel. Gall. 4. Eorum vna pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit à flumine Rhodano. Quintil. libro, 7. cap. 11. 1. Iam hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis ex qua capere initium solet.
Destinare sibi certa initia. Quintil. lib. 1. cap. 11. 4. Nonnulli certa sibi initia prius, quàm sensum intenerint, destinant.
Dare initium alicuius rei. Quintil. lib. 3. cap. 1. 2. Initium ergo dicendi dedit natura: initium artis obseruatio.
Ducere initium ex re aliqua. Quintil. lib. 2. cap. 17. 24.
Ducere rerum initium ac legum suarum abiunde, Incipere. Cice. de Lege agraria, 31. Sic ad Atticum, lib. 9. 180. 4. Nec verò dubito quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium ducetur à fame.
Facere initium, Idem. Cice. 14. Philipp. 408, Pansa Consul, Imperator initium cum hostibus confligendi fecerit. Idem Cassio, lib. 12. 2. 4. Cedem enim gladiator quærit, cuius initium ad decimum tertium Cal. Octobres à me se facturum putauit. Liu. 1. ab Vrb. 66. Deinde à paucis initio facto, deum deo natum, regem, parentéque vrbis Romanæ saluere vniuersi Romulum iubent.
Facere initium à re aliqua Quintil. lib. 4. cap. 2. 91. Initium narrationis quidam vtique faciendum à persona putant.
Inducti his initiis omnia vera diligimus, Vide INDVCO.
Introducere initium, Vide INTRODVCO.
Pellere initium sermonis, Vide PELLO.
Ponere initium. Cic. ad Atticum, lib. 11. 208. 5. Vt malè posuimus initia, sic cætera sequuntur.
Initium sumere. Quintil. lib. 8. cap. 6. Multi quum initium à tempestate sumpserint, incendio aut ruina finiunt.
Initia, initiorum, (μυστήρια,) Cereris sacra dicebantur. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 1. Cui consenianeum est, quòd initia vocantur potissimum ea quæ Cereri fiunt sacra. Idem lib. 2. cap. 4. Ab suillo enim pecoris genere immolãdi initium primum sumpsum videtur: cuius vestigia, quòd initiis Cereris porci immolantur, & quòd initiis pacis, fœdus quum feritur, porcus occiditur. Cicero 2. de Legib. 8. dicit mysteria appellari initia, quibus ex agresti vita, exculti ad humanitatem sumus, tanquam ea sint vitæ principia.
Initiorum dies dicuntur à Liuio, quibus solennia sacrificia celebrabãtur, in quibus nefas erat inesse non initiatos: Acarnanes (inquit 4. Decad. lib. 1. 5 2.) duo iuuenes per initiorum dies non initiati, templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingressi sunt.
Initiorũ dies. Liu. 9. bel. Maced. 46. Tres in anno statos dies habuisse, quibus inter diu Bacchis initiarentur, &c. Pacullam Miniam, Campanam sacerdotem, &c. nocturnum sacrum ex diurno, & pro tribus In anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. Hinc apparet initia diei pro initiationibus.
Initiamenta, initiamentorum, Religionis prima dogmata. Senec. epist. 91. Hæc eius initiamenta sunt, quibus non municipale sacrum, sed ingens deorum immortalium templum nundus hic referatur.
Initiantur coniuges liberis. Quintil. Decl. 1. 1. Alius diceret maritũ & vxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporum vinculis inhærere. Ego illud potius dicam, &c.
Initio, initias, (μυέω, τελέω, πρυτανεύω, κατηχέω, κατοχέομαι,) initiare, Sacris imbuere. Cic. 1. de Nat. deorum, 163. Vbi initiantur gentes orarum vltimæ. Ex quodam poeta. Idem 2. de Legib. 35. Plin. lib. 30. cap. 2. 4. Magicis etiam cœnis eum Initiauerat. Cic. 1. Tusc. 46.
Initiare, Inchoare & auspicari. Firmicus, Ver initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingressus.
Initiari dicuntur pueri, quum à lacte & à cunis transeunt, vt cibo firmiori alantur. Nam apud Varronem legitur, Initiari pueros Eduliæ, & Potinæ, & Cubæ, deabus edendi & potandi & cubandi.
Initiare munditiis. Plaut. Casina, 6. 11.
– postquam amo
Casinam, magis initio munditiis, munditianti deo:
Myropolas sollicito omnes, vbicunque vnguentum'st lepidum.
Initiatus literis, quemadmodum & iacris. Plinius epist. 110. c. Rationes legebam

legebam inuitus, & cursim (aliis enim chartis, aliis sum literis initiatus) cœperam etiã itineri me præparare. Quintil. lib. 1. cap. 3. Neque enim est sanctius, sacrit isdem quàm studiis initiari. Id est quod vulgò dicitur inauthoratí, & licentiarit vt sacris olim Eleusinis, & nunc Christianis, initiati sunt, illis, vt nunc dicitur, consecrati, & ad illorum administrationem solenniter admisi. Sic legibus initiatos, quos licentiatos vocant, dicere possumus.

Iniucundus, A dictiuum, (ἀτερπής,) Iocundo contrarium. Cic. 1. de Finib. 6. Minimè nobis iniucundus labor.
Iniucundus odor. Plin. lib, 15. cap. 7. 4.
Iniucundè, Aduerbium, (ἀτερπῶς,) Cic. ad Atticũ, lib. 1. 15. 1. Quæ res mihi asperius à nobis atque nostris, & iniucundius acte videbantur.
Iniucunditas, penul. correp iniucunditátis, (τὸ ἀτερπές,) Cice. 2. de Natur. deorum, 207. Sed tamen præteeundum est, nequid habeat iniucũditatis oratio.

Iniudicatus, pen. prod. A dictiuum, (ἀδίκητος, ἀκατάκριτος,) Non iudicatus. Gell. lib. 13. cap. 25. Decem hominibus vitam eripis, indicta causa, Iniudicatis, indemnatis. Idem lib. 5. cap. 10. Rem iniudicatam reliquerunt, causamque in diem longissimam distulerunt. Quintil. lib. 10. cap. 1. Id quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo.

Iniuges, (ἄζυγες,) Boues dicuntur à Festo, qui sub iugo non fuerunt.

Iniungo, iniungis, iniunxi, iniunctum, (ἐπιζεύγνυμι, προσάγω,) Iniungere, Simul iungere: vt Iniungere pondus bobus. Colume. lib. 2. Iugumque quarto die accipiunt, cui ramus illigatus, temonis vice traiicitur. interdum & pondus aliquod iniungitur, vt maiore nitu, laboris explorentur patientia. Idem lib. 5. Itaque pingui terra singulis brachiis licebit bina iniungere flagella.
Iniunxit amicitiam cum eo, Familiaritatem cum eo contraxit, & amicitia cum eo coniunctus est. Plin. de Viris illustr. 50. Iterum cũ Claudio Nerone inimico suo Consul, ne Respub. discordia malè administraretur. amicitiam cum eo iniunxit, & de Hasdrubale triumphauit.
¶ Iniungere detrimentum Reip. Inferre damnum, aut addere, quod etiã Facere dicitur, vel Damno augere. Brutus ad Ciceronem, libro, 11. 13. 10. Tamen siquo etiam casu Hispaniam se traiecerint, nequod detrimentum Reip. iniungant, summa à nobis dabitur opera. Id est, ne damnum inferant Reip.
Iniungere iniuriam. Liu. 3. ab Vrbe, 179. Iniuriam à nobis repulsam, tanquam aut facere aut pati necesse sit, iniungimus.
¶ Iniungere, Imponere. Liui. 1. Decad. lib. 9. 15. Viuet semper in pectoribus illorum quicquid præsens necessitas iniunxerit. De Caudina pace loquens. Alii codices habent inusserit. Plaut. Bacch. 20. 38. Quum censuit Mnesilochum cum vxore esse dudũ militis, ibi me iniunxit solui. Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 18. Et siquid subit muneris iniungendum esset, per libellos daret, addita monitione. Idem in Calig. 18. Sed interdum aut magistratibus aut amicis præsidendi munus iniunxit.
Laborem alicui iniungere. Quintil. in Procem. lib. 1. 3.
Iniungere laborem sibi, Sumere. Plin. epist. 143. Sed vt perseueres esse tã fortis, rogo ne tibi contra rationem ætatis tantum laboris iniungas.
Iniungere munus, vel Iniungere onus, Dare prouinciam significat. Liu. 3. ab Vrbe, 144. Comitiorum illi habendorum, quãdo minimus natu sit, munus consulí iniungunt. Idem 6. bel. Punic. 180. Verterunt orationem eo vt dicerent priuatis id, seu æquum, seu iniquum, onus iniungẽdum esse. Sic Cæsar 8. bel. Gall. 22. Et 2. bel. Ciuil. 73.
Iniungere necessitatem, Astringere & cogere. Plin. epist. 190. Durum est iniungere necessitatem prouincialibus Pontificum adeundorum. Hirtius lib. 4. 188. Nec sibi vllius rei moram necessitatemque iniungebat, quin quàm celerrime posset, &c.
Iniungere officium. Colum. lib. 11. cap. 1. 7.
Iniungere pœnam. Vipian. in L. 2. ff. De prænati.
Iniungere seruitutem, In seruitutem redigere, & seruos facere. Liu. 5. ab Vrbe, 6. Hoc neque reges, neque ante Tribunitiam potestatem creatã tunos Decemuiros iniunxisse seruitutis, vt perennem militiam facerẽt. Cæsar 7. bel. Gal. 316. Atque his æternam iniungere seruitutem.
Iniungere sibi tormentum. Pli. in Paneg. 141. Operæpretium est referre, quod tormentum tibi iniunxeris, nequid amico negates.
Iniunctus, Participium, (ἐπεσταλμένος,) vt Manus iniunctæ pedibus. Sen. Thyest. 6. 6.

Iniuratus, pen. prod. (ἀνώμοτος,) A dictiuũ, contrariũ est Iurato. Plaut. Amphit. 4. 283. Nam iniurato scio plus crederet fugunt. Cic. pro Cecinn. 2. Quum id iurati dicunt, quod ego iuratus iniurat. Quintil. lib. 5. cap. 7. 4. Sed iniuratorum afferre voces. mihi, quàm iurato tibi. Liu. 10. ab Vrbe, 208. Pariter iurati iniuratique insimulo. Sic pro Placco, 70. Et 3. Offic. 146. Iurauí lingua, mentẽ iniuratam habeo. Quintil. lib. 5. cap. 7. 4. Sed iniuratorum afferre voces.
In sua lite iniuratus. Cic. pro Rosc. Com. 26. Tibi verò Piso diu deliberandum & concoquendum est, vtrum potius Cheræa iniurato in sua lite, an Manilio & Luscio iuratis in alieno iudicio credas.

Iniuria, iniuriæ, (ἀδικία, ἀδικία,) Dicta est quòd nõ iure fiat. Iniuria (vt Vlpianus sentit) iniquitas atq; iniustitia est. Omne enim quod non iure fit, iniuria dicitur, siue verbis, siue re. Vnde damnum aliquando significat, aliquando offensionem & molestiam. Pacuuius, Patior facile iniuriam, si est vacua à contumelia. Plautus Aulul. 30. 4.
Ego me iniuriam filiæ facile fateor tuæ
Cereris vigiliis per vinum, atque impulsu adolescentiæ. Teren. Heaut. 5. 2. 39. – nunc aliud specta, matres omnes filiis
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse. Ibidem, 1. 1. 85. – nam vsque dum ille vitam illam incolit
Inopem, carens patria, ob meas iniurias.
¶ Iniuria, Pasiuè: vt Iniuriæ ciuium, id est quæ ciuibus inferuntur. Ci. 1. de Inuent. 6, Superiores illi propter iniurias ciuium resistere audacibus, & opitulari suis quisque necessariis cogerentur. Plin. epist. 4. b, Venirebat in mẽtem priores nostros etiam singulorum hospitum iniurias accusationibus voluntariis executos.
Iniuria, Actiuè ferè vbiq; occurrit. Colu. lib. 3. ca. 20. 2, Ne nunc mille tẽpestatum iniurias persequar. Plin. li, 8. ca. 48, delvestibus, Mirumq; fuit, nec defluxisse eas, nec teredinum iniurias sensisse.
Ab iniuria oblionis se asserere. Plin. epist. 5. b. lib. 3, Commendabat memoriam suam; orabatque vt se ab iniuria oblionis adsereret.
Obnoxius iniuriis, Vide OBNOXIVS.
Opportunus iniuriæ, Facilis ad accipiendam iniuriam. Plin. lib. 9. ca. 31, de cancris, Pinnother autem vocatur minimus ex omni genere, ideo opportunus iniuriæ.
Spretæ iniuria formæ. Virg. 1. Aeneid. 7.
Sceleris iniuria. Virg. 3. Aeneid. 121.
¶ Atrox iniuria, Vide ATROX.
Breuis iniuria. Ouid. 3. Metam. 27.
Insignis iniuria, Vide INSIGNIS.
Longa iniuria. Virg. 1. Aeneid. 69.
¶ Abstinere iniuria. Cice. 3. Offic. 94, Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria? Vide ABSTINEO.
Accipere iniuriam, Vide ACCIPIO. Quintil. lib. 8. cap. 5, Nam in omni certamine, qui opulẽtior, etiam si accipit iniuriam: tamen quia plus potest, facere videtur.
Afficere iniuria, Vide AFFICIO.
Agere iniuriarum. Quintil. lib. 3. cap. 6. 15.
Animaduertere iniuriam, Vide ANIMADVERTO.
Circumretit vis atque iniuria quẽque. Lucret. lib. 5. 233.
Concedere iniuriæ, Cedere periculo & succumbere. Salust. in Iugurtha,
Vtinam emori, fortunis meis honestus exitus esset, ne viuere contemptus viderer, si deterius malis, Iniuriæ concessissem.
Consociare iniuriam, Vide CONSOCIO.
Consumptus iniuria, Vide CONSVMO.
Contegere factam iniuriam, Vide CONTEGO.
Conterere voluntaria oblitione iniuriam. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 176,
Grauissimas iniurias communis concordiæ voluntaria quadam oblitione contriueram.
Damnatus iniuriarum, Vide DAMNO.
Iniuriam decernere, Vide DECERNO.
Defendere alicui iniuriã, Vide DEFENDO.
Iniuriam defendere foribus: Id est, prohibere nequod damnũ inferatur. Plaut. Mostel. 8. 169,
Heus, ecquis hic est, maximam qui his iniuriam
Foribus defendat?
Obuiam ire iniuriæ, Periculum præuertere aut præuenire. Salu. in Iugurtha, Nunc neque viuere libet, neq; mori licet, sine dedecore P. C. oro vos per liberos, atq; parentes vestros, per maiestatẽ Pop. Romani subuenite mihi misero, ite obuiam iniuriæ.
Iniuriam facere, Inferre. Terent. Adelph. 2. 1. 8,
Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle
Factam esse, huius non faciam. Idem Hecyra, 3. 1. 17.
Non maximas, quæ maximæ sunt interdum iræ, Iniurias
Faciunt. Ibidem, 4. 4. 68, Cui tu obsecutus, facis huic adeo iniuriam.
Vbi Donatus, Facis iniuriam, pro facis iniustè. Ibidem, 5. 1. 15, Nam qui post factam iniuriam sic expurget, parum mihi profit. Cicer 1. Offic. 37, de iustitia, Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur, &c.
Dare beneficium, & Facere iniuriam, contraria. Antonius Ciceroni in Epistol. ad Atticum, lib. 10. 198. 3, Qui tibi vt beneficium daret, prius iniuriam fecit.
Fit nota iniuria parto. Oui d. 1. Metam. 47.
Facere vel immittere iniuriam in aliquem. Cicero in Paradox. 35. Vide IMMITTO.
Imponere iniurias alicui, Vide IMPONO.
Inferre iniuriam, & Propalsare, contraria. Cice. 1. Offic. 35, de iniustitia, Vide INFERO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iniungere iniuriam.Cic.3.de Natu.deor.122.Ita ab impia temeritate in deos,in homines iniunxit iniuriam.Vide INIVNGO.
Insectari iniuriam alicuius,Vide INSECTOR.
Laborare alterius iniuria,Vide LABOR.labóris.
Leuare Iniuriás,Vide LEVIS.
Lucrifacere iniuriam,Vide LVCRVM.
Negligere iniurias,Vide NEGLIGO.
Obferre iniuriam.Terent.Hecyra,5.1.13.
Nam si id nunc facis,factúrúve es,bonas quod par est facere,inscitum
Offert e iniuriam tibi me immerenti,iniquum est. Vbi Donatus,
Offerimus iniuriam non merenti:Reddimus ei qui meretur.
Pati iniuriam.Cicero,12.Philipp.325. Gallia æquo animo belli patitur iniuriam.
Prohibere se,& suos ab iniuria.Cæsar 2.belli Gall.332.
Propulsare iniuriam.Cic.pro Sex.Rosc.86.Vides ipsum ab sese tamatrocem iniuriam propulsare.
Resistere iniuriæ.Cic.Lentulo,lib.1.5.14.Cæteris iniuriis,quæ propositę sunt à Catone,facilè,vt spero,resistemus.
Soluere iniuriam,Vindicare & vlcisci Salust.in Oratione Lepidi ad populum,Estne iuris reliqui aliud quàm soluere iniuriam, aut mori per virtutem?
Subactus iniuria.Liui.libro.5.Decad.5.Prima percontatio fuit,qua subactus iniuria,contra Popul.Roma.bellum tam infesto animo suscepisset.Id est coactus.
¶ Iniuria,Ablatiuus qui aduerbialiter ponitur pro eo quod est Sine causa & immeritó.Plaut.Epid.14.51.
– maxima hercle iniuria
Vinctus ásto. Ibidem,4.10.
– quoties vides sepulchrum,sacrificas
Orco ilico hostias,neque adeò iniuria:
Quia licitum est eam tibi viuendo vincere. Idem Pœnul.1,37.
Ne palma detur quoiquam artifici iniuria. Idem Mil. 3.59.
Amant te omnes mulieres:neque iniuria,
Qui sis tam pulcher. Terent.Heaut.3.3.20.
Syre,pudet me.s.credo:neque id iniuria:
Quis mihi molestum est. Idem Eunu.3.1.43.Metuebant omnes iam me.
s.non iniuria. Cic.1.in Catil.12.Iniuria suspectus ciuibus suis.
Non iniuria,Vide NON.
Iniuria dispertire,Iniustè,inæqualiter.Plaut.Aulul.10.4.
– hercle iniuria
Dispertiuisti:pinguiorem agnum isti habent.
Iniuria tua factum est,Per te.Plaut.Trucul.4.63.Vostra hercle factum iniuria quæ properaueritis olim rapere.
Non iniuria tibi illud accidit,Non immeritó.Cic.3.de Nat.deor.129.
Nec iniuria,Id est non sine causa,non abs re.Cicc.ad Q.u.frat.lib.3.24.7.
Hoc horret Milo,nec iniuria.Idem pro Rosc.Amer.68. In rebus minoribus socium fallere turpissimum est:neque tamen turpe atque illud de quo antè diximus iniuria:propterea q,&c. Idem 1.de Orat.61.de pudore summorum oratorum loquens,Ita non iniuria,quotiescunque dicerét, id quod aliquando posset accidere,ne tum accideret,timere.
Iniurior,iniuriáris,iniuriátus sum.iniuriari,Deponens. Seneca libro.2.de Tranquil.vitæ,Omne fortuitum circa nos sæuit,& iniuriatur.
Iniurius,Adiectiuum,(ἄδικος,)Nomen est comicum, quo etiam oratores vtuntur:Id est qui audet aliquid contra ordinem iuris.Sic Seruius. Plaut.Rudent.14.100.Ius bonum oras. T. ædepol haud te oratmam tu iniurius. Terent Heaut.2.3.79.
Enimuero reticere nequeo: multis modis iniurius
Clitipho estmeque ferri potis est. Idem And.2.3.3.
Si id succenseat nunc,quia non det tibi vxorem Chremes,
Ipsus sibi esse iniurius videatur,neque id iniuria.
Iniquè iniurius,Vide INIQVVS.
Iniurium est:Id est iniquum,& vim aduerbii habet,inquit Donatus.Plau. Curcul.2.65.
– neque quicquam queo
Aequi bonique ab eo impetrare.PA.iniurium est.Idem Cist.2.49.
– postquam eam rem resciuerim,
Eum vxorem ducturum esse aliam.I.nihil amare,iniurium est.Idem Aulol.17.18.Si mihi dat operam,me illi irasci iniurium est.Terent.Adel.1.2.25. – tu nunc tibi
Id laudi ducis,quod tum fecisti inopia.
Iniuriú est.Ibidem,2.1.51.Id quoque possum ferre,si modò reddat,quãquam iniurium est. Idem Hecyra,1.1.14.
Tamen eandem pol esse omnibus,iniurium est.
2.Iniurium est autem vlcisci aduersarios? Cicer.3.Offic.120.Si tabulam de naufragio fluctus arripuerit,extorquebitne eam sapiés si potuerit? Negat:quia sit iniurium.
Iniuriosus,pen.prod.Adiectiuum,(ἀδικηματός,ἀδικήσας,)Qui infert iniuriam.Cicero,1.Offici.68. Primum in eo peccant,quòd iniuriosi sunt in proximos.
Iniuriosus ictus,Damnum inferens & periculosus. Plin.lib.17.cap.24.11.
Aut circunfossor iniuriosio ictu verberauit.
Iniuriosa vita,Plena sceleribus & iniquitatibus,nempe aliis noxia. Cic.1.de Legib.59.Quòd si pœna,si metus supplicii,non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa facinorosaque vita,nemo est iniustus.
Venti iniuriosi.Horar.Epod.17.7.
Iniuriosè,Aduerbium,(ὑβριστικῶς,)Perperam.Brutus ad Ciceronẽ,13.1.
Qui si eripuerit se nobis(quod velim temere atque iniuriosè de illo iaspicati sint homines)oro atque,&c.
Iniuriosè tractare,Cum iniuria & iniquè.Cicero,pro Lege Manil.6.Maiores vestri sæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt.Columulla,libro,1.cap.8.13.In ceteris præbitis iniuriosè tractentur.
Iniussus,Subiũtiuum,(ἄνευ τοῦ πρόσταξεως,)ferè in ablatiuo vsurpatur:vt Iniussu meo vel tuo:Hoc est te non præcipiente. Terent.Phorm.2.1.1. Inine tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? Idem Hecyra,4.1.48. Quamobrem iucendor ira,te esse ausam facere iniussu meo. Cic.de Senect.66.Vetatque Pythagoras iniussu imperatoris,id est Dei,de prædio & statione vitæ decedere. Idem ad Atticũ,lib.4.85.8.Ne iniussu populi iudicarent. Sic 4.Ver.9. Et 1.Tusc 116.Vetat enim dominans ille in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare.Liu.1.ab Vrb.122.Cæs.5.bel Gal.109.
Iniussus,Adiectiuum,(ἀπρόσταστος,)Horat.1.Serm.saty.3.1.
Omnibus hoc vitium est cantoribus,inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniussi nunquã desistant.Hoc est quando nõ iubentur, neque rogantur.
Iniussa virescunt gramina.Virg.1.Georg.11.
Hic segetes,illic veniunt fœlicius vuæ:
Arbores fœtus alibi:atque iniussa virescunt Gramina.
Iniussa canere.Virg.6.eclog.Non iniussa cano:si quis tamen,&c.
Iniustus,Adiectiuum,(ἄδικος,ἀδίκητος,ἄλιτρος,)Iusto contrarii. Terent.Adel.1.2.18.
Homine inperito nunquam quicquam iniustius:
Qui nisi quod ipse fecit,nihil rectum putat.
Iniustus,Qui iustam magnitudinẽ excedit.Virg.3.Georg.70.Iniusto sub fasce viam dum carpit.Seruius.
Amor iniustus.Ouid.2.Fast.156.
Auribus iniustis loqui.Ouid.epist.12.36.
Bellum iniustum.Ouid.5.Metam.42.
Ius iniustum.Ouid.5.Trist.eleg.11.9.
Lex iniusta.Tibull lib.1.eleg.5.12.
Nouerca iniusta.Virg.eclog.3.7.
Onus iniustum imponere.Cic.in Orat.19.
Pax iniusta,Vide PAX.
Regna iniusta tenebat.Ouid.5.Metam.56.
Sententia iniusta.Ouid.11.Metam.35.
Maleficus vir & iniustus.Cic.5.Tuscul.91.
Iniustum,Meritum & debitum,contraria.Cicero,2.de Orat.112.Me verò iam pertimescente,vt illam non Vrbem seditionem,sed illam Popu.Romani iracundiam,neque eam iniustam,sed meritam ac debitam fuisse defenderes.
Iniustus,generaliter pro duro,quod etiã iniquum dicitur. Quintil. Decl.13.Cur iniusto quotidie iugo boũ colla deteruntur?
Iniustitia,iniustitiæ,(ἀδικία,)Iniquitas.Terent.Adel.3.2.5.
Vis,egestas,iniustitia,solitudo,infamia. Idem Heaut.1.1.82.
Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea. Vide primum librum Officiorum Ciceronis De iniustitia.
Capitalis iniustitia,Vide Capitalis in CAPVT.
Iniustè,Aduerbium,(ἀδίκως,)Iniquè.Plaut.Pseud.9.19. Non soles respicere te,quum dicas iniustè alteri? Cic.1.de Finib.93. Quàm multa verò iniustè fieri possunt,quæ,&c.
Innascor,innascéris,pen.corr.innãtus sum,(ἐγγίνομαι,) innasci,Simul nasci.Plau.Milit.14.90.Non mihi auaritia vnquam innata est,satis habeo diuitiarum. Idem Pœn.4.78.Inuidia in me nunquam innata est,neque malitia mala,soror.Ci.lib.1.Offic.92.Sed illud odiosum est,quòd in hac elatione & magnitudine animi facillime pertinacia,& nimia cupiditas principatus innascitur.Terent. And.4.1.2.
Hoccine credibile est,aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam vt fier,&c. Plin.lib.9.cap.47.
Innatum est tibi.Terent.Hecyra,4.1.29.
Verum id vitium nunquam decreui esse ego adolescentiæ:
Nam id omnibus innatum est.Id est,hoc omnes habent à natura.Cic.2.de Finib.159.Innatum esse homini probitatem.
Filix innascitur agris.Horat.1.Serm.saty.3.8.
Robora innata rupibus.Ouid.epist.7.8.
Innasci,Idem quod nasci aliquando.Plaut.Persa,9.13.
– vomica est pressare parce.
Nam vbi quis mala tetigit manu,dolores cooriuntur.

T.Quando

T.Quando istæc est innata tibi? SA.hodie.
Innãtus & insitus,Assumptus & aduentitius,contraria.Cice.in Topic.36.
Specie autem comparantur,vt anteponantur quæ propter se expetenda sunt,iis quæ propter aliud: & vt innata atque insita,assumptis & aduentitiis:& integra,contaminatis.
Innatus dicitur homo alicui rei,ad quam natura factus est.Senec. de Consolat.at Polybium,Sciebas animum eius liberalibus disciplinis,quibus non innutritus est tantùm,sed etiam innatus,sic esse fundatum,&c. Potest etiam exponi.Inter liberales disciplinas natus. Hoc est,inter disciplinarum liberalium peritos.
Receptum & innatum.Cicero,7.Verr.108.Reliqua est ea causa Iudices, quæ non iam recepta,sed innataneque delata ad me,sed in anima sensuque meo penitus affixa atque insita est.
Innatus in nobis amor cognitionis & scientiæ.Cic.5.de Finib.86.
Amor innatus habendi.Virgil.4.Georg.36.
Insitat,vel potius inatas deorsũ cognitiões habemus.Ci.1.de Na.deo.63.
Insitam quandam vel potius innatam cupiditatem scientiæ habemus.Cice.4.de Finib.6.
Libido innata.Ouid.6.Metam.92.
Probitas gratuita homini innata est, non inuitata voluptatibus. Cicero 2.de Finib.159.
Deis innascitur ratio recta constansque.Cic.2.de Nat.deor.48.
Innato,innatas.penul.corr.(ἐνήχομαι,) Innatare.Idem quod nato, vel supernato,aut potius intus nato. Colum lib.12.ca.4.4.
Vbi non innatent,sed semper sint iure submersa. Plin.lib.8.cap.40.4.
Equos innatantes sæpe demergent.
Innatare in fluuium. Plin.li.8.ca.40.5.Innatauit idem in Tyberim cadauere abiecto sustentare conatus. Cice.1.de Nat.deorum,184. Itaque quum piscículi parui in concham hiantem innatauerint,tum admonita à squilla pina,morsu comprimit conchas.
Innatare vndam.Virgil.2.Georg.91.
Necnon & torrentem vndam leuis innatat alnus.
Innatare flumini. Plinius lib.8 cap.25.5. Quinetiam flumini innatant, dorsoque ęquitantium modo impositi,&c. Idem lib.18.cap.35.18.
Innatans aquis pluma.
Innatat terræ fluuius. Plin.lib.5.cap.9.11.
Vnda dulcis freto innatat.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.13.
Lactuca innatat stomacho.Horat.2.Sermo.saty.4.12.
Innauigabilis,& innauigabile,penult. correp.(ἀπλόητος,) vt Fluuius innauigabilis,Vbi quis nauigare non potest.Liuius 5.ab Vrbe,63.Insignis annus hyeme gelida ac niuosa fuit, adeò vt viæ clausæ,Tyberis innauigabilis fuerit.
Innecto,innectis,innexui,innexum,(ἐνάπτω) innectere,Nectere, vel circunligare,aut colligare.Virg.8.Aeneid.132.
– tum lactea colla
Auro innectuntur. Colum.lib.11.cap.1.19. Itaque mancipia vincta quæ sunt ergastuli,per nomina quotidie citare debebit,atque explorare,vt sint compedibus diligenter innexa. Idem lib.4.cap.20.3.
Palmis amborum innexuit arma.Virg.5.Aeneid.85.
Brachia innectere collo.Stat.4.Thebaid.6.
Colla innectens ambobus lacertis.Ouid.11.Metam.50.
Laqueo fauces innectere.Ouid.10.Metam.76.
Columba innexa pedem vinculis.Virg.5.Aeneid.102.
Sertis innectunt tempora.Ouid.5.Trist.eleg.4.1.
¶ Praus innexa clienti.Virg.6.Aeneid.122.
Caussas innecte morandi.Virgil.4.Aeneid.11.
Moras innectere.Stat.5.Thebaid.149.
Per affinitatem innecti alicui.Tacit.lib.5.Quia Hyrcanis,Carmanisque per affinitatem innexus erat.
Innitor,penult.prod.inniteris,innixus vel innisus sum,(ἐρείδω,ἐπέρειδω,) inniti,Inhærere,incumbere.datiuo,vel accusatiuo, aut ablatiuo varie construitur.
Inniti,datiuo.Quintil.lib.6.cap.2.Omnia curæ tutelæque vnius innixa.
Liu.8.bel.Pun.70.Itaque steterunt scutis innixi.
Baculo innitens.Ouid.14.Metam.131.
Cubito innixa.Virg.4.Aeneid.138.
Arator innixus stiuæ.Ouid.8.Metam.44.
Fractæ innititur hastæ.Stat.12.Thebaid.29.
Secreta eius innituntur illi.Tacit.lib.3.Igitur incolumi Mecœnate proximus,mox præcipuus,cui secreta imperatorum inniterentur.
¶ Innixus,ablatiuo.Cic.4.Acad.160. Intendit crinitus Apollo Arcum auratum luna innixus. Ex quodam poeta.
Innixus hasta.Liu.4.ab Vrbe,83.Et ipsa hasta innixus se in pedes excipit.
Hac arte innixus Hercules arcus tetigit igneas.Horat.3.Carm.ode 3.2.
Humero dextro innixus.Propertius,lib.1.eleg.19.9.
¶ Innixus in humeris.Cic.de Aruisp.respon.56.Etenim vix hæc, si vndique fulciamus,iam labefacta,vix inquam innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt.
Inpixus in aliquem. Plin.lib.7.cap.53.4.Hora diei secunda in P. Pansam fratrem innixus obiit.
Inno,innas,(ἐννέω,) innare.Idem quod nare,siue natare.Cic.2.de Naturu.deor.145.Quot genera,quamque disparia partim submersarum,partim fluitantium & innantium beluarum.
Innare aquæ.Liu.1.bel.Pun.96.Nihil dummodo innare aquæ & capere onera possent,curantes.
Fluuios innare rapaces.Virgil.3.Georg.28.
Classis innat mare.Senec.Thyest.3.2.
Innans,Partic.(ἐννέων,) Horat.3.Carm.ode 17.2. – & innantem Maricæ Littoribus tenuisse Lyrim.
Innãbilis,& hoc innãbile,penul.correp.Ouid.1.Metam.4.
Sic erat instabilis tellus,innabilis vnda.
Innocens,pen.correp.innocentis,Adiectiuum,(ἀβλαβής,ἄκακος,) Qui iniuria maleficióve carer. Cice.5.Tusculan.78.
Innocens dicitur nõ qui leoiter nocet,sed qui nihil nocet.Plau.Bac.5.33.
Quotque innocenti ei dixit contumelias,
Adulterare eum aiebat rebus exteris. Terent.Adelph.2.1.1.Obsecro popularis ferte misero atque innocenti auxilium.
Innocens & Nocens,contraria. Cæsar 6.bel.Gal.34.Ne communi odio Germanorum,innocentes pro nocentibus pœnas pendant. Cice. pro Rosc.Amer.33.Innocens si accusatus sit,absolui potest:nocens nisi accusatus fuerit,condemnari non potest.
Innocens,integer,religiosus vir.Cic.6.Verr.6.
Vir bonus & innocens.Cic.de Claris Orat.93.
Mulier innocens.Horat.3.Carm.ode 14.4.
Epistola innocens.Cic.Trebatio,lib.7.19.1.Epistolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio,concidi innocentem:nihil enim habebat quod non vel in concione legi posset.
Innocens ruina.Mart.lib.1.78,
Quis curam neget esse te deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?
Damnare innocentem.Cic.1.Tusc.161.
Innocens,pro Innocuo.Plin.Innocentior vua,quæ diu pepédit.Budeus.
Factorum innocens sum.Tacit.lib.4.
Innocens,pro Innocuo.Scribe,Plin.lib.23.cap.1.1.de vuis,)innocentiores,quæ decerptæ diu pependere:qua ventilatione etiam vtiles fiunt stomacho ægrisque.Horat.1.Carm.ode 17.5,
Hic innocentis pocula Lesbii
Duces sub vmbra.
Innocéter,Aduerb.(ἀβλαβῶς,)Innoxiè.Cic.in Saluſt.2,Antè,quàm eos res suæ gestæ,& vita innocentissimè acta commendauit.Plin.lib.18.cap.32.1.Omnia quæ cæduntur,carpuntur,tondantur,innocẽtius decrescente luna,quàm crescente fiunt.
Innocéntia,innocentiæ,(ἀβλαβεία,ἀκακία,)Integritas,siue vt Cicero 3. Tuscul.9,ait, Affectio animi talis quæ noceat nemini. Saluſt. Vbi quæ Metellus agebat,ex nuntiis accepit simul,& de innocentia sua certior Romæ factus diffidere, ac tum demum veram deditionem facere conatus est.
Singulãris integritas atque innocentia.Cic.1.Verr.15.
Summa integritate & innocentia vir.Cic.3.Philip.141.
Innocentia mutua,Vide MVTVS.
Constat de eius innocentia.Vide CONSTO.
Ingenii præsidio,pœna iudiciorũ liberare innocẽtiã.Cic.1.de Orat.105.
Innocuus,Adiectiuum,(ἀβλαβής,)actiuè & passiuè accipitur.
Innocus,Innocens,qui non nocet.Luca.lib.3.97. – vt grandine tecta
Innocua percussa sonãt.Plin.lib.8.de anguibus,Eosdẽ pestiferos ferũt in Græcia,innocuos esse in Sicilia.Mart.li.7.11.Ludimus innocuis verbis.
Genus innocuum.Ouid.1.Fast.89.
Iter innocuum.Ouid.4.Fast.161.
Opis innocua.Ouid.1.Amor.51.
¶ Innocuus,Cui nulla fit noxa.Virgi.10.Aeneid.61.
– & sedere carinæ Omnes innocuæ.Idem lib.7.46.
– litusque rogamus
Innocuum.Vbi Seruius,Innocuũ,non quod nulli noceat,sed cui vindicato nulli possint nocere.Valla reprehendẽs Seruiũ,sic ait,Innocuus,inquit Seruius,est cui non nocetur.Innoxius,qui non nouit nocere.Vellem exempla recitasset,quibus ostenderet expositionẽ innocui veram esse.Nanque illud Virgilianum quod cum impulit in hanc opinionem,
Donec rostra tenent siccum,& sedere carinæ
Omnes innocuæ:Non est intelligendum quòd subsederunt tales,vt eis nihil nocetur:sed vel more poetico,quòd nihil peccauerunt,quasi innocentes homines(nocentes enim sunt,quicunque ab honesto recedũt etiam si nemini noceant)vel quòd non nocuerunt,neque sibipsis,neque vectoribus,aut nautis.Hæc Valla lib.6.
Innotesco,innotescis,innotui,(ἀδικγνωρίζομαι,) innotescere,Notum fieri.Plin.lib.35.cap.11.18.Cteilochus Apellis discipulus peruiantí pictura innotuit.
Libellis nostris inotuit illa.Ouid.3.Amor.eleg.11.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In maius innotescere. Tacit. lib. 10. Sed vbi Festo consternatio vulgi, Centurionis supplicium, veraque & falsa more famæ in maius innotuere, Equites in necem Pisonis mittit.

Innouo, innouas, penul. correp. (ἐγκαινίζω,) innouare, Nouum facere. Cic. in Pis. 71. Quo te modo ad tuam intemperantiam scelerare innouasti? Liuius 1. bel. Pun. 118. Cætera visu quam dictu fœdiora terrorem innouarunt.

Innóxius, Adiectiuum, (ἀκκαταίκτος, ἀνεπίβουλος,) Obnoxio contrarium est: significat autem innocentem, carentem culpa, incalpatum, siue eum qui minimè nocet. Plaut. Merc. 15. 27. Scio innoxius, audacter quiduis dicito. Idem Aulul. 7. 44.
Hei Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis,
Vt inopem atque innoxium abs te, atque abs tuis me irrideas. Id est, qui neque tibi, neque tuis nocui. Idem Capt. 1 2. 7.
Decet innocentem seruum atque innoxium,
Confidentem esse, suum apud herum potissimum. Salust. in Catil. Ipsi innoxii, florentes, sine metu ætatem agere. Liuius 5. ab Vrbe, 137. Pessimo exemplo innoxii denis millibus grauis æris condemnati sunt.

Innoxior vita. M. Cato, Quantoque suam vitam superiorem atque ampliorem, atque antiquiorem in animum inducent esse, quàm innoxiorem. Hoc est minus nocuam.

Innoxius leo, Non nocens. Plin. lib. 8. cap. 10. 9. Iidem satiati, innoxii sunt. De leonibus. Ibidem, cap. 33. 2. Chamæleon circa capricos ferus, innoxius alioqui.

Innoxii saltus, In quibus nullum est periculum. Pli. li. 3. ca. 5. 4. Tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii saltus.

Serpens innoxius. Virgil. 5. Aeneid. 19.

Verba non innoxia. Virg. 2. Georg. 26.

Innoxius à, vel ab, Passiue, (ἀπήμων,) Colum. lib. 2. cap. 10. 9. Sic condita, erit à curculionibus innoxia. Idem lib. 5. ca. 9. Vt sit innoxius ab iniuria pecorum. Id est, ne lædatur à pecoribus.

Innúbilus, penul. correp. Adiectiuum, (ἀνέφελος,) Idem quod serenus. Lucret. lib. 3. 5.
–neque nix acri concreta pruina
Cana cadens violat: semperque innubilus æther
Integit: & largè diffusa lumine ridet.

Innúbilo, innúbilas, penul. correp. innubilare, Obscurare. Solinus cap. 66. Si purum fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum: aut pallore languescunt, aut ruffo innubilantur.

Innúbis, & hoc innube, penul. prod. Adiectiuum, (ἄνυμφος,) Sine nubibus, sudus & clarus. Seneca Herc. Oetheo, 4. 2.
Nanque vt reluxit pellicis captæ decus
Et fulsit Iolæ: qualis innubis dies.

Innubo, innúbis, pen. prod. innupsi, innuptum, innubere, Proprie significat ad domum viri transire. Vnde & pro transire sumitur. Lucil. lib. 6. Saty. Inuadere atque innubere censent. Antiquum.

Innuptus, Partic. (ἄγαμος,) vt Decus innuptarũ. Catul. Argon. 59. 16.

Puellæ innuptæ. Virgil. 2. Aeneid. 48.

Innuptæ nuptiæ. Cic. 3. de Orat. 121. Qua tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis. Id est contra ius factis.

Innubus, penul. correp. (ἄγαμος,) Qui vxorem non duxit. Innuba, quæ viro non nupsit.

Permáneo innuba. Ouid. 14. Metam. 19.
De Sibylla, quæ perpetuam virginitatem seruauit.

Laurus innuba. Ouid. 10. Meram. 19.
Propter Daphnen virginem in laurum mutatam.

Innumerabilis, & hoc innumerábile, penul. correp. (ἀνάριθμος,) Quod numerari non potest. Cic. 5. Verr. 40. Cognoscite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam. Sic 2. Verr. 8.

Multus & innumerabilis. Cic. 2. de Finib. 50. Reperiam multos vel innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quàm vos estis, quibus quicquid velim facilè persuadeam.

Multitudo innumerabilis. Cic. Post red. in Senatu, 9.

Innumerabiles mundi Democrito. Cicc. 4. Acad. 101. Idem 1. de Natura deorum, 38.

Series annorum innumerabilis. Horat. 3. Carm. ode 30. 1.

Innumerabiliter, pen. corr. Aduerbium, (ἀναριθμήτως,) Lucret. lib. 5. 55.
Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto
Innumerabiliter primas mutatur in oras.

Innumerabilitas, pen. corr. innumerabilitátis. (τὸ ἄπειρον,) Cic. 1. de Nat. deor. 99. Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemque mundorum, eorum, &c.

Innumerális, pen. prod. Adiectiuum, (ἄπειρος,) Idem, sed antiquum. Lucret. lib. 2. 218. –cætera, quæ sunt,
Nun esse vnica, sed numero magis innumerali.

Innúmerus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀνάριθμος,) Idem. Plin. lib. 2. cap. 38. Innumeræ rerum effigies. Idem lib. 5. cap. 27. 6. Immensus ipse, & innumerarum gentium arbiter. Sic lib. 8. cap. 55. 1. Lucan. lib. 3. 65.

Adde quòd innumeræ concurrunt vndique gentes. Cice. 1. de Orat. 52. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius è lido tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.

Gentes innumeræ. Virg. 6. Aeneid. 141.

Hoste innumero cinctus. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 4.

Numerus innumerus. Lucret. lib. 3. 157.

Innumerósus, penul. prod. (ἀπείρων,) Adiectiuum, Idem. Plin. lib. 10. capi. 65. 1. Ex omnibus quæ perfectos fœtus, vel tantos & innumerosos edunt, supra cuncta est murium fœtus. Hoc loco ex vetusto codice legitur, Ex omnibus quæ perfectos fœtus, sues tantum & numerosos ædunt: item plures, contra naturam solidipedum aut bisulcorum. Supra cuncta est murium fœtus, &c.

Innuo, innuis, innui, (ἐπινεύω,) Innuere, Signo capitis quid significare. Cicero pro Murena, 48. Atque ille vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atque innuit. Exemplar vetus legit Induit. Idem ad Allienum, lib. 13. 79. 2. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & innuo. Ex vetusto codice legendum Munio.

Rogare hospites & innuere. Author ad Heren. lib. 4. 186. Quod si iste suos hospites rogasset, imò innuisset modò, hoc facilè perfici posset.

Innútrio, innútris, penul. prod. innutriui, innutrítum, (ἐντρέφω,) Innutrire, Idem quod Nutrire, vel simul nutrire. Plin. epist. 210. b, Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus: donec homines innutritos mari subiret timendi pauor. Senec. lib. 1. epist. 2. Certis ingeniis immorari & innutriri oportet, si velis aliquid trahere, &c. Loquitur de lectione variorum authorum.

Innutrítus, pen. prod. Participium, vel Nomen ex participio.

Innutriti dicimur alicui rei, in qua educati sumus. Seneca in Consol. ad Polybium, Sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus est tantum, sed innatos, sic esse fundatum, &c.

INO, huius Ino, (ἰνώ,) Cadmi filia, vxor Athamantis regis, quæ à Græcis Leucothea dicitur, teste Cicerone lib. 1. Tuscul. 45. Quid Ino Cadmi filia, nónne Loucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Ouidius Metam. 4. refert quemadmodum Ino cum Melicerta filio sese in mare præcipitem dederit, factique sint ambo dii marini. Idẽ 6. Fast. 901. ait, Leucothee Graiis, Matuta vocabere nostris.

Flebilis Ino. Horat. de Arte, 25.

Inôus, pen. prod. Adiectiuum, (ἰνῶος,) Ouid. 4. Metam. 100. –at illi
Inoosque sinus, Athamantheosque pererrant. De serpentibus.

Inoblítus, penul. prod. Adiectiuum, (ἀνυπόλογος,) Memor. Ouidius, 4. de Ponto, eleg. 15. 8.
Semper inoblita repetam tua munera mente,
Et mea me tellus audiet esse tuum.

Inóbrutus, pa. corr. Adiec. (ἀβάπτιστος,) Ouid. 7. Meta. 72. Deucalioneas effugit inobrutus vndas. Hoc est nõ obrutus.

Inobscóro, inobscúras, pen. prod. (ἐπισκοτίω,) inobscurare, Obscurum reddere, ita vt nulla ferè superstit memoria. Cice. 9. Philipp. 263. Cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis, nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

Inóbsequens, penul. correp. inobsequentis, om. gen. (ἀπειθής,) Inobediens. Seneca Hippol. 10. 16. Inobsequentes protinus ænis equi Rapuere currum.

Inobseruátus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀδιαφύλακτος,) Non obseruatus. Martial. lib. 8. 33. Luserat hoc casus, nisi inobseruata maneret. Ouid. 4. Metam. 68. –at ille
Vt puer, & vacuus, & inobseruatus in herbis
Huc it, & hinc illuc.

Inobseruata varietas. Plin. lib. 28. cap. 5. 1.

Inobseruabilis, & hoc inobseruabile, penul. corr. (ἀνεπιτήρητος,) Quod obseruari non solet, vel etiam non potest. Plin. lib. 2. cap. 17. Cuius est maxime inobseruabilis cursus. Catul. Argonaut. 59. 23.
Ne labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Inocciduus, Adiectiuum, (ἄδυτος,) Non occiduus: vt Visus in baid. 56. Spectat inocciduis stellatum visibus Argum.

Inocco, inoccas, (βωλοκοπέω,) inoccare, Significat cooperire, quod cratibus dissoluimus, vt semen humo contegatur. Colum. lib. 2. ca. 8. 4. Nam semen quod sicco solo ingestum & iam inoccatũ est, perinde ac si repositum in horreo, non corrumpitur. Idem lib. 3. ca. 15. 1. Seritur ergo prius inemundata, inoccataque, & æquata pastinatione.

Inoculo, inóculas, penul. correp. (ἐνοφθαλμίζω,) inoculare, Significat oculum vnius arboris alteri adhibere, seu oculum in arbore aperire. Columel. lib. 11. cap. 2. 44. His quidem diebus arbores ficorum inoculantur. Quod genus insitionis, emplastratio vocatur. Plinius lib. 17. cap. 14. 1. Tradunt & monedulam condentem semina in thesauros, cauernarum, eiusdem rei præbere causas. Hinc nata inoculatio sutoriæ simili fistula aperiendi in arbore oculũ cortice excisõ, semenque

semenque includendi eadem fistula sublatum ex alia. In ficis autem & & malis hæc fuit inoculatio antiqua.

Inoculatio, Verbale, (ἐνοφθαλμισμός,) Quæ & emplastratio dicitur. Columel. lib. 5. cap. 11. 2. Tertium quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplastrationem: vel vt quidam, inoculationem.

Inoculátur, pen. prod. Verbale, (ἐνοφθαλμιστός,) Plinius, lib. 18. cap. 33. 3. Hunc caueat insitor calamis, gemmisque inoculator.

Inodôro, inodóras, penul. prod. (ἀνοδμίζω,) Inodorare, Odore inficere. Colum. lib. 11. cap. 3. 18. Nam sic sata, & rursus sic recondita existimantur, neque acerrimi saporis existere, neque mandentium halitus inodorare. De alliis loquitur.

Inodôrus, pen. prod. Adiect. (ἄνοδμος,) Quod est sine odore. Gel. li. 7. ca. 6. Quædam animalium alia carent alio, & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritáve. Quædam exemplaria leguntur Inora.

Inoffensus, Adiectiuum, (ἀπρόσκοπτος,) Ad quod quis non offendit.

Iter inoffensum. Tacit. lib. 1.

Inoffensa via, Facilis. Martial. lib. 14. 214.
–inoffensa currit arundo via.

Inoffensas voluptates transmittere, per translationem. Plin. epist. 90. lib. 6. ad Calphurniam, Nunc enim præcipuè simul esse copiebam: vt oculis meis crederẽ quid viribus, quid corpusculo acquireres, & quã denique secessus, voluptates, regionilque abũdãtiã inoffensa trãsmitteres.

Inoffensa copulatio vocum, Aures non offendens, non aspera, sed dulcis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 20. In canticis exigitur structura quædam, & inoffensa copulatio vocum.

Inoffensa tempora à valetudine viuere, Nullo morbo læsa & offensa. Gellius li. 2. ca. 1. de Socrate, Temperantia quoque eũ fuisse tanta traditũ est, vt omnia ferè vitæ suæ tempora à valetudine inoffensa vixerit.

Vita inoffensa. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 1.

¶ Pedum inoffensum referre. Id est, qui non offenderit ad lapidem, aut aliud. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 13.

Inofficiósus, pen. prod. Adiectiuũ, (ἀχάριστος,) Qui contra officium facit, vel qui nullum officiũ præstat amico. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28 3. 1. Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos. Quintil. 1. ca in oratione qui non satis laborarũt, si preparata vis dicendi non fuerit, erunt inofficiosi, non vt ad requisita respondere, sed vt semper sensibus inhærere videantur.

Inofficiosum testamentum, vt ait Paulus Iurisconsulti. dicitur quod non ex officio pietatis paternæ consectum est, filiis sine legitima causa exhæredatis. Quintil. lib. 9. cap. 2. ex Asinio, Audisne? furiosum inquam, non inofficiosum testamentum reprehendimus. Cic. 3. Verr. 75. Testamentũ P. Annius fecerat non improbum, non inofficiosum, nõ inhumanũ.

Inolesco, inolescis, inoloi & inolcui, pen. prod. inolitum, pen. corr. Colum lib. 4. cap. 21. 4. Sed hæc quidem ratio minimè nobis placet. si quidem vallior plaga, nisi habeat superpositam valentem materiam qua possit inolescere, solis habitu terretur. Idem lib. 5. cap. 10. 14. Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, & ita librum arboris inolescere sinito. Hoc est, succrescere. Virg. 2. Georg. 16.
–hæc aliena ex arbore germen
Includunt: vdoque docent inolescere libro. Silius lib. 8. 116.
–quo gurgite tradunt
Dari tiem lapidem messis inolescere ramis. De silaro.

Olini inolentis natura, Lucret. lib. 2. 170.
Hoc est olei non olentis, siue inodori.

Inolcuit, Actiue. Gel. lib. 12. ca. 5. Natura omnium rerum quæ nos genuit, induit nobis, inolcuitque in ipsis statim principiis quibus nati sumus. Id est inolescere, confirmauit. Budæus.

Inominatus, penul. prod. Adiectiuum, (ἀνωνόμαστος,) Male ominatus, infœlix. Horat. Epod. 16. 8.
Aut pars indocili melior grege: mollis, & expes
Inominata perprimat cubilia.

Inopaco, inopacas, pen. prod. (ἐπισκιάζω,) inopacare, Opacũ reddere, & obscurum. Colum. lib. 8. ca. 15. 3. Media rursus terrena pars esse debet, vt colocasius conseratur, aliisque familiaribus aquæ viridibus, quæ inopacant animum receptacula.

Inopia, Vide INOPS.

Inopinans, penul. prod. inopinantis, (ἀδόκητος,) Participium sine verbo. Cesar 6. bel. Gal. 105. Multos in agris inopinantes deprehendit. Quintil. lib. 5. cap. 10. A præparatis inopinantes. Plinius epistol. 2. lib. 3. Inopinantis, nescientis.

Inopinanter, Aduerbium, ἀδόξως, pro Subitò & præter expectationem. Suetoo. in Tib. Cæs. cap. 60. In paucis diebus, quàm Capreas attigit, piscatori qui sibi secretum agenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem piscis faciem iussit.

Inopinátus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀδόκητος,) Non opinatum, improuisum, quod præter spem & opinionem euenit. Cic. 3. Tuscul. 92. Hæc enim ferè tum habemus in propto, nihil oportere inopinatum videri. Quintil. lib. 5. ca. 13. 3. Patronus etiam inopinatis frequenter occurrit.

Nouum & inopinatum. Cic. 4. Verr. 15. Noua tibi hæc sunt, & inopinata?

Improuisum & inopinatum hoc illi accidit. Cic. 4. Verr. 48.

Inopinatum & insperatum. Liu. 3. ab Vrbe, 112. Nihil tam nec inopinatũ, nec tam insperatum accidere potuit.

Repentina & inopinata, grauiora. Cic. 3. Tuscul. 77.

Dictu inopinatum & mirabile. Cic. in Parad. 44.

Ex inopinato obseruare. Cic. 2. de Nat. deor. 183. Vt in araneolis: aliæ quasi rete texunt, vt siquid inhæserit conficiant: aliæ autem vt ex inopinato obseruant, & siquid incidit arripiunt, idque consumunt.

Inopinata res & recens. Cic. pro Domo sua, 7.

Fraus inopinata. Silius lib. 7. 27.

Inopinata verba, Quæ impræmeditate & improuisè effluunt. Plin. lib. 28. ca 2. 10. Neq; est facilè dictu, externa verba atq; ineffabilia, derogent fidẽ validius, an Latina inopinata, & ẽ ridicula videri cogit aliis.

Inopinate, & inopinatò, penu. prod. (ἀδοκήτως,) Aduerbia, Idem quod præter spem. Liu. 4. bel. Maced. 109. Qui ad id quod futurum erat, ne inopinatè accideret, præparatis suorum animis signa extemplò conuertit. Idem 6. bel. Pun. 11. Quum inopinatò in castra Romana Numidæ, Hispaniique cum elephantis irrupissent.

Inopinábilis, & hoc inopinabile, pen. corr. (ἄσκοπος,) Quod quis nunquam existimasset futurum. Gel. lib. 17. cap. 12. Infames materias, siue quis mauult dicere inopinabiles. Idem lib. 12. cap. 18. Atque id etiam quod magis inopinabile est.

Inopinus, penult. produc. Adiectiuum, (ἀνυπόπτος,) Idem vt Dolor inopinus. Stat. 1. Thebaid. 59.

Gaudia inopina. Stat. 1. Sylu. 2. 10.

Quies inopina. Virg. 5. Aeneid. 170.

Inopia facies laborum. Virg. 6. Aeneid. 21.

Inopportunus, pen. prod. (ἄκαιρος,) Opportuno contrarium. Cic. 3. de Orat. 1, Etenim est huic loco nostro sedes non inopportuna sermoni.

Inops, inopis, pe. cor. o. g. (ἄστεγος, ἄκτημος, ἄλιτος,) Pauper, egẽs. Plaut. Trinum. 10. 62. –nolo ego mihi te
Tam prospicere, qui meam egestatem leues: sed vt inops
Infamis ve sim. Cic. 2. Offic. 58, Nam quum præmeretur inops multitudo ab his qui maiores opes habebant, &c. Verus exemplar habet in initio multitudo.

Inops ab amicis, Amicorũ auxilio destitutus. Ci pro Domo sua, 46, Tam inops autem eram ab amicis aut tam nuda Resp. à magistratibus? Idem Attic. lib. 1. 1. 4, Thermus cum Syllano contẽdere existimatur, qui sic inopes & ab amicis & existimatione sunt, vt mihi videat non esse ἀδύνατον Curium obducere: sed hoc præter me nemini videtur.

Inops ad ornandum, & expedita ad inueniendum disciplina Hermagoræ. Cic. de Claris Orat. 142.

Inops verbis, Verborum penuria laborans. Cic. de Clar. Orat. 133, Non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis.

¶ Acqui inops. Stat. 1. 1. Thebaid. 89.

Inops amicorum. Cic. de Amicit. 48, Quòd si fortè, vt fit plerũque, cecidirint, tum intelligitur quàm fuerint inopes amicorum.

Animi inops. Virg. 4. Aeneid. 61.

Inops auxilii. Liu. 3. ab Vrbe, 31.

Inops consilii. Liu. 6. bel. Pun. 95. Ouid. 9. Metam. 150.

Inops dicendi sapientia. Cic. 1. de Inuent. 4.

Fortunæ inops. Tacit. lib. 4.

Mentis inops. Ouid. 1. Metam. 40.

Terra pacis inops. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 19.

Rationis inops. Stat. 1. Theb. 75.

Regnorum inopes. Stat. 12. Theb. 102.

Inops remedii. Plin. lib. 16. cap. 1. 4. Inopesque remediis illæ.

Versus inopes rerum. Horat. de Arte, 65.

Virorum inopes. Tacit. lib. 18.

¶ Abundans & Inops, contraria. Cic. de Claris Orat. 128.

Inops & exhaustum ærarium. Cic. 5. Verr. 140.

Amicus inops. Horat. 1. Serm. saty. 2. 1.

Amor inops. Lucret. lib. 4. 130.

Domus inops. Ouid. 8. Metam. 166.

Lingua inops. Cicero, 3. de Finib. 80. Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur.

Senectam inopem, trahere. Ouid. 7. Metam. 1.

Senectæ meruens inopi. Virg. 1. Georg. 38.

Turba inops. Virg. 6. Aeneid. 65.

Victus inops. Ouid. 1. Metam. 63.

Inópia, inópiæ, (ἀκτημοσύνη,) Egestas, indigentia. Cic. de Amicit. 19. Humilem sanè relinquunt, & minimè generosum (vt ita dicam) ortum amicitiæ, quam ab inopia, atque indigentia nasci volunt Plautus Merc. 3. 30. Inopia, contumelia, & dispendium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inopia & egestas. Cice.1.de Inuent.101. Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis. Idem 2.in Catil.43.
Inopia & solitudo alicuius.Cic.Qu.fratri.lib.1.1.37.
In summa inopia senectus lenis esse nõ potest ne sapienti quidem, nec insipienti etiam in summa copia non grauis.Cic.de Senec.8.
Inopia,fames,& summa annonæ caritas.Cic.3.Offic.66.
Argentaria inopia.Vide ARGENTVM.
Inopia argenti.Plaut.Rud.10.65.
Et aurum & argentum fuit Ienonis ibidem:credo
Aliquem immersisse se,atque eum excepisse:id misera mœsta est
Sibi eorum venisse inopiam. Idem Asin.12.1.34.
Quid ego aliud exoptem amplius,nisi cuius inopia est,
Viginti argenti commodas minas,huius quidem matri?
Idem Curcul. 7.55.
Respondit mihi paucis verbis,atque adeò fideliter,
Quod tibi 'st,item sibi esse,magnam argenti inopiam.
Inopia mihi est amicæ.Plaut.Merc.1.2.65.
Quid tu ais,qui quum illuc,quò nunc ire paratus,veneris,
Si ibi amare forte occipias,atque item eius sit inopia,
Iam tu inde porrò aufugies?
Inopia argumentorum.Cice.pro Roscio Amer.48.
Inopia consilii.Cice.ad Atticum,lib.6.1.14.3.Magna igitur,vt vides, solicitudine afficior,magna inopia consilii.
Criminti inopia summam laudé alicui vitio dare.Cic.pro Ros. Amer.28.
Frugum inopia & Copia,contraria.Cice,pro Domo sua,14.
Inopia frumenti & commeatus.Cæsar 3.bel.Gal.374.
Inopia loci. Liuius.1.ab Vrbe,149.
Rei frumentariæ inopia.Cic.pro Domo sua,4.
Inopia stipendii.Plin.lib.7.cap.45.3.
Inopia tecti. Cice. pro Domo sua, 62. Quod facile potuit, propter inopiam tecti in foro pernoctans.De Sedulio principe.
¶ Incessit ambos inopia. Vide INCESSO.
Leuare inopiam.Vide LEVIS.
Mederi inopiæ frumentariæ.Vide MEDEOR.
¶ Inopia & ieiunitas oratori cauenda:Hoc est,cauendum ne inopem & ieiunam orationem scribat.Cic.de Claris Orato.1.

Inopiosus, pe.pro.Adiectiuũ, (ἄπορος, μέτρον,) Sine ope.Plau. Pœnul.3.2.
Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio
Dubias,egenas,inopiosas consilii.Antiquum.

Inoratus, pen.prod.Adiectiuum,Non oratus.Cice.pro Roscio Amer.15. Ameriam re inorata reuerterunt. De legatis loquitur ad Syllam missis,nec tamen ab eo auditis. Re inorata, Hoc est apud Syllam non orata,sine Syllæ per legatos non exposita.

Inordinatus, penult.prod.Adiectiuum, (ἀδιάτακτος,) Quod non est ordinatum,& dispositum. Cic. de Vniuers. 11.Idque ex inordinato in ordinem addexit.
Inordinati & incompositi milites. Liu.2.bel.Pun.209.
Inordinati hostes,effusi & fesli.Liu.5.bel.Maced.108.
Inordinatissimi pili.Plin.lib.22.cap.22.14.
Inordinata folia sunt pomis.Plin.lib.16.cap.24.4.

Inorior, (ἀνίχω,) Verbum deponens,Idem quod simplex. Tacit.li.11. Recentia hæc:quid si memoria eorum inoriretur.

Inornatus, penul.produc. (ἄκοσμος, ἀδιάστολος, ἀτημέλητος,) Ornato contrarium. Cice.in Orato.15.Dum intelligamus,hoc esse Atticum in Lysia, non quòd tenuis sit atque inornatus:sed quòd nihil habeat insolens atque ineptum.
Nuda & inornata breuitas.Cice.2.de Orato.185.
Capilli inornati.Ouid.5.Metam.93.
Caput inornatum.Tibul.lib.2.eleg.3.6.
Crines inornati.Ouid.9.Metam.1.
Nuda atque inornata inuentio.Author ad Heren.lib.4.242.
Mulier inornata.Cic.in Orato.43.
Tenuis & inornatus orator.Cic.in Orato.16.
Verba inornata.Horat.de Arte,48.

Inornate, pen.prod.Aduerbium, (ἀκόσμως,) Author ad Heren.li.4.196.
Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando & in lædendo aut in corpore,aut in animo, aut in extraneis rebus dicere.

Inquam, Vide INQVIO.

Inquantum, Aduerbium, (ὅσον, ἐφ' ὅσον, καθ' ὅσον,) Id est tantũ quãtũ. Pli.epist.191. Quæ vt domus ipsa, perierit, à me tamen inquantum potuerit.requirentur. Idem in Panegy. 115. Amamus quidem te inquantum mereris: istud tamen non tui facimus amore,sed nostri. Quintil.lib.1.cap.10.3.Et declamatio inquantum maximè potest,imitetur eas actiones in quarum exercitatioem reperta est. Plin.in Panegy.19.Audita sunt vota tua,sed inquantum optimo illi & sanctissimo seni vtile fuit.
Inquantum plurimum.Senec.epistol.125.Rationem tu ad summum euoca,inquantum potest plurimum crescere.

Inquantumcunque, Aduerbium.Senec.de Tranquil. vitæ, inquantumcunque illa vel numero vel magnitudine creuerunt,eiusdem naturæ erunt.

Inquies, inquiẽtis,penul.prod.f.g.(ἀνησυχία,) Cura, solicitudo,mo lestia,aut magis propriè vigilia,& quietis nocturnæ carentia.Plin.lib.14.cap.22.5.Furiales somni, & inquies nocturna. Gell. lib.19.cap.9.Vt interea labor hic vigiliarum & inquies,suauitate pauliſper vocum atque modulorum acquiesceret.

Inquies, inquiẽtis penul.prod.om.g.Inquiẽtus,qui est sine quiete. Salust. lib.1.Hist.Humanum genus inquies,& indomitum. Plin.in Præf.Nat. historiæ,12.Iam sibi satis gloriæ quæsitum, & potuisse se desinere, nil animus inquies pasceretur opere. Apuleius lib. 1. Qua contentione & inquieti procacitate præditus asinus.

Inquiẽtus, pen.prod.A diectiuum, (ἀκόλουθος, ἀνήσυχος,) Quiero contrarium,vt Inquietus animus,hoc est Turbulentus.Liu.1.ab Vrbe,200. Vxore Tullia inquietum animum stimulante. Sic 5.bel.Pun.37.
Inquietus homo,& ad Tribunatum spirans.Liu.3.ab Vrbe,189.
Inquieta ingenia, & in nouas res auida. Liuius, 2. bel. Punic. 91. Et 4. bel.Maced. 190.
Inquieta nox,In qua non quiescimus.Liu.5.ab Vrbe,189. Lux deinde in quietam noctem insecuta est.
Præcordia inquieta.Horat.Epod.5.20.
Syluas inquietas fecit aper,Seneca Hercul.Oeth.1.2.4.

Inquiẽto, inquiẽtas,pen.prod. (ἐκταράττω,) inquietare, Molestum esse alicui.Colum,lib.8.cap.5.9.Ne incubantes nutrices ab aliis auibus inquietentur. Sueton.in Oct.Augusto,cap.53.Non temerè vrbe, oppidóve vllo egressus,aut quoquam ingressus est, nisi vespere aut nocte, nequem officii causa inquietaret. Idem in Calig.cap.59. Satis constat prius quàm id fieret,horrorum custodes vmbris inquietatos. Ibidem, cap.16.Inquietatus fremitu gratuita,incireo loca de media nocte occupantium,omnes fustibus abegit. Idem in Claud.Cæs.cap.9.Deinde extraneo,vel etiam domesticorum aliquo deferente,assiduè, varieque inquietatus. Quintil.lib.11.cap.3.Et mouere, & digito inquietare. Seneca de Benef.lib.1.cap.27.Omnibus his vehementius & importunius malum est inuidia,quæ nos inquietat,dum comparat.
Victoriam inquietare. Tacit.lib.19. Contra Vitellium (quanquam numero, fatoque dispares) Inquietare victoriam, morari pacem, domos,aras,que fœdare.
Inquietatio,Verbale,(σφαδασμός,) Liu.2.bel.Pun.76.
Inquietũdo,pen.prod huius inquietũdinis,f.g. (δυσφορήσεις,) Senec. de Benef.lib.2.cap.8.Tametsi inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo,quo putabat,potuit effugere.

Inquilinus, inquilĩni,pen.prod. (ἔνοικος, μέτοικος,) Qui in alieno priuato habitat:propriè tamen in conducto,siue in vrbe,siue ruri,vt ait Valla lib.4, Festus,Inquilinus, qui eundem colit focum,vel eiusdem loci cultor. Sueton.in Claud.Cæs.cap.44. Partem etiam census omnes ordines conferre iussit,& insuper inquilinos priuatarum ædium,atque insularum,pensionem annum repræsentare fisco. Cic.2.Philip.At verò te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum. Idem ad Atticum,lib.14.3.6.4.Itaque non solùm inquilini,sed mures migrauerunt.
Inquilinus aliquando accipitur pro cohabitatore.Martial.lib.1.82.
Vicinus Nonio,vel inquilinus
Sit,siquis Nonium videre non vult.

Inquino, inquinas,penul.cort. (βεβηλόω, μολύνω, ἐνδύω,) inquinare, Maculare,Deturpare.Plaut.Capt.6.17. Næ is quidem inbuolucre inlicere voluit,vestem ne inquinet. Cic.1.Tuscul. 113.Quibus cæcati velut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinassent.
Agros ereptos Reipublicæ turpissimis possessoribus inquinare. Cicero 2.Philipp. 60.
Amicitiam nomine criminoso inquinare.Cic.pro Plancio,37.
Amplexus inquinat illa tuos.Ouid.3.Fast.100.
Aqua turbida & cadaueribus inquinata.Cic.5.Tusc.137.
Merdis caput inquinet albis.Horat.1.Sermo.saty.8.8.
Largitione comitia inquinare.Cic.de Petitione Consulat.37.
Inquinatum vitiis factum.Cic.3.Offic.79.
Famam alicuius inquinare.Liu.9.bel.Pun.188.
Humanitatem ciuitatis domestica inhumanitate inquinare. Cice. pro Deiotaro, 13.
Venenis inquinat locum.Ouid.14.Metam.11.De Circe.
Nuptias inquinauere.Horat.3.Carm.ode 6.4.
Libidinibus se inquinare.Cic.1.Tuscul.114.
Inquinatum,deformatum,peruersum,conturbatum seruitium. Cice. de Aruſp.respon. 22.
Obscurare & inquinare splendorem.Cic.5.de Finib.38.
Aureum tempus inquinauit ære.Horat.Epod.16.13.
Vita omnibus vitiis inquinata.Cic.pro Ros.Amer.40.
¶ Inquinare vellus murice,pro Tingere,inficere.Martial.lib.4.4.
Quòd bis murice vellus inquinatum.

Inquinatum

Inquinatum lauare & purgare.Cato cap.65.
Inquinãtus,inquinatior,inquinatissimus,(μολυντός,) Cic.de Aruſp.resp. 47.Fœdior atque inquinatior. Idem pro Flacco,42. Nihil enim illo inquinatius.Hoc est sordidius & turpius.
Ore,lingua,manu,omni vita inquinatus homo.Cic.pro Cæl.61.
Sordidissima & inquinatissima ratio.Cic.2.Offic.19.

Inquinãte, pen.prod.Aduerbium, (μεμολυσμένως,) Sordidè,turpiter. Cice.de Claris Orat.72.Iniquè diligenter loquendi laude caruit, neque tamen est admodum inquinate locutus.
Inquinamentum,inquinamenti, (μολυσμός,) Sordes & immunditia. Gel. lib.1.cap.6.Cuius significationis multo assiduoque vsu totum verbum ita contaminatum est,vt iam squalor de re nulla alia,quàm de inquinamentis solis dici cœperit.

Inquio, inquis,inquit:id est dico,(φημί,) Verbum defectiuum:quod in his ferè tantum personis legitur.
Inquio.Cice.1.de Orat.141.Aucupari verba oportebit,inquio:vt ea,quę sunt frigidiora vitemus.Ex vetusto codice legitur in quo.
Inquis.Persius Saty.1.11.Hoc iuuat,hîc inquis,veto quisquã faxit oletũ.
Inquit.Iuuenal.Saty.3.3.
– quando artibus inquit honestis.
Communi sensu plane carent,inquimus.Horat.1.Serm.saty.3.14.
Inquiunt.Cic.6.Verr.28.Vbi sunt Pamphile,inquiunt,scyphi?
Inquisti,Præterito perfecto. Cice.2.de Orat.144.Tu verò inquisti, molestus non eris.
Inquies,inquiet,in futuro.Cice.4.Verr.30.Ergo, inquiet aliquis, donauit Popu.Syracusano illam hæreditatem.
Inque,inquiat,Imperatiuo modo,tempore præsenti ad secundam & tertiam personam.Plaut.Pseud.7.125.
– si ios bonum orat Pseudolus
Dabo inque. Terent.Heaut.4.7.1.Eccum me,inque.
Inquiat,præsens coniunctiui.Author ad Herennium,lib. 4. Quid enim tibi vis,aliquis inquiat? Modus potentialis,vt sic sensus,Quid tibi vis? aliquis inquiat: Id est dicere potest,vel poterit.
Inquito,Futuro imperatiui.Plaut.Aulul.30.58.
Bono animo est,benedice.nunc quæ res tibi,& gnatæ tuæ
Bene,feliciterque vortat, ita di faxint,inquito. Antiquum est.Hæc in vita sunt reliqua olim lecta,inquimus,iquitis,inquiũ,Iquite, Iquitè,&c.
Inquam,Id est dicebam vel dixi.Plaut.Capt.8.19.
Saluete,inquam,quo imus vnà,inquam,ad prandium? atque illi tacet.
Quis agit hoc?aut quis profitetur,inquam?quasi muti silent. Terent. And.4.2.32.Matura.o iam inquam hîc adero. Plin. in Panegy.83. Ita inquam,donas,in quæ electus,in quæ adoptatus es. Cice.5. Verr. 110.Hæc tu,tametsi omnium hominum dissolutissimus,crudelissimusque semper fuisti,tamen nunquam perpeterère,&c.non inquam perpeterère,vt homines,&c. Idem 2.Philipp.108. Hunc vnum diem, hunc vnum inquam hodiernum diem defende si potes.

Inquiro, inquiris,penul.prod.inquisiui, inquisitum, penult. prod. (ἐπιζητέω, μαχέομαι, μεταλλάω, διαπορέω, ἱστορέω, μαλόμαι,) inquirere,huestigare.Plau.Amphit.8.216.Mulier istam rem inquisitam certum est non amittere. Cice.2.Tuscul.45.Amore mortis inquirens terminum mali.Ex quodam poeta.
Inquirere de,Scisciterari,interrogare. Cic.1.Offic.175.Peregrini autem atque incolæ officium est,nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere,nuimeque esse in aliena Repub. curiosum. Plinius lib.6.cap.32.2.Iuba de fortunatis ita inquisiuit, sub meridiem positas esse prope occasum,&c. Quintil.lib.3.cap.11.14. A nobis in hæc assumus, videremus.
¶ Inquirere,quod Informationem facere dicunt,& ferè accusatiuo iungitur cum præpositione in. Cic.6.Verr.4.Nimirum didici etiam, dum rus sit,ad inquirendum in te venerit. Idem pro Murena,42. Scis tu re? Idem ad Atticum,lib.6.1.17.6. Ego sorte datum offenderem,vt illum accusationem cogitare,inquirere in competitores,testes quærere.etiam inquirerer in eum quem reliquissem? Idem 2. Ver.4.Itaq; quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguã postulauissem,inuenit iste qui sibi in Achaiam biduo breuiore die postularet. Modus est loquendi per cõpẽdium,pro eo quod est, Quũ ego postulauissem exiguũ tẽpus eundi in Siciliam causa inquirendi de Vertis criminibus.Ex Budæo.
¶ Inquirere in aliquem quid & quomodo.Cic.1.Offic.63. In hunc oculi omnii cõiciũtur,atque in eũ quid agat,quẽadmodũ viuat,inquiritur. Filius ante diem patrios inquirit in annos.Ouid.12.Metam.13.
Fama totum inquirit in orbem.Ouid.12.Metam.13.
Inquirere in patrimonium & vasa.Senec.epist.1.Sed nomina facturi diligenter in patrimonium & vasa debitoris inquirimus.
Inquirere vitia.Cic.11.Phil.296.Occulta enim erant vitia nõ inquirenti.

Inquisitus, pe.pro.(ἐπιζήτησις,) Participii,siue Nomẽ ex participio.vt
Inquisita & comperta res,Certa & per inquisitionem cõperta. Liu.7.bel. Pun.154.Tertiam quam ipse pro inquisita ac sibi comperta affert.

Inquisitio,Verbale, (ἐπίζητησις,) Inuestigatio.Cic.5.Offic.21.In primisque hominis est propria veri inquisitio atque inuestigatio.
Instituti operis inquisitio.Quintil.Tryphoni,2.
Inquisitioni esse.Plaut.Sed tu caue inquisitioni ne mihi sis. Id est, Facte domi inueniam.Budæus.
¶ Inquisitio,pro Informatione quam vocant.Cice.pro Murena,41. Nõ placet mihi inquisitio candidati prænuntia repulsæ. Idem 4.Verr.7.Ec quem existimatis vnquam vlla in prouincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris,tantis opibus,tãta cupiditate esse defensum?
Agere inquisitionem.Vide AGO.

Inquisitor,pen.prod.Verbale, (ἐπίζητητής,) Qui inuestigat. Plin. lib.8. cap.40.6.Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro retrahens,&c. De canibus.

Inquisitor,Qui inquirit,& vt vulgò loquuntur,Informat se de aliqua re. Cice.1.Verr.4.Ille Achaichus inquisitor.Plin.epistol.9.lib. 3. Norbanum Licinianum legatum & inquisitorem reum postulauit.

Insalûbris, & hoc insalubre.pen.prod. (ἀνυγιής,) Quod est Salubri contrarium.Colum.lib.1.ca.4.3.M.Attilius Reguloos dixisse memoratur,fundum sicuti ne fœcundissimi quidem soli,quũ sit insalubris,ita nec esseuti,si vel salubertimus sit,parandum.Plin.lib. 18.cap.5.7.Neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum.
Insaluberrimus.Plinius lib.23.cap.1.26.Vinum si sit fumo inueteratum, insaluberrimum est.

Iusanus, penul.prod.insanior,insanissimus, (μανικός, μανιώδης, μελαγχολικός,) Non sanus,qui non est sani consilii, & quinõ habet mentem integram.Terent.Eunu.4.1.2.
Sea me di bene ament:quãtum ego illum vidi,non nihil timeo misera;
Nequam ille hodie insanus turbam faciat. Ibidem,2.2.23.
Scinun hecle hominem,hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Ibidem,5.1.22.Abi hinc insana.
¶ Amor insanus.Virg.10.eclog.9.
Insanæ aquæ.Ouid.epist. 1.
Obrutus insanis esset adulter aquis.
Cursu insano concita,Ouid.3.Metam.143.
Forum insanum.Virg.2.Geog.101.
Iurgia insana.Ouid.1.Fast.15.
Labori insano indulgere.Virg.2.Aeneid.154.
Mens insana,Tibul.lib.3.eleg.7.4.
Sidera insana Capræ.Horat.3.Carm.ode 7.2.
Vates insana.Virg.3 Aeneid.89.
¶ Insanus,Magnus.Virg.9.eclog.9.
Insani ferant sine littora fluctus.
Turbo insanus.Stat.1.Theb.72.
Vires insanæ Austri.Ouid.12.Metam.103.
Insanæ substructiones,Magnæ & admirandæ.Plin.lib.36.cap.15, Et substructiones insanas aggeris mirabantur.
¶ Insanior,Comparatiuus. Cice.6.Verr.35,Similis istius cupiditas, hoc etiam acrior atque insanior,quòd illa cupiebat,&c.
Vter est insanior horum?Horat.2.Serm.saty.3.21.
Insanissimus. Cice.pro Rosc.Amer.19, Hominem longe audacissimum nuper habuimus in ciuitate,C.Fimbriam,& quod inter omnes cõstat, nisi inter eos qui ipsi quoque insaniunt,insanissimum.
¶ Insanus,Valde sanus,& doctus.Persius Satyra 3.
– & insano multum laudanda magistro.
¶ Insanæ vires,Id est triferæ.Plinio dicuntur,lib.16.cap.27.1.Vites quidem & triferæ sunt,quas ob id insanas vocant,quoniam in iis alia maturescunt,alia turgescunt,alia florent.
Insanum,Aduerbialiter ponitur pro valde.Plaut.Bacchid.16.1.
– insanum magnum molior negotium,
Metuoque vt hodie ne possim emolirier. Idem Mostel.11.5.
Quoiusmodi gynæceum?quam & porticum? T E. insanum bonam.
Insanum dictum, propterea quòd insani omnia vehementer faciant, inquit Varro.
Insane,pen.prod.Aduerbium.(μανικῶς,) Vehemẽter,& cum impetu:quia insani omnia faciant veluti cum quodam furore.Plaut.Mil.Si vnũ epistyrum edam apud illum efuriens insane.Ex Varrone.

Insanio, insãnis, insanui, (μαίνομαι, παραφρονέω, φρενοβλαβέω,) insanire, Desipere,& insani fieri.Teren.Adelph.2.1.43.Minimè miror,qui insanire occipiunt ex iniuria. Id em Eunu.3.5.8.Sanus fim,iuue insaniã.Plau. Menæh.17.8.Hei mihi,insanire me aiunt vltrò,quum ipsi insaniant.
Insanire amore alicuius.Plin.lib.10.cap.37.2.
Amoribus insanire.Horat.1.Serm.saty.4.6.
Insanire & furere.Cic.6.Verr.35.Vt sine vllã dubitatione insanire omnibus,ac furere videretur.
Nisi ego insanio, Id est, Nisi valde aberro, & à communi sensu sum alienus. Cice.ad Atticum,lib.7.129.2.Adhuc certè (nisi ego insanio) stultè omnia,& incautè.
¶ Insanire,Carmen componere: quòd poetæ dum carmina conscribunt, furore corripi dicantur. Virgil.3.eclog. Insanire libet. Vnde Insani

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicuntur poetæ. Ex Seruio.
Insanabile ingenium, A communi sensu alienum, Scribe, Id est quod corrigi, & emendari non potest.
Insanire insaniam hilarem. Seneca de Vita beata.
Insaniens, insanientis, Participium, (μαινόμενος,) Terent. Adelph. 4. 2. 23. Verum venit post insaniens.
Sapienda insaniens. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.
Insanitiris, pen. prod. (μαινόμενος,) Cic. ad Atticũ, lib. 13. 284. 3. Othonem vincas volumes tamen insaniturum illum puto.
Insania, insaniæ, (μανία, φρενοβλάβεια, φόρος,) Dementia. Teren. Adel. 1. 2. 31. Prò Iupiter tu homo adiges me ad insaniam. Plaut. Aul. 24. 14. Furiæ hunc, atque intemperiæ insaniæque agitant senem. Cic. ad Sulpit. lib. 4. 1. 4. Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias.
Amabilis insania. Horat. 3. Carm. ode 4. 2.
Leuis insania. Horat. 2. epist. 1. 24
Summa insania. Horat. 2. Serm. saty. 3. 44.
Ad insaniam, Vide AD.
¶ Abesse ab insania, Vide ABSVM.
Aduenare insaniam alicuius. Vide ADIVVO.
Ad insaniam concupiscere. Vide AD præpositionem.
Connectere insaniam, Vide CONNECTO.
¶ Insania villarum, pro Luxuria, & nimis sumptuosa ædificatione. Cic. ad Q. fratrem li. 3. 17. 9. Ea villa quæ nunc est tam quam philosophia videtur esse, quæ obiurge cæterarum villarum insaniam. Vnde Insanæ substructiones.
Insanitas, pen. corr. insanitatis, Idem. (παραφροσύνη,) Cic. 3. Tusc. 116. Insipientiæ autem quasi insanitas, quę est insania, eadémque dementia Ibidem, lib. 3. 16.
Insanibilis, & hoc insanabile, penul. corre. (ἀθεράπευτος,) Quod sanari non potest. Cice. pro Sestio, 35. Ego verò si mihi vni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi insanabilis illa mortifera, quam Rei pub. impositisset.
Caput insanabile. Horat. de Arte. 61.
Insanabilis contumelia. Cice. in Orato. 48. Parcet & amicitiis & dignitatibus, vitabit insanabiles contumelias.
Dolor insanabilis. Quintil. in Procœm. lib. 6. 5.
Insanabile ingenium, quod corrigi & sanari non potest. Liu. 1. ab Vrbe, 125. Nũc quoniam tuum insanabile ingenium est, tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere, quæ à te violata sunt.

Insatiábilis, & hoc insatiabile, pen. corr. (ἄκορος,) Quod satiari non potest. Lupi insatiabiles. Ouid. in Ibin, 35.

Insatiabilis animus. Liu. 4. ab Vrbe, 59.
Insatiabilis cupiditas veri videndi. Cice. 1. Tuscul. 71. Et 1. de Finib. 69.
Insatiabilis voluptas. Cic. 4. de Finib. 19.
¶ Insatiabile, Quod nõ satiat. Cic. 1. de Nat. deo. 142. Quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. Ibidem, 133. de Sole & sideribus, Quanquam etiam ad mundi choærentiam pertinẽt, tamen & spectaculum hominibus præbent. Nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, & ad rationem solertiãmque præstantior. Budæus.
Insatiabiliter, pen. corr. (ἀκόρεκτως) Aduerbiũ. Plin. epist. 183. Quos ego quũ recordor in re inani, frigida, assidua tam insatiabiliter desidere, capio aliquam voluptatem, quòd hac voluptate non capiar.
Insatiabiliter aliquem deflere. Lucret. lib. 3. 186.
At nos horrifico cinefactum te prope busto
Insatiabiliter deflebimus.
Insatiatus, pen. prod. Adiectiuum. Stat. 6. Thebaid. 62.
– etenim insatiatus eundi
Ardor, & hyberno par inconstantia ponto.

Insaturabilis, & hoc insaturabile, pen. corr. (ἀκόρεκτος,) Quod saturari non potest. Cice. pro Sestio, 95. Libelli pro vino etiam sæpe oppignerabantur, manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant.
Insaturabiliter, pen. cor. Aduerbium. (ἀκόρεστος,) Cic. 1. de Nat. deor. 92. Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletor.

Inscendo, inscendis, inscendi, inscensum, (ἀναβαίνω,) inscendere, Idem quod Ascendere significat.

Inscendere currum. Plaut. Menæh. 17. 102.
– nunc equos iunctos iubes
Capere me indomitos, feroces, atque currum inscendere. Idem Asin. 12. 115. Inscende actutum. Idem Amph. 4. 296.
– quadrigas si nunc inscendas Iouis,
Atque hinc fugias.
Inscendere in arborem. Plaut. Aulul. 22. 12.
– atque inscendam aliquam in arborem,
Indéque obseruabo aurum vbi abstrudat senex. Idem Asin. 13. 31. Neque in lectum inscendat proximum.
Inscendere supra. Cato cap. 127. Supra pilam inscendat, & saliat

decies, & deambulet.
Inscendor, inscenderis, pen. corr. Passiuum. (ἀναβαίνομαι,) Gel. lib. 5. cap 2. Haud vnquam sese ab alio inscendi, nisi à rege passus sit. De Bucephalo Alexandri equo.

Insciens, inscientis, Adiectiuum, (ἄγνοων,) Ignarus, inquit Donatus, Cice. Att. lib. 7. 122. 10. Discedere à puero insciente me? Plaut. Menæh. 11. 30. Adolescens quæso, quid tibi mecum est rei.
Qui mihi maledicas ignoto insciens? Cice. 2. Philip. 95. Quid ego de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? sunt ea quidem innumerabilia, quæ à diuersis emebantur non insciente re. Id est, quod ipsum non ignorabas. Plaut. Trinum. 4. 95.
– me absente, atque insciente, inconsultu meo
Aedes vænales hasce inscribit literis. Plin. lib. 20. cap. 1. 4. Partus verò si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, &c.
¶ Insciens, Insciitus, stultus. Terẽt. Phor. 1. 2. 9. Quid istuc est? G. scies: mò vt tacere possis. D. abi sis insciens. Vbi Donatus, Nunc pro insciro posuit: vel inscientem modò stultum dicit, aliàs ignarum.
¶ Insciens, Imprudens, id est per imprudentiam. Terent. Heau. 4. 1. 19.
– si peccaui, mi Chreme,
Insciens feci. c. id equidem ego, etiam si tu neges certò scio,
Te inscientem atque imprudentem dicere, ac facere omnia. Ibidẽ. 5. 1. 17. Disperii, sceleratus quantas turbas conciui insciens. Idem And. 4. 5. 43. Iocularium in malum insciens penè incidi. Plaut. Pseud. 13. 54. Peccaui insciens. Cic. ad Tironem, lib. 16. 21. 8. Hæc introducta consuetudine sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit. Idem pro Cornel. Balbo, 8. Vtrum enim inscientem vultis contra fœdera fecisse, an scientem?
Inscientia, inscientiæ, (ἄγνοια,) Ignorantia. Cice. pro Sylla, 30. Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. Idem 1. Acad. 59. Sed inter scientiam & inscientiam comprehensionem illam quam dixi, collocabat. Idem 1. de Diuinat. 193. Interpretum inscientia. Sic Cæsar 7. bel. Gall. 175. Rursum Cice. 4. Academ. 262.
Inscienter, Aduerbium, (σὺν ἀγνοίᾳ,) Id est per imprudentiam, siue ignorantiam. Cice. in Topic. 16. Partitione autem sic vtendum est, nullam vt partem relinquas: vt si partiri velis tutelas, inscienter faciat, si vllam prætermittas. Idem 4. Acad. 35. Eosque qui persuadere vellent esse aliquid, quod comprehendi & percipi posset, inscienter facere dicebant. Liu. 5. bel. Pun. 50. Nam & Romana erat, à proditoribus ad hoc ipsum præparata, & inscienter à Græco inflata, quis aut quibus signum daret incertum efficiebat.
Inscitus, penul. prod. Adiectiuum, (ἄφυής,) Inelegans & male compositum, quod displicet. Terent. Hecyra, 5. 1. 12.
Nam si id nunc facis, factusve es, bonas quod par est facere, inscitum
Offerre iniuriam tibi me imerenti, iniquum est. Plaut. Menæh. 5. 79.
Mulier hæc stulta atqi inscita est, quantũ pl pexi modũ. Idẽ Rud. 15. 5.
Velut ego hac nocte, quæ præcessit proxima,
Mirum atque inscitum somniaui somnium. Idem Mostel. 4. 51. Inscita ecastor tu quidem es. P. H. qua propter? 5. quæ istuc cures, Vt te ille amet. Idem Trucul. 4. 84. Verum esse insciti credimus, ræ vt in æstu motuantur iræ.
Inscitior. Plautus Cistel. 10. 12.
Sed nõnue ecastor ego sum multò inscitior,
Hos quæ rogem, aut quæ fatigem, qui semper malo
Muliebri sunt labentes? Cic. 2. de Nat. deor. 51. Quid autem est inscitius, q̃ eam naturam quę omnes res sit complexa, nõ optimam dici? Idẽ 2. de Diuin. 191. Quid inscitius autem est quàm, &c. Id est absurdius.
Inscitissimus. Plaut. Mostel. 16. 14. Sed tu istic quid confugisti in aram hanc inscitissimus?
Inscite, penul. prod. Aduerbium, (ἀμαθῶς,) Imperitè, incomptè, impolitè, inelegante. Plaut. Trinum. 4. 44.
– si quid scis me fecisse inscitè, aut improbè, si id me
Non accusas, tute ipse obiurgandus es, scio. Colum. lib. 5. Nam id plurimum refert, inscitè non facere. Cic. 3. de Finib. 39. Inscitè autem medicinæ & gubernationis vltimum cum vltimo sapientiæ comparatur. Ibidem, lib. 5. 68. Vt non inscitè illud dictum videatur in sue, Animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret.
Inscitia, inscitiæ, (ἀμαθία, ἀνεπιστημοσύνη,) Ignorantia, imprudentia, ab IN & SCIO compositum. Plaut. Curcul. 4. 30. Heus tu mulier, malè mereri de immerente, inscitia est. Cæsar 3. bel. Gal. 400. Pelles pro vestis alutæque tenuiter confectæ, siue propter lini inopiam, atque eius vsus inscitiam. Plautus Trucul. 17. 68. Sex talenta magna dotis demam pro istac inscitia. Idem Pœnu. 14. 100. Et quæ audiuistis modò, nunc si eadem hic iterum, inscitia est. Terent. Heaut. 4. 1. 17. O Iupiter, tantam inesse animo inscitiam! Idem Eunuch. 5. 9. 41. Verũ idem si vobis prodest, vos non facere inscitia est.
Inscitia, vt opponitur Scientiæ, siue cognitioni. Tacitus lib. 11. Iisque illi finis inscitiæ erga domum suam fuit. Idem lib. 15. Sed quo fidem inscitiæ pararet.

Inscitia,

Inscitia, pro Imperitia. Tacit. lib. 17. Inscitiam potius legionum, quàm audaciam increpans.
Legum inscitia. Horat. 2. Sermo. saty. 1. 17.
Rerum inscitia. Horat. 1. epistol. 3. 7.
Inscitia veri. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 9.
Capitalis inscitia. Vide Capitalis in CAPVT.
Debilis inscitia. Persius Saty. 5. 10.
Ex inscitia laborare. Vide LABOR, labôris.
Inscitia temporum. Plinius lib. 7. cap. 48. 3. Quæ omnia inscitia temporum acciderunt.
Inscius, Adiectiuum, (ἀκατάπυστος,) Qui nescit. Cic. 4. Acad. 45. Quam si subtraxeris, quì distingues artificem ab inscio? Idem 5. de Fin. 94. Nec verò sum inscius, esse vtilitatem in historia, non modo voluptatem.
Inscia ac temeraria turba. Lio. 4. bel. Pun. 218.
Inscii quid in Hedeis gereretur. Cæsar 7. bel. Gal. 306.
Inscius omnium rerum. Cic. de Claris Oratorib. 162.
Acti inscius. Ouid. epistol. 8. 7.
Aeui venturi inscius. Virgil. 8. Aeneid. 153.
Armorum inscius. Quintil. lib. 7. cap. 12. 2.
Malorum inscius. Stat. 4. Thebaid. 59.

Inscribo, inscribis, pen. prod. inscripsi, inscriptum, (ἐπιγράφω,) inscribere, Intus scribere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 70. 4. Etsi omnia aut scripta esse à tuis arbitror, aut etiam nũtiis, ac rumore perlata, tamen ea inscribam breui, quæ te puto potissimum ex meis literis cognoscere. Idem 1. Tuscul. 54. Quum inscribere non liceret?
Inscribere in libro. Cic. 1. Tuscul. 54. Quid nostri philosophi? nonne in his ipsis libris quos scribunt de cõtemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Idem pro Archia, 10. Et Cassio, lib. 12. 3. 1. In statua, quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti optimè merito. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 6. Vt nostrum tantis inscribam nomen in actis?
Inscribere aliquid aliquo nomine. Plin. in Panegy. 76. Magno quidem animo parens tuus hinc ante hos principes arcem publicarum ædium nomine inscriperat.
Inscribere in fronte. Cic. 1. in Catil. 23. Sit denique inscriptum in fronte vnius cuiusque ciuis quid de Repub. sentiat.
Inscribere in animo orationem aliquam. Cic. 2. de Orat. 193. Vt illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere.
Inscribere corpus, pro Dilacerare vel notare, & vulnerum notas imprimere. Plaut. Corpus tuum vulneribus inscribam. Plinius lib. 22. cap. 1. 1. Barbarorum fœminæ maresque etiam apud Dacos & Sarmatas corpora sua inscribunt, Hoc est, signa quædam suis corporibus imprimunt, quo venustiores appareant.
Inscribi dominum alicui rei. Senec. epistol. 99. Quicquid est cui dominus inscriberis, apud te est, tuum non est.
Mea dextera letho Inscribenda tuo est. Ouid. 10. Metam. 40.
Inscribere se medicum monumento suo. Plin. lib. 29. cap. 19. Quali prudentia, ingenioque, æstimari vel vno argumento abunde potest, quum monumento suo (quod est Appia via) iatrõnicen se inscripserit.
Inscripsit sacrum semusto stipite nomen. Lucan. lib. 8. 156.
Lapis inscriptus notis. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 11.
Puluis inscribitur hasta. Virg. 1. Aeneid. 97.
Sua quenque inscribit facies. Ouid. 6. Metam. 15.
Inscripta epistola patri. Cic. ad Attic. li. 6. 114. 12. Q. u. Cicero puer legit, vt opinor, & certè epistolam inscriptam patri suo solet enim aperire, idque de meo consilio, siquid forte sit quod opus sit sciri.
Flores inscripti nomina regnum. Virgil. 3. eclog. 21.
Inscripere deos sceleri. Ouid. 15. Metam. 26.
Inscribitur Panathenaicus, Vulgus intitulatur dicit. Cice. de Senect. 12. Qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quartò & nonagesimo anno scripsisse dicitur. Idem 1. Tuscul. 89. In illo libro qui inscribitur Menon. Sic 4. Acad. 24.
Libri falsò inscripti. Quintil. lib. 1. cap. 24. 2.
Inscribere ædes literis, Scripto ædibus affixo vænales proponere. Plautus Trinum. 4. 96.
– quia rure dum sum,
Ego vnos sex dies, me absente, atque insciente, inconsulta meo,
Aedes vænales hasce inscribit literis.
Inscripsi illico ædes mercede. Terent. Heaut. 1. 1. 92.
Inscribere, pro Obtendere. Seneca de Vita beata, Inscribunt deinde sapiẽtiam vitiis, abscondenda profitentur. Id est. dant illis sapientiæ titulũ. Sic de Breuitate vitæ, Inscribere deos vitiis, quibus simile illud Ouidii, 15. Metam. 26. Inscripsere deos sceleri.
Inscriptus, Participium, (ἐπιγεγραμμένος,) Supra scriptus. Liu. 2. ab Vrbe, 178. Signum inde factum esse, & inscriptum, Ex Cassia familia datũ.
Inscriptus, Non scriptus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 1. 16. Itaque greges ouium longè abiuntur ex Apulia in Samnium æstiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus pauerit, lege Censoria cõmittat multam. Quintil. lib. 3. ca. 8. Alia esse scripta, & alia inscripta.
Inscriptum, inscripti, (ἐπίγραπτον,) Breue quiddam in chartula scriptum, eiusmodi solent dare Præfecti vrbium iis qui merces exportant. Lucilius, Facit idem quod illi qui inscriptum è portu exportant clancũlum, ne portorium dent.
Inscriptum, pro Inscriptione. Gel. lib. 20. cap. vlt. Quædam alia inscripta nimis lepida, multaque prorsus concinnitates redolentia.
Inscriptio, Verbale, (ἐπιγραφή, ἐπιγραφίδιον.) Modò titulus, modò nota. Plinius lib. 29. cap. 1. 11. Hinc illa infœlicis monumenti inscriptio, turba se medicorum periisse. Idem in Præfat. 9. Inscriptionis apud antiquos mira fœlicitas est. Idem lib. 7. cap. 58. Indicio erit tabula antiqui æris cum inscriptione tali.
Inscriptiones frontis, pro Stigmatibus. Senec. de Ira, 3.

Insculpo, insculpis, insculpsi, insculptum, (ἐγκολάπτω, ἐγγλύφω,) insculpere, à Scalpo, scalpis, deriuatur, nõ à Sculpo, quod non dicitur. Diomedes, Calco facit Inculco, non Incalcoi: calpo, insculpo: quare Gemma scalpta dicendum est, nõ sculpta adiecta IN præpositione, facit insculpta. Hactenus Diomedes.
Insculpere, Incidere significat, in argento, ære, aut alia quauis materia figuare. Plin. epist. 150. f. Placuit ære signari omnes honores fastidiosissimi mancipii, quosque repudiasset, quosque quantũ ad decorem eũs pertinet, gessisset, incisa & insculpta sunt publicis, æternisque monumẽtis.
Insculptum in columna. Plin. li. 36. ca. 5. 30. Sunt certè etiamnum in colõnarum spiris insculpta nominum eorũ argumenta, rana, atque lacerta.
Insculptum monumento. Plin. lib. 7. cap. 20. 2. Et alia mirifica facere, quæ insculpta monumento eius spectantur.
Postibus insculpunt cornua. Ouid. 15. Metam. 115.
Saxo insculpere aliquid Horat. 2. Sermo. saty. 3. 18.
Literas tabellæ insculpere. Quintil. lib. 1. ca. 1. 20. Non inutile erit eas tabellæ quamoptime insculpi.
Insculptum in animo. Hoc est infixum & firmum. Cic. 1. de Nat. deo. 19, Omnibus enim innatum est, & in animo quasi insculptũ, esse deos. Idẽ 4. Acad 6, Itaqi vt literis consignamus quæ monumentis mandare volumus, sic ille in animo res insculptas habebat.

Inseco, insecas, penult. corr. insecui, insectum, (ἐκμάσσω, κατακόπτω,) insecare, Secare, siue intus secare. Liu. 8. bel. Macedon. 93, Sed non tam patentibus plagis mouenturi interdum insecta cute, vbi latior quàm altior plaga est, etiam gloriosius se pugnare putant. Columel. lib. 11. cap. 47. 3, Quidam oliuam non contundunt, sed acuta arundine insecant.
Insecare vineam. Colu. lib. 4. cap. 15. 1, Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ vique ad medullam.
Insectus, Participium, (ἐκμασσόμενος,) Dissectus. Pli. lib. 10. cap. 37. 1, Quod auro insectis alarum articulis quæsiere aliqui, non, &c.
Dentes insecti pectine. Ouid. 6. Metam. 12.
Insecta animalia, (ἄτομα ζῶα,) terrestria, vt scolopendræ, stelliones: alia volucria, vt apes, vespæ: alia vtroque modo, vt formicæ: alia & pennis & pedibus carentia, vt tineæ quæ in homine nascuntur, triceniũ aliquando pedum, aliquando & plurium longitudine. Putant hæc nec neruos habere, nec ossa, nec spinas, nec cartilaginem, nec pinguia, nec carnes, nec cruftam fragilem, nec quæ iure dicatur cutis, sed mediæ cuiusdam inter hæc omnia naturæ corpus. Nihil intus, nisi quam paucissimis intestinum implicatum, propter quod diuulsa viuunt, & singulis partibus palpitant: quia in his ratio vitalis, non certis membris, sed toto corpore inest, minimeque in capite. hoc enim solum non mouetur, nisi cum pectore simul auulsum, Dicta sunt autem insecta ab incisuris quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum sunt, nunc alui. Hæc Sipõtinus ex Plinio, li. 11. ca. 1. 4. & 28.
Insecabilis, & hoc insecabile, pen. corr. (ἄτμητος,) Quod secari & diuidi non potest, quales sunt atomi. Quintil lib. 1. cap. 17. 74. Nehi quidem qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt. Idem lib. 3. ca. 3. 9.

Insector, insectaris. Vide INSEQVOR.

Insedátus, pen. prod. Adiectiuum, (ἄπαυστος,) Non sedatus, turbulentus, commotus. Cic. in Part. 41. Simulque altitudo animi in capitẽdis incõmodis, & maximè iniuriis, & omne quod est eius generis, graue, insedatum, turbulentum.
Insedabilis, & hoc insedabile, pen. corr. Vide aduerbium
Insedabiliter, (ἀπαύστως,) sitis arida corpora mersans. Lucret. lib. 6. 236.

Insedi, insessum. Vide INSIDEO.

Insemino, inseminas, pe. corr. (ἐκσπείρω,) inseminare, Inserere. Gel. lib. 19. cap. 5. Qui aquam oiualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse, tabem & morbos sensim atque in diem longam visceribus inseminare.

Insenesco, insenescis, insenui, (γηρᾶν,) insenescere, Diutissimè immorari, quasique in eo ętatem consumere, & senẽ fieri. Quintil. lib. 10. cap. 3. Singulis actionum partibus insenescere. Negotiis insenescere. Taci li. 3. Quũ plerique iis dẽ negotiis insenescerẽt.

Insensibilis, & hoc insensibile, penul. correp. (ἀναίσθητος,) Quod non sentitur. Gel. lib. 17. ca. 10. Innumerabile esse aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

& propemodum insensibile.

Insensilis, & hoc insensile, penul. correp. Idem, (ἀναίσθητος,) Lucret. lib. 2.174. —necesse est
Ex insensilibus tamen omnia consiteare
Principiis constare.

Insepultus, Adiectiuum, (ἄθαπτος,) Non sepultus. Cic. pro Milone, 70. Frangetis imperum viui, cuius vix sustinetis funerias insepolti? Idem 4. Catil. 83. Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos acceruos ciuium. Sic Plinius lib. 28. cap. 4. 13.

Membra insepulta. Horat. Epod. 5. 21.

Mors insepulta, vbi arcetur sepultura is, qui supplicio est affectus. Senec. de Tranquil. vitæ, Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, & quidem insepultam.

Pater insepultus. Senec. Thebaid. 1. 20.

Insepultà sepultura. Cicc. 1. Philipp. 3. Nam quum serperet in vrbe infinitum malum, idque maneret in dies latius: iidemque bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam efficerant: & quotidie magis magisque perditi homines, cum suis similibus seruis, tectis ac templis vrbis minarentur, &c.

Insequor, penul. corr. insequeris, insequûtus sum, (ἐφέπομαι,) insequi, Idem significare videtur quod Statim sequi. Virg. 1. Aeneid. 19. Insequitur clamorque virum, stridorque rudentum. Cic. 1. Tuscul. 150. Nonne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens nec opinantis insecura est senectus? Vbi ex vetusto codice rectius legitur assecuta. Sic de Claris Oratorib. 20.

Fugientem insequitur. Ouid. 11. Metam. 94.

Cineres atque ossa alicuius insequi. Virg. 5. Aeneid. 156.

Conuellere vimen insequor, Id est insto. Virg. 3. Aeneid. 7.

Pergam atque insequar longius. Cic. 5. Verr. 41.

Casus per tanta pericula insequitur. Virg. 1. Aeneid. 124.

Fortuna insequitur viros. Virg. 1. Aeneid. 49.

Languor insequitur. Lucret. lib. 3. 35.

Nimbus insequitur. Virg. 4. Aeneid. 33.

Insequitur suspicio. Cic. 1. de Finib. 78. Plerunque improborum facta primò suspicio insequitur, deinde sermo.

¶ Insequi, pro Persequi & insectari. Cicc. pro Rosc. Amer. 85. Quid vis amplius? Ecquid insequeris? quid oppugnas? Quintil. lib. 12. capi. 10. Ciceronem vt alienigenam & virum superstitiosum deuinctúmque illis legibus insequebatur.

Insequi clamore ac minis. Cicc. pro Cluentio, 17.

Insequi contumelia. Cic. ad Atticum, lib. 14. 31 1. 6. Sed homines beneuoolos, qualescunque sunt, graue est insequi contumelia.

Insequens, penul. correpta. Participium, (ἑφεπόμενος,) Cicc. ad Augustum, 5. Quæ non insequens hora antecedente calamitosior Populo Roman. illuxit?

Insequens annus Posthumium Cominium & T. Largium Consules habuit. Liuius, 2. ab Vrbe, 75.

Insequens dies. Liu. 2. ab Vrbe, 257. Iter in insequentem diem pronuntiatum quum iussisset, prima luce classico signum profectionis dedit.

Insecutus, penul. prod. Participium, (ἑφεμόνος,) Plinius lib. 7. cap. 11. 2. Rursus in alia quæ septem mensium edito puer perio, insecutis mensibus geminos enixa est.

Insequenter, Aduerbium, (ἐφεμένως,) Gellius lib. 10. cap. 29. Obscurè & & insequenter particula illa posita.

Insector, insectaris, (κατακολουθεῖν,) insectari, Frequentatiuum. Persequi. Cic. pro Fonteio, 1. Insector vltrò, atque insto accusatori Iudices: insector inquam, ac flagito testes.

Insectari aliquem hasta vel lapidibus. Plaut. Capt. 11. 18. Nam istic hastis insectatos est. domi matrem & patrem. Idem Rud. 20. 5.
– quid ego quasi canem
Hominem insectarer lapidibus nequissimum? Idem Casina, 15. 31. Insectatur omnes domi per ædes.

Insectari aliquem maledictis, Lacessere, & conuitiis afficere. Cicc. 1. de Finib. 119. Sit ista in Græcorum leuitate peruersitas qui maledictis insectantur eos qui de veritate dissentiunt.

Insectari iniuriam alicuius. Cic. ad Attic. lib. 5. 105. 4. Ibi forum agit quó ego sum in prouincia: quam eius iniuriam non insector. Satis tum habeo negotii, &c.

Non equidem insector. Horat. 2. epist. 1. 14.

Terram insectari rastris. Virg. 1. Geog. 31.

Insecto, insectas, (θοάνω,) in voce actiua legit apud Plautũ Capt. 11. 62.
Iam illic nos insectabit lapidibus, nisi illunc iubes
Comprehendi.

Insectatio, Verbale, (θόαμις,) Liu. 2. ab Vrbe, 245. Is quum Volero nihil præter quàm de lege loqueretur insectatione abstinens Consulum, ipse in accusationem Appii familiéque superbissimæ, &c. Ibidem, lib. 1. 224. Inde illam absentis insectationem esse natam, quòd morando spem destituerit. Ibidem, lib. 3. 276. Sine insectatione potestatis. Quintil. lib. 5. cap. 74. Quod insectationis genus & permistum defensioni legimus in orationibus plurimis.

Inhumana fortunæ insectatio. Quintil. lib. 6. cap. 3. 10.

Abstinere insectatione. Vide ABSTINEO.

Inserenus, penul. prod. Adiectiuum, (ἀνάθερος,) Nubilus. Stat. 1. Sylu. 6. 5.
Non tauris Hyas inserena nymbis
Terras obruit, aut, &c.

Insero, inseris, penul. corr. inseui, penul. prod. insitum, penul. corr. (ἐντρείω, ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω, ἐμφυλλίζω,) inserere, à Sero compositum, quandoque pro semino siue planto accipitur. Virgil. 1. eclog. 15. Insere nunc Mœlibœe pyros.

Inserere frumentum arboribus: Hoc est inter arbores frumentum seminare: qui mos adhuc apud Italos durat. Columel. lib. 5. cap. 7. 1. Arboribus rumpotinus si frumentum non inseritur, in vtranque partem vigioti pedum spatia interueniunt.

Grana ciceris in acum inserere. Quintil. lib. 2. cap. 2. 3. Qualis illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuò, & sine frustratione inserebat. Hoc est immittebat.

Inserere, Scisso trunco, surculum fœcundæ arboris in sterilem imponere. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 40. 5. Si in pyrum syluaticam inseueris pyrum quanuis bonam, non fore pyrum tam iucundum, quàm si in eam, quæ syluestris non sit. In quancunque arborem inseras, si eiusdem generis est duntaxat, vt sit vtraque malus, ita inserere oportet, referenté ad fructum, meliore genere, vt sit surculus, q̃ est quo veniat arbor, &c.

Inserere vitem. Colum. de Arboribus, cap. 8. 1. Qui vitem inserere volet, optimi generis sarmenta fructuaria, tum, quũ gemmas agere incipiant, vento Austro à matre p̃cidito, Sarmentũ quod inseris, de summa vitis sit rotũdum. Et paulo pòst, Vitem deinde quam insiturus es, resecato.

Inserere arbori. Columel. lib. 5. cap. 11. 1. Omnis surculus omni arbori inseri potest.

Inserere hortos. Columel. lib. 3. cap. 11.

Inserere loca de. Colum. de Arboribus, cap. 8. 4. Humida loca, de vua albasicca, de nigra inserito.

Vitiorum aliqua inseuit tibi natura. Horat. 1. Serm. saty. 3. 7.

Insitus, penul. corr. Participium, Innatus, ingenitus.

Mala insita feret pyrus. Virgil. 2. Georg. 7.

Insitum & innatum animis. Cic. 6. Verr. 95. Hoc quum cæteræ gentes sio arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, vt animis eorum insitum atque innatum esse videatur. Idem 4. de Finib. 6. Habere etiam insitam quandam vel potius innatam cupiditatem scientiæ.

Insitus menti amor cognitionis. Cic. 4. de Finib. 30.

Insitus vrbi ciuis. Salust. in Ciceronem, 1.

Insita feritas Liu 4. bel. Maced. 76.

Horror insitus mortalibus. Lucrer. lib. 5. 235.

Insitas inimicitias habere & gerere cum nomine Popu. Romani. Cicc. pro Fonteio, 10.

Insitum in natura malum. Cic. 5. Verr. 153.

Insitus vitio genti mos, inter latrocinia militiam exercendi. Liuius, 8 bell. Punic. 64.

Naturalis & insita in animis nostris inest notio. Cic. 1. de Finib. 48.

Insita penitus opinio, & vetusta. Cic. pro Cluent. 2.

Doctrina vim promouet insitam. Horat. 4. Catm. ode 4. 7.

Insitus, huius insitus, penul. corr. (ἐγκέντριτος,) Idem quod Insitio. Plinius. lib. 14. cap. 3. 1. Et hactenus publica sunt genera: cætera regionum locorumque, aut ex his inter se insitu mista.

Insitum, insiti, pen. cor. Surculus ipse ex vna arbore resectus & in aliam implantatus. Colum. lib. 4. cap. 29. Tum quod ex insito profundit, sub ligandum, ne vento furculus motus labefacletur, explantetur tener pampinus. Idem de Arboribus, cap. 26. 6. Terram circa arborem aggerato, vsque ad ipsum insitum. Et 5. Postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam, & spatium quod est inter furculos, vsque eò, vt duobus digitis insita extent. Idem lib. 5. cap. 11. 8. Necui magis quàm insito seruiat. Plin. lib. 17. cap. 14. 12. Duos digitos insito extante. Ibidem ca. 15. 2. Atqi ita ligatum insitũ, intritaque illitũ operire terra.

Insitio insitiõnis, (ἐγκέντρισις,) Ipse inserendi actus. Colum. lib. 5. ca. 11. Tria genera porrò insitionum antiqui tradiderũt: vnum, quo resecta & fissa arbor resectos furculos accipit. De sisitione vitiũ meminit idem lib. 3. cap. 9. 6. Ouid. 1. de Remed. amor. 39.
Venerit insitio, fac ramum ramus adopet.

Consitiones & insitiones delectant. Cicc. de Senectu. 50. Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricultura solertius.

Insititium, insititii, (ἐγκεντριστέον,) Quod est insitum.

Insititius & inductus sermo, cui Patrius opponitur. Plin. epist. 68. b, Quid multa? inuideo Græcis, quòd illorum lingua scribere maluisti. neque enim coniectura eget quid sermone patrio exprimere possis, quum hoc insititio & inducto tam præclara opera perfeceris.

Insitiuus, penul. produc. Adiectiuum, (ἐγκεντριστικός,) Quod inseritur. Gel. lib. 12. cap. 1. Corpusque & animum benignè ingenitis primordiis inchoatum, insitiuo, degnerique alimento lactis alieni corrumpere. Plin. lib. 18. cap. 19. 3. Securiculam insitiuam pendère, qua intercidantur radices. Ci. pro Sestio, 87, Quumque insitiuum Gracchum contra vim multitudinis incitatæ censũ prohibuisset.

Insitiua pyra. Horat. Epod. 2. 4.

Insitor, pe. cor. insitoris, (ἐγκεντριστής,) Qui inserit. Plin. lib. 18. cap. 33. 3. Hunc caueat Insitor calamis.

Infero, inseris, pen. corr. inserui, Insertum, (ἐμβάλλω, ἐντίθημι,) inserere, Immittere, imponere, immiscere. Colum. lib. 6. cap. 4. 1. Nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis fauci bus inseras.

Insertus per. Plin. lib. 10. cap. 57. 1, Penna per transuersas inserta nares.

Inserere in. Cic. 1. de Orat. 89, Qui omnes tenuissimas particolas, atque omnia minima mansa (vt aiunt nutrices) infantibus pueris in os inserant. Terent. Heaut. 3. 3. 5.
–viden' ego te modo manum in sinum huic meretrici Inserere?

Inserere caput in tentorium. Liu. li. 8. ab Vrbe. Ipse circum vulneratos in ferens in tentoria caput, vnumquenque vt se haberet rogitans. &c.

Inserere collum in laqueum. Cic. 6. Verr. 32.

Subtegmen inseritur acutis radiis. Ouid. 6. Metam. 12.

Inserere alicui rei. Pli. lib. 31. cap. 4. 1, Quædam terræ imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro, quod admirandis suis inseruit Cicero, siccitate latum fieri prodens, imbre paluerem.

Vitæ inserere aliquem. Stat. 5. Sylu. 5. 15.

Bellis ciuilibus se inserere. Ouid. 3. Metam. 24.

Inserere consilium aliquod, Addere, adiungere. Plaut. Pœnul. 14. 106, Et illud autem inserendum est consilium vernaculum.

Inserere deos minimis rebus. Liui. 7. bel. Pun. 133, Cum iis (adeo minimis etiam rebus prauo religio inserit. deos) mures in æde Iouis aurum rosisse.

Insertere expostulationem suam. Liu. 5. bel. Mace. 62, Admissi plures dũ suas quisque nunc querelas, nunc expostulationes inserit, æqua iniquis miscentes, & disceptatione altercationem fecerunt.

Inseritur huic loco fabula. Liu. 5. ab Vrbe, 98.

Locos inserere moris est. Quintil. lib. 2. cap. 10. 7.

Historiæ turpes inseruisse locos. Ouid. 2. Trist. 89.

Laudem ac vituperationem inserere. Quintil. lib. 3. cap. 1. 8, Nonne laus ac vituperatio certaminibus illis frequenter inseritur?

Locus insertus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 13, Quòd vix vllus est tam communis locus, qui possit cohærere cum causa, nisi aliquo propriæ quæstionis vinculo copulatus: appareatque eum non tam insertum, quàm applicitum.

Opinionem inserere, Vide OPINIO.

Oscula inserere. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 2.

Insertæ fenestræ. Virg. 3. Aeneid. 31, —qua se
Plena per insertas fundebat Luna fenestras. Insertas, aut clatratas: aut nõ sertas, vt sit quasi inseratas, id est non clausas. Et dictum quomodo Asprosque molares, pro asperos, &c. Seruius.

Prædia agris inserta. Pli. epist. 65, Prædia agris meis vicina, atque etiam inserta, vœnalia sunt.

Inserto, insertas, (ἐντίθεμαι,) Insertare, Frequentatiuum ab Insertum formarum. Virg. 2. Aeneid. 135,
Hic ferro accingor rursus, clypeoque sinistram
Insertabam aptans, neque extra tecta ferebam. Stat. 3. Theb. 110,
Concilia, & cælo mentem insertasse vetanti.
Dextras insertate catenis. Stat. 12. Thebaid. 91.

Inserpo, inserpis, (ἐφέρπω,) Inserpere, Idẽ quod Serpere & obrepe-
–iam somnus aquis Inserpit curis.

Inseruio, πείθω, ὑπουργέω, χαρίζομαι,) Iseruire. Note significationis Cic. 1. Offi. 75. A quo enim plurimum sperant, etiã si ille his non eget, tamen ei potissimum inseruiunt. Plin. in Paneg. 153, Ego reuerentiæ vestræ sic semper inseruiam, non vt me Consulem, & mox Consularẽ, sed vt candidatum Consulatus putem. Cicc. 5. Verr. 78, Inseruiebant publicanis.

Peruigil inseruit at equo. Sil. lib. 7. 69.

Inseruire suis commodis, Suæ vtilitati consulere. Cic. 1. de Fin. 184, Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnam indolem, quos suis commodis inseruituros, & quicquid ipsis expediat facturos arbitramur?

Famæ inseruire. Tacit. lib. 13.

Inseruire honoribus, Dare operam honoribus acquirendis. Ci. 2. Offic. 5, Horat. de Arte, 34.
Postea quàm honoribus inseruire cœpi, meque totum Reip. tradidi.

Valetudini inseruire. Cic. ad Tironem, li. 16. 17. 3, Valetudo tua me valde solicitat, sed inserui & fac omnia.

Inseruire aliquem. Plaut. Mostel. 4. 33, Non meretricum est, vnum inserui re amantem. Et paulo pòst, 59, Et hoc vnum facito cogites, si illum inseruibis solum.

Inseruitum est. Cic. Appio, lib. 6. 12. 4, Sed nihil est à me inseruitum temporis causa. Liu. 2. ab Vrb. 9, Plebs cui ad eam diem summa ope inseruitum est, iniuriæ à primoribus fieri cœpere.

Insibilo, insibilas, pen. corr. (ἐπιψιθυρίζω,) insibilãre. Idem quod simplex Sibilare, vel spirare. Ouid. 15. Metam. 121,
Qualia succinctis vbi trux insibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt.

Membris insibilat ignis. Sil. lib. 12. 123.

Insiccatus, penult. prod. Adiectiuum. (ἐπιξηρανθείς,) Stat. 3. Thebaid. 73,
Vulneraque ista ferens putri insiccata cruore, Protinus ire peto.

Insidens, pe. corr. ab Insideo participium: siue insidens, pe. prod. ab Insido, Vide INSIDEO & INSIDO.

Insideo, insides pe. cor. insẽdi, pen. prod. insessum. (ἐπικάθημαι, ἐπιθρόνιζω, ἐφεδρεύω, ἐφίζανω,) Insidere, Super aliquid stare. Cic. 1. de Nat. deor. 98, Nec longe absunt ab hac vi dii penates, siue penu ducto nomine, &c. siue ab eo, quòd penitus insident, ex quo etiã penetrales à poetis vocantur.

Insidere equo. Plin. de Viris illust. 32. Hic primus instituit, vti Equites Romani Idibus Quintilibus ab æde Honoris equis insidentes, in Capitolium transirent. Liu. 7. ab Vrb. 22, Equo deinde quàm poterat maximè exornato insidentem, armatum se in specum immisisse. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 15.

Toro insidere. Ouid. epist. 19. 17.

Insidere in sella. Pli. li. 11. cap. 37. 57, Cæsari Dictatori quo die primum in sella aurea insedit, sacrificanti bis in extis defuit.

¶ Insidet pedibus dolor. Plin. epist. 12. b, Iam enim dolor non pedibus solis, vt prius, insidebat, sed omnia membra peruagabatur. Idẽ epist. 139, a, Insident febres, tussis increscit, summa macies. Cic. 5. Ver. 79, In quibus si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret, tamẽ esset illa, &c.

Insidet cogitatio. Cic. Luccio, lib. 5. 13, 3, Quæ cogitatio quum mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat) vi tamen, &c.

Insidet crimen in animo. Cic. pro Deiotaro, In exulcerato animo facile fictum crimen insideret.

Desyderium insidet nobis. Lucret. lib. 3. 188.

Insidet in venis & medullis feruor. Cic. 4. Tusc. 36, Quum autem hic feruor, concitatioque animi inueterauerit, & tanquam in venis medullisque insederit. Hoc est, inhæserit penitus.

Insedit pax. Ci. Antè quàm iret in exilium, 5, Quum iam domesticis pax non insideat, sed publicè prouidenti eripiatur?

Insidet suspicio. Cic. pro Milone, 51, Quæ si non probare, si tibi ita penitus insedisset ista suspicio, nullo vt euelli modo posset, &c. Sic ad Atticum, lib. 1. 12, 2.

Insidere portentis. Plin. lib. 11. ca. 49. 2, Ceu planè visenda res esset, principem terrarum insidere portentis.

Insidere in animo. Cic. ad Att. lib. 1. 7. 2, Tamen habet quiddam profecto quod magis in animo eius insederit. Idem pro Cor. Bal. 2, Etenim ei succedo orationi, quę non præteruecta sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit.

Insidere in mente. Cic. in Orat. 5, Sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia. Ibidem, 9, Insidebat videlicet in eius mente species eloquentiæ.

Macula quæ penitus iam insedit, atque inueterauit in Po. Ro. nomine. Cic. pro Leg. Manil. 4. Idem pro Insidere, dixit Inhærere, 4. Tusc. 37, Permanat in venas, & inhæret in visceribus id malum.

Insidet in memoria mea penitus. Ci. 2. de Orat. 67, Nihil quisquam vnquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit,

¶ Insidere, Aliquem dolose expectare vel locum aliquem occupare: vt Insidere arcem militibus. Liu. 6. bel. Pun. 228, Quingentis militibus arcem insedit.

Agrosque vacuos, & militum vsui sepositos insedere. Taci. lib. 13.

Syluarum anfractus cæcis insederat armis. Sil. lib. 5. 1.

Aram insederant. Tacit. lib. 4.

Arcem Capitolii insedit. Tacit. lib. 19.

Insidere cineres patriæ. Virgil. 10. Aeneid. 11, Non satius cineres patriæ insedisse supremos?

Claustra terræ, ac maris insedisset. Tacit. lib. 2.

Insidere collem. Plin. lib. 5. cap. 13. 1, Ioppe insidet collem præiacente saxo, in quo vinculorum Andromedæ vestigia ostendunt.

Effugia insederant. Tacit. lib. 3.

Insidere itinera. Liu. 5. bel. Pun. 114, Quã fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere iubet. Sic 9. ab Vrbe 181. Idem alio loco, Ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat.

Iuga insidere. Tacit. lib. 2. Soli Cheruści iuga insedere.

Insidere locum aut templum. Liu. 1. bel. Pun. 213, Mago locum monstra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bit,quem insideatis. Plinius in Paneg. Quem locum deus ille tam præsens ac manifestus insedit. Ibidem,54. Vidimus delatorum iudicium, quasi grassatorum, quasi latronum: non solitudinem illi nouster, sed templum, sed forum insederant.

Insidere loco. Virg.11. Aeneid. Attipuitque locum, & syluis insedit inquis. Vbi Seruius, Insedit, propriè enim Insidere, est dolosè aliquem expectare: vnde & Insidiæ nominatæ sunt.

Mobilibus villarum insidere. Tacit.lib.4. Sed tum Tiberius duodecim villarum nominibus, & mobilibus insederat.

Insideri, Passiuè. (ἐφεδρεύεσθαι,) Liu.5. bel. Pun. 67, Viæque omnes hostium præsidiis insiderentur.

Insidens, pen.corr. (ἐπικαθήμενος,) Participium. vt Insidens equo. Liu.7. bel. Pun. 81, Quanto acrius pauor consternatam agit, quàm insidentis magistri imperio regitur. De elephantis.

Insidens curà assidua. Liu. 1. ab Vrbe, 84, Deorum assidua insidens cura, quum interesse rebus humanis cæleste numen videretur, ea pietate omnium pectora imbuerat, vt, &c.

Insidentia mala. Cic.4. Tusc.135, Iis enim malis Insidentibus non modò beati, sed ne sani quidem esse possumus.

Insessus, Participiũ, (ἐφεδρεύων,) Insidiis occupatus. Liu.7. ab Vrb.160, Consul exercitum incautè in saltum cauæ valle peruium, circaque insessum ab hoste induxit. Ibidem, lib.9. Insessis omnibus viis, per quas commeatus subuehi poterat, fame domiti Samnites. Et paulo post, Insessis circa viam syluestribus locis.

Humus insessa tanto pondere. Stat. 1. Sylu. 1. 12.

Insidiæ, insidiarũ, (ἐνέδρα, ἐφεδρεία, ἐπιβουλή, ἐπιβουλεύσις, λοχισμός,) Dolosa expectatio ad aliquem aggrediendum. Cæsar 2. bel. Gall. 175, Insidias vertitur. Cic. 3. Offic. 8, Sintne igitur insidiæ, tendere plagas? Idè pro Cn. Plicio. 48, Vigilandi est semper, mulieres insidiæ sunt bonis.

Insidiis, pro Ex insidiis, vel per insidias. Cic. ad Atti. lib. 13. 168. 3, Marcellus insidiis interfectus est.

Incautus insidiis, pro Ad insidias. Tacit. lib. 11, Si præuenirent Claudiũ, vt insidiis cautum, ita ire properum.

Iter per insidias. Ouid. 2. Metam. 16.

Maris insidiæ. Lucret. lib. 2. 113.

Irritæ, & degeneres insidiæ. Tacit. lib. 11, Nec irritæ, aut degeneres insidiæ fuere aduersus transfugam, & violatorem fidei.

¶ Absunt insidiæ à vatibus, Vide ABSVM.

Nunis insidiarum adhibere, Vide NIMIS.

De insidiis aliquid agere. Dolosè & insidiosè. Cic. 1. Offic. 153. Qui nihil ex occulto, nihil de insidiis agendum putant.

Ex insidiis. Cic. in Orat. 21, Non ex insidiis, sed apertè ac palàm elaborat, vt verbis, &c.

Ex insidiis aucupare. Plaut. Asina. 16. 31, Aucupemus ex insidiis clancuiùm quam rem gerant.

Capere ex insidiis. Vide CAPIO.

Circumuenire per insidias. Vide CIRCVNVENIO.

Capi insidiis. Virg. 1. Georg. 86.

Collocare insidias alicui. Cic. pro Milone, 20, Clodius ante suum fundũ Milonis insidias collocauit.

Comparare insidias alicui per aliquem. Cic. pro Cluentio, 35.

Componere insidias alicui. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 1.

Consurgere ex insidiis, Vide CONSVRGO.

Disponere insidias. Quintil. lib. 4. cap. 2. 36.

Excipere insidias aliquid. Virg. eclog 3. 4.

Lupus insidias explorat ouibus circum. Virg. 3. Georg. 106.

Insidias facere. Terent. Eunu. 3. 3. 26, O capitulum lepidissimum. c. dico ego mihi insidias fieri. Cic. ad Senatum, lib. 15. 2. 11, Ita mecum locutus est, vt nullas insidias neque vitæ suæ, neque regno diceret se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Sic 4. Ver. 28. Quin. lib. 4. ca. 2. 18.

Instruere insidias alicui. Catull. ad Aurelium, epig. 18. 2.

Instruere insidias in aliquo loco. Cic. pro Cluentio, 150.

Ex insidiis interfit Alexander Phæreus. Cic. 2. Offic. 35.

Per insidias interficere aliquem. Cic. pro Domo sua. 47.

Intrare insidias, Vide INTRO

Locare insidias alicui, Vide LOCVS

In insidiis viri fortes locati ab imperatrice. Ci. pro Cælio, 53.

Meditari insidias alicui. Virg. eclog. 5. 12.

Moliri insidias auibus. Virg. 1. Georg. 55. Vide MOLIOR.

Niti insidiis, Vide NITOR.

Opponere alicui insidias, Vide OPPONO

Insidias alicui parare. Plaut. Pœn. 7. 46, Ei paratæ vt sint insidiæ de auro & de seruo meo.

Parare insidias vitæ alicuius. Cic. pro Sext. Roscio, 15,

Parare insidias & recta arma. Ouid. 2. Fast. 43.

Petere aliquem insidiis. Ouid. 9. Metam. 128.

Ponere Insidias. Insidiari, & moliri insidias. Ci. 2. de Le. ag. 55,

Isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem.

Ponere in insidiis. Hoc est in loco vbi insidiæ factę sunt Cic. pro Deiot. Quid? ille signa enea in insidiis posuerat?

Struere insidias. Tacit. lib. 2. Ouid. 1. Metam. 40.

Subactus insidiis. Virg. 12. Aeneid. 100.

Subiicere insidias. Quintil lib. 5. cap. 7. 8, Vitandæ sunt insidiæ: nam frequentes subiici ab aduersario solent.

In insidiis esse, Vide IN

Tendere insidias alicui. Cic. pro Q. Roscio Comœd. 27.

Insidior, insidiaris, (ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω, λοχάω, λοχίζω,) insidiari, Insidias parare & instruere. Mart. lib. 12, Si te delectant animosa pericula, Tuscis

(Tutior est virtus) insidiemur apris. Cic. in Catil. 19, Vigilare non solùm ad insidiandum somno maritorum, verum etiam bonis oculorum. Idem in Oratore, 122, Non enim id agit, vt insidietur & obseruet, sed fauet.

Hostibus insidior. Ouid. 13. Metam. 43.

Lupus insidiatus ouili. Virg. 9. Aeneid. 12.

Insidiari tempori. Liu. 3. bel. Punici, Huic maximè tempori Gracchus insidiandum ratus, &c.

Insidiosus, pen. prod. Adiectiuum. (ἐπιβουλευτικός,) Insidiis plenus, fallax. Cic. 4. Ver. 140, Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior vnquam? Sic. Plinius in Paneg. 153, Ab illo insidiosissimo principe.

Insidiosissima conditio. Plin. lib. 29. cap. 1. 16, In qua conditione insidiosissima authoritatem pessimis boni faciunt.

Facies insidiosa oculis. Ouid. epist. 21. 5.

Loca insidiosa. Caius in L. Qui petitorio. Para. Qui. ff. De rei vendicatione, Culpæ autem reus possessor est, & qui per insidiosa loca seruum amisit, si is periit.

Insidiosus latro. Martial. lib. 14. 20.

Quies insidiosa. Stat. 1. Sylu. 4. 11.

Verba insidiosa. Ouid. epist. 19. 41.

Insidiose, pen. prod. Aduerbium, (ἐπιβουλικῶς,) Dolose, fraudulenter. Cicero. 3. Offic. 89. Ratio ergo hoc postulat, nequid insidiose, nequid simulate, nequid fallaciter.

Sceleratissimè & insidiosissimè tractare aliquem. Cic. ad Q. fratrem, libro. 1. 3. 11.

Insidiosè spem falsam ostendere. Cic. pro Rosc. Amer. 65.

Insidiator, pen. prod. Verbale, (λοχαγός, ἐπιβουλευτής,) Qui tẽdit insidias. Cic. pro Milone, 7, Insidiatori vero & latroni quæ potest afferri iniusta nex? Sic ad Atticum, lib. 5. 108. 9.

Insidiator viæ. Cic. in Catil. 40.

Fugere insidiatorem. Horat. 2. Serm. saty. 5. 5.

Insido, insidis, pen. prod. mutuatur præteritum à sedeo, propter significationis affinitatem, insedi, insessum, (ἐνίζω, ἐνιζάνω,) insidere, Idem quod simplex sido, Deorsum descendere. Virg. 2. Aeneid. 142,

Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt variis, & candida circum
Lilia funduntur.

Insidere memoriæ. Quint. li. 10. cap. 7, Moras & secessum & silentiũ quæ ret, dum illa verba fabricentur, & memoriæ insidant?

Insidor, pen. prod. (ἐνίζανομαι,) Stat. 2. Thebaid. 8,

Stat sublimis apex, ventosque, imbresque serenus
Despicit, & tantum sessis insiditur astris.

Insidens, pe. prod. Participium. (ἐνίζων,) Plin. lib. 21. cap. 19. 3, Cauendus in his litus celeriter insidens.

Insignis, & hoc insigne, (διάσημος, σύσημος, παράσημος, ἐπίσημος,) à signo deriuatur quasi aliquo signo ab aliis discretus, & separatus. Festus, Insignes appellantur boues, qui in femine & in pede album habent, quasi insigniti.

Insignis maculis. Virg. 3. Georg. Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo.

¶ Insignis, per translationem, Clarus dicitur, præstans, nobilis: quasi ob notam aliquam, siue bonam siue malam conspiciendus.

Insignis enim (vt ait Festus) tam ad laudem, quàm ad vituperationem inflecti potest. Accipitur & pro magno.

Insignis ad deformitatem, hoc est Insigniter deformis. Cic. 3. de Legi. 18, Insignis ad deformitatem puer, breui tempore creatus, multoque tetrior, & fœdior natus est.

Insignis auro & purpura. Liu. 4. bel. Maced. 17, Cur non insignis auro & purpura conspicior? Virg. 4. Aeneid. 27,

-offroque insignis & auro Stat sonipes.

Bellis insignior. Claud. 1. Paneg. 6.

Dies Insignis duplici clade. Liu. 6. ab Vrbe.

Crinibus insignis Phœbus. Ouid. 1. Amor, eleg. 1. 3.

Facie insignis. Virg. 9. Aeneid. 71.

Formâ insignis Euryalus. Virg. 5. Aeneid. 58.

Prodigiosa corpora & monstris insignia. Quintil. lib. 1. ca. 1. 1.

Insignis homo omnibus notis turpitudinis. Cic. pro Rab. 18.

Insignes

insignes amoris notis epistolæ. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 1, Purè loquũtur, cum humanitatis sparse sale, tum insignes amoris notis.

Equus insignis phaleris. Virg. 5. Aeneid. 61.

Vir insignis pietate. Virg. 1. Aeneid. 3.

Titulis insignis auorum. Lucan. lib. 2. 15.

Versibus insignem te pudet esse meis. Propert. lib. 3. eleg. 24. 1.

Vitiis insignis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 3.

¶ Camœna insignis. Horat. 1. Carm. ode 12. 8.

Facta insignia. Ouid. epist. 3. 25.

Furor insignis equarum. Virg. 3. Georg. 53.

Insigne indicium. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 6. 1, Cum aliquo insigni indicio meæ erga te benevolentiæ.

Insignis iniuria. Cic. pro Cecinna, 27, Quid tu tam insigni accepta iniuria postulabis?

Laude insigni ferre aliquem. Virg. 1. Aeneid. 126.

Malefacta insignia. Lucret. lib. 3. 206.

Metus insignis. Lucret. lib. 3. 206.

Insigne odium. Cic. ad Atticum, lib. 14. 311. 3, Accedit vt ne in ipsum qui dem Clodium, meum insigne odium fuerit vnquam.

Insigni & nota re aliquid notare. Cic. 2. de Oratore, 144, Hoc insigni aliqua & nota re notari volo.

Insigne studium alicuius erga alterum. Cic. 2. de Fin. 115, Cuius quantum studium & quã insigne fuerit erga me temporibus illis quæ nota sunt omnibus, scire necesse est vtrunque vestrum.

Clara & insignis virtus vtri alicuius posteris. Cic. de amicitia, 84, Virtuté enim semper amaui illius viri, quæ extincta non est nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam posteris erit clara & insignis.

¶ Insigne, pro facinore aliquo Insigni, magno & nobili. Terent. Eun. 5. 6. 31, -nam tam diu causam quærebat senex
Quamobrem insigne aliquid faceret.

Insigne, insignis, Substantiuum. (πρόσημον, σύμβολον,) Notam & signũ significat. Plin. lib. 8. cap. 16. 1, Quos ergo pardi generauere, semper insigni hoc carent. Idem lib. 7. cap. 19. 2, Sed hæc parua naturæ insignia in mulris varis cognoscuntur.

Indicii & insigne fortunæ. Ci. 3. Verr. 108, Quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indicium atque insigne fortunæ, hoc ab isto prædone ereptum esse, graiuiter & acerbè homines ferebant.

Morbi insignia. Horat. 2. Serm. saty. 3. 51.

Quod insigne erat, Id est quod vulgus dicit, Quod signum erat, Cęsar 2. bel. Gal. 301, Vexillum proponendum, quod erat insigne quũ ad arma concurri oporteret. Ci. 3. de Oratore, 37, M. verò Manlium nos etiam vidimus transuersò ambulantè foro, quod erat insigne, eũ, qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilii sui copiam.

Insigne ad memoriam. Liuius 4. bel. Pun. 224, Id modò eius anni in Hispania ad memoriam insigne est, quòd mercenarium militem in castris neminem, antè quàm tum Celtiberos, Romani habuerunt.

Insigne, & quod frequentius dicitur, Insignia, insignium, dicuntur ea quæ in vestibus, vexillis. & huiusmodi insignita sunt: aut ipsæ vestes, vexilla, & alia quæ fiunt aut feruntur, ita ab aliis discreta vt nosci possint cuius sint, & ad quos pertineant vt vestes militares, & insignia militaria, regalia, consularia: ue, quibus acies ab acie, eques ab equite, rex & Consul à viro priuato cognosci debet. Virgil. 2. Aeneid. 78, Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis Aptemus. Liuius 1. ab Vrbe, 27, Ipse en ille nostris decoratus insignibus, magnificè incedit. Cic. Appio, lib. 3. 13. 3, Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt. Sallust. Cum fascibus atque aliis imperii insignibus, ad Manlium in castra tendit. Mos fuit antiquorum, vt bene meritis insignia tribuerent magistratuum. Vnde scribit Tacitus decreta fuisse Narcisso Quæstoria insignia à Claudio Cæsare. Ab eodem insignia Præturæ Crispino decreta fuerunt. Verùm enimuero huiusmodi imaginum iura, ac nobilitatis insignia damnatione reorum amittebantur. Id quod Cicero docet his verbis in Oratione pro Sylla, 66, Nam ipse quidem si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquæ vitæ quibus lętari & perfrui possit? Domus erit credo exornata, aperiendus iudices hæc amissa sunt, omnia generis, nominis honoris insignia atque ornamenta, vnius iudicii calamitate occiderunt. Fuerat autè Sylla antea ambitus damnatus: qua damnatione omnia hæc amiserat. tunc autem altero crimine repetebatur. Ex Budæo.

Insignia in vnaquaque dicentur re quæ maximè conspicua sunt. Cic. in Ora. 74, de translationibus loquens, Et reliqua ex collocatione verborum quæ sumuntur. quasi lumina, magnam afferunt ornatum orationi. Sunt enim similia illis quę in amplo ornatu scene aut fori, appellantur insignia, non quòd sola ornent. sed quod excellant. Eadem ratio est horum quæ sunt orationis lumina, & quodam modo insignia. Idem in prima de Nat. deorum solem, & lunam, stellasque insignia mundi vocat. Budæus.

Superbum insigne belli. Virgil. 8. Aeneid. 134.

Capitis summi præclarum insigne. Lucret. lib. 5. 229.

Vittæ tenues insigne pudoris. Ouid. 1. de Arte, 7.

Insigne regni, Dicitur vestis regia, atque adeò diadema regium cum ipsis lictoribus & apparatu regio. Cice. 3. Philipp. 131, Esset enim ipsi certè statim seruiendum, si Cæsar ab eo regni insigne accipere voluisset. Liuius 1. ab Vrbe, 31, Quæ ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si seipse venerabilem insignibus imperii fecisset, cum cætero habitu se augustiorem, tum maximè lictoribus duodecim sumptis fecit.

Barbara insignia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 22.

Decorum insigne. Virg. 1. Aeneid. 79.

Regium insigne. Tacit. lib. 5.

Insignio, insignis, insigniui, insignitum, pen. prod. (ἐσημάνω, ἐπισημαίνομαι, σφραγίζω, ἐπισφραγίζω,) Insignire, Signis notare, vel distinguere. Author ad Herennium, lib. 4. 132, Siqua re deformabimus, vt si eruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus, quo magis insignita sit forma. Plin. lib. 27. cap. 4. 6, Item insignita ac liuida. Idem lib. 9. cap. 17. 5, Barba gemina insigniuntur inferiore labro.

Auro insignibat clypeum. Virg. 7. Aeneid. 158.

Insignire annum cladibus. Tacitus. pro Insignem facere. Bud.

Insignire aliquem. Plin. epist. 175, lib. 8, ad Geminium, Vereor enim ne id quod improbo, eos sectari, carpere, referre, huic quod quammaximè præcipimus, repugnet. quisquis ille, qualiscunque, sileatur: quem insignire, exempli nihil: non insignire, humanitatis plurimum refert.

Insignitus, pen. pro. Participium. (ἐπίσημος,) siue Nomen ex participio.

Insignitæ notæ veritatis. Cic. 1. de Diuinat. 113, Sed tribus modis censet deorum appulsu homines somniare, vno, &c. Altero quòd plenus aer sit immortalium animorum, in quibus tanquàm insignitæ notæ veritatis appareant.

Insignior, & hoc insignitius. Tacit. lib. 4, His partæ victoriæ spes, etsi cedant, insignitius flagitium.

Insignita, insignitorum, n. g. Plin. lib. 27, cap. 4. 6, Oculorum vitia omnia sanari ea conuenit, priuatim prurigines & scabiem genarum. item insignita ac liuida. illita eum melle. Ibidem, cap. 12. 22, Epiphoras oculorum sedat ex passo illita, insignita, cum melles & alia linetia, ex aceto.

Insigniter, pen. cor. Aduerbium, (διακόσμως,) Clarè, apertè, summè, admodum. Apuleius, Homo insigniter malus. Plaut. Casina, 25. 31,

Mihi quidem ædepol, insigniter facta est magna iniuria.

Duobus nupsi. Plin. epist. 206, Vt satius est, vnum aliquid insigniter facere, quàm plurima mediocriter: ita plurima mediocriter, si non possis, vnum aliquid insigniter. Hoc est quod dicitur, per eccellentiam. Idem epist. 35. 9, Dixit pro Mario rursus Frontio Callius insigniter, vtque iam locus ille poscebat, plus in precibus temporis, quàm in defensione consumpsit. Cicero 2. de Orat. 190. Nec improbum notari, ac vituperari sine vitiorum cognitione, satis insigniter atque aspere posse. Idẽ in Partitionibus, 43, Parentibus, amicis, hospitibus præcipuè atque insigniter diligẽdis. Idem 3. Philip. 130, Quis autem rex vnquam fuit tam insigniter impudens, vt haberet omnia commoda beneficia, iura regni vænalia? Colu. lib. 10. cap. 1, Superest ergo cultus hortorum insigniter neglectus quondam veteribus agricolis.

Insignite, pe. prod. Aduerbium, (παρακόμως,) Cum notæ indicio. Plaut. Milit. 9. 77,

Ratúsne istic me hominem esse, omnium minimi pretii,
Si ego me sciente paterer vicino meo

Inferri apud me ita insignite iniuriam? Idem Menæchmis, 22. 18,

-nunc obsecro te, quisquis es, operam mihi

Vt des: neu sinas in me insignitè fieri tantam iniuriam. Idem Rudente, 24. 53, Imo hercle insignite iniquè. Ibidem, 16. 28,

Quibus aduorsum ius, legesque insignitè iniuria

Facta est, fitque in Veneris fano. Idem Pœnulo, Iniuriam illic insignite postulat.

Insignitè improbus, pro Insigniter, & cum quadam exuperantia aliorum improbitatis. Cic. pro Quintio, 49, Neque tamen quisquam iuuentus est tam insignite improbus, qui, &c.

Insignitius. Comparatiuum. Liuius 8. ab Vrb. 66, Quo insignitius omissa res Aemylio superioris anni Consuli exprobraretur, &c.

Insile, insilis, pen. corr. n. g. Lucretius lib. 5. 172,

Textile post ferrum'st, quia ferro tela paratur:
Nec ratione alia possunt tam lævia gigni

Insilia, ac fusi, radii, scapiques sonantes. Vbi interpres, Insilia, sunt, vt arbitror, suspendicula, seu mauis appellare perpendicula, quæ telam examinant demissam. Insilia dicta, quoniam applausa pectione tela, resultant & subsiliunt. appendicula vulgò Bononiæ dicuntur: Sunt qui instrumentum ligneum pedibus textricis suppositum intelligant: cuius duo complanata ligneola resurgunt alternis, & resident, licia telæ cõtrahi & aperiri cogentes: vulgò calculas dictitant.

Insilio, insilis, pe. cor. insilui, insiliui vel insilii, insultum, (ἐκπηδάω, ἐφάλλομαι, ἐνάλλομαι,) Insilire, Ex in & salio compositum, Quasi celeriter salire. Plau. Rud. 10. 35, E naui timidæ ambę in scaphã insiluimus quia videmus, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insilire dativo. Statius. lib.9. Thebaid.46, Insiluere vadis, magno fridore solutus Agger. Lucan. libr.3.115, Insiluit solo nocituras pondere puppes.

Tergo alicuius insilire. Ouid. 12. Metam. 70.

Vndis insilit. Ouid. 8. Metam. 19.

Insilire in equum. Liuius 6. ab Vrbe, 32 & lib. 8. 47.

Insilire in cruciatum. Plaut. Milite, 6. 8.

–ne hercle hodie quantum hic familiarium est,
Maximum in malum cruciatum insiliamus.

Insilire saltu. Plin. lib. 8. cap. 16. 6, Dum sequitur, insilit saltu, quo in fugam non vtitur, De leone.

Insilire cum accusatiuo sine præpositione. Suetonio in Claudio, Qui feros tauros per sparsa Circi agunt, insiliuntque defessos.

Insultare, huius insultáre, pen. prod. (ἐπιπηδᾶν, ἐπιπαίειν,) Plaut. Milite, 6. 9.

–tu salti solus:
Nam ego istam insultaram, & desaltaram nihil moror.

Insulto, insultas, (ἐπιπηδᾶν, ἐπιπαίειν, ἐφοδεύειν, ἐπιγελᾶν,) insultare. Frequentatiuum à salio, quasi Sæpius & cum impetu subire. & modò dativo, modò accusativo iungitur. Virgil. 3. Georg.

–equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos

Equis insultans. Lucret. lib. 3. 110.

Floribus insultant hœdi. Virg. 4. Georg. 2.

Iacenti insultare. Ouid. 2. Trist. 194.

Insultare malis, rebusque ægrescere lætis. Stat. 2. Theb. 4.

¶ Insultare alicui, pro Irridere, & contumeliosius in aliquem aut dicere aliquid aut facere. Sueto. in Cæsare, 8. x eo insultarum omnium capitibus. Liuius 1. ab Vrbe, 210, Satis illum diu per licentiam eludentem insultasse domnis. Cice. 7. Verr. 103, Num tibi in calamitate insultare. &c.

Capiti insultans. Virg. 8. Aeneid. 113,

–neque finitimo Mezentius vnquam
Huic capiti insultans, tot ferro fœua dedisset Funera.

Moribus dutis insultare alicui. Propert. lib. 2. eleg. 5. 1.

Insultare bonos, Impetum facere in bonos, vel irridere eos. Salust. Multos à pueritia bonos insultauerat. Sic Seruius interpretatur in decimum Virgilii.

Insultare foris calcibus. Terent. Eunucho, 1. 1. 54.

–sine biduum hoc prætereat.
Qui mihi nunc vno digitulo foris aperis fortunatus:
Næ tu istas saxo calcibus sæpe insultabis frustra.

Segnitiam alicuius insultare. Tacit. lib. 4. Qui nunc patientiam senis, & segnitiam iuuenis iuxtà insultet.

Insultare in omnes. Cic. 2. de Nat. deor. 107.

Insultare, absolutum. Virgil. 10. Aeneid. Cernis vt insultent Rutuli? Id est, per cauillationem irrideant, vt Seruius interpretatur. Liui 6. ab Vrbe, 88, Etiam minimè toleranda superbia insultat. Sic 5. bel. Punic. 102.

Insultas, Participium, (ἐπιμβαίνων,) vt Fremit æquore toto insultans sonipes. Virg. 11. Aeneid. 120.

Insultatio, Verbale. (ἐπιπήδημα,) Quintil. lib. 8. cap. 5, Non tam probatio, quàm extrema quasi insultatio.

Insimul, penult. corre. Aduerbium, (ἅμα,) significat Vna. Stat. 1. Sylu. 6. 2, Et geaires alis insimul togatas. Rarum est & infrequens.

Insimulo, insimulas, pen. corr. (ὑποκρίνω, ἐγκαλῶ, ἐπιτιθέναι τινὶ τὸ κακόν, μέμψομαι,) insimulare, Idem quod simplex simulo significat. Cice. 3. Offic. 111,

–solus neglexit fidem,
Furere insimulauit, ne quo iret: institit. Ex quodà poeta. Idem 4. Ver. 41,

Insimulant homines fraudandi causa discessisse.

Insimulare. Accusare. Festus, Insimulare, Crimen in aliquem confingere. Donatus, Insimulare, est crimen ingerere. Cic. pro Sylla, 11, Syllam interea nemo insimulauit, nemo nominauit. Plaut. Amphit. 10. 21,

–sic est, vera prædico:
Nisi etiam hoc falso dici, insimulaturus es. Idem Merc. 2. 12, Eam domi deprehensam coniunx illius vicini scortum insimulat, protelat virũ. Idem Milit 6. 16, Si falsum insimulas Philocomasium, hoc perieris. Idem Aulul. 6. 6,
Atqui ego istuc Antrax aliò vorsum dixeram,
Non istuc quod tu insimulas. Terent. Heaut. 1. 2. 30, Quod illum insimulant durum, id non est. Cic. 7. Verr. 119. Ibidem, 3. 58,
Neque in eos quos tu insimularas, esse animaduersum.

Criminibus falsis insimulasse virum. Ouid. epist. 6. 5.

Insimulare aliquem auaritiæ. Terent. Phorm. 1. 3. 12, Si herum insimulabis auaritiæ, male audies. Cice. 3. Verr. 91, Verrem insimulat auaritiæ & audaciæ.

Insimulare flagitii. Cic. ad Atticum, li. 10. 208. 3. Fraudis, Liu. 4. bel. Maced. 88. Probri, Cic. 2. Philipp. 98. & Plaut. Amph. 5. 15. Proditionis, Cæsar 7. bel. Gal. 71. Cupiditatis, Cic. 6. Verr. 19.

Peccati se insimulant, & dolere interiserint, Cic. 3. Tusc. 108.

Repetundarum insimulari. Quintil. lib. 4. cap. 2. 11, Aut qui repetundarum insimulabitur.

Insimulare falso. Cic. 7. Verr. 84.

Aperte insimulare. Cic. pro Cluent. 143.

Insimulari crimine. Liui. 4. bel. Pun. Postremò quum suspectum se esse cerneret, & proditionis interdum crimine insimulari, ad Romanos transfugit.

Insimulare aliquem facinus. Plaut. Amphit. 8. 186, Istuc facinus quod tu insimulas, nostro genere non decet. Ibidem, 128,
Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collibitum siet
Meo viro, me insimulare falsum facinus tam malum.

Insimulatio, Verbale. (ἐπίστασις,) Cice. 7. Verr. 18, Primum insimulatio est repentina, capitalis, atque inuidiosi criminis. Idem pro Fonteio, 14. in falsum atque iniquam probrorũ insimulationẽ vocabatur.

Insinuo, insinuas, (ἐγκαταλέγομαι, παρεισδύνω, παρεισκρίνω,) insinuare, In sinum immittere.

Opes alicui insinuare. Propert. lib. 3. eleg. 9. 6.

Et tibi ad effectum vires dei Cæsar, & omni
Tempore tam faciles insinuentur opes.

Sol æstum insinuat per septa domorum. Lucret. lib. 6. 173.

Insinuare, Immittere, quasi sinu accipi, Silenna lib. 4. Histor. Agmen perturbatum pediti insinuant, ac loco commouerunt.

Insinuare se in equitum turmas. Cæsar 4. bel. Gal. 183.

Insinuant se mala. Cic. ad Brutum, 16. 17, Ne defatigere, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis: futura quoque, nisi antè sit occursum, explores, ne se insinuent.

Dolorem oculis quæ gignunt insinuando. Lucret. lib. 4. 65.

Insinuare aliquem alteri. Sueto. de Claris grammat. 21, Quare cito manumissus Augusto insinuatus est, quod eleganter cutem ordinandarũ bibliothecarum in Octauiæ porticu suscepit.

Insinuare aliquem animo alterius. Plin. in Paneg. 105, Hoc est igitur, hoc est quod penitus illos animo Cæsaris insinuauit.

Insinuare, se subaudita præpositione ad, vel in. Cic. de Amicit. 82, Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiose cauendum est. De assentatore loquitur.

Blandiri & suppliciter se insinuare. Cic. 1. de Orat. 44, Idque cum argumentis docuerat, quòd ita nati essemus, vt & blandiri & suppliciter insinuare sis à quibus esset petendum, & aduersarios minaciter terrere possemus, & rem gestam exponere, &c.

Insinuare se ad amicam alterius. Plautus Milite, 4. 26,
Interim iuit hinc miles, forti Athenas aduenit,
Insinuat sese ad illam amicam heri mei.

Insinuare se in amicitiam alicuius, Non rectà, sed per quosdam sinus & quasi diuerticula latenter in amicitiam ingredi. Plau. Cist. 2. 83.
Inde in amicitiam insinuauit cum matre & mecum simul
Blanditiis, muneribus, donis.

In consuetudinem alicuius se insinuare. Cicero Figulo, libro 4. 13. 17. Nã & complectar eius familiarissimos, qui me ad modum diligunt, multique mecum sunt, & in ipsius consuetudinem, quã adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo.

Insinuare se in causam. Cic. 1. de Orat. 81, Deinde vt in iis locis, quos proponam paulo pòst, peruolauat animus, vt se penitus insinuet in causam, vt sit cura & cogitatione intentus. Id est, vt interiora causæ perpiciat, perniscatque. Budæus.

Insinuare se in familiaritatem alicuius. Cic. 5. Verr. 135, Videtis vt moueat Apronium, quibus rebus ac muneribus insinuet in familiaritatem Metelli. Idem pro Cecina, 9, Ebutius iste, qui iandiu Cæcinnæ viduitate ac solitudine aleretur, ac se eius in familiaritatem insinuasset hac ratione, vt, &c.

Insinuare se in quamimaximè familiarem vsum. Liu. 10. bel. Maced. 91, In præsentia dat ei, vt per omne obsequium insinuaret se in quamimaximè familiarem vsum, vt elicere omnia arcana, specularique abditos eius sensos posset.

Insinuare se in philosophiam. Cic. 5. Tuscul. 51, Etsi Zeno Cittieus aduena quidam, & ignobilis verborum opifex, insinuasse se in antiquã philosophiam videtur.

Insinuare se in sermonem aliquorum. Cicero 1. de Lege agraria, 26, Quũ familiariter me in eorum sermonem insinuarem, ac darem, celabar, excludebar.

Insinuat suspicio animis. Liu. 10. bel. Maced. Fraudis quoque humanæ insinuauerat suspicio animis. Id est, inbierat animos.

¶ Insinuatis manibus, apud Hermolaum, pro In sinum compressis, teste Budæo.

¶ Insinuat, pro Insinuatur, Virg. 1. Aeneid. 46,
Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor. Seruius.

Insinuatio, Verbale. (παρεγγυήσεως φορά,) Pars orationis, Id est callidus & subtilis aditus ad persuadendum, vt ait Seruius in vndecimum Aeneid. Cic. 1. de Inuent. 10, Insinuatio est oratio quadam dissimulatione & circuitione obscure subiens auditoris animum. Vide Quintilianum lib. 4.

Insipo, insipas, (ἐμπλοκᾶσω,) insipare. Iacere & disicere. Farinam iacere pulti, inquit Festus. Apud eundem, insipere pro eodem significato legitur. Cato cap. 85, Ita insipato in aulam nouam.

Insipidus, penult. corr. Adiectiuum, (ἄσαρκος, ἄγευστος,) Sine sapore. Gellius lib. 6. cap. 1. ex Chrysippo, Nihil est prorsus inquit, insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent itidem mala.

Insipiens, insipientis, o. g. (ἄφρων,) Sapienti contrarium. Cicero 2. de Finib. 82, Quid turpius quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? Sic. 4. Acade. 209. Idem de Amicitia, 49, Neque quicquam fortunato insipiente intolerabilius fieri potest.

Seclum insipiens. Catull in amicam Formiani, epigr. 4. 7.

Insipientia, insipientiæ, (ἀφροσύνη, ἀφροδυΐα,) Imprudentia, dementia. Plaut. Amphit. 3. 36, Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est. Cic. 1. de Finib. 71. fit lib. 4. 35.

Insipienter, Aduerbium, (ἀβουλόως,) Imprudenter. Plaut. Trucul. 17. 50,
–per tua obsecro genua,
Vt tu istuc insipienter factum, sapienter feras, mihique ignoscas. Cic. de Sene. 62, At sperat adolescens diu se victurum, quod sperare idem senex non potest, insipienter sperat, qui enim, &c.

Insisto, insistis, insisti, pen. corr. (ἐνίστασθαι, ἐφίστασθαι, ἐφίστημι,) insistum, insistere, Significat consistere. Plin. libro 34. cap. 8. 9, Proprium eiusdem vt vno crure insisterent signa, excogitasse. vt ait Varro. Hoc est, firma tenerent. Idem lib. 7. cap. 2. 13, Contuentes solem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere. Cæsar 1. bel. Gal. 328, At hostes etiam in extrema spe salutis tãtam virtutem præstiterunt, vt quum primi eorum cecidissent, proximi iacentibus insisterent, atque ex eorum corporibus pugnarent.

Ramis tremulis insistens. Silius lib. 7. 135.

Insistere in. Cic. 4. Acad. 168, Sin autem vsque ad nouem, verbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse, in decimo insistis, &c. Quintilianus lib. 9. cap. 4, In structura saxorum rudium etiam ipsa enormitas inuenit cui applicari, & in quo possit insistere.

Insistere digitis. Plin. lib. 10. cap. 47. 1, Insistit ternis digitis. De himantopode ane.

Insistere hastæ, Id est inniti. Plin. de Viris illust. 27, Aduocato M. Liuio pontifice, hastæ insistẽs, & solennia verba respondens, se & hostes diis manibus deuouit.

¶ Insistere, Obfirmare animum. Terent. Hecyra, 3. 5. 34,
Pamphile, ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus,
Quem te post putasse omnes res præ parente intelligo.
Verbum vide ne impulsus, ira praue insistas.

Insistere, pro Cohærere. Quintil. lib. 8. ca. 5, Vnde soluta ferè oratio è singulis non membris, sed frustis collata, structura caret: quum illa rotunda & vndique circumcisa insistere inuicem nequeant.

¶ Insistere, pro Resistere, & quasi sistere gradum cui opponitur Procedere & progredi. Cic. 5. Ver. 147, Quot vultis esse in vno furto peccatum gradus: vt si singulis insistere velim, progredi iste nõ posset. Idem in Orat. 129, Sæpe accidit, vt aut citius insistendum sit, aut lõgius pro insistisset, Quid est, inquit, &c. Idem 1. de Nat. deorum, 75, Nullam tacam. 15. 7, Quapropter insistendum ei quoque paulum videtur. Ci. 4. Acad. 167, Illustribus igitur rebus insistis.

Ne insistas credere huic, Hoc Ne verbis illios pergas credere. Plau. Cap. 11. 53, Vide sis Aegio, nequid tu huic temere insistas credere.

¶ Insistere, Vrgere, persecuerare, Gnauiter laborare, donec quid fit absolutum. Cæsar 3. bel. Gal. 405. Neque satis Bruto, qui classi præerat. vel Tribunis militum, Centurionibusque, quibus singulæ naues erant attributæ, constabat quid agerent, qua ratione pugnæ insisterent. Ibidẽ, 441. Ii consuetudine Popu. Romani loca capere, castra munire, commeatibus nostros intercludere insistunt. Terent. Phormio. 1. 4. 15, Aut qua quærere insistam via? Plin. Frequentiusque vt id ageret, insistebat.

Insisto huic rei, Id est ea re vti soleo, & acquiesco. Celsus, Ob quæ comperit illa quidem non oportere negligere, sed iis quoque insistere. Budæus.

Insistere argumentari. Colu lib. 3. cap. 10, Nec ego abnuerim in hoc me institisse argumentari.

Insistere curæ rerum. Plin lib. 18. cap. 1. 3.

Rebus magnis insistere. Tibul. lib. 4. ad Messalam, eleg. 1. 27.

In re aliqua insistere. Quintil. lib. 3. ca. 6. 4, Atque in quo pars vtraque insistit, erit quæstio coniecturalis, vel finitiui status.

Insistere in gloria. Cic. pro Sestio, 124, Tum in tanta gloria insistentes, vt eis omnia humana leuiora videri debeant, &c.

Insistere mente & animo in rem aliquam. Cæsar 6. bell. Gall. 13, Hac parte Galliæ pacata, totus & mente & animo in bellum Treuerorum & Ambiorigis insistit. Plant. Milit. 7. 3, Age igitur nunc iam insiste in dolos.

Insistere limen. Virg. 6. Aeneid. 313, Nulli fas casto scelerata insistere limen. Vbi Seruius, Insisto illam rem dicimus, non illi reisquod qui dicunt, decipiuntur propter Iusto illi rei.

Insistere munus. Cicer. 3. de Orato. 96, Quonam igitur modo tantum munus insistemus, vt arbitremur, &c. Id est instituemus, inquit Budæus.

Insistere negotium aliquod, Persequi. Plau. Milit. 12. 55,

–age igitur, vos intro abite:
Insiste hoc negotium sapienter.

Insistit res in Cic. 6. Ver. 98, Insistebat in manu. Cereris dextra simul acrũ pulcherrimi factum Victoriæ. Id est erat.

Spei insistere. Tacit. lib. 18.

Studiis suo nixu insistere. Quintil lib. 1. cap. 12. 8, Nec suo nixu studiis insistunt. De pueris.

Insistere vestigiis. Cic. 3. de Oratore, 19, Quibus vestigiis primùm institi, in iis ferè soleo perorare.

Insistere vestigiis alienis: Id est, inhærere, & sequi aliena vestigia. Quintil. in Procemio. lib. 3, Ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem. Plin. lib. 6. cap. 17. 12, Verum vt terrena demonstratio intelligatur, Alexandri magni vestigiis insistamus.

Insistere vestigiis laudum suarum. Liu. 5. ab Vrbe, 140.

Insistere in vestigio. Cic. 3 de Oratore, 4, Vestigium illud ipsum in quo ille postremum institisset.

Insistere vestigia. pro Firmare. Virg. 11. Aeneid.
Vtque pedum primis infans vestigia plantis
Insistit, raculo palmas armauit acuto.

Insistere viam, & insistere iter, Proficisci & ambulare. Plau. Mili. 10. 197,

–erro quam insistas viam.

P A, At scietis postea. Id est, qua via profecturus sis. Idem Capt. 13. 25,

–proinde omnes itinera insistant sua.

Neu quis in hac platea negotii conferat quicquam sui. Terent. Eunuch. 2. 3. 3, Vbi quæram? vbi inuestigem? quem perconter? quam insistam viam? Liu. 7. bel. Maced. 27, Iter quod insistis L. Scipio, ego quoque approbo.

Viam insistere agendi aliquid. Virg. 3. Georg. 32.

Insistere vis aut ingredi Cic. pro Cælio, 32, Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset.

Insitio, Insitum, Insitiuus, Vide INSERO inseui.

Insociabilis, & hoc insociabile, pe. cor. (ἀκοινώνητος,) Quod cõsociari non potest. Pli. lib. 16. ca. 43. 1, In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se & cum aliis insociabili glutino, sicut robur. Sed nec ferè cohærent, nisi similia natura, vt siquis lapidem lignumque coniungat.

Indomita & insociabilis gens. Liu. 7. bel. Mac. 3, Plus ira quàm misericordia in causa eorum valebat, quia non vt hostibus modo, sed tanquam indomitæ & insociabili genti succensebant.

Regnum insociabile. Tacit. lib. 13.

Insociabilis omnibus. Liu. 7. bel. Pun. 212, Inusitati nanque antea alienigenis, nec videre ipsi aduenam in terra sua assueti, omni generi humano insociabiles erant.

Insolabiliter, pe. cor. Aduerbium. (ἀπαραμυθήτως,) Horat. lib. 1. epist. 14.

Me quanuis Lamiæ pietas & cura morarur.
Fratrem mœrentis rapto & de fratre dolentis
Insolabiliter.

Insolens, dicitur, facere non solear. Donatus.

Insolens, Insolitus, Insuetus. Terent. And. 5. 4. 4, Quid tu Athenas insolens? Salustius, Insolens vera accipiendi.

Ignarus & insolens Cic. 1. de Orat. 103.

Lætitia insolens. Horat. 1. Carm. ode 3. 1.

Insolens fastidium Cic. 1. de Finib. 16.

Ludus insolens. Horat. 3. Carm. ode 10. 10.

Insolens verbum, Quo non vtuntur Latini authores. Gellius lib. 1. cap. 10, Atque id quod à C. Cæsare excellentis ingenii ac prudentiæ viro, in primo De analogia scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, Vitemque scopulum fugias inauditum, atque insolens verbum. Quintil. lib. 4. cap. 1, Nequod insoleus verbum, ne audacius transiatum, &c.

Insolens rerum aliquarum. Cic. 1. de Orat. 103, Deprehensum equidem nie, inquit Antonius, planè video atque sentio, non solũ quòd ea requi

Universidad de Deusto
Biblioteca

runtur à me, quorum sum ignarus atque insolens, &c.
Bellorum insolens. Tacit. lib. 17.
Animus contumeliæ insolens. Tacit. lib. 18.
Insolens infamiæ. Cic. Attico, lib. 2. 36. 3, Itaque ille amicus noster insolens infamiæ, semper in laude versatus. Vbi interpres, Insolens, infamiæ, Id est insolitus infamiam audire.
¶ Insolens, (ἀλαζών,) Arrogans. Donatus, Insolens, & arrogans intelligitur, qui præter legem agit humanam & naturalem, insolens dicitur. Cic. pro Marcello, 5, In victoria, quæ natura insolens & superba est. Idem de Senectute, 17, Tertiam enim iam ætatem hominum viuebat: nec erat ei verendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens, aut loquax.
Achilles insolens, Vide ACHILLES.
Exercitus insolens. Horat. 1. Carm. ode 16. 5.
Insolens hostis. Cæs. 1. bel. Ciuil. 74.
Insolens ostentatio. Cic. in Parad. 53.
Insolens in re aliena. Ci. pro Rosc. Amer. 13, Qui in sua re fuisset egentissimus, erat (vt fit) insolens in aliena, &c.
Insolentissimus, Superlatiuum. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 12. 7,
Insolentissimi homines, summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantiana iurant.
Nomen insolentissimum. Quintil. in Proœm. lib. 1. 11, Nomen tamen sibi insolentissimum arrogauerunt, vt soli sapientiæ studiosi vocarentur.
Insolenter, Aduerbium. (ἀλαζόνως,) Cic. 1. de inuent. 59, Deinde natura eius euenire vulgo solear, an insolenter ac raro.
Insolenter, Arroganter & superbè: vt Insolenter se efferre. Cic. 4. Tusc. 59. Et ad Atticum, lib. 1. 11. 13. Insolenter gloriari.
Superbè & insolenter. Liuius 1. ab Vrbe, 105, Tandem superantis externa adeò superbè, insolenterque hostia eludebat.
Insolenter & arroganter. Plin. lib. 35. cap. 10. 7.
Insolentia, huius insolentiæ. (ἀλάζονα,) Insuetudo, res non consueta & solita. Cic. 1. de Inuent. 4, Primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, &c. Idem 1. de Ora. 50, Sed in hercule istius disputationis insolentia, atque earũ rerum, quæ quasi traduntur in arte inscitia.
Insolentia sermonis. Liuius 7. bel. Maced. 199, Et offenderunt aures insolentia sermonis.
¶ Insolentia, Nouitas. Cic. pro Deiotaro, 2, Moueor etiam loci ipsius insolentia. Et pro Cælio, 59, Fama adolescentis paulum hæsit ad meas notitia noua mulieris, & insolitæ vicinitate & insolentia voluptatum. Budæus.
¶ Insolentia, (ἀλαζονία,) Arrogantia, superbia. Cic. 1. Tus. 76, Quæquidem cogitans soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitionem admirantur. Idem 5. Verr. 87, Nihil de luxuria Apronii loquor, nihil de insolentia, &c.
Ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia. Cic. 1. de Inuent. 59.
Insolentiam & iactationem hominum ferre, Vide IACTO.

Insolidum, siue insolido, pe. cor. (ἐκ ὁλόκληρον,) Integre. Sene. de Benefic. lib. 2. cap. 4, Præsentia nondum tota insolido sunt: potest illa casus aliquis incidere.
Debere insolidum pecuniam. Iabol. De duobus reis, L. Secunda Obligari insolidum. Vlpia. De duobus reis, L. His verbis Spondere insolidum. Iulia. De duobus reis, L. Reos.

Insolitus, pen. cor. Adiectiuum, (ἀσυνήθης,) Non suetus. Virgil. 1. Georg. 94,
-insolitis tremuerunt motibus Alpes. Vbi Seruius, Insolitis aut nouis, id est nunquam antea in Alpibus factis. aut magnis & maioribus solito.
Rarum & insolitum. Plin. in Paneg. 102, Sed in principe rarum, ac prope insolitum est, vt se putet obligatum.
Clamor insolitus. Stat. 1. Thebaid. 86.
Eloquium insolitum. Horat. de Arte, 44.
Rem insoliram apportare auribus. Lucret. lib. 5. 21.
Insolita ratio dicendi. Cic. pro Lege Manil. 1.
Insolita victoria. Cic. pro Lege Manil. 31.
Insolitus ad laborem exercitus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 312.
Insolitæ fœminæ prodire in conuentum. Cic. 3. Verr. 67, Cur pudentissimas electissimasque fœminas in tantum virorum conuentum insolitas inuitasque prodire cogis?
Insolitas rerum bellicarum. Salust. in Iugurtha, Pars dolere pro gloria imperii, pars insolita rerum bellicarum timere libertati.
Insolite penult. corr. Aduerb. (ἀσυνήθως,) Gellius lib. 1. cap. 2, Intempestiuè ac insolitè differebat. Quo in loco quidam legunt insubidè differebat.

Insolo, insolas, pen. prod. (ἡλιάζω,) Insolare, Ad solem siccare. Columel. lib. 4. cap. 17. 7, Nam & sic facilius insolatur humus, & fructus percoquitur. Id est solem admittit. Idé lib. 12. cap. 39. 2, Quæ per triduum insolaueris.

Insolatus, pen. prod. Participium. (ἡλιασμένος,) Colum. lib. 5, Super hoc materiæ quę fructum habent, melius conualescunt, & vuę commodius insolatæ percoquuntur.
Insolati dies, apud Columellam, Illustres, quibus sol lucet. Colum. lib. 11. ca. 3. 36, Deinde quũ enata semina fuerint, tepidis diebus & insolatis iuxta ædificium sub duo ponat. Budæus.
Insolatio, Verbale. (ἡλιασμός,) Plin. lib. 21. cap. 14. 6, Iuncea crate sub diuo siccant sole, lunaque: hæc enim candorem facit: siccantes, ne liquefaciant, protegunt tenui linteo. Candidissima verò fit, post insolationem etiamnum recocta. De cera loquitur.

Insolúbilis, & hoc insolúbile, penul. cor. (ἄλυτος,) Ab in, & soluo quasi quod diffligari non potest. Quintil. li. 5. cap. 9. 3. Vbi est signum insolubile, ne lis quidem est.
Insolubile iudicium, Necessarium, quod vrget hominem, apud Quintilianum. Budæus.
Insolubile, Quod pensari non potest. Seneca de Benef. 4, Dicetis beneficium debitum insolubile esse.

Insomnium, insomnii, (ἐνύπνιον,) Quod per somnium videmus, vt ait Seruius. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 1, Dii meliora ferant, nec sint insomnia vera. Terent. Eun. 2. 1. 13, Nam aut iam reuertère, aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Cic. de Senect. 40, Caret ergo etiam vinolentia & crudilate, & insomniis.
Falsa insomnia. Virg. 6. Aeneid. 179.
Exercent rabidam truculenta insomnia mentem. Sil. lib. 10. 71.
Vexant me insomnia. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 6.
Insomnia, insomniæ, (ἀγρυπνία,) antiquis dicebatur. Cæcilius Plotio, Consequitur comes insomnia: ea porrò insaniam affert. Donatus in illud Terentii ex Eun. 2. 1. 13, Aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Legitur, inquit, & adiget: vt sit Insomnia, numeri singularis.
Insomnis, & hoc insomne, (ἄγρυπνος, ἄυπνος,) Quod est pernigil. Tacit. lib. 1, Apud Romanos inualidi ignes, interruptæ voces, atque ipsi passim adiacerẽt vallo, obertarent tẽroriis, insomnes magis q̃ pernigiles.
Noctem insomnem ducere. Virg. 9. Aeneid. 35.
Oculi insomnes. Stat. 3. Theb. 66.
Insomnis, pe. prod. Adiect. (ἐνυπνιώδης,) Qui insomniis torquetur. Cato ca. 157. 7, Ois qui insomnisus est, hac eadẽ curatione sanũ facies.

Insono, insonas, pen. corr. insonui, (ἠχέω,) Insonare, Idé quod simplex. Lucan. lib. 1. 115,
Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes.
Miscentur, tantum, &c.
Calamis agrestibus insonat. Ouid. 11. Metam. 35.
Insonus, pen. corr. Adiect. (ἄνοιος,) Quod est sine sono ac strepitu. Apuleius, Insono vestigio me perducit. Antiquum.

Insons, insontis, om. g. (ἀδίκος, ἀναίτιος,) Qui extra culpam est: nunc insons fuerit. Plaut. Amph. 9. 9, Quam vir insontem probri Amphitruo accusat. Idem Asin. 16. 39,
Ille ecastor suppilabat me: quod ancillas meas
Suspicabar, atque insontes miseras cruciabam. Liu. 4. bel. Maced. 120, Insontes publici consilii.
Fraterni sanguinis insons. Ouid. 13. Metam. 30.
Amici insontis casum indignabar. Virg. 2. Aeneid. 19.
Casus insontes cremare. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 14.

Insopitus, penult. prod. Adiect. (ἀδιάκοιτος,) vt Insopitus draco. Ouid. 7. Metam. 7,
-cur non tauros exhortor in illum,
Terrigenasque feros, insopitumque draconem? Hoc est insomnem.

Insortitus, pe. prod. Adiect. vt Insortita spicula. Plaut. Casin. 7. 27, Si non impetrauir, spicula etiam insortita sunt mihi.

Inspecto, Vide INSPICIO.

Inspérans, pen. prod. Adiect. (ἀνελπίζων,) Qui non sperat.
Insperante re atque inuito. Teren. And. 3. 4. 24,
-in nuptias conieci herilem filium:
Feci hodie vt fierent insperante hoc, atque inuito Pamphilo.
Insperanti mihi cecidit vt in istum sermonem dilaberemini. Cicero 1. de Orato. 48.
Insperatus, pe. pro. Adiect. (ἄελπτος.) Quod non sperabatur: vt Insperatum gaudium. Terent. Heaut. 3. 1. 5,
-celem tam insperatum gaudium,
Quum illi nihil periculi ex indicio fiet?
Insperatum consilium. Cic. 4. Philipp. 154.
Insperatum nec opinatum malum. Cic. 3. Tusc. 49.
Insperata occasio. Terent. Eun. 3. 5. 57, -an ego occasionem
Mihi ostentatam, tam breuem, tam optatam, tam insperatam Amitterem?
Insperatæ repentinæque pecuniæ. Cic. 2. in Catil. 40.
Tellure sperata potiti. Virg. 3. Aeneid. 56.
Insperatissimus, Superlatiuum. Plaut. Pœn. 17. 8, O mi here saluo, Hanno insperatissime

insperatissime mihi, tuisque filiis.
Ex insperato, Aduer. (ἀνελπίστως,) Præter spem & opinionem. Plin. lib. 25. cap. 1. 15, Caluique accidit vt milite à morsu canis incipiente, &c. Et paulo post, Senatusque est ex insperato.
Insperabilis, & hoc insperabile, pen. cor. (ἀνέλπιστος,) Quod sperari vix potuisset. Gellius lib. 4. cap. 18, Pacemque & victoriam vobis peperi insperabilem.

Inspergo, inspergis, inspersi, inspersum, (ἐπιπάσσω,) Inspergere, Idem quod Aspergere, & liquorem aliquem spargendo abluere, & humectare. Cice. 2. de Diuin. 56, Cor est in extis, iam abscedet simul ac molam & vinum inspersieris.
Inspergere oleam sale, Cato ca. 65. Ac apud Colum. lib. 11. cap. 2. 13, Hoc eodem tempore stercoris pars in prata digerenda, pars oleis & cæteris arboribus inspergenda.
Inspergere potioni Plin. lib. 12. cap. 17. 7, Folia brutæ arboris inspergũt potionibus Parthi.
Nœui inspersi egregio corpore. Horat. 1. Serm. saty. 6. 14.

Inspicio, inspicis, pen. cor. inspexi, inspectũ, (ἐφορᾶν, ἐπισκοπέω,) Inspicere, Ex IN, & SPECIO antiquo, verbo compositum, Intrò aspicere significat. Plaut. Aulul. 3. 39, Credo aurum inspicere volt, ne surreptum siet.
Inspicere marsupium. Plaut. Menæch. 7. 29,
-quum inspicio marsupium,
Viaticati hercle admodum æstiue sumus.
¶ Inspicere, Penitus cognoscere, & obseruatione accurata prosequi, Rẽ diligenter considerare & æstimare. Plau. Mostel. 8. 155, Cupio hercle inspicere has ædes. Liuius lib. 1. bel. Pun. 22, Placuisseque mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas, quibus si videretur digna causa, Annibali denuntiarent, vt ab Sagũtinis sociis Pop. Rom. abstineret. Sic Inspicere agrum, apud Columellam. Inspicere prædium, apud Ciceronem. Et Inspicere hominem propius, à Plinio dicitur epi. 315. Inspicere vitas hominum, apud Terentium in Adelphis, 3. 3. 61. Cic. 2. Philip. 61, Visne igitur te inspiciamus à puero? Ex Budæo. Sic Cic. pro Cecina, 45. Et 4. Acad. 105.
Inspicere hortos. Cic. ad Atticum, lib. 12. 238. 3, Est igitur animus in hortis: quos tamen inspiciam quum venero.
Inspice maius opus. Ouid. 2. Trist. 13.
Inspicere aliquem experimentis, Experientia probare & cognoscere. Colum. lib. 1. cap. 8. 2, Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus, & inspectus experimentis. Idem lib. 11. ca. 1. 6, Multisque prius experimentis inspiciendus erit futurus villicus.
Fides inspicienda duro tempore. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 6.
Inspicere sententiam alicuius, pro Anxiè attẽdere quid velit. Plaut. Mil. 4. 50, Ego quoniam inspexi mulieris sententiam, Cepi tabellas, consignaui clanculum.
Inspicere in speculum. Plaut. Amphit. 4. 288,
-& formam agnosco meam:
Quemadmodum ego sæpe in speculum inspexi, nimis similis est mei. Terent. Adelph. 3. 3. 61,
Nihil prætermitto, consuefacior denique
Inspicere, tanquam in speculum, vitas omnium
Iubeo atque ex aliis sumere exemplum sibi.
Inspectus. Participium. (ἐπιτεφαμένος,)
Inspectæ sunt apud portitores. Plautus Trinummo, 11. 60,
Lepida est illa causa, vt commemorari dicere, apud portitores esse
Inspectas.
Inspecta omni re. Plau. Aulul. 1. 7.
Inspectũrus, penult. produ. (ἐπιτελεσόμενος,) Participium futurum. Virgil. 2. Aeneid. 10,
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros
Inspectura domos, venturaque desuper vrbi.
Inspector, Verbale. (ἐπιτρόπος,) Qui rem aliquam vænalem pro potestate cognoscit, quales sunt apud nos quos magistros opificiorum vocant, quibus opifices opificia sua vt approbent, necesse est instituto municipali, aut in multam incidant, nisi (quod plerunque fit) prolato ære se meantur, vt vtar verbo prisco. Hæc Budæus, Plin. lib. 37. cap. 7. 8, Accedit religio narrata à siderum cognitione ab inspectoribus, quoniam ferè stellarum hyadum & numero & dispositione stellantur.
Inspectio, Aliud verbale. (ἐπιτέφασις,) Colum. lib. 1. cap. 4. 1. Nam prima inspectione neque vitia, neque virtutes abditas ostendit.
Inspectio. Diligens rei alicuius considerratio. Cic. 2. Philip. 87,
Nos enim inspectionem solum habemus. Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem. Id est cognitionem & iudicium. Ita Budæus. Ex vetusto codice legitur nuntiationem solum.
Abstinere, inspectione, Vide ABSTINEO.
In inspectione positę artes. Quintil. lib. 2. cap. 18. 1, Quum sint autem artium aliæ positæ in inspectione. Id est cognitione, & æstimatione rerum, qualis est Astrologia, &c.
Constare inspectione. Quintil. lib. 2. ca. 17. 27, Quid, quod & inspectione & exercitatione, vt artes cæteræ, constat? de Rhetorica.
Inspectio, pro simplici intuitu oculorum, Quintil. lib. 5. cap. 5, Inspectio ipsa sæpe etiam falsum deprehendit.
Inspecto, inspectas, (ἐπιτεφάμαι, inspectare. Frequentatiuum, Attente & cum diligentia intueri. Plaut. Pœn. 9. 69,
Videre, equidem vos vellem, quum huic aurum darem.
A. illinc procul nos istuc inspectabimus. Idem Cistel. 7. 77,
Ego eam proiecit: alia mulier illam sustulit,
Ego inspectaui. Cic. ad Brutum, 4, 7, Quod vtinam inspectare possis timorem de illo meum.
Inspectare de tegulis. Plaut. Milite, 5. 17,
Inspectauit per. Plaut. Milite, 5. 19.
Modò nescio quis inspectauit vestrum familiarium
Per nostrum impluuium intus apud nos Philocomasium, atque hospitem, Osculantes.
Inspectante populo. Gellius lib. 3. cap. 15, Ibi in stadio inspectante populo, in osculis atque in manibus filiorum animam efflauit. De Diagora loquitur. Cic. 6. Verr. 20, Hinc illa crux inquam ciuem Romanum iste multis inspectantibus sustulit. Idem 1. de Diuin. 60, Inspectante & rege & populo.
¶ Inspectare principem aliquem, pro Custodire. Sueto. in Cæsare. Sunt qui putent confisum eum nouissimo illo Senatusconsulto, ac iureiurando etiam custodias Hispanorum cum gladiis inspectantium se remouisse.
Inspectatio, inspectationis, Verbale. Seneca Natural. quæst. lib. 6, Quorum est adeò mihi dulcis inspectatio, vt quamuis aliquando de terrarum motu volumen ediderim iuuenis, tamen tentare me voluerim & experiri, &c.

Inspico, inspicas, pe. pro. (ἐπιθύω,) Inspicare, In modum spicæ vel spici acuere. Virg. 1. Georg. 59,
-ferroque faces inspicat acuto. Vbi Seruius Acuto ferro incidit ad speciem & imaginem aristarum.

Inspiro, inspiras, pen. prod. (ἐμπνέω, ἐπιπνέω, ἐμφυσάω,) Inspirare, Intus spirare, Ventum seu spiritum infundere. Colum. lib. 1. cap. 6. 6, Sed granaria scalis adeantur, & modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. Hoc est versus Aquilonem aperiantur, vt sint perflatiles. Idem lib. 6. cap. 17. 6, Facit idem trita sepia testa, & per fistulam ter die oculo inspirata. Hoc est infusa & immilla, insufflata. Quintil. lib. 10. cap. 3,
Inspirantes ramis arborum auræ volucrumque cantus.
Tacitum inspirat amorem. Stat. 1. Sylo. 1. 39.
Occultum inspires ignem. Virg. 1. Aeneid. 139.
Venenum inspirant morsibus. Virg. 4. Georg. 48.
Viribus inspirare. Quintil. lib. 2. cap. 5. 6, Quanta deinceps in diuidendò prudentia, quàm subtilis, & crebra argumentatio quibus viribus inspiret.
Inspirare alicui literæ. Gel. li. 2. cap. 3, Satis notum est Atticos ἰχθύν, ἰχθὺν multa itidem alia, citra morem gentium Græciæ cæterarum inspirantes primæ literæ dixisse. Hic Gellius Inspirare literæ dixit, quod Aspirare literam dici consuetum.

Inspoliátus, pen. prod. Adiect. (ἀνυπόδυτος,) Spoliato contrarium. Quintil. lib. 7. cap. 2, Hominem occisum esse constat, non in solitudine vt à latronibus suspicer: non prædæ gratia, quia inspoliatus est: non hæreditatis spe, quia pauper fuit. odium igitur in causa.

Instabilis, Instans, Instanter, Vide INSTO, instas.

Inspuo, inspuis, inspui, inspútum, penult. prod. (ἐμπτύω,) Inspuere, Super aliquid spuere. Plin. lib. 22. cap. 21. 2, Tradantque commanducata ea, si inspuatur mori serpentem. Idem lib. 31. ca. 9. 8. Datusque lingendus & oculis fumentorum inspuitur. De sale loquitur.
Inspuere in frontem mediam hominis. Seneca de Ira, 3.

Inspúto, inspútas, pen. prod. (ἐμπτύομαι,) Inspotare. Frequentatiuum, Sputo aliquem fœdare. Dicimus autem Insputare aliquem & alicui Plau. Capt. 11. 22, Et eum morbum mihi esse, vt qui me opus sit insputarier. Et paulo post, 24, Quib' insputare saluti fuit, atque iis profuit.

Instar, Indeclinabile, (ἴσον,) Adæquiparationem, vel magnitudinem, vel mensuram. Virg. 2. Aeneid. 3,
Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant. Suet. in Cæsare, de equo Iulii loquens, Cuius etiam instar, pro æde Veneris genitricis postea dedicauit. Colum. lib. 3, Vineam nouellam gemmas agere sinito, simulque atque pampinus instar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato. Idem lib. 2. cap. 5. 1, In campo rarius, in colle spissius acerui stercoris instar quinque modiorum disponentur. Id est ad mensuram. Liui. Initio milites Cannenses, dati duarum instar legionum. Id est, circiter.
Instar, Ad similitudinem. Cic. M. Catoni, lib. 15. 4. 25, Fugeranam autem, quæ fuit non vici instar, sed vrbis, quod erat Amani caput, &c. Idem in Pisonem. 40, Vnus ille dies mihi quidẽ immortalitatis instar fuit, quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

in patriam redii,quum Senatum egressum vidi,Populumque Romanũ vniuersum.Pli.in Paneg.c9,Ciuitasque Romana instar erat odii & discordiæ, & orbitatis, quum charissima pignora salua ipsorum pietate distraheret.Ibidem,114. Quòd siquando cum influentibus negotiis paria fecisti,instar refectionis existimas mutationem laboris. Ibidem, 46,Instar ego perpetui congiarii reor affluentiam annonæ.Gellius li. 18,cap.1, Sola virtus vitæ beatæ instar est. Plin.lib.11.cap. 10.4,de apibus,Ruentes ceras fulciunt pilarum instar.Ex vetusto codice sic legitur, Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis à solo fornicatis, &c.Idem lib.19.cap.5.14,Sapor asper, & medicamenti instar ad eliciendas aluos.Ci.7.Ver.71,Vrbis instar.

Exhorrult æquoris instar.Ouid.4.Metam.27.

Deorum instar.Tacit.lib.3.Igitur C.Cestius Senator disseruit, principes quidem instar deorum esse,

Instar mortis.Cic.2.Offic.101,Patrocinio verò se vsos, aut clientes appellari,mortis instar putant.

Instar vitæ.Cic ad Varronem,lib.9.6.11,Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto.Id est,propè vitam dici, & veræ vitæ habere similitudinem.

Instar voluminis erat epistola. Cic. Attico,li.10.195.1, Ea verò epistola quæ voluminis,instar,erat sæpe legenda,sicuti facio, &c.

¶ Instar in nominatiuo eleganter positum. Iustin.lib.4,Mittitur Gilippus solus,sed in quo instar omnium auxiliorum erat,Id est,sed qui solus tantum potuit,quantum omnes,auxiliari. Item pro exemplari. Virgil.6.Aeneid.173,

–quantum instar in ipso est Vlpianus.De noui operis nuntiatione. L. Stipulatio, Si præponatur instar quoddam operis, quasi facies quædam facti operis.

Instar admittit apud doctos nonnunquam præpositionem AD,& significat Ad similitudinem.Apul.lib.9.Met.Ad instar scoparum. In eodẽ, Iste quoque ad instar infœlicissimi sui filii iugulum sibi multis ictibus concrucidat,Idem lib.10,Ad instar exercitus. Ibidem, Ad instar barbaricæ feritatis,In eodem,Ad instar inclyti montis.Et in 11,Ad instar voluntariæ mortis.In eodem,Ad instar solo exornatur.In eodem, Ad instar insaniæ percitum.Iustinus,siue Trogus,XXXVI, Vallis ad instar castrorum clauditur.Gel.lib.20.cap.1,Populus Romanus è parua origine ad tantę amplitudinis instar emicuit.Pacuius apud Authorem ad Herennium,lib.1.71.

Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi:Saxique ad instar globosi prædicant esse volubilem.Verera exemplaria legunt,Saxoque instare globoso prædicant volubili.

Instauro, rare, Renouare,& quasi instar alterius facere. Festus,Instaurari,ab Instar dictum:quom aliquid ad pristinam similitudinem reficitur.Ci.pro Rosc.Ame.91,Cauete per deos immortales Iudices,ne noua & multo crudelior per vos proiciptio instaurata esse videatur.

Instaurare epulas.Virg.3.Aeneid Certatim instaurant epulas.Id est, denuo imponunt. Sic.8.Aeneid.25.

¶ Instaurare,pro Apparare,& Instruere interdum accipitur.Tacitus de Vitellio, Lætus vltro,& tam propinquæ sortis ignarus,instaurabat sacrum diis loci.Sic Plinius lib.31.cap.2.4,In villa sua Academia nomine,Cicero monumentum sibi instauranerat.Ci.ad Atticum, lib.1.8.5. Quum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eò muliebri vestitu virum,idque sacrificium quum Virgines instaurassent,&c.Budæus.

Instaurare tunicam aduersus hyemem.Pli.lib.11.cap.25.1,Papiliones aduersus hyemem tunicas sibi instaurant densas.Id est faciunt & parant, inquit Budæus.

Renouare & Instaurare.Cic.2.Ver.7,Tum quum in Cn. Dolabellam scelus suum istud pristinum renouauit & instaurauit quæstorium. Idem de Aruspi.resp.19, Quorum de sententia illa eadem renouata atque instaurata celebrantur.

¶ Acies instaurare,Vide ACIES. Virg.10.Aeneid.109,

Instaurant acies Vulcani stirpe creatus

Cæculus,& veniens Marsorum montibus Vmbro.Vbi Seruius,Antè fusas acies accipimus ex eo quod dixit Instaurant.

Animum.Vir.2.Aeneid 90,Instaurati animi regis succurrite tectis.

Bellũ,aut pugna,Instruere,vel denuo pugnare.Iuue.Sat.15.8, –& infestis pugnam instaurare fagittis. Liui.lib.4, Nam Phalisci, perpelli ad instaurandum bellum,neque clade Romanorum,neque sociorũ precibus potuêre.Cic.de Prouinciis Consularibus in Pisonem & Gabinium Bellum affectum videmus,& verè,vt ita dicam, penè confectum,&c. Periculum sit ne instauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus.

Cædem. Cic.pro Domo sua,4, Et tibi & gladiatoribus tuis instaurandæ cædis potestatem non fecisse. Hic Budæus Instaurare pro Facere interpretatur,& apparare.

Choros instaurat.Virg.4.Aeneid.19.

Diem donis.Virg.4.Aeneid.13.

Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras,

Instauratque diem donis. Vbi Seruius, Instaurat ideo, quia iam suprà sacrificauerat.

Epulas certatim instaurant.Virg.7.Aeneid.30.

Funus.Virg.3.Aeneid.13,Ergo instauramus Polydoro funus.

Honores instaurat.Virg.5.Aeneid.19.

Honos instauratur.Silius lib.13.44.

Iter instaurabat ad Argos.Stat.2.Thebaid.149.

Sacrum instaurari imperat.Stat.11.Thebaid.47.

Vias instaurare.Stat.5.Thebaid.2.

Instauratio,Verbale.(ἐπανόρθωσις,)Cice. de Aruspi. resp.20, Et mentes deorum immortalium ludorum instauratione placantur?

Instauratitius dies,ludis Circensibus additus.Macrobius li.1.ca.7.

Instauratiuus,pe.pro.Adiect.(ἐπανορθωτικός,)vt Ludi instauratiui. Cic. 1.de Diuin.97,Itaque ludis intermissis instauratiui constituti sunt.

Insterno, sternis,instráui,instrátum,pen.prod.(ἐπανορθόω,)insternere,Sternere,operire,superextendere. Suet.in Clau.Cæsare,ca.18, Arctiore aũt annona ob assiduas sterilitates detentus quódã medio foro,à turba,conuitiisque, ac simul fragmenibus panis ita instratus,vt egrè, nec nisi postico euadere in palatium valuerit.Pli.li.19.cap.5.17,Si palò adacto cauerna palea insternatur.

Insternere super.Liu.10.bel.Pun.39,Tabulasque super instrauit,vt perquium nauium ordinem faceret.

Pelle leonis insternor.Virg.2.Aeneid.143.

Terræ insterni,pro Sepeliri.Stat.3.Theb.43.

Instratus ornatu regio.Plin.lib.8.cap.42,Neminem hic quàm Alexandri regio instratus ornatu recepit in sedem.

Tori instrati super pelle leonis. Silius lib.7.58.

Instrátum,instráti,pen.prod.(στρῶμα,)Omnis vestis stragula insternendi causa parata,inquit Vlpianus.

Instigo, instigas,pen.prod.(παροξύνω,παρορμῶ,ἐνθουσιῶ,) instigare,à Stigo verbo,ἀπὸ τοῦ στίζω deducto, quod est Pungo, deriuatur & significat Incitare,& quasi obiurgatione quadam impellere.Terent.Phor.3.3.14,

Sed parúmne est,quòd omnibus nunc nobis succenset senex, Ni instigemus etiam,vt nullus locus relinquatur preci?Ibidem,1.4.9,Loquarne Ineendam,taceam instigem purgem me laterem lauem. Ibidem,5.8. 76,Non hercle ex re istius me instigasti Demipho. Idem Aud.4.2.9, Age si hic non insamt satis sua sponte,instiga.

Variis instigat vocibus alas.Virg.11.Aeneid.146.

Sequentem instigant studiis.Virg.5.Aeneid.46.

Instigare aliquem in alterum.Liuius 3.bel.Mace.109,Infensi & irati Romanos in Annibalem & ipsos causam odii quærentes instigabant.

Instigari sermonibus alicuius.Colum.lib.11.cap.1.1.

Instigante deo,numine,&c.Admonente & suadente,aut impellente.Liu. 10.ab Vrb.89,Hæc precatus velut instigante dea, & ipse College, & exercitus virtutem adæquauit ducis. Cic. In Pisonem,10, An tu eras Consul,quum in palatio mea domus ardebat,non casu aliquo,sed ignibus iniectis instigante te?

Instigátor,instigatóris.Papinianus in L.Ob hæc.ff. De iis qui no.infa.Calido testamento videris accusationis instigator fuisse.

Instigatio,Verbale,(παρόξυνσις,)Ipse instigandi actus.Author ad Herẽ lib.2.86,Amplificatio, est res quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur.

Instigátus,huius instigátus,pen.prod.Vlpianus in L.1.Parag. Sed & si.fi. Si quoad.Paup.Sed etsi instigato alterius fera damnum dederit.

Instillo, instillas,(ἐπιστάζω,ἐπιστάλζω,κατιστάλζω,κατιβάομαι,ἐνιστάλζω,) instillare,Intrò stillare.Plin.li.10,Et auriũ grauitati sue cum raphani instillant. Cic.de Senect,52, Nanque hæc quoque nisi tãquam lumini oleũ instilles,extinguuntur senectute.Plin.lib.20.cap.1. 2. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur.

Sensim instillatus humor.Quint.lib.1.cap.2.19,Nam vt vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus,vel etiam instillatis complentur: sic animi puerorum quantum accipere possint,videndum est.

Merum instillat in ignes.Ouid.epist.18.31.

Mero instillato restituenda lingua.Ouid.3.Trist.eleg.3.5.

Instillant guttæ saxa. Cic.2.Tusc.46, Guttæ quæ saxa assiduè instillant Caucasi.Ex Aeschylo.Id est guttatim cadunt super saxa.

¶ Instillare aliquid alicui,per translationem,pro In animum immittere, & leniter infundere. Cic.ad Att.lib.9,175.1. Attulit huberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quo starem,instillarunt. Id est,quæ mihi quiddam dulce & affabile infuderunt.

A contraria aure instillare,Vide A & AB præpositiones.

Preceptum instillare auricelis.Horat.1.epist.8.4.

Instillatio,Verbale,(ἐνστάλαξις,)Infusio stillatim & guttatim facta. Plinii.19.cap.6.24, Aures purgat fel pecudis cum melle canui lactis instillatio sedat dolorem.

Instimulo, instimulas,pen.cor.(κατακαυτῶ,) instimulare, Instigare,& stimulis quibusdam impellere. Oui.6.Fast.102,

Dissimulata

Dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas

Instimulat fictis insidiosa sonis.

Verbis instimulat eum.Ouid.14.Metam.99. Marcellus in L.3.ff.De in offic.testamento,Quod plerunq; accidit,quum falso parẽtes instimulati,liberos suos testamento vel exhæredant,vel præterẽunt.

Instinctus, Adiect.(ἐνθουσιάδης,)ab Instingo inusitato verbo,Incitatus,instigatus.Liu.5.ab Vrb.72.Itaq; quæ tum ceciderit diuino spiritu instinctus,ea se nec,vt fidicta sint,reuocare posse.Idem lib.6.6.3.His vocibus instincta plebes cum,&c. Et lib.4.210, His cursor vocibus instinctos milites in ꝓlium ducit. Cic.7.Ver.148. Quodam furore & audacia instinctum.Idem pro Domo sua,109.

Murmure incerto instinctus.Quintil.lib.2.ca.11.4.Aut murmure incerto,velut classico instincti,concitatissimum corporis motum non enuntiandis,sed quærendis verbis accommodant.

Furore sacro mens instincta.Lucan.lib.5.30.

Instinctus,huius instinctus,(ἐνθουσιασμός,)Instigatio,& quã Inspiratione diuina vocant.Cic.1.Tusc.99 Sine cæleſti aliquo mentis instinctu. Idem 1.de Diuin.64,Q uæ instincta diuino afflatuq; fundantur.

Instincta,instatuq; diuino futura prenuntiare.Cic.1.de Diuin.19.

Instinctu alicuius facere,Suasu & impulsione. Plin.in Paneg.123, Multa fecimus sponte,plura instinctu quodam & imperio.

Instinctor,instinctóris.(ἐνθεστής,)Tacit.lib.17, Nec deerat inquit Ptolemæus,sceleris instinctor.Hoc est,impulsor,

Instipulor, pen.cor.instipulẽris,(ἐπερωτάω,)instipulari,Per interrogationem stipulari.Fiebat enim stipulatio per interrogationẽ,vt pote,Promittis mihi te daturũ viginti minas? Alter respõdebat,promitto.alioqui nõ erat rata promissio, Quod his verbis aperitè Plautus docet in Pseudolo,19.7,

Minæ viginti sunæ,ac saluæ sunt tibi

Hodie,quas abs te inde est instipulatus Pseudolus

5.Velim quidem hercle.B.roga me viginti minas,

Si illic hodie illa sit potitus mulière,

Siue eam tuo gnato hodie,vt promisit,dabit.

Rogato obsecro,hercle gestio promittere:

Omnibus modis tibi esse rem vt saluam sciatis

Atque etiam habeto mulierem dono tibi.

5.Nullum periculum est,quod sciam stipularier.

Vt concepisti verba,viginti minas dabiũ?

Dabuntur.Id est,per stipulationem nempe per interrogationem promittendo,tu Pseudolo promisisti. Idem Rud.3.25,pasiuè,Ni dolo malo instipulatus sis.

Instita, institæ,pen.corr.f.g.(κόσσινος,) Tenuissima erat fasciola,quæ solæ extremitatem ambibat:dicta τὸ περιχιτώνιον, ꝙ togæ subsuebatur,qua honestæ matronæ vtebãtur.Horat.1.Serm.saty.2.6, –sunt qui nolunt retigisse,nisi illas

Quarum subsuta talos tegat instita veste.

Longa instita.Ouid.1 de Arte,7,

Esse procul vitræ tenues,insigne pudoris:

Quæque tegis medios instita longa pedes.

Institor, pen.corr.institôris,m.g.(κάπηλος,παραγωγάπηλος,) Negotiator appellatus ex eo est(vt ait Vlpianus in L.3.ff.de Institoria actione)ꝙ negotio gerendo insistat.Nec multum facit, tabernæ sit præpositus,an cuilibet alii negotiationi.Quum,vt subdit Paulus L.sequenti,interdum etiam ad homines hone stos afferant merces, & sibi vendant.Nec mutat causam actionis,locus emendi, vẽdendiue: quum vtroque modo verum sit institorem emisse aut vendidisse. Quicunque igitur(vt inferit Vlpianus ibidem)negotio præpositus est,institor rectè appellabitur,nam & Seruius libro 1,ad Brutum,ait,siquid cũmento coemendo,insolidum cum teneri. Labeo quoq; scribit,siquis insulario gestum sit,vel cum eo quem quis ædificio præposuit, vel frupecunis fœnerandis,agris colendis,mercaturis,redempturisque faciẽdis præposuerit,insolidum teneri. Et paulo pòst,Sed etiam eos institores dicẽdos placuit,quibus vestiarii,vel lintearii dant vestem circũferendam & distrahendam, quos vulgo circuitores appellamus. Sed etiam multiones quis propriè institores appeller. Item fullonum & sarcinatorum præpositus:sed & stabularii quoque,loco institorum habẽdi sunt.Sed & si tabernarius seruum suum peregre mitteret ad merces comparandas,& sibi mittendas,loco institoris habendum Labeo scribit. Iuuenal.Satyr.7.23,Institor hibernæ tegetis,niueique cadurci. Vlpianus in L.1.ff.de Institoria actione,Aequũ Prętori visum ẽ, sicut commoda sentimus ex cõtractu institorum,ita etiam obligari nos ex contractibus ipsorum.Liu.6.ab Vrbe,85,Vrbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumque,& institorum,opificumque retenta. Martial.lib.7.60,Institor temerarius.

Mundus demissis institor in tunicis.Propert.lib.4.eleg.2.8.

Discinctus institor.Ouid.1.de Arte,85,

Institor vestis dicitur Vergiliarum sidus,ꝙ mense Nouembri,quum earũ occasus est,ex hoc sidere coniectur am hyemis faciunt:nam si nubilus fuerit Vergiliarum occasus,pluuiosam hyemem denuntiat:ideoque negotiatores statim augent lacernarum pretia,quo genere vestium pluuio tempore vtimur.Si verò sereno tempore occiderint,asperitas hyemis denuntiatur:iccirco reliquarum vestium pretia accendunt. Sic institor vestis videtur hoc sidus esse,quod vt pluris minoris ve vendatur vestis,efficiat.Sipontinus.

Institor eloquentiæ.Quintil.lib.8.cap.3,Quare quicquid erit sententiis popularę,verbis nitidum,figuris iucundum,translationibus magnificum,compositione elaboratum:velut Institor quidam eloquentiæ intuendum & penè pertractandum dabit.Id est,Venditor ostentator,& mercator.Hæc Budæus Idem Quintil.lib.11.cap.1,Commoneatur ne quisquam eius fortuna quem tumidum ac sui tactãtem,& ambitiosum institorem eloquentiæ in ancipiti sorte videat.

Institorius,Adiectiuum.(καπηλικός,)Quod ad institoré pertinet.vt Ars institoria.Suet.in Claud.Cæs.cap.27,Dispositæ per litora & ripas diuersoriæ tabernæ parabantur,insignes ganeæ,& matronarum institorias operas imitantium,atqi hinc inde orantium vt appelleret.

Institoria actio dicitur,qua dominus institorem eõuenit,vel pro institore conuenitur.Vlpianus in L.Quicũqi.ff.de Institoria actione,Si libitinarius(quem Græci κατηγὸν vocant)seruũ pollinctorem habuerit, isq; mortuũ spoliauerit,dandam in eom quasi institoriam actionem, quãuis & furti & iniuriarum actio competeret.

Institrix,pen.corr.huius institrîcis,pen.pro.(καπηλίς,)à Plauto vocatur ancilla,quæ pro domina negotiatur.Sipontinus.

Instituo, instituis,institui,institũtũ,pen.prod.(παρασκευάζομαι,ἐπιβάλλω,) instituere,Ex in & statuo compositum, significat idẽ quod ipsum Statuo,vel Decerno. Terent.Phorm.4.2.14,Peram hinc vnde à primo institui. Plaut.Bacch.11.8,

–ego dare me ludum meo gnato Institui,vt obsequium animo sumere posit. Cice.4.Verr,40,Tu qui institueras in eos animaduertere,qui perperam iudicarent.

Instituere accusationem, Est iudicũ dictare,Actionem vel crimen intendere.Vlpianus in L.Si maritus ff.ad legem Iuliã,de Adulteriis,Si maritus præuenerit, accusareque instituerit, tempora non cedunt patri: quia accusationem instituere non potest.Et paulo pòst,Si ante extraneus institiuerit accusationem,ao superuenienti marito, permittatur accusatiuo,quæritur.Et sic sæpe.Budęus.

Accusatores & testes instituere.Cic.pro Cluent.13.

Instituere actionem.Cic.ad Atticum,lib.7.123.13,Nunc aueo scire quid hominis sit,& quarum rerum actionem instituat. Id est,quid velit,siue cogitet facere.

¶ Instituere,(ἀρχεσθαι,ἐπιχειρεῖν,)Incipere.Teren.in Prologo Eun.19.

Habeo alia multa,quæ nunc condonabũtur:

Quæ proferentur post,si perget lędere

Ita vt facere instituit.Plinius,Prius quàm id opus institueram.Suetonius in Othone,cap.12.Quin & faciem quoque rasitare, ac pane madido linire cõsuetum,idq; instituisse à prima lanugine,ne barbatus vnquam esset.Virg.in Bucolicis,

Daphnis & Aemonias curra subnectere tigres Instituit.Cic.in Verrẽ, Verum vt institui dicere.Id est cœpi. Idem pro Cluentio,55,Q uæso vt me Iudices,sicuti facere instituitis,benignè,attenteque audiatis.

Instituere & Perficere,contraria.Cic.4.de Finib.57,Phidias potest à primo instituere signum,idque perficere.

Suscipere,instituere,& perficere aliquam rem.Cic.Luc.lib.5.12.5.

Instituere actionem.Proponere.Vlpianus in L.De eadem.ff.De except. rei iud.Dummodo de eadem re experiatur(etsi diuerso genere actionis,quam instituit)videtur de eadem re agere.

Sic instituere actionem,Citare. Iustin.lib.4.Tit.de pœna tem.litig.Omnium autem actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur.

Instituere amicitiam cum aliquo,quod & Inchoare dicitur.Cicero ad Sulpitium,lib.13.18.1,Nam & amicitia peruetus mihi cum eo est, vt primum in forũ veni,instituta.Sic 1.de Finib.105.Liu.4.bel.Maced.123. Et breuiter peroratum esse potuit:nihil me,postea q̃ vobiscum amicitiam institui,cur eius vos pœniteret,commisisse.

Instituere sibi amicos:quod aliàs Facere vel acquirere dicitur. Ci.6.Ver. 18,Fecisti item vti prædones solent qui quum communes hostes sint omnium,tamen aliquos sibi instituunt amicos,quibus non modò parcant,verũe tiam præda quos augeant.

Amphora cœpit institui.Horat.de Arte,5.

¶ Instituere,(παρασκευάζειν,)animum ad cogitãdũ,pro Applicare,& quod vulgus ponere dicit.Terent.Phorm.2.1.10,Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.

Argumenta in corde instituere,proponere apud te,& apparare quid dicturus sis.Plaut.Mostel.3.2,

Recordatus multum,& dia cogitaui,argumentaque multa

In pectus institui ego,atque in corde meo.

Astutiam,Adornare fallaciam & instruere.Plaut.Epid.8.17,

–verum nunc ego astutiam hanc institui.

Deueniam,&c.Idem Milite,5.82.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunc sicut tionem incipiens, hanc instituam astutiam,
Vt Philoomatio, &c.

Sibi certamen cum aliquo instituere. Hoc est, proponere sibi aliquem cum quo, aut verbis aut re ipsa decertare velimus. Cic. 1. Acad. 63, Cũ Zenone, inquam, vt accepimus. Archesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi. &c. Sic 3. Tuscul. 37.

Ciuitates instituere, & leges scribere. Cic. 1. de Orat. 43.

Collegium. Pro eo quod fundare dicũt. Plin. epist. 10, Tu domine dispice an instituendum putes collegium fabrorum dũtaxat hominũ CL.

Consuetudinem, Quod dicitur aliàs Facere amicitiam. Cic. ad Atticum, lib. 1. 19. Et postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longè refugit.

Cursum. Terẽt. Phorm. 5. 6. 8. Num mirum, aut nouum est renocari, cursum quũ institueris? Cic. pro Lege Manil. 18, Non aut ritia ab instituto cursu ad prædam aliquam renocauit, non libido ad voluptatẽ, &c.

Dapes instituere. Virg. 7. Aeneid. 12,
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ.
Instituuntque dapes, & adorea liba per herbas Subiiciunt epulis.

Delectum militum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 62, Cæsar conquiri milites, qui ab eo discesserant, delectumque instituì iubet.

Diligentiam instituere. Cic. Titoni, lib. 16. 20. 1.

Epulas instituunt. Silius lib. 11. 55.

Exemplum. Plin. epist. 94, Dices, non omnes Prætores tam seueri. Fallere. nam vel instituere, vel reducere eiusmodi exemplum, non nisi seueri institutum, reductumue exercere, etiam leuissimi possunt.

Hæredem, Creare & facere. Cic. pro Cecinna, 39, Probauit omnibus M. Curium, qui hæres institutus esset, ita, &c.

Hæredem ex asse instituere, vel omnibus bonis. Plin. epist. 96. c, Qui si hæredem quidem instituisset ex asse, sed legatis ita exhausisset, vt nõ amplius apud te, quàm quarta remaneret. Plin. lib. 7. cap. 36. 3, Hæres omnibus bonis institutus.

Historia institui nisi præparato otio non potest, nec exiguo tempore absolui. Cic. 1. de Legib. 14.

Instituere in animo, Statuere, Deliberare, Proponere. Terentius Adelphis, 1. 1. 13,
Vah, quenquamne hominem in animo instituere,
Aut parare quod sit chariùs, quàm ipse est sibi?

Iter instituere, Aggredi. Cato Cicerom, lib. 1. 5. 7, Instituto itinere securitatem diligentiamque sociis & Reip. præsta.

Iter institutum rumpere. Horat. 3. Carm. ode 27. 1.

Legem iniquam & miseram conditionem periculis hominum instituere. Cic. pro Murena, 55.

Ludos instituit celebri certamine. Ouid. 1. Metam. 90.

Mercatum domesticum rerum aliquarum instituere. Cicero 3. Philippic. 145.

Naues instituere, Adornare, & præparare, aut ædificare. Cæsar 1. bel. Gal. 43, Labieno scribit, vt quamplurimas posset, his legionibus, quæ sint apud eum, naues instituat.

Nauem instituere, aliter, pro Authorem esse nauis faciendæ. Plin. lib. 7. cap. 16. 17, Quinqueremem instituit Nesichthon Salaminius.

Negotium, Aggredi opus. Plaut. Pœn. 14. 104,
- sed ego nunc cur hic me morer?
Id negotium institutum, non datur cessatio.

Nundinas. Plin. epist. 99. lib. 5. ad Valerianum.

Officinam alicubi instituere. Cic. 6. Verr. 48.

Opus. Quintil. lib. 6. cap. 4. Neque enim de risu, sed de vrbanitate est opus institutum. Hoc est, propositum & inceptum.

Orationem cum aliquo, Sermonem ad aliquem conuertere. Cic. 5. de Finib. 148, Audi igitur, inquit, Luci: tecum enim, vt ait Theophrastus, mihi instituenda oratio est.

Oratorem autem instituimus. Quintil. in Proœm. lib. 1. 8.

Instituere ornithobosciũm, Vide ORNITHOBOSCIVM.

Pœnam in aliquem instituere. Cic. pro Domo sua, 96.

Portorium vini instituere. Cic. pro Fonteio, 8.

Quæstionem in re aliqua. Quintil. lib. 7. cap. 2, Si vnum respondeamus, videndum est, in re quæstionem instituamus, an in scripto.

Sibi quæstum, quod & Facere quæstum dicitur, & Aliquid sibi proponere ad quæstum faciendum. Plaut. Mostel. 9. 83, Nouitium mihi quæstum instituì, non malum. Cic. pro Quintio, 7, Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio: postea quàm nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus.

Rationem. Plaut. Sticho, 7. 16,
Cadum tibi veteris vini propino. S. papæ
Ducam hodie amicam. E. vel decem, dum de tuo.
Vbi cœnas hodie? S. si tu hanc rationem instituis,
Amicam ego habeo Stephanium, &c.

Rationem alicuius negotii instituere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 165,
In præsentia similem rationem operis instituit.

Instituere regnum. Plaut. Rud. 11. 28,
- & ego vrbi Gripo indam nomen
Monimentum meæ famæ & factis: abique regnum magnum Instituam.

Instituere sermonem, absolutè, vel cum aliquo: Hoc est, colloqui, conferre, vel sermonem habere. Cæsar 5. bel. Gal. 138, Longiorque consulto ab Ambiorige instituitur sermo. Cic. 2. de Orat. 163, Idque memoria teneo, quum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus. Crassusque plurimis verbis eloquentiam laudaret tuam, &c. Idem 2. Tuscul. 14, Est igitur ambulantibus ad hunc modũ sermo ille nobis institutus, à tali quodam ductus exordio.

Sumptus instituere. Cic. pro Flacco, 26.

Tabellarios certos instituere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 18. 5.

Textrinam alicubi instituere. Cic. 6. Verr. 52.

Tutorem fi lorum orbitati instituere. Cic. 1. de Orat. 116.

Vestigia retro instituit. Lucret. lib. 4. 96. Hoc est retrocedit.

Sapienter vitam instituere. Terent. And. 1. 40, Sapienter vitam instituit. Hoc est prudenter vixit.

Vitem instituere, pro Conserere. Sueton. de Clar. Grammat. 23, Et agros adeo coleret, vt vitem manu eius institutam satis constet CCCLXV vasa edidisse.

¶ Instituere, (καταρτίσαι, παιδεῦσαι, παιδοτριβῆσαι.) Docere, instruere. Cic. pro Quint. 46, Qui apud te esset educatus: quem tu à puero instituisses, vt nobili ne gladiatori quidem hæreret. Quintil. lib. 1. cap. 17, Aristophanes quoque non vno libro sic instituì pueros antiquitus solitos esse demonstrat.

Aliquem instituere, & ei præcepta dare. Cic. pro Quintio, 57.

Artem aliquam instituere. Cic. 1. de Orat. 97.

Instituere & imbuere aliquem. Cic. 10. Philipp. 283.

Adolescentem instituere. Cic. pro Cælio, 30.

Rudem ad dicendum instituere. Cic. 2. de Orat. 88.

Ad lectionem aliquem instituere. Quintil. lib. 1. cap. 7. 9, Qui ad lectionem instituentur, &c.

Ad scenam aliquem instituere. Cic. de Clar. Orat. 106.

Instituere atque erudire ad turpitudines. Cic. 5. Verr. 137, Eos instituere atque erudire ad maiorum instituta atque ciuitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines debuisti.

Literis Græcis instituere. Cic. de Clar. Orat. 90.

Instituì lira. Quintil. lib. 1. cap. 17, Socrates iam senex Instituì lira non erubescebat. ibidem, cap. 2, Quidam literis instituendos, qui minores septem annis essent, non putauerunt.

Institutus, pen. prod. Participium, (κατεσκευασμένος, ἐπιτηδευμένος,) Statutum, decretum significat. Plaut. Pseud. 10. 10.
- vt lenoni surripiam mulierem,
Iam instituta, ornata cuncta in ordine habeo.

Malè instituta ratio exitum reperire non potest. Cicero 1. de Natura deorum, 145.

Diuinitus multa à maioribus inuenta atque instituta sunt. Cic. pro Domo sua, 1.

¶ Institutus, Eruditus. Cic. 3. de Finib. 17, Instituti à natura. Quintil. lib. 1. cap. 11. Bene instituto ac satis exercitato.

Diligentia alicuius bene institutus aliquis. Cic. de Clar. Orat. 129.

Doctrina liberaliter institutus. Cic. 1. de Orat. 89.

¶ Institutus, Inceptus. Cic. pro Domo sua, 109, Neque institutas ceremonias persequi, neque verbum vllum solemne potuit effari. Idem pro Cluent. 37, Nihil tam remotum ab accusatione quàm Cluentius & natura, & voluntate, & instituta ratione vitæ.

Institutum, huius institũti, pen. prod. (προαίρεσις, νῦς θ.) Valla, Præcepta & præceptiones indifferenter pro disciplina sumuntur. Instituta & institutiones, per differentiam. Instituta enim sunt mores consilio & ratione sumpti. Nam mores, bonos & malos dicimus. Et in morem, id est similitudinem: vt In morem leonis, in morem stagni, placidæque paludis, inquit Virgilius. Institutum autem, bonus mos. vt Faciam meo instituto. Licet institutum nonnunquam significet inceptum, propositum, ab Instituo, quod est Incipio. Instituta plurali numero vero (vt institutam dicere) boni mores sunt, consilio & ratione sumpti. Quintil. lib. 1. cap. 2. 11, de Chrysippo, Nam is, quanuis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque iam informandam quàm optimis institutis mentem infantium iudicat. Cur autem ad literas non pertineat ætas, quæ ad mores iam pertinet? Eandem rem appellans instituta & mores. Apud Valerium Maximum titulus est, De institutis antiquis: quasi de moribus antiquis. Institutiones sunt præceptiones quibus instituuntur & docentur homines, vt libri ab eodem Quintiliano ac Lactantio, multisque aliis authoribus inscripti De institutione oratoria, siue ab alio nomine atque materia. Hactenus Valla lib. 4.

Instituto Platonis, More Platonis, vel secundum Platonis doctrinam. Cic. 1. Acad. 25, Illi autem qui Platonis instituto, in, &c.

Consuetudo & institutum. Cic. ad Atticum, lib. 4. 87. 1, Futo te existimare me nunc oblitum consuetudinis atq; instituti mei, rarius ad te scribere

bere quàm solebam. Idem 1. Verr. 3. Veteri consuetudine instituto que maiorum.

Leges & instituta iuris publici. Cic. de Clar. Orat. 146, Sed bene iuris publici leges atque instituta cognouerat. Idem in Pisonem, 23, Qui eius ciuitatis in qua in principum numero vultis esse, non leges, nõ institutã, non mores, non iura noritis? Cæs. 1. bel. Gall. 1, Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt.

More institutoq; maiorum Cic. pro Murena, 1.

Præcepta & instituta philosophiæ. Cic. 1. Offic. 1, Te abundare oportet præceptis institutisq; philosophiæ.

Instituta & rationes meæ. Cicc. Cælio, lib. 2. 1 2. 6. Genus institutorum & rationum mearum, dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione prouinciæ.

Alienum institutis meis. Cicc. Sestio, lib. 5. 17. 2, Non putaui esse alienum institutis meis hæc ad te scribere.

Meretricium institutum. Cicc. pro Cælio, 30, Si qua mulier sit huiusmodi qualem ego paulo antè descripsi, tui dissimilis, vita instituroq; meretricio: cum hac, &c.

Nefarium institutum. Cic. 5. Verr. 4, Sed nouis edictis tuis, nefariosq; institutis exigeres & eriperes. Idem 2. Verr. 8, Innumerabiles pecuniæ ex aratorum bonis nouo nefarioq; instituto coactę.

Nefandum institutum, Vide NEFANDVS.

¶ Institutum, pro Inceptum. Plinius. Hæc sunt rerum principia & instituta naturæ.

¶ Abduci ab institutis suis pecunia. Hoc est, à proposito, & sententia. Cic. 6. Verr. 10, Verũtamen abducuntur homines nõnunquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniæ.

Institutum vitæ capiendum. Hoc est, viuendi ritus siue ratio & modus. Cic. 4. de Finib. 66.

Consequi institutum, Vide CONSEQVOR.

Decedere instituto. Tacit. lib. 7. Vide DECEDO.

Instituto suo facere aliquid. Cicc. ad Thermũ, lib. 13. 56. 5. Nobis autẽ in hac causa nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere.

Formare mentem institutis. Quintil. lib. 1. cap. 2. 11. Nam is, quanuis nutricibus triennium dederit, tamẽ ab illis quoq; iam formandam quàm optimis institutis mentem infantium iudicat. De Chrisippo. Aiis legant informandam.

Instaurare institutum. Tacit. lib. 5. Instituta Parthorum insumit.

Perficere instituta. Cic. 2. de Diuinat. 8. Vide PERFICIO.

Resumere instituta. Tacit. lib. 10. Instituta, cultumq; patrũ resumite.

Perpolire institutum. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 35.

Tenere aliquod institutum in omnibus. Cic. 6. Verr. 40.

Vti instituto suo. Cæsar Oppio in Epist. ad Attic. lib. 9. 177. 2, Cn. Magiũ Pompeii præfectum deprehẽdisse licet & meo instituto vsus sum. Hoc est, Feci quemadmodum consueueram.

Institutio, Verbale, (παίδευσις,) Doctrina, Instructio. Cic. 1. Offic. 13 Magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur. Quintil. lib. 11. cap. 1. Nos institutionem professi, nõ solũm scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus.

Institutio & disciplina. Cic. 4. Acad. 184. Sunt enim mihi nota, propterea quòd earum ipsarũ rerum, de quibus agimus, prima institutio & quasi disciplina illo libro continetur.

Puerilis institutio. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8.

Præcepta & institutio. Cic. 3. de Orat. 20. Iisdem præceptis atq; in vna institutione formari.

Rationem institutionemque suam cõseruare. Cic. ad Attic. lib. 1. 12. 14.

Secta & institutio. Cic. 7. Verr. 142. Horum nos hominum sectam atq; institutionem persequimur. Vetus exemplar habet Institura.

Institutio Stoica. Senec. de Benef. lib. 2. In hac re videtur vehementer errasse, nec ex institutione Stoica se egisse.

¶ Institutiones, Pluraliter. Vide institutum, ex Valla.

¶ Institutio operis, Propositio vel principium. Plin. libr. 16. cap. 4. 4. Longum est, nec ex institutione operis, differere quisnam Romanorum primus acceperit. Vetus codex habet, nec instituti operis. Cicc. 1. Offic. 12, Omnis enim, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci. Id est, præceptio & propositum de aliqua re agendi.

Insto, stare, Insistere, institum, pen. corr. (ἐνίστημι, κατεπείγω,) Instare, Vrgere, Insectari. Cæsar 2. bel. Gall. 310. Hostes neq; à fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere, & ab vtroq; latere instare. Idẽ lib. 5. 167, Dum cupidius instat, in locum inferiorẽ deiectus concidit. Cicc. 5. Verr. 115, Institit, oppressit, non remisit. Idem 3. Verr. 48, Cederẽ Iannam saxis, instare ferro: ligna & sarmenta circundare. Liu. 7. bel. Pun. 78, Seu vicit, ferociter instat victis: seu victus est, instaurat cũ victoribus certamen.

Acrior instat. Virg. 3. Georg. 30.

Cupidius instare, Vide CVPIDVS.

Impensius instant. Ouid. 7. Metam. 65.

Lanius instando tædia tollet tui. Ouid. 1. de Arte, 144.

Vi instat. Virg. 2. Aeneid. 98.

Instare & premere. Martial. lib. 7. 96,
Instant mille licet, premantque curæ,
Nostris carminibus tamen vacabit.

Instare res aliqua dicitur, quando vrget. Cic. 3. Tusc. 16. Sed id aliàs nũc quod instat. Virgilius in Bucolicis, Desine plura puer, & quod nunc instat agamus. Hoc est, quod maximè necessarium est.

¶ Instare, datiuo iunctum, figuratè at molestius & vrgentius & (quod dicitur) instanter aliquem sollicitare. Cic. pro Quintio, 18, Verũm quoniã tibi instat Hortensius vt eas in consilium à me postulat, ne dicendo tempus absumam. Cic. pro Cecinna, 6, Quare aut muta actionem, aut noli mihi instare vt iudicem.

Euincentque instando, vt literæ sibi ad Tarquinios darentur. Liuius 2. ab Vrbe. 16.

Alicui rei instare. Quintil. lib. 7. ca. 3. 30, Patronus verò quoties poterit, instabit huic loco, vt nihil credibile sit factum esse sine causa.

Famæ instandum. Tacit. in vita Agricolæ.

Instare funeri. Plin. lib. 7. cap. 51. 5. E duobus fratribus Equestris ordinis Corsidio maiori accidisse, vt videretur expirasse, apertoq; testamento recitatum hæredem minorem funeri institisse inter im eum, &c.

Furto feruidus instat. Virg. 9. Aeneid. 74.

Animus maioribus instat. Ouid. 2. de Arte, 107.

Instare operi, Aliquod opus diligẽter curare vt fiat. Virg. lib. 1. Aen. 102,
Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios instans operi, regnisque futuris. Plin. in Paneg. 30, Et inde offensiõe, gratiæque puriter securi, instant operibus, adsunt exercitationibus: arma, mœnia, viros aptant. Liu. 8. bel. Pun. 256. Ipse ita institit operi, vt die quadragesimo quinto, &c.

Instare vestigiis alterius, pro Imitari. Pli. epist. 97. li. 6, Etsi qui audiebãt, me æmulari, meis instare vestigiis videbantur

Instare vestigiis alicuius, Quod barbari dicũt Sequi de prope. Liu. 7. bel. Pun. 69. Marcellus vestigiis instabat, castraq; castris conferebat.

Instare sequi vestigiis. Liu. 7. bel. Pun. 10, Marcellus vbi lux fugã aperuit socis est præsidio modico Numistrone relictis, præpositoq; his L. Furio Purpurione Tribuno militum, vestigiis institit sequi.

Instare vt. Cicc. ad Atticum, lib. 2. 16. 4. Ita vulgò qui instabant, vt darem sibi quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam desiterunt. Sic lib. 3. 55. 5. Te instante facient. Terent. Eunuc. 4. 1. 5, Thais porrò instare vt hominem inuiter.

Instare ne. Plant. Casina, 7. 34.
Non me hercle opinor posse, ita vxor acriter
Tua instat ne mihi detur.

Instare vnum, vt. Terent. Heaut. 5. 1. 22, Magis vnum etiam instare vt cõficerentur nuptiæ.

Instare vsque adeo donec. Plant. Cistel. 7. 41, -non desiti
Instare vsque adeo, donec adiurat se anus
Eam mihi monstrare.

¶ Instare aliquem. Plaut. Curcul. 8. 6, Si magis me instabunt ad Prætorem, sufferam.

Instare iter, Arripere. Plaut. Cistel. 10. 11. Quisve sustulit? & vtrum hac an illac iter institit?

Instare viam. Plaut. Asin. 3. 40, Estne hoc vt dico Litane? 1. rectam instas viam. Id est, sic res habet vt dicis.

¶ Instare, absolutè, pro Instabant, huic Resistere opponitur. Salust. Veterani virtutis pristinæ memores, cominus acriter instare, illi haud timidi resistunt.

¶ Instare factum, Contendere rem sic se habere vt dicimus. Plautus Mercat. 5. 18,
Illud videri mirum, vt vna illæc capra
Vxoris simiæ dotem ambederit.

Instare factum simia. Terent. And. 1. 1. 120, Ego illud sedulò negare factum: ille instat factum.

Instat ire ad eum: Id est perseuerat. Plaut. Milit. 10. 147.
Verũm vbi dies decem continuos ire ad eundem instat,
Tamen si dominus non inuitus patitur, serui murmurant.

¶ Instare, Propinquum vel proximum esse. Salust. Optimum factu ratus, noctem quæ instabat, antè capere, nequid eo spatio nouaretur. Cæsar 1, bell. Gall. 63, Vbi se diutius duci intellexit Cæsar, & diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret. Plautus Pœnul. 14. 97.
-di immortales meum herum seruatum volunt,
Et hunc disperditum lenonem, tantum instat cum exitii. Idem Merc. 22. 18, Nubis atra imbersque instat. Idem Persa, 15. 48,
Tace stultiloque, nescis quid instet boni.

Instare & imminere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 305, Instabat agmen Cæsaris, atq; vniuersum imminebat.

Instans bellum. Cic. 11. Philip. 307.

Instant à me tibi bona, Proximum est vt ego te diuitem faciam. Plautus Persa, 15. 23, -ita me diuent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt ob istam rem tibi multa bona instant à me.
Cædes instabat miseris. Virg. 8. Aeneid. 105.
Dies instabat Lucan. lib. 5. 1.
Instat periculum. Lentulus ad Ciceronem, lib. 11. 14. 21, Et nunc non minora pericula Reipub. à Dolabella instarent, quàm ab Antonio.
Instat prope. Terent. Adelph. 5. 2. 9.
Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illum misericordia Repressit, neque reflexit: neque quòd partus instabat propè.
Senecta instans. Horat. 2. Carm. ode 14. 1.
Instat telum. Plaut. Pœnu. 14. 98, Prius quàm vnum iniectum telum est, tum instat alterum.
Instans, instantis, om. g. (ἐνεστώς, ἐπιόντος,) Quod imminet, & præsens est. Cic. 4. Tuscul. 19, Quæ enim versentia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. Id est, præsentia, vrgentiaque. Quintil. lib. 5. cap. 10, Præteritum, instans, futurum. Tacitus lib. 19, Præterita, instantia, futura, pari oblitione dimiserat.
Instantia, huius instantiæ, (ἐνέστως,) pro Continua intentione & assiduitate. Plin. lib. 3. epist. 5, Quid est enim quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc instantia possit efficere? Gellius lib. 6. cap. 2, Peccata quoque hominum, & delicta non subsistenda, neque condicenda sunt ipsis, voluntatibusque eorum, sed necessitati cuiusdam & instantiæ quæ oritur ex fato. ✱ L. Fin. Parag. Fin. de pign. Acti.
Instantia in oratione, pro Vehementia vel elatiore stylo. Plin. epist. 103, Hæc vel maximè vi, amaritudine, instantia illa tractu & suauitate atque etiam dulcedine placet.
Instanter, Aduerbium, (ἐπιμόνως,) Hoc est perseuerantèr. Quintil. lib. 9. cap. 4, Vbicunq; scriter erit & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim, cæsimque dicemus.
Instabilis, & hoc instabile, pen. corr. (ἀστατής, ἀβέβαιος,) Quod suo loco stare non potest. Plin. lib. 36. cap. 14. 2, Rursus in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, &c.
Animi instabiles. Virg. 4. Georg. 21.
Instabilis homo, Inconstans, leuis. Liu. 1. bel. Pun. 10, Quippe vbi pedes instabilis ac vix vado fidens vel inermi equite equo temere acto perueniri posset.
Instabilis hostis ad cominus conferendas manus. Liu. 7. bel. Pun. 109.
Locus instabilis. Ouid. 6. Metam. 39.
Regnum instabile. Senec. Thyeste, 3. 9.
Instabilitas, pen. corr. instabilitátis, (τὸ ἀστατές,) Inconstantia. Plin. lib. 14. cap. 17. 5, Hanc autem a regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda instabilitatemque mentis.
Instato, institas, pen. corr. (ὑπίσταμαι,) Insistare, Sæpe contrà stare, repugnare. Cæsar lib. 1, Id conspicati Heluetii, qui in montem sese receperant, rursus institare, & prælium redintegrare cœperunt. Alii codices habent instare.

Instratum, pen. prod. (τάπητα,) Vide INSTERNO. Liuius 4. bel. Maced. 34. Instrato omne vestimentum contineri quod inticitur, Labeo ait. Vlpianus in L. Instrato. ff. de Verb. & rer. sig'

Instragulum, pen. corr. (ὑπόστρωμα,) Idem quod stragulum Cato ca. 10. 4.

Instrenuus, Adiectiuum, (ἀγενναής,) Strenuo contrariumque quasi Minimè generosus, quem Barbari virtuosum, nos fortem dicimus & virtute præditum Ignobilis, indiligens, & ad res gerendas minimè promptus. Plaut. Mostel. 3. 17.
Atque vbi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia
Immundus, instrenuus, hic iam ædibus vitium additur.

Instrenuus animus. Ingenerosus, ignobilis. Terent. Heaut. 1. 1. 68.
Ambo accusandi et in illud incœptum tamen
Animi est pudentis signum, & non instrenui.

Instrepo, instrepis, pen. corr. instrepui, instrépitum, (ἐνηχέω,) instrepere. Idem quod strepere significat, hoc est Strepitum & sonum emittere. Liu. 4. ab Vrbe, 186, Vnde liquid instrepat terroris, sine Patritio magistratu placere Reiup. opprimi. Vetus exéplar habet increpet.

Instrepit axis, pro Stridet. Virg. 3. Georg. 54,
Pòst valido nitens sub pondere fraxinus axis Instrepit.

Dentibus horrendam instrepit. Claud. 8 in Paneg. 45.

Instringo, instringis, instrinxi, instrictum, (ἐπιφίγγω,) instringere. Catul. de Lesbia, epig. 71. 6.
Quin te animo afixmas, teque instringisque, reducisque,
Et diis inuitis desinis esse miser?

Instringo, Vehementer & arctè stringo. Quintilianus in Aegro redépto, laceat inter vincula, quibus instringat adhuc recenté pirata captiuum. In superiore Catulli exemplo videtur idem significare quod dilluo.

Instructio, Instrumentum, Vide INSTRVO.

Instruo, instruis, instruxi, instructum, (κατασκευάζω, διατρέφω, ἐξαρτύω, κατηχέω,) instruere, Significat propriè Apparare, componere, struere, machinari. Valla dicit incompertum sibi esse apud idoneos authores legi pro Docere: Quum tamen legamus Instruere discipulos, studiosos, &c.

Instruere acculationem, vel actionem, vel litem, Est literis ac testibus, caterisque ad probandum necessariis eam adornare, munireque. Vide instrumentum litis vocat Quintilianus quicquid ad instruendam litem, id est causam pertinet, quod nos productionem dicimus. Hæc Budæus. Cic. pro Cluentio, 12, Hoc enim ipsum iudicium, hoc periculum, illa acculatio, omnis testium copia quæ futura est, à matre initio est adornata, à matre hoc tempore instruitur.

Instruere aciem. Cic. pro Murena, 19, Tu actionem instituis: ille aciem instruit. Cæsar 1. bel. Gal. 88. & lib. 2. 302. Tacit. lib. 11. Quintil. lib. 7. cap. 13. 3.

Instruere arrogantiam alicuius, Vide INSTRVO.

Armis instruit socios. Virg. 8. Aeneid. 16.

Calumniam instruere alicui. Vlpianus in L. 1. ff. De iure patro. Et si calumniam aliquam eis instruxit, vel delatorem subornauit.

Cœnam, apparare. Gel. lib. 2 cap. 24, Verba Lælii hæc sunt, quibus indicat hœdum, qui ad epulas fuit allatus, dimissum, cœnamque ita vt lex Licinia sanxisset, pomis, holeribusque instructam. Martial. lib 10. 59.

Consilia. Terent. Phorm. 2. 2. 7, Cedo senemiam instructa sunt mihi cœde consilia omnia.

Copias instruere. Cæsar 7 bel. Gal. 66.

Domum. Plaut. Rud. 22. 22, - liber
Igitur domum instruam, agrum, ædes mancipia, nauibus inde
Magnis mercaturam faciam. Idem Bacchid. 6. 6, Omnium ad perniciem instructa domus opimè, atque opipare. Cicero 6. Verr. 8. Non enim te instruere domum tuam voluerunt in prouincia, sed illum suum prouinciæ supplere.

Epulas. Liuius 5. ab Vrbe, 124.

Instruendæ fraudi aliquanto intentior. Liu. 3. bel. Pun. 167.

Hortos, Comparare in hortis necessaria. Plin. epist. 171. d, Fuit enim tam copiosus, vt amplissimos hortos, eodem quo emerat die instruxerit plurimis & antiquissimis statuis. Cic. 3. Offic. 77, Emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius voluit, & emit instructos. De hortis. Martial. lib. 5. 63.

Insidias. Cic. pro Cluent. 150.

Insidiæ mihi instruens. Catul. ad Aurelium, epig. 18. 2.

Iter ad bonam famam. Plin. in Paneg. 126, Non instruendum illis iter ad bonam famam, sed non deferendum non subnouenda adulatio, sed non reducenda est.

Legiones. Plaut. Amphit. 4. 67.
Nos nostra more nostro, & modo instruximus
Legiones: item hostes contrà, suas instruunt. Terent. Eunuc. 4. 7. 11,
Tu hosce instrue: his ego ero post principia: inde oibus signũ dabo.
o. Illuc est sapere: vt hosce instruxit.

Instruere locum insidiis. Liu. 6. ab Vrbe, 87.

Mensas instruxere epulis. Ouid. 8. Metam. 115.

Nauigia. Celum. lib. 5, Nonnulli strenuè fabricãt nauigia, nec cõsummata perinde instruunt armamentis, ministrisq;. Id est armãt, vel muniunt.

Opus instruitur. Ouid. 4. Fast. 138.

Ornamenta alicui. Plaut. Milite, 13. 34,
Iube fis aurum atque ornamenta, quæ illi instruxisti,
Mulierem dono habere. Ibidem, 15. 34, Aurum, ornamentaque quæ illi instruxisti, ferat.

¶ Instruere discipulos lectione orationum. Quintil. lib. 2. cap. 5, Orationum lectione susceptos à se discipulos instruxerit.

Arte instruere aliquem. Ouid. epist. 15. 74.

Cultibus instruere aliquem. Ouid. 1. Fast. 64.

Instruere dolis aliquem. Virg. 2. Aeneid. 31,
- dolis instructus, & arte Pelasga.

Scientia aliquem instruere. Quintil. in Procem. lib. 1. 17.

Instruere studiosos scientia alicuius rei. Quintil. in Procemio, lib. 1, non procul à fine, His omnibus admiscebitur, vt quisque locus postulabit, dicendi ratiosque non eorum modò scientia, quibus solis quidam nomen artis dederunt, studiosos instruat, &c. Sunt qui legant docendi ratio. Hic videtur accipi pro Instituat & doceat. Hoc est, amantes & studiosos, vel eos qui nostræ arti operam nauant, instruat.

Instruere Oratorem, Docere orationis conscribendæ rationem. Quintil. lib. 8. cap. 6, Omissis quæ nihil ad Oratorem instruendum pertinent cauillationibus. Quidam legunt, instituendum. Ibidem, Quæ singula persequi, minutioris est curæ, etiam non oratorem instruentibus. Id est, instituentibus. Sed & hìc alii codices habent instituentibus. Idem lib. 10. cap. 1, Eum qui res inuenire & disponere sciet, verba quoque & eligendi & collocandi rationem perceperit, instruamus qua in oratione, quæ dicere, facere, quàm optime, quàm facillimè possit. Idem lib. 4. cap. 2, Iudex notitia rerum instruendus videtur. Id est, docendus, vt ait Budæus.

Instruere ignorantiam alicuius. Plin. epist. 317, Quis enim potest melius, vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam instruere?

¶ Instruit eos certis notis, qbus cognosci possent sua mãdata esse. Liuius

Instruere.

Instruere ad omne officii munus. Cic. de Senect. 16.

Instrui consiliis idoneis ad negotium. Cic. ad Atticum, lib. 5. 03. 1.

Instructus, Participium, (κατασκευασμένος,) siue Nomen ex participio. Liberaliter instructus, Vide LIBER, liberi.

Instructus artibus ingenuis, (πεπαιδευμένος,) Hoc est bene edoctus & institutus. Cic. 1. de Orat. 37.

Instructus & ornatus pluribus & grauissimis artibus. Ci. 1. de Finib. 178.

Instructus & munitus ad rem aliquam. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 11, Nos quem adnodum instructos, & quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari.

Instructus ad perniciem. Terent. Heaut. 3. 1. 41,
-nam vt tu scias,
Quàm ea nunc instructa pulchre ad perniciem sint, &c.

Instructus ad cædem. Liu. 4. bel. Pun. 111.

Instructus ad mortem contemnendam. Cic. 2. de Finib. 93.

Instructus in Q. uintil. lib. 5. cap. 71, Ex antecedentibus & iunctis & insequentibus trahenda esse argumenta qui acceperit, protinus in hoc sit instructus, vt quid in quaque causa dicendum sit, ex his sciat.

Ferro instructi. Virg. 11. Aeneid. 15.

Eques instructus spiculis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 4.

Instructus telis exercitus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 116.

Instructum & paratum conuiuium omnibus rebus. Cic. 6. Verr. 54.

Instructiores peditum copiæ. Liu. 7. bel. Pun. 239.

Instructior doctrinis. Cic. 1. de Finib. 39.

Instructior paterfamilias, Q. ui laurum habet & bene instructam supellectilem domesticam. Vlpianus Digest. lib. 33. titulo De fundo instructo, Suppellex, cæteraq; siqua agro fuerunt, quo instructior esset paterfamilias, instrumento fundi non continentur.

Instructior à philosophia, à iure ciuili, ab historia. Cicero de Claris Oratoribus. 83.

Vitiis decem instructior. Horat. 1. epist. 19. 5.

Instructissimus vir. Cic. 1. de Oratore, 154.

Instructissimus artibus. Brutus Attico in Epist. ad Brutum, 17. 8.

Instructus, huius instructus, (κατασκευή,) Apparatus. Cic. 3. de Orat. 14, Riuis est diducta oratio, non fontibus: & quocunque ingreditur, eodẽ est instructu, ornatuque comitata.

Instructio, Verbale, Constructio, (ἐξαρτυσις,) Traianus ad Plinitũ, epist. 241, Si instructio noui balinei oneratura vires Prusensiũ non est, possumus desyderio eorum indulgere.

Instructio exercitus, Instructio militum. Cice. 2. de Nat. deor. 121. Et pro Cecinna, 32, Neque coniectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum, aut instructione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse & vidimus & audiuimus.

Instructor, Aliud verbale, (ἐξαρτύτης,) Qui parat & instruit. Cic. Post reditum in Senatu, 13, Hi sunt conditores, instructoresq; conuiuii.

Instrumentum, huius instrumenti, (τέλχιν, σκεῦος, ὄργανον, ἐφόδιον,) Omne illud quo quis ad operandum vtitur: Apparatus item quo fundus, taberna, & id genus alia instruitur. Cic. pro Domo sua, 49, In fundum autem vicini Consulis, non instrumentum aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur. Idem 5. Verr. 46, In eorum arationes Apronius venit omne instrumentum diripuit, familiã abduxit. Et 4. Acad. 5. Totius belli instrumento & apparatu. Idem 6. Verr. 87, Hostium spolia, monimenta imperatorum, decora atque ornamenta fano rum, post hac his præclaris nominibus amissis in instrumẽto ac supellectili C. Verris numerabuntur. Suet. de Augusto, Et Alexãdria capta, sultos titulus est. De fundo instructo, & instrumento legato.

¶ Instrumentum significat etiam subsidium ad aliquid agendum.

Instrumentum causarum & generum omnium. Cic. 1. de Orat. 80.

Artis instrumentum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 76.

Instrumenta multa habet homo ad adipiscendam sapientiam. Cicer. 1. de Legib. 89.

Subsidia & instrumenta. Cic. 2. in Catil. 31, Quum industriæ subsidia atq; instrumenta virtutis in libidine audaciaq; consumerentur.

Instrumentum à natura. Cic. 3. de Orat. 108, Ad quorum intelligẽtiam à natura minus habeat instrumenti.

Naturæ instrumenta. Cice. de Clar. Orato. 145, Quicquid habuit quantucunque fuit, illud totum habuit disciplina: instrumenta naturæ deerant.

Instrumentum in. Cic. 1. de Finib. 177, Quid enim tanto opus est instrumento in optimis artibus comparandis?

Firmare, vel destruere instrumenta. Quintil. libr. 5. cap. 7. 25, Circa hasinsinodi quoque instrumenta firmanda, vel destruenda, multum habet operis oratio.

Instrumentum imperii. Tacit. lib. 10, Nullum maius boni imperii instrumentum, quàm bonos amicos.

Instrumentum regni. Brutus Ciceroni, 4. 6, Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasionem regnãdi habuit. Idem ad Brutum, 15. 6, Sed instrumentum regni delatum ad Lepidum & Antonium. Id est copiæ, vt vulgus loquitur, Cæsaris. Budæus.

Instrumentum tribunatus. Cic. pro Milone, 15, Exhibe quæso Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiũt eripuisse è domo, & ex mediis armis turbaque nocturna, tanquam Palladium sustulisse, vt præclarum inde munus ac instrumẽtum Tribunatus ad aliquẽ deferre possis.

Instrumentum triumphi. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123, 6, Soluendi sunt omnium Cæsaris, & instrumentum triumphi eo conferendum.

Instrumentum venatorium intelligitur apud Plinium epist. 63, pro iis omnibus quæ ad venationem requiruntur.

¶ Instrumenti nomine, aliquando intelligitur monumentum scripturarum, ad res gestas pertinentium. Suet. in Vespasiano, cap. 8, Instrumentum imperii, pulcherrimum ac vetustissimum confecit: quo continebãtur penè ab exordio vrbis Senatusconsulta, plebiscita de societate & fœdere ac priuilegio cuicunque concessis.

¶ Instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt quibus causa instrui potest.

Litis instrumentum, Vide LIS.

Necis instrumenta ferrum igneq; Ouid. 3. Metam. 140.

Anilia instrumenta. Ouid. 14. Metam. 4.
Hæc vbi nequeaquam formas deus aptus in omnes,
Aedidit, in iuuenem rediit, & anilia demit
Instrumenta sibi.

Mendicum instrumentum, Vide MENDICVS.

Perniciosa instrumenta. Quintil. lib. 1. cap. 15. 22.

Instupens, pen. corr. instupentis, om. g. (ἐκθαυμάζων,) Idem quod stupẽs, aut valde stupidus, & sensus expers factus. Plin. lib. 18. cap. 4. 6, Salpe torporem sedari quocunque membro instupente, siquis in sinum expuat.

Insuàsum, huius insuasi, pen. prod. n. ge. appellabant antiqui coloreum, inquit Festus, similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio. Plaut. Trucul. 6. 16,
-aduenisti huc subtentatum exornatis ossibus:
Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam.

Insuauis, & hoc insuãue, pen. prod. (ἀηδής,) Quod suaui cõtrariũ est, hoc est Asperum, austerum. Cic. de Amicitia, 74, Insuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundissima fuisset, nisi aliquẽ cui narraret, habuisset. Idem 1. de Oratore, 15, Qui vitam insuauem sine his studiis putaretis. Idem ad Atticum, lib. 19. 195. 7.

Insuauis odor. Colum. lib. 12. cap. 52. 1.

Insubidus, pen. corr. (ἄσοφος,) Gellius lib. 19. ca. 9, Sed ne nos, id est nomen Latinum, tãquam profectò vastos quoidam & insubidos ἀσόφους & ἀγρίους condemnetis.

Insubide, (ἀκαίρως,) Aduerbiũ est, quo vtitur Gellius lib. 1. cap. 2, Multa atque immodica de philosophiæ doctrinis intempestiuè atq; insubidè disserebat. Id est præcipitanter, prius quàm subiret, aut in mentem veniret quid diceret. Macrobius lib. 7. Saturnalium, Ipsam verò videdi naturam non insubidè introspexit Epicurus.

INSVBRES, penul. corr. (ὑποστρόφοι,) Galliæ populi qui Mediolanum condiderunt: de quibus Strabo libro 5. sic scribit, Insubres, inquit, hac etiam ætate sunt qui Mediolanum metropolim habuere. ea quidem pridem vicus erat (omnes enim vicatim habitabant) hac verò tempestate, eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas est, quodammodo Alpibus finitima.

INSVBTILITER, pen. corr. Aduerbium, Non subtiliter. Vlpianus in L. 1. Parag. Si ex fundo. ff. De hæred. instit. Marcellus non insubtiliter non putat hodie hoc procedere.

Insucco, insuccas, (ἐγχυλίω,) Insuccare, Imbuere, seu inficere, & succo aliquo vel humore intingere. Columel. libro 7. cap. 5. 15, Fracta pecudum, non aliter quàm hominum crura fomentor, inuoluta lanis oleo atque succo insuccatis. Idem libro 9. cap. 13. 4, Insuccatæ vuæ vino austero. Et libro 7. cap. 4. 4, Insuccanda oleo lana.

Insuesco, insuescis, insuéui, insuétum, pen. prod. (ἐθίζομαι,) Insuescere, Idem quod consuescere. Plaut. Capt. Imperare insueui. Terent. Adel. 1. 1. 30.
Nam qui mentiri, aut fallere insueuit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit cæteros.

Insuescere frui parta victoria, Liu. 5. ab Vrbe, 24. Lucret. lib. 4 258, Vt facile insuescat secum vir ducere vitam.

Insuescere, cum datiuo. Colu. lib. 6. cap. 47, Cui partui deinde quum decem diebus insueuit equa.

Insuescere corpori meretricis, pro Consuetudinem stupri habere. Tacitus, Duas pellices quarum corpori insueuerat. Budæus.

Insuescere pecus amurca. Columel. libro 6. cap. 4. 4, Maxime tamen habent salutaris amurca, si tantundem aquæ misceas, & ea pecus insueas, &c.

Insuesco, actiua significatione apud Columellam lib. 6. cap. 4. 4, & Horatium lib. 1. Serm. saty. 4. 22,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insuesco, actiua significatione apud Colum: Ilam lib.6.cap.4.4, & Horatium lib.2.Serm.saty.4.22,
-insueuit pater optimus hoc me
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
¶ Insuesci, Pasiuum. Columel.lib.11.cap.3.5, Atque vbi cœperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, vt in id spatium quod iugeris interiacet, inclinentur.
Insuetus, pen.prod. Adiect. (ἀνώϊς,) Tam de re, quàm de homine dicitur.
Insuetum iter, Per quod transire non sumus soliti. Virg.6.Aeneid.4,
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos. Idem eclog.1.10,
Non insueta graueis tentabunt pabula fœtas.
Manus insuetæ operi. Tibul.lib.1.eleg.4.10.
Insueta solitudo. Liu.3.ab Vrbe, 217, Quum vasta Romæ omnia insueta solitudo fecisset.
¶ Insuetus homo alicui rei, Qui non consueuit. Datiuo, aliquando genitiuo iungitur. Liu.8.bel.Pun.95, Vt non Syphacem modo barbarũ, insuetumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè alloquendo sibi conciliarit.
Insuetus mos. Cic.ad Atticum, lib.4.70.8, Quo s.c.recitato, continuò populus more hoc insueto & nouo, plausum eo nomine in recitando dedisset, habui concionem. Vetus exemplar scriptum habet insulso.
Insuetus contumeliæ. Cic.ad Atticum, lib.2.36.6.
Insuetus laboris. Cæsar 7.bel.Gal.134.
Insuetus moris alicuius. Liu.6.ab Vrbe, 136.
Insuetus pugnæ. Cæsar 1.bel.Ciuil.172.
Insuetus vera audire. Liu.1.bel.Maced.68.
Insuetus, cum gerundio, Vt Insuetus nauigandi. Cæsar lib.5.bel.Gal.
Insuefacio, insuefacis, insuefeci, (ἐθίζω,) insuefacere, Consuefacere.
Insuefactus, (ἐθιζόμενος,) Assuefactus. Cæsar 4.bel.Gal.555, Notissimis locis audacter tela conicerent, & equos insuefactos incitarent.

Insula, insulæ, pen.corr. (νῆσος,) Terra quæ vndique aquis includitur, propriè autem in mari. Quidam à salo appellatas insulas volunt, quòd in salo, id est mari sitæ sunt.
Corrosæ insulæ, Vide CORRODO.
Ocellus insularum Sirmio. Catul.ad Sirmionem, epigr.29.1.
Odoriferæ insulæ, Vide ODOR.
Abdicare aliquem in insulam aliquam, Vide ABDICO.
Adnatare insulæ, Vide ADNATO.
Insulæ (inquit Festus) dictæ sunt propriè domus quæ non coniunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuiusque publico aut priuato cinguntur, à similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus aut mari imminent, suntque in salo: à Græcis, οἰκίαι περίμαρος dicitur. Hactenus Festus. Sueton.in Nerone, Formam ædificiorũ vrbis nouam excogitauit, & vt ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur. Et rursus, Tunc propter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatæ. Cic.pro M. Cælio, 12, Nunc demum intelligo P.Clodii insulam esse vanalem, cuius hic in ædiculis habitet decem vt opinor, millibus. Vlpianus in L. Stipulationes non diuiduntur.ff.de Verb.obligat. Planè si insulam fulciri quis stipulatus sit, non est expectandum vt insula ruat. Paulus in L.Nam salutem.ff.de Officio Præfecti vigilum, Efficiatur sunt plerique in insulis horreisq; vbi homines pretiosissimam partem fortunarũ suarum reponũt. Budæus.
Insularius, insularii, (νησιῶτης,) Quo verbo vsus est Pomponius in L. Si ita.de Vsu & habitatione, Dominus (inquit) proprietatis etiam inuito vsufructuario vel vsuario fundum vel ædes per salcuarium vel insularium custodire poterit. Quo in loco per Insularium intelligit insulæ custodem.
Insulãris, & hoc insulare, penul.prod. (νησιωτικός,) Quod est insulæ, & ad insulam pertinet. Plinius, Qui primus insulare morbum in vrbem inuexit. Ammianus Marcellinus, Nec strepente vllo, nec obsistente insulari, pœna multati sunt.

Insulsus, Adiectiuum, (ἄναλος, ἄνοστος,) Donatus, Insulsus sine sale & sapientia, aut sine saltu & facilitate. Plaut. Pseud.13.5,
Coquum, non potui, quàm hunc quem duco, ducere,
Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem. Idem Rud.13.33,
Bonam est quòd habeas gratiam merito mihi,
Qui te ex insulso salsum feci opera mea. Idem Milit.14.78, Non hic insulsum habet ingenium. Terent.Eunuch.5.9.49, Fatuus est, insulsus, tardus, sterrit noctesque & dies. Cic.2.de Orat.120, Sed qui eius rei rationem quandam conati sunt, artemque tradere: sic insulsi exiterunt, vt nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas rideatur. Idem 1.Tuscul.25, Sed tu mihi videris & Epicharmi acuti, nec insulsi hominis, vt Siculi, sententiam sequi. Catul.de Varri amica, 10.7,
Sed tu insulsa, malè, & molesta viuis,
Per quam non licet esse negligentem.
Insulsa gula. Cic.ad Atti.li.13.286.4, O gulã insulsam: pudet me patris.
Insulsa esflagitatio, Inepta & imprudens. Plancus ad Ciceronem, lib.10.24.15, Ad cogitationem Consulatus bimestris summo cum terrore hominum, & insulsa cum efflagitatione transtulerit.
Insúlsitas, pen.corr. insulsitãtis, (ἀφυΐα,) Ineptia. Cic.2.de Orat.120, Vt nihil aliud eorum, quàm ipsa insulsitas rideatur. Idem Artico, lib.13.284.2, De hortis ex tuis literis cognoui, & Chrysippo in villa, cuius insulsitatem bene noram. Sic lib.5.98.1. Item pro Rabirio Posth.22, Iam nostis insulsitatem Græcorum.
Insulsè, Aduerbium, (ἀφυῶς,) Imprudenter & inepté. Cic. ad Cæsarem iunorem, lib.2, Sed ita locutus insulsè est, vt mirum Senatus conuitiũ exceperit. Idem 2.de Orat.122, Hoc ipsum non insulsè interpretantur. Idem ad Atticum, lib.15.323.4, Omnia videntur insulsè fieri.

Insulto, insultas, insultare, Ab insilio Frequentatiuum, Vide INSILIO.

Insum, ines, inest, (ἔνειμι,) inesse, In aliqua re esse. Plaut. Rud.144, Credo ędepol inesse auri & argẽti largiter. Ibidẽ, 22.17.
Insumus. Lucret.lib.3.219,
Nec deuitari lethum potest quin obeamus.
Præterea, versamur ibidem, atque insumus vsque.
Inest in. Plaut. Pœnulo, 11.37, Idque adeò in istoc aurum inest marsupio.
Idem Rud.10.20, -inest
Lepos in nuntio tuo magnus mea Ampelisca. Terent.Eunuc.1.1.14,
In amore hæc omnia insunt vitiis iniuriæ, &c. Idem And.5.2.16, Tristis fœueritas inest in vultu, atque in verbis fides. Idem Heaut.3.3.48,
Si redimar, magnum inesse in ea lucrum. Cic.de Amicitia, 30, Inest in amore fructus. Vbi legitur & Est. Ibidem, 67, Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur. Idem 1.de Finib.48, Idque aiunt hanc quasi naturalem atque insitam in animis nostris inesse notionem. Sic 7.Verr.34. Et 4.Acad.47.
Inest pictura in hac tabula. Terent.Eunucho, 3.5.36,
-virgo in conclaui sedet,
Suspectans tabulam quandam pictam, vbi inerat pictura hæc.
In est hic. Plautus Rud.22.17,
Hoc ego i mari, quicquid hic inest, reppeti: quicquid est, graue quidẽ
Thesaurum hîc ego inesse reor. Sic Amphit.8.148.
Insunt signa. Terent.Adelph.5.3.36,
-multa in homine Demea
Signa insunt, ex quibus coniectura facile fit,
Duo quum idem faciunt sæpe, vt possis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet.
¶ Inest huic. Plaut. Pœnulo, 3.70, Inest amoris macula huic homini in pectore. Martial.lib.14.150, Is mihi candor inest. Plin.lib.10.cap.36.1, Columbis inest quidam gloriæ intellectus.
Inest nobis spes. Plautus Capt.5.56,
-hem istuc si potes
Memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutia. Plin. in Paneg.144, Cui plus inuidiæ, quàm pulchritudinis inest.

Insúmo, insumis, pen.prod. insumpsi, insumptum, (ἀναλίσκω, δαπανάω,) Insumere, Impendere, Consumere. Gel.lib.2.cap.24, Lex Fannia lata est quæ ludis Rom. item ludis plebeiis, & Saturnalibus & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concesit. Cic.ad Atticum, lib.12.251.2, Antequàm proxime discessi, nunquam mihi venit in mentem, quo plus insumptum in monumẽtum esset, quàm nescio quid quod lege conceditur, tantundem populo dandum esse. Idem ad Atticum, lib.5.105.2, Nos tamen etsi hoc ex aliis audire malo, sic in prouincia nos gerimus, vt nullus teruncius insumatur in quenquam.
Curam insumere. Plin.lib.9.cap.46, Omnis ergo cura ad speculandam hoc malum insumitur.
Mentes insumite cœptis. Stat.12.Thebaid.129.
O peram insumere. Cic.5.Verr.126, Quantã igitur illi spem prædæ propositam arbitramur fuisse, qui tantum præsens lucrum, nulla opera insumpta, contempserit atque despexerit? Plin.lib.28.cap.1.2, Quin omnem insumemus operam, licet fastidii periculum vrgeat, &c.
Operam frustra insumere. Liu.10.ab Vrbe, 83, Malle frustra operam insumptam, quàm quicquam incidisse.
Sumptus in rem aliquam insumere. Cic.2.de Inuent.105, In hominem autem, quibus rationibus vixerit, quid sumptus in eam rem aut laboris sumpserit, &c.
Nubila insumpsere latus montis. Stat.7.Thebaid.8.

Insuo, insuis, insui, insũtum, penul.prod. (ἐπιῤῥάπτω,) Insuere, Idem quod suere significat. Varro 2.de Re rust.cap.9.12, Quæ intra capita insuitur pellis mollis.
Auro insuto graues vestes. Ouid.3.de Arte, 27.
Terga boum plumbo insuto, ferroque rigebant. Virg.5.Aeneid.80.
¶ Insutus culeo, & Insutus in culeum. Valer.Max.lib.1, Tarquinius M. Tullium Duumuirum, quòd librum secreta ciuilium sacrorum continentem custodiæ suæ commissum pecunia corruptus, Petronio Sabino scribendum dedisset, culeo insutum, in mare abiici iussit. Cicero ad Q.fratrem, lib.1.2.7, Tua autem quæ fuerit cupiditas tanta nescio, quòd

quòd scribis cupisse te quoniam Smyrnæ duos Mysos insuisses in culeum, simile in superiore parte prouinciæ ædere exemplum seueritatis tuæ, & idcirco Teuxio elicere omni ratione voluisse. Sic pro Rosc.Amer.12.& 42.
¶ Insuere, per translationem, pro Contingere. Liu.10.bel.Maced.102. Lepidus molem ad Tarracinam ingratum opus, quòd prædia habebat ibi, priuatamque publicæ rei impensam insuerat, &c.

Insuper, pen.corr. Coniunctio, (ὑπέρ, ὑπερμάν,) Id est Præterea. Cicero. Cassio, lib.15.16.2, Nam ne te fugiat, latius insuper Epicurus. Plaut. Truc.19.2. Vt illud acceptum sit prius quod perdidi, hoc addam insuper. Idem Trinum.14.18.
Quid ego quod perit, petam? nisi etiam laborem addam:
Num apponam apothecam insuper? Idem Merc.14.2.
Parũmne est malæ rei quòd amat hic Demipho,
Ni sumptuosus insuper etiam fiet? Sic Liu.4.ab Vrbe, 219. Insuper increpante qui valuerauerat, &c. Terent.Eunuch.4.3.3.
-peri: hoc quid sit vereor.
P. Quinetiam insuper scelus, postquam ludificatus est virginem,
Vestem omnem misere discidit. Ibidem, 5.7.17.
An pœnitebat flagitii, te authore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?
Insuper, pro Super vel Desuper. Colum.lib.12.cap.39.1. Tum insuper cannas ponere. Lucret.lib.6.39.
Aut vbi per magnos montes cumulata videbis
Insuper esse aliis alia.
Imposita insuper Aetna. Virgil.3.Aeneid.116.
Insuper, pro Deinceps, vel continue siue continenter. Sueton. in Vitellio, Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios Consulatus, Censuramque gessit.
Insuper quàm, vt præter quam. Liuius 3.bel.Punic. Illa insuper quàm quæ pacta essent, factiosa Campani ediderunt: nam præfectos focium, &c. Budæus.
Insuper his, pro Præter hæc. Virgil.9.Aeneid.55.
Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captiuosque dabit, suasque omnibus arma.
Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.

Insuperábilis, & hoc insuperabile, pen.corr. (ἀνίκητος, ἀνυπέρβλητος,) Quod superari non potest, & domari. Plin.epist.22.c, Rogauitque vt medicos consuleremus de suma valetudinis: vt si esset insuperabilis, sponte exiret è vita. Liui.1.bel.Puni. 84. Constabat non tam bello motos, quàm longinquitate viæ, insuperabilisque Alpium transitu.
Genus insuperabile bello. Virg.4.Aeneid.8.

Insurgo, insurgis, insurrexi, insurrectum, (ἀνιστάνω, ἀνδίστημι, ἀνίστημι,) insurgere, Contrà surgere. Virg.9.Aeneid.7.
Hic subitam nigro glomerari pulucre nubem
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis. Idem 5.Aenei.38.
-nunc nunc insurgite remis.
Insurgere altius. Quintil.lib.8.cap.4. Hæc etiam solet crescere verbis omnibus altius atque altius insurgentibus.
Altior insurgens. Virgil.11.Aeneid.140.
Regnis alicuius insurgere. Ouid.9.Metam.90.

Insúsurro, insusurras, (ἐνψιθυρίζω,) insusurare, In aures leniter obstrepere, & veluti cum quodam susurro. Cice.4.Acad.263. Verum quoniam non solum nauta significat, sed etiam Fauonius ipse insusurrat, nauigandi nobis tempus esse, &c.
Insusurrare in aurem alterius aliquid. Cicero.3.Verr.84. A qua muliere quum erat ad eum ventum, & in aurem eius insusurratum, aliàs reuocabat eos, &c. Idem ad.Q.fratrem lib.1.1.18. Sint aures tuæ quæ id quod audiunt, existimentur audire, non in quas fictè & simulatè quæstus causa insusurretur.
Insusurrare alteri, Aliquid in aurem insusurrare. Cice.5.Tuscul.145. Leuiculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, vt mos in Græcia est, insusurrantisque alteri. Hic est ille Demosthenes.
Insusurrare crebro cantilenam suam alteri. Cice.ad Atticum, lib.1.14.11. Atqui ita (tametsi iis nouis amicitiis implicati sumus) vt crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam, &c.

Insúsceptus, Adiectiuum, (ἀδέκτος,) Ouid.ad Liuiam, 40.
Dixit, & iratus vota insusceptaque reliquit,
Durauitque animum, destituitque preces.

Insyncérus, pen.prod. (ἀνειλικρινής,) Quod est syncero cõtrarium. Gel.lib.5.cap.3. Is Protagoras insyncerus quidem philosophus, sed acerrimus sophistarum fuit.
Cruor insyncerus. Virg.4.Georg.57.

Intabésco, intabescis, intabui, (ἐντήκομαι,) intabescere, Idẽ quod intabescere, hoc est, Marcore & tabe consumi. Columel. lib.4.cap.3.4. Nouella verò dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, & sic intabescit, vt nullis deinceps impensis recreari possit.
Cibo interminato intabuissent populæ. Horat, Epod.5.8.
Glans plambea intabescit. Ouid.14.Metam.166.

Intactus, Adiect. (ἄθικτος, ἄκραντος,) Non tactus, Integer, immaculatus, impollutus. Liu.5.ab Vrb.272, Integri intactiq; fugerunt. Ibidẽ, lib.10.135, Hinc victor Martius Lupus, integer & intactus, gentis nos Martiæ & conditoris nostri admonuit.
Intactus infamia. Liu.8.bel.Maced.225, Infamia intactum, inuidia qua possunt, vrgent.
Intacti religione animi vir, quem nulla religio tangit. Liu.5.ab Vrb.75, Postquam audiuit aruspicem esse, vir haud intacti religione animi, cauisus de priuati portenti procuratione, &c.
Intactus à sibilo, Nunquam exsibilatus aut explosus. Cælius ad Ciceronem, lib.8.2.4, Hoc magis animaduersum est, quòd intactus à sibilo generat Hortensius ad senectutem.
Boues intactæ Horat.Epod.9.5.
Carmen intactum Græcis. Horat.1.Serm.saty.10.14.
Iuuencæ intacta ceruice. Virg.4.Georg.108.
Intactum à vexatione corpus, Nulla vexatione corruptũ aut offensum. Liuius 7.ab Vrbe, 40, Iacentis inde corpus ab omni vexatione intactũ vno torque spoliauit.
Grex intactus. Virg.6.Aeneid.8.
Intactum omnibus pomũ, Quod à nemine gustatur. Plin.lib.12.cap.10.1, Pomum propter asperitatem intactum omnibus animalibus.
Virgo intacta manet. Catull.in Carmine nup.57.9.
Intáctilis, & hoc intactile, pen.corr. (ἄπτατος,) Id est Tactum refugiẽs, siue quod tangi non potest. Lucret.lib.1,
Sin intactile erit nulla de parte quòd vllam
Rem prohibere queat per se transire meantem,
Scilicet hoc id erit vacuum, quod inane vocamus.

Intaminatus, pen.prod. Adiect. (ἀμίαντος,) Idem quod Incontaminatus. Horat.3.Carm.ode 2.4,
Virtus repulsæ nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus.

Intantum, & inquantum, (τόσον, καὶ ὅσον, ὁσαμῶς,) Senec.de Beneficiis.lib.2, Quomodo danti intantum producenda notitia est muneris sui, inquantum delectatura est cui datur, ita accipienti adhibenda concio est. Virg.6.Aeneid.175,
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
Intantum spe tollet auos.

Intèger, integra, integrum, pen.corr. (ὁλόκληρος, ἀκέραιος, ἄμωμος, πτῶς, πτωνός,) Incorruptum: inuiolatum: vt Integrum templum omni opere, Cic.3.Verr.94.
Integer opponitur Trunco. Pli.lib.7, Ex integris truncos gignit, itemque ex truncis integros. Budæus.
Integra filia, Incorrupta. Plaut.Truc.17.44, -loquere, filiam meam
Quis integram stupraueritʔ
Virgines integræ. Catull.in Epithal.Mallii, 56.8.
Integer homo & sanctus. Cice.1.de Orat.117, Quumque illo nemo neque integrior esset in ciuitate, neque sanctior, &c.
Integer, innocens, religiosus. Cic.6.Verr.6.
Homo integer & castissimus. Cic.2.de Inuent.146.
Bonus & integer vir. Cic.pro Murena, 12.
Integer & Contaminatus, contraria. Cic.in Topic.36.
Integer & purus. Cic.1.Tuscul.64.
Rudis discipulus, & integer. Cic.3.de Nat.deor.10.
Aeui integer. Virg.9.Aen.52. Ouid.9.Meta.89,
-dum fuit integer cui.
Integer animi. Cic.in arte Rhetorica, Integer animi fuisse demonstratur. Horat.2.Serm.saty.3.44. Integer est animi.
Annorum integer. Stat.1.Thebaid.83.
Mentis integer. Horat.2.Serm.saty.3.23.
Vitæ integer. Horat.1.Carm.ode 22.1.
Integer pudore. Mart.lib.6.28.
Integer à, Vide A præpositione,
Integer ab labore, Non fatigatus, Cæsar 3.bel.Gall.451.
Integer & honestus in omnibus vitæ partibus. Cic.pro Font.26.
¶ Integer, est qui nondum se astrinxit: cui integrum est rei arbitrium. Cicer.pro Flacco, 41, Et ego me ad id quod attulerit, integrum conseruabo. Budæus.
Integrum se seruare, pro Neutri parti se adscribere. Cic.ad Atticum, lib.7.144.2, Quòd me amicissimè admones, vt me integrum quoad possim, seruem, gratum est.
¶ Integer, Validus, firmus, vegetus, sobrius: cuius contrarium est Fessus, saucius, vitiatus, languidus, vinosus. Cic.pro L.Murena, 47, Integrorũ & fortunatorum promissis saucios & miseros credere non oportere. Idem Q.fratri, lib.1.8.4, Eumque vidi planè integrum. Idem 1.de Diuinat.107, Multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

onusti cibo & vino, perturbata & confusa cernimus. Cæsar in Comment. Quum crebro integri defessis succederent. Ibidem, Vt integri defessis succedant. Ibidem, Non facile recentes atque integros sustinebant. Ibidem, Integros defatigatis submittens. Cornelius Celsus, Neque enim hæc solum confyderanda sunt, sed etiam morbi genus quod sit, verum superans, an deficiens materia læserit corruptum corpus sit, an integrum. Liuius ab Vrbe cond. Romanus integer, satiatæque somno productus in aciem, fessum stando, & vigiliis Volscum primo impetu perculit.

Vt integrum se, saluumque seipsum velit, mouet infantem natura. Cic. 2. de Finib. 57.

¶ Ex vera atque integra Græcia. Cic. pro Flacco, 48.

Florentes atque integros populos vici. Cic. pro Plancio, 69.

Integerrimi & parati populi. Cic. pro Domo sua, Quum Gabinio integerrimas pacatissimasque gentes ad diripiendum tradidisses.

Integerrimi diutina pace populi. Liu. 6. ab Vrbe, 32.

¶ Integra ætas, Adulta, florens. Terent. And. 1. 1. 45, Egregia forma, atque ætate integra. Idem Eunucho, 3. 2. 20,

- hem eunuchum tibi,
Quàm liberali facie, quàm ætate integra.

Libero & integro animo causam alicuius defendere. Cic. pro Sylla. 65.

Nona atque integra audacia, Recens nata. Plaut. Casina, 1. 5. 5,

Tanta facta modò mira veris modis intus vidi, nouam
Atque integram audaciam.

Integra causa. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5. 11, Itaque Alexandrina causa, quæ nobis adhuc integra est, videtur ab illo planè esse deposita. Terent. Hecyra, 1. 2. 5,

Audin' quid dicam Scire? si quæret me, vti
Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris.

Aliàs vt vti possim causa hac integra. Id est non dicta, vt ait Donatus.

Causam integram alicui reseruare. Cic. Valerio, lib. 13. 4. 6.

Coniuges integras ab alterius petulantia conseruare. Cic. 2. Verr. 9.

Integrum corpus & Vitiosum, contraria. Cic. 1. de Diuinat. 139.

Decor integer æui. Stat. 5. Sylu. 2. 13.

Exercitus integer, Infractus & sanus. Plaut. Persa, 225,

- bello extincto, re bene gesta, exercitu
Integro, & præsidiis. Idem Bacchid. 20. 156, Domum reduco integrum omnem exercitum. Lepidus ad Ciceronem, lib. 10. 35. 3, Equitatum habet magnum, nam omnis ex prælio integer discessit.

Existimatio integra. Cic. pro Quintio, 28, Tamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem.

Fontes integri. Horat. 1. Carm. ode 26. 2.

Mens integra. Horat. 1. Carm. ode 31. 4.

Integrum ingenium. Salustius in Iugurtha, Non Græca facundia, neque vrbanis munditiis sese exercuit: ita inter bonas artes integrum ingenium breui adoleuit.

Opes integræ & Accisæ, contraria. Vide OPES.

Integra & infracta res. Cic. Attico, lib. 9. 181. 14.

Integra res, cui Peracta opponitur. Plin. epist. 48. 2, Nam cuius integra re, consilium exquirere optassem, huius etiam peracta iudicium nosse mire concupisco. Idem epist. 195, Ideoque rem integram diluli, dum domine præceperis quid obseruare me velis. Idem epist. 273, Qua causa necessarium credidi, rem integram ad te referre. Cice. ad Atticum, lib. 4. 86. 7, Sed hæc mallem integra re tecum egisse.

Integra res, cui Perdita opponitur. Cicero 5. Verr. 21, Vtrum est æquius Decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium integra re, an perdita fieri?

Integer sanguis, Purus. Plaut. Merc. 10. 7, Adolescens cum sis tum quum est sanguis integer. Virg. 1. Aeneid. 128,

- vos ô quibus integer æui
Sanguis ait, solidoque suæ stant robore vires.

Vitiosus & Integer sanguis, contraria. Corn. Celsus, Si sanguis crassus, & niger est, vitiosus est: si ruber & pellucet, integer est.

Sensus integer. Cic. 1. Acad. 19.

Signa integra. Cic. 3. in Catil. 5 1.

Integri testes. Cic. 1. de Finib. 107.

Integra valetudo, Sana. Cicero 2. de Finibus, 104. Et Columella lib. 1 1. cap. 1. 1.

Vita integerrima. Cic. pro Plaucio, 2.

¶ Integrum & illibatum, Vide ILLIBATVS.

Integra omnia principi reliquere. Plin. epist. 126. c. Consules, vt Polyænus postulabat, omnia integra principi seruarunt, cuius cognitionem suspensus expecto.

In integrum restituere. Terent. Phorm. 3. 4. 11, - mihi
Sic hoc videtur: quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum æquum est. Cic. 7. Verr. 10, Vt damnati in integrum restituantur, vincti soluantur.

Integrum est, In arbitrio est & potestate. Cic. 14. Philipp. 321, At non est integrum: constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest? Idem pro L. Flacco, 81, Quòd si talium cuium vos iudices tædet, ostendite: mutabunt sententiam, qui potuerint: constituent quid agant, quibus integrũ est. Nos qui iam progressi sumus, hunc exitum nostræ temeritatis feremus. Idem ad Atticum, lib. 4. 71. 9, Vt nulla re impediret, quin nisi vellem, mihi esset integrũ, aut si, &c. Idem pro Rab. 2, Ego autem si mihi esset integrum, suscipierem hoc crimen, agnoscerem, confiterer.

Non est integrum mihi tuo consilio vti. Cic. in Pisonem, 45.

Si integrum daretur, eam sententiam diceret. Cic. in Partit. 73.

In integro esse res dicitur. Cic. 3. de Orat. 8, Sed quoniam hæc iam neque in integro esse possunt. Idẽ 4. Verr. 68, Quum tibi in integro tota res esset. Id est, in potestate, ita vt adhuc posit vel fieri, vel omitti.

In integro esse causa dicitur: cui Dubia opponitur. Cic. ad Atticum, lib. 11. 223. 6, Suspicor enim cohæredes dobiam nostram causam putare, & eorum in integro esse. Vetus exemplar pro eorum, legit eo rem in integro, &c.

¶ Abintegro, Aduerbium, Denuo, inquit Seruius. Virg. eclog. 4. 1,

Magnus abintegro seclorum nascitur ordo.

Deintegro, Vide DE.

Deintegro alicui gratulari. Cic. Attico, lib. 13. 198. 2.

Deintegro scribere epistolam Cic. Attico. lib. 13. 283. 1.

Integro, integras, pen. corr. (πεφαίνω,) integrare, Rursus inchoare, innouare. Virg. 4. Georg. 103,

- ramoque sedens miserabile carmen
Integrat. Liu. 5. ab Vrbe, 117, Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem Tribuniplebis. Ibidem, lib. 9. 232, Integrauere cædem. Et lib. 3. 300, Nequis reuocheretur inde ad prælium, aut integraret pugnam. Sic lib. 1. 128, Integrabat lachrymas.

Aciem integrare, Vide ACIES.

Bellum integrabat Enyo. Stat. 8. Thebaid. 128.

Integrare animum admiratione, aut risu renouare. Cice. 1. de Inuent. 37, Sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur.

Integrasco, integrascis, (πεφαίνομαι.) integrascere, Integrari, ad integrum redire, repeti, instaurari, vt ait Donatus, Terent. And. 4. 2. 6,

Orare iussit, si se ames, hera, iam vt ad sese venias:
Videre ait te cupere. D. ali periri, hoc malum integrascit.

Integrè, pen. corr. Aduerbium, (ἀλοκλήρως,) Pure, syncere, caste: vt Integre vinere. Cic. 4. de Finib. 104.

Incorrupte atque integre iudicare. Cic. 1. de Finib. 45.

Caste integreq; versari in periculis priuatorũ. Cic. pro Lege Manil. 1.

Acta integerrime vita. Cic. in Saluft. 7.

Integritas, pen. corr. integritatis, (ὁσότης, ἀπεραιότης,) Innocentia. Cic. 3. Verr. 43, Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiaque existimari.

Integritas atque innocentia singularis. Cic. 1. Verr. 15.

Fraus & integritas, cõtraria. Cic. 2. de Orat. 10, Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur.

Integritas & continentia. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 27.

Integritatis & fidei testimonium dedit Caro. Cic. Atti. lib. 7. 122. 8.

Vitæ anteactæ integritas. Quintil. lib. 7. cap. 3 27.

Cautior & diligentior integritas. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 18.

Incorrupta sermonis Latini integritas. Cic. de Clar. Orat. 65.

Integritatis & elegantiæ alicuius laudator. Cic. Attico, lib. 6. 113. 15.

Integritas corporis, Valetudo. Cic. 5. de Finib. 73, Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.

Intego, integis, pen. corr. intexi, intectum, (ἐγκαλύπτω,) integere, Tegere. Plaut. Rud. 4. 12, Villam integundam intelligo totam mihi.

Integere habitabiles casas. Plin. 9. cap. 10. 1.

Integebantur porticus lignis coniunctis inter se. Cæsar 2. bel. Ciuil. 6.

Intecta stramento tecta. Liu. 7. bel. Punic. 12.

Integi vallo. Liuius 7. ab Vrbe, 102, Postquam neque in æquum dimitti agmen vidit, & cum loci altitudine, tum vallo etiam integi Romanos, &c. Vetus exemplar habet regi.

Ceines integit castide. Stat. 4. Thebaid. 61.

Integumentum, integumenti, (ἐγκάλυμμα.) Quo quid integitur. Liu. 10. bel. Maced. 129, Deorum capita quæ in lectis erant, auerterunt se, lanaque cum integumentis, quæ Ioui apposita fuit, decidit.

Inuolucra & integumẽta. Cic. 1. de Orat. 78, Sic modò in oratione Crassi diuitias ac ornamenta eius ingenii per quædam inuolucra atq; integumenta perspexi. Id est velamenta.

Integumenta flagitiorum. Cic. pro Cælio, 37, Huc vnius mulieris libidinem esse prolapsam, vt ea non modò solitudinem ac tenebras, atque hæc flagitiorum integumẽta non quærat, sed in turpissimis rebus, &c.

Frontis integumentum. Cic. Post reditum in Senatu, 14.

Dissimulationis integumentis cuolutus. Cic. 2. de Orat. 190.

Integro, Integrasco, Vide INTEGER.

Integumentum, Vide INTEGO.

Intelligo, intelligis, pen. corr. intellexi, intellectum, (νοέω, σωίημι, πφαίνομαι, ἐπαίω,) intelligere & (quod scriptum legitur) intelligere. Ex inter & lego compositum, quasi in interioribus legere. Significat Videre & mente percipere. Plau. Truc. 17. 38. Re ab se experta, intellego. Terent. Heau. 3. 3. 42. Ea relicta huic arraboni est pro illo argento. c. intellego. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 22. 3. Tu istic, siquid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Antiqui intellego scribebant, per e secundam vocalem in penultima.

Intelligere animum alicuius, Terent. Heaut. 3. 1. 69.

Nam si semel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium, &c.

Intelligere colloquia alitum, Vide COLLOQVIVM.

Intelligere gratulationem dicuntur simiæ. Plin. lib. 8. cap. 54. 2.

Tractarique gaudent, similes gratulationem intelligentis.

Intelligere sententiam alicuius. Terent. And. 1. 3. 2.

Enimuero Daue, nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ,
Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptiis.

¶ Intelligere, Percipere. Terent. Eunucho, 5. 2. 44.

Tum pol tibi ab isto hera cauendum intelligo. Plaut. Capt. 4. 38.

- semper sensi filio
Meo te esse amicum, & illum intellexi tibi.

Clarius aliquid intelligere. Quintil. lib. 2. cap. 5. 5.

¶ Intellextin', pro Intellexistine? Terenti Andr. 1. 2. 30. Quid? hoc intellext in'? an nondum etiam ne hoc quidem? D. immò callide. Idem Eunucho, 4. 6. 30. Si vim faciet, in ius ducito hominem, intellextin? c. probi.

Lepide intelligere, Vide LEPIDVS.

Intellexi minus. Terent. Eunuch. 4. 5. 11.

- at nesciebam id dicere illam: nisi quia
Correxit miles, quod intellexi minus. Vide PARVVS.

Multum intelligo, Vide MVLTVS.

Nihil intelligo, Vide NIHIL.

Intellexi satis. Terentius Adelph. 3. 2. 10.

- non intelligo
Satis quæ loquatur.

Intelligo de gestu, Id est Ex ipso gestu compertum habeo quid velis. Cic. in Vatinium, 27. Volo etiam audire de re, quo tandem Senatusconsulto legatus fis: de gestu intelligo quid respondeas.

Intelligere ex. Cice. de Natu. deor. Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atque intelligi potest. Idem ad Atticum, lib. 2. 33. 1. Accepi aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi, &c. Ad eundẽ, lib. 6. 120. 3. Intellexi ex tuis literis te ex Turannio audisse, &c.

Intelligere in. Cic. 6. Verr. 84. Tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quàm multa vidi.

Intelligere male, vel nihil Cic. Attic. lib. 16. 339. 9. Male eum credo intellexisse, si quilquam male intelligit. potius nihil intellexisse.

¶ Intelligitur, pen. corr. Impersonale. Cic. 1. de Fini. 73. Ex quo intelligitur nec intemperantiam propter se fugiendam esse. Idem 4. Acad. 136. Archesilam verò non obtrectandi causa cum Zenone pugnauisse, sed verum interuenire voluisse, sic intelligitur.

Intelligitur id. Cicero, de Amicit. 23. Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiæ, concordiæque sit, ex dissensionibus, atque ex discordiis percipi potest.

Non intelligitur quando obrepat senectus, Id est Vix sentitur, haud animaduertitur, aut percipitur. Cic. de Senect. 35.

Intellectiuus, pen. prod. Participium, (νοήσων,) vt

Nullus in hac terra recitem cui carmina, cuius
Intellectiuis auribus vtar, adest.

Intellectus, Aliud participium, (νενοημένος,) Perceptus, cognitus, compertus: frequentissimum est.

Intellectus, huius intellectus, (νοῦς, νόημα, σωίησις,) Ipse intelligẽdi actus, Cognitio & notitia. Plini. libro, 8. cap. 16. 7. de leonibus, Credit Libya intellectum peruenire ad eos precum. Ibidem, cap. 42. de equis, Nam in circo ad currus iuncti non debiẽ intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Idem libro, 9. cap. 45. 3. Intellectum inesse his apparet, quia vbi, &c. Idem libro, 10. cap. 36. 1. Columbis inest quidam & gloriæ intellectus. Quintil. libro, 2. cap. 6. Quia facilior eorum intellectus videbatur.

Intellectus disciplinarum, Cognitio & scientia. Quintil. lib. 1. cap. 11. 14. Quidam literis instituendos, qui minores septem annis essent, non putauerunt: quòd illa primum ætas & intellectum disciplinarum capere & laborem pati possit.

Intellectus saporum, Perceptio & sensus. Plinius lib. 11. cap. 37. 47. Intellectus saporum est ceteris in prima lingua, homini & in palato.

Intellectus acrimoniæ. Plin. lib. 19. cap. 8. 37.

Intellectus acrimoniæ. Plin. lib. 19. cap. 8. 37, Vsus eius etiam pro palmentario in patellis decocto citra intellectum acrimoniæ.

Communis intellectus. Quintil. lib. 2. cap. 8. 3.

¶ Amittere intellectum, Non intelligere. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 17, Omnium designatur oculis, aut designari se iudicat, quod intellectum optimæ rei ac dulcissimæ amisit.

Capere intellectum alicuius rei. Quintil. lib. 1. cap. 1. 11. Vide Intellectus disciplinarum.

Intellectum consequi, Intelligendo apprehendere. Quintil. lib. 2. cap. 5, Nam neq; vim eorum adhuc intellectu consequentur.

¶ Intellectus, pro significatione. Quintil. lib. 7. cap. 5, Ad intellectum id nomen referentes Latini (ad verbum translatum non inuenio) absolutum appellant. Idem lib. 7. cap. 10, Verba quædam diuisos intellectus habent. Idem lib. 5. cap. 10, Intellectum vnum habet, quo omnia mente concepta significar.

Habere duplicem intellectum. Quintil. lib. 2. cap. 14. 2, Illa autem de qua loquimur rhetorice, talis est, qualis eloquentia, nec dubiæ apud Græcos quoque duplicem intellectum habet.

Intelligens, pen. corr. Particip. (δεκάμων, νοήμων, σωωτός,) siue Nomẽ ex participio, Sciens, sapiens, doctus prudens. Teren. Eunu. 2. 2. 1,

Dii imortales homini homo quid ptstat, stulto intelligens Quid interest?

Doctus & intelligens existimator. Cic. de Claris Orat. 172.

Ingeniosus & intelligens. Cic. 6. Verr. 3, Quæ non modò istum hominem ingeniosum & intelligentem, verũtiam quẽuis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent.

Intelligens iudicium, Quod est sanum, quodque ex re bene intellecta procedit. Cice. de Optimo genere Orat. 147, Qui teretes aures habent, intelligensque iudicium.

Intelligens in hac re. Cice. 6. Verr. 29, At ita studiosus est huius præclaræ existimationis, vt putetur in hisce rebus intelligens esse. Hoc est, harũ rerum perfectam cognitionem habens.

Intelligens voluptatem. Cic. 2. de Finib. 103. Erat & cupidus voluptatum & cuiusuis eius generis intelligens & copiosus.

Intelligens principis, Compertum habens principis ingenium. Plinius epist. 113, Designatus ego Consul, omni hac, & si non adulatione, specie tamen adulationis abstinui, non tanquam liber & constans, sed tanquam intelligens principis nostri, cuius videbam hanc esse præcipuam laudem, si nihil quasi ex necessitate decernerem. Tacit. libr. 12, Falsi intelligens.

Intelligentia, intelligentiæ, (διάνοια, νόησις,) Intellectus, prudentia. Cic. 2. Offic. 107, Explica atque excute intelligẽtiam tuam, vt videas quæ sit in ea specie forma & notio viri boni. Idem 1. de Legib. 38, Et rerum plurimarum obscuras & nec satis. * intelligentias enudauit. Sic 2. de Finib. 60. Et 4. Acad. 214.

Simulatio intelligentiæ. Cic. 3. Offic. 94, Nec vlla pernicies vitæ maior in uenirì potest, quàm in malitia simulatio intelligentiæ: ex quo ista innumerabilia nascuntur, vt vtilia cum honestis pugnare videantur.

Iuris ciuilis intelligentia. Cic. de Clar. Orat. 51.

Rationis & intelligentiæ particeps pars animi. Cic. 1. de Diuin. 122.

Animalis intelligentia, Vide ANIMAL.

Difficilis erat animi, quid aut qualis esset intelligentia. Cic. 1, Tusc. 81.

Vitiosa intelligentia. Cic. 5. Tuscul. 96.

Prudentia & Intelligentia, Idem Ciceroni 1. Offic. 48.

¶ Ad commune iudicium popularemque intelligentiam aliquid accommodate dicere. Cic. in Orat. 63.

Antetre omnes intelligentia. Cic. de Clar. Orat. 122.

Cadere in intelligentiam, Vide CADO.

Adumbratas omnium rerum qualdam intelligentias animo ac mente cõcipere. Cic. 2. de Legibus. 89.

Conclusit intelligentiam in animo, & animam in corpore Deus. Cicer. de Vniuer. 12.

Ratione & intelligentia continentur ideæ. Cic. in Orat. 6.

Ab intelligentia sensuque imperitorum longissime disiunctum, id maximè excellit. Cic. 1. de Orat. 7.

Communis intelligentia nobis notas res efficit, easque in animis nostris inchoauit, vt honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia. Cicero 1. de Legibus, 86.

Fretus intelligentia alicuius. Cic. 1. de Nat. deor. 69, Tamen fretus intelligentia vestra differo breuius quàm causa desyderat.

Intendere & infigere intelligentiam in rem aliquam. Cicero 1. de Natura deorum, 70.

Ponere ia audiendi fastidio intelligentiam. Cic. de Opt. ge. Orat. 14.

Intelligenter, Aduerbium, (σωωτῶς) quod vulgus barbarorum dicit Intelligibiliter. Plin. epist. 111. a. lib. 5, Quàm studiose, quàm intelligenter lectitabat. Cic. in Partitionib. 16, Sumuntur autem trium rerũ gratiam: vt amice, vt intelligenter, vt attente audiamur.

Intemerandus, Adiect. (ἀμαυτός,) Non violandus, aut cõtaminandus. & refertur ad res sacras. Valer. 5. Argon. 128, - an Martia templa Intemeranda minus?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intemeritus, pen.prod. Adiectiuum, (ἀμίαντος,) Non turbatus. Virgil. 3. Aeneid. 36. Corripio è stratis corpus, tendoque supinas
Ad cælum cum voce manus, & munera libo.

Intemerata focis. Vbi Seruius, Intemerata, rite perfectas vt si leniter est fundendum vinum, aut mola iniicienda, sic fiunt, vt ratio exigit sacrificii: aliter si fiant, temerata ac turbata sunt sacra.

Intemerius, Non violatus. Virgil. 1. Aeneid. 19.
– siqua est, quæ restat adhuc mortalibus vsquam Intemerata fides.

Intemperiae, intemperiarum, (δυσκρασίαι,) Deæ quædam esse credebantur, quæ vim nocendi & intemperantius sæuiendi potestatem haberent. Cato de lustratione agri, ca. 141. 2. Valitudinem, calamitates, intemperiasque prohibessis, defendas aurũ, eſque. Plaut. Amph. 15. 1. Di vostram fidem, quæ intemperiæ nostrã agũt familiam. Ibidem, 16. 16. Quæ hospes intẽperiæ, vt tu meũ verberes?

Intemperies, (ἀκρασία,) pro intemperantia: vt Intemperies cæli, Intemperies soli, quam vulgus indispositionem vocat. Columel. lib. 11. cap. 2. 50. Quoniam immaturis vuis omnia eadem possint accidere, propter intemperiem solis aut anni. Idem lib. 1. in Præfat, 1. Sæpenumero ciuitatis nostræ principes audio culpantes modò agrorum infœcunditatẽ, modo cæli per multa iam tempora noxam frugibus intemperiem. Quintil. libro, 7. cap. 3. Quæritur & vnde quid ortum, vt pestilentia, an ira deũm, an intemperie cæli. Liu. 8. ab Vrb. 29. Fœdus insequens annus seu intemperie cœli, seu humana fraude fuit. Sic Plinius libro, 12. cap. 71.

Incursare cœli intemperiem, Vide INCVRSO.

Intemperies amici, Immodestia. Cicero, ad Atticum, libro, 4. 75. 4. Sed me hercule incipiendo refugi, ne quod videor, non stultè illius amici intemperiem tulisse, rursus stultè iniuriam illius faciam illustrem fiquid scripsero.

Intemperans, pen. corr. Intemperantis (δυσκρατος, ἀκρατής,) adiectiuum. cõtrarium est Temperanti, Immoderatus, intemperatus, qui se in omni libidine effundit. Cicero. de Senect. 26. Libidinosa etenim & intemperans adolescẽtia, effœtum corpus tradit senectuti.

Intemperans in Cic. ad Atticum, lib. 13. 28. 2. 6. Intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti.

Adolescentia intemperans. Vide ADOLEO.

Intemperans vir, & impudica mulier, Cic. 5. Verr. 37.

Intemperans & ignauus Cice. 1. de. Fini. 92.

Intemperantis est arbitror esse, scribere qd occultari velit. Ci. 1. Acad. 4.

Auidus atque intemperans plebeorum animus. Liu. 4. bel. Pun. 116.

Intemperantia, intemperantiæ, (ἀκράτεια, ἀλόλασία.) Intemperies, incõtinentia insolentia. Cice. pro Cœlio, 19. Is multa de incontinentia intemperantiaque disseruit.

Immoderata intemperantia. Cic. 1. Academ. 55. Et omnium perturbationum arbitrabatur esse matrẽ immoderatam quandam intemperantiam.

Intemperantia libidinis coercet. Plin. lib. 24. cap. 9. 1.

Intemperantiam sic definit Cicero 4. Tuscul. 33. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente ac à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.

Impudens intemperantia adolescentium. Vide IMPVDENS.

Intemperantia risus. Plin. lib. 11. cap. 37. 73. Intemperantiam risus constare lienis magnitudine quidam putant.

Intemperantia ægri. Quintil. lib. 2. cap. 17. 15. Et medicus sanitatem ægri petit, si tamen aut valetudinis vi, aut intemperantia ægri, aliove casu summa non contingit.

Intemperanter, Aduerbium, (ἀκρατῶς,) Immodestè, inconstanter. Cice. 1. Philipp. Nimis iracundè hoc quidem & valde intemperanter. Idem 3. Tuscul. 10. Sed mandare quemquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & literis. Idem 5. Philipp. 199. Ne honoribus nostris elatus, intemperantius suis opibus vtatur.

Intemperate, pen. prod. Aduerbium, (ἀκολάστως,) Insolenter. Cic. de Vniuers. 51. Qui autem immoderatè & intemperatè vixerit, cum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.

Intemperatus, Adiectiuum, (ἀλάλαστος,) Temperato contrarium: vt Intemperantissimæ perportationes, apud Ciceronem in Pisonem, 16. Et intemperantissima pecus, Ibidem, 55. Item de Amicit. 64. Intemperata quædam beneuolentia.

Intempestus, Adiectiuum, (νυκτερινός,) Concubius. vt Intempesta nox, Festus.

Intempestam noctem dicimus, pro incertiore tempore quia, non tam facilè noctis horæ, quàm dieì possint intelligi. intempestatem enim antiqui pro tempore posuere. Varro de Lingua Lat. lib. 4. Inter vesperuginem & iubar dicta nox intempesta, vt in Bruto Cassii, quod dicebat Lucretia, Nocte intempesta nostram deuenit domum. Intempestam Aelius dicebat, quum tempus agendi est nullum, quod alii Concubium appellant, quòd ferè omnes tunc cubarent: alii ab eo quòd sileretur, Silentium noctis quod idem Plautus tempus, Conticinium. Scribit enim, Videbimus, factum volo, redito conticinio. Hactenus Varro. Virgil. 1. Georg. 50.
– aut intempesta silet nox.

Vbi Seruius. Intempesta, inactuosa, alta, densa, crassa, qualis est intempesta. Idem 3. Aeneid. 118. Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. Vbi Seruius, Intempesta, Media: hoc est nimium obscura. Intempesta, dicta est nox media. Inactuosa, carens actibus, per quos tempus dignoscimus. Ait enim Lucretius, quia per se tempus nõ intelligitur nisi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret. Ergo intempesta, quasi inactuosa, quasi sine tempore: hoc est sine actu, per quem dignoscitur tempus. Vnde est, Intempestiuè venisti, id est ἀκαίρως. Ergo intempesta dicitur, quia caret tempore. Hactenus ex Seruio. Liu. 7. ab Vrbe, 58. Ab Samo intempesta nocte venit. Cic. 6. Verr. 84. Repentè nocte intempesta seruorum armatorum fit cõcursus atque impetus. Ibidem, 7. 73. & 146. Et in Pisonem, 73.

Intempestæ Grauiscæ. Virg. 10. Aeneid. 37. Et Pyrgi veteres, intempestæque Grauiscæ. Vbi Seruius, Grauiscanum oppidum, alii intempestum dicunt ventis & tempestatibus careos: quod nulla potest ratione contingere. Intempestas ergo Grauiscas accipiamus pestilentes, & secundũ Plinium, in Nat. historia, & Catonem in Originibus: vt intempestas intelligas sine temperie, id est tranquillitate. Nam vt ait Cato, ideo Grauiscæ dictæ sunt, quòd grauem aerem sustinent.

Intempestas, huius intempestãtis, (δυσκρασία,) Idem quod Intemperies: vt Intempestas cœli, hoc est iniuria. Plin. lib. 18. cap. 6. 8. Mihi patrẽ familiãs quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi intempestate cœli.

Intempestiuus, pen. prod. Adiectiuũ, (ἄκαιρος, ἄωρος,) Quod est opponno contrarium. Plautus Mostell. 10. 41.
– quòd ædepol ambo ab infimo terram secant.

Intempestiuos excisos credo: id eis vitium nocet. Ci. de Amicitia, 11. Nũquam intempestiua, nunquam molesta est amicitia.

Intempestiua epistola, Quæ præter temporis occasionem venit. Cice. ad Atticum, lib. 4. 83. 2. Si nihil habebis, tamen scribas aliquid. nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiua, aut loquax visa est.

Intempestiuus, pro Ominoso, & mali portenti. Plin. lib. 18. cap. 35. 20. de indicijs tempestatum, Anseres continuo clangore intempestiui, pecora exultantia, & indecora lasciuia ludentia, eandem significationem habent. Budæus.

Intempestiue, pe. prod. Aduerb. (ἄωρα, ἄκαιρος,) Importunè. Col. in Prooem. li. 1. 13. Et ne singulos intẽpestiuè nunc persequar, &c. Ci. 1. Offi 124. Ne si irascamur, aut intempestiuè accedentibus, aut impudenter rogãtibus, in morositatem inutilem & odiosam incidamus.

Intempestiuè mouere vulnus, Hoc est non opportuno tempore. Ouid. 4. de Ponto. eleg. 10. 4.

Intendo, intendis, intendi, intentum & intẽsum, (ἐπιτείνω, ἐντείνω, πρεσβεύω, ἀντείνω,) Intendere, Porrigere, extendere, & tendendo explicare, Cic. 7. Verr. 64. Tabernacula quemadmodum consueuerat temporibus æstiuis, quod antea iam demonstrauì, carbaseis intenta velis collocari iussit in litore.

Intendere arcum, cui contrarium est Remittere, Plin. lib. 11. cap. 49. 1. Et lib. 8. cap. 8. 3.

Intendere arcum in aliquem, per translationem: Hoc est, innehi. Cic. pro Sestio, 11. Fuerat ille annus, tanquam in Reipub. magno metu & multorum timore intentus arcus in me vnum.

Arcum intendebat Apollo. Virg. 8. Aeneid. 139.

Intendere balistam in aliquem. Plaut. Bacc. 15. 60. Et Pœn. 3. 73.

Intendere digitum. Cice. 1. de Orat. 101. Et vt fieri solet, digitum ad fontes intenderem.

Intendere dextram ad statuam. Cic. ad Atticum, lib. 16. 339. 5.

¶ Intendere, Continuare, Persequi. Plaut, Milit. 7. 27.
– nam certo ego te hic intus videram.
PA. Pergin' scelerite intendere, & hanc arguere! Liu. 7. ab Vrbe, 128. Nam que & lapidibus pluit, & nox interdiu visa intendi.

¶ Intendere alicui rei, Attendere. Plin. epist. 272. Proinde siquando, nũc intende loco quem cum hac epistola accipies.

Intendit vt. Quintil. lib. 10. cap. 1. Nunc genera ipsa lectionum quæ præcipuè conuenire intendentibus vt Oratores fiant existimẽ, persequor. Hoc est contendentibus, annitentibus.

Aliquid intendere. Quintil. lib. 3. cap. 6. 8. Nam pro Rabirio Posthumo Cicero prima parte Orationis hoc intendit, vt actionem, &c.

¶ Intendere aciem, Attentius conspicere aliquid. Cicero. 4. Acade. 143. Neque quicquam interiectum est quod obsterẽt, sed intendi acies longius non potest.

Aciem acrem in omnes partes intendere Cic. 4. Tusc. 58.

Actionem. Quintil. lib. 3. cap. 5. Vt non videatur iure actio intendi. Cic. pro Milone, 28: Diem mihi, credo, dixerat, multã irrogarat, actionem perduellionis intenderat.

Actionem

Actionem intendere alicui. Vlpianus in L. Siquis. Parag. si filius. ff. Quod quisque iuris.

Animum intendere, cui contrarium est Relaxare. Plin. epist. 1 24. b, Intẽdi animum: contraque opinionem meam, post longam desuetudinem, perquàm exiguo temporis momento idipsum, quod me ad scribendum solicitauerat, his versibos exaraui. Cice. de Senect. 33. Intentum enim animum tanquam arcum habebat: nec languescens succumbebat sene, ctuti. Idem in Hortensio, Quæro, non quibus intendam rebus animũ sed quibus relaxem.

Animum ad scribendum, pro Vehementer applicare. Plin lib. 7. ad Surã, epist. 147. c. Ipse ad scribendum, animum, oculos, manum intendit: ne vacua mens audita simulacra, & inanes sibi metus fingeret. Liu. 1. ab Vrbe, 6. in Præfat. Ad illa mihi pro se quisque acriter intẽdit animum, quæ vita, qui mores fuerint.

Animum aliquò, quod & aliquò tendere dicitur. Cice. 2. Verr. 6. Quibus rebus, quid iple sperer, & quò animum intendat, facile perspicio. Hoc est, vt vulgò loquimur, ad quem finem tendat, quem finem respiciat, quam intentionem habeat.

Animum in regnum, Dare operam regno adipiscendo. Salust. in Iugurth. In regnum Adherbalis animum intendit.

Animum alicui rei, Vehementer operam dare. Horat. 1. epist. 1. 8.
– si non Intendas animum studiis & rebus honestis.

Animum intendit fatis Arachnes. Ouid. 6. Metam. 1.

Animum in rem aliquam. Liuius. 3. bell. Pun. 155. In hanc dimicationem duorum opulentissimorum in terris populorum omnes reges gentesque animo intenderant.

Animum vltra intendere. Quintil. libro, 7. cap. 2. 38. Intendamus vltrà animum.

Animo. Cic. 10. Philipp. 274. Si enim C. Antonius quod animo intẽderat, perficere potuisser. Id est, quod proposuerat apud se, quod cogitarat. Tacit. in vita Agricolæ, Monam insulam, cuius possessione reuocatum Paulinum rebellione totius Britanniæ supra memorãui, redigere in potestatem animo intendit.

Intendi animo in rem aliquam. Liuius, Itaque erectì suspensique in minimè gratum spectaculum animo intẽduntur. Id est, intenti sunt. Budæus.

Ardorem exercitus. Tacit. lib. 12.

Aures ad verba alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 8.

¶ Bellum in aliquem, Eo modo quo Intendere arcum vel balistam in aliquem dicimus. Liu. 1. bel. Pun. 24. Alii prouinciae Consulibus Hispaniã atque Africam decernentes, terra marique rem gerendam censebant: alii totum in Hispaniam Annibalemque intendebant bellum.

Caulam intendere. Vlpianus in L. Iulianus. Parag. Quantum. ff. Ad exhibendum, Vt quis copiam rei habens possit exequi actionem quam destinauit, in nullo causa quam intendit, læsa.

¶ Cogitationes ad. Liu. 10. bel. Maced. 15. Sibi spem nullam regni superesse, nisi in scelere ratus, ad id vnum omnes cogitationes intendit.

Considerationem in. Ci. 2. de Inuent. 198. Nunc in alteram concessionis partem considerationem intendemus.

Consilium, pro Moliri, studiosè parare, vel proponere. Terent. And. 4. 4. 12.
– sponsæ pater interuenit:

Repudio consilium quod primùm intenderam. Vbi Donatus, Verbum à venatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras capiendas.

Crimen in aliquem, Hoc est criminari. Liuius 9 ab Vrbe, 136. Inde nobilitas, nec ii modò, in quos crimen intendebatur, sed vniuersi simul negare nobilium id crimen esse.

Cupiditates. Tacit. lib. 17. Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbæ facilitas intendebat.

Curam alicui rei. Diligenter curare. Plin. lib. 8. cap. 17. 2. Primùm ergo miserationis fuit non expauescere: proximum ei curam intendere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 6.

Curam in. Liuius. 7. bell. Maced. 148. Omissa igitur in præsentia mentione pacis, totam curam in belli apparatum intendit. Idem 5. bell. Maced. 36.

Eruditionem suam. Plini. epist. 147. f. Proinde rogo eruditionem tuam intendas.

Fallaciam in aliquem. Terent. Heaut. 3. 1. 2.
– inueniendum est tamen
Argentum, intendenda in senem fallacia.

Falsum. Cice. pro Flacco, 65. In quo quid reprehendas, scire cupio: quòd falsum intenderit?

Formidinem. Tacit. lib. 18. Intendebat formidinem, quòd publici consilii facie discessum Mutina.

Formulam alicui. Suet. in Vitell. Quum libertino cuidam acerbius debitum reposceni, iniuriarum formulam quasi calce ab eo percussus intendisset. Budæus.

Fugam. Liuius 7. ab Vrbe, 182. Nam neque quo signo coirent inter se, neque vtrum castra peterent, an longiorem intenderent fugam, territis constare poterat.

Fugam ad mœnia. Lucret. lib. 4. 54.

Gloriam. Tacit. li. 12, Huic negatus honor gloriã intendit. Hoc est auxit.

Intendere in. Cic. 4. Acad. 85, Aduersantur enim primum, q parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt, vt, &c.

In omnes occasiones rei gerendæ. Liuius 6. bell. Pun. 101.

In aliquem intendere. Tacit. lib. 3, Et quanquam transfosso oculo, aduersum os in hostem intendit.

Iter. Liu. 1. bell. Maced. 131, Alam equitum ad explorandum quonam hostes iter intendissent, misit. Idem 10 ab vrbe, 217, Prima luce incerti quam in partem intenderent iter, repentè in fugam consternantur.

Iter cœptum in Italiam. Liuius 1. bel. Pun. 106.

Iter ad prætorem. Liuius 6. bel. Maced. 90.

Laborem & studium: cui contrarium est Relenare. Plin. in Paneg. 51, Itaque perinde summis, atque infimis charus: sic imperatorem, commilitonemque commiscueras: vt studium omnium, laboremque, & tanquã exactor intenderes, & tanquam particeps, sociusque releuares.

Laborem suum in aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 11. 5, Non in causas tantum laborem suum, sed in locos intendunt.

Intendere leges, pro earum seueritatem augere. Plin. epist. 74. Sicut leges & mitigare licet & intendere. Hæc duo pro contrariis posuit.

Intendere diis manus, pro Tendere manus ad deos inuocandi causa, Seneca 1. de Clement. Conclamatio ciuitatis in fuga est, ac diis ipsis manus intẽduntur.

Intendere iungitur aliquando accusatiuo præpositione intercedente. Seneca lib. 1. Natural. quæst. Quid sit deus, totusne in se intendat, an ad nos aliquando respiciat?

Intendi animo. Liuius lib. 1, Suspensique in minimè gratum spectaculum animo intẽduntur.

Intendere, sine adiecto, pro Contẽdere. Liu. ab Vrbe, lib. 8, Senatu, quia id in summis imperiis non obtinuisset, minus in Prætura intendente.

¶ Intendere id dicimur, quo velut in scopum tendimus. Quintil. lib. 1. cap. 16, Illud vtique proprium ad efficiendum quod intendimus. Idẽ lib. 3. cap. 4, Nec inueniet vlla in qua non laudare aut vituperare, suadere aut dissuadere, intendere quid vel depellere debeamus.

Intentio, pro Actione. Vlpian. in L. 1. §. 1. ff. Si mensor fallum mo. &c. Si autem ex locato fuerit actum: dicendum erit nec tenere intentionẽ.

Intẽtio dominii. Papinianus in L. 1. § Cum predium. ff De pignor. & hypot. Quoniam quæstio pignoris ab intentione dominii separatur.

Perdere intentionem. Vlpianus in L. Iulianus. Parag. Quantum. ff. Ad exhibendum. Proinde si post litem contestatam vlcaptum exhibeat, non videtur exhibuisseiquum petitor intentionem suam perdiderit.

Intentare imperium Romanum, pro Denuntiare periculum ab imperio Romano seu vindictam. Liu. 1. Decad. 5.

Litem alicui, Litis periculum alicui comminisci, & moliri litem. Cicero 1. de Orato. 11, Et quum vniuersi in te impetum fecissent, tum singulæ familiæ litem tibi intenderent. Cicero pro Cecinna, 14. Quum hoc nouæ litis genus tam maleficiosè intenderet, placuit Cecinnæ de amicorum sententia cõstituere quo die in rem præsentem veniretur. Lucret. lib. 3. 193.

Lusus principis intẽdere. Tacit. lib. 13. Id est adiuuare, augereque. vt ait Beatus Rhenanus.

Manus. Ouid. 8. Metam. 22.

Metum. Tacit. lib. 1. Spem Offerunt, metum intendunt.

Neruos intendere, & Remittere, contraria. Plin. lib. 26. cap. 10. 4. Superioris radix in lacte ouis colonicæ data, neruos intendit, eadem ex aqua remittit.

Numeros neruis. Virg. 11. Aeneid. 156,
– cui carmina semper,
Et citharæ cordi, numerosque intendere neruis. Vbi Seruius, Numeros intendere neruis, Rhythmos facere intẽtione neruorum. nam nũc sunt rhythmi: vt Numeros memini, si verba tenerem. Hoc ergo dicit, Secundum chordas verba componebat.

Oculos. Plin. lib. 2. epist. vltima, 2. Vide OCVLVS.

Odium. Tacit. lib. 13.

Officia. Salust. in Iugurt. Præterea cõmeatus spe amplior, quia Numidæ, sicuti plerique noua deditione, officia intenderant.

Periculum, pro Minari. Cic. pro Roscio Amer. 5, Et in causa Sex. Roscii periculum quod in omnes intenditur, ppulsetis. Idem pro Quintio, 36, Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur. Sic ad Atticum, lib. 2. 34. 1.

Periculum iudicii. Cic. de Arusp. responsis, 1, Itaque hominem furentem, exultantemq; continui, simul ac periculum iudicii intendi duobus in cœptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamq; compresi.

Se ad firmitatem. Cic. 2. Tusc. 95, Nec vero vnquam ne ingemiscit quidẽ vir fortis ac sapiens, nisi fortè vt se intendat ad firmitatem.

Acrius se ad aliquid intendere. Quintil. lib. 4. cap. 4. 8, Quo se ad quæstionem acrius intendat.

Se aduersarium in aliquem: quod vulgus declarare dicit. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 4. 6, In euitandis iis consiliis, qui se intenderant aduersarios in eius Tribunatum.

Intendere se animus dicitur in multa. Quintil. lib. 10. cap. 3. Neque enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

se bona fide in multa simul intendere animus rotum potest.
Se in rem.Quintil.lib.4.cap.1.Vt Cæsar minus se in rem,tanquam in nouam intenderet.
Acriter se in illud tenue discrimen grammaticus intendat.Quintil.lib.1. cap.8.4.
Se esse illum.Terent.Eunuch.3.3.19.
– hæc cur quæritet,
Nisi illa forte,quæ olim perit paruula
Soror,hanc se intendit esse,vt est audacia. Id est inititur,conatur se assimulare illam esse quam dicunt.
Sensus ad res percipiendas.Cic.4.Acad.59.
Vela.Virg.3.Aeneid.136.
Intendere vera,adgerere falsa.Tacit.lib.1.
Vim rebus.Quintil.lib.10.cap.7.Mobiliore quodam opus erit ingenio, & vis omnis intendenda rebus.
Vim præfecturæ modicam antea,intendit.Tacit.lib.4.
¶ Intendere.Tendere aliquò.Terent.And.2.2.6. Sed vbi quæram?aut quò nunc primum intendam? c.cessas alloqui?
¶ Intendit petere Apuliam,hoc est, Cogitat ire in Apuliam. Liu.7.bell. Pun.228.Numidis paucis,qui in vallo portisque se ostenderét,relictis, profectus Apuliam petere intendit.Id est,in Apuliam pergit.
¶ Intendere,Augere.Celsus,Atque hæc ipsa & intendi & leniri possunt. Tacit.lib.1.Languescet alioqui industria,intendetur socordia.Hic Intendere & Languescere opponuntur.
¶ Intendere vincula collo,pro Ligare.Virgil.2.Aeneid.48.
– & stupea vincula collo Intendunt.Seruius.
Intendere locum sertis:Circunligare serta per aliquem locum,honoris & decoris gratia. Virgil.4.Aeneid.101.Intendúque locum sertis.Vbi Seruius,Intendit,ligat:vt
– & stupea vincula collo
Intendunt.Et est hypallage,pro Intendit serta per locum.
Intendens,Participium,(ἐντείνων,)siue Nomen ex participio. Liui.1.ab Vrbe,251.Quò quum primis se intendentibus tenebris peruenissent, pergunt inde Collatiam.
Intensus,siue intentus,(ἐντεταμένος,ἔντονος,)Participium, siue Nomen ex participio,Porrectus.Cic.3.de Orat.119.Voces,vt chordæ,sunt intentæ. Idem in Oratore,68.Principia verecunda,nó elatis intensa verbis,sed acuta sententiis,&c.
Intentus animus.Cic.4.Tusc.16.Enitar quidem,sed intento opus est animo,ne omnia dilabantur,si vnum aliquod effugerit.
Intentus cogitatione animus & cura.Cic.2.de Orat.81.Peruoluatur animus,vt se penitus insinuet in causam,vt fit cura & cogitatione intentus diligentia est.
Intentus arcus. Plin.lib.8.cap.8.Intentos ingentes arcus defigúnt humi.
Brachia intenta remis.Virg.5.Aeneid.28.
Cithara omnibus neruis intenta.Quintil.lib.2.cap.8.10.Nam sicut citharæ,ita oratio perfecta non est,nisi ab imo ad summum omnibus intenta neruis consentiat.
Intentissima cura,Diligens & attentissima.Quintil.lib.10.cap.1,Vix singula quisquam intentissima cura consequi potest.Liu.5.bel. Pun.118.
Intentior custodia.Liuius 9.bel.Maced.71, Vt intentiore cum custodia asseruarent.
Intentus & infestus exercitus.Salust.in Iugurth. Deinde ipse paucis diebʼ intento atque infesto exercitu in Numidiam procedit.
Labor intentus.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.12.
Mens intenta malis.Ouid.4.Trist.eleg.1.1.
Intentis oculis contemplari:Hoc est defixis.Cic.pro Placco,20.
Oculos intentos voluens.Virg.7.Aeneid.50.
Intentis alimentorum pretiis. Tacit.lib.17.Hoc est auctis.
Intentior sermo, Vehemens, altus, & qui voce altiore & admodum intenta fit. Cicero.1.de Oratore,133. Multique oratores fuerunt, vt illum Scipionem audimus & Lælium, qui omnia sermone conficerent paulo intentiore: nunquam,vt Seruius Galba, lateribus aut clamore contenderent.
Intenta tela,In aliquem tendentia.Cic.de Prouinciis Conf.18. Quó omnia tela vndique esse intenta in patriam viderem.
Hærent intenti vultus.Silius lib.3.32.
¶ Intentus,pro Attento & diligenti.Liui.3.ab Vrbe,113.Operi certè,id quod constat,agresti intentus,&c.
Intenti expectant signum.Virg.5.Aenei.28.
Intentus ad.Cic.11.Philip.305.Quanuis enim intentus animus tuus sit. C.Pansa,sicut est,ad fortissimum virum & omnium clarissimum liberandum,&c. Liu.4.ab Vrbe,193.Populoque ad opem passim ferendam tectis intento.Idem 3.ab Vrbe,34.& 254.Intentos ad certamen.
Ad curas intentus.Tacit.lib.10.Nomen sedemque Cæsaris Domitianus acceperat,nondum ad curas intentus.
Intentus in.Liuius,4.ab Vrbe,119. Qui postquam intentos homines in euentum periculi alieni,pro se incautos, neglectis vigiliis stationibúsque est adortus,&c. Sic Intenta mens in imagines,Cicero, 1. de Natura,deorum,70.
Intentus aliquo negotio.Salust.in Catil.Verùm enimuero, is mihi viuere demum atque frui anima videtur,qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris,aut artis bonæ famam quærit.
Paci intentus.Lucan.lib.3.11.
Intentus,huius intentus,(ἐντασις,)pro intentione & expansione: vt Intentus palmarum,cuiusmodi fieri videmus in seditione, & discordia, aut reclamatione alicuius turbæ:cuius non solum voces,sed etiam manus intensæ conspiciuntur in eum quem explodere & eiicere cupiunt. Cic.pro Sestio,101.Voces quidem & palmarum intentus,& maledictorum clamorem omnes profuderunt.
Intensio,siue Intentio,Verbale,(ἐντόνιον,ἐπίτασις,)Extensio.Colum.lib. 6.cap.6.1.Cruditatis signa sunt crebri ructus,ac ventris sonitus, fastidia cibi,neruorum intentio, hebetes oculi.
Intentio corporis.Cic.1.Tusc.31.
Intentio vocis,Quæ & vociferatio dici potest,cui Remissio vocis opponitur. Plin.lib.28.cap.19.His remediis adnumeratur exercitatio,intentio vocis,vngue fricari cum ratione. Quintil.lib.1.cap.17. Atque in orando intentio vocis,remissio,&c.
Intentio & remissio animi,contraria.Cic.2.Tuscul.94.Vt onera contéris corporibus facilius feruntur,remissis opprimuntur:similiter animus intentione sua depellit pressum omnem pondeum:remissione autem sic vrgetur,vt se nequeat extollere.
Intentio lusus.Liuius 4.ab Vrbe,75. Non auersum ab intentione lusus animum.
¶ Intentio,Voluntas.Quintil.lib.7.cap 6.Est enim duplex eius discepta tionis conditio:quòd aut intentio,aut prescriptio habet controuersiá. Ibidem,Sed frequentius etiam quæritur de intentione.
¶ Intentio,Mens,animus,phantasia:est animaduersio, & diligentia qua animus,ad quod intenditur,dirigitur.Plin.epist.29.3,Tu ergo intentionem scribentis accommodes. Quintil.lib.8.cap.2.Idipsum in consilio est habendum,non semper tam esse acrem iudicis intentionem, vt obscuritatem apud se ipse discutiat.
Silentium intentionis.Quintil.lib.4.cap.2.27.Non ferunt illud intentionis silentium.
Diuidere animi intentionem.Quintil.lib.1.cap.1.24.Diuidenda intentio animi,vt aliud voce,aliud oculis agatur.
Intentio operis,Propositio & deliberatio siue cõceptio.Quintil.lib. 10. cap.3.Auocant ab intentione operis destinati.
¶ Intentio,Diligentia.Plin.epist.10.lib.2.Vt tantum curæ intentionisq; suscipere & possint & velint. Idem epist.3.6.An vt soles,intentione rei familiaris obeundæ crebris excursionibus auocaris? Plin.epist.5.li,3. Hac intentione tot ista volumina peregit.
Perpetua discentis intentio.Quintil.lib.1.cap.2.9.
¶ Intentio,Animaduersio & consyderatio intenta.Plin.epist.9.lib.3.Verebamur ne iudicum intentio multis nominibus, multisque causis non lassaretur modò,verumetiam confunderetur. Quintil.lib.8.ca.2. Nec sit tam longus sermo,vt eum non prosequi possit intentio.
Audit discipola intentione magna, & reddit. Plinius libro.10.cap.29.7. de philomela.
Recens audientium intentio.Quintil.lib.4.cap.1.41.Et custodit nos recens audientium intentio.
Intentione diligenti notare. Plinius libro,9.cap.59.2.Notatur hic intentione diligenti,vt author spei, conciliatorúque capturæ. Id est Obserua tur diligenter.
Accommodare intentionem,Vide ACCOMMODO.
¶ Intentio apud Oratores,Oratio crimen delictúmve alicui obiiciens. Quintil.lib.3.cap.11.Officiis constat duobus,intentionis & depulsionis.Cic.1.de Inuent.19.Ac siquæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio,nec pars constitutionis est?
Remittere intentionem iudicis.Quintil.lib.4.cap.1.26.
Nonnulli obseruant,vt intensio per s scribatur,quum extensionem & porrectionem,& etiam diligentiam significat:Intentio autem,per t,quum animaduersionem quum tamen perinde sit, & confundatur vtplurimum hæc differentia.
Intentè,intentius,intentissimè,(ἐντόνως,)Aduerbium,Diligenter, & cum cura & animaduersione diligenti.Plinius epist.4.Non me hercule tam mea sunt,quæ mea sunt,quàm quæ tua: hoc tamen differunt,quòd solicitius & intentius tui me,quàm mei excipiunt. Liu.7.bel. Pun.139. Hostilium intentius monuit,vt in eo spem non moturos quicquam Etruscos poneret.
Audire aliquem intente,ac modeste.Quintil.lib.2.cap.2.
Intentius se excusare.Tacit.lib.3.Tum audita amborum verba,intentius excusante se Lepido,&c.
Intento,intentas,(προτείνω,ἐπηρείπτω,ἀπειλῶ,)intentare, Frequentatiuum.Frequentius porrigere,& extendere significat:vt Intentare manus in aliquem.Liuius 3.ab Vrbe,107,Virginius intentans in Appium manus,Iesilio,inquit,Appi,non tibi,filiam despondi. Tacit.lib.3.Liberique etiam ac serui patrono vel domino quum voces,quum manus intentarent,

intentarent,vltro metuebantur.
Intentare manus alicui,pro Iniicere,in malum.Hir.6.bel.Hisp.87.
Eum qui legatos iugulasset,lapidare,& ei manus intentare cœperunt.
Voces alicui intentare.Tacit.lib.3.
Intentare aliquid alicui.Cice.pro Rosc.Amer.61.Explicet suum volumé illud,quod ei planum facere possum Erucium conteripsisse,quod aiunt illum Sex.Roscio intentasse,& meditatũ esse,se omnia illa pro testimonio esse dicturum.
Intentare,significat etiam Minari.Virg.1.Aenei.19.Præsentemque viris intentant omnia mortem.
Intentare & minari.Cice.5.Tuscul.112.Dolor esse videtur acerrimus virtuti aduersarius,is ardentes faces intentatis fortitudinem,magnitudinem animi,patientiam se debilitaturum minatur.
Intentare arma Latinis.Liuius 6.ab Vrbe,107.Sic,Sicam intentare, Cice. pro Milone,28.
Crimen inuicem intentant. Quintil.lib.3.cap.10.5.Vide INVICEM.
Faces intentat Tiliphone.Stat.11.Thebaid.99.
Periculum intentare,Vide PERICVLVM.
Intentatio,Verbale.Senec.1.de Ira,Ne nos ofcitatio aliena solicitet, nec oculi ad intentationem subitam digitorum comprimantur.
Intentatus,Participium:(πεπειραμένος,) vt Intentati gladii. Liuius,9. ab Vrbe, 27. Gladii etiam plerique intentati, & vulnerati quidam, necatique.
Intentatus, Participium sine verbo, à tento tentas,(ἀπείρατος,) Non tentatus, hoc est non expertus. Virgil.10. Aeneid.
– hæc intentata manebat
Sors rerum.Mart.lib.1.14.Nil intentatum Sellus,nil linquit inausum.Pli. lib.17.cap.7.1.Quid enim intentatum Græcis?
Nil intentatum nostri liquere poetæ.Horat.de Arte,58.
Intentatus & nouus amicus.Hoc est,Quem non exploranimus. Cice.de Amicit.60,Nemo est qui non quocum consueuit,libentius vtatur,quã intentato & nouo.Quod ex vetusto codice sic legitur, Atqui in ipso equo(cuius modò mentionem feci)si nulla res impediat, nemo est qui non eo quo consueuit,libentius vtatur,quàm intractato & nouo.
Intepeo, intepes.pen.corr.intepui,(χλιαίνομαι,) intepere,siue Intepesco,intepescis,intepescere,Incalescere,vel tepidũ fieri. Propert.lib.4.eleg.1.15.Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis.
Comæ intepuere radiis.Ouid.5.Fast.44.
Strata intepuere tuis membris.Ouid.epist.10.11.
Inter, Præpositio,(μετάξυ,) accusatiuo casui seruiens,ferè significat aliquorum medium:vt Inter te & me est murus.
Inter alias,Id est plus cęteris.Plaut.Pœnulo,18.21.Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine. Plin.lib.13.cap.2.2.Inter omnes potentissimus odor.Liu.6.bel.Pun.198.Inter cæteras pugna fuit insignis.
Inter agendum,Id est dum agis.Virg.eclog.9.5.Seruius.
Inter cæsa & porrecta,Vide CAEDO.
Inter causas.Celsus,Eisque inter causas timoris,si sensus in vulnere rodẽtium non est.Id est,causa est vna timoris.
Inter cœnam, pro In cœna, vel Tempore cœnæ. Sueton. in Tiberio Cæsare,cap.53. Quondam verò inter cœnam porrecta à se poma gustare non aulum, etiam vocare desiit. Cicero,2.Philipp.74.Si hoc tibi inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset.Idem Terbatio,libro,7.23.1.Illuseras heri inter scyphos quod dixeram. Idem ad Qu.fratrem,li.3.17.25.Hoc inter cœnam Tironi dictaui,ne mirere alia manu esse.
Inter conuentum,pro In conuentu.Sueton.in Galba,cap.5.Adeò omnibʼ solicitauerunt modis,vt inter conuentum matronarum correpta iurgio,atque etiam manu pulsata sit à matre Lepida.
Inter tot dies,Inter tot annos,A tot diebus,à tot annis.Plau.Tru.13.31.
– hercè nudiusquintus natus quidem ille est.5.quid postea?
Inter tot dies quidem hercle iam actum aliquid oportuit. Cice. pro Lege Manilia,47.Quare nolite dubitare,quin huic vni credatis omnia, qui inter annos tot vnus inuentus sit,quem socii in vrbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Idem pro Quintio,25.Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quintium.
Inter hæc,pro Interea.Liu.4.bel.Pun.120.Inter hæc abstractam à penetralibus iugulant.
Inter homines.Cic.1.Tusc.51.Abiit ad deos Hercules,nunquam abiisset, nisi quum inter homines esset,eam sibi viam muniuisset.
Inter illud gaudium repentè mortuus est.Gel.lib.3.cap.15.
Inter initia principatus, Inter initia bellii: Hoc est, dum bellum inciperet, dum princeps creatus esset. Plinius,epist.240.Videor ergo summam voti mei consecutus, quum inter initia fœlicissimi principatus tui, probaueris me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere. Plinius libro,7.cap.3.3.Nauque & serpentem peperit inter initia Marsici belli ancilla.
Inter initia,Primis diebus,primis annis,primo tempore.Plinius,li.11.ca. 48.3.Hac de causa inter initia pasci,nisi submissis genibus nõ possunt. Colu.lib.2.ca.11.4,Sed inter initia parcius præbeas dum consuescat, ne nouitas pabuli noceat.Plin.lib.37.cap.1.6.Diuus Augustinus inter initia sphinge signauit. Idem lib.9.cap.52,Aquatilium omnium fœtus inter initia visu carent.
Inter istarid est,cum hoc, vel præterea. Plin.epist.307,Gabium Bassum domine præfectum oræ Ponti integrum,probum,industrium,atq; inter ista reuerentissimum mei,expertus,voto pariter & suffragio profè quor ea fide quam tibi debeo.
Inter manus.Cic.7.Ver.24,Itaq; erant exitus eiusmodi, vt alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur.
Inter moras,Interea temporis.Plin.lib.9.ad Quadratum,epist.190.g,Et statim Morena Tribunus,Permitto tibi,vir clarissime, Veiento dicere.Tum quoque reclamatur.Inter moras,Consul citatis nominibus,& peracta discessione,mittit Senatum.
Inter nos concertatio comparata inique.Terent.Adel.2.2.4,
–nunquam vidi iniquius
Certationem comparatam,quàm quæ hodie inter nos fuit.
Nosque inter nos esse complexos narrabat.Cic.1.de Diuin.103.
Inter nos dictum fuit.Terent.Adelph.5.3.10,
Rem ipsam putemus.dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeò est ortum,ne tu curares meum,
Neue ego tuum.respondc. Plaut.Pœnul.5.31,
Ita me di amabunt,vtʼ bona dicam fide,
Quod hic inter nos liceat? Cic.ad Atticum,lib.2.19.1,Serapionis librum ad me misistiex quo quidem ego(quod inter nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo.
Inter nos ludamus. Plaut.Sticho,14.19,
Sed amica mea & tua dum cœnat,dumq; se exornat,nos
Volo tamen ludere inter nos.
Inter nos sordemus alteri.Plaut.Trucul.8.23.
–num tibi sordere videor?
D.Non mihi quidem,verum tempestat,memini,quondam fuit,
Quom inter nos sorderemus alteri.
Inter opus.Tibullus lib.2.eleg.7.6,
Crura sonant ferro,sed canit inter opus.
Inter paucos.Liu.Hæc nobilis ad Trasimenum pugna inter paucos numerata Rom.nominis clades.
Inter paucos dies.Liuius 3.bell.Pun 189,Quam Manlius victore exercitu aggressus inter paucos dies cepit. Vetus exemplar habet, intra paucos dies recepit.
Inter pœnam.Suet.in Tiberio Cæsare,cap.60,Gratulati autem inter pœnam,quòd non & locustam,quam prægrandem cœperat,obtulisset,locusta quoq; lacerari os imperauit.
Inter præcipua seculi ornamenta.Plin.epist.165.a,Vir est optimus,& inter præcipua seculi ornamenta numerandus.
Inter primas.Pli.lib.12.ca.1.4,Platanus inter primas donata Italiæ.
Inter rem istam agendam.Plaut.Cistel.10.59,Sed inter rem agẽdam istã heræ huic respondi quod rogat.
Inter se.Terent.And.1.3.15,
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam.
Inter se amare.Cic.4.Acad.305,Tam bonos,tam inter se amãtes viros.
Inter se amant.Cic.ad Q.fratẽ,lib.3.19.1,Valent pueri,studiosè discũt, & nos & inter se amant.
Inter sese fabulantur.Plaut.Epid.5.54,
–occepere aluæ mulieres.
Duæ post me fabulari inter sese:ego abscesi solens
Paulum ab illis.
Inter se amplexari.Plaut.Milite,22.40, –scio,
Nam postquam exierunt porta,nihil cessarunt illicò
Osculari,atque amplexari inter se.
Inter se iurare,pro Coniurare,Vide IVRO.
Inter se loqui.Plaut.Pœnulo,17.23,Quid illi locuti sunt inter se?dic mihi. Cic.1.Verr.13,Sic honestissimi homines inter se & mecum loquebantur.Vide LOQVI inter.
Inter se distantes ternis pedibus.Columel.lib.5.cap.6.
Inter se ne contingant,curato.Colu.lib.5.cap.10.
Inter se dissimiles.Quintil.lib.9.cap.4,Quãquam & ii ipsi inter se dissimiles fuerunt.
Inter se cornibus pugnant.Varro 2.de Re rust.cap.3.7.
Inter se foliis strepitant.Virg.1.Georg.83.de cornis.
Inter spem metumque tot populos suspensos animi habetis. Liuius 8. ab Vrbe,8.
Inter tempus.Liu.2.ab Vrbe,12,Quũ inter omne tempus pater,vultusq; & os eius,spectaculo esset,&c.
Inter triennium continuum.Plaut.Sticho,4.60,
–quot potiones mulsi?
Quot autem prandia,quæ inter continuum perdidi triennium?
Inter vias, Inter ambulandum, vel in ipsis publicis viis. Plautus Pœnulo,17.42,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid si eamus illis obuiam? P. at ne inter vias
Præbiteriamus eas metus. Terent. Eunuch. 4. 2. 1.
Dum rusteo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita vt fit, vbi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare.

Inter viuos. Id est inter bibendum. Horat. 1. epist. 7. 6.

Inter vos bene dicatis. Plautus Milite, 20. 31.
Conserui, conseruæque omnes bene valete & viuite,
Bene quæso inter vos dicatis, & mihi absenti tamen.

Vobis inter vos coniuncta voluntas. Cic. 1. Verr. 19.

Inter ipsos mutuò. Quintil. lib. 10. cap. 2. In magnis quoque authoribus incidunt aliqua vitiosa, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehensa.

¶ Inter, Inuicem. Virgil. 11. Aeneid. 25. Conuersique oculos inter se, atque ora tenebant.

¶ Inter. In medio. Gellius lib. 13. cap. 16. Inter os & offam. Quod in prouerbium abiit de re quæ præter spem euenire dicitur. Quale est etiam illud, Multa cadunt inter calicem, supremaque labra, cuius meminit ibidem Gellius.

¶ Inter falcarios, pro Illuc vbi sunt falcarii. Cic. 1. in Catil. 6. Dico te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscure) in M. Leccæ domum. Idem pro P. Sylla, 39. Quid tandem de illa nocte dicit, quum inter falcarios ad M. Leccam nocte ea, quæ consecuta est posterum diem Nonarum Nouembris, me Consule Catilinæ denuntiatione conuenit?

¶ Inter, post positum suo casui. Cic. de Amicit. 70. Quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est, eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus, beatissimusque comitatus. Tacit. lib. 18. Est Iudæam inter, Syriamque Carmelus. Idem lib. 21. Insulam inter Germaniosque. Liu. lib. 8. Decad. 3. Quos inter belli causa ellet.

¶ Bonis inter bonos necessaria amicitia. Cicero, de Amici. 46. Quamobrem hoc quidem Fanni & Scæuola, constat (vt opinor) bonis inter bonos quasi necessariam beneuolentiam esse, qui est amicitiæ fons à natura constitutus.

Interalbico, interalbicas, pen. corr. (ὑπολευκαίνομαι,) interalbicare, re, & albi colorem tendere, & ad albũ accedere. Pli. lib. 37. cap. 10. 31. Lencochrysos fit chrysolitho interalbicante.

INTERAMNIA, (ἐντεραμνία,) Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Pregutiorum ciuitas in Italia. Vulgo Teranium.

Interanea, interaneorum, plural. nu. n. g. (ἐντόσια,) Ab intra fit, & significat intestinum, quòd intra corpus conditum sit. Plinius. Medelæ sunt innumeræ ad interanea. Idem lib. 9. cap. 43. 1. Harno deuorato, omnia interanea euomuit, donec hamum egerant. Colum. libro, 9. cap. 14. 12. Quidam exemptis interaneis occisas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumis suis delitescentibus apibus præbent teporem.

Adaperire interanea, Vide ADAPERIO.

Interarescо, interarescis, (διαξηραίνομαι,) interascere. Cic. 5. Tu, scil. 58. Nihil enim interarescere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum in quibus vita beata consistit.

Interbibo, interbibis, pen. cor. interbibi, interbibitum, (διαπίνω,) interbibere, Totũ bibere, vel penitus exhaurire. Plaut. Aulul. 20. 72.
– præterea tibicinam,
Quæ mihi interbibere sola, si vino scateat,
Corinthiensem fontem Peneum potest. Significant enim hæc verba penitus quid fieri, inquit Donatus.

Interbito, interbitas, (ἐνέρχομαι,) interbitare, Internenire. Verbũ antiquum, compositum ab inter, & verbo frequentatiuo Ito, itas interposita litera b, causa euphoniæ. Plaut. Mostel. 15. 46.
Hic ego tibi præsidebo, ne vlla interbitet quæstio.

Intercalo, intercalas, pen. corr. ἐμβάλλω, παρεμβάλλω, intercalare, re. Interferere, seu interponere. Cato cap. 150. Si intercalatum erit Calen. Maias, agros XXX ne amplius promittat. Plin. lib. 18. cap. 25. 6. Ita vt XII annis continuis non intercalaretur. Cice. ad Atticum, libro. 5. 96. 3. Memento curare per te & per omnes nostros, in primis per Hortẽsium, vt annus noster maneat suo statu, nequid noui decernatur. Hoc tibi ita mando, vt dubitem, an etiam te rogem, vt pugnes ne intercaletur. Id est, ne interponatur nouus annus. Idem ad eundem, libro, 6. 100. 3. Per fortunas (quoniam Romæ manes) primũ illud præfoci, atque præmuni quæso, vt funus annui, ne intercaletur quidem. Hoc est interponatur aliquid spatii. Idem Mario, lib. 7. 2. 8. Nos hic in multitudine & celebritate iudiciorum, & nouis legibus ita distinemur, vt quotidie vota faciamus, ne intercaletur, vt quamprimũ te videre possimus.

¶ Intercalare, Differre. Liu. 9. ab Vrbe, 43. Sed si me audiatis, prius quã dedantur, hic in comitio virgis cæsos, hanc iam vt intercalatæ pœnæ vsuram habeant. Hæc Budæus.

Intercalaris, & hoc intercalare, pen. prod. (ἐμβόλιμος,) Quod interseritur, vt Mensis Februarius, intercalaris dicitur, quòd ei dies vnus interseritur. Diesque ipse intercalaris Latinè dicitur, & Græcè ἐμβόλιμος, atque etiam ἐμβολιμαῖος eadem ratione: & ἐμβολισμός, intercalatio. Celsus. ff. de Verborum & rerum significatione. l. Quã bis sexto, Nam id biduum pro vno die habetur, & posterior dies, intercalatur, non prior. Sensus huius loci est, Etiamsi bisextili anno & intercalari die natus est minor, id est sexto Calend. Martii, qui dies est quartus & vicesimus Februarii, nihilominus maiorem censeri anno quinto & vicesimo, eodem die & momento: quippe sextus dies Calendarum pro vno die cedit. Posterior enim dies Calendarum intercalatur, id est posterior dies bidui (quod biduum pro sexto die Calẽdarum cedit) intercalari, inseriqueſtingitur non prior, sicque cum priore in vnum diem confundi. Ex Budæo.

Intercalaris annus, Quem bisextilem dicimus. Plin. lib. 2. cap. 47. 14. Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennio exacto, Eudoxus putat, non ventorum modò, verbum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri eius semper intercalari anno Caniculæ ortu. Budæus.

Intercalaris dies. Plin lib. 2. cap. 8. 6. Quam ob causam quinto anno vnus intercalatii dies additur.

Intercalaris mensis, Macrobio dictus, non modo is qui intercalatur, sed etiam in quo intercalatur.

Intercalares Calendæ. Cic. pro Quint. 5 3. Die Neui diem. Ante v. Calendas intercalares. Bene agis. Idem ad Ligarium, lib. 6. 14. 4. Ego idem tamen quòm ad quintum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Cæsarem. Calendas Martias, vt opinor, significauit. Omni enim intercalationi, inquit Macrobius, mensis Februarius depuratus est. Budæus.

Intercalares versus, inquit Seruius, vocãtur qui frequẽter in poemate interponuntur: vt apud Virgilium 8. eclog. 11. Ducite ab Vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim. In rhythmicis autem lusiuncilis, quas balladas nostri vocant, sunt huiusmodi clausulæ sæpius repetitæ, quos velut refractus lingua vernacula vocant. Quare quum significare volunt quemptam ad mentionem alicuius rei identidem reuolui, aiunt, Hic est balladæ tuæ refractus. Hoc est, tu tertio aut quarto quoqi verbo huius rei meminisse soles. Budæus.

Intercalarius, Antiestimum, (ἐμβολιμαῖος,) Idem quod intercalaris: vt Mensis intercalarius. Liu. de L. Scipione loquens, libro, 7. bell. Maced. 252. Trium phauis mense intercalari o pridie Calendas Martias. Cicero 4. Verr. 90. Tunc Cephalediani decreuerunt intercalarium quadragesimo quinque dies longum, vt reliqui menses in suam rationem reuerterentur. Budæus.

Intercalarii quadrantes diei & noctis. Plin. lib. 18. cap. 25. 1.

Intercapedo, pen. prod. intercapẽdinis, f. g. (διακόπημα.) Est certa est ad capiendum. Interuallum. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21. 2. Iraque me iam non pœnitebat intercapedinem scribendi fecisse. Suetonius in Octauio Cæsare, cap. 38. Equitum turmas frequenter recognouit post longam intercapedinem, reducto more transuectionis. Plinius epist. 192. lib. 9. ad Falconem, Retracto enim actiuncular quasdã quod post intercapedinem temporis & frigidum & acerbum est: rationcinationesque quasi absentes negleguntur. Idem epist. lib. 3. ad Cornel. Minutianum, Post longam intercapedinem tunc reductum.

Intercapedo molestiæ. Cice. 1. de Finib. 92. Alii audaces, proterui, iidem intemperantes & ignaui, nunquàm in sententia permanentes: quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiæ. Id est vacuitas, inquit Budæus.

Intercedo, intercẽdis, pen. prod. intercessi, intercessum (ἐνίσταμαι,) intercedere, Mediũ esse: & tam de loco & de tempore, quàm de alia re quacunque dicitur. Cæsar 5. bell. Gall. 191. Longius prosequi vetitus, quòd syluæ, paludesque intercedebant.

Intercessit annus. Cic. 1. de Finib. 163. Nec id quidem, nisi quum multa annorum intercesserint millia, vt omnium siderum eoidem vnde profecta sint, fiat ad vnum tempus conuersio.

Intercessit dies, vel nox. Cic pro Cluentio, 20. Dies nondum decem intercesserant, quum ille alter filius infans necatur. Hoc est, nondum præterierant decem dies. Liuius 2. ab Vrbe, 271, Intercessere pauci dies, velut tacitis induciis vtrinque quiete sumpta: per quos ingens vis hominum, &c. Id est, paucis pòst diebus. Cicero, 4. Verr. 62. Vna nox intercesserat, quum iste Dorotheum sic diligebat, vt diceres omnia inter eos esse communia. Idem 1. in Catilin. 2. Decreuit quondam Senatus, vt L. Opimius Consul videret nequid Respub. detrimenti caperet. nox nulla intercessit, interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus clarissimo patre natus. Id est, ipso die.

Intercedit spatium, dum. Cæsar 1. bell. Gall. 28. Tamen spatium intercedere posset, dum milites, quos imperauerat, conuenirent, legatis respondit, &c.

Intercessit ægritudo huic gaudio, hoc est interuẽnit. Terent. And. 5. 5. 5.
– nam mihi immortalitas

Parta

Parta est, si nullà ægritudo huic gaudio intercesserit.

Intercessit casus, aut dissensio in. Cæsar 1. bel. Ciuil. 79. Quòd sæpe in bello parui momentis magni casus intercederent. Cice. de Amicitia, 66. Sin autem morum aut studiorum commutatio quædam (vt fieri soleat) facta erit, aut in Reip. partibus dissensio intercesserit, &c.

Intercedit familiaritas. Terent. Phorm. 4. 1. 17. Tacebit dum intercedet familiaritas.

¶ Intercedit illi recum amicitia, Intercedit tibi cum illo affinitas, Intercedit tibi mecum necessitudo: Hoc est, amicitia, affinitas, necessitudo inter nos est media quædam quæ nos conciliat. Hæc Valla lib. 3. Cæsar 1. bel. Gall. 1 84. Docebant etiam quàm veteres, quàmque iustæ causæ necessitudinis ipsis cum Heduis intercederent. Cicero. 1. Verr. 4. Si aut hoc à me Siculi non petissent, aut mihi cum Siculis causã tantæ necessitudinis non intercederet, &c. Idem Appio Balbo, li. 6. 1 1. 6. Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt, quibuscum ego agere de te non destiti.

Intercessit ratio cum. Cic. pro Rosc. Comœdo, 24. Si alia de causa, quæ ratio tibi cum illo intercesserat nulla. addictus erat tibi non frustra tempus contero, &c.

Intercedit inimicitia, vel simultas cum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 106. Huic & paternum hospitium cum Pompeio, & simultas cum Curione intercedebat, quò Tribunus plebis legem promulgauerat, &c. Liuius 8. bel. Maced. 232. Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiæ cum P. Scipione intercedebant.

Intercedit ius ciuile cum genere humano. Cicero, 3. de Finibus. 103. Quòniam quæ ea natura ellet hominis, vt cum genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui id conseruaret, cum iustum: qui migraret iniustum fore.

¶ Intercedere contra aliquem, Obstare, obesse. Plinius, lib. 32. cap. 1. 3. de echineide pisce loquens, Nec longa fuit illius motæ admiratio, statim causa intellecta, quum è tota classe quinqueremis sola non proficeret, exilientibus protinus qui id quærerent circa nauim, inuenere adhærentem gubernaculo, ostenderuntque Caio, indignãti hoc fuisse quod se reuocaret, quadringentorumque remigum obsequio cõtra se intercederet. Id est, obstaret ne remiges obsequerentur Caio.

Imaginibus intercedere, pro Obstare imaginibus, & prohibere, per metaphoram. Tacit. in vita Agricolæ, Non quia intercedendum putem imaginibus, quæ marmore, aut ære finguntur. Id est, Non quia negem, habendas imagines quæ marmore, aut ære finguntur.

¶ Intercedere pro alio, hoc est Fidem suam interponere, spondere. Cicero, 2. Philippic. 62. Pilius se ad pedes meos prosternens, lachrymans, te mihi commendabat, orabat vt te contra suum patrem, si sestertium sexagies peteret, defenderem: tantum enim pro te intercessisse dicebat. Budæus.

¶ Intercedere, pro Extare. Cicero. ad Lentulum, libro. 1. 9. 89. Nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæsare intercessit, quod ille non illustri gratia exceperit. Idem libro, 1. 1. 1 1. De his rebus pridie quàm hæc scripsi, Senatus authoritas grauissima intercessit, cui quum Cato & Cannius intercessissent, tamen est perscripta. Sic sæpe alibi vtitur. Budæus.

¶ Tribuni intercesserunt, Scipio intercessit, Cato intercessit: hoc est In medium se verbis, aut vi opposuit. Hæc Valla lib. 3. Propriè Tribunorum erat intercedere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 8. Intercedit M. Antõius, Qu. Cassius Trib. plebis. Refertur cõsessum de intercessione Tribunorum. Idem ad Atticum, lib. 1. 11. 4. Qui dum veritus est ne Fusius et legi intercederet, quæ ex 2. c. ferebatur, &c.

Intercedit Tribunus plebis sententiæ, quùm opponit se, & sic prohibet ne quid statuatur. Liui. lib. 8. Decad. 4. Pronuntiauit, Prætori non intercedere Tribunos, quo minus sua potestate vtatur.

Intercessum est authoritati. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 12. Eaque quę de ea causa scripta est authoritas (eos scis intercessum esse, vt nequis omnino regem reduceret) tantam vim habet, &c.

Huic intercedituр frequenter. Cic. ad Atticum, lib. 1. 14. 7.

Intercedere per vim ac dolum, quo minus aliquid fiat. Papinian. in L. Virũ. ff. Siquis aliquem testam. prohib.

Intercessor, pro Interruntia seu interprete in pecunia mutuo accipiẽda. Senec. epist. 120.

¶ Intercedere, pro Inhibere, & coercere posuit Gellius, Ne sibi (inquit) intercedamus, quo minus suapte potestate vti liceat.

Intercessio, intercessionis, Verbale, (διαπρᾶξις,) Quam vulgò oppositionem vocamus. Cæs. 1. bell. Ciuil. 8. Refertur ità tum de intercessione Tribunorum. Cice. ad Atticum, lib. 1. 2. 1. Putamus enim vtile esse, te aliquando iam rem transigere: mea intercessio parata est, & fuit. Sic pro Lege Manil. 40. Liuius, 5. ab Vrbe, Camillus plebem sceleris palam arguere, quæ iam in suos versa non intelligeret se prauo iudicio de Tribuna intercessionem sustulisse, quòd intercessione sublata Tribunitium potestatem euertisset. Suet. in Cæsare, cap. 16. Cæterum Cæcilio Metello Tribunoplebis turbulentissimas leges aduersus Collegarum intercessionem ferenti, authorem, propugnatoremque se pertinacissimè præstitit. Proprie intercessio, Tribunorũ erat, quibus ius fuit intercedendi, hoc est verandi, prohibendique. Nam vt Gellius docet lib. 13. cap. 13, Tribuni plebis antiquitus creati videntur non iuri dicundo, nec causis querelisque de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis quibus præsentes fussent, vt iniuria quæ cõtra fieret, arceretur. Cic. 2. Philipp. 83. Quum auspicia Augur, intercessionem Consul sustulisses. Quintil. lib. 2. cap. 4. 26, Siue contra intercessiones, vel auspicia.

Abiicere intercessionem, Vide ABIICIO.

Intercessioni cedere, vel prouocationi, Id est non procedere vltra, & admittere oppositionem, Budæus.

Intercessor, huius intercessoris, (ἐνστάτης, διαπραξιδόμενος.) Is est quem oppositorem vulgus vocat. Cic. lib. 3. de Legib. 60, Nihil est enim exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri de legibus, nihil minus ciuile est & humanum, quàm composita & constituta Rep. quicquam agi per vim parere iubet intercessori, quo nihil præstãtius impediri enim bonam rem melius, quàm concedi malam. Ibidem, 16, Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto.

Abiicere intercessorem. Cice. ad Plancium, lib. 10. 12. 11, Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium intercessorem abiecerim.

Intercido, intercidis, intercidi, intercisum, pe. prod. (διαπόκοπτω,) intercidere, Ex in & cædo compositum, Per medium secare. Cæsar lib. 2. Vt si possent, castellum, cui præerat Titurius Quintus legatus, expugnarent, pontemque interciderent. Plin. epist. 108. lib. 6, Corrupto enim scribæ seruo interceperat commentarios, interceptatque, ac per summum nefas vrebatur aduersus amicũ crimine suo. Liu. 6. bel. Pun. 46, Propter intercisos pontes. Cice. ad Atticum, lib. 4. 84. 5, Intercisio monte.

Rationes alicuius intercidere. Vlpianus in Lege 1. in fine Digest. De seruo corrupto, Vel si factori suasit, siue verbis, siue pretio, vt rationes dominicas interciderent, vel adulterarent, vel etiam vt rationem sibi cõmissam turbaret.

Intercidere venas. Plin. lib. 11. ca. 37. 46, Lingua hominũ tantum ita sæpe constricta venis, vt intercidi eas necesse sit.

Intercisus, pen. pro, Participiũ, (διαπόκοπτος,) Vnde Intercisa hostia, apud Macrobium 1. Saturn hoc est dilecta.

Dies intercisi. Claud. 5. Paneg. 35.

Intercisio, Verbale, (διαπόκοπτις,) vt intercisio stomachi, apud Plinium lib. 20. cap. 14, quam Dioscorides lib. 3. cap. 26, διμυρὸν γομφίον, id est morsus & erosiones stomachi vocat.

Intercisæ pactiones, Hoc est abruptæ, & nõ integræ. Cic. in Parad. 58, Quituas mercedum pactiones in patrocinijs intercisas, &c. Sub. vider.

Intercisi dies, Deorum, hominumq; cõmunes. hi in se, non in alia diuiduntur. Illorum enim dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est ius dicere. Nam quũ hostia cæditur, fari nefas est: inter cæsa & porrecta, fari licet. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16.

Intercisse, penult. prod. Aduerbium, (διαπαυμένως,) Sectim & per incisiones. Cicer. in Partitionibus, 14, Inuertatur ordo, & idem quasi sursum versus retroque dicatur: deinde idem intercisse atque permiste.

Intercido, intercidis, intercidit, pe. cor. intercãsum, (παρεμπίπτω) intercidere, Ex inter & cado, Inter hæc, siue inter illa, aut ista, siue inter ea, deficere, ac perire. Plin. lib. 9. cap. 5 1. 6, Ea excludunt quinquagesimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. Idem lib. 5. cap. 30. 1.

Perire & intercidere. Cice. pro Deiotaro, 17, De Domitio dixit versum Græcum eadem sententia qua etiam nos habemus Latinum, Pereant amici, dum vnà inimici intercidant.

Extare & Intercidere, contraria. Plin. lib. 35. cap. 8. 1, Exceptis operũ claritatibus, quæ & ipsa conuenier attingi, siue extant, siue intercidere.

Intercidit actio. Papin. in L. Si Bona hdc. ff. de petit. hæred. Si periculum erit ne inter moras actiones intercidant.

Intercidit gratia beneficii. Senec. de Benefic. libro 3. cap. 1. Et vtrum tu peiorem vocas, apud quem gratia beneficii intercidit, an apud quem etiam memoria?

Honos intercidet æuo. Silius lib. 3. 89.

Intercidit legatum. Modestinus in L. Legatum. ff. De capite minutis, Mortè quidem legatarii legatum intercidit, capitis tamen diminutione interueniente pleneat. Catus in L. Siquis omil. ff. Siquis omisi, causã test. Licet eo modo legata libertates q; intercidunt.

Intercidit memoria. Liu. 2. ab Vrb. 36, Credo, quia nulla gesta res insignè fecerit Consulatum, memoria intercidisse. Id est, obsoleuisse.

Nomen longis intercidit annis. Ouid. 2. Fast. 89.

Quod si intercideret tibi nunc aliquid, Id est si oblitus fueris aliquid. Horat. 2. Serm. satyr. 4. 2.

¶ Intercidere, pro Cadere. Liu. 3. ab Vrbe, 43, Quod intercidit, sparsum ita iacuisse per aliquot dies, vt nihil odor mutaret. Idem 6. bel. Pun. 198, Ita in arcto stipatæ erant naues, vt vix vllum telum in mari va-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uum intercideret.

Intercino, intercinis, pen. corr. intercinui, intercentum (μεσαδίω,) intercinere, Inter aliquid agendum canere.

Intercinere, per translationem dixit Horatius in Arte, 40.

–neu quid medios intercinat actus,

Quod non proposito conducat, & hæreat apte. Id est, nihil scribat, quod non ad propositum faciat.

Intercinctus, Participium ab intercingo. Plin. libro, 37. cap. 10. 5. Candore intercincto variis coloribus. Idem lib. 36. cap. 8. 3. Thebaicus intercinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Aegypto adscriptæ.

Intercipio, intercipis, penul. corr. intercépi, interceptum, (μεσολαβέω, διακλαμβάνω, ὑποτέμνομαι, ἀποκλαμβάνω,) intercipere, Aliquem inter aliquid agendum occupare: inquit Sipontinus. Plaut. Asin. 3. 94. Quid si fortè in insidias deuenero.

Tum redimes me, si me hostes interceperint. Idem Pseud. 11. 26.

Quid istuc est? P. modo epistolam hanc intercepi, & symbolum. Cæsar 5. bel. Gal. 145. Repentino equitum interuentu interciperentur.

Intercipere aliquid. Cicero, pro Cluentio, 133. Id quum daretur in mulso, Balbutium quendam eius familiarem intercepisse, bibisseq; statimque esse mortuum.

Iter intercipere. Liu. 6. ab Vrbe, 41. Ex parte altera interceptis itineribus ægre oppidanos, &c.

Librum intercipere. Quintil. in Procem. lib. 1. 7.

Regnum intercipere. Plin. de Viris illust. 6. A quo tutor liberis relictus, regnum intercepit, & ita administrauit, quasi iure adeptus fuisset.

Intercipere literas, Interea dum perferuntur, occupare & referare, inscijs illis ad quos mittuntur. Cice. ad Qu. fratrem, lib. 3. 14. 11. Ego ad te, ne hæc quidem scribo, quæ palàm in Repub. turbãtur, ne cuiusquam animum meæ literæ intercepræ offendant. Sic ad Atticum, libro 1. 8. 3. Et lib. 10. 197. 1. Et res ipsa monebat, & tu ostenderas, & ego videbam de his rebus, quas intercipi periculosum esset, finem inter nos scribendi fieri tempus esse.

Intercipir obliuio. Plin. in Paneg. 135. Quasi verò aut oratione completi, aut memoria cõsequi possim, quæ vos P. C. nequa interciperet obliuio, & in publica acta mittenda, & incidenda in ære censuistis.

Res alicuius intercipere. Ouid. 9. Metam. 25.

Sermonem intercipere, Interpellare. Quintil. libro, 6. cap. 4. 9. Sunt enim quidam prædiri in hoc oris, vt medios sermones intercipiant. Budæus.

Victoriam intercipere alieno labore quæsitam. Pli. de Viris illust. 60. Mũmius deleta Achaia Achaicus, aduersus Corinthios missus, victoriam alieno labore quæsitam intercepit.

¶ Intercipere, Totum capere, inquit Donatus. Terent. Eunu. 1. 1. 35. Nã quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Interceptus mortalitate rex, Præuentus, præpeditus. Plin. epist. 258. Hoc quoque dubium, intercepto rege mortalitate, an desperato operis effectu. Sic Intercipi morbo. Colum. lib. 9. cap. 3. 3. Nam sæpe morbis intercipiũtur: quibus quemadmodum mederi oportet, suo loco dicetur.

Intercepto, Verbale, (διαλαβέτι,) Cicero pro Cluentio, 134. Per quem porrò datum vnde sumptum? quæ deinde interceptio poculi?

Interceptor, Aliud verbale, (μεσολαβητής,) Liuius, 4. ab Vrbe, 218. Prædæ ne interceptorem fraudatoremque etiam malum minari militibus?

Interceptor litis alienæ. Liuius. 3. ab Vrbe, 310. Clarum hoc fore imagine Scaptii Populum Romam. quadruplatoris & interceptoris litis alienæ personam laturum?

Interclûdo, interclûdis, interclúsi, interclûsum, pen. produ. (διακλείω, ἀποκλείω, διείργω,) intercludere, Ab inter & cludo compositum, n interiecta litera, euphoniæ causa Iter impedire, quasi iter cludere, inquit Valla lib. 5. cap. 69. Var. 1. de Re rust. cap. 63. Sub terra quæ habent frumentum, in his quos vocant tyros, quòd cum periculo introitur recenti apertione, ita vt in quibusdam sit interclusa anima. Cicero, ad Terentiam, lib. 14. 14. 2. Etiam illud metuo, ne iam intercludamur, vt quum velitis exire, non liceat. Idem ad Catonem, lib. 15. 4. 10. Quorum vterque paruis præsidiis propter angustias intercludi potest.

Intercludere, Impedire. Virg. 2. Aeneid. 13.

–sæpe illos aspera

Ponti Interclusit hyems, & terruit Auster euntes.

Aditum intercludere, Vide Aditus in ADEO.

Aditus ad aliquem intercludere. Cic. pro Rosc. Amer. 65. Idem 3. Verr. 96. Et 5. Tuscul. 40.

Aduentum inimicorum intercludere corporibus suis. Cicero. in Paradoxis, 14.

Animam intercludere. Tacit. lib. 5. Interclusa anima, creditur est mortalitatem expleuisse. De Tiberio.

Anima interclusa nimia ab dulcedine aquarum. Lucre. lib. 6. 255.

Commeatum inimicis intercludere, Impedire, & itinera obsidere, ne inimicis commeatus possit deferri. Plaut. Milit. 5. 68. Interclude inimicis commeatum, tibi muni viam. Author ad Herennium, lib. 1. 35. Vetlle qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ interclusissent.

Intercludere inimicos commeatibus. Cæsar 3. bel. Gall. 443. Ii consuetudine Popul. Roman. loca capere, castra munire, commeatibus intercludere insistunt.

Intercludere aliquem commeatu, & frumento, Cæsar 1. bell. Gall. 108. Eo consilio vti frumento commeatuque, qui ex Sequanis & Heduis supportaretur, Cæsarem intercluderet.

Intercludi re frumentaria. Cæsar 1. bel. Gall. 92.

Fugam intercludere, Iter occupare, per quod inimici fugam arripere possent. Cic. ad Atticum, lib. 7. 138. 2. At illum ruere nũtiant, iam iamque adesse, non vt manum conferat (quicum enim?) sed vt fugam interludat. Sic Cæsar 7. bel. Gall. 71. Et Liu. 5. bel. Punic. 219.

Hostes intercludere ab oppido & ponte, & commeatu omni. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 169. Sic Liu. 1. ab Vrbe. 119.

Itinera intercludere. Cæsar 7. bel. Gall. 256. Et 2. bel. Ciuil. 80. Interclodi itinere.

Libertatem intercludere, Prohibere liberum exitum & introitum. Cice. 2. pro Lege agraria, 75. Idem vestram libertatem suis præsidiis & colonis interclusam tenebunt.

Perfugium fortunæ intercludere. Cic. 7. Verr. 103.

Prospectu visus intercludere nefasto Stat. 6. Thebaid. 41.

Spem commeatus intercludere. Liuius 6. bell. Pun. 197. Spem commeatusque hostibus, si nauali prælio possessionem maris ademissent, interclusuri.

Vias omnes seditionum intercludere. Cicero pro Rabirio perduellionis reo, 2.

Dolore intercludi, Id est impediri. Cice. ad Attic. lib. 8. 152. 2.

Interclusio, Verbale, (διαβλακωτὸς,) Impedimentum, occupatio. Cice. 3. de Orat. 100. Clausulas enim atque interpuncta verborum, animæ interclusio, atque angustiæ spiritus attulerunt.

Parenthesis interclusio vocatur à Quintiliano lib. 9. cap. 3.

Intercolumnium, (μεσόστυλον,) Spatium quod est inter columnas ædificiorum. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 9. Topiarium laudauisti omnia cõuestiuit hedera, qua basim vilæ, qua intercolumnia ambulationis, vt, &c. Idem 3. Verr. 34. Quæ signa nunc Verres vbi sunt? illa quæro quæ apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis, in sylua denique disposita sub dio vidimus.

Interconciliare, (διαλλάττειν,) Quintil. lib. 12. cap. 10. In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in mouendo gravitas videatur. Ibidem, Siue aliud intereconciliandi præstare videtur officium.

Interculcare, (μεσοπατεῖν,) Ex calco compositum. Colu. lib. 12. cap. 43. 10. Et deorsum versus spectantes ollæ componuntur, ita distantes, vt interculcari possint vinacea.

Intercurro, intercurris, intercurri, intercursum, (διαβέω, παρέρχομαι, πτέω,) intercurrere, Interuenire, & intercedere: vt ait Budæus. Cicero, 8. Philippic. 245. Pugnatur acerrimè: qui intercurrerent missimus tres principes ciuitatis: hos contempsit. Liuius 5. ab Vrbe, 88. Deinde indicto delectu in diem certam ipse interim Veios ad confirmandos militum animos intercurrit. Plinius, libro, 37. cap. 5. 6. Ad hoc quibusdam intercurrit vmbra, surdusque fit color. Cicer. 2. Tusc. 61. Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit. Lucret. lib. 2. 75.

–non tamen omne

Quodque suo genere inter se simile esse videbis,

Quin intercurrat quædam distantia formis.

Intercurrunt, cinguntque has vrbes terrarchiæ. Plin. lib. 5. cap. 18. 2.

Intercurrens, Particip. (παρεμπίπτων,) Plin. lib. 12. cap. 3. 1. Folium mali Assyriæ est vnedonis intercurrentibus spinis.

Intercursus, huius intercursus, Verbale, (παρέμπτωσις.) Interuentus, intercessio. Liuius 2. ab Vrbe, 121. Consulum intercursu rixa sedata est. Idem 4. bell. Maced. 24. Quum Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro signis collatis dimicaretur, nonne intercursu matronarum inter acies diuas prælium sedatum est? Idem 1. bell. Pun. 182. Is pauor perculit Romanos, auxitque pauorem Consulis vultus, periculumque intercursu tum primùm pubescentis filii propulsatum. Sic. 10. bel. Pun. 47. Deinde vt pedes Romanus repentino per turmas suas viam dantes intercursu stabilem aciem fecit, &c.

Intercursus, pro deprecatione. Tacit. lib. 18. Quum intercursu Tribunorum, Centurionumque protegitur.

Intercursus, aliquando etiam pro mediatione accipitur. Liu. li. 7. Decad. 4. Et impeditus intercursu suorum vsus prælongarum hastarum.

Intercurso, intercursas, intercursare, Frequentat. (παρεμπίπτω,) Plin. lib. 29. cap. 4. 24. Vnum simile formicæ, sed multo maius, tuffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercursantibus respersum guttis.

Intercus, huius intercutis, penult. correp. Adiectiuum, (ὑποδέρμιος, ὑποδερμίδιος, ὑποδερμίς,) Quod inter carnem & cutem est, Intestinus. Plaut. Menæch. 19. 5. Num veternus, aut aqua intercus tenet? Cice. 3. Offic. 124. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, &c.

Intercutia vitia. Gel. lib. 13. cap. 8. Vitia facundissimè accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes. Vbi interpres, Quæ sunt intercutem & carnem aquæ, intercutes dicuntur, per allusionem autem vitia, quæ non foris apparent, sed penitus sunt imbibita, intercutia nominat.

Intercutibus supris obstinatis, Cato.

Interdatus, penultima, correpta, Adiectiuum, (διαδοθεὶς,) Lucret. lib. 4. 175.

Propterea capitur cibus, vt fulfulciat artus,

Et recreet vires interdatus. Id est inter corporeos meatus diuisus.

Interdico, interdicis, penul. prod. interdixi, interdictum, (ἀπαγορεύω, ἀπαγορεύω, παραγγέλλω, ἀπείρω,) interdicere, Maximè prohibere. Cæsar 5. bel. Gall. 219. Præcipit atque interdicit, præteritis hostibus, atque in fugam conuersis, &c.

Datiuum cum ablatiuo frequentissimè regit: vt Interdico tibi domo mea. Liuius, 5. ab Vrbe, 12. Sic vos interdictis Patribus commercio plebis, ne, &c. Sueton. in Augusto, Alteri ob ingratum & maleuolum animum domo & prouinciis interdixit. Plin. de Viris illustrib. 76. Aqua & igni interdixit ei qui in leges suas non iurasset. Cæs. 1. bel. Gal. 205. Postea quàm in vulgos militum relatum est, qua arrogantia in colloquio Ariouisstus vsus, omni Gallia Romanis interdixisset, &c. Sic 6. bel. Gal. 52. & 161.

Impersonaliter, sic. Cice. de Senect. 20. Vt quemadmodum nostro more malè gerentibus patribus, bonis interdici solet. Plin. lib. 3. epistol. Prisco in biennium Italia interdictum est. Idem epistol. 76. 2, Cæsent enim togæ iure, quibus aqua & igni interdictum est. Antiqui, quã Romana ciuitate pellebant, aqua & igni interdicebant, communione, omni ciuitatis priuatum significantes: quòd duobus his elementis maximè humana indiget vita.

Passiuum, ablatiuum regit, sic, Interdicor aqua & igni. Aut datiuum: sic Aqua & ignis interdicuntur mihi. Cicero pro Domo sua, 38. Velitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur. Suetonius in Claudio, Hi quibus magistratus prouinciæ interdiceretur.

Rursum actiuum, habet datiuum: sic, Interdixit mihi ne. Plaut. Persa, 16. 111. Seruitus mihi interdixit, nequid mirer malum meum. Ci. 1. de Fin. 11. Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamẽ ne facium interdictũ puto.

Accusatiuum cum datiuo, sed rarius. vt Interdico tibi libros meos. Sueton. in Domitiano, Interdixit histrionibus scenam. Liuius, 4. bel. Maced. 341. Fœminis duntaxat vsum purpuræ interdicemus. Iustinus libro 1. Cui paulo antè omnem humanam opem interdixerant. Ouidius libro 6. Metamorph. 67.

–cui quondam regia coniunx

Orbem interdixit. Sueton. in Nerone, Et cum interdixisset vsum amethystini ac tyrii coloris, præclusit cunctos negotiatores.

Datiuum vnicum regit pro Obsto. Cice. 4. Verr. 20. Prætor improbus, cui nemo interdicere possit, det quem velit iudicem.

Interdicere, subaudito ablatiuo. Terent. Hecyra, 4. 1. 49. Interdico ne extulisse extra ædes puerum vsquam velis.

Interdixit fieri. Terent. Phorm. 4. 4. 27.

–interdixit hariolus,

Aruspex vetuit ante brumam aliquid noui negotii incipere. Sueton. In Serg. Galba, cap. 6. Pari seueritate interdixit commeatus peti.

Interdicere de. Plin. lib. 29. cap. 1. 14. Interdixi tibi de medicis. Cato ad filium. Cicero pro Cecinna, 16. His rebus ita gestis P. Dolabella Prætor interdixit, vt est consuetudo, de vi hominibus armatis, sine vlla exceptione: tantum vt vnde deiecisset, restitueret. Hæc eadem Quintilia rua recenset lib. 4. cap. 2. circa finem.

Interdicere, pro Interdicto vtiq; est Prætoris. Cic. pro Cecinna, 58. Præpianus in L. Locum §. Siquis dolo. ff. de Tab. exhibend. Si neque ne eas interdicenti exhiberet. Pomponius in L. prima, de Locis & itinere Accursio. Vlpianus in L. 2. §. Hoc interdictum. ff. Ne quid fiat in loco vel itinere publico fiat, Vt fiquid illic fieret quod priuato noceret, Prætor interdiceret interdicto suo. Idem eodem titulo, L. Ei qui interdicto experitur, nequid in loco publico fiat: quanuis de loco publico interdicat: nihilominus procuratoris dandi facultas est. Alibi idem cum ipso interdici debere dixit, pro eo quod est interdicto agi. Budæus.

Interdicere vestigiis. Plin. lib. 17. cap. 5. 2. Cato breuiter atque ex suo more vitia determinat: Terram cariosam caue, Neve plostro, neve peformidari, vt pene vestigiis quoque interdicat? Id est inhibeat, nequis per eam iter faciat.

¶ Interdicere, Contradicere. Plaut. Capt. 12. 36. Dum pereas, nihil interdico, dicant viuere. Hoc est nihil moror.

Interdictus, Participium, quod prohibitum est. Sueton. in Caligula, cap. 15. Breuique missam facit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu.

Spes interdictæ. Ouid. 10. Metam. 67.

Voluptas interdicta. Horat. 1. epistol. 6. 13.

Interdictum, interdicti, (παραγγελμα, παραγγελία,) Substantiuum, Prohibitio, Vetatio. Interdicta, iunt fotmæ & conceptiones verborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maximè faciebat, quum de possessione inter aliquos contendebatur. Ci. pro Cecin. 62. Ad quæ interdictum pertineret. Sic ad Atticũ, li. 7. 144. 1.

Interdicto duodecim tabularũ. Plin. lib. 11. cap. 37. 51.

Interdicto defendere possessionem suum. Cic. ad Volum. lib. 7. 33. 6.

¶ Interdictum, pro Minis. Plaut. Asin. 10. 1. Nequeon' ego te interdictis facere mansueram meis?

Interdictio, Verbale, (ἀπείρησις,) Cice. pro Domo sua, 61. Id autem vt esset faciendum, non adeptione ciuitatis, sed tecti, & aquæ & ignis interdictione faciebant.

Interductus, huius interductus, (διαγωγὴ,) pro illis veluti distinctionibus quæ inter sententias à librariis duci solẽt. Cice. in Orato. 135. Ne infinite feratur vt flumen oratio, quæ non aut spiritu pronuntiatis, aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere.

Interdiu, Aduerbium temporis, (μεθ' ἡμέραν,) Id est die, vel per diẽ, aut dũ dies est: cui opponitur Noctu. Terẽ. Adel. 4. 1. 15.

–non potest fieri. S. potest.

C. Interdiu? si hic pernocto, causæ quid dicam Syre? Plaut. Capt. 12. 72. Nam noctu nerno vinctus custodiitur.

Interdiu sub terra lapides eximet. Plin. epist. 49. c. Post cibum sæpe, quem interdiu leuem, & facilem veterum more sumebat. Cato de Re rust. ca. 154. Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores & vigilantiores sint. Plin. lib. 18. ca. 6. 9. Malum patremfamiliãs, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi intempestate cæli. Sic Liuius 1. ab Vrbe, 204. & libro 5. 31. Cel. 1. bel. Ciuil. 149.

Interdius, etiam antiquis dictum est pro eodem. Plaut. Mostel. 7. 14, Sed quid hoc? occlusa ianua est interdius. Idem Asin. 12. 9.

Audin' hunc opera vt largus est nocturna: nunc enim

Est negotiosus interdius. Idem Pseud. 3. 1. 1.

Quæ ista hæc audacia est, te sic interdius

Cum corolla incedere ebrium?

Interdum, Aduerbiũ, (ἐξ' ὅτε, ἐνίοτε,) Nonnunquam. Plaut. Trinum. 13. 150.

–nam interdum

Ibo ad illum. Idem Amphit. 9. 4. Qui interdum fio Iupiter, quando lubet. Teren. Eunu. 2. 3. 76, Cibum nonnũquam capiet cum ea, interdũ propter dormiet. Virg. 1. Georg. 61, Interdum aut hederę pandunt vestigia nigræ. Sic Cic. 4. Acad. 62, & 118.

Interea, (ἐν τῷ μεταξύ, ἐν τούτῳ,) Aduerb. temporis, Interim, tãtisper hoc interim spatio. Particula est, vt ait Seruius, q̃ negotia semper præteritis futura coniungit. Plaut. Capt. 4. 51.

Nullumne interea nactus, qui posset tibi

Remissum quem dixti, reparare exercitum? Terẽtius Hecyra, 1. 2, 82.

Quid interea ibãtne ad Bacchidem? Vbi Donatus, Interea, inter eos dies. Idem And. 3. 1. 16,

Credo imperrabo, vt aliquot saltem nuptiis protrahat dies:

Interea fiet aliquid spero. Ibidem, 1. 1. 90. interea inter mulieres

Quæ ibi aderant, forte vnam aspicio adolescentulã, &c. Ibidẽ, 2. 2. 16.

–maneo: interea introire neminem

Video, exire neminem. Virgil. 11. Aeneid. 5. Interea socios inhumataque corpora terræ, &c. Vbi Seruius, Interea, donec tempus obsidionis adueniat. Idem 10. Aeneid. 167. Interea genitor Tyberini ad fluminis vndam, &c. Vbi Seruius, Interea, dum hæc geruntur. Et omnino sic est apud poetas Interea sicut est apud Salustium, Eodem tempore. Cic. 4. Verr. 25. Interea dies aduenit, quo die fasce, &c. Idem 6. Verr. 28. Vocat interea Prætor, & ypphos poscit.

Interea dum. Plaut. Asina. 16. 64. Atque interea vt decumbamus suadeo, hi dum litigant. Terent. Heaut. 4. 7. 5. Tu hic nos, dum eximus, interea operibere. Idem Eunuch. 5. 2. 55.

–visne interea dum is venit,

Domi operiamur potius quàm ante ostium?

¶ Interea, Id est tamen. Virgil. 1. Georg. 17. Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

Quum interea: Id est Quum tamen, Indicatiuo iunctum. Cice. pro Cluẽr. 66. Quum interea vestigium nullum Cluentianæ pecuniæ inuenitis.

¶ Interealoci, idem significat quod Interea, Donatus, Duæ partes orationis quum coniunctæ vnam fecerint, mutant accentum. Plaut. Pseud. 5. 33. –interealoci

Si lucri quid detur, potius rem diuinam deferã. Idem Menęh. 10. 1.

Plus triginta annis natus sum, quom ego interea loci

Nunquam quicquam facinus feci pcius. Terent. Heau. 2. 3. 16.

Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interealoci

Universidad de Deusto
Biblioteca

Collocupletasti te Antiphila. Idem Eunuch.1.2.46.
Interea miles qui me amare occœperat,
In Cariam est profectus: te interea loci
Cognoui. Ibidem, 2.2.24.
Dum hæc loquimur, intercaloci ad macellum vbi venimus,
Concurrunt læti mi obuiam. Plaut. Trucul. 3.9.

Intereo, interis, penul. corr. interiui vel interii, interitum, penul. cor rep. (ἀφανίζομαι, παραφθείρομαι, ἀπόλλυμαι, ἀποθνήσκω,) interire, In totum mori vel emori. Plaut. Amphit. 16.49. Vigilans somnio, viuos & sanus intereo. Terent. Hecyra, Interii: cur mihi id non dixti? Cæs. 8. bel. Gal. 80. Multa millia interiisse. Sic interire fame, Cic. Attico, lib. 6. 113.4. Et 3. bell. Ciuil. 107. Interire naufragio.
Aestas interitura. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.
Interire à Cic. 1. Acad. 42. Nihil enim valentius est, à quo intereat.
Morte interire. Ouid. in Ibin, 61.
Naufragus interiit. Ouid. 11. Metam. 138.
Domus interitura. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 22.
Segetes intereunt. Virg. 1. Georg. 31.
Ira interit morã. Ouid. 1. de Arte, 75.
Verba interitura. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
Interitus, pen. corr. (διαφθορεύς,) passiuè, apud Claudiam, Pugna acriter commissa, & multis vtrinque interitis.
Interitus, huius interitus, pen. corr. (ἀφανισμός, ἀπόλλυσις,) Mors. Cic. lib. 1. Tusc. 112. Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.
Interitus patriæ, Id est euersio. Cicero 5. Tuscul. 112. Interitus patriæ, exilium, seruitus, &c.
Acerbus interitus. Vide ACERBVS.
Afferre interitum. Vide AFFERRO.
Alienari ab interitu. Vide ALIENO.
Interitu gaudeat illa tuo. Propert. lib. 2. eleg. 9. 4.
Ad interitum redigere aliquid. Lucret. lib. 5. 176.

Interequito, interequitas, pen. corr. (διιππεύω,) interequitare, In medio equitare. Liu. 5. bel. Maced. 16. Obstabant duces, hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, sed interequitantes alarii non patiebantur. Curtius, In conspectu omnium duces interequitans alloquebatur.

Intéreſt, (διαφέρει,) compositum ab in re est, significat vtile esse, vel ad rem pertinet.
Tantum interest, subeant radii, an superueniant. Plin. lib. 2. cap. 16. 9.
Quid ergo interest proferantur néne? Cic. 3. Verr. 82.
Quid interest vtrum. Cic. 5. Verr. 119. Quid interfuit homo audacissime, vtrum hoc decerneres, an, &c.
Iungitur omnibus genitiuis, vt Socratis interest, Id est in re Socratis est. Liuius. Si nihil interest regis, peto vt dum dico, vinculis liberer. Cic. pro Domo sua, 72. Ego verò Reipub. semper interesse putaui, me illius pulcherrimi facti, quod ex authoritate Senatus, consensu bonorum omnium, pro salute patriæ gessissem, splendorem verbis, dignitatemque retinere. Hoc est. Reipub. negotium esse, & ad Rempub. spectare. Plin. lib. 2. cap. 1. 1. Mundi extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ coniectura mentis. Cicero 4. Verr. 122. Et fortasse quòd sociorum interesse arbitrabatur.
Interest eius, ipsius, istius. Cic. 2. de Finib. 89. Et 2. Off. 125. Idé 4. Ver. 23.
Quid illius interest, quoniam in Senatum non venis? Cicero Attico, libro 10. 195. 13.
Paulum interesse Vide PAVLVM.
Vtriusque nostrum magni interest, prius vt te conueniam quàm decedas. Cic. Appio, lib. 3. 6. 12.
Interest salutis. Cic. pro Murena, 4. Ostendam alio loco quantum salutis communis interiit, duos Consules in Repub. Calend. Ianuariis esse. Id est quàm magnum commodum rediturum sit Reipub. Quintil. lib. 3. cap. 6. Nec interest discentium, quibus quidque nominibus appelletur, dum res ipsa manifesta sit. Id est nihil facit ad rem & vtilitatem discentium.
Ablatiuis his etiam iungitur, Mea, tua, sua, nostra, vestra, cuia, siue sit personale, siue impersonale. vt Mea interest. quod etiam mea refert dicitur: hoc est ad me spectat, vel me spectat, aut meum est. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 10. 9. Tamen vtvidit interesse tua, conscendens iam nauem Ephesio Laodiceam reuertit. Idem Rufo, libro 5. 20. 21. Illud caue dubites quin ego omnia faciam quæ interesse tua, aut etiam velle te existimem. Idem ad Tironem, lib. 16. 6. 7. Et cum tua & mea maxime interest te valere, tum multis, &c. Et 4. de Finib. 48. Vt nihil interesse nostra fateamur, sint illa néene sint.
Interest, pro Vtile est, sine casu. Plin. lib. 19. cap. 8. 7. Seri etiam radices illitas fimo interest. Valer. Max. lib. 6. ca. 2. ad finem, Mea quidem nihil interest, humine, an sublime putrescam. Celsus, Quia non interfit quid faciat morbó, sed quid tollat. Id est (inquit Budæus) ad rem nó ptinet.
Capturæ interest, Id est facit ad capturam, & momentum habet. Plin. lib. 9. cap. 16. 2. Aiunt, etsi iteretur gurges, interesse capturæ.

Interest, his etiam genitiuis iungitur, Magni, parui, tanti, quanti. Et adhibis facile, multum, plus, plurimum, parum, paulum, paululũ, pauxillũ nihil, nunquid, aliquid, magis, minus, maxime, minimé. vt Minimè interest. Cic. 5. Verr. 124. Neque illud vnquam aratoris interfuit, quanti decumæ venirent. Idem, Permagni interest quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. Idem 1. Offic. Permultum interest, vtrúmne perturbatione, &c. Idem 5. Verr. 81. Thermitani miserunt qui decumas emerent agri sui. magni sua putabant interesse, publicè potius, quanuis magno emi, quàm in aliquem istius emissarium incidere. Varro 1. de Re rust. cap. 44. 2. Illud quoque multum interest in rudi terra, an, &c. Cicero. ad Marcellum, lib. 15. 11. 2. Nam magni interest cui debeas.
Magni interest ad. Cicero ad Tironem, lib. 16. 3. 1. Quanquam magni ad honorem nostrum interest quamprimum ad vrbem me venire. Idem ad Lucceium, lib. 5. 12. 7. Equidem ad nostram laudem non multum video interesse: sed ad properationem meam quiddam interest non te expectare, dum, &c.
Nihil interest ad rem. Cicero pro Rosc. Amer. 27. Et certè ad rem nihil interfit, vtrum hunc, &c.
Magni mea interest. Cicero Catoni, lib. 15. 4. 1. Summa tua authoritas fecit, meumque perpetuum de tua singulari virtute iudicium, vt magni mea interesse putarem, & res eas quas gessissem, tibi notas esse. Idem pro Cluentio, 33. Magni autem illi sua interesse arbitrabantur, hunc à causa Martialium dimouere.
¶ Interesse, Differre: & iungitur præpositioni inter. Cic. de Amicitia, 44. Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem & hominem, sed inter hominem & saxum, aut truncum, aut quiuis generis eiusdem? Idem 1. Offic. 19. Sed inter hominem & bellua hoc maximè interest.
Interest & differt. Cic. 3. de Finib. 40. Tenere autem virtutes eas ipsas quarum modò mentionem feci, nemo poterit, nisi statuerit nihil esse quod interfit, aut differat aliud ab alio præter honesta & turpia.
Interest in infinitum, Multum differt. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 6. Sicut in telis eadem ferri vis est, sed in infinitum interest, vtrum excusso lacerto torqueantur.
Interest quòd. Cice. 2. de Finib. 21. Sed hoc interest, quòd voluptas effluit animo vitiosa res, vt Stoici putant.
Interest inter, quòd. Cice. 2. Academic. 16. Nec inter nos & eos qui scire se arbitrantur, quicquam interest, nisi quòd illi non dubitant, quia ea vera sint quæ defendunt: nos, &c. Idem ad Atticum, lib. 8. 159. 12. Hoc inter me & illos interest, quòd, &c.
Interest stulto, id est differt à stulto. Terent. Eunuch. 2. 2. 2. Dii immortales, homini homo quid præstat stulto intelligens Quid interest?
Interest, sine casu subsequente. Terent. Adelph. 1. 1. 51. Hoc pater, ac dominus interest. Id est, differentia est, vt ait Donatus. Plin. in Præf. 7. Multumque apparatus interest apud inuitatum hospitem & oblatum.
Interest tibi & mihi. Seneca, 1. Natur. Quæst. Quid vobis & nobis interest, nisi exiguì mensura corpusculi?
Interest aliquando componitur ab inter & est, & coniugatur, Interfum, interes, interest: & significat præsentem esse. Cice. Lentulo, lib. 1. 6. 1. Quæ gerantur, accipies ex Pollione qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam præfuit. Idem ad Plancum, lib. 13. 30. 9. Non Non modò vt nõ præesset illi negotio, sed etiam vt ne interesset quidẽ.
Datiuo iungitur, vt vides in præcedentibus exemplis. Valer. Max. Quo facilius laboribus & periculis interesset. Cice. ab Brutum, lib. 11. 7. 1. Qui nostro sermoni interfuit. Cæsar 7. bel. Gal. 50. Illi rebus diuinis interfunt. Cic. ad Atticum, lib. 2. 38. 2. Publicis consiliis nullis interfuimus. Liuius, 1. ab Vrbe, 162. Interesse spectaculo.
Lætus interfis populo. Horat. 1. Carm. ode 2. 10.
Ablatiuo, cum præpositione in. Cic. Planco lib. 10. 2. 3. Ne in publicis quidem, fiquid erit in quo vis interesse necesse sit, vnquam deero. Idem 5. Verr. 12. Voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse.
In conuiuio interfuisse. Cice. pro Rosc. Amerin. 23. Et pro Fonteio, 5. Et pro Cluentio, 130.
Interesse posteritati suæ, pro Superstitem esse gloriæ quæ mortem sequi solet. Plinius epistol. 25. Legit scripta de se carmina, legit historias, & posteritati suæ interfuit.
Interesse nobis dicitur deus, pro adesse. Seneca de Prouident. in Præfatio. Quum præsesse vniuersis prouidentiam probaremus, & interesse nobis deum.
¶ Interesse, In medio esse, vel interiacere, aut interpositum & interiectum esse. Liuius de 2. bel. Punico, Id morari victoriam rati, quòd interesset amnis. Colum. Arbores quæ intersunt, ablaqueabuntur. Plin. Quod interest tenent Arabes. Idem lib. 9. cap. 45. 4. Adhærent nec parte nec totæ: intersunt autem fistulæ quædam inanes quaternæ ferè aut quinæ, per quas pasci existimantur. Idem lib. 6. cap. 22. 2. Mare interest vadosum senis non amplius altitudinis passibus. Ibidem, cap. 33. Fertilissima regione quæ interest auri. Nicandro cum cæteris primo Epirotarum castra nocte aggredi consilium fuerat, haud facili ab Romanis auxilio, quia flumen intererat.

Interest

Interest triduum. Plaut. Bacchid. 3. 57.
Triduum non interest ætatis vter maior siet:
Verùm ingenium plus triginta annis maius est, quàm alteri. Cic. de Senect. 56. Cuius inter primum & sextum Consulatum sex & quadraginta anni interfuerant.
Interfuerunt decem anni. Cice. 3. de Legib. 11. Liuius 1. ab Vrbe, 11. Inter Lauinium & albam longam coloniam deductam triginta fermè interfuere anni.
Interest inter duos amnes, Plin. lib. 6. cap. 19. 6. Artemidorus inter duos amnes XXI. M. P. interesse tradit.
Interfuturus, penul. prod. Participium. Valerius, lib. 2. cap. 2. De honore impenso senibus à iuuenibus, Iuuitari ad cenam, diligenter quærebant quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne, &c.

Interfacio, interfacis, pen. corr. interfeci, interfectum, (μεταξύ τιθέναι, κτείνειν,) interfacere. Liuius, 5. bel. Pon. 55. Reliquit tamen modicum præsidium, vt simul interfaciendo muro adiuuaret. Id est, Dum fieret murus.

Interfaris, (διαφωνεῖν, διαπαίειν, παρεμποδίζειν,) interfatur, interfari, Loquentem interrumpere. Plin. epist. 23. 2. Et què interfari nefas esset, hunc etiam conuitia audire, etsi inulta, pateretur. Liuius 3. ab Vrbe, 195. Prius quàm aut ille postulatum peragaret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Ibidem, 7. 123. Consul Classico ad concionem conuocat, orátúque meritas Decii laudes, interfante ipso Decio, dissuasit concionem. Sic 6. bel. Maced. 110. Quos dicere exortos Consul interfatus, &c. Virg. 1. Aeneid. 78.
– nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est.

Interfatio verbale, (ἀναστόμωσις,) Quintil. lib. 4. cap. 2. Interim expediet narrationes breuiter intefatione distinguere.

Interficio, interficis, pen. corr. interfeci, interfectum, (φονεύω, φονεύω,) interficere, ex inter & facio, compositum, significat Occidere. Cæsar 7. bel. Gal. 8. Equitem Romanum qui rei frumentariæ iussu Cæsaris præerat, interficiunt.
Ferus interficere. Lucret. lib. 5. 151.
Interficere aliquem vita. Plaut. Trucul. 10. 39. Salue, qui me interfecisti penè & vita & lumine. Gellius, lib. 12. cap. 7. Eadem mulier virum & filium eodem tempore venenis clam datis vita interfecerat. Id est, vita priuauerat.
Interficere aliquem pessimis exemplis. Plaut. Mostel. 4. 35. Pro Iuppiter nam quod malum versatur meæ domi. vt dii,
Dræque omnes me pessimis exemplis interficiant.
Interfectus in acie. Cic. 2. de Finib. 103.
Interfectus omni supplicio. Cic. pro Lege Manil. 7. Vos legatum Pop. Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis?
Interficere messes. Id est, perdere & cremare. Virg. 4. Georg. 66. Per stabulis inimicum ignem, atque interfice messes. Sic Nonius. At Seruius, Secundum Pythagoram, inquit, qui habere animam dicit omnia crescentia. Vnde & alibi, Ager aret vitio moriens.
Interfectus vsu ædium, Plautinus sermo, Merc. 2. 1. 4.
Vsus, fructus, victus, cultus iam mihi haruncè ædium
Interempnus est, interfectus est, &c.
Interfector, Verbale, (φονεύς,) Brutus Ciceroni, 16. 8. Hic ipse puer què Cæsaris nomen incitare videtur in Cæsaris interfectores. Cice. de Claris Oratorib. 66. Interfectores Gracchi.

Interfieri, pen. corr. (διαφθείρεσθαι,) obsoletum verbum, pro Consumi & interire, apud Lucretium lib. 3. 179.
– vt aut putrescat corpore posito,
Aut flammis interfiat, malisve ferarum. Id est consumatur vel in cinerem redigatur.

Interfluo, interfluis, interfluxi, interfluxum, (μεσορέουσα,) interpidum interfluente. Idem lib. 5. cap. 5. 39. Vtraque ciuitate fœderata, angusto freto interfluente. Liu. 7. bel. Pun. 165. Et Aetolis nauibus per fretum quod Naupactum & patras interfluit (Rhion incolæ vocant) exercitu traiecto depopulati erant.
Interfluus, Adiectiuum, (μεσορέων,) Quod interfluit. Plin. lib. 6. ca. 26. 7. Interfluo Euphrate. Id est interfluente. Solinus cap. 66. Scinditur annue interfluo.

Interfringo, interfringis, interfregi, pe. pro. interfractum, (διαῤῥήγνυμι,) interfringere, Idem quod infringere. Cato cap. 44. Qui locus rectè ferax erit, si arida eruunt, & siquid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Hæc eadẽ verba habet Plin. li. 17. ca. 18. 3.

Interfuro, interfuris, penul. correp. interfurere. Stat. 1. Achill. 279.
– dumque arma parantur
Dorica, & alterinum Maiors interfuret orbem.

Interfúſus, penul. prod. Adiectiuum, (μεσοχυθείς,) Plinius lib. 2. Idem Oceanus interfusus, intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam dispertit. Idem lib. 3. cap. 8. 1. Mille pass. quondam Brutio agro cohærens, mox interfuso mari aualsa. Plin. Iunior in quadam epistola, Interfuso mari.
Nouies Styx interfusa. Virgil. 4. Georg. 96.
Genas interfusa maculis. Virgil. 4. Aeneid. 129.

Intergero, intergeris, pen. cor. intergessi, intergestum, intergerere. Plin. lib. 13. cap. 11. 7. Diligentior cura, molli panis fermentati colatæ aqua feruente minimum hunc modùm intergerit. Et vetusto codice legitur, minimum hoc modo intergesti atque etiam Nili lenitas superatur. De glutino loquitur.
Intergerini parietes, à Vitruuio appellantur, qui intergerunt, hoc est ferunt & sustinent onera, quos è creta iubet ipse Vitruuius constituere. Dicti intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura intergeruntur. Vitruuius, Et catenis colligatæ in eo loco qui finitus erit, constituantur: & intergerinis è creta, bronibusque ex vlua factis calcetur. Festus, Intergerini parietes dicuntur qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur. Budæus, Huiusmodi paries quem Papinianus concratium appellat, Latinè propriè intergerinus appellatur, qui à vicinis constructus veluti intergerit, id est communiter gerendo est, Vulgus medianum appellat: quum medianus Latinè aliter accipiatur. Plinius libro, 35. cap. 14. 6. de ædificiis Græcorum Iaterritis loquens, Romæ, inquit, non fiunt talia ædificia, quia sei quipedalis paries non plus quàm vnam contignationem tolerat, cautumque est ne communis crassior fiat, nec intergerinorum ratio paritur.

Interiaceo, interiaces, penul. correp. interiacui, (μεταξύ κεῖσθαι,) interiacere, In medio iacere. Liuius, 7. ab Vrbe, 132. Descendunt in planitiem, quæ Capuam Tiphatamque interiacet. Plin. epist. 250. Et duo publica opera quanquam via interiacente. Rursum Liuius 7. bel. Pun. 221, Interiacebat campus: colles imminebant nudi. Idem 2. bel. Maced. 163, In medium fere interiacentis campi. Plin. lib. 5. cap. 20. 1, Huic par interiacente valle, mons aduersus Antilibanus obtenditur.
Interiacet Capuam, & interiacet Capuæ dicimus. Plin. lib. 5. cap. 4. 5. Et à regione quæ duas Syrtes interiacet. Columel. lib. 11. cap. 3. 5. Vt in id spatium quod sulcis interiacet, inclinentur. De feminibus. Liuius. 1. bel. Pun. 112. Aut itineris finem sperent campum interiacentem Tyberi à cæmæibus Romanis.
Interiacet hæc inter eam. Plin. lib. 4. cap. 12. 10.

Intéribi, penu. corr. (ἐν τούτῳ,) Aduerbium idem significans quòd Interea. Plaut. Asin. 16. 41, Age tu interibi ab infimo da sanium Idem Pœnul. 9. 3,
Iam istuc ego reuertar miles: conuiuus volo
Reperire nobis commodos vnà sient:
Interibi attulerint exta, atque eadem mulieres
Iam ab re diuina credo apparebunt domi. Idem Capt. 16. 31,
Vos lauate interibi. Gel. lib. 3. ca. 7, Consul interibi dum ea pugna fit, se in locos subducit tutos atque editos. Obsoletum.

Interiicio, interiicis, pen. corr. interiéci, pen. prod. interiectũ, (παρεμβάλλω,) interiicere, Inter aliquid iacere, Interponere. Colu. lib. 1, Vt siqua interiecta sunt stramentis aut paleis spinarum vel germinum semina interemt.
Interiicere inter. Cæsar 7. belli Gall, 314. Galli inter equites, raros sagittarios, expeditosq; leuis armaturæ interiecerant, qui suis cedentibus auxilio succurerent. Varr. 1. de Re ruit. cap. 7. 9, Et inter singulas à præsepibus interiicere longurios, qui eas discernant.
Interiectus, Participium, (παρεμβαλόντες,) Cæsar 7. bel. Gal. 87. Neque interse contingant trabes: sed paribus intermissis spatiis, singulæ singulis saxis interiectis, ante contineantur. Sic lib. 2. 308.
Interiectus inter. Cice. 2. de Natu. deor. 95. Aer autem, vt Stoici disputãt, interiectus inter mare & cœlum, &c. Idem 2. de Finib. 17. Tu autem inter hæc tantam multitudinem hominum interiectam non vides, nec, &c. Idem in Parad. 14. Quid Africanus maior? quid inter horum ætates interiectus Cato?
Interiecta & media. Ci. 1. Acã. 51. Iis ipsis alia interiecta & media nõerabat.
Interiectus inter philosophos, Id est intermedius, vt ait Budæus. Cic. 1. Offic. 130. Aut interiecti inter philosophos, & eos qui Remp. administrarent, delectarentur re sua familiari.
Interiectum interuallum, Interpositum. Cic. 1. Offic. 45. Quæ quasi longo interuallo interiecto videmus. Sic. 2. de Finib. 181.
Nalus quasi murus oculis interiectus. Cic. 2. de Nat. deor. 115.
Interiecto spatio. Liu. 2. ab Vrbe, 74. Interiecto deinde haud magno spatio, quod vulneribus curandis, supplendoque exercitui satis esset, &c. Liu. 1. ab Vrbe, 253. Paucis interiectis diebus, Sex. Tarquinius inscio Collatino, cum comite vno Collatiam venit.
Interiectus, huius interiectus, Verbale, (παρεμβολή,) Ipse interiiciendi actus. Cice. 2. de Natura deorum, 148. Interpositu interiectuque terræ. Columella lib. 3. cap. 21. 5. Si verò interiectibus capere calulque generis fructum aueat, &c.
Interiectus temporis. Tacit. lib. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interiectio, Verbale, (παρεμβολή,) Interpositio, & insertio. Quintil. lib. 4. cap. 2. Ne sententia quidem velut fatigatum intentione stomachum iudicis inficere dissuaserim, maximè quidem breui interiectione. Idem lib. 8. cap. 2. Etiam interiectione, quæ & oratores, & historici frequenter vtuntur, vt medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur, breue est.

Interim, pen. corr. Aduerbium temporis, (μεταξύ,) Idem quod interea. Terent. And. 1. 1. 100. – funus interim Procedit. sequimur. Idem Eunuch. 3. 5. 59. Sed interim de symbolis quid actum est? Liui. ab Vrbe, 33. Crescebat interim vrbs munitióibus. Cæsar 4. bel. Gal. 595. Interim nostri milites impetũ hostiũ sustinuerũt.

Interim, Aliquando, siue interdum. Quintil. lib. 1. cap. 9. Prima barbarismi ac solœcismi fœditas abest. Sed quia interim excusantur hæc vitia aut consuetudine, aut authoritate, aut vetustate, aut denique vicinitate virtutum, & acriter se in illud tenue discrimen grammaticus intendat. Idem lib. 5. cap. 7. Idque interim scit accusator, interim nescit. Cicero. 2. de Orato. 115. Timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. Sic Budæus. Vetus exemplar habet Item timor.

Interim, pro aliquando interdum geminatur. Quintil. lib. 1. ca. 3. Interim elabuntur, interim suæ memoriæ intentos à noua inuictione declinãt.

Interim, Repentè. Terent. Hecyra, 1. 2. 103.
– primum dies compluscolos Bene conueniebat sanè inter eas. interim
Miris odiis cœpit Sostratam. Donatus.

Quum interim, pro Quum tamen. Quintil. lib. 1. ca. 10. Sicut quatuor generaliter ventos totidem mundi cardinibus accepimus flare, quum interim plures sint intermedii. A lii codices habent, quum interim plurimi medii eorũ varietate regionũ ac fluminũ propriè deprehẽdũt. Liu. Quum interim siquis existimare velit. Sic Cic. pro Sylla, 11. Budæus.

Interim, Discretio est eius rei quæ ad narrationẽ pertinet. Terẽ. An. 1. 1. 81. Curabat vnà funus, tristis interim
Nonnunquam conlachrumabat. Plin. epi. 10. li. 2. Et de editione qui de iterum, vt voles: recita saltẽ quo magis libeat emittere. Idest, postea.

Interimo, interimis, pen. corr. Interemi, penul. prod. interemptum, (ἀφανίζω, διαφθείρω,) interimere, Interficere. Plaut. Casina, Accurrite, ne se interimat. Terent. Heaut. 4. 1. 22.
– nam iam primum si meum
Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit. Cicero 4. Academic. 157. Interimebat vxorem. Liuius, 1. ab Vrbe, 14. Stirpem fratris vtrilem interimit.

Interimere vitam. Plaut. Casin. 16. 29. Interimere ait velle se vitam. Idem Epid. 1. 2. 24. Vitam tuam ego interimam. Antiquè.

Se ipsa interemit Lucretia à filio regis p'vim stuprata. Cic. 1. de Fin. 106.

Interimi veneno. Plin. lib. 7. cap. 13. 3. Et lib. 11. cap. 37. 57.

Interimere & Conseruare, contraria. Cicero. 1. de Natu. deorum, 71. Et siquæ interimant innumerabilia sunt, etiam ea quæ conseruent infinita esse debere.

Ad nihilum interimat res. Lucret. lib. 1. 44.

Mors interimit res. Lucret. lib. 1. 200.

Interimit me hæc oratio, Hic sermo me cõficit & enecat. Hoc est, hac oratione vehementer offendor. Plaut. Merc. 21. 11. Disperiitnam illæc interemit me modò oratio. Cic. pro Milone, 71. Me quidem Iudices, exanimant, & interimunt hæ voces Milonis quas audio assiduè.

Interemptio, Verbale, (ἀφανισμός,) Cicero. pro Lege Manil. 21. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum interemptione patefactum est. Vetus exemplar legit internicione.

Interior, Interius, Vide INTER.

Interiungo, interiungis, interiunxi, interiunctum, (διαζεύγνυμι,) interiungere, Subsistere. Tractum à curru, cuius rotæ interiecto inde iunguntur, vt quiescat. Martial. lib. 2. 6. Et quum currere debeas. Bouillas. Interiungere quæris ad camœnas.

Interiũgere equos, Disiũgeã, vt cõquiescãt. Mart. li. 3. 25. de pigris nautis,
Iam pronò Phaethonte fudat Aethon,
Exarsitque dies, & hora lassos
Interiungit equos meridiana.

Interiungere dextras, Quod & iungere dextram dextræ dixit Virgil. Liuius, 1. bel. Pun. 133. Tum dextræ interiunctæ, militesque concione dimissa à notis ignotisque benignè atque hospitaliter inuitati.

Interlino, interlinis, pen. corr. Interlini, interliui sue interleui, pen. prod. interlitum, pen. corr. (διαλείφω,) interlinere, Atramento, aut aliqua re alia superinducta picturam vel scripturam destruere. Cic. pro Cluent. 98. Qui tabulas publicas municipii sua corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interlinerit. Ibidem, 73. In eo codice nõ haberet, qui tum interlitus proferebatur.

Corruptæ, atque interliniæ tabulæ. Cic. 4. Verr. 72.

Delere vel interlinere. Vlpia. Si vnus rationes hæreditarias deleuerit vel interlinerit. Iul. Corrupisse tabellas rectè dicetur & qui eas fecerit leuerit.

Interloquor, pen. corr. Interloqueris, interlocũtus sum, (διαλέγομαι, διαλαλῶ,) interloqui, Alio loquente, sermones intermiscere, quasique interturbare loquentem. Terent. Heaut. 4. 3. 13. – β Iupiter. 5. quiesce.
c. Antiphila mea nubet mihi. 5. sicine mihi interloquere?

¶ Interloqui (inquit Sipontinus) est aliquid inter agendum definire. A quo Interlocutoria sententia vocatur, quæ non definit controuersiam (ea enim definitiua dicitur) sed aliquid obiter decernit ad causam pertinens. Gellius lib. 14. cap. 2. Aliter atque aliter eadem in causa, eademque in tempore sentire, & interloqui videatur.

Interlocutio, Verbale, (μετάφασις,) Sermonis interpositio. Gellius lib. 14. cap. 2. An ex viu, exque officio sit iudicis rem causamque de qua cognoscit, interlocutionibus suis ita exprimere atque consignare. Et paulo post, Nisi is qui iudicat, crebris interrogationibus, necessariisque interlocutionibus & suos sensus aperiat, & litigantium deprehendat. Quintil. lib. 5. cap. 7. Breui interlocutione patroni refutandus est.

Interluceo, interlũces, pen. prod. interluxi, (διαφαίνω,) interlucere, In medio lucere, vel interea lucere, aut 1ter aliquid lucere. Liu. 9. bel. Pun. 66. Duos soles visos: & nocte interluxisse & facem Setiæ ab Ortu solis ad Occidentem porrigi visam.

Interlũcet, per translationem, pro Interapparet, & interconspicitur. Liu. 1. ab Vrbe, 186. Quibus inter gradus dignitatis, fortunæque aliquid interlucet posteri fama ferrent.

Corona interlucet non spissa viris. Virgil. 9. Aeneid. 105.

Interlũco, interlũcas, pen. pro. (διακαθαίρω,) interlucare, Ramos seu plantas inutiliter pullulantes, cum interuallo relecare. & à luce deductum videtur: quòd quum cẽduntur rami, lux fiat ipsi arbori amplior. Plin. lib. 17. cap. 23. 15. Deputantur cum vite parari interlucata densitate ramorum, qui sint superuacui.

Lucrum interpellatum. Hirtius de bel. Alexan. Sibique quod rapuerant, acceptũ ferebãtiq; iterciderat, aut erat iterpellatũ, Cassio assignabat.

Interlucatio, Verbale, (διακάθαρσις,) Plin. lib. 17. cap. 17. 5. Interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Eadem dicitur Collucatio Varroni.

Interlunium, interlunis, (σελήνη,) Dicitur id spatium tempo ris, in quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc noua videtur, quòd radiis solaribus operta sit supra, non autem è regione. Plin. lib. 7. cap. 5. 1. Septimo nonnisi pridie posteróve plenilunii die, aut interlunio concepti nascuntur. Idem lib. 16. cap. 39. 3. Inter omnes conuenit, vtilissimè in coita lunæ: quem diem alii interlunium, alii silentia lunæ appellant. Horat. 1. Carm. ode 25. 3.
Thracio bacchante magis sub inter Lunia vento.

Interluo, interluis, interlui, interlũtum, pen. prod. (διαλαλῶ,) interluere, Interfluere. Claud. 1. de rapt. Pros. 29.
– Trinacria quondam,
Italiæ pars vna fuit: sed pontus & æstus
Mutauẽre situm, rupit confinia Nereus
Victor, & abscissos interluit æquore montes.

Pontus interluit vrbes. Virgil. 3. Aeneid. 84.

Interluere manus, Interim lauare. Cat. de Re rust. Manus interluito, postea vinum sumito. Id est, inter duos actus manus lauato. Budæus.

Interlũies, interluuiẽ, fœm. gen. Solinus, cap. 35. Rex vnus est vniuersis. Nam quotquot sunt, omnes angusta interluuie diuiduntur.

Intermaneo, intermanes, pen. corr. (διαμένω,) intermanere, Verbum ex inter & maneo compositum, dictum quasi manere inter. Lucan. lib. 6. 10.
Flumina tot cursus illic exorta fatigant,
Illic mersa suos, operumque vt summa reuisat,
Defessus Cæsar mediis intermanet agris. Id est, in mediis agris interlonga munimenta, quibus Pompeium vndique cinxerat, castra locata vt summa operum, id est terminos munimentorum reuisere posset.

Intermedius, Adiectiuum, (διάμεσος,) Interiectus, interiacens. Cicero. in Oratore, 11. Est autem quidam interiectus, Intermedius & quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine vtens superiorum, vicinus amborum, in neutro excellens, &c. Varro 3. de Re rustic. cap. 5. 9. In latenbus dextra & sinistra porticus sunt, primoribus columnis lapideis intermediis arbusculis humilibus ordinatæ.

Intermenstruus, Vide INTERMESTRIS.

Intermeo, intermeas, (διοδεύω,) intermeare, 'Per medium mea re, & fluere. Plin. lib. 5. cap. 30. 7. Longeque clarissimum Asiæ Pergamum quod intermeat Silenus.

Intermestris, & hoc intermestre, (ἐν σαυοδίᾳ,) Intermestris luna dicitur inter lunium, & coitus lunæ. Plin. lib. 16. cap. 39. 6. Idemque mox, Nisi intermestri luna atque dimidiata, ne tangas materiem.

Intermenstruum, intermenstrui, (σαυοδίον,) Idem. Varro 1. de Re rusti. ca. cap. 37. 1. Quod à noua luna crescit ad plenam, & inde rursus ad nouam lunam decrescit, quoad veniat ad intermenstruum, à quo die dicitur luna esse extrema, & prima.

Intermenstruus,

Intermestruus, Adiectiuum. Vnde Luna intermenstrua. Plin. lib. 18. ca. 32. 1. Maximè intermenstrua, dimidiaque stercorato. De lunari ratione.

Intermico, intermicas, pen. corr. intermicui, (διαλάμπω,) intermicare, In medio splendere. Claud. lib. 1. 37.
– rutilum squamis intermicat aurum.

Interminor, pen. cor. interminãris, (διαπειλέω,) interminari, Valde minari. Terent. Eunuch. 5. 1. 14.
– quid ais sacrilega?
Iflucceme interminata sum hinc abiens tibi? Idem Heaut. 4. 1. 13.
Meministine me esse grauidam: & mihi te magnopere interminatam,
Si puellam parerem, nolle tollí? Plaut. Asin. 7. 107.
Mihi, tibique interminatus est, nos futuros vlmeos,
Ni hodie Argyrippo essent viginti argenti minæ.

Interminari ne. Plautus Capt. 1. 3. 22. Eminor, interminorque, ne quis mihi obsisterit obulam. Terent. And. 3. 2. 16. – dixine tibi?
Interminatus sum ne facerem sinum veritus?

Interminari vitam. Plaut. Casina, 15. 8. Viro quæ interminatur suo vitam. Id est quæ virum se interfecturam minatur.

Interminátus, penul. prod. Adiectiuum, (ἀπέρατος,) Quod & interminus dicitur, Sine termino. Cicero. 1. de Natu. deorum, 74. Confugiris ad deum: cuius operam profectò non desyderaretis, si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis.

Intermisceo, intermisces, intermiscui, intermistum vel intermixtum, (διαμίγνυμι,) intermiscere, In medio miscere. Plin. lib. 19. ca. 6. 8. Intermisceri satureiam, quoniam melius proueniat. Col. li. 11. ca. 3. 47. Deinde ad Cal. Februarias sereno die cõueniat semina spargi, quibus & aliquod satureiæ semen intermiscendum erit.

Doris amara suam non intermiscetur vndam. Virg. eclog. 10. 5.

Intermisti hostibus. Liuius 10. ab Vrbe, 94.

Turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis. Liu. 4. ab Vrbe, 140. Sic 10. bel. Pun. 158.

Intermitto, intermittis, intermisi, pen. prod. intermissum, (διαλείπω,) intermittere, Interdum conquiescere, Intermissionem vel intercapedinem facere, non continuare. Vnde & apud Ciceronem, 5. de Orato. 120. Continenti & intermisso spiritu. Plin. li. 10. cap. 46. 1. Bibuot aues suctu ex iis quibus longa sunt colla, intermittentes, & capite resupinato veluti infundentes sibi.

Intermisit dare. Diitul. t. Cæs. 4. bel. Gal. 576. Ex eo quod obsides dare intermiserant, fore id quod accidit, suspicabantur.

Intermittere & retinere, contraria. Cic. 2. Offic. 32. Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ.

Non intermittere. Cæsar 4. bel. Gal. non procul ab initio, Sic neque agricultura, neque ratio, atque vsus belli intermittitur. Id est, continuatur. Idem lib. 2. 320. Hostes neque à fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere, & ab vtroque latere instare. Cicero. 1. Tuscul. 107. Hic autem vbi habitamus non intermittit suo tempore cœlum nitescere, arbores frondescere.

Non intermittere admirationem. Cic. 5. de Finib. 102. Nec verò intermittunt aut admirationem earum rerum quæ sunt ab antiquis repertæ, aut inuestigationem nouarum.

Bella diu intermissa. Horat. 4. Carm. ode 1. 1.

Consuetudinem intermittere. Cic. ad Appium Pulchrum, li. 3. 1. 4. Quod quum ita fit, perficiam profectò, vt longi temporis vsuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam.

Curam rerum intermittere. Tacit. lib. 4. At Tiberius, nihil intermissa rerũ cura, negotia pro solaris accipiẽs, ius ciuium preces sociorũ tractabat.

Diem intermittere. Terent. Adelph. 3. 1. 6.
– pol is quidem iam hic aderit:
Nam nunquam vnum intermittit diem quin semper veniat. Cæsar 7. bel. Gal. 145. Neque vllum ferè intermittit diem quin, &c. Cicero. ad Atticum, lib. 7. 134. 1.

Neque diem neque noctem intermittit, peditatumque se subsequi iubet. Cæsar 5. bel. Gall. 141.

Iter non intermittere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 49. Quòd properans noctẽ diei cõiunxerat, neque iter intermiserat. Idem 1. bel. Gal. 175. Septimo die quum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est, &c.

Mentionem intermittere. Cic. ad Atticum, lib. 5. 96. 4. Dionysium semper equidem, vt scis, dilexi, sed quotidie plurisfacio, & me hercule in primis quòd te amat, nec tui mentionem intermitti sinit.

Intermittere, neutrum, pro Intermitti. Cæsar lib. 1. Reliquum spatium, quò intermittit, mons continet magna altitudine.

Officium intermittere. Cic. de Amic. 8. Nec vllo casu arbitror, hoc cõstãti homini posse contingere, vt vlla intermissio fiat officii.

Opus intermittere. Cæsar 3. Gal. 461. Eiusmodi tempestates sunt consecutæ, vti opus necessariò intermitteretur. Sic 1. bel. Ciuil. 166.

Orium intermittere. Plinius epistol. 123. Fortasse enim his ipsis admoneris, vt te magis ac magis otio inuoluas: quod ego non abrumpi, sed intermitti volo. Idem epistol. 151. 2, Eademque firmitate animi laboribus suffecit, qua nunc otium patitur. Quod quidem paulisper cum magna sua laude intermisit, & posuit.

Prælium intermittere. Cæsar 3. bel. Gall. 370.

Profectionem intermittere. Cæsar 5. bel. Gal. 18. Cæsar intermissa profectione, ac omnibus rebus postpositis, magnam partem equitatus ad eum insequendum mittit.

Studia intermissa longo interuallo. Cic. 1. Tuscul. 1. Retuli me Brute te hortante maximè, ad ea studia quæ retẽta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocaui.

Tempus intermittere. Plaut. Bacchid. 4. 32.
– imo Chrysale hem non tantulum
Vnquam intermittit tempus quin eum nominet. Idem Mostel. 13. 21.
Triduum profectò vnum est haud intermissum hic esse & bibi. Cice. Etsi ego id tempus intermiseram potius, quàm omiseram. Cæsar 5. bel. Gal. 44. In his rebus circiter dies decem consumit: nec nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis.

Intermittere tempus à labore. Cæsar de bello Ciuili, His rebus confectis Cæsar vt reliquum tempus à labore intermitteretur, &c.

Verba intermissa. Ouid. 1. Metam. 150.

Intermissus, Participium, (διαλελειμμένος,) vt Intermissus ordo. Plin. li. 37. cap. 12. 1. Et lib. 17. cap. 5. 6. Quoties intermissa cultura quiesit.

Intermissa tecta, Non continuata Plin. epist. 41. 1, Litus ornant varietate gratissima, nunc continua, nunc intermissa tecta villarum, quæ præstant multarum vrbium faciem.

Intermissus, huius intermissus, (διάλειψις,) Plin. lib. 10. cap. 29. 5. Luscinis diebus ac noctibus x v. garrulus sine intermissu cantus.

Intermissio, Verbale, (διάλειψις,) Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. Cic. 1. de Nat. deor. 157. Nec tamẽ video quomodo vereatur iste deus beatus ne intereat, quum sine illa intermissione pulsetur, agitetúrque atomorum incursione sempiterna.

¶ Intermissionem facere à re aliqua. Cic. 1. Offic. 30, Virtutis enim laus omnis in actione consistit: à qua tamen sæpe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus.

Intermissio epistolarum, Vacatio à scribendo. Cic. Trebatio, lib. 7. 13. 2, Neq; alia vlla fuit causa intermissionis epistolarum, nisi quòd vbi esses, planè nesciebam.

Intrémorior, intermóreris, penul. corr. intermortuus sum, (διαποθνήσκω,) intermori, Penitus mori. vel quum aliquid fieret mori. Et de quacunque dicitur. Cato cap. 161 2, Nam si defringes, stirpes fient, & intermorientur. Plin. lib. 19. cap. 8. 21, Nam si defringatur, stirpescere, & intermori.

Intermortuæ conciones. Cic. pro Milone, 8, Declarant huius Ambusti Trib. plebis illæ intermortuæ conciones, quibus quotidie meã potentiam inuidiosè criminabatur. Id est, languidæ & defectæ. Budeus.

Intermortuntur officia. Bithynicus ad Ciceronem, lib. 6. 16. 2, Si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas.

Intermortuus, Adiect. Qui inter mortẽ vitamq; ex dolore procũbit, similis expirãti, & in quo nulla amplius vitę spes est. Pli. lib. 11. ca. 10. 16, Item vituli marini adeps instillat igni naribus intermortuarũ vulnerũ vitio. Suet. de Nerone, Postq; Galbam & Hispanias defecisse cognouit, collapsus, animoq; male fracto diu & sine voce & propè intermortuo iacuit. Cic. in Pisonem, 13, Quod autem, maius indicium expectatis nihil inter vos & Catilinam interfuisse, quàm quòd eandem illam manũ ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis?

Rex intermortua. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 1.

Intermortuam memoriam renouare, hoc est perditam & iam abolitam. Cice. pro Murena, 14. Etenim eiusdem animi atque ingenii est, posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere: & vt Scaurus, memoriam propè intermortuam generis sui, virtute renouare.

Intermortui mores, Perditi, Corrupti. Plaut. Trinum. 3. 5.
– nam hic nimium morbus
Mores mussit bonos, ita plerunque omnes iam sunt intermortui.

Intermundium, (μεσοκόσμιον,) vt intercolumnium dixit Cic. lib. 1. de Finib. 120. Indiuidua quum dicitis & intermũdia, quæ nec sunt vlla, nec possunt esse intelligimus. Idem 1. de Natu. deorum, 17. Tanquam modo ex deorum concilio & ex Epicuri intermundiis descendisset. Budæus.

Intermuralis, & hoc intermurale, pen. prod. Liu. lib. 4. Decad. 5. ad finem, Muro vrbis cõiuncta procul videtur diuisa est intermurali amni, & eadem ponte iuncta.

Internascor, internasceris, internatus sum, (διαγεννάομαι,) internascentesque herbas excludi,

Internatus, pen. prod. (διαγεγεννημένος,) Participium ab internascor. Tacit. lib. 20. Virgulta postremò, & stirpes, & internatas saxis herbas vellentes, miseriarum, patientiæque documentum fuere.

Internata virgulta. Liu. 8. belli Pun. 7, Angustiæ & internata virgulta

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordines dirimebant.

Internatum corpus. Plinius lib.17.ca.27.1.Dilatatæ cicatrices, & internato corpore expletæ.

Intérneco, interneces,pen.corr.interneciui, interneciſum & internectum, (διαφθείρω,) internecare, Simul interficere,& multitudinem totam fermè complectitur. Plaut. Amphit. 4. 35.Vtello extincto maximo atque internectis hoſtibus. Cic. 14. Philipp.389.Internecti nota teſtamenta credo ſubiiciunt.

Internecio,ſiue Internicio,internicionis, (πανολεθρία,) Vitæ priuatio,inquit,Feſtus.Liuius lib.9.Lucerini.ac.Samnites ad internecionem cæſi. Hoc eſt,ferè omnes occiſi.Pli.de Viris illuſt.23.Gallos improuiſos internecione occidit. Cic.ad Atticum,lib.2.35. 3.Neque enim reſiſti ſine internecione poſſe arbitramur. Idem 5.Verr. 105. Tamen aratorum internecio facta nulla eſt. Sic in Catil.69.

Internecinus,pen.prod.Adiectiuum, (πανολεθρίας,) Quod ad internecionem pertinet,vt Internecinum teſtamentum, propter quod dominus eius necatus eſt,inquit Feſtus.

Internecinum bellum,Quod ad deſtructionem ſit vnius aut alterius partis.Liu.9.ab Vrbe,133.Nullus modus cædibus fuit: deletaque Auſonum gens,vix certo defectionis crimine,perinde ac ſi internecino bello cerraſſet. Hic vetus exemplar legit internecino. Plin.lib. 8. cap 24.1.Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone. De aſude loquitur. Idem lib.10.cap.8.ad finem.

Intérnecto, interneciſti,internexui, internexum, (διείρω,) interneclere,Inter ſe connectere.Stat.8.Thebaid.34.

– vix magna lauare
Vulnera,& effilantes libet internectere plagas.

Internidifico,internidificas,pen.corr.Plinius lib.10. cap. 33. 3. Tertium eſt earum genus quę ripas excauant,atque ita internidificant.

Internigrans, pen.corr.internigrantis,(διαμελανίζων,) Participium ſine verbo.Stat.6.Thebaid.68.

– noctemque diemque
Aſſimilant, maculis internigrantibus albæ.

Interniteo, internites,pen.corr.internitui, (διαφαίνω,) internitè re.In medio nitere vel pellucere.Plin lib.37. cap.5.4.

Tunc enim tellure internitent,quia iis ventis maximè hatenæ mouentur.De gemis. Curtius,Spiſſæ nubes intendere ſe cœlo:& quicquid lucis internitebat,oſtuſa caligine extinctũ eſt.Idé,Cœli fulgor tempore æſtiuo ardenti ſimilis,internitēs. Alibi,Armorũ internitentiũ fulgor.

Internodium, internodii, (μεσοκόμβιον,) Spatium inter nodũ & nodum.Colum.de Arb.ca.3.3.Virgam maleolarem non amplius quàm ſex gemmarum eſſe cõuenit:ita tamen ſint, ſi breuia internodia habet. Idem lib.9.ca.8.6. Arundinis internodiũ cum ſuis articulis exciditur ab latere talea.Varro de Re ruſt.lib.2.capi.9.3.Internodiis articulorum lõgis.De cannis.Plinius lib.7. cap.2. 11.Arundines verò tantæ proceritatis,vt ſingula internodia alueo naiigabili ternos interdum homines ferant.

Longa internodia crurum.Ouid.11.Metam.157.

Mollia nodoſus facit internodia poples.Ouid.6.Metam.52.

Internodius,maſc.gen.Columel.lib.3.ca.2.5.Internodius quoque rarior, largis fructibus à minore ſuperatur.

Internoſco, internoſcis,internoui,internõtum,penul.prod. (διαγνοέω,) internoſcere. Diſcrimen inter duo facere.

Plautus Amphit.3.142.

Nunc internoſſe vt vos poſſitis facilius,
Ego has habebo vſque in petaſo pimulas. Cic.de Amicitia,78. Secerni autem blandus amicus à vero & internoſci tam poteſt. Idem 2.de de Diuin.192.Quæ ſi alia falſa,alia vera,qua nota internoſcantur,ſcire ſanè velim. Idem 4.Acad.88.Et pro Roſcio Amerino,33.Et canes aluntur in Capitolio,vt ſignificent ſi fures venerint. At fures internoſcere non poſſunt:ſignificant tamen ſiqui noctu in Capitolium venerint. Lucret.lib.4.50.

Et quantum quæque à nobis res abſit,imago
Efficit vt videamus, & internoſcere curat.

Internoſci à falſis non poſſunt.Cic.4.Acad.46.

Facile internoſcere. Cic.4.Acad.103.

Internuntius, internuntii,(διάκτορος,) Eſt,inquit Sipontinus,qui inter alios medius eſt,ad aliquid tractãdum: & modo huic,modo illi per vices nuntiat.Plaut.Amphit.Seu per ſcriptas literas,ſiue qui ipſe ambiſſet ſibi,ſiue per internuntium. Idem Milite, 12.16.Vah,egone vt ad te ab libertina eſſe auderem internuntius? Terent.Eunuch.2.2.56.

– eho,numnam tu hic relictus cuſtos,
Nequis forte internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet? Idem Heaut.2.3.58.

Magnum hoc quoque ſignum eſt,dominam eſſe extra noxiam,
Quum eius tam negligantur internuntii. Cic.ad Octauianũ,16.Quæ quidem ſi nullo alio,me tamen internuntio celeriter ad illos deferentur. Cæſar 1.bel.Ciuil.77.Poſt paulo tamen internuntiis vltro citrõque miſſis,quæ ignorabant de L.Domitii fuga,cognoſcunt.

Internuntius & interpres.Cic.13.Philipp.352. Verum igitur augurem Iouis Opt.Max.cuius interpretes internuntiique conſtituti ſumus,&c.

Internuntius & miniſter rei alicuius. Liu.3. bel. Maced.45. Seruos erat Zeuſippo,totius internuntius & miniſter rei.

Internuntio,internuntias,internuntiare.Liuius lib.2.Decad.5. Pauliſper internuntiando cunctatio fuit,vtri tranſgrederentur.

Intero, interis,pen.corr.intriui,intritum,penul.prod.(ἐντρίβω,) intererere,Idem quod terere,vel intus,aut ſimul terere. Varro 2. de Re ruſt.ca.9.8.Necnon ita panem ordeaceum dandum,vt non potius eum in lacte des intritũ,&c.Cato ca.156.Et eo cyminum,interito.

Intriſti hoc,tibi exedendum.Terent.Phorm.2.2.4.

Ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit:
Tute hoc intriſti,tibi omne eſt exedendum. Vbi Donatus, Paroemia apta parаſito,quæ de cibo eſt. hoc autem inter ruſticos de alliato mortario dici ſolet.Et bene intriſti.propriè enim intrita dicitur huiuſmodi cibus. Erasmus,Verba ſunt Phormionis paraſiti, qui quoniam fuerat author conſilii de ducenda puella,æquum eſſe putat vt ſuo periculo rem item expediat.

Intrita,intritæ,pen.prod. (μυττωτόν,) De alliato mortario inter ruſticos dici ſolet:teſte Donato ſuperiore loco.Plin.li.9.ca.8.13.de delphinis, Nec piſcibus tantum,ſed intrita panis è vino ſatiantur. Columel.lib. 12.ca.40.Eodem & ſpumas defruti ſiue fæpe,& fæcem ex lacu cõfundito & permiſceto,eamque intritam vna nocte macerari ſinito.

Aqua intrita factaihoc eſt cum pane vel alia ſpiſſior facta. Varro 3.de Re ruſt.cap.9.11.Obiiciendum pullis diebus quindecim primis mane ſubiecto puluere (ne roſtris noceat terra dura) polentam muſtam cum naſturtii ſemine,& aqua aliquanto antè facta intrita:& ne tũ denique in eorum corpore turgeſcat,aqua prohibendum.

¶ Intrita, ſiue Intritum,intriti. Plin.lib.36. cap. 23.Ruinarum vrbis ea maximè cauſa,quòd farto calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur.Intrita quoque quo vetuſtior,eo melior. Vbi Hermolaus, Intrita videtur eſſe calx,ſed illa maximè quę non è gleba ſtatim ad opus cõfertur,ſed tempore maceratur,atque fermenteſcit. Vtuntur voce illa Varro,Columel.Vitruuius:vt intrita proprie nobilibus tectoriis, calx è gleba vulgaribus (ita enim Iuriſconſulti quoque appellant) & vilibus albariis ferè dicata ſit. Legitur & Intritum,lib.15.cap.13.pro terra ipſa,vnde lateres fingũtur:Intritum,inquit,ipſum eorum prius quã fingantur,macerari oportet.In quo tamen noſcendũ INTRITAM eo loco,non INTRITVM inveteſtis exemplaribus ſcriptum fuiſſe. Hactenus Hermolaus.

¶ Intrita,Catonis alia res eſt,hoc eſt emplaſtrum ad inſitionem,cui emplaſtrationi nomen eſt,maximè idonea. Plin.lib.17.cap.16. 2. Sed id etiam apud veteres Græcos inuenitur,& apud Catonem,qui oleam ficumque ſic inſeri iuſſit,menſura etiam præfinita ſecunda reliquam diligentiam ſuam:cortices ſcalpro excidi quatuor digitorum longitudine,& trium latitudine,atque ita coagmentari,& illa ſua intrita oblini. Hic videtur Intrita pro fæce vini poni.Hæc Beroaldus. Ego verò Intritam interpretor lutum,aut terram manibus ſubactam & mollitam. Id quod ex ipſius Catonis verbis facilè colligitur in eo ipſo loco quem citat Plinius.Sic enim ait in ca.de Inſitione,ad finem, Hæc omnia iuto depſto oblinito,alligato,&c. Quid autem ſit Depſere,vide ſuo loco.

Interordinium, interordinii, (μεσοδίχιον,) Spatiũ qud eſt inter duos ordines:ſicut inter palũ, iter colũnas,interterra verſetur,minimum eſt quinque pedum interordinii, ſeptem maximum. Ibidem,cap.15.1.Hęc in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur:quippe linea per totidem pedes, quot deſtinaueris interordiniorum ſpatiis purpura,vel quolibet alio cõſpicuo colore inſuitur. Idem lib.5.cap. 5. Sed de ſpatiis ordinum eatenus precipiendum habemus,vt intelligant agricolæ ſiue aratro vineas culturi ſint,laxiora interordinia relinquenda.

Interpello, interpellas, (διακόπτω,ἐνοχλέω,) interpellare,Loquẽ item alloqui,& quaſi ſermonem eius interrumpere, interfari.Plaut.Amphit.8.169.Nunc exquire. AM.ne interpella: pergè porrò dicere. Idem Menæch. 25.64.Si interpellas,ego tacebo. MEN. potius tacebo ego. Cic.1.Tuſcul.27.Sed nihil te interpellabo,continentem orationem audire malo.

Odioſè interpellare,Vide ODIVM.

Vigilantem interpellare.Cic.7.Verr.73.Cæſar 1.bel.Ciuil.85. Et lib.2. 142.Qua oratione permoti milites,crebrò etiã dicẽtẽ interpellabãt.

Interpellare,Obturbare.Cic.ad Qu.fratrem,li.2.12.1. Tu metuis ne me interpelles? primo ſi in iſto eſſem,tu ſcis quid ſit interpellare.An te Ateius?me hercule mihi docere videbaris iſtius generis humanitatẽ, qua quidẽ nihil vtor abs te.Tu verò vt me & appelles & interpelles,& obloquare,& colloquare velim. Idem ad Atticum,lib. 1. 14.6. Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat.Id eſt,intermiſſa,interrupta.Cæſar,Sed interpellatum aduentu Cæſaris profugiſſe. Id eſt (inquit Badæus) à conatu & incœpto deterritum.

Interpellare

Interpellare ſtuprum,Impedire.Liu.3.ab Vrbe,Vbi tollentes corpus ſemianime virginis, ſponſim annunculumque in carcerem duci iuſſerit, ſtupro interpellato magis,quàm cæde motus.

Interpellare partam victoriã,Impedire,remorari.Cæſar 3.bel.Ciuil.161. Sed ſine ipſorum perturbatio,ſiue error aliquis,ſiue etiam fortuna partam iam præſentemque victoriam interpellaſſet,dandã omnibus operam,vt acceptum incommodum virtute ſarciretur.Id eſt,interrupiſſet.

Interpellata dulcedo alicuius.Liuius 9.ab Vrbe,72.Itaque apud infenſos ob interpellatam dulcedinem iræ,confeſtim oratio habita eſt, vt doceretur miles,&c.Id eſt,ob reuocatos à cæde milites. Badæus.

¶ Interpellare debitorem, Eſt appellare, hoc eſt In iudicium vocare. Pomponius, Si nemo ſit qui à parte promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſſit : idipſum teſtatione complecti debere,vt pro petitione id cederet. Budæus.

¶ Interpellare,Rogare.Valer. Max. lib. 3. Cato rogatus vt ſocios apud aounculum adiuuaret,conſtanti vultu non factũrum ſe reſpondit. Iterum deinde, ac ſæpius interpellatus, in propoſito perſtitit. Valla in Raudenſem.

Interpellandi locus hic erat.Horat.1.Sermo.ſaty.9.6.

Interpellatus,participium,Lucrum interpellatum. Hirtius de bel. Alexand.Sibique quod rapuerant, acceptum ferebant: quod intercederat,aut erat interpellatum,Caſſio aſſignabant.

Interpellatio,Verbale,(διακοπή.) Plin.epiſto.213.b,Interueniunt amici ex proximis oppidis:partemque diei ad ſe trahunt,interdumque laſſato mihi inopportuna interpellatione ſobueniunt. Cicc.ad Atticum, lib.12.256.6.Putabam enim cõmodius te idem iſtud domi agere poſſe interpellatione ſublata. Id eſt,obturbatione. Idem 2. de Orato, 22.Etſi,inquit, Antoni minimè impedendus eſt interpellatione iſte curſus orationis tuæ,patiẽre tamen, mihiquè ignoſcere. Idem Leptæ lib.6. 18.10. Itaque literæ quidem meæ impediuntur, in quibus ſine vlla interpellatione verſor.

Interpellator, penult. prod.Verbale, Interuentor, qui interrumpit ſermonem, aut aliquid aliud agentem. Cicc. 3. Offic.75. Dictabat ſe hortulos aliquos emere velle;quò inuitare amicos,& vbi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. Sic ad Atticum, lib. 15. 327.7. Sed interpellatores illic minus moleſti.

Moleſti alieni ſermõis iterpellatores Dialectici.Author ad Herẽ.li.2.49.

Interpenſiua, penul. prod.apud Vitruuium, Perticarum,tigillorum, alterimve genera ſunt,quæ ab angulis parietum ad angulos tignorem,ad imbres in colloquias deriuandos, vel alium quenuis vſum inter locantur,quaſi ea quæ à pendendo Græci appellant κρεμαστήρια. Interpenſiui verò parietes ſunt qui ſupra contignationem ſtruuntur, nec in ſolo fundamentum habent, ſed in pendenti ſurgunt. Hermolaus.

Interplico, interplicas,penul. correp. (πτερμαλίκω,) interplicãre,& interpolare. Cic.ad Qu.fratrem,lib.2.14.2.Quod vult inquam renouare honores eoſdem,quominus togam prętextam quotannis interpolet,decernendum nihil cenſeo.

Albaque puniceas interplicat infula criſtas.

Interpolo, interpolas,pen.corr.(ἐπιτροβολέω,ἀνακαινόω, ἀναπεῦμα,) interpolare,Immutare,inquit Sipontinus, & noua formam vetuſtis addere.Dictum quaſi interpolire. Ab arte fullonia,q̃ poliendo vetera,quæque in nouam ſpeciem mutat.Plau.Amph.4.163. Alia forma eſſe oportet,quem tu pugne læſeris.

2.0.Illic homo me interpolauit,meumque os finget denuo. Idem Mofiel.4.104.

– ſcita es tu quidem
Noua pictura,interpolare vis opus lepidiſſimum. Cicc. 3. Verr.112. Aliquid demendo,mutando,cirando ne litura appareat,interpolãdo. Plin.li.12.ca.14.7.At hercle Alexãdriæ,vbi thura interpolantur. Hoc eſt purgantur,cernuntur,& quaſi renouantur.Vlpianus in L.præcipiſſe ædiles.ff.de Aedilitio edicto,Vbique enim curent ædiles,ne emptores à venditoribus circumuenianturr, &c. præſumptum eſt enim ea mancipia,quæ rudia ſunt,& ſimpliciora eſſe,& ad miniſteria aptiora & docilioraitrita verò mancipia & veterana,difficile eſt reformare.Quia igitur vænalitatiiiſciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores,& pro nouitiis vendunt. Interpolant, inquit,id eſt ornant,fingunt,renouant,vt nouitii eſſe videantur.Sipontinus. Hermolaus,Interpolare thura,eſt rudia quum ſunt,polire: omnique verbum illud nouare,mangonizareque ſignificat. Vnde Veteranę,lenocinio & arte faciem mutant,pro recentibuſque ac nouiſtes interpolatæ,& Mancipia interpolata,in iure Ciuili,quæ quum ſint tiis licentur.Albaria tectoriorum interpolantur,inquit Plinius lib.35. cap.16.3.hoc eſt,tectoria quibus propter vetuſtatem color albus inducì ſolitus exoleuiſſet,exalbantur,renouanturque. Plautus,Interpolabo tibi os:Hoc eſt,nouabo,immutaboque. De quo verbo & Nonius Marcellus pluſcula. Interpolabatur ergo thus Alexandrię, quoniam (vt Theophraſtus author eſt) conuchebatur rude illuc omne, aſpectu ſimile cortici.

Interpolatio,Verbale, (ἀνακαινωσις,) Plin.lib.13.cap.11.1.Hanc excepit Romæ Fanii ſagax officina,renouatamque curioſa interpolation. principalem fecit è plebeia.

Interpolis,& hoc interpole,pen.corr. (ἀνακαινωτικός,) Quod eſt interpolatum.Plin.lib.19.ca.1.11. Mutatur ars quotidie, toties interpolis: & ingeniorum Græciæ flatu impellimur. Idem lib.19.cap.2.3.Eſt quidem eius natura interpolis,turſinque quamlibet vetuſtum nouo miſcetur.De ſparto loquens. Plaut.Moſtel.4.117.

Nam iſthæc veteres,quæ ſe vnguentis vnctitant,interpoles,
Vetulæ,edentulæ,quæ vitia corporis fuco occultant.

Interpolus,pen.corr. Adiectiuum, (ἀνακαινωτικός,) Idem.Vlpian.in L.Labeo.libris.ff. de Contrah. empt. & vend. Si veſtimenta interpola quis pro nouis emerit,Trebatio placere ita emptori præſtandum quod interest, ſi ignorans interpola emerit.

Interpolãtor,pen.prod.Verbale,(ἀνακαινωτής,) Qui antiquas veſtes reſarcit ac renouat,vt eas facilius vendat.

Interpolãtrix,pen.prod.interpolatrices, (ἀνακαινωτίς,) Mulier quæ idipſum facit quod interpolator. Pomponius,Interpolatricem accerſire oportet,quæ huic veſtem adducat.

Interpôno, interponis,pen.prod. interpoſui,interpoſitum, pen.cor.(ἐντίθημι,παρεντίθημι,παρεμβάλλω,) interponere,Notæ ſignificationis.Cicde Amicitia,3.Quaſi enim ipſos induxi loquentes,ne inquam & inquit ſæpius interponerẽtur. Cæſar 2.bel.Ciuil.60.Vbi autem ſpatium inter muros,aut imbecillitas materię poſtulare videretur,pilæ interponuntur,tranſuerſaria tigna ſuiciuntur.

Interponere accuſatorem. Cicc.3.Verr.10.Interpoſuiſtis accuſatorem, qui quũ ego mihi c & x dies ſolos in Sicilliam poſtulaſſem, c & VIII ſibi in Achaiam poſtularet.

Interponere aliquid audaciæ alterius,Obſiſtere & reluctari.Cic.2.Phili. 36.At ego tuas literas,etſi iure poteram à te laceſſitus,tamen nõ ipſe ram:quibus petis vt tibi per me liceat quædã de exilio reducere:adiu raſq;ad te multo me non eſſe facturum:idq; à me impetrat.quid enim interponerem audacię tuæ,quàm neq; authoritas huius ordinis,neque exiſtimatio Populi Rom.neque leges vllæ poſſent coercere?

Aquam,Immiſcere aquam vino.Mart.lib.1.177.

Interponas quam ſubinde Ruffe,
Et ſi cogeris à ſodale,raram
Diluti bibis vnciam falerni.

Authoritatem.Cic.13.Philip.154.Quòd ſi authoritatẽ interponis, ſine armis,magis quidem laudo:ſed vide ne hoc ipſum non ſit neceſſe.Ibidem,5.191,Hæc igitur habenda gratia eſt D.Bruto, qui illum nondũ interpoſita authoritate veſtra,ſuo conſilio atque indicio, non vt Conſulem recepit,ſed vt hoſtem arcuit. Idem 5.Verr.105,Ait ſe miſiſſe & confirmaſſe,ſuam interpoſuiſſe authoritatem.

Condimentis.Plin.lib.20.cap 15.5,Similis autem & huic vſus. Nanque & panibus Alexandrinis ſubigitur,& condimentis interponitur.Hoc eſt immiſcetur.

Conſilium ſuũ cõſilio alterius.Liu.5.bel.Mac.140, Qui cõſtatus fuerit, & ſuũ cõſiliũ meo interponet,ſciat ſibi reditum ad penates non eſſe.

Decretum.Liu.3.ab Vrbe,190,Ius eo die ſe non dictũrum, neque decretum interpoſiturum.Cic.4.Verr.83,Quin ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit.

Dies intercalares menſibus,hoc eſt Inſerere. Liu.1.ab Vrbe,80,Atque omnium primum ad curſum Lunæ in duodecim menſes deſcribit annum,quem quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet: deſuntq; dies ſolido anno,qui ſolſtitiali circumagitur orbe, intercalares, méſibꝰ interponẽdo ita diſpẽſauit,vt viceſimoquarto quoq; anno, &c.

Diebus aliquot interpoſitis:hoc eſt,interlectis. Varro 3.de Re ruſt.ca.9. 8.Curato oportet circumeat diebus interpoſitis aliquot. Cic.2. Verr. 20.Ita propè XL.diebus interpoſitis,tum denique ſe ad ea quæ à nobis dicta erunt,reſponſuros eſſe arbitrantur.

Fidem alicui.Cæſar 5.bel.Gal.14.Reliquis fidem interponere, iuſiurandum poſcere,vt quod eſſe ex vſu Galliæ intellexiſſent, communi conſilio adminiſtrarent.

Fidem ſitam in aliquam rem,Rem aliquam in ſuam fidem recipere. Cicc. pro Roſc.Amer.67.Si hanc ei rem priuatim Sex.Roſcius mandauiſſet, vt cum Chryſogono tranſigeret atque deciderat,inque eam rem fidem ſuam,ſiquid opus eſſe putaret,interponeret.Cæſar 5.bel.Gal.136. Ipſi verò nihil nocitum iriſque eam rem ſe,ſuamque fidem interponere.

Iudicium ſuum,Iudicio comprobare.Cic.Artico,lib.8.147.14.Hęc te ſciſe voloi ſcripſique ſedatiore animo quàm proxime ſcripſeram, nullũ meum iudicium interponens,ſed exquirens tuũ.Idem 2.de Diuin.123. Quum autem proprium ſit Academiæ,iudicium ſuum nullum interponere,&c.Idem pro Corn.Balbo,33.Potuit certius interponere iudiciũ voluntatis ſuæ,quàm quum etiam accuſatotem huius multẽtauit? Vbi fortaſſe INDICIVM legi debet,vt ait Budæus.

Iuſiurandum,Iureiurando affirmare. Liuius,4.bel.Maced.94.Qui primo iureiurando interpoſito, de præſidio expellendo cum idoneis colloquitus,dum,&c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moram,quod & Moram nectere dicitur:hoc est differre,& morari. Cice. 6.Philip.305.Itaque bellum uesarium illatum Rcipub. quum viderem, nullam moram interponendam insequendi M,Antonii putaui. Idem 1.Acad.4.Quod qui audiissemus,nullam moram interponendam putauimus,quin videremus hominem nobiscum,& studiis eisdem,& veta state amicitiæ coniunctum.Cæsar 4.bel.Gal.491.Hos expectari equites,atque eius rei causa moram interponi arbitrabatur.

Magnaque fluminis interposita mora.Cæsar 1.bel.Ciuil.140.

Nomen alicuius in re aliqua,pro Adumbrare,& accómodare in speciem & in fraudem.Cic.3.Verr.Petatur hæreditas ea,quæ nulla debetur: in prædam Prætoris interponatur nomen ciuitatis? Ibidem,5.111. Hoc quum palàm Decumani tota prouincia loquerentur,tuamque nomen in re tam turpi nefariaque interponerent, nihilne tibi venit in mentem existimationi tuæ consulere? Budæus.

Noctem.Cic.pro Murena,34.Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia.

Operam suam pro aliquo. Cice. 1. Verr. 38. Pro exterarum nationum commodis inimicitias suscipere: ad periculum accedere:operam, studium, labórem interponere.

Pœnas. Cice.4.Verr.46.Iste pœnis,compromissisque interpositis,H-S. C C C.extorquenda curauit.

Postularum,pro Postulare.Cic.ad Atticum,lib.7.154.3.Plerique negant Cæsarem in conditione mansurum:postulataque hæc ab eo interposita esse,quominus quod opus esset ad bellum,à nobis pararetur.

Querelas.Cic.ad Q.q.fratrem,lib.1.7.12.Sed res multis querelis de Rep. interponendis nulla transacta est.

Se,pro Immiscere se,vel intermiscere.Cic.in Vatinium,19.Num quem patres illius tui certissimi gladiatoris similem Trib. plebis posse reperiri, qui se interponat,quo minus reus meà lege fiat? Idem 1. Verr.12.Cur te interponis inimicissimis his, quibus maximè lex consultum esse vult? Liu.5.bel.Maced.191.Nam quòd optimum esse dicam non interponi vos bello:nihil,imo tam alienum vestris rebus est.Cic. ad Q. fratrem, lib.3.10.7.De Ascanione tu verò qd' voles facies,me nihil interpono.

Se in.Cic.Lepido,lib.10.27.3.Itaque sapientius meo quidem iudicio facies,si te in istam pacificationem non interpones.

Spatium.Cic.pro Cluentio, 3. Vehementes habeat repentinos impetus spatio interposito,& causa cognita consenescat.

Suspicionem.Cæsar 4.bel.Gal.578.Neque nulla ad id tempus belli suspicione interposita.

Verbum. Cic.pro Quintio,8.Neque interea verbum vllum interposuit Naunia, aut socieratem sibi quippiam debere, aut priuatim Quinctium debuisse.

Interpositus,pen.corr.Participium, (παρεντεθεὶς,) Plin.lib.18.cap.16.5. Interpositis quinis diebus.Hoc est,interiectis vel intermissis.

Spatium interpositum. Lucrer.lib.4.114.

Interpositus,huius interpositus,penul.córrep. (παρεμβολή,) Actus ipse interponendi. Cice.2.de Natu.deor. 148. Tum ipsa incidens in vmbram terræ,quum est ex regione Solis,interpositu, interiectúque terræ, repentè deficit. De luna.

Interpositio,Verbale, (παρένθεσις,) Cice.1.de Inuent.12.Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam,sine certarum personarum interpositione,ad hunc modum, vt Quid sit bonum,&c.

Interpositio,pro iis quæ lineis superscribi & interscribi solent dum aliquid emendatur.Cic.ad Tironem,lib.16.22.3.Tu istic,siquid libraris mea manu nõ intelligent,mõstrabis.vna omnino interpositio difficilior est,quã ne ipse quidem facile legere soleo,de quadrimo Carone.

Intérpremo, interpremis,pe.corr.interpressi,interpressum,(διαχαλάω,) Interpremere,Intercludere.Plau.Rud.16.39.

Ac dépol hominem infortunio prædicas donabilem.
T. Qui sacerdotis scelestus fauces interpresserit.

Interpres, interpretis,pen.corr.om.gen. (ἑρμηνεύς,μεταφραστής,) Est (inquit Sipontinus) qui in aliqua re agenda medius est,& veluti conciliator & author. Virg.4.Aeneid.122.

Tuque harum interpres curarum,& conscia luno. Plaut. Curcul.8.63.Quod te præsente istic egi,teque interprete.Idem Milite,10.202. Quasique hunc annulum Pamesæ ancillæ dederit,ea porrò mihi, Militi vt darem,quasique ego rei sim interpres. Cice.5.Verr.71. A.Valentinus est in Sicilia interpres:quo iste interprete, non ad linguam Græcam,sed ad furta & flagitia vti solebat.

Interpres pacis.Liu.1.bel.Pun.47.Se pacis eius interpretẽ fore pollicet.

Lingua interpres.Horat.de Arte, 23.
Post effert animi motus interprete lingua.

Malus interpres.Ouid.4.de Ponto,eleg.14.9.

Interpres & nuntius. Cice.Iteuto , 10. 4. Improbissimis literis quidam, fallacibusque interpretibus ac nuntiis impulerunt in spem certissimam Consulatus.

Per amicos & interpretes agere aliquid.Cic.6.Verr.44.

¶ Interpres, Qui obscura quæque exponit: quòd homines huiusmodi, animos eorum quibus dati sunt interpretes,sciscitantur, & inuicem illis exponunt.Plaut.Pœnul.5.35.

Nam isti quidem hercle orationi Oedipo opus
Est coniectore,qui Sphyngi interpres fuit. Virgil.3.Aeneid.72.
Troiugena interpres diuûm. Vbi Seruius, Interpres, Vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Sic Augurium,atque extũ interpretes,apud Ciceronem in Oratore,87.

Interpres curarum.Virgil.4.Aeneid.122.

Hominum,diuumque interpres.Virgil.10.Aeneid.33.

Interpretes portentorũ Galeotę in Sicilia nominabant.Ci.1.de.Diuin.71.

Coniector quidam,& interpres portentorum.Cic.2.de Diuin.90.

Somniorum, atque omnium interpretes,coniectores vocamus. Quintilian.lib.3.cap.6.23.

Interpres Iouis & satelles aquila. Cic.1.de Diuin.111.

Interpretes & internuntii Iouis,augures.Cic.13.Philip.352.

¶ Interpretes poetarum,grammatici.Cic.1.de Diuin.64.

Interpres iuris.Cic.in Topicis,3.

Sanctissimus legum interpres.Iouenal.Saty.4.8.

Interpres & doctor.Cic.Trebatio,lib.7.10. 3. Nullam artem literis sine interprete,& sine aliqua exercitatione percipi posse.

Explanationes interpretum. Cic.1.de Diuin.190.Quòd erant multa obscura,multa ambigua,explanationes adhibitæ sunt interpretum.

¶ Interpres,Qui conuertit ex vna lingua in aliam.Cic.de Opt.gen.Oratorum,148.Nec cõuerti vt interpres,sed vt orator,sententiis iisdem, & earũformis tanquam figuris,verbis ad nostram cõsuetudinẽ aptis.

Interpretor,penul.corre.interpretãris,interpretãtus sum, (ἑρμηνεύω,διαφράζω,) interpretari,Exponere,explicare,explanare.Cic.2. Offic. 6.Nec quicquam aliud est philosophia,si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. Idem 5.de Finib.46.Secundum naturam viuere:quod ita interpretemur,viuere ex hominis natura vndique perfecta, & nihil requirente. Plin.lib.13.cap.22.2.

In diuersum aliquid interpretari. Quintil.lib.3.cap.6.62.

Obscurè dicta interpretari.Quintil.lib.3.cap.4.2.

Interpretari legem, & æquitate explicare.Cic.7.Philip.263.

Interpretari authores.Cice.1.de Orato.76. Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & peruolutandi, & exercitationis causa laudandi,& interpretandi,&c.

Interpretari nomine aliquo,&c.Plin.lib.13.cap.22.2. Adrachnen omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretantur.

Verborũ vim interpretari.Ci.de Fato,31. Et pro Corn.Balbo,29. Quasi verò priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur.

Interpretari somnium. Cic.1.de Diuinat.95. Ex quo ita illud somnium esse interpretatum,vt,&c.

Interpretari ad voluntatem.Liu.9.bel.Maced.163.Modio respósio spem ad volũtatem interpretantibus fecerat,cessurũ Patrõ authoritati esse.

Male interpretari,pro Malignè accipere,Seneca episto.64.Desine beneficium naturæ male interpretari.Abstulit,sed dedit.

Recte an perperam interpreter, fuerit ista eius deliberatio qui bellum suscepit.Liu.1.ab Vrbe,95.

¶ Interpretari,Iudicare.Cic.ad Atticum,lib.3.47.2. Quòd si auderem, Athenas peterem,sanè ita cadebat vt vellem. Nunc nostri hostes ibi sunt,& te non habemus,& veremur ne interpretentur, illud quoque oppidũ ab Italia non satis abesse.Id est,propius ab Italia abesse, quàm lege proscriptionis exceptum sit. Idem 3.Offic.155.Reditu enim in castra,liberatũ se esse iureiurando,interpretabatur,nõ rectè. Budæus.

Interpretari de.Cic.Planco in Epistolis ad Atticum,lib.16.341.6. Quod si à te erit impetratum,sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum,vt tuo summo beneficio me affectum iudicem.

Interpretari pro.Cic.ad Seruilium,lib.13.73.4. Id Senatusconsultum tu interpretabere pro tua sapientia.

Interpretari grato animo. Cic.de Claris Oratorib.3.Sin tan quam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit,angimur,summã eius fœlicitatẽ nõ satis grato animo interpretamur.Hoc est,In bonam partẽ nõ accipimus.

Interpretari ex.Cic.de Amicitia,20.Iam virtutem ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur.

Interpretari in mitiorem partem. Cice.pro Murena, 59. Aut mitiorem in partem interpretarẽre.

Interpretatur numen suum violari: Id est, Existimat & iudicat. Plinius in Panegy.54. Sibi maledici, in illis suam diuinitatem, suum numen violari interpretabatur.

Peruersè interpretaris.Plautus Trucul.4.39.

Illa,haud ego,habuit publicum peruersè interpretaris,
Nam aduorsum legẽ à me ob meam scripturã pecudẽ accipi,Pierisque.

Quum huius verba interpretor: Hoc est, Quantum ex huius verbis colligere possum. Plaut.Bacchid.13.15.

Quum ego huius verba interpretor, mihi cautio est,
Ne naucifrangibula excussit ex malis meis.

Interpretari memoriæ alicui°,Id est reducẽ i memoriã.Plau.Epid.11.25.

Insuè iniurius es.P.quid iam? M.quia tuæ memoriæ

Interpretari me æquum censes.

Interpretatio.Verbale. (ἑρμηνεία,) vt Verbi interpretatione se defendere.Cic.in Part.70.Et 1.de Orat.13,Neque ea interpretatione mea, aut ornatius explicari,aut planius exprimi possint.

Dura interpretatio.Quintil.lib.1.cap.14.1.

Malitiosa iuris interpretatio,Vide MALVS.

Interprematio,inquit author ad Herennium lib.4.190,est quæ non iterãs idem reintegrat verbum,sed id commutat quod positum est,alio verbo quod idem valeat.

Interpretatio,Coniectura & iudicium.Liu.2.ab Vrb.37, Non crediderit factum,an tantum animo roboris fuerit nec traditur certum,nec interpretatio est facilis.Budæus.

Interpretamentum,(μεταφρασις,)Idem,Gellius,Ex quibus diuersa Latinæ linguæ interpretamenta collegimus.Idem lib.6.ca.2,Sicui mecum istud interpretamentum videbitur obscurius. Idem lib.5.ca.18, Cuius Latinum interpretamentum scriptum est in libro Sempronii.

Interpretãtus, penult. produ. Participium, (ἑρμηνεύθεις,)Expositus, explicatus.Cice.2.de Legib.48.Vesta quasi focus vrbis,vt Græco nomine est appellata:quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus.

Interpunctus, A diectiuum (διάστικτος,) Quod punctis distinctum est.Cic.2.de Orato.178, Sed & festiuitatẽ habet narratio distincta personis,& interpũcta sermonibus: & est probabilius quod gestum esse dicat, quum quemadmodum actum sit exponas. Ibidem,lib.3.95,Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis,sed verborum & sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt. Quintil.lib.9, cap.4.Illo ore spiritum excipere liceret, si iungas, lascui carminis est:sed interpunctis quibusdam, & tribus quasi initiis, fit plenum authoritatis.

Interpunctum,Distinctio.(διάστιγμα,)Cic.3. de Oratore,100, Clausulas enim & interpuncta verborum,animę interclusio & angustiæ spiritus attulerunt.

Interpũctio,Idem.(διάστιξις,) Cice.pro Mure.21, Res enim sunt paruę prope in singulis literis atque interpunctionibus verborũ occupatæ.

Interpurgare, (διακαθαίρειν) pro Purgare, aut circumpurgare. Plin.lib.18,cap.26,11, Ficus interpurgari, seminaria fieri.

Intérputo, interputas,pe.cor. (διακαθαίρω,) interputare,Quasi fruticibus ac surculis disponi per surculos pedales conuenit, per idem tempus quo & violatiũ omnibus annis fodi ante Calẽdas Martias & interputari oportet: hoc modo multis annis perennat. Cato cap.50, Ficos interputato, & In vinea siccos succidito altè. ne eas vites scandant.

Interquiesco, interquiescis,Interquiẽui,interquiẽtum, pen.pro. re.Plin. epist.101.a.lib.5, Neque enim verebar, ne laboriosum esset legenti tibi, quod visenti non fuisset:præsertim quum,interquiescere, si laberet,depositaque epistola, quasi residere sæpius posses. Idẽ epi. 174.a,Iulio mense, quo maximè lites interquiescunt, positis ante lectos cathedris amicos collocaui. Cato cap.158.1, Indidem sume tibi sextarium tepidum:addẽ vini Coi cyathum vnum:biber, interquiescer. De aluo deficienda.Ci.de Claris Ora.46,Quum hęc dixissem, & paulum interquieuissem,Quid igitur,inquit,&c.

Interrado, interrãdis,pen.prod.interrasi, interrãsum, (διαξέω,) interradere,Idem quod circumradere. Colum.de Arboribus cap.19.2,Nam si spisse polueris,neque infra quicquam serere poteris nec sic ipsæ fructuosæ erunt,nisi eas interraseris.Pli.li.15. ca. 1.4,Oleę attondentur sicut & vites,atque etiam interradi gaudent. Interradere,pro Limare & polire.Plin.lib.33.cap.11.11, Iam verò mensas repositoriis imponimus, & ad sustinẽda obsonia interradimus alte de pictura,Nec tantum(inquit)vt parietes toti operiantur, verum & interraso marmore,vermiculatisque ad effigies rerum animaliumque crustis Budæus.

Interrãsilis,& hoc interrãsile,pen.cor.(διάξεστος,)Limatus. Plin.lib.12. cap.19.7,Coronas ex cinnamomo,interrasili auro inclusas.

Interregnum, interregni,(μεσοβασίλειον,) Appellatur id tempus quo regnum vacat:hoc est, antè quàm in de mortui locum nouus rex præficiatur.Vide Liuium 1.Decad.lib.1.71. Plin.de Viris illustr.3,Post consecrationem Romuli,quum diu interregno seditiones orirentur, Numa Pópilius Pomponii filius Curibus oppido Sabinorum accitus, quem adducentibus ciuibus Romam venisset,vt populum ferũ religione mollier,sacra plurima instituit.Liutem,lib.3.18.5,Res videtur spectare ad interregnum.

Interregnum, per metaphoram aliquando dictum est, quum loco magistratus interrex creatur.Liuius,Quum sine Curuli magistratus Reip. esset,patrii ii coiẽre,& interregem creauerẽ:contentio Consulesne, an Tribuni militum crearentur in interregno,rem cõplures dies tenuit.

Inire interregnum,Regis demortui vices fungi.Liu.Sed etiam atque etiã viderent,si magis è Rep.esset,interregnum iniri, quàm à se in eo statu relinqui prouinciam.Idem,Ni Romam veniret,Senatum interregnum iniri passurum.

Interrex,interrẽgis,pen.prod.m.g.(μεσοβασιλεύς,ἀντιβασιλεύς,) Qui regis demortui locum tenet,donec alius substituatur.Ci.1.de Leg.61, Nihilo credo magis illa quam interrex noster tulit,vt Dictator, quẽ, &c.Sic Liu.1.ab Vr.72.

Interrex patritius.Cic.pro Domo sua,30,Itaque Pop.Romanus breui tẽpore,neque regem sacrorum, neque Flamines, neque Salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes, neque authores centuriatorum & curiatorũ comitiorũ auspiciaque Pop. Romani, si magistratus patritii creati non fuit,intereant necesse est,quum interrex nullus fit: quod & ipsum patritium esse,& à patritio prodi necesse est.

Interrex(inquit Asconius in Milonianam) comitiorum habẽdorum causa interdum creabatur:& eius imperii quinque dies tantum erant. Substituebatur autem illi & alter & tertius,donec creati essent ordinarii Magistratus.

Intérritus, penult.corr. A diectiuum,(ἄφοβος,)Idem quod Imperterritusiue

Vultus interritus.Quintil.lib.1.cap.3.3.

Mens interrita lethi. Ouid.10. Metam.122.

Sola est interrita virgo.Ouid.6.Metam.9.

Interrogo, interrogas,pen.corr.(ἐρωτάω,ἐπερωτάω,ἐρόμαι,ἀποδρόμαι,ἀνακρίνω,διακρίνω,πυνθάνομαι,) interrogare, Petere aliquid ab aliquo noscendi gratia.Plaut.Epid.5.66,Ibi illa interrogat illam, Qui scis?qui id dixit tibi?

Interroga si venerit.Plau.Pœnulo,10.19,
Si exierit leno, cenfetis hominem interrogem,
Meus seruos si ad eum venerit, necne?

Interrogo an.Pli.in Paneg.109,Stupeo P. C.necdũ satis aut oculis meis, aut auribus credo,atque identidem me,an audierim, an viderim, interrogo.Cic.in Orat.76,Vt interrogando vrgeat, vt rursus quasi ad interrogata sibiipse respondeat.

Interrogabat suos in clamore ipso quis esset qui fame plebem necaret, Cic.ad Q.fratrem,lib.2.7.3.

Interrogabat quædam geometrica de dimensione quadrati. Cic.1.Tusc. 89.Et 2.de Orat.122.Interrogatus quid latraret.

Interrogare de.Cic.in Part.1,Sic ego te vicissim eisdem de rebus interrogem.Idem in Vatinium.9,Quid enim de Hispaniensibus flagitiis tuis, sordidissimisque furtis interrogem?

Minutatim interrogare.Vide MINVO.

¶ Interrogassit,pro interrogauerit verbum XII tabularum. Cice.3.de Leg.8,Quum magistratus iudicassit,interrogassitve, per populũ multæ pœnæ certatio esto.

¶ Interrogare,pro Accusare. Tacitus lib.13,Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in posterum interrogaretur. Vnde & Legibus interrogari, pro Postulari. Liui.libr.8. bell. Macedon. Neminem vnum tantum eminere ciuẽ debere,vt legibus interrogari non possit.Itẽ li.5.Deca.5.

Interrogatio,Verbale,(ἐρώτησις,πύσις,)Petitio,Ci.de Fato.43,Recte genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum est.

Ignauum & iners interrogationis genus,Vide IGNAVVS.

Acuta interrogatio.Quintil.lib.5.ca.7 20.

Circunspecta interrogatio.Quintil lib.5.cap.7.21.

Opportuna interrogatio.Quintil.lib.5.cap.7.8.

Longius repetita interrogatio.Quintil,lib.5.cap.7.11.

Scitæ interrogationes.Quintil.lib.5.cap.7.20.

Instare interrogationi.Quintil.lib.5.cap.7.11.

Instare interrogatione.Quintil.lib.6.cap,3.26.

Interrogatiũcula.penult.corr.(ἐρωτημάτιον,)Diminutiuum. Cic.in Parad.1, Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit,efficit. Idem 4.de Finib.12.Pungunt quasi aculeis,interrogatiunculis angustis.

Interrumpo, interrumpis,interrũpi,penult.prod.interruptum, (διαῤῥήγνυμι,)interrumpere,Rumpere, vastare, siue per medium rumpere,& effringere.Plau.Casina,2.65,
–Plautus noluit:
Pontem interrupti,qui erat in itinere.Plancus Ciceroni,lib.10.23.7,

Ponte quos feceram,interrupi.Liu.2.ab Vrb.44, Itaque monere prædicere vt Pontem ferro,igni, quacunque vi possent, interrumpant. Sic Cæsar 1.bel.Ciuil.63,

Ordinem interrumpere,Confundere.Col.lib.1cap.2.1.19,Ne inter hãc quasi turbam operum negligentius olitoris officia descripsisse videar, aut nunc ordinem reliquarum culturarum cœptum interrupisse,&c.

Somnos interrumpere,Interturbare.Plin.lib.28.cap.4.21,Item præsumere cibis,& interponere frigidam, eiusdemque potu somnos antecedere,& si libeat interrumpere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Singulos interrumpens pias querelas, Ouid. 11. Metam. 85.

Interrumpere, Aliquid dicentem facientémve impedire. Cæsar 1. bel. Ciuil. 278, Improuiso ad vallum aduolat, colloquia interrumpit, nostros repellit à castris Idé 3. bel. Ciuil. 77, Quorum mediam orationem interrumpunt vndique subitò tela immissa. Plaut. Trinum. 17. 26,

Adum sermonem vereor
Interrumpere, solus isto, nec quod conatus sum agere, ago.

Interrumpere iter amoris. Cic. ad Atticum, lib. 4. 7. 1, Si fortè rarius tibi à me quàm à cæteris literæ redduntur, peto à te vt id non modò non negligentiæ meæ, sed ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris nostri & officii mei.

Interruptus, Participium. (διεῤῥηγμένος,) Liu. 6. bel. Pun. 26, Ne interrupta Romanis acies videatur.

Amnis interruptus aquis. Lucan. lib. 2. 43.

Interrupta consuetudo, Intermissa. Cice. ad Cassium, lib. 15. 14. 4, Postremo, vt amicitia nostra quæ summis officiis ab vtroque culta est, sed longis interuallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius.

Ignes interrupti. Virg. 9. Aeneid. 49.

Itinera interrupta, & imperuia. Tacit. lib. 3.

Pendent opera interrupta. Virg. 4. Aeneid. 18.

Interruptæ atque morientes voces Cic. pro Cælio, 47, Quum me intuens flentem significabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impendéret procella vrbi.

¶ Interruptum & Continuatum, cõtraria. Cic. 3. de Orat. 115, Et quod continuatum & interruptum, & imago, & sibi ipsi responsio.

Interrupta contexere. Cic. 1. de Leg. 14. Et ego animi pendère soleo, quũ semel quid orsus, si traducor aliò, neque tam facile interrupta contexo, quàm absoluo instituta.

Inter quasi rupta, pro Interrupta quasi Lucret. lib. 5. 50.

Interruptè, Aduerbium. (διεῤῥηγμένως,) Incisè, vel cæsim, aut diuisè. Cic. 1. de Orat. 179, Erit autem perspicua narratio, si verbis vtitatis, si ordine temporum conseruato, si non interruptè narrabitur.

Interscalmium, (μεσοσκάλμιον,) Budæus, Remiges sunt qui scalmis hærent, id est labro nauis, vbi remi adnexi sunt: à quo Interscalmia, spatia inter remiges dicta sunt. Bayfius putat esse interscalmiũ spatium illud in naui quod est inter scalmum & scalmum. Est autem scalmus, ligatum illud ad quod remus inhæret & circumflectitur. Hac voce vsus est Vitruuius lib. 1. cap. 1, Nauibus interscalmio, &c.

Interscapilium, interscapilii. (μεσώμιον,) Sipontinus. Scapiliũ veteres pro tergo vsurparunt: & aliquando pro ipsa scapula. Vnde & spatium quod inter scapulas est, interscapilium nominauere.

Interscindo, interscindis, intérscidi, pe. cor. interscissum, (διακόπτω,) inter scindere. Per medium, scindere. Liu. 8. bel Punic. 31, Nam & ipsa Calchis quanquam eiusdem insulæ vrbs est, tamen adeò arcto interscinditur freto, vt ponte continenti iungatur. Cic. 2. de Legib. 17, Nec quia nusquam erat scriptum, vt contra omnes hostium copias in ponte vnus assisteret, à tergoque pontem interscindi iuberet. Gellius lib. 12. cap. 1.

Interscribo, inscribis, penult. prod. interscripsi, interscriptum, (διαγράφω,) interscribere. In medio scribere. Plin. lib. 7. epist. 129. b, Potes is & quæ dixeris post obliuionem retractare, multa detinere, plura transire, alia interscribere, alia rescribere.

Interseco, intersecas, pen. corr. intersecui, intersectum, & intersecã rum, (διακόπτω,) intersecare. Per medium secare. Author ad Herénii. li. 3. 113, Vt ipsa pronunciatione res ipsas quas demõstrauimus, inserere atque intersecare videamur in animis auditorum.

Intersepio, intersepis, pen. prod. intersepsi, intersepti, (διαφράττω,) intersepire, Veluti sepibus quibusdam intercludere, & iter impedire. Liui 4. bel. Maced. 155. Per triduum insequens territauit eos, nunc prælii lacessendo, nunc operibus inter sepiendo quædam ne exitus ad fugam esset. Idem 1. ab Vrbe, 118, Id factum magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus intersepsit. Quintil. Declama. 13, ad finem, His textis ne vniuersi mellis pondus effluat, intersepta onera claudantur. Quasi (inquit Valla) circumsepta, vel quà effluere poterant mella, septa.

Intersepire vrbem vallo. Liu. 5. bel. Pun. 53. Et lib. 4. 105.

Interseptum iter. Occupatum. Cic. pro Cor. Balbo, 34, Ne interseptum sit hu iter perpetuo ad hoc amplissimum præmium ciuitatis.

Intersepta foramina. Cic. 1. Tusc. 76.

Intérsero, interseris, pen. corr. interseui, intérsitum, pen. corr. (διαπείρω,) interserere, In medio plantare, seminare, inserere. Colum. lib. 3. cap. 17. 1. Coæquato deinceps pastinato malleolos ordinariis vitibus interserendus est. Idem lib. 8. cap. 15. 4, Eaque contegantur interritis buxeis, aut myrteis fruticibus.

Mediis interserit oscula verbis. Ouid. 10. Metam. 111

Omnia pomis intersita. Lucret. lib. 5. 277.

Int ersita peregrinatio. Plin. epist. 63, Habet multum iucunditatis soli ceque. mutatio, ipsaque illa peregrinatio intersita.

Intersero, interseris, pen. corr. interseui, intersertum, (παρεμβάλλω,) interserere. Interponere. Plin. epist. 63. 2, Prædia agris meis vicina, atque etiam intersérta, vænalia sunt. Plini. aunculus lib. 28. cap. 19. 15, Vt potioni interseri possint. Vetus codex habet interi.

Intersisto, intersistis, intersistere, pro Resistere in medio spatio. Quintil. lib. 8. cap. 3, Quia vltima prioris syllabæ litera, quia exprimi nisi labris cocuntibus non potest aut intersistere nos indecentissimè cogit, aut continuata cum insequente in naturam eius corrumpitur. Item lib. 9. cap. 4, Et historiæ quæ currere debet, ac ferri, minus conueniéntes intersistentes clausulæ.

¶ Intersistitur, Impersonale. Quintil. lib. 9. cap. 4, Tum longe per se, & veluti optimæ syllabæ, 'aliquid etiam medii temporis inter vocales, quasi intersistatur assument. Id est quasi gradus sistatur in media pronuntiatione.

Interspiro, interspirat, pen. prod. (διαπνέω,) interspirare, De medio seu per medium spirare. Cato, Manu comprimito acina, vt combibant aquam marinam: vbi impleuerit dolium, operculo operito, relinquito qua interspiret. Sic cap. 112. 1, Relinquito qua interspiret.

Interspiratio, Verbale. (διαπνοή,) Cice. 3. de Orat. 95, Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, &c. Plin. lib. 13. cap. 1. 17, A balneis taptim & sine interspiratione potum necat. De musto.

Intersterno, intersternis, interstráui, interstrátum, pen. pro. (διαστρωνύω,) intersternere, In medio sternere. Iustinus lib. 1, Hæc Babyloniam condidit, murumque vrbi cocto latere circumdedit, arena, pice, bitumine interstrato. Plin. lib. 29. cap. 2. 5, Alii hastilis tædæ subiectis & subinde interstratis oleo asperfam accendunt.

Interstinguo, interstinguis, interstinxi, interstinctum, (διαστίζω,) interstinguere, Per iteruallà aliqua extinguere. Festus, Ignis Vestæ siquando interstinctus esset, virgines verberibus afficiebantur. Apul. Iamque protinus oblisis faucibus interstinguere eum debuisset. Antiquum.

Interstinctus, Partic. (διαστικτός,) Martianus, Stellantibus oculis interstinctos. Id est Variegatos, distinctos. Bud. Fortasse legédũ intersticos.

Spatia interstincta columnis. Stat. 3. Sylu. 5. 18.

Interstitium, interstitii, (διάστημα,) Distantia & internallũ. Macrobius, Quum quatuor sint elementa, ex quibus constant corpora, terra, aqua, aer, ignis: tribus sine dubio interstitiis separantur, quorum vnum est à terra vsque ad aquam, &c.

Interstitium lunæ, Dicitur interlunium. Apul. Difficultas itineris, ac globosi sideris interstitium.

Interstitio, interstitionis, (μεταπαυστολή,) Cessatio, Vacatio. Gellius lib. 20. cap. vltimo, Quando animus eorum interstitione aliqua negotiorum data laxari, indulgeríque potuisset. Idem lib. 20. cap. 1, Velut quoddam iustitium, id est iuris inter eos quasi interstitionem quandã, & cessationem.

Interstrepo, intérstrepis, pen. corr. interstrépui, interstrépitum, pen. cor. (διαψοφέω,) interstrepere, Strepitum emittere inter alios, Virg. 9. Eclog. 8, Digna sed arguros interstrepere anser olores.

Interstringo, interstringis, interstrinxi, interstrictum, (διαστέλλω,) interstringere, Idem quod stringere. Plaut. Aulul. 14. 31, Ibo intrò, atque illi uno socieno iam interstringam gulam.

Interstruo, interstruis, interstruxi, interstructum, (διαδομέω,) interstruere. Silius lib. 10. 30,

–Telesinus ad ossa
Illiso saxo, qua spina interstruit artus, Occumbit. Id est, vbi spina, quæ est in medio dorsi, artus connectit.

Intersum, (ἐγκείμαι,) Vide INTERESS T.

Intertextus, Adiectiuum. (διύφαντος,) vt Intertexta vestis. Quintil. lib. 8. cap. 5. Neminem deceat intertexta pluribus notis vestis.

Flores intertexti hederis. Ouid. 6. Metam. 26.

Telæ intertextæ. Stat. 3. Sylu. 5. 2.

Intertingo, intertingis, intertinxi, intertinctum, intertingere. Plinius lib. 36. cap. 8. 3, Thebaicus intertinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Aegypto adscriptæ.

Intertraho, intertrahis, intertraxi, intertractum, (μεσόω,) intertrahere, De medio trahere. Plaut. Amphit. 8. 39. Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero.

Intertrigo, pen. prod. intertriginis, f. g. (διάτριμμα,) Malum est quoddam quum femina equitatu aliáve simili de causã atteruntur, aduruntúrque. A Græcis παρατρίμμα dicitur. Dioscorides autem paratrimma, id est intertriginem vocat, quum pes pedem, vel

vngula

vngula vngulam teritvt in genere veterinario contingit, id est iumentis. Colum. lib. 7. cap. 5, Sublauies & intertrigo pice per se liquida, vel alumine, & sulphure atque aceto mistis rite eruentur. Idem lib. 6. cap. 31, Intertrigo bis in die subluitur aqua calidamnox decocto ac trito sale cum adipe deficatur. Hodie in equis & mulis intertaliare vocamus, quum scilicet vitioso ingressu calces maxime posteriores, aut etiam suffragines atteruntur. Budæus. Plin. lib. 21. cap. 18. 5. Cato cap. 159.

Intertrimentum, Intertrimenti. (διάτριμμα,) Varro lib. 4. de ling. Lat. Detrimentum à detritu dicitur: quòd ea quæ trita sunt, minoris pretii sunt. Ab eadem mente intertrimentum, ab eo quòd duo quæ inter se trita sunt, etiam diminuta sunt. Terent. Heaut. 3. 1. 39,

Nunc quum sine magno intertrimento non potest
Haberi, quiduis dare cupis. Cic. 3. Ver. 94, de æde Castoris loquens, quam P. Iuuius sartam tectam tradere debebat, L. (inquit) Rabonio ædem Castoris tradi oportebat. Is casu pupilli Iunii tutor erat testamento patris. Cum eo sine vllo intertrimento conuenerat iam quemadmodum traderetur. Quo in loco in impressis libris nutrimento mẽdosè legitur. Asconius, Detrimentum, vnius partis esse potest: intertrimentum verò dantis & accipientis. Secundum quod Cicero intertrimẽtum pro communi conficiendi alicuius negotii iactura posuit, quam vulgus perditam vtrinque appellat Budeus.

Intertrimentum, pro Euanida argenti parte, quæ in excoctione deperit (dechetum aurifices appellant) accepit Liu. 2. bel. Maced. 26, Carthaginiénses eo anno argentum in stipendium primum impositum ad uexerunt id quia probum non esse Quæstores renuntiauerunt, expectibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta intertrimentum argenti suppleuerunt. Vsus est & alibi, eodem modo, eadem decade. Budæus.

Intritura tæ. Intertrimentum, Lege finali §. Finali de pign. Act.

Intertrimentum, pro eo quod in vnaquaque re deperditur, ac decedit. Liuius lib. 4. bel. Maced. In auro verò, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti fit, quæ malignitas est? Id est nihil iacturæ.

Intertritura, Intertriturae, pen. prod. Idem. Scæuola in L. Pignori. Paragr. vltimo. ff. De pignor. actione, Quæro intertrituram, quæ ex operis facta est, vtrum Titius debitor, an Seius agnoscere debeat.

Interturbo, interturbas, (διατάραττω,) interturbare, Valde turbare. Plautus Bacchid. 15. 83, Ne interturbarimperatum iam in cera est. Id est, ne interfare, & interpella, Terent. And. 4. 1. 39, Quis homo iluctp. Danos. e. Danos? p. interturbat.

Interturbatio, Verbale. (διατάραξις,) Liuius 3. bel. Pun. 33, Ipsique valetudinem excusans patri, animi quoque eius mirabilem interturbationem quum quæreret, &c.

Interuallum, interualli, (διάστημα, διάλειμμα,) Spatium quod est inter palos, valli castrense cõstituentes: à quo oẽ spatium, interuallum est appellatum. Plin. lib. 6. cap. 22. 2, Septẽ dierum interuallo taxato. Cæsar 1. bel. Gall. 219, Paribusque interuallis Haruides, Marcomanos, &c. omnemque aciem suam rhedis & carris circundederunt.

Interuallum annuum regni, Dum vacat regnum per annum. Liu. 1 ab Vrbe, 171, Quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, annumque interuallum regni fuit.

Interualla permittere. Plin. in Paneg. 104, Neque alia repetendis Consulatibus interualla permittere, nisi dum finiuntur.

Interuallum fuit. Plaut. Rud. 4. 49, Nunc interuallum iam hos dies multos fuit. Idem Menæch. 3. 28, Sed mihi interuallum iam hos dies multos fuit.

Eodem interuallo. Cice. 7. Verr. 5. Ne quum in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiam vlla peruasit. Id est eodem tempore.

Aetis interuallum. Lucret. lib. 4. 38.

Siderum interuallà. Quintil. lib. 2. cap. 17. 24, Nec qui interualla siderum, & mensuras solis ac terræ colligunt, disciplinam tamen suam artis vocant.

Interualla requietis habere. Cice. 1. de Finib. 76, Et ad dolores ita paratus est, vt meminerit maximos morte finiri, paruos multa habere interualla requietis. Hoc est, multas habere horas in quibus quiescere possit æger.

Per interualla, Alternatim. Plin. lib. 8. cap. 42. 10, Sed ad generandum pauciis animalium minor fertilitas quæ de causa per interualla admissuræ dantur. Pli. Iunior de Vitis illust. 4. a, Singulos per interualla interfecit.

Interuallis moueri, Per certa horarum & temporis spatia. Cic. 1. Acade. 41, Quæ autem moueantur, omnia interuallis moueri.

Interuallis paribus. Plin. lib. 2. cap. 11. 2.

Longo interuallo. Cic. pro Roscio Amer. 7, Longo interuallo indicium inter sicarios hoc primum committitur: quum interea cædes indignissimæ maximæque factæ sint. Id est post longum interuallum.

Idem 1. Verr. 37, Neque enim magis animos hominum nocentium res vnquam vlla commouit quàm hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atque relata. Id est à multis diebus. Idem 7. Verr. 113, Versabatur in Sicilia longo interuallo alter, non Dionysius ille, &c. Quod etiam dicitur longo post tempore. Idem pro Archia, 4, Interim satis longo interuallo quum esset cum L. Lucullo, in Siciliam profectus. Idem 6. Philip. 204, Fuit enim longo interuallo ita liber Senatus, vt vos aliquando liberi esseti: fundamenta iacta sunt Reip. Id est post longum interuallum. Virg. 5. Aeneid. 63.

Longo interiecto interuallo, Vide INTERIECTO.

Tanto interuallo. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14. 4, Primum vt te quem iamdiu facio plurimi, tanto interuallo viderem: deinde vt tibi, &c. Id est post tantum interuallum.

Ex tanto interuallo. Liuius lib. 3, Cur ex tanto interuallo rem desuetam vsurparent. Idem 3. ab Vrbe cond. 230, Quum plebem hinc prouocatione, hinc Tribunitio auxilio satis firmassent, ipsis quoque Tribunis vt sacrosancti viderentur: cuius rei propè iam memoria aboleuerat: ex latis quibusdã ex magno interuallo ceremoniis, renouarsit. Id est post magnum interuallum. Aboleuerat dixit, pro exoleuerat.

Interuallum literarum. Cice. ad Trebatium, lib. 7. 18. 7, Tu, si interuallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus. Sic ad Atticum, lib. 9. 18 2. 3.

Interuallum deinde haud magnum populationibus fuit. Liu. 1. ab Vrbe, 217. Id est paulo pòst populati sunt.

Interuallo facto. Liu. 2. ab Vrbe, 7, Regnasse deinde Seruium Tulliumine interuallo quidem facto oblitum tanquam alienum regni Superbum Tarquinium, velut hæreditatem gentis, scelere ac vi reperisse.

Dare alicui interuallum soluendi. Vlpianus in L. Si vero. Parag. Si post. ff. Mandati vel contra, Plane si vt expectares, nec vrgeres debitorem ad solutionem, mandauero tibi, vt des ei interuallum, &c.

Interuallatus, pen. prod. Adiect. (διαλελειμμένος,) vt Interuallata febris quam intermittentem & reuertentem vocamus. Gel. lib. 17. ca. 11, Hæc biduo medio interuallata febris.

Interuacuo, interuacuas, pen. cor. (διαλείπω,) Interuacuare, In medio vacuum manere. Colum. lib. 6. cap. 31. 1, Bubus tripedanéis interuacantibus spatis obrutus, ando celerius maturam perticam præbet.

Interuello, interuellis, interuelli vel interuulsi, interuulsum. (διαπαλλω,) interuellere, Idem quod euellere, vel de medio vellere, Plautus Amphit. 4. 172,

–nae ego homo infelix fui,
Qui non alas interuelli, volucrem vocem gestito. Plin. lib. 17. cap. 27. 9. Omnia poma interuelli melius est. Colu. lib. 4. cap. 33. 2.

Interuellere barbam Seneca epist. 115, Quod faciunt ti, qui barbam vellunt, aut interuellunt. Id est, aut qui euellunt totam, aut aliquos tantùm pilos, quo rariorem faciant.

Interuenio, interuenis, pen. cor. interuéni, pen. pro. interuentum, (ἐφίστημι, παρέρχομαι,) interuenire, In medio negotio quasi ex insidiis superuenire, & opprimere in ipso actu qui rem celatam vellent. Terent in Prologo Hecy. 2,

–hæc quum data est
Noua nouum interuenit vitium & calamitas. Idem Adel. 3. 3. 52. Nam vt numerabatur fortè argentum, interuenit
Homo de improuiso. Idem Heaut. 4. 3. 1,
Nulla mihi res posthac potest iam interuenire tanta,
Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia oborta est. Idem And. 4. 4. 11, Sponsæ pater interuenit. Idem Eunuch. 3. 5. 5,
Sed neminémne curiosum interuenire nunc mihi,
Qui me sequatur? Cic. ad Atticum, lib. 15. 326. 2, Quam orationem quũ ingressus essem, Cassius interuenit. Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 3. Et Liu. 1. ab Vrbe, 209.

¶ Interuenio, cũ accusatiuo. Taci. lib. 3, Lepida ludorum diebus qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris fœminis ingressa, &c.

Interuenit cogitatio. Liu. 9. bel. Pun. 19, Interuenit maiori minor cogitatio, Locros vrbem recipiendi, &c.

Interueniunt iræ. Plaut. Amphit. 10. 59, Iræ interueniunt redeunt rursum in gratiam.

Interuenit deinde iis cogitationibus auitum malum, regni cupido. Liu. 5. ab Vrbe, 23.

Interuenit nox. Liu. 5. bel. Punic. 83, Plures cecidissent, ni nox prælio interuenisset.

Plangor interuenit omni verbo, Ouid. 11. Metam. 41.

Interuenire cœptis. Liu. 1. ab Vrbe, Muro quoque lapideo circundare vrbem parabat, quum Sabinum bellum cœptis interuenit.

Interuenire malo. Plaut. Milite, 20. 23,

Nihil moror aquam. PY. quur? PA. malo ne interueneris quæso, Dum resipiscit? Id est vide ne dum festinas, accipias malum.

Interuenire, pro Se interponere. Suetonius in Cesare, Verùm neque Senatu interueniente, & aduersariis magistratibus vllam se de Repub. facturos pactionem, in citeriorem Galliam rediit.

¶ Interuenire, Interesse. Cic. Quod non esset factũ, si ipse interuenissem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Interuentum est, Impersonale. Terent. Heaut. 2.3.40, Vbi de jmprouiso est interuentum mulieri.

Interuentus, huius interuentus. (ἐπιλόβυις,) Actus ipse interueniendi. Plau. Amphit. 4.101, Sed præsium id tandem diremit nox interuentu suo. Liu. 7. ab Vrbe, 16, Interuentu Collegæ ipse exercitusque est seruatus. Cice. ad Atticum, lib. 16. 336. 2, Calenti interuentum & Calenanæ cædibus. Cæsar 3. bel. Gal. 411, Noctis interuentu. Ci. 1. de Nat. deorum, 163, Nullo malorum interuentu. Tacit. lib. 10, Sed neque hæc continua, & interuentu meliorum pensantur. Idem in vita Agricolæ, Et interuentus ciuilium armorum præbuit iustam segnitiæ excusationem.

Interuentor, Verbale, (ἐπιλόβυις,) Qui interuenit, & impedit agentem aliquid. Cic. de Fato, 4, Omnis ferè nostra in his deliberationibus cunsumebatur oratio, idque & sæpe alias, & quodam liberiore quam solebat, & magis vacuo ab interuentoribus die.

Interuentor, pro Fideiussore, in L. Licet. De obsequiis à liberis & libertis præstandis, Vlpianus vtitur, & Lampridius in Commodo, Paternum autem (inquit) huius cædis authorem, & quantum videbatur paratæ necis Commodi conscium & interuentorem. Budæus.

Interueniens. Participium. (ἐπιχόμενος,) Cic. 3. Tusc. 67, In magna parte vitæ dolore non interueniente.

Interueniente flumine cui nomen est Vior, Hoc est, inter labente vel interfluente. Plin. lib. 5. cap. 1. 13.

Interuenientibus desertis, hoc est interiectis. Plin. lib. 5. cap. 7. 3, Interiori autem ambitu Africæ ad meridiem versus, superque. Gætulos interuenientibus desertis, primi omnium Libyæ gyptii, &c.

Interuenium, interuenii, (μεσόλαβιον,) Spatium illud quod est inter venas terræ. Vitruuius lib. 8. Sed non per interuenia dilabantur & decrescant. Idem lib. 2. cap. 6, Igitur penitus ignis & flammæ vapor per interuenia permanans & ardens, efficit lenem eam tertam.

Interuerto, interuertis, interuerti, interuersum, (ὑπεξαιρέομαι,) interuertere, Callidè surripere quod plerunque fit, quisquis commodatâ aut creditam, dolo ne restituatur domino, efficimus, authore Valla lib. 5. Plaut. Asin. 6. 10,

Qui alteri fraudationem callidum ingenium gerunt.

Vnde summ quem interuortam? quò hanc celocem conferam? Ibidem, 7. 103, –hem istuc ago,

Quomodo argentum interuortam, & aduectorem & Sauriam. Idem Pseudolo, 13. 111,

–nam eum circuuire in hunc diem,

Vt me, si posset, mulier e interuorteret. Ibidem, 1. 4, Venientem calculam interuortit symbola. Idem Rud. 31. 44, Non hercle istuc me interuortes. Cic. 6. Verr. 60, Candelabrum quod rex Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat, à Verre, qui illud commodato à rege acceperat, interuersum esse conqueritur. Idem pro Domo sua, 86, Is postea quàm intellexit, posse se interuersa ædilitate à L. Pisone Consule Prætorem renuntiari. Marcellus Iurisc. in L. Si duo. ff. Depositi, Si duo hæredes rem apud defunctum depositam dolo interuerterint.

Dicimus autem interuertere aliquem simpliciter, & Interuertere aliquem re aliqua, & Interuertere rem aliquam; vt ex præcedentibus exemplis liquet.

Possessionem interuertere. Marcellus in L. Siquis rem, quâ. ff. De acq. vel amit. possess. Aliàs videbitur possessionem domui interuertisse.

¶ Interuertere, & ad sese transferre. Cic. 2. Philip. 86, Ille induxit vt peteret: promissum & receptum interuertit, ad seque transtulit,

Interuerso regali dono. Cic. 6. Verr. 60, Qui si intellexerint, interuerso regali hoc dono grauiter vos tulisse, grata fore vobis Populoque Romano sua studia ac dona arbitrabuntur.

¶ Interuertere, Subuertere, euertere. Paulus in L. amissione. ff. De capitis diminutione, Quæ salua ciuitate accidit per quam publica iura non interuerti constat. Idem in L. Tutelas. ff. De capitis diminutione, Legitimæ tutelę ex XII. tab interuertuntur eadem ratione qua & hæreditates. Sæuola in L. finali ff. De aqua quotidiana & æstiua, Cui per fundum iter aquæ debetur, quacunque vult, in eo riuum faciat licet, dum ne aque ductum interuertat. Budæus.

¶ Interuertere, pro Decoquere. Tacit. lib. 18. Nouies millies sestertium paucissimis mensibus interuertisse creditur. Hoc est decoxisse.

Interuigilo, interuigilas, penult. corr. interuigilâre. Seneca epist. 1. lib. 12, Somno parcissimo vtor, & quasi interuigilo satis est vigilare desisse.

Interuireo, interuires, penult. corr. interuirêre. Claudian. de raptu Proserp. lib. 2. 20,

Non sic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hyems, quum tramite flexo
Semita discretis interuiret humida nimbis. Hoc est inter alios colores viret. De arcu cęlesti.

Interuiso, interuisis, interuisi, interuisum, pen. pro. (ἀριπτοκίπτομαι,) interuisere. Quasi iterum visere, vel interdum visere. Plaut. Aulol. 7. 15,

–nunc hic eam rem volt, scio,
Mecum adire ad pactionem verùm interuisam domi. Idem Sticho, 3. 99, Nunc soror abeamus intro. 91. imò interuisam prius domum. Ibidem, 8. 3, Nunc interuiso, iámne à portu aduenerit. Cic. Matio, lib. 7. 1. 17, Teque & istam rationem otii tui & laudo vehementer, & proboque que nos minus interuisis, hoc fero animo æquiore.

Crebro interuisere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 9, Vrbanam expolitionē vrget ille quidem & Philotimus & Cincius: sed etiam ipse crebro interuiso quod est factu facile.

Interundo, interundas, interundaui, interundâtum, interundâre, penult. prod. Solinus cap. 17, Hoc fuluum nigrantibus segmentis interundatum, varietate apprimè decet. Hoc est, in vndarũ figuram distinctum.

Intéruomo, intéruomis, pen. corr. interuómui, interuómitum, pe. ult. correp. (ἀδιτμία,) interuómere, Interscatêre. Lucretius lib. 6. 179, Quod dulces inter salsas interuomit vndas. Budæus. Hoc est interfundit.

Interusurium, interusurii, Commodum est vel vsura medii temporis. Vlpianus in L. Sed si. Parag. vltr. ff. De pecul. Vt medii temporis interusurium magis creditor consequatur.

Intestátus, penult. prod. (ἀδιαθέτος,) dicitur non solum qui mortuus est nullo confecto testamẽto, sed etiam cuius ex testamento adita non est hæreditas. vt inquit Paulus. de Verb. signif. L. Intestatus.

Intestati propriè appellantur, qui quum possent testamentum facere, testati non sunt. Vlpianus in L. 1. ff. De suis & legitimis hæredibus. Cic. pro Cluent. 132, Haud hæres est Cluentius intestatum dico esse mortuum. Idem 4. Ver. 38, Huic hæreditas H S quingentorum millium venerat à muliere quadam propinqua, atque ita propinqua vt ea etiam si intestata esset mortua, Epicratem Bidinorum legibus hæredem esse oporteret. Iuuenal. Saty. 3. 27,

–possis ignauus haberi,
Et subiti casus improuidus, ad cœnam si Intestatus eas.

Intestatorum parentum liberi hæredes sint. Quint. lib. 1. cap. 6. 68.

Ab intestato, cui opponitur A testato. In L. Cum iì §. Hæc oratio. ff. de Transac. Siue à testato factis, siue ab intestato.

¶ Intestatus, Cums verbis non adhibetur fides, qui ve testis esse non potest. Pomponius Pistoribus, Ipsus cum vno seruo senex intestato proficiscitur. Nonius.

¶ Intestatus, Nullis testibus conuictus. Plaut. Curc. 15. 17, Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi? Idem Milite, 22. 23, Et si intestatus abeo hinc, bene agitur pro noxia.

Intestato, Aduerb. (ἀδιαθέτως,) Sine testamento. Ci. 1. de Inuent. 231, Si pater familiàs intestato moritur, familia, pecuniaque eius agnatorũ gentiliumque esto. Sic 1. de Ora. 90. Et 3. Verr. 80, Si tabulæ testamenti non proferrentur, tum vti proximum quenque potissimum hæredem esse oporteretis is intestato mortuus esset, ita secundum eum possessio daretur. Sæuola. L. Titius intestatò moriturus. Sic Paulus, Vt legata quæ ei dederat, intestatò moriens restitueret.

Intestabilis, & hoc intestabile, pen. corr. Qui iure testamentum facere nõ potest, & cuius testimonium non accipitur. Plaut. Milite, 22. 24, Vt viuam semper intestabilis. Caius in L. Cum lege. ff. De testamentis, Quũ lege quis intestabilis iubetur esse, eò pertinet ne eius testimonium recipiatur, & eò amplius (vt quidam putant) neve ipsi dicatur testimoniũ. Vlpianus in L. Is cui lege. ff. De testamentis, Siquis ob famosum crimẽ damnetur, Senatusconsulto expressum est, vt intestabilis sit. ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum adhiberi testis.

¶ Intestabilis, (μυσαχθὴς,) pro Detestabili, apud Gellium libro 7. cap. 18, Eos tamen qui ad Annibalem non rediissent, vsque adeò intestabiles, inuisosque fuisse, vt tædium vitæ ceperint, necemque sibi conscierint. Plau. Curc. 2. 30, Semper curato ne sis intestabilis. Id est, infamis, cuius testimonium recipi ob adulteriorum infamiam non merearis. Vlpianus in L. ex Cornelia. ff. De iniuriis, Si condemnatus sit is qui librũ ad infamiam alicuius pertinentem scripsit, composuit, edidit, &c. intestabilis ex lege esse iubetur. Plin. lib. 30. ca. 2. 4, de arte magica loquẽs, Proinde ita persuasum sit, intestabilem irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis vmbras. Intestabilem pro detestabili dixit 2. vt Horat. 2. Serm. saty. 1. 36, –vtei ædilis fuerit ve

Vestrũ Prætor, is intestabilis & sacer esto. Vbi Porphyrio, Antiqui eos quos in testimoniũ dimitti nolebant intestabiles vocabant, detestabiles, quorum testimonium malum & execrandum esset. Ex Budæo. Tacit. lib. 5, Intestabilis sæuitia, sed obtectis libidinibus. Idem lib. 15, Iocoat vltro intestabilem, & conscieratum. Item lib. 20, Idem credideràt qui Tiberio, qui Caio superstites fuerunt, quum interim intestabilior & sæuior exortus est.

Intestabilis & infandus. Plinius lib. 28. cap. 8. 1, Hæc sunt quæ retulisse fas sit, ac pleraque ex iis non nisi honore dicto. Reliqua intestabilia & infanda, vt festinet oratio ab homine fugere.

Latum

Latum intestinum interdum glutinatur. Celsus lib 7. cap. 16.

Intestinus, pen. prod. (ἐντόδιος, ἐμφύλιος,) Adiect. ab Intra, Quod est intimum.

Intestina dicuntur, quæ in interiori corporis parte clauduntur, & inferiora sunt, quæ etiam interanea appellantur. Cels. lib. 4, A visceribus ad intestina veniendum est. Cic. 2. de Nat. deorum, 105, Ex intestinis autẽ & aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur permanat ad iecur per quasdam à medio intestino vsque ad portas iecoris, &c.

Perurere intestina alicuius. Catul. ad Rufum, epigr. 72. 1,

Siccine surrepsti, meaque intestina perurens,
Sic misero eripuisti omnia nostra bona?

Intestinum tenue, dictum à tunicæ raritate, quòd tenuiorem habeat tunicam, quam reliqua intestina. Celsus li. 2. cap. 1. Tenuioris intestini morbus, quem ileon nominant.

Intestinum, neutro genere: & Intestinus, masculino dictur. Plin. lib. 11. cap. 37. 67, Intestinus enim quibusdam ab ore incipiens, quadam via eodem reflectitur, vt sepiæ, polypo: In homine adnexus intimo stomacho, similis canino. His solis animalium inferiore parte angustior. Idem lib. 11. cap. 4. 1, Nihil intus, nisi admodum paucis intestinum implicatum.

Intestinum, pro Interiore: vt Intestina pestis. apud Liuium, pro conspiratione maxima & periculosissima. Et Intestina discordia, apud eũdem lib. 9, pro ciuili discordia.

Intestinum odium, Id est odium occultum, vel magnum hoc est, cor & animum premens. Liu. 2. ab Vrbe, 94, Ciuitas secum ipsa discors intestino inter Patres plebemque flagrabat odio.

Intestinum malum. Cic. ad Brutum, 10. 1, Ingrauescit enim in dies intestinum malum, nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus. Sic intestinus dolor, Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 5. 4,

Intestinum opus, Quod factum est ex ligno fabrorum: Minutiariam lingua vernacula dicimus, authore Budęo. Varro lib. 3. de Re rustic. cap. 1. 7, Quum villam haberes opere tectorio, & intestino, ac pauimentis nobilibus Inthostrotis spectandam, parum purasses esse ni tuis quoque literis exornati parietes essent.

Tenent intestina. Celsus lib. 4. cap. 16, In hoc vtique adhibere oportet cõprimentia, quo facilius tenendi aliquid intestinis vis sit.

Intexo, intexis, intexui, intextum, (ἐνυφαίνω,) intexere, Intus texere, innectere, inuoluere. Virg. li. 3. Georg. 5,

–vtque Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Id est, intus texti. Nã in velis ipsi erant picti, qui eadem vela portabant, Seruius. Idẽ 2. Georg. 45, Illa tibi lætis intexit vitibus vlmos. Id est annectit. Cice. in Partic. 8, Læta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus.

Intexere literas vestibus. Plin. lib. 13. cap. 11. 6, Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere.

Frondes canis intexere filis. Ouid. 15. Metam. 76.

Facta alicuius intexere chartis. Tibull. ad Messalam, lib. 4.

Intexere, pro Implicare, & Intextum, pro Implexo. Cic. 2. de Nat. deorum 208. Vtræque autem crebræ multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis diuiniique testantur. De venis & arteriis.

Intexere aliquem. Cice. Attico lib. 13. 269. 2, Scis me antea orationes aut aliquid id genus solitum scribere, vt Varronem nusquam possem intexere. Id est, cum loquentem inducere, vt fit in Dialogis. Alibi Includeque crebrius. De Academicis. Budæus.

Intimus, pen. corr. Superlatiuum ab Intra. Vide INTRA.

Intimo, intimas, pen. corr. (παραγγέλλω,) intimare, Denuntiare. Liu. 4. ab Vrbe, Intimasse filio vt milites scriberet. In vetustissimis codicibus legitur instituisse. Martianus, Hæc cum Iuno affixa Ioui acclinatis eius auribus intimaret. Budæus.

Intimare apud præsidem. L. 1. Cod. De adoptionibus, Adrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud Prætorem vel præsidem intimata, ac si per populum iure antiquo facta esset.

Intimari, pro Ingredi. Solinus cap. 45, Dionis Aegyptiæ esse scipit à Syene, in quà fines Aethiopum: & inde vsque dum mari intimatur, Nili nomen tenet.

Intingo, intingis, intinxi, intinctum, (ἐμβάπτω,) intingere, Madefacere & humectare. Plin. lib. 20. cap. 17. 10, de anisio, Viride, aridúmve omnibus quæ condiuntur, quæque intingũtur, desyderatũ. gito, mirificè concoquit.

Intingere calamum, de scribente dixit Quintil.

Intinctum arte. Cic. 1. de Orat. 65, Alterum quod totum arte intinctum videtur, tametsi artem requirit, tamen prudentiæ est mediocris quid dicendum sit videre.

Intinctus, huius intinctus, (ἔμβαμμα,) Condimentum ad condienda obsonia, inquit Sipontinus. Plin. lib. 20. cap. 7. 7, Stomachi dissoluti vtilissimè adiuuantur, in eo vsu & oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intinctũ aceti temperãtes. Idẽ lib. 15. cap. 29. 1, Eademque origine aprorum sapor commendatur, plerunque ad intinctus additis myrtis. Idem lib. 10. cap. 9. 3, Ergo vel cum his tritam, sorbendam, vel ex hoc intinctu sumendam.

Nutriat intinctos missa patella cibos. Ouid. 2. Fast. 137.

Intolerábilis, & hoc intolerábile, pen. cor. (ἀτλαντος, ἄτλαντος,) Quod tolerari & ferri non potest. vt Intolerabilis dolor. Cic. 4. Acad. 48.

Intolerabile frigus. Cic. pro Rosc. Amer. 77. Et Plin. lib. 20. cap. 13. 12.

Intolerabilis insolentia. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 60.

Mala intolerabilia. Lucret. lib. 6. 233.

Intolerabilis sæuitia. Liu. 1. ab Vrbe, 131.

Quid peruersius? quid intolerabilius? Cic. 4. de Fin. 34.

Intolerabiliter, pen. corr. Aduerbium. (ἀτλάντως.) Colum. lib. 1. cap. 4. 8, Sunt quædam loca quæ solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

Intolerandus, Adiectiuum, Idem quod Intolerabilis. (ἀφόρητος,) Cice. 7. Verr. 91, O magnum atque intolerandum dolorem.

Immanis atque intoleranda barbaries. Cic. pro Fonteio, 28.

Intoleranda hyems. Liu. 5. ab Vrbe, 67.

Intoleranda libido. Liu. 7. bel. Pun. 174.

Intolerans, pen. corr. intolerantis, Adiect. (ἀτλαντῶν,) Qui tolerare non potest, Impatiens, impotens. Liu. 9. ab Vrb. 93, Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit.

Intolerãtior seruitus. Tac. lib. 3, Quãto intolerãtior seruitus iterũ victis.

Intolerantissima labor is corpora, hoc est impatientissima. Liu. 10. ab Vrb. 136. Et lib. 7. bel. Pun. 259.

Intoleranter, (ἀφορήτως,) intolerantius, intolerantissimè, Aduerb. Impotenter. Cic. 2. Tusc. 39, Possumúne nos contemnere dolorem, quum ipsum Herculem tam intoleranter dolere videamus? Sic 2. de Orat. 115, Intolerantius se iactare. Idem in Vatinium, 22, Et quoniam pecunias aliorum despicis, de tuis diuitiis intolerantissimè gloriaris.

Intolerantia, intolerantiæ, (ἀτλαντία,) Impatientia. Cic. pro Cluent. 90, Quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset? Idem pro Lege agr. 44, Perspicite quanta potestas permittatur: non priuatorum inlamiam, sed intolerantiam regis esse dicetis.

Intondeo, intondes, intondi, intonsum, (κείρω,) intondêre, Circuntondêre. Colum. lib. 11. cap. 1. 25, Vt antè quàm translatum deponas, omnes radiculas amputes, & fibratũ summas partes intondeas. De porro.

Intonsus, (ἄκαρος,) Non tonsus. Pli. lib. 6. ca. 28. 20, Arabes mitrati degunt, aut intonso crine barba abraditur præterquì in superiore labro.

Capilli intonsi. Horat. Epod. 15. 2.

Caput intonsum. Ouid. 4. Fast. 131.

Intonsa coma. Cic. 3. Tus. 105. Ex Accio. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 3.

Crinis intonsus. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 8.

Deus intonsus. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 12.

Intonsi homines & inculti. Liu. 1. bel. Pun. 118. De alpibus.

Intonsæ oues. Colum. lib. 7. cap. 3. 6, Igitur, vt dixi, miraberis oues intonsas, variam & canam comam improbabis.

Intono, intonas. pen. corr. intonui, (ἐμβροντάω,) intonare, Idẽ quod tonare, & sonum emittere. Cic. 1. de Diuin. 173, Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris. Ex quodam poeta. Ouid. 2. Metam. 63, Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure Misit in aurigam.

Intonuit ingenti latratu canis. Plin. lib. 8. cap. 40. 9.

Hyems intonata Eois fluctibus. Horat. Epod. 1. 11. Hoc est tempestas sonora.

¶ Intonare, Iracundè dicere, & cum quodam vocis impetu loqui. Liu. 1. ab Vrbe, 199, Quum hæc intonuisset plenus iræ multitudo ipsa se sua sponte dimouit. Cicero pro Murena, 73, Iam enim hesterna concione intonuit vox perniciosa designati Collegæ, tui, &c.

Minas intonare. Ouid. 1. Amor eleg. 7. 10.

Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ,
Nec nimium rigidas intonuisse minas?

Intonsus, Vide INTONDEO.

Intorqueo, intorques, intorsi, intortum, (συστρέφω, σφοβλάω,) intorquêre, Circum torquere & inflectere. Plaut. Cistell. 10. 69. –inuoluolum,

Quæ in pampini folio intorta implicat se. Colum. de Arboribus. ca. 23. 2, Alio modo quum iam matura mala fuerint, antè quàm rumpantur, peciolos quibus pendent, intorqueto: eo modo seruabuntur etiam anno toto.

Intorquere mentum. Cice. 2. de Oratore. 148, Vt cum Testio Penario mentum in dicendo intorquenti, tum vt diceret siquid vellet, si nucem fregisset.

¶ Intorquere, Contra, siue intus torquere. Iâcere. Virg. 2. Aene. 46.

–sacrũ qui cuspide robur Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam. Sic ibidem, Intorquere iaculum. Pli. de Viris illust. 65, Vbi ab Opi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mio victus, dum à templo Dianæ desiliit, telum intorsit.
Intorquere telum in aliquem, quod & Contorquere dicitur: hoc est Vibrare. Cic. de Arusp. resp. 6. Si quod in me telum intorserit, statimque esse arripiturum arma iudiciorum atque legum.
Iaculum intorquens emittit in auras. Virg. 9. Aeneid. 11.
Telum intorsit in hostem. Virg. 10. Aeneid. 175.
Intortus, Participiũ, (συνεσταλμένος,) siue Nomen ex participio: vt Intortus caudex. Hoc est circumflexus vel inflexus. Plin. li. 12. ca. 15. 1.
Intorti capilli. Mart. lib. 8. 34.
Intorta cauda suum, Id est obliquata & inuoluta. Pli. li. 8. ca. 51. 3.
Crines intorti. Silius lib. 3. 58.
Intortæ fauces. Plin. lib. 7. cap. 44. 3.
Funes intorti. Ouid. 3. Metam. 136.
Intortum circum læuum brachium paludamentum. Liu. li. 5. belli Pu. 94.
Intorta oratio, pro Obscura, ambigua. Plaut. Cistell. 10. 70,
–inuoluolum
Quæ in pampini folio intorta implicat seritidem hæc
Intortam orationem exorditur sibi.
Intortos vertex. Plin. lib. 9. cap. 33. 2.
Intorti. Aduerbium. Plin. lib. 16. cap. 16, Sed bruscum intortius crispum molliusque simplicius sparsum.

Intra, (ἐντός, ἔνδον,) Præpositio accusatiuo casui seruiens, spatium temporis aut loci significat, teste Prisciano. Luc. li. 5. 49, Intra castrorum, timuit tentoria ductor. Ab in deriuatur. Intra cubiculum, Intra oppidum Id est, in cubiculo, in oppido.
Intra quatuor annos, &, A quatuor annis, hoc differunt: quòd Intra quatuor annos, Id est quadriennio nondum finito. A quatuor annis, Id est iam elapso tempore quadriennii. Plin. li. 7. ca. 49. 3, Accedant experimenta & exempla recentissimi census, quem intra quadriennium imperatores Cæsares Vespasiani, pater filiusque Cæsares egerunt. Cic. 2. Verr. 24, Omnia nó modo commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur quæ intra decẽ annos, postea quàm iudicia ad Senatũ translata sunt, in rebus iudicandis nefarie flagitioseque facta sunt.
Intra Calendas, intra ferias: Id est, in Calendis in feriis. Ex Nonio.
¶ Intra diem mortis vt aliquid fiat, si quis dixerit ipse quoque dies (inquit Vlpianus) quo quis mortuus fuerit numeratur.
Intra viginti dies, In spatio viginti dierum. Plaut. Curcul. 8. 77, Dimidiam partem nationum vsque omnium.
Subegit solus intra viginti dies. Pli. epi. 240, Qui igitur intra hos proximos, decẽ annos dãnati, nec vllo idoneo authore liberati sũt, hos oportebit penes suæ reddi. Idem epistola, 119. lib. 6, Exhæredatam ab octogenario patre, intra vndecim dies, quàm ille nouercam ei, amore captus induxerat.
Intra decimum diem. Liu. 6. belli Maced. 40, Intra decimum diem quàm Pheras venerat, his perfectis, Cranonem profectus cum toto exercitu, primo aduentu cepit.
Intra paucos dies, pro Breui tempore. Liu. 3. bel. Pun. 189.
Intra famam. Quintilianus libro 11. cap. 3, Hortensii scripta tantum intra famam sunt. Id est citra opinionem. Vltra famam quod est perquàm multum.
Esse intra fortunam suam. Propert. lib. 3 eleg. 8. 1.
Intra hæc enim est omnis vituperatio. Id est, In his consistit. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Rapere aliquem intra iuuentam. Tacit. lib. 2. Si fato concederem, iustus mihi dolor etiam aduersus deos esset, quòd me parentibus, liberis, patriæ intra iuuentam præmaturo exitu raperent.
Intra legem epulari. Cic. ad Paetum, lib. 9. ep. 8, Epulamur vna non modo non contra legẽ: si vlla nũc lex est: sed etiam intra legem. Id est minus consumimus quàm præscripserit lex.
Intra me futurum est, Id est apud me & secreto. Plin. epist. 10. li. 3, Præcipuè quum affirmaueris intra vos futura, donec placeat emittere.
Intra modum. Id est citra modum. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. ep. 13, Sed tamẽ quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Remp. non putare, si perpetuo tacerem, modicè hoc faciam, aut etiam intra modum, Id est minus quàm modicè.
Intra loquendi modum, id est Non vltra sermonem. Quinti. Ne dicamus omnia clamore, quod insanum: aut intra loquendi modum, quod motu caret. Bodæus.
Intra quàm modicam. Plin. lib. 9. cap. 55, Huius villam intra quàm modicam quadragies piscinæ venierunt.
Intra tecta vocare aliquem. Virg. 7. Aeneid. 35.
Intra terminos. Liui. 4. bel. Maced. Carthaginienses iure finium causam tuebantur, quòd ager intra eos terminos esset.
Intra verba peccare. Id est non vltra verba. Curtius lib. 7, Vtinam Philotas quoque intra verba peccasset. Budæus.
¶ Intra, sine casu cui contrarium est Extrinsecus. Colum. lib. 12. cap. 43, Hæc vasa & opercula extrinsecus & intra diligenter picata esse debebant. Plin. lib. 11. cap. 37. 52, Intra præmolli firmoque opertum membranæ inuolucro.

Intra pro Inter. Liuius 5 bel. Pun. Hæc est nobilis ad Trasimenũ pugna, atque intra pauca, memorata Populi Romani clades.
Interior & hoc interius. (ἐνδότερος,) Magis intrò vel intra. Teren. Eunucho, 3. 5. 31, In interiori parte vt maneam solus cum sola. Cic. 5. Philip. 171, In interiore ædium parte totius Reip. numinæ.
Africam interiorem obtinens. Cic. in Salust. 11.
Domus interior. Virg. 1. Aeneid. 119.
Interior, & familiaris vita. Publicæ administrationi opponitur Sueton. in Augusto cap. 61.
Interior epistola, hoc est media. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 23, Quod interiore epistola scribis, &c. Idem Volumnio, li. 7. 34. 5, Opus est hoc limatulo & polito tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus sæpe verecundiorem me in loquendo facis.
Interiores & reconditæ literæ. Cic. 3. de Nat. deor. 55, Plures enim tradunt nobis si qui interiores scrutantur & reconditas literas antiquissimum Ioue natum, sed item, &c. De Hercule.
Medulla interior. Catull. ad Libellum, epig. 33. 3.
Interior tactus, Cice. 4. Acade. 41, Quid de tactu & eo quidem quem Philosophi interiorem vocãt? Sic Motus interior, Cic. in Somnio Scip. 51.
Socieras interior & propior. Cic. 3. Offic. 90.
Tectum interius. Virg. 4. Aeneid. 99.
Vicinus interior. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 11.
In promptu & interiora. Cic. 2. de Diuin. 185, Sed hæc quoque in promptu fuerint, nunc interiora videamus.
Nihil est interius mente. Cic. 3. de Nat. deorum, 59.
Interius, Aduerbium. Seneca de Benef. 7, Possim de natura queri, quod aurum & argentum non interius absconderit.
Oratio ne insistat interius, ne excurrat longius. Cic. 3. de Ora. 105.
Intimus, intima, intimum, pen. corr. (ἐσχάτος,) Superlatiuum: hoc est Maxime intro. Pli. in Pane. 136, Principũ vero nõ modo domos sed cubicula ipsa, intimosque secessus recludit, omniaque arcana noscendæ famæ proponit, atque explicat. Cic. 6. Ver. 88, In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum. Plaut. Truc. 11. 40, Traxi ex intimo ventre suspirium. Idem Rud. 17. 7, –propulit Per quàm multis modis, nouãque ab signo intimo eripere voluit.
Angulus intimus. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.
Intuenum odium. Cic. 4. Tusc. 32, Discordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta.
Intima pars vrbis. Cic. 7. Ver. 76. Ibidem, 3. 36, Intimæ ædes.
Pectore vritur intimo. Catull. in Epithal. Mallii, 56. 36.
Præcordia intima. Ouid. 4. Metam. 102.
Intimus sermo. Cic. 2. Tusc. 90.
Intimus tactus. Cic. 4. Ac 9. 35.
¶ Intimus, Charus, familiaris. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 4. 1, Intimus proximus familiarissimus quisque aut sibi permisit, aut, &c.
Intimus & Alienus, contraria. Cic. pro Rosc. Ame. 68, Tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant necesse est.
Intimus sum illi, Id est familiaris, amicus charissimus. Plaut. Truc. 3. 45, –nam me fuisse huic fateor summum, atque intumum. Idem Mili. 4. 29, Itaque intumum ibi se miles apud lenam facit. Cic. in Catil. 31, Nemo est in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur.
Intimus es consiliis nostris: Id est, Tibi vni committimus nostra intima consilia. Terent. And. 3. 3. 45, Ipsus mihi Dauos, qui intimus est eorum consiliis, dixit.
In intimis alicuius esse, pro Valde ab aliquo amari. Cl. ad Atticum, lib. 4. 8. 2, Itaque in intimis est meis, quum antea notus non fuisset.
Consilium intimum, pro Intimum consilium. Tacit. lib. 15, Quod erat seuienti principi intimum consilium.
Intime, pen. corr. Aduerbium. (ἐνδοτάτω,) Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 5, Quarum altera est de Blandenio Teuxide, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari.
Intrarius, Adiectiuum. (ἐνδόμυχος,) Id est intimus. Plautus, Charos mihi, atque intrarios amicos.

Intractatus, penult. prod. Adiect. (ἀδάμαστος,) vt Intractatus equus, Quasi dicas indomitum. Cic. de Amicitia, 60, Atqui in ipso equo (cuius modò mentionem feci) si nulla res impediat, nemo est qui non eo quo consuetum, libentius vtatur, quàm intractato & nouo.
Intractibilis, & hoc intractabile, pen. corr. (ἀμετάχειρος,) Plin. lib. 19. cap. 5. 21, Virus illi intractabile est.
Animus intractabilis. Seneca Hipp. 1. 38.
Bruma intractabilis. Virg. 1. Georg. 43.

Intremo, intremis, pen. cor. intremui, (ὀτρύνω,) intremere, Idem quod simplex Tremo: nisi quid vehementiæ ex compositione acceperit. Plinius lib. 2. cap. 8, Intremunt verò & in manibus posita, æquè quàm in ædificiis.
Palluit, & subito genua intremuere timore. Ouid. 2. Met. 36.
Aspicis alternos intremuisse pedes. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 12.

Vndæ

Vndæ intremuere. Virg. 3. Aeneid. 134.
Hannibalem senectus intremit. Silius lib. 16. 134, Id est timet.
Intremisco, intremiscis, (ὀτρύνομαι,) intremiscere, Idem. Plinius li. 8. ca. 40. 1, Idem vestigio hominis animaduerso prius quàm homine, intremiscere insidiarum metu. De elephantis. Idem lib. 2. cap. 79. 5, Neque eum vnquam intremiscunt tertæ, nisi sopito mari.

Intrépidus, pen. cor. Adiectiuum, (ἄτρομος, ἀδέος.) Qui nihil timet, Impauidus. Plin. in Præf. 3, Sed hæc quis posset intrepidus æstimare subiturus ingenii tui iudicium, præsertim lacessitum?
Hyems intrepida. Tacit. in vita Agricolæ.
Intrepida constent verba. Seneca Hipp. 5. 1.
Vultus intrepidus. Ouid. 13. Metam. 96.
Intrépide, pe. cor. Aduerbium, (ἀδείως,) Sine pauore, audacter. Liu. 6. bel. Pun. 19, Postquam assuetudine quotidiana satis intrepide visum est fieri, in campum, &c. Idem, lib. 3. 157, Ibi intrepide Xenophanes legationis princeps à Philippo rege se missum ait.

Intrico, intricas, pen. prod. (ἐμπλέκω,) intricare, Implicare: cui contrarium est Extrico. Plau. Perf. 1. 5, Atque ita intricatum ludit potans Dorpalum.

Intrínsecus, pen. cor. Aduerbium. (ἔσωθεν,) Quod barbari ab intra dicunt, cui contrarium est Extrinsecus. Varro 2. de Re rust. cap. 11. 5, Et si ea tecta solet esse, quam habuit pellem iniectam eam intrinsecus eadem re perinungunt. Colu. lib. 12. ca. 43. 5, Lata vasa in modum pathnarum fieri iubebat, eaque intrinsecus & extrinsecus diligenter picari. Sic. Plin. lib. 11. cap. 37. 60.

Intro, (ἔσω,) Aduerbium ad locum. Plau. Amph. 16. 76, Intrò ædepol abiit, credo ad vxorem meam. Idem Asin. 1. 1. 155, Ite intrò cito. Terent. And. 3. 2. 42. Imò abi intrò, ibi me operire.
Abire intrò, Vide ABEO.
Intrò accipere. Plau. Trucul. 16. 36,
–intro acceptum quando acceptum est, non potest Ferri foras.
Intrò adducere, Vide ADDVCO.
Adducere se intrò, Vide ADDVCO.
Intro ferre. Cicero 7. Ver. 93, Vt cibum tibi intrò ferre liceat? Idem pro Flacco, 58, Vt in oppidum intrò ferretur. Quidam coniunctim legunt, Introferretur.
Intro spectare. Plau. Most. 13. 4. Quid volunt? quid intrò spectant?
Intrò venit. Plau. Capt. 10. 12, Perdidit me Aristophontes hic qui venit modo intrò.
Intrò ad nos, Id est in domum nostram. Plaut. Trucul. 16. 18,
–non ego nunc intrò Ad vos mittar? Terent. Eunuch. 5. 7. 2,
Modò senex intrò ad nos venit errans.

Intro, intras, (ἔσω εἰμι, ἐμβαίνω,) intrare, Notæ significationis. Plin. epist. 13. 2, Ac subinde sibi nuntiari iubent, an iã recitator intrauerit. Cæsar 7. bel. Gal. 291. Quò qui intrauerant, se ipsi, &c.
Intrare ædem & in ædem. Sueto. in Vesp. Aedem Serapidis iumnotis omnibus solus intrasset. Cice. pro Domo sua, 4, In Capitolium intrare. Idem 2. Philipp. 77, Tu illud es sanctissimum limen intrare? Supple aut sus, quod præcedit.
Domum parua solita est intrare fenestra. Ouid. 6. Fast. 116.
Tot maria intraui. Virg. 6. Aeneid. 12.
Portus intramus amicos. Virg. 5. Aeneid. 12.
Vrbem intrare. Ouid. 15. Metam. 148.
Intrant vrsos venabula, Hoc est, transfigunt. Mart. lib. 14. 30.
¶ Intrare, per transilationem. vt Intrare in familiaritatem alicuius, Hoc est sese insinuare. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1. 21, In prouincia verò ipsa, fiant: fuerit ignotus, huic quantum credendum sit, vide.
Intrare in affectum. Quintil. lib. 7. cap. 4, Nihil intrare potest in affectum quod in aure velut quodam vestibulo offendit.
Intraustque animum militaris gloriæ cupido. Taci. in vita Agric.
Intrare insidias. Cæsar 3. bel. Ciuil. 151, Qui quum essent progressi, pricione, ad suos se recipere cœperunt.
In mentem iudicis non potest definitio intrare. Cic. 2. de Orat. 60.
Mentes intrauit suspectus humorum. Ouid. 5. Fast. 7.
Intrandum est igitur in rerum naturam. Cic. 5. de Finib. 79.
Pauidos, & conscientia vecordes intrat metus. Tacit. lib. 1.
Pudor & gloria Intrat aliquem. Tacit. lib. 1.
Intratus, (ἐσβεβηκώς,) Participium præteriti temporis, rarum. Liu. Ibi rursus sylvæ intratæ: Id est in sylvas intratum est.

Introdúco, introdũcis, penult. prod. introduxi, introductum, quem locum ducere. Cæsar 2. bel. Gal. 250, Id fieri posse, si suas copias Hedui in fines Bellouacorum introduxerint. Cic. 5. Tus. 16, Et in domos etiam introduxit.
Introducere præsidium in oppidum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 51.
¶ Introducere Poncre, Instituere, Constituere, quod & In medium afferre aliquando significat, inquit Budæus. Cic. 1. de Nat. deor. 29, Sed illa palmaris quidem, quòd qui non modò natum mundum introduxerit, sed etiam manu penè factum. Idem 4. Acad. 137, Introducebar etiam Carneades, non quo probaret, sed vt opponeret Stoicis, summum bonum esse frui his rebus, quas primas natura conciliauisset. Idem 4. de Fin. 70, Deinde Aristo, qui nihil relinquere non est ausus. Introduxit autem quibus commotus sapiens appeteret aliquid, quod cuique in mentem incideret, & quodcunque tanquam occurrerer. Id est Inter expetenda posuit bonum. Ibidem Ponere pro eodem dixit. Idem 3. Offic. 16, Non videatur debuisse eiusmodi deliberationem introducere, in qua, &c.
Introducere ambitionem in Senatum. Cicero 11. Philipp. 303. Quam ambitionem constantissimus & gratissimus ciuis L. Cæsar in Senatum introduxit? Hoc est, induxit & inuexit.
Sic animas introduxerunt sensibus auctas. Lucret. lib. 3. 136.
Consuetudinem. Cicero filius ad Tironem, lib. 16. 21. 8, Hac introducta consuetudine sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit.
Initium. Cic. in Salust. 1, Id vos, si fortè offendimini, iustius huic quàm mihi succensere debetis, qui initium introduxit.
Introducuntur personæ in dialogis. Cic. de Amicit. 3, Catonem introduxi senem disputantem. Vetus codex habet induxi.
¶ Introducere, pro Inducere. Cic. ad Atticum, lib. 13. 339. 3, Possumus enim, vt sponsores appellemur, procuratorem introducere.
Introductio, Verbale. (εἰσαγωγή,) Ipse introducendi actus. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 10, Iam verò ô dii boni rem, perditam: etiam noctes certarum mulierum atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnulis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.
Introductio etiam, vt ait Sipontinus, Instructio, doctrina, & ipsum (vt ita dicam) principium eruditionis, quam Græci isagogen vocant.

Introeo, introis, introiui, pen. prod. introitum, pen. corr. (εἰσβαίνω, εἰσέρχομαι,) introire, Intrare, ingredi. Teren. And. 3. 4. 11, Vt hinc te iussi introire, opportunè hic fit mihi obuiã. Cæs. 5. bel. Gal. 161, Nutu vocibusque hostes si introire vellent, vocare cœperant.
Introire in ædes. Plaut. Amphit. 7. 50, Quin introire in ædes nonnunquã licitum est. Idem Milit. 16. 31, Ne ille mox vereatur introire in alienam domum.
Introire in vrbem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 18.
Introire in vitam, Nasci. Cic. de Amicit. 14, Quamobrem cum illo quidẽ (vt suprà dixi) actum optimè est, mecum autem incommodius: quem fuerat æquius, vt prius introieram, sic prius exire de vita.
Introire ad aliquem. Terent Hecy. 4. 1. 37, Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret exeuntem, aut introeuntem ad amicam.
Introitur, pe. prod. Impersonale. (εἰμβαίνεται,) Cato cap. 66, Caueat quã minimum in torcularium & in cellam introeatur. Varro lib. 1. cap. 63, Quo cum periculo introitur recenti apertione.
Introitus, huius introitus, pen. corr. (εἴμβασις, εἴσοδος,) Ipse introeundi actus. Cæsar 1. bel. Ciuil. 80, Tamen veritus, ne milium introitu, & nocturni temporis licentia oppidum diriperetur, &c. Sic. lib. 3. bel. Ciuil. 154, Super quas turrim affectam ad ipsum introitũ portus oppositum.
Clandestinus introitus, Vide Clandestinus in CLAM.
Notabilis introitus. Tacit. in vita Agricolæ, Ac ne notabilis celebritate. & frequentia occurrentium introitus esset.
Squalens introitus. Silius lib. 13. 80.
Introita perrumpere corpus. Lucret. lib. 2. 82.
Introitus in causam, Initium causæ, & exordium. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 5, Etenim post profectionem tuã primus (vt opinor) introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ, &c.
Defensionis. Cic. pro Cælio, 2, Ac mihi quidem videtur Iudices hic introitus defensionis, adolescentiæ M. Cælii maximè conuenire.
Suspicionis. Cic. 2. Verr. 11, Pòst aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia sine vllo errore peruenimus.

Intrófero, pe. cor. introfers, pe. pro. introtuli, pen. cor. introlãtum, pen, prod. (εἰσφέρω,) introferre, Notæ significationis quod quidã diuisim malunt legere, Intro ferre. Cic. 7. Verr. 91, Prohibentur liberis suis cibũ, vestitũque introferre. In vetustioribus legitur solũ ferre. Et paulo pòst, 95, Tãtũ dabis vt cibũ tibi introferre liceat.

Introgrédior, introgrederis, pen. corr. introgressus sum, (εἰσέρχομαι,) introgredi, pen. cor. Notæ significationis. Virg. 1. Aeneid. 105, Post quam introgressi, & coràm data copia fandi.

Intromitto, intromittis, intromisi, pe. pro. intromissum, (παρεισέρχομαι, εἰσφέρω,) intromittere, Notæ significationis.
Intromittere ad, vel in. Plaut. Asin. 3. 1. 1, Alienum hominem intromittat neminem. Idem Aulul. 5. 21,
Profectò in ædibus meis me absente, neminem
Volo intromitti. Idem Trucul. 19. 50, Volgo ad se omnes intromittit. Terent. Hecy. 2. 1. 40, –quid ais? non igni sat est,
Quod heri nemo voluit visentem ad eam intromittere?
Comessatum intromittere aliquem. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 73,
–siquando illa dicet, Phædriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intromittamus comessatum, tu, &c. Ex Terentio.
Intromittere mares in fœminas. Varro 3. de Re rust. cap. 12. 3.
Quisitem ulcisci paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur?
Iore amicitiæ intromitti. Cic. pro Sylla, 39, Intromissus meo more & iure amicitiæ meæ in meo lectulo trucidaret.

Introrumpo, (εἰσρήγνυμι,) introrupi, pe. pro. introruptũ, (εἰσβιάζομαι,) introrumpere, Quasi cum impetu introire, & erumpere siue prorumpere. Plau. Mil. 8. 47, Introrumpam recta in ædes. Idem Amph. 16. 79, Certum est, introrumpam in ædibus. Idẽ Rud. 14. 11, Iupiter te perdat, & si sunt, & si non sunt tamen.
I. Introrumpam iam iuc in Veneris phanum. Gel. li. 15. ca. 22 Cerua emissa in cubiculum Sertorii introrupit. Idem li. 5. cap. 4. Parthosque in Syriam introrumpentes, tribus ab eo prælijs fusos scribit.

Introrsus, vel introrsum. Aduerbium. (εἴσω, εἴσω,) Quasi intra versus vel maxime intrò. Plin. de Viris illust. 40, Vbi in area ligneam coniectus, clauis introrsum adactis, vigiliis ac dolore punitus eit. Cæsar 2. bel. Gal. 196, Ab eo flumine pari accliuitate collis nasceatur aduersus huic contrarius, passus circiter ducentos, inferius apertus: à superiore parte sylueſtris, vt non facile introrsus inspici posset. Liuius 5. bel. Pun. 116, Clamantibus Tribunis nihil introrsus roboris ac virium esse. Idem 10, ab Vrbe, 160, Cedunt primò incerti fortunæ, & hostem introrsum in media castra accipiunt. Idem lib. 2. 130, Equitatu immisso mediam turbauerat hostium aciem, quà dum se cornua latius pandunt, parum aptè introrsum ordinibus aciem firmauerant. Sic lib. 3. 120. Et Plin. lib. 6. cap. 8. 2. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 5, Genibus rotundis, nec magnis, nec introrsus spectantibus.
Turpis introrsum. Horat. 2. Serm. saty. 1. 13.

Introspicio, introspicis, pen. corr. introspexi, introspectum, (εἰσορῶ,) introspicere, Introrsus aspicere, diligentissimè videre. Cic. 2. de Diuin. 157, Negant id esse alienũ maiestate deorũ, scilicet causas omnium introspicere, vt videant quid cuique conducat.
Introspicere penitus. Cic. pro Syla, 57, Penitus introspicite Catilinæ, Antonii, Cethegi, Lentuli, cæterorumque mentes: quas vos in his libidines, &c. reperietis?
Introspicite penitus in omnes Reip. partes. Cic. pro Font. 28.
Introspice in mentem tuam ipse. Cic. 2. de Fin. 186.
Voluntates aliquorum introspicere. Taci. li. 1, Postea cognitum est, ad introspiciendas etiam procerum voluntates inductam dubitationem.

Intróuoco, introuocas, pe. cor. (εἰσκαλέω,) introuocare, Notæ significationis. Liu. 10. ab Vrbe, 116, Fabius nihil aliud precatus populũ, quàm vt prius quàm introuocarentur ad suffragium tribus, Appã Claudii Prætoris allatas ex Hetruria literas audirẽt. Ibidẽ, 57, Vt quæque introuocata erat cẽturia. Cic. 7. Ver. 45, Cur ad nos dẽ, 57, Vt quæque introuocata erat cẽturia. Cic. 7. Ver. 45, Cur ad nos filiã tuam non introuocari iubes, Legitur & Intro vocari disiunctim.

Intrudo, intrũdis, intrũsi, intrũsum, pen. prod. (εἰσωθέω,) intrũdere, Introtrudere, & quasi vi quadam. Cic. pro Cecina, 10, Atque etiam se ipse inferebat, & intrudebat, & in eam opinionem Cecinam adducebat, vt mulier imperita nihil putaret agi callidè posse, vbi non adesset Ebutius.

Intubus, huius intubi, m. vel. f. g. siue intubum, intubi, pe. cor. (σέρις,) herba est ex cichoriorum genere, quam Græci Serim vocant. Nos ab Intibo corrupto nomine vocamus Endiuiã. Pli. li. 20. ca. 8. 4. Intubi quoque nõ extra remedia sunt: Succus eorũ cũ rosaceo & aceto capitis dolores lenit. Intybum etiã scribitur. Colu. lib. 10. 11, Iam breue cherophyllũ, & torpenti grata palato Intyba. Virgi. 1. Geor. 24, —& amaris intyba fibris.
Intybum erraticum Aegyptii cichorium vocabant. Apud nos quidam ambugiam vocauere. Plin. lib. 20. cap. 8. 4.
Intubaceus, Adiectiuum, (σέρινος,) Quod est ex intubo: vt Intubacea folia. Plin. lib. 27. cap. 12. 3.

Intueor, intueris, intũitus sum, (ἐφορῶ, κατοφῶ, ἀτενίζω,) intueri. Videre, & cominus inspicere. Plin. epist. 31. c, Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere. Plautus Bacchid. 23. 9, Vidẽ' limulis vt obsecro sub hac consistere. Plautus Bacchid. 23. 9, Vidẽ' limulis vt obsecro intuentur? Idem Capt. 11. 27, Vidẽ' hunc quàm inimico vultu intuentur? Idem Trucul. 4. 15, —qui
Alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Terent. Eunuch. 3. 5. 32, —animo, terram
Intuens modestè. Idem Heau. 1. 4. 23, Quisnam hic adolescens est, qui intuetur nos? Salust. in Iugurtha, Præterea nostræ præclaros viros ciuitatis solitos ita dicere, quum maiorum imagines intueretur, sibi animũ ad virtutem accendi.
Quid vt nouerca me intueris? Horat. Epod. 5. 2.
Pectore intueri aliquem. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 10.
Plenius atque apertius aliquid intueri. Quintil. lib. 2. cap. 10. 6.
Sagaciter intueri. Quintil. lib. 1. cap. 8. 3.
Acrioribus oculis aliquid intueri. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4.
Intueri animis, Animaduertere. Cic. pro Domo sua, 37, Date hanc Trib. pl. licentiam, & intuemini paulisper animis iuuentutem, &c.
Intueri veritatem, Cic. 5. Tusc. 81.
Intueri aliquid acri & intento animo. Cic. 1. de Fin. 88. Et pro Plãcio, 87, Quos enim alio ego tum animo intuebar? Idẽ 5. Tusc. 14, Qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur.
Intueri aliquid coram. Cic. de Prouinciis Consul. 17.
Intueri huc atque illuc. Cic. 1. de Oratore, 71.
Intuere meipsum qui, &c. Brutus Ciceroni, 13. 3.
Intueri & contemplari aliquem. Cic. pro Plancio, 1.
Aliquid intueri, in eoque defixum esse. Cic. in Oratore, 5.
¶ Intueri in aliquam rem. Cic. de Vniuers. 44. Quot igitur, & quales animalium formas mens in speciem rerum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo secum cogitauit effingere.
Intueri in aliquem Cic. de Claris Orat. 137, Quum ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione, &c.
Sed in te intuens Brute doleo, cuius, &c. Cic. de Clar. Orat.
Intueri in summos homines, Summorum hominum mores circunspicere. Cic. 1. de Ora. 4, Ac mihi quidem sæpenumero in summos homines ac summis ingeniis præditos intuenti, quærendum esse visum est, &c.
Intũtus, penul. prod. Nomen, (σφαλερός,) A tueor, pro defendo, Non securus, non tutus. Liu. 5. ab Vrbe, 198, Castra Gallorum intuta, neglectaque ab omni parte nacti, cum ingenti clamore inuadunt. Sic 9. ab Vrbe, 219, Intuta vrbs.
Intutum est scribere stilo, vt vetustissimi prodiderunt. Plin. libr. 37. cap. 14. 2.
Intũitus, huius intũitus. pen. corr. (ἀτενισμός,) Ipse intuendi actus. Quintil. lib. 10. cap. 1, Totum opus non ad intuitum rei, pugnamque præsentem, sed ad memoriam posteritatis, &c. Plin. lib. 16. cap. 10. 10, Abies hilarior intuitu.

Intumeo, intumes, penul. corr. intumui, & Intumesco, intumescis, (ἐξογκόομαι,) intumescere, Inflari, Conuerti in tumorẽ. Plin. li. 11. ca. 34. 1, Est animal eiusdem turpitudinis, infixo semper sanguini capite viuens, atque ita intumescens. Idem lib. 2. cap. 81, Intumescens fluctus. Ouid. 1. Metam. 50,
Intumuit tumo postquam inter sidera pellex Fulsit.
Bilis intumuit sub pectore. Pers. Satyr. 5. 15.
Vidi virgineas intumuisse genas. Ouid 6. Fast. 140.
Humus intumescit viperis. Horat. Epod. 16. 11.
Iræ intumuere. Stat. 1. Thebaid. 83.
Iure quodam potestatis intumescere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 17.
Intumescens locus, Turgens & paululum altus. Colum. lib. 1. ca. 4. 9, Hæc igitur est medii collis optima positio, loco tamen ipso paululum intumescente, ne, &c.
Intumescere alicui, pro Irasci. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 7.
Intumuit vati non tamen Aera suo. Et per metaphoram pro Vehementer indignari & quasi inflari iracundia, &c.

Intumulatus pen. prod. Adiectiuum, pro Insepulto. Ouid. epist. 12. 18, Occurramque oculis intumulata tuis.

Intuor, intueris, pen. cor. intũtus vel intuitus sum, (κατοφῶμαι,) intuti, Videre. Plau. Mostel. 10. 67, Profecto nullam equidem illic cornicem intuor. Antiquum.

Inturbatus, pen. prod. (ἀτάραχος,) Non turbatus. Plini. in Panegy. 109, Et sedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri soleret?

Inturbidus, pe. cor. Adiectiuum, (ἀδίαστος,) Non turbidus. Tacit. lib. 3.
Inturbidus externis rebus annus domi suspecta seueritate, &c.

Intus, 2, Intus omne oium volucrum bicolor.
Foris & Intus, contraria. Plin. lib. 9. cap. 33. 2, Foris effuso intus replicato. Cic. 1. de Finib. 69, Nec hæ sese foris solum iactant, nec tãtum in alios cæco impetu incurrunt, sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident atque discordant. Idem pro Syl. 12,
Intus est, Id est in domo. Plaut. Amphit. 3. 120, Nam meus pater intus nunc est.
Intus nemo est. Plau. Mostel. 13. 50, Quid ita pultas, vbi nemo intus est,
Intus fui. Plaut. Amphit. 15. 64,
Blepharo dispeream si aut intus adhuc fui,
Aut si hunc misérim.
Intus edocebo. Plaut. Epid. 13. 56,
Remeabo intrò, vt accurentur aduenientes hospites.
Eadem hęc intus edocebo, quæ ego scio.
Intus serua. Plaut. Aulul. 5. 3, Redi nunc iam intrò, atque Intus serua.
¶ Intus, de loco, ut Intus prodeat. Plautus Cistel. 8, 8, Dic me orare, vt aliquis intus prodeat.
Intus euocato. Plaut. Mostel. 8. 156. —pulta dum fores,
Atque euocato aliquem intus ad te Tranio.
Intus foras euocare. Plaut. Pseud. 9. 12, Ostium pultabo, atque intus euocabo aliquem foras. Idem Menech. 5. 36, Euocare intus Cylindrum mihi

mihi eoqudem actum foras.
Intus exit. Plautus Milit. 16. 31,
—sed vbi ille exierit intus, istic te procul
Ita volo assimulare.
¶ Intus domum nostram, pro Intra. Plaut. Milit. 9. 55,
—abi intrò ad vos domum:
Continuò vide, sitne ista hæc domum vestram intus.
Intus domique cuiquam opponitur in luce, & oculis ciuium. Cice. de Senect. 11, Nec verò ille in lace modò atque in oculis ciuium magnus, sed intus domique præstantior.
¶ Intus in crumena. Plaut. Amphit. 16. 44, Intus in crumena clausum alterum esse oportuit. Cic. de Vniuers. 45, Sed quia nondum omne animal in mundo intus includerat, ex ea parte, &c.
Intus ad Varro 1. de Re rust. cap. 7. 5, In Gallia transalpina intus ad Rhenum quum exercitum ducerem, &c.
Intus hic. Plaut. Amphit. 3. 112,
Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat.
Intus sibi canere. Cice. 2. de Leg. agrar. 70, Atque hoc carmen hic Trib. pleb. non nobis, sed sibi intus canit. Prouerbialis locutio de iis qui sibi non aliis student. Vide Erasmum in Chiliad.
¶ Intus, pro Intrò. Celsus, Inspirandumque vt ea medicamenta intus compellantur.

Intusium, Vide INDVSIVM

Intûtus, Vide INTVEOR.

Inuado, inuãdis, pe. prod. inuasi, inuãsum, (ἐπιβαίνω, ἐμβαίνω, ἐφορμάω,) inuadere, Aggredi, Impetum facere, insultare. Virg. 2. Aeneid. 12. Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam. Sic Liuius 1. bel. Maced. 69. Inuasit multitudinem.
Fortissimè inuadere. Quintil. lib. 5. cap. 13. 16, Ex quibus tamen fortissimè inuaseris.
Ferro aliquem inuadere. Virg. 6 Aeneid. 72.
Inuadere in aliquem. Cic. pro Cluentio, 28, Liberti Asinii, & nonnulli amici, quòd eo die quo postremam Asinius vitus erat, Atilium cũ eo fuisse, & à multis visum esse constabat, in eum inuaduat. Idem pro Cecina, 18, Vt in Cecinnam aduenientem cum ferro inuaderet. Idem 4. Tusc. 76, De L. Bruto fortasse dubitaserim, an propter minitum odiũ tyranni effrænatius in Arunteum inuaserit. Tacit. lib. 1, Repente lymphati districtis gladiis in Centuriones inuadant.
Leones inuadunt greges. Ouid. 2. Fast. 42.
Ventus inuasit nubem. Lucret. lib. 6. 56.
Magnum aliquid inuadere. Virg. 9. Aeneid. 39.
Argentum inuadere. Cice. 3. Verr. 64, Iste quod argenti placuit, inuasit: quæ mancipia voluit, abduxit.
Capillos alicuius inuadere. Propert. lib. 3. eleg. 8. 1.
Castra trepidantia inuadit. Virg. 9. Aeneid. 32.
Certamina inuadere. Silius lib. 17. 96.
Inuadere in collum alicuius. Cic. 1. Philipp. 84. 4
Consulatum inuadere. Plin. de Viris illustr. 68, C. Marius filius viginti quinque annorum Consulatum inuasit: quem honorem tam innatum matri fecit.
Corpora inuadunt sopore victa. Ouid. 14. Metam. 156.
In totum alicuius domum inuadere. Cic. 1. Philipp. 330.
In fortunas alicuius inuadere. Cic. 2. Philipp. 78, At quàm insolenter statim bello inuasit in eius viri fortunas? Idem pro Sexto Rosc. 8, Accusant hi qui in fortunas huius inuaserunt.
Millia tria sladiorũ inuadere. Tacit. lib. 11, Ille, vt erat magnis ausis prõpius, biduo tria millia sladiorum inuasit.
In oculos inuadere. Plaut. Asin. 10. 58, Non mirandum est tin oculos inuadere optimum est.
In oppidum inuadere. Plaut. Bacchid. 15. 62, Recta porta inuadam extẽplo in oppidum antiquum & vetus.
In pecunias alicuius inuadere. Cic. 1. Philip. 50, In multas præterea pecunias alienissimorum hominum electus veris hæredibus, tanquam hæres esset, inuasit.
Prælium inuadere. Mart. li. 9. 57, Tutus vt inuadat prælia, nudus eat.
Pugnam inuadere. Virg. 9. Aeneid. 39,
Aut pugnam, aut aliquid iãdudum inuadere magnum,
Mens agitat mihi nec placida contenta quiete est.
Viam inuadere, Ingredi. Virg. 6. Aeneid. 52,
Nunc inuade viam, vaginaq; eripe ferrum Seruius.
In vrbes vi inuadere: hoc est, Ingredi vel aggredi. Cicero. 3, Verr. 36, Quis enim sociorum atque amicorum vrbes adiuti legationis iure & nomine, si in eas vi cum exercitu imperioque inuasisses, tamen opinor quæ signa, &c.
Vrbem inuadere. Virg. 2. Aeneid. 53.
Supra modũm inuadere. Quint. lib. 3. cap. 7. 17, Idem præcipit illud quoque quod mox. Corn. Celsus propè supra modum inuasit.
¶ Inuasit cupiditas plerisq;, & plerosq;. Varro apud Marcellum, Tanta porrò inuasit cupiditas bonorum plerisq; Salust. Tanta libido cũ Mario eundi plerosq; inuaserat. Id est, incesserat.
Inuasit Cupido homines. Pli. epst. 107, Ea inuasit homines habendi cupido, vt possideri magis quàm possidere videantur.
Inuasit dolor. Terent. Hecyra, 3. 2. 21, Quid fuit tumulti? die mihi, an dolor repentè inuasit?
Inuasit fames Sicyonios Plin. lib. 36. cap. 4. 2.
Inuasit hoc malum in Rempublicam. Cice. 2. Offic. 111, Modo enim hoc malum in hanc Rempublicam inuasit.
Inuasit morbus. Plaut. Asin. 3. 41, Sed cum morbus inuasit grauis. Idem Trinum. 3. 5, —nam hic nimium morbus
Mores inuasit bonos. Liu. 4. bel. Pun. 9, Vnus velut morbus inuaserat omnes Italiæ ciuitates, vt plebes ab optimatibus dissentiret, Senatus Romanis faueret, &c.
Inuasit pestis vitam hominum. Cicero 3. Offic. 43, Negatque vllam pestem maiorem vitam hominum inuasisse, quàm eorum opinionem qui ista distraxerint.
Inuasit senectus. Colu. lib. 1. cap. 1. 4, Non ergo est exiguarum frugũ causa terræ vetustas: si modò quum inuasit senectus, regressum non habet nec reuirescere, nec repub escere potest.
Inuasit terror. Liu. 4. bel. Pun. 21, Itaq; tantus omnes terror inuaserat, vt quidam ex tutoribus, &c. Sic Cæsar 1. bel. Ciuil. 53.
Vis morbi in corpus inuasit. Liu. 2. bel. Pun. Nec maior in corpus meum vis morbi, quàm in vestras mentes inuasit.
¶ Inuasit animum. Salust. in Catil. Tanta vis auaritiæ in animos eorum veluti tabes inuaserat.
Inuadere in arcem causæ Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 20, Non potui magis in arcem illius cauſæ inuadere. Id est ingredi.
Inuasit in genua, Plaut. Epid. 14. 5, —ita dum te sequor,
Præ lassitudine inuaserunt miserum in genua flegmina.

Inualeo, ſouales, penul. corr. inualui, (ἰσχύω,) inualere, Robur ac firmitatem acquirere. Plaut. Mostel. 7. 19, Vtq; inualuisti? T. R. vtq; vt vides. T. R. factũ optime. T. R. Q. quid vos, Insanine estis? Inualuit consuetudo, hoc est inuscrauit. Plin. epst. 88. b. lib. 6, Nã postquam obiit ille, increbuit passim, & inualuit consuetudo, binas vel singulas clepsydras, interdum dimidias & dandi & petendi.
Inualescо, inualescis inualui, (ἰσχύω, ἐπιτείνω,) inualescere, Idẽ. Quintil lib. 2. ca. 1. 1, Tenuit consuetudo, quę quotidie magis inualescit.
Inualescere aliquando significat infirmum ac debile fieri, in desuetudinẽ venire. Quintil. lib. 10. cap. 2, Quum verba intercidant, inualescantq; temporibus. Nisi forte malis exponere INVALESCANT, in vsu fint: vt opponatur huic verbo INTERCIDANT. Tale est illud Horatii in Arte poetica, 14,
Multa renascentur quæ iam cecidere, cadentque, &c.
Inualetũdo, pen. prod. (ἀῤῥωστία,) Valetudinis infirmitas, & mala valetudo. Cice. ad Attic. lib. 7. 122. 1, Inualetudo tua me valde conturbat. significant enim tuæ literæ te profus laborare. Ibidem, 125. 1, Inualetudine tua moueor: & Pyliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferte maiorem scitio.
Inualentia, inualentiæ, Idem, (ἀῤῥωστημα,) Gell. lib. 20. cap. 1, Vitium aliquod imbecillitatis atque inualentię demonstratur Id est, linguorum, aduersæ valetudinis.
Inualidus. pen. corr. Adiect. (ἀῤῥωστος) contrarium est Robusto & firmo. Pli. lib. 11. ca. 39. 4, Inuentæ tamẽ quędã defluuio capitis inualidæ. Idẽ lib. 7. cap. 37. 3, Sed maximè sponsione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, si vnquam inualidus vllo modo fuisset ipse.
Inualidus ad, Impotens. Liu. 6. ab Vrbe, 35, Quod vbi videre Camillum tam ad manera corporis senecta inualidum, vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes.
Artus inualidi. Ouid. epist. 20. 40.
Auxilium legum inualidum. Tacit. lib. 1.
Corpus inualidum. Ouid. epist. 20. 42.
Inualida herba medica, Hoc est infirmarum virium. Columel. libro 2. cap. 11. 4.
Manus inualidæ. Lucan. lib. 5. 55.
Inualidi milites, Infirmi, & minimè robusti. Liuius 3. bell. Punic. 72. Et 5. ab Vrbe, 173.
Robur inualidum. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 3.
Inualida fus, Male valens, morbo affecta. Plin. lib. 8. cap. 51 3, Index fuit inualidæ cruor in radice feræ dorso euulsæ, caput obliquũ in incessu.
Vires inualidæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 15.

Inuecho, inuehis, pe. cor. inuexi, inuectũ, (ἐπάγω,) inuehere, Intrò vehere. cuius contrarium est Eueho. Plin. lib. 6. cap. 19. 1, Alii rellurem excerent, militiam alii capessunt, merces alii suas euehunt, res externas inuehunt. Sic Cato cap. 29.
Inuehi & Emergere, cõtraria. Cic. 6. Verr. 115, Quum tam multa ex illo mari bella emersserint, tam multa porro in Pontum euecta sint.
Inuehere in ærariũ. Cic. 1. Offic. 113, Tãtũ in ærariũ pecuniæ inuexit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt vnius Imperatoris præda finem attulerit tributorum.

¶ Inuehere mala, Importare. Cic.3.Tuscul.46, Hæc mala, ô stultissimè Aeetta ipse tibi addidisti: non ineranr in his quæ tibi casus inuexerat.

Inuecta incommoda per aliquem.Cic.1.de Inuent.1.

Inuehere casum. Cic.4.Tuscul.58, Vt quencunque casum fortuna inuexerit,hunc aptè & quietè ferat.

Inuehi curru,pro Vehi.Cic.in Somnio Scip.6, Sed quum eris curru Capitolium inuectus,&c.Virg.6.Aeneid.157.

Inuehi equo.Liu.8.ab Vrbe,47.& 48,Euidentissimum id fuit,quod quacunque equo inuectus est , ibi haud secus quàm pestifero sidere icti pauebant.Virg.5.Aeneid.113.

Inuehi flumine.Cic.5.de Finib.124, Quem Tyberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L.Paulum quam regem Persen captum adduceret,eodem flumine inuectum?

Inuehi ex alto in portum.Cic.pro Murena,3.

Inuehere per mare.Plin.lib.12 cap.1.4.

¶ Oceano inuehere,pro in Oceanum vehere. Tacitus lib.2, Legiones classi impositas per Amisiam Oceano inuexit.

Inuectus portum, inuectus vrbem, pro In portum & in vrbem. Plin.lib. 6.cap.22.4, Aquilonibus raptus præter Carnaniam x v die Hippuros portum eius inuectus. Liu.4.ab Vrbe, 125, Præpositoque c o s. castris,ipse triumphans inuectus vrbem,Dictatura se abdicauit.

¶ Inuehere se, Ingredi. Liu.6. ab Vrbe,127, Quantumque Romana se inuexit acies, tantum hostes gradu demoti. Idem 10. bel.Maced.162, Inuehebant se hostes,& in partibus extremis iam pugnabatur.

Inuehi in aciem,Vide A C I E S.

Inuehor,Inuehcris,pen.corr.inuectus sum, (ἀποτείνομαι,ψηλοτάτω,) inuehi,Deponens,Insectari, maledictis aliquem aggredi,& quodam impetu sermonis in aliquem ferri. Cic.ad Cæsarem Iuniorem, lib.3, Itaque in eam palàm vehementer inuectus. Idem ad Cassium,lib.12.2.3, Ita nec Pisoni , qui in eum primus inuectus est, nullo affentiente , nec mihi,qui idem tricesimo post die feci,nec P.Seruilio, qui me est consecutus,tuto in Senatum venire licet.Idem ad Cornificium,lib.12.25.9, Sic fum in Antonium inuectus, vt ille non ferret. Sic 3. Tuscul.105, Itaque & Aeschines in Demosthenem inuehitur.Et 2.de Nat.deorum 241,In Stoicos inuehebatur.

Inuehi & maledicere.Cic.2.de Orat.166, Orat reus,vrgent aduocati, vt inuehamur,vt maledicamus,denique vt interrogemus.

In aliquem inuehi.Quintil.lib.4.cap.3.5.

Insectari & inuehi in aliquem acerbius.Cic.de Amicit.51.

Acerbiè & contumeliosè inuehi in aliquem.Cic.2.de Orat.168.

Apertè inuehi in aliquem.Cic.2.Philipp.81.

Aspere in aliquem inuehi.Cic.pro Sestio,10.

Grauiter inuehi.Cic.3.de Orat.2.

Vehementer in aliquem inuehi.Cic.3.de Nat.deor.137.

In causam aliquorum vehementius inuehi.Cic.1.de Orat.13.

Verbis tristibus inuectus.Ouid.1.Trist.27.

Inuectus, Participium, (ἐπιγεγωνός,) Intrò vectus vel curru vel equo : vt Triplici triumpho inuectus.Virg.8.Aeneid.61.

Inuectus,huius inuectus, (ἐπιγωγή,) Ipse inuehendi actus. Plin.lib.4.ca. 1.4,Amnis Achelous è Pindo fluens,atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens, & Arteminta insulas assiduo terræ inuectu cõtinuti annectens.

Inuectio,Verbale, (ἐπιγωγή,) Idem. Cic.2.Offic.17, Iam verò & earum rerum quibus abundaremus, exportatio: & earum quibus egeremus, inuectio,certè nulla esset,nisi his muneribus homines fungerentur.

Inuectio,Infectatio,Impetus animi in aliquem.Cic.2.de Inuent.247.Clementia , per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur.

Inuectitius ,Adiectiuum, (ἐπιγωγίμος,) Quod inuehitur : Plin.lib.10. cap.19.4, Quippe quum Theophrastus tradat Inuectitias esse in Asia etiam columbas.

Inuectiuus, pen.prod. Adiectiuum, (ψηλοτάτω,) Quod inuehitur : hoc est maledictis insectatur.Vnde Inuectiuæ orationes, aduersus aliquem scriptæ,quòd in illius mores,vel ingenium,aut vitã inuehantur.

Inuenditus, pen.corr.Adiectiuum,Non venditus. Scæuola in L. Scius.ff.De rescin. vendi. Quæsitum est , quum neque fideiussor datus , neque omnis pecunia secundum legem suis diebus soluta sit:an prædia inuendita sint.

Inuenio, inuenis.pen.corr. inuẽnt,pen.prod. inuentum, (εὑρίσκω, ἐξεύρισκω, ἐφεύρισκω, ἀνεύρισκω,) Inuenire , Comperire, quasi in aliquid venire.Plaut.Cistel.10.102,Quod quæritabam, filiã inueni meam.Inuenire,inquit Valla,est vel consilio vel casu,siue corporea , siue incorporea reperire. Ouid.1.Metamor.146,Et quosnon habuit sub nubibus inuenit ignes.

Inueneris,pro Inueniasihoc est sciscitere,Plaut.Bacchid.18.42,
- quis igitur obsecro est? c. inueneris:
Ex me quidem hodie nunquam fies certior.

¶ Inuenire,Cõminisci.excogitare.Terent.Eunuc.3.1.63, -cæterum
Idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso.

Inueni quod agam. Plaut.Mostel.8.176, Igitur tum accedam huc,quando quid agam inuenero.

Inueni ad quod pertineat somnium.Plaut.Merc.5.29,
Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,
Nequeo inuenire.

¶ Inuenitur apud authores , & in authoribus. Liu.3.ab Vrbe, 101, Eodem anno desisse Antiates,apud plerosq; authores inuenio. Ibidem, lib.2.59,Hoc demum anno ad Regillum lacum pugnatum,apud quosdam inuenio.Plin.lib.7.cap.16.8,Inuenimus in monumentis, Salamine Euthimenis filium in tria cubita triennio adoleuisse.

Inuenitur inter exempla,Idem.Plin.lib.14.cap.13.1.

¶ Inuenire,Acquirere.Terent.Eunuch.2.1.4, - vtinam
Tam aliquid inuenire facile possis Phædria,
Quàm hoc peribit. Vbi Donatus,Inuenire, Acquirere. Sic Heaut.5. 4.17, - non quæris patri
Quomodo obsequare, & vt serues quod labore inuenit, Nam ideo à præcedenti etiam quæstus dicitur.

¶ Inuenire,Adipisci.Cic.3.Philipp.135, Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis , cognomen ex contumelia inuenit . Vetus exemplar legit traxerit.

Inuenire ex.Cic.5.Verr.152, Iam verò scriba tous annulo aureo suo, quod ex his rebus inuenit,ista te ratione vti non sinet.

¶ Inuenire,Cognoscere. Terent.Eunuch.5.9.6,Scis Pamphilam meam inuentam esse? Donatus.

¶ Inuenire aditum ad.Liu.5.bel.Pun.37,Aditum sibi ad obsides Tarentinos inuenit.

Argentum.Terent.Phorm.3.3.1,Vnde ego nunc tam subito huic argentum inueniam miser?

Causam. Terent.Heaut.5.2.36, Postquam est inuenta vera , inuenta est causa quæ te expelleret.

Certum.Cælius ad Ciceronẽ,Neque certum inueniri poterat. Id est,Scire.

Exitum.Senec.epist.1.

Facinus,Comminisci.Plaut.Asin.7.47,
Tantum facinus modò inuenio ego,vt nos dicamur duo
Omnium dignissimi esse.

Fallaciam.Terent.Heaut.3.3.36, - de fallacia dicis?
Hem inueni nuper quandam.

Finem.Liu.6.bel.Pun.91,Nec postero die res finem inuenit.

Gratiam . Plin. lib.19. cap.1.23, Plurimis modis austeritate victa gratiam inuenit.

Hominem vtilem ad. Plaut. Epid.5.103, Quem hominem inueniemus ad eam rem vtilem? A. hic erit optimus.

Infortunium.Plau.Amph.4.132,Modo is,veni huc,inuenies infortunii.

Initium. Terent. Heaut.5.4.21, Neque quod principium inueniam ad placandum,scio.

Labore aliquid.Terent.Heaut.5.4.17,
Quæris id quod habes,parentes;quod abest,non quæris,patri
Quomodo obsequare, & vt serues quod labore inuenerit. Id est, acquisierit.

Laudem.Terent.And.1.1.39,
-ita vt facillime
Sine invidia laudem inuenias,& amicos pares.

Malefacta.Plaut.Trucul.16.19,
Modò timeo,ne mea malefacta antiqua
Nunc senex inueniat omnia.

Mortem suo ictu. Tacit.lib.1, Vbi infœlici dextera, & suo ictu mortem inuenerit.

Nomina noua.Plaut.Epid.5.46,Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt nouæ?

Nomen.Plin.in Præfat.2,Inde nomen diuinum inuenit.

Nomen Latinum non inuenire. Plin.lib.11.cap.45.4, Est post aurem æquè dextram Nemesios, quæ dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem inuenit.Id est non habet nomen Latinum.

Obtrectatores. Vatinius ad Ciceronem, lib.5.9.4, Scis meam fortunam nescio quomodo facilè obtrectatores inuenire.

Orationem inuenire,Vide O R A T I O.

Pecuniam bono modo.Plin.lib.7.cap.43.5, Summum Senatorem haberi pecuniam magnam bono modo inuenire,multos liberos reliquere.

Perniciem aliis,ac postremum sibi inuenire.Tacit.lib.1.

Prologum.Terent.in Prol.Phorm.15,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus,
Quem diceret,nisi haberet cui maledicceret.

Inuenero quod in te facere sit dignum.Terent.Heaut.1.1.56,
- si id non facis,
Ego quod me in te sit facere dignum,inuenero.

Quomodo.Cic.pro Sex.Rosc.24,Ille quomodo crimen commentitium confirmaret,non inueniebat.

Inuenta ratio est, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur. Cice.2.de Legib.83.

Remedium

Remedium alicui rei.Terent.Phor.4.3.11,Nam hercle ego quoq; id qui dem me.um agit,ms sedulò,

Inueni,opinor remedium huic rei. Ibidem,1.4.24, Nã quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser? Idem And.3.1.10, Quod remedium nunc huic malo inueniam?

Salutem inuenire fuga.Silius lib.7.102.

Spelunca vix ipsis inuenienda feris.Ouid.1.Fast.111.

Inuenias vbi habitat. Plaut.Mercatore,12.51,Vbi habitaret, Inuenires saltem,si nomen nequires.

Aeris,auri,argenti venas penitus abditas inuenire,Vide A B D O.

Veniam.Plaut.Rud.2.27,Supplicii facilius pius à diis supplicans,
Quàm qui scelestus est,inueniet veniam sibi.

Viam. Terent.Eunuch.2.2.16,Hoc nouum est aucupium:ego adeò hanc primus inueni viam.Virg.lib.4.Aeneid.36,
Inueni germanæ viam,gratare sorori,

Fata viam inuenient.Virg.10.Aeneid.22.

¶ Inuenire atque deprehendere.Cic.3.in Catil.62,Hæc tanta in Remp. coniuratio manifestò inuenta atq; deprehensa est.

In culpa es inuentus.Terent.Hecyra,3.1.19,Tum matrem ex ea re,aut me vxorem in culpa inuenturum arbitror.

Inuenitur,Impersonale.Plin.lib.10.cap.11,ad finem, Inuenitur in annalibus,in Aminneni agro M.Lepido,Q .Catulo c o s s .in villa Galerii locatum gallinaceum. Idem libro 12.cap.1.5.

Inuentus,Participium,(εὑρεμένος,) Ouid.1.Metam.152,
-tu non inuenta,reperta es.

Opes inuentæ sanguine.Ouid.3.Amor.eleg.7.11.

Inuentus,(εὕρεσις,)Nomen ex participio.Q uintil.lib.8.in Procemio,Inuentis vim afferimus.

Inuentum reddere.Terent.Phorm.3.3.16,
Age age,inuentas reddam.Sub.minas.

Inuento est opus,Opus est vt inueniatur.Plaut.Bacch.4.41,
Quod ames,paratum est;quod des,inuento est opus.

Inuentum,Substantiuum,(ἕυρημα,)Cõmentum.Terent.Heaut.4.6.7,
Vt te omnes equidem dii deæq;quantum est Syre
Cum istoc inuento,cumque incœpto perdint. Plinius libro 23. cap.1.27, Vinum ictanos bibere nouitio inuento inutilissimum est. Vide N O V V S.

Aemuli inuentorum Zenonis,Stoici nominantur.Cic.pro Murena,56.

Artes,scientiæ,inuẽta.Cic.de Senect.71,Sic mihi persuasi,sic sentio,quã tanta celeritas animorum sit,tanta memoria præteritorum,futurorum prudentia,tot artes,tantæ scientiæ,tot inuenta, non posse eam naturã quæ res eas continet mortalem esse.

Memoranda inuenta.Virg.4.Georg.57.

Sicca,ac senera inuenta.Q uintil.lib.2.cap.4.5.

Inuentus,huius inuentus,(ἕυρεσις,)Ipse inueniendi actus.Plin.lib.17.ca. 10.9,Ex eodem inuentu est,surculos abscissos serere.Hoc est,eiusdem inuentionis & artis.

Inuentio,Verbale,(ἕυρεσις,)Idem.Plin.lib.5.cap.12.2,Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis & siderum. Idem lib.13. cap.1.13,Hæc sunt antiquæ inuentionis genera.

Inuentio atque excogitatio.Cic.1.Tusc.95.

Inuẽtio,Vna est de quinque rhetorices partibus. Vide Quintilianũ li.3. cap.5.Vnde etiam extant libri duo Ciceronis de Inuentione.

Inuentiũcula,pen.corr.Diminutiuum,(εὑρεμάτιον,)Q uintil.lib.8,Ad hoc plaraque minimis etiam inuentiunculis gaudent.

Inuentor,inuentoris,Verbale,(εὑρετής,) Q uintil.inuenit : vt Inuentor olei deus. Cicero 6.Verr.122. Sic Plinius libr.25.cap.8.1, Inuentor plantaginis.

Rerum inuentor.Lucret.lib.3.2.

Salutis inuentor.Stat.1.Sylu.1.16.

Scelerumque inuentor Vlysses.Virg.2.Aeneid.33.

Inuentor & princeps Stoicorum.Cic.4.Acad.138.

Inuentor voluptatum.Terent.Eunuc.5.9.5.

Inuentrix,(εὕρετρια,)Aliud verbale fœmin. Plinius libro.35.cap.11.4, Amauit in inuenta Glyceram municipẽ suam,inuentrícem coronarũ.

Princeps & inuentrix belli Minerua.Cic.3.de Nat.deor.72.

Carminis inuentrix & author.Ouid.6.Fast.142.

Inuentrices doctrinarum Athenæ.Cic.1.de Orat.7,

Inuentrix & magistra legum.Cic.5.Tuscul.7.

Oleæ inuentrix Minerua.Virg.1.Georg.4.

Ars inuentrix,& indicatrix,& enuntiatrix.Q uinti.lib.2.cap.15.15.

Inuentarium,inuentarii.Idem quod repertorium. Vlpianus de Administratione tutorum, 1.Tutor qui repertorium non fecit,quod vulgò inuentarium appellatur, dolo fecisse videtur:nisi forte aliqua necessaria iustissima causa allegari possit,cur id factum non sit.Si quis igitur dolo inuentarium non fecerit,in ea cõditione est vt teneatur in id quod pupilli interest,quod ex iureiurando in litem æstimatur. Nihil itaque gerere ante inuentarium factum eum oportet,nisi id quod dilationem

nec modicam expectare possit.

Inuenustus, Adiectiuum,(ἄχαρις,ἀχλόιτος,)Est,authore Donatio,sine venere,id est sine gratia, quem omnes respuant, repudientque, pulchræ, & quem deformes appetant. Idem Donatus,inuenustus,cui Displicens obiicitur.Terent.And.1.5.10,Adeone hominem esse inuenustum,aut infœlicem quenquẽ,vt ego sum?Ci. de Clar. Orato.128,C.Censorinus Græcis literis satis doctus, quod proposuerat explicans expeditè, non inuenustus actor, sed iners & inimicus fori.

Inuenustum arbustum.Colu.lib.5.cap.6.30,Sed vt densum arbustum cõmendabile fructu & decore est, sic vbi vetustate rarescit,pariter inutile & inuenustum est.

Sordida res & inuenusta.Catullus in Afinium,epigr.12.1.

Illepidum & inuenustum Catull.de Varri amica,10.1.

Inuenustè, Aduerbium,(ἀχαρίτως,)Incompòt,inelegãter, impolitè.Gel. lib.17.cap.11.Inibi in eisdem laudibus non hercle hac sententiola inuenustè lusit.

Inuerecundus, Adiectiuum,(ἀναιδής,)Verecundo contrariũ. Suet.de Claris grammat.15,Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit,vt Salustium historicum,q; eum oris improbi,animo inuerecundo scripsisset.Plaut.Rud.16.36,
-legirupa,impudens,impurus,inuerecundissimus.

Deus inuerecundus.Horat.Epod.11.3.

Inuerecunda frons,Quæ & perfricta & perfricata dicitur.Q uintil.lib.2. cap.4.12,Hinc parentum imperitorum inane gaudium,ipsis verò contemptus operis,& inuerecunda frons.

Inuerecundum animi ingenium, Impudens. Cicero 1.de Inuent.97,Sin inuerecundum animi ingenium possidet,tamẽ eum accusesinon enim probus est.

Inuergo, inuergis,inuersi,inuersum,secundum Diomedem,(ἐπιχύω,)Inuergere,Inclinare.Plaut.Curc.3.11,
Ipsum expeto tangere,inuergere in me liquores tuos
Sino ductim.Antiquum.

Frontique inuergit Vina sacerdos.Virg.6.Aeneid.49

Inuergere,pro infundere.Ouid.7.Metam.
Tum super inuergens tepidi carchesia lactis,
Alteraque inuergens liquidi carchesia mellis.

Inuerto, inuertis,inuerti,inuersum,διαστρέφω,παρεμπονέω,)Inuertere, Quasi in contrarium vertere, vt vestem aut pellem. Seu etiam verba præpostere pronuntiare : vt pro lauo, vola . Terentius Heaut.2.3.131,
Ego te autem noui, quàm esse soleas impotens,
Inuersa verba,euersas ceruices tuas.Plin.lib 37.ca.2.3, Infixam hamo inuertere se,quoniam sit dorso cultellato.De Murena.

In locum annulam inuertere.Cic.3.Offic.49,Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat,à nullo videbatur,ipse autem omnia videbat:idem rursus videbatur quum in locum annulum inuerterat . De Gyge loquitur.

Campum fractis inuertere glebis.Virg.3.Georg.32.Hoc est arare.

Inuertere negotium aliquod,Perturbare.Cice.ad Q .fratrem,lib.3.18.2, Quid quæris? probè premitur,nisi noster Pompeius diis hominibusq; inuitis negotium inuertit.Legitur aliàs euertit.

Inuertere ordinè. Cic.in Parti.14,Vt quum semel dictũ sit directe,sicut natura ipsa tulerit,inuertatur ordo,& idem quasi sursum versus retroque dicatur.Hic Cicero seipsum exposuit.

Inuertere scrobes oleis:Hoc est Podere locum pangendis oleis idoneũ. Cato c.27,Scrobes inuertito oleis,vlmis,vitibus,sicis simul eõ semine.

Inuertere se.Cic.de Aruf.resp.48, Videant ii qui illum Cn. Pompeio inimicum esse gaudebant, ob eamque causam in tot tantisque sceleribus conniuebant , & nonnunquam eius indomitos atque effrænatos furores plausu etiam suo prosequebantur,quàm se citò inuerterit. Hoc est,mutarit.

Nos virtutes ipsas inuertimus. Horat.1.Serm.saty.3.11.

Inuersus,Participium:(διεστραμμένος,)vt Inuersa manus. Plinius libro 11.cap.25.8.

Inuersa consuetudo.Quintil.lib.3.cap.11, Nonne nos hæc inuersa consuetudo deceperit.

Mare inuersum.Horat.Epod.10.1.

Mores inuersi.Horat.3.Carm.ode 5.2.

Inuersio,Verbale,(διαστροφή,)Q uod transpositũ dicimus,Cic.2.de Orat. 141,In verbis etiam illa sunt, quæ aut ex immutata oratione ducunt, aut ex vnius verbi translatione,aut ex inuersione verborum.

Inuesperascere, (ἑσπερίζω,)Vesperum tẽpus fieri. Lio.9. bel.Mac.102,Iã inuesperascebat.Taci.li.19.

Inuestigo, inuestigas,pe.pro.(ἰχνεύω,)inuestigare,Quærendo inuenire. Tractum à venatoribus,qui per vestigia feras quærendo inueniunt.Plaut.Merc.22.22.
Non concedam,neq; quiescam vsquam noctu,neq; dius
Prius profectò,quàm aut amicam,aut mortem inuestigauero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem Rud. 30. 34.
Quid dare velis, qui istæc tibi inuestiget, indicetque?
Eloquis e propere, celeriter. Terent. Heaut. 4. 2. 8, Nihil tam difficile, quin quærendo inuestigari possiet. Cic. pro Ligario, 1, Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est quod latebat, confitendum est, vt opinor. Idem 4 de Finib. 34, Veri inuestigandi cupidus.
Inuestigare cum animo. Plaut. Aulul. 29. 4, - atque
Equidem quò eam, aut vbi sim, aut qui sim,
Nequeo cum animo certum inuestigare.
Inuestigare de. Plau. Merc. 17. 4, Nihil inuestigo quicquã de illa muliere.
Diligenter de aliquo inuestigare. Cic. Attico, lib. 9. 17. 8.
Inuestigare & consequi. Cic. 1. Verr. 19, Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim.
Inuestigare & cõprehendere. Cic. 3. in Catil. 49, Vt & quanta, & quàm manifesta, & qua ratione inuestigata ac comprehensa sint, scire possitis.
Diligentia alicuius inuestigare quod latet. Cic. pro Ligario, 1.
¶ Inuestigare, sæpe etiam pro Indagare & conquirere ponitur. Plaut. Merc. 12. 79,
Certum est præconum iam iubere quantum est conducier,
Qui illam inuestigent, qui inueniant. Idem Milit. 21. 3,
- vbi vbi erit gentium,
Inuestigabo operæ ego non parco meæ. Cic. 6. Verr. 41, Qui inuestigabant & persequebantur omnia.
Conjurationem inuestigare, patefacere, opprimere. Cic. pro Sylla, 64.
Incredibilis ad inuestigandum canum sagacitas narium. Cic. 2. de Natu. deorum, 137.
Inuestigatio, Verbale, (ἐξέτασις, ἴχνευσις,) Inuentio. Cic. 5. de Finibus, 17, Qua ex cognitione facilior facta est inuestigatio rerum occultissimarum.
Inquisitio & inuestigatio. Cic. 1. Offic. 21, In primisque hominis est propria, veri inquisitio atque inuestigatio.
Conferre se ad inuestigationem, Vide CONFERO.
Inuestigator, pen. prod. Verbale, (ἰχνευτής, ἐξετασής,) Cic. de Vniuer. 1, Acer inuestigator & diligens earum rerum quæ à natura inuolutæ videntur. Idem pro Sylla, 64, Ego ille coniurationis inuestigator atque vltor, certè non defenderem Syllam, si coniurasse arbitrarer.
Diligentissimus antiquitatis veri inuestigator Varro. Cicero de Claris Orat. 30.

Inuestio, inuestis, inuestiui, inuestitum, penult. prod. inuestire, Est quasi ornare. Plin. lib. 35. cap. 7. 4, Publicas porticus inuestiuit pictura.

Inuestes, inermes, (ἄνοπλος,) dicimus, siue, vt quidam volunt, impuberes, vel imberbes. Palladius lib. 11. cap. 14, Inuestis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat.

Inuetero, inueteras, pen. corr. (παλαιόω, παλαιοποιέω,) inueterasco, Ad vetustatem seruare, inquit Budæus. Plin. lib. 23 cap. 2. 1, Aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies defervescente cortina, atque ita diffundebant, inueterabantque. Idem lib. 19. cap. 6. 15, Quòd si diutius allium cepeque inueterari libeat. Idem lib. 14. cap. 1, Dein cadis sole inueterantur. Columel. Nonnulli, quibus non fuit curæ cœlestem inueterare aquam, recentem sumunt, eamque vsque in quartam diem decoquunt. Sic Inueteratum vinum. Plin. lib. 14 cap. 2. 10.
Inueterauit hæc opinio, pro Inualuit. Cic. 2. de Nat. deorum, 7, Nec vnà cum seculis ætatibusque hominum inueterare potuisset. De diis loquitur. Budæus.
Inueterasco, inueterascis, inueteráui, inueterãtum, (παλαιόομαι,) inueterascere, Inualescere. Terentius in Prologo Hecyræ, 17,
Nouas qui exactas feci, vt inueterascerent:
Ne cum poeta, scriptura euanescerent. Vbi Donatus, Inueterascerent, id est, in consuetudinem venirent, spectarentur, amarentur. Columel. lib. 7, de morbo loquens, Sed si iam inueterauit, vehementioribus est opus remediis.
Inueterascere & corroborari. Cic. 3. in Catil. 70. Memoria vestra Quirites nostræ res alentur, sermonibus crescent, literarum monimentis inueterascent & corroborabuntur.
Inueterauit consuetudo: Hoc est inualuit. Cæsar 5. bel. Gal. 152, Atque hanc inueterascere consuetudinem noluit.
Insedit penitus & inueterauit macula in populi Romani nomine. Cic. pro Lege Manil. 4. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta, quę penitus insedit atq; inueterauit in Pop. Rom. noſe.
Inueterauit nomen eius, hominum sermonibus. Cic. pro P. Sylla, 17, At si tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen & honos inueterauit, & huic vrbi, & hominum famæ, ac sermonibus quàm tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum, de honore, & de omni dignitate contendunt? Id est, inualuit, & corroboratum est nomen.
Inueterauit opinio, Inolenit. Cic. 2. Verr. 1, Inueterauit enim iam opinio perniciosa Reip. vobisque periculosa, quæ non modò Romæ, sed & apud exteras nationes omnis sermone percrebuit, his iudiciis quę ante fiunt, pecuniosum hominẽ, quàtuis sit nocens, neminem posse damnari.
Irroborauit inueterauitque falsa atque aliena verbi significatio. Gel. lib. 1. cap. 22.
Vlcus inueterascit alendo. Lucret. lib. 4. 215.
¶ Inueterascere & extingui. Cic. 5. Tuscul. 58, Nihil enim inueterascere, nihil extingui, tuhil cadere debet eorum in quibus vita beata consistit. Alii legunt interarescere.
Inueterascere dicitur miles, in eo loco, vbi diu commoratur. Cæsar 1. bel. Ciuil. Quod ferè fit quibus quisque in locis miles inueterauerit, vbi multum earum regionum consuetudine moueatur. Item 2. bel. Gal. Vt Germanos diutius in Gallia versari noluerant, ita Pop. Rom. exercitum hyemare atque inueterascere in Gallia molestè ferebat
Inueterãtus, Participium vt Inueteratus dolor. Cic. 3. Tuscul. 62.
Inueteratus & Recens, contraria. Cic. de Senect. 66, Iam omnis conglutinatio recens, ægrè: inueterata, facile diuellitur. Idem 4. Tuscul 60, Aliter ferat inueterata, aliter recentia.
Institutum & Inueteratum, contraria. Cice. Appio Pulchro, lib. 3. 9. 13, Nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia.
Inueterata inuidia. Cic. pro Cluent. 1. Et 2. Offic. 86.
Inueteratum malum, cui Nascens opponitur. Antiquum. Cic. 5. Philipp. 186, Omne malum nascens facilè opprimitur, inueteratum fit plerunque robustius.
Inueterata querela. Cic. de Amicit. 34, Eorum querela inueterata, non modò familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni maxima atque sempiterna.
Inueteratio, Verbale, (παλαιότης,) Vetustas, antiquitas. Cic. 4. Tuscul 132, Inueteratio autem vt in corporibus ægrius depellitur quàm perturbatio: citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur: sic cognita iam causa perturbationum.

Inuicem, pen. corr. Aduerbium, (ἐπαμοιβαδὸν, ἐκλαλεῖ,) Id est, mutuò. Plaut. Menæh. 1. 9,
Ti se cognoscunt fratres postremò inuicem. Idem Amphit. 2. 26,
Turbas vxori ciet Amphitruo, atque inuicem raptant pro mœchis. Plin. in Paneg. 106, Nunc inter principem Senatumque dignissimi cuique charitate certatur: demonstramus inuicem, credimus inuicem. Quintil. Qui se ardentissimo amore inuicem dilexerunt.
Inuicem intentare crimen. Quintil. lib. 3. cap. 10. 5, Litigatores idem crimen inuicem intentant. Id est, inter se.
Hæc inuicem obstant. Quintil. lib. 4. cap. 5. Et lib. 8, Densitas earum obstat inuicem. Id est, obstant sibi inuicem, quòd sunt nimis densæ.
Inuicem se mutuis exhortationibus exacuere. Plin. Iunior, Quum inuicẽ se mutuis exhortationibus amici ad amorẽ immortalitatis exacuunt
Inuicem peritur manus iniectio. Quintil. lib. 7. cap. 8.
Manibus inuicem apprehensis. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Nihil inuicem imputare. Plin. lib. 8. cap. 17. 2.
¶ Inuicem, Per vicesvt Loquamur inuicem. Id est, Me loquente vos tacete, vobis loquentibus ego tacebo. Plin. lib. 6. cap. 1. 3, Alitum quippe cantus, canumque latratus inuicem audiuntur. De Bosphoris duobus loquitur, qui bubus meabili tantũ transitu distantita vt facillimè galli gallinacei vocem aliorum gallorũ exaudiant, inuicemq; canant.
¶ Inuicem, pro Secundo loco, vicissim, vel econtrario. Plin. lib. 2. epist. 35, ad Arrianum, Habes res vrbanas: inuicem rusticas scribe. Idem epist. 95. lib. 6, Scribis te absentia mea non mediocriter afficiri: vnumque habere solatium, quòd pro me libellos meos teneas, sæpe etiam in vestigio meo colloces. gratum quòd his fomentis acquiescis. Inuicem ego epistolas tuas lectito. Linius 8. bel. Pun. Requiescat aliquando tandiu vexata Italia: vratur, vasteturque inuicem Africa. Id est contrà vel vicissim.

Inuictus, Adiectiuum, (ἀνίκητος, ἀνίκατος,) Fortis, & qui vinci non potest. Cic. pro Marcello, 7, Recte igitur vnus inuictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio, visque deuicta est. Idem 3. de Finib. 114, Rectè inuictus, cuius etiam, si corpus constringatur, animo tamen vincula inici nulla possint. Sic in Pisonem, 27, Inuictus cinis.
Acie inuictus, Vide ACIES.
Cursu inuictus. Ouid. 8. Metam. 63.
Inuictum se à labore præstare: Hoc est Indefessum. Cic. 1. Offic. 97, Nec qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. Vide A vel AB præpositiones.
Viribus inuicti. Virg. 6. Aeneid. 79.
Adamas inuictus, Vide ADAMAS.
Armis inuictus Annibal. Cic. 3 de Lege agrar 93.
Arx Capitolii inuictissima. Tacit. lib. 19.
Corpus inuictum à vulnere. Ouid. 12. Metam. 34.
Fortis & inuicta defensio salutis meæ. Cic. Post red. in Sen. 26.
Inuicti dentes ignibus. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.
Dextera inuicta bello. Virg. 6. Aeneid. 176.
Dux inuictus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 9.

Gentes

Gentes inuictæ. Virg. 12. Aeneid. 39.
Nomen inuictissimi imperatoris incidatur. Cic. 6. 74.
Manu inuicta gestare bellum. Ouid. ad Liuiam, 77.
Robur inuictum. Silius lib. 11. 32.
Virtus inuicta. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 23.

Inuideo, (φθονέω, βασκαίνω, μέμφομαι,) Inuidès, pen. corr. inuidi, inuisum, pen. prod. dicitur de rebus secundis alicuius dolore affici. Cicero 3. Tuscu. 34, Ab inuidendo autem inuidentia rectè dici potest, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunam alterius. Priscianus 1 N negatiuè exponit, dicens, Inuideo tibi, quasi non in deus tibi non fio, hoc est, nõ fortè te bene agentem video. Plaut. Bacchid. 11. 14, Nullus est qui nõ inuideat rem secundam obtingere.
Inuidet aut fauet semper dignitatis iniquus iudex populus. Cicero pro Plancio, 5.
¶ Inuideo, Dativo. Terent. Eunuch. 3. 1. 20.
-Inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum. Cic. 4. Acad. 13, Qui mihi videntur non solum viuis, sed etiam mortuis inuidere. Idem 5. Verr. 187.
Honori alicuius inuidere. Cic. 2. pro Lege agrar. 100.
Laudi & gloriæ maximè inuideri solet. Cic. 1. de Orat. 114.
Nouitati alicuius inuidere. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 10.
Paribus aut inferioribus maximè inuident homines: quum se relictos sentiant, illos dolent euolasse. Cic. 2. de Orat. 115.
Inuidet ipsa sibi. Ouid 2. Fast. 119.
Virtuti inuidere, labes quædam & macula huius seculi est. Cic. pro Cornel. Balbo, 11.
¶ Inuideo, Accusatiuo iunctum. Ouid. epist. 13. 28, Troadas inuideo. Virg. 8. Aeneid. 102, Sed mihi tarda gelu, secisq; effœta senectus inuidet imperium. Plin. epist. vltima, lib. 1, Quod inuidetis bonã mortem, cui dare vitam non potestis. Sobauditur datiuus.
¶ Inuidere, Dativo & accusatiuo. Plaut. Most. 2. 48, Q uasi inuidere mihi hoc videre Grunio. Plin. epist. 190. b, Sed non ita gloriæ meæ fauerim, vt vobis societatis iuis inuideam. Virg. 7. ecloga, 12, Liber pampineas inuidit collibus vmbras. Plin. Neq; ego, vt multi, inuideo aliis bonũ, quo ipse careo. Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Cic. 3. Tusc. 5, Vt nobis optimam naturam inuidisse videãtur. Liu. 2. ab Vrbe, 172, Inuiderunt laudes suas mulieribus viri Romani.
Fortuna te mihi inuidit. Virg. 11. Aeneid. 9.
Honorem inuidere alicui. Horat. 1. Serm. satyr. 6. 10.
¶ Inuidere, pro Odisse ponitur. Ouid. epist. 1. 1, Troia iacet, certè Danais inuisa puellis, Cic. Diis, hominibusq; inuisus.
¶ Inuideor, Passiuum. Horat. in Arte, 2,
-ego cur acquirere pauca
Si possum, inuideor?
¶ Inuidetur, Impersonale. Cic. 4. Tusc. 16, Inuidia non in eo qui inuidet solum dicitur: sed etiam in eo cui inuidetur. Idem 2. de Orat. 114, Inuidetur enim cõmodis hominum, &c. Idem 2. Offic. 63, Non modò non inuidetur illi ætati, sed etiam fauetur. Plaut. Bacch. 11. 15, Sibi ne inuideatur, ipsi ignaui cauent rectè.
¶ Inuidere, Negare. Plin. lib. 15. cap. 2. 2, Cereri totum id natura concessit, oleum ac vinum non inuidit tantum.
¶ Aula inuidenda. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.
Inuidia, inuidiæ, (φθόνος, νέμεσις, βασκανία,) Actus ipse inuidẽdi: qui nõ in eo solum qui inuidet dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur, vt dictũ est. ex Ciceronis lib. 4. Tusc. 16. Horatius 1. epist. 2. 12,
Inuidia Sicali non inuenere tyranni
Maius tormentum.
Digna imitatione, non inuidia, hominum excellentium virtus. Cice. 14. Philipp. 396.
Inuidiæ aut odii non dissimilis offensio. Cic. 2. de Orat. 115.
Inuidiæ incendio conflagere, Vide CONFLAGRO.
Motus inuidiæ longè omnium acerrimus. Cic 2. de Orat. 115.
Largitionis regiæ inuidia. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 4, Senatus religionis calũdia comprobat.
Cæca, Vide CAECUS.
Detestanda. Cic. 1. de Nat. deor. 70.
Infœlix. Virg. 3. Georg. 7.
Pestilens. Senec. Hippol. 4. 27.
Tristis. Senec. Oct. 10. 8. 10.
Citra inuidiam, Vide CITRA.
¶ Inuidia, Odium, & maleuolẽtia: Est, inquit Valla, vel dicto vel facto in alterum maleuolentiæ conciliatio. vt si quis calamitates suas referat, ostendátve, vt authori calamitatum cõcitet odium cæterorum: quod dicitur Inuidiam facere, vel vocare, vel adducere inuidiam. Terent. And. 1. 1. 39, -ita vt
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Quintil. Nec ei tot sceleratum cõmemoratione concitarem inuidiam. Plaut. Castel. 2. 3,
Cum inuidia summa opum suarum nos illæ volunt
Esse indigentes, nostra copia nihil potesse. Quintil. lib. 6. cap. 3, Inuidia aduersarios, conuitium nos inuisos facit.
¶ Inuidia, Odium publicum, & fama calamitosa, vt Cicero vocat, & sensus publicus de aliquo ob inuisam opinionem. Cic. 1. in Catil. 20, Sed siquis est inuidiæ metus, non est vehemẽtius seueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimescenda. Budæus.
¶ Inuidia temporum, Iniuria, malignitas. Plin. epist. 190. b, Ego & modestius & constantius ac bitratus immanissimum reum, non cõmuni temporum inuidia, sed proprio crimine vrgere, quum iam satis ille primus impetus deferuisset, &c.
In summam inuidiam adductæ res. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 3.
Aestuare inuidia, Vide AESTVO.
Ardere inuidia, Vide ARDEO.
Assumere inuidiam, Vide ASSVMO.
Attingi inuidia, ATTINGO.
Capere inuidiam, Vide CAPIO.
Colligere inuidiam crudelitatis ex re aliqua. Ci. 7. Verr. 15. Si quid vindicatum seuerè est, vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam.
Commouere inuidiam, Vide COMMOVEO.
Concitare inuidiam. Quintil. lib. 6. cap. 1. 10. Vide CONCITO.
Conferre inuidiam mortis alicuius in alterum. Cic. pro Flacco, 32, Mortis illius inuidiam in Flaccum Lælius conferebat.
Conflagrare inuidia, Vide CONFLAGRO.
Conflare inuidiam, Vide CONFLO.
Cumulare sibi inuidiam, Vide CVMVLO.
Detrahere inuidiam alicui. Senec. Troade, 20.
Dissoluere inuidiam criminis vrbanitate. Quintil. lib. 6. cap. 3. 7.
Eleuare inuidiam. Quintil. lib. 5. cap. 13. 32.
Extinguit inuidiam mors, res gestę sempiterna nominis gloria nituntur. Cic. pro Corn. Balbo, 11.
Facere inuidiam. D. Brutus Bruto & Cassio, lib. 11. 1. 9, Post nouissimum Hirtii sermonem, placitum est mihi postulare vt liceret nobis Romæ esse publico præsidio: quod illos nobis concessuros nõ puto: magnam eorum inuidiam iis faciemus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 11, Q uorum inuidiã gratia, odium turpitudo, iram offensio iudicis facit. Vide FACIO.
Flagrare, vel Conflagrare inuidia, Vide suo loco.
Gliscit inuidia crudelitatis. Tacit. lib. 15.
Habere inuidiam. Cic. 6. Verr. 25, Cogitasti, si eĩ reddidisses, te minus inuidiæ habituram. Idem in Oratore, 97, Sed habet nomen inuidiam, quũ in oratione iudiciali & forẽsi numerus Latine, Græce ἐνθύμημα inesse dicitur. Idem 1. de Oratore, 156, Scaurus nõ ullam haberet inuidiam ex eo quòd Phrygionis Pompeii locupletis hominis, bona sine testamẽto possederat.
Syllanus ager maximã habet inuidiã. Ci. 2. de Leg. agr. 71. Syllanus ager à certis hominibus latissimè cõtinuatus tantã habet inuidiã, vt veri ac fortis Tribuni plebis strídorem vnum perferre non possit.
Incendere inuidia. Quintil. lib. 4. cap. 2. 83, Totam expositionem incendit inuidia.
Inflammare inuidiam, Vide INFLAMMO.
Laborare ex inuidia, Vide LABOR, labõris.
Obtrectatio inuidiæ solet lacerare plerosq;. Cic. de Clar. Orat. 80.
Macerat nos inuidia. Lucret. lib. 3. 15.
Mollire inuidiam. Tacit. lib. 4, Quò molliret inuidiam.
Onerari inuidia. Suet. in Othone, cap. 6.
Opprimi inuidia. Quintil. lib. 7. cap. 3, 25, Vide OPPRIMO.
Parare inuidiam alicui ex sua re familiari. Cic. in Salustium, 5.
Pati inuidiam. Ouid. epist. 19. 14.
Placare inuidiam. Horat. 2. Serm. saty. 3. 3.
Quærere inuidiam in aliquem. Cic. pro Rabir. Posth, 29, Nam in eum cui misericordia opitulari debeat, inuidia quæsita est.
Rapere in inuidiam, quod & Trahere & adducere dicitur: hoc est Facere vt quis cui inuideat. Cic. 3. de Lege agrar. 5, Quid ergo ait Marianus Tribunus plebis qui nos Syllanos in inuidiam rapit?
Remouere à se inuidiam. Ouid. 13. Metam. 176.
Inuidiæ esse alicui dicitur res aliqua. Liu. 4. ab Vrbe, 216, Nactus inter aduersarios superbum ingenium, immodicamq; linguam, quam irritãdo agitando q; in eas impelleret voces, quæ inuidiæ non ipsi tantum, sed causæ atque vniuerso ordini essent.
In inuidia esse, Inuideri. Cic. ad Atticum, lib. 2. 14. 3, Nõ enim poterimus vlla esse in inuidia spoliati opibus, & illa Senatoria potentia. Alla exẽplaria non habent præpositionem in.
In inuidia res est. Salust. in Iugurtha, Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplis honoribus vsuri, quòd inuidia res orat, simul & à Numidis obsecrati, triduo nauem ascẽdere. Erat, inquit, res in inuidia, id est odiosa erat bonis vtris: quia negotium gratia & fauore agebatur eorum qui Iugurthæ fauebant.
Inuidiam & offensionem timere. Cic. pro Cluentio, 54.
Insidiarum inuidiam in Clodium vertit. Quintil. lib. 6. cap. 6. Hoc ad

Universidad de Deusto Biblioteca

Inuidiam eius, qui prouinciæ præest spectat, siquis tam impotenter se gerat, vt omnes metuãt aduersus eum aduocationé suscipere. Vlpian. in L. Nec quicquam. Parag. Sed & si. ff. De officio proconf. & legati.

Vertere ad inuidiam. Tacit. lib. 13, Ne per tot annos sine querela tolerata, nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent.

Vocare aliquid in inuidia. Quintil. lib. 6. cap. 4, Quum reus candido frontem sudario tergeret, idq; accusator in inuidiã vocaret. Vide V O C O.

Inuidiola, inuidiolæ, pen. corr. Diminutiuum, (φθονίδιον,) Cic. Quum nescio quid inter eos inuidiolæ exortum fuisset. Sipontinus.

Inuidentia, inuidentiæ, ab inuidia differt, vt ebrietas ab ebriositate: quippe inuidia est quum inuideatur, hoc est actus ipse inuidendi. Inuidentia verò est ægritudo animi, quæ propter res secundas alterius suscipitur, quæ nullam iacturam afferant inuidenti: nam siquis doleret eius rebus, à quo ipse læderetur, non rectè diceretur inuidia. Hæc Sipontinus ex 4. Tuscul. quæst. Ciceronis, 17.

Inuidus, pen. corr. (φθονερός, βάσκανος, ἐπήλυμον,) Qui actu alicui inuidet. Plaut. Merc. 18. 15, Iracundi, sibi, suisque inuidi. Plin. in Paneg. 26, Alienisque virtutibus tunc quoque inuidus. Horat. lib. 1. epist. 2. 12, Inuidus alterius rebus macrescit opimis.

Virturis hostis, laudis inuidus. Cic. pro Flacco, 1.

Inuidus, & Fautor laudum alicuius, contraria. Cic. in Orat. 78, Occurrebat enim posse reperiri non inuidos solùm, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum qui non censerent, &c.

Inuidis & obtrectatoribus nomen inductum falsæ religionis. Cice. Lentulo, lib. 1. 4. 4.

Inuidus, maleuolus, liuidus. Cic. 4. Tuscul. 43.

Dente mordeor inuido. Horat. 4. Carm. ode 3. 4.

Ambitiosus & inuidus imperator. Cic. pro Murena, 18.

Lingua inuida. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 9.

Turba inuida. Propert. lib. 3. eleg. 1. 5.

Inuidiosus, pen. prod. Adiectiuum, (ἐπήρεφθος,) Qui morbo Inuidentiæ laborat. Ouid. 15. Metam. 47,

Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas, Omnia destruitis.

¶ Inuidiosus, Passiue, Cui alii inuident. Ouid. 11. Metam. 18, de Mida,

Pactolumque petit, quanquam non aureus illo
Tempore, nec charis erat inuidiosus harenis. Cicero Dolabellæ, lib 9. 14. 15, Contingit enim tibi quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis, &c. Plin. lib. 35. cap. 2. 8, Inuentione muneris etiam diis inuidiosus. De Varrone.

Inuidiosus & multis offensus. Cic. pro Cluentio, 127.

Inuidiosum ad bonos. Cic. ad Atti. lib. 8. 147. 11, Sed sit, deferet triúphũ non accipere ne periculosum sit: an accipere inuidiosum ad bonos?

¶ Inuidiosus, Odiosus & inuisus. Plin. de Viris illust. 4. b, Metius Suffecius dux Albanorum, quum se inuidiosum apud ciues videret, quòd bellum solo trigeminorum certamine finisset. Cic. de Amici. 17, Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum.

Inuidiosus apud bonos. Cic. ad Atticum, lib. 2. 34. 7, Sunt enim illi apud bonos inuidiosi, ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alteoam assumpsissem.

Inuidiosior. Cic. 4. Verr. 28, Putabant absentis damnationem, præsertim tantæ pecuniæ, multo inuidiosiorem fore, quàm si præsens damnatus esset. Ouid. 7. Metam. 123,

Ante sacros vidi proiecta cadauera postes,
Ante ipsas, quò mors foret inuidiosior, aras.

Inuidiosa res. Cic. 6. Verr. 36, Rem claram esse, & inuidiosam. Quint. lib. 6. cap. 5. 7, An quòd in re inuidiosa legis auxilio nouissime est vsus?

Arma inuidiosa. Ouid. epist. 8. 10.

Inuidiosa ferri radiabant atria regis. Martial. lib. 1. 2.

Bona inuidiosa. Ouid. ad Liuiam, 12.

Inuidiosum crimen. Cic. pro Cluent. 114, Nullus est locus à me purgandi istius inuidiosi criminis prætermissus. Sic 4. Verr. 77.

Inuidiosum iudicium. Cic. pro Cluent. de iudicio Iuniano, Perinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim, inuidiosum illud fuisse iudicium. Id est, inuidia flagrasse, quasi corruptum & nummarium. Budæus. Sic pro Quintio, 16.

Inuidiosum nomen voluptatis. Cic. 4. Acad. 150.

Pecunia inuidiosa. Cic. pro Corn. Bal. 45, Tum pecuniam L. Cornelii, quæ neque inuidiosa est, & quantacunque est, eiusmodi est, vt conferuata magis, quàm corrupta esse videatur.

Possessiones inuidiosas tenere. Cic. 1. pro Lege agrar. 70.

Præmia inuidiosa. Ouid. 13. Metam. 83.

Turba non inuidiosa. Ouid. 3. Fast. 87.

Rapina. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 11.

Spes. Ouid. 4. Metam. 159.

Facere inuidiosum. Quintil. lib. 6. cap. 2. 18, Nanque altera inuidum, altera inuidiosum facit.

Inuidiose, pen. prod. Aduerbium, (ἐπηρέφθως,) Cic. 4. Acad. 161, Num minus hæc inuidiose dicuntur? Hoc est odiose & inuisè. Idem pro Milone, 9, Declarant huius ambusti Trib. plebis illæ intermortuæ conciones, quibus quotidie meam potentiam inuidiosè criminabatur.

Inuigilo, inuigilas, pen. corr. (ἐπαγρυπνέω,) Inuigilare, Cum cura & solicitudine vigilare. Colum. lib. 10. cap. 16,

Inuigilate viri tacito nam tempora gressu
Diffugiunt, nulloque sono conuertitur annus.

Cura inuigilat quieti. Stat. 8. Thebaid. 115.

Curæ inuigilant animo. Stat. 3. Thebaid. 1.

Mens inuigilat curis. Silius lib. 10. 66.

Malis inuigilare. Ouid. 4. Fast. 106.

Victu inuigilare. Virg. 4. Georg. 32. Victu pro Victui.

Inuinius, Adiectiuum, (ἄοινος,) Abstemius: quasi sine vino: sicut inuius, sine via. Apuleius libro vltimo, Neque vllum animal essem, & inuinius essem. Antiquum.

Inuiolábilis, & hoc inuiolabile, pen. corr. Adiectiuũ, (ἀβλαβής,) Quod violari nõ potest aut vulnerari. Sil. lib. 16. 3.

- velut inuiolabile telis Seruabant sacrumque caput.

Inuiolatus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀδιαβλής,) Violato contrarium, Integer, incorruptus, illæsus. Cic. pro Rabirio Perduel. reo, 7, Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omniũ ciuium Rom. integrum ius libertatis defendo, seruari oportere! Idem pro Sestio, 123, Cæteri verò aut repentina vi perculsi, ac tempestate populari, per populum tamen ipsum recreati sunt atque reuocati, aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt. Colum. lib. 12. cap. 1. 4, Quæ domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, & non explorata atque inuiolata recipere. Horat. 3. Carm. ode 4. 8, Et Bythicum inuiolatus amnem. Sub. Visam.

Membra inuiolata feris. Stat. 3. Thebaid. 23.

Mens inuiolata mero. Silius lib. 11. 62.

Pudicitia inuiolata. Ouid. ad Liuiam, 9.

Inuiolãte, pen. prod. Aduerbium, (ἀδιαβλήτως,) Incorruptè. Cic. de Senect. 73, Memoriam nostri piè inuiolateque seruabitis.

Inuiso, inuisis, pen. prod. inuisi, inuisum, (ἐπισκήπτομαι,) inuisere, Idem quod simplex viso: nisi quid addat compositio vehementiæ. Cic. ad Atticum, lib. 1. 15. 10, Et vt iam inuisas nos, non solùm rogo, sed etiam suadeo. Idem 5. de Finib. 8, An eum locum libenter inuisit, vbi Demosthenes & Aeschines inter se decertare soliti sunt? Liu. 1. ab Vrbe, 251, Quin si vigor iuuentæ inest, conscendimus equos, inuisimusque præsentes nostrarum ingenia?

Inuisere ad. Plaut. Menæch. 3. 32, Nunc ad eum inuiso. Idem Capt. 7. 99, Ad fratrem modo captiuos alios inuiso meos. Idem Stich. 3. 9, Iam ego adeo, ad meam maiorem filiam inuiso domum.

Ambulationem alicuius inuisere. Cic. Attico, lib. 4. 79. 4.

Domum alicuius inuisere. Cic. Attico, lib. 4. 75. 6. Catul. Argon. 59. 77.

Libenter inuisere locum aliquem. Cic. 5. de Finib. 8.

Vir inuisens prælia. Catul de coma Berenicis, epig. 61. 4.

Vrbes inuisere. Virg. 1. Georg. 5.

Inuisitãtus, pe. pro. Adiect. pro Nõ visitato. Quint. Declama. 13, Nullus amœnus portus prætermittitur: nulla celebris ciuitas inuisitata trãsit.

Inuisus, pen. prod. (ἀξένιστος,) Nomen, Non visus. Cic. de Aruspicum respon. 54, Occulta & matribus nõ inuisa solùm, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere peruertit.

¶ Inuisus, (μισητός, ἀποστατός,) Odio habitus, odiosus, quem animo æquo videre non possumus. Cic. pro Lege Manilia, 33, Ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Ouid. epist. 1. 1, Troia tacet, certè Danais inuisa puellis.

Inuisus Deo, & à Deo neglectus aliquis. Cic. 1. de Nat. deor. 147, Nec vero ita refellẽdum est, vt si legeribus aut vinetis cuiuspiam, tempestas nocuerit: aut siquid è vitæ commodis casus abstulerit: eum cui quid horum acciderit, aut inuisum Deo, aut neglectum à Deo iudicemus.

Facere aliquem magis inuisum. Quintil. lib. 3. cap. 7. 13, Et quosdam claritas ipsa notiores circa vitia, & inuisos magis fecit.

Aurum inuisum. Propert. lib. 3. eleg. 5. 1.

Capur inuisum. Virg. 9. Aeneid. 103.

Dente inuiso carpere aliquem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 15.

Hostis inuisus. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 5.

Improbitas licet aduersario molesta sit, iudici inuisa est. Quintil. lib. 6. cap. 4. 12.

Negotia inuisa. Horat. 1. epist. 14. 4.

Lutulenta, impura, inuisa persona. Cic. pro Roscio Comœ. 12.

Salus inuisa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 1.

Vita inuisa. Ouid. in Ibin, 68. Liuius 8. bel. Pun. 141, Vbi vita inuisa esset mea.

Inuisum & odiosum. Plaut. Merc. 3. 79,

Ego me vbi inuisum meo patri esse intellego,
Atque odiosum, &c.

Inuisior, (δυσχερεστέρος,) Comparat. Inuisissimus, Superlat. Cic. 2. Officio 48, Quo enim quis versutior & callidior est, hoc inuisior & suspectior, detracta opinione probitatis. Plin. lib. 22. cap. 13. 1, Vrtica quid esse inuisius potest? Plinius epistola vltima. lib. 2. Cuius marito inimicissimus, ipsi inuisissimus fuerat. Tacit. lib. 17. Et iam in T. Iunii odiũ diuerterant, qui in dies quanto potentior, eodem actu inuisior erat.

Inuito, inuitas, pen. prod. (προσκαλέομαι, παρακυγέλω,) inuitare, Vocare, Allicere. Terent. Heaut. 1. 2. 11. Quam vellem Menedemum inuitatum, vt nobiscum esset hodie amplius.

Inuitare, & allectare. Cicer. de Senec. 53. Ad quem fruendum non modo non retardat, verumetiam inuitat atque allectat senectus. Idem de Amicitia. 81. Quãuis blãda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsi illam allectant & inuitant, &c.

Inuitare. Delectare. Virg. lib. 1. Georg. 61.

Inuitat genialis hyems, curasque resoluit.

Inuitare animos vitu, Oblectare & recreare. Plin. lib. 22. cap. 6. 6. Pinxerat remedia in floribus, vtique ipso animos inuitarat, etiam delitiis auxilia permiscent.

Animos inuitat pretiis. Virg. 5, Aeneid. 58.

Appetitum animi inuitare & allicere. Cic. 5. de Finibus. 29.

Inuitari bonitate. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 15. Qui iucundi ad beneficiendum bonitate inuitatus est, & ipsa pulchritudine rei, etiam liberius dabit nihil debituris, nisi quod volunt.

Inuitare ad cenam, & ad epulas, Hoc est conuocare. Cic. 3. Offic. 65. Et tunul ad cenam hominem in hortos inuitaui in posterum diem. Idẽ ad Trebatium, lib. 10. 18. 1. Quãm vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis inuitasses. Quint. lib. 7. ca. 4. 25.

Inuitare ad occasionem. Plin. lib 10. cap. 8. 3.

Omnia inuitant culpam. Ouid. epist. 16. 37.

Inuitare domum hominem. Liu. 3. ab Vrbe, 61, Benignè salutare, alloqui plebis homines, domum inuitare, adesse in foro.

Gloria inuitantur præclara ingenia. Cic. Bruto, 15. 13.

Inuitare in hospitium, & hospitio. Liu. 8. bel. Pun. 136, Vt eos per idoneos homines benigno vultu ac sermone in hospitium inuitatos, sopitosq; vino vincirent. Cic. 2. Philip. 336, Possessiones enim sunt P. Clodii, ro 12 familia occurret, hospitio inuitabit propter familiaritatem notissimam. Sic idem ad Atticum, lib. 13. 26. 1. 6.

Liberaliter in aliquam legationem inuitari. Cic. Attico, lib. 2. 35. 4.

Inuitare ad legendum, Allicere. Cic. 1. Acad. 13.

Inuitari in locum alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 2. 34. 7, Cosconio mortuo, fum in eius locum inuitatus. id erat vocati in locum mortui.

Inuitare aliquem poculis, Propinare & præbibere. Plaut. Rud. 10. 31. Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.

Inuitare aliquem in prædam. Cic. 4. Verr. 19, Sed tu quum & tuos amicos in prouinciam quasi in prædam inuitabas: ac cum illis, ac per eos prædabare: & eos, &c.

Præmiis aliquem inuitare. Cic. pro Ligario, 7.

Inuitare sese in cœna, Id est replere. Plaut Amphit. 4. 119.

Credo equidem dormire solem, atque appõtum probè.

Mira sunt, nisi inuitauit sese in cœna plusculum. Suet. in Augusto, cap. 77, Postea quoties largissimè se inuitaret, senos sextantes nõ excessit. Hoc est largissimè biberet.

Somnos inuitare. Horat. Epod. 2. 6.

Inuitat spes. Plin. lib. 33. cap. 4. 13.

Inuitare tecto ac domo. Cic. 6. Verr. 21, Rex denique ecquis est, qui Senatorem Pop. Romani tecto ac domo non inuitet?

Vomitiones inuitare. Plin. lib. 22. ca. 24. 6. Aqua mulsa & tusscientibus vti

lia traditur calefacta inuitat vomitiones.

Inuitare, cum infinitiuo. Liu. 2. bel. Pun. Nudantes ceruicem iugulumq;

& reliquum sanguinem inuitantes haurire.

Inuitatus, pen. prod. (πρόσκλητος,) Participium, vt Inuitata improbitas, in parto successu. Plin. lib. 2. cap. 23. 4.

Inuitatus, huius inuitatus, pen. prod. (κλῆσις,) Illectamentum & inuitamẽtum, rogatus. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. ep. 6, Mitto igitur ad te Trebatiũ, atque ita mitto, vt initio mea sponte, pòst autem inuitatu tuo mittendum duxerim.

Inuitatio, Verbale, Conuocatio, allectio. Cic. 9. Philip. 260, Aderat & hospitum inuitatio liberalis. Idem ad Atticum, lib. 9. 184. 2, In Epeirum verò inuitatio quàm suauis? quàm liberalis? quàm fraterna?

Ad dolendum inuitatio. Cic. 2. Tusc. 140.

Inuitamentum, inuitamenti, Idem, (πρόσκλησις,) Cicero Hortensio, Voluptates autem nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt senibus. Idem 5. de Finib. 29, Inuitamenta naturæ primæ. Idem pro Sylla, 55. Et Liuius 2. ab Vrbe, 181, Patres satis superque gratuiti furoris inuitamenta horrebant.

Inuitamentum ad tempus. Cice. Plancio, lib. 10. 10. 5, Is autem qui verè appellari potest honos, non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium.

Inuitabilis & hoc inuitabile, pen. corr. (προσκλητικός,) Delectabilis, iucũdus. Gel. lib. 13. cap. 11, Sermones iucundos, & inuitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate vtiles.

Inuitus, pen. prod. (ἄκων, οὐκ ἐθέλων, ἀκούσιος,) Qui per vim aliquid facit, Non libenter, Tergiuersans, Contra voluntatẽ, Repugnans, Repugnanter, Coactus. cui contrariũ est Liberos. Plaut. Epid. 14. 65, —inuitus do hanc veniam tibi. Idem Pœnul. 18. 35, Nos fore inuito domino nostro diebus paucis liberas. Idem Casin. 6. 23, Inuitus me vides, viuam tamen. Terent. Adelph. 2. 1. 4, Ego istam inuitis omnibus.

Inuitissimus, pen. corr. Plin. epist. 171. lib. 1, ad Ruffinum, fuit alioqui fratribus illis quasi fato datum, vt diuites fierent, inuitissimis à quibus facti sunt. Cice. 4. Verr. 105, Hoc significant, atque adeò aperrè ostendunt, sese ad statuas pecuniam metu ac malo coactos inuitissimos contulisse. Idem ad Atticum, lib. 16. 337. 3, Et quidem vt à me dimitterẽ inuitissimus, fecerunt Eroris literæ.

Inuiti per vim atque imperium statuas dederunt. Cic. 4. Verr. 117.

Sapiens nihil facit inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Cic. in Parad. 43.

Facere inuiti & recusantes coacti sumus. Cic. 2. de Orat. 11.

Cogendi iudices inuiti, retinendi contra voluntatem. Cic. pro Mure. 39.

Extorquendũ ab inuito atqui ingratis qd non debet. Cic. pro Quint. 26.

Inuinus facio. Terent. Heaut. 4. 6. 2,

Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet
Quam inuitus facias. Cice. de Senec. 3, Itaque feci non inuitus, vt prodessem multis tuo rogatu.

Non inuitus lego. Cic. 1. de Fin. 7, In quibus hoc primum est in quo admirer, cur in grauissimis rebus non delectet eos patrius sermo, quum iidẽ fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inuiti legant.

Rogare inuitum. Catull. ad Seipsum, epigr. 8. 3.

Vim tulit inuitæ. Ouid 4. Metam. 48.

Vis trahit inuitam. Ouid. 7. Metam. 4.

Ad aures inuitas peruenit crimen. Ouid. 2. de Arte, 90.

Inuitis diis hominibusq; absolutus. Cic. 3. Verr. 6.

Inuita Minerua aliquid dicere aut facere id est Aduersante aut repugnãte natura. Cic. 1. Offic. 156. Horat. in Arte, 78, Tu nihil inuita facies dicesve Minerua.

Oculis inuitis aspicienda. Ouid. epist. 9. 25.

Inuitus huius solutionis. Vlpian. in L. Quod seruus. ff. Deposi. Vel credidit dominum non inuitum fore huius solutionis. Id est domino non inuito fieri hanc solutionem.

Inuite, pe. prod. inuitius, inuitissimè, (ἀκουσίως,) Aduerb. Ingrato animo, contra volũtatem. Cic. ad Atticũ, lib. 8. 147. 6, Inuite cepi Capuam, nõ quominus illud defugerem, &c. Idem 2. de Orat. 198, Quẽ ego paulo sciebam, vel prudentius, vel inuitius (nolo enim dicere de homine fastidiosus) ad hoc genus sermonis accedere.

Inuius, Adiect. (δύσβατος) Per quod iri non potest: cui contrariũ est Peruius. Plin. li. 12. c. 14. 1, Saba regio vndiq; rupibus inuia.

Dumosa inuia. Silius lib. 4. 62.

Lustra inuia. Virg. 4. Aeneid. 31.

Maria inuia Teucris. Virg. 9. Aeneid. 28.

Inuii saltus. Liu. 9. ab Vrbe, 71.

Via inuia. Virg. 3. Aeneid. 77.

Inuia, dicũtur loca ad quæ accedi non potest, aut ad quæ, vel p quæ difficillimè acceditur, quæ Græci vocant ἄβατα, quasi inaccessa, vel inaccessibilia. Ouid. 5. Fast. 116, Et non accessis inuia fluminibus.

Inula, inulæ, pen. cor. (ἐλένιον,) Herba est, cuius condiendæ rationem docet Colomella lib. 12. cap. 46.

Acidæ inulæ. Horat. 2. Serm. saty. 2. 9.

Amaras inulas coquere. Horat. 2. Serm. saty. 8. 11.

Mollicella inula. Catull. ad Thallum, epig. 22. 1.

Inultus, (ἀτιμώρητος,) impunitus, de quo non est sumptum supplicium. Cic. 1. de Diuinat. 102, Mortem suam ne inultam esse pateretur. Terent. And. 5. 5. 4, Ergo pretium ob stultitiam fero, sed inultum id nunquam aufert. Cic. pro Cluentio, 37, Cur hunc esse inultum tandiu finis?

Impunitum & inultum. Cic. 1. Verr. 29, Vt cæterorum quoq; iniuriæ sint impunitæ atque inultæ.

Inultum aliquid auferre, apud Terentium: vt dictum est.

Iacere inultum, Vide I A C E O.

Pati & relinquere aliquid inultum. Cic. pro Lege Manil. 7.

Nos hæc patiemur inultæ. Ouid. 4. Fast. 119.

Inultum relinquere. Cic. pro Lege Manil. 7, Ius legationis verbo violatũ persecuti sunt: vos legatum Pop. Roma. omni supplicio interfectum, inultum relinquetis?

¶ Inultus, pro indemni, vel qui est extra periculũ. Curtius lib. 3. Vnde in ultus subeuntem aut prohibere aut opprimere hostem potuisset.

Inumbro, inumbras, (ἐπισκιάζω,) inumbrare, Tegendo vmbrã facere, & quod dicitur Opacare. Plin. in Pane. 31, Est hæc natura sideribus, vt parua, & exilia, validorum exortus obscurentur: similiter imperatoris adoentu, legatorum dignitas inumbratur. Colo. lib. 4. cap. 14. 1, Nam vtiq; frequẽter solum exercendum est, dum id incremento suo vites inumbrent. Virg. 11. Aeneid. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Instructosque choros obtentu frondis inumbrant.
Ora inumbrant coronis. Lucret. lib. 3. 1156.
Vespera vniuersum inumbrat. Tacit. lib. 19, Inumbrante vespera vniuersum, Pluuiant exercitus robur aduenit.
Inumbrare, per metaphoram, pro Tueri ac defendere accipitur, inquit Perottus.

Inunco, inuncas, inuncare, (ἐνιγκυγεδίω,) Quasi vnco inuadere & arripere. Lucilius,
- aut qui nummos tristis inuncat.
Colum. lib. 7. cap. 3. 9, Tum etiam quotidie minuitur lana: quæ quanto prolixior in pecore concreuerit, tanto magis obnoxia est rubis: quibus velut hamis muncata, à pascentium tergoribus euellitur. Apul. in Florid. Vnde rostro transfodiat, vnde vngubus inuncet.

Inundo, inundat, (πλημμυρέω,) inundare, Crescere & extra aluoum transfundi, de fluminibus autem proprie dicitur, quæ dum vndas suas latius emittunt, omnia deuastant: & absolute aliquando ponitur. Plinius, Antequam Nilus inundaret. Idē, Agros & sata omnia inundauit. Hoc est, per agros & sata omnia diffusus est, siue in bonum, siue in malum. Idem lib. 5. cap. 26. 3, Increscit autem & Nili modo statis diebus, paulum differens, ac Mesopotamiam inundat, sole obtinente vicesimam partem Cancri. Cic. 1. de Nat. deor. 143, Nam locus quidem iis etiam naturis, quæ sine animis sunt, suus est cuique proprius, vt terra infimum teneat, hanc inundet aqua, superior æther, ignibus altissima ora reddatur.
Inundari sanguine, Obrui & perfundi. Liu. 4. bel. Pun. 172, Itaque crastino die aut vestro, aut Aennensium sanguine Aenna inundabitur.
Fossæ inundant sanguine. Virg. 10. Aeneid. 5.
Vrina inundare. Valer. lib. 1. de Somniis.
Densi inundant Troes. Virg. 12. Aeneid. 57.
Inundatio, Verbale, (πλημμυρὶς, ἐπῤῥοία,) Alluuies. Colum. lib. 3. ca. 11. 7, Vel etiam valles quę fluminum alluuie & inundationibus concreuerunt, apras esse vineis asseneratur. Plin. lib. 16. cap. 36. 10. Q. unum igitur anno permanserit inundatio. Idem lib. 2. cap. 84, Inundatio maris.

Inungo, inungis, inūxi, inunctū, (ἐπαλείφω, ἐπαλοίφω,) Inungere, Idē quod vngere significat, & oleo leuiter aspergere. Plin. lib. 7. ca. 53. 4. Super omnes C. Iulius medicus dū inungit, peculiū per oculū traheus, &c. Idem lib. 8. cap. 54. 1. Mira solertia viseo inungunt oculos. Idem lib. 18 cap. 30. 10. Sunt qui lentem siccatam oleo inungant.
Inunctio, Verbale, (ἐπάλειμμα.) Mollis trictio ex oleo, siue aspersio. Plin. lib. 18. cap. 8. 28, Pelle glaucomata & suffusiones corrigi propè creditur, tridui inunctione. Idem lib. 10. cap. 5. 8, Magis verò succi inunctione.

Inuoco, inuocas, pen. corr. (ἐπικαλέομαι,) inuocare, Subsidium petere: & proprie ad Deum refertur. Plaut. Afin. 1 3. 36, Deā sibi inuocet quam lobebit propitiam. Plin. lib. 1. cap. 7. 8, Sola fortuna inuocatur. Plaut. Amphit. 3. 92,
Etiam histriones Nannico in proscenio hic
Iouem inuocarunt. venit, auxilio iis fuit. Cic. 1. de Natu. deorum, 99,
Apud nostros Iunonem Lucinam in pariundo inuocant.
Inuocare aduocatum ad defendendum. Cic. 2. de Orat. 106.
Arma inuocare. Senec. Thebaid. 2. 1.
Auxilia libertatis inuocat. Tacit. lib. 15.
Illadius alia ad aurem inuocabat. Q. uintil. lib. 4. cap. 2. 88.
Inuocare subsidium, Implorare. Cic. Anti quàm iret in exilium, 5, Auxilium ab alienis efflagitabitis, quum ciues vestros deseratis? sociorum inuocem subsidium, quum à ciuibus interclusum sit præsidium?
Deos inuocare. Ouid. 6. Fast. 104.
In auxilium aliquem inuocare. Q. uintil. in Procem lib. 4. 4.
Inuocātus, pen. prod. Adiect. (ἄκλητος,) Non vocatus. Plaut. Capt. 3. 2,
Iuuentus nomen indidit Scorto mihi,
Q. uòd inuocatus solco esse in conuiuio. Cælius ad Ciceroné, lib. 8. 8. 3,
At ego simulatque audiui, inuocatus ad subsellia rei occurro. Cic. 1. de Nat. deor. 149, Q. uid quod etiam ad dormiente euenunt inuocatæ?

Inuolo, inuolas, pen. corr. (ἐφαπτόω,) inuolare, Id est volare, aut ad aliquid volare. Apuleius lib. 10, Dicetes tu cupidines veros de cœlo vel mari commodum inuolasse. Colum. lib. 8. cap. 3. 5, Neque enim debet ipsis nidis inuolare sine dū adsilūt, pedibus oua cōfringāt.
Inuolare intrò. Varro 3. de Re rust. cap. 7. 1, At in villam intrò inuolant columbæ, ile quibus merula, &c.
Inuolare in aliquem, Irruere, insilire, violentas manus in aliquem inferre, & quasi volando depræd ari. Plaut. Amphit. 4. 91,
Equites parant citi, ab dextra maximo
Cum clamore inuolant. Idem Milit. 22. 7, Iamne in hominem inuolo?
Terent. Eunucho, 4. 3. 6,
- qui nunc si datur mihi,
Vt ego vngubus facile illi in oculos inuolem venefico. Ibidē, 5. 2. 20,
- vix me contineo quin inuolem in Capillum.
Colum. lib. 1. cap. 5. 5, Et infestis aculeis armata gignit animalia, quę in nos densissimis ex amnibus inuolant.

Animum cupido inuolat. Tacit. lib. 1, Truces etiam tum animos cupido inuolat.
Inuolare in possessionem. Cic. 3. de Orat. 67, Ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam, abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt.

Inuólito, inuolitas, pen. corr. (ἐφίπταμαι,) inuolitare, Frequent. Horat. 4. Carm. ode 10. 1, Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderunt comæ.

Inuolare, (ἐπικλέπτω,) A vola deductum, quæ est manus & pedis media pars: significat furari, quum aliquid furtim vola manus subtrahitur, quasi in volam dare. Lucan. lib. 6. 117,
- quid corpore magni
Projecto rapiat, quòd Cæsaris inuoler artus. Plin. lib. 9. cap. 59. 3, Singulos inuolat verius quàm capit. Callistratus in L. Expugnatur. ff. De incendio, ruina & naufr. Vela conscinduntur, aut anchoræ inuolantur de mari. Id est in volam capiuntur, vt ait Budæus.
Euolare & Inuolare, contraria. Varro 3. de Re rust. cap. 11. 3. Columel. lib. 8. cap. 15. 1.

Inuólucris, & hoc inuolucre, pen. corr. (ἄπτερος,) Quod volare adhuc non potest. vt Auis inuolucris. Gel. lib. 2. cap. 29, Pulli etiam tunc inuolucres erant.
Inuolucer, inuolucris, & hoc inuolucre, pen. corr. Idem. (ἄπτερος.) Politianus in Rustico,
- auscultat an intus Pipiat inuolucer pullus.

Inuolucrum, Vide INVOLVO.

Inuoluo, inuoluis, inuolui, inuolūtum, pen. prod. (ἐκκυλίω, ἐντυλίσσω, ἐγκαλινδέω,) inuoluere. Proprie significat glomerare.
¶ Per metaphoram tamen aliquando, pro Implicare ponitur. Plin. lib. 11. cap. 24. 5, Aranei lacertarum catullos primum inuoluunt.
¶ Inuoluere, Tegere. Virg. 2. Aeneid. 51,
Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox
Inuoluens vmbra magna terramque polumque.
Carmina inuoluere historiis. Ouid. in Ibin, 12.
Crinem inuoluit castide. Silius lib. 7. 93.
Nimbi inuoluēre diem. Virg. 3. Aeneid. 40.
Fœno inuoluere aliquem. Ouid. 4. Fast. 141.
Fumo vndique inuoluitur. Ouid. 7. Metam. 47. de Phaethonte.
Virtute mea me inuoluo. Horat. 3. Carm. ode 29. 11.
Membrana inuoluat libellum. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 2.
Auster aqua inuoluens nauemque virosque. Virg. 6. Aeneid. 67.
Nemus inuoluunt flammis. Virg. 2. Georg. 62.
Inuoluere se literis, quod & Abdere se literis dicitur: hoc est Se rerum immergere studiis literarum. Cic. ad Papirium, lib. 9. 20. 7, Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo.
Inuoluere se otio. Plin. epist. 113, Fortasse enim his ipsis admonēris, vt te magis ac magis otio inuoluas.
Trabes & saxa inuoluere sup aliquē. Ouid. 12. Met. 103. Hoc est, puoluere.
Obscuris vera inuoluens. Virg. 6. Aeneid. 20.
¶ Inuolui, quadrisyllabum, pro Inuolui. Ouid. 9. epist. 18,
Scilicet immanes elisos faucibus hydros,
Infantem candis inuoluisse manum.
¶ Inuoluere, Aliquando imponere. Virg. 1. Georg. 57,
Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum.
Inuolutus, pen. prod. Participium, (ἐλυσθεὶς.) vt Inuolutum caput, Inuolucris operitum & velatum. Cic. 2. Philipp. 84, Inde cito celeriter ad vrbem aduectus, domum venit capite inuoluto. Sic in Pisonem, 9. Et 6. Verr. 56, Imperat suis, vt in Prætorium, inuolutum quàm occultissimè deferrent. Idem 7. Verr. 121.
Inuolutum bellum. Cic. 7. Philipp. 219, Nec ego pacem nolo, sed pacis nomine bellum inuolutum reformido.
Inuoluta obscuritate causa. Cic. 1. de Diuinat. 65.
Inuoluta integumentis nequitia. Cic. in Pisonem, 8.
Inuoluta & tecta de fortitudine notio. Cic. 4. Tuscul. 83.
Inuolutæ & occultæ res. Cic. 1. Acad. 21.
Occulta quædam & quasi inuoluta aperire. Cic. 1. de Finib. 46.
Inuoluolus, inuoluolli, pen. corr. (ἕλιξ,) Idem vermiculus qui & conuoluolus dicitur, quòd sese foliis ai borum & vitium circūuoluat & implicet. Plaut. Cistel. 10. 68,
- imitatus nequam bestiam,
Et damnificam p. sed quidnam amabo? i. inuoluolum.
Quæ in pampini folio intorta implicat sese. Festus, Inuoluolus, vermiculi genus qui se inuoluit pampino.
Inuolucre, pen. prod. Substantiuum, (ἕλυτρον,) Linteum quod tonsores humeris tondendorum inuoluunt, ne capillorum recisamenta, & præsegmina vestem sordident. Plaut. Capt 6. 17, Ne is quidem inuolucre inijcere voluit, vestem vt ne inquinet.
Inuolúcrum, pen. prod. (ἀλυκτόν,) Quicquid aliquid tegit & operit: vt Inuolucrum clypei. Cic. 2. de Nat. deorum, 53, Vt clypei causa inuolucrum, vaginam autem gladii, sic præter mundum cætera omnia aliorum causa esse generata.

Inuolucra

Inuolucra & Integumenta. Cic. 1. de Orat. 76. Sic modò in oratione Crassi diuitias ac ornamenta eius ingenii per quædam inuolucra atque integumenta prospexi: sed ea quum contemplari cuperem, vix aspicien di potestas fuit.
Inuolucris simulationum tegi hoc est simularis affectibus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 22. Multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vninscuiusque natura.

Inurbanus, pen. prod. Adiectiuū, (ἄκομψος, ἀστεῖος,) Vrbano contrarium: hoc est Inciuilis, rudis, rusticis moribus prēditus. Cic. 2. de Orat. 13. Nam hesterno sermone vnius cuiusdam operis, vt ait Cæcilius, remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem descriperas, inopem quendam humanitatis atque inurbanum. Idem de Claris Orat. 93. Sed omnium oratorum siue tabularum qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, &c.
Dictum inurbanum. Horat. de Arte, 50.
Gellius non inurbanus. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Inurbine, pen. prod. Aduerbium, ἀστείως, Inciuiliter. Cic. 3. de Nat. deor. 68. Alabandenses quidem tanctius Alabandum colunt, à quo est vrbs illa condita quàm quemquam nobilium deorum: apud quos nō inurbanè Stratonicus, vt multa quum, &c. Subaudi, inquit.

Inurgeo, inurges, inurgere. Lucret. lib. 5. 208.
Cornua nata prius vitulo, quàm frontibus extent.
Illis iratus perit, atque infensus inurget. Hoc est, vrgendo impingit in arbores aut aliud quidpiam.

Inurino, inurinas, penul. prod. (ὑποσθύνομαι,) inurinare, Idem quod vrinare, id est in aquam mergi, & natando emergere. Columel. lib. 8. cap. 14. 2. Lacus piscinaque manu fiant, vt sint quibus inurinare possint aues.

Inuro, inūris, pen. prod. inussi, inustum, (ἐγκαίω,) inurere, Ignito ferro imprimere, vt stigma fronti, & equorum coxis, vt cognoscātur à venditore.
Notas & nomina inurunt virulis. Virg. 3. Georg. 31.
¶ Inurere, Adhibito igni fingere quod genus picturæ, encaustice dicitur. Plin. lib. 35. cap. 4. 9. Cuius supra caput tabula bigæ dependet: Niceas scripsit se inussisse, tali enim vsus est verbo.
¶ Inurere alicui infamiam, per transilationem, significat ita imprimere vt deleri nequeat: vt inurere ignominiā alicui. Cic. de Prouincis Consul. 13. Sed fruatur sanè hoc solatio atque hāc insigōem ignominiam, quoniam vni præter se inusta est, putet esse leuiorem. Liu. 8. ab Vrbe, 163. Neu vnico iuueni, neu patri eius clarissimo viro, neu Fabiæ genti eam inureret ignominiam.
Inurere dolorem animo alicuius. Cicer. 4. Verr. 15. Videte Iudices quantum, & quàm acerbum dolorem sociorum animis inusserint istius iniuriæ. Sic pro Milone, 76. Et ad Atticum, lib. 1. 11. 13. Item 3. Tuscul. 33. Proprium est enim irati cupere, à quo læsus videatur, ei quam maximū dolorem inurere. Idem in Catil. 40. Tantus enim illorum temporum dolor inustus est ciuitati, vt iam ista nō modò homines, sed ne pecudes quidem mihi pasturæ esse videantur.
Inurere famam superbiæ alicui, iniicere notam superbiæ, Superbiæ damnare. Cicero. pro L. Murena, 7. Quæ si causa non esset, tamen vel dignitas hominis, vel honoris eius, quem adeptus est, amplitudo, summam mihi superbiæ, crudelitatisque famam inussisset, si hominis & suis, & Populi Romani, ornamentis amplissimis causam tanti periculi repudiassem.
Inurere leges. Cice. pro Milone, 24. Quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces vrbis, & pestes Reipu.) fuerit imposturus nobis omnibus, atque inusturus: Id est, in perpetuam Reip. ignominiam laturus.
Inurere alicui maculam. Est crimen indelebile sibi contrahere. Liui. lib. 3. de Claudio, Prehensabat singulos, orabatque ne Claudie genti eā inustam maculam vellent, vt carcere & vinculis videretur dignus.
Inurere alicui notam Censoriam. Plin. epist. 190. f. Et petere si pœna flagitii manifestissimi remittatur, nota certo quasi Censoria inuratur. Id est imprimatur, & inferatur. Cic. pro Cluent. 102. Et qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos, ciui innocenti, is Censoriæ seueritatis nota non inuretur?
Inustus, Participium, (ἐγκαυστός,) vt Sanguis inustus vulnere. Ouid. 12. Metam. 55.

Inusitatus, penul. produ. Adiectiuum, (ἀτριβής,) Insolitus, præter consuetudinem, nouus, inauditus. Plinius. epist. 102. 2, Hora diei ferè septima, mater mea indicat ei apparere nubem inusitata & magnitudine & specie. Cicero. in Orator. 7. Aut reprehendet quòd inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Idem 4. Academ. 195. Et tamen illud inusitatum & sæpe repudiatum refers, &c. Vetus exemplar legit vsitatum. Idem 3. de Finib. 7. Inusitatis verbis vterentur.
Acies inaudita ante id tempus, inusitataque. Liu. 4. ab Vrbe.
Inusitata magnitudo. Plin. lib. 8. cap. 48.
Inusitatè, Aduerbium, (ἀχρεῖον,) quod & inusitato dicitur: hoc est, præter morem & consuetudinem. Plin. in Paneg. 9. Q. uorum quidem in te Cæsar iudicium & fauor tunc statim, quum ad exercitum proficiscereris, & quidem insuetate enituit.
Abluridè & inusitatè scriptæ epistolæ. Cic. ad Qu. fratrem lib. 1. 2. 14.
Et de Claris Orat. 141, Inusitatè loqui.

Inutilis, & hoc inutile. penul. corr. (ἄχρεῖος, ἀχρεῖος, ἄχρηστος,) Vtili contrarium. Plaut. Pseud. 13. 5, Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem. Cice. 1. de Inuent. 2. Is inutilis sibi perniciosus patriæ ciuis alitur.
Inutilis ad. Cic. 1. de Finib. 20. Ab hisq; M. Brutus dissentiet, quod & acutum genus est, & ad vsus ciuium non inutile.
Nomen inutile. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.
Qui mores aut vtiles, aut inutiles sint. Cic. 2. de Diuinat. 17.
Alga inutilis. Horat. 3. Carm. ode 17. 2.
Factu inutile. Horat. 1. Serm. satyr. 4. 25.
Inutilior. Ouid. 13. Metam, 8.
- donec solertior isto,
Et sibi inutilior, timidi commenta retexit.

Inutiliter, pen. corr. Aduerb. (ἀχρείως,) Plin. lib. 16. ca. 39. 4. Alii non inutiliter relinquūt. Hirtius de bel. Alexand. lib. 4. 267. Multa Romæ inutiliter & inutiliter administrari. Quint. lib. 2. ca. 4. 13. Narrationibus non inutiliter subiungitur opus destruendi, confirmandiq; eas.
Inutilitas, pen. cor. inutilitātis, (ἀχρειότης,) Cic. 2. de Inuent. 139. Ex his illud conficitur, vt appetēdarum rerum partes sint honestas & vtilitas: vitandarum, turpitudo & inutilitas.

INVTRIVM, Vindeliciæ vrbs Ptolemæo lib. 2. ca. 13. Vulgò Isprucke.

Inuulneratus, penultim. producta. Adiectiuum, (ἀτρωτος,) Vulnerato contrarium. Cice. pro Sestio. 123. Cæteri verò aut repentina vi percussi, ac tempestate populari, per podulū tamen ipsum recreati sunt, atque reuocati aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt.

I O

IO, huius Ius, (ἰώ,) filia fuit Inachi, à Ioue adamata, quam ob Iunonis interuentum, ne agnosceretur, in vaccam conuertit, eique custodiendæ Argum præfecit. Deinde interfecto Argo à Mercurio, Isis Aegyptiorum dea facta est, vt scribit Lucian. in deorum dialogis. Vide Ouidium lib. 1. Metam.
Vaga Io. Valer. 7. Argon. 23.

Io, (ἰώ,) dolentis particula est. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 2. Vror, Io remoue
Sæua puella faces. Plautus Trucul. 4. 21. Io enicas me miseram quisquis es.
Io, quandoq; exprimit gestientis lætitia affectum. Budæus sacram esse inuocationem dicit. Ouid. 2. de Arte amat. 1. 2. Dicite io pæan, & io bis dicite pæan. Plau. Casi. 10. 3. Io hymen hymenæe, ô hymen. Plin. epi. 9. lib. 3. Io io liber ad te venio.
Io triumphe. Horat. 4. Carm. ode 2. 10. Idem Epod. 9. 5.
Io, irridentis interiectio. Plaut. Merc. 15. 51.
- in noxia es.
L. Q. ua noxia? ista quidem illa est. D. quæ illa est? L. illa. D. io, Illa. Ibidem, 22. 109.
Nunc domi sic decet, sic fieri oportet. E. io quæ insomnia?
Hic homo non sanus est.

IOCASTA, (ἰοκάστη,) Filia Creontis, & vxor Laii regis Thebanorum, post cuius necem imprudens nupsit Oedipodi filio suo, ex quo suscepit Polynicem & Eteoclēsqui quū mutuis sese vulneribus occidissent, ipsa quoque se necauit. Stat. lib. 2. Thebaidos,
Regina extulerat notum penetralibus ensem,
Ensem sceptriferi spolium lachrymabile Laii:
Multaque cum superis, & diro quæsta cubili,
Et nati furiis, & primi coniugis vmbris
Luctata est dextra, & prono vix pectore ferrum
Intrauit tandem, & venas prorupit anides
Vulnus, & infœlix lustratur sanguine pectus.
Sęua Iocasta. Senec. Oedip. 14. 2.

Iocatio, Vide IOCVS.

Iocus, ioci, ma. g. (παιδιά, παιδιώδες, παίγνιον,) pluraliter, hi ioci, vel hæc ioca. Iocū vocamus quod est contrariū Serio. Differt aūt Ioces à ludo, q. ludus fit sine iocus precipuè verbis fieri dicatur. Ouid. 3. de Arte, 74. Mille face esse iocos, turpe est nescire puellam
Ludere, ludendo sæpe paratur amor. Plaut. Sticho, 4. 68. Iocos ridiculos vendo, agite licemini. Idem Bacchid. 9. 21.
Tum cum nihilo pluris ea res referet sibi,
Quàm si ad sepulchrum mortuo dicat iocum. Martialis, Consuetudine iocos vestri quoque ferre triumphi: Salust. in Iugurtha, Ioca, seriaque cum humillimis agere. Gellius libro 12,
Insulsi hominis ioca non præteribo. Cic. ad Atticum, lib. 14. 21. 2.
Itaque ioca tua plena facetiarum, &c.
Ioca & Seria, contraria. Cic. 2. de Finib. 135, At quicum ioca & seria, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verba apta ioco. Ouid. epist. 21. 10.
Antiqui fabula plena ioci. Ouid. 2. Fast. 61.
Fortiui iocq; Ouid. 3. de Arte, 127.
Illiberalis iocus, Vide ILLIBERALIS.
Iocus insanus. Claud. in Præfat. lib. 2. in Eutrop. 2.
Lasciuus iocus cuiuspiam cum aliquo, Vide LASCIVUS.
Liberales ioci, Vide LIBER.
Liberior iocus. Ouid. 4. Fast. 191.
Magnus risus iocusque. Horat. 1. Serm. saty. 8. 10.
Oppiumus iocus. Quintil. lib. 6. cap. 3. 7.
Ridens iocus. Stat. 1. Sylu. 6. 2.
Sæuus iocus. Horat. 1. Carm. ode 33. 3. Idem 2. epist. 1. 30.
Superbi ioci. Ouid. ad Pisonem, 23.
Iocus venenatus. Ouid. 2. Trist. 113.
¶ Iocos admittere, Vide ADMITTO.
Agitare iocos. Ouid. 3. Meta. 32.
– vacuaque agitasse remissos
Cum Iunone iocos.
Turpes iocos inferere historiæ. Ouid. 2. Trist. 89.
Mouere alicui risum & iocum. Horat. 1. epist. 20. 4.
Ioculus, ióculi, pen. corr. Diminutiuum, (παιδιάριον,) Plaut. Sticho, 2. 17.
Noui illum, ioculo hæc dicit. Idem Mostel. 1. 1. 20. Egóne te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere?
Ióco, Aduerbium, Per iocum, quod & iocosè dicitur: hoc est festiuè. Plaut. Amphit. 1. 0. 35.
Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi,
Ridiculi causa. Teréť. Heaut. 3. 2. 30. Iocóne, an seriò illæc, dicat nescio. Idem Eunuch. 1. 2. 99. – quam iocò
Rem voluisti à me tandem quin perfeceris?
Iocosus penult. prod. Adiectiuum, (παιδιωδὴς, φιλοπαίγμων,) Ad ludum pertinens. Vnde Iocosas contentiones dicimus, quæ in ludis vel de ludis oriuntur.
Fortum iocosum. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.
Iocosa lis. Martial. lib. 1. 20. Nõ potuit melius litem finire iocosam. Id est, ioeis & ridiculis plenam.
Ludi iocosi. Ouid. 5. Fast. 37.
¶ Iocosum, Festiuum, iucundum, & quod verbo ipso risum mouet: vt Iocosa verba, hoc est leuia, non seria, sed per iocum dicta. Plin. libro. 35. cap. 10. 46. Idem iocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc genus picturæ gryllus vocatur. Quint. lib. 6. cap. 4. Dictorũ vrbanorum alia seria, alia iocosa, alia media.
Sermo tristis & Iocosus, Contraria. Horat. 1. Serm. saty. 10. 3.
Verba iocosa. Ouid. 6. Fast. 139.
¶ Iocosus homo: hoc est Facetus, lepidus, locis abundans. Varro. 2. de Re rustica, cap. 5. 1. At Quintus Lucceius Senator homo quanuis humanus & iocosus.
Hilaris & iocosus. Horat. lib. 1. epist. 19. 19. Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi.
Iocabundus, Adiectiuum. Valer. lib. 2. cap. 15. Iuuentus rudi atque incomposito motu corporum iocabunda gestus dedit.
Iocose, pen. prod. Aduerbium, (παιδιωδῶς,) Festiuè, hilariter. Cice. ad Quintum fratrem, lib. 2. 14. 1. Eumque lusi iocosè satis. Idem 2. de Orat. 159. Itaque imbuendus est is qui iocosè volet dicere, quasi natura quadam apta ad hæc genera & moribus, vt ad cuiusque modi genus ridiculi, vultus etiam accommodetur.
Dicere aliquid iocosius. Horat. 1. Serm. saty. 4. 22.
Iocularius, (παιδιωτικὸς,) Quod ioco dicitur, & ioco dignũ est, neque serium est aut graue. Horat. 1. Serm. saty. 1.
Præterea ne sic, vt qui iocularia ridens Percurram.
Iocularium malum. Terent. And. 4. 5. 43. Iocularium in malũ inscíens penè incidi. Vbi Donatus, Iocularium, ecõtrario pro graui, & molesto ac nimio. iocularium igitur κατ' ἀντίφρασιν.
Ioculariter, penul. corre. Aduerbium, (παιζομένως,) Per iocum. Plinius, libro. 22. cap. 22. 14. Hæc est quam Aristophanes Euripidi poetæ obiicit ioculariter, Matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse olim sed scandicem.
Ioculator, pen. prod. ioculatoris, (παίκτης,) Cice. ad Atticum, lib. 4. 85. 6. Hunc ioculatorem senem illum, vt noras, interesse sanè nolui.
Ioculàris, & hoc ioculàre, pen. prod. Idem. Terent. Phorm. 1. 7. 84.
– quid mea?
Illa quidem nostra erit. D. iocularem audaciam. Cic. de Fato, 23. O licentiam ioculatem. Idem 1. de Leg. 79. Ioculare istud quidem Pomponi, & à multis sæpe derisum.
Iocor, iocaris, (παίζω,) Iocari, Nugas agere: vel facete, & cũ venustate aliqua loqui. Plaut. Pœnul. 5. 35.
Vtrumque faxo habebis & nequam & malum.
A. Iocare. Idem Menech. 8. 42.
Solet iocari sæpe mecum illo modo,
Quanuis ridiculus est, vbi vxor non adest. Terent. Eunuch. 2. 3. 86. Quid agis? iocabar equidem. C H. garris? Idem Heaut. 4. 4. 7.
– at qui tu hanc iocari credis?
Faciet nisi caueo. Cic. 4. de Finib. 50. Habent enim accessionem dignam in qua laboretur, vt mihi in hoc Stoici iocari videantur interdum qui ita dicant. Idem ad Dolabellam in Epist. ad Atticum, libro. 14. 315. 5. Quanquã mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libentius omnes meas si modò sunt aliquæ meæ, laudes ad te transtulerim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis.
In faciem permulta iocatus. Horat. 1. Serm. saty. 5. 13.
Carum nescio quid lubet iocari. Catul. ad passerem Lesbiæ, 2. 2.
Iocans, iocantis, (παίζων,) Ioco aliquid dicens, nec seriò agens. Cic. 4. Acade. 36. Fabricemque si opus erit, verbam id sibi (me appellabat iocans) hic licere putet soli. Ibidé, 114. Me quoque (iocánsne an ita sentiens, non enim satis intelligebam) cœpit hortari, vt sententia desisterẽ.
Mimi obscœna iocantes. Ouid. 2. Trist. 99.
Ioculans, pen. corr. ioculantis, Idem. Liuius. 7. ab Vrbe, 41. Inter carminum propemodum incondita quædam militariter ioculantes, Torquati cognomen auditum.
Iocatio, Verbale, iocosa & faceta narratio aut locutio. Cicer. Attic. lib. 1. 25. 2. Nunc siquid in ea epistola quam ante diem XVI. Calend. Mai dedisti, fuit historia dignum, scribe quamprimum, ne ignoremus: sin nihil præter iocationem, redde idipsum. Idem ad Papirium, lib. 9. 16. 12. Nunc venio ad iocationes tuas.
IOLAVS, pen. prod. (Ἰόλαος,) Iphicli filius fuit, à quo Sardinii Iolenses Sraboni lib. 5. dicti sunt: quia illam insulam ad pacem reduxit.
Hyantæus Iolaus. Ouid. 8. Metam. 62.
IOLCOS. (Ἰωλκός,) Oppidum Thessaliæ Pomponio libro, 2. & Plinio libro, 4. cap. 9.
Portus Iolcíatus. Ouid. 7. Metam. 1.
IOLE, penult. correp. (Ἰόλη,) Euriti Aetoliæ regis filia fuit, quam amauit Hercules.
ION, (Ἴων,) Poeta Græcus, cuius meminit Plutarchus.
Ion Xuti filius: à quo Ionia dicta est Athenienium ciuitas, sicut à Cecrope conditore Cecropia, & à Mopso Mopsopia.
IONIA, (Ἰωνία,) Regio minoris Asiæ, media inter Cariam & Aeoliam ab Ionio Atheniẽsium duce cognominata, qui eam regionem subegit. Vel à Iano Iaphet filio: vt Iosephus inquit lib. 1. Antiq. cap. 11.
Ioaia, Regio est Græcorum, in qua sunt vrbes, Ephesus, Milerus, Priene, Clazomene, &c. Ab Ortu Lycaones & Lydos habet, à Septentrione Aeoles, vt à Meridie Cares. Ioniæ situm describit Plin. lib. 5. cap. 29.
Diues Ionia. Ouid. 6. Fast. 35.
Mollis Ionia. Propert. lib. 1. eleg. 6. 7.
Ionicus, pen. corr. Adiectiuum, (ἰωνικός,) Quod est ex Ioniaiv Ionica lingua, inter quinque Græcorum linguas notissima.
IONIA. Ionicus à maiori, Pes est constans ex spondeo & pirrhichio: vt Præconium. Ionicus à minori, ex pyrrhichio & spondeo: vt Diomedes. Dicti sunt Ionici, quia Iones populi in carmine iis pedibus vtebantur. Ioniacus, pen. corr. (ἰωνικός,) Aliud adiectiuum. vt Puellæ Ioniacæ. Ouidius 2. de Arte, 44.
Ionium mare, ab Ionia regiuncula extremæ Italiæ Solinus dictum ait. Parrhasius grammaticus ex Didymi Græci scriptoris authoritate ab Ionio Dyrrhachii filio, quẽ Hercules ex improuiso occisum in mare proiecit, vt memoriam eius propagaret, cuius inter alios Appianus nobilis scriptor meminit. Alii ab Ius errore, vt Lycophron ait. Vel ab Ionio Illyrico. Vel quòd in eo perierunt Iones. Alii sic scribunt, Ion Italus Adriq; pater fuit, à quo suius Ionius, quimox ab Adria dictus est Adriaticus. Ferè constat hoc mare violentum esse, vastum & iactabundum ac supra fauces Adriatici intra Siciliam & Peloponnesum atque Candiam expanditur. Ideò Græci partim ipsum Siculum, partim Creticum appellant, ab insulis.
Mare Ionium. Virg. 5. Aeneid. 59.
Aequor Ionium nauigat. Ouid. 15. Metam. 10.
Immensum Ionium. Ouid. 4. Metam. 7.
Magnum Ionium. Virg. 3. Aeneid. 43.
Sinus Ionius. Horat. Epod. 10. 4.
Trucis Ionii rabies. Stat. 6. Theb. 11.
IOPPE, (Ἰόππη,) Vrbs Iudææ maritima antiquissima, vtpote quæ ante diluuium sit condita: regia quondam fuit Cephei regis patris Andromedæ, vt scripsit Pomponius Mela lib. 1. & Plinius libro, 5. cap. 13. De huius vrbis situ nemo fidelius, nec elegantius scripsit Hegesippo, lib. 3. bel. Iudaici.
IORDANIS, (Ἰορδάνης,) Fluuius Iudęę eximiæ suauitatis, vt scribit Plinius lib. 5. cap. 5. Vide Interpretationem nominum Hebraicorum.
IOS, (Ἴος,) Insula vna ex Cycladibus, in qua sepultus est Homerus oraculo iubente: quoniam mater eius ex Io esset, ipse certa matre, incerta esset patria. Meminit huius Plinius lib. 4. cap. 11.
Iôta, penult. prod. (Ἰῶτα,) Nomen literæ Græcæ. Cicero, 3. de Oratore, 36. Quare Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpitii nonnunquam imitaris, vt iota in literam tollas, & e plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari. Marti. lib. 2. 92. Vnum de titulo tollere iota potes.

I P
IPHIANASSA, (Ἰφιάνασσα,) Melámpodis vxor fuit, & Proeti filia, ob pulchritudinem à Iunone in furorem versa, sed à Melampo sanata.
Iphianassæus, Adiectiuum, (Ἰφιανάσσιος,) vt Iphianassæus sanguis. Lucret. lib. 1. 17.
IPHICLVS, pen. corr. (Ἰφίκλος,) Amphitryonis & Alcmenæ filius, vno partu cum Hercule editus, Iolai pater: sepulchrum habet apud Pheneum Arcadiæ vrbem, vt scribit Pausanias. Seruius enarrans hunc locum Virgilii lib. 8. Aeneid. 58.
– vt prima nouercæ
Monstra manu, geminosque premens eliserit angues: Sic ait, Hercules natus est cum Iphiclo Amphitryonis filio: sed quum Iuno duos serpentes immisisset Herculi, Iphiclus de eunis terrore lapsus, suo vagitu excitauit parentes: qui quum furr exissent, viderunt Herculem angentem manibus angues immissos ei nouercalibus odiis.
IPHIGENIA, pen. prod. (Ἰφιγένεια,) Agamemnonis filia, quam ad placandum numen Calchas mactandam in sacrificio apud Aulidem censuit. Agamemnon enim, quum Græci ad Aulidem venissent, Dianæ cerum occidit ignarus. Vnde irata dea, flatus ventorum remouit. Quam obrem quum nec nauigare possent, & pestilentiam sustinerent, oracula consulta dixerunt Agamemnonio sanguine Dianam esse placandam. Ergo quum ab Vlysse per nuptiarum simulationem adducta Iphigenia in eo esset vt immolaretur, numinis miseratione sublata est, cerualque suppositi: & translata ad Tauricam regionem, regi Thoãti tradita est, sacerdotesque facta Dictynnæ Dianæ. Hæc Seruius enarrans illud. Virgilii 2. Aeneid. 24.
Sanguine placastis ventos & virgine cæsa,
Quum primùm Iliacas Danai venistis ad oras?
Sanguine quærendi reditus animasque litandum
Argolica, &c. Propert. lib. 3. eleg. 7. 5.
Hoc iuuene amisso classem non soluit Atrides,
Pro qua mactata est Iphigenia mora.
IPHIS, (Ἴφις,) Puer liberali specie quum Anaxareten puellam incredibili amore prosequeretur, neque tamen redamaretur ab ea, laqueo se suffocauit, atque onus infelix elisa fauce pependit, inquit Ouidius libro 14. Metam.

Ipse, ipsa, ipsum, (αὐτὸς, αὐτή, αὐτό,) & antique ipsus, genitiuo ipsi'us, pen. prod. Plau. Milite, 2. 1. 11. Ipsius illic sese iam impediuit in plagas. Terent. And. 2. 3. 3. Ipsus sibi esse iniurius videatur.
¶ Ipse, Pronomen demonstratiuum, aliis pronominibus iunctum, eorum accipit significationem. vt Ego ipse, Tu ipse. Terentius Adelph. 4. 2. 45. Apud ipsum lacum. Idem Adelph. 4. 4. 18. Ipsum id metuo vt credant, &c.
Ipse, absque aliis per eclipsim prolatum, & tamen eorum habens significationem quæ cum eo subaudiuntur. Virg. 2. Aeneid. 1.
– quæque ipse miserrima vidi.
¶ Ipse, Relatiuum. Virg. 3. Aeneid. 124.
– ipse arduus, altaque pulsat
Sidera. Terent. Adelph. 1. 2. 59.
– iste tuus ipse sentiet
Posterius. Idem Eunuch. 2. 2. 32.
Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula. Ibidem, 3. 3. 9. – ipsa accumbere
Mecum. Et paulo pòst, 29. Dum redeat ipsa. Ibidem, 4. 7. 4.
Malè mulctabo ipsam.
Ipse, repetito nomini adiunctum. Cice. ad Atticum, lib. 1. 1. 7. Rogauit me Cæcilius vt adessem contra Satyrum. Et paulo post sequitur, Sanè sum perturbatus cum ipsius Satyri familiaritate, tum Domitii. Hoc est, prędicti vel præfati Satyri.
¶ Ipse emphasim, id est expressionem alicuius rei latentis habet. Vt si dicam, Ipse pater, de quo minus credendum esset, qui hoc fecit. Terent. Andr. 3. 3. 45. Ipsus mihi Dauos, qui intimus est eorum consiliis, dixit. Idem Adelph. 4. 7. 43.
– ipsa si cupiat Salus,
Seruare prorsus non potest hanc familiam. Virg. 2. Aeneid. 53.
– & ipse doli fabricator Epeus.
Ipse egomet solui argentum maiorem quandam vim habet quàm ego ipse. Terent. Adelph. 4. 4. 19.
Tute ipse. Terent. And. 1. 1. 124. Et Eunuch. 5. 2. 54.
Homo ipse nusquam est. Terent. Eunuch. 3. 4. 5.
Flos ipse. Terent. Eunuch. 2. 3. 27.
Ipse frater. Terent. Eunu. 5. 2. 66. Adest optimè ipse frater.
Se ipse. Terent. And. 3. 2. 15. Seipsus fallit. Idem in Prologo Adelph. 4.
Indicio de se ipse erit.
Ipsa res. Terent. And. 3. 3. 10. & Eunu. 4. 4. 38. Res ipsa indicat. Item, Ré Re ipsa mihi dolet. Terent. Adelph. 4. 7. 15.
Eecum Ipsum video. Terent. And. 3. 4. 26. Sed eccam ipsam Thaidem video, Terent. Eunuc. 4. 7. 18. Habemus hominem ipsum, Idem Eunuc 5. 1. 19. Istúc ipsum, Ibidem, 2. 3. 66.
Ipsum me nosti. Teren. Eunu. 3. 1. 18. Teipsum expectabam, Ibidem, 4. 6. 5. Teipsum quærebam, In Adelphis, 3. 4. 15.
In ipsis nuptiis. Teren. And. 5. 4. 13. In tempore ipso, Ibidem, 5. 6. 10.
¶ Ipsior, ipsissimus, Hoc est. Idem ipse. Plaut. Trinum. 13. 145. – ergo ipsume es? C. Ipsissimus. abi hinc ab oculis.
¶ Ipse, Id est Ego. Virg. 1. eclog. 2. – & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Q. uintil. lib. 11. cap. 1. Ipsos erubescere etiam quum ab aliis laudamur, decet. Hoc est nos.
Ipsius, pro Suũpsius. Ci. pro Sestio, 25. Quis vnquam Consul Senatum ipsius decretis parère prohibuit? Bu laeus.
Inter ipsos, pro Inter se. Quintil. lib. 8. cap. 6. Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipsos, & philosophis pugna est. Idem lib. 10. ca. 2. In magnis quoq; authoribus incidunt aliqua vitiosa, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehensa. Idem ibidem vsus est reciprocè, Diuersa est causarum inter seipsas conditio.
¶ Ipsii, pro Res ipsa de qua agimus. Cic 1. de Diuin. 168. Sed idipsum est deos non putare, quæ ab his significantur, contemnere.
Hoc ipsum nihil agere & planè cessare, delectat. Cic. 1. de Orat. 14.
Hoc est ipsum esse contra se copiosum, disertum. Ci. 1. de Diuin. 129.
Quod ipsum. Cicero in Somnio Scip. 19. Q uod aũt motum affert alicui, quodq; ipsum agitatur aliunde, quãdo finem habet motus, vniuersi finem habeat necesse est. Idem 1. de Orat. 102, Q uod ipsum est tamen magnum. Idem ad Atticũ, lib. 1. 242. 6. Q uod ipsum erat fortis egroti accipere medicinam. Idem pro Lege Manilia, 1, Q uorũ ipsorum p se res & fortunæ curæ vobis esse debent.
¶ Q ui ipse tum fuit. Cic. de Clar. Orat. 14.
Q ui ipse. Cice. pro Murena, 47, Nisi cum qui ipse miser esset. Idem ad Atticum, lib. 8. 167. 3, Nec me Consules mouent, qui ipsi pluma aut folio facilius mouentur.
¶ Idem hoc ipsum, maximam emphasis & repetitionis gratiam habet. Ci, 5. Tusc. 40, Nihil graeius, nihil philosophia dignius, nisi idẽ hoc ipsum honestè, sapienter, iustè ad voluptatem referret.
¶ Idem ipse Mithridates. Cic. pro Lege Manil. 33.
Ille ipse. Cice. 2. de Orat. 42, Quærebant ab Annibale, quidnam ille ipse de illo philosopho iudicaret. Idem pro Marcello, 4, Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna. Idem 1. de Orat. 58, Q uis vestrum æqualem meum Q. Varium, vastum hominem atque fordum non intelligit illa ipsa facultate, quancunque habet, magnam esse in ciuitate gratiam consecutum?
Ille ipse diuinationis author Chrysippus. Cic. 2. de Diuin. 89.
Illud ipsum quod est optimum. Cic. in Orat. 4.
Illo ipso tempore, illo ipso anno. Cic. Post reditum in Senatu, 2. & 3. Et ad Atticum, lib. 4. 70. 4, Ipso illo die quo lex est data.
Isti ipsi qui, &c. Cic. 2. Tuscul. 10.
Istum ipsum inquam Brute, dico librum. Cic. de Clar. Orat. 7.
Cur Resp. C O S. isto ipso defensa non est. Cic. ad Attic. lib. 7. 123. 6.
Siquis istas ipsas artes illustrare velit. Cic. 1. de Orat. 32.
Eo ipso die. Cic. 1. Tuscul. 90, Q uem locum multo etiã accuratius in eo sermone quem habuit eo ipso die quo excessit è vita. Idem Cassio, lib. 15. 18. 1, Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tẽpore petita esset à me, quum iam iretur ad te. Idẽ, Ea enim ipsa hora acceperam literas tuas.
Ii tamen ipsi dii. Cic. de Nat. deorum.
Idipsum. Cic. Cassio, lib. 15. 17. 1, Atque idipsum facerent commodius, si, &c. Idem de Offic. Hoc autem de quo nunc agimus, idipsum est quod vtile appellatur.
Cum idipsum dicere, nunquam sit non ineptum. Cicero 1. de Oratore, 59. Et ad Atticum, lib. 7. 131. 5, Nisi forte idipsum est falsum, discessisse illum, &c.
Hic ipse & Hoc ipsum. Cice. 2. de Finib. 6, Velut in hoc ipso de quo nunc disputamus. Ibidem, 72, It aqi hic ipse iampridem reiectus est.
Hice ipse. Cic. 1. de Orat. 17, Sic in orationibus hisce ipsis.
Hocipsum. Cicer. ad Atticum, lib. 7. 130. 3, Sed ego hocipsum velle mi serius esse duco.
Natali suo ipso die. Cic. ad Atticum, lib. 4. 70. 5.
Annis ipsis xx. Cice. de Clar. Orat. 30, Cato qui annis nouẽ post eum fuit Consul, &c. mortuus est annis lxxxiii ipsis ante me Consulem.
Dies ipsi. Cic. ad Atticum, lib. 3. 62. 1, Triginta dies erant ipsi quum dabam has literas per quos nulla à vobis acceperam. Eidem, lib. 5. 98. 3, Q uum ibi decem ipsos fuissem dies.
De ipso dicere modestè, pro de seipso. Cic. pro Corn. Balbo, 1.
Per seipsum. Cice. de Aruisp. resp. 32, Hoc quid sit per seipsum non facilè interpretor, sed ex eo quod sequitur suspicor, &c.

I R

Ira, ræ, (ὀργή, θυμός, χόλος, μῆνις, κότος,) Dictio est ab eo quod est IRRI: quod à se eat qui irascitur & furit. Vnde & qui iram deponit, ad se redire dicitur. Hæc Donatus. Terent. And. 3. 3. 24. Amantiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

iræ, amoris redintegratio est. Cicero, 4. Tusc. 32. Quæ autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, vt ira sit libido puniendi eius qui videatur læsisse iniuria.
Firmissimus ira. Ouid. 7. Metam. 91.
Furens ira. Seneca Herc. fur. 9. 41.
Improba ira. Virg. 9. Aeneid. 13.
Iniqui ira. Quintil. lib. 6. cap. 1. 13.
Terribilis ira. Virg. 12. Aeneid. 189.
Flagrante ira tumidus. Claud. de Laudibus Serenæ, epig. 22. 27.
Impatiens iræ. Ouid. 13. Metam. 1.
Fluctus irarum. Lucret. lib. 3. 61.
Fræna irarum. Stat. 3. Theb. 89.
Stimuli acres irarum. Lucan. lib. 2. 65.
Fulminis ira. Ouid. 15. Metam. 163.
Maris ira. Ouid. 12. Metam. 8.
¶ Abiecta ira. Seneca Thyeste,
Acerbæ iræ. Lucret. lib. 5. 240.
Agitata ira magnis causis. Seneca Thyeste, 7. 2.
Ampliores iræ. Vide AMPLVS.
Armigeræ iræ. Stat. 6. Theb. 166,
Atræ genis pallentibus iræ. Valer. 2. Argon. 41.
Bellatrix ira. Claud. 2. in Rufin. 24.
Cælestis ira, Vide CAELVM.
Caligantes iræ. Stat. 10. Theb. 57.
Capitalis ira. Horat. 1. Serm. saty. 7. 3.
Cruenta ira. Horat. 3. Carm. ode 2. 3.
Feruens oculis dabat ira ruborem. Ouid. 8. Meta. 94.
Flexa ira ad mitius. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 9.
Graues iræ. Horat. 3. Carm. ode 3. 6.
Immedicabilis ira. Silius lib. 1. 30.
Inanis, Vide INANIS.
Ingens. Ouid. 1. Meram. 34.
Iniqua. Ouid. 5. Metam. 49.
Lenta. Ouid. epist. 3. 5.
Magna, Vide MAGNVS.
Manifesta. Ouid. 6. Metam. 63.
Mansuetior. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 5.
Minax. Senec. Agamem. 7. 1.
Mollior. Ouid. 2. Trist. 6.
Præceps. Seneca Hipp. 4. 37.
Rapida. Stat. 3. Theb. 19.
Sæua. Virg. 10. Aeneid. 161.
Sanguinea. Valer. 7. Arg. 67.
Tenax. Ouid. 1. de Pont. eleg. 10. 6.
Tristis. Virg. eclog. 2. 3.
Tumida. Ouid. 2. Metam. 59.
Vasta. Ouid. 10. Metam. 110.
Violenta. Ouid. 8. Metam. 22.
Ira supra modum. Virg. 4. Georg. 48.
¶ Abscedit ira. Terent. Hecyra, 5. 2. 15.
Abstinere irarum, Vide ABSTINEO.
Abundare ira, Vide ABVNDO.
Accedit illi ira, Vide ACCEDO.
Iras accendere. Silius lib. 17. 90.
Accensus in iram, Vide ACCENDO.
Accingi ira, Vide ACCINGO.
Acuunt magnis stridoribus iras. Virg. 12. Aeneid. 119.
Ingentes acuebat iras. Seneca Troad. 9. 5.
Dolor addidit iram. Ouid. 12. Metam. 108.
Adiicit iram luctibus. Ouid. 2. Metam. 77.
Admouere iras alicui. Stat. 5. Theb. 32.
Afficere aliquem dolore, & ira. Tacit. lib. 1.
Aggerare iras. Virg. 4. Aeneid. 49.
Viuaces iras agit animus. Seneca Herc. fur. 1. 6.
Asperare iram alicuius. Tacit. lib. 18. Irent properè, neu remorando iram victoris asperarent.
Strictis mucronibus asperat iras. Claud. de magnete, epig. 4. 10.
Assurgunt iræ. Virg. 12. Aeneid. 100.
Attollere iras. Virg. 7. Aeneid. 76.
Cadit ira metis. Ouid. 2. Amorum, eleg. 13. 1.
Calet ira. Stat. 6. Theb. 46.
Cohibere iras. Virg. 12. Aeneid. 63.
Colligere iram. Horat. de Arte, 33.
Commodare iras alicui. Stat. 4. Theb. 15,
– cui bella fauent, cui commodat iras Cuncta cohors.
Commota est ira tyranni. Ouid. 6. Metam. 110.
Comprimere iras. Senec. Medea, 6. 1.
Concitare iram alicui. Ouid 4. de Ponto, eleg. 14. 9. At malus interpres populi mihi concitat iram. Quintil. lib. 6. cap. 1. 11.
Rabida ira concitus. Ouid. 7. Metam. 83.
Concedere in iras, Vide CONCEDO.
Condere iram. Tacit. lib. 2. Adeò iram condiderat, cunctaque eius dicta, factaque quum prohibere posset, scire malebat.
Infracta constitit ira. Ouid 6. Metam. 126.
Iram alicuius alcui contrahere. Ouid. 2. Metam. 132. Non fuerant artes tanti quæ numinis iram Contraxere mihi.
Contundere iras, Vide CONTVNDO.
Coquere iras. Silius lib. 7. 82.
Crudescunt iræ. Stat. lib. 2. Thebaid. 136.
Cumulatur ira cor. Ci. pro Cælio, 19. Nunc enim mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira.
Decedet hæc ira, Vide DECEDO.
Ad acres iras decurrere. Lucret. lib. 3. 63.
Deflagrare iras. Liui. lib. 10. Deca. 4. Sed interdum spes animum subibat, deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.
Flendo diffundimus iram. Ouid. epist. 8. 13.
Habenas omnes irarum effudit. Virg. 12. Aeneid. 101.
Iram euomere in aliquem. Terent. Adelph. 3. 1. 14.
Nihil est quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam, Vt iram hanc in eos euomam omnem.
Tacitâ exæstuat irâ. Ouid. 6. Metam. 125.
Ira deûm Stygiis sese extulit vndis. Virg. 3. Aeneid. 43.
Indomitas dolor excitat iras. Virg. 2. Aeneid. 119.
Horribiles exercuit iras. Virg. 5. Georg. 30.
Exercent iras rostris & voguibus. Ouid. 13. Metam. 124.
Facere iram Quintil. lib. 6. cap. 1. 11. Iram offensio iudicis facit.
Missam iram facere, Vide MITTO.
Facere aliquid per iram. Cic. 4. Tusc. 129.
Finire iram. Ouid. 11. Metam. 80.
Veteres finire iras. Ouid. 14. Metam. 116.
Aestu irarum fluctuat. Virg. 4. Aeneid. 113.
Frænare nescit iras. Seneca Medea, 11. 4.
Frangere iram. Quintil. lib. 6. cap. 3, 11. Quum odium, iramque frequentissimè frangat.
Ignescunt iræ, Vide IGNIS.
Accensæ non fortiter imperat iræ. Ouid. 9. Metam. 6.
Tumidæ non imperat iræ. Ouid. epist. 11. 3.
Incendi ira, Vide INCENDO.
Truci ira incendit pectus principis. Seneca Octau. 5. 9.
Stimulis haud mollibus incitat iras. Virg. 11. Aeneid. 146.
Incitatus ira. Cic. 1. Offic. 36. Qui iniuste impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus est. Vide INCITO.
Indulgere iræ, Vide INDVLGEO.
Induere iras sibi. Silius lib. 1. 8.
Immanique oculos infecerat ira. Claud, de bel. Get. 118.
Ingenerare iras alicui. Stat. 4. Theb. 46.
Ira interit morâ. Ouid. 1. de Arte, 75.
Lenire iram. Quintil. lib. 3. cap. 8. 8, Nam & concitanda, & lenienda frequenter est ira.
Minuere iram, Vide MINVO.
Amor mistus ira. Ouid. epist. 6. 16.
Moderari iræ. Horat. 1. epist. 2. 12.
Mollire iras, Vide MOLLIS.
Mouere iram alicuius. Seneca Octau. 5. 7.
Occupatus ira. Quintil. lib. 4. cap. 2. 80.
Parcere iræ. Virg. 1. Aeneid. 107.
Permulcere iras Vide PERMVLCEO.
Placare iram deorum sacris. Ouid. 10. Metam. 80.
Ponere iram, & Colligere iram, contraria. Horat. de Arte, 33.
Ponere iras fideliter. Ouid. 6. Fast. 9.
Fræna ponere iræ. Iuuenal. Saty. 8. 9.
Furor iraque mentem Præcipitant. Virg. 2. Aeneid. 64.
Graues premit iras. Lucan. lib. 2. 105.
Procedunt longius iræ. Virg. 5. Aeneid. 92.
Prohibenda maximè est ira in puniendo. Cic. 1. Offic. 125.
Recanduit ira. Ouid. 3. Metam. 142.
Recessit ira. Ouid. 12. Metam. 8.
Remittere iras. Virg. 4. Georg. 107.
Reprimere iram. Ouid. 1. Metam. 152.
Residunt iræ. Ouid. 1. de Arte, 75.
Resuscitare iram positam. Ouid. 8. Metam. 95.
Satiare iram. Claud. de bello Gildon. 8. Ouid. 3. Metam. 52.
Sedare iras. Lucanus lib. 10. 11.
Soluere iras, Ouid. 9. Metam. 55.
Subit ira, Virg. 2. Aeneid. 115.
Mista ira subridens, Virg. 10. Aeneid. 148.
Iræ sunt inter Glycerium & gnatum, Terent. And. 3. 3. 21.
Succensi ira Pœni. Silius lib. 1. 34.

Sumere

Sumere nouas iras. Ouid. 2. Metam. 55.
Mollit animos, & temperat iras. Virg. 1. Aeneid. 13.
Tenere iram. Ouid. 5. Metam. 84.
Vertere iram in aliquem, Horat. Epod. 6. 12.
Vertere in iram. Liu. lib 7. Decad. 4, In iram iustus vertit.
Memori re vindicat ira. Ouid. epist. 20. 2.
Vitare iram alicuius, Ouid. 3. Metam. 2.
Iracundus, Adiectiuum, (ὀργίλος, ἀθυμοόργος, κοτάκης,) Qui parua, vel nulla causa præcedente irascitur, inquit Donatus: quique natura ad iram procliuis est, etiam si tunc nulla moueatur ira. Plaut. Milite, 10. 68, Opus erit ne tibi aduocato trifli, iracundo fecce me. Idem Merc. 18. 15, Garruli, osores, infensi, iracundi. Idem Pœnulo, 7. 69. Eia haud vestrum est iracundos esse, quod dixi loco.
Iracunda secum mussitat. Plaut. Merc. 18. 30, Video equidem, auscultemuunescio quid secum iracunda mussitat.
Adria iracundior. Horat. 3. Carm. ode 9. 5.
Fulmina iracunda. Horat. 1. Carm. ode 3. 8.
Animus iracundus, Ad iram procliuis & propensus. Plaut. Bacc. 14. 1, Petulans, proterua, iracundo animo, indomito, incogitato.
Leones iracundi, Ouid. 15. Metam. 18.
Mens iracunda, Lucret. lib. 3. 60.
Iracundia, iracundiæ, (ὀργιλότης,) Donatus, Ira de causa est: iracundia de vitio multum irascentis, siue de moribus. Cicero, pro M. Marcello, 5. At verò quum aliquid clementer, mansuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens & superba est, aut audimus, aut legimus quo studio incendimur? &c. Suet. in Claud. Cæsare, cap. 38, Iræ atque iracundiæ conscius sibi, vtrunque excusauit edicto. Cicero, 3. Tusc. 17, Quanquam ipsa iracundia, libidinis est pars, sic enim definitur, Iracundia, vlciscendi libido.
Iracundiæ adiutor alterius. Terent. Adel. 1. 2. 66,
– verùm si augeam,
Aut etiam adiutor fim eius iracundiæ, insanam profectò cum illo.
Iracundia subita. Plin. lib. 10. cap. 43. 2, Hunc iracundia subita incitatus mancepsproximæ sutrinæ exanimauit.
Iracundia ardere. Terent. Adelph. 3. 2. 12, – ah,
Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.
Iracundia præsenti exardescere. Cic. Len. lib. 1. 9. 28, Sed quum me disputantem, non lacessentem læsisset, exarsi non solùm præsenti credo iracundia, sed quum inclusam illad odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen inscientemefuisset, omne repente apparuit.
Augere iracundiam, Vide AVGEO.
Cohibere iracundiam, Vide COHIBEO.
Continere iracundiam, Vide CONTINEO.
Mediocri iracundia iratus, Vide MEDIOCRIS.
Iracundiam omitte. Terent. Adel. 4. 7. 37.
– iam verò omitte Demea
Tuam istanc iracundiam.
Permotus iracundia, Vide PERMOTVS.
Iracundiam reprimere. Terent. Adelph. 5. 3. 8. Tandem reprime iracundiam, & ad te redi.
Iracunde, Aduerbium, (ὀργίλως,) Cum ira, furiosè, animosè. Cice. 8. Philip. 245. Nam me recum iracunde agere dixisti solere, non est ita. vehementer me agere fateor: iracundè nego. Sic. 1. Philip. 9. Et 3. Tusc. 86. Hi nimis iracundè agunt, præsertim quum ab his non sanè animosè defendatur sententia. Vide NIMIS. Sic ad Atticum, lib. 5. 97. 3.
Irascor, irasceris, pen. corr. (ὀργίζομαι, θυμόομαι, χολόω, κοτέω, μηνάω, μηνίω,) Iratus sum, irasci, Ira commoueri, stomachari, succensere. Terè. Eunuch. 4. 1. 4.
– ille continuò irasci,
Neque negare audere. Idem Adel. 1. 2. 56, – rursum Demea
Irascere. Plaut. Amphit. 10. 30.
Nam nunquam quicquam meo animo fuit ægrius,
Quàm posteaquam audiui te esse iratum mihi.
Celeri irasci. Horat. 1. epist. 21. 5.
Implacabilius irasci alicui. Tacit. lib. 1.
Molliter irasci alicui. Propert. lib. 1. eleg. 5. 2.
Irascor tibi istud dictum. Plaut. Merc. 19. 15, Istud dictum tibi nõ amplius irascor. Id est ob istud dictum.
Irasci vicem alicuius, pro Dolere. Liu. 4. bel. Mace. 125, Remittimus hoc tibi, nostram ne vicem irascaris.
Iratum fore. Cice. ad Att. lib. 1, Pompeii amici nostri negant me ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit. Iratum fore dixit, quia non erat in vsu futurum in RVS, hoc est iraturus, vel irasciturus. Vnde minus pœnes debebit, quos iraturos iracundia sciet.
Irascor quòd sim euocatus. Plin. epist. 9. lib. 3.
Irascuntur admonitioni. Quinti. lib. 2. cap. 7.
Arabioni de Sicio nihil irascor. Cic. ad Atticum, lib. 15. 329. 4,
Irasci & succensere. Cice. pro Q. Roscio, 27, Dii immortales hominibus irasci & succensere consuerunt.
Irasci & stomachari Cic. de Cla. Orat. 183, Sæpe videbam eum irridentè, tum irascentem, etiam stomachantem Philippum.
Irãtus, pen. prod. (χολωτός, ὀργισμένος,) Particip. siue Nomen ex participio, Ira commotus. Cic. pro Cælio, 32, Haic homini ego fortasse & paucis deos propitios, pleriq; autem iratos putabant.
Iratum habere aliquem, pro Alicuius iram in se conuertere. Cic. ad Atticum, Nollo te illum iratum habere.
Facere iudicem iratum aduersario. Cic. 1 de Orat. 111.
Iratus & offensus alicui. Cic. ad Atticum, lib. 14. 317. 4,
Proprium est irati cupere à quo læsus videatur, ei quàm maximum dolorem inurere. Cic. 3. Tuscul. 33.
Mare iratum. Horat. Epod. 2. 2,
Ocelli irati. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 3,
Sitis irata. Propert. lib. 4. eleg. 10. 13,
Venter iratus. Horat. 2. Serm. saty. 8. 1,
¶ Iratior, & Iratissimus. Cic. ad Atticum, lib. 15. 324. 4. Antonio est enim fortasse iratior. Idem 10, Philipp. 280, Eo tamen D. Bruto iratiores sunt omnes si qui id factum dolebant, quomiuus ab illo rem illam dicebant fieri decuisse. Sic 8. Philip. 246, Cæsar ipse qui illis fuerat iratissimus, tamen propter singularem eius ciuitatis grauitatem & fidem, quo tidie aliquid iracundiæ remittebat.
Irãte, pen. pro. Aduerb. (ὀργισμένως,) Hoc est Animo cõmoto. Colu. lib. 7. cap. 12, 5, Satis est seueros esse nec blandos, vt nõnunquam etiã conseruos iratius intueantur, semper excandescant in exteros.

Irenarches, siue irenarcha, (εἰρηνάρχης,) dicitur qui ad tollendas discordias & pacandos ciuium animos in ciuitate ꝓficitur εἰρὴν, pacem significat & quietem.
Irenarchæ (inquit Vlpia. in L. Munerum. ff. De muneribus & honoribus) sunt qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus preficiuntur.

IRIA flauia, Hispaniæ Tarraconensis vrbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. S. Maria finis Terræ vulgò. Ira etiam, Taurinorum vrbs Ptolemæo, Trira Plinio, hodie Sartirana.

Iris, huius iridis, f. g. (ἶρις,) Arcus cælestis. Ab εἴρειν, quod est nuntiare. Nam poetæ deorum nuntiam fingunt. Virg 9. Aeneid. 1, Irim de cælo misit Saturnia Iuno.
Iunonia Iris. Ouid. 14. Metam. 18.
Roscida Iris. Virg. 4. Aeneid. 149,
Iri, Vocatiuus. Virg. 9. Aeneid. 4, Iri decus cæli.
¶ Iris, Herba, cuius radix est suauissimi odoris, dicta quidem à similitudine colorum qui in flore sunt, cum ipsa cælesti iride. de hac autẽ sic Plinius lib. 21. ca. 7, Quædam locum ipsum odoratiorem faciunt, vt iris: qui & arborem totam cuiuscũq; radices attingunt. Et paulo post, Illa quoq; non omittenda differentia, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, vt iris atq; saliuncam: quãquam nobilissimi sit odoris vtraque. Sed iris radice tantum cõmendatur, vnguentis & medicinæ nascens, Et paulo pòst, Caulẽ habet cubitalem & rectum. Floret diuersi coloris specie, sicut arcus cælestis, vnde & nomẽ. Vulgò dicitur lilium cæruleũ. Colu. lib. 12. ca. 20. 1, Odores aũt vino ferè apti sunt, qui cum defruto coquuntur, iris, foenũ græcum, &c.
Irinus, pe. corr. Adiecti (ἰρινὸς,) Qui ex iride factum est: vt Irinũ vnguentum. Plin. lib. 13. ca. 1, 3, Irinum Corinthi diu maximè placuit.

Ironia, ironiæ, pen. prod. (ἰρωνία,) Figura est quæ simulatio dici potest. Græci enim εἰρωνεύεσθαι cauillari dicunt, quum aliud verbis significamus, aliud re ipsa sentimus: vt quum Cicero in fine orationis suæ pro Rabirio, 22, dicit, At credo, quum innumeraleis hostiũ copias in Italia fudisset, atq; obsidione temp. liberasset, omnia sua secum vna moritura arbitrabatur. Non ita est Quirites. Idem 4. Acad. 31, Socrates autem de se ipse detrahẽs in disputatione, plus tribuebat his quos volebat refellere: ita quũ aliud diceret, atq; sentiret, libenter vti solitus est ea dissimulatione quam Græci εἰρωνείαν vocant. Idem 2. de Orat. 150, Socratem opinor in hac ironia dissimulantia que longe lepõre & humanitate omnibus præstitisse. Idem 4. Acad. 133, Ironiam enim alterius perpetuã, præsertim nulla fuit ratio persequi. Quintilianus lib. 9. cap. 2, duas facit species ironiæ: Alteram, quæ sit simplex tropus: alteram, quam inter figuras numerat, & quam constare docet ex troporum multorũ contextu. Q uẽadmodũ allegoriam facit perpetua metaphora. Quanquam postea aliquam esse speciem ironiæ tradit, in qua nullus sit tropus.

Irpices, Genus ferreorum rastrorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris. Festus.

IRPINI, pen. pro. (ἰρπινοί,) appellati sunt nomine lupi, quem irpum dicunt Samnites: eum enim ducem secuti, agros occupauere. Festus. Hirpinos cum aspiratione vocat Seruius. De quorum nomenclatura sic traditur 11. Aeneid. Soractis mons est Hirpinorum in Flaminia collocatus. In hoc autem monte quum aliquando Diti patri sacrum persolueretur (nam Manibus consecratus est) subito venientes lupi extra ra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pucerunt: quos quum diu sequerentur, delati sunt ad quemdam spelunca, habitum ex se pestiferum emittentem, adeò vt iuxtà stantes necaret. Exinde est orta pestilentia, quia fuerant lupos secuti: de qua responsum est, posse eam sedari, si lupos imitarentur, id est rapto viuerent. Quod postquam factum est, dicti sunt ipsi populi Hirpini Sorani. Nam lupi Sabinorum lingua Hirpi vocantur. Sorani verò, à Dite quasi lupi Ditis patris.

Irradio, irradias, pen. corr. (ἀκτιβολέω,) irradiare, Illustrare, & quasi intus radiare. Plaut. Faciunt quod consuetuerunt, irradiãt salibus mensam, omnes ad risum pronocant.

Irrásus, pen. prod. (ἄκαιρος μῶς,) Adiectiuum Raso contrariũ. Plaut. Rud. 30.16, Dite amentis cum irraso capite.

Clauis irrasa. Silius lib. 8. 117.

Irrationabilis, & hoc irrationabile, pe. corr. (ἄλογος, ἀλόγιστος,) Quint. li. 7. cap. 4. Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale. Nam est equus animal, sed irrationabile. Alia exemplaria habent irrationale. Idem lib. 8. cap. 6. Secantur hæc in plures, vt à rationali ad rationale, & idem de irrationabilibus. Alii legunt irrationalibus. Sic lib. 10. cap. 7.

Irrationabilis casus. Quint. 9. Declamat. Siue irrationabilis casus, siue cœlestis prouidentia, siue affligata siderum cursu, &c.

Irraucesco, irraucescis, irrauci, (ἐμβεβρυχάω,) irraucescere, Idem. Cice. 1. de Orato. 135. Itaque nos raucos sæpe attentissimè audiri video, tenet enim res ipsa atque causa tat Aesopũ si paulum irrauserit, explodi. Priscianus legit irrauserit.

Irrediuiuus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀναστιβόλιος,) vt Irrediuiuus pons, apud Catullum, pro Irreparabili, inquit Budæus. Catulli verba hæc sunt ad Coloniam, epig. 17. 1.

– sed veteris inepta
Crura ponticuli, sub his totus irrediuiuus
Ne supinus eat, cauaque in palude recumbat.

Irredux, irreducis, pen. corr. (ἀμάκαρος, ἀναγόμενος,) Lucan. lib. 9. 82, Irreducemque viam deserto limite carpit. Hoc est, à qua vix saluus redibit.

Irreligatus, pen. prod. Adiectiuum, (ἄδετος,) Idem quod Solutus & non ligatus. Ouid. 1. de Arte, 107.

Vtque erat è somno tunica velata recincta
Nuda pedem, croceas irreligata comas.

Irreligiôsus, pen. prod. Adiectiuum (ἀνοσιβής,) Quod est contrarium Religioso. Plin. epist. 1. 12. Sed eam reuerẽtiam cum literis ipsis, tũ scriptis tuis debeo, vt lumere illa, nisi vacuo animo, irreligiosum putẽ. Liu. 5. ab Vrbe. 182, Saluo etiã tum discrimine diuinarum, humanarumque rerum, irreligiosum ratus sacerdotes publicos sacraque Pop. Ro. pedibus ire, ferrique se, ac suos in vehiculo conspici.

Irremeabilis, & hoc irremeabile, penul. corr. Vnde remeare non possit.

Error irremeabilis. Virg. 5. Aeneid. 117. de Labyrintho.
Viæ irremeabiles. Seneca Hercu. furen. 7. 5.
Vnda irremeabilis. Virg. 6. Aeneid. 85. de Styge.

Irremediabilis, & hoc irremediable, pen. corre. (ἀνίατος,) Cui mederi, siue remedium adhibere nõ possumus. Plin. lib. 28. cap. 7. 8. Equibus dixisse non pudeat, si in defectu Lunę Solisve congruat vis illa, irremediabilem fieri. Idem lib. 25. cap. 13. 8. Sed in vino potu irremediabilis existimatur. Sic lib. 11. cap. 53. 3.

Irreparabilis, & hoc irreparabile, pen. corr. (ἀνύπερθος,) Quod reparari non potest. Virg. 3. Georg. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Irrepertus, Adiectiuum, (ἀνεύρετος,) Non repertus. Horat. 3. Carm. ode 3. 10,

Qua tumidus rigat arua Nilus:
Aurum irrepertum & sic melius situm
Quam terra celat. Id est nondum repertum.

Irrepo, irrepis, pen. prod. irrepsi, irreptum, (παρεισπίπτω, εἰσδύομαι, παρεισέρχομαι,) irrepere, Latenter more reptilium ingredi. Plin. lib. 19. cap. 8. 5. Et ecce quum maxime cœpit irrepere. De caprina lactuca loquitur.

Irrepit scabies. Cuius. lib. 7. cap. 5. 4. Hæc vbi cœpit irrepere, sic intelligitur, vitiosum locum, &c.

Irrepsit in Italia lues: Hoc est, clàm immissa est. Plin. lib. 26. cap. 1. 3. Non fuerat hæc lues apud maiores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Cæsaris principatu medio irrepsit in Italia.

Irrepere in tabulas publicas, Clàm inuectum & scriptum esse. Cic. pro Archia, 7. Quum cæteri nõ modo post ciuitatem datam, sed etiã post legẽ Papiam, aliquo modo in tabulas eorum municipiorum irrepserũt, &c.

Libenter irrepere in opinionem gratiæ alicuius. Cic. de Aruſp. respõ. 49. Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat?

Irrepere in sensus. Cic. in Orat. 52. Hæc modò perfringit, modò irrepit in sensus, inserit nouas opiniones, euellit insitas. Sic 3. de Orat. 113. Irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio.

Irrepit nomen in testamẽta. Cice. 3. Offic. 99. Itaque si vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamẽta nomen eius irrepere: hac vi non vtatur, &c.

Vtilitas irrepit. Vlpianus in L. Qui autem. ff. De consti. pecu. Siquis constituerit se pignus datorum: quum vtilitas pignorum irrepserit, &c.

Irreprehensus, Adiectiuum, (ἀμώμητος,) Sine reprehensione, sine crimine. Ouid. 5. Trist. eleg. 15. 5.

Nam tua dum stetimus, turpi sine crimine mansit,
Et tandem probitas irreprehensa fuit.

Irrequietus, pen. prod. Adiectiuum, (ἄπαυστος,) Quod contrariũ est Requieto. Plin. libr. 2. cap. 3. 32, Aeterno & irrequieto ambitu, &c. Mart. lib. 4. 54.

Discurris tota vagus vrbe, nec vila cathedra est,
Cui non mane feras irrequietus, aue.

Bella irrequieta. Ouid. 2. Trist. 47.
Sors irrequieta. Ouid. 2. Metam. 78.

Irresectus, Adiectiuum, (ἀκατάκοπτος,) Hora. Epod. 5. 10.

Hic irresectum sæua dente liuido
Canidia rodens pollicem. Id est valde & sæpius sectum, quod furentium & impatientium est, qui vngues rodere solent. Vel irresectum, id est non sectum aut purgatum: quod immundæ veneficæ conueniebat.

Irresolutus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀδιάλυτος,) Quod nunquam remittitur. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 5. At semel intentus neruo lenis arcus equino,
Vincula semper habens irresoluta manet.

Irretio, Irrétis, pen. prod. irretiui, irretitum (περιβάλλω, σαγηνεύω,) irretire, A rete fit, & significat reti inuoluere, & quasi capere ac detinere. Vnde Irretitus, qui aliqua fraude vel blanditiis, aut dolo, quasi reti captus est. Cic. 4. Aca. 167, Quid enim ad illum qui te capere vult, vtrum tacentem irretiat te, an loquentem?

Irretire illecebris, Allectare & detinere. Cic. in Catil. 9. Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non ad audaciam ferro, ad libidinem facem prætulisti?

Irretitus cantiunculis, Allectus & detentus. Cic. 5. de Finib. 91, Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneri: cientiam pollicentur, quam non erat mirum sapientiæ cupido patria chariorem.

Irretiuit veste furialis me inscium. Cic. 2. Tuscul. 31.

Irretortus, Adiectiuũ, (ἰσοῦς,) pro recto. Horat. 2. Carm. ode 2. 5.

Irreuerenter, Aduerbium (ἀναιδῶς,) Sine reuerentia & honore. Plinius epist. 18. 2, Cæteri audaces, atque etiam maiorẽ ex parte adulescẽtuli obscuri ad declamandũ huc trãseunt, tã irreuerẽter & temerè, vt milii Artilius noster expressè dixisse videat, sic in foro pueros à cẽtũuiralibus caussis auspicari, vt ab Homero inscholis.

Irreuerentia, (ἀναιδεία,) Tacit. li. 13, Quibuldã, coalitã libertate irreuerentiam, eo prorupisse fremẽtibus. Plin. epist. 9. 1, Sendorũ irreuerẽtia.

Irreuocabilis, & hoc irreuocabile, pen. cort. Quod reuocari non potest. Plin. epist. 5. 1. 2, Cuius tædio ad mortem irreuocabili constantia decucurrit, vsque ad supremum diem beatus & fœlix. Idem de Viris illust. 10, Vbi quũ victoria nutaret, Magister equitum equis frænos detrahi iussit, vt irreuocabili impetu ferrẽtur: vbi & aciem Latinorum fuderunt, & castra ceperunt.

Aetas præterita irreuocabilis. Lucret. lib. 1. 95.
Verbum irreuocabile volat. Horat. 1. epist. 19. 14.

Irreuocabile põdus anchoræ, hoc est anchora quæ difficile retrahi potest. Plin. lib. 32. ca. 1. 1, Et cogit stare nauigia, quod non vincula vlla, non anchoræ pondere irreuocabili iactæ. De echineide.

Irreuocãdus, Aliud adiect. Idẽ: vt Error irreuocãdus, Clau. de bel. Get. 25.

Irreuocatus item adiectiuum. Horat. 2. epist. 1. 45. Quum loca iam recita reuoluimus irreuocati.

Irreuocatus ab acri cæde. Ouid. 11. Metam. 81.

Irreuolûtus, pen. prod. Adiectiuum, contrarium reuoluto. Martial. lib. 11. 1, Vadas, & redeas irreuolutus.

Irrideo, irrides, pe. prod. irrisi, irrisum, pe. prod. (χλευάζω, πωτάζω,) irridere, Ex in & rideo compositum, Vehementer ridere, Contemnere & Ludibrio habere. Terenti. Heaut. 5. 2. 29, Irridea in re tanta, neque me quicquam consilio adiuuas? Idem Eunu. 3. 1. 35. – cœpit ad id alludere, Et me irridere. Ibidem, 5. 7. 17. Itane lepidũ tibi visum est, scelus, nos irridere? Ibidem, 4. 4. 43, Etiam nũc non credis indignis nos esse irrisas modis? Cic. de Diuf. lib. 2. 88. Dolco tantam Stoicos nostros Epicureis irridẽdi fui facultatẽ dedisse. Idem 6. Verr. 130. Vt omnes quum loqui cœperit, irrideant. Idem 2. de Natu. deor. 241. Nihil tam irridet Epicurus, quàm prædictionem rerum futurarum.

Irridere & contemnere aliquem. Cic. 1. de Lege agrar. 94.

Irridere per iocum. Cic. 2. de Nat. deor. 11, Etiam per iocum deos irridẽs, quum cauca liberati pulli, &c.

Irridere,

Irridere, pro Ridere. Tac. lib. 1, Multum irridentibus, qui ipsi viderant.

Alii irrident alios. Lucret. lib. 4. 233.

Irrisus, pen. prod. Partic. (χλευαστός,) Tacit. lib. 4, Ad vana, & toties irrisa reuoluta.

Irrisus, huius irrisus, pen. prod. (χλευασία,) Plin. lib. 37. cap. 9. 7. Quę quidem scripsisse eos non sine contemptu & irrisu generis humani arbitror. Tacit. libro, 1. Retinentes centuriones irrisu, & contumeliis, postremò verberibus insectantur. Idem libro, 3. Non sine irrisu audientium postulauit.

Irrisui esse: Hoc est ludibrio haberi. Plinius libro 22. cap. 5. 5. Imò vero plerisque vltro etiam irrisui sumus, ista commentantes, ac friuoli operis arguimur.

Irrisio, (χλευασμός,) Verbale, Subsannatio. Cicer. 4. Acad. 221. Sed & vos abillo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis. Liber igitur à tali irrisione Socrates, liber Artistochius, &c. Idem 1. Offic. 192, Deforme etiam est de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. Sic & 3. de Orat. 27.

Irrisor, pen. prod. Verbale, (χλευαστής,) Cic. in Parad. 14. Veniant igitur isti irritores huius orationis ac sententiæ, & iam vel ipsi iudicent, &c.

Irridicule, pen. cort. Aduer. (ἀκατάγελαστος,) Infacete, inelegãter. Cesin 1. bel. Gal. 179, Quod quum fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, plus quàm pollicitus esset, Cæsarem facere.

Irrigo, irrigas, pe. corr. (ἀρδεύω, βρέχω, ὑγραίνω,) irrigare, Adaqua re, & quasi riuos in agrum aut hortum per rigationem vel rigãdo deducere. Cic. 1. de Nat. deor. 196, Aegyptum Nilus irrigat. Ibidẽ, lib. 1. 164, Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fontibũ Epicurus hortulos suos irrigauit, mutare videtur in natura deorum. Hic pet traulationem posuit Cicero, quemadmodum & Plautus Pœnulo, 9. 87.

Veruta e vino edentulo, ætatem irrigẽs:
Ibi te replebo vsque vnguentorum è zeugmatis.

Irrigatus plaga homo. Plaut. Epid. 3. 18, Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo. Plin. lib. 1. cap. 63. 8, Quinque sanguine nostro irrigamus, insepultis ossibus regimus.

Irrigare aquam in. Cato cap. 151. 2, Siquando non pluet, vti terra non sitiat, aquam irrigato leuiter in arcaili non habebis vnde irriges, gerito, inditoque leuiter.

Genæ irrigantur assiduo rore. Senec. Hippol. 4. 5.
Sopor irrigat artus. Virg. 3. Aeneid. 102.
Quietem per membra irrigat Venus Ascanio. Virg. 1. Aeneid. 140.

Irrigatio, Verbale, (ἀρδεύσις, ὑγρανία,) Cic 2. Offic. 18, Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorũ irrigationes, moles oppositas fluctibus, &c. Sic Plinius lib. 36. cap. 12. 6.

Irriguus, pe. corr. Adiect. (ἐπιῤῥύτος,) Quod irrigatur, vel facile irrigari potest. Plaut. Trin. 3. 6. Interim mores mali, quasi herba irriguo, fuere uerunt vberrimè. Cato cap. 1, Vinea est prima, si vino multo iuetifecundo loco hortus irriguus. Id est, qui suis & naturalibus aquis irrigatur.

Campi irrigui. Lucan. lib. 4. 61.
Corpus irriguum mero. Horat. 2. Serm. saty. 1. 2.
Hortus irriguus. Horat. 2. Serm. saty. 4. 4.
Pratum irriguum. Propert. lib. 1. eleg. 19. 8.
Irrigua fontibus terra. Plin. lib. 5. cap. 14. 1. Hiericũtem palmetis consitã, fontibus irriguam.

¶ Irriguus, Quandoque in significatione actiua, qui irrigat. Virg. libr. 4. Georg. 17.

– Irriguumque bibant violaria fontem.
Tibullus lib. 2. eleg. 1. 9, Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Irrigua aquarum, Loca per quæ aqua riuos producit ad irrigandũ. Plin. lib. 6. cap. 26. 10, Fluere aliqui vltra Babylonem continuo aluco prius quàm distrahitur in irrigua. Idem lib. 5. cap. 4. 1, Diarrhytum à Græcis dictum, propter aquarum irrigua.

Irrisio, Irrisor, Irrisus, Vide IRRIDEO.

Irrito, irritas, pen. prod. (ἐρεθίζω, ἀγχάνω, πτερόω, πτερῶ, πτερόω, πτερόω, μεταλλάσσω, πικραίνω,) irritare Frequẽtatiũdem ab Irruo, irrutis, per mutationẽ u in i, euphoniæ causa, Significat prouocare, iramque accendere, impellere, incitare: vel, vt Donatus ait, ducitur hoc verbum à canibus, qui restrictis dentibus hanc literã r, imitantur. Virg. 10. Aeneid. 129. Irritatque virũ telis, & voce lacessit. Plaut. Amphit. 8. 73, Irritabis crabrones. Ibidem, 4. 300, Si me irritabis, hodie lambitragium hinc auferes. Terent. And. 3. 4. 18, Potes nunc iam animus irritatus est. Idem Adelph. 2. 4. 18, Quamprimum absolutè cine si magis irritatus fiet, Aliquà ad patrem hoc permãnet, atque ego tunc perpetuò periri m Brutus ad Atticum in Epist. ad Brutũ, 17. 2. Nescio quid scribam tibi, nisi vnum, pueri & cupiditatem & licentiam potius esse irritatam quàm repressam à Cicerone.

Irritare aliquem ad iram. Ouid. 8. Metam. 84.

¶ Irritare, quouis modo allicere, vt
Segnius irritant animos demissa per aurem. Horat. de Arte, 49.

Exitum irritare. Tacit. libro 13, Non quia ingenii violentia exitum irritauerit.

Irritandæ ad discendum infantiæ gratia. Quintil. lib. 4. cap. 1. 10.

Pocula irritantia luxum. Silius lib. 13. 71.

Vitia irritare vetando. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 3.

Irritatus, pe. prod. Partic. (ἐρεθιστός,) vt Gens irritata. Ouid. 3. Met. 115.

Voluptas irritata. Ouid. 2. de Arte, 137.

Irritatus, pro Irato aliquando accipitur. Terent. Phor. Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.

Irritatus, Nomen ex participio, (ἐρεθιστός,) Gell. libro vltimo, cap. vltim. Quo fit quorundam maledicorum hominum sæuitas & inuidentia irritatior.

Irritatio, Verbale, (ἐρεθισμός, παροξυνσμός,) Accẽsio. Liu. 1. bel. Mace. 46, Et Irritatio animorum ea prima fuit.

Irritatio, pro Cupiditate. Senec. in Consol. ad Albinam, Inuenio qui dicit naturalem quandam inesse animis irritationem commutandi sedes, & transferendi domicilia.

Irritabilis, & hoc irritabile, penult. corre. (ἐρεθιστός,) Quod facile irritaturi cui opponitur Palcabilis, Cice. ad Atticum, lib. 1. 12. 5, Nam si ita statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles, &c.

Genus irritabile vatum. Horat. 1. epist. 2. 21.

Irritãmen, pen. prod. irritaminis, n. g. (ἐρέθισμα,) Quo quis irritatur & accenditur. Ouid. 12. Metam. 21,

Haud secus exarsit, quàm circo taurus aperto,
Quum sua terribili petit irritamina cornu.

Amoris irritamen. Ouid. 9. Metam. 27.
Opes, animi irritamen auari. Ouid. 13. Metam. 88.

Irritamentũ, irritamẽti, Idem, (ἐρέθισμα,) Plin. lib. 5. ca. 9. 10, Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremò, &c.

Irritamẽtum certaminũ. Liu. 10. bel. Pun. 46. Et 9. ab Vrbe, 122, Et respectus ipse ardentium castrorũ, quaquam proximis tãtum (ita enim fuerat Dictator) ignis est subditus, haud parum fuit irritamentum.

Opes irritamenta malorum. Ouid. 1. Metam. 29.
Veneris irritamentum. Iuuen. Saty. 11. 17.

Irritus, pen. corr. Adiect. (ἄκυρος,) Ex in & ratus compositum. Cice. pro 2. de Legib. 35, Quę neq; augur, iniusta, nefasta, vitiosa, dirãue dixerit, irrita, infectaq; sunto. Terent. Phorm. 5. 8. 58, Quod dictũ, indictum est: quod modo erat ratum, irritum est.

Dicere irrita. Ouid. 11. Metam. 8.
Labor irritus anni. Ouid. 1. Metam. 66.
Lingua irrita. Propert. lib. 3. eleg. 13. 14.
Oua irrita sterilia, quæ hypenemia quoque dicuntur, & zephyria. Vide VRINVM ouum.

Irritæ preces, Vanæ, futiles, & incassum rogatæ. Plin. in Paneg. 42, Ac plerique irritis precibus surdas principis aures adstrepebãt. Sic irritæ ponnæ, Plin. lib. 3. cap. 7. 10.

Promissa irrita linquem. Catull. Argon. 59. 12.
Spes irrita. Stat. 10. Thebaid. 9.

Irritus spei. Curtius lib. 6, Petere perseuerabat ne se irritam spei pateretur abire. Hoc est sua spe frustratam. De Thalestri Amazoouum regina.

Ad irritum cadit spes. Liu. 2. ab Vrbe, 13, Incensus Tarquinius non dolore solùm tantæ ad irritum cadentis spei, sed etiam odio. Vide AD.

Tela irrita. Virg. 11. Aeneid. 147.
Verba irrita. Ouid. 1. de Remed. amor. 59.
Vestigia irrita. Virg. 4. eclog. 3.

Te duce, si qua tamen sceleris vestigia nostri
Irrita, perpetua soluent formidine terras.

Legationi irritus redit. Tacit. lib. 20.

Irroboro, irroboro, penule. corr. (ἐμβρώννυμι,) Irroborare, Robur & vires augere ac confirmare. Gel. lib. 1. cap. 22. Irroborauit, inueterauitque falsa atque aliena verbi significatio, quod dicitur, hic illi superest.

Irrogo, irrogas, penultim. correp. (ἐπιτιμάω,) irrogare, Infligere, imponere.

Infamiam irrogare. Papi. in L. Ex ea. ff. De postulando.

Irrogare leges, Imponere, constituere. Cic. pro Domo sua, 34. Vetant legẽ sacratæ, vetant XII tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari: id est enim priuilegium.

Mortem alicui irrogare. Tacit. lib. 4. Sibimet irrogaret mortem, quam patri struxerat.

Irrogare mulctã, Idẽ qd Dicere mulctã, authore Budæo. Pla. Capt. 8. 34,

Qui consilium inuere quo nos victu & vita prohibeant,
His diem dicam, irrogabo mulctam, vt mãi coenas decem
Meo arbitram dent, quum cara annona sit. Plin. Non modò culpam omnem, sed etiam mulctam irrogauit. Liu. 10. belli Pun. 143, Sed forsitan non indigni iunus, qui nobismetipsis mulctam irrogemus. Sic 7. bel. Maced. 148, Centum millium mulcta irrogata erat. Sic Cicero pro Domo sua, 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pœnam irrogare. Quint. lib. 5. ca. 5. Mitior solet irrogari pœna verecũdiæ.
Pœnam irrogare peccatis. Horat. 1. Serm. saty. 3. 24. – adsit
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas.
Pœnas irrogare sibi. pti. Senec. Hercu. Oeth. 7. 32.
Privilegia irrogare. Cic. 3. de Leg. 16. Privilegia ne irroganto.
Tributum irrogare, cui opponitur Remittere. Plin. in Paneg. 59. His vicesima reperta est, tributum tolerabile, & facile hæredibus dum taxat exceptis, domestici graue. Itaque illis irrogatum est his remissum. Sic Hirtius 5. bel. Africani, 381. Tributis vectigalibusque regiis irrogatis, ex regno pronunciaque facta, &c.
Irrogare labori. Quint. lib. 10. cap. 3. Labori non plus irrogandum est, quã quod somno supererit, aut deerit. Id est, dandum.
Irrogãtus, pen. prod. Participium (ὑποτετιμωρημένος,) Tacit. lib. 13. Exiliũque accusatori irrogatum, & tabulæ exustæ sunt.
Irrogatio, Verbale, (ὑποτίμησις,) Cic. pro Rabirio, 5. Nã quid ego ad id longam orationem comparem, quod est in eadem multæ irrogatione præscriptum, hunc nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse?

Irroro, irroras, pen. produ. (ἐπιῤῥαίνω,) irrorare, Rore aspergere, siue madefacere. Colu. lib. 11. cap. 2. 71. Septimo Idus Decembris aquila mane oritur, Africus, interdum Auster irrorat. Idem lib. 12. cap. 22. Noctibus autem labrum operire conueniet, ne irroretur. Sic lib. 9. cap. 14. 8. Irroratis floribus. Varia autem est constructio. Dicitur enim, vel aquam irrorare agro, vel agrum irrorare aqua. Ouid. Metam. 1. exẽplum prioris habet. Inde vbi libatos irrorauere liquores Vestibus.
Ter caput irrorat, Ouid. 4. Fast. 63.
Crimem irroranit aquis. Ouid. 7. Metam. 38.
Somnus irrorat quietem oculis. Silius lib. 10. 72.

Irrubeo, irrubes, pen.ult. correp. irrũbui, irrubẽre vel Irrubesco, irrubescis, (ἐρυθριάω,) irrubescere, Rubrum fieri. Stat. 9. Thebaid. 130.
– irrubuit cœli plaga sidere misto,
Occursuque sacro pariter iubar arsit vtrinque.
Ignis irrubuit mihi vultibus. Stat. 5. Sylu. 5. 7. Id est afflauit vultus meos.

Irructo, irructas, (ἐπιρεύγομαι,) irructare, Ructum emittere. Plaut. Pseud. 1. 5. 9.
Quid tu (malum) ergo in os mihi
Ebrius irructas?

Irrugio, irrũgis, pen. prod. irrugiui, irrugĩtum. (ἐπιβρυγχόομαι,) irrugĩre, Valde rugire. Guius verbi nullam exemplam legimus præter quam in literis sacris.

Irrũgo, irrũgas, pe. prod. (ἐπιμυττώω,) irrugãre, Rugas contrahere. Gell. lib. 12. cap. 1. Ne æquor illud ventris irrugetur.

Irrumpo, irrumpis, irrũpi, pen. prod. irruptum (ἐισπίπτω, ἐισβάλλομαι, ἐισκελάω,) irrumpere, Violenter & cũ impetu aliquo ingredi. Terent. Eunuch. 5. 6. 26. Cesso huc intrò irrumpere?
Irrumpere in prouinciam, Cice. ad Senatum, lib. 15. 2. 3. Si ex Syria egredi atque irrumpere in meam prouinciam conarentur. Cæs. 4. bel. Gal. 509. In castra irruperunt.
Irrumpere in ærarium. Cic. pro Lege agraria, 53.
Irrumpunt in animos nostros extrinsecus imagines. Cic. 4. Acad. 126.
In pectora irrumpat. Quintil. lib. 12. cap. 5. 6. de Diuisione.
Ad aliquid irrumpere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 3.
Fama irrupit animos populi. Lucan. lib. 1. 93.
Fores irrumpere. Lucan. lib. 5. 26.
Limina domus irrumpit. Virg. 4. Aeneid. 229.
Irrumpere oppidum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 109. Et quẽ facilius imperum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent, portas obstruit, &c. Plin. lib. 35. Hostilius Mancinus qui primus Carthaginem irruperat.
Portas irrumpere apertas. Ouid. 15. Metam. 120.
Portas irrupere patentes. Virg. 11. Aeneid. 176.
Irrumpens, Particip. (ἐισβιαζόμενος,) vt Irrumpens ventus: Hoc est, ita perflans, vt omnia disrumpat & confringat. Plin. lib. 11. cap. 14. 4. Age, firmitas quanta irrumpentibus ventis, qua puluerum mole degrauãte?
Irrumpens flauius. Plin. lib. 3. cap. 1. 11.
Irruptio, irruptionis, Verbale, Impetus, incursio. Plin. in Paneg. 134. Nec mediocre pacis decus habebatur, submota campis irruptio ferarum, & obsidione quadam liberatus agrestium labor. Cic. pro Lege Manilia, 9. Nam quum hostium copiæ non longè absunt, etiã si irruptio facta nulla sit, tamen pecora reliquuntur.
Irruptionem facere in popinam: Hoc est imperũ. Plautus Pœnulo. 2. 42. Dum ladi fiunt, in popinam pedisequi Irruptionem facite.

Irruo, irruis, irrui, irrutum, pen. cor. (ἐφορμάω, ἐπιρρόω, προσπίπτω.) Irruere, Cum impetu ferri, impetum in aliquẽ facere. Donatus, Irruere propriè dicuntur, qui cum furore prælium ineunt, Plaut. Amphit. 4. 8. 9. Illico equites iubet dextera irruere. Terent. Adel. 1. 2. 8. Fores effregit, atque in ædes irruit
Alienas. Ibidem, 4. 2. 11. Obsecro videne ille huc prorsus se irruat. Salust. Quum fortè in eum irruerent, facile repulsi. Cic. 2. Tusc. 100. Fulgentes gladios hostiũ videbant Decii, quum in aciẽ eorum irruebant.
Irruere in medium aciem. Cic. 2. de Finib. 99.
Irruere in malum. Cic. 5. de Finib. 49. Et quum in mala scientes irruunt, tamen se optimè sibi consulere arbitrantur.
Irruere & impetum perferre in aliquem. Cic. pro Domo sua, 82. In quem quisque per homines concitatos irruerit, in quem impetum perulerit. Vetus exemplar habet, quem impetu pecuerit.
Irruere in odium. Sponte sese conicere. Cice. 2. Verr. 22. Et sunt homines, quos libidinis, infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat, qui quasi de industria in odium offensionemque Pop. Rom. irruere videantur.
Irruimus ferro. Virg. 3. Aeneid. 45.

Irtiola, irtiolæ, penultima, correp. Genus vitis. Columel. libro. 3. cap. 2. 17.

IRVS, (ἶρος,) Ithacensis mendicus ac tui pissimus, vt lib. 18. Odysseæ describitur ab Homero, corpore prægrandi, sed debili & fœdo, quem Vlysses post errores domum reuersus pugno interfecit.
Binominis Iri fortuna. Ouid. in Ibin, 84.
Egens Irus. Ouid. epist. 1. 19.

IS, ea, id, (οὗτος,) Pronomen, Eandem significationem habet quam hic, & eundem locum retinet: quibus maximè vtimur si præcedat, aut sequatur quinque. Qui diuitias cupit, is, vel hic auarus ẽ. Terẽ. Adel. 1. 1. 15.
– is adeo. Dissimili studio est, iam inde ab adolescentia. Idem And. 5. 4. 3. Et certè is est saluos sis Crito. Idem Eunuc. 5. 1. 1. 3, Habemus hominem ipsum. T. vbi is est? Idem Adelphis, 1. 1. 43. Sed estne hic ipse de quo agebam & certè is est. Idem And. 4. 6. 7.
– estne hic Crito sobrius Chrysidis?
Is est. Idem Eunuch. 3. 4. 8. Quisnam hinc à Thaide exit? is est, an nõ est? ipse est. Ibidem, 4. 4. 34. – Parmeno
Dicebat eum esse is dedit hanc mihi vestem. Idem Adelph. 3. 3. 81. Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram, Rus abiit.
Is, pro Qui. Terent. And. 1. 3. 17.
– fuit olim quidam senex
Mercator nauem is qui fecit apud Andrum insulam. Donatus.
Is, pro Talis. Cic. pro Cæcina, 10. Is enim illi fuit Ebutius, &c.
Ea memoria erat. Cice. 4. Acad. 9. Quumque esset ea memoria quam antè dixi, ea sæpe, &c.
Ea ætate sum. Terent. Hecyra, 5. 1. 10. Iam ea ætate sum, vt non sit peccato mihi ignosci æquum. Liu. lib. 10. Magis credo, quàm Quintum Fabium ea ætate, atque iis honoribũ, Valerio subiectum. Hic emphatice dicitur, vt ait Budeus.
Ea nostra ratio est, vt, &c. Cice. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 12. Atque is dolor est, quòd, &c.
Eo pacto. Terent. And. 1. 1. 21.
– rem omnem à principio audies.
Eo pacto & gnati vitam scies & consilium meum cognosces.
Ea re. Propterea, id est ob eam rem. Cic. Attico, lib. 8. 152. 1. O rem turpẽ, & ea re miseram: sic enim sentio id demum aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. Idem 1. Offic. 70. Ea re quia turpe sit, non esse faciendum. Cæsar 1. bel. Ciuil. Vt Tribunos plebis ea re ex ciuitate expulsos, ad suam dignitatem restituerent. Brutus Attico, 17. 6. An hoc ipsum ea re facit quod illi propter amplitudinem omnia tam vtroque deferenda putat?
Ibus, pro iis, antiquum. Plaut. Curcu. 10. 10. Eodem hercle vos pono & paro: patrissimi estis ibus.
Ipse, pro Ea ipsa. Plaut. Cist. 3. 16.
Puerum, aut puellam alicunde vt reperirem sibi
Recens natum, ipse quod sibi supponeret.
Et hoc, vel Et id, siue Atque hoc, atque id, & Idque: vehementiam significant. Cic. in Orat. 33. Excursio moderata, eaque rara. Idem 2. Philipp. 235. Quum ita dixit aliam sententiam se dictarum fuisse, eamque se ad Rep. dignam, nisi propinquitate impediretur. Idem ad Atticum, lib. 1. 11. 9. Per vnum seruum, & eum ex ludo gladiatorio. Idem 3. de Natu. deor. 37. Et id maximè fieri hybernis temporibus. Idem ad Atticũ, lib. 1. 9. 2. Et id multis verbis. Eidẽ, lib. 2. 21. 4. Et idipsum sine stomacho. Eidem, Idque iudicum vocibus. Eidem, lib. 1. 9. 1. Atque id ex eorum ex summis occupationibus.
Ipse, pro Is ipse. Cic. pro Rosc. Amer. 64. Nullam esse ius tam sanctum atque integrum quod non eiusce vis ac perfidia violaret.
Id, neutrum, Pronomen demonstratiuum. Terent. Adelph. 1. 1. 24. In eo me oblecto, solum id est charum mihi. Cicer. pro Quintio, 5. Id quod parati sunt facere.
Id, Ob id. Terent. And. 2. 4. 1.
Si id succenseat nunc, quia non det tibi vxorem Chremes, &c. Idem Eunuch. 3. 1. 3.
– non tam ipso quidem
Dono, quàm abs te datum esset id verò serio triumphat. Ibidem, 5. 7. 4. Nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem. Cicero. 10. Philip. 285. Qui id pugnant, id agunt, vt contra Remp. restituti esse videant.

Idem in Salust. 1. Id vos si fortè offendimini. Hoc est, ob id. sine pp. id.
Id, pro Hoc. Terent. Eunuch. 4. 4. 57. Id modò dic, abisse Dorum.
Id, pro Per id. Terent. Adelph. 5. 9. 29.
– quæ istæc subita est largitas? o. dicam tibi:
Vt id offenderem, quòd te isti facilem, & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono.
Idque, pro Et maximè. Cic. 1. Offic. 1. Quanquam te Marce fili etiam iam audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet præceptis, &c. Vulgus dicit. Et cum hoc. Idem in Oratore, 2. Quæris igitur, idque iam sæpius. Idem de Claris Oratoribũ, 131. Tu quidem de fauce, inquit, hauris, idque iam dudum.
Ad id, Vide AD. præpositionem.
Id ætatis. Plaut. Asin. 3. 37. Neque puduit eum id ætatis sycophantias struere. Id est, in ea ætate, vel tam senem. Cice. Toranio, lib. 6. 10. 6. Ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia quæ non, nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Idem 1. de Orato. 103. Quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris imponitur. Idem pro A. Cluent. Se in balneis cum id ætatis filio fuisse. Idem in arte Rhetor. Quum id ætatis & priuatus essem. Idem Attic. lib. 4. 8. 5. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Idem pro L. Flacco, Qui quoniam est id ætatis. Liu. ab Vrbe cond. Quis, & cuias, & cur id ætatis in castris fuisset? Ibidem, Quise id ætatis solicitassent. Tacit. lib. 5. Id. ætatis corpora in Germanias abiecta.
Id authoritatis. Tacit. lib. 1. 2. Romanorum nemo id authoritatis aderat.
Id diei veniebam in. &c. Cic. ad Atticũ, lib. 2. 8. 1. Legitur & Eo autẽ die.
Id honoris, pro Eius honoris. Tacit. lib. 16. Postquam id honoris indicibus, tanquam propriũ ad cædes principem accepit. Expone, id honoris indicibus, fabaudi existentibus. Id est quã eo in honore agerẽt indices.
Id locorum, ea ratione dicitur, qua Interea loci. Plaut. Casina, 3. 31. Post id locorum, quando ad villam veneris.
Dabitur tibi amphora vna. Idem Pœnulo, 3. 16. Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.
Ad id locorum, pro In eo loco. Liu. 2. bel. Pun. 162. Temeritatem præter quam quòd stolta fit, infelicem etiam ad id locorum fuisse.
Ad id locorum, pro Vsque ad id tempus. Salust. de Mario. Tamen is ad id locorum talis vir Consulatum petere non audebat. Vide AD.
Id solitudinis. Tacit. lib. 11. Id repentè solitudinis erat. Hoc est, Ea repentè solitudo erat.
Id temporis, pro Id tempus. Tacit. lib. 12. Id temporis importunum, quia quia hyems occipiebat. Cice. 1. de Orato. 138. Et nolipsi quoniam id temporis est, valetudini demus operam. Ibidem, lib. 2. 201. Sed nunc quidem, quoniam id temporis est, surgendum censeo.
Id temporis, pro Per id tempus, vel eo tempore. Varro de Re rustica, ita que eorum fructus id temporis maximè consistit. Ibidem, Quòd sæpe id temporis oriuntur nimbi. Idem 5. de Finib. 2. Maximè quòd id locus ab omni turba id temporis vacuus esset. Idem Attico, lib. 13. 288. 2. Venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus esset. Idem pro Milone, 20. Deinde profectus est id temporis, quum iam Clodius (siquidem eo die Romam venturus erat) redire potuisset. Idem 1. in Catil. 7. Quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram. Liu. ab Vrbe cond. Vt purgaret se, quod id temporis venisset. Tacit. lib. 13. Quòd domos, id temporis, quasi prædas dimisissent.
Id virium, pro Eæ vires. Tacit. lib. 13. Nec id nobis virium erat, quod firmando præsidio, & capessendo bello diuideretur.
Id actũtum, vel Id aliquid. Plaut. Amphit. 6. 32. – tace,
Ne corrumpe oculos, redibo actũtum. A. id actũtum diu est. Terent. And. 1. 1. 16. Interea fiet aliquid spero. B. id aliquid nihil est.
Id curat scilicet, Ironicè dictum. Terent. And. 1. 2. 14. – rogas?
Meum gnatum rumor est amare. B. id populus curat scilicet. Cic. Attico, lib. 13. 288. 5. Id populus curat scilicet, non mehercule arbitror.
Id demum. Cic. ad Attic. lib. 8. 152. 1. O rem turpem, & ea re miseram. sic enim sentio, id demum, aut potius id solum esse miserũ quod turpe sit.
Id est profectò. Plaut. Mercat. 7. 33.
Per mare vt vectus, nunc oculi terram mirantur tui.
C. Magis optimè. B. id est profectò: verùm actũtum abcesserit. Teren. Heaut. 4. 8. 16. Id est profectò: id amice dabitur.
Id est, pro Hoc est, siue hoc significat. Cic. ad Atticum, lib. 7. 127. 9. Assentiar Cn. Pompeio, id est T. Pomponio. Eidem, Senatus hodie futurus erat, id est Cal. Octobris. Idem 2. Offic. 75. Atqui qui opera, id est virtute & industria benefici & liberales erant. Idem Caninio, lib. 2. 16. 6. De præda mea Præter Quæstores vrbanos, id est Pop. Romanũ teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquam.
Aliquando pro Id est. Cicero dicit Quod est. vt de Opt. genere Orato.
Id genus hominum, Id genus homines. Plaut. Trinum. 14. 37.
Nam id genus hominum hominibus
Vniuersis est aduersum, atque omni populo malefecit. Terent. And. 4. 1. 4. Imò id genus hominum est pessimum. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 4. 6. Lælios & Antonios, & id genus valentes dico. Cic. de Orat. Epaminondam atque Annibalem atque eius generis homines nominatim. Idem Attic. lib. 13. 269. 2. Scis me antea orationes aut aliquid, id genus solitum scribere, vt Varronem nusquam possem intexere.
Idipsum. Sueton. in Nerone, ca. 24. Auriganit quoque plurifariam, Olympis verò etiam decem iugis, quantùs idipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset.
Incidit in idipsum quod modò timebat, Vide INCIDO.
Id quod, Relatum. Linius. Id quod ex monumentis patet.
Id quod res est. Terent. Adelph. 2. 1. 52.
Verum cogito id quod res est, quando cum quæstum occeperis, Accipiunda & mulctanda iniuria adolescentium est. Vbi Donatus, Id quod res est, Id quod verum est: bona locutio.
Id verò, pro Id certè. Terent. Eunuch. 5. 4. 8. – tum hoc alterum
Id verò est quod mihi puto palmarium,
Me reperisse, quomodo, &c.
Id verò, ad fœminium relatum. Cice. pro Quinctio, 1. Eloquentia Quin. Hortensii, ne me dicendo impediat, nonnihil commoueor: gratia Sex. Nemine P. Quintio nocerat, id verò non mediocriter pertimesco.

ISACA, (Ἴσακα,) Fluuius Britanniæ insulæ Ptolemæo li. 2. ca. 3. vulgò Ex.

ISARVS, (ἴσαρος,) Assyrius rhetor, adolescentiam variis corporis voluptatibus tradidit: deinde vir factus frugalissimus omnium fuit Chaerem orationis non profusum habuit, sed parcum castigatumque, ac secundum naturam, qui tantum rebus breuiter enarratis suppeteret. Nam totum quidem argumentum paucis, summaque complecti, ipsius primum inuentum est vt Lacedæmonii de ordinibus coniuntantibus ac solicitis illud Homericum iactauerit, Scutum scuta premũt, galeam galeæque, virum vir. Ex Philostrato.

Isagoge, isagõges, penul. prod. (ἰσαγωγή,) Latinè introductio dicitur, siue principium: vt quum res à primis initiis & rudimentis traditur. Latini elementa dicunt. Erat etiam magistratus Athenis, cuius munus fuit audire accusatores. ἰσαγωγή. Gel. lib. 16. cap. 8. Quũ in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessium fuit adire atque cognoscere quas vocant dialectici ἰσαγωγάς.

ISARIS, pen. prod. (ἰσαρίς,) Fluuius propinquus Cæsenæ, vt Strabo lib. 5. Scribit Lucan. lib. 2. 82. Crustumiumque rapax, & inuctus Isaris Isauro. Sed doctiores legendum putant Sapis.

ISARA, pe. cor. (ἰσάρα,) fluuius Galliæ Rhodano se iungens, vbi Cemenus mons Rhodano se applicat. Vide apud Cæsarem, & Plinium lib. 3. ca. 4. Lucan. li. 1. 80. Hi vada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus, &c.

Isatis, huius isatis, pen. cor. fœm. g. (ἰσατίς,) Genus lactucæ in sylvis nascens: cuius meminit Plinius lib. 20. cap. 7. 2. Cuius etiam herbæ aliud genus est quo infectores nostri maximè vtuntur ad lanas tingendas: vocant autem illi vulgò il guadorenius meminit Dioscorides lib. 3. cap. 106. Vocat autem alio nomine glasten.

ISAVRIA, siue Isaurica, (ἰσαυρία,) regio est Ciliciæ proxima ad Taurum montem, quam Publius Seruilius cognomento Isauricus subegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erant, vi cepit. Hæc Strabo li. 13. qui se Seruilium vidisse scribit. Isauri, populi Isauri tenentes. Et Isaura, Isauriæ vrbs, vt docet idem Strabo & Ammianus.
Indomiti Isauri. Claud. 1. in Eutrop. 44.

ISAVRVM, (ἴσαυρον,) Ciuitas Pamphiliæ, à qua Isauricus Seruilius Romanus dictus est qui Isaurum cepit. Ouid. 1. Fast. 19. Aphrica victorem de se vocat, alter Isaurum. Hic adeò pauper fuit, vt publico funere Romæ elatus fuerit. Ammianus Isaura plurali numero dixit. Claudiopolis, inquit, quam deduxit coloniam Claudius Cæsar. Isaura antè. Alii Isauriam fœmmino genere protulerunt. Sunt qui dicant Isauriam regionem minoris Asiæ, dictam quòd vndique aurarum flatibus pateat, eiusque metropolim esse Seleuciam.

ISCHALIS, (ἴσχαλις,) Britannæ insulæ vrbs, vt est author Ptolemæus libro 2. vulgo Ilchestre.

Ischia, (ἰσχία,) scribit Iulius Pollux, carnosas post lombos vtrinque eminentias appellari quæ verò post hæc increscunt, γλουτοὺς, Latinè nates. Duo illa ossa circa quæ versura fit, ita distinguuntur, vt dicatur concauum illud superius κοτύλη, Latinè acetabulum: inferius verò ἰσχία, quod nostri coxendicem dicunt. Quo etiam nomine & nerius ille nominatur, qui coxendicem femori cõnectit. Erit ergo coxendix vertebra cotylæ infixa, quam pyxidem appellant, neruis quibusilam ita illigata, vt facilius coxarum motus atque flexus fiat. Vnde & qui coxendice laborant, Ischiadici vel ischiaci dicuntur. Plinius lib. 3. cap. 6. 11. Mox aquam bibere catillo, mirè id prodesse ischiadicis affirmantes. Sic libro 13. cap. 1. 39.
Ischias, huius ischiadis, pen. cor. fg. (ἰσχιάς,) vel Ischiadicus dolor, siue ischiacus, Ille est quem medici recentiores sciaticam dicunt. Plin. lib. 27. cap. 5. 2. Bibitur propter ischiada & stranguriam è vino.
Ischiacus, siue Ischiadicus, pen. cort. (ἰσχιακός, ἰσχιαδικός,) Qui ischiade morbo laborat. Plinius lib. 23. cap. 1. 39. Prodest stomacho, &c. vertigini, tormioibus, Ischiadicis. Cato cap. 123. Vinum ad Ischiacos

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic facito. De iunipero, &c.

Ischiadicus, Ischiadicos dolores & spinæ leuat agaricum potum. Plinius lib.26.cap.7.ad finem.

ISCHOMACHE, penul.corr.(ἰσόμαχη,) compositum ex ἴσῳ & μάχη Quo nomine dicta est Hippodamia, quæ habuit in nuptiis suis pugnã Centaurorum. Hæc fuit Atracii filia, quæ nupsit Pirithoo.

Ischomache, Lapithæ genus Heroinæ. Propert.lib.2.eleg.2.2.

ISCHOPOLIS, penul.corr (ἰσχόπολις,) Ptolemæo teste, Ponti Cappadocii vrbs iuxta Sidonem. vulgò Tripoli.

ISIACVS, penul.correp. (ἰσιακός,) dictus Isidis sacerdos. Plinius lib. 27.cap. 7. 10. Valerius libro 7. Assumpto Isiaci habitu per itinera viasque stipem petens. Sic Sueton.in Domitiano, cap.1. Isiaci celatus habitu, interque sacrificulos vanæ superstitionis.

ISIS, huius Isis & Isidis, penul.corr.accusatiuum facit Ism, (ἴσις,) Inachi filia, Io prius dicta. Quæ olim pererrans, quum ad Nili fines peruenisset, Iouis amatoris ope formam vaccæ immutauit, estque ab Aegyptiis pro dea celebrata. De qua Lucanus lib. 8. 103. Nos in templa tuam Romana recepimus Ism. Hoc etiam nomine dicta est insula in sino Arabico. Scribit Suidas, Ism louem ex Argo rapuisse, & quum Iunonem timeret, mutasse nunc in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam, cumque ea oberrantem in Aegyptum venisse.

Linigera Isis. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 5.

ISMARVS, penul.corr.in singulari Mascul.in plurali Ismara, neutrum, (ἴσμαρος,) mons est Thraciæ, Partim asper & incultus, partim fertilis vinetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit, vbi Ismara Ciconum vrbs fuit. Virgilius ecloga 6.6.

Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.

Et rursum 2. Georg. 8.

– iuuat Ismara Baccho

Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum. Lucret. lib. 5. 6.

Thracen, Bistoniasque plagas, atque Ismara propter.

Ismarius, Adiectiuum, (ἰσμάριος,) vt Equi Ismarii. Ouid. epist. 1. 10.

Gentes Ismariæ. Ouid. 10. Metamorph. 61.

Ismênis, pen. prod. Fœmininum, (ἰσμηνίς,) Ouid. 3. Metam. 147.

Thuraque dant, sanctasque colunt Ismenides aras.

ISMENIAS, nomen Thebani optimi tibicinis. Apuleius, Nescio, inquit, vt Ismenias tibiis canere, vt Apelles pingere, vt Lisippus fingere. De hoc Plutarchus in Pericle, Quum audisset Antisthenes Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit, Malus igitur. Nam si probus esset, tibicen non esset.

ISMENVS, penul.prod. (ἰσμηνός,) fluuius est Bœotiæ, ab Ismeno Pelasgi filio cognominatus. Statius lib. 1. Thebaid. 8. Horruit ingenti venientem Ismênus acerno. Legitur & Ismenon.

Ripæ Ismeni. Stat. 11. Thebaid. 36.

Celer Ismenos. Ouid. 1. Metam. 49.

Isocólon, penul.prod. (ἰσόκωλον,) Græci vocant, quod Latinè cõpar dicunt Rhetores, quod duabus aut pluribus sententiis breuibus, & inter se paribus exigitur: vt est illud, Nequaquam mihi cum eo res est, qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuit vtendi. Nam & multum desyderare, egentis est signum: & nihil parcere, egestatis est initium. Sipontinus.

ISOCRATES, penul.correp. (ἰσοκράτης,) Nomen maximi oratoris Græci qui perfectus magister, scripsit multa præclarè, & docuit alios. Cuius domus, cunctæ, Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, suauissimus orator, & in diuerso genere dicendi nitidus & comptus. Omnes dicendi veneres sectatus est, inuentione facilis, honesti studiosus, in compositione diligens. Cui inuidens Aristoteles, adulescentes & ipse docere cœpit, vt sapientiam cum eloquentia iungeret, dicens, Turpe est tacere, quum Isocrates loquatur. Ad Rempublicam non accessit, neque in concionem ascendit, deficiente pronuntiatione: tum etiam ad euitandam inuidiam eorum, qui libenter iis qui eloquentiæ honore præstant, se opponunt. Ciuitatem tamen iuuit: Philippumque in his quæ ad illum scripsit, Athenienses conciliauit. Panægyricus eius omnium pulcherrimus, quem in Olympia habuit, adhortans Græcos contra Asiam mutuis expostulationibus relictis, Gorgiam excitauit, vt idem quoque faceret. Optimæ eius orationes censentur, Archidamus & Amarcyrus ad Euthymum. Decessit annos ferè centum natus post Athenienses cladem ad Cheroneam acceptam, non sustinens nuntium Athenienses cladis. Ex Philostrato. Isocrates, superioris auditor, ex Apollonia Ponti, orator & ipse nobilis: reliquit orationes quinque, qui & vnà cum claris oratoribus certauit in funere Mausoli Artemisiæ viri. Suidas. Isocrates & Machaon præfecti classis Corinthiorum in bello Peloponnesiaco contra Athenienses, à Thucydide commemorantur.

Isódomon, pen.corr. (ἰσόδομον,) Genus structuræ in ædificiis quasi æqualiter directum. Plin.lib.36.cap.22.13. Græci è lapide duro ac silice æquo construunt veluti lateritios parietes. Quum ita fecerint, isodomon vocant genus structuræ.

Isonomia, isonomiæ, (ἰσονομία,) Cice.1.de Nat.deor.71. Summa verò vis infinitatis magna ac diligenti contemplatione dignissima est, in qua intelligi necesse est eam esse naturam, vt omnia omnibus, paribus paria respondeant: hanc ἰσονομίαν, appellat Epicurus, id est æquabilem tributionem.

ISPALIS, penul. corre. (ἴσπαλις,) Bæticæ Hispaniæ vrbs clarissima, à qua etiam Ispalensis conuentus Plinio dictus: sicut Cordubensis, Astigitanus & Gaditanus. De qua vide apud Pomponium lib.2. & Strabonem lib.3. Romulea cognominata est. Hodie vulgò Seuilla dicitur, vt notatur apud Ptolemæum lib.2.

ISPOLVM, Vilumbrorum, qui Vmbris magis Orientales sunt, vrbs, teste Ptolemæo lib.3.cap.1. Ispellum hodie.

ISSVS, Vrbs, (ἴσσος,) inter Ciliciam & Syriam aqua sinus Issicus. Ptol lib.3.cap.8.

Iste, ista, istud: genitiuo istius, penul.prod. Dicitur ille qui apud te est, aut de quo loqueris. Terent. Eunuch. 4.4.44. Mirum ni tu credas quod iste dicat. Idem Adelph. 1. 2. 59. – iste tuus, ipse sentiet Posterius. Cice. Cœlio, lib. 2. 10. 1. Putaresne vnquam accidere posse vt mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed hęc etiam Ieuia nostratia? Terent. Eunuch. 1. 2. 103. – biduum

Saltem vt concedas solum. P H. si quidem biduum.

Verum ne fiant isti, vigiati dies.

Iste, pro Is, vt οὗτος, Græcè. Cice. 3. Verr. 83. Quum edictum totum eorum arbitratu, quandiu fuit designatus, componeret, qui ab isto iura ad vtilitatem suam nundinarentur. Budæus.

¶ Istuc, pro istud, frequentissimum, maxime apud Comicos. Plau. Persa. 19.20. Mihi istuc temperi sero'st. Idem Milit. 10.24.

Me tibi istuc ætatis homini facinora puerilia

Obiicere. Terent. Heaut. 1. 1. 58. Ego istuc ætatis, non amori operam dabam. Id est, quum in ea essem ætate. Idem And. 2. 2. 13.

– rem tenes.

P. Istuc ipsum. D. atque istuc ipsum nihil pericli est. Idem Heaut. 4. 1. 21. At enim istuc nihil est magis Syre meis nuptiis aduorsum. Ibidem, 1. 1. 32. Ne lachruma: atque istuc quicquid est, fac me vt sciam. Cice. 1. Acad. 19. Istuc quidem consyderabo. Idem, Præcipitare istuc quidem est, non descendere.

¶ Ista, pro Hæc. Quintil. lib. 11. cap. 1. Nos institutionem professi, non solùm scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus.

¶ Ista ipsa. Cice. 1. Academic. 6. Itaque non hæsitans respondebo: sed ea dicam quæ mihi sunt in promptu, quod ista ipsa de re, multum, vt dixi, & diu cogitaui.

Istud tuum scelus. Cice. 4. Verr. 76. Quare de hospitio violato, & de illo tuo nefario scelere nihil queror.

¶ Iste, demonstratiuum. Columel. lib. 9. cap. 14. Notior est ista vere agricolis concepta opinio.

¶ Istud est. Cice. 1. Acad. 20. Et simul assidamus inquam, si videtur. Sanè istud quidem, inquit, sum enim admodum infirmus. Id est, istud quod dicis, vt assidamus, faciendum est.

Istò, Aduerbium ad locum. Plin. epist. 50. b, Destino enim, si tamen officii ratio permiserit, excurrere istò.

Istic, istæc, istoc, Iste hic. Terent. Heaut. 3. 3. 1. Quid istuc quæso? qui illic mos est Clitiphonis tuæ fieri oportet?

Istæc facie, istæc leges: & istæc, pro Hæc ista, vel ista hæc. Plaut. Rud. 9. 11.

Nullum istæc facie, vt prædicas, venisse huc scimus. Id est, qui talem habeat faciem. Idem Trinum. 17. 57, Istæc lege filiam tuam spondes? mihi? Cicero, ad Atticum, lib. 12. 24. 1. 4.

Primum tibi persuade me istæc non curare.

Istæc res est, Id est, Sic res habet vt dicis. Plaut. Mercat. 9. 25.

– hem istæc hercle res est,

Quin tibi ecce illam dabo.

Istoc modo. Plaut. Trucul. 4. 57.

O Astaphium, haud istoc modo solita es me antè appellare, Sed blandè. Terent. Heaut. 4. 3. 35, At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis.

Istoc vilius. Terent. Adel. 5. 9. 24, Reddet tibi cito. M. istoc vilius. Vbi Donatus, istoc vilius, quasi, nihil minus. negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale, cum ἰλλαλῶ, qua subauditur quicquam? & non dabo.

Istunc ipsum. Terent. Eunuc. 3. 3. 66, – illúmne obsecro

In honestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem? P. Istunc ipsum.

¶ Istic, pro Iste Plaut. Amphit. 1. 5. 69. Istic iandudum mihi maxima memorauit mira.

Tu istic, pro Tu ipse. Plaut. Amphit. 7. 18, Tu istic vbi bibisti?

¶ Istace. Caro cap. 132, Maste istace dape pollucenda esto.

Istúccine, pen.corr. Terent. Eunu. 5. 1. 13. Istuccine interminata sum hinc abiens tibi? Id est Istúdne.

Istiúsmodi, pen.corr. Nomẽ indeclinabile: Hoc est, istius formæ & speciei, vel talis. Plaut. Mostel. 9. 50, – nihil

Moro

Moror mihi clientes istiusmodi. Id est, tales. Idem Epid. 3. 16.

– malim

Istiusmodi mihi amicos forno mersos, quàm foro. Idem Trucul. 19. 36. Aut ea tu es quæ ames hominem istiusmodi? Sic Merc. 4. 3. 5. Cic. 6. Verr. 8. Videte maiorum diligentiam, qui nihil dum etiam istiusmodi suspicabantur. Idem 3. Verr. 109. Perfacile verò apud istiusmodi Prætorem, à quo Marcelli, &c. Terent. Heaut. 2. 4. 7. Et vos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabile est.

Istius modi, disiunctum. Plaut. Trinum. 8. 115. Detrudi maleficos æquum videtur qui quidem istius sint modi.

Istic, Aduerbium, (αὐτοῦ, ἀυτόθι,) In loco vbi tu es. Terent. Eun. 4. 6. 17. Omitte etiam istic adero. Idem Adel. 4. 5. 10. Tibi verò quid istic est rei? Idem Eun. 5. 7. 70. I præsequar. tu istic mane: vt Chremem introducas. Cic. Valerio, lib. 1. 10. 2. Et ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quàm istic, vbi solus sapere videare.

Istic, In isto negotio. Terent. And. 1. 5. 9.

Neque istic, neque alibi tibi vsquam erit in me mora.

Istic sum, Id est audio, vel auscultо. Terẽ. Hecyra, 1. 2. 39. Fidem, do, loquere. P A. ausculta. P H. istic sum. Cice. 5. de Finib. 137. Istic sum, inquit, expectoque quid ad id quod quæram respondeas.

Istinc, (αὐτόθεν,) Aduerbium de loco. Cic. ad Atticum, lib. 7. 139. 1. De malis nostris tu prius audis, quàm ego: istinc enim emanant.

Istoc, (αὐτοῦδε,) Aduerbium, pro Ab isto loco. Teren. Adelph. 2. 1. 15.

– accede illuc Parmeno,

Nimium istoc abisti. Vide NIMIS.

Istac, (αὐτόδε,) Aduerbium per locum. Terent. Heaut. 3. 3. 17.

Abi deambulatum. C L. deambulatum, quoi? S. vah, quasi desit locus.

Abi sane istac, istorsum, quò vis.

Istorsum, Aduerbium, (αὐτόσε.) Versus eum locum vbi tu es. Terent. Heaut. 1. 3. 17. Abi sanè istac, istorsum, quò vis. Idem Phorm. 5. 1. 14.

Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes Sophrona.

ISTER, Istri, (Ἴστρος,) Fluuius Europæ permagnus, quod & Istrum dicitur, quando scilicet FLVMEN sequitur, vt ait Probus. Hoc & Asdubanum, & Danubius vocatur authore Seruio. Virg. 2. Georg. 100.

Aut coniurato descendens Dacus ab Istro.

Ripa fetox Istri. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 16.

Binominis Ister. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 3.

Frigidus Ister Ouid. in Ibin, 18.

Gemmifer Ister. Senec. Hercul. Oetheo, 5. 8.

Multifidus Ister. Lucan. lib. 3. 41.

Opacus viribus Ister Claud. 2. Paneg. 41.

Rapides Ister. Claud. de bello Get. 98.

Sæuus Ister. Claud. 4. Paneg. 45. Intelligit accolas Istri.

Septengeminus Ister. Valer. 4. Argon. 143. quia in septem ostia diuiditur.

Torrens Ister. Valer. 8. Argonaut. 44.

Torrídus & torquens flauentes Ister arenas. Virg. 3. Georg. 70.

Isthmus, isthmi, masc. gen. (ἰσθμός,) propriè collum significat. A cuius similitudine terra oblonga & angusta inter duo maria, isthmos etiam dicitur. cui Porthmos, id est fretum, etiam opponitur, nam scilicet inter duas continentes angustiæ. Vnde per antonomasiam isthmus Peloponnesi dictus inter Aegeum & Ionium mare, quinque millium passuum interuallo, cuius fauces Corinthus obsidet. Plin. lib. 4. cap. 4. 1. de Peloponneso loquens, Angustiæ, inquit, vnde procedit, isthmos appellatur. Et paulò post, Angusta ceruice Peloponesum contingit Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatus sinus. Quibus verbis Plinius significationem isthmi expressit. Sic enim isthmos à latiore terra protinus gracilescit, vt ceruix à corporis cõpagine deductior emineat. Vnde pari isthmia, partes quædam in homine dicuntur à medicis circum fauces, quæ Latine tonsillæ dicitur. Budæus.

Notum est adagium, Isthmum fodis, quum frustra aliquid moliri quemfodere angustias illas conati, re infecta destiterũt, vt Plinius scribit lib. 4. cap. 4. Strabo, In Isthmo, inquit, Neptuni, quem Isthmium vocant templum eminet picearum arborum luco circunclusum, vbi ludos Isthmicos Corinthii celebrare sunt soliti. Hos ludos Theseum instituisse ad horum æmulationem quos ad Olympiam Hercules ceperat, scribit in Theseo Plutarchus. Fuerunt & Isthmia, ludi illic Palæmon sacri. Nam Pausanias in Corinthiacis scribit hunc in locum Melicerten puerum à delphine eucctum fuisse, eumque illic tacentem Sisyphum incidisse, & sepeliisse in Isthmo, instituisseque in eius honorem Isthmicum certamen: Melicerten autem mutato nomine Palæmonem appellatum. Meminit horum Statius lib. 10. Thebaid.

Bimaris Isthmos. Ouid. 7. Metam. 81.

Lachrymabilis Isthmos. Stat. 5. Sylu. 1. 29.

Isthmiacus, penult. corr. Adiectiuum, (ἰσθμιακός,) vt Portus Isthmiacus. Stat. 2. Sylu. 1. 36.

ISTONIVM, (ἰστόνιον,) Italiæ oppidum Ptolemæo, vulgò Gnasto.

ISTRIA, (Ἰστρία,) Italiæ regio, Illyrio conterminа, quæ in latitudine sexaginta passuum millia, in circuitu centum viginti quinque millia com

plectitur: à Phormione, nunc Tisano fluuio, ad Banaricum sinum: in quo Arsia amnis decurrens, Istriam ab Illyrio dirimit. Istrorum gentem fama est originem à Colchis duxisse, missis ab Aeeta rege ad Argonautas persequendos, qui vt à Ponto intrauerunt Istrum, nec raptores inuenissent, siue metu regis, siue tædio longæ nauigationis, iuxta Aquileiam consederunt, Istriique ex amnis nomine quò à mari concesserant, sunt appellati. In ea est Iustinopolis vrbs, quam Iustinus imperator extruxit.

I T

Ita, (νὴ, ὄντως,) Aduerbium respondendi, siue affirmandi. Plaut. Mostel. 7. 60.

Nempe ergo insomnis? T R. ita. Idem Aulul. 16. 46.

– neque partem

Tibi ab eo cui est, indipiscet neque furem excipies?

L. Ita. Idem Bacch. 18. 8, Egone istuc dixi vnquam? N. ita. Terent. And. 5. 2. 8. – quid istic tibi negotii est? C. mihin'? S. ita. D. Mihine? S. tibi ergo.

Ita Dauus. Horatius 2. Serm. Saty. 7. 1.

Dauúsne? ita Dauus. Sub. est.

Ita est, pro Sic est, respondentis particula. Plaut. Rud 4. 64. – heri

Confracta nauis in mari est illis. D. ita est. Terent. Eunuch. 1. 2. 44.

Nam hic quoque bonam magnámque partem ad te attulit. T. Ita est. Idem And. 1. 1. 27. – nam antea

Quĩ scire posses aut ingenium noscere?

Dum ætas, metus, magister prohibebant? S O. ita est. Idem And. 2. 3. 1. 2. – ex ea re quid fiat vide.

P. Vt ab illa excludar, huc concludar. D. non ita est. Vide NON.

Non est ita, pro Non est verum. Cice. pro Cluentio.

Ita est, sentio. Plaut. Pseud. 7. 51.

Conficiet iam te hic verbis: vt tu censeas

Non Pseudolum, sed Socratem tecum loqui.

P. Ita est, lampridem, tu me spernis, sentio.

¶ Ita est. Plinius lib. 16. cap. 1. 3. Ita est profectò, multis fortuna parcit in pœnam. Idem lib. 13. ca. 5. 3. Vtinamque dicere possemus quis primus instituisset. Ita est nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicere aquilæ. Item lib 7. ca. 40. 3. Ita est profectò, alius de alio indicat dies, & tamen supremus de omnibus. Idem lib. 24. cap. 1. Ad finem, Ita est profectò, magnitudo Populi Romani perdidit ritus: vincendo victi sumus. Locutio est Plinio familiaris.

Ita res est. Plaut. Asina. 1. 2. 6. Homo hercle hinc exclusus est foras. L R. ita res est. Terent. Heaut. 1. 1. 106.

Quod si esset factum, hæc nunquam euenissent tibi.

M. Ita res est, fateor: peccatum à me maximum est. Idem And. 3. 1. 1.

Ita pol quidem res est, vt dixti Lesbia.

Est ita vt dicitur. Cice. 6. Verr. 104.

Ita dico. Plaut Trinum. 13. 96. – ad caput

Amnis, quod de cœlo exoritur sub solio Iouis. C. sub solio Iouis? S. Ita dico. C. è cœlo? S. atque medio quidem. Idem Pseud. 20. 45.

Tuus herus? H. ita dico. B. miles? H. ita loquor. B. Macedonius? H. Admodum inquam.

Ita loquor, Vera prædico, Id quod res est dico. Plaut. Mostel. 13. 8.

Heus pueri, quid istic agitis? quid istas ædes frangitis?

D. Herus hic noster potat. T B. herus hic vester potat? D. ita loquor. Idem Trinum. 13. 125

– quod ego aurum

Dem tibi? C. quod à me te accepisse fassus. S. abs te accepisse? C. Ita loquor. S. quis tu homo es?

Ita loquor, Ita loqui soleo, mos est loquendi meus. Plaut. Aulul. 31. 22.

– redde aurum.

S. Reddam ego aurum? L. redde inquam: vt huic reddatur. S. ah, Vnde? L. quod modo fassus es esse in arca. S. soleo hercle ego nugas Garrire, ita loquor.

Vt ita dicam Cice. de Amic. 19. Humilem sanè relinquunt, & minime generosum (vt ita dicam) ortum amicitiæ.

Ita enimuero. Plaut. Amph. 5. 2. 66. Quid, domũ nostram? S. ita enimuero.

Ita inquam. Plaut. Amphit. 4. 2. 108. Hæccine tua domus est? S. ita inquam.

Ita profectò. Plaut. Amphit. 4. 2. 16.

Ar mentiris etiam, certo pedibus, non tunicis venis.

S. Ita profectò.

Ita prorsus. Cice. 2. Tusculan. 113. Sed tibi hoc video non posse deberi. A. ita prorsus.

Ita vero. Plaut. Menæch. 24. 38.

Quid ais tu? Menæchmum opinor te vocari dixeras.

MEN. Ita verò.

Ita aiunt, Ita prædicant. Terent. Heaut. 4. 8. 13.

Imò hæc, quæ apud te est, Clitiphonis est

Amica. M. ita aiunt. C. & tu credis? M. omnia. Idem And. 1. 1. 21.

Omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt.

D. Ita aiunt. Idem And. 5. 3. 4. Ita prædicant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ita est homo, pro Ea est natura, Eiusmodi, vel talis est. Terent. Adelphis, 1.1.63. –nam ita est homo:
Quàm placo, aduersor sedulò, & deterreo,
Vt mecū vix humanè patitur.
Ita vestra est benignitas. Plaut. Pœnul. 9.30.
Boni de nostro tibi nec ferimus, nec damus,
Neque pollicemur, neque adeò volumus datum.
L. Credo hercle vobis, ita vostra est benignitas. Id est, sic.
Ita ingenio fuit, vel Ita ingenium eius fuit. Terent. Phorm. 1.3.20.
Ita plerique ingenio sumus oēs, nostri nō mei pœniteat. Plaut. Stich. 15.3.
–nam ita est ingenium mulebre,
Bene quum lauta est, tersa, ornata, ficta est, infecta est tamen.
Ita natio est hominum. Plaut. Menæch. 7.33.
Nanque Epidamnea natio est hæc ita hominum,
Voluptarii, atque potatores maxumi.
Ita pars libertinorum est nisi patrono officit, non satis gratus est. Plautus Persa, 13.59.
Ita est amor vt. Plaut. Trinum. 10.42. Ita est amor, balista vt iacitur, nihil sic celere est, neque volat. Id est, talis est amor, qualis est, balista quum torquetur.
Ita animatus fui vt te hoc donarem, Id est, Sic in animo habebam. Plaut. Amphit. 8.129.
Neque pol dedi, neque dixi: verùm ita animatus fui,
Itaque nunc sum vt ea te patera donem.
Alii sunt ita vt in rem esse ducunt suam. Plaut. Menæch. 21.13.
¶ Ita iustum est, si. Cic. 1. Offic. 43. Nam hoc ipsum ita iustum est, quod rectè fit, si est voluntarium. Id est, ea cōditione & pacto. Idem de Senect. 33. Ita est senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suū retinet, &c.
Ita, vt. Cic. de Amicitia. 1. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scænolam sumpta virili toga, vt quoad possem & liceret, à senis latere nun quam discederem.
Ita faciam. Terent. Eunuch. 3.2.51.
–si id non poterit, ad me adducito.
P Y. Ita faciam. Ibidem, 1.2.108. Ita facere certum est: mos gerundus est Thaidi.
Ita res erat, faciundum fuit. Id est in eo statu res erat. Terent. Eunuch. 1.
18. Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam,
Eò fecisted ita erat res, faciundum fuit.
Ita negotium est. Plaut. Persa, 18.11. Quid tam properas? ita negotium est. Idem Pseud. 15.36. Propera hanc pellegere quæso epistolam: ita negotium est. Terent. And. 4.2.32. –quapropter,
D. Ita opus est facto.
Ita est, vt. Cic. 4. Academic. 181. Hoc autem si ita sit, vt vnum modò sensibus falsum videatur: præsto est qui neget rem vllam percipi posse sensibus.
¶ Ita iudices, nē. Plaut. Curcul. 15.26. –tibi permittimus,
Dum quidem hercle ita iudices, ne quisquam à me argentum auferat.
Terent. Heaut. 4.5.35. Ita tu istæc tua miscero, ne me admisceas.
Ita instas, quasi. Plaut. Mercat. 15.26.
Non possum, ita instas, ita vrges, quasi pro noxio.
¶ Ita me deus amet, Sermo optantis est, & etiam confirmantis, siue assentientis, fidēmve facientis. Plau. Trinum. 14.16. Ita me diament, gratificum furem. Idem Amphitryone, 7.39. Ita di me ament, credebam primo mihimet. Terent. Eunuch. 3.2.31. Ita me di ament, honestus est. Ibidem, 4.1.1. Ita me di bene ament, quantum ego illum vidi, nonnihil timeo misera.
Ita me di amabunt, vt. Plaut. Pœnul. 18.47.
Patrue mi, ita me di amabunt, vt ego si sim Iuppiter,
Iam hercle ego illam vxorem ducam, & Iunonem extrudam foras.
Terent. Heaut. 4.5.1.
Ita me di amabunt, vt nunc Menedemi vicem
Miseret me. Cic. 7. Verr. 30. Ita mihi deos omnes ppitios esse velim, vt, tametsi mihi iocūdissimus est honos populi, tamen ne quaquam, &c.
Ita te amabit Iuppiter Vt tu nescis. Plaut. Aulul. 26.31.
Ita me Venus amet, vt ego te hoc triduum nunq̄ sinam, Plau. Curc. 4.53.
Ita viuam vt maximos sumptus facio. Cic. Attic. lib. 5.103.2.
Ita me seruet Iuppiter, vt propior illi, quàm ego sum, ac tu, nemo est.
Plautus Amphit.
Ita mihi atque huic sis superstes, vt ex me atque hoc natus es. Terent.
Heaut. 5.4.7. Sic,
Di seruent, vt hic pater est vester. Plaut. Pœnul. 18.87.
Ita verò me amabit Iuppiter vxor, vt ego illud nunquam dixi. Plautus,
Mercat. 16.22.
Ita spero quidem. Terent. And. 1.5.63.
Acceptam seruabo. M. ita spero quidem.
Ita quæso. Terent. Eunuch. 6.1.38.
Equidem pol in eam partem accipioque & volo.
C. Imò ita quæso. Idem Heaut. 3.1.96. Continuò hic adero.
M. ita quæso.

¶ Ita non. Plaut. Epid. 13.5.
Si vndecim deos præter se, secum adducat Iuppiter,
Ita non omnes poterunt ex cruciatu eximere Epidicum. Terē Heaut.
3.2.13. Ita non vt olim, sed vti nunc sanè bona.
¶ Ita nunc viget mos: ita nunc seruitium est. Plaut. Curcul. 7.11.
Ita nunc nihilominus. Plaut. Pœnul. 4.141.
Dum te expecto, neque vsquam aliam mihi parauī copiam,
Neque istuc vsquam apparet, ita nunc nihilominus seruio.
¶ Non ita multi fuerunt. Cic. de Claris Oratorib. 132. Et 4. Verr. 34.
Tadius qui erat reliquus, non ita multum tecum fuit. Idem 1. de Orato. 134. Non ita multum mihi spatii videtur, si, &c.
Non ita valde. Cic. ad Brutum, lib. 11. 21. 5. De his non ita valde laboro. Idem 1. de Natu. deorum, 118. Quibus mediocres homines non ita valde mouentur.
Non ita, Id est Non valde. Terent. in Prolog. And. 11. Non ita dissimili sunt argumento. Cic. de Senect. Non ita longa disputatione. Quintilian. lib. 7. cap. 2. Vnam de schola controuersiam non ita sane difficilem, aut nouam proponam in exemplum. Cic. in Orato. 13. Non ita lato interiecto mari.
Non multum ita dicendi laude processerat. Cic. de Claris Oratorib. 70.
Nec ita multum prouectus, reiectus Austro sum in eum ipsum locum vnde conscenderam. Cic. 1. Philip. 5.
Quod si ita fecissent, id non ita esse fixum deberet. Cic. pro Cluentio, 76.
Nec ita multo post. Cice. 2. Officio. 25. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, vt hominum studia complectamur, eaque teneamus, dicemus, neque ita multo post: sed pauci antè dicenda sunt.
Quo mortuo, nec ita multo pòst in Galliam proficiscitur. Cicero pro Quintio, 8.
¶ Ita subitò est. Plautus Trinum. 17.43. –ita
Subitò est, propere quod eum conuentum volo.
Ita res subita est, Plautus Curcul. 7.23.
¶ Ita, pro Ita tantū, vel vsqueadeò, in fine orationis. Terent. And. 1.1.6.
–væ misero mihi, vt animus in
Spe, atque in timore vsque ante hac attentus fuit:
Ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet. Idem
Eunuch. 2.3.14.
–ego nescio hercule neque vnde eam, neque quorsum eam,
Ita prorsum oblitus sum mei. Cice. Quorum quanta mens sit, difficile est æstimare: ita multa meminerunt. Et alibi itidem,
Ita isti fauco sententiæ. Per epiphonema.
Ita vt. Columel. lib 4, cap. 2, 2, Quod mergi mox facilè radicantur, ita vt quæque vitis suis, &c.
Ita moratus, vt præse probitatem quandam & ingenuitatem ferat. Cicero 1, Acad. 48,
Ita vt. Plaut. Rud. 18, 23, Ita hinc ego te ornatum amittam, ea ipsus te vt non noueris.
Ita magnæ, vt sperem posse auelli, pro Adeò. Terent. And. 5, 3, 22. Cic. de Amic. 27. Ab eis ita amantur, vt facilè earum appareat sensus. Ibidem 39, Ne existimēt ita se alligatos, vt ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus non discedant.
Ita non modo, &c. Cic. pro Deiotaro, 14, Dii te perdant fugitiue: ita non modò nequam, & improbus, sed & satuus & amens es.
¶ Ita vt fit, Vt ferè fit, vt fieri solet. Terent. Eunuch. 4.2.2.
Dum rus eo cœpi egomet mecum inter vias,
Ita vt fit, vbi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare.
Ita vt ingenium est omnium hominum, Terent. And. 1.1.50.
Ita, vt si esset filia, Terent. Eunuch. 1.2.37, Id est quemadmodum.
¶ Ita, quemadmodum. Cic. 3. Verr. 71, Quæsturam ita gessit quemadmodum cognouistis. Idem pro Cecinna, Quum omnia ita facta essent quemadmodum defendimus.
Ita, quasi. Cic. pro Quintio, 7, Qua in re ita diligens erat, quasi ii qui magna fide societatem gererent.
¶ Ita nati, pro Ad hoc, quod barbari ad eum finem dicunt. Cice. de Amicit. 18, Sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, vt inter omnes esset societas quædam.
¶ Ita vt erat, Quod barbarè vulgò dicitur, vt de facto erat. Cic. de Amic. 24, Oreستes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret?
¶ Ita, pro Igitur. Cic. 5. Tuscul. 39, Ita nobilissima ciuitas Græciæ, & olim potentissima, sepulchrum ciuis sui ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. De Archimedis sepulchro.
Ita, pro Igitur, & in conclusionibus ponitur. Cicer. 3. de Finib. 43. Ita fit vt quod bonum sit, id etiam honestum sit. Idem, 1. Offic. 320. Ita fit, vt vincat cognitionis studium, consociatio hominum atque communitas. Et sic sæpe. Hæc Budæus. Rursus, Cice. pro Quintio, 4. Ita fit vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, &c.
¶ Ita, pro Itaque. Cic. 1. de Nat. deo. 152, Virtus autem actuosa est, & deus vester

vester nihil agens: expers virtutis igitur ita, ne beatus quidem est.
¶ Ita fecit, vel plus etiam. Cice. de Amic. 35. Videtis quàm nefaria vox, & hercle ita fecit, vel plus etiam quàm dixit.
¶ Itane, Scisciitantis particula. Plaut. Persa, 6.39.
Nunquam ecastor hodie scibis, prius quàm ex te audiuero.
P. Itane est. Terent. Eunuch. 5.9.28.
Quod vis donum, & præmium à me optato id optatum feres.
G. Itane? T. sic est. Idem Heaut. 5.1.75.
Mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morem. M. sino.
Itane vis? c. ita. M. fiat. Cic. pro Rosc. Amer. 66. Perditissimi est igitur hominis sumul & amicitiam dissoluere, & fallere eum qui laesus non esset, nisi credidisset. Itane est?
Itane, Commiserantis. Terent. And. 4.5.8. –saluos sis Crito. C. Itane
Chrysidem. M. nos quidem pol miseram perdidit. Donatus.
Itane, indignationis nota. Terent. And. 2.2.12.
O Dane, itane contemnor abs te? aut itane tandem idoneus
Tibi videor, quem tam apertè fallere incipias dolis? Vbi Donatus, Indignatio est, ad æstimationem reuocantis eius dicta vel facta, à quo cōtemnitur quis. Idem And. 1.5.8. Itane obstinatè operam dat, vt me à Glycerio miserum abstrahat? Idem Eunuch. 2.2.9. Itane parasti te, vt spes nulla reliqua in te sit tibi? Idem Heaut. 5.2.1.
Itane tandem quæso Menedeme, vt pater
Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animum patris. Cice. 2. de Diuinat. Itane si quis ex sua re, &c.
Itane verò, pro Anne ita est, cedo? Terent. And. 5.4.23.
–fabulam inceptat. C H. sine.
C R. Itane verò obturbat. Plaut. Curcul. 15.47.
Ego te vehementer perire cupiens tu me nescias.
M. Itane verò? c. ita hercle verò.
Itane verò, Interrogatio plena stomachi. Cice. 1. de Nat. deor. 16. Itane verò ego non iustus, qui & Consul rogaui, & augur, & auspicato? Idem 7. Verr. 119. Itane verò, quibus fuit portus apud eum contra quem arma tulerunt, iis apud te, &c. Sic 7. Verr. 62. Itane verò tu tua pericula communi periculo defendes? tu supplicia quæ, &c.
Itaque, pennul. correp. (ἰταμοῦν, ἐστὶ, ἀνω,) compositum ab ita, vnica dictio: pro qua Cicero vtitur dictione ERGO aliquando. Cice. de Amicit. 1. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breuiter & commodè dicta memoriæ mandabam. Idem 1. Academic. 7. Itaque ea scribere nolui, quæ nec indocti, &c. Idem pro Milone, 6. Itaque hoc Iudices non sine causa ficta fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt, cum qui, &c.
Itique quum gemina dictio est, accentum habet in penultima, significatque & ita. Teren. And. 3.3.19. Imò ita volo, itique postulo vt fiat. Idem
Eunuch. 2.3.25. –reddunt curatura iuncear:
Itaque ergo amantur. Vbi Donatus, Itaque, Atque ita fit vt amentur.
Itaque ergo. Liu. 8. bel. Pun. 66. Itaque ergo prima Romanis inita prouinciarum, quæ quidem continentis sint, postrema omnium, nostra demū ætate, ductu auspicioque Augusti Cæsaris perdomita est. Idem lib. 5.
Itaque ergo vt Magistratu abiere, à Sp. Tarpeio & Aetermio dicta dies est Consulibus. Idem lib. 3. Decad. 4. Itaque ergo in tantum metum omnes Thessalos conlectos, vt non in suis ciuitatibus, non in communibus gentis consilis hiscere quisquam auderet.
ITALIA, (ἰταλία,) Europæ regio, prius Hisperia, ab Hispero Atlantis fratre, qui à fratre pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen. Siue (vt Macrobius inquit) ab Hespero stella, quòd Occasui subiecta sit. Inde Oenotria, vel à bonitate vini quod in Italia nascitur, (nā Græci olvov vinum dicunt) vel ab Oenotrio Sabinorum rege. Postea Italia, ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges posuit. Nā ad eam partem venit in qua postea Turnus regnauit, & suo nomine appellauit. Virgil. 1. Aeneid.
Est locus: Hesperiam Graii cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis, atque habere glebæ,
Oenotri coluere viri: nunc fama minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem. Timæus, & Varro de Re rustic. lib. 2. cap. 1. & cap 5. Columella quoque in Procemio, lib. 6. à bobus vocatam dixerunt: quoniam tauri Græca veteri lingua, itali vocati sunt, à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Latium verò, pars Italiæ est. Est etiam dicta Ausonia (vt Aristophanes in quit) pars ad Tyrrhenum versa. Estque in forma cruris inter Adriaticum & Tuscum mare, & à iugis Alpium, dorsoque Apennini porrecta, se paulatim attollens, vsque ad Rhegium verticem & litora Brutiorum extenditur. In vltimo sui scinditur in duo cornua, quorum alteri Ionium spectat mare, alterum Siculum: in extremitate Rhegium oppidum habent. Eius longitudo ab Augusta Prætoria quæ in Alpino fine sita est, & per Romam Capuamque porrigitur, vsque ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & viginti milia passuum colligit: latitudo verò quadringenta decem vbi maior latitudo: vbi verò minor, centum triginta quinque. Habetque vmbilicum in agro Reatino, quæ dudum ex latere maris superi Rubiconem fluuium pro fini-

bus habuit. Diuiditur autem in sedecim regiones, scilicet Liguriam, Hetruriā, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium siue Aprutium, Picenum, Flaminium & Aemilium, seu Romandiolam, Vmbriam (nunc ducatum Spoletanum) Galliam Cisalpinam, Venetiam (nunc Marchiam Tarusinam) Lapidiam, & Carniam (nunc Forum Iulium) & Istriam.
Bellifera Italia. Claud. 1. in Eutrop. 86.
Magna Italia. Virgil. 4. Aeneid. 79.
Potens Italia. Claud. 1. in Eutrop. 106.
Italus, Itali, pen. corr. (ἰταλός,) Qui de Italia est.
Cœlum Italum. Horat. 2. Carm. ode 7. 1.
Regna Itala. Virgil. 3. Aeneid. 37.
Gens Itala. Virgil. 6. Aeneid. 152.
Italicus, penul. correp. (ἰταλικός,) Aliud Adiectiuum, vt Oræ Italicæ: Ouidius, 15. Metam. 2.
Italis, Italidis, (ἰταλίς,) Patronymicū. vt Matres Italides, Ouid. 2. Fas. 89.
Nymphæ Italides. Silius lib. 7. 87.
ITALICA, (ἰτάλικα,) Vrbs in Italia, quæ alio nomine Corfinium dicitur, vt ait Strabo. Alia in Hispania, patria Silii Italici.
Italicensis, (ἰταλικήνσις,) Populus ab Italica Hispaniæ vrbe.

Itaque, Vide ITA.

Item, (ὁμοίως, ὁσαύτως,) Aduerbium significans interdum ita, vel sic: interdum autem interdum similiter.

Item, Autem. Plaut. Aulul. 7.50.
Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem,
Factiosum, me item esse hominem pauperrimum.
¶ Item, Ita vel sic, siue itidem. Cic. in Orato. 82. Nam omnium magnarum artium, sicut arborum altitudo nos delectat, radices, stirpesque non item. Hoc est, non similiter, vel eo pacto. Idem in arte Rhetor. Quæ omnia item vti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reperiuntur. Idem 4. Academic. 45. Non enim fortuitò hunc artificem dicemus esse, illum negabimus. Sed quum alterum percepta & comprehensa tenere videamus, alterum non item. Idem 4. Tuscul. 48. Sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item. Idem 2. de Diuin. 91. Qui magis anguibus, quàm lacertis? quàm muribus? quia sunt hæc quotidiana, angues non item. Idem 4. Tuscul. 49. Sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus, hebetes nō item. Sic 5. de Finib. 143. Plaut. Rudent. 14.55. Scelerum caput, vt tute es, item censes omnes esse? Terent. Eunuch. 3.1.8.
–vel rex semper maximas
Mihi agebat, quicquid feceram: aliis non item.
Item, pro Sic, in comparationibus & similitudinibus. Cic. 1. de Orato. 59.
Nullæ enim lites, neque cōtrouersiæ sunt, quæ cogāt homines sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Bud.
¶ Item vt, pro Similiter. Plaut. Trucul. 5.39.
Qui vbi quanque nostrarum videt propè ædeis hasce egredienes,
Item vt de frumento anseres, clamore absterret, & abigit:
Is item est agrestis. Idem Capt. 19.11.
At at scio cur te patrem assimules esse, & me filium,
Qui mihi item vt parentes, lucis dastuendæ copiam. Cicero in Orat. 117. Ita fit vt non item in oratione, vt in versu numerus exter. Terent. Phorm. 2.3.66.
Itane tandem quæso, eiuem item vt meretricem, vbi abusus sis,
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? Plaut. Pseud. 13.80.
Item, vt Medea Peliam concoxit senem,
Quem medicamento, & suis venenis dicitur
Fecisse rursus ex sene adolescentulum,
Item te ego faciam. Terent. Adelph. 1.1.25. Ille vt item contrà me habeat, facio sedulò. Idem And. 1.1.62. –Item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicquam attinere.
¶ Item, pro Etiam. Cic. de Amici. 15. Peigratum mihi feceris, spero item Scæuolæ, si, &c. Ibidem, 7. Itaque ex me quærunt, credo ex hoc item Scæuola. Idem 5. Verr. 63. Accensus istius item minister in decumis, quum emisset, &c. Ibidem, Literæ mittuntur illi à patre vehementes, ab amicis item. Idem 7. Verr. 101. Faciebant hoc idem in cæteris ciuitatibus grandes natu matres, & item paruuli liberi miserorum.
¶ Itemque, pro Deinde, vel præterea. Cic. in Orato. 46. Itemque si quæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis alienæ. Idem 4. Academ. 47. Itemque sapientiam artem viuendi, quæ ipsa ex sese habeat constantiam. Ibidem, 50. Itemque si id quod officii sit, non occurrit animo, nihil omnino agit. Idem 3. Verr. 39. Idem 2. de Diuin. 25. Solis defectiones, itemque lunæ prædicuntur.

Iter, iteris, pen. corr. (πορεία,) secundum Priscianum, n. 9. Viam significat. Lucretius li. 5. 131. Concussos itere, & labefactos aere multo.

Cic. Attic. lib. 16. 337. In quo flexus est ad iter Arpinas.
Iter (inquit Modestinus in L. Inter actum. ff. de Seruitio rusticorum præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dierum) quo quis pedes vel eques commeare potest.
Itinerpen.dion.itinera,n.g.pro eodem,(ὁδοιπορία.) Plaut. Merc. 22. 98. Ergo itiner meum exequi me sines. Varro, Expectant itiner longo sermone leuare. Plaut. Merc. 22.72. Incœptum hoc itiner perficere exequar. Lucan. lib. 6. 68. Obuia discutiat plagis, itinerque sequatur. Iter dictum est, quòd vehendo quid teritur. Vel ab eundo, cuius supinum est itum: sine ab ito frequentatiuo.
Iter de mari etiam dicitur. Terent. Hecyra, 3.4.1.
A in' tu tibi hoc incommodum euenisse iter?
S. Non hercle Parmeno verbis dici potest
Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est.
Iter dici, pro Spatio quod vno die conficere possumus. Liuius, 5. bel. Pun. 78. Qui nuntiarent duos COSS. ad Beneuentum esse, diei iter à Capua tantum non ad portas & muros bellum esse. Plin. lib. 12. cap. 17. 8. Inde Galbam omnes petere solebant, dierum XX. itinere.
Abeit paucorum dierum iter, &c. Vide ABSVM.
¶ Iter, itinerem significat. Cice. ad Atticum, lib. 5. 47. 2. Sed itineris causa vt dimorterem, primum est deuium, deinde ab Antronio & cæteris quatridui.
Ambiguum iter. Pers. Sat. 5. 4.
Amœnum, ac molle iter. Quintil. lib. 4. cap. 2. 34.
Cæcum iter. Ouid. 10. Metam. 91.
Campestre iter. Vide CAMPVS.
Clausum iter vetito. Senec. Hercul. furen. 4. 16.
Commodum iter. Columel. lib. 1. cap. 3.
Iter deuium, Inaccessum, & à via remotum. Cice. ad Attic. lib. 14. 306. 1. Trebonius itineribus deuiis proficisceretur in prouinciam.
Durum iter. Valer. 1. Argonaut. 115.
Parum fœlix iter. Ouid. epist. 20. 15.
Flexum iter. Lucret. lib. 4. 19.
Flexuosum iter. Cell. lib. 8. cap. 1. In aure quoque primò rectum & simplex iter, procedendo flexuosum fit.
Immensum iter. Vide IMMENSVS.
Imperuia itinera. Tacit. lib. 3.
Inexplicabile iter. Vide INEXPLICABILIS.
Infestum iter viæ. Lucret. lib 5. 126. Vide INFESTVS.
Insuetum per iter gelidas enauit ad Athos. Virgilius, 6. Aeneid. 4. Vide INSVETVS.
Interrupta, & imperuia itinera. Tacit. lib. 3.
Interseptum iter, Vide INTERSEPIO.
Iter irremeabile. Claud. 2. in Eutrop. 82.
Leue iter. Ouid. in Ibin, 124.
Longinqua itinera, Vide LONGVS.
Modestum iter, apud Plinium in epistol.
Molle iter. Quintil. lib. 4. cap. 2. 14.
Noctinagum iter. Valer. 2. Argon. 9.
Patens iter. Horat. 3. Carm. ode 16. 2.
Peruium cunctis iter. Senec. Octau. 7. 6.
Secretum iter. Horat. 1. epist. 19. 22.
Tenebricosum iter. Catul. de Passere Lesbiæ, 3. 3.
Totum itin & patens. Horat. 3. Carm. ode 16. 2.
¶ Accelerare iter, Vide ACCELERO.
Agere iter in rectum. Ouid. 2. Metamorph. 244. de volante Mercurio.
Agere longum iter. Plin. lib. 8. cap. 42. 7. Sarmatæ longinqua itinera acturi, incedia pridie præparant cos.
Alius egit iter. Ouid. 8. Metam. 45. de Icaro.
Aperire iter, Vide APERIO.
Auertere iter, Vide AVERTO.
Carpere iter. Ouid. 1. Metam. 54. — non vtile carpis,
Inquit, iter. Vide CARPO.
Longum iter carpere. Horat. 1. Serm. saty. 5. 19.
Supremum carpere iter. Moti. Horat. 2. Carm. ode 17. 3.
Celerare maximis itineribus. Tacit. lib. 20. Vt quamnaximis per ripam itineribus celeraret.
Claudere iter alicui. Ouid. 8. Metam. 110.
Coarctare iter, Vide COARCTO.
Comparare se ad iter, Vide COMPARO.
Componere itinera, Vide COMPONO.
Conferre iter. Brutus Ciceroni, lib. 11. 138. Meumque iter eò contuli. Vide CONFERO.
Conficere iter. Cice. ad Atticum lib. 5. 101. 1. Nunc iter conficiebamus æstuosa & paludulenta via. Idem 2. de Oratore, 106. Iter reliquum conficere pergas.
Conficere iter pedibus. Cic. in Vatinium, 9. Quum illud iter Hispaniense pedibus ferè confici soleat, aut siquis nauigare velit, &c.
Consequi itinere, Vide CONSEQVOR.
Consumere iter in legendo, Vide CONSVMO.
Contendere iter, Vide CONTENDO.
Continuare iter nocte & die, Vide CONTINVO.

Conuertere iter aliquò. Cic. Attico, lib. 3. 43. 1. Vibonem statim veniò, quo ego multis de causis conuerti iter meum.
Conuertere iter ad, vel in prouinciam, Vide CONVERTO.
Conuertit iter ad vrbem. Lucan. lib. 3. 75.
Tutum iter corrit classis. Virgil. 5. Aeneid. 171.
Decedere itinere, Vide DECEDO.
Rapidum iter deflectis. Lucan. lib. 3. 68.
Dimittere iter cœptum. Ouid. 2. Metam. 59. Nec cœptum dimiteit iter.
Dirigere iter. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 11. 5. Quum ipse iter ad Mutinam dirigerem, in itinere de prælio facto audiui, &c.
Dirige nauis iter. Ouid. 1. Fast. 1.
Doctus iter melius. Horat. de Arte, 14.
In fraudem ducebat iter. Silius lib. 5. 9.
Effectum iam est iter. Ouid. 6. Metam. 104.
Emensi iter. Virgil. 7. Aeneid. 33.
Expedire iter. Liu. lib. 8. Decad. 4. Iter fugæ non expedientes.
Facere iter. Cic. 7. Verr. 53. At contrà, quàcunque iter fecit, hoc iucundissimum spectaculum omnibus vinctorum captorumque hostium præbebat. Cn. Magnus Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 8. 158. 2. Cenisio via Appia iter facias, celeriter Brundusium venias. Cice. Cn. Magno in Epist. ad Atticum, lib. 8. 159. 2. Confestimque cum Qu. fratre & liberis nostris iter in Apuliam facere cœpi. Quintil. lib. 4. cap. 5. 18.
Iter facere vehiculis. Plinius epistol. 234. Ita inde postquam, vehiculis iter facere cœpi.
Iusta itinera facere Cice. ad Atticum, lib. 5. 89. 1. Cogitabam sine vlla mora iusta itinera facere.
Ferre iter per medium mare. Virgil. 7. Aeneid. 162.
Impauidum iter ferre. Stat. 1. Thebaid. 65.
Flectere iter. Virgil. 7. Aeneid. 7.
Frangere iter. Stat. 12. Thebaid. 47.
Habere iter. Cice. Cn. Magno in epistol. ad Atticum, lib. 8. 159. 2. Cæsarem iter habere Capuam. Et ad Qu. fratrem, lib. 2. 8. 5. Quòd ille in Sardiniam iter habebat.
Impedire iter. Ouid. epist. 20. 15. Vide IMPEDIO.
Incedere itineri. Tacit. libro 1. Incesliteque itineri, & prælio. Hoc est ad iter & prælium.
Incipere iter, Vide INCIPIO.
Incœptare iter, Vide Incœpto in INCIPIO.
Indicare iter, Vide INDICO.
Inducere in iter, Vide INDVCO.
Inire iter. Cic. 1. Tuscul. 152. Prò dii immortales, quàm optabiliter iter illud iucundum esse debet.
Ingredi iter. Quintil. lib. 3. cap. 1. 5.
Ingredi iter pedibus, & ingredi iter equo. Cice. de Senect. 30.
Insidere itinera, Vide INSIDEO.
Instaurabat iter ad Argos. Stat. 2. Thebaid. 149.
Instituere iter, Vide INSTITVO.
Intendere iter, Vide INTENDO.
Intendere iter ad Prætorem, Vide INTENDO.
Intendere iter cœptum in Italiam, Vide INTENDO.
Intercipere iter, Vide INTERCIPIO.
Intercludere itinera, Vide INTERCLVDO.
Intermittere iter, Vide INTERMITTO.
Iungere iter, Vide IVNGO.
Mittere ex itinere, Vide MITTO.
Moliri iter. Senec. Oedip. 13. 4. Vide MOLIOR.
Munire iter, Vide MVNIO.
Obsepire iter alicui, Vide OBSEPIO.
Latum pandit iter. Senec. Herc. fur. 9. 10.
Solenne iter parare. Claud. 2. in Eutrop. 20.
Incœptum iter peragunt. Virgil. 6. Aeneid. 77.
Propositum peragunt iter. Horat. 2. Serm. saty. 6. 20.
Pergere iter, Vide PERGO.
Petere iter terra. Cic. pro Plancio, 70. Iter à Vibone Brundusium terra petere contendi.
Præcipere iter. Liuius, lib. 3. Decad. 1. Dum præciperent iter nuntii nisi in castra. Hoc est, ante caperent. In vulgatis codicibus perperam legitur, præriperent iter.
Vnda præcluserat iter. Ouid. 14. Metam. 158.
Prætentare iter corniculis. Plinius lib. 9. cap. 32. Iter corniculis prætentant cochleæ.
Continuum die, noctuque iter properabat. Tacit. lib. 15. & lib. 19. Etsi cœptum iter properasset.
Radit iter liquidum. Virg. 5. Aeneid. 44. de columba volante.
Iter nos raptat ad ostia ponti. Valer. 2. Argon. 116.
Remensus iter sesto gradu. Stat. 3. Thebaid. 65.
Remorari iter alicuius. Ouid. 11. Metam. 47.
Repetere iter. Ouid. 3. de Arte, 149.
Cœptum iter rumpere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 18.

Institutum

Institutum iter rumpere. Horat. 3. Carmode 27. 1.
Poppis solui iter. Stat. 5. Syla. 1. 49.
Stratum militari labore iter. Quintil. lib. 1. cap. 13. 11.
Est iter ei in, Hoc est proficiscendum illi, vel proficiscitur. Cic. ad Atticũ, lib. 3. 46. 1. Nobis iter est in Asiam maximè Cyzicum. Idem pro Milone, 19. Iter scilicet, legitimũ, necessariũ ante diem XIII. Cal. Februarii Milonì esse Lauinium ad Flaminem prodendũ, &c. Id est, iter habebat.
Esse in itinere. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 20. 4. Hæc quum audissem, & iam in itinere essem.
Per insidias iter est. Ouid. 1. Metam. 16.
Tendebat iter ad naues. Virg. 1. Aeneid. 75. & 173. Ouid. 2. Metam. 54.
Medium tenebat iter classis. Virg. 5. Aeneid. 1.
Vertere iter aliquò. Virg. 5. Aeneid. 5.
Vertere iter à portu. Ouid. in Ibin, 124.
Vestigare iter. Stat. 11. Thebaid. 28.
Vicit iter durum pietas. Virg. 6. Aeneid. 138.
¶ Iter, pro Incœpto & instituto. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 3. 19. 5. Quare neque ego impedii Ciceronis iter, atque illam disciplinam volo, & ipse puto magis illo clamatorio genere duci & delectari videtur, in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris utrinibus. Id est, oratorio dicendi genere.
Recto itinere lapsi plerunque dimittunt. Quintil. lib. 1. cap. 3. 7.
¶ Itinera, pro Meatibus. Columel. lib. 8. cap. 17. 2. Itineraque si loci natura permittit, omni latere piscinæ dari conuenit. Id est meatus quibus aqua intret & exeat.
¶ Iter pronum ad honores, Via facilis & compendiosa. Plin. lib. 8. ad Fabatum, epist. 163. Quibus videor à meo, quoque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines ceberitur.
Manifestum iter ad ingenii lumen ostendit. Quintil. in Proœm. lib. 1. 6.
Iustmere iter ad bonam famam. Vide INSTRVO.
Amoris iter interrumpere. Cic. Attico, lib. 4. 7. 1. Ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris nostri, & officii mei.
Portuna salutis monstrat iter. Virgil. 2. Aeneid. 78.
Decliue iter senectæ. Ouid. 15. Metam. 46.
Vocis iter habere. Ouid. 2. Metam. 167.
Vrinæ iter. Cellius lib. 7. cap. 25. & 26.
Facere iter sceleri. Ouid. 13. Metam. 22.
Pergere iter ambitione, ac periculis vacuum. Tacit. lib. 4.
Itero, iteras, penul. corr. (ἐπαναλαμβάνω,) iterare, Rursus aliquid agere, & quasi per iter factum reuerti. Plaut. Pseud. 5. 153. Nolo bis iterare, lat sic longæ fiant fabulæ. Idem Casina, 22. 5. Operam date, dum mea facta itero, est operæ auribus accipere. Idem Rud. 28. 1.
Iterum mihi is hæc omnia itera, mi anime. Idem Amphit. 4. 57. Hæc vbi Telebois ordine iterarunt, quos præfecerat Amphitruo. Idem Trinum. 12. 13. Fidus fuisti, infidum esse iterant. Liuius, 6. ab Vrbe, 127. Resistere, atque iterare pugnam iubet. Ibidem, lib. 1. 196. Sæpe iterando eadem perpulit tendere, vt Romæ fanum Diuæ pop. Latini cũ Pop. Rom. facerent. Cice. 4. Acad. 156. Itera dum eadem & ista mihi. Sic Columel. lib. 8. cap. 8. 2. Iterare dicta.
Aciem iterare, Vide ACIES.
Aequor iterare, apud Horatium li. 1. Carm. od. 7. 6. pro Iterum nauigare.
Ceras ingens iterabimus æquor. Acron.
Fortuna trifida claste iterabitur. Horat. 3. Carm. ode 3. 13.
Cursus iterare. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.
Iterare verba. Cic. in Pansionibus, 13.
Iterare vitam morte. Plin. lib. 7. cap. 55. 3.
Vulnera iterata fixi. Stat. 1. Sylu. 2. 17.
Iterato ridiculum. Plaut. Casin. 22. 6. Ita ridicula auditu, iteratu ea sunt, quæ ego intus tuli.
Iterandum eadem ista mihi. Cic. ad Atticum. lib. 14. 3. 1. 1.
¶ Iterare campum, terram, agrum, pro Iterum proscindere siue arare. Verbum agricolis familiare. Colum. lib. 2. cap. 4. Igitur vliginosi campi proscindi debent post Idus mensis Aprilis. Quo tempore quum arati fuerint, diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum vel octauum Calendas Iulias, iteratos esse oportebit: ac deinde circa Septembris Calendas terratos. Paulo post, iusta cum fieri nequeunt, quum indurui ager. Itaque siccitatibus censeo quod iam professum est, iterare, pluuiamque opperiri, quæ madefecta terra, facilem nobis culturam præbeat. Sed ingerum talis agri quatuor operis expeditur: nam commodè proscinditur duobus: vna iteratur: tertiatur dodrante: in Iranuario statim rediguntur quadrante opere. Ibidem, Colles pinguis soli, &c. Februario statim proscindendi sunt. Deinde de Aprili medio vsque in solstitium iterando, tertiandique. Sic Plin. lib. 18. cap. 19. 4.
¶ Iterare, pro Ire posuit Gellius lib. 3. ca. 18. Sed eos Senatores, inquit, qui magistratum cuiusdam nondum ceperant, pedibus interauisse in curiam. Quidam codices legunt itauisse.
Iteratio, Verbale, Repetitio, relum pro. Cic. in Orato. 46. Itemque siquæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent

erunt ab hac summissione orationis alienæ. Cic. 3. de Orat. 112. Quintil. lib. 10 cap. 1. Lectio non cruda, sed multa iteratione mollita.
Iterationes. Quintil. lib. 4. cap. 2. 32. Nam iterationes quidem, & παυτολογίας, & περισσολογίας, quas in narratione cuitandas quidam scriptores artium tradiderunt, transeo.
¶ Iteratio, Arationis genus. Plin. lib. 18. cap. 20. 1. Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur vbi res poscit, erate' vel rastro, & sato semine iteratio. Hæc quoque vbi consuetudo patitur, erate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, opperientes semina, &c.
¶ Iteratio, Oleum secundæ pressure, aut ipsa secunda olearum pressura. Colum. lib. 12. cap. 50. Sint autem in cella olearia tres labrorum ordines vt vnus primæ notæ, id est primæ pressuræ oleum recipiat, alter secundæ, tertius tertiæ. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus terriationem cum prima pressura, quoniam longe melioris saporis est, quod minore vi preli, quasi lixiuium defluxerit.

Iterum, penul. correp. (πάλιν, ἀνάπαλιν, ἐκ δευτέρου, πάλαι,) Ad uerbium id est rursus, denuo, Iterato. Plaut. Rud. 28. 1. Iterum mihi istæc omnia itera mi anime. Idem Pœnulo, 16. 114. Iterum mihi natus videor, quòd te repperi.
Iterum, pro Secundò. Cic. 1. de Inuent. 26. Primo quidem decipi, incommodum est iterum, stultum tertiò. turpe. Plin. de Viris illustrib. 17. Iterum, & tertiò Consul, multa domi militiæque gessit. Cic. ad Atticum, li. 4. 82. 2. Iterum Consul. Et 1. de Diuin. 121. Tamen nemo est quin sæpe iactans, Venerem iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium. Item pro Roscio Amer. 36. Iterum ac tertiò nominaui.
Iterum & sæpius testis est Italia. Cic. pro Lege Manil. 11.
Iterum ac sæpius. Plin. lib. 10. ca. 12. 1. Doriticum nucis rostro repugnantẽ, volantes in altum, in saxa regulasve iaciunt iterum ac sæpius, donec quassatam perfringere queant. De conuicibus.
Iterum atq; iterum fragor intonat ingens. Virg. 8. Aeneid. 103.
Iterũq; iterũq; monebo. Virg. 3. Aenei. 87. Quintil. lib. 2. cap. 13. 5.

ITHACA, pe. cor. (ἰθάκη,) Ionii maris parua insula, Vlysis patria. In ea etiam vrbs eiusdẽ nominis, vt inquit Ptolemæus lib. 3. Ibi etiã mons Neritos, quo, tota insula quãdoq; dicta Neritos fuit. Vir. 3. Aen. 54. - Neritos ardua saxis. Plin. lib. 8. ca. 48. 10 Ithaca lepores illati moriuntur. De hac & Cicero lib. 1. de Orat. 96, sic scribit, Ac si nos id, inquit, quod quæ ximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tãta est vis, ac tãta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquã nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret: quo amore tandẽ inflãmati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ vna in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis.
Sum patria ex Ithaca. Virg. 3. Aeneid. 122.
Non est aptus equis Ithacæ locus. Horat. 1. epist. 7. 9. Hinc Ithacus, (ἰθακήσιος,) Vlysses dicitur & Ithacensis. Virg. 2. Aeneid. 81. Hoc Ithachus velit, & magno mercentur Atridæ. Idem 3. Aeneid. 126.
Vlysses Ithacensis, Horat. 1. epist. 2. 13.
Ithacesius, (ἰθακήσιος,) Aliud adiect. vt Sedes Ithacesia. Silius lib. 2. 108.

ITHYRA, pe. pro. (ἴθυρα,) Vrbs in Tauro monte Partiuã versus. A qua

Ithyrus, pen. pro. Adiectiuum, (ἰθύρος,) Lucan. lib. 7. 102.
Tunc & Ithyrei, Medi, Arabesq; soluto
Arcu turba minax. Est autẽ Ithyreus, epitheton arcus. vnde dicimus Ithyreos arcus, & Ithyreas sagittas, id est Parthicos arcus, & Parthicas sagittas, eo quòd Parthi præcipuè arcubus & sagittis vtebantur in prælio. Virgil. 1. Georg. 90.
- Ithyreos taxi torquentur in arcus. Lucan. lib. 7. 46.
- Ithy eis cursus fuit inde sagittis. Alii scribunt Ityreus, alii Ithureus, non nulli Iureos.

Itidem, penult. corre. Aduerbium, (ὁμοίως, ἀπαράλλακτος,) Similiter, eodem modo, quasi iterum idem. Plaut. Bacch. 8. 6. Ego feci itidem in adolescentia. Idem Mercat. 18. 11. Labant iuuenes itidem, rapiuntur senes. Terent. Eunucho, 1. 1. 4. Hominem laud improbum, itidem patria qui abligurierat bona. Plaut. Amphit. 4. 129. Itidem habet petatum ac vestitum tam consimilis est atque ego. Cicero, 2. de Leg. lib. 15. Qu. Quorum istuc M. Quia nũc itide ab eodem & à cæteris diis Immortalibus sunt nobis agenda primordia. Sic, 2. de Natd. deor. 27. Et in Catil. 55. Item 3. de Nato deor. 83. Vinctũ inde à filio Saturnum, &c.
Itidem vt. Terent. Eunuch. 1. 2. 13. — vt
Aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet. Idem Heaut. 4. 3. 20.
Si abduxeris, celabitur itidem, vt celata adhuc est. Idem Phorm. 2. 3. 62.
Itidem vt cognata si fit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, mihi quinque accipe. Idem Hecyra. 5. 4. 25.
Placet non fieri hoc itidem, vt in comœdiis,
Omnia omnes vbi resciscunt. Plaut. Amphit. 12, 9. Vt filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri. Idem Most. 13. 1. Hic quidem neque conuiuarum sonitus itidẽ, vt aute hac fuit. Idem Aulul. 7. 37. Acta rem meam scis. 8. scio esse grandem itidem vt pecuniam. Idem Men. 5. 14. 14. Itidem vt tempus anni, ætatẽ aliam aliud factum conuenit.
Itidem quasi. Plaut. Mostel. 4. 120.
Vbi fese fudor cum vnguentis consociauit, ilico

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iridem olent, quasi quum vnà multa iura confundit coquus. Idem Trucul. 3.14. –quasi in piscinam
Rete qui iaculum parat, &c. Iridem est amator.
Iridem & sæpe. Plaut. Capt. 2.44.
Imprudens iridem & sæpe iam in multis locis
Plus sufficiens quis fecit, quàm prudens boni.

Itio, Ito, itas, **Itus,** itus, itui. Vide E O, is.

ITVRISSA, ciuitas est Hispaniæ citerioris, cuius meminit Mela libro 3. & Ptolemæus lib. 1.

ITYMONEVS, teste Homero, Hyperochi filius, vir in primis strenuus: qui in bello Pyliorũ cũ Helidensibus ab Nestore iaculo est interfectus.

ITYS, (Ἴτυς,) filius Tereï regis Thracum, cõuersus in phasianũ autem, dum epulandus patri Tereo à matre Progne apponeretur. Author Seruius apud Virgilium in Sileno. Vide Ouidium, 6. Metam.

Threicius Itys. Ouid. ad Liuiam, 22.

Iytus, pen. corr. (Ἴτυλος,) Diminutiuum. Catul. ad Ortalum, epig. 60. 3.
Duplicis assumpti fata gemens Iyli. I V

Iuba, iubæ, (χαῖτα,) Crines animalium à collo pendentes. Plin. lib. 10. cap. 63. 9. Equarum tondere præcipiunt. Cic. 2. de Nat. deo. 162. Ex quodã poeta. Et Cesar 1. bel. Gal. 111. Iubis equorũ sublenatis.

Iuba leonis. Plin. lib. 8. cap. 16. 1. Leoni præcipua generositas tunc quum colla armosque vestiunt iubæ.

Iubæ gallinaceorum, pro Plumis quas dum ceruices erigunt, attollere videntur. Columel. lib. 8. ca. 2. Iubæ deinde variæ, vel ex auro flauæ, per colla ceruicesque in humeros diffusæ.

Crispiores iubæ. Vide C R I S P V S.

Denia iuba. Virgil. 3. Georg. 17.

Dextræ iubæ. Ouid. 2. Metam. 67.

Effusa iuba. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 4.

Equinæ iubæ. Ouid. 12. Metam. 18.

Lenta iuba. Vide L V N A.

Rutila iuba. Catul. de Berecynthia.

Sanguineæ iubæ anguium. Virgil. 2. Aeneid. 42.
Seruius interpretatur aut cristas, aut barbas.

Triplici iuba cremita galea. Virgil. 7. Aeneid. 157.

Effundere iubam. Virg. 3. Georg. 18. de Saturno in equum mutato,
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus.

Iuba fusa, Hoc est ampla. Marrial. lib. 1. 115.
Dum nulla teneri sordent lanugine vultus,
Dumque decent suæ lactea colla iubæ.

Iubãtus, pen. prod. Adiect. (χαιτωτός,) Q. d. iubas habens vt Iubatus equus.

Iubati angues, Id est cristati & ceruicibus erecti. Plaut. Amphi. 17. 53. Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo.

Fera iubata. Seneca. Hercul. furen. 13. 56.

Leo iubatus. Senec. Thyest. 8. 12. Iubati leones dicuntur ad differentiam eorum qui iubas non habent.

IVBA, (ἰόβας,) rex Mauritaniæ, Pompeii partes secutus, quem Cæsar vicit, cuiusque filium in triumpho duxit. De quo Plutarchus in Cæsare scribit, De Iuba rege triumphauit eius filius Iuba quoque nomine, puer admodum in eo deductus est triumpho fortunatissimam vtique captiuitatem, quia effectum est vt ex Barbaro ac Nimida inter doctissimos scriptores commereretur.

Iubar, iubaris, pen. corr. n. g. (φῶς, φαός,) proprie stella, quæ ante solis ortum, Lucifer; post solis occasum, Vesper appellatur. φωσφόρος, à Græcis dicta. Iubar autem appellatur, quòd iubata apparet; vel quòd (vt ait Festus) splendor eius diffundat in modum iubæ leonis, radios. Virgil. 4. Aeneid. 16.
Et portis iubare exorto. Columel. lib. 10. cap. 28.
Quare age vel iubare exorto, iam, &c.

Iubar, pro ipso splendore lucis. Ouid. 1. Fast. 16. Et tremulũ summa spargit in in æde iubar. Iubar enim nõ tantum de solis seu stellæ, sed etiam cuiuscunque rei splendore dicitur, vt auri, argenti, gemmarum.

Ardens iubar. Senec. Octau. 5. 2.

Cristatum iubar galeæ. Stat. 3. Thebaid. 45.

Flammeum iubar. Senec. Troad. 6. 8.

Nitidum iubar. Ouid. 15.

Rubrum iubar. Lucret. lib. 4. 82.

¶ Iubar, quandoque ad hominis maiestatem transfertur. Claud. 1. in Ruffin. 29. Per fratris regale iubar. Hoc est, splendorem regium.

IVBELIVS. Vide T A V R E A.

Iubeo, iubes, iussi, iussum, (κελεύω, ἐπιτάττω, ἐπιστέλλω, ἐπιτάττω, πρόσταττω,) iubere. Imperare, Præcipere. Terent. Eunuch. 2. 3. 97. Iubesne eo? Iubeo, cogo, atque impero. Quintil. Declamat. 9. Nã quanuis infestum latronibus mare iussus intraui, neque dissimulauerim magnas fuisse causas patri cur hoc mihi imperaret.

Iubeo dare. Terent. And. 3. 2. 4. –post deinde
Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui

Date. Plaut. Amphit. 3. 73. Sic similem rem ipse in legem iussit esse Iuppiter. Cic. 2. de Finib. 2. Iubere dicere qua de re quis vellet audire. Liuius, 3. bel. Pun. 17. Iussus abire.

Campos iubet esse patentes. Virgil. 5. Aeneid. 110.

Pauperies iubet quiduis & facere & pati. Horat. 3. Carm. ode 24. 9.

Silentia iussit dextrã. Lucan. lib. 1. 61.

Iubeo te. Plaut. Aulul. 4. 19. Aut si respexis, donec ego te iussero. Quin tu, Pater me iussit.

Iussit vt. Plaut. Amphit. 4. 51. Iubet sententiam vt dicant suam.

¶ Iubere, Decernere: vt ait Festus, & populi est proprie. Liu. 7. bel. Maced. Senatus eam pacem seruandam censuit, & paucos post dies populus iussit. Saluũ. Postquam in Numidiam prouinciam populus iussit, Liuius, 3. ab Vrbe, id modò excepere Patres, ne postea eosdem Tribunos iuberent. Id est, crearent.

Iubere bella. Lucan. lib. 8. 133.

Classica iubere. Luca. li. 2. 106. Iamque securo iussurus classica Phœbo.

¶ Iubere, Velle. Terent. Eunuch. 4. 7. 20. Quã scis an quæ iubeam, sine vi faciat? Vbi Donatus, Et mirè, non, velim, sed iubeam dixit, iubeam pro velim.

Iubet nos esse sine cura de Clodio. Cice. ad Atticum, lib. 2. 39. 9. Et 2. Verr. 12. Cum hoc consilit, hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse. Videtur hîc hortari significare, sicut & apud Quintilianum, Spera tu, iube sperare matrem.

Iubeo te saluere, id est Volo, inquit Donatus. Plaut. Asin. 7. 30. Iubeo te salu ere voce summa, quoad vires valent. Idem Rud. 7. 3.
–iubemus te saluere
Mater. Terent. Adelph. 3. 4. 15. –saluere Hegionem plurimum
Iubeo. Idem And. 3. 3. 1. Iubeo Chremetem. e. ô reipsum quæ ejus.
Vbi Denatus, Iubeo Chremetem. Subaudi, saluere. Horat. 1. epist. 16. 1.
–Fuscum saluere iubemus. Cice. Attico, lib. 4. 83. 2. Dionysium iube saluere. Ibidem, lib. 4. 84. 10. Dionysium velim saluere iubeas. Ibidem, Quem saluere velim iubeas plurimum. Sic Liu. 1. ab Vrbe, 68.

Iubeto habere animum bonum. Plaut. Persa.

Iuberi ire salutatum. Martial. lib. 1. 66. Vlpian. in L. Quories. Paragra. Seruus. ff. De hære. instit. Iuberi adire ab eo potest, cui alienatus est.

Iussitur. Cato cap. 14. 1. Parietes omnes, vti iussitur, calce & cæmentis, &c.

Iussus, Participium, (ἐπιταχυμένος,) Martial. lib. 1. 117.
Amissum non fiet, quum sola est, Gellia patrem:
Siquis ad est, iussæ prosiliunt lachrymæ. Liu. 2. ab Vrbe, 20. Sed alia alio itinere iussis eo tempore ad regiam venire pastorib.

Fames iussa seruire. Lucan. lib. 1. 65.

Fuga iussa. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 18.

Labores iussi. Ouid. 9. Metamorph. 5.

Iussus, huius iussus: in plurali iussa, iussorum, (ἐπίταγμα,) Iussus, Imperium: rarò reperitur, præterquam in ablatiuo iussu. Plaut. Amphit. 3. 19. Iouis iussu. venio. Plin. lib. 16. cap. 40. 1. Caii principis iussa.

Iussum, iussi, (ἐπιταγή, ἐπίταγμα,) Idem. Plaut. Curcul. 7. 50. Postquam tuo iusso profectus peruenit in Cariam. Gellius lib. 10. cap. 20. Lex est generale iussum populi aut plebis, rogante magistratu. Ibidem. Nisi populus aut plebs rogetur, nullum plebis aut populi iussum fieri potest. Virg. Ille patris iussa exequitur. Idem 8. eclog. 3.
–accipe iussis Carmina cœpta tuis. Cic. pro Cecinna, 69. Sed quæro abs te, putêsne si populus iusserit, me tuum, aut item te meum seruum esse, id iussum ratum atque firmum futurum?

Dura iussa. Ouid. 7. Metam. 3.

Fera iussa imperii mei. Ouid. 2. de Remed. Amor. 20.

Horrida iussa. Virgil. 4. Aeneid. 76.

Ingentia iussa. Virgil. 7. Aeneid. 48.

Haud mollia iussa. Virgil. 3. Georg. 8.

Regalia iussa. Valer. 1. Argon. 5.

Sæuissima iussa. Valer. 3. Argon. 10.

¶ Capessere iussa. Virgil. 1. Aeneid. 17. Vide C A P E S S O.

Exequi iussa alicuius. Virgil. 4. Aeneid. 80.

Exuere iussa. Tacit. lib. 11. Ac ne iussa exuerent.

Facere iussa. Virgil. 1. Aeneid. 61.

Facessere iussa. Virgil. 4. Aeneid. 60.

Flectere iussa alicuius. Virgil. 10. Aeneid. 7.

Obtemperare iussis magistri. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 9.

Parare iussa. Virgil. 4. Aeneid. 101.

Pati iussa aliena. Virgil. 1. Aeneid. 171.

Patrãi iussa. Tac. li. 20. Exitiũ ipsi, regnoq; denũtiaret, ni iussa patrarent.

Peragere iussa alicuius. Ouid. 2. Metam. 24.

Rescindere iussa alicuius. Ouid. 2. Metam. 136.

Iubilum, iubili, pen. corr. (ἀγαλλίαμα,) dicitur id gaudium quod voce exprimitur, nec tamen verbis explicatur. Silius lib. 14. 105. Et lætis scopulis audiuit iubila Cyclops.

Iubilo, iubilas, pe. cor. iubilare, Est rustica voce inclamare, inquit Festus.

Iubilitus, est clamor rusticorum, quiritatus vrbanorum, vt ostendit Valla ex authoritate Varronis.

Iucundus,

Iucundus, A die. (τερπνός, ἥδυπνόος, εὐτερπής, ἡδέωνος, μείλιχος.) A iuuo iuuas, teste Cicerone lib. 2. de Finib. 21. Dicitur autem is qui causa extitit, alteri vt ille gaudeat, Iucundus, inquit Valla, non qui lætus est, sed qui lætitiæ est alteri. Vnde, iucundæ literæ iucunda oratio, iucundus aspectus. Cic. Attico, lib. 1. ep. 1. Quòd te de Tadiano negotio decidisse scribis, id ego Tadio & gratum esse intelexi, & magnopere iucundum. Eidem, lib. 1. 12. 8. Fuit mihi sæpe & laudi nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. Idem 4. in Catil. 73. Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas. Iucunda dixit (inquit Valla) quasi plena lætitiæ & voluptuosa. Idem 1. Offic. 88. Quamquam enim quod præsens tanquam in manum datur, iucundius est, tamen hæc in posterum gratiora, muri, naualia, portus, aquarum ductus, omniaque quæ ad vsum Reip. pertinent.

Accidunt iucunda, Vide A C C I D O.

Mutare iucunda seueris, Vide M V T O.

¶ Iucundi agri & fertiles. Cic. pro Lege agraria, 49.

Aurę iucundæ Zephyri. Catul. ad Seipsum. epigr. 43. 1.

Error iucundus. Ouid. 3. de Arte, 145.

Iucundus homo alteri, Obsequiosus & obtemperans. Cic. pro Sestio, Qui institutis maiorum neglexerunt, & imperitæ atque concitatæ multitudini iucundi esse voluerunt. Et pro Archia, 4. Erat temporibus illis Q. Metello iucundus Numidico, &c.

Ioci iucundi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 2.

Lumen iucundum cæli. Virg. 6. Aeneid. 73.

Munera iucunda. Catull. de coma Berenicis, epigr. 61. 17.

Iucundus odor, Gratus & delectabilis. Plin. li. 13. cap. 4. 3. Vritur ebenus odore iucundo. Sic Iucundus sapor, apud eundem lib. 10. cap. 60. 2.

Pauperias iucunda. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 5.

Quies iucunda. Propert. lib. 1. eleg. 10. 1.

In rebus iucundis viue beatus. Horat. 2. Serm. saty. 6. 20.

Tempus iucundum agere. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 6.

Viam iucundam efficere alicui. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 10. 7.

Vita iucunda, & Vita grauis, contraria. Horat. Epod. 1. 2.

Vita mihi iucundior. Catull. Argon. 59. 43.

Voluptas iucunda. Lucret. lib. 1. 1.

Iucunditas, pen. corr. Iucunditãtis, (τερπνότης, μειλιχία,) Delectatio. Cic. 1. de Finib. 81, Itaque ne iustitiam quidem recte quis dixerit per seipsam optabilem, sed quia iucunditatis vel plurimum afferat, &c. Idem 2. de Finib. 21, Non dicitur (inquit) lætitia neque gaudium in corpore. In eo autem voluptas, omnium Latini loquentium more ponitur, quã percipitur ea quę sensum aliquem moueat iucunditas. Hãc quoque iucunditatem, si vis transfer in animum: iuuare enim in vtroque dicitur, ex eoque iucundum.

Voces iucunditas, ac claritas. Quintil. in Prooem. lib. 6. 10.

Dare se iucunditati. Cic. 1. Offic. 172, Atque etiam quum relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecundiæ.

Iucunditate perfundi. Cic. 2. de Finib. 10. Vide P E R F V N D O.

Permulcere iucunditate. Quintil. lib. 2. cap. 5. 6.

Iucunditates, Pluraliter. (ἡδεῖαι μίξεις,) Cic. ad Atticum, li. 10. 197. 13, Nihil mihi vnquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quàm quòd meum Tullium suauissime, diligentissimeque coluisti.

Iucundè. Aduerbium. (τερπνῶς,) Suauiter, dulciter. Cic. 1. de Fin. 89, Clamat Epicurus is quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucundè viui, nisi sapienter, honestè, iusteque viuatur. Idem pro Deiotaro, 12, Quum in conuiuio comiter & iucundè fuisses,

Curare corpora iucundè. Lucret. lib. 2. 7.

Iucundè aliquid narrare de aliquo. Cic. de Amicit. 1.

Iucundissimè viuere. Cic. 2. de Finib. 112.

Iucundè olere. Plin. lib. 31. ca. 3. 7. Vnus in toto orbe traditur fons aquæ iucundè olentis in Mesopotamia.

IVDAEA, (ἰουδαία,) Syrię regio, de qua Ptolemæus Cosmographiæ li. 4, sic scribit, Palæstina (inquit) Syriæ, quæ Iudæa Syria appellatur. Plinius lib. 5. cap. 14. Palæstinam, Samariam, Iudæam, & Idumæam seiunctem trans Iordanem. Petream, Arabiæ proximam. Omnia hæc Ptolemæus Palæstinæ subdit, cuius tabulam Asiæ quartã diligẽter inspicito. Dedita Iudæa sacris incerti Dei. Lucan. lib. 2. 118.

Iudæus. (ἰουδαῖος,) Qui ex Iudæa est. Cic pro Flacco, 52, Quum aurum ciis Ierosolymam exportari soleret. Idem de Prouinciis Consul. 8, Iudæi & Syri nationes natæ, seruituti.

Apella Iudęus. Horat. 1. Serm. saty. 5. 20, quòd pellem in parte genitali non habeat Porphir.

Curti Iudæi. Horat. 1. Serm. saty. 9. 14, Curtos dixit propter virilis membri recisam pelliculam. Porphir.

Cultaque Iudæo septima sacra. Ouid. 1. de Arte, 16.

Iudaicus, penult. corr. Adiectiuum. (ἰουδαϊκός,) Idem. Cic. pro Flacco,

Aurum Iudaicum.
Iuuenalis Saty. 14. 11. Iudaicum ius ediscunt.
Superstitio Iudaica. Quintil. lib. 3. cap. 7. 15.
Velis Iudaicis pingitur India. Claud. 1. in Eutrop. 72.

Iudex, Iudicatio, Iudicium, Vide I V D I C O.

Iúdico, iudicas, pe. cor. (κρίνω, δίκας ἀγω, δικαστέω, δικαζω, γνώσκω,) iudicare, Quasi ius dicere, Notæ significationis est.

Breuiter & dilucidè iudicare. Quintil. lib. 4. cap. 1. 23.

Cominus iudicari. Plinius lib. 11. cap. 42. 1. Vide C O M I N V S.

Perperam iudicare, Vide P E R P E R A M.

Incorruptè atque integrè iudicare. Vide I N T E G E R.

Iudicare animo suo. Terent. Adelph. 5. 6. 4.
–hominem maximi Pretii esse hodie te iudicaui animo meo.

Iudicare aliquem hostem. Cice. D. Bruto, lib. 11, 7. 5, Quæ suum Consulem hostem iudicauerunt, seque ad salutem Reipub. defendendam contulerunt.

Iudicare aliquem ex ingenio aliorum. Terent. Eunuch. 1. 2. 118, Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet. Idem Heaut. 5. 1. 7. Ohe, iam desine Deos vxor gratulando obtundere.
Tuam esse inuentam gnatam nisi illos ex tuo ingenio iudicas, Vt nihil credas intelligere, nisi idem dictum est centies.

Iudicare de aliquo. Cic. de Amicit. 8. Sed vt mihi videris, non rectè iudicas de Catone. Brutus ad Ciceronem, li. 11. 10. 2, Tu enim à certo sensu & vero iudicas de nobis. Cic. 7. Verr. 140, Aut Pop. Rom. iudicabit de eo homine, &c.

De meo sensu iudico. Cic. 4. in Catil. 83.

Iudicare de aliquo grauius, sic dictum, vt Grauius statuere. Cæsar, Nihil se propter inscientiam leuitatemque vulgi grauius de ciuitate iudicare. Budæus.

Iudicare quid intersit. Ci. de Amicit. 78, Concio quæ ex imperitissimis cõstat, tamen iudicare solet quid intersit inter popularem, id est inter assentatorem, & leuem ciuem: & constantem, seuerum, & grauem.

Iudicare & perpendere. Ci. de Petitione Consulatus, 16. In iis omnibus generibus, iudicato atque perpendito quantum quisque possit.

Iudicatus sapiens oraculo Apollinis. Ci. de Amicit. 6, Athenis vnũ accepimus, & eum quidem Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum,

Iudicare oculis. Ci. 1. Verr. 9, Nunc vero quum id ita perspicuũ sit, vt oculis iudicare possitis, nescio cur hoc mihi detrimento esse debeat.

¶ Iudicare, Alicuius causam audire, & pro illa sententiam ferre, & datiuo construitur. Plaut. Menæch. 3. 21.
Nam ego ad Menæchmum nunc eo, cui iam diu
Sum iudicatus, vltro eo vt me vinciat. Hoc est cui sum adiudicatus, siue iudicis sententia addictus.

Iudicare perduellionem alicui, pro Aliquem iudicare in causa perduellionis. Liuius 1. Decad. li. 1. 110, Dummuiros qui Horatio perduellionẽ iudicent secundum legem, facio. Paulo pòst, Tum alter ex iis, P. Horati, inquit, tibi perduellionem iudico. Lictor colliga manus.

Iudicare de aliquo. Condemnare. Cic. 5. Ver. 129, Sed hoc miror, quomodo de quo homine preiudiciũ noluerit heri per recuperatores, de hoc ipso non modò preiudicarit, verùm grauissimè, ac vehementissimè iudicarit. Plaut. Rud. 2. 19.

Iudicare, cum genitiuo. Gellius lib. 20. cap. 1, Quantæque pecuniæ iudicatæ essent, prædicabatur. Neratius Iurisconsul. Si ipsius rei quæ petebatur, tutor iudicatus fuerit.

Iudicatus pecuniæ, Multa pecuniaria condemnatus: Liu. 6. ab Vrbe, 61, Centurionem iudicatum pecunię quum duci vidisset, medio foro cum caterua sua accurrit.

Iudicare contra Ci. pro Flacco, 38, Itaque recuperatores contra istum rẽ minimè dubiam prima actione iudicauerunt.

Iudicare aliquid ex æquo & bono. Cic. pro Cecinna, 49.

Iudicare de re aliqua inter aliquos. Cic. 1. de Oratore, 86.

Iudicare dissolutè. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 16. 2, Vestra culpa hęc accidunt Equites Romani dissolutè enim iudicatis.

Iudicauit iudicium inclytum inter deas tres. Cic. 1. de Diuin. 186.

¶ Iudicare, pro Iudices ferre, & iudicium iudicere, siue diem dicere, more Græcorum, qui κρίνειν dicunt, pro Diem dicere. Liu. 6. bel. Pun. 14, Tribuni plebis appellati, quorum collegæ negarunt se in mora esse quominus quod eimore maiorũ permissum esset, ex legibus seu moribus mallet, anquirere: quoad vel capitis, vel pecuniæ iudicasset priuato: tum Sempronius perduellionis se iudicare Cn. Fulnio: dixit diemque comitiis à Caio Calphurnio Prætore vrbis petit. Budæus.

Iudicare sub formula, pro eo quod dicunt Ad rigorem iuris. Senec. de Clem. 1. Clementia liberum arbitrium habet, nec sub formula, sed ex bono & æquo iudicat.

¶ Iudicassit, pro Iudicauerit. Antiquum. Cice. 3. de Legib. 8, Quum magistratus iudicassit, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.

Iudicãtus, pen. prod. Participium. (δικαστός,) Cic. 4. Verr. 82, Atque vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquando de re bus ab illo cognitis iudicatisque, & de iudiciis datis dicere, fesitiam us.

Iudicatum facere, pro Patere iudicato, sine persoluere quod iudex depé dendum esse pronuntiauit: quod Furnire ad sententiam nostrates dicunt. Vlpianus de Feriis, L. Quid si feriatis. Et si aliter aduersus eã iudicium erit: neque iudicatum facere, neve soluere debeat neve quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat. Cice. pro Flacco, 19. Quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Budæus.

Ne iudicatum sit, pro Ne valeat sententia. Vlpianus de Feriis, Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum est ne his diebus iudicium fit, nisi ex voluntate partium. Id est, ne valeat. Budæus.

Res iudicata. Cic. pro Sylla, 47, Status enim Reipublicæ maximè iudicatis rebus continetur.

Homo iudicatus, pro damnato. Liu. lib. 6, Eximendo de nexu ciues vestros, prohibendo iudicatos, addictosque duci.

Iudicatio, Verbale, Cognitio, iudicatus. Græci κρινόμενον, Latinè id de quo agitur. Cic. in Topic. 51. Idé 2. de Inuent. 132. Quæstio in cóiectu rali eadem quæ iudicatio. Quintil. lib. 3. cap. 6. Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuisti. iudicatio est an potuerit. Budæus.

Iudicatio est, quod Græcus κρινόμενον. Quintil. lib. 3. cap. 11. 4, κρινόμενον autem iudicatio.

Iudicatio, pro iudicandi facultate. Quintil. libr. 6. cap. 5, Consilium est ratio quædam arte perita, habensque in se & inuentionem & iudicationem.

Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix. Quintil. li. 2. ca. 17. 15.

Iudicatus, huius iudicatus, pen. prod. (κρίσις,) Iudicatio, iudicandi facultas. Cic. 1. Philip. 14. Quid? isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam ante Pompeia, Aurelia non patebat? Idem ad Atticum, lib. 1. 141. 17, De Corceio & Libone quę scribis, approbo: maxime q; de iudicatu meo responsum sit. Gell. lib. 14. cap. 2, Iuraui mihi non liquere atque ita iudicare illo solutus sum.

Iudicatum, pen. prod. Substantiuum. (τὸ κριτέον.) Est (vt ait Cicero 1. de Inuent. 171.) de quo iam ante sententia alicuius aut aliquorum cõstitutum est. Ibidem, lib. 1. 64, Iudicatum est res allentione, aut authoritate, aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. Idem pro Flacco 30, Praetor meus pro sua æquitate prudentiaque decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret.

Iudicatõ, Aduerbium. (ὀρθῶς,) Gellius lib. 14. cap. 1, An ita seriò iudicatoque pronuntiaret.

Iudex, iudicis, pen. corr. (κριτής, διαγνώστης, δικαστής.) dicitur quasi ius dicens populo: hoc est, iuris & æquitatis minister. Cic. 2. de Orat. 109, Animo Equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur. Idem pro Sex. Roscio, 51, Cassius ille, quem Pop. Romanus verissimum & sapientissimum iudicem putabat, &c. Idem 1. Philip. 15, In iudice enim spectari & fortuna debet & dignitas.

Nemiorem voluerunt maiores nostri non modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. Cic. pro Cluent. 91.

Acumen argutum iudicis. Horat. de Arte, 74.

Morum iudex. Iuue. Satyr. 4. 2.

Callidus, Vide CALLVS.

Candidus. Horat. 1. epist. 4. 1.

Corruptus. Horat. 2. Ser. satyr. 1. 2

Grauis. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 11.

Iniquus. Ouid. 11. Metam. 38.

Manipularis, Vide MANIPVLVS.

Numarius, Vide NVMVS.

Obnoxius gratiæ, Vide OBNOXIVS.

Optimus, Vide BONVS.

Pedaneus, Vide PES.

¶ Capere iudicem, Vide CAPIO.

Citare iudices, Vide CITO.

Cogendi iudices initi, Vide INVITVS.

Constituere iudicem de re aliqua. Cic. pro Domo sua, 17.

Contorquere iudicem ad lætitiam, vide LAETVS.

Dicere ad iudices, Vide AD præpositionem.

Dare iudicem. Cic. 5. Verr. 11, De cõuentu nullum vnquam iudicem nec recuperatorem dedit.

Iratum iudicem facere aduersario, Vide IRA.

Ponere iudicem. Cic. pro Sylla, 37, Te enim existimo tibi statuisse quid faciendum putares, & satis idoneum officii iudicem posuisse.

Præbere se iudicem acrem vitiorum. Cic. 1. Offic. 159.

Sedere iudicem, Iudicare. Cic. pro Rabir. Postu. 6, Accusaui de pecuniis repetundis, iudex lecti, Prætor quæsiui, defendi plurimos.

Sedere iudicem in aliquem, pro Iudicare causam alicuius. Cic. pro Cluẽt. 84, A quibus siqui quæreret sedisseãne iudices in C. Fabritium: sedisse se dicerent. Idem pro Sylla, 98, Vos & reiectione interposita, nihil

nobis suspicantibus repentini in nos iudices consedistis.

Sortiri iudicem. Plin. in Præf. 4, Quamplurimum refert sortiatur aliquis iudicem, an eligat.

Sumere iudicem de re aliqua. Brutus Cic. 6. 4, Flauius noster de cõtrouersia quam habet cum Dyrrachinis hæreditariam, sumpsit te iudicem.

¶ Iudex rerum, pro Aestimatore. Horat. 2. Serm. satyra 7. 21,

–at ipse Subtilis veterum iudex & callidus audis.

Aequus æstimator & iudex rerum. Cic. 3. de Fin. 9. Vide AEQVVS.

¶ Iudex, f. g. Ouid. 2. Metam. 86, –de cespite virgo

Se leuat, & Saluo numen, me iudice, dixit.

Iudicium, iudicii, (κρίσις, διάγνωσις, δικαδικασία, ἐλέγχος,) Legitimam contentionem significat, & disceptationem, quæstionem, siue litẽ. Cognitionem item, notionem, & existimationem sine opinionem. Cic. pro Cecinna, 4, Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt.

Iudicium capitis. Cic. 1. Tuscul. 115, His & talibus rationibus adductus Socrates, nec patronum quæsiuit ad iudicium capitis, nec iudicibus supplex fuit.

Iudicium & arbitrium. Cic. pro Q. Roscio, 5, Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ.

Capitale iudicium. Quintil. lib. 4. cap. 1. 40.

Centumuirale, Vide Centumuir in CENTVM.

Constupratum, Vide CONSTVPRO.

Corraptum. Quintil. lib. 2. cap. 12. 4. Vide CORRVMPO.

Damnatorium, Vide DAMNO.

Inuidiosum, Vide INVIDEO.

Numarium, Vide NVMVS.

¶ Absoluere se iudicio ab aliquo, Vide ABSOLVO.

Accipere iudicium pro Defendere. Cic. pro Quintio, Fatetur enim Sextios Alphenum deiecisse, vadimonium promisisse: iudicium quum acciperet in ea ipsa verba, quæ Nonius edebat, nõ recusasse. Et 6. Verr. 43, Ille tamẽ recuperatores de cohorte Iatronum sibi parari videbat, tamen iudicium accepturum se esse dicebat. Budæus. Vide ACCIPIO.

Accipere iudicium pro aliquo. Cic. pro Quintio, 43.

Adducere in iudicium, Accusare. Cic. de Optimo genere Orat. Hunc igitur Ctesiphonem in iudicium adduxit Aeschines. Idem in Verrem, Possimne rem magis iudicatam afferre? magis damnatum reum in iudicium adducere? Budæus. Vide ADDVCO.

Adesse iudicio & ad iudicium, Vide ADSVM.

Adumbrare iudicium, Vide ADVMBRO.

Iudicium agi dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35. Postero die quo iudicium agebatur.

Arcessere aliquem iudicio, Vide ARCESSO.

Auferre iudicio, Vide AVFERO.

Cadere sub iudicium. Vide CADO.

Calent iudicia, Vide CALEO.

Circumuenire iudicio, Vide CIRCVNVENIO.

Claudere iudicium militibus armatis. Quintil. lib. 4. cap. 2. 18, Aut si Cn. Pompeius, qui propter aliquam gratiam iudicium militibus armatis claserat, tanquam aduersus existimaretur.

Committere iudicium. Ci. pro Sex. Roscio, 7, Iudicium inter sicarios hoc primum committitur.

Maturo iudicio condemnari, Vide MATVRVS.

Conflictare iudicio, Vide CONFLIGO.

Constituere in aliquem capitis iudicium, Vide CONSTITVO.

Deducere rem aliquam in iudicium, Vide DEDVCO.

Deferre iudicium à subsellis in rostra. Id est A iudicibus ad populum. Cic. pro Cluentio, 89.

Differre alicuius rei iudicium. Quintil. lib. 2. cap. 4. 21.

Dare iudicium vt dare actionem. Cic. 4. Verr. 20, Dubiũ nemini est quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate qui iudicia dant, & eorum qui iudicant.

Dare iudicium in aliquem. Cic. 3. Ver. 97. Et pro Flacco, 68. In Lurgonis libertum iudicium ex edicto dedit.

Emendare vrbes iudiciis. Quintil. in Proœm. lib. 1. 9.

Exercere iudicium Prætor dicitur. Cic. pro Cælio, 1, Omnibus negotiis inter missis, vnum hoc iudicium exerceatur. Et ad Q. fratrem, li. 1. 10. 13, Scauri iudicium statim exercebitur.

Exercere iudicia alicuius rei. Quintil. lib. 6. cap. 1. 13.

Facere iudicium. Cic. pro Quintio, 5. Præter iudicium prius de probro quàm de re mafuit fieri Ibidem, 23. At & in prouincia ius dicebatur, & Romæ iudicia fiebant. Saluit. in Ciceronem, 1, Quum legis Plancia de iudicia domi facietabatis. Cic. pro Planc. 30, De ipso denique ambitu, reiectionem fieri voluerit iudicium alternorum.

Facere iudicium de aliquo, siue de re aliqua. Cic. ad Atticum, lib. 7. 14. 3, Mihi venit in mentem multum fore sermonem, me iudicium de causa publica fecisse. Idem Appio, lib. 11. 29. 6, Gratissimum verò iudicium de mea fide, & de constantia fecisti, cum, &c. Sic pro Lege Manil. 30.

Iudicare iudicium inclytum, Vide IVDICO.

Molli

Molici corruptelam iudicii, Vide MOLIOR.

Opprimere iudicio, Vide OPPRIMO.

Iudicio perfundere. Cic. pro Sex. Rosc. 49, Vide PERFVNDO.

Perpetrare iudicium. Tacit. lib. 13, Cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat.

Pronuntiare iudicium. Cic. in Pisonem, 70, Tum tu ipse de te sententiam tulisti, tum iudicium pronuntiauisti.

Reddere iudicium, Author ad Here. 9 quod genus M. Drusus Prætor vrbanus, quod cum hæredemandati ageretur, iudicium reddidit, Sextus Iulius non reddidit. Quintil. lib. 7. cap. 5, Iudicium redditur an reus causa sit mortis.

Reddere iterum iudicium. De re iudicata iterum iudicare. Teren. Phor. 2. 3. 57, At tu qui sapiens es magistratus adi,

Iudicium de eadem causa iterum vt reddant tibi.

Sollicitare iudicium alicuius donis. Ouid. epist. 15. 16.

¶ Acre iudicium, Quintil. lib. 1. cap. 6. 3.

Iudicium acre & certum. Cic. 3. de Oratore. 101.

Cælestia iudicia. Quintil. in Proœm. lib. 4. 2.

Circumspectum iudicium, Vide CIRCVNSPICIO.

Firmus iudicium. Quintil. lib. 1. cap. 8. 4.

Firma, iamque extra periculum posita iudicia. Quintil. lib. 2. cap. 5. 15.

Graue iudicium subire. Claud. in Præfat. de bello Get. 2.

Intelligens iudicium, Vide INTELLIGO.

Libare iudicium. Quintil. lib. 6. cap. 3. 22. Vide LIBER.

Limatum & politum iudicium. Cic. Volumnio, lib. 7. 14. 5.

Nonnullum de suo ingenio iudicium fieri, Vide NONNVLLVS.

Peracre iudicium, vide PERACER.

Subtile iudicium. Horat. 2. epist. 1. 49.

Syncerum & subtile iudicium. Cic. Catoni lib. 15. 6. 4.

Varia fuit iudicia vt in Græcis. Cic. in Oratore, 20.

¶ Adhibere iudicium, Vide ADHIBEO.

Adipisci iudicium, Vide ADIPISCOR.

Falli iudicio. Quintil. lib. 2. cap. 4. 10, Ita & ingenio gaudebant, & iudicio non fallebantur.

Flectere iudicium suum. Brutus ad Ciceronem, 16. 19, Si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta fu mitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio, Vide FLECTO.

Habere iudicia populi. Cicero 1. Philip. 26, Et populi quidem Romani iudicia multa ambo habetis.

Habere iudicium de aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 14. 310. 1, Si bonitas tua responderit iudicio meo quod semper habui de te, gaudebo. Eidem li. 15. 321. 2, Et quod iudicium habet de optimo genere dicendi in oratione, ita consecutus est.

Habere iudicium de, Alter. Cic. pro Plancio, 76, Tum hercule me confiteor non iudicium aliquod habuisse de Reip. vtilitate. Id est, nihil respexisse Remp.

Interponere iudicium. Cice. ad Atticum, libr. 8. 147. 14, Scripsique sedatiore animo, nullum meum iudicium interponens sed exquirens tuum.

Interponere alicui rei suum iudicium. Quintil. lib. 1. cap. 7. 15, Iudicium autem suum grammaticus interponat his omnibus.

Permittere omnia iudicio alterius, Vide PERMITTO.

Aeri iudicio perpendere aliquid. Lucret. lib. 2. 209.

Præbere iudicia alicuius rei. Quintil. lib. 1. cap. 2. 16, Huius rei iudicia præbebantur.

Stare sui iudicio. Cic. 3. Offic. 149, Non enim suo iudicio stetit, sed suscepit causam vt esset iudicium Senatus.

Sobrie iudicium grauè. Cic. 1. de Oratore, 62.

Opinio populi & iudicium intelligentium. Cic. de Clar. Orat. 99, Qui vulgi opinione differtissimi habiti sint, eosdem intelligentium quoque iudicio fuisse probatissimos.

Emereri hominum iudicium. Quintil. in Proœm. lib. 4. 1, Nouæ insuper mihi diligentiæ causa, quale iudicium hominum emereer, accessit.

Meo iudicio. Cic. de Clar. Orat. 16, Intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est postea consecutus. Id est opinione mea, siue quantum iudicare possum, & vt sentio.

Meum iudicium fuit, Ita existimaui. Cicero 1. Tuscul. 2, Sed meum semper iudicium fuit, omnia nostros aut inuenisse per se sapientius quàm Græcos, aut accepta ab illis fecisse meliora. Plaut. Curcul. 15. 37, Hoc iudicium meum est.

Iudiciãlis, & hoc iudiciãle, penult. prod. (κριτικός, δικανικός,) Quod ad iudicium pertinet.

Iudiciale genus dicendi. Cic. 1. de Inuent. 11, Iudiciale est quod positũ in iudicio habet in se accusationem & defensionem, aut petitionem & recusationem. Idem ad Atticum, lib. 2. 16. 5. Quintil. lib. 2. cap. 1. 8.

Iudiciales causæ. Cic. 2. de Diuinat. 22.

Iudiciales suppressiones. Cic. pro Cluentio, 53.

Iudicialis molestia. Cic. ad Atticum, lib. 13. 26. 4. 3.

Iudiciarius, Adicet. (δικαστικός,) Idem: Quod ad iudicem, siue iudicium pertinet.

Iudiciariæ controuersiæ. Cic. 3. Verr. 3, Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur.

Lex iudiciaria. Cice. in Pisonem, 74. Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac Iudices tuus habiturus? Quintil. lib. 4. cap. 5. 15.

Res iudiciaria. Cic. 4. Verr. 11.

Iudiciarius quæstus. Cic. pro Cluentio, 57, Hic ille planus improbissimus quęstus iudiciario passus, &c.

IVERNIA. (ἰουερνία,) Plinio Iuerna, nunc Islandia dicitur eis vulgò Ireland. Anglorum regi paret. Ptolemæus lib. 3. cap. 2.

Iugalis, Iugamentum, Iugatus, Vide IVGVM.

Iugerum, ligeri, pen. corr. (πλέθρον, πλεθρικόν,) vel iugeris, à nomi natiuo iuger, datiuo iugero, accusatiuo & vocatiuo iugerum, ablatiuo iugero & iugere. Et pluraliter, nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo iugera, genitiuo iugerum, datiuo & ablatiuo iugeris vel iugeribus.

Iugerum vocabatur (inquit Plinius lib. 18. cap. 3. 1.) quod vno iugo boũ in die exarari posset. Columella lib. 5. cap. 1, dicit Gallos semiiugerũ, arepennum vocare. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 10, In Hispania vltrerio re metiuntur iugis: in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris, iugum vocant, quòd iuncti boues vno die exarare possint. Versum dicunt, centum pedes quoquouersum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos actus habeat. Tibullus lib. 2. eleg. 3. 10, Vt multo iuuenum iugere pascat ouem. Iuuenal. Saty. 9. 6. Quantũ erat exhausti lumbos donare clientis Iugeribus paucis. Cæs. 1. bel. Ciu. 66, Militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur quadraginta in singulos iugera. Cic. ad Att. li. 2. 31. 2.

Iugerum dictum est ab eo quòd erat iunctum. Colum. lib. 5. cap. 1. 6. Hoc duplicatum facit iugerum: & ab eo quòd erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit. De actu quadrato loquitur.

Arat falerni mille fundi iugera. Horat. Epod. 4. 3.

Ieiuna soli iugera. Sene. Herc. Oeth. 1. 7.

Iugeritim, penult. prod. Aduerb. (κατὰ πλέθρα,) Per singula iugera. Colum. libr. 3. cap. 3. 4, Vt primæ vineæ centenas amphoras iugeratim præberent.

Iugis, Vide IVGVM.

Iuglans, iuglandis, f. g. (κάρυον βασιλικὸν διὸς, βάλανος,) Nonnulli à iuuando, & glande appellatam putant. Alii quasi Iouis glandem existimant vocatam: quòd hęc arbor nuces habeat suauiori sapore, quàm glandes. Vide Plinium li. 15. ca. 22, & lib. 16. cap. 29. Itẽ lib. 23. cap. 8. Cic. 5. Tusc. 85, Instituitque vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum aduerent.

Iugo, iugas, Vide IVGVM.

Iúgula, pen. corr. Stella Orion, quòd amplior sit cæteris, quasi nux iuglandis, inquit Festus. Plaut. Amph. Neque Iugulæ, neque Vesperugo, neque virgilię occidunt.

Iugulus, & iugulum, iúguli, pen. corr. (δέρη, αὐχήν,) dicitur anterior pars colli, vnde vox halitusque procedit: à iungo, quod per eam pectori caput iungatur. Et duplicem esse constat. Quintil. Declamat. 9, Iam præbendus erat iugulus, & fundẽda vita cum sanguine. Apuleius, Per iugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit. Coru. Celsus, lib. 8, A dextro iugulo si id fractum est, ad alam sinistram à sinistro, ad dextram. Cic. de Fato, 16, Quòd iugula cõcauta non haberet.

Ensem accipit iugulo. Virg. 10. Aeneid. 179.

Senilem iugulum confodiam. Lucan. lib. 3. 148.

Aperto iugulo cruentant tecta. Ouid. epist. 8. 11.

Demittere cruorem iugulis. Virg. 4. Georg. 108.

Dare iugulum cultris. Ouid. in Ibin, 11

Dare iugulum, & petere iugulum. Cice. pro Milone, 13, Quod si ita putasset, certè optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio non semel ab illo, neque tum primum petitum, quàm iugulari à vobis, quia se illi non iugulandum tradidisset.

Iugulum ferire dixerunt veteres, pro Interficere.

Iugulis intenta tela. pro Imminenti mortis periculo. Cic. in Pisonem, 5, Ego tela extremo mense Consulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum nefariis manibus extorsi.

Ostentare iugulum pro capite alicuius, Velle se obiicere periculo capitis pro vita alterius. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 7, Me verò teste producto, credo te ex acclamatione Clodii aduocatorũ audisse quæ consurrectio iudicum facta sit, vt me etiam circunstetérint, vt apertè iugula sua pro meo capitè P. Clodio ostentarint.

Iugulum petere, in agendis causis tunc dicitur orator, quando quod est potentissimum, id inuadit, ac premit validissimè aduersarium, videturque illum iugulare argumentis, perinde ac vibratis telis. Quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

til.lib.8.cap.6,Nam illa agendis causis iam detrita, pedē conferre, & iugulum petere.& sanguinem mittere,inde sunt,nec offendit tamen.

Resoluere iugulum ferro.Ouid.6.Metam.129.

Resoluere iugulum mucrone.Ouid.1.Metam.46.

Iugulo,iugulas,pen.corr.(σφάζω,σφάττω,)iugulare,Inferre mortē,& vel iuti abscisso iugulo vita priuare.Liu.4 bel.Pun.120,Inter hæc abstractam penetralibus iugulant,Cice. pro Quintio,29, Iugulare ciuem ne ipse quidem quisquam bonus vult.

Medio iugulaberis ense.Ouid.12.Metam.97.

Homines iugulare.Horat.1.epist.2.7.

Iugulant pecudes.Virg.12.Aeneid.43.

Iugulatus ab Achille Ouid.12.Metam.17.

Iugulare hominem suis verbis,Hoc est conuincere. Terent. Eunu.3.1.27,Pulchrè me hercle dictum,& sapienter.papæ.

Iugulas hominē,quid ille? Sic apud Ciceronem,7.Ver.130,Omitto ac negligo cætera, sua confessione induatur ac iuguletur necesse est.

Rursum in eundem, His re literis homo audacissime atque amentissime iugulatum sentis?Id est conuictum prorsus.

Iugulare hominem suo sibi gladio.Terent.Adelphis,5.8.36.

Nunc tu mihi es germanus pariter
Corpore & animo.M.gaudeo.O suo sibi hunc iugulo

Gladio.Suo gladio,suoque telo iugulari, dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur:aut qui suopte inuento,dolore capitur.denique inquem,quocunque modo,seu dictum seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit. Erasmus. Vide GLADIVS.

Iugulare aliquem gladio plumbeo,Hoc est,futili leuisque argumento quēpiam conuincere.Cic.ad Atticum,lib.1.11.4.

Iugulare,etiam de morbo & aquis dicitur.Celsus lib.3.Quartana neminem iugulat.Martial.lib.4.18.

Quid non sæua sibi voluit fortuna licere?
Aut vbi mors non est,si iugularis aquæ?

Iugulare,ad inanimata transfertur.Martialis libro 1.102,Scelus est iugulare falernum.

Iugulatio,Verbal:(ἀπόσφαξις,)Hirtius 6.bel.Hispaniensis,62,Iugulatione oppidanorum facta.

Iugum,iugi,(ὄρος,κελεύθος,)Dictum est quòd iungatur, & in arcum arcetur.Est autem proprè montis cacumen. Virgil.eclog.5.15,Dum iuga montis aper,fluuios dum pisces amabit.Cesar 7.bel.Gal.265,Tandem Germani ab dextro latere summum iugum nacti,hostes loco depellunt.Sic lib.6.145.

Acclium iugum.Ouid.1.Fast.31.Vide ACCLIVVS.

Aquosa iuga.Stat.4.Sylu.6.11.

Ardua iuga surgit alta rupes.Sene.1.Thebaid.14.

Asperum iugum,Vide ASPER.

Continentia iuga,Vide CONTINEO.

Frondosa iuga,Ouid.1.de Remed.amor.41.

Immensis iugis tumet Ida.Ouid.epist.5.28.

Saxosum iugum.Ouid.10 libro,58.

Spinosi terga iugi.Propert.lib.4.eleg.4.10.

Circumuiisus iugo,Vide CIRCVMMITTO.

Iugum,(ζεῦγος,) Ligneum instrumentum quo iunguntur boues, & adiuuicem arctantur. Plinius libr.3. cap.15.1, Nec nisi boum iugis extractus.

Adamantina iuga, Vide ADAMAS.

Curtum temone iugum.Iuue.Saty.10.14.

Curta iuga.Ouid.1.de Arte,64.

Demere iuga fatigatis bobus.Horat.3.Carm.ode 6.9.

Detrectans iuga bos.Virg.1.Georg 11.

Ferunt iuga tauri,Ouid epist.6.10.

Incidit ceruicibus iugum.Vide INCIDO.

Bos nullum passa iugum.Ouid.3.Metam.3.

Resoluere iugum.Catul.de Berecynth.58.16,Vbi iuncta iuga resoluens Cybelea leonibus.

Tauris iuga soluet arator.Virg.eclog 4.9.

Iugo subdere.Plin.lib.8.cap.16.14,de leonibus, Iugo subdidit eos, primusque Romæ ad currum iunxit M.Antonius.

Iugum subire.Plinius li.10.ca.45.1,Leones iugum subeant. Idem li.8.ca.16.14,Generosos spiritus iugum subiret prodigio significante.

Debile iugum sustinere. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.14.

Vitare onus iugi.Catul.de Berecynthia,58.7,Veluti iuuenca vitans onus indomita iugi.

¶ Iugum,pro pari boum.Cic.5.Ver.11,Quid qui in singulis iugis arant, qui ab operè ipsi non recedunt,&c.

Iugum aquilarum.Plin.lib.10.ca.4.1,Ex eo notatum non ferè legionis vnquam hybernasse castra vbi aquilarum non sit iugum. Quæritur sitne aquilarum iugū id quod Plinius dicit capite præcedenti,par aquilarū. Et alioqui,inquit,vnum par aquilarum,magno ad populandum tracta vt fieretur indiget.Budæo videtur pro pari accipiendum.

¶ Iugum hominum impiorum,per translationem,id est par.Cic.11.Philippp.191, de Antonio & Dolabella, Quasi verò non vnum idemque bellum sit contra hoc iugum impiorum nefarium.

Pari iugo tulit,Id est pari labore & concordia.Plin.epist.9.lib.3, Quum vterque pari iugo non pro se,sed pro causa niteretur.

Iugum accipere, hoc est onus, laborem, & prouinciam,imperium ac dominium subire.Liu.Decad.4.lib.7.143, Concesso verò in Asiam transito,& non solùm fræuis, sed etiam iugo accepto: quæ disceptatio ex æquo, quum imperium patiendum sit,relicta est?

Abire sub iugum,Vide ABEO.

Acceptare iugum,Silius lib.7.9,Vide Accepto In ACCIPIO.

Accipere iugum.Tacit.lib.12,Vibesque Armeniorum Artaxata, & Tigrano certa iugum accepere, Vide ACCIPIO.

Adactus iugo Rhenus,Vide ADIGO.

Ciuitatis iugum deuecre à ceruicibus.Ci.1.Phili.4,Patriæ liberatores vrbe carebant ea,cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant.

Turpi iugo eripere colla.Horat.2.Serm.saty.7.19.

Exuere iugum. Tacit.lib.20,Quid si Galliæ iugum exuant?

Seruitii iugum ferre.Stat.3.Sylu.4.7.

Imponere iugum alicui.Ouid.epist.9.2.

Herili iugo laxatus famulus.Claud.7.Pameg.133.

Animum iugo premit turpis Cupido.Sene.Agamemn.5.6.

Famulare collo nobili subeat iugum.Sence.Troade,8.5.

Læuro subtrahe colla iugo.Ouid.1.de Remed.amor.18.

¶ Iugum,Sub quo ignominiæ gratia victi hostes mittebantur. Nam fixis in terram duabus hastis,super eas ligabatur tertia,& tunc victi hostes discingebantur, & sub illa transire cogebantur Inermes. Hæc Festo.Inde subiugare pro debellare,ac subiicere.Cice.Antè quàm in exilium,1,Si omnibus graue seruitutis iugum esse debet in liberis educatis.Liu.3.ab Vrbe,122, Sed vt exprimatur tandem conditio, subactam domitamque esse gentem,sub iugum abiturosTribus hastis iugum fit,humi fixis duabus, superque eas transuersa vna deligata. Sub hoc iugo Dictator Aequos misit. Castris hostium receptis plusquam omnium rerum (nudos enim emiserat) prædam omnem suo ranum militi dedit Cic.3.Offic.147, At verò Tit.Veturius & Sp.Postumius quum iterum Consules essent,quia male pugnatum apud Caudam esset,legionibus nostris sub iugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant,dediti sunt his.

Mittere sub iugum,Vide MITTO.

¶ Iugum in vinea dicitur, quum duabus aut pluribus perticis fixis, alte super eas alligantur, in quibus vites coniungantur, & quasi iugum in summitatem quandam faciunt.A quo vites ipsæ,seu vineæ,iugatæ dicuntur.Quòd si hastilibus in terra defixis,singulæ transuersæ perticæ in vnam tantum partem ordinis innectantur,vniuique vineæ dicuntur & genus ipsum iugi, canterium rustici vocant.Plinius, Salices quæ iunguntur in proceritatem magnam emittunt iugis vineatum perticas. Idem lib.7.cap.21,11,Simplici iugo constat porrecto ordine canterium appellant.Columella lib.12.cap.15,1,Deinde in hunc vsum canna iugum perponuntur,ita vt duobus pedibus absint à terra,ne humorem quem fere nostibus remittit humus, trahere possint. Varro 1.de Re rust. cap.8.1, Quarum nomina duo, pedamenta & iuga, quibus stat vitis vinea,dicuntur pedamenta;quæ transuersa iunguntur iuga:ab eo quoque vineæ iugatæ.

¶ Iugum vocant(inquit Varro 1.de Re rust.cap.10.1.)quod iuncti boues vno die exarare possunt.

Arare in singulis iugis,Vide ARO.

¶ Iugum,Lignum quo textores telam conuoluunt.Ouid.lib.6.Metamorph.11,Tela iugo est iuncta.

¶ Iugum,(ζυγὸν,)pro Libra sidere cælesti.Cic.2.de Diuinat.247,Quod idem Tarutius Firmanus familiaris noster, si primis Chaldaicis rationibus eruditus,vrbis etiam nostræ natalem diem reperebat ab ipsis Parilibus,quibus eam à Romulo conditam accepimus: Romamque in hoc quum esset Luna,notam esse dicebat.Quem locum velut exponens Suetonius,sic ait cap.7,Romulus auspicato fundamenta murorum iecit,die septimo natus annos,vndecimo Calendas Maias,hora post secundam ante tertiam,sicut Lucius Tarutius prodidit mathematicorum nobilissimus,Ioue in Piscibus,Saturno,Venere,Marte,Mercurio in Scorpione,Sole in Tauro,Luna in Libra constitutis.

¶ Iuga tabellæ nauium,in quibus sedent remiges,quæ trastra vocantur. Virg.6.Aen.83,Inde alias animas quę per iuga longa sedebant
Deturbat,laxatque foros.

Iugosus,pen.prod.Iugis abundans.Ouid.epist.4.17.

Tu modò duritiem sylus depone iugosus:
Non sum materia digna perire tua.Idem 1.Amor eleg.1.3.

Quis probet in sylus Cererem regnare iugosis?

Lege phaetratæ virginis arua colit?

Iugo,iugas,(ζυγόω,)iugare,Coniungere, quasi ad vnum iugum alligare. Cic.lib.1.Tusc.Hoc quidem commune est virtutum omnes enim inter se nexæ & iugatæ sunt. Colu.lib.12.cap.39.1, Inter quaternos pedes figere,& perticis iugare.Sic lib.4.cap.17.1.

Iugare aliquam alicui.Virg.1.Aeneid.70.

Puellæ iugare iuuenem.Catul.Argonaut.59.5,Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.

Fœminæ iugandæ.Horat.in Carm.seculari,4.

Corda face iugandæ.Stat.1.Sylu.2.37.

Iugatæ virtutes.Cic.3.Tusc.30.

Iugari vineæ dicuntur,quæ in iugum constituuntur.Colum.Sequitur iam adminiculandæ iugandæque vineæ cura.Idem lib.5.cap.5.9.Et Varro 1.de Re rust.cap.8.1.

Iugarius,(ζευγηλάτης,)Id est bubulcus& auriga boum siue arator,qui iuga ducit & regit.Colum.lib.1.cap.6.4,Lata bubilia esse oportebit,pedes decem,vel minimùm nouem: quæ mensura & ad procumbendum pecori,& iugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat.

Iugatorius,(ζυγιός,)Adiectiuum:vt Iugatorius bos qui iugo subditur. Varro 2.de Re rust.cap.5.8,Boni enim generis in Italia,plerique Galli ad opus,contra iugatoris Lygustici,&c.

Iugamentum,iugamenti,(ζύγωμα,)Catoni tam ex materia est, quàm ex structura,cap.17,Iugamenta,& antepagmenta quæ opus erunt,ex lapide indito.De redemptore loquens.

Iugalis,& hoc iugale,pe.prod.(γαμικὸς,)vt Iugale vinculum, pro copula matrimonii.Virgil.4.Aeneid.12,

–cui vincla iugalia curæ.Idem 4.Aene.4,Sicui me vinclo vellem sociare iugali,Sic Mart.lib.10.38.

Iura iugalia.Ouid.7.Metam.145.Hoc est coniugalia.

Lectus iugalis.Virg.4.Aeneid.100.

Sacra iugalia.Ouid.7.Metam.142.

Teda iugali accepta mulier.Ouid.epist.4.28.

Tori iugales.Stat.3.Sylu.5.14.

¶ Iugales,pro Equis.Virg.7.Aeneid.56.

Absenti Aeneæ currum,geminosque iugales.

Socii iugales.Silius lib.16.81.

Emeritos vertunt ad pascua nota iugales.Claud.2.de Rapt. Proserp.64.

Iuges,(ὁμόζυγες,)eiusdem iugi pares,vnde & coniuges & sciuges.Festus.

Iugis,& hoc iuge,(ἀδιάλειπτος,)Assiduus,continuus,quasi semper iugo affixus.Plin.Pieu.3.81,Istoccine pacto me adiutas? do id quod mihi est. Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo.

Iugis puteus,iugis aqua.Cic.1.de Diuin.183, Qui quum vidisset exhaustam aquam de iugi puteo, terræmotus dixit instare. Idem 2.de Nat. deorum,37,Atque etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahi. Sic 2.de Diuin.40,Etiamne futurum esse,aquæ iugis colore præsentiunt?

Fons iugis aquæ.Horat.2.Serm.saty.6.1.

Puteiperennes iugis aquæ.Horat.1.epist.15.4.

Iugē auspicium,Vide AVSPICIVM.

Iugiter,pen.corr.(ἀδιαλείπτως,)Assiduè.Continuè.Plaut. Milit.10.63, Venerem,amorem,amentiatemque accubans exerceo,
Et quidem ædepol omnes mores ad venustatem iugiter.

IVGVRTHA,(ἰουγόρθας,)rex Nomidarum callidus,bellicosus & perfidus,victus tandem à Mario Consule Romano,& Romæ in carcere necatus.Lege Salustium.

Traximus immanē Martis sub vincla Iugurthā.Claud.de bello Gild.19.

Triumphatus Iugurtha.Lucan lib.2.18.

Iugurthinus,pen.prod. Adiectiuum. Vnde est illud in Salustium apud Quintilianum lib.8.cap.3,
Et verba antiqui multum furate Catonis
Crispe,Iugurthinæ conditor historiæ.

Iulis,dictio trisyllaba,pen.prod.huius iúlidis,f.g.Piscis genus,Plinio, lib.32.cap.9.2, Optimum è scorpionibus & iulide,& saxatilibus,nec virus refipientibus.

IVLIOBONA,pen.corr.(ἰουλιόβωνα,)Galliæ Celticæ vrbs,Ptolemæo libro 2.cap.8.Vulgò Honfleur.

IVLIOBRIGA,pen.corr.(ἰουλιόβριγα,)Ptolemæo lib.2.cap.6.Hispaniæ Vrbs.Vulgo Logronio.

IVLIOMAGVS,pen.corr.(ἰουλιόμαγος,)Andium ciuitas in Gallia, Ptolemæo authore libro 2.cap.8.Vulgo Angiers.

IVLIVM Catnicum,(ἰούλιον κελτικὸν,) Ptolemæo lib.2. cap.14, Vrbs inter Italiam & Noricum.Hodie Golitia,ditionis Austriæ.

IVLIVS,(ἰούλιος,)dictus est Cæsar,vt quidam tradunt, quòd hoc mense ad quartum Idus Quintiles creatus sit Dictator, seu quòd eo mense natus dicatur.Sed illud quàm alienum sit à veritate, vel hinc constat, quòd in Iulii Cæsaris iam vita defuncti honorem, mensi Iulio nomen est inditum. Id quod abundè testatur Macrobius 1.Saturnal.cap.12, his verbis,Sequitur Iulius;qui quum secundum Romuli ordinationem Martio anni tenente principium,Quintilis à numero vocaretur:mihi retinuit nomen:quòd nō videretur id quintus esse,sed septimus. Sed postea in honorē Iulii Cæsaris dictatoris,legē ferente M. Antonio Marci filio Consule,Iulius appellatus est:quòd hoc mense ad quartum Idus Quintilis Iulius procreatus sit. Hactenus Macrobius. Habet autē Iuliorū familia nomē ab Ascanio Iulo Aeneę filio,vt canit Virg.1.Aen.58,

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano,famam qui terminet astris,
Iulius,à magno demissum nomen Iulo. Hinc.

Iuliānus, penult.prod. Adiectiuum.(ἰουλιανὸς,) vnde Iuliani milites,apud Suetonium dicti sunt Cesariani.Et Iuliani anni,quos idem ordinauit.Similiter Iuliana vectigalia,apud Ciceronem 13.Philipp. Est & Iulianus nomen proprium.

Iulius,Adiectiuum,(ἰούλιος,)vt

Sidus Iulium. Horat.1.Carm.ode 12.10. Id est Stella Cæsaris, vt ait Porphyrio.

Domus Iulia.Ouid.4.Fast.8.

Iulēus.pen.prod.(ἰούλιος,)Adiectiuum quadrisyllabum.Ouid.6. Fast. non procul à fine, Tempus Iuleus cras est natale Calendis. Hoc est mensis Iulii.

Iuleę voces quæ sunt apud Lactantium in Phœnice, vide Ianum Parrhasium in Claudianum de raptu Proserp.& Cælium lib.5.cap.11.Vterque interpretatur suaues & dulces.

IVLVS.pen.prod.(ἴουλος,)filius Aeneæ,alio nomine Ascanius. Vir.1. Aeneid.55,At puer Ascanius,cui nunc cognomen Iulo,Quem locum exponens Seruius,tradit Ascanium & Mezentium singulari certamine dimicasse, & occiso Mezentio Ascanium Iulum cœptum vocari à prima barbæ lanugine,quæ eo tempore victoriæ nascebatur.

Dardanius Iulus. Ouid.15.Metam.154.

Formosus Iulus.Ouid.epist.7.16.

Pulcher Iulus.Virgil.7.Aeneid.22.

Iūlus,pen.prod.(ἴουλος,)Lanugo pomorum & arborum.Pli.lib.16.cap. 29.1,Ferunt & auellanę iulos compactili callo ad nihil vriles.Sunt autem iuli non flores proprè sed antecedunt,vt in fico grossuli.

Iumentum,iumenti,(ὑποζύγιον,κτῆνος,φορτοφόρον,)à iuuādo.Cuius appellatione cōtinētur animalia quæ vel farcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt, vt equi, muli, asini, cameli,boues.Colu.in præf.lib.6.3, Nec tamen vlla regio est in qua modo frumentā gignantur,quæ non vt hominum,ita armentorum ad iumento iuuetur:vnde etiā iumēta nomen à re traxēre,quòd nostrū laborem vel onera subuectando,vel arando iuuarent.Pli.lib.8. cap.18, de camelis,Omnes autem iumentorum in iis terris dorso funguntur. Colu.ferè iumenti nomine intelligit equos, non autem boues vt lib.1. cap.6,Non altius edita esse præsepia cōuenit, quàm vt bos aut iumentum sine incommodo stans vesci possit.Idem lib.6.cap.19.Machina fabricanda,qua clausa iumenta,bouesque curentur.

Iumentorum appellatione boues non continentur,sed pecoris,inquit Vlpianus in L. Aediles.aiunt de Aedil.edictio.

¶ Iumentum,Quicquid nos iuuat. Liu.4.ab Vrbe,176, Eò missa plaustra iumentaque alia ab Vrbe,exercitum affectū prælio ac via nocturna excepere. Fortasse hìc etiam pro equis accipitur.

Iumentarius,Adiectiuum.vt Molæ iumentariæ.Iabolenus in L. Dolia.ff. De inst.vel instrumen. Molas manuarias quidem supellectilis,iumentarias autem instrumenti esse.

Iuncus,iunci,m.g.(ἰοῦνκος,)à iugendo dicitur: quòd vsus eius ad iuncturas vtilis est. Plinius lib.21.cap.18, varia iuncorum refert genera.

Fiscella leui detexta est vimine iunci.Tibull.lib.2.eleg.3.4.

Lucus densus iuncis. Ouid.6.Fast.83.

Bibulus iuncus, Vide BIBO.

Leuis iuncus. Propert.lib.4.eleg.2.9.

Limosus iuncus. Virg.eclog.1.10.

Molli iunco detexere aliquid.Virg.2.eclog.15.

Palustres iunci. Ouid.8.Metam.68.

Iúncinus,pen.corr.Adiectiuū.(ἰουνικὸς,)Plin.lib.15.cap.7.6,Sic & Rhodinum è rosis,Iuncinum è iunco.

Iunceus,Aliud adiectiuum,(ἰουνινὸς,)Quod ex iunco factū est:vt Iuncea cratis,Pli.li.21.ca.14.6.Et apud Colum.lib.12.ca.6.1, Iuncea sporta. Vincla iuncea.Ouid.4.Fast.175.

¶ Iuncea virgo,per translationem, Tenuis & flexilis. Terent. Eunuc 1.3.14. –deducunt cibum,
Tametsi bona est natura,reddunt curatura iunceas. Donatus.

Iúncidus,pen.corr. Adiectiuum,Tenuis, Exilis, qualis est iuncus. Varro de Re rust.lib.1.cap.31.2,Ideo in vitiario primitus quum vitis, tota resecari solet,vt firmiore sarmento è terra exeat: atque in pariendis collibus,vires habeat. maiores. Iuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile,neque ex se potest elicere vitem,&c.

Iuncōsus,pen.prod.Adiectiuum,(ἰουνώδης,) Iuncis plenum.Plin.lib.16. cap.6.13,Iuncosus ager verti pala debet.

Litora iuncosa.Ouid.7.Metam.47.

Iuncētum,iuncēti,pen.prod.(ἰουνῶν,)Locus iuncis consitus. Varro 1.de Re rust.cap.8.1,Primum genus quod dixi,maximè quærit falicta,secundum arundineta, tertium iuncetā.

Iungo,iungis,iunxi,iunctum,(ζεύγνυω,ζεύγνυμι,) iungere,Copulare,quasi in vnum agere.Datino sæpissime iungitur. Plin. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

11.cap.37.49,Ceruix articulorum nodis iungitur.

Iungere cum.Cic.2.de Diuin.121, Religio quæ est iuncta cum cognitione naturæ. Sic 1.Tusc.11, Prudentiam cum eloquentia iungere.
Idem,Si verba extrema cum consequentibus primis iungetis.

Iungere cum aliquo alium arctissimo vinculo. Plin. epist.243, Rosianum Geminũ domine arctissimo vinculo mecũ tua in me beneficia iuxerũt.

Iungere & copulare inter.Cic.1.de Orat.112, An hæc inter se iungi, copularique possint.

Iuncta charitas inter paucos. Cic.de Amicitia,18. Ita contracta res est,& adducta in angustum,vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur.

Orbiculatim iungere,Vide ORBIS,

Affinitates iungere cum aliquo,hoc est, Affinitate cum eo coniungi.Liu. 1.ab Vrbe,4,Duplex exinde fama est:alii prælio victum Latinum, pacem cum Aenea,deinde affinitatem iunxisse tradunt.

Amores iungere,Tibull.lib.1.eleg.1.14.

Arma alicui iungere.Liui.1.ab Vrbe,7, Haud grauatim socia arma Rutulis iunxit. Silius lib.4.10.

Connubio iungam stabili.Virg.4.Aeneid.25. Ibidem,1.16.

Dextram iungere dextræ.Virg.1.Aeneid.82.

Equos iungere curru,Virg.1.Aeneid.163.

Equum iungere equo alterius.Cæsar 8.bel.Gall.169.

Fœdera iungere.Lio.7.ab Vrbe,134,Neque enim fœdere Samnitium,ne qua noua iungeretis fœdera,cautum est.

Fœdere alicui regi iungi.Liu.6.bel.Pun.126.

Gradus iungere.Silius lib.4.75.

Iter iungere.Martial.lib.2.6,
Et quum currere debeas Bouillas,

Iter iungere quæris ad Camœnas. Alii legunt interiungere.
Vide INTERIVNGO.

Iungi lateri eius piam. Ouid.2.Metam.90,
Vix oculos attollit humo:nec, vt antè solebat,
Iuncta deæ lateri,nec toto est agmine prima.

Ad currum iungere leones,Vide AD præpositionem.

Manus iungere & fœdus concipere.Stat.2.Achill.46.

Osculà iungere.Ouid.2.Metam.72.

Preces humiles iungere.Ouid.2.de Arte,51.

Iungere rhedam equis Cicc. Attico, lib.6.112.5, Et iungere equos ad currum,Sueton.in Cæsare.

Iungere se viro.Virg.4.Aeneid.39.

Iungere se ad aliquid.Cic.pro.Rosc.Amer.81, Quo in certamine perditi ciuis erat,non se ad eos iungere,quibus incolumibus & domi dignitas, & foris authoritas retineretur.

Societate gentibus iungi.Liu.6.bel.Pun.152.

Societatem alicui iungere.Liu.4.bel.Pun.25,Per hos iuncta societas Annibali ac Syracusano tyranno.

Tauros iungere.Virg.8.Aeneid.64.
Queis neque mos,neque cultus erat nec iungere tauros,
Aut componere opes norant,aut parcere parto.

Tedas iungere.Stat.3.Sylu.4.11.

Taurus iunxit te mihi Ouid.1.Metam.71.

Verba iungere.Mart.lib.8.54.
Tantos & tantas si dicere Sextilianum
Aule vetes,iunget vix tria verba miser.

Verba iungere,pro Componere.Cic.in Topic.18. Quintil.lib.9.cap.4, Multum interest verba eadem qua compositione vel in exitu iungantur,vel sine claudantur.Rursum Cicero in Oratore,90.

Iunctus,(ἐζευγμένος,)Participium,siue Nomen ex participio,vt Iunctus illi cognatione.Liu.5.bel.Pun.81.

Vetusta amicitia puer puero iunctus.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.3.

Amore iunctus alicui.Ouid.1.de Ponto,eleg.8.7.

Fœdere aliquo iuncti.Ouid.1.Trist.eleg.7.6.

Amor legitimo fœdere iunctus.Ouid.2.Trist.107.

T.Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat perfamiliari hospitio iunctus.Liu.5.bel.Pun.99.

Iuncta matrimonio puella.Liu.10.bel.Pun.62.

Iunctum ex horum partibus.Cic.2.de Inuent.238

Ex me & ex te iunctus M.Pomponius.Cic.ad Attic.lib.4.84.1.

Iunctus à sanguine materno.Ouid.2.Metam.72, Qui tibi materno quantus à sanguine iunctus.

Ab vsu modico tibi iunctus. Ouid.2.de Ponto, eleg.5.2.

Amici iuncti.Horat.1,Serm.saty.3.11.

Ars iuncta cum viribus.Ouid.8.Metam.6.

Post autem causa fuit propior,& cum exitu iunctior.Cic.de Fato,54.

In amore iunctæ columbæ.Propert.lib.2.eleg.10.6.

Iuncta inuidia gloria,id est quæ inuidia non caret. Cic. ad Atticum,lib. 1.14.7,Ego autem,vt semel Nonarum illarum Decembrium iunctam inuidiam ac multorum inimicitias eximam quandam atque immortalem gloriam consecutus sum.

Indignatio iuncta conquestioni.Cic.2.de Inuent.146.

Iunctus mulus à clitellario differt, hoc est mulus qui iugo assuetus. Colum. lib.2.cap.22.3,Arbores serendi causa collo,vel mulo clitellario afferre,sed iuncto aduehere non permittitur.

Sedet ignoto iuncta puella viro.Ouid.2.Trist.57.

Salus nostra iuncta est.Ouid.epist.19.46.

Sapientia iuncta eloquentiæ.Cic.3.de Oratore,79.

Versus impariter iuncti.Horat.de Arte,15.

Vineæ mœnibus iunctæ .Id est admotæ.Liuius ab Vrbe, lib.5. Loquitur de tormentis bellicis.

Iunctura,pen.prod.(ἁρμονία,ἁφή,)Coniunctio.Plin.lib.13.cap.15.2, Maiusque miraculum in ea est,artis latente iunctura.

Iunctura boum. Colum.lib.2.cap.2.18,Hoc enim genus iuncturæ maximè probatum est.

Genuum iunctura.Ouid.2.Metam.165.

Iunctura verborum,pro Continuatione & compositione. Quintil.lib.9, cap.4,In omni compositione tria sunt,necessaria,ordo, iunctura, numerus.Pro iunctura ibidem coniunctionem dicit, Compositionis, inquit,tres partes:ordo,coniunctio,numerus.

Callida iunctura.Horat.de Arte,10.

Iunctura,posituraque ligni scitè peritèque facta.Gellius lib.5.ca.3.

Iunctio,Verbale.(ζεῦγμα,)Cic.1.Tusc.112, Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Iunctim,Aduerbium,(ἐυγκέδην,)Sine interuallo.Suet.Magistratus simul iuraturis inchoauit,& penè iunctim percurrit.

Iuniculus,

iuniculi, pen.corr.in vite dicitur quem draconem alio nomine vocant.Plin.lib.17.ca.22.14, Vitis antè quàm septimum annum à surculo compleat, euocata ad fructum euanescit, ac moritur. Nec veterem placet palmitem in longum,& ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iuniculos vocant, vt faciant quæ masculeta appellant.

Iunior,

Vide IVVENIS.

Iuniperus,

iuniperi,f.g.penul.corr.(ἀρκεύθος,) Arbuscula quæ in arenosis frequens nascitur,coma virens perpetua vinde & topiario operi idonea, & cariosam senectam non sentit. Vide Plinium lib. 16.cap.25.

Iuniperi grauis vmbra.Virgil.eclog.10.16.

IVNIVS mensis,(μὴν ἰούνιος),teste Festo, à Iunone putatur dictus, quem Iunonialé,& Iunonium dicebant. Sed postea detritis quibusdam literis,ex Iunonio Iunius est dictus.Sunt qui putant à Iunio Bruto dictum Iunium,qui primus Romæ factus est Consul,quòd hoc mense, scilicet Calendis Iuniis,pulso Tarquinio,sacrum Carnæ deæ in Cælio montè voti reus fecerit . Vide Macrobium 1. Saturnal.12. Alii à auioribus deriuant:sicut Maium à maioribus. Ouid.6.Fast.18,
Sic statuit mensesque nota secreuit eadem :
Iunius est iuuenum,qui fuit antè senum.

Iunius è iuuenum nomine dictus adest.Ouid.5.Fast.16.

Iunius,Brutus,Vide BRVTVS.

Iunix,

iunicis,pe. prod.f.g.(δαμάλη,) Teneræ ætatis bos fœminæ, quæ iam cessauit vitula esse,nec dum tamen ad summam magnitudinem peruenit.Dicta quasi iuuenca,à iuniore ætate. Perfius Satyr.2.5,Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquescant.Plaut.Milit.6.33,Quàm mox ad stabulum iunix recipiat sese pabulo.

IVNO,(Ἥρα),Dea credita est,Iouis soror & coniunx.De qua sic Cic.lib. 2.de Nat. deor.95,Aer(vt Stoici disputant)interiectus inter cælum & mare Iunonis nomine consecratur(quæ est soror & coniunx Iouis) quòd & similitudo est ætheris,& cum eo summa coniunctio.Efferinarunt autem eum,Iunoniqúe tribuerunt,quòd nihil est eo mollius. Sed Iunonem à iuuando credo nominatam.Hactenus Cicero.Iunonis multa sunt nomina.Est enim Curetis,quæ vtitur curru & hasta . Virg. 1.Aeneid.7, -hic illius arma,Hic currus fuit.Est & Lucina,quæ partubus præest.Teren.3.1.15,Iuno Lucina fer opem. Est regina. Virg.1. Aen.10,Ast ego quæ diuûm incedo regina.Et quia præest nubentibus pronuba dicitur.Virg.4.Aene.34, -& pronuba Iuno.

Inferna.Iuno.Virgil.6.Aeneid.28.

Magna.Virg.5.Aeneid.87.

Matrona.Horat.3.Carm.ode 4.12.

Maxima.Virgil.4.Aeneid.75.

Omnipotens.Virg.4.Aeneid.139.

Profunda Iuno.Proserpina.Claud.1.de raptu Pros.1.

Pronuba.Virg.4.Aeneid.34.

Regia.Virg.1.Aeneid.90. Stat.5.Thebaid.90.

Saturnia.Virg.3.Aeneid.96.

Sceptrifera.Stat.10.Thebaid.11.

Iunonius,Adiectiuũ,(ἡρῴος,)vt Auis Iunonia,Pauo.1.de Arte.126.
Mensis Iunonius.Ouid.6.Fast.13.

Iunonius puer,dicitur Augustus à Cicerone ad Octauium,10, Ego ipse Senatum

Senatum sibi manus afferre coegi,quum te Iunonium puerum, & matris tuæ partum aureum esse dixi.Id est Martialem & acerrimum propugnatorem libertatis publicæ, quasi Martem quendam iunctum aduersus hostes Senatus,& bonorum.Nam Mars,Iunonis filius fuit.

Templa Iunonia.Ouid.2.Trist.58.

Iunoniculæ,pen.corr.(ἡρῳοτεβῆτες,)Phalisci.Ouid.6.Fast.16.

Iunonigena,pen.corr.(ἡρογενὴς,)dicitur Vulcanus qui ex sola Iunone natus fuit.Ouid.4.Metam.35,de amoribus Solis,
Primos adulterium Veneris cum Marte putatur
Hic vidisse deus.videt hic deus omnia primus.
Indoluit,facto,Iunonigenæque marito
Forta,tori,fortique locum monstrauit.

IVPITER,pen.corr.(Ζεύς,)Iupitris,vel Iupiteris,secundum Priscianũ, non Iouis:qui genitiuus,non à Iupiter,sed à nominatiuo Iouis.Nam à principio Iouis appellatus est,à iuuando postea adiuncto altero vocabulo dictus est Iupiter,quasi Iouis pater: sicut Neptunus pater Saturnus pater dicere solemus.Econtrario veteres Veiouem appellauerũt deum,cui dempta esset iuuandi facultas . Celebrabant enim quosdam deos vt prodessent,quosdam ne obessent placabant.Plaut.in Casi. Repentè vt moriantur humani ioues.At à iuuãdo similiter dicitur. Nam quum pro igne pouatur,nulla res sic fouet omnia,quemadmodum calor.A poetis(inquit Cicero 1.de Nat.deo.91)dicitur diuûm atque hominum pater:à maioribus autem nostris Optimus maximus.Et quidẽ antè optimus,id est beneficentissimus:quàm maximus:quia maius est, certeque gratius prodesse omnibus,quàm opes magnas habere. Idem pro Domo sua,111,9 uocirca te Capitoline, quem propter beneficia Populus Rom,optimũ,propter vim maximũ nominauit.Idẽ 3.de Nat. deo.72,Principio (inquit) Ioues tres numerant il qui theologi nominantur,ex quibus primum & secundũ natos in Arcadia alterum patre Aethere,ex quo etiam Proserpinam natam ferunt & Liberum . Alterum patre Cælo,qui genuisse Mineruam dicitur,quam principem & inuentricem belli ferunt.Tertium Cretensem,Saturni filium,cuius in illa insula sepulchrum ostenditur.Ponitur quandoque pro aere. Horat.1.Carm.ode 1.6,
-mane sub Ioue frigido

Venator,teneræ coniugis immemor. Iuuenalis Saty.5.8,
-fremeret læua quum grandine vernus Iuppiter.Vnde & sub dio dicimus,quum Δία Iouem vocent Græci,quem omnia esse voluerunt.
Vt Valerius Soranus,
Iuppiter omnipotens regum,rerumque,deumque

Progenitor,genitrixque Deũm.Deus vnus & omnes.Alibi,pro anima mũdi,alibi pro pluuia.Virgilius lib.2.Georg.84, Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.Est & Iupiter nomen stellæ illius salutaris,quę in ordine secunda est.Aliquando per Iouem intelligimus ipsam vim duorũ superiorum elementorum quæ actiua est,dum agit in hæc duo inferiora,ad generationem & corruptionem.

Ignis rapidus Iouis,Fulmen.Virg.1.Aeneid.10.

Iouis nutrices quæ fuerint,Vide AMALTHEAE cornu.

Iouis omnia plena.Virgilius eclog.3.12.

Alitonans Iupiter.Vide ALTITONANS.

Aequoreus Iupiter,Neptunus.Claud.8.Paneg.57.

Altisonus,Vide Altisonus in ALTVS.

Aequus.Horat.1.Car.ode 28.6.

Altus.Ouid.2.de Arte,8.

Arduus.Valer.5.Argon.33.

Cellus.Valer.4.Argon.16.

Cornigero de Iouo natus,De Ioue Hamone.Ouid.in Ibin,60.

Dextro Ioue liber est.Perf.Saty.5.12.

Fulminantis magna manus Iouis.Horat.3.Carm.ode 3.2.

Gelidus.Claud.5.Paneg.8.

Humidus.Virg.1.Georg.84.

Hyberni Iouis fragor.Stat.3.Thebaid.5.

Inuicti Iouis vxor.Horat.3.Carm.ode 27.15.

Maximus.Horat.1.Serm.saty.2.4.

Magni Iouis nuntius.Horat.1.Carm.ode 10.1.

Nigri Iouis regna,Plutonis..Senec.Herc.Oeth.13.20.

Olympicus,Vide OLYMPVS. Plauius,Stat.4.Theb.152.

Seueri Iouis vultus.Stat.9.Thebaid.168.

Stygius Iupiter,Pluto.Virg.4.Aeneid.128.

Summus,vel Supremus.Virg.1.Aen.77. Hora.1.Car.ode 32.3.

Tonantis annus hybernus Iouis.Horat.Epod.2.6.

Tremendi solium Iouis,Plutonis.Valer.3.Argon.77.

IVRA,(ἰουρασσῶς,)mons est Galliæ,Sequanos ab Heluetiis diuidens. Author Cæsar in Commentariis.Vogesus dicitur aliis authoribus. Vulgo Le mont des faucilles.

Iuramentum,Iuratus,

Vide IVRO.

Iurgo,

iurgas,(νικάω,ἐρίζω,)iurgare,Ex iure & ago compositũ est, quasi de iure ago & contendo.Teren.And.5.1.19,Cum Dano egomet vidi iurgantem ancillam.Ibidem,2.3.15,Cedò quid iurgabit tecum?Cic.lib.4.de Rep.5,Si iurgant,inquit.benuolorum,concertatio,non lis:inimicorum,iurgium dicitur.Liu.10.ab Vrbe,171, Hæc iurganti increpãtique respondebant,cõfectos se pugna hesterna esse.

Iurgor,iurgaris,Deponens.(φιλονεικοῦμαι,)Horat.2.Ser.saty.2.20,Iurgatur verbis.

Iurgiũ,iurgii,(φιλονεικία,)Cõtẽtio Plau.Persa,23.22.Iurgiũ auferas hic si sapias.Idem Menæh.4.16,Iurgio hercle rãdẽ vxorẽ abegi ab ianua. Cic.de Amicit.67,Cauendum verò ne etiam in graues inimicitias conuertant se amicitiæ,è quibus iurgia,maledicta contumeliæ gignuntur.

Acre iurgium.Tacit.lib.20.Vide ACER.

Inimica iurgia.Sene.Thyeste,7.1.

Insana iurgia.Ouid.1.Fast.15.

Abstinere iurgiis,Vide ABSTINEO.

Auferre iurgium,Vide AVFERO.

Committere iurgia,Vide COMMITTO.

Contendere cum aliquo iurgio,Vide CONTENDO.

Gliscunt iurgia.Lucret.lib.3.97.

Irrita iurgia iactas.Virg.10.Aeneid.19.

Nectere iurgia cum aliquo.Ouid.2.Amor.eleg.2.7.

Rabiosa iurgia vendere.Senec.Herc.furente,3.3.de causidicis.

Iurgiosus,pen.prod.Adiect.(φιλονεικώδης,)Contentiosus & litigiosus. Gellius lib.1.cap.17,Mulier morosa admodum fuisse fertur,& iurgiosa.De Xantippe Socratis vxore.

Iuridicus,Iurisdictio,

Vide IVS.

Iuro,

iuras,iurauí & iuratus sum,(ὀμνύω,ὀμόω,ὁρκίζω,ὁρκόω,ὁρκωμοτέω,)iurare,à iure fit.Nam iurare proprie est quidpiam promittere,adhibitis etiam testibus,ita seruaturum ac fi iur esset.

Decies iurasti,Vide DECEM.

Iurare aras,poetice dixit Horatius,pro aris tactis,li.2.epist.1.4,
Iurandasque tuum per nomen ponimus aras,

Bellum ingens iuratur.Stat.1.Achill.91.

Fidem iurata fefellit.Ouid.3.Amor.eleg.3.1.

Iurani iusiurandum verissimum.Cic.ad Metellum,lib.5.2.18.

Maria aspera Iuro.Virg.6.Aeneid.70.

Iurare conceptis verbis,Id est dictatis à deferente iuramentum,& ex arbitrio adiurantis,hoc est adigentis ad iusiurandum, pernotatis. Plaut. Pseud.5.117,Iurastin' te illam nulli venditurum nisi mihi?

BAL.Fateor.CAL.nempe conceptis verbis.BAL.etiam consultis quoque.Id est,non modo dictatis à te verbis,sed etiam cogitatis,animaduersis,præmeditatis. Idem Cistell.2.89.
At ille concepris iurauit verbis apud matrem meam.
Me vxorem ducturum esse.

Iurare alicui,pro In nomen alterius. Plin,in Paneg.115,Scis tibi vbique iurari,quum ipse iuraueris omnibus.

Iurare per.Plau.Amphit.4.281,Per Iouem iuro me esse,neque me falsum dicere.Cl.4.Acad.118,Iurarem per Iouem,Deosque penates,me,&c. Cic.pro Rabirio Posth.12,Vbi semel quis peierauerit,ei credi postea, etiam si per plures deos iuret,non oportet.

Per caput hoc iuro.Virg.9.Aeneid.63.

Per sidera iuro.Virg.6.Aeneid.92.

In aliquem iurare,Id est,In perniciem alicuius.Oui.epist.10.24,
In me iurarunt somnus,ventusque,fidesque.
Prodita sum causis vna puella tribus.

In facinus aliquod iurare.Ouid.1.Metam.49.

Iurare in leges alterius,Id est,Iurare se seruaturum leges alterius.Plin.de Viris illust.73, Aqua & igni interdixit ei qui in leges, suas non iurasset.Cic.pro Cluentio,72.Multam petiuit, qua lege quòd in legem non iurasset:quæ res nemini vnquam fraudi fuit.Sic 2.de Finib.89,Addebat se etiam in legem Voconiam iuratum,contra eam facere non audere,nisi aliter amicis videretur. Liu.9.bel. Pun.188, Exitu Censuræ quum in leges iurasset C.Claudius,& in ærariam ascendisset, inter nomina eorum quos ærarios relinquebat,dedit College nomen.

Iurare in litem.Cic.pro Rosc.Comœdo,3, Quod in codicem iniuratus referre noluit,id iurare in litem non dubitet?

Iurare in verba aliqua.Cæsar 1.bel.Ciuil.281,Princeps in hæc verba iurat ipse,ad idem iusiurandum adigit Afranium.Liu.3.ab Vrb.87,Omnes in verba iurauerint,conuenturos se iussum Cõsulis, nec iniussu abituros.Idem 2.bel.Pun.221,In hæc verba L.Cæcili iures expostulo,cæteriqúe qui adestis.

Iurare in verba alterius. Liu.8.bel.Pun.157,Citati milites nominatim apud Tribunos militum,in verba P.Scipionis iurarunt . Sic 2.ab Vrbe, 135,Quoniam in Consulum verba iurassent. Horat.1.epist.1.3,Nullius addictus iurare in verba magistri.Horat.Epod.15.1.

Iurare in se. Liu.2.ab Vrbe,198, Idem deinceps omnis exercitus in se quisque iurat.

Iurarunt inter se,pro Coniurarunt.Cato apud Plinium lib.29. cap.1.14. Iurarunt inter se Barbaros necare omnes medicina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iurare ex sui animi sententia.Cic.4.Academ.261.
Iurandi formula iuris.Oui.epi.20.27.Id est formula iurisiurandi.
Iurans,Participium(ὀμνύων,)vt Falsa iurans.Ouid.13.Metam.113.
Verba iurantia.Ouid.epist.20.29.
Iurātus,pen.prod.Participium,(ὁρκωτός,ἐπόμοτος,)Qui iurauit. Plaut. Amph.4.2.8,Nam iniurato scio plus crederet mihi,quàm iurato tibi. Cic.pro Cecinna,2,Si cum sint viri boni,me adiuuant, quum id iurati dicant,quod ego iniuratus insimulo. Idem 2.Verr.20, Nunc tamen eo animo sum, vt eo iudice quàm Prætore hanc rem transigi malim, & iurato suam quàm iniurato aliorum tabellas cōmittere. Sic.6.Ver. 44.& 7.13.Plaut.Pœn.10.25, –scilicet, Exemplo denegabit iuratus quidem.
Iuratus est mihi,pro Iurauit.Plaut.Persi,1.1.2,
Quidnam esse aiunt hunc dicam vicinum meum,
Qui mihi iuratus est sese hodie argentum dare?Idem Cur.12.10,
Quod fui iuratus feci.Idem Rud.3.1.16, –nam ni iuratus mihi es?
1.Iuratus sum,& nunc iurabo. Luca.lib.8.45, –mihi per Latium iurata tonantem.Id est,quæ iurauit mihi per Iouem Larialem.
Iuratissimus author, Literatus, & quasi iureiurando doctissimus affirmatus.Plin.in Præfat.operis.
¶ Iuratus,Passiuè:vt Bellum iuratum Silius lib.11.29.
Fœdus iuratum Iouis.Silius lib.1.2.
Numina iurata.Ouid.epist.2.5.
Iuratus Senatus,Iurati iudices.Hoc est iureiurando cōfirmatus.Plin.li.7. cap.34.Cic.4.Academ.265,Quæque iurati iudices cognouissent, &c.
Iuratò,Aduerbiū.Paulus in L.Qui,ff.Qui satisf.cog.Q ni iuratò promisit iudicio sisti,nō videtur peierasse si ex concessa causa hoc deseruerit.
Iurator,pen.prod.Verbale.(ὁρκωτής,)Senec.de morte Claud.Quis vnquam ab historico iuratores exegit?
Iuramentum,iuramenti,(ὁρκωμοσία,)apud Senecam legitur lib.2.de Clementia,O vocem in cōcionem omnium mortalium mittendam,in cuius verba principes regesque iuramentum faciant. Id est, in cuius verba principes iurent. Hac dictione vsus est & Vlpianus in Lege iuiurandum§. Si de qualitate iuramenti: sicque in Florentinis libris legitur,inquit Budæus.
Iurandum,iurandi,(ὁρκωμότον,)Idem quod iusiurandum. Plaut. Cistel. 5.19,Verùm haud metuo ne iurandum nostrum quisquam culpitet.
Et paulò pòst,26,Abi quærere vti tuo iurando fatis sit subsidii.
Iureiurare,(ὁρκωμοτέω,)Idem quod iurare.Liu.Decad.5.lib.1.53,Prætores ambo in eadem verba iureiurarunt.

Iurulentus, Vide IVS pro liquore.

Ius, iuris,n.g.(ζωμός,)Liquor eorum quæ coquuntur:& ad coquinariam pertinet.Plaut.Mostel.4.1.70,Itidem olent,quasi quom vnà multà iura confundit coquis.Terent.Eunuch.5.4.17,Quo pacto ex iureheterno panem atrum voremus. Plinius, Ius decoctæ cum posca permionibus prodest.Cic.Appio,lib.9.20.7, In ea cœna coquus meus præter ius seruens nihil potuit imitari.
Vocare dicitur coquus in ius. Varr.3.de Re rust.cap.17, Si hos pisces nemo coquus in ius vocare audet.Id est,Nemo iis vesci audet.Budæus. Horat.1.Serm.sat.4.13,
Est operæ pretium duplicis cognoscere iuris
Naturam,simplex & dulci constat oliuo,&c.
Ius conditum.Ci.5.Tusc.138, Quid victum Lacedemoniorum in Phiditia nonne videmus vbi quum tyrannus constituisset Dyonisius, negauit se iure illo nigro,quod comæ capiti erat,delectatum.Tum is qui illi coxerat.Minimè mirum,condimenta enim defuerunt.
Mali conditum ius.Horat.2.Serm.saty.8.14.
Tepidum ligurire ius.Horat.1.Serm.saty.3.16.
Iurulentus.Adiectiuum,(ζωμώδης,)Iuris plenum. Cornelius Celsus lib.2. cap.18,Tum res eadem magis alit iurulenta quàm assa,magis assa,quàm frixa.Varro,Vbi pultem,aut iurulenti quid ponebant,à capiendo cati num nominauerunt.Celsus,Cibus minimè iurulentus.
Iussulentum,(ζωμώδες,)formauit Apuleius in Magiæ Apol. sic de Ennio dicens,Ostendit qualiter quisque piscium assus aut iussulentus optimè sapiat.
Iúsculum,pen.corr.(ζωμίον,)Diminutiuum.Cato cap.156.6, Postea inde iusculum frigidum sorbere.

Ius, iuris,n.g.(δίκη τὸ δίκαιον,)Est(inquit Donatus)quod omnia recta & inflexibilia exigit.Teren.Heaut.4.1.29,Quid cū illis agas, qui neque ius,neque bonū,atque æquū sciunt?Vlpianus De iustitia & iure,L.1.Nomen iuris à iustitia appellatum.Nā vt eleganter Celsus definit apud Vlpianū in L.1.ff.de Iustitia & iure,Ius est ars boni & æqui.
Ius bonum.Plaut.Mostel.2.140,
Nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius,
Nec minus bono cum iure,quàm danisticum.
Ius bonum dicis,oras,petis,pro eo quod vulgus dicit, Requesta tua ratio nabilis est,inquit Budæus.Plau.Stic.14.43, –agedum Stiche, Vter demutallit,procul mutabitur.s T.bonum ius dicis,

Impetrare oportet quia æquum postulas.Idem Epid.2.22,
–te volo Percontari,operam da,opera reddetur tibi.T.ius dicis.
Hoc est,æquum est.Idem Rud.24.109,
Si hercle tantillum peccassis,quod postea postules
Te ad verum conuorti,magas mulier magnas egeris.
G.Ius bonum oras.Idem Trinum.17.56, –postremò quod vis,Non dabo,nisi illud quod non vis,feras. C A.ius hic orat.Idem Rud.24.95,
Sed si erunt vera,tum obsecro te,vt mea mihi reddantur.G.placet.
Ius oras merum,meo quidem animo. Idem Pseud.23.25,
–quid ergo dubitas
Dare mihi argentum? s.Ius petis,fateor,tene.Cic.2.Philip.81,
Ius postulas:sed quid ad rem plus alle poterat.
Sine bono iure.Plaut.Bacchid.14.2,
Sine modo & modestia sum,sine bono iure,atque honore.Idem Rud.13.18, –optimo meiure in vinculis enicet
Magistratus,siquis me hanc habere viderit.
¶ Abire ab iure,Vide ABEO.
Colere ius,Vide COLO.
Exuere ius.Tac.li.19,Ac maiore ex diuerso mercede ius fasque exuerit.
Transcendere fines iuris.Lucret.lib.3.13.
Violare & imminuere ius atque officium,Vide IMMINVO.
Iure,ablatiuus,Id est merito.Plaut.Amphit.4.93,
Cum clamore inuolant,Impetu alacri
Fœdant,& proterunt hostium copias Iure iniustas. Terent.And.1.1. 20, –ne is mater fuam sententiam.
Patri dic velle,vt quum velit,tibi iure irasci non queat.Ibidem,5.2.
–atque hoc confiteor
Iure obtigisse:quandoquidem tam iners,tam nulli consili
Sum.Plaut.Mil.2.2.4.1,Is me hac illexit fraude:iure factum iudico.Cic.7. Verr.15,Quamobrem iure in eum animaduerteretur. Idem 4.Acad. 218,Iure cecuit.
Iure ac merito.Iuuenal.Saty.7.4.
Iure damus pœnas,Ouid.4.Trist.eleg.4.9.
Iure vel iniuria.Plaut.Rud.24.25, Quomodo habeas,nihil refert, iure, anne iniuria? Terent.And.1.3.9.
Si senserit,perfi,aut si illsitum fuerit,causam ceperit,
Quo iure,quæque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit. Cic.4. Verr.106,Non quæro iure,an iniuria sint inimici.
Meo iure,tuo iure, suo iure.Plautus Capt.5.50. Quod antehac pro iure imperitabam meo,te oro nunc per precem,&c. Terent.Adelph.4.1. 27,Do,prætermitto:non necesse habeo omnia pro meo iure agere.
Verba sunt indulgentissimi patris.Meo iure,tuo iure, suo iure, verba sunt apud doctos frequentissima,sed certæ cuiusdam significationis. Est enim Meo iure aliquid agere,faceréve, idem quod Mea facultate, vel authoritate,vel concessa,mihi omnium consensu, libertate & potestate.Cice.1.de Oratore, Duo illa quæ facillima videntur, quoniam quæ difficiliora sunt,non possunt, mihi pro meo iure sumo. Idem pro Rosc.Amer.80,Tametsi meo iure possum,siquid in hac parte mihi placeat vituperare.non enim vereor, ne quis alienum me animum habuisse à causa nobilitatis existimet.Id est, Q uanquam ego is sim, qui maximè omnium id facere licet citrà reprehensionem. Idem pro Cælio,Certè in armis militum virtus,locorum opportunitas,auxilia sociorum,classes,commeatus,multum iuuant.Maximam verò partem quasi suo iure fortuna sibi vendicat,& quicquid est prosperè gestum, id penè omne ducit suum.Ac si diceret Cicero, Nemo vnquam fortunæ in bello non primas detulit partes.Idem Aristo,lib.13.5.1.1, Vt ad te familiariter,& quasi pro meo iure scriberem.Hæc Ex Budæo.Cic.Amico,Itineris nostri causa fuit, quòd non habebam locum vbi pro meo iure diutius esse possem,quàm in fundum Sicæ.Idem de Finibus,Sani ne à vobis videor pro meo iure in vestris auribus commendatus? Ibidem,lib.5.6,Pomponius quidem,inquam,noster iocari videtur, & fortasse suo iure.Idem pro Publio Sestio,Quare mon eovos adolescentes res,atque hoc meo iure præcipio.Idem 7.Verr.1, Tum deprecabitur à vobis,tum etiam pro suo iure contendet,ne patiamini,&c. Idem Servio Sulpitio,Vt siquid tibi opus sit,ne dubitent mihi iure meo denuntiare.Idem in Verr. Quem iure suo adire,aut appellare posset. Idem pro Archia poeta,1,Earū rerum omniū, vel in primis hic A.Licinius iustum à me repetere propè suo iure debet.Ibidem,14,Quare suo iure noster Ennius sanctos appellat poetas.Idem 8. Philip.247, Venio nunc ad reliquos Cōsulares quorum est nemo(iure meo hoc dico)qui non mecum habeat aliquam coniunctionem gratiæ.
Optimo iure,vel optima conditione prædia,Id est vt loquimur,quæ maxima priuilegia habēt.Ci.3.pro Leg.Agrar.6. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia,quę optima cōditione sunt.Libera meliore iure sunt quàm serua.Capite hoc omnia quæ seruiebant,nū seruiente: soluta meliore in causa sunt quàm obligata. Eodem capite, obligata omnia.Eodemodo Syllana sunt,liberantur iniuniuria commodiore cōditione sunt, quàm illa quę pensitant.Budæus.
Complecti aliquem æquo iure.Tacit.lib.1,Quàm quia populū Romanū æquo

æquo iure complecti reddita libertate agitauerint.
Hoc iure sunt Siculi:Hoc est,Hanc iuris & æquitatis rationem habent,& obseruant.Cic.4.Verr.21.Siculi hoc iure sunt,vt quod ciuis cum ciue agat,domi certet suis legibus.
¶ Concedere de iure,Vide CONCEDO.
Decedere iure,vel de iure suo,Vide DECEDO.
Obtinere iure,Vide OBTINEO.
Ius suum obtinere,Vide OBTINEO.
Ius suum non retinere contra aliquem.Cic.5.Verr.29.Hoc edicto non Siculi,sed isti ipsi Equites Romani qui suum ius retinere se cōtra Apronium posse erant arbitrati,splendidi homines,& alius Prætoribus gratiosi,vincti Apronio traditi sunt.
Ius est facere, vel faciendi. Vlpian.in L.Vti frui.ff. Si vsufructus petatur,&c. Vti frui ius sibi esse solus potest intendere. Et paulò pòst, Negat ius esse vtendi fruendi fructuario:vel sibi ius esse prohibendi. Paulus in L.3.ff. De seruit.vrb.præd.Neius sit vicino inuitis nobis altius ædificare.
¶ Ius,Est quod vel natura,vel ciuitas,aut populus,vel gens, vel consuetudo iubet.Plau.Epid.10.86.
Atque me minoris factum,præ illo,qui omnium
Legum,atque iurium fictor,cōditos,cluet. Paul.L.Ius pluribus,De Iust. & iur.Ius pluribus modis dicitur:vno quidem modo id quod semper æquum ac bonū est,ius dicitur,vt est ius naturale. Altero modo quod omnibus aut pluribus in quacūq; ciuitate vtile est:vt est ius ciuile.Et paulo pòst,Alia significatione ius dicitur locus in quo ius redditur,appellatione collata ab eo quod fit in eo vbi fitiquam locū determinare hoc modo possumus,vt vbicūq; Prætor salua maiestate imperii sui,saluoq; more maiorum,ius dicere cōstituit,is locus rectè ius appelletur. Hactenus Paulus. Terent.Phorm.5.8.5. in ius ambula.
P.In ius? Vbi Donatus,Ad iudicium eamus scilicet:nam ius pro loco est.Cice.Q uin te in iure conspicio. Idem 1.de Orat.84.Nam volitare in foro,hærere in iure,ac Prætorum tribunalibus iudicia priuata magnarum rerum obire. Rursum Terētius ibidem.88.In ius eamus. P.in ius:hucsiquid iubet. Vbi Donatus, In ius, Ad Prætoris sellam, modò enim locum significat.
Adiutorium iuris. Quintil.lib.3.cap.6.60.Sed iam sola superest salus,aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine.
Gens iuris expers.Senec.Troad.1.2.11.
Fiducia iuris.Q uintil.lib.4.cap.1.81.
Vafri insitia iuris.Horat.2.Serm.satyr.2.27.
Interpretes iuris.Cic.pro Cecinna.41.
Nodos iuris soluere.Iuuenal.Saty.8.5.
Nundinatio iuris,Vide NVNDINAE.
Iuris legumque peritus.Horat.1.Serm.saty.1.2.
Seruitus iuris.Q uintil.lib.1.cap.16.6. Vt seipsi homines ad seruitutem iuris astringerent.
Studium iuris.Quintil.lib.2.cap.8.4.
Ius naturale,quod est commune omni nationi, eo quòd vbique instinctu naturæ habetur,non aliqua constitutione facta ab homine,sed ab ipso naturæ conditore:vt maris & fœminæ coniunctio,liberorum successio in bonis parentum,educatio,communis omnium possessio. Vlpianus in L.1§.Ius naturale.ff.de Iustitia & iure, Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit.Nam ius istud non solùm humani generis proprium est,sed & omnium animalium quæ in terra,quæ in mari nascuntur.auium quoque commune est. Hinc descendit maris atq; fœminæ coniunctio,quam nos matrimonium appellamus,hinc liberorum procreatio,hinc educatio Videmus etenim cætera quoq; animalia feras etiam bestias istius iuris peritia conseri.
Ius gentium,vt inquit Vlpianus in L.1.ff.de Iustitia & iure, est quo gēres humanæ vtuntur:quod à naturali recedere inde facile intelligere licet: quia omnibus illud animalibus, hoc solis hominibus inter se commutentibus & patriæ pareamus. Liuius lib.1.ab Vrbe condita,ius humanum vocat. Caius in L.Omnes.ff.de Iustitia & iure, Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit,id apud omnes peræque custoditur,vocaturque ius gentium:quasi quo iure omnes gentes vtuntur. Idem alio loco,Ius gentium,quod ratione naturali inter omnes homines peræque seruatur.
Ius ciuile,quum aliquid communi iuri vel additur,vel detrahitur:hoc est quum populus sibi constituit quasi proprium ius ciuitatis. Vlpianus, L.Ius ciuile ff.de Iustitia & iure, Ius ciuile est quod neque in totum à naturali vel gentium recedit,neq; per omnia ei seruit. Itaque quum aliquid addimus vel detraximus iuri communi,ius proprium,id est ius ciuile efficimus. Hoc igitur ius nostrum consistit, aut ex scripto,aut ex non scripto. Papinianus, L.Ius autem,illo titulo, Ius autem ciuile est quod ex legibus,plebiscitis,Senatusconsultis,decretis principum,authoritate prudentum venit.
Ius ciuile Papyrianum(inquit Pomponius in L.2.ff.de Origine iuris)dicitur non quia Papyrius de suo quicquam ibi adiecit,sed quod leges sine ordine latas in vnum composuit.
Ius ciuile qui contemnendum putat,is vincula reuellit non modo iudiciorum,sed etiam vtilitatis,vitæque communis. Qui autem interpretes iuris vituperat,si imperitos iuris esse dicit,de hominibus non de iure ciuili detrahit.Cic.pro Cecinna,41.
Amplecti ius ciuile,Vide AMPLECTOR.
Ciuilia iura.Horat.1.Serm.satyr.9.8.
Ciuica iura.Horat.1.epist.3.5.
Ius moribus constitutum,Est ius non scriptū.Iulianus in L.De quibus.ff. de Legibus,Inueterata enim consuetudo pro lege non imeritò custoditur:& hoc est ius quod dicitur moribus constitutum.
Famularia iura dare.Ouid.15.Metam.120.
Ius honorarium,est viua vox iuris ciuilis, vt ait Martianus in L.Nam & ipsum.ff.de Iustitia & iure.Vide Ius prætorium.
Ius imperatorium,Vide IMPERO.
Incorporale ius.Quintil.lib.5.cap.10.81.Ius, quòd sit incorporale, apprehendi manu non posse.
Legitimum ius,Vide LEX.
Municipale ius,Vide post MVNVS.
Obscurum ius,Vide OBSCVRVS.
Ius oppidanum, Vide OPPIDANVS.
Precarium ius.Tacit.in lib.de Germanis,Eoq; vnus imperitat,nullis iam exceptionibus,non precario iure parendi.
Ius prætorium,quod & Ius honorarium dicitur. Papinianus,L.Ius autem.ff.de Iustitia & iure,Ius prætorium est quod Prætores introduxerunt adiuuandi,vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam,quod & honōrarium dicitur,ab honore Prætorum sic nominatum.
Ius priuatum,est(inquit Vlpianus in L.1§.Huius studii.ff.de Iustitia & iure)quod ad singulorum vtilitatem pertinet. Et paulò pòst,Priuatum ius autem tripertitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis,aut gentium,aut ciuilibus.
Ius proprium.Caius in L.Omnes.ff.de Iustitia & iure, Quod quisq; populus ipse sibi ius cōstituit,id ipsius proprium ciuitatis est:vocaturq; ius ciuile,quasi ius proprium ipsius ciuitatis.
Ius publicum.Vlpianus de Iustitia & iure,L.1.Ius publicum est quod ad statum rei Romanæ spectat. Ius publicum videtur esse idem quod ius proprium,apud Terentium in Phorm.2.3.65.
–etsi mihi facta iniuria est,veruntamen
Potius quàm lites sectet,aut quàm te audiam:
Itidem vt cognata si sit,id quod lex iubet
Dotem dare,abduce hanc,minas quinque accipe.
P.Ha ha he homo suauis.D.quid est?num iniquum postulo?
Anne hoc quidem adipiscar ego,quod ius publicum est?
Sacrum publicum,priuatum ius,Quintil.lib.1.cap.4.15.
Signata iura sequi.Lucan.lib.3.61.
Ius singulare est quod contra tenorem Romanis propter aliquam vtilitatem authoritate constituentium introductum est.Paulus de Legib.
Ius summum est quod Iurisconsulti strictum ius vocant. Terentius Heaut.4.5.48.
–non illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? verum illud Chreme
Dicunt,ius summum sæpe summa malitia est.Cic.lib.1.Offic.49. Existunt etiam sæpe iniuriæ calumnia quadam,& nimis callida,sed maliciosa iuris interpretatione.Ex quo illud,Summum ius,summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbium. Idem 7.Verr.3.Non agā summo iure tecum:non dicam id,quod debeā fortsitan obtinere.Vide AGERE summo iure.
Summo iure experiri.Cic.pro Quintio,10.Siquid in controuersiam veniret,aut intra parietes,aut summo iure experiretur?
Contendere summo iure,Vide CONTENDO.
Varium ius.Cic.pro Cecin.50.Deinde si de iure vario quippiam iudicatum est non potius contra Iurisconsultos statuunt,si aliter pronuntiatum est ac Mutio placuit,quàm ex eorum authoritate,si,&c.
Vetustum ius.Tacit.lib.4.
¶ Anceps ius.Horat.2.Serm.satyr.5.7.
Honesti iuris seruator metus.Claud.1.Paneg.33.
Improba iura.Silius lib.17.125.
Inclyta iura.Seneca Troade,7.2.
Iniustum ius.Ouid.ad Liuiam,11. Idem 5.Trist.eleg.11.9.
Venerabile ius.Stat.5.Sylu.1.23.
¶ Adire in ius,Vide ADEO.
Adolescit ius. Tacit.lib.20.
Prauo certamine legatorum ius adoleuit.
Iure agere.Lucret.lib.3.196.
Assuetus in iura,Vide ASSVESCO.
Caleati iuris nulla restant vestigia.Claud.2.in Eutrop.15.
Callere iura,Vide CALLEO.
Cedere ius,Vide CEDO.

Concedere in ius, ditionemque alicuius. Liuius lib.9. Decad.4, Ita Athamania omnis in ius, ditionemque Philippi concesit.
Concurrere de iure, Vide CONCVRRO.
Noua iura condere. Quid. 1. de Remed. amor. 14.
Confringere iura, Vide CONFRINGO.
Constituere iura. Lucret. lib. 5. 230.
Constituere iura in verbis, Vide CONSTITVO.
Ius consulere. Liuius 9. bel. Maced. Idem, Postea quàm ad magnos honores peruenit, summus imperator, & idem in pace, si ius consuleres, peritissimus.
Consulere aliquem iuris. Ouid. epist. 19. 6,
Dictatis ab eo feci sponsalia verbis,
Consultoque fui iuris Amore vafer.
Conuenire aliquem in ius, Vide CONVENIO.
Deducere in ius, Vide DEDVCO.
Ius dicere, Est præesse iuri dicendo, & legibus gubernare, ac iustitiam ministrare. Plaut. Bacchid. 8. 43, Iruf illinc iure dicto. Liu. 1. ab Vrbe, 110, Quum Appius & insita superbia animo, & vt Collegæ vanam faceret fidem, quàm asperrime poterat, ius de creditis pecuniis dicere.
Ius facere dicitur, quod iuris atque legis vim habet. Vlpianus in L. Non ambigitur. ff. de Legib. Non ambigitur Senatum ius facere posse. Hoc est Senatusconsulta pro lege haberi. Verbũ est iurisperitis notũ. Sic Ius esto, pro Legis vim atque authoritatem habeat. Cice. 3. de Legib. 8, Quodque is qui bellum geret imperasit, ius ratumque esto. Verba sunt XII Tab. Budæus.
Firmare ius. Tacit. lib. 4, Cois Aesculapii delubro vetustum asyli ius vt firmaretur petentibus.
Inflectere ius gratia, Vide INFLECTO.
Infringere ius alicuius. Tacit. lib. 4, Nec infringendum Consulis ius.
Intercedit homini cum genere humano quasi ius ciuile, Vide INTERCEDO.
Migrare communi iure, Vide MIGRO.
Mutare ius, Vide MVTO.
Obterere iura, Vide OBTERO.
Orare ius, Vide ORO.
Ius petere ab aliquo iudice, Est in eius esse iurisdictione. Budæus.
Ius è cœlo petere, Id est iudicium diuinum expectare, & in id intentum esse. Sic Curtius lib. 5, Hanc exitum habuit regia totius Orientis vnde tot gentes antè iura petebant. Budæus.
Iura petere in Bætica, Vide Ad Seras aliquid petere, in prepositione AD.
Procurrunt in ius. Horat. 1. Serm. saty. 7. 5.
Rapere aliquem in iura. Horat. 2. Serm. saty. 3. 15.
Reddere ius Prætor quoque dicitur, etiam quum inique decernit, relatione scilicet facta non ad id quod ita Prætor fecit, sed ad illud quod Prætorem facere conuenit. Paulus in L. Iur pluribus. ff. de Iustitia & iure. Vide REDDO.
Pari iure esse cum aliquibus, pro In ordinem redigi. Tranquillus, Amicos magnos & potentes in vrbe esse voluit: vt tamen pari iure essent quo cæteri legibusque iudiciariis æquè tenerentur. Budæus.
Ius ab aliqua re stare. Liu. 1. bel. Pun. Vicerunt ergo dii homines que: & id, de quo verbis ambigebatur, vter populus fœdus rupisset, euentus belli, velut æquus iudex, vnde ius stabat, ei victoriam dedit.
Sumere ius ab aliquo. Quintil. lib. 1. cap. 4. 3, Non propter historias modò, sed verba, quæ frequenter ius ab authoribus sumunt.
Transire ius ad aliquem dicitur. Quintil. lib. 5. cap. 10. 81, Quia ad illum ius, ad hunc res transeat.
¶ Ius, pro potestate. Plin. lib. 2. Nat hist. cap. 7. 11, Imperfectæ verò in homine naturæ præcipua solatia, ne Deum quidem posse omnia, &c. nullumque habere in præteritu ius, præterquam obliuionis. Idem de inerticula vite loquens, lib. 14. ca. 2. 12, Carbunculari hæc negatur, magna dote, si verũ est, aliqua in vite cœlo non esse ius. Lucan. lib. 7. 11,
- qui tot simul vndique gentes
Iuris habere sui vellet, pacemque timeret. Budæus.
Habere ius in aliquem. Lucan. lib. 1. 82.
Habes ius abdicandi. Quintil. lib. 3. cap. 6. 55.
Petit ius & moderamen equorum. Ouid. 2. Metam. 10.
In ius potestatemque venire, dixit Liuius.
Ius & arbitrium. Liuius, Quæ ex his habere victori, quibus mulctari eos velit, ipsius ius atque arbitrium esse.
Iuru sui esse, ac mancipii: Id est sui arbitrii, & nemini parêre. Brutus Ciceroni, 16. 7, Quærenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur scilicet vt illo prohibito, rogaremus alterum, qui se in eius locum reponi pateretur: an vt esset sui iuris ac mancipii Respublica: nisi forte non de seruitute, sed de conditione seruiendum recusatũ est à nobis. Cic. Attico, lib. 8. 147. 3, Sitne viri fortis & boni ciuis, esse in ea vrbe, in qua quum summis honoribus imperiisque vsus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo præditus, non futurus sit sui iuris subeundumque periculum sit cum aliquo fortè dedecore.
¶ Rigidum & inexitabile ius mortis. Ouid. ad Liuiam, 89.

Perdiscere iura beneuolentiæ, Vide PERDISCO.
Naturæ ius nouatum. Ouid. 4. Metam. 56.
Resoluere iura pudoris. Virg. 4. Aeneid. 6.
Triste ius sepulchri. Ouid. 13. Metam. 95.
Coniugialia iura. Ouid. 6. Metam. 107.
Connubialia iura. Ouid. epist. 6. 9.
Genialia iura. Stat. 3. Sylu. 3. 22.
Iuris prudentia (inquit Vlpianus in L. Iustitia. ff. de Iustitia & iure) est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.
Iusiurandum, iusiurandi, & iurisiurandi, (ὅρκος, ὅρκιον, ἐπιορκία,) Est affirmatio religiosa, vt ait Cicero lib. 3. Offic. 141. Plaut. Pseud. 4. 6. 4, Qui item vt nos, iureiurando malo quærunt rem. Idem Milit. 5. 36, Qui arguat se, eum contrà vincat iureiurando suo. Idem Rud. 3. 1. 18, Iusiurandum seruandæ rei, non perdundæ conditum est. Cic. 1. de Natu. deor. 22, Sed vt adsint, cognoscant, animaduertãt quod de religione, pietate, sanctitate, ceremoniis, fide, iureiurando, quid de templis, delubris, &c. Cæsar 1. bel. Ciuil. Sic terrore oblato noua religio iusiurandi speciem præsentis deditionis sustulit. Alibi iusiurandi & iureiurando dixit. Cic. 3. Offic. 111, Nullum enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt.
Solenne iusiurandum. Tacit. lib. 16.
Accipere iusiurandum, Vide ACCIPIO.
Accommodare iusiurandum, Vide ACCOMMODO.
Addicere aliquem ad iusiurandum, Vide ADDICO.
Adigere iureiurando, siue ad iusiurandum, Vide ADIGO.
Fidem alligauit iureiurando suam. Seneca Troade, 6. 41.
Concipere iusiurandum. Tacit. lib. 10, Senatus inchoantibus primoribus iusiurandum concepit.
Concipere verba iusiurandi. Tacit. lib. 10, Et quum cætera iusiurandi verba concipereut, &c.
Condere iusiurandum, Vide CONDO.
Conseruare iusiurandum, Vide CONSERVO.
Dare iusiurandum. Cic. 3. Offic. 113, Iurauitque se illum statim interfecturum, nisi iusiurandum dedisset, se patrem missum esse factorum.
Deferre iusiurandum. Quintil. lib. 5. cap. 6. ad finem.
Iusiurandum exigere & reddere. Liuius, Ita & in Achaiam legatos misit, qui iusiurandum in verba Philippi exigerent, simul qui redderent Achæis.
Firmare iureiurando. Cic. 2. de Leg. 17, Quum intelligat quàm multa firmentur iureiurando, &c. inter ipsos homines diis immortalibus interpositis tum iudicibus tum testibus.
Interponere iusiurandum, Vide INTERPONO.
Obstringere aliquem iureiurando. Horat. 2. Serm. saty. 3. 36. Vide OBSTRINGO.
Offerre iusiurandum, Vide OFFERO.
Iusiurandum offerre & deferre. Quintil. lib. 5. cap. 6. 1, Iusiurandum litigatori aut offerunt suum, aut non respuunt oblatum: aut ab aduersario exigunt: aut recusant quum ab ipsis exigatur. Et paulo pòst, Senores præcipere solebant ne vnquam iusiurandum deferemus.
Alieno iureiurando stare, quàm suo mauult. Quintil. lib. 5. cap. 6. 3.
Iurisdictio, iurisdictionis, fœ. g. (δικαιοσύνη,) Facultas atque potestas iuris dicendi. Suint qui scribãt iurisdictio. Seruius Sulp. Ciceroni, lib. 4. 12. 3, Postero die, quum ab eo digressus essem, eo consilio vt ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque iurisdictionem absoluerẽ. Cic. pro Flacco 4, Præturæ iurisdictio res varia & multiplex ad suspiciones & simultates non arrogitur, &c. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 30, Ac mihi quidem videtur non sane magna varietas esse negotiorum in administranda Asia, sed ea tota iurisdictione maximè sustineri. Sic 4. Ver. 36. Et Liuius 6. ab Vrbe, 115.
Libera iurisdictio, Vide LIBER.
Conficere iurisdictionem, Vide CONFICIO.
Iurisdictiones meridionales. Pli. li. 5. c. 28. 2. Legitur aliàs mediterraneas.
Iurisconsultus, iurisconsulti, (νομικός,) Interpres iuris, siue legum. Valla, Alterum quoque compositum (si compositum est) Iurisconsultus, quod etiam dici solet Iureconsultus. Idem alio loco, Qui ius profitetur, iurisconsultus nominatur. Cic. 1. de Legib. 75, Sed Iurisconsulti, siue erroris obiiciendi causa, quo plura & difficiliora scire videantur, siue (quod similius veri est) ignoratione docendi (nam non solùm scire aliquid artis est, sed quædam ars etiam docendi) sæpe quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispertiuntur. Velut in hoc ipso genere quàm magnum illud Scæuolæ faciunt Pontifices ambo, & iidem iurisperitissimi. Et paulo pòst, 84. Vide CONSVLO.
Consultus iuris. Horat. de Arte, 75.
Iuridicus, pen. corr. Adiectiuum, (ἐνδικος,) Quod secundum ius est: Vade Iuridicus dies, quo rite ius dici potest: & Iuridica actio, quæ secundum ius est. Dicitur & quod ius reddit. Plin. lib. 3. cap. 1. 4, Iuridici cõuentus ei quatuor. Id est in quibus iura reddantur.
Iuridicus, Substantiuum, (δικαιοδότης,) vt Flentes Eurydicen iuridici sedent. Seneca Herc. furen. 7. 12.

Iuridicialis, & hoc iuridiciale, penult. prod. (δικαιολογικός,) Cice. 1. de Inuent. 17. Hæc generi Hermagoras partes quatuor suppositit, deliberatiuam, demonstratiuam, iuridicialem, negotialem. Quintil. lib. 3. ca. 9. Iuridicialis status.

Iusculum, Vide IVS pro liquore.

Iussus, Participium à iubeo: & iussum, iussi, Vide IVBEO.

Iustus, Adiectiuum, (δίκαιος,) Q. qui præcepta iuris seruat. Nam à iure dicitur vir Iustus amator. Plaut. Pseud. 5. 73. Nõ est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data.
Annos iustos peragere. Ouid. 10. Metam. 8.
Arma iusta mouere. Ouid. 1. de Arte, 80.
Bella iusta gerere. Ouid. 8. Metam. 13.
Iusta causa. Plinius libro 10. cap. 43. 3. Cicero 4. de Finib. 36. Et ad Atticum, lib. 1. 11. 7.
Causa iustissima. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 4.
Iusta diffidia hoc est æqua & iure facta. Cic. de Amicitia, 13, Magna etiã diffidia, & plerunque iusta nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur.
Iusti honores, Iure ac meritò collati. Cicer. in Verrem, Nam multi sæpe honores diis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti, sed profectò iustiores nunquam.
Litem iustam intendere. Lucret. lib. 3. 193.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustis. Ouid. 13. Metam. 14.
Potestas iusta. Horat. 2. Serm. saty. 7. 13.
Preces iustæ. Ouid. 3. Metam. 82.
Querela iusta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 5.
Iusta seruitus, In qua nihil iniquum iubeatur, inquit Donatus. Terent. And. 1. 1. 9.
Ego postquam te emi à paruulo, vt semper tibi
Apud me iusta & clemens fuerit seruitus, Scis.
Vir iustus & tenax propositi. Horat. 3. Carm. ode 3. 1.
¶ Iustus, Mediocris, inquit Sipontinus. Vnde Iustam magnitudinẽ alicuius rei dicimus, quoum nec debita minor est, nec modũ excedit. Hinc Iusti dies authore Macrobio dicebantur continui XXX dies, quibus exercitu imperato ve xillum ruffi coloris in arce positum erat. Erant & iusti dies, XXX dies qui concessi æris & debiti damnatis conquirendæ pecuniæ causa dabantur lege XII Tab. authore Gellio libro 19. cap. 1. Plaut. Milit. 10. 50.
Incommoditate abstinere me apud conuiuas commodè
Commemini & meæ orationis iustam partem persequi,
Et meam partem itidem tacere, quum aliena est oratio.
Iusti dies. Cice. 1. de Leg. 36, Ex patriis titibus optima colunto. Præter Idæ matris famulos, eosque iustis diebus, nequis stipem cogito. Vide paulo antè, Iustus mediocris.
Iusta magnitudo, Iusta mensura a, hoc est æqua, & quæ neque maior, neq; etiam minor est quàm debeat. Plin. lib. 10. cap. 73. 4. Post solititium natã non implent magnitudinem iustam. Idem lib. 11. cap. 48. 3. Solidi pedum erunt à statim iusta nascuntur mensura.
Labant curuæ iusto fine pondere naues. Ouid. 1. Metam. 33.
Tempus iustum pugnæ. Virg. 10. Aeneid. 3.
Iustus, pro Magno. Vnde dicimus Iustam rem, hoc est magnamquemadmodum & Bonam partem, & Iustam partem, Magnam partem. Et Benedictus, pro Valde. Plin. in Præf. 8, Opere iusto temporum nostrorum historiam orsi. Sic Iustum prælium, Iustum exercitum, historici dicunt, id est magnum. Asconius, Iustas inimicitias, pro magnis, apud Ciceronem exposuit.
Iustum exercitum dicimus, Iustum item prælium, cui Leue prælium opponitur. Liuius, Deinde eos, qui in montibus erant, leuibus prælijs fatigauit. Postremo coactus in aciem descendere, iusto prælio deuicit. Iusto pro Pleno intelligo, inquit Budæus: id est quod verè & proprie prælii nomine censeri potest. Sic Iustum exilium, Idem 6. belli Punici, 16, de Fululio perduellionis reo loquens, Prius quàm dies comitiorum aderat, Co. Fuluius exulatũ Tarquinios abiit: id ei iustum exilium esse sciuit plebs. Id est, Plebs decreuit spontaneum exilium Fulmale nunc appellant. Simile est ac si dicamus fideicommissarium non esse iustum hæredem: id est plenum vel planè hæredem. Iustum enim est omnibus numeris plenum, quod Græci ἀρτιον dicunt. Hactenus Budæus. Liu. 3. bel. Pun. 127, Himilco cũ exercitu iusto, & aucta classe, 187, Postremò defetentum in aciem, signisque collatis iusto prælio per quatuor horas pugnatum.
Acies iusta. Q. uintil. lib. 2. cap. 10. 6. Vide ACIES.
¶ Iustus filius, pro vero. Vnde apud Iurisconsultos, Qui filium adoptat, interrogatur an velit eum quem adoptat, iustum sibi filium esse. Id est verum filium. Budæus contra, Hæc dictio Iustus apud Iurisconsultos frequens, non satis, vt arbitror, intelligit. Caius in L. 2. ff. de Adoptionibus, de arrogatione loquens, Is qui adoptat, inquit, rogatur, id est interrogatur, an velit eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse. Iustum intelligo non verum, vt aliqui censent: sed omnibus partibus, vt ita dicam, filiationis veri filii vicem obtinentem, naturalis & legitimi filii loco sedentem.
Iustus dominus. Hoc est, verus cui contrarius est Alienus. Cicero 1. Offic. 67. Q. uare L. Syllæ & Caii Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Hic Cicero alienum opposuit iusto.
Iusta hæreditas. Varro 2. de Re rust. In emptionibus dominum legitimũ sex ferè res perficient, si hæreditatem iustam adit.
Iusta materfamilias, & Pellex, contraria. Liu. 9. bel. Maced. 215, Nam etsi minor ætate quàm Perseus esset, hunc tamen iusta materfamilias, illũ pellice ortum esse.
Iusta vxore nati. Cic. 1. Tusc. 131. Metellus ille honoratus quatuor filiis, ac quinquaginta Priamus quibus decẽ & septem iusta vxore natis, &c.
Iustus miles. Liu. 4. bel. Pun. 61, Bona fortique opera eorum se ad eam diem vsum; neque ad exemplum iusti militis quicquam eis præter libertatem, deesse.
Iustam operam reddere, Id est pensum, opus debitum & consuetum perficere. Colu. lib. 6. cap. 3, Sed iumentis iustam operam reddentibus ordeum præter palcas præbetur.
Iustum testamentum dicitur, quod est solenniter factum. Vlpi. in L. 1. ff. De excep. rei iudicatæ.
Iustum vadẽ, idoneum sponsorem vocabant veteres, inquit Festus.
Iustiore aliquo vtitur hoc est, æquiore, faciliore, & tractabiliore. Cice. 1. de Fin. 4, Vt propemodum iustioribus vtamur illis qui omnino auocent à philosophia, quàm iis qui rebus infinitis modum constituant. Id est videantur nobis iustiores,
Iustè, Aduerbium, (δικαίως,) Iure, rectè, legitimè. Brutus Ciceroni, 4. 2. At hoc ipsum inquies, Iniquè facis, imò iustissimè. Idem in Salust. 1. Id vos si fortè offendimini, iustius huic quam mihi succensere debetis. Sic 1. de Finib. 89.
Iustè & legitimè imperare, Cic. 1. Offic. 12.
Iusto, Ablatiuus vice aduerbii. Quintil. lib. 9. cap. 4, Membrum longius iusto, tardum: breuius, instabile est.
Iusta, iustorum, n. g. plur. nu. (ἐνταφιασμοί,) Sunt exequiæ, id est Sacrificia quæ mortuis impenduntur, quòd iure fierent his qui de nobis viuentes benemeriti fuerant. Plautus Cistel. 4. 27.
Postquam ille vxori iusta fecit, illico
Hunc commigrauit. Cice. pro L. Flacco, 73, Iusta Catilinæ facta sunt. Salust. in Iugurtha, More regio iusta magnifice fecerant. Ouid. 2. Fast. 114. Hanc quia iusta ferunt dixêre feralia lucem.
Iusta facere in præcedentibus exemplis.
Iusta peragere. Plin. lib. 2. cap. vlt. 1, Eæ quum secutis diebus iusta peragerent, inuenisse dicuntur in sepulchro epistolam Dionysodori nomine ad superos scriptam.
Iusta persolui patri. Seneca Oedip. 14. 1.
Iusta funebria. Liu. 1. ab Vrbe, 84, Nec cælestes modò ceremonias, sed iusta quoq; funebria, placandosq; manes, vt idem Pontifex edoceret.
Iustis exequiarum carere. Cic. 2. de Legib. 69, Non solũ vita cruciati atq; dedecore, verum etiã sepultura & iustis exequiarum caruerunt.
Iusta funeri paterno soluere. Cic. pro Rosc. Amer. 13. Hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluisset, nudum eiecit domo, &c.
Iusta funerum reiicere. Cic. 2. de Leg. 104. Sed videamus Platonem qui iusta funerum reiicit ad interpretes religionum.
Iusta hospitalia. Liuius, Venientibus obuiam cunctus Senatus egressus, iustis omnibus hospitalibus, publicisq; & priuatis fungitur officiis.
Reddere iusta funeri. Plin. lib. 10. cap. 2. 2.
¶ Iusta, pro constitutis, quæ necessario præstari debent. Columel. lib. 11. cap. 2. 12. Item vinearum fossio iisdem locis peragenda, arbustorumque, siue putatio, siue alligatio sumenda est, quorum iusta certa esse non possunt.
Iusta facere. Colu. lib. 1. cap. 4. 6. Tum etiam ratio rustici aggrauatur exiguo operis profectu. iusta enim fieri nequeunt quum indurit ager.
Ad iusta perducere, Id est ad iustum laborem, inquit Budæus. Colu. lib. 6. cap. 14. 1, Biduo ab opere datur vacatio. tertio deinde die leuior iniũgitur labor & paulatim ad iusta perducitur. Ibidem cap. 30. 6. Sic paulatim firmioribus cibis adiutus, ad iusta perducetur. Id est integra & plena, sine diminutione.
Iusta operum peragere. Columel. lib. 9. cap. 8. 9. Iustis operum peractis se recipiunt.
Iusta percipere. Colu. lib. 2. ca. 8, Q. uærat an ex sua constitutione iusta percipiant. Id est, si omnino habeant quod eis constitutum est, inquit Budæus. Idem lib. 4. cap. 3. Nouella vitis dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad vltimam redigitur maciem.
Iusta reddere, Opus debitum & consuetum perficere. Colu. lib. 1. cap. 8. Nulla est autem maior vel nequissimi hominis iusta custodia, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

operis exactio, vt iusta reddantur, vt villicus semper se repræsentet. Idem lib.11.cap.1, Itaque curabit villicus vt iusta reddantur.
Iusta exigere, inquit Iureus, est summo iure agere cum aliquo.
Persequi & exigere iusta. Colum. lib.11.cap.3, Iusta lanificii villica persequi, atque exigere debet.
Iustitia, (δικαιοσύνη,) est (inquit Cicero 5.de Finibus, 117,) animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc quam dico societatem coniunctionis humanæ, munificè & æquè tuens.
Cura iustitiæ. Ouid. epist. 9.33.
Alienigena iustitia, Vide ALIENVS.
Inclyta iustitia, religioque ea tempestate Numæ Pompilii erat, Vide INCLYTVS.
Potens iustitia. Horat. 2. Carm. ode 17.3.
Salubris iustitia. Horat. de Arte, 41.
¶ Agitare iustitiam, Vide AGITO.
Colere iustitiam, Vide COLO.
Iustitia in mente consedit, Vide CONSIDEO.
Frænare gentes iustitia. Virg. 1. Aeneid. 106.
Vires temperare iustitia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6.5.
Iustificus, pen. corr. Adiectivum, (δικαιοποιός,) Qui facit iustitiam. Catul. Argonaut. 59.81, Iustifica mens deorum.
Iustitium, iustitii, Iurisdictionis intermissio: quas vulgus Vacationes vocat. Livius, Ac propè iustum iustitium omnium rerum futurum videbatur, donec Consul ad vrbem rediisset. Id est, omnia acta publica esse suspensa. Idem, Nuntiata ea clades, maiorem quàm res erat, terrorem excitauit. nam vt exercitu deleto, ita iustitium indictum. Cice. ad Atticum, lib. 4. 87-3, Memmius autem dirempta concione inuito Caluino planè refrixerat, & eo magis nunc concitare Dictaturam, fauere iustitio, & omnium rerum licentiæ. Gellius libro 20. cap. 1, Velut quoddam iustitium, id est iuris inter eos quasi interstitionem quandam & cessationem.
Feriale iustitium. Lucan. lib. 2.4.
Tristi iustitio clausa fora. Lucan. lib. 5.7.
Iustitium edicere, & intermittere iurisdictionem. Cic. de Aruſp. respon 51, Quæ sunt occultiora, quàm eius, qui in concione iustus est dicere iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi ærarium, iudicia tolli?
Indicere iustitium, Vide INDICO.
Iustitium remittere, sicut Iustitium indicere, teste Budæo: apud Liuium lib. 10, Vt Romam reditum est, iustitium remissum est.
IVTVRNA, Nympha Latina, soror Turni, à Ioue vitiata, cuius meminit Virgilius lib. 12. Aeneid. 30,
Dicte tuum, ne me incultes Iuturna dolorem.

Iuuamen, Vide IVVO.

Iuuenalia, Iuuenalis, Vide IVVENIS.

Iuuencus, iuuenci, m.g. (πόρταξ, δάμαλις,) & Iuuenca, iuuencæ,

à iuuando: qui iam (vt ait Varro) ad agrum colendum iuuare posset. Plaut. Trucul. 6.58,
Vidi equidem iuuencum ex indomito domitum
Fieri, atque alias belluas. Plin lib. 8. cap. 45.5, Optimè cum domito iuuencos imbuitur. Varro 2. de Re rust. cap. 5.5, Iuuencus & iuuenca.
Fortes iuuenci. Virg. 3. Georg. 11.
Laborifer iuuencus. Ouid. 15. Metam. 126.
Lunati fronte iuuenci. Stat. 6. Theb. 54.
Petulans iuuencus torua fronte. Senec. Hippol. 3.6.
Pulcher iuuencus. Virg. 5. Aeneid. 79.
Rudes operum iuuenci. Ouid. 1. Fast. 17.
Toruus iuuencus. Ouid. 6. Metam. 23.
¶ Consuescere iuuencum aratro, Vide CONSVESCO.
Fessos iuuencos disiungere. Ouid. 14. Metam. 130.
Validis terram proscinde iuuencis. Virg. 2. Georg. 48.
Socare iuuencos imposito aratro. Stat. 1. Theb. 27.
Cornigeræ iuuencæ. Ouid. 13. Metam. 197.
Formosa iuuenca. Virg. 3. Georg. 43.
Nitens iuuenca. Ouid. 1. Metam. 123.
¶ Iuuencus, de homine quoque iuuene. Horat. 2. Carm. ode 8.5,
Te suis matres metuunt iuuencis,
Te senes proci, miseræque nuper
Virgines nuptæ. Porphyrius, Iuuenci ergo non tantum boues dicuntur, sed homines: quanuis in vsu sit vt non nisi per diminutionem iuuenculos dicamus. Ouid. epist. 5.24, Graia iuuenca venit.
Iuuencæ aues. Plin. lib. 10. cap. 53.1, Ex iis iuuencæ plura quàm veteres: sed minora oua pariunt.
Iuuenculus, pen. corr. Diminutiuum, (δαμάλιον,) Catul. ad puerum, epig. 21.1, Qui floscules es iuuenculorum.

Iuuenis, & hoc iúuene, pen. corr. (νέος, νέα,)

A iuuando, quòd ea ætas maximè sit apta ad laborem tolerandum. Et à Iurisconsultis iuuenes dicuntur, qui adolescentium excesserunt ætatem, quoad incipiant inter seniores numerari. Plin. lib. 7. cap. 36.2, Cornelia enim iuuenis est, & parere adhuc potest.

Furor iuuenum. Seneca Theb. 2.7.
Princeps iuuenum. Ouid. 1. de Arte, 39.
Egregius iuuenis. Virg. 5. Aeneid. 71.
Feruidi iuuenes. Horat. 4. Carm. ode 13.6.
Ferus iuuenis. Seneca Hippol. 2.38.
Imberbis iuuenis. Horat. de Arte, 53.
Laudatus iuuenis. Stat. 5. Sylu. 1.3.
Proterui iuuenes. Horat. 1. Carm. ode 25 1.
Valens iuuenis. Ouid. 15. Metam. 42.
Astringere iuuenem. Vide ASTRINGO.
Fieri aliquem iuuenè. Quintil. lib. 1. cap. 2.2, Nam & adulti ferè pueri ad hos præceptores transferuntur, & apud eos iuuenes etiã facti plerumque.
Iunior in comparatiuo facit. Columella Iuuenior dixit lib. 9. cap. 11, de apibus, Iuueniori examini solet accidere. Alia exemplaria habẽt Iuniori. Plin. lib. 18. cap. 3.2, Iuniorum familiæ bubulcum nominauerunt.
Tota anno iunior. Horat. 2. epist. 1.9.
Iuniores cerui. Plin. lib. 8. cap. 32.7, Alioqui ante frontem prominere solitos iunioribus.
Iuuenis, de oue. Colum. lib. 7. cap. 3, Fœmina post biimatum maritari debet, iuuenisque habetur quinquennis.
Iuuenis, adiectiuè, pro Iuuenili. Ouid. 7. Metam. 59,
- & admonitus iuuenes nutricibus annos Posse suis reddi.
Iuuenilis, & hoc iuuenile, pen. prod. (νεανικός, παιδικός,) Quod ad iuuentutem pertinet: vt Aetas iuuenilis. Iuuenile robur. Colum. lib. 4. cap. 5.3. Iuuenilis ludus vel iocus. Liu. 1. ab Vrbe, 253. & lib. 5. 103.
Annis iuuenilibus iuncti. Ouid. 8. Metam. 127.
Ardor iuuenilis. Seneca Octau. 4.18.
Carmina iuuenilia. Ouid. 2. Trist. 68.
Corpus iuuenile. Virg. 5. Aeneid. 94.
Decus iuuenile. Ouid. ad Pisonem, 53.
Gratia iuuenilis. Stat. 2. Sylu. 1.2.
Incoepta iuuenilia. Ouid. epist. 17.7.
Opus nitidæ iuuenile palæstræ. Ouid. 6. Metam. 49.
Via iuuenilis. Ouid. 2. Metam. 93.
Læta & iuuenilia luti. Ouid. 5. Trist. eleg. 1.2.
Iuuenilior. Ouid. 14. Meta. 128, Silenusq; suis semper iuuenilior anno.
Iuueniliter, pen. corr. Aduerbium, (νεανικῶς,) More iuuenum, quemadmodum & Puerilter. Cic. de Senect. 9, Quum plane grandis esset, & Annibalem iuuenilitèr exultantem patientia sua mollieba t. Colum. lib. 7. cap. 12.10, Mares iuuenilitèr vsque in annos decem progenerant. De canibus.
Venatum in syluas iuueniliter ire solebam. Ouid. 7. Metam. 164.
Ingenio vti iuueniliter. Ouid. 2. Trist. 24.
Iuuenalis, & hoc iuuenale, pen. prod. (νεαρός,) Idem quod Iuuenilis. Plin. lib. 33. cap. 2.2, Quum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, questus esset in Senatu, &c. Inusitatum.
Iuuenalis dies, Iuuenili ætati peculiariter celebrandus. Sueton. de Caligula, Adiecit diem Saturnalibus, appellauitque Iuuenalem.
Iuuenalia, Ludi qui pro salute iuuenum celebrabantur.
Ludi iuuenalium. Tacit. lib. 14, Ne tamen adhuc publico theatro deboneſtaretur, instituit ludos Iuuenalium vocabulo, in quos pastim nomina data.
Iuuenesco, iuuenescis, (νεανίσκομαι,) Iuuenescere, Iuuenem fieri. Plin. lib. 21. cap. 11.8, Rosa & quinquennium perfert non recisa, nec adulta. Illo enim modo iuuenescit. Idẽ lib. 34. cap. 14.1, Vites squalore decisæ annis omnibus cogimus iuuenescere. Sic lib. 8. cap. 57.4, de gliribus, Rursus æstate iuuenescunt. Ouid. 3. Amor. eleg. 6.9,
Illius à tactu Pylius iuuenescere posset.
Vitulus iuuenescit in herbis. Horat. 4. Carm. ode 2.11.
Iuuenari, (νεανίεύω,) dixit Horatius in Arte, 50, pro Iuuenescere. Aut nimium teneris iuuenentur versibus vnquã. Id est iuuenilitèr loquantur.
Iuuentus, iuuentútis, pen. prod. f.g. (νεότης,) Aetas iuuenilis, quæ & Iuuenilitas & Iuuenta dicitur. Salust. Ibique iuuentutem suam exercuit.
Cruda iuuentus. Silius lib. 3.62.
Docilis iuuentus. Horat. in Carm. seculari, 9.
Effera iuuentus. Virg. 8. Aeneid. 1.
Torosa iuuentus. Pers. Sat. 3.9.
Acuere iuuentutem, Vide ACVO.
¶ Iuuentus, Multitudo iuuenum. Plaut. Mostel. 2.19.
Quo nemo adeque iuuentute ex omni Attica Antehac est habitus parcus, nec magis continens. Seruius Sulpitius, Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum eligere. Cæsar 3. bel. Gal. 412, Nam quum omnis iuuentus, omnis etiam grauioris ætatis, in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit, eò conuenerant, tum, &c. Cic. 2. Tuscul. 59. Iuuentutem laboribus erudiunt.

¶ Iuuentus,

¶ Iuuentus, Dea quæ præesse putabatur ætati iuuenili. Plin. lib. 35. cap. 10.41, Pinxit hic raptum Proserpinæ: quæ tabula fuit in Capitolio in Mineruæ delubro supra ædiculam Iuuentutis. Idem lib. 29. cap. 4.1, Eadem de causa supplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani, vini in furcas sambucea arbore fixi Liu. 4. Decad. lib. 6, Iuuentutis ædem in Circo maximo C. Licinius Lucullus Duumuir dedicauit. Vouerat eam sexdecim annis antè M. Liuius COSS. quo die Asdrubalem exercitumque eius cecidit.
Iuuenta, (νεότης,) Aetas iuuenilis: & (vt quibusdam placet) dea ipsa melioris ætatis & iuuentutis. Val. lib. 4. Plin. lib. 7. cap. 13.1. Alis sterilis est iuuenta, aliis semel in vita datur gignere. Sic cap. 51.2. Et lib. 9. ca. 35.5, Nec nisi iuuenta constant ille qui quæritur vigor.
Ab Iuuenta, Vide AB præpositionem.
Calida iuuenta. Claud. de bello Get. 100.
Dulcis iuuenta. Horat. 1. Carm. ode 16.5.
Audax iuuenta. Virg. 4. Georg. 113. Valer. 7. Argon. 103.
Lumen purpureum iuuentæ. Virg. 1. Aeneid. 119.
Florente iuuenta feruidas. Horat. de Arte, 24.
Imbellis iuuenta. Horat. 3. Carm. ode 2.3.
Prima florescente iuuenta. Silius lib. 15. 146.
Pubescens iuuenta. Silius lib. 16. 136.
Rosea iuuenta. Valer. 5. Argon. 73.
Senilem iuuentam, pœnaturæ mortis esse signum. Plin. lib. 7. cap. 51.2.
Viridis iuuenta. Virg. 5. Aeneid. 56.
Exercere iuuentam. Catul. in Epithalam. Iuliæ.
¶ Iuuenta, Multitudo iuuenum. Matt. lib. 1.98. Quintiliane vagè moderator summe iuuentæ.
Iuuentas, (ἥβη,) Dea, quæ iuuentuti præesse putabatur. Horat. 1. Carm. ode 30.2, ad Venerem,
Feruidus tecum puer, & solutis
Gratiæ zonis, properentque nymphæ,
Et parum comis sine te Iuuentas. Vide Liuium 1. Decad. lib. 5. ad finẽ. Lucret. lib. 5.178,
Tum demum puerili ætas florente, Iuuentas
Occipit, & molli vestit lanugine malas.
IVVERNA, (ἰουερνία, ἰέρνη,) Insula est, Britanniæ proxima, quæ hodie Hibernia dicitur, Iuuenalis Satyra 2.17, -arma quid vltra
Littora Iuuernæ promouimus, & modo captas
Orchades, ac minima contentos nocte Britannos? Cæsar lib. 6, Hiberniam vocat, dimidio quàm Britannia minorem.

Iuuo, iuui, iutum, (ἐπίκουρέω, ἐπαρήγω,) Iuuare, Auxiliari, & opem ferre.

Iuuare aliquem consolando, consilio, aut re. Plaut. Trinum. 4.112,
nunc ego te quæso
Vt me opera & consilio iuues, cõmunices que hanc mecum meam Protuinciam. Idem Pseud. 3.17,
- fac me certum quid tibi sit:
Iuuabo aut re, aut opera, aut bono consilio. Terent. Heaut. 1.1.34.
credo inquam mihi,
Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero.
Iuuare aliquem consilio. Cic. 1. Offic. 95.
Iuuare auxilio. Cice. in Topicis, 37, Si consilio iuuare ciues & auxilio æqui in laude ponendum est, pari, &c. Idem pro Corn. Balbo, 17. Et Antequam iret in exilium, 16. Virg. 10. Aeneid. 7,
Iuant peccata, neque illos Iouis auxilia.
Supplicibus iuuandis afluctus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.22.
Facundia iuuis eiusdem. Ouid. 9. Metam. 102.
Iuuare aliquem apud Cice. ad Atticum, lib. 16. 346.1, Multum potes nos apud Plancum iuuare.
Iuuare ad. Cic. 1. de Finib. 180, Eruditio ad beatam vitam iuuat.
Iuuare, Beneficio, & misericordia prosequi. Cicero 3. Verr. Legis Cornelia meam eliseam omnium iuuari vetat. Liuius, Iuuisse eos omni eò patronum qui in miseris erat. Budæus.
¶ Iuuat, impersonale, id est Delectat. Iuuat me, & Iuuat mihi. Plau. Capt. 4.33, Nequem vnquam quicquam me iuuat quod edo domi. Hoc est, Nullum mihi vsillitatem aut delectationem adfert. Idẽ Cistel. 2.107. Quando ita tibi iuuat, vale atque salue. Hoc est, Quando ita placet. Terent. Adelph. 2.3.2, Verùm eiusmodi id demum iuuat, si, quem æquè est bene facere, is facit. Hoc est, placet. Plin. epist. 13.2, Iuuat me quòd vigent studia, profert se ingenia hominum, & ostentant. Idem epist. 101. lib. 9. ad Sabinianum, Bene fecisti quòd libertum aliquando tibi charum, reducentibus epistolis meis in domum, in animum recepisti: iuuabit hoc te. Me certè iuuat, primum quòd, &c. Virg. 1. Georg. 88, myricæ. Martial. 12.69, Otia me, lõmnos; iuuat esse, nec matrẽ iuuat esse nec sororẽ. Sic lib. 5.94. Cicero in Verr. 6, Iuuat me hæc pclara animo sic concidisse. Idem ad Q. fratrem, lib. 2.14.1, Teq; lætari animo iuuat, &c. valde me iuuat. Idem Mescinio, lib. 5.21.13, Iuuiq; me, tibi cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proles Ixionis Pirithous.Ouid.8.Metam.81.
Ixioneus,Adiectiuum, (ἰξιονεύς,) vt Orbis Ixioneus.Virg.4.Georg.97.
Ixionides, pen.corr. (ἰξιονείδης,) filius Ixionis, qui fuit Pirithous. Propertiib.2.eleg.1.8, Thesens infernis,superis testatur Achilles,
Hic Ixioniden,ille Menœtiaden.

I Y

Iynx, (ἴυγξ,) iyngis,Auis,quæ vertilla à colli versura vocatur. Aristot.lib.2.animal.cap.12.

K

K (κάππα,) Litera Græcorum est, non Latinorũ, quam ipsi cappa vocant. Ea Latinis in vsu nõ est, nisi in dictionibus Græcis,quibus tanquã Latinis vtuntur: vt Kyrie eleison, κύριε ἐλέησον, Id est,domine miserere.Priscianus lib.1, K (inquit)& q,quamuis figura & nomine videantur aliquam habere differentiam cum c, tamen eandem tam in sono vocum, quàm in metro continent potestatem:& K quidem superuacua est.Q uintil. lib.1.cap.De orthographia,K quidem in nullis verbis vrendum puto, nisi quæ significat,etiam vt sola ponatur.Hoc eò non omisi,quòd quidam eam, quoties a sequatur, necessariam credunt: quàm sic e litera, quæ ad omnes vocales vim suam perferat.

L

Abasco, Vide LABO, labas.

LABDACVS,pen.corr.(λαβδάκος,) rex Thebanus,vltimus Agenoris filius, Laium genuit Thebarum regem, Oedipi patrem ex Iocasta Creontis Thebani filia.
Labdacidæ truces, (λαβδακίδαι,) Stat.10.Thebaid.8.

Labefacio, Vide LABES.

Labellum, Vide LABRũ.

LABEO Antistius, (λαβεὼν ἀντίστιος,) (inquit Gellius) suris quidem ciuilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de iure publicè responsitauit: cæterarum quoque bonarũ artium non expers fuit, & in Grammaticam sese atque Dialecticam, literasque antiquiores,altioresque penetrauerat: Latinarumque vocum origines, rationesque percalluerat: eaque præcipuè scientia ad enodandos plerosq; iuris laqueos vtebatur. Hactenus Gellius lib.13.cap.10. De quo rursum cap.12,eiusdem libri scribit,In quadam epistola(inquit)Atteï Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistium legum atque morum Pop.Rom.iurisq; ciuilis doctum ãpprimè fuisse. Sed agitabat (inquit) hominem libertas quædam nimia,atque vecors vsque eo,vt D.Augusto iam principe,& Remp. obtinente,ratum tamen,peinsumque nihil haberet,nisi quod iustum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset.Ac deinde narrat quid idem Labeo per viatorem à Trib.pleb. vocatus responderit.Quem à muliere (inquit) quadam Tribuni plebis aduersum eum aditi,Gellianum ad eum mittebant vt veniret,& mulieri responderet iusset eum, qui missus erat, redire, & Tribunis dicere,ius eos non habere,neque se,neq; alium quenquam vocandi quoquam moribus maiorum Trib. pleb. prehentionem haberent, vocationem non haberent. Posse igitur eos venire, & prehendi se iubere, sed vocandi absentem ius non habere.Hæc Gellius.
Insanior Labeone.Horat.1.Serm.saty.5.17.

LABERIVS, (λαβέριος,) poeta mimographus,Eques Romanus,cuius meminit Macrobius Saturnal. lib.2. & Gellius lib.11.cap.9. Seneca lib.7, Declamationum, Laberium mimum diuus Iulius ludis suis produxit.deinde Equestri ordini reddidit: quẽ quum iussisset ire sellam, omnes Equites ita se coarctauerant, vt venientem non reciperent. Horat.in Serm. Et laberi mimos vt pulchra poemata mirer.

Labes, labis,fœm.ge. (λάβη.) à lapsu dicitur, Violenta quædam vel aquæ illuuies, vel tempestatis, grandinisue ruina, aut quum terra in altissimum hiatum vel barathrum aperitur. Plaut.Capt.14.3, Quanta pestis pernis veniret,quanta labes laridoi Cic.1.de Diuinat. 158,Delata etiam ad Sena rum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset.Ibidem,96,Vt multa oppida corruerint,multis locis labes factæ sint,terræque desederint. Vlpianus Locati & conducti,L.Ex conducto:Sed etsi labes facta sit,omnemque fructum tulerit,damnum coloni non esse.
Labes, (σπίλος,) (inquit Festus) macula in vestimento dicitur: & deinde metaphorice: transfertur in homines vituperatione dignos. Cic.pro Corn.Balbo,11,Est ei in huius sæculi labes quædam & macula virtuti inuidere,velle ipsum florem dignitatis infringere.Plaut.Persa,12.4, Impure,inhoneste,iniure,illex,labes populi.
Adulterii labe carere.Ouid.in fragmento,9.
Labes conscientiæ. Cic.3.Offic.113, Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera?
Labes innocentiæ & ruina. Cic.pro L. Flacco,18, An innocentiæ labem aliquam,aut ruinam fore putatis?
Prima mali labes.Virg.2.Aeneid.20.
Pudoris laborem eluere.Senec.Hippol.8,6.
Labes Reipublicæ,Ruina & occasus.Cic.pro Domo sua,1, Nam si illa labes ac flamma Reip.suum illum pestiferum & funestum Tribunatum, quem æquitate humana tueri non potest,diuina religione defenderit.
Idem 2.Verr.1,Labes ac pernicies prouinciæ.Idem de Amicit.39.Videtis in tabella, iam antè quanta sit facta labes, primo Gabinia lege, biennio autem post Cassia.
¶ Dare labem.Lucret.lib.2.230,
Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi
Expugnata dabunt labem,putresque ruinas.
Inferre labem.Cic.pro Cælio,33,Ne probrum castis,labes integris,infamia bonis inferatur.
Candor ab insolita labe notandus erat.Ouid.epist.4.7.
Labécula,Labécolæ,pen.corr.fœ.ge. (σπιλίδιον,) Diminutiuum. Cicero in Vatinium,32,Sed quum T.Annium tanto pere laudes,& clarissimum virũ nonnullam laudatione tua labeculam aspergas,&c.
Labefacio,labefacis,labefeci,labefactũ,(μετοκωνία,)labefacere,Rũpere, destruere.Terent.Adelph.2.2.36, - omnes dentes labefecit mihi.
Præterea colaphis tuber est totum caput.
Labefacere aliquem,Deterrere. Cic.pro Sestio,87, Quem nulla vnquam vis,nullæ minæ,nulla inuidia labefecit.Bodæus.
In omnem partem labefacere aliquid.Ouid.3.Metam.14.
Labefacere fidem suam.Suet.Redit sanè nihilo opulentior,vt qui pecuniæ labefacta fide omnia prædia fratri obligaret.
Labefacere, Eneruare,frangere, debilitare resoluere. Lucret.lib.4.224, Vsque adeo cupidè Veneris compagibus hærent,
Membra voluptatis dum vi labefacta liquescant.Bodæus.
Labefactus, Participium, (μετοκωνδής,) vt Labefacta cadebat religio. Claud.1.in Ruffinum,3.
Animum labefactus amore.Virg.4.Aeneid.80.
Robora labefacta.Ouid.12.Metam.66.
Labefacio,Verbale, (μετοκίνησις,) Plin.lib.13.ca.1.41, Tussim vetere inhibet,& gutturis reuuatismos, orthopœam, denisũ labefactionis.
Labefacto,labefactas, (παρεκωνία,) labefactare, Frequentatiuum, Idem significans quod Labefacere:nempe Polluere & contaminare.Celsus lib.3,Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit,quo sicuti ius in gediantur sublimes,& elatis capitibus,ac minus colla eorum labefactentur.Cic.de Senect.18,Quòd si legere & audire velitis externa,maximas Respub.ab adolescentibus labefactatas,à senibus iustitia & restitutas reperietis. Hic restituere oppositi verbo labefactare.
Labefactare & peruertere.Cic.3.de Finib.107.
Labefactare signum Cic.6.Verr.84,Postea conuulsis repagulis,effractisque valuis,demoliri signum,ac vectibus labefactare conantur.
Labefactare atque oppugnare commoda alicuius.Cic.5.Verr.157.
Labefactare aratores,& penitè euertere.Cic.5.Ver.38,Labefactatur enim vehemẽter aratores iã supior annus: proximus verò funditus euertetur.
Labefactare fidem suam aut alterius pretio: Hoc est corrumpere & violare.Liu.4.bel.Pun.92.Et Cic.pro Cluent.153.
Labefactare opinionem.Cic.pro Cluent.3.
Labefactare & euertere Rempub.Cic.1.de Finib.69.
Labefactare vitas hominum,Cic.1.de Inuent.1.
¶ Labefactare aliquem,pro Commouere,& à proposito auertere. Cic. ad Cornificium,lib.12.25.5, Nec verò postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria,contumeliaque Reip. prouinciam absens obtinebat. Idem in Parad.1, Quem neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactarer iniuria.Terent.Eunuc.3.3.3.
Profectò quanto magis,magisque cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum,
Ita me video ab ea astutè labefactarier.Cic.de Amicit.33,Quòd siquidem longius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionem incidissent.
Animum labefactare.Lucret.lib.6.160.
Labefactare aliquem atque infirmare. Cic.2.Verr.24, Nunquam ille me opprimet consilio, nunquam vllo artificio peruertet, nunquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur.

Labeo, Vide LABIVM.

LABIENVS,pe.prod.(λαβιηνός,) Cæsaris in Gallia legatus,q; magnas sub eo res gesserat:demũ bello Ciuili transfugit ad Pompeium,cui Cæsar bona quæ habebat in prouincia,remisit.Luca.li.5.70, - dux fortis armis Cæsareis Labienus erat,nunc transfuga vilis. Labienus historicus,cuius scripta abolita fuere.Tranquillus in Caligula,cap.16, T.Labienus, Cordi Cremutii,Cassii Seueri scripta Senatusconsultis abolita,requiri,& esse in manibus,lectitarique permisit:quando maximè sua interesset,vt facta quæque posteris tradantur.

Labium,

Labium, labii,q.d. sæpius plur.nu.dicitur,Labia,labiorũ,(χείλος,) Extremitates oris hois.Ter.Eun.2.3.44,Labiis demissis.
Trementia labia.Silius lib.8.23.
¶ Labia,labiæ,fœmininum probat Nonius ex Plauto, Stich.14.41,Age tibiæ,quãdo bibisti,refer ad labias tibias.Et ex Nævio Macho,Exule verberatio populus hominũ,labias pugnis cædere. Gellius,Labia sensim primores emouemus. Plin.lib.10.ca.29.8,Visum iam sæpe,iussas canere cœpisse,& cum symphonia alternasse:sicut homines repertos, qui sonum luscinarum,addita in transuersas arundines,aqua,indiscreta redderent similitudine.
Labeo,labeõnis,(χείλων,)Cui magna sunt labia.Plinius lib.11.ca.37.31, Labra quibus broccei, labeones dicti, & os probum durissuve, animal generantibus.

Labo, labas,priore,corr.(ὑποφέρομαι,)laborare, Ruere,& repentè cadere,inquit Valla lib.5. Translatio sumpta ab arbore,quę multis ferri ictibus succisa,tãdẽ incipit casum ruinamq; minari.Plau. Merc.118.11, -quumq; putant viuere,tunc ruunt maximè.
Tunc tunc student persequi,labant iuuenes.itidem rapiuntur senes.
Idem Sticho,3.16,
Vt cuique homini res parata est,firmi amici suntisi labant
Res lassæ,itidem amici,collabascunt. Ouid.lib.11.Metam103,Iamq; labant cunei,spoliataque tegmina ceræ. Virg.2.Aeneid.90.
-labat ariete crebro iamq. Cic.6.Verr.81,Hora amplius tam in demoliendo signo,quam multi homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte.
Aedes labantes reficere Horat.3,Carm.ode 6.1.
Cursus labat mihi incerto limite.Stat.5.Sylu.48.
Dentes labant.Celsus lib.7.cap.12.
Genua labant.Virg.12.Aeneid.180.
Naues labant.Ouid.2.Metamor.53.
Dubii stantque labantque pedes.Ouid.6.Fast.136.
Labare sermone,per transtationem, pro Inconstanter & timide loqui. Plin.lib.14.cap.12.7, Non labasse sermone,nec leuatum vomitione, non altera corporis parte.
Acies labans. Tacit.lib.19, Sustinuit labantem aciem Antonius accitis prætorianis.
Labant animi hoc est deficiunt.Liu.6.bel.Maced.39,Deinde quum multi propugnantes caderent, aut vulnerarentur, labare animi cœpere. Sic 2.ab Vrbe,108.
Animum labantem impulit.Virg.4.Aeneid.5.
Labare,consilium meum quod fixum erat.Cic.ad Atticũ,lib.8.166.4. Et simul citò labare meum consilium illud quod iam satis fixum videbatur: non mihi satis idonei sunt authores ii, qui à te probantur.
Corda labantia.Virg.12.Aeneid.45.
Fortuna reges inter incertos labat.Senec.Thyest.1.7.
Memoria labat.Liu.1.ab Vrbe,83.Vires corporis affectæ,sensus oculorũ atque aurium beberes,memoria labat,vigor animi obtusus.
Mens labat. Celsus libro 2.cap.7. Quibus causa doloris, neque sensus eius est,his mens labat. Idem lib.3.cap.19.Siquidem mens in illis labat,in hoc constat.
Oculi labantes languore.Catull.de Berecynthia,58.
In dubio pectora nostra labant.Ouid.epist.16.36.
Spes labat misto metu.Ouid.4.Trist.eleg.3.3.
Vita labat,Id est non recta est & integra.Ouid.ad Pisonem,7.
Labare,& mutare sententiam.Cic.1.Tusc.Mouemur enim sæpe aliquo acutè conclusio:labamus,mutamusq; sententiam.
Labasco,labascis,(ὑποφέρομαι,)labascere,Inchoatiuũ verbũ, inquit Donatus,Ruinam minari,& ruinæ proclueri esse. Terent. Eunuch.1.2.98, -si stetue ceciderint
Syncerè dici,quidnis possem perpeti.
¶. Labascit victus vno verbo, quàm citò?Hoc est, suis blandis verbis perpellit ea illum vt assentiatur. Idem Adelph.2.2.31,
Hocine incipere illo dignum est thocine Aeschinum?
Per oppressionem vt hæc mihi eripere postulet?
5.Labascit.Vbi Donatus,Hoc prestè dicitur.Et propriè dicit labascit, vt & suam instantiam, & cunctationem tardè incipientis consentire monstraren.Nam inchoatiuum verbum est. Et est metaphora ab arbore cæsa:quæ multis succisa ictibus,ferri tandem incipit in casum pondere,ruinamque minitari.
Vincitur in longo spatio tamen,atq; labascit.Lucret.lib.4.254.
Labascos,Deponens,pro prouitiuo.Varro Rerum diuinarum lib.7,Post quam vidit misericordia labasci mentẽ infirmam populi.Nonius.
Labans labantis,(ὑποφερόμενος,)Participium.Liu.6.bel.Pun.116,Sustinuisse labantem fortunam Populi Romani.

Labor, priore prod.liberis,pe.cor.lapsus sum,(ὀλισθάνω, ὀλισθαίνω, ὀλισθάω, ὀλισθάνομαι,)labi,Leniter & sensim decidere,ruere,deficere,mori,falli.Cic.de Amicit.39,De C.Gracchi autem Tribunatu quid expectem,non libet augurari:serpit enim deinde resque procliuius ad pœnam,quum semel cœpit,labitur.Plaut.Trinum.5.17.
Q uàm extemplò sæuis sagittis percussus est,ilico res foras Labitur, liquitur. Plinius in Paneg.30, Q uàm speciosum est enim, quòd disciplinam castrorum lapsam extrẽtamque refouisti depulso prioris sæculi malo.
Labi etiam dicuntur ii,qui in lubrico imprimentes vestigia,ad terrã ferũ turmon cum ruina,sed lentius,inquit Valla,& cum aliqua mora.
Anguis labit,pisces in aqua,murena,& quicquid motu lubrico est,labit.
Pennis labi.Virg.4.Aeneid.45.
Per æquora labi rate.Ouid.epist.10.13.
¶ Occultè labitur ætas.Ouid.1.Amor.eleg.10.
Frigus per vngues labitur.Ouid.1.Metamor.165.
Gutta labitur ex oculis.Ouid.1.Trist.eleg.3.1.
Humor in genas furtim labitur.Horat.1.Carm.ode 13.2.
Lachrymæ labuntur.Ouid.2.Metamorph.65,
-lachrymæque genis labuntur obortæ.
Somnus labitur in artus.Ouid.11.Metam.127.
Tempora labuntur.Ouid.15.Metam.36.Et 6.Fast.155.
¶ Labitur is qui ad egestatem vergit iactura & infortunio. Cicero pro Rabirio, Equitem Romanum veterem amicum suum non libidine, non turpibus impensis, sed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit, corruere non sinit, fulit, & sustinuit re,fide,fortuna. Budæus.
¶ Labi,Errare,falli,peccare.Cic.1.de Finib.27, Epicurus autẽ in quibus sequitur Democritum,non ferè labitur.
Q uin labebar longius,nisi me retinuissem.Cic.1.de Legib.77.Per translationem dictum,pro Longius à proposito recedebam.Idem 2.de Diuinat.120,Sed labor longius ad propositum reuertar.
Labi in adulationem.Tacit.lib.4,Et in adulationẽ lapsos cohibebat ipse.
In gaudia labi.Valer.6.Argon.135.
Labi imprudentia.Cic.pro Rabirio,19,Sed in his rebus omnibus imprudentia liberis.
Labi in imprudentiam.Varr.3,de Re rust.cap.2.6, Q uoniam ego ignoro,inquit,quid sit villa,velim me doceas,ne labar in imprudentiam. Alia exemplaria habent ne labar imprudentia.
Errore labi.Modestinus in L.Si alii.ff.De bono pos.secun.tab.
Labi mente,pro Delirare.Celsus de signis percussæ vuluæ,lib.5.cap.26, Q uædam mente labuntur,quædam sui compotes.
Labuntur ad mollitiem mores.Cice.2.de Legib.62,Quarum mores lapsi ad mollitiem pariter sunt immutati cum cantibus. De Græciæ ciuitatibus loquitur.
Labi in officio.Cic.2.Tusc.18,Sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est,quòd in officio,cuius magister esse vult,labitur.
Labi ad opinionem aliquam.Cic.4.Acad.249,Vos autem mihi veremini ne labar ad opinionem,& aliquid asciscam,& comprobem incognitũ, quod minime vultis.
Labi in proclue.Cic.4.Tusc.63,Quod quum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius,quia sunt in lubrico: incitataq; temel in proclue labuntur,sustineriq; nullo modo possunt. De vitiis loquitur.
In vitium labier.Horat.2.epist.1.10.
Labens,Participium,(ὀλισθαίνων,) Liuius 2.ab Vrbe,85, Labentibus super corpus armis.
Anni labentes.Virg.1.Aeneid.3.
Anni labentes tacito passu.Ouid.4.Trist.eleg.9.6.
Caput labens leua.Lucan.lib.3.147.
Die labente quærit conuiua.Virg.4.Aeneid.16.
Labente deinde paulatim disciplina,velut dissidentes primo mores sequatur animo.Liu.1.ab Vrbe,6.in Præfat.
Miserere domus labentis.Virg.4.Aeneid.64.
Flumina labentia sub terras.Virg.4.Georg.73.
Ocellos labentes premit somnus.Propert.lib.1.eleg.10.2.
Sidera tacito labentia cælo.Virg.1.Aeneid.103.
Lapsus,Participium,(ὀλισθηκώς,)Cic.pro Lege Manilia,28,Itaq; omnes quidem nunc in his locis Cn.Pompeium ictu aliquem non ex hac vrbe missum,sed de cælo lapsum intuentur.
Per funem demissum lapsi.Virg.2.Aeneid.53.
Pede lapsus.Horat.1.Serm.satyr.8.15.
Lapsus ipse,pro Frustratus.Cæsar 5.bel.Gallici.
Lapsus in verbo.Ouid.1.Amor.eleg.8.2.
A vera ratione lapsus Lucre.lib.2.36.
Lapsus per vinum. Arrianus in L.Omne delictum.Parag.Per vinum.ff. De re milit.
¶ Lapsus animi.Plaut.Cistel.5.8,
Ita mihi ingenia sunt,quod lubet,non lubet iam,id continuò
Ita me amor lapsum animi ludificat,fugat,agit,appetit.
Lapsus facultatibus dicitur,qui ad inopiam decidit. Vlpianus in L.1.ff. De magistrat.conuen. Quòd si satis exegit,& idoneum exegit, quãuis postea facultatibus lapsi sint tutores,vel fideiussores:quod ei qui non dedit imputetur.
Succurrere lapsis res est regia.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ales lapsa plaga ætheria.Virg.1.Aeneid.80.
Lapsa consuetudo. Cic.2.Offic.12, In quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via.
Casius lapsis paucis pòst diebus consequebatur. Id est elapsis & præteriit.Cic.10.Philipp.274.
Fides lapsa solo tempore.Ouid.epist.2.21.
Res lapsæ.Virg.4.Georg.90.
Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus.
Lapse ruinæ.Valer.lib.4.Argon.100.
Sidera lapsa sub terras,& Sidera orta,contraria.Ouid.1.Fast.1.
Lapsûrus,pen.prod.(ὀλισθήσων,) Aliud participium.vt
Domus lapsura.Ouid.in Ibin,103.
Silex iam iam lapsura.Virg.6.Aeneid.111.
Lapsus,huius lapsus,masc.g.(ὄλισθος,ὀλίσθημα,) Ruina, casus, præcipitium.Cic.de Senect.48,de vinea loquens,Quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne sylueicat sarmentis,& in omnes partes nimia fundatur.
Lapsus scalarum.Plin.lib.7.cap.37.3, Et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est.
Lapsus fidei. Plin.lib.5.cap.1.11, Haud alio fidei proniore lapsu, quàm vbi falsæ rei grauis author existit.
Lapsus serpentum, Serpentum progressus dicitur. Virgil.2.Aeneid.45, At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt.
Labi propriè serpentum est. Seruius.
Lapsus fluminum.Horat.1.Carm.ode 12.2.
Pronus lapsus fluminum.Claud.1.in Ruffin.32.
Placidus lapsus.Ouid.6.Fast.100.de Nymphis natantibus.
Lapsus anium,vt Horrifico lapsu adsunt Harpyiæ.Virg.3.Aeneid.45.
Rotarum lapsus.Virg.2.Aeneid.48,
-pedibusque rotarum Subiiciunt lapsus. Hoc est rotas quibus facilius labatur ingens ille equus ligneus.
Graues nimio sub pondere lapsus.Lucan.lib.1.15.
Ancipites rerum lapsus.Claud.1.Paneg.19.
Immundus lapsus,Vide IMMVNDVS.
Miserandus lapsus.Silius lib.4.78.
Lapsio,Verbale,(ὀλίσθησις,) Cic.4.Tuscul.43, Sed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona sunt aptiores,facilitas nominetur: in malis pro cliuitas,vt significet lapsionem,in neutris habeat superius nomen.
Lapso,lapsas,lapsare,(ὀλισθάνομαι,) Frequentatiuũ.Virg.2.Aenei.110,
-hæc dicens altaria ad ipsa trementem
Traxit& in multo lapsantem sanguine nati.De Priamo.
Lapsantem gressum firmare.Silius lib.3.118.

Labor priore corr.laboris,masc.geo.(πόνος,πόνος,μόχθος,κάμα-τος,μοχθισμός,) Opera,defatigatio. Valla, Labo primam breuem habet,labor primam longam. Hinc labor,laboris: & laboro, laboras,prima breuisquòd an ab altero illorũ deriuetur, an ab vtroque potius,liberum opinaturis relinquo.Hactenus Valla lib.5. Cic.2. Tuscul.60, Labor est functio quædam vel animi vel corporis grauioris operis & muneris.Virg.2.Aeni.142, -nec me labor iste grauabit.
Sine labore. Cic. de Senec.74, Otiosam ætatem & quietam sine vllo labore aut contentione traducere?
Impiger ad labores belli.Cic.pro Fonteio,28.
Auxilium laborum.Virg.3.Aeneid.19.
Fructus laboris. Quintil.lib.1.cap.7.4, Vt laboris sui fructum etiam ex illa,quæ maximè peritur,laude, plurimum capiant.Ouid.epist.12.35.
Mollis,& impatiens laboris.Ouid.3.Trist.eleg.2.2.
Imprudens laborum.Virg.2.Georg.75.
Liber laborum.Horat.de Arte,43.
Monimenta laboris Ouid.3.de Ponto,eleg.5.7.
Patiens laborum,Vide PATIOR.
Patiens laboris natura.Quintil.lib.1.cap.12.8, Et patientior est laboris natura pueris,quàm iuuenibus.
Pretium non vile laboris.Ouid.epist.17.34.
Remissio laborum non inutilis.Quintil.lib.3.cap.8.20.
Socius & consors laboris,Vide CONSORS.
In tenui labor.Virg.4.Georg.2.
Tædium laboris.Quintil.lib.2.cap.2.4.
Animi capitisque labor.Horat.1.epist.1.9.
Anni labor.Virg.2.Georg.103.
Lunæ labores.Virg.2.Georg.98.Hoc est defectus.
Operum labor.Virg.1.Aeneid.92.
Solis labores.Virg.1.Aeneid.150.
¶ Acrior labor.Silius lib.3.19.
Additus labor frumentis.Virg.1.Georg.30.
Armiferi labores.Stat.1.Sylu.2.20.
Assiduus labor.Stat.4.Sylu.6.
Austerus labor.Horat.1.Serm.saty.2.3.
Blandus labor,Vide BLANDVS.
Cassus labor,Vide CASSVS.
Castrensis labor,Vide CASTRVM.
Catenati labores,Vide CATENA.
Continui labores,Vide CONTINEO.
Difficilis labor.Ouid.2.de Arte,108.
Dulcis erat mercede labor.Ouid.6.Fast.133.
Duri labores.Valer.lib.5.Argon.56.Virg.4.Georg.23.
Edomiti,exudatique labores.Silius lib.3.107.
Extremus labor.Virg.10.eclog.1,
Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.
Facilis labor alternis.Virg.1.Georg.96.
Fœlix labor.Valer.lib.4.Argon.66.
Illiberalis labor,Vide ILLIBERALIS.
Immensus labor.Ouid.1.Metam.147.
Imperatorius labor,Vide IMPERO.
Indignus labor.Iuuenal.Saty.7.2.
Ineptus labor,Vide INEPTVS.
Infinitus labor. Cice.in Oratore,83, Nam esset cum infinitus, tum puerilis labor.
Ingratus labor.Virg.3.Georg.19.
Insanus labor.Virg.2.Aeneid.154.
Intendens labor & vigiles curæ.Stat.1.Sylu.4.11.
Leuis labor,Vide LEVIS.
Militaris labor Quintil.lib.2.cap.1.3.11.
Multus labor:vt Multo sudore & labore ferre aliquid.Cic.pro Fonteio.
Paruus labor.Tibul.lib.4.ad Messalam,4.
Labor peruigil.Valer.lib.5.Argon.29.
Positus labor.Silius lib.7.57.
Prædurus labor.Valer.1.Argon.48.
Sudatus labor.Silius lib.3.19.
Labor sudatus in Aemo.Stat.5.Thebaid.38.
Suetus labor.Silius lib.16.107.
Superuacuus labor.Quintil.lib.1.cap.8.17.
Vigilati labores.Ouid.1.Trist.3.
¶ Accessit mihi ad reliquos labores,Vide ACCEDO.
Addere labori,Vide ADDO.
Addere laborem,Vide ADDO.
Adire multos labores.Virg.1.Aeneid.2.Vide ADEO.
Affecta labore,ac vigiliis corpora.Liu.lib.6.Decad.4.
Afferre laborem,Vide AFFERO.
Labor agi in orbem dicitur.Virg.2.Georg.Vide ORBIS.
Aspirat primo fortuna labori. Virg.2.Aeneid.77. Stat.12.Thebaid.40. Vide ASPIRO.
Augere labores.Lucret.lib.2.233.
Magnus labor incassum cecidit.Lucret.lib.2.234.
Solis labores canere.Quintil.lib.1.cap.10.11.
Capere laborem. Cic.pro Roscio Comœ.Non fuit causa cur tantum laborem caperes,& ad me venires.Vide CAPIO.
Capere laborem nullum.Lucret.lib.5.238.
Malis carere laboribus.Horat.Epod.16.4.
Conficere vitæ suæ cursum in labore corporis,atque in animi contentione.Cic.pro Cælio,30.
Consumere plus operæ ac laboris in aliqua re.Cic.1.de Orat.120.
Inceptum decurre laborem.Virg.2.Georg.8.
Defatigare aliquem assiduo labore,Vide DEFATIGO.
Defessa membra labore.Catul.ad Licinium,epig.47.3.
Dilata pars laborum.Ouid.3.Metam.35.
Finem dare laborum.Virg.1.Aeneid.49.
Patiar quenuis durare laborem.Virg.8.Aeneid.113.
Effusus labor omnis,Id est functus & frustratus.Virg.4.Geor.98.Seruius.
Esse in labore, Laborare. Plin. lib.11.cap.17.2, Quum populus in labore est; ipse opera intus circuit similis exhortanti, solus immunis. De rege apum.
Pars est exacta laboris.Ouid.1.Fast.145.
Exanclatus ab Hercule labor:Hoc est absolutus.Cic.4.Acad.194.
Excipere magnos labores.Cic.de Clar.Orat.131.
Exercere se in laboribus. Cic.pro Archia,11, Quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo,& tà breui,tàtis nos in laboribus exercemus?
Labor exercet apes.Virg.1.Aeneid.87.
Exhaustus labor. Quintil.lib.4.cap.5.16, Nam & exhausti laboris nosse mensuram voluptati est.
Pars est exhausta laboris.Ouid.1.de Arte,155.
Experiri laborem.Virg.4.Georg.32.
Nullo labore aliquid facere. Cic.4.Verr.94, Quod cuique negotii conflari volebat,nullo labore faciebat.
Austerum studio fallente laborem.Horat.2.Serm.saty.2.3.
Ferre laborem. Cic.Anteq.iret in exilium, Quoniam præ cunctis laborem ferre consueui.
Finem facere laboris.Lucret.lib.3.192.
Frágere se laboribus.Cic.pro Archia,11,Nec tàtis se laboribus frágeret.

Gemini laboris onus ferre.Ouid.epist.18.34.
Præmia laborum ferre.Horat.2.Serm.saty.1.3.
Finire labores.Horat.3.Carm.ode 4.8.
Assiduo temet furare labori.Stat.4.Sylu.6.
Impendere laborem ac sumptum ad incertum Casum.Cice.5.Verr.195.
Præcipuum laborem impendere.Virg.3.Georg.15.
Imponere laborem.Cic.pro Murena,36. Nunquam iste plus militi laboris,imposuit,quàm sibi sumpsit.
Imponere sibi laborem,Vide IMPONO.
Finem imponere labori.Virg.2.Aeneid.124.
Incumbere labori.Silius lib.4.166.
Insano iuuat indulgere labori.Virg.2.Aeneid.154.
Ingemens laboribus.Horat.Epod.5.7.
Iniungere laborem alicui.Quintil.in Procem.lib.1.3.
Iniungere laborem sibi,Vide INIVNGO.
Insumere magnum laborem ac sumptum in aliquam rem.Cice.2.de Inuentione,305.
Intendere laborem & studium alicuius,Vide INTENDO.
Intermittere laborem.Ouid.3.Metam.31.
Laborem,studium,operam interponere,Vide INTERPONO.
Labore inuenire quippiam,Vide INVENIO.
Irrogare labori quippiam,Vide IRROGO.
Leuare laborem alicuius.Virg.1.Aeneid.67.
Leuandi laboris sui causa passim ac libere solutas opere volitare. Cice.2. de Orat.14.
Leuare laborem alicui,Vide LEVO.
Dolor lapsus ad ima ossa.Virg.3.Georg.90.
Insolitus labor me lassauit.Ouid.10.Metam.110
Minuere laborem,Vide MINVO.
Mutare laborem.Virgil.10.eclog.8. Non illum vestri possunt mutare labores.
Præstante labore niti noctes atque dies.Lucret.lib.1.3.
Obire laborem,Vide OBEO.
Corda oblita laborum.Virg.4.Aeneid.106.
Parcere labori,Vide PARCO.
Sine labore parta pabula.Lucret.lib.5.173.
Perire labore.Lucret.lib.4.226.
Irritus perit labor anni.Ouid.1.Metam.55.
Perferre laborem.Quintil.lib.1.cap.3.5. Virg.2.Georg.69.
Perfunctus laboribus,Vide PERFVNGOR.
Postulare laborem.Quintil.lib.2.cap.5.4. Eò quidem validius,quòd non vtique hunc laborem docentium postulo.
Inuictum se à labore præstare,Vide INVICTVS.
Rapiunt sibi quisque laborem.Silius lib.13.38.
Relegant suo sermone labores.Ouid.4.Metam.114.
Requie longum releuare laborem.Ouid.15.Metam.4.
Scribere cum labore,Vide CVM.
Longum cantu solata laborem.Virg.1.Georg.59.
Succedere labori.Quintilia.libro.2.cap.1.10, Quia sunt qui labori isti successerint.
Præsens nostro succurre labori.Virg.9.Aeneid.84.
Labori esse alicui: Hoc est oneri vel molestiam adferre. Cicero.3.Verr.11, Nemini meus aduentus labori aut sumptui, neque publicè, neque priuatim fuit.
Continenti labore,omnia superare,Vide CONTINEO.
Blando nequeunt superesse labori. Virg. 3.Geor.25.
Suscipere laborem.Cic.de Optimo gen.Orat.148.Putaui mihi suscipiendum laborem vtilem studiosis,mihi quidem ipsi non necessarium. Idé de Vniuersitate,Hæc si verbis explicare conemur,earum rerum frustra suscipiatur labor.
Sustinere laborem.Cic.Anteq.iret in exilium,2.Ouid.2.Met.101.
Duro labore manum terere.Virg.4.Georg.23.
Tolerare labores.Ouid.9.Metam.59.
Ingratum laborem trahit.Virg.3.Georg.19.
Famulas vrgent laboribus.Ouid.4.Metam.7.
¶ Labor,apud poetas frequenter pro periculo,calamitate,vel alio quouis incommodo.Virg.1.Aeneid.127.
Me quoque per multos similis fortuna labores
Iactata,hæc demũ voluit cõsistere terra.Id est multis periculis exagitatã.
Requies ea certa laborum.Virg.3.Aeneid.79.
Series immensa laborum.Ouid.epist.9.1.
Tædia longa laborum.Ouid.14.Metam.32.
Defunctus laboribus.Horat.3.Carm.ode 24.3.
Diuersum laborem emensus pelagi terræque.Silius lib.4.11.
Primos Lucinæ experta labores.Virg.4.Georg.68.
Longos castrorum ferre labores.Iuuenal.Saty.14.20.
Superare labores magnos.Virg.3.Aeneid.74.
Belligeros superare labores.Valer.5.Argon.124.
¶ Labos,laboris,etiam pro eodem dicitur. Plau.Tri.5.35. Quanquam ibi animo labos grandis capitur.Legitur & apud Catullum.
Arduus labos.Valer.6.Argon.71.
Labôro,labôras,pen.prod.(πονέω,κοπιάω,μογέω,μοχθέω,κάμνω,ἐπιπαλαιωρέω.)laborare,Sese exercere,fatigari,& cum labore aliquid agere.Cic.5.Verr.110,Omnibus enim neruis mihi contendendum est,atque in hoc laborandum,vt omnes,&c.
Arma laborare,Id est laborando conficere.Stat.3.Thebaid.56.
Ambitiosè circa aliquid laborare.Quintil.lib.3.cap.11.14.
Laborare ad rem aliquam.Cic.7.Verr.143,Si nullam ad rem nisi ad officium,& veritatẽ omnes meæ curæ, vigiliæ,cogitationesq; laborarũt. Idem Sulpitio,lib.13.27.8.
Laborare vt. Cicer.4. Acad.251, Verumtamen video quàm suauiter voluptas sensibus nostris blandiatur, laboro vt assentiar Epicuro, aut Aristippo.
Laborani amari ab eo.Plin.epist.10.2,Hunc ego in Syria quum adolescẽtulus militarem,penitus & domi inspexi,amarique ab eo laborauitcẽsi non erat laborandum.est enim obuius & expositus,plenusq; humanitatis quam præcipit.
¶ Laborare,per translationẽ,pro Malè habere sumitur.Cicero 2.Tusc.103,Artus vehementer laborant.
Laborare morbo aliquo.Cic.1.de Finib.91.
Laborare à frigore. Plin.lib.32.cap.10.18, Et à frigore laborantibus ternis obolis.
Laborare à veritate.Liuius lib.1.belli Pun.A veritate laborare ius sæpe aiunt:extinguiinunquam.Id est destitui veritatis testimonio.
Laborare ex desyderio.Cic.ad Tironem,lib.16.10.2,Non ignoro quantum ex desyderio labores.
Laborare è dolore dicitur puerpera.Terent.And.1.5.33, Quid agit? M. rogas? laborat è dolore.
Laborare ex renibus.Cic.2.Tuscul.101. Et ad Gallum,lib.7.27.1, Laborare ex intestinis.
Laborare ex inuidia.Inuisam & odiosum esse.Cic.pro Roscio Amerino, 89,Q uòd si omnes,qui eodem loco nati sunt,facerẽt,& Resp.ex illis, & ipsi ex inuidia minus laborarent. Idem pro Cluentio,159,Satis diu fuit in miseriis Iudices,satis multos annos ex inuidia laborauit.
Laborare ex inscientia.Cice.2.de Inuen.125,Minus in arrogantiã offenderent,non tantopere in vitiis perseuerarent, aliquanto ex inscientia leuius laborarent.
Laborat cornu in acie:Hoc est,Infirmius & impotentius est.Plin.de Viris illust.26,Quum collato cum Collega somnio cõuenisset, vt cuius cornu in acie laboraret,diis se Manibus voueret.
In spem laborare.Ouid.15.Metam.75.
Ambitione laborare.Horat.1.Serm.saty.4.6.
Animo laborare. Cæsar 7.bel.Gal.125,Nec minus q̃ est pollicitus Vercingentorix animo laborabat,vt reliquas ciuitates adiungeret.
Causa laborare.Quintil.Si enim causa laboramus,persona subueniat. Id est,Si causa inuidiosa nos premit.Idem.Nam plurimum refert,inuidia reus,an odio,an contemptu laboret.Bud.
Cerebro laborare.Plaut.Milite,5,51,Cõcreputit digitis,laborat cerebro, cõmutat status. Sic apud Martialem lib.1.93,Laborare podagra.
Curis laborare.Claud.de phœnice,3.13.
Desyderio partus laborare.Colum.lib.6.cap.27.11.
Domicœnio laborare.Mart.lib.5.119.
Fame laborare.Colu.lib.1.in Præf.18.
Fœnore laborare,Hoc est premi fœnore & grauari. Liu.5.bell.Maced. 21,Instabat enim cura alia,quòd ciuitas fœnore laborabat.
Frigore laborare.Columel.lib.2.cap.10.5,Q uia extantes glebæ à gelicidiis adhuc eam teneram vindicent,& aliquem teporem frigore laborantí præbeant.
Ingenio laborare.Mart.lib.8.1,Minus itaque ingenio laborandum fuit, in cuius locum materia successerat.
Iniuria laborare. Cice.4.Tusc.18,Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis.Id est grauati.
Hostibus laborare.Cice.ad Brutum,10.1,Ingraueſcit enim in dies intestinum malum, nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus.Id est opprimimur.
Laborare locis. Cellius libro 2.cap.8,Quæ locis laborat,aut difficulter partum edit,sternutamento leuatur.
Nota infamiæ laborare.Vlpia.in L.2.§.1.ff.De iis qui notantur infamia.
Laborare in aliquo,Ardere amore alicuius. Horat.1.Carm.ode 17.4,
-& fide Teia
Dices laborantes in vno
Penelopen,vitreamq; Circen.Hoc est,Vlysse.
Odio laborare apud hostes,& contemptu inter socios. Liu.6.ab Vrbe, 7,Itaque quum tanti vndique terrores circũstarent,apparereq; omnibus,non odio solùm apud hostes,sed contemptu etiã inter socios nomen Romanum laborare,&c. Sic Plinius lib.7.cap.17.
Opinione arrogantiæ laborare.Quintil.lib.4.cap.1.22.
Omni parte laborare.Horat.1.Serm.satyr.2.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Re frumentaria laborare. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 31. Illi omnia perpeti parati, maxime de frumentaria laborant.
Laborare sua magnitudine. Liuius lib. 1. ab Vrbe, in Prooemio.
Vitiis laborare. Liu. 4. bel. Maced. 13. Diuersisque duobus vitiis auaritia, & luxuria ciuitatem laborare.
Laborare vtero. Horat. 3. Carm. ode 22. 1. ad Dianam,
Mortium custos, nemorumque virgo,
Quæ laborantes vtero puellas,
Ter vocata audis, adimisque letho
Diua triformis.
Laborare alicui rei, pro Intentum esse. Senec. de Vita beata, Non præstat voluptatē virtus, sed nec huic laborat: verùm labor eius, quanuis aliud petat, hoc quoque assequetur.
¶ Non laboro de hac re, Id est, nō curo, neq; anxius sum, inquit Budæus, Cic. pro Roscio Amer. 59. Quoniam cuius consilio occisus sit inuenio eius manu sit percussus, non laboro. Idem 4. Acad. 70. Sed quia non laboro quàm valde ea quæ dico, probaturus sim, eo minus conturbor. Idem 1. de Finib. 50. Non laboro, inquit, de nomine.
Nihil laboro. Cicero. 8. Philipp. 251. Mustellæ & Tironi prospicit: de se nihil laborat.
Nol: laborare. Cicero ad Gallum, lib. 7. 16. 1. Quòd epistolam conscissam doles, noli laborare: salua est domi. Sic 1. Tuscul. 166.
Nihil laboro nisi vt saluus sis. Cic. ad Tironem, lib. 16. 6. 7.
Nihil est quod labores. Cic. pro Cecinna, 58. Consolatus est me, & ostēdit in hac ipsa causa nihil esse quod laborarem. Hoc est, quod angerer, aut meipsum torquerem.
Valde laboro ne. Lentulus ad Ciceronem, li. 12. 14. 16. Néve prius, quàm reliquias meæ diligentiæ consequar, decedere cogar, valde laboro.
Non magnopere laboro, Vide MAGNVS.
Laborare de. Cic. pro Cecin. 2. De quibus ego antea laborabam, ne si improbi essent, falsi aliquid dicerent. Idem 2. Tusc. 11. Concludunt ratiōcinatis Stoici, cur non sit malum, quasi de verbo, non de re laboretur.
Laborare de re alicuius. Cic. Sulpitio, li. 13. 27. 8. Sic eos velim existimes non minus me de illius re laborare, quàm ipsum de sua.
¶ Laboratur vehementer. inclinata res est. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 10.
Laboratum est. Plin. lib. 2. cap. 36. 2. Loeris & Crotone pestilentium nunquam fuisse, nec vllo terræ motu laboratum, annotatum est Liui. 1. ab Vrbe, 136. Haud ita multo post pestilentia laboratum est. Ibidem, lib. 4. 19. Siccitate eo anno plurimum laboratum est.
¶ Atlas en ipse laborat. Ouid. 2. Metam. 29.
Laborans, pen. prod. Participium, (κάμνων) vt
Opem ferre laboranti. Ouid. de Nuce, 3.
Ratera laborantem deserere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 5.
Puellæ vtero laborantes. Horat. 3. Carm. ode 22. 1.
Laborātus, pen. prod. Adiectiuum, (δεδοκιμασμένος,) Cōpositus, cultus, & multo labore atque industria factus. Virgilius 2. Aeneid. 130, Arte laboratæ vestes. Id est, compositæ, Plin. lib. 5. cap. 1. 7. Hæc celebrati authore prodidere, præter Herculi & Perseo laborata ibi.
Laborati lib. in Hoc est compositi, elucubrati. Mart. lib. 1. 139.
Plena laboratis habeas quum seriis libris,
Emittis quare Sosibiane nihil?
Laboriōsus, pe. prod. Adiect. (κοπιώδης, ἐπίπονος, μογερός,) Laboris patiens. Plin. li. 35. ca. 11. 7. Docilis ac laboriosus ante omnes, & in quocūque genere excellēs. Cic. 1. Tusc. 61. Itaque industrios homines, illi studiosos, vel potius amātes doloris appellant: nos cōmodius laboriosos. Idē 11. Phi. 194. Multi, ex morbi grauitate maiores: quos tamē nō milleros, sed laboriosos solemus dicere. Idē 5. Ver. 73. Arator laboriosissimus.
Cohors laboriosa. Horat. Epod. 16. 13.
Laboriosissimus hominis socius i agricultura bos. Col. li. 6. in Prooemio, 7.
¶ Laboriosum opus, Difficile, & quod non sine labore magno perficitur. Plaut. Merca. 9. 9. Laboriosi nihil tibi quicquam operis imperabo. Sic Laboriosa deambulatio. Terent. Heaut. 4. 6. 3.
– vel me hæc deambulatio
Quā nō laboriosa ad lāguorē dedit. Idē in Prologo Heau. 44. Si qua laboriosa est (sub. fabula) ad me currit. Cæcilius, Durū rus fugite & laboriosū.
Chartæ doctæ & laboriosæ. Catull. ad Cornelium, epigr. 1. 2.
Laboriosus gradus. Martia. lib. 7. 38. Inceditque gradu laboriosō.
Laboriosus versus. Martial lib. 11. 7.
Laboriosæ exercitationes. Cic. 2. Tuscul. 62. Et 1. de Finib. 50. Quis nostrum exercitationem vllam corporis suscipit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur?
Laboriosè, pen. prod. (μοχθηρῶς,) laboriosius, laboriosissimè, Adueb. Difficulter. Cic. pro Qu. Roscio, 18. Iam quo quilque est solertior & ingeniosior, hoc docet iucundius & laboriosius. Idem 1. Verr. 30. Itaque semper ii diligentissime laboriosissimeque accusarunt qui seipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt. Plin. lib. 28. cap. 6. 1. Theophrastus senex laboriosius sternuere dicit. Idem lib. 19. cap. 2. 2. Ad reliquos vsus laboriosè euellitur.
Malè & laboriosè esse alicui. Catull. ad Cornificium, epig. 36. 1

Labōrifer, pen. prod. Adiectiuum, (καματοφόρος,) vt
Curros laboriferi Tithoniæ. Stat. 6. Thebaid 5.
Iuuencus laborifer. Ouid. 15. Metam. 26.
Hercules laborifer. Ouid. 9. Metam. 58.
LABORIAE, Laboriarum, (κοπετοί, κοπετώνιαι,) Italiæ pars illa quæ vulgò terra laboris dicitur. Campus est adeò pinguis, vt stipulam tanta crassitudinis faciat, quòd ea incolæ pro ligno vtantur. Sic dictus, quòd ingens labor sit in eo colendo: quippe solum habet ardum opere difficile culto, bonis suis acrius penè quàm vitiis posset, affligēs agricolā. Ex Plin. lib. 17. cap. 4. 5. Idem Plin. lib. 18. cap. 11. 9. Quantum autem vniuersas terras campus circuncampanus antecedit: tantum ipsum pars eius quæ Laboriæ vocatur, quem Phlegræon Græci appellant. Finitur Laboriæ via ab vtroque latere Consulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit. Hinc

Labrum, labri, (χάλαζα,) Idem quod labium. Persius in Prologo, 1.
Nec fonte labra prolui Caballino. Cicero in Pisonem, 64.
Quod quidem tu, qui bene nosses cōiunctionem meam & Cæsaris eluebas: cū à me trementibus omnino labris, sed tamen cur tibi nomē nō deferrem requirebas. Marti. li. 2. 10. Basia dimidio quòd das mihi Posthume labro, &c. Cæsar 5. bel. Gall. 57. Capilloque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput & labrum superius.
Aemula labra. Vide AEMVLOR.
Incana labra situ. Ouid. 8. Metam. 17.
Pallida labra Iuuenal. Saty. 10. 23.
Trementia labra. Iuuenal. Saty. 10. 30.
Vocum labrum. Lucret. lib. 4. 119. Idem lib. 5. 283. Et supra calamos cō percurrere labro.
¶ Admouere labra poculis. Virg. eclog. 3. 9.
Detorquere labra. Quintil. lib. 1. cap. 11. 5.
Labra diducere. Senec. de Benē. lib. 2. cap. 24. Alius vix labra diduxit, & ingratior, quàm si tacuisset, fuit.
Labra monet metuens audiri. Horat. 1. epist. 17. 14.
Labris primoribus attingere aliquod genus vitæ. Cic. pro Cœlio, 20. Vide in DIGITVS, Digitis extremis attingere.
¶ Labrū, pro marginibus & extremis oris fluminis, lacus, fontis, & huiusmodi, quæ leniūque motu perluuū. Plin. epist. 101. e. li. 5. Inter has mirificeo labro aqua exūdat, circumiectasq; platanos, & subiecta platanis leni aspergine fouet. Liu. 7. bel. Mace. 112. Extra duplex vallū fossis effūdebat, intertore labro mutū cum turribus crebris obiecit, vt, &c. Cæsar 7. bel. Gal. 185. Fossam pedū xx latam directis laterībus duxit, vt eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant.
Labra (inquit Budæus) crateres lapideos significant, quibus aqua saliens ex sipunculis concipitur.
Labra dolorum circunlinas. Cato cap. 107.
¶ Labrum, Genus vasis quod timaeolum, vulgò dicitur, ad lauandum aprum. Cic. Terentiæ, lib. 14. epist. 1. Labrum si in balneo non est, vt sic Virgil. 8. Aeneid. 5.
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercūssum, aut radiantis imagine lunæ: Budæus, Labra lapidea balneis vsum præstant, fossēque lapideæ in balneis labra vocabantur. Cuius significationis exempla sunt apud Vitruuium lib. 7.
Labra laxa. Persius Saty. 3. 11.
¶ Labra vinaria, lupinaria, & olearia dicuntur, in quibus lupini condūtur, & in quæ vina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato, Oleum in labrum primum indito. Budæus, Labra, vasa vinitoribus accommodata, quemadmodum lacus & cuppæ, quibus labris apud nos vindemiæ exportantur.
Spuinat plenis vindemia labris. Virg. 2. Georg. 2.
Labrum culeare. Cato cap. 154. Vinum emptoribus sine molestia hoc modo ametiri debet. Labrum culeare illi rei facito: id habeat ad summum ansas quatuor, vt transferri possit.
Labrum lupinarium. Cato cap. 10. 3. & cap. 11. 3.
Labrum vinaticum, siue vinarium. Cato cap. 10. 3. & 11. 3.
Labrum olearium. Cato cap. 13.
¶ Labrum venerium, herba in flumine nascens: de qua Plinius libro, 25. cap. 13. 15.
Labellum, Labelli, Diminutiuum, (χαλάριον,) Plaut. Asin. 13. 52.
– tu labellum abstergeas
Potius, quàm cuiquam illa sauium faciat palim. Ibidem, 12. 78.
Labella cum labellis compara. Cic. 1. de Diuina. 123. At Platonis quum incunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, res plena est singulari illum suauitate orationis fore.
Ari. lula labella. Catull. Argon. 59. 63.
Exporrectum labellum. Persi. Saty. 3. 9.
Ima labella. Ouid. 3. de Arte, 57.
Purpurea labella. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 5.
Rosea labella. Catull. ad Gellium, epigr. 75. 1.
Tenera labella. Ouid. 1. de Arte, 134.
Compescere labellum, Vide COMPRESCO.

Extendere

Extendere labellum. Iuuen. Saty. 14. 33.
¶ Labellum, pro Vasculo. Colum. lib. 12. cap. 43. Labellum fictile nouum implero paleis. Ibidem, cap. 28. 2. Sic autem curatum, gypsum & medicamentum in labello permisceto, quantum seruis singulis fuerit necessarium. Plin. Cineremque in labellis aqua addita confricant manu, & eō sidere patiuntur. Cic. 2. de Legib. 104. Sepulchris autem nouis finiuit modum. Nam super tumulum noluit quid statui, nisi columellā tribus cubitis non altiorē, aut mensam, aut labellum: & huic procurationi certum magistratum præfecerat.
Labrōsus, pen. prod. Adiect. (χαλαζώδης.) Quod extremitates habet, veluti quædam labra prominentes, Celsus in septimo, cap. 26. Ferramentū fecit in summa parte labrosum, in ima semicirculatum.

Labrusca, labruscæ, (ἄμπελος ἀγρία,) Vitis agrestis dicitur, spissis & cādicantibus foliis, geniculata, rimoso cortice: fert vuas rubentes, cocci modo, quæ cutē in facie mulierum purgant. Hæc Plin. lib. 23. cap. 1. Virg. 5. eglog. 2. Sylue stris raris sparsit labrusca racemis. Ea in sepibus & in labris agrorum & terminis nasci dicitur. Colu. lib. 8. cap. 5. 18. Vua labrusca de vepribus immatura lecta.
Labruscum dixit Virg. in Culice, Dēsaq; virgultis auidē labrusca petunt.
LABYRINTHVS, (λαβύρινθος,) (inquit Seruius) locus apud Cretam factus à Dædalo perplexis parietibus, vbi Minotaurus inclusus est. Labyrinthum exprimit Virgilius lib. 5. Aeneid. 118,
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta,
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret indeprensus & irremeabilis error.
Quatuor autem esse Labyrinthos Plinius docet lib. 36. ca. 13. Creticum, qui arte maximè fuit spectabilis: cuius Ouid. lib. 3. Metamor. meminit. Aegyptium, omnium maximum, & portentosissimum humani ingenii opus, quem Pomponius Mela libro primo describit. Lemnium, columnarum nitore insignem, & quartum Italicum à Porsena Hetruscorū rege sepulchri causa extructum. Creticus centesimam rātum portionem eius qui in Aegypto est continet. Siquis plura noscere cupit, Plinium adeat, qui verē vesanam illam fuisse dementiam scribit, quæ fuisse gloriā impendio nulli profuturo: præterea fatigasse regni vires, quum tamen laus maior artificis esset.
Labyrintheus, Adiectiuum, (λαβυρινθώδης,) vt Flexus Labyrinthei. Catu. Arg. 69. 13.

Lac, lactis, n. g. (γάλα, γαλαγής,) Succus maternus quo animalia nutriuntur. Plin. Amphit. 7. 43. Neque lac lacti magis est simile, quàm ille ego similis est mei. Virgil. eclo. 3. 2.
– & lac subducitur agnis.
¶ Abundans lactis. Virg. eclog. 1. 4.
Aquatius lac. Vide Aquatus in AQVA.
Bubulum lac. Plin. lib. 31. cap. 10. 13. Cum melle & lacte bubulo.
Sinus lactis. Virg. eclog. 7. 7.
Circumfusum lac. Vide CIRCVNFVNDO.
Coacti lactis massa. Ouid. 8. Metam. 134.
Ferinum lac. Ouid. 3. Fast. 11.
Largi copia lactis. Virg. 3. Georg. 61.
Merum lac. Lucret. lib. 1. 53. Nouum. Virg. eclog. 2. 5.
Nitetum. Ouid. 13. Metam. 177. Passum. Ouid. 14. Metam. 55.
Pressi copia lactis. Virg. eclog. 1. 16.
¶ Bibere lac. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 5.
Cogere lac in duritiam, Vide COGO.
Depulsus lacte leo. Horat. 4. Carm. ode 4. 3.
Dulci repletur lacte fœmina quum peperit. Lucret. lib. 5. 163.
¶ Lac, de nucibus dictum. Ouid. de Nuce, 19. Lamina mollis adhuc: tenero est in lacte quod intra est.
¶ Iucundioris disciplinæ cibo ac lacte satiari, per metaphoram. Quintil. lib. 2. ca. 4. 4. Quin ipsē doctoribus hoc curæ esse velim, vt teneras adeundioris disciplinæ cibo, lacteque patiantur.
¶ Lacte, in nominatiuo dixit Plautus, pro lac, in Menæ. 24. 32. Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, cede nihil, vt quam similius. Idem Milite, 5. 85. Tam similem, quàm lacte lacti est. Idem Bacchid. 23. 12. Quæ nec lactem, nec lanam vllam habent. Quædam exemplaria hic legunt lacte, vt sit neutri generis, quod & Nonius probat ex Varrone, Candidum lacte papilla quum fluit. Cæcilius, Tite præsertim quæ non peperit, lacte non habet.
Lactes, pluralis numeri, fœm. gen. secundum Probum, (μαστοτρόφιον,) Sunt graciliora intestina, per quæ labitur cibus: quæ tria sunt, tenue, iciunū, pilueros (Nisi mauis dicere ex physis siue duodenum. nam pilueros est inferius orificium ventriculi) quæ inuoluuntur meteoretio, vt à spinæ contracto ductū inuiniticies, magisque septos reddat. Dictæ lactes aut propter mollitiem, aut propter candorem pinguedinis. Nam à labus. Lactes alii dicunt loca sub ymbilico in lateribus pubetenus, adeò delicata, vt plagā ferre non possint, quidā pro intestinis pinguibus, vt

Persius Satyr. 2. 3, lactes vnctos dixerit hinc. Q uidam, inquit, pro mēbranis quibus cohærent intestina inter se. Ex Hermolao. Plaut. Curc. 7. 40, Ita cibi vacuitate venio lassis lactibus. Plinius videtur sentire lactes tantum in ouibus & hominibus esse. Sic enim lib. 11. cap. 37. 63, scribit, Ab hoc ventriculo lactes in oue & homine, per quas labitur cibus. Plautus Pseud. 5. 85,
Tibi ego credam? P. cur non? B. quia pol qua opera credam tibi,
Vna opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus.
Lactes inquit, Budæus, sunt quas lactentias vulgò vocamus.
Lactarius, Adiect. (γαλακτικός,) Q uod ex lacte confectum est, Vulgò lacticinium dicitur.
¶ Lactarius, Q uod ex se lac producit. Plin. lib. 26. cap. 8. 18, Tithymallum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam. Varro 2. de Re rustic. cap. 1. 17, Dandum babus lupinum: & lactariis, medica & cytisum.
¶ Lactarius, Qui cibos ex lacte conficit: vnde Opus lactarium. Lampridius in Heliogabalo, Dulciarios & lactarios tales habuit vt quæcunq; coqui de diuersis edulibus exhibuissent, vel structores vel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.
Lacteus, Adiectiuum, (γαλακτώδης, γαλαγόης,) Quod ex lacte est.
Humor lacteus candens. Lucret. 1. 53.
Lacteus porcus. Martial. lib. 5. 93, Nondumq; victa lacteū faba porcum.
Hoc est adhuc lactentem, neddū fabam dentibus frangere valentem.
Liquor lacteus, liquor lactis. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 4.
Vernæ lactei. Martial lib. 5. 103.
Lacteus orbis, Circus candens. Cic. in Som. Scip. 12, Erat autem is splendidissimo candore inter flāmas circus elucens, quem vos (vt à Gratis accepistis) orbem lacteum nuncupatis.
Lacteus circulus, (γαλαξίας,) Plin. lib. 2. cap. 21. 4, Omnes ferme sub ipso Septentrione aliqua eius parte non certa, sed maximè in candida, quę lactei circuli nomen accepit. Vide Macrobium in Somnio Scipionis, lib. 1. cap. 15. Claud. 4. Paneg. 35, –vestigia fratris
Germanæ seruant Hyades, cygnique sodalis
Lacteus extentas alpergit circulus alas. Hunc Ouid. 1. Metamor. 35,
viam lacteam appellat,
Est via sublimis cælo manifesta sereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
Colla lactea. Virg. 8. Aeneid. 130. Hoc est alba.
Lactea crure. Columella lib. 10. 19, Punicea depexa coma, sed lactea crure est. Id est candida, suauis, succulenta.
Lacteōlus, pen. corr. Aliud adiectiuum diminutiuum: vt Puellæ lacteolę. Catull. in Camerium, epigr. 61. 4.
Lacteo, lactes, (θηλάζω,) lactēre, Lac sugere. Varro 2. de Re rustica, cap. 5. 15, Lactentes cum matribus ne cubent. De sue. Cicer. 2. de Diuinat. 69, Romulus lactens fulmine ictus. Idem in Catil. 63, Tactus est etiam ille qui hanc vrbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio paruum atque lactentem hubertibus lupinis inhiantem fuisse meminisis.
Agna lactens. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 9.
Catuli lactentes. Ouid. 2. de Arte, 75.
Lactens porcus. Var. 2. de Re rust. ca. 4. 15, Porci qui depulsi sunt à mātra, à quibusdam delici appellantur, neq; iam lactētes dicuntur. Colu. libro 7. cap. 9. 3, Lactens porcus ære mutandus est.
Porca lactens. Ouid. 1. Fast. 132.
Vituli lactentes. Ouid. 10. Metam. 46.
Frumenta lactentia, Tenuia & lactis plena. Virg. 1. Georg. 63,
Frumenta in viridi stipula lactentia surgunt.
Ficus lactens. Ouid. 2. Fast. 53.
Fruge lactenti tumet coma spicea. Propert. lib. 4. eleg. 2. 3.
Lactesco, lactescis, (γαλακτώμαι,) lactescere, In lac cōuerti, seu lacte implerī. Cic. 2. de Nat. deorum, 191, Omnis ferē cibus matrum lactescere incipit. Plin. lib. 11. cap. 41. 1, Asinæ prægnantes continuò lactescunt. Idem lib. 26. cap. 8. 17, Linguæ tactu lactescens: quam tenuissimum, quū diluitur albescens.
Lacto, lactas, (θηλάζω, γαλακτοτροφέω,) lactare, Lac præbere: & propriè matrum est. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 10. Anniculis iam factis dandū ordeum, & furfures, vsqueuo aderunt lactantes. Alii legunt vsque quod erunt lactantes.
Lactare, per transllationem, significat Aliquem per blanditias allicere, atque decipere. Terent. And. 4. 1. 24,
–nonne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium,
Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Ibidem, 5. 4. 9.
–tūne hic homines adolescentulos,
Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?
Solicitando, & pollicitando eorum animos lactas?
Lactās, lactantis, Participium, (γαλακτοτρόφος.) Quę lac in māmis habet. Gellius lib. 11. ca. 1. Nam plerunq; sine crimine quæcunq; lactans est, id temporis offerri solet. Ad nutricationem scilicet. Budæus.
Lactantia hubera. Lucret. libro. 5. 177. Hubera mammarum in somnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lactantia quærit.

Lactantia Festus vocat omnia quæ lac emittunt, vel pro iis quæ vulgò Lacticinia dicuntur, accipit vel pro cibis lactariis, lib. 2. cap. 28. Lac, mel, ideoque lactantia, atque omne pistorium opus. Et cap. 29. Mel crudũ, lac, lactantia omnia, mulsum, &c. Budæus.

Lactatus, huius lactatus, pen. prod. (γαλακτινός,) Plin. lib. 32. cap. 2. 4. Ob id sibilo à piscatoribus tanquam serpẽtibus euocari & capi, pinguescere lactatu, &c. De murenis.

LACAENA, (λάκαινα,) Adiectiuum à Laconia. Cl. 1. Tusc. 162. Mulier Lacæna. Virg. 2. Aeneid. 121. Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ. Vbi Seruius, A prouincia Laconica. Et notandum deriuationem minorem esse à principali: atque quod rarum est,

Adultera Lacæna, Helena. Horat. 3. Carm. ode 5. 5.

Virgines Lacænæ. Virg. 2. Georg. 98.

Pulchræ Claud. de bello Get. 127. Tenues. Claud. 3. Paneg. 60.

LACEDAEMON, (λακεδαίμων,) cum diphth. in pen. Iouis filius: à quo hæc Lacedæmon, vel Lacedæmonia secundum Latinos, Peloponnesi vrbs, Menelai regia: cuius ciues Lacedæmones, & Lacedæmonii dicuntur. Veget. lib. 3. Athenienses & Lacedæmones ac Macedonas rerũ potiros. Virg. lib. 7. Aeneid. 7 5. At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor. Hæc alio nomine Sparta dicta est.

Armipotens Lacedæmon. Claud. Paneg. 102. 7.

Patiens Lacedæmon. Horat. 1. Carm. ode 7. 2.

Lacedæmonius, A diectiuum, (λακεδαιμόνιος,) vt Tarentum Lacædemonium. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.

Lacer, & licerus, pen. corr. A diect. (ἐκτετμήκος, ἐκκεκόπτης, ἐκκεκλασμένος,) Dilaceratus. Proprie (vt Asconius ait) lacerus dicitur amputatus membris, vt oculis vel auribus. Virg. 6. Aeneid. 99.

Atque hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora:
Ora, manusque ambas, populataque tempora raptis

Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares. Tacitus, Donec soluta compage scutorũ, exangues lacertosque prosternerent. Liu. 1. ab Vrbe, 125. Deinde in diuersum concitati equi lacerum in vtroque curru, corpus, qua inhæserant vinculis membris portantes.

Crudeliter lacer. Virg. 6. Aeneid. 99.

Membris cæsis vndique lacer. Lucret. lib. 3. 82.

Lacer, à veteribus dicebatur qui auribus curtatus erat: Lacerũ autẽ quodcunque in corpore imminutum. Festus.

Artus lacerí. Ouid. 9. Metam. 34.

Aures laceræ scabie. Claud. 1. in Eutrop. 28.

Comæ laceræ. Lucan. lib. 2. 7.

Cornu lacerum. Ouid. 9. Metam. 20.

Laceri crines. Stat. 3. Sylu. 3. 17.

Currus lacer. Ouid. 1. Metam. 64.

Funus lacerum, Id est dilaniatum cadauer. Virg. 9. Aeneid. 103. Seruius.

Laceras gentilitates colligere. Sparsas, & huc atque illuc dispersas. Plin. in Paneg. 63. Ex quo intelligi potest, quantæ benignitatis, quanti spiritus fuerit, sparsas, atque (vt ita dicam) laceras gentilitates colligere, atque connectere, & quasi renasci iubere.

Morsu lacero diuellere artus. Ouid. 8. Metam. 177.

Nauis lacera. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 6.

Puppes laceræ. Ouid. epist. 2. 9.

Regni laceri corpus. Claud. 1. Paneg. 41.

Tabulæ laceræ. Ouid. 11. Metam. 86.

Lacero, laceras, pen. corr. (ἐκκόπτω, ἐξαίρω, ἐξαιρέω, κατακρύσσω, κατακρίνω, κατεκτείνω, κατεφάγω,) lacerare, Dilaniare, sæpius vulnerare, & quasi per mẽbra discindere, comminuere. Terent. Adelphis, 3. 2. 17. Tum autẽ Syrum impulsorem, vah quibus illum lacerarem modis.

Lacerare aliquem virgis. Liu. 3. ab Vrbe, 248.

Capillos lacerare. Ouid. 14. Metam. 14.

Cornua lacerare ferro. Horat. 3. Carm. ode 27. 4.

Oculos laceratus. Lucret. lib. 3. 83.

Opes alicuius lacerare. Ouid. epist. 3. 18.

Ora, comas, vestem lacerat. Ouid. 11. Metam. 146.

Ora manu lacerans. Silius lib. 8. 31.

Lacerato virgis tergo. Liu. 6. bel. Pun. 70.

Lacerare morsu viscera. Cic. 2. Tuscul. 31. Sic Lacerare vaguibus, Cic. 2. Tuscul. 41.

Vrbes lacerandę. Lucan. lib. 10. 9.

¶ Lacerare homines male suadẽdo, Detrudere ad pauperiẽ. Plaut. Curcul. 16. 23. Hi male suadendo & lusti is lacerãt homines. Hoc est pdũt.

Lacerare diem, In vanum consumere diei tempus. Plaut. Sticho, 7. 44. Ite hac secundum vos me, ego hunc lacerò diem. Idem Asin. 7. 25. Quin ego hanc iubeo tacere, quis loquens lacerat diem?

Lacerare rem suam, Absumere bona patria. Plaut. Merc. 3. 48.

Vi summa quicquid poterat, rapiebat domum.
Obiurgare pater ob hæc me noctes & dies:
Perfidiam iniustitiam lenonum exprometer,

Lacerari validè suam rem, illius augeri. Cic. 5. Verr. 172. Nam cum fructus diripiebantur aratorum, atque omni lacerabantur iniuria, videbatur id perdere arator quod aratro ipse quæsisset.

Lacerare reliquias vitæ alicuius & distrahere. Cic. pro Quint. 29.

Lacerare famam alicuius. Liu. 8. bel. Maced. 140.

Carmina lacerare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 1.

Rumore vulgi lacerari. Tacit. libro. 15. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur.

Lacerare optimum virum incesto ore. Cic. 11. Philipp. 192.

Lacerare probris. Liu. 1. bel. Maced. 20.

Lacerari dolore. Cic. 4. Acad. 48. Intolerabili dolore lacerari potius quã aut officium prodat, aut fidem.

Lacerarunt omni scelere patriam, Hoc est Inquinarunt. Cice. 1. Offic. 83.

Lacerat me meus mœror. Cic. ad Atticum, lib. 3. 48. 2.

Laceratio, Verbale, (ἐκμυγμὸς, κατάμυγμα,) Cic. in Pisonem, 32. An ego, si ex & Gabinium cruci suffixos videre, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex infamia? Sic Liuius 7. ab Vrbe, 13. Et apud Cice. 3. Tusc. 104. Muliebres laceationes genarum.

Lacerna, lacernæ, f. g. (χλαμύς,) Virilis vestis fimbriata, & feri-litaris, quæ Græce chlamys dicitur. dicta, vt ait Festus, quasi capitio minor sit. Hæc vtrinque indui poterat, & ex vtraque parte reuelli. Iuuenal. Saty. 1. 3. Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas. Cic. 2. Phil. 83. Primum luce, non tenebris deinde cum calceis & toga, nullo nec caligis, nec lacerna. Persius Saty. 1. 6. Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Erant apud veteres lacernæ albæ, quibus vtebantur in spectaculis: erant coccineæ, erant militares.

Lacerna, militum quoque erat. Propertius lib. 4. eleg. 3. 4. Texitur in castris quarta lacerna tuis. Ouid. 2. Fastorum, 149.

Mittenda est domino, nunc nunc properate puellæ,
Quamprimum nostra facta lacerna manu.

Erant & lacernæ quibus vtebantur Romani, quum spectaculis operam sedentarias præstarent, & togæ superinduebantur ad arcenda frigora. Martialis lib. 14. 142.

Amphitheatrales nos commendamur ad vsus,

Quum tegit algentes nostra lacerna togas. Iuuenalis Saty. 9. 3.

– pingues aliquando lacernas,

Munimenta togæ, duri, crassique coloris. Tranquillus, De dit negotium ædilibus, ne paterentur in foro circòue quenquam consistere, nisi positis lacernis togatum.

Lacernis candidis vtebantur in spectaculis, si Martiali credimus, lib. 5. 2. Ad denti in Horatium qui nigra lacerna spectaculis adeat,

Spectabat modè solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Quum plebs, & minor ordo, maximusque,
Sancto cum iuste candidus federet.

Lacernis & mulieres vtebantur. Iuuenalis Saty. 1. 7. Ipse lacernatæ gnum se iactaret amicæ.

Lacernæ item pauperiorum erant. Iuuenalis Saty. 3. 15.

Quid quod materiam præbet, causasque iocorum,
Omnibus hic idem, si fœda & scissa lacerna. Martial. ad Mamurianum, Cerea si pendet imbris ac trita lacerna.

Aurata lacerna. Iuuen. Saty. 10. 22.

Pingues lacernæ. Iuuen. Saty. 9. 3.

Scissa lacerna. Iuuen. Saty. 3. 15.

Lacerna tristis. Mart. lib. 1. 91.

Odoratum caput obscurante lacerna. Horat. 2. Serm. saty. 7. 11.

Nobiliores, illustriores quæ lacernis non vtebantur, nisi pluuio tempore, aut in spectaculis. Quare Tullius obiectat Antonio quòd rediens in vrbem cum gallicis & lacerna. Vide in principio huius dictionis. Hæc omnia ex Baysio.

Lacernas deponebant honoris causa, vt testatur Suetonius in Tranquil. Quin & spectaculis aduenienti assurgere, & lacernas deponere solebat.

Lacernatus, pen. prod. (χλαμυδηφόρος,) Qui lacerna est indutus: vt Antecu lacernata. Iuuen. Saty. 1. 7.

Lacerta, lacertæ: vel Lacertus, lacerti, (σαῦρα, σαῦρος, σαυρίον, σαυρίδιον,) Serpentis genus. Plin. lib. 10. cap. 65. 3. Lacertam ore parere Aristoteles negat. Idem lib. 33. cap. 11. Lacertorũ minima. Idem lib. 8. 2. Lacerti Arabię cubitales. Virg. 2. eclog. 2. Nunc virides etiam occultant spinetra lacertos. In vtroque genere mas simplex lacertus dicitur, dictus quòd pedes habeat ad similitudinem nostrorũ lacertorum: hoc est nostrarum manuum & pedum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 11. 1. Nam ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. Varro 3. de Re rust. ca. 7. 3. Ne mus aut lacerta quà adrepere ad columbaria possit.

Parua lacerta. Ouid. 5. Metam. 92.

Virides lacertæ, vel lacerti. Horat. 1. Carm. ode 23. 2. Virg. 2. eclog. 2.

¶ Lacertus, Genus piscis idonei ad salsamenta. De quo Martialis, Quum saxetani feritur tibi cauda lacerti. Idem lib. 12. 11. In thermis sunt lacertus, ona, lacertum. Iuue. Saty. 14. 124.

– necnon differre in tempora cœnæ.

Alterius,

Alterius, conchem æstini cum parte lacerti.

Lacertus, (μυῶν,) in homine dicitur brachium à cubito ad manus vertebram, quæ carpus vocatur. Cic. de Senect. 24. Aspexisse lacertos suos dicitur, illachrymansque dixisse, At hi quidem iam mortui sunt. Idem 2. Tusc. 37. O pectora, ò terga, ò lacertorum tori.

Addictis spumant freta versa lacertis. Virg. 5. Aeneid. 29.

Blandis lacertis tenere colla alicuius. Ouid. 2. Amor. 20.

Captiuis lacertis parabantur vincla. Ouid. 15. Metam. 145.

Cupidis lacertis amplecti aliquem. Ouid. epist. 13. 25.

Fatigatis humero sub vtroque lacertis. Ouid. epist. 17. 17.

Ferox lacertus. Ouid. epist. 4. 17.

Flexi post terga lacerti. Ouid. 6. Metam. 111.

Fluidi pendent lacerti. Ouid. 15. Metam. 47.

Formosi lacerti. Ouid. 4. Amor. eleg. 7. 3.

Fortes lacerti. Lucan. lib. 1. 74.

Giganteo iaculantem saxa lacerto. Ouid. 14. Metam. 37.

Graui lacerto vibrata fraxinus. Ouid. 5. Metam. 29.

Imbelles lacerti. Ouid. 13. Metam. 22.

Infirmi lacerti. Ouid. 10. Metam. 81.

Iuuenes lacerti. Ouid. epist. 12. 2.

Niuei lacerti, Vide NIX.

Squalentes ære lacerti. Valer. 6. Argon. 1064

Teneri lacerti. Ouid. epist. 17. 44.

Validus lacertus. Ouid. 12. Metam. 74.

¶ Aptare lacertos. Virg. 4. Georg. 15.

Dare colla lacertis. Stat. 2. Achill. 54.

Armis intendere lacertos. Stat. 2. Achill. 76.

Lacertosus, pen. prod. A diectiuum, (μυωδέστερος.) Robustus, ac validis lacertis. Colum. lib. 7. Feminibus lacertosis, cruribus compactis. Cic. 8. Philip. 251. Quos Centurionum pugnaces & lacertosos inter mimorum & mimarum greges, collecauit.

Coloni lacertosi. Ouid. 11. Metam. 7.

Lacertosus equus. Varro 2. de Re rustica, cap. 7. 11.

Lacertosus gallus gallinaceus. Varro 3. de Rust. cap. 9. 3.

Lacesso, lacessis, lacessiui & lacessi, lacessitum, pen. prod. (πρόσκλησις, κίνησις,) lacessere, Prouocare, & quasi lacerando irritare, vel ad iram vel ad certamen: vt sit quum quis laceratur, pulsatur, vel tangitur, siue impellitur, scripto, voce, verbo, facto. Et tam in bonum quã in malum accipitur. Plaut. Pœnu. 4. 73. Enimuero ære meo me lacessis, ludos & delicias facis. Terent. in Prol. Eunuc. 16. Is ne erret moneo, & desinat lacessere. Idem in Prol. Phorm. 14.

Vetus si poeta non lacessisset prior,

Nullum inuenire prologum potuisset nouus. Idem Phorm. 5. 9. 38. Age nunc age, Phormionem qui volet lacessito. Cic. Cornificio, lib. 12. 20. 1. Sic igitur facies, meque amabis, & scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quàm prouocare. Virg. 3. eclog. 11. Efficiam posthac ne quenquam voce lacessas. Salust. Postremò dissimulandi causa, siue expurgandi, sicut iurgio lacessitus foret, in Senatum venit. Columella libro 2. cap. 2. 22. Nunquam stimulo lacessam iuuencum quod retractãtem, calcitrosumque reddit. Cæsar 1. bel. Gall. 93. Insequi & lacessere cœperunt.

Cicere & lacessere. Martial. lib. 4. 45. Inde lego, Phœbumque cio, musamque lacesso.

Lacessere, aliquem pro Flagitando obtundere. Horat. 2. Carm. ode 18. 3.

At fides, & ingeni
Benigna vena est: pauperemque diues
Me petit: nihil supra.

Lacessere ad pugnam. Liu. 2. ab Vrbe, 194.

Lacessere bello, & tentare populos. Cic. pro Lege Manil. 16.

Campum lacessit taurus. Stat. 12. Thebaid. 131.

Vt vi irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet. Cicero, pro Milone, 64.

Deos lacesso, nec potentem amicum
Largiora flagito.

Romam fortuna lacessit. Lucan. lib. 1. 53.

Lacessere iniuria. Cice. pro Lege Manilia, 8. Et 1. Offic. 32. Sic Brutus ad Antonium, lib. 11. 3. 1.

Insidiis lacessere aliquem. Catull. ad Aurelium, epigr. 15. 4.

Lacessere iurgis. Liu. 8. bel. Mace. 138. Et primo lacessere iniuriis: deinde altercatione orta quum accenderem turitæ, ferocissimi, &c.

Lacessere maledictis. Cic. 1. Philipp. 29.

Lacessere pelagus. Horat. 1. Carm. ode 35. 2.

Quicunque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.

Lacessere prælio. Cæsar 1. bel. Ciuil. 166. Et 4. belli Gal. 497.

Pugnam lacessere. Virg. 5. Aeneid. 85.

Rissus quodam corporis tactu lacessitur. Quint. lib. 6. cap. 3. 5.

Rupes lacessit taurus. Silius lib. 16. 2.

Sermones lacessere. Cic. ad Appium, lib. 3. 8. 18. Hos ego sermones quòd & multi sunt, & tuam existimationem, vt ego sentio, non offendunt, lacessiui nunquam, sed non valde repressi. Id est, excitaui, inquit Budęus.

Sponsione lacessere. Cic. 5. Verr. 113. Quid? quum palàm Syracusis te audiente, maximo conuentu P. Rubrius Q. Apronium sponsione lacessiuit, ni Apronius dictitaret, te sibi in decumis esse socium hæc te vox non perculit?

Sidera lacessunt clamore. Silius lib. 17. 79.

Visum lacessere. Lucret. lib. 4. 44.

– minima hæc fateare necesse est
Corpora, quæ feriant oculos, visumque lacessant.

Voces lacessunt aures. Lucret. lib. 4. 121.

Lacessere, pro Titilare. Seneca de Vita beata, Mollibus, leuibusque fomẽtis totum lacessit eorum corpus.

Lacessior, (πρόσκλησις, κίνησις,) Passiuum quartæ coniugationis. Colu. lib. 9. cap. 8. Solent cæli nouitate lacessiri. Ibidem, cap. 15. Neq; enim conuenit æstu medio exasperatas apes lacessiri.

Lacessitus, pen. prod. Participium, (πρόσκλησις, κίνησις.) vt

Dente cruento lacessitus. Horat. 2. epist. 1. 31.

Mare lacessitum primo. Lucan. lib. 3. 39.

Lachanizo, lachanizas, lachanizare, Languere, Gallicè Estre lasche, Sueton. in Augusto, cap. 87. Et betizare, pro languere, quod vulgò lachanizare dicitur.

Lachanum, Lichani, pe. cor. Dictio Græca λάχανον, id est olus, Horatius in Sermonibus lib. 1. Saty. 6 23. Ad porri & ciceris refero, lachaniique catinum. Alii legunt lagani.

LACHESIS, pen. corr. (λάχεσις,) Vna ex Parcis est, quæ de nobis sortitur. Nam sortiens Latinè interpretari potest. λαγχάνειν enim est sortiri. Vide PARCAE.

Dura Lachesis. Ouid. 5, Trist. eleg. 11. 9.

Ferrea Lachesis. Claud. de bello Get. 11.

Longæua Lachesis. Claud. 2. in Eutrop. 58.

Lachrymà, lachrymæ, penu. corr. (δάκρυ, δάκρυον,) Humor ex oculis flentium manans. A Græco δάκρυον deriuatur, δ in λ mutata. Vsus tamen obtinuit vt lachryma cum aspiratione scribatur. Festus, Dachrymas pro lachrymas Liuius (Andronicum intelligit) sæpe posuit, nimirum quòd Græci δάκρυα appellant. Cic. in Partitionib. 31. Citò arescit lachryma, præsertim in alienis malis. Et 1. de Inuent. 171.

Gratia lachrymarum. Stat. 6. Thebaid. 125.

Riuus lachrymarum. Ouid. 9. Metam. 132.

Roræ lachrymarum madidæ coronæ. Ouid. 14. Metam. 142.

Fideles lachrymæ. Ouid. epist. 14. 26.

Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa.

Mites lachrymæ. Ouid. 6. Metam. 101.

Pauciores lachrymæ. Tacit. in vita Agricolæ, Paucioribus tamen lachrymis compositus es. Hoc est sepultus.

Piæ lachrymæ. Ouid. 6. Metam. 107.

Rudes lachrymæ. Claud. de Nupt. Honorii, 16.

¶ Afferre lachrymas, Vide AFFERRO.

Cadunt lachrymæ, Vide CADO.

Ciere lachrymas, Vide CIEO.

Cogere ad lachrymas, Vide COGO.

Cohibere lachrymas. Senec. Agamem. 7. 14.

Combibere lachrymas suas. Ouid. epist. 11. 11.

Compesce lachrymas. Senec. Herc. Oeth. 13. 14.

Comprimere lachrymas. Silius lib. 15. 162.

Conspergere aliquẽ lachrymis, Vide CONSPERGO.

Consumpta lachrymis Byblis. Ouid. 9. Metam. 131.

Consumptę lachrymæ. Cic. 2. Philipp. 75. Miserum me, consumptis enim lachrymis, tamen infixus animo hęret dolor.

Continere lachrymas, Vide CONTINEO.

Dedere se lachrymis & lamentis muliebriter. Cic. 2. Tusc. 83. Si se lamentis muliebriter lachrymisque dedet.

Demittere lachrymas. Virg. 6. Aeneid. 91.

Dare lachrymas, Lachrymari. Virg. 4. Aeneid. 75.

Dare lachrymas alicui. Quintil. lib. 6. cap. 1. 40. Vt in Verrem Cicero fecit. Nam & Philodamo & Nauarchis, & cruciatis ciuibus Romanis, & aliis plurimis suas lachrymas dedit. Ouid. 2. Metam. 68.

– & inania mortis Munera dant lachrymas.

Effundere lachrymas. Cic. pro Plancio, 82. Lachrymæ quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. Virg. 2. Aeneid. 82.

Effusæ genis lachrymæ. Virg. 6. Aeneid. 137.

Effundi in lachrymas. Tacit. lib. 1. At patres quibus vnus metus, si intelligere videntur, in questus, lachrymas, vota effundi.

Nos contra effusi lachrymis. Virg. 2. Aeneid. 130.

Obortas emisit lachrymas. Ouid. 11. Metam. 92.

Euicta meis lachrymis. Virg. 4. Aeneid. 110.

Fatigari lachrymis. Quintil. 6. cap. 1. 22.

Inde lachrymæ fluunt. Ouid. 2. Metam. 62.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fluentes per ora lachrymæ. Ouid. 4. Metam. 117.
Fundit lachrymas verba inter singula. Virg. 5. Aeneid. 70.
Habet interim lachrymas ex miseratione eius rei. Quintilia. libro 6. capi. 7.
Imperare lachrymis, Vide IMPERO.
Implere verba lachrymis. Ouid. epist. 6. 12.
Inarescunt lachrymæ. Quintil. lib. 6. cap. 1. 22.
Indulgere lachrymis. Ouid. 9. Metam.
Dulcibus indulget lachrymis. Valer. 3. Argon. 75.
Inhibere lachrymas alicui. Senec. Here. Oetheo, 16. 2.
Plurima lachryma manat illi. Horat. 1. epist. 18. 12.
Miscuimus lachrymas mœstus vterque suas. Ouid. epist. 5. 10.
Mouere lachrymas. Quintil. lib. 4. cap. 2. 55. Solet non nunquam mouere lachrymas ipsa confessio. Vide MOVEO.
Obortis lachrymis. Virg. 3. Aeneid. 98.
Perfundere lachrymis. Ouid. 1. Metam. 68.
Perfudit lachrymis, & aperto pectore fouit.
Profundere lachrymas. Cic. in Somn. Scip. 9. Quem vt vidi equidem, vim lachrymarum profudi. Et pro Fonteio, 31. Lachrymas profundo.
Profudit lachrymas oculis. Virg. 12. Aeneid. 31.
Renouare lachrymas alicuius. Ouid. 11. Metam. 95.
Reponere lachrymas, Stat. 5. Sylu. 5. 10.
Ira reforber lachrymas. Sta. 5. Thebaid. 31.
Rigabat vultum lachrymis. Virg. 9. Aeneid. 52.
Saturari lachrymis. Virg. 10. eclog. 5,
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cytiso saturantur apes.
Siccat lachrymas pollice. Ouid. 9. Metam. 80.
Simulare lachrymas. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 8.
Rorantibus lachrymis spargunt ora. Lucret. lib. 2. 195.
Suffusa oculos lachrymis. Virg. 1. Aeneid. 47.
Sumere lachrymas. Senec. Troade, 8. 15.
Adamanta superare lachrymis, Vide ADAMAS.
Suspensæ diu lachrymæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 12.
Temperare à lachrymis. Virg. 2. Aeneid. 2.
Tenere lachrymas. Ci. 7. Verr. 135. Paulo antè, Iudices, lachrymas in mor te misera atque indignissima Nauarchorum non tenebamus. Ouid. 9. Metam. 146.
Tingere lachrymis. Ouid. 2. Metam. 61.
–neque enim cœlestia tingi
Ora licet lachrymis.
Lachrymis ac tristitiæ se tradere. Lucelus Cic. lib. 5. 14. 4.
Volutæ per ora lachrymæ. Virg. 10. Aeneid. 156.
Hinc illę lachrymæ, ex Andria Terentiana vsurpatum prouerbialiter per allusionem videtur ab Horatio, Hinc illæ lachrymæ. Vsurpauit ad hũc modum M. Tullius in Actione pro M. Cælio, 48. Hinc illę lachrymæ nimirum, & hæc causa est omnium horum scelerum atque criminum. Dicetur autem de rei causa aliquandiu dissimulata, quæ verò tandem deprehendatur, veluti siquis dicat barbaros dãnare Græcas literas, ne scilicet ipsi parum docti videantur, commode subnectet, Hinc illæ lachrymæ, hoc est, quod eos male habet.
¶ Lachrymæ, arborum dicuntur Theophrasto ipse humor naturalis, quẽ interdum ipsæ arbores foris ostendunt, vel qui in ipsis interioribus partibus continetur. Plin. in Proœmio lib. 23. 4. Lachryma vitium quæ veluti gummi est, lepras & lichenas & psoras nitro autè preparatas sanat. Idem lib. 13. cap. 11. 20.
Lachrymula, lachrymulæ, pen. corr. (δακρύδιον,) Diminutiuum. Terentius Eunuch. 1. 1. 22.
Hæc verba vna me hercule falsa lachrymula,
Quam oculos terendo misere vix vi expressérit,
Restinguet. Cicero pro Plancio, 62. Et mihi lachrymulam Crispiani iudicii obiectas.
Falsæ lachrymulæ. Catull de Coma Berenicis, 61. 4.
Lachrymo, lachrymas, pen. cor. δακρύω, δακρυχέω,) lachrymare, neutrũ: & Lachrymor, lachrymaris, Deponens, Lachrymas effundere, vel profundere. Terent. Adel. 3. 3. 55. Oh, lachrumo gaudio. Cic. 7. Verr. 94.
Ecquis fuit, quin lachrymaretur? Sic 1. Tusc. 149.
Decenter lachrymare. Ouid. 3. de Arte, 59.
Lachrymat ex abitu. Plaut. Amphit. 6. 31. Lachrymantem ex abitu cõcinnas tu tuam vxorem.
Lachrymat id: Id est, ob id. Terent. Eunu. 5. 1. 13. Nũ id lachrymat virgo?
Exequias mœrentibus lachrymandus. Stat. 9. Thebaid. 20.
Lachrymari minus est quàm Plorare. Senec. epist. 64. Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fleant: lachrymandum est, non plorandum.
Lachrymans, pen. corr. Participium, (δακρύων,) Cic. 5. Verr. 62. Principẽ suæ ciuitatis lachrymantem testari ac dicere, &c.
Lumina lachrymantia. Ouid. 13. Metam. 27.
Oculi lachrymantes. Catull. de Berecynthia, 58. 10.
Lachrymans & Aridus calamus, contraria. Plin. lib. 17. cap. 14. 8. Ideo lachrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis, quàm aridos. De arboribus.

Lachrymãtus, pen. prod. (δακρυσθείς,) Participiũ passiuũ. Oui. 1. Fast. 68.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hospita nauis aquas.
Lachrymatio, Verbale, (δάκρυσις,) Plin. lib. 11. cap. 37. 23. Quas subinde purificant lachrymationum saliuis. Idem in Proœmio lib. 23. 9. Genarum scabiem emendat, oculorumque lachrymationes.
Lachrymõsus, pe. prod. Adiectiuum, (δακρυόεις, δακρυώδης, ὑγροδάκρυς,) Abundans lachrymis. Plin. lib. 17. cap. 28. 1. Quin & vitium radicibus aquam salsam iubent affundi, si sint lachrymosæ.
Carmen lachrymosum. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 7.
Fumus lachrymosus, Lachrymas prouocans. Horat. 1. Serm. saty. 5. 16.
Funera lachrymosa. Ouid. epist. 13. 28.
Lumina lachrymosa vino. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 23.
Poemata lachrymosa. Horat. 1. epist. 1. 14.
Risus lachrymosus. Stat. 6. Thebaid. 33.
Lachrymose, pen. prod. Aduerbium, (δακρυωδῶς,) Plin. lib. 16. cap. 43. 1. Stamineam hoc vsu probant venam, & vocant fertilem, argumento similitudinis, quoniam lachrymose crispa.
Lachrymabilis, pen. corr. Adiectiuum, (πολυδάκρυς,) vt Bellum lachrymabile, Ouid. 8. Metam. 9.
Gemitus lachrymabilis. Virg. 3. Aeneid. 8.
Tempus lachrymabile, Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 1.
Lachrymabile, neutrum. Ouid. 1. Meta. 160. Vixque tenens lachrymis, quia nil lachrymabile cernit.
Lachrymabundus, Adiectiuum, (δακρυχύων,) Liui. lib. 3. ab Vrbe, 19. At ille lachrymabũdus. Gratum est, inquit: crastina die vestra opera vtar, spontorum nunc satis est.
LACISVRGIVM, (λακισβούργιον,) Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ vrbs. Hodie Rostolzium.

Lacinia, lacinie, In vestimento pars extrema, & cesurę particulatim concisæ decoris causa, inquit Sipõtinus, à lacerando dicta.
Lacinia, Pars vestimenti, vt ait Festus. Plaut. Aulu. 1. 2. 41.
–opprime os, is est, subauscultemus.
Lachrymantem lacinia tenet lachrymas. Idem Mercat. 4. 16. At tu adepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi. Cice ad Tironem, lib. 16. 21. 16. Videor enim videre ementem te rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina.
In laciniis pecus ægrotum distribui iubet Columella, id est in particulas separari, vt facilius conualescant, lib. 7. cap. 5. 3. Quum deinde, inquit, grex ad locum fuerit perductus, in laciniis colonis distribuatur: nam particulatim facilius, quàm vniuersus conualescit. Idem lib. 7. cap. 6. 4. Vt nec in pastione separat im laciniæ deducantur.
Laciniæ, Insigne caprarum Plin. lib. 8. cap. 50. Fœminarum generosarum insignę laciniæ corporibus, è ceruice binæ dependentes.
Laciniata vestis, Id est sinuosa.
Laciniatim, pe. prod. Aduerb. Particulatim, & per flexuras. Apuleius. Non laciniatim dispersa, sed cuneatim stipato commeatu difficultates illas transabiremus.
Laciniõsus, pen. prod. Adiectiuum, Flexuosus & sinuosus.
Lachiosa Alexandria. Plin. lib. 5. cap. 10. 1. Ad effigiẽ Macedoniæ chlamydis, orbe gyrato laciniosam: dextera læuaque anguloso procurrit.
Laciniosa folia. Plin. lib. 25. cap. 10. 5. Folia ei plantaginis, nisi angustiora essent, & magis laciniosa, conuexaque in terram.
LACINIVM, (λακίνιον,) Promontorium Brutiorum, Ptolemæo libro. 3. cap. 1. Vulgò Colone. Item Lacinium, Italiæ promontorium est inter Adriaticum & Ionium mare, sic cognominatum, vt inquit Theocritus enarrator, & Seruius, à Lacino latrone, quem illic Hercules occidit: & hoc loco expiato Iunoni templum constituit, quæ ob id Lacinia dicta est. Virgilius 3. Aeneid. 111.
Hinc finus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur: attollit se diua Lacinia contrà.
Lacinius, Adiectiuum, (λακίνιος,) vt Litora Lacinia. Ouid. 15. Metam. 3.

Lacio, lacis, lacui & lexi, secundum Priscianum, lacitum & lectum, lacere, significat In fraudem inducere, authore Festo, decipere. A quo Allicio, Illicio, Pellicio, &c.
LACON, Vide LACONIA.
LACONIA, (λακωνική,) Prouincia in Peloponneso, quæ & Oebalia & Lacedæmonia ab aliquibus dicitur. Hinc Lacon, masculini generis, & Lacæna, fœminini. Nec inuenitur Lacænus, pro Laconico, habetq; Lacæna diphthongon in penultima. Virg. 2. Aeneid. 121. Non tibi Tyndaridi facies inuisa Lacænæ. Vide LACAENAS. Sta. lib. 6. Thebaid. 148. Tandem inspiratus Mida de plebe Laconum.
Lacon, huius Lacõnis, pen. prod. (λάκων,) Qui ex Laconia est.
Lacon, nomen canis apud Ouidium 3. Metam. 44. Prævalidusque Lacon, & cursu fortis Aello.
Venator Lacon. Silius lib. 3. 60.
Ledæi Lacones. Claud. de bello Gildon. 45.

Lacónicus.

Lacónicus, pen. corr. Adiectiuum, (λακωνικός,) vt Ager Laconicus, & Laconicæ canes, apud Plinium lib. 10. cap. 63. 6.
Purpuræ Laconicæ. Horat. 1. Carm. ode 18. 2.
Lacónicum, lacónici, penult. corr. n. g. (ὑπόκαυστον,) ponitur pro loco orbiculari ambitu in se recurno in balneis, in quibus sudor elicitur sicco calore, vt docet Gelius libro, 2. Et Vitruuius lib. 5. Præcipit laconicum, sudationesque coniungi debere tepidario. Est enim fornacula ex terra & tegulis mammatis, addito tomento concinnata, quæ incluso igne perspiracula parua calefacit per præfurnium laconicum. Hanc sub nomine hypocausti multi signauẽre. Frequentabatur laconicum à crudis, vti per desudationem extruderetur quicquid excrementitii & indigestis humoris. Vnde Columella in Præfa. 15. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam eruditatem Laconicis excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus. Dictum Laconicum, quòd eo Lacones peculiariter vterentur. Cicero, ad Atticum, libro 4. 79. 4. Nostram ambulationem vt loconicum, eaque quæ circa sint, velim quum poteris iuuises.
Laconismus, laconismi, m. g. Id est Breuiloquentia. λακωνισμός, veluti prouerbio breuiloquentiam vocant Græci, siue quòd Lacedæmonii factis magis, quàm eloquentia præcelluerunt. Siue quòd in Apophthegmatis præcipuè valuerant. Horum autem præcipua gratia, vt paucissimis verbis plurimum sententiæ complectantur. Cicero Bruto, libro 11. 16. 4. Sed quid ago? non imitor λακωνισμόν tuum, altera iam pagella procedit.

Lactarius, Lacteo, Lactes, Lacteus, Lacto, lactis Vide LAC.

Lactoris, herbæ genus. Plinius, libro 24. cap. 18. 1. Acquè nota lactoris vulgo est plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat.

Lactuca, lactũcę, pen. prod. (θρίδαξ, θρίδακα, θρίδακος,) A lactis copia dicta est, quòd abundantia lactis exhuberet. Vide Plinium lib. 19. cap. 8. Martialis lib. 13. 14.
Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum:
Die mihi, cur nostras incipit illa dapes? Horat. 2. Serm. saty. 4. 12.
–nam lactuca innatat acri
Post vinum stomacho.
Officiunt claritati oculorum lactucæ, Vide OFFICIO.
Lactũcula, pen. corr. Diminut. (θρίδακιον,) Colum. lib. 10. 11.
–iam teneris frondens lactucula fibris.
Lactucula.) Suet. in Augusto, cap. 77. Propotione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustũ, vel lactuculæ thyrsum, aut recens acidúmve pomum succi vinosioris.
LACTVCINII, sunt cognomina Romanorum procerum, à lactucis deducta. Vide Plinium lib. 19. cap. 5.

Lacuna, Vide LACVS

Lacus, huius lacus vel laci, (λίμνη,) masculini generis, secũdę & quartæ declinationis, Locus profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos & flumina.
Acclinis lacus. Ouid. 2. Metam. 67. Vide ACCLIVIS.
Alto lacu se condidit fluuius. Virg. 8. Aeneid. 13.
Clausi lacus spelunceis. Virg. 4. Georg. 73.
Cœnosus lacus, Vide COENVM.
Compluuius lacus. Vide COMPLVVIVS.
Limpidi lacus. Catul. ad Sirmionem Peninsulam, epigr. 29. 3.
Patuli lacus. Ouid. 2. Metam. 76.
Torpentes lacus. Stat. 9. Thebaid. 91. Senec. Hippol. 12. 10.
Vini lacus. Virg. 2. Georg. 94.
Motare lacus. Ouid. 11. Metam. 199.
¶ Lacus, (λακκοῦς,) dicitur locus qui continet mustum prelo ex vinaceis expressum, & transmittit, vt in dolia condatur. Columella, lib. 12. cap. 29. Antequam prelo vinacea subiiciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam, camque oblinito, & impicato diligenter. Ouid. 4. Fast. 179. Præmia de lacubus proxima musta tuis. Plin. Iunior, Ipse vindemias colligo: si tamen colligere est nonnũquam decerpere vuam, torculum inuisere, gustare de lacu mustum. Colucularii, & fora.
¶ Lacus in ædificiis, Plana trabs vel tabulatum, quo tectorum ac camerarum superiora ornantur. Lucil. Resultantque ædesque, lacusque.
¶ Lacubus distinguuntur granaria, vt separatim quæque legumina ponãtur. Colum. lib. 1. cap. 6. 8.
Lacusculus, lacusculi, pen. corr. (λακκούδιον,) Diminutiuum. Colum libro 12. cap. 50. 3. Oportet habere lacusculos tam multos, quàm postulabit modus oliuæ. Et paulo pòst, Horum lacusculorum solum lapide vel tegulis oporter conserti. Budæus, Lacusculi in horreis pensilibus in solo extructi ad reponendas oliuas.

Lacusculus, Foueola, inquit Budęus. Colu, lib. 4. cap. 8. Quoniam si iuxta truncum radicem præciderit, aut ex cicatrice plures enascentur: aut hyemalis, quæ ex pluuiis consistit, in lacusculis ablaqueationis aqua brumæ congelationibus noua vulnera peruret & ad medullam penetrabit. Ibidem, Prædicti lacusculi æquandi sunt.
Lacũna, lacũnæ, pen. prod. (τέναγος,) Fossa, authore Seruio, in qua collecta aqua stare consueuit. Virg. lib. 1. Georg. 24.
Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo:
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunę.
Saltæ lacunæ maris. Lucret. lib. 3. 110.
Vastæ lacunæ. Lucret. lib. 1. 23.
Lacuna, dicitur etiam fossa ad siccandos agros parata. Virg. 3. Georg. 37.
Et totæ solidam in glaciem vertẽre lacunę.
Bibulæ lacunę. Stat. 4. Sylu. 3. 11.
¶ Lacuna, etiam accipitur pro quacũq; fossula. Varro 2. de Re rust. ca. 7. 3. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterq; quum dentes sunt facti brochi, & supercilia caua, & sub ea lacunæ, ex obseruatu dicunt cum equum habere annos sexdecim.
Lacuna in pauimento pro loco fidente ponitur à Vitruuio lib. 7. cap. 1
Lacunam rei familiaris explere. Erasmus, Lacunam explere pro Sarcire damnum, non sine prouerbii specie dixit Cicero Actione 4. in Verrem 96. Censores fecerunt idem quod in nostra Rep. solent ii qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, vt ita potestatem gererent, vt illam lacunam rei familiaris explerent. Detrimentum facultatum appellat lacunam. Idem ad Atticum lib. 12. 26 5. 1. Vide quę so ne quæ lacuna sit in auro. Hoc est, nequid desit. Gellius libro 1. cap. 3. Famæ lacunam dixit pro macula, Minimaq; illa labes, & quasi lacuna famæ imminentis, partarum amico vtilitatum ratione soluitur. Quin & in libris mendum dicitur, quod depranatum est: Lacuna vbi deest aliquid: illud eluitur, hec expletur. Hactenus Erasmus. Budęus, Lacunam rei familiaris explere, Id est eximanitam rem familiarem redintegrare.
Lacunõsus, pe. prod. Adiectiuũ, (τεναγώδης,) Lacunis & foueis plenus, neq; æqualis. Cic. 2. de Nat. deorum, 67. Quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexas continet? quæq; nihil aspe ritatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Videtur eminens opposuisse lacunoso. Idem de Vniuersitate, 23.
Lacũno, lacũnas, pen. prod. (τεναγόω,) lacunare, Idem quod stagnare, vel lacus aut lacunaria facere. Ouid. 8. Metam. 113.
–molli tellus erat humida musco,
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Lacunãtus, pen. prod. (τεναγώδης,) Participium, siue Nomen ex participio. Plin. lib. 15. cap. 10. 1. Intus exiles nucleos lacunatis includi toris. Hoc est, foueatis (si ita dicere licet) & depressis.
Lacũnar, pen. pro. lacunãris, neutri generis, (φατνωμα,) Diminutiuum à lacus accipitur pro Trabe. Sueton. in Nerone, Lacunaria quæ noctu super dormientem laxata machina deciderent, parauit. Hoc etiam laquear & laquearium dicitur, per antistichon, id est æquiualens elemẽtum. Virg. 1. Aeneid. 147. –dependent lychni laquearibus aureis.
Potius tamen lacunar, interstitium tignorum est à similitudine lacuũ Horat. 2. Carm. ode 18. 1.
Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar. Cic. 5. Tusc. 87. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari, seta equina aptum, demitti iussit.

Lada, (λάδανον,) appellatur herba ex qua Ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhærescens. Plin. libro. 26. cap. 8. 5. Item lib. 12. cap. 17. 2.

Ladanum, (λάδανον,) Vide LADA.
LADAS, Cursor fuit Alexandri velocissimus. Mart. lib. 2.
Quid si per graciles vias Petauri
Innitom iubeas subire Ladam?
Turpe est difficiles habere nugas. Hunc Ladam tanta fuisse aiunt pnicitate pedũ, ac corporis leuitate, vt per puluerẽ vel arenam curreret, nullis pedum vestigiis apparentibus. Author Patritius de regno.
LADON, (λάδων,) Nomen canis Actæonis. Ouid. 3. Metam. 44. Et sub stricta gerens Sicyonius ilia Ladon. A fluuio Arcadię nomen sumpsit. nam à fluminibus etiãnum canes interdum cognominantur.
Ladon, fluuius Arcadiæ, cuius filia fingitur Daphne fuisse. Ouid. lib. 1. Metamorph. 141.
Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem Venerat.
Vndæ Ladonis, Stat. 9. Thebaid. 115.

Laedo, lædis, læsi, læsum, (κόπτω, δηλέω, λοιβόω,) lædere, Proprie est cõtumelia afficere. Sumptũ à Græcis qui λοιδορίαν cõtumeliam vocant. Transfertur tamen ad omne genus offensionis.
Lædere dicto vel facto. Plaut. Capt. 6. 53. Memini quũ dicto haud audebat, facto nunc lędat licet. Sic Lædere aliquẽ iniuria, Cic. 4. Tusc. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contumelios aliquem lædere, Vide CONTVMELIA.
Libere lædere, Vide LIBER.
Amores lædere. Ouid. 4. Metam. 39.
Animum lento curarum frigore lædit, Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 54.
Contactu lateris læditur. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 5.
Lingua lædit eos. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 4.
Lædere famam alicuius, hoc est Detrahere alicuius famæ. Plin. epist. 5. c.
Conticuit me laus & gratulatio secuta est quòd nec famam meam aliquo responso, vtili fortasse, inhonesto tamen, læseram. Cic. pro Cluent. 10. Itaque diutius suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit.
Ferrum lædere rubigine. Virg. 1. Georg. 44.
¶ Lædere ferro. Plin. lib. 12. cap. 25. 4. Balsamum ferro lædi vitalia odit. Id est incidi.
Lædere fidem. Cæsar 6. bell. Gall. 34. Purgandi sui causa ad eum legatos mittunt, qui doceant neque ex sua ciuitate auxilia in Treueros missa, neque ab se fidem læsam.
Fortuna iniqua lædi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 8.
Lædit me frigus. Virg. eclo. 10. 10.
– ah ne te frigora lędant.
Herbas morsu læsere innocuæ. Ouid. 13. Metam. 197.
Lædere infamia. Quintil. lib. 7. cap. 3. 24.
Lædere ludibrio, Irridere. Qu. Metellus Cic. lib. 5. 1. 1. Nec absentem ludibrio læsum iri.
Lædit me. Cic. 4. Acad. 166, Nihil me lædit, inquit.
Numina læsit. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 1.
Oculos lædere. Horat. 1. epist. 2. 8.
¶ Lædi odore. Plin. lib. 17. cap. 24. 21.
Lædere os alicui. Terent. Adelph. 5. 4. 10. Clemens, placidus, nulli lędere os, arridere omnibus. Id est nullú præsentem lædere, inquit Donatus.
Lædere aliquem periurio. Cic. pro Cecin. 20. Qui quò ita vehemens, acéque venisset, vt non modò Cecinnam periurio suo læderet, sed etiam mihi videretur irasci.
Semina lædere ferro refuso. Virg. 1. Georg. 61.
Versu tristi lædere aliquem. Horat. 2. Serm. saty. 1. 5.
Læsus, Participium, (δεδηλημένος, λελυπηκώς,) vt Læsus dente serpentiũ. Plin. lib. 28. cap. 3. 3.
Leuissimè læsus, Vide LEVIS.
Crimine turpi læsus. Ouid. 2. Trist. 42.
Cor vulnere læsum. Ouid. 12. Metam. 85.
Læsa dignitas. Cic. pro Cluentio, 93.
Fides læsa. Horat. 1. Carm. ode 33. 1.
Fœdus læsum. Virg. 12. Aeneid. 100.
Ingenium longa robigine læsum. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 4.
Pudicitia læsa. Ouid. epist. 5. 21.
Rebus succurrite læsis. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 7.
Seges læsa grandine. Ouid. 5. Fast. 65.
Vestes læsæ. Ouid. 4. Fast. 165.
Læsio, Verbale, (δήλησις,) Cic. 3. de Orato. 114. Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque execratio.
C. LABLIVS, (γαΐος, λαβιῆνος,) Scipionis Africani summus amicus, sapiẽs à Romãis appellatus, vt ait Plutarchus in vita Tiberii & Caii Graccho rum. De hoc multa apud Ciceronem.
Mitis sapientia Læli. Horat. 2. Serm. saty. 1. 15.

Laena, lænæ, (χλαῖνα,) Vestimenti genus, inquit Festus habitus duplicis, & auguralis amictus. Nonius, Læna, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Virgil. 4. Aeneid. 53.
– Tyrioque ardebat murice læna. Vbi Seruius, Læna genus vestis est autem propriè toga duplex, amictus auguralis. Cic. de Claris Ora. 27. Qui cum COS esset, eodemque tempore sacrificium publicum cũ læna faceret, quòd erat flamen Carmentalis, plebis contra Patres concitatione & seditione nuntiata, vt erat læna amictus, ita venit in conciones, &c. Iraque læna, quæ & chlæna Græcis dicta est, palliis superindui solebat hyberno tempore, quum etiam vsus fuit in sacrificiis, & pallio rum cœnatoriorum vice. Vide Bayfium.
Demissa ex humeris læna. Virg. 4. Aeneid. 53.
Pertusa læna. Iuue. Saty. 5. 14.
LAERTES, (λαέρτης,) Acrisii filius & pater Vlyssis: à quo etiam Laertiades dictus passim apud poetas. Est item Laertes, apud Strabonem libro. 14. castellum in tumulo quodam situm, qui mamillæ speciem præbetid stationem habet.
Senex Laertes. Ouid. epist. 1. 20.
Laertius, Adiect. (λαέρτιος,) vt Heros Laertius, Vlysses. Oui. 13. Met. 25.
Regna Laertia. Virg. 3. Aeneid 55.
Laertiades, penu. corr. Patronym. (λαερτιάδης,) dicitur Vlysses Laertis filius. Ouid. ad Pisonem, 13. Vim Laertiadæ, breuitatem vincis Atridæ.
LAESTRYGONES, pen. corr. (λαιστρυγόνες,) fuerũt, teste Martiano lib. 7. in extremo Italiæ, versus Siciliam, gentes feritate famosæ. Ad has teste Homero lib. x. Odysseæ, quum diuerteret Vlysses, & illos aduersos experiretur, vnica perdita naue, peruenit ad Circen. Deinde quum

rediens peruenisset ad Phæacas, & in cõuiuio Alcinoi hos & Cyclopas humana carne vesci narraret, tanquam fingentem & mendacẽ nonnulli notarunt: vt Iuuenalis Saty. 15. 2. Fingentem immanes Læstrygonas, atque Cyclopas. Sed id verum fuisse asserunt Plinius circa initiũ libri septimi. Vnde Gellius lib. 15. cap. 21. ait, Præstantissimos virtute, prudentia, vtribus, Iouis filios poetę appellauerunt, vt Aeacum, & Minoa, & Sarpedona, ferocissimos & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt, Cyclopa, & Cercyona, & Læstrygonas. Vide LESTRYGONES.

Laetus, læta, lætum, (ἥυφρων, ἥυφραν, ἠυεμνος,) Qui hilaritatem quã intus habet, eriam vultu ostendit. A latitudine mentis vt quidam putant. nam qui gaudium aspectu promunt, dilatare quod immodo faciem videntur. Virg. 4. Aeneid. 49. Imperio læti parent.
Lætus est de amica. Terent. Adelph. 2. 2. 44.
Lætus atque alacer, Humilis & demissus, contraria. Cic. 2. Verr. 11.
Lætos lætitiis omnibus. Cic. 2. de Finibus, 11.
Lætus in aduersis. Luca. lib. 8. 26.
Iusto lætior. Virg. 1. Georg. 51.
Intexere læta tristibus, Vide INTEXO.
Miscentur tristia lætis. Ouid. 6. Fast. 93.
¶ Lætum, pro Fausto & fortunato. Plin. lib. 8. cap. 46. Sunt enim delubra gemina: alterum intrasse, lætum est iis, altero, dira portendit.
Lætum prodigium. Plin. lib. 11. cap. 37. 65.
¶ Læta inanimata dicuntur, quæ aspectu homines lætificant. Plin. in Paneg. 150. Quibus edicto, quibus spectaculo celebrare continget diem illum triplici gaudio lætum, qui principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit.
Æstas læta. Virg. 3. Georg. 64.
Dies lætus. Virg. 1. Aeneid. 148.
Clamor lætus. Virg. 3. Aeneid. 105.
Conuiua lætus. Horat. 2. Serm. saty. 6. 23.
Frons parum læta. Virg. 6. Aeneid. 173.
Honor lætus. Virgilius 1. Aeneid. 120,
– lætos oculis adflarat honores.
Locus lætus, atque plausibilis. Quintil. lib. 4. cap. 3. 1.
Memoria læta. Tacit. lib. 3. Sed cæteris haud læta memoria Quirini erat.
Mentes lætæ. Virg. 5. Aeneid. 60.
Ore læto alloqui aliquem. Ouid. 9. Metam. 49.
Pectora lætissima. Ouid. epist. 21. 34.
Plausus lętus. Stat. 6. Thebaid. 179.
Pubes læta. Horat. 1. Carm. ode 25. 4.
Res lætæ. Virg. 2. Aeneid. 155.
Sedes lętæ. Horat. 1. Carm. ode 10. 4.
Victoria læta. Horat. 1. Serm. saty. 1. 2.
Vrbes lætæ. Lucret. lib. 1. 51.
Vultus lætus. Ouid. 10. Metam. 1.
¶ Lætæ segetes, Id est fertiles. Virg. 1. Georgi. 1. Quid faciat lætas segetes. Cic. 3. de Orat. 85. Lætas segetes etiam rustici dicunt. Sic Colum. lib. 2. cap. 9. 3. Lætissimum aruum.
Ager lætus. Virg. 1. Georg. 21.
Arbusta læta. Lucret. lib. 2. 69.
Arua læta. Virg. 6. Aeneid. 149.
Fruges lætæ. Virg. 1. Georg. 14.
Genus lætum vitis. Virg. 2. Georg. 53.
Herbæ lætæ. Virg. 1. Georg 68.
Legumen lætum. Virg. 1. Georg. 15.
Pabula læta. Virg. 3. Georg. 77.
Pascua læta. Horat. 4. Carm. ode 4. 3.
Prata læta. Senec. Herc. furente, 9. 17.
Sata læta. Virg. 2. Aeneid. 62.
Lætum solum. Colum. lib. 4. Solum nec exile, nec lætissimum, proximum tamen huberi.
Vineta læta. Lucret. lib. 2. 232.
¶ Armenta læta. Virg. 3. Aeneid. 44.
Læta indoles. Quintil. lib. 2. cap. 4. In pueris melior est indoles læta, generosique conatus, & vel plura iusto concipiens interim spiritus.
Lætè, Aduerb. (ἡυφρόνως,) Iucundè & hilariter, cui opponitur Seuerè. Quintil. lib. 8. cap. 3. Concitatè dicere, an moderatè, læte an seuerè, &c.
Lætius fruticare, Lætius frondere. Colum. lib. 5. cap. 9. 9. Quem ita conuenit poni, vt si non periculum à pecore habeat, exiguus admodũ suprà scrobem emineat: lætius enim frondet. Id est huberius. Plin. lib. 16. cap. 31. 4. Itaque cum trunco recisa, etiam lætius fruticat.
Lætius audere aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 4. Solebã ego dicere pueris aliquid ausis licentius aut lætius, laudare illud me.
Lætor, lætaris, lætari, (γηθέω, ἐυθυμοῦμαι, ἐυφραίνομαι, ἥδομαι,) Gaudere, delectationem capere, sed extrinsecus. Terent. Heaut. 4. 3. 9.
– ego non tam meapte causa
Lætor, quàm illius, quam ego scio esse honore quouis dignam. Cic. 2. de Diuinat. 34. An Cn. Pompeium censes tribus suis Cõsularibus, tribus triũphis,

phis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si sciret se insolicitudine Aegyptiorum trucidatum iri, &c.
Lætor vtrunque: Hoc est de vtroque. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. 1. Vtrunque lætor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse.
Gaudere & lætari. Cicero pro Sext. Rosc. Ame. 81. Hæc perfecta esse gaudeo, vehementerque lætor.
Lætor malorum. Virgil. 11. Aeneid. 56.
– nec veterum memini, lætórve malorum. More Græcorum hũc habet genitiuum, teste Seruio.
Lætor hac re. Virg. 6. Aeneid. 114. – apud superos furto lętatur inani. Idem, Aspice venturo lætentur vt omnia sęclo.
Lætaris tu in omnium genitu, & triumphos. Cic. 7. Verr. 94.
Toto pectore lætor. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 13.
Lætans, Participium, (ἱλαρόμενος,) Cic. 4. Tusc. 26. Voluptati maleuolentia, lætans malo alieno, delectatio, iactatio, &c. Alii legunt lactans.
Lætanti animo. Cic. pro Cluentio, 20. Itaque nubit Oppianico continuo Sassia lætanti iam animo, & spe optima confirmata.
Pectus lætans. Catull. Argon. 59. 44.
Loca lęta aquarum. Lucret. lib. 2. 69.
Læto, lętas, (ἐυθυμέω,) Lætare, Actiuum, antiqui dixerunt. Actius, Et te vt triplici lætarem bono.
Lætifico, lætificas, pen. corr. (ἐυφραίνω, ἡδύνω, γανόω,) lætificare, Lætum facere. Plautus, Ita meum cor hæc anus lætificauit modò. Cic. 2. de Natu. deorũ, 147. Contrahit terram, tum vicissim lætificat, vt quem cœlo hilarata videatur. Sic Plin. lib. 17. cap. 8. 3.
Gloria lætificat illum. Lucan. lib. 3. 10.
Lætificare terram fimo iniecto aut re alia, Pinguefacere, stercorare. Plin. lib. 17. ca. 83. Vbias gentium solos nouimus, qui fortissimum agrum colentes, quacunque terra infra tres pedes effossa, & pedali crassitudine iniecta lætificent. Ibidem, cap. 9. 2.
Lætificus, penul. correp. (ἐυφραντικός,) vt Lætificæ vites. Cice. 1. Tuscul. 108. Ex antiquo poeta.
Lætificor, pen. corr. lætificaris, (ἐυφραίνομαι,) lætificari, Deponens, Lætus fem. Plau. Aul. 19. 15. Nunc eo alii lætificantur meo malo & dãno.
Lætifico, lætificis, (γηθέω,) lætificere, Lætum fieri. Sisenna libro 4. Vtrimque dii cultu erga se mortalium lætificant, an superiæ gentes humana negligant. Obsoletum.
Lætitia, lætitiæ, (γαθοσύνη, ἐυφροσύνη, ἐυθυμία, ἐυθυμοσύνη,) Exultatio animi, quæ gaudio efferentiore fieri solet, propter eucntum rerum expetitarum. Cicero 4. Tuscul. 27. Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur. Idem 4. Acad. 243.
Plenus lætitiæ Horat. de Arte, 87.
Dator lætitiæ Bacchus, Virg. 1. Aeneid. 148.
Tempora lætitiæ. Ouid. epist. 15. 2.
Insolens lætitia. Horat. 2. Carm. ode 5. 1.
¶ Abundare lætitia. Vide ABVNDO.
Motus lætitiæ accipere. Lucret. lib. 3. 24.
Accipere cum lætitia, Vide ACCIPIO.
Afferre lætitiam, Vide AFFERO.
Afficere lætitia. Cic. pro Milone, 58.
Auctus lætitia, Vide AVGEO.
Carere Lætitia. Cic. Post reditum ad Quirites, 1.
Capere lætitiam, Vide CAPIO.
Conicere in lætitiam, Vide CONICIO.
Contorquere iudicem ad lætitiam. Cic. 2. de Orat. 40.
Lætitiam dare, Præbere causam lætitiæ. Cic. pro Plancio, 83. Nolite lusdices, per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis; his præsertim quos ego pro vestra salute suscepi, dãte lætitiam, gloriantibus vos iam oblitos mei.
Efferri lætitia. Cic. pro Deiotaro, 17.
Excitari lætitia ad canendum. Cic. 2. de Diuin. 84.
Ingens exorta lætitia. Virg. 3. Aeneid. 20.
Expolit ex omni pectore lætitias. Catul. de Lesbia, epig. 71. 5.
Extollere lætitia. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 2. Nullam me epistolam accepisse tuam post comitia ista præclara quæ me lætitia extulerunt.
Exultare lætitia in municipiis. Cic. ad Atticum, lib. 14. 304. 3.
Exultans lætitia. Virg. 12. Aeneid. 141.
Facere lætitiam. Cic. 1. de Finib. 38. Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam.
Ferre lætitiam. Cice. Attico, lib. 14. 8. 6. Lætitiam autem apertissimè tulimus omnes.
Fremebant lætitia ludisque. Virg. 8. Aeneid. 141.
Incessi lætitiis omnibus repente. Cice. Cœlio, lib. 2. 9. 2.
Lætitiæ molcent hæc loca. Lucret. lib. 3. 19.
Percipere lætitiam. Cic. 1. de Orat. 97. Percipietis etiam illam ex cognitione iuria lætitiam & voluptatem, quòd, &c.
Perfrui lætitia. Cic. 1. in Catil. 18. Hic tu qua lætitia perfruêre, quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere?
Prosequi aliquem lætitia. Quintil. lib. 5. cap. 11. 29.

Repetere lætitiam conuiuii. Tacit. lib. 13. Ita post breue silentium repetita conuiuii lætitia.
Animus viget lætitia. Lucret. lib. 3. 31.
Lætabilis, & hoc lætabile, pen. corr. (ἐυθυμητός.) Lætitia dignum. Cic. 4. Tusc. 57. Is est sapiens quem quæsiuimus, is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum videri potest. Ibidem, lib. 1. 78. Quod vt ita sit (nihil enim pugno) quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum?
Factum cunctis lætabile. Ouid. 9. Metam. 52.
Lætandum, (ἐυθυμητέον.) Salustius, Tamen lætandum magis, quàm dolendum casum tuum puto. Cice. pro Lege Manilia, 1. Atque illud in primis lætandum mihi esse video, &c.
Lætitido, pen. prod. lætitudinis, f. g. (πιεγαλέωρα,) Antiquũ verbum, Idem significat quẽ Lætitia. Actius, Quãta in venãdo affectus est lætitudine?
Lætamen, pen. prod. lætamnis, n. g. (κόπρος,) Pimus qui per agros iacitur, quòd eos lætos, hoc est pingues faciat. Plin. lib. 18. cap. 16. 2. Ipsumque pro lætamine est.

Laeua, læuæ, f. g. A Græco deducitur, quippe Græci λαιός, læuam dicunt, & significat sinistram manum. Festus, Læua sinistra quẽ eam Græci σκαιὰν dicunt, vnde tractum cognomen Scæuolæ. Cic. 4. Acad. 160. Quum autem læuam manum admouerat, & illum, &c.
Comam implicuit læua. Virg. 2. Aeneid. 111.
Ad læuam, vel Ad læuam manum, Vide AD præpositionem.
Petere læuam. Virgil. 3. Aeneid. 113.
Læuam cuncta cohors remis, ventisque petiuit.
Læua petentibus, Id est euntibus ad læuam. Plin. lib. 14. cap. 6. 3. Falernus ager à ponte Campano læua petentibus vrbanam coloniam, &c.
Versi ad læuam. Linius 1. ab Vrbe, 52.
Dextra montibus, læua Tyberi amne septus. Liu. 4. ab Vrbe, 141.
Læua pars & dextra. Cic. 4. de Finib. 60.
Læuus, Adiectiuum, (σκαιός,) Sinistrum. Plaut. Milit. 19. 24.
Quid istic quęso quod oculo factum est tuo?
PL. Habeo quidem hercle oculum. PY. ad læuum dico. Subaudi, latus, vel oculum.
Auris læua Ouid. 12. Metam. 68.
Læuus homo, pro sinistro & inepto. Horat. de Arte, 61.
– ô ego læuus
Qui purgo bilem sub verni temporis horam.
Ex humero læuo dependet. Ouid. 8. Metam. 64.
Radit iter læuum. Virg. 5. Aeneid. 16.
Latus læuum. Horat. 3. Carm. ode 26. 1.
Oculus læuus. Lucret. lib. 4. 61.
Dextera transmutare læuis. Lucret. lib. 2. 99.
¶ Læuum quum de humanis rebus loquimur, significat contrarium, stultum. Virg. 1. eclog. 4. Et 2. Aeneid. 11.
Et si fata deũm, si mens non læua fuisset. Seruius.
Tempore læuo interpellare aliquem. Horat. 2. Sermo. saty. 4. 1. Hoc est importuno.
¶ Læuus, quum de cœlestibus loquimur, prosperum significat. Virg. 2. Aeneid. 139. Intonuit læuum. Quia sinistra numinum, intuentibus dextra sunt. Idem 4. Georg. – siquem
Numina læua sinunt, auditque vocatus Apollo.
Læuum lumen, Noxium. Virg. 10. Aeneid. 55. – & læuo contristat lumine cœlum. De Sirio. Seruius.
Læuorsum, Sinistrorsum, inquit Festus.

Laeuis, & hoc læue, (λεῖος,) Significat quod tactu asperum non est, idque authores dicunt inoffensum, lubricum, & tenerum, vt sunt oua volucrum. Persius Saty. 1. 9.
Trofulas exulrat tibi per subsellia lęuis.
Aspera mista læuibus. Lucret. lib. 2. 95.
Frons læuis. Virgil. eclog. 6. 11.
Ora læuia. Tibul. lib. 1. eclog. 8. 7.
Charior est auro iuuenis cui læuia fulgent
Ora, nec amplexus aspera barba terit.
Pocula læuia. Virgil. 5. Aeneid. 19.
Tigna læuia radere. Lucret. lib. 5. 255.
Vir læuior femina. Ouid. 3. de Arte, 88.
¶ Læue, absolutè, pro Re læui, quale est marmor politum. Horat. 2. Sermo. saty. 7. Externi nequid valeat per læue morari.
Læuitas, pen. corr. læuitatis, (λειότης,) Asperitati contraria. Martianus, Lunarem circulum ingressa Virgo conspicatur globosum quoddam, tenerumque corpus è superni roris læuitate compactum instar speculi præuitentis. Apuleius de Socratis dæmonio, Læuorem suæ læuitatem quum dixisset, adiecit lubricam. Plin. lib. 9. cap. 29. De polypis, Solimolium in siccum exeunt, duntaxat asperum: læuitatem odere. Hũc læuo opposuit asperum. Idem li. 2. ca. 3. Læuitate continua lubricũ corpus.
Læuitas intestinorum. Celsus lib. 4. cap. 16. Ex torminibus interdum, intestinorum læuitas oritur, quæ continere nihil possunt: & quicquid assumptum est, imperfectum protinus reddunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lævor, lævôris, m.g. (λεῶτης,) Idem quod lævitas, hoc est complanatio, siue expolitio. Plin. lib. 13. ca. 12. 4. Spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, lævor. Idem lib. 9. ca. 35. 8. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, &c. De vnionibus. Lucret. lib. 4. 1131.
Asperitas autem vocis fit ab asperitate
Principiorum: & item lævis lævore creatur.

Lævigo, lævigas, penul. correp. (λεῖον ὁμαλίζω,) lævigare, Complanare, Polire, quasi lævè facere. Plinius, Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote lævigantur. Idem lib. 13. cap. 12. Scabritia lævigatur dente. Idem libro 31. cap. 6. 1. de tubis aquatilibus, Commissuris pyxidatis ita vt superior intret, calce vina ex oleo lævigatis. Varro 3. de Re rust. cap. 11. 2. Omnes parietes tectorio lævigantur, ne feles aliave quæ bestia introire ad nocendum possit.

Lævo, lævas, (λεαίνω,) Idem quod lævigo. Statius lib. 1. Thebaid. Pars teretes lævare manu, ac disponere mensas. Celsus, Lævat quæ exasperata sunt. Idem lib. 8. cap. 3. Vbi totum os eiectum est, circumdandæ lævandæque sunt oræ. Ibidem, Non ora tantum, sed totum os lævandum est, vt sine noxa postea cutis increscat. Quintil. lib. 2. cap. 5. Atque etiam qui specie capiuntur, vultis, lævatisque, & inultas comas acu comantibus, & non suo colore nitidis, plus esse formæ putant. Id est lævigantis.

Lævitas, (λεότης,) lævatior, lęuatissimus. Gel. lib. 17. cap. 8. Ad eocundum ideo videntur faciliora, quæ lævatiora, lævisque sunt.

Laganum, lagani, penul. correp. (λάγανον,) Acron, Lagana sunt, quædam quasi membranulæ ex farina & aqua, quæ in re pingui coctæ, ex caseo, pipere, croco, cinnamomoque conditæ in cibis dantur. Vide LACHANA.
Catinus lagani. Horat. 1. Sermo. saty. 6. 23.

Lagari, (λάγαρη,) versus dicuntur qui in medio claudicant pede: sicut myuri, qui postremo: & acephali, qui à breui syllaba incipiunt. Ex Athen.

Lagena, lagenæ, penul. prod. (λάγυνος,) Genus vasis testacei, non tam ad aquam, quàm ad vinum & alios humores continendos accommodatum. Plaut. Curcul. 1. 78. Quasi to lagenam dicas, vbi vinum solet Cuium esse. Columella, Omnis sparcitia quum spumis eximatur, quæ decocta quum tam crassa fuerit, quàm defrutum, re frigeretur, & bene picatis lagenis condatur. Martialis lib. 1. 152.
Et nigri Syra defruti lagena.
Signum læsum lagenæ. Horat. 2. episto. 2. 27.
Catenata lagena, Vide CATENA.
Sitiens lagena. Pers. Saty. 5. 10.
Vapida lagena. Pers. Saty. 6. 2.

Lagúncula, pen. corr. Diminutiuum, (λαγυνίδιον,) Parua lagena. Cic. Artico. lib. 6. 112. 6. In his inuentæ sunt quinqi lagunculæ matronarum, in quibus vna sororis amici tui hominis Brut, qui hoc vtatur: & illius Lepidi qui hæc tam negligenter ferat. Plin. in epist. Proinde quum vena bere, licebit authore me vt panarium & lagunculam, sic etiam pugillares ferat. Columel. lib. 11. cap. 38. 5.

Laguncula paruula. Plin. epistlo. 30. 2, Vinum etiam paruulis lagunculis in tria genera descripserat.

Lageos, penul. prod. f. g. (λάγεως,) Vua quæ Latinè leporaria dicitur. Virgilius 2. Georg. 19.
Et passo pithia vitior, tenuisque lageos
Tentatura pedes olim, vinctura què linguam. Serulus.

Lagois, penul. prod. f. g. Auis quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς apud Græcos, lepus est.
Lagois, Genus piscis. Horat. 2. Sermo. saty. 7. 5.
Nec scarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lagopus, pen. prod. Lagópodis, pen. corr. (λαγώπους,) Auis quæ in Alpibus vititur, de qua. Plinius lib. 10. cap. 48. 2. Martial. lib. 7. 86.
Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus:
Si fruitur tristi Canius Aethiope.
Lagopus, Herba à pedis leporis similitudine dicta. Plin. lib. 28. ca. 8. 10.

Lagophthalmus, Genus mali est apud Celsum, quoties in aliqua curatione plus æquo excisa cute, vel alia causa euenit vti oculus non contegatur. A leporibus dictum, qui apertis oculis dormire consueuerunt, quum superior palpebra nõ descendit. cui vitio contrarium est ectropium, quum inferior palpebra parum sursum attollitur, sed pendens hiat, nec cum superiore committitur. Corruptè legitur apud Celsum lib. 7. glaucophthalmos, pro lagophthalmos. Hæc ex Hermolao.

Laguncula, Vide LAGENA.

LAGVS, Vide in dictione PTOLEMAEVS.

Laicus, penul. correp. Adiectiuum, (λαϊκός,) Budæus, Profani dicti sunt, qui sacris initiati non erant, quod Virgilius 6. Aeneid. significat, quum inquit,
– procul ô procul este profani,
Conclamat vates. Nunc laicos vocamus, quasi populares. Laicum enim vulgo attrectabile significant sacrum dicitur & sanctum, cuius tactu populo interdictum est. Sic accipiuntur laici panes primi Regum. cap. 21. ad sacrorum differentiam. Et Ezechielis vltimo.

LAIS, (λαΐς,) Corinthia meretrix, ob elegantiam, venustatemque formæ grandem pecuniam demerebat: conuentusque ad eam diuorum hominum ex omni Græcia celebres erant: neque admittebatur, nisi qui dabat quod poposcerat poscebat autem illa nimiam quãtitatem. Hinc ait Phocion natum esse illud frequens apud Græcos adagium, οὐ πᾶσιν ἀνδρὶ ἐξικνεῖσθον εἰς Κόρινθον, quod expressit Horatius lib. 1. epistol. 18. 8. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Quod tristra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod poscereturr. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit, & vt sibi sui copiam faceret petit. At Lais μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον poposcit: hoc facit nami Romani denariũm decem millia. Tali petulantia mulieris, atque pecuniæ magnitudine ictus, expaniduisque Demosthenes, auertit iterr & discedens, Ego, inquit, pœnitere tanti non emo. Sed Græca ipsa, quæ fertur dixisse, lepidiora sunt, ὀνοῦμαι, inquit, μετανοῶν μετὰ μέλανος. Hæc Gellius cap. 8. lib. 1.
Multis Lais amata viris. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 3.
Qualiter in thalamos formosa Semiramis ille
Dictur, & multis Lais amata viris.

LAIVS, (λάϊος,) Thebarum rex, Labdaci filius, & Oedipi pater ex Iocasta Creontis Thebani filia. Bocatius.

Lalisio, lalisionis, masc. gen. (λαλισίων,) Pullus est onagrorum. Martial. lib. 13. 97.
Quum tener est onager, solaque lalisio matre
Pascitur hoc infans, sed breue nomen habet. Plin. lib. 8. cap. 44. Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui pullis eorum ceu præstantibus sapore Africa gloriatur, quos lalisiones appellant.

Lallo, lallas, Lallare, Antiquũ verbum, Est (vt inquit Murmellius) lac sugere: vel, vt alii volunt, lentè lac trahere, aut blandi loquimore infantium. Persius Satyr. 3. 2,
Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas!

Lama, lamæ, (τίναγος,) Aquæ collectio est, inquit Festus.

Lambo, lambis, lambi, lambitum, (λιγμαίνω, λάπτω, λάπτω,) Secundũ Priscianum, lambere, Lingere, lingua aliquid suauiter tangere, vt solent canes bibentes. Lucilius Satyr. 23, Iucundasq; puer qui lamberat ore placentes. Heronymus in lib. Iudicum, ca. 7. lambersit dixit. Martia. lib. 6. 64. Sit placidus licet, & lambat digitosq; manusq;. Plin. lib. 8. cap. 36. 1, Hanc lambendo paulatim figurant. Cice. 5. Verr. 22, Volusii aruspicis & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Hic per transtlationem.
Lambere cibos. Colu. lib. 8. cap. 17. 10. Nam quia dentibus carent, aut libant cibos, aut integros hauriunt, mandere quidem non possunt.
Lambunt muscæ. Martial. lib. 14. 72.
Lambere quæ turpes prohibent tua prandia muscas:
Alitis eximiæ cauda superba fuit.
¶ Lambere, Tangere. Virg. 3. Aeneid. 115, Attollitq; globos flãmarum, & sidera lambit. Id est tangit, vel molliter attingit.
¶ Lambere, Leuiter fluere. Horat. 1. Carm. ode 22. 2. Vel quæ loca fabulosus lambit Idaspes.

Lambito, lambitas, pen. corr. Lambitaui, lambitãtum, lambitãre, pen. prod. Frequentatiuum. Solinus cap. 25. Aegyptii canes è Nilo nunquam nisi currentes lambitant.

LAMBRVS, (λάμβρος,) Fluuius in Cisalpina Gallia, quẽ Padus deferit in mare Adriaticum, vt ait Plin. lib. 3. cap. 16. & 19. A quo Lambrani dicti sunt accolæ, (λαμβρανός,) Suet. in Cæsare, Per Lambranos & Transpadanos duxit.

Lamella, Vide LAMINA.

Lamentor, lamentaris, (ὀλολύζω, θρηνέω, κωκύω, ὀδύρομαι, ἀλοιφύρομαι,) lamentari, Voce querula, tristique oratione damnum ac dolorem testari: authore Valla libro 5. Cicerõ 1. de Oratore, 127. Lapides me hercule omnes flere ac lamẽtari coegisset. Plaut. Bacchid. 20. 8.
Nunc prius huc quàm senex venit,
Lubet lamentari, dum exeat. Terent. Phorm. 1. 2. 45.
Modo quandam vidi virginem hic vicinię
Mideram, suam matrem lamentari mortuam. Idem And. 1. 1. 94.
Quia tum mihi lamentari præter cæteras Visa est.
Conqueri aduersam fortunam, non lamentari decet. Pacuuius apud Ciceronem, 1. Tusc. 88.
Lamentari, Lamentatione dignum aliquid monstrare. Cic. 1. Tusc. 119,
Nam hæc quidem vita mors est, quam lamentari possem si liberet.
Lamentãtus, participium, (ὀδυρμένος,) vt Fata diu lamentata. Silius libro, 13. 144.

Lamentatio, Verbale, (θρῆνος, ὀδυρμός,) Aegritudo cum eiolatu. vt docet Cicero lib. 4. Tuscul. 29. Et lib. 1. 48. Sed illa lugubris lamentatio, fletusque mœrens, ex eo est, quòd, &c. Idem pro Font. 31. Et 4. in Catil. 84. Tum lamentationem matrum familiãs, tum fugam, &c.
Mœsta lamentatio. Senec. Hippol. 4.
Lementarius, Adiectiuum, (θρηνώδης,) Quod ingerit lamentationem. Plaut. Captiuis, Quæ ædes, lamentariæ mihi sunt. Antiquum.
Lamentabilis, & hoc lamentibile, pe. corr. (μιμητός,) Digna lamẽtatione. Virg. 2. Aen. 1. Troianas vt opes, & lamẽtabile regnũ Eruerint Danai.
Carmen lamentabile. Stat. 5. Syla. 3. 1.
Lamentabilis comploratio. Liu. 3. ab Vrbe, 198.
Decus lamentabile. Stat. 11. Thebaid. 33.
Lamentabilia funera. Cic. 2. de Legib. 180. Postea q̃ vt scribit Phaleretis, suptuosa ferifunera & lamẽtabilia cœpisset, Solonis lege sublata sũt.
Lamentabilis gemitus. Cic. 1. Tuscul. 97. Senec. Agamem. 7. 15.
Regnum lamentabile. Virg. 1. Aeneid. 1.
Lamentabili voce deplorare. Cic. 2. Tuscul. 56.
Lamentum, lamenti, (κλαυθμός,) Ipsa lamentatio. Cicero de Senect. 66. Solonis quidem sapientis elogium est, quo fe negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentisque vãtare. Idem pro Milone, 66. Sine cantu, sine exequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere. Sic 1. Tuscul. 84. Et 2. de Legib. 102.
Dedere se lamentis. Vide 1. 8. 10.
Tecta fremunt lamentis gemitusque. Virg. 4. Aeneid. 134.

LAMIAE, (λαμίαι,) Mulieres quæ strygam instar, infantium sanguinem sugunt, siue ipsæ strygæ. Horat. 1. Carm. ode 36. 1. Neu quassa lamiæ puerum viuum extrahat aluo. Apul. lib. 1. de Asin. Aetiam colore spurcissimi humoris per costas, quo vnc lamiæ illæ infecerant, asperatur. Lamiæ dicebantur nobili familia ortæ. Erat enim Romæ quædam familia nobilis Aelionum, à Lamo Antiphatis patre, & Laestrigonum rege, qui Formis regnauit, ortum habens. Philostratus in apollonio ait Lamias à quibusdam larvas appellari, & lemures esseque ad amorem & venerem propensas: & carnes humanas, maximeque formosorum esurientes appetere, quæ libidinis cupiditate allicant eos quos postea cupiant deuorare. Vnde & Lamia cognomen nobilibus inditum est, quod vulgò Lamium genus vocabatur. Horatius 3. Carm. ode 17. 1.
Aeli vetusto nobilis ab Lamo. Iuuenalis Saty. 4. 16.
– hoc nocuit Lamiarum ædile mãdoti. Lamia etiam insignis meretricis nomen fuit. Et lamia, animal est faciem prætendens muliebrem, ab inferiori parte pedes equinos habens.

Lamina, penul. corr. (ἔλασμός,) Vide BRACTEA. Liu. 3. bel. Punic. 93. Etiam tria signa cum titulo laminæ Aeneæ inscripto, Manitium pro militibus, qui, &c. Cicero 2. de Legib. 91. Ad eam quum lamina esset inuenta, & in ea scriptum, DOMINA NORIS, ea causa fuit ædis huius dedicandæ.
Folia lamina. Ouid. 11. Metam. 15.
Mollis lamina. Ouid. de Nuce, 19.
Lamina mollis adhuc tenero est in lacte.
Lenis argenti lamina. Ouid. 2. Fast. 42.
Ensis lamina diffluit. Ouid. 5. Metam. 35.
Laminis & clauis religare. Cæsar 2. bel. Ciuil. 39. Eo super tigna bipedalia iniciunt: eaque laminis, clauisque religant.
Laminas candentes admouere. Cic. 5. Verr. 127. Quid, quum ignes, candentesque laminæ, cæterique cruciatus admouebantur?
Lamina, quo lamina, (ἐλασμός,) apud Horatium in Carminibus legitur libro 2. ode 2. 11 ad Salustium,
Nullus argento color est auaris,
Aditio terris inimice lamina
Crispe Salustiuisi temperato
Splendeat vsu.
Vbi Porphyrio, Laminam pro rudi & infabricata materia posuit: per quod signat non libentei habere absconditas & sine vsu pecunias.
Audiuit sonitum crepitante lamina. Senec. Agamemn. 9. 10.

Lamella, lamellæ, Diminutiuum, (ἐλασμίον,) Vitruuius lib. 7. cap. 3. Speculum argenteum tenui lamella ductum. Seneca, Maiorem dierum partem in aruginosis lamellis consumit.

Lamium, Vtricæ genus: de quo Plinius lib. 21. cap. 15. 9. Quæ inoxia est morsu carens, lamium vocatur.

Lampas, lampadis, penul. corr. f. g. (λαμπάς, ἀκίς, ἀκολός, ἀκάς, φα-ός,) Græca dictio, quæ lychnum pensilem significat. In accusatiuo, lampada facit. Virg. 9. Aeneid. 107. Princeps ardentem cõcuiecit lampada Turnus. Terent. Adelphi. 5. 7. 9. Missa hæc face, hymeneum, tubam, lampadas, tibicinas. Columella libro 12. cap. 18. Pereis lampadibus ardentibus calefiunt.
Aenea lampas. Iuuenal. Saty. 5. 28.
Clara lampas. Stat. 10. Thebaid. 23.
Coruscis lampadibus densum funale. Ouid. 12. Metam. 50.
Igniferæ lampades. Lucret. lib. 2. 5.
Vacant igne lampades, Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 12.
¶ Lampada, lampadæ, pen. corr. ab accusatiuo lampada.
¶ Lampas, Genus facis in aere. Plin. lib. 2. cap. 26. 3. Duo genera facium: lampades vocant planè facesa: alterum bolidasque Mutinensibus malis visum est. Vulgus faces ardentes, vel lanceas ignitas vocat.
Lampas, pro luce, vel splendore: vt Lunaris lampas. Stat. 10. Thebaid. 56.
Phœbea lampas. Virg. 4. Aeneid. 2.
Rutilantem attollens lampada Titan. Silius lib. 12. 130.
Dies orta lustrabat terras lampade. Virg. 7. Aeneid. 30.
Lampada cursu tradere, prouerbialis metaphora, pro eo quod est, Partes suas quasi successione in alium atque alium transferre. Lucretius lib. 2. 16. Et quasi cursores vitai lampada tradunt. De animantibus agit, quæ successione propagantur, vita per vices ab aliis in alia transfusa. Varro lib. 3. de Re rust. ca. 15. Sed ô Merula, Axius noster iedum hoc audit, physicam addiscat, quòd de fructu nihil dixi, nunc cursu lampada tibi trado. Quibus verbis significat se alteram sermonis partem Merulæ tradere, istique in dicendi vicem succedit. Lucretius videtur imitatus Platonem, qui lib. de Legib. 8. scribit, ciues oportere liberis generandis, atque educandis operam dare, vt vitam, quam ipsi à maioribus accepissent, vicissim quasi tedam ardentem posteris tradant. Eodem pertinet Persianum illud Saty. 6. 8.
Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis? Erasmus.

LAMPETIA, (λαμπετία,) fuit Solis filia ex Neæra, sororque Phaetusæ. Hæ transeunte Vlysse armenta custodiebant, vt videbimus in dictione PHAETVSA.

Lampetra, lampetræ, penul. corr. (λαμπέτρα,) Piscis genus à lambendis petris nomen sortiens. Hunc piscem nonnulli murenam vocant. Sipontinus. Vide MVSTELA.

LAMPIA, pen. prod. (λαμπία,) fluuius est Arcadiæ, cuius meminit Statius lib. 4. Thebaidos, Cadenique iugis Lampia mutosis. Est item oppidum Arcadiæ eiusdem nominis apud Lactantium.

LAMPSACVM, pen. corr. (λαμψακον,) Antè Pityusa vocata, ciuitas est Bithyniæ in Hellespento, nomen à splendore tractum. Nam λάμπω, idem est quod splendeo. Strabo vrbem clarissimam nobili portu esse ait, & templo Matris deũm insignem, libro 13. Cicerõ 3. Verr. 42. Oppidum, inquit, in Hellesponto est Lampsacuum, Iudices, in primis, Asiæ prouinciæ clarum & nobile: homines autem ipsi Lampsaceni, tum summi in omnes ciues Romanos officiosi, tum præterea maximè sedati & quieti propè præter cæteros, ad summum Græcorũ otium potius, quàm ad vllam vim, aut tumultum accommodati.

Lampsacenus, penul. prod. Adiectiuum, (λαμψακηνός,) Vnde Caron historicus, & Adimanthus, & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis, Lampsaceni fuere. Ipsum etiam Epicurum Lampsaceni dicunt diu Lampsaci versatum.

Lampyris, pen. prod. huius lampyridis, f. g. (λαμπυρίς,) Genus vermis: de quo sic Plinius lib. 11. cap. 28. 3.

Lana, lanæ, (ἔριον, ἔρεον ἔριον, λάχνη, μάλλος, τὰ λάλοντα,) quid sit manifestum est. Hanc à lanando dictam putant quidam. Laniare enim, scindere est, scinditur enim nonc lana, quæ velli quondam solebat. Cice. 2. de Orato. 154. Quando ad me venis cum tua colu & lana? Ex quodam poeta.
Globi lanæ. Horat. 1. epist. 13. 3.
Mollis lana. Virgil. 3. Georg. 14.
Pectita lana, Vide Pectitus in PECTO.
Sordida lana. Ouid. 2. de Arte, 45.
Succida lana. Iuuenal. Saty. 5. 3.
Tincta murice lana. Ouid. 1. de Arte, 50.
Tonsæ lanæ. Horat. 3. Carm. ode 15. 3.
¶ Carpere lanam, Vide CARPO.
Ducunt lanas, aut stamina pollice versant. Ouid. 4. Metam. 7.
Rudes lanas excolere. Ouid. 2 de Arte, 44.
Facere lanam. Lucret. lib. 5. 272.
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Virg. 2. Georg. 95.
Rudem primos lanam glomerabat in orbes. Ouid. 6. Metam. 4.
Albentes inuertere lanas murice. Silius lib. 16. 114.
Niueam pensis inoluere lanam. Claud. 1. in Eutrop. 56.
Medicata lana fuco. Horat. 3. Carm. ode 5. 6.
Varios discet mentiri lana colores. Virg. eclog. 4. 9.
Lanam mollire. Ouid. 3. Fast. 164.
Bibulas tingebat murice lanas. Ouid. 6. Metam. 2.
Trahere lanam. Iuuenal. Saty. 2. 6.
¶ De lana caprina rixari. Horat. 1. epist. 19. 3. Vide Adagia Erasmi.
¶ Lana non tantum de ouibus dicitur, sed de aliis etiam quibusdam animalibus & arboribus. Vlpianus in L. Sicui lana. Paragr. Lana leg. ff. De legatis & fideicom. 3. Lana legata etiam leporinam lanam, & anserinã, & caprinam credo cõtineri, & de ligno, quã Græci ἐρίον ξύλον appellãt.
Lanula, lanulæ, penul. corr. Diminutiuum. Celsus lib. 7. cap. 27. 1. Tenuesque carunculæ lanulis similes.
Lanariat, subst antiuum, (ἐριουργός,) Qui lanam curat. Plaut. Aulul. 19. 36. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanariut.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lanifis, & hoc lanare, pen. prod. (ἐριοπόκος,) Quod lanam gerit. Varro 2. de Re rust. cap. 9. 1. Nos qui pascimus pecus lanare.
Lanatus, pen. prod. A dictiuum, (λαχνώδης,) Quod lanam habet. vt Lana natum pecus. Columel. lib. 11. cap. 2. 24. Et lib. 7. cap. 3. 2. Lanatę oues. Et apud Plinium lib. 8. cap. 49. 1.
Lanatæ pelles. Colum. lib. 6. cap. 2. 2. Sed iaculi quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti sunt.
Lanatæ vites, Aminneæ dictæ, quòd canescant lanugine. Columel. lib. 3. cap. 2. 10. Nam duæ lanatæ, quanuis frondibus & palmitum pari facie fluxuræ, qualitate sunt dispariles. De vitibus. Ibidem, Lanatam quoque amineam quidã maximè probant: quæ hoc vocabulũ nõ ideo vsurpat, q̃ sola ex omnibus amineis, verum quòd p̃cipuè canescit lanugine.
¶ Lanatiore canitie folia. Plin. lib. 21. ca. 20. 10. Hi & folia eius thymo similia tradunt, nisi quòd molliora sunt, & lanatiore canitie.
Lanceus, Adiect. (ἔριος,) Quod ex lana est. Plau. Mil. 16. 41. –caucasiam Habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam.
Insula lanea. Virg. 3. Georg. 98.
Laneum latusculum, Id est latus mollissimum. Cat. ad Thallum, 22. 2.
Laneum pallium. Cic. 3. de Nat. deorum, 120.
Vitta lanea. Propert. lib. 3. eleg. 6. 6.
¶ Laneus lupus, Piscis. Martial. lib. 13. 89. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui. Lupum piscem vocat laneum, ob vicinos montes Euganeos (circa hos enim Timauus in mare effunditur) abundantes pecore lanas mollissimas ferente.
Lanicium, lanicii, (ἐριουργία,) dicitur, sicut à fuga effugium, teste Seruio. Virgil. 3. Georg. 77. Si tibi lanicium curæ, primum aspera sylua. Plin. lib. 6. cap. 17. 5. Primi sunt hominum, qui noscantur, Seres, lanicio sylularum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.
Lanificium, lanificii, (ταλασιουργία,) Lanæ opificium. Colum. lib. 12. in Procem. 7. Nunc verò quum pleræque sic luxu & inertia defluant, vt ne lanificii quidem curam suscipere dignentur. Sic Plin. lib. 35. cap. 11. 16. Et lib. 11. cap. 23. 2.
Lanificus, penul. corr. (ἐριοῦργος, ταλασιουργός,) Qui lanæ artem exercet. Martial. lib. 6. 58.
Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina, nec sordes vox habet ista deos.
Artis lanificæ doctissimus. Claud. 2. in Eutrop. 77.
Manum lanificam imponere pensis. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 2.
Lanificus, cum genitiuo: vt Lanificus staminis. Iuuenal. Saty. 12.
– postquam Parcæ meliora benigna
Pensa manu ducunt hilares, & staminis albi
Lanificæ, &c. Potest tamen & aliter construi.
Lanifer, Adiectiuum, pen. corr. (ἐριοφόρος,) Quod lanam fert. Plin. lib. 13. cap. 14. 2. Aethiopia Aegypto contermina infigues arbores nore habet, præter laniferas. Vide LANA.
Laniger, pen. corr. Adiectiuum, (ἐριοφόρος,) Idem. Plin. lib. 12. cap. 10. 1. Eiusdem insulæ excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo quã Serum. Sic lib. 11. cap. 24. 2.
Effœtus laniger annis. Ouid. 7. Metam. 63.
Greges lanigeros agitare. Virg. 3. Georg. 58.
Oues lanigeræ. Virg. 3. Aeneid. 132.
Pecus lanigerum. Accius apud Ciceronem, 1. de Diuinat, 79.
Pecudes lanigeræ. Virgil. 3. Aeneid, 129.
Vellus lanigerum. Ouid. epist. 17. 29.
Lanõsus, pen. prod. (δασύμαλλος,) Lana abundans. Colum. lib. 7. cap. 3. 6. Eliges bimam vasti corporis, ceruice prolixa, prolixi villi, necasperi, lanosi & ampli veri. Vide LANA.

Lanaria, lanariæ, (ἔριον,) Herba. Plin. lib. 24. ca. 18. 1. Herba lanaria omnibus ieiunis data, lactis abũdantiam facit. Vulgus cotonariam vocat, quæ eadem est cum gnaphalio Dioscoridis.

Lancea, lanceæ, à latitudine ferri dicta est, vel quia Græcè ἡ λόγχη τῆς λόγχης dicitur, Teli genus longissimum. Hi panica dictio est, non Latina, vt Gellius ait lib. 6. cap. 30. ex Varrone. Hanc olim Luculli lucullcam appellarunt. Festus, Lancea à Græco dicta, quam illi λόγχην vocant. λόγχη enim hasta, & λογχάνης fatelles. Plin. lib. 15. ca. 30. 6. Tacit. Dissectam fluitantemque testudinem lanceis, cõtisque testantur, donec dissecta compage scutorum exangues prosternerent.
Fœlix lancea. Lucan. lib. 6. 38.
Nulla fuit non certa manus, non lancea fœlix.
Lancea, λόγχη, Id est spiculum venabuli vel iaculi, inquit Budæus.
Lanceatus, penul. prod. (λογχωτός,) Lancea armatus.
Lanceatus, Ictu lanceæ necatus. Firmicus, Quicunque habuerunt horoscopum in XX. parte Tauri, lanceati moriuntur.
Lancearius, lancearii, (λογχοφόρος.) Qui lanceam gerit. Græcè λογχοφόρος. Budæus, Lancearii sunt ex Tranquillo qui nunc vulgò picarii, id est spiculari dicuntur.
Lancino, lancinas, pen. corr. (διαιρέω,) Iancinare, Ferire, lacerare, Plin. lib. 11. cap. 34. 1. Est & volucre canibus peculiare suum malum, aures maximè lancinans, quæ defendi morsu non queunt. Idem lib. 4.

Tot sinus Peloponnensium oram lancinant. Id est lacerant. Pro hoc fodicant dicit Cicero 3. Tuscul. 62. Idem de pugna draconum & elephãtorum, lib. 8. cap. 12. At hi in ipsa nare caput condunt, pariterque spiritum præcludunt, & mollissimas lancinant partes.
Bona paterna lancinata sunt. Catull. in Iulium Cæsar. 27. 4.

Laneus, Vide LANA.

Langa, Langæ. Genus animalis, quod alii languriam vocant, quam dicunt circa Padum inueniri. Plin. lib. 37. cap. 2. 20. Alii dixere langurium, & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat.

Languor, languoris, m. g. (παφαιμία, πάφασις, μαλακία, ναθρότης,) Proprie est defectus virium, & succi naturalis.
Aquosus languor, Hydrops. Horat. 1. Carm. ode 2. 3.
Discedit languor à corpore. Ouid. epist. 19. 1.
Perpetuus corpora languor habet. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 5.
Inficere animum languore, Vide INFICIO.
Perfusus multis languoribus. Catull. in Camerium, epigram. 51. 7.
Molli languore solutus. Ouid. 11. Metam. 130.
Membra soluta languore. Ouid. 11. Metam. 123.
Languor, ad animum quandoque transfertur, pro Debilitate, defectu, torpore, inertiaque. Cic. lib. 1. Offic. 173. Nihil autem magis cauendum senectuti, quàm ne languori se desidiæque dedat. Idem ad Atticum, lib. 14. 304. 3. Vides languorem bonorum.
Languor, lassitudo. Plaut. Asin. 111. 28.
Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo.
Validos lictores vlmeis affectos lentis virgis.
Langueo, langues, langui, (ἀδυνάω, ἀλγοδαρέω,) languêre, Deficere, infirmum esse, dissolui. vt Languens vox. Cic. 1. Offic. 186.
Artus confecti languent. Lucret. lib. 3. 193.
Corpora languent tristi morbo. Virg. 4. Georg. 51.
Cor languens. Catull. Argon. 59. 20.
Gratia languet. Silius lib. 17. 73.
Ictus languens. Lucan. lib. 3. 138.
Nimbosum languet iubar lunæ. Stat. 12. Theb. 61.
Manu languẽti tenere aliquid. Ouid. 12. Meta. 64.
Membra languentia. Lucret. lib. 6. 160.
Vires in corpore langueut. Ouid. 1. de Póto, ele. 5. 1.
Languere è vita. Cic. 1. Philipp. 8.
¶ Languere, Timidum esse. Salust. Quanto vos attentius ea agetis, tanto illis infirmior erit animus. Si paulum modò vos languere viderint, iam omnes ferocès aderunt.
Incitat languentes vis sonorum, & excitatos languere facit. Cicero 2. de Legib. 61.
¶ Languere, Otiosum esse. Salust. Seq; si pauci adiuuarent, languentibus aliis, in curiam impetum facturum. Cic, in Pisonem, 65, Nec despero tamen (quam languet iuuentus, nec perinde atq; debeat, in laudis & gloriæ cupiditate versetur) futuros aliquos, qui abiecti hoc cadauer, Consularibus spoliis nudare non nolint.
Languere otio. Cic. 1. de Nat. deorum, 12, Nam quum otio languerentur, & is esset Reip. status, &c.
Languesco, languescis, (παφαιμάζω, ἀπομαφαίνω, ναθραίνω,) languescere, Langore confici. Virg. 9. Aeneid. 88. Porpureus veluti quum flos succisus aratro Languescit moriens. Cice. 4. de Finib. 107. Hebes acies est cuipiam oculorum, corpore alius languescit. Plin. lib. 18. cap. 15. 2. Vitibus præripit succum, languescuntque, si in arbustis seratur.
Lumina languescunt morte. Catull. Argon. 59. 38.
¶ Languescere, Inualidũ, tepidum, seu otiosum fieri. Cic. in Catone, Orator metuo ne languescat senectute.
Languescit cupido: Hoc est minuitur. Plin. epist. 173. a, Seu quia ita natura comparatum, vt proximorum incuriosi, longinqua sectemur: seu, q̃ omnium rerum cupido languescit, quum facilis occasio est.
Languescente colore in luteum. Plin. lib. 27. cap. 13. 1.
Languidus, pen. corr. Adiectiuum, (ναθρός, ἀμαυρός,) Quod languet. Ouid. lib. 5. Fast. 64. – violas arere videres,
Filaque punicei languida facta croci. Plin. epist. 190. b, Qui iam satis ille primus imperus deferbuisset, & languidior in dies ira ad iustitiã redisset.
Languidus vino, vigiliisque. Cic. 5. Verr. 25. Et in Cati. 32. Vino languidi, confecti cibo, fertis redimiti.
Aura languida. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 1.
Languida authoritas patrum facta est. Plin. lib. 15. cap. 29. 4.
Languida cassis. Mart. lib. 5. 25. Hermes casside languida timendus.
Ceruix languida. Stat. 10. Thebaid. 60.
Languido colore herba in candidum vergente. Plin. lib. 12. cap. 12. 2.
Languidulæ coronæ. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Conuiua languidus. Horat. 2. Serm. satyr. 4. 8. Languidus in cubitum iam se conuiua reponet.
Languidus pulsus ictus, cui Creber opponitur. Plinius, libro 11. cap. 37. 85. Obseruatione tamẽ crebri aut languidi ictus, gubernacula vitæ tẽperat.

perat. De pulsu arteriarum.
Languidus ignis. Plin. lib. 34. cap. 8. 29. Qui fecit dignum præceptore puerum sufflantem languidos ignes. Stat. 1. Sylu. 5. 12.
Lamina languida. Catull. Argon. 59. 44.
Tarda & languida pecus. Cicero 2. de Finibus, 66. Vt tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum.
Quies languida. Virg. 12. Aeneid. 130.
Semina nequitiæ languidiora facit. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 2.
Languidus succus. Pli li. 9. ca. 41. 2. Verũ vt simul peragantur nobilis pigmẽta, ãniculo grano languid' succ', idẽ à quadrimo euanid'. De cocco.
Vina languidiora. Horat. 3. Carm. ode 21. 2.
Alienior & languidior homo. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 1. 2. 26. Si qui antea aut alieniores fuerant, & languidiores, nunc horum odio, secum bonis coniungunt.
Linguide, pen. corr. Aduerb. (ναθρῶς,) Cunctanter, negligenter, otiosè. Colu. lib. 11. cap. 1. 15. Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat. Cæsar 7. bel. Gall. 112. Quòd paulò incautius custodias in muro dispositas videbat, suosque languidius in opere versari iussit, & quid fieri vellet, ostendit. Pli. lib. 13. cap. 4. 7. In Arabia languidè dulces traduntur esse palmæ.
Languidulus, penul. correp. (ὑποναθρός,) Diminutiuum: vt Somni languiduli. Catull. Argonaut. 59. 66.

Langurium, langurii electri species ex langis siue languriis factum. Plinius lib. 37. cap. 2. 20.

Laniger, Vide LANA.

Lanius, lanii, vel Lanio, lanionis, m. g. (κρεουργός, κρεοπώλης,) Qui carnes in carnario vendit. A laniandis pecoribus, quòd eas concidat, lanierque. Plaut, Capt. 13. 49. Tum lanii autem qui concinnant liberis orbas oues. Ibidem, 14. 5. Quanta lanius lassitudo, quanta porcinariis. Terent. Eun. 2. 2. 25. Concurrunt læti mihi obulam cupedinarii, cetarii, lanii, coqui. Cic. 1. Offic. 209. Mart. li. 6. 64. Omnia crudelis lanius per compita portat. Liu. 1. bel. Pu. 116. Patrem lanium fuisse ferunt. Varro 2. de Re rust. ca. 5. 9. Lanii qui ad cultrum bouem emunt.
Laniẽna, laniẽnæ, penult. produc. (κρεοπωλεῖον,) Officina in qua fiunt & venduntur carnes. Plaut. Epid. 5. 16. Per myropolia & lanienas, circumque argentarias.
Lanea, laneæ, idem quod laniena. Liu. lib. 4. Decad. 5. 65. Laneasque & tabernas coniunctas in publicum emit.
Lanionius, Adiectiuum, (κρεουργικός,) Quod ad lanium pertinet. Vnde Lanioniæ mensæ, in quibus scinditur caro. Sueton. in Claudio, Carnificem statim acciri cum machæra, mensaque lanionia flagitauit.
Lanio, lanias, (ἀμύσσω, λαφύσσω, κνάπτω,) laniare, Discindere, Virg. 3. Georg. 13. – ipsique suos iam morte sub ægra
Discissos nudis laniabant dentibus artus. Liu. 1. bel. Maced. 124. Et Formiis duo lupi oppidum ingressi obuios aliquot laniauerant. Sic 9. ab Vrbe, 4. Placati nequeant, nisi hauriendum sanguinem, laniandaque viscera nostra præbuerimus.
Laniare dentibus. Liu. 1. bel. Pun. 214.
Tenues laniauit amictus. Ouid. 4. Metam. 21.
Capillos laniare. Ouid. 9. Metam. 71.
Corpus laniare. Ouid. 4. Fast. 48.
Crinem laniare. Ouid. 1. Metam. 70.
Membra sua laniare. Ouid. 14. Metam. 39.
Mundum laniant venti. Ouid. 1. Metam. 13.
Tunicam laniare. Ouid. 2. de Arte, 35.
Laniãtus, penul. produc. Participium, (ἀμυγμένος,) vt Capillos laniata. Ouidius epistol. 14. 11.
Genas laniata. Virg. 12. Aeneid. 122.
Sinus laniata Clymene. Ouid. 2. Metam. 67.
Classis laniata. Ouid. epist. 7. 33.
Laniãtus, huius laniãtus, pen. prod. (ἄμυγμα,) Ipse laniandi actus. Cice. 1. Tuscul. 166. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? Plin. lib. 11. cap. 37. 33. Ora apertiora laniatu viuentibus. Idem lib. 8. cap. 40. Laniatúque & latratu adactum, vt cogeretur fateri scelus.
Laniarium, (κρεουργεῖον,) pro Laniena. Varro 2. de Re rust. ca. 4. 3. Quis enim nostrum fundum colit, quin iuscs habeat, & qui non audierit panario suspendere potuit ab laniario, quàm ex domestico fundo.
Lanista, lanistæ, m. g. (γυμνασιάρχης, μονομαχός,) Magister & institutor gladiatorum: sub cuius dominatu, & quo hortante homines gladiaturam exercent, atque in mutuam necem ruunt. Hic, gladiator aliàs dicitur. Hi familias habebant domi ad gladiaturam exercendam: quas instituere, & mox paratas vendere solebant munerariis. Iuuenal. Saty. 3. 15.
Hic plaudat nitidi præconis filius Inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenisque lanistæ. Cice. 13. Philipp. 377.
Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitauit, ne videret vnius corporis duas acies lanista Cicerone, dimicantes. Hic per translationem accipitur, teste Budæo. Idem in Pisonem, 11. Quo quidem in spe-

ctaculo mira Reipub. æquitas erat: vter eorum perisset, tanquam lanista, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat. Sic ad Atticum, lib. 1. 11. 5. Et pro Roscio Amerino, 10.
Lanistæ anium dicti sunt à Columella, lib. 8. cap. 2. 5. qui aues certaminibus præparabant.
LANIVIVM, siue Lanuuium, (λανίουιον,) Est Dianæ lucus, id est Artemisium (sic enim vocant) è sinistra viæ regione, ex Aritia ad Arcinam viam conscendentibus: quod templum nominant ædificium Tauricæ. Hinc
Laniuinus, Adiectiuum, (λανιουῖνος,) vt Ager Laniuinus, apud Horatium 3. Carm. ode 17. 1. – & prægnans canis, aut ab agro
Rana decurrens lupa Laniuino,
Fœtaque vulpes.
Acer Lanuuinus. Catul. in Egnatium, epigram. 37. 4.

Lanugo, pen. prod. lanuginis, f. g. (ἴουλος, χνοῦς,) tenera pilario, Ã lanæ similitudine, qualis in adolescentium genis, & in pomis quibusdam cernitur. Colum. lib. 5. cap. 21. 7. Lanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideo vsurpat, quòd sola ex omnibus amineis verùm quòd præcipuè canescit lanugine. Idem lib. 12. cap. 45. 2. Et in lagena noua, quæ sit patentissimi oris detersa lanugine, quæ malis inest, componantur leuiter. Martial. lib. 1. 115. Dum nulla teneri sordent lanugine vultus.
Comæ graciles instar lanugiois. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 5.
Fuscante tamen lanugine malas. Lucan. lib. 10. 27.
Noua lanugo. Ouid. 5. Fast. 35.
Primæ lanuginis ætas. Ouid. epist. 11. 17.
Primæ lanuginis anni. Propert. lib. 3. eleg. 7. 12.
Rara lanugo. Plin lib. 8. cap. 37. 3.
Ridens lanugo. Claud. 5. Paneg. 14.
Rosea lanugine malæ. Stat. 9. Thebaid. 141.
¶ Mala cana tenera lanugine. Virg. eclog. 7. 11.
Frondium lanugine vestiri. Plin. lib. 7. cap. 2. 16.
Molli lanugine abundans herba. Lucret. lib. 5. 163.
¶ Lanugo, pro Scobe. Columel. lib. 4. cap. 29. 13. Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.
Lanuginõsus, pen. prod. Adiect. (χνοώδης,) Plin. lib. 22. cap. 20. 2. Est & alia similis pleudamchusa ob id appellata, à quibusdam verò enchusa, aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginosior & minus pinguis.
LANVVIVM, (λανούβιον,) oppidum Latinorum Prol. lib. 3. cap. 2.

Lanuuini, Id est colei, lanugine, id est pube tecti. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 14. Honesti colei lanuuini: cliterniui, non honesti.
Lanuuios putat eosdem dici Cœlius Rhodoginus in libris lectionum antiquarum, vbi Propertii versus hos adducit ex lib. 4. eleg. 9. 4.
Cantabant sordo, nudabant pectora cæco,
Lanuuii ad portas, hei mihi, solus eram. Vide plura apud eundem.

Lanx, lancis, fœ. g. (μαζονόμον, τάλαντον, πλάστιγξ,) Vas latũ & profundum, minus excauatũ q̃ patinæ. Vas escariũ in quo caro tãtosta, quàm elixa conditur, mensæque infertur. Plaut. Amphit. 16. 21.
Interea dum isti certant, in popinam diuertendum est mihi:
Lances detergam omnes, omnesque trullas hauriam. Idem Curcul. 7. 45. In carnario fortasse dicis. P H. imò in lancibus. Plin. lib. 33. Lances è centenis libris argenti tunc super quingentas numero, Romæ fuisse constat. Iuuenalis, Saty. 5. 8.
Aspice quàm magno distendat pectore lancem,
Quæ fertur domino squilla, & quibus vndique septa Asparagis:
Horat. 1. Serm. saty. 4. 8. – iligna nutritus glande rotundas
Curuat aper lances. Cice. Attico, lib. 6. 111. 23. Lancibus & splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere. Martial. lib. 11. 32.
Sic implet gabatas, patopsidesque,
Et leues scutulas, cauasque lances.
Cœlata lanx. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 4.
Grandis lanx. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 8.
Pandæ lances. Virgil. 2. Georg. 39.
Lances, Stateras dici certum est apud antiquos, quòd ad lancium formam factæ essent & excauatæ. Vnde bilances dictæ sunt, quæ duas lances habent. Cice, 5. de Finib. 157. Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere.
Gemina iustum suspendere lance. Persius Saty. 4. 1.

LAOCOON, pen. cor. huius Laocoontis, (λαοκόων,) Fuit Priami regis filius, vt nõnullis placet, Thymbræi Apollinis sacerdos. Virg. 2. Aene. 8.
Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

LAODAMIA, pen. prod. (λαοδάμεια,) Protesilai, qui primus ad Troiam occubuit, vxor, in viri vmbræ apparentis amplexu expirauit. Volaterranus. Vide Ouidii epistolam 13. Fuit & Laodamia, Bellerophontis filia, quæ à Ioue compressa, vt ait Homerus 6. Iliad. Sarpedonem diuin edidit. Quare Diana irata, Laodamiæ mortem attulit. De Laodamia, vide apud Catullum, epig. ad Mallium, 63. 15.

LAODICE, pen. cort. vel (vt nonnulli legunt) Laódice, (λαοδίκη,) Ho

Universidad de Deusto
Biblioteca

mero authore, Vna filiarum Priami Formosa, quæque Helicaoni, Antenoris regis Thraciæ filio nupsit. Altera fuit, eodem teste, Agamemnonis ex Clytemnestra filia.
Flauaque Laodiceæ, cœloque recepta Celeno. Ouidius in epistola Hersu ad Leandrum.
LAODICEA, pen. prod. (λαοδίκεια.) Vrbs celeberrima in Asia, Lyco fluuio imposita, vt scribit Plinius lib. 5. cap. 29. 1. primò Diospolis appellata, dein Rhoas.
LAOMEDON, penul. correp. (λαομέδων,) Pater Priami regis Troiæ, & Antigones.
Opes magnæ Laomedontis. Propert. lib. 2. eleg. 15. 1.
Laomedon pater Antigones. Ouid. 6. Metam. 19.
Idæus Laomedon. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 11.
Senex Laomedon. Ouid. 11. Metam. 152.
Laomedontiades, penul. correp. (λαομεδοντιάδης,) Patronymicum, in quo additur ἀ, vt in multis aliis, sicut Anchisiades, Telamoniades. Aliquando subtrahitur syllaba, vt Athemides, pro Athenonides: Deucalides, pro Deucalionides.
Laomedontiadæ dicti sunt Troiani. Virgil. 3. Aeneid. 50.
Bellum etiam pro cæde boum, stratisque iuuencis
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?
Laomedónteus, pe. pro. (λαομεδόντειος,) Possessiuũ. Itẽ, Laomedóntius, & Laomedontiacus, penul. correp.
Pastor Laomedonteus, Paris. Silius lib. 7. 88.
Vrbem Laomedonteam, Romam intelligit Silius lib. 17. 1.
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ. Virgil. 1. Georg. 501.
Heros Laomedontius. Virgil. 8. Aeneid. 4.
Pubes Laomedontia. Virgil. 7. Aeneid. 11.

Lapathum, lipathi, pe. corr. (λάπαθον,) Herbæ genus multiplex. Plin. li. 20. ca. 21. 8. Nec lapathum, dissimiles effectus habet. Est autem & syluestre, quod alii oxalidem appellant, satiuo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: nostri verò rumicem, alii lapathum cantherinum, ad strumas cum axũgia efficacissimum. Est & alterum genus ferè oxylapathon vocant, satiuo idem simile, & acutiora habet folia ac rubriora, nõnisi in palustribus nascẽs. Est & aliud hippolapathon, maius satiuo, candidiusque ac spissius.
Herba breuis lapathi. Horat. 2. Serm. saty. 4. 7.
Cantherinum lapathum, Vide CANTHERIVS.

Lapis, lipidis, pen. corr. masc. gen. (λάς, λάας, λίθος, χέλμα,) Proprie est quam Græci λίθον, vocant: & mitior, minorque ac tenacior est. Vnde gemmæ, lapides, non saxa dicuntur. Plinius lib. 36. cap. 18. 2. de mola versatili loquens, Nusquam hic vtilior, quàm in Italia gignitur, lapisque non saxum est. Idem, Est & viridis lapis, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: & vbi inuenitur, lapis, non saxum est. Hæc Sipontinus.
Coniectus lapidum, Lucrer. lib. 1. 40.
Adesi lapides. Horat. 3. Carm. ode 29. 8.
Lapis angularis. Cato cap. 14. 1. Pilas ex lapide angulari.
Lapis bibulus. Qui arenarius vocatur. Virgil. 2. Georg. 70. Aut lapidem bibulom, aut squalentes infode conchas. Hoc est, pumicem. Seruius arenarium vocari ait, Vide BIBO.
Clari lapides. Horat. 4. Carm. ode 13. 3.
Lapis incusus, Id est manualis mola cudẽdo exasperata. Virg. 1. Geor. 55.
Sæpe oleo tardi costas agitator asellí
Vilibus aut onerat pomis: lapidemque reuertens
Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat. Seruius.
Lubricus lapis. Senec. Medea, 10. 1.
Missiles lapides, Vide MITTO.
Molaris lapis. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.
Nudus lapis. Virgil. 1. eclog. 10.
Numidicus lapis. Vide NVMIDIA.
Operarii lapides, Vide OPVS.
Ordinarius lapis, Vide ORDO.
Osseus lapis, Vide OS.
Patius lapis, Marmor. Virgil. 1. Aeneid. 120.
Pellucidulí lapidis deliciæ. Catul. in Rufum, epigram. 64. 1.
¶ Appetere lapidibus, Vide APPETO.
Circunstruere lapidibus, Vide CIRCVNSTRVO.
Cooperire aliquem lapidibus, Vide COOPERIO.
De lapide emptos dicimus. Nam prisco more præcones ex lapide facere præconium solebant: vbi mancipia quoque vænalia, præconis voce, vænalia pronunciabantur. Plaut. Bacch. 18. 17.
O stulte stulte, neticis nunc vænire te, &c.
Atque in eo ipso astas lapide vbi præco prædicat. Id est te vænalem esse pronuntiat. In hunc locum sic Erasmus, Chrysalis, inquit, seruí senem irridentis, quem argento defraudabat, verba sunt. Quadrabit vbi quis præsens, videns, audiensque, tamen deluditur. Nam vendi etiam hodie vulgò dicuntur, quibus hic impostura. Quòd autem meminit lapidis, id traductum est à lapide quodam editiore, quem Romæ fuisse complurium authorum testimonio constat, vnde præcones in auctionibus res vænales nuntiabant. Vnde M. Tullius vilissimos homunculos, de lapide emptos appellat. Hactenus Erasmus. Colu. lib. 4. Non tamen excedunt septem iugera vnius operam vinitoris, quem vulgus quidem parui æris, vel de lapide noxium posse comparari putat. Cic. in Pisonẽ, 17. Tribunos de lapide emptos eẽ ait, qa mercede accepta id fecerãt.
Lapidem ferre altera manu, panem ostentare altera. Plaut. Aulul. 7. 18.
Nunc petit quum pollicetur, inhiat aurum vt deuoret: Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. In eos hoc dicitur, qui cotidiẽ blandiuntur, ellm obtrectantes: pulsãt amicos agunt, clanculũ nocent: aut qui hís profunt, illic lædunt, falsam beneficii spem ostentant, vt nacti occasionem funditus perdant. Transtatum ab iis qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus, saxum illidunt. Erasmus.
Iactare lapidem. Virgil. 1. Georg. 6.
Deucalium vacuum lapides iactauit in orbem.
Iacta lapidum incessere aliquem. Ouid. 13. Metam. 115.
Incidere in lapidem, Vide INCIDO.
Loqueris lapide, Vide LOQVOR.
Candidiore lapide notare diem. Catull. ad Mallium, epigram. 63. 30.
Obruere lapibus, Vide OBRVO.
Lapis lapidem terit. Plaut. Asin. 3. 16. Nunc me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit. Id est, metuo ne me in pistrinum rapias.
Lapidem verberare, aliud prouerbium, pro In vanum laborare. Plaut. Curcul. 4. 42. Noli amabo verberare lapidem, ne perdas manum.
¶ Lapidibus apud veteres militaria signabantur: idcirco lapis quãdoque pro militario ponitur. Vnde ad quartum lapidem, & similia frequentissimè apud Liuium leguntur. Et Extra primum lapidem, id est banleucam, inquit Budeus.
¶ Lapis, pro Monte. Virg. 1. eclog. 10,
Et tibi magna satis: quanuis lapis omnia nudus,
Limosoque palus obducat pascua iunco. Seruius.
¶ Lapides, hominem dicimus negligentem, stupidum, qui non mouetur ad id agendũ quod maximè oporteat. Terent. Heaut. 4. 7. 3, Cape hoc argentum, ac defer. 5. hei, quid stas lapis?
Quin accipis? Ibidem. 5. 1. 44.
Quot res dedẽ e, vbi possem persentiscere,
Nisi essem lapis, quæ vidi? Idem Hecyra, 2. 1. 17, Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas.
Lapideus. Adiect. (λίθινος,) Q uod ex lapidis materia cõstat. Plaut. Truc. 17. 40, Lapideus sum, cõmouere me miser non audeo. Hìc per translationem id est grauis & ponderosus.
Lapideus moris. Liu. 1. ab Vrbe, 161.
Lapideum litus, Vide ALBION.
Lapidea duritia. Plin lib. 37. cap. 11. 5.
Lapideus imber. Cicc. 2. de Diuinat. 89, Itaque te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus aut sanguineus imber, nec traiectio stellæ, nec faces visæ terrebunt.
Lapideo imbri pluit. Liu. 10. bel. Pun. 180.
Lapidea Niobe, In lapidem conuersa. Cic. 3. Tusc. 107, Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum eredo in luctu silentium.
Lapidósus, pen. prod. Adiectiuum, (λιθώδης,) Q uod lapidibus abundat. Plin lib. 19. cap. 8. 31. In locis incultis, lapidiosis.
Ager lapidiosus. Ouid. 8. Metam. 162.
Lapidosa corna, Dura. Vir. 2. Geor. 7. – & primis lapidosa rubescẽt corna.
Panis lapidosus. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 7.
Ictus lapidosus grandinis. Claud. de bel. Get. 48.
Montes lapidosi. Ouid. 1. Metam. 9.
Lapidosum nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10. 3.
Lapidosis obruta pomis terra. Colum. lib. 10. cap. 2.
Riuus lapidosus. Ouid. 3. Fast. 55.
Lapidosa terra. Lapidosa loca. Var. 1. de Re ru. ca. 9. 2. Et Col. li. 6. c. 12. 1.
Lapidarius, Adiect. (λιθοξόος,) Quod ad lapides pertinet. vt Lapidariæ latumiæ. Plaut. Capt. 12. 65. Inde ibis porrò in latumias lapidarias.
Lapillus, lapilli, Diminutiuum, (λίθαξ,) Plin. lib. 10. cap. 23. 1. Nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes.
Attritus lapillus, Vide ATTERO.
Niuei lapilli. Horat. 1. Serm. saty. 2. 16.
¶ Lapilli, Lapides pretiosi, vt sunt gemmæ, margaritæ. Curtius, Lapilli auribus pendent. Horat. 1. Serm. saty. 2. 16. Nec magis huic intra niueos viridesque lapillos.
Peregrini lapilli. Ouid. de Nuce, 19.
Lapicẽda, lapicídę: vel lapidicẽda, m. g. penul. prod. (λιθοτόμος,) Qui lapides cædit.
Lapicidina, lapicidínæ, pnnultima, producta. (λεπτομία,) Locus vbi lapides exciduntur, latumiæ à Græcis dictæ. Vnde & carcerem Latumias vocamus: siue quòd damnati ad lapides cædendos mittebantur siue quòd Sinuessani Cãpãiæ populi, latumias habebãt instar carceris excauatas, ex quibus excisi lapides fuerant ad vrbem extruẽdam, hisque pro carcere vtebantur. Plaut. Capt. 12. 78. In lapidicinas facite deductos fiet.

Cic. 1. de Diuin. 72. Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapicidinis Chiorum extitisse.
Lapidarius, Substantiuum. Vlpianus in L. si vt certo. Paragr. Sed hinc dũ. ff. Commodati, vel contra: Nam & Mela scripsit, si seruus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam collegerit.
Lapido, lapidas, pen. corr. (λιθολόω, λιθοβολέω, λιθάζω,) lapidare, Lapidibus cædere. Quintil. lib. 8. cap. 2. Lapidare quid sit, manifestum est.
Lapidata templa. Tranquil. in Caligula, Quo die obiit Germanicus, lapidata sunt templa.
Lapidare, ad manumatari dicitur, & significat Percutere, pulsareq; et finitione lapidibus. Macrob. Notãtes eius importũ ac dicacitate lapidata.
Lapidauit, pro lapidibus pluit. Liuius Decade v. lib. 3. 48. Reate imbri lapidauit. Ibidem, lib. 2. 7. Et in Veienti apud Rementem lapidatum. Idem lib. 7. bel. Pun. 200. Veiis de cœlo lapidauerat.
Propter crebrius lapidatum, Id est quia crebrius lapidatum erat, siue lapidauerat. Liu. lib. 9. bel. Pun. 49. Ciuitatem eo tempore repens religio inuaserat, inuento carmine in libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum, infectus.
Lapidatum est, pro Lapidauit, id est lapidibus pluit. Liu. lib. 4. Decad. 5. Bis in exitu eius anni lapidatum esse annuntiatum est.
Lapidatio, Verbale, (λιθοβολία,) Cic. 6. Verr. 61. Alii deligatum omnibus membris rapere ad se funibus: repente Agrigentini concurrunt: fit magna lapidatio, dant seiem sugam istius præclari imperatoris nocturnis milites. Idem pro P. Sylla, 10. Ille ambitus iudicium tollere, ac disturbare primùm conlato voluit gladiatorum, ac fugitiuorum tumultu: inde id quod vidimus omnes lapidatione, atque concursu. Id est, Lapidum iactu, inquit Budæus. Plin. ad Varo illustrib. 73. Intercedentem Bebiũ Collegã iacta per populum lapidatione submouit. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 2. c. 4. Et 1. de Orato. 107.
Lapidator, pen. prod. (λιθοβολεύς,) Aliud verbale. Cic. pro Domo sua, 11. Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.
Lapidesco, lapidescis, (λιθόεσσω, λιθόω,) lapidescere, pro In lapideam duriticm conuerti. Apud Plinium legitur lib. 2. ca. 103. 4. Similiter in flaquoque Silari vltra Surrentum, non virgulta, modò mutata, verùm & folia lapidescũt. Idẽ li. 31. de baccis corallii, Aiũt tacto, illiã lapidescere.
Lapidescere in duriticm. Plin lib. 18. cap. 6. 3.
LAPITHAE, pen. corr. (λαπίθαι.) Populi fuerunt, quorum rex fuit Pirithous. Hi Pindum & Othryn Thessaliæ montes habitarunt. Virg. 3. Georg. 93. Fræna Peleiadum ouis Lapithæ gyrosq; dedere. A Graecis scribitur λαπίθαι; ideo Lapithæ nõ lapide dici debent. Virg. li. 2. Georg. 92. Et magno Hyleũ Lapithis crateremiantẽ. Seruius in sexto Aeneid. Lapithæ, populi Thessaliæ fuerunt, quibus imperabat Ixion amicissimus Ioui, Phlegiæ filius: qui post nubis coitum fictæ in formam Iunonis, quũ se de eius stupro iactaret, ab irato Ioue ad inferos trusus est, & illic religatus ad rotam circunsulam serpentibus. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilii 6. Aeneid. 20. Quidne memorem Lapithas?
Sæui Lapithæ. Horat. 1. Carm. ode 12. 1.
Lapithæus, Adiectiuũ, (λαπιθαῖος,) vt Gens Lapithæa. Ouid. 12. Met. 107.
O fidue, dixit, Lapithææ gloria gentis.
Lapitheius, Aliud adiectiuum, (λαπιθεῖος,) vt Prælia Lapitheia. Ouidius, 14. Metamorpho. 134.
– nec quæ Lapitheia mouit Prælia.

Lappa, lappæ, (λάππα,) Herbæ genus cuius tria sunt genera. nam Altera maior aliquanto est, & philanthropos appellatur, q̃ vestibus hominum adhærens, eos amare videatur. Eadem vocatur Aparine. Tertia appellatur perfonata, & maxima est: masciturque iuxta riuos & flumina. Græcè eam ἀγρίον, vocant. Folia habet ampliora cocurbitis: & propter foliorum amplitudinem ea vtebantur veteres ad personatus fastigiodi. Hæc Perottus. Plin. lib. 21. cap. 17. 3. Notabile & in lappa, quæ adhærescit, quoniam in ipsa flos nascitur, non euidens, sed intus occultus, & intra se germinat, velut animalia quæ in se pariunt. Idem lib. 18. cap. 17. Lappam inter frugum morbos numerat.
Lappa boaria, Vide BOS.
Tenax lappa. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 3.
Lappæque tribulisque. Virgil. 3. Georg. 77.
Lappaceus, Adiectiuum. Plin. lib. 22. cap. 17. 1. Semina in capitibus lappaceis adhærentia vestibus. Dechelme.

Lappago, pen. prod. (λαπαγίς,) Herba similis anagallidi, nisi quòd succi grauis odoris. Hæc Plinius lib. 26. cap. 10. 8.

Lapsana, lapsanæ, pen. prod. (λαψάνη,) Olus syluestre, trium florum. de quo Plinius lib. 20. cap. 9. 15. Vide Varronem 3. de Re rust. cap. 16. 19. Et Columellam lib. 9. cap. 4. 4.

Lapsio, Lapsus, Vide LABOR.

Laquear, laquearis, pen. prod. (φάτνωμα,) Diminutiuum à lacus. Sipõtinus, lacus etiam trabs est in ædificiis planarà quo fit diminutiuum lacunar, à quo Lacunarium, & per antiphrasin laquear & laquearũ. Virg. 1. Aen. 148. – dependet lychni laquearibus aureis. Hactenus Sipontinus ex Seruio. Plin. lib. 33. cap. 3. 17. Laquearia quæ nunc & in primaris domibus auro tegunturpost Carthaginem euersam primò inaurata sunt in Capitolio.
Summi laquearia tecti. Virgil. 8. Aeneid. 5.
Laqueatus, pen. prod. Adiectiuum, (φατνωματικός,) Laquearibus ornatus. Cicc. 5. Verr. 94. Considerat templum: videt vndique tectum pulcherrimè laqueatum, præterea cetera noua atque integra. Idem 1. de Leg. b. 1. Equidem qui nunc potissimum huc venerim, fatiari nõ queo, magnificasque villas & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Sic 1. Tusculan. 133. Tectis celatis, laqueatis, &c. In alio significato, Vide LAQVEVS.
Tecta laqueata. Horat. 2. Carm. ode 16. 3.
Laqueatum auro templum: hoc est Laquearibus aureis vel auratis ornatum, qualis structura in tectis regis palatii Parisiis visitur. Liu. 5. Decade, lib. 1. 72. Antiochiæ Ionis Capitolini magnificum templum non laqueatum auro tantùm, sed parietibus totis lamina mauratum. Id est, non tantùm habens laquearia inaurata sed etiam ipsos parietes.

Laqueus, laquei, masc. g. (βρόχος, ἀγχόνη, πάγη, πεδίον, πεδίλη, μέλον,) Vinculum. Vnde laqueo vitam finire, Suspendio vitam finire. Cicc. 6. Verr. 32. Homini iam perdito & collum in laqueum inserenti, subuenisti.
Teretes laquei. Seneca Hippol. 1. 9.
Tenaces laquei. Senẽc. Implicuit cadens laqueo tenaci corpus.
Validi laquei. Propert. lib. 2. eleg. 35. 10.
Captare feras laqueis. Virgil. 1. Georg. 38.
Animam laqueo claudere. Ouid. 7. Metam 123.
Compellere aliquem ad laqueum, Vide COMPELLO.
Implicare collum laqueis. Ouid. epist. 2. 19.
Inicere laqueum alicui, Vide INIICIO.
Intrimere aliquem laqueo. Horat. 1. Serm. saty. 3. 17.
Ligare gutturi laqueo. Ouid. 6. Metam. 17.
Nodatus collum laqueo. Ouid. 1. de Remed. Amor. 4.
Premere collum laqueo. Horat. 1. epist. 17. 8.
¶ Laqueus, pro quacunque re qua homo capi & irretiri potest.
Laquei iudicii. Cicc. pro Milone, 31. Atque illam belluam iudicii laqueos declinantem tam irretitam teneret. Idem pro Cluentio, 121. Putant enim minus multos laqueos legum & conditionum ac iudiciorum propositos esse oportere.
Induere se in laqueos, Vide INDVO.
Laqueo verbi capi. Cicc. pro Cecinna, 60 Si ad interdicti sententiam confugis: & de quo fundo actum sit tum, quum Ebutius restituere iubebatur, id quæ endum esse dicis: neque æquitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere: in meis castris, præsidiisque versatis.
Inexplicabiles laquei. Quintil. lib. 5. cap. 10. 70.
Ad Chrysippi laqueos reuertamur. Cicc. de Fato, 11.
Cadere in laqueos, pro Decipi, vsus est Ouid. 3. de Arte, 118.
Laqueatus, pen. prod. Adiectiuum, (παγιόδετος,) Laqueis irretitus. Columel. lib. 6. cap. 19. 1. Cæterum corpus laqueatum & distentum temonibus obligatur, sicque immotum medentis arbitrio est expositum. In alio significato, Vide LAQVEAR.

Larbason, Vide ALBASTRVM.

LAR, Vide LARES.
LARA, siue Larunda, (λάρα,) Nympha fuit Tyberina, cui Iuppiter linguam abscidit, quòd furtiuos amores ipsius cum Iuturna Ioui indicasset, & ad inferos duci iussit per Mercurium, vt inter nymphas Stygias constitueretur. Mercurius verò dum mandata exequeretur, nymphæ pulchritudine in itinere captus, cum ea cõcubuit. Quæ prægnans facta, peperit geminos, quos à matris nomine Lareis appellauit. Hos ego geniales deos dixere: siue quòd vt gignamur, curant: siue quòd vnà nobiscum gignantur: seu quòd genitos semper tueantur. Euclides Socraticus duplicem omnibus hominibus appositum esse genium scribit, hoc est duos Lareis. Vnde apud Plorum malus genius Iruto sese obtulit. Lareis dicì Græcis δαίμονες, scribit Cicero de Vniuersitate, 48.
LARES, (δαίμονες, ἥρωες,) & genios, eosdem esse, sunt qui credant, existimantes vnicuique duos deos esse, alterum bonum, alterũ malũ: vt Christiani etiam duos angelos, bonum, malumque, à Deo in custodiam datos dicunt, sed non natos nobiscum, vt illi de genio, siue lare dicunt. Lares colebantur domi, focusque illi sacer erat. Vnde vulgus focum, focularem appellat, quasi laris focum.
Lares putati sunt dii domestici, qui ad vrbis commoda vigilare dicuntur inter compita. Ouid. 6. Fast. 159. Lucifero subeunte lares delubra tulerunt. Dii agrorum ab aliquibus vocati sunt. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 4.
Vos quoque fœlices quondam, nunc pauperis agri
Custodes, fertis munera vestra Lares. Cato cap. 2. 1. Paterfamilias vbi ad villam venit, vbi larem familiarem salutauit, fundum eodem die si potest, circumeat. Plin. lib. 14. cap. 4. 8. Non miria plus temerata con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferre mercatori, quàm sedulum ruris larem.
Ponere larem in montibus. Ouid.5.Fast.150.
Succinct' lares. Pers.Saty.5.4.Bullaque succinctis laribus donata pependit. Succinctos autem vocat, vt quorandam est opinio, q̃ pellibus cani nis induti essent. Sunt qui dici volunt quasi præfectos militaribus: qui quo expeditiores essent, se cingebant. Sed posterius hoc satis frigide.
Lares, priscorum domibus etiam præesse credebantur. Plaut. Aulul. 3.2.
Ego lar sum familiaris ex hac familia,
Vnde exeuntem me aspexistis.
¶ Lar, pro ipsis ædibus, seu domo priuata. Martial. lib. 1.72.
O mihi curarum pretium non vile mearum
Flacce Antenorei spes & alumne laris. Horat. 1. Serm. saty. 2. 12.
Qui patrium Numæ donat, fundumque laremque. Cic. 5. Verr. 106.
Pauci essent reliqui, qui L. Metelli authoritate in agros, atque ad suum larem familiarem redirent. Salust. in Catil. Illos binas aut amplius domos cõtinuare nobis larem familiarem nusquam vllũ esse! Cic. ad Lẽtulum. li. 1. 9. 21. Crassusque, vt quasi testata Populo Romano nostra, esset gratia penè à meis laribus in prouinciam est profectus. Nam quũ mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis.
Parno sub lare. Horat. 5. Carm. ode 19. 3.
Paternî laris inops. Horat. 2. epist. 2. 11.
Pressus lar. Persius Saty. 5. 11. Es modicus voti, presso lare, dulcis amicis.
Fodere larem sub terris. Virgil. 4. Georg. 9.
¶ Lar item pro parte interiore domus. Ouid. 1. Fast. 28.
Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes:
Equibus hæc populum spectat, at illa larem. Posset hõc etiam pro foco accipi, sicut alibi apud poetas.
¶ Lar, pro Igne. Colum. lib. 11. ca. 1. 17. de villico, Consuescatque rusticos circa larem domini, focumque familiarem semper epulari.
Lararium, lararii, neut. g. (ἱερεῖον,) Sacrarium domestici, in quo lares & dii domestici colebantur, Scribit Lamprídius Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitasse, ad effigies deorum in quibus habebat Abrahamum & CHRISTVM. In secũdo larario habuit simulacrum Virgilii & Ciceronis.

Lardum, lardi, neut. gen. Dictum quasi latè aridum. Caro suilla est quoquomodo salsa, siue id pingue quod est in sue. Ouid. 6. Fast. 34. Pinguia cur illis gustantur larda Calendis? Plinius dixit, Lardum pingue hoc vnctum: quasi & macrum dici possit. Idem lib. 28. cap. 10. 4. Lardum iusque decocti potum his qui buprestim hauserint. Martial. lib. 5. 129. Et pallens faba cum rubente lardo.
Frusta semesa lardi. Horat. 2. Serm. saty. 6. 18.
Graue lardum. Stat. 4. Sylu. 9. 7.
Natalitium cognatis ponere lardum. Iuuenal. Saty. 11. 9.
Pinguia larda. Ouid. 6. Fast. 34.
LARENTIA, Nobilissima meretrix. Vide FLORA.

Largior, largiris, pen. prod. largitus sum, (δωρίομαι, προΐεμαι, χαρίζομαι,) largiri, Abundè donare. Plin. lib. 16. cap. 12. 4.
Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.
Beneficiũ ex facili largiri. Sene. de Benef. li. 3. ca. 8. Eodem existimas loco esse illũ qui beneficiũ ex facili largitus est, & hũc qui accepit vt daret?
Ciuitatem. Cic. pro Corn. Bal. 40. Homo tum grauitate & prudentia præstans, tum vel nimium parcus in largienda ciuitate? Et pro Arch. 7.
Cœnam. Plaut. Amphitryo. 4. 157. Proin tu istam cœnam largire, si sapis, esurientibus.
Exequias & solennia largiri alicui. Stat. 12. Thebaid. 17.
Honores largiri alicui. Horat. 2. epist. 3.
Lætitiam. Plautus Capt. 13. 60.
Quæ illæc est lætitia, quam illic lætus largitur mihi?
Libertatem populo. Cic. 3. de Leg. 55. Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, vt & authoritate valeant, & vtantur bonis: sic enim à me recitata lex est de suffragiis.
Mores. Plautus Asin. 16. 82.
Istoscine patrem æquum est mores liberis largirier?
Munera largiri alicui. Propert. lib. 1. eleg. 3. 5.
Occasionem impudentiæ. Plin. lib. 2. cap. 23. 4. Sicut in supradictis occasionem impudentiæ ratio largitur &c.
Amori pluscolum. Cice. Luceio, lib. 5. 12. 12. Amorique nostro pluscolum etiam quàm concedet veritas, largiare. Idem pro Cecinna, Plus tibi ego largiar.
Munificè prædam largiri, Vide post MVNVS.
Largitur se vltro. Plaut. Mil. 18. 28.
Nam tu te vilem feceris, si te vltro largibere.
Vitam. Plaut. Asin. 12. 20. – iam ipse
Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.
¶ Si tempus non largitur, Id est non concedit, non permittit. Colum. libro 5. cap. 9. 5.
¶ Largibere, pro largieris. Plaut. Bacch. 18. 30.
Tum libertatem Chrysalo largibere.
¶ Largitor de te puer. Terent. Adelphis, 5. 8. 18. Fac promisi ego illis.

M. promisisti autem? de te largitor puer.
Largiri ex. Cic. ad Appium, lib. 3. 8. 32. Quum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.
¶ Largitus, pen. prod. Pasiuum. Plinius lib. 17. cap. 11. 4. Aut si conditio largita non sit.
Largitor, pe. prod. Verbale, (δωρητής, δωροδόκος,) Profusor, prodigus. Cice. pro Cœlio, 61. Non potest, qui ambitu ne absolutum quidem putatur esse absolutum, ipse impune vnquam esse largitor. Idem 1. Offic. 93. Existuntque in Repu. plerunque largitores & factiosi, vt opes quãmaximas consequantur. Liu. 6. ab Vrbe, 10. Quum castra impetu cepisset Dictator, prædam militi dediturquo minus speratam minuit: largitore duce, eo militi gratiorem.
Pronus largitor honorem. Claud. 7, Paneg. 24.
Opum largitor. Stat. 3. Sylu. 1. 19.
Opum magnarum largitor. Claud. 7. Paneg. 24.

Largitio, largitiõnis, (δωρεά, δωροδοκία, περοχή, διανομή,) Est expensa quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magistratuum. Cic. lib. 2. Offic. 76. Præclarè in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quòd largitione beneuolentiam Macedonum consectetur. Quod te malum, inquit, rationis in istam spem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? an tu id agisset Macedones, non te regem suum, sed ministrum, & præbitorem putent? Et paulò pòst, 79. Iam in prouerbii consuetudinem venit, largitionem fundum non habere. Idem 3. de Leg. 57. Itaque vt omittam largitione corrupta suffragia, non vides si quãdo ambitus fileat, quæri in suffragiis, quid optimi viri sentiant? Sic 5. Verr. 71. Et 3. Tusc. 83.
Augere aliquem largitione. Tacit. lib. 13.
Exin largitione potissimos amicorum auxit.
Corrumpere largitionibus, Vide CORRVMPO.
Cęcare mentes largitione, Vide CAECO.
Largitio, pro liberalitate. Cæs. 1. bel. Ciuil. 153, Simul à Tribunis militũ Centurionibusque mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit. Quo facto duas res consecutus est, q̃ pignore animos Centurionum deuinxit, & largitione redemit militum voluntates.

Largitas, pen. corr. largitãtis, (δωλίλεια,) Abundãtia. Plaut. Trin. 11. 11.
Ex ea largitate illi, neque ita vt sit data, columen te sistere illi,
Et detrax isse autument. Terent. Adelph. 5. 9. 28, Q̃ uę istæc subita est largitas? Idem Heau. 3. 1. 32.
Vehemens in vtranque partem Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia, aut parsimonia. Cic. 2. de Nat. deor. 233, Maxima largitate fundit ea. Idem de Claris Orat. 8, Vt impendis etiam augere possimus largitatem tui muneris.

Largus, Adiect. (δωλίλιος, δίδοματος, λαμπρὸς, δῖος,) A largior dedũcit Sipontinus. Plin. lib. 11. cap. 39. 3, Pili à cute exeunt crassi hirti, deminis tenuiores, equis in iuba largi, in armis leoni. Ibidem, ca. 14. 1, Vt largo alimento valida exeat soboles.
Largus, Q̃ ui largitur. Cic. lib. 2. Offic. 80. Omnino duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Idem pro Deiotaro, 18, Magnanimum, largum, beneficum, liberalem.
Largus opera nocturna. Plautus Asinaria, 12. 8, Audin' hunc opera vt largus est nocturna?
Largus lachrymarum. Plant. Asin. 10. 30, Næ ille ecastor hinc truderur largus lachrymarum foras.
Largus opum. Virg. 11. Aeneid. 67, Largus opum, lingua melior, sed frigida bello Dextra. Vbi Seruius Largus opum, Abũdans opibus, diues. Mart. lib. 1. 146. Largus opum expecto.
Rapinæ largus. Silius lib. 8. 49.
Largior est lingua. Plaut. Asin. 7. 24.
Sed quid ego hic properans concesso pedibus, lingua largior?
Q uin ego hanc iubeo tacẽre, quæ loquens lacerat diem?
Animo largus. Tacit. lib. 18. Donec Iunius Blæsus Lugdunensis Galliẽ rector, genere illustri, largus animo, & par opibus, &c.
Donare largus. Horat. 4. Carm. ode 12. 4. Id est largus in donando.
Mercandi largus. Silius lib. 15. 98.
¶ Aestus largus. Lucret. lib. 2. 228.
Aether largior. Virg. 6. Aeneid. 128.
Fletus largos effundere. Virg. 2. Aeneid, 55.
Flumen largum. Virg. 1. Aeneid. 94.
Fœtu largo pubescit vinea. Virg. 2. Georg. 79.
Fons largus. Lucret. lib. 5. 57.
Herbæ largæ. Horat. 4. Carm. ode 2. 11.
Ignis largior. Horat. 1. Serm. saty. 8. 9.
Imber largus. Ouid. 4. Metam. 57.
Lux larga. Cic. 2. de Nat. deorum, 70.
Larga luce repletus. Lucret. lib. 2. 162.
Mero largo celebrare diem. Ouid. 3. Fast. 132.
Messis larga. Ouid. 4. Fast. 124.
Munera larga. Horat. 4. Carm. ode 1. 4.
Largæ opes, Abundantes & multæ. Mart. lib. 5. 16.

Pabula

Pabula larga. Lucret. lib. 5. 174.
Vina larga. Horat. 3 Carm. ode 18. 2.
Largiore vino est vsus. Liuius 10. bel. Maced. 58.
Vndæ largæ fluminis. Lucret. lib. 1. 209.
¶ Flagitare largiora. Horat. 1. Carm. ode 18. 3.

Largè, Aduerbium, (δωλίλιος,) Liberaliter, abundanter. Horat. 1. Carm. ode 9. 2.
Ligna super foco largè reponens.
Largè effuseque donare. Cic. pro Roscio Amer, 14.
Largè blandus. Plaut. Asin. 7. 19, Nemini credo, qui largè blandus est dines pauperi.
Largius epulas celebrare. Liu. 5. bel. Pun. 127.
Mensæ constructæ largè. Catul. Argon. 59. 61.
Largè sunt illi facultates. Plin. epist. 46. a, Quum dico princeps, non de facultatibus loquor, quæ illi largè superfunt, sed de castitate, iustitia, grauitate, prudentia.
Mittere munera satis large, hęc ad vsum domesticum. Cic. 6. Ver. 54. Et Plin. lib. 7. cap. 46. 1, Annuis victibus largè sufficiens.

Largius, Comparatiuum. Terent. Eunucho, 5. 948, Principio & habet quod det, & dat nemo largius.
Largè, liberaliterque æstimare. Cic. 5. Verr. 177.

Largiter, pe. cor. Aduerbium, (ἀφθόνως,) Idem quod Large. Brutus Attico, in Epistolis ad Brutum, 17. 10, Sed persuade tibi, de voluntate propria mea nihil esse remissum, de iudicio largiter.
Largiter vini. Plautus True. 19. 10,
Opus nutrici vtrem habeat veteris vini largiter, vt dies noctesque Poret. Largiter argenti. Plautus Rud. 14. 145, Credo ædepol inesse auri & argenti largiter. Largiter mercedis. Plau. Rud. 30. 18, Magna hercle pręda est, largiter mercedis indipiscar.
Auferre largiter. Horat. 1. Serm. saty. 4. 27.
Largiter peccasti. Plaut. Mostel. 7. 8, Ac depol Neptune peccauisti largiter. Idem Epid. 10. 40, –stulte datum.
Reor, & peccatum largiter.

Largiloquus, largiloqui. pen. corr. Adeict (πολυλόγος,) Qui abundanter loquitur, Plautus Cistel. 3. 3,
–quæ vbi saburratæ sumus,
Largiloquæ extemplo sumus, plus loquimur quàm sat est.
Largificus, pen. corr. Aliud adiectiuum. vt Stipe largifica ditare aliquem. Lucret. lib. 2. 117.
Largifluus, Similiter adiectiuum. (πολυρρέτος,) Cice. 3. de Orat. 86, Grando mista imbri largifluo subita præcipitans cadit. Ex quodam poeta. Lucret. lib. 5. 120, Largifluum fontem scatere, atque erumpere lumen.

Laridum, huius lãridi, penult. corre. Idem quod Lardum. Plautus Capt. 14. 3, Quanta pernis pestis veniet? quanta labes larido?

LARISSA, (λάρισσα,) Nomen multarum ciuitatum. Vna est in plaga Thessalica, à qua Achilles Lariszeus dictus est, apud Virgilium 2. Aeneid. 40. Alia pensilis in Creta alia in Peloponneso arx Argiuorum alia in agro Attico. At Trallibus etiam Asię est Larissa (vt Strabo scribit) à qua Larissæus Iupiter est dictus. Larissa quoque in Italia, quàm (vt Diodorus lib. 1. scribit) Pelasgi condidẽre. Cæsar 3. bel. Ciuil. 380, Vniuersi simul Larissam versus se recipere cœperunt.
Opimæ campus Larissæ. Horat. 1. Carm. ode 7. 3.
Larissęus, (λαρισσαῖος,) Achilles. Virg. 2. Aeneid. 40.
Mœnia Larissæa. Catul. Argon. 59. 8.
Vertex Larissęus. Stat. 4. Thebaid. 1.

LARIVS, Lacus. (λάριος λίμνη,) Italiæ est, cuius aquas, authore Plinio, 15. cap. 8, omnibus annis, Vergiliarum ortu, exsistunt, pisces squamis plus quàm circa eum mensem visuntur. Dictus Larius à fulicarũ multitudine. Græci enim λάριον vocant. Auis est nigra aquatica.
Larius, Adiectiuũ. (λάριος,) Catul. ad Libellum, epig. 35. 1, Veronam veniat noui relinquens Comi mœnia, Lariusque littus.

Larix, láricis, pen. corr. (λάρικς.) Arbor cognata abieti & pino, teste Plinio lib. 16. cap. 10. 5. Lucan. lib. 9. 185. Et larices, fumoque grauem serpentibus vrunt Abrotonum. Palladius, Larix vtilissima, ex qua si tabulas suffigas tegulis in fronte atque extremitate tectorum, pręfidũ contra incendia contulisti: neque enim flammam recipiunt, aut carbones crescere possunt. Plin. lib. 24. cap. 6. 6, Picis & laricis folia trita, & in aceto decocta, dentium dolori prosunt.

LARODII, populi sunt in Asia Scythica, Herodoto, Strabo, & Pomponius Mela lib. 2.

Larua, larua, (μορμολύκειον,) Pluraliter, hæ larua, laruarum, Notur. Plaut. Amph. 8. 143, Nam hæc quidem ædepol laruarũ plena sunt. Idem Aul. 24. 14.

Larua hunc, atque intemperiæ, insaniæque agitant senem. Idem Capt. 11. 67. Larua stimulant virum.
Larua etiam personam significat, quę barbaris masca dicitur. Plau. Merc. 24. 10, Etiam loquere larua? Idem Amphit. 14. 18, Larua vmbratilis, tu me minis territas? Horat. 1. Serm. saty. 5. 13,
Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis.

Larũatus, pe. prod. (μανιόδης,) A diectiuum, Furiosus, & mente motus, in quit Festus: quasi à laruis exterritus: quales sunt quos vulgò Demonia cos appellant. Plaut. Laruatus ædepol hominem miserum mendicum quæritat. Idem Menæch. 19. 2, Num laruatus erat, aut certius? Laruatus, Personatus.

Lasanum, huius lãsani, pen. corr. (λάσανον,) Vasculum ad euacuãdum ventrem. Horat. 1. Serm. saty. 6. 22, Te pueri lasanum portantes, œnopherumque. Sic Acron.

Lasciuus, pen. prod. A diect. (λάγνος, ἀκολαστος, κωμαστής,) Est tum in vita, tum in sermone molliculus, & plus teneri, quàm robusti ac virilia habens, inquit Valla in Raudensem. Virgilius eclog. 3. 13. Malo me Galathea petit lasciua puella. Quintilianus lib. 6. cap. 4, Siculi quidem vt sunt lasciui & dicaces, aiebant in delphino sedisse. Idem lib. 10. cap. 1, Lasciuus quidem in heroicis quoque Ouidius, & nimium amator ingenii sui, laudandus tamen parcius. Varro lib. 1. de Re rust. Inter septa primum est naturale sepimentum, quod obseri solet, virgultis, aut spinis, quod habet radices viuæ sepis, ac vlatoris prætereuntis lasciui non metuet facem ardentem. Quo in loco petulantem & noxium significat.
Lasciuus in. Plin. lib. 10. ca. 42. 2. Imperatores salutat, & quæ accipit verba pronuntiat, in vino præcipuè lasciua. De psittaco.
Hœdo lasciuior. Ouid. 13. Metam. 170.
Aetas. Horat. 2. epist. 2. 44.
Capella. Virgil. 2. eclog. 11.
Corpora. Ouid. 3. Metam. 138.
Forum. Propert. lib. 4. eleg. 9. 10.
Amor. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 12.
Carmina. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 3.
Discursus. Claud. 2. in Eut. 21.
Grex. Horat. 3. Carm. ode. 13. 2.
Hymenæus. Silius lib. 5. 5.
Lasciuus vxoris iocus cum marito. Plin. lib. 8. cap. 40. 3, Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis, vxore eius Consingi lacerata, propter lasciuiorem cum marito iocum.
Licentia. Horat. 1. Carm. ode 19. 1.
Nox. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 6.
Pagina. Martialis lib. 1. 34. Lasciua est nobis pagina, vita proba est. Id est impudica.
Puella. Virg. 3. eclog. 15.
Pueri. Horat. 1. Serm. saty. 3. 27.
Lasciuia, huius lasciuiæ, (ἀσελγεια, σκίρτημα, ἔξυβρισις,) Mollities, petulantia, Incontinentia animi, nec virtutem nec probitatem reuerentis, procacitateque se oblectantis. Plaut. Asinaria, 7. 32, O catenarum colonc. 1. 1. ô virgarum lasciuia. Id est, petulantia, in quo virgæ lasciuiunt, quum tergum tuum verberant: non aliter quàm vituli atque hœdi lasciuire præ nimia mollitia & intemperantia solent. Plin. lib. 26. cap. 1, Grauissimum ex iis morbis lichenas appellauere Græco nomine: Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur, ioculari primum lasciuia (vt est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & vsurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus.
Lasciuiam Plinius iocum petulantia & procacitate improbum vocat. Vlpianus in L. Cornelia, ad Legem Corn. de Sicariis, Q̃ uum quidam per lasciuiam cansam mortis præbuisset, comprobatum est factum Taurini Ignatii Proconsulis Iberiæ. Budæus.
Læta lasciuia. Lucret. lib. 1. 281.
Veneris lasciuia. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 5.
Recens lasciuia. Quintil. lib. 2. cap. 4. 3, Lasciuiæ recentis flosculis capti.
Lasciuio, lasciuis, pen. pro. (ἀσελγαίνω, ἐξυβρίζω, σκιρτῶ,) lasciuire. Sene. ad Lucilium, Nunquam vacat lasciuire districtis: nihilque tam certum est, quàm otii vitia negotio discuti.
Fuga lasciuit agnus. Ouid. 7. Metam. 65.
Lasciuire alicui. Stat. 1. Sylu. 5. 2.
–paulum arma nocentia Thebæ
Ponite: dilecto volo lasciuire sodali.
Lasciuire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli hubertate luxuriant. Budæus.

Laser, láseris. n. g. (σπόνδυλος,) Succus laserpitii. Plin. lib. 19. cap. 3, Ab his proximum dicetur authoritate clarissimum laserpitium, quod Græci sylphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius succum vocant laser, magnificum in vsu medicamentisque, & ad pondus argentei denarii pensum. Colum. lib. 5. cap. 10. 11, Nos exiguum admodum laseris vino diluimus, & ita cacumina arboris summa oblinimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laserpitium, laserpitii, (σίλφιον,) Virgultum herbidum, quod Græci silphion vocant. Plin. lib. 19. cap. 3, In Asia laserpitium gigni solitum, rem seram ac cœnum acem: & si coleretur, in deserta fugientem radice multa, crassaque caule ferulaceo, haud simili crassitudine, &c. Plau. Pseud. 13. 27, Eo laserpitii libram pondo dilunt. Idem Rud. 16. 16. Colum. lib. 6. cap. 17. 6, Facit & radix, quam Græci σίλφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine, laserpitium appellat.

Laserpiciferæ (σιλφιοφόροι,) Cirenæ. Catul. ad Lesbiam, 7. 1.

Laserpitiatus, pen. prod. Adiectium: (σιλφιωτός,) vt Laserpitiatum acetum: Id est laserpitii succo dilutum. Cato cap. 116, Lentim quomodo seruari oporteat. Laserpitium acero dilutro, perinfceto lentim aceto laserpitiato, & in sole ponito. Plin. lib. 18. cap. 30. 10, Sunt qui lentem aceto laserpitiato respergant.

Laffus, Adiectiuum, (κεκοπωμένος, κοπιῶν,) Dicitur labore, tam animo quàm corpore fatigatus. Ideoque ad ea demum spectat, quæ laboris molestiam sentiunt. Nomen est, non participium. Plaut. Amphit. 4. 175, Lassus sum hercle: naui vt vectus huc sum, etiam ante nauleo. Terent. Hecyra, 3. 1. 41, Enim lassam oppido tum aiebant: eo ad eam non admissa sum. Propert. lib. 2. eleg. 34. 6, At nondum est ea los mittere lassa manus.

Lassus opere faciundo. Plin. Asinaria, 16. 23, Ille opere foris faciundo lassus, domum nocte aduenit.

Studio venandi lassus. Ouid. 3. Metam. 83.

Lassus de via. Plautus Pseud. 9. 68,
–nam vt lassus veni de via, Me volo curare.

Via lassus. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 1.

Amore lassus. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 16.

Lassus animus. Terent. And. 2. 1. 5, –vt animus in
Spe atque in timore vsque antehac attentus fuit:
Ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.

Aures lassæ. Horat. 1. Serm. saty. 10. 2.

Humus lassa. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 3.

Lumina lassa. Ouid. 7. Metam. 118.

Pietas lassa malis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 7.

Lassæ res. Plautus Stich. 3. 17, Si labant res lassæ, itidé amici collabascúnt.

Rebus lassis petere solatia. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 9.

Sanguis lassus. Stat. 2. Theb. 134.

Stomachus lassus. Horat. 2. Serm. saty. 8. 2.

Lassa terra. Plin. lib. 17. cap. 5. 7.

Visus lassus. Stat. 1. Syl. 5. 1.

Lassulus, pen. corr. Adiect. diminutiuum. (ὑποκοπωδής,) Catul. de Berecynthia, 58. 7.
Itaque vt domum Cybeles tetigerunt, lassulæ
Nimio è labore somnum capiunt sine Cerere.

Lassitudo, pen. prod. (κόπος,) lassitudinis. Molestia quam ex labore sufcipimus. Plaut. Capt. 1. 2. 4, –illic ibi demum est locus,
Vbi labore lassitudo est omnis exiguo de ex corpore. Idem Bacchid. 1. 75, Sequere hac igitur me intro in lectum, vt sedes lassitudinē. Salust. Non famem aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem operiri. Cic. ad Cornificium, lib. 12. ep. 15, Sed nolla lassitudo impedire officium & fidem debet. Cæsar 2. belli Gal. 10, Cursu ac lassitudine exanimatus. Ibidem, lib. 4. 11, Atque ibi timore, lassitudine & vi fluminis oppressi perierunt.

Reficit lassitudines sitrum. Plinius libro 31. cap. 10. 12.

Lassesco, lassescis, (κοπιῶ, κόπτομαι,) lassescere. Lassum fieri. Plin. lib. 30. cap. 16. 12, Non lassescere in vllo labore, qui nervos ex alis & cruribus grois habeant. Idem lib. 14. cap. 2. 12, Sinon præpinguis foli hubertas lassescentem sustineat.

Lasso, lassas, (κόπτω, κόπτομαι,) lassare, fatigare. Plin. in Paneg. 105, Facias ista semper, nec vnquam in hoc opere aut animus tuus, aut fortuna lassetur. Idem epist. 9. lib. 1, Multisque causis non lassaretur modò, verum etiam confunderetur. Apud Martialem lib. 8. 32, Lassare dominum supplicibus libellis.

Artus lassaunus calamo. Ouid epist. 20. 49.

Brachia lassare aquis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 6.

Labor insolitus iam me lassauit. Ouid. 10. Metam. 70.

Tela lassaret manus. Ouid. epist. 1. 2.

Lassor, lassaris, Passiuum. (κοπιόομαι,) Ouid. 2. Metam. 114,
–in molli nequicquam lassor arena.

Lassitus, Participium. (κεκοπακώς,) Iuuenalis Saty. 6. 13, Et lassata viris, nondum satiata, recessit.

Sequendo lassata. Ouid. 9. Metam. 130.

Membra lassata. Ouid. 6. Metam. 71.

Late, Aduerbium, à latus adiectiuum. Vide LATVS.

Lateo, lates, latui, (λανθάνω, δεκλανθάνω, κρύπτω, φωλεύω, φωλεύομαι,) latère, In occulto esse.

Latuit ad hanc ætatem. Cicc. 1. Tusc. 9. Vetus scriptum exemplar habet iacuit.

Latere abditè. Cic. 4. Verr. 130.

Abditus latet agro. Horat. 1. epist. 1. 5.

Clàm latère. Ouid. 2. de Remed. amor. 9.

Furtim latère. Ouid. 14. Metam. 55.

Latet mihi causa. Lucan. Tu mihi causa lates. Virg. 5. Aene. 1.

Latent eum doli Virgil. 1. Aeneid. 37, Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ. Id est, non ignorabat fraudem.

Latet plerosque, hoc est plerisque occultum & clàm est, atque incertum & ignotum. Plin. lib. 2. cap. 20. 1, Latet plerosque magna cæli affectatione compertum à principibus doctrinæ viris, superiorum trium siderum ignes esse.

Aequor latet sub classibus. Virg. 4. Aeneid. 116.

Amor latet. Ouid. epist. 17. 3.

Ars latet. Ouid. 10. Metam. 51.

Error latet aliquis. Virg. 2. Aeneid. 11.

Nocte latent fures. Catull. in Carmine nupt. 57. 7.

Res latuit patrem. Ouid. 4. Fast. 27.

Virtus latet obruta paupertate. Claud. 2. Paneg. 55.

Latet apud. Matt. lib. 5. 59, Nunquid apud Parthos, Armeniosque latet.

Latet in loco aliquo, aut re aliqua. Virgil. 3 eclog. 19, –latet anguis in herba. Plaut. Amphit. 4. 277, Mira sunt, nisi latuit intus illic in hac cistrna. Cic. 3. Verr. 27, Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm hæ quæ latent in simulatione officii.

Latere in occulto. Cic. 1. Acad. 64, Sic omnia latere centebant in occulto neque esse quicquam quod cerni aut intelligi posset.

Latent sub aceis. Plaut. Casin. 15. 32, Ita omnes sub aceis, sub lectis latentes, meru mulsitant. Liu. 4. bel. Maced. 44, Sub vmbra Romanæ amicitiæ latebant.

Latet inter dentes. Plaut. Trinum. 13. 27, Satin' inter labra atque dentes latuit vir minimi pretii?

Latere tecto. Terent. Heaut. 4. 1. 3, Triumpho si licet me latere tecto, abscedere. Sic Plin. libr. 10. cap. 70. 2, Pisces speluncis latentes piscator expellit.

Latens, Participium, (ἀφανής, κρυπτόμενος,) vt
In aduo matris latentes Horat. 4. Carm. ode 6. 4.

Manifestare latentem. Ouid. 13. Metam. 22.

Dolos latem. Stat. 10. Theb. 48.

Ira. Lucan. lib. 5. 5.

Gemitus, Lucan. lib. 1. 53.

Verba. Ouid. 9. Metam. 136.

Latenter, Aduerbium, (λανθανόντως, κρυφῇ,) Clàm, occultè. Cic. in Topic. 33, Quum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ euentus, obscura causa, quæ latenter efficitur. Mart. lib. 6. 10, Petit latenter à Domitiano pecuniam. Timius est epigrammatis.

Latito, latitas, pen. corr. (ἐμφωλεύω,) latitare, Frequentatiuum. Cic. pro Cluent. 28,
Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio.

A per latitans fruticeto. Horat. 3. Carm. ode 13. 5.

Furta latitantia. Claud. 1. de Raptu Proserp. 22.

¶ Latitare dicuntur qui ad iudicium vocati fruftrantur, & iudificantur. Cic. pro Quintio, 50, Ego experiri non potui, latitauit, procuratorem nullum reliquit. Budæus.

¶ Latitare, Actiuè apud Plautum in Trinum. 6. 15,
–nam ii mores maiorum laudant, Eosdem latitant.

Latitatio, Verbale. (ἐμφωλεύσις,) Quintil. li. 7. cap. 3. 36, Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia.

Latebra, latebræ, pe. cor & Latebræ, latebrarum, (κοίτεμα, φωλεός,) Loca in quibus quid delitescere & occultari potest. Plau. Aulul. 22. 2, Nè metuo ne quisquam inueniat, ita probè in latebris situm est. Lucan. li. 1, Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra. Quintil. Et quanquam odio euersoris nostri euocatus ex latebris suis populus subsellia non implet. Plin. lib. 7. cap. 45. 2. Et lib. 8. cap. 27. 3. Idem hyberna latebra vitis obscurato. &c. Cic. pro Leg. Manil. 4, Ita regnat vt se nec Pontus, neque Cappadociæ latebris occultare velit.

Cæcæ. Virg. 3. Aeneid. 47.

Dulces. Horat. 3. epist. 17. 1.

Curuæ. Virg. 5. Georg. 109.

Tutæ. Silius lib. 17. 125.

Latebra ferarum. Liu. li. 46, Inter vepres & latebras ferarum noctem vnà delituit. Plin. lib. 10. cap. 19. 10, Oenanthe quidem etiam statos latebræ dies habet. Sic lib. 8. cap. 27. 3. & cap. 32. 2.

Vbi se præpingues sentere, latebras quærunt latentes incómodò pódat.

Latebra tabellæ. Ci. App. li. 3. 12. 2, Nullam ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditum malevolentiam quæ te impugnare auderet?

Adhibere latebram obscuritatis, Cic. 1. de Diuin. 166.

Conicere se in mirificam latebram. Cic. 2. de Diuin. 67.

Dare latebram. Cicero 3. de Leg. 50, Non latebra danda populo, in qua, &c.

Ex latebris erumpere. Cic. pro Sestio, Quum illa coniuratio ex latebris atque

atque ex tenebris erupisset.

Latebram habere. Cic. 2. de Fin. 172, Ludi, cœnatio, villa Luculli (nam si tuam dicerem, latebram haberes) ad corpus dicerez pertinere.

Peragrare latebras suspicionum, Vide PERAGRO.

¶ Latebram quærere periurio. Cic. 3. Offic. 144, Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem quæ infideli data sit viderint, ne quæratur latebra periurio. Id est, excusatio qua lateat & non videatur periurium.

Latebræ & recessus in animis hominum. Cic. pro Marcel. 12.

Latebrosus, pe. pro. Adiectiuum. (φωλεώδης,) vt Locus latebrosus, in quo frequentes latebræ sunt. Plaut. Bacchid. 1. 22, Nam huic ætati non conducit mulier latebrosus locus.

Colles latebrosi. Silius lib. 5. 39.

Flumina latebrosa. Virg. 8. Aeneid. 145.

Frondes latebrosæ. Claud. 3. Paneg. 65.

Latebrosus locus ad equites tegendos. Liu. 1. bel. Pun. 212.

Nox latebrosa. Lucan. lib. 6. 24.

Pumex latebrosus. Virg. 5. Aeneid. 43.

Saxa latebrosa. Ouid. epist. 4. 21.

Via latebrosa. Cic. pro Sestio, 109.

Latebrosè, pe. pro. Aduer. (φωλεώδως,) Occultè, clàm. Plau. Tri. 6. 2,
–pater adsum, Impera quid vis, neque tibi ero in morā neque latebrosè me abs tuo Conspectu occultabo.

Latebricola, latebricolæ, pen. corr. Qui latebras incolit. Plau. Trinum. 5. 14, Latebricolarum hominum corruptor.

Latibulum, latibuli, pe. corr. (φωλεός,) Idé quod latebra. Sed latebras proprié hominum, latibula ferarum esse inquit Valla, quæ differentia sæpissimè confunditur.

Omnia latibula adire. Catul. de Berecynthia, 58. 11.

Latibulum etiam de hominibus dicitur. Cic. Att. lib. 12. 240. 1, Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei. Idem 1. Offic. 18, Omniaque quæ sint ad viuendum necessaria, anquirat? & paret: vt pastum, vt latibula, vt alia generis eiusdem.

Latibulo, latibulas, pen. corr. (φωλεύω,) latibulare, Latère. Varro, Vide ne seruus domini latibulet.

Latibulor, latibulàris. (φωλεύομαι,) latibulari, Deponens, Idem. Actius Putatoribus, Progredere, & nequis latibuletur prospice. Nonius Eroto pæcnion, Nocte vt opertus amictu latibuletur. Antiquum.

Later m. g. (πλίνθος,) lâterem latere, & lateres, pe. corr. in plurali in tegrum, genitiuus & datiuus singulares rarò leguntur, Terra cocta, & in lapidem durata. Vitruuius, Siue silex, siue cæmentum, aut coctus later, siue crudus, his erit vtendum. Cic. 2. de Diuin. 148, Num hoc in latere, aut in cæmēto, ex quibus vrbs effecta est, potuit valere? Colu. li. 6. ca. 14. 5, Itaque quum id accidit, veteri lateri later conteritur, eoque intrito, &c. Idem lib. 9. cap. 6, Reliqua sunt alucorum genera duo, vt vel ex, fimo fingantur, vel lateribus extruantur.

Lateres coctiles, Vide COQVO.

Lateres in fornacem coquere, Vide COQVO.

Laterem lauare. Prouerbium, pro Operam ludere. Teren. Form. 1. 4. 9, Purgem me: laterem lauem. Id est frustra agam.

Lateritius. Adiectiuum, (πλινθινός,) Ex latere factum. Plinius, Lapide duro, ac silice æquo construunt, veluti lateritios parietes. Idem li. 35. ca. 14. 4, Græci præterquam vbi è silice fieri poterat structura, parietes lateritios prætulere. Sic Cæsar 1. bel. Ciuil. 38.

Laterculus, laterculi, pen. corr. masc. gen. (πλινθίδιον,) Diminutiuum, Paruus later. Plinius, Crudis laterculis ad formam camini. Curtius libro 5. scribit laterculo coctili structos fuisse muros Babylonios. Plautus Pœnul. 4. 103, –nihil nisi laterculos,
Sesamum, papauerémque, triticum, & frictas nuces, Subaudi, loquitur. Plin. lib. 7. cap. 56. 3, Obseruationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet. Colum. lib. 8. cap. 14. 1, Sub porticibus deinde quadratæ haræ cæmentis vel etiam laterculis extruuntur. Sic Cæsar 1. bel. Ciuil. 30. Et Cato cap. 109.

Lateraria, lateraria, f. ge. Officina in qua fiunt lateres. Plinius libro 7. cap. 56. 4, Laterarias ac domos constituerunt primi Euryalus & Hyerbius fratres Athenis tantes speculis erant pro domibus.

Lateruncularia tabula, in qua laterunculis luditur. Sene. epist. 118, circa finem, Nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam leteruncularem perspicit, vt sciat quomodo alligatus exeat calculus. Latruncula dicit laterunculariam, qui & alibi, latrunculos laterunculos vocat, nisi nos fallant exemplaria.

Lateralis, Vide LATVS substantiuum.

LATERANVS, pen. prod. (λατεράνος,) Proprium nomen patricii Romani qui latere frequens in otio solebat. Hic Consul designatus iussu Neronis interfectus est. Aedes eius amplissimæ datæ fuerunt à Constantino Imperatore Pontifici maximo, Iuuenalis Saty. 10. 2,
–egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors. Inde Lateranense palatium, & Lateranensis basilica, sancti Ioannis ædes vocata est, quæ in Lateranorum nobilissimæ gentis ædibus extructa fuit.

Laterna, laternæ, (λαμπάς,) A lateo lâtes, quod primam corripit, laterna verò producit: notæ significationis. Martial. libr. 14. 66,
Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis.

Et tuta est gremio parua lucerna meo. Ibidem, 67, de laterna ex vesica,
Cornea si non sum, nunquid sum fuscior? Plaut. Amphit. 3. 149, A portu illic nunc esi laterna aduenit. Cic. ad Att. lib. 4. 72. 9, Clodii vestibulum vacuum sanè mihi nuntiabatur, paucis pannosis siue laterna.

Laterna Punica. Plaut. Aulul. 6. 30. Ita is pellucet, quasi laterna Punica.

Laternarius, laternarii, Qui alteri laternam præfert. Cl. in Pisonem, 15, An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario.

Latesco, Vide LATVS adiectiuum.

Latex, laticis, penul. corr. m. g. (νᾶμα,) Omnis humor dicitur: ab eo quòd intra aliquid lateat. Vnde & de aqua, vino, & cæteris dicitur. Virg. 1. Aeneid. 130, Regales inter mensas, laticemque Lyæi. Ouidius Palladios latices, dixit, quum oleum dicere vellet. Et Lucret. lib. 1. 192, Absinthii laticem. Cice. 2. de Diuin. 94, Nos circum latices gelidos fumantibus aris, &c. Ex Homero.

Cupido laticum, Stis. Lucret. lib. 4. 220.

Liquoris vitigeni latex. Lucret. lib. 5. 3.

Cærulei latices. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 6.

Perennes latices. Lucret. lib. 5. 53.

Sacri. Ouid. 5. Met. 53.

Calidi latices. Virg. 6. Aeneid. 44.

¶ Congerere laticem in vas. Lucret. lib. 3. 205.

Absynthi amarum perpotare laticem. Lucret. lib. 4. 4.

Gelido latice refouere aliquem. Senec. Agamemn. 8. 2.

Lathyris, (λαθυρίς,) herba quæ cataputia maior appellatur. Plin. lib. 27. cap. 11. 2, Lathyris folia habet multa lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tunicullis continetur, vt capparis.

Latialis, Vide LATIVM. Dicitur & Latiatis.

Latibulum, Vide LATEO.

Laticlauium, Vide LATVS adiectiuum.

Latifolium, Latifundium, Vide LATVS adiectiuū.

Latine, Latinus, Vide LATIVM.

LATINI. (λατῖνοι,) populi Italiæ in Latio: de quibus Salustius, Primo Italiam tenuisse quosdam, qui appellabantur Aborigines: hos postea aduentu Aeneæ Phrygiis iunctos, Latinos vno nomine nuncupatos. Seruius autem ait Aeneam victis Latinis, vt eorum fauorem sibi conciliaret, nomen Latinum non solùm illis non sustulisse, sed etiam Troianis imposuisse.

Latinus, pen. pro. (λατῖνος,) teste Bocatio. Laurentum rex, Fauni & Maricæ nymphæ Laurentis filius. Virg. lib. 7. Aene. 9,
–rex arua Latinus & vrbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica
Accipimus, &c. Hic, vt idem testatur. Aeneam profugum suscepit hospitio: & vti responso acceperat, ei Lauiniam filiam, iā Turno Daani filio promissam, dedit vxorem quamobrem bellum ingens inter Aeneam & Turnum exortum est, in quo Latinum cecidisse ex Virgilio & Seruio manifestum est. Fuere & alii plures Latini, vt author est Higinus. Latinus Syluius, vt ait Liuius, Aeneæ Syluii fuit filius, & mortuo patre Albanis imperauit, & ab eo coloniæ deductæ eorum qui Prisci Latini nuncupati sunt.

Latio, Vide FERO.

Latito, Vide LATEO lates.

Latitudo, Vide LATVS adiectiuum.

LATIVM, (λάτιον,) vt ait Plinius lib. 3. cap. 5, ea pars Italiæ est, vbi sunt Tyberina ostia & Clostra Romana. Dictum Latium à latendo, quòd illic latuerit Saturnus, Iouem filium fugiens. Ouid. 1. Fast. 48,
Dicta quoque est latium terra latente deo. Virg. lib. 8. Aen. 65.
–Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Varro autem Latiū dici putat, quòd latet Italia inter præcipitia Alpium & Apennini. Est autem duplex Latium, vt dicit Seruius, Vnum à Tyberi vsque ad Pondostaliud inde vsque ad Vulturnum. Latium verò antiquum, vt ait Plinius lib. 3. ca. 5, à Tiberi Circeios seruatum est M passuum L longitudine. tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis sæpe mutatis re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuere aliis alii temporibus, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli, Et vltra Circeios Volsci, Osci, Ausones, vnde nomen modo Latii processit ad Latin amnem. Colu. in præf. lib. 1. 18, In hoc Latio, & Saturnia terra, vbi dii cultus agrorum progeniem suam docuerant, ibi nunc ad hastam locamus. Cic. pro Archia, 3, Studiaque hęc & in Latio vehementius tum colebantur.

Bacetio oblitæ Latio. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 15. 5, Mirificè capior facetiis maximè nostratibus, præsertim quum eas videam primum oblitas Latio, tum, quum in vrbem nostram est infusa peregrinitas nunc verò etiam Brachatis & Transalpinis nationibus, vt nullum veteris leporis vestigium appareat.

Ferox Latium. Horat. 1. Carm. ode 35. 2.

Fœlix Latium. Horat. in Carm. seculari, 14.

Latios, Adiectiuum. (λάτιος,) Colu. lib. 1. in Præf. 25, An Latiæ musæ nõ solos adytis suis Accium & Virgilium recepere, sed eorum & proximis & procul à secundis sacras concessere sedes?

Agri Latii. Ouid. 3. Fast. 122.

Arces Latiæ. Ouid. 15. Metam. 117.

Gens Latia. Ouid. 4. Fast. 9.

Lingua Latia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 15.

Latialis, & hoc Latiale, pen. prod. (λατινόμ@,) Quod est ex Latio. vt Latialis Iupiter, apud Ciceronem pro Milone. 65. Lucan. lib. 1. 40.

Caput Latiale. Lucan. lib. 1. 106.

Latialis sermo, Romanus & Latinus, quo Latini primum vsi sunt. Plin. lib. 3. cap. 1. 4, Ex his digna memorato, aut Latiali sermone dictu facilia. Id est, Latino.

Latialis doctrina. Macrobius libro 1. ca. 1, Doctrinæ Latialis haud inscisi.

Latinus, pe. prod. Aliud adiectiuum. (λατῖν@,) Virgilius 1. Aeneid. 2,
–genus vnde Latinum.

Carmen Latinum. Horat. 1. Carm. ode 32. 1.

Latinæ consuetudini tradere. Colum. in Præfat. lib. 12, Hæc in Oeconomico Xenophontis; & deinde Cicero, qui cum Latinæ consuetudini tradidit. Id est Vertit in Latinum sermonem.

Latinæ feriæ. Varro 4. de Lingua Lat. Latinæ feriæ dies conceptiuus dictus à Latinis populis, quibus ex Albano monte ex sacris carnem petere ius fuit cum Romanis, A quibus Latinis, Latinæ dictæ. Hactenus Varro. Cic. pro Plancio, 18, Quibus è municipiis vix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur. Idem Attico, lib. 1. 1. 12, Auiam tuam scito desyderio tui mortuam esse: quòd vertra fit, ne Latinæ in officio nõ manerent, & in montem Albanum hostias non adducerent.

Fides Latinę. Horat. 1. epist. 3. 3.

Gens Latina. Virg. 8. Aeneid. 11.

Latina lingua locupletior Græca. Cic. 1. de Fin. 15, Ita sentio, & sæpe disserui, Latinam linguam non modo nõ inopem, vt vulgò putarent, sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam.

Vertere in Latinum, hoc est in Latinam linguam. Quintil. lib. 10. cap. 5, Vertere Græca in Latinum, veteres nostri oratores optimum iudicabant. Sub. sermonem.

Verbis Latinis miscere Græca. Horat. 1. Serm. saty. 10. 4.

Parum Latina vocabula. Martialis lib. 2. 8.
Siqua videbuntur chartis tibi lector in istis
Sitte obscura nimis, siue Latina parum.

Voce Latina loqui. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 8.

Vrbs Latina. Virg. 9. Aeneid. 74.

Latinè, pe. prod. Aduerbium. (λατινιστί,) More Latinorum. Cice. 6. Verr. 2, Latinè me sciroteinon accusatorie loqui. Idem 7. Philip. 228, Antonium, quem gladiatorem non ita appellauit, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed vt appellant ii, qui planè & Latinè loquuntur.

Latinè scire. Cic. pro Cecin. 41, Quid enim facilius est, quàm probari iis, qui Latinè sciant, in vno seruulo familiæ nomen non valere? Liu. 1. ab Vrbe, 119, Terror ad hostes transit, & audiuerant clara voce dictum, & magna pars Fidenatium, vt qui coloni additi Romanis essent, Latinè sciebant.

Latinitas, pen. corr, pro Latino sermone. Cic. ad Atticum, lib. 14. 308. 1, Etsi Latinitas erat non ferenda. Eidem, lib. 7. 123. 14, Secutusque sum non dico Cæcilium, mane vt ex pertu in Perręum (malus enim author latinitatis est) sed Terentium: cuius fabellę propter elegantiam sermonis putabantur à C. Lælio scribi.

Latiniensis, & hoc Latiniense, (λατινιήσι@,) Idem quod Latinus. Cic. de Aruſp. respon. 18, Quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu.

LATMIVS mons. Vide LAMIVS.

LATMVS, (λάτμο@,) Plinio, Ionię mons nobilis, ob Endymionis fabulam, quem aiunt à Luna adamatum in eodem obdormiuisse. Dicit tamen Cicero lib. 1. Tusc. quæst. eum in Latmo obdormiuisse, & in somnis à Luna deosculatum.

Latomiae, vel latumiæ, latumiarum, (λατομίαι,) Lapicidinæ, & metalla saxaria. Liu. lib. 6. de bello Puni. Comprehensa postea priuata ædificia, comprehensie latomię, forumque piscatori. Cic. 7. Ver. 111, Carcer ille qui est à crudelissimo tyranno Dionysio factus Saracusis, quæ Latomiæ vocantur, in illius imperio domicilium Romanorum fuit. Vide LATVMIAE.

Ad latomias damnari solebant ii, qui in opus metalli damnabantur. Apud Plautum in Cap. 1. 2. 65, Tindarus in latomias lapidarias ab Egione damnatur. Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias.

Latomus, latomi, penult. correp. m. g. (λατόμο@,) Lapicida, qui lapides cædit.

LATONA, pen. prod. (λητώ,) Cei filia, à Ioue dilecta pariter & oppressa. Apollinem & Dianam peperit. Vnde Apollo Latoides, & Diana Latonia dicitur. Virg. 9. Aeneid. 82,
Tu dea, tu præsens nostro succurre labori

Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Similiter Delos, vt ait Seruius, dicta est Latonia, quòd in ea Latona enixa sit Dianam & Apollinem.

Genus duplex Latonæ. Virg. 12. Aeneid. 40.

Filius Latonæ, Phœbus. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 15.

Puer Latonæ. Phœbus. Horat. 4. Carm. ode 6. 8.

Candida Latona. Claud. 5. Paneg. 37,

Dilecta Ioui Latona. Horat. 1. Carm. ode 21. 1.

Latonius, Adiectiuum. (λητοΐος,) vt Proles Latonia. Ouid. 8. Metamor. 3.

Stirps Latonia. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 1.

Velox Latonia. Stat. 9. Thebaid. 136.

Luna Latonia. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 6.

Delos Latonia. Virg. 3. Georg. 2.

Latonigenæ dii, (λητογενεῖς,) Apollo & Diana. Seneca Agamem. 5. 5.

Duo Latonigenæ. Ouid. 6. Metam. 32.

Latõus, pen. prod. (λητῶος,) Apollo. Horat. 1. Carm. ode 31. 4,
Frui paratis, & valido mihi Latoe dones,

Lator, latoris, Verbale à fero, fers, Vide FERO.

Latria, latriæ, pen. prod. Latinè cultus, obsequium seruitus religionis. λατρεία.

Latrina, latrinæ, pe. pro. (ἀφοδοτήριον, ἀπὸ πατρ@,) Locus priuatarum sordium, & nonnunquam locus ad exonerandum ventrem accommodatus. A latendo. Apuleius de Asino, lib. 9, Omnia prorsus vt in quandam cœnosam latrinam, in eius animum conflauerant vitia. Varro lib. 1. de Analogia, deinde quũ breuitatis causa nomina contraherent, quo essent aptiora, pro lauatrina, latrinam nominauerant: sicut ex maxillis, axillis, & vexillis, malæ, alæ, & vela diminuta sunt. Colum. lib. 9. cap. 5. 1, Sed in ea parte, quę tetris latrinæ, sterquilinique & balinei libera est odoribus.

Latrina, in quam lotura proiicitur. Plaut. Curcul. 12. 24,
Non pluris facio, quàm ancillam meam quæ latrinam lauat.

Latro, latras, (ὑλάω, ὑλακτέω,) latrare, Proprium est canis: quem impetum facit & voce terret. Virg. eclog. 3. 4, –multum latrante Lycisca. Plau. Pœn. 18. 62, Etiamne meę in me latrant canes? Idem Amp. 15. 24, Nec gannio, nec latro. Cic. pro Rosc. Amer. 33. Quod illa luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui veneriant, &c. Horat. 1. epist. 2. 14,
–venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in syluis catulus.

¶ Latrare ad homines translatum, pro Vociferari, & intentiore voce clamare. Cicero 1. de Oratore, 121. Quid enim hic meus frater, ab arte mare. Cicero 1. de Oratore, 121. Quid enim hic meus frater, ab arte adiuuari potuit, quum à Philippo interrogatus quid latraret, fur em se videre respondit? Idem de Clar. Orato. 29, Latrant enim iam quidã oratores, non loquuntur. Idem pro Roscio Amer. 34, Deinde si voletis, etiam tum, quum verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latratore.

Rumperis, & latras magnorum maxime regum. Horat. 1. Sermonum, saty. 3. 17.

Latrare aliquid, Id est latrando dicere aliquid. Lucret. lib. 2. 4,
–nonne videtis
Nil aliud sibi naturam latrare, nisi vt cui
Corpore seiunctus dolor absit, mensque fruatur
Iucundo sensu, cura semota, metuque?

Latrare cum accusatiuo. Hor. 2. ser. saty. 1. 17,
–si quis Opprobriis dignum latrauerit integer ipse. Huc & illud pertinet. 1. epist. 2. 14,
–venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula.

Latror, latraris, Passiuum. (ὑλακτοῦμαι,) Plin. lib. 25. cap. 10. 7, Hanc habentes, negant, latrari à canibus.

Latratur, Impersonale. Ouid. 2. Trist. 91, Scit cui latretur, quum solus ob ambulat ipse.

Latrans, Participium. (ὑλακτῶν,) vt Colla latrantia canis. Propert. lib. 5. eleg. 18. 5.

Bella vndique latrantia'. Claud. 2. in Eutrop. 98.

Stomachum latrantem lenire. Horat. 2. Serm. saty. 2. 4.

Latrãtus, pen. prod. (ὑλαγμός@,) Aliud participium, vt
Caput latratum Capharei Stat. 1. Achil. 91, –inxtaque Caphareus
Latratum pelago tollens caput.

Latrãtor, pen. prod. (ὑλακτής,) Verbale. Virg. 8. Aeneid. 59.
Omnigenumque deũm monstra, & latrator Anubis
Contra Neptunum, & Venerem, contraque Minerram

Tela tenent. Vbi Seruius, Latrator quia canino capite pingitur. hunc volunt esse Mercurium, ideo quia nihil est cane sagacius.

Anubis latrator. Ouid. 9. Metam. 159.

Latrãtus, huius latrãtus, pen. prod. (ὑλαγμός,) Ipse latrandi actus. Plinius lib. 8. cap. 40. 1, Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percussorem domini, laniatu & latratu adactum vt cogeretur fateri scelus? Ibidem, cap. 32. 4. Et lib. 7. cap. 2. 13.

Latratus grauis. Var. 2. de Re rust. cap. 9. 4. Sene. Her. fu. 9. 36.

Aper actus latratibus. Ouid. 2. Fast. 97.

Claris latratibus actus cernus. Ouid. 13. Metam. 173.

Dare latratus Seneca Medea, 10. 11.

Vagis latratibus impler dumeta venator, Silius lib. 3. 60.

Intonare latratu ingenti, Vide INTONO.

Remugit nemus latratu. Seneca Thyeste, 8. 11.

Sæuit canum latratus in auras. Virg. 5. Aeneid. 52.

Turbare apros latratu. Virg. 3. Georg. 83.

Latro, latrõnis, com. g. (λῃστὴς, λῃστεύω, ὁδοιπορικός,) Græca dictio est, qua significantur viarum obsessores, qui publicè vel per vim furantur, quod à latere adoriantur, vel à latendo: quòd latenter in fidientur, authore Festo. Cic. 2. Philip. 74, Erat ei viuendum latronum ritu, vt tantum haberet, quantum rapere potuisset. Sic. 2. Offic. 57.

Infesti latrones. Horat. 2. Serm. saty. 1. 9.

Insidiosus latro, Vide INSIDIOR.

Latronem, pro Venatore vsurpant nomunquam poetæ. Virgil. 12. Aeneid. 2, –fixumque latronis.

Impauidus frangit telum. Quum superius dixisset, Saucius ille graui venãtum vulnere pectus.

Latrones, apud antiquos dicebantur etiam conducti milites. ἀπὸ τοῦ λατρεύειν inseruire nam seruiebant mercede. Moris autem erat, vt hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Dicti quasi laterones, inquit Varro: quia circa, latera esse soleant. quos nunc satellites vocant, qui principis alicuius latus tuentur. Plaut. Mil. 3. 75,
Nam rex Seleucus me opere orauit maximo
Vt sibi latrones cogerem & conscriberem.

Latrũculus, latrũnculi, pen. corr. Diminutiuum. (λῃστήριον,) Cic. de Prouin. Consul. 12, Res in Sardinia cum Mastrucatis latrunculis à Propræ tore vna cohorte auxiliaria gesta.

Latrunculus, siue laterunculus, Qui & latro, est etiam quo ludimus sedecim scrupis gemina acie vtrinque directis, in quibus duo reges sunt inuicem contendentes, duæ regiæ, quatuor equites sedecim pedites qua tuor satellites, totidem centuriones. Martialis, Incidioforum si ludis bella latronum. Seneca, Latrunculis ludimus. Idem, Ludebat latrunculis, quum centurio, agmen, &c. Vulgus nostrum scachos vocat. Prælia latronum ludere. Ouid. 3. de Arte, 72.

Latrõcinor, pen. corr. latrocinãris, (λῃστεύω,) latrocinari, 'Latronum more prædari. Plaut. Mil. 9. 19,
–an quia latrocinaris, arbitramini
Quidnis licere facere vobis verbero? Idem Pœn. 9. 91, Sed hæc latrocinantur quæ dixi ego omnia. Idem Trinum. 8. 155,
Ibit istac aliquò in maximam malam crucem

Latrocinatum, aut in Asam, aut in Ciliciam. Cic. 1. de Natura deor. 118,
Tot millia latrocinantur morte propositarali omnia quæ possunt fa
na compillant. Idem 1. de Leg. 64, Ius esset latrocinari, ius adulterare, &c. Sic 2. in Catil. 37.

Latrocinari ex occulto, Plin. lib. 9. cap. 42. 3.

¶ Latrocinari, Mercede militare. Plaut. Curcul. Latrocinatus annos decem, mercedem accipio.

Latrocinatio, Verbale, Ipse latrocinandi actus. Plin. lib. 19. ca. 4, 10, Multitudinis innumeræ sęua latrocinatio.

Latrocinium, latrocinii, Idem, quod & vsitatius est. Colu. Et in ipso facto latrocinium. Cic. pro Rosc. Amer. 37, Quòd putares hic latrocinii, non iudicium futurum. Idem 3. Ver. 38, Tu quæ ex fanis religiosis per scelus & per latrocinium abstulisti, ea nos videre nisi in tuis, &c. Cæsar 8. bel. Gal. 97, Quia repentino latrocinio atque impetu mcolæ illorũ erant oppressi. Idem lib. 6. 64. Cic. 2. Offic. 56. Et 3. Verr. 107. Item Planco, lib. 10. 24. 7, Quibus subito impetu ac latrocinio parricidarũ resistat. Horat. 1. Serm. saty. 3. 25, –quum dicas esse pares res
Furta latrociniis.

Imago latrocinii. Ouid. 2. de Arte, 42.

Latrocinium castrense, Vide CASTRVM.

Agitare latrocinia. Tacit. lib. 12.

Conicere in latrocinium, Vide CONIICIO.

Nefarium latrocinium, Vide NEFARIVS.

¶ Latrocinium, Ipsa militia. Plau. Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptirasti.

Latrunculãtor, pen. prod. m. g. (ληστής,) Qui rerum capitalium iudex, siue quæstor appellatur, & vulgò iudex maleficiorum. Vlpianus li. 5. Digest. de Iudiciis, L. Solemus, Latrunculator de re pecuniaria iudicare non potest.

Latumiae, latumiarum, vel Latomiæ, aut etiam (vt alii volunt) λατομίαι, Lautumiæ, Lapidicinæ. Festus, Latumias ex Cræco & maximè à Syracusanis qui latumias & appellant & habent, ex quibus locis excisi sunt lapides ad extruendam vrbem. Vide LATOMIAE. Cice. 3. Verr. 9, Qui iuratus apud vos dixit multos ciues Romanos in latumius istius imperio crudelissimè per vim morte esse mulctatos. Idem 7. Verr. 113, Quæcunque nauis ex Asia, quæ ex Syria quæ Tyro, quę Alexandria venerat, statim certis iudicibus & custodibus tenebatur: vectores omnes in latumias coniciebantur.

Latus, (πεφορημένο@,) Participium à fero, fers. Vide suo loco. vt Latus lectica. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 8. 5.

Latus, latior, latissimus, (εὐρύς, πλατύς, λαυρός,) Spatiosus, amplus, laxus. Cuius contrarium est Angustus. Teren. Heau. 5. 1. 30,
Hic est intrò latus lectus.

Aditus latus, Vide ADITO.

Agri. Virg. 8. Aeneid. 2.

Area. Ouid. epist. 1. 15.

Campi. Virg. 2. Georg. 99.

Aequor. Horat. 1. epist. 2. 4.

Amnis. Virg. 1. Georg. 29.

Armi. Virg. 11. Aeneid. 129.

Flumina. Virg. 3, Georg. 43.

Humum latum habebat. Ouid. 5. Fast. 56.

Orbis latus. Horat. 1. Carm. ode 12. 12.

Lato ore ingens fenestra. Virg. 2. Aeneid. 97.

Pectus latum. Ouid. 1. Fast. 116.

Lata radice arbor. Plin. lib. 12. cap. 7. 5.

Regna latissima. Ouid. epist. 2. 22.

Latus vnguis. Plin. lib. 11. cap. 45. 1.

¶ Latus pectore. Mart. lib. 12. 34.

Latum pedum quinque faciunt. Colum lib. 3. cap. 13. 4.

Buccina tortilis in latum. Ouid. 1. Metam. 68.

¶ Erigi & latum fieri. Cic. 4. Acad. 219, Est enim animorum ingeniorum que naturale quoddam quasi pabulum consideratio cõtemplatioque naturæ. Erigimur, latiores fieri videmur humana despicimus.

Latè, Aduerbium, (πλατέως,) Id est multis in locis. Plin. epist. 163. li. 8, ad Fabatum, Quibus videor à meo, tuoque latere pronum ad honores, iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus.

Lucus latè sacer. Virg. 8. Aeneid. 120.

Latè victrices cateruæ. Horat. 4. Carm. ode 4, 5.

Aperire latius. Tacit. in vita Agricolæ, Proximus dies faciem victoriæ latius aperuit.

Audiri latius. Tacit. li. 19, Hæc atque talia flagrans oculis, truci voce, quò latius audiretur, &c.

Latè loca milite complent. Virg. 1. Aeneid. 99.

Latè longeque diffusa laus Pompeii. Cic. pro Corn. Balbo, 9.

Discedere latè. Virg. 4. Georg. 72.

Latius opinione disseminatum est hoc malum. Cic. in Catil. 78.

Latè diuisum atque dispersum bellum. Cic. pro Lege Manil. 12.

Effusum latè mare. Horat. 1. epist. 11. 6.

Fusus latius locus. Quintil. lib. 6. cap. 5. 9, Sed hic quia latius fusus est locus, &c.

Latius loqui. Cic. 2. de Finib. 19, Rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat, quòd latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius.

Latè patet, & ad multos pertinet hæc ars. Cice. 1. de Orat. 110. Et 1. Offi. 130, Hoc latissimè pateat, ad plurimosque pertineat. Idem 1. de Fin. 55, Atque hæc ratio latè patet. Ibidem, lib. 5. 116, In omni autem honesto de quo loquimur, nihil est tã illustre, nec quod latius pateat, quàm coniunctio inter homines hominum.

Latissimè patere. Cic. 3. Offic. 37, In quo vitio latissimè patet auaritia.

Patens latè. Ouid. 4. Fast. 101.

Longe lateque remotus à vulgo. Horat, 1. Serm. saty. 6. 4.

Late atque instatè omnia perscribere ad aliquem. Cæsar 2. bel. Ciuil. 68.

Sparsa latè vestigia currus. Ouid. 2. Metam. 64.

Late vagatus ignis. Liu. 4. bel. Pun. 215. Cæsar 1. bel. Gal. 9, His rebus fiebat, vt & minus latè vagarentur, & minus facilè, &c.

Vagabitur nomen tuum longè atque latè. Cic. pro M. Marcello, 17.

¶ Latius, pro Diuturnius. Plin. lib. 3. epist. 10, Cuius famæ latius consule-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, si dispensata & digesta fuerit.

Latitudo, pen. prod. latitudinis, f. g. (εὐρύτης, πλάτος, πάχος, πλακοῦς,) Plin. lib. 10. cap. 71. 1, Alia latitudine ruunt. Cic. 1. de Nat. deorum, 76, In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum.

Crescere in latitudem, Vide CRESCO.

Latitudo possessionum. Cic. 3. de Lege agrar. 70, Qui latitudinem possessionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non possunt.

Latitudo verborum. Cic. 2. de Orat. 51, Oris prauitatem & verborum latitudinem imitatur.

Lateſco, lateſcis, (πλατύνομαι,) latescere, Latum fieri & in latum extendi. Colum. lib. 1. cap. 10. 19, Iugerum agri non amplius quatuor (extatis raporum seminis obserendum est, quarta parte amplius napis spargendum; quia non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Cic. in Arato, 41, Hic equus à capite & longa ceruice latescit.

Latifolia, latifoliæ, & Latifolium, (πλατύφυλλον,) Quod lata habet folia. Plin. lib. 15, Distinctio myrti latiuæ atque sylueſtris, & in vtraque latifoliæ. Idē lib. 15. cap. 7. 3, Optima laurus ad id latifolia, sylueſtris, nigra baccis. Simile est è myrto nigra, & hæc latifolia melior.

Latifundium, latifundii, (εὐρυχωρία,) Quod habet latum fundum & magnum; vel fundus latus & amplus. Plin. lib. 17. cap. 12. 25, Latifundia, ob legitima naturæ festinatio. Id est, non potest vna certa ratio præscribi putandæ vineæ in magnis prædiis, quòd aliæ serius id, aliæ maturius desiderant. Idem lib. 18. cap. 6. 4, Latifundia perdidere Italiam. Varro 1. de Re rust. cap. 16. 4, Iraque in hoc genus colonī potius annuos seriōs habent vicinos quibus imperent, medicos, fullones, fabros, quàm in villa suos habeant; quōd nonnunquā vnius artificis mors tollit fundi fanctum; quā partem latifundii diuites domesticæ copiæ mandare solēt.

Latuſclauus, laticlaui, pen. pro. (πλατυσήμων,) Vestis Senatoria; dicta à textura. Quæ etiam vestis pro Senatoria dignitate acolpitur. Plin. epist. 33. 2, Ego Sexto latumclauum à Cæsare nostro, ego Quæsturam impetraui. Idem epist. 176. 2, Latumclauum in domo mea induerat; suffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat. Martialis lib. 4. 41, in hendecasyllabo, Et lato variata mappa clauo. Tunica erat purpura prætexta, latior tunica vulgari, longior quàm discincta; cui toga superintexta, duebatur, vt tunicæ Senatorem describens Horat. 1. Serm. saty. 5. 8, dixit, –& latum demisit pectore clauum. Ex Budæo. Plura si voles, requirito apud Bayfium in libello de Re vestiaria. Plin. lib. 8. cap. 48. 4, Nam tunica laticlaui in modum gausapē texi nunc primùm incœpit. Vide CLAVVS.

Latiore clauo Tullus Hostilius primus è regibus Romanis vsus est; quem è purpura fuisse contextum docet Plin. lib. 9. cap. 39, Nam longa prætexta & latiore clauo, &c.

Hac veste vtebantur etiam sacerdotes. Silius, Sacrificam lato vestem distinguere clauo.

Laticlaui, (πλατυσήμων,) Senatores appellati sunt, à lato clauo quo vtebantur. Suet. in Augusto, Ac ne expers castrorum esset, binos plerumque laticlauios præposuit singulis alis.

Laticlauia tunica. Valerius lib. 5. cap. 1, Et tunica laticlauia donatum ad Masinissam remisit.

Latus, literis, pen. corr. n. g. (πλευρά, λαγών, πάχος, πλευρόν,) Quod est infra axillam. Virg. 2. Aeneid. 79,
–lateriqué Argiuum accommodat ensem.

Artifices lateris. Ouid. 3. de Arte, 71,
Artifices lateris, scenæ spectacula amantur.
Tantum mobilitas illa decoris habet.

Conatus laterū, Quintil. lib. 1. cap. 1. 5, Laterū conatus sit ille, nō capitis.

Dolor laterum. Horat. 1. Serm. saty. 9. 7.

Inclinatio laterum fortis non vitiis. Quintil. lib. 1. cap. 11. 11.

Inflexio laterum. Cic. 3. de Orat. 122.

Ardua latera. Virg. 3. Aeneid. 134.

Forte latus. Horat. 1. epist. 7. 6.

Inualidum latus. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 3.

Longum latus. Senec. Hippol. 1011.

Longo nullo lateri modus. Virg. 3. Georg. 11.

Niueum. Virgil. eclog. 6. 11. Ouid. 1. Metam. 171.

Patiens laboris latus. Quintil. in Proœ. lib. 1. 20.

Rigidum. Stat. 6. Thebaid. 42.

¶ Ensis accinctus lateri, Vide ACCINGO.

Accommodare ensem lateri. Virg. 2. Aeneid. 79.

Adhærere lateri, Vide ADHAERBO.

Adiungere aliquem lateri filii. Quintil. lib. 1. cap. 2. 5, Licet & nihilominus amicum grauem virum aut fidelem libertum lateri filii sui adiungere.

Astare in latus obliquum, hoc est Verso latere versus aliquem. Ouid. 3. Metam. 38, In latus obliquum tamen astitit, oraque retro Flexit.

Cieuxit latus ensē. Ouid. 2. Fast. 117.

Latus conserere lateri. Ouid. epist. 2. 12.

Extentum cursu missa latus euit hasta. Ouid. 12. Metam. 96.

Exoluere à latere pugionem. Tacit. lib. 19, Ailistenti Consuli (Cæcilius simplex erat) exolutum à latere pugionem, velut ius necis, vitæque ciuium reddebat.

Exonerare latus ense. Sene. Agamemn. 6. 7.

Hæret lateri lethalis arundo. Virg. 4. Aeneid. 15.

Munire latus nauis. Ouid. 11. Metam. 98.

Latus ense peregit. Ouid. epist. 4. 24.

Resoluit latus ense. Ouid. ad Pisonem, 19.

Ima soluuntur latera. Virg. 3. Georg. 105.

Submittere latus. Ouid. 3. Metam. 5, Procubuit, tenerasque latus submisit in herbas.

Latus mundi, Regio. Horat. 1. Carm. ode 22. 4.
Quōd latus mundi nebulæ, malusque.
Iuppiter vrget.

¶ Latus, pro viribus & spiritu. Cic. de Senect. 25, Neque enim ex te vnquam nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. Plinius epist. lib. 3, Verebamur ne nos dies, ne vox, ne latera deficerent. Græci hypocondria vocant.

¶ Homines à latere, Id est chari & amici principum, & qui eorum lateribus semper adsunt. Cortius lib. 5, Quum ad perniciem eius etiam à latere ipsius pecunia sollicitaret hostis. Liu. 4. bel. Pun. Ab latere iuste eos nominat tyrannī, quorum capita vilissima fingēti inter dolores gemitusque occurrerunt.

¶ Campi latus. Ouid 10. Metam. 134.

Latera insulæ, pro extremis vtrinque partibus. Cic. 1. de Leg. 12,
Fibrenus diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit.

Aequa latera. Quintil. lib. 1. ca. 10. 31, Triangula ipsa plus æquis lateribus, quàm inæqualibus.

Lateralis, & hoc laterale, pen. prod. Plin. li. 21. cap. 11. 4, Idem si lateralis dolor sit, aut inter scapulas, aut in thorace.

Latusculum, penult. cuer. Diminutiuum. (πλευρίδιον,) Cutul. ad Tullum, epig. 22. 2,
Ne laneum latusculum, manusque mollicellas
Iniusta turpiter tibi flagella conscribillent.

Speculorum latuscula, Id est parua latera. Lucret. lib. 4. 69,
Quinetiam quæcunque latuscula sunt speculorum.

Laterani, (θεμελιοῦχοι,) dicuntur satellites, qui principis alicuius latus tuentur, qui etiam laterones & latrones dicuntur. Vide LATRO.

Laterarius, Adiectiuum vt Laterarium lignum, Vitruuius lib. 10. cap. 13, Ipsi autem. Lateraris circà fixis continentur, teguntūrque tabulis maximè palmeis.

Lauacrum, Lauatio, Vide LAVO.

Laudicoenus, (ἀναυδέστατος,) Pli. epist. 58. b, Sequuntur alio res auditoribus similes, conducti & redimuntur mancipes, Conuenitur à conductis & redemptis in media basilica, vbi tum palam sportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicio pari mercede transitur. Inde iam non inurbanè σαφοκλῆς vocantur ἀπὸ τοῦ σαφῶς καὶ καλῶς ἄειδειν. Iisdem Latinum nomen impositum est laudicœnis; tamen crescit in dies fœditas vtraque lingua notata.

Laudo, laudas, (αἰνέω, ἐπαινέω, αἰνίζομαι, ἐπαινίζω, ἐπαμφοτέω, ἐμμελέω, κοσμέω,) laudare, Verbis extollere. Virgil. 2. Georg. 83, –laudato ingentia rura. Exiguum colito. Cic. pro Flaccō, 50, Sic optimatum consilio gubernatur, vt omnes eius institutra laudare facilius possint quàm æmulari.

Probare & laudare. Plaut. Trinum. 17. 15, Laudo consilium & probo. Cic. Ruffo, lib. 5. 10. 14, Quam quidem omnes nō solum probant, sed etiam laudant.

Laudare alterum ad aliquem. Vide AD præpositionem.

Laudare cum exceptione, id est Non integre. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 5. 1, Vnum est quod tibi ego præcipere non desinam, neque te patiar (quantum erit in me) cum exceptione laudari, omnes enim qui illinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis summis laudibus excipiant vnam iracundiam.

Laudare laudibus. Plaut. Capt. 7. 63,
–pol istic me haud centesimam
Partem laudat, quàm ipse meritus est, vt lauderur laudibus.

Ore alicuius laudari. Ouid. ad Liuiam, 33.

Carmine laudari alicuius. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 12.

Laudatur vtilitate, non arte. Cic. 1. de Finib 67.

¶ Laudare, Nominare. Plaut. Capt. 7. 63,
Id scias, Iouem supremum testem laudo Aegio,
Me infidelē non futurum Philocrati. Quo tamen in loco, non testē laudo, sed testem do, vulgò legitur; sed mendose, vt ex Nonio apparet. Laudare (inquit Macrobius lib. 6. Satur. ca. 7,) significat prisca lingua nominare, appellareque. Sic in actionibus ciuilibus author laudari dicitur, id est nominari. Budæus.

Laudare tamen, quod verbum est ipsum iuris, siquis diligenter aduertat, non modò nominare, vt Gellius & Macrobius, & Nonius dixerūt; sed etiam nominatim citare significat & appellare; hoc est, Iudicio dictato interpellare.

Cic. 3. de Orat. 59, de Carneade loquens, Huius ego, etsi multos auditores cognoui Athenis, tamen authores certissimos laudare possum, & socerum meum Scæuolam, qui eum Romæ audiuit adolescens, & Q. Metellum familiarem meum. Ibidem, 104, Atque hæc quidē ab his philosophis, quos tu maximè diligis Catule, dicta sunt; quod eo sæpius testificor, vt authoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. Id est, his philosophis nominatim citandis, & tanquam ad testimonium dicendum euocandis, quos authores harum rerum habeo.

Idem de Claris Orat. 21, Et pro Flacco. 72, His tu igitur epistolis Deciane recitatis, his mulierculis productis, illo absente authore laudato, tantum te crimen prolatum putasti, &c. Gellius lib. 3. cap. 16, Varro vndecimo mense nasci hominem posse dicit; eiusque sententiæ tam de octauo, quàm de vndecimo mense, Aristotelem laudat authorem. Pōponius in L. Tenetur. De actionibus empti & venditi, Si tibi iter vendidero, ita demum authorem me laudare poteris, si tuus fuerit fundus cui acquirere seruitutem voluerit. Laudare authorem Modestinus, & Pomponius, quo modo & Cicero, pro Nominatim citare posuerunt & ad sui defensionem accersere, appellareque, Quod vulgò summare dicimus. In quo significato etiam accipitur in Lifecunda, de In litem dando tutore, Codice. Id autem Cellius Macrobiusque significare mihi videntur quum dicunt prisca lingua esse nominare, appellareque. Budæus.

Laudando concipit ignem. Ouid. 10. Metam. 116.

Laudandus, Gerundiuum; (ἐπαινετέος) vt loci non laudandi. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 13.

Voluntas laudanda est. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 16.

Laudātus, pen. pro. (ἐπαινετός,) Participium, siue Nomen ex participio. Plin. lib. 36. cap. 21. 5, Sed & si pumices qui sunt in vsu corporum læuigandorum feminis, iam quidem & vitis, atque (vt ait Catullus) libris, laudatissimi sunt in Melo, Scyro, Aeolia insulis.

Abundē laudatus. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 7.

Falsò laudata femina. Oui. 3. Amor. eleg. 11. 9.

Forma laudata. Ouid. epist. 15. 27.

Laudatissima forma. Ouid. epist. 18. 27.

Virgo laudatissima dote formæ. Ouid. 9. Metam. 144.

Lauditor, pen. prod. Verbale. (ἐπαινέτης,) Cic. 6. Ver. 16, Tametsi quæ est ista laudatio, quum laudator interrogatus lædat necesse est? Idem pro Fonteio, 6. Eo vos iam laudatore & teste vtemur.

Laudator voluntarius. Cic. 6. Verr. 126.

Nolo esse laudator, ne videar adulator. Authore ad Herenn. lib. 4. 178.

Adhibere laudatorem, Vide ADHIBEO.

Dare laudatores alicui. Quintil. lib. 3. cap. 7. 2, Et ipsis etiam reis dare laudatores licet.

Laudatrix, pen. prod. Verbale fœmin. (ἐπαινετίς,) Cic. 3. Tusc. 7, Vitiorū laudatrix fama popularis.

Laudatrix venus est insidiosa mihi. Ouid. epist. 16. 26.

Laudatio, Verbale. (αἶνος,) Est ipsa laudantis oratio. Cice. pro Fonteio, 4, Vos autem absens orat atque obsecrat, vt sua religio, laudatio, authoritas, aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. Idē 2. de Finib. 183, Lege laudationes Torquate, non eorum qui sunt ab Homero laudati, &c.

Præclara laudatio. Cic. 4. Verr. 9.

Funebres laudationes. Quintil. lib. 3. cap. 7. 2.

Decernere laudationem, Vide DECERNO.

Laus & Laudatio differit. Senec. epist. 103, Præterea aliud est, laus aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem; cuius officium oratione conflat.

Laudabilis, & hoc laudabile, pen. corr. (αἰνετός, ἐπαινετός,) Quod meritò laudari debet. Plaut. Persa, 17. 1, Ae depol dedisti virgo operam laudabilem, probam, & sapientem, & sobriam. Laudabilis vita, apud Ciceronem de Amicitia, 12. Et 1. de Finib. 65, Rectæ & laudabiles res. Et ad Catonem, lib. 15. 6. 4.

Carmen laudabile. Horat. de Arte, 83.

Opus laudabile. Lucret. lib. 5. 32.

Laudabiliter, pen. corr. Aduerbium. (ἐπαινετῶς,) Varro 1. de Re rust. ca. 59. 1, Ideoque in iis qui cameras marmorato, & parietes, pauimentaque inducunt, laudabiliter facerent, quo frigidior focus sit. Cic. 5. Tusc. 18, Quid? ad recti honesti, laudabiliter, postremò ad bene viuendum satisne est præsidii in virtute?

Laudatiuus, pen. prod. Adiect. (ἐπαινετικός,) Quod laudat. Vnde Laudatiuum genus dicitur Demonstratiuum. Quintil. lib. 1. cap. 16, Laudatiuam totam, quæ est pars rhetorices tertia.

Laus, laudis, fœm. generis, (ἔπαινος, αἶνος, ἀγλαΐα, κῦδος,) Præconium, commēdatio, gloria. Virg. 5. Aen. 71, –primam merui qui laude coronam.
Terent. Adelph. 3. 3. 28, –di vostram fidem.
Vtrum studione id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum?

Laus dicta est ἀπὸ τοῦ λάειν, quòd propriè laus, sit populi de aliquo recta loquentis.

Laus cæsco Romæ, ex prouinciis Nemausensi, &c. Plin. li. 11. cap. 42. 1.

In laude olei nominatur id quoque. Plin. lib. 13. cap. 1. 1.

Beatus omni laudum cumulo. Stat. 4. Sylu. 3. 32.

Conspicuus laude, Vide CONSPICIO.

Dignus vir laude. Horat. 4. Carm. ode 8. 6.

Inclytus laude. Sene. Agamemn. 6. 2.

Potentes laude homines. Lucret. lib. 6. 3.

Aemulus laudis alicuius. Ouid. 6. Metam. 17.

Animus auarus laudis. Horat. 2. epist. 1. 37. Vide AVARVS.

Cupido immensa laudum. Virg. 6. Aeneid. 165.

Hæres laudis alicuius. Ouid. epist. 9. 22.

Imago falsa laudis. Quintil. lib. 5. cap. 8. 2.

Obtrectatio laudis, Vide OBTRECTO.

Perpetuitas laudis, Vide PERPETVVS.

¶ Antiquæ laudis res. Virg. 2. Georg. 45.

Armatæ laudes, Id est laudes pp arma & res bellicas. Claud. 2. Paneg. 1.

Attonsa, Vide ATTONDEO. Bellicæ laudes. Sene. Troade, 8. 7.

Blandæ laudes. Virg. 3. Georg. 38.

Continua laus, Vide CONTINEO.

Imperatoria laus, Vide IMPERO.

Inclyta laus. Sene. Hercul. Oetheo, 7. 29.

Marmoratæ laudes, Vide MARMOR.

Modica laus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 45.

Nascens laus, Vide NASCOR.

Numerosa laus. Ouid. ad Pisonem, 14.

¶ Abstrahere ad bellicas laudes, Vide ABSTRAHO.

Abest ab hac laude, Vide ABSVM.

Bellicis laudibus abundare. Cic. 1. Offic. 111.

Afferre laudem. Quintil. lib. 1. cap. 5. 45, Nam si recepta sunt, modicā laudem afferunt. Vide AFFERO.

Afferre laudem alicui. Virg. 12. Aene. 65, –alis allapsa sagitta est,
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta:
Quis tantam Rutulis laudem, casúne deúsne Attulerit.

Laude afficere. Cice. 2. Offic. 67, Ex qua ætate qui exercentur, laude affici solent. Agere laudes, Vide AGO.

Amittere laudem, Vide AMITTO.

Appetere laudem. Vide APPETO.

Ascisceré sibi laudem, Vide ASCISCO.

Afferere sibi laudes alicuius. Ouid. 1. Metam. 93.

Assumere laudem, & laudi, Vide ASSVMO.

Longa laude canendus. Stat. 8. Thebaid. 111.

Capere laudem, Vide CAPIO.

Celebrare laudes, Vide CELEBRO.

Celebratus laude illustri. Cic. pro Murena, 14.

Certare laudibus alicuius. Virg. 2. Georg. 28,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hemus,
Laudibus Italiæ certent.

Colligere omnium laudes, Vide COLLIGO.

Communicare laudem cum altero, Vide COMMVNICO.

Concedere laudem alicui. Cice. 1. de Orat. 13, Vt eorum quibus summa dicendi laus à nostris hominibus concessa est, &c.

Conciliare laudem. Quintil. lib. 2. cap. 7. 4, Et laudem sæpe maiorē, quàm si nostra sint, conciliant.

Condere laudes, Vide CONDO.

Coniungere laudem ad aliquid. Quintil. lib. 4. cap. 1, 11, Sed si laudem eius ad vtilitatem nostrę causæ coniunxerimus, &c.

Consequi magnam laudem, Vide CONSEQVOR.

Contribuere alicui laudem, Vide CONTRIBVO.

Crescere laude postera. Horat. 3. Carm. ode 30. 2.

Crescere laude. Quintil. lib. 1. cap. 2. 20, Ideoque laude crescit, & impetu augetur.

Cumulare aliquem laudibus. Tacit. lib. 18.

Cumulatus orator omni laude. Cicero 2. de Orat. 11. Vide CVMVLO.

Debetur illi laus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 18.

Detenere laudes alicuius. Horat. 1. Carm. ode 6. 3.

Detrectare laudes. Ouid. 5. Metam. 50.

Dicere laudes alicuius. Virg. eclog. 6. 2.

Dicere laudem alicuius rei. Quintil. lib. 1. cap. 10. 15, Laudem adhuc dicere artis pulcherrimæ videor, nondum tamen eā oratori conifigere.

In laudem dicuntur. Gell. lib. 4. cap. 9.

Latè, longeque diffusa laus Pompeii, Vide LATVS adiectiuum.

Dare laude virtutis necessitati. Quintil lib. 1. cap. 8. 10, Et laudem virtutis necessitati damus.

Dare aliquid alteri laudi. Cice. pro Plancio, 72, Tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi datum est, hodieque est & semper erit maximæ gloriæ.

Duci laude ad peiora. Quintil. lib. 5. cap. 12. 17, Nam vt ad peiora iuuenes laude dicuntur, ita laudari in bonis gaudent.

Edunt obliuia laudem. Silius lib. 12. 234.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Efferre laudibus summis vsque ad cælum Cicero Dolabellæ,lib.9.14.3.
Egentes animi laudis.Virg.5.Aeneid.151.
Laudibus ad cælum extollere.Cic.ad Catonem,lib.15.4.31.
Facta mihi ferent laudem.Virg.11.Aeneid.159.
Insignis laude ferre aliquem.Virg.1.Aeneid.127.
Florere laudibus.Lucret.lib.5.157.
Fraudare aliquem debita laude.Quintil.lib.1.cap.14.1.
Habere laudes.Cic.de Opt.gene.Orat.144.Quod omnes laudes habet. id est optimum.
Habere laudes de aliquo.Cic.Attico,lib.13.290,1,Bruti nostri quotidianis,assiduisque laudibus,quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiauerunt, commotum istum aliquando scripsisti aliquid ad me. Ouid.epist.16.4.
Laudem non habet breuitas in eloquentia.Cic.de Clar. Orat.24. Et ibidem,56,Quorum neuter summi oratoris habuit laudem,
Imminuere laudem alicuius,Vide IMMINVO.
Impertire laudem,Vide IMPERTIO.
Incumbere ad laudem,Vide INCVMBO.
Laudem inuenire,Vide INVENIO,
Mereri laudem,Vide MEREO.
Mutuari laudem aliunde,Vide MVTVVM.
Natus laudi,Vide NASCOR.
Obsolescit laus.Tacit.lib.4.Ne Bleſi aounculi eius laus obsolesceret.
Obterere laudes maiorum,Vide OBTERO.
Occupauit laus omnia. Cic. pro Marena,11. Maledicto quidem idcirco nihil in hisce tebus loci est,quòd omnia laus occupauit.
Onerare laudibus,Vide ONERO.
Ornare laudibus veris aliquem.Cic.ad Q.fratrem,lib.2.7.10.
Pendere ex laude,Vide PENDEO.
Carmina vestrarũ peragũt præconia laudũ.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.9.
Amore laudum perculsus.Virg.9.Aeneid.40.
Spes magna laudis percussit cor meum.Lucret.lib.1.189.
Perferre laudem ex vrbe,Vide PERFERO.
Ponere in laude.Cic.5.Verr.181,Neque ego hoc in tua laude pono. Idẽ 3.de Orat.103,Rectè genus hoc numerorum,dummodo ne continuũ sit,in orationis laude ponetur.Et de Cla.Orat.72,Latine loqui est illud quidem(vt paulo antè dixi)in magna laude ponendum.
Egregiam laudem referre.Virg.4.Aeneid.19.
Scribere laudes.Quintil.lib.3.cap.4.5.
Scribere laudem alicuius.Quintil.lib.1.cap.15.10.
Magnæ laudi esse.Horat.2.Serm.saty.3.20, -hoc veluti virtute paratũ
Speraunt magnæ laudi fore.
Est tua laus,Laudandas es propterea.Cic.Thermo,lib.2.17.7.
Qui si dignum se maioribus suis præbuerit,vt spero & opto: tua laus ex aliqua parte fuerit.Idem pro Archia,Popoli Rom.laus est,vrbem amicissimam Cyzicenorum,&c.esse conseruatam,
Sumere laudem à crimine.Ouid.6.Metam.95.
Tactus cupidine laudis.Ouid.4.Trist.eleg.5.1.
Tollere aliquem laudibus.Horat.1.Carm.ode 21.2.
Tribuere laudem.Cic.Bruto,15.10, Quanquam ego illi tum verborum laudem tribui,eamque modicam.Idem Metello,lib.5.2.18,Ego doleo nõ solũ ignosco,sed summã etiã laudẽ tribuo.Propert.li.3.ele.14.1.
Venaria liquè laudibus,ac gratia. Tacit.li.11,Agrippina quoque haud procul alio suggestu conspicuam,iisdem,quibus principem, laudibus, gratiisque veneratiſunt.
Laudem vertit in crimina.Ouid.epist.8.11.

Lauer, laueris,neut.g.& aliquãdo fœmin. (σίον,) Herba quã metathesi literarũ vulgò berlam dicimus,& herolã.Pli.li.20.ca.8. 8,Lauer quoque nascens in rusis,cõdita & cocta,tormiinibus medetur.

LAVERNA,(φωρῶν θεὰ,)dea fuit,quam Romani coluere,à qua Lauerniones dicti sunt fures, quòd sub tutela deæ Lauernæ essent, in cuius obscuro loco soliti erant inter se furta diuidere.Hinc Lauernalis porta Romę dicta est ab æde Lauernę proxima.

Pulchra Lauerna.Horat.1.epist.17.11,In quem locum sic ait Acron,Lauerna,via salaria locum habet. Est autem dea furum & simulacrũ eius fures colunt,aut qui consilia sua volunt tacita.Dicta à lauando. Nam fures lauatores dicuntur. Cum silentio preces eius exercentur.Hactenus ille.Porphyrio,Lauerna dea furum & latẽre volentium.

LAVINIA,(λαβίνια,)Latini & Amatæ filia,vxor fuit Aeneæ, propter quam Turnus iratus,tum in Latinum quàm in Aeneam bella suscepit, à Mezentio imperatis auxiliis.Author Seruius.

LAVINIVM,(λαβίνιον,λαυίνιον,)vrbs quæ & Laurentũ,à Lauinio Latini fratre,vt scutit Seruius, Deinde Laurentum à lauro inuenta à Latino,dum adepto imperio quòd fratris mortem ciuitatem augeret. Lauinium verò à Lauinia Aeneæ vxore.Alii Lauinium à lauro Lauinio. Strabo distinit Lauinium à Laureoto.Dionysius Halicar,facit tres populos in Latio,Lauinienses Laureotes.& Lauinium.
Sedes sacræ Lauinii.Ouid.15.Metam.144.
Lauinius. Adiectiuum(λαυίνιος,)vt Arua Lauinia.Virgil.4.Aen,47.

Virgo Lauinia.Ouid.14.Metam.114.

Lauo, λούω,νίπτω,πλύνω,)lauare;Abluere,& aqua quæque sordida pargare.Plaut.Aulul.9.28, -an scin'etiam quomodo? Aquam hercle plorat.quum lauat,profundere.Idem Trucul.4.89,Visc illam,atque operire ibi,iam exibitinam lauabat.Terent.Eunuch.3.5.53,Abeunt lauatum,perstrepunt.Horat.1.Serm.sat.6,15, Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit. Ouid.lib.3.Fast.3,Sacra lauturas mane petebat aquas.Plin.epist,171.d,Dentes lauandos,fricandosque præbebat.Cic.1.de Orat.136,Illud egregium,Sextii, & ex tẽpore,Manus laua,inquit,& cœna.Terent.Heaut.4.1.5, -atque illo, si iam lauerit,mihi nuncia.Virg.10.Aeneid.146. Visceribus super accumbens lauit improba teter Ora cruor.
Omnes in fonte lauabo.Virg.eclog.3.10.
Reliquias vino,& bibulam lauere fauillam.Virg.6.Aeneid.46.
Membra lauabis aqua.Ouid.epist.7.18.
Lachrymis vulnera sæua lauat.Ouid.3.de Arte,148.
Studio gestire lauandi.Virg.1.Georg.78.
Ire lauatum.Horat.1.Serm.saty.3.28.
¶ Lauare peccatum suum.Terent.Phorm.5.8.80, Venias nũc precibus lautum peccatum tuum.
Lauo,lauis,laui,lotum vel lautũ,(λούω,)lauere,Idem.Plau.Truc.7.5.
Mihi quoque prę lassitudine opus est lauere.Idem Pseud.3.8,
Quid est,quod tu examinatus, iam hos multos dies
Gestas tabellas tecũ,eas lachrymis lauis? Cato cap.65, Si inquinata erit, lauito.
Sanguis ater lauit corpora.Virg.3.Georg.45.
Crines lauis amne Xantho.Horat.4.Carm.ode 6.6.
Mala dulci vino lauere.Horat.3.Carm.ode 12.1.
Ora manusque tua lauimus Feronia lympha.Horat.1.Serm. saty.5.5.
Proluuie larga lauere humida saxa.Lucret.lib.5.190.
Lauatio,lauationis,(πλύσις,)Ipse lauandi actus,aut lauacrum.Cic.ad Varronẽ,li.9.5.4,Faciam vt lauatio parata sit.Id est balneum. Celsi.li.11. ca.1.1,Inde quæ ad Lauationem,quæ ad exornationem, &c.Pli.lib.4. cap.45.3,Lauatione cũlidæ aquæ traduntur pinguescere.
Lauãcrum,lauacri,pen.prod.(λουτρόν,)Balneum in quo quis lauari commodè potest.Gellius lib.1.cap.2,Propulsabamus caloris incommoda Iocorum vmbra ingentium,longis ambulacris,& mollibus ædium penticum refrigerantibus lauacris.
Audus splendere lauacris.Claud.1.in Eutrop.82.
Lauatrina, Vide LAVTRINA.

Laurices, Plin.lib.8 cap.43.1,Leporum generis sunt & quos Hispania cuniculos appellat,fœcunditatis innumeræ, famemque Balearibus insulis,populatis messibus afferentes. Rursus ventre exectos,vel vberibus ablatos,non repurgatis interaneis,gratissimo in cibatu habent,laurices vocant.

Lautus,siue etiam lotus,(λελουμένος,)Participium, siue Nomen ex participio.Id est lauatus.Plaut.Persa,4.10, -lautum credo à balneis Iã hic affuturum.Terent.Phorm.2.2.25, Tẽne asymbolum venire vnctum,atque lautum à balneis?Plaut.Pœno 4.17, Nam quæ laura est, nisi perculta est,meo animo quasi nuenusta est. Cice.pro Deiotaro, 13,Quid igitur causę excogitari potest,cur te lautum voluerit,cenatum noluerit occidere?
In vnda lotus.Stat.1,Sylu.5.13.
Manus lautæ.Horat.1.Serm.saty.35.7.
¶ Lautus,(λαμπρός,κοσμικός,)Elegans,id est Mundus & splendidus, inquit Donatus.Cic.7.Ver.11,Quum iste atque ithius amici homines lauti,& vrbani,sermones hoinscemodi diffiparent. Plaut. Curcul.2.6. Tute tibi puer es, lautus,loces cerenm.Idem Pseud.4.31.
-facite vt offendam parata omnia,
Vorsa,præstega,strata,lautaque,coctaque omnia vti sint.
Militariter lautus. Tacit.lib.18,Vt primum tantæ multitudinis,offusam oculis caliginem diiecit.militariter lautus,læta omnia,& affluentia excepit.Significat autem Vespasianum non fuisse exquisitè, seu vrbana elegantia excultum.
Lautiores serui.Elegantiores Cic.in Parad.45.
Lauta opera.Plin.lib.13.cap.4.10,Sterilibus ad materias,operaque lautiora vtitur Assyria.
¶ Lautus,Diues,Nitidus,in veste & victu delicato. Terent. Heaut.4.5. 50,Omnes te in lauta & bene aucta parte putant.
Laura ciuitas,Opulenta & nobilis.Cic.Acilio,lib.13.55.1,In Halesina ciuitate ram laura tamque nobili coniunctissimos habeo. Sic 13.Philip. 356,Lautissimum oppidum.
Lautum patrimonium.Cic.pro Flacco,70.
Lautus cibus.Terent.Adel.3.3.71.Hoc falsum est,hoc adultum est.hoc Lautum est parum Lautissima cœna, apud Plinium epist.194. Martial.lib.5.102,Illa quidem lauta est,dapibusque instructa superbis.
Lautiorum cœnæ.Mart.lib,13.7.
Lautissimum continium.Plin.lib.14.cap.14.2.Catul.ad Porcium,45.1.
Colina lauta. Horat.2.Serm,saty.4.1.

Epulæ lautiores.Stat.1.Sylu.6.7.
Lautè,Aduerb.(λαμπρῶς,)Elegãter.vt Lautè vestitus.Plin.Casi.18.10. Lautè vestitus,exornatusq; ambulat.
Lautè diuersa.i.Cic.1 Verr.44.
Lautè loqui.Plaut.Milit.14.11,Loquit lautè,& minime sordidè.Teren. Eunuc.3.1.37,Facetè,lepidè,lautè,nihil supra.
Laute munus suum administrare.Terent.Adel.5.1.2,
Aedepol Syrisce te curasti molliter,
Lauteq; munus administrasti tuum.
Lautitia,lautitiæ,(πολυτέλεια,)Epularum magnificentia,à lauatione dicta,quia apud antiquos hæ elegantiæ quæ nunc sunt,non erant,& raro aliquis lauabat.Hęc Festus.Lautitia igitur munditia est quæ in vestitu & cibo fit.Pli.lib.9.cap.35,Q uum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis,superbo timul ac procaci fastu, vt regina meretrix lautitiam eius omnem apparatumq; obtrectans. Cic.Pæto, lib.9.16. 24,Fama ad te de mea noua lautitia veniet.
Lautia,lautiorum,(λαύτια,)Munera dicebãtur,quæ Romani per Quæstores legatis exterarum nationum mittebant,vt ait Plutarchus in Problem.vnde scribit Liuius lautia Attalo fuisse decreta.Festus, Dautia dicebant veteres,quæ lautia dicimus dabantur legatis hospitii gratia. Eid.8.bel.Pun.108,Locus inde lautiaq; legatis præberi iussa.
¶ Lautia etiam fœnuinc. Liuius,Ad hoc ędes,libera loca,lautiæ,legatis decreta.Budæus.
Lotura,lotũræ,pen.prod.(λαῦσις,)Lauatio.Plin.lib.33.cap.7.3, Differentiam artis esse,quòd alii minium faciunt primò lotura:apud alios id esse dilutas,sequentis autem lotura optimam.
LAVRENTIA,(λαυρεντία,)vxor Faustuli, Romuli & Remi nutrix. Vide Liuium 1.ab Vrbe,16. Ouid.3.Fast.11,
Non ego te tantæ nutrix Laurentia gentis,
Nec taceam vestras Faustu le pauper opes.
Laurentalia,(λαυρεντάλια,)festa dicebantur,quæ in huius Aceæ Laurentiæ honorem fiebant. Quid.3.Fast.13.
Vester honos veniet,quum Laurentalia dicam:
Acceptus genius illa December habet.
LAVRENTVM,(λαυρεντόν,)Nomen ciuitatis,q; ibi sepultus sit Tatius rex,qui à Laurentibus occisus fuit. Vel à sylua laurea,qua excisa ædificatus est vicus.Vel,vt ait Priscianus,à lauro ibi inuenta, dum Picus eam conderet.Vide Virgilium 7.Aeneid.11.Hinc
Laurens,Laurentis,Adiectiuum,& hic & hæc Laurentis,qui ex Laurento ciuitate est.Virg.7.Aeneid.35, -Laurentis regia Pici.
Populi Laurentes.Virg.6.Aeneid.179.
Puellæ Laurentes Stat.1.Sylu.2.33.
Arua Laurentia.Virg.9.Aeneid.21.
Tybris Laurens.Virg 5.Aeneid.460.

Laureotis, huius laureõtis,pen.prod.Cinerula quæ dum argentũ vilis argenteis sursum ascendentibus,ac deinde in areã decidentibus. Hoc alio nomine dicitur spodos.Plin.lib.34.cap.13.4, Fit & in argentifumacibus spodos,quam vocant laureotin. Vtilissima autem oculis affirmatur quæ fit in aurariis.Alia exemplaria habent laureotin.
LAVROLAVINIVM,vrbs Latii proxima Laurento.

Laurea, Vide LAVRVS.

Laurus, lauri,fœm.gen.secundæ,& Laurus,huius laurus,quartæ declinationis,sonantior autem est in secunda. Est genus arbis propriè dicatur,vel gratissima domibus fauitrix Cæsarum Pontificumque soli & domos exornat,& ante limina excubat. Duo eius genera tradit Gato:Delphicam & Cypriam.Pompeius Lenæus adicit quam mustaceam appellauit, quoniam mustaceis subiceretur.Hæc esse folio maximo,flaccidoque & albicante. Delphicam æquali colore,viridiorem,maximis baccis,atque viridi rubentibus. Hac victores Delphis coronari,& triumphantes Romę. Cypriam esse folio breui, nigro, per margines fimbricato,crispam. Et cætera quæ in eodem capite tradit Plinius. Lauri fruticem non teit fulmen, vt ait idem Plinius lib.cap,55.1.
Amantes carmina laurus.Stat.4.Sylu.6.10.
Laurus Apollinea,quia dicata est Apollini.Ouid.6.Fast.19.
Delphica lauro comam cingere.Horat.3.Carm.ode 30.4.
Fatidica laurus.Claud.3.Paneg.12.Vel quòd Apollini fatidico deo est dicata. Vel quòd (ex eius crematæ ſtrepitu futura colligebant: vt Porphyrius philosophus,& Iliados primo scribit Eustathius. Fragosius,enim combusta felicitatem portendere crediebatur.Tibul.lib.2.eleg. 6.20,At laurus bona signa dedit,gaudete coloni.Comità si tacia conflagrasset,triste erat augurium. Propertius, lib.2.eleg.19.9, Et tacet extincto laurus adusta foco.Vel quia,vt promittit Antiphon,& Philochorus,quibus Artemon atque Serapion Ascalonites astipulatur,& ex nostris Fulgentius Placiades,si quis lauri frondes sub puluillo capiti subiectas habuerit, is vera somnia noctu est visurus. Vide paulo

post,Venturi præscia laurus.
Fragilis laurus.Virg.8.eclog.16.
Martio.Claud.in Præfat.Paneg.2.4.
Nidiosissima,Vide NITEO.
Pacifera,Vide Pacifer in PAX.
Parnaside lauro vinctus caput.Ouid.11.Metam.34.
Peneia.Quia Daphne Penei fluminis filia,in laurũ mutata est.Vide Ouidium 1.Meta. Valer.1.Arg.79.Vide PENEVS.
Phœbea lauro cingentur tempora.Ouid.4.Trist.eleg.2.11.
Venturi præscia lauros.Claud.2.de rapiu Prof.22.De cuius epitheti ratione vide Parrhasium in Claudianum.Cęlium quoq; lib.5.cap.7.
Triumphales.Ouid.2.Amor.eleg.12.1.
Crinem innectere lauro.Ouid.6.Metam.35.
Laurea,laureæ.Folium lauri. Plinius lib.15.cap.30.10,Vnius arborum Latina lingua imponitur viris.Vnius folia distinguũtur appellationes lauream enim vocamus.
Cana laurea.Ouid.3.Fast.29.
Gratissima Phœbo laurea.Virg.eclog.7.13.
¶ Laurea,pro lauro aliquando ponitur. Horat.2.Carm.ode 15.2,Tum spissa ramis laurea feruidis.
¶ Laurea,Corona ex lauro facta,quæ in triumphis adhibebatur.Martialis lib.2 3.9,uæ daf ex Dacis laurea tota tua est.Cic.de Prouin.Cõsu. 28,Si in Capitolium inuehi victor cum illa insigni laurea gestiret.
Meritus linguæ lauream Cicero,Vide MEREO.
Apollinari laurea donandus.Horat.4.Carm.ode 2.2.
Mittere lauream ad aliquem. Tacit.lib.19,Ipse lauream prospere gestæ rei ad fratrem misit.
¶ Lauream,& laurum,& mutata diphthongo Ioream,pro eodem accipit Cato,lib.de Re rust.

Laureus,Adiectiuum,(δαφνινός,)Quod ex materia lauri est:vt Laurea corona.Liu.3.bel.Pun.45.
Laureus ramus.Plin.lib.15.cap.30.9.
Serta laurea.Ouid.1.Trist.35.
Lauretum,lauretí,pen.prod.(δαφνῶν,)Locus lauris consitus. Plin.li.15. ca.30.10,Durat & in Vrbe impositum loco,quando laurerũ in Auentino vocatur,vbi sylua lauri fuit.
Laureola,penult.correp.Diminutiuum.Cicero ad Atticum,libro 5.108. 6,Bibulus cœpit laureolam in mustaceo quærere. Hoc est,ex frinolis negotiis captare famam haud præclaram,neque magnificam.Est autẽ mustaceum siue mustaceus,libi genus,cui aliquid additur de virga lauri decoſum,ac decoquitur suppositis lauri foliis, vt indicat Cato libro de Agricultura.Vnde Plinius lib.15.cap.30,mustaceum dictum putat tertium lauri genus,quod ad eum vsum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis ornamentum ædium principalium ac pontificiarum. Hanc qui non poterant assequi lauream,in mustaceo quærebant laureolam.Cic.ad Atticum,lib.5.108.6,Bibulus,inquit,credo voluit appellatione hac inani nobis esse par. In eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere.Cicero in Prouincia res præclaras gesserat: Bibulus frigebat. Idem ad M.Cęlium Rufum,lib.2.9.4,qualẽcunq; triumphum laureolam appellat. Velles enim,ais,tantum modo vt haberem negotii quod esset ad laureolam satis.Erasmus.
Laureatus,pe.prod.Adiectiuum.Lauro coronatus. Festus,Laureati milites sequebantur currum triumphantis,vt quasi purgati à cede humana intrarent vrbem. Itaq; eandem laurum,omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat:vel q; medicamento siccissima sit, vel quòd omni tempore viret,vt similiter Resp.floreat.
Laureati fasces,Fasces laurea vel lauro circumuoluti, Cic.1.de Diuinat. 105,Visum tibi esse,quum in locis solis mœstus errares,C.Marium quũ fasciibus laureatis quærere ex te quid tristis esses. Plin.lib.35.ca.18. 2,Tantumque non cum laureatis fasciibus remitti illò,vnde creatis pedibus aduenissent.
Laureati lictores,qui laureatos fasces & laureas coronas gerunt. Cic.ad Atticum,lib.7.129.1,Subitò consilium cepi,vt antè quàm Iuceret,exirem,nequi conspectus fieret,aut sermo,lictoribus præsertim laureatis.
Laureatus vomer,per translationem.Plin.lib.18.cap.3.9, Ipsorum nunc manibus imperatorũ colebantur agri(vt fas est credere)gaudente terra vomere laureato,& triumphali aratore.
Laureati postes,Lauro coronati.Quintil.lib.8.cap.6.
Laureatæ tabellæ.Liuius Decade quinta,lib.5.3,Quum per Circum reueheretur ad foros publicos,laureatas tabellas populo ostendit.
Literę laureatæ.Liu.lib.5.Decad.5.
Prosequi gesta laureatis. Tacit.in vita Agricolæ, Ne laureatis quidem gesta prosecutus est. Subauditur, literis.
Lauriser,pen.corr.Adiect.(δαφνηφόρος,)Laurum ferens.Plin.lib.15 ca. 30.7,Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso.
Currus lauriferi.Lucan.lib.5.67.
Phœbus lauriser.Ouid.3.de Arte,78.
Lauriger,penultim.correp.Adiectiuum,(δαφνηφόρος,)Idem.Martialis libro 3.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

- laurigeros ageres quum læta triumphos. Idem lib.7.5,
Martia laurigera cuspide tela virent.
Lauricomus,pen.corr.Adiectiuum:vt Montes lauricomi.Luer.lib.6.31.
Laurinus,pe.cor.Adiect.(δαφνινός,)Quod est ex lauro.Pli.li.23.ca.4.9,
Oleū laurinū vtilius quo recētius.Idē lib.12.c.8,Itē laurino folio,&c.
Laurinis foliis.Plin.lib.19.cap.8.34,Exit & in cubitalem altitudinem,foliis laurinis,sed mobilibus,&c.Id est foliis lauri similibus.De lepidio.

Laus,laudis,Vide LAVDO.

Lautia,Lautitia,Lautus,Vide LAVO.

Laxamentum,Laxe,Laxatus,Vide LAXVS.

Laxus,(χαῦλος,εὔρυχωρος,)Adiectiuum à lato deducitur,& significat latum,& spatii maioris.Virg.3.Georg.34.
Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Cerui cī subnecte. Colum lib.1.cap.3.8,Nec dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus,quàm angustus eximiè.Plin.lib.1.cap.68.5,Mutuisque cædibus laxiorem facimus terram.
Paludes laxæ.Lucan.lib.2.15.
Laxus,Mollis,remissus,languidus,dissolutus.Virgil.1.Aeneid.14,
Et premere & laxas scirct dare iussus habenas. Vnde Laxi funes,Laxi rudentes:hoc est languidi,semiconsumpti.Virg.8.Aen.Et 2.Geor.
- & quum se lætus ad auras
Palmes agit,laxis per purum immissus habenis.
Amictus laxus.Ouid.3.de Arte,54.
Arcus laxus.Virg.11.Aeneid.175.Ouid.2.de Remed.amor.62.
Calceus laxus hæret in pede.Horat.1.Serm.saty.3.7.
Laxa domus,pro Ampla & spatiosa.Plin.in Paneg.82.
Funes laxi,Non contenti.Virg.8.Aeneid.142.
Ianua laxa.Ouid.3.Amor.eleg.1.10.
Sinu laxo ferre aliquid.Horat.2.Serm.saty.3.35.
Tunica laxa.Ouid.epist.15.50.
Laxissimæ habenæ amicitiæ.Cic.de Amicitia,42,Alienis nimis implicari,molestum esse:commodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitiæ,quas vel adducas quum velis,vel remittas.
Opes laxæ.Martial.lib.1.30, Et cuius laxas arca flagellat opes.
Laxum tempus,Laxa dies.Plin.epist.74.e,Fecit enim hoc quoque vt cætera impudentissimè, quòd post duos & Consulares, & disertos, tempus sibi & quidem Laxius vindicauit. Cic. ad Atticum, lib.6.1.1.28, Ego sic diem statuo satis laxam,quam ante si soluerint,&c. Id est,tempus satis longum. Proculus in L. Quum stipulatus.ff.de Verb.oblig. Quum ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim?Id est,quum diem protulerim.
Laxè, Aduerbium, (χαύνως,) Cic. pro Domo sua,88, Habitare laxè & magnificè voluit,deasque & magnas & nobiles domos coniungere.
Angustè & Laxè,contraria.Varro 2.de Re rust.cap.10.8,De numero pastorum alii angustius,alii laxius constituere solent.
Laxè distare. Plin.lib.13.cap.4.6, Laxeque distans, tantum cacumini filo adlæret.
Laxissimè vagari seu ferri. Plin.lib.2.cap.16.4, Ab his Mercurii stella laxissimè,vt ramen è duodenis partibus non amplius octonas perret.
Laxìm,Aduerbium,pro Latè. Martial.
- & adhuc superet centies tibi laxum.
Laxo, laxas,(διηνοίγω,ἀνίημι,χαυνόω,) laxare , Laxum facere, dilatare. Cic. ad Atticum,lib.4.86.5, Vt forum laxaremus, & vique ad atrium Libertatis explicaremus. Cæsar 1.bel.Gal.32.2, Signa inferre , & manipulos laxari iussit.
Arua laxant sinus.Virg.2.Georg.67.
¶ Laxare,Aperire,liberare.Virg.2.Aeneid.52,Laxat claustra Sinon.
Laxari à vinculis. Cic. de Senect.7, Qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferrent.
Astringere & Laxare,contraria.Cic.Attico,lib.6.1.3.2,De isto hactenus dixerim, me vel plurima vincla tecum summa coniunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima:tantum abest,vt ego ex eo quo astricti sumus,laxari aliquid velim.
Laxare animum à laboribus,Conquiescere.Liuius 2.bel.Maced.13,Philippum, quantum ab assiduis laboribus itinerum , pugnarumque laxauerat animum, tanto magis intantum in vniuersum euentum belli curæ angunt.
Laxat annona.Liuius 6.bel.Pun.107, Annona haud multum laxauerat: quia remoto maritimo præsidio subuehi frumentum non poterat. Id est, semper erat satis cara annona . Vbi videtur laxauerat accipi pro laxata erat.
Quies laxauerat artus.Virg.5.Aeneid.172.
Catenas laxare.Lucan.lib.10.11.
Corpora laxantur rugis.Ouid.3.de Arte,15.
Laxare curas somno.Virg.9.Aeneid.46.
Cætera per terras omnes animalia somno
Laxabant curas,& corda oblita laborum.
Curas laxare in otia.Claud.de magnete,4.5.
Ferrum laxatur ad vsus innumeros.Stat.1.Achil.86.
Frenos laxat populis furentibus.Lucan.lib.7.25.
Humus die laxatur.Ouid.epist.2.25.
Iras laxare.Stat.6.Thebaid.166.
Membra laxare quiete.Virg.5.Aeneid 168.
Munera Bacchi laxarunt duram mentem.Silius lib.11.58.
Laxare sese ab angustiis in latitudinem.Plin.lib.21.cap.5.1,Candor eius eximius,foliis foris striatis,& ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus effigie calathi.
Laxare sese molestiis.Lucilius ad Ciceronem,lib.5.14.6.
Tempus laxare,Id est extendere,producere.Seneca Medea,7.9,
Laxare certè tempus immitis fugæ Genero licebat.
Vincula laxare.Stat.1.Thebaid.27.
Laxātus,pen.prod.(χαυνωτός,ἠνυστός,)Participiū,siue Nomen ex participio.Plin.lib.19.ca.1.10,Maceratas indicio est mēbrana laxatior.
Laxatus curis.Cic.1.Tuscul.70,Quodque nunc facimus,quum laxati curis sumus,vt spectare aliquid velimus,&c.
Dolore laxata fœmina.Stat.5.Thebaid.122.
Aer densatus, & laxatus. Quintil.lib.5.cap.9.10, Densatus & laxatus aer facit vt sit inde ille animum concentus.
Classis laxata.Lucan.lib.3.109.
Laxatæ custodiæ,Id est remissæ.Liuius 1.belli Punici.
Pugnæ laxatæ.Liuius lib.1.belli Punici.
Ordines laxati.Tacit.lib.19,Laxati ordines abrumpuntur.
Laxata nocte lucida nitent claustra.Silius lib.13.111.
Laxitas,penul.corr.laxitātis,(χαύνωσις,εὐρυχωρία,) Dilatatio,relaxatio. Cic.1.Offic.194, Sic in domo clari hominis,in quam & hospites multi recipiendi sunt,& admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis.
Laxitas domus,Amplitudo & vacuitas quædam. Cic.pro Domo sua,8.
Laxitas viarum.Colum.lib.4.cap.18.2.
Laxamentum,laxamenti, (χάυνωμα,) Plin.in Paneg.136, An non plerique principes hoc idem tempus in aleam,stupra,luxum conferebant, quum feriarū laxamenta curarū, vitiorum contentione supplerent?
Laxamentum & veniam non habent leges,si modum excesseris.Liuius 5.ab Vrbe,12,Quis est qui spondeat,eundem,si differtur bellum,aut ab Vrbe,13, Leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem, utiliorémque inopi, quàm potenti: nihil laxamenti nec veniæ habere, si modum excesseris.
Dare legi laxamentum. Cic.pro Cluentio,71, Non modò cauſæ, sed ne legi quidem quicquam per Tribunos plebis laxamenti datum. Liuius 5.ab Vrbe,12,Quis est qui spondeat,eundem,si differtur bellum,aut mum postea fore? quum si laxamentum dederis, maior, si equidem, quique legatio iura sit,&c.

L E

Lea,leæ,(λέαινα,) quæ & leæna dicitur, est fœmina leonis , Lucret. lib.5.265, Irritata leæ faciebant corpora saltu.
Sæua lea.Ouid.4.Metam.11.
Leæna,leænæ,(λέαινα,) Virg.2.eclog.13, Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam. Plin.lib.8.cap.16.4, Is ergo tradit , leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos, vno minus, ab vno sterilescere.
Getulæ leænæ.Horat.3.Carm.ode 20.1.
LEANDER,(λέανδρος,) vel Leandrus , viri proprium, Herōis puellis amasius,ex Abydo vrbe.de his Musæus.Ouid.3.Trist.eleg.10.9,
Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset,
Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.Vide Ouidii epistol.17.& 18.
Leandrius,(λεάνδριος,) Adiectiuum denominatiuum: vt Hellespontus Leandrius,in quo Leander periit.Silius lib.8.124.
LEARCHVS,(λέαρχος,) Athamantis & Inus filius, quem pater furore arreptus occidit. Quod videns Ino , accepto Melicerta, alterò ex filiis,in mare se præcipitauit.Ouid.6.Fast.97.
Hinc agitur furiis Athamas sub imagine falsa
Tuque cadis patria parue Learche manu.
Inōus Learchus.Valer.lib.1.Argon.57.
Learchēus,pen.prod.Adiectiuum, (λεαρχικός,) Ouid.6.Fast.99,
Mœsta Learcheas mater tumulauerat vmbras.
LEBADIA, (λεβαδία,) vrbs Bœotiæ est, vbi Orchomenus & Cephysus amnes,arundinis tibialis fertilitate nobiles.
LEBEDVS,pen.corr.(λέβεδος,) ciuitas,quæ à Colophone centum & viginti stadiis distat.Hic scenicorum histrionū collegiū fuit,qui lodos & certamina Libero patri quotannis celebrabant.Horat.1.epist.11.2,
An lebedum laudas odio maris,atque viarum?
Scis Lebedus quàm sit Gabiis desertior,atque Fidenis vicis.

Lebes,lebētis, penul.prod.masc.gen. (λέβης,) Vas æneum, in quo quid igni applicamus vt ebulliat , vt docet Porphyrius in per nonum Iliados Homeri.Ouidius epist.3.7,
Viginti fuluos operoso ex ære lebetes.

Curui

Curui lebetes.Ouid.12.Metam.49.
Dodonæi lebetes,Vide DODONE.
Gemini ex ære lebetes.Virg.5.Aeneid.54.
LEBYNTHOS,(λέβυνθος)insula vna ex Cycladib?.Ouid.8.Met.45.
Dextra Lebynthos erat,fœcundaq; melle Calydna.

Lecanomaticus,pen.cor.(λεκανομαντικός,) Qui diuinat per pelues.Strabo lib.6.Geographiæ.
LECHAEVM,alterius maris portū appellari tradit Liuius in bello Macedonico.Græci λόεν portus ipsos vocāt.Stat.2.Syluā.2.7. Culmen ab Inoo fert semita tecta Lechęo.

Lecte,Vide LEGO,legis.

Lectica,Lecticarius,Vide LECTVS,lego.

Lectio,et Lectus,Particip.Vide LEGO,legis.

Lectus,lecti,m.g.(κλίνη,λέκτρον,κλινοστρώς,)locus super quo quiescimus.Dictus,vt ait Varro,quòd lectis herbis & frōdibus stramenta facerent.Vel vt Festus putat,ab alliciendo,q; fatigatos ad quiescendum alliciat.Vel à Græcis qui λέκτρον lectum dicunt.Plin.lib.14.cap.22.2,Iam verò alios lectum expectare non posse.
Iura socialia lecti.Ouid.3.Amor.eleg.10.9.
Succuba nostri lecti.Ouid.epist.6.31.
Archiaci lecti,Vide ARCHIAS.
Communes,Vide COMMVNIS,
Dapsilis,Vide DAPS.
Eburni.Horat.2.Serm.satyr.6.21.
Furtiui fœdera lecti.Tibul.lib.1.eleg.5.2.
Genialis.Horat.1.epist.1.28.
Iugalis.Virg.4.Aeneid.99.
Liber,Vide LIBER,liberi.
Obscœnus.Ouid.10.Metam.95.
Quassus ab imposito corpore.Ouid.epist.11.16.
Temerari fœdera lecti.Ouid.epist.5.21.
Vacuus Ouid.10.Metam.87.
Viduo discedere lecto.Ouid.epist.1.17,
Me pater Icarius viduo discedere lecto
Gogit,& immensas increpat vsque moras.
¶ Comminuit lectum potus.Horat.1.Serm.satyr.3.18.
Alienum lectum concutere.Iuuenal.Satyr.6.3.
Cubare in lecto,Vide CVBO.
Decidere de lecto,Vide DECIDO.
Imponere corpus lecto.Quintil.lib.6.cap.1.24,Corpus denique ipsum impositum lecto erat.
Incumbere lecto.Ouid.11.Metam.132.
Est in lecto. Cicer.ad Pætum,lib.9.23.1, Dixit te in lecto esse, quòd ex pedibus laborares.
Temerare lectum alicuius.Ouid.1.de Arte.49.
Lecto teneri,Decumbere,iacere,& morbo vexari.Cic.7.Ver.14,Nam pater grandis natu tamdiu lecto tenebatur.
¶ Lectus, pro loco super quo sedebant antiquitus ad mensam, vnde triclinium dictum.Plin.lib.8.cap.2.Plenisque hominum triclinii accubuere per lectos ita libratis vestigiis,nequis potantium attingeretur.De elephantis loquitur.Cic.4.Ver.132,Iam non quæro vnde cccc amphoras mellis habueris,vnde tantam Melitensem vestem,vnde quinquagiuta triclinorum lectos,vnde tot candelabra,&c.
Lectus cubicularis,à Cicerone dicitur in lib.2.de Diuinat.199.ad differentiam triclinaris lecti.Vide CVBILE.
Desiderato acquiescimus lecto.Catull.ad Sirmionem,epigr.29.2.
Ios in sole ligneis pedibus facitūdos dedit. Cic.pro L.Murena,Strauit pellicuiis hœdinis lectulos Punicanos,& expoſuit vasa Samia.Idem Attico,lib.14.309.3.A ducenda anté vxore sic abhorret, vt libero lectulo neget esse quicquam iucundius.Sic 2.de Finib.156.& 5.Ver.67.
Castus lectulus.Catull. Argon.69.18.
Membra lectulo iacebant.Catull.ad Licinium,47.3.
Lectisternium,lectisternii,(κλινοστρώμιον,)Quum sacrorū gratia lecti in templis sternebantur,ad discumbendum,siue pernoctandum.
Lectisternium,proprie Iouis epulum dicebatur.In Capitolio enim stratis tribus lectis conuiuium apponebatur tribus diis,Ioui,Iunoni, & Minerua.Iupiter,id est Iouis simulacrum,statuebat in lectulo recubans,Iuno & Minerua in sellis considebant. Sed appositis epulis non ipsi dii,sed septem epulones celebrabant.De inuentione lectisterniorum lege Liuium lib.5.ab Vrbe,63. Item lib.7.5.Eo nihil dignum memoria actu, nisi quòd pacis deūm exposcendæ causa tertio tum post conditam vrbem,lectisternium fuit.
Lectisternātor,pe.pr.lectisternātōris(κλινοστρώτης,)Qui lectū sternit, Plaut.4.19,Tu esto lectisternator,tu argentum eloito.
Lectica,lecticæ,pen.prod.(φορητὸν,κεφάβαστρον,)Cathedra & sedes qua ferebanē diuites & potentes,in qua poluinar & lectulus stratus erat. Græcè hexaphorumquòd à sex ferulis portaretur. Iuuen.Satyr.3.24.
Nanque facit somnum clausa lectica fenestra. Plaut.Stichо, 14.21,
Potius in subsellio Cynice accipiemur,quàm in lecticis.Cic.ad Q.uinfratrem,lib.1.8.5, Eo die cœnaui apud Crassipedem,cœnatus in hortos ad Pompeiū lectica larus sum. Idem 6.Verr.47,Lectica paulisper deposita. Plin.libro.17.cap.14.1,in mollibus arborum lecticis. Hic paruum lectum significat.
Gestamen lecticæ.Tacit.lib.2,Quotiens per vrbes incederet lecticę gestamine,fastuque erga patrias epulas.
Lucubratoria lectica,Vide LVCVBRO.
Gestare aliquem lectica.Horat.2.Serm.saty.3.43.
Inditur lecticæ.Tacit.lib.12,Ibi monente Præfecto festis vocibus excepтus inditur lecticæ. Idem lib.3,Igitur inditus lecticæ, & à Tribuno Prætoriæ cohortis deductus est.
Lecticula,pe.cor.Diminutiuum,(κεφαβιδάριον,)Suet.in Augusto,cap.78, A cœna se in lecticulam lucubratoriam recipiebat.Cic.Mario,lib.7.1.19,Vt nostras villas obiire,& mecum simul lecticula cōcursare possis. Idem 1.de Diuinat.98.Liu.4.bel.Pun.191,Ibi iterum Scipio lecticula In aciem illatus conflixit.
Lecticarius,lecticarii,masc.gener.(κλινοφόρος,)Qui lecticam deferebat. Suetо.in Othone,ca.6,Tunc abditus propere,muliebri sella in castra contendit:ac deficientibus lecticariis quum descendisset,cursumq; cepisset,laxato calceo restitit. Sulpitius ad Ciceronem,lib.4.12.8,Coactus sum in eadem illa lectica,qua ipse delatus eram,meisque lecticariis in vrbem eum referre.
Lecticariola,pen.corr.Mart.lib.12.59,
Ancillariolum tua te vocat vxor,& ipsa
Lecticariola estrestis Alauda pares.

Lecythus,lécythi,pen.corr.λήκυθος,Ampulla olearia.
LEDA,(λήδα,) vxor Tyndari regis Laconiæ, cū qua Iupiter in forma cygni dicitur congressus.Illa autem ex eo cōgressu oua duo enixa est, vt fabulantur poetæ.Ex vno nati sunt Pullux & Helena immortales, ex altero Castor & Clytemnestra mortales. Horat.de Arte,30,Nec bellum gemino Troianum orditur ab ouo.Hinc
Ledæus,(λήδαιος,)Adiectiuum.
Dii Ledæi,Castor & Pollux.Ouid.1.Fast.141.
Fratres Ledæi.Ouid.ad Liuiam,57.

Legalis,Vide LEX.

Legarium,Vide LEGO,legis.

Legatarius, Legator, Legatus,Vide LEGO legis.

Legifer,Vide LEX.

Legio,egiōnis,f.g.(λεγεών,τάγμα,τέλος,)A legendo,id est, eligendo dicitur,q. leguntur milites in delectu, vt ait Varro lib.4. de Ling.Lat.Diuidituriq; legio in decem cohortes:Cohors in quinquaginta manipulos:Manipulus in viginti quinque milites pro vnoquoq; manipulo.Cic.1.Tuscul.161,Quum legiones scribat Cato sæpe alacres in eum locum profectas. Cæsar 1.bel.Gall.26. Et lib.4.578.Liu 7.bell.Maced.Romana acies vnius propè formæ fuit,& hominū & armorum genere duæ legiones Romanæ,duæ socium & Latini nominiū erant,quina millia & quadragenos singulæ habebant. Vide Vegetium de Re militari lib.2.cap.2.& sequentibus.
Acies legionum.Tacit.lib.3.Etenim appropinquabat legionum acies.
Contubernium legionum.Tacit.lib.1.Iam infans in castris genitus in cōtubernio legionum eductus.
Attenuatæ prælii legiones,Vide ATTENVO.
Completa legio per manipios.Silius lib.8.95.
Conferta manipis legio.Silius lib.7.79.
Transmotæ legiones.Tacit.lib.13,Quippe Syria transmotæ legiones.
Validæ legiones.Lucret.lib.5.247.
¶ Curare legiones.Tacit.lib.5,Gerulicus ea tempestate superioris Germaniæ legiones curabat.
Decernere legiones in Siciliam,Vide DECERNO.
Decimare legiones,Vide Decimo in DECEM.
Dissociant legionem à legione. Tacit.lib.1.
Dare alicui legiōes.Liu.1.bel.Pun.Inter COSS.ita copiæ diuisę,Sēpronio datæ legiōes duę,ea quaterna millia erāt peditū,& trecēti equites.
Dare legiones in discrimen.Tacit.lib.2.
Longa legio cohortes explicuit.Virg.2.Georg.56.
Magnis legionibus imperitare.Horat.1.Serm.saty.6.1.
Instruere legiones,Vide INSTRVO.
Locare legionem.Tacit.lib.10,Capuæ legio tertia,hyemādi causa locata.
Legio parebat Tribuno.Horat.1.Serm.satyr.6.10.
Nunc quia Mecœnas tibi sim connictor,at olim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd mihi pareret legio Romana Tribuno.
Pugnare legione. Quintil.lib.2.cap.13.3, Nunc acie directa, nùc cuneis, nunc auxiliis, nunc legione pugnabitur.
Supplere legiones. Liu.9.bel.Pun. Suppleuit ita eas legiones, vt singulæ sena milia, & duenos pedites, trecenos haberent equites.
Legiuncula, legiunculæ, pen.corr. (λεγιώνιον,) Diminutiuum, Parua legio. Liuius 5.bel.Maced.190, Videretis vix duarum planè plenarum legiuncularum instar in castris regis.
Legionarius, Adiectiuum, (λεγιωνάριος,) Quod est legionis, vel quod ad legionem pertinet. Asinius Pollio Ciceroni, lib.10.32.24, Militem nó modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misi. Plin.epist.299, Vt secundum consuetudinem præcedentium temporum, honoribus eius præsidio Centurionis legionarii consulendum haberemus. Cæsar 3.bel.Ciuil.144, Et legionarii interioris munitionis defensores, scalis adnotis, &c.
Legionarii. Cæs.1.bel.Ciuil.185. Et 2.bel.Gal.327. Item lib.6.114.
Legionarii milites. Cæsar 5.bel.Gal.73. & lib.1.179.
Legionariæ cohortes. Liu.4.bel.Maced.108. & lib.10.218.
LEGIO secunda Augusta, (λεγεὼν δεύτερος σεβαστός,) Britanniæ vrbs, vt scribit Ptolemæus lib.2. Vulgò Lesterd.

Legirupa, Legislator, Legitimus, Vide LEX.

Legiuncula, Vide LEGIO.

Lego, legas, (διαπρεσβεύω, ἐπιπρεσβεύομαι, πρεσβεύομαι,) legare, In legationem mittere, sine Legatum mittere. Cic.Attico, lib.4.71.9, Ego me à Pompeio legari ita iussum passus, vt nulla re impedirer, quòd nisi vellem, mihi esset integrum, &c. Eidem, lib.10.192.8, Me legatum iri non arbitror. Eidem, lib.14.303.2, Meam stultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas. Idem pro Ligario, 12, Sed tamen Ligarium Senatus idem legauerat. Idem pro Lege Manil.39, Ne legaretur A.Gabinius Cn.Pompeio expetéti ac postulanti.
Legare ad. Cic.5.Verr.94, Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. Liuius de bello Macedonico, Consulem legari ad id bellum placuit.
Legare 10. Salust.in Iugurtha, Legantur tamen in Africam maiores natu, nobiles amplis honoribus vsi.
Famulum legare aliquó. Catul.de Coma Berenicis, epig.61.11.
Legare alicui. Plaut. Amphit.4.51, Delegit viros primorum principes, eos legat Thelebois.
¶ Legare, Legatum sibi facere. Cic.Aulo Cecinnæ, lib.6.6.14, Cassium sibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. Idem pro P.Sextio, 16, Ne isti quidem, quos legatos non modò nullo Senatusconsulto, sed etiam repugnante Senatu, tibi tute legasti. Idem ad Atticum, lib.15.326.6, Dolabella me sibi legauit ad IIII Non.April. Id est legatum accepit.
¶ Legare negotium alicui, Committere. Plaut. Casin.3.10,
quin rurri es in præfectura tua?
Quin potius quod legatum est tibi negotium, Id curas?
¶ Legare fortunæ, pro Assignare. Liu.8.bel.Pun.228, Patere nos omnia quæ prospera tibi ac Reip.in Pop.Rom.imperio euenere, tuo consilio assignare: aduersa, casibus incertis belli & fortunæ legare.
¶ Legare, (διαπιστεύειν, λογαρεύειν) aliquid alicui, Testamento aliquid alicui relinquere. Liu.1.ab Vrbe, 13, Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Syluiæ gentis legat. Plin.lib.33.cap.2.8, Eamque coronam testamento Reip. legauit. Cicc. ad Octauium, 15, Qui tanquam in dotali matrimonio Remp. testamento legatam sibi obtineret. Sic pro Cecinna, 9, Vsum fructum omnium bonorum suorum Cesenniæ legat.
Legare ab aliquo, Vide AB.
Argentum autem omne legauit. Quintil lib.5.cap.14.21.
Legatus, legati, pen.prod.m.g. (πρεσβευτής, πρεσβεύς, πρέσβις,) Qui refert mandata alterius. Virg.11.Aeneid.46, Legati responsa ferunt. Cic.9.Philip.258, Lartes Tolumnius rex Veientum, quatuor legatos Pop.Rom.Fidenis interemit. Idé pro L.Flacco, 77, Primú magná partē eiusdé prouinciæ, quæ pro huius periculis, legatos, laudatoresq; misit.
Mittere legatos cum authoritate, Vide MITTO.
Missi legati de magnis rebus. Horat.1.Serm.saty.5.6.
Mittere legatum de aliqua re. Hoc est mittere aliquem, qui de aliqua re cum alio, nostro nomine tractet. Cic.2.de Orat.85, Quum Athenienses ad Senatum legatos de suis rebus maximis mitterent, &c. Idem de Arusp.Resp.30, Sciat vnum acerrimum aduersarium Hermachi Theodosium legatum ad Senatum à ciuitate libera missum sica percussum. Liuius 2.ab Vrbe, 79, Legatos de pace mittunt.
Venire legatum. Cic.de Claris Orat.172, Dictatore enim Sylla legatus ad Senatum de Rhodiorum præmiis venerat.
Decernere legatum, Eligere, constituere. Cic.ad Lentulum, lib.1.1.8, Crassus tres legatos decernit.
Obiit legatus Aegyptum & Syriam. Cic.in Somnio Scip.
Legati, nuntii pacis & belli, curatores, interpretes bellici consilii, authores, ministri munetis prouincialis. Ex Cicerone in Vatinium, 17, Vide.5.Verr.60.
¶ Legatus, pro vicario, (ἀντιστρατηγός, ὑπαρχος,) Cæsar lib.1.bel.Ciuil. Neque se ignorare quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum, pro vicario, id est locum tenente intelligendum: quem propterea fiduciariá operam obtinere dixit, quia redeúte Imperatore, aut Consule, cedere eum oportet. Budæus.
Legatio, Verbale, (ἐξεστία, πρεσβεία, πρεσβεύμα,) Ipse legandi actus. Cic.9.Philipp.256, Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eius monimentum extare voluerunt: vt in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius.
Irritus legationis rediit. Tacit.lib.20.
Orba legatio. Cic.9.Philipp.257. Vide ORBVS.
Pacificatoria legatio, Vide PAX.
¶ Accipere legationem, Suscipere onus legationis obeundæ. Cic.pro Flacco, 35, Qui hanc ipsam legationem quam habet, non accepit à suis ciuibus, sed vsque Tymolo petiuit.
Agere legationem, Vide AGO.
Decernere legationem contra aliquem, Vide DECERNO.
Legationem dare. Cice.1.de Lege agrar.4, Hæreditatum obeundarum causa, quibus vos legationes dedistis.
Fungi legationibus. Quintil.lib.3.cap.1.4.
Gerere legationem, Fungi legatione, & legatum esse. Quintil.lib.7.ca.6, Malè gestæ legationis apud Græcos.
Legationem mittere ad aliquem, pro Mittere legatos. Quintil.lib.10. cap.1, Missa ad Achillem legatio.
Obire legationem, Vide OBEO.
¶ Esse in legatione. Quintil.lib.7.cap.1, Qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. Hoc est, Legatus creatus erat, necdum tamen legationem absoluerat.
¶ Libera legatio. Budæus, Legationes liberæ olim ornamenti tantùm causa ab Senatu impetrabantur: quemadmodum honorarii magistratus à principibus honestamenti causa conceduntur, titulóque tenus obeuntur & geruntur. Hæ autem ab iis Senatoribus impetrabantur, quibus negotia futura erant in prouinciis: vt qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in prouinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores controuersias haberent, atque fauorabiliores. Quamobrem lege XII Tab. id vetitum erat, his verbis, Rei suæ ergò nequis legatus esto. Quæ verba Cicero enarrans lib.3.de Legib.16, ita inquit, Omitto quemadmodú isti se gerant atq; gesserint, qui legatione hæreditates aut syngraphas suas persequuntur in hominibus est hoc fortasse vitium. Sed quæro, quid re ipsa iis turpius, quàm sine procuratione Senator, legatus sine mandatis, sine vllo Reip.munere? Idem contra Rullum, Legatos nostros homines authoritate tenui, qui rerum priuatarum causa legationes liberas obeuerant tamen exteræ nationes ferre vix possunt, grauè est enim nomen imperii, atque id etiam in leui persona pertimescitur: propterea quòd vestro, non suo nomine quum hinc egressi sunt, abuuntur. Idem ad Atticum, lib.15.316.6, Habent (vt opinor) liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facile addi potest. Bella est autem huius iuris quinquennii licentia. Quibus verbis coniicio interdum quinquennales dari solere legationes. Huiuscemodi dantur hodie à Pont. Rom. Huiuscemodi etiam commentis nonnulli in Francia principum literis in aulam ex vrbibus euocantur, vt speciosas causas absentiæ habeant & vicissim à comitatu interdum in hanc vrbem legationis personæ impetrantur, nescitis regibus quid iis literis impetratis agatur. Hactenus Budæus. D. Brutus M. Bruto, lib.11.1.3, Quum in his angustiis versarer, placitum est mihi vt postularem legationé liberam mihi, reliquisque nostris, vt aliqua causa proficiscendi honesta quærereturur.
Votiua legatio, Quæ voti prætextu suscipitur. Cic.ad Atticum, lib.15. 326.6, Votiua ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdum, quæ fesiset Resp. vouissem, ea me euersa illa vota dissolucre. Eidem, lib. 14.320.4, Sed si tu melius quicquam speras, quòd & plura audis, & interes consiliis, scribas ad me velim, simulque cogites quid agendum nobis sit super legatione votiua: equidem in his locis moneor à multis, ne in Senatu Calend.
Legatium, legatiu, pen.prod. (πρεσβεῖον,) Id quod datur legato impensæ nomine. Arcadius in L.Munerum, de Muner. & honorib. Legati quoque qui ad sacrarium principis mittuntur, quia viaticum (quod legatium dicitur) interdum solent accipere: sed & nicostrategi, & pistrinorum curatores personale munus ineunt. Vlpianus L.2.ff.de Legationibus, His qui non gratuitam legationem susceperũt, legatium ex forma restituitur. Sic legit Budæus. Alii legunt legatitium.
Legátum, legati, pen.prod. (λογάτον,) Modestinus in L. Legatum, ff.de Legatis secundo, Legatum, est donatio quædam testamento relicta. Et legati appellatione, fidei commissum, & mortis causa donatio continentur. Plin.epist.44.b, Illa vt in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit.
Petere legatum ex testamento. Quintil.lib.4.cap.14.21.

Legatarius, (λογαταρεύμενος,) Cui ex testamento aliquid legatum est. Iustinianus Iustit. De legatis §. Sed si rem legatari quis ei legauerit, iuris le est legatum.
Testator & Legatarius opponuntur. Pómonius in L. Si ex toto. ff. de leg. & fideicómissis primo, Si ex toto fundo legato testator partē alienasset, reliqua duntaxat partem deberi placet: quia etiam si adiecisset aliquid ei fundo, augmentum legatario accederet.
Legataria Prouincia, Quæ alicui delegata est. Cicer. ad Atticum, lib. 15.325.7. O rem miseram, primum vllam ab istis esse, si aliquam, hanc legatariam Prouinciam: atque haud scio, an melius sit, quàm ad Eurotam sedere.
Legátor, pen. pro. legatóris, (λογατευτής,) Qui aliquid legat. Suet. in Tiberio, cap.31. Iterum eo censente vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit quin rata volantas legatoris esset.

Lego, legis, legi, lectum, (ἀναγινώσκω,) legere, Propriè colligere. Virg.3.eclog.19. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. Colu.lib.2. Optimum quáque spicam legere oportet, separatumq; ex ea semen reponere.
Mála legere. Virg.2.eclog.11.
Mala lecta ex arbore. Virg.3.eclog.14.
Poma legit ab arboribus. Tibull.lib.1.eleg.7.7.
Nauita legit humida vela. Virg.1.Georg.75.
Legere venas dixit Celsus, & idem Colligere venas: Colligendæ, inq ut venæ, vinciendæq;, & sub nodis præcidendæ sunt.
Halitum alicuius ore legere, Id est ore excipere. Virg.4.Aeneid.137.
Legere sermonem alterius, Per translationem dictum, pro Attentiu audire & accipere. Plaut. Pseud.6.11. -viginti minas
Effodiam ego hodie, quas dem hesili filios
Nunc huc concedam, vt horum sermonem legam.
Legere spolia. Liu.5.ab Vrbe, 163, Spoliatq; eius legentē Galli agnouere.
Legere vestigia. Ouid.3.Metam.2. Subiecquitur, pressoque legit vestigia gressu. Stat.9.Thebaid.35.
¶ Legere, Oculis scripta percurrere: quoniã literæ oculis legi, id est colligi videantur. Virg.4.eclog.6.
At simul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere. Cic. Mario, lib.7.1.9, Dúmodo is tibi quiduis potius, quàm orationes meas legerit.
Oculis inuitis legere verba alicuius. Ouid.epist.17.1.
Legere per se. Cic. in Topicis, 2. Eos libros per te ipse legeres.
Cómodè legere. Plin.epist.114.b, Idem tam commodè orationes & historias & carmina legit, vt hoc solùm difficile videatur.
Intentè legere. Plin.epist.190.2, Quanto studiosius, intentiusq; legisti libros, quos de Heluidii vltione cõposui, tanto impensius postulas, &c.
Malè, vel malignè legere. Plin.epist.211. Audio me malè legere dúraxat versus: orationes enim cómodè, sed tanto minus versus. Idé epist.215. Iudicaui tamen: neq; enim soli iudicant qui malignè legunt.
Iudicio candido legere aliquid. Ouid.1.Trist.16.
Remissius legere. Plin.epist.45.c, Interim audit legentem remissius aliquid & dulciùs.
Legi apud Clitomachum quum Carneades, &c. Cic.4.Acad.247.
A posteritate legi. Ouid.3.de Ponto, eleg.2.6.
Scripta legere secum. Ouid.1.Amor.eleg.2.4.
Verba legenda. Ouid.3.Trist.eleg.10.15.
¶ Legere oram Italiæ. Liu.5.bel.Maced.96. Inde litora legens quum ad propinquum castris hostium promontorium venisset, &c. Idem, Ipse Oram illyrici legit æquoris. Virg.3.eclog.1. Idem 3.Aene.59. Littoraq; Epiri legimus. Idem 3.Aen.76. -& crebris legimus freta concita terris. Vbi Seruius, Legimus præterimus. Tractus sermo à nautis, q funẽ legendo, id est colligendo, alpera loca præterent.
¶ Legere, filigere. Plin.de Viris illust.36. Nam quum temere seruos manumitteret tantum in curiam legeret, consensu seruorum oppressi, quú multa indigna paterentur, clam Roma auxilium petierunt.
Tempus legere. Ouid.1.de Arte, 71.
Tempus idoneum legere. Ouid.9.Metam.123.
Legere in demortui locum. Liu.3.bel.Pun.106.
Legere in Senatum. Cic.pro Cluentio, 104.
Legere Senatum. Liu.10.bel.Maced.107. Biduo quo Senatum legerunt Censores, &c.
Legere milites. Cic.ad Atticum, lib.5.161.3.
¶ Legere, Furari. Virg.10.Aeneid.16, Quid soceros legere, & gremiis abduxere pactas? Seruius.
Lectus, (λογευτός,) Participium, siue nomẽ ex participio: Hoc est, Selectus, ex aliorum numero separatus.
Lectissimus adolescens. Cic.5.Verr.51. Item 1.Verr.16.
Vir lectissimus. Cic.pro Flacco, 1.
Lectissimi viri, atque optimi. Cice.3.Verr.10.
Iuuenes lecti. Virg.5.Aeneid.146.
Iuuenum lectissimus. Stat.5.Sylu.1.50.
Lectissima, fœmina. Cic.ad Atticum, lib.10.198.1.
Virgines lectæ. Horat.in Carmine seculari, 2.
Corpora lectissima. Virg.9.Aeneid.55.
Sententiæ & verba lectissima. Cic.in Orat.132.
Ossa è vulneribus lecta. Quint.li.6.ca.24, Et ab accusatoribus ostẽdi crudẽtum gladium, & lecta è vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas.
Lectio, Verbale: (ἀνάγνωσις,) vt Lectio literarum. Cic.ad Atticũ, lib.1.8. 2. Quotus enim quisque est qui epistolam paulo grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuerit?
Tædium lectionis. Quintil.lib.2.cap.12.4. Et ipsius lectionis tædium vi cibus leuatur.
Virilis lectio, & cum suauitate quadam grauis. Quintil.lib.1.cap.8.2,
Accelerare legionem. Quintil.lib.1.cap.22.
Continuare lectionem. Quintil.lib.1.cap.1.22
Formare lectione. Quintil.lib.1.cap.11.7. Neq; solùm lectione formet, verum etiam ediscere electa cogat.
¶ Lectio, Electio. Liu. Et eam lectionem nemo ratam habuerat.
¶ Lectio lapidum, Collectio. Colu.lib.2.cap.2.9. At laxosum facile est expedire lectione lapidum.
Legibilis, & hoc legibile, pen.corr. Adiect. Quod legi potest. Vlpian.in L.1.Parag.1.ff. De his quæ in testamento delen. Sufficit autem si legibilia sunt in consulto deleta.
Lectus, lectus, lectui, (ἐπλογή,) pro Delectu. Tacit.lib.20. Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caratatium, Tribocorum, lectu auctis, veterano pedite, atque equite firmauit.
Lector, Verbale, (ἀναγνώστης, Qui libros vel epistolas legit. Ci.2.de Orat. 123, Quum enim Brutus duos lectores excitasset, & alteri de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, &c. Mart.lib.5.16. -tu causa es lector amice mihi.
Placidus lector. Ouid.3.de Ponto, eleg.4.2.
Lectito, léctitas, pen.corre. (ἀναγινώσκομαι,) lectitare, Frequentatiuum. Cic.1.de Orat.45. Aut siquis pari fuerit ingenio, pluraq; quàm hic & audierit, & lectitarit, & scripserit, paulum huic aliquid poterit addere. Idem de Clar. Orat.42, Lectitauisse Platonem studiosè, audiuisse etiã Demosthenes dicitur. Idem ad Atticum, lib.12.241.9. Etenim habeo nonnullos ex his, quos nunc lectito authores, qui dicant fieri id oportere, quod sæpe tecum egi &c.
Lectitare, pro Idẽtidem colligere. Valer.lib.8.cap.8. Conchulas & calculos in litore lectitasse.
Légulus, léguli, penult.corr. Qui vuas aut oleat, colligit teste Varrone lib.5.de Ling.Lat. Cato cap.144.2. Legulos quot opus erit, præbeto. Sic cap.64.
Legũmen, pen.prod. legúminis, (ὄσπριον,) Quod legitur, id est euellitur è terra, non autem sublecatur, vt pisa, fabæ. Varro lib.1.de Re rust.cap. 23.2. de cicere, Hoc enim quoq; legumen & cætera quæ vellsitur è terra, neq; subsecantur, succũ tollunt: quæ q ita legũtur, legumina dicta. Virg.lib.1.Georg.15. Vnde prius lætũ siliqua quassante legumen. Cic. 2.de Nat.deor.133. Et Cæsar.5.bel.Ciuil.192.
Legarium, legarii, (χλιδῶνα.) Idem. Varro lib.1.de Re rust.cap.32, Serendum vitiam, lentem, cicerculam, ervilium, cæteraq; quæ alii legumina, alii (vt Gallicani quidá) legaria appellant: vtraque dicta à legendo, q ea non secantur, sed vellendo leguntur.

LELAPS, huius Lelapis, pen.cor. nomen canis Actæonis apud Ouidiũ 3.Metam.43.
-& trux cum Lelape Theron.

LELEGES, siue Lelegæ, pen.cor. (λέλεγες,) populi errabundi, qui quõdam Thessaliam & diuersa alia loca tenuerunt. Alii tradunt Cares & Leleges esse conterminos. Ouid.lib.9 Metam.130. Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq; peterrat. Scribit Plin.lib.5.cap.29.8. Miletum Ioniæ caput, Lelegeidem fuisse nominatam. Eustathius docet Leleges dictos, quasi λελεγμένους, id est collectos: eo quòd prius errarent, & gens collectitia esset. Alii Leleges à Lelege duce appellatos asserunt. Virg. 8.Aeneid.145. Hic Lelegas, Caraosq; sagittiferosque Gelonos Finxerat. Vbi Seruius, Lelegas, Thessalos. Lucan.lib.6.76. Mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum.
Armiferi Leleges. Ouid.9.Metam.130.
Lelegeides Nymphæ. Ouid.9.Metam.131.

Lema, (λέμμα,) Græcis dicitur lachryma, sed congelata. Plin.lib.23. cap.1.36. Aut si cruore suffundũtur oculi, vel si lemæ in oculis erunt. Hermolaus.

LEMANVS, pe.prod. (λιμνη,) lacus est Galliæ, quẽ influit Rhodanus. Hunc hodie Gebennicũ & Losanensem vocant. De eo Lucanus lib.1. 80. Deseruere cauo tentoria fixa Lemano.

Lembus, lembi, malc.g. (λέμβος,) nauicula brevis, & velocissima. Plautus Merc.4.78. Dum aguntur hæc, lembo aduehitur tuus pater paxillulo. Idem Bacch.5.37. Periheecle, lembus ille mihi lædit latus. Græcè dicitur τὸ λέμβος. Liu.8.bel.Pun.40. Inde quinquerembus septem, & lembis viginti amplius quos, vt adiun

Universidad de Deusto
Biblioteca

gerat Carthaginiensium classi, miserat in Corinthiũ sinum, profectus ad Erythras Aetolorum. Idem, Nullam ipse nauem, præterquam duos lembos, qui non plus quàm sedecim remis agerentur, haberet. Videtur (vt quibusdam placet) accipere Liuius pro eo genere quod vulgo vocatur Gallicus. Sic 1. ab Vrbe, 15. Et 1. bel. Maced. 179.

Remigio tubigere lembum. Virg. 1. Georg. 41.

Lembunculus, lembúnculi, pen. corr. masc. ge. Diminutiuũ, (λεμβίδιον,) Tacit. lib. 14. Nando deinde occursu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam. Hoc est occursu naiucularum.

Lemma, lemmatis, pen. corr. neut. gen. (λῆμμα,) Sumptio, Argumentum. Martial. lib. 2.

Lemmata si quæris cur sint adscripta, docebo:
Vt si malueris, lemmata sola legas. Idem alibi, Vinida componis epigrammata, mortua poëma. Lemmata. Plinius epist. 92. Nam lemma sibi sumpsit, quod ego interdum versibus ludo, atque adeò iudicii mei te iudicem faciam, si mihi ex hoc ipso lemmate versus occurrerit. Græce λῆμμα, ατος, τό. Cic. 2. de Diuinat. 162. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici: sed nos Latinè loqui malumus, &c. Hodie adhuc assumptiones siue assumpta vocamus.

Lemnisci, lemniscorum, masc. gen. (λημνίσκοι,) Fasciolæ coloriæ, ex coronis dependentes, propterea dicuntur, quòd antiquissimum fuit genus coronarũ lanearum. Hæc Festus. Plaut. Pseud. 22. 16. Vnguenta, atq; odores, lemniscos, corollas dari dapsiles. Plin. lib. 21. cap. 3. 1. Crassus diues, primus argento auroque solta iniratus, ludis suis coronas dedit. Accesserunt quoque & lemnisci, quos adnici ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscas, quibus iungi, nisi aurei non debebant. Sueton. in Nerone, Ingestæque aues, & lemnisci, & bellaria. Celsus lib. 7. cap. 28, Intus implicitum in longitudinem linamentum (lemniscum Græci vocant) in aceto tinctum demittere.

Lemniscatus, pen. prod. (λημνισκωτός,) Adiectiuum: vt Palma lemniscata. Cic. pro S. Roscio Amerino, 61, Audio præterea non hanc suspicionem nunc primùm in Capitonẽ conferri, multas esse insames palmas, hanc primam esse tamen lemniscatam, quæ Romæ deferatur.

LEMNOS, (λῆμνος,) Insula, quæ & Hypsipyla dicitur, ab Hypsipyla Thoantis filia, quæ in ea regnauit. Hæc est in Aegæo mari, ab Oriente Troiam, ab Occasu Athon spectans, à Borea Thraciam: ab Austro, sed longo tractu, Cretæ opposita est. Vrbem habet Myrinam maritimam, & Hephæstiam Mediterraneã. In ea colebatur Vulcanus Deus ignis. Vnde & Lemnius ardor dicitur à poetis. Nam (vt in fabulis fertur) quum Iuno eum peperisset, ipsumque turpem conspexisset, è cœlo in eam insulam deiecit. A Lemno, feterrima quæque facinora apud Græcos lemnia dicuntur. Et Lemnia terra, exiccandi vim habens, in eaque caprinus sanguis miscetur, & Idcirco rubrica appellatur.

Aequorea Lemnos. Valer. 2. Argon. 26.

Calens Lemnus. Claud. de Gigantomachia, 17.

Vulcania Lemnos. Valer. 4. Argonaut. 87.

Lemnius, Adiectiuum, (λήμνιος,) Quod est ex Lemno: vt Turba Lemnia. Ouidius in Ibin, 80.

Saxa Lemnia. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 13.

Lemniacus, pen. corr. (λημνιακός,) Aliud adiectiuum: vt Stirps Lemniaca. Ouid. 2. Metam. 152. Intelligit Erichthonium.

Antra Lemniaca. Stat. 3. Sylu. 1. 37.

Catenæ Lemniacæ. Stat. 3. Thebaid. 55.

Lemonium, Herba. Plin. lib. 25. cap. 9. 6, Lemonium succum laticum mittit concrescentem gummi modo humidis locis. Quidam voluerunt eundem esse ex descriptione Dioscoridis cum veratro nigro.

LEMVRES, Lémurum, pen. corr. m. g. (λεμοῦρες,) Laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginum & bestiarum, inquit Nonius. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1, Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra ianuam eiicere.

Nigri Lemures. Pers. Satyr. 5. 19.

Tunc nigri lemures, ouoque pericula rupto.

Nocturni Lemures. Horat. 2. epist. 2. 42.

Lemuria, Lemuriorũ, (λεμουρία,) Festũ Lemuribus sacrũ. Oui. 5. Fast. 84.

Tunc vbi sustulerit formosa ter Hesperus ora,
Ter dederint Phœbo sidera victa locum:
Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,
Inferias tacitis Manibus illa dabunt.

Lemuria festa, quasi Remuria dicta sunt. Romulus enim Remuria desunẽto fratri Remo instituit, quæ postea Lemuria vnius literæ mutatione dicebantur: vt ait Ouidius 5. Fast.

LENAEVS, (ληναῖος,) scribitur cum diphthongo, quo nomine dictus est Bacchus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, quod lacum significat: hoc est, vas in quo vuæ exprimuntur. Virg. lib. 2. Georg. 1.

Huc pater ô Lenæe, tuis hic omnia plena Muneribus.

Dona Lenæa, Hoc est Bacchica: Vinum. Stat. 4. Sylu. 6. 17.

Honorem Lenæum libar. Virg 4. Aeneid. 42. Id est vinum.

Latices Lenæi. Virg. 3. Georg. 102.

plaria autem quotquot vidimus, leuaro legunt, vt & paulo post.

¶ Lenire, Placare, mitigare, flectere. Salust. In tali tempore, tanta vis hominis magis leniunda, quàm exagitanda videbatur.

¶ Lenire, Imminuere, leuare, adiuuare. Terent. Heaut. 1. 1. 75.

- pro se quisque sedulò
Faciebat, quò illam mihi lenirent miseriam. Salust. in Catil. Nonnulli ficta & hæc & multa præterea existimabant esse ab iis qui Ciceronis iuuidum, quæ postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum qui pœnas dederant.

Lenitur ægritudo. Cic. 3. Tuscul. 89.

Lenire animos concordia. Cic. 1. de Finib. 71.

Animum dictis. Virg. 6. Aeneid. 94.

Clamorem. Horat. 1. Carm. ode 27. 2.

Curas somno. Virg. 4. Aeneid. 106.

Desyderium, Consolari. Cic. Trebonio, lib. 15. ep. 11. 3. Tuam profectionem amore prosequar, reditum spe expectem, absentem memoriam colam, omne desyderium literis mittendis, accipiendisque leniam. Sic ad eundem lib. 15. ep. 1. 2. Et ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 44.

Dolentem leuire solando. Virg. 4. Aeneid. 79.

Dolorem leniuit morte. Silius lib. 17. 96.

Dolores lenire requiè. Ouid. 13. Metam. 94.

Moras lenire. Ouid. epist. 18. 42.

Noctem lenire. Propert. lib. 4. eleg. 9. 1.

Numina leniri possunt. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 6.

Pauorem hospitis leniuit. Silius lib. 8. 16.

Remedia aspera molli manu & leui lenire. Quintil. lib. 2. cap. 49. Iucundus ergo debet esse præceptor, vt remedia, quæ aliaqui natura sunt aspera, molli manu, & leui leniantur.

Panis lenier stomachum. Horat. 1. Serm. saty. 2. 4.

Superos lenire rogando. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 11.

Tempestates. Plin. lib. 18. cap. 19. 8. Et hunc diem festum tempestatibus lenientis esse institutum.

Tempus lenit odium. Ouid. in Ibin, 9.

Tigres & leones lenire. Horat. de Arte, 80.

Timorem lenire. Virg. 1. Aeneid. 91.

¶ Lenibo etiam facit in futuro. Propert. lib. 3. eleg. 21. 7. Lenibunt tacito vulnera nostra sinu.

Leno, lenõnis, (μαστροπός, μαστροφόρος, προξενητής, προαγωγεύς,) Cõmunis generis, quanuis habeat fœminum lena, vt ait Petronius: quo nomine significatur is qui scortorum productor est, etiam inuitarum personarum, qui legibus vindicatur. Dictus vel ab illiciendo, quòd adolescentulos alliciat: vel à leniendo, quòd leniendo animos adolescentum corrumpat. Plaut. Pœnul. 2. 101. Quia amare cœpit, hominem volè leno tangere. Terent. Adelph. 2. 1. 34.

Leno ego sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Periurus, pestis, &c.

Aurum leno. Ouid 1. Amor. eleg. 10. 5.

Leno infidiosus. Horat. 1. epist. 1. 35.

Lena, lenæ, (μαστροπός,) Lenas appellat Vlpianus de Ritu nupt. l. Pallam, quæ mulieres quæstuarias prostituunt. Lenam accipimus & eam quæ alterius nouitate hoc vitæ genus exercentis quæ canonam exercens, in ea quæstuaria corpora habet (vt multę assolent sub pretextu instrumenti caponarii prostitutas mulieres habere) dicendum, hanc quoque lenæ appellatione contineri. Vide LENO.

Lenulus, lenuli, penul. cor. Diminutiuum, (μαστρόπιον,) Paruus leno. Plaut. Pœnulo, ita vt occepi dicere lenule, de illa pugna.

Leuunculus, lenúnculi pe. cor. (μαστροπάριον,) Aliud diminutiuum. Plaut. Pœnulo, 19. 8. Sic deriforem ære militari retigero lenunculum.

¶ Lenunculus, Nauigium piscatorium. Salustius libro 1. Hist. Indicit fortuna nauium operariarum magistros incitabat. Pauci lenunculi ad officium impetum que conueniebant.

Lenonius, Adiectiuum, (μαστροπικός,) Quod ad lenonem pertinet. Plaut. Rud. 31. 30.

- ne vt leno postules
Te hic fide lenonia vtimon potes, seruanda est fides. Idem Asin. 5. 58. Portitorum similiumque sunt ianuæ lenonis.

Lenocinium, lenocinii, (μαστροπεία,) Lenocinium dictus. Vlpianus in L. Papiam ff. de Ritu nuptiarum. Lenocinium facere nõ minus est, quàm corpore quæstum exercere. Plautus Epid. 1. 1. 11.

Peo deum atque hominum fidem, quid ego
Lenocinii facio, qui quidem habeam alienos domi? Idem Merc. 7. 70.

Atque vt nunc sunt maledicentes homines, vxori meæ,
Mihique obiectent lenocinium facere. Cic. 5. Verr. 1. Pudorem & puritiam quteolit, poteit animo æquo istius quotidiana adulteria, meretricium disciplinam, domesticum lenocinium videre? Sic in Gratio. Athletæ, Lenocinium facit qui quæstuaria mancipia habuerit: sed & qui in libris hunc quæstum exercet.

¶ Lenocinium, Exquisitior elegantia. Sueton. in Augusto, Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venustissima: quãquam omnis lenocinii negligens, & in cupite comẽdo incuriosus. Cic. 2. de Nat. deo. 220 Perspicuum est enim quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

¶ Lenocinium, Delinimentum, Allectamẽtum, Illecebra, Blãdã assimulatio. Cic. pro L. Mure. 68. Negat verum esse allici benuolentiam cibo, negat iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere. Et paulo ante, Tu gubernacula Reip. petas fouẽdis hominum sensibus, & delinendis animis, & adhibendis voluptatibus? vtrum lenocinium inquit à grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarũ imperium à Populo Romano probas? Idem pro Sest. 121. Et se vitiorum illecebris & cupiditatum lenoniis dediderunt. Q. uinctil. lib. 4. ca. 2. Caret enim cæteris lenoniis expositio: & nisi commendetur hac venustate, iacet necesse est.

Lenocinor, penul. corr. lenocinãris, (μαστροπεύω, προαγωγεύω,) lenocinari, lenocinium facere.

Lenocinari, per translationem, pro Blandiri, siue Allicere, quemadmodũ lenones facere solent. Cic. 1. Verr. 26. Tibi seruier, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet quàm potest. Id est subseruier, & per omnia seruitia insinuabitur, & te obseruabit, inquit Budæus. Plinius epist. 8. 6, Anceps hic, & lubricus locus est, etiam quum illi necessitas lenocinetur. Etenim si alienæ quoque laudes parum equis auribus accipi solent, &c.

Lenocinari, Gratiam conciliare. Q. uintil. lib. 5. cap. 12. Non alio mediusfidius vitio dicentium, quàm quo mancipiorũ negotiatores formę puerorum virilitate excita lenocinantur. Plin. lib. 2. epist. 9. 2, Potest tamẽ fieri vt quanquam in his difficultatibus, libro isti nouitas lenocinetur. Id est gratiam conciliet. Budæus.

Lenobates, pen. corr. Vuæ calcator.

Lens, lendis, fœ. gene. (κόνις,) A lædo deductum verbum, Est capitis animalculũ, quod deinde in pediculum conuertitur. Plin. li. 28. cap. 11. 3, Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. Idem lib. 29. cap. 6. 1. Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo.

Lens, lentis, fœmin. gene. (φακή,) Genus leguminis à lenis nomen factum, quia ea vescuntur, lenes ac moderati fiunt. Plin. lib. 15. ca. 11. Inuenio apud veteres authores æquanimitatem fieri vescentibus lente. Virg. 1. Georg. 46. Nec pelusiacæ curam aspernabere lentis. Sic Matt. lib. 13. 9.

Lentim, pro lentem, frequens apud Catonem, vt cap. 35. Lentim in rudeto & rubricoso luco, qui herbosus non fiet, fertto.

Lenticula, lenticulæ, penul. corr. Diminutiuum, (φακῆν.) Vtitur Plinius libro 35. cap. 11. 3, Folia sunt lenticulæ similia. Idem lib. 18. cap. 12. 5. Ex leguminibus autem Nouẽbri seruntur lens, & in Græcia pilum Lẽs amat solum tenue, magis quàm pingue, cælum vtique siccum. Duo genera eius in Aegypto, alterum rotũdius nigriusq;, alterum sua figura. Vnde vario vsu translatum est in lenticulas nomen.

¶ Lenticula, pro legumine similis quidem lenti est, sed diuersa. Quòd si Theodoro Gazæ credimus, phacen Græci vocant. Nam lentem, non phacen, sed phacon dicunt. Hermolaus.

¶ Lenticula quoq; à Plinio & cæteris vocatur lens cocta de qua prouerbium illud fertur, τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον, hoc est vnguentum in lenticula, cuius meminit in Epistolis ad Atticum Cicero in mentione Lentuli & M. Varro, & Gellius, Athenæus quoq; in Cœnis. Ex Hermolao. Tradit Ruellius lib. 2. cap. 40. hoc prouerbium in eos iactari solitum, qui nullo rerum discrimine quas agit aut dicunt, pari nixu cuncta moliuntur: quos, vt apud Senecam & Gellium, infrunitos appellamus, Græce cacozelos & apiroralos. Lenticulæ quoque pro lente cocta meminit Idem Ruellius lib. 2. cap. 37. ad finem.

¶ Lenticula, Maculæ in corpore sunt quæ lentigines dici solent. Celsus lib. 6. cap. 5. Lenticulas tollunt galbanum & nitrum.

¶ Lenticula, Vasis genus est: à figura lentis dictum, vt ait Plinius, cuius etiam meminit Celsus. videturq; id esse quod discos appellat Dioscoridi. Vnde & Lenticularis forma L. Apuleio in Florida. Hæc Hermolaus. Quidam hoc nomen à liniendo deducunt, aiuntq; esse vas olearium, ex quo reges & sacerdotes liniebantur.

¶ Lenticula. Plinius lib. 37. cap. 12. 4. Nunc cõmuniter ad omnium gemmarum observationem pertinentia dicemus, opiniones secuti authorum. Caue aut extuberãtes, viliores videntur æqualibus. Figura oblonga maximè probatur, deindeque vocatur lenticula, postea clypeidos & rotunda, angulosis minima gratia.

Lentigo, pen. pro. lentiginis, f. g. (φακός,) Macula fuscata, & interdum in facie ad lentis similitudinem. Plin. lib. 20. cap. 10. 9. de atriplice, Nec nisi mutata sæpe aqua coquendum, stomacho contrarium esse, lentigines & papulas gignere. Idem lib. 20. ca. 15. 2. Sugillatis illinitur cum melle, & vua passa, & aceto. lentigini nigræ ex aceto. Ibidem, ca. 1. 2. Lentigine ac maculas è facie tollit in sole illitum. Ibidem. cap. 6. 10, Lepras, lichenas, lentigines exulcerat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lentiscus, lentisci, f.g. (σχοῖνος,) Arbor, quæ mastichen gummi modo sudat, & est trifera. Columel.lib.5.cap.10.6, In imum scrobem lentisci talcam inuerso cacumine demittito. Cato cap. 7.2, Eæ optimè coluntur vel virides, in muria, vel in lentisco contulę. Martial.lib.6.74, Foditque tonsis ora laxa lentiscis. Plin.lib.24, Vsum lacte capræ, quas lentisco pascebat. Cic. de Diuin. Ex antiquo poeta, Iam verò semper viridis, semperque grauata
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.
Lentiscum dictam putauerim, quòd liquore quodam lentescat: nam & resinam vbique fudat. Lentisci fructum Hippocrates schinida, & arborem schinon nominauit. Ruellius lib.1.cap.20. De schino arbore fit mentio apud Danielem cap.13.
Lentiscum mandit. Adagium est, vt ait Hermolaus, aduersus eos qui nimio se comendi studio superfluunt, quasi dentibus exterendis & fricandis tantum incubent præ desidia. Nam ex lentisco dentiscalpium, vel poeta Martialis commendat hoc disticho libro 14.22,
Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest. Quo in loco lentiscũ generis est neutri, quia pro arboris ligno sumitur. Idem lib.3.40, in Zoilum,
Stat exoletus, fuggeritque ructanti
Pinnas rubentes, cuspidesque lentisci.
Lentiscinus, pen.corr. Adiectiuum, (σχοινινος,) Ex lentisco factum. Plin. lib.23.cap.2.7, Tunc addito lentiscino oleo.
Lentisciferus, pen.corr. Adiectiuum, (σχοινοφόρος,) Ferens lentiscos: vt Liternum lentisciferum. Ouid.15.Metam.143.

Lento, lentas, Vide LENTVS.

LENTVLVS, pen.corr. (λέντλος,) Cluis Romanus, cuius extant multæ epistolæ ad Ciceronem. A quo denominatiuum
Lentũlitas, pen.corr. (λεντλότης,) Cicero ad Appium, lib.3.7.13, Vllam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quàm ornamenta virtutis existimas?

Lentus, Adiectiuum, (γλίχρος, καμπτός,) Tener & flexibilis. Plaut. Asina. 11.29,
Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores vlneis affectos lentis virgis. Virg.5.eclog.4,
Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ.
Brachia lenta. Horat. Epod.15.2. Idem 1. Serm. saty. 9.13.
Hastile lentum. Ouid. epist. 4.8.
Radix lenta. Ouid.11.Metam.16.
Rami lenti. Virg.4.Georg.112.
¶ Lenta vincula escarta, Id est tenacia. Plaut. Menæch. 3.18,
Ita isthæc nimis lenta vincla sunt escariæ
Quàm magis extendas, tanto astringant arctius.
Lentus in frangendo calamus. Plin. lib.12.cap.22.3.
¶ Lentus, Facilis. Lucilius Satyrarum lib.11, Lucius Cotta senex Crassi pater huius Paneti magnus trico fuit nummarius, soluere nulli lentus. Nouius.
¶ Lentus, (βραδύς,) Tardus. Plin. lib.7.ad Suram, epist.147.d, Ibat illa lento grada quasi grauis vinculis. Cic. de Rep. lib.5.5, Marcellus vt taceret pugnax maximus, & confyderatus & lentus. Valerius Max. lib.1.cap.7, Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira tarditatemque supplicii grauitate compensat. Quintil. lib.9. cap.4. Particulæ graues, acres, lentæ, celeres, remissæ.
Lentus cœpti terra cunctaris libera. Silius lib.3.36.
In ira lentus. Ouid. epist. 16.50.
Cupido lentus. Horat. 4. Carm. ode 13.2.
Ignibus lentis macerari. Horat. 1. Carm. ode 13.2.
Ira lenta. Ouid. epist. 3.5.
Lenta mora. Martial. lib.1.23,
I nunc, & lentas corripe turba moras. Idem lib.7.92,
Quid tam sæpe meum nobis abducere Quintum
Te iuuat, & lenta detinuisse mora? Ouid. epist. 3.28.
Pasibus lentis peragere iter. Ouid.5.Trist.eleg.11.2.
Lentior pugna. Liu.10.bel.Pun.83, Tum Cornelio Quintilius, Lentior vt vides fit pugna, inquit.
Spes lenta. Ouid. epist. 2.2.
¶ Lentus, Securus & otiosus. Virg.3.eclog.1,
Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in vmbra Formosam, &c.
Lentus spatiare sub vmbra. Ouid.1.de Arte, 14.
¶ Lentus, Frigidus. Virg.1.Georg.
Nocte leues melius stipulæ, nocte arida prata
Tondentur, noctis lentus non deficit humor.
Tellus lenta gelu. Propert. lib.4.eleg.3.8.
¶ Lentus color. Plin. lib.12.cap.15.10, Colos in quacunque natione præfertur ruffus, & pinguiter lentus.
Lentus ignis è palmis: Hoc est moderatus, non vsque adeo calens. Plin. lib.13.cap.4.11.
Lentus tepor, Remissus. Plin. lib.12.cap.19.10, Probatur casia gustu quæ maximè feruens, potius quàm lento repore leuiter mordens.
Carbonibus lentis vrere aliquem. Ouid.3.Trist.eleg.11.10.
Amor lentus me torret. Horat.3.Carm.ode 19.6.
Lenta vinacitas, Tenax & longa. Plin. lib.8.cap.17.4, Alioqui vinacitatis adeò lentæ, vt eiectis interaneis diu pugnet.
Virgis salicis lentior. Ouid.13.Metam.171.
Leãtulus, penult. corr. Adiectiuum diminutiuum. Cicero ad Atticum, lib.10.20.3, An existimas illum in isto genere lentulum aut restrictum? nemo est minus.
Lentè, Aduer. (βραδέως,) Tardè & cũctãter. Plin. epist.13.2, Ac tũ quoque lentè, cunctãterq; veniunt, nec tamẽ permanẽt, sed ante finẽ recedũt.
Asellus lentè gradiens. Ouid.11.Metam.36.
Lentè ferre, Patiẽter ferre. Cic.1.de Orat.102, Neq; enim facile est persicere, vt irascatur ei, cui tu velis iudex, si tu ipse id lentè ferre videare.
Lentè ferre iniurias, Leniter & placidè. Cic. in Hortensio, Qui quum publicas iniurias lentè tulisset, suam non tulit.
Lentè agere: Hoc est remisse, & segniter. Liu.1.ab Vrbe, 42, Cenicensis Crustuminique, & Antemnates erant, ad quos eius iniuriæ pars pertinebat, lentè agere iis Tatius Sabinique visi sunt.
Lentè ac fastidiosè probare aliquẽ. Cic. ad Atticum, lib.2.16.3, Quẽ tibi ego nõ essem aulus mittere, nisi eum lentè ac fastidiosè probauissem.
Lentissimè mandere. Colum. lib.2.cap.15.3.
Lentius disputare. Cic. in Parad.10, Sed hæc videri possunt obscuriora, cum lentius disputantur.
Lentè nasci, hoc est Tardè. Plin. lib.12.cap.14.9, Cum minore dispiendi auditate lentius nasci liceret.
Lentitia, lentitiæ, (καμπτότης,) Flexibilitas & mollitia. Plin. lib.16.ca. 37.2, Aliæ virgas sequacis ad vinctũras lentitiæ.
Lentitũdo, penul. prod. lentitũdinis, (βραδυτής,) Tarditas. Cic. ad Quintum fratrem, lib.1.1.58, Nam illud non solùm est grauitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. Idem 4. Tuscul. 66, Eamque quam lenitatem nos dicimus, vitiosa lentitudinis nomine appellant.
Lentitũdo exitus vel mortis. Tacitus lib.16, Lentitudine exitus grauis cruciatus afferente. Idem lib.15, Seneca interim durante tractu, & lentitudine mortis, Statium Annæum, &c. Item in eodem libro, Ac postremo lentitudinis eorum pertæsa, &c.
Lentor, lentõris, masc.gen (γλιχρότης,) Humor tenax & glutinosus, inquit Budæus. Plin. lib.9 cap.36.1, Congregantur verno tempore, mutuoque attritu lentorem cuiusdam ceræ salinant. De purpura. Idem, cap.11.3, de piscium generatione, Quæ durioris testæ sunt, vt murices, purpuræ, salinario lentore. Columel. lib.5.cap.6.5, Vt aliquem tamen succum & lentorem habeat, iniicimus areis. Plin. lib.12. cap.5.2, Fert & folliculos emittentes quædam animalia seu cuiusdam lentoremque resinosum.
Lento, lentas, (κάμπτω,) lentare. Virg.3.Aeneid.77, Antè & Tritonia, lentandus remus in vnda. Vbi Seruius, Lentandus: aut lentè tũ nũgandum est. Nam totam Siciliam circuit. Aut flectendus. vnde Lentum vimen dicimus, id est flexibile.
Arcus lentare. Stat.1.Achil.88, hoc est flectere.
Lenteo, lentes, lentui, lentere, Esse lentum, molle ac tenerum. Lucilius, Lentet opus, dixit.
Lentesco, lentescis, (γλιχρόομαι,) lentescere, Lentum, seu tenerum ac molle fieri, vel glutinosum & tenax. Virg.2. Georg.50, Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. Vbi Seruius, Lentescit, cohæret. Colum. lib.11.cap.2.70, Quæ si natura minus lenta est, ante dies quindecim præcedenda, & purgata in stercore obruenda est vt lentescat. Idem lib.2.cap.11.9, Cicera bubus erui loco, fresca datur in Hispania Bætica, quæ quum suspensa mola diuisa est, paulum aqua macratur dum lentescat. Id est glutinosa fiat, vt ait Budæus.
Lentescere dente. Plin. lib.12.cap.16.3, Reliqua vitia deprehenduntur sapore gummi dente lentescentis.
Curæ lentescunt tempore. Ouid.2.de Arte, 72,
Sit mora rara breuis: lentescunt tempore curæ
Vanescitque absens, & nouus intrat amor.

Lenulus, Lenunculus, Vide LENO.

Leo, les, leui, (ἀλέφω,) Iere. Nunc in vsu non est. Composita autem eius vsurpantur: vt Deleo, Releo.
Leui, præteritum. Horat.1.Carm.ode 20.1, Græca quod ego ipse testa Conditum leui. Vbi Porphyrio, leuisse se gypso vtique vult intelligi. Huic contrarium est Terentianum illud, Releui dolia atque omnes ferias, quod significat, aperui & quasi regip sani.

Leo, leonis, masc.ge. (λέων, λίς,) Notum animal: de quo videto Plinium lib.8.cap.16. Huius fœmina dicitur leæna.
Genus acre leonum. Ouid.4.Fast.43.
Triste leonum seminium. Lucret. lib.3.449.
Vis violenta leonum. Lucret. lib.5.60.
Asper leo. Horat.3.Carm.ode 2.3. Anidus. Ouid. epist.9.8.

Cæsius. Catull. de Acme, 42.14.
Flauus. Horat. Epod.16.7.
Frendens. Silius lib.10.5.
Fulgus leo. Virg.2.Aeneid.145.
Hirsutus. Ouid. epist.9.23.
Horridus. Senec. Here. Oeth.12.11.
Innoxius, Vide INNOXIVS.
Insanus. Horat.1.Carm.ode 16.3.
Iracundus. Ouid.15.Metam.18.
Iubatus. Sene. Thyest. 8.22. Vide IVBA.
Magnanimus. Ouid.3.Trist.eleg.5.7.
Magnus. Virg. eclog.4.5.
Rapidus. Horat. de Arte. 80.
Sæuus. Lucret. lib.3.62.
Sanguineus. Vale.3.Arg.119.
Torquus. Claud.1.in Eut.61.
Trux. Valer.8.Argon.92.
Validus. Lucret. lib.5.197.
Violentus. Ouidius 2.Metam.17.
¶ Leo marinus ex cancrorum genere. Plin. lib.32.cap.11.7.
¶ Leo, Signum cæleste. Plin. lib.17.cap.24.1.
Stella vesani leonis. Horat.3.Carm.ode 29.4.
Aestius leo. Claud.1.in Ruff.74.
Leoninus penult. product. Adiectiuum, (λεόντειος,) Quod ad leonem pertinet: vt
Adeps leoninus. Plin. lib.24.cap.17.9. Et Leonina species, Varro 2.de Re rust.cap.9.4.
LEOCHARES, pen.corr. Sculptor eximius, qui authore Plin. libr.36. cap.5, vnus fuit eorum qui celauere Mausoleum.
LEONIDES, pen.corr. Nobilis Sparta, deinde Lacedæmoniorum rex, qui aduersus Xerxem penè incredibilia egit. Hic commilitonibus dicebat, Pergite animo forti, hodie apud inferos fortè cœnabimus. Cecidit ad Thermopylas, quum illas angustias custodiret. Fuit & alius Leonides, Alexandri præceptor. Quintil. lib.1.cap.1.7.

Leontice, leontices, pen.corr. f.g. Herba, de qua sic Plin. lib.25.ca. 11.3, Cacalia, siue leontice vocatur: semen margaritis minutis simile, dependens inter folia grãdia, in mõtibus ferè. Hæc (inquit Ruellius lib.2.cap.141,) officinis dicitur carui agreste.

Leontios, Gemma. Plin. lib.37.cap.11.5. Sunt & à leonis pelle & pantheræ nominatæ, leontios, pardalios.

Leontopetalon, pen.corr. (λεοντοπέταλον,) Herbæ genus, pedi leonis folia similia habentis, quam eãdem esse cum consilligine Plinii nonnulli putant ex descriptione Dioscoridis. Plin. lib.27.cap.11.3, Leontopetalon, alii rhapeton vocant, folio brassicæ, caule semipedali, aliæ multæ, fenẽ in cacumine in siliquis cicer in modo, radix rapo similis, grandis, nigra.

Leontophonon, pen.cor. (λεοντοφόνον,) Exiguus vermis esse dicitur, nec alibi nascens quàm vbi leo gigni torquo gustato statim expirat leo. Plin. lib.8.cap.38.

Leontopodion, (λεοντοπόδιον,) Plinius lib.26.cap.8.10. Herba hæc amatoria est, quam ferè eandem esse cũ camo refert Barbarus in Dioscoridem. Vide Ruellium lib.3.cap.130.

Leopardus, leopardi, (λεοπάρδαλις,) Animal ex leone & panthera natũ, vel ex pardo & leæna: nigris maculis leo pellem distinguentibus, & iubis caret. Vide Plinii lib.8.cap.16.

LEOSTHENES, pen.corr. Nomen viri, qui quum sponsus esset, & Lamiacum bellum concitasset, interfectus est. Ob cuius amorem sponsa, Demotionis Areopagitarum principis filia, se interfecit, sicut Hieronymus contra Iouinianum testatur. Suidas ait bello contra Macedones lapide percussum in caput improuisè, in prælio cecidisse.

LEPADVSA, siue Lopadusa, pen.prod. Insula Siciliæ, à patellis ostreorum genere dicta, quasi patellaria.

Lepidium, lepidii, n.g. (λεπίδιον, ἰβηρίς,) Herba Colu. lib.11.cap. 38. Sunt qui satiui vel etiam syluestris lepidii herbam die ac nocte muria macerata expressaque lacti misceant sine condimẽtis, & salis quantum arbitrantur, adiciant. Nonnulli recentia folia lepidii cum dulci lacte in olla misceant, &c. Plin. lib.19.cap.8.33. Peregrinum fuit & lepidium. Scritur à Fauonio. Dein quum fruticauit, iuxta terram præciditur. Tunc tuncatur, stercoratur que. Hæc herba hodie in Italia non reperitur vt ait Matthiolus.

Lepidus, pen.corr. Adiectiuum, (χαρίεις, χαρίεντος,) In quo lepõris est plurimum, inquit Donatus, & tam de hominibus, quàm de oratione & aliis dicitur rebus. Plaut. Bacchi.1.48. Apud me, mi animè, vt lepidus cum lepida accubet. Idem Milit.10.65.
At quidem illuc ætatis qui fit, non inuenies alterum
Lepidiorem ad omnes res. Terenti. Eunucho, 3.3.25. O capitulum lepidissimum.
Nunium, lepidus, Vide post NIMIS.
Cantio lepida. Plaut. Sticho, 15.19.
-perinde vt consuetus ante hac,
Celeriter lepidam, & suauem cantionem aliquam occipio.
Cardo lepidus. Plaut. Curcul.2.94.
Vidẽ' vt apperiuntur ædes festiuissime?
Non mutit cardo: est lepidus
Causa lepida. Plaut. Trinum.11.58. -lepida est
Illa causa, vt commemorauit dicere, apud portitores esse Inspectas.
Coniux lepidissima. Catull. de Gallo, epigr.73.1.
Dictum lepidum. Horat. de Arte, 56.
Dies lepidus. Plaut. Aulul.28.4. O lepidum diem.
Facinus lepidum. Plaut. Pœnul.14.79.
Nimium lepidum mihi memoras facinus.
Fama lepida. Plaut. Trinum.6.96. -eo pacto
Addideris nostræ lepidam famam familiæ.
Forma lepida. Plaut. Epid.2.41. Forma lepida & liberali.
Libellus lepidus. Catull. ad Cornelium, epigr.1.1.
Literæ lepidæ. Plaut. Pseudolo, 3.25.
Cur inclementer dicis lepidis literis?
Locus lepidus. Plaut. Bacchid.1.51. Vbi bene sit tibi, locum lepidum dabo. Idem Rud.6.28. Haud longè abesse oportet homines hinc, ita hic lepidus est locus.
Mores lepidi. Plaut. Mostel.4.12. Quin tute exornas moribus lepidis, quum lepida tute es?
Nuntium lepidum. Plaut. Sticho, 5.2. -suo nunquam æque
Patri nuntium lepidum attulit.
Lepidi & delicati pueri. Cic.2.in Catil.42.
Tabellis lepidis, lepida conscriptis manu. Plaut. Pseud.3.26.
Versus lepidi. Catul. ad Flauuium, epigr.6.4.
Vnguentum lepidum. Plaut. Casin.6.12. Vbicunq; vnguentũ' est lepidũ.
Lepida memoratu. Plaut. Bacch.1.28. Quia istęc lepida sunt memoratu.
Lepida & concinna, cito satietate afficiũt aurium sensum fastidiosissimũ: ampla & pulchra diu placere possunt. Author ad Heren. lib.4.181.
Lepidus, Politus, inquit Donatus, vt MARS lamina.
Lepidum, pro Lepide. Plaut. Pœnul.14.39. Lepidum eloquere.
Lepide, pen.cor. Aduerbium, (χαριέντως,) Cum gratia. Cic. ad Atticum, lib.2.18.2. Nunc sit lepide illa ἔκκυνις radiorum. Idem 3.de Orat. 94. & in Orat.83. Ex poeta quodam.
Lepidè hercle adiuuas: Hoc est, elegantè & ad tẽpus. Plaut. Persa, 14.5.
Lepide efficiam mea hera officium. Plaut. Trucul.16.1.
Ego hoc effectum lepide tibi tradam, tace. Plaut. Curcul.8.15.
Lepidè intelligere. Plaut. Truc.14.9. Intellixisti lepidè quid ego dicerẽ
Lepidè stratus lectus. Plaut. Pœnulo, 9.64. In lecto lepidè strato.
Lepidè hercle animum tentaui tuum. Plaut. Aulul.31.18.
Lepidè memoras. Plaut. Bacchid.1.35.
Lepidè volo molliculas escas. Plaut. Casina, 11.55.
Vin' tu lepidè facere? p r. loquere. Plaut. Milit.13.31.
Lepidè, referre gratiam. Plaut. Trucul.4.13.
Lepidule, pen.cor. (ὑποχαριεντίζω,) Aduerbium diminutiuũ. Plaut. Pseud. 7.115. Eam circunducam lepidulè.
LEPONTII, Germaniæ populi, Alpium, Rheticarum (montem sancti Gotthardi vocant) incolæ, apud quos oritur Rhenus fluuius, vt testatur Cæsar bel. Gall. lib.4. Hi sunt medii quinq; horum populorũ, Rhetorum, Insubrum, Salassiorum, Sedunorum, ac Heluetiorum. Plin. lib. 3.cap.20.2. Lepontios ac Salassos Taurisca gentis idem Cato arbitratur. Cęteri ferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Græci nominis credunt, præustis intra sinus Alpium niue membris. Hactenus ille. Lepontii quidem Rhetos habent ab Ortu, Insubres ad Meridiem, Salassios Sedunosq; ad Occasum, Heluetios ad Septentrionem. De his longè plura Glareanus in Cæsarem.

Lepor, lepõris, penult. prod. m.ge. (χάρις, χαριεντισμός, κωμῳδία,) Quod & Lepos lepõris dicitur, quemadmodum honos. Est venustas, & voluptatis cuiusdam amœnitas, quę potissimum verbis fit. Plautus Casina, 6.3.
Nec pote quicquam commmemorari quod plus salis,
Plusque lepõris habeat hodie. Idem Pœnul.4.15. -soror cogita
Amabo item nos perhiberiquasi salsa muriatica
Esse autumantur sine omni lepõre, & sine suauitate, nisi
Multa aqua visi & diu macerẽt, olent, salsa sunt, tãgere vt nõ velis:
Item nos sumus eiusdem modi. Plinius libro.17.cap.1.4. Crassus facetõ lepõre solers.
Lepos quidam, facetiæq;, & eruditio libero digna. Cic.1.de Orat.10.
Facetiarum & vrbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. Cice. de Claris Orato.74.
Sermonis lepor. Cice. pro Flaeco.
Lepor dicendi: Hoc est ornatus, concinnitas, elegantia. Cice.4.Acad.53. Cuius primo non admodum probata ratio (quãquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi) proxime, &c.
Non infaceto lepore, Vide INFACETVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dilectus leporum ac facetiarum. Catul. in Asinium, epigr. 12.2.
Magnus in iocando lepos erat in homine. Cic. 1. de Orat. 14.
Lepore ac venustate affluens. Cic. 7. Verr. 111.
Leporem quendam & salem est consecutus. Cic. 2. de Orat. 55.
Nitidus & leuis lepor. Lucret. lib. 5. 253.
Vario destincta lepore omnia. Lucret. lib. 5. 176.
Aeternum dare leporem dictis. Lucret. lib. 1. 6.
Verborum lepores illigantur in eo genere, Vide ILLIGO.
Versus lepore omnia corrident. Lucret. lib. 4. 17.
Medio de fonte leporum surgit amari aliquid. Lucret. lib. 4. 128.

Leporinus, Leporarium, Vide LEPVS.

LEPTIS, (Λεπτις,) Africæ minoris, quæ Zeugitana prouincia dicitur, duarum vrbium nomen est. Est enim Leptis duplex: Minor, quæ Sarrana cognominatur à Sarranis Phœniciæ. Silius lib. 3. 57. Tabraca tum Tyrium vulgus, Sarranáque Leptis. Salustius, Duæ sunt Syrtes, inter quas Leptis. vnde Leptitani. Altera trans Syrtim minorem sita iuxta Ocam oppidum, Magnæ cognomen habet: illam Neapolim dici existimant. Hæc Vadianus Melæ enarrator.

Lepus, leporis, pen. corr. m. g. (λαγώς, λαγγώς, λαγώς,) Animal vulgo notum: de quo sic Varro lib. 3. de Re rust. cap. 12. Lucius, inquit, Aelius putabat ab eo dictũ leporem à celeritudine, quòd leuipes esset. Ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quòd eũ Aeoles Βοιωτοὶ λάπερον, appellabant. Plaut. Capt. 4. 8. 1. I modo, venare leporem, nõũ hym tenes. Vide Gellium lib. 1. cap. 18.
Auriti lepores. Virg. 1. Georg. 62.
Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos. Horat. 2. Serm. satyr. 4. 9.
Exagitatus lepus. Ouid. 3. de Arte, 132.
Pauidum captare leporem. Horat. epod. 2. 7.
Prouti lepores. Ouid. 1. de Remed. amor. 41. Nunc leporem pronum catulo sectare lagaci.
Solicitus lepus. Ouid. 5. Fast. 75.
Venari leporem canibus. Virg. 3. Georg. 82.
Lepus à posteriore parte, hoc est à lumbis & clunibus pulpamentum de se præbet, eaque corporis parte lautissimus est. Terent. Eunuc. 3. 1. 36. Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Id est ea requiris ab alius, quæ ipse affatim habes domi. Donatus in hũc locum, Lepus (inquit) pro infamia multa ponitur: vel quòd magis à posteriori parte, hoc est armis pulpamentum de se præbeat, quum in conuiuio carpitur appositus: vt Horatius 2. Serm. satyr. 4. 9. ait, Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos. Vel quòd venantur illum, & persectantur canes: quos pro amatoribus ἀλληγορικῶς intelligimus, vt ipse Terentius ait, Cerum videre fugere, sectari canes. Vel quòd illum sic fugiant omnes, constituat vt hunc libido effœminata. Vel quòd à physicis dicatur incerti sexus, ac esse modo mas, modo fœmina. Rursum idem Donatus, Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Quod in te habes, hoc quæris in altero. Et est γνώθι σ' ἀλληγορία.
Lepus, Piscis ex lacertorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11. 71.
Lepusculus, pen. corr. Diminut. (λαγωΐδιον,) Cic. 6. Ver. 42. Si minus eiusmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certè pro lapusculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula, &c. Sic 1. de Nat. deor. 121. Var. 3. de Re rust. cap. 3. 5. Et Colum. in Præfat. lib. 9. 1.
Leporinus, pen. prod. Adiectiuum, (λαγῶιος,) Quod ex lepore est: vt Leporinus cinis Plin. lib. 28. cap. 11. 4.
Leporinum lac. Varro 2. de Re rust. cap. 11. 4.
Leporarium, leporaris, (λαγωταρεῶν,) Non tãtum pro loco vbi lepores sunt, sed etiã pro omnibus septis quæ sunt villæ affixa, accipitur, & habent inclusa animalia, quæ inibi pascuntur. Varro de Re rust. libro 3. cap. 3. 1. Leporaria te accipere volo, non ea quæ triram nostri dicebant, vbi soli lepores sint, sed omnia septa affixa villæ quæ sunt, & inclusa habent animalia quæ pascuntur. Ibidem, cap. 12. Actus secundi generis, afflictiuus ad villam qui solet esse, ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatum. Nam neque solum lepores eo includitur sylua, vt olim in iugero agelli, aut duobus, sed etiam cerui, aut capreæ in iugeribus multis. Vide Gellium lib. 2. cap. 20.

Lepra, lepræ, (λέπρα,) Morbus qui alio nomine dicitur elephantia, siue elephantiasis. Et duplex est: Vna quæ incurabilis est, quam malam scabiem Horatius in Arte poet. 91. nominat, dicens, Vt mala quam scabies, aut morbus regius vrgat. Alia quæ potest curari. Plin. lib. 24. Lachryma vitium veluti gemma, lepras & lichenas & ploras nitro antè præparatas sanat.

LERNA, vel Lerna, (Λέρνη,) Argiuis & Mycenei agri locus est, supra quẽ fuit Argos oppidum. Vnde
Lerneus, Adiectiuum (Λερναῖος,) vt Palus Lerneæ, vbi fuit hydra quinaquaginta capitum, ab Hercule interfecta. Sunt qui scribant, Lernam regiũculam esse Arcadiæ, à Lerno rege cognominatam.
Pestis Lernæa. Lucret. lib. 5. 6.
Venena Lernæa. Ouid. epist. 9. 23.
Lerniferus, pen. corr. Adiectiuum (Λερνηφόρος,) vt Venenum Lerniferum.

Ouid. epist. 9. 29.

LESBOS, (Λέσβος,) Insula in Aegæo, Aeolicarum vrbium metropolis, & vniuersæ Troadis imperium obtinuit. Vrbes in ea fuere memoratu dignæ, Mitylene, & ab ea nunc insula vocatur, & Pyrrha in Occidentali litore sita. Fuit & Bretlos, & Antissa cum portu, & Methimna. Ex hac Pittacus vnus ex septẽ sapientibus, Alcæus, Sappho. Theophrastus philosophus, & alii viri scientia clarissimi orti fuere.
Lesbius, pen. corr. Adiectiuum, (Λέσβιος,) & Lesbõus, pen. prod. Horatius 1. Carm. ode 1. 7. Lesbouin refugit tendere barbitõn.
Plectrum Lesbium. Horat. 1. Carm. ode 26. 3.
Vina Lesbia. Horat. Epod. 9. 7.
Lesbis, huius Lesbidis, pen. corr. (Λεσβίς,) Patronimicum, f. g. à loco. Ouidius epist. 3. 7.
– forma præstante puellæ
Lesbides, euersa, &c. Idem epist. 21. 40.
Lesbides æquoreæ nupturæ, noptaque proles:
Lesbides Aolia nomina dicta lyra.

Lessus, huius lessus, (λεσσυγμός,) Lugubris eiulatio. Plaut. Truc. 18. 2. de Legib. 05. Mulier genas ne carpito, neve lessum funeris ergũ habeto. His enim verbis significatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

LESTRYGONES, penul. corr. (Λαιστρυγόνες,) Populi in extremo Italiæ, quos Vlysses apud Alcinoum narrat humana carne vesci, vt Cyclopas. Et Homerus scribit Lestrygones, socios Vlyssis verubus transfixos, atque ignibus assos comedisse. Acron, Lestrygonã Formianã seu Siciliam, in quibus Cyclopes fuerunt, qui Lestrygones vocabantur. Plinius libro 3. cap. 5. 13. Caieta portus, oppidum Formiæ, Hormiæ dictum, vt existimarunt, antiqua Lestrygonum sedes. Verum ita appellati fuere, quia latrones erant in eo sinu, ἀπὸ τῆς λῃστείας, quod est latrocinio. Horum rex Amiphates fuisse scribitur. Græci per æ diphthongon scribunt in prima.
Incultos aditus Lestrygonas. Tibull. lib. 4. ad Messalam, 12.
Lestrygonius, Adiectiuum: (Λαιστρυγονῖος,) vt Amphora Lestrygonia. Horatius 3. Carm. ode 16. 7.
Ropes Lestrygonię. Silius lib. 7. 56.

Lethalis, Vide LETHVM.

Lethargus, lethargi, m. g. (λήθαργος,) Est marcor & inexpugnabilis pen. somni necessitas, inquit Celius libro 3. ca. 20. eum alienationem mentis. Sipontinus, Lethargus morbus est quem Latini torporem appellant. prouenit ex pituita humidiore frigidioreque cerebrum madefaciente, accidit in eo morbo oblitio omnium rerum. Dicitur autem lethargus, vt quidam putant, ἀπὸ τῆς λήθης, hoc est, ab oblitione. nam in eo morbo (vt dictum est) accidit obliuio omnium rerum à pituita posteriores ventriculos cerebri occupante, in quibus est memoria. Plin libro, 20. cap. 12. 1. Præterea insaniam facere, & lethargos & tocmer is vitia.
Vndæ nigræ lethargi. Lucretius lib. 3. 176. Adde quòd in nigras lethargi immergitur vndas. Id est obliuiones similes iis quas facere dicitur aqua lethæa.
Grauis lethargus. Lucret. lib. 5. 95.
Grandi lethargo oppressus. Horat. 2. Serm. satyr. 3. 20.
Pressus graui lethargo. Quintil. lib. 4. cap. 2. 76. Somnóne te languidum, an graui lethargo putem pressum?
Lethargia, Idem, (λήθαργος.) Plin. lib. 24. cap. 9. 7. Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phrenesi.
Lethargicus, penultima, corrept. (λεθαργικός,) Qui lethargia laborat. Plinius libro, 20. cap. 4. 5. Hydropicis quoque ex aceto aut sinapi sumpti, & lethargicis.
Lethargicus, Adiectiuum, (λεθαργικός,) vt Morbus lethargicus. Plin. li. 24. Grauedinem enim, morbumque lethargicum patitur.

LETHE, (Λήθη,) fluuius quem apud inferos esse poetæ tradiderunt, cuius latices siquis gustauerit, omnium præteritarum rerum obliuiscitur. Ideirco ἀπὸ τῆς λήθης, id est ab obliuione nomẽ habet. Datus est hinc fabulæ locus, quia morientibus omnium rerum obliuio surrepit. Constat autem hunc amnem in Aphrica circa extremũ Syrtium cornu, Beniscen vrbem alluere: sed cum apud omnes fama est ad ea loca infernæ inundatione prorumpere. Lucanus lib. 9. 71.
Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis,
Infernis (vt fama est) trahens obliuia venis.
Secura Lethe. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 5.
Non ego si biberes securæ pocula lethes,
Excidere hæc credam pectore posse tuo.
Lethæus, Adiectiuum, (λεθαῖος,) Lucanus lib. 3. 6.
Non me Lethea comenx obliuia ripæ
Iuuenorem fecere tui.
Amnis lethæus. Virg. 6. Aeneid. 141.
Aquæ Lethęæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 8.

Fluminis

Fluminis Lethæi vnda. Virg. 6. Aeneid. 145.
Limitor Lethæus. Stat. 3. Sylu. 2. 23.
Papaueris Lethæa. Virg. 4. Georg. 109.
Ripæ Lethææ obliuia. Lucan. lib. 3. 6.
Somnus Lethæus. Virg. 1. Georg. 16.

Lethum, lethi, (λήθη, θάνατος,) Mors. Secundum Priscianũ à leo fit, quo veteres vsi sunt pro deleo, quoniam mors omnia delet. Quæ opinio si vera est, aspirationem nõ recipit letum. Apuleius à luo deducit, ideoque per œ scribi præcepit. Varro & Festus à λήθης, id est ab obliuione fieri putant, vnde & per th, absque diphthongo scribunt. Alii per antiphrasim dictum volunt, quasi minime lethum. Liu. 2, ab Vrbe, 172. Adductis deinde legionib* ex agro Romano inuidia rei oppressum perisse tradunt: alii alio letho.
Dolor ac morbus lethi fabricator vterque. Lucret. lib. 3. 96.
Genus miserabile lethi. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 11.
Limen lethi. Lucret. lib. 6. 233.
Vis horrida lethi. Lucret. lib. 3. 35.
Voluntas animosa lethi. Stat. 9. Thebaid. 16.
Sopor conf anguineus lethi. Virg. 6. Aeneid. 56.
Crudele lethum. Virg. 12. Aeneid. 128.
Fœlices lethi, pietas quos addidit vmbris. Silius lib. 4. 80.
Ignobile lethum. Silius lib. 3. 25.
Memorabile lethum. Silius lib. 11. 56.
Nobile lethum. Horat. 1. Carm. ode 12. 7.
Abstimere animam letho. Virg. 3. Aeneid. 135.
Adimere aliquem letho. Horat. 3. Carm. ode 21. 1.
Instanti raptum auche letho. Silius lib. 17. 78.
Deuitari non potest lethum. Lucret. lib. 3. 219.
Dare aliquem letho. Virg. 5. Aeneid. 162.
Erispere le letho. Virg. 2. Aeneid. 27.
Ferre lethum. Virg. 11. Aeneid. 175. Nec quisquam instantes Teucros, lethumque ferentes Sustentare valet telis.
Letho interire, vel perire. Cice. 1. de Diuin. 99. Tamen eodem sibi letho, quo ipse interiisset, esse perendum. Idem ad Atticum, lib. 10. 202. 4. Vide quàm turpi letho pereamus.
Lumina labuntur letho. Virg. 11. Aeneid. 64.
Offerre caput letho. Lucret. lib. 3. 212.
Ostentant omnia lethum. Catull. Argon. 59. 38.
Parere sibi lethum manu. Virg. 6. Aeneid. 87.
Perire præcipiti letho. Senec. Hippol. 2. 36.
Celeri præuertit tristia letho. Lucan. lib. 8. 6.
Sternere letho aliquem. Virg. 8. Aeneid. 114.
Volui letho. Virg. 9. Aeneid. 87. Voluitur Eurytalus letho.
Lethális, & hoc lethále, pen. prod. (θανάσιμος,) Morriferum. Plin. lib. 11. cap. vlt. 1. Homini non vtique septimo (inbaudi die) lethalis in media. Durasse & vltra vndecimum (scilicet diem) plerosque certum est. Plin. de Viris illust. 7. a. Priscum Tarquinium graui quidem, sed nõ lethali vulnere accepto, petere, vt, &c. Plin. lib. 7. cap. 5. 3. Quarto autem & octauo mense, lethalesque in iis abortus.
Ensis lethalis. Ouid. 13. Metam. 79.
Iaculum lethale. Ouid. 5. Metam. 37.
Hyems lethalis. Frigus lethale. Ouid. 2. Metam. 166.
Serpens lethalis. Stat. 6. Theb. 8.
Vulnus lethale. Virg. 11. Aeneid. 150.
Minari lethale. Stat. 4. Sylu. 4. 17.
Lethaliter, pen. corr. Aduerb. (θανατηφόρως,) Plin. lib. 11. cap. 37. 74. Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.
Lethifer, pen. corr. Adiectiuum, (θανατηφόρος,) Quod infert mortem. Colum. lib. 7. cap. 12. 13. Et (vt plurimi pastores affirmant) rabies arcetur, Aestus lethifer. Ouid. 7. Metamor. 108. Lethiferis calidi spirarunt æstibus Austri.
Annus. Virg. 3. Aeneid.
Arcus. Virg. 10. Aeneid. 34.
Cædes. Claud. 5. Paneg. 14.
Anguis. Stat. 5. Theb. 126.
Certamen belli. Catul. Arg. 59. 79.
Dextra. Ouid. 12. Metam. 122.
Ictus. Ouid. 8. Metam. 73.
Locus lethifer. Ouid. 5. Metam. 27.
Huius in obliquo missum stetit inguine ferrum:
Lethifer ille locus.
Sanguine lethifero totus miscebitur orbis. Ouid. 1. Fast. 25.
Lethata corpora, Morte mulctata & intercempta. Ouidius 3. Metam. 11. de sociis Cadmi interemptis à serpente,
Vt nemus intrauit, lethataque corpora vidit,
Victoremque supra spatiũ corporis hostem, &c.

Leuamen, siue **Leuamentum, Leuatio,** Vide Leuo in LEVIS.

Leucacantha, (λευκάκανθα,) Herba in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ cõmanducata, dentium dolorem sedat. Plin. lib. 22. cap. 10. 1.

LEVCADIA, pen. corr. (Λευκαδία,) Insula est contra Ambracisi sinũ, vt est author Pomponius Mela lib. 2. quoniã Neritis appellata, opere accolarum abscissa à continenti, ac reddita ventorum flatu, cõgeriem arenæ accumulantium, vt author est Plinius lib. 4. cap. 1. 3.
Leucadius, Adiect. (λευκαδίος,) vt Aqua Leucadia. Ouid. epist. 21. 38.
Deus Leucadius. 5. Fast. 136. Et 3. Trist. eleg. 1. 9.
Vnda Leucadia. Ouid. epist. 21. 38.
Vertex Leucadius. Lucan. lib. 5. 128.

LEVCAETHIOPES, pen. corr. vt ait Plinius lib. 5. ca. 7. populi sunt qui primi omnisũ cum Libygyptis in interiori ambitu Africæ ad Meridiem versus, superque Getulos interuenientibus desertis habitant. A quibusdã Leucoæthiopes, & Libyæ ægyptii scribuntur quod Hermolao non placet.

LEVCAGVS, penult. corr. vir interfectus, excussus curru, apud Virgilium lib. 10. Aeneid. 118. Excussus curru, moribundus voluitur aruis. Alii scribunt Lucagus.

Leucanthemis, pen. corr, leucanthemidis, fœ. g. Herba de qua Plinius lib. 22. cap. 21. 3. Anthemis, inquit, magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida vocãt, alii leucanthemum, alii eranthemon, quoniam vere flore attalli chamæmilon, quoniam odorem mali habeat: nonnulli melanthemon vocant. Genera eius tria flore tantum distant, palmum nõ excedentia, paruisque floribus vt rutæ candidis, aut melinis, aut purpureis.

LEVCAS, huius Leucadis, pen. cor. f. g. (λεύκας,) Leucadiæ regionis in Acarnania oppidum, vt scribit Pomponius lib. 2. Est quoq; iuxta litus Leucadium, & Leucates promontorium prope Ambraciam. Est etiam Leucas insula, quæ superioribus annis (vt Strabo author est) litus extitit quæ insula effecta est. De qua Laertem dixisse aiunt, Munitam solus vi cepi Neriton. litus erat terræ, hoc quidem in loco manufactæ excisiones fuerunt. Et lib. eiusdem Strabonis 10. Iegunus, Corinthii Chersonesi terra angusta effossa, Leucadem in insulæ formam redegerunt, & in eum locum trãsportata Nerito, qui quõdam fuerat isthmus, nunc verò fretum & euripus est, ponte ingabilis, mutato nomine, dixere Leucadem: sumpto, vt ceor, à Leucate vocabulo. Vide Plinium, lib. 4. cap. 1. 4.
Aspera Leucas. Lucan. lib. 1. 9.

LEVCASPIS cum Aenea in Italiam nauigans, Troia diruta, procella oborta obrutus, teste Virgilio lib. 6. Aeneid. 67.
Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes,
Leucaspin, & Lycias ductorem clasis Orontem:
Quos simul à Troia ventosa per æquora vectos
Obruit Auster, aqua inuolutem nauemque virosque.

LEVCATES, pen. prod. (λευκάτης,) Mons seu promõtoriũ in Epiro, mare intrans. Virg. 3. Aeneid. 55. Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis. Dictas Leucates (vt ait Strabo lib. 10.) à petra eiusdem nominis, coloris albi, in pelagus proiectam qua est Apollinis fanum.
Nubifer Leucates. Claud. de bello Getico, 38.

LEVCE, authore Plinio lib. 5. cap. 39. oppidũ est in finibus Ioniæ, quod etiam insula fuit. Est præterea eodem lib. 4. cap. 13. & Mela authoribus, insula Ponti in mari Mediterraneo Borysthenis ostio obiecta, parua admodum: & quòd ibi Achilles sepultus est, Achillea dicta: eadem & Macharon appellata.

Leuce, (λεύκη,) Vitiliginis species, Vide ALPHOS.

LEVCOGAEI, (Λευκόγαιοι,) Plinio lib. 35. cap. 15. colles sunt in Italia in Neapolitano Campanoq; agro, inter Puteolos & Neapolim, in quibus inuenitur alumen simul & sulphur.

Leucoion, (λεύκοιον,) quid sit, declarat Plinius his verbis, de calcantho loquens, lib. 34. cap. 12. 9. Sed ex eo candidum colorem sentientem violam, leucoion appellant. Sed nequis hallucinetur, sciendum est leucoii nomine omnia violarum genera comprehendi, sed coloris alio addito nomine: vnde Leucoia cãdida, dixit Columella lib. 11. Dicuntur & leucoia lutea, purpurea, &c.

Leucoma, pen. prod. leucomatis, n. g. (λεύκωμα,) Album dicitur: hoc est, tabula illa in qua iudicum descripta erant nomina, & in qua singulorũ annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo. Pyctatiũ aliàs dicitur, & matrix. Hermolaus. Accipitur & Leucoma pro albo oui, & pro ocolorum albugine.

LEVCON, (Λεύκων,) rex Ponti à fratre Oxilocho interfectus, quòd cũ eius vxore adulterii & incestus cõsuetudinem haberet. Ouid. in Ibin, 63. Aut pia te cæso, dicatur adulter: aiticut,
Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est.
Leucon agricola, qui fuerit, Vide Alia Leucon in ALIVS.

Leuconium, leuconiis siue Leuconicum, leuconici, (γνάφαλον, Tomentum dicitur. Matt. lib. 11. 22. Culcitra leu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conico quàm viduata suo. λύκωνον. Idem lib.14.158,
Oppreſſæ nimium vicina eſt falcia plumæ:
Accipe leuconicis vellera raſa ſagis. Legitur & Lingonicis.

LEVCOPETRA, pen.corr.(λευκόπετρα,)Promontorium.Cic.1.Philip.5.Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram,quod eſt promontorium agri Rhegini,venti detuliſſent,ab eo loco conſcendi, vt tranſmitterem.Idem Attico,lib.16.333.19.

Leucophaeus, leucophæi,(λευκόφαιος,)Color natiuus ex albo & nigro nomen trahēs,λευκόν,album: φαῖον, medium inter album & nigrum,id eſt fuſcum & pene nigrum. Plin.lib. 32.cap.10.2.lecur rubetæ vel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodeſt. Idem libro,24.cap.12.3. Purpurea aut leucophæa, & quæ facillimè diluitur. Vitruu.libro.8.cap.3.Fontes & flumina ſunt, quorum potu pecora quanuis alba ſint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla,aliis locis coraciuo colore. Idem in campis Troianis proxime flumen armenta rufa & pecora leucophæa naſcuntur. Cenſet Bayfius eum eſſe colorem quem cineritium vocamus.

Leucopæatus,ſiue Leucophæatus,pen.prod.(λευκοφαιωτός,)Leucophęo colore indutus:cuiuſmodi ſunt Franciſcani,aut quos vulgus Italorum Beretinos vocat.Mart.lib.1.91.
Amator ille triſtium lacernarum,
Et beticatus atque leucopæatus.

Leucoſtictos, ca.7.4.Lapis ab albis punctis nomen habēs.Plin.lib. 36. Rubet porphyrites in eadem Aegypto,ex eo candidius interuenientibus punctis,leucoſtictos vocatur.

LEVCOSIA,(λευκωσία,)Inſula contra Peſtanum ſinum,in mari Tyrrheno Lucaniæ adiacens,vt Strabo lib.6.refert:paruum ad continenté habens curſum.

LEVCOSTRORVM,cubitus,Ptolemæo lib.5.cap.6. Cappadociæ locus.Hodie Lirus.

LEVCOTHEA,pen.corr.(λευκοθέα,)Aurora:quaſi alba dea.Cicer.1. Tuſc.45.Quid Ino Cadmi filia,nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris? Sic 3.de Nat.deorum,65.

LEVCOTHOE,pen.corr.(λευκόθοε,)Ouidio li. Meta.4.fuit Orcami Babylonii ex Eurimone filia,quā à Phœbo grauidā factā,pater crudeliter defódit viuam.Sed Phœbus mutauit eam in arborem thus ferētē.

LEVCTRA,per cantet,plurali numero,ſingulari Leuctrum,& genere feminino Leuctra,(λεύκτρα,)Solinus etiam Leuctras videtur vtiurpaſſe. Oppidum eſt Bœotiæ. De eo meminit Cicero 1. Tuſcul.177. Et 1.Offic.89.

Leuctricus,pen.corr.Adiectiuū(λευκτρικός,)vt Pugna Leuctrica.Cic.1. Tuſc.177.Priuſque Leuctra tollētur,quàm pugnæ Leuctricæ gloria. Leuctricā pugnā appellat,in qua Thebani apud Leuctra vicū Bœotię, res Lacedæmoniorū gloriamq; attriuerunt. Vide Cęlium lib.5. cap.8.

Leui, præteritum à Leo,les.Vide ſuo loco.

Leuidenſa, Vnde Leuidenſæ munus.Cicero prouerbiali figura vocat munus vile,minimiq̃ pretti,cuiuſmodi vulgaribus amicis miſſitare diuites conſueuerunt.Sic enim ſcribit ad Dolabellam,lib.9.12.3 Oratiuncula pro Deiotaro,quā requirebas,habebā mecum,quod nō putarā.Itaque cā tibi miſi.quā velim ſic legas,vt cauſam tenuē & inopē,nec ſcriptione magnopere dignā.Sed ego hoſpiti veteri & amico,munuſculū mittere volui leuidenſæ:craſſo filo,cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe monera.Seruius oſtendit. Leuidenſam veſtis eſſe genus vile,raro,tenuiq̃ textu.Quondā inter hoſpitum xenia,veſtes in primis erant. Vnde & apud Iuuenalem Saty.9.3.queritur quiſpiam veſtes donari,villo craſſo,coloreq̃ malo,Et malè percuſſas textoris pectine Galli.Proinde M.Tullius orationē ſuam parum elaboratam,atque expolitam,leuidenſæ munus appellat.Elegāter accommodabitur ad munus leuiculum,aut officium vulgare,nō adinodum ex animo,neque diligenter præſtitum amico cuipiam vulgari.Eraſmus.

Leuir, leuiſri,pen.corr.m.g.(δᾶήρ,)Feſtus,Leuir,eſt vxoris meæ frater.Nonius,Leuir dicitur frater mariti,quaſi leuus vir.Modeſtinus Iuriſc.de Gradibus affinita. L. Non facile,Viri frater,leuir eſt: apud Græcos δᾶήρ appellatus,vt eſt apud Homerum relatū ſic enim Helena ad Hectorē dixit, δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυόεσσης, id eſt,Leuir mei canis,omnis malis cauſatricis horridæ.

Leuipes, pen.corr.leuipedis,omnis generis,(ἀκύπους,)Celer & pedibus leuis.Varr.3.de Re ruſt.cap.12.5,Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine,quōd leuipes eſſet.

Leuis,(κοῦφος,ἐλαφρός,χαλαρός,)& hoc leue,prima breui,Quod ſine pondere eſt.Virg.10.Aene.34.Corytiq̃ leues humeris,& letifer arcus.Sic Leue pondus.Plin.lib.12.ca.9.2.Leue autem dicitur propriè,quod faciliùs ſurſum attollitur quàm deorſum tendat.

Leuis armaturæ milites. Vide ARMA,Cicero 10.Philipp.278. Noſtræ ſunt legiones,noſtra leuis armatura,noſtri equitatus.&c. Cæſar 8.bel. Gal.71.Quibus celeriter ſubueniunt leuis armaturæ milites. Hoc eſt pedites & expediti milites. Idē 3.bel.Ciuil.237. His paratis rebus,magnum numerum leuis armaturæ,& ſagittariorum,aggeremq̃ omnem noctu in ſcaphas & naues actuarias imponit.

Leuis armaturæ excurſio in oratione,eleganter dicitur pro prima argumentorum leuiorū textura.Cic.1.de Diui.38.Sed hęc fuerit nobis cū quàm leuis armaturæ,prima orationis excurſio:mſi cominus agamus, experiāmurq̃ ſi poſſimus cornua commouere diſputationis tuæ.
Animæ leues.Lucret.lib.3.85.
Arma leuia.Ouid.ad Piſonem,18.
Currus.Ouid.1.de Arte,1.
Equus.Valer.6.Argon,49.
Leue piper,Quod pondere tale apparet.Plin.lib.12.cap.7.2.Hoc ex omni genere alperrimum eſt,leuiſſimumq̃ & pallidum.
Pondus leue.Ouid.2.Metam.33.
Rota.Virg.1.Aeneid.51.
Stipula.Virg.1.Georg.17.
Foliis leuior.Ouid.epiſt.5.22.
¶ Leuis homo,Inconſtans,& qui faciſe opinionem mutat. Plautus Trinum.17.46.
– metuo ſi id denegem
Quod me oras,ni te leuiorē erga me putes.Id ē ne videaris à me cōtēnī.
Leuis homo.Vilis &abiectus.Plaut.Menæch.11.23.Quid ais homo leuior quàm pluma? Cicc.de Amic.76.Leuium hominum atque fallacium, &c. Idem 4.Verr.10,Iudex nequam & leuis.Et pro Cluent.60.Leuis ac nummarii iudices.
Vulgus leue.Ouid.12.Metam.11.
Leuis author,Cui nulla eſt adhibenda fides.Liu.5.ab Vrb.73.Exequebatur inde quæ ſolennis deriuatio eſſet.Sed authorem leuem,nec ſatis fidum ſuper tanta re patres rati.
Leuia hæc ſunt:Hoc eſt inutilia & vana.Terent.Hecy.3.1.12.Leuia hæc ſunt,quæ tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum.
Leui brachio aliquid agere,Id eſt,indiligenter.Cic.Attic.lib.4.85.9.Conſules,qui illud leui brachio egiſſent,rem ad Senatum detulerunt.
Leue mentis acomen diſcurrit,Vide ACVMEN.
Cauſæ leues.Terent.Hecyra,3.4.12.Olim quidem te cauſæ impellebant leues.Id eſt,faciles cōmouebatis. Cic.3.de Finib.66.Dolores eos dē tolerabilius patiunt qui excipiūt eos pro patria,quā qui leuiori de cauſa.
Colla leuia.Propert.lib.2.eleg.3.3.
Cura leuior.Virg.3.Georg.61.
Dolor leuis,Parus.Cic.1.de Finib.63.Quōd mors ſenſu careat,dolor in longinquitate leuis,in grauitate breuis ſoleat eſſe,vt eius magnitudinē celeritas,diuturnitatem allenatio conſoletur.
Fortuna leuior malorum.Ouid.4. Triſt.eleg.1.13.
Fortunam facere leuēm.Stat.1.Thebaid.36.
Gratia leuis.Plaut.Pœnul.12.17.
Verum ita ſunt omnes iſti noſtri diuites:
Siquid benefacias,leuior pluma eſt gratia.
Iactura leuis.Claud.2.in Eutrop.24.
Impenſa leuis.Ouid.2.de Arte,51.
Inſania leuis.Horat.2.epiſt.1.24.
Iuuentas leuis.Horat.2.Carm.ode 11.2.
Labor leuis.Plaut.Rud.5.14.Labor leuior eſſet hic mihi eius opera. Idē Capt.5.2.Si id facietis,leuior labos erit. Terent.Heau.2.4.19. Nam dum abs te abſum,omnes mihi labores fuere,quos cepi,leues.
Labor leuior,minorq̃ue.Ouid.1.de Ponto,eleg.5.5.
Munus leue.Ouid.1.Metam.125.
Nomine leuiori appellare,Minus odioſo.Cice.pro Roſc.Ameri.56.Sincos,quos,qui leuiore nomine appellant,percuſſores vocant, &c. Nomen enim percuſſoris leuius eſt quàm ſicarii.
Pœna leuior.Ouid.1.Amor.eleg.1.1.
Pretium leuius.Ouid.3.de Arte,35.
Reprehenſio leuis.Cic.4.Acad.183.
Res leues.Virg.4.Georg.1.
Ruina leuis.Horat.2.Carm.ode 19.3.
Scriptura leuis.Terent.in Prolog.Phor.5.
Qui ita dictitant,quas antea fecit fabulas,
Tenui eſſe oratione,& ſcriptura leui:
Quia nuſquam ſcripſit inſanum adoleſcentulum,&c.
Sententia leui pueri.Terent.Hecyra,3.1.32.Itidem illæ mulieres ſunt ferme,vt pueri,leui ſententia.
Seruitutem leuem reddere.Plaut.Capt.5.5.
Nunc ſeruitus ſi euenit,ei vos morigerari mos bonus eſt,
Eamq̃ herili imperio,ingeniis voſtris leuem reddere.
Spes leues.Horat.1.epiſt.5.2.
Somnus leuis.Virg.5.Aeneid.168.
Tactus leuis. Plin.lib.11.cap.53.3.Irremediabile id ſcelus, mortem illico adfert leui tactu.
Verba leuiora foliis.Ouid.2.Amor.eleg.16.9.
Verſus leues.Horat.de Arte,47.
Vina leuia:Id eſt tenuia.Plin. ait leuiſſimum vinum celerrimè inuetterari.

Vmbra leuis.Tibull.lib.1.eleg.6.12.
Vomere leui admodum ſauciare ſummam partem terræ:Hoc eſt Leuiter terram arare.Colum.lib.2.cap.2.13.
Vſus leuis amicitiæ, Id eſt qui non multum prodeſt. Ouid.1.de Remedio amor.39.
Vulnus leue.Ouid.3.Metam.18.
¶ Habere aliquid in leui.Tacit.liq.19.Q uocunque caſu accidit,dū atrocior metuebantur,in leui habitum.
Leuiculus,leuiculi,pen.corr.(ὑποκόνυφος,)Adiectiuum diminutiū.Cice. 5.Tuſc.145.Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes,qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat,aquam ferentis muliercularē,vt mos in Græcia eſt:inſuſurrantisq̃ alteri,Hic ille Demoſthenes.
Leuitas,penul.corr.leuitatis,(κουφότης,ἐλαφρία,)De re quæ ſine pondere eſt dicitur. Plin.libro.12.cap.12.2. Syncerum quidem leuitate deprehenditur.
Volucri leuitate ferri.Lucret.lib.4.41.
¶ Leuitas,Inconſtantia, vilitas. Cice.2.Philipp.84. Quum in Antonio genus quoddam ſordidiſſimum vitæ demonſtrare vellet,quōd in caupona delitеſceret, quōd ad veſperum potaret, quōd ore inuoluto iter faceret ne cognoſceretur: Videte(inquit) hominis leuitatem.tanquam prorſus iſta dedecora hoc vitio notarentur. Idem 4. Academi.215, Vt omittam leuitatem temere aſſentiendi, &c. Plinius libro,11.cap.13.2.Nec puduit has veſtes vſurpare etiam viros,leuitatē propter æſtuam.
Vana leuitas incertæ mentis. Silius lib.16.30.
Conſtans in leuitate fortunæ.Ouid.5.Triſt.eleg.9.4.
Conuincere leuitatis,Vide CONVINCO.
Culpanda leuitas.Ouid.2 de Arte,86.
Leuiter,pen.corr.Aduerbium,(κουφῶς,ἐλαφρῶς,)Sine pondere.
Leuiter agnoſcere. Cicero.2.de Finibus.58. Nam ſunt & in animo præcipua quædam,& in corpore: quæ quum leuiter agnouit, tunc diſcere incipit.
Leuiter aſperſus laudibus.Cic.Cecinnæ,lib.6.6.10. Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas,è quo ſit leuiter aſperſus.
Leuiter attingere ſtudia,pro Paruo tempore literis operam dare,& quaſi à limine ſalutare ipſa ſtudia.Suet.de Clar.grammaticis,9. Functuſque militia,ſtudia repetit,quæ iam inde à puero non leuiter attigerat.
Leuiter aliquid tangere.Quintil.lib.7.cap.4.
Leuiter dicere.Cic.3.in Catil.62.Tamen vt leuiſſimè dicam,dimicandum nobis cum illo fuiſſet. Idem Appio,lib.3.10.15.Quum tu omnibus ornamentis vel præſidiis redundares,illi (vt leuiſſimè dicam)multa deeſſent.Sic ſæpe alibi.
Diffidere leuiter.Cic.Attico,lib.1.8.5.Eius autem Collega & in me perhonorificus, & partium ſtudioſus,ac defenſor bonārum:quin nunc leuiter inter ſe diffidunt.
Dolere leuiter.Ouid.10.Metam.27.
Leuiter eminere.Cic.1.de Nat.deor.15.Genæ deinde ab inferiore parte tutantur ſubiectæ,leuiterq̃ eminentes.Id eſt paululum.
Leuiter eruditus homo,id eſt mediocriter.Cic.1.de Orat.14.
Leuiter ferre,hoc eſt facilè & patienter.Ci.de Prouinc.Conſul.39.Atque hoc velim probare omnibus. p. c. ſed leuiſſimè feram,ſi forte his aut minus probaro,qui meum inimicum repugnante veſtra authoritate texerunt,&c. Idem de Aruſp.Reſp.43.Grauiter equidem,ſed aliquanto leuius ferebam.
Leuiter fundata fides.Liu.1.ab Vrbe,35.Adeóne eſt fundata leuiter fides vt vbi ſim,quàm qui ſim magis referat?
Leuiter inflexum,hoc eſt Parum incuruum vel paululum.Cic.1. de Diui. 58.Bacillum incuruum,& leuiter à ſummo inflexum.
Leuiſſimè læſus,hoc eſt Parum admodum.Plin.epiſt.116.lib.6.Villa Campaniani,quam in Campania poſſides,eſt quidem vetuſtate vexata:ea tamen quæ ſunt pretiоſiora,aut integra manēt,aut leuiſſimè læſa ſunt.
Timidè,nec leuiter aliquid ligurire.Cic.5.Verr.153.
Leuiter ornatus.Cic.in Oratore,11.Alii in eadem ieiunitate concinniores,id eſt faceti,florentes etiam & leuiter ornati.
Leuiter ſaucius.Cicero de Inuent.
Leuiter aliquid tangere.Cic.pro Roſc.Amerino,51.Tametſi neque omnia dicam,& leuiter vnumquodque tangam. Hoc eſt obiter,& quod dicitur,in tranſcurſu.
Leuiter bene velle alicui.Plaut.Pœnul.9.9.Et quanquam bene volumus leuiter lenonibus.
¶ Leuius,pro Minus,Aduerbium quantitatis:vt illud,
Nam leuius lædit quicquid præuidimus ante.Sic apud Horatium,1.Serm. ſatyr.7.4.
– quanto conſtantior idem
In vitiis,tanto leuius miſer,ac prior ille,
Qui iam contento,iam laxo fune laborat.
Dolere leuius.Ouid.in Ibin,52.
Leuifidus,pen.corr.Adiectiuum,(κουφόπιστος,)Qui leui fide eſt. Plaut. Perſa,6.63.Omnes ſunt lenæ leuiſidæ.Plautina dictio.
Leuiſomnus,Adiect.(κουφόυπνος,)Quod leui ſomno eſt: Elegans cantū epitheton,qui leui ſomno premuntur.Lucret.lib.5.173,Et leuiſomna canum fido cum pectore corda.
Leuo,leuas,(ἀείρω,ἀνάγω,)leuare,In alium tollere,veluti leue quiddam.
Membra leuare cubito.Ouid.epiſt.20.4.
Palmas leuamit ad cælum.Stat.11.Thebaid.112.
Manum leuare.Quintil.lib.1.cap.12.6.Et omnia leuata, vt ipſi vocant, manu emuguunt.
Leuare ſe de.Ouid.2.Metam.43. –de cæſpite virgo Se leuat.
Leuare in ſublime.Plin.lib.2.cap.16.7.
¶ Leuare,Auferre. Virg.2.Aeneid.30. –atque arcta leuari Vincla in bet Priamus. Cic.1.Tuſcul.192. Emittiq̃ noſtè cuſtodia, & leuari vinculis arbitremur.
Leuare,(κουφίζειν,)aliquē onere,& Leuare alicui onus,Exonerare.Virg. eclog.9.12, –ego hoc te faſce leuabo.Cic.de Sene.2.Hoc enim onere,quod mihi tecum commune eſt,aut iam vrgentis,aut certè aduentantis ſenectutis,& te,& me ipſum leuari volo. Idem ad Appium,lib. 3.12.8,Leua me igitur hoc onere.
Leuari à pœna.Plin.lib.29.cap.4.4.
Auxilio leuare aliquem.Virg.1.Aeneid.91.
Leuare ægritudine.Cice.ad Atticum,lib.9.17.2,Longior vero epiſtola non me ſolum,ſed meos omnes ægritudine leuauit.Sic Leuare cruciatu,Idem 4.de Finib.51.
Amicitias leuare remiſſione vſus.Cic.de Amicit.65, Erumpunt ſæpe vitia amicorum tum in ipſos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundet infamia,tales igitur amicitię ſunt remiſſione vſus leuandæ: & (vt Catonem dicere audiui) diſſuendæ magis quàm diſcindendæ.Id eſt ſenſim leuius colendæ,inquit Budæus.
Angorem leuare.Cic.ad Attic.lib.1.13.2, Tu autem qui ſæpiſſime curā & angorem animi mei ſermone & conſilio leuaſti tuo.
Animum leuare exercitatione,Recreare. Cice.de Senec.32,Et corporaquidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur.
Leuare atrocitatem alicuius rei.Cic.pro Quintio,50, Si res iſta grauiſſima ſua ſponte videretur,tamen eius atrocitas neceſſitudinis nomine leuaretur.Hoc eſt minueretur,leuior efficeretur.
Leuare ſuam authoritatē inconſtantia:Id eſt minuere. Cic.4.Acad.125.
Annonam leuare,& Populū leuare,frumento ſuppeditato in caritate annonæ:Hoc eſt popolo annonæ penuria laborāti ſubuenire.Liu.6.bel. Pun.106,Vt eſſet non incolatū modò alimēris frugifera inſula, ſed vrbis Romæ,atq; Italiæ(id quod multis ſæpe tēpeſtatibus fecerat)annonam leuaret.Sic Cicero p Milone,53.Et pro Corn.Balbo,23, Et hoc tempore ipſo Populum Rom.quem in caritate annonæ, vt ſæpe ante fecerant,frumento ſuppeditato leuauerunt.
Calamitatem innocentium leuare. Cicero pro Roſc.Amerino,4,Deinde à vobis Iudices,vt audacium ſceleri reſiſtatis, innocentium calamitatem leuetis,&c.
Leuare cladem authore.Ouid.2.Metam.54.
Si placet hoc,meruiq̃,quid ō tua fulmina ceſſant
Summe deūm?liceat perituræ viribus ignis,
Igne perire tuo,clademq̃ authore leuare.Verba ſunt Terræ ad Ioue.
Corpus leuare tempore feſto,eſt recreare.Horat.2.epiſt.1.29.
Cruciatum leuare.Cice.7.Verr.93.Vt leuandi cruciatus ſui gratia lictori pecunia daretur.
Leuare aliquem cura.Cicero ad Atticum,lib.5.91.5.
Curas & ſitim leuare vino.Ouid.12.Metam.32.
Cura leuanda verbis.Ouid.5.Faſt.48.
Dentes leuare penna.Martial.lib.14.22.
Lentiſcum melius,ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit,dentes penna leuare poteſt. Hoc eſt purgare.
Dolorem leuare alicuius.Cic.ad Brutū,9.1,Fungerer officio,quo tu functus es in meo luctu,teq; per literas conſolarer, niſi ſcirem his remediis,quibus meum dolorem tum leuaſſes,te non egere.
Facinus leuare alicuius.Liu.4.ab Vrbe,74, Leuant quidam regis facinus in teſſerarum proſpero iactu,vocem eius ambiguā,&c. Hoc eſt excuſant,& minus graue faciunt.
Famem leuare fronde & cæſpitibus.Ouid.epiſt.14.20.
Promiſſa multa leuant fidem.Horat.2.epiſt.2.2.
Multa fidem promiſſa leuant,vbi plenius æquo
Laudat venales qui vult extrudere merces.Leuant,id eſt eleuant,imminuunt.Multa enim promittentibus non habetur fides.
Fœnore leuari.Liu.6.ab Vrbe,65.Non eſſe modeſtię Pop.Romani id poſtulare,vt ipſe fœnore leuetur,& in agrum iniuria poſſeſſum à potentibus inducatur.
Ictum ſerpentis leuare.Plin.lib.7.cap.2.4,Crates Pergamenus in Helleſponto circa Parium,genus hominum fuiſſe tradit, quos Ophiogenes vocat,ſerpentum ictus contactu leuare ſolitos.
Iniuriam leuare.Cæſ.1.bel.Ciuil.36,Q ueres etſi nihil ad leuandas iniurias pertinere videbantur,&c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inopiam leuare. Cæsar 3.bel.Ciuil.193. Est etiam genus radicis inuentum ab iis, qui fuerant cum Valerio, quod appellatur chara, quod admistũ lacte, multum inopiam leuat.
Inuidia leuari. Cicc.ad Atticum, lib.15.322.3. Balbum leuari inuidia per nos velim.
Laborem alicui leuare, pro Minuere ei laborem, adiuuare. Virgil. 1. Aeneid.67.
– nostrumque leues quæcunque laborem.
Vbi Sernius, Leues, leuem facias.
Laborum, vel labore leuare. Plaut. Rud. 6.12.
– amplectere spes mea:
Vt me omnium iam laborum lenas? Cic.2.de Orat.190. Adiungam etiam de memoria, vt labore Crassum leuem.
Membra leuare quiete, Reficere. Ouid.1.de Remed.amo.42.
Metum alicui, vel Aliquem metu leuare. Cic.2. Tusc.100. His leuabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis & gloria. Liu.2.ab Vrbe, 92. Volscis leuatis metu, &c.
Morbum alicui leuare, pro Aegritudinẽ animi auferre. Plaut. Mili. 18.56.
– leuandum morbum
Mulieri video. M. videñ vt tremit, atque extimuit postquam te aspexit?
Nemus leuandum fronde. Virg.1.Georg.80.
Obsidione leuari. Virg.10.Aeneid.5.
Opinione sinistra aliquem leuare. Cic.de Amicit.63. Sunt enim quidam qui molestas amicitias faciunt, quum ipsi se contemni putant; quod nõ fere contingit nisi iis qui etiam contemnendos se arbitrantur: qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere leuandi sunt. Id est deducendi ab ea opinione quæ eis grauis est. Budæus.
Ora arida leuare aquam. Ouid.1.de Remed.amor.46.
Parru leuare aliquam dicitur Lucina. Ouid.9.Metam.140.
Paupertatem alicui leuare, pro Eius paupertati subuenire. Plaut. Epid.11.28.
– virgini pauperculæ
Tuæque matri me leuare paupertatem.
Plagam leuare, vel insectas partes de arbore: Hoc est auferre tenuissimas partes quæ post incisuram remanserunt, ne insitioni noceant. Colum. lib.5.cap.11.11. Tum arborem sici detrũca, plagamque leua. Ibidem, cap.9.2. Talæ deinde sesquipedales serra præcidantur, atque earum plagæ vtraque parte leuentur. Ibidem, Quosdam ramen magis delectat in trunco arboris locum seminibus serra facere, insectasque partes tenui scalpello leuare. Sed fortè, neque id ab re, contenderit aliquis, in his locis legẽdum esse læuare, vt idem sit quod læuigare, hoc est plagam læuem facere, nequid extet, asperúmve emineat.
Promissa multa fidem leuant. Horat.2.epist.2.2. Hoc est imminuunt. Multa promittentibus non habetur fides.
Liberare, siue Leuare se ære alieno. Cic.Attico, lib.6.113.7.
Sese infamia leuare. Cic.5.Verr.119. Potestas erat isti homini integro atque innocenti data, vt in Apronium quum animaduertisset, sese grauissima leuaret infamia.
Sitim leuare de fonte. Ouid.15.Metam.65.
Sumptum leuare. Terent. Heaut.4.4.24. Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse iarum abitu. Id est, non tantum se consumpturum.
Leuari superstitione. Cic.1.de Fin.97. Omnium autem rerum natura cognita, leuamur superstitione, liberamur mortis metu.
Suspicionem leuare, & à se remouere. Cicc.5.Verr.116. Tum iste homo innocens, qui illam suspicionem leuare, atque ab se remouere cuperet, recuperatores dicit se de cohorte sua daturum.
¶ Leuare tributũ alicuius agri, Reditus illius capere. Vlpianus in L. Forma. Parag. Si vero. ff. De censibus, Agri enim tributum in eam ciuitatẽ debet leuari, in cuius territorio possidetur.
Viam sermone leuare. Virg.8.Aeneid.62.
– varioque viam sermone leuabat.
Hoc est, Minus molestum, & magis iucundum iter faciebat.
Vitiũ leuare. Oui.epist.16.10. Illa bene errauit, vitiumq; authore leuauit.
Leuare vitiis atque erroribus. Cic.4.de Finib.107.
Leuãtus. pen.produ. Participium, (ἀτεθὲς,) Liu.1.bel.Pun.231. Et mox aqua leuata vento quum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum niuosæ grandinis deiecit.
Leuata in nubes nebula. Liu.7.bel.Maced.167.
Leuatio, Verbale (κούφισις,) Consolatio, siue quod alleuationem vocãt. Cic.ad Atticum, lib.12.243.4. Leuatio quædam est, si minus doloris, at officit debiti. Sic Leuatio ægritudinis, Cic.1.Tuscul.195.
Leuatio vitiorum. Cic.4.de Finib.108. Leuatio igitur vitiorum magna fit his qui habent ad virtutem progressionis aliquantum.
Leuãmen, pen.produ. leuãminis, (κούφισμα,) Quod leuat & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit, siue Consolatio. Cic.ad Atticum, li.12. 241.6. Quod si esset aliquod leuamen, id esset in te vno. Martial.lib.6. 68. Hic tibi curarum socius, blandumque leuamen.
Omnis curæ casusque leuamen, Virg.3.Aeneid.142.
Mite leuamen. Ouid.epist.3.13.

Leuamentum, Idem, (κούφισμα,) Cic.5.de Finib.96. Nos autem non solũ beatæ vitæ istam oblectationem videmus, sed etiam leuamentũ miseriarum. Plin.lib.8.epist. Studia vnicum doloris leuamentum.
Malorum leuamenta. Tacit.lib.4.
Vxorum leuamentum. Tacit.li.3. Sed reuertentibus post laborem, quod honestius, quàm vxorum leuamentum?
Modicum in præsens leuamentum fuere. Tacit.lib.3.
Præstare leuamentum. Plin.lib.30.ca.3.4. Vermes terreni decocti in oleo, & infusi auriculæ, cuius è parte doleant, præstant leuamentum.
Leuamento esse, Leuare, & subleuare, aut exonerare. Cic.ad Attic.lib.12. 257.1. Quod scies rectè in illam rem fore leuamento, bene facis, quam id esse (mihi crede) perinde vt existimare tu non potes.

Leuor, Leuus, Vide LAEVVS.

LEVPHANA, (Λευφάνα,) Germaniæ vrbs apud Ptolemæum. Vulgo Hanofer.

Lex, legis. f.g. (νόμος, πρεσβύτερος,) Quæ quid sit, definit Cicero 1.de Legib.26. Lex est ratio summa insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria. Eadem ratio quum est in hominis mente confirmata & confecta, lex est. Itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit vt rectè facere iubeat, vetet delinquere: eamque rem illi Græco putant nomine suum cuique tribuendo appellatam, ego nostro à legendo. Nam vt illi æquitatis, sic nos delectus vim in lege ponimus, & proprium tamen vtrunque legis est. Quod si ita rectè dicitur (vt milii plerunque videri solet) à lege ducendum est iuris exordium. Ea est enim naturæ vis, ea mens ratioque prudentis, ea iuris atque iniuriæ regula. Sed quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit: & appellare eam legem, quæ scripto sancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus, appellare.
Legum ferendarum morem describit Cicero in Oratione pro Flacco, 12. O morem (inquit) præclarum, disciplinamque quam à maioribus accepimus, si quidem teneremus: sed nescio quo pacto iam de manibus labitur. Nullam enim illi nostri sapientissimi & sanctissimi viri vim comitionis esse voluerunt. Quæ scilicet plebs, aut quæ populus iuberet, summota concione, distributis partibus, tributim & centuriatim delectis ordinibus, classibus, ætatibus tauditis anthoribus, re multos dies promulgata & cognita, iuberi vetariq; voluerunt.
Author legis atque adiutor, Vide ADIVVO.
Auxilium legum. Tacit.lib.1.
Constitutor legis. Quintil.lib.3.cap.6.32.
Latores legum. Quintil.lib.3.cap.2.3.
Necessitudo legis. Tacit.4. Contra M. Lepidus quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis, cæteris liberis concessit.
Nexus legis. Tacit.lib.3.
Peritus iuris, legumque. Horat.1.Serm.saty.1.2.
Sanctor legum. Tacit.libro, 3. Sed præcipuus Seruius Tullius sanctor legum fuit.
Tutela legum. Ouid.2.Trist.47.
Lege populi aliquid poscere. Plaut. Trinum.17.22.
Et thesaurum tuum me esse penes, atque eum à me lege populi Patrium poscerẽt.
Lex maiestatis. Cornel. Tacit.lib 2. Adolescebat interea lex maiestatis.
Leges Curiatæ, Vide CVRIATVS. Sic Leges Centuriatæ, Vide CENTVRIA.
Lex Iulia iuber persequi ab iis qui, &c. Cic.pro Rabir. Posth.5.
Lex Iulia, qua ciuitas est sociis, & Latinis data. Cicero pro Cornelio Balbo, 15.
Lex Licinia, nequis ipse sibi curationem ferret. Cic.pro Domo sua, 41.
Lex Licinia quæ est de sodalitiis. Cic.pro Plancio, 19.
Lex Maria pontes fecit angustos. Cic.3.de Legib.55.
Lex Papyria vetat ædes iniussu plebis consecrari. Cic.pro Domo sua, 98.
Lege Pompeia cautum est. Plin.epist.300. Cautum est dominc Pompeia lege, quæ Birhynis data est, nequis capiat magistratum.
¶ Amissæ pereunt leges. Lucan.lib.3.24.
Arctæ leges additæ, Vide ARCEO.
Aspera lex. Quintil.lib.4.cap.3.6.
Barbarica lex, Vide BARBARVS.
Coloniceæ leges, Vide COLONVS.
Decemuirales leges, Vide DECEMVIR.
Durissimæ leges. Quintil.lib.1.cap.10.14.
Iudiciaria lex, Vide IVDICO.
Malignæ leges. Ouid.10.Metam.65.
Mollior lex. Cic.3.Verr.17. Vide MOLLIS.
Mortales leges, Vide MORIOR.
Publica lex hominum. Pers.Satyr.5.10.
Sanctæ leges. Horat.2.Serm.satyr.1.17.
Secundissimæ leges. Liu.8.ab Vrbe, 65.
Seuera lex. Ouid.3.de Ponto, eleg.3.13.

Socia lex, quæ omnes ex æquo alligat. Ouid.epist.4.13.
En ego nunc, ne fortè parum Minoia credar,
In socias leges vltima gentis eo.
Theatralis lex. Quintil.libro, 3.cap.6.14. Si accusabitur Theatrali lege, depulsio erit.
Vanæ leges sine moribus. Horat.3.Carm.ode 24.7.
Vetus lex. Quintil.lib.1.cap.5.17.
Viduatæ iudice leges. Claud.8.Paneg.14.
¶ Liber à legibus, Vide LIBER.
E lege. Quinti.lib.5.cap.10.76. Quòd accusatores eorum qui erant & ipsi ambitus dãnati, è lege sint post hanc victoriam restituti.
Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitiis: Hoc est per leges. Cicero 1.de Orato.128. Et pro Archia, 5. Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis, siqui fœderatis ciuitatibus ascripti fuissent, tum cum lex, &c.
¶ Abdicare legem, Vide ABDICO.
Abrogare lege, legi, & legem, Vide ABROGO.
Abuti legibus ad quæstum, Vide ABVTOR.
Accipere legem, & leges, Vide ACCIPIO.
Accipere aliquid contra leges, Vide ACCIPIO.
Adæquare aliquem legibus. Tacit.lib.12. Quum Claudius libertos, quos rei familiari præfecerat, sibique, & legibus adæquauerit.
Administrare leges, Vide ADMINISTRO.
Agere lege, pro eo accipitur quod vulgò dicimus Facere demandã. Plau. Aulul.17.9. Lege agito mecum, molestus ne sis, & cœnam coque. Terent. Phorm.5.8.91. – vna iniuria est
Tecum. D. lege agito ergo. P. altera est tecum Chreme.
D. Rape hunc. Lege agere dixit, pro Bonorum possessionem secundum tabulas petere, vel Ex testamento agere. Cic.4.Verr.26. Quis vnquã isto Prætore Chelidone inuita lege agere potuit? Id est iure legibus cõstituto certare. Erant enim certis legibus iudicia constituta. Ex Budæo.
Agere lege, pro Vinctos virgis cædere, & deinde securi ferire, exequendo scilicet sententiam, quam iudex tulit: Quod vulgò dicimus expletare id est implere, explereque iussum iudicis, & vltrà progredi, hoc est non cedere intercessioni. Liuius de Campanis loquens, Fuluius acceptas literas, neque resolutas, quum in gremio reposuisset, præconi imperauit, vt lictorem lege agere iuberet. Id est vt ex officio suo ageret, & sententiam in damnatos exequeretur. Valerius libro.3. Deligatis ad palum hostibus literas patribus conscriptis nequicquam Capuanis salutares accepit. In sinistra enim manu sicut erant traditæ, reposuit, ac iusso lictore lege agere, tunc demum aperuit, postquam illis obtemperari non poterat. Ex Budæo.
Agere lege, Actionem & querelam inofficiosi intendere. Cic.1.de Orato re, 81. Alter plus lege agendo petebat, quàm quãtum lex in XII Tab. Permiseratquod quum impetrasset, causa caderet. Ibidem, 85. Quum miles domum reuenisset, egissetque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. Nempe in ea causa quæsitum est de iure ciuili, possetne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, &c. Budæus.
Spretarum legum reus agitur. Ouid.15.Metam.8.
Magnis agitant sub legibus æuum. Virgil.4.Georg.31.
Ascribere in legem, vel in legibus, Vide ASCRIBO.
Assuescere legibus, Vide ASSVESCO.
Astringi legibus. Cic.ad Qu.fratrem, lib.1.1.15. Quoad per se negligeret eas leges quibus esset astrictus.
Cedere legibus, Vide CEDO.
Coactus legibus, Vide COGO.
Coæquare leges, Vide COAEQVO.
Coangustare legem, Vide COANGVSTO.
Committere contra legem, Vide COMMITTO.
Comparent leges, Vide COMPAREO.
Componere & sancire leges. Cic.2.de Legib.19.
Comprobare legem, Vide COMPROBO.
Condemnare lege aliquem. Cicc.2.Philipp.70. Hominem verò omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege ea quę est de alea condemnatum.
Conferibere legem, Vide CONSCRIBO.
Conferere leges, Vide CONSERO.
Constituere legem. Cic.2.de Lege agrar.63. In posterum vero lex hæc imperatoribus vestris constituitur.
Denuntiare lege. Quintil.lib.5.cap.7.6. Et quoniam duo genera sunt testium, aut voluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudiciis, lege denuntiare solet: quorum altero, &c.
Dare leges. Virgil.1.Aeneid.103. Iura dabat, legesque viris.
Mos & lex maculosum edomuit nefas. Horat.4.Carm.ode 5.5.
Egredi leges. Tacit. libro, 3. Clementiam maiorum suasque ipse leges egrediebatur.
In leges ire. Stat.1.Sylu.1.6.
Intra legem epulari, Vide INTRA.

Euertere & perfringere leges. Cic.1.in Catil.15.
Legem ferre. Authorem legis esse. Cic. Post reditum in Senatu, 9, Legem Tribun. Pleb. tulit ne auspiciis obtemperaretur. Quintil.lib.2.ca.5.1, Ouid.15, Metam.167.
Fixit leges pretio, atque refixit. Virg.6.Aeneid.125. Cic.ad Atticum, lib. 14.308.2, Antonius accepta grandi pecunia fixit legem à Dictatore comitiis latam.
Florent sub Cæsare leges. Ouid.2.Fast.29.
Fundare vrbes legibus. Quintil.in Procem.lib.1.9.
Imponere legem alicui. Virg.1.Georg.12. Vide IMPONO.
Imponere leges populo, Vide IMPONO.
Imponere leges populo p vim & contra auspicia. Cic.6.Philip.206.
Incidere leges, Vide INCIDO. pen.prod.
Incidere leges ligno. Horat.de Arte, 81.
Leges incidebantur antiquitus in æs, vel etiam in marmore, quo perpetuæ essent, & in Capitolio vel loco aliquo publico figebantur, vt omnibus apertæ essent. Cic.3.Philip.145, Falsas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerit. Ibidem, libro 1.12, Q. uæ ille in eę incidit: in quo populi iussa, perpetuaque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur?
Indicere leges. Propert.lib.4.eleg.9.11.
Interpretari legem & æquitate explicare, Vide INTERPRETOR.
Inurere leges, Vide INVRO.
Irrogare leges, Vide IRROGO.
Iubere legem. Cicero p Corn.Balbo, 30, Legem Populum Rom. iussisse de ciuitate tribuenda.
Iurare in leges alterius, Vide IVRO.
Labefactare leges ac iura, Vide LABES.
Manet lex, Vide MANEO.
Obtrectare legi, Vide OBTRECTO.
Perfringere leges, Vide PERFRINGO.
Permissum est lege, Vide PERMITTO.
Perrumpere leges. Cic.3.Offic.47.
Medias perrumpere militę leges. Lucan.lib.1.66.
Ponere leges. Horat.1.Serm.satyr.3.21.
Leges suas ciuitatibus reddere. Cic.in Verrem.
Validas æui rescindere leges. Lucret.lib.5.22.
Rogare leges. Lucret.lib.6.1.
Raptis legibus arma ferunt vrbes. Virg.1.Georg.102.
Sancire leges. Cic.de Amic.38, Hæc igitur prima lex in amicitia sanciat, vt neque rogemus res turpes, &c.
Scribere leges. Cic.pro Domo sua, 38, Hanc legem Clodius scripsit.
Aurum lex sequitur. Propert.lib.3.eleg.13.11.
Leges bello siluere coactæ. Lucan.lib.1.57.
Legibus soluere, Id est quod nunc dispensare vocamus. Liu.10.ab Vrbe condita, Fabius legem recitari iussit, qua intra decem annos eundem Consulem reficì non liceret. Vix præ strepitu audita lex est, Tribunique plebis nihil id impedimento futurum aiebant, se ad populum latoros, vt legibus solueretur. Idem lib.9.de Bello Macedonico, Pars Tribunorum plebis negare rationem habendam esse, q̃ duos simul vnus magistratus præsertim curules neque capere posset, neq; gerere: pars legibus solui eum censere. Idem 11.Philip.297, Ille homo summo ingenio, summa potentia, qui ex ædilitate Consulatum petit, soluatur legibus, quãquam leges eum non tenent. Verba sunt ironica, significantia hominem perditissimum, & ex lege m. Budęus.
Solutus lege. Lucret.lib.3.140.
Quare etiam atque etiam, neque originis esse putandum est
Expertes animas, nec lethi lege solutas.
Aenigmata legum soluere. Iuuenal.Satyr.8.5.
Teneri legibus. Lucret.lib.2.144.
Implicatum legibus teneri, Vide IMPLICO.
Timendæ leges in pace. Lucan.lib.2.51. Tacent enim inter arma.
Iniquas leges tolerare. Claud.7.Paneg.53.
¶ Lege vendere, vt Lege agere: Id est legitimè. Plaut. Non potes tu lege vendere. Id est, quia mancipio non accepta est, ideo lege vendi non potest.
Vetira legibus alea. Horat.3.Carm.ode 24.12.
Vti legibus. Lucret.lib.5.192.
¶ Legem & conditionem instituere. Cicero pro Murena, 55, Iniquam legem Iudices, & miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit, &c. Plaut. Afina.13.2.
Agedum, istum ostende, quem conscripsisti, syngraphum
Inter me & amicam, & lænam, leges pellege.
Vincula legum. Quintil.lib.5.cap.10.71, Omnem etiam, quem ex ingenio suo potuerant habere conatum, velut astricti certis legum vinculis perdiderunt.
Certa lex temporum. Quintil.lib.1.cap.12.3.
Compositæ leges. Virg.12.Aeneid.63,
–ictum iam fœdus, & omnes Compositæ leges.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mertiæ leges, Vide METRVM.
Alligari lege, Quintil. lib.4. cap 5.3. Hoc tamen numero velut lege non est alligata. De partitione. Vide ALLIGO.
Constituere leges, Quintil. lib.2. cap.5.1. Vt quasi quasdam leges immutabili necessitate conscriptas studiosis ferant.
Dicere legem sibi ipsi. Ouid. 13. Metam. 15.
Vtque reliquit,
Sic linquendus erat: legem sibi dixerat ipse.
Firmatas pacis dissoluere leges. Claud. 1. de raptu Proser. 13.
Facere legem. Quintil. lib. 2. cap. 5. 2. Quòd & longa consuetudo aliter docendi faceret legem.
Imponere sibi leges, Vide IMPONO.
Iudicere sibi legem innocentiæ, Vide INDICO.
Sertare certam legem temporum. Quintil. lib. 1. cap. 12. 3. Ne pes quidam otiosus certam legem temporum seruat.
Vltra legem tendere opus. Horat. 2. Serm. saty. 1. 1.
Fatali lege tenemur. Ouid. 10. Metam. 41. Ibidem. 3. 62.
Tradere se sub leges pacis. Virg. 4. Aeneid. 124.
Natura se vertet in nouas leges. Senec. Thebaid. 1. 17.
Lege hac. Hoc iure, hac conditione: vel hoc pacto. Plau. Asin. 5. 14. Séper tibi promisium habeto hac lege, dùm superes datis. Idem Epid. 10. 35. Etsne empta mihi hæc? ¶ istis legibus habeas licet. Terét. And. 1. 2. 29.
Verberibus cæsum te in pistrinũ Daue dedam, vsque ad necé, Ea lege atque omine, vt si te inde exemerim, ego pro te mola. Idẽ Heaut. 5. 5. 10.
– ea lege hoc adeò faciam, si faciat
Quod ego hunc æquum censeo. Idem Eunuch. 1. 2. 22.
Verùm heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem:
Quæ vera audiui, taceo, & contineo optimè:
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continò palàm est. Cic. ad Atticum, lib. 6. 114. 2. Pontinus enim ex pacto & conuẽtu (nam ea lege exierat) iam à me discesserat. Idem 3. Tusc. 90. Ea lege esse nos natos, vt nemo in perpetuum esse posset expers mali.
¶ Lex, Norma, regula, typus, forma. Cic. 3. de Orat. 105. Hanc igit, Crassus inquit, ad legem cum exercitatione, tum stylo, qui & alia & hoc maxime ornat ac limat, formãda vobis oratio est. Idem in Oratore, 115. Quo etiam difficilius est oratione vti quàm versibus, quòd in illis certa quædam & definita lex est, quam sequi oportet.
Legislator, pen. prod. legislatoris, (νομοθέτης, νομοπαιός,) qui etiam legislator dicitur, & separatim lator legum vel legis. Denominatiuum, Qui legem fert. Liuius 4. bel. Maced. 122. Noster legum lator non in paucorum manu Rempub esse voluit. Cic. 4. in Catil. 82. Latorem legis Sempronia, iusso populi pœnis Reipub. dependisse.
Legifer, pen. corr. Adiectiuum, (νομοφόρος,) Idem. Virg 4. Aeneid. 12. Legiferæ Cereri.
Legifer, νομοθέτης, legislator. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 9. Optauit Minos similes sibi legifer annos.
Legirupa, legirupæ, m. g. (παρανομος,) Qui legem rumpit & violat. Plau. Pœn. 15. 19.
Legirupio, legirupionis, (νομοπαλής,) Idem. Plaut. Rud. 18. 4.
Leguleius, leguleii, (νομικός,) Qui legum studia sectatur. Cicero. 1. de Orat. 111. Ita & tibi iurisconsultus iple per se nihil, nisi leguleius quidã cautus & acutus præco actionum, cantor formularũ, auceps syllabarũ.
Legitimus, pen. corr. Adiect. (νόμιμος, ἔννομος, γνήσιος,) Aequum, iustum, conueniens, & secundum legem.
Aetas legitima ad petendum Consulatum. Liu. 1. bel. Pun. 9.
Amor legitimus, Coniugalis. Ouid. epist. 13. 6.
Conux legitima. Ouid. 10. Metam. 87.
Dies legitimus comitiis habendis. Cicero 4. Verr. 90.
Legitimi dies dicebantur, quas nunc dilationes ordinarias dicimus: Qui legitimi erant accusatori ad accusandum, & defensori ad respondendum. Budæus.
Faces legitimæ. Lucan. lib. 1. 72.
Finis legitimus. Ouid. 1. de Arte, 57. Legitimum finem flamma virilis habet.
Fœdere legitimo iunctus Amor. Ouid. 2. Trist. 107.
Legitimas horas accipit Cicero pro diebus legis. Vide HORA.
Impedimentum legitimum. Cic. pro Lege agraria, 36.
Ius legitimum. Cic. 1. Offic. 93. Ex quo fit vt neque disceptatione vinci se nec vllo populico ac legitimo iure patiantur.
Nuptiæ legitimæ. Cic. 1. de Inuent. 3.
Poema legitimum. Horat. 2. epist. 2. 22.
Potestas legitima. Cic. 1. Tusc. 117. Nec tamen illa vincula carceris rupe rit, leges enim vetant, sed tanquam à magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic à deo euocatus atque emissus exierit.
Iusta & legitima potestas. Cic. 3. de Nat. deor. 123.
Quæstiones legitimæ. Quintil. lib. 3. cap. 8. 3.
Viri legitimi, Id est coniuges non adulteri. Ouid. epist. 5. 16.
Vox legitima. Ouid. 3. de Arte, 89.
Quid quum legitima fraudatur littera voce?
Blæsaque sit iusso lingua coacta sono!
Vxor legitima. Martial. lib. 5. 126.
Quæ legis causa nupsit tibi Lælia Quinte,
Vxorem potes hanc dicere legitimam. Ouid. 2. de Arte, 110.
Legitime, pen. corr. Aduerbium. Cic. pro Cecin. 42. Non alia ratio iuris in hoc genere duntaxat, vtrum me tuus procurator dejecerit is qui legitimè procurator dicitur omnium rerum eius qui in Italia non sit, absitve Reipub. causa, &c. Idem 1. Offic. 23. Iustè & legitimè imperanti.
Nubere legitime. Iuuenal. Satyr. 10. 34.
Legãlis, & hoc legãle, pen. prod. (νομικός,) Quod ad legẽ pertinet. Quintil. lib. 3. cap. 10. Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in priuata maximè consilia.

Lexis, huius lexeos: λέξις, dictio. Cic. 3. de Orator. 94.

Quàm lepidè lexes compositæ vt tesserulæ omnes

Arte pauimẽto atq; emblemate vermiculato. Ex poeta. Idem in Orat. 83.

LEXVBII, (λεξουβιοι,) Ptolemæo libro. 2. cap. 8. Lexouii aliis, Gallia vrbs. Vulgò Lisieux.

L I

Libamen, Libamentum, Libatio, Vide LIBVM.

LIBANIVS, (λιβάνιος,) sophista Antiochenus floruit temporibus Iuliani Apostatæ. Is est qui argumenta in omnes orationes Demosthenis edidit.

Libanotis, pen. prod. (λιβανωτίς,) quia per ω scribitur, huius libanotidis, pen. corr. f. g. Herba odoré thuris reddens, quæ à nostris rosmarinum dicitur. Plin. lib. 19. cap. 12.

LIBANOTVS, pen. corr. Ventus flans inter Liba, id est Africum & Notum. Plin. lib. 2. cap. 47. 3.

LIBANVS, pen. corr. (λίβανος,) Mons inter Arabes & Phœnices, excelsis arboribus habens. Ex eo Orontes fluuius oritur.

Libanus etiam arbor est quæ thus producit. tam masc. quàm fœm. gen. Vnde pro thure accipitur, quod & Libanum dicitur. Libanicus, thureus.

LIBARNVM, (λίβαρνον,) Ptolemæo libr. 3. cap. 1. Libarna Plinio, vbi Liguriæ. Hodie Lauanium, Lauaniæ comitatus.

Libella, Vide LIBRA.

Libellus, Vide LIBER.

Libens, Libenter, Vide LIBET.

LIBENTINA, pen. prod. Dea Venus, seu Proserpina. Vide Cicero. 2. de Natur. deor. 87.

LIBER, prima prod. (βάκχος, διόνυσος,) dicitur Bacchus. multos autem fuisse Liberes siue Bacchos Diodorus scribit. Celebratior verò qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quẽ tertium fuisse autumant; & Thebis Bœotiis natumque Liber appellatus est à liberando. nã libertatis deus est, siue q. Bœotiæ vrbes liberas fecerit: ipse enim pro Bœotiæ libertate pugnauit. vel quia vinum curas soluat, & mentẽ ab illis liberet, & audaciorẽ in omnes conatus faciat: vt notũ est ex Horatii carmine, 1. epist. 15. 5. Ad mare qui venit, generosum & lene requiro, Quod curas abigat, &c. Fiunt autem plerique ebriitate petulantiores. Seneca libro de Tranquillitate vitæ, Liberum dicit, non ob licentiam linguæ, sed quia liberat seruidò curarum animum, & tristitiæ medetur. Varro à libido deducit, quòd lubrica mens quò lubet prolabitur. Augustinus docet Liberum vocari, q; mares in coeundo, per eius beneficium, emissis seminibus, liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiã Venerem putant. Vide Ciceronem 3. de Nat. deor. 89.

Liber pater. Horat. 2. epist. 1. 1.
Iocosi munera Liberi. Horat. 4. Carm. ode 15. 6.
Modici transilire munera Liberi. Horat. 1. Carm. ode 18. 2.
Ornatus viridi tempora pampino Liber. Horat. 4. Carm. ode 8. 7.
¶ Interdum Liber ponitur pro ipso vino: sicut Ceres pro frumento: sed tantum apud poetas, teste Quintiliano lib. 8. cap. 6. Terent. Eunuchus. 4. 5. 6. Sine Cerere & Libero friget Venus.
¶ Liber dicitur Sol, quia liberè per aerem vagatur. Virgili. 1. Georg. 1.
– Vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres.

Liberalia, liberaliorũ, pluralis nu. n. g. (ἀνουβάτια.) Dies Libero sacer, quo togæ pueris dabantur XV. Cal. April. Ouid. 3. Fast. Cl. ad Cornificiũ, lib. 12. 25. 1. Liberalibus literas accepi tuas. Sic ad Atticum, lib. 6. 112. 21. Et lib. 14. 306. 1. Liberalia tu accusas.

Liber, prima prod. libera, liberum, pe. corr. (ἐλεύθερος,) Qui nullius habito respectu, quod sentit, dicit & facit.

Libera vti lingua. Plaut. Cistel. 3. 9.
Quia quum adeò me compleui flore Liberi,
Magis libera vti lingua collibitum est mihi.
Libero corde fabulari. Plaut. Epid. 3. 43.

Facile

Facilè tu istuc sine periculo & cura, corde libero
Fabulare Ioui.
Homo liber. Quintil. lib. 6. cap. 3. 22.
Liber, Qui nulli subiectus est: cui relatiuũ est Seruus. Plaut. Menæchmis, 2. 2. 59. Mea quidem hercle causa liber esto, atque abito quò voles.
Liber, Qui curis ac negotiis omnibus solutus est. Martialis, Liber homo es nimium, dicis mihi Cherile semper. Hoc est nimium liberè loqueris. In te qui dicit Cherile, liber homo est. Hoc est vacuus negotiis, & quid agat non habens.
Liber ad scribendum. Cic. 1. de Nat. deor. 169. Ludimur ab homine non tam faceto, quàm ad scribendi licentiam libero.
Truculentior, atque plus æquo liber. Horat. 1. Serm. saty. 3. 11.
¶ Liberæ ædes, Quibus quis vti potest tanquam suis. Plaut. Mil. 10. 83. Liberæ sunt ædes: liber sum autem ego, me vti volo libere. Idem Casina, 13. 3. Liberæ ædes vt sibi essent.
Liberum arbitrium, Animi voluntas ac sententia libera. Liuius 7. bel. Maced. 25. Et permisso libero arbitrio, ne in corpora sua sæuiretur, metuebant. Idem 4. ab Vrbe, 184. Concedendo deinde vt quemadmodum in Tribunis Consulari potestate creandis vsi sunt, id æquè in Quæstoribus liberum esset arbitrium populi. Legendum ex vetusto codice, & adeqùe in Quæstoribus.
Bilis libera æstuat præcordiis. Horat. Epod. 11. 4.
Cœlum liberum. Quod omnibus æquè commune est. Cic. 1. Tuscul. 81. Multo difficilior occurrit cogitatio, multoque obscurior, qualis animus in corpore sit, tanquam alienæ domi, q; qualis quum exierit, & in liberum cœlum quasi in domum suam venerit. Quintil. lib. 1. cap. 6. 5.
Cœlo liberiore frui. Ouid. 15. Metam. 61.
Campus liber. Liuius 1. bel. Maced. 155. Ouid. 4. Fast. 50.
Consuetudo peccandi libera. Cicc. 5. Verr. 151. Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ statuere ipse sibi non possit.
Libero cursu ferũt equitem in hostem equi cõcitati. Lic. 4. be. Mace. 146.
Dies liber. Senec. Thyeste, 1. 11.
Egressus liber. Tacit. lib. 4. Plebis, & optimatũm certamina libero egressu memorabant.
Equus liber habenis. Virg. 1. Georg. 39.
Exitus pater liber. Lucret. lib. 4. 80.
Fama libera. Propert. lib. 1. eleg. 11. 15.
Fides nulla parte libera. Ouid. epist. 19. 8.
Indignatio liberrima. Horat. Epod. 4. 2.
Iocus liberior. Ouid. 4. Fast. 190.
Iter liberum. Horat. in Carm. secolari, 9.
Iurisdictio libera. Tranquillus in Caligula, Magistratibus liberam iurisdictionem, & sine sui appellatione concessit. Budæus.
Lectulus liber. Cic. ad Atticum, lib. 14. 309. 3.
Legatio libera. Vide LEGO legas.
Lingua libera. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 5.
Literæ libere, Quæ liberius atque audacius loquuntur. Cicc. ad Atticum, lib. 1. 8. 3. Ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulò liberiores literas committere audeo.
Locus liber. Plaut. Casina, 13. 5. Meus vicinus meo qui viro liberum præbet locum.
Loca ab arbitris libera, Vide Abditus in ABDO.
Mandatus libera, Quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. Liuius 7. bel. Maced. de decem legatis loquens, His quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata de summa rerũ Senatus cõstituit. Budæus.
Otia libera. Ouid. 2. de Arte, 146. Horat. 1. epist. 7. 8.
Tempus liberum, quod & vacuum dicimus. Cic. 1. de Finib. 51. Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit, quominus, &c. Idem 7. Verr. 61. Verum esto, sit tibi illud liberum omne tempus quod cum imperio fuisti,
Verba libera edere. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 6.
Via libera facta luxuriæ. Propert. lib. 3. eleg. 13. 1.
Vitæ liberioris iter. Ouid. 1. Fast. 156.
Vox libera. Liuius, lib. 5. Decad. 4. Qui vocem liberam mittere aduersus regis legatum auderent.
Agri liberi atque immunes. Cicc. 4. Verr. 120.
Libera prædia meliore iure sunt, quàm seruæ. Cic. 3. pro Lege agraria, 6. 17. Omnes qui se incolumes volent, sequentur authoritatem Consulis soluti à cupiditatibus, liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus.
Liber ab irrisione, Qui propterea irrideri non potest. Cicc. 4. Academic. 229. Liber igitur à tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius, qui nihil istorum putat scirì posse.
Liber à legibus, Qui non subditus legibus. Plau. Trinum. 14. 14. Ambitiosam mortem sancta est, libera est à legibus.
Liber à metu insidiarum campus. Liu. 9. bel. Maced. 122. Campum apertum vsque ad hostium castra habebant, liberum à metu insidiarum.
Libera à prædonibus prouincia. Cic. pro Lege Manil. 22. Quam prouinciam remisisti à prædonibus liberam per hosce annos?
¶ Aliquando subauditur præpositio: vt Liber omni cura animus, Id est, à cura. Cic. 1. de Finib. 76.
Liber omni metu. Liu. 7. ab Vrbe, 161.
Liber pauore. Plin. lib. 10. cap. 33. 10. Perdix iam pauore libera, ac materna vacans cura, in sulco relupina gleba se terræ pedibus apprehensa operit. Alii legunt in pauore.
Liber religione animus. Liu. 7. ab Vrbe, 154. Quanquam haud sanè liber erat religione animus, verecundia tamen maiestatis magistratuum timorem vicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret.
Liber terrore animus. Cic. 5. de Finib. 150.
¶ Liber est harum rerum, cum genitiuo, pro liberali. Plaut. Amph. 3. 105. Nam ego vos nouisse credo iam, vt sit pater meus, quàm liber harum rerum multarum siet.
Laborum liber rusticus. Horat. de Arte, 43.
¶ Liberum est mihi: Hoc est, licet, possum, & in arbitrio meo cõstitutum est. Plin. epist. 8. 6. Erit enim & post emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere.
Permittere liberum aliquid, Vide PERMITTO.
Relinquere liberum alicui. Quintil. lib. 1. cap. 4. 17. Vocabulum, an appellatio dicenda sit προσηγορία, & subiicienda nomini necne, quia parui refert, liberum opinaturis reliquo.
¶ Liber, Quod eminet & extat. Varro Eumenid. Iterũ tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. Nonius.
¶ Liber, Magnus, seu validus. Ouid. epist. 8. 21. Perfruor infœlix liberiore malo. Vnde Campus liberior dicitur, Id est maior ad diecendũ ratio.
Libere, pen. corr. Aduerbium. (ἐλευθέρως, ἐλευθερόφρων,) Soluté, sine alicuius obstaculo. Plaut. Batch. 25. 14. – an non vides
Vt solæ liberè grassentur?
Educari liberè, hoc est Ingenuè, & quemadmodum liberos pueros decet. Terent. And. 5. 4. 8.
– tũne hũc, homines adolescentulos
Imperitos rerum, edectos liberè, in fraudem illicis?
Dare consilium liberè. Cicc. de Amicitia, 41. Consilium verum dare gaudeamus liberè.
Defendere libere. Cicc. 1. de Finib. 34. A Cyrenaicisque melius liberiusque defenditur.
Nimis liberè fugere imperia alicuius. Catul. de Berecyn. 58. 16.
Dicere libere. Cicc. pro Cn. Plancio, 17. Equitum ego Romanorum etiam in homines nobilissimos maledicta, publicanorum in Qu. Scæuolam virtutum omnibus ingenio, iustitia, integritate præstantem alperè & ferociter, & liberè dicta commemorem? Idem 2. de Finib. 49. Sed hæc quidem liberius ab eo dicuntur & sæpius.
Lædere liberè. Cicc. 7. Verr. 88. In quo homine tantum animi fuit, non solùm vt illum libere læderet, &c.
Loqui liberè. Plaut. Trucul. 5. 2.
Nunc quidem meo arbitratu loquar liberè quæ volam,
Et quæ lubebit huic hominem amanti.
Viuere liberè, Id est suo modo viuere, neque subiici alterius voluntati. Terent. And. 1. 1. 25.
Nam is postquam excessit ex ephebis Sofia,
Liberius viuendi fuit potestas.
Tutò & liberè. Cæsar 1. bel. Ciuil. 4. Quo præsidio tutò & liberè Senatus quæ vellet, decernere auderet.
Liberius. Virg. 1. Georg. 26. – ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
Libertas, libertatis (ἐλευθερία, ἐλευθερότης,) opponitur Seruitutì. Cicero 1. Offic. 90. Libertate vtcrentur, cuius proprium est, sic viuere vt velis. Idem in Parad. 42. Quæ enim est libertas? potestas viuendi vt velis.
Libertas, (vt ait Florentinus Iurisc. de Statu hominum, L. Libertas) est naturalis facultas eius quod cuique facere libet: nisi siquid vi aut iure prohibetur.
Castigata libertas. Stat. 19. Thebaid. 138.
Maturior libertas, Vide MATVRVS.
Otiosa libertas, Vide OTIVM.
Potior metallis libertas. Horat. 1. epist. 10. 8.
Precaria libertas. Liu. lib. 9. Decad. 4. Apud Achæos precaria libertas, apud Romanos etiam imperium est.
¶ Abdicare se libertate, Vide ABDICO.
Non modò Consulatu, sed etiam libertate se abdicare. Cic. 3. Philip. 131.
Libertatem adimere & amittere. Cic. pro Domo sua, 18. Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisset. Ibidem, 60. Nemo ciuis Roman. aut libertatem, aut ciuitatem posset amittere, nisi ipse author factus sit.
Asserere libertatem Reipub. Quintil. lib. 6. cap. 5. 6. In asserenda libertate Reipub. maiorum laude vti maluit.
Capessere libertatem, Vide CAPESSO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coalescit libertas.Tacit.lib.20. Si Alpes præsidiis firmentur, coalita libertate dispecturas Gallias,quem virium suarum terminum velint.
Concedere libertatem,Vide CONCEDO.
Confirmare aliquem libertati,Vide CONFIRMO.
Detrudere libertatem.Senec.de Benef.lib.2.cap.12.Inuenit aliquid infra genua,quo libertatem detruderet.
Dare libertatem alicui:Hoc est liberum facere. Cic.ad Atticum, lib.14. 312.5.Et pro Rabirio. Item pro Plancio,12.Tabella quæ dat eam libertatem,vt quod velint faciant.
Habere libertatem.Cic.pro Sestio, 59.Sed eos voluntatem semper eandem,libertatem non eandem semper habuisse.
Inculcare atque tradere libertatem,Vide INCVLCO.
Largiri libertatem.Cic.3.de Legib.55. Libertatem istam largior populo,vt & authoritate valeant,& vtantur bonis.
Moriens libertas. Tacit.lib.2.
Manebant etiam tum vestigia morientis libertatis.
Obruere libertatem bello.Stat.4.Sylu.6.14.
Cœptatam libertatem omittere. Tacit.lib.10. Patres cœptatam libertatem,postquam obuiam itum,omisere.
Recipere libertatem.Cic.ad Brut.16.11.Quæ ne traditam quidem,atque inculcatam recipere possit libertatem.De ciuitate.
Retinere libertatem.Cic.ad Atticum,lib.15.327.3.Sed quod egerit de libertate retinenda (qua nihil est dulcius) tibi assentior.
Tenere libertatem suam.Cic.1.de Orat.115.Virtus tamen suum ius, atque omnium rerum libertatem impunitam tenere debeat.
Interclusam tenere libertatem alicuius,Vide INTERCLVDO.
Tueri libertatem.Lucan.lib.2.57.
Vindicare in libertatem.Cic.2.de Orat.79.Me tamen ista oscitans sapientia simulatque ad eam confugero, in libertatem vindicabit. Idem 1. de Natu.deor.77.Soluti,& in libertatem vindicati.
¶ Libertas & licentia,in malum,pro Effræni quadam animi libidine.Cice.4.Acad.58.Verear ne maiorem largiar ei qui contradicturus est libertatem ac licentiam. Idem 5.Verr.3.Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam libertatemque viuendi. Idem pro Flacco, 17.Hoc vno malo concidit,libertate immoderata ac licentia concionum. De Græcia.
Libertas fortuna.Ouid.1.Amor.eleg.2.3.
Libertas loquendi.Cic.ad Papyrium,lib.9.22.1.Amo verecundiam, vel potius liberratem loquendi.Ouid.9.Metam.113.
Est mihi libertas tecum secreta loquendi. Secreta,Id est res secretas.
Maxima libertas data est nobis.Ouid.epist.16.31.
Multa cum libertate notare aliquem.Horat.1.Serm.saty.4.1.
Affectatores libertatis.Quintil.lib.6.cap.2.14.
Testamentorum libertas.Quintil.lib.3.cap.6.61.Est aliquid æquum,sed prohibitum iure:vt libertas testamentorum.
Liberalis,penul.prod.Adiectiuum, (ἐλευθέρῳ, ἐυδόκιμῳ, ἐυμετάδοτος,) Beneficus,munificus:cui contrarium est Parcus.
Largus,beneficus,liberalis.Cice.pro Deiotaro,18.
Regium,liberalem,munificum.Cic.2.de Orat.17.Et pro Qu.Roscio,13.
Roscius semper liberalissimus,munificentissimusque fuit.
Largum & liberale viaticum.Cic.pro Flacco,11.
¶ Liberalis & Auidus,contraria.Cic.pro Qu.Roscio.12.Liberalis auidum fraudasse dicitur.
Epulæ liberales.Tacit.lib.15.
Maximè liberalissimus,Vide MAGNVS.
¶ Liberale iudicium,& causa liberalis,quom quis aliquem vindicat in libertatem. Quintil.lib.6.cap.4.de ritu,Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipse fœdissimus esset,eum contra quem iudicio liberali aderat,ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. Pœn.16.4.
– si frugi esse vis,
Eas liberali iam asseres causa,manu. Idem Cure.10.4.
Memento promisisse te,si quisquam hanc liberali
Causa,manu asseret,mihi argẽtũ omne redditũ iri.Vide ASSERO.
Liberale coniugium,id est honestum & magnum.Terent.And.3.3.30.
Spero consuetudine,& coniugio liberali deuictum Chreme,
Dehinc facile ex illis sese emersurum malis.
Liberalis vxor.Terent.Phorm.1.3.16.Vt ne addam,quòd sine sumptu ingenuam,liberalem nactus es.Vbi Donatus,Ingenuam,liberalem: Hoc oratorium,illud morum est.
¶ Liberalis facies.Terent.Eunuch.3.2.20. – hem Eunuchum tibi
Quàm liberali facie,quàm ætate integra?
Liberalis forma,Elegans.Plaut.Milit.13.20.Lepida & liberali forma est. Idem Epid.2.41.
Quia forma lepida,& liberali captiuam adolescentulam
De præda mercatus est. Terent.And.1.1.96.
– & quia erat forma præter cæteras
Honesta ac liberali,accedo ad pedisequas.
Liberale ingenium.Terent.Adelph.4.5.50.
– credo hercle nam ingenium nouitium Liberale.

Liberales ioci,Libero quodam animo pronuntiati.Plin.in Panegy.80.Sed benigna inuitatio,& liberales ioci,& studiorum honor,&c.
¶ Liberales artes dicuntur,quæ ingenio colunturˌ & propterea dignæ sunt liberis hominibus.Plin.lib.14 Pessum ire vitæ pretia omnesque à maximo bono liberales dictæ artes incontrarium cecidere,ac seruitute sola profici cœptum.Cic.1.de Oratore,ingenuas appellat.
Liberalis doctrinæ.Cic.5.de Finib.12.
Liberales eruditio & doctrina.Cic.2.Tusc.49.
Minus liberale responsum:Hoc est Illiberale.Cic.ad Atticum,lib.3.15.7.
Quod si non modò tu,sed quisquam fuisset,qui me Pompeii minus liberali responso perterritum à turpissimo consilio reuocaret,quod,&c.
Studia liberalia.Tacit.lib.3.
Non solum necessarii,sed etiam liberales sumptus.Cic.2.Offic.60.
Liberalitas,penul.corr. (ἐλευθεριότης,φιλελευθερία,) Cic.5.de Finib.78.Nũquam ita nati factique sumus,vt & agendi aliquid,& diligendi aliquos, & liberalitatis,& referendę gratiæ principia in nobis cõtineremus,&c. Idem 1.Offic.32.Iustitiæ est coniuncta beneficentia:quam eandemvel benignitatem,vel liberalitatem appellari licet.
Sinistra liberalitas.Catull.in Iulium Cæs.epigram.27.4.
Liberalitatem diuidere in multos. Seneca de Benefic.lib.2.cap.28.In multos diuidenda liberalitas erat.
Liberalitas,pro Bonitate.Terent.Adelph.1.1.32.
– pudore & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo,quàm metu. Vbi Donatos, Pudore, ad filios retulit:liberalitate,ad parentes.Argumentum à coniugatis:Liberalitate regendi sunt,propter quod liberi dicuntur. Liberalitatem pro bonitatem dicit.
Liberalitas in sorores.Cic.de Amicitia,10,Quid dicam de moribus facilitatis,de pietate in matrem,liberalitate in sorores,bonitate in suos,iustitia in omnes?
Liberalitas ingenii.Cic.1.de Finib.81,Et opes vel fortunæ, vel ingenii liberalitati magis conueniunt.
Liberaliter,pen.corr.Aduerbium,(ἐλευθερέως,φιλοτίμως,) Largè,abundanter,frugaliter:cui contrarium est Parcè.
Largè & liberaliter.Cic.5.Verr.177,Qua in re Senatus optimè & benignissimè cũ aratoribus egisset,largè liberaliterq; æstimasset,in ea,&c.
Liberaliter aliquem tractare.Cicero 4.Ver.8,Hi porrò qui successerunt, vehementer istius cupidi,liberaliter ex istius cibariis tractati non minus acres contra me fuerunt.Sic 2.Verr.15,Quàm liberaliter eos tractasset etiam antea,quum ipse Prætura periset.
Ingenuus & liberaliter educatus.Cic.3.de Finib.87,Esseq; hominis ingenui & liberaliter educati,velle bene audire à parentibus,&c.
Eruditus liberaliter,Optimis artibus institutus.Cicc.2.Tusc.10,Solemus si possumus excitemus,qui liberaliter eruditi,adnibita etiam diligentia,di elegantia,ratione & via philosophantur.Sic Liberaliter instructus, apud Cæsarem 3.bel.Ciuil.233.
Genitus liberaliter.Plin.lib.23.cap.1.31,Saluberrimum liberaliter genitis,Campanię quodcunq; tenuissimum.
Pollicere liberaliter. Cic.ad Atticum,libr.5.100.3,Thermosque rogabo ante aduentum meum liberalissimè erat pollicitus tuis omnibus,cum Philogenem,&c.
Seruire liberaliter.Terent.And.1.1.11,Propterea quòd seruiebas liberaliter.Liu.1.ab Vrbe,156,Notitiamq; eũ breui apud regem liberaliter, dextereque obeundo officia,in familiaris amicitię adduxerat iuuenem.
Viuere liberaliter.Cic.in Parad.54.Cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit.
¶ Liberaliter,pro Indulgenter,Saluſt.Exercitum quem in Asia duxerat, luxuriosè,nimisque liberaliter habuerat.Budæus.
Liberi,pen.corre.(παῖδες,τοκῆες,) Filii dicuntur numero ferè pluraliter, quanuis & in singulari aliquãdo reperiatur:diciturque in plurali etiam de vno filio filiáve.Caius de Verb.signif.L. Non est,Non est sine liberis cui vel vnus filius,vnáve filia est.Hæc enim enuntiatio,Habet liberos,semper pro pluratiuo numero profertur.sic & pugillares & codicilli.Scæuola,L.Sęquela.ff.de Verborum & rerum significatione,Sequela respondit,semper acceptum esse,vt liberorum appellatione etiam filii contineri intelligantur,qui eodem testamento vel posteriore loco nominari mitterentur:nisi manifeste is à quo peteretur,contra defuncti voluntatem doceret petl. Paulus de Grad.affini.L.Iurisconsultus,Liberi vsque ad trinepotem:vltra hos, posteriores vocantur. Papinianus de Verb.signif.L.Cognoscere,Liberorum appellatione continentur non tantum qui sunt in potestate,sed omnes qui sui iuris sunt:siue virilis, siue fœminini sexus sunt,éxve fœminnis descendentes.Callistratus libro 2.de dem,L.Liberorum,Liberorum appellatione,nepotes & pronepotes,cæterique qui ex his descendunt continentur:hos enim omnes liberorum appellatione lex XII.Tab.comprehendit.Cic.3.Verr.28.Habitant in liberũm loco:sicut mos maiorum ferebat.
Liberi dicti sunt à libertate regendi,vt ait Donatus.
Certi liberi,Vide CERTVS.
Dulces liberi.Horat.Epod.2.8. Similes

Similes patri liberi.Senec.Medea,1.5.
¶ Auctus liberis.Tacit.lib.3.Tanquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis vrgeret.
Commendare liberos,Vide COMMENDO.
Liberos dare.Catull.in Epitial.Iuliæ,56.14.
Nulla quit sine te domus
Liberos dare,nec parens
Stirpe nitier.
Imperare liberis,Vide IMPERO.
Parere liberos.Senec.Thebaid.1.28.
Procreare liberos.Quintil.lib.3.cap.8.17.
Suscipere liberos.Cic.in Topicis,46.
¶ Liberi,de vno tantum filio dictum.Terent.Hecyra,2.1.15.Qui illum decernunt digum,suos cui liberos committerent.Vbi Donatus, Multum sonanter,& accusatorio strepitu nec masculinum nec fœmininum posuit:nec vnam,sed liberos. Sic Cicero, En cui tuos liberos committas. Quum de vno ageret.Et Habemus enim liberos omnes. De puella.Hactenus Donatus.Cicero pro Cluentio, 23. Fratris autem liberos vita priuauit.De vno tantum filio loquitur. Gellius in oratione quadam Gracchi,vbi de Galba dicitur, Parunlumque filium manibus tollens,liberos suos populo flens commendauit.
Libertus,& liberta, (ἀπελεύθερος,) Substantiuum,cuius correlatiuum est Patronus,Is est,qui quum esset seruus esset seruus,factus est liber. Vlpianus cum esse libertum definit, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit.Plaut.Asina.17.100. – magis decorum est,
Libertum potius,quàm patronum onus in via portare. Modestinus, Liberti libertabusque meis,libertum libertæ testatoris non contineri. Quintil.lib.7.cap.8,Patrono in libertum manus iniectio fit. Idem libro 11.cap.1.Eadem pro libertis aduersus patronos obseruantia.
Assignare libertum,Vide ASSIGNO.
Liberta.Horat.1.Serm.saty.1.10.
– at hunc liberta secori
Diuitis medium fortissima Tyndaridarum.
Libertinus,pen.prod.Adiectiuum, (ἀπελευθερικός,) dicitur qui ex iusta seruitute manumissus est:& habet correlatiuum Ingenuus. Plau.Milit. 10.188.Ingenuam an libertinam?Cic.pro Cluen.104.Negat hoc Lentulus:nam Popilium,quòd erat libertini filius,in Senatum nõ legit. Idẽ ad Atticum,lib.1.16.16.An libertinis atque etiam seruis seruiamus?
Parre libertino natus.Horat.1.Serm.satyr.6.1.
Libertinus,Qui ex libero creatus est.Sueton.in Claud.Ignarus temporibus Apii,& deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur,sed ingenuos ex his procreatos.
Libertina.Horat.Epod.14.3.
– me libertina,neque vno
Contenta Phryne macerat.
Libertinitas,pen.corr.Ipse status libertini dicitur,vt Ingenuitas,ingenuitas in L.Iuxta.Codic.De liberali causa.Siue de libertinitate,siue de ingenuitate quæstio moueatur.Mafurius Sabinus in L.1.ff. Si libertus ingen.esse dic.Qui ex libertinitate ingenuitati se afferunt.
Libero,liberas,penul.corr. (ἐλευθεροῦν,ἀπαλλάττειν,ἐλευθεροῦν,ἀφίεναι,πάσχειν,) liberare,Manumittere,Dare libertatem alicui.
Liberare,Absoluere.Cicr.Nihil antiquius fuit,quàm vt te à sceleratorum hominum calumniis liberarem.
Liberatus sum Dase hodie tua opera: Hoc est, periculo ereptus. Terent.And.1.2.13.
Liberare à creditoribus.Senec.de Benefic.lib.2.cap.7. Liberauit illum à creditoribus,sibi non obligauit.
Liberare se ære alieno,Creditam sibi pecuniam creditori numerare,debita persoluere.Cic.ad Qu.fratrem,li.1.1.36.Nullum æs alienum nouũ contrahi ciuitatibus,vetere autem magno & graui multas abs te esse liberatas vrbes. Idem ad Atticum,li.6.113.7.Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ,multæ valde leuatæ sunt.Eidem,lib.14.316.2.
Liberare cura.Cic.7.Verr.9.Remitto tibi hoc totum atque ista te cura libero. Idem 5.de Finib.91.Quos cura liberatos,&c.
Liberare custodis corporis.Cic.in Somnio Scip.10.
Liberata dominatu regio Respub.Cic.4.Tusc.1.2.
Liberare animos errore.Cic.1.de Fin. 23. Eum quem ego arbitror vnum vidisse verum,maximisque erroribus animos hominum liberauisse.
Liberare infamia. Cice.2.Verr.17.Vt odio,inuidia,infamia,turpitudine totum ordinem liberetis.
Liberare inuidia magna & inueterata.Cic.2.Offic.36.
Liberare aliquem metu.Metum alicui adimere. Terent. And. 2. 2. 14.
Obsecro te,quamprimum hoc me libera miserum metu. Plinius epist. 242.Nicomediam venit,neque longæ expectationis solicitudine liberauit. Sic Cæs.1.bel.Ciuil.37. Et lib.8.belli Gal.134. Cice.4.Acad. 218.Liberat & me timore.
Liberatis obsidione,abominandoque exilio, totis castris. Hoc est,liberis factis. Plin.lib.12.cap.4.1.
Liberare opere magno.Cic.4.Acad.218. Sic ille & deum opere magno liberat,& me timore.
Periculo liberare,Vide PERICVLVM.
Liberare promissa,pro Abrogare,vel eorum tollere obligationem,ac facere ne ligent.Cic.1.Offic.Quæ quidem promissa pleraque iure Prætorio liberantur,nonnulla legibus.
Liberare tædio.Plin.lib.16.cap.13.7.
Infem liberat vagina.Ouid.6.Metam.110.
Voto liberari,Vide VOTVM.
¶ Culpæ aliquem liberare.Liu.lib. 1.Decad.5. Senatus nec liberauit eius culpæ regem,neque arguit.Græcorum imitatione.
¶ Liberare fidem suam,Præstare promissum.Plin.epist.106.Liberandem hendecasyllaborum meorum fidem,qui scripta tua communibus amicis spoponderunt. Cic.pro Flacco,18.Ipse tamen Fufius satisfacit absentibus,& fidem suam liberat.
¶ Liberare (inquit Sipontinus) etiam aliquando vsurpamus pro eo quod est Addicere Vnde in licitationibus rem quæ venalis proposita est,plus offerenti addicere seu liberare dicimur:& non modò qui venditi,sed etiam qui emit,rem ipsam sic venditam,liberare dicitur.Hinc liberationis vocabulum,Paulus Iurisc.in L. Liberationis.ff. de Verborũ & rerum significatione,affirmat eandem vim habere,quam solutionis. Et contrà,solutionis verbum ad omnem liberationem pertinet,vt vult Idem Paulus in L.Solutionis.ff.de Solutionibus.
Liberator,penul.prod (ἐλευθερωτής,)Verbale,Qui aliquem liberat.Brutus Ciceroni,libro 16. 3.Non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Cicc.ad Atticum,lib.14.308.3,Qui censes,quum Romam puer venerit, vbi nostri liberatores mti esse non possunt?
Liberatio, Aliud Verbale, Ipse liberandi actus. Cicc.ad Quint. fratrem,lib.1.1.52.Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare Censoriam,sed potius commoditatem conficiendi negotii,& liberationem molestiæ. Sic 1.de Finib.58.
Malorum liberatio.Quintil.lib 5.cap.10.24.
Liber, libri,priore corr. (φλοιός,) Substantiuum, Pars corticis interior,quæ ligno adhæret.Colum.lib.5.cap.10.Ita librum arboris inolescere finito. Plinius libro 12.in Proœmio 2.Arborum fronde mollior specus,libro vestis. Virg.10.eclog.14.
Nec si quom moriens alta liber aret in vlmo. Idem 2.Georg.16.
– hue aliena ex arbore germen
Includunt,vdoque docent inolescere libro.
¶ Liber, (βίβλος,τεύχος,λόγος,συγγραφής,) In quo scribimus quia ante vsum chartæ, de libris & corticibus arborum volumina compaginabantur. Cicero ad Atticum, libro 9.180.4.Demetrii librum de concordia tibi remisi.
Liber,ipsum opus integrum.Cic.Attico,lib.4.82.1.De libris oratoriis factum est à me diligenter,diu multumque in manibus fuerunt,describibus licet. Plin.epist.10.c,Postea recisa,ac purgata,in vnum librum,grandem quidem,vnum tamen coartasse.
Liber,p certa pte opis.vt Virgilii Aeneis in duodecim libros distincta est.
Liber grandi volumine.Gellius lib.14.cap.6.Dat mihi librum grandi volumine,doctrinis omnigenis præstantem.
Liber & volumen.Quintil.lib.9.ca.4.circa finem. Quæ sit differentia nostri,Græcique sermonis, explicabit summus liber. Compositio (nam finem imponere egresso destinatum modum volumini festino) debet esse honesta,iucunda,varia.
Copia bona librorum Horat.1.epist.19.23.
Carminum libri.Horat.Epod.17.1.
Liber de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore. Cicero 2.de Diuinat. 3.
Bonus liber,Vide BONVS.
Chronici libri,Vide CHRONICA.
Laborati libri,Vide LABOR.
Lintei libri,Vide LINTEVM.
Longi libri,Vide LONGVS.
Musteus liber,Vide MVSTVN.
Nobile libri vndique coempti.Horat.1.Carm.ode 29.3.
Libri tres subtiles & diligentes.Plinius epist.100.2, lib. 5. Iam tres libros absoluerat subtiles,& diligentes,& Latinos,atque inter sermonem,historiamque medios.
Venosus liber.Pers.Saty.1.8.Vide Venosus in VENA.
¶ Verax aperit præcordia liber.Horat.1.Sermo.saty.4.18.
Colligere librum,Vide COLLIGO.
Comparare libros in aliquid.Quintil.in Proœm.lib.1.7.Atque eò magis, quòd duo iam sub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricæ,neque editi à me,neque in hoc comparati.
Componere librum,Vide COMPONO.
Conficere librum,Vide CONFICIO.
Conicere in librum,Vide CONIICIO.
Arcana credere libris.Horat.2.Serm.saty.1.7.
Ille velat fidis arcana sodalibus olim Credebat libris.
Bdere libros de re aliqua.Quintil.lib.6.cap.3.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Librum edidit, non esse, &c. Hoc est librum conscripsit, in quo contendit non esse, &c. Sueton. in Iulio Cæsare, Quorum Caius Oppius, quasi planè defensione ac patrocinio res egêrit, librum edidit, non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicat.

Emittere librum de re aliqua. Quintil. in Prooemi. lib. 6. 3.

Excipere librum. Quintil. in Prooem. lib. 1. 7. Nanque alterum sermone per biduum habito, pueri, quibus id præstabatur, exceperant.

Nos autem in libris habemus, non modo, &c. Cicc. ad Atticum.

Inchoare libros & conficere, Vide INCHOO.

Incidere in libros alicuius, Vide INCIDO.

Inscribere quicquam in libro, Vide INSCRIBO.

Inscribere libros nomine alicuius. Quintil. lib. 3. ca. 5. 10. Sunt tamen inscripti nomine Hermagoræ libri.

Insenescere libris. Horat. 2. epistol. 2. 17.

Et studiis annos septem dedit, insenuitque
Libris, & curis.

Peruolutare libros. Cic. ad Atticum, lib. 5. 90. 2.

Fasciculum librorum portare. Horat. 1. epist. 13. 3.

Scribere in libro. Cic. 1. de Orato. 47. Scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente & inuito excidit.

Voluere libros. Claud. de Nupt. Honorii, 47.

Voluendi sunt libri Catonis. Cic. de Claris Oratorib. 165.

Vulgare librum. Quintil. in Procem. lib. 1. 7. Alterum pluribus sane diebus, quantum notando consequi potuerant interceptum boni iuuenes, sed nimium amantes mei, temerario editionis honore vulgauerant.

¶ Liber, pro Inuentario, Vt vulgò dicitur, vel Registro. Cic. 5. Verr. 142. Misit in Siciliam literas ad Carpinatium, quas ego Syracusis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum missarum apud magistrum Tullium familiarem tuum inueni. Budæus.

Libellus, libelli, m. g. Diminutiuum, (βιβλίον, γραμματίον, δέλτος, πινακίς,) Cic. Planco in Epist. ad Atticum, lib. 16. 341. 2. Atticus libellũ composuit: eum mihi dedit, vt darem Cæsari: etam autem cœnaturus apud eum illo die, quum libellum Cæsari dedi, probauit causam scripsit Attico, æqua eum postulare.

Argutus libellus, Vide ARGVO.

Aureolus, Vide AVRVM.

Macer, Vide MACER.

Lepidus nouus libellus. Catull. ad Cornelium, epigram. 1. 1.

Sacri libelli. Iuuenal. Satyr. 13. 2.

Trifles libelli. Propert. lib. 1. eleg. 9. 3.

¶ Dedicare libellos, Vide DEDICO.

Dare libellos de re aliqua. Quintil. lib. 1. cap. 7. 17. Aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdam totos libellos non de verbis modò singulis, sed etiam literis dedit?

Innotescere libellis alicuius. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 2.

Proferre libellos. Tacit. lib. 1. Protulit libellos væcordes adeò, vt consultauerit Libo an habiturus foret opes.

¶ Libellus, dicitur quem vulgus supplicationem appellat. Sueton. in Augusto, Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desyderia excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod sic libellum pergere dubitaret, quasi elephanto stipem. Libellum Tranquillus vocauit schedulam supplicem, qua postulata populares principibus exponere solent. Idem in Domitiano, Stephanus professus cõspirationis indicium, & ob hoc admissus, legêri traditum à se libellum, & attonito suffodit inguina. Hæc Budæus. Tacit. lib. 17. Plures quàm CXX. libellos præmia exposcentium, ob aliquam notabilem illa die operam Vitellius postea inuenit.

Libellos signare, vel subnotare. Suet. in August. In diplomatibus libellisque & epistolis signandis, initio Sphinge vsus est, mox imaginẽ magni Alexãdri. Id est vt nũc dicimus, in respondendis requestis. Plin. epist. 10. c, Sedeo pro tribunali: subnoto libellos, conficio tabulas. Budæus.

Libellis supplicibus vacare. Matt. Idem supplicibus vacat libellis.

A libellis, dicti ministri, qui principi in hoc negotio subseruiũt, nempe vt supplices libellos ministrent. Suet. Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. Idem in Nerone, cap. 49. Ferrum iugulo adegit iuuãte Epaphrodito à libellis. Lampridius in Alexandro, Postmeridianis horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita vt ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent.

Libellos agere. In L. Rescriptum, De distractione pignorum, Rescriptum est ab imperatore libellos agente Papiniano. Id est, libellis apud imperatorem præfecto. Budæus.

¶ Libellus, pro Commentario quam Memoriam vulgò vocant. Quintil. lib. 12. cap. 8. Pessimæ verò consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator qui confugit ad patronum, aut alii ex genere aduocatorum. Budæus. Cic. 1. Phil. 14. Et vos acta Cæsaris defenditis, qui leges eius euertistis? nisi forte siquid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis.

Libellus memorialis, Scriptum, memoriæ causa paratum. Suet. in Iulio Cæsare, cap. 56. Epistolæ quoque eius ad Senatum extant, quas primùm videtur ad paginas & formam memorialis libelli conuertisse.

¶ Libellus, Quam citationem vocant. Plaut. Curc. 4. 6. Vbi tu es qui me libello Venerio citasti? ecce me sistito: ades contrà.

¶ Libelli, pro Literis, vel etiam punctis & articulis quos vocamus. Brutus ad Ciceronem, lib. 11, 11. 2. Nec de Planco quidẽ spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti. Cic. 4. Verr. 132. Recita mihi quæso, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canulcii.

¶ Libellos proponere in locis celeberrimis. Cicc. pro Quintio, 28. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne petire quidem certe tacitè obscureque conceditur. Ibidem, 42. Ergo affuit, non passus est libellos deiecit Sext. Alphenus.

¶ Libellus, Epistola est assertoria, quam vulgò Certificationem vocamus vt quas tributorum & vectigalium immunes ad publicanos destinare solent, ne pro vectura res suas aduehentes importantesve inhibeant. Paulus in L. Si publicanus, De publicanis, Significet, inquit, id libellis manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittat. Budæus.

¶ Libellus, Genus mensuræ, Cato cap. 15, Parietes villæ si locet in pedes centum, id est, pedes denos quoquouersum, habeat libellum in pedes quinos, & perticam vnam pedum III. CIX.

Libellio, libellionis, m. g. (γραμματεύς,) à veteribꝰ dicebaſ, quẽ Tabellionẽ vocamus. Varro, Tum ad me ferũt quòd libellionem esse sciebant.

Libellio, idem quod Librarius. Stat. 4. Sylu. 9. 5.

Sed Bruti senis os citationes,
De capsa miseri libellionis,
Emptum plus minus asse Catano, Donas.

Librarius, librarii, m. g. (βιβλιογράφος,) Qui libros trãscribit. Cic. pro Sege agra. Aliquando tandem me designato lex in publicũ proponitur, concurrunt iussu meo plures vno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt. Idem ad Q. fratrem, lib. 2. 18. 11. Quum à me literas librarii manu acceperis, ne paulum me otii habuisse iudicato. Plin. lib. 7. cap. 25. 1. Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare. De Tullio Cæsare. Librarios possumus appellare eos, quos nunc impressores vocamus: qui suis typis librum vnum, in varia transfundunt exemplaria: quiq; vno die tantum excudunt, quantum mille librarii possent scribere.

Scriptor librarius. Horat. de Arte, 72.

Mendosus librarius, Vide MENDA.

Scrinia librariorum. Catull. ad Caluum, epigr. 14. 4.

Librarius & scriptor. Liu. 8. bell. Mace. In L. Scipione malim equidẽ libraria mendum q̃ mendacia scriptoris esse in summa auri atq; argenti.

Librariolus, pen cor. Dimin. (βιβλιογραφύλλιον,) p seruulo à manu. Cic. Attl. li. 4. 73. 3. Etiam vellẽ mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos quibus Tyrannio vratur glutinatoribus. Eidem, lib. 15. 335. 4. Pacilio cũ librariolo suo videntur obiisse legationem. Sic pro Corn. Balbo 10. Et 1. de Legi. 10. Cuius loquacitas habet aliquid argutatiunculæ ad tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis.

Librarius, Adiect. (γραφικός,) Quod ad libros pertinet. Plin. lib. 35. ca. 6. 13. Omne autem attramentum sole perficitur, librarium gummi, tectorium glutino admisto. Sic lib. 27. cap. 7. 9.

Libellaticus, pen. corr. Qui metu suppliciorum eo pertrahebantur, vt sacris etiam sacra facerent, Sacrificati dicebantur, iidemque Thurificati. Qui non incẽdissent quidem thura idolis, sed tamen per libellos tantum nomina dedissent, Libellatici vocabant. Cyprianus lib. 4. epist. 2. ad Autonianum, Nec tu existimes frater charissime, sicut quibusdam videtur, libellaticos cum sacrificatis æquari oportere: quando inter ipsos etiam qui sacrificauerint, & conditio frequenter & causa diuersa sit. Paulo pòst, Quum ergo inter ipsos qui sacrificauerunt, tanta sit diuersitas: quæ inclementia esset, & quàm acerba duritia, libellaticos cum iis qui sacrificauerint, iungere? Vide ibidem plura. Ex Eusebio in Cyprianum.

Librarium, librarii, neutro genere, pro tablino vsurpasse videtur Cicc. in Oratione pro Milone, 25. Exhibe quæso Sex. Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse è domo. Quidam librarium pro libris posituin dicunt, vt sit contenus pro contento.

Libraria, (βιβλιοθήκη,) Locus in quo reponuntur libri, Græcè bibliotheca. Gellius lib. 5. ca. 4. Apud Sigillaria fortè in libraria ego & Iulius Paulus poeta, vir memoria nostra doctissimus consederamus.

Libraria taberna. Cic. 2. Philipp. 44. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, quum tu illum in foro spectante Popu. Romano, gladio stricto insequutus es: negotiumque transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset?

Libraria, à libra, Vide suo loco.

Libet, libuit vel libitum est, (δοκεῖ σοι,) Impersonale verbum, Idem significat quod Placet. A labẽdo, vt Varro inquit, quòd quæ placent, in mentem prolabantur. Plaut. Pseud. 5. 113. Cur id aufus facere?

B. Libuitmea fuit. Terent. Eunuch. 4. 7. 26.

Quid cum illo agas? THR. & cum eo clàm subduxti te mihi?

THA. Libuit. Cic. 1. de Orat. 10. Si tibi id minus libebit, non te vrgebo, neque committam.

Non

Non liber mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt. Cicc. de Senect. 76. Et ad Atticum, lib. 2. 33. 4. De Rep. non libet plura scribere. Idẽ de Amic. 39. De Gracchi autẽ Tribunatu quid expectẽ, nõ libet augurari.

Insanire libet tibi. Virg. 3. eclog. 8.

Libẽret. Cic. 1. de Nat. deorum., 125. Vt mihi quidem admirari libẽret, in homine esse Romano, &c. Idem pro Milone, Vos & omnes boni vota faciebatis vt Miloni vti virtute sua libẽret.

Libẽre, Velle, placere. Cic. ad Atticum, lib. 14. 317. 4. Cui facile persuasi, mihi id quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubẽre.

Libet, personaliter positum. Cic. 2. de Finib. 8. Bonum ipsum etiam quid esset, fortasse si opus fuisset, definisses: aut quod esset natura appetendum, aut quod prodesset, aut quod inuaret, aut quod libẽret. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 20. Cætera item quæ cuique libuissent, dilargitus est contradicente nullo: ac, si conaretur quis, abstertito.

Libitum est. Plaut. Asin. 3. 98. – siquid te volam, vbi eris?

2. Vbicunque libitum erit animo meo. Terent. Adelph. 5. 1. 4.

– sed postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare, huc libitum est. Cicc. 2. de Orato. 189. De quo genere libitum est mihi pauloplura quàm ostenderam dicere. Idem 1. de Legib. 106. Et qui libitũ est vobis, me, &c. Ipellere hodierno sermõe, &c.

Ad libitum, Vide AD præpositionem.

Libens, libentis, (ἑκὼν, ἑκοῦσα,) Volens, facilis. Cic. ad Sillium, li. 13. 66. 3. Sed quando, quemadmodum omnes existimant, & ego intelligo, tua tum summa integritate, tum singulari humanitate & mansuetudine consecutus es vt libentissimis Græcis nutu quod velis consequare.

Libente illo. Cic. pro Lege agrar. 55. Quam ego dignitatem etsi libente illo, tamen absente illo per vos consecutus sum.

Libente me. Cicc. ad Atticum, lib. 10. 195. 9. Si vera sunt, ignoscens si falsa me libente eripies mihi hunc errorem.

Libenti animo & libentibus animis aliquid facere? Hoc est, libenter, & æquo animo. Cicc. pro Cluentio, 3. Eamque animis vestris aut libentibus aut æquis remittatis. Sic pro Rosc. Amerino, 61. Liuius 9. bel. Pun. 41. Vt modicas iniurias non æquo modo animo pati, sed propè libenti videri possent.

Libentissimis omnibus: Hoc est, æquissimis, & non repugnantibus. Cic. ad Atticum, lib. 4. 71. 7. Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus.

Libens, pro Libenter, authore Donato. Terent. And. 2. 1. 39.

Fugin' hinc? ego verò ac lubens.

Morior libens. Ouid. 14. Metam. 145.

Libentia, libentiæ, (ἡδονή,) Voluptas, gratia. Gell. lib. 15. cap. 2. Cui libentiæ gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ sint. Id est, complacentiæ, voluptates, quasi libidines quædam decentes.

Libenter, Aduerbium, (ἑκουσίως, ἡδέως,) Aequo animo. Cic. 4. Acad. 51. Itaque quũ aliud diceret atque sentiret, libẽter vti solitus est ea dissimulatione, quam, &c. Idem 2. de Legib. 1. Illo loco libentissimè solco vti.

Libenter viuere & cœnare. Terent. Eunuch. 5. 9. 44.

– cogita modo, tu hercle cum illa Phędria,
Et libenter viuis, etenim bene libenter victitas. Vbi Donatus. Libenter viuis, id est bonorum ciborum edax es. Cato cap. 156. 1. Si voles in conuiuio multum bibere, cœnareque libenter, ante cœnam esto eru dam quantum voles ex aceto. De Brassica loquitur.

Libentius. Horatius 2. episto. 1. 53.

Ducit enim citius, meminitque libentius illud
Quod qui deridet, quàm quod probat, & veneratur.

Libido, pen. prod. libidinis, fœm. gen. (ἐπιθυμία, λαγνεία,) est (authore Donato) quælibet voluntas temere suscepta. Cic. 4. Tuscul. 21. Voluntas est quæ quid cum ratione desyderatque autem ratione aduersa in rebus stultis inuenitur. Plaut. Epid. 1. 85. Nequam homo es Epidice, cui libido est malè loqui. Terent. Hecyra, 1. 2. 3.

– ego tamen patrio animo victus, faciam
Vt tibi concedam: neque tuæ libidini aduersabor. Idem Heau. 2. 1. 4.

Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit. Cicc. de Prouinc. Consul. 7. Lateant libidines eius illæ tenebricosæ, quas fronte & supercilio, non pudore & temperantia contegebat. Idem 4. Verrin. 5. Et 5. Verr. 6. Vbi libido veniet nauseæ, eumque apprehendet, decumbat, purgetque sese. Cato, cap. 156. 3.

¶ Libido, pro nimia Veneris appetentia. vt

Fœdus ac maculosus auaritia & libidine. Tacit. lib. 17. Fuere qui credẽdum redent Capitonem vt auaritia & libidine fœdum, ac maculosum: ita cogitatione rerum nouarum abstinuisse.

Minister libidinum, Vide MINISTRO.

¶ Damnosa libido. Horat. 2. epist. 1. 22.

Dira. Lucret. lib. 4. 211. Pers. Saty. 3. 4.

Fœminea. Ouid. 1. de Arte, 69.

Furiosa. Ouid. 1. de Arte, 56.

Iuxtaque tinctæ libidinis homo. Ouid. 1. Fast. 83.

Intoleranda libido, Vide INTOLERABILIS.

Importunissimæ libidines, Vide IMPORTVNVS.

Masculæ libidinis fœmina. Horat. Epod. 5. 9.

Potens libido. Senec. Octau. 7. 12.

Sæua libido habendi. Ouid. ad Pisonem, 44.

Terra. Horat. 1. Serm. saty. 2. 7.

Vetita. Ouid. 9. Metam. 116.

Vitiosa. Horat. 1. epist. 1. 17.

¶ Libidine, non ratione rem aliquam agere. Cic. pro Quintio, 8.

Amittere libidinem, Vide AMITTO.

Commeant libidines, Vide COMMEO.

Constringi libidinibus, Vide CONSTRINGO.

Contegere libidines, Vide CONTEGO.

Dedere se libidinibus, Vide DEDO.

Innata libido extimulat hunc. Ouid. 6. Metam. 92.

Facere delicias & libidines in vno. Catul. de Acme, epigram. 42. 5.

Vno in Septimio fidelis Acme.
Facit delicias, libidinesque.

Libido plerosque inuasit, Vide INVADO.

Libidini obsistere, Vide OBSISTO.

Libido occlusa contumeliis, Vide OCCLVDO.

Ebrietas geminata libidine regnat. Ouid. 12. Metam. 45.

Affidui libidinibus rumpere membra. Propert lib. 2. eleg. 17. 5.

¶ Libido, Voluntas hominis incerti ac leuis Terent. Phorm. 4. 5. 4. At matura, dum libido eadem hæc manet. Donatus.

Ad nostrum arbitrium libidinemque aduersariorum minas eludamus. Cic. 2. Verr. 19. Sic 2. de Fini. 19. Nam & ipsa declinatio ad libidinẽ fingit.

¶ Libido in bonam partem accepta. Sallustius in Catil. Magisque in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis & Conuiuiis libidinem habebant. Idem ad Cæsarem. Quod si tibi bona libido fuerit patriæ, & parentibus gratificandi, &c.

Libidinosus, pen. prod. Adiectiuũ, (ἀσελγής, ἀκόλαστος, ἀφροδίσιος,) Qui in libidinem propensus est. Cic. de Senect. 26. Libidinosa etenim & inteperans adolescẽtia, effœtũ corpus tradit senectuti. Sic 5. de Fin. 111.

Caper libidinosus. Horat. Epod. 10. 5.

Libidinosa voluptas. Cic. 1. de Finib. 90.

Libidinosæ dapes, Curiosæ & exquisitæ. Columel. in Præf. lib. 10. 2. Mox quum sequens, & præcipuè nostra ætas dapibus libidinosis, pretia constituerit, cœnaque non naturalibus desyderiis, sed sensibus æstimentur. plebeia paupertas summota à pretiosioribus cibis ad vulgares compellitur.

Eloquentia libidinosa. Quintil. lib. 5. cap. 12. 15.

Libidinosæ sententiæ. Cic. pro Domo sua, 3. Id est, quæ pro libidine cuiusque ferũtur.

¶ Libidinosus, Pronus ad venerem, siue apperentissimus veneris. Plin. libro 11. cap. 39. 3. Libidinosiores hominum quoque hirtos colligens. Quintil. lib. 6. cap. 4. Libidinosior es quàm vllus spado.

Libidinosè, pe. pro. Aduerb. (ἀκολάστως,) Appetenter. Salust. Pòst vbi paulatim licentia creuit, iuxta bonos & malos libidinosè interficere.

Libidinosè aliquid facere. Cic. 1. Verr. 21. Vt quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. Sic 3. Offic. 48.

Libidinosè & crudeliter. Liu. 3. ab Vrbe, 149. Abstinebatur à Patribus: in humiliores libidinosè, crudeliterque consulebatur.

Libidinor, pen corr. libidinũris, (ἀκολαστῶνται,) Sueton. in Nerone, ca. 28. ad finem, Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatũ incestæ, ac maculis vestis proditum affirmant.

LIBETRVS, pen. prod. (Λίβηθρον,) apud Licophrontem poetam, videtur esse mons Macedoniæ habens ad radicem Pimpleam footem. Vnde Musæ dicuntur Libethrides. Strabo scribit Libethrum esse locũ Thraciæ, ex quo nonnulli qui in Bœotiæ partem migrassent, vbi Parnassus, eodem nomine Libethrum dicarunt.

Libidinosus, Libido, Vide LIBET.

LIBITINA, Libitinæ, pen. prod. Dea est, quam alii Proserpinam, alii Venerem dicunt, in cuius templo vendebantur & locabantur ea quæ ad sepulturam pertinent, vt docet Plutarchus in Problematis. A libendo Libitina dicta, vt ait Varro.

¶ Libitina, Ipsa exequiarum expensa. Sueton. in Nerone, cap. 39. Pestilentia vnius Autumni, qua XXX. funerum milia in rationem libitinæ venerunt. Liu. 10. bel. Maced. 80. In vrbe tanta fuit pestilentia, vt tunc vix libitina sufficeret. Ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. Vel, Operæ libitinariorum, vt vult Budæus.

¶ Libitina, Ipsa sepeliendi ars, seu vedendi ea quę ad sepulturam pertinent. Valerius Max. Qui tunc libitinam exercebant, tum rerum suarum vsum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt. Horat. 2. Serm. saty. 6. 3. Autumnusque grauis libitinæ quæstus acerbæ.

¶ Libitina, pro Morte, seu pro lecto in quo mortui ferebantur: quoniam in æde Libitinæ parerentur necessaria ad funebrem apparatum. Horat. 3. Carm. ode 3. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

– multaque pars mei
Vitabit libitinam.

Libitinarius, libitinarii, (λειτουργός.) Qui libitinæ præest, & actionem libitinariam exercet, quæstui inserviens: & qui necessaria funeribus vendi tatiseu qui conducit funera, aut qui curam sepeliendorum cadauerum habet. Vlpianus in L. Quicunque. ff. de Institoria actione, Si libitinarius (quem Græci λειτουργὸν vocant) seruum polinctorem habuerit, iisque mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionem. Ex quibus verbis patet, libitinarium esse curatorem funeris. Seneca de Benef. 6. An tu Alerium & Aruntium, ac cæteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere quæ designatores & libitinarios vota? Nempe vt ex morte lucrum referant.

Libo, libas, (λείβω, σπένδω,) libare, Est leniter degustare, & quasi primis labris attingere. Dictum, vt quidam putant, à labiis, quasi labiare. Virg 4. Georg. 111. Purpureosque metit flores, & flumina libat.
Amnem libauit quadrupes. Virg. 5. eclog. 6.
Cibum libare digitis. Ouid. 1. de Arte, 116.
Cibi libari ore alicuius. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 7.
Dapes libare. Virg. 5. Aeneid. 19.
Laticum libauit honorem. Virg. 1. Aeneid. 150.
Merum libatum. Propert. lib. 3. eleg. 17. 8.
Libata gustu potio traditur Barrichio. Tacit. Id est, gustu explorata.
¶ Libare, per metaphoram, Leuiter tangere significat. Virg. 1. Aene. 52.
Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur.
Virginitas libata. Ouid. epist. 2. 23.
Cui mea virginitas auibus libata finistris
Castaque fallaci zona recincta manu.
¶ Libare, Sacrificare. Virgil. lib. 7. Aeneid. 27.
Nunc pateras libate Ioui. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 3.
Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus.
Libatum agricolæ ponitur ante deum. Liu. 9. bel Maced. 180. Vbi libare diis dapes, Vbi bene precari mos esset, &c. Gellius lib. 2. cap. 7. Solenni die Ioui epulum libaretur. Sic Cicero 1. de Legib. 32.
Duo rite mero libans carchesia Baccho. Virg. 5. Aeneid. 16.
Pateris altaria libant. Virg. 12. Aeneid. 35.
Thura libare diis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 8.
Libatæ vires, Id est attenuatæ. Iuius libro 1. bel. Pun. Integro bello nunquam antea libatis viribus Italiam aggrediendam censent.
Vnam libare deo. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 5.
Lachrymas libare alicui defuncto. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 9.
Iure igitur lachrymas Celso libamus adempto.
¶ Libare, Excerpere legendo authores, & quod sibi vtile est transumere. Cic. 5. Tusc. 119. Sed à te impetrarim libenter, vt nisi molestum sit, quoniam nulla vincula te impediunt vllius certæ disciplinæ, libasque ex omnibus, quodcunque te maximè specie veritatis mouet. Idem 1. de Oratore, 110. Sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse: neque ea vt sua possedisse, sed vt aliena libasse. Plin. lib. 7. cap. 37. 1. Variarum artium scientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi parsit florem hominum libantibus. Id est, præcipuos referentibus.
Excerpere & libare. Cic. 2. de Innent. 134. Sed omnibus vnum in locum coactis scriptoribus, quod quisque cõmodissimè præcipere videbatur, excerpsimus, & ex variis ingeniis excellentissima quæque libauimus.
Libatus, penul. prod. Participium, (ἀπαρχόμενος,) Quasi acceptus, siue excerptus. Cic. 1. de Diuinatione, 39. Naturale quod animus arriperet, aut exciperet, extrinsecus ex diuinitate, vnde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus.

Libãmen, pe. pro. libaminis: (σπονδή, ἀπαρχή,) Libamentũ, libamentis & Libatio libationis, pro eodem sumuntur significantque quicquid in sacris libatur. A libero patre, qui primus Ioui libauit. Ouid. 3. Fastorum, 147. Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Cic. 1. de Legi. 47. Quod tempus sacrificiorum libamenta seruentur, fœtusque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Plinius lib. 37. cap. 10. 35. Præterea in aras addita ea, traditur libamenta non amburi.
Ignibus imponit sacris libamina prima. Virg. 6. Aeneid. 50.
Pingui cumular libamine flammam. Valer. lib. 1. Argona. 42.
Libamenta ferre ad aras. Stat. 3. Sylu. 1. 33.
Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras
Libamenta tuli.
Libamina famæ. Ouid. epist. 4. 6.
Tu noua feruaræ carpes libamina famæ:
Et pariter nostrum fiet vterque nocens.
Libatio. Verbale, (λοιβή,) Sacrificatio, vel ea degustatio quæ in sacrificiis fieri solebat. Cic. de Aruſp. responsis, 19. Te appello Lentule, tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum.

Libum, libi, n. g. (φυρατός,) Genus dulciatii cibi ex farre, & melle, & oleo: sic dictum, quòd libandi causa fiat. Virg. 7. Aeneid. 22.

– & adorea liba per herbam
Subiciunt epulis. Vel à verbo Græco λείβω. Vel à Libero patre. Ouid. 3. Fast. 147.
Liba deo fiunt, succis quia dulcibus idem
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Ibidem, 53.
Melle pater fruitur, liboque infusa calenti
Iure repertori candida mella damus. Cato cap. 75. Libum sic facito: Caseum bene distere in mortario. Vbi bene triueris, farinæ siligineæ libram: aut si voles tenerius esse, selibram similaginis solum eodem indito, permisceto que cum caseo bene, ouum vnum addito, & vnà permisceto bene. Inde panem facito, solia subdito, in foco calido sub testa ea coquito leniter.
Calenti libo infusa mella. Ouid. 3. fast. 153.
Grandia liba facere. Ouid. 4. Fast. 157.
Rustica liba. Ouid. 3. Fast. 134.
Tusta liba. Ouid. 6. Fast. 97.
Plena domus libis venalibus. Iuuenal. Saty. 3. 19.
Libarius, Qui liba vendit. Seneca epistol. 57.
Iam libarii varias exclamationes, &c.

LIBORA, (λιβώρα,) olim Elbora, Ptolemæo lib. 2. ca. 6. Hispaniæ vrbs Talabrica hodie. Vulgò Taleuera.

Libra, libræ, (λίτρα, ζυγός, ἱστός,) Quæ & as, & mina seu mna, & pondo dicitur, duodecim constat vnciis.
Vna libra farris. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 14.
Implere libram, Vide IMPLEO.
¶ Libra, Instrumentum quo res ponderantur, lancem vnam vtrinque habens. Alio nomine bilancem vocant. Cic. 5. Tuscul. 72. Quo loco quam vim habeat libra illa Critolai, quæ quum in alteram lancem animi bona imponebat: in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. Idem 5. de Finib. 157, Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Plin. epist. 186. Iã illa, quãta ꝓbitas in ore, quãta in sermone cõstatio, q̃ pari libra grauitas, comitasque.
Anceps libra. Pers. Satyr. 4. 2. Scis etenim sustum gemina suspẽdere lance Ancipitis libræ.
¶ Libra non solum pondus est, sed etiam mensura, quæ & ipsa duodecim vnciis mensuralibus constat. Duplex igitur libra est, ponderalis, & mensuralis. Id quod palàm docet Galenus lib. 1. de compositione medicamentorum per genera, sic inquiens; Appellatur enim à Romanis libra le pondus solidorum corporum, nomine simili libralis liquidorum mensuræ: quæ permolta in tota vrbe est, ex cornea materia constans. Deinde nõ multo pòst, Paulo antè, inquit, ostendi, quum nominis similitudinem quæ est apud Romanos libræ ponderali cum libræ mensurali esset rarem. Idem lib. 6. eiusdem operis, Idcirco medicos in libris de medicamentis accuratius oportebat scribere, qualesnam vncias vel libras medicinarum liquidarum præciperent iniici, mensuralesne, an ponderales. Ex quibus locis clarissimè intelligitur libram duplicem Romanis fuisse, mensuralem & ponderalem. Q uòd si ponderalem indicamus, discriminis faciendi causa adiiciendum est pondo: si mensuralem, mensura. Q uale est illud ipsius Galeni lib. 1, eiusdem operis, vbi scribit cõstare album emplastrum ex argenti spumę & ceruse singulorum libra pondo, olei verò duabus libris mensura. De hac libra mensurali videtur intelligendus locus ille Suetonii in Cæsare Dictatore, ca. 38, Popolo præter frumenti denos modios ac totidem olei libras, triceno quoque nummos quos pollicitus olim erat, viritim diuisit. Non enim putandi sunt veteres oleum, vinum, & reliquos liquores ad pensum vendidisse aut donasse, sed ad mensuram. Apparet etiam ex Galeni verbis suprà citatis, oleum cornibus libralibus vendi consueuisse, hoc est libram vnam mensuralem capientibus. Quod rursum libro eodem his verbis testatur, Siquis statuat cotylen vncias nouem capere Romanas in cornibus, libralibus quæ in vsu sunt, descriptas. Erant namque (vt alibi scribit idem author) lineæ quædam in orbem iis ipsis cornibus extrinsecus incisæ, quarum interstitia erant vnciarum capacia. Verùm eiusmodi cornua non solum fuisse libræ vnius, sed aliqua duarum etiam librarum, ex Horatio intelligimus, libro, 2. Sermonum, satyr. 2. 12.
Ac nisi mutatum parcit diffundere vinum:&
Cuius odorem olei nequeas perferre, (licebit
Ille repotia, natales, aliosve dierum
Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri.
Caulibus instillat. Hoc est duarum librarum mẽsuralium capaci. Sic Plautus. Bilibrem aqualem, duarum librarum capacem, dixisse videtur in Milite, 11. 38.
Ibi erant bilibris aqualis, hic propter cados,
Eaque sæpe decies complebatur dic. Porrò libram mensuralem in duodecim vncias mensurales diuidi, abundè testatur Galenus eiusdem operis libro, 3. his verbis, Est autem apud ipsos (de Romanis loquitur) mensura, qua oleum metiuntur, intersecta lineis diuidentibus totam in duodecim partes. Atq; mẽsura integra, vocat ab ipsis libra: duodecima

cima verò pars eius vncia. Quantum autem pendeat libra mensuralis, potest vtcunque colligi ex ipso. Galeno, qui libro 6. de compositione medicamentorum per genera, sic ait, Ego sane olei libram Romæ nuncupatam, quam pòst interfecta cornua metiuntur, appendi aliquando, cupiens scire quantum ponderis haberet. Inueni vero duodecim vncias mensurales, aleem ponderalibus æquales. Ex quibus verbis apparet, libram & vnciam mensuralem non è ponderalibus, vt vna alteri respõdeat, constituras quemadmodum hodiè à Pharmacopolis magno errore constituuntur. Extant etiam non mediocriter, qui in medicamẽtis conficiendis libram sedecim vnciarum accipiunt, quam ex superioribus constat esse duntaxat duodecim. Quæ enim constat vnciis sedecim, negotiatoria est libra.
¶ Libra, Signum cœleste. Plinius lib. 18. cap. 25. 12. Alterumque æquinoctium Libræ.
Libra Phœbeos tenet æqua currus. Senec. Herc. furen. 10. 5.
Pendula cœlestes libra mouebat aquas. Ouid. 4. Fast. 78.
Libra die somnique pares vbi fecerit horas. Virg. 1. Georg. 42.
¶ Libra, instrumentum fabrile. Colum. lib. 8. ca. 1. 7. 2. Sinautem locus vbi viuarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes nouem defodiatur piscina,
¶ Libra, pro libramento. Plin. lib. 16. cap. 36. 4. Contra flatus quoque pertinacior libra Ilononiensibus calamis.

Libella, libellæ, Diminutiuum, (λυμφεῖον,) Nummulus argenteus, qui & as dicitur. Cicero 4. Verr. 17. Et quis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset? Libellam pro asse posuit: ex eo dictam quòd libra asis valebat, id est asse. Quum autem minimam pecuniolam significare volebant, assem & libellam, dicebant. Idem pro Rosc. Comœdo, 6. de pœna plus pertentium loquens, Si peteret sestert. 1000 daris hic, nisi planè facit sestert. 1000 ad libellam sibi deberi, causam perdit. Id est, si minimo quidem nummo minus debitum fuit ex formula plus petitionis, causa cadit. Plaut. Pseud. 0. 36. Tibi libellam argenti mutui credam, dum tu stretnus. Idem Casina, 2. 8. Vna libella liber possum ego fieri. Idem cap. 16. 25. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur quòd nummulus erat argentus. Hæc ex Budæo. Cicero ad Atticum, lib. 7. 122. 4. Fecit palam te ex libella, me ex teruncio. Sub hæredem.
Libella erat moneta argentea, atque decima pars denarii: vt alia libella decima pars sestertii. Author Georgius Agricola ex Volusio Metiano.
¶ Libella, Fabrile est instrumentum, quod nostrates (authore Budæo) nuncupant libellum ad pellant, Plin. lib. 7. cap. 56. 8. Normam autem libellam, & cortum & claudem Theodorus Samius. Sub. inuenit. Idem lib. 36. cap. 22. 15. Structuram ad normam & libellam, & ad perpendiculum respõdere oportet. Ibidem, cap. 25. 4. vbi de pauimentis, Materia crassitudine semipedali ad regulam & libellam exigitur. Colum. lib. 5. cap. 13. 11. Deinde transuersæ quæ est in latere virgulæ, fabrilem libellam supposuimus. Lucret. lib. 4. 105.
Denique vt in fabrica si praua'st regula prima,
Normaque si fallax rectis regionibus exit,
Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum,
Omnia mendosè fieri atque obstipa necesse'st.

Libellis, & hoc librilis. pen. prod. (λιτραῖος,) Quod est vnius libræ. Vegetius scribit manu sola omnes milites meditatos libralia saxa: quo vsus paratior credebatur, quia non desyderabat fundam. Plin. lib. 19. cap. 2. 7. Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Sic lib. 13. cap. 3. 4.
Librales offæ. Vel votus libræ pondere & mensura, vel quæ lingua librãmalis, educito linguam, totumque eorum palatum sale defricato, libra lesque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito.
Pira libralia. Plinius lib. 15. cap. 11. ad finem, Necnon & quædam è piris libralia appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.
Libratior, Comparatiuum. Liuius lib. 10. belli Pun. 42. Grauior ac ponderosa ipsa libratior supernè ex onerariis ictus erat.
Libramen, penul. prod. libraminis, penul. correp. Ipsa vis eiaculandi & vibrandi. Liuius libro 2. Decad. 5. Huic spiculo ad libramen parmæ tres, vt sagittis solent, circundabantur.
Librarius, Adiectiuum, (λιτραῖος,) Quod ad libram pertinet: vt Libraria fistula. Colum. lib. vltimo, cap. 53. 4. Caro in libraria frusta conciditur.
Librile, librilis, pen. prod. n. g. (ζυγόμορφος.) Scapus libræ, inquit Festus.
Libripens, penul. correp. libripendis, masc. gen. à pendendo, secundum Priscianum, Dicitur militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensator. Qua consuetudine in his emptionibus quæ mancipii sunt, etiam nunc libra inter poniter. Hæc Plinius lib. 33. cap. 3. 5. Boetius in Comment. 3. Mancipatio imaginaria quædam est: quòd ipsum ius proprium est ciuium Romanorum. Ea res ita agitur. adhibitis non minus quàm quinque testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui libripens dicitur, is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aiotisque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libramque ei dat ei à quo man cipium accipit, quasi pretii loco.
Libro, librat, (ἰσοῤῥοπέω, ἰσοῤῥοπόω, ἰσοτονέω, ἰσοσταθμέω,) librare, Ponderare, trutinare, æstimare, & examinare, Apuleius. Omnia prius, quàm aliquid statuas, librandaſ sunt. Plin. lib. 19. cap. 5. 6. In priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile aurae.
Metum librare. Stat. 9. Thebaid. 34. – paulum stetit anxius heros,
Librabatque metus.
¶ Librare, Graue facere. Plin. lib. 11. cap. 10. 4. Apes, si cooriatur procella, apprehẽsi põdusculo lapilli se librant. Virg. 4. Georg. 40. de apibus.
Excursusque breues tentant: & sæpe lapillos
Tollunt: his sese per inanes nubila librant.
Cursum librare in aere, de auibus dicitur. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 3.
¶ Librare, Æqualiter diuidere. Columel. lib. 10. 4. Et paribus Titan orbem librauerat horis.
Libratum ponderibus. Liu. 7. ab Vrbe, 103. Præter virtutem locus quoque superior adiuuit, vt pila omnia hastæque non tanquam ex æquo missa, vana (quod plerunque fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur. Cic. 5. Tusc. 99. Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineat, &c.
Librare tela Magna vi conijcere & iaculari. Plin. in Paneg. 23. Nihil à cæteris robore ac præstantia differens, quum libero Marte, nunc cominus tela librares, nunc vibrata suscideres. Virg. lib. 9. Aeneid. 84.
– hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure.
Librare malleum. Ouid. 2. Metam. 62.
Lacertis vinulo dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu.
Librat sese ex alto, inquit Plinius de aquila. Ouid. 1. Fast. 86.
Et iam finitima corpus librabat in herba.
Corpus librauit in alas. Ouid. 8. Metam. 41.

Librator, pen. prod. librat ôris, masc. gen. (ἰσοῤῥοπός,) Qui peritiam habet librandi aquam ad libellam. Vulgò nunc libellator dicitur. Plin. epist. 218. Superest vt tu libratorem vel architectum, si tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, sitne locus altior mari, quem artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. Idem, epist. 282, Verum & hæc, & alia multa sagacius conquiret, explorabitque librator, quem plane domine debes mittere vt polliceris.
Libratores, Qui lapides in bello emittebant. Tacit. lib. 13. Libratoribus, funditoribusque attributus locus, vnde eminus glandes torquerentur: ne qua pars subsidium laborantibus ferret. Idem lib. 1. Senſit dux imparem cominus pugnam, remotisque paulum legionibus, funditores, libratoresque excutere tela, & proturbare hostem iubet.
Libramentum, libramenti, (ἰσόμετρον,) Aequamentum. Colum. lib. 1. cap. 5. 3. Nam eiusmodi positio medium temperatumque libramentum vertorum hyemalium & æstiuorum tenet. Plin. epistol. 95. b. An nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum exinanitum est, fulcitur & elicit fontem, &c. Plin. lib. 31. cap. 6. 1. Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici, minimum est. Idem lib. 33. cap. 4. 8. Præcepisse libramento oportet, vt fruaris quando influat.
Libramenta tormentorum, Habenæ & lora seu funes quibus librabantur seu vibrabantur tormenta. Tacit. lib. 19. Vincula, & libramenta tormentorum abscidissent.
Libramenta plumbi, Massæ plumbeæ in arietes coniectæ, & vibratæ. Liuius, lib. 8. Decad. 4. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipites verobustos incutiebant.
Librilla, aliàs libella, instrumenta bellica, authore Festo, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris reuincta, quòd libra ri manu, id est ponderari videantur.

Libraria, Librarius, Vide LIBER & LIBRA.

Librile, Librilla, Libripens, Libro, libras,

Vide LIBRA.

LIBS, Libis, (λίψ,) Ventus. Plin. li. 18. ca. 34. 5. Ex aduerso Aquilonis ab Occasu Brumali Africus flabit, quẽ Græci Libavocant. Sic li. 2. c. 47. 2.

Libum, libi, Vide LIBO, libas.

LIBVRNIA, siue Lyburnia, (λιβουρνία, λιβουρνοί,) Regio inter Illyriam & Dalmatiam, seu (vt quidam aiunt) pars Dalmatiæ, in qua sunt Salonæ vrbs insignis, cuius populi Liburni vocitati sunt, de quibus Lucanus lib. 4. 107. Pugnacesque mari Graia cum classe Liburnos.
Liburnus, (λιβουρνιακός,) Qui est ex Liburnia. Item qui priuatim quoscunque in iudicium vocabant iussu magistratuum (quod vilissimorum hominum officium erat) dicebantur Liburni, quòd fere è Liburnia essent. Iuuenal. Saty. 4. 8. – primus clamante Liburno,
Currite iam, sedit, rapta properabit ab olla. Martialis,
Procul horridus Liburnus, & querulus cliens.
Regna Liburnorum. Virg. 1. Aeneid. 50.
Liburnus, Adiectiuum, (λιβουρνικός,) vt terra Liburna. Lucan. lib. 8. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liburnum, liburni:& liburna,liburnæ:& liburnica,liburnicæ,(λιβυρνίς,) Genus nauis bellicæ velocissimæ, à Liburnis populis in Illyrico,qui olim nauibus velocibus vsi,Ionium mare, insulasque prædabantur. Qua ex causa Romani naues leuitate celeritatéque præstantes appellauere liburnicas, vt refert Appianus. Horatius in Epodis,ode 1.1.

Iam liburnis inter alta nauium
Amicæ propugnacula. Sueton.in Augusto,Vtrobiq́ue parte liburnicarum demersa,simulque eius,qui vehebatur,qui fusis armamentis, & gubernaculo diffracto,&c. Lucan.lib.3.107.Ordine contentæ gemino creuisse liburnæ. Plinus epist.102.b,Iubet liburnicam aptari: mihi,si venire vnà vellem,fecit copiam.

Liburnus,Adiectiuum, (λιβυρνικός,) vt Rostra Liburna. Propert. libro 3. eleg. 11.9.

LIBVRNVS,Portus Tuscorum,Ptolemæo lib.3.ca.1.Hodie Liuorno.

LIBYA,Libyæ:& Libye,Libyes, (λιβύη,) Africa: quòd inde Libs ventus flare soleat:sen quòd pluuia indigeat propter nimiam siccitatem, ἀπὸ τοῦ λείπειν.Vel à Libya Epaphi filia,Iouis filii. Est etiam hoc nomine fluuius in Mauritania.

Agri soli Libyæ.Virgil.3.Georg.50. Soli,deserti.
Sitientis Libyes calidæ arenæ.Lucan.lib.1.75.
Aestiferæ Libyes squalentia arua.Lucan.lib.1.42.
Deserta Libyæ.Virgil.1.Aeneid.78.
Litus arenosum Libyæ.Virgil.4.Aeneid.52.
Vastitas Libyæ.Cice.1.de Natu.deor.141.
Libys,homoi:& Libyssa mulier, (λίβυς,) ex Libya orti.Vnde
Libyssinus,pen.prod.Adiectiuum,& Libystis,Libystidis,pen.corr.f.g.(λιβυστῖνος,λιβυστίς,) Patronymicum à loco.Virgil.8.Aeneid.74.
– & pelle Libystidis vrsæ
Martianus,Graui ac Libyssino calore exustus.
Montes Libyssini.Catull.de Rufa,epigram.55.2.
Arena Libyssa.Catull.ad Lesbiam,epigram.7.1.
Libycus,Adiectiuum,penul.corr. (λιβυκός,) vnde Libycum mare.Libycus campus,dictus quòd in eo primum fruges ex Libya allatæ sunt.Vnde & Ceres ab Argis Libyssa vocata est,vt ait Festus.
Gentes Libycæ.Virgil.4.Aeneid.64.
Terræ Libycæ.Virgil.4.Aeneid.54.
Vrbs Libycæ.Virgil.4.Aeneid.70.

LIBYSSA,(λιβύσσα,)Bithiniæ vrbs,Ptolemæo lib.5.cap.1.Vulgò Polmen.Bithyniæ φρούριον vocat Stephanus.nota est Annibalis interitu.

LICA,Licæ,(λίχας,) Nomen viri qui Herculem secutus est, authore Festo Vulgò scribi solet Lychas. Hunc fabulantur Poetæ versum fuisse in scopulum, dum ab Hercule furente præcipitatur in mare. Vide Ouidium 9.Metam.

LICAMBES,Licambis, (λικάμβης,) Ciuis fuit Lacedæmonius, quem Archilochus ita iambico metro infectatus est, ob denegatam filiam Neobolem, vt se suspenderit, contumeliarum impatiens. Sed rectius Lycambes scribitur per y psilon.

Lycambeus,pen.prod.Adiectiuum, (λικάμβειος,) Ouid.in Ibin,11.
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Liceo, lices,licui,(πληρηφορέω,) cuius supinum est ab impersonali licitum est,passiuam habet significationem,& significat Pretio augeri quum fit auctio.Plaut.Menæh.14.90. – die septimo
Auctio fiet. MER. Menæhme? MEN. mane sanè
Vænibunt serui,suppellex,fundi,edes,omnia
Vænibunt,quiqui licebunt præsenti pecunia. Horat.1.Serm.saty.6.3.
Contrà,Leuinum Valeri genus, vnde Superbus
Tarquinius regno pulsus fuit,vnius assis
Non vnquam pretio pluris licuisse. Martial.li.6.66. Paruo quum pretio dia liceret.Cic.ad Atticum,lib.12.243.4. De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis,id ego quoq; audierã,& vt opinor,heri ad te scripserã.

Liceor, licéris,pen.prod.licitus sum, (ἀντωνεῦμαι,) licéri, Deferre pretium pretium. Pretium augere in auctione facienda.Valla,Liceor videtur carere preterito,tamen quasi preteritum habeat,format à se frequentatiuum (sed eiusdem tamen significationis) Licitor. Vnde sunt participia licitans,& licitatus. Vtriusque igitur verbi significatio est,Pretium deferre in auctione facienda,hoc est in venditione quę publicè fit.Hactenus Valla. Plaut.Stich.4.68. Iocos ridiculos vendo,agite licemini. Cic.5.Verr.65. Herbitenses quum viderent,si ad Aesch rionem pretium rediisset,se ad arbitrium libidinosissimę mulieres spoliatum iris liciti sint vsque eo quoad efficere posse arbitrabãtur. Sic ad Atticum,lib.12.252. 10. Hęredes Scapulę si istos hortos, vt scribis tibi Othonem dixisse,partibus quatuor factis,liceri cogitant nihil est scilicet emptori loci. Persius Saty.5.19.Et centum Grecos eur to centussis licetur. Absolutè aliquando ponitur: aliquando accusatiuo iungitur,adiecto pretio vel in ablatiuo,vel in genitiuo. Vlpianus, Si res eius venierit,& existat qui plus licetur,&c.

Liceri contra aliquem Cic.5.Verr.125.Si doceo pluris aliquanto potuisse te vendere,neque his voluisse addicere qui contra Apronium licerentur,&c. Idem 3.Offic.81.Non licitatorem venditor,nec qui contra se liceatur emptor opponet.

Licitor,pe.corr.licitiris,(πληρηφορέομαι,) licitari,Frequentatiuum à liceor,Curtius lib.4.Et quum habeatis arma, licitamini hostium capita.

¶ Licitari,Congredi,pugnare.Ennius,Pars ludicrè saxa iactant, inter se licitantur.Cęcilius Hymnide, Quæ narrare inepti & scitras ferunti, quin machęra licitari aduersum eum cœpisti sciens.Nonius.

¶ Licitari dicũtur(inquit Festus) in pugnando,siue mercãdo cõtrẽdẽtes.

Licitans,penul.corr.Participium,(ἀντωνούμενος,) Qui licitatur.Caius in L.Locatio.ff.de Publicanis,Locatio vectigalium, quę calore licitantis vltra modũ solitę conductionis inflatur,ita demum admittenda est,si fi deiussores idoneos & cautionem is,qui licitatiõeveicit,offerre paratʼfit.

Licitatio,Verbale, (ἀντώνησις,) Auctio.Cic.ad Atticum,lib. 11. 223.5. Genus enim conditionis eiusmodi fuit,in quo non solet esse cõtrouersia:cum ea pars quę videtur esse minor,licitatione expleri posset.

Licitationem facere.Cic.4.Verr.92.Exquisitis palàm pretiis & licitationibus factis,describebat Cęsores binos singulas ciuitates Timarchides.

Licitãtor,pen.prod.(ἀντωνητής,πλειστηριαστής,) Verbale masc.Qui pretium auget.Cic.3.Offic.81.Non licitatorem venditor,nec qui contra se liceatur,emptor opponet.

Licitatorem apponere.Cic.ad Marium,lib.7.2.2. Nunc quum tuum pretium noui licitatorẽ potius apponam quàm illud minoris vęneat. Alia exemplaria habent inlicitatorem potius ponam.

Licenter,Licentia, Vide LICET.

Licet, licebat,licuit,(ἔξεστι,ἐνδέχεται,) licere,Impersonale, Fas esse, & licitum.Cic.Neque enim licebat locum numini cõsecratum turpi flagitio contaminare. Idem 5.Tusc.78.Id enim licere di eiusmodi quod cuique conceditur.Plaut.Casina,5.20. Obsecro taceinam nunc hic licet dicere,nos sumus.

Peccare nemini licet.Cic.5.Tusc.78.

Licet tibi esse bonum virum.Quintil.lib.4.cap.4.Procuratorem tibi esse non licuit.Quidam legunt procuratori,in datiuo.Cic.pro Corn. Balbo,21.Si ciui Romano licet esse Gaditanum.

Licet tibi esse bono viro.Cic.1.Tusc.51.Licuit enim esse otioso Themistocli,licuit Epaminundæ.Horat.Serm.1.satyr.1.4.Eia quid statis? nolunt.atqui licet esse beatis.Brutus ad Ciceronem,16.5.Sed quis suppliicat,vt optimè meritis de Repub.liceat esse saluis?Mart.lib.9.13.
Nobis non licet esse tam disertis
Qui musas colimus seueriores. Cic.pro M. Cælio,1.Vos laboriosos existimet,quibus otiosis ne in cõmuni quidem otio liceat esse. Plaut. Epid.8.1.Per hanc curam quieto tibi licet esse.Mart.lib.6.43.Et satis est,pigro si licet esse mihi. Idem lib.10.10. Cui non licet esse clienti? Cic.3.de Legib.31.Cui ne esse quidem licuisset Tribuno.

¶ Licet,Respõsio permittentis vel concedentis.Plaut.Rud.26.8.Rogato vt relinquat alias res,& huc veniat. T. licet.Idem Casi.9.68.Et quãquam hoc tibi est ægre,tamen fac accures. CH. licet.

¶ Licet mihi id discere de te,pro Possum.Terent.Eunuc.2.2.31.
–ibi homo cœpit me obsecrare,
Vt sibi liceret discere id de me.Ibidem,3.5.2,Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? Idem in Prolog.Heaut.21. –quo exemplo sibi Licere id facere,quod illi fecerunt,putat. Cic.7.Verr.141. Sed non Idem mihi licet quod iis qui nobili genere nati sunt.

Licet me id scire quid sit? Plaut.Pseud.3.14.

¶ Liceat Terent.Heaut.5.2.28,Modò liceat viuere,est spes.

Liceat dicere.Virg.8.eclog.2. – en erit vnquam
Ille dies,mihi quum liceat tua dicere facta?

Mea causa licet.Plaut.Rud.4.51.Mea quidẽ hercle causa saluos sit licet.

Si per te licet,Id est si permiseris:vel,si potero,à te non impedirus. Plaut. Asin.1.12.Asinaria vult esse,si per vos licet.Terẽt.in Prolo.Heau.36.
– date potestatem mihi

Statariam agere,vt liceat per silentium. Id est,quod ego possim vobis tacentibus. Idem Hecy.Per me exquirere licet. Vulgus barbarorum dicit, Ego sum contentus quod tu,&c. Idem Adelp.1.2.28.Sinetis nunc facere dum per ætatem licet. Cice.2.Philip.35.Petis vt tibi per me liceat quendam de exilio reducere.Idem Lentulo,lib.1.8.7.Quod profectò faciam,si mihi per eiusdem amicitiam licebit.Id est si possim amicitia illæsa.Idem 5.Verr.55.Sunt homines Siculi non contemnendi,si per nostros magistratus liceat. Sic 4. Acad.165 . Per me vel sterlas liceat,inquit Carneades,non modò quiescas.

Licet absolutè,pro Poteris facere.Cato de Re rust.Et si voles insuper vinum Coum mistum bibere,licebit bibas.Id est,poteris bibere. Cice.1. de Inuent.108.Hanc si quis partem putarit orationis, sequatur Hermagoram licebit. Idem Attico,lib.5.88.6.Quid quæris? vel ipsi hoc dicas licet,humanitatem ei meo iudicio illo die defuisse. Idem lib.1.Offi. 143.Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorũ qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt,aut voluptate nimia gestiunt. Varro 1. de Re rust.cap.10.6.Vt in Illyrico passim videre licet.Idem 4.Acad.104.Hic pugnes licet,non repugnabo.

Impune

Impune licere.Tibull.lib.1.eleg.9.1.

Licet,(ἔσω,) Aduerbium concedentis. quemadmodum Esto. Virgil. 6. Aen.80. –licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat vmbras.

Licet,(κἄν καὶ τοῦ,) pro Quanuis,aduersatiua particula est,ferè sequente Tamen.Quintil.lib.2.cap.2.Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen vna illa(vt dicitur)vox alit plenius.Idem lib.1.cap.10,Licet enim dicamus proprium speciosum, sublime,nihil tamen horum,&c.Cic.de Arusp.resp.17.Quam volumus licet,p.c. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos,&c. Virg.6.Aeneid.101,Fixerit æripedem ceruam licet.

Licitus,pen.corr. Adiectiuum vt Negotiatio licita. Vlpian. in L.2.ff.De iure patron.

Licitum est,(ἐξόν τινι,) Idem quod licet.Plau.Amph.7.50, Quin introire in ædes nunquam licitum est, Hoc est nunquam permittitur. Idem Cistel 5.15,
Apud villam detinuit me hosce sex dies ruri
Continuos,neque licitum est interea mecum amicam visere. Terent. Hecy.5.3.39, Ego dum licitum est, vsa sum benigno & lepido & comi.Idem And.2.6.12,Dum licitum est ei,dumque ætas tulit, amauit. Virgil.10.Aeneid.21,
Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est:nec vestra capit discordia finem.Cic.Terentiæ, lib.14. 4.12,Expectassem Brundusii,si esset licitum per nautas.

Licitæ acies,Vide ACIES.

Licito,pen.corr.Aduerbium.Solinus cap.16,Aedem nominis præterquã nudus vestigia nullus licitò ingreditur.

Licitorum,pen.prod.(ἐξεστόμενον,)Cic.ad Atticum,lib.2.16.9,Quod ni hilo magis ei licitorum esset plebeio Remp.perdere,quàm similibus eius me COS. lætritiis esset licitum.

Licentia,licentiæ,(ἐξουσία,ἀνεσις,ἀδεια,)In verbis semper in malã partem accipitur, scilicet pro temeritate loquendi quæ velis. In factis in malum accipitur,nonnunquam in bonum. Est autem licentia,Impunita facultas loquendi, vel agendi quæcunque placent. Hæc ex Valla lib.4.Terent.Adelph.3.4.6,
–verum nimia illæc licentia
Profectò euadet in aliquod magnum malum.Idem Heaut.3.1.64, Nam deteriores omnes sumus licentia.

Licentia & libertas.Cic.5.Verr.3, Nisi facile cupiditates nostras teneremus,nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam,libertatẽque viuendi.

Pœna abfuit,& licentia consecuta est.Cic.5.Verr.151.

Licentia ad malè dicendum.Cic.pro Fonteio,25.

Licentia temporum.Plinius epist.47.b,Vir est emendatus & grauis, paulo etiam hortidior & durior,vt in hac licentia temporum quantum eloquentia valeat,pluribus credere potes.Id est respectu nostrorum tẽporum,quibus vtimur maxima licentia.

Constricta licentia nullo nodo.Claud.de Nuptiis Honorii,16.

Effrænia.Claud.de bello Get.74.

Effusa.Tacit.lib.4.hoc est immodica.

Festa.Quintil.lib.6.cap.3.10, Quin illæ ipsæ, quæ dicta sunt,ac vocantur,quas certis diebus festæ licentiæ dicere solebamus,&c.

Fœcunda licentia vatum.Ouid.3.Amor.eleg.11.9.

Immeusa licentia ponti.Ouid.1.Metam.63.

Indomita.Horat.3.Carm.ode 24.6.

Lasciua.Horat.1.Carm.ode 19.1.

Nocturna licentia.Ouid.5.Fast.54.

¶ Licentiam dare pecuniis eripiendi.Cic.6.Verr.189.

Dare infinitam licentiam iudici.Sene.de Benefic.lib.3.cap.7.

Præterea quæcunque in cognitionem cadunt, comprehendi possunt, & non date infinitam licentiam iudici.

Ferri licentia.Lucan.lib.1.2.Quis furor ô ciues,quæ tanta licentia ferri?

Vaganti fræna licentiæ inlecit.Horat.4.Carm.ode 15.3.

Notare licentiam verbi. Quintil.lib.4.cap.1.42, Magis conciliatis animis,& iam calentibus,hæc libertas feretur,maximeque quum in locos fuerimus ingressi, quorum naturalis hubertas licentiam verbi notari circunfuso nitore non patitur.

Permittere licentiam,Vide PERMITTO.

Licentiam luxuriæ pollicetur.Cic.2.de Finib.112.

Prodere licentiam mentiendi.Quintil.lib.4.cap.2.64.

Transcendet hæc licentia in prouincias.Tacit.lib.17.

¶ Licentia,simpliciter pro potestate,siue permissione.Tacit.lib.14,Statia habendi oblationem attulit.

¶ Licentia,in bonam partem.Cic.3.Offic.16,Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, vt quodcunque maximè probabile occurrat,id nostro iure liceat defendere. Ibidem,1.106, Nec quenquam eo errore duci oportet, vt siquid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemque ciuilem fecerint,locutiue sint, idem sibi arbitretur liceremagnis enim illi,& diuinis bonis hanc licentiam assequebantur.Budæus.

Licentia in bonam partem,&c.Tacit.lib.1,Quum venisset, neque augendis militum stipendiis,neque alleuandis laboribus,neque vlla beneficiendi licentia,&c.Id est potestate seu facultate.

Licentior,& hoc licentius.(ἐξουσιαστικώτερος,)Cic.3.de Orato.102,In de ille licẽtior & diuitior fluxit dithyrambus.Idem in Orat.85, Quid verò licentius,quàm quòd homiuum etiam nomina contrahebant,quo essent aptiora?

Licentior accusatio.Valerius lib.9,de Damasippo, Itaque vita eius licentiore accusatione periti ingitur.

Licentior epistola,In qua liberè scribimus quicquid volumus. Plinius in epist.Licentiore epistola scribere institui.

Licentior vita,pro dissoluta.Valer.lib.9.cap.1.

Licentiosus,pen.prod.Adiectiuum.(ἐξουσιαστικός,)Tacitus,Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentiosus.Quintil.lib.1.cap.6.15, Nam ebor dicere,non minus est licentiosum,quàm si sulphuri & guttu risubiicerent o mediam in genitiuo.

Licenter,Aduerb.(ἀδεῶς,)Per licentiam.Cic.in Orat.41,Solutum quidam sit,nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare.Idẽ 1.de Nat.deorum,150,Tanta est impunitas garriendi, ad quam licenter fluentium frequenter transitio fit visionum, vt è muleis vna videatur.Sic Liu.6.bel.Pun.48,Idem tam licenter atque otiosè facere Flacco indignum visum est.

Audacter & Licenter ede.Catull.in Camerium,epig.51.4.

Dicere licentius.Quintil.lib.1.cap.9.7.

Errare licentius.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.6.

Lichen, huius lichẽnis.m.g.vel Lichéne,lichénes, pe.prod.f.g.(λιχήν,)Morbi genus,quod Latini mentagram vocant, quòd à mento incipiat.Plin.lib.26.cap.1.2,Grauissimum ex his lichenas appellauere Græco nomine Latini,quoniam à mento ferè oriebatur,ioculari primùm lasciuia(vt est procax natura multorum in alienis miseriis)mox & vsurpato vocabulo mentagram,occupantem in mulieris totos vtique vultus,oculis tantum immunibus,descendentem verò & in colla pectusque ac manus,fœdo cutis furfure.Martia.lib.11.92,
Non vlcus acre,pustulæ've lucentes,
Nec triste mentum,sordidi've lichenes. Plin.lib.22.cap.18.3,
Radicibus earum lichenes curantur.

¶ Lichen,Herba.Plinlib.26.ca.4.5,Lichen verò herba his omnibus præfertur,inde nomine inuento.Nascitur in saxosis,folio vno ad radicem lato,caule vno paruò longis foliis dependentibus.

Licium & Licia,licíorum,(μίτος,ἑκμαγεῖον,)Fila sunt quibus in telis textrices implicat stamina,significat etiam stamen ipsum vnde trilicem dicimus vestem,quæ tribus liciis, constat. Plin.lib.8.ca. 48.6,Plurimis verò liciis texere, quę,polymita appellant,Alexandria instituit.Gell.lib.11.cap.18,Ea furta quæ per lancẽ liciumque concepta essent perinde ac si manifesta forent,vindicauerunt.Virg.8.eclog. 15, Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore Licia circundo
Idem 1.Georg.57.
Septima post decimam fœlix,& ponere vites,
Et prensos domitare boues,& licia telæ Addere.

Dira sororum licia.Stat.1.Achill.105.

Cantata licia. Ouid.2.Fast.115, Tunc cantata tenet cum fusco licia plumbo.

Licitator,Licitor, Vide LICEO.

Lictor, lictóris.(ῥαβδοῦχος,ῥαβδοφόρος,δεκάμων,)Qui carnificis officio fungebatur minister Consulis,Proconsulis,Præsidis, & Prętoris.Sed duodeni lictores Consulis erant,aliorum seni,tantum, portantes virgarum fasciculos cum securibus ligatos, magistratibusque præibantiae quoties iussi erant,fasciculos soluentes, primò virgis cædebant reum,mox securi feriebant,Plaut.Epid.2.26, Lictores duo, duo viminei fasces virgarum.Idem Asin.11.19,
Vbi sæpe ad langorem tua duritia dederis octo
Validos lictores vlmeis affectos lentis virgis.Liui.Missique lictores ad supplicium,nudatos virgis cædunt,securiq́ue feriunt. Idem 1.ab Vrbe,32,Cum cætero habitu se augustiorem,tum maximè lictoribus duodecim sumptis fecit.Cic.1.de Diuin.105,Quumque te tua patria vi pulsum esse dixisses,prehẽdisse eum dexteram tuam,& bono animo te iussisse esse,lictorique proximo tradidisse, vt te in monumentum suum deduceret,Idem ad Atticum,lib.7.129.1,Subitò consilium cepi.vt antè quàm luceret,exirem,ne qui conspectus fieret,aut sermo lictoribus præsertim laureatis.Idem ad Q.fratrem, lib.1.1.19, Sit lictor non suæ,sed tuæ lenitatis apparitor,maioraque præferant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quàm potestatis. Idem 2.de Lege agrar.91,Deinde anteibant lictores non cum bacillis, sed vt hic Prætoribus antecunt,cum fascibus duobus.

Consularis lictor.Horat.2.Carm.ode 16.2.

Laureati lictores,Vide LAVRVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paludati lictores. Vide Paludatus in PALVDAMENTVM.
Lictor vnde dicatur, docet Gellius lib. 12. cap. 3, his verbis, Valgius (inquit) Rufus in secundo librorum, quos inscripsit. De rebus per epistolam quæsitis, lictorem dicit à ligando appellatum esse: quòd quum magistratus Populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, eruta eius & manus ligari vincirique à viatore solita sintisque qui ex collegio viatorum officium ligãdi haberet, lictor sic appellatus. Vtiturque ad eam rem testimonio M. Tullii, verbaque eius refert ex Oratione, quæ dicta est pro C. Rabirio, 8. Il lictor, inquit, colliga manus. Hæc ita Valgius, & nos sanè eam illo sentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, lictorem vel à lino, vel à licio dictum scripsit. Licio enim transuerso, quod linium appellatur, qui magistratibus, inquit, præministrabant, cincti erant. Siquis autem est, qui propterea putet probabilius esse quod dixit Tiro, quoniam prima syllaba in lictore sicuti in licio producta est, & in ea verbo quod est ligo, correpta est; nihil ad istã rem pertinet. Nam sic à ligando lictor, vt à legendo lector, & à vehendo vector, à tuendo tutor, & à struendo structor, productis quæ corripiebantur, vocalibus, dicta sunt.
Lictorius, Adiectiuum. (ῥαβδοφορικός,) Quod ad lictorem pertinet. Plinius lib. 7. cap. 30. 3, Fascea lictorios ianuæ submisit is, cui se Oriẽs Occidensque submiserat.

Lien, lienis, masc. gen. vel Lienis, huius lienis, pen. prod. (σπλὴν,) diciturvnum ex visceribus internis. Plaut. Curc. 5. 5,
Valetudo decrescit, accrescit labor,
Nam iam quasi zona, liene cinctus ambulo Ibidem, 5. 29.
Lien diruptus est. P. ambula: id lieni optimum est. Idem Merc. 4. 14.
–genua hunc cursorem deserunt:
Perii, seditionem facit lien, occupat præcordia. Celsus lib. 3, Si iecur aut lienis est affectus. Idem lib. 2, Quos lienis male habet.
Lienis bubulus, apud Celsum lib. 4. cap. 9,
Lienis magnitudine intemperentiam risus fieri affirmant physici. Persius Sat. 1. 2, Sed sum petulanti splene cachinno
Intumescit quãdoque lien, vt cingere hominem videatur. Cato cap. 157, 6, Et si bilis atra est, si lienes turgent, & si cor dolet, &c.
Lienis torquet. Cel. lib. 5. cap. 18, Ac si lienis torquet.
Lienosus, pen. pro. Adiectiuum. (σπληνικός,) Qui liene laborat. Laborat autem liene, quoties excrementi plus in lienem diuertit, quàm calor eius visceris possit cõficere, authore Aristotele lib. 3, De partibus animalium. Plinius lib. 7. cap. 1. 11. de Pyrrho refert, cuius dextri pedis pollex lienosis medebatur.
Lienosum cor. Id est lienis naturam habens, vt turgeat sicut lien. Plautus Casina, 9. 61, –vbi sim nescio:
Perii, cor lienosum opinor habeo, iandudum salit. Fortassè legendum Indiosum: id est, subsultans more ludionum, ac in corpore emicans, vt illi in theatro.
Lienicus, pen. corr. (σπληνικός,) Idem quod lienosus. Plinius lib. 29. cap. 3. 5, Hæc & illita lienicis.
Lienteria, lienteriæ, (λιεντερία,) Intestinorum læuitas, inquit Festus. Celsus lib. 2. cap. 1, Fit etiam lienteria intestinorum quæ λιεντερία vocatur. Vnde Lienterici Plinio, aliaui, qui hoc morbo vexantur. Dicitur autem proprè Lienteria, alui fluxus qui à melancholicis excrementis à liene per intestina descendentibus venit.

Ligamen, Vide LIGO.

LIGARIVS, Quidam Romanus: pro quo habuit Orationem apud Cæsarem Cicero.
Ligariãnus, penult. prod. Adiectiuum (λιγαριανός.) Cice. Attico, lib. 13. 276. 1, Ligarianam, vt video, præclarè authoritas tua commendauit. Subintelligit substantiuum Orationem. Nam de Oratione loquitur quam pro Ligario habuit.

Ligellum, Vide LIGO ligas.

LIGER, Ligeris, pen. corr. (λίγερ,) Galliæ fluuius, qui & Ligeris in nominatiuo dicitur. Vnde & Ligerim in accusatiuo lectum est. Hic delatus in Oceanum influit, maximi cursus & pari cum Garumna inter mallo à Pyrene distat, & duobus stadiorum milibus vtriusque nauigatio est. Cæsar libro 7, Liger ex niuibus creuerat. Idem, Paulo post magnis itineribus ad Ligerim peruenit. Vulgò Loire.

Lignum, ligni, (ξύλον, θοῦρον, κάλον, ἴκριον, κῶλον,) A legendo, inquit Varro: quòd ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum vterentur. Plin. lib. 12. cap. 11, 1, Constat arboribus fructus radice, frutice, cortice, succo, ligno, &c.
Ligna, & sarmenta. Cic. 3. Verr. 48, Cædere iuuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt.
Aridum compone lignum. Horat. 3. Carm ode 17. 3.
Arida ligna explicare in flammas. Lucret. lib. 2. 177.
Attrita inter se ligna. Vide ATTERO.
Dedicatum lignum. Cic. 2. de Legibus, 72.
Durum. Virgil. 9. Aeneid. 108.
Dolatum. Iuue. Saty. 11. 6.
Fissum. Virg. 9. Aeneid. 83.
Fissile. Virgil. 1. Georg. 19,
–cuneis scindebant fissile lignum.
Inutile. Horat. 1. Serm. saty. 8. 1.
Lunatum, Vide LVNA.
Nerui alienis moblie lignum, Vide MOBILIS.
Odoratum. Virgil. 2. Georg. 24.
Osseum, Vide OS.
Ignem ex viridibus lignis atque humidis facere. Cicero 3. Verr. 30.
¶ Accendere lignum, Vide ACCENDO.
Conficere ligna ad fornacem, Vide CONFICIO.
Reponere ligna super foco. Horat. 1. Carm. ode 9. 1.
Ligneus, Adiect. (ξύλινος,) Quod ex ligno est. Plaut. Pœnulo, 20. 28,
–rantisper quidem
Vt sis apud me lignea in custodia. Idem Rud. 7. 7, Ligneus equus. Cicero 6. Verr. 6, Signum ligneum. Et apud Liuium 3. bell. Punici, 171,
Lignea turris.
Deus ligneus. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 4.
Equus ligneus. Propert. lib. 3. eleg. 9. 9.
Materiam ligneam flamma vri posse necesse est. Cicero 2. de Inuen. 247. de necessitudine.
Ponticulus ligneus. Cic. 5. Tusc. 83.
Simulacra lignea. Ouid. 10. Metam. 138.
Soleas ligneas in pedes inducere. Cic. 2. de Inuent. 232.
Ligneolus, pen. cor. (ἰκριοῦργος,) Adiectiuum diminut. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 3. 23. 2, Hanc scripsi ante lucem, ad lychnum ligneolum. Fortassè legendum lineolum.
Ligonarius, Adiect. Quod ad lignum pertinet vt Faber lignarius.
Lignarius, Qui lignatum it. Liu. 5. bel. Maced. 162. Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.
Lignõsus, pen. pro. Adiectiuum. (ξυλώδης.) Id est instar ligni durum, inquit Sipontinus. Plin. lib. 12. cap. 7. 6, Arbor radice lata lignosaque,
Lignor, lignaris, (ξυλεύομαι,) lignari, Deponens, Ad ferenda ligna ire. Plaut. Capt. 1. 1. 26, Ite istinc, efferte lora. Cum lignatum mittunt. Liu. 10. ab Vrbe, 119, Respondentibusque lignatum se ire, An ridemus, inquit, cum castra vallata non habetis? Idem 5. belli. Pu. 186, Et deinde assidè dies noctesque infestus aderat, vt non vagos tantum procul à castris lignatum pabulatumque progressos exciperet, sed ipsis obequitaret castris. Sic Cæsar 3. belli Ciuilis, 56.
Lignatio, Verbale. (ξυλησία,) Lignorum defectio, vel deportatio. Cæsar 5. belli Gallici, 144, Vt nonnulli milites qui lignationis muniendisque causa in syluas discessissent, repentino equitum aduentu interciperentur.
Lignatio, Aliter. Colum lib. 1. cap. 5. 1, Sit autem vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumque vicinum. Id est locus vnde ligna accipi possint.
Lignãtor, penult. prod. (ξυλεύς,) Aliud verbale, Miles qui lignatur. Liu. 10. ab Vrbe, 118, Paucis citra millibus lignatores et cum præsidio occurrunt, &c. Cæsar 5. belli Gallici, 96, Subitoque oppressis lignatoribus, magna manus, &c.

Ligo, ligas, ligare, (δέω, ἱμείρω, ἀναδέω, δεσμέω, πεδίω,) Vincire, constringere. Quidam à lino deducunt, quasi lino ago: quod omnia lino ligentur, propter quod Græci λίνον vocatum putant, ἀπὸ τοῦ λινέω antiquo verbo, quod est Teneo, quod lino omnia teneãtur. Plin. lib. 11. cap. 46. 2, Talos autem rectus est in articulo pedis ventre eminens concauo in vertebra ligatos. Ci. 4. in Catil. 85, Filium eius impuberem ligatum à Prætore missum, &c.
In catenas aliquã ligare. Quintil. lib. 5. cap. 14. 25, Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solum nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inextricabili serie connectunt.
Guttura ligauit laqueo. Ouid. 6. Metam. 27.
Vulnera ligare. Ouid. 7. Metam. 173.
¶ Legibus ligare aliquem. Stat. 4. Sylu. 3. 15.
Pacta ligare. Propert. lib. 4. eleg. 4. 17.
Ligãtus, pen. prod. Participium: (δεσμώτης,) vt Comas ligatas auro substringere. Lucan. lib. 3. 57.
Crines ligatos impedit vista. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 14.
Ligãmen, pen. prod. ligãminis, (δεσμός,) Quo quid ligatur. Colum. lib. 11. cap. 2. 70. Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expagari, & ad vitium ligamina prepararl.
Nocturna ligamina mitre. Propert. lib. 2. eleg. 30. 3.
Ligellum, ligelli, (κλαυθμὸς,) Breue domicilium, & tugurioluin. Plautus, Aulul. 9. 22.
Diuũm, atque hominum clamat continuò fidem,
De suo ligello fumus si quã exit foras. Nonius.

Ligo, ligõnis, masc. gen. (δίκελλα, μάκελλα,) Rusticum instrumentum. sic dictum, quòd radicibus quę sub terra sunt, ligetur. Lucan. lib. 1. 34. Vomereque antiquos curionum passa ligones. Plinius, lib. 18.

lib. 18. cap. 6. 10. Addoxit graues ligones, vomeres ponderosos. Columel. lib. 2. cap. 16. 4.
Incurui ligones. Stat. 3. Thebaid. 118.
Duris ligonibus exhauriebat humum. Horat. Epod. 5. 6.
Iactati pulsarunt arua ligones. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 7.
Longis purgare ligonibus arua. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 12.

Ligula, Vide LINGVA.

LIGVRIA, (Λιγυστική,) Italię regio, maiore ex parte montosa, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tusciam attingens. Cuius caput est Genua. A qua Ligustica ora, & Mare Ligusticum. Dicta Liguria, à Ligysto Phaethontis filio, connersione y in u.
Ligur, Liguris, pen. corr. (λίγυς,) nomen gentile, Probus declinat hic & hęc Ligur, & hic & hęc & hoc Ligus, pro incola Ligurię.
Affluetus malo Ligur. Virg. 2. Georg. 34.
Tonsus Ligur. Lucan. lib. 1. 88.
Et nunc tonsę Liguri quondam per colla decora
Crinibus effusis toti prelate comatę.
Vanus Ligus. Virgil. 11. Aeneid. 143.
Vane Ligus, frustraque animis elate superbis.
Ligústicus, Adiectiuum, pen. corr. (λιγυστικός.) Nomen possessiuum. Iuuenalis, Saty. 3. 25, Nam si procubuit qui saxa Ligustica portat.
Ligusticum, siue vt Bocatius, Ligustinum mare, est maris Tusci pars, à Liguria prouincia cui adiacet, denominatum. Hoc (vt refert Solinus) eo rallium procreat, quòd fulminibus resistit.

Ligurio, ligúris, pen. prod. liguriui vel liguriui, liguriturn, (λιγύω, λιγμόομαι, λιμβύνομαι,) liguríre, Multa auidè consumere & suauiora edulia carpere, Liguriunt muscę, inquit Varro de Ling. Latin. Plaut. Capt. 3. 16.
Dum ruri rurant homines, quos liguriant,
Prolatis rebus parasiti venatici Sunus. Terent. Eunuch. 5. 4. 14.
Quæ cum amarore suo quum coenant, liguriunt. Vbi Donatus. Liguriunt, ἀπὸ τοῦ λιγυστοῦ, quod secundum Græcos suaue intelligitur. Liguritre dicitur, qui eleganter & more senum, multo fastidio suauiora quoque degustat.
Ius tepidum liguritre. Horat. 1. Serm. saty. 3. 16.
Furta liguritre. Id est cibum furto ablatum. Horat. 2. Serm. saty. 4. 16.
Liguritre lucra, per translationem dixit Cicero 5. Verr. 153. pro Sensim depeculari, vt ait Budæus. Commissa est, inquit, pecunia tanta Prętori non reperietis hominem timidè, nec leuiter hęc improbissima lucra liguritem demorare omnem pecuniam publicam non dubitauit.
Liguritre rem aliquam, &c. Id est appetere. Cice. ad Brutum, lib. 11. 21. 9. Quum quidam de Collegis nostris agratiam curationem liguritent, disturbani rem, totamque vobis integram reseruani.
Liguritio, Verbale, (λιγυστίκεια.) Auiditas, immoderata appetentia. Cice. 4. Tuculan. 19. Aegrotationi autem talia quędam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulieri olitas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & siqua sunt similia.

Ligusticum, ligústici, pen. corr. (λιγυστικόν,) Herbę hortensis genus de qua sic Plinius lib. 10. ca. 8. 32. Ligusticum sed sine vitibus. Panacem aliqui vocant. Cratenas apud Græcos cunilam bubolum eo nomine appellat: cęteri ferè conizaidem, cunilaginem. Dictum autem ligusticum à Ligurialti. Libysticum à Libya vocatum putant. Pharmacopolę vocant lenisticum.

Ligustrum, ligustri, n. g. (λιγούστρον,) Eadem arbor est (inquit Plinius lib. 24. ca. 10. 1.) quę in oriente cypros. Suos in veteri vlceri, cum lassmiea, & oris vlcerationibus profunt. Virg. 2. ecl. 4. Alba ligustra cadunt. Sed hũc ligustra vocat, ligustri flores, quos constat esse candidissimos. Martial. lib. 1. 186. ad Procillum,
Toto candidior puella cygno,
Argento, niue, lilio, ligustro. Vulgus.
Niueum ligustrum. Ouid. 13. Metam. 169.
¶ Ligustrum, Genus herbę, per sepes & macerias serpens. Colu. li. 10. 15.
–& nigro permista ligustro Balsamo. Quo in loco si forte ligustri ar busculam intelligit Columella, respexit ad eius semen seu baccas, quas passim videmus nigerrimas.

Lilium, lilii, (λείριον,) herbæ hortensis genus, de qua apud Plinium lib. 21. cap. 5.
Alba lilia. Virg. 4. Georg. 27.
Breue lilium. Horat. 1. Carm. ode 36. 4.
Candida lilia. Virg. 6. Aeneid. 142.
Canentia lilia. Ouid. 12. Metam. 83.
Grandia lilia. Virg. eclog. 10. 5.
Infringere lilia. Ouid. 10. Metam. 19.
Liliaceus, Adiectiuum. (κρινόεις,) Vnde oleum liliaceum, Palladio lib. 6. cap. 14.
Lirinus, lirina, lirinum, pen. corr. (λείριος,) Quod est lilii. Vt Lirinum oleum, Plin. lib. 21. cap. 5. 1, Lilium rosæ nobilitate proximi est, & quadam cognitione vnguenti oleique, quod lirinon appellatur.
Liliẽtum, lilieti, pen. prod. (κρίνωνος,) Locus in quo liliorum copia est. Palladius. Lilieta, canneta ponenda sunt. Idem lib. 3. cap. 21, Noua lilieta formabunt.
LILYBAEVM, (λιλύβαιον,) Siciliæ promontorium est, quod Africam respicit. sunt enim Siciliętria promontoria, vt docet Pomponius lib. 2, ipsa ingens, & tribus promõtoriis in diuersa procurrens, Græcæ literæ imaginem, quæ Delta dicitur, efficit. Pachynum vocatur, apud Græciã spectat: Lilybæum, quod in Africam: Pelorum, quod in Italiam vergẽs, Scyllæ aduersum est.
Lilybeius, Adiectiuum. (λιλυβήϊος,) Virg. 3. Aeneid. 142, Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

Lima, limæ, (ἑίνη, ξυήλη,) instrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud expolitur terendo. Quintil. lib. 10. cap. 3, Opus poliat lima.
¶ Lima, Per translationem. vt
Vltima lima defuit meis scripris. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 6.
Vti lima mordacius. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 4,
Scilicet incipiam lima mordãcius vti,
Vt sub iudicium singula verba vocem?
Liber rasus lima. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 4,
Vtque meus lima rasus liber esset amici,
Non semel admonitu facta litura tuo est.
Limo limas, (ἑίνω, πτερολόω,) limare. Plinius lib. 18. ca. 1. 3, Atque quum in arbores exacuant, limentque cornua elephanti. Idem lib. 8. cap. 10, Cornu ad saxa limato.
Scalpere atque limare gemmas. Plin. lib. 36. cap. 7. 1.
¶ Limare, per translationem, pro Expolire, & redundantiam circuncidere, vt ait Budæus. Cice. 1. de Oratore, 57, Neque hæc ita dico, vt aliquid limare nõ possimus: neque enim ignoro & quæ bona sint, fieri meliora posse doctrina. Posteriora, expositio sunt præcedentium.
Ornare ac limare. Cic. 3. de Orat. 105.
Politius limare aliquod opus. Cicero 1. Acad. 4. Id est ornatius facere.
Ratio limat aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 4. 6, Multum inde decoquent anni multum ratio limabit.
Tenui cura limari. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 8.
Limatur veritas ipsa in disputatione. Cice. 1. Offic. 49, Alia est illa quum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas alia quum ad opinionẽ communem omnis accommodatur oratio. Id est, cum crasso modo disputamus, non subtilitate philosophica. Budæus.
¶ Limare caput cum altero, Id est coniungere, inquit Nonius. Plaut. Pœnu. 4. 69. At vide sis cum illa nunquam limaui caput. Idem Mercat. 9. 40, –nisi cum illo, aut ille mecum
Neuter stupri causa caput limaret.
¶ Limare, commoda alicuius, Attenuare, Imminuere. Horat. 1. epist. 14. 8, Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. Budæus.
Limãtus, pen. prod. (ἐξῃνασμένος,) Participium, siue nomen ex participio. vt Limatus homo. Cic. 2. de Natura deorum, 107, Nec verò hoc in te vno conuenit moribus domesticis ac nostrorum hominum vrbanitate limato, sed, &c. Id est polito, inquit Budæus.
Limatus & emunctus. Quintil. lib. 12. cap. 10, Attici limati quidem & emũcti nihil inane aut redundans ferebant.
Tersus ac limatus. Quintil. lib. 12. cap. 10.
Limatus oratione. Cice. 1. de Orato. 88, Q. Scæuola æqualis & Collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissimus, & ingenio prudentiaque acutissimus, & oratione maximè limatus atque subtilis.
Limator. Horat. 1. Serm. saty. 10. 13, –fuerit Lucilius (inquam) Comis & vrbanus, fuerit limator idem Quàm rudis.
Limatulus, pen. corr. (ὑπεξῃνασμένος,) Adiectiuum, diminutiuum à limatus. Cic. Volumnio, lib. 7. 34. 6, Opus est huc limatulo & polito tuo iudicio. Id est tersio & subtili.
Limatura, limatũræ, pen. pro. (ἐξίνασμα,) Pulusculus limando detractus.
Limãtus, (ἑίνος,) Nomẽ ex participio Cic. de Claris Ora. 17, Nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius. Idem 5. de Finib. 10, De summo autem bono, quia duo genera librorum sunt, vnũ populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non semper idem dicere videntur.

Limax, limãcis, pen. prod. masc. ge. (ἑίνακτος,) Qui exquirit vt aliquid auferat. Plaut. Bacchid. Limaces viri quòd atterant & consumant. Nonius.
Limax, limãcis, pen. pro. masc. & f. g. (κοχλίας,) Testudo, & cochlea terrestris. Columell. 10. 31, Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. Festus, Limaces cochleæ à lino appellatæ. Plin. lib. 29. cap. 6. 7, Limacis inter duas orbitas innentæ officulum, &c.

Limbus, (κράσπεδον,) pars vestis extrema, quæ instita dicitur. Horat. 1. Ser. saty. 2. 6, Quarum subsuta talos tegit instita vestis. Virg. 2. Aene. 124, –limbo effulgens, & Gorgone sæua. Idem 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aeneid.28, Sidoniam picto chlamidem circundata limbo. Vbi Seruius, Limbus est, fascia quæ ambit extremitatem vestium secundum antiquorum ritum: vt

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura. Hæc Seruius.

Aureus limbus obibat chlamydem. Ouid.5.Metam.11.
Vltima pars telæ tenui circundata limbo. Ouid.6.Metam.26.
Limbum XII signorum appellat Varro Zodiacum, teste Budæo.
Limbolarius, limbolarii, (κλαυσιδόρος,) Qui limbũ vestibus prætexit. Plac. Aulul.19.47, –textores limbolarii, arcularii
Ducuntur, datur æs.

Limen, liminis, pe.cor.n.g. (οὐδός, πρόθυρον,) Dicitur quod ex transuerso in latus est. à limo, id est obliquo, quòd ingredientibus exeuntibusque transuersum sit, vt est apud Donatum & Festũ. Terent. Hecyra, 3.3.18, Iam vt limen exirem, ad genua accidit.

Limen, etiam superiorem partem ostii significat. Iuuenalis Satyr.6.23,
–pendentia liquie
Vela domus, & adhuc virides in limine ramos. Cato vtrunque complectitur, quum inquit cap.14.1, Tigna omnia quæ opus sunt, limina, postes, &c.
Limen superum & inferum dixit Naeuius, Exime limen superum quod mihi misero sæpe confregit caput inferum quoque, vbi ego omnes defregi digitos.
Limen superum inferumque discedentes salutabant. Plaut. Limen superũ, inferumque salue, simul autem vale.
¶ Astrictum limen. Clausum. Ouid.3.Amor eleg.1.10.
Auratum limen. Sene. Herc. Oeth.5.5.
Crudelia limina Virg.3.Aeneid.114.
Dulcia limina. Virgil.2.Georg.105, Exilioque domos, & dulcia limina mutant.
Læta limina. Virg.1.Aeneid.144.
Marmoreum limen. Horat.1.epist.19.15.
Perfractum limen. Sene. Troad.7.4.
Prosperum limen. Stat.4.Sylu.3.20.
Relligiosa deorum limina. Virg.2.Aeneid.74.
Reuulsum tellure limen. Ouid.12.Metam.57.
Crudeles rigido cum limine postes. Ouid.1.Amor.eleg.6.15.
Superba ciuium potentiorum limina. Horat. Epod.1.2.
Tritum limen. Catull. ad Mallium, epigr.63.15.
¶ Adire limina alicuius. Virg.6.Aeneid.23.
Circumuolitare potentiorum limina, Vide CIRCVNVOLITO.
Ferrea limina compescere. Lucan.lib.1.13.
Exturbatus limine templi. Silius lib.11.21.
Insistere limen. Virg.6.Aeneid.113. Vide INSISTO.
Interiora domus irrumpit limina. Virg.4.Aeneid.119.
Dura limina perrumpit bipenni. Virg.2.Aeneid.96.
Pulsare limina. Ouid.2.Amor.eleg.19.8.
Scandere limina turris. Stat.12.Thebaid.3.
Sedere in limine. Virg.4.Aeneid.95.
Transire limen cautius. Ouid.1.Amor.eleg.12.1.
Limen, pro ingressu aliquando ponitur. Virg.2.Aeneid.91,
Limen erat, cæcæque fores, & peruius vsus. Plin. lib.3.in Præf.5, Qua de causa limen interni maris, multi eum locum appellauere.
Limen cubiculi. Cic. pro Cluentio, 11.
Ostium limenque carceris: Cic.1.Tusc.20.
Obsessa tenere limina portarum. Virg.3.Aeneid.161.
¶ Limen, Interior pars domus. Virgil.1.Georg.101, –penetrant aulas & limina regum. Vbi Seruius, Profitentur satellitium: Limina autẽ aut interiorem familiaritatem.
¶ Limen, Locus in quo statur. Virg.5.Aeneid.64,
–signoque repente
Corripiunt spatia audito: limenque relinquunt.
¶ Ad limina seruus, pro arriensi, apud Apuleium lib.1.de Asino. Et apud Virgilium libro 9.Aeneid.129.
–fidusque ad limina custos. Id est ædituus, vt ait Seruius. Vide AD præpositionem. Budæus.
Ad limina templi seruus, Vide ad præpositionem.
¶ Limen, pro amicitia, teste Seruio, enarrante illud de Turno, li.7.Aene. 116, –de limine pelli Iuuenalis Saty.3.13,
Limine submouetur, perierunt tempora longi
Seruitii. Id est repellor ab amicitia.
¶ Limina imperii. Galli lisieras & frontieras imperii dicunt. Lethi limina Lucret.lib.6.243.
A limine disciplinas salutare, Vide A, vel AB præpositiones.

Limen, A quo limenis, (λιμήν,) Græce, Latinè portum significat.

Limenarcha, limenarchæ, masc.gen. (λιμεναρχής.) Qui locis maritimis præest vnde traiectus est ad exteras nationes. Dictio merè Græca: λιμὴν enim, Latinè portus dicitur. In Pandectis, De seruis fugitiuis, Limenarchæ. Hos Aristoteles lib.6.Politicõn, circa finem, limenophylacas vocat, quasi portuum custodes. Budæus.

Liminium, liminii. Cic.in Top.18, Quum ipsius post liminii vis queritur, & verbum ipsum notatur, in quo Seruius noster (vt opinor) nihil putat esse notandum nisi post, & Liminium illud productionem esse verbi vult, &c.

Limes, limitis, pen.corr.masc.gen. (λῶμα, ὁδός, ἀστεφανός,) Transuersa via dicitur. Virg.9.Aeneid.65, –& lato te limite ducã. Colum.lib.1, Semitas, nouosque limites in agro fieri non patiatur. A limo deducit Sipontinus. Festus, Limites in agris nunc termini, nunc viæ transuersæ sunt:
Aecliuus limes. Ouid.2.Metam.4. Vide ACCLIVIS.
Arctior limes. Stat.1.Thebaid.5.
Attritus limes aquarum. Ouid.epist.17.17,
Iam patet attritus solidarum limes aquarum,
Non aliter multa quàm via pressa rota.
Curuus. Sene. Thyest.9.11.
Directus. Stat.2.Sylu.2.17.
Longo limite sulcos. Virg.2.Aeneid.140.
Obliquus. Sene. Oedipo, 4.15.
Scopulosus. Stat.1.Thebaid.66.
Sectus in obliquum. Ouid.2.Metam.26.
Spatiosus. Ouid.15.Metam.170.
Tenuis limes longa subnubilus vmbra. Oui.2.de Rem.amor.41.
¶ Recto grassari limite. Ouid.2.Trist.95.
Cutuo limite descendere. Ouid.14.Metam.166,
Incidere rectum limitem. Quintil.lib.1.cap.13.11, Itaque & stratum calli tari habere iter sæpe deserimus compendio ductis: & si rectum limitem impetu torrentibus pontes inciderint, circuire cogemur.
Partiri limite campum. Virg.1.Georg.26.
Rescindere limites. Stat.4.Sylu.3.9.
¶ Limites duo maximi in agris, cardo & decumanus. De quibus Pli.lib. 22.cap.33.1, Obseruato Solis ortu quocunque libeat die stantibus hora diei sexta, sic vt ortum eum à sinistro humero habeant: contra meridiam faciem Meridies, à vertice Septentrio erit. Qui sic limes per agrum currit, cardo appellatur. Et ibidem, cap.34.1, Linea hæc cum exorto æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrum, decumanus vocabitur. Hic limitem non pro termino intelligere oportet: sed pro forma agri. Budæus. Vide CARDO & Decumanus in DECEM.
¶ Limites in vrbe sunt vt semitæ, viæ transuersæ, Liuio, vt lib.1, bello Maced.90, Intra portam, extraque latæ sunt viæ: vt & oppidani dirigere aciem à foro ad portam possent: & extra limes mille fermè passibus ab Academiæ gymnasium ferens, pediti equitique hostium libenter spatium præberet. Budæus.
¶ Limes laxus, per translationem. Sene. de Benef. lib.1.cap.16, Quare si quis existimat nos quum ista præcepimus, benignitatis fines introrsus referre, & illi minus laxum limitem aperire, &c.

Limito, limitas, pen.corr. limitare: & Limitor, limitaris, (ὁρίζω,) limitari. Id est partiri, diuidere, siue distinguere. Plin.lib.17.cap.21.2, Vineas limitari decumano oportet, XVIII pedum latitudinis ad contrarios vniculorum transitus, alliisque transuersis limitibus, denũm pedum distingui per media ingera. Aut si maior modus sit, totidem pedum quot dme, quot decumano limitari.

Limitatus ager, In centurias dimensus, inquit Festus.
Limitare de. Cic.ad Appium Pulchrum, lib.3.8.31, Etsi de tua prolixa beneficaque natura limitabit aliquid posteriori annus propter quandam tristitiam temporum, Vbi limitabit legendum videtur Budæus: & ita in vetustioribus codicibus legitur.

Limitatio. Verbale. (ὅρισμος,) Colum.lib.3.cap.12.1, Non intempestiuè commemorabimus Iulii Græcini conscripta, velut formulam ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Limitaneus, Adiect. (ὅριος,) vt Limitanei milites. Qui in limitibus regni constituuntur in præsidio, ob incursus inimicorum vicinorum. Iam conf.in L.vltima, de Fundis limitrophis, Agros limitaneos vniuersi cum paludibus, omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueuerunt, &c. Fundi limitanei, id est limiti deputati.

LIMIOSALBVM, (λιμιοσάλβιον) Ptolemeo lib.2.cap.11, Vibis Germaniæ, vulgò Gnisna.

Limito, limitas, Vide LIMES.

LIMONVM, (λίμων,) Pictonum oppidum in Gallia, teste Ptolemæo lib.2.cap.7. Vulgò Limon.

Limosus, Vide LIMVS substantiuum.

Limpidus, penul.corr. Adiect. (διαφανής,) Clarus purus, lucidus. Colu.lib.12.cap.28.3, Postea quum de dolis aut de seriis diffundere voles, vere florente rosa defæcatum quàm limpidissimum in

mum in vasa bene picata & pura transferto.
¶ Lacus limpidi. Catul. ad Sirmionem Peninsulam, epig.29.3.
Vocem limpidam ac canoram facit sandaracha. Plin.li.34, ca.vltimo, 12.
Limpitudo, pen. prod. limpitudinis. (τὸ διαφανές,) Plin.lib.32.cap.11. 12. Stant velut suillo cruore longo in arena defixæ, hiantesque qua limpitudo est, pedali non minus spatio.

LIMVICI. (λιμενίκαι,) Ptolemæo lib.2.ca.7, Galliæ populi: alio nomine Lemouices. Vulgò Limosin.

Limus, limi, Vestis genus. Virg.lib.12.Aeneid.74, Velati limo, & verbena tempora cincti. Vbi Seruius post longam de limo interpretationem, sic dicit, Caper tũ & Iginus hoc loco dicit lectionem esse corruptam: nam Virgilium ita reliquisse confirmant, VELATI LIMO. Limus autem, est vestis qua ab vmbilico vsque ad pedes tegũtur podenda poparum. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam: vnde & nomen accepit. nam limum, obliquum dicimus.

Limus, m.ge. (ἄσις, ἰλύς, τείχος,) Lutum est, seu cœnum illud mollius quod ex aquarum putredine relinqui solet. Plin.lib.11, cap.37.11, Labra herbas eruentibus, limumque lata vt suum generi. Grauis veteri cratere limus adhæsit. Horat.2.Serm, lat.4.16.
Informis limus. Virg.6.Aeneid.84.
Niger limus. Virg.4.Georg.96.
Durescit limus igni. Virg.8.eclog.16.
Obducere plagam limo, Vide OBDVCO.
Læui rimola cubilia limo vngo. Virg.4.Georg.9.
Limósus, penult. produ. Adiectiuum, (ἰλυόεις, τειχεώδης,) Limo plenus, & cœnosus. Virgil.2.Aeneid.27, Limosque lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui. Plin.lib.16.cap.36.2, Vbi limosiore callo indurut.
Limosa aqua. Colum.lib.5.cap.9.11, Si olea in cluo sit, incilia excitentur, quę limosam aquam ad eodicem educant. Ouid.epist.9.18.
Flumina limosa. Ouid.1.Metam.178.
Humus limosa. Ouid.1.de Remed.amor.29.
Iuncus limosus. Virg.1.eclog.10.
Lacus limosus. Virg.2.Aeneid.17.
Limosa radix. Plin.lib.17.cap.5.3, Radice limosa, cauernosa, &c.
Vlua limosa. Lucan.lib.1.14.

Limus, Adiectiuum. (πλάγιος,) Quod & limis dicitur. Festus, Limis, obliquus, id est transuersus: vnde & limina. Terent. Eune.3.5.53,
–ego limis aspecto
Sic per flabellum clanculum. Vbi Donatus, Limis, si nominatiuus singularis est, transuersus significat si septimus plu: alis, deest oculis. Nam limis, est transuersus: vnde limen dicitur quoque, quòd ingredientibus exeuntibusque transuersum sit. Quum igitur dissimulant homines se videre quod vident, & non rectâ facie, sed transuersa intuentur: limes dicuntur aspicere.
Limis oculis aspicere vel intueri: Hoc est, torui & obliquè, quod ferocitatis & irę indicium esse solet. Plaut. Mili.18.2, Aspice limis oculis, ne ille nos se videre sentiat. Plin.li.8.ca.16.11, Nec limis intuentur oculis, aspicique simili modo nolunt. De leonibus.
Oculis limis subridere. Ouid.3.Amor.eleg.1.7.
Limulus, penult.corr. (ὑπόπλαγιος,) Adiectiuum diminutiuum. Plaut. Bacch.23.9.
Videm' limulis, vt obsecro intuentur.

Linamentum, Vide LINVM.

LINDVM (λίνδον,) Ptolemæo lib.2.cap.3. Vibs est Britanniæ insulæ: alio nomine Lincolina & Lindecolinum. Vulgo Lincolon.

Linea, lineæ. (γραμμή, στίχος.) A Lino, linis, Est filum illud quo fabri materiarii vtuntur ad signandam materiam: quòd ex lino fiat. Et quoniam ab hac, si rubrica vel alio colore intincta fuerit, figura designatur longa sine latitudine atque altitudine: ea quoque figura, linea vocatur.
Perpéditulo & linea vti. Cic.Q.fratri, lib.3.17.4, Aliquãdo perpendiculo & linea diffet vti.
Circumcurrens linea. Quintil lib.1.cap.10.30, Ideoque illa circumcurrens linea, si efficiet orbem, quæ forma est in planis maximè, perfecta amplius spatium complectetur.
Extremæ lineæ. Quintil.lib.1.cap.10.30, Quorum locorum extremæ lineæ, &c.
Longinqua linea, Vide LONGVS.
¶ Designare aliquid velut primis lineis. Quint.li.4.cap.2.84, Non vt cõsumantur affectus, sed tamen vt velut primis lineis designentur.
Ducere lineam, Vide DVCO.
Ducere primas lineas. Quintil lib.2.cap.6.1.
Ferri suo deorsum pondere ad lineam hunc naturalem esse omnis corporum motum dicit Epicurus apud Ciceronem lib.1.de Finib.18.
A linea incipere, Vide A præpositionem.

Rectis lineis in cælestem locum subuolent ignea. Cic.1.Tusc.63.
Transire lineas. Cice.in Parad.24, Siquidem est peccare tanquam transire lineas.
¶ Linea, Gradus agnationis. Paulus in L.Stemmata. ff. De grad.& affin.& nom. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separãtur.
Linea filum omne dicitur ex lino, & quicunque tenuis funiculus. Columella. Ligato pede longa linea gallina custoditur.
¶ Linea, qua capiuntur pisces, & cui hamus deligatur. Plin.lib.9.ca.43, At volpes marinę, simili in periculo glutiunt amplius vsque ad infirma lineæ, quæ facile prærodant. Idem lib.9.ca.46.1, Obiid stilos præacutos lineis annexos habere sese. Martialis lib.5.114, Tremulaque captum linea trahit piscem.
Lineam mittere, apud Plautum in Mostel.15.11,
Non ego ita extemplo meum ostendam sensum: mittam lineam: Dissimulabo me horum quicquam scire. Nonnulli à captatoribus piscium dictum volunt, in quos linea mittitur. Alii per metaphoram à pictoribus deducunt, qui vbi pingere aliquid volunt, lineam prius vmbræ cuidam similem mittunt: per quàm ipsi picturam dirigant, sed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi potest de picturæ futuræ forma.
¶ Lineæ geometricæ vocãtur ea quæ nõ colore, sed animo imaginãtur.
Linea etiam geometris dicitur, quæ est in superficie. nam superficie linea constat: vt punctum: quod est principium in geometria.
Vlrima linea rerum mors est. Horat.1.epist.17.16.
Linea margaritarum. Scæuola in L.Medico. Parag.vltimo. ff. De auro, argento, mundo, &c. Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis. Idem in L.Lineam. ff. Ad legẽ Falcid. Lineam margaritarum triginta quinque legauit.
Vti in linea pertusis margaritis. Vlp.in L.Si seruus fer. Parag.Siquũ. ff. Ad L.Aquil. Si quũ maritus vxori margaritas extricatas dedisset in vsum, ea inuito vel inscio viro perforasset, vt pertusis in linea vteretur, &c.

Lineo, lineas, (ὑπογράφω,) lineare, Lineas ducere, Lineis rem aliquam figurare & deformare. Plaut. Milite, 1.1.41.
Nam mi patrone hoc cogitato, vbi probus est architectus,
Bene lineatam si semel carinam collocauit.
Facile esse nauem facere. Cato cap.14.2, Et quæ opus sunt domui, præstabit & ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, fecabitque materiam solam duntaxat.

Lineãris, & hoc lineãre, penult. produ. (γραμμικός,) Quod ad lineam pertinet. Vnde linearis pictura vocata est, quæ lineas circum vmbram hominis deductas habet cuius author Philocles putatur, teste Plinio lib.35.cap.3.5.
Probationes lineares. Quintil.lib.1.cap.10.36.
Linearis ratio. Quintil.lib.1.cap.10.28.

Lineamentum, lineamenti, (ὑπογραφή,) Ipsa extremitas, & quasi linea quædam corporis, per quam hominis forma dignoscitur, à lineari pictura tracta, in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebatur. Iustinus lib.1, Lineamentorum æqualitas matri & filio per similis. Plin.lib.35.cap.10.25, Nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inuentus est.
Lineamenta & formę deorum. Cic.1.de Nat.deorum, 101.
Lineamenta, in geometria: hoc est, linearũ productiones. Cic.1.de Orat. 92, In geometria lineamenta, formæ, interualla, magnitudines, &c.
Lineamenta animi. Cic.3.de Finib.114, Animi enim lineamenta sunt pulchriora quàm corporis.
Lineãtus, pen. prod. Participium, Vide MITRA in sequentibus.

Lingo, lingis, linxi, linctum, (λείχω, μαλάσσω,) lingere, Aliquid lingua molliter tangere. Plaut. Casin. Mel mihi videor lingere. Plin. epist.171.d, Auditum est frequenter ab ipso, quũ quereretur de contumeliis debilitatis suæ digitos seruorum suorum quotidie lingere.
Lingere rursus dicimur, quum aliquid in ore tenentes, guttatim defluere in stomachum sinimus. Plin.lib.37.cap.10.41, Tecolithos oleæ nucleo similis videtur neque est gemmæ honos, sed lingentium calculos frangit, pellitque. Idem lib.31.ca.9.8, Datosque lingendus, & oculis inmentorum insputur. Sic lib.35.cap.15.4.
Linctus, huius linctus, (λεῖγμα,) Ipse lingendi actus. Plin.lib.31.cap.9.7, Multi tussim veterem linctu falis discussere.

LINGONES, pe.cor. (λίγγονες, λίβονες,) Inter Celtas populi finitimi Heduis, Sequanis ac Tullensibus, qui dicebantur Leuci, nomen retinent. Ciuitas est episcopalis in prouincia Lugdunensi, ac Francorum regno sita. Langres. Cæsar.1.bel.Gal.168.
Pugnaces Lingones. Lucan.lib.1.80.

Lingonus, lingoni, pen.corr. (λίγγωνος,) Idem. Mart.lib.8.69, Lingonus à recta, Flaminiaque recens.

Lingónicus, pen.corr. (λιγγονικός,) Claud.3.Paneg.19.

Lingua, linguæ. (γλῶσσα,) Notæ significationis. Dicta à lingẽdo, ac deprimit, in ventremque transmittit. Seu quòd ipsa, dentium septis quasi muro vallata ac ligata sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Raræ perplexa foramina linguæ.Lucret.lib.4.125.
Radix vltima linguæ.Ouid.6.Metam.112.
Humor linguę deficit.Ouid.9.Metam.114.
Aspera lingua premit fauces.Virg.3.Georg.101.
Aspera lingua nimia siccitate,Vide ASPER.
Bifida lingua,Ouid.9.Metam.13.
Fissa lingua in duas partes.Ouid.4.Metam.118.
Frigida lingua.Virg.4.Georg.105.
Multifidas linguas vibrans draco.Valer.lib.1.Argon.13.
Nigra lingua subest.Virg.3.Georg.78.
Suppressa lingua palato.Ouid.3.Trist.eleg.3.6.
Tribus linguis præfigunt draco.Ouid.7.Metam.30.
Linguis micat ore trisulcis.Virg.3.Georg.89.
Vibrantes linguæ. Virgil.2.Aeneid.43, Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
¶ Comprehensam forcipe linguam abstulit.Ouid.6.Metam.112.
Coruscare linguis dicuntur serpentes.Ouid.4.Metam.99.
Excidere vel euellere linguam. Cice.3.de Oratore,3, Hæc tibi est excidenda lingua: qua vel euulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit.
Resecta lingua ense.Ouid.in Ibin,89.
Thesaurus in lingua stultis situs.Plaut.Pœnu.9.12,
Istic est thesaurus stultis in lingua situs,
Vt quæsti habeant malè loqui melioribus.
Lingua loqui,Vide LOQVOR.
Commercia linguæ,Id est colloquia.Ouid.3.Trist.eleg.11.2.
Facundia linguæ.Ouid.3.Trist.eleg.5.6.
Tela linguę.Ouid.4.de Ponto,eleg.6.8,
Hostibus eueniat,quàm sis violentus in armis
Sentire,& linguæ tela subire tuę.
¶ Lingua astricta mercede,Vide ASTRINGO.
Blæsa lingua.Ouid.3.de Arte,59.
Lingua celeri & exercitata sunt oratores quidam.Cic.1.de Oratore,41.
Dives,lingua.Horat.2.epist.2.25,
Vehemens,& liquidus,puroque similllimus amni,
Fundet opes.Latiumque beabit diuite lingua.
Elegans.Catul.in amicam Formiani.epig.40.1.
Exanimis.Ouid.11.Metam.11.
Facunda.Horat.4.Carm.ode 1.7,
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Falsæ periuria linguę.Ouid.7.epist.13.
Gratia ficta linguæ.Ouid.12.epist.3.
Garrula lingua.Tibul.lib.4.eleg.12.4.
Magicæ potentia linguæ.Ouid.7.Metam.66.
Modesta lingua.Ouid.epist.18.13.
Nocens lingua.Propert.lib.2.eleg.29.3.
Lingua nulla est,qua negem quicquid roges.Plaut.Capt.16.15.
Patrue verbera linguæ.Hora.3.Car.od.12.1.Vide PATRVVS.
Pia lingua.Ouid.epist.21.14.
Pictæ tectoria linguę.Persius Saty.5.3.
Procax lingua.Silius lib.8.49,
–immodicè vibrabat in ore canoro Lingua procax.
Professoria lingua. Tacit.lib.13,Audiretur hinc Germanici filia,inde vilis rursus Burrus, & exul Seneca, trunca scilicet manu, & professoria lingua.
Prompta lingua ad rigidos sonos.Ouid.4.Fast.62.
Sacrilega lingua.Ouid.1.de Remed.amor.74.
Secretior lingua.Quintil.lib.1.cap.1.25, Protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris, quas Græci glossas vocant,dum aliud agitur,edisceré.
Subdola lingua Ouid.1.de Arte,110.
Lingua trepidans. Catul. de Berecynthia,58.6, Thiasus repentè linguis trepidantibus vlulat.
Vanæ mendacia linguæ.Ouid.3.Amor.eleg.10.5.
Vænalis lingua.Lucan.lib.1.55.
¶ Acuere linguam causis.Horat.1.epist.3.5.
Vsum linguæ auferre alicui.Ouid.14.Meta.20, –abstulit vsum
Verborum,& natæ dira in periuria linguæ.
Continere linguam,Vide CONTINEO.
Deerat lingua palato,Id est non poterat loqui.Ouid.21.epist.23.
Delirat lingua Lucret.lib.3.92.
Templa linguæ.Lucret.libro 4.116,Humida lingua circum sudantia templa.Hoc est,partes linguæ sudantes.
Vsum linguæ dependere Ouid.5.Metam.113.
Linguam diuertere ad mores alicuius, pro Reprehendere. Plautus Pœnulo,16.24,
Si respondebunt,Punicè pergam loqui:
Si non,tum ad horum mores linguam diuertero.

Eripere linguam alicui.Ouid.2.Fast.122.
Fauere linguis, Vide FAVEO.
Fereet lingua mero Ouid.2.Fast.147.
Stolidæ conuitia fundere linguæ.Ouid.15.Metam.67,
Fac habeant linguam ędes tuæ.A.quid ita? S.quom veniam inuocent. Plaut.Casin.12.13.
Crimen habere linguæ.Ouid.1.Fast.89.
Inutilis hęsit lingua.Ouid.4.epist.2.
Lingua hæsitare.Cic.1.de Orat.57,Vide ABSONVS.
Infringitur lingua. Lucret.lib.3.53.
Verum vbi vehementi magis est commota metu mens:
Consentire animam totam per membra videmus,
Sudoresque ita,palloremque existere toto
Corpore& infringi linguam,vocemque aboriri:&c.
Properante lingua legere.Ouid.3.de Ponto,eleg.5.2.
Titubante lingua loqui.Ouid.3.Trist.eleg.1.5.
Linguam alicui occludere,Vide OCCLVDO.
Lingua gladiorum aciem prestringens.Plaut.Trucul.10.11,
Non placet quem scurre laudant,manipulares mussitant:
Neque illi quorum lingua gladiorum aciem præstringit.domi
Strenui nimio plus prosunt populo,quàm arguti & cati.
Riget lingua.Ouid.1.de Arte,104.
Rapta silet altera lingua.Ouid.6.Metam.127.
Linguam esse in quæsto. Quintil.in Proœm.lib.1.10, Nam vt primum lingua esse cœpit in quæstu, institutumque eloquentiæ bonis malis vti,&c.
Tardescit lingua.Lucret.lib.3.97.
Non tenere linguam nimio mero.Ouid.2.Trist.89.
Tenere linguam in ore clauso.Catull.in Camerium,epig.51.4.
Timbat lingua.Ouid.1.de Arte,120.
Torpet lingua.Catull.ad Lesbiam,epigr.48.2.
Torpuerat gelido lingua retenta metu.Ouid.epist.11.17.
Libera vti lingua.Vide LIBER adiectiuum,
¶ Lingua,pro Oblocutione.Cic.ad Varronem,lib.9.2.4, Tibi autem hodiem consilii do,quod mihimetipsi, vt vitemus oculos hominum,si linguas minus facile possimus.
¶ Lingua,pro Differentia sermonum.Vnde Linguas scire, apud Plaut. Pœnulo,2.113.
Eris omneis linguas scit,sed dissimulat sciens
Se scire. Plin.lib.13,cap.1.8,Est Cortynæ in insula Creta ioxa fontem platanus vna, insignis vtriusque linguæ monumentis. Cic.5.Tusc.de
In his linguis quas non intelligimus,quę sunt innumerabiles,sordi profectò sumus:
Linguam Græcam Latina copiosiorem esse dicit Cicero 2.Tusculo
Gentes variæ linguis.Virg.8.Aeneid.145.
Agmina dissona lingua.Silius lib.16.4.
Sermo lingua concinnus vtraque.Horat.1.Serm.saty.10.5.
Egestas linguę.Lucret.lib.1.18,
Nec me animi fallit.Graiorum obscura reperta
Difficile illustrare Latinis versibus esse:
Multa nouis verbis præsertim quòm sit agendum,
Propter egestatem linguæ & rerum nouitatem.
Doctus sermonis vtriusque linguę.Horat.3.Carm.ode 8.1.
Duas linguas edisceré.Ouid.2.de Arte,25,Intelligit Romanâ & Græcâ.
Lingua Latina,Vide LATIVM.
Facere potentiorem linguam Latiuam.Quintil.lib.1,cap.5.27.Quinetiam laudet virtutem eorum, qui potentiorem facere linguam Latinam studebant.
Latinam linguam non modo non inopem,vt vulgò putant, sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam sentit Cicero 1.de Finib.15.
Tueri linguam. Quintil.lib.1.cap.1.11,Ita fiet,vt quum æquali cura linguam tueri cœperimus,neutra alteri officiat.
¶ Lingua,herba quæ nascitur circa fontes.Pli.lib.24.cap.19.1.
Lingula,siue ligula,pen.corr.Diminut.(γλωσσάριον,ἰσμγλωττίς,)Festus.
Lingula per diminutionē linguæ dictatalias à similitudine linguę exactæ,vt in calceis:alias insertæiid est intra dentes coercitæ,vt in tibiis.
Lingula & ligula obseruo à doctis indifferenter scribi.
Ligula calcearum. Martial. lib. 2. 29. Non extrema sedet lunata ligula planta.Vbi propter primæ syllabæ productionem,alii legunt lingula. Iuuenal.Saty.5.5.
–& ligulas dimittere solicitus,ne
Tota salutatrix iam turba peregerit orbem.
¶ Lingula edolata.Colum.lib.8.cap.11. Stabulum autem caprae debet vligine: cuius in solo per ordinem figuntur breues paxilli:eorumque partes summæ lingulas edolatas habent,quæ transuersis foratis pertinacis inducantur.Budæus dicit significare quod vernacula lingua dicimus Vng petit tenon.
¶ Ligula, Instrumentum cauum & oblongum,in speciem linguæ fabricatum quale est illud quo vtuntur aromatarii ad extrahenda è vasis vnguenta.Pli.

ta.Pli.lib.21.cap.14.6,Cæra punica fit hoc modo: Ventilatur sub dio sæpius cæra soluta.Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro.Inde ligulis hauriunt florem,id est candidissima quæque,tráffundunteque in vas,quod exiguū frigidæ habeat. Ex quibus verbis patet est,Ligulam esse vas ad hauriendum idoneū: proinde non(vt malè putauit Sipontinus)planum. Nomen habere putatur à similitudine linguæ ad palati retractæ,atque ita cauæ,quæ sanè cochlearis est forma. Colum.lib.6.cap.2,de boum domitura loquens, Posthæc didutis malis, educito linguam: totumque eorum palatum sale defricato libralesque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas,lingula demittito:ac vini singulos sextarios per cornu faucibus infundito.Martial. lib.14.125,de ligula argentea,
Quanuis me ligulam dicant equitesque patresque,
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.
¶ Ligulam vocat Columella, instrumentum ad purgandam è vase spuma:lib.9.cap.16.11,Deinde(inquit) vbi liquatum mel in subiectum alueum defluxerit, transfertur in vasa fictilia, quę paucis antè diebus aperta sint, dum musteus fructus defervescat: ilque sæpius ligula purgandus est.
¶ Ligula,Mensuræ genus,quæ & cochlear dicitur.Est autem quarta pars cyathi.Quatuor enim ligulæ complent cyathum. Vide Georgiū Agricolam lib.1. Plin.lib.20.cap.5.6,Item epithotonicis & iocinorum vitiis,& torminibus,& stranguriæ,duarem aut trium ligularum mensura. Idem lib.20.cap.5.6. Colum.lib.12.cap.21.2,Deinde interposito biduo quum id mustum pariter cum defruto deferbuerit, purgatur:& ita coadiicitur in binas vrnas ligula cumulata, vel mensura sesmmciæ bene plenæ solis costi & triti. Sic lib.6.cap.2.5.
Lingulam vocitauere etiam veteres gladiolum oblongum,in speciem linguæ factum.Festis Gellius lib.10.cap.25.
¶ Lingula,siue lingua,pro promontorio oblongo.Plin.lib.37.Inde in altum lingua mille passuum excurrens. Cæsar 3.bel.Gal. 304. Erant eiusmodi ferè situs oppidorum,vt posita in extremis lingulis,promontoriisque,neque pedibus aditum haberent, &c. Budæus.
Linguax,linguācis,pen.prod.cm.gen.(γλῶσσοκόμος,λάλος,) Verbosus, multum loquens,dicax. Gel.lib.1.cap.15, Hoc genus homines in verba prouectos locutuleios,& blateronesque & linguaces dixerunt.
Linguāca,linguācæ,pen.pro,(γλωσσαλδής,) Molier blateratrix & multiloqua.Plaut.Casina, 11.61,
Vin' lingulacas? S. quid opus est, quando vxor domi est?
Ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet.
¶ Lingulaca,Genus piscis,vel mulier augeratrix,inquit Festus. Hermolaus,Quem Plautus atque Varro lingulacam nominant:aut solea est, aut ei non absimilis.
¶ Lingulaca,quæ & lingua,Herba circa fontes nascens. Plin.lib.25.cap. 11.1. Idem lib.24.cap.19.1.
Lingulātus,pen.prod.Adiectiuum. (γλωσσοειδής,) vt Lingulatus tubulus,apud Vitruuiū lib.8.ca vlt. cui opponitur Eliguis. Dicuntur autē lingulati tubuli ex parte altera, vt alius in alium mire conuenireque possint,veluti linguæ schema præferentes.Ex Vitruuio.

Linio, linis,liniui,linitum,pen.prod.(ἐπαλείφω,) linire, Vngere, vel cui rei superinducere, & molliter ac tenuiter imprimere, non autem crassè.Colum.lib.6.cap.30,Tepenti adipe vel vino liniuntur.Ibidem, cap.17.4,Eoq; medicamine morsus muris aranei linit. Et paulo pòst, 5,Quicquid vitiosi est inurere,atque ita liquida pice cū oleo linire. Ora linit luto.Ouid.1.Fast.152.
Liniuntur cæde sagittæ.Propert.lib.3.eleg.12.3.

Linio, linias,Vide LINEA.

Lino, linis,lini,lini vel leui,litū,(ἐπαλείφω,ὑπογράφω,)linere, Est crassè aliquid aliquo instrumento superinducere. Colu.lib.6.cap. 27.9,Si equa marem non patitur,detrita scylla naturalia eius linitur. Liu.1.bel. Pun.31,Id sicut in pilo quadratum stuppa circunligabant, linebantque pice. Mart.lib.1.145, Nec quæ Callaico liuuntur auro. Plin.lib.20.cap.17.16.
Auro sublimia tecta liuuntur.Ouidius de medicamine faciei,2.
Ora linere venenis,Id est fucare facié.Ouidius 1,de Remed. amoris,71.
Linere,Obturare.Virg.lib.4.Georg.8, –neque illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta liuunt.
Linisti.Quintil.in Declamat.Cęci,Et nequid sceleri impio deesset,maritti tui cruore parietem linisti.
Liui.Columella lib.12.cap.50,Multi quum semel noua dolia, vel seriasa crassa gummi liuerunt,vna in perpetuum gummitione contenti sunt.
Leui.Columella,Postea dolium calefacito,minus quàm si picare,velis,tepeat satis est,lignis lenibus facito calefactiūbi temperata tepebit, cuminum indito,postea linitoū rectè leueris, in dolium quinquagenarū pedum quatuor satis erit.
¶ Linere,Insignire,& quasi liniendo & poliendo exornare.Ci. ad Q.fratrem,lib.2.13.2,Lucretii poemata(vt scribis)lita sunt multis luminibus ingenii,molæ tamen artis.Id est insignita,& quasi fucata.Ex veteresto exemplari legitur non ita.

Carmina linenda cedro.Horat.de Arte,67.
Litus,lita,litum.(ἐπαλείφω,)Maculatus,inspersus.Virg.4.Georg.10,
–elucent aliæ,& fulgore coruscant,
Ardentes auro,& paribus lita corpora guttis.
Litura,lituræ,pen.prod.(ἐξάλειψις,) Superinductio & complanatio,Delitio.fit quum superinducto atramento,alióve liquore scripturam vel picturam destruimus Cicero 3.Verr.65, Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit.Ouid.epi.3.1, Quascunque aspicies,lachrymæ fecere,lituras.Cic.pro Roscio Comœdo,3,Suscodicem testis loco recitare arrogantiæ est suarum perscriptionum & liturarum aduersaria proferre nem amentia est? Sic pro Archia,7,Et vnius nominis litura se commotum esse dixerit.Et pro Cluentio,30, Ne lituris coargui posset.Martial.lib.4.10,
Non possunt nostros multę Faustinę liturę
Emendare iocos,vna litura potest.
Litura,pro Linitione,vel linimento.Colum.lib.4.cap.24.5,Neque est difficile mox allenatas plagas terra,quam prius amurca madefeceris,linetnam & teredinem formicamque prohibet. Solem etiam & pluuias arcet eiusmodi litura.
Cęcę liturę.Ouid.epist.11.1.
Multa litura coercuit carmen.Horat.de Arte,60.
Lachryme fecere liturae.Ouid epist.3.1.
Contemplari lituras codicis,Vide CONTEMPLOR.
Facta litura admonitu tuo.Ouid.2.de Ponto,eleg.4.4.
Suffusas lituras habet littera.Ouid.3.Trist.eleg.1.3.
Littera suffusas quod habet maculosa lituras,
Lęsit opus lachrymis ipse poeta suum.

Linquo, linquis,liqui,lictum,secundum Priscianum,(λείπω,)linque re,Idem quod relinquere,& deserere. Plaut.Amphit.15.65,Vbi me liquisti? S. domi,cum Alcumena coniuge.Itē Cistell.8.12, Fcquid agis?ne morare lumen linque.S.accurrite,
Ne se interimat.Virg.eclo.1.1. –& dulcia linquimus arua. Idem lib.3. Aen.11.Linquimus Orrygię portos,pelagoque volamus. Idē, Linquemetum lethi.Cice.pro Plancio,10,Minturnenses coloni quidem, &c. quòd C. Marium,linquētem terram eam quam seruauerat,lachrymis, votisque omnibus prosecuti sunt, ęterna in laude versantur. Idem pro Flacco,54.
Hospitium linquere.Virg.3.Aeneid.13.
Laborem longum linquere.Virg.3.Aeneid.32.
Mensas linquere.Catull.in Carm.nupt.57.
Animas linquebant.Virg.1.Aeneid.28.
Lumina vitalia linquere.Cic.1.de Diuin.34.Ex quodam poeta.
Promissa linquere.Catull.Argon.59.12.
Linquentem animum reuocare.Curtius, Quem vt iniicere corpori suo manus sensit(credo vltimi dedecoris indignitate commotus) linquentem reuocauit animum, & nudū hostis latus subiecto mucrone hausit. Budęus.Vide ANIMVS.
Linqui animo.Curtius,Linqui denique animo,& submitti genu cœpit. Suet.Extremo tempore repente animo linqui solebat. Budęus.
Linquendus.(λειπτέος,) Ouid.15.Metam.15, –vtque reliquit.
Sic linquendus erat.

Lintearius,Linteatus,Linteo,Linteolum,

Vide LINTEVM.

Linter, lintris,m.g.& frequentius fœm.(σκάφη,)Nauicula è caua arbore facta.Cæsar 7.bel.Gal.235,Conquirit etiam lintres:has magno sonitu remorum incitatas,in eandem partem mittit.Plin.lib.6. cap.23.15,Preterea longè à terra abest nauium statio, lintribusque deferuntur onera quæ geruntur. Liu.1.bel.Pu.96, Itaque ingens coacta vis nauium est,lintriumque temerè ad vicinalem vsum paratarum.Ci. de Clarit Orat.114.
Exiguus linter.Tibul.lib.2.eleg.5.7, –ire solebat
Exiguus pulla per vada linter aqua.
Canat arbore lintres.Virg.1.Georg.53.
Conuehere lintribus aliquid in. Cic.pro Milone,55, Repentè lintribus in eam insulam materiam,calcem,cæmenta,atque arma conuexit.
In liquida nat tibi linter aqua.Tibul.lib.1.eleg.5.15.
Transuecti amnem lintribus.Claud.1.Paneg.41.
Seruabit plenis in lintribus vuas.Tibul.lib.1.eleg.5.5.
Lintrarius,Qui lintri præest apud Vlpianum,L.1 § De exercitoribus.ff. Nautæ,caupones,stabularii,vt receptaræ instituant.
LINTERNVM,(λίντιφον,)Campaniæ vicus, vbi Scipio Africanus inuidiæ cedens obiit,ac sepultus est.
Lentisciferum Linternum.Ouid.15.Metam.143.
Palustre Linternum.Silius lib.8.106.
Lipternus,Adiectiuum,(λιπτιφόρος,)vt Palus Linterna.Silius lib.7.56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LINTERNVS, (λίνυπρος,) Bocatio, Campaniæ fluuius est, haud longè à Vulturno fluuio oppido.

Linteum, linteum, n.g. (δέλτιον, σινδών, τρεφτόν,) à Lino sit, Pannus linteus & sudarium & quo in balneis vtimur, & alia negotia ad extergendum. Mart. lib. 14. 56, Non tam sæpe teret linteo sudor. Plaut. Curc. 1. 2. 2,

At ita me volsellę, pecten, speculum, calamistrum meum
Bene me amassitur, meaque axitia, linteumque extersum, vt ego
Tua magnifica verba, neque istas tuas magnas minas

Non pluris facio quàm ancillam meam, quæ latrinam lauat. Idem Mostel. 4. 100, Linteum cape, tuque exterge tibi manus. Cic. pro Rab. Postu. 24, Auditæ visęque merces fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis & vitro delatæ.

Conuersa domum dare lintea, Renauigare domum. Horatius Epod. 16. 6, Neu conuersa domum pigeat dare lintea.

Tepefacere linteum. Celsus lib. 3. cap. 6. Si sudare corpus cœpit, linteum tepefacere oportet, paulatimque singula membra detergere.

¶ Lintea, Quę sunt idonea ad spectaculum vmbracula. Vnde legimus Cæsarem totum forum linteis adumbrasse.

Lintea, Vela quibus vtuntur nautę. Virgil. 3. Aene. 138,

–certum est dare lintea retro.

Cana lintea. Valer. 4. Argon. 17. Vide CAVVS.

Orba lintea ventis. Ouid. 11. Metam. 39.

Linteatos vocare possumus sacerdotes linteis indutos. Seneca de Vita beata, Quum linteatus senex laurum & medio lacernam die profert, conclamat iratum esse aliquem deorum concurritis.

Linteatius, Adiect. vt Negotiatio linteatia. Vlpian in L. Procuratoris, §. Si plures. ff. De tribu. act. Duas negotiationes exercebat, puta sagariã & linteatiam.

Linteolum, pen. corr. Diminutiuum. (τρεφτόλινον.) Plin. Vulneribus in linteolis imponitur. Idem lib. 20. cap. 17. 7, Distillationem narium discutiet fusum, in linteolo olfactum. Plau. Epid. 5. 47, Tunicam rallã, tunicã tritusum, in linteolo olfactum. Colu. li. 6. ca. 16. 7, Præfractis toroibus linteola sale atque acero & oleo imbuta superponitur. Sic li. 11. ca. 46. 1.

Linteus, Adiect. (δέλτινος,) vt Lintea vestis, Lino compacta & contexta. Cic. 7. Verr. 114, Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyrium, thus alii atque odores, vestemque linteam.

Linteæ candidæ tunicæ. Liu. 3. ab Vrbe, 209.

Linteæ libri. Qui lino fiebant, siue qui in linteis vice chartæ erant scripti. Cuiusmodi Sibyllini quidam fuerunt. Liu. 4. ab Vrbe, 37, Licinius Macer author est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetę in aedem Iouis Ibidem, 60, Minutius prefectus annonæ seu refectus, sed quo ad res posceret in incertum creatus. nihil enim constat, nisi in libros linteos vtroque anno relatum inter magistratus præfecti nomen. Et alibi, Qui si ea in re sit error, quòd cùm vetereis annales, quodque magistratũ libri, quos linteos in ædę repositos Monetæ Macer Licinius citat identidẽ authores, septimo post decimum anno cum T. Quintio Aulum Cornelium Cossum Consulem habeant. Plin. lib. 13. ca. 11. 13, In plumbeis linteisque voluminibus scripturarum constat.

Linteatus, (τρεφτόμιτος,) Linteo indutus. Liu. 10. ab Vrbe. 101, Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est.

Linteo, linteonis, (δεφτόμιτον,) Qui texit linteamina pro conficiendis vestibus, vt docet Seruius lib. 7. Aenei. Plaut. Aulul. 19. 40,

Aut manuleam, aut myrobech arii,
Propolæ, linteones, calceolarii.

Linum, lini, (λίνον, ἀπὸ τοῦ λύειν antiquo verbo, quod est Teneo quia lino omnia tenentur. Plin. li. 10. cap. 33. 4. Argarilis appellatur, eadem figura ex lino intexens.

Seges lini vrit campum. Virg. 1. Georg. 16.

Lini semen. Pli. lib. 14. cap. 12. 11. Cum lini quoque semine superponitur emplastris ad dolores tollendos. Sic sæpe apud Celsum.

Carpere linum. Vide CARPO.

Traicere duo lina acu. Celsus lib. 7. cap. 21, Quidam hic quoque duo lina acu traiecit, binisque singulorũ capitibꝰ diuersas partes astringẽt.

Linum, pro Filo. Celsus lib. 7. cap. 14, A quibusdam tumor ad imum acu traiectatur duo lina ducentes: deinde vtriusque lini duobus capitibus diuersę partes astringuntur. Sic sępe alibi. Aliquando tamen filum pro lino dicit.

Linum crudum. Celsus lib. 7. cap. 4, Idque linum esse debet crudum.

Linum, pro fune nautico. Ouid. 3. Fast. 118, Dumque parant torto subducere carbasa lino.

Linum pro verticulo. Virg. 1. Georg. 19.

–pelagoque alius trahit humida lina.

Lina pluraliter, pro cæsibus quibus fere capiuntur. Ouidius 3. Metamor. 30, Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum. Ibidem. 31, Sistite opus præsens, nodosaque tollite lina.

Lineus, Adiectiuum. (λίνεος, λίνεος, λινοῦς.) Quod ex lino factum est. Plinius lib. 12. cap. 6. 1, Sed vnde lineas vestes faciunt, foliis moro similis,

calice pomi cynothodo.

Vincula linea. Virg. 5. Aeneid. 102.

Liniger, pen. corr. Adiectiuum. (λινοφόρος,) Ouid. 1. Metam. 150, Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Isidis sacerdotes intelligit, vestibus lineis indui solitos. Idem 2. Amor. eleg. 2. 5.

Nec tu linigeram fieri quid possit ad Isim

Quæsieris. Idem 1. de Ponto, eleg. 1. 13,

Grex liniger. Iuuenalis Saty. 6. 54,

Qui grege linigero circumdatus, & grege calno
Plangentis populi cœrit derisor Anubis.

Linamentum, linamenti, (ματός,) Filum quod ex lino voluendo trahitur inquit Perottus, Plinius. Delphini adipe linamenta accensa excitant valuæ strãgulatu oppressas. Budęus, Linamentũ Celsus semper accipit pro penicillo quod vulneri imponitur ex linteolo vel spõgia vel lana. Admouere (inquit) oportet naribus extinctum linamentum. Idẽ lib. 5. Linamentum inuolutum & oblongum eodem medicamẽto illinendũ medicamentumque in nares. Hactenus Budæus. Columella lib. 6. cap. 11, Linamentis pice liquida & oleo imbutis colligatur. Ibidem, cap. 11. 4, Et quum maturuerit suppuratio, rescinditur ferro, caque emissa linamentis curatur.

Linamentum demittendum. Celsus libro 8. cap. 9. Demittendum erit linamentum.

Superdare linamenta Celsus lib. 7. cap. 25, Tum superdanda linamenta sunt, aliaque medicamenta, quæ ad sanitatem perducant.

LINVS, (λίνος,) Thebanus Poeta antiquissimus, Apollinis filius, inquit Seruius apud Virgilium ecloga 6. 14, Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor. Hermodotus verò Platonicus li. 1, Disciplinarum, dicit hic Mercurii ex Musa Vrania filiũ, & Thebis genitũ. Scripsitque, esse eũdẽ Hermodoto, mundi generationẽ, Solis item & Lunæ cursus, animaliumque & fructuum generationes. Hic in principio sui operis omnia simul nata dixit, quem secutus est Anaxagoras. Occubuit in Euboea, sagitta ab Appolline transfixus.

LIPARA, Liparæ, pen. cor. (λιπάρα,) Vna ex Aeolis insulis. Aeolis autem dictæ sunt, quòd Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat, vt scribit Plinius. Sunt porro VII. Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, Euonymos. Plinius, Solinus, Strabo.

Lipare, Lipares, pen. corr. Idem. (λιπάρη,) Claud. 5. Paneg. 40, Ignibusque genuit Lipare fumosa cauernis.

Lipara, liparæ, (λιπαρά,) Liparæ, (inquit Hermolaus) medicamenta quædam sunt, & vt Celsus ait, lenia. Plin. li. 13. ca. 6. 10, Adduntur & in medicamẽta quæ vocant liparas, ad excrescẽtia vlceri, &c. Celsus li. 5. ca. 19, Lenia quoque quædã emplastra sunt, quas Latini ferũ Græci nominãt. Et ca. 26. de curatione gãgrænæ, Deinde vbi cuncta ipsa exasperata est, inducere lene medicamentum, quale λιπάρα est.

LIPARIS, (λίπαρις,) Plin. li. 5. ca. 27, Ciliciæ fluuius, ἀπὸ τοῦ λιπαρεῖν, quoniã scribit Vitruuius li. 8. ca. 3. natãtes in hoc flumine, aut se lauantes, nõ aliter vngi ab ipsa aqua, quam si oleo aut adipe lauarentur.

Lippus, lippa, lippum, (λαμπός,) Qui oculos habet lachrymantes, quum putredo ab his defluit. Plau. Mil. 15. 15,

–vbi matrem esse aiebat sororẽ? Cubare in naui lippã, atque oculis nugidis nauclerus dixit. Idem Bacchid. 19. 71. Lippi illic oculi, ferunt esse similimus: Plin. epist. 141, Quas satis acribus oculis, quãquam admodũ lippis, pinguissimas vidi. Horat. 1. Serm. saty. 3. 5,

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? Idem 1. Serm. saty. 5. 6,

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.

Omnibus & lippis notum & tonsoribus. Horat. 1. Serm. saty. 7. 1. Vide Adagia Erasmi.

Lippa lacuna. Martia. lib. 8. 53, In luscum furem,

Aspicis hunc vno contentum lumine, cuius
Lippa sub attrita fronte lacuna patet.

Lippa ficus, dicta vel quòd succus foliorum eius lacteus lippis prodest, vel quòd dum folia & ramuli truncantur, succum lachrymosum emittant. Martia. lib. 7. 19, –& lippa ficus, debilisque boletus.

Lippitũdo, penult. prod. lippitũdinis, (λάμπη, γλάμπη,) Ipse morbus. Plaut. Pœn. 4. 171, Huius amica nuncupata & maleuola:

Oculę huius lippitudo meamel huius fel meum. Plin. lib. 16. cap. 37. 7, Flos eius contra lippitudinem illinitur. Cic. ad Atticum, li. 7. 12. 3, Sed dictaui propter lippitudinem. Idem. 4. Tusc. 132. Et ad Q. fratrem, lib. 1. 6. 1.

Subire lippitudines. Celsus lib. 1. cap. 1, Si hyems sicca Septentrionalis ventos habuit, ver autem Austros, & pluuias exhibet, fert sobeunt lippitudines, tormina, febres, maximeque in mollioribus corporibus ideoque præcipuè in mulieribus.

Periodosa lippitudo, Vide PERIODOSVS.

Lippio, lippis, lippiui, lippitum, pen. prod. (λαμπάω, γλαμπάω,) lippire, Lippum fieri, hoc est Marcorem in oculis contrahere. Plin. lib. 28. Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Idem lib. 27. cap. 12. 1, Siquis huius herbæ succo inungatur,

inungatur, mane prius quàm loquatur, non lippiturum eo anno. Cicero ad Atticum, lib. 7. 13. 1, Quum leuiter lippirem, has literas dedi.

Lippiunt fauces, dixit Plautus Curc. 7. 33.

Os amarum habeo, dentes planos, lippiunt fauces fame,
Ita cibi vacuitate venis lassis lactibus.

Lippitur, penult. prod. Impersonale, (λαμπάω,) Plin. lib. 38. cap. 8. 6. Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & croci vncia.

Liquamen, Liqueo, Liquesco, Liquefio, Vide LIQVO, liquis.

LIQVENTIA, (λιμνοντία,) Fluuius Venetiæ post Tarnisinũ agrum.

Liquet, impersonale, LIQVIDVS, Vide post LIQVOR, liqueris.

Liquor, priore producta, liqueris, pen. corr. Deponens, (τήκομαι,) liqui, Dissolui. Virg. 1. Georg. 9.

Vere nouo gelidus Canis quum montibus humor
Liquitur. Id est paulatim defluit, inquit Seruius. Idem lib. 3. Aeneid. 6,
Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ. Id est, defluunt. Lucan. lib. 9. 155. –femorum quoque masculus omnis
Liquitur, & nigra distillant inguina tabe.

Liquantur amnes. Virg. 2. Georg. 18.

–hue summis liquitur rupibus amnis.

Aetas loquitur. Lucret. lib. 1. 227,

Inde minutatim vires, & robur adultum
Frangit, & in partem peiorem liquitur ætas.

Liquentes campi, pro mari, apud Virgilium lib. 8. Aeneid. 145.

Mella liquentia. Virg. 1. Aeneid. 58.

Vina liquentia. Virg. 5. Aeneid. 48.

Liquidus, Adiectiuum, penul. corr. (ὑγρός, ῥευστός,) Molle & fluxum proprè dicitur. Plautus Milite, Liquidus, cultiusque quàm ventus est Fauonius. Hæc Nonius. Lucret. lib. 4. 253, Crassaque conueniunt liquidis, & liquida crassis.

Liquidus venter. Mart. lib. 13. 116. Hoc est, fluidus & laxus.

¶ Liquidus, Purus, Virg. 6. Aeneid. 41.

–liquidamque per aera lapsæ. Idem 4. Georg. 21,

Dulcia mella premes, nec tantum dulcia quantum
Et liquida, & durum Bacchi domatura saporẽ. Id est, defæcata, & fine fordibus, inquit Seruius: non quæ fluunt: nam mala sunt. Plaut. Mostell. 9. 55. Tam liquidum est, quàm liquida esse tempestas solet. Id est, Res tam pura, & sine vlla sorde ac suspicione est. Cic. pro Cecin. 57, Quic quid inde hauriat, purum, liquidumque te hauriet sentias. Virgil. 6. eclog. 7. Et liquidi simul ignis. Id est puri, hoc est ætherei, inquit Seruius. Idem 2. Georg. 40. Non liquidi gregibus fontes. Vbi Seruius, Liquidi, puri, sine pestilentia.

Aer liquidus. Virg. 1. Georg. 81.

Aestas liquida. Virg. 4. Georg. 12.

Aether liquidus. Virg. 7. Aeneid. 13.

Liquare aluum. Celsus lib. 4. cap. 4 Liquanda aluus, interdum etiã ducẽda.

Amnis liquidissimus. Ouid. 6. Metam. 80.

Aquæ liquidę. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 2.

Auræ liquidæ. Lucret. lib. 1. 43.

Carmen liquidum citharæ. Lucret. lib. 4. 198.

Cælum liquidum. Ouid. 1. Metam. 1.

Colores liquidi. Horat. 4. Carm. ode 8. 2.

Fontes liquidi. Virg. 2. eclog. 12.

Humor liquidus aquarum. Lucret. lib. 1. 71.

Iter liquidum, Iter per aquam. Propert. lib. 3. eleg. 21. 3.

Lumen liquidum. Lucret. libro 5. 17. Largus item liquidi fons luminis ætherius sol.

Nubes liquidæ. Virg. 5. Aeneid. 105.

Odor liquidus. Virg. 4. Georg. 81.

Plumbum liquidum. Horat. 1. Carm. ode 35. 4.

Quercus liquida cygnorum. Lucret. lib. 4. 111.

Somni liquidi potentia. Valer. 4. Argon. 4.

Sorores liquidæ. Ouid. 1. Met. 242. Sic vocat Nymphas amnium.

Liquida sinu tempestas cæli. Lucret. lib. 4. 31.

Voces liquidæ animi. Lucret. lib. 5. 277. Virg. 1. Georg. 85.

¶ Liquidus animus & tranquillus. Plau. Epid. 1. 3. 56 Quid pater meus, viuus est? animo liquido & tranquillo es, tace.

Mente liquida videre aliquid. Catul. de Berecynthia, 58. 10.

Liquida voluptas & libera. Cic. 1. de Finib. 57.

Liquidum auspicium, Optimum. Plaut. Pers. 1. 16. 139. –vide

Omnes ordines sub signis ducam, leg'ones meas
Aui sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia. Idem Epid. 5. 1,
Atat tacete, habete animum bonum, liquido exeo.
Foras, auspicio, aui sinistra. Vide AVSPICIVM.

Liquidum, Substantiuè, (ὑγρόν,) pro aqua. Hora. 1. Serm. saty. 1. 11.

Vt tibi si sic opus liquidi non amplius vna Vel cyatho.

Ad liquidum explorata veritas. Vide AD præpositionem.

Liquido, pen. corr. Adiectiuum, (πάνυ ἐναργῶς,) Pure & manifestè, inquit Donatus. Terent. And. 4. 4. 8,

Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi
Non apposuisse, vt liquidò possim. Cic. ad Catonẽ, lib. 15. 6. 2, Gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse quod liquido veritati dares.

Liquidò discere aliquid ab aliquo. Liu. 9. bel. Maced. 192, Nihil horum neque Demetrium docere dilucidè, nec se satis liquidò discere ab eo Senatus quum cerneret posse, &c.

Liquidò dicere, hoc est aperte. Cicero. 5. Verr. 116, Nemo esset quin hoc se audisse liquidò diceret.

Liquide, pen. corr. liquidius, liquidissimè, Idem (σαφῶς,) Cicero ad Plancum, li. 10. 10. 1, Liquidius de toto sensu tuo iudicaui. Hoc est, apertius, & certius, ac facilius.

Liquor, priore correpta, liquôris, m. g. (ὑγρότης,) Ipse humor liquidus. Plin. lib. 10. cap. 52. 2, Piscium oua ex liquore mollia.

Aquæ effusæ liquor declarat ei admistum esse calorem. Cicero 1. de Natura deorum, 38.

Blandus liquor amaracini floris. Lucret. lib. 2. 170.

Dulcis, Hauusque liquor mellis. Lucret. lib. 1. 192.

Fluidus liquor. Virg. 3. Georg. 97.

Gelidos haurire liquores, Ouid. 6. Metam 70.

Lucem fundunt oculi liquorem. Seneca Oedip. 12. 9.

Niueus liquor, Vide NIX.

Liquor oleaceus, Vide OLEA.

Perlucidi amnium liquores. Cic. 2. de Nat. deor. 142.

Perspicuus liquor. Ouid. 4. Metam. 60.

Vitigeni liquoris latex. Lucret. lib. 6. 3.

Liqueo, liques, licui, (ὑγραίνομαι, μιαίνομαι, τήκομαι,) liquêre, Siue Liquesco, liquescis, liquescere, Liquidum & fluidum fieri, Mollescere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 11. Sic mea perpetuis liquescant pectora curis. Pers. Satyr. 2. 5. Tot tibi quum in flammas iunicum omenta liquescant. Virg. 8. eclog. 16, Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit. Idem 8. Aeneid 90. Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit. Vbi Seruius, Liquescit proprie dixit: nam ferrum non soluitur, sed mollescit. Plin. lib. 20. cap. 22. 1. Contra pituitam tenetur in ore, donec liquescat.

Cera liquescit igni. Virg. 8. eclog. 16.

Silex tamen liquescit. Stat. 3. Sylu. 1. 25.

Mens liquescit. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 14,

Quid mirum est igitur, si mea tabida facta,
De niue manantis more liquescit aquæ?

Liquescere voluptate, & fluere mollitia: Hoc est mollẽ esse & voluptati deditum. Cicero. 2. Tuscul. 91. Opinio est enim quædam effœminata ac lenis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus.

Liquescens, Participiũ, (τηκόμενος,) Liu. 1. bel Pun. 134. Vt verò tot hominum immensorumq; incesti dilapsa est: per nudam infra glaciem, fluentemq; labem liquescentis limi ingrediebatur.

Liquo, liquas, liquaui, (μιαίνω, τήκω,) liquare, Liquidum facere, quum scilicet aurum vel plumbum dissoluitur. Lucan. lib. 7. 32, –ereptaque tela liquauit. Plin. lib. 15. cap. 6. 2, Vt fraces & amurca liquentur. Idem lib. 21. cap. 14. 4, Quarto die liquatis igni in nouo fictili aqua fauos tegente. Cic. 2. Tuscul. 45,

Ex quo liquatæ solis ardore excidunt
Guttæ. Ex Aeschylo. Martial. lib. 9. 4. In censura niues dominæ Setina liquantur.

Mella liquata expressis fauis. Ouid. 4. Fast. 30.

Liquare aluum. Celsus lib. 4. cap. 4. Liquanda aluus, interdum etiam ducẽda. Quo ex loco intelligendum est liquidam aluum appellari quæ fluida est & libera, neque astricta: ductâ autem aluus, quæ liberius fluit ꝗ natura patiatur, & multum soluta est.

Liquamen, penult. produc. liquaminis, (τάριχος,) Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in vsum coquinarium seruata ad condiẽdos cibos. De aliis etiam dici potest, quæ non comeduntur, vt est apud Columellam lib. 7. cap. 4. Succus excocti lupini, veteris que vini fæx, & amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ouis imbuitur. Idem lib. 6. cap. 2. 5. Libralesque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas lingula demittito.

Liquefio, penul. produ. liquefis, penultima indifferente, (ἐστήκομαι, χέομαι,) liquefieri. Idem quod liquescere.

Liquefacio, liquefacis, pen. corr. (ἱστήκω, χέω,) liquefacere. Virg. 1. Georg. 95. Flammarumque globos, liquefactaque voluere faxa. Id est igne soluto, inquit Seruius. Cic. in Catil. 63. Et statuæ veterum hominum deiectæ, & legum æra liquefacta.

Liquefacient, Participium, (ἱστήκων,) Catull. in Gellium, epigr. 85. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omentum in flamma pingue liquefaciens.
Liquefactus, Aliud participium, (τετηγμένος,) vt Aqua liquefacta. Cic. 2. de Nat. deorum, 18.
Coagula liquefacta facta. Ouid. 4. Fast. 109.
Glacies liquefacta Noto. Claud. de crystallo, 74. 2.
Medullæ tabe liquefactæ. Ouid. 9. Metam. 35.
Membra liquefacta. Silius lib. 1. 36.
Ossa liquefacta sumunt feruida membris.
Saxa liquefacta. Virg. 1. Georg. 95.
Viscera liquefacta. Virg. 4. Georg. 111.
Vnda liquefacta. Ouid. 3. Metam. 98.
Liquet, Impersonale, (φανερὸν ἀναμφισβήτητον ἐστί, ἀναμφιβόλητον ἐστί,) Constat, manifestum, & certum est. Quoniam quæ resoluuntur, certa, constantia, & manifesta fiunt. Terent. Eunuch. 2. 3. 39.
Illam liquet mihi deterare his mensibus
Sex vel septem prorsum non vidisse proximis,
Nisi nunc quum minimè vellem. Cic. 4. Acad. 167. Si habes quod liqueat, neque respondes, superbis. Idem 1. de Nat. deorum, 45. Nec verò Protagoras, qui sese negat omnino de diis habere quod liqueat, sint non sint, qualesue sint, quicquam videtur de natura deorum suspicari. Idem pro Cecinna, 21. Et in eo consilio, quum causam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixisse sibi liquere, &c.
Liquet inter nos, Compertum habemus & certum. Cic. 1. de Nat. deorũ, 100. Sed (quod inter nos liqueat) nec tu quidem intelligis.
¶ Non liquere de causa dicebant veteres, quando probationes & argumenta non satis erant idonea ad diuidicandam causam. Gel. lib. 13. Vt absoluerem tamen inducere in animum non quiuis & propterea iurauimus liquere: atq; ita iudicatu illo solutus sum. Cic. pro Aulo Cluét. 60. Deinde homines sapiẽtes ex vetere illa disciplina iudiciorum, qui neque absoluere hominem nocentissimum possent, neq; eum de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare vellent: non liquere dixerunt. Ibidem, 85. Eorum verò, qui sibi non liquere dixerunt, sapientiam laudo, qui absoluere eum, quem nocentissimum cognorant, & quem ipsi bis iam antea condemnarant, nullo modo poterant: condemnare, quum tanta consilii infamia, & tam atrocis rei suspicio esset iniecta, paulò posterius patefacta re, maluerunt. Hæc Budæus. Paulus in L. Pomponius. ff. de Re iudicata. Pomponius lib. 38, ad Edictum scribit, Si vna ex pluribus iudicibus de liberali causa cognoscenti, de re non liqueat, cæteri autem consentiant: si iurauerit sibi non liquere, eo quiescente cæteros qui consentiunt, sententiam proferre: quia etsi dissentirent, sententia plurium obineret. Vlpianus de Arbitris, in L. Idem Pomponius, Proinde si forte vrgeatur à Prætore ad sententiam: æquissimum erit, si iuret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari.

Lira, liræ, priore producta, quid sit, Columella lib. 11. cap 3, docet his verbis, Est autem lira similis ei porcæ quam in sationibus campestribus rustici faciunt, vt vliginem vitent. Idem lib. 2. cap. 4, Liras autẽ rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, vt inter duos latius distantes sulcos medius cumulus ficca sedem frumentis præbeat.
Liro, liras, lirare, Liram facere. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 29. 2, Tertio, quum arant facto femine, boues lirare dicuntur, id est quum tabellis additis ad vomerem, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas, quo pluuialis aqua delabatur. Colum. lib. 11. cap. 2. 38, Lirantur autem iugera duo opera vna: at si facilis est terra, proscinditur iugerum duabus operis, iteratur vna: lirãtur vna iugera quatuor, quum in subacta iam terra latiores porcæ sulcantur.
Liratim, pen. prod. Aduerbiũ, Per liras. Colum. lib. 11. cap. 3, Habet enim velut allium plures cohærentes spicasteraque quum sint diuisę, liratim seri debent, vt in pulmis positæ, minus infestentur hyemis aquis.
LIRIMIRIS, (λιριμίρις,) Ptolemæo lib. 2. cap. 11, Germaniæ vrbs, Vulgò Mulheim.
LIRIS, (λεῖρις) Fluuius Campaniæ, Minturnas præterfluẽs, qui & Glanicus. Vulgò Garilianus. De hoc Ptolemæus lib. 3. cap. 1.
In Lirem præcipitat Fibrenus. Cic. 1. de Legib. 11.

Lis, litis, fœm. gen. (ἔρις, δίκη,) A limite dicta est, quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerunt.
Iurgium & Lis hanc habent distantiam: quòd iurgium leuior res est. Siquidem inter beneuolos aut propinquos dissensio, vel concertatio, iurgium dicitur. Inter inimicos dissensio, lis appellatur. Marcus Tul. de Repub. lib. 4, Admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam. Si iurgant, inquit, beneuolorum, concertatio, non lis: inimicorum, iurgium dicitur. Et in sequenti, Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Nonius.
Iudex de lite iocosa. Ouid. in Ibin, 53.
Cupidus litium & rixæ. Horat. 3. Carm. ode 14. 6.
Creare & serere lites, Vide CREO.
Exorta lis. Stat. 1. Achil. 68.
Dirimere litem. Ouid. 1. Metam. 5.
Litis nomen, vt vult Vlpianus in L. Litis. ff. de Verb. & rer. signifi. actionem significat, siue in rem, siue in personam sit.
Litis contestatio est hincinde apud iudicem negotii principalis facta narratio, inquiunt Iurisconsulti. Cic. Attico, lib. 16. 339. 3. Postulamus enim, vt sponsores appellentur, procuratorem introducere: neque enim illi litem contestabimur. quo facto, non sum nescius sponsores liberari. Lis contestata dici potest iudicio iam constituto, hoc est diiudicatis ac disceptatis præscriptionibus litis auspicatum morantibus. Idem pro Rosc. Amer. 19, Lite contestata, iudicio damni iniuria cõstituto. Et rursus, 21, Nam iste cum eo litem contestatam habebat. Vide CONTESTARI litem.
Instrumentum litis à Quintiliano dicitur, quod nos productionem vocamus. Quintil. lib. 12. cap. 8, In summa, optimus est in discendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem popularis, paratissimas consignationes: ipsum denique aduersarium quærens non negaturum. Ideoque opus est intueri omne litis instrumentum: quod videre non est satis: perlegendum erit. Nam frequentissimè aut non sunt quæ promittebantur, aut minus, &c.
Forum orbum litibus. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.
Medullæ litium. Quintil. lib. 2. ca. 1. 8, In mediis litiũ medullis versantur.
Hæreditariæ lites. Quintil. lib. 3. cap. 10. 3.
Nostra omnis lis est, Vide NOSTER.
Pecuniaria lis. Quintil. lib. 6. cap. 1. 37.
¶ Accipere litem, Vide ACCIPIO.
Aestimare litem. Cic. pro Cluentio, 91, Vide AESTIMO.
Agere litem aduersus aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 1. 37. Quum Dominus vxoris suæ pecuniariam litem aduersus aliquem ageret.
Amittere litem, Vide AMITTO.
Auferre litem, Vide AVFERO.
Lite cecidisse dicitur (inquit Festus) qui eius rei, de qua agebat, causam amisit. Cicero & Plautus Litem perdere dixerunt.
Coire in lites, Vide COEO.
Componere lites inter aliquos. Virg. 3. eclog. 22.
Concire lites, Vide CONCIO.
Conserere lites, Rixari. Horat. 1. Serm. saty. 5. 11.
Constituere summam totius litis in re aliqua, Vide CONSTITVO.
Contestari litem, Vide CONTESTOR.
Contrahere lites, Vide CONTRAHO.
Diiudicata lis. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.
Discernere litem aruis. Virg. 12. Aeneid. 180,
Saxum antiquum, ingens, campo qui sorte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
Litem dare secundum tabulas alicuius. Cic. pro Rosc. Comœ. 2.
Litem suam facere dicitur iudex, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, si cuidam adiudicatur eius gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: vt verã sententiam dixerit. Litis præstare cogatur. Vlpianus in L. Si filius familiis. ff. De iudiciis.
Ire in litem. Ouid. 6. Fast. 18.
Facere litem. Quintil. lib. 3. cap. 11. 16.
Litem suam facere, Litis causam suscipere, & tanquam suam defendere. Cic. lib. 2. de Orat. 168, Quid? siquæ vitia aut incommoda sunt in aliquo iudice vno, aut pluribus, ea tu in aduersariis exprobrando, non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatum esse? quidi si quem pro altero dicas, litem tuam faciasiaut læsus efferare iracũdia, cauam relinquas, nihil ne nocceas: Id est si ita agas, vt non alienam causam, sed tuam agere videaris. Gellius lib. 9, Ad hęc ego rescripsi, nihil amplius quam verba M. Catonis, quibus verbum vtrunque de quo ad me scripserat, decideretur. Nam & Varro satis aperte quid dici oporteret edocuit: & ego aduersus eum qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui. Id est, nolui rationibus cum eo contendere, sed tantum authoritatem Varronis secutum me esse ostendi: ne contentione implicarer, aut rei periculum susciperem. Budæus.
Generare lite. Quint. lib. 7. ca. 4. 5, Nisi propter verba, quę lite generãt.
Litem habere cum aliquo. Cic. 4. Acad. 174, Mecum vero quid habeat litium, qui ipsorum disciplinam sequor? Horat. 1. Serm. saty. 7. 1.
Artis litibus implicitus. Horat. de Arte, 86.
Nouas incidere lites. Virg. 9. Aeneid. 1,
Quòd nisi me quacunque nouas incidere lites
Antè sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.
Litem capitis in aliquem inferre. Cic. pro Cluentio, 91.
Instruere litem, Vide INSTRVO.
Intendere litem alicui. Cic. 1. de Orat. 122. Lucret. lib. 3. 192. 3. Vide INTENDO.
Iurare in litem, Vide IVRO.
Periculo litium se liberare. Cic. 3. Verr. 68.
Inlqua lite morari aliquem. Horat. 2. epist. 2. 4.
Litem perdere. Plaut. Casina, 14. 6, contriui diem,
Dum asto aduocatus cuidam cognato meo:
Quem hercle ego litem adeò perdidisse gaudeo. Cicero 1. de Orat. 8. Neque

Neque intelligebat, si sta esset actum, litem aduersarium perditurum. Horat. 1. Serm. satyr. 7.
Ventum erat ad Vestæ, quarta iam parte diei
Præterita, & casia tunc respondere vadato
Debebat, quod ni fecisset, perdere litem.
Litem lite resoluere. Horat. 1. Serm. satyr. 3. 21,
Nil agit exemplum quod litem lite resoluit.
Magnæ secantur iudice lites. Horat. 1. epist. 17. 9.
Adhuc sub iudice lis est. Horat. 1. de Arte, 16.
Suscipere litem, Quintil. lib. 4. cap. 2. 48.
Arbitrium litis tractare in aliquem. Ouid. 12. Metam. 126.
Litem in rem suam vertere dicitur iudex, Rem inter duos controuersam adiudicare sibi, quod est, quum iudex ita cum litigatoribus agit, vt ei iure suo cedant. Liu. lib. 3. ab Vrbe cond. circa finem, Orare ne pessimam facinus peiore exemplo admitteret iudices, litem in suam rem vertendo. Budæus.
Litem, pro Discrepantia & confusione quarũcunque rerum, etiam inani materia, posuit Ouidius 1. Metam. 5.
-quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
Hanc deus, & litem melior natura diremit.
Litigo, litigas, pen. corr. (ἐρίζω, ἀμφισβητῶ, διαφέρομαι,) litigare, Quasi litem agere, disceptare, contendere. Plau. Rud. 14. 16, Qua de re nunc litigatis inter vos? Idem Casina, 6. 35, -relinque
Aliquantum orationis, eras quod mecum litiges. Mart. lib 7. 65,
Ah inisse, & demens, viginti litigat annos
Quisquam, cui vinci Gargaliane licet? Cicer. de Amicitia, 82, Litigare se simulans blandiatur. Idem 3. Philip. 308, Hic cum C. fratre putat se litigare.
Litigium, litigii, (ἔριδμα,) Plaut. Casina, 15. 31, Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos. Idem Menæch. 17. 11, Cum viro litigium natum. Ibidem, 4. 40, Litigium tibi est cum vxore. Plin. lib. 37. cap. 10. 39, Sidereites ferro similis, & litigio illata discordias facit.
Litigiosus, pen. prod. Adiectiuum, (ἐριστικός,) Qui frequenter in litibus versatur, vel qui quauis de causa litem facit. Cic. 4. Ver. 25, Hominemque id ætatis minimè litigiosum quàm tamulè nosissimè adoriantur. Idem 1. de Orat. 133, Vereris ne tua domus talis & viri & ciuis si à litigiosis hominibus non colatur, à cæteris deseratur? Idem pro Murena, 23, Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, vnde petebatur, non habebat. Idem pro Cecinna, 10, Defensoris nimium litigiosi, conciti ad rixam.
Litigiosa disputatio. Cic. 5. de Finib. 133.
Dominus litigiosus. Horat. 1. Serm. satyr. 3. 17.
Fora litigiosa, Plena litibus. Ouid. 4. Fast. 18.
Ager litigiosus, De quo litigatur. Ouid. 2, Fast. 132.
Litigiosa iuris ignoratio, potius quàm scientia. Cic. 1. de Leg. 16.
Litigator, pen. prod. Litigatoris, Verbale, (ἐριστής,) Qui litigat: euius fœminium est Litigatrix. Plin. in Paneg. 133, Stant ante te litigatores, non de fortunis suis, sed de tua æstimatione soliciti. Suetonius de Claris grammat. 22, Cassius Seuerus interpellatis iudicibus dilationem petiit, vt litigator suus alium grammaticum adhiberet. Cic. pro Domo sua, 89, Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius quàm æstimabat.
Rusticus illiteratusque litigator. Quintil. lib. 2. cap. 11. 10.
LITISVS, (λιτισός,) Ptolemæo, Dalmatiæ vrbs, hodie Alexium.

Litera, literæ, penul. corr. (γράμμα,) In singulari & plurali, significat elementum, vt a, b. Cice. pro P. Sylla, 34. Literæ posteritatis & e plenissimum dicas.
Caducæ literæ, Vide CADVCVS.
Immutatis literis, Vide IMMVTO.
Literæ maximæ. Cic. 4. Verr. 110, Huic etiam Romæ videmus in basi sta tuarum maximis literis incisum, à cõmuni Sicilia datas.
Literæ minutæ, & maximæ, contrariæ, Vide Diminut. Literula.
Præformatæ literæ. Quintil. lib. 1. ca. 14. 24. Nam quid miserius illam legem præformatas infantibus literas persequentibus?
Litera salutaris, Vide Salutaris in SALVS.
¶ Affigere literas alicui. Quintil. lib. 1. 19, Quæ causa est præcipientibus, vt etiam quum satis affixisse eas pueris recto illo, quo primum seribi solent contextu videntur, retroagant tursus.
Dicere literam. Quintil. lib. 1. cap. 4. 11. Vt pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius literam dicere non posset, irridet.
Imprimere literam humi, Vide IMPRIMO.
Inspirare alicui literæ, Vide INSPIRO.
Intexere literas vestibus, Vide INTEXO.
Ordinare literas syllabarum, Vide ordino in ORDO.
¶ Litera, dicitur quasi legitera, eo quòd legenti præbeat iter. Vel quòd in legendo iteretur, vt aut Seruius. Vel à lituris, q̃ scripta deleri possit quia in ceratis tabulis plerunque antiqui scribere solebant, & inde delebant. Vel à lino, linis, quòd in scribendo illinitur, id est leniter inducitur atramentum.
Literam longam facere, pro Laqueo vitam finire, quòd laqueus similitudinem literæ habeat, Vel potius quia suspensi corpus rectum, & pedes porrecti, speciem habent L literæ. Plautus Aulul. 4. 38.
-neque quicquam melius est mihi,
Vt opinor, quàm ex me vt vnam faciam literam
Longam, laqueo collum quando obstrinxero.
Trium literarum homo, Id est Fur. Plaut. Aulul. 9. 46,
-tu trium literarum homo
Vituperas me? A. etiam fur trifurcifer.
Ad literam, Idem quod Ad verbũ, & qd barbari literaliter dicũt. Quint. lib. 9. cap. 1, Quem duobus ab eo liberis tractatum locum, ad literam subieci, Vide AD præpositionem.
¶ Litera, Scriptura. Cic. 3. Verr. 64, Vina, cæteraq; quæ in Asia facillimè comparantur, quę ille reliquerat, aſ portauit, reliqua vẽdidit, pecuniã exegit. Quum ad HS XXD quinquies redegisse cõstaret, vt Romã rediit, nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit. Id est schedulam, nullam scripsit qua testaretur & agnosceret se accepisse pecunias, vina, & similia.
Literis mandare, pro Scribere. Plin. lib. 9. cap. 8. 5, Pigeret referre, nisi res Mecœnatis & Flauiani & Plauii Aliii, multorumq; esset literis mandata. Cice. 4. Acad. 5, Itaque vt literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus. Vide MANDO.
Commendare literis, Vide COMMENDO.
Consignare literis, Vide CONSIGNO.
Tradere aliquid literis. Quintil. in Procem. lib. 1. 3.
¶ Literæ, literarum, pluraliter tantum, pro Epistolis accipitur. Cic. Attic. libro 13, Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortasse alteræ post meridianæ, nisi te Epiroticæ literæ impediant.
Literæ de Britannia. Cic. Q. fratri, lib. 2. 16. 13.
¶ Litera, in singulari, pro Epistola, apud poetas quãdoq; legitur. Ouid. 3. epist. 1, Quam legis, ab rapta Briseide littera venit.
Littera arcana. Ouid. 9. Metam. 104.
Dedũta mero littera. Ouid. 16. epist. 18
Infelix littera, Quæ infausta aliquid nuntiat. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 1.
Lecta littera. Ouid. 20. epist. 48.
Nuntia litera. Ouid. 6. epist. 2.
Scripta littera. Ouid. epist. 5. 6.
Tristis littera. Ouid. 1. de Arte, 97.
¶ Litera, pro scribentis mano. Cic. Attic. lib. 7. 122. 3. Nã Alexidis animũ amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ. manum non amabam quòd indicabat te non valere.
¶ Litera, pro paucis verbis, vel epistolio. Cic. ad Atticum, lib. 13. 190, 5, Neq; inde venit, vnde mallem, neq; diu obfuit, neq; vllam literam ad me. Idem Caninio, lib. 2. 16. 13, Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit.
Nullam literam scripsi, pro nihil scripsi. Cic. pro Archia. 13. Et 1. de Oratore, 43, De frangendis cupiditatibus, cõfirmandis hominũ moribus, litera in eorum libris nulla inueniretur.
¶ Accuratæ literæ, Vide ACCVRO.
Ardentes literæ, Vide ARDEO.
Atroces literæ, Vide ATROX.
Compositissimæ literę, Vide COMPONO.
Contumeliosæ in aliquem literæ, Vide CONTVMELIA.
Crebræ literæ, Vide CREBER.
Inconstantes literæ, Vide INCONSTANS.
Laureatæ literæ. Liu. lib. 5. Decad. 5.
Lepidæ literæ, Vide LEPIDVS.
Liberiores literæ, Vide LIBER.
Properæ literæ. Tacit. lib. 1, Vixdum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur.
Mutum à literis tempus, Vide MVTVS.
¶ Accire properis literis, Vide ACCIO.
Accipere literas, Vide ACCIPIO.
Accõmodare literas ad rem aliquam, Vide ACCOMMODO.
Affluunt literæ, Vide AFFLVO.
Afferre literas, Vide AFFERO.
Aperire literas, Vide APERIO.
Appellare literis quempiam, Vide APPELLO.
Assequi literas, Vide ASSEQVOR.
Cantant literæ, Vide CANTO.
Castigare literis, Vide CASTIGO.
Cognoscere ex literis, Vide COGNOSCO.
Colloqui per literas, Vide COLLOQVOR.
Commeant literæ, Vide COMMEO.
Committere literas, Vide COMMITTO.
Componere literas, Vide COMPONO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deferre literas alicui & ad aliquem, Vide DEFERO.
Auide expectare literas amici, Vide AVIDVS.
Intercipere literas, Vide INTERCIPIO.
Mittere literas, Vide MITTO.
Mittere obuiam literas, Vide MITTO.
Monere literis, Vide MONEO.
Obsignare literas, Vide OBSIGNO.
Perferre literas, Vide PERFERO.
¶ Literæ publicæ, quæ barbari Registra vocant. Cic. 3. Verr. 63. Quam obrem vnam ex decem (nauibus) non prædonum repentino aduentu, sed legati latrocinio: non vi tempestatis, sed hac horribili tempestate sociorum amissam, in literas publicas retulerunt.
Corrumpere literas, Vide CORRVMPO.
¶ Literæ, pro Edicto & mandato magistratus. Cic. 7. Verr. 45, Cedo mihi eiusdẽ Prætoris literas, & rerum decretarũ, & frumenti imperati. Bud.
Flammauere insuper allatæ à Vespasiano literæ. Tacit. lib. 20.
Literæ, Authoritates scriptæ. Cic. 3. Verr. 10, In Siciliam sum inquirendi causa profectus: quo in negotio industriam meam celeritas reditionis, diligentiam multitudo literarum, & testium declarauit.
Condere literas in ærario, Vide CONDO.
Perscrutari literas, Vide PERSCRVTOR.
Manifestas literas quærũ, Vide MANIFESTVS.
¶ Literæ, Instrumenta, documenta, monumenta. Cic. pro Quintio, 20, In Galliam ad te ipsum venit, in agrum communem: eò denique vbi non modò res erat, sed ratio quoq; omnis, & oẽs literæ. Literas vocat, societatis rationes, & scripturã seu perscriptiones & tabulas. Idem 7. Verr. 128, Itaque ego id solum ex literis ostendã Syraculanorũ. Bud.
¶ Literæ, pro Scientiis & disciplinis, quæ literarum monumentis continentur. Cice. Lucceio, lib. 5. 15. 6, Quod enim esse poterat mihi profugium spoliato & forensibus, & domesticis ornamentis, atque solatiis? literæ credo, quibus vtor assiduè. Plaut. Trucul. 16. 22, Literas didicistiquando scis, sine alios discere.
Literæ & studia. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 14, Quæque vita maxime est ad naturam, ad eam me refero & literas & studia nostra.
Nullis literis vir, Vide NVLLVS.
Infœlices literæ. Quintil. in Proœm. lib. 6. 4, Tunc igitur optimum fuit infausto opus, & quicquid est in me infœlicium literarum, super immaturum funus consumpturis viscera mea flammis iniicere.
Literæ interiores. Cice. Volumnio, lib. 7. 34. 5, Opus est hîc limatulo & politulo tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus sæpe verecundiorem me in loquendo facis. Vetus exemplar habet, polito.
Literæ reconditæ. Cic. ad Trebonium, lib. 15 21. 11, Multæ erant, & reconditæ literæ, vis non erat.
Vulgares, & Interiores, siue reconditæ literæ, contraria. Cicero de Claris Orat. 144, Erant in eo plurimæ literæ: nec eæ vulgares, sed interiores quædam, & reconditæ.
¶ Abdere se literis, Vide ABDO.
Alienus à literis, Vide Alienus in ALIVS.
Assidere literis, Vide ASSIDEO.
Literas attingere, Id est Tractare, & versari in studiis literarum. Cice. ad Tironem, lib. 16. 14. 2, Ego omni delectatione, literisque omnibus careo, quas antè quàm te videro, attingere non possum.
Attingere leuiter literas, Vide ATTINGO.
Deditus literis à pueritia, Vide DEDO.
Eruditus literis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 27.
Imbutus leuiter literis. Quintil. lib. 1. cap. 2. 12.
Initiatus literis, Vide INITIVM.
Instituere aliquem literis. Quintil. lib. 1. cap. 1. 11.
Inuoluere se literis, Vide INVOLVO.
Perdiscere literas, Vide PERDISCO.
Versari in studio literarum. Cic. de Arusp. resp. 16.
¶ Literæ, Scripta. Cicero ad Atticum, De Crasso qui mihi eam laudem eo minus deberet, quòd meis omnibus literis in Pompeiana laude esset perstrictus.
Mea manu literæ, Vide MEVS.
Literula, literulæ, pen. corr. Diminutiũ, (γραμμάτιον, γραμματίδιον,) Cic. 6. Verr. 83, Signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femine literulæ minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum. Idem ad Tironem, lib. 16. 13. 3, Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis.
Literulæ, Epistolium. Cic. ad Atticum, lib. 12. 32. 1, Vndecimo die postquam à te discesseram, hoc literularum exaraui. Eidem, lib. 14. 301. 2, Etsi noui nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti literulas.
Literulæ, pro studiis. Cice. ad Tironem, lib. 16. 12. 3, Literulæ meæ siue nostræ tui desyderio obliguerunt. Eidem, lib. 7. 122. 10, Chrysippum verò, quem ego propter literularum nescio quid, libenter vidi, in honore habui.
Græcis litterulis imbutus. Horat. 2. epist. 2. 2.
Literãtus, pen. prod. Adiectiuum, (γραμματικός,) Literis ornatus, eruditus, doctus. Cic. 3. Verr. Circumpedes autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisse. Plaut. Casina, 9. 48,
- si hic literatus, me sinat,
Quod bonum, atque fortunatum mihi sit. Idem Rud. 1. 2. 19,
Nam hæc literata est, ab se cantat cuia sit. Cic. 3. de Nat. deor. 29.
Viri literati, ac studiis, doctrinisque dediti. Cic. pro Corn. Bal. 1.
Literatus & disertus fuit. Cic. de Claris Orat. 4.
Literatus, Cui aliquid superscriptũ & insculptũ est. Plaut. Rud. 24. 114,
In eo ensiculo literarum quid est? P. mei nomen patris.
Post altrinsecus est securicula accipes, item aurea
Literata ibi matris nomen in securicula est. Idem Pœn. 14. 14.
Haud secus tu videas literatas ibi epulas,
Pice signatas, nomina insunt cubitum longis literis.
Literatum otium. Cic. 5. Tuscul. 149, Quid est enim dulcius otio literato? Id est in quo literis damus operam.
Litérate, pen. prod. Aduerbium, (πεπαιδευμένως,) Docte, eruditè, elegantè. Cic. de Arusp. resp. 15, Quid igitur respondere? quæro ex eo iuniores, qui ferre me non potest, me ciuem esse Romanum literatè respondisse, an tacuissem? desertum negotium. Idem in Pisonem, 48, Quæstiones si cognoris, intelliges nemini plusquàm mihi literas profuisse: ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, vt scriba, &c. Idem de Claris Orat. 55, Iisdemque temporibus L. Furius Pilus perbenè Latinè loquebatur, literatiusque quàm cæteri.
Literarius, Adiectiuum, (γραμματικός,) Quod ad literas pertinet. vnde Ludus literarius. Plin. lib. 9. cap. 8. 4, Ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, &c. Id est, in scholam. Quintil lib. 1. cap. 3. 20.
Literãtor, pe. pro. literatôris, (γραμματιστής) Qui literas nouit vel docet.
Literatorem, Non perfectum literis, sed imbutũ tantum esse, docet Suetonius de Claris grammat. cap. 4. b, Nam apud maiores, ait Orbilius, quum familia alicuius vænalis produceretur, non temere quem non literatum in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum literis, sed imbutum.
Litterator Sylla. Catul. ad Caluum, epig. 14. 2.
Literatûra, literatúræ, pen. prod. (γραμματική,) Ars quæ de literis tractat. Cic in Partit. 15, Nihil sanè præter memoriam, quæ est germana literaturæ quodammodo, & in dissimili genere perimilis. Quintil. lib. 2. cap. 14. 3, Nos ipsam nunc volumus significare substantiam, vt grammatice literatura est, non literatrix, quemadmodum oratrix est oratoria literatoria quemadmodum oratoria. Martianus lib. 3, Mihique arrisit literatorum literarum formas propriis ductibus lineare: hicque mihi Romulus literaturæ nomen adscripsit. Verba sunt grammatici.
Literatura, Literarum cognitio & scientia. Cic. 2. Philipp. 111, Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. De Cæsare loquens.
Lithargyrium, siue lithargyros, pen. corr. (λιθάργυρος,) Argenti scoria, in duritiem lapideam congelata: cuius vsus est in medicinis, appellantque pharmacopolæ lithargyron argenti corruptè, ad differentiam scoriæ vel spumæ auricæ, quam lithargyron auri nominant. Plin. lib. 26. cap. 9. 7.
Lithospermum, (λιθόσπερμον,) Herba de qua sic Plinius lib. 27. cap. 11. 4, Vulgus nostrum hanc herbam solis appellat.
Lithostrotos, m. g. & hoc lithostrôtũ, pen. prod. (λιθόστρωτος,) dictiio composita ex λίθος lapis, & στρωτός sternitus: est locus lapidibus stratus. Lithostrota ex parunlis crustis conlocabant, quibus solum pauimenti incrustabatur. Varro 3. de Re rust. cap. 1, Quum enim villam haberes opere rectorio & intestino, ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectanda: parum putasses esse, ni tua quoque literis exornati parietes essent. Ibidem, cap. 2. 3, Nunculbi hîc vides pictum, aut aurũ? num minium aut arminiũ? num quod emblema, aut lithostrotum? Plin. lib. 36. ca. 15. 1, Pauimenta originẽ apud Graecos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam.

Litigator, Litigiosus, Litigo, Litigium,

LIS litis.

Lito, litas, (λιτανεύω, πιστεύω, ἱστεύω,) litare: & Liter, litas, litare, Deponens, Sacrificio facto deos placare, votumque impetrare. Plaut. Pœn. 6. 7, Quoniã litare nequeo, abii illinc ilico Iratos. Suet. in Cæs. Deinde pluribus hostiis cæsis, quum litare non posset, introiit curiam. Plin. de Viris illust. 4. a, Et dum Numam Pompilium sacrificiis imitatur, Ioui Elicio litare non potuit, fulmine ictus cum regia conflagrauit. Cic. 2. de Diuin. 53, Quum enim tristissima extra fine capite pulcherrime. Ibidem, 56, Quid quum pluribus diis immolatur, quid tandem euenit vt litetur alis, aliis non litetur?
Inter Litare & Sacrificare hoc interest, vt ait Nonius. Sacrificare est Veniam petere: Litare est Propitiare & votũ impetrare. Virg. 4. Aen. 103, Tu modò posce deos veniam, sacrisque litatis, Indulge hospitio. Vbi Seruius, Diis litatis debuit dicere. Non enim sacra, sed Deo supplicabimus litamus, id est placamus. Ergo non dixit. Plaut. Pœn. 6. 41, Si hic litatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pressos in artus venit liuor.Ouid.10.Metam.52.
Tumore aut liuore decoloratum corpus mortui si sit,significat eum veneno necatum.Author ad Heremium,lib.2.39.
¶ Liuor,Colorem nigriorem significat. Varro, Paulatim liuor in candorem vertitur,& omnis macies è corpore abiecedit.
Niger liuor.Ouid.in fragmento,6,
Sed niger in vaccæ pectore liuor erat.
Abit de corpore liuor.Ouid.1.Trist.91,
Et quibus è succis abeat de corpore liuor.
Liuorem contrahere,Nigrescere.Colum.lib.12.cap.47.3,Quia hæc candidior est oliua,quàm ea quæ contusione liuorem contrahit.
¶ Liuor,pro inuidia.Lucan.lib.1.59,
Liuor edax tibi cuncta negat,gentesque subactas. Martial.lib.11.34,
I nunc liuor edax,dic tu gessisse Neroni.
Malignitas,& liuor. Tacit.in vita Agricolæ, Pessimi malignitate,& liuore pronum deteriorihus principem extimulabant.
Acerbus liuor.Claud.3.de raptu Proserp.58.
Edax liuor.Ouid.1.Amor.eleg.15.1.
Liuor subcruentus.Celsus lib.5.cap.18, Quòd si facie cõtusa liuor subcruentus est.
Maleuolentia & liuore impediuntur ne quid faciant. Brutus Ciceroni, lib.11.10.2.Vide IMPEDIO.
Lædere vinos Liuor,& iusso carpere dẽte solet.Oui.3.de Põt.eleg.4.15.
Pascitur in viuis liuor,post fata quiescit.Ouid.1.Amor.eleg.15.8.
Liuidus,pen.corr.Adiectiuum, (πελιδνὸς,πελιδὼ,) Qui ex percussu carnem nigram habet fluxione cruoris ad eum locum qui percussus est. Plin. Tapsiæ succus sugillatis ac liuidis prodest.
Factaque lasciuis liuida colla notis.Ouid.1.Amor.eleg.8.20.
Ora liuida facta digitis.Ouid.epist.19.17.
¶ Liuidus,Niger.Virg.6.Aeneid.143,
Quidúe petunt animæ,vel quo discrimine ripas
Hæ linquunt,illæ remis vada liuida verrunt. Seruius. Plinius lib.16. cap 15.2,Cortice liuido.
Brachia liuida armis.Horat.1.Carm.ode 8.2.
Racemi liuidi.Horat.2.Carm.ode 5.3.
Vada liuida Cocyti.Virg.6.Aeneid.64.
Vorago paludis liuidissima.Catul.ad Coloniam,epig.17.3.
¶ Liuidus, Inuidus: quòd qui inuidia laborant, exedentes se dolore, hunc colorem contrahunt. Martial.lib.1.125, Omnibus inuideas liuide,nemo tibi.
Inuidus,maleuolus, liuidus. Cic.4.Tuscul.42, Ergo inuidi, & maleuoli, liuidi,& timidi,& misericordes,quia procliues ad eas perturbationes, non quia semper feruntur.
Liuidus & mordax.Horat.1.Serm.saty.4.19.
Dens liuidus.Horat.Epod.5.10.
Obliuiones liuidæ.Horat.4.Carm.ode 9.7.
Turba liuida.Ouid.1.Fast.15.
Liuidulus,pen.cor Adiect.diminutiuũ,(ὑποπελιδνός,) Iuuen.Saty.11.11,
Ponebant igitur Tusco farrata catino
Omnia tunc;quibus inuideas,si liuidulus sis.
Liueo,liues, (πελιδνόω,πελιδόομαι,) liuêre, Atrum esse. Plin.lib.22.cap. 21.10,Cortex verò(scilicet heliostrophii) liuentibus colorem reddit. Idem lib.20.cap.43.1, Quidam eodem nomine appellant pustulas liuentes ac noctibus infestantes.
Labellis impressis liuere.Ouid.1.Amor.eleg.7.9.
Liuent rubigine dentes.Ouid.2.Metam.156.
Brachia liuentia.Ouid.6.Metam.56.
Crura liuentia compedibus.Ouid.2.Amor.eleg.3.10.
Genæ liuentes.Stat.5.Sylu.5.3.
Planctu liuentes atra lacertos.Lucan.lib.2.8.
Nebula liuens.Silius lib.6.57, - tandem exhalauit in auras
Liuentem nebulam fugientis ab ore veneni.
Pectora liuentia tundunt.Ouid.8.Metam.108.
Pruna nigro liuentia succo.Ouid.13.Metam.175.
Racemi liuentes.Propert.lib.4.eleg.2.13.
Terga liuentia equorum.Silius lib.7.138.
¶ Liuere,Inuidere.Pompeius,Malignus homo fortunis aliorum semper liuens.Martial.lib.10.55,Liuet Carinus,rumpitur,&c.
Fata liuentia.Stat.5.Sylu.1.22,Magis vsitatum est Inuida fata.
Liuesco, liuescis, (πελιδνόομαι,) liuescere, Liuidum fieri & inuidere. Claud.lib.3.de rap.Proserp.6,
Haud equidem inuideo,nec enim liuescere fas est,
Vel nocuisse deos. Martial.lib.8.52,
Liuescit nulla caligine fusca,nec odit
Exploratores nubila massa focos.
Digiti liuescunt in pedibus.Lucret.lib.3.107.

LIX, licis,fœm.g.(κόνις,) Cinis.Varro apud Plinium,lib.36.cap.27.2, Lix cinis est focl. Vel
Lix,Aqua cineri immista.

Lixiuium,lixiuii,siue Lixiuia,lixiuiæ, (χονία,) Aqua in qua lauandi gratia decoctus est cinis. Columel.lib.12.cap.16.3,Sunt qui culmos fabæ exurant,& ex eo quod cremauerunt,cinere lixiuium faciant. Legimus lixiuiam fœminino genere. sequitur enim, Deinde in liximæ seminarios,&c. Idem lib.12.cap.16.1, In olla noua fictili ampla præparatam lixiuiam cineris sarmenti calefieri conuenit,&c.
Lixiuum vinum, (πρότροπον οἶνον,) dicitur à Columella lib.12.cap.41. quod Plinius Protropum vocat.Vide PROTROPVM.
Lixiuius, Adiectiuum. vt Lixiuius cinis. Plin.lib.14.cap.20.7. & lib.11. cap.17.7, Quidam vt has faciant in cineré lixiuio tingunt proinde quàm detraxere vitibus.
Lixa,lixæ, (σκηλοφόρος,) pluraliter,Lixæ lixarum,mascul.gen. sunt (vt scribit Pompeius)qui exercitum sequuntur, quæstus gratia dicti quod extra ordinem sint militiæ,eisque liceat quod libuerit.Alii eos à Lixa appellatos credunt,quòd & Herculem secutus sit.Quidam à ligniẽo do quæstum.At Marcellus,Elixum est (inquit) quicquid ex aqua mol litur vel decoquitur:nam lixam,aquam veteres esse dixerunt. vnde & lixæ dicti,qui militibus aquam ad castra,vel tentoria solent ferre.Pe rottus lixas esse affirmat eos,qui vilioris quæstus gratia exercitum sequuntur,vt puta lauandi aut coquendi causa appellatosque à cinere. Liuius 5. ab Vrbe,37, Minus militum periturquia præter ægros, lixarum in modum, omnes per agros, vicinasque vrbes negotiabantur. Idem 9.bel.Maced.3, Itaque non lixa sequebatur, non iumentorum longus ordo agmen extendebat. Idem 3.bel. Pun.71, Impedimenta subsequi iussit,calones,lixasque,& inualidos milites vallum ferre. Idem,lib.1.252,Lixæ modo,sine insignibus,sine lictoribus proficiscam,furtim, &c.
Vulgus lixarum.Silius lib.5.7, - omnisque ruebat
Mistus eques,nec discretis leuia arma maniplis
Insertique globo pedites:& inutile Marti
Lixarum vulgus,&c.
Lixus,lixa,lixum, (ἑφθός,) Quod est coctum cinere ollæ supposito.
Lixo,lixas, (ἑψέω,) lixare,Lixum facere.
Lixabũdus,(σκηλοφορεῖν,) Qui exiguę mercedis gratia vilissimis seruitiis obsequiis immiscet. Plaut. Qui famã tuã lixabũdus & nomen fundis.
LIXVS, (λιξός,) colonia à Claudio Cæsare facta in Mauritania, vel fabulosissimè ab antiquis narrata.Ibi regia Antei,certamenq; cum Hercule, & Hesperidum horti. Affunditur autem huic æstuarium è mari flexuoso meatu,in quo draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Verba sunt Plinii lib.5.cap.1. Est & Lixus,amnis in eadẽ ora, cuius meminit ibidem Plinius, & Pomponius Mela in fine sui operis.

L O

Loba, lobæ, (ἠκολουμένη λοβή,) quid sit interpretatur Plinius lib. 18.cap.7,Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est,nigrum colore,amplum grano,arundineum culmo.Adolescit ad pedes altitudine septem pregrandibus culmis:lobas vocant, omnium frugum fertilissimum.

Locellus, Vide Loculus in LOCVS.

Locito,Loco, locas,Vide LOCVS.

LOCORITVM, (λοκόριτον,) authore Ptolemæo,vrbs Germaniæ bodie Trutonia.Vulgò Porchein.
LOCRIS,Locridos,pen.corr. (λοκρῶν,) Regio est proxima Phocidi:loquuntur & Locri,eius regionis populi.Locri item, vrbs insignis in Italia,à Locris Aiacis Oilei sociis,Euanthe duce,cõdita, qui paulo post conditam Crotonem & Syracusas,in Italiam profecti sunt è sinu Crisæo,qui in Corinthiaco est.Virgil.lib.3.Aeneid.80,Hic & Narycii posuerunt mœnia Locri. Notandum verò, Epicnemidios fuisse dictos, antè quàm Italiam petierint, mox Epizephyrios,vt notant Vadianus & Seruius.Alii sunt Locri in Græcia cognominati Ozolæ,à malo odore.Alii Opontii Beotiis finitimi,qui & Epicnemidii dicti sunt.

Loculatus, Loculamentum, Loculus, Locuples, Vide LOCVS.

Locus, loci,m g. (τόπος, χῶρος, ἕδος, χωρίον,) Pluraliter hi loci, vel hæ loca,locorum, in diuersa significatione, Quicquid aliquid continet: siue, vt ait Varro de Ling.Lat. vbi quicquam consistit.Plaut.Cistel.10.8, - vbi ea sit,nescio:
Nisi,vt opinor,loca hæc circiter excidit mihi. Virg.8.Aeneid.10, Hic locus vrbis erit. Cic.Sulpitio, lib.4.12.10, Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ,locum delegimus,ibique eum collocauimus:posteaque curauimus, vt iidem Athenienses in eodem loco monimentum ei marmoreum faciendum locarent. Idem in Partit.21, In locis autem,& illa naturalia,maritimi an remoti à mari,plani an montuosi,læues an asperi,salubres an pestilẽtes,opaci an aprici:& illa fortuita,culti an inculti, celebres an deserti, coædificati an vasti, obscuri an rerũ gestarũ vestigiis nobilitati, cõsecrati an profani. Idẽ ad Attic. lib.5.

lib.5.150.7,Oés copias in vnũ locũ primo quoq; tempore cõuenire.
Loca & locus,Gellius pro eodem ponit lib.6 cap.6, Nam quoniam non ipsæ tantũ res quæ prosperius prouenerant,sed etiam loci quos capiũt, quod idoneè felicesque sunt,præpetes appellantur: iccirco Dædali penatis præpetes dixit,quoniam ex locis in quibus periculum metuebat,in loca tutiora peruenerat.
Locos porrò præpetes,& Augures appellant.Virg.1.Aeneid.74, Deuenere locos,vbi nunc ingentia cernis Mœnia.
¶ Ad id locorum,Vide AD præpositionem.
Alienus loci,Qui peregrinus est in loco aliquo.Ouid.1.Fast.80,
Di quoque cultores in idem venere,Lycæi,
Et quicunque loci non alienus erat.
Cultus locorum.Stat.1.Sylu.1.9.
Cultus,habitusq; locorum.Virg.1.Georg.11.
Facies locorum. Tacit.libro 14, Non vt hominum vultus,ita locorum facies mutantur. Idem libro 4, Antequam Vesuuius mons ardens faciem loci verteret.
Forma locorum.Ouid.3.Trist.eleg.4.12.
Fraus loci.Virg.9.Aeneid.80,
-ac videt Euryalum,quem iam manus omnis
Fraude loci, & noctis subito turbãte tumultu
Oppressum rapit.
Ignarus loci.Virg.2.Aeneid.77.
Ingenium loci.Stat.1.Sylu.2.9.
Opaca locorum.Virg.2.Aeneid.45.
Positus locorũ.&situs locorũ.Stat.5.Syl.3.48.
Regio certa loci.Lucret.lib.2.53.
Species,cultusq; locorum.Stat.2.Sylu.2.9.
Vbicunque locorum vinitis.Horat.1.epist.3.7.
¶ Abdita loca,Vide Abditum in ABDO.
Aestiuus locus,Vide ABSTAS.
Affluens studiis locus,Vide AFFLVO.
Locus amœnus,ab arbitris remotus.Ci.7.Ver.64.
Loca amicta niue.Catul.de Berecyn.epig.58.14.
Ego viridis algida Idę niue amicta loca colãt
Appositus,Vide APPONO.
Apricus,Vide APRICVS.
Apteus locus equis.Horat.1.epist.7.9.
Arbustiuus locus.Vide ARBVSTVM.
Aspera loca.Ouid.1.Meta.103.Vide ASPER.
Bacchata loca,Vide BACCHOR.
Bellicosissimus locus,Vide BELLVM.
Bellus locus,Vide BELLVS.
Calculosa loca,Vide CALCVLVS.
Capitalis locus,Vide Capitalis in CAPVT.
Clinosus locus,Vide CLIVVS.
Circumiecta loca vrbi,Vide CIRCVNIICIO.
Cõmodior locus.Ouid.3.de Ponto,eleg.9.8.
Conclusus locus.Horat.1.Serm.satyr.4.16.
Culta loca.Lucret.lib.1.41.
Declinis & præceps locus, Vide DECLIVIS.
Deformes loci visu ac memoria.Tacit.lib.1,
Incedunt mœstos locos,visuq; ac memoria deformes.
Deserta pastorum loca.Lucret.lib.5.179.
Dira funarum loca.Senec.Herc.fur.15.17.
Loca editiora.Cæsar 1.bel.Ciuil.29.
Effera loca Ponti.Valer.4.Argon.64.
Finitimi loci.Ouid.epist.7.24.
Foeta loca furentibus Austris.Virg.1.Aeneid.11.
Inanis locus,Vide INANIS.
Infamis locus.Ouid.epist.17.14. Idem in Ibin,73.
Intumescens locus,Vide INTVMEO.
Lætantia loca aquarum.Lucret.lib.2.69.
Læti loci.Virg.6.Aeneid.128,
Deuenere locos lætos,& amœna vireta
Fortunatorum nemorum.
Lapidosa loca,Vide LAPIS.
Latebrosus locus,Vide LATEO.
Lepidus locus,Vide LEPIDVS.
Lethifer locus.Ouid.5.Metam.27,
Haius in obliquo missum stetit inguine ferrum,
Lethifer ille locus,&c.
Liber locus,Vide LIBER.liberi.
Medius mundi locus,Vide MEDIVS.
Mœsti loci.Tacit.lib.1.
Montosus locus,Vide MONS.
Munitissimus habendi Senatus locus,Vide MVNIO.
Natalis locus.Ouid.2.Amor.eleg.16.8.
Nebulosus locus,Vide NEBVLA.

Memorosus locus.Ouid.epist.15.11.
Notus locus prodigio.Ouid.6.Metam.65.
Obnubila loca,Vide OBNVBILVS.
Obsita virgultis loca,Et Obsita tenebris loca,Vide OBSERO.
Occultissimus locus.Plin.lib.14,cap.6.2.Vide OCVLVS.
Opacus locus,Vide OPACVS.
Locus opacus & frigidus in sylua.Cic.3.de de Oratore,11.
Loca opaca & sylus redimita.Catull.de Berecynth.epig.58.1.
Crebro salisto oppletus locus,Vide CREBER.
Opulenta loca.Seneca Herc.furente,5.5.
Palustris locus,Vide Palustris in PALVS.
Perbonus locus,Vide PERBONVS.
Peruia loca equo.Ouid.8.Metam.76.
Plena metus loca.Ouid.4.Metam.13.
Plena timoris loca.Ouid.10.Metam.6.
Præcipites loci.Lucret.lib.4.104.
Priuati,ac publici loci.Tacit.lib,11.
Sacer locus.Pers.Saty.1.12.
Saluber locus.Claud.7.Paneg.65.
Secreta loca petere.Horat.de Arte,61.
Silentia loca.Virg.6.Aeneid.53.Intelligit regna inferorum.
Non steriles loci.Senec.Here.Oeth.2.6.
Surda loca,in quibus nullus audiri strepitus,aut nulla vox.Sen.Herc.fur. 7.11.Sic Cæca vocantur loca,quæ tenebricola sunt.
Viridis locus Eurotæ,Id est prata Eurotæ.Stat.1.Sylu.5.8.
Viriatus locus. Celsus lib.5.cap.26,Si nihilo magis malum constitit, vti id quod est inter integrum ac vitiatum locum debet.
¶ Abducere in aliquem locum,Vide ABDVCO.
Adducere in locum,Vide ADDVCO.
Ambire locum.Ouid.5.Metam.125.
Capere locum.Virg.5.Aeneid.37.Vide CAPIO.
Locus opportune captus ad eam rem.Cic.pro Sex.Ros.41.
Celebrare locum conuentu,Vide CELEBRO.
Cedere loco,Vide CEDO.
Sententia mutata loco cedit.Virg.9.Aeneid.45.
Circumscribere locum alicui,Vide CIRCVMSCRIBO.
Committere se in locum præcipitem,Vide COMMITTO.
Compellere in vnum locum,Vide COMPELLO.
Camporum loca cursu complent Lucret.lib.2.65.
Confluere in vnum locum,Vide CONFLVO.
Congregare vnum in locum,Vide CONGREGO.
Conquiescere in loco,Vide CONQVIESCO.
Conuenire in locum,Vide CONVENIO.
Conuestire locum dicitur hedera,Vide CONVESTIO.
Decedere loco.Tacit.lib.3.
Deferre in aliquem locum,Vide DEFERO.
Demouere aliquid locis.Tacit.lib.11,Censendo nomen,& effigies priuatis,ac publicis locis demouendas.
Destinare locum vulneri.Sene.Thebaid.1.32.
Displicet iste locus.Horat.1.epist.20.10.
Ignotis errare locis.Ouid.4.Metam.59.
Nouos locos explorare.Virg.1.Aeneid.67.
Nefastis locis imposuere delubra.Stat.1.Thebaid.55.
Inaugurare locum,Vide INAVGVRO.
Incolere locum aliquem,Vide INCOLO.
Incumbere loco.Ouid.2.Metam.68,
Reperit ossa tamen peregrina condita ripa,
Incubuitque loco,nomenque in marmore lectum
Perfudit lachrymis.
Incurrere in loca,Vide INCVRRO.
Insidere locum insidiis, Vide INSIDEO.
Instruere locum,Vide INSTRVO.
Intendere locum sertis,Vide INTENDO.
Legunt loca sorte.Virg.5.Aeneid.27.
Migrare in locum,Vide MIGRO.
Moliri locum.Virg.7.Aeneid.32,
-ipse humili designat mœnia fossa
Moliturque locum,&c. Vide MOLIOR.
Mutare locum,Vide MVTO.
Mutare locum in melius.Lucan.lib.6.12.
Mutare se loco.Horat.2.Serm.satyr.7.13.
Noui locum vbi sit,Vide NOSCO.
Obsidere locum,& Locus obsessus corporibus,Vide OBSIDEO.
Optare locum,pro Eligere,Vide OPTO.
Ordinare locum vitibus,Vide Ordino in ORDO.
Parare locum,Vide PARO.
Penetrare locos.Lucret.lib.4.251.
Peterrare omnem locum.Virg.5.Aeneid.89.
Possidere locum.Lucret.lib.1.196.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Celeberrima per loca vadit. Horat. 1. epist. 18. 6.
Vexare locum aliquem. Horat. 1. Serm. saty. 8. 4.
- ferisque feræque suetæ
Hunc vexare locum.

¶ Ex loco inferiore agere. Cic. 3. de Orat. 13, Nam siue de cœli natura loquitur, siue de terræ, siue de diuina vi, siue de humana, siue ex inferiore loco, siue ex æquo, siue ex superiore. De inferiore loco, est ad iudices: de superiore, pro Rostris: ex æquo, est in Senatu. Idem 6. Verr. 44. & 77. Budæus.

Priore loco causam dicere, Est autè defendere quàm quis sit accusatus. Cic. pro Quintio, 17, Aut causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Budæus.

Posteriore loco causam dicere, Id est defensorem esse, & pro reo dicere. Cicero, Quoniam maiores ita constituerunt, vt qui pro capite diceret, is posteriore loco causam diceret.

¶ Nullo loco deesse, pro Nunquam. Cicero ad Tironem, lib. 16. 6. 8, Adhuc dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti. Vide NVLLVS.

¶ Secundo loco, pro Præterea. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 6. 2, Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in tuis rebus.

¶ In eum locum res rediit, Id est in eum statum. Plaut. Bacchid. 13. 24,
In eum nunc reuenit res locum, vt quid consilii
Dem meo sodali super amica, nesciam. Terent. Adelph. 3. 2. 46,
Peiore res loco non potest esse, quàm in quo nunc sita est. Idem Phorm. 2. 4. 6, - videris quo in loco res hæc sieri
Quid ago? Liu. 4. ab Vrbe, 287, At enim omnis res per hæc loco est peiore. Cæsar 1. bel. Gal. Quum ex calonũ fuga quo in loco res esset, quantoq; in periculo & castra & legiones versaretur, cognouisset, &c.

Loco meliore, Id est statu & fortuna. Cic. ad Brutum, 3. 1, Nostræ res meliore loco videbantur. Sic Virg. 2. Aeneid. 65, Quo res summa loco Panthu? Budæus. Vide Melior in BONVS.

Eodem loco stare. Liu. 1. bel. Pun. Seranus Prætor vota suscipere iussus, si non X annos Pop. Rom. eodem steisset loco. Budæus.

Res in eum locum venerat, vel deducta est, vt nisi, &c. Cic. ad Brutum. Et ad Tironem, lib. 16. 1. 1, In eum locum res deducta est, vt nisi quis Deus, vel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus.

Deduxit rem in eum locum. Cic. Attico, lib. 2. 39. 2.

Incidi in eum locum, Vide INCIDO.

Quo loco sit res, pro Quomodo se habeat. Cic. ad Atticum, lib. 3. 66. 4, Hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, velim ad me scribas. Sic Terent. Phorm. 2. 4. 6. & 3. 1. 9.

Vt meliore simus loco ne optandum quidem est. Cic. de Aruſp. respon. 56. Hoc est vt melius res nostræ se habeant.

Eò loci res erat, & causa nostra, vt, &c. Cic. pro Sestio, 57.

Per bono loco res est. Cic. ad Atticum. Eidem, lib. 6. 1. 1. 7, Quoad mecum rex fuit, per bono loco res fuit.

Difficili loco est res. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 27. 5, Res neque nunc difficili loco mihi videtur esse.

¶ In loco digno res posita: Id est digné. Cic. 7. Verr. 30, Rectè collocata, & iudicio populi digno in loco posita esse videatur. Seipsum interpretatur Cicero.

¶ Locus, pro æstimatione, & amore, gratiaque. Cic. ad Appium, Quæsiui ex Phania: cuius mihi videbar & fidelitatem erga te perspexisse, & nosse locum quem apud te is teneret. Idem 2. Philipp. 80, Quem locum apud ipsum Cæsarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? Budæus.

Obscuro positus loco, Id est non celebri & claro. Seneca Thyest. 4. 12.

Summus locus. Iuuenal. Saty. 10. 11,
Quid Crassos, quid Pompeios euertit, & illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?
Summus nempe locus nulli non arte petitus, &c.

Facere locum muneribus. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 6.

Peruenire in locum alicuius. Cic. de Petitione Consul. 3, Prodest quotum in locum ac numerum peruenire velis, ab his ipsis illo loco ac numero dignum putari.

Tenere principem locum & authoritatem, hoc est, Esse in magno pretio & authoritate. Cic. pro Domo sua, 114. Et pro Plancio, Qui in mea salute principem semper locum authoritatemque tenuistis.

Dare & cedere locum. Cic. 1. de Nat. deorum, 119, Aer videtur quasi locum dare & cedere.

Dare loci alicui oratori, pro Admittere, & recipere. Cic. 1. de Orat. 58, Hęc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus.

Tenere locum oratorum. Cic. de Claris Orat. 71, Qui hoc munere in ciuitate functi sunt, vt tenerent oratorum locum.

Monere aliquem loco. Vide MOVEO.

Esse eodem loco apud patronum quo alius. Cic. Seruio, lib. 13. 24. 3.

Eodem loco habere. Cæsar, Qui si iuuissent, eodem se eos loco quo Helvetios habiturum.

Ipsi in hostium numero, locoque ducemini. Cic. 7. Verr. 97.

Ponere aliquid loco, vel in loco maledicti, & contumeliæ. Cic. in Pisonem, 24, Tũne etiam immanissimum ac fœdissimum monstrum ausus es, meum discessum illum, testem sceleris & crudelitatis tuæ, in maledicti & contumeliæ loco ponere? Ibidem, Tu cætera illa maledicti loco pones, quæ meus discessus Reip. vulnera inflixit?

Habere aliquẽ loco verustissimorũ familiaritũ. Pollio Cicer. lib. 10. 31. 6.

Eo loco habet honestatem, vt sine ea, &c. Cic. 2. de Finib. 83.

Criminis loco putant, quòd viuam. Cic. Mario, lib. 7. 3. 18, Qui voluptatem nullo loco numerat? Hoc est, nihil facit. Cic. 2. de Finibus, 144. Vide NVMERO.

¶ Fratris loco diligere: Hoc est, tanquam fratrem. Terent. And. 1. 5. 37.
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te solum semper fecit maximi. Idem Heaut. 1. 1. 52,
Licere speras facere me viuo patre,
Amicam vt habeas propè iam in vxoris loco? Valla, Loco patris, loco fratris, loco filii te habeo, non ita accipitur, quòd vbi illi antea erant, ibi tu nunc apud me sis; sed quòd in ea charitate qua illi aut fuerunt, aut sunt, aut essent, aut esse debent, vt Chrysis Pamphilo apud Terentium loquitur, Si te in germani fratris dilexi loco. Cic. 1. Verr. 33, Prætorem Quæstori suo, parentis loco esse oportere. Hactenus Valla lib. 3. Liuius 4. ab Vrbe, 180, Sed si preces suæ pro imperatore, qui sibi parentis esset loco, non valuissent, se vestem cum eo mutaros. Lentulus ad Ciceronem, lib. 12. 14. 24, Fratris enim loco mihi est.

In loco fratris amare, Vide IN præpositionem.

Te mihi fratris loco esse duco: Metellus Ciceroni, lib. 5. 3. 2.

Loco voluptatis mihi est, loco turpitudinis, loco honoris, Id est voluptuosum, turpe, honorificum. Hæc Valla lib. 3.

In beneficii loco alteri deferre aliquid. Cic. 4. Verr. 19, Etenim reuera multo magis est petendũ ab hominibus, si salui esse volumus, vt cum nobiscum in prouinciam, quàm hoc illis in beneficii loco deferendũ.

In locum damus, vbi aliud erat, aliud successit: & requirit hæc sententia aliquod verbum, quale est apud Quintilianum, Nam quomodo pugnam incuntibus, tot simul metus laborum, dolorum, postremò mortis ipsius exciderint, nisi in eorum locum pietas & fortitudo & honesti præsens imago successerit? Et idem in Geminis languentibus, Non perdidit filium quisquis occiditi explicar à dolore patrem, quod sibi videtur fecisse rem maximam, & in locum inuenis amisi. Iubilituit de vanitate solatium. Hæc Valla lib. 3. Brutus Ciceroni, 13. 2.

Succedere in patris locum.

Cooptari in locum alterius, Vide COOPTO.

Mulier quæ in concubinæ locum duceretur. Cic. 1. de Orat. 90.

In locum alterius inaugurari, Vide INAVGVRO.

In locum alterius Consulatum petere, Vide IN præpositionem.

Mittere aliquem in locum alterius, Vide MITTO.

Succedere in locum lachrymarum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 19, Et in locum lachrymarum eius ipse successit.

¶ Reponere in loco aliquo. Cic. 1. de Orat. 108, Si placuerit, vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis.

Assignare potissimum locum. Quintil. lib. 4. cap. 3. 9.

Attribuere locum, Vide ATTRIBVO.

Fungi primo loco. Quintil. lib. 3. cap. 6. 6, Porrò harum plerumque leuissima quæque primo loco fungitur.

Obtinere locum primum, ac potentissimum. Quintil. lib. 6. cap. 5. 4.

In poetis, non Homero soli locus est (vt de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Cic. in Orat. 3.

Tribuere locum alicui. Quintil. lib. 3. cap. 3. 2, Huic quoque igitur necessario tribuendus est quintus locus.

¶ Si in istoc siem loco: Id est, si meum esset negotium, si mea res agerẽtur. Plaut. Bacchid. 29. 1. 24,
Verùm vt ego opinor, si ego in istoc siem loco,
Dem potius aurum, quàm illum corrumpi sinam.

¶ Locus, Distributio temporum quæ cuique in spectaculum venturo tribuuntur ab ædilibus. Vnde motus loco dicitur, qui suas horas non obtinuerit inter præcedentes & sequentes, inquit Budæus.
Et Cicero loco motus est, quum vrbe pulsus est. Terẽt. in Prol. Adel. 33, Per tumultum noster grex motus est loco. Hæc ex Budæo.

Constitutus à iudicibus locus, Vide CONSTITVO.

¶ Loco aliquid quærere: Hoc est, ad tempus, & quando res expostulat. Cic. in Partiti. 6, Loco tũ quidem quæris, sed planius quod vis explicabitur, quum ad orationis ipsius, quæstionumque rationem venero.

Non loco reddere, Id est non opportunè. Cic. ad Brutum, lib. 11. 16. 2, Nam quemadmodum coràm qui ad nos intempestiuè adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt non loco redditæ.

Loco dicere. Cic. 3. de Legib. 58, Huic iussa tria sunt, vt adsit: nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est. vt loco dicat: id est rogantur, vt modoue sit infinitus. Vide DICO.

Certo loco dicere, Vide CERTVS.

In loco, Opportunè. Terent. Heaut. 3. 2. 26. - in loco
Ego verò laudo. Budæus, interdum, vel nonnunquam, aut opportunè interpretatur. Cicero Antè quàm iret in exilium, 1. Fidei conducit, in loco beneficium retribuere. Vide IN.

Dulce est desipere in loco. Horat. 4. Carm. ode 12. 6.

¶ Locum dare aliquid faciendi, Id est, tempus vel spatium. Terenti. Heaut. 2. 1. 6. Nã & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus. Idem And. 1. 4. 6.
- dũ date facultatem obsecro
Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum. Plaut. Capt. 5. 20.
- vt sine hisce arbitris
Atque vobis, nobis detis loquendi locum.

¶ Veritas locum vbi consistat, reperire non poterit. Cic. pro Quin. 3.

Locus in. Cic. pro Planc. 67. Si in mea familiaritate locus esset nemini nisi litigioso aut nocenti. Idem de Claris Orat. 161. Est enim in arte tanta tamque varia, etiam huic minutæ subtilitati locus. Idem pro Murena, 10. Maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est: quòd omnia laus occupauit.

Locus inter. Cic. 4. in Catil. 93. Erit profectò inter horum laudes aliquid loci nostræ gloriæ.

Locus ignoscendi apud hominem constantem. Cic. pro Murena, 58.

¶ Bonitati locus non est, vel honestæ morti: Hoc est, Nullo est in pretio bonitas. Ci. 3. de Fini. 102. Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus. Idem pro Quint. 18. Etenim mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat: vita turpis me morti quidem honestæ locum relinquit. Idem de Senec. 36. Nec enim libidine dominante, temperantiæ locum esse omnino.

Dare locum rationi, Cedere rationi & ratione vti. Cic. pro Quint. 31, Aliquid loci consilio & rationi dedisses, tute collegisses.

Nihil loci segnitiæ. Terent. And. 1. 3. 1.
Enimuero Daue nihil est loci segnitiæ neque socordiæ,
Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptiis.

Locus preci non est relictus: Hoc est, precibus amplius flecti non potest. Terent. And. 3. 4. 12.
Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar viâ?
Nihil est preci loci relictum.

Locus disserendi. Cic. 1. de Finib. 57.

Non erit locus faciendæ medicinæ. Cic. pro Quintio, 5. Sic ad Atticum, lib. 10. 10. 1. 2. Non me hercule erit deprecationi locus.

Locus gaudendi. Cic. ad Atticum, lib. 9. 17. 5. 8. Bona viris quòd ais probari quæ adhuc fecerimus, scirique ab iis non profectis, valde gaudeo: si est nunc vllus gaudendi locus.

Locus negligentiæ in aliquo. Liu. 4. bell. Puni. 32. Si aut pacem in Italia, aut bellum cum eo hoste haberemus, in quo negligentiæ aut erroris locus esset.

Respirandi non est locus. Cice. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 11.

Nulli improbo locus est ad Rempub. violandam. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 49. Idem pro domo sua, Ne audaciæ quidem locum ad timorem cõprimendum fuisse.

Patet fugæ locus, Vide PATEO.

Nullum habeo instituendi aut docendi locum. Cic. in Oratore, 80. Id est nullam temporis partem.

¶ Locus obiurgandi, Occasio. Terent. And. 1. 1. 127. Quis igitur relictus est obiurgandi locus?

Locum defendendi dare. Ci. pro Quin. 4. Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? Id est occasio, vt ait Budæus.

Nonnihil loci dare alicui secus existimandi. Cic. Appio, lib. 3. 6. 17.

In tam suspiciosa ac maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Cice. pro Flaccó, 51. Id est, non præbuit aliis vllam ansam siue occasionem obtrectandi.

Dare locum dubitationi. Cic. pro Corn. Balbo, 11. Cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret?

Locum prætermittere. Cice. ad Cornificium, lib. 12. 14. 1. Ego nullum locum prætermittò (nec enim debeo) non modò laudandi tui, sed ne ornandi quidem.

Habere locum. Quintil. lib. 3. cap. 5. 2. Erunt enim quædam remotæ ab affectibus, qui vt non vbique habent locum, ita quocunque irrumpunt, plurimum valent.

A periti locum suspicioni, Vide APERIO.

¶ Locus, Genus aliquando dicitur. Salustius, Natus haud obscuro loco.

Ortus loco equestri, Vide ORIOR.

Ignobili loco natus, Vide IGNOBILIS.

De summo loco adolescens, Vide DE præpositionem.

Infimo loco natus, Vide INFERVS.

Loco summo natus. Liu. 1. ab Vrbe, 152.

¶ Locus, pro eo quod passim scripturæ barbari dicunt. Terent. in Prologo Adelph. 9.
- qui leuoni eripuit
Meretricem in prima fabula: cum Plautus locum
Reliquit integrum. eum hic locum sumpsit sibi
In Adelphos. Cic. 2. de Legib. 40. Et hunc locum satis in iis libris quos legistis expressit Scipio. Idẽ 1. Off. 20. Sit à nobis alio loco disputata.

¶ Loci, locorum, Sedes argumentorum sunt, quæ intra se continent argumenta, & ex quibus ipsa argumenta petenda sunt. Cic. in Orato. 36. Idemque locos (sic enim appellat, quasi argumentorum notas) tradidit. Ibidem, 39. Itaque hunc locum longe, & late patentem philosophi solent in officiis tractare. Idem 2. de Orat. 81. Aristoteles is quem maxime ego admiror, proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio non modo ad philosophorũ disputationem, sed etiam ad hanc, qua in causis vtimur, inueniretur. Idem in Topicis, Locus est argumenti sedes.

Penetralia loci. Quintil. lib. 6. cap. 2. 21.

Frequens locus Quintil. lib. 7. cap. 1. 35.

Latius fusus est locus hic. Quintil. lib. 6. cap. 5. 9.

Grauior locus. Quintil. in Proœm. lib. 4. 3. Quum ad aliquem grauiorem venissent locum, &c.

Huberes loci. Quintil. lib. 5. cap. 13. 34.

Lætus, atque plausibilis locus. Quintil. lib. 4. cap. 3. 2.

Repetiti loci ex intima quæstionum naturalium subtilitate. Quintilia. libro 1. cap. 4. 4.

Speciosi loci. Quintil. lib. 7. cap. 2. 28.

Verbosissimi loci. Quintil. lib. 2. cap. 4. 23.

¶ Concludere locum in aliquid. Quintil. lib. 6. cap. 2. 1. Non tamen potui, ac ne debui quidem locum istum in vnam speciem concludere.

Constituere locum. Quintil. lib. 4. cap. 2. 69.

Dimouere animum loco. Quintil. lib. 7. cap. 4. 13.

Ediscere locos electos. Quintil. lib. 2. cap. 7. 2.

Excutere locos argumentorum. Quintil. lib. 4. cap. 10. 14,

Exercere locum. Quintilian. lib. 4. cap. 2. 22. Cur non vtrumque protinus locum exerceant?

Instare loco. Quintil. lib. 7. cap. 3. 30. Patronus verò, quoties poterit, instabit huic loco.

¶ Loci communes. Cice. de Oratore, Loci communes qui de vniuersa re tractari solent, vt, &c. Idem in Orato. 69. Tamen in communibus locis maximè excellet: qui communes appellati, eò quòd videntur multarum iidem esse causarum, sed propriè singularum esse debebunt. De Auxesi.

Conifcere in communes locos. Cic. in Parad. 4. Vide CONIICIO.

Tradere locos communes. Quintil. lib. 5. cap. 1. 6.

¶ Loci, plaraliter tantum, Vterus mulieris, quem matricem etiam vocat Varro in Origin. Sic loci muliebres in quibus nascendi initia cõsistunt. Plin. lib. 11. cap. 37. 77. Fœminis eadem omnia, præter vesicæ iunctus vtriculus, vnde dictus vterus: quod alio nomine locus appellant, hoc in reliquis animalibus vulnam.

Loci, de equa etiam dicitur. Colum. lib. 6. cap. 27. Quòd si admissarius iniens in Venerem est, odore perfricatur detersis spongia fœminæ locis, & admota equi naribus. Ibidem, cap. 36. Quum difficulter iniecta genitalibus locis animentur femina.

Loca, de pauonibus. Colum. lib. 8. cap. 11. 7. Sæpiusque digitis loca fœminarum tentanda iuuenum in promptu gerunt oua.

Lóculus, lóculi, penult. correp. Diminutiuum, (τοπίδιον,) Parnus locus. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 17. Hortensius familiaris noster quum piscinas haberet magna pecunia ædificatas ac loculos, ita sæpe cum eo ad villam iui. Ex vetusto codice legitur ædificatas ad Baulos. Plaut. Milite, 11. 37. Sed in cella paululum erat loculi lubrici.

Loculósus, penul. prod. Adiectiuum, (τοπιδῶδης,) Multis loculis plenus. Plin. lib. 15. cap. 22. 3. Sola differentia generum in putamine duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.

Loculus, (βαλλάντιον, λωπεσαμόνον,) Sacculus in quo pecunia seruatur. Frequentius in plurali legitur. vt Loculi eburnei. Martial. lib. 14. 12.
Hos nisi de flaua loculos implere moneta
Non decet: argentum vilia ligna ferant.

Apud Valerium pro marsupio ponitur, lib. 7. teste Budæo. Sic Varro 3. de Re rust. cap. 5. 15. Quendam deprehensum tesserulas coniicientem in loculum. Iuuenal. Saty. 1. 9.
- neque enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca. Idem Saty. 11. 4.
Nec multum cupias, quum sit tibi gobio tantum In loculis. Idem Saty. 13. 14. - gemmaque princeps
Sardonycus, loculis quæ custoditur eburnis. Horat. 1. epist. 1. 12.
- hæc recinunt iuuenes dictata, senesque
Læuo suspensi loculos, tabulamque lacerto.

Condi loculis. Ouid. 2. Amor. eleg. 15. 4.

Nummum demittere in loculos. Horat. 2. epist. 1. 36.

Gramina loculis depromit eburnis. Ouid. 6. Fast. 150.

Loculos & saccolus. Martial. lib. 5. 40. Excussi loculosque sacculumque.

Stimulorum loculi. Plautus Casin. 11. 11.
Ar candidatus cedit hic mastigia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stimulorũ loculũ. Id est, vt in loculis seruatur pecunia, ita hic meretur vt in ipso stimuli recondantur, quo vexetur magis.

¶ Loculus, Feretrum in quo mortui includuntur. Plin. lib. 7. ca. 2. 11. Hũc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, cõditumque locu lo in templo. Ibidem, cap. 16. 8. Et ipsi vidimus in loculis alleuatos.

Locellus, Diminutiouum, (βωλοντάριον,) Martialis lib. 14. 13.

Siquid adhuc superest in nostri fece locelli,
Munus eritnihil est, ipse locellus erit.

Loculãtus, pen. prod. Adiectiũ (σακκωτός,) Quod habet diuersos locos. Varro 3. de Re rust. cap. 17. 4. Nam vt Pausias, & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi diuersi colores sint, certas: sic hi loculatas habent piscinas, vbi dispares discolsos habeãt pisces. Verus exemplar habet, vbi discolores sint ceræ.

Loculamentum, loculamenti, (σκηνός,) Locus distinctus, siue capsula, in qua aues & similia nidificare seu habitare solent: & à loculis deduci videtur. Columella lib. 8. cap. 8. 3. Vel si non ita competit, paxillis adactis tabulæ supponuntur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant. Idem libro, 9. cap. 11. de apibus, Crepitaculis æreis, aut testarum plerunque vulgò iacentium sonitu terreatur fugiens iuuentus: eaque quæ vel pauida quum repetierit aluum maternam, & in eius aditu glomerata pependerit, vel statim se ad proximam frondem contulerit, protinus custos nouum loculamentum in hoc præparatum perlinias intrinsecus prædictis herbis. deinde guttis mellis respersum admoueat. tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat.

Loculamentum, pro Conceptaculo, siue theca. Vitruuius libro 10. Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, inclusum in alterum loculamentum collocetur. Id est conceptaculum. Idem, Inque eam tympani theca (siue id loculamentum est) fiat foramen. Budæus.

Loculamenta appellantur etiam loculi libris digerendis compositi in bibliotheca, apud Senecam de Tranquill. vitæ, vbi sic ait, Apud desidiosissimos videbis quidquid orationum historiarumque est, & tecto tenus extructa loculamenta.

Lócuples, pen. corr. locupletis, pen. prod. (πολυπόλιμον, πολυκτήμων, ἴσοπος,) Omnis generis secundum Priscianum ablatiuo locuplete vel locupleti. Dicitur à lata humo, hoc est locorum plenus: qui pleraque loca, id est qui multas possessiones habet. Festus, Locupletes, locorum multorum domini. Quint. lib. 5. cap. 10. 39. Præterea finimus aut vi, sicut superiora: aut ἐνυπολογίᾳ, vt assiduum ab asse dando, & locupletem à locorum, pecuniosum à pecorum copia. De finitione, seu fine. Plaut. Cistel. 5. 17. Alia est sponsa locuples Lemnia. Cic. de Senect. 52. Semper enim boni, assiduique domini referta cella vinaria, olearia, & penaria: villaque tota locuples est, abundãt porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Horatius 2 Serm satyr. 6. 21. Locuplete in domo. Plin. lib. 18. cap. 3. 3. Cognomina etiam primarinde pilumni, qui pilum pistrinis inuenerunt, Pisones à pinsendo: hinc & locupletes dicebant, loci, hoc est agri plenos.

Locuples & Tenuis aut egens, contraria. Cic. 4. Verr. 96. Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant: tenuissimi auxerant. Sic pro Plancio, 70. Egentes in locupletes, perditi in bonos, serui in dominos armabantur.

Pauperes & Locupletes, contraria. Horat. 1. epist. 1. 5. – id quod
Æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè.

Parum locuples. Horat. 1. Carm. ode 18. 7.

Tu me fecisti locupletem. Horat. 1. epist. 7. 3.

Annus locuples frugibus. Horat. 1. epist. 1. 28.

Locuples ac referta prouincia. Cic. 5. Verr. 39.

Homo domi suæ cum primis locuples. Cic. 4. Verr. 47.

Locuples copiis ciuitas. Cic. 5. Verr. 145.

Copiosa planè & locuples mulier. Cic. 1. Verr. 30.

Locuples copiis rei familiaris, & pecuniosus, Cic. pro Rosc. Comœdo. 26.

Domus locuples Horat. 1. Ser. saty. 6. 21.
– quam ponit vterque
In locuplete domo vestigia.

Locuples oratio, Diues verborum & abundans. Cic. 3. de Orato. 103. Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus: cuius membra & pedes vt ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa.

Oratione locuples Lysias, rebus ipsis iciunior. Cic. 5. de Finib. 23.

Locuples, & speciosa vult esse eloquentia. Quint. lib. 5. cap. 14. 23.

Locupletior Latina lingua quàm Græca. Cic. 1. de Finib. 16.

Locuples, Largè instructus & copiosus, metaphoricès. Cic. 1. de Nat. deo. 155. Locupletior igitur hominum natura ad beatè viuendum est quã deorum: quòd pluribus generibus fruitur voluptatum.

¶ Locuples, Firmus certusque ad rem quamlibet. Vnde locupletem authorem dicimus, locupletem testem, locupletem tabellariũ. Possumus etiam locupletem testem interpretari bonum & magnæ authoritatis, quem ipse Cicero grauissimum etiam vocat.

Loculeples author. Cic. de claris Orat. 23. Quò neminem vnquam melius

vllam orauisse capitis causam, quum se ipse defenderet, se audiente locuples author scripsit Thucydides. Idem 2. de Diuinat. 170. Iam Pythagoras & Plato locupletissimi authores, quo in somnis certiora videamus, præparatos, &c. Idem ad Atticum, lib. 8. 146. 7.

Locuples reitis. Cic. 3. Offic. 12. Accedit eodem testis locuples Possidonius: qui etiam scribit in quadam epistola, &c. Ibidem, 143. Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an grauissimum, Regulũ nolite, quæso, vituperare, quem enim locupletiorem quærimus, quàm principem Pop. Rom. qui retinendi officii causa cruciatum subire vo lunrarium? Idem pro Flacco, 31. Qui locuples testis doloris & sanguinis fui non fuerit, idem sit grauis author iniuriæ publicæ?

Locuples tabellarius, pro Fidelis, certo, & idoneo, cui rectè literas committere possis. Cic. ad Quintfratrem, lib. 3. 24. 13. Sed quæro locupletem tabellarium accipiat.

Locuples ad. Quintil. lib. 10. cap. 1. Ad augendum facultatem dicendi parum locuples. De Varrone loquitur.

Locupletior. Horat. 1. Serm. saty. 1. 23.

Locuplẽto, locuplẽtas, pen. prod. (πλουτίζω,) locupletare, Locis & possessionibus quempiam ditare. Quanuis etiam ad omnia, sicut Dito, capi possit, vt quum quis opibus, rebusque etiam incorporeis ditatur. Columel. lib. 3. Vt antè perpensum, & exploratum habeamus, vt locupletet patrem similiæ vinearum cultus. Plin. in Paneg. 67. Locupletabiur & fiscum & ærarium, non tam Voconiæ & Iuliæ leges, quam maleficiorum singulare & vnicum crimen eorum qui crimine vacarent. Plautus, Vsus est paterna hæreditate locupletarier. Cic. 5. Verr. 161. Ob hæc res, quoniam te locupletaui, hoc annulo aureo dono. Idem 1. Offic. 67. Hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletentur eos quacunque ratione.

Locupletatus mancipiis, argento, veste. Cic. 7. Ver. 64.

Locupletare fortunis. Cic. 2. pro Lege agra. 70.

Locupletare eloquentiam. Cic. de Clar. Orat. 186. Qui non linguam modò acuisses exercitatione dicendi, sed & ipsam eloquentiam locupletaussis grauiorum artium instrumento.

Locupletata voluptas perfectione vitæ: Id est aucta. Cicero 1. de Finibus, 65.

Loco, locas, (τίθημι, διάθημι, μισθόω, ἀπομισθόω,) locare, Quasi in loco ponere, Cõstituere. Liu. lib. 1. Castra ab vrbe haud plus quinque millia passuum locant. Virg. 1. Aene. 87.
– hic alta theatri fundamenta locant. Plaut. Aulul. Dum aulam domi locaram per quirit, ablatam reperit. Cicc. ad Senatum, lib. 15. 2. 4. Castraque ad Cybistra locaui.

Ordine locare aliquid. Virg. 5. Aeneid. 11.

Ante aciem aliquem locare. Tacit. in lib. de Germanis, Quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant.

Locatus à parte muri. Plin. lib. 7. cap. 38. 1.

¶ Locare agrum fodiendum: id est dare agrum fodiendum pactamercede. Plaut. Amphit. 14. 41. Perinde est præbere, acsi agrum sterilem fodiendum loces. Sic Locare sterilem locum, Cic. ad Atticum, lib. 14. 313. 2. Et 4. Verr. 116.

Agros locare, Dare alicui colendos, mercede constituta. Plin. epist. 120. Instat & necessitas agrorum locandorum perquàm molestata: deo rarò est inuenire idoneos conductores. Cic. in Verrem, Senonis Menonis nobilissimi hominis vxoris fundus erat colono locatus.

Arcem locare, & vrbem condere. Lucret. lib. 5. 113.

Argentum locare: Id est insumere in mercatura exercenda. Plaut. Mostell. 4. 145. Triginta minas pro capite tuo dedi. Et paulo pòst, Nec quicquam argenti locaui tam diu vsquam æquè bene.

Argentum fœnori locare, pro Fœnori dare. Plaut. Most. 8. 1.
Scelestiorem ego amum locando argento fœnori
Nunquam vllum vidi.

Beneficium apud gratos locare. Liu. 7. ab Vrbe, 89.

Malè locata beneficia, Vide MALVS.

Loces me castrandum, Des me castrandum. Plaut. Aul. 7. 73.

Si hercle ego re non elinguandã dedero, vsque ab radicibus: Impero, adthorque sum vt me cuiuis castrandum loces. Idem Captiu. 13. 49. Qui locant cædendos agnos, & duplam agninam dantur.

Pro cornibus equites locare. Quintil. lib. 1. cap. 13. 3.

Faciendum locare. Sulpitius ad Cicer. lib. 4. 12. 10. Vt iidem Athenienses in eodem loco monimentum ei marmoreum faciendum locarent. Sic Liu. 4. bel. Maced. 195. Aediles eam biennio antè ex multatio argento faciendam locarant. Hoc est, commiserant, & curauerant.

Filiam locare, Hoc est nuptum tradere. Terent. Phorm. 4. 3. 41.
– quæso, quid si filiam

Suam vnicam locaret? Plaut. Aulu. 7. 15. Neque eam queo locare cuiquã.

Filiam nuptum locare. Plau. Curc. 1. 8. Oratu quoius Phædromo nuptum locat. Terent. Phorm. 5. 1. 25. Vt potui virginem nuptum locaui huic adolescenti.

Locare in loculentam familiam. Plaut. Cistel. 7. 19.
– vbi tu iam locẽre in loculentam familiam,

Vnde

Vnde tibi talenta magna viginti pater Det dotis.

Fundamenta in stabili loco locare. Plin. lib. 36. cap. 14. 2.

Fundamenta theatri locant. Virg. 1. Aeneid. 87. Ibidem, 4. 55.

Fumus locare. Cic. 7. Verr. 93. Et Plin. lib. 7. cap. 52. 4.

In arca locare. Horat. 1. Serm. saty. 8. 2.

Locari in dominatu. Cic. 4. de Finib. 64. Quum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia, &c.

In matrimonium locare. Plaut. Trinum. 11. 37.
Tum tu igitur demum adolescenti aurum dabis,
Vbi erit locata virgo in matrimonium.

In numero veterum locare. Quint. lib. 10. cap. 1. Quem in numero veterum locare non timeas. Id est annumerare inter veteres.

In parte regni locare aliquem. Virg. 4. Aeneid. 76.
– ciectum, Iitore egentem
Excepi, & regni demens in parte locaui.

Locatus in præsidio à Pop. Rom. Cic. 1. de Finib. 17.

In certa regione locata anima. Lucret. lib. 3. 122.

In sede locare aliquem. Virg. 2. Aeneid. 105.
– sic ore effata, recepit
Ad sacra sese, & longeuum in sede locauit.

Insidias alicui locare. Plaut. Rud. 11. 16.
Metuo hercle ne illa mulier mihi insidias locet,
Vt comprehendar cum sacra vrna Veneria. Hoc est, struat & ponat.

Insidias puellæ pudicæ locare. Plaut. Curcul. 1. 28.
Num tu pudicæ cuipiam insidias locas,
Aut quam pudicam esse oportet?

Non inutiliter interim ex quæstionibus in exordio locabuntur. Quintil. lib. 4. cap. 1. 18.

Legionem locare. Tacit. li. 20. Capuæ legio tertia hyemandi causa locaũ.

Noctes locare. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 6.
Sola viro mulier spoliis exultat ademptis:
Sola locat noctes: sola locanda venit.

Operam suam locare alicui, Aliquid faciendum suscipere. Gell. lib. 3. cap. 3. Ob quærendum victum ad circunagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. De Plauto.

Locasti optimè operam. Plaut. Amphit. 4. 1. 24.
Perge nox, vt occoepistingere patri morem meo:
Oprimè optimo optumam operam das, datam pulchrè locas.

Operam ad artes nugatorias locare. Plaut. Trinum. 13. 2.
– nam ego operam meam
Tribus nummis hodie locaui ad artes nugatorias.

Locasti te ad. Plaut. Rud. 13. 51. Quid si aliquò ad ludos me pro manducã locem?

Opus aliquod locare alicui. Plaut. Afina. 9. 37.
Aiebat reddere, quàm extemplo sibi redditum esset:
Nam retineri, vt quod sit operis sibi locatum, efficeret.

Locatur opus id quod ex mea pecunia reficiatur. Cic. 3. Verr. 100.

Locare ornamenta, Id est tradere. Plaut. Curcul. 9. 3.
– hunc magis dicam nescio,
Ornamenta quæ locaui, metao vt possim recipere.

Sedes & templa locarunt in cælo. Lucret. lib. 5. 234.

Locare vigiles nocturnos. Plaut. Amphit. 4. 107. Rex Creon vigiles nocturnos singulos semper locat. 5. bene facit. Id est, constituit.

Locetis ita vitutem. Cic. de Amicitia, 86. Vos autem hortor, vt ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest: vt ea excepta, nihil amici tia præstabilius putetis.

Vitam in tranquillo locare. Lucret. lib. 5. 3.

Vrbem Patui, sedesque locauit Teucrorum. Virg. 1. Aeneid. 51.

Locito, locitas, pen. corr. (ἀπομισθόω,) locitare, Frequentatiuum formatũ à supino, à in i mutata, Terent. Adelph. 5. 8. 27.
– agelli hic sub vrbe est paululum, quod locitas foras:
Huic demus qui fruatur.

Locãtor, pen. prod. (ὁ ἀπομισθώσων,) Verbale. Budæus, Quanquam locator sit plerunque qui pretium accipit, & conductor qui dat: vt sit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nonnunquam vicenetia euenit, vt locator pretium det, conductor accipiat. Plin. lib. 7. cap. 52. 4. Romæ quoque Corbidium materteræ suæ matrium funere locato reuixisse, & locatorem funeris ab eo elatum.

Locatio, (ἀπομίσθωσις,) Aliud verbale, quod idem significat ac Conductio, tam eius qui pretium dat, quàm eius qui id accipit. Cicero, 3. Verr. 107. Hic illius scelerata locatione, nefarioque latrocinio, bonis patriis fortunisque omnibus spoliatus venit in iudicium. Idem ad Attiũ, lib. 4. 7. 2. Disturbata porticus Catuli, quæ ex 2. C. C 0 S 2 S. locatione reficiebatur, & ad tectum penè peruenerat.

Inducere locationem. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 12. Asiani qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in Senatu, se cupiditate prolapsos, nimiũ magno conduxisse: vt inducerentur locatio postulauerunt. Hoc est minuerentur locationis pretium.

Ludificari locationem. Vide LVDVS.

Locusta, locustæ, (ἀκρίς,) animal ex insectorum genere. Vide Plinium libro 11. cap. 29, de hoc genere animalis copiose scribentem.

Locutio, Locutor, Vide LOQVOR.

Lodix, lodicis, pe. prod. f. g. (ἐπίβλημα,) Operimẽtum lecti. Iuuen. Saty. 6. 10, –modò sub lodice relictis Veteris in turba.
Idem Saty. 7. 7,
Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda
Attonite, currus, & equos, faciesque deorum Aspicere, Martial. de lodicibus, lib. 14. 148,
Nudo stragula ne toro paterent,
Iunctæ nos tibi venimus sorores.

Lodicula, lodiculæ, pe. corr. (ἐπιβλημάτιον,) Diminutiuum. Suet. in Augusto, cap. 83, Ita vt in extremis spatiis subitultim decurreret, se sterio, vel lodicula inuolutus.

Logos, λόγος apud Græcos modò sermonem, verbum, orationem significat: modò rationẽ, modum, supputationem. Nõnũquã & pro libro vtur paturt: A verbo λέγω quod est dico, siue colligo.

Logos, pro dicto ridiculo & contemnendo sumitur. Cic. pro Gallio, Ego te certo scio omnes logos, qui ludi dicti sunt, animaduertisse. Hæc Nonius. Terent. Phor. 3. 2. 8, Fœneratum istud beneficium tibi pulchrè dices. 5. logi. Plaut. Persa, 10. 67, Dabuntur tibi dotis sexcenti logi, atq; Attici omnes. Id est dicta ridicula & parasitica. Sic legit Budæus: at nostra exemplaria longi habent: & refertur ad libros, de quibus paulo antè dixerat. In Sticho Parasitus in auctione facienda vænales ait se habere logos suos, quibus parasitari solitus erat antea: quia nullum iam regem inueniebat.

Logarium, Ratiũcula. Vlpia. in L. Qui penum. §. vlt. ff. De pen. leg. Sed & chartas ad ratiuncũlam, vel ad λογάριον paratas contineri.

Logodædalus, logodædali, pen. corr. (λογοδαίδαλος,) Sermonis artifex. Cic. in Orat. 22, Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primũ, & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorũ inde Byzantium, multosq; alios quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

Lógice, lógices: siue Lógica, lógicæ, pen. corr. (λογική,) Latinè rationalis. nam Græci λόγικον rationale dicunt. Cic. 1. de Finib. 32, Iam in altera philosophiæ parte quæ est quæsiti ac differendi, quæ λογική dicit, iste vester, vt mihi quidem videtur, plane inermis ac nudus est. Ibidem, Totaque est logice, quam rationem differendi voco. Boet. in Cõmen. Top. Hæc est, inquit, disciplina, quasi differendi quedam magistra, quã logicen veteres Peripatetici appellarunt, continens in se inuenẽdi iudicandique peritiam.

Logica, logicorum, n. g. (λογικά,) Cic. 4. Tusc. 50, Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant Stoici, quæ logica appellant, quia differuntur subtilius.

Logistóricum, penult. corr. (λογιστόριον,) Liber, sermonum & dictorum insignium narrationem continens. Gellius lib. 4. cap. 19, Marcus Varro in logistorico scripsit: A logo & historia dictum videri potest.

Loligo, pen. prod. loliginis, fœm. gen. (τεῦθις,) Genus piscis, dictum est quasi voligo, vt ait Varro de Ling. Lat. volitat enim hic piscis, extra aquam se efferens. Vnde Plinius lib. 32. cap. 15. 7, Sunt, inquit, lacertorum genera, loligo volitans, locustæ, lucernæ, &c. Idem lib. 32. cap. 2. 5, Trebius Niger loligines euolare ex aqua tradit, tanta multitudine, vt nauigia demergant, Hic piscis caput inter pedes & vẽtrem habet, quem vulgò calamarium vocant à thecæ calamariæ similitudine. Habet enim officula duo quasi cultrum & calamum, & eruoré nigrum attramenti modo, quum externè albus sit.

Loligo, p. Liuore hominis atri, id est maleuoli. Horat. 1. Serm. saty. 4. 21,
–hic nigræ succus loliginis, hæc est
Aerugo mera. Vbi Porphyrio, Ex loliginis succo liuorem mentis vult intelligi: ex ærugine venenum.

Lolligo in carmine gemino ll scribi debere testantur nonnulli, quum longa sit prima, & à volo volas deriuetur, habente primam correptam, vt est in præscripto loco Horatii.

Loligũcula, loligũculæ, pen. cor. (τευθίδιον,) Diminutiuũ. Plaut. Casina 11. 57, Emitto sepiolas, lepidas, loliguncũlas ordeias.

Lolium, lolii, (αἶρα,) Herbæ genus segetibus inimicum, quod Gallis yuræa ab inebriando dicitur. Græcè appellatur zizania. Plin. lib. 18. cap. 17, Nam lolium & tribulos, & carduos, lappasq;, non minus quàm rubos, inter frugum morbos potius quàm inter ipsius terræ pestem numerauerim. Virg. 1. Georg. 31, Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ. Idem 5. eclog. 8.

Lolio victitare dicuntur, qui visu sunt imbecillo: nocet enim oculis loliũ, propter vapores aereis, quos in cerebrum attollit. Plaut. Milit. 6. 50, Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico. Ouid. 1. Fast. 158, Et careant lolii oculis vitiantibus agri.

Loliarius, Adiectiuum, (ἀλφιτικός,) Ad lolium pertinens. Columel. lib. 8. cap. 5. 12, Cribro vitiario, vel etiam loliario, qui iam fuerit in vsu, pulli superponantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lomentum, lomenti, (λόμωμα,) Farina fabacea qua ad eruganda cor pora vsa est antiquitas. Marr. lib. 3. 39, Lomento rugas veteri, quod cõdere tentat. Lomentũ, Græci λόμωμα, vocant, quod tritum propriè significat, vt ait Hermolaus. Plin. lib. 33. Subtilissimum genus lomenti, quod quidam tritum vocãt, quinis assibus æstimatum.

Lonchitis, pen. prod. (λογχῖτις,) Eadẽ herba est quæ xiphion aut phalganiõ, quanquã cuspidi similis semine: habet enim folia porri. Plin. lib. 25. cap. 11. 4. Appellamus etiam plãtaginis speciẽ oblongam à lanceæ similitudine vulgo lonchitim, vel lanceolatam.

LONDINIVM, (λονδίνιον,) Ptolemæo, aliis Londinum, Britanniæ insulæ metropolis. Vulgò London, Londres.

Longaeuus, Vide LONGVS.

Longanon, pen. prod. (λογανοειδὲς,) vel vt alii scribunt Lõganuo, Rectum intestinũ dicitur, quod iuxta anum est, & excrementa emittit, sic dictum, quia in longum protenditur, & non est ita orbibus implicitum sicut intestinum tenue. Apitius, Lõganones porcinos ex rore Tarentino farsos cunctos concisos in cinere pullorum.

Longus, Adiectiuum, (μακρὸς, μακὺς,) Porrectus. Virg. 9. Aene. 46. Stant longis innixi hastis & scuta tenentes.

Longior sum quàm tu. Plaut. Tri. 13. 56.
- qua facie est homo?

5. Sesquipedẽ quidem est, quàm tu longior.

Longum sesquipede, latum pede. Plin. lib. 35.

Longus pedes septem. Pli. In hoc cæli circumplexu æquinoctii die media, vmbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus, vmbram nõ amplius quatuor pedes longam reddit. Sic Quintil. lib. 6. cap. 4. Quinque pedes longam.

Longus pedum quatuor. Colum. In morem horti areas latas pedum denũ, longas pedum quinquagenũm facito. Idem, Atque ita mense vltimo Aprilis teritur tantum, quantum singuli cyathi seminis locum occupẽt, decem pedum longum, & quinque latum.

Non ita longus, Vide NON.

¶ Absentia longa & continua. Tacit. lib. 3.

Aetas longa. Horat. 1. Serm. saty. 4. 27. Stat. 5. Sylu. 1. 46.

Aeuum longum. Horat. de Arte, 70.

Agmen longum pascitur per valles. Virg. 1. Aeneid. 38.

Aluus longa. Virg. 3. Geor. 86.

Ambages longæ. Virg. 1. Aeneid. 70.

Longus amor, Id est diuturnus. Virg. 3. Aeneid. 98. - & longum Andromachæ testantur amorem.

Anni longi. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 1.

Bellum longum. Virg. 2. Aeneid. 22.

Certamen longum. Horat. 1. epist. 10. 7.

Circuitus longus. Virg. 3. Aeneid. 83.

Crines longi. Virg. 7. Aeneid. 15.

Cursus longus. Virg. 3. Aeneid. 86.

Dies longa. Plaut. Epid. 1. 1. 17. Longa dies animum incertat meum. Id est longum tempus.

Dies longi. Celsus libro, 1. cap. 1. Longis diebus meridiari potius ante cibum vtile est.

Experimenta longa & magna. Plin. epist. 1 10. 2. Quod mihi cognitum est, non fama, qua alioqui optima & meritissima fruitur, sed longis magnisque experimentis.

Fabula non longa. Horat. 1. Serm. saty. 1. 19.

Facies longa. Horat. 1. Serm. saty. 4. 3.

Feriæ longæ. Horat. 4. Carm. ode 5. 8.

Fletus longos ciebat. Virg. 3. Aeneid. 69.

Fluctus longi. Virg. 3. Georg. 40.

Hastæ longæ. Virg. 9. Aeneid. 46.

Interuallum longum. Virg. 5. Aeneid. 64.

Iter longum. Horat. 1. Serm. satyr. 5. 19.

Latus longum. Virg. 3. Georg. 11.

Libri longi, Prolixi & fusi. Plaut. Persa, 10. 67.
Librorum enim ecce illum plenum sorracum habeo.
Si hoc accurassis lepidè, cui rei operam damus,
Dabuntur doris inde sexcenti tibi
Longi, atque Attici omnes.

Militia longa. Horat. 1. Carm. ode 7. 4.

Mora longa. Ouid. 1. Metam. 44.

Mora non longior plena hora. Ouid. 10. Metam, 146.

Nauis longa. Liu. 7. bel. Punic. 129. Additæ ei ad præsidium prouinciæ quinquaginta longæ naues.

Negotia longa. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.

Nox longa, diesque longa. Horat. 1. epist. 1. 4.

Oblitia longa. Virg. 6. Aeneid. 43.

Opulentia longa. Tacit. lib. 14. Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus.

Opus longum. Horat. de Arte, 73.

Ordo longus. Virg. 1. Aeneid. 80.

Pes longus. Horat. 1. Serm. saty. 2. 19.

Piper longum. Plin. lib. 12. cap. 7. 5.

Potentia longa. Ouid. 2. Meta. 84.
- sed nulla potentia longa est.

Secessus longus. Virg. 1. Aeneid. 35.

Senectus longa. Horat. 2. Carm. ode 16. 6.

Series longissima rerum. Virg. 1. Aeneid. 131.

Sermo longus. Virg 1. Aeneid. 45. Plautus Trinummo, 11. 67.
- at enim nimis longo sermone vtimur.

Seruitium longum. Horat. 2. Serm. saty. 5. 10.

Spatium longius æquo. Lucret. lib. 4. 114.

Spatium longius anno. Ouid. epist. 17. 5.

Longum, diutinumque supplicium. Plaut. Milite, 9. 29.
- at ita di me deæque omnes ament,
Nisi mihi supplicium virgarum de te datur
Longum, diutinumque, à mane vsque ad vesperum.

Tempus longum, Virg. 2. Geor. 10.

Tractus longi flammarum. Virg. 1. Georg. 74.

Versus longi. Ci. 2. de Legib. 105. Ne plus quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius.

Via longa. Marr. lib. 1. 33. Et comites longæ quæris habere viæ. Virgil. 3. Aeneid. 77.

Vmbræ longæ. Plin. lib. 17. cap. 1. 6.

¶ Longus, pro Pernicioso. Virg. 1. Aeneid. 151. Infœlix Dido, longumq; bibebat amorem.

¶ Nimium longi sumus in. Cice. 2. de Finib. 136. Sed in rebus apertis nimium longi sumus.

Longior esse nolo. Cic. 1. de Nat. deor. 141, Possum de ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longior.

¶ Longum est. Teren. Phorm. 3. 2. 30. Haud longum est id quod orãt Dorio, exoret sine. Et paulo antè, 10. Experire, non est longum. Id est nõ multi temporis. Idem And. 5. 6. 13. Meminiratque adeò lõgum est, nos illum expectare dum exeat. Id est diutius expectãdum nobis esset. Plin. epist. 30. 2, Longum est altius repetere: nec refert quemadmodum accederit. Sic Cic. 4. Acad. 209. Longum est explicare.

Longum est & non necessarium commemorare quæ apud, &c. Cicero, Verr. 119.

Longum est dicere quàm improbè fecerit. Cic. 3. Verr. 111.

Longum est refellere & superuacaneum. Plin. lib. 7. cap. 43. 6.

Longum est si. Terent. Heaut. 2. 3. 94.
- longum est Clitipho,
Si tibi narrem quam ob rem id faciam. Martial. lib. 1. 188.
Longum est si velit ad Pyrum venire.

Ne longum faciam, Id est, Vt breuiter dicam. Horat. 1. Serm. saty. 3. 16.

Longum & obscurum. Cic. 4. Verr. 138. Atque adeò hoc ne longum aut obscurius esse possit, procedite in medium, explicate, &c.

¶ Nihil mihi longius quàm. Cice. pro Rab. Posthum. 22. Nec mihi longius quicquam est Iudices, quàm videre hominum vultus. De Alexandrinis loquens. Id est nihil molestius, aut nihil desyderatius. Idem ad Matium lib. 11. 27. 2. Quem quum obiurgarem, quòd parum valetudini parceret, tum ille nihil sibi longius fuisse quàm vt me videret. Id est nihil sibi visum longius, quàm illud tempus quo Ciceronem videre cupiebat. Idem 6. Verr. 34. Nihil ei lõgius videbatur, quàm dum illud videret argentum.

Longius abesse, & de tempore dicitur. Cæsar 3. belli Gall. Neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clàm ex castris exercitum educat.

Longum, Aduerbium, Longo tempore. Martialis, Vtque tuis longum, dominusque puerique fruantur Muneribus Virgil. 10. Aeneid. 148.
- non me, quicunque es, inulto,
Victor, nec longum lætabere.

Vale longum. Virg. 3. eclog. 16. Et longũ formose vale, vale, inquit, Iola.

Sis memor ô, longumque vale. Claud. 1. de raptu Pros. 47.

In longum ducere. Virgil. 9. eclog. 11. Caulando nostros in longum ducis amores.

Sufficere in longum. Tacit. lib. 10. Ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quæ aduersus necessitates in longum sufficiẽt.

In longum esse. Tacit. lib. 11. Nec multo pòst Curtius Rufus eundem honorem adipiscitur: qui in agro Mattiaco reclauerat specus quærendis venis argenti: vnde tenuis fructus, nec in longum fuit.

In longum trahere, Vide IN.

Longè, Aduerbiũ (μακρὰν, πόρρω, ἄνω, ἔκτοτε, ἀπόπροθεν, ἀποσκόπου, τῆλε,) pro longitudine tam temporis quàm loci.

Longè lateque diffusum aut dispersum. Cic. 2. de Finib. 182. Quæ autem est alia causa erroris tanti, tam longè, lateque diffusi, nisi quòd, &c. Idem pro Lege Manil. 25. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longè lateque dispersum, &c.

Longè à mari rus est. Terent. Eunuch. 3. 3. 13, Rus Sunii & quòd habeam, & quàm longè à mari. Cic. pro Lege Manil. 22. Longè à domo bellare. Idem 7.

Idem 7. Verr. 51. Qui locus est non longè à Syracusis. Sic 1. de Legib. 4, Non longè ab ædibus. Liu. 1. ab Vrbe, 219. Principibus longè ab domo exciti.

Longè abieram. Terent. Eunuch. 4. 2. 5. - dum hæc puto,
Præterii imprudens villam, longè iam abieram:
Quum senti, redeo rursum.

Ne longè abeam, per translationem. Cic. lib. 1. de Finib. 153, Audi, ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus, &c. Vide ABEO.

Abest longè. Ouid. 8. Metam. 164.

Longè hinc abest. Plaut. Rud. 7. 6.
- ilico nos hic imus
Haud longule ex hoc loco verùm longè hinc abest, vnde vectæ sumus.

Longè gentium abest, Idem quod maximè longè. Cic. Attico, lib. 6. 114. 1.
Non quo me aliquid iuuare posses, quippe res enim est in manibus, tu autem abes longè gentium. Idem P. Cornificio, lib. 12. 22. 2. Oppressa omnia sunt: nec habent ducem boni, nostrique τυραννοκτόνοι, longè gentium absunt.

Longè à me abest. Plautus Curcul. 3. 21. Quàm longè à me abest? Cic. ad Titium, lib. 13. 59. 2. Sentiatque meam sibi amicitiam, etiam quum longissime absim, prodesse in primis apud te. Sub. à te.

Abesse longè, procul, &c. Vide ABSVM.

Arcere aliquem longè. Virgilius 1. Aeneid. 7.
- iactatos æquore toto
Troas, reliquias Danaũm, atque immitis Achilli
Arcebat longè Latio.

Arcet longè summotos. Virg. 6. Aeneid. 64.

Discedere longè. Ouid. epist. 11. 21.

Distare longè. Lucret. lib. 2. 89.

Longè à pædagogo efferre pedem. Plaut. Bacchid. 8. 19.
Nego tibi annis viginti fuisse primis copiam.
Digitum longè à pædagogo pedem vt efferres ex ædibus.

Longè fugere. Plaut. Mostel. 6. 42.
- si ego ita aduenientem patrem faciam tuum,
Non modò ne introeat, verùm etiam vt fugiat longè ab ædibus;

Longè stimulum habes: Hoc est longè vel in longum protensum. Plaut. Trucul. 17. 75.
- næ ista stimulum longè habet, quæ vsque illinc
Cor pungit meum.

Longè vsque illic habito. Plaut. Rud. 23. 89. Vbi tu hîc habitas? 6. porrò illic longè vsque in campis vltimis.

Longè alicui obuiam procedere. Cic. 4. Verr. 45.

Longè prospicere futuros casus. Cice. de Amicit. 38. Etenim eo loco Fanni & Scæuola locati sumus, vt nos longè prospicere oporteat futuros casus Reip.

Resonantia longè littora. Virg. 1. Georg. 72.

Longè esse. Plin. in Paneg. 41. Negotiis aliquis, valetudine alius: hic mari ille fluminibus distinebatur: expectatũ est, prouisumque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis denique longè fuisset, veniret quisque quum, vellet, veniret quisque quum posset.

Longè hinc est in saltum vestrum. Cic. pro Quintio, 53.

Longè est mihi. Martialis lib. 1. 82.
Tam longè est mihi quàm Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syenen.

¶ Longè, pro Multo aliquando accipitur: tũcque comparatiuo iungitur, aliquando pro Valde, & tunc superlatiuo: nonnunquã nominibus, verbis, & aduerbiis, vt vides in subiectis exemplis. Vide Vallam lib. 1. Comparatiuo. Virg. 9. Aeneid. 111. At pedibus longè melior Lycus.

Longè longeque beatior cunctis illa est. Ouid. 4. Metam. 65.

Superlatiuo. Quintilianus lib. 10. cap. 1. Longe omnium, quos quidem mihi audire contigit, præstantissimus Domitius Afer. Cic. 1. de Orato. 25. Principi longe omnium in dicendo grauissimo & eloquentissimo Platoni. Idem pro Rosc. Amerino, 19. Longe audacissimum habuimus. Et Plin. lib. 5. cap. 14. 2. Longe clarissima.

Longè doctissimus. Horat. 1. Serm. satyr. 5. 1.

Longè pulcherrimus panis. Horat. 1. Serm. satyr. 5. 18.

Longè, longeque plurimum. Cic. 2. de Finib. 109. Alteri negant quicquam esse bonum nisi quod honestum sit: alteri plurimum se, & longè longeque plurimum tribuere honestati, sed tamen, &c.

Positius Excellens & Præstabilis iunctum aliquando reperitur. Apul. de deo Socratis, Chalcas autem longè præstabilis hariolus. Idem in Florid. Longè ante cæteros excellens.

Longè cæteris artibus antecedit illud studium, Hoc est præstat & excellẽtius est. Cic. 1. Acad. 6. Præsertim quum & ipse in eo excellas, & id studium, totaque ea res longè cæteris & studiis & artibus antecedat.

¶ Longè aliter. Plaut. Epid. 1. 1. 9. Aliter catuli longè olent, aliter sues. Idem Trucul. 4. 67. Sed longè aliter est amicus atque amator. Id est plurimum differunt amicus & amator. Cice. pro Domo sua, 15. Longè aliter atque à me dicta erant, detulerunt. Sic 4. Acad. 181. Longè aliter se habere ac sensibus videantur. Liu. 2. ab Vrb. 102. Lõgè aliter Patres ac plebem affecẽre.

Longè aliter euenit. Liu. 2. bel. Pun. 104, Ratus cum imperio authoritatẽ quoque ei inter Numidas ereptum: quod longè aliter euẽnit. Idem 2. ab Vrbe, 100, Res aliter longè euenit.

Longè antè videre. Cic. 3. Tusc. 51, Hęc igitur præditatio futurorũ malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia longè antè videris.

Longè ante alias specie ac pulchritudine insignis. Liu. 1. ab Vrbe, 39.

Longè secus. Cic. de Amicit. 29, Q uod si ita esset: vt quisque valetudinis minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptitudinis: quod longe secus est. Idem pro Plancio, 75, Quod est longè secus.

Longè alius. Plaut. Afina. 5. 5.
Aliam nunc mihi orationem despoliato prædicas,
Longè aliam inquam præbes nunc, atque olim quom dabam. Salust.
Longè mihi alia mens est Patres Conscripti.

Longè dispar. Cic. pro Fonteio, 32, O fortunam longè disparem M. Fontei, si deligere, &c.

Longè dissimilis succus. Horat. 2. Serm. saty. 8. 6.

Longè princeps, Id est excellẽtior cæteris. Cic. Bru. lib. 13. 14. 1, L. Castronius Pætus longè princeps municipii Lucẽsis, est honestus, grauis, plenus officii. Q uintil. lib. 10. cap. 1, Nouem verò lyricorum longè Pindarus princeps. Cæsar 6. bel. Gall. 48, Eo tũ statu res erat, vt longè principes haberentur Hedui. Liuius 1. ab Vrbe, 218, Ius longè princeps Latini nominis erat.

Longe primus, quemadmodum Facile primus, hoc est excellentior. Cice. 4. Verr. 37, Longè primus ciuitatis est Epicrates. Liu. 10. bel. Pun. 198, Nam longè primi ciuitatis erant. Ibidem, lib. 1. 14, Equitum peditumq; idem longè primus erat. Ibidem, lib. 3. 152, Qui tum authoritate atque opibus longè primus erat.

Longè plurimum. Cic. de Claris Orat. 27, Coruncanum, quòd ex Pontificum cõmentariis longè plurimum ingenio valuisse videatur. Cęsar in Cõment. Hæc ciuitas longè plurimum totius Galliæ equitatu valet.

Longè plurimos captiuos ante currum duxit. Liu. 1. ab Vrbe.

Longè antecellere cæteris. Cic. 6. Verr. 105.

Longè anteire. Plaut. Bacchid. 1. 2. 3,
Q uicunque vbi vbi sunt, qui fuẽre, quique futuri sunt posthac
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, blenni,
Ego longè ante eo stultitia & moribus indoctis.

Longè anteponere. Cic. 5. Tusc. 18, Cuius ego iudicium, pace tua dixerim, longe antepono tuo.

Longè dissentire. Cicer. de Amicit. 50, Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus. Id est nullo pacto cum eis sentimus.

Longè errat. Terent. Adelph. 1. 1. 40,
Et errat longè, mea quidem sententia,
Q ui imperium credat graius esse aut stabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

Longè præcedere. Q uintil. lib. 10. cap. 1, de Cælio Basso loquens, Sed eũ longè præcedunt ingenia viuentium.

Præstare longè. Lucrer. lib. 5. 237.

Longè multumque præstat aut superat. Cic. 5. de Finib. 72, Quum longè multumq; præstet mens atq; ratio. Idem 7. Verr. 90, Nam si eũ aliorum improbitate certet, longè omnes, multumque superabit.

Longè remotus ab ambitione. Plin. epist. 1 10. 2, Iplius, quòd scilitet, sicut est ab omni ambitione longè remotus, &c.

Longè, lateque remotus à vulgo. Horat. 1. Serm. saty. 6. 4.

¶ Longius, Cõparatiuũ, (πορρωτέρω, ἀποτέρω,) De loco & tempore dicitur. Plaut. Cistel. 7. 38, Auecta est, inquit, peregrè hinc habitatum lõgius. Idem Trinummo, 10. 94,
Non sisti potest, video caculam militarem
Me futurum, aut longius, aut aliquem ad regem.

Longius abesse. Teren. Heaut. 5. 2. 31, Et quantũ ego intelligere possum, C L. quid? 5. non aberit longius. Ibidem, 1. 2. 10, Non cogitas hinc lõgius abesse? & nosti mores mulierum. Ouidius 3. Fast. 117.

Longius abire. Terent. Eunuch. 4. 3. 20, - neque mirari satis,
Q uò ille abire ignauus possit longius: nisi si domum
Forte ad nos rediuit.

Longius currere. Cic. 2. de Finib. 76.

Curare lõgius. Tacit. lib. 19, Exploratores, vt mos est, longius curabant.

Longius discedere à naturæ constantia. Cic. 4. Tusc. 19.

Ire longius. Lucrer. lib. 4. 42.

Procedunt longius iræ. Virg. 5. Aeneid. 95.

Recedunt longius à stabulis. Virg. 4. Georg. 39.

Prouehi longius. Quint. in Procem. lib. 4. 3, Sed prouecti quoq; longius, quàma da liquem graniorem venissent locum, &c.

Longius in amicitia prouectus. Cic. de Amicit. 32, Quòd siqui longius in amicitia prouecti essent, tamen semper labefactari, si in honoris contentionem incidissent.

¶ Longissimè Superlatiuus, De loco & tempore etiam dicitur. Liu. 1. ab Vrbe, 77, Signum, contra quod longissimè conspectum oculi ferebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

animo finiuit,&c.
Longissimè ab Occasu patet. Plin. Pars nostra terrarum, de qua memoro, ambiente, vt dictum est, Oceano velut innatans, longissimè ab Ortu & Occasu patet.
Longissimè abest à vero. Cic. 4. Acad. 69.
Longissimè memini. Plaut. Menæch. 24.54. Quid longissimè meministi, dic mihi, in patria tua?
Longissimè disiuncta comprehendere. Cic. in Pisonem, 1.
Longissimè, pro Longum est. Plaut. Sticho, 9.24.
– quàm dudum in portum huc venis?
P. Longissimè.
Longissimè abhorret mea ratio voluntasque ab hoc facto. Cicero 4. Verr. 7.
Lóngule, pen. corr. (ὑπερμακρόν,) Adverbium diminutiuum à lõgè. Plaut. Rud. 7.6. – illico nos hic imus
Haud longule ex hoc loco. Idem Menæch. 2.62,
Nam rus vt ibat, & multum fortè pluerat,
Ingressum fluuium rapidum ab vrbe haud longulè,
Rapidè raptorem pueri subduxit fides.
Lóngulus, pen. corr. Adiectiuum (ὑπερμακρός,) vt Longulum iter. Cicer. ad Atticum, libro 16. 337. 3. Itaque eo die mansi Aquini: longulum sanè iter, & via inepta.
Longiúsculus, penul. corr. (ὑπερμακρότερος,) Adiectiuum diminutiuum à comparatiuo longius. Cic. pro Archia, 19, quòd epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis. Plin. lib. 10. cap. 36.
1. Fœminis passeribus longiusculum spatium.
Lóngipes, pen. corr. longipedis, om. g. (μακροπόδης,) Plin. lib. 30. cap. 4. 4. Buprestia animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi. Id est longos pedes habenti.
Longæuus, Adiectiuum, (μακραίων, αἰώνιος, μακρόβιος,) Quod est longi æui. Virg. 6. Aeneid. 155.
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniunx
Educet syluis. Martialis lib. 1. 5. Nec se miretur Cæsar longæua vetustas.
Idem lib. 14. 27.
Si mutare paras longæuos cana capillos?
Accipe Mattiacas, quò tibi calua spilas.
Caput longæuum. Propert. lib. 4. eleg. 1. 11.
Nutrix longæua. Ouid. epist. 1. 21.
Parens longeuus. Virg. 3. Aeneid. 34.
Senecta longæua. Propert. lib. 2. eleg. 14. 10.
Senes longæui. Virg. 5. Aeneid. 143.
Longitúdo, pen. prod. (μῆκος, μακροότης,) longitúdinis, Denominatiuum, Notam habet significationem. Plin. lib. 11. cap. 25. 2. Intelligi autè gracilitate & longitudine.
Longitudo itineris. Cic. 9. Philipp. 257. Non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingrauescens retardauit.
¶ Longitudo, De tempore etiam dicitur. Terent. Heaut. 5. 2. 10, Vbi te vidi animo esse omisso, & suauia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem, Cepi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere.
Longitudo noctis. Cic. 7. Verr. 21. Ita diei breuitas, conuiuiis: noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur.
Longitudo orationis, cui Breuitas opponitur. Cic. in Partit.
Immodica longitudo. Quintil. lib. 4. cap. 1. 43. Nec minus euitanda est immodica eius longitudo. De proœmio.
Longinquus, Adiectiuum, (ἀπόστατος, ἀπώτερος,) Remotũ, distans. Cic. de Senect. 77. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum non quòd æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimãs non longinquũ inter nos digressum & discessum fore.
Aeuum longinquum. Lucret. lib. 2. 14.
Arua longinqua. Horat. 1. epist. 8. 2.
Bellum longinquum. Catull. Argon. 59. 69.
Longinquis bellis obruti. Plin. lib. 7. cap. 54. 1.
Fornax longinqua, pro longa. Plin. lib. 9. ca. 38. 2. Ac modico vapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo.
Itinera longinqua actari Sarmatæ, &c. Plin. lib. 8. cap. 42.
Linea longinqua, pro longa. Plin. lib. 9. cap. 17. 1. Longinqua linea per os ad branchias religata.
Longinquos respicit montes: Id est remotos. Plin. epist. 17. lib. 2.
Morbus longinquus, Diuturnus. Liu. 1. ab Vrbe 136, Donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus.
Orbis longinquus. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 6, Longinquo referam lassus ab orbe pedem.
Spes non longinqua. Stat. 2. Sylu. 1. 11. O vbi venturæ spes non longinqua iuuentæ.
Sermo longinquus: cui Breuis opponitur. Plaut. Milit. 14. 29.
– cedo te mihi solæ solum.
P A. Breuin' an longinquo sermone? M. tribus verbis. P A. iam iam ad te redeo.
Vetustas longinqua. Virg. 3. Aeneid. 83.
Vita longinqua. Plaut. Milite, 10. 155. Qui lepidè ingenuatus esset, vitam longinquam darent.
Ex longinquo venire. Plinius libro, 10. cap. 4 2. 2. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit: sed expressior loquacitas certo generis picarum est.
E longinquo multa annuntiare. Plinius libro, 7. cap. 52. 2. Reperimus inter exempla, Hermotimi Clazomenii animam relicto corpore errare solitam, vagamque è longinquo multa annuntiare, quæ nisi à prænõti noscì non possent.
Longinquum amanti istuc: Hoc est diuturnum nimis & fastidiosum. Plaut. Merc. 22. 55.
– quin ego videam facis?
B. Faciam. C. longinquum amanti istuc.
Longinquum loquis: hoc est diutius. Plaut. Merc. 12. 23:
Odiosa hæ oratio est, quum rem agas, longinquum loqui:
Equidem ad capita rerum peruenias.
¶ Longinqui, Qui longè habitant, Cice. Marcel. libro. 15. 7. 1. Non dubito quin præsentes censeantmos quidem longinqui, & à te ipso multis vltimas gentes.
Longinquitas, pen. corr. longinquitãtis, Ipsa distantia locorum. Cicero ad Cælium, lib. 2. 8. 2. Propter longinquitatem & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur.
Longinquitas nauigandi. Plin. lib. 31. cap. 6. 6. Neque enim Aegyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem nauigandi.
Nimia longinquitate locorum commoueri. Cic. pro Leg. Manil. 16.
¶ Longinquitas ætatis. Terent. Hecyra, 4. 2. 20.
– hæc mihi nunc cura est maxima, vt ne cui mea
Longinquitas ætatis obstet, mortémve exoptet meam. Id est diuturnitas, quòd diutius viuo.
Longinquitas tempotis, Diuturnitas. Cæsar 1. bel. Ciuil. 115. Tamen reiecius moram, temporisque longinquitatẽ timebat. Cicero 2. de Finibus, 141. Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, qui sibi id concederet, si negabit voluptatem crescere longinquitate? Idẽ 5. Tusc. 101. Sin fortè longinquitate producti, dolores vehementius eum tortquent, quàm vt causa sit cur ferantur, quid est tandem, dii boni, quod laboremus?
Longisco, longiscis, μακρύνομαι,) longiscere, Longum fieri, vel frangere. Ennius lib. 17. – neque corpora firma Longiscunt quicquam. Idem. Cum sola est eadem faciunt longiscere longe. Nonius.
Longurio, longurionis, (ἐπιμακής,) Id est longus. Varro Triphalo, Ego nihil narro, adeò hic ita curat qui ante me est nescio qui longurio. Antiquum.
Longurius, longurii, (κάμακες,) Pertica longior, quæ sepibus hortorum vel etiam bellicis traiici solebat ad eas confirmandas. Varro de Re rust. libro, 1. cap. 14. 2. Secunda sepes est ex agresti ligno, sed non vitis: tertia autem palis statutis crebris, ac virgultis implicatis, aut latis perforatis, & per ea foramina traiectis longuriis ferè binis aut ternis, aut ex arboribus truncis demissis in terram deinceps constitutis. Idem lib. 2. cap. 7. 9. Itaque in stabulis ab humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia ac fenestras, & inter singulas à præsepibus interiicere longurios qui eas disiernant, ne inter se pugnare possint. Cæsar 7. bel. Gallic. 339. Acastris longurios, musculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis causa parauerat, profert. Ibidem, lib. 3. 406. Falces præacutæ insertæ affixæque longuriis, non absimili forma muralium falcium. Ibidem, lib. 4. 526. Hæc directa materia iniecta cõtexebantur, ac longuriis sagittisque consternebantur.
Lopas, lopadis, pen. corr. f. g. (λοπάς,) Genus conchæ marinæ. Plaut. Rud. 8. 7.
– habemus echinos, lopadas,
Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam.
Loquor, loqueris, pen. corr. (λαλέω, αὐδάω, μυθέομαι, φέγγομαι,) Loqui, Deponens. Varr. lib. 5. de Lingua Latina, Loqui ab loco dictum: quòd qui primo dicitur fari, & vocabula, & reliqua verba dicit ante quàm suo quisque loco ea dicere potest. Et paulo post, Ignis loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit.
Loqui, aliquando Dicere significat. Cice. Papyrio Pero, lib. 9. 22. 10. Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus. Plaut. Menæch. 8. 47.
– quas mulieres,
Quos tu parasitos loquere? Idem Bacchid. 18. 3. Quid hæ loquantur literæ?
Accuratius loqui. Quintil. lib. 3. cap. 2. 2.
Loqui ad voluntatem, Dicere quod libet. Cice. in Parad. 49. Loquitur ad voluntatem: quicquid denuntiatum fit, facit: adsentatur, assidet, mouetur. Idem de Amicitia, 76. Quanuis enim multis nominibus est honestatur. Idem de Amicitia, 76. Quanuis enim multis nominibus est honestum vitium notandum leuium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.
Loqui ad voluptatem: Hoc est, Voluptatem suo sermone audientibus afferre. Cic. pro Quintio, 63. Fatetur se nõ belle dicere, nõ ad voluptatem loqui

loqui posse. Legitur in emendatioribus codicibus, voluntatem.
Loqui aperte. Terent. Andr. 1. 2. 31. Ita apertè ipsam rem modo loquutus, nihil circumitione vsus es.
Loqui aliquid. Cic. 3. de Finib. 14. Sæpiusque ista loquemur inter nos, age musique communiter.
Loqui apud aliquem turpiter. Cic. 2. de Finib. 119. Mene ergo & Triariũ dignum existimas, apud quos turpiter loquare?
Sit mihi fas audita loqui. Virg. 6. Aeneid. 54.
Mitte loqui cætera. Horat. Epod. 13. 2.
Citra reprehensionem loqui. Quintil. lib. 1. cap. 5. 40.
Commodè loqui. Vide COMMODVS.
Commodum loqui. Plaut. Trin. 17. 13. Vide ORDIORI.
Comprehensè loqui. Vide COMPREHENDO.
Confidenter loqui. Plaut. Amphit. 8. 196.
– quæ non deliquit, decet
Audacem esse, & confidenter pro se, & proterè loqui.
Confusè loqui. Vide CONFVNDO.
Conuenienter loqui. Vide CONVENIO.
Loqui cum aliquo de re aliqua. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 14. Eidem, lib. 1. 2. 8. Ita fum cum illo loquutus.
Loqui cum aliquo vehementer. Cœlius ad Ciceronem, libr. 8. 11. 7. Nam cum Curione vehementer locutus est.
Loqui cum granitate. Cic. ad Atticum. lib. 9. 180. 6. Illud me præclarè admonet, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potius loquar.
Loqui de. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195. 14. De ea re nos inter nos locutos. Idem de Amicitia, 3. Quia nulla videbatur aptior persona quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius qui, &c.
De magnis rebus loqui. Lucret. lib. 4. 205.
Loqui deliramenta. Plau. Amphit. 8. 62. Hæc quidem deliramenta loquis. Idem Capt. 11. 67. Iam deliramenta loquitur, Iuuæ stimulant vitum.
Dulce loqui. Horat. 1. epist. 7. 6.
Minus efficaciter loqui. Quintil. lib. 5. cap. 13. 30.
Emendatè loqui. Quintil. lib. 1. cap. 5. 1.
Loqui ex nauibus. Cæsar 5. bel. Ciuil. 59. Loquuntur ambo ex nauibus cũ M. Acilio & Statio Murco legatis.
Facta, infecta loqui. Stat. 3. Thebaid. 86.
Falsa loqui. Ouid. 7. Metam. 155.
Loqui familiariter cum aliquo. Plaut. Aulul. 6. 15. Vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiariter.
Ficta loqui. Ouid. 1. Metam. 155.
Loqui porrectiore fronte, Hoc est, audacter. Plaut. Casin. 6. 3.
– eloquere quid velis.
S. Primùm, ego te porrectiore fronte volo mecum loqui.
Furtim loqui aliquid. Ouid. epist. 16. 53.
Haud ignota loquor. Virg. 2. Aeneid. 19.
Impensius loqui. Senec. de Benefic. lib. 2. ca. 14. Loquendum pro magnitudine rei impensius, & illa adiicienda, plures quàm putas, obligasti.
Impunè loqui, Vide in dictione Abditum in ABDO.
Loqui in eandem sententiam: Hoc est, eiusdem esse sententiæ. Cæsar 1. bel. Ciuil. 2. In eandem sententiam loquitur Scipio, Pompeio esse in animo Reipublicæ non deesse si Senatus sequatur. Cic. 3. Verr. 47. Hæc quum omnes sentirent, & quum in eam rationem pro suo quisque sensu, ac dolore loqueretur, omnes, &c.
Inconstanter loqui, Vide INCONSTANS.
Inductum & quasi deuium loqui, Vide INDVCO.
Loqui inter se. Cic. ad Attic. lib. 5. 88. 7. Ex quo ego veni ad ea, quæ fuerant ego & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. Vide INTER.
Lapides loqueris. Plaut. Aulul. 6. 26. Quia mihi misero cerebrum excutiũt tua dicta forortis lapides loqueris. Et apud Martialem lib. 5. 42. Theatra loqueris, & gradus, & edicta.
Latinè loqui. Cic. 6. Verr. 2. Latinè me scitote, non accusatorie loqui.
Latinè, & Grammaticè loqui differunt. Quintil. libro, 1. cap. 6. 17. Quare mihi non inuenisse dici videtur, aliud esse Latinè, aliud Grammaticè loqui.
Lautè loqui. Plaut. Milit. 14. 11. Quia enim loquitur lautè, & minimè sordidè.
Loqui lepidè. Plaut. Milit. 10. 21. Quis homo sit magis meus, quàm tu es?
P L. loquere lepidè & commodè.
Liberè loqui, Vide LIBER.
Loqui lingua. Plaut. Truc. 5. 15, – malè corde
Consultare, bene loqui lingua.
Longinquum loqui, Vide LONGVS.
Magnificè loqui, Vide MAGNVS.
Magnificè magna loqui. Tibull. lib. 2. eleg. 7. 3.
Magnum loqui, nitique cothurno. Horat. de Arte, 57.
Malè loqui absenti: id est detrahere absenti. Terent. Phormione, 2. 3. 25. Pergin' hero absenti malè loqui impurissime? Vide MALVS.
Malè loqui mandati, Horat. de Arte, 22.
Loqui maturè & grauiter. Plinius epist. 87. 2, Commendabat actionem quòd tanquam homo Romanus & bonus ciuis in negocio suo maturè & grauiter loquebatur.
Simulata mente loqui. Virg. 4. Aeneid. 21.
Mirabiliter de te loquuntur & sentiunt. Cic. Figul. lib. 4. 13. 16.
Mollius de peccatis suis loqui. Quintil. lib. 4. cap. 2. 50. Quum etiam seruì nostri de peccatis suis mollius loquantur.
Monstra ac portenta loqui. Lucret. lib. 4. 119.
Non est quod multa loquamur. Horat. 2. epist. 1. 6.
Loquere mihi nomen tuum: Hoc est dic, effer. Plaut. Menæch. 24. 7. Adolescens quæso loquere tuum mihi nomen.
Optata loqui. Vide OPTO.
Ore rotundo loqui. Horat. de Arte, 66.
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui, præter laudem nullius auaris.
Omnes simul vno ore loquuntur. Ouid. 12. Metam. 49.
Loqui ore duarum & viginti gentium. Plin. de Viris illust. 76. Mithridates rex Ponti, oriundus à septem Persis, magna vi animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur, &c.
Ore muto nititur loqui. Ouid. 2. Fast. 123.
Otiosè loqui, Vide OTIVM.
Paucula loqui. Terent. Heaut. 4. 6. 24. Quod imperabit facito, loquitor paucula.
Planè & disertè loqui. Plaut. Amphit. 7. 22.
Satin' hoc planè, satin' disertè here nunc videor tibi
Loquutus esse?
Præclia loqui. Horat. 4. Carmode 15. 1.
Loqui pro aliquo. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 6. 11, Pro Cæsare loqui cœpit.
Pro re pauca loquar. Virg. 4. Aeneid. 68.
Loqui rem aliquam, pro De aliqua re. Senec. epist. 91. Quid loquar marmora, quibus templa, quibus domus omnes fulgent? Virg. eclog. 6. 15. Quid loquar aut Scyllam Nisi, &c.
Secretò loqui cum aliquo. Horat. 1. Serm. satyr. 9. 14.
Secum loqui. Plaut. Mostel. 7. 29, Quid tute tecum loquere? Cice. pro Quintio, 30. Ne hęc quidem tecum locutus es.
Securius inter cœnam loqui de aliquo. Quintil. lib. 6. cap. 3. 7.
Submissè loqui. Quintil. lib. 6. cap. 5. 5.
Superba loqui. Propert. lib. 1. eleg. 10. 5.
Verba fortia loqui. Ouid. ad Liuiam, 2.
Verba loqeor socianda chordis Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
Vitiosè loqui. Quintil. lib. 1. cap. 6. 5.
Voce supplice loqui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 2.
¶ Otsa loqui vates. Virg. 6. Aeneid. 25.
¶ Loquier, pro Loqui. Cic. ad Atticum, lib. 12. 249. 1. Publia ad me scripsit, matrem suam cum Publilio loquier, ad me cum illo vẽturum, & se vnà si ego paterer. Vetustus codex habet loqueretur.
¶ Loquuntur hoc palam. Cice. 5. Verr. 111, Hoc quum palàm decumani tota prouincia loquerentur, &c.
Loquuntur vulgò suppositum, &c. Hoc est vulgò circumfertur. Cicer. 7. Verr. 63. Quum vulgò loquerentur suppositum in eius locum quem pro illo probare velles, &c.
Loquuntur annales, loquuntur historiæ: Hoc est, referunt, cõmemorant. Cic. pro Domò sua, 67, Vt annales Pop. Rom. & monimẽta vetustatis loquuntur. Idem 4. Acad. 11, Ego autem quum Græcas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim: P. autem Africani historiæ loquantur in legatione illa nobili, &c.
Loquitur res ipsa: Hoc est, apertissima est, & sermone non eget. Cice. ad Attic. lib. 3. 41. 2, Pluribus verbis tecum agerem, nisi p me apud te res ipsa loqueretur.
Conclusio ipsa loquitur nihil percipi posse. Cic. 4. Acad. 182.
Loquitur fama. Marr. lib. 1. 1. Vnum pro cunctis fama loquatur opus.
Digiti cum voce locuti. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 9.
Sed postquam fuerant digiti cum voce locuti,
Acidit hæc tristi dulcia verba modo.
Hęc quidem mera scelera loquuntur. Cic. ad Attic. lib. 9. 184. 6.
Loquendi, loquendo, loquendum, (τεὸ φέγγεσθαι,) vt
Complexus, seriesque loquendi. Quintil. lib. 1. cap. 5. 3.
Finem dedit ore loquendi. Virg. 6. Aeneid. 16.
Forma loquendi. Quintil. lib. 1. cap. 6. 10.
Lex, & obseruatio loquendi. Quintil. lib. 1. cap. 6. 11.
Ratio loquendi. Quintil. lib. 4. cap. 2. 83.
Studium immane loquendi. Ouid. 5. Metam. 136.
Vices loquendi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 7.
Sæpe breuis nobis vicibus via visa loquendi est,
Vires loquendi habere. Ouid. 2. Fast. 160.
Valet loquendo. Ouid. 15. Metam. 3.
– quantumque ego Marte feroci,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioque adhæ valeo,tantum valet ille loquendo.
Consumere tempora loquendo.Ouid.5.Trist.eleg.14.6.
Loquendus,Participium,(μυθολογούμενος,) vt Dare aliquem loquendum chartis,Martialis libro 5.16.Quem chartis famæque damus, populisque loquendum.
Loquens,Participium,(φθεγγόμενος,)Cic.3.de Legib.3.Vereque dici potest,magistratum, legem esse loquentem: legem autem, mutum magistratū. Plautus Rud.24.70.Eò tacent,quòd tacita bona est mulier semper quàm loquens.
Omnia magna loquens.Horat.1.Serm.satyr.3.3.
Perpauca loquens.Horat.1.Serm.satyr.4.4.
Di bene fecerunt,inopis me,quodque pusilli
Finxerunt animi,raro & perpauca loquentis.
Verba violenta loquens.Ouid.3.Metam.144.
Voce furtiua loquens.Catull.ad Ianuam,epigr.62.9.
Inducere aliquem loquentem,Vide INDVCO.
Chordæ loquentes.Lucret.lib.4.198.
Supercilio penè loquente signa dare.Ouid.epist.16.17.
Verba superciliis sine voce loquentia dicam.Ouid.1.Amor.eleg.4.4.
Loquentia,loquentiæ,(λαλία,)in compositione duntaxat vsurpatur, vt Breuiloquentia,multiloquentia,blandiloquentia,& siqua alia sunt huiusmodi.Quanuis Valerius Probus Grammaticus illustris illud Sallustianum sic legendum,& sic ab eo relictum affirmare solitus sit, Satis loquentiæ,sapientiæ parum.Quòd loquentia nouatori verborum Sallustio maximè congrueret,eloquentia cum insipientia minimè conueniret.Hæc Sipontinus ex Gellio libro 1.cap.15.
Locutus,siue loquutus,pen.prod.Participium,(φθεγξάμενος,) vt Dicenda,tacenda locutus.Horat.1.epist.7.15.
Mirifice sperabat se esse locutum.Catull.de Ario,epigr.79.1.
Furtim lingua titubante locutus.Ouid.3.Trist.eleg.1.5.
Sic ore locuta est.Virg.1.Aeneid.135.
Blando ore locutus.Valer.8.Argon.8.
Demissa voce locuta est.Virg.3.Aeneid.64.
Trisi voce locutus.Ouid.7.Metam.105.
Locutio,siue Loquutio,Verbale,(φθόγγος,) Sermo,siue verbum.Cicero.1.Offic.205.Ex mœstitia,ex hilaritate, ex risu, ex locutione. Idem in Oratore,35.Quanquam enim omnis locutio oratio est, tamen vnius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.Idem de Clar.Orat.139.Solum quidem,inquit ille,& quasi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam & Latinam.Quinti.lib.1.cap.10.Quid enim tā necessarium,quàm certa locutio?
Locutio procax.Catul.in Epithalam.Iuliæ,56.26. Ne diu taceat procax fescenina locutio.
Recta locutio.Quintil.lib.1.cap.6.13.
Locutor,siue loquitor,pe.prod.(λάλος,) Qui nimium loquitur.Gel.lib.1.cap.14. Qui sunt leues & futiles & importuni loquutores.
Locutuleius,locutuleii,(ἀδολεσχοποιός,) Linguax,lingua prodigus & infrænis.Gell lib.1.ca.15.Neque minus insigniter veteres quoque nostri hoc genus homines in verba proiectos,locutuleios, & blateronos, & linguaces dixerunt.
Loquitor,pen.corr.loquitaris,(κατακαλῶ,) loquitari, Frequentatiuum deponens.Plaut.Bacchid.18.5.
Eho tu loquitatúne es gnato meo male
Per sermonem,quia mihi id aurum reddidit?
Loquax,(λάλος,πολυμυλάκης,)loquacior,loquacissimus,Verbosus,garrulus.Cic.in Para.51.Adolescentibus paulo loquacioribus est seruiēdū. Plaut.Aulul.6.5.Nam multum loquaces meritò omnes habemur.
Loquax & Mutus,contraria Cic.1.de Orat.87.Quare istam autem totā dimittamus,quæ in excogitandis argumentis muta nimium est,in iudicandis nimium loquax. De Dialectica.
Nuto,manibusque loquax.Claud.8.Paneg.62.
Auis loquax.Ouid.3.Trist.eleg.12.1.
Loquax epistola,Verbosior & longior,Cic.ad Atticum,lib.4.83.2.Nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiua,aut loquax visa est.
Fama loquax.Ouid.9.Metam.18.
Lymphe loquaces.Horat.3.Carm.ode 13.3.
Nutus loquaces.Tibull.lib.1.eleg.2.5.
Oculi loquaces.Tibull.lib.1.eleg.7.9.
Ranæ loquaces.Virg.3.Georg.87.
Loquax senectus.Cic.de Senect.50.
Vultus loquax.Ouid.1.Amor.eleg.4.4.
Loquiculus,& Loquacula,pen.corr.(λαλίστατος,)Lucret.lib.4.235.At flagrans,odiosa,loquacula.
Loquacitas,pen.corr.(ἀδολεσχία,ἀδολεσχία,)Stulta & inanis copia loquendi.Cic.ad Attic.lib.7.132.6.Loquacitati ignosces, quæ & me leuat ad te quidem scribentem,& elicit tuas literas.Cicero.1.de Legib.10.Nam quid Accium numerem:cuius loquacitas habet aliquid argutiarum?
Idem 1.de Orat.52.Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse, qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine vsu,neque ex scholis cantilenam requirunt.
Conterrere loquacitatem vultu,Vide CONTERREO.
Inhibere loquacitatem immodicam.Plin.lib.28.cap.8.30.
Loquaciter,penul.corr.Aduerbium,(πολυλογίας,)Cice.pro Murena,13.
Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille,vnde petebatur, non habebat.
Scribetur tibi forma loquaciter.Horat.1.epist.17.1.
Loquēla,pen.prod.Idem,(λαλία,λαλία,)Cic.4.de Finib.112.Ex eadem difficultate illæ fallacis loquelæ,vt ait Accius,malitiæ natæ sunt.Quædam exemplaria legunt fallaci loquentiæ.
Blanda atque infracta loquela.Lucret.lib.6.47.
Commodare loquelam,Vide COMMODO.
Suaues ex ore loquelas fundere.Lucret.lib.1.8.
Verbosa gaudet Venus loquela.Catull.in Camerium, epig.51.5.

Lora, loræ,priore correpta(ἱμάντες,)quid significet,declarat Varro de Re rust.lib.1.ca.54.1.Quū desit sub prelo fluere, quidā circunci dunt extrema,& rursus premunti& rursus,quum expressum, circūcisum appellant:ac seorsum,quod expressum est,ferunt;quodq; fspit ferrum,expressi acinorum folliculi in dolia conliciūtur,coqui aqua additur:ea vocatur lora,q; lota acina,ac pro vino operariis datur hyame.Col.li.12.ca.40.Quantū vini vno die feceris,eius partē decimam quot metretas efficiat,cōfy derato,& totidē metretas aquæ dulcis in vinacea,sed quibus vnius diei vinum expressum erit,addito,&c.De loquomodo faciēda loquitur.Sic lib.6.ca.3.4.Plin.lib.14.ca.10.Nō pot. sunt iure dici vina,quæ Græci deuterias appellant,Cato & nos loras, maceratis aqua vinaceis.Sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorū genera:decima parte aquæ addita quæ musti expressa fit,& ita nocte & die madefactis vinaceis,rursusque prelo subiectis.Alterum quomodo Græci factitauēre,tertia parte eius quod expressum fit addita aquæ,expressoq; decocto ad tertias partes.Tertium est faciēdum vinum expressum:quod fæcatū Cato appellat.Nulli ex his plus ij anno vinum, paululum,& lorea erit familiæ,quod bibat.

Loramentum,Loreus, Vide LORVM.

Lorica, loricæ,pen.prod.(θώραξ,χιτών,) A loro,dicitur munimentum corporis,quale in imperatorū antiquissimis statuis videmus. In vniuersum dicitur cuiuscunque rei tutela,& protectio,& munimentum,vt ait Budæus.Plaut.Cas.15.53.Loricā induū.Liu.5.ab Vrb.17.9. Multosque imperitos nandi,aut inualidos graues loricis,aliisque ceruminibus hausere gurgites.Cic.pro Mur.49. Defendi in campum firmissimo præsidio fortissimorum virorum,& cum illa lata insignique lorica,non quē me tegeret:etenim sciebam Catilinam non latus aut cutrem,sed caput & collum solere petere.Ouid.3.Metam.13.
Loricæque modo squamis defensus,& atræ
Duritia pellis,validos cute reppulit ictus.
Aeneæ loricæ & galeæ.Cic.6.Verr.87.
Conserta hamis lorica.Virg.3.Aeneid.74.
Rigens ex ære lorica.Virg.8.Aeneid.125.
Auro triplex lorica.Virg.5.Aeneid.52.
Cum lorica ambulare.Cic pro Flacco,32.
Cælare loricas opere Corinthio,Vide OPVS.
Auro squallentem,alboque orichalco circundat humeris loricam,Virg. 12.Aeneid.18.

¶ Lorica,Pars est murorum & structurarum.Vitruu.lib.2.cap.8.de latericiis parietibus loquens,Quū enim in recto regulæ fuerint fractæ,aut ventis deiectæ,quā possit ex imbribus aqua perplocre,non patietur lorica testacea lædi laterem,sed proiectura coronarū reiiciet extra perpendiculum stillas.Loricam appellat coronarum proiectūram quæ fit in parietibus eiusdem modi.Curtius lib.9.Augusta muri corona erat,& pinnæ,sicut alibi,fastigium eius distinxerant:sed per petua lorica obducta transitum sepserat.Itaque Rex hærebat magis,quàm stabat in margine,clypeo vndique incidentia tela propulsans.De Alexandro loquitur.Loricam appellat structuram fastigiatam,quæ aquam pluuis vsque dispellit extra perpendiculum veluti suggrūdulis prominentibus. Capistratæ huiusdemodi structurę à structoribus nostris appellantur. In pauimentis etiam ruderatis lorica appellatur corium è marmore tesso cum calce & arena.Vitruuius libro 7.cap.1.Itaque si necessitas coegerit,vt minimè vitiosa fiant,sic erit faciendum, quum coaxatum fuerit,insuper altera coaxatio transuersa sternatur:clauisque fixa, duplicem præbeat contignationi loricationem. Deinde ruderi nouo tertia pars testæ tusę admisceatur.Varro li.1.de Re rust.ca.57.1.Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Hæc Budæus. Cæsar 6. bell. Gall.149. Turres contabulantur: pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur.

Lorícula,loricúlæ,pen.corr.(χιτώνιον,) Diminutiuum.

Lorica,siue Lorícula in re militari significat munimentum quod obsessores vrbium construunt: nam vltra iactum teli fossam faciunt:eamque vallo,sudibus,& turriculis instruunt,vt erūpentibus è ciuitate possint obsistere.Authors est Vegetius lib.4.Cæsar.8.bel.Gal.36.Hæc imperat vallo x11.pedū munīri,coronisque pro hac rōne eius altitudinis inedificari,fossam duplicem, pedum quinūm denūm lateribus directis deprimi,turres crebras excitari in altitudinem triūm tabulatorum, pontibus traiectis,constratisque coniungi,quorum frontes vimineis loricis munirentur,vt hostis à duplici propugnatorū ordine depelleretur.

Lorico,loricas,pen.prod.(πλακόω,) loricare,Loricam induere. Plinius lib.8.cap.24.1.de ichneumone loquens,Mergit se limo læpius, siccatque sole. Mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit.

Loricata statua,(πεπλασμένον ἄγαλμα,) Plinius lib. 34. cap. 5. 1.Cæsar quidem Dictator loricatam sibi dicari in foro suo pallus est. De statuis. Liu.3.bel.Pun.95.Statua eius indicio fuit Prænestę in foro statuta,loricata,amicta togatu velato capite &c.

Loricati milites.Liu.5.bel.Macedo.182.Partim loricatos, quos cataphractos vocant,partim sagittis ex equo vtentes.

Loripes, pen.corr.loripedis pen. corr. com. g.(ἱμαντόπους,) Qui pedem in modum lori torum habet. Iuuenalis Satyr.1. 3.Loripedem rectus derideat,Aethiopem albus. Plaut. Pœnul.7.7. Nequicquam hos patronos mihi eleg)loripedes,tardissimos. Sic Plinius lib.7.cap.1.15. Et lib.15.cap.8.4.
Prætextatum rapuit Nero loripedem.Iuuenal.Satyr.10.31.

Lorum, lori,priora producta,(ἱμάς,βοτόνη,ἡνία,) Græca dictio,λῶρος,Latinè corrigia dicitur.

Lorum,Retinaculum iumentorum,& habenæ.
Abrupta lora.Ouid.1.Metam.61.
Colla iuga erumpunt,abruptaque lora relinquunt.
Fluitantio lora.Ouid.1.de Arte,87.
Rubra lora.Catull.ad Varum,epigram.49.1.
Vndantia lora.Virgil.5.Aeneid.30.
Nec iactemissis auriga vndantia lora
Concutere iugis.
Concute lora per admissas iubas.Ouid.2.Amor.eleg.16.10.
Corripe lora manu.Ouid.2.Metam.29.
Dant lora pronti.Virgilius 3.Georg.22.
–illi instant verbere torto,
Et pronti dant lora,volat vt feruidus axis.
Tenent loca.Virgil.1.Aeneid.97.
Fertur equis,curruque hæret resupinus inani
Lora tenens tamen.

¶ Lorum,Quodcunque lignamentum dici potest. Gellius lib.5.cap.14. Postea,inquit,videbamur Androdum & leonem loro tenui reuinctum, vbi tota eis cum taberuas ire.Cic.de Aruspicum resp.20.Puer ille patrimus & matrimus si terram non tenuit,aut tensam,autlorum omisit.

Solutis ire loris.Ouid.1.de Arte,9.
Dum licet,& loris passim potes ire solutis,
Elige cui dicas,tu mihi sola places.

¶ Lorum,Corrigiæ qua noxii cædebantur. Donatus,Lora apud veteres laura dicebantur,à laura triumphorum,sub qua mos erat capiuos vinciri,ducique per pompam. Ideo autem vt conditionis reminiscantur, loris cædunturPlaut.Epid.1.3.6.Periphanem emere lora vidi raderat sibi vnà Apoecides. Terent.Adelph.2.1.18.
Nam si molestes pergis esse,iam intrò arripiere,atque ibi
Vique ad necem operiere loris. 5.loris libet:
Cædere loris. Cic. 2.Philip.150.& 13.164. Quintilian.lib.5.cap.10. 63.Vide CARDO.
Vti loris.Horat.1.epist.17.10.
Nec fortem feci,nec fugi,si mihi dicat
Seruus,habes pretium,loris non vtriusque.

¶ Lora,Dicentur corrigiæ quibus lecti & sellæ instruuntur, super quas tomenta vel culcitræ imponuntur.Martial.lib.2.57.
Reconsque sella linteisque loresque.
Lorarius, lorarii (ἱμαντοφόρος,) Dicebāt qui in scenicis fabulis parebat iis qui ludis erant præfecti,& vel vinciebat,vel cædebat quos iussus erat vincire vel cædere.Tortores quoque,lorariosvocatos legimus. Gel.lib. 10.cap.1.Itaque si sequebantur magistratus,tanquam in scenicis fabulis,qui dicebantur lorarii.

Loramentum,loramenti,(ἱμάς,) Ligamentum.Iustinus lib.11.Quum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire nō posset,violentius oratulo rex vsus,gladio loramenta cædit.De nodo Gordii loquit.

Lorens,Adiectiuum,(ἱμαντινός,) Plinius lib.18.cap.31.8 Antiqui funibus vitisque loreis ea detrahebant & vectibus. Sic apud Catonem, cap.13.Loreus funis.

Lotium, lotii,priore breui,(οὖρον,) à nomine Lotio, Lotionis dicitur,Vinaiū diluendis corporibus sic dicta.Sueton.in Vespasiano,cap.23.Reprehendenti filio Tito,quòd & vrinæ vectigal cōmentus esset,pecuniam ex prima pēsione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur.At illo negante,Atqui,inquit,è lotio est.

Lotium vtique primam habere breuem docet Valla lib.1.cap.2.idque cōtra primitiui naturam.Videtur tamen Catullus produxisse in hoc sezonte ad Egnatium,Hoc te amplius bibisse prædicet loti. Loti,pro Lotii. Sic enim multi legendum putant,non lotus.
Lotium difficilius transibit. Cato cap.122.
Lotium fullum. Cato cap.7.2.

Lotometra, (λωτομέτρα,) Genus panis. Plinius libro 22. cap. 5.1.5.

LOTOPHAGI, penul.correp.Populi in Africa apud Syrtes,loto arbore victitantes.Vide LOTOS.

Lotura,et Lotus, Adiectiuum, Vide LAVO.

Lotos, vel Lotus, f. ge. (λωτός,) Arboris nomen,de qua Plinius lib. 13.cap. 17.1. Eadem Africa quā vergit ad nos, insignem arborem lotum gignit,quam vocant celtim& ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam. Præcipua est circa Syrtes atque Nasamonas.Magnitudo quæ piro:quanquam nepos Cornelius breuem tradat.Incisuræ folio crebriores,alioquin ilicis viderentur.Differentiæ plures, cæque maximè fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ color croci, sed ante maturitatem alius atque alius,sicut in vuis.Nascitur densus in ramis myrti modo,non vt in Italia cerasi.Tam dulcis ibi cibus, vt nomē etiā genti,terræque dederit,nimis hospitali adnatarum oblitione patriæ. Ferunt ventris non sentire mor bos,qui eum mandant. Melior sine interiore nucleo,qui in altero genere osseus videtur.Vinum quoque expritur huic simile multo,quod vltra denos dies negat durare idem Nepos:baccasque contusas,cum alica ad cibos doliis condi. Quin & exercitus pastos eo accepimus,vitro citroque commeantes per Africam.Ligno colos niger.Ad tibiarum cantus expeditur.E radice cultellis capulos breuesque alios vsus excogitant.

Lotos,Herba.Plin.lib.13.cap.17.Est autem eodem nomine & herba,& in Aegypto caulis in palustrium genere Recedentibus enim aquis Nili riguis,prouenit similis fabæ caule,folisque densa congerie stipata, breuioribus tantum,gracilioribusque:cui fructus in capite papaueri similis incisuris,omnique alio modo Intus grana ceu milium.Incolæ capita in acetis putrefaciunt,mox separant lauando,& siccata tundunt, eōque pane vtuntur.Mirum est quod præter hæc traditur,sole occidente papauera ea comprimi,& integi foliis.Ad ortum autem aperiri donec maturescant,floscque qui est candidus,decidat.

LOTOS, & Lotis,Lotidis,(λωτός,) proprium nomen nymphæ Neptuni filiæ,quę Priapum fugiens,in arborem sui nominis versa est. Ouid. lib.10.Metam.10.Amnicolæque simul salices,& aquatica Lotos.

Ab hac Lotophagi,(λωτοφάγοι,) populi Africæ Minoris. Plinius lib.5. Lotophagorum oram citra Borion in intimo sinu Syrtis maioris statuit:Ptolemæus inter duas Syrtes Ortum versus,ad Cynipheni fluuiū. Herodotus lib.4.ad minorem Syrtim ferè, & Gindanes illos, quorum vxores adeò se Venere iactant, locat. Horum nullus Melæ conuenit, trans Borion oram eorum statuenti.Strabo certè libro vltimo, ad minorem Syrtim & insulam eius insignem,cui nomen est Meninx, Lotophagos habitasse,argumentum esse ait monimenta quædam, & Vlyssiarum,& loton arborem suauissimi fructus,à qua his nomen datum est in ea copiosam.Quam Plinius quoque ab Eratosthene Lotophagiten dictam esse ait. Illius sententiæ suffragatur Silius illo verciculo lib 3. Neritia Meninge satus,&c. Vbi de Coaspe Afro Neritiam insulam cognominat ob Vlyssis in ea memoriam, qui Ithacam patriam habuit, in qua mons Neritos nemorosus & altus Homero ponitur lib. Odysseæ nono.Hospitales Lotophagos & appulsis mites fuisses constat, atque inde tanta eorū laus.Nam vt Strabo ex Eratosthene retulit, in his litoribus communis Barbarorum mos hospites pellendi. De his Silius li.3. Spectati castris,quos succo nobilis arbor,
Et dulci pascit lotos nimis hospita bacca, Ninis hospitam dixit,quōd vescentes,eius dulcedine adeò capiantur, vt terram nō nisi inuiti desertant. Hinc illa Odysseæ lib.9.Homeri de sociis Vlyssis fabula.

LOTVS, (λώτος,) Nympha fuit,quam quum amatam Priapus persequeretur:illa fugiens,& deorum auxilium implorans, illorum miseratione conuersa est in arborem sui nominis.Vide LOTOS.

LOXA, (λοξάν,) Ptolemæo lib.2.ca.3.fluuius Britanniæ. Vulgo Fyrth.

L V

Lubet, lubuit,(ἐρέσσει,) per u scripsere veteres: quod tamen nunc per i scribimus.Vide LIBET.Plautus Persa,10.48.
–at meo si liceat modo,
Sapienter potius faciam,quàm stulte.5.lubet
Lubere per me tibi p.licere intelligo
Verum lubere haud liceat,si lubeat mihi. Idem Amphit.3.223.
In Amphitryonis vortir sese imaginem,
Omnesque eum esse censent seruū,qui vident:
Ita ver sipellem se facit,quando lubet. Ibidem,7.6.
–tuus sum proinde,vt commodum siet,
Lubet quicquid facias. Idem Asin.13.36.
Deam sibi inuocet quam lubebit propitiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum nullum. Idem Curcul.3.36.
Ecquid lubet? LE. lubet. PA. etiam mihi quoque
Stimulo fodere lubet te. PH. tace, noli. Cic. de Senect. Idipsum tamen vt lebebit: quoniam, &c. Et de Claris Oratorib. 21.
Magis lubet. Vide MAGIS.
Lubens, lubentis, om. g. (ἄκων, ἑκών,) Plaut. Cistel. 2.10.
Ædepol factum id est Lubenti animo, fiet que.
Lubente me facies. Plaut. Sticho, 3.20.
– num quidem hoc tibi tam graue est?
Promitte. E. certum est. G. fac fac inquam. E. certa res.
G. Lubente hercle me facies. Id est quod barbari dicunt, Ego sum contentus vt facias. Idem Trucul. 8.7. Cœnabo vbi tu insteris. P. hoc me lubente facies. Idem Amphit. 8.217.
Mulier istam rem inquisitam certum est non amittere.
AL. Ædepol me lubente facies. Idem Menæh. 7.47.
Cape atque seruame lubente feceris.
Lubentes sunt malo muliebri. Plaut. Cistel. 10.14.
Sed nonne ecastor ego sum multò inscitior,
Hos quæ rogem, aut quæ fatigem, qui semper malo
Muliebri sunt lubentes? Id est delectat eos malum inferre, siue nocere mulieri alicui.
Lubens, pro Lubenter, (ἄκων, ἑκών,) Plaut. Amphit. 16.36. Faciam id, si queo, signis palam, tu respõde prius. A. lubens. Idem, Casina, 2.1.1.
Hic Pardalisca esto, qui hinc exeat: eum vt
Ludibrio habeat. P. lubens fecero, & solens. Terent. Heaut. 4.5.15.
Faciam boni tibi aliquid pro istac re, ac lubens. Idem Adelph. 5.5.6.
Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. Ibidem, 5.6.8.
Et tibi ob eam rem, siquid vsus venerit,
Lubens bene faxim.
Lubenter, Aduerbiũ, (ἡδέως, ἀστείως,) Id est lubenti animo. Plau. Rud. 2.2.14. Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro & cum malo quiescunt.
Magis lubenter, Vide MAGIS.
Nimium lubenter, Vide post NIMIS.
Lubentius. Plautus Capt. 4.10.
Omnes profecto liberi lubentius
Sumus, quàm seruimus.
Lubentia, Vide LIBET.
Lubido, pen. prod. lubidinis, f. g. (λαγνεία,) Vide LIBIDO. Plaut. Trinum. 1.3.20. – credo
Ædepol quo mox furatum veniat, speculatur loca magis lubido est
Obseruare qui agatur rei operam dabo. Idem Epid. 5.57.
Nec sat exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen,
Quem loquerentur. P. id lubido est scire. Idem Menæh. 3.7.
Nam homini misero malum si accedit ad malum,
Maior lubido est fugere, & facere nequiter. Idem Persa, 6.7.
– audacter tibi
Si lubido est perdere.

Lubricus, penul. corr. Adiectiuum, (ὀλισθηρός, ἐπιλιβδῶν, γλιχρός, λειοδίδης,) Valla, Lubricus locus est, in quo nequeas insistere, nec ingredi, quales sunt herbæ perfusæ sanguine, vt apud Virgilium de Niso, & Homerum de Aiace Oileiade: aliter humectatæ: marmora læuigata, lapidesque vel humore conspersi, terra glaciata, aqua gelata, pauimenta, cæteraque huiusmodi, lubrica dicuntur. Hactenus Valla lib. 4. Cic. 4. Acad. 163. Tum paucis additis venit, ad Soritas, lubricum sanè, & periculosum locum. Virgil. 5. Aeneid. 67.
Et sese opposuit Salio per lubrica surgens.
Semita lubrica cauenti cluo. Silius lib. 3.105.
Terra lubrica. Tibull lib. 2. eleg. 3.11.
Via lubrica tota. Propert. lib. 4. eleg. 4.10.
Lubricus anguis, Labilis, & qui facilè effluit si comprehendatur manibus. Virgil. 5. Aeneid. 17.
– Adytis quem lubricus anguis ab imis.
Amnis lubricus. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.17.
Conchilia lubrica. Horat. 2. Serm. satyr. 4.6.
Oculi dicti sunt lubrici eo modo quo à quibusdã pes lubricus pro eo qd est in lubrico: ita oculi quasi in lubrico positi sunt, vt vix queant consistere. Quale est quum dicimus, Spargo humũ flotibus, pro eo quod est, Spargo humi flores: & Sterno lectũ pallio, pro eo quod est, Sterno pallũ lecto. Hæc Valla lib. 4. Cic. 2. de Nat. deo. 213. Sed lubricos oculos fecit & mobiles. Seiptum interpretatur Cicero qui mobiles addit.
Lubrica terga. Virgil. 2. Aeneid. 95. Lubrica connoluit sublato pectore terga. Vbi Seruius, Lubricum dicitur & quod labitur dum tenetur, vt pisces, serpentes: & locus in quo labimur,
Et sese opposuit Salio per lubrica surgens
Orta lubrica tabo. Stat. 9. Thebaid. 15.
Lubricam adolescẽtiam, inquit Valla, per translationem vocamus: in qua qui sunt, velut in glacie facili labuntur. Cic. pro Cœlio, 31. Et interdũ multas vias adolescentiæ lubricas ostendit quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset.
Vultus nimium lubricus aspici. Horat. 1. Carm. ode 19.1.
¶ Lubricus, Fallax, mobilis. Virgil. 11. Aeneid. 144.
Ne uicquam patrias tentasti lubricus artes. Seruius.
Obsequio lubrica. Quintilian. lib. 1. ca. 5.4. Neque tam lubrica obsequio fallat.
Spes lubrica. Stat. 1. Achill. 111.
Vmbra lubrica. Ouid. 5. Fast. 95.
Lra l ca prensantes effugit vmbra manus.
¶ Lubricus assensus, inconstans, non tutus, fragilis. Cic. 4. Acad. 184. Et Lubri si maximam actionem puto regnare visis, obsistere optimum enim et bus assensus lubricos sustinere, &c.
¶ Lubricus locus, per translationem, pro Difficili & incerto. Cic. 1. Officio. 94. Qui locus est sanè lubricus, quoniam vix inuenitur qui labentibus susceptis, periculisque aditis, nõ quasi mercedem rerum gestarum desyderet gloriam.
Lúbricum, lúbrici, pen. corr. Substantiuũ, (ὀλισθῶν,) vt Lubricũ itineris. Tacit. lib. 18. Et lubricò itinerum adempta equorum perniciate.
Palodum lubricum. Tacit lib. 1.
Illi sanguine suo, & lubrico paulum lapsantes, &c.
Angusta & lubrica viarum. Tacit. lib. 19.
Per angusta, & lubrica viarum flexerant.
Adolescentiæ lubricum. Tacit. lib. 14. Quin siqua in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, reuocas, Vide ADOLEO.
Aeraris lubricum. Plinius epistol. 3. lib. 3. ad Hispullam, Ad est enim adolescenti nostro cum cæteris naturæ fortunæque dotibus, eximia caeris pulchritudo, cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modò sed custos etiam rectorque quærendus est.
Lubricum linguæ. Modestinus in L. Famosi. ff. Ad legem Iul. maiest. Non & persona spectanda est, an potuerit facere, & an antè quid fecerit, & an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad poenam facilè trahendum est.
Lubrice, pen. corr. Aduerbium, (ὀλισθηρῶς,) Dubiè, periculosè. Cicero. Philip. 71. Et Lubricè versatus in bello est. Ex vetusto codice Iugurtha. Reliquorum factorum eius P. L. difficilis sanè est reprehensio & lubrica, versatus est in bello.
Lúbrico, lúbricas. pe. cor. (ὀλισθηρόν ποιῶ,) Lubricare, Lubricũ reddere. Iuueb. Saty. 11.18, Qui Lacedemonium pedemate lubricant oleo.

LVCA, (λεύκη,) Ciuitas Tusciæ, à qua Lucenses dicuntur, qui in ea habitant, vel qui in ea orti sunt. Dicta à Lucumone Hetruscorum regis. De hac Strabo lib. 5. Luca vrbs est ad montes Lunæ incumbentes, vbi plurique vicatim habitãt: regio tamen virorum probitate floret, & reipublicæ militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus senatus militares cepit ordines.

Luca, lucę. Bos luca, dicitur elephas, (ἐλέφας,) Plin. lib. 8. ca. 1. Elephantes Italia primùm vidit Pyrrhi regis bello, & boues lucas appellauit, in Lucanis visos. Næuius, Atque prius pauit bucolicis lucam bouem. Ideo dicti boues, quòd nostri maximam quadrupedum quam haberent vocarent bouem.

LVCANI, pen. prod. (λευκανοί,) Populi inter Calabros & Apulos ortti à Samnitibus orti duce Lucio, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 5. Eorum regio Lucania, quæ nunc Principatus dicitur. In ea est Pestum oppidum. Elea vrbs, Lucania & Petilia metropolis.
Violentæ Lucania. Horat. 2. Serm. saty. 1.8.
Lucãnus, penul. prod. Adiectiuum, (λευκανός,) vt Aper Lucanus. Horat. Serm. satyr. 8.2.
Iuga Lucana. Silius lib. 8.114.
Mare Lucanum. Stat. 3. Sylu. 2.17.
– an facilè te prætemiserit vnda
Lucani rabida ora maris?
Pascua Lucana. Horat. Epod. 1.6.

Lucanica, lucánicę, pen. corr. (ἐλλός,) Genus farciminis porcini carnibus infarctum, à Lucanis populis primùm lucanica dicta. Mart. lib. 13.35. Filia Piceæ venio lucanica porcæ.
Pultibus hinc niueis grata corona datur. Idem lib. 1.152.
Et lucanica ventre cum falisco.

LVCANVS, (λευκάνων,) Cordubensis patria, poeta egregius, Senecæ filius, & tragœdiarum scriptoris nepos. Hic bellum Ciuile inter Cæsarem & Pompeium hexametris, & plura alia explanauit, in quibus maximam laudem adeptus est ingenii & doctrinæ. Vide Crinitum.

Lucaria, lucariorum, (λευκαζόμενα λαλούμενα,) Festa quę in loco Romani celebrabant, qui per magnus erat inter viam Salariam & Tyberim, pro eo quod victi à Gallis fugientes è prælio ibi sese occultauerint. Festus.

Lucellum, Vide LVCRVM.

Lucens, Luceo, Vide LVX.

LVCENTVM, (λουκέντον,) Hispaniæ Terraconensis oppidum à superiore diuersum, quod Ptolemæus lib. 2. cap. 6. statuit supra Carthaginem

nem Occasum versus. Vulgò Susana.

Luceo, Vide LVX.

LVCERES, pen. corr. (λευκερόνωτος,) tertia pars fuere Populi Romani temporibus Romuli regis. De quibus sic scribit Seruius, Constat, inquit, primo tres partes fuisse Populi Romani: vnam Tatienses, à Tito Tatio duce Sabinorum tam amico post fœdera: alteram Ramnetes à Romulo: tertiam Lucerum, quorum, secundum Liuium, & nomen & causam occulto sunt. Varro tamen dicit, Romulum dimicantem contra Titum Tatium à Lucumonibus, id est Tuscis auxilia postulasse. Vnde quidam venit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars vrbis est data: à quo in vrbe Tuscus dictus est vicus. Horat. 2. Serm. saty. 3.46.
– ac Tusci turba impia vici. Ergò à Lucumone Luceres dicti sunt. Sic autem in tres partes diuisum fuisse Populum Romanũ cõstat, vt etiam qui præerant singulis partibus, Tribuni dicerentur. Vnde etiam sumptus quos dabant populo, tributa nominarunt. Hactenus Seruius, conarans illud Virgilii 5. Aeneid. 111.
Tres equitum numero turmæ, terniique vagantur
Ductores, &c.
Luceres, prima modo producta, modo correpta. Propert. lib. 4. eleg. 1.7.
Hinc Titiem, Ramnesque viri, Luceresque coloni. Ouid. 3. Fast. 27.
Quinetiam partes totidem Tatienses ille,
Quosque vocant Ramnes, Luceresque dedit.

LVCERIA, (λουκερία,) est Daunjorum colonia in Apulia, teste Plinio lib. 3. cap. 11. Hinc Apulia, inquit, Daunionum cognomine, à duce Diomedis socero. Ibidem, Daunorum præter suprà dicta coloniæ, Lucera, Venusia: oppida Canusium, Arpi, &c. Strabo quoque idem docet lib. 6. deinque fuisse Luceriæ nobile fanum Mineruæ.
Arx Luceriæ. Lucan. lib. 2.95.
Nobilis Luceria. Horat. 3. Carm. ode 15.3.
Te lanæ propè nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent.

Lucerna, Lucesco, Vide LVX.

LVCETIVS dictus est Iupiter à luce quam præstare hominibus putabatur. sic Iuno Lucetia, quòd luci causa sit.

Luci, Aduerbium, **Lucifer, Lucifuga**, Vide LVX.

LVCILIVS, (λουκίλιος,) Nomen poetæ, à luce dedictum. Hic Satyrarum primus inter Latinos promeruit laudem, & apud Neapolim anno ætatis suę quadragesimo tertio defunctus publico funere elatus fuit. De Lucilio meminit Horatius 1. Serm. saty. 4. vbi de scriptoribus loquitur veterum comœdiarum,
Hinc omnia pendet Lucilius hosce secutus,
Mutatis tantum pedibus, numerisque facetus,
Emunctæ naris durus componere versus.
Nam fuit hoc vitiosus: in hora sæpe ducentos,
Vt magnum, versus dictabat stans pede in vno.
Quum fluceret lutulentus, erat, quod tollere velles,
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem,
Scribendi recti: nam vt multum, nil moror. Ibidem, Saty. 10.1.
Nempe incomposito dixi pede currere versus
Lucilio: quis tam Lucili fautor inepte est,
Vt non hoc fateatur? at idem quòd sale multo
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.
Sapiens Lucilius. Horat. 2. Sermo. saty. 1.4.

LVCINA, pen. prod. dicta est Iuno, quæ partui præest, quòd partum fertat in lucem. Sunt qui à luco deducunt, qui Romæ Iunoni sacer est in Exquiliis. Plinius lib. 16. cap. 44.1. Romæ verò lotos in Lucinæ area, anno qui fuit sine magistratibus CCCLXIX. Vrbis æde condita, incertum quantum ipsa vetustior. Esse quidem vetustiorem non est dubium, quum ab eo luco Lucina nominetur. Ouid. 2. Fast. 90.
Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus:
Aut quia principium tu dea lucis habes. Cicc. 2. de Natu. deor. 99. Lucina à lucendo nominata fuit: eadem est enim Lucina. Itaque vt apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocantique eadem Diana omnimoda dicitur, non à leuando, sed quòd in septem numeratur tanquam vagantibus.
Lucina, Ilithyia, Genialis. Idem. Horat. in Carm. secul. 3.
Rite maturos aperite partus
Lenis Ilithyia tuere matres:
Siue tu Lucina probas vocari,
Seu Genialis.
Casta fane Lucina. Virgil. 4. eclog. 3.
Pignora Lucina bina fauente dedi. Ouid. epist. 6.35.
Experta labores Lucinæ. Virg. 4. Georg. 68.
Pati Lucinam, Parere. Virg. 3. Georg. 12.
Ætas Lucinam, iustosque pati Hymenæos
Desinit ante decem, post quattuor incipit annos.
Parce precor grauidis facilis Lucina puellis. Ouid. 2. Fast. 91.

Lucinia, lucíniæ, Vide LVSCINIA.

LVCIVS, (λεύκιος,) Prænomen eius qui primus apud Romanos sta vocatus fuit. Multi autem fuerunt. vt Lucius Portius Consul, Lucius Piso, Lucius Cæsar, & alii.

LVCRETIA, (λουκρητία,) Nobilis Romana, Sp. Lucretii filia, quam Sex. Tarquinius Tarquinii Superbi Romanorum regis filius stupratuit. Quod ipsa quum patri & viro Collatino indicasset, gladio se occidit, fecitque vt populus scelus vlisceretur, & reges exigeret. Claud. de Lucretia, epogram. 22. 31.
Et grauis incumbens casto Lucretia ferro,
Vulnere quæ proprio facinus testata tyranni
Armauit patriæ iustos in bella dolores
Exule Tarquinio, memorandaque concidit vno
Vita pudicitiam, libertatemque cruore. Hanc historiam scribit Liuius lib. 1. circa finem, & Ouidius lib. 2. Fastorum. Seneca Octau. 6.6.
Te quoque bellum triste secutum est
Mactata tua miseranda manu
Nata Lucretii stuprum sæui
Passa tyranni.

LVCRETILIS, pen. corr. (λουκρήτιλος,) Mons est in Sabinis, de quo Horatius 1. Carm. ode 17.1.
Velox amœnum sæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus. Prior versus est alcaicus dactylicus.

LVCRETIVS, (λουκρήτιος) poeta Terentio, Varrone, & M. Tullio paulo antiquiori coæuus carmina, iuxta Quintilianum vt elegaria præstant sic quoque multa non vacant diffculcate. Scripsit de Rerum natura libros sex. Per interualla temporum id scribendum carmen accedebat, non sine quodam animi furore. Periit ætate integra, quum paucos annos supra quadraginta impleuisset. Eusebius tradit eum tanto furore percitum fuisse assumpto amatorio poculo, vt propria manu se interfecerit. Meminit huius Ouidius 1. Amor. eleg. 15.5
Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti?
Exitio terras quum dabit vna dies.

LVCRINVS & Auernus, (λουκρῖνος καὶ ἄορνος,) lacus, vterque in Baiano sunt. At Lucrinus Populi Romani cura piscosus, factus vectigalibus operam pensantibus, vt scribit Seruius in 2. Georg. In Baiano, inquit, sinu Campaniæ contra Puteolanam ciuitatem lacus sunt duo, Lucrinus & Auernus: qui olim propter copiam piscium vectigalia magna præstabant. Sed quum maris impetus plerunque irrumpens exinde piscES excluderet, & redemptores grauia damna paterentur, supplicauerũt Senatui & profectus C. Iulius Cæsar, ductis brachiis exclusit partẽ maris: quę antea infesta esse consueuerat, reliquitque breue spatium pe- Auernum, quà & piscium posset copia intrare, & fluctus nõ esset mor Iesti. Quod opus, Iulium dictũ est. Hęc Seruius apud Virgiliũ 2. Georg.
Ac memorem portus, Lucrinoque addita claustra,
Atque indignatum magnis stridoribus æquor,
Iulia quà pontro longè sonat vnda refusa,
Tyrrhenusque fretis immittitur æstus auernis?

Lucrinus, pen. pro. Adiect. (λουκρῖνος,) vt Aqua Lucrina. Prop. lib. 1. eleg. 11.2.
Lacus Lucrinus. Horat. 2. Carm. ode 15.1.

Lucrum, lucri, (κέρδος, χρηματισμός, ἐμπολή, ἐργασία,) Quæstus. Terent. Heaut. 4.4.25.
Næ ille haud scit hoc paulum lucri quantum ei
Damni apportet.
Lucrum & quæstus. Cic. 5. Tuscul. 13. Alii emendi aut vendendi quæstu & lucro ducerentur.
¶ Cupido lucri. Ouid. 3. de Arte, 75.
Scabies & contagia lucri. Horat. 1. epist. 12.3.
Studium lucri. Horat. 4. Carm. ode 12.5.
¶ Bonum lucrum, Vide BONVS. Dulce. Ouid. 1. Fast. 39.
Perenne lucrum, Vide PERENNIS.
Pudenda lucra. Ouid. 3. de Arte, 89.
Sordidum lucrum. Quintil. lib. 1. cap. 12.17.
¶ Abrumpere lucrum. Vlpia in L. 1. Quarum rerum actio datur, Neque enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum abruptum ex re patroni nõ fecerit. Lucrum abruptum dicit, quasi præceps, & præter spem abactum, ait Budæus. Legitur & abreptum & obruptũ
Afficere lucro, Vide AFFICIO.
Apponere lucro. Horat. 1. Carm. ode 9.3.
Quid sit futurum cras, fuge quærere, &
Quem fors dierum cunque dabit, lucro Appone.
In lucro deputare. Terentius Phorm. 2.1.21. Quicquid præter spem euenit, omne id deputabo in lucro.
Dare lucrum vel addere. Cic. 5. Verr. 59. Imperat Agyrinensibus vt decimas ipsi publicè accipiant, Apronio lucrum dent. lit paulo pòst, Quare putabas emptori lucrum addi oportere?
Facere lucrum ex vectigalibus publicis. Cic. 5. Verr. 73. Ibidem, 92. Quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo igitur hoc assequar Iudices, vt sciam lucri quantum factum sit?

Ligurire lucra, Vide LIGVRIO.

Ponere in lucro aliquid. Cic. pro Flacco, 31. Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Idē Fabio Gallo, li. 7. ep. 3. Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua.

Reuocare ad lucrum. Cic. 3. Philip. 145. Reliquas res ad lucrum, prædamque reuocauerit.

In lucro esse. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 14.

Dum licet amplectar, nunquam fortasse licebit
Amplius, in lucro est, quæ datur hora mihi.

Lucro est. Plaut. Milit. 10. 80. Et quod in diutinis rebus sumas sumptus, sapienti lucro est. Cic. 13. Philipp. 377. Quibus vtri nostrum ceciderint, lucro futurum est.

Lucri est, Prodest. Plaut. Amph. 14. 41. Lucri est, quòd miseriam deputat. Terent. Phorm. 1. 2. 11.

Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere verba ei credere: vbi quid mihi lucri est te fallere?

Lucrōsus, pen. prod. Adiectiuum, (κερδῶν,) Plenum lucro. Plin. lib. 18. cap. 12. Et auctionibus eam adhiberi, lucrosum putant. Idem lib. 18. cap. 31. 11. Id peraeque lucrosissimum. Idem libro 37. cap. 12. 5. Neque est vlla fraus vitæ lucrosior.

Eloquentia lucrosa, & sanguinans. Tacitus de Oratoribus, Nam lucrosæ huius, & sanguinantis eloquentiæ vsus, recens, & malis moribus natus, atque (vt tu dicebas Aper) in locum teli repertus.

Pœna est lucrosa poetæ. Ouid. 2. Trist. 101.

Voluptas lucrosa. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 7.

Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas?

Lucellum, lucelli, Diminutiuum, (κερδάριον,) Horat. 2. Serm. saty. 5. 17. De sene gustarit tecum partita lucellum. Cic. 5. Verr. 60. Age, quid tū? si Apronio deliciis Prætoris lucelli aliquid iussi sint dare, putare Apronio datū: si Apronianū lucellū, ac nō Prætoria præda vobis videbitur.

Dulce lucellum. Horat. 1. epist. 19. 22.

Lucrificabilis, & hoc lucrificabile, pen. corr. (κερδαλέος,) Plau. Persa, 19. 2. Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis. Id est lucrū afferens. Antiquū.

Lucrifuga, lucrifugæ, pen. corr. (φυγόκερδος,) Qui lucrum fugit. Plaut. Pseud. 20. 26. – Venus mihi hæc
Bona dat, quum hos huc adiicit lucrifugas, damni sui cupidos.

Lucror, lucraris, lucrari, Deponens, (κερδαίνω, χρηματίζομαι,) Lucrum facere. Cic. in Parad. 25. An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, quum lucrari impune posset, auri pondo decem reddiderit, si idē in decē millibus pondo auri non idē fecerit? Liu. 2. ab Vrbe, 257. Quan doquidem nihil præter tempus noxæ lucrarentur. Cic. 7. Verr. 50. Pretio certo missos facere nautas, missorum omne stipendium lucrari.

Moram fati lucrari. Stat. 9. Thebaid. 156.

– quonam vsque moram lucrabere fati,
O multum meritos puer orbature parentes.

Lucrātus nomen ab Africa domita, (χρηματισαμένος,) Horat. 4. Carm. ode 8. 4. de Scipione intelligit qui Africanus dictus fuit.

Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Horat. de Arte, 44.

Lucrifacio, lucrifacis, pen. corr. lucrifeci, lucrifactum, (κερδαίνω,) lucrifacere, Idem Martialis lib. 8. 11.

Emit lucernas millibus decem Bassus,
Tyrias coloris optimi lucrifecit.

¶ Lucrifacere nomen. Varro 3. de Re rust. cap. 4. 1. Atque adeō non dissimulabo quod volo de ornithone primūm, quòd lucrifecerunt hoc nomen turdi.

Lucrifacere iniuriam. Plinius lib. 7. cap. 39. 2. Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli vacabat. Id est eam iniuriam impune commisit, & pœnam non luit, inquit Budæus.

Lucrifactus, Participium, (κερδανθείς,) Cice. 5. Verr. 149. Iam verò ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis.

Lucrifio, (κερδαίνομαι,) Cice. 5. Verr. 91. Quid si ostendo in hac vna emptione lucrifieri tritici modios centum?

LVCTATIVS Catulus, (λουκτατίος, κάτλος,) Romanus ciuis fuit, qui primo Punico bello trecētis nauibus aduersum Pœnos profectus, sexcentas eorum naues commeatibus & aliis oneribus impeditas apud Aegates inter Siciliam & Africam depressit, finemque bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, vt Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis intra Italiam Africamque decederent, Hispania circa Iberum fluuium abstinerent.

Luctor, luctaris, (παλαίω, διαπαλαίω,) luctari. A luo, luis deriuatum: significat Conari, Nitī: quia in huiusmōdi conatu membra soluuntur, inquit Sipontinus. Proprie luctari dicuntur qui se inuicem complectentes, alter alterum in terram deiicere nituntur. Plaut. Bacchid. 8. 14. Ibi cursu, luctando, hasta, &c. Liu. 7. ab Vrbe, 185. An æquū esse dedititios suos illa fertilitate atque amœnitate perfrui, se militando fessos in pestilenti atque arido circa vrbem solo luctari, aut in vrbe insidentem labem crescentis in dies fœnoris pati?

Luctantur inter sese. Plin. lib. 17. cap. 12. 6.

Luctari cum aliquo. Cic. 1. de Orat. 37. Tum ridens Scæuola, Non luctabor, inquit, tecum Crasse amplius.

Contendunt ludo, & fulua luctantur arena. Virg. 6. Aeneid. 129.

Luctari complexu. Plin. lib. 9. cap. 30. 2.

Equo luctari. Silius lib. 4. 48.

Molimine magno luctari. Ouid. 6. Metam. 139.

Remis ad opem luctare ferendam. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 4.

Morti luctari. Silius lib. 10. 59. Morti, Cum morte.

Circa omnia momenta luctari. Quintil. lib. 5. cap. 13. 40. Est & illud vitiū nimium solicitē, & circa omnia momenta luctantis.

Luctandum in turba. Horat. 2. Serm. saty. 6. 6.

¶ Lucto, luctas, apud antiquos. Ennius lib. 9. Vir à validis viribus luctat. Terē. Hecy. 5. 3. 32. Dicitque se illi annulū sese dum luctat, detraxisse.

Luctans, Participiū, (παλαίων,) vt Iuuenci luctantes. Virg. 3. Georg. 72.

Anima luctans. Virgil. 4. Aeneid. 139. – Irim demisit Olympo
Quæ luctantē animam, nexosq; resolueret artus. Hoc est egredi conātē.

Lumina luctantia composuit somnus. Silius lib. 7. 41.

Oscula luctantia carpit. Ouid. 4. Metam. 72.

Luctantes venti. Virgil. 1. Aeneid. 12. – hic vasto rex Aeolus antro
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premit. Vbi Seruius, Luctantes, elaborantes egredi.

Viri luctantes. Propert. lib. 3. eleg. 14. 1.

Luctātor, pen. prod luctatōris, Verbale, (παλαιστής,) Plaut. Pseud. 21. 5.

– magnum hoc vitium vino est: pedes captat primūm,
Luctator dolosus est. Plin. lib. 34. cap. 8. 27. Dinomenes Proteilanus & Pythodemum luctatorem, &c. Ouid. in Ibin, 79.

Vt iacet Aonia luctator ab hospite fusus.

Luctatio, Aliud Verbale, (παλαισμός,) Actus ipse luctandi. Cic. de Fato, 18. Vigila Chrysippe, ne tuam causam in qua tibi cum Diodoro valeto dialectico magna luctatio est, deferas. Hic per translationem dicitur sicut & lib. 2. de Finib. 72. Nam cum Academicis incerta luctatio est qui nihil affirmant, &c. Liu. 1. bel. Pun. 124. Tetra ibi luctatio erat, vt à lubrica glacie non recipiente vestigium, &c.

Sine aduersario nulla luctatio est. Cic. de Fato, 46.

Luctātus, hujus luctātus, pen. prod. (διαπαλαισμός,) Idem. Plin. lib. 32. cap. 2. 1. Quem luctātū eius si fortē alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adiumare nixus erumpentis. Idem lib. 39. cap. 1. 25. Illa perdidere imperii mores, illa quæ sani patim ur, luctātus, commata, &c. Sic lib. 8. ca. 12. 1. Scit ille imparem sibi luctātū cōtra nexum.

Luctāmen, pen. prod. luctāminis, n. g. (διάπαλη,) Idem. Virg. 8. Aeneid. 7.

Mitis vt in morem stagni placidæque paludis
Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset.

Miserum luctamen. Valer. 2. Argonaut. 47.

Lucta, siue Luctatio, (πάλη,) Vnus ex quinque ludis antiquorum, quo alius alium prosternere in terram nititur.

Luctus, Luctuosus, Vide LVGEO.

Lucubro, lucubras, pen. corr. (νυκτογραφέω, λυχνεύω,) lucubrare, Aliquid nocte ad lucernam componere. Liu. 1. ab Vrbe, 252. Sed nocte sera deditā lanæ inter lucubrātes ancillas in medio ædiū sedentē inueniūt. De Lucretia. Pli. epist. 49. c, Lucubrare Valerius incipiebat, nō auspicādi causa, sed studendi, statim à nocte multis libus incipiebat, nō auspicādi causa, sed studendi, statim à nocte multis. Varro de Origin. Non solūm ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleantis lucubrani. Cic. in Parad. 5. Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Lucubrata nox, Quum lucubrando transegimus. Mart. lib. 4. 45. Hæc dat nocturnis nox lucubrata camœnis.

Lucubrandum est. Celf. lib. 1. cap. 2. Sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem.

Lucubratio, lucubrationis, (νυκτογραφία,) Ipse lucubrandi actus. Col. lib. 11. cap. 2. 9. Item ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel tridecas quinque conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem. Cic. 1. de Nat. deor. 130. Nam illa quæ vos dicitis, sunt tota commentatio, vix digna lucubratione anicularum. Idem ad Tironem, lib. 16. 26. 2. Marcus est adhibendus: isque diu & multis lucubrationibus commēdata oratione. vide vt probare possit, te non peccasse.

Ad lucubrationem conficere aliquid. Colu. lib. 11. cap. 2. 70. Nulla ratione non aliquid afferet, quod ad lucubrationem confici possit.

Per lucubrationem ferramenta acuere. Colum. lib. 11. cap. 2. 71.

Lucubratoriam lecticulam, (νυκτογραφικὸν φορεῖον,) Tranquillus appellat in Augusto cap. 78. in qua lucubrare solebat Augustus.

Loculentus, Vide LVX.

LVCVLLVS, (λούκουλλος,) Nomen viri clarissimi Romani, qui præclaras res gessit: hic nobilis, disertus, & diues munus Quæstorium amplissimum dedit. Prætor Africam iustissimè rexit. Aduersus Mithridatem missus, Collegam suum Cottam Chalcedone obsessum liberauit.

Cyzicon

Cyzicon obsidione solauit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eumque regno suo Ponto expulit, quem rursum cum Tigrane rege Armeniæ subuenirent, magna felicitate superauit. Hic (vt refert Athenæus) quum Romam post expeditionem Ponticam rediisset, ad viram sumptuosam & elegantem se contulit. tantas enim opes sibi parauerat, vt ædibus & Prætoris extruendis, hortis & cœnationibus amœnissimis, incredibilique sumptu paratis, & bibliotheca mūgni vtriusque linguæ libris referta, atque omnibus obuia & patenti, opes bello quæsitas contēnere non potuerit, quum interim quotidiano epularum apparatu in prouerbium penè venerit.

Lucullus, Adiectiuum, (λευκόλλαβος,) Plinius libro 36. cap. 6. 6. Post hunc Lepidum fermè quadriennio L. Lucullus Consul fuit, qui nomen (vt apparet ex re) Lucullео marmori dedit, admodum delectatus illo, primūsque Romam inuexit.

LVCVMO, pen. corr. (λουκουμών,) Proprium viri nomen, à quo lucumonēs appellati. Varro, Dimicantem Romulum contra T. Tatium à Lucumonibus, id est Tuscis auxilia petiit. Ausonius ad Theonem, Anticyramque bibas Samii Lucumonis acumen.

Lucus, luci, m. g. (ἄλσος, λόχμη, τέμενος,) Nemus arboribus densū. Dictus lucus per antiphrasim, eo quōd non lucerat, quantum quum nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus, & sine luce erat. Valla. Lucus nequaquam cardum est, quo potius nonnullus religiosusque, atque vel alicui deo, vel alicuius hominis cuiusdam religionibus consecratus. Ideoque aut circa delubra numinum, aut circa sepulcra virorum positus est. Hactenus Valla lib. 4. Cice. pro Milone, 64. Vos enim Albani tumuli, atque luci, vos inquam imploro atque obtestor. Et 1. de Diuin. 163. Lucus Veltæ. Virg. 1. Aeneid. 84.

Lucus in vrbe fuit media lætissimus vmbra. Vbi Seruius, Vbicunque Virgilius Lucum ponit, sequitur etiam consecratio: vt

– luco tum forte parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. Vnde & 6. Aeneid. 135.

Nulli certa domus: locis habitamus opacis. Dicuntur enim hæreditas animæ lucos tenere. Lucus autem dicitur quōd non lucetatione quōd sint ibi lumina causa religionis, vt quidam volunt. Meminit Quintilianus lib. 1. cap. 6.

Senum venerabile lucorum. Stat. 1. Sylu. 3. 8.

Alti luci. Virgil. 8. eclog. 18.

Caligans nigra formidine lucus. Virgil. 4. Georg. 94.

Deiectis cessant sacra: is lucis. Propert. lib. 3. eleg. 13. 10.

Inaccessi luci. Virgil. 7. Aeneid. 3.

Ingens lucus. Virgil 8. Aeneid. 120.

Pios errare per lucos. Horat. 3. Carm. ode 4. 2.

Præambulus lucus densa arbore. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 2.

Sacri luci. Virgil. 5. Aeneid. 152.

Sacrari. Virgil. 7. Aeneid. 150.

Sancti. Ouid. 15. Metamor. 159.

Silentes. Virgil. 1. Georg. 96.

Sonantes. Virgil. 10. eclog. 12.

Steriles. Stat. 2. Thebaid. 3.

Viridis lucus. Virg. 7. Aeneidos, 160. & Stat. 5. Thebaid. 31.

LVCVS Augusti, (λούκος αὐγούστου,) Ptolemæo lib. 2. cap. 6. alio nomine Olucca. Hispaniæ Tarraconensis vrbs: Lugo vulgò. Olucense episcopatum, Aras Sextianas Plinius: Augusti turrim Mela nominat. Lucus Feronia, Tuscorum colonia, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Bientina hodie. Lucus item Feroniæ, promontorium est Hetruriæ eidem Ptolemæo. Vulgò Petra sancta.

Vmbrosi lucus. Horat. 1. Carm. ode 4. 3.

Ludia, Ludibrium, Ludicrus, Ludifico, Ludius, Ludo, Vide LVDVS.

Ludus, ludi, m. g. (παιδιά, παίγνιον, παίγμα, κυβεία,) Dicitur in farum, vel talorum. Cic. 5. de Orat. 13.

Campestris ludus, Vide CAMPVS.

Confimilis ludus, Vide CONSIMILIS.

Tempestiuum pueris concedet ludum. Horat. 1. epist. 2. 19.

Dare alicui operam ludo. Plautus Rud. 11. 13. Otium vbi erit, tum tibi operam ludo & deliciæ dabo. Id est tecum ludam, & delicias faciam.

Ducere noctem ludo. Virgil. 5. Georg. 76.

Gaudens ludis. Horat. 1. epist. 7. 12.

Ludus genuit trepidum certamen, & iram. Horat. 1. epist. 10. 10.

Incidere ludum. Horat. 1. epist. 14. 7. Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum. Hoc est, non abrumpere, Non desinere ludere.

Inani ludo prohibere animos. Virgil. 4. Georg. 11. Vide INANIS.

¶ Ludus, in singulari, de priuatis & de exercitatione gymnastica dicitur, quum multorum conuentus ab vno studiū præceptore. Asconius, Omnem scholam ludum dixēre Romani.

Ludus, (διδασκαλεῖον,) pro loco sumitur in quo quis exercetur doce-

tū've. Sic dicimus Ludum palæstræ, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum musicum, ludum literarium.

Ludus gladiatorius, Schola in qua gladiatoriæ arti dabatur opera. Sueto. in Cæsare, Formam quo ludum gladiatorium erat ædificaturus considerauit. Quintil. in Gladiatore, Quinā redemptorem illis diuitem pro miseram patrem, in ludum vendiderunt tanquam decepti. Hoc est gladiatorum. Ludos tamen gladiatorios (inquit Valla) frequentius, quàm ludum dicimus, quando vnum pluráve paria gladiatorum ad spectaculum pugnatura producuntur.

Ludus grammaticus. Cic. 2. de Orato. 56. Hoc in ludo non præcipitur: facilis enim ætatis ad pueros deferuntur. Et furim pōst. Hoc est in ludo causarum ferē formula. De Grammaticus ludo.

Ludus literarum. Plinius lib. 9. cap. 8. de delphinis, Puerum, ex Baiano Puteolos iratem in ludum literarum. Et paulo post, Receptumque Puteolos per magnum æquor in ludum ferebat. Liuius 6. ab Vrbe, 118. Ingressus vrbem, vbi patentes iantuas & tabernis apertis proposita omnia in medio vilitiatemque opifices suo quenque operi, & ludos literarum frequente discentium vocibus, &c.

Publicus ludus vrbis. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.

Antiquus ludus. Horat. 1. epistol. 1. 1.

Spectatum satis, & donatum iam rude, quæris
Mecœnas iterum antiquo me includere ludo.

Longo ludo satiatus. Horat. 1. Carm. ode 1. 8.

Ludus literarius, Schola in qua pueri literis dant operam. Plaut. Merc. 6. 92. Hodie ice in ludum occœpi literarium Lysimache, ternas scio iam. Quintil. lib. 1. ca. 4. 10. Literarii penè ista sunt ludi, & triuialis scientiæ. Vide LITERA.

Ludus discendi, non lusionis. Cic. ad Q. fratrem, li. 3. 10. 8. Hæc scripsi ad IX Cal. Nonemb. quo die ludi cōmittebantur, in Tusculanum profiscens, diuōque mecū Ciceronem meū in ludū discendi, non lusionis.

Ludus & puerilis disciplina. Cic. pro Leg. Manil. 19. Qui è ludo, atque puerilis disciplina, bello maximo atque acerrimis hostibus ad patris exercitum atque in militiæ disciplinam profectus est?

Ludum aperire, pro Ludimagistri agere. Cic. ad Pætum, li. 9. 18. 2. Dionysius tyrannus cum Syracusis pulsus esset, Corinthi dicit, ludū aperuisse.

Ludus est, illa perdiscere. Cic. 1. de Fin. 41. Et 2. de Orat. 39. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti.

¶ Ludus, pro loco accipitur quandoque. Terent. Eunuch. 2. 3. 8.

– qui si occœperit amare, ludum, iocumque
Dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quę dabit. Horat. 1. Sermo. saty. 2. 6. Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Iocans ludus. Lucret. lib. 4. 118.

Seria vertere ludo. Horat. de Arte poetica, 46.

Adhibere ludos. Vide ADHIBEO.

Ludos reddere alicui. Terent. And. 5. 1. 11.

Hicine me si imparatum in veris nupsisse
Adortus esset, quos mihi ludos redderet.

Facere ludos. Lucret. lib. 2. 160.

Sicilicet arte valent simulacra, & docta vagantur,
Nocturno facere vt possint in tempore ludos? Terent. Phor. 5. 8. 52.

Hæc adeō ego illi iam denarrabo. e. obsecro
Ne facias. p. oh tunc iseras? o. vt ludos facit.

Ludos aliquem facere, pro Irridere. Plaut. Capt. 11. 49. – quid est?
Vt scelestus, Aegio, nunc is te ludos facit. Idem Bacchid. 22. 14.

– hoc demum est quod percrucior,
Me hoc ætatis ludificari: imò ædepol sic ludos factum
Cano capite, atque alba barba.

Noui iam ludum. Plaut. Amphit. 15. 32.

– atat noui iam ludum. Id Sosiæ factum est opera, qui me hodie quoque præsentem ausit Indignò præuortier. Vide NOSCO.

Operam ludos facere, perdere operam. Plaut. Rud. 21. 9.

Pol magis sapuisset, si dormiuisset domi:
Iam nunc & operam ludos facit, & retis.

Dare ludum amori, Id est indulgere amori. Horat. 3. Carm. ode 12. 1.

Miseratum est, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lauere.

¶ Ludo, Ablatiuus. Per ludum. Virgil. 5. Aeneid. 135.

Qua ludo indutus belli simulacra ciebat. Seruius.

¶ Ludus, Cantilena. Virgil. 7. eclog. 4.

Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Seruius.

Casti ludi. Claud. 3. de raptu Proserpinæ, 42.

¶ Ludi, in plurali, Spectacula publica significant. Cice. in Verrem, Interbinos ludos. Idem 16. Philipp. 273. de Bruto loquens, Qui ne Apollinares quidem ludos pro sua, Populique Romani dignitate apparatos præsens fecit.

Cereales ludi, Vide CERES.

Celebres ludi. Ouid. 1. de Arte, 10.

Viles ludi. Horat. 2. Sermo. saty. 10. 15.

Apparare ludos. Cic. ad Q. u. fratrem, lib. 3. 14. 7. Ludos apparat magnifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

centissimos: sic inquã, vt nemo sumptuosiores, stultè bis terq̃ nõ postulatus, vel quia mun° magnificũ dederat, vel quia facultates nõ erãt, vel quia magister, vel quia potuerat magistrum se, non ædilem putare.

Celebrare dies festos ludorum. Cic. pro Archia.

Committere ludos, Idem quod Celebrare. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 20.
7. Hæc scripsi ad VIII. Cal. Nouemb. quo die ludi committebantur.

Condecorare ludos, Vide CONDECORO.

Edere ludos. Tacit. lib. 1.

Facere ludos, pro Edere. Plin. lib. 7. cap. 48. Et quos Claudius Cæsar fecit. de Ludis secularibus.

Facere ludos Apollini. Cic. de Claris Oratorib. 38. Idem, Ego qui trinos ludos feceram.

Instituere ludos. Quintil. lib. 3. cap. 8. 19.

Instituit sacros celebri certamine ludos. Ouid. 1. Metam. 90.

Lusus, huius lusus, (μείλικτρον, παίγμα,) Ad voluptatem pertinet, inquit Valla, sine vlla arte: & puerorum propriè dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 4. Nec me offenderit lusus in puerisset & hoc signum alacritatis. Et paulo pòst, Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles lusus. Sic lib. 7. 13. Amisit lusus, deliciasq̃ suas.

Anni lusibus apti. Ouid. epist. 21. 5.
Virgineis exercent lusibus vndas
Naiades æquoreæ. Ouid. 14. Metam. 111.

Lusus etiam pro ioco accipitur, opponiturq̃ Serio. Plin. Iunior Aristoni, Quos, quantosq̃ authores sequar, facile impetrari posse confido, vt errare me, sed cum illis finant, quorum non seria modò, verum lusus etiam expirimere laudabile est.

Lusus & iocus. Martial. lib. 1. 4. Lusum creditis, iocumq̃.

Carentes gravitate lusus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 1.

Inepti lusus. Ouid. 2. Trist. 45. Sic vocat sua poemata.

Dare venustissimos lusus. Quintil. lib. 5. cap. 13. 36. Dantq̃ de se respõdentibus venustissimos lusus.

Lusus aleæ etiam dicitur. Sueton. in Caligula, cap. 41. Ac ne ex lusu quidẽ aleæ compendium sperneret.

Luso, lusionis, f. g. Idem (παιγνία,) Cic. 5. de Finib. 99. Infantes lusionibus vel laboriosis delectantur. Idem de Senect. 53. Sibi igitur habeant alii arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, sibi natationes, & cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. De voluptate senili (inquit Valla) locutes est, non de spe lucricuiusspei causa plerique ludunt.

Lusio pilæ. Cic. 1. de Orat. 17. Vt qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ.

Ludius, ludii, m. g. (ὑποκριτής,) Histrio. Cic. pro P. Sext. 100. Ex te igitur Scaure potissimum, qua re, qui ludos apparatissimos, magnificentissimosque fecisti, ecquis istorum popularium tuos ludos aspexerit, ecquis se theatro Po. Ro. cõmiserit, ipse ille maximè ludius, nõ solũ spectator sed actor & acceptor, qui omnia fororis embolia nouit. Idẽ de Aruspresp. 20. Quum ille seruorum & ludiorum multitudini, &c. Ouid. 1. de Arte 23. Ludius æquatam ter pede pulsat humũ. Legitur & Ludius.

Ludio, ludiõnis, m. g. Idem, (ὑποκριτής,) Liuius 7. ab Vrbe, 6. Ludiones ex Hetruria aciti ad tibicinis modos saltantes. Idem 9. bel. Maced. 23. Et conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

Ludia, ludiæ, (ὑπωμορία,) Mart. lib. 5. 25. Hermes cura, laborq̃ ludiarũ. Idem, Ludiam quandam Gaditanam saltantem vidimus fremicinctam.

Ludimagister, (γραμματιστής,) Qui præest ludo literario. Mart. lib. 7. 63.
Non rhetor, non grammaticus, ludi ve magister,
Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes. Cic. 1. de Nat. deorũ, 98. Sed quum agellus eum non satis aleret, vt opinor, ludimagister fuit. Apud eundem in Diuinatione legitur, Magister ludi nescio quis Magistri ludi (inquit Asconius) dicuntur qui primas literas docent. Valer. Max. lib. 7. cap. vlt. Magister ludi factus ex tyranno. De Dionysio loquitur.

Ludibundus, ludibundi, Adiectiuum, (παίζων,) Dicitur ludens. Cic. 5. Verr. 132. Quia multos per se & per alios multa ludibundos, libidinose apud Verrem effecisse vidit. Plautus Pseud. 22. 25.
– sed palliolatim amictus
Sic incessi ludibundus. Cic. ad Tironem, lib. 16. 9. 4. Postero die in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus. Idem 3. de Orat. 121. Tum ad te ludibunda doctè & delicatè detulit. Sic Liu. 4. bel. Pun. 72.

Ludo, ludis, lusi, lusum, (παίζω, πεττεύω, κυβεύω,) ludere, Notam habet significationem. Plaut. Rud. 27. 22. Ego mihi quum lusi, nil moror vllum locum. Plin. epist. 111. 2. Vt parcè custoditeq̃ ludebat.

Exoletim ludit velut equa trima. Horat. 3. Carm. ode 11. 2.

Ludere, cum accusatiuo. Sueton. in Augusto, ca. 71. Aliquando vt vincat, ludit assidue aleam. Idem in Nerone, cap. 30. Quadrigenis in punctũ festertiis aleam lusit. Idem in Cæsare, cap. 39. Troiam lusit turba duplex maiorum minorumq̃ puerorum.

Ludere ludum. Terent. Eunuch. 3. 5. 38. – & quia consimilem luserat
Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi.

Insolentem ludum ludere. Horat. 3. Carm. ode 29. 10.

Ludere operam, Perdere operam, Frustra laborare. Plaut. Casina, 10. 1. Si nunc me suspendam, meam operam luserim:
Et præter operam, restim sumpti fecerim. Idem Capt. 6. 94. At nihil est ignotum ad illum mittere, operam luseris. Idem Pseudolo, 5. 134.
In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Ludere operam in re aliqua, pro Exercere. Terent. Phorm. 2. 2. 18.
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur. Vbi Donatus, Luditur operam: exercetur, an illoditur, id est frustratur?

Ludere otium. Martial. lib. 3. 25.
At vos tam placidas vagi per vndas
Tutæ luditis otium carinæ.

Ludere par impar. Horat. 2. Serm. saty. 3. 50.

Ludunt mea verba, pro Inaniter iactantur, incassum volant, & tanquam ludibria sunt. Propt. li. 2. eleg. 34 5. Nõ audis, & verba finis mea ludent.

Ludere, cum ablatiuo. Teren. Adelph. 4. 7. 21. Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris. Sueton. in Augusto, cap. 71. Vel talis, vel par omnibus par ludere. Idem in Claudio Cæsare, Alea studiosissimè lusit. Cic. de Fato, 50. Et 2. Philip. 70.

Ludere pila. Cic. 5. Tuscul. 84.

Ludere ludo. Plaut. Mostel. 16. 36.
Scis solere illanc ætatem tali ludo ludere.

Artes quibus alea luditur. Ouid. 2. Trist. 94.

Luditur alea pernox. Iuuenalis Saty. 8. 1.

Ludere in numerum, Saltare ad modum rhythmi & cantilenæ: vt ait Seruius. Virgil. 6. eclog. 6.
Tum verò in numerum Faunosq̃ ferasq̃ videres Ludere.

In chori speciem ludere. Ouid. 3. Metam. 137.

Ludendo sæpe paratur amor. Ouid. 3. de Arte, 74.

Agni satiati ludunt. Lucret. lib. 2. 65.

Pecus omne ludit campo. Horat. 3. Carm. ode 18. 2.

Ludit piscis in aqua. Terent. Adelph. 3. 3. 23, Congruit istum maximum in aqua finito ludere paulisper. Id est, moueri, vt interpretatur Seruius. Sic Virg. 8. Aeneid. 127,
– geminos huic lubera circum
Ludere pendentes pueros.

¶ Ludere, locari, & irridere, sine scurriliter & leuiter loqui, vel deludere alterum, siue eludere, vt ait Valla. Terent. And. 4. 5. 48.
Hic ille est, non te credas Dauum ludere. Plaut. Casina, 15. 46.
– ludo hunc faceté: nam quæ omnia
Facta dixi huic, falsa dixi. Terent. Adelph. 4. 5. 5,
– cur non ludo hunc aliquantisper? melius est:
Q. uandoquidem hoc nunquam mihi voluit credere. Plin. Fabio, lib. 1.
Ludere me putas, seriò peto. Cic. 3. de Nat. deor. 3. Q. uum verò dicat nihil agere, nihil curare confirmat, membrisq̃ humanis esse præditum, sed eorum membrorum vsum nullum habere, ludere videtur.

Arbitrio ludat amica suo. Ouid. 1. de Remed. amor. 76.

Ludere sanguine hominis in conuiuio. Liu. 9. bel. Maced. 181.

¶ Ludere, Decipere. Virg. 1. Aen. 71, – vana spe lusit amantem. Cic. 1. Tusc. 133, In vtroque eandem habuit fortuna potestatem, sed ludit altero est. Sic Liu. 3. ab Vrbe, 45.

Aciem oculorum ludere, Vide ACIES.

Pater luditur arte. Ouid. 3. de Arte, 67,
Cuiue pater vafri luditur arte Getæ.

Ludere dolis aliquẽ, Dolo circũuenire. Terent. Eunuc. 2. 3. 94, An potest hæc pati æquum est fieri, vt à me ludatur dolis?

Imaginibus falsis ludere aliquem. Virg. 1. Aeneid. 83.

¶ Ludere, Canere, Pulsare. Gell. Is optimè ludet à magistro cantu: ludicrum grammata: & huiusmodi opuscula, lusus dicuntur. Virg. 1. eclog. 2. Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Idem 4. Geor. 113. Carmina qui lusi pastorum. Horat. 1. Carm. ode 32. 1.
Poscimus si quid vacui sub vmbra Lusimus tecum.

Læta & iuuenilia lusi. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 2.

Musa tua lusit. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 6. Quod teneræ cantent lusit mea Musa, puellæ.

Modis bucolicis luserat. Ouid. 2. Trist. 108. de Virgilio.

Versu ludere. Virg. 6. eclog. 1.

Versus ludens. Ouid. ad Pisonem, 33. – si carmina fortè
Nectere ludenti iuuit fluitantia versu.

Lusum, lusu, (τὸ παίζειν,) Supina. vt Lusum ire. Horat. 1. Serm. saty. 6. 115.
Lusum it Mecœnas, dormitum ego, Virgiliusq̃.

Ludens, Participium, (παίζων,) vt
Pueri ludentes. Horat. 1. epist. 2. 12.

Lusus, Participium, (παιχθείς,) Deceptus. Cic. 1. de Finib. 3. Sed & illum quem nominaui, & cæteros Sophistas, vt è Platone intelligi potest, lusos videmus à Socrate.

Lusus equis nunc est, leuibus nisi luditur armis. Oui. 3. Tristiũ, eleg. 12.

Lusito, lusitas, pe. cor. (παίζομαι,) lusitare, Frequentatiuũ. Plau. Capt. 5. 4.
Nam vbi illò aduenì, quasi patritiis pueris, aut monetulæ.
Aut anates, aut cothurnices dantur quibuscum lusitent. Lusor,

Lusor, lusoris, (παίκτης, πεττευτής,) Qui ludit, aut decipit. Plaut. Amphit. 6. 60.
Quid enim censes, te vt deludam contrà lusorem meum,
Qui nunc primum te adeuisse dicas, modo qui hinc abieris?
Lusor amorum. Ouid. 4. Tristium, eleg. 9. 1.
Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum. Id est scriptor.

Lusorios, Adiectiuum, (πεττευτικός,) Quod ad ludum spectat: vt Tabula lusoria, qua tesseris luditur. Plin. lib. 17. cap. 56. 15. Lusoriam pilam Pythus inuenit. Idem lib. 37. cap. 2. 1. Transtulit aleum cum tesseris lusorium è gemmis deabus.

Lusoria fulmina, pro Innoxiis, apud Senecam 2. Natur. quæst. 7.

Lusorium nomen, pro Ficto & mentito. Seneca lib. 5. de Benef. ca. 8. Domi (quod aiunt) versura fit, & velut lusorium nomen statim transit.

Lusoria quæstio, Vel quæ ludo fit, vel de ludo tractat. Plin. lib. 7. cap. 53. 2. Pudore Diodorus sapientiæ Dialecticæ professor, lusoria quæstione non protinus ad interrogationes Stilbonis dissoluta obiit.

Lusorium spectaculum, Inane & ridiculum. Seneca epistola 81.

Ludifico, ludificas, penul. correp. (κατεπαίζω,) ludificare, Actiuum: & ludificor, ludificaris, Deponens, Deridere, per iocum & ludum fallere. Terent. Eunuch. 4. 4. 10. Tu me hic etiam nebulo ludificabere? Plautus Amphit. 7. 27. – iam
Sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus. Ibidem, 7. 15. Rogãne improbe etiam, qui ludificas me. Idem Capt. 8. 30. Nunc redeo inde, quum me tibi video ludificarier. Idem Casina, 13. 18. Iam hic est lepidè ludificatus miseri vt festinant senes. Idem Mostel. 10. 61. Vidẽs' pictum vbi ludificatur cornix voluntios duos? Idem Cistel. 5. 25.
Perturare me patiêre? M. atque quàm me, aliquantò facilius
Meamque rem perire, & ludificare filiam. Idem Capt. 11. 81.
Quid si adeam hunc infamum? T. antegàs ludificabitur. Terẽ. Phorm.
Ergo ĩs me ludificamini? Cic. pro Rosc. Amer. 33. Quũ enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspicionè dicere, apertè ludificari & calumniari scienS non videatur. Sic pro Quintio, 31. Liu. 1. ab Vrbe, 210. An quicquam superbius esse, quàm ludificari sic omne nomen Latinum? Lucret. lib. 4. 3. Vt puerorum ætas improuida ludificetur.

Impunè aliquem ludificari. Tacit. lib. 3. Irritum, fessumque Romanum impondè ludificabatur.

Ludificari locationem. Liu. 9. bel. Maced. 184. Censores edicto summotis ab hasta, qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paululum minutis pretiis locauerunt.

Ludificari mala aliculus, Id est quasi per ludibrium vexare. Plinius iunior epist. 10. lib. 6. ad Cornelium Tacitum, Plerique lymphari terrificis vaticinationibus & fita & aliena mala ludificabantur.

Ludificans, pen. corr. Participium, (κατεπαίζων,) Silius lib. 7. 43.
– ficti stimulabant sanguinis enses
Ludificante ducem Fabio.

Ludificatus, pen. prod. Participium, (κατεπαίξας,) Silius lib. 7. 30.
– varie nunc latus in orbem,
Nunc dexter, leuibus flexo per deuia gyris Ludificatus equo.

Ludificatus est patrem aurum: hoc est, Per fallaciam aurum abstulit. Plautus Bacchid. 9. 28.
– nea quid ei succenseat,
Mea causa de auro quod eum ludificatus est.

Ludificatus, Passiuum, (κατεπαιχθείς,) Salust. in Iugurtha, Ludificati incerto prælio.

Ludificatio, Verbale, (κατέπαιξις,) Cic. pro Sestio, 64. Sed tamen actũ nihil nisi de me, quum omni mora, ludificatione, calumnia, Senatus auctoritas impediretur. Liu. 2. bel. Pun. 81. Ne nihil actum censeret, extracta prope æstate per ludificationem hostis. Idem lib. 8. Decad. 4. Ferri tam ludificatio illa non potest.

Ludificabilis, & hoc ludificabile, penul. corr. (καταπαικτός,) Ludificabiles ludi. Plaut. Casina, 18. 3.
Nec pol ego Nemeæ credo, neque ego Olympiæ,
Neque vsquam ludos tam festiuos fieri, quàm
Heic intus fiunt, ludi ludificabiles
Seni nostro. Plautinus loquendi mos.

Ludibrium, ludibrii, (ἐμπαγμονή, χλεύη,) Res vana & deridenda. Virg. 6. Aeneid. 11. – folis tantum ne nomina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Plin. in Panegy. 89. Atque in omni ludibrium efferminatis vocibus, modis, gestibus frangerentur. Cic. in Parad. 5. Illæ hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putauit, quæ non appellamus etiam bona.

Fœdissima ludibria. Quintil. lib. 1. cap. 6. 21.

Obnoxius ludibriis, Vide OBNOXIVS.

Proculcare, ac ludibrio sibi habere, aliquid. Lucret. lib. 5. 148.

Haberi ludibrio, Derideri. Terent. Hecyra, 4. 1. 11.
Nam si vtrunis horum, mulier, vnquam tibi visus forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitus esset.

Ludibrio esse alicui, Falli vel irrideri ab aliquo. Cicc. ad Brutum, epistol. 1. 2. Nec pati sceleratissimo hosti, ludibrio esse imperium Pop. Roman.

Sic Liuius 2. ab Vrbe, Nec dubiè ludibrio esse miserias suas. Ibidem, libro 4. 54. Ludibrioque erant minæ Tribuni denuntianris se, &c. Sic Cicero 7. Verr. 78. Ludibrio esse vobis gloriam. Quintil. lib. 6. cap. 1. 34. Ludibrio etiam plerumque sunt hominibus.

Vertere in ludibria. Tacit. lib. 12. Defolatus paulatim etiã seruilibus ministeriis p inter pestiua nouercæ officia, in ludibria vertebat, ita illiges falsi.

Ludibrio laesum iri. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 1. 1.

Ludicrum, ludicri, pen. corr. Substantiuum, (παιγνιον,) Non modò ludos histrionicos & scenicos significat, sed quodcunque opus lusorium & iocularе. Liu. 1. ab Vrbe, 17. Et quum is crescente in dies grege iuuenum seria ac locos celebraret tum in Palatino mõte Lupercal, hoc fuisse ludicrum ferunt, & à Palanteo vrbe Arcadica Palanteum, deinde Palatinum montem appellatum. Plin. epist. 91. lib. 6. Nunc quasi reconciliarent, componerentq̃ frequentius singulis, ambobus interdũ propitium Cæsarem, vt in ludicro aliquo precarentur. Liui. 1. ab Vrbe, 161, Ludicrum fuit equi pugilesq̃ ex Hetruria maximè acciti. Ibidẽ, 19. Turbato per metũ ludicro mœstæ parẽtes virginũ profugiũt. Celebrare ludicrum. Liu. 7. bel. Punici, L. Manlius trans mare legatus iret, viseretq̃ quæ ibi gererentur, simul quod Olympiæ ludicrum ea æstate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur.

Ludicrus, vel Ludicer ludicra, ludicrum, pen. corr. (παιγνιωδής,) Iocularis, lusorius, leuis. Virg. 12. Aeneid. 153.
– necenim leuia, aut ludicra petuntur Præmia.

Ars ludicra. Plin. in Paneg. 80. Tu procul à tui cultu ludicras artes remouisti: seria ergo te carmina, honorque æternus annalium, non hæc breuis & pudenda prædicatio colit. Colum. in Præf. lib. 1. Sine ludicris artibus. Sic Liu. 7. ab Vrbe, 9. Quintil. lib. 3. cap. 6. 14.

Artem facere ludicram. Plaut. Aulol. 23. 3. Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram. Id est subsilire.

Certamen ludicrum. Seneca Agamemn. 13. 4.

Res ludicra. Horat. 2. epist. 1. 36.
– valeat res ludicra, si me
Palma negata, macrum: donata, reducit opimum.

Ludicra subsilitus. Gell. lib. 6. cap. 13.
Quale hoc ferme est subtilitatis ludicræ.

Ludicræ tibiæ Quibus luditur. Plin. lib. 16. cap. 36. 13. Ludicræ tibiæ loto, oslibusq̃ afinini & argento fiunt.

In prouerbii ludicrum vertere. Plin. lib. 3. cap. 11. 8. Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumq̃, & vrbes duas: quæ in prouerbii ludicrum vertẽre Apinam & Tricam.

LVENTINVM, (λουέντινον,) Britanniæ insulæ vrbs, Ptolemæo teste lib. 2. cap. 3. Vulgò Prouwelland.

Lues, luis, f. g. (λοιμός,) Valla, Lues & pestis hoc differunt, quo genus & species. Nam quum in vrbe, aut in agro febris, aliudve genus morbi seuit, siue solos homines, siue sola pecora, siue vtrosq̃ corripiens, lues dicitur. Interdum etiam si arbores & fata. Pestis verò aut citò occidit, aut citò abit ab eo quem inuasit, quæ eadem dicitur pestilentia. Nonnunqum tamen pro lue ponitur: atque ad animi vitium sæpe transfertur. Hactenus Valla lib. 4. Cicc. de Aruspresp. 21. Vt eos ludos hæc lues impura polluerет.

Lues à lauando dicta, vt nonnullis placet. Festus, Lues est diluens vsque ad nihil. Tractum à Græco λούειν.

Morbi lues. Claud. de bello Gildon. 8.

Demissa cœlo lues. Stat. 11. Thebaid. 55.

Dira lues. Ouid. 7. Metam. 106.

Grauem populis luem sparsura pestis. Seneca Thyeste, 1. 18.

Miseranda lues venit arboribus fatisq̃. Virg. 3. Aeneid. 28.

Pessimam luem abolere ferro. Seneca Medea, 4. 1. Luem vocat Medeam.

Violenta lues. Valer. 5. Argonaut. 4.

LVGDVNVM, Lugdúni, pen. prod. (λούγδουνον,) Ciuitas Galliæ apud Aquitaniam, quam Plancus, quum Galliam comatam regeret, traditur condidisse. In ea fluuii, Araris & Rhodanus. Hæc vna cum tota regione, Seneca temporibus, fatali igne exusta est. Hinc Plocius, qui primus Romæ Latinè rhetoricam docuit, originem duxit. Strabo lib. 4. Prope Viennam finis supra est Lugdunum, ex quo Arar vnà Rhodanusq̃ miscentur. Ibidem, Lugdunum in colle conditum, vbi Arar amnis Rhodano miscetur, Romano tenetur imperio. Ampliori quoque supra reliquas, excepta Narbone, ciuitates floret virorum ordine: nam & vsui magno est illis emporium.

Lugeo, luges, luxi, luctum, (πενθέω, κοπτόω, γεύλω, μύρομαι, ὀδυρόμαι, ὀδυνόμαι,) lugere, In luctu esse. A Luo deriuari dicit Sipontinus: quòd luctus, vitam hominis soluat. Cicc. 3. Tuscul. 118.
Quid qui non putant lugendum viris?

Luxere matres Iliæ. Horat. Epod. 17. 3.

Fratrem lugebat ademptum. Ouid. 11. Metam. 55,

Lugere Rempub. Casum & fortunam Reipub. condolere. Cic. ad Curium, lib. 7. 19. 5. Sed mehercule & tum Rempub. lugebam, quæ non solum suis erga me, sed etiam meis erga se beneficiis mihi erat charior.

Lugere vitam hominum. Cic. 1. Tuscul. 130.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luxi.Ouid.11.Metamor.10.
– positis et frondibus arbos
Tonsa comas luxit. De Orpheo.
Luxti,pro Luxisti,Catull.de coma Berenicis,epigram.61.5.
At tu non ortum luxti deserta cubile,
Sed Iuratris cari flebile discidium.
Vita lugenda.Ouid.4.Trist.eleg.3.8.
Lugetur,Impersonale, (κλαυτέον,) Catul.in Egnat.37.1.
– seu pii ad rogum filii
Lugetur,orba quum flet vnicum mater.
Lugens,Participium, (κλαίων,) vt Solator lugentium.Stat.5. Sylu.5.8.
Luctus,huius luctus, (κλαυτός,γόος,πένθος,ὀδύνη,ὀλοφυρμός,) Valla Luctus est dolor qui exterius proditur voltu ipso,atque aspectu.Sæpe ipse habitus vultus,atque vestis ,luctus est . Vnde secundo bello Punico,post cladem illam Cannensem censuerunt P. C. ne fœminæ vltra XXX. dies in luctu essent;non videlicet ne in dolore (non enim imperare dolori possumus) sed in illo lugubri habitu. Et matronæ Iunium Brutum anno luxere,tanto tempore item P. Valerium. Hactenus Valla lib.4. Cice.4.Tuscul.18.Luctus ægritudo ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo. Sic 4.Acad.245.
Squalor & luctus. Cice.pro Plancio,17.Quam quidem nunc multitudinem videtis Iudices,in squalore & luctu supplicem vobis.
Fessa luctuque viaque.Ouid.14.Metam.85.de Canente Nympha.
¶ Ater luctus.Seneca Hercfur.9.16.
Coaceruati luctus.Ouid.8.Metam.98.
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
Crudelis vbique luctus.Virgil.2.Aeneid.74.
Crauis.Senec.Octau.2.3.
Ingens.Virgil.6 Aeneid.174.
Miser.Valer.3.Argonaut.149.
Impudens.Vide IMPVDENS.
Leuior.Ouid.1.Metamor; h.132.
Tristi. Cice.pro Plancio,60.
¶ Abstergere luctum.Cic.3.Tusc.73.Vide ABSTERGO.
Absumi luctu inertii,Vide ABSVMO.
Accensa luctu phalanx.Virg.12.Aeneid.56
Afficere luctu.Ci.inPiso.5.Vt eos quos luctu afficeret,lugeret nõ fineret.
Attenuare luctum alicuius.Ouid. ad Liuiam,69.
Auerram luctus, & tristia damna vetabo.Stat.3.Sylu.1.35.
Cepit ciuitatem luctus,Vide CAPIO.
Dare animum in luctus.Ouid.2.Meta.76. –seque ipse, diemque
Datque animum in luctus.
Excidit omnis luctus.Ouid.8.Metam.90.
Extendere luctus in æuum æternum.Ouid.1.Metam.133.
Externare aliquẽ assiduis luctib⁹.Catu.Arg.59.14.Vide EXTERRNO.
Incidere in maximos luctus.Cic.1.Offic.47.
Inserere cogitationem aliquam luctibus. Quintil.in Procem.li.6.12.Vt aliqua tor luctibus alia cogitatio inseri possit.
Minuere luctus.Ouid.15.Metam.128.
Diuersa interea miscentur mœnia luctu.Virg.1.Aeneid.60.
Mordent luctus,lachrymæque.Seneca Troade,11.1.
Lentius luctus,lachrymæque mordent,
Turba quas fletu simili frequentat.
Luctum operire,Mœrorem & tristitiam dissimulare,& celare. Plin.epist. 16.lib.3. Quo maius est,sine præmio æternitatis abdere lachrymas, operire luctum amissoque filio matrem adhuc agere.
Permouere luctu.Quintil.lib.1.cap.10.6.Affici verò ,& ira vel luctu permoueri, cuius est ludibrii,&c.
Præcipitare luctus.Lucan.lib.5.159. –non mœsti pectora Magni
Sustinet amplexo dulci,non colla tenere,
Extremusque perit tam longi fructus amoris:
Præcipitantque suos luctus , neutenque receden
Sustinuit dixisse vale.Hoc est ante tempus accelerant suos luctus.
Miser,luctu præditus.Cic.pro Roscio Amer.13.
Rononatque luctus & metus miseræ mihi.Senec.Octau.4.5. Ibidem,5. 10.Renouare luctus parce cum fleta pios.
Amati luctus renouantur admonitu.Ouid.14.Metam.93.
Satia meo tua pectora luctu.Ouid.6.Metam.57.
Accibo luctu succensus.Valer.3.Argonaut.118.
Esse in maximis luctibus.Cice.3.Offic.127.
Aeterno tabescere luctu.Lucret.lib.3.187.
Muliebrem tollite luctum.Horat.Epod.16.8.
Vanescit luctus Catull.Argon.59.40.
Vos nolite pati nostrum vanescere luctum,
Sed quali solam Theseus me mente reliquit,
Tali mente deus inuestet sesque,suosque.
Vocare in luctum,Hoc est dolorem & mœrorem excitare. Cice. ad Atticũ,lib.3.17.4.Ne & meũ mœrorẽ exagitẽ, & te in eundẽ luctũ vocẽ.
¶ Luctus,luctì,apud antiquos declinabatur.Actius,Cessio hinc ire,& rapere luctu vestem in lecto coniugis?
Luctificus,pen.corr.Adiectiuum: (πενθικός,γοερός,) vt Luctifica elades. Ci.2.Tusc.45.Luctifica elades nostro infixa est corpori.Ex Aeschylo.
Clangores luctifici.Stat.10.Thebaid.110.
Iubar luctificum.Valer.lib.3.Argonaut.59.
Luctificus Titan.Lucan.lib.7.1.
Segnior Oceano,quàm lex æternaiubebat, Egit equos.
Luctificus Titan,nunquam magis æthera contra
Verba luctifica.Seneca Thebaid.1.27.
Luctifer,pen.corr.Adiectiuum, (πενθοφόρος,) Qui luctum fert vel nuntiat.Senec.Here.furen.9.14.Hic vultur,illic luctifer bubo gemit.
Fax luctifera.Senec Medea,10.21. –ter latratus
Audax Hecate dedit & sacros
Edidit ignes face luctifera.
Luctisonus,penul.corr.Adiectiuum, (γοηχής,) Ouid.1.Metam.147.
De Io mutata in vaccam.
Quos potuit,solos tendens ad sidera vultus:
Et gemitu,& lachrymis,& luctisono mugitu
Cum Ioue visa queri est,finemque orare malorum.
Luctuosus,pen.prod.Adiect. (γοώδης,ἐρεμνώδης,) Luctu plenum. Cicero Atticum,3.60.3.Non deseram,neque optimi atque vnici fratris miseras ac luctuosas preces,nec,&c. Sic 2.de Diuin.119.Luctuosa res.
Luctuosum bellum.Salust.Virorum more pugnantes,cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.
Hesperia luctuosa.Horat.3.Carm.ode 6.2.
Di multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosæ. Hesperiam vocat Italiam.
¶ Luctuosum,quod luctum affert.Cicero pro Lege agrariã,54. Quam me hercle ego præconi huic ipsam luctuosam, & acerbam prædicanem futuram puto.Idem 7.Verr.93.Nam illorum liberi quum essent parenti,redimat pretio sepeliendi potestatem.
Lúgubris,& hoc lúgubre,penul.corr.(γοερός,πενθήρ,πενθικός,) Quod ad luctum pertinet.
Carmen & rebus,& verbis,& modis lugubre.Cic.3.Tus.79.
Cantus lugubres.Horat.1.Carm.ode 24.1.
Lugubris eiulatio.Cic.2.de Legib.94,Lælius lessum quasi lugubrem eiulationem,vt vox ipsa significat.
Lugubris hedera.Plin.lib.16.cap.35.1.
Lugubris lamentatio,fletusque.Cic.1.Tusc.48.
Lugubris ornatus.Cic.3.Verr.39,Memini,vidi simul cum Pop.Rom.omnium comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu ad conspectum,cogitationemq;,acerbo,& lugubri.Teren.Heaut.2.3.41.Mediocriter vestitam veste lugubri.
Pectora lugubria.Ouid.10.epist.29.
O rem lugubrem.itaq;intercludor dolore.Cic.Attic.lib.8.15.1.
Lugubres fordes.Cic.ad Quirites,post reditum,6.
Vagitus lugubris.Lucret.lib.5.46.
Verbum lugubre,Quod luctum præ se fert.Cic.5.Verr.107,Prope lugubri verbo calamitatem proniceæ Siciliæ significat. Ouid.in Ibin,19.
Voce lugubri liquidam tollunt querelam.Lucret.lib.4.111.de cynnis.
¶ Lugubria,Quæ ad luctum pertinent,substantiuè interdum accipitur, vt apud Ouidium 11.Metam.134.
Surge agè,da lachrymas,lugubriaque indue,nec me
Indeploratum sub inania tartara mitte.
Amicta coniux lugubribus.Seneca Herc.fur.9.2.
Lugubria,pro habitu mœrentium . Seneca de Consolatione ad Martiam.
Nosti quasdam,quæ amissis filiis imposita lugubria nunquam exuerint.
Lúgubre,pen.corr.(πενθωδῶς,) Aduerbium,quod & Lugubriter dicitur. Plautus Cistel.2.37.
– nam si hæc non nubat,lugubre
Fame familia pereat.
LVGIDVNVM,pen.prod.(λουγδοῦνον,)Ptolemeo lib.2.cap.11.Germaniæ vrbs.Hodie Glogauia,Vulgò Glogauu.
Lumariæ falces,Quibus lumeta purgantur,hoc est lumæ secantur , vt ait Varro de Lingua Latina.Luma enim genus spinæ ;

Lumbricus, lúbrici,pen.prod.m.g.(λόβριξ,) Vermis è terra ortus.

Foras lumbrice,qui sub terra crepsisti modò :
Qui modò nusquam comparebas,nunc quum compáres, peris . Colu.lib. 7.cap.9.Terram rimentur,effodiantque lumbricos . De suibus loquitur . Plin.lib.27.cap.13.11.Sunt & gentium differétiæ non mediocres,sicut accepimus de tineis,lumbricisque inesse Aegypti,Arabiæ , Syriæ, Ciliciæ populis.
Lumbrici teretes maximè exercent pueros.Celsus lib.4.cap.17.
Lumbrici multiplices.Celsus lib.4.cap.17.
Lumbrici,etiam vermes dicũtur,qui in ventre hominis , aut etiã aliorum animalium nascuntur.Colum.lib.6.cap.25.Solent autẽ nocere lubrici, qui ferè nascũtur cruditatibus. Idẽ lib.6.ca.30. Solẽt etiã vermes quasi lumbrici nocere intestinis.De equis loquitur .
Lumbricorum alii sunt teretes,alii lati. Vide Celsum li.4.ca.17.

Lumbus, lõbi,m.g.(λόμβος,δορφός,) Pars corporis quinque inferiores spinæ vertebras complectens qua libido designatur.Sunt enim circa renes.Plin.lib.20.cap.2.1,Lumborum verò dolori,semine sole siccato,deinde,&c.Plaut.Epid.15.1,Plaudite,valete lumbos extollite,atque exurgite.Vulgus nostrum generaliori vocabulo renes vocat quòd circa sedem renum sint.
Excussi lumbi.Propert.lib.2.eleg.17.6,Barbarus excussis agitat vestigia lumbis,
Incuruí lumbi.Ouid.8.Metam.163.
Lumborum tenus condi.Cic.in Arato,10,
–& Cepheus conditur antè
Lumborum tenus à prima depulsus ad vndas.
Dolare lumbos alicuius fuste.Horat.1.Serm.saty.5.5.
Infringere lumbos.Horat. Eped.11.5, –& heu
Limina dura,quibus lumbos,& infregi latus.
Duros qui nequeunt mouere lumbos.Catul.ad Aurelium,epi.16.3.
Lumbus etiam de brutis dicitur.Horat.1.Serm.saty.6.11,
–nunc mihi curto
Ire licet mulo.vel si lubet,vsque Tarentum:
Mantica cui lumbos onere vleeret,atque eques armos.
Lumbus ficedulæ.Martialis lib.1.5,
Cærea quæ parulo lucet ficedula lumbo,
Quum tibi fortè datur,si sapis,adde piper.
Lumbus leporis,apud Plinium,Galli rablum vocant.
Lúmbulus , penult. corr. Diminutiuum.(λομβάριον,)Plin.lib.28.cap.11. 7.Sicca lippitudo , lumbulis suum rostis , atque contritis , & impositis,tollitur.
Lumbifragium,lumbifragil.(λομβάγιον,)Plaut.Amph.4.300,Nam si me ire ritatis,hodie lumbifragium hinc auferes.Hoc est, ictus circa lumbos : fictum verbum Plauto.Hoc est,Frangam tibi lumbos.
Lumbãgo,pen.prod.lumbãginis,f.g.(λομβάγκοδύνημα,) Vitium & debilitas lumborum,ut inquit Festus.

Lumen, lúminis,pe.cor. (φάος,φῶς,φάγγος,δῶρος,) Notæ significationis:dictum quasi lucimen.

Lumen à luce Seruius distinguit.2.Aeneid.quòd in lumine sit splendor. sed cum fumo in luce solus splendor.
Arrecta lumina.Virg.5.Aeneid.15,
Vix positum castris simulacrum,arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis:fallúnque per artus Sudor iit.
Breue lumen candelæ.Iuuenalis Saty.3.28.
Flagrantia lumina flammis.Lucret.lib.4.92.
Fulnum lumen.Virg.7.Aeneid.16.
Fumea lumina tædis.Virg.6.Aeneid.119.
Hyberni luminis ignes.Virg.1.Georg.59.
Multifida lumina.Stat.3.Theb.19.
Multifida attollens antiqua lumina cedro Nocte subit campos.
Nocturna lumina.Virgil.7.Aeneid.3.Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.
Extinctum recens noctu nunc lumen.Lucret.lib.6.159.
Picum fert humida lumen
Teda.Virg.9.Aeneid.15.
Vigilantia lumina,Id est semper ardentia.Ouid.17.epist.7.
¶ Accendere lumen,Vide ACCENDO.
Admouere lumen. Plin.lib.10.cap.75.2, Insecta nec luminibus quidem admotis excitantur.
Colucere luminibus.Vide COLVCEO.
Exilit lumen,si lapidem percutiat lapis.Lucret.lib.6.33.
Ignes fundunt lumina.Virg.2.Georg.87.Pascuntúrque ignes nocturni,& lumina fundunt.
Lustrare vestigia lumine.Virg.2.Aeneid.151.
Sterruit lumen,Id est crepitauit;quod futuri successus dat præsagia.Oui. 18.epist.51.
Inter ea lumen(posito nam scribimus illo)
Sterruit,& nobis prospera signa dedit.
¶ Lumen , pro luce ac die . Cic.pro Rab. Postu.18, Si te secundo lumine hic offendero ,morière. Idem ad Atticum , lib.7.144.1.Virgil.6. Aeneid.72,
Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua.vix lumine quarto
Prospexi Italiam.Id est die quarto.
Clarissima mundi lumina Liber & Ceres. Virgil.1. Georg.2.Id est Sol & Luna.
Sparsa micant stellarum lumina cælo.Silius lib.15.134.
Cassus lumine aer.Lucre.lib.4.74.
Diurnum lumen,'Lux diei.Lucret.lib.4.93.
Iucundum cæli lumen.Virg.6.Aeneid.73.
Læuum lumen,Vide LAEVAI.

Lurida lumina præbebat terris Sol.Ouid.15.Metam.158.
Manifestum lumen,pro claro,aut nimbo;cuius maius est lumen,vt inquit Seruius.Virg.4.Aeneid.16, –ipse deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros,vocemque his auribus hausi.
Orientia lumina Solis.Virg.8.Aeneid.14.
Primo cum lumine Solis.Virg.7.Aeneid.26.
Purpureum lumen.Virg.1.Aeneid.110, –namque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix,lumenque iuuentæ
Purpureum,& lætos oculis afflarat honores.Id est pulchrum nitorem
Rubrum lumen.Claud.lib.2.de raptu Proserp.46.
Serenum lumen Solis.Lucret.lib.2.30.
Solare lumen.Ouid.5.Trist.eleg.10.8,
Dumque(quod ô breue sit)lumen solare tenebo,
Seruier officio spiritus iste tuo.
Splendida lumina Solis.Lucret.lib.2.22.
Stellantia lumina.Valer.2.Argon.100.
Tremulum lumen.Virg.7.Aeneid.2,
–splendet tremulo sub lumine Pontus.
Vaga lumina, noctis,Sidera.Stat.3.Thebaid.13.
Sera rubens accendit lumina Vesper.Virg.1.Georg.51.
¶ Dare lumina terris,dicitur Sol.Ouid.2.Metam.30.
Inferre mortale lumen in clarissimum solem. Quintil.lib.5.cap.12.7,In rebus verò apertis argumentari tam sit stultum , quàm in clarissimum Solem mortale lumen inferre.
Solis lumina peruulgant cælum.Lucret.lib.4.42,'Id est vulgò seu passim percurrunt.
Mundo præbebat lumina Titan.Ouid.1.Metam.2.
Luna obscura premit lumen.Virg.4.Aeneid.16.
Priuatus lumine aer.Lucret.lib.4.74.
Terra spoliatur lumine.Lucret.lib.4.76.
Purpureo lumine campos vestit æther.Virg.6.Aeneid.129.
Spirabile lumen cæli,id est vitale.Virg.3.Aene.120.
¶ Vita lumina attingere.Virg.6.Aeneid.166.
Cassus lumine,Mortuus.Virg.2.Aeneid.17,
–nunc cassum lumine lugent.
In oras luminis exoriri.Lucret.lib.1.5,ad Venerem,
Nec sine te quicquam dias in luminis oras
Exoritur,neque fit lætum,neque amabile quicquam.
Dulcia linquebant lamentis lumina vitæ.Lucret.lib.5.198.
Inuisa relinquam lumina,Id est morior.Virg.12.Aeneid.13.
¶ Lumen,pro oculo aliquando ponitur,quòd oculorum beneficio lumẽ conspiciamus. Quintil.in Procem.li.6.Prior alterum ex duobus eruit lumen.Sed hîc metaphorice loquutus est . Alterum enim è duobus filiis mortuum intelligit.Idem li.9.cap.3,Siquis ducere os exquisitis modis,& frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat , rideatur.Pli.lib.11.cap.37.26,Ab iisdem qui altero, lumine orbi nascerentur,coelites vocantur.
Oculorum lumina.Lucret.lib.4.166.
Acies luminum.Seneca Her.fur.9.7,
–torpet acies luminum
Hebetesque visus vix diem insuetum ferunt.
Orbis inanis luminis.Ouid.14.Metam.39.
–me luridus occupat horror
Spectantem vultus,etiamnum cæde madentes ;
Crudelesque manus,& inanem luminis orbem.De Polyphemo.
Orbus luminis.Id est cæcus.Ouid.in Ibin,52.Idem 14.Metam.38.
Caui recessus luminum, & inanes sinus. Seneca Oedip.12.11. de Oedipo loquitur qui oculos ipse sibi eruerat.
Frons læta parum,& deiecto lumina vultu.Virg.6.Aenei.173.
¶ Adoperta lumina somno.Ouid.1.Metam.144.
Apertum oculorum lumen.Lucret.lib.4.230.
Ardentia lumina . Virgil.2.Aeneid.81, Ad cælum tendens ardentia lumina frustra.
Lumina cærula Germani.Iuuenalis Saty.13.17.
Caua lumina.Ouid.8.Metam.17,de Fame,Hirtus erat crinis. caua lumina,pallor in ore.
Crudelia lumina.Ouid.14.Metam.146,Corpore vt exanimi crudelia lumina pascas .
Distenta lumina.Lucan.lib.6.19,Iam riget atra cutis, distentaque lumina rumpit.
Diurnum lumen,Lumen diei.) Ouid.4.Fast.90.
Effossum lumen.Virg.3.Aeneid.133.
Expertia somno oculorum lumina.Lucret.lib.6.138.
Ferrea lumina.Stat.2.Theb.6,de Cerbero,
Ni deus horrentem lethæo vimine mulcens
Ferrea tergemino domuisset lumina somno.
Glauca lumina.Claud.5.Paneg.42.
Humida lumina.Ouid.9.Met.108.Id est lachrymantia.
Lachrymantia lumina.Ouid.13.Metam.37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Languida lumina.Catull.Argon.59.44.
Morientia lumina.Ouid.9.Metam.79.
Spectantia lumina.Ouid.6.Metam.14.
Acuere lumina, Vide ACVO.
Adimere lumen alicui.Virg.3.Aeneid.133.Monstrum horrendum. informe, ingens, cui lumen ademptum.De Polyphemo.Vide ADIMO.
Oculi ardentes glauco lumine.Virg.4.Georg.91.
Vix attollens lumina.Virg.5.Aeneid.170.
Obliquo lumine cernere aliquem.Ouid.2.Metam.158.
Circumfert lumina campo.Silius lib.17.105.
In æternam claudunturlumina noctem.Virg.10.Aeneid.150.
Claudere alicui lumina, Vide CLAVDO.
Lucentia lumina compósuit somnus.Silius lib.7.41.
Natantia lumina condit somnus.Virg.4.Geor.10.Et 5.Aen.172.
Condere lumina alicuius digitis.Ouid.10.epist.74.
Ergo ego nec lachrymas matris moritura videbo.
Nec mea qui digitis lumina condat, erit?
Digitos in lumina condere.Ouid.13.Metam.114.
-digitos in perfida lumina condit,
Expilatque genis oculos.
Orbem luminis corrumpere.Lucret.lib.3.84.
Vt lacerato oculo circum si pupula manst
Incolumis, stat cernendi vivata potestas:
Dumodo ne totum corrumpas luminis orbem.
Declinare lumina somno.Virg.4.Aeneid.37.
Defigere lumina aliquò.Virg.1.Aeneid.46.
-sic vertice cæli
Constitit, & Libyæ defixit lumina regis.
Mæsto defixus lumina vultu.Virg.6.Aeneid.32.
Demittere lumina.Ouid.15.epist.46.
Detorquet lumen ab illa.Ouid.6.Metam.103.
Domare lumina somno.Stat.2.Theb.7.
Eruere lumen. Quintil. in Procem. libr.6.6. Mihi filius minor quintum egressus annum, vt in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen.]
Noxia lumina facere. Quid.2.Trist.21. Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Fallere lumina.Ouid.4.Metam.36.
Retiique & laque is, quæ lumina fallere possent
Elinat.Id est quæ videri non possent.
Flectere lumina.Ouid.5.Metam.47.
Tunc quoque conanti sua flectere, lumina cerulæ
Diriguit.Virg.4.Aeneid.74.
Iactare lumina in aliquem.Ouid.3.epist.3. Alter in alterius iactantes lumina vultum.
Laburntur frigida letho lumina.Virg.11.Aeneid.164.
Occidit lumen, Hoc est videndi facultas, seu virtus visiua, vt loquuntur. Lucret.lib.3.85.
At si tantula pars oculi media illa peresa'st:
Incolumis quanuis alioqui splendidus orbis:
Occidit extemplo lumen, tenebræque sequuntur.
Tacitis luminibus pererrare aliquem.Virg.4.Aeneid.73.
Fulmen perstringit lumina obliqua flamma, Id est oculos offuscat coruscatione, Lucan.lib.1.31.
Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
Aetheris impulsi sonitu, mundique fragore
Emicuit, rupitque diem: populosque pauentes
Terruit, obliqua perstringens lumina flamma.
Recipere lumen.Celsus libro 6.cap.6, Quidam sine vlla manifesta causa subito obcæcati sunt. Ex quibus nonnulli quum aliquandiu nihil vidissent, repentina profusione alui lumen receperunt.
Resignat lumina morte, Vide RESIGNO.
Tecto simulatur lumine somnus.Ouid.20.epist.40.Id est clausis oculis.
Inexpleto lumine spectare aliquid.Ouid.3.Metam.88.
Toto lumine spectare aliquid.Ouid.9.Metam.6.
Flammea subduxi medicato lumina somno.Ouid.12.epist.22.
Fessa lumina furtim subit sopor.Ouid.18.epist.12.
Suffecta lumina letho.Valer.1.Argon.165.
Suffundit lumina rore, Id est flet.Ouid.10.Metam.71.
Somno tegere lumina.Virg.4.Georg.83.
Immota tenere lumina.Virg.4.Aeneid.66.
Tergere lumina manu.Catull.de coma Berenicis, epig.61.6.
Rorantia lumina tersit.Stat.2.Sylu.2.21.
Flammantia lumina torquens.Virg.3.Geor.87.de serpente.
Lassaque versantes supremo lumina motu.Ouid.7.Metam.118.
Placido lumine videre, aliquem.Horat.4.Carm.ode 3.1.
¶ Lumen, pro expositione.Cic.ad Trebatium, lib.7.20.4, Qui quanquàm plurimi sunt, doctorem tamen lumenque desyderant Hoc est, interpretationem.Ex vetusto codice legitur vnumque.

Clara lumina prepandere menti alicuius. Lucret.lib.1.29.
-quo carmine demum
Clara tuæ possim præpandere lumina menti:
Res quibus occultas penitus conuisere possis. Lumen, scientiam.
Adhibere lumen, Vide ADHIBEO.
Clarum lumen extollere è tenebris.Lucret.lib.3.1. Scientiam.
¶ Luminibus obstruere, verbum antiquum iuris. Cic.pro Domo sua, 88. A Q.Scio contendit, vt Q.Posthumius sibi domum venderet. Quum ille id negaret, primò se luminibus eius esse obstructurum minabatur: affirmabat Posthumius se viuo illam domum istius nunquam futuram: acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit quid fieri oporteret, hominem veneno apertissimè sustulit.
Obstruere alicuius luminibus, per metaphoram vsus est Cicero de Clar. Oratorib.33, Nam vt horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis cum breuitate, tum nimio acumine officit Theopompus: elatione, atque altitudine orationis suæ (quod idem Lysiæ Demosthenes) sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. De Philisto & Thucydide. Qui locus Ciceronis corruptè impressus est. Quemadmodum enim (inquit) claritati antiquorum minis Thucydidis tanquam luminibus Theopompus officit historicus grandiloquentia styli tanquam altitudine ædificii, & Demosthenes orator Lysiæ: sic fusciorem illum splendore orationis Catonianæ recentiores oratores sublimiore ac florido dicendi genere quasi prætumbrantes obscurauerunt. Budæus.
¶ Lumina præferre menti alicuius dicitur deus. Id significat quod vulgò Inspirare aliquem dicimus. Cic. Antè quàm iret in exilium, 5. Vos vero obtestor dii immortales, qui mee menti lumina prætulistis, quum consensum extinxi coniurationis, arcemque vrbis ab incendio ac flammis liberaui.
¶ Lumina ciuitatis, pro insignibus viris, & claris quos dicimus. Cic. 3. in Catil. 68, Tum verò clarissimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta sunt. Idem pro Deiotaro, 9, Omnium gentium, atque omnis memoriæ clarissimum lumen extinguere.
Claret lumen, Vide CLAREO.
Lumen contentus: cui opponitur, Tenebræ & solitudo. Quintil.lib.1. cap.2.8, Sed etiam si iungi vtrunque non posset, lumen tamen illud ceuentus honestissimi tenebris ac solitudini prætulissem.
Lumen animi.Col.in Præf.lib.1.20.Q uæ prænoscere sine lumine animi, & sine exquisitissimis disciplinis non quenquam posse credideriam.
Præcipuum eloquentiæ lumen. Quintil.lib.3.cap.1.14.
Lumen probitatis prospicere in aliquo, hoc est, Maximam probitatem. Cic.de Amicitia, 27. Quòd in eo quasi lumen aliquod probitatis & virtutis prospicere videamur.
Lumen virtutis, Clara & magna virtus. Cic.ad Cassium, lib.12.epist.2. Nunc autem opto, vt ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eloceat.
¶ Lumina in pictura, Vmbræ & alia. Pli.lib.33.cap.vlt.1, Sic primi obiuetère pingere Polygnotus & Mycon, Atrico duntaxat, hoc secuta ad lumina vsa est: ad vmbras scyrico & Lylio. Idem lib. 35. cap. 6. Tandem se ars ipsa distinxit, & inuenit lumen atque vmbras, differentia colorum alterna vice sese excitante: deinde adiectus est splendor alius hic quàm lumen: quem quia inter hoc & vmbram esset, appellauerunt tonon. Budæus.
Lumina orationis sunt sententiæ, præcipuè quæ in clausulis ponuntur: translatum vocabulum à pictura. Græci vocant schemata. Cicero de Claris Orat. 141, Itaque quum ad hanc verborum Latinorum elegantiam adiungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tanquam tabulas penè pictas collocare in bono lumine. Quintilianus docet eiusmenta hæc non esse vnius generis. Ex Budæo. Vide eundem Quintilianum lib.9.cap.1, de luminibus orationis abundè tractantem.
Lúmino, luminas, pen.cor. (φωτίζω,) luminare, Idem quod compositum Illuminare. Martianus, Quòd stellantibus oculis interfinctos crebri vibratus ignium luminabant. Budæus.
Luminósus, pen.prod. Adiectiuum. (φεγγοδόκος.) Significat clarum, lucidum. Nonius. Cic.in Orat.69, Tum sunt maximè luminosæ, & quasi aliquæ partes duæ.
Luminâre, luminâris, pen.prod.n.g. (φωστήρ,) Lumen.
Luminaria, metaphoricè. Cic. 1. Philip 66, In te autem M.Antoni id dixit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, quod in hostem togatum decerni est solitū more maiorum. Id est, Tot egregiis viris extinctis, inquit Budæus.

Luna, lunæ, (σελήνη, μήνη, μουνοχία,) Dicta à lucendo, quòd noctu lucet. Cic. in Somnio Scip. 13, Erant autem eæ stellæ, quas nos quam ex hoc loco vidimus, & eæ magnitudines omnium, quas esse nos quam suspicari fuimus: ex quibus erat ea minima, quæ vltima cœlo, proxima terris, luce lucebat aliena. De luna. Idem 2. de Nat. deo. 99. Luna à lucendo nominata.
Luna modò curuata in cornua, modò æqua portione diuisa, modò rotunda in orbem, maculosa, eademque subitò prænitens, immensa orbe plena, ac repentè nulla. Plin.lib.2.cap.19.2.

una infra terram. Colum.lib.11.cap.3, de Allio loquens, Seruabimus vt luna infra terram sit.
Luna supra terram, & sub terra. Plin.lib.18.cap.32.3, Seminaria quum luna supra terram sit, fieri calcari musta, quum luna sub terra.
Coitus lunæ. Plin.lib.16.cap.39.3. Vide Silens luna. Idem lib. 2.cap. 13.1, Defectus decentis viginti duobus mensibus redire in suos orbes certum est, solisque defectum non nisi nouissima primáve fieri luna, quod vocant coitum.
Concursus lunæ & solis, pro Coitu. Celsus lib.1.cap.4
Defectus lunæ. Plin.lib.2.cap.13.1.
Globus lunæ. Lucret.lib.5.14. Virgil.6. Aeneid. 145, Lucentemque globum lunæ.
Labores lunæ. Virg.1.Georg.96, Defectus solis varios, lunæque labores.
Meatus solis lunæque. Lucret lib.1.76.
Numen lunæ. Plin.lib.18.cap.32.1.& 5.
Lunæ orbis. Plin.lib.7.cap.9.1. Vide ORBIS.
Status lunæ. Plin.lib.18.cap.29.11.
Vultus purpureus lunæ. Ouid.1.Amor.eleg.8.3.
¶ Alta luna. Virg.9 Aeneid.81.
Aquilonia luna. Plin.lib.2.cap.97.4. Vide AQVILO.
Aurea luna. Ouid.10 Metam.89.
Bicornis luna, regina siderum. Horat.in Carm.secu.7.
Candida luna. Virg.7.Aeneid.2.
Caua luna. Plin.lib.8.cap.64.1, Luna caua tristes esse, quibus in eo genere cauda sit nouum exultatione adorare. De simiis.
Celeres lunæ. Horat.4 Carm.ode 7.3.
Decrescens luna. Plinius lib.17.cap.9.ad finem.
Dimidia luna, Vide Intermenstrua luna.
Dimidiata luna. Plin.lib.18.cap.32.3.
Diuidua luna. Plin.lib.2.cap.18.1, Itaque in quadrato solis diuidua est, in triquetro seminani ambitur orbe, impletur autem in aduerso. Idem lib.2.cap.97.3.
Errans luna. Quintil lib.1.cap.10.11.
Extrema luna. Varr.de Re rust.lib.1.ca.37.1. Dies lunares quoque obseruandi, qui quodam modo bipartiti. Quod à noua luna crescit ad plenam, & inde rursus ad nouam lunam decrescit, quod veniat ad intermestrium, à quo die dicitur luna esse extrema, & prima. Pli.lib.18. cap.32.1, Ventilari quoque frumenta ac legumina, & condi circa exitum lunam iubent.
Globosa luna, an plana, an acuta. Quintil.lib.7.cap.3.5.
Intermenstrua luna. Plin.lib.18.cap.32.1, Stercus nisi decrescente luna ne tangito. Maximè intermenstrua dimidiaque stercorato.
Intermestris luna. Plin.lib.18.cap.39.6, Nisi intermestri luna atque dimidiata, ne tangas materiem.
Menstrua luna. Virg.1.Georg.71.
Minor luna. Horat.2.Serm.sat.8.7,
Post hoc me docuit melimela rubere minorem
Ad lunam delecta. Minor luna, Id est imminuta.
Nascentes lunæ. Horat.2.Serm.saty.4.6.
Noctiuaga luna. Stat.3.Sylu.5.21.
Nouæ pergunt interire lunæ. Horat.2.Carm.ode 18.4.
Nouissima luna. Vide Cornus lunæ. Plin.lib.2.cap.97.5. Vide NOVVS.
Pernox luna. Plin.lib.2.cap.9.2.
Plena luna, & Noua luna. Cæs.4.bel. Gal.570, Eadem nocte accidit vt esset luna plena. Plin.lib.16.ca.11.1, Qua luna noua supponito. Scrobes luna plena nostu facito. Vide NOVVS.
Radiantis imago lunæ. Virg.8.Aeneid.5.
Redeuntis cornua lunæ, Id est renascentis. Ouid.10.Meta.95.
Roscida luna. Virg.1.Georg.68.
Sanguinea luna. Ouid.2.Amor.eleg.1.5, Carmina sanguineæ deducunt cornua lunæ.
Secunda luna. Plin.lib.18.cap.16.7.
Sera luna. Plin.lib.1.cap.9.2.
Sicca luna. Plin.lib.17.cap.9.ad finem.
Sitiens luna. Plinius lib.17.cap.9.8, Fimum miscere terræ plurimum refert Fanonio flante, ac luna sitiente. Paulo pòst dicit, Luna sicca. Ibidem, cap.14.1, Luna sitiente, hoc est sicca.
Surgens luna. Tacit. lib.19, Donec adulta nocte luna surgens ostenderet acies.
Tacitæ per amica silentia lunæ. Virg.2.Aeneid.51.
Turbida luna. Claud.de bello Gildon.99.
Luna vicesima, pro vicesimo die post nouam lunam. Plin.lib.2.cap.97.8, Aestus idem triduo in mense consistit septima, octaua, nonaque luna: Canere lunam errantem. Quintil.lib.1.cap.10.11, Topas ille Virgilii, nón ne canit errantem lunam, solisque labores?
Luna reuertentes quum primum colligit ignes. Virg.1.Georg.86.
Crescens luna. Varro de Re rust.lib.1.cap.17, Quædam faciēda in agris potius crescente luna, quàm senescente. Paulo pòst, Lunam & crescentem, & contra senescentem. Plin.lib.18.cap.32.1, Omnia quæ cæduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decrescente luna quàm crescente fiunt.

Cornua lunæ se complent lumine. Virg.3.Aeneid.129, Tertia iam lunæ se cornua lumine complent. Id est hic tertius est mensis.
Cælo deducere lunam. Virg.8 eclog.14.
Deducere lunam è curru. Tibull lib.1.eleg.8.5.
Crescit luna. Plin.lib.9.cap.14.1.
Deripere lunam cælo. Horat. Epod.5.10.
Cornua euanescunt lunæ. Ouid.2.Metam.24,
Tum pater vt terras, mundumque rubescere vidit
Cornuaque extremæ velut euanescere lunæ, &c.
Decrescens luna. Varro lib.1.de Re rust.cap.37, Ne decrescēte luna tondens caleus fiam. Vide Crescens luna.
Cælo fulgebat luna sereno. Horat. Epod.15.1.
Deficiens luna. Plin.lib.2.cap.9.2.
Deficit luna, Plin.lib.2.cap.13.3.
Plena per insertas fudit se luna fenestras. Virg.3.Aeneid.11.
Imminente luna, Id est sub vesperum Horat.1.Carm.ode 4.1,
Iam Citherea choros ducit Venus imminente luna.
Luna implet orbem cornibus quater iunctis. Ouid.2.Meta.48,
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem.
Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit. Ouid.epist.2.1.
Lucet luce aliena luna, Vide LVX.
Operatur noctes luna, Vide OPEROR.
Minuitur luna. Plin.lib.2.cap.14.1.
Vaga luna decorum protulit os. Horat.1.Serm.saty.8.5.
Obscura luna premit lumen. Virg.4.Aeneid.16.
Rubet luna. Horat.2.Carm.ode 11.2.
Nox tenebat lunam in nimbo. Virg.3.Aeneid.118.
Senescens luna. Vide Crescens luna. Vide etiam Plinium lib.2.cap.9.1.
Cælum sine luna. Plin.libro 14.cap.21.4, Ipsa quoque defruta ac fapas, quum sit cælum sine luna, hoc est in syderis eius coitu, neque alio die coqui iubent.
Silens luna. Plinius lib.16.cap.39.3, docens quando cædenda sit materia, Inter omnes verò conuenit, vtilissimè in coitu eius sterni, quem diem alii inter lunium, alii silentis lunæ appellant. Idē li.18.ca.31.5, Et hoc silente luna seri iubent. Lunam vocat silentem, quando non lucet.
Lunula, atque anellus aureolus, (σελήνιον καὶ δακτυλίδιον χρυσοῦν,) quod vulgus nostrum Virgam auream vocat, quæ digito imponitur. Plau. Epid.11.33, Lunulam atque anellum aureolum in digito?
Lunāris, & hoc lunāre pen.pro. (σελληνιαῖος,) Quod ad lunam pertinet. Cic.in Somnio Scip.18, Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersi est incitatior, acuto & excitato mouetur sono: grauissimo autem hic lunaris & infimus.
Lunaris annus, Qui mense vno suum efficit cursum.
Currus lunares. Ouid.15.Metam.158.
Equi lunares. Ouid.5.Fast.4.
Globus lunaris. Claud.lib.2.de Raptu Pros.60.
Iubar lunare Claud.1.in Ruff n.30,
Lampas lunaris. Stat.10.Thebaid.56.
Orbitas lunaris, Vide ORBIS.
Lunare sydus. Seneca de Prouidentia.
Lunaris ratio. Plin lib.18.cap.39.3.
Lunatici dicuntur, in quos luna agit, & (vt Apuleius ait) qui cursum lunæ patiuntur: quales sunt potissimum, qui comitiali morbo laborant, aut insania, alióve morbi genere quopiam certis lunæ temporibus grauantur & agitantur. Vnde Paulus mancipium furiosum, aut lunaticum redhibendum censuit: in L.bouem. Parag. Aliquando.ff.De Aedilitio edicto.
Luno, lunas, (κεκαπυλάζω) lunare, In modum lunæ, quādo in cornua curuatur, flectere. Ouid.1.Amor.eleg.1.6, Lunauitque genu sinuosum fortiter arcum. Id est intendit.
Lunātus, pen.pro. (κεμμός,) Participium, siue Nomen ex participio, Curuatus: vt Ferramentum lunatum. Colum.lib.12.cap.54.1.
Aequora lunata placido recessu. Stat.1.Sylu.2.3.
Cauda lunata delphinorum. Seneca Oedip.5.13.
Classis lunata. Lucan.lib.2.107. Vide CLASSIS.
Lunatis obliquatur cornibus mare Caspium. Plin.li.6.cap.13.6.
Flexus lunari. Silius lib.4.64.
Frons lunata vituli. Claud.1.de raptu Pros.16.
Lunata iuba. Mart.li.8.49, Aurea lunatæ quum stetit vnda iubæ
Iuuenci nondum lunati fronte. Stat.6.Theb.54.
Lignum osseum lunatumque. Plin.lib.13.cap.4.11.
Pelræ lunatæ. Virg.1.Aeneid.99.
LVNA, (λουῶν,) Ligurum oppidum, portu nobile. Tunius, Lunai portum est operæ cognoscere ciues.
LVNAE montis promontorium. (σελήνης ἄκρον ὄρους,) Ptolemæo lib.2. cap.5, Lusitaniæ locus. Vulgò Ponte de Luna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVNARIVM, Promontorium. (λουνάριον ἄκρον,) Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Alio nomine, Mons Iouis, Scalæ Annibalis, nunc Monini.

Lunensis, nime Luna. Plin. lib. 11. cap. 42. 1, Lunensem magnitudine cochlearum è misto Hetruriæ atque Liguriæ conchio mittunt. Marc. lib. 13. 30, Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ, Præstabit pueris prandia mille tuis.

Luo, luis, lui, (λύω, λούω, λύσω, ἀπολύω,) luere, Persoluere. Liuius, Vt tandem debito supplicio scelus luerent. Id est, soluerent, sicu purgaret. A luendo quidam ductum volunt, alii à Græco λύω, λύσω, λύσα. Cic. ad Atticum, lib. 12, 2. 36, 1, Quomodo hæc lues? si nihil libram mi fecisti id est, Expurgabis hoc peccatum.

Luere res alienum, pro Soluere. Curtius lib. 10. Vide AES.

Delicta alicuius luere. Horat. 3. Carm. ode 6. 1.

Facta luere. Stat. 1. Theb. 5. 2.

Luere libidinem alicuius sanguine innocentium. Hoc est Abluere & expurgare. Cic. 3. Verr. 53, Verrême tibi tanti fuit, vt eius libidinem, hominum innocentium sanguine lui velles?

Luere maculas sanguinis, hoc est Abstergere, & eluere. Cic. 7. Verr. 94. Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. Alii legunt eluere.

Luere peccata, Delictorum supplicium ferre. Liu. 8. bel. Maced. 213, Ego tamen & cum aliis pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. Virg. 10. Aeneid. 7.

Periculum luere. Liuius libro 10. ab Vrbe. Familiare fatum hoc datum nostro generi esse, vt iuendis periculis publicis piacula sint.

Luere pœnas, cuod & Dare pœnas dicitur, pro Ferre supplicium. Plaut. Milit. 1. 14.

–Ipse in domo
Senis prehensus pœnas pro mœcho luit. Cic. Attico, li. 3. 40. 3, Iraque mei peccati iuo pœnasquanquam me mè literæ sustentant. Philippil. 1. 90, Omnia percepi atque animo mecum ante peregi, nec reculo, si ita casus attulerit, luere pœnas ob honestissimũ factum. Cic. pro Milone, 79. Minimè minimè inquit: simò verò pœnas ille debitas lueritmos subeamus, si ita necesse est, non debitas. Horat. Epod. 17. 8.

Pœnam luere. Tacit. lib. 5. Præsumis olim circumueniendi. Titii Sabini, & tunc luendæ pœnæ primus fuit.

Oblatum suprum voluntaria morte luit Lucretia. Cic. 5. de Fin. 114.

Luere supplicia, sustinere, pari. Iustinus lib. 1, Quicunque capi potuerũt supplicia crucibus luerunt.

Luere capite, Capite puniri. Liu. 9. ab Vrbe, 13, Obsides etiam sexcenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non starctur.

¶ Luitur. Lucan. lib. 2. 63,

–hac cæde luatur.
Quicquid Romani meruerunt pendere mores,

¶ Luere, Pretium redemptionis redemptori offerre, inquit Budeus. Vlpianus in L. Qui status. ff. de Re militari, Qui status cõtroueriam patiuntur, licet reuera liberi sint, non debent per id tempus militiæ dare & c. sed nec qui ab hostibus redempti sunt prius, quàm se luant.

Luitio, luitiõnis, Verbale. (λύσις,) Vlpianus de Captiuis & postliminio reuersis. L. Si patre, Si patre redempto & ante luitionẽ defuncto, filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum est sui ei posse hæredem existere.

Luitũrus, pen. prod. Participium. (ἐλυσόμενος,) vt

Luitũra pœnas puppis. Claud. 4. Paneg. 28.

Luendus, Participium. (λυτέον,) Ouid. 2. Trist. 12, Scilicet in superis etiã fortuna luenda est.

Lupa, Lupanar, Luparius, Lupatum, Vide LVPVS.

LVPERCAL. (λουπερκάλιον λύκαιον,) Locus sub mõte Palatino Romæ. De quo sic Seruius scribit. Sub monte Palatino est quædam spelũca, in qua de capro luebatur, id est sacrificabatur: vnde & Lupercal dictũ, nonnulli putant. Alii quòd illic lupa Remum & Romulũ nutrierit, Alii (quod est verisimilius) locum esse hunc sacratum Pani deo Arcadiæ cui etiam mons Lycæus in Arcadia est consecratus. Et dictus est Lycæus, quòd lupos non sinat in oues sæuire. Ideo & Euander deo gẽtis suæ sacrauit locum, & nominauit Lupercal, quòd præsidio ipsius nocturnis lupi à pecudibus arcerentur. Hæc Seruius enarrans illud Virgilii 8. Aeneid. 69,

Hinc locum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal,

Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. Ouid. 2. Fast. 85.

Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal,

Magna dari nutrix præmia lactis habet. Vel dicitur à luendo quod ibi per caprum luebatur, hoc est sacrificabatur: vt sit dictio ex tribus orationis partibus composita quasi luere per caprum. Ex Seruio. Vide Quintilianum lib. 1. cap. 5. 42.

LVPERCALIA. (λουπερκάλια, λύκαια,) Celebritas erat Romæ in honorẽ Panos. & Luperci, qui hæc sacra faciebant. De quibus Seruius, Quum in honorem Panos Iupercaliorum solemnitas celebraretur, pecora Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Illi proiectis vestibus persecuti sunt latrones: quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam, consuetudo permansit vt nudi Lupercalia celabrarent. Hęc Seruius explicans illud Virgilii 8. Aeneid. 135. Hic exultãtes Salios, nudosque Lupercos. De Lupercalibus Plutarchus scribit in Romulo & Cæsare. Fiebant autem mense Februario, Græci λυκαῖα vocant. Cic. 2. Philip. 89. Et ad Q. fratrem, lib. 2. 15. 5.

Hodierni dici res gestas Lupercalibus habebis.

Luperci, dicti sunt quasi ex illorum mysteriorum semine exorti: sine, vt Varro putat) quòd Lupercalibus in Lupercali sacra facerent nudi in honorem Panos. Cicero 2. Philip. 89. Insectatur M. Antonium quòd in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus se lupercum exhibuerit. Nam nudi sacerdotes Luperci currendo lustrabant ciuitatem, & verberabant prægnãtium manus mulierum (vt faciliores essent partus) zona ex corio capri. De hisnus mulierum (vt faciliores essent partus) zona ex corio capri. De his Ouid. 2. Fast. 85, Quid verat Arcadio dictos à monte Lupercos? Faunus in Arcadia, templa Lycæus habet. Idem 5. Fast. 21, Semicaper cornibus succinctis Faune Lupercis. Pli. li. 34. cap. 5. 1, Lupercorũ habitationis

LVPFVRDVM, (λουπφουρδοῦν,) Ptolemæo li. 2. ca. 11. Germaniæ vrbs. Hodie Mysna, vulgò Meissen.

LVPIA. (λουπία,) Germaniæ fluuius Pomponio lib. 3. Coniectura est eum esse quem hodie Neccharum vocant, qui haud longè à Danubio fontibus ortus, per Vuitembergensem ducatum lapsus, mox iuxta Occasum versus Rhenum seorsum illabitur. Strabo longè secus, nõ Pomponius Lupiam in Visurg. m. deferri ait, vt Lupiæ nominis, nõ Nocharus, sed is amnis quem hodie Fuldam vocant, intellignatur. Tacitus (adeò in re tantilla variant scriptores) libro Angustæ historiæ 2, Lupiam vocat amnem, non in Rhenum, sed in Oceanum elapsum.

Lupinum, lupini, (λύπιμον,) & frequẽtius masculino genere, Lupinus, pen. prod. Genus leguminis, omnium amarissimum. Plinius lib. 18. cap. 14, Lupino est vsus proximus, quum sit & humanus & quadrupedum generi vigulas habenti communis. Remedium enim ne metentes fugiat exsiliendo, vt ab imbre tollatur. Nec vllus quo seruntur, natura affectu teneræ mirabilior est. Primum omnium cum illo quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. Ter præterea floret. Terram amat, terraque operiri non vult. Ex quo hoc ferũt non arata, vbi fuerit maximè fabulosa & sicca, atque etiam harenosa. Coli vtique non vult. Tellurem adeò amat, vt quamuis paucissimo fimo, vt optimi vicem repræsentet. Horat. 1. epist. 7. 5, Nec tamen eget fimo, vt optimi vicem repræsentet. Horat. 1. epist. 7. 5, Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Vide Adagia Erasmi.

Pallentes lupini. Ouid. de medicamine faciei. 14.

Tristis lupini fragiles calami. Virg. 1. Georg. 15.

¶ Lupinus, Adiectiuum à lupus. Vide suo loco.

Lupus, lupi, (λύκος,) Notum animal, Græcè λύκος, dicitur.

Barba lupi. Horat. 1. Serm. saty. 8. 7.

Genus aere luporum. Virg. 1. Georg. 53.

Incursus luporum. Virg. 3. Georg. 82.

¶ Acres lupi. Horat. Epod. 1 2. 5.

Asper lupus. Ouid. 11. Metam. 81.

Auidus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 16.

Auius. Virg. 11. Aeneid. 163.

Canus. Ouid. 7. Metam. 111.

Ceruarius lupus, Vide CERVVS

Cruentus. Stat. 5. Theb. 14.

Frementes lupi circum stabula. Ouid. 5. Metam. 126.

Fuluus lupus. Ouid. 11. Metam. 155.

Infestus pecori lupus. Horat. Epod. 15, 2. Ouid. 2. Fast. 160.

Insatiabiles lupi. Ouid. in Ibin, 35.

Montani. Ouid. epist. 11. 18.

Proceri lupi. Hor. 2. Ser. Sat. 2.

Rapaces. Horat. Epod. 16. 4.

Superbi. Valer. 3. Argon. 128.

Vehemens lupus. Horat. 2. epist. 2. 6.

Vlulantes lupi. Virg. 1. Georg. 97.

Triste lupus stabulis. Virg. 3. eclog. 16.

Acriuat agni lupos balatibus, Vide ACVO.

Pleno lupus insidiatus ouili. Virg. 9. Aeneid. 12.

Dente lupus, cornu taurus petit. Horat. 2. Serm. saty. 1. 11.

Lupus est homo homini, non homo, quum qualis sit, non nouit. Plaut. Asin. 9. 90. Hoc prouerbio monemur nequid fidamus homini ignoto, sed perinde atque à lupo caueamus. Ex Erasmo.

Ouem lupo commisisti. Terent. Eun. 5. 1. 16. Concinnè vtemur hoc prouerbio, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia cõsuldem magis

dem magis oporteat adhiberi. Cice. 3. Philip. 143, Etenim in concione dixerat se custodem futurum vrbis, vsque ad Calendas Maias, ad vrbem exercitum habiturum. O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum. Custõne vrbis, an direptor & vexator esset Antonius? Quapessimè velit: propterea quòd lupus & agnus genuino quodam odio diffident. Ex Erasmo.

Lupo agnum eripere. Plaut. Pœnul. 11. 31, Lupo agnum eripere postulant mugas agunt. Vtemur hoc prouerbio vbi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur, sperare futurum, vt lupus agnum semel arreptum amittat. Ex Erasmo.

Lupus in fabula, vel sermone. Terent. Adelph. 4. 1. 21,

–hem tibi autem. c. quidnam est? s. lupus in fabula.
c. Pater est? s. ipsus est. Dicitur hoc adagium, quum fortè fortuna in medio sermone interuenit is, cuius mentio fiebat. Cic. Attico, lib. 13. 28. 2, De Varrone loquebamur. Lupus in fabula: venit enim ad me, & quidem id temporis vt retinendus esset. Plaut. Sticho, 9. 71, Atque eccum tibi lupum in sermone esuriens adest. Ex Erasmo.

Lupum auribus tenere. Terent. Phorm. 3. 2. 21.

Mihine domi est? imò, quod aiunt, auribus teneo lupum.

Nam neque quo amittam à me, inuenio: neque vti retineam, scio.

Dicitur in eos qui eiusmodi negotio inuoluuntur, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari possit. Suet. in Tiberio, cap. 25, Cunctandi causa erat metus, vnà quæ imminentium discriminum: vt sæpe lupum se auribus tenere diceret. Ex Erasmo.

Lupi te videre priores. Virg. 9. eclog. 10, –vox quoque Mœrim
Iam fugit ipsa, lupi Mœrim videre priores. In raucum dicitur, & cui vox repẽtè fit adempta. Festiuius dicetur in eos, qui metu alicuius obtiescunt, alioqui feroces. Seruius admoner physicos authores dixisse, inesse eam vim lupis, vt si quem hominem priores viderint, ei vocem adimant. Plin. lib. 8. cap. 22, Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius: vocemque homini quem priores contemplentur, adimere ad præsens. Ex Erasmo.

¶ Lupus, (λάβραξ,) Piscis, de quo Plin. lib. 32. cap. 2, Minus in prouidendo lupus soleriæ habet, sed magnum robur in pœnitendo. nam vt hæserit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec excidant insidiæ. Idem lib. 9. cap. 17. 2, Postea præcipuam authoritatem fuisse lupo & asellis Cornelius Nepos & Laberius Poeta mimorum tradidẽre. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, à candore, mollitiaque carnis. Martialis lib. 13. 89,

Lanceus Euganei lupus excipit ora Timaui,
Aequoreo dulces cum sale pastus aquas. Idem lib. 2. 37, Mullũ dimidiũ, lupumque totum. Horat. 2. Serm. saty. 2. 7,

–laudas insane trilibrem
Mullum, in singula quem minuas pulmenta necesse est.

Ducit te species video, quò pertinet ergo
Proceros odisse lupos? quia scilicet illis
Maiorem natura modum dedit: his breue pondus.

¶ Lupi, Fræni asperrimi, à lupinis dentibus dicti, quia inæquales sunt: sicut quia duritiam habent lupinorum dentium similẽ, & propterea mordent eorum asperrimus. Dicuntur & Lupata. Vide suo loco. His frænis vtebantur Galli. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 7,

Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

¶ Lupus, Instrumentum aduncum, quo vasa quæ in puteum fortè cecidunt, extrahuntur: harpax Græco vocabulo, & harpago nominatur. Liu. 8. bel. Pun. 13, In alios lupi supernè ferret iniecti, vt in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur.

¶ Lupus salsitarius, (βρῦον,) Ruellius. Herba cuius meminit Plin. lib. 21. cap. 15. 1. Officinis vulgò Lupulus vocatur, Gallis hupelon vel hubelon. Caulibus aculeatis longissimisque repitat in vepribus & salictis foliis viris albæ. Hoc frugibus adnullo Germani suam condiunt ceruisiã.

¶ Lupus, Aranei genus. Plinius lib. 11. cap. 24. 1, Luporum nomine minimi non texunt.

Lupa, lupę. (λύκαινα,) Plin. de Viris illust. 1, Paruulos in Tyberim abiecit, quos aqua in sicco reliquit. ad vagitum lupa accurrit, eosque huberibus suis aluit. Pli. lib. 8. cap. 17, Nam quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, quũ essent expositi, traduntur, sicut de conditoribus nostris à lupa, magnitudini fatorum accepta ferri æquius, quàm ferarum naturæ arbitror.

Inhumana lupa. Propert. lib. 4. eleg. 4. 11.

Rapidæ tradis ouile lupæ. Ouid. 3. de Arte, 2.

Raua lupa. Horat. 1. Carm. ode 27. 1.

¶ Lupa, pro meretrice. Plaut. Epid. 9. 23, Deuortunt mores virgini longè, ac lupæ.

Lupinar, pen. prod. lupanãris, pen. prod. n. gen. (πορνῶον, χαμαιευνεῶον,) Locus in quo diuersantur meretrices. Quintil. lib. 7. cap. 4, An deprehensus in lupanari cum aliena vxore adulter sit, quæritur. Iuuen. Saty.

6. 13, Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Oblitum lupanar. Catull. de Acme, epig. 39. 5.

Lupanarium, lupanarii, Idem. (κοπωρεῶον,) Vlpianus De petitione hæreditatis, Licet à lupanario præcepte sint, nam & in multorum houestorum virorum prediis lupanaria exercentur.

Lupor, luparis, (πορνεύω,) lupari, Scortari, meretricari. Accius, Qui cum meretrice per vias habitu nostro lupantur. Antiquum.

Lupãtum, lupari, pen. prod. (χαλινός,) Idem quod Lupus, pro fræno asperrimo. Virg. 3. Georg. 42,

–pressique negabant
Verbera dura pati, & duris parere lupatis. Dicta lupata, vt ait Seruius, à lupinis dentibus, qui inæquales sunt. Vnde & eorum morsus vehementer obest.

Fræna lupata. Horat. 1. Carm. ode 8. 2.

Dura lupata. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 3, Asper equis durus contundit ora lupatis. Virg. 3. Georg. 41.

Lupatus masculino g. dixit Solinus cap. 57. Quum prælio Antiochus Galatas subegisset, Centaretrii nomine ducis, qui in acie ceciderat, equũ ouaturus in insultitisque adeò spreuit lupatos, vt de industria ceruatur ruina & se & equitem pariter affligeret.

Lupinus, pen. prod. Adiectiuum. (λύπινος,) Quod pertinet ad lupum. Pli. Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Cice. in Catil. 64, Quem inauratum in Capitolio parunum atque lactentem huberibus lupinis in hiantem fuisse meministis. Plin. lib. 28. cap. 11. 9, Lupino quoque adipe, vel medulla suum fricari oculos contra lippitudines præcipiunt.

Galea lupina. Propert. lib. 4. eleg. 11. 4.

Lura, lurę, O culei, siue vtris ab antiquis dicta est. Festus.

Lurco, lurcõnis, (λίμβος,) Gulosus, & bonorum suorum consumptor: à lura, inquit Festus. Plaut. Persa, 12, 16, Perennisserue, lurco edax, furax, fugax. Lucil. Edite lurcones, comedones, viuite vẽtres. Suet. de Claris gramma. cap. 15. Lastaurum & lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita, scriptisque monstrosum.

Lurco, lurcas, lurcares & Lurcor, lurcaris; Deponens. (λιμβόομαι,) Cum auiditate cibum cõsumere. Pomponius Syris, Lardum lurcabat lubẽs. Lucilius Saty. 2,

Nam quid Mutio, subiectoque huic opus signo,
Vt lurcaretur lardum, & carnaria furtim.

Luridus, pen. corr. Adiectiuum, (πελιδνός,) Quod est supra modum pallidum, quasi loridum & loro percussum, liuidumque factum. Plaut. Capt. 11. 64, Vidén tu illi maculari corpus totũ maculis luridis? Horat. 3. Carm. ode 4. 15,

Mœretque partus fulmine luridum Missos ad Orcum.

Aconita lurida. Ouid. 1. Metam. 30. Vide ACONITVM.

Luridus color. Plin. lib. 18. cap. 10. 8, Quod nisi festinato peragatur, luridо colore mucescere.

Dentes luridi. Horat. 4. Carm. ode 13. 2.

Luridæ fœtæ. Varro 2. de Re rust. ca. 10. 7, Quum in Liburniam venisses, te vidisse matresfamiliãs eorum, afferre ligna, & simul pueros quos alerent, aliàs singulos, aliàs binos, quæ ostenderent fœtas nostras quæ in conopæis iacent dies aliquot esse luridas, mucidas & contemnendas.

Horror luridus. Ouid. 14. Metam. 39.

Lumina lurida Ouid. 15. Metam. 158,

–solis quoque tristis imago
Lurida solicitis prebebat lumina terris.

Mors lurida. Silius lib. 13. 113.

Pallor luridus. Ouid. 4. Metam. 65.

Pelle lurida amicta ossa. Horat. Epod. 17. 5,

Luridus sol, Pallidus & nubilus. Plin. epist. 106. e. lib. 6, Mox dies verè, sol etiam effulsit, luridus tamen, qualis esse quum deficit, solet.

Sulfura lurida. Ouid. 14. Metam. 158.

Luror, lurõris, mas. gen. (πελίωμα,) Pallor. Lucret. lib. 4. 63,

Lurida præterea fiunt quæcunque tuentur
Arquatiquia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt simulacris obuia rerum.

Luscinia, luscinię, (ἀηδών,) Auis, dicta quòd lugens canat. Plin. li. 10. cap. 29, Luscineis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue. Primum, tanta vox tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna, perfecta musicę scientia modulatus editur sonus, & nunc continuo spiritu trahitur in longũ, nunc variatur inflexo, nũc distinguitur cõciso, copulatur, intorto, promittitur reuocato, infuscatur ex inopinato: interdũ & secum ipse murmurat, plenus, grauis, acutus, creber extẽtus, vbi visum est vibrãs, summus, medius, imus. Græci Philomelam vocant. Mart. lib. 14. 80,

Flet philomela nefas incesti Tereos: & quæ
Mutæ puella fuit, garrula fertur auis. Horat. 1. Serm. saty. 3. 49.

Luscinias foliti impenso prandere coemptas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lusciniola, pe. cor. Diminut. (λιβυστίνον,) Plaut. Bacchid. 1.4, Pol ego quo quo metuo, luscinioloe ne desint cantio. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 12, Intra rete aues sunt omne genus maximè cantrices, vt luscinioloe ac merolæ.

Lusciosus, qui & luscitiosus, pen. prod. (μυωψ, νυκτάλωψ,) Luscio qui sunt, vt quidam existimat, quos Græci nyctilopas appellant, qui & mane & vesperi exiliter admodum vident, nec serè illi interdiu. Alii luscioso esse eos putant, qui vesperi plus vident, quàm meridie, vel adhibito lumine. Festus, Luscitiosi sunt qui parum vident propter vitium oculorum, quique plus vesperi vident, quàm meridie. Nonius, Luscioso ad lucernam non videntes & myopes minus videntes vocantur à Græcis. Var. Disciplinarum lib. 8. Vesperi nó vident, quos appellant luscioso. Plin. lib. 10, Fimum quoque gallinaceorum dustaxat rubrum luscioso illinendum monstrant, idem, Earundem autem sanguis nyctilopas sanat. Idem lib. 8, Caprinum iecur restituit vesperinam aciem iis quos nyctilopas vocant. Idem lib. 28. cap. 11. 7, Sanguine hircino sanari luscioso. Plaut. Milit. 6. 51,

Mirum est te lolio victitare, tam vili tritico.

PAL. Quid iam? SCE. quia luscioso. PAL. verbero, ædepol tu quidem Cæcus non luscioso.

Luscitio, luscitionis, Vitium visus, quod Græci νυκτάλωπιον vel νυκτάλωπηξ dicunt. Vlpianus in L. Idem filius. Parag. Item. ff. De Aedil. edicto, Idem, vbi homo neque matutino tempore videt, neque vespertino: quod genus Græci νυκτάλωπηξ vocant. Luscitionem quidam putant: vbi homo lumine adhibito nihil videt. Quidã luscitionem, quidam elusctationem hic legunt. Hinc Luscitosus, qui & luscitiosus & nuscitiosus, vt ait Budæus.

Luscus, lusci. (ἑτερόφθαλμος,) Qui altero captus est oculo. Persius Satyr. 1, ad finem,

-qui posit dicere lusce. Plaut. Trinum. 8. 51.

-oculum tibi effodiam, si verbum addideris.

2. Hercle quid dicam tamen nimam si sic non licebit, luscus dixero. Cice. 2. de Oratore, 136, Cœnabo, inquit, apud te huic lusco familiari meo C. Sextiovni enim locum video. Mart. lib. 8. 53.

Huic tu connivam cautus vitare memento:
Tutic furit, atque oculo luscus utroque videt.

Dux luscus. Iuue. Saty. 10. 16, Quum Getula ducem portaret bellua luscum. Intelligit Annibalem.

Lusca, luscæ. (ἑτερόφθαλμος,) Mart. lib. 1. 171

Oculo Philænis semper altero plorat:
Quo fiat istud quæris modo lusca est.

Lusio, Vide LVDO.

LVSITANIA, (λουσιτανία,) Pars vlterioris Hispaniæ, quam nũc Portugalliam appellant. Scribit Plinius lib. 3. cap. 1, Lusum Liberi patris ac Lysam cum eo debacchantem nomen dedisse Lusitaniæ. Hæc Oceano Occidentali alluitur, in qua est ciuitas Emerita & Portugalliæ regnũ, Lusitanum hrus pollet gemma ceraunio, quod indicis præferunt, adversus vim fulgurum creditur opitulari. Strabo lib. 3, Tagi regio ad Aquilonem spectans Lusitania est, inter Hispanos gens amplissima, & armis plurimis Romanorum armis oppugnata. Et paulo post, Lusitanos insidiosos, scrutatores, veloces, agiles, versatiles esse, fama est. Scutum duũm pedum ad latitudinem gestant, curuum, ad anteriora proiectũ, loris dependens, cui neque fibula, neque ansa vlla est. Gladiolus aut pugio lateri adhærent: plurimi lineos thoraces habent. Vide plura ibidem.

Lusito, Vide LVDO.

LVSPIAE, (λουσποία,) Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Calabriæ vrbs, Lupia Plinio. Vulgò, Leccio Lezo.

Lustrum, lustri, (φωλεός, κατάδυσις, χέος,) Ferarũ habitaculum in sylvis. A lotos: quod sit lutosa lacuna. Virgi. 1. Georg. 95, Non absunt illis saltus ac lustra ferarum.

Deserta ferarum lustra. Virgil. 3. Aeneid. 130.

Deuia lustra. Ouid. 3. Metam. 30.

Inuia lustra. Virg. 4. Aeneid. 30.

Terrica lustra. Stat. 9. Thebaid. 123.

¶ Lustrum, Popinæ & lupanaria, ac meretricum diuerticula. Seruius, Lupanaria lustra dicimus, vbi habitãt lupæ, id est meretrices: dictę ab obpanaria lustra dicimus, vbi habitãt lupæ, id est meretrices: dictę ab obscenitate, & odoris similitudine. Plaut. Asin. 16. 84, Te cuculum vxor ex lustris rapit. Idem Curcul. 10. 22. Hi malè suadendo & lustris lacerãt homines. Cic. 2. Philipp. 31, Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino lustrisque confectus. Idem Cassio, lib. 12. 2. 5, Quæ autem in lustris & in vino commentatio potuit esse? Idẽ pro Cælio, 45. In qua lustra, libidines, &c.

Mala lustra. Horat. 1. Serm. saty. 6. 14.

Iacere in lustra, Vide IACEO.

Perire lustris. Lucre. li. 4. 229, Desidiose agere ætatem, lustrisque perire.

¶ Lustrum quinquennale spatium significat, authore Festo: in quot annos prædia locari olim solebant, vt nunc in ter ternos, id est nouenos. Lustrum enim à luendo dictum est, id est soluendo, vt Varroni placuit: ideo quòd quinto quoque anno vectigalia, tributaque exigebantur. Plinius Iunior, Nam priore lustro, quanquam post magnas remissiones reliqua creuerunt. Lustrum à Latinis vocatur, quod Olympias apud Græcos dicitur, id est quinquennium: ita tamen vt quadriennio exacto, quinto quoque anno ineunte, lustrum peraãctum esse intelligãtur. Plinius iunculus lib. 1. cap. 47. 14, Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non vetorum modo, verlum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri eius semper intercalari anno Caniculæ ortu. Intercalarem annum dixit, quem bissextilem dicemus. Vlpianus in L. Siquis nec causam. ff. de Rebus creditis. Nam etiã colonus post lustrum completum fructus perceperit: condici eos conuenit. Tacitus secundum lustrum appellat, vt secundam Olympiadem de Iudrico quinquennali loquens Romæ instituto. Hæc Budæus. Martialis lib. 1. 151, Vt qui prima nouo signat quinquennia lustro. Claud. Ausonius lib. 6. 112. 8, Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam superioris lustri reddidẽrunt.

Veniet lustris labentibus ætas. Virg. 1. Aeneid. 58.

¶ Lustrum, Purgatio vrbis quæ in sacrificiis fiebat. Liu. lib. 2, Omnes centuriæ & equites in campum Martium conuocati, iuc, oue, tauro, quibus immolarunt, quod lustrum est dictumque à sacrificio illo conditum omnem, suouetaurilibus lustrauit: idque conditum lustrum appellãtinuit nomen lustri. Idem lib. 1, ab Vrbe, 192, Ibi instinctum exercitum quia in censendo finis factus est.

Lustro, lustras, (ἀγνίζω, ἀποκαθαίρω,) lustrare, Expiare significat. Virg. 8. eclog. 15, -& cum solennia vota

Reddemus nymphis, & quum lustrabimus agros. Idem 3. Aeneid. 56.

Lustramurque Ioui, votisque incẽdimus aras. Vbi Seruius Aut lustramur, id est purgamur, vt Ioui sacra faciamus. Aut certè lustramur Ioui, id est expiamur.

Vitos lustrare. Virg. 6. Aeneid. 46.

Idem ter socios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo fœlicis oliuæ:
Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba,

Lustrare vrbem. Plin. li. 10. ca. 13, Iouis picãta est & incendiario anno propter quam sæpenumero lustratam vrbem in annalibus inuenimus.

Lustror, Passiuum. (ἀγνίζομαι,) Oui. 15. Met. 101, -ego lustror ab illo:

Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto,
Pectora flumnibus, iubeor supponere centum.

Magico lustrabere ritu. Ouid. 10. Metam. 80

¶ Lustrare, (περιέρχομαι, περιέχεσθαι, παρατείνειν, περιέρχεσθαι,) Circumambire, aut etiam peragrare. Virg. 8. Aeneid. 31, totis lustrabat mœnia corpus. Ci. 5. de Fin. 149, Aegyptum lustrauit. Sic 4. Tusc. 69.

Aequora lustrare. Virg. 3. Aeneid. 76.

Arua lustrare, Pererrare. Virgil. 4. Georg. 104.

Oculis lustrare campos. Lucan. lib. 7. 161.

Limina aliena lustrare. Ouid. in Ibin, 23.

Muros equo lustrat. Virg. 9. Aeneid. 12.

Sol flammis opera omnia lustrat. Virg. 4. Aeneid. 122.

Lustrare lampade. Virg. 4. Aeneid. 2, Postera Phœbea lustrabat lampade terras. Vbi Seruius, Aut illustrabat: aut reuera lustrabat, id est purgabat. nam nox quodammodo polluit mundum.

Lustrare vestigia alicuius. Virg. 2. eclog. 3.

¶ Lustrare exercitum, Recognoscere, & recensere exercitum quasi ago dicimus Monstram facere. Cæsar 8. bel. Gal. 184, Legionibus quibus omnibus hybernis ad fines Treuerorum euocatis, eo profectus est, & exercitum exercitum lustrauit. Cic. 1. de Diuinatione. 130, Qui exercitum lustrato quum Aretium versus castra mouisset, & contra Annibalem legiones duceret, &c.

¶ Lustrare animo, pro Consyderare reputare. Cic. 1. Offic. 82, Sed omnia ratione animoque lustraueris, omnium societatũ nulla est gratior, nulla charior, quam ea quæ cum Rep. est vnicuique nostrum. Idem 2. de Fin. 181, Sed lustremus animo non has maximas artes, quibus carebant inertes à maioribus nominabantur.

Pericula incerta lustrare. Virg. 9. Aeneid. 20.

Lustror, lustraris, lustrari, Deponens. In lustris, & lupanaribus versari. Plaut. Pseud. 10. 5, -nam qui liberos esse ilico
Se arbitrantur, ex conspectu heri fui si fese abdiderunt,

Luxuriantur, lustrantur, comedunt. Idem Casina, 6. 31,

-quid id est quod tu scis? c. te sene omnium
Neminem esse ignauiorem, vnde is nihili? vbi fuisti? vb
Lustratus vbi bibisti?

Lustrãtus, pen. prod. Participium. (ἀγνίσθεις,) Expiatus.

Corpus lustratum diuino odore. Ouid. 14. Metam. 121.

Lustratum atque purgatum Capitolium. Liu. 3. ab Vrbe, 79.

Lustratus purificatione religionis. Mart. lib. 5. 1, Meminerit non esse religionis purificatione lustratus accedere ad templa sebere. Lallelu.

Lustrãlis, & hoc lustrãle. pe. prod. (καθαρσιῶν,) Quod ad lustrum, hoc est sacrificium pertinet. Liuius li. 1, Castra castris iungere iubet: sacrificio lustrale in diem posterum parat.

Aqua lustralis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 15, Sparsit aqua captos lustralis Graia sacerdos.

Lustralia extra, veteres dixerunt præpingulare: quòd lustralis, id est quinquennalis hoc dicitur esse perfectæ ætatis.

Vera lustralia. Valer. 3. Argon. 83.

Solenne lustrale exercitus. Tacit. lib. 10.

Lustrificus, pen. corr. Adiectiuum, Idem, (καθαρτήριος,) vt Cantus lustrificus. Valer. 3. Argon. 90.

Lustricus, pen. corr. Adiectiuum (ἀγνιστικός,) vnde Lustrici dies Infantium appellantur, puellarum octauus puerorum nonus: quia iis infantes lustrantur, & nomina eis imponuntur. Hæc Festus. Macrobius lib. 1. Saturn. Lustricus dies olim appellabatur, quo pueri lustrabantur, & nomen accipiebant. Tranquillus in Claudio Cæsare. Eiusdem futuræ infelicitatis signum euidens die lustrico extitit. Qui eos lustrãt, vocantur lustratores. Et si fœminæ sunt, lustratrices. Qui verò lustrantur lustrati nominantur.

Lustratio, Verbale. (περιπορεία,) Circuitio, peragratio. Ci. 2. Philip. 70. In eodẽ vero Tribunatu quum Cæsar in Hispania proficiscens, huic conferendã Italiã tradidisset, quę fuit eius peragratio itinerum, lustratio municipiorum! Sic 5. Tusc. 115, Quid bellæ nonne frigus, non famẽ, non montinagos atque sylues tres cursus, lustrationesque patiuntur?

Lustrãtio. (ἁγνισμός,) Sacrificium expiationis. Colu. li. 2. ca. 22. 5, Hoc loco certum habeo quosdam, quum solennia festorum perceusuerim, de sydera tuos lustratio: um exterorumque sacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priscis vsurpatum.

Lustrãmen, pen. prod. Idem. (περιστόλισμα,) Valer. 6. Argon. 102,

Seminecesque duces inter suarela, suosque
Inter equos, sæuum misero lustramine versant Congeriem.

Lusus, Vide LVDO.

Lutamentum, Lutarius, Vide LVTVM.

Lutesco, Vide LVTVM.

LVTETIA. (λουτετία,) Galliæ vrbs maxima & nobilissima magnitudine & frequentia certat cum maximis Europę vrbibus. Græci λάβυρινθον nominant ab albedine parietum, vt quidam contendunt. Lutetia Parisiorum dicta est à Cesare. lib. 6. bel. Gall. 9, Vt omnia postponere videretur, concilium in Luteriam Parisiorum transfert.

Luteus, priore producta (κροκοειδής, μελίλευκος,) Adiect. vt Lutens color, qui est dilutior rutilus, qualis est color auri, vnde luteus dictus videtur quasi dilutus. Quidam à luto, priore longa, adiectiuum esse existimant. Plin. lib. 21. cap. 2, Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis rotum fœminis concessum. Quidam à luce deducunt. Vide LVTVM priore longa.

Luteus frutex, Purpurea viola. Colum lib. 9. cap. 13. 6.

Membrana lutea. Tibull. lib. 3. eleg. 1. 2, Lutea sed niueum inuoluat membrana libellum.

Palla lutea. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 10.

Pallor luteus. Horat. Prod. 10. 4.

Papaues luteum. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 39.

Pellis lutea. Persius Satyr. 3.

-surgit tacitè ribi lutea pellis
Ar tu deterius pallet.

Solfura lutea. Ouid. 15. Metam. 71.

Vela lutea, rufaque, & ferruginea. Lucrer. lib. 4. 15.

Luteę violæ, apud Plinium lib. 21. cap. 6, Violis honos proximus, Earum plurima genera: purpureæ, luteæ, albę. Et paulo post, Sed satiuis maxima authoritas luteis.

Vulcanus luteus, pro igni, siue flamma. Iuuenalis. Satyr. 10,

Quem pater ardentis massæ fuligine lippus,
A carbone, & forcipibus, gladiisque parante
Incude, & luteo Vulcano ad rhetora misit

Quo in loco ne putes primam cottipi, synęresi enim vius est Poeta.

¶ Lutea, Herba. Plin. li. 13. ca. 5. 2, Vt planè intelligatur nihil aliud chrysocolla quàm vena putris. Natiua dutitia maximè distat. luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam luteam appellant, tingitur. Natura est quæ lino, lanæve ad succum bibendum.

¶ Luteum oui, pro vitello. Pli. lib. 10. ca. 5 1, In ouo certa est gutta, ea fallit, palpitatque, Ipsum animal ex albo liquore oui corporatur: Cibus eius in luteo est. De pullis loquitur. Sic lib. 23. cap. 7. 3.

Luteus priore correpta, à luto. Vide LVTVM priore correpta.

Lutcolus, pe. cor. Diminut. adie. (ὑπωχρίζων,) Colu. li. 12. ca. 47. 8, Oliua pausea vel orchita, quæ primum ex albo decoloratur, firque luteola. Idẽ lib. 9. ca. 4. 4, At in hortensi lira consita nitent cãdida, lilia, nec his sordidiora leucoia, tum puniceæ rosæ, luteolæque, & sarranæ violæ.

Caltha lutezola. Virg. 2. eclog. 10.

Luto, lutas, Vide LVTVM priore correpta.

Lutra, lutræ, (ἐνυδρίς,) Animal amphibii, hoc est tũ in aqua, tũ etiã in terra degens, castori simile, nisi cauda differret: dictũ quòd se frequenter in aquis luret, id est diluat. Plin. lib. 8. cap. 10, Cauda piscium iis cæteris species lutræ. Vtrunque aquaticum: vtrique mollior ploma pilus. Idem lib. 12. cap. 11. 7, Luxuriæ verò testudines, & mediterranei, priore correpta. (πηλός,) Terra humore soluta, inquit Festus, à λύειν. Iuuenalis Saty. 6. 2, Compositique luto nolo habuere parentes.

Amica luto fus. Horat. 1. epist. 2. 6.

Recenti luto spargere fumenta. Iuuenal. Saty. 7

Vdum & molle lutum. Persius Saty. 5. 1.

¶ Imbre lutosque aspersus. Horat. 1. epist. 11. 1.

Pocula composuit de facili luto. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 8.

Concinnare lutum, Vide CONCINNO.

Demersus in luto. Cic. 4. Verr. 118.

Fictus ex argilla & luto homolus. Cic in Pisonem, 46.

Volutatus in luto rotius corporis vestigiis Vertes. Cic. 6. Ver. 47.

In medio luto esse. Plaut. Pseud. 15. 27, Quis is homo est qui iussit? perii, nunc homo in medio luto est. Id est, implicatus negotio, aut in periculo est.

In eodem luto hæsitare, Id est, sic implicari cuipiam negotio, vt se quisquam nequeat extricare. Terent. Phorm. 5. 2. 15,

-quid nunc porro,
Quid fiet? in eodem luto hæsitas: vorsuram solais

Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ crescunt. A viatoribus trãslatum, qui simulatque in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rursum vt hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuò est infugendus. Ex Erasmo. Vide HERAEO.

Lutum per translationem vocat lenonem Plautus in Persa, 12. 10,

Possum te facere vt argentum accipias, lutum:
Qui nisi iurato mihi nihil ausus credere?

Lutum & sordes. Cic. in Pisonem, 49.

Lutum paleatum, Vide Paleatus in PALEA.

Luteus, prima correpta, Adiect. (πηλινός) Ex luto factũ. vt Luteus paries, Vasa lutea. Cic. 6. Ver. 28, Tum illos cœpisse Prætori dicere, putasse se id quod audissent, alicuius pretii scyphos esse Pamphili. luteum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet.

Caput luteum Rheni. Horat. 1. Serm. saty. 10. 8.

Luteus homo, Contemptus, nullisque pretii. Plaut. Pœn. 14. 4.

Neque periutior, neque peior alter vsquam est gentium,
Quàm herus meus est, neque tam luteus, neque tam cœno collitus.

Lutea meretrix. Plau. Trucul. 18. 1, Blittea & lutea est meretrix: nisi quæ sapit in vino ad rem suam.

Negotium luteum. Cic. 6. Verr. 28.

Opus luteum. Ouid. 1. Fast. 32, -ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus.

Luteus panis. Plaut. Menæch. 10. 10, Quin me interrogas, purpureum panẽ an puniceum, solcam ego esse, an luteum?

Lutõsus, pen. prod. Adiect. (πηλώδης.) Luto plenum. Plin. lib. 18. cap. 19. 2, Lutosam terram ne tangito. Colu. lib. 1. cap. 4. 3, Sed quandocunque arabitur, observabimus ne lutosus ager tractetur.

Lutosa rapa. Quorum radix luto est infecta. Colu. lib. 12. cap. 54. 1.

Lutensis, & hoc lutense, Luto nutritum. Plin. lib. 9 cap. 37. 1, Purpuræ nomine alio pelagiæ vocãtur. Earum genera plura, pabulo vt solo discerta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga vilissimum.

Luto, lutas (πηλόω,) lutare, Luto inficere, siue oblinere. Cato de Re rust. cap. 92, Frumento ne curculio noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearum parum addito, sinito marcescant bene, & sub igitoæo granarium totum oblinito crasso luto postea conspergito amurca bene omne quod lutaueris.

Lutare, Maculare. Mart. lib. 14. 55,

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos:
Hac poteris madidas condere pelle comas.

Lutesco, lutescis. (πηλοῦμαι,) lutescere. Lutum fieri, & in luteam dutitiẽ concrescere. Ennius, Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit. Colu. lib. 8. cap. 17. 8, Nam quæ limo, cœnoque lutescunt, vt antè iam dixi, conchylis magis & iacentibus apta sunt animalibus.

Lutamentum, lutamenti, (πήλωμα,) Opus luto oblitum, vt ait Budæus. Cato de Re rustica, cap 122, Ita neque aspergo nocebit, neque mures cauia facient, neque herba nascetur, neque lutamenta scindent se.

Lutulentus, Adiectiuum, (πηλώδης,) Plenum luto. Plaut. Bacchid. 6. 17, Vt eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat foras. Idem Pœnulo, 1. 30, Sed lenone istoc Lyco illius domino non lutũ est lutulentius. Colum. lib. de Arboribus, cap. 12, Lutulentam terram neque arare, ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que fodere oportet.
Lutulentus sus. Cic. in Salust. 1, Itaque nihil aliud studet, nisi vt lutulentus sus cum quouis volutari. Sic idem in Pisonem, 10. At ne tum quidem emersisti, lutulente Cæso ex miserrimis naturæ tuæ sordibus. Et in Oratione pro Ros. Comœdo, 12, Lutulenta persona.
Amnis lutulentus. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 19.
Palma lutulenta. Horat. 1. Serm. saty. 4. 17,
Ten' lapides varios lutulenta radere palma.
Fluit lutulentus. Horat. 1. Serm. saty. 4. 3. de Lucilio,
Quum flueret lutulentus, erat, quod tollere velles,
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem. Ibidem, saty. 10. 10, de eodem, At dixi fluere hunc lutulentum.
Lutarius, Adiectiuum. (πηλῶδος,) Quod in luto degit: vt Lutariæ testudines. Plin. lib. 37. cap. 4. 1, Sunt ergo testudinum genera terrestres, marinæ, lutariæ, & quæ in dulci aqua viuunt.
Lutarius mullus, Piscis Plinio, lib. 3. cap. 17. 5.

Lutum, luti, priore longa, herbam esse crediderim quam Plinius lib. 33. cap. 5, herbam luteam vocat, & qua chrysocollam tingi ait. Sunt qui luthum cum aspiratione nomen esse puteut coloris apud Græcos. Virg. 4. eclog. 9,
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera lutho. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 11,
Parce precor tenero. non illi fontica causa est,
Sed nimius luto corpora tingit amor. Quòd si luteo, vt aliqua habent exemplaria, legas necesse fuerit synæresin esse, vt apud Iuuenalem Saty. 10. Ab hoc luto adiectiuum est Luteus, quod colorem luti refert, & Luteolus Diminutiuum, de quibus suprà.

Lux, lucis, f. g. (φῶς, φάος, λυχ, λύκη,) Proprie significat claritatem siue splendorem.
Egens lucis aer. Ouid. 1. Metam. 4.
Egenus lucis Tartarus. Lucret. lib. 3. 206.
Diei lux. Lucret. lib. 4. 17, Omnia corrident conceptaluce diei.
Corusca lux. Silius lib. 13. 129.
Diurna lux. Lucret. lib. 6. 171,
Est apud Hammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur.
Larga lux, Vide LARGVS.
Maligna lux, Vide MALVS.
Præclara lux, Lucret. lib. 1. 207.
Publica lux mundi Phœbus. Ouid. 1. Metam. 7
Pura lux. Virg. 2. Aeneid. 118.
Rosea lux. Stat. 3. Sylu. 1. 27.
Siderea lux. Ouid. 3 Metam. 34.
Vaga lux. Valer. 3. Argon. 112, Stagna vaga sic luce micant vbi Cynthia cælo Prospicit.
¶ Admittere lucem in thalamos totis fenestris. Ouid. 3. de Arte, 161.
Albescit primùm lux. Virg. 4. Aeneid. 117.
Conuestit omnia perfundens sua luce Sol. Lucret. lib. 2. 30.
Multa cum luce cucurrit stella. Virg. 2. Aeneid. 139.
Claram dispergere lumine lucem Claud. 1. de raptu Proser. 2.
Dant clara incendia lucem erranti. Virg. 2. Aeneid. 114.
Tristem lucem funde per aura. Seneca Medea, 10. 11. Medea alloquitur Lunam.
Tenebræ & lux alterno tempore gignuntur. Lucret. lib. 5. 196.
Hauriit lucē. Virg. 1. Geor. 68. Quum primùm lucem pecudes hausere.
Oborta lux, Vide OBORIOR.
Pur puræa luce refulsit humus. Ouid. 6. Fast. 51.
Subducta lux repente. Silius lib. 8. 126.
Subducta luce cælum fretumque misset. Sene. Agamemn. 6. 17.
¶ Luce clarius. Cic. 4. Verr. 15, Erit vobis luce clarius iudices, quum eos ipsos produxero qui dederunt.
¶ Luces, in plurali. Cicero in Arato, 12, Illę quæ fulgent luces ex ore eo rusco. Pro stellis.
¶ Lux, pro die. Gel. lib. 1. cap. 10, Alia luce orta auis in pastum profecta est. Mart. lib. 8. 10. Quum facias versus nulla non luce ducentos.
Luce vicesima, pro Vicesimo die. Plin. lib. 1. cap. 9. 3. Cic. pro Milone, 76,
Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, & opinor vltra, &c.
Multis antè lucibus, Id est multis diebus antè. Oui. 1. de Ponto, 1. 5.
¶ Acerba lux. Sene. Herc. Oethæo, 11. 1.
Breuis lux. Catull. ad Lesbiam, epigr. 5. 1,
Nobis quum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.
Exacta lux, exactus dies. Stat. 2. Sylu. 1. 10.
Festę luces. Horat. 4. Carm. ode 6. 9.
Hesterna lux. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 1.
Hodierna lux. Ouid. epist. 9. 34.
Honorata lux. Claud. 3. Paneg. 16.
Ignauia lux. Iuue. Saty. 14. 11, de Mose,
Sed pater in causa, cui septima quæque fuit lux

Ignauæ, & partem vitæ non attigit vllam. Sabbathum intelligit.
Lux longior toto anno. Virg. 7. eclog. 9.
Natalis lux. Ouid. in Ibin, 44.
Oriens lux. Catull. Argon. 59. 75.
Patens lux. Ouid. 2. de Arte, 125.
Peracta lux. Ouid. epist. 10. 17.
Professæ luces & sacræ Horat. 4. Carm. ode 15. 5.
Prona lux in astra, Id est dies vergens ad noctem, in qua lucent astra. Sene. Agame. 6. 14, In astra iam lux prona, iam præceps dies.
Renata lux. Seneca Herc. furen. 2. 1.
Sacra lux. Stat. 1. Achill. 58.
Serena lux. Virg. 5. Aeneid. 21.
Ab ortu lucis ad vmbram. Horat. 2. epist. 1. 37.
Viridans lux fluuii, Vide Viridans in VIRIDIS.
¶ Nox lucem tenebris abstulit. Lucan. lib. 8. 12.
Nox condit alma lucem. Seneca Medea, 11, 6.
Pars optima lucis data est mensæ. Ouid. 7. Metam. 135.
Dormire in lucem. Horat. 1. epist. 19. 7.
Perditor lux, Id est amittitur dies sine commodo. Horat. 2. Serm. satyr. 6. 12,
Inimica lux propinquat. Virg. 9. Aeneid. 72.
Aurora reducet lucem. Ouid. 3. Metam. 30.
Luce lucebit. Plautina locutio in Curcul. 4. 2.
Venerine peruigilare te vouisti Phædrome?
Nam hoc quidem ędepol haud multo post luce lucebit.
¶ Luce & palam. Cic. in Pisonem. 17, Etenim illa iam omitto, quòd seruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Castoris luce & palam cōportarentur. Idem 3. Offic. 115, Siquis sapiens rogatus sit ab eo qui eum hęredem faciat, quum ei testamento testertiūm milies relinquatur, vt antè quàm hæreditatem adeat, luce palàm in foro saltet.
Luce incursare in hostem. Lio. 8. ab Vrbe, 194.
Luce clara. Plaut. Aulul. 30. 18, Luce clara deripiamus aurum matronis palàm.
Multa luce reuecti hostes. Tacit. lib. 31.
Luce, Id est interdiu. Ouid. 1. Metam 127.
Luce finit pasci quum sol tellure sub alta est,
Claudit, & indigno circundat vincula collo.
¶ Lux, ἀπὸ τῆς λύσης dicta est, λύσις enim veteres Græci appellabant primam lucem, quæ præcedit solis exortum, quod & summum mane dicitur.
Luce prima. Terent. Adelph. 5. 3. 55, Cæterùm rus cum filio cum primo luce ibo hinc. Donatus legit cum primo lucu dicens, Cum primo luce veteres dicebant, lucum pro luce, pro sole ponentes. Ergo cum primo lucu, quum primùm Sol cœperit luceſcere. Lio. 1. ab Vrbe, 107, Vrbem cui, quum primùm Sol cœperit luceſcere. Lio. 1. ab Vrbe, 107, Vrbem cives Romani, equites, peditesque in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adessent.
Prima luce, Sabinus ante quàm hostilia cœptarent: &c. Tacit. 3. 21.
A prima luce. Cæs. 1. bel. Ciu. 308, Idem postero die à prima luce facium
Leniter illustrans lux, Vide LENIS.
In lucem bibere, cœnare, Vide IN præpositionem.
Ad lucem pugnare, Vide AD præpositionem.
Ante lucem, Vide ANTE præpositionem.
Obscurū cœptæ lucis. Tacit. lib. 10, Illi raptim vecti obscuro adhuc cœpte lucis, domum Proconsulis irrumpunt.
Cœpta luce, missæ in latera regiones. Tacit. lib. 1. Idem lib. 15,
Cœpta luce Milichus in hortos Seruilianos pergit.
Dubiæ lucis crepuscula. Ouid. 11. Metam. 120.
Seram pepulere crepuscula lucem. Ouid. 15. Metam. 131.
¶ Aestiua lux, Virgil. 4. Georg. 11,
-vbi pulsam hyemem sol aureus egit.
Sub terras, cælumque æstiua luce reclusit.
Brumalis lux, Tempus hybernum. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 8. Iactor hibernis domito brumali luce profundo.
Indiscreta lux, Vide INDISCRETVS.
¶ Lux, pro Vita. Cic. 1. Tusc. 14, Etsi enim mihi conscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse vitę, tamen obiiciebatur interdum animo meo quidam, & dolor cogitanti, fore aliquādo finem huius lucis, & amissionem omnium vitæ commodorum.
Lucis rudimentum. Plin. lib. 7. in Præf. 3, Ab hoc lucis rudimento, quæ inferas quidem inter nos genitas, vincula excipiunt.
Cupiditas lucis. Quintil. li. 3. ca. 8. 31, Nō cupiditatem lucis allegabitur.
Animus contemptor lucis. Virg. 9. Aeneid. 42.
¶ Abrumpere inuisam lucem, Vide ABRVMPO.
Inuisæ lucis moras abrumpere ense. Sene. Troad. 10. 16.
Aspicere lucem, Vide ASPICIO.
Carere luce, Vide CAREO.
Corpora luce carentum, Id est mortuorum. Virg. 4. Georg. 51.
Dilecta magis luce. Virg. 4. Aeneid. 7.
Lucis vsuram dare alicui, Sinere eum viuere. Cic. 7. Ver. 61, Cur inquam ciuibus

ciuibus Romanis, quos piratę ceperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnam dediti?
In lucem editi gnati. Senec. Oedip. 12. 5.
Communi luce frui. Claud. 2. de raptu Proser. 53.
Optata luce frui. Virg. 4. Aeneid. 114.
Orbare se luce. Cic. 3. Tusc. 45, Tu te Thyesta damnabis, orbabisque luce, propter vim sceleris alienis?
Piger lucis, Tædet vitæ. Virg. 5. Aeneid. 136.
Relinquere lucem. Virg. 4. Aeneid. 91.
¶ Lux mea, Blandimentum. Cicer. Terentiæ, lib. 14. 2. 6, Hem mea lux, meum desiderium.
¶ Lux, pro oculis. Stat. 1. Theb. 117, -& effossæ squalēt vestigia lucis.
Adempta lux, Vide ADIMO.
Ademptæ lucis damnum, Id est cæcitas. Ouid. 14. Metam. 40.
¶ Lux, pro Publico: quoniam omnes in luce degunt. Cice. de Senect. 11, Nec verò ille in luce modò, atque in oculis ciuium magnus, sed intus domique præstantior.
Forensis lux. Cic. de Clar. Orat. 15, Isocrates, cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam fuit, atque officina dicendi, magnus Orator, & perfectus magister, quāquā forensi luce caruit, intraqī parietes aluit eam gloriam quā nemo quidē meo iudicio est postea cōsecutus.
¶ Lux doctrinarum altera Cicero. Plin. lib. 17. cap. 5. 4.
¶ Lux pro uitore: vt Viridi cum luce smaragdi. Lucr. lib. 4. 227.
Ahena luce coruscus. Virg. 2. Aeneid. 94,
-primoque in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruscus ahena.
¶ Lucus, masculino genere dixerunt veteres, teste Donato, pro lux, siue luce. Vnde apud Plautum & Terentiū sæpius legitur luci in ablatiuo.
Cum lucu simul abii hinc mane. Plaut. Merc. 5. 1.
Cum primo lucu. Plaut. Cistel. 5. 49, Postea autem cum primo lucu eras nisi ambos occidero. Sic apud Terentium Adelph. 5. 3. 56, Cum primo lucu, vt legit Donatus. Vide paulò autē, Luce prima.
Luci, Aduerbiū (καθ' ἡμέραν,) Id est die, siue mane. Plaut. Casin. 19. 7,
Sed properate istum atque istam actūtum emittere.
Tandem vt veniamus luci. Idem Menæch. 22. 16,
O facinus indignum & malum Epidamni ciues, herum meum
Hoc in pacato oppido luci deripiet in via. Cic. 12, Philipp. 337,
Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi?
Luculentus, Adiect. Plenum luce, splendens, perspicuum, ornatum, elegans, pulchrum. A luce enim dicitur, testibus Festo & Nonio, Significat aliquando magnum, teste Valla.
Ambulacrum luculentum. Plaut. Mostel. 10. 33,
Vidēn' vestibulum ante ædes, & ambulacrum cuiusmodi,
TE. Luculentum ædepol. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 10. 3, Camino luculento vtendum.
Author luculentus. Cic. ad Atticum, lib. 10. 10. 3, Non credo, vt est luculentus author: potuisse certè tenere illam prouinciam scio.
Conditio luculenta, Optima, vel opima. Plaut. Milit. 13. 6,
Quin tu rem tuam cura potius, quàm Seleuci, quæ tibi
Conditio noua & luculenta fertur per me interpretem. Idem Rud. 22. 51,
-vin' tibi
Conditionem luculentam ferre me? L. sanè volo.
Dies luculentus. Plaut. Epid. 8. 5.
Diuitiæ luculentæ. Plaut. Rud. 30. 32.
Facinus luculentum, Insigne. Plaut. Menæch. 4. 30. Vin' tu facinus luculentum inspicere?
Familia luculenta. Plaut. Cistel. 7. 10,
Ego te reduco & reuoco ad diuitias, vbi
Tu iam locēre in luculentam familiam.
Fœmina luculenta atque festiua. Plaut. Milit. 13. 12, Quid hic, aut vnde est? PA. A luculenta atque festiua fœmina.
Forma luculenta. Terent. Heaut. 3. 1. 12, -mulier commoda, & Faceta
hæc est meretrix. & hinc idem vita est mihi.
3. Et quidem hercle forma luculenta.
Hereditas luculenta atque magna. Plaut. Truc. 7. 16,
Verum nunc signa mihi obtigerit hæreditas magna atque luculenta,
Nunc postquam scio dulce, atque amarum quid sit ex pecunia, ita ego illam Aedepol seruem.
Homo luculentus. Plaut. Cap. 6. 76,
Non ego omnino lucrum omne esse vtile homini existimo:
Scio ego, multos iam lucrum luculentos homines reddidit.
Materia luculenta. Plin. epist. 112. 2, Recitabat κοινὰς τρίοφυον eruditam sanè, luculentamque materiam.
Oratio luculenta, Aperta vel etiam optima. Salust. Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & vtilem Reipub.
Plaga luculenta. Cic. 7. Philipp. 128, Luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix. Id est magnam.
Scriptor luculentus, Probatus, optimus. Cic. Attic, lib. 7. 135. 4.

Luculentè, Aduerbium, (σαφανῶς,) Clarè, splendide.
Dicere luculente. Cice. 1. de Diuin. 213, Quum ipse paucis interpositis versibus dicas satis luculentè.
Scribere luculentè, Apertè. Cic. de Clar. Orat. 37. Et luculētè scripserūt, etiam si minus quàm tu, politè.
Vendere luculentè. Plaut. Merc. 7. 83. Me tibi posse illam opinor luculentè vendere:
Luculenter, Aduerbium, Idem. Cic. 3. Offic. 79. Hoc quidem sanè luculenter, vt ab homine perito definiendi. Idem 2. de Finib. 23. Quum Græce, vt videor, luculenter sciam.
Luculentitas, pen. cor. (τὸ σαφανές) antiquè dictum. Cęcilius Hymnide, Vide luculentitatem eius & magnificentiam. Laberius Tucca, Dominus noster tua luculentitate captus. Nonius.
Lucco, luces, (φαίνω, σελαγίω, σεσελάω, ἀμφιφαίνω,) lucere: & sæpius Lucet, impersonaliter, Splendere, lucem emittere. Plaut. Milit. 5. 63. Vigila, expergiscere inquam, lucet. Cic. pro Rosc. Amer. 59. Occisus est à cœna redieus: nondum lucebat, quum Amerię scitum est. Sic 7. Verr. 74. Lucebat iam ferè.
Lucere facem alicui, pro Ante faciem lucem ferre: Id est, alicui præferre lumen. Plaut. Casi. 3. 28. Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem. Idem Curcul. 2. 9. Tute tibi puer es, lautus, luces cereum.
Lucere luce aliena dicitur luna, quòd à sole lumen suum mutuetur. Cice. in Somnio Scip. 13.
Focus lucet igne. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 2.
Oculi lucent. Ouid. 1. Metam. 49.
Lucent officia alicuius. Ci. Attico, lib. 3. 55. 6. Meaq; officia & studia, quę parum antea luxerunt, sic exequar, vt, &c.
Luceſcit, (ἡμέρα γίνεται,) luceſcere, Lucem fieri. Lio. 4. ab Vrbe, 120. Et iam luceſcebat, omniaq; sub oculis erant. Plaut. Amph. 6. 35. Exire ex vrbe, prius quàm luceſcat, volo. Terent. Heaut. 3. 1. 1.
Luceſcit: hoc iam cesso pultare ostium Vicini?
Lucens, Participiū, (φαιδρός,) Splendens, conspicuus. Virg. 6. Aeneid. 145.
Lucentemque globum lunæ.
Faces lucentes. Ouid. 3. Fast. 54.
Lympha lucens. Ouid. 4. Metam. 60.
Marmora lucentia. Stat. 1. Sylu. 3. 8.
Tunicæ lucentes auro. Stat. 9. Thebaid. 139.
Lucidus, pen. corr. Adiectiuum, (φαιδρός,) Clarum perspicuum. vt Lucida nox. Plin. lib. 2. cap. 79. 1.
Candens lucidus aer. Lucret. lib. 4. 64.
Domus lucidior. Ouid. 1. Fast. 19.
Gemma lucida. Ouid. epist. 21. 15.
Ordo lucidus. Horat. de Arte, 9, -cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Saxa lucida. Stat. 3. Sylu. 3. 40.
Sedes lucidæ, Sedes deorum. Horat. 3. Carm. ode 3. 7.
Sidera lucida. Horat. 1. Carm. ode 3. 1.
Oculi fulgentes lucidum. Horat. 1. Carm. ode 12. 3.
Lucifer, pen. corr. luciferi, m. g. (φωσφόρος,) Stella Veneris, quū antegraditur Solem, quum verò subsequitur, appellatur Hesperus, teste Cicerone lib. 2. de Nat. deor. 77. & Varrone 3. de Re rust. cap. 5. 14. Apud eundem Ciceronem lib. 2. de Nat. deorum, 99. Lucifera Diana dicitur, vt & apud Martialem lib. 10. 70.
Sidus luciferi. Virg. 2. Georg. 65.
Nitens Lucifer. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 19.
Obscurus Lucifer illa nocte fuit. Ouid. 11. Metam. 115.
Renouatus Lucifer. Silius lib. 7, 129.
¶ Vndecimus Lucifer stellarum coegerat agmen. Ouid. 11. Meta. 20.
Ducit diem Lucifer. Virg. 1. Aeneid. 161.
Clarus Lucifer albo exit equo. Ouid. 15. Metam. 38.
Vigil Lucifer exit aquis Eois, Ouid. 6. Fast. 95.
Tertius auroram pulsabat Lucifer. Stat. 12. Thebaid. 10.
Retegens diem, noctisq; fugans tempora Lucifer. Ouid. 8. Metam. 1.
Luciferi. Ouid. 3. Fast. 176. Tres vbi luciferos veniens præmiserit Eos.
Luciferus, pen. corr. Adiectiuum, (φωσφόρος,) vt
Diana Lucifera. Valer. 7. Argon. 37.
Equi luciferi. Ouid. epist. 11. 10. Denaq; luciferos Luna mouebat equos.
Pueri luciferi. Ouid. 3. Fast. 155.
Restat vt inueniam, quare toga libera detur
Luciferis pueris candide flacche tuis.
Lucifugus, pen. cor. Adiect. Qui fugit lucem. Cice. 1. de Fin. 91 Ecce autē alii minuti & angusti, aut omnia semper desperātes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi. Colu. lib. 9. ca. 7. 5. Sic nec venenatus stellio, nec obscurū scarabei vel papilionis genus, lucifugęq; blattæ, vt ait Maro. Sic Plin. lib. 29. cap. 1. 27.
Blattæ lucifugæ. Virg. 4. Georg. 49.
Lucerna, lucernæ, (λύχνος,) Notum instrumentum. Plinius, Ex medulla eius elegantium lucernarū ellychnia fiunt. Cic. 4. Acad. 141. Itaq; Timagoras Epicure' negat sibi vnq; quū oculū torsisset, duas ex lucerna

Universidad de Deusto
Biblioteca

formulas esse visas. Plaut. Mostel. 7.56, Lucernam fortè oblitus fuerit extinguere. Plin. epist. 7.4.e, Dixit in nocte, atq; etiam illatis lucernis.

Cubicularis lucerna, Vide CVBILE.

Maxutinæ lucernæ. Iuuen. Saty. 11.10.

Lucerna simplex, hoc est vnam tantum partem exporrectam habens, & vno ellychnio contenta, quæ cubicularia dicitur: de qua Martialis lib. 14. 38. aut dimyxos, ad duo ellychnia ferenda: aut trimyxos, ad tria: aut polymyxos, ad plura. Idem lib. 14. 41,

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,
Torque geram myxos, vna lucerna vocor.

Vigiles lucernæ. Horat. 3. Carm. ode 8. 3.

Viuæ lucernæ. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.

Lucerna eadem scripsi, & Deserit me lucerna. Cic. ad Atticum, lib. 8. 146. 8, Ego XIIII Calend. quum eadem lucerna hanc epistolam scriptissem, qua inflammaram tuam, Formiis ad Pompeium, si de pace ageretur, præfectus: si de bello, quid ero? Id est, eodem tempore. Idem lib. 7. 127. 9, Facerem diutius, nisi me lucerna deseret.

Luxo, luxas, (ἐξαρθρόω,) luxare, à Luo, luis: significat Soluere, suo loco mouere. Plin. lib. 17. cap. 24. 11. Aut circansossor iniurioso ictu verberauit. Vel etiam sabarator imprudens luxauit radices.

Luxata, (ἐξαρθρήματα, ῥήγματα,) dicuntur, inquit Festus, locis suis mota & soluta. Plin. lib. 17. cap. 28. 7, Contrà luxata membra iungenda harundinum fissuræ. Cato cap. 157. 4, Et luxatum siquod est, bis die calida foueto. Plin. lib. 28. cap. 2. 11, Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari, M. Varro podagris. Idem lib. 31. cap. 6. 14, Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cuiuslibet generis aquam facillime in artus redeunt. Idem lib. 22. cap. 20. 2, Folia trita cum melle & farina luxatis imponuntur. De anchusa herba.

Luxus, huius luxus, masc. gen. (πολυτέλεια,) Superfluitas, & nimia profusio: Sumptuosior cibi, vestitus, & aliarum rerum cura. Cic. 5. Verr. 51, Nisi fortè existimatis, eum in vino ac luxu non tifisse, quo, &c. Terent. Adelph. 4. 7. 42.

Vxor sine dote veniet: intus psaltria est:
Domus sumptuosa, adolescens luxu perditus.

Diffusor honesti luxus. Claud. 3. de raptu Proserp. 6.

Populator opum luxus. Claud. 1. in Ruffin. 7.

Famosus luxus Tarenti. Claud. 2. Paneg. 31.

Pudendus luxus. Tacit. lib. 3, Ne deuotantibus vobis ora, ac metum singulorum, qui pudendi luxus arguerentur, &c.

Regali luxu splendida domus. Virg. 1. Aeneid. 139.

Regifico luxu paratæ epulæ. Virg. 6. Aeneid. 121.

Pocula ducere multo luxu. Propert. lib. 2. eleg. 10. 5.

Effusus in luxum. Tacitus lib. 20, Effusi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus.

Explicare suos luxus. Lucan. lib. 10. 21,

Explicuitque suos magno Cleopatra tumulto
Nondum translatos Romana in secula luxus.

Fouere hyemem luxu. Virg. 4. Aeneid. 39.

Solutus luxu. Quintil. lib. 3. cap. 8. 19, Sed neminem adeò solutum luxu puto, vt nihil, &c.

Luxuria, luxuriæ, Idem, (λαγνεία, ἀκολασία,) Cic. lib. 1. Offic. 149, Intelligimus quàm sit turpe defluere luxuria, delicate ac molliter viuere. Idem pro L. Murena, 69. Odit Pop. Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Plin. lib. 22. cap. 2. 2, Instrui poterat luxuria certè innocentius.

Luxuria (inquit Festus) morum est solutio.

Instrumenta luxuriæ. Ouid. 5. Fast. 56. Intelligit aurum & argentum.

Conuitia luxuriæ. Quintil. lib. 4. cap. 2. 20, Vt si defendendus est M. Cælius, nonne optimè patronus occurrat prius conuitiis luxuriæ, petulantiæ, impudicitiæ, quàm veneficii?

Pestis blanda luxuria. Senec. Octau. 7. 11.

Misera luxuria. Propert. lib. 1. eleg. 2. 7.

Solers luxuria. Pers. Saty. 5. 15.

¶ Cepit præfectos luxuria. Vide CAPIO.

Circumscribere luxuriam vtilitate, Vide CIRCVNSCRIBO.

Via facta est luxuriæ. Propert. lib. 3. eleg. 13. 1.

Indulgere luxuriæ, Vide INDVLGEO.

Luxuria foliorum. Virg. 1. Georg. 39,

At si luxuria foliorum exhuberat vmbra.

Luxuria humoris. Plin. lib. 9. cap. 2. 1, Causa euidens, humoris luxuria.

Luxuries, luxuriei, fœm. ge. Idem, (ἀκολασία,) Cic. 1. Verr. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, &c. Ibidem, 4. 6. Sed quum perferre non possent luxuriem, crudelitatem, auaritiã, superbiam. Sic pro Cælio, 11. Et pro Rose. Amer. 45, In vrbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est.

Perferre luxuriem alicuius, Vide PERFERO.

Prædulce malum luxuries. Claud. 2. Paneg. 27.

Luxuries segetum, quam Plinius inter vitia frugum ponit, id est redundantia germinis nempe quando seminis abundantia ipsas segetes suffocat, lib. 18. cap. 17. 10, Luxuria (inquit) segetum castigatur dente pecoris in herba duntaxat, & depastæ quidem vel sæpius, nullam in spica iniuriam sentiunt. Cic. 2. de Orat. 54, Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, vt in herbis rustici solent dicere, in summa hubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. Id est, scribendi frequentia, & assidua meditatione reprimenda illa naturalis hubertas quæ interdum redundat Virg. 1. Georg. 13,

Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

Luxuriosus, pen. prod. Adiectiuum, (κωμαστής, ἄσωτος,) In re familiari solutus, inquit Festus. Cic. 2. de Finib. 35, Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis & doloris metu, &c.

Luxuriosus in. Cic. pro Lege agrar. 54, Vt in suis rebus, ita in Rep. luxuriosus nepos, qui prius syluas vendat, quàm vineas.

Amor luxuriosus. Ouid. 2. de Remed amor. 70.

Cultus luxuriosus, Delicatus & mollis. Quintil. lib. 8. in Proœm. Muliebris & luxuriosus cultus non corpus exornat, sed detegit mentem.

Frumenta luxuriosa, Quæ confertim & copiose nimis prouenientia vt immitti in ea soleant oues ad depascendum. Cic. in Orat. 45, de rusticis loquens, Siquidem est eorum gemmare vites, sirire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta, &c.

Lætitia luxuriosa, Nimia, & profusior quàm par est. Liuius 2. ab Vrbe, 90, Eo nuntio erecti Patres, erecta plebs, sed Patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia.

Pabula luxuriosa, Quæ maximam herbarum copiam adferunt. Plin. lib. 17. cap. 4. 3, Nec luxuriosa pabula, pinguis soli semper indicii habita.

Seges luxuriosa. Ouid. 1. Fast. 138.

Vitis luxuriosa. Colum. lib. 4. cap. 21, Siquidem luxuriosa vitis, nisi fructu compescitur, malè defloresci, & in materiam frondemque effunditur. Idem lib. 5. cap. 6. 29, Plerique vitem validam & luxuriosam fidò crediderunt feracioremq; fieri.

Luxuriosior. Plin. lib. 17. cap. 3. 3, Alterum genus luxuriosius.

Luxuriosè, pen. prod. Aduerbium, (ἀσώτως,) vt Luxuriosè viuere hoc est, Molliter & delicate. Cic. pro Cælio, 9, Cum facinoroso audacitate, cum libidinosis luxuriosè viuere. Sic 2. de Finib. 37.

Luxurio, luxurias, luxuriare: vel Luxurior, luxuriaris, (κωμάζω, κατασφηνόω,) luxuriari, Deponens: vtrumque significat Superabundare, profundere, & lasciuire. Liuius 3. bel. Pun. 4, Inde Capuam flectit iter, luxuriantem longa fœlicitate atque indulgentia fortunæ. Plin. lib. 18. cap. 24. 8, Aliqui in frigidis ab æquinoctio Autumni, in calidis serius, ne ante hyemem luxurient. Liuius 1. ab Vrbe, 79. Postquam externorum periculorũ curis ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris continuerat. Plaut. Pseud. 20. 4,

– ex conspectu heri sui si se abdiderunt,
Luxuriantur, lustrantur, comedunt. Liu. 2. ab Vrbe, 209. Et lib. 3. 131,

Lætæ enim principia magistratus eius nimis luxuriauere.

Delitiis luxuriare. Ouid. epist. 15. 38.

Luxuriat liber vmbilicis. Martial. lib. 3. 2,

Et frontes gemino decens honore
Pictis luxuriatus vmbilicis,
Et te purpura delicata velet.

Luxuriari variis colorum picturis. Plin. lib. 16. cap. 25. 2.

Luxuriant animi rebus plerunque secundis. Ouid. 2. de Arte, 88.

Animi luxuriant iuuenilibus annis. Ouid. 5. Fast. 55.

Mens luxuriar. Ouid. 1. de Arte, 73,

Mens erit apta capi tunc, quum lætissima rerum,
Vt seges in pingui luxuriabit humo.

Membra luxuriant. Ouid. 7. Metam. 59.

Pecus luxuriat in pratis. Ouid. 1. Fast. 32.

Luxuriantur arbores, quum abundantius ramos emittunt, siue prodacunt. Colum. de Arb. cap. 11, Cacumina virgarum ne luxurientur demutilato. Idem lib. 5. cap. 6, Si vitis nimis luxuriabitur, solutas materias relinquere.

Ager assidua luxuriabat aqua. Ouid. 4. Fast. 129.

Humus luxuriat. Ouid. epist. 1. 11.

Luxurians, Participium, (κατασφηνόων,) vt

Compescere luxuriantia. Horat. 2. epist. 2. 25.

Luxuriatus, penult. prod. Aliud participium, (κατασφηνώσας,) Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 9.

Non tamen, vt lusit, rursus mea littera ludet:
Sit semel illa meo luxuriata ioco.

Fames luxuriata multo sanguine. Stat. 2. Thebaid. 136.

L Y

LYAEVS, (λυαῖος,) dicitur Bacchus, vt grammaticis placet παρὰ τὸ λύειν, id est soluere, quòd curas soluat, atque discutiat.

Pater Lyæus. Virg. 4. Aeneid. 12.

Annosus Lyæus, Vinum vetus. Tibul. lib. 3. eleg. 24.

Pubescentem Lyæum, Id est vuas maturescentes, dixit Statius 2. Sylu. 2. 20, Siue

20. Sine per Autumnum iam pubescente Lyæo, &c.

Corniger Lyæus. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.

Vda Lyæo tempora. Horat. 1. Carm. ode 7. 5.

Dulci Lyæo curam soluere. Horat. Epod. 9. 8.

Largi flumina Lyæi. Stat. 1. Sylu. 6. 19.

Iocoso Lyæo consilium arcanum retegere. Horat. 3. Carm. ode 21. 4.

Succus Lyæi. Stilus lib. 7. 34,

Pocula nec norant succis mulcere Lyæi:
Fonte sitim, & pura soliti defendere lympha.

Lyæus, Adiectiuum, (λυσίτοκος,) pro Lyæus, figuratè: vt Latex Lyæus, Id est vinum. Virg. 1. Aeneid. 139,

Regales inter mensas, laticemque Lyæum.

LYCAMBES, (Λυκάμβης,) vir Thebanus, quẽ Archilochus poeta iãbis ad suspendium adegit: de quo vide in dictione ARCHILOCHVS.

Infidus Lycãbes. Horat. Epod. 6. 3, Qualis Lycãbæ sperans infido gener.

Idem de Lycambe, lib. 1. epist. 20. 25.

pariter ego primus iambos
Ostendi Latio, numeros, animosque secutus
Archilochi, non res, & agentia verba Lycambem.

Lycambeus, pen. prod. Adiectiuum, (Λυκαμβόειος,) Ouid. in Ibin, 11,

– in te mihi liber iambus
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

LYCAON, pen. prod. huius Lycaonis, penult. corr. (Λυκάων,) Titani ac Terræ filius, Arcadiæ rex, qui, vt in fabulis fertur, à Ione in lupum cõuersus fuit, quòd Iouem hospitem necare moliretur. Filiam habuit Callisto: quam quum vitiasset Iupiter, Iono in vrsam conuertit, & postea Iupiter miseratus in signum cæleste transtulit. Hæc Seruius enarrans locum Virgilii 1. Georg. 28.

Nauita tum stellis numeros & nomina fecit:
Pleiadas, Hyadas, clarumq; Lycaonis Arctos. Vide Ouidiũ. 1. Metam.

Notus feritate Lycaon. Ouid. 1. Metam. 40.

Aræ sontes Lycaonis. Stat. 11 Thebaid. 36.

Lycaonius, pen. corr. Adiectiuum, (Λυκαόνιος,) vt

Axis Lycaonius, Septentrionalis. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 1,

Quæque Lycaonio terra sub axe iacet.

Astra Lycaonia. Claud. 8. Paneg. 60.

Calisto Lycaonia. Catull. de coma Berenicis, epigr. 61. 14.

Mensæ Lycaoniæ fœda conuiuia. Ouid. 1. Metam. 34.

Lycaonus, pen. corr. Adiect. (Λυκάονος,) Idem quod Lycaonius. Ouid. 2. Fast. 35. Cui dea, Virgineos periura Lycaona cœtus Desere.

LYCAONES, (Λυκάονες,) populi sunt Asiæ, Phrygibus & Gallogrecis, quos Galatas nominari antè scripsimus, vicini. Author Póponius Mela lib. 1. Sunt & Lycaones, vt ait Solinus, lupi ceruice iubati, & tot modis varii, vt nullum eis abesse coloré dicant. Plin. lib. 8. cap. 34. in Indis lycaones esse scribit. Pomponius lib. 3. de Aethiopia scribens, Sunt & fœtillimæ ferè of colore varii lycaones, & quales accepimus sphingas.

Lycaonia, (Λυκαονία,) Ipsa Asiæ regio, à qua Lycaones, quæ medium quodammodo locum & arcem occupat. Sunt qui scribant Lycaoniam esse partem Arcadiæ cognominatam.

Lyceum, lycei, pen. prod. vel lyceummam λύκειον per α scribit: nis in qua περιπατῶν, id est deambulans philosophabatur. Vnde Peripatetici dicti sunt: quia disputabant inambulantes in Lycio.

Lyceum, fuit etiam gymnasium Ciceronis in Tusculano, à nomine schola Aristotelicæ, de quo lib. 1. de Diuin. 14, sic refert, Nuper quũ essem cum Q. fratre in Tusculano disputatum est. Nam quũ ambulandi causa in Lyceum venissemus (id enim superiori gymnasio nomen est) Perlegi, ille inquit, tuum paulò ante tertium de natura deorum.

LYCEVS, pen. prod. (Λύκαιος,) Mons Arcadiæ, qui Pani deo sacer est, & vbi templum bicornis Fauni. A quo Lycea, ludicra illi sacrata, à nonnullis Lupercalia sunt dicta à lupis, quæ ad explandos manes fiebant. Ouid. lib. 2. Fast. 81. Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Dictus Lyceus ἀπὸ τῶν λύκων, id est à lupis, quibus propter frequentiã pecudum abundabat.

Annes Lycei. Virg. 3. Georg. 1.

Saltus Lycei. Virg. 1. Georg. 4.

Collis Lyceus. Ouid. 1. Metam. 140.

Culti arbusta Lycei. Ouid. 2. Metam. 143.

Gelidum Lycum. Virg. 10. eclog.

Viridis Lyceus. Virg. 4. Georg. 108.

Lyceus, pen. prod. Adiectiuum, (Λύκειος,) vt

Nemus lyceum. Ouid. 3. Metam. 64.

LYCHAS, (Λύχας,) nomen famuli Herculis, cui Deianira vestem imbutam cruore Nessi, ad maritum perferendam dedit. Ille verò quũ vestis ardore & veneno consumeretur, furore actus Lychã in mare Euboicũ ex Oetha monte deiecit, qui illic in scopulũ mutatus fusse dicit. Fabulam vide apud Ouidium lib. 9. Metam. 43, quam his versibus claudit,

Nunc quoque in Euboico scopulus breuis eminet alte
Gurgite, & humanæ seruat vestigia formæ
Quem quasi fensurum nautæ calcare verentur,
Appellantque Lychan.

Lychnis, lychnidis, penultima correpta, (λύχνις.) Herbæ genus, Dioscorid.

Lychnites, lychnitis, pen. pro. m. g. (λυχνίτης,) Lapidis genus, de quo Plinius lib. 36. cap. 5. 3.

Lychnitis, huius lychnitidis, fœm. gen. (λυχνῖτις,) Herbæ species: de qua Plinius libro. 25. cap. 10. 2.

Lychnus, lychni, masc. gener. (λύχνος,) Latinè lucerna dicitur. Varro Lucerna à luce dicta est: aut ab eo quod vocant Græci λύχνον. Plaut. Lychnum emunge patrumper, vt videat anus vbi pedes ponat Cicero Q. uint. fratri, libro 3. 23. 2, Hanc scripsi ante lucem, ad lychnum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quòd eum te aiebant, quum esses Sami, curasse faciendum. Legitur & lychnouchum. Idem pro Cælio, 54, Lux denique longè alia est Solis & lychnorum.

Pendentes lychni. Lucret. lib. 5. 60.

Incensi lychni dependent aureis laqueatibus. Virg. 1. Aeneid. 148.

Lychnus, non autem lychnus dicendum ostendit Seruius quum primam corripi dicat: quod fieri non posset, nisi post n sequeretur i, & trisyllabum fieret. Virg. 1. Aeneid. 147.

Dependent lychni laquearibus aureis.

Ellychnium, ellychnii, Quod lucernis adhibetur ad lumen præstandum, est enim funiculus ille, qui incensus flammam nutrit. Plin. Ex medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Vide loco suo.

Lychnũchos, pen. prod. (λυχνοῦχος,) dicitur quicquid lucernã sustinet. Plin. lib. 34. cap. 3. 5. Placuere & lychnuchi pensiles in delubris aut aurorum modo mala ferentium lucentes.

LYCIA, (Λυκία,) minoris Asiæ regio inter Pamphyliam & Cariam sita, cognominata est à Lyco rege Pandionis filio, atque, vt feruut, infestata olim Chimeræ ignibus. Pomponius lib. 1. Lycia propè tota Tauro monte premitur, eius iugis bona parte clausa. Lycios autem primum Termilas dictos Herodotus lib. 7. scribit. Deinde Lycios à Lyco Pandionis filio: qui quum à propriis terris exiisset, in regni partem à Sarpedone acceptus est. Vide Herodotum in septimo. De Lyciorum laudibus legito Strabonem lib. 14. Lycia hodie Briquia dicitur. Ptolemæus lib. 5. cap. 3.

Vrbes Lyciæ. Ouid. 4. Metam. 60.

Dumeta Lyciæ. Horat. 3. Carm. ode 5. 13.

– qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalemque syluam
Delius, & Patareus Apollo.

Fertilis agris Lycia. Ouid. 6. Metam. 64.

Hyberna Lycia. Virg. 4. Aeneid. 29.

Lycius, Adiect. (λύκιος,) vt Cateruæ Lyciæ. Horat. 1. Carm. ode 8. 3.

Deus Lycius, Apollo. Propert. lib. 3. eleg. 1. 8.

Ne mea contẽpto lapis indicet ossa sepulchro
Prouisum est, Lycio vota probante deo.

Montes Lycii. Stat. 1. Sylu. 2. 45.

Pharetra Lycia. Virg. 7. Aeneid. 164.

LYCINIA, amica Horatii, de qua ipse libro 2. Carm. ode 12. 3.

Me dulcis dominæ Musa Lyciniæ
Cantus, me voluit dicere lucidum
Fulgentes oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus.

LYCISCA, nomen canis, Diminutiuum à λύκος quod lupum significat, appellata sic quòd vel ex lupo nata sit, vel similis sit lupo. Virg. 3. eclog. 4, –multum latrante Lyciscã. Ouid. 3. Metam. 44,

Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lyciscã.

LYCISCVS, pueri nomen apud Horatium, Epod. 11. 5.

Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia, amor Lyciscĩ me tenet.

Lycium, (λύκιον,) medicamentum ex radice rhamni syluestris factum. Plin. lib. 24. cap. 14. 3.

LYCON, ex Troade, Straronis discipulus, à Theophrasti schola: huius in dicendo suauitatẽ nomẽ maximè demõstrat, cp addita litera G, Glycon sit cognominatus, habitu fuit mollis & delicatus. Quatuor huius nominis memorantur, primus Pythagoricus, Secundus hic, Tertius verificator, Quartus epigrãmaton poeta. Diogenes Laertius.

LYCOPHRON, pen. cor. huius Lycophronis, pe. cor. (Λυκόφρων,) Chalcidonius ex Euboea, filius Soclis, adoptatus verò à Luco Rhegino, grãmaticus, & Tragœdiarum scriptor. Estq; vnus ex septem qui Pleias vocati sunt. Stat. 5. Syl. 3. 37. Carmina Battiadæ, Latebrasq; Lycophronis atri. Atrum vocat quasi obscurũ, vel quia in omnibus scriptis obscurior fuit: vel certè ad Alexandram alludit, de qua dixit Suidas. Ouidius cum sagittis interfectum esse innuit, quum inquit in Ibin, 107.

Vtque cothurnatum periisse Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LYCOPOLIS, pen. corr. (λυκόπολις,) vrbs Aegypti, sic à lopis cognominata. Diod. Sicul. lib. 2.

Lycopsis, herba, (λυκόψις,) Vide Plinium lib. 27. cap. 11. 4.

LYCORIAS, nomen Nymphæ apud Virgilium 4. Georg. 68.
Cydippe, & flauta Lycorias: altera virgo,
Alteratum primos Lucinæ experta labores.

LYCORIS, pen. prod. (λυκώρις,) meretrix fuit alio nomine Cytheris dicta à Cornelio Gallo poeta adamata. De quæ Virgilius sæpe in Gallo: Vide item multa in dictione CORNELIVS. Virgil. 10. eclog. 5.
-tua cura Lycoris
Perque niues alium, perque horrida castra secuta est.

LYCORMAS, (λυκόρμας,) fluuius est qui è Boiensibus inter Ophiontes gentem Aetolicam oritur, vocatus postea Euenus, ab Eueno qui se in eum præcipitauit. De quo Strabo lib. 7. Ouid. 2. Metam. 49,
Astiturusq; terrã Xanthus, flauusq; Lycormas. Senec. Herc. Oeth. 5. 2.
Nec præcipitem voluerat amnem
Flauus rapido fonte Lycormas.
Centaureus Lycormas. Stat. 4. Thebaid. 168.

Lyctius, Adiect. (λυκτιος,) vt Lyctius Idomeneus. Id est Cretensis. Virg.

LYCVRGVS, (λυκοῦργος, λυκόεργος,) Lacedæmonium rex, qui fuit philosophus, & Lacedæmoniis leges sanctissimas condidit: astrictis ciuibus iuramento, quòd tam diu eas intemeratè obseruarent, donec ipse rediret: è patria nunquam rediturus emigrauit. De quo Valerius, Iustinus, Aristoteles, & Plutarchus multa.

Lycurgus durissimarum Lacedæmoniis legum author. Quintil. lib. 1. ca. 10. 14, Et Lycurgus durissimarum Lacedæmoniis legum author, musices disciplinam probauit. Lycurgus item rex Nemeæ regionis Hypsiphilen regis Thoantis filiam nato suo nutricem adhibuit. Author Statius 5. Thebaid. 31. Lycurgus præterea rex Thraciæ fuit, qui vt habet fabula, dum contemnens Liberum, eius amputat vites, crura sua incidit. Re vera autem abstemius fuit: quos constat acriores esse naturæ: quod etiam de Demosthene dictum est. Hæc Seruius enarrans illud Virgilii 3. Aeneid. 3,
Thraces arant acri quondam regnata Lycurgo.
Latissima regna Lycurgi. Ouid. Epist. 2. 23.
Thracis exitium Lycurgi. Horat. 2. Carm. ode 19. 4.
Bipennifer Lycurgus. Ouid. 4. Metam. 5, de Baccho,
Penthea tu venerande, bipenniferumque Lycurgum
Sacrilegos mactas, Tyrrhenaque mittis in æquor Corpora.
Vesanus Lycurgus. Propert. lib. 3. eleg. 17. 5,
Vesanumque nouæ nequiquam in vite Lycurgum.

Lycurgeus, Adiectiuum, (λυκουργεῖος,) Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 6, Nosmetipsi, qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie demitigamur. Vbi interpres, Lycurgei, id est optimates, legum assecla & propugnatores, qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Badæus seuerissimum interpretatur.

LYCVS, nomen proprium viri, quo nomine multi vocati sunt. Vnus Troianus, de quo Virgilius 1. Aeneid. 46, Fata Lyci. Alter Thebanus ignobilis exul, qui absente Hercule reuersus, Creontem regem occidit, & regnum tenuit. Item alius Thebanus rex, maritus Antiopæ. Alius Pandionis filius, qui à se Lyciam nominauit. Alius Lycaon Callistûs pater, Arcadiæ rex, qui quum solitus esset hospites necare, in lupum à Ioue conuersus est. Fuit & alius Lycus, Priami filius. Item vnus ex centauris. Fuit item Lycus, medicus Neapolitanus, cuius meminit Plinius lib. 20. cap. 20.

Lycus, puer quidã fuit ab Alceo dilectus. Hor. 1. Car. ode 32. 3. de Alceo,
Liberum & Musas, Veneremque, & illi
Semper hærentem puerum canebat:
Et Lycum nigris oculis, nigroque
Crine decorum.

Lycus, (λύκος,) Armeniæ fluuius. Strab. lib. 11.

LYDDA, (λύδδα,) Palæstinæ Iudææ vrbs, Ptolemæo lib. 5. cap. 16. Alio nomine Diospolis Hodie Rama.

LYDIA, (λυδία,) Asiæ regio Aeolis & Ioniis vicina, nota est Cræsi fortuna & rebus gestis, tum etiam Pactoli fluuii fama aurum trahentis. Vide Strabonem, & Pomponium lib. 1. in summa Asiæ descriptione.
Ingens Lydia. Virg. 4. Georg. 42.
Lydia tota fremit. Ouid. 6. Metam. 30.

Lydus, (λυδός,) Qui est ex Lydia. Lydi (authore Herodoto lib. 2.) primi aurum argentumque percusserunt, primique caupones institoresque fuerunt.
Lydorumque manum, collectos armat agrestes. Virg. 9. Aeneid. 3.

Lydus, Adiectiuum, (λυδός,) Ouid. 1. Fast. 72,
Ridet amatorem Lyda puella suum. Intelligit Iolen.

Lydius, Aliud adiectiuum, (λύδιος,) vt Aurifer amnis Lydius. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 6. Intelligit Pactolum.

Lydius, (λύδιος,) Lapis, qui & Heraclius refertur à Theophrasto lib. de natura lapidum. Ait enim lapidem quendam esse, qui Lydius seu Heraclius dicatur, qui attritu aurum atque argentum cuiusmodi sit arguat. Hunc quidam magnetem putant, velut Herculanum, qui ferrum ad sese trahit: vnde nomen etiam ad ferrum sideritem. Sed ex Theophrasti verbis satis liquet basanon significari, quem Latini vocant indicem, in quem Battus ille pastor apud Ouidii 2. Metam. 142, transfiguratus est, manente nimirum etiamnum in lapide proden di studio, nec Heraclium vocatum ab Hercule, sed ab Heraclea Lydiæ ciuitate. De hoc meminit Plinius lib. 35. cap. 8. 3, his quidem verbis, Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri nisi in flumine Tmolo, vt author est Theophrastus: nunc verò passim, quem alii Heracleã, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, qua ternas vncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. Iis coticulis periti, quum è vena vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. Vicem autem prouerbii habet in eos qui vehementer acti, exactoque iudicio sunt. Erasmus.

LYDVS, Herculis filius ex Iole. Alter filius Athys, & frater Tyrrheni à quo Lydia regio est appellata. Nam quum propter terræ sterilitatem fratres simul ferre non posset: Tyrrhenus forte sacra discedens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens, eam tenuit partem, quæ ad mare inferum versa est, & à se Tyrrheniam nominauit. Lydus verò remanens, Mæoniam de suo nomine vocauit.

Lympha, (νῦμφα,) Aqua dicitur Latinis, Græcis verò νύμφη: mutauerunt autem Latini υ in λ. Colum. lib. 10. 14, Dotaque Parthenope Sebethide rosida lympha.
Fluuialis lympha. Virg. 4. Aeneid. 127.
Fugax lympha trepidat obliquo riuo. Horat. 2. Carm. ode 3. 3.
Gelida lympha. Ouid. de medicamine faciei, 20.
Leuis lympha. Horat. Epod. 16. 10, -montibus altis
Leuis crepante lympha desilit pede.
Liquidæ lymphæ. Ouid. 3. Metam. 91.
Loquaces lymphæ saxis desiliunt. Horat. 3. Carm. ode 13. 4.
Lucentis lymphæ stagnum. Ouid. 4. Metam. 60.
Manantes lymphæ. Horat. Epod. 1. 6.
Puteales lymphæ. Lucret. lib. 6. 136.
Sobria lympha mista mero. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 10.
¶ Vulnera lymphis abluere. Virg. 4. Aeneid. 137.
Dare lymphas manibus. Virg. 1. Aeneid. 141.
Copia lymphæ finit sitim. Horat. 2. epist. 2. 30.
Hausit de gurgite lymphas. Virg. 9. Aeneid. 5.
Ora manusque tua lauimus Feronia lympha. Horat. 1. Serm. satyr. 5. 5.
Restinguere pocula lympha. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.
Vulnera siccare lymphis. Virg. 10. Aeneid. 168.

Lymphaticus, pen. corr. (νυμφόλαπτος,) Furiosus, insaniens, qui vrinam ex aquæ conspectu cõtraxit, vel ex imagine visa in aqua. Plin. lib. 25. scribit helleborum mederi melancholicis, insanientibus, & lymphaticis, elephantiæ, & tetano. Festus, Vulgò memoriæ proditi est, quosdam specie quãdã à fonte, id est effigie nymphæ videtur, furedi modo fecisse, quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphaticos appellãt.

Lymphatica somnia. Plin. lib. 26. cap. 8. 10, Semen eius potum lymphatica somnia facere dicitur.

Lymphaticus pauor. Liu. 10. ab Vrbe, 138, Ira victorem equitatum velut lymphaticus pauor disiipat.

Lympho, lymphas, lymphare, Perturbare, & in furorem impellere. Valer. 3. Argon. 10, Rupta quies: Deus ancipitem lymphauerat vrbem. Id est turbarat, & in belli furorem verterat.

Lymphans, Participium. Stat. 10. Thebaid. 31,
Ecce recens, superis animum lymphantibus, horror
Thiodamanta subit.

Lymphor, lympharis, (μαινοῦμαι,) lymphari, Insanire, desipere. Plin. lib. 34. cap. 17. 7, Hac herba epota, lymphari homines obseruantibus miraculis. Curtius, Quippe lymphari, trepidare cœperunt, omnia pectora occulto metu percurrente.

Lymphatus, pen. prod. Adiectiuum, (νυμφόλαπτος,) Idem quod lymphaticus, Insanus. Horat. 1. Carm. ode 37. 3, Mentemque lymphatam Lucullus. 7. ab Vrbe, Et tunc quidem velut lymphati & attoniti mãnibus suis trepido agmine inciderũt. Cic. 1. de Diuin. 136. Et Plin. lib. 30. ca. 10. 3, Rursus magi tradunt lymphatos sanguinis talpæ aspersu resipiscere.
Furor lymphatus. Senec. Medea, 6. 2.
Metu lymphato trepidare. Lucan. lib. 7. 38.
Mente lymphata furebant. Catul. Argon. 59. 51.
Ore lymphato furens. Senec. Troad. 1. 7.
Pectora lymphata. Ouid. 11. Metam. 2.
Vibs lymphata incertis horroribus. Stat. 10. Thebaid. 111.

Lymphationes nocturnæ, (νυμφολαψίαι νυκτερειναί,) Plin. lib. 34. ca. 15. 6, Nanq; circũscribi circulo, terue circumiato mucrone, & adultis & infantibus prodest contra noxia medicamenta: & præfixisse in limine, & sepulchro euulsos clauos, aduersus nocturnas lymphationes.

Lyncestus,

LYNCESTVS, (λύγκεστος,) aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Plin. lib. 2. cap. 103. 9. Hinc

Lyncestius, Adiect. (λυγκήστιος,) Oui. 15. Met. 66, quũ de Clitorio amne dixisset, Clitorio quicunq; sitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis. Subiungit deinde,
Hinc fluit effectu dispar Lyncestius amnis,
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat quàm si mera vina bibisset.

Lynceus, Adiectiuum, Vide LYNX.

LYNCEVS, (λυγκεύς,) disyllabũ, huius Lynceï vel Lynceos, pen. cor. Nomen propriũ eius, qui fuit vnus ex Argonautis, acutissima oculorũ acie præditus: qui dicebatur videre vltra parietem, & vt historici tradunt, cõspexit nouissimã Lunam, primamq; eo de die in signo Arietis quod paucis mortalium contigit vidisse. Vnde Valer. 1. Argon. 95.
-solus transibit nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit solitumq: exeuntem à Carthagine classem Punicam, numerumq; nauium ex Libycana specula manifestissime notare. Solinus refert fuisse Strabonẽ. Pindarus & Apollonius in Argon. referunt illum per abiete fratrem suum à Castore occidi vidisse, cuius necem describit Ouidius 5. Fast. 141.
Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense,
Non expectato vulnere pressit humum.
Victor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta
Q; tũ ceruix humeros continuata tegit.
Ibat ad hunc Idas, vixique est Iouis igne repressus, &c. In primo carmine adiectiuum est Lynceonis tertio Lyncea acculatiuus est singularis à primitiuo. Si igitur Ouidio credemus, Lynceus ante fratrem periit, nec, vt Suidas, aut potius Pindarus & Apollonius dicunt, peremptõ fratrem per abiete vidit. Sed verisimile est neutrũ altero veriora dixisse. Prouerbiũ vide apud Erasmum. Lynceo pispicãtior. Horat. 1. epi. 1. 6.
Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen ideireo contemnas lippus inungi.

Lynceus & Idas, Aphareï filii fuerant, vnde Apharei das illos vocat Ponius 1. Argon. & Ouidius 8. Metamor. 61, Et duo Thestiadæ & proles Apharei a Lynceus.

Lynceus, pen. prod. Adiectiuum, (λύγκευς,) Vide exemplum Ouidii in LYNCEVS disyllabum.

Lyncurium, lyncurii, (λυγγούριον,) Gemma quæ è lyncis vrina redditus vbi gignuntur, glaciatur arescitve in gemmas carbũculi similes, & igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas, atque ob id succino à plerisque ita generari prodito. Nouere hoc ficuntq; lynces: & inuidentes, vrinam terra operiunt. Ouid. 15. Metam. 83,
E quibus, vt memorant, quicquid vesica remisit,
Vertitur in lapides, & congelat aere tacta.

LYNCVS, (λύγκος,) inquit Seruius, rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemum, vt hominibus frumenta monstraret, suscepitum hospitio, vt in se gloria tanta migraret, interimere cogitauit. ob quam rem irata Ceres eum conuertit in lyncem feram varii coloris, vt ipse variæ mentis extiterat.

Lynter, vide LINTER.

Lynx, lyncis, m. vel fem. ge. (λυγκοῦς,) Animal est ex ceruariorum genere, vario colore, & maculoso tergore, & acutissimo visu præditum. Virgil. 1. Aeneid. 66, -maculosæ tegmãte lyncis.
Plin. lib. 18. cap. 8. 13, Peregrinæ sunt & lynces quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt.
Variæ lynces Bacchi. Virg. 1. Georg. 63. Varias dicit quas alibi maculosas dixerat. Sunt autem in tutela Bacchi.
Timidos agitare lyncas. Horat. 2. Carm. ode 13. 8.
Imbelles lynces fectam. Stat. 1. Achill. 82.
Fugaces Lyncas cohibere arcu. Horat. 4. Carm. ode 6. 7.

Lynceus, pen. cor. Adiectiuum, (λύγκειος,) Quod pertinet ad lyncem.

Lynceis oculis contemplari, Est intentissimè conspicere. Horat. 1. Serm. satyr. 2. 18,
-ne corporis optima lynceis
Contemplere oculis: Hypica cæcior, illa
Quæ mala sunt, spectes.

Lynceus, Qui acutissimè videt, quique est maximè perspicax. Cicero ad Varronem, lib. 9. 2. 6, Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

Lyra, lyræ, fem. gen. (λύρα,) Instrumentum musicum, ἀπὸ τοῦ λύειν, id est, canere.
Lyram somnus esse reliudinis docet Plinius lib. 9. cap. 10. 4.
Canor lyræ. Ouid. epist. 15. 37.
Assumpta lyra canorus. Ouid. 3. de Arte, 29.
Fidicen lyræ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 6, -& vna
Pindaricæ fidicen tu quoque Rufe lyræ.
Soleris lyræ Musa. Horat. de Arte, 82, -ne fortè pudori
Sit tibi Musa lyræ solers, & cantor Apollo.
¶ Aurata lyra. Ouid. 8. Metam. 3.
Canoræ lyræ. Claud. 3. de rapt. Pros. 52.
Curuæ lyræ parens Mercurius. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.
Distincta lyra gemmis. Ouid. 11. Metam. 34.
Eburna lyra. Horat. 2. Carm. ode 11. 5.
Garrula lyra. Tybull. lib. 3. eleg. 4. 8.
Imbellis. Horat. 1. Carm. ode 6. 2.
Inuicta. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 5.
Et Linon in syluis idem pater edidit altis,
Dicitur inuicta concinuisse lyra.
Iocosa lyra. Horat. 3. Carm. ode 3. 14.
Mollis lyra. Stat. 10. Thebaid. 174.
Tacita lyra, q̃ uæ non pulsatur. Horat. 3. Carm. ode 19. 4.
¶ Laudes alicuius canere lyra. Ouid. 3. de Arte, 10.
Increpare lyram digitis. Ouid. epist. 3. 24.
Instituit lyra. Quintil. lib. 1. cap. 10. 13, Quid de philosophis loquor? quorum fons ipse Socrates iam senex instituit lyra non erubescebat. Vide INSTITVO.
Mouere lyram. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 4.
Inauratæ lyræ fila mouet pollice. Ouid. 2. de Arte, 99.
Pellere lyram. Ouid. ad Pisonem, 34.
Nec pudeat populisse lyram, quum pace serena
Publica securis exultent ocia terris.
Percutere lyram. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 8. Significat sonare lyra.
Pulsare lyram, Vide PVLSO.
Pulsa manu lyra. Ouid. 10. Metam. 41.
Mendaci lyra sonari. Horat. Epod. 17. 8.
Sonante mistum tibiis carmen lyra. Horat. Epod. 9. 1.
¶ Lyra, Signum cæleste. Varr. 2. de Re rust. ca. 5, Hoc secundũ astri ortũ facio, quod Græci vocant lyrã, fidem nostri. Ouid. 2. Fast. 15,
Illa nocte aliqua rollens ad sidera vultum,
Dicet, vbi est hodie quæ Lyra fulsit heri? Colu. lib. 10. 8, Sidereoq; polo cedet Lyra mersa profundo.

Lyricus, pen. cor. Adiect. (λυρικός,) q̃ uod ad lyram pertinet. Hinc poetæ lyrici dicti, q̃ ad lyram sua carmina cantabant: statuebaturque eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur.
Modi lyrici. Ouid. epist. 21. 1,
Forsitan & quare mea sint alterna requiris
Carmina, quam lyricis sim magis apta modis.
Vates lyrici. Horat. 1. Carm. ode 1. 7.

Lyrica, p̃ carminibus lyricis, dixit Plinius Iun. lib. 3. epist. 1, Scribit enim & vtraque lingua lyrica doctissima.

Lyriceo, pe. cor. lyricinis, pen. corr. m. g. (λυρικός,) Qui lyra canit.

Lyristes, lyristis, Idem, (λυρεστής,) Sidonius, Alceo potior lyristes ipso. Plinius Iunior ad Genitorem, lib. 9. Quãm multi quem lector aut lyristes aut comœdus inductus est, calceos poscunt? Idem, Post cœnam comœdi aut lyristes.

LYRCEVS, pen. pro. (λυρκεύς,) fons est ex quo Inachus fluuius oritur ad Cynuriam mõtem Arcadiæ. Author Strabo lib. 8. Stat. 4. Thebaid. 142, Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens Inachus.

Lyrcẽus, pen. prod. Adiectiuum. (λυρκαῖος,) Ouid. 1. Metamor. in fabula Ius mutatæ in vaccam, -iam pascua Lernæ,
Confitaque arboribus Lyrcea relinquerat arua.

Lyrceius, Aliud adiect. (λυρκήϊος,) Valer. Flac. lib. 4. Argon. 71,
-dominam Lyrceia tellus
Antraque deprensæ tremuerunt conscia culpæ.

LYRIS, (λύρις,) fluuius Campaniæ est, interfluens vrbem Minturnensium. Horat. 1. Carm. ode 31. 2, -non aurum, aut ebur Indicum:
Non rura, quæ Lyris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis. Virg. -& vmbrosæ Lyris per regna
Mariæq; Acron. Horat. 3. Carm. ode 17. 2,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & immitem Mariæ
Litoribus tenuisse Lyrim. Statius lib. 4. Sylu. 3. 14, Vulturnum amnẽ loquentem faci,
Sed talis ferar, vt nitente cursu
Tranquillum mare, proximumque possim
Puro gurgite prouocare Lyrim.

LYRNESSVS, (λυρνησσός,) vrbs Troica, vna ex vndecim q̃ in Troade sunt. Lyrnessos, inquit Seruius, ciuitas est Phrygiæ, vnde fuit Briseis. Hæc ille explicans illud Virgilii lib. 10. Aeneid. 16,
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis, Lyrnessius Agmon.

Lyrnessis, (λυρνησσίς,) Patronymicum, fœ. g. Ouidius pro gentili posuit, 4. Trist. eleg. 1. 3, Fertur & abducta Lyrnessiade tristis Achilles. Id est Briseide quæ ex Lyrnesso erat.
Mœnia Lyrnessia. Ouid. 12. Metam. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

LYSANDER, (Λυσανδρος,) dux Lacedæmoniorum inuictissimus, cuius ductu Athenienses cum duce Conone illam nauali pugna cladem acceperunt. Ex quo Athenæ semidirutæ, impositumque iugum triginta tyrannorum fuit. Victus denique Lysander à Cononeipso terrestri pugna, & interfectus, vbi Pausanias eius collega in exercitu suspectus in exilium profectus est. Eiusque enim Lysander tempore Pausaniæ & Agesilai Lacedæmoniorum. Lysander & rebus gestis & animi magnitudine Syllæ ex nostris comparatur Plutarcho in Parallelis.

LYSIADES, pen. corr. Atheniensis, Phædri philosophi filius. De quo Cicero Philippica 5, sic scribit, Lysiadem Athenienses plerique nouimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festiuus, vt ei cum M. Curio consessore eodem & collusore facillimè possit conuenire, &c.

LYSIAS, (Λυσιας,) Syracusanus genere, Cephali filius, vnus e decem oratoribus, natus Athenis quo pater se transtulerat. Puer Thurion coloniam migrauit, rediit annos natus quadraginta septem, interq; principes oratores habitus. De quo sic Cicero in Bruto, 17, Tum fuit Lysias (inquit) ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè subtilis scriptor atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere: nam planè quidem perfectũ, & cui nihil admodum defuerit, Demosthenem facile dixeris, nihil acutè inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (vt ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod illenon viderit: nihil subtiliter dici, nihil prefèdè, nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contrà grande, nihil incitatũ, nihil ornatum, vel verborũ grauitate, vel sententiarũ, quo quoquà esset elatius.

LYSIMACHIA, pen. corr. authore Strabone lib. 10, Vrbs Aetoliæ humi prostrata, & ipsa ad lacum adiacens, quæ prius quidem Hydra, hoc verò tempore Lysimachia nominatur. Verum Iustino, vrbs est Hellesponti quæ terræ motu corruit XXII anno postquam à Lysimacho rege vno ex principibus Alexandri fuerat condita. Sed postmodum reædificata, causa fuit multarum cladum.

LYSIMACHVS, pen. corr. (Λυσιμαχος,) Agathoclis filius, è successoribus Alexandri Magni Pergamo præfuit, vbi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidè Macedoniæ loco natus, virtute illustrior fuit amore literarum ac philosophiæ ardebat adeò, vt Calisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitum, de virtute differentem sæpius audiuerit, poculumque ei, ac remedium miseriæ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni obiecisse dicitur: sed ille viribus fretus, rem posteris prodendã fecit. manum quippe amiculo conuolutam in os leonis inserens, adrepta lingua ferum exanimauit: quo facto vehementius postea Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit. Vide Trogum lib. 15. Lysimachus natione Acarnan, Alexandri pædagogus, secũdas post Leonidẽ obtinuit, nullo vrbanitatis genere præditus, nisi quòd se Phœnicem: Alexandrum, Achillem: Philippum vero, Peleum nuncupabat. Author Plutarchus in Alexandro Magno.

LYSIPPVS, (Λυσιππος,) Sicyonius, nobilis sculptor, à quo tantum Alexander se fingi passus est. Cic. in Epist. lib. 5. 12. 23, Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat: sed quòd illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat, &c. Propert. lib. 3. eleg. 9. 2,

Gloria Lysippo est animosa effingere signa.

De Lysippo & Alexandro. Horat. 2. epist. 1. 49.

-idem rex ille, poema
Qui tam ridiculum, tam carè prodigus emit,
Edicto vetuit, nequis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia. Multa habet Plinius lib. 34. cap. 7. vbi & sexcenta x opera ab illo facta tradit. Meminit equi cuiusdam Statius 1. Sylu. 1. 14, quem à Lysippo Alexandro Magno donatum esse inquit, his verbis,

Cedat equus Latiæ, qui contra templa Diones
Cæsarei stat sede fori, quem tradere es aulus
Pelleo Lysippe duci.

Lysippus item, poeta comicus, cuius fabulas enumerat Athenæus.

Lysis, huius lysis, & lysios, (Λυσις,) Id est solutio. Cic. 3. Tusc. 103, Ex quo ipsam ægritudinem & Λυσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis appellatam putat. Alii habent λυπαν.

Lysis in architectura, hiatus est iuuarum, id est solutio continui parietis. Vitruuius lib 6. cap. 10.

LYSISTRATVS, pen. corr. Sicyonius, Lysippi statuarii frater, primus statuas gypso finxit, creuitque res in tantum, vt nulla signa statuæue sine argilla fierent. Quo apparet antiquiorem hanc fuisse scientiam quàm fundendi æris. Verba sunt Plinii lib. 35. cap. 12.

LYSIVS, Arcadiæ fluuius, ad cuius radices est Aesculapii tumulus. Vide LYSIVS.

Lytta, (Λυσσα,) Vermiculus est in lingua canum, quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Plin. lib. 29. cap. 5. 3.

M

Consonans, liquida, trãsit per derinuationes in n, sequentibus d, vel t, vel c, vel q. vt, Tantum, tantundem. Idem, identidem. eorum, eorundem. num, nuncubi, nunquis, nunquam. circũquaque, tanquam, nanque, quenque, quanque, quicunque. Similiter am, præpositio, sequentibus f, vel c, vel q, mutat m, in n. vt, anfractus, &c. Vide in dictione ANFRACTVS. Nõ nunquam & in b transit, cum è scamno scabellum dicimus.

M, litera mugiens. Quintil. lib. 12. cap. 10, Quid, quòd pleraque nos illa quasi mugiente litera cludimus M, qua nullum Græcè verbum cadit? Meminit & huius literæ lib. 9. cap. 4.

MACAREVS, pen. corr. (μακαρευς,) filius Aeoli, qui Canacen sororem suam vitiauit. Ouid. lib. 2. Trist. 77, Nobilis est Canace fraterna amore sui. Idem in epistola Canaces, 11. 5.

Μακαρων νησοι,) Id est beatorum insulæ, Asiatico litori oppositæ, & ad promontorium Tauri montis expositæ, quas quidam dicit sic putauere, siue quòd fortunati adinodum cœli soliũ sint, siue quòd eas suo, suorumq; regno Macar occupauerat. Verba sunt Pomponii Mele lib. 2.

MACEDO, pen. corr. (μακεδων,) Macedonis, pen. corr. filius Osiridis filii Iouis, à qua Macedoniam quidam dictam volunt.

Macedo, Qui est ex Macedonia, Vide MACEDONIA.

MACEDONIA, (μακεδονια,) regio à Macedone Osiridis Iouis filio dicta est. Habet Macedonia ab Oriente Thracium limitem, ab Occasu Ionium pelagus, à Meridie Epiro terminatur, à Septentrione habet Dalmatiæ partem. Hæc Diodoro teste, angustos initio terminos habuit, sed virtute suorum regum, & gentis industria subactis finitimis ita ampliata est, vt centum quinquaginta populos tenuerit. Vide Plinium lib. 4. cap. 10.

Macedonia dicta est, vt ait Stephanus de Vrbibus, ab Macedonia filia Iouis & Thyiæ filiæ Deucalionis.

Macedo, pen. corr. (μακεδων,) Qui Macedoniam habitat. Lucan. lib. 6.

Quum tibi sacrato Macedo seruetur in antro.

Vir Macedo. Horat. 3. Carm. ode 16. 3.

Alexander Macedo, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & tricesimo anno mortem obiit? Cic. 5. Tuscul. 198.

Fines Macedum. Lucan. lib. 10. 6. hoc est Macedonum.

Macedontus, Adiectiuum, (μακεδονικος,) Ouid. 12. Metam. 96.

Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque sarissa
Conspicuus. Vbi necessitate metri coactus, propter tot syllabas breues secundam produxit.

Macedonicus, pen. corr. (μακεδονικος,) Adiectiuum possessiuum à Macedonia. vnde Mare Macedonicum, quod est Aegæi pars, & incipit à Pallene monte, qui Thraciæ finem facit. Extenditur vsque Megarum, quò Isthmos interpositus, misceri Aegæum Ionio non permittit, cuius litora à ciuitatibus nomen accipiunt.

Macellum, macelli, (μακελλον,) Locus quò vænalia omnia, quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur.

Plaut. Amphit. 1 3. 4,

Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia,
Apud emporium atque in macello, in palæstra, atque in foro.

Idem Aulul. 7. 86, Sequere properè me ad macellum strenuè.

Ibidem, 1 3. 3, Venio ad macellum: rogito pisces, indicant Caros. Cic. 2. de Diuin. 88, Si Epicuri de voluptate liber rosat esset, putarem annonam in macello cariorẽ fore. Idem 2. de Finib. 82, Nam si propter voluptatem, quæ est ista laus quæ possit è macello petiri? Idem 5. Verr. 1 3, Sedentem in faucibus macelli.

Macellum, a Macello quodam Romano dictum. scribit enim Varro in libris Rerum humanarum, hoc pacto, Numerius Equitius Capes, & Aomanius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt bona, & ædes vbi habitabant dirutæ; eæque ea pecunia scalæ deùm penatium ædificatæ sunt. Vbi habitabant, locus erat vbi vænirent ea quæ vescendi causa in vrbe erant allata. Itaque ab altero macellum, ab altero forum cupedinis appellatum est. Hæc ex Donati commentariis in Eunuchum. Festus, Macellum dictum à Macello quodam qui exercebat in vrbe latrocinium, qui damnato Censores Aemylius & Fulvius statuerunt, vt in domo eius obsonia venderentur. Eadẽ ferè habet Varro lib. 4. de Lingua Latina.

Pernicies, & tempestas, barathrumque macelli. Horat. 1. epist. 16. 2.

Macellarius, (ὁ μακελλαρος,) Qui in macello non solùm carnes, sed omnia obsoniorum genera, quinetiam panem & frumentũ vendit. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 4. 2, Alterum fructus causa, quo genere macellarii & in vrbe quidam habent loca causa, & ture maximè condoctis in

Sabiniis, q; ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi. Suet. in Cæsare. Ea quæ ad epulum pertinebant, quãuis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Macellarius, Adiectiuum vt Macellaria taberna. Valer. lib. 3. ca. 4, Mirogrado Varro ex macellaria taberna ad Consulatum peruenit.

Macer, macra, macrum, (ἰσχνος,) Exilem, extenuatumque significat, quem medici gracilem vocant, cuiusmodi sunt biliosi ferè omnes. Virg. 3. eclog. 10, Heu heu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo. Idem lib. 3. cap. 10. 3. Mediæ sunt macerrimæ. Sipontinus à Græco deduci putat. Græci enim μακρὸν longum dicunt, quæ autem tenuia sunt, longiora videntur.

Agello macro pauper. Horat. 1. Serm. saty. 6. 15.

Boues macræ. Propert. lib. 4. eleg. 1. 5.

Pinguissima, vel macerrima humus. Colu. lib. 2. cap. 9 3.

Libellus macer. Mart. lib. 1. 6.

Exile & macrum solum, Cic. pro Lege agra. 69.

Taurus macer. Virg. 3. eclog. 20.

Vitis macrior. Colu. lib. 4. cap. 24. 8.

Macra eauum repetes arcum, quem macra subisti. Horat. 1. epist. 7. 7.

Macellus, (ἰσχνοτατος,) Adiectiuum, diminutiuum, pro macilento. Liu. lib. 6, Si nosti, non magnus homo est, natatus, macellus. Nonius.

Macilentus, Adiectiuum. Idem, (λεπτοκρεατος,) Festus, Macilenti, macie attenuati. Plaut. Asin. 8. 20, Macilentis malis, rufulus, alliquantum ventriosus. Idem Capt. 11. 115,

Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? AR. dicam tibi,
Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Macror, macrõris, siue macer, abiq; r posito, (ἰσχνοτης,) Ipsa macies. Pacuuius Periboea, Corpusq; meum tali mœrore, errore, macrore senet.

Macritũdo, pen. prod. f. g. Idem, (ἰσχνοτης,) Plau. Capt. 4. 32, Osla, atq; pelis sum misera macritudine.

Macies, maciei, f. g. Idem, (ἰσχνοτης, φθισις,) Colu lib. 6. cap. 14. 1. Est etiã illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur, inde tussis & macies. Plin. lib. 10. cap. 63. 11, Verres subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capit vsque in maciem.

Adducit cutem macies. Ouid. 1. Metam. 80.

Concidimos macie. Ouid. epist. 10. 43.

Suprema macie confecta viri forma. Virg. 3. Aeneid. 118.

Horrida vultum Deformat macies. Virg. 4. Georg. 51.

Minari maciem, & infirmitatem. Quintil. lib. 1. cap. 4. 5, Maciem nanque & infirmitatem in posterum minari solet, protinus omnibus membris expressus infans.

De sua solicitudine maciesque narrare. Cic. Attic. lib. 55. 1.

Turpis macies decentes occupat malas. Horat. 3. Carm. ode 27. 11.

Aeuo & macie senescere. Lucret. lib. 1. 66.

Tenuare aliquem macie. Virg. 3. Georg. 16.

Maceo, maces, macui, (λεπτυνομαι,) macẽre, Macrum esse. Plaut. Aulul, 30. 28, Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet.

Macesco, macescis, macui, (ἰσχναινομαι, σκωληκοῦμαι, δεκτήκομαι,) macescere, Macrum fieri. Plaut. Capt. 4. 31. -ego qui tuo mœrore maceror,

Macesco, consenesco, & tabesco miser. Colu. lib. 2. cap 9. 11. Constat arua segetibus eius, scilicet hordei, macescere. Var. 3. de Re rust. cap. 16. 16, Tum enim propter laborem asperantur & macescunt. Colum. lib. 7. cap. 3, Ne velut puerili nimia exultatione mascescat.

Macio, macias, (ἰσχαινω,) maciare, Macrum facere. A quo Emacio.

Macreo, macres, macrui, siue

Macresco, macrescis, (ἰσχναινομαι,) macrescere, Macrũ fieri. Colu. li. 6. ca. 3. 1. Dubimusq; operã ne penuria cibi macrescat pecus. Varro, Quia earũ aspectus ad desyderiũ macrescere facit volucres inclusas. Marc. Re rust. cap. 5. 13. Algor enim eas, & fames macrescere cogit.

Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Horat. 1. epist. 2. 12.

Macero, macerare, pen. corr. (διεκκοω, ἀποτριβω,) macerare, Attenuare, conterere. & ad corpus tunc refertur. Horatius 1. Carm. ode 13. 2, Quãm penitus lentis macerer ignibus. Vbi prima syllaba producitur. Est enim versus Asclepiadeus. Plaut. Capt. Multos iste morbus homines macerat. Liuius 6. bel. Pun. 66, Alterum annum circumuallatos inclusosque nos fame macerant.

Macerare se, ad animum translatum, est Nimia cura, studio, vel solicitudine seipsum conficere & attenuare. Plaut. Trinum. 5. 2, Multas res simul in meo corde verso, multum in cogitando Dolorem indipiscor, egomet me concoquo, & macero, & defatigo. Idem Milit. 16. 22,

-at hoc me facinus miserum macerat, Meumque cor, corpusque cruciat. Idem Capt. 4. 30, Qui tuo mœrore maceror. Teren. And. 4. 2. 2. Tu modo animo mi noli te macerare. Ibidem, 5. 3. 15. Sed quid ego? cur me excruciò? cur me macero? Idem Eun. 1. 2. 107, Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.

Inuidia macerat nos. Lucret. lib. 3. 15, Macerat inuidia ante oculos illum esse potentem.

Maceror interdum, quòd sim tibi causa doloris. Ouid. epist. 19. 25.

Malè maceror, Vide MALVS.

¶ Macerare, Mollificare, vt fit quum quippiam tam diu in aqua tenetur, donec tenerum & molle fiat. Terent. Adelph. 3. 3. 27.

-sullamenta hæc Stephanio
Fac macerentur probè. Colu. lib. 1. Piscinas duas, alteram quæ anseribus, pecoribusque seruiat, alteram in qua lupinum, vlmi vimina, & virgas, atque alia, quæ sunt vsibus nostris apta, maceremus. Idem lib. 2. cap. 9. 8, Hoc medicamine vna nocte semina macerata iaciuntur. Plin. lib. 10. cap. 60. 3, Oua aceto macerata in tantum emolliuntur, vt per annulos transeant.

Macerare brassicam in aquam. Cato cap. 156. 4.

¶ Macerare, Proluere, perluere, madefacere. Plin. de Poppea, lib. 11. cap. 41. 3, de lacte asinino, Balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat. Idem iubet podagricos macerare pedes in decocto verbenacæ, lib. 26. cap. 10. 8. Vitruuius item iubet calcem coctam diu macerari antè quàm fabri ea vtantur. Budæus.

Macerãtus, pen. prod. Participium, Mollis & tener factus. Plau. Pœnul. 8. 21, Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues.

Macerescо, macerescis, macerescere, Maceratum fieri, Antiquum. Cato de Re rust. cap. 99. Frumento curgulio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito: paleatum paulum addito, finito macerescant bene.

Macro, macras, macrare, Vade Emacrare. Vide loco suo.

Maceria, maceriæ, vel maceries, maceriei, f. g. (τειχιον,) Paries siue murus vel congeries lapidum in vnum compactorum sine cæmento aut alio genere ferruminis, quo vineæ claudi solẽt. Plaut. Truc. 6. 44, -quid maceria illa ait in orto

Quæ est, quæ in noctes singulas latere fit minor? Teren. Adel. 5. 7. 10.

Atque hanc in orto maceriam iube dirui

Quantum potest. Varr. 3. de Re rust. cap. 12. 5. Qui ignorat septa è maceriis ita esse oportere in leporario, vt tectorio tecta sint, & sint alta? Ibidem, cap. 3. 4. Quæ maceriæ ad villam venationis causa cluduntur. Cato de Re rust. cap. 15, Maceria si ex calce & cæmentis vel silice ædificetur, vti dominus omnia ad opus præbeat, altam pedes quinque facito, & culmen pedem vnum, &c. Colu. lib. 8. cap. 15. 1, ea tota maceries opere tectorio leuigatur extra intraq;. Cic. Tironi lib. 16. 18. 4, Helico nequissimus HS M dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

Maceries, maceriei, (τειχεσις,) pro macritudine, siue maceratione. Afranius Excepto, Si ille hoc nunc sentis facere illi satis, vis quanta illius mors sit, maceries tibi. Nonius.

Macero, maceras, Vide MACER.

Machaera, machæra. Græcè μαχαιρα, Latinè fica, gladius, culter. Plaut. Curcul. 8. 53.

Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Idem Milit. 8. 51,

Vilane ea est? SC. abi, machæram hoc affer. Iuuenalis Satyr. 7. 1,

-ames nomen, victumq; machæræ. Liuius 7. ab Vrbe, 105, Læuo humero machæra prope tractò cesserat parumper ex acie. Ex vetusto codice legendum marari.

Machæropios, (μαχαιροποιος,) Faber gladiorum. Quo nomine dictus est, Demosthenis pater ab officina gladiorum quàm Athenis egregiam multisque artificii seruis instructam habebat.

Machæróphorus, machæróphori, pen. corr. (μαχαιροφορος,) Sicarius gladium ferens. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. epist. 3. 3, Machæróphoris centũ sequentibus miros risus nos edere.

MACHAON, pen. pro. huius Machaonis, pe. cor. (μαχαων,) fuit teste homero lib. Iliad. 2, filius Aesculapii. Is ob præstantiam medicinæ artis cũ aliis heroibus Græcorum ad Troiam è Creta conuocatus fuit. A quo

Machaonius, (μαχαονιος,) Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 4. 1,

Vtque Machaonius Pæantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem. Idem 2. de Remed. amoris, 50,
Ille Machaonia vix ope sanus erit.

Succo Machaonio fœna coierunt vulnera. Stat. 1. Sylu. 4. 23.

Machina, machinæ, pen. cor. (μαχανη, ἐπινοια,) Conatus, machinatio, excogitatio, inuentum.

Mundi machina. Lucret. lib. 5. 10.

Machina dicitur, vt ait Vlpianus, vbi nõ tam materiæ ratio, quàm manus, atque ingenii dicitur.

Machina, Instrumentum quo moles aliqua facilè quocunq; volueris, impelli potest. Plin. lib. 19. cap. 2. 4, Quanto fit in vsu omnibus terris natiuum armamentis, machinis ædificationum.

Machinas bellicas vocamus opera fabrilia, quibus in bello vtimur.

Belli machina. Virg. 2. Aeneid. 31.

Ingens machina. Horat. 2. epist. 2. 15, Torquet nunc lapidem, nunc ingẽs machina tignum.

Arietaria machina, Vide ARIES.

Machinæ murales, Vide MVRVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Admouere machinam, Vide ADMOVEO.
Apponere machinam, Vide APPONO.
Fabricata machina, Virg. 2. Aeneid. 10.
Audere machinas, Tacit. lib. 10.
¶ Machinæ, per translationem, Consilia, quibus decipere hostem conamur. Plaut. Bacchid. 4. 54, Aliquam machinabor machinam. Idem Persa. 2. 3. 9, - eò mihi eas machinas Molitus est.
Dolos & machinas. Cic. 3. de Nat. deor. 103,
- nec quid inde auferam,
Nec quem dolum, ad eum, machinamúe commoliar,
Scio quicquam. Et paulo pòst,
Quid ergo isti doli, quid machinæ, quid præstigiæque,
Num sine ratione esse potuerunt? Ex poeta.
Adhibere machinas. Cic. ad Brutum, 18. 5, Ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, vt omnes adhibeã machinas ad tenendũ adolescentem.
Machinâlis, & hoc machinâle, pen. prod. (μηχανικός,) Quod ad machinas spectat. vt Machinalis scientia. Plin. lib. 7. cap. 37. 3, Grande & Archimedi geometricæ ac machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit.
Máchinor, pen. corr. machinâris, (μηχανόομαι, ὑπνοῖω, τεχνάομαι, ἐπιτεχνάομαι,) machinari, Imaginari, cogitare, inuenire per dolum. Cic. 2. Verr. 10, Quum interea aliud quiddam iandiu machinetur. Plaut. Casina, 6. 22, Illa nubet mihi, machinare quod lubet quouis modo. Idem Capt. 10. 14, - nec copia'st, nisi si aliquam corde machinor Astutiam. Liuius 1. ab Vrbe, 222, Confestim Turno necem machinatur. Salustius, Iam tum non Consulibus, sed plerisq; Senatoribus perniciem machinabantur.
Machinari dicitur à μηχανόομαι, quod est Inuenio. Vnde μηχάνημα, Inuentum & molimen dicitur.
Machinari pestem aliquam in omnes. Cic. in Catil. 1.
¶ Machinari, etiam in bonam partem accipitur, pro Inuenire ratione. Cic. 2. de Nat. deorũ, 192, Nam primum aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis causa machinata natura est. De bestiis. Idem de Vniuersit. 10, Quæramus igitur causam quæ impulerit eum qui hæc machinatus sit, vt originem rerum, & amolitionem nouam quæreret.
Machinamentum, (μηχάνημα, τέχνασμα,) pro Machina. Liuius 4. bel. Pun. 154, Turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant.
Oppugnationum machinamenta & astus. Tacit. lib. 12, Nihil tam ignarum barbaris, quàm machinamenta, & astus oppugnationum.
Suspensum & nutans machinamentum. Tacit. lib. 20.
Promouere scalas & machinamenta. Tacit lib. 15, Adiabeni cum promouere scalas & machinamenta inciperent, facile detrusi.
Machinator, Verbale, (μηχανοποιός,) vt Machinator bellicorum instrumentorum: hoc est, qui bellicas machinas inuenit vel conficit. Liuius 4. bel. Pun. 152.
Machinator belli. Liuius 1. ab Vrbe, 123.
Improbissimus machinatur omnium scelerum, hoc est inuentor & author. Cic. in Catil. 52.
Doli machinator. Tacit. lib. 1.
Architectus & machinator omnium. Cic. pro Rosc. Amer. 78.
Machinatio, Aliud verbale, (μηχάνησις, πάλαμη, ἐπιτέχνησις,) Cic. 1. de Orat. 40. Qui tanquam machinatione aliqua, tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum lætitiam est contorquendus. Id est, inuentione & astutia. Colu. lib. 6. ca. 1. 8, Hac machinatione cõsequemur vt etiã cõtumaces boues grauissima opera nõ recusent.
Machinatio, pro Machina. Cæsar 2. bel. Gal. 332, Primus irridere ex muro, atque increpitare vocibus, quòd tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur. Liuius 4. bel. Maced. 136, Nunc impensa quoque magna eget in opera, in machinationes & tormenta, quibus tanta vrbs oppugnanda est. Idem 7. bel. Maced. 20, Pluribus simul locis aries admouebatur: & quum quaterentur muri, nihil aduersus tale machinationis genus parare, aut comminisci oppidani conabantur. Sic Cæsar 4. bel. Gal. 523. Et 2. bel. Ciuil. 42.
Machinôsus, pen. prod. Adiectiuum, (μηχανώδης,) vnde Nauigium machinosum, apud Suetonium in Nerone, cap. 34, Repetentique Baulos in locum corrupti nauigii, machinosum illud obtulit. Paulo antè nauem solutilem appellarat.
Machinarius, Adiectiuũ. vt Asinus machinarius. Aphricanus in L. Quum quæreretur. Parag. vlt. ff. De legat. & fideicommis. 3.
Mensor machinarius. Vlpian. in L. Vel cuius. ff. Si mensor. fal. mo. &c. Etsi mensor machinarius fefellerit.

Macies, Macilentus, Macio, macias, Vide MACER.

MACOMACA villa, (κακουμάκουμα κώμη,) apud Ptolemæum lib. 4. cap. 5, vrbs Syrtis magnæ, vulgò Mesorota.
MACRA, (μακρὰ ἄλσα,) fluuius Ligurũ separans ab Hetruria, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 5. Est & insulæ nomen in Carcinite sinu, vt scribit idem Plinius lib. 4. cap. 13, Ptolemæo Marcalla dicitur.

Macreo, Macro, macras, Vide MACER.

MACROBII Meroeni, (μακρόβιοι,) supra Aegyptum populi: dicti quòd ipsorum vitæ spatium nostram ætatem diuidio exuperet. Meroenos autem intra Caneri tropicum, & æquatorem esse Ptolemæus author est. Vide Pomponium lib. 3. in descriptione Aethiopiæ.
MACROBIVS, (μακρόβιος,) nomen viri proprium. Latinè longæuus dicitur. Nam μακρὸς longus, & βίος vita dicitur.

Macrochera, penult. prod. (μακροχειρα,) Tonica manicata, Lampridius, Macrocheras ex purpura ad vsum

suum reuocauit.

Macrocollum, (μακροκόλλον,) Plin. lib. 13. cap. 12. 5, Ad hoc transmittens literas lituræ, metum afferebat aduersis, & aliàs indecoro visu per translucida. Igitur & fecundo corio statumina facta sunt è primo subtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura, & cubitalis macrocollis. Vbi Hermolaus, Macrocolla sunt eo nomine maiores & longiores chartæ, quas modò regias (vt arbitror) vocamus. Nam & Catullus regiam chartam vocat. Ex eadem origine videntur quæ formularii protocolla appellant. Hactenus Hermolaus qui macrocollum videtur deriuare à κόλλα, quod membrum significat, quasi longa membrana: itaque simplici l. scribi deberet. Alii à κόλλα deducunt. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28. 5, Sed tamen ego non despero probatum iri Varronis & id, quoniam impensam fecunus in macrocolla, facile patior teneri. Idem lib. 16. 332, Sed tamen σύνταγμα misi ad te retractatius: & quidem archetypum ipsum crebris locis inculcatum & refectum. Hunc tu tralatum in macrocollum, lege in arcano conuiuis tuis. Id est in chartam nouam transcriptum, inquit Budæus.

Macror, Vide MACER.

Mactea, mactea, Cibi genus. Sueton. in Caligula, cap. 38, Et multis venenatas mácteas misit. Sed fortè legendum est mattyas. Vide MATTYA.

Macto, mactas, (φονεύω, θύω, σφάττω,) mactare, Interficere. Virg. 3. Georg. 109, Et nigram maclabis ouem, lucumq; reuisens.

Idem 4. Aeneid. 12, - mactant lectas de more bidentes. Vbi Seruius, Mactant verbum sacrorum, κατὰ δύφημισμὸν dictum, vt adolere. Cic. in Pisonem, 11, Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto vobis ducibus mactatus essem.
Caprum mactare. Ouid. 2. Fast. 89.
Honores mactauit meritos. Virg. 3. Aeneid. 24.
Iuuencos mactare. Virg. 5. Aeneid. 21.
Victima mactata. Senec. Octau. 4. 10.
Mactare aliquem vltioni & gloriæ. Tacitus lib. 1, Reddendamque gratiam in acie fatterentur, simul perfidos, & ruptores pacis vltioni & gloriæ mactandos.
Mactare Orco, In Orcum demittere & præcipitare. Liuius 9. ab Vrbe, 211, Sacratos more Samnitium milites, eoque candida velte & paribus candore armis insignes, eos se Orco mactare Iunius dictitans, quum intulisset signa, &c.
Mactare supplicio, vel morte. Cic. in Catil. 10, Nónne hunc in vinculis diuici, non ad mortẽ rapi, non summo supplicio mactari imperabit? Idem de Aruspicum resp. 39, Idemque vir clemens diuisores tribuum domi ipse suæ crudelissima morte mactaret.
Mactare supplicio aliquo ius ciuitatis, per translationem pro Violare. Cic. 6. Verr. 23, Quo minus sibi arrogent, minusque vos despiciant, quum videant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum.
¶ Macto, dictum est quasi magis aucto, id est Augeo. Nam prius quàm victimam immolarent, thus ac vinum super eam fundebant. Vnde mactum esse taurum dicebant, thure vel vino cumulatam hostiam, & magis auctam. Hæc ex Seruio.
¶ Mactare, pro Angere vsurparunt veteres. Cic. de Republica, Ferunt laudibus, mactant honoribus. Nonius.
¶ Mactare, per translationem, pro Malo afficere, seu malè tractare poniturr vt docet Nonius.
Mactare infortunio. Plaut. Trinum. 13. 149, Ego ob hanc operam argentum accepi, te macto infortunio. Idem Pœn. 7. 14,
Diuitem audaciter solemus mactare infortunio. Idem Curcul. 11. 5,
Non pol nunc ego te mediocri macto infortunio:
Sed eopse illo, quo mactare soleo cui nihil debeo.
Mactare malo & damno. Plaut. Aulul. 19. 63,
Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri.
Dotatæ mactant & malo & damno viros. Cic. pro M. Cælio, Post te continuo fecit idem in duobus prodigiis Reip. Clodius: quo etiam maiore malo es mactandus.
Mactari cupis magna re mala. Plaut. Mostel. 2. 58,
Orationis operam compendi facito,
Nisi te mala re magna mactari cupis.
¶ Mactare, Præcipitare. Accius Antenoridis, Qui aut illorũ copias fundam in

dam in campo, aut naues vram, aut castra mactabo in mare. Nonius.
¶ Mactare, Honorare. Plautus, Tamen honestè mactatum reducam domo honoris pater, honestè rem mactauit aurea. Nonius.
Mactatus, Participium, (τεθυμένος,) vt Hostia mactata. Horat. 1. Carm. ode 19. 4.
Caper Bacchi mactatus ad aras Ouid. 15. Metam. 23.
Mactandus, Aliud participium, (θυτέος,) vt Mactanda virgo est Thessali busto ducis. Senec. Troad. 4. 32.
Mactatus, huius mactatus, m. g. pen. pro. (θύσις,) Verbale. Lucret. lib. 20, nubendi tempore in ipso
Hostia consderat mactatu mœsta parentis. De Iphianassa.
Mactator, pen. prod. Aliud verbale, (φονεύς,) Senec. Troad. 10. 29. Perge mactator sentum.
Mactus, Adiectũ. Id est magis auctus, vt ait Festus. Genitiuo & ablatiuo iungitur, & vt plurimum in vocatiuo vtimur. Vt Macte virtutis & virtute, Id est magis aucte, cumulateque. Dictio est quæ laudet simul & adhortetur puerum, quem probitate crescere videat. Cato ca. 134. 1, Ia ne pater te hac strue cõmouẽda bonas preces te precor, vti sies volés propitius mihi, liberisq; meis. domo, familiæq; meæ mactus hoc ferto.
Macte animi vir, hoc est fagaci, & magno animo præditus.
Mart. lib. 12. 7, Macte animi quem rarus habet, morumque tuorum.
Silius lib. 5, Lælius affatur, ô venerande pudici
Doctor macte animi.
Macte virtute, siue Macte virtute esto. Cicero, Macte vir virtute esto. Lucilius, Macte inquam virtute, simulque his versibus esto. Apuleius, Macte virtute esto. Hora. 1. Serm. sat. 2. 7. Liu. 2. ab Vrb. 56, Tu verò, abi, inquit, in te magis quàm in me hostilia ausus: iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Nũc iure belli liberum te, intactum, inuiolatumque hinc dimitto. Cic. Attic. lib. 12. 236. 3, Macte virtute. Idem, 1. Tusc. 62, Macte virtute: ego enim ipse cum eodẽ non inuitus erauerim. De Platone. Mart. lib. 4. 13, Macte esto tedis ô hymenæe tuis.
Macte bonis animi. Stat. 1. Sylu. 22.
Macte hac grauitatis gloria. Plin. in Paneg. 75, Macte hac grauitatis gloria Cæsar, qua consequutus es vt quod antea vis, & imperium, nunc mores vocarentur. Ibidem, 146, Macte vterque ingenti in Rem. merito, cui hoc tantum boni contulistis.
Macte amare, Id est maxime. Plau. Milit. 4. 22, Is amabat meretricẽ macte Athene Atticis.
Macti ingenio este cœli interpretes. Plin. lib. 2. cap. 12. 3.
¶ Macte, absolutum. Cic. Attic. lib. 15. 330. 8, Seruulos autem dicere esse totum negotium.

Mactra, (κάδος ἀστῶν,) est, vt Gellius ait, arca panaria. Mactram lingua vernacula hucham appellat, in qua & panis & conspersio reconditur. A verbo Græco μάττω dicta, quod subigere, conspergere, pinsere, commoliteque significat. Budæus.

Macula, maculæ, pen. corr. (κηλίς, ἀστήρ, μώλωψ,) Labes, siue sordes. Est a macie deducit Sipontinus: quoniam, inquit, maculas tollunt.

Lucentes maculæ. Stat. 1. Sylu. 5. 8.
Pullis maculis infuscare vellera. Virg. 3. Georg. 78.
¶ Macula, Nota seu signum. vnde genitiuæ notæ in corpore, maculæ dicuntur. Plaut. Cap. 11. 64, Vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Plin. lib. 13. cap. 15. 6, Maculæ've discolores. Virgil. 9. Aeneid. 19, - maculis quem Thracius albis Portat equus.
Nigræ maculæ sub aduerso pectore. Ouid. in fragmento, 9.
Squalentes Maculæ auro. Virg. 4. Georg. 19.
Insignis bos maculis. Virg. 3. Georg. 12.
Albis maculis bicolor equus. Virg. 5. Aeneid. 114.
Fugare maculas ore. Ouid. de medicamine faciei, 16.
Increscunt maculæ ac verruceæ, Vide INCRESCO.
¶ Macula, Infamia. Cicero, Cuius vt adolescentiæ maculas ignominiasq; præteream. Terent. Adelph. 5. 8. 32,
- vitium commune omnium est,
Quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus: hanc maculam nos deberet effugere. Cic. pro Ponteio, 26, Sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est.
Labes & macula. Cic. pro Corn. Balbo, 11, Est enim huius seculi labes quædam & macula, virtuti inuidere.
Afficere macula. Cic. pro Rosc. Comœ. 67, Legationis ipsius ceremoniam polluerit, maculaque afficerit.
Aspergere maculis, Vide ASPERGO.
Concipere maculam, vide CONCIPIO.
Deléda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Cic. pro Lege Manilia, 4.
Eluere maculam. Cic. pro Sestio, 53, Quoniam illa in Rep. macula regni

publicati maneret, quàm nemo iam posset eluere.
Imprimere maculam laudibus. Senec. Herc. Oethæo, 118.
Macula quę penitus iam insedit, atque inueterauit in Populi Romani nomine. Vide INSIDEO, & INVETERO.
Inurere æternas maculas alicui, quas reliqua vita eluere non possit. Cice. in Salust. Vide INVRO.
Luere maculas sanguine, Vide LVO.
Susceptam maculam delere. Cic. pro Lege Manilia. 4.
¶ Paucæ maculæ in carmine. Horat. de Arte, 71.
¶ Macula, Foramen retis, seu plaga. Cic. 7. Verr. 22, Reticulumq; ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ.
Rete grandi macula. Colu. lib. 8. cap. 15. 1, Clatris superpositis, vel grandi macula retibus contegitur, ne aut euolandi sit potestas domesticis auibus, aut aquilis, vel accipitribus inuolandi. Varro 3. de Re rust. cap. 11. 3, Idque septum totum rete grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila possit, neve ex ea euolare anas.
Distincta maculis retia, Ouid. epist. 5. 4.

Maculôsus, pen. prod. Adiect. (ἀσπιλωτός, κατάστικτος,) Sordidũ & immundum significat. Plaut. Sordida ac maculosa facie. Idem Bacchid. 8. 30,

- si vnam peccauisses syllabam,
Fieret corium tam maculosum, quàm est nutricis pallium. Cicero 2. Philipp. 81, Auctionis verò miserabilis aspectus, vestis Pompeii non multa, eaque maculosa.
¶ Maculosus, Varius, ac notis siue maculis conspersus. Virg. 1. Aeneid. 66,
Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis. Plin. lib. 35. ca. 6. 2,
Glebis suus colos, extrà maculosus.
Maculosa curis. Plin. lib. 26. cap. 1. 7.
Fulgor maculosus squamam incendebat auro. Virg. 5. Aeneid. 18.
Litera maculosa suffusas habet lituras. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 3.
Maculosa myrrha. Mart. lib. 10. 80.
Notis grandibus maculosus. Virg. 3. Georg. 86.
Vellere maculoso velat corpus. Ouid. 3. Metam. 40.
¶ Maculosus homo, per translationem, pro Immundo & impuro. Cice. Attic. lib. 1. 11. 5, Non enim vnquam turpior in ludo talario consessus fuit, maculosi Senatores, nudi equites, Tribuni, &c.
Auaritia, & libidine fœdus, & maculosus. Tacit. lib. 17.
Dedecore maculosus. Tacit. lib. 19. Quod cum omni dedecore maculosum egregia fama anteibat.
Nefas maculosum. Horat. 4. Carm. ode 5. 5.
Nullis polluitur casta domus stupris:
Mos, & lex maculosum edomuit nefas.

Maculo, máculas, pen. cor. (αὐλάω,) maculare, Deturpare, fœdare. Plaut. Capt. 11. 64, Vidén' tu illi maculari corpus totũ maculis luridis? Plin. epist. 117. a. lib. 6, Nupta hæc Tribuno militũ honores petituro, & suã & mariti dignitatem, Centurionis amore maculauerat.

Terram tabo maculant. Virg. 3. Aeneid. 6.
Ferrum maculauit sanguine. Ouid. 7. Metam. 64.
Nomen alicuius maculare crimine. Virg. 10. Aeneid. 171.
Scelere dedecore, &c. maculare. Cic. de Arusp. respon. 24. Quominus castissimos ludos omni flagitio polluerent, omni dedecore macularet. Idem pro Milone, 65, Tuque ex tuo edito monte Latialis sanctè Iupiter, cuius ille lacus, nemora, finesq; sæpe omni nefario stupro & scelere maculârat.
Maculare partus suos parricidio. Liu. 1. ab Vrbe, 54. Hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri generique respergerent: ne parricidio maculârent partus suos.
Sanguine maculans sola terræ. Catull. de Berec. epig. 58. 2.
Metus pœnarum maculat præmia vitæ. Lucret. lib. 5. 232.

Madeo, mades, madui, (καίνυμαι ἀμί,) madère, Madidum esse, & humore aliquo conspersum. Plin. lib. 8. cap. 25. 7, Tergoris ad scuta galeasq; penetrabilis, præterquàm si humore madeat. Plaut. Mostel. 5. 13, Madet homo. Ibidẽ, 4. 9, Madent iam in corde parietes. Mart. lib. 2. 37, Madente mappa.

Ensis cruore maduit. Ouid. 13. Metam. 78.
Genæ madent imbre tristi. Catul. ad Mallium, epigr. 63. 12.
Humus madebit cœlesti rore sparsa. Ouid. 1. Fast. 63.
Natabant pauimenta vino, madebant parietes. Cic. 2. Philipp. 103.
Pocula madeant generoso Baccho. Tibull. lib. 2. eleg. 6. 1.
Madet vindemia nimbis continuis. Mart. lib. 1. 52, Continuis vexata madet vindemia nimbis.
Madent membra vino. Plaut. Truc. 18. 2, Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.
¶ Madere vino, Ebrium esse. Mart. lib. 11. 16,
Hic totus volo rideat libellos,
Et sit nequior omnibus libellis,
Qui vino madeat, nec erubescat.
Mero madere, Idem. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 2.
Mens madet. Lucret. lib. 3. 97,
- præpediuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Crura vacillantium deficit lingua, madet mens. De ebriis.
Madere metu: Hoc est, præ timore sudore aspersum esse. Plaut. Mostell. 6. 49. Hei mei, commisita hæc blanda dicta quò eueniant, madeo metu.
Sermonibus madere. Horat. 3 Carm. ode 21. 2.
Noæ ille, qui priusquam Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus. Madet, id est refertus & plenus, & quasi ebrius est præceptis Socraticis. Hoc enim magis placet quàm quod Action ait, mader, id est fluit.
Fercula madent diuitiis. Propert lib. 4. eleg. 4, 16.
Madens, particip. (καταγεγῶς ὑπ᾽) Humore aliquo conspersus. Ci. Post. red. in Sen. 11. Primum processit: qua authoritate vir! vini, somni, stuprí plenus, madenti coma, composito capillo. Id est vnguento illita & vncta.
Ense madens, Id est cruore madens hausto ab ense. Statius 3. Thebaid. 46.
Talis abi, sic ense madens, ac nubilus ira.
Oculis madens, Flens. Stat. 5. Sylu. 3. 12.
Os fletu madens. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 3.
Madens sanguine vestis, apud Quintilianum lib. 6. ca. 1. de prætexta Cæsaris interfecti.
Madesco, madescis, (μαίνομαι, θολοῦμαι,) madescere, Habet significationem passiuam inuatam calore intrinsecus sumpto, vt proprie madescere sit, quum quis febri vel labore seu potione præpotentis vini æstuat, aut aliter sudorem emittit. Sipon. Madescere, Infici, humescere vel humectari. Colum. lib. 11. cap. 3. 19. Hæc enim res efficit, vt in cortura celerius madescat, & viridem colorem sine nitro conseruet. De brassica transferenda loquitur,
Madescere, etiam extrinsecus dicitur. Claudianus 3. de raptu Proserp. 63.
– largis tunc imbribus ora madescunt. Colum. lib. 7. Stabulétur sicco loco, ne humore madescant vngulæ.
Tellus madescit nubibus. Ouid. 1. Metam. 14.
Madefacio, madéfacis, pen. corr. madefeci, madefactum (καταγεόλεω, θολοῦν,) madefacere, Inficere, & humore aspergere. Cicero 14. Phil. 388. Si pauca antè, quæ ad ipsas literas pertinent, dixero. Imbuti sanguine gladii P. C. legionum, exercituumque nostrorum, vel madefacti potius duorum Consulum, tertio Cæsaris prælio. Idem 1. de Diuinatio. 119. Vaticinatum, madefactum iri minus XXX diebus, Græciam sanguine.
Virides madefecerat herbas. Virg. 5. Aeneid. 66.
Madefacere terram. Colum. lib. 2. cap. 4. 1.
Madefio, pen. prod. madefis, pen. tadif. (θολοῦμαι,) madefieri, Extrinsecus aqua, aliòve liquore aspergi. Suet in Cæl. Cum decidisset in mare, per ducentos passus euasit ad proximam nauem elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent.
Cæde madefieri. Ouid. 15. Metam. 465.
Sepulchra madefient cæde. Catull. Argon. 59. 74.
Tyrio madefactus tempora nardo. Tibull. lib. 3. eleg. 7. 7.
Pluuiæ madefactæ sanguine. Ouid. 6. Metam. 106.
Terra madefacta cruore. Ouid. 8. Metam. 81.
Madidus, pen. corr. Adiectiuũ, (ὑγρός, κατεγεῶς, θλιγερός,) Aliquo liquore respersus. Cui opponitur Siccus. Plin. lib. 13. cap. 14. 4. Hyeme verò quòd maruit, madidum.
Alis madidis euolat Notus. Ouid. 1. Metam. 53.
Barba madida. Ouid. 1. Metam. 69.
Capilli madidi myrrha. Ouid. 5. Metam. 11.
Genæ madidæ. Ouid. 1. de Arte, 153.
Palus madida. Ouid. 1. de Arte, 112.
Vestis madida. Virg. 5. Aeneid. 36.
¶ Madidus, pro ebrio ponitur aliquando, quemadmodum prius Madere vino positum est. Plaut. Amphit. 1. 1. 18. Faciam vt sit madidus sobrius. Id est, Efficiam, vt videatur ebrius, quũ nihil biberit. Idem Asin. 16. 9.
At nũc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales pretii, Madidum, nihili, incontinentem.
Madida vestis cocco. Mart. lib. 5. 24. Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta Veste nites.
¶ Madidus pro imbuto. Mart. Siquis Cecropię madidus Latiæq; Minerуæ Artibus.
Madido, madidas, pen. cor. (ὑγραίνω,) madidare, Madidũ facere. Claud. 2. de rapt. Proserp. 18. – ille nouo madidantes nectare pennas
Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.
Madefico, madificas, pen. corr. (θλιγεραίνω,) madificare, Idem. Plin. lib. 28. cap. 7. 6. Et si contra epiphoras feruentes oculorũ anguli subinde madificentur, éfficacius si cibo vinoque se pridie ea abstinuerit. Vetus codex habet madefiant & rectius.
Mador, madôris, mas. g. (ὑγρασία,) Infusio ipsa, Humiditas. Salust. lib. 4. Hist. Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur: nam mœnia oppidi stagnabant redundantibus cloacis aduerso æstu maris.
Madulsa, madulsæ, m. g. (μεθυστής,) Ebrius, quia madidus satis vino sit. Plaut. Pseud. 1. 2. 6. Apud Festum Madusa, sine l, legitur, his verbis, Madusa, Ebrius, à Græco μαδὼν deductum: vel quia madidus sit vino.

MAEANDER, (μαίανδρος,) cum diphthongo, qui & Meandrus, fluuius Phrygiæ siue Mæoniæ, ita sinuosis flexibus, vt sæpe credat ad fontem reuerti. Per Phrygiam currit, Lydiamque disterminat à Caria. Vt de Ouidius lib. 8. Metam. 33. eum Phrygium appellat,
Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque. Mæander, inquit Strabo, flexuosus est, quoniam alueus multas recipit mutationes, & multum illum deducens, modò huic, modò illi ripæ adiicit. Plini. lib. 5. cap. 29. 8. Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimisque affluus oppidis, & repletus fluminibus crebris ita sinuosis flexibus, vt sæpe credatur reuerti. Apamenam primum peruagatur regionem, mox Eumenticam, ac dein Bargylleticos campos: postremo Cariam placidus, omnesque eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum à Mileto stadium illabitur mari.
Quique recurratis ludit Mæander in vndis Ouid. 1. Metam. 30.
Vagus Mæander incerta vnda ludit. Sene. Here. fur. 9. 14.
¶ Mæandri. Erasmus. Quum res agitur non simpliciter, sed vafrè & obliquis consiliis; Mæandros dicimus metaphora sumpta à fluuio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: vnde & nomen habere videtur, quasi oberret, quærens hominum consortia. Cic. in Pisonem, 41. Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexionesque quæsisti?
Mæandri more: hoc est, Flexuosè & tortuosè. Colu. lib. 8. ca. 17. 10. Oportebit autem nonnullis locis moles intercidi more Mæandri, paruis, sed angustis itineribus.
¶ Mæander, Picturæ genus, inquit Erasmus, in morem labyrinthorũ flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamydum addi solet. Virg. 5. Aeneid. 51.
Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura, Mæandro duplici Melibœa cucurrit. Vbi Seruius, Mæandro duplici, flexuoso. Et hoc dicit, Erat in chlamyde, flexuosa, & in fe remebilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. Festus nouo genere dicit, Mæandrum, inquit, genus picturæ, dictum est à similitudine flexus amnis qui appellatur Mæandrus.

Maena, mænæ, (μαινίς,) Piscis marinus. Plin. lib. 31. cap. 7. 10. Quin & muria salsamentorum recoquitur, iterumque confimitur liquore ad naturam suam redit: vulgo è mœnis iucundissimus. Cic. 7. de Finib. 145. Qui enim voluptatem ipsam contemnunt, his licet dicere se accipenserem mænæ non anteponere. Hũc piscem Veneti vulgò mænelam appellant, ni fallor: nobis autem ignotus est. Vide Mena.
MAENADES, pen. corr. (μαινάδες,) mulieres illæ dicebantur quæ Bacchi sacra capillis sparsis cursitantes hinc inde, celebrabant: sic μαίνεσθαι, id est insanire, & furere distinguare à nobis furiosè seu insanè dici possunt. De quibus Iuuenalis Satyr. 6. 32.
– crinemque rotant vlulante Priapo Mænades. Vide MAENAS.
Ausoniæ Mænades. Ouid. 6. Fast. 101.
MAENALA, pen. corr. (μαίναλον,) intellectu singulare, voce autem plurale, inquit Priscianus. At Diomedes docet in singulari esse genus, in plurali neutri. Mons Arcadiæ altissimus, vt author est Plinius lib. 4. & amœnissimus ad Argos, vt scribit Liuius lib. 3. belli Macedonici. Et
refertus pinis. Virg. 8. eclog. 5.
Mænalus, argutumque nemus, pinosque loquentes
Semper habet: semper pastorum ille audit amores.
Frondens Mænalus. Stat. 9. Thebaid. 128.
Pinifer Mænalus: Virg. 10. eclog. 3.
¶ Mænala. Virg. 1. Georg. 4. – tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ô Tegeæe fauens. Stephanus quoque montem genere neutro Mænalum vocat: τὸ μαίναλον, singul. num. idque contra Priscianum.
Horrenda latebris ferarum Mænala. Ouid. 1. Meta. 44. Lucanus lib. 3. 169.
– tunc Mænala liquit Arcas.
Est & nomen Arcadiæ à Mænalo Lycaonis filio. Stephanus.
Mænalius, Adie. (μαινάλιος,) Quod est ex Mænalo. Vnde Bacchus dicitur
est Mænalius, ἀπὸ τοῦ μαίνομαι, quod est Furere, in fanire. Suet. 3. Mænalo Lycaonis filio. Et Aper Mænalius, quem Hercules Eurithei detulit. Et Versus Mænalius, id est Arcadicus. Virg. 8. eclog. 1. Mænalia mos Arcadiæ. dicitur diphthongo scribit Seruius, quum inquit, Mænalia mõs Arcadiæ. dicitur ἀπὸ τῶν μάλων, hoc est ab ouibus, quibus plenus est.
Deus Mænalius, Faunus. Ouid. 4. Fast. 103.
Feræ Mænaliæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 3.
Nemus Mænalium. Stat. 9. Thebaid. 144.
Sinus Mænalii. Ouid. 5. Metam. 121.
Sylua Mænaliæ. Ouid. 2. de Arte, 30.
Mænalis, Mænalídos, pen. corr. (μαίναλις,) Patronymicum fœm. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 1. Cumque truci Borea, Mænalis vrsa videt. Positiũ est pro adiectiuo, id est vrsa Mænalia, & intelligit Arcton.
MAENAS, Mænadis, pen. corr. (μαινάς,) Furiosa siue insana dicitur, ab μαίνομαι, quod est furere. Fuerunt aũt Mænades, mulieres quæ Liberum patrem semper sequutæ, Bacchi sacra celebrabant, passis capillis furentium more huc atque illuc cursitantes. Vide MAENADES.

MAENIVS, (μαίνιος) COS. Rom. anno ab Vrbe cõdita CCCCXXX, deuictis Nauali prælio priscis Latinis ac Antiatibus, eorum rostra nauium ærata in foro posuit, appellatiũque forum Rostra cœpit. Author Liui. lib. 8. ab Vrbe, 66. & 77. Vide Plin. lib. 34. cap. 5.
MAENOLES, pen. corr. (μαινόλης,) dictus est Dionysius, quod Latinè tonum furentem significat, cui Bacchæ orgia celebrant. Et crudas carnes comedentes sacro furore initiantur.
MAEONIA, (μαιονία,) Lydia est, regio minoris Asiæ. Vnde Mæones, populi. Hæc vocatur regio exusta. Nam (vt scribit Strabo) cinerulenta est in superficie, & tota arboribus caret præter vitem. Dionysius scribit hanc regionem esse sub altissima Tmoli montis rupe sitam, ex qua Pactolus amnis effluit. Hinc
Mæonius, Adiectiũ, (μαιόνιος,) vt Bacchus Mæonius. Virg. 4. Georg. 76.
– cape Mæonii carchesia Bacchi.
Puellæ Mæoniæ. Ouid. epist. 9. 15.
Ripæ Mæoniæ. Ouid. 1. Metam. 11.
Senex Mæonius, Homerus. Stat. 2. Sylu. 24.
Homerus Mæonius. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
Mæonius, absolutè, dictus est Homerus. Martialis; Perlege Mæonio cantas carmine ranas, Dictus & Mæonides, à patre, qui Mæõ appellabat.
Carmen Mæonium, Homericum. Horat. 1. Carm. ode 6. 1.
Carmine Mæonio cõsurgere. Ouid. 3. de Põto, eleg. 3. 7. Id est Homerico.
Chartis Mæonis condere aliquid. Ouid. 4. de Pont. eleg. 12. 6.
Mæonidæ, Mæonidarum, Lydii. Virg. 11. Aeneid. 152.
Mæonides, pen. corr. (μαιονίδης,) per excellentiam dicitur Homerus, vnde & Mæonium carmen, & Chartæ Mæonię pro Homericis accipiũtur. Martialis lib. 5. 10. Et sua riserunt sæcula Mæonidem.
Mæonis, fœm. g. (μαίονις,) Ouidius 6. Metam. 11. Mæonis elusam designat imagine tauri Europam. Arachnem intelligit puellam Lydiæ. Idem 5. Metam. 24. Pœlicesque vocat pariter studioque, locoque Mæonidas. Id est Musas.
MAEOTIS, pen. prod. Mæõtidis vel Mæõridos, pen. corr. (μαιῶτις,) Palus Scyticain regione Septentrionali iuxta Phasidis ostium, frigore congelaticens, vt ait Seruius. Cic. 5. Tusc. 71. & 2. de Lege agrar. 57. Lucan. lib. 3. 56. Quæque fretum torrens Mæotidos egerit vndas.
Solida Mæotis. Stat. 11. Thebai. 106. Truncæque bipennes, Quis nemora, & solidam Mæotida cædere suetæ. Solidam, id est gelu concretam.
Mæõtis, Mæõtidis, Patronymicum fœm. (μαιῶτις,) Ouid. epist. 23. 1. Quimodò pelliferas fudit Mæõtidas armis. Intelligit Amazones. Patronymicum est pro adiectiuo.
Ara Mæotis, Hoc est Mæotica. Iuuen. Satyr. 15.
Tale quid excusat Mæbtide sæuior ara Aegyptus. Aram intelligit
Dianæ Tauricæ, cui hospites immolabantur.
Hyems Mæotis. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 1.
Frigora iam Zephyri minuunt, annoque peracto
Tardior antiqua visa Mæotis hyems. Vbi primam licenter corripuit poeta: quod est rarissimum.
Mæoticus, pen. corr. Adiectiuum, (μαιωτικός,) Virg. 3. Georg. 70.
At non qua Scythiæ gentes, Mæoticaque vnda.
Mæotica tellus, Scythica: cuius palus est Mæotis, inquit Seruius. Virg. 6. Aeneid. 160.

Maereo, Maeror, Maestitia, Vide MAERRO.

Magalia, magaliorum, (μάγαλα,) Vici dicuntur: quanuis magaria secundum Seruium dici debere videatur, cuius prima producatur. Virg. 1. Aeneid. 85. Miratur molem Aeneas, magalia quondam. Idem lib. 4. Aenei. 52. de Mercurio, Vt primùm alatis tetigit magalia plantis,

Magas, magadis, pen. corr. siue Magadium (μάγας,) instrumentum musicum tabula quadrata constans, leuiter conuexa, intentis in ea citharæ fidibus. Dicitur etiam ea pars lyræ in quam plectrum illiditur: id est vbi percussio fit chordarum manu dextra. Iugum verò dicitur vbi finistra manu chordæ premuntur. Budæus.

Magia, Magicus, Vide MAGVS.

Magigophori, pen. corre. (μαγαδιφόροι,) qui agonothetas in certaminibus comitabantur. Arcadius, de Muneribus & honoribus, L. Munerum.

Magirisium, magirisii, neutri generis. Plin. lib. 33. ca. 12. 6. Fellis potoriis, sed è quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Tã opportuna iniuriæ subtilitas erat. Pallam est diminutium esse. μάγειρος enim coquus dicitur. μαγειρεῖον coquina.

Magis, magidis, f. g. pen. corr. (μάγις,) Budæus, Pollux lib. 7. Magis, inquit, & mactra vas in quo farinæ subigunturr.

Magis, Aduerbium, (μᾶλλον,) significat plus Siponius, Magis adgrandem significat. Plautus Curcul. 8. 6. Si magis me instabant, ad Prętorem sufferam.
Accipiunt magis. Terent. Adelph. 4. 3. 15.
Omnes quibus res sunt minus secundę, magis sunt ne scio quomodo
Suspitiosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis
Propter suam importentiam.
Magis credo. Cic. de Amicitia, 8. Aut enim nemo (quod quidẽ magis credo) autũ quisquam, ille sapiens fuit.
Magis diceres. Cic. de Amicitia, 16. Tu magis id diceres Fanni, si nuper in hortis Scipionis, quum est de Rep. disputatum, affuisses, qualis tum patronus iustitiæ fuit contra accuratam orationem Phili.
Magis dicas. Plaut. Pseud. 1. 4. 44.
-lepidè accipis me. P. Immò si efficis, tum faxo magis
Dicas. Idem Milite, 2. 2. 36. -hei mihi.
S. C. Magis dicas, si scias quod ego scio. Hoc est, Maiora dices.
Dabimus etiam magis. Plaut. Persa, 3. 3. 69.
-hei colaphum icit, malum vobis
Dabo. T. At tibi nos dediimus, dabimusque etiam magis.
Etsi magis est quod gratuler tibi, quàm quod te rogem, tamen etiam rogo, vt si quæ, &c. Cic. ad Attico lib. 16. 3. 3. 3. 14. Et pro Cælio, 10, Cuius in magnis cæteris amicorum si fuit etiam Cælius, magis est vt ipse molleste ferat errasse se, sicut & nonnunquam in eodem homine me quoq; erroris mei pœnitet, quàm vt istius amicitiæ crimen reformidet.
Magis loqui. Plaut. Casina, 4. 3. 1.
-mox magis, quando otium
Mihi & tibi erit, igitur tecum loquar, nunc vale.
Magis lubet. Plaut. Persa, 16. 1. 10. Adolescens vin' vendere istanc?
S. magis lubet, quàm perdere.
Magis metuo. Plaut. Milite, 2. 2. 44.
Si sic aliis mœchis fiat, minus hîc mœchorum fiet,
Magis metuant.
Magis noris. Teren. Heaut. 5. 1. 16. Magis, si magis noris, putes ita rẽ esse.
Annos natus magis quadraginta. Cic. pro Rosc. Amer. 22.
Optandum magis quàm sperandum, Vide OPTO.
Magis profecta à natura. Cic. de Amicitia, 16. Sed antiquior & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa.
Magis scibo antique, pro magis sciam. Plaut. Trucul. 10. 67.
–certum est quò ferant
Obseruare: huic credo fertur: verum iam scibo magis.
Magis vellem, pro Mallem. Terent. Eunu. 5. 7. 1.
Nunquam edepol quicquam iam diu quod magis vellem euenire,
Mihi euenit, quàm quòd modò senex intro ad nos venit errans.
Magis vereor. Terent. Heaut. 1. 2. 23.
Imò ille fuit senex importunus semper: & nunc nihil magis
Vereor, quàm nequid in illum iratus plus satis faxit pater.
Magis vidi. Plau. Merc. 15. 24. Nescio quid huic dicam. D. hæres! L. haud vidi magis.
¶ Magis maiores. Plaut. Pœnul. 2. 82.
Argentum, nisi qui dederit, nugas egerit:
Verùm qui dederit, magis maiores egerit. Idem Menæh. 2. 53. eadem verba refert.
¶ Magis, cum positiuo, implet vicem comparatiui cum casu. Ouid. 2. Metam. non procul à fine,
Cornua parua quidem, sed quæ contendere posses
Facta manu, puraque magis pellucida gemma.
Magis anxius. Ouid. 1. Meta. 37.
Magis apta tibi dona. Horat. 1. epist. 7. 9.
Charis magis vita. Virg. 5. Aeneid. 145. Nate mihi vita quondam, dum vita manebat, Chare magis.
Magis deformis. Quintil. lib. 9. cap. 4. Illud notasse satis habeo, quo pulchriora & sensu & elocutione dissolueris, hoc orationem magis deformem fore.
Nihil magis elegans. Terent. Eunucho, 5. 4. 13.
-nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quicquam, nec magis elegans.
Magis indubitatus, Certior. Stat. 2. Achill. 5.
Magis molestus. Terent. Eunuch. 3. 1. 24.
Is vbi molestus magis est, Quæso, inquam, Strato,
Eone es ferox, quia habes impetium in belluas?
Magis seueros. Terent. Eunuc. 2. 1. 21. -hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens.
Magis similis. Plaut. Amphit. 7. 5. 3. Neque lac lacti magis est simile, quàm ille ego similis est mei.
Magis verũ, pro Verius. Terent. And. 4. 2. 15. Non Apollinis magis verũ atque hoc responsum est.
Magis virilis. Quintil. lib. 9. cap. 4. Neque ignoro quosdam etiam qui curam omnem compositionis excludant, atque illum horridum sermonem, vt fortè effluxerit, modò magis naturalem, modò etiam magis virilem esse contendant.
Magis aperté. Terent. Adel. 4. 5. 30. -atq; etiam si est pater
Dicendum magis aperté, illiberaliter.
Nihil magis dulce. Plaut. Persa, 22. 1. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

– agedum ergo accede
Ad me, atque amplectere sis. T. ego verò, oh, nihil magis dulce est.
Magis dulcius, Plaut. Sticho, 14.21.
Nunium lapide in mentem venit, potius in subsellio
Cynice accipiemur, quà in lecticis. S A. imò enim hic magis est dulcius.
Magis humanum. Terent. Hecyra, 4.1.39.
– nomine ea dissimulare nos
Magis humanum est, quàm dare operam id scire, qui nos oderit? Vbi Donatus, Magis humanum, nota pro Humanius, Terentiano more.
Magis impensè cupere. Terent. Adelph. 1.9.36.
Sed si id vultis potius, quæ vos propter adolescentiam
Minus videtis, magis impensè cupitis, consulitis parum.
Magis lubenter. Plaut. Mostell. 4.1.
Iam pridem mecastor frigida non lauì magis lubenter,
Nec vnde me melius mea scapha rerer ædificatum.
Magis mirum. Plaut. Amphit. 7.38. Nihilo inquam mirum magis tibi istuc, quàm mihi.
Magis ex vsu, pro Vtilior, inquit Donatus. Terent. Eunuc. 5.9.47.
Ad omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex vsu tuo Nemo est.
Magis ex sese. Terent. And. 5.4.52.
Dano istuc dedam iam negotì. S. non potest.
P. Quì. S. quia habet aliud magis ex sese, & maius.
Magis quàm. Cicero de Amicitia, 13. Vereor ne inuidi magis, quàm amici sint. Liu. 1. ab Vrbe, 104. Iunguntur nuptiis, magis non prohibêre Seruio, quàm approbante.
Magis id adeò. Terent. And. 1.1.135.
Quem ego credo manibus pedibusque obnixè omnia
Facturum, magis id adeò, mihi vt incommodet,
Quàm vt obsequatur gnato. Cic. 2. de Orat. 8. Magis adeò id facilitate, quàm alia vlla culpa mea contingit.
¶ Mage, pro Magis, apud Plautum Trucul. 18.32. Quem ecastor mage amo, quàm dudum. Apud Terentium etiam legitur, authore Donato.
Mage pollens aer. Lucret. lib. 4.65.
¶ Magis ac magis, repetitò hoc est Frequentius. Plaut. Most. 9.10. Quo magis ac magis ego cogito cum meo animo,
Siquis domi dotatam vxorem habet malè,
Neminem solicitat iré dormitum sopor. Idem Pseud. 10.105.
Aedepol næ istuc magis ac magis metuo, quum verba audio.
Suet. in Vitell. cap. 11. Magis deinde ac magis, omni diuino humanoque iure neglecto, Alliensi die Pontificiì maximì cepit. Hora. 2. Serm. saty. 4.12. – perna magis, ac magis hillis, &c.
Magis & magis, Idem. Cicc. ad Atticú, lib. 14.316. 4. Itaque de Græcia quotidie magis & magis cogito.
Magis atque magis clarescunt sonitus. Virgil, 1. Aeneid. 60.
Magis, magisque. Cicc. Fil. ad Tironem, lib. 16.21.4. Enitar vt in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio. Cicc. Thermo, lib. 5.17.2. Sed mihi magis magisque quotidie de rationibus tuis cogitanti, placet, &c. Idem 1. Philipp. 3. Quotidie magis magisque perditi homines cum suis similibus seruis, tectis ac templis vrbis minarentur.
Magis magis. Catull. Argon. 59.55. Post vêto crescête, magis magis increbrescũt. Potest & legi, Post vêto crescente magis, magis increbrescunt.
¶ Magis ædilis fieri non potuisset. Cic. pro Plancio, 49. Quæris quid potuerit amplius assequi Plancius si Cn. Scipionis fuisset filius? Magis ædilis fieri non potuisset, sed hoc præstare, quòd ei minus inuideretur.
¶ Magis fit. Cic. in Parad. 16. Nihil huc addi potest quo magis virtus sit.
Nisi forte magis erit parricida siquis Cõsularem patrem, quàm siquis humilem necauerit. Cic. pro Milone, 13.
Nihil magis. Cic. Lêtulo, lib. 1.9.80. Quumque Pompeius ita contendisset, vt nihil vnquam magis.
Nihilo magis, Vide NIHILVM.
Multo magis. Cicc. Tironi, lib. 16.19.1. Expecto tuas literas de ipsis rebus, teipsum multo magis. Idem 1. de Oratore, 76. Ac multo etiam magis ad vos, &c.
Hoc magis. Cicc. pro Flac. 54. Nunc verò hoc magis quòd, &c. Idẽ 1. pro Lege agr. 95. Imò verò etiam hoc magis quàm, &c.
Eo magis. Cicc. 5. Verr. 1. Atque eo magis, si, &c. Ibidem, 65. Et eo magis quòd, &c.
Maximè, Superlatiuum, (μάλιστα,) pro Summè, vel Admodum: vt Maximè adolescens. Plautus Milite, 10.192. – sicco succidam,
Quàm lepidissimam potes, quamque adolescentem maximè.
Maximè cognata. Terent. Phorm. 2.1.65.
– verum si cognata est maximè,
Non fuit necesse habere.
Maximè cupiens illius est. Plaut. Amphit. 3.132. Quoius cupiens maximè est.
Maximè dignus. Terent. Eunucho, 5.2.27.
– nam si ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen.
Maximè in culpa esse. Cic. 7. Verr. 16.

Maximè libet. Cicero. Lentulo, libro, 1.8.7. Vel etiam id quod mihi maximè libet.
Maximè liberalissimus. Cic. Attico, lib. 12.15.2.10. Sine hanc aberrationẽ à dolore delegerim quę maximè liberalissima, doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere.
Maximè naturalis. Cicc. de Amicitia, 68. Itaque pulcherrima illa, & maximè naturali carent amicitia.
Maximè necessarius. Cic. 1. Acad. 49.
Maximè pessima corpora. Columel. lib. 9. cap. 3. 2.
Maxime potentes. Terent. Adelph. 3.4.56.
Quàm vos facillime agitis, quàm estis maxime
Potentes, dites, fortunati, nobiles.
Maximè vtile. Terent. And. 5.1.16. Quibus id maximè vtile est, illum esse quàm deterrimum.
¶ Maximè indigere. Cic. 1. Offic. 74. Vt quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulari.
¶ Maximè memini. Plautus Menæch. 24.60. Filii quot eratis? MEN. vt nunc maximè memini, duo.
Maximè omnium studuit. Cicc. in Bruto, Qui maxime omnium nobilium Græcis literis studuit. Id est, magis quàm alii omnes.
Maxime equidem vellem vt, &c. Cic. 8. Philipp. 254.
¶ Maxime, Præcipue. Plaut. Amphit. 4.38.
– atque expugnatum oppidum est,
Imperio, atque auspicio heri mei Amphitruonis maximè. Terentius in Prolog. Phorm. 29.
Quia primas partes qui ager, is erit Phormio
Parasitus, per quẽ res agetur maximè. Cic. pro Domo sua, 37. Intuemini paulisper animis iuuentutem, & eos maxime, &c. Idẽ Lentulo, lib. 1.9.23. Quod ego quũ audissẽ ex aliis, maxime ex meo fratre cognouì.
¶ Maximè, Responsio concedentis, vel annuentis, pro Sanè, vel certè. Plaut. Curcul. 8.56.
Concede, inspiciam quid sit scriptum. C. maximè,
Tuo arbitratu. Teren. And. 4.6.23. Dac me ad eam: quando hue venì, vt videam. M. maximè. Idem Eunucho, 1.2.109. Fac illi addaturr. P. maximè.
Maxime quòd, pro Potissimum. Cic. ad Atticum, lib. 9.19.1.5. Ego mihi consilis vsus sum, maximeque quòd & grauitatem in congressu nostro tenuì quam debui, & ad vrbem, &c. Idem de Finib. Maximè quòd is locus id temporis vacaus esset.
Maximè scilicet. Cic. in Oratore, 65. Cognoscat etiam rerum gestarum, maximè scilicet nostræ ciuitatis.
Et maxime. Cicero ad Atticum, libro, 7.131.4. Scribe aliquid, & maximè si, &c.
Et id maxime fieri temporibus hybernis. Cic. 2. de Nat. deor. 37.
Vel maxime. Cic. in Partit. 62. Quæ quidem vel maxime suspicionem mouent. Idem 2. de Natur. deorum, 241. Mihi videtur vel maxime confirmare, &c.

Magister, magistri, (διδάσκαλος, καθηγητής,) Proprè dicitur ad tium præceptor, authore Festo. Terent. And. 1.1.40.
– nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant? Cice. de Amicitia, 4. Quæ ab putata ab eo meminisset Scæuola. Paulus de Verb. signif. L. Quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent: hi magistri appellantur, quinetiam & ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores, magistri appellati à monendo vel monstrando.
¶ Declamandi magister. Quintil. lib. 2. cap. 1. 3.
Dicendi magister. Quintil. lib. 2. cap. 8. 4.
Artis magister. Quintil. lib. 2. cap. 2. 1. Tradẽdas eius artis magistris erit.
Eloquentiæ magistrum se polliceri. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Magister vici, Vide VICVS.
¶ Barbari magistri. Iuue. Saty. 14. 1. Barbaros licet admoneas mille inde magistros. Persius Saty. 4. 1. – barbarũ hoc crede magistrũ Dicere.
Graiis Elice fernanda magistris. Hoc est nautis, seu nauium magistris & rectoribus. Valer. 1. Argon. 4.
Atidus magister. Quintil. lib. 2. cap. 4. 6.
¶ Capere magistrum, Vide CAPIO.
Exuere magistrum. Tacit. lib. 14.
Indocto magistro regimen linquere. Senec. Medea, 8.8.
Timido pudet seruire magistro. Stat. 2. Achill. 38.
Magistri (inquit Festus) non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, virorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes iis magis cæteris possunt.
Ferre se magistrum alicuius rei. Tacit. l. 20. Proditor, corruptorque amicitiæ, cuius se magistrum ferebat.
Magister ludi, qui & Ludimagister vno verbo dicitur. Cicc. 1. Verr. 15. Sicitiæ, cuius se magistrum ferebat.
Magister ludi, qui & Ludimagister vno verbo dicitur. Cicc. 1. Verr. 15. Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum

compositum dedit, verbo vno discesseris. Apud Martialem lib. 5. 155.
Magister clamosus.
Magister morum, id est censor, Cic. ad Appium, lib. 3.13.7. Ito breuior est hæc epistola, & vt aduersus magistrum morum modestior.
Magistrum nauis accipere debemus eum cui totius nauis anchora manda ta est. Hæc Vlpianus de Exercitoria actiõe, L. 1. Liu. 9. bel. Punic. 129. Vt ex omnibus nauibus gubernatoresque & magistri nauium, & bini milites in forum conuenirent ad imperia accipienda. Horat. 5. Carm. ode 6.7. Seu nauis Hispaniæ magister.
Magister equitum. Varr. 4. de Ling. Latina, Magister equitum dicebatur, quòd summa potestas huius in equites & accensos, vt est summa populi Dictator à quo is quoque Magister populi est appellatus. Pomponius in Lege 2 ff. Populo deinde aucto. ff. de Origine iuris, Et his Dictatoribus Magistri equitum iungebantur, sic quo modo Regibus Tribuni Celerum: quod officium ferè tale erat, quale hodie Præfectorum Prætorio: magistratus tamen habebantur legitimi. Liuius, 2. ab Vrbe. 86. Tanto vi maiore, quàm paulo antè Magister equitum cum hostium duce prælium iniit. Equitum magistri. Iuuenal. Saty. 8. 2.
Quis fructus generis, tabula factare capaci
Fumosos equitum cum Dictatore magistros?
Magister populi, Dictator. Cicc. 3. de Finib. 113. Rectius Magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla, qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Sic 3. de Legib. 15. Ex lege XII Tabularum.
Magister scripturæ dicitur, qui ciuitatis alicuius publicos pecorum prouentus scribendi munus habet. Cic. 5. Verr. 142. Misit in Siciliam literas ad Carpinatium, quum esset Magister scripturæ & sex publicanorum. Idem ad Atticum, lib. 5.103.4. Sæpe dare tabellariis publicanorum poteris per Magistros scripturæ.
¶ Magister, Idem qui pædagogus Græcè. Terent. Phorm. 1.2.22. Abeũtes ambo hinc tum senes me filiis
Relinquunt quasi magistrum. Vbi Donatus, Magistrum, sic Latini, quem Græci pædagogum appellant.
Doctissimum, & incomparabilem magistrum domi habeat. Quintil. lib. 1. cap. 2. 9.
Sæuus magister. Horat. 1. epist. 19. 3.
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,
Vt puerum sæuo credas dictara magistro Reddere.
Magister ad rem aliquam. Terent. And. 1.2.20.
– tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.
¶ Magister pecoris, Pastor. Varro de Re rustica lib. 2. cap. 10. 2. Contrà, pernoctare ad suum quenque gregem, esse omnes sub vno magistro pecoris eum esse maiorem nato, potius quàm alios, & peritiorem, quàm reliquos. Ibidem, cap. 2.17. Cic. 7. Verr. 14. Nominat iste seruum, quem magistrum pecoris esse diceret.
Fingit equum tenera docilem ceruice magister. Horat. 1. epist. 2.13.
¶ Magistri dicuntur, qui bona sub hasta vendunt. Quintil. lib. 6. cap. 4. Peruenit res vsque ad ænigma, quale est Ciceronis in Pletorium Fonteii accusatorem, cuius matrem dixit, dum viueret, ludum: postquam mortua est, Magistros habuisse. Hunc locum Cælius libro, 11. cap. 5. declarat, Cicero, in Epist. ad Atticum, libro 1.1.7. Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant Magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius. Et libro, 6.111. 26. De hæreditatum possessionibus, & bonis possidendis, Magistris faciundis, vendendisque ex edicto, & postulari & fieri solent. Vide Cæcilium loco dicto.
Magister olim dicebatur venditor patrimonii eius, qui soluendo nõ esset, quia illis bonis vendundis ab omnibus creditoribus authoritate Prætoris præponebatur, vt dixit Iustinianus titulo De success. pro Rosc. Amerino, 45. Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæ magistra est.
Magistra et ludo. Terent. Hecyra, 2.1.7. Et et ludo, si vllus est, magistram hanc esse, satis certò scio.
Aetas magistra. Ouid. epist. 5.10.
Quid grauis Antenor, Priamos quid suadeat ipse,
Consulerquìs ætas longa magistra fuit.
Magistræ artes. Ouid. epist. 21.17.
Certissima loquendi magistra, consuetudo. Quintil. lib. 1. cap. 6. 2.
Roma magistra luxuriæ. Propert. lib. 3. eleg. 11.4.
Magisterium, magisterii, (διδασκαλία, ἐπιστασία,) Magistri dignitas seu officium. Plautus Bacchid. 1.40. Iam excessit mihi ætas ex magisterio tuo. Idem Mostel. 1.22. Virtute id factum tua, & magisterio tuo. Suetron. in Augusto, cap. 1. Auus municipalibus magisteriis contentus, abũdante patrimonio tranquillissimè senuit. Cicero, de Sene. 43. Me verò, & magisteria delectant à maioribus instituta, & is sermo qui more maiorum à summo adhibetur magistro in poculo. Columel. libro. 11.

cap. 1.7, Potissimum autem est in eo magisterio scire & æstimare, quale officium sit cuique iniungendum. Plin. lib. 8. cap. 40.7, Inter se exercent etiam magisteria. De canibus.
Vana magisteria. Tibull. lib. 1. eleg. 4.17.
Parce puer quæso, ne turpis fabula fiam,
Quum mea ridebunt vana magisteria.
Magistro magistrare, (διδασκαλίζειν,) magistrare, Moderari, gubernare, authore Festo.
Magistrãtus, huius magistratus, penul. prod. (ἄρχων,) Significat, vt ait Festus, eum qui in potestate aliqua est constitutus, vt est Consul, Proconsul, Prætor, Proprætor, & alii qui ciuitates & prouincias regunt. Cic. Quem magistratus comprehendi, & in vinculis teneri iusserat. Idem lib. 5. de Legib. 2, Videtis igitur, magistratus hunc esse vim, vt præsit, præscribatq; recta & vtilia, & consentanea cum legibus. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: vereq; dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. Idem 1. Offic. 174. Est igitur proprii munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis, debereq; eius dignitatẽ & decus sustinere, seruare leges, iura describere, & fidei suæ commissa meminisse.
Nuda à magistratibus Respub. Vide NVDVS.
Maior magistratus, Vide MAGNVS.
Mutus magistratus, Vide MVTVS.
Patricius magistratus, Vide PATER.
¶ Magistratus, (ἀρχή,) Ipsa potestas, seu officium. Cicero, Nam istum in vrbe magistratum gerebat. Idem de Amicitia, 56, Vbi eos inueniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant, &c.
¶ Abdicare magistratum, Vide ABDICO.
Abdicare se magistratu, Vide ABDICO.
Abire magistratu. Liu. 3. ab Vrbe, Non tam properantis abire magistratu, quàm viam ad continuandum magistratum quærentis esse. Cic. Metello, lib. 5.2.17, Atq; abeuntem magistratu concionis habendę potestate priuauit. Id est deponentẽ magistratum. Idem in Pisonem.
Abiens magistratu, Vide ABRO.
Abolere magistratũ, pro Abrogare. Liu. 3. ab Vrbe, 157, Tentationemq; eam fore, abolendi sibi magistratus, ni consensũ resisterent.
Abrogare magistratum, Vide ABROGO.
Accelerare magistratum, Vide ACCELERO.
Accipere magistratum loco prædæ. Cic. in Salustium, 11.
Capere magistratum, Vide CAPIO.
Magistratum cõtinuare. Liu. 7. bel. Pun. Tribuni pleb. C. & L. Ariani, qui neque magistratum continuari satis ciuile esse aiebant, & multo fœdioris exempli esse ipsum creari, qui comitia haberet.
Creare magistratum. Lucret. lib. 5.1150. Vide CREO.
Dare magistratum. Cicc. 2. de Lege agrar. 38, Iam hoc inauditum, & planè nouo more, vt Curiata lege magistratus detur, cui nullis comitiis antè sit datus.
Eiurare magistratum. Tacit. lib. 12, Adactusque Syllanus eiurare magistratum.
Gerere magistratum. Cic. pro Plancio, 6. Tum enim magistratum non gerebat is qui ceperat, si Patres authores non erant facti.
Habere magistratum. Cic. 6. Verr. 120. Venit ad me Heraclius is, qui tum magistratum Syracusis habebat.
Magistratum imminuere dicebant veteres, quod nunc Derogare iuribus, & prærogatiuis officii dicunt. Cicc. 3. Verr. 59. Cur imminuisti ius legationis? Quo in loco Asconius, Qui potestatem, inquit, suam in administrando non defenderit: imminuti magistratus veluti maiestatis læsæ reus est. Liu. lib. 4. de Aemylio Mamerco loquens, qui Censuram antea quinquennalem lege Dictatoria annuam ac semestrem fecerat: Cẽsores, inquit, ægre passi, Mamercum quòd magistratum Pop. Rom. minuisset, tribu mouerunt. Plin. in Paneg. Nullius ab eo magistratus ius, nullius potestas imminuta est, aucta etiam: siquidem pleraque ad Prætores remittebat.
Inire magistratum, Vide INEO.
Legere magistratus. Virg. 1. Aeneid. 86.
Mandare magistratum. Cic. pro Murena, Cato negat iudicium hominum in magistratibus mandandis, voluptatibus corrumpi oportere. Ibidem Nollare allici mentes hominum oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate. Vide MANDO.
Obrepere ad magistratum, Vide OBREPO.
Occipere magistratum. Tacit. lib. 1.
Iam enim magistratum occeperat.
Petere magistratus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 19.
Venire in magistratum. Lentulus ad Ciceronem, libro. 12.14.11, Nam quòd hue properent in magistratum venire, aut exercitum mittere, causam non habent.

Magma, mãgmatis, pen. corr. neut. gen. (μάγμα,) Pastillus & massa facta ex vnguentorum fæcibus. Plinius lib. 13. cap. 2. 2. Siccis odoribus constant quæ diapasmata vocantur. Nam fæcem vn-

Universidad de Deusto
Biblioteca

guenti magna appellant.
Magna croci, Quod quasi recrementũ est eius. Celsus lib. 5. ca. 18. Aliud ad eadem Nilei, croci magnatis, quod quasi recrementum eius est.
MAGNA Græcia, (μεγάλη Ἑλλάς,) dicta est ea pars Italiæ, quæ à Tareto vsque ad Cumas, est, vel (vt Plinius libro, 3. cap. 10. 1. ait) à Locris Italiæ fronte, ad Tarentum vsque protenditur. Sic dicta, quòd multæ magnæque ciuitates in ea fuerint à Græcis conditæ, vt ait Festus. Vide Iustinum libro, 10. Virgil. 3. Aeneid. 80. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. In ea habitauerunt Architas, Pythagoras, Parmenides, & Zeno Pythagorici philosophi, & Ennius poeta. A quibusdam tota Italia dicta est maior Græcia. Ouid. 4. Fast. 13. Itala nam tellus Græcia maior erat.

Magnanimitas, Vide MAGNVS.

Magnes, magnêtis, pen. prod. mase. gen. (μαγνῆτις,) Genus lapidis ad se ferrum attrahentis. Plin. lib. 36. cap. 16. 1. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur nanque à magnete lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atque vt propius venit, assistit, teneturque & complexu hæret. Syderitin ob hoc alio nomine appellant, quidam heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, vt author est Nicander, in Ida repertus. Nanque & passim inuenitur, vt in Hispania quoque. Inuenisse autẽ fertur clauis crepidarum, & baculi cuspide hærentibus, quum armenta pasceret. Hæc Plinius. Lucret. lib. 6. 182.
Quod superest, agere incipiam, quo fœdere fiat
Naturæ, lapis hic vt ferrum ducere possit,
Quem magneta vocant patrio de nomine Graii,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus. Propert. lib. 4. eleg. 5. 2. Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum.
Magneticus, penultima, correpta, Adiectiuum, (μαγνητικός,) Claud. de Magnete, 4.
– Venerem magnetica gemma figurat.
Allicit & trahit ferrum magnes lapis. Cic. 1. de Diuinat. 144.
MAGNES, Atheniensis Comicus antiquæ comœdiæ, tempore Epicharmi, docuit fabulas nonem, vicit duabus. Magnes item alter Smyrnæus, puer, præ cęteris mortalibus formosus: poetica insuper & musica ornatus, corona insignis aurea, ac habitu molliore indutus, ciuitates obibat multis dilectus, præsertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probũ huiusmodi perosi, capta occasione comam eius inciderunt: vestem, ornatumque omnem laceraueruent. Quare perturbatus Gyges, in Magnesios bellum mouit: quibus tandem superatis reuertens, Sardibus panegyricum celebrauit magnificentissimum. Suidas.
MAGNESIA, (μαγνησία,) Macedoniæ regio, Thessaliæ annexa. Abest ab Epheso (sicuti Plin. lib. 5. scribit) sedecim millia passuum. Aqua
Magnêtes, pen. prod. (μάγνητις,) qui & Magnesii populi vocati sunt. Lucanus lib. 6. 76. Et Magnetes equis Minyæ gens cognita remis. Est & Magnesia vrbs in Asia, apud quam Scipio Asiaticus Antiochum regem magna clade affecit, authore Stephano.
Magnêsis, penultima, product. Magnêsidos, fœm. ge. (μάγνησις,) Quæ ex Magnesia est. Ouid. epist. 12. 2. Cur vnquam Colchi Magnesida vidimus Argo?
MAGNESSA, (μάγνησσα,) Hippolyte, Acasti regis Magnesiæ coniux fuit, cuius meminit Horatius 3. Carm. ode 7. 4.
Narrat penè datum Pelea tartaro,
Magnesiam Hippolyten dum fugit abstinens.

Magnetes, magnetum, (μάγνητες,) apud Macedones erant, qui apud nos Senatores dicuntur, siue principes & capitai vrbis. Vnde & summum magistratum vocant magnetarchem, teste Liuio lib. 5. bel. Maced. 128.

Magnus, Adiectiuum, (μέγας, μεγαλός & μάγιστος & κατεῤῥώδης, μαγιστός,) Grandem significat. cuius comparatiuum est maior, Superlatiuum maximus.
Achilles magnus, Vide ACHILLES.
Aceruus magnus. Virg. 1. Georg. 32.
Adiutor magnus. Horat. 1. Serm. saty. 9. 10. Vide ADIVVO.
Traducere auditores in magnam admirationẽ, Vide ADMIROR.
Aedibus ex magnis. Horat. 1. Serm. saty. 7. 3.
Aequor magnum. Virg. 4. Georg. 78. Agmen. Virg. 1. Geor. 77.
Amaror mulierum magnus. Plaut. Menæch. 7. 43. Tu magnus amator mulierum es, Messenio.
Amore magno dilectus. Virgil. 1. Aeneid. 70.
Maiorem ad res gerendas animum facit cura. Cic. 1. de Finib. 21.
Bellum magnum. Virg. 1, Aeneid. 39.
Maior pede calceus. Horat. 1. epist. 10. 9.
Caput magnum. Plaut. Pseud. 10. 1. 10.
Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum,
Magnis pedibus.
Caterua magna. Virgil. 1. Aeneid. 101.
Causa maxima doloris. Propert. lib. 1. eleg. 15. 7.

Magnum certamen. Virgil. 7. eclog. 4.
Clamor magnus. Virgil. 3. Geor. 75.
Cœna magna. Horat. 2. Serm. saty. 6. 71.
Cogitatio magna. Tacit. lib. 15. Atque ipse mœstus, & magnæ cogitationis manifestus erat.
Concursu accedere magno. Virgil. 1. Aeneid. 103.
Corpus magnum crassa farragine. Virgil. 3. Georg. 41.
Cura maxima. Virgil. 4. Georg. 71.
Dedecus magnum. Horat. 1. Serm. saty. 4. 11.
Dii magni. Virgil. 3. Aeneid. 3.
Documentum magnum. Horat. 1. Serm. saty. 4. 23.
Dos magna. Horat. 3. Carm. ode 14. 5.
Duces magni. Horat. 2. Carm. ode 1. 5.
Eques magnus. Horat. Epod. 4. 3.
Exitium magnum. Virg. 2. Aeneid. 38.
Fas magnum. Horat. Epod. 5. 19.
Fastidia magna. Horat. 2. Serm. saty. 4. 16.
Fortuna magna. Horat. 3. Carm. ode 17. 15.
Gratia maior debetur illi. Horat. 1. Serm. saty. 6. 18.
Grex magnus, Vide GREX.
Honos maior. Ouid. 13. Metam. 20.
Ignis magnus. Plaut. Capt. 13. 75.
– quid iubeam? ER. ignem ingentem fieri.
AB. Ignem ingentem? ER. ita dico, magnus vt sit. Idem Rud. 18. 60. Ignem magnum hîc faciam.
Ingenium magnum. Suet. de Claris grammat. 7. Fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis. Plin. epist. 94. b. lib. 6. Non feret magnum & liberum ingenium cum contumelia damnum. Sic Cicero 4. Acad. 1. Magnum ingenium L. Luculli.
Interualla magna. Lucret. lib. 1. 10.
Ira magna. Virg. 5. Aeneid. 141.
Iræ magnæ. Terent. And. 3. 3. 22.
Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. c. audio.
2. Ita magnæ, vt sperem posse auelli.
Labor magnus. Horat. 1. Serm. saty. 9. 11.
Lætitia maxima. Catull. ad Mulum, epigr. 78. 1.
Laus magna. Horat. 1. Serm. saty. 3. 20.
Licentia maior. Horat. de Arte, 43.
Lingua magna, Magniloqua, superba. Horat. 4. Carm. ode 6. 1.
Diue, quem proles Niobea magnæ
Vindicem linguæ, Tityosque raptor
Sensit & Troiæ propè victor altæ
Phthius Achilles.
Lites magnæ. Horat. 1. epist. 17. 9.
Lues magna. Virg. 4. Georg. 91.
Mens maior humana. Silius lib. 7. 1.
In moiorem modum. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 15. 8. Eum tibi commendo in maiorem modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. Sic ad Atticum, lib. 5. 11. 10. Quos mihi maiorem in modum commendauit. Et Colum. lib. 2. cap. 14. 4.
Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res Africæ erat opulentissimus eius terræ rex, &c. Liu. 8. bel. Pun. 91.
Motus magnus. Virg. 4. Geor. 14.
Murmur magnum. Virg. 1. Aeneid. 11.
Naufragia magna. Lucret. lib. 2. 111.
Numerus frumenti magnus. Cic. 4. Verr. 127.
Numina magna loci. Virg. 3. Aeneid. 140.
Onus maius nostris viribus. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 8.
Opes magnæ. Horat. 3. Carm. ode 16. 6.
Opprobrium magnum. Horat. 3. Carm. ode 24. 9.
Magnum opus in manibus habeo. Cic. 1. Acad. 4.
Ore magno sonare. Virg. 3. Georg. 79.
Magna pars Arabiæ. Plin. lib. 12. cap. 14. 4.
Pectus magnum. Virg. 4. Aeneid. 90.
Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur, & magno præsentit pectore curas.
Pondus magnum. Plin. lib. 12. cap. 19. 8.
Pondus magnum auri. Virg. 3. Aeneid. 10.
Populus magnus. Plaut. Trucul. 3. 40.
Postremo id magno in populo mulier hominibus
Re placida atque otiosa victis hostibus, amare oportet
Omnes, qui quod dent, habent.
Populo in magno coorta seditio. Virg. 1. Aeneid. 31.
Haud magni pretii. Plaut. Sticho, 4. 81. Ecastor auctionem facie haud magni pretii. Barbari dicunt, Quod non est magni naloris.
Prudentia maior rerum. Virg. 1. Georg. 84.
Pueri magni, Nobiles & magnorum virorũ filii. Horat. 1. Serm. saty. 4. 19.
Noluit in Flaui ludum me mittere, magni
Quò pueri, magnis è Centurionibus orti, &c.

Res magnæ. Horat. 1. Serm. saty. 5. 6.
Huc venturus erat Maecenas optimus, atque
Cocceius, missi magni de rebus vterque Legati.
Risus magnus, iocusque. Horat. 1. Serm. saty. 8. 10.
Ritus magnus. Plin. lib. 11. cap. 37. 26. Morientibus oculos operire, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est.
Rumor magnus. Plin. epist. 190. d. lib. 9. Nominat quendam, qui tunc ad Orientem amplissimum & famosissimum exercitum, non sine magnis, dubiisque rumoribus obtinebat.
Magnum signum. Terent. And. 2. 1. 29.
Nihil ornati, nihil tumulti. accessi intrò, aspexi. P. scio:
Magnum signum.
Spiritus & incessus maior corpore. Horat. 2. Serm. saty. 3. 61.
Strîdor magnus. Virg. 1. Georg. 82.
Terrorem magnum inferre alicui. Horat. 3. Carm. ode 4. 10.
Turba maxima. Virgil. 6. Aeneid. 123.
Ventus magnus. Plaut. Milite, 9. 33. Quàm magno vento plenum est vadarum mare.
Vir maximus. Cic. de Amicitia, 8. Sed hi ne comparentur Catoni maximo & spectato viro. Sic 1. Acad. 10. Magnus vir Philo.
Vires maiores. Plin. lib. 11. cap. 30. 1.
Vis magna. Virg. 1. Georg. 34.
Vitium magnum. Horat. 1. Serm. saty. 2. 14.
Magna voce confiteri. Cic. pro Cecinna, 67.
Magnus animo, maior imperio fui. Plin. lib. 35. cap. 10. 21.
Stabili & firmo & magno animo vir. Cic. 3. de Finib. 44.
Bello maior. Virg. 1. Aeneid. 110.
Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Armis maximus. Virg. 2. Aeneid. 68. Addunt se socios Rhipheus, & maximus armis Iphitus. Ouid. ad Liuiam, 3.
Maximus ille armis, maximus ille toga.
Vir maximus factis. Ouid. 14. Metam. 22.
Magis maior, Vide MAGIS.
Multo maximus, Vide MVLTVS.
Principum maximus. Horat. 4. Carm. ode 14. 2.
Magnorum maxime regum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 27.
Inter omnes maximus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 11.
Maior, ad annos relatum, pro longiori ætate. Terent. Eunucho, 3. 3. 21.
Verùm ea si viuit, annos nata est sedecim:
Non maior. Mart. libro. 9. 31.
– maior erat mensibus illa tribus.
Sic Liuius 7. bel. Pun. 154. Maior iam enim LX annis erat.
Magno natu. Liu. 3. ab Vrbe, 306. Consurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Ibidem, lib. 1. 35. Creatus Sp. Lucretius Consul, qui magno natu, non sufficientibus tam viribus ad Consularia munera obeunda, intra paucos dies moritur. Idẽ 6. bel. Pun. 252. Inter hæc è media turbâ obstidum mulier magno natu, Mandonii vxor, &c.
Maior natu. Cic. 1. Tuscul. 6. Anno ante natum Ennium, qui fuit maior natu quàm Plautus & Naeuius.
Audiui ex maioribus natu hoc idem fuisse. Cic. 1. Offic. 154.
Maiores natu consulemus. Liu. 1. ab Vrbe, 143.
Maximus natu ex iis. Liu. 1. bel. Pun. 70. Ita enim maximus natu ex iis in concilio respondit.
Natu maxima Pyrgo. Virgil. 5. Aeneid. 129.
Magnum est quicquid quæritat. Plaut. Merc. 17. 17.
Magnum facere, Id est magnum aliquid præstare. Horat. 1. Serm. satyr. 10. 4.
At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis Miscuit.
Narras magnum, vix credibile. Horat. 1. Serm. saty. 9. 11.
Peccare magna. Tacit. lib. 11. Sponte an coactus tam magna peccauisset, nihil referre.
Magnum est efficere vt quis intelligat quid sit illud verum & simplex bonum. Cicero, 1. Acad. 10. Hoc est, magni laboris, vel magnæ vtilitatis. Ibidem, 9. Quid est enim magnum, quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos) concursatione fortuita loqui?
Magnum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. Cicero de Amicitia, 61.
Maius. Plaut. Trucul. 19. 16.
Respice ergo, accipe hoc, qui istuc efficiat opus. P. cedó.
Quanquam parum est. M. ad omne maius istuc posium parum est.
Quod maius est. Cic. de Amicitia, 28. Quòd si tanta vis probitatis est, vt eam vel in eis quos nunquam vidimus, vel (quod maius est) in hoste etiam diligimus.
Concipere maiora animo. Ouid. 15. Metam. 1.
Viribus maiora audere. Virgil. 10. Aeneid. 163.
Maxima parte, & magna ex parte, pro Ferè. Plinius, epist. 156. lib. 10.
Theatrum domine, Niceę maxima iam parte constructum, imperfectũ tamen sestertium, vt audio. Cic. 1. Tusc. 1, Aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus, &c.
Magnam partem occupatus. Cic. 4. Tusc. 15, Quia Chrysippus & Stoici quum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati sunt.
Magno, absolutè positum, pro Magno pretio. Plaut. Truc 19. 51, Iam hercle iam magno tu vapulato. Plin. in Paneg. 60, Magno æstimabatur. Idem lib. 1. epist. 6. Magno constat. Apuleius, Me denique pauperculus quidam ortalanus comparat L. numnis, sed magno aiebat. Var. lib. 3. de Re rustica, Piscinæ ædificantur magno. Cic. 5. Ver. 59, Qui, vt ais, magno vendidisti.
Mercari aliquid magno. Virg. 2. Aeneid. 21, Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.
Maximo pretio. Plin. libr. 12. cap. 12. 1, Radix & folium Iudis est maximo pretio.
Magni item absolutè, pro eodem. Cic. Casio, lib. 15. 15. 11, Magni erunt mihi literæ tuæ. Id est habebo eas in pretio. Plin. epist. 2. lib. 3, Itaque magni æstimo dignitati eius aliquid astruere.
Magnum pro Valde. Plautus Mostell. 7. 57, Atque ille exclamat de repente maximum. Idem Milite, 11. 10, Nam eo magnum clamat, tetigit calicem.
Maior morbus, Qui & comitialis dicitur. Celsus lib. 3. cap. 23. 1, Inter notissimos morbus est etiam is qui comitialis, vel maior nominatur.
Maiores (πρόγονοι) intelligi possunt quicunque aui, abaui, proaui, arataui, tritaui, & ante hos in infinitum. Cic. in Saluft. 3. Ego meis maioribus virtute mea præluxi: vt, si prius noti non fuerint, à me accipiant initiũ memoriæ suæ. Plaut. Milit. 7. 20, Ibi enim mei maiores sunt siti. Cæsar. 4. bel. Gall. 486, Quòd Germanorum consuetudo hæc sit à maioribus tradita, quicunque bellum, &c. Cic. 1. de Finib. 36, Quales eius maiores fuisseut. Hor. 1. Sem. saty. 5. 11, – ab his maioribus orti
Ad pugnam venêre. Videtur Horatius intelligere eos maiores nostros vocari, non quicunque ætate nos antecesserunt, sed tantùm, qui in honore aliquo & dignitate fuerunt. Nam & hoc loco manifesta ironia est & infra paulo Satyra. 6. 2, apertius indicat quum inquit quosdam etiam nullis maioribus ortos esse, Id est obscuro genere natos, & nouos homines: Sic enim inquit,
persuades hoc tibi verè
Ante potestatem Tulli, & ignobile regnum,
Multos sæpe viros nullis maioribus ortos,
Et vixisse probos, magnis & honoribus auctos.
Optimus maximus, non solùm de Deo dicitur, sed de fundo agro, domo, & aliis. Celsus in L. Quum venderes. ff. de Contrahenda emptione, Quum venderes fundum, non dixisti, vt optimus maximusque est: verum est quod Quinto Mutio placebat, non liberum, sed qualis esset fundum prestari oportere. Paulus de Legatis tertio. L. Si mihi, Vti optimi maximique sunt. Idem de Fundo instructo. L. Fundo legato, Vt optimus maximusque est. Celsus, Quòd si vt optimus maximusque esset, traditus fuerit fundus, liberum ab omni seruitute præstandum.
Maximus Pontifex dicebatur, quòd maximus rerum quæ ad sacra, & religiones pertinent, iudex sit, vindexque contumaciæ priuatorum, magistratuumque. Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item minimus qui nouissimus. Festus.
Maximæ dignationis Flamen dialis est inter quindecim Flamines: & quum cæteri differimina maiestatis suæ habeant, minimi habetur Pomonalis, quòd Pomona leuissimo fructu agrorum præsidet, id est pomis. Festus.
Maiores Flamines appellabãtur patritii generis: Minores plebei. Festus.
Maximus curio, Cuius authoritate curiæ, omnesque curiones regunturr. Festus.
Maximi annales appellabantur non magnitudine, sed quòd eos Pontifex maximus consecrasset. Festus.
Maiorem Consulem L. Cæsar putabat dici, vel eum penes quem fasces sunt, vel eum qui prior creatus sit. Prætorem autem maiorem, vrbanum: Minores, cæteros. Maximum Prætorem dici putant alii eum qui maximi imperii sit, alii qui ætatis maximæ pro collegio: qui augurum decretum est, quòd in salutis augurio Prætores maiores & minores appellantur, non ad ætatem, sed ad uim imperii pertinere. Festus.
Magnum annum dicunt mathematici, quo septem sidera errantia expletis propriis curibus sibimet concordant. Cic. 2. de Nat. deorum, 74.
Maximam hostiam ouili pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. Festus.
Magnum socerum appellat vir vxoris suæ auum. Magnam socrum vir vxoris suæ auiam appellat. Festus.
Maior socer, Vxoris meæ proauus. Maior socrus, Vxoris meæ proauia. Festus.
Maior patruus, Aui & auiæ patruus. Maior amita, Aui & auiæ amita. Festus.
Maior auunculus, Aui & auiæ auunculus. Festus.
Maior magistratus Consul dicitur. Festus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maiusculus, penul. correp. Diminutiuum, Tam ad corpus, quàm ad ætatem refertur. Plinius, libro 16. cap. 6. 1. Folia sunt maiuscula, quàm edere. De tussilagine seu bechio herba. Terent. Eunucho. 3. 3. 11. Thais, ego quàm sum, maiuscula est. Plinius, lib. 22. cap. 21. 4. Ex omnibus his generibus ad calculos, &c. cuius & foliorum & fruticis amplitudo maiusculà est. Cice. Dolabellæ, lib. 9. 10. 5. Sed quid ago? quum mihi sit incertum, tranquillone is animo, an vt in bello, in aliqua maiuscula cura negotiòve versere, labor longius.

Magnanimus, pen. corr. Adiectiuũ, (μεγαλόψυχος, ἐυψυχος, μεγαλόπνους,) Qui magno animo est. Cice. 4. Tuscul. 99. Constantem enim volumus quendam sedatum, grauem, humana omnia prementem, illum esse quẽ magnanimum & fortem virum dicimus. Talis autem nec mœrens, nec timens, nec cupiens, nec gestiens esse quisquam potest. Idem 1. Offi. 91. Itaque viros fortes & magnanimos, eosdem bonos & simplices, veritatis amicos, minimeque fallaces esse volumus.

Achilles magnanimus, Vide ACHILLES.
Duces magnanimi. Virg. 4. Georg. 1.
Equi magnanimi. Virg. 3. Aeneid. 141.
Gentes magnanimæ. Virgil. 10. Aeneid. 28.
Heroes magnanimi. Virgil. 4. Georg. 96. Oui. 12. Metam. 46.
Leo magnanimus. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 7.

Magnanimitas, pen. corr. (ἐυψυχία, μεγαλοψυχία,) Sublimitas, & præstantia animi. Cice. 1. Offic. 213. Nam quum omnis honestas manet à partibus quatuor, quarum vna sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c. Plin. lib. 7. cap. 25. 3. Idem magnanimitatis perhibuit exemplum, cui comparari non possit aliud. De Iulio Cæsare.

Magnificus, pen. corr. Adiectiuum, (μεγαλοπρεπής, μεγαλόφρων, μεγαλουργός,) Qui in magnis pro dignitate sumptum facit, quique circa publicam magnificentiam impensas facit honorificas, veluti in ludis, in rebus diis sacrificatis, in ædificiis, in epulo publico: non autem qui in seipsum sumptuosus est. Plaut. Afina. 7. 95.
Extemplo facio facetum me, atque magnificum virum:
Dico me esse atriensem. Terent. Heaut. 2. 1. 15. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. Liu. 1. ab Vrbe, 43. Inde exercitu victore reducto, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, &c.
Aedes magnifica. Ouid. 6. Fast. 128.

Magnificus apparatus, Hoc est sumptuosus & lautus. Cicero, 1. Offic. 38. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia.

Magnifica & præclara eius defensio ostenditur. Cice. 7. Verr. 1.
Magnifica domus. Plin. lib. 17. cap. 1. 2.
Splendor magnificus. Lucret. lib. 4. 207.
Succus magnificus in vsu, medicamentisque. Plin. lib. 19. cap. 3. 2
Triumphi magnifici. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 7.

Magnifica verba, Magnam ostentationem, vel magnum quiddam præ se ferentia. Terent. Eunucho, 4. 6. 3.
– atqui si illam digito attigerit vno, oculi illicò effodientur:
Vsque adeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba. Id est iactantiæ & ostentationis plena. Seneca Troad. 6. 34.

Vrbes magnificæ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 5.
Magnificum abundè est voluisse. Plin. in Præf. 11.
Dicere aliquid magnificum. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 2.

Magnificus, Nonnunquam in malam partem sumitur. Vnde illud Cornelii Nepotis de Attico in eius vita: Quòd splendidus fuerit, non magnificus.
¶ Magnificissima dicebant antiqui pro magnificentissima. Re enim vera magnificens dici non potest, vnde magnificentissima videtur deduci. Festus.

Magnificentior & magnificẽtissimus. Cic. 2. de Fini. 179. Ad altiora quædam & magnificentiora mihi crede Torquate nati sumus.

Magnificentissimum Senatusconsultum, hoc est amplissimum & nobilissimum. Cicero 1. de Diuin. 106.

Magnificentissima ædilitas. Cic. 6. Verr. 5.

Magnificentia, magnificẽtiæ (μεγαλοπρέπεια, μεγαλόφρων, μεγαλουργία,) Est (inquit Cic. 1. de Inuentione, 242.) rerum magnarum & excellarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio atque administratio. Terent. Phorm. 5. 8. 37.
Nam non est æquum me propter vos decipi,
Quum ego vestri honoris causa repudium alteri
Remiserim, quæ tantundem dotis dabat.
b Hinc in malam rem cum istac magnificentia
Fugitiue etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? Cice. pro L. Murena, 37. Noli ludorum huius elegantiam, & scenæ magnificentiam valde contemnere, quæ huic admodum profuerunt. Idem in Orato. 46. Nam sic vt in epularum apparatu à magnificentia recedens, non se parcum solùm, sed etiam elegantem videri volet, eliget quibus vtatur.

Adhibere magnificentiam, Vide ADHIBEO.

Astruere aliquid magnificentiæ, Vide ASTRVO.

Magnificentia verborum, hoc est apparatus. Cic. de Amic. 20. Nec metuimur eam, vt quidam docti, verborum magnificentia. Idem 4. de Finib. 98. Nec hoc ille non vidit, sed verborum magnificentia est & gloria delectatus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 42.

Magnifice, pen. corr. Aduerbium, (μεγαλοπρεπῶς, μεγαλοφρόνως, μεγαλουργῶς) Lautè, honorificè. Terent. Heaut. 3. 2. 46.
Et ne ego te (si viuis veniat) magnifice, Chreme,
Tractare possim.

Magnificè aliquã accipere, Honorificè. Plaut. Pseu. 4. 33. Magnificè volo enim summos viros accipere: vt mihi rem esse reantur.

Magnifice compellare aliquem. Plaut. Pseud. 11. 11. Magnifice hominem compellabo.

Magnificè dicere, Laudabiliter, cum excellentia quadam. Terentius. Adelph. 2. 3. 4. Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id vitus quin superet tua. Cicero, 3. de Finibus, 16. Dicuntur illa Cato magnificè inquam.

Magnificè se efferre, Multum, mirum in modum. Terent. Heaut. 4. 3. 31.
Huic equidem consilio palmam do: hic me magnificè effero.

Magnificè incedere. Liu. 2. ab Vrbe, 17. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit.

Magnificè ire aduorsum. Plaut. Casina, 17. 4.
Atat cesso magnificè, patriceque, amiceque hero meo
ire aduorsum?

Magnificè loqui. Brutus ad Ciceronem, 16. 3. Iuuat enim magnificè loqui, & certe decet aduersus ignorantes. Liu. 7. ab Vrb. 134. Cãpani, etsi fortuna præsens magnificè loqui prohibet, &c.

Magnificè magna loqui. Tibull. lib. 2. eleg. 7. 3.

Magnificè viuere. Cic. 1. Offic. 131. Hæc præscripta seruantem licet gratiuiter, magnificè, animoseque viuere, atque etiam simpliciter, fidelitèr, & vitæ hominum amice.

Magnificè vtilis. Plin. lib. 13. cap. 7. 6. Siccæ fici stomachum lædunt: gratiri & faucibus magnificè vtiles.
¶ Magnificus, Cato pro magnificentius dixit: & non frustranam positus eius magnificè est. Festus.

Magnifico, magnificas, pen. corr. (μεγαλυνόω, μεγαλύνω,) magnificare, Extollere, Exaltare. Pli. li. 17. ca. 9. 1. M. Varro principatũ dat rotundo fimo ex auiariis. Quod ét pabulo boũ suumque magnificat atque alto cibo celerius pinguescere asseuerat. Ide lib. 20. ca. 1. 4. Ipsum concumis qui magnificãt, nasci præcipuum in Arabia, &c. Idẽ lib. 28. ca. 16. 1. Magnificant & vituli, qui nondũ herbã gustauerit, fimum. Sic lib. 30. ca. 10. 1. Et lib. 36. ca. 5. 28. Archesilaũ quoque magnificat Varro. Idẽ lib. 36. ca. 12. 8. Magnificãt & alia turris, à rege facta in insula Pharo. Plaut. Menæch. 3. 1. 4. Te vnum ex omnibus Venus voluit me magnificare.

Magniloquus, pe. cor (μεγαλορήμων, τομφαστικός,) Qui magna loquitur. Mart. lib. 2. 43.
Candide καὶ φίλων hæc sunt tua Candide πότνια
Quæ tu magniloquus nocte diéq; fonas. Tacit. in vita Agricolæ. Atq; illo modò cauti ac sapientes, prompti post euentum, ac magniloqui [illegible]
Homerus magniloquus. Stat. 5. Sylu. 3. 17.

Flatus magniloqui. Stat. 3. Thebaid. 39.
– magniloquos loit impia flatus
Tantalis. Id est Niobe quæ Latonæ præferri se volebat.

Ore magniloquo tumidus. Ouid. 8. Metam. 80. Talia magniloquo tumidus memorauerat ore.

Magniloquẽtia, magniloquẽtię, (μεγαλορρημοσύνη,) Cl. in Ora. 114. Calidus ille dactylic" numerus hexametrorũ magniloquẽtię sit accommodatior.

Homeri magniloquentia. Cic. Cæsari, lib. 13. 16. 5.

Magnipendo, magnipendis, (περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι,) magnipẽdere, In magna æstimatione habere. Plaut. Curcul. 6. 12.
Neque eum ad me adire, neque me magnipendere
Vsus est. Idẽ Afina. 9. 54. Nõ magnipẽdo ne duitsi nõ volt, sic fure [illegible]
Idem Pseud. 4. 85. Sed, scio, tu haud oleum magnipendis, vino te dedisse
cis. Terent. Adel. 5. 4. 25. Ego quoque à meis me amari, & magnipendi postulo. Liuius, Romanorum nemo id authoritatis aderat, vt [illegible] – addemissa eius magnipenderentur. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 19.
Vultum habitumque hominis quem tu vidisse beatus
Non magnipendis quia contigit.

Magnitas, pen. corr. (μεγαλότης,) pro Magnitudine apud antiquos, Accius Vacces, Nanque sat frugi, neque dici potest pro magnitate.

Maximitas, pen. corr. maximitatis, f. g. (μεγιστότης,) Magnitudo. Lucretius libro 2. 101.
Ne quædam cogas immani maximitate
Esse supra, quod iam docui non posse probari.

Magnitũdo, pe. prod. Amplitudo, (μέγεθος, ὄγκος, μεγαλοπρέπεια,) sublimitas. Plin. lib. 10. cap. 32. 1.

Magnitudo solis. Cic. 4. Acad. 228.
Ampla magnitudo, Vide AMPLVS.
Inhabilis magnitudinis nauis, Vide INHABILIS.

Inaudita magnitudo, Vide INAVDIO.
Iusta magnitudo, Vide IVSTVS.
¶ Capere magnitudinem, Vide CAPIO.
Cogere in magnitudinem, Vide COGO.
Complere magnitudinem alicuius rei. Plin. lib. 16. cap. 7. 1. Nigra diutius vitet, crescitque vt interdum mali compleat magnitudinem. De Galla.
Excedere in nimiam magnitudinem. Celsus lib. 2. cap. 21.
Implere magnitudinem suam anno, Vide IMPLEO.
Magnitudo aeris alieni. Cic. pro Rosc. Amer. 23.
Magnitudo periculi, pro granitate. Cic. pro Quintio, 3. Primum magnitudo periculi summo timore hominem afficit.
Magnitudo animi, pro Excellentia, & præstantia. Cice. 4. de Finib. 32. Quæque ab eisdem de temperantia, de modestia, de magnitudine animi, de omni honestate loquuntur.
Magnitudo Pompeii. Plin. lib. 18. ca. 6. 4. Non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeius, qui nũquam agrũ mercatus est, conterminũ.
Adhibere magnitudinem animi, Vide ADHIBEO.
Conspicuus magnitudine, Vide CONSPICIO.

Magnopere, penul. corr. Aduerbium, (λίαν, μεγάλως,) Valde, Vehementer. Plaut. Trucul. 10. 45. Malam rem ut è magnam, magnopere seruo vaticum. Terent. Heaut. 4. 1. 13.
Meminisse me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatum,
Si puellam parerem, nolle tollit. Plaut. Persa, 6. 61.
– ne hoc cuiquam homini dicerem, ed istum est mihi
Magnopere, ne quoiquam homini crederem.

Magnopere errare. Lucret. lib. 3. 12. Idem lib. 1. 36.
– sed in omnibus rebus
Magnopere, à vera lapsi ratione videntur.

Magno opere, separatim etiam aliquando legas. Plaut. Casin. 9. 6.
Atque id non tam ægre est iam vicisse villicum.
Quàm id expetisse opere tam magno senem. Terent. Eunucho, 3. 3. 16. – Thais maximo
Te orabat opere, vt eras redires.

Magnopere censeo: Hoc est operæpretium esse. Cice. ad Cassium, libro 15. 14. 7. Ego cæterarum rerum causa tibi Romam magnopere properandum censeo.

Nemo magnopere eminebat. Liu. 1. ab Vrbe, 69.

Magnopere prouidendum. Cic. pro Fontcio, 10. Et 4. Verr. 18. Quare iudices vobis magnopere prouidendum est.

Magnopere facere. Cic. 7. Ver. 84. Quid inquam magnopere potuit Cleomenes facere illius auaritia nauibus exinanitis?
¶ Non magnopere laboro. Quod vulgus barbarorum dicit. Non multum curo. Cicero pro Rosc. Comœdo, 25. Et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere labero.

Non magnopere miror. Cice. 4. Academ. 115. Et lib. 1. 12. Nihil enim magnopere meorum miror.

Non magnopere quærere. Cice. 6. Verr. 1. Genus ipsum prius cognoscite Iudices, deinde fortasse non magnopere quæretis quo nomine appellandum puteris.

Nihil dicendum magnopere videtur. Cice. pro Rosc. Amer. 74. Tametsi ita res se habet, vt mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magnopere videatur.

Non magnopere visus phœnix in toto orbe. Plin. lib. 10. cap. 2. 1.

Maximopere, pen. corr. (σφόδρα, σφοδρότατα,) Superlatiui gradus aduerbium. Idem quod Vehementissime. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 2. 3. A te maximopere pro nostra summa coniunctione, quæque singulari humanitate etiam atque etiam quæso & peto, vt quibuscunque, &c.

MAGNVS portus, (μέγας, μεγάλος,) apud Ptolemæum libro 3. cap. 3. Britanniæ locus. Vulgò Portismouth, vel portus Hamonis, vbi ciuitas Sonthampton.

MAGO, (μάγος,) Magones plures fuerunt, sed maxime clarus fuit ille, qui cum CXX nauibus bello Tarentino auxilio venit Romanis, vt Liuius & Trogus referunt.

Magudaris, siue magydaris, pen. corr. f. g. (μαγούδαρις,) Prisciaficat frugis, id est caulis genus, qui nascitur ex ea parte cuius radix silphi auellitur, vel, vt alii volunt, filiginem. Hactenus Priscianus. Hanc caulem laserpitii quidam existimant. Plaut. Rud. 16. 19. Seu tibi confidis fore multam magudarim. Colu. lib. 6. cap. 17. 6. Facit & radix, quam Græci vocant μαγουδάριν. Volgus nostra cõsuetudine laserpitium appellat. Quo loco, quædam exemplaria legũt ὑ Ἰνφιον, nõ μαγουδάριν.

Magus, magi, m. g. (μάγος,) Dictio Persica, qua apud eos sapiens & philosophos Latini sapientes, Galli druydas, Aegyptii prophetas, siue sacerdotes Cic. 2. de Leg. 42. Patrum delubra esse in vrbibus censeo: nec sequor magos Persarum, quibus authoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur. Idem 1. de Diuin. 149. Et in Persis augurantur & diuinant magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Et paulo post, 150. Nec quisquam rex Persarum

potest esse, qui non antè magorum disciplinam, scientiámque percepe rit. Sic 5. de Finib. 149.
Magus, ex officio incantator dici potest.

Artes magorum. Ouid. 7. Metam. 19.
Portenta magorum. Cic. 1. de Nat. deorum, 61.

Sapientum & doctorum genus magorum habebatur in Persis. Cice. 1. de Diuin. 84. Horat. 1. Carm. ode 27. 5.
Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus?

Magia, penul. prod. (μαγεία,) quia per ει diphthongum scribitur, duplex est. Altera infamis, ac immundorum spirituum commerciis inauspicata. Altera non ferè aliud est, quàm naturalis philosophiæ apex. Priorem illam Græci Goetiam vocant, incantationibus & carminibus nefariæ curiositatis arte compositis concinnatam: cuius studiosos vulgò damnabiles & maleficos appellant. De qua cõcinnantur libri, quos impro baræ lectionis appellat Iure consultus Vlpianus, protinúsque esse corrumpendos statuit. Quæ verò propriè magia nuncupatur, perfecta creditur & summa scientiæ potestas: quando Persarum lingua est magus non ferè alius, quàm diuinorum interpres & cultor. Goetiam omnium placita legum exterminant, execrantúrque. Magiam festo plausu sapientissimus quisque excipit, veneratur & colit, vt quæ altior sit sanctiórque philosophia. Pythagoram, Empedoclem, Democritum, Platonem quoque hanc equis velisque conquisiuisse, nauigatione suscepta non longa solùm, sed & periculosa, constans opinio est. Goetia maximè fuerũt insignes Aegyptii, quòd præcipuè dæmonum ibi vigeret cultus. Magia verò præcellunt Aethiopes & Indi, quia ea mundi portio herbis aliísque ad eum vsum peracommodis maximè scateat. Hæc certè rerum naturalium sympathiam & consensum diuinitatis diligentissimè scrutatur, exploratiis, inter sparsas mundo rerum potestates, alioqui in naturæ quodam modo sanctariis reconditas, in apertum ita producit, vt miracula inde consurgant maximè mira non vtique magia ipsa artifice, sed natura potius, cui se hæc mutuos copulando apte consensus ministram exhibet. Plato diuinorum scientiam vocat atque cultum, qua imbuantur Persarum regum filii, vt ad mundanæ Reipublicæ imaginem, suam & ipsi Rempublicam administrare condiscant. Vide multo plura apud Cælium lib. 9. cap. 13.

Magice, magices pen. corr. (μαγικοί,) Ars ipsa incantandi, quam quidam magiam vocant. Plin. lib. 30. cap. 1. 8. Si non expers fides eius tota Thracæ magices fuisset.

Magicus, pen. corr. Adiectiuum, (μαγικός,) Quod ad magum vel etiam magicen pertinet. vt Magica ars. Plin. lib. 11. cap. 37. 71.

Artes magicæ. Virg. 4. Aeneid. 99.
De magica arte, Vide Plinium lib. 30. cap. 1. & 2.
Auxilia magica. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 5.
Magicum carmen. Cic. 1. de Orat. 127. Ouid. 2. Fast. 86.
Lingua magicæ potentia. Ouid. 7. Metam. 66.
Os magicum. Ouid. 14. Metam. 13.
Magica portenta. Plin. lib. 25. cap. 3. 6.
Ritu magico lustrari. Ouid. 10. Metam. 80.
Sacra magica. Virg. 8. eclog. 13.
Soni magici. Ouid. 2. de Arte, 21.
Terrores. Horat. 2. epist. 1. 42.

Magydaris, Vide MAGVDARIS.

MAIA, (μαῖα,) Atlantis filia, ex qua Iupiter Mercurium suscepit. Significat & obstetricem, vt author est Suidas in Socratis vita. Est & dea, Fauni filia, cui in mellario vase non mel, sed vinum sacrificabant.
Albæ filius Maiæ. Mercurius. Horat. 1. Carm. ode 2. 9.
Genitus Maia, Mercurius. Virg. 1. Aeneid. 61.
Natus Maia, Mercurius. Horat. 2. Serm. sat. 6. 1. – nihil amplius oro
Maia nate, nisi vt propria hæc mihi munera faxis.
¶ Maia, pro stella vna ex Pleiadibus. Virg. 1. Georg. 54.
Multi ante occasum Maiæ cœpere.

Maiales, pen. prod. (γουρίοι,) Porci castrati dicti sunt antiquis, Varro 2. de Re rust. cap. 4. 10. Castrantur verres commodissimè anniculi, vtique ne minores quàm semestres: quo facto nomen mutant, atque è verribus dicuntur maiales. Sic cap. 7. 13.

Maiestas, maiestãtis, f. g. (μεγαλειότης,) A magnitudine dicta est, authore Festo. Est autem decus, amplitudo & dignitas vel populi vel Senatus, vel magistratus, vel principis, aut imperatoris, aut priuati cuiusdam magni viri aut alterius etiam inanimatæ rei. Horat. 2. epist. 1. 52. ad Augustum,
– sed neque parcum
Carmen maiestas recipit tua.

Maiestas, populi dicebatur: Authoritas autem, Senatus. Populus enim iscire solebat & iubere: Senatus censere, & author esse. Cic. 3. Philip. 152. Tantus autem est consensus municipiorum, coloniarũmque pro uinciæ Galliæ, vt omnes ad authoritatem huius ordinis, maiestatemque Populi Rom. defendendam conspirasse videantur. Quintilian. lib. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.4.Maiestas est in imperio,atque in omni Populi Roma.dignitate.
re. Quæritur tamen an maiestas minuta sit,vt in causa Cornelii quæsitum est. Legitur & Maiestas Senatus:vt apud Plinium epist.1.59.
Actio maiestatis. Quintilian.lib.5.cap.10.18.Iniuriam fecisti : sed quia magistratui,maiestatis actio est.
Imperii maiestas.Horat.4.Carm.ode 15.3.
famaque & imperi
Porrecta maiestas ad ortum
Solis,ab Hesperio cubili.
Acris maiestas.Claudian.5.Panegy.25.
–& inhorruit acri
Maiestate nemus.
Rectoris maiestas.Silius lib.15.82.
Regia maiestas.Claudian.de nuptiis Honorii,40.
Sancta maiestas. Ouid.3.de Arte,82.
Verenda maiestas.Ouid.4.Metam.8.
¶ Accersere maiestatis,Vide ACCERSO.
Conseruare maiestatem.Idem significat quod Retinere maiestatem . Cic. pro Rabirio perduellionis reo,12.Fit Senatusconf.vt C.Marius, L.Valerius Consules,adhiberent Trib.pleb.& Prætores,quos eis videretur: operamque darent,vt imperium Populi Roma.maiestasque conseruaretur.Id nunc vulgò dicunt, Ita agant vt rex sit potentior vel fortior: vel ita faciant vt iustitiæ obediatur. Idem pro Corn.Balbo,28.de Gaditanorum fœdere loquens,Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus:Maiestatem Populi Rom. comiter conseruent. Id habet hanc vim,vt sit ille in fœdere inferior . Primum verbi genus hoc cõseruandi,quo magis in legibus,quàm in fœderibus vti solemus, imperantis est, non precantis . Deinde quum alterius populi maiestas conseruari iubetur,de altero siletur: certe ille populus in superiori cõditione causaque ponitur , cuius maiestas fœderis sanctione defenditur.In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione , qui ita dicebat comiter esse communiter.quasi verò priscum aliquod aut insolitum verbi interpretaretur.Comes,benigni faciles,suaues homines esse dicuntur,qui erranti comiter monstrant viam:benignè,non grauatè, comiter quidem certe,non communiter conuenit. Hactenus Cicero. Maiestatem Populi Rom.comiter conseruent.hoc est,obsequium, obseruantiamque liberis non indignam nec indecoram imperio Romano,populoque benignè exhibeant: & vt comiter obsequiosum sed ille populus Populo Rom.præbeat , curetque vt imperium semper penes Romanos sit.hoc enim ferè significant illa verba. Ex Budæo.
Constituere maiestatem , Significat lapsam aut labentem confirmare dignitatis venerationem,atque amplitudinis existimationem, vt in illo loco concionis Sallustianæ,Maiores nostri parandi iuris , & maiestatis constituendæ gratia,per secessionem armati bis Auentinum montem occupauêre . Budæus.
Damnatus maiestatis,Vide DAMNO.
Imminuere maiestatem,vel minuere. Cice.2.de Oratore,89. Si res tota quæritur,definitione vniuersa vis explicanda est,fic:Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis,is eam minuit,qui exercitum hostibus Populi Romani tradidit. Ibidem.59.Mihiipsi cum Sulpitio fuit in Norbani causa summa contentio.Pleraque enim de iis,quæ ab isto obiicie bantur,quum confiterer,tamen ab illo maiestatem imminutam negabam : ex quo verbo lege Apuleia tota illa causa pendebat . Idem in Partitiombus.58.Maiestas est in imperii atque in omni Populi Roma. dignitate:quam minuit is,qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocauit:extitit illa disceptatio,minuerint maiestatem, qui voluntate Populi Roma.rem gratam & æquam per vim egit. Quod Cicero minuere maiestatem vocat, ætas sequens lædere appellauit. Idem 1.Philip.16.Quid enim turpius , quàm qui maiestatem Populi Romani per vim minuerit,eum damnatum iudicio ad eam ipsam reuerti , propter quam sit iure damnatus ? Per vim minuisse maiestatem publicam dicit eum, qui vim publicam commiserat . Ex Budæo.
Lædere maiestatem.Sueton.in Claud.Cæsare, cap. 16. Notauit & quendam,quòd comes regis in prouincia fuisset:referens maiorum temporibus Rabirio Posthumo Ptolemæum Alexandriam crediti seruandi causa secuto,crimen maiestatis apud iudices motum.Ex quibus verbis apparet maiestatem Populi Rom.læsam maiores ob id existimasse, quòd ciuis Rom.affectam se regi & comitem præbere non dubitasset contra morem maiorum,vt creditam pecuniam reciperet. Budæus.
Læsæ maiestatis reus,Vide LAEDO.
Minuere maiestatem.Quintil.lib.4.ca.4.7.Vide Imminuere maiestatem.
Soluere maiestatem.Liuius lib.2.belli Punici,Horum opportunus aduentus Consules imperii potentes fecit, quum ambitio alterius suam primum apud eos praua indulgentia maiestatem solusisset. Budæus.
Retinere maiestatem,Id est quod nunc vulgus Seruare authoritatem vocat . Liuius lib. 4. belli Macedonici, 4.Si in sua quisque nostrum matrefamilias , Quirites , ius & maiestatem viri retinere instituisset ,minus cum vniuersis fœminis negotii haberemus . Cice. in Oratore,55. Ius omne retinendæ maiestatis Rabirii causa continebatur.Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Budæus.
Venerari maiestatem naturæ deorum.Quintil.lib.3. cap.7.5. Verum in deis,generaliter primum maiestatem ipsius eorũ naturę venerabimur.
Maiestas diuinæ solertiæ.Cic.4.Acad.116.Negatis hæc tam polite,tamque subtiliter effici potuisse sine diuina aliqua solertia,cuius quidem maiestatem deducitis vsque ad apium, formicarumque perfectionem.
Maiestas nominis,Hoc est magnitudo & dignitas.Martial lib.8.1. Quam pars libri,& maior & melior ad maiestatẽ sacri nominis tui allegata sit.
Maiestas alicuius loci , Hoc est præstantia & excellentia. Liuius 1.ab Vrbe.230. Concepit animo eam amplitudinem Iouis templi quæ dignaret deũm hominumque rege,quæ Romano imperio,quæ ipsius etiam loci maiestate esset .
Maiestas in oratione,Hoc est,grauitas. Cic.de Amic.78. Quanta illi,dii immortales,fuit grauitas,quanta in oratione maiestas?
Afferre orationi maiestatem aliquam.Quintil.lib.1.cap.6.25.

Maiores, Vide MAGNVS.

Maius, (μαῖος,μεταγενεστέρα,) mensis à maioribus dictus est, quia (inquit Macrobius Saturnal.lib.1.cap.12.) maioribus consecratus erat,quorum consilio Respon. gerebatur:sicut Iunius à Iunioribus,qui rem armis gerebant.Postquam enim Romulus Populũ Romanum in maiores minoresque diuisit, vt altera pars consilio , altera armis Rempub.tueretur,in honorem vtriusque partis hunc Maium, sequentem Iunium vocauit.Ouid.5.Fast.15.
Hinc sua maiores tribuere vocabula Maio:
Iunius à iuuenum nomine dictus adest . Sunt qui Maium à Maiestate dea denominatum velint,q̃ flamẽ Vulcanalis Calẽdis Maiis huic deorem diuinũ facit.Alii à Maia Mercurii matre, ꝓpterea hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio sacrificare soliti erant.
Mensis Maius.Cic.2.Philip.100. Ouid.5.Fast.1.Et 85.
Mensis erat Maius,maiorum nomine dictus.

Mala, malæ,fœm.g.(μέλον,πτερὰ,σιαγών,)Faciei pars est, dicta quòd rotunda,mali speciem præ se ferat. Plin.lib.11.cap.37.31.Infra oculos malæ,homini tantum,quas prisci genas vocabant,XII Tabularum interdicto radi à fœminis eas vetantes.Pedoris hæc federibus maximè ostenditur robor. Infra eas, hilaritatem risumque indicantes, buccæ. Cicero malam à maxillis per contractionem siue decurtationem dici ait,quum inquit in Oratore,86,Quin etiam verba sæpe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo enim vetter Axilla Ala factus est,nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo , & paxillo , consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Plaut.Merc.1.2.55, Subnigris oculis, oblongis malis, paululum aliquantulum. Idem Trinum.8.59,
–at pol ego etiam si veter,edam,atque ambabus
Malis expletis vorem, & quod illi placeat, præripiam potissimum.
Pars vtraque malarum.Lucret.lib.1.18.
Cui simul insula virgineos circundata comptus
Ex vtraque pari malarum parte profuit.
Audaces malæ.Virg.7.Aeneid.23, –vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi :
Et violare manu malisque audacibus orbem
Fatalis crusti,patulis nec parcere quadris .
Diffusæ malæ.Persius Saty.3.6,
–laxumque caput compage soluta
Oscitat hesternum dissutis vndique malis.
Horribilis mala leonis.Horat.2.Carm.ode 19.5.
Crepitant duro sub vulnere malæ.Virgil.5.Aeneid.88.
Flauescere malæ dicuntur,quum primum barbæ lanugo crescere occipit. Ouid.6. Metam.144.
Absumere mensas ambesas malis.Virg.3.Aeneid.52.
Mandere malis.Cic.3.de Oratore,120.
Impius hortatur me frater,vt meos malis miser
Manderem natos.Ex quodam poeta.
Signarat teneras dubia lanugine malas.Ouid.13.Metam.162.
Iuuentas molli vestit lanugine malas.Lucret lib.5.178.

Malache, malaches,pen.cor.fœ.g.(μαλακὴ,)Maluæ species.Plin. lib.20.cap.21.1,

Malacus, penulti.correp.Adiectiuum,(μαλακὸς,)Mollis . Plaut. Bacch.5.120. Hic nostra ageror ætas in malacum mollidum.Id est , molliter . Idem Trucul.11.48.Mœchum malacum amabo.
Sic Milite,10. 93.
Eme mi vir lanam,vnde tibi pallium
Malacum,& calidum,conficiantur tunicæ mihi hyberne bone.Ne algeam hac hyeme,Et Bacchid.1.38 . Pro hasta talus: pro lorica,malacum capiam pallium.Id est,molle & effœminatum.Idem Sticho,4.74.
Vel vnctiones Græcas,sudatorias,
Vel alias malis,malacas,ampullarias
Cauillationes .
Malacia,malaciæ , (μαλακία,) Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quiescunt

no quiescunt & languent,neque vlla aura commouentur.Cæsar 3.bel. Gal.411.Ac conuersis in eam partem nauibus,quò ventus ferebat,tanta subitò malacia ac tranquillitas extitit,vt se loco mouere nõ possent.
Malacia,est in grauida: ille languor & mollities dissoluti, & cuncta fastidientis stomachi.Plin.lib.33.cap.6.c.Malicorium expetitur grauidarum malaciæ,quoniam gustatu moueat infantem. Ibidem.Hormin semen edendum præcipiunt in malacia prægnantibus. Sic lib. 28.ca.7. 2.Malacia stomachi.Hoc est,depranatus appetitus,propter oris ventriculi affectum,ab humorum erodentium copia.
Malacisso,malacissat, (μαλακίζω,) malacissare, Mollire, subigere . Plaut Bacchid.1.31.A page à me,apage.2.ab, nimium ferus es.3. mihi sum. 3. malacissandus es.

Malagma, malagmatis,pen.corr.n.g.(μάλαγμα,) Fomentum,ad rem duram emolliendam superpositum , Malagmata enim contusa,& super cutem imposita,abundè mollificant.à μαλάσσω,mollio,his mollientur apostemata,& matura fiunt.Colu.lib.7. Cuminum conteritur,cui adiicitur exiguum pleis liquidæ & axungiæ, vt lentorem malagmatis habeat. Idem lib.6.cap.17.2. Atque ipsa folia cum sale trita,malagmatis more,fœcarificatione intendũtur . Plin.lib. 22.cap.24.10.Non fecit cerata,malagmata,cataplasmata,&c.
Expeditum malagma.Celius lib.5.cap.14.Expeditius ad idem fit, quod habet vitci,felini stercoris,&c.

Malasso, Vide MALACVS.

Male, Aduerbium,Vide MALVS,Adiectiuum.

MALEA ,penultima interdum breui,interdum producta μάλεα καὶ μάλεαι.Promontorium est Laconiæ prouinciæ , quod, teste Seruio, per quinquaginta Milliaria in mare proteditur,vbi vnda adeò sæua est , vt persequi nauigantes appareat.Virg.5.Aen.35.Ionioq; mari,Maleæq; sequacibus vndis. Id est persequentibus.Luca lib.3.2. Et rapidos lõge flexus donare Maleæ. Nomen à Maleo Argionorum rege inditum est: & loci periculo locus adagio datus,Maleam leges,quæ sunt domi obliuiscere:quo in omni præsente periculo significãdo vtimur.Plutarchus certè in vita Arati Maleam ventis æstibusque atrocem esse testis est .
Curua Malea.Ouid.2.Amor.elg.16.5.
Raucæ circumtonat fra Maleæ.Stat.7.Thebaid.4.
Saua malea.Propert.lib.3.eleg.19.2.
Spumantis Maleæ formidatum caput.Stat.2.Thebaid.7.
Nauræ etiam hodie vocant Capo Melio.

Maledico,Maledictum,Malefacio, Vide MALVS Adiectiuum.

MALEVENTVM,Campani vrbs,quam nunc,teste Perotto, bonionis causa Beneuentum dicimus,Vide Plinium lib.3.cap.10.

Maleuolentia, Vide MALVS Adiectiuum.

MALIACA,pen.corr.(μαλίακα,)Hispaniæ Tarraconensis vrbs . Ptolemæo lib.2.cap.6.Vulgò Malgrado.

Malicorium, malicorii,(σίδιον.) Putamen mali granati, inquit Hermolaus.Plinius lib.14.cap. 11.6 . Cuius aridis gua cortia maximè perficere illo nouit, ob id malicorium appellant medici . De malo Punico .

Maligno,Malignus, Vide MALVS.Adiectiuum.

Malitia, Vide MALVS Adiectiuum.

Malleus, mallei,m.g.(σφύρα,ἑφαίστου,) Fabrile instrumẽtũ dictũ q̃ rea dura mollitat,quasi mollens.Plaut.Menæch.9.46.
–quam tu nunc mihi nauem naratis MENI,Ligneam,
Sæpe tritam,sæpe fixam,sæpe excussam malleo. Varro de Re rustica, lib.1.cap.22.Corbes,ficinæ,tribula,mallei,& rastelli.
Malleolus,penul. correp.Diminutiuum,(μαστοῦρος,)
Malleolus,teste Columella,lib.5.cap.6.dicitur nouus palmes vitis innatus prioris anni flagello.sic dictus ab ipsius mallei similitudine : quòd in ea parte quæ deciditur ex vetere sarmento , prominens vtrinque malleoli speciem præbet,& plantationi apius est.Vel quòd (vt Plinius ait lib.17.cap.21.) solebat capitulatus vtrinque è duro sureulus seri. Cice.de Senect.48.Malleoli,plantæ,sarmenta,vites,traduces , propagines,nonne ita afficiunt,vt quemuis cum admiratione delectent?Idem pro Milone,49.Domus in eluo Capitolino scutis referta , plena omnia malleolorum ad vrbis incendia comparatorum . Idem in Catilinam.25.Defiunt insidiari domui suæ Consuli , circumstare tribunal Prætoris vrbanis obsidere cum gladiis curiam, malleolos ad incendendam vrbem facereque comparare.
Malleolãris & hoc malleolãre,pen.prod.(μαστηνμαστικός,) A malleolus fit.Columella de Arboribus,cap. 3. 3. Virgam malleolarem non amplius quàm sex gemmarum esse conuenit.

Malleãtor,pen.prod.huius Malleatõris,(σφυρατής,) Martial.lib.12.53.
Illinc paludis malleator Hispanæ
Tritum nitenti fuste verberat saxum .
Malleãtus,penul.prod.Adiectiuum, (σφυρωτός,) Quod malleo factum est.Vlpianus in L.Librorum appellatione.ff.de Leg.tertio,Sed perseripti libri nondum malleati,vel ornati continebuntur. Colu.lib.11.cap. 19.3.Iique qui præerit huic decoquendo , cola iuncea vel spartea , excrudo,id est non malleato sparto præparata habeat.
MALLOS,(μαλλός,) Vrbs Ciliciæ.Stephanus.Luca.lib.3.46. Mallos, & extremæ resonant naualibus Aegæ.Hodie vulgò Malo.

Malluuium, malluui ,neut. gen. (χοῦνοπτρον,) Vas in quo lauantur manus.Vide Bayfium .

Malo, manis,mauult,(προαιρέομαι,) Pluraliter,malumus,pen.corre. mauultis,malunt. Præterito imperfecto,malebam,&c. Præterito perfecto , malui , &c. Præterito plus quàm perfecto , malueram,&c. Futuro,malem,males,maler,&c. Quintil.lib. 1 . Qui Græcam figuram sequi maler,non Latinè,sed citra reprehensionem loquetur . Cice.5.Verr.59.Quid ergo ? in singulos H.S.quinquagenis millibus damnari mauultis ? Idem in Officiis , Iplarumque virtutum alias in alia mauult excellere.
Imperatiuo caret .
Optatiuo,mallem,&c. Præterito perfecto , & plus quàm perfecto , maluissem . Futuro,malim.
Cõiunctiuo,malim. Præterito imperfecto,mallem. Præterito perfecto, maluerim. Præterito plus quàm pfecto,maluissem. Futuro,malnero.
Infinitiuo,malle . Præterito perfecto , & plus quàm perfecto , maluisse . Cæteris caret .
Malo,significat magis volo.Cic.in Orat.86.Malle pro magis velle.
Manullem,minolo,maulem dixit Plautus in Amphi.6.14.Experiri istue manullem me,quàm mihi memoratier. Idem Asin. 15.8 . Amari manolo mi gnate me abs te. Et Aulul.25.1.
Mortuum ego me manulim letho malo,
Quàm non ego illi dem hodie insidias seni.

Malobathrum, malobathri , pen.corr. (μαλόβαθρον,) Arbor, de qua Plinius lib.13.cap.26.2.Dat & malobathron Syria arborem folio connoloto,arido colore,ex quo exprimitur oleum ad vnguenta fertiliore eiusdem Aegypto , laudatius tamen ex India venit . Horatus 2.Carm.ode 7.2.
Cum quo morantem sæpe diem mero
Fregi coronatus nitentes
Malobathro Syrio capillos. Ex malobathrinis enim foliis antiqui vnguentum siue oleum cõponebant ad tingendos siue etiam odore aspergendos mulierum capillos,atque hoc ideo foliatum appellabant.

Maltha, malthæ,fœm gen.Plin.lib.36.cap.24.1.Maltha è calce fit recentis:gleba vino restinguitur:mox tunditur cum adipe suillo & sicu,duplici linamento:quæ res omnium tenacissima , & durissimam lapidis antecedens.Quod malthatur,oleo perficatur ante.Idem lib.2.cap.104.In Comagenes vrbe Samosata flagnum est , emittens limum (maltham vocant)flagrantem.Quum quid attigit solidi,adhæret. Præterea tactus sequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo:flagrabatque miles armis suis.A quis etiam acceditur. Terra taurum restingi docuere experimenta. Ex quibus verbis apparet duplicem esse maltham,naturalem,& factitiam . Maltha etiam veteribus dicebatur mollis,teste Nonio. Lucilius,Insanum,quem maltham & fœminam dici iubet.Sanè Malthacia Græcis,mollities dicitur Latinis:& Malthacus,mollis,effœminatus.Proinde maltham interpretantur ceram , mollitam , qua vruntur ad tabularum ferruminationem, aut quidpiam simile vim habens conglutinandi,ferruminandique.
Maltho malthas,malthaui,malthãtum,malthare,Maltha ferruminare,Vide primum Plinii exemplum,paulo antè citatum.

Malua, maluæ,(μαλόχη,) Herba quæ antiquis in deliciis acetariorum erat,quam quidam à molliendo dictã putant, quasi molluam,q̃ ventrem molliat.Vide Plinium lib. 20.ca.21. Martialis,Vtere lactucis,& mollibus vtere maluis.Cic.Gallo,lib.7.27.6.Ita ego,qui rque ostreis & murenis facile abstinebam,à beta & à malua deceptus sum .
Læues maluæ.Horat. 1.Carm.ode 31.4.
Hoc est ventrem læuigantes & mollientes.
Salubres maluæ grani corpori.Horat.Epod.2.12.
Virides maluæ.Ouid.4.Fast.140.

Maluaceus , Adiectiuum, (μαλαχώδης,) Quod ad maluam pertinet , sine ad maluæ similitudinem factum.Plinius libro 21.cap.4.Alia funditur è caule maluaceo .

Malum, terræ,herba:cuius sunt genera quatuor , quæ recensentur à Plinio lib. 25.cap.8.15.

Malus, mali,f.g. (μῆλον,) priore producta,Arbor.Tractum nomen à Græcis,qui malum μῆλον dicunt.
Malum,Mali fructus.Virgilius 3.eclog.13.
Malo me Galathea petit lasciua puella.
Fœlicis mali aurea imago.Ouid epistol.19.47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aurea mala.Virgil.3.eclog.14.
Cana mala tenera lanugine.Virgil.2.eclog.11.
Roscida mala.Virgil 8.eclog.8.
Pelusiana mala,Vide PELVSIVM.
Redolentia mala in patulis canistris.Ouid.8.Metam.136.
Citreum.Martial.lib.13.37.
Pomum Colum.lib.5.cap.10.10.
Granatum.Plin.lib.16.cap.8.7.
Orbiculatum.Plin.lib.15.cap.14.4.Vide ORBIS.
Persicum.Plin.lib.15.ca. 14. 17. Sunt plura alia genera apud ipsum Plinij,& Columellá li.5.ca.10.13.& Varronem de Re rust.li.1. ca.59.1.
Malinus,Adiectiuij, (μηλεινός,) Quod est ex malo arbore factum.Colu. lib.7.ca.8.6.Est etiá nõ ingrati saporis muria perduratus,atque ita mãlini ligni vel culmi fumo coloratus.De caseo.Aliqui legunt maligni.

Malus, mali,m.g.priore prod. (ἴσος,) Arbor nauis.Lucre.li.2.112. Antennas,proram, malos, tonsasque natantes. Plaut. Trinummo,12.18.Fregere malum,ruere antennas,scindere vela. Cic.de Senect. 16. Vt siqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quam alii malos scandant,alii per foros curient. Idem 7.Verr.70.Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi,vela fieri precidi anchoras imperauit. Sic 3.de Orato.99.Cæsar 3. bel. Gal. 40.7. Et Plinius lib.7.cap.56.19.
Velifer malus.Valer.1.Argon.26. Lucan.lib.1.99.
Saucius malus celeri Africo.Horat.1.Carm.ode 14.1.
Rigido pendentia lintea malo.Ouid.epist.5.11.
Erigere malum.Virgil.5.Aeneid.98.
Ingentique manu malum de naue Seresti Erigit.

Malus, Adiectiuum, priore correpta, (κακός,φαῦλος,ἀνυγιής,δεινός,) Quod est Bono contrarium.
Homo minimè malus Cesellius.Gell.lib.3.cap.16. Cic.3.Offic.50. Philosophi quidam minimè mali illi quidem,sed non satis acuti.
Fortuna malorum leuior.Ouid.4.Trist.eleg.1.15.
Pœnas exercere malorum.Castigare malos.Virg.6.Aeneid.109.
¶ Mala ætas.Plaut.Aulol.4.4.
Atque vt te dignam,mala malam ætatem exigas.
Ager malus.Virgil.1.Georg.40.
Ambitio mala.Horat.2.Serm.saty.3.16.
Carmina mala condere.Horat.2.Serm.saty.1. 17.
Consuetudo mala.Horat.1.Serm.saty.3.8.
Contagia mala.Virgi.1.eclog.10.
Dapes malæ.Horat.Epod.3.2.
De dolo malo iudicium, Vide DOLVS.
Error malus.Virgil.8.eclog.8.
Facinus malum.Plaut.Pseud.1.1.56.
Ecquid argutus est? CH.malorum facinorum sæpissimé.
Fama mala.Terent.Phorm.1.3.17. Quòd habes,ita vt voluisti,vxorem sine mala fama:palàm Beatus.
Forma mala mulier,illiberali,indecenti.Plaut.Merc.7.72.
– rectè ego emero matri tuæ
Ancillam viraginem aliquam,non malam forma mala.
Gaudia mala.Virgil.6.Aeneid.56.
Tum consanguineus lethi sopor,& mala mentis Gaudia.
Homo malus.Plaut.Menæch.14.66. – ô hominem malum!
Vt dissimulat!
Lingua mala.Virgil.7.eclog.6.
Manus mala.Plaut.Amphit.7.47. Huic homini nescio quid est mali,mala obiectum manu, Postquam à me abiit.
Merx mala.Plau.Persa,6.59.Merx tua mala est.s.quid est quod metuas?
Idem Casina,17.20.Noui ego malas illas merces.
Opera mala.Plaut.Asin.12.144.
Hinc inerunt viginti minæ bonæ,mala opera partæ.
Pondus malum.Plaut.Amphit.4.158. Haud malum huic est pondus pugno.5.perii,pugnos ponderat.
Pudor malus.Horat.1.epistol.17.5.
Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.
Puella mala.Propert.lib.4.eleg.4.4.
Re mala magna mactari,Vide MACTO.
Scabies mala.Horat.de Arte,92.
Tempora mala.Plin.in Pane.153.Si malis tẹporibus inter mœstos & patientes,bonis inter securos gaudentesque numeror. Martial.lib.12.7. Temporibusque malis ausus es esse bonus.
Verba mala.Plaut.Trinum.4.24.
Quid venis? M.malis te vt verbis multis multum obiurgem.
Versus malus.Cic.in Pisonem,57.
¶ Malum,substantiue positum.Cic.ad Atticum,lib.13.28.2.8. Heri etiá effeci epistolã ad Cæsar:tibi enim placebit,quã nõ fuit malũ scribi.
¶ Malum,Damnum,incommodum,detrimentum,laborvt Malum præsentarium.Assuetus malo.Dare malum.Plaut.Pœnul.11.48.
– siquid boni promittunt,pro spisso euenit:

Id quod mali promittunt,præsentarium est. Virg.2.Georg.34.
Assuetumque malo Ligurem.
Damnum aut malum.Terent.And.1.1.116.
Quid facias illi qui dederit damnum aut malum?
¶ Malum,pro Iniuria & contumelia,verberibusque.Cic.5.Verr.11.Tu nisi malo coactus rectè facere nescis? Ibidem,46.Nam vi, malo, plagis adductus est,vt frumenti daret,non quantum haberet,sed quantum cogeretur. Budæus.
Intolerabilibus malis comes est angor.Lucret.lib.6.233.
Fessus malis.Ouid.9.Metam.59.
Causa & cibus mali. Ouid.1.de Remed.Amor.28.
Fac monitis fugias Otia prima meis.
Hæc,vt ames faciunt.hæc,quæ fecere,tuentur:
Hæc sunt incidi causa,cibusq; mali. Id est hæc faciũt & nutriũt malũ.
Causa,crimen,caputque malorum.Virg.12.Aeneid.120.
Copia magna mali.Lucret.lib.6.167.
Euitatio,liberatio,imminutio,conuersio malorũ.Quintil.li.5.ca.10.34.
Domitor malorum somnus.Senec.Herc.fur.12.3.
Irritamenta malorum opes.Ouid.1.Metam.29.
Labes mali.Virgil.2.Aeneid.20.
Moles mali.Lucre.li.3.215. Tanta mali tãquam moles in pectore cõstat.
Præsaga mali mens.Virgil.10.Aeneid.169.
Requies nulla mali. Lucret.lib.6.237.
Solamen mali.Virgil.3.Aeneid.133.
Terminus malorum.Lucret.lib.3.207.
Timor malorum.Quintil.lib.3.cap.8.27.
¶ Deforme malum.Ouid.3.de Arte,75.
Dura mala.Horat.2.Carm.ode 13.6.
Exitiale malum ambitus.Silius lib.8.51.
Fatale malum.Ouid.5.Trist.eleg.1.12.
Fœnebre.Tacit.lib.5.Sane vetus vbi fœnebre malum.
Funestum.Ouid.3.Trist.eleg.6.6.
Furiale.Senec.Thyest.19. Glisceus.Silius lib.7.71.
Grande.Horat.1.Serm.satyr.1.10.
Grauius malum.Horat.1.Serm.satyr.2.12.
Immedicabile malum cancer.Ouid.1.Metam.166.
Insitum in natura malum,Vide INSERO,insui.
Insperatum,nec opinatum malum.Cic.3.Tuscul.49.
Iocularium malum,Vide IOCVS.
Intestinum malum,Vide INTESTINVS.
Iucundum malum.Ouid.1.de Remed.amor.28.Sic vocat amorem.
Mediocre malum,Vide MEDIOCRIS.
Mortale malum.Ouid.7.Metam.106.
Malum nascens & inueteratum.Cic.5.Philip.186,Omne malum nascens facilè opprimitur,inueteratum fit plerunque robustius.
Natiuum malum,Vide NASCOR.
Perpetuum malum,Ouid.1.Amor.eleg.5.1.
Prædulce malum luxuries.Claud.2.Paneg.27.
Publica mala.Tacit.lib.14.
¶ Abstrahere à malis,à bonis,Vide ABSTRAHO.
Accedit aliud malum,Vide ACCEDO
Accidit malum.Cic.de Amic.9,Nihil enim mali accidisse Scipioni puto.
Accipere mala ex scholis.Quintil.lib.1.cap.2.7.
Accipere malum,Vide ACCIPIO.
Adiicere multum malo,Vide ADIICIO.
Afferre mala in scholas.Quintil.lib.1.cap.2.7.Non accipiunt ex scholis mala ista,sed in scholas afferunt.
Affligi malo.Quintil.in Procem.lib.6.5. Ego vel hoc vno malo sic etiam afflictus,vt me iam nulla fortuna possit efficere fœlicem.
Apportare malum,Vide APPORTO.
Auocare à contuendis malis,Vide AVOCO.
Cauere malũ.Ci.1.de Ora.128.Quã sit bellũ cauere malũ scire possum?
Densorum turba malorum circumstat me.Ouid.5.Trist.eleg.7.9.
Cœnare malum,Vide COENO.
Comparare malum,Vide COMPARO.
Conficere malum,Vide CONFICIO.
Coniicere se in malum,Vide CONIICIO.
Conuertere malum aliquod ad salutem,Vide CONVERTO.
Eripere aliquem malis.Virg.6.Aeneid.73.
Euadere malum in perpetuum.Celsius lib.4,cap.vlt.Quidam etiam quum asinino lotio epoto se eluissent,in perpetuum hoc malum euaserunt.
Esse in malis.Celsius lib.3.cap.15.Nam quartana neminem iugulat,sed si ex ea facta quotidiana est,in malis æger est.
Euellere mala radicitus.Lucret.lib.3.63.
Sic hominum genus est,quanuis doctrina politos
Constituat pariter quosdam,tamen illa relinquit
Naturæ cuiusque animæ vestigia prima:
Nec radicitus euelli mala posse putandum est.
Maximum exortum est malum.Senec.Octau.7.11.

Veterum

Veterum malorum supplicia expendunt.Virgil.6.Aeneid.148.
Facere malum. Cic.ad Atticum,lib.5.108.17. Commemorat quid olim mali C.Iulius fecerit,cum,&c.
Grauescentibus in dies publicis malis.Tacit.lib.14.
Habere malum,pro Pati.Cic.ad Atticum,lib.7.122.5. Virum bonũ oportere esse dicant ne malum habeat. Idem 1.Tuscul.24.Infinitum quoddam & sempiternum malum haberemus in vita.
Impendent te mala,Vide IMPENDEO.
Impertire aliquem malis,Vide IMPERTIO.
Incaloit vis illa mali.Ouid.9.Metam.33.
Incidere in malum,Vide INCIDO.penul.corr.
Inferre mala,Vide INFERO.
Ingerere mala in aliquem,Vide INGERO.
Ingrauescit in dies malum,Vide INGRAVO.
Insultare malis,rebusque ægrescere lætis.Stat.2.Thebaid.4.
Inuasit hoc malum in Rempub.Vide INVADO.
Inuehere mala,Vide INVEHO.
Inuigilare malis.Ouid.4.Fast.106.
Interuenit cogitationibus aeitum malum,Vide INTERVENIO.
Dignum malo ab vniuersis iudicari.Cic.5.Verr.79.
Lenire malum.Celsius lib.6.cap.6.de Euelpidis collyrio,Penicillo ad idipsum facto infusum,id malum lenit.
Leuare malum arte Apollinea.Ouid.3.Trist.eleg.3.2.
Mactare malo & damno,Vide MACTO.
Manat infinitum malum,Vide MANO.
Manabat illud malum vrbanum,Vide MANO.
Mendicare malum,Vide MENDICVS.
Metuere Reipublicæ malum ab aliquo,Vide METVO.
Miscere malum,Vide MISCEO.
Nancisci malum,Vide NANCISCOR.
Nascitur malum.Vide NASCOR.
Obliuisci malorum.Horat.Epod.2.8.
Ingentibus malis obstare.Senec.Thebaid.1.39.
Onerare aliquem malis. Virgil.4.Aeneid.110.
Malis onerari.Cic.Pato,lib.2.10.1.
Finem malorum orare.Ouid.1.Metam.148.
Patere malum alicui.Tibull.lib.4.eleg.12.4.
Hoc peperit misero garrula lingua malum.
Premi malis.Quintil.lib.7.cap.3.10.
Relegare mala omnia ad crimen fortunæ.Quintil.in Procem.lib.6.12.
Resistere malo.Ouid 1.Metam.59.
Sanant vina malum.Propert.lib.3.eleg.17.2.
Satiari malis.Stat.2.Sylua.1.3.
Sedare,vel potius tollere malum.Cic.2. Philipp.61. Quo ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sedaui,vel potius sustuli.
Quum serperet in vrbe infinitum malum Cic.1.Philipp.3.
Aliquid mali subest.Celsus lib.1.cap. 26. Si tantum mali subest vt neque medicamentis vinci potest.
Subire malum.Cic.ad Atticum,lib.7.118.9.Quid horum malorum quorum aliquod certe subeundum est,minimum potes.
Tentari malo.Celsius lib.5.cap.18.Atque hoc quoque malo ferè corpora seniora tentantur aut quæ mali habitus sunt:sed in cruribus maxime.
Transire multa malorum.Superare multa mala.Lucret.lib.5.46.
Vertere malo. Tacit. libro 5. Ac ne dubium haberetur magnitudinem peculiæ malo vertisse.
Vitare malum.Lucret.lib.5.169.
¶ Malum,Interiectio irascentis.Plaut.Amphit.7.46.Quas,malum, nugas fatis? tu tanus es? Terent.Eunucho,4.7.16.Vbi alii: s.qui,malũ, eo suauiter infertur. Plaut.Epid.Quæ,malum, hæc impudentia est? Et non interponitur malum,nisi oculis conuersis ad eum, qui id quod reprehendimus,dixerit.Malum,nunc interiectio est. Terent.Phorm. 4.5.11.Quid tua,malum id refert? e.magni Demipho. Vbi Donatus, malum interiectio est. Idem alio loco,Malum, Aduerbium inter positæ indignationis.Terẽ.Phor.5.8.55. – condonamus te. P.audio. Quid vos,malum,ergo me sic ludificamini,
Inepti vestra puei di sententia? Gellius,Quæ,malum,ratio ista est? Plinius lib.7.cap.55.3.Quæ,malum,illa dementia est,iterari vitam mortes & vsitatus Plinio,Ciceronisque.Cice ad Atticum,lib.5.108.1.Qui (malum) isti Pendentissæ? Idem 4. Verr. 29. Quæ (malum) ista fuit amentia? Idem 1.Philip.11.Et pro Rosc.Comœ.32.
Malè,Aduerbium, (κακῶς,) variis verbis iungitur.
Malè animo est. Terent.Adelphis,4.5.21.
Miletum vsque obsecro? M.ita. AB.animo malè est.
Quid ipsæ,quid aiunt? Vbi Donatus,Animo malè fieri dicitur, quum ictu alicuius metroris perculsus animus,non sustinet corpus, sequitúrque ruina membrorum. Plaut Curcul.7.33. – animo male est.
PH.Vin' aquam,si frustulenta est,da obsecro,herele obsorbeam.

Nimis,male,Vide NIMIS.
Malè concordes.Lucan.lib.1.18.
Male fidus.Ouid.1.Trist.eleg.5.3.
Male fida carmina,Ouid.in Ibin,17.
Statio malè fida carinis.Virgil.5.Aeneid.5.
Male gratus.Ouid.1.Amor.eleg.18.5.
Male moratos,Malis moribus præditus.Plaut.Sticho,3.52.
Facile innenies & peiorem,& peius moratam pater,
Quàm illa fuit.
Malè oculatus.Suet.de Claris Rhetor.4.Sextus Claudius è Sicilia Latinæ simul,Græcæq; eloquẽtiæ ꝓfessor malè oculatus & dicax paroculorũ.
Male pinguis arena,Virgil.1.Georg.21.
Malè sanus. Cice.ad Atticum,lib.9.188.6. Ego autem illum malè sanum semper putaui,nunc etiam impurum & sceleratum puto.
Malè sani poetæ.Horat.1.epistol.20.1.
Malè sana cicatrix.Ouid.2.de Remed amor.46.
Male saltus Horat.1.Serm.saty.9.13.Vide SALTVS.
Malè sarta gratia.Horat.1.epist.3.7.
Malè sedulus Ouid.3.de Arte,139.
Coniugis ad timidas aliquis malè sedulus aures
Auditos memori delit ore sonos.
Male sobrius.Ouid.6.Fast.157.
Male suãdus,penul.prod. (πονηρόβουλος,) Adiectiuum, Qui malè suadet. Plaut.Mostel.4.56.
Perii hercle,ni ego illam pessimis exemplis enicasso:
Illa hanc corrumpit mulierem male suada volgi lena.
Amor male suadus sceptri.Stat.11.Thebaid.131.
Fames male suãda.Virgil.6.Aeneid.56.
¶ Male accipere aliquem verbis,pro Iniuria afficere. Subauditur tamen aliquando verbis.Cic.4.Verr.36.Epicrates homines multis verbis male à se acceptos dimisit. Idem 3.Verr.99.Male accipit verbis Rabonium Lentulus Ciceroni,li.11.14.12.Exclusus enim ab Antiochia De Labella,& in oppugnando male acceptus,nulla alia consilus vrbe, Laodicam,quæ est in Syria,ad mare se contulit. Hirtius in Comment.Itaque aduersãti malè accepti,tum demum præsidia contulerunt.
Malè acceptus inopia omnium rerum.Brutus Ciceroni,lib.11.13.3. Recuri ad meas copiolas:sic enim vere eas appellare possum: sunt enim extenuatissimæ,& inopia omnium rerum pessimè acceptæ.
Malè animatus erga principem.Sueton.in Vitel.cap.7.Aduenientem male animatus erga principem exercitus,pronusque ad res nouas, libens ac supinis manibus excepit.
Malè audire,Infamari,inquit Valla.crimina nostra audientes.Cuius contrarium est Malè dico. Terent.Phorm.1.3.11. Si herum infimulabis auaritiæ,malè audies. Idem Hecyra,Sine me hoc effugere obsecro vulgus,quod male audit,mulierum.Cic.Attico,lib.6.111.5.Nõnulli amici Appii ridiculè interpretantur,qui me idcirco putant bene audire velle,vt ille malè audiat. Idem 2.de Orat.168.In quo ego,non quò libenter malè audiam,sed quia ego causam non libenter relinquo, nimium patiens & lentus existimor. Idem 3.de Finib.87.Esseque hominis ingenui & liberaliter edocati,velle bene audire à parentibus.
Malè cadere,Id est malè succedere,siue accidere alicui quod non sperabat. Cæsar in Comment. Vbi tantos suos labores & apparatus malè cecidisse viderunt.
Malè cogitare de aliquo.Id est maleuolo in aliquem animo esse. Ad alterum enim refertur,inquit Valla:significatque perniciem,non errorem. Ouid.7.epist.6. Non tamen Aeneam,quannis malè cogitet,odi. Cœlius,Et ipse facile animaduerterem malè eum de me cogitare. Cic.de Senec.17.At Senatui quæ sunt gerenda præscribo,& quomodo Carthagini malè iam din cogitanti bellum inferatur.
Malè conciliatus.Terent.Eunuch.4.4.2.Fugitiue prodi,malè conciliate. Vbi Donatus,Male,magno significat:vt Plau.Amph.4.134.Hæc nox scita est,exercendo scorto conducto male. Ergo male conciliate, magno empte significat.nam omnis contentio conciliatio nominatur.Malè conciliatum ergo,magno emptum.Plaut.Pseud.4.1.Exite hinc, agite,ite ignaui,malè habiti & male conciliati.
Malè conditum ius.Horat.1.Serm.saty.8.14.
Malè consulere in aliquem.Terent.Heaut.3.1.28.
– pessime istuc in te atque in illum consulis,
Si te tam leni & victo esse animo ostenderis. Id est incommodo tuo & illius fiet si id egeris.
Male credere.Plaut.Pœnul.14.67. – male credam & credam tamen,
Sed hoc tu tecum tacitum habeto.M. Fidei non melius creditur. Id est,tutum non fuerit tibi credere. Idem Curcul.15.1.
Argentariis malè credi qui aiunt,nugas prædicant,
Nam & bene & malè credi dico:id adeò hodie expertus sum,
Nam male creditur qui nunquam reddunt,sed prorsus perit.
Male defendere aliquem.Virgil.1.Georg.90.
Male describere.Terent.in prologo Eunuchi,7.
Qui bene vertendo,& eas describendo male,ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.

Male dicere. Terent. And. 4. 5. 15.
– verbum si mihi
Vnum, præter quàm quod te rogo, faxis cane.
M. Male dicis. D. vnde est: dic clarè. Vbi Donatus, Male dicis, cum cõtemptu loqueris, conuitium facis. Apparet ergo male dicis, lentius esse dictum, quum subiungit, Dic clarè. Rursum Donatus, Male dicis, Nonne Male dicis, pro comminatione posuit, quum pro conuitio soleat poni, nisi fortè qua contumeliæ genus est commutatio. Hactenus Donatus. Vt plurimum conuinctim scribitur.

Male decere. Terent. Heaut. 4. 1. 40. Male docet te mea facilitas multa. Id est causa est tibi vt male agas: Arripis sode ansam male faciendi.

Male facere. Cic. ad Brutum, lib. 11. 21. 1. Dii isti Segulio, male faciant homini nequissimo omnii qui sunt, qui fuerũt, qui futuri sunt. Idem ad Atticum, lib. 9. 18. 1. Quòd si iste Italiam relinquet, faciet omnino malè.

Male fauere alicui. Ouid. epist. 2. 21.

Male feriati. Horat. 4. Carm. ode 6. 3. Vide FERIAE.

Male formidare, pro Multum, & valde timere. Plaut. Amph. 4. 1. 50.
– formido male,
Ne ego hîc nomen commutem meum. Idem Cistel. 10. 4. Quæ in tergum meum ne ventat, formido male.

Male gesta res. Horat. 2. Serm. saty. 3. 8.

Male habet me hæc res, Id est illud me molestat, Iratus sum ob id, illud me angit, vexat, solicitat. Plaut. Asin. 1. 5. 16.
Scio equidem quamobrem me pater tristem credas nunc tibi:
Quia iltęc est recitatque ego quidem hercle vt verũ tibi dicam pater,
Ea res me male habet. Terent. And. 2. 6. 5. Præter spem euenit sentios hoc male habet virum. Idem Hecyra, 4. 2. 30. Nam hæc res non minus me male habet, quàm te gnate mi. Idem Eunucho, 4. 2. 6.
– male verò me habens,
Vbi adipsum veni diuerticulum, constiti.

Male locata beneficia. Cic. 2. Offic. 90. Ex Ennio.

Male loqui alicui, male dicere. Plaut. Capt. 11. 34. At etiam surcifer male mihi loqui audes? non ego te noui? Idem Epid. 7. 13. Qui tibi lubet mihi male loqui? Teren. Phorm. 2. 3. 15. Pergin' hero absenti male loqui impurissime? Vbi Donatus, Male loqui, pro Male dicere.

Male maceror. Plaut. Cistel. 2. 50. Male excrucior Gymnasium mea, male mihi est, male maceror. Id est, Vehementer, valde.

Male mereri de aliquo, pro Nocere alicui, & illi incómodare. Plaut. Asin. 4. 1. Bene merenti mala es, male merenti bona es? Cic. Nanque cur in hominem pestilentem & male de nobis meritum esse debuimus? Idem 1. de Finib. 11. Male credo mererer de meis ciuibus, si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem.

Malè mereri de se. Cic. 5. de Fin. 50. Quare quotiescũque dicetur, male de se quis mereri, sibique esse inimicus, atq; hostis, vitá deniq; fugere, &c.

Male metuo eum, Id est, Valde illum timeo. Plaut. Pseud. 12. 18.
Atque ædepol vt nunc male eum metuo miser,
Si quispiam det cui magnus grauior fiet. Idem Curcul. 15. 6.
Pessume metui ne mihi hodie apud Prætorem solueret. Idem Menæh. 11. 8. Id ego male malum metuo. Terent. Hecyra, 1. 2. 2.
Nescio quid iam dudum hîc audio tumultuari misera,
Male metuo ne Philumenæ magis morbus aggrauescat.

Male multari. Male tractari, affici, & puniri. Cic. 6. Verr. 84. Qui primo quum obsistere ac defendere conarentur, male multati clauis ac fustibus repelluntur. Liu. 10. bel. Maced. 23. Ad has excipiendas voces speculator ex conuiuio Persei missus, quum incautior obuersaretur, exceptus à iuuenibus fortè in limio egressus, male multatur.

Male nati versus. Horat. 2. epist. 1. 47.

Male nupta, Male collocata. Plaut. Casina, 4. 5.
– ita solent omnes quæ sunt male
Nuptæ, domi & foris, quod ægrè sit, satis semper est.

Male odi, Id est valde. Terent. Adelph. 4. 1. 7.
Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia
Prope est. Cicero ad Atticũ, li. 14. 199. 3. Nõ dubito quin me male oderit.

Male olere. Cic. 4. Tusc. 84. Vt male olere omne cœnum.

Male precari alicui, Maledicere alicui. Plaut. Merc. 8. 11.
Male mihi precatur, & facit conuitium.

Male promeritus. Plaut. Trinummo, 17. 48. Miserum est, male promerita vt mérita si mihi vlcisci non licet.

Male quæsitæ opes. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 13.

Male seruare fidem. Plaut. Trinum. 14. 39.
Male fidem seruando, illis quoq; abrogãt etiã fidem qui nihil Meriti.

Male suadere. Plaut. Curcul. 10. 12.
Hi male suadendo & lustris lacerant homines.

Male sit Antonio: siquidem Iluthrotiis molestus est. Cic. ad Atticum, lib. 15. 28. 4. Hoc est, male illi vertat fortuna. est enim imprecantis.

At vobis male sit malæ tenebræ. Catull. de passere. epigram. 3. 3.

Male esse alicui. Catull. ad Cornificium, epigram. 36. 1.
Male est Cornifici tuo Catullo,

Male est, me Hercule, & laboriosè.

Male timeo, Id est valde. Plaut. Aulul. 7. 31.
Di me seruant, salua res esti: salum est, siquid non perit.

Nimis male timui, prius quàm intrò redii, examinatus fui. Vide NIMIS. Terent. Heaut. 4. 1. 56. Sequere me intrò hac. S O. vt præter spem euenit, quàm timui male.

Male timere alicui, Valde timere nequid mali alicui accidat. Terẽ. Heau. 3. 2. 10. – quid ego nesciam?
Hominem pistrino dignum. S. quem? C. istum seruulum
Dico adolescentis. S. Syre tibi timui malè.

Male vertat, Male optantis vel imprecantis quid alicui, locutio est. Virgilius 9. eclog. 2. Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos. Hoc est, male vertat. Terent. Adelphis, 2. 1. 36. Minis viginti tu illam emisti, quæ res tibi vertat malè. Vbi Donatus, Adiicit contumeliam, quasi & hoc multum sit inimicum. Vertumnus dicitur deus, qui rebus ad optata reuertentibus præest. Iæpe autem male cedit quod bonum putaturi & hoc est male vertisse. vt ille gladius qui mulieri datus, admiraculum fuit reginæ pereunti. de quo Virg. 4. Æn. 1. 30. – ensemq; recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus. Hactenus Donatus. Plautus Pseud. 10. 16.
Bene vbi quid dicimus consilium accidisse, hominem cautum cum
Esse declaramus: stultum autem illum cui vertit malè.

Male vestitus. Cic. in Pisonem, 48. Ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam, &c.

Male viuere, Id est pauperrimè, & in egestate, vel anxiè & solicitè. Plaut. Rud. 6. 1. – ita male viuo, ita multæ in pectore
Sunt curę exanimales. Idẽ Trin. 1. 3. 1. 2, Ego abeo, maleuiue, & vale.

Maledico, maledicis, pen. prod. maledixi, maledictum, (κακολογέω, κακοφημέω, βλασφημέω,) maledicere, Maledictis afficere, colicere maledicta in aliquem. Plaut. Amphit. 7. 15, – merito male
Dicas mihi, si non ita id factum est. Teren. Eunucho, 4. 7. 29
Caue sis, nescis cui maledicas nunc viro. Q. uintil. lib. 2. cap. 13,
Maledicit autem ineruditus apertius. Id est conuiciatur.

Liberius maledicere. Horat. 2. Serm. satyr. 8. 8.

Verbo maledicere alicui, Plaut. Asin. 13. 56, Nec vlli verbo maledicat.

Maledicus, pen. corr. (κακόλογος, βλάσφημος, κακόεργος, κακοεργάμων,) maledicentior, maledicentissimus, Obtrectator, mordax. Plaut. Menæ. 4. 31, At ego pol maledicentiorem, quàm te, noui neminem. Cic. 2. de Finib. 91, Lucifugi, maledici, monstrosi. Sic de Claris Orat. 66.

Maledicentissima ciuitas. Cic. pro Flacco, 53, In tam suspiciosa & maledica ciuitate, locum sermoni obtrectatorũ non reliquit. Ibidẽ, 6. Qui in huberrima re turpe cõpendiũ, in maledicentissima ciuitate, in suspiciosissimo negotio maledictum omne, non modo crimen effugit.

Maledicus conuitiator. Cic. pro Murena, 11,

Maledicus in omnes. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Maledicentia, (κακηγορία,) Obtrectatio, conuitium. Gellius lib. 3. cap. 3. Ob assidnam maledicentiam & probra in principes ciuitatis de Græcorum poetarum more dicta.

Maledictum, (κακολόγημα,) Conuitium, Probrum, Contumelia. Cicero ad Q. fratrem, lib. 2. 7. 3, Quum omnia maledicta, versus denique etiam obscœnissimi in Clodium & Clodiam dicerentur.

Refutatio maledictorum. Quintil. lib. 4. cap. 3. 10.

Vocis insanæ maledicta. Propert. lib. 3. eleg. 8. 1.

Commune maledictum. Senec. de Benefic. libro. 3. cap. 16. Pudorem enim rei tollet multitudo peccantium, & definet esse probri loco commune maledictum.

Superuacua maledicta. Quintil. lib. 7. cap. 3. 28.

Vana maledicta. Quintil. lib. 7. cap. 3. 28.

¶ Abstinere maledicto, & maledictis, Vide ABSTINEO.

Addere maledicta culpæ. Ouid. 5. Metam. 134.

Arripere maledictum ex triuio, Vide ARRIPIO.

Vocibus, maledictisque celebrare aliquid. Cicero pro Cælio, 4. Nam quod obiectum est de pudicitia, quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus, maledictisque celebratum est, id nunquam tam acerbè ferret Cælius, &c.

Certare maledictis, Vide CERTO.

Conferre omnia maledicta in aliquem. Cic. ad Attic. lib. 11. 216. 3.

Congerere maledicta. Quintil. lib. 7. cap. 3. 28.

Coniicere maledicta in vitam alicuius. Cic. pro Plancio, 25.

Effugere maledictum. Cicero pro Flacco, 5. Maledictum omne, non modò crimen effugit.

Figere omnes maledictis. Cic. 1. de Nat. deorum, 119. Zeno quidem non eos solùm, qui tum erant, Apollodorũ, Syllam, cęterosque figebat maledictis, sed Socratem ipsum, parentem philosophiæ, Latino vocabulo vrens, scurram Atticum fuisse dicebat.

Insectari aliquem maledictis, Vide INSECTOR.

In maledicto obiicere aliquid alteri. Cic. in Vatinium, 4. Quum tu mihi Cornelii defensionem in maledictis obiiciendam putaris!

In maledicti vel crimini loco aliquid alicui obiicere. Cic. pro Cluen. 48. Nihil

Nihil in hisce rebus loci est maledicto, quòd omnia laus occupauit. Cicero pro Murena, 11.

Maledicti & contumeliæ loco ponere aliquid. Cic. in Pisonem, 24. Vide LOCVS.

Vexare aliquem probris & maledictis. Cic. pro Flacco, 38.

Maledice, pen. corr. Aduerbium, (κακολόγως,) Contumeliosè. Cic. 1. Offi. 188. Quò maximè tũ solet euenire, quũ studiosè de absentibus detrahẽdi causa aut perridiculũ, aut seuerè, maledicè, cõtumeliosèque dicitur.

Maledictio, Verbale, (κακολογία,) Cicero pro Cælio, 4. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.

Malefacio, (κακοποιέω, κακουργέω,) Vide Male facio, paulo antè. Quidam enim separatim scribunt. Terent. Adelph. 2. 1. 10. Neque tu verbis vnquam solues quod mihi re malefeceris.

Malefactum, malefacti, (κακούργημα,) Cicero 2. Offic. 90. Benefacta mali locata, malefacta arbitror. Ex Ennio.

Insignia malefacta. Lucret. lib. 3. 206.

Maleficus, pen. corr. Adiectiuum, (κακουργός, κακόπαιος, κακοποιός, κακόμαχος,) Qui damnum infert, qui nocet alteri. Plaut. Casina, 19. 4. Pest hominum mortes maleficos. Cicero 7. Verr. 112. In externorum hominum & maleficorum, sceleratorúmque custodias, in prædonum, hostiũque ratiũtum numerum ciuiũ Romanorũ includere ausus es? Plin. li. 11. ca. 52. 4. Oculi quibuscũque sunt lõgi, maleficos esse indicãt.

Maleficum frondibus animal capra. Plin. lib. 12. cap. 17. 2. Varro 3. de Re rust. cap. 7. 3. Vt locus omnis sit illustris, neve serpens, aliúdve quod animal maleficum introire queat.

Malefica vis. Plin. lib. 11. cap. 2. 14.

Vita malefica. Tacit. lib. 4.

Maleficium, maleficii, (κακουργήμα, κακοποιία,) Damnum, iniuria, facinus. Budæus, Maleficium dicitur, quicquid improbè admissum est. Vlpianus in L. 1. ff. Si familia furtum fecisse dicatur, Verissimum id edictũ Prætor proposuit quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum. Plaut. Truculi. 10. 21. – tace
Cui adhuc egomet malam emoncs rustica me maleficio'. Cic. pro Roscio Amer. 62. Vt si dissimulare omnes cuperent, & scire, ad quem maleficium pertineret.

Maleficium & scelus. Cic. 3. Cic. Offic. 56. Vt ne illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere.

¶ Abest ab illo maleficium, Vide ABESVM.

Admittere maleficium, Vide ADMITTO.

Cõmittere maleficium, & Admittere maleficium. Cic. pro Rosc. Amer. 38.

Conuictus maleficii, Vide CONVINCO.

Implicari maleficio. Vide IMPLICO.

Pasci maleficio, Vide PASCO.

Temperare ab iniuria & maleficio. Cæsar, Neque homines data facultate itineris per prouinciam faciendi, existimabat temperaturos ab iniuria & maleficio.

Exercitus transit sine maleficio, Id est innoxius, nihil damni adferens. Cæsar 1. belli Ciuil.

Maleficentia, Idem, (κακουργία,) Plin. lib. 9. cap. 9. 1. Abest enim illa lasciuia maxime tamen rostris canicularum maleficentia assimilati. Cæs. Sibi esse in animo iter facere per prouinciam sine vlla maleficentia.

Maleficiosè, pen. prod. Aduerbium, (κακοπραγμόνως,) Cicero pro Cecinna, 14. Quum hoc nouę liris genus tam maleficiosè intenderet: placuit Cecinnæ, &c. Alia exemplaria habent maleficiosæ.

Maleuolus, pen. corr. Adiectiuum, (κακόνους, δύσνους,) Inuidus: malum cuiquam exoptans. Cicero 3. Tusc. 101. Nam illam quidem orationem ex commemoratione alienorum malorum, ad maleuolos consolandos esse accommodatam. Idem ad Brutum, 15. 11. Atque illo die cognoui paulo plures in Senatu maleuolos esse quàm gratos.

Maleuolens, pen. corr. malenolentis, (κακόνους,) Idem quod maleuolus. Plaut. Vino maleuolente genio natus.

Maleuolentia, (κακόνοια, δύσνοια,) Est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo: vt ait Cic. 4. Tusculi, 31. Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 65. Quanquam illorum erit verius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.

Occurrere maleuolentiæ hominum, Vide OCCVRRO.

Maligne, Adiectiuum, (κακοτέχνως, μικροψύχως,) Qui difficultatem sui ostendit, Inquit Donatus. hoc est qui asper, difficilis, inuidus, anarus est. Terent. Hecyra, 1. 2. 84.
Sed, vt fit, postquam hunc alienũ ab sese videt,
Maligna multò, & magis procax facta iliccò est. Plinius, Homo malignus & inuidus.

Fama maligna alicui. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 26.
Nam tulerint magnos quum secula nostra poetas,
Non fuit ingenio fama maligna meo.

Mente maligna facere aliquid. Catull. ad Mallium, epigram. 63. 6.

Incertum ac fragile nimium est hoc naturæ munus, quicquid datur nobis malignum verò & breue. Plin. lib. 7. cap. 50. 2.

Oculi maligni. Virgil. 3. Aeneid. 131.
At matres primo ancipites, oculisque malignis
Ambiguæ, spectare rates.

Vulgus malignum. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.

Malignus, Parcus. Quintil. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus Budæus.

Malignus ager, Agricolis illiberalis, & minus ferax, inquit Nonius. Vnde etiam Maligni montes, & Maligna terra dicitur. Virgil. 2. Georg. 36. Difficiles primùm terræ collesque maligni. Plin. epist. 4. 5, lib. 2. Hortum morus, & ficus frequens vestit: quatum arborum illa vel maximè ferax est terra, malignior cæteris. Id est infensior & sterilior.

Aditus maligni, apud Virgilium 11. Aeneidos, 105.
– tenuis quo semita ducit,
Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni. Id est angusti & ardui.

Maligna lux. Subobscura. Virgil. 6. Aeneid. 54.
Quale sub Incertam lunam sub luce maligna.

Malignitas, pen. corr. malignitatis, κακοήθεια, κακοκεφαλία, κακότης,) Malus genius, peruersa & deprauata voluntas. Plaut. Capt. 8. 5.
Nam hercle huic dici, si liceat, oculos effodiam lubens:
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. Plin. epist. 115. Nam & iudicia amicorum promeretur, & parum fœlix matrimonium expertus est impetrandumque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. Plin li. 25. ca. 8. 11. Notata est antem hæc animalis huius malignitas in alia herba maior. Liu. 2. ab Vrbe, 179. Accensaque ea cupiditas est malignitate Patrum, qui deuictis eo anno Volscis Æquisque, militem præda fraudauere. Ibidem, lib. 5. 91. Nequam inde aut militum iram ex malignitate prædæ partitæ, aut inuidiam apud Patres ex prodiga largitione caperet.

Malignitas, Parcitas. Liu. Malignitas conferendi ex priuato.

Malignè, Aduerbium, (κακοήθως,) Peruersè, & quod malitiosè Cicero dicit. Liuius 3. ab Vrbe, 167. Malignè Senatus in vnum diem supplicationes, cognitionemque decreuit. Plin. epist. 1. 15. Iudicauit tamen ne quæ enim soli iudicant, qui malignè legunt.

Bene facta malignè detrectare. Ouid. 15. Metam. 54.

Malignè diuisus. Liui 8. ab Vrbe, 64. Materiam autem præbebat criminibus ager in Latino. Falernoque malignè plebi diuisus.

Laudare aliquem malignè. Horat. 1. epist. 1. 42.

Malignè virens. Plin. lib. 34. cap. 11. 6. Deprehenditur & visu, malignè virens. Hoc est deprauatè, non optimè.

Malitia, malitiæ, (κακοήθεια, κακοκεφαλία,) hoc est peruersitas. Erasmus. Malitia peruersitatem sonat, quum quis data opera malè agit. Cic. 3. de Fini. 61. Quas enim Græci κακίας appellant, vitia malo, quàm malitias nominare. Idem 4. Tusc. 55. Huius igitur virtutis contraria est vitiositas: sic enim malo quàm malitiam appellare eam quã Græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cuiusdam vitii nomen est, vitiositas omniũ. Idem 3. Offic. 93. Nec verò in prædis solùm ius ciuile ductum à natura, malitiam, fraudemque vindicat: sed etiam in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis excluditur. Idẽ 1. de Legib. 72. Atque etiã si emolumentis non sua sponte natura virtus expetitur, vna erit virtus quæ malitia rectissimè dicetur. Et paulo post, Vt enim quisque maximè ad suum commodum refert quæcunque agit, ita minimè est vir bonus: vt qui virtutẽ præmio metiuntur, nullã virtutem, nisi malitiã putent.

Leuis malitia. Senec. epist. 47. Hoc habẽt inter cætera boni mores placent sibi & gaudẽt: leuis est malitia, sæpe mutat nõ in melius, sed in aliud.

Malitia mala. Plaut. Aulul. 7. 38.
Certe ædepol equidem te ciuem sine omni malitia mala etiam
Semper fuit ratus, & nunc arbitror.

Audere aliquid malitia. Quintilian. lib. 3. cap. 8. 30. Sic Catilina apud Sallustium loquitur, vt rem sceleratissimam non malitia, sed indignatione videatur audere.

Certare malitia, Vide CERTO.

Malitia cœli, Inclementia. Plin. Quod modò cæli, modò terræ malitia facit. Varro, Id sæpe accidit malitia soli.

Malitiosus, pen. prod. Adiectiuum, (κακοήθης,) Versutus, callidus, astutus, fallax. Cicero 3. Offic. 74. Hoc autem celandi genus quale sit, & cuius hominis, quis non videt? certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Sic 3. Tuscul. 85.

Malitiosa iuris interpretatio. Cic. 1. Offic. 40.

Malitiosè, pen. pro Aduer. (κακοήθως,) Callide & dolosè. Plau. Mil. 9. 79.
Nunc demum à me insipienter factum esse arbitror,
Quum rem cognoscoat non malitiosè tamen
Feci. Id est, non feci vt deciperem. Idem Casina, 8. 41.
– nunc tu Cleostrata,
Ne à me memores malitiosè de hac re factum, aut suspices,
Tibi permitto, tute sorti. Cic. 1. Verr. 21. Malitiosè necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere.

Facere malitiosè. in. Cic. in Oratore, 110. Et in eligendo fecit malitiosè: prima enim syllaba dempta, &c.

Dolosè aut malitiosè. Cic. 3. Offic. 80. Aut quum dicitur, inter bonos bene

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligier quicquam agi dolosè aut malitiosè potest?

Malitiosè atque consulto aliquid facere. Cic. 4. Verr. 119. Sed ego Mettello non iniscor: neque ei suam purgationem eripio, qua ille apud omnes vtitur, vt nihil malitiosè neque consulto fecisse videatur.

Malitiosius gerere rem mandatam. Cic. pro Rosc. Amer. 65.

Peior, & hoc pejus, (κακίων,) Comparatiuum à malus. Cic. 8. Philip. 153. Turpis autem fuga mortis, omni est morte peior. Idem 2. Tusc. 23. Malum illud quidem, sed alia peiora. Idem pro Rosc. Amer. 62. Vertà & mutata in peiorem partem sunt omnia. Idem 1. Tuscul. 54. Turpitudo peius est, quàm dolor.

Peiore res loco non potest esse, q̃ in quo nunc sita est Teré. Adel. 3. 2. 46. Scythico quid frigore peius? Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 8.

In peius ruere. Virg. 1. Georg. 40.

Peius, Aduerbium, (κακίονος,) pro Magis, & multò magis ac vehementius. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. 5. Postremo, vix verisimile fortasse videatur: oderam multò peius hunc, quàm illum ipsum Clodium: illum enim oppugnaram, hunc defenderam. Idem 11. Philipp. 298. Cum hoc veteranus Capho quo neminem veterani peius oderunt.

Spe peius. Horat. 1. epist. 6. 3.

Pessimus, penult. corr. (κάκιστος) Superlatiuum à malus. Plin. lib. 11. cap. 37. 61. Est autè iecur nihil aliud quàm purgamentũ pessimi sanguinis.

Omnium pessimus poeta. Catul. ad Marcum Tullium Cic. 46. 1.

Monimenta pessima scelerum. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 7.

Sors pessima rerum. Ouid. 14. Metam. 98.

Pessimè, Aduerbium. (κάκιστα,) Cic. 5. Verr. 99. Intelliget secum actum esse pessimè.

Sentire pessimè de Republica. Cic. 14. Philipp. 397.

Pessumum. Plaut. Rud. 10. 62.

Nunc eam cum naui scilicet abiissime pessumum in altum:
Et aurum & argentum fuit lenonis ibidem.

MAMERS, (ἄρης,) lingua Oscorũ, dictus est Mars, detractione syllabæ.

MAMERTINI, pe. prod. (μαμερτῖνοι) populi Campani. Hi quùm Messanã colonos misissent, ipsi quoque Mamertini potius quàm Messanenses sunt vocati. Et quùm ager eorum vini feracissimus sit: Mamertinum vinum, non Messanense appellatum est. Martial. lib. 13. 117.

Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta,
Si detur, quoduis nomen habere potest. Dicti à ciuitate Mamertia, quæ à Lacedæmoniis subuersa fuit, q̃ Messenii quinquaginta virgines Lacedæmones violare tentassent, & nõ cõsentientibus eas occidissent.

De Mamertinis & Mamertina ciuitate. Cicero 4. Verr. 9. Et 7. 45. 46. & 124. 125. Item Plinius lib. 14. cap. 6.

MAMERTES, (μαμέρτης,) Corinthius filios fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit, maximo suo malo. Nam vbi Sisapo factum resciuit, eum membratim discerpsit, vt est author Ouidius in Ibin, 110.

Trunca geras sæuo mutilatis partibus ense,
Qualia Mamertis membra fuisse ferunt. Legitur & Mycerni.

Mamma, mammæ, (μαζός, τιτθίον, μαστός,) notæ significationis. Iuuenalis Satyr. 1. 3.

– & nuda teneat venabula mamma. Terent. Adelph. 5. 9. 18.
– & quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc. Cice. 3. de Finib. 19. Alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni, plumæ versicolores colõbis, viris mãmæ atque barba. Pers. Saty. 3. 2.
– & iratus mammæ lallare recusas. Lucret. lib. 5. 163.
– sicut nunc fœmina quæque
Quum peperit, dulci repletur lacte, quòd omnis
Impetus in mammas, conuertitur ille alimenti.

Exerta mamma. Virgil. 1. Aeneid. 100.

Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet:
Aurea subnectans exertæ cingula mammæ.

Pressis manabunt flumina mammis. Virgil. 3. Georg. 62.

Potres mammæ. Horat. Epod. 8. 2.

Mammas habent capræ. Plin. lib. 11. ca. 40. 1. Quibus solida vngula, nec supra geminos partus, hæc omnia binas habent mammas, nec aliubi, quàm in feminibus. Eodem loci bisulca & cornigera: boues quaternas, oues capræque binas.

Balenæ vitulique mammis nutriunt fœtus. Plin. lib. 11. cap. 40. ad finem.

Vrsæ mammas quaternas gerunt. Plin. lib. 11. cap. 40. 3.

Emacrescunt mammæ. Celsus lib. 2. cap. 9. Mulieri grauidæ si subitò mammæ emacruerunt, abortus periculum est.

¶ Defecendit mamma: cui opponitur Sterilescit ac resilit. Plin. lib. 11. cap. 40. 2. Primis genitis in quoque partu sues primas præbent, eæ sunt fœcibus proximæ vt suam quisque nouit in fœtu quo genitus est ordine, eaque alitur nec aliunde trahit: illa alumno suo sterilescit illico acre silit. Vno verò ex omni turba relicto, sola munifex, quæ genito fuerat attributa, descendit. Resilit, id est Intrò retrahitur.

Mammæ perci. Martial. lib. 1. 17.

Quicquid ponitur hinc & inde verris,
Mammas tumidis imbricemque porci, &c.

¶ Mamma, pro Matre vel nutrice. Plaut. Mostell. 5. 5.

Nunc comessatum ibo ad Philolacheten, vbi nos hilari
Ingenio & lepido accipier. ecquid tibi videor mammam
Adire? Cato, Qui cibũ ac potionem banas & papas docenti & patrẽ tatam, & matrem mãmam. Mart. li. 1. 95. Mãmas atque tatas habet Afra.

Mamma, Græca dictio, id est anus, patris seu matris mater.

¶ Mamma, in surculis arborum, Parua illa exuberantia corticis, è quà prosiliunt & enascuntur rami. Plin. lib. 17. ca. 16. 1. de illo inserendi genere loquens, quam emplastrationem vocãt. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum auocent, nitidissima in parte, quaque præcipua cernatur hilaritas, exempta scutula (ita ne descendat vltra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma: sic compage densata, cicatrici vt locus non sit, & statim vnitas fiat, non humoreã, non afflatum recipiens.

Mamilla, mamillæ, Diminutiuum, (τιτθίδιον, τιθήνη,) Iuuenal. Saty. 6. 47. Illa loqui recta facie, strictisque mamillis.

Mamillæ pensiles in capris. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 3. 2. Duo enim genera earum, sub rostra duas vt mamillas pensiles habeant, quòd hæ fœcundiores sunt: habere sint grandiore, vt & lac multum; & pingues habeant pro portione. Alia exemplaria habent mammulas.

Mámmula, mammulæ, pen. corr. Diminutiuum. Celsus lib. 7. cap. 16. 1. Femina breuius vrinæ similter & rectius iter habet: quod mammulæ similes, inter imas oras super naturale positum, nõ minus sæpe auxilio esse.

Mammõsus, pen. prod. Adiectiuum, (τιτθιώδης,) Quod habet magnas mammas. Martial, lib. 14. 149. Mammosas metuo teneræ me trade puellæ. Varro 2. de Re rustic. cap. 9. 4. Præterea fœminas volunt esse mammosas æqualibus papillis. De canibus.

Mammosa pyra, apud Plinium lib. 15. cap. 15. 2. Pomponiana cognomine mammosa, liceriana, seueriana, &c.

Mammosus panus. Plin. lib. 18. cap. 7. 5. Sunt & panico genera: Mammosũ è pano, partus racemato paniculis & cacumine gemino.

Mammosum thus. Plin. lib. 12. cap. 14. 9. Præcipua autem gratia est mammosũ. Id est fœmININO, ad differentiam thuris masculi.

Mammeãtus, penu. prod. (τιτθωτός,) Adiectiuum, Idem. Plaut. Cuius amicam mammeatam vidimus.

Mamillãre, mamillãris, pen. pro. n. g. Velum siue fascia, qua mulieres mammas regunt: de quo epigramma apud Martialem lib. 14. 71.

Taurino poteras pectus constringere tergo:
Nam pellis mammas non capit ista tuas.

Mammona, (μαλοῦν) penul. producta pronuntiandum: quia diuitiæ & opes nuncupantur.

Mammona neque Græca vox est, nec Hebraica, sed Syriaca, vt ostendit diuus Hieronymus, idem apud eos significãs quod apud Græcos πλοῦτον, quem poetæ deum faciunt. Est enim vox singularis numeri, & generis masculini. Diuus Augustinus indicat linguam Pœnorum affinem habere cum Hebræorum lingua: id quod alicubi fatetur & Hieronymus. porrò Pœnorum lingua Mammon vocari lucrum. Cæterùm eadem Mammona vocem putauit Hebraicam, quum Syra sit, mirum non est: quum inter Hebræam quoque & Syram nonnulla sit cognatio. Hæc tenus Erasmus in Matthæum.

MAMVRIVS, (μαμουρίος,) faber quidam fuit apud Oscos natus, tempore Numæ. Hic ancilia, pluraque deorum signa ex ære compositit. Vide Ouidium 3. Fastorum. Propert. lib. 4. eleg. 2. 13.

At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ,
Tellus artifices ne terat Osca manus. Quo in loco secũda syllaba producitur, quæ apud Ouidium corripitur, lib. 3. Fast. 52.

Quis mihi nunc dicet quare cœlestia Martis
Arma ferant Salii, Mamuriumque canant?

MAMVRRA, (μαμούρρα,) Formis natus, Eques Romanus, vt tradit Cornelius Nepos.

Vrbs Mamurrarum. Horat. 1. Serm. saty. 5. 8.

In Mamurrarum lassi deinde vrbe manemus. Id est Formis.

Manalis, lapis, Vide MANO, manas.

Manceps, mãncipis, penul. corr. masc. gen. (ἐγγυήτωρ,) Est (inquit Festus) quisquis à populo aliquid emit, conducit ve, quia manu sublata significat authorem se emptionis esse. Conductor aliùs Latinè dicitur, aut redemptor. Paulus in L. Qui Fideiussor. ff. Locati. Qui Fideiussor existit apud mancipem pro colono publicorum prædiorum. Id est, publicano. Cic. 2. de Diuin. 70. Tu scilicet manis numine deorum id factum, quàm casu arbitrari. & redemptor qui non &c. Idem 3. Verr. 99. Si opus pupillo redimeretur, si res abiret, columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam, ab eo mancipe quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. Hic manceps pro redemptore sartorum tectorum accipitur. Sueton. in Vespasiano, cap. 1. Non negarim iactatum à quibusdam Petronii patrem è regione transpadana fuisse mancipem operarum, quæ ex Vmbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solent.

Id est,

Id est: Conductorem mercenariorum & operariorum seruorum, vt operis eorum ad quæstum vteretur. Plin. lib. 10. cap. 43. 2. de coruo loquens, qui populum salutare solitus erat, Hunc sine emulatione incitatus manceps proximæ sustrinæ, siue iracundia subita, vt voluit videri, excrementis eius imposita calceis macula, exanimauit. Mancupem pro magistro officinę dixit quasi operis opificũ redemptis vteretur ad quęstum. Vel propolam voluit intelligi, id est venditatorem qui res minoris emptas, pluris postea vendit. Pædianus, Mancipes erant publicanorum principes Romani homines qui decumas quæstus sui causa redimebant, aut publica pascuarquorũ ratio, scriptura dicebatur. Hi enim exigenda à sociis suo periculo redimebant, & populo repræsentabãt prospicientes commodis suis. Cic. 1. Verr. 18. Mancipes à emitatibus pro frumento pecuniam exegerunt. Idem 5. Ver. 148. Præsertim quũ ex iisdem agris, eiusdemque anni frumentum est decumis Romam mãcipes adnexissent. Hæc Budæus. Cl. Artico, lib. 6. 111. 27. Et Vectium mancipem. Idem 5. Verr. 151. Ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse versatos, &c.

Manceps pro emptore & lectore. Cic. pro Rosc. Amer. 12. Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus. Budæus.

Manceps, pro negotiatore & coemptore & propola. Plin. lib. 33. cap. 4. Aut aliquis prævalens manceps annonam flagelleret. Budæus.

Mancipes, metaphoricùs vsus est Plinius epist. 18. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti & redempti mancipes. Conuenitur à conductis & redemptis in media Basilica. Mancipes (inquit) id est il qui causidicos in causis agendis, conducta ad hoc corona vulgi plaudentis, laudandos redemerunt. Budæus.

Manceps, pro manciparore, qui dat aliquid mancipio. Plaut. Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quenquam. Antea autem dixerat, Egõ ab lenone mancipio aliquid accipiam, quibus sui nihil est? Budæus.

Mãcipo, mãcipas, pen. corr. (χειρίζω, ἀνδραποδίζομαι, ἐξανδραποδίζω,) mancipare, quasi manu capere. Plinius epist. 138. Agrum ex meis actori publico mancipaui. Plaut. Curcul. 10. 10.

– alienos mancipatis,
Alienos manumittitis, alienis imperatis,
Nec vobis author vllus est nec vosmet estis vlli.

Mancipare pro Vendere quandoque accipitur. Cic. 1. Philipp. Tum iste venditum atque mancipatum Tribunatum, consiliis nostris oppositit. Mancipatum emphaticè dixit, plus quàm venditum. Quintil. lib. 6. cap. 4. Requirebat Crassus vbi essent eæ possessiones: omnes autem illas Brutus vendiderat: & quum paterna manciparet prædia, turpis ha bebatur. Plin. epist. 138. Nam pro quingentis millibus nummũ, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longè pluris actori publico mancipaui, eundemque vectigali impositio recepi. Plinius mancipare, non pro vendere posuit, sed pro alienare. Quum enim vellet vectigal publicè donare in alimenta puerorũ: id est rentam constituere, vt verbis vulgi loquar, fundum suum imaginaria venditione Reipub. donauit, & subinde eundem factum vectigalem recepit. Budæus.

Vsus quędam mancipat Horat. 2. epist. 2. 32.

Si proprium est quod quis libra mercatur, & ære:
Quæ lam (si credis consultis) mancipat vsus.

Mancipãtus, pen. prod. (ἀνδραποδισμός,) Participium. Deuinctus, astrictus. Cic. de Senect. 35. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si vsque ad vltimum spiritum dominatur in suos.

Mancipãtus, huius mancipãtus, pen. pro. (ἀνδραποδισμός,) mancipatui vt In mancipatum venire. Plinius lib. 9. cap. 35. 10. de vnione loquens, Et hoc tamen æternæ propè possessionis est, sequitur hæredem, in mãcipatum venit vt prædium aliquod. Id est solennitates eæ adhibentur, quæ solent in iis rebus, quæ sunt mancipi. Budeus.

Mancipatio, mancipationis. (ἀνδραποδισμός,) Est (inquit Boethius in Cõment. 1.) imaginaria quædam venditio. quod ipsum ius, proprium est Romanorum ciuium. Ea res ita agitur, Adhibitis nõ minus quàm quinque testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui libripens dicitur: is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei à quo mancipium accipit quasi pretii loco. Budæus.

Mancipium, mancipii vel Mancupium, mancupii, (ἀνδράποδον, δουλοδίκτον, λάτρις,) Homo in bello captus, & seruituti subiectus. Varro, Mãcipiũ dicitur, quòd manu capiatur. Plaut. Stichо, 4. 57.

Damna euenerunt maxima misero mihi,
Ita me mancipia miserum affecerunt male. Cic. 3. Offic. 88. Fæ Sergio seruiebãt, sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Sic Plinius lib. 18. ca. 2. 4. Mancipia fugitiua retuere.

Locuples mancipiis. Horat. 1. epist. 6. 8.

Negotiatores mancipiorum. Quintil. lib. 5. cap. 12. 13.

Amicum mancipium domino, & frugi. Horat. 2. Ser. saty. 7. 1.

Conciliatum mancipium, Vide CONCILIO.

Fieri mancipium alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 8.

Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat
Se fore mancipium tempus in omne tuum.

¶ Mancipium, Dominii comparatio, possidendique ius, atque etiam dominium & mancipatio. Lucretius lib. 3. 197.

Sic aliud de alio nunquam desistet oriri,
Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsu. Id est, nulli ita datur, vt propriam ac perpetuam habeat. Cicero 1. de Oratore, 87. Quum enim Marius Gratidianus ędes Auratæ vendidisset, neque seruire quandam earum ædium partem in mancipii lege dixisset, defendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset, neque declarasset, præstare debere. Budæus.

Mancipio dare. Est rem ita dare, vt euictionem præstaturos nos spondeamus. Et Mancipio accipere. Ea lege emere. Plau. Cur. 10. 8. Memini & mancipio vbi dabo. e v. egõne ab lenone quicquam Mancupio accipiam, quibus sui nihil est, nisi vna lingua? Idem Persa, 15. 59.

Iste qui tabellas affert, adduxit simul
Forma expetenda liberalem mulierem
Furtiuam, abductam ex Arabia penitissima:
Eam te volo accurare, vt istic veneat:
Ac suo periculo is emat, qui eam mercabitur:

Mancupio neque promittet, neque quisquam dabit. Ibidem, 16. 40.

– vin tu pulchrè vendere?
T. Ego scio herclè vtranque velle. D. age, indica prognariter. 9. Prius dico, hanc mancupio nemo tibi dabit. iam scis? Hæc Budæus Cic. ad Atticum, lib. 13. 297. 2. Vestorius ad me scripsit, vt iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Heterio cuidam fundum Brunianum.

Accipere mancipio, Vide ACCIPIO.

Mancupio accipere. Plaut. Trinum. 8. 15.

– minas quadraginta accepisti à Callicle,

Et illæ ædes ab te mancupio accepit. 1. admodum. Varro de Re rust. lib. 2, de pastoribus loquens, In emptionibus dominium legitimum sex ferè res perficient, si hæreditatem iustam adiit, si vt debuit, mancupio ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit.

Mancipio dare, pro Tradere in ius proprietatis. Seneca epistola 73. Fortuna nihil dat mancipio. Huc pertinet etiam exemplum Lucretii, lib. 3. 197.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsu.

Sui mancipii esse, Nullius dominio subiectum esse. Brutus ad Ciceronem, Quærenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur: scilicet vt illo prohibito rogaremus alterum qui se in eius locum reponi pateretur? an vt esset sui iuris ac mancipii? Respublica? nisi fortè non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusatum est à nobis. Sui mancipii Rempublicam dixit Brutus, quæ nullius dominio subiecta esset, antequam scilicet Augustus imperium occupasset.

Mancipi, siue mancupi, indeclinabile, & in singulari, & in plurali. Alii figurate dici volunt in dandi casu.

Mancupi emptio. Plin. lib. 33. ca. 34. Pop. Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum vsus est. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis præna dicta. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia & dependere. Quin & militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in iis emptionibus quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur. Hæc Plinius.

Mancipi res, dicuntur omnes quæ abalienari possunt, id est quæ à nostro dominio, ad alterius transire possunt. Cicero pro Murena, 3. Quod si in rebus repetendis quæ mancipi sunt, iis periculum iudicii præstare debet qui se nexu obligauit: profectò etiam rectius in iudicio Consulis designati, is potissimum Consul qui Consulem declarauit, author beneficii Pop. Rom. defensorque periculi esse debebit. Budæus.

Mancupi ædes poscere. Plaut. Mostel. 15. 42. Vel hominem sibe ædes mancupi poscere.

Mancus, Adiectiuum. (ἀνάπηρος,) Proprie significat eum qui sine manu est, quasi manu carens. Cicero pro Rabirio perduel. reo, 15. Quintus Scæuola confectus senecture, præpeditus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis. Ouid. 3. Fast. 166.

Et licet antiquo mancus collarus Epeo
Sit prior, irata Pallade mancus erit.

¶ Officiis mancus. Horat. 1. epist. 2. 5.

Dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi
Talibus officiis propè mancum.

¶ Mancus, ad res inanimatas transfertur, pro debili.

Manca cognitio. Cic. 1. Offic. 115. Etenim cognitio, contemplatioque naturæ, manca quodammodo, atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur.

Fortuna manca. Horat. 2. Serm. saty. 7. 18. – contemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres, atque rotundus:
Externi nequid valeat per læue morari:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In quem manca ruit semper fortuna.
Manca ac debilis Prætura. Cic. pro Milone, 18. Occurrebat mancam ac debilem Prætura tam suam Consule Milone.
Manca virtus sine accessione. Cicero 3. de Finib. 47. Qui mancam fore putauerunt sine aliqua accessione virtutem.

Mandatum, Vide MANDO mandas.

MANDELA, pennl. prod. (μανδέλα,) Pagus est in Sabinis, vt authores sunt Acron & Porphyrion. Horat. 1. epist. 19. 11.
–gelidus Digentia riuus
Quem Mandela bibit rogosus frigore pagus.

Mandibula, Vide MANDO mandis.

Mando, mandas, (ἐντέλλομαι, ἐπιτέλλω, παραγγέλλω, ἐπιτάττω) mãdare, A manu danda declinatum constat quòd in dandis, accipiendisque mandatis manus sibi inuicem dare mos erat. Est autem mandare, alicui personæ gerendum aliquid exequendumque committere: vt ait Valla lib. 5. Plaut. Persa, Iam hic credo adest, accersi illum mandaui. Idem Merc. 11. 47. –egomet
Credidi homini docto, rem mandans lapidi maximo. Idem Epid. 2. 45.
–prius quàm hinc ad legionem abiit domo, ipse mihi Mandauit, ab leone vt fidicina, quam amabat, sibi emeretur. Idem Trinum. 13. 111. Sic. Mero 21. 6. Et Capt. 7. 86. Terent. Eunucho, 2. 1. 2.
Facite vt iussi, dedicentur isti. P. faciam. PH. at diligenter. P. fiet. PH. at maturè. P. fiet. PH. sitne hoc mandatum est tibi? Idem Adelph. 3. 3. 18. Huic mandes, siquid rectè curatum velis. Idem Phorm. 4. 4. 8.
–hem siquid velis.
Huic mandes quod quidem rectè curatũ velis Sic Cæsar 3. bel. Gall. 391: & libro 4. 538.
Ex fama mandare. Tacit. lib. 4. Res suas Cæsar spectatissimo cuique quibusdam ignotis, ex fama mandabat.
Mandare in vltimas terras, Mittere. Cic. pro Sylla, 22. Iã verò illud quàm incredibile, quàm absurdum, qui Romæ eçdem facere, qui hanc vrbem inflammare vellet, eum familiarissimum suum dimittere ab se, & mandare in vltimas terras?
Extremas preces P. Quirino propinquo suo ad principem mandat. Tacit. lib. 2.
Mandari infra mortuos. Cic. pro Quintio, 18. Is non modò ex numero viuorum extorbatur, sed si fieri potest, infra etiam mortuos mandatur.
¶ Æternitati mandare. Plin. in Paneg. 126. Ante orationes principum tantum eiusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant.
Animis mandare ea quę adulta fructus huberrimos ferant. Ci. 2. Tusc. 20. Cultura autẽ animi philosophia est, quę extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos, eaqúe mãdat his, & (vt ita dicam) ferit, quæ adulta fructus huberrimos ferant.
Animis & mentibus mandare, quemadmodum & Mandare posteritati dicitur hoc est, Memoriæ committere. Cice. in Catil. 19. Percipite quæso diligenter quæ dicam, & ea penitus animis vestris mentibusque mandate.
Semina mandare arenæ. Ouid. epist. 5. 23.
Fidei alicuius pecuniam aliquam mandare. Plaut. Trinum. 4. 67.
Aedepol fidei adolescentis mandatum malè.
Committere & mandare alicui bona sua. Terent. And. 1. 5. 62.
Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.
Carmina mandare foliis. Virg. 6. Aeneid. 15.
Se fugę mandare. Fugere. Cęl. 1. bel. Gal. 70. Vt hostes impetum legionũ atque equitum sustinere non possent, ripasque dimitterent, ac se fugæ mandarent. Ibidem, lib. 1. 45. Reliqui sese fugæ mandarunt.
Mandare vitam suam fugę & solitudini. Cice. in Catil. 15. Quæ quum ita sint Catilina, dubitas, si emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & vitam istam multis suppliciis iustis debitisque ereptam, fugæ solitudinique mandare?
Humo mandare aliquem, pro Inhumare. Virg. 9. Aeneid. 43.
Sit qui me raptum pugna, pretioque redemptum
Mandet humo. Sic apud Ciceronem lib. 3. Tusc. 111. ex Homero, Quo magis est æquum tumolis mandare peremptos.
Immortalitati, Æternum vt sit curare. Cic. pro Domo sua, 60. Semel, quòd id feci, quod omnes non negent, immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putasti.
Literis Latinis Græco sermone tractata. Ci. 1. de Fin. 1. Non eram nescius Brute, quum quæ summis ingeniis, exquisitaque doctrina philosophi Græco sermone tractauissent, ea Latinis literis mandaremus, fore vt hic noster labor in varias reprehensiones incurreret.
Literis suas cogitationes mandare. Cic. 1. Tusc. 10. Sed mandare quemquam literis cogitationes suas, qui nec eas disponere, nec illustrare possit, nec, &c.
Literis & memoriæ. Cic. 11. Philipp. Quid huic facias, qui hoc literis, memoriæque mandauerit?

Memoriæ hoc est Proditum, & memoriæ relictum Gellius, Memoriæ mãdatum, Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. Id est, scriptum est.
Memoriæ mandare aliquid, In memoria figere, & reminisci. Cice. de Auscit. 3. Iius disputationis sententiae, memoriæ mandaui. Quintil. lib. 3. cap. 3. 7.
Monumentis mãdare, Posteritati relinquere, & antiquitati committere. Cic. 4. Acad. 5. Itaque vt literis consignamus quæ monumẽtis mãdare volumus sic ille m animo res insculptas habebat. Ibidem, lib. 1. 5. Sed nunc postea quàm sum ingressus res eas, quas recum simul didici, mandare monumentis, philosophiamque veterem illam à Socrate ortã, Latinis literis illustrare, &c.
Monumentis annaliũ mandare. Ci. pro Sestio, 88. Hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur.
Scriptis mandare, Scriptum posteritati relinquere. Cic. 2. Offi. 4. Deinde ipsis scriptis non ea quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, vt sæpe fecimus.
Ordea mandauimus sulcis. Virg. 5. eclog. 7.
Terre semina, pro Seminare. Colu. li. 1. cap. 7. 6. Sed nec quòd terre mandauerint, sic adiuuant vt rectè proueniat. Idem li. 2. cap. 9. 8. Similique ratione semina terræ mandant.
Versibus, Versibus conscribere. Cic. pro Archia, 15. Neque enim est quòd quam tam auersus à Musis, qui non mandari versibus æternum suorũ laborum facile præconium patiatur.
Vinculis, In vincula conicere. Cic. in Catil. 82. Itaque homo nitidissimus atque ieuissimus, non dubitat P. Lentulum æternis tenebris, vinculisque mandare.
¶ Causam mandare alicui. Ouid. 13. Meta. 40. –interritus egi Quam mihi mandarat communis Græcia causam. Id est commiserat. Curam, vel curas mandare, Committere, vel relinquere. Plin. epist. 3. 6. Quãtu (tempus est enim) humiles & sordidas curas aliis mandas, & ipse ex in alto sito, pinguique secessu studiis adseris! Idem epist. 18 lib. 7.
Quam curam mihi etiam si non mandasses, vindicassem.
Honores mandare alicui, pro Tribuere. Cice. 6. Verr. 73. Desinat quæro Pop. Rom. hominibus nouis, atque industriis libenter honores mandare, semperque mandasse. Liu. 4. bel. Pun. 31. Qui vestris studiis, quæ ad campum ad mandandos, quibus velitis, honores, affertis, morem vltro offeret. Sic 4. ab Vrbe, 12. Si Populo Rom. liberum suffragium datur, vt quibus velit Consulatum mandet: non præciditur spes plebeio quoque, si digous summo honore erit. Tacit. lib 11. Mandabantque Consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret.
Laqueum mandare alicui, Iuue. Saty. 10. 6.
–quum Fortunæ ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumque ostenderet vnguem.
Lethum mandare alicui, Sene. Here. Oeth. 10. 25.
Mandare magistratum, Decernere. Cic. 3. de Legib. 48. Suffragia in magistratu mandando, aut reo iudicando, aut lege, aut rogatione sententiam palam ferre melius esset.
Mandare officium aliquod altero. Plin. epist. 110. a lib. 6. Aliquando magis me delectat mandatum mihi officium, postquam pat Cornutum video.
Opus miserum mandat socii. Stat. 9. Thebaid. 34.
Salutem mandare alicui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 3.
Mandans. Part. (ἐντελλόμενος,) Ouid. epist. 15. 64.
Vtere mandantis simplicitate viri.
Mandãtus, pen. prod. Aliud participium. (ἐντεταλμένος,) Cic. pro Roscio Amer. 65. In priuatis rebus siquis rem mandatam non modò non fideliter suis gessisset, sui quæstus aut commodi causa, verum etiam negligentius, eam maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque ex eo tius, eam maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque ex eo dati constitutum est iudicium, non minus turpe quàm furti. credo, propterea quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operam nostræ vicaria fides amicorum supponitur. quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium: & quantum in ipso est, diuellit hoc vinculum societatem, non enim possimus omnia per nos agere, aliis in alia obnoxii magis vtilis. Idcirco amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gubernetur. Quid recipis mãdatum, si aut negligentia aut ad tuum commodum conuersurus es? cur mihi te offers ac meis commodis officio simulato officis, & obstat recede de medio, per quem transigam. Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse, quod nimiè videtur graue iis, qui minimè ipsi leues sunt. Ergo idcirco turpe hæc culpa est, quòd duas res sanctissimas violat: amicitiam & fidem. nam neque mandat quisquam ferè, nisi amico, neque credit, nisi eum fidelem putat.
Arma mandata nepotibus. Silius lib. 1. 4.
Castra mandata prosequi. Stat. 3. Syl. 1. 25.
Mandata & commissa imperia. Cic. pro Lege Manil. 13. Ego enim sic existimo, Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & cæteris magis imperatoribus, nõ solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, imperia

imperia mandata, atque exercitus esse commissos.
Mandãtum, pen. prod. Substantiuũ (ἐντάλμα, ἐντολή, ἐφετμή,) vt in Mandatus participio. Saluft. C. Manlius ex suo numero legatos ad Martiũ regem mittit, cum mandatis eiusmodi.
¶ Mandata accipere ad aliquem. Quintil. lib. 3. cap. 10. Regemque ad quem mandata acceperant, trucidarent. Sic Cic. 8. Philipp. 249. Vide ACCIPIO.
Mandata addere. Plin. lib. 8. cap. 40. 8. Itaque alterum mittens, addidit mandata, ne in paruis experiri vellet, sed in leone elephantove.
Admitti ad mandata, Vide ADMITTO.
Agere mandata, Vide AGO.
Iubere mandata, Vide IVBO.
Conficere mandata, Vide CONFICIO.
Curare mandata, Vide CVRO.
Mandata digerere, persequi, conficere. Cice. ad Q. fratrem, lib. 2. 15. 6. Tua mandata persequar diligenter. Et paulo pòst, 7. Facies scilicet vt mea mandata digeras, persequare, conficias.
Dare mandata. Ouid. epist. 13. 2.
Dare mandata alicui ad aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 8. 163. 4. Ego Metellio ad te mandata dedi. Idem Appio, lib. 3. 1. 7. Omnibus ei de rebus quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim. Et 5. Philip. 182. Quamuis seuera legatis mandata dedetimus. Catull. Argon. 59. 43. Talia complexus iuueni mandata dedisse.
Dare mandata alicui de magnis rebus. Cic. 6. Philipp. 208.
Excipere mandata. Tacit. in vita Agricolæ, Excepissem certe mandata, vocesque, quas penitus animo figeremus.
Exequi mandata alicuius. Ouid. 14. Metam. 121.
Exhaurire mandata, pro Exequi & absoluere. Cice. ad Attic. lib. 5. 88. 6. Reliquum est, vt antequam proficiscare, mandata nostra exhaurias.
Facere mandata. Quintil. lib. 4. cap. 4. Quod nihil ex mandatis fecerit.
Fallere mandata alicuius, Id est non exequi mandata, verum simulare se executum esse. Ouid. 9. Metam. 140.
Pone graues curas, mandataque falle mariti.
Nec dubita, quum te partu Lucina leuarit,
Tollere quicquid erit.
Ferre mandata per auras. Virg. 4. Aeneid. 54.
Fungi mandatis. Tacit. libro 13. Burrus iis mandatis Seneca coram fungebatur.
Gerere mandata. Stat. 5. Syl. 1. 12.
Habere mandata ab. Cic. 2. Philipp. 90. A nobis Populoque Ro. mandatũ id certe non habebas. Et ad Atticum, lib. 15. 329. 10. A Dolabella mandata habebo, quæ mihi videbuntur.
Suprema mandata loqui. Sene. Medea, 7. 25.
Male loqui mandata. Horat. de Arte, 22.
Mandata & legatos mittere. Cic. 4. Ver. 117. In quẽ ipsi cũ grauissimo testimonio, quod nunquã antea Romã mandata legatosque misissent.
Negligere mandata alicuius. Ouid. epist. 15. 61. Vide NEGLIGO.
Peragere mandata. Ouid. 7. Metam. 103.
Perferre mandata ad aliquem. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 25.
Referre mandata mea regi. Virg. 7. Aeneid. 54.
Causam mandati mei suscipe legatus. Oui. 2. de Ponto, eleg. 2. 9.
Tenere mandata constanti mente. Catull. Argon. 59. 42.
Tenere mandatum memori mente. Lucret. lib. 1. 118.
Cum mandatis venire. Cic. 4. Ver. 111. Veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis.
Mandãtus, huius mandãtus. Quarta declinatione apud Iurisconsultos legitur, præsertim titulo Mandati Paulus, Mandatu meo in diem fideiussoris. Caius, Si mandatu meo Titio crediderit. Iulianus, Mandatu creditorum. Sic fæpius.
Mandãtus, pen. prod. Verbale. (ἐντατός,) Budæus, Mandatores sunt impulsores delatorum, interque delatores numerantur. Tranq. in Vesp. Inter aduersa temporum & delatores, mandatoresque erant.
Mandator cædis, Paulus in L. Et si certus. ff. ad Senatusc. Syllanianum, Et si certus sit percussor, tamen habenda est quæstio, vt cædis mandator inueniatur. Budæus.
Delationis mandator. Callistratus in L. Ex quibusdam §. Diuus Pius. ff. de Iure fisci, Diuus Pius Cęcilio Maximo rescripsit: constitutionem patris sui, qua compelleretur delator edere mandatorem, ac nisi edidisset vt in vincula deduceretur eo pertinere, non vt delator pœna subduceretur, si mandatorem haberet: sed vt mandator quoque perinde, atque si ipse detulisset, puniretur.
¶ Mandatores, similes sunt fideiussoribus: nisi quòd præcedunt rei principalis obligationem. Modestinus, Digest. de Fideiuss. & mandatoribus L. Si Fideiussores. Idem respondit, Si in solidum condemnatus est vnus ex mandatoribus, quum iudicati conuenirì cœperit, posse eum desyderare, vt aduersus eos qui idem mandauerunt, actiones sibi mandentur. Budæus.

Mando, mandis, mandi, mansum, (μασσάομαι, φάω,) mãdere, Dentibus cibum conficere, A manu & dando existimant

deductum: quòd manu cibus ori admoneatur. Plaut. Trinum. 13. 100.
Callicles ad villam aiebant serui depromptum cibum
Mandere porrò. Martia. lib. 13. 65. de perdice,
Ponitur Ausoniis aut hæc rarissima mensis.
Hanc in lautorum mandere sæpe soles. Plin lib. 8. cap. 10. 2. Et terram edisse iis tabificum est, nisi sæpius mandant. Cic. 1. de Nat. deo. 182. Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt.
Lentissimè mandere, Vide LENTVS.
Arcus suos mandere. Seneca Thyeste, 8. 32.
Ferrum mandere admorsu. Silius lib. 16. 72. Ferrum, lupatos. de equo loquitur.
Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit. Virg. 4. Aen. 27.
Vulnera mandere sæuo dente. Ouid. 15. Metam. 19.
¶ Mandi, Passiuum. Cic. 2. de Nat. deorum, 201. Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur, & molitur cibus. Plin. lib. 8. cap. 51. 7. Sed in principio, bini ternique pariter mandebantur apri. Idem lib. 12. cap. 3. 1. Pomum ipsum aliàs non manditur.
Morsu leonis mandi. Lucret. lib. 4. 205.
Cibum mandendo exprimimus. Lucret. lib. 4. 125.
Mansum oportuit. Terent. Heaut. 1. 1. 26.
Quid tu tecum? CH. dicam vt res erat, mansum tamen oportuit, Fortasse aliquanto iniquior erat præter eius lubidinem. Id est ferendum & tacendum fuit, non contradicendum.
Mãsito, à verbo Maneo, Vide MANEO.
Mando, mandõnis, m. g. (φάγος,) Edax Lucilius, Atque omnes mandonũ gulæ. Varro Bimargo, Magna vt tremiscat Roma, & magnæ mandonũ gulæ. Nonius.
Manduco, mandũcas, pen. prod. (μασσῶμαι,) mãducare, Idem quod mãdere, & ore vel dentibus conficere. Suet. in August. Cæs. cap. 76. Qui in balneo demum post horam primam noctis duas bucceas manducaui prius, quàm vngi inciperem.
Mandũco, mandũcõnis siue manducus, (ἀδδηφάγος,) Edax, Pomponius Pictoribus, Magnus Manducus Camillus, canterios. Plau. Rud. 13. 51.
Quid si aliquò ad ludos me pro manducõ locem? Alii legunt mãduca.
Festus manduce legit. Vide paulo pòst.
Mansus, Participium. (μεμασσημένος,) Quintil. lib. 10. cap. 1. Cibos mansos ac propè liquefactos demittimus Ci. 2. de Orat. 88. Atque omnia minima mansa (vt aiunt) nutrices infantibus pueris in os inferant. Sic Plin. lib. 16. cap. 12. 7. Phrynon dicitur & abscissos sanare neruos, si cõfestim imponatur trita vel mansa.
Mandũces, (μανδύοντες,) inquit Festus, Effigies in pompa antiquorum, inter cæteras ridiculas & formidolosas imagines ire solebat, magnis malis, ac latè dehiscens, & ingentem dentibus sonitum faciẽs. de qua Plautus ait in Rudente, 13. 51.
Quid si aliquo ad ludos me pro manduce locem?
I. Quapropter? C. quia pol clarè crepito dentibus. Exemplaria manducã legunt in prima declinatione.

Mandra, mandræ, (μάνδρα,) Spelunca, cubile, & receptaculum pecorum ac pecudum. Iuuenalis. Saty. 3. 23.
–& stantis conuitia mandræ Eripiunt somnum Druso. Probus scribit mandram esse vici ostium, vel flexum vel arrectum: aut breue & vile ędificium, quod angustet latitudinem vici: vel ingens vehiculum quo trabes portantur. μάνδρον Græce dicitur. Martialis lib. 5. 23.
Vixque datur longas maiorem vincere mandras.
Quæque trahi multo marmora fune vides. Ouid. ad Pisonem, 41.
Vt citus, & fracta prorumpat in agmina mandra,
Clausaque deiecto populetur mœnia vallo.

Mandragora, pen. corr. (μανδραγόρας,) Herba. de qua sic Plinius vocant. Duo eius genera candidus, qui & masculiger quæ fœmina existimatur, angustioribus foliis quàm lactucæ, hirsutis & caulibus, radicibus binis terniue rufulis, intus albis, carnosis tenerisque, pene cucurbitorum. Columella lib. 10. non procul ab initio,
Quamuis semihominis vesano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores, mœstamque circutam.

Manduco, manducas, & MANDVCVS, Vide MANDO. mandis.

Mane, Aduerbium, (ἑωθεν, πρωΐα, ἑῶθεν,) Diei pars prima. Manum, clarum veteres dicebant, teste Nonio. Seruius, Manum antiqui bonum dicebant vnde & mane dicitur. quid enim melius? Plaut. Trucul. 13. 1.
Rus mane dudum hinc ire me iussit pater, vt bubus
Glandem prandio depromerem. Terent. And. 1. 1. 56.
–obseruabam mane illorum seruulos
Venientes aut abeuntes. Idem. Heaut. 1. 1. 15.
Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi
Domum reuertor, quin te in fundo conspicer. Cicero Curioni, li. 7. 31. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui vsque à Calend.Ianua.esset, quę erant futuræ mane postridie.
Mane vigilare.Horat.2.epist.1.21.
Mane piger sterris.Pers.Saty.5.14.
Mane & mani dixerunt veteres, quemadmodum Here & heri, propter cognationem literarum ii & i, authore Donato. Seruius mani ablatiuum esse dicit à mane, adducens Plauti exemplum, A mani vsque ad vesperam.
Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multum diem. Cice. Attico, lib.13.167.1.
Bene mane hæc scripsi.Cic.ad Atticum,lib.4.79.3.
Mane totum dormire.Martialis lib.1.46,
Non rumpet altum pallidus somnum reus,
Sed mane totum dormies.
Mane diei. Hirtius de bello Afric.lib.5, Præsertim quum milites à mane diei iciunisetiisent defatigati.
Clarum mane.Persius Saty.4.1,
–iam clarum mane fenestras
Intrat,& angustas extendit lumine rimas.
A mane, Vide A præpositionem,
Obscurum mane.Colu.lib.7.cap.12.3,Sub obscuro mane,vel etiam crepusculo, &c.
Vel post nonam,vel postero mane.Colum.lib.9.cap.15.9.
Multo mane, Vide MVLTVS.
Nimis mane, Vide NIMIS.

Maneo, ἐμένω, μεμένηκα, αὐλίζομαι, διαμένω,) manes, mansi, mansum, (μένω, μεμένηκα, αὐλίζομαι, διαμένω,) manere. Loco insistere, inquit Nonius, siue, vt ait Sipontinus, Continere se, & firmum stare. Virg. lib. 10. Aeneid. 155,
–manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens Cicero 3. Offic. 63, Cyrilum quendam suadentem vt in vrbe manerent. Plaut. Casin. 5. 18,
–mitte me. 2. mane.
c. Non maneo. 8. at pol ego te sequar. Terent. Eunu. 4. 3. 6, Vbi veni cauam, vt ibi manerem, repperirit. Ibidem, 3. 5. 31, In interiore parte vt maneam solus cum sola adnuo. Vbi Donatus, Maneam, Remaneam, persueremque in loco.
Paulisper manere, Vide PAVLISPER.
Diem vnum manere. Propert. lib. 2. eleg. 10. 4.
Domi manere. Catull. ad Ipsithillam, epig. 30. 2,
Manere ad exercitum, Hoc est iuxta exercitum. Liu. 3. ab Vrbe. 123, Ita se Minucius abdicat Consulatu, iussusque ad exercitum manet.
Manere ad vrbem. Liu. 10. bel. Pun. 121, In eadem prouincia & Cn. Seruilio prorogatum imperium, si Cõsulem manere ad vrbem Senatui placuisset. Ex vetusto codice legitur remorati.
Maneas apud me cum tuis. Cic. ad Attic. lib. 4. 87. 6. Teren. Eun. 3. 3. 28,
–at apud nos hic mane. Dum redeat ipsa.
Mane, mane, Haber singulare vim in se reuocantis. Plautus Amph. 8. 131,
Mane mane, obsecro te. Teren. Phorm. 1. 4. 40, Ah, quid agis? quò abis?
Antipho? mane, Mane inquam.
¶ Mane, Gaudentis aliquando, non autem opperiri iubentis, inquit Donatus. Plaut. Curcul. 4. 3,
Placide egredere, & sonitum prohibe forium, & crepitum cardinum: Ne, quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planesium.
Mane, suffundam aquulam. Terent. Adel. 2. 3. 11, Sed quidnam foris crepuit? 5. mane, ipsa exit foras. Idem Heaut. 1. 3. 52, Mane, mane, quid est quod tam à nobis graiter crepuere foras?
¶ Manere vt, pro Expectare. Plau. Trucul. 17. 66, Nam haud mansisti vt ego darem illamitute sumpsisti tibi.
Qui manet vt moneatur semper seruus homo officium suum. Nec voluntate id facere meminit, seruus is habitu haud probus est. Plaut. Sticho, 3. 1.
¶ Manere aliquem, Expectare. Plautus. Menæch. 2. 1. 46, Hic me mane. Ibidem, 18. 7,
Lumbi sedendo, oculi spectando dolent,
Manendo medicum, dum se ex opere recipiat. Idem Amph. 6. 48, Nunc te nox, quæ me mansisti, intro, vt cedas die. Idem Epid. 8. 22, Is apud forum manet me, quasi qui amare te caueat. Teren. Phorm. 3. 1. 16,
Mansurus patroum pater est dum huc adueniat.
¶ Manet te bonum. Plaut. Mostel. 2. 47,
–patiunda sunt: Meum bonum me, te tuum maneat malum. Virgil. 12. Aen. 13. Qui te cunque manent isto certamine casus. Id est, instant, imminent, & futuri sunt. Ibidem, lib. 7. 10.
–te Turne, nefas, te triste manebit Supplicium. Ci. 2. Phili. 37, Cuius quidem te fatum, sicuti C. Curionem, manet. Ibidem, 56, Neque verò eram tam indoctus, ignarusque rerum, vt frangerer animo, propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus. Sic Liuius 6. bel. Pun. 71.
Maneat nostros ea cura nepotes. Virg. 3. Aeneid. 101.
Gloria te manet. Virg. 1. Georg. 34.
Nox vna manet omnes. Horat. 1. Carm. ode 28. 3.

Manet periculum. Liu. 4. bel. Pun. 104, Periculumque ingens manet, nisi communi concordiæ consulitis.
Pœna te manet. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 16.
Manet tibi. Virgilius 9. Aeneid. 61, Hæc eadem, matrique tuæ, generique manebunt.
¶ Non manet ætas virginis meam negligentiam. Teren. Phor. 4. 1. 4.
Postquam videt me eius mater esse hic diutius.
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam: ipsam cum omni familia
Ad me profectam esse aiebant. Id est virgo nubilis non poterat me expectare diutius immorantem: quòd retardarem nuptias eius.
Constantius & firmius in perspicuis manere. Vide CONSTO.
Manente tamen in speciem amicitia. Tacit. lib. 20.
Manere perpetuo in amicitia. Cice. 4. Ver. 1, Pleræque autem & maxime illustres in amicitia perpetuo manerent. Sic 7. Ver. 67.
¶ Immora manet arbor. Virg. 2. Georg. 59.
Amor mansit, nec solutum est coniugale fœdus. Ouidius 11. Metamor. 149.
Manet beneficium in ea. Cic. ad Acilium, lib. 13. 37. 3, Eidem Dolabellæ me audiente Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega vereretur, beneficium suum in eo manere.
Causæ manent. Cic. ad Atticum, li. 12. 247. 1, Sed erant causæ cur hoc tempore istic esse nollem: quæ si manebunt, quæ renda erit excusatio ad Brutum, & vt nunc est, mansuræ videntur. Hoc est duraturæ.
Mansit Syluis postea omnibus cognomen, qui Albæ regnauerunt. Liu. 1. ab Vrbe, 12.
In conditione manere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 134. 3, Plerique negant Caesarem in conditione mansurum.
Conditio manet. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 10, Eaque mihi conditio maneat, qua profectus sum.
Contentio manet. Cic. ad Atticum, lib. 14. 311. 4, Mihi cum illo nulla contentio iam maneret.
Dolor manet. Cic. 2. de Finib. 148, Quid enim, summus dolor plures dies manere non potest?
Fama manet. Plin. epist. 180, Alius alium: ego beatissimum existimo, qui bonæ, mansuręque famæ præsumptione perfruitur, &c.
Fortuna manet stabili fundamento. Lucre. lib. 5. 216,
In cursu suo manet fortuna. Ouid. epist. 11. 12.
Intra fortunam suam manere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 6,
Mansit vnicus gnatus domi: Hoc est remansit. Terent. Heaut. 3. 1. 20, Iam huic mansisset vnicus gnatus domi.
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt. Virg. 5. eclog. 6.
Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & industria. Cic. de Senect. 19.
Manent ii qui bonis tuis perfruantur. Plin. in Paneg. 61, Decessit pater tuus multa: & ipse donasti, cesserit parum gratus, manent tamen illi qui bonis eius fruantur.
Induciæ manent. Cæsar 3. bel. Ciuil. 65, Interea manerent induciæ, dum ab illo reduci possent, néve alter alteri noceret.
Lex manet, cui opponitur Abrogata. Cic. de Prouinc. Consul. 38, Quippe aut vobis statuendum est legem Heliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam.
Memoria manet. Cic. 2. Offic. 62, Tib. enim Gracchus P. F. tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.
Mos manet. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 4, Dein si rationum referendarum hic mos manet, & mos antiquus maneret.
In numero manere. Quintil. lib. 1. cap. 4. 8. Kappa apud Græcos, nunc tantum in numero manet.
In officio manere, quod & Stare in officio dicitur: hoc est Munus suum diligenter exequi. Cic. Attico, lib. 1. 1. 12, Auiam tuam scito deiyciendam fuisse, nisi tui mortuam esset: & simul q. verita sit ne Latinæ in officio non materent, & in montem Albanum hostias non adducerent.
In fide & in officio manere. Liu. 8. bel. Pun. 123, Non socii in fide nec ciues in officio mansit.
Parietes manent. Cic. 2. Offic. 41, Itaque parietes vrbis modò stant & stabunt, iique ipsi iam extrema scelera metuentes.
Pax manet. Liu. 1. ab Vrbe, 114, Nec diu pax Albana mansit.
¶ Promissis manere, Idem quod Stare promissis. Virg. 2. Aeneidos, 37,
Tu modò promissis maneas, seruataque serues.
Troia fidem.
Sententia manet, Perstat. Cice. ad Atticum, lib. 8. 166. 5, Simul & adiecere cupio sententiam tuam, si manet, vt firmior sim: si mutata est, vt ibi assentiar.
In sententia vel proposito manere, quod & Stare dicitur. Cic. Attico, Plinè hoc mihi explices velim, in primis, maneasne in sententia, vt antea. Ita ad eum quę scriptitan nihil necesse putes. Idem ad Gallum, lib. 24. 4, Sed velim maneat Damasippus in sententia. Suet. de Claris grammat. 14, Nihilominus in proposito mansit, multaque exemplaria correcta emendare, ac distinguere & adnotare curauit. Cicero ad Atticum, lib. 9.

lib. 9. 171. 1, Gaudere ais te mansisse me, & scribis te in sententia manere. Idem 2. Philip. 92, Itaque quum cæteri Consulares irent & redirent, in sententia mansi.
In sententia philosophorum manere. Sequi eorum sententiam. Cice. 1. de Diuin. 9, Nam quum omnes Socratici Zenoque & ii, qui ab eo essent profecti, manerent in antiquorum philosophorum sententia, &c.
Societas manet. Cic. Cornificio, lib. 12. 27. 2, Quæ societas inter nos semper mi Cornifici manebit.
In statione manere. Lucret. lib. 4. 78,
Suo statu manere, vel eodem statu, pro In suo vel eodem statu. Cice. ad Atticum, lib. 5. 96. 3, Memento curare per te & per omnes nostros, in primis per Hortensium, vt annus noster maneat suo statu, nequid noui decernatur. Liu. 1. bel. Maced. 112, Sperare quicquam eodem statu mansurum.
Suspicio manet. Cic. pro Quintio, 18, Non patiar istam manere suspicionem, nos rem iudicari nolle,
Verba maneant in animo. Senec. Medea, 7. 25.
Vita manet. Virg. 5. Aeneid. 145,
Nate mihi vita quondam dum vita manebat, Chare magis.
In vita manere: cui Excedere è vita opponitur. Cic. 3. de Fin. 92, In quo enim plura sunt quæ secundum naturam sunt, huius officium est in vita manere. Lucret. lib. 3. 82.
Voluntas manet. Cic. pro Quintio, 55, Nempe si te nihil impediret, si voluntas eadem maneret, si valeres denique, &c.
Manet mihi. Cic. Post reditũ ad Quirites, 16, Quod viro forti adimi non potest, id mihi manet & permanebit. Alia exemplaria non habent datiuum mihi.
¶ Maneat ergo, quod turpe est, id nũquam esse vtile: hoc est Sit ita, esto, fac sit. Cic. 3. Offi. 65. Et pro Rab. Postha. 15, Quamobrem illud maneat, & fixum sit, quod neque moueri, neque mutari potest.
¶ Manedum, Cohibendi particula. Plaut. Asin. 16. 27, Nihil ecastor est quod facere mauelim PA. manedum. Plin. in epist. Manedum, & mafora accipe.
¶ Maneri, Impersonale. Cic. Atti. lib. 10, Sed ad primum reuertor: quid potes faciendum, occulténe aliquo propius veniendum, an mare transiecundum: nam hic maneri diutius non potest. Eidem, lib. 8. 147. 13, Id si est, in Italia fortasse manebitur.
Mansurus, pen. prod. Participii: (διαμενῶν,) vt Amor mansurus. Ouid. 2. de Arte, 49.
Carmen mansurum, Immortale. Stat. 4. Sylu. 2. 1.
Decus mansurum per sęcula. Silius lib. 17. 127.
Fama mansura in sęcula. Lucan. lib. 8. 15.
Monimenta mansura per ævum. Ouid. 5. Metam. 46.
Opus mansurum post mea fata. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.
Vrbs mansura. Virg. 3. Aeneid. 18.

Manso, Verbale, (μονή, διαμονή,) Actus ipse manendi & quiescendi in aliquo loco: cui contrarium est Decessio. Terent. Phorm. 5. 9. 23, Demipho te appellomam me cum hoc ipso distæder loqui:
Hæcine erant iniones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni? Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 12, Quòd tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, id ego, &c.
Manso & Decessio, contraria. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 4. 16, Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat.
Manso in vita cui contrarium est Excessus è vita. Cic. 3. de Fin. 92, Sed quum ab his modis omnia proficiscantur officia, non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes: in his & excessum è vita, & in vita mansionem.
Manso, Hospitium. Suet. in Tir. Vesp. cap. 10, Deinde ad primam statim mansionẽ febrim nactus, quum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis cælum, multumque conquestus eripi sibi viam immerenti.
¶ Manso (inquit Sipontinus) iter est vnius diei. Plin. lib. 12. cap. 14, Gebanitarum caput Thomna est abest à Gaza nostri litoris Iudææ oppido M. D. XXXVII millia passuum: quod diuiditur in mansiones cassi circiter quadraginta, aut paulo amplius millia passuum. Hactenus Sipontinus. Plin. lib. 12. cap. 14. 1, Mansionibus octo distat regio thurifera à monte excelso.
Mansito, mansitat, pen. corr. (διαμένω,) mansitare, Frequentatiuum. Tacit. lib. 13, Quippe mansitasse vna conuincebatur. Idem lib. 14. Quum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitauerat, ad supplicium agi oporteret.
Mansito, à verbo Mando, mandis. Vide MANDO, mandis.

Manes, Acron, Dii manes, dii boni, à manum, quod est bonum. Antiqui animum à corpore separabant. manem deum nuncupabant. Apuleius de dæmonio Socratis: ita inquit, Manes animæ dicuntur meliorís meriti, quæ in corpore nostro Genii dicuntur: corpori renũtian tes, Lemures: quum domos incursionibus infestarent, Larues appellabantur. Contrà, si bonæ fuerint, Lares familiares. Seruius per antiphrasin ait Manes esse deos inferos, quia non sint boni. Idem dicit alibi esse animas corporibus exutas, quæ nondũ in alia corpora migrauerint. Festus, Manes dii ab auguribus vocabantur, quòd per omnia manare credebant, eósque deos superos, atque inferos dicebant. Cic. 2. de Legib. 37. Deorum manium iura sancta sunto.
Manes, quandoque dicũtur Pœnæ. Virg. 6. Aeneid. 149, Quisque suos patimur manes. Vbi Seruius, Manes, supplicia quæ sunt apud manes.
Di manes. Horatius Epodon 5. 20, Quæ vis deorum est manium.
Diui manes. Lucret. lib. 6. 153.
Imi manes. Virg. 4. Aeneid. 78.
Profundi manes. Virg. 1. Georg. 49.
Semidei manes. Lucan. lib. 9. 2,
Quodque patet terras inter, lunęque meatus,
Semidei manes habitant, &c.
Sacrati manes. Silius lib. 15. 88.
Sepulti manes. Virg. 4. Aeneid. 7.
Stygi manes. Ouid. 13. Metam. 94. Ibidem, 5. 24.
Elicere manes ex fossis. Horat. 1. Serm. saty. 8. 6.
¶ Nocturnos ciere manes. Virg. 4. Aeneid. 98.
Claros vrna confundite manes. Stat. 3. Theb. 34.
Lædere manes alicuius. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 14.

MANES, (μάνης,) Hæresiarchia, genere Persa, vita & moribus barbarus, tam acer ingenio, vt ex nominis argumento insanire videretur, sub Aureliano principe Romam à Perside venit. Ab hoc Manichæorum hæresis & nomen & ortum habet. Hunc denique Manetem ad vltimum rex Persarum viuum cute direpta necauit, quòd filium eius quem reiectis aliis medicis curare pollicebatur, interfecerit. Ex Suida & Eusebio.

Mango, mangõnis, com. ge. (μαγγονεύτης,) Dicti sunt mangones, quasi manu agones. erant enim magistri formæ puerorum & mentiendi coloris artem probè callentes. Solebãt enim pueros puellasque, quo facilius vendi possent, artificio quodam componere, atque colorem fuco ementiri, vt vendibiliores essent. Quorũ meminit Quintilianus lib. 2. cap. 15. 17, Adulationem autem medicinę, vocet coquorum artificium: & exercitatricis, mangonum, qui colorem fuco, & verum robur inani fagina mentiantur. Martialis, Millia pro puero centum me mango poposcit. Suetonius in Domitiano, capite 7, Castrari mates vetuit: spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Plin. lib. 24. cap. 6. 12, Terebinthina illinitur: & eadem ea lida membrorum doloribus spasticisque illinitur in sole, totisque corporibus, mangonum maximè cura, ad gracilitatem emendandam, spatis ita laxantium cutem per singula membra, capacioraque ciborum facienda corpora. Idem lib. 30. cap. 5. 5.
¶ Mangones. Aliarum etiam rerum dicuntur, qui merces poliunt atque interpollant, vt pluris vendant. Plinius lib. 37. cap. 1 3. 2, Decussi fragmenti paulum, quod in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimẽto excusant mangones gemmarum. Idem lib. 7. cap. 12. 6, Respondit versutus ingenii mango ob idipsum se tanti vendidisse, &c.

Mangonizo, mangonizas, pen. prod. (μαγγανεύω,) Mangonizare, Ornare, & quasi componere rem aliquam ad alliciendos emptores. Plinius li. 23. cap. 1. 14, Succus radicis vitis nigræ cum eruo, lætiore quodam colore, & cutis teneritate mangonizat corpora serpentes fugat. Idem lib. 32. cap. 10. 20, Ita pueros mangonizauit Salpe obstetrix.

Mangonizata, (μαγγανευθεῖσα,) etiam oratio dici potest, forma ità & domus, & reliqua: vt lenocinijs & fuco potius quàm veritate allectent. Hæc Hermolaus. Mangonizantur etiam panni sine linei sine lanei. Equos præterea mangonizatos venire videmus. Pli. lib. 9. ca. 54. 1, Vt qui primus pensiles inuenit balineas, ita mangonizatas villas sub fide vendendo.

Mangónicus, penul. corr. Adiect. (μαγγανευτικός,) Quod ad mangonem pertinet. Plin. lib. 21. cap. 26. 1, Radix hyacinthi bulbacea, mangonicis vænalitijs pulchrè nota, quæ è vino dulci illita, pubertatem coercet, & non patitur erumpere. Suetonius, Necessariosque ad mangonicos quæstus sustineodæ dignitatis causa descendit.

Mangonium, mangonii, (μαγγανεία,) Artificium quod ad res facilius vendendas adhibetur. Plin. lib. 10. cap. 50. 2, Dedẽre & Parthi cocis suis mores. nec tamen in hoc mangonio quicquam torum placet, hũc clunę, alibi pectore tantum gallinarum laudatis

Maniae, maniarum. (μορμολύκεια,) Festus, Maniæ, turpes, deformes quę personæ. Manias Aelius Stilo dici ait ficta quędã ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii maniolas appellant. Manias autem, quas nutrices minitentur pueris, esse larvas, id est Manes, quos deos deasque putabãt, quosque ab inferis ad superos emanare credebant. Sunt qui Maniam larvarum deam, auiamque putent. Sunt enim vtriusque opinionis authores.

Mania, Insania etiam dicitur: Græcum enim est vocabulum. Cic. 3. Tusc. 18, Græci autem maniam vnde appellent, non facilè dixerim. eam tamen ipsum distinguimus nos melius quàm illi, hanc enim insaniam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore disiungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verborquem nos furorem, melancholiam ipsi vocant.

Manica, pen. corr. (χειρόστομα, χειρίς,) A manu deriuatur. Vestis pars qua manus teguntur. Virg. 9. Aeneid. 124, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

¶ Manicæ, (χειροπέδαι,) Manuum vincula. Virg. 1. Aeneid. 30,
–manicas atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Plau. Mostel. 15.17. –vt quum extemplò vocem,
Continuò exsiliatis manicas celeriter comectite. Idem Capt. 1. 1. 1, Inficite huic aftutum manicas mastigiæ. Cic. 11. Philipp. 309, Solet enim accipere ipse manicas, nec dictius obsidionis metum sustinere.
Treces manicæ. Valer. 2. Argon. 93.

Occupare aliquem manicis. Virg. 4. Georg. 88,
Cum clamore ruit magno, manicisque iacentem Occupat.
In manicis & compedibus tenere aliquem. Horat. 1. epist. 17. 16.

¶ Manicæ, Theca sunt ferreæ, quibus brachia & manus contra hostium iniurias muniuntur. Iuuenalis. Saty. 6. 26,
Quale decus rerum, si coniugis auctio fiet,
Balthens, & manicæ, crista, crusque sinistri Dimidium tegmen.

¶ Manicæ, Quibus adductum vim frigoris manus muniuntur, quas Græci chirothecas vocant. Plinius ad Macrum, lib. 3. epi. 5, Ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebantur vt ne cæli quidem asperitas vllum studii tempus eriperet.

Manicātus, pe. pra Adiect. (χειροδέματος, Quod habet manicas. vt Manicata tunica. Cic. in Catil. 4, Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videris, manicatis & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. Colum. lib. 11. cap. 1. 18, Quę vtraque prohibentur optimè pellibus manicatis & sagatis cucullis.

Probrosè nominat Cicero manicatas tunicas, quasi hominum effeminatorum, quo modo etiam Virgilius, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Vide Gellium.

Manifestus, Adiect. (δῆλος, ἐκδηλος, κατάδηλος, σαφής, φανερός, ἐναργής, κατεφανής,) Clarus & apertus quasi ad manus foris stans. Cice. 4. Verr. 131, Manifestis in rebus hominem tam tenari videbitis.

Amator manifestus. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 8.
Manifesta cædes. Liuius 1. ab Vrbe, 28, Is tum Euander concursu pastorum trepidantium circa aduenam manifestæ rem cędis excitus, postquam, &c.
Causa manifesta. Propert. lib. 3. eleg. 13. 1.
Culpa manifesta, Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 13.
Deus manifestior. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 13.
Fides manifesta. Virg. 1. Aeneid. 62.
Manifestum fortum. Cic. 4. Verr. 34.
Ira manifesta numinis. Ouid. 6. Metam. 63.
Libido manifesta. Ouid. 5. Metam. 97.
Manifestas literas quæris. Cic. 5. Verr. 113.
Pietas manifesta. Ouid. 1. de Arte, 65.
Signa manifesta dare. Ouid. 5. Metam. 94.
Vestigia manifesta rotæ. Ouid. 2. Metam. 27.
Manifestum facere. Plin. epist. 318, Ita tamen vt qui negauerit se Christianum esse, idque ex ipsa manifestum fecerit, id est supplicando diis nostris, quanuis suspectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret.

¶ Manifestum habere. Salust. in Catil. Cicero per Sangam consilio cogito, legatis præcipit, vt studium conturationis vehementer simulent, cæteros adeant, bene pollicentur: dentque operam, vti eos quamaximè manifestos habeant.

Negare manifesta. Ouid. epist. 4. 13.
Manifesta res est. Plaut. Mostel. 8. 7,
Danista adest, qui dedit, cui amica est empta quoque:
Manifesta res est, nisi quid occurro prius. Idem Casina, 23. 16.
Periis hercle ego, manifesta res est.

Testatæ & manifestæ res Cic. 1. Ver. 29, Eiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, vt, &c.

¶ Manifestus mendacii, aut sceleris, Cuius scelus aut mendacium omnibus palàm est. Plau. Truc. 4. 19, –manifestam mendacii mala Te tenebo. Salust. in Iugurt. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quàm animaduertit super gratiâ atque pecuniam suam inuidiam facti esse.

Vanitatis flagitii, ambitionis manifestus, & similes locutiones, quibus quidem frequenter vtitur Tacitus. vt lib. 4, Ne tamen offensionis, aut metus manifestus foret. Idem lib. 11, Spirantem ac vitę manifestam aduertere pastores. Et lib. 13, Exercendis apud ærarium sectionibus famosis, & tum vanitatis manifestos.

Manifestus delicti. Corn. Tac. lib. 1, Cur in vxore delicti manifesta vltione legis omisisset.

Manifestè, Aduerbium, (σαφῶς, σαφῆς, φανερῶς, ἐναργῶς, κατάδηλον, ἀπο-

φασιστικῶς,) Palàm, perspicuè, clarè, non obscure. Cic. 3. in Catil. 51, Vt, quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam à dis immortalibus, tota res non solum à me, sed etiam à Senatu, & à vobis manifestè deprehenderetur.

Apparere manifestius. Virg. 8. Aeneid. 4.

Manifestò, Aduerbium (ἐμφανῶς,) Idem. Plaut. Asin. 16. 16, Sequere hoc me modo, iam faxo ipsum hominem manifestò opprimas. Idem Pœnu. 11. 40. Et Casin. 6. 22, –oh perii,

Manifestò miser teneor: cesso caput pallio obtergere? Cice. pro Cluentio, 13, Quum manifestò venenum deprehendisset, &c. Idem 3. in Catil. 62, Hęc tanta in Rempub. coniuratio manifestò inuenta atque deprehensa est.

Manifestò verberari, Id est palàm. Plau. Asin. 11. 23, Vbi deprehensus furto sies, & manifestò verberatus. Cic. 5. Verr. 116, Teneo in medio vectigalibus Pop. Rom. in ipsis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifestò aut tentem rem frumentariam omnem.

Manifesto compertum atque deprehensum facinus. Cice. pro Cluentio, 32, Exponam vobis Oppianici facinus manifestò compertum atque deprehensum.

Manifestarius, Adiectiuū. (φανερόδεικτος, χειρόδεικτος, φανωματικός,) Idem quod Manifestus. Quod vulgò notorium dicitur.

Manifestaria res est. Plaut. Mil. 1. 31, Abeo. 5 c. abire non sinam te. Pamitte Scelerde, manifestaria res est.

Manifestarius fur. Plaut. Aulul. 18. 10, Capio fustem, obtruncò gallum furem manifestarium.

Manifestarium aliquem tenere. Plaut. Trinum, 13. 47.
–teneo hunc manifestarium, me fibi
Epistolas dedisse dicit, ludam hominem probè.

Manipulus, pen. corr. (χειρόβολον, ἅμαλλα,) A manu fit & proprè significat fasciculum quem manu quis apprehendit metendo. Plin. lib. 18. cap. 18. 4. Iustum est vna operâ, ingerantur die defecati, alligarique manipulos tria millia c c quatercentos pondo. Manipulos fœni hîc vocat Plinius, quos nostri botellos vocant, longè Budęus. Cola. li. 11. cap. 2, Bouus operarius prati iugerum desecat, nonnunquam mille ducentos manipulos vnus obligat, qui sint singuli quaternarum librarum.

Filicum manipli, pro Manipuli. Virg. 3. Geor. 60.

¶ Manipulus, (λόχος,) Exigua militum manus, quæ vnum sequitur signum. Erat enim pars centuriæ: ita dicta, quòd Romulo adhuc pauperrimo Romanus exercitus manipulos fœni hastis alligatos, pro signis gerebat. Et in legione quidem erant x x x manipuli. Manipulus dicitur ita Varronem, ab eo quòd plures militum manus iungunt. Seruius dicit manipulos esse signiferos: quòd imperante Romulo, quum Romani & Latini sub vno centurione bellum aggressuri essent, manipulis hastis alligato pro signo vtebantur. Vnde Manipularis Cato ferè vexillum. Ouid. 3. Fast. 24,
Pertica suspensos portabat longa maniplos:

Vnde manipularis nomina milec habet. Vegetius lib. 2. scribit Manipulares vocari contubernium decem tantummodo militum sub vno signifero degentium, ab eo dictum, quòd coniunctis manibus dimicarent. Terten. Eunuc. 4. 7. 6, Cedò alios, vbi centurio est Sanga, & manipularium? Id est militum. Cæsar 6. bel. Gal. 122, Si continere ad signa manipulos veller. Ibidem lib. 2. 32, Centurionibusque nominatim appellatis, reliquos cohortatus milites, signa inferre, & manipulos laxare iussit, quo facilius gladiis vti possent.

Armatos manipios ad signa conuocat. Lucan. lib. 1. 61.
Prostrati manipli. Silius lib. 17. 122.
Disiectique duces, desolatique manipli. Virg. 11. Aeneid. 174.

Manipularis, & hoc manipulâre, pen. prod. (λοχίτης,) Quod ad manipulum pertinet, quodque de manipulo est. Plaut. Mostel. 4. 151, Conuenient manipulares, eccos prædam participes petunt. Ibidem, 16. 1. Postquam ex obsidione in tutum eduxi manipulares meos. Idem Mil. 11. 3, Eripiam ego hodie concubinam militi, si centuriati bene sint manipulares mei. Liu. 5. bel. Pun. 75, Manipulares sui primum transiuerunt fossam, dein legio tota secuta est. Cic. ad Att. lib. 9. 18. 2, Et tuæ hęc res torquet, quòd non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tàquam vnus manipularis secutus sim. Cæl. 7. bel. Ciu. 192, Tres suos nactus manipulares atque ab iis sublenatus, murum ascendit. Sic 2. bel. Ciuil. 112.

Manipulares iudices. Cic. primo. Phil. 15.

Manipularius, Adiectiuum. vt Habitus manipularius, apud Suetonium in Caligula, cap. 9, Caligulæ cognomen castrensi ioco traxit, quòd manipulario habitu inter milites educabatur.

Manipulatim, penult. prod. Aduerb. (λοχηδόν,) Per manipulos. Plaut. Pseud. 4. 48,
–manipulatim mihi
Munigeruli facitè ante ædes iam hîc adsint. Liu. 2. ab Vrb. 231, Tumultuque trepidationem iniecit, vt dum dispersi alii alia manipulatim concurrunt ad arcendam hostium vim, ea porta cui signum primum tulerat,

tulerat, caperetur. Ibidem, lib. 8. 37, Et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse. Sic 3. bel. Pun. 106.

MANIVS, (μάνης,) Prænomen dictum est ab eo quòd mane quis initiatus sit, vt Lucius qui luce. Festus.

MANLIANA, pen. prod. (μανλιάνα,) Vrbs Lusitaniæ Ptolemæo. Vulgo Mons maior. Manliana item, Tuscorum vrbs, Ptolemæo authore. Hodie Mallianum.

MANLIVS, (μάνλιος,) Mathematicus, apici auratam pilam addidit, cuius vertice vmbra colligeretur in semetipsam, alia atque alia incrementa iaculantem apice, ratione quâ vt ferunt, à capite hominis intelleta. Plin. lib. 36. cap. 10.

Manlius item Capitolinus, ob defensum Capitolium dictus. De quo Plinius, de fortitudine lib. 7. cap. 28,

T. Manlius Torquatus, cognomento Imperiosus, quòd sæuissimi exempli author insignem crudelitatis titulum occupaturus fuerit. Atque in de, Imperia Manliana dicta. De hoc vide Gellium lib. 9. cap. 13.

Manna, mānę, (μάννα, κεφάμαχι,) Ros melleus matutinus, siue quod mel roscidum Galenus appellat, siue etiâ quod mel aci ifi Virgilius. Cælius, illud hac parte obiter leuius attigero, Syriacum rorem à Celso in medicina capi pro eo quòd nomine peregrino vocatur etiam manna. Dioscorides in Libano probari manna tradit candore præcipuo. Sciendum tamen, in thure quoque agnosci manna à Plinio, quoniam sic elisas intelligit micas. Hactenus Cælius lib. 13. cap. 16. Plin. lib. 29. cap. 6. 12, Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito ferniculi succo ad cyathum vnum, & thuris manna vna, atque ita suffitiones, &c. Huiusmodi autem mel roscidum siue manna Galenus lib. 3. de Alimentis, colligi ait in Libano monte Liburniæ: adeò vt rustici expansis super terram velleribus, mel à concussis arboribus decidens accipientes, ollas ac fictilia plena referant.

Mannulus, mannuli, pen. corr. m. g. Equus pusillus. Mart. lib. 12 67. 2, Habebat puer mannulos multos & functos & solutos: habebat canes maiores minoresque. Dicti sunt autè mannuli, siue, vt est apud Horatium 1. Carm. ode 27. 1, Manni, quòd mansuetudine manum sequantur, vt ibi inquit Acron. Hora. Epod. ode 4. 3, Et Appiam mannis terit.

Mannus, Vide MANNVLVS.

Detonsi manni. Propert. lib. 4. eleg. 8. 3.
Impositus mannis Horat. 1. epist. 7. 16.
Currit agens mannos ad villam. Lucrer. lib. 3. 216.

Mano, MANNVS, (μάννος,) Filius fuit Teutonis dei, à quo Alemani dici gloriantur. Manare, (βρύω, ἀπεβρύω, ἀπορρέω,) quum aliquid ex integro, sed non satis solido per minutissimas partes stillat. Tractum à Græcis, qui μανὸν rarum & sine densitate appellant. Festus manare à mane deducit, & de sole propriè dici vult, quum orientes radii splendorem iactare incipiunt. Frequentius tamen ad aquam & ad humores refertur.

Manare per translationem, Defluere, Descendere significat. Res autem quæ manat, quandoque in nominatiuo ponitur, quandoque in accusatiuo quandoque in ablatiuo.

Sudor ad inios manabat talos. Horat. 1. Serm. saty. 9. 3.
Aqua manat de flumine. Ouid. 2. de Remed. amor. 45.
Guttæ sanguineæ manant de vulnere. Ouid. 2. Metam. 72.
Manat à fontibus. Cic. 1. Tusc. 11, Quare si aliquid oratorię laudi nostra attulimus industria multò studiosius philosophiæ fontes aperiemus, è quibus etiam illa manabant.

Ingenium meum manat pauperè vena. Ouid. 2. de Pont. eleg. 5. 5.
Mella caua manant ex ilice. Horat. Epod. 16. 10.
Lachrymæ manauere genis. Silius lib. 7. 143. Liu. 4. bel. Maced. 186, Manare omnibus gaudio lachrymæ, adeò vt ipsum quoque confunderent dicentem. Sic 5. ab Vrbe, 34, Certatim Patribus, plebique manare gaudio lachrymæ, &c.

Sanguis manat palato. Ouid. 3. Metam. 17.
Manat sudor corpore. Vir. 3. Aeneid. 35, Dum gelidus toto manabat cor pore sudor.
Vnda manat fontibus. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 1.
Manat cruore culter. Liu. 1. ab Vrb. 258, Cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manantem cruore, præ se tenent. Sic 3. bel. Pun. 148. Ibidè, lib. 7. 133, Vuscinis sanguine lacum manasse.

Manat sudore. Liu. 8. bel. Pun. 57, Et bos in agro Romano locutus, & ara Neptuni multo manasse sudore in circo Flaminico dicebatur. Sic Cic. lib. 1. de Diuin. 127.

Manat picem hæc arbor. Plin. lib. 14. cap. 20. 1, Arborum succo manantiū picem resinamque, aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur.

¶ Manare, Dispergi, disseminari, serpere, crebrescere. Cic. 2. Tusc. 111, Latius enim manabit hæc ratio, & aliquanto maiorem locum, quàm de vno dolore occupabit.

Manat consilium. Liu. 7. ab Vrb. 187, Diuisa enim erant per Campaniæ vrbes, manauerantque à Capua consilia in exercitum omnem.

Manat fama vel rumor. Ci. 14. Philip. 394, Quum, vt scitis, hoc triduo vel quatriduo tristis à Mutina fama manaret. Liu. 1. ab Vrb. 67, Manauit enim hæc quoque, sed per obscura fama. Ibidem, lib. 2. 213, Manat tota vrbe rumor: Fabios ad cælum laudibus ferunt.

Manat malū. Cic. 1. Phil. 3, Nam quum serperet in vrbe infinitum malum, idque manaret in dies latius, &c. Idem ad Cassium, lib. 12. 1. 1, Manabat enim illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie.

Manās, Part. (βρύων,) vt Aqua manās de niue. Oui. 1. de Pon. eleg. 1. 14.
Lymphæ manantes. Horat. Epod. 1. 6.

Manantia vlcera, Plinius identidem pro iis qui serpunt accipit. vt lib. 13. cap. 3. Budæus.

Manantia capitis vlcera, Græcè ἄκωρες, ex Pauli Aeginetæ lib. 2. descriptione, fiunt in ipsa capitis cute, tenuissimis foraminibus cutē perforatis, ex quibus glutinosa fluit sanies. Notū mali genus, & pueris in primis familiare. Nostra ætas à tinearum in vestibus similitudine, tineam appellat. Vt enim illę multo coque tenui morsu & erosione vestes perforant, sic capitis cutem vlcera hæc. Sunt tamen qui à tenendo malint, eo quòd difficilè hic morbus percurari possit. Est enim admodū tenax.

Manalis. Adiect. vt Manalis fons, Ex quo aqua perpetuò manat.

Manalem lapidem purabant esse ostium Orci, per quod animæ inferorū ad superos manarent qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiā vocabant petram quandam quæ erat extra portam Capenam iuxta ædē Martis: quam quum propter nimiam liccitatem in vrbem pertraherent, sequebatur statim pluuia, eumque, quòd aquas manaret, manalem lapidem dixere. Festus.

Mansuetus, pen. pro. Adiect. (πρᾶος, ἥμερος, ἐπιεικής, τιθασσός,) Mitis, quasi manu assuetus: quòd omnia quæ sunt natura fera, manuum præmulsione mitescant. Festus. Mansuetus, neque misericordia mœstus, neque crudelitate sæuus, sed modestia temperatus. Plaut. Asin. 10. 1, Nequeón' ego te interdictis facere mansuetam meis? Terent. And. 1. 1. 87,
Hæc ego putabam esse omnia humani ingenii,
Mansuetique animi officia.

Mansuetus & Ferus, contraria. Cice. 3. Philipp. 119, Illud quæro, cur tam subitò mansuetus in Senatu fuerit, quum in edictis tam fuisset ferus.

Idem 1. de Inuent. 4, Deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus, mites reddidit & mansuetos. Plin. lib. 11. cap. 5. 1, Præterea quum apes sint neque mansueti generis, neque feri, &c.

Amor mansuetus. Propert. lib. 1. eleg. 9. 3.
Mansuetæ bestiæ. Placidæ & cicures dicuntur.
Beneficus, salutaris, & mansuetus ciuis. Cic. pro Milone, 15.
Ira mansuetior. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 5.
Littora mansueta. Propert lib. 1. eleg. 16. 6.
Manus mansuetæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 6.
Pectus mansuetum, Ouid. in Ibin. 6.

In moribus suis erga necessarios declarandis mansuetissimus. Cice. 1. de Orat. 111.

Facere mansuetum, vel reddere. Vide Plauti & Ciceronis in præcedentibus exempla.

Mansuētè, pen. prod. Aduerbium. (πρᾴως,) Cic. pro Marcello. 5, At vero quum aliquid clementer, mansuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens, &c.

Mansuetūdo, pen. prod. (πραότης, ἐπιείκεια, ἡμερότης,) Cice. 1. Offic. 67, Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, cum quicum bellum geras, tam molli nomine appellari? Idem 7. Verr. 90, Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii, in tantam crudelitatem inhumanitatemque esse conuersam?

Lenitatis & mansuetudinis genus orationis, cui opponitur Vehemens & atrox. Cic. 2. de Orat. 110.

Mansuefacio, mansuefacis. pen. corr. mansuefeci, (πραΰνω, ἡμερόω, τιθασσόω,) mansuefacere, Mansuetum reddere. Plin. lib. 11. cap. 37. 44, Quæ causa etiam mansuefacta, vbi ad vicinum sanguinem pertenit saliua, inuitat ad rabiem. Idem lib. 8. cap. 16. 14, Primus autem hominū leonem manu tractare ausus, & ostendere mansuefactum.

Mansuefacere plebem. Liu. 3. ab Vrbe, 62, Paulatim permulcendo, tractando que mansuefecerant plebem.

Mansuefacti & exculti. Cic. 1. Tusc. 97. A quibus mensuefacti & exculti, à necessariis artificiis ad elegantiora defluximus.

Domitos, & mansuefactus, De inanimatis. Plin. lib. 34. cap. 9. 1, Peculiare que in eo condimentum attritu domiti & consuetudine nitoris velut mansuefacti.

¶ Mansuefactum. Cæsar. Multaque erant intra eum locum mansuefacta quibus interim iumenta pascerentur. Id est, vt ipse dicit, inter munitiones sata. Budæus.

Mansuefio, pen. pro. mansuefis, pen. indiff. (πραΰνομαι,) mansuefieri. Cæsar 6. bel. Gal. 99, Sed assuescere ad homines & mansuefieri, ne paruuli quidem excepti possunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mansuetarius, mansuetarii. (πραϋντικός.) Qui feras mansuefacit. Vnde etiam Ferarum mansuetarios dicitur. Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos, quos edoctos per mansuetarios, subitò ad secundam mensam iubebat accumbere. Pirmicus lib. 8, Septentrione oriente parti erant mansuetarii feratum.

Mansuefco, mansuefcis, mansuéui, pen. prod. (τιθασσόω, mansuescere, Mansuetum fieri, mitescere. Colum. lib. 7, Non per hæc blandimenta triduo ferae mansuescunt. Plini. lib. 17. cap. 10. 8, Mansuescuntque tractatu ceu feræ, dum radici auellitur planta.

Corda nescia mansuescere precibus. Virg. 4. Georg. 94.
Feræ mansuecuêre clauso carcere. Lucan. lib. 4. 49.
Fructus mansuescunt terra Lucret. lib. 5. 275.
Tellos mansuescit arando. Virg. 2. Georg. 48.
Pace subita mansuescere. Stat. 11. Theb. 95.

Mansuescere, pro Mansuefacere posuit Varro lib. 1. de Re rust. cap. 1, quom inquit, Sic ex animalibus, quum propter eandem vtilitatẽ quæ possent sylvestria deprehenderent, ac concluderent, & mansuescerẽt. Fortasse legendum mansuefacerent.

Mansuem (τιθασσόν,) pro Mansueto posuerũt veteres. Fest. ex Varrone.

Mansus, Vide MANDO mandis.

Mantelum, mantẽli, pe. pro. (χειρόμακτρον,) & Mãrelisi, mãtelii, apud Varr. & Mantile, mantilis, composita dictio ex manus & tela, à mãibus tergendis. Est enim linteolũ quo manus tergere solemus. Oui. 4. Fast. non procul à fine, Dixerat, à dextra villis mãtile solutis, &c. Marc. lib. 12. 29, Mãtile è mensa sustulit Hermogenes.

¶ Mantẽlum, vel Mantẽle, huius mantẽlis, pe. pro. Genus penulæ. Plin. li. 7. cap. 2. 3. Cutibusque hominum cum capillo, pro mantelibus, vtũtur. In quẽ locũ Hermolaus, Antiqua (inquit) lectio pro mãtelibus, aut pro mantelis: ita enim penulæ genus appellatur Plauto, quã Græci mandiã quoque vocant, quo se vt lorica muniunt. Etiamsi mantelia & mãtilia pro mappis, quasi à mãibus tergendis sumuntur.

Mantelum mendacis. Plau. Capt. 10. 5, Nec mendacilis subdolis mihi vsquam mantelum est meis. Id est, tegmen. Atque hic pro pallio latebraque posuit Plautus, qua dolus tegi possit,

Mantes, mantis, (μάντις,) Vates Latinè dicitur. Ci. 1. de Div. 156, Nã & Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt.

Manteum, mantẽi, pe. pro. (μαντεῖον,) Locus oraculis dicatus. Cic. 1. de Fin. 38, Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquã de mãteo pro mantisi grauis, breuisti longus, lenis. Vetus codex legit narthecio. Plinius lib. 5. cap. 29. 2, Ab Epheso manteum aliud Colophoniorum.

Mantice, mãtices, pen. cor. Ars ipsa diuinandi. Ci. 1. de Natura deor. 77, Sequitur μαντικὴ vestra, quæ Latine diuinatio dicitur, quæ, &c.

Mantia, mantiæ, pen. pro. (μαντάς,) quia per ι diphtongum scribitur, Latinè dicitur diuinatio, vaticinium.

Mantica, mãnticæ, pe. corr. (βαλλάντιον,) Nummorum receptaculum, quòd manu geratur.

Mantica, (πήρα,) Pernla viatoria, authore Porphyrio Horat. 2. Serm. saty. 6. 11, Ire licet mulo, vel, si libet, vsque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos.

Non videmus mantice, quod in tergo est. Prouerbium. Catull. ad Varum. 19. 1, Sed non videmus manticæ quod in tergo est. Id est Non videmus nostra ipsorum vitia, quam aliena curiosis oculis perspiciamus. Prouerbium natum ex apologo quopiam Aesopico, qui fertur huiusmodi, Pinxit, Aesopus singulos mortales binas habere manticas, hoc est perast alteram ante pectus, alteram à scapolis tergoque propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena vitia immittimus: in posteriore nostra.

Persius Saty. 4. 3,
Vt nemo in sese tentat descendere, nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Horat. 1. Ser. sat. 3. 60,
Respicere ignoto discet pendentia tergo. Erasmus.

Mantícula, pe. cor. Diminut. (πηρίδιον,) Festus, Mãticularum vsus paupertibus in nummis recondendis etiam nostro seculo fuit.

Manticularius, manticularii, (βαλλαντιοτόμος,) Dicitur fur, qui inferens se confertæ multitudini, marsupia aut secat, aut artificio doloso aperit & euacuat, ablata pecunia.

Manticulor, pen. corr. manticulãris, (κλεπτόω,) manticulari. Est (authore Festo) furandi gratia manticulas attrectare. Inde pro Dolose aliquid agere, vti sunt quidam eo verbo. Pacuuius, Ad manticulandum astu agreditur. Plaut. Capt. 1. 3. 127,
Sume, posce, promo quiduisse facio cellarium,
Nam hercle nisi manticulatus probè hæc fusti petito,
Aeternum tibi dapinato victum, si vera autumas.

Mantile, mantilis, pe. pro. n. g. (χειρόμακτρον, μαντήλιον,) Idẽ quod mantelum. Virgilius 4. Georg. 76, —tonsisque ferunt
mantilia villis. Seruius dicit maiores mappas, villos habuisse. Epigramma est apud Martialem, lib. 14. 143, de mantili, siue gausapa villosa,
Nobilius villosa tegant tibi linteа citrum,

Orbibus in nostris circulus esse potest. Plin. lib. 7. cap. 2. 4, Cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora vti. Quo in loco quidam legunt corruptè monilibus. Ex vetusto codice legitur mantelibus.

MANTINEA, (μαντίνεια,) Arcadiæ vrbs, quàm Epaminondas superatis secunda pugna Lacedæmoniis illustrem reddidit, in qua & ipse dũ obiit. Hæc Strabo lib. 8.

Mantis, Diuinus vel vates, Vide MANTES.

Mantissa, (ἐπίμετρον,) Additamentum dicitur lingua Tusca, quod ponderi adiicitur, & quod sine vllo vsu est. Lucil. Mantissa obsonium vincit. Festus.

Manto, mantas, mantare, (μίμεα,) Veteres, pro Manere vsurpasse, teste Nonio. Plaut. Pœn. 5. 50, At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modo. Idem Mostel. 3. 23.
—quod nummo potest farciri, vsque mantant, neque id faciunt,
Donicum parietes ruunt. Idem Pœnu. 4. 42, —nos herus
Apud ædem Veneris mantat.

MANTO, huius Mantus, (μάντω,) Fuit Tiresiæ vatis Thebani filia, quæ post Thebanorum clades seruitutem prima seruiuit sub Creonte postea sub Thei eorquæ post patris interitum ad diuersa loca diffugiens, primùm in Asiam venit, vbi Clarii Apollinis templum condidit. Sed quum interim ex Tyberino Tusco rege Oenus el natus esset, qui & Bianor deinde cognominatus fuit: & ad oppidum ipsum Tusci quoque & Veneti confluerent: circundedit Oenus oppidum muris, & in aliam formam redegit. Quin à matre Mantuam appellauit, dicẽte Virgilio lib. 10. Aeneid. 40,
Ille etiam patriis agmen ciet Oenus ab oris,
Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis,
Qui muros, matris quẽ dedit tibi Mantua nomen.

MANTVA, (μάντυα,) Vrbs clarissima ab Oeno filio Tyberis, & Mantus Tiresiæ Thebani vatis filiæ, quæ post patris interitum ad Italiam venit, condita fuit, & à matris nomine Mantua appellauit. Vide MANTO. Sed an verùm sit, quòd vnquam in Italiam venerit, nolo nunc certare Pausaniã, Hellanicũ, & Græcorũ multitudinẽ magnã. Poetarũ clarissimo Illustrissimoque principe Virgilio Marone gloriatur Mantua, cuius fralix ingeniũ tam oẽs efferre debẽt, quàm imitari nulli possunt.

Mantua Musarum domus. Silius lib. 8. 118.
Diues aquis Mantua. Virg. 10. Aeneid, 41.
Mantuãnus, pen. prod. Adiectiuum, (μαντυακός,) vnde Mantuanus Homerus, & Mantuanus Virgilius dictus est.
Fama Mantuana. Stat. 4. Sylu. 7. 6.

Manubiae et Manubrium, Vide post MANVS.

Manum, (ἀλήτιον,) dicitur clarum. Vnde etiam mane, post meridiem, bras noctis diei pars prima. Nonius.

Manus, huius manus, f. g. (χεὶρ, παλάμη, πύγελος, μάδη.) Nota significationis. Dicta manus, à manando, quòd ex brachiis manat, vel quòd ex ea digiti manant.

Vulgi manus. Horat. 1. Serm. saty. 4. 15.
Aegra manus. Ouid. epist. 20. 50.
Amica manus. Ouid. epist. 10. 25.
Armiferę manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 3.
Artifices manus. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 11.
Audaces manus ad omne facinus. Seneca Herc. furen. 4. 9.
Auide manus. Horat. 4. Carm. ode 7. 4. Tacit. lib. 17. Seruorum manus labitis auidæ.
Candida manus. Stat. 3. Sylu. 4. 12.
Carnifices manus. Silius lib. 1. 35, —non verbera passim
Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus,
Carnificesve manus, &c.
Nunquam cassa manus. Stat. 9. Theb. 154.
Nunquam cassa manus nullum sine vulnere fugit Missile.
Cauæ manus. Virg. 12. Aeneid. 17.
Certa manus. Quintil. lib. 4. cap. 5. 11. Vide CERTVS.
Compressa in pugnum manus. Quintil. lib. 2. cap. 20. 6.
Explicita manus. Quintil. lib. 2. cap. 20. 6, Quas quidem Zeno adeò continxitvt hanc compressæ in pugnum manus, illam explicitæ dicerit similem. De Rhetorica, & Dialectica loquitur.
Fatalis manus. Virg. 12. Aeneid, 47.
Ferox manus. Seneca Herc. Oeth. 4. 18.
Fida manus, & fideles socii. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 13.
Fœmineę manus. Ouid. epist. 5. 2.
Formosa manus. Ouid. epist. 17. 4.
Ad vnum modum formatę manus. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6.
Formidatæ manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 13.
Fulmineæ manus. Statius 6. Theb. 150.
Furibunda manus. Sene. Troad. 2. 6.
Horrida ferro manus. Sene. Herc. Oeta. 13. 6.
Ignauæ manus. Lucan. lib. 9. 6.

Illigatæ post tergum manus, Vide ILLIGO.
Impia manus. Horat. Epod. 3 1.
Incerta manus. Quintil. lib. 4. cap. 5. 11. Vt certa manus vno telo posset esse contenta, incertæ plura spargenda sunt.
Incontinentes manus. Horat. 1. Carm. ode 17. 6.
Indoctæ, rusticæve manus. Quintil. lib. 1. cap. 11. 9.
Inermes manus. Virg. 1. Aeneid. 99.
Iners manus. Ouid. 2. de Arte, 142.
Ingens manus. Virg. 5. Aeneid. 98.
Insinuaris manibus, Vide INSINVO.
Inualidæ manus. Lucan. lib. 5. 55.
Languida facta manus in gremio iacet. Ouid. epist. 9. 28.
Lanifica manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 5.
Lepida manus, Vide LEPIDVS.
Magna manus. Virg. 5. Aeneid. 49.
Medica manus. Virg. 12. Aeneid. 81.
Ministræ manus. Lucret. lib. 4. 167.
Brachia tum porrò validis exapta lacertis
Esse, manusque datas vtraqi à parte ministras
Vt facere ad vitam possimus quæ foret vsus.
Mollis manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 5.
Mollis & leuis manus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 9.
Nexæ manus ex ordine. Ouid. 8. Metam. 151.
Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas,
Sæpe etiam manibus, nexis ex ordine, trunci Circuiere modum.
Manus niuea. Catull. de Berecynthia, epigr. 28. 2.
Niuis citata cepit manibus leue tympanum.
Nuda manus. Iuuenalis Satyr. 15. 6.
Manus oculatæ. Plaut. Asin. 5. 50.
Quum à pistore panem petimus, vinum ex cenopolio:
Siæs habent, dant mercem: eadem nos disciplina vtimur,
Semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod vident. Oculatas manus dixit Plautus, quæ pro missa velint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus videant exhibitæ aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Erasmus.
Parca manus. Horat. 3. Carm. ode 16. 9,
—bene est, cui deus obtulit
Parca quod satis est manu.
Pestifera manus. Ouid. 4 Metam. 99.
Pigra manus. Ouid. epist. 20. 32.
Plena manu, hoc est Ampliter, copiosè, prolixè, minimeque malignè. Cic. Attico, lib. 2. ep. 2. At hercle alter tuus familiaris Hortensius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit! Ex Erasmo.
Manus plenæ mensura sorbent ad firmãdas fauces. Plin. lib. 20. ca. 22. 4.
Potentes manus. Horat. in Carmine secul. 11.
Præstricta manus vinclis. Senec. Troad. 6. 31.
Marmora deformata prima manu. Quintil. lib. 5. cap. 11. 24.
Primæ & secundæ manus. Quintil. lib. 5. ca. 13. Nascuntur ex iis, quæ cõtradictioni opposuimus, aliæ contradictiones: eantq; interim longius, vt gladiatorum manus quæ secundæ vocant. Fiunt & tertiæ, si prima ad euocandũ aduersarii ictũ prolata erit: & quartæ, si geminata capta tio est, vt bis etiam cauere, bis repetere oportuerit. Hermolaus dicit secundas & tertias manus vocari posse, quando fessis recẽtes succedũt: sed tamen potius ictus significari videntur, vt ipse alibi nono. Nãq; vt in armorum certamine & aduersos ictus & rectas & simplices manus, vtinus sint obseruabiles. Budæus.
Prophana manus. Ouid. 1. Metam. 152,
—iubit hanc arcana prophana Deiexisse manu.
proteruæ manus. Ouid. 12. Metam. 47.
Putræ manus. Horat. Epod. 17. 11.
Retortæ manus. Horat. 1. Epist. 1. 39,
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.
Rigida manus. Ouid. Epod. 14. Metam. 130.
Rotatæ manus. Stat. 6. Thebaid. 150,
Præcipitatq; retro iuuenem, atqi in terga supinat,
Deinibus horrendum stridens: geminatq; rotatas
Multiplicatque manus.
Sacrilega manus. Horat. 1. Carm. ode 13. 1.
Sinistra manus. Catull. in Asinium, epigr. 12. 1,
Inter cœnam Asini manu sinistra
Non belle veteris in loco, atque vino
Tollis linteа negligentiorum, &c.
Strictæ manus in fata alicuius. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 3.
Sublatæ manus ad cælum. Horat. 2. Serm. saty. 5. 20.
Summissæ manus. Ouid. epist. 16. 16,
Tendere summissas sub tua cura manus.
Supplex manus. Ouid. 11. Metam. 56. Quintil. lib. 6. cap. 1. 32.

Tacita manus. Valer. 6. Argon. 53.
Siquis autem summi deducat ab arbore rami
Antè manu tacita.
Torpens manus. Lucan. lib. 2. 16.
Tremulæ manus. Ouid. 10. Metam. 83.
Tuculenta manus. Senec. Herc. fur. 4. 10.
Valida manus. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 15.
Varæ manus. Ouid. 8. Metam. 7. Vide VARVS.
Velatæ manus. Plaut. Amphit. 4. 103. Vide ORO.
Vesana manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 1,
Fler mea vesana læsa puella manu.
Victrix manus mille laborum. Ouid. epist. 9. 15.
Virginea manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 5.
Vnca manus. Stat. 1. Thebaid. 86.
¶ Abrumpere manibus. Ouid. 2, Metam. 72,
Et teneros manibus ramos abrumpit, &c.
Aequis manibus abscedere. Tacit. lib. 1,
Inde hostibus terror, fiducia militi, & manibus æquis abscessum. Vide ABSCEDO.
Abscissa manus lacerto. Lucan. lib. 3. 133.
Abstinere manus, ab alienis, vel Abstinere manus in iudicio. Vide ABSTINEO.
Abstineo me manum, Vide ABSTINEO figurate dictum.
Abstinere manum alieno, Vide ABSTINEO.
Addere manus in vincula, Vide ADDO.
Adducere rem ad mucrones & manus. Tacit. in vita Agricolæ.
Adhibere manum. Quintil. lib. 7. cap. 1. 2. Sed vt opera extrnẽtibus satis non est saxa, atque materiam, & cætera ædificanti vtilia cõgerere, nisi disponendis eis, collocandisque artificum manus adhibeaturtsic in dicendo, &c. Vide ADHIBEO.
Medicas adhibere manus ad vulnera. Virg. 3. Georg. 91.
Adhibere manus genibus. Ouid. 9. Metam. 44.
Infirmas adiuuat ira manos. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 14.
Admouere manum, Vide ADMOVEO.
Admouere manum alicui, Catull. ad Aurelium, epigr. 16. 4.
Afferre manus, Interficere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 5, Quem protinus potest liberare, aut gaudere beneficio suo, tardius manus affert. Vide AFFERO.
Inassueta manu agere aliquid. Ouid. 1. de Arte, 60,
Amittere è manibus, Vide AMITTO.
Amputat ense manus. Lucan. lib. 6. 36.
Appetere manibus, Vide APPETO:
Apponere manum ad os, Vide APPONO.
Apprehendere manu, Vide APPREHENDO.
Armare manus. Virg. 9. Aeneid. 14.
Procacem armare manum. Senec. Agamemn. 3. 21.
Manibus supinis arripere beneficium. Senec. de Benef. lib. 1. ca. 15.
Inter manus arripere aliquẽ, Est collatus simul manibus aliquẽ sublimem ferre. Plaut. Mostel. Arripite hunc intrò actũtum inter manus.
Afferere manu & manum, Vide ASSERO.
A lenone manu afferere, Vide A vel AB præpositiones.
Inter manus auferre è conuiuio, Vide INTER. Cic. 7. Verr. 14, Itaque erant exitus eiusmodi, vt alius inter manus è conuiuio, tanquã è prælio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. Liuius ab Vrbe cond. Inter manus domum allatus.
Auferri inter manus, Vide AVFERO.
Manu alicuius cadere. Ouid. 5. Metam. 22.
Cadere sua manu. Tacit. lib. 14.
Capere manu & in manum, Vide CAPIO.
Trementę manu tela capio. Ouid. epist. 14. 9.
Manu capere, Id est bello quærere. Salust. Pop Romanus quasi ũq; vrbes & agros manu ceperat, regi donat. Budæus.
Pugnam manu capessit. Tacit. lib. 12.
Captatus tactum manus. Ouid. epist. 20. 40. Captantem tactus elicioq;. Id est Remouco manum cupientem me tangere.
Carpere pomum manu. Virg. 6. Aeneid. 30.
Vncis manibus carpendæ frondes. Virg. 2. Geor. 75. Idem 3. Aenei. 44. Ibidem 6. 72, Prensantemq; vncis manibus capita aspera montis.
Cedo manum, Vide CEDO.
Cohibere manus, Vide COHIBEO.
Collidere manus. Quint. lib. 2. ca. 12. 6. Iam collidere manus, terræ pedẽ incutere, femur, pectus fronte cædere, mirè ad pullatũ circulũ facit.
Commaculare manus sanguine. Virg. 8. eclog. 10.
Componere manus manibus, Vide COMPONO.
Facili manu componere aliquid. Ouid. 1. de Arte, 32.
Comprimere manus, Vide COMPRIMO.
Conferre manus, Vide CONFERO.
Conferre manum, Certare. cum aliquo. Virg. 9. Aeneid. 9.
Conferre manu certamina pugnæ. Lucret. lib. 4. 170.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Confligere manu, Vide CONFLIGO.
Oppida manu congesta. Virg. 3. Georg. 37.
Conserere manum cum hostibus, Vide CONSERO.
Conserere manus cominus. Liu. 7. bel. Pun. 109. Instabilis hostis ad cominus conserendas manus.
Ex iure manu consertum, Vide EX præpositionem.
Constrictas in se conseruere manus. Ouid. epist. 12. 20.
Continere manus, Vide CONTINEO.
Continere manum alicuius. Ouid. 1. Fast. 101.
Vix continet manus ab ore misero. Ouid. epist. 11. 16.
Cruentis manibus contingere aliquid. Virg. 2. Aeneid. 34.
Decertare manu, Vide DEGERTO.
Dedere manus, figura prouerbiali, significat Victum se fateri. Lucret. lib. 2. 209, - sed magis aeri
Iudicio perpendere: & si tibi vera videntur,
Dede manus: aut si falsa est, accingere contrà.
Defendere se manu, Vide DEFENDO.
Deficiunt ad cœpta manus. Ouid. 8. Metam. 99.
Manibus his demuneraui. Plaut. Epid. 3. 17.
Nam leno omne argentum abstulit pro fidicina: ego resolui,
Manibus his demuneraui.
Docta manu distinguere crinem. Senec. Troad. 10. 5.
Diuellere montes manibus. Lucret. lib. 1. 141.
Dare manum. Quintil. lib. 2. cap. 3. 6. Vt velocissimus quisque si forte iter cum paruulo faciat, det manum, & gradum suum minuat. Vide Dare manus in DO.
Placidam dare manum. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 1.
Victas dare manus. Ouid. epist. 4. 5.
In manum dare, Vide IN præpositionem.
Dator in manum milites, cerni effigiem, &c. Tacit. lib. 4.
Sæua manu dare fata miseris. Senec. Troad. 10. 15.
Concussa manu dare signum alicui. Ouid. 11. Metam. 94.
Manu docere, Aperte. Cic. 1. de Nat. deorum, 69. Epicurus autem qui res occultas & penitus abditas, non modò videri animo, sed etiam sic tractet vt manu doceat, eam esse vim & naturam deorum.
Ducere aliquem manu. Virg. 3. Aeneid. 74.
Emittere manum, Vide EMITTO in proxime præcedenti codice.
Eruere manu syluas. Virg. 4. Georg. 66.
Euadere manus alicuius. Virg. 9. Aeneid. 112.
Scelestas hostium enitar manus. Senec. Agamemn. 11. 1.
Teneras exercent manus puellæ. Propert. lib. 3. eleg. 3. 7.
Manibus prælium facere, Idem quod Conserere manus. Salust. in Iugurtha, Romani pro ingenio quisque, pars eminus glande aut lapidibus pugnare: alii succedere, ac modò muturi suffodere, modò scalis aggredi, cupere manibus prælium facere.
Ferre manus. Virg. 3. Aeneid. 98.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
Ferre manum in prælia. Virg. 5. Aeneid. 81.
Manum ferre contra, Vide FERO.
Manu fingere, Est arte, curaque formare. Metaphora sumpta ab iis, qui cera, siue argilla fingunt imagines. Senec. in epist. Quædam ingenia facilia & expedita, quædam manu (vt aiunt) facienda sunt. Idem lib. 6. de Benef. Discamus, inquit, beneficia securè debere, & occasiones reddendorum obseruare, non manu facere. Manu facere dixit, pro Nostra opera accersere. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 19. Et manibus canas fingere velle comas. Erasmus.
Manibus demissis fugere. Plaut. Epid. 10. 16. - imò si audias
Meas pugnas, fugias manibus demissis domum.
Glomerare manum bello. Virg. 2. Aeneid. 65.
Pollutas habere manus. Ouid. epist. 8. 13.
Habere ad manum. Tacit. lib. 3. Sed si licentia adsit, sæuum, ambitiosum, potestatis auidum, incedere inter milites, habere ad manum centuriones. Sic Quintil. lib. 12. cap. 5. 1.
Manum habere sub pallio dicuntur, qui languent otio. Quintil. lib. 12. cap. 10, damnat eos qui nunquam commouentur inter agendum, semperque manum, quod aiunt, habent sub pallio. Quapropter (inquit) mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt, tenues & lucidos & significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes. Hactenus Fabius. Sumptum est à gesta Rhetorum. nam qui languent, manum occultant sub palliotqui cõmoti sunt, proferunt: & agitatione manus, brachiq; pronunciabantur ea quæ contentionis pluiculum haberent. Erasmus.
Iactare manus. Quintil. lib. 6. cap. 3. 37.
Peruulgata & in manibus iactata. Cic. pro Murena, 14. Postea verò peruulgata, atque in manibus iactata & excussa, inanissima prudentiæ reperta sunt.
Illidere manus, Vide ILLIDO.
Immiscere manus manibus. Virg. 5. Aeneid. 86.
Immiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt.

Imponere manum, Vide IMPONO.
Imponere manum studiis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 17.
Imponere summam manum alicui operi, Vide IMPONO.
Vltima manus imposita est cœpto. Ouid. 8. Metam. 40.
Summam in eloquentia manum imponere. Quintil. in Procem. lib. 1. 4.
Vnctis manibus tremor incidit. Horat. 1. epist. 17. 5.
Incidere in manus. Cic. de Clar. Orat. 69. Nùquà enim in manus incideret.
Incidere in manus hostis, Vide INCIDO pen. cort.
Inferre manus alicui, Vide INFERO.
Manum iniicere, Vide INIICIO.
Iniice non timidas in tua iura manus. Ouid. epist. 8. 4.
Iniicere manus alicui. Ouid. 1. de Arte, 14.
Iniserere manum tunicis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 3.
Intenderat Seiano manus. Tacit. lib. 4.
Intentare manus in aliquem, Vide INTENDO.
Intentare manus alicui. Tacit. lib. 3. Vide INTENDO.
Interfici manu. Quintil. lib. 5. cap. 11. 8. Quantum illa mulier, cuius manu Pyrrhus est interfectus.
Iungere manus. Stat. 1. Syla. 5. 56. Idem 2. Achil. 46.
- iunge ergo manus, & concipe fœdus.
Inuoluere manum caudis serpentum. Ouid. epist. 9. 18.
Miscere manus. Tacit. lib. 2. Sed vbi miscuerint manus, inane vitis ventorum, temorumue subsidium.
Mittere manus ad rem aliquam, Id est sumere in vsum aliquem. Vlpian. in L. At siquis. & Sed etsi. ff. de relig. & sumpt. funer. Sed & si res legatæ sint a testatore, de cuius funere agitur, nec sit vnde sumeretur: ad eas quoque manum mittere oportet.
Manu salutem mittunt milites. Plaut. Pseud. 15. 47.
Sed in epistola nullam salutem mittere scriptam solet?
S. Ita militaris disciplina est Ballio,
Manu salutem mittunt benevolentibus:
Eadem malam rem mittunt malevolentibus.
Sanguinea manu mouere bella. Ouid. epist. 13. 13.
Forti manu obire. Seneca Here. Oeth. 10. 24.
Malum manu obiectum, Vide MALVS.
De manibus rem omittere. Liuius, Hæc agentibus quum interuenisse nuntius Rhodiorum classis, omissa de manibus res est. Id est vbi sum capi cœpta. Budæus.
Onerare ambas manus acutis iaculis. Virg. 10. Aeneid. 174.
Parere sibi lethum manu. Virg. 6. Aeneid. 57.
Perire manibus hominum. Virg. 3. Aeneid. 122.
Perire manu aliena. Quintil. lib. 5. cap. 9. 7.
Immunda manu perungere tota ora. Ouid. 3. de Arte, 151.
Insana manu plangere pectora. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 12.
Porrigere manus. Catul. in Epithalamio Iuliæ, 56. 44.
Torquatus volo paruulus
Matris è gremio suæ
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem.
Extentas porrigere manus. Ouid. 3. Fast. 175.
Manus multas poscit hoc opus, hoc est Multi est laboris. Plin. epist. 1. 12.
Hoc opus: sed multas manus poscit. At hæ porrò non deiunt: nam & in agris magna copia est hominum, & maxima in ciuitate.
Prærigent manus. Tacit. lib. 13, Annotatusque miles, qui falcem fligellum gestabat, ita præriguisse manus, vt oneri adhærentes, truncis brachiis decciderent.
Premere aliquid manu. Lucret. lib. 4. 125.
Pulsare aliquem vtraque manu. Virg. 5. Aeneid. 92.
Auaris manibus rapi. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 8.
Regere manum alicuius manu superimposita. Quintil. lib. 1. cap. 1. 2.
Neque egebit, adiutorio manum suam manu superimposita regentis.
Manus remittere in aleæ lodo, Est collusori iactum condonare, quemlibet quisque manu damnosum iecit. Suetoni. in Augusto, cap. 71. Ego perdidi viginti millia nummum meo nomine, sed quum essem liberalis fuissem, vt soleo plerunque. Nam si quas manus remisi, cuique exegissem, aut retinuissem quod cuique donaui, vicissem vel quinquaginta millia. Verba sunt Augusti.
Vix retinere manum. Ouid. 6. Metam. 7. Subauditur ab ictu.
Satiare manus sanguine. Lucan lib. 5. 49.
Structa manibus mœnia. Virg. 5. Aeneid. 163.
Manum ferulæ subducere, Est literas discere, & præceptorum opera vti. Nam antiquitus literatores, discipulorum manus ferula cædebant. Vnde manum ferulæ subduxisse dicuntur, qui desierunt in ludo literario versari, neque iam pueri docendi, sed vtcunque docti sunt. Iuuenalis Satyra 1. 2.
Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ. Ex Erasmo.
Subuoluere saxa manibus. Virg. 1. Aeneid. 86.
Succedere sub manus, Est aliquid bene, & ad optatum contingere. Plautus Milite,

tus Milite, 11. 58. Lepide hoc succedit sub manus negotium. Idem Persa, 1. 3. 2. Siquam rem accures sobrie, aut frugaliter, solet illa rectè sub manus succedere.
Manus alicuius esse. Cicero 4. Verr. 17. Comites illi tui delecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, aruspices, præcones, manus erant tuæ. Id est sibi fauebant, te iuuabant. Per eos quod volebas, transigebat.
Ad manum esse, Vide AD præpositionem.
In manu, & In manibus esse, Vide IN manibus & IN manus dare. Cicero 4. Tusc. 111. Et 1. Acad. 4. Liu. 7. ab Vrbe, 173.
In manibus esse, vel habere, Vide IN præpositionem.
In manibus terræ. Subaudi sunt. Virgil. 2. Georg. 9. Hoc est in facili & in promptu est terrarum descriptio. Seruius.
In manibus vestris quantus sit Cæsar haberis. Lucan. lib. 7. 51. Hoc est in vestra potestate.
Esse in manibus laudatio, oratio, aut liber dicitur, qui editus est & legitur. Cicero de Senect. 11. Est in manibus laudatio, quam quum legimus, quò philosophum non contemnimus? Et de Amicit. 78. Sed assuistis, & est in manibus oratio. Id est Circumfertur & legitur. Vide IN præpositionem. Horat. 1. epist. 1. 11. Neuius in manibus non est, & mentibus hæret Pene recens.
In manu mea est, Vide IN præpositionem.
Inter manus aliquid esse dicitur, per translationem pro In potestate esse. Virg. Ante oculos, interq; manus sunt omnia vestra.
Plus illi est in manu, Id est ditior est. Habere enim in manibus dicuntur qui aliquid possident & diuites sunt. Plaut. Aliu. 3. 74.
-dotalem seruum Samiam vxor tua
Ad luxit, cui plus in manu sit, quàm tibi. Et paulo post, 87. Téne ego defiudem, cui ipsi nihil est in manu?
In manus sumere. Quintil. lib. 10. cap. 1. Illud verò vtilissimum, nos eas causas, quarum orationes in manus sumpsimus. Cic. 3. de Oratore, 9. Postulamus non à te quidem qui nobis iumma omnia tribuis, sed à cæteris qui hæc in manus sument, vt malus quiddam de L. Grasso, quàm quantum à nobis exprimetur, sustineant. Id est legent.
Immanis aram si tetigit manus. Horat. 3. Carm. ode 23. 4.
Tendere manus, Petentis auxilium, vel misericordiã implorantis signũ. Cæsar in Cõment. Omnes maiores natu ex oppido egressi, manus ad Cæsarem tendere, & voce significare cœperunt sese in eius fidem ac potestatem venire. Ibidem, Hedui manus tendere, deditionem significare. Virg. 6. Aeneid. 63. Tendebantque manus ripæ vlterioris amore. Liu. ab Vrbe condita, Alii manus ad cælum tendere, deos incusantes. Ibidem, Supinas manus ad cælum ac deos tendentes. Ibidem, Reas ad Capitolium manus tendimus. Ibidem, Omnes manus ad Consulẽ tendentes, pleni lachrymarum. Cice. 4. in Catil. 90, Supplex manus tendit patria communis.
Supinas manus ad cælum tendere. Virg. 3. Aeneid. 36.
Tendit ad vestra genua supplices manus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 32.
Languenti manu tenere aliquid. Ouid. 12. Metam. 64.
Correptum manibus tenere. Virg. 4. Georg. 21.
Tollere manus, Modus loquendi signum lætitiæ significans. Cic. Cesari, lib. 7. 6. Sustulimus manus & ego & Balbus, tanta fuit opportunitas. Liuius ab Vrbe cond. Dicitur manus ad cælum tollens precatus.
Manu longa, & manu breui tradere. Iabolenus in L. Pecuniam. libro Pandectarum quadragesimo sexto. Tit. de Solutionibus, scribit hunc in modum: Pecuniam quam mihi debes, aut aliam rem, si in meo conspeciat. Nam tunc quòd à nullo corporaliter eius rei possessio detinetur, adquisita mihi & quodammodo manu longa tradita existimanda est. Simili figura dictum est. Breui manu dare, ab Vlpiano in Tit. de Iure dotium, L. Licet soleat, Quoties autem extraneus accepto ferr debito ri dotis constituendæ causa: si quidem nuptiæ insequutæ non fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto tulit, vt velit mulieri totum donatum: tunc enim creditum est breui manu acceptum à muliere, & marito datum. Quæ si deflectas, plus habebunt veneris: veluti qui promissis agit, ac spem tantũ ostendit, longa manu dat, quod ani mo contueri possis, non statim etiam tollere. Cõtrà, qui præsens ac sta tim exhibet quod promittit, breui manu dat. Pueri assem ostendunt elephanto, nec audent porrigere. Erasmus.
Venire ad manum. Quintil. lib. 2. cap. 11. 5. Sed abrupta quædam, vt forte ad manum venere, iaculantur. Vide AD præpositionem.
Res ad manus atque ad pugnam veniebant. Cicero 7. Verr. 23. Et pro Cluentio, 107, Quum Tribu. plebis populo concitato rem penè ad manus reuocauisset. Hoc est ad contentionem & pugnam. Vide AD præpositionem.
Venire in manus. Salustius in Iugurtha, Existimamus Iugurtham ob suos rutandos in manus venire.
Versantur inter manus libri, aut scripta. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 3. 9. Genere tamen, quod & ad nos pertineat, & didascalian quandam vt versetur inter manus, habeat. Pomponius de Origine iuris. L. Ne-

cessarium. & Post hos Q. Mutius, Denique nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum. Et subdit Parag. Post hunc maximæ authoritatis, Reliquit XL volumina ex quibus plurima inter manus versantur.
Manum nõ verterim. Prouerbialis hyperbole, pro eo quod est, Nihil omnino laboro, aut mea nihil refert. Nihil enim facilius, quàm manum vertere. Extat præter alios apud Apuleium in Apologia magiæq; uid de me inquit, Mezentius sentiat, manum non vertertim. Item Cicero lib. 5. de Fin. Ne manum quidem versuros fuisse. Erasmus.
Manus vetant prius quàm penes sese habeant, quicquam credere. Plaut. Trucul. 1. 9. 8.
Mea voluptas, siquid peccani prius, supplicium ad hanc minam fero
Auri, si mihi rides. Manus vetant, prius quàm penes sese habeant, quicquam
Credere. Id est nihil credam te daturum, nisi prius numeraueris.
Vibrant tela manus. Lucan. lib. 7. 17.
Vincire manus post terga. Virg. 11. Aeneid. 17.
Manu vindicare. Salust. Existimans Adherbalem dolore permotum iniurias suas manu vindicaturum.
¶ Ad manum, Vide AD præpositionem. manui posteriet
A manu seruus, & à manibus, Vide A vel AB præpositiones.
Ad manum seruus, Vide AD præpositionem.
De manu in manum. Cicero ad Cæsarem, lib. 7. 5. 10. Totum denique hominem tibi ita trado de manu, vt aiunt, in manum tuam istam, & victoria & fide præstantem.
¶ De manibus aliquid amittere, pro E manibus. Cic. 1. Ver. 26. Te quum tuos omnes fructus publicano tradidisses, & te de manibus amisisses, tum bona tua repetere, ac persequi lite atque iudicio. Ibidem, 6. 38. Quòd intellexisti te præda de manibus amissa, testimonium tamẽ effugere non posse.
Manum de tabula. Cicer. ad Gallum, libro 7. 26. 2. Heus tu, manum de tabula: magister adest citius quàm putaramus. Videtur hac prouerbiali figura Cicero admonuisse vt desisteret à scribendis dictatis.
Allusum autem apparet ad Apellis nobilissimi pictoris dictum, qui quum Protogenis opus immensi laboris, ac curæ supra modum anxie miraretur, ait omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed vno se præstare, quòd manum ille de tabula nesciret tollere. memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. Hæc Plinius lib. 35. cap. 10. Proinde si quando admonebimus, vt recedat aliquis ab opere, negotiove quod in manibus habet, iubebimus illum manũ de tabula tollere. Ex Erasmo.
Per manus, quod Cicero De manu in manum dicit. Cæsar in Comment. Per manus tractus seruatur. Ibidem, Nonnullæ de muris per manus demissæ, sese militibus tradebant. Ibidem, Per manus seui ac picis traditas glebas in ignem proiiciebat.
Per manus tradita disciplina vel historia dicitur, quæ non monumentis literarum, sed verbo tantum traditur, & à maioribus ad posteros sine literis transmittitur. Liuius 5. ab Vrbe cond. Etiam si nobis cum Vrbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent. Ibidem, Disciplina militaris tradita per manus tam inde ab initiis Vrbis. Quint. lib. 12. cap. 4. Non ea modò quæ conscripta sunt historiis aut sermonibus velut per manus tradita, quæq; quotidie aguntur nosse: verum ne ea quidem quæ à poetis ficta fuit, negligere.
Pre manu pecuniam aliquam dare. Quod vulgò dicunt Ante omnia, vel Ante manum dare. Terent. Adelph. 5. 9. 4.
-si quidem porrò Mitio
Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululum præ manu Dederis, vnde vratur, reddet tibi citò. Vbi Donatus, Vnde vtar, vnde alar, de quo vsum, fructum capiar, & cuius tibi sortem reddat.
Pre manibus, pro In manibus, vel inter manus. Plau. Bacch. Reddidi patri omne aurum quod mihi fuit præ manibus.
Submanu, Idem est quod Ferè esse ad latus, expeditũ, prõptum in vsum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 4. Adiunxi hæc, in loco eligendo flumen oppositum vt haberem, in quo mora transitus esset. Vocontii sub manu vt esseos, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Id est in prõptu & in proximo, inquit Budæus. Suet. in Augusto, cap. 49. Quo celerius ac sub manu annuntiari cognosciq; posset quid in prouincia quaque gereretur. Alii legunt sub manum.
¶ Manibus pedibusque, Extremum conatum significantes dicimus. Terent. And. 1. 1. 13.
Quem ego credo manibus, pedibusque obnixè omnia
Facturum, magis id adeò mihi vt incommodet,
Qu'am vt obsequatur gnato. Vbi Donatus, Manibus pedibusq;, prouerbialiter, id est omnibus membris. Ibidem, 4. 2. 52.
Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctesque & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
¶ Manus iniectio. Vlpian. in L. Sed si. ff. De in ius vocando, At si venditor, qui manus iniectionem excepit, ipse prostituit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Manupretium. Cic. 3. Verr. 104. Lapis aliquis cædendus & apportandus fuit machinæ suæ. nam illò non faxum, non materies adoecta est: tantum operis in ista locatione fuit, quantum pauca operæ fabrorum mercedis tulerunt, & manupretium, machinæ Manupretium appellare videtur mercedem, non quæ datur pro materia sed quæ artis nomine dicitur architecto. Idem in Pisonem, Quum verò non modò non destitutus atque cogente, sed inuito atque oppresso Senatu, non modò nullo Popeli Rom. studio, sed nullo ferè ferè suffragium libero, prouincia tibi ista manupretium fuerit, non euersæ per te, sed perditæ ciuitatis, &c. Ita Caius de Verb. significatione, L. Mulieris, Quoniam in manupretio plus est quàm in re. Et paulo antè præcedit. Res abesse videntur (vt Sabinus ait, & Pædius probat) etiam hæ quarũ corpus manet, forma mutatur: & ideò si corruptæ redditæ sunt vel transfiguratæ, videri abesse, quoniam, &c. Detorqueri poterit in eos, qui institutione formant ad virtutem, aut corrumpunt discipulos. Hæc Erasmus. Quædam exemplaria legunt manus pretium vt sint duæ dictiones.

Manus plenæ mensura sorbẽtur ad firmãdas fauces. Plin. lib. 20. cap. 22. 4.

Manus pretium validius. Plin. lib. 33. cap. 11. 8. Nec copia tantum argenti fuerat vitæ, sed validius penè manus pretium. Nonnulli scribunt Manipretium. Plin. lib. 34. cap. 7. 5. Solitum enim ex manipretio cuiusque signi denarios seponere aureos singulos. Idem lib. 35. cap. 10. 26. Manipretium eius tabulæ.

Pro manus pretio aliquid dare. Alphenus in L. Qui insulam §. Qui ædẽ. ff. Locati, Qui ædem faciendam locauerat, in lege dixerat, Quo ad opus lapidis erit, pro lapide & manus pretio dominus redemptori in pedes singulos septeni dabit quæstium est, vtrum factum opus, &c.

Manus in ludo dicitur id quod sibi tollit qui proiecit Venerem. Augustus in quadam epistola quam recitat Suetonius cap. 71, Ego perdidi viginti millia summùm meo nomine: sed quum effuse in lusu liberalis fuissem, vt solet plerunque. Nam si quas manus remisi cuique, exegissem, aut retinuissem quod cuique donaui, vicissem vel L. millia.

¶ Manus, Instrumentum & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus capræ tenentur.

Ferrea manus. Lucan. lib. 3. 1 26, Ferrea dum puppis rapidos manus inferit vncos. Intelligit harpagonem.

¶ Manus, Multitudo, vel exercitus. Virg. 6. Aeneid. 232, Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi. Plaut. Amphit. 4. 8. 1, Denique vt vobis iunus, nostra superat manus. Quintil. lib. 10. cap. 1, Sequitur oratorum ingens manus. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 5, Hoc accessit manus Ventidii, quæ trans Apenninum itinere facto difficillimo, ad vada peruenit. Sic Cicero 6. Verr. 86. Et ad Atticum, lib. 2. 39. 3.

Agrestes manus. Virg. 11. Aeneid. 337.

Ardens inuenum manus. Virg. 6. Aeneid. 1.

Multa manus poetarum. Horat. 1. Serm. satyr. 4. 29.

Parata prælio manus. Tacit. lib. 1, Ducitque validam, & prælio paratam.

Parvula manus, Vide PARVVS.

Valida manus. Tacit. lib. 2.

Orare pacem manu. Virg. 10. Aeneid. 16.

¶ Manu mittere, (ἀπελεύθερον,) ferum, siue diuisim, siue coniunctim legas, Dare ei libertatem. Nam quandiu quis in seruitute est, manui, hoc est potestati subditus est. Plaut. Aulul. 31. 9, Igitur orabo vt manu me mittat. Idem Asina. 9. 5, -saluere iussi Litanum libertum iam manu emissus? Cic. ad Atticum, lib. 2. 33. 5, De Statio manumisso, & nonnullis aliis rebus angor eqoidem, sed iam prorsus occallui.

Manumissio, Verbale, (ἀπελευθέρωσις,) Ipse manumittendi actus. Cic. pro Cælio, 55, Sed scire cupio quid habeat argumenti ista manumissio, in qua aut crimen est Cælio quæsitum, aut quæstio subleuata.

¶ Manufactus, vnica dictione, aut duabus, opponitur Naturali. Cellus, Naturales, vel manufactę natationes. Ca. 3. de Fin. 12, Quid enim aut in natura, quà nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manufactis tam cõpositũ, tamq; cõpactũ & coagmentatũ inueniri potest?

Manufacta piscina. Varro 3. de Re rust. cap. 11. 1. Sic Cicero 2. Offic. 18, Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, molles oppositas fluctibus, portus manufactos, &c.

¶ Manus, Proboscis elephanti: Hanc, manum Latini vocant, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu vtatur elephãtus. Curtius lib. 4, de elephanto, Præcipuæ terribilis illa facies erat, quum manu arma, virosque corriperent, & super se regentibus traderent. Idem in eodem, Copidas vocabant gladios leuiter curuatos, falcibus similes, quibus appetebant beluarũ manus. Plin. lib. 8. ca. 10. 2, Mandunt ore, spirant & bibunt, odoranturq; haud impropriè appellata manu. De elephãtis.

¶ Manus, pro Scriptura. Quintil. lib. 1. cap. De orthographia, Caussa, Cassus, Cicero & Virgilius scripserunt: sic manus eorum docent. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 1, Occupationum mearum vel hoc signum erit, quòd epistola, librari manu est.

Mea manu literæ, Vide MEVS.

Manus, pro scripto chirographo, vel autographo. Cic. ad Atticum, lib. 11. 21. 0. 4, Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo: nosti familiares, signum requirent, aut manum: dices iis me propter cu-

stodias ea vitasse. Budæus.

Mantiola, mantiolæ, diminutiuum, (μαγγανίδιον,) Parua manus. Nemo, Mantiolis tene illis.

Manusilis, & hoc manuale, penul. prod. (χειρῶν,) Plin. lib. 24. cap. 15. 1, Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus scapis eius in tribus heminis aquæ decoctis vsque ad tertias.

Pecten manualis. Plin. lib. 18. cap. 30. 2, Panicum & milium pectine manuali singillatim legunt Galliæ.

Manualis fasciculus lini. Plin. lib. 19. cap. 1. 8. Hoc est qui manum implet.

Apud Martialem est epigramma de manuali, lib. 14. 84.

Ne roga barbatos faciat vel penula libros,
Hæc abies chartis tempora longa dabit.

Manualia saxa, quæ manu commodè tolli & protici possunt. Tacit. lib. 4.

Nunc in vallum manualia saxa, præustas tudes, decisa robora iacere.

Manuarius, Adiectiuum, Quod ad manum pertinet. Gellius, Hoc æreo, quasi manuario collecto, cœnula parabatur.

Manuleatus, pen. prod. Adiectiuum, (χειροδυτός,) vt Homo manuleatus, Tunica indutus manicata. Et Manuleatam tunicam dicimus, Manicas prolixiores habentem. Plaut. Pseud. 11. 48, Manuleatam tunicã habere hominem decet. Sueton. in Calig. cap. 52, Gemmatasque induitus penulas, manuleatus & armillatus in publicum processit.

Manuleatus, metaphoricè, pro delicato. Seneca epist. 33, Apud me verò Epicurus est & fortis: quanquam manuleatus sit.

Manulcarius, (χειροδυτοποιός,) Qui vestimenta manicata conficiebat. Plaut. Aulul. 19. 39,

Flammearii, violarii, catinarii,
Aut manulcarii, aut myrobrecharii.

Manubrium, manubrii, (κώπη, λαβή,) Capulum cuiuscũq; rei significat. Plaut. Aulul. 18. 1. 2, Exemi ex manu manubrium. Idem Epid. 10. 88, Sapientior est, vt malo hæreat manubrio mulier. Plin. lib. 16. ca. 43. 4, Hyginus manubria rusticis carpinea, iligna, cerrea. Sic Colum. lib. 5. cap. 9. 1. & lib. 11. cap. 2. 7, Vel facta manubria aptare, quorum optima sunt ilignea.

Trulla excauata cum manubrio aureo. Cic. 6. Verr. 54.

Ossea manubria cultellorum. Iuuenal. Saty. 11. 14.

Manubriolum, pen. corr. Diminutiuum, (κωπίδιον,) Celsus lib. 7. cap. 7, de vague oculorum, Lini duo capita apprehendere: & per ea erecto vngue, si qua parte oculo inhæret, manubriolo scalpelli discere, donec ad angulum veniat. Et libro eodem, cap. 19, Vbicunque repertum malum est, minutum exprimere moderatè scrotum oportet: modicum digito, manubriolo, vel scalpello diductam inferiorem partem tunica extra collocate.

Manubiæ, manubiarum, (λάφυρα, σκῦλα,) pluraliter tantum legitur. Præda ex hostibus capta. Asconius scribit, manubias prædas imperatorum pro portione de hostibus capta. Spolia quoque quæsita de hoste nobili per deditionem, manubias veteres dicebat, de quibus quod vellent facerent. Cic. 5. Verr. 161, Qua ex præda aut manubiis, hoc abs te donatio constituta est? Idem 3. de Nat. deorum, 120, Quo locuem ornarat ex manubiis Carthaginiensium. Idem pro Archia poeta, 20. Iam verò ille qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Fulum, non dubitauit Martis manubias Musis consecrare. Nonius Marcellus, Manubias (inquit) à præda hoc distare veteres existimauerunt, vt ita prædа, corpora ipsa rerum quæ capiuntur: Manubiæ verò pecuniæ ex præda vendita redactæ: & sic apud plurimos. Nam & M. Tullium de Lege agraria ita sensisse existimauerũt. Cic. 1. pro Lege agra. 7, Quod ad quenque peruenit, peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Idem sentit Gellius lib. 13. cap. 23, vbi multis verbis de hac re scribit. Festus, Manubiæ Iouis tres esse dicuntur, quarum vnæ sunt minimæ, quæ monetant, placidæque sint. Alteræ, quæ maiores sunt, & vehiant cum fragore, dicuntque aut diuellant quæ à Ioue sint, & consilio deorum mitti existimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum ignescant & quanquam nullum sine igne fulgur sit, hæ propiùs differant habeant, quòd aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ statum mutent deorum consilio superiorum.

Manubiæ, pro spoliis. Cic. pro Rosc. Amer. 64, Cur tu ia prædia tantæ pecuniæ statim Capitoni dantur? quæ reliqua sunt iste Roscius omnia cum Chrysogono cõmuniter possidet: nonne perspicuum est has manubias Roscii Chrysogonum re cognita concessisse? Budæus. Cic. 4. Verr. 8, Nonne perspicuum est Verrem esse qui vestras villas suis manubiis ornet? Id est signis & supellectili quæ de prædatus est. Budæus.

Manubias facere, Prædari. Cic. 3. Verr. 109, Dubitamus quid iste in hostium præda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit?

Manubiãlis, & hoc manubiãle, pen. prod. (σκυλεύματικός,) Quod ad manubias pertinet: vt Manubialis pecunia, Quæ ex venditione manubiarũ contracta est. Suet. in Aug. cap. 30, Quo autẽ facilius vnbigũ vrbs aditretur, desumpta sibi Flaminia via, Arimino tenus muniendã, reliquas triũphalibus viris ex manubiali pecunia sternẽdas distribuit.

Manubinarius, Adiect. (λαφυραγωγός,) manubiarũ particeps. Plaut.

Trucul. 18. 26, -vbi domi metues malum, fugito huc
Ad me saltem, amicus mihi esto manubinarius.

Mapalia, mapaliorum, (μαπάλια,) Punica lingua agrestes casæ dicuntur. Festus, Mapalia, casæ Pœnicæ appellantur in qui but, quia nihil est secreti, solet solutè viuentibus obiici id vocabulum. Cato lib. 4. Originum, Mapalia vocantur vbi habitant: ea quasi cohortes rotundæ sunt. Plin. lib. 5. cap. 3. 1, Numidæ verò Nomades, à permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domus palustris circũferentes. Liu. 9. bel. Pun 156 Familiæ aliquot cum mapalibus pecoribusq; suis (ea pecunia illis est) persecuti sunt regem. Mart. lib. 8. 49, Pallidus attonitos ad pleua mapalia pastor
Quum reuocat tauros, & sine mente pecus.

Mapalia, inquit Seruius, idem significat quod Magalia, Afrorum casę. sed magalia, ma producit: mapalia verò corripit. Virgil. 3. Georg. 68,
-& raris habitata mapalia tectis. Idem 4. Aeneid. 52,
Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.

Dispersa mapalia. Silius lib. 17. 18.

Vacua mapalia. Lucan. lib. 2. 18.

MAPETA, (μαπήτα,) Sarmatiæ in Asia vrbs, Ptolemæo. Vulgò Copa.

Mappa, mappæ, (μαππίδιον) Quæ recũbentes inter scyphos & epulas vtebantur, & pro se quisque afferebat. Plin. lib. 19. ca. 1. Iuuentum iam est etiam quod igniburn non abiũmeret. Vinum id vocat, ardentes; ria focis conuiuiorum ex eò vidimus mappas sordibus exultis, splendescentes igni magis ij possent aquis. Mart. lib. 12. 29. Ait tolerat mappam nemo, dum fuerta rimentur. Idem lib. 10. 87,
Et vani triplices, breuesque mappæ,
Expectent gelidi iocos Decembris.

Candidæ mappæ. Stat. 1. Sylu. 6. 7.

Luridæ. Stat. 4. Sylu. 9. 5.

Sordida mappa. Horat. 1. epist. 5. 5.

Variata mappa. Mart. lib. 1. 15. 1. Et lato variata mappa clauo.

Compescere risum mappa. Horat. 1. Serm. saty. 8. 13.

Mappam (inquit Quintilianus lib. 1. cap. 9.) vitatum Circo nomẽ Pœnibi vendiẽant. Vbi interpres, Cur mappam vitatum Circo nomẽ Pœnibus dicit: an quòd in ludis Circensibus mappa à Prætore victori auri gæ veteri instituto mitti solebat? Mart. lib. 12. 29,
Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam,

Prætori mappam surripit Hermogenes. Iuuen. Satyr. 11. 20. Interea Magalesiacæ spectacula mappæ. Mappa, inquit Budæus, Circensium committendorum signum erat. Suet. in Nerone, cap. 22.

MARATHON, pen. corr. (μαράθων,) Campus Atticæ, seu ciuitas distãs ab Athenis circiter decem millia. Et morte Icari regis interfecti insignis: necnon & victoria Thesei ex Tauro superato: similiter & Militiadis gloria, qui centum millia ex Darii Persarum regis exercitu profligauit. Author Strabo lib. 9. Ouid. 7. Metam. 87, -te maxime Theseu
Mirata est Marathon Gretei sanguine tauri.

Marathonius, Adiectiuũ, (μαραθώνιος,) Vnde Taurus Marathonius dictus est, qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Meminit & huius Cicero 4. Tusc. 77. & Plutarchus in Theseo. Hic est taurus amata à Pasiphae, quem Hercules ex Creta eò abegit.

Virgo Marathonia, Erigone. Stat. 5. Sylu. 3. 15.
-nec enim Marathonia virgo
Parcius extinctum fœuorum crimine agrestum Pleuerit Icarium.

Marathonia, id est Attica, à Marathonio campo Atticæ.

Marathrum, pen. corr. (μάραθρον,) Herba quam Latini fœniculum vocant. Plin. lib. 20. cap. 10. 3.

Marathrites, pe. prod. (μαραθῖτης,) vinum, eo modo dictũ, quo Aroma tites, nempe quod marathrum infusum habet: valetq; ad visus imbecillitatem adiuuandũ. Columella lib. 22. cap. 35.

Marathus, marathi, pen. corr. (μάραθος,) Herba cuius meminit marathos bene olentibus addere myrrhis.

MARCELLVS, (μάρκελλος,) nomen viri clarissimi Romani proprũ cuius gesta & à Plutarcho, & ab aliis scripta sunt. Hic Gallorum ducẽ, singulari certamine fudit, spolia legit, Annibalẽ primus vinci docuit, Syracusas per tres annos expugnauit, quinquies Consul. Insidiis Anni balis deceptus, magnificè sepultus fuit. Horat. 1. Carm. ode 12. 10.
Crescit occulto velut arbor æuo Fama Marcelli.
Ferox Marcellus. Claud. 1. in Eutrop. 92.
Loquax Marcellus. Lucan. lib. 1. 64.

Marceo, marces, marcui, (σήπομαι,) marcere, Putrere. Martial. lib. 5. 129. Marcentes tibi porrigentur vuæ.

Marcere vino, &c. Torpore, inertia & ignauia teneri, inquit Budæus. vnde etiam Laxaria marcere dicimur. Liu. 3. bel. Pun. 108, Sed qui pugnæ marcere Campana luxuria, vino, scortis, omnibusq; lustris per totam hyemem confecerat.

Epulis marcere. Claud. de bello Get. 74.

Marcet animus. Cellius lib. 2. cap. 2, Si marcet animus, si corpus torpet, si moueri, loquique piget.

Corpus marcet annis. Lucret. lib. 3. 193.

Sylua marcet comis. Stat. 5. Sylu. 5. 6.

Venæ marcent. Lucan. lib. 4. 67.

Vir marcet ab annis. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 9.

Marcens, Particip. (σηπόμενος,) Plin. lib. 9. cap. 45. 1. Aliàs marcenti similis, & iactari se passa fluctu algæ vice.

Arma marcentia. Silius lib. 15. 147,
-conuersa senex marcentibus armis
Agmina agit. Marcentia dixit respectu senis, non armorum.

Colla marcentia. Stat. 2. Thebaid. 127.

Guttura marcentia. Ouid. 7. Metam. 63.

Pocula marcentia. Stat. 4. Sylu. 6. 12.

Potorem marcentem recreare. Horat. 1. Serm. satyr. 4. 12.

Visu marcente. Senec. Agamem. 8. 1.

Marcesco, marcescis, marcui, (ἀποσήπω, κατασήπομαι, κατασήπομαι,) marcescere, Putrescere. Plin. lib. 10. cap. 48 2, Corpus occisæ statim marcescit.

Marcescere desidia & otio, Languescere. Liu. 8. bel. Pun. 184, Causando corrumpi equos inclusos in insula, penuriamq; omnium rerum & fame cæteris, & ipsos sentire, ad hæc equitem marcescere desidia, &c. Idẽ 3. bel. Mace. 105, Marcescere otio situq; ciuitatem queri eum, & inertia operis nec sine armorum sonitu excitari posse.

Vino nimio marcescere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 9.

Otia marcescunt per inertes somnos. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 13.

Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Sueton. in Calig. Id est languescente, inquit Budæus.

Marcidus, pen. corr. Adiect. (σαπρός, σκληρός, ἀνολβος,) Putridus, siue languescens. Plin. lib. 11. cap. 37. 15, Fessis equis aures marcidæ.

Marcidus somno. Plin. in Paneg. 107, Quotusquisque principum antecedentium, honorem istum aut Consulatui habuit, aut populo? Non alii marcidi somno, hesternaque cœna redundantes, comitiorum suorum nuntios opperiebantur?

Otia marcida luxu. Claud. 6. Paneg. 8.

Vina marcida. Stat. 1. Sylu. 6. 7.

Marcor, marcõris, m. g. (σαπρότης, σηπεδών,) Putredo, vel languor, & cõsumptio quæ & tabes dicitur. Plin. lib. 22. cap. 22. 17, Si enim caligaris clauus ferrive aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit nascenti, &c. Cellus de Lethargo, lib. 3. cap. 20. 1. In hoc marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas.

Turpis marcor. Stat. 10. Thebaid. 53, Cernitis expositas turpi marcore cohortes.

Marcipor, pen. corr. marciporis, pen. corr. m. g. (μαρσιπωνός,) Marci puer, hoc est tumulus, inquit Festus. Sic Publipor, Lucipor, & huiusmodi. Plin. lib. 33. cap. 1. 21, Singuli Marcipores, Lucipores ve dominorum gentiles, omnem victum in promtu habebãt. Quibus verbis significat Plinius priscos Romanos singulis seruis contẽtos fuisse: quare Marcipores & Lucipores, quasi Marci pueri vel Lucii vocabantur, quasi ministri & affectæ, vt Græci παῖδας vocant seruos: quod in numerosa familia postea fieri nõ potuit. Quintil. lib. 1. ca. 4. 20. In seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebat à domino, vnde Marcipores, Publipores. Bud.

MARCOMANI, pe. cor. (μαρκόμανοι,) Germaniæ populi. Stat. 3. Syl. 3. 34, Quæ modò Marcomanos post horrida bella, vagosque Sauromatas. Vide Strabonem lib. 7. qui eos vocat Marcõmanos.

Marculus, pen. corr. (ἑφυσήρ,) nomen instrumenti, quo fabri æra rii vti solent. Plin. lib. 7. cap. 56. 5, Tegulas inuenit Cynira Agriopæ filius, & metalla æris: vtrunq; in insula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem. Martial. lib. 12. 53.
Nec cogitandi spatium, nec quiescendi
In vrbe locus est pauperi, negant vitam
Ludimagistri mane, nocte pistores,
Aerariorum marculi die toto.

Mare, maris, neutri gener. (θάλασσα, ἅλς, ὕγρη,) Notum vocabulum.

Accessus maris, Vide ACCEDO.

Aequor maris. Virg. 1. Aen. 156, vastum maris æquor arandum.

Aestus maris, Vide AESTVS.

Aspera maris. Tacit. lib. 4.

Iniusti cærula forma maris. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 3.

Proxima maris. Tacit. lib. 3.

Rabies cælique marisque. Hoc est Intẽpestas. Virg. 5. Aen. 161.

Via tuta maris. Ouid. 11. Metam. 150.

Restagnantis maris vnda. Ouid. 11. Metam. 73.

¶ Acclinata terris maria. Stat. 5. Sylu. 4. 2.

Adueniens mare, Vide ADVENIO.

Altum mare. Catul. de Berecynthia, epigr. 58. 1. Super alta vectus Atys celeri rate maria.

Ardua maria. Valer. 8. Argon. 71,

Aspera maria. Virg. 6. Aeneid. 70.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auarum mare.Horat.3.Carm.ode 29.13.
Commune omnibus mare,Vide COMMVNIS.
Effusum lati mare.Horat.1.epist.11.6.
Ferum mare.Catul.de Berecynth.epig.58.8.
Fluctuosum mare.Plautus Rudente.Vide ORIA.
Humida maria.Virg.5.Aeneid.119.
Immensum mare. Cic.1.Tuscul.116, Tanquam ratis in mari immenso
nostra vehitur oratio.Virg.1.Georg.6.
Importuosum mare.Tacit.lib.12.
Inclinata maria.Stat.4.Thebaid.13, - quaque obiacet alto
Isthmos,& à terris maria inclinata repellit.
Indomitum mare.Tibul.lib.2.eleg.3.10.
Infectum venenis mare,Vide INFICIO.
Mare inferum, Id est Tyrrhenum, vel Tuscum: Mare superum, Id est
Adriaticum,vel Ionium.Cic.ad Atticum,lib.9.173.1.
Infusa terræ maria,Vide INFVNDO.
Ingens mare.Ouid.3.Metam.90.
Irarum mare.Horat.Epod.1.2.
Lacessitum mare,Vide LACESSO.
Magnum mare.Lucret.lib.2.112.
Mediterraneum mare,Vide MEDIVS.
Mare medium.Virg.4.eclog.10,
Omnia vel medium fiant mare:viuite syluæ.
Procellosum mare.Senec.Medea,6.7.
Profundum mare & immensum.Cic.pro Plancio,12,Illæ vndæ comitiorum,vt mare profundum & immensum,sic efferuescunt,&c.
Purpureum mare.Virg.4.Georg.75.
Purpureum mare videtur Fauonio nascẽte.Cic.4.Acad.188.
Refluum mare Oceani.Ouid.7.Metam.54.
Refugum.Stat.12.Thebaid.127.
Sæuum.Senec.Octau.6.17.
Solicitum Virg.4.Georg.53.
Tranquillum.Stat.4.Sylo.3.9.
Tumidum.Virg.8.Aeneid.136.
Tumultuosum.Horat.3.Carm.ode 1.6.
Turgidum.Horat.1.Carm.ode 3.4.
Vastum.Senec.Oedip.14.4.
Vastuolum.Virg.1.Aeneid.46.
Ventosum.Horat.3.Carm.ode 4.9.
¶ Adornare mare,Vide ADORNO.
Aduehere per mare,Vide ADVEHO.
Mare agitari & turbari dicitur.Cic.pro Cluentio,109,Vt mare quod sua
natura tranquillum sit,ventorum vi agitari atque turbari:sic,&c.
Agitatur mare ventis.Ouid.epist.1.7.
Ambulare maria,Vide AMBVLO.
Collucet mare à sole,Vide COLLVCEO.
Confundere mare cœlo.Iuuenal.Saty.6.29.
Conglobatur mare,Vide CONGLOBO.
Contrahitur mare.Ouid.1.Metam.51,
Et mare contrahitur,siccæque est campus arenæ.
Turbo conuoluit mare.Senec.Agamemn.6.18.
Tuto mari decurrere.Ouid.9.Metam.119.
Placata maria dant venti.Virg.3.Aeneid.14.
Placidum per mare facere iter.Ouid.epist.18.19.
Incerto mari ferri.Horat.Epod.9.7.
Infestum mare habere,Vide INFESTVS.
Atrum hyemat mare.Horat.2.Serm.saty.2.4.
Planum iacet mare.Iuuenal.Saty.12.7.
Venti incubuere mari.Virg.1.Aeneid.18.
Ingredi mare pedibus,Vide INGREDIOR.
Inuehi per mare,Vide INVEHO.
Mergit se in mari,Vide MERGO.
Mare cœlo miscere,Est omnia turbare,nihilq; non facere. Liuius,Quid
est quòd cœlo terram,terræ cœlum misceant:Iuuenal.Saty.6.29,
- clames licet,& mare cœlo Confundas,homo sum. Virg.5.Aeneid.
159,de Iunone omnia tentante,
- maria omnia cœlo Miscuit.
Mollit mare,Vide MOLLIS.
Mouere omnes terras,omnia maria,Vide MOVEO.
Nauigare mare,Vide NAVIS.
Peragrare pedibus maria,Vide PERAGRO.
Per mare pergere.Vide PERGO.
Nauigabile præbere mare,Vide NAVIS.
Læua maris præteruectus.Tacit.lib.18.
Coortum mare feuibat.Lucret.lib.5.201.
Scindere mare nauigiis.Ouid.2.de Arte,135.
Secare mare.Horat.1.Carm.ode 1.3,
Myrtoum pauidus nauta secet mare.
Turbatum mare sistere.Ouid.7.Metam.31.

Placidum ventis stat mare.Virg.2.eclog.6.
Tremulum fit mare tenui quum stringitur aura.Ouid.epist.11.15.
Subsidit mare.Ouid.1.Trist.eleg.2.15.
Sulcare maria.Virg.10.Aeneid.40, - longa sulcat maria alta carina.
Vastissimum mare transire.Cic.in Pisonem,45.Horat.de Arte,70.
Transilire mare.Pers.Saty.5.15.
Alta maria tumescunt.Virg.2.Georg.96.
Insanum tumuit mare.Senec.Medea,10.6.
Placatum volitant per mare nauitæ.Horat.4.Carm.ode 5.4.
Venti voluunt mare.Virg.3.Aeneid.40.
¶ Mare,aliquando pro quacunque grandiori aqua vsurpatur.
Mare acerrimum meretrix.Plaut.Asin.4.9,
Nam mare,haud est mare,vos mare acerrumum.
Mare,terra,cœlum,di vestram fidem,satin' ego oculis planè video?Plautus Trinum.14.61.Exclamatio est perturbati & perterriti animi.
Mari terraque quærere:Id est vbique.Plaut.Pœnul.2.105,
Sed pater illarum Pœnus,postquam eas perdidit,
Mari, terraque illas vsquequaque quærit.Sic Cic.lib.5.Epist.9,ad
finem,Terra marique conquirere.
Marinus, penul.prod. (ἁλιός, πελαγήσιος, ἐπιθαλάσσιος, ἐφάλιος, ἁλίγειος, ἁλιγενής,) Quod mare incolit, vel quod ex mari est, inquit Valla. vt Pisces marinus.Cic.1. de Nat.deorum,61, Probabile est igitur
præstantem intelligentiam in sideribus esse,quæ & ætheream partem
mundi incolant, & marinis terrenisque humoribus longo interuallo
extenuatis,alantur.Plin.lib.10.cap.69.2,In marinis ostreis. Idem lib.
14.cap.16.3,Marina aqua.Et Colum.lib.11.cap.2.
Conchæ marinæ.Ouid.15.Metam.53.
Di marini.Ouid.13.Metam.204.
Fremitus marinus.Virg.2.Georg.32.
Latex marinus.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.4.
Monstra marina.Virg.7.Aeneid.156.
Volucres marinæ.Ouid.epist.10 25.
Maritimus, pen.corr. (παραθαλάσσιος, παράλιος.) Quod mare accolit,vel quod ad mare est,vel quod ad mare fit,vt ait Valla. vt Oras maritima, Gens maritima, Bellum maritimum. Cic.ad Atticum,lib.2.3.9, Quod extremum est, te in Arpinati videbimus, & hoispitio agreti accipiemus,quoniam maritimum hoc contempsisti.
Maritimus,& Remotus à mari,contraria.Cic.in Partit.21.
Maritimæ Alpes.Plin.lib.3.cap.39.2. Et apud Cæsarem 3.bel.Ciuil.17.
Maritima oppida.
Homines maritimi.Cic.7.Verr.55,Tamen homines maritimos non plane reformidar.
Maritimi mores.Plaut.Cistel.5.11,
Modò quod suasit,dissuadet:quod dissuasit,id ostentat:
Maritimis moribus mecum experitur,ita meum
Frangit amantem animum.Id est,Periculum de me facit eiusmodi,cuiusmodi quum mare iactatur variis fluctibus.
Maritimum præsium.Gel.lib.5.cap.6.
Vita maritima.Plaut.Bacchid.5.107.
Censebam me effugisse à vita maritima
Ne nauigarem tandem hoc ætatis senex.
¶ Maritimus,Quod maris est.Plaut.Rud.Fluctus maritimos.Cic.5.Tuscul.57,Quod multas naues in oẽm oram maritimã dimisisset,&c.lib.
2.de Nat.deor.198,Aestus maritimi multũ accendentes & recedentes.
MARE rubrũ, (θαλασσα ἐρυθρά,) inquit Pomponius) dicitur,siue quia
eius coloris est:siue quia ibi Erythras regnauit, ἐρυθρὸς γὰρ ὁ Ἕλλησι φοῖνιξ appellant,procellosum,asperum,mare profundum,& magnorum animalium magis,quàm cætera capax. Vide Pomponii enarratorem Vallium. Hebræi vocant mare Suph, hoc est, procellosum,vel carnosum seu fruticosum. Contendunt que pro rubro sic fuisse Latini vertendo.
MAREOTIS, pen prod. Mareotidis, (μαρεωτὶς,) Lacus in Aegypto
vt author est Strabo. Plin.lib.14.cap.3, etiam asserit Mareotida partem Libyæ Aegypto conterminam appellari, & Mareotas populos in ea habitantes. Et Mareotis pars Epiri, in qua vinum optimum nascitur:vnde Mareotides vites dictæ sunt.Virg.2.Georg.19,
Sunt Thasiæ vites,sunt & Mareotides albæ.
Mareoticus, pen.corr. Adiectiuum, (μαρεωτικός,) vt Vites Mareoticæ.
Colum.lib.3.cap.2.14. Vina Mareotica.Stat.3.Sylo.5.5.

Marga, margæ, (μάργα,) Genus terræ in modum cretæ albæ, quo vtuntur ad agros stercorandos.Plin.lib.17.cap.6.

Margarita, margaritæ,pen.prod. (μαργαρίτης,) Vnio alibi dicitur vulgus nostrum perlam vocat. Plin.lib.9.cap.35.
2,Principium ergo,culmenque omnis rerum pretii margaritę tenent.
Ibidem,8,Dos omnis in candore,magnitudine,orbe,lęuore,pondere,
haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiscreti:
vnde nomen vnionum Romanæ scilicet imposuere delitiæ. Plut.de
margaritis in eodem capite. Cic.6.Verr.1, Nego villam gemmam aut
margaritam fuisse.
Ornatus margaritarum insignis.Cic.in Orat.43.

Margaritum

Margaritum,margariti,pe.produn.g.(μαργαρίτης,)Idem.Tacitus de vita Iulii Agricolæ,Ferę scitaturna aurum & argentum & alia metalla gignit,& Oceanus margarita,sed fuscus & inuentia.
Margaritarius,margaritarii,Negotiator margaritarum.Apud Firmicum.
Margaritifer,pe.cor.Adie.(μαργαριτοφόρος,) Ferẽs margaritas.Plin.lib.
32.ca.11.5.Conchartũ genera inter quę & margaritifere cochleæ.
Margaris,pen.cor.huius margaridis,f.g.(μάργαρις,)Palmę genus à margarita nomen trahens.Plin.lib.13.cap.4.13.
MARGIANA,pen.prod.(μαργιανή,)regio Asiæ Maioris,inclytæ apricitatis,vt ait Solinus,ambitu stadiorum mille quingentorum,difficilis aditu propter arenosas solitudines,in qua Antiochus Antiochiam extruxit,vt lib.10.& 11. scribit Strabo.

Margo, marginis,pen.cor.com.ge.(περάτωσις,ὅριον,λῶμα,)Folii extremitas,inquit Sipõtinus.Margo,Cuiuslibet rei etiam extremitas dicitur,vt ripa agri non culti.Ouid.1.Metam.3.Longo margine dixit.Iuuenalis Satyr.1.1. - plena iam margine libri.
Extremo in margine rasa litera.Ouid.1.Amor.eleg.11.5.
Margo conchæ.Plin.lib.9.cap.35.2,Vertice muricatim intorto,margine in mucronem emisso,foris effuso.
Margines testudinis.Plin.lib.9.ca.10.3,Dentes non sunt testudini,sed rostri margines acui,superna parte inferiore claudẽte pyxidum modo.
Margines fluminis.Varro 3.de Re rust.cap.5.8.Quum habeam sub oppido Cassino flumen quod per villam fluat liquidum, & altum marginibus lapideis,latum pedes LVII.
Grammeum margo fontis.Ouid.3.Metam.33.
Ripæ margo.Ouid.3.Metam.147.
Terrarum margo.Ouid.1.Metam.3, - nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitritæ.
¶ Margines imperii,Plin.lib.12.ca.20.1, Quin & in nostro orbe feritur extremo in margine imperii,quã Rhenus alluit.
Contineri marginibus.Quintil.lib.1.cap.1.20.Nam neq; errabit,quemadmodum in extis(continebitur enim vtrunq; marginibus)nec extra præscriptum poterit egredi.De stylo.
Marginio,marginas,marginare.Liuius lib.1.Decad.5. Censores vias sternendas silice in vrbe,glarea extra vrbem substernendas marginãdasque primi omnium locauerunt.
Marginatus,pen.prod. Adiect.(κεκραμένος,)vt Marginata tabula, Quæ margineẽ habet latissimum.Plin.lib.35.cap.12.6.
MARIA,(μαρία,) Fœminium est à nomine Marius,& accentum in antepenultima habetnam penultimam habet correptam, quemadmodũ & Marius.Claudianus de Nuptiis Honorii,3,
Præparat & pulchros Maria,sed luce minores
Elegit ornatus.Pro despara virgine vult Valla Mariam nominatiuo casu legi,quemadmodum Abraham, indeclinabile, & accentu in vltima. Sanè apud Lucam cap.1.vbi legimus.Et nomen virginis.Mariae Græci codices habent Mariam,voce & accẽtu Hebræo,vt annotauit Erasmus.Inuenitur nihilo secius & Mariæ in genitiuo,sed tunc Latina dictio à nominatiuo Maria,pro eodem desipara.Hebræi MIRIAM dicunt duobus vtique syllabis,vt Exodi cap.15.de Aaronis sorore prophetissa.Nos i consonantem vertimus in vocalem.
MARIANDYNI,penult.prod. siue Mariandyni,(μαριανδυνοί,) Bithyniæ populi iuxta Pontum.Valer.4.Argon.35. Et Mariandynũm patriam penetrauit ad vrbes.
Marianus.Adiectiuum à Mario,Vide MARIVS.
MARICA,pen.prod.(μαρίκη,)dea est litoris Minturnensium.Horat.3.Carm.ode 17.2, Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps,& innantem Maricę
Littoribus tenuisse Lyrim. Virg.7.Aeneid.10.
- rex arua Latinos,& vrbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Faunus,& Nympha genitum Laurente Marica Accipimus.
MARIDVNVM,(μαριδοῦνον,)Britanniæ insulæ vrbs,vt scribit Ptolemæus libro 2.cap.3.vulgò Caermarden.

Marinus, Adiectiuum,Vide MARE.

MARIONIS,(μαριωνίς,)Germaniæ ciuitas Ptolemæo libro 2.cap.11. Vulgò Lunenburg. Marionis,altera Germaniæ ciuitas Ptolemæo authore lib.2.cap.11.Vulgò Sberir.

Marisca, mariscæ,(σῦκον ἄκοπτον σῦκον,)Ficus insipida dicitur Pli.lib.15.ca.18.4,Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. Cato de Re rustica,cap.8.Ficos mariscas in loco cretoso & aprico serito. Sic Varro 1.de Re rust.cap.9.5.Claud.5.Paneg.51,
-flauaq; tenens quercetu mariscæ Lyris.
Mariscas,quidam dicunt esse ficus, quæ præ pinguedine aperiuntur, semique ostentant.Colu.lib.10.40. Pur pureæque chelidoniæ, vilesq; mariscæ Mart.lib.11.19.
Non bolcros hiare,non mariscæ
Ridere,aut violæ patere possunt.
¶ Marisca,(σῦκον,)Genus morbi,ad similitudinem fici.Iuuen.Saty.2.2.

Cæduntur tumidæ,medico ridente,mariscæ.

Mariscum, mariści,n.g.vel mariscus, mas.g.Genus iunci.Plin.lib.21.cap.18.1.

Maritimus, Vide MARE.

Maritus, mariti,pen.prod.mas.g.(ἄνηρ,ἀνδρόγυνος,γαμέτης,πόσις,)
Vxoris vir.Plaut.Casin.25.5,Quid agis tu marite,mi vir,
vnde ornatu hoc Aduenis?
Maritus de gallinaceo.Columel.lib.8.cap.5,Ratior est in his zuibus maritis bonitas.
Maritum esse,& Nubere,correlatiua.Cice.1.de Inuent.68.Multo maxime requiretis,& tu vt maritus sis quãoptimæ mulieris, & hęc vt quam optimo viro nupta sit.
Ignara puella mariti,Virgo.Horat.2.epist.1.27.
Sororis maritus.Cic.pro Rab.perduel.reo,5.
Iura violata mariti.Ouid.2.de Arte,77.
Durus maritus.Ouid.epist.4.29.
Iuuenis maritus.Horat.3.Carm.ode 11.8.
Nouus maritus.Plaut.Casina,18.3,Nam nouum maritum hinc,& nouam nuptam volo ms prosequi.Vide NOVVS.
Captare maritos.Catul.in Epital.Iuliæ,56.12.
Te timens,cupida nouos
Captat aure maritos.
Somno maritorum insidiari.Cic.1.in Catil.19.
Maritum esse.Plaut.Casina,6.12.
Sed vtrum nunc ea cœlibam te mauis esse liberum:
An maritum seruum ætatem degere & natos suos? Idem Epid.8.25.
Ipse meo in colo raus pater crumenam collocauit:
Is adornat veniens,vt domi extẽplò maritus fias.Plin.epist.144.2,Intra quartum & vicesimum annum maritus:& si deus adnuisset,pater.
¶ Olentis vxores mariti,Id est capræ.Horat.1.Carm.ode 17.2.
¶ Maritæ,mulieres nuptæ.Ouid.lib.2.Fast.86.
-dura cum sorte maritæ
Reddebant veteri pignora rara sui. Idem in Epist.Medeę,
Forsitan & stultæ dum te iactare maritæ
Quæris.Id est vxori. Et in Laodamia,13.9,
Aut te Tenariæ faciem mutasse maritæ,
Aut illi vellem displicuisse tuam. Idem in epist.Paridis,
An pudet & metuis Venerem temerare maritam,
Castaq; legitimi fallere iura tori? Horat.Epod.8.3.
Nec sit marita quæ rotundioribus
Onusta baccis ambulet.
Castæ maritæ.Ouid.2.Fast.18,
Tu rapisibie castas duce te iubet esse maritas.
¶ Maritæ etiamnum arbores dicitur,ad quas vites aut alia id genus applicantur,quasque suis clauiculis complectuntur. Plin.lib.14.cap.1, In Campano agro populis nubunt:maritasque complexæ,atq; per ramos earum procacibus brachiis geniculatis cursu scandentes,cacumina æquant. Columel.lib.11.ca.2.24, Vel siquæ in agris aut vepribus singulares arbores maritæ à putatoribus relictæ sunt. Quintil.lib.8.cap.3,Sterilem platanum tonsasq; myrtos,quam maritam vlmũ & huberes oleas præoptauerim?
Maritum oluetum.Colu.lib.3.cap.11.3,Si tamen rudis terra non fit,proximum est vacuũ arboribus aruum: si nec hoc est,rarissimum arbustũ, vel olinetum quod non fuerit maritum.
¶ Maritæ domus.Liu.7.bell.Pun.174.Præbuisseque haud dubiam ea facto spem libertatis,nisi omnia intoleranda libidine fœda ac deformia effecisset.Vagabatur enim cum vno aut altero comite per maritas domos dies noctesque.Id est per domos maritorum adulterium committebat cum mariti vxoribus.
Faces maritæ.Ouid.epist.11.21.
Fides marita. Properr.libro 4.eleg.3.3. Hæcne marita fides, & pactæ sunt mihi noctes?
Fœdus maritum.Ouid.1.de Ponto,eleg.1.15, Exigit hoc socialis amor, fœdusq; maritum. Hoc est maritale.
Marita pecunia.Plaut.Epid.Pulchra ædepol dos pecunia est. P. quæ quidem ædepol est nõ marita.Quasi dicat,Fateor pecuniam esse pulchrã dotem:sed eam pecuniam quæ non sit vxori coniuncta: Id est dũmodo extra matrimonium habeatur.
Maritare,maritas,pen.prod.(συνοικίζω,)maritare,Locare in matrimonium. Suet.in Augusto Vesp.cap.14,Vitellii hostis sui filiam splendidissimè maritauit,dotauitq; etiam,& instruxit. Idem, Maritandum principẽ conuictos suadere.Tacit.lib.11.Capto rursus initio quando maritandũ principem cuncti suaderent,deligi oportere fœminã nobilitate,puerperis,sanctimonia insignem.
¶ Maritare,de arboribus etiã dicitur,& vitibus. Columel.lib.4.cap.22. Attamen quum est vtique vinea recidenda, prius ablaqueare, deinde paullum infra terram conuenit amputare,vt superiecta humus vim sobis arceat,& è radicibus nouellos prorumpẽtes caules transmittat,qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

possim vel sua maritare statuma: vel siqua sunt vidua, in propinquo propaginibus vestire. Idem lib. 3, Sexto anno iam videbitur sicma, maritabitur hoc modo. De arbore loquitur. Idem lib. 4 cap. 1. 5, Et ideo maritandis arboribus nemo minorem bipedanea scrobem vitibus cõparat. Idem lib. 5 cap. 6, Si teneram vlmum maritaueris, nonam sufferens si vetustam vitem applicueris, coniugem necabit. Plin. lib. 13. cap. 4. 7, de palmis, Circaque singulos plures nutare in eum pronas blandioribus comis, illum erectis hispidum, afflatu nisuque ipso & pulvere etiam reliquas maritare. Id est maritas & coniuges sibi facere.

Populos maritare. Horat. Epod. 2. 2,
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos, &c. Populos, arbores intelligit.

¶ Maritari etiam dicuntur canes. Varr. 1. de Re rust. cap. 9. 9, Tum enim dicuntur catulire, id est ostendere se velle maritari.

¶ Maritari, Prægnantem fieri. Solinus cap. 36, In proximis Vlysiponis equæ lasciuunt mira fœcunditate. Nam spirante Fauonio vento concipiunt, & sitientes viros aurarum spiritu maritantur.

Maritalis, & hoc maritale, pen. prod. (γαμετικός,) Colu. lib. 12. in Proœ. 1, Xenophon Atheniensis eo libro P. Siluine, qui Oeconomicus inscribitur, prodidit maritale coniugium sic comparatum esse natura, vt nõ solum iucundissima, verum etiam vtilissima vitæ societas iniretur.

Capistrum maritale. Iuuen. Saty. 6. 5,
Stulta maritali iam porrigit ora capistro.

Vestis maritalis. Ouid. 2. de Arte, 52.

MARITVS, (μάριτος,) qui septies apud Romanos Consul fuit. Hunc Arpinatem fuisse aiunt, humili loco natum, nouum hominem, aratorem, qui in villa Cicernate (vt ait Plutarchus) vitam diu vixit rusticam plane & agrestem, procul ab vrbanis munditiis. Hic per ordinem primis honoribus functus, legatus, Metello in Numidia criminando Consulatum adeptus, Iugurtham captum ante curruũ egit. in proximum annum Consul vltro factus, Cimbros in Gallia apud aquas Sextias, Teutonas in Italia vicit, deque his triumphauit. Victus à Sylla Minturnis in palude latuit: inuentus & in carcerem coniectus, immissum percussorem Gallum, vultus authoritate deterruit: acceptaque nauicula in Africam traiecit, vbi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, cæsis inimicis, septimo Consulatu (vt quidam ferunt) voluntaria morte decessit. Hic quum in cruribus varices haberet, præbuit variosum crus medico fecandum. Et dum secaretur, neque suspirans, neque supercilia contrahens, pertulit sectionem, fixisque oculis spectauit cruciabilem curationem. Quumque medicus alterum crus secare vellet, minimè assensum præbuit, dicens, Curationem tanto dolore dignam esse non arbitror. Habuit filium Marium nomine: qui quum esset viginti septem annorum, Consulatum inuasit, quem honorem mater tam immaturum fleuit. Hic patri sæuitia similis, Curiam armatus obsedit, & inimicos trucidauit, tandem se iugulandum præbuit.

Marii multi fuerunt, de quibus Virgilius 2. Georg. 34.
- Volscosque veruros
Extulit: hæc Decios, Marios, Magnosq; Camillos. Vide Volaterranũ.

Mariãnus, penult. prod. Adiectiuum, (μαριανός,) Cic. 3. de Lege agrar. 5,
Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? Propert. lib. 3. eleg. 3. 9,
Aut quibus in campis Mariano prælia signo Stent.

Mariani muli, Vide MVLVS.

MARMARICA, pen. corr. (μαρμαρική,) regio Aegypto & Libyæ vicina, authore Ptolemæo lib. 4. cap. 5. Hodie Barcha.

Populi Marmarici. Silius lib. 3. 139.

MARMARIDAE, pen. corr. (μαρμαρίδαι.) teste Plinio, populi sunt Africæ, Aegypto contermini, qui & vsque ad maiores Syrtes protendantur. Solino populi sunt supra Garamantes contra noxium virus incredibili corporis firmitate muniti: Psylli dicti, quia nimio calore solis nudi incedunt. De quibus vide plura in dictione PSYLLI.

Phalanx Marmaridum. Silius lib. 5. 37.

Marmaridæ Psylli. Lucan lib. 9. 179, - gens vnica terras
Incolit à sæuo serpentum innoxia morsu
Marmaridæ Psylli, par lingua potentibus herbis. Vide plura ibidem.

Marmaridæ medicum vulgus. Silius lib. 3. 60.

Marmor, marmoris, pen. corr. neu. g. (μάρμαρος,) Genus lapidis, cuius diuersæ sunt species. Vide Plinium.

Nitor marmorum, Vide NITEO.
Templum de marmore. Virg. 4. Aeneid. 91.
Candens marmor. Lucret. lib. 1. 153.
Deformata marmora prima manu. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.
Iocisa notis marmora. Horat. 4. Carm. ode 8. 3.
Læue marmor. Virg. 7. eclog. 7.
Mygdonium marmor. Ouid. epist. 11. 29.
Numidicum marmor, Vide NVMIDIA.
Parium marmor mallem rude. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.
Solido de marmore templa. Virg. 6. Aeneid. 14.
Nõ in of marmore necesse est inesse Praxitelia capita. Cic. 2. de Diui. 71.

¶ Expolire marmor. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.
Incidere in marmor, Vide INCIDO pen. prod.
Incisum marmor, Vide INCIDO pen. prod.
In lento luctantur marmore tonsæ. Virg. 7. Aeneid. 6.
Nobilitatus marmore Praxiteles, Vide NOBILIS.
Simulacrum è marmore. Cic. pro Domo sua, 86.
Secare marmora. Horat. 2. Carm. ode 18. 4.
Pario marmore purius splendens. Horat. 1. Carm. ode 19. 2.
¶ Infidum remis impellere marmor, Id est æquor. Virg. 1. Georg. 61.

Marmoreus, Adiectiuum, (μαρμαρεός,) Quod ex marmore est. Plin. lib. 31. cap. 2. 9, Varro author est, Titium quendam Prætura functum, marmorei signi faciem habuisse propter id vitium.

Aequor marmoreum. Virg. 6. Aeneid. 146
Candor marmoreus. Lucret. lib. 2. 153.
Ceruix marmorea. Virg. 4. Georg. 103.
Collum marmoreum. Ouid. 4. Fast. 27.
Columnæ marmoreæ. Cic. pro Domo sua, 49.
Domus marmorea. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 5.
Gelu marmoreum. Ouid. 4. Fast. 185.
Opus marmoreum. Ouid. 4. Metam. 135.
Palmæ marmoreæ. Ouid. 3. Metam. 97.
Pauimenta marmorea. Cic. 2. de Legib. 2.
Pedes marmorei. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 3.
Pollex marmoreus. Ouid. 13. Metam. 161.
Signum marmoreum. Cic. 6. Verr. 1.
Sola marmorea. Cic. in Parad. 61.
Tecta marmorea. Cic. in Parad. 14.
Tumulus marmoreus. Ouid. 14. Metam. 88.

Marmorãtus, pen. prod. Adiectiuum, (μαρμαρωτός,) Quod superficiem tantum ex marmore habet. Varro 1. de Re rust. cap. 57. 2, Parietes & solum opere rectorio marmorato loricandi. Stat. 4. Sylu. 3. 10,
- pariterque se leuarat
Ingenti plaga marmorata dorso.

¶ Marmorãtum, pen. prod. substãtiuè dixit Varro lib. 3. de Re rust. cap. 7. 3, pro eo quod est ex marmore, luto, & calce factum. Infrisecus quasi leuissimo marmorato, toti parietes ac cameræ oblinuntur, & extrinsecus circum fenestras, ne mus aut lacerta adrepere ad columbaria possit. Plin. lib. 36. cap. 23. 3, Tectoriumque nisi ter arenato, & bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Paulo post, Experimentũ marmorati est in subigẽdo, donec rutro non cohæreat.

¶ Marmoratæ laudes, dicuntur quando in alicuius honorem decernuntur statuæ marmoreæ, vel quid aliud simile. Cic. pro Archia, 10. Fuerunt que etiam in sepulchro Scipionum potatur is esse constitutus & marmoratis laudibus certe non solum ipsi qui laudantur, sed etiam Populi Romani nomen ornatur.

Marmoratio, marmoratiõnis, fœm. g. (μαρμαρώσις,) Ex marmore constructio. Apul. lib. 3. Flor. Quid igitur superest ad statuæ nos honorem? pauimenti marmoratio, nec proscenæ contabulatio, nec tectorum illuminatio, sed nec culminis æris pretium, & artificis minister? quis mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus inique defuere.

Marmorõsus, pen. prod. (μαρμαρώδης,) Aliud adiectiuum. Quod marmoream formam vel duritiem habet. Plin. lib. 33. cap. 12. 7, Sil proprium est. Optimum ex eo quod Atticum vocatur. Pretium in libras XXXII. Proximum marmorosum sub dimidio Attici pretio. Idem lib. 35. cap. 6. 9, Fit & Romæ cremato file marmoroso & resinato. Non enim adducor, vt in numerum liberaliũ artium pictores recipiamus, magis quàm statuarios, marmorarios, aut cæteros luxuriæ ministros.

MARO, (μάρων,) vt quidam volunt, opifex figulus: sine vt plures, magis cuiusdam viatoris mercenarius: pater P. Virgilii, poetæ omnium facile præstantissimi, cui etiamnum Maronis manet cognomen.

Alnisoni Maronis carmina. Iuuenal. Saty. 11. 18
Torum Maro. Stat. 5. Sylu. 3. 13.

Maronius, pen. pro. (μαρώνιος,) Adiectiuũ à Marone. Stat. 4. Syl. 4. 11,
- vbi Autonio se condidit hospita portu
Parthenope, tenues ignauo pollice chordas
Pulso, Maroneique sedens in margine templi
Sumo animum, & magni tumulis accanto magistri.

MARONEA, (μαρώνεια,) Ciconum vrbs vino laudata: cuius meminit Homerus. Hinc Maroneus adiectiuum, vt Maroneus Bacchus, Id est vinum ex Maronea vrbe. Tibul. ad Messalam lib. 4. 12,
Cessit & Aetnææ Neptunius incola rupis
Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.

MARPESVS, pen. prod. (μάρπησσα,) mons est in Paro insula, à quo Marpesiam cautem, id est lapide Parium, dixit Virgilius 6. Aeneid. 91,
Nec magis incœpto vultum sermone mouerunt,
Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Hæc Seruius.

MARPISSA, (μάρπησσα,) fuit, teste Homero lib. 9. Iliad. filia Euenii & speciosa inter paucas nympha, vxorque Idæ, omnium illius seculi virorum formosissimi, mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminæ, & amantissimæ vxoris Meleagri. Et vt subdit idem Homerus, quum eadem raperetur ab Apolline, eius vir Idas arcu, sagittisque sumptis, Apollinem inuadere non dubitauit. Quam, postquam rapta est, parentes Halcyonem cognominauerunt: quòd mater eam domi deflebat sortita luctuosum ac flebile Halcyonis fatum.

Marra, Instrumentum ferreum ad excidendas herbas. Columella libro 10. 9.

Mox bene quum glæbis vinacem cæspitis herbam
Contundat marræ, vel fracti dente ligonis. Ibidem, 7.

Tu penitus marris è dente viscera matris Ne dubita. Iuuenalis Saty. 3. 31, Ne marræ & farcula desint. Plin. lib. 18. cap. 16. 6. Ad trimatum marris ad solum radi.

Marrubium, marrubii, (πράσιον,) Herba, de qua Plinius libro, 20. cap. 22. 6. Marrubii plerique inter primas herbas cõmendauẽre, quod Graeci prasion vocant, alii limostrophon, nonnulli philopeda aut philochares, notius quàm vt indicandum sit. Huius folia tamenque contrita prosunt contra serpentes, pectorum & lateris dolores, tussim veterem.

MARRVCINI, pen. prod. (μαρρουκινοί,) populi quorum meminit Strabo lib. 5. Plin. lib. 15. cap. 19. 4. Græcis simpliciter scribitur.

Domus Marrucina. Silius lib. 17. 92.
Gens Marrucina. Silius lib. 15. 117.

MARS, (ἄρης, ἐνυάλιος,) deus belli dictus quòd maribus in bello præsit, siue quòd à Sabinis acceptus est, apud quos Mamers vocatur: à poetis Mauors, quòd magna vertat, per epenthesim dicitur.

Arma horrentia Martis. Virg. 1. Aeneid. 1.
Opus graue Martis. Virgil. 8. Aeneid. 104.
Belliger Mars. Senec. Hippoly. 6. 15.
Dubius mediis Mars errat in armis. Virgil. 2. Georg. 57.
Duri Martis arma. Virgil. 10. eclog. 9.
Indomitus Mars. Virgil. 2. Aeneid. 88.
Teruus Mars. Horat. 1. Carm. ode 28. 4.

¶ Mars, pro ipso bello. Liuius, Aliquandiu ibi Marte incerto, varia victoria pugnatum fuit. Quintil. lib. 8. cap. 6. Vario Marte pugnatum, eruditus est sermo.

Amantes Martis Iberi. Silius lib. 16. 22.
Rigidi certamina Martis. Ouid. 8. Metam. 4.
Anceps Mars. Liu. lib. 1. Decad. 3. Et adeò varia belli fortuna, anceps que Mars fuit. Claud. 7. Paneg. 91.
Aperti copia Martis Nulla fuit. Ouid. 13. Metam. 42.
Cæco Marte resistunt. Virgil. 2. Aeneid. 67.
Cruentus Mars. Horat. 2. Carm. ode 14. 3.
Ferox Mars. Ouid. 13. Meta. 3.
- quantumque ego Marte feroci
Inque acie valeo, tantum valet iste loquendo.
Impius Mars. Virgil. 1. Georg. 103.
Incertus Mars. Tacit. lib. 20. Pugnatum longo agmine, & incerto Marte, donec prælium nox dirimeret.
Sanguineus Mars. Ouid. 1. de Remed. amor. 31.
¶ Accendere Martem cantu. Virgil. 6. Aeneid. 33.
Aeuere Martem. Vide ACVO.
Marte suo cadere. Ouid. 3. Metam. 25. - suoque
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
Inuadunt Martem clypeis, atque ære sonoro. Virg. 12. Aeneid. 143.
Insano Marte petere vrbem. Claud. de bello Get. 102.
Collato Marte, & eminus pugnare, Vide EMINVS.
Nouum Martem tentare. Silius lib. 15. 70.

¶ Mars communis. Hoc dicto incertum ac varium belli euentũ notabant veteres. Cic. 11. Philip. Sed vt concedam incertos exitus esse belli, Martem communem: tamen pro libertate, vitæ periculo decernendum. Idem 3. de Orat. 91, Grauis est modus in ornatu orationis, & sæpe sumẽdus, ex quo genere hæc sunt, Martem belli esse communem. Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino. Liu. 10. ab Vrbe, Cũ tuas vires, tum vim fortunæ, Martemque belli communem propone animo: veruntus respõdent. Idem ab Vrb. lib. 3. Quid illum facturum fuisse, si, quod belli casus ferunt, Martisque communis aduersa pugna euenisset? Nostro Marte rem aliquam peragere dicimur, quotiens nostropte ingenio, proprinque vtribus aut etiam nostro periculo eam rem peragimus. Cicero, 3. Offic. 45. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, vt dicitur, nostro Marte. Idem 5. Verr. 8. Hunc ornatum præsertim quum vos vestro Marte his rebus omnibus abundetis! Ex Erasmo.

Adminiculis alterius, & Suo Marte aliquid explere, contraria. Cic. 3. Offic. 45. Hanc igitur partem relictã explebimus, nullius adminiculis, sed (vt dicitur) Marte nostro.

Forensis Mars, Eloquentia. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 6.

¶ Stella Martis quatuor & viginti mensibus, sex diebus minus, lustrat orbem. Cic. 2. de Nat. deor. 76.

Rapax Mars. Propert. lib. 4 eleg. 1. 17. De stella Martis.

Martius, Adie. (ἀρεῖος, ἀρήϊος,) Ad Martẽ pertinens vt Martia auis, Martis dicata. Ouid. 3. Fast. 8. Martia picus auis gemino pro stipite pugnat.

Bella Martia. Ouid. 3. Fast. 47.
Calendæ Martiæ. Cic. Attico, lib. 8. 15. 7.
Martius cãpus, Romæ dictus est, qp Marti consecratus esset. Liuius, Ager Tarquiniorum, qui inter vrbem & Tyberim erat consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Cic. pro Rab. perd. reo, 7.
Canor Martius rauci æris. Virg. 4. Georg. 15.
Castra Martia. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 14.
Certamen Martium. Horat. 4. Carm. ode 14. 4.
Horror Martius. Claud. 2. de rapta Proserp. 30.
Legio Martia. Cicc. 4. Philipp. 15. Quid legio Martia, quæ mihi videtur diuinitus ab eo deo traxisse nomen, à quo Pop. Romanum generatum accepimus: nonne ipsa, &c.
Martius mẽsis, (μάρτιος σὺν ἐφεξῆς,) dictus est primus mẽsis anni: quoniam Romulus primũ anni mẽsem genitori suo dicauit. Oui. 3. Fast. 15.
A te principium Romano dicimus anno.
Primus de patrio nomine mensis erit. Plin. lib. 11. cap. 3. 5. Differantur in Martium mensem calloſæ.
Miles Martius. Ouid. 14. Metam. 160.
Vulnera Martia. Virg. 7. Aeneid. 37.

Marticola, pe. cor. (ἀρεοτρόφος,) Qui Martẽ colit. Ouid. 5. Trist. ele. 4. 5.
Nec patria est habitata tibi, sed aduṡq; niuosum
Strymona venisti, Marticolamq; Geten.

Martigenus, pen. corr. Adiect. (ἀρειγενής,) Plaut. Amphit. 15. 14.
In nostro olim Thebano genere plus quàm mira memorant:
Martigenam ille aggressus bellua magnus Europæ quæstor, anguineo
Repentè hostes peperit semine.

Martigena, pen. cor. (ἀρειγενής,) Qui est ex Marte natus. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 8, In qua Martigene non sunt sine crimine nati,
Romulus Iliades, Iliadesque Remus.

Quirinus Martigena. Ouid. 1. Fast. 40.

Martiãnus, pen. prod. Adiect. (μαρτιανός,) vt Fœdus Martianum. Cicero pro Corn. Balb, 31. Qui & veterem illam speciẽ fœderis Martiani, semper omni sanctiorem Marte duxerunt.

Martiãlis, & hoc Martiãle, pen. prod. (ἀρεῖος, μαρτιάλιος,) Qui natus est sub Marte stella: Vel qui Marti seruit, Cic. pro A. Cluentio, 32. Martiales quidam Larini appellabãtur ministri publici Martis, atqi ei deo veteribus institutis religionibusq; Larinatium consecrati.

Flamen Martialis. Cic. de Aruſp. resp. 10.
Lupi Martiales. Horat. 1. Carm. ode 17. 2.

MARSI, (μαρσοί,) populi in Italia vltra Picenũ Samnites versus, à Marso Circe filio, à quo originem duxerat, dicta: cuius populi Marsi sunt vocati, non longe ab Vrbe. Cice. pro Domo sua, 89, Qui in Marsis natus est, &c. Plin. lib. 7. cap. 2. 6. Simile & in Italia Martorum gente, quos à Circes filio ortos ferunt, & ideo inesse iis vim naturalẽ eam. Et tamen omnibus hominibus contra serpentes inest venenum. Feruntque ictas saliua, vt feruentis aquæ contactum fugere. Vide eundem in proœmio lib. 25.

Marsus, Adiect. (μαρσικός,) vt Nænia Marsa. Horat. Epod. 17. 6,
Ergo negatum vincor, vt credam miser
Sabellã pectus increpare carmina:
Caputque Marsa dilluere nænia.

Cantus Marsi. Ouid. de medicamine faciei, 8,
Et mediæ Marsis findantur cantibus angues,

Niues Marsæ. Stat. 1. Sylu. 5. 6.
Voces Marsæ. Horat. Epod. 5. 17,
- nec vocata mente tua Marsis redibit vocibus.

Marsicus, pen. cor. Adiect. (μαρσικός,) Cic. 2. de Lege agra. 89, Meltæ in hac Repub. seditiones domesticæ, quas prætermitto, bella cum sociis, Fregellanum, Marsicum: quibus omnibus, &c.

Marsica vina, & Marsica cepa. Colu. lib. 12. ca. 10. 1. Et lib. 2. ca. 9. 6 Marsicæ fabæ. Nam Marsica sunt è Marsicis montibus.

MARSIA, siue Marsias, μαρσύας,) fluuius à pameam ꝓtefluens: cuius meminit Claudianus 2. in Eutropium, 54, his verbis,
Icarium pelagus, Mychalæ aqi litora iuncti
Marsia Meanderque pernoti: ed Marsia velox
Dum suos est, flexaque carens, iam flumine mistus
Mollitur Meandre tuo, contraria passus
Quàm Rhodano stimulatus Arar, quos inter aprica
Planities, Cererique fauet, densisque ligatur
Vtibus, & glaucos fractus attollit oliuæ.

MARSPITER, pen. corr. (ἄρης πατήρ,) Martis pater: sicut Diespiter, diei pater: teste Gellio lib. 5. cap. 12.

Marsupium, marsupii, (μαρσύπιον,) Sacculus nũmarius: hoc est in quo nummi reconduntur. Plaut. Casin. 11. 54.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtere marsupium,
Abi, atque obsona, propera. Idem Amph. 16.40, Vt bene nummatum ferrarium marsupium. Et Epid. 5.3.
Acurum, oblirum habeo,
Qui seni exenterem marsupium. Cato de liberis, Et quod perspicui est, maiorem curam habere marsupii, quàm vitæ nostræ. Varro de Re rust. lib. 3. cap 17. 1. Magis ad oculos pertinent, quàm ad vesicam: & potius marsupium domini eximaniunt, quàm replent.
Numarum Marsupium, Vide NVMVS.
Inspicere marsupium, Vide INSPICIO.
Marsyas, Marsiæ, Phryx tibicen, qui tibiis à Minerua primùm inuentis deinde abiectis, cum Apolline certauit, à quo victus & excoriatus est, Ouid. lib. 6. Fast. 242.
Prouocat & Phœbum, Phœbo superante pependit:
Cæsa recesserunt à cute membra sua. Est & Marsyas, Phrygiæ fluuius, ab huius nomine dictus, quòd nympharum lachrymis Marsyam deflentium creuisse, vt est apud Ouidium.

MARTIA, Martiæ, fœminini generis, Aqua vrbis Romæ. Plinius li. 31. cap. 3. 11. Clarissima aquarum omnium toto orbe, frigoris salubritatisque palma, præconio vrbis, Martia est, inter reliqua deûm munere Vrbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufeia, fons autem ipse Piconia. Oritur in vltimis montibus Pelignorum, transit Marsos, & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens. Mox specu mersa, in Tyburtina se aperit IX. M. pass. fornicibus structis perducta. Primùs eam in vrbem ducere auspicatus est Ancus Martius, vnus è regibus. postea Qu Martius Rex in prætura, rursusque restituit Marcus Agrippa. Idem & Virginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo 11. M. passuũ Prænestina via. Iuxta est Herculaneus riuus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Horum amnium comparatione differentia supradicta deprehenditur, quùm quantum Virgo tactu, tantum præstet Martia haustu.

Martialis, Martianus, Martius, MARS. Adiectiuum. Vide

VALERIVS Martialis, (δυναλέξιος, μαρτιάλιος,) in Hispania Bilbili nobili Celtiberiæ oppido natus est, patre Frontone, matre Flacilla. Venit ad vrbem Romam studiorum gratia, tenuique supellectile contentus, in literis duntaxat versatus est. Scripsit librum Epigrammaton, vt laudaret honesta, hortaretur homines ad virtutem, & vitia sui temporis notaret, admissis semper salibus, & ferè cum risu facit, vt mos est scribentium Epigrammata. Huius meminit & Plinius Junior ad Cornelium Priscum libro, 3. epist. 21. adscribens versus aliquot ipsius Martialis.

MARTIVS, (μάρτιος,) nomen eius viri, qui Ancus cognominatus est, quartus Romanorum rex, æquitate & religione auo similis. Latinos bello domuit, Auentinum & Martium montes vrbi addidit, noua mœnia oppido circundedit, syluas ad vsum nauium publicauit, salinarum vectigal instituit, carcerem primus ædificauit, Ostiam Coloniam maritimis commeatibus opportunam in ostio Tyberis deduxit.

Martyr, martyris, penul. correp fœm. gen. (μάρτυς,) dicitur. Latine testis

MARVLVS, Tribunus plebis cum Flauio, coronas Cæsaris Dictatoris statuis detraxit eosque qui primi Cæsarem regem salutauerant, in vincula duci iussit. Quamobrem Cæsar Marullum magistratu priuauit. Author Plutarchus in Cæsare. Marullus item poeta mimographus sub Antonino principe apud Spartianum. Pomponius item Marullus grãmaticus Romæ profitebatur, sermonis Latini exactor molestissimus: quum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Asteio Capitone, & esse illud Latinum, & si non esset, futurum certe etiam inde mentitur (inquit) Capitoitu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, verbis non potes. Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in cum epigrammate ostendit,
Qui caput ad lævam didicit, glossemata nobis
Præcipitios nullam, vel potius pugilis. Suet. de Cla. Rhet. 11.

Mas, maris, m. g. (ἄρρην, ἄρσην, ἄρσενος,) Cui contrarium est Fœmina. Liuius, 8. bell. Pun. 57. Cæte porcus biceps, & agnus mas, idemque Fœmina. Cicc. 1. de Natu. deor. 192. Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ sunt.

Admittere marem, Vide ADMITTO.
Intromittere mares in fœminas, Vide INTROMITTO.
Mutari in marem, Vide MVTO.
Parere marem. Ouid. 9. Metam. 136.
Permittere maribus fœminas, Vide PERMITTO.
Vitellus mas. Horat. 2. Serm. satyr. 4. 3.
Animi mares. Horat. de Arte, 81.
Masculus, masculi, pen. corr. m. g. (ἄρσην, ἄρσενος,) Diminutiuũ, inquit Festus. Plaut. Cistel. 10. 40. Bona fœmina, & malos masculus hic te volunt.
Masculus, Adiectiuũ, (ἄρσενος, ἄρρενος,) pro Forti & vehemẽti aliquando accipitur, vt vult Nonius: Varro, Si non plus testiculorum offenderis quàm in castrato pecore in Apulia, vincor non esse masculum ad rem.

Apud Horatium 1. epist. 20. 6. legitur Mascula Sappho, pro virili.
Mascula bilis. Persius Saty. 5. 15.
– calido sub pectore mascula bilis
Intumuit, quam non extinxerit vma cicuti.
Proles mascula. Horat. 3. Carm. ode 6. 8.
Masculum thus. Plin. lib. 12. cap. 14. 8. de thure, Creditur & nouellæ arboris candidius, sed veteris odoratius. Quidam & in insulis melius procigignit. Iuba in insulis negat nasci. Quod ex eo rotunditate guttæ pepedit, masculum vocamus, quum aliàs non ferè mas vocetur, vbi nõ in fœmina Religioni tributum ne sexus alter vsurparetur. Masculum alii qui putant à specie testium dictum. Ouid. de medicamine faciei, 19. Virg. 8. eclog. 13.
Masculinus, pen prod. Adiectiuum, (ἀρσενικός,) Quod masculum est: vt Rapum masculinum & fœmininum. Plin. lib. 18. cap. 13.
Masculina & fœminina vocabula dici melius est secundùm Græcorum quoque consuetudinem, inquit Festus.
Masculesco, masculescis, (ἀρρενοῦμαι,) masculescere, Masculum fieri. Plin. lib. 18. cap. 13. de rapis & napis loquens, Genera eorũ Græci duo peperere, masculinum fœmininumque, & ea serendi modo ex eodem semine. Densiore enim satu masculescere, item in terra difficili.
Masculetum, pen. prod. (μασκυλῆ, κυόκλαυμον,) Locus in quo plantæ vinearum masculæ consitæ sunt. plantæ autem masculæ sunt quæ non subiugantur, vt palmites alios emittant, sed altius crescant, & in alium attolli dimittuntur. Plin. lib. 17. cap. 22. 14. de vinearum putatione. Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iunculos vocant, vt faciat quæ masculeta appellant.

MASALIA, (μασσαλία,) Cretæ fluuius, Ptolemæo libro. 3. cap. 17. Hodie Mesaua.

MASINISSA, (μασσανάσσης,) Numidarũ rex in Africa primùm Popili Romã hostis capitalis fuit: deinde amicissimus effectus, vsque ad hostis vitæ persecuerauit. De quo multa Liu. 7. bel. Pun. Suidas habet Masanissa. Ouid. 6. Fasto. 154.
– superat Masanissa Syphacem.
Masnulla annos nonaginta natus, quum iter ingressus erat, in equum omnino non ascendebat: quum equo, ex equo non descendebat, nullo omnino nen ascendebat: quum equo, ex equo non descendebat, nullo omnino nen ascendebat: quum equo, ex equo non descendebat, nullo omnino nen

Universidad de Deusto
Biblioteca

est familiâs ad imitationem Græcorum, qui fœminarum in apurum
dæmentum genitiuos in as mittunt. Dicimus tamen & materfamiliæ,
& materfamiliarum. Est autem materfamiliâs (vt docet Gellius lib. 18.
cap. 6.) ea sola quæ in mariti manu mancipioque est, aut in eius, in cuius
mariti manu mancipioque esset quoniam nõ in matrimonium tantũ,
sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venisset. Festus,
Materfamiliæ non antè dicebatur, quàm vir eius paterfamiliæ dictus es-
set. nec possunt hoc nomine plures in vna familia, præter vnã appella-
ri. Alii matremfamiliâs dicunt esse eam, quæ honestè & cum dignitate
viuit. Vlpianus de Verborum signif. L. Pronuntiatum, Matremfamiliâs
accipere debemus eam, quæ non inhonestè vixit. matrem enim fami-
liâs à cæteris fœminis mores discernunt atque separant. proinde nihil
intererit, nupta sit, an vidua: ingenua sit, an libertina. nam neque nu-
ptiæ, neque natales faciunt matresfamiliarum, sed boni mores. Alia
exemplaria legunt matresfamiliâs. Idem de Liberis exhibendis, L. De-
inde, Quum audis matremfamiliâs, accipe notæ authoritatis fœminã.
Papinianus ad Legem Iuliam, de Adulteriis coercendis & stupro. L. Ma-
ter autem familiâs, Mater autem familiâs significatur non tantùm nu-
pta, sed etiam vidua.

Petulanter facimus, si matremfamiliâs, secus quã matronarũ sanctitas po-
stulat, nominamus. Cic. pro Cælio, 23.

Species & forma vxoris est materfamiliâs. Cic. in Topic. 7. Genus est enim
vxor: eius duæ formæ, vna matrumfamiliâs, &c. altera earum quæ tan-
tummodo vxores habentur.

Materfamiliâs, pro Vxore. Liu. 4. bel. Macedon. Et quum tibi viro liceat
purpura in veste stragula vti, matremfamiliâs tuam purpureum amicu
lum habere non fines?

Iusta materfamiliâs, & Pellex, contraria. Liu. 9. bel. Mace. Hunc iusta ma-
trefamiliâs, illum pellice ortum esse. Vide IVSTVS.

Materfamiliâs quoque dicitur, quæ est sui iuris & emancipata. Vlpian, in
L. Post mortem. ff. De adopt. & eman.

Mater matuta, (ματνοῦς (α,) Aurora dicitur, quam antiqui, teste Festo, ob
bonitatem ita appellabant.

Matermatrima, pen. corr. dicitur, quæ quum mater sit, habet adhuc matrẽ
viuentem. Festus.

Matrõna, matrõnæ, pen. prod. (ἀνὴρ οὐδὲ ἐπιστοινε γυνή,) dicitur (inquit Gellius
lib. 18. cap. 6.) quæ in matrimonium cum viro conuenit, quoad in eo
matrimonio manet, etiamsi sibi liberi nondum nati sint. Dictaque est à
matris nomine, non adeprosiam, sed cum spe & omine mox adipiscen-
do. Vnde ipsum quoque matrimonium dicitur. Plaut. Cas. 14. 22. Non
matronarum est officium, sed meretricum,
Viris alienis, mi vir, subblandirier. Cic. 1. de Finib. 18. Tanquã meretri
cem in matronarum cœtum. Liu. 9. bel. Pun. 70. Matronæ primores ci-
uitatis. Ouid. 1. Metam. 94. Senserat hoc olim magni matrona tonãtis.

Idem 6. Fast. 7. Si torus in pretio est, dicor matrona tonantis. Verba sunt
Iunonis, quæ vxor est Iouis.

Matrona pudicior. Ouid. in Ibin, 71.

Partus matronarum. Cic. 5. de Nat. deor. 63.

Sanctitas matronarum. Cic. pro Cœlio. 23.

Constuprare matronas, Vide CONTVPRO.

Matrona meretrici dispar. Horat. 1. epist. 19. 1.

Opulentæ optimates matronæ. Cic. Tusculan. lib. 7. 6. 3.

Pollens matrona. Ouid. 5. Metam. 102.

Matronãlis, & hoc matronãle, pen. prod. Adiectiuum, (γυναικῶος,) Quod
matronæ est. Plin. epist. 1. 11. 2. Nondum annos quatuordecim impleue
rat, & iam illi anilis prudentia, matronalis grauitas erat. Sic apud Liui.
4. bel. Maced. 28. Matronale decus. Et 6. bel. Punic. 14. Et apud Colu-
mellam lib. 12. in Proœmio, 6. Matronalis labor.

Matronales genæ. Ouid. 2. Fast. 166. – de Lucretia,
Quæque potest narrat, restabant vltima, fleuit:
Et matronales erubuere genæ.

Matralia, (ματρῳῶλια,) festa erant matronarum, à quibus excludebãtur
famulæ. Vide Ouidium lib. 6. Fast. 95.

Ite bonæ matres, vestrum matralia festum,
Flauaque Thebanæ reddite liba deæ. Celebrabantur 111 No. Iunii.

Matrimonium, matrimonii, (ἐπιγαμία, συζυγία,) Maris & fœminæ coniu
gatio. Plinius. epist. 219. Eoque magis liberos concupisco, quos habere
etiam illo tristissimo seculo volui, sicut potes duob' matrimoniis meis
credere. Cice. 5. Verr. 143. Vectius tous affinis, cuius sororem habes
in matrimonio.

Cupitor matrimonii. Tacit. lib. 12. Neque tamen repertus est, nisi vnus
talis matrimonii cupitor.

Dignitas matrimonii. Cic. pro Cluentio, 16.

Ius matrimonii castum & legitimum. Cic. pro Cluent. 139.

Iustum matrimonium. Quintil lib. 5. cap. 11. 25.

Stabile & certum matrimonium. Cic. 2. Philipp. 61.

Violata matrimonia. Quintil. lib. 5. cap. 11. 7.

¶ Abire ex matrimonio, Vide ABEO.

Accipere aliquem in matrimonium. Tacit. lib. 12.

Amare in matrimonium, Vide AMO.

Collocare aliquem in matrimonium. Cic. 1. de Diuin. 167.

Ducere in matrimonium aliquam. Cic. pro Cluent. 18. & 58.

Exturbare aliquam matrimonio. Tacit. libro. 11. Nam in C. Silium iuuen
tutis Romanæ pulcherrimum ita exarserat, vt Iuliam Syllanam nobi-
lem fœminam matrimonio eius exturbaret. De Massalinæ adulterio ei
C. Silio loquitur.

Iuncta matrimonio puella, Vide IVNGO.

Coniungere secum aliquam in matrimonio. Curtius libro. 6. Tunc Cenus,
quanquam Philotæ sororem matrimonio secum coniunxerat, tamen
acrius quàm quisquam in Philotam inuectus est.

Iungere secum aliquam matrimonio. Curtius lib. 5. Et Madathes sororis fi
liam secum matrimonio iunxerat.

Locare aliquam in stabili & certo matrimonio. Cicero, 2. Philipp. 61.

Tenere aliquam matrimonio. Tacit. lib. 15.

Matertera, materteræ, penu. corr. (μητρομακρογυνήτη,) Matris soror, quã
mater altera, inquit Festus. Plaut. Curc. 144.
Pater istum meus gestauit. PL. at pol mea matertera,

Mater ei vtendum dederat. Cice. 2. de Orato. 2. Et 1. de Diuina. 168.
Ouid. 1. Metam. 150.
– tu tantum fida sorori
Esse velis, prolisque meæ matertera dici. Pers. Satyr. 3. 4.
Ecce auia, aut metuens diuûm matertera, cunis
Exemit puerum.

Matruelis, huius matruelis, pen. prod. (ἀνεψιός,) Ex matris fratre natus. Le
L. prima, Ad Legem Pompeiam de Parricidiis

Matresco, matrescis (μητριῶ (ω,) matrescere, Matri similem fieri. Pacuuius
Dolorescite, Vtinam nunc matrescam ingenio, vt meum patrem vicisse
queam. Nonius.

Matrimus, matrimi, pe. corr. Cuius mater adhuc viuit, vt ait Festus. Cicero
de Aruisp. resp. 10. An si ludus constitit, aut tibicen repente concinuit,
aut puer ille patrimus & matrimus si terram non tenuit, &c. Liu. 7. bel.
Maced. 12. Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes, matrimi
ad id sacrificium adhibiti.

Matrix, matrĭcis, pen. prod. fœ. g. Fœmina quæ fœtus grata tenerum. Or-
lumella, Sint ergo matrices robusti corporis, quadratæ, pectoribus am-
gnis capitibus. Idem lib. 7. cap. 3. 11. Vt eadem ratione matrices inuen-
tur. Varro 3. de Re rust. ca. 5. 11. Habeo tauros totidem quot Attica,
ad matrices septuagintaduas, vnum anniculum, alterum biuum.

Matrix arbor. Suet. in August. cap. 94. Ex ea arbore continuò cuta lodi
les, adeò in paucis diebus adoleuit, vt non æqupararet modò matrices,
verum etiam obtegeret. Matricem arborem dicit, ex qua flaboni in-
creuerunt. Matricem autem arboris appellat Theophrastus, quod in
medio ligni vel caudicis, tertium è caule continetur, quæ à nonnullis
cor, ab aliis medulla dicitur.

Matricem, (μήτρεον,) medici accipiunt pro vtriculo qui in fœminis ipsius
est vesicæ, & ad progenerandum aptus est. Plin. lib. 27. cap. 10. Matricem
autem & stomachum decocta in vino sanat.

Matricida, matricidæ, pen. produ. (μητροκτόνος,) Qui matrem occidit.
Cic. de Aruisp. responsis, 35. Non sunt illi ciulatus & gemitus Pelias-
tæ tam miseri (quanquam sunt acerbi) quàm illa exoletio Adrastorum,
& quàm somnium matricidarum. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. Quis
scribis certissimum matricidam.

Matricidium, (μητροφονία,) Actus ipse. Cic. 1. de Inuent. 56. Orestes fe-
cutetur matricidii, &c.

Materia, materiæ, (ὕλη, ὑπόθεσις,) vel Materies. materiei, Fe. Dil
qua aliquid fit. vt Materia libri, membrana & atramentum.
Quintil. lib. 7. cap. 1. Opera extruentibus satis non est saxa & materiam
& cætera ædificanti congerere vtilia, nisi disponendis eis collocandisque
artificium manus exhibeatur.

Rudis materia, Id est primum chaos. Lucan. lib. 2. 2.
Siue parens rerum, cum primum informia regna,
Materiamque rudem flamma cedente recepit.

Decoquunt anni materiam, Vide DECOQVO.

Materies non suppetit. Plaut. Epid. 2. 35.
– tum ille prognatus Theti,
Sine perdat: alia apportabunt ei Nerei filiæ.
Id modò videndum, vt materies suppetat scutariis:
Si in singulis stipendiis ad hostis exuuias dabit.

Materia libri, siue etiam materies: (nam vtrunque recte dixeris) hypothe-
sis ipsa, & argumentum quod vocant. Horat. de Arte, 8. Sumite materiã
vestris, qui scribitis, æquam Viribus. Plin. epist. 179. Illi enim & copio-
sissimum ingenium, & par ingenio materia: quam tam varietas rerum,
quàm magnitudo largissimè supperebat. Suet. de Claris grammat. 17.
Ad exercitandã discentium ingenia æquales inter se committere fabu-
bat, proposita non solùm materia, quã scriberent, sed & præmio quod
victor auferret. Plautus Milite, 17. 4.
Nonquam ego tam sensi amari, quàm nunc ab illa muliere.
PA. Quid iam? PY. vt multa verba feci? vt lenta materies fuit? Plin. epist.

210. 2. Incidi in materiam veram, sed simillimam fictæ, dignamque isto
lætissimo, altissimo, planeque poetico ingenio. Cic. pro Rosc. Amer.
54. Exeoim in singulis rebus eiusmodi materies est, vt dies singulos pos
quad horaria, crescit mihi quidem materies, vt dicit, sed, &c. Idem 3.
de Oratore, 31. Quandoquidem in ea versatur orator, atque ea est ei
subiecta materies, omnia, &c. Quintil. lib. 10. cap. 1. Id ego fatè, quoniã
ad præsentem materiam nihil attinet, tniudicatum reliquo.

Nitor materiæ. Quintil. lib. 3. cap. 8. 42. Ita quum verba rebus aptentur, ip
so materiæ nitore clarescunt.

¶ Abundantior, atque vltrà quàm oportebat fusa materia. Quintilianus
lib. 2. cap. 4. 5.

Compositæ materiæ ad ostentationem. Quintil. lib. 3. cap. 7. 3.

Deliberatiuæ materiæ. Quintil. lib. 2. cap. 1. 2.

Fœlix materia in carmina Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 4.

Gracilis materia. Ouidius, 1. de Ponto, eleg. 5. 6. Materiæ gracili suffi
cit ingenium.

Huberior materia. Quintil. lib. 3. cap. 11. 17.

Ingens materia ad dicendum. Quintil. lib. 2. cap. 4. 14.

Iocosa materia. Ouid. 1. de Remed. amor. 78. Si mea materiæ respondet
Musa iocosæ.

Luculenta materia, Vide LVCVLENTVS.

Mortales materiæ. Tacit. lib. 12. Prophanos, qui deûm imagines mortali-
bus materiis in speciem hominem effingant.

Multiplex, variaque materia. Quintil lib 2. cap. 4. 15.

Performata materia, Vide PERFORMO.

Plurima ad fingendum, credendumque materies. Tacit. lib. 17.

¶ Aperiens se latius materia. Quintilianus in Proœmio, libro 1. 3. La-
tius se tamen aperiente materia, plus quàm imponebatur oneris spon-
te suscepi.

Crescit mihi materies scribendi, Vide CRESCO.

Destinata materia ad scribendum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 8.

Detrahere materiem sceleri. Tacit. lib. 15.

Dicere materias fictas. Quintil lib. 1. cap. 4. 29.

Dictate materias quas imitetur puer. Quintil. lib. 1. cap. 4. 9.

Dare materiam exordio. Quintil. lib. 4. 1. 8.

Præformatam materiam dare secundum cuiusque vires. Quintilianus
libro, 1. cap. 6. 3.

Dare alicui respondendi materiam. Quintil. lib. 6. cap. 3. 56.

Duplicat materiam. Quintilia libro 2. cap. 4. 16. De comparationis
exercitatione.

Fingere materias veritati quam simillimas. Quintilianus lib, 2. cap. 10. 3.

Expatientur, & gaudeant materia. Quintil. lib. 1. cap. 10. 4.

Præbuit iuueni materiem adipiscendi fauoris. Tacitus.

Vita materiem præbet malis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 10.

Præbere materiam suo damno. Ouid. 2. Metam. 43.

Amori materiam quærere. Ouid. 1. de Arte, 10.

Relinquere materiem Drusi fratris gloriæ. Tacit. lib. 2.

Scribere de integro materiam retractatam. Quintilianus libro 2. ca-
pi. 4. 10.

Suggerere materiam. Quintil. lib. 5. cap. 7. 6.

Opus superat materiam. Ouid. 2. Metam. 1.

Trahere materiam à re aliqua. Quintil. lib. 4. cap. 1. 38.

Superant materia. Celsus lib. 3. cap. 4. Minui ergo tantum materiam supe
rantem oportet, quæ naturaliter digeritur, vbi nihil noui accedit.

¶ Materia beneficiendi. Plinius in Paneg. 61, Delibasse quædam,
seu potius demonstrasse contentus, largam, ac propè intactam bene-
faciendi materiam filio reseruauit. Idem epist. 159. c. Hoc tunc votum
Senatus, hoc præcipuum gaudium populi, hæc liberalitatis materia gra
tissima, si Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egestio-
ne contingeret.

Mali materia. Horat. 3. Carm. ode 24. 10.
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali Mittamus.

Ea vetustissima militaribus odiis materies. Tacit. lib. 1.

Materia domus, Calx, lapides, ligna, tegulæ.

Materia campusque tuis laudibus profitemur, Vide PROSTERNO.

¶ Materiæ etiam appellatione, ligna omnia comprehendunturi quòd
Greci ὕλην, & sylam & materiem vocent. Liuius, Multam materiam ce
ciderat miles. Cato de Re rust. cap. 17. Robur, materies item pro ridi-
ca, vbi solstitium fuerit ad brumam, semper tempestiua est. Cætera ma-
teries quæ semen habet, quum maturum semen habet, tum tempestiua
est. Idem cap. 31. Prelum de carpino atra potissimum facito. At vl-
meam, pincam, nucam, hanc atque aliam materiem omnem quum ef-
fodies, Luna decrescente eximito post meridiem sine vento Austro.
Cice. pro Milone, 55. Repente lyotribus in eam insulam materiam, cal-
cem, cæmenta atque arma conuexit. Sic Liuius 1. ab Vrbe, 34. Colum.
lib. 10. cap. 2. Materiex si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguẽ per

quadrata debet pedum XX.

Incorrupta contra omnia vitia materia, Vide INCORRVPTVS.

Materiem pro ligno quod est inter corticem accipit Columella lib. 5. ca.
11, dicens, Cuneum ferreum vel ossum inter corticem & materiẽ con
sederate demittito, ne lædas, aut rumpas corticem.

¶ Materia, Palmes qui de nouello nascitur, & in tenero alligatus depen-
det. Colu. lib. 5. cap. 6. Alterum est genus palmitis quod de nouello na
scitur, & in tenero alligatum dependet, materiam vocamus, ea & fru-
ctum & noua flagella bene procreat: & iam, si ex vno capite duæ vir-
gæ summittantur, tamen vtraq; materia dicitur.

¶ Materies, de equis etiam dicitur. Colu. lib. 6. cap. 27. Equinum pecus
tripartitò diuiditur: est enim generosa materies, quæ circo sacrisq; cer
taminibus equos præbet.

Materiarius, materiarii, (ὑλουργός) Faber lignarius, vel qui materiam ſpi-
star. Plautus Milite, 12. 46.
Adsunt fabri, architectiq; eam quidem ad rem haud imperiti.
A. Si non nos materiarius temoratur, quod quidem opus est,
Noui indolem nostri ingenii, cito erit parata nauis.

Materiarius, Adie. (ὑλουργικός,) vt Materiarius faber, Lignarius: & Ma-
teriata fabrica, Lignaria. Plin. lib. 7. cap. 56. 8, Fabricam materiariam
Dædalus, & in ea ferram, alcam, &c. inuenit.

Materiaria incrustatio, est quod vulgò lambritium vocant. Bud.

Materiari, (ὑλίζεσθαι,) ea forma dictum qua Lignarii idemq; significant,
teste Siponino. Cesar 7. bel. Gall. 288. Erat eo tempore & materiari
& frumentari, & tantas munitiones fieri necesse.

Materiãtus, pen. prod. Adiectiuum, (ὑλωτός,) Cic. 3. Offic. 70, Vendat
ædes vir bonus propter aliqua vitia quæ ipse norit, cæteri ignorent:
pestilentes sint, & habeantur salubes: signoretur in omnibus cubiculis
apparere serpentes: malè materiatæ, ruinosæ: sed hoc præter dominũ
nemo sciat. Malè, inquit, materiatæ, Id est compositę ex mala materie,
vt ex lignis non cæsis tempestiuè.

Materiatio, & materiatũra, pen. prod. (ὑλωσις,) apud Vitruuiũ legitur
lib. 4. ca. 2, In ædificiis omnibus insuper collocat materiatio varia vo-
eabulis nominata. Paulo post, E quibus rebus, & à materiatura fabrili
in lapideis & marmoreis ędium sacrarum ædificationibus, &c.

Materis, huius materis, fœmin. gener. Teli genus post lanceam
longus. Sisenna, Gallia materibus, Sueui laucibus confi-
gunt. Nonius.

Maternus, Matertera, Vide MATER.

Mathesis, huius mathẽsis, pen. prod. fœm. gen. vel Mathẽma, pen.
prod. mathematis, Græcè μάθησις, μαθήματος, uel μάθη-
μα, μαθήματος, Latinè disciplina dicitur. Ad disciplinam spectant geo
metria, musica, arithmetica, astrologia. Et hæ mathematicæ scientiæ,
disciplinæ dicuntur: eo quod discantur planè, & per demonstratio-
nem quandam percipiantur. Philosophia verò, logica, cum altis, non
dicuntur disciplinæ, quia non firmissima demonstratione, vt illæ, sed
ratione quadam & studii inuestigatione percipiuntur. Alias Mathe
matici vocantur genethliaci, astrologique, & qui Chaldæi vocantur,
quorum ars est vt naturas hominũ ex vultus inspectione pronuntiẽt.
Cic. 1. de Orat. 6, Quis ignorat, ii, qui mathematici vocantur, quãta in
obscuritate rerum, & quàm recondita in arte, & multiplici, subtiliq;
versentur? Idem 5. de Finib. 13, Vt ad minora veniam, mathematici,
poetæ, &c. Gellius lib. 1. cap. 9. de ordine disciplinæ Pythagoricæ,
Tum verba facere, & quærere, quæque audissent, scribere, & quæ ipsi
opinarentur, exponere potestas erat: ii dicebantur in eo tempore μα-
θηματικοί, scilicet ab iis artibus quas iam discere atque meditari in-
cœperant: quoniam geometriam & gnomonicam, musicam, cæteras-
que item disciplinas altiores, μαθήματα veteres Græci appellabant.
vulgus autem quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, ma
thematicos dicit.

Nota mathematicis genesis tua. Iuuen. Sary. 14. 15.

MATINVS. pen. pro.) ματῖνος,) Mons est Calabriæ, authore Porphy
rio. Lucan. lib. 9. 37. –& calidi lucent Buxera Matini.

Matinus, Adiect. (ματῖνος,) vt Apis Matina. Horat. 4. Carm. ode 2. 6.

Cacumina Matina. Horat. Epod. 16. 6.
–quando Padus Matina lauerit cacumina.

Matralia, Vide MATER.

Matricaria, Vide AMARACVS ET PARTHENIVM.

Matresco, Vide MATER.

Matricida, Matrimus, Matrimonium,
Matrix, Vide MATER.

Matrona, Matronalis, Vide MATER.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MATRONA, pen. corr. (μάτρωνα,) fluuius Galliæ, ortus in finibus Lingonum, & Celtas à Belgis separans. cuius multa deseribuntur apud Cæsarem. Vulgò Marne. Ausonius in Mosella,

Non tibi sit Liger anteferet, non Axona præceps:
Matronæ non Galli Belgisque interfita fines.

Matta, matræ, (ψίαθος, φορμός,) Storia vel teges, in quibus stuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut aliud aliquid simile intertum est: fiuntque interdum è canabe, aut scirpo. Ouid. 6. Fast. 136.

At dominus, discedite, ait. plaustroque morantes
Sustulit, in plaustro scirpea matta fuit.

Mattea, Vide MATTYA.

Mattici, (ματτύω,) cognominantur homines malarum magnarum, at oribus latè patentibus. Festus.

Mattya, Mattyæ, (ματύη,) primæ declinationis: vt ait Georgius Merula, dicitur quodcunque pretiosum edulium. At Calderinus dicit Mattea cum e secunda vocali, neutrum plurale, condimentum esse carnium vnctum. vnde Matteolicus, id est Gulosus. Cælius verò lib. 9. cap. 12. Mazam, inquit, putant ex farina, oleo, & aqua confici solitam. Suidas etiam ex Lattere vnde mox paulo nata & Mattya est: dictaque eo nomine pretiosa omnia edulia, vt scribit Athenæus. Hinc illud Martialis lib. 13. 92. Sunt qui ita legant,

Inter aues turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes mattya prima lepus. Verba autem Athenæi quæ à Cælio allegata sunt, lib. 14. leguntur, vbi & inuentum à Thessalis hoc esse inquit. Cæterùm lib. 4. inter ἐπείσακτα seu τρόχιμα τὰ numerat, & significatione idem esse inquit. Sunt aut ἐπείσακτα quæ post cœnam apponi solent: Latini bellaria vocant, & secundas mensas, nonnunquam etiam peregrina voce, tragemata. Suet. in Caligula, cap. 38. videtur mateas appellasse, nisi forte mendosus sit locus.

Matula, matulæ, pen. corr. (ἠμίς,) Vas aquarium, siue ad aquam tenendam. Plaut. Mostell. 6. 38. Iam hercle ego vos pro matula habebo, nisi matulam datis.

Matulam pro meticuloso, vanoque accipere videtur Plautus in Persa, 15. 67.

Tacen', an non taces? nunquam ego te tam esse matulam credidi:
Quid metuis?

Matella, matellæ, fœm. gen. (ἠμίδιον,) Diminutiuum à matula, Est aquarium vas, inquit Nonius. Plaut. Amphit. Nec tu postules matellam vnà tibi aquæ infundi in caput. Varro Endymionibus, Diuitum aphocaschias ad communem reuocat matellam.

Matella, Vas in quod vrinam reddimus. Mart. lib. 10. 11. in Calliodorum,

Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es.

Matellio, matelliônis, m. g. (σκαφίον,) Diminutiuum à matulla, inquit Festus, & Varro de Lingua Lat. Idem de vitis Patrum, Postularet truellum, matellionem, peluim. Cicc. in Parad. 48. Si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissimè tractantem, &c. Sic Cato cap. 10. 2.

Maturus, pen. prod. Adiectiuũ, (ὡρῶν, ὡρεμῶν, πέπων, πέπερος, πυρεκαίος,) Proprie de frugibus dicitur, quod neque crudum, neque mite, neque caducum, neque nimium coctum, sed in tempore tèperatũ prouenit: vt Poma matura. Cic. de Sene. 65. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auellitur: si matura & cocta, decidunt.

Arbuta fiunt matura. Lucret. lib. 5. 188.
Albescit messis maturis aristis. Ouid. 5. Fast. 72.
Fœtus maturos edere. Ouid. de Nuce, 19.
Fruges maturæ. Virg. eclog. 3. 16.
Vuæ maturæ vinitor. Virg. 10. eclog. 8.

Maturus æui, per translationem, pro Sene quandoque accipitur. Virg. 5. Aeneid. 15; – æui maturus Acestes.

Animi maturus. Virg. 9. Aeneid. 50. Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.

Animo maturus & æno. Ouid. 8. Metam. 124.
Annis maturus. Tacit. lib. 1. Ouid. 14. Metam. 123.
Militiæ maturus. Liuius, libro. 1. Decad. 5. Cuius magna pars matura militiæ esset.
Hic sponsæ maturus, illa marito. Stat. 3. Sylu. 1. 36.
Ad arma maturus. Silius lib. 16. 132.

Maturus cibo. Plin. lib. 11. cap. 27. 1. Ita vocatur priusquam cibo matura sit iam tum colorem mutans. De olea druppa.

¶ Consilium maturum. Claud. de bello Get. 24.
Dies matura. Lucret. lib. 4. 108. Id est tempus maturum.

Facultas maturior dicendi. Cicc. 1. de Orato. 47. Non despero fore aliquem aliquando qui & studio acriore, quàm nos sumus, atque fuimus, & otio ac facultate discendi maiore ac maturiore & labore atque industria superiore, &c.

Viro matura filia. Virg. 7. Aeneid. 11.
Funeri maturo propior. Horat. 3. Carm. ode 15. 1.

Gloria matura. Liu. 2. ab Vrb. 32. Cõsul laudare fortunam Collegæ, quòd liberata patria in summo honore pro Rep. dimicès, matura gloria, nondum se vertente in inuidiam, mortem occubuisset.

Homo maturus. Cic. de Clar. Orat. Ipse enim Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset & mitior.

Iudicium maturum. Cic. pro Cecinna, 5. Siquis quod spondit, qua in re verbo se vno obligauit, id non fecit, maturo iudicio, sine vlla religione iudicis condemnatur.

Libertas matura. Liu. 1. ab Vrbe, 201. Tulit enim & Romana regia scelleris tragici exemplum, vt tædio regum maturior veniret libertas, vbinamque regnum esset, quod scelere partum foret.

Oaus maturum auferre vtero. Ouid. 2. Fast. 91.
Probitas maturior æuo, Stat. 2. Sylu. 1. 8.
Partus maturus. Horat. in Carmine secul. 3.

Puer maturus alicui rei faciendæ. Quintil. libro, 2. cap. 1. 5. Nos puerum quærimus, quando is, quæ Rhetorice præcipit, percipiendis pueris maturus esse videatur.

Reditus maturus. Horat. 4. Carm. ode 5. 1.

Tempus maturum. Cic. ad Atticum, lib. 15. 23. 8. Non recuso id quidem, sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius. Idem 6. Philipp. 216. Venit tempus Quirites, ferire tyrannum, quàm dignum Pop. Romano fuit, sed tamen ita maturum vt differri iam hora non possit. Planeus ad Ciceronem, lib. 10. 8. 2. Optimè mentis cogitata iampridem maturo tempore enuntiare. Sic de Senectute, 69. Maturum tempus mortis.

Tempus maturum vino. Cellius libro, 4. cap. 11. Quòd si vehementer, & vomitus, & deiectio, & sitis vexant, & adhuc suberoda sunt quæ vomuntur, nondum vino maturum tempus est. Hoc est, vt ægroto detur vinum bibendum.

Tempore maturo adepta coniugium. Catul. in Car. nupt. 57. 1. 2.
Venter maturus. Ouid. 11. Metam. 63.

Matura viro virgo. Gellius lib. 11. cap. 7. Virginem habens iam maturum viro. Horat. 3. Carm. ode 6. 5.

Virginitas matura toris. Stat. 1. Achill. 69.
Maturior. Horat. 3. Carm. ode 17. 2.

Ah te meæ si partem animæ rapit Maturior vis.

¶ Maturum, significat aliquando festinum & repentinum. Cicc. 7. Verr. 115. Vt etiam illa vox & illa imploratio, cùm Romanus sum quæ sæpe multis in vltimis terris opem inter Barbaros & salutem tulit, eamne illis acerbiorem & supplicium maturius ferret.

Maturum malum. Plaut. Pseud. 5. 6.

– mittam hodie huic suo
Die natali malam rem magnam & maturam. Celsus, Ignaua, corpus habebat, labor firmatilla maturam senectutem, hic longam: illa diuitiam reddit.

Maturum ad excipiendum lachrymam. Celsus lib. 5. cap. 25. Quibusdam sylueſtris papaueris quum iam ad excipiendam lachrymam maturum est, manipulus qui manu comprehendi potest, in vas demittitur.

¶ Maturum facere, pro Citò expedire. Gel. lib. 3. ca. 7. Maturum cursum, si rem seruare vis, faciendum.

Maturissimus, penult. correp. Superlatiuum, (ὡρεμώτατος,) Columella libro 4. cap. 29. 4. Fœcundos & quàm maturissimos furculos vti deserere. Idem lib. 11. cap. 3. Horum autem ruborum semina quàm maturissima eligi oportet.

Maturrimus, pen. corr. Aliud superlatiuum. Tacit. lib. 12. Robur ætatis quàm maturrimum precari.

Maturitas, penul. corre. f. g. (ὡρεότης, ὡρία.) Tempus maturum. Cic. de Nata. deor. 178. Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque lucina illuminata grauiditates & partus afferat, maturitatesque gignendi. Idem 1. Tusc. 106. Commutationesque temporum quadripartita ad maturitatem frugum & temperationem corporum aptas. Cæsar 3. bello Ciuil. 109. Maturitas frumentorum.

Ingenii celeriter maturitatem assecutum. Cicc. 2. de Orat. 48. Non enim potest in eo esse succus diuturnus, quòd nimis celeriter est maturitatem assecutum. Hic de ingenio, per translationem loquitur.

Festinata maturitas occidit celerius. Quint. in Proœm. lib. 6. 9.
Inchoata maturitas, Vide INCHOO.

Maturitas animaduertendi. Cic. Dolabel. lib. 9. 14. 17. Vereri ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium consensu daret.

Maturitas ætatis. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 14. Hoc studium quotidie vegetiorem fecit, credo maturitate ætatis ad prudentiam. Idem ad Lepid. lib. 2. 7. 7. Etsi abest maturitas ætatis: iam tamen personare aures eius hominum vocibus non est inutile.

Prima dicendi maturitas. Cicero. de Claris Orator. 81. Quod ibi eo posui, vt dicendi Latinè prima maturitas, in qua ætate existitisset, posset notari.

Maturitas orationis. Cicero. de Claris Orato. 4. Quamquàm ipsa oratio iam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem, & quasi senecturem.

Maturitas sceleris. Cicero. 1. in Catil. 22. Sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris & audaciæ maturitas in nostri Consulatus tempus erupit.

Maturitas senectutis. Cic. de Senec. 30. Vt enim infirmitas est puerorum, & ferocitas iuuenũ, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas, naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat.

Maturitas virtutis. Cicero pro Cœlio, 60. Quæ studia in his iam ætatibus nostris contractiora esse debent: in adolescentia, tanquam in herbis, significant quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ.

Nondum est maturitas illud faciendi. Id est, Nondum est tempus maturũ. Cicc. ad Atticum, lib. 1. 15. 7. Iudaeorũ Senatusconsulti maturitas nõdum est. Idem ad Qu. fratrem, lib. 3. 24. 3. Sed eius rei maturitas neque dum venit, & tamen iam appropinquat.

Assequi maturitatem, Vide ASSEQVOR.

Capere maturitatem, Vide CAPIO.

Maturè, pen. prod. Adaeibium, (ὡρίως, κατὰ καιρόν, ἐπιτηδείως,) Tempestiuè, siue ad tempus. Terent. Eunuch. 2. 1. 2.

Fac ita vt iusti deducantur isti. P. fac iam. P. id. at diligenter.
P. Fiet. P. id. at maturè. P. fiet. Ibidem, 5. 4. 11.

Quomodo adolescentulus meretricũ ingenia & mores posset noscere?

Maturè, vt quum cognorit, perpetuò oderit. Vbi Donatus, Maturè, Citò, & ante tempus. Plaut. Curcul. 8. 10.

Qui homo maturè quæ fuit pecunia,
Nisi eam maturè parsit, maturè esurit. Cicc. pro A. Cecinna, 9. Sed hunc fructum maturè fortuna ademit: nam breui tempore M. Fulcinius adolescens mortuus est.

Maturè facere oculis. Plaut. Mil. 13. 43. Videũ tu illam oculis maturè facere, atque aucupium auribus? Id est vt festinat audire. Cic. 6. Ver. 86. Fores ædis effringunt, adeunt, custodesque maturè sentiunt.

Quæ si fuit sine mora, maturè eque decreta facilius, &c. Cic. 5. Philip. 205.

Maturè sic habet, vt nisi exercitum tantum quantum ad maximum bellum uitere soleris, maturè in has prouincias miseritis, &c.

Redeat maturè, repetatque relicta. Horat. 1. epist. 7. 20.
Venit ipse maturè. Cic. 3. Offic. 78. Et ad Brutum, 14. 5.

Maturè extollere aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus. Cic. 1. in Catil. 10.

¶ Maturius, Comparatiuum. Cicc. 4. Acad. 19. Quòd quidem & maturius venimus, quòd erat constitutum, &c. Idem 4. Verr. 28. Ille postero die mane quum multo maturius quàm vnquam antea surrexisset, iudices ci tari iubet. Ouid. 2. de Arte, 45.

Iussus adesse foro, iussa maturius hora
Fac semper venias, nec nisi serus abi.

Maturissime, penul. correp. (ὡρεμώτατα,) Superlatiuum cui Tardissimè opponitur. Dicitur etiam Maturrimè, per contractionem, quemadmodum Celerrimè. Cic. 3. de Orat. 42. Quippe qui omnium maturrimè ad publicas causas accesserim. Idem pro Cecinna, 5. Nam vt quæque res est turpissima, sic maximè & maturissimè iudicanda est: ea in qua existimationis periculum est, tardissimè iudicatur. Cæsar 1. bel. Gall. 137. Vt templum diuo quàm maturrimè occurrendum putabat. Tacit. lib. 15. Quibus rebus quàm maturrimè publica pecunia poneretur.

Maturo, maturas, pen. prod. (πεπαίνω, πέπτω,) maturare, Accelerare, ita vt adhibeatur industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus duobus contrariis fit maturitas, vt neque aliquid citius, neque serius fiat. Plaut. Epid. 13. 27. Opperire, dum effero ad te argentum. D. maturè. Terent. Heaut. 3. 1. 87.

Quod sensisti illos me incipere fallere,
Id vt maturent facere. Idem And. 4. 2. 32.

– tu Mysis dum exeo, paruumper opperire me hic. M. quapropter? D. Ita fiet opus. M. matura. D. iam inquam hic adero. Plancus Cic. lib. 10. 21. 4. Quum Hilarum flumen vno die ponte effecto exercitum traduxissem, pro magnitudine rei celeritate adhibens, quod petierat per literas ipse, vt maturarem venire, præsto mihi fuit stator eius cũ literis. Salustius, Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet. Liu. lib. 10. Inde comitiorum causa Romam profectus maturauit.

Maturare oua. Plin. lib. 9. 57. 1.
Maturare pomum. Plinius, lib. 16. cap. 25. 9. Floret prima omnium amygdala mense Ianuario, Martio verò pomum maturat. Idem libro, 17. cap. vlt. 2.

Dicimus (vt ex præcedentibus, & sequentibus exemplis est manifestum) Maturare, absolui, & Maturare rem aliquam. Cicc. ad Brutum, 10. 1. Quod vt faceres, idque maturares, magnopere deprecabar. Resp. Sic ad Catonem, lib. 15. 4. 13.

Annus in apricis maturat collibus vuas. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 4.

¶ Maturat arbor. Plin. lib. 16. cap. 25. 8. Serotino quædam germinatu floreant, maturantque celeriter, sicuti moras. Ibidem, cap. 17. 3. Amygdala enim & pyrus in senecta fertilissimæ, vt glandiferæ & quoddam genus ficorum, cæteræ in iuuenta, tardiusque maturantes: quod maximè notatur in vitibus. Idem lib. 17, cap. 2. 7.

Maturare & properare, Virg. 1. Georg. 53.

Frigidus agricolam si quando continet imber:
Multa, forent quæ mox cælo properanda sereno.

Maturare datur.

Maturare cœpta, Maturè absoluere. Liuius 4. bel. Pun. 56. Annibal collaudatos eos, oneratosq; ingentibus promissis, domum ad cœpta maturanda redire iubet.

Fugam maturare. Virg. 1. Aeneid. 29.

Maturare alicui mortem. Cic. pro Cluent. 136. Huic mortem maturabat inimicus, quod illi vnum in malis perfugium erat calamitatis.

Maturare mortem. Cels. lib. 7. cap. 26. In vesica verò non tutò vel hi cõquirantur vel attaliuantur: quoniam vbi illam conuulnerarunt, ex distentione neruorum mortem maturant.

Maturare proficisci, & Maturare facere funus. Liu. 2. ab Vrb. 161. Quid deinde, illud non succurrit, viuere nos q̃ maturrimus proficiscit? Idẽ 3. ab Vrbe, 180, Et Romam ferri protinus Siccium placebat, ni Decciuiri funus militare ei publica impensa facere maturarent.

Maturatum est ab eo. Liuius 2. ab Vrbe, 91. Nam & Volsci comparauerant auxilia quæ mitterent Latinis, ni maturatum ab Dictatore Romano esset.

¶ Maturare, Perficere. Quintil. in epist. ad Triphonẽ, Nam ipse eos nondum opinabar satis maturauisse: quibus cõponẽdis, vt scis, paulò plus quàm biennium impendi, Quidam legunt Maturuisse: idque rectius, nempe à verbo Maturesco.

Maturatus, penult. prod. Participium, (πεπαντῶν, πυκνούμενος,) Maturum factum. Cicc. de Senect. 48. Primò est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit.

Maturatum negotium, Accelleratum, aut perfectum. Et apud Plinium, Maturata concoctio, Perfecta.

¶ Maturato, ablatiuus iunctus cum hac dictione opus. vt Maturato est opus, hoc est celeritate & maturitate. Liu. 4. bel. Pun. 107. Sed quod, volebant, non q̃ maturato opus erat, gnauiter expediebant. Idem 1. ab Vrbe, 255. Vt cum singulis fidelibus amicis venisset: ita facto, maturatoq; opus esse, rem atrocem incidisse. Sic lib. 3. 117.

Maturitate, pen. prod. Aduerb. (ἐπιτηδείως,) Festinanter. Plaut. Milit. 14. 100. – iube Maturate illam exire huc. Liu. 2. bel. Maced. 58. Iussis cæteris, quantum maximè possent maturatè sequi.

Maturatè properare. Plaut. Pseud. 20. 50.

– at maturatè properanam propero. vides
Iam diei multum est?

Maturatio, Verbale, (ὄπτησις,) Author ad Herennũ, li. 3. 93. Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, & cæteras res.

Maturesco, maturescis, maturui, (πεφαίνω, ὑπεπτήσαι,) maturescere, Maturum fieri, A matureo deriuatur. Plin. lib. 11. cap. 11. Quum mella cœperunt maturescere, abigunt fucos. Columel. lib. 4. Nam & quæ maturescere incipiunt, tempestiuè leguntur: & quæ nondum maturitatem ceperunt vuæ, sine dispendio differuntur. Cæsar 6. bell. Gall. 102. Ipse, quum maturescere frumenta iniperent, ad bellum Ambiorigis profectus. Idem 3. bell. Ciuil. 94. Iamque maturescere frumenta incipiebant.

Lucos maturuit pleno anno. Ouid. 1. Metam. 39.
Annis nobilibus maturuit puella. Ouid. 14. Metam. 67.
Partus maturescunt septem nonnunquam, aut, vt plerunq; nouem lunæ curibus. Cic. 2. de Nat. deor. 100.
Libros nondum opinabar satis maturuisse. Quintilian. in epistola ad Tryphonem.
Vites maturescunt. Plin. lib. 16. cap. 25. 8. Quædam statim in germinatione florent, properantq; in eo, sed maturescunt tardè, vt vites.
In semen maturescere. Plin. lib. 18. ca. 16. 6. In semen maturescere prohibendum est, quia pabulum vitius est vsq; ad trimatum.
Maturescens, Participium (πεφαίνων,) Plin. lib. 21. ca. 3. 2. Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus.
Maturor, maturaris, (πεπαίνομαι,) Passiuum, eiusdem significationis cum Maturesco. Plin. lib. 15. cap. 18. 3. Contra nouissima sub hyeme maturatur chelidonia.

Matuta, matutæ, pen. prod. (λευκοθέα,) Aurora à nostris dicitur, quæ à Græcis λευκοθέα. Cicero 1. Tus. 44. Quid Ino Cadmi filia? nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habet à nostris? Dicta est quòd matutino tempori præsit. Seruius, Ino in Maturã versa est, quæ Græce dicitur Leucothea. Vide INO.

Matutinus, pen. prod. Adiectiuum, (πρωϊνός, ἑωθινός,) vt Tempus matutinum, pro Mane. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. 2. Itaq; quum bene completa domus est tempore matutino, quum, &c.

Alites matutini. Propert. lib. 1. eleg. 15. 10. Et matutinis obstrepit alitibus. Id est Gallis.

Dies matutini. Plin. lib. 8. ca. 32. ad finem, Quasdam nos principes fœminas scimus, omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matutinæ horæ, Apud Plinium.
Matutini pastus. Plin. libro, 17. cap. 17. 4. Matutinis pastibus quum est rosolenta Cypros.
Pruina matutina Propert. lib. 2. eleg. 10. 9.
Radius ignis subdita matutinis. Ouid. 1. Metam. 136.
Tempora matutina. Ouid. 13. Metam. 118.
Matutinæ vmbræ. Plin. lib. 16. cap. 13. 2.
Matutinis omnibus, pro quolibet mane. Plin. lib. 10. cap. 45. 1.
Cornus omnibus matutinis euolans in rostra.
¶ Matutino, pro Mane: & subauditur tempore. Plin. lib. 9. cap. 10. 2. Ferunt & pastum egressas noctu, auideque saturatas lassari, atque matutino summa in aqua obdormiscere. Idem lib. 7. cap. 55. 1. Nullis euidentibus causis obiere, dum calciantur matutino duo Cæsares.
¶ Matutinus homo. Virg. 8. Aeneid. 93. Nec minus Aeneas se matutinus agebat. Vbi Seruius, Rem temporis, ad personam transtulit.
Matutinum, matutini, pen. prod. Mané. Quintil. lib. 11. cap. 8. Pridie ad se venire litigatorem, aut eodem matutino iubent.

MAVORS, (Ἄρης,) (inquit Seruius) per epenthesim Mars dicitur: vt Nauita, pro Nauta: Imperator, pro Imperator. Ouid. 3. Fast. 35.
Sic ego: sic posita dixit mihi cassida Mauors. Dictus est porro Mauors, quod magna verteret. Author Cic. 2. de Nat. deor. 97.
Fortissimus Mauors. Ouid. 2. de Arte, 118.
Furibundus Mauors. Senec. Thyeste, 7. 3.
Inclytus Mauors. Virg. 11. Aeneid. 36.
Rigidus Mauors. Stat. 5. Sylu. 2. 7.
Sæuus Mauors. Silius lib. 7. 142.
Sanguineus Mauors. Virg. 11. Aeneid. 67.
Mauortius, Adiectiuũ, (Ἀρήϊος,) vt Cuspis Mauortia. Stat. 9. Thebai. 158.
Aetas Mauortia. Claud. de bel. Get. 7.
Facta Mauortia. Silius lib. 1. 11.
Mœnia Mauortia. Virg. 1. Aeneid. 56.
Terra Mauortia. Virg. 3. Aeneid. 3.

MAVRITANIA, (μαυρουσία, μαυρουσίη,) Africæ regio extrema, versus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antheus gigas regnasse dicitur, ab Hercule victus. Est autem duplex, Cæsariensis à Cæsarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Dictaque est Mauritania, à μαῦρος, quod est nigrum: quòd nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, struthiones, & elephantes.
Rex Mauritaniæ. Cic. pro Sylla, 42.
Mauri, (μαῦροι, μαυρούσιοι,) Populi qui Mauritaniam regionem incolũt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentiũ multitudine, in hæc loca peruenisse multi crediderunt, vt Strabo libro vltimo scribit. Salustius certe in Iugurthino, Mauros & Numidas, reliquosque qui maritimam Africam cultiorem reddiderũt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maximè autem rebus contra Iugurtham gestis innotuerunt. Vide Strabonem libro vltimo.
Incocti corpora Mauri. Silius lib. 17. 128.
Leues Mauri. Claud. 6. Paneg. 11.
Occidit Mauri. Lucan. lib. 3. 59.
Terrifices nigris prorumpit Maurus in armis. Silius lib. 7. 157.
Maurus, Adiectiuum, (μαῦρος,) pro Mauritanus, siue Mauritanicus. vt
Vnda Maura. Horat. 2. Carm. ode 6. 1. – vbi Maura semper
Aestuat vnda. Id est Mauritanica.
Maurusius, Adiect. (μαυρούσιος,) Ide: vt Arũdo Maurusia. Sil. lib. 10. 80.
Ar multa thorax perfossus cuspide: & hæreos
Loricæ interdum Maurusia pendet arundo. Id est Mauricum telum ab hoste Mauro immissum.
Præda Maurusia. Silius lib. 16. 111.
Tellus Maurusia. Claud. 3. Paneg. 56.

MAVSOLVS, pen. prod. (μαυσωλός,) dictio trisyllaba, fuit, inquit Gellius, vt Marcus Cicero ait, rex terræ Cariæ: vt quidam Græcarum historiarum scriptores dicunt, prouinciæ Græcæ Præfectus, quẽ σατράπην, Græci vocant. Is Mausolus vbi fato perfunctus est, & inter lamenta & manus vxoris funere magnifico sepultus est, Artemisia luctu atque desiderio mariti flagrans, ossa, cineremque eius mista odoribus, contusique in pulueris faciem, aquæ indidit, ebibitque: multaque alia violenti amoris indicia fecisse dicitur. Molita quoque est ingẽti impetu operis, conseruandæ mariti memoriæ causa sepulchrum illud memorati ssimũ, dignatumque memorari inter septem omnium terrarum spectacula. Hactenus Gellius lib. 10. cap. 18. De Mausoleo lege Plinium lib. 36. ca. 5. & Herodotum lib. 7. Martialis lib. 10. 63.
Marmora parua quidem, sed non cessura viator
Mausoli saxis Pyramidumque lege. Et
Mausoleum, pen. prod (μαυσωλεῖον,) tetrasyllabum, non Mausoleũ. Propert. lib. 3. eleg. 2. 4. Nec Mausolei dicas fortuna sepulchri. Hoc sepulchrum attollitur in altitudinem vigintiquinque cubitis, cingitur columnis triginta & sex. Ab hoc sepulchro, omnia pretiosa sepulchra, ex nomine eius mausolea dicuntur. Vnde Suetonius in Augusto, cap. 100. se

pulchrum Cæsarum appellauit Mausoleum, quod extruxit Augustus. Idem in Caligula, Duobus sorulis subuectos mausoleo intulit.

Maxilla, maxillæ, (παρειά,) Diminutiuum à mala, vt putauit Priscianus. Verũ Mala à maxilla fit per detractionem literæ mediæ, authore Cicerone in Orato. 86. Quomodo enim (inquit) vester Axilla, Alla factus est, nisi fuga literæ vastiorẽ quam literam etiam à maxillis, à taxillis, & vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit.
Maxilla, In qua fixi sunt dentes: quamis etiam de parte exteriore quindoque dicatur, quæ barbam emittit. Pers. Saty. 4. 4.
Tu, quum maxillis balanatum gausape pectas,
Inguinibus quare detonsus gurgulio extat?
Ordo maxillarum. Plin. lib. 11. cap. 37. 34. Vide ORDO.
Thesaurus maxillarum, Vide THESAVRVS.
Maxillaris, & hoc maxillare, pen. prod. (παρειαῖος, γναθικός,) Quod ad maxillam pertinet. vt Dens maxillaris, qui & Molaris dicitur. Plin. lib. 37. Maxillaresque ita sanari dentes præcipuè putant.

Maxime, pen. corr. Aduerbium superlatiui gradus à Magis, Vide MAGIS.

Maximopere, Maximus, Vide MAGNVS.

Maza, (μάζα,) quæ & massa dicitur, solet ex farina, oleo & aqua confici, aut etiam ex lacte, secundum Suidam. Vide dictionaria Græca.

MAZACA, pen. corr. (μάζακα,) ciuitas est Cappadociæ, teste Plin. lib. 5. ca. 108. 3 sub mõte Argeo quæ nunc Cæsarea. Inde Mazacæ populi, Cappadõ, lib. 6. cap. 7. Eusebius in Chronicis, Tiberius Archilao pulso, & Cappadociã in prouinciæ formam redacta, nominauit Cæsaream. Hinc
Mazacenius, & Mazaces, Mazacis, (μαζακηνός,) Suet. in Nerone, Tacit.
Mazacum.

Mazara, pen. corr Genus teli quo antiqui in bello vtebantur. Caesar 1. bel. Gal. 102. Et non solũ inter carros rotas, sed etiam
ras ac tragulas subiciebãt, nostrosq; vulnerabant. Liu. 7. ab Vrb. condita
105. Dum inter primores incautus agitat, læuo humero mazara prætraiecto, cesserat parumper ex acie. Quidã legit machæra, alii mazara.

MAZAX, (μάζαξ,) Africæ populus, qui in torquendis missilibus non
inferior Medis. Beroaldus in illud Lucani lib. 4. 137.
– æquaturusque sagittas
Medorum, tremolum quum torsit missile Mazax.

MAZERES, Cyri regis miles apud Herodotum.

Mazonomum, pen. corr. (μαζονόμον,) Græca dictio, qua laxiores grandior significatur, vt ait Acron, quo cibi conuiuia. Horatius 1. Serm. satyr. vltima, 18.
Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Membra grais. Varr. 3. de Re rust. cap. 4. 2. Vt in eodem rectio mithonis inclusum triclinium haberet, vbi delicatè cœnitaret, & alios vulcere ad
mazonomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos.

M E

Me, Accusatiuus, (ἐμέ,) ab Ego, mei.
Me, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui: vt Ennius, quum ait lib. 3.
Siquid me fuerit humanitus, vt teneatis, &c.

Meapte, Ablatiuus cũ syllabica adiectione: Mea propria, siue Meus.
ipsius. Terent. Heaut. 4. 3. 8.
Ita me di ament, vt ego nunc non tam meapte causa
Lætor, quàm illius.

Meabilis, Meatus, Vide MEO, meas.

Mecastor, Iurandi aduerbiũ. Festus, Mecastor & Mehercule, iurandum erat: quasi diceretur, ita me Castor, Ita me
Hercules. vt subauditur iuuet. Terent. Hecyra, 1. 2. 8.
– ô salue Parmeno.
ST. Salue mecastor Parmeno. Vbi Donatus, Olim salutãtes addebãt iurandũ, vt hoc sedulò facere viderentur. ME. aut adiectio est, & adiuratout positum est pro μὰ σὲ, vt Graeci μὰ τὸν ἀνάλωμα dicũt.

Mechanicus, mechanici, pen. cor. (μηχανικός,) Faber, opifex, ab ἐπὶ τὴν μηχανὴν, quod inuentionem significat. Suet. in Vesp. Augusto, ca. 18. Mechanico quoq; grãdes colũnas exigua impẽsa per dictum de Capitolium pollicenti, præmium pro commento nõ mediocre obtulit.
Mechanicus, Adiectiuum, (μηχανικός,) vt Ars mechanica, id est fabrilis.

MECOENAS, (μικκοινότης,) Equestris ordinis Hetruriæ regibus ortus. Horatio & Propertio authoribus. Propertius lib. 3. ad Mecœnatem.
Mecœnas Eques Hetruseo de sanguine regum
Intra fortunam qui cupis esse tuam. Hora. lib. 1. Carm. ode 1. 1. Mecœnatis edite regibus. Idem 1. Ser. saty. 1. Qui fit Mecœnas, vt nemo, quem satis
Aretini suum faciunt. Amicum insuper Cæsaris Augusti vel prouinciæ & poetarum ea tempestate amantissimum omnes fatentur. Deliciosum
præterea, non solùm cultu ac moribus, sed etiam stylo commentorum quare

quare eum Augustus Maecenum vocabat, exagitabatque frequenter vt Cocozelum, teste Tranquillo in Augusto, cap. 86.
Tenéri Mecœnates. Iuuenal. Saty. 12. 4. – vestem
Purpuream teneris quoque Mecœnatibus aptam.

Mecum, (μετ' ἐμοῦ,) Id est cum me. Cic. in Orat. 86. Ex eo est me cum, & tecum, non cum me, & cum te, vt esset simile illis
vobiscum atque nobiscum. Plautus Cistel. 8. 15.
– nihil mecum tibi:
Mortuus tibi sum: hanc vt habeo, certum est non amittere.
Indignabar mecum. Virgil. 2. Aeneid. 19.
Mecum simul. Plaut. Bacchid. 10. 2.
Rebus aliis antenortam Bacchis, quæ mandas mihi
Mnesilochum vt requiram, atque vt eum mecum ad te adducam simul.
Cicero ad Atticum, lib. 3. 48. 6. Atque vtinam iam ante vidisses, neque
torum animum tuum mœrori mecum simul dedisses.
Mecum vnà. Terent. Hecy. 1. 1. 56. Vt colloqui mecum vnà possit.
Mecum vnà simul. Terent. Heaut. 5. 1. 34. – hem
Cloria hæc fieri videbat M. quidni mecum vnà simul.
Mecum facit, Id est mecum sentit. Insuls E dicitur, Facit pro me. Cice. pro A. Cecina, 18. Rem & sententiam inter dicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat. Et paulo post, Nam verba ipsa sponsionis facerent mecum, si vellem diligenter attendere. Horat. 2. epistol. 1. 14.
Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. Ibidem, 1. 6.
– mecum facientia iura. Vide FACIO.
Mecum sentit, Idem. Terent. And. 2. 1. 26. – quid est?
B. Sponsam hic tuam amat. P. nae iste haud mecum sentit.
Mecum, Intra me, vel apud me. Terent. Hecyra, 1. 2. 32.
– Haud propterea te rogo
Vt hos proferam: sed vt tacita mecum gaudeam.

MEDEA, penul. prod. (μήδεια,) filia Aeetæ regis Colchorum, ex Idyia coniuge, vt vult Cicero 3. de Natu. deor. 61. Quæ Iasonem ex Thessalia cum Argonautis profectum amauit. Cui quum iurasset ille eam se nunquam relicturum, adiumento fuit, vt vellus aureum acquireret, & draconem occideret. Quum igitur cum Iasone clàm abiret, & pater eã persequeretur, vt illum retardaret, fratrem suum parulũ nomine Aegialem vel Abyrtum, quem secum habebat, occidit, & eius corpus membratim discerpsit. Quumque iam multis annis cum Iasone vixisset in Græcia, & aliquot filios ex illo suscepisset, Iason eam repudiauit, & Glaucam, siue Creusam, vt alii vocant, Creontis regis filiam duxit. Medea repudiata filios Iasonis occidit: & regiam incendens, Glaucam & Creontem exusit, Iason verò seipsum interfecit. Postea Medea facta est vxor Aegei regis Atheniensis. Deinde in Asiam refugit, vbi ex rege Medum filium suscepit, à quo Media prouincia appellata est. Vide Iustinum lib. 42. Fuit autem Medea venefica, & incantatrix insignis, Vnde dicitur Aesonem Iasonis patrem ex sene iuuenem fecisse suis herbis & carminibus. Vocatur etiam Aeetias à nomine patris, & Colchis à regione patria. Vide Ouidium lib. 7. Metam. & eundem epist. 12.
Medea illa quondam ex Ponto profugisse dicitur, quam prædicant in fuga, fratris sui membra in his locis, quà se parens persequeretur, dissipasse, vt eorum collectio dispersa, mœroque patris in celeritatem per se quendi retardaret. Cice. pro L. Mauil. 15.
Barbaræ Medeæ venena. Horat. Epod. 5. 14.

MEDICA, Medicis, penul. prod. Medicidis, penul. correp. Patronymicum fœm. gen. pro possessiuo. Ouid. 1. de Arte amandi, 21.
Non facient vt vincat amor, Medeides herbæ,
Missæque cum magicis Marsa venena sonis.

Mederga, (ἀεγεργία,) pro Ergame: interpositum est d, propter hiatum vocalium. Plaut. Epid. 9. 9.
– quasi quid filius meus
Deliquisset mederga.

Medeor, mederis, penul. prod. (ἀδέομαι, ἰάομαι, ἀλέξω, φαρμακεύω,) mederi, Deponens, A medius deducit Siponinus, quòd mediis quibusdam, hoc est temperatis rebus hoc fieri oporteat. Est autem mederi, Remedium afferre. Plin. lib. 11. ca. 3. 1. Malus Assyria, quam alii vocant medicam, venenis medetur.
Mederi, cum accusatiuo. Terent. Phorm. Quas, quum res aduersæ sint minori mederi possis.
Mederi contra. Plin. lib. 9. cap. 31. 3. Contra serpentium ictus medentur.
Mederi vitiis & erroribus. Plin. epist. 109. b. lib. 4. In finem dixit perendum ab optimo principe, vt quia leges, quia leges, quia Senatusconsulta contemnerentur, ipse tantis vitiis mederetur. Idem in Panegy. 75. Mederis erroribus, sed imploramibus.
Mederi vulneribus, per translationem. Cic. pro Quintio, 4. Ita fit vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam: tum id facere cogar, quum, &c. Idem pro Rosc. Amer. 55. Dum is in aliis rebus erat occupatus, qui summam rerum administrabat, erant interea qui suis vulneribus mederentur.
Mederi alicui. Cic. ad Tironem, lib. 16. 10. 4. Cui quum cuperem mederi, & vt arbitror, possem, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt.

Mederi rei alicui. Cice. ad Cassium, lib. 12. 10. 10. Sunt enim permulta, quibus erit medendum.
Mederi & conseruare. Cic. 6. Verr. 102. Medemini religioni sociorum Iudices, confirmate vestrum authoritatem.
Amori mederi. Ouid. 9. Metam. 131.
Mederi inopiæ. Cæsar 5. belli Gall. 91. Ad hunc modum distributis legionibus, facillimè inopiæ frumentariæ sese mederi posse existimant.
Laboti alicuius mederi. Ouid. 7. Metam. 170.
Mederi Reip. pro Opem ferre. Cic. pro Sestio, 14. Vt afflictæ & perditæ Reipub. quantum posset, mederetur. Ibidem, 119. Ii medentur Reip. qui exscecant pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis.
Timori alicuius mederi. Ouid. 9. Metam. 156.
¶ Medendi, medendo, medendum. Virgil. 12. Aeneid. 16.
– experat magis, ægrescitque medendo. Vbi Seruius, Medendo, dũ ei medetur: nam gerundi modus est à passiua significatione.
Ars medendi. Ouid. 2. de Arte, 147.
Vtilis medendi radix. Ouid. epist. 5. 30.
Vnicè mederi. Plin. lib. 24. cap. 11. 4. Scobem eius oculis vnicè mederi dicunt. Idem lib. 26. cap. vltimo, 11. Mammarum vitiis aizoum, quod digitellum appellauimus, vnicè medetur.
Medens, Participium, (ἀκέων,) vt Artes medentũ. Ouid. 15. Metam. 126.
Verba medentia. Stat. 2. Sylu. 1. 1.
Medendus, medendæ valetudini nullam diuinam humanamque opem non adhibuit. Sueton.

MEDIA, Mediæ, prima syllaba producta, (μηδία,) regio in Asiã Medo. Medeæ & Aegei Atheniensium regis filio sic nominata, vt Solinus refertur à qua Medi populi dicti sunt. Hos tamen Iosephus Antiquitatũ lib. 1. cap. 11. scribit à Madeo Iapheth filio dictos fuisse. Hæc regio, vt Ptolemæus ait, à Septentrione Hyrcano mari terminatur, ab Occasu maiori Armenia & Assyria, à Meridie Perside, ab Oriente Hyrcania ac Parthia, quæ montibus excluditur. Sunt qui Mediam in duas partes diuidant, quarum alteram Maiorem vocanere, alteram Anthropathiam. Maioris Ecbatana fuere metropolis magna ciuitas. In Media sunt mõtes Caspii Maiori Armeniæ contermini. Media, magna ex parte alta & frigida, pascendis equis apta, vnde pratum quoddam Hippobotos vocatur, per quod iter faciunt qui ex Perside & Babylone in Caspias portas cunt. In eo pasci dicuntur equorum quinquaginta millia regum id armentum est.
Medus, Adiectiuum, (μῆδος,) Qui est ex Media.
Horribilis Medus. Horat. 1. Carm. ode 29. 1.
Bracchia Medi. Persius Satyr. 3. 6.
Decori pharetra Medi. Horat. 2. Carm. ode 16. 2.
Medica, médicæ, pen. corr. (μηδική,) Herba equorum pabulo quamoptima. Seruius scribit medicam à Medis in Græciam translatam, quo tempore eam inuasérunt. Colum. lib. 2. cap. 11. Pabulorum genera complura, sicut medicam, & viciam, farraginem quoque ordeaceam, &c. Et paulo pòst, Sed ex iis quæ placent, eximia est herba medica: quòd quisque seritur, decem annis duratiquòd per annum, deinde rectè quater, inter dum etiam sexies demetiturquòd agrum stercorat: quòd omne emaciatum armentum ex ea pinguescit quòd ægrotanti pecori remedium est: quòd iugerum eius toto anno tribus equis abundè sufficit. Deeadem loquitur Cato de Re rust. cap. 42. Et Varro 1. de Re rust. cap. 42. 1. Et lib. 1. cap. 2. 16. Virgil. 1. Aeneid. 43.
– tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura.
Arbor medica. Plin. lib. 12. cap. 3. 1. Malus Assyria, quam alii vocant medicam, venenis medetur. Virgil. 2. Georg. 26.
Media fert tristes succos, tardumque saporem
Fœlicis mali quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,
Miscuerintque herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos, faciemque simillima lauro:
Et, si non alium late iactaret odorem,
Laurus erat, folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax animas, & olentia Medi
Ora fouent illo, & fenibus medicantur anhelis. Dicta est medica à Media regione, vt dictum est, non à medendo. Dicimus enim Medus, Medius, & Medicus, authore Stephano.

Mediastinus, Vide MEDIVS.

Medica, herba, Vide MEDIA.

Medico, médicas, penul. correp. (φαρμακεύω,) medicare, Mederi, Virgil. lib. 1. Georg. 39. Semina vidi equidem multos medicare serentes. Plinius lib. 16. cap. 27. 4. Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur.
Capillos medicare. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Medicor, penult. correpta. medicâris, (ἰατρεύω,) medicâri, Deponens, vsi tatius quàm Medico.
Datiuo aliquando iungitur. Terent. And. 5.4.42.
– cegone huius memoriam patiar meæ
Voluptati obstare, quum ego possim in hac re medicari mihi? Ibidem, 5.1.17. Eius labore, atque eius dolore gnato vt medicarer tuo Impetrasti. Virgil. 2. Georgic. 27. – fenibus medicantur anhelis.
Plinius lib. 25. cap. 2. 1. Vt omnibus malis humanis illius potissimum principis semper medicetur maiestas.
Accusatiuo. Plaut. Mostel. 6.39.
Habe bonum animum, ego istum lepidè medicabor metum.
PHILO. Nullus sum. T. taceas: quin ego ista hæc sedens medicabor tibi. Virgil. 7. Aeneid. 152.
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit. Vbi seruius, Medicor illam rem, & illi rei.
Auferre dolorem medicando. Tibul. lib. 3. eleg. 6. 1.
Medicâtus, pen. prod. Adiectiuus, (φαρμακευτός,) Quod medicamentis admistis confectum est, vt Medicatæ ficus. Plin. lib. 23. cap. 7. 5. de ficis, Nouissimæ salubriores quàm primæ: medicatæ verò nunquam.
Medicatæ fruges. Virgil. 6. Aeneid. 84.
Melle soporatam & medicatis frugibus offam Obiicit.
Papauera medicata. Silius lib. 10. 71.
Medicata pocula. Martial. lib. 9. 99.
Samonica medicata dedit mihi pocula virgo.
Res medicatissima. Plinius lib. 28. cap. 7. 9. de menstruis mulierum, Item nouellas vites eius tactu in perpetuum læditurtam & ederas res medicatissimas ilico mori.
Medicatus sapor, vel odor. Plin. epist. 173. b, Color cæruleo albidior, viridior, & pressior sulphuris odor, saporque medicatus, vis qua fracta solidantur. Plin. lib. 25. cap. 8. 17. Odor omnium medicatus.
Somnus medicatus. Ouid. epist. 12. 12.
Medicata suffitione vina. Colum. lib. 1. cap. 6. 13.
Tela medicata veneno. Silius lib. 7. 92.
Medicatio, Verbale, (φαρμακεία,) Colum. lib. 1. cap. 10. 13. Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista commodè seruari.
Médicus, medici, penul. correp. (ἰατρός, ἰατήρ, ἀκίστης, ἰατροτέχνης,) Noræ significationis. Plaut. Rud. 30. 18.
Imò ædepol vna litera plus fum, quàm medicus. c. tum tu
Mendicus es! L. tetigisti acu. Cicc. pro Cluentio, 44. Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur in periculis capitis, vt quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimusque patronus adhibetur.
Cura solers medicorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 7.
Celer atque fidelis medicus. Horat. 1. Serm. saty. 3. 30.
Fidi medici. Horat. 1. epist. 8. 2.
Medicus securus. Cellus lib. 2. cap. 6. Siquidem etiam spes interdum frustratur, & moritur aliquis, de quo medicus securus primò fuit.
¶ Medicum adhibere. Cic. de Fato, 46.
Conuocare medicos. Catul. de Acme. epigram. 39. 2.
Ministrare iussa medicorum. Ouid. epist. 19. 27.
Me miserum quòd non medicorum iussa ministro,
Astringoque manus, infideoque toro.
Medicus, Adiectiuum, (ἰατρικός,) Quod est medici. Virg. 3. Georg. 91.
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat. Plin. lib. 8. cap. 16. 8. Vnde medicas manus hominis sciunt?
Ope medica iuuare aliquem. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 2.
Ars medica. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 3.
Vsus medicus. Plin. lib. 22. cap. 8. 2. Sed in medico vsu præter supradicta auxiliator inflationibus, torminibus, &c. Ibidem, cap. vlt. ad finem, Et frugum quidem hæc sunt in vsu medico.
Medicina, medicinæ. penul. prod. (ἰατρική, ἰατρεία, φάρμακον, φαρμακεία, ἴασις,) Cice. 5. de Finib. 18. Quoniam vt medicina valetudinis nauigationis gubernatio, sic viuendi ars est prudentia.
Adulatio medicinæ. Quintil. lib. 2. cap. 15. 17.
Requies & medicina curæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 24.
Somnus publica medicina curæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 9.
Furoris medicina. Virgil. 10. eclog. 12.
Mali medicina. Propert. lib. 1 eleg. 5. 6.
Imbecillis medicina, Vide IMBECILLIS.
Medicina deducta ab experimentis. Celsus in Proœm. lib. 1. Ne inter initia quidè ab istis figtionibus deductâ esse medicinâ, sed ab experimêtis.
¶ Medicinam adhibere Reip. Cice pro Sest. 119. Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos Iudices, vt aliquãdo esseris seueri, aliquãdo medicinâ adhiberetis Reip. non ea est medicina, quõ tanæ parti corporis scalpellũ adhibetur, atque integræ, carnificina est ista & crudelitas.
Admittere medicinam, Vide ADMITTO.
Afferre medicinam. Cic. 2. in Catil. 37. Deinde singulis medicinam consilii, atque orationis meæ, siquam potero, afferam.

Efficere medicinam. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 4. In Rep. vero, quanquam animus est præsens, tamen voluntas etiam atque etiam ipsa me deficit.
Facere medicinam. Cice. Terentiæ, lib. 14. 7. 2. Ita sum leuatus vt mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur. Idem pro Quint. 1. Siquis in re, id quod parati sunt facere, falsum crimen quasi venenarium aliquod telum fecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Medicinam facere morbo. Plaut. Cistel. 2. 65. – confidam fore,
Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest.
Factitare medicinam. Quintil. lib. 7. cap. 3. 22.
Fungi munere medicinæ. Ouid. 2. de Remed. amor. 80.
Parare medicinam. Ouid. 1. de Remed. amor. 19.
Principiis obsta, serò medicina paratur
Quum mala per longas inualuere moras.
Vulnera poscunt medicinam. Silius lib. 11. 33.
Vates medicinæ. Plinius lib. 1. cap. 37. 85. Descriptus ab Herophilo medicinæ vate.
Temeraria medicina. Celsus lib. 3. cap. 9. Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina; quia plures, si protinus à principiis excepit, intemeremit. Id est, contra artem, sine consilio & prudentia tentata. Temeritas & ratio, contraria.
Excolere medicinam. Celsus in Proœmio libri 7. Hæc autem pars quamsit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quàm à prioribus exculta est.
Trunca medicina. Celsus in præfatione libri primi, Eius autem, quæ vulnera morbos curat, longè clarissimi authores, etiam alius quædam aggressi conati, rerum quoque naturæ cognitionem sibi vendicarunt, tanquam sine his trunca & debilis medicina esset.
Reperire medicinam incommodis. Cice. 1. Vert. 19. Aut si ne hoc quidem prodesse poterit, profectò nulla vnquam medicina his tot incommodis reperietur.
Sera medicina struitur dolori. Stat. 5. Sylu. 1. 4.
Temporibus medicina valet. Ouid. 1. de Remed. amor. 17.
¶ Medicinam, inquit Nonius, dicimus & venenum: tractum à Græcis qui venenum φάρμακον appellant. Accius Phœnicis, Si venis sterilem obtundit illius operæ est medicina autumans.
Medicinæ medicinarum, (ἰατρεῖα,) Medicorum tabernæ, vicus thuarius, taberna aromataria, vbi pharmacopolæ obuersantur, & pharmaca venuntur. hoc nomen in album latinitatis receptum est, & eo vtitur Macrobius. ἰατρεῖον Græcè medicinam, hoc est medicorum officinam significat Plaut. Amphit. 13. 5.
Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia,
Apud emporium atque in macello, in palæstra, atque in foro,
In medicinis, in tonstrinis, apud omnes ędes sacras.
Medicinâlis, & hoc medicinâle, pen. pro. (ἰατρικός,) Quod ad medicinam pertinet. vt Herba medicinalis. Plin. lib. 32. cap. 10. 9. Quippe cauda ipsa tio earum quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora humida tangunt.
ne. Celsus, Vix vlla perpetua præcepta ars medicinalis recipit.
Medicinalis digitus dictus est minimo proximus, vt ait Macrobius, quoniam arteria quædam à corde nata pergit vsq; ad quartum digitum manus finistræ. Ob quam causam nouus nuptus huic digito fungitur medicinalis vicario, suæ sponsæ imponit annulum.
Medicibilis, & hoc medicibile, pen. corr. (ἰατός, ἰάσιμος,) Cui medicina adhiberi potest. Ouid. 1. Metam. 106. Hei mihi quòd nullis amor est medicabilis herbis. Idem epist. 5.
– nulla medicabilis arte
Læsa pudicitia est. Alii legunt reparabilis,
Cura medicabilis nulla arte. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 5.
Medicabilis, pro Medicinalis aliquando ponitur. Colum. lib. 7. cap. 10. 7.
Quippe ligni succus medicabilis, epotus intestini tumorem comprimit.
Medibilis, & hoc medibile (ὄπιος,) Idem quod medicabile, vt ait Festus.
Medicûmen, penul. produ. medicâminis, (ὄπιον, φάρμακον,) Idem quod Medicina. Plin. de Viris illust. 76. Quum id tardius biberet, quia adiecerat venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat, immissum pocula rem Gallum Sithocum authoritate vultus territum reuocauit. Plaut. cul. lib. 7. cap. 16. 1. Inunctis medicamine oculis.
Fortia medicamina. Ouid. 1. de Arte, 98.
Triste medicamen. Ouid. 6. Metam. 28.
– extemplo tristi medicamine tactæ
Defluxere comę.
Vinolenta medicamina. Cic. in Pisonem, 9. Et quum isto ore fretido primum nobis popinam inhalasses, exculatione te vti valetudinis quæsiuisti, dicereres vinolenti te quibusdam medicaminibus solere curari!
¶ Medicamen, pro succo purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 38. 9. Centenos aut quinquagenas medicaminis libras æquari, &c. Medicamentum idem, Ibidem, cap. 40. 1.
Medicamentum, medicamenti, (φάρμακον, ἴασμα,) Quo homines & pecora animalia curantur. Cic. 3. Offic. 114. Siquis medicamentum venenum dederit ad aquam inter cuté. Idem 2. de Natu. deor. 199. Medicamenta salutarium plenissimæ terræ.

Medicamentum, Venenum etiam significat, vt Græcè φάρμακον, author Nonius. Medicamentum præsentaneum Plin. lib. 28. cap. 13. 5.
Opitulantur medicamenta. Celsus libro 5. in Proœm. Sed quum omnia medicamenta proprias facultates habeant, ac sæpe simplicia opitulentur, sæpe mista.
Vinci medicamentis. Celsus libro 5. cap. 28. Ferè verò fit vt ea tunica, quę inter foramen & integram carnem est, victa medicamentis tota exeat, iufraque vicus purum sit.
Medicamenta doloris. Cice. 1. de Finib. 38.
Medicamentarius, Substantiuum, (φαρμακοτρίβης,) Qui medetur: vel qui medicamenta conficit. Plin. lib. 10. cap. 6. 10. Sectiui duo generis herbaceũ folio incisuris eius cuidentibus, quo vtũtur medicamentarii.
Medicamentarius, Adiectiuum, (φαρμακευτικός,) Quod ad medicamentum pertinet. Plinius lib. 7. cap. 56. 6. Herbarum & medicamentariam. Scilicet artem.
Medicamentôsus, pen. prod. (φαρμακώδης,) Aliud adiectiuum, Quod remedium adfert, & medicamenti vice est. Cato cap. 15. 1. Et primum scito de omnibus brassicis, nulla est illiusmodi medicamentosior.

Medidies,

medidiei non dicitur, sed meridies, (μεσημβρία.) Cicero in Orato. 89. Ipsum meridiem, cur non medidiem? credo quòd erat inusitatius.

Medietas,

Vide MEDIVS.

Medimnus,

& medimnum, medimni, (μέδιμνος,) Genus mensuræ, quam minã dicimus. Longa enim vernacula primum mimnum, per syncopen; postea mimnum pro medimno posuit. Lucilius Satyr. lib. 15.
Præter quam in pretio primus semisse, secundus
Numo, tertius iam plures quàm totus medimnus. Pudens author est medimnum senos modios capere. Cice. 6. Verr. 44. Sed tritici septem millia medimnũ ex Nymphonis arationibus edicta pœna, non redemptionis aliquo iure tollit. Ibidem, 92. In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici seritur perpetua atque æquabili satione: ager efficit, cum octauo bene vt agatur: verum vt omnes dii adiuuent, cum decimo: quod siquando accidit, tum fit vt tantum decumæ fit, quantum seueris: hoc est, vt quot iugera sunt sata, totidem medimna decumæ debeantur. Idem ibidem plura.

Mediocris, Mediocritas, Mediocriter, Medioximus,

Vide MEDIVS.

MEDIOLANIVM, siue Mediolanum, (μεσοπελάνιον,) Ptolemæo, Britanniæ vrbs: vulgò Manchester. Item Mediolanium eidem, Germaniæ vrbs. Hodie Monesterium, vulgò Munster. Mediolanũ aliud, Santonũ vrbs authore eodẽ. Vulgò Saintes. Strabo li. 4. Vrbs, inquit, Santonũ Mediolanũ, ad Oceanũ vergẽs, inter Aquitanias maxima ex parte arenosa & agro tenui, ex milio almoniã captãs, reliquis fructibus sterilis.
MEDIOLANVM, pen. prod. (μεδιόλανον, μεδιόλανον,) Vrbs est Cisalpinæ Galliæ: de qua Strabo li. 5. Insubres hac etiam ætate sunt, qui Mediolanium metropolim habuere, ea quidem pridem vicus erat: omnes enim vicatim habitabant, hac verò tẽpestate eximiæ dignitatis trãs Padũ ciuitas est, quodam modo Alpibus finitima. Vide Plinũ li. 3. ca. 17. Mediolanium Insubres Galli ædificarunt, ex nomine relicti ab eis Mediolani, quod Ptolemæus inter Germanos ponit. Hactenus Volaterranus. Liuius autem Decad. 1. lib. 5. sic, Galli, inquit, per Taurinos saltusque Iuliæ Alpis transcenderunt: fusisque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, quum, in quo consederant, agrum Insubrium appellarent audissent, cognomineri Insubribus pago Heduorum: ibi omen sequentes loci, condidere vrbem, Mediolanum appellarunt. Hactenus Liuius. Ausonias in vrbium catalogo.
Et Mediolani mira omnia copia rerum,
Innumeræ cultæque domus: facunda virorum Ingenia, &c.
Mediolanensis, & hoc Mediolanense, (μεδιολανήνος,) Qui ex Mediolano est, siue Mediolanum habitat. Cic. in Pisonem, 49.
MEDIOLVM, (μεδίολον,) Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ vrbs. Vulgò Medina cœli.

Medioxumi,

dii, Vide Mediocris in MEDIVS.

Medipontus,

mediponti. Instrumentum fumarium, apud Catonem senos, fibulas duodenas, medipontos primos loreos, trochleas græcanicas binas. Idem cap. 12. Alio loco apud eundem legitur & medipontus, sed corrupte.

Meditor,

pen. corre. meditûris, (μελετάω, φροντίζω, σκέπτομαι,) meditari. Quasi medio animo versari. propriè enim est Cogitare, & vt ait Seruius, Mente pertractare. Plaut. Amphit. 4. 43. Ea nunc meditabor quo modo illi dicam, quum illò aduenero. Idem Bacchid. 7. 1. Multis meditatus modis, egomet mecum sum, & ita esse arbitror, &c. Idem Aulul. 16. 14. Polego, te vt accusem meritò, meditabar.

Terent. Adelph. 2. 1. 41. Nunc vide vtrum vis, argentum accipere, an causam meditari tuam. Ibidem, 5. 6. 8. – meditor esse affabilis,
Et bene procedit. Idem Phorm. 2. 1. 12.
Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maximè, tum maximè Meditari secũ oportet, quo pacto aduorsam ærumnam ferant. Cic. Curioni, lib. 2. 14. 5. Tu tamen ea para, meditare, cogita, quæ, &c. Idem 1. Off. 102. Vt siquis quũ causam sit acturos, in itinere aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut siquid aliud attentius cogitet, nõ reprehendãt.
Meditari male nugis. Plaut. Pseud. 20. 99. Num confidit? sycophanta hic nequam est, nugis meditatur malè.
Amorem meditari. Virgil. 4. Aeneid. 34.
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.
Arma meditari. Propert. lib. 3. eleg. 4. 1.
Arma deus Cæsar dites meditatur ad Indos.
Meditari exilium. Cic. ad Atticum, lib. 14. 17. 2. Ille exilium meditari.
Meditari fugam. Colum. lib. 9. cap. 8. 3. Quod quum faciunt, fugam meditantur. De apibus. Plin. lib. 8. cap. 32. 2. Editos partus exercent cursu, & fugam meditari docent. De ceruis.
Insidias aut dolum meditari alicui. Virgil. 5. Eclog. 12.
Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur.
Meditari pœnam in fratrem. Cic. 4. Tuscul. 115.
Meditari ad. Cice. ad Curionem, libro 2. 2. 3. Aut ne ad id meditere, imparatum te offendam.
Meditari adeersus aliquem causam suam. Cic. ad Attic. lib. 5. 11 0. 18.
Meditari de. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 8. 9. Hæc ego ad te ob eam causam maximè scribo, vt tam de tua quoque ratione meditere. Idem 3. Verr. 7. Meditetur de ducibus hostium, quos accepta pecunia liberauit. Et 3. Philip. 149. Iam accedit Cõsules, summa prudentia, virtute, cõcordia, multos iam menses de Pop. Rom. libertate cõmentati atque meditati.
Meditari quomodo. Cic. ad Atticũ, lib. 9. 100. 1. Ex eius nuntio Matiique literis meditabar quomodo cum illo loquar.
Meditari regnare. Cic. 2. Phil. 121. Nõ multos annos regnare est meditari.
¶ Meditari se, Est se exercere. Plaut. Sticho, 5. 31.
– simulque ad cursuram meditabor
Me ad ludos Olympiæ. Virgil. 6. eclog. 2. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Id est carmen rusticum scribam, inquit Seruius.
¶ Dicitur meditor à Græco. Seruius, Quod Græci μελετῶ dicunt, per antiphrasim meditor dixerunt Latini L. enim & D, interdum sibi inuicem cedunt: vnde & sella pro seda dicitur à sedendo.
Meditans, pen. corr. Participium, (μελετῶν,) vt Ictum obliquum meditans. Horat. 1. Carm. ode 22. 2. Verris obliquum meditantis ictum.
Longam. & continuam absentiam paulatim meditans. Tacit. lib. 3.
Meditâtus, pen. prod. Participium. (μελετώμενος,) Terent. And. 2. 4. 3. Venit meditatus aliunde ex solo loco. Plaut. Milit. 12. 29.
– sed dic mihi, ecquid hic te
Onerauit præceptis? PR. propè meditatam vtranque duco. Plinius in Panegy. 5. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus, hoc singuli quoque meditati teneamus, &c. Meditari, Id est præparata oratione.
Paratus & meditatus. Cic. 4. Verr. 12. Sed in Siciliam paratus ad prædam, meditatusque venire cupiebat. Idem pro Quintio, 21. Quum paratus, meditatusque venisses, homo timidus, &c.
¶ Meditatus, (μεμελετημένος,) in passiua significatione reperitur. Terentius Phormione, 2. 1. 18.
Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: herus si redierit,
Molendum vsque in pistrino. Cice. 1. Offic. 40 Leuiora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & preparata inferuntur. Idem 1. in Catil. 181. Ad huius vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tutiacêre humi non modò ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum: vigilare, &c.
Verba meditata componere. Ouid. 9. Metam. 105.
Meditatè Aduerbium, (μεμελετημένως,) Plautus Milit. 5. 40. Nouisse mores me tuos meditatè decet. Idem Bacch. 11. 16. Næ tu illorum mores perquàm meditate tenes. Quasi dicat, Probè calles illorum mores, tu illos ad vnguem nosti, ex longa meditatione & vsu sine experientia.
Meditatio, Verbale, (μελέτη, μελέτημα,) Cic. 1. Tuscu. 71. Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet. Plin. lib. 17. cap. 1. Omni interim tempore edomari, meditatione ceruandi.
Cõmentatio & meditatio. Cic. 2. de Orat. 65. Quos quidem locos multa cõmẽtatione atq; meditatiõe paratos atq; expeditos habere debetis.
Meditatio atque exercitatio. Cice. 2. de Diuinat. 144. Multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione subtulerunt: vt Demosthenem scribit Phalereus, quum, &c.
Dicendi meditatio. Quintil. lib. 2. cap. 10. 2.
Stulta est meditatio futuri mali. Cic. 1. Tuscul. 37.
Versari in meditatione. Cic. pro Cluentio, 66. Anni sunt octo quum ista causa in ista meditatione versatur.
Meditamentum, (μελέτημα,) Idem. Tacit. lib. 15. Nomina summæ curæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& meditamenta. Idem lib. 20. Et cæteris belli meditamentis mili-
tem firmabant.

Meditatiuum, pen. prod. (μελετητικός,) Dictio ficta à Grammaticis, qui
Meditatiuum verbum appellant, quòd sensum quendam meditandi vi
de atq; habere. Vide Priscianum & Vallam.

Medius, Adiectiuũ, (μέσος, μέσατος, μεσαίτατος, μεσαίγμιος,)
Quod mensuratum æqualiter dictat ab extremis. A Græ-
co deduci putat Sipontinus, quod est μέσον.

Medium dicitur etiam quicquid inter duo extrema est, etiam si non æqua
liter distet. Virgilius, Iam medium tenuere rates. Terent. in Pro-
log. Phorm. 17.
Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.

Medium inter. Plin. lib. 37. ca. 13. 4. Etenim contingit recurrentis positio
in partem vtilissimam, & inter Ortus Occasusque mediam. Idem lib.
8. cap. 56. Complura nanque sunt nec placida nec fera, sed mediæ in-
ter vtrunque naturæ, vt in volucribus hirundines, apes, in mari delphi
ni. Cic. 8. Philip. 136. Quum inter bellum & pacem medium nihil sit,
necesse est tumultum, si belli non fit, pacis esse.

Medius æstus. Virg. 1. Georg. 60. Et rubicunda Ceres medio succiditur
æstu. Id est per diem quando æstus est. Seruius.

Media mulieris ætas. Plau. Aulul. 6. 32. Sed est grandior natu: media est
mulieris ætas. Et paulò post, 35. Post mediam ætatem qui mediam du
cit vxorem domum, &c. Id est mediæ ætatis vxorem.

Medius amicus. Qui duorum hostium amicus, eorum contentionibus &
odiis se non miscet. Liuius libro 5. belli Maced. Vt neutri parti sese
coniugant petere: pacem vtrique parti, quod medios deceat amicos,
optent: & bello se non interponant.

Medius annus, medius dies, media nox. Plin. in Panegy. 100. Multum in
commutandis moribus hominum medius annus valet. Columel. lib. 7.
cap. 3. 7. Ea poni debent contra medium diem, Cæsar 5. bel. Gall. 32. Et
leni Africo proiectus, media circiter nocte vento intermisso, cursum
non tenuit. Sic apud Liuium lib. 7. bel. Pun. 259. Medium diei.

Per medias rapit ira cædes. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.

Dies medius, Meridies. Virgil. 3. Georg. 61.
Et stabula à ventis hyberno opponere soli
Ad medium conuersa diem.

In medios dormire dies. Horat. 1. epist. 2. 6.

Medius digitus. Plin. lib. 11. cap. 45. 2.

In foro medio, vel Per medium forum. Cic. pro Domo sua, 39. Quum tu
florens ac potens per medium forum popularis volitares. Idem ad
Quin. fratrem, lib. 2. 7. 9. Dixi pro Bestia de ambitu apud Prætorem
Cn. Domitium in foro medio.

Frigoribus mediis. Virgil. 10. eclog. 13.

Medium ingenium erat in Anco. Liu. 1. ab Vrbe, 140.

Medius mundi locus. Cice. 1. Tuscul. 63. Vt illæ superiores in medium lo
cum mundi grauitate ferantur, & pondere.

In medio mundo terra sita est. Cic. 1. Tuscul. 62.

In media nimborum nocte. Virgil. 1. Georg. 66.

Plus media parte. Ouid. 3. Metam. 9.

In media potione exclamauit mulier. Cic. pro Cluentio, 22.

Sermonem medium abrumpere. Virgil. 4. Aeneid. 77.

Sonus medius. Plinius lib. 10. cap. 29. 6. Modulatus editur sonus. Et pau-
lo post, Summus, medius, imus.

Medium tempus. Plinius epistol. 111. c. Quod vt facilius admittat, mul-
tum faciet medii temporis spatium. Idem lib. 3. epistol. 5. Medium
tempus distentum impeditumque, qua officiis maximis, qua amicitia
principum egisse.

Medio tempore, pro Interea. Sueton. in Cæsare.

In voce media resistit. Virgil. 4. Aeneid. 16.

¶ Pacis & belli medius. Horat 2. Carm. ode 19. 6.
Quanquam choreis aptior, & iocis,
Ludoque dictus, non sit ridoneus
Pugnæ ferebaris: sed idem
Pacis eras, mediusque belli.

Medium locauit. Virgil. 1. Aeneid. 141.
Aurea composuit sponda, mediamque locauit. Hoc est, in medio.

Medium arripere: hoc est Per medium corpus. Liu. 1. ab Vrb. 211. Multò
& ætate & viribus validior medium arripit Seruium, elatomque è cu-
ria in inferiorem partem per gradus deiicit. Terent. Adelph. 3. 2. 18.
Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram statuerem.
Plaut. Casin. 8. 18. Aedepol ego illam mediam diruptam velim. Idem
Curcul. 5. 7. Nihil metuo nisi ne medius disrumpar miser. Idem Tru-
cul. 11. 53. – tange
Modò, iam ego te hîc agnum faciam, & medium distruncabo.

Mediam mulierem complectitur. Terent. And. 1. 1. 106.
Accurrit, mediam mulierem complectitur,
Mea Glycerium, inquit, quid agis: cur te is perditum?

¶ Medium responsum, Dubium. Liu. 9. bel. Maced. 163. Agenti Consult

ex Senatusconsulto, respondit Flaccus, nihil se, quod indignum esset,
facturum. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fece-
rat, cessurum patrum authoritati esse.

Medius & ambiguus sermo. Plinius epistol. 190. f. Tum Satrius Rufus
medio, ambiguoque sermone, Puto, inquit, iniuriam factam Publicio
Certo: si non absoluitur.

¶ Media vocabula dicuntur, quæ & in bonam & in malam partem acci-
pi possunt. Qualia sunt Tempestas, valetudo, facinus, dolus, gratia, in-
dustria, periculum, venenum, contagium. Et apud veteres honor: quo
significabatur iniuria.

Mediæ artes. Quintil. lib. 2. cap. 21. 1. Illa quæstio est maior, an ex medis
artibus, quæ neque laudari per se, neque vituperari possunt, sed vtilis
aut secus secundum mores vtentium fiunt, habenda sit rhetorice.

Medium tenere. Plinius epistol. 74. c. In hac difficultate placuit medium
quiddam tenere: videor tenuisse.

Cursum medium tenere. Cic. in Vatinium, E quibus partim plane tecum
sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant.

¶ Medius, Importunus, incongruus. Virgil. 1. Aeneid. 138.
Ne quà scire dolos, mediùsve occurrere possit.

¶ Interiectus ac medius, vel Interiectus medius. Cice. 4. Academic. 11.
Iis ipsis alia interiecta & media numerabat. Idem de Opt. gen. Ora-
tor. 142. Alios eis interiectos & tanquam medios putet. Et 16. Plin.
lipp. 176. Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, vtrique
cum vtroque certabat.

¶ Medius, Manifestus. Virgil. 2. Aeneid. 76.
– sensit medios delapsus in hostes. Vbi Seruius, Medios, manifestos.
vt Idem Virgil. 2. Aeneid. 23.
– medioque ex hoste recepi. Ibidem, 107.
– quanquam in media iam morte tenetur.

¶ Afferre in mediũ. Ci. 1. Offic. 34. Et cõmunes vtilitates in medii affer
re mutatione officiorũ. Id est, in cõmunem vsum. Vide AFFERO.

In medium conuolere, pro In cõmune. Virg. 11. Aeneid. 67. Consulere in
medium, & rebus succurrite fessis.

E medio discedere, pro secedere & occultari. Suet. in Cæsare, in princi-
pio. Budæus.

E medio excedere, pro Mori. Terent. Phorm.

Pellere è medio. Cic. 3. Offic. 47. Hoc quidem deliberantium genus pel-
latur è medio.

Ponere in medio, Idem quod Afferre in medium. Cic. 2 de Inuẽt. 116. Ad
hæc quidem ipse & sese ipsum nobis, & eos qui ante se fuerunt, in me-
dio posuit, vt cæteros & seipsum per se cognosceremus. Idem 1. de
Nat. deor. 20. Ponam in medio sententias Philosophorum. Sic 7. Verr.
124. Rem in medio ponam.

Proferre aliquid in medium, Idem. Cice. 2. Verr. 18. Idem Senoni. lib.
15. 2. 16. Sed tamen illud tempus, eam rem nunquam in medium pro-
pter periculi metum protulisse. Idem 2. de Orat. 57. Vt quicquid de
re sua cogitarit, in medium proferat. Et pro Cluentio, Quæstiones
sis in medium proferebatur.

Quærere in medium. Virg. 1. Georg. 26.
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant. Id est in cõmune. Seruius.

Recede de medio, per alium transigam. Cic. pro Sex. Rosc. 66.

Relinquere in medio. Cic. pro Cælio, 37. Mulierem nullam nominabant
tum in medio reliniquam, siqua, &c. Id est controuersum relinquam, ni
hil statuam vel constituam. Salustius, Nos eam rem in medio relinqui-
mus. Budæus. Vide IN præpositionem.

In medio esse, vel situm aut positum esse. Cice. 4. Verr. 72. Tabulæ sunt in
medio. Ibidem, 118. Quæ in medio posita sunt. His cõtrarium est ob-
scurum. Idem 1. de Oratore, 7. Dicendi autem omnis ratio in medio
posita. Et 5. Tuscul 134. Obscœnas voluptates faciles, communes in
medio sitas esse dicunt.

In medio sit. Sueto. Sed quod discrepat, in medio sit. Id est sit pro incom-
perto. Budæus.

Sumere de medio. Cic. pro Domo sua, 106. Non sunt quæsita ex occulto
aliquo genere literarum, sed sumpta de medio, ex rebus palam per ma-
gistratus actis.

De medio tollere, pro Occidere. Cicero, pro Roscio Amerino, 12. Per-
facile hunc hominem incautum, & rusticum, & Romæ ignotum de me-
dio tolli posse.

Venire in medium, & Procedere in mediũ. Cic. 4. Ver. 126. Et 2. de Inuẽt.
153. Item 1. de Finib. 21. Prima veniat in medium Epicuri ratio.

Vocare in medium. Cic. pro Cluen. 61. Homines totius ignari negotii qui
Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum & hominem pruden-
tissimum pecunia oppressum arbitrarentur, incensi suspicione, rem in
medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere. Ter.

¶ Medio campi, medio montium, medio diei, & similes locutiones. Ter.
cit. lib. 1. Medio campi albentia ossa. Paulo post, Nam medio montis,
& paludum porrigebatur planities. Idem lib. 11. Tunc medio diei. Et
lib. 13. Medio temporis contradicere liceret.

Medio tempore, pro Interea. Sueton. in Cæsare.

Medius, pro Mediocri. Liuius lib. 6. ab Vrbe, Apparebatque nec veri iudi
cii mediam gratiam, nec falsi offensionem fore.

¶ Medius, secundum Priscianum, in libello De duodecim carminibus, à
modo dicitur, hoc est à mensura: vnde & modius: & differentiæ causa,
medius mutauit o in e. Vel dicitur à Græco μέσος, vt dictum est.

Mediale, huius mediãlis, pen. prod. nentri generis. Solinus ca. 65. Lignum
omne atque mediale, eadem ferme & facie & nitore, qui est in lapide
hagate. Hoc est, omnes hebeni partes, tam exteræ quàm mediæ seu me
dullaceæ, similes sunt gagati lapidi. Idem ca. 33. Comperta arbor est pi
nes generis, cuius mediale Autumni tempore succino lachrymat.

Medietas, pen. corr. medietãtis, (μεσότης, μέσον,) Qua voce Cicero non
ausus est vti, vt ipse ait in libello De mundo, siue de Vniuersitate, 30.
dicens, Vt in singulis esset binu mediatvix enim audeo dicere medie-
tatesquas Græci μεσότητας appellant: sed quasi ita dixerim, intelli-
gatur, et it enim planius. Vlus est autem Paulus Iurisconsultus in L. An
tiqui. ff. Si pars hæreditatis per Prudentissimi iuris authores medietatẽ
quandam secuti sunt vt quod fieri nõ rarò admodũ posset, interiens.

Mediocris, & hoc mediocre, penult. correp. (μέτριος, μεσόκρις,)
Quasi medium tenens.

Actor mediocris causarum. Horat. 1. de Arte, 75.

Ars mediocris. Cic. 1. de Orat. 4. Permultos excellentes in quoque gene-
re videbis, non mediocrium artium, sed penè maximarum.

Cura non mediocris. Horat. 1. Serm. saty. 4. 19.

Infortunium mediocre. Plaut Curcul. 11. 1.
Non pol nunc ego te mediocri mactò infortunio.

Ingenium mediocre. Cic. 1. de Orat. 63. Hæc sunt omnia ingenii vel me-
diocris, exercitationis autem vel maximæ.

Iustitium mediocre. Sueton. de Claris grammat. 1.
Initium quoque eius mediocre extitit.

Iracundia mediocri iratus. Plaut. Curcul. 11. 1.

Malum mediocre. Cice. 3. Tusculan. 38. Omne enim malum etiam me-
diocre, magnum est.

Orator mediocris. Cic. de Claris Oratorib. L. Cotta in mediocrium orato
rum numero dicendi non ita multum laude processit. Ibidem, Fannius
in mediocribus oratoribus habitus est.

Pœnæ mediocres. Plaut Bacch. 8. 21.
Gymnasii professò haud mediocres pœnas pendere.

Spatium mediocre. Plin. lib. 7. cap. 38. 1.

Sponsalia mediocria. Plinius lib. 9. cap. 35. 13. Lolliam Paulinam, quæ
fuit Caii principis matrona, ne ferto quidem ac solenni ceremoniarum
aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium ecõna vidi smarag
dis, margaritisque opertam.

Statura mediocris. Plaut Rud. 9. 9.

Status mediocris. Cic. ad Qu. fratrem, li. 1. 1. 61. Quòd si in mediocri statu
fortunis ac prædicationis nostræ res essent, nihil abs te eximium, præ
ter aliorum consuetudinem, postularetur.

Non mediocre telum ad res gerendas fama. Cic. de Amicit. 55. Nec verò
negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare
oportet benevolentiam ciuium.

Vitis mediocris. Horat. 1. Serm. saty. 4. 28.

Mediocritas, pen. cor. (μετριότης.) Medium dicitur, vt ait Nonius. Cice.
4. Acad. 144. Mediocritates illi probabant, & in omni per motione na-
turalem volebant esse quendam modum. Idem 1. Offic. 182. Eadem
ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in pleriqueque rebus, mediocritas
optima est. Colu. lib. 4. Mediocritas in electione loci maximè proba-
tur: quoniam in confinio boni malique posita est.

Mediocritas ingenii. Cice. 2. Philipp. 29. Non video nec in vita, nec in
gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid de
spicere possit Antonius.

Minus superba mediocritas præceptoris ad suscipiendas elementorum
molestias. Quintil. lib. 1. cap. 3. 2.

Mediocriter, pen. corr. Aduerb. (μετρίως.) Medio quodã modo: hoc est
Prudenter & moderatè. Cic. 1. de Finib. 10. Quid Theophrastus, me-
diocriterne delectat, quum tractat locos ab Aristotele antè tractatos?

Nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Cic. 2. Tuscul. 11.

Etiam mediocriter à me ribi commendatus. Cic. ad Sulp. lib. 13. 29. 1.

Non mediocriter ferre. Cic. 5. Verr. 79. Quod me hercule Iudices mihi
non mediocriter ferendum videtur. Idem pro Quintio, 41. Tamen
esset non mediocriter conquerendum, Ibidem. 1.

Mediocriter doctus. Plin. epist. 10. b. Cice. 2. Tuscul. 11.

Haud mediocriter. Plaut. Merc. 5. 13.
Flagitium & damnum fecisse haud mediocriter.

Mediocriter facere. Terent. And. 1. 1. 32.
Horum ille nihil egregiè præter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Mediocriter vestita veste lugubri. Terent. Heaut. 2. 3. 45.

Medioximus, vel mediõximus, pen. corr. Adiectiuum, (μεσόμαχος,) Me-
diocris, siue medius. Vnde Medioxumi dii vocantur potestatis medię.

Seruius in librum octauum Aeneid. dicit Herculem communem deum
vtriusque naturæ, medium & inter mortalitatem & inter diuinitatem.
Sunt numina aliqua tantum terrestria, aliqua tantum cœlestia, aliqua
media, quos deos medioxumos Apuleius vocat. Plautus Cistel. 5. 36.
Atque me di deæque superi, inferi, & medioxumi, &c.

Med oxuma vxor. Plaut Cistel. 7. 68. – conteris
Tu tua me oratione mulier, quisquis es:
Medioxumam quam dexit vxorem, ex ea
Nata est hæc virgo.

Mediusfidius, (μὰ τὸν Δία πίστιον,) (inquit Festus) compositum videtur
& significare Iouis filium, id est Herculem: quod Iouem Græcè Δία
πίστιον, & nos Iouem ac fidium pro filio, quòd sæpe antea pro i. litera, u
vtebantur. Quidam existimant iusiurandum esse per diui fidem: qui-
dam per diurni temporis, id est diei fidem. Hæc Festus. Alii sic, Medius
fidius, hoc est, per deum Fidium. nam Fidius deus est, qui fidei præest.
Plaut. Asin. 3. 8. Per dium Fidium quæris iurato mihi. Plin. epist. 255.
Verè credo te ea, qua debebis diligentia, hoc opus aggressum: sed me-
diusfidius ad eandem diligentiam tuam pertinet inquirere, quorum vi
tio ad hoc tempus tantam pecuniam Nicomedenses perdiderint. Bru-
tus Ciceroni, 16. 3. Ego mediusfidius nõ existimo tam omnes deos auer
sos, &c. Idem pro Rosc. Amer. 50. Quæ ita aperta & manifesta sunt,
vt mediusfidius, Iudices, inuitè ea dicã. Sic Cecin. ad Ciceronẽ, li. 6. 7. 5.

Mediãnus, pen. pro. Adiectiuũ, (μεσίανος,) Quod in medio est. Vnde Me
dianas colũnas Virruuius dixit, vt ab angularibus quę crassiores sunt,
distinguerent. Vide Vitruuium lib. 3. ca. 1. & ca. 2. & rursum capite vlti.

Mediastinus, mediastini, pen. prod. (μεσαύλιος.) Quin in medio lauantiũ
stat in balneis, inquit Priscianus. Nonius mediastinos pro balneatori
bus, itemque pro ministris & curatoribus ædium accipit, qui in medio
stent, vt omnibus ministrent. Sed vilissima quæque mancipia, in agro
maximè, mediastinos accipere debemus, qui abiectissima quæque in
ter seruos officia obeunt: eiusmodi sunt hodie in principum domibus,
cognomine lignearii, bacularii: quorum vna illa functio est, vt omni-
bus pareant, nec vllius imperium detrectent in medio semper & pro-
pinquo ad nutus omnes excubant. Cic. 1. in Catil. 18. Itaque ego illum
exercitum &c. magnopere cõtemno, collectum ex senibus desperatis,
ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, ex decoctoribus, ex iis, qui
vadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerunt. Alia exempla
eia habent mediaculis, alia mendiculis. Columel. lib. 1. ca. 9. 5. Media-
stinus qualiscunque status potest esse, dummodo perpetiendo labo-
ri sit idoneus. Et paulo post, Separandi sunt aratores à vinitoribus, &
vinitores ab aratoribus, nũque a mediastinis Horat. 1. epist. 14. 3. Tu me
diastinus tacita prece rura petebas. Lucil. Villicum Aristocratem me
diastinum atque bubulcum Ex Hermolao. Vlpianus in L. 1 §. Cæterũ
ff. Nautæ, caupones, stabularii, Qui mediastini opera fungitur, non cõ
tinetur, vt purpurarii, atriarii, & focarii, & his similes.

Mediastinus (vt inquit Budæus in L. 1 §. Qui sunt igitur. ff. Nautæ, cau-
pones, stabularii) est mancipium abiectius quod vilissima & sordidissi
ma ministeria obire domi cogitur. domum verrere, purgamenta effer-
re, ligna congerere, & huiusmodi alia facere. Ipsum ob hoc ira dictum,
quòd in media domo ad imperia omnium, nutusque excubare soleat.
Exempla sunt apud Columellam lib. 1. cap. 9 & 13. Et apud Vlpianum
in L. Item apud Labeonem §. Prætor ait si quid factum. ff. de Iniuriis,
Etenim multum interest, inquit, qualis seruus sit: bonæ frugi, ordina-
rius, dispensator, an verò vulgaris, vel mediastinus, an qualis qualis, &c.
Paulus in L. Quum de serui. ff. de Operis seruorum. Quum de serui ar
tificis operis agitur, pro modo restituendæ sunt: sed mediastini, se-
cundum ministerium.

¶ Mediastinum appellant medici, membranas in ventre hominis medio,
quæ sunt veluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in
duos veluti ventriculos.

Mediastiticus, pen. cor. (μεσαιωνιτικός,) Liu. Deca. 1. li. 6. Mediastiticũ
(qui sũmus magistratus apud Campanos est) eo anno Seppius Lesi erat.

Mediterraneus, Adiectiuum, (μεσόγειος, μεσόγαιος,) Quod est à ma-
ri remotum, quasi in media terra. Cæsar 5. bel. Gall. 40. Nascitur ibi
plumbum in mediterraneis regionibus: in maritimis ferrum. Quintil.
lib. 5. ca. 10 Montanus an planus, maritimus an mediterraneus. Cic. 1.
de Natu. deorum, 121. Ita fit, vt mediterranei mare esse non credant.
Plin. lib. 14. cap. 6. 7. In mediterraneo verò Cesenatis, &c.

Mediterreus, Adiectiuum Festus, Mediterreum melius quàm mediterra-
neum Sisenna dici putat.

Mediuullium, mediuulli, (μεσαιωλίον,) Non medium terræ dicitur, inquit
Festus: sed procul à mari, quasi meditellium, ab eo quod est tellus. Ci-
cero in Topicis, 18 dicit tullium in hoc verbo extensionem esse vo-
caboli nihil significantem.

Meditrinalia, (μεδιτρινάλια,) meditrinaliorum (inquit Festus) dicta hac
de causa, Mos erat Latinis populis, quo die quis primùm gustaret mu-
stum, dicere, ominis gratia, Vetus nouum vinũ bibo, veteri nouo mor-
bo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptũ, cuius-
que sacra Meditrinalia dicta sunt. Hæc Festus. Varro de Ling. Lat. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5. Meditrinalia dies dictus est à medendo, quòd vt ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum nouum & vetus libari & degustari, medicamenti causâ. quod facere solent etiam nunc multi quum dicant, Nouum vetus vinum bibo nouo veteri morbo medeor.

MEDON, (μέδων,) Notus fuit Oilei, ex matre Rhena, teste Homero libro 2. Iliados, & Ouid. epist. 1.

MEDOACVS, Portus, (μεδόακος & ἀμήν,) Plinio lib. 3. cap. 5. Inde Meduacus, Venetorũ fluuius, qui nũc vulgò Brenta dicitur. Ná ostia Padi Plin. lib. 3. ca. 16. describens, air, Proximũ portũ facit Brondulũ, sicut Edronem Meduaci duo & Fossa Clodia. Strabo lib. 5. scribit Meduacũ vocari & portum & fluuiũ. Ibidem, supra Venetos Carnotũ & Meduacorum fuisse gentem tradit. Vide Plinium in initio primi voluminis.

Medulla, medullæ, (μυελός, ὀστεοῦν) Dicta quòd in ossibus media fit. Pli. lib. 11. cap. 37. 82. Et medulla ex eodẽ videtur esse in iuuenta rubens, & senecta albescens: non nisi canis hæc ossibus, nec cruribus iumentorum aut canum: quare fracta nõ ferruminantur, quod defluente euenit medulla. Plautus Stich. 6. 16.

At ego periũ, cui medullam lassitudo perbibit.

In visceribus medullisque cõdidit omne bonũ Metrodorus. Cl. 5. Tus. 41.

Albæ medullæ. Ouid. 14. Metam. 42.

Liquefactæ medullæ cæca tabe. Ouid. 9. Metam. 35.

Mellis medulla, De re maiorem in modum suauis dicebatur. Vnde & Ennius apud M. Tullium de Claris Oratorib. 29. M. Cornelium Cethegum, Suadæ medullam appellat, ob singularem suauiloquentiam. Nam quod optimum est, id natura videtur intimè recondidisse. Vnde & illa passim obuia, in medullis, & medullitus amare, non dissident à simulacro prouerbiali. Erasmus.

Mollibus ardet ignis in medullis. Catul. de Acme, epigram. 42. 4.

Est molli flamma medullas. Virg. 4. Aeneid. 14.

Fouet igne medullas amor. Ouid. 2. epist. 3.

Hærere medollis alicuius. Cic. Gallio, lib. 15. 16. 5.

In Popu. Romani medullis ac visceribus hærere. Cic. 1. Philip. 26.

Includere aliquid medullis. Cic. Attico, lib. 15. 323. 8.

Inclusa sunt mihi in medullis, Vide INCLVDO.

Insidet in medullis feruor. Cic. 4. Tusc. 36.

Labitur totas foror in medullas. Senec. Hippol. 3. 2.

Auidis medullis subdita flamma. Virg. 3. Georg. 55.

Litium medullæ. Quintil. li. 2. ca. 1. 8. Et in mediis litiũ medullis versanẽ.

Plau. Mostel. 4. 85. Vt videas eã medullitus me amare. Idẽ Truc. 5. 61.

Ostendit mihi iam iesse medullitus, se infidelem nunquam
Dum vitae fore. Varro, Medullitus Aquilonium seruat frigedinem.

Medullula, pe. cor. Diminutiuũ, (μυελίδιον,) Catul. ad Thallũ, epig. 22. 1.

Cinædo Thalle molior cuniculi capillo,
Vel auferis medullula, vel inula mollicella.

MEDVSA, Vide MEDIA.

MEDVSA, pen. prod. (μέδουσα,) Fuit filia Phorci ex Cetho coniuge, quæ vnà cum duobus sororibus Euryale, & Stenone, Gorgadas insulas in Oceano Aethiopico tenuisse feruntur. Vnde & Gorgonides appellãtur. Eius capilli in angues à Minerua immutati sunt: & qui illã aspiciebant, in lapides vertebantur. Quam Perseus peremit: ex cuius cruore natus est Pegasus. De hac etiam multa Suidas, & aliũ Græci. Vide in dictione GORGONES & PEGASVS. Meminit & Ouid. li. 4. Metam.

Torua Medusa. Ouid. 1. de Arte, 62.

Si fuerit torua violentior ipsa Medusa,
Fiet amatori lenis, & æqua suo.

Medusæus, Adiectiuum, (μεδουσαῖος,) vt
Os Medusæum. Ouid. 5. Metam. 50.

Equus Medusæus. Ouid. 5. Fast. 2. Id est Pegasus.

MEGA, (μέγα,) id est magnum, promontorium Mauritaniæ Cæsariensis, inquit Ptolemæus. Vulgò One, siue Oue.

MEGABYZI, siue Megalobyzi, (μεγαλόβυζοι,) dicebantur Ephesiæ Dianæ sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat: vnde & pro imbellibus ac mollibus poni consueuerunt, quales sunt spadones. Quintil. lib. 5. cap. 12. An vero statuarum artifices, pictoresque clarissimi quum corpora q̃ speciosissima pingendo fingendóve effingere cuperent, nũquam tamen in hunc inciderunt errorem, vt Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis adsumerent sibi, sed Doryphorum illum aptum vel militiæ, vel palæstræ, aliorum quoque iuuenum bellicosorum, & athletarum corpora decorare existimarunt.

MEGAERA, μέγαιρα, Vna est è trib' Furiis. De qua Virg. 12. Aen. 170.

Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,
Quas & Tartaream nox intempesta Megæram
Vno eodemque tulit partu. Et alibi, – furiali à sede Megæra.

Improba Megæra. Claud. 1. in Ruffin. 15.

Improba mox surgit tristi de sede Megæra.

Torua Megæra. Claud. 3. de raptu Proserp. 78.

Megalensis, Vide MEGALESIA.

Megalesia, Megalesiorum, n. ge. pluralis numeri, (μεγαλέσια,) Dies magnæ matri deorum dicatus. Ludi quoque celebrari soliti ante templum in ipso Magnæ matris cõspectu, etiam Megalesia dicebãtur. Cic. de Aruſp. resp. 23. Et Ludi Megalenses. Liu. M. Iunius Brutus ædẽ Magnæ matris deum in palatio dedicauit: & ludos ob eam dedicationem factos, Megalesia appellauit. Idẽ 9. bel. Pun. 71. Populus frequens dona deæ in palatium tulit, lectisterniumque & ludi fuere, Megalesia appellata. Cic. de Aruſp. resp. 21. Nam quid ego de illis ludis loquar? quos in palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebratique voluerunt. Quintil. li. 1. ca. 5. 33. Quædam tamẽ & facie solecismi habẽt, & dici vitiosa nõ possunt, vt Tragœdia Thyestes, & ludi Floralia, ac Megalesia.

MEGARA, pen. corr. (μέγαρα,) Vrbs iuxta Isthmũ Corinthiacũ media inter Peloponnesum, Atticam, & Bœotiam. dicta à Megareo Apollinis filio. Huius meminit Cicero lib. 4. Epistolarũ. Patria fuit Euclidis geometræ. Fuit & Megara, Creontis regis filia, & vxor Herculis, quã furiis interemit, vt scribit Seneca in Hercule furẽte. Quo etiã nomine dicitur est mons in Sicilia, vbi apes mulæ: licet & Megara, Megarorũ Ingenium. Virg. 3. Aeneid. 137. Pantagiam, Megarosque sinus, Tapsumque iacentem.

Megaricus, pen. corr. (μεγαρικός,) Possessiuũ. Cic. 4. Acad. 133. Qui quod Zenonis esset, vides quantum ab eo dissenserit: & quàm non similem Platone Megarici, quorũ fuit nobilis disciplina. Et paulo post, pharetra Euclides Socratis discipulus Megareus, à quo iidem illi Megarici dicti sunt, qui id bonum solum esse dicebant, &c. Et de Fato. 15.

Megareius, Adiectiuum quadrisyllabũ, (μεγαρεῖος) vt Heros Megareus. Apud Ouidium 10. Metam. 131.

MEGARIS, Megaridis, (μέγαρις,) regio est in Achaia, à qua Bulbi Megarici, quos celebrat Cato. Columella lib. 10, Iam Megaris venant gonitalia semina bulbi. Vide Plinium lib. 4. cap. 7.

Megistanes, pe. prod, (μεγιστᾶνες,) dicunt proceres, primates, Nam μέγιστος, Latinè dicit magnus. Cor. Tacitus. Simul cõsilio terroré abducere, & Megistanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, populit sedibus. Suet. in Caligula, ca. 5. Regẽ etiam regum & exercitatione venãdi, & cõuitu megistanorũ abstinuisse.

Mehercule, pen. cor. (μὰ τὸν Ἡρακλέα,) Aduerbium iurandi, Per Herculem. Cic. Attico, lib. 10. 105. 1. Epistola tua gratissima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi: semper secum aliquid afferunt literæ tuæ. Idem 5. Verr. 25, Si mehercule ex omni copia conuectus Syracusani splendidissimorum hominum, &c.

Mehercules, Idẽ, (μὰ τὸν Ἡρακλέα,) Festus, Mecastor & Mehercules indifferenter random erat, quasi diceretur, Ita me Castor, ita me Hercules, vt falsum diatur iuuet. Cic. 6. Verr. 27. Verè mehercules hoc iudices dico. Idem 7. Verr. 117, Si mehercules ex his laqueis te exuerit, &c. Idem in Oratore, 80, Impetratum est, inquit, à consuetudine, vt peccare saepiusque causa liceret, & pomeridianas quadrigas, quàm postmeridianas Ciceronis dixerim: & mehercule, quàm mehercules.

Mei, vel mis, (ἐμοῦ,) genitiuus ab EGO. Vide suo loco.

Meio, meis, minxi, mictũ, (ὀμείω, ὀμιχέω,) meiere, Vrinam emittere. Diomedes præteriti meii esse dicit, sed in vsu minxi. Persius Saty. 7. 12. – facer est, pueri, locus, extra Meiite. Hora. 2. Ser. lib. 2. 6. Ditior aut formæ melioris meiat eodem. Martia. lib. 5. 36.

Minxisti currente semel Pauline carina?

Meiere vis iterum, iam Palinurus eris. Iuuenalis Saty. 1. 14. Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est. Colu. lib. 7. cap. 5. 14. Et vitam pecudem, quæ fuerit pusulosa, resupinam obruamus: pariamusque superegorum quæ fuerit meiere totum gregem.

Mictum, Supinum. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 8.

– atque in me veniat mictum atque cacatum
Iulius, & fragilis Pedatia.

Mula meiens. Catul. de Aemylio, epigr. 92. 2.

Mel, mellis, n. gen. (μέλι,) Notæ significationis. Plin. li. 11. cap. 14. 1. Mel quocunque tamen tractu terna sunt mellis genera. Verũ ex floribus constructo fauo, quod ideo vocatur anthinum. Et paulo post. 3. Alterum genus est mellis æstiui, quod ideo vocatur horæum, à pestilitate præcipua, ipso Sirio explendescente post solstitium diebus triginta ferè. Ibidem, cap. 12. 1. Venit ex hoc aere, & maximè sidere exortu, præcipuéque ipso Sirio explendescente fit, nec omnino ante Vergiliarum exorto sublucanis temporibus, &c. Cice. 3. de Finib. 13. Mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis dulce esse sentitur.

Mel, à Græco μέλι fit. Plaut. Trucul. 4. 72.

– in melle sunt linguæ sitæ vostræ atque orationes:
Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto.

Dulcior melle. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 6.

Aerii mellis cœlestia dona. Virgil. 4. Georg. 1.

Attica mella, de fauis. Ouid. de Medicamine faciei, 17. Constructa

Constructa mella. Virgil. 4. Georg. 43.

Dulcia mella. Virgil. 4. Georg. 11.

Flaua mella. Ouid. 1. Metam. 23.

Fragrantia mella thymo redolent. Virgil. 4. Georg. 34.

Humida mella. Virg. 4. Aeneid. 97.

Liquata mella expressis fauis. Ouid. 4. Fast. 30.

Liquentia mella stipant apes. Virgil. 1. Aeneid. 88.

Lucenia mellis veneno. Valer. 1. Argon. 13.

Pressa puris mella condit amphoris. Horat. Epod. 2. 3.

Purissima mella. Virg. 4. Georg. 13.

Redolentia mella flore thymi. Ouid. 15. Metam. 16.

Reperta à Baccho mella. Ouid. 3. Fast. 148.

Roscida mella. Virgil. 4. eclog. 7.

Spumãtia mella cogere pressis fauis. Virg. 4. Geor. 18.

Tenacia mella figunt. Virgil. 4. Georg. 12.

¶ Generandi gloria mellis. Virgil. 4. Georg. 41.

¶ Poetica mella. Horat. 1. epist. 10. 9.

– fidis enim manare poetica mella
Te solum, tibi pulcher.

Musæum dulce mel. Lucrec. lib. 4. 5.

– volui tibi suauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram:
Et quasi Musæo dulci contingere melle.

¶ Mel meum, Blandientis vox: quemadmodum est Meum suauium. Plau. Cure. 4. 8. – nam si absim, haud recusem, quin mihi malè sit mel meũ.

Melliculum, melliculi, pen. cor. (μελίκιον,) Diminutiuũ blandientis. Plau. Casina, 21. 1. 5. Meum corculum, melliculum, verculũ. Idem Cure. 2. 11. Egón' apicularum opera congestum non feram,
Ex dulci ori iundum melliculo dulci meo?

Mellillus, mellilla, mellillum, (μελιτίδιον,) Diminutiuum alterum, similiter blandientis. Plautus Casina, 3. 4. 5.

Mea vita, meo mellilla, mea festiuitas,
Sine tuos ocellos deoculae voluptas meas.

Mellarius, Adiectiuum, Quod ad mel pertinet. Plin. lib. 11. ca. 14. 4. Vasa mellaria aut fauos lauari aqua præcipiunt: hæc etiam apiaria dicuntur.

Mellarius, substantiuum, (μελιτουργός,) Qui mellis opus exercet. Varro lib. 3 de Re rust. cap. 16. 13. Ad extrema, quæ mellarii suum exire posunt, opercula imponunt aloeis.

Mellarium, substantiuum, (μελιττῶν,) Vbi apes nutriuntur. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 16. 6. Mellitõnas ita facere oportet, quos alii melitrophia appellant: eandem rem quidam mellaria.

Melitargus, melitargi, (μελιτεύργος,) Idẽ quod Mellarius, qui mellaria exercet. Varro de Re rust, li. 3. ca. 2. Merula, vt cætera fecit historicũ. 2. quæ sequi melitargi soleant, demõstrabit. Primum apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto.

Mellatio, mellationis, (μελιτοεργωνις,) Mellis vindemia, quum mel eximitur. Colu. lib. 11. cap. 2. 38. Sinautem maiore parte vacant, aut sine operculis adaperti sunt, nondum esse maturos significatur. Itaque mellatio est differenda. Plin. lib. 11. cap. 16. 2. Hæc ergo mellatio sine vindemiæ & Vergiliarum occasu. Idem lib. 11. cap. 15. 17. Aestiua mella

Melleus, Adiectiuum, (μελίσσινος,) Quod ex melle est, vel mellis quantitatem refert ipso gustu. vt Melleus sapor, Apud Plinium lib. 15. cap. 14. Et lib. 11. cap. 16. 2. Fæx statim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia fastus. Et lib. 11. cap. 14. 5. Melleus odor.

Melleus, aliquando pro Dulci accipitur. vt Vox mellea.

Mellitus, pen. prod. Adiectiuum, (μελίτινος,) Quod est melle conditum. Plin. lib. 36. cap. 19. Mellitres succum: emittit dulcem, mellitumque tuſus. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 17. Et faui melliti intus ponendi à fucibus longè. Sueton in Claud. Nerone, ca. 27. Indicebat & familiaribus cœnas, quorum voi mellita quadragies H-S. constiterunt.

Placentæ mellitæ. Horat. 1. epistol. 15. 5.

Mellitus puer, pro Suaui & iucundo. Cic. ad Atticum lib. 1. 13. 2. Ita sum ab hominibus destitutus, vt tantum requietis habeam, quantũ est vxore & filiola & mellito Cicerone cõsumitur. Catul. de passere, epig. 3. 2.

Nam mellitus erat, suamque norat,
Ipsam tam bene, quàm puella matrem. Idem ad Iuuenciũ, epigr. 45. 1.

Mellitos oculos tuos Iuuenci, &c.

Mellifluus, Adiectiuum, (μελίῤῥυτος,) Ex quo fluit mel, vel fluere videtur: hoc est Dulce, iucundum. vt Mellifluo oratio.

Mellifico, mellificas, pen. corr. (μελιτοποιέω,) mellificare, Mel facere. In Virgilii vita legimus, Sic vos non vobis mellificatis apes. Plin. lib. 11. cap. 18. Alirum quæ in arboribus mellificant.

Mellificus, pen. corr. Adiectiuum, (μελιτοποιός,) Quod mel facit. Columel. lib. 9. Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus expleant. Ibidem, cap. 8. Locum non esse mellificum suspicabimur.

Mellifer, pen. corr. Adiectiuum, (μελιτοφόρος,) Ouid. 15. Metam. 77. Nonne vides quos cera tegit fexangula fœtus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci?

Mellificium, mellificii, (μελιττουργία,) Mellis artificium. Varro de Re rustica lib. 3 ca. 16. Sed vt hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Idem, Quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Colu. lib. 9. cap. 12. Apes magis mellificiũ, quàm fœtibus student.

Melligenus, pen. cor. Adiectiuum, (μελιτογενής,) Quod est eiusdem generis cum melle. Plinius lib. 16. ca. 7. 2. Nascuntur in eo & pilulæ, nucibus nõ absimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos. Et paulò post, Ferr & aliã inutilẽ pululam esi capillo, vertino tã tepore melligeni succi. Hoc est, eiusdẽ succi, cuius est mel ipsum.

MELAENA, (μελαίνα,) Insula est quæ alio nomine Coreyra appellatur. Stat. 12. Theb. 124. Icarii, Celeique domus, vti desque Melænæ.

Melamphyllum, melamphylli, (μελάμφυλλον,) Species acanthi herbæ, à foliorum nigredine sic dicta, quasi melano phyllum Plin. lib. 22. cap. 22.

Melampodium, melãpodii, (μελαμπόδιον,) Genus nigri hellebori, à Melãpodeuate dicti. Pli. li. 25. ca. 5. 9.

MELAMPVS, Melampodis, pen. corr. (μελάμπους,) fuit, teste Homero lib. Odyssea 15. filius Amythaonis ex patria Argo. Stat. lib. 3. Thebaid. 91. – Amythaone creatus,
Iam senior, sed mente vires Phœboque Melampus
Afficiat. Dicitur etiam fuisse medicus illustris, & filias Proeti sanauisse helleboro. Quod retigisse videtur Virgil. 3. Georg. 110. quum de medicinis profæna peste loqueretur,
Quæsitæque nocent artes: cessere magistri
Phillyrides Chiro, Amythaoniusq; Melampus. Tib. li. 4. ad Messalã, 74.

Melampus, nomen canis apud Ouidium 3. Metam. 41. Dicti sic, παρὰ τὸ μέλανας ἔχειν τοὺς πόδας, quòd nigros habeat pedes. Oui. 3. Met. 42.

– primusque Melampus Ichnobatesque fugax latratu signa dederunt.

Melania, melaniæ, pen. correp. fœminini generis, Idem quod Nigritia seu nigredo. Plinius lib. 24. cap. 8. 1. Et lentiginem & carcinomata, melanias quoque veteres, addito melle emendant. Meminit etiam Hermolaus.

Melancholia, melancholiæ, (μελαγχολία,) Latinè dicitur atrabilis, quæ fæpe in furorem agit homines. Cice. 3. Tusc. 18. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant: quasi verò atrabilis sullum mens, ac non fæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur.

Melancholicus, pen. cor. Adiectiuum, (μελαγχολικός,) Qui atrabile plurimum abundat. Plin. lib. 20. cap. 7. 7. Dantur & melancholicis candidæ copiosiores, & ad vesicæ vitia. Cic. 1. Tuscul. 136. Aristoteles quidem ait omnes ingeniosos melancholicos esse. Idem 1. de Diuin. 139.

Melancoryphus, melancoryphi, pen. cor. (μελαγκόρυφος,) Auis quæ & ficedula dicitur: sed ficedula nomen habet potissimum Autumno ab edendis ficis aliis temporibus melancoryphus, quòd κορυφὴν μέλαν, hoc est verticem nigrum habeat, Latinè atricapillam dicere possumus: mutat enim formam & colorem. Plinius lib. 37. cap. 8. 6.

Melandryum, (μελάνδρυον,) Genus herbæ. Plin. lib. 26. cap. 7. 7. Martial. lib. 3. 56.

Teque iuuant gerres, & pelle melandrya cana.

MELANES, vel Nigri, mõtes, (μέλανες ὄρη,) iuxta deserta Arabiæ. Ptolemæo lib. 5. cap. 17. Hodie Mons Sinai, mons S. Catharinæ: Sur desertum Hebræis, à Mauris Tur dicitur.

Melanthium, melanthii, (μελάνθιον,) Herba quæ vulgò Nigella appellatur à seminis nigredine: vnde etiam Græcis melaspermon appellatum est. Plin. lib. 20. cap. 17. 7. Gith ex Græcis aliis melanthion, alii melaspermon vocant: optimũ q̃ excitatissimi odoris, & quàm nigerrimum. Medetur serpentium plagis & scorpionum.

Melanurus, melanuri, pen. prod. (μελανοῦρος,) Piscis sic dictus, quòd nigricantem caudam habeat, & inter saxatiles numeratur. Ennius, Melanurum, turdũ, merulam, timbramque marinã. Vbi primã produxit, penultimã corripuit: quũ tamen Græce scribatur μελανοῦρος. Proide rectius Lippius 13. Oppianici. Haud facili parius melanurus fallitur arte. Colu. lib. 8. cap. 16. 7. Pisces nutrit, qui scilicet quòd in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, vt merule, turdique, nec minus melanuri. Plin. lib. 32. cap. 2. 7. Vide Cœlium lib. 25. cap. vltimo.

Melapium, melapii, (μηλοσάλιον,) Malum maius est appiis. Plinius lib. 15. ca. 14. 4. Cætera è causis traxere nomen: germanitatis cohærentia, & gemella, nunquam singula in fœtu, colotis serica, cognationis melapia.

MELAS, (μέλας,) Multorum fluuiorum nomen est. Nam vnum esse in Mygdonia ostendere videtur Ouidius 2. Metam. 50. Mygdoniusque Melas. Alium in Sicilia describit Ouidius lib. 4. Fastorum, quum de fluminibus, & de locis Siciliæ, quæ peragrauerat Ceres, loquens, ait, Sacratumque Melam pascua lata boum.

Melas, melanos, mascul. gener. Vitiliginis species. Vide ALPHOS.

Mele, (μέλη,) Nominatiuus pluralis Græcus, à μέλος, Idem quod carmina & modulationes. Lucret. lib. 2. 83. – æquè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ac musæ melæ per chordas, organici quæ
Nobilibus digitis expergefacta figurant.
Cygnea melæ. Lucret. lib. 2. 102.

MELEAGER, vel Meleagrus, pen. corr. (μελέαγρος,) Fuit Oenei regis Calydoniæ filius. De quo vide apud Ouidium lib. 8. Metam.

Meleagrides, pen. corr. (μελεάγριδες, Gallinæ Africæ. Plin. li. 10. ca. 16. Simili mõ pugnãt meleagrides in Bœotia Africæ: hoc est gallinarũ genus gibberũ, variis sparsum plumis, quo nullinæ sunt peregrinarum auium in mensas receptæ propter ingratũ virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Colum. lib. 8. ca. 2. 2.

MELESIGENES, penul. corr. Nomen proprium fuit Homeri poetæ, qui propter cecitatem Homerus est appellatus, vt supra scripsimus.

MELIBŒA, (μελίβοια,) Vrbs est litoralis Magnesiæ, propinqua Thessaliæ, vt testis est Herodotus lib. 6. Fuit etiam patria Philoctetæ, dicente Lucano lib. 6. 71. – pretioque nefandæ
Lampados, Herculeis fortis Meliboea pharetris.
Fulgent Meliboea purpura. Lucret. li. 2. 101. Itẽ apud Virgilũ 5. Aen. 51.

MELIBŒA, Meliboeus, Adiectiuum. Vnde Purpura Meliboea, hoc est Meliboeensis, ait Seruius.

Meliceris, pen. prod. meliceridis, f. g. vel Meliceria, meliceriæ, (μελιχηρίς,) à cera & melle nomen accepit. Tuberculum mellis crassitudine in cubitis & genibus interdũ quoque alis partibus, & in ore ipso, & in capite quod ita nominatur, quia humor in eo melli similis includitur, nec pressum remittitur, vt id quod gangilion sine sine gangbõn appellant in eadem parte, sed molle cedensque. Plin. lib. 20. cap. 11. 11. Radice melicerias & lepras curant. Idem lib. 21. cap. 20. 13. & contra meliceridas efficax. Sunt qui scribant melliceris. Vide Celsum lib. 5. qui à situ similitudine illud vlceris genus μελιχηρίδα à Græcis nominari asserit.

MELICERTA, (μελικέρτης,) Filius Athamantis & Inus, cum quo mater quum videret Athamanta, regem Thebarum maritum furentem, in mare se præcipitem dedit: & postquam in numina sunt commutati, Græcè Leucothea & Palæmon sunt appellati. Latinè Portunus, & mater Matuta. Author Seruius apud Virgilium 1. Georg. 88.
Votaque seruati soluent in litore nautæ.
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Fabulã describit Oui. 6. Fast. 99.

Melicus, pe. corr. (μελικός,) Adiectiuum, à μέλος, Idem quod Musicus. Vnde poetæ lyrici, melici dicti sunt. Ausonius, Tu melicos, lyricosque modos. Cice. de Opt. genere Orat. 141. Poematium tragici, comici, epici, melici etiam ac dityrambici, &c.

Melilotos, pen. prod. f. g. (μελίλωτος,) Herba quam Columella Sertulam Campanam appellat, quòd in Serta vrbe Cãpaniæ frequentissima sit. Plinius lib. 24. cap. 11. 3. Melilotos vbique nascitur. Laudatissima tamen in Attica.

Melimeli, melimẽlis, pen. corr. n. g. (μελομέλι,) Sapor mali Cydonii, ita conditi vt melli quiddam simile referre videatur. Colum. lib. 12. cap. 45. 2.

Melimelum, melimeli, pen. prod. (μελίμηλον,) Dicitur pomum mustæum, siue dulce, quasi mel & pomum. nam μέλι Græcis dicitur mel, & μῆλον malum, quòd mellis saporem habeat. Plinius mustẽ à celeritate nascendi denominatum dicit, lib. 15. ca. 14. 4. Mustea à celeritate mitescendi quæ nũc melimela dicuntur à sapore melleo. Orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. Varro de Re rust. lib. 1. ca. 59. 1. Conditiua mala struthea, cotonea, scantiana, quirinianã, orbiculata, & quæ autem mustea vocabantur, nunc melimela appellantur. Martial. lib. 7. 24.
Infanti melimela dato, fatuæque matiscat:
Nam mihi, quæ nouit pungere, chia sapit. Idem lib. 13. 24.
Si tibi Cecropio seruata Cydonia melle
Ponentur: dicas hæc melimela licet. Plinius lib. 23. cap. 6. 4.
Melimela & reliqua dulcia stomachum & ventrem soluunt, siticulosa, æstuosa, sed neruos non lædunt. Vide Columellam lib. 5. cap. 10. 13.
Horat. 1. Serm. saty. 8. 7.
Post hoc me docuit melimela rubere, minorem
Ad lunam delecta.

Melinum, (μέλινον ἔλαιον,) Oleum ex flore malorũ. Plin. li. 23. ca. 6. 3. Fit & oleum ex his, quod melinum vocamus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideò vtilissima quę ex Sicilia veniunt.

¶ Melinum, Vnguentum Plin libro 13. cap. 1. 4. Postea eodem loco præ larum est melinum, Cyprinum in Cypro.

¶ Melinum, Coloris candidissimi species. Plin. lib. 35. cap. 6. Melinũ candidũ & ipsũ est, optimũ in Melo insula. in Samo quoque nascitur. sed eo nõ vtũtur pictores propter nimia pinguedinẽ. Plin. Mostel. 4. 106.
Non istanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere,
Neque cerussam, neque melinum, neque aliam vllam offuciam. Quidã volunt esse colorem medium inter album & fuscum, qui dicitur gilnus.

Melina, melinæ, λίθος γένος. Geo' vestis apud Plautũ in Epidico, 2. 21.
– vbi ergo est nisi si in vidulo,
Aut si in melina attulisti.

Melior, Meliusculus, Melioresco, Melioro, Vide BONVS.

Meliphyllon, (μελίφυλλον,) Nomen herbæ, quam Varro apistrum esse dicit. Sic enim ait lib. 1. de Re rust. cap. 16. Reliquũ thymo & cythiso obleuisse, & apistro, qd' alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidã μέλινον appellãt. Vir. 4. geor. 13. Tritaque melliphylla, & cerynthe ignobile gramen. Vide MELISSOPHYLLVM.

Melipontus Adiectiuum, vt Melipontus fumis. Cato cap. 62. Vt legitur & melipontus. Vide suo loco.

Melis, huius melis, f. g. (μελίς,) Animal quod & taxo, siue taxon dicitur, quòd sit mellis auidissimum, & aluearibus semper infidiatur in cauernis viuens, asperum, mordaxque, magnitudine vulpis, colore melis: ex cuius pellex pharetras & canum collaria obtegunt. Plin. lib. 8. cap. 38. 1. Alia solertia in metu melibus, sufflatæ cutis distentu idem hominum & morsus canum arcent. Varro 3. de Re rust. ca. 12. 3. Alterum ne felis aut melis, aliue quæ bestia intrare possit.

MELISSA, Vide MELISSVS.

Melissophyllum, melissophylli, (μελισσόφυλλον,) Apistrum dicitur. Plin. lib. 20. cap. 11. 4. Apistrum Hyginus quidem melissophyllon appellat: sed in confectionatione est venenarum in Sardinia. Sic lib. 11. cap. 9. 3. Virgilius per syncopam dixit, 4. Georg. 13. Trita meliphylla.

MELISSVS, (μέλισσος,) Fuit rex Cretensis antiquissimus, qui scribit Lactantius Institutionum lib. 1. primus diis sacrificauit, habuisque duas Amaltheam & Melissam, quæ louem puerum capeino lacte aluerit, vnde Melissa apes dicta fuit: & Amalthea capre cui filium accepit. Colu. lib. 9. ca. 2. 2. Nec sanè rusticè dignũ est fœminam fuisse mulier pulcherrima specie Melissa, quã Iupiter in apem transtulit. Vnde & apes Græcis μέλιττα dicuntur. Fuit item Melissus stoicus muneri datus Mecœnati, ac manumissus ab eo. Author Tranquillus. Melissus præterea Samius, Parmenidis auditor, philosophus clarus suis charus, quib' præcepta plura dedit. Republicã administrauit, classique in bello præfuit, vt refert Apollodorus. Ouid. 4. de Ponto eleg. 16. 6. Et tua cum socco Musa Melisse leuis.

MELITE, Melitess siue Melita. Melitæ, pen. corr. (μελίτη,) Insula maris Italiam Epirumq; posita, & (vt scribit Strabo) ante Pachynũ sita. Cicero 6. Verr. 91. Melita insula satis lato ab Sicilia mari, periculosque obiunctam qua eodem nemine oppidum. Vnde Melitæ canes, pulli olim in delitiis fœminarum. De hac Ouidius 3. Fastorum, 1. 14. Fertilis est Melite. Est & vrbs hoc nomine. Carthaginensium colonia. Diodorus refert in Melita insula pretiosam tenuitate ac mollitie vestiri. Cicero 4. Verr. 117. Vestem Melitensem nominant.

Melitæus & Melitensis, Adiect. (μελιταῖος,) vt Canes Melitæi & Melitenses. Plin. lib. 30. cap. 6. 6. Melitensem rosam cõmendat Cic. 7. Verr. 20. Catuli Melitæi. Plin. lib. 3. cap. vlt.

Melitites, melitĩtis, pen. prod. m. g. (μελιτίτης,) Potio ex melle facta, authore Plinio lib. 22. cap. 14. 2.

Melitton, melitõnis, pe. pro. m. g. (μελιττῶν,) Vbi apes mittunt. Varro de Re rust. li. 3. ca. 16. μελιττοδόκαι ita Græci appellant, eandem rem quidam melliquios alii μελιττεοφῶκα appellant, eandem rem quidam melliquetis.

Meliturgus, Vide MEL.

Melius, Comparatiuũ à Bene, & MELIVSCVLE, Vide BONVS.

MELLA, (μέλλα,) Fluuius Galliæ est, iuxta quem Amello herba frequenter nascitur. Seruius.
Flumina curua Mellæ. Virg. 4. Georg. 56.

Mellarium, Mellarius, et Mellatio, Vide MEL.

Melliceris, Vide MELLICERIS, nam vnico l scribi debet.

Mellificatio, Mellificator, Mellificatus, Vide MEL.

Melligo, pen. prod. melliginis, f. g. μελίγμα, Succus ex lachryma quercũ, siue florũ, quem apes deuorant, quemq; postea ad alueos regressæ euomũt, operandoq; componunt. Plin. lib. 11. ca. 4. Fomũ fauos cõstruunt, ceram fingũt: hoc est, domos, cellasq; facũt. Deinde sobolem, postea mẽlla, ceratã ex floribus, melliginem à lachryma quercũ horũ quæ glutinum pariunt, salicis, vlmi, harũdinis, succo, gũmi, pruni. Melligo etiam, pro quocunque succo florescentis fructus adhuc, atque non maturi. Plin. lib. 12. ca. 27. 1. In prima lanugine demetitur vua, quæ melligo. Reliquum corpus sole coquitur.

MELOCARVS, (μηλοκάνθος,) Germaniæ vrbs apud Prolemæum lib. 2. cap. 11. vulgò Choburglz.

Melodes, Melodia, Vide MELOS.

Melomeli, (μηλομέλι,) à Columella li. 12. cap. 45. 3. vocatur, quũ melle submergũtur. Sed rectius legitur melimeli. Vide suo loco.

Melones, dicuntur à Palladio genus peponis, quod aliis melopepo appellatur, quasi pepocydonius, vel cotoneus, quòd malli cydonii figurã habeat. dicitur enim ἀπὸ τοῦ μήλου hoc est à pomo vel malo, quod absolutè Græcis malum cotoneum significat.

Melos, n. g. (μέλος,) indeclinabile. Cantus suauitas, vel dulcis modulatio. Perf. in Prolog. 3. Cantare credas Pegaseium melos.
Melos, inquit Iudæus, ad flexum vocis pertinet. constat enim canore ac sono rhythmus verò modulatione. pertinet enim ad corporis gestum & collocationem verborum, vt docet Quintilianus lib. 1. Instit. de musica loquens.
Sic Calepinus, Græci autem, quorum hæc est dictio, τὸ μέλος, τοῦ μέλους τὸ μέλουσ, τῷ μέλει, dicunt. Lactantius Firmianus declinationem Latinam formauit. Hoc melos, huius meli, &c. apud quem ablatiuus melo, in carmine de CHRISTI resurrectione, legitur, Fitque repercussio dulcior aula melo.
Longum meles. Horat. 3. Carm. ode 4. 1.

Melodia, melodiæ, (μελῳδία,) Dulcis cantus, siue melleus.

Melodes, pen. prod. (μελῳδός,) Qui dulcia carmina cãtat. Sidonius, Proculus melodes intonare pulsibus.

MELPOMENE, penultima corr. (μελπομένη,) vna Musarum, vt videre licet infra in dictione MVSAE. Horat. 1. Carm. ode 24. 1.
–præcipe lugubres
Cantus Melpomene, cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit. μέλπω Idem significat quod Canto, celebro.

Membrum, membri, (κῶλον, μέλος, ἄλος, γυῖον,) Sipontinus, Armata ossa cum neruis & venis: membra autem propriè vocamus carnẽ artus tegentem. Vnde membrana, superior membri pars, hoc est pellis ipsa appellabatur. Silius lib. 7. 94.
–& venis mollis iuncta trementibus ossa:
Extant consumptis visu deformia membris. Quædam exemplaria legunt neruis.

¶ Membrum, etiam pro singulis corporis partibus ponitur. Terentius Adelph. 4. 4. 7. Membra metu debilia sunt. Cic. 5. de Finib. 19, Iam mẽbrorum, id est partium corporis alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata, vt manus, crura, pedes, &c. Alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni. Idem ad Atticum, lib. 8. 145. 1. Nec sum miratus eum qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Hic per translationem posuit.
Iners membris, Vide INERS.
Artus magni membrorum. Virg. 5. Aeneid. 85.
Flexus membrorum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 17.
Granitas membrorum. Lucret. lib. 3. 97.

¶ Abalienata membra, Vide ABALIENO.

Accommoda bellis membra. Stat. 4. Sylu. 4. 13.
Aegra membra. Ouid. epist. 20. 18.
Ausisa membra. Virg. 9. Aeneid. 99.
Cæsa membra. Ouid. 6. Metam. 82.
Candida membra. Ouid. 1. Metam. 122.
Curua membra. Ouid. 3. Metam. 56. –& curua trementi
Membra tulit gressu.
Debilia membra. Silius lib. 10. 79.
Direpta membra manibus. Ouid. 3. Metam. 147.
Discerpta membra gruis. Horat. 1. Serm. sat. 8. 18.
Disiecta membra lacerti corporis. Sene. Hippol. 1. 2. 20.
Exangua membra. Silius lib. 7. 137.
Exilia membra. Ouid. 5. Metam. 87.
Fessa membra diurnis missilibus. Ouid. 4. Metam. 43.
Hispida membra iuuenalis Saty. 2. 2.
Immania membra. Ouid. 11. Metam. 102.
Implicita membra. Lucan. lib. 3. 138.
–fœnus complectitur hostem
Hostis, & implicitis gaudent subsidere membris.
Liquefacta membra. Silius lib. 1. 36.
Offa liquefactis fumarunt feruida membris.
Muliebribus membris puer. Lucret. li. 4. 212. id est puer tener.
Procera membra. Silius lib. 16. 71.
Rigentia membra fugiente vita. Lucan. lib. 2. 5.
Saucia membra. Ouid. 2. Metam. 131.
Squallida membra. Lucret. lib. 6. 191.
Tenera membra. Lucret. lib. 4. 225.
Truncata membra. Claud. de bello Get. 53.
Turpia membra vdo fimo. Virg. 5. Aeneid. 72.
Valida ac iuuenilia membra. Iuuenalis Saty. 11. 1.
Velocia membra. Silius lib. 17. 109.
Vieta membra. Horat. Epod. 12. 2.

Viuida membra. Silius lib. 7. 13.

¶ Lassata membra abluere. Ouid. 6. Metam. 71.

Abscindere membra. Lucret. lib. 3. 10.
Languida membra cadunt. Ouid. epist. 20. 32.
Caprus membris, Vide CAPRO.
Componere membra, Vide COMPONO.
Defessa componere membra. Virg. 4. Georg. 88.
Correpunt membra pauore. Lucret. lib. 5. 145.
Vitia membra dilaniat. Ouid. 6. Metam. 120.
Dissoluuntur membra, fluuntque. Lucret. lib. 4. 186. de somno.
Diuidi à membris suis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 8.
Hunc ego si cupiam, nunquam dimittere possum,
Ante vel à membris diuidar ipse meis.
Curata membra dare sopori. Horat. 2. Serm. sat. 2. 17.
Placidam membris dat cura quietem. Virg. 4. Aeneid. 1.
Durare membra in doro opere. Lucret. lib. 5. 273.
Erigere membra cubili. Silius lib. 7. 58.
Pauor membra excutit. Seneca Thyeste, 1. 1.
Expressus membris infans. Quintil. lib. 1. cap. 4. 5.
Irrigare quietem per membra. Virg. 1. Aeneid. 140.
Languescunt membra. Lucret. lib. 4. 194.
Laxare membra quiete. Virg. 5. Aeneid. 168.
Leuare membra baculo. Ouid. 8. Metam. 140.
Luxuriant membra. Ouid. 7. Metam. 59.
–abeunt, pallorque, fitusque.
Adiectoque cauæ supplentur corpore rugæ: Membraque luxuriãt.
Membra madent vino, Vide MADEO.
Mollia membra mouere. Lucret. lib. 4. 298.
Incurtuata membra posuere solo. Ouid. 6. Metam. 49.
Horror membra quatit. Virg. 3. Aeneid. 6.
Genitalia membra recidere. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 1.
Solnuntur frigore membra. Virg. 12. Aeneid. 191.
Soluta languore membra. Ouid. 11. Metam. 123.
Valens membris & molle. Virg. 5. Aeneid. 87.
Lues tabida venit membris. Virg. 3. Aeneid. 28.
Vigor habilis venit membris. Virg. 4. Georg. 84.

¶ Dicuntur & membra in statuis vt
Fundere membra statuę. Quint. lib. 2. cap. 1. 9, Ne ne statuam quidem inchoari credet, quum eius membra fundentur. Idem li. 7. ca. 1. 2, Neque enim quanquam fusis omnibus membris, statua fit, nisi collocetur.

¶ Membrum, in oratione, Est (inquit Valla) sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. Author ad Herenn. lib. 4. 17 3, Membrum orationis appellatur res breuiter absoluta, sine totius sententiæ demonstratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Cice. in Orat. 122, Quum Graeci κόμματα & κῶλα nominent, nos non rectè incisa & membra dicamus. Idem 1. Verr. 24, Quid quum accusationis tuæ membra diuidere cœperit, & in digitis suis singulas partes causæ constituere?

Membrum dormitorium dixit Plinius lib. 2. epist. 17, Adhæret dormitorium membrũ transitu interiacente. Id est pars domus, quieti corporũ dicata. Videtur autem esse Dormitorium membrum, quod idem Plin. lib. 5. Dormitorium cubiculum vocat, quod etiam Sidonius imitatus est. Quin & partem domus Columella cum Apuleio membrum nominant. Et Vlpianus de Manumissionibus, Quæri, inquit, potest, si fabris duobus vel pictoribus templum, vel membrum depictum esset.

Membrãtim, pen. prod. Adiecti. (κατὰ κῶλα, μελῳδῶν,) Per singula membra. Plin. lib. 9. cap. 15. 4, Hi membratim cæsi, cervice & abdomine commendantur.

Membratim tractare aliquid. Plin. libro 11. cap. 37. 1, Nunc per singulas corporis partes, præter iam dicta, membratim tractetur historia. Cic. in Partit. 67, Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim gesti negotii suspiciosa explicatio.

Generatim & Membratim, cõtraria. Plin. lib. 25. cap. 11. 1, Verũm & generatim membratimque singulis corporũ morbis remedia subtexemus.

Sensum vitalem membratim deperdere. Lucret. lib. 3. 107.

Incise & membratim dicere. Cic. in Orat. 123, Quo autem pacto deceat incise membratimve dici, iam videbimus.

Membratim & cæsim. Quint. li. 9. ca. 4, Vbicunque acriter erit & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim cæsimque dicemus.

Membrũna, pen. prod. (ὑμήν,) Pellis quæ artus tegit, vt superius dictum est. Cic. 2. de Nat. deor. 113, Quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestiuit & sepsit. Plinius lib. 9. cap. 19. 4, Membranam inter illa mirę tenuitatis extendit.

Squamea membrana chelydri. Ouid. 7. Metam. 55.

Membranas mittunt vituli de corpore summo. Lucret. lib. 4. 12.

Membrana ligni. Plin. li. 16. ca. 14. 1, de tilia, Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana. Idem de iuglande, lib. 15. ca. 23. 3, Nanque sunt bifidæ putaminum carinę: nucleorumque illis quadripartita distinctio, lignea intercurrante membrana.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Violare membranam.Celsus libro 8.ca.3,Factis foraminibus eodem modo media sæpe,sed multo circunspectius excidenda sunt, ne fortè angulos scalpri eandem membranam violet,donec fiat aditus,per quem membranæ cuspos immittatur.

¶ Membrana,Charta pergamena,è pellibus animantium concinnata.Plinius lib.13.cap.11.4,Mox æmulatione circa bibliothecas regum Prolemæi & Eumenis,suppriminente chartas Prolemæo,idem Varro membranas Pergameni tradidit repertas. Quintil.lib 10.cap.3, Illa quoque minora non sunt transeunda, scribi optimè cæris, in quibus facillima est delendi ratio:nisi fortè visus infirmior membranarum potius vsum exiget.Plin.lib.7.cap.21.1,In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum tradidit Cicero. Martialis li.1.33,Hos eme quos arctat breuibus membrana tabellis.Horat.de Arte,79,

Membranis intus positis delere licebit
Quod non ediderit.Idem 1.Serm.saty.3.1,
Sic rarò scribis vt toto non quater anno Membranam poscas.

Bicolor membrana.Persius Saty.3.1.
Conseare in tenues membranas,Vide CONSECO.
Directa plumbo membrana.Catull.ad Varum,epigr.10.2.
Lutea membrana niueum inuoluat libellum.Tibull.lib.3.eleg.1.2.

¶ Membrana,pro Superficie,figura,& simulacro aliquo rerum: vt Membrana fumi,coloris,&c.Lucret.lib.4.18,

Præterea omnis odor,fumus,vapor,atque aliæ res
Consimiles,ideo diffusæ rebus abundant,
Ex alto quia dum veniunt extrinsecus ortæ,
Scinduntur per iter flexum,nec recta viarum
Ostia sunt,qua contendunt exire cooria.
At contrà,tenuis summi membrana coloris
Quum tacitur,nihil est quod eam discerpere possit,&c. Ibidem,10,
Dico igitur rerum effigies,tenuesque figuras
Mitiier ab rebus summo de cortice earum:
Quæ quasi membranę,vel cortex nominitanda est,
Quod speciem,ac formam similem gerit eius imago:
Cuiuscunque cluet de corpore fusa vagari.

Membranula, penult.corr. Diminutinum (ὑμένιον,)Cice. ad Atticum, libro 4.73.2, Iisque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant.

Membranaceus,Adiectiuum,(ὑμενώδης)Quod similitudinem membranę habet.Plin.lib.16.cap.31.1. Quibusdam cortex membranaceus, vt viti.Idem lib.10.cap.61.1, Volucrum animal parit vespertilio tantum,cui & membranaceæ pinnæ vni.

Membranous,Aliud adiectiuum,(ὑμενῶδες,)Quod ex membranis est.Vlpianus de Legat.3.L.Librorũ appellatione. Quod si in codicibus sint membraneis,vel charraceis,vel etiam eboreis.

Mêbrari,(μελεύεσθαι,)Per mêbra formari: quo verbo vtitur Censorinus.

Membratura,membratiræ.pen.pro.(μελοποιία,)Membrorũ cõpositio.

Meme, Accusatiuus geminatus,maioris vehementię gratia,ab Ego primitiuo.Virg.9.Aeneid.86,

Meme adsum qui feci,in me conuertite ferrum O Rutuli.

Vbi Seruius,Meme,subaudi,interficite:& est interrupta elocutio dolore turbati.Idem 12.Aeneid.53,

–meme duce ferrum Corripite ô Rutuli,&c.

Memet, Pronomen compositum,pro Meipsum.Plaut. Capt.7.69, Nec me secus vnquam ei facturum quicquam, quàm memet mihi.Idem Cistel.10.26,Sed nunc ego memet moror.

Memini, pen.corr.(μέμνημαι,ἀναμέμνημαι,) Verbum defectiuum in præterito tantum coniugatur, & temporibus à præterito formatis.præter hæc habet etiam in imperatiuo,memento, memẽtote,pen.prod.

Memini, A meno antiquo verbo fit,quo veteres vti sunt pro Recordor, & in mentem reuoco. Quãuis sit præteritum hoc verbum,in præsenti tamen ferè semper accipitur,teste Valla in Raudensem. Plaut.Persa, 5.8, –potin'ne moneas? memini, & scio,
Et calleo,& commemini. Idem Epid.13.33,
Loculam, atque annellum aureolum in digito? V. memini mi homo.
E. Non meminisli me in aurem ad te afferre natali die? Idem Asin.9.74, In ius voco te.LE. non eo.ME. non is? memento.LE. memini.
Terent.And.5.5.13,Facturum quæ voles scio esse omnia.P. memini.
Plautus Trucul.5.10, –nos diuitem
Eum meminimus,atque isti pauperes nos. Cic.pro Quintio,37, Memini,vetus est,de scurra multò facilius diuitem, quàm patremfamilias fieri posse. Horat.2.epist.1.14,
–memini quæ plagosum mihi parvo
Orbilium dictare, sed emendata videri.

Bene memini.Horat.1.Serm.saty.9.14.
Maximè memini,Vide MAGIS.
Libentius meminit illud. Horat.2.epist.1.53.
Longissimè memini, Vide LONGVS.
Memoriter meminit, Vide MEMOR.

Animus meminisse horret.Virg.2.Aeneid.3.
Doloris pars est meminisse.Ouid.9.Metam.59.

¶ Meminero,pen.corr.Plaut.Asin.3.105, Ibi siquid opus fuerit, L. meminero.

Memineris vnde.Plaut.Aulul.20.6,
Pro re nitorem,& gloriam pro copia.
Qui habent,meminerint sese vnde oriundi sient.

Meministi quantum.Cic.de Amicitia,2, Meministi enim profectò vt opinor Attice,&c. quanta esset hominum vel admiratio vel querela
Idem ad Brutum,lib.11.5.4,Tu si dies noctesque memineris (quod me facere certò scio) quantam rem gesseris,non obliuiscere profectò.

Memini comprimere.Plant. Epid.11.13, Certè ea est quam in Epidauro pauperculam memini me comprimere. Terent.And.2.5.15,Ego illam vidi virginem, forma bona memini videre.Vbi Donatus,Meminisse, videre,aut memor sum me vidisse. Aut,memini me videre.hoc est Intelligo,scio.Aut memini quòd viderim - Memini videre.pro vidisse. Cic.Papyrio,lib.9.16.21.Nec tamen eas cœnas quæro,vt magnæ reliquiæ fiant. quod erit,magnificum sit & lautum. Memini te mihi Phanæ cœnam narrare:temperius fiat;cætera eodem modo. Idem eidem,lib.9.22.7, Memini in Senatu disertum Consularem ita eloqui.
Apud eundem,Memini facere legitur. Idem 6.Verr.129,Hoc me memini dicere. Idem 1.de Legib.18, Iuti studere te memini. Idem Appio,lib.3.10.19,Ad me adire quotidiani memini. Idem Matio,lib.11, 27.7,Quibus rebus interesse memini Trebatium. Virg.9.eclog.10, Cantando puerum memini me cõdere soles.Valla in Raudensem,Hic (inquit)versus magis licentiam poeticam ostendit,qua ego non vereor dentaxat in prosa.Dicerem enim sic,Memini me puerum condidisse, seu condere solitum esse dies cantando.Hactenus Vallaeuius sententiæ refragantur tot exempla ex Cicerone producta.

Memini permisisse.Cic.Attico,lib.1.6.6,De comitiis meis, & tibi me permisisse memini.Idem pro Rosc.Amer.72,Meminisis me ita distribuisse in se initio causam. Idem pro Corn. Balbo,42, Quod quidem nuper in columna ænea meminimus post Rostra incisum,& perscriptum fuisse. Idem pro Milone,73, Memini etiam sibi vocem præconis modo defuisse,quam minimè desyderarat.

Memineris meminisse.Plaut.Capt.5.4,4,Atque qui fueris, & qui nunc sis meminisse vt memineris,

Meminisse & cõmemorare.Cic.pro Pompeio,13,Reliquum est,vt de facilitate quam præstare de seipso nemo potest, meminisse & commemorare de altero possumus.

Memineris de Plaut.Asin.16.89,De palla memento amabo .Cic.pro Sylla,32,Ne qui posset tantum aut de Reipu.aut de alicuius periculo meminisse, quantum vellet.

Memini diei.Terent.Eun.4.7.31,Faciam vt huius loci,dieique, meminerit semper memineris.Cic.Titio,lib.13.76.2,Quare velim mihi ignoscas si illius voluntati obtemperans, minus videbor meminisse commodorum tuæ.Idem 4.Verr.94,Ac non solum erat administer istius cupiditatis, verumetiam ipse sui memineratequè.

Meminit officium suum.Plaut.Casina,5.43,Mirum ecastor,senex te officium tuum,nõ meminisse.Idẽ Capt.6.67, Memini ego illud. Cic. de Senect. 13, Equi fortis & victoris senectuti comparantur quem quidem probè meminisse potestis. Ibidem,19, Omnia quæ tantum,meminerunt,&c. Plin.lib.8.cap.40,de canibus,Itinera quæque longa meminẽre. Terent.Phorm.1.3.40,Si meministi quod dictum est, subiice.Cic.4.Acad.10, Ea sæpe audiendo facile cognoscunt, quę vel semel audita meminisse potuissent.Sic pro Quintio,19,Si pugnę meminerit,&c.

Numeros memini, si verba tenerem.Virg.9.eclog.8.
Meminerunt omnia amantes.Ouid.epist.11.9.
Memini Cinnam,vidi Syllam,modo Cæsarem.Cic.5.Philipp.175.
Memini disputata ab eo.Cic.de Amicitia,4, Quæ disputata ab eo meminisset Scæuola.

¶ Memini,pro eo quod est Mentionem facio: recusat accusatiuum,postulatque genitiuum,vel ablatiuum cum præpositione de. vt Quintil. lib.11.cap.2,Neque omnino huius rei meminit vsquam poeta ipse. Ex iterum,De quibus multi meminerunt. Hæc Valla lib.3.

Memor,mêmoris, pen.corr.(μνήμων,)omnis generis,secundum Priscianum,à Meminisit.Virg.9.Aeneid.90,Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.Plaut.Merc.14.16,Para me clientem,memorem dicas beneficii. Idem Pseud.7.66,Aduerte ergo animum, & fac tis promis memor. Idem Capt.4.88,Nunquid vis?P.venias temperi.A.memor mones.Terent.Adel.2.2.43,
Scio non te vsum antehac amicitia mea:

Memorem me dices esse & gratum.Idem And.1.5.46,
Vnum hoc scio,hanc meritam esse vt memor esses sui. Virg.4.
P.Memor essem.Plin.lib.2.cap.7.18,Memor infirmitatis suæ. Virg.4.
Aen.108,Et bene apud memores veteris stat gratia facti.

Admissi memor.Ouid.11.Metam.77.
Venturæ hyemis memores apes.Virg.4.Georg.32.

Facere

Facere aliquem memorem sui.Virg.6.Aeneid.133,Quisque sui memores alios fecere merendo.
Viue memor quàm sit ævi brevis.Horat.1.Serm.saty.6.10.
Memor & gratus.Cic.4.Verr.124, Quòd sua interesse putabant, se memores gratosque existimari.

¶ Memor,Cuius nos memores sumus.Virgilius 1.Aeneid.1,
–sæuæ memorem Iunonis ob iram.Horatius 1.Carm.ode 13.3,
–siue puer furens

Impressit memorem dente labris notam. Hoc est, tam vehementem, vt non facile excidat memoria.
Aure memori vocem condidit.Ouid.epist.19.20.
Cura memor.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.2.
Ira memori te vindicat.Ouid.epist.10.2.
Mens memor. Horat.1.Serm.saty.6.7.

Memoria,memoriæ,(μνῆμη,μνημόνια,μνημοσυνώη,μνήμα,μνῆσις,) Est (inquit author ad Herennium) firma animi rerum & verborum dispositionis perceptio.Cicero 1.de Inuent.140,Memoria est per quam animus reperit illa quæ fuerunt.Terent.And.5.4.41,

Nunquid meministi? CR. id quæro. P. egone huius memoriam pariar meæ
Voluptati obstare,quum ego possim in hac re medicari mihi?

Memoria & recordatio. Cicero de Claris Orato.5, Quorum memoria & recordatio in maximis nostris grauissimisque curis iucunda sanè fuit.

Ad memoriam,Vide AD præpositionem.
Insigne ad memoriam,Vide INSIGNIS.
In memoriam sempiternam,Vide IN præpositionem.
Annalium memoria. Tacit.lib.4, Lacedæmonii firmabant annalium memoria.

Memoria patrum.Sueton.de Claris gramm.4.b.Audiebam etiam memoria patrum quosdam è grammaticis statim ex ludo transisse in forum. Cic.pro Fonteio,11,Quod persæpe & nostra, & patrum memoria sapientissimi iudices,de clarissimis nostræ ciuitatis viris dubitandum nõ putauerunt.

Memoria rerum.Sueto.de Claris grammat.23,Sed capiebat homines eũ memoria rerum,tum facilitate sermonis:nec non etiam poemata facie bat ex tempore.Asinius Pollio ad Ciceronem,lib.10.32.6,Et quidem quum ageretur,fluit memoria rerum gestarum commotus.

Post hominum memoriam.Cic.ad Brutum,lib.11.5.3,Quare hortatione tu quidem non eges,sine in illa quidem re, quæ à te gesta est post hominum memoriam maxima.hortatorem desyderasti. Idem ad Plancum,lib.10.16.1,Nihil post hominem memoriam gloriosius,nihil gratius,nec tempore quidem ipso opportunius accidere vidi.

Ex omni memoria.Cic.1.de Orat.9,Quis non iure miretur, ex omni memoria ætatum,temporum, ciuitatum, tam exiguum oratorum numerum inueniri?

Omnis memoriæ facile princeps.Cic.Post reditum in Senatu,4.Cn.Pompeius omnium gentium, seculorum omnium, omnis memoriæ facile princeps. Idem 3.Offic.7,Quare quanquam à Cratippo nostro,principe huius memorię philosophorum,hæc te assiduè audire, atque accipere consilio.

Omni memoria,vel In omni memoria:pro In omni tempore. Cicero de Aruisp.resp.13,Quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violauit, nemo vnquam adiit.Idẽ in Vatinium,15, Quod in hac Repub.non modò factum autè nunquam est,sed in omni memoria fit omnino inauditum.

Inauditum in omni memoria,Vide INAVDIO.
Multi etiam superiore memoria ciues Romani, &c. Cice. pro Corn. Balbo,11.
Vique ad hanc memoriam:hoc est,Vsque ad hoc tempus.Liu.1.ab Vrbe, 171.Tum primum lex Agraria promulgata est, nunquam deinde vsque ad hanc memoriam sine maximis motibus rerum agitata.
Vt mea memoria est.Cic.ad Atticum,lib.13.286.3,Id est quantũ possum meminisci.Is(inquit)e e ingerum de M.Pilio emit, vt mea memoria est, HSCXV,omnia scilicet nunc minus.

Mea memoria,Memoria tua? Hoc est,quantum meminisse possumus. Cice.pro Sestio,18,Nec vero huic tantæ multitudini, quanta mea memoria nunquam vllo in iudicio fuit, deero. Idem pro Rabirio perduel.reo,19, Causam enim suscepisti antiquiorem memoria tua. Ablatiuus est.

¶ Alta memoria,Vide ALTVS.
Bona memoria,Vide BONVS.
Egregia memoria. Tacit.lib.4, Asinii Pollionis scripta egregiam eorundem memoriam tradunt.
Exolera memoria.Liu.lib.7.Decad.4,Res aut noua,aut vetustate exemplorum memoriæ iam exoletæ.
Immortalis memoria,Vide IMMORTALIS.
Læta memoria. Tacit.libro 3, Sed cæteris haud læta memoria Quintini erat.

Ab recenti memoria perfidiæ,aliquanto minore cum misericordia auditi sunt Chartaginiensium legati.Liu.3.Decad.lib.10. Id est, ob recentis perfidiæ memoriam.

Sancta memoria.Tacit.lib.10,Quippe Sorani sancta memoria,

Memoria sempiterna Cic.de Amicitia,14,Itaque non tam ista me sapientiæ(quam modo Fannius commemorauit)fama delectat,falsa præsertimquàm quòd amicitiæ nostrę memoriam spero sempiternam fore. Idem pro Domo sua,87,Hæc erit in monumento,quod positum est vt esset indicium oppressi Senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis,&c.

Tenacissima memoria.Quintil.lib.1.cap.1.14.
E vetere memoria. Tacit.lib.3,Raro,ea tempestate,& è vetere memoria,facinore,decumum quenque ignominiosè cohortis, sorte ductos, fuste necat.

¶ Abiicere memoriam doloris,Vide ABIICIO.
Abit memoria,Vide ABEO.
Accipere memoria,Vide ACCIPIO.
Adæquare memoriam,Vide ADAEQVO.
Adhibere memoriam,Vide ADHIBEO.
Adimere memoriam,Vide ADIMO.
Afferre memoriam,Vide AFFERO.
Memoriæ affigere.Quintilianus lib.10.cap.1,Siue dubites, siue memorię affigere velis.
Agitare memoriam.Quintil.lib.1.cap.8.10,Sed vt commoneat artificium,& memoriam agitet.
Amittere memoriam,Vide AMITTO.
Amplecti memoriam, Vide AMPLECTOR.
Augere memoriam,Vide AVGEO.
Celebrare memoriam nominis alicuius,Vide CELEBRO.
Circunferri aurorum memoria,Vide CIRCVNFERO.
Colere memoriam,Vide COLO.
Commendo memoriæ,Vide COMMENDO.
Complecti memoriæ.Cic.2.de Diuin.216, Quomodo igitur hæc infinita,& semper noua, aut memoria complecti, aut obseruando notare possumus,Vide COMPLECTOR.
Comprehendere memoria,Vide COMPREHENDO.
Conseerare nominis memoriam,Vide CONSECRO.
Consignata literis memoria,Vide CONSIGNO.
Memoria continere.Quintilianus lib.9.cap.4, Periodus præstare debet vt memoria contineri possit.
Animo percipere,& memoria custodire.Cic.1.de Oratore,63.
Custodiri hominum memoria,Vide CVSTODIO.
Memoriæ alicuius dare operam.Cælius ad Ciceronem, lib.8.1.3, Non quin mihi suauissimum sit, & occupato, & ad literas scribendas, vt tu nosti,pigerrimo,tuę memoriæ dare operam.
Memoria falli Plin.lib.10.cap.42.3,Constat picas emori difficultate verbi victas,ac nisi subinde eadem audiant,memoria falli.
Firmare memoriam.Quintil.lib.1.cap 4.11.
Vetus memoria firmauit.Tacit.lib.5.
Fugiet memoriam iudicis.Quintil.lib.4.cap.5.3.
In memoria habere, Meminisse.Terent.And.1.1.13, In memoria habeo. Vbi Donatus, In memoria habeo. Plus est quàm si dixisset scio: nam quæ scimus,possumus obliuiscirquæ verò memoriæ mandamus, nunquam amittimus.
Implorare memoriam alicuius,Vide IMPLORO.
Incurrere in memoriam communium miseriarum,Vide INCVRRO.
Inducere aliquem in memoriam rei alicuius,Vide INDVCO.
Inferre memoriam sempiternam in domum suam,Vide INFERO.
Infixa mentibus memoria Consulatus amici,Vide INFIGO.
Inhæret oculis memoria imaginis,Vide INHAEREO.
Insidere memoriæ,Vide INSIDO.
Insidet in memoria.Cic.1.de Oratore,66, Nihil quisquam vnquam me audiente egit Orator, quod non in memoria mea penitus insederit. Vide INSIDEO.
Intercidit memoria,Vide INTERCIDO.
Labat memoria,Vide LABO labas.
Memoriæ mandare.Cicero de Amicitia,3, Eius disputationis sententias memoriæ mãdaui,quas in hoc libro exposui meo arbitratu. Idem pro Quintio,12,Quæso vt eũ diem memoriæ mãdetis, Vide MANDO.
Manet memoria,Vide MANEO.
Memoria memini facile.Plaut.Capt.7.33, Istuc non precipias facile memoria memini.
Moritur memoria,Vide MORIOR.
Obruere memoriam,Vide OBRVO.
Occidit memoria,Vide OCCIDO.
Perdere memoriam,Vide PERDO.
Memoriæ prodere sermonem alicuius.Cicero libro 3.de Oratore,9,Sed quoniam hæc iam neque in integro esse possunt, & summi labores magna compensati gloria mitigantur, pergamus ad ea solatia, quæ non

Universidad de Deusto
Biblioteca

modò sedatis molestia iucunda, sed etiam hærentibus salutaria nobis esse possint, sermonemque L. Crassi reliquum ac penè postremum memoriæ prodamus.

Memoria perditū. Cicero 1. de Oratore, 89. Quia memoria sic esset proditum quem pater, &c.

Prodere memoriam alicuius rei posteris. Cælius Ciceroni, lib. 8. 3. 8.

Memoriæ proditum est. Cic. de Senect. 58, Quinetiam memoriæ proditum est, quum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu venisset magno, in consessu locum et à suis ciuibus nusquam datum. Cic. de Amicitia, 37. Tum etiam cum iis, & inter se conuenientissimos fuisse M. Curium, & T. Coruncanium memoriæ proditum est.

Memoria alicuius libi proponere. Cic. de Amicitia, 81, Nemo vnquam animo aut spe maiora cõcipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet.

In memoriam redire & regredi. Vide IN præpositionem.

Referre memoriam alicuius. Cic. pro Sylla, 18, Antronii commemoratio memoriam Syllæ retulisset.

In memoriam redit Quintius, quo die. &c. Cic. pro Quintio, 39. Et de Inuent. 110, Ita in memoriam redibit auditor. Idem de Senect. 19. Nec sepulchra legens vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam: his enim ipsis legendis redeo in memoriam mortuorum.

In memoriam redire quæsō quæ libido istius fuerit. Cicero 3. Verr. 84.

In memoriam redigere, & Reuocare animos ad memoriam, siue Reducere in memoriam. Terent. Phorm. 2. 3. 36. Ego me negotiū quis ais, redige in memoriam. Ci. pro Flacco, 47, Reuocatem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam. Idem Lentulo, lib. 1. 9. 25, Quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. Et 1. de Inuen. 110, De quibus te pollicitus sis dicturum, & reducere in memoriam.

Reficienda memoria breui repetitione rerum. Quintil. in Proœm. li. 4. 6.

Acrem sui memoriam relinquunt. Tacit. lib. 15.

Memoriam generis intermortuam renouare. Cicero pro L. Murena, 14, Et vt Scaurus, memoriam propè intermortuam generis sui, virtute renouare.

Repetere memoria. Quintil. lib. 1. cap. 6. 6.

Repetere memoria eucatus aliorum, siue vetera. Cice. 1. de Orat. 1. Idem Titio, lib. 5. 16. 4. Euentusque aliorum memoria repetendis, &c.

Antecedentem memoriam sequuntur. Quintil. lib. 1. cap. 1. 19.

Meliore memoria esse, Vide Melior in BONVS.

In memoria esse alicui. Cic. pro Sylla, 17, P. Syllæ nomen in memoria Cassio non fuit.

Memoria est. Plautus Trucul. 5. 10,
Æstum fortunæ solent mutarier: varia vita est nos diuitem Eum meminimus, atquè isti pauperes nos vertere sese memoria est Vicissim. Id est meminī.

Subeat tibi memoria nostri. Seneca Medea, 7. 16.

Memoria tenere, siue retinere. Apud Ciceronem pro Roscio Amer. 19. Et 3. in Catil. 63, Nam profectò memoria tenetis Cotta & Torquato COSS. complures in Capitolio turres de cælo esse percussas. Idem pro A. Cluentio, 14, Memoria teneo Milesiam quandam mulierem, quum essem in Asia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Idē Philipp. lib. 13. 71. 1. Etsi non dubito pro tua in me obseruantia, proque nostra necessitudine, quin cõmendationem meā memoria teneas.

Tenere, siue retinere memoriam alicuius. Cic. 3. de Fin. 13. Idem Torquato, lib. 0. 2. 1. Et 1. de Orat. 1. Debet hoc à me tātis hominum ingeniis puraui, vt cum etiam nunc viuam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem si possem.

Traditum est memoriæ. Cic. in Parad. 27, Istum doctum & sapientem virum fuisse, memoriæ traditum est.

Memoria tradidit. Colu. lib. 8. cap. 13. 1, Sicut etiam memoria tradidit in obsidione Capitolii, &c.

Turbari memoria. Quintil. lib. 4. cap. 1. 42.

Venerari memoriam alicuius. Tacit. in vita Agricolæ.

Memoriam alicuius vsurpare cum charitate. Cic. de Amicitia, 18, Quis enim est qui C. Fabritii, M. Curii cum charitate aliqua & benevolentia memoriam non vsurpet, quos nunquam viderit?

Memoriola, pen. corr. Diminu. (μνημίδιον,) Cic. ad Atti. lib. 12. 232. 3, Sed qui scribis igniculū matutinū γηγενικώτερον, est memoriola vacillare.

Memoriālis, & hoc memoriāle, pen. prod. Adiectiuum.

Memoriālis liber, Enchiridion ad iuuandam memoriam. Suetonius in Cesare, cap. 56, Epistolæ quoque extant ad Senatū, quas videtur primùm ad paginas & formam memorialis libri conuertisse.

Memoriter, pen. cor. Aduerbiū, (ἀπὸ στόματος, ἀπὸ μνήμης, μνημονικῶς,) Quod Barbari dicunt Mente tenus. Cic. 4. Acad. 114, Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quæ est habita memoriter, accuratè, copiosè.

Memoriter cognoscere: hoc est Optimè, & mente memori tenere. Terent. Eunu. 5. 3. 6, Amabo quid ait? cognoscitne? c. ac memoriter.

Memoriter colligere. Cic. 1. de Fin. 53, Quos tu paulò antè, cum memoriter, tum etiam erga nos amicè & benevoli collegisti.

Memoriter memorat. Plaut. Amphit. 4. 263, Hic quidem certè quæ illic sunt res gestæ memorat memoriter.

Memoriter meminit. Plaut. Capt. 5. 56, Hem istuc si potes memoriter memiuisse, inest spes nobis in hac astutia. Idem Pœn. 7. 59,
Vbi is detulerit, tu cho quæ situm seruum aduentes tuum,
Cum pecuniāt A G. meminisitis memoriter, seruastis me.

Memoriter narrare. Cice. de Amicitia, 1, Q. Mutius Augur multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucundè solebat. Terentius Phorm. 2. 3. 47,
Di tibi malè faciant. P. primus esses memoriter.
Progeniem vestram vsque ab auo atque atauo proferens.

Memoriter respondere. Cic. in Vatinium, 7, Tum memoriter respondeto ad ea quæ de teipso rogaro.

Memoriter exponere aliquid. Cic. 4. de Fin. 1, Næ tu inquam, Cato ita ex posuisti tam multa memoriter, tam obscura dilucide.

Memoriter me vocat. Plaut. Asin. 11. 38, Vt memoriter me Sauriam vocabat Atriensem?

Memorabilis, & hoc memorābile, pen. corr. (μνημόνευτος, ἀξιομνημόνευτος,) Quod est dignum memoria. Plaut Capt. 12. 26, At erit mihi hoc factū mortuo memorabile. Idem Sticho, 14. 48,
Vnum scortum ducere, hoc memorabile est, ego tu sum, tu es Ego, vnanimi sumus. Terent. And 4. 1. 1,
Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam vt siet,
Vt malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua comparent vt commoda? Idem Heautont. 1. 3. 71. Heus tu, non fit fine periclo facinus magnū & memorabile. Columella in Præf. Quum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces. Cic. de Amicitia, 4, Sic quum accepissemus à patribus maximè memorabilem C. Lælii & P. Scipionis familiaritatem. Virgilius 4. Aeneid. 19,
magnum & memorabile numen, Vna dolo diuūm si femina victa duorum est.

Memorabile ingenium. Plin. lib. 5. cap. 10. 1.

Memorabili causā, sed euentu misero. Plin. lib. 7. cap. 43. 6.

Lethum memorabile. Silius lib. 11. 35.

Munus memorabile. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 12.

Nomen memorabile. Virg. 2. Aeneid. 117.

Gloriosa & memorabilis virtus. Cic. 3. de Fin. 18, Si enim sapiens aliquis miser esse posset, nec ego istā gloriosam memorabilemque virtutem nō magno æstimandam putem.

Memoro, memoras, pen. corr. (μνημονεύω, ἀπομνημονεύω, ὑπομνήσκω,) memorare, In memoriam reducere. Plautus Pœnul. 16. 100,
Patris atque matris memini. P. memorandum mihi,
Si noui forte, aut si sunt cognati mihi.

¶ Memorare, Commemorare, narrare. Plaut. Amphit. 3. 133,
Quæ illi ad legionem facta sunt, memorat pater

Meus Alcmenę Et paulo pōst, 136, Ibi nunc meus pater memorat, legiones hostium vt fugauerit. Cice. de Legib. Nam quid Accium commemorem? Ibidem, libr. 2, 97, Honoratorum virorum laudes in conuiuiis memorentur.

De re aliqua memorare. Tacit. lib. 11, Cuius de potentia, & exitio in tempore memorabo.

Ordine memorare, Vide ORDO.

Bella memorare. Propert. lib. 2. eleg. 1. 5.

Memorant pro Aiunt, ferunt. Linius lib. 1, Herculemque in ea loca Geryone interempto boues mira specie abegisse memorant.

Memorare memoriter, Vide Memoriter in MEMINI.

Verbum est verum quod memoratur: Hoc est, quod dicitur, vel circumfertur. Plaut. Trucul. 18. 30,
Verbum est verum quod memoratur, vbi amici,

Ibidem opus. Cic. 6. Ver. 95, Enna autem, vbi ea quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso atque edito. Plin. lib. 16. cap. 32. 1, Memoratur hoc idem factum & in Philippis.

Memorare, Dicere, Efferre, Pronuntiare. Plautus. Trin. 1. 3. 18,

Agedum nomen tuum primum memora mihi. Idem Pseud. 15. 19,
Nosce imaginem tuae eius nomen memorato mihi,

Vt sciam Ballionem te esse ipsum. Idem Aulul. 9. 41, Sed vter vestrorum est celerior, memora mihi. Virg. 1. Aeneid. 3, Musa mihi causas memora. Ibidem, Sic memorat. Id est ait.

Lepide memoras, Vide LEPIDVS.

Memoror, penult. corr. memorāris, (ἀπομνημονεύομαι,) Passiuum. Plaut. Amphit. 6. 14, Experiri istuc mauellem me, quàm mihi memoraries. Salust. Incredibile memoratu est quàm facilè coaluerint. Id est dictū.

Memorandus. (ἀπομνημονευτέος,) Plaut. Epid. 9. 49,
Quum mihi tabam pugnis memorandis meis,

Eradicabam hominum aures, quando occoperam. Ouid. 13. Metam. 1,
Nec memoranda tamen vobis mea facta Pelasgi
Esse reor: vidistis enim.

Post nullos memorandus, Id est omnium primus memorandus. Ouid. 1. Trist.

Trist. eleg. 4. 1, O mihi post nullos vnquam memorande sodales.

Longum memorandus. Stat. 1. Sylu. 3. 3, O longum memoranda dies.

Iuuenis memorandus. Virg. 10. Aeneid. 159.

Inuenta memoranda. Virg. 4. Georg. 57.

Hoc memorandum contigit vrbi. Lucan. lib. 3. 78.

Nomen memorandum condere. Silius lib. 4. 8.

Memorātor, pen. prod. Verbale. (ἀπομνημονευτής,) Propert. lib. 3. eleg. 1. 7, Necnon ille tui casus memorator Homerus.

Memorātus, huius memorātus, Aliud verbale, pe. pr. (ἀπομνημόνευσις,) Idem quod Memoria. Gellius lib. 11. cap. 4, Eos versus non minus Frequenti assiduoque memoratu dignos puto, quàm philosophorum de officiis decreta.

MEMMIVS, (μέμμιος,) Ciuis Romanus, qui de ambitu postulatus fuit à Q. Curtio, teste Cicerone ad Q. fratrem, lib. 3. 18. 4. A quo Memmiorum familia.

Memmius, Ad quem scribit Lucretius, Caius prenomine dicitur, L. Memmii filius, qui à deuicta Achaia cognomen accepit. & vrbem Corinthū diruit, signis ac tabulis spoliauit. Hæc ex Petro Crinito. Lucretius etiā Memmiadam vocat.

MEMNON, Memnonis, penult. corr. (μέμνων,) Filius Titoni & Auroræ qui Troianis ex Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans, ab Achille occisus fuit. Ad cuius sepulchrum, quod est prope Ilium, quotannis ex Aethiopia volant aues, quas vocant Memnonias. Lege Strabonem lib. 15. vbi agitur de sepultura eius. Ouid. 13. Metam. 117, de Aurora matre Memnonis.
Cura deam propior, luctusque domesticus angit
Memnonis amissi, Phrygiis quem lutea bigis
Vidit Achillea peeuntem cuspide mater.

Niger Memnon. Virgilius 1. Aeneid. 99, Eoasque acies, & nigri Memnonis arma. Multi putant Memnonem Aethiopem fuisse: sed dux Aethiopum fuit, non Aethiops, & à Susis Persarum, & Choaspo flumine oriū dustillas gentes sub imperio habens, vt ait Suidas.

Memnonius, Adiectiuum. (μεμνόνειος) vt Color Memnonius, Niger. Oui. 3. de Ponto, eleg. 1. 20, Memnonio cygnos esse colore putem.

Domus Memnoniæ. Propert. lib. 1. eleg. 6. 1.

Regna Memnonia. Lucan. lib. 3. 57. Intelligit Parthos & Babylonios.

Memnonides, (μεμνονίδες,) aues ex cineribus Memnonis. Ouidius lib. 13. Metamorph. 132.

Memor, Memoria, Memoriter, Memoro,

Vide MEMINI.

MEMPHIS, (μέμφις,) Aegypti vrbs, quam Ogdous rex Aegypti, condidit, ambitus stadiorum centum & quinquaginta, vrbem omnium Aegypti præclarissimam opportuniori totius eius oræ loco, vbi Nilus in plures scissus partes efficit formam Δ quo fit, vt tanquam in Nili claustro posita aditum præbeat, prohibeatque ad superiora loca nauigantibus: & ad cohibendam aquarum inundationem versus Notum aggeres ingentes opposuit: & à partibus cæteris vndique effossus est lacus ingens ac profundus, qui vrbem efficit munitissimam. Vnde & posteri reges fere omnes relictis Thebis, eam sibi regiam delegerunt, vt scribit Diodorus Siculus lib. 1. Hodie Alcayrum vulgò vocant. de hac etiam Martialis lib. 1. 1,
Barbara pyramidum sileat miracula Memphis. Memphis, Proleæo. lib. 4. ca. 5, in finibus Arabiæ ciuitas, quæ Nophet & Migdal Hebræis hodie Mesfer.

Caeens Sythonia niue Memphis. Horat. 3. Carm. ode 26. 2.

Memphi, populi Memphim habitantes, Vide TAPHNIS.

Memphitis, pen. prod. Memphitidis, (μεμφίτις,) Patronymicū fœm. gen. Iuuenal. Sat. 14. 1 5,
–sinne aliam terra Memphitide sicca
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?

Memphites, pen. prod. (μεμφίτης,) Patronymicum masc. ponitur loco adiectiui Bos Memphites. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 6, Barbara Memphiten plangere docta bouem.

Memphiticus, pen. corr. Adiectiuum. (μεμφιτικός,) Martialis, Dat charta agiles calamos Memphitica tellus. Ouidius 1. de Arte, 16, Neu fuge Niligenę Memphitica sacra iuuencæ.

Enis Memphiticus. Lucan. lib. 10. 1.

MENA, (μαινίς,) piscis quidam breuis, qui hyeme candidus, æstate nigrior fit. Cicero 2. de Finib. 146, Qui voluptatem contemnunt, eis licet dicere, se acipenserem menæ non anteponere. Martialis li. 11. 31, Et caudam cybis, breuesque menas. Hunc piscem etiam alecem dici posse quidam putauerunt. Nonnulli tamen hoc nomen cum diphthōgo ferebi præceperunt. Vide igitur in præcedentibus. MAENA.

MENAECHMI, (μαναίχμη,) Apud Plautum comœdia, in qua Menęchmus introducitur. Legitur & Menæhmi sine C.

MENALIPPE, (μενάλιππη,) fuit Antiopes Amazonum reginæ soror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello quod contra Amazones gessit. quā quum sorori restitueret, accepit pretium, arma reginæ & baltheum,

Nam hæc quoque ex eo bello reportare fuerat iussus ab Aristeo. Illius etiam Iuuenalis meminit Satyra 8. 13, Syrma vel Antigones, seu personam Menalippes.

MENALIPPVS. (μενάλιππος,) Tydei fuit interfector, cui caput ante obitum corrosit Tydeus ex rabie, qui apud Statium. 8. Thebaid. 144, Ita vociferatur,
–caput ô caput, ô mihi siquis
Adportet Menalippe tuum. Fuit & alter Menalippus Tydei frater, quem Tydeus in venatu fertur peremisse, obque id fratricidium exulasse.

MENANDER, (μένανδρος,) Atheniensis comicus nouæ comœdiæ, fabulas LXXX, & epistolam vnam ad Ptolemæum regem, aliaque nonnulla soluta oratione. Hæc Suidas. Quintilianus autem de eo sic lib. 10. cap. 1, Menander (inquit) meo iudicio, diligenter lectus, ad cuncta quę præcipimus, efficienda sufficiat. Ita omnē vitæ imaginem expressit: tanta in eo inueniendi copia, & eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Hactenus Quintilianus.

Facundus Menander. Stat. 2. 12, Attica faciendi decurreret orsa Menandri. Ibidem, lib. 3. 5. 19,
Quid laudem ritus, libertatemque Menandri,
Quam Romanus honos, & grata licentia miscent.

Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri. Ouidius. 2. Trist. 74.

Menandrus, & Menander, vtroque modo dicitur. Propert. lib. 3. eleg. 21, 6, Librorumque tuos docte Menandre sales. Ouidius in eo libro qui sine titulo est.
Dum fallax seruus, durus pater, improba lena
Vixerit, & meretrix blanda, Menandrus erit.

Menandrēus, penult. produ. Adiectiuum. (μενανδρεῖος,) Propert. libro 2. eleg. 6. 1,
Turba Menandreę fuerat nec Thaidos olim Tanta,

MENAPII, (μένάπιοι,) Populi Galliæ inter Belgas. Treueris, Condrusis, Arduennę sylua, Rhenoque finitimi.

Menda,

mendæ: & Mendum, mendi, (πταίσμα,) Error, siue erratū ponitur etiam pro vitio corporis. Cicero Attico, lib. 2. 12 6, Castricianum mendum nos corrigemus: & tamen ad me Quintus. CICERO. CCCLXXXIX scripserat, non ad sororem tuam. Cecinna ad Ciceronem, lib. 6. 7. 2, Nā quum mendum scripturæ litura tollatur, &c. Sic Cicero ad Atticum, lib. 13. 28 1. 2, Tantum librariorum menda tolluntur. Ouid. 1. de Arte, 50,
–mendæ nocte latenti. Cic. 4. Ver. 72, Quæso codicem circumfer, ostende. videtisne totum, hoc nomen, coram vbi facit delatū, esse in litura? quid fuit istic antea scriptum? quod mendum ista litura correxit?

Facies menda caret. Ouid. 3. de Arte, 53.

Continere mendum, Vide CONTINEO.

Eximere mendas de corpore. Ouid. 2. de Arte, 131.

Nocte latent mendæ. Ouid. 1. de Arte, 59.

In toto nusquam corpore menda fuit. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 4.

Mendōsus. pen. prod. Adiect. (πταισματώδης,) Plenum mendis & erratis: vt Exemplar mendosum, apud Plinium in epistolis.

Mendosior historia. Ci. de Claris Orat. 31, Quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior.

Mendosum est. Cice. 2. de Orat. 46, Deinde singulorum generum partes, in quo & deesse aliquam partem, & superare mendosum est. Id est vitiosum, inquit Budæus.

Mendosus librarius. Cicero 4. Verr. 137, Cur seruus societatis, qui tabulas confecerit, semper in Verrutii nomine certo ex loco mendosus esset.

Mendosus & mendax Horat. 1. epist. 17. 8.

Facies mendosa. Ouid. 12. Metam. 80.

Natura mendosa, Vitiosa. Horat. 1. Serm. saty. 6. 14,
–si vitiis mediocribus aut mea paucis
Mendosa est natura. Budæus.

Mores mendosi. Oui. 2. Amor. eleg. 4. 1, Non ego mendosos ausim defendere mores. Id est, vitiosos.

Mendōse. penult. prod. Aduerbium, Incorrectè, inemendatè. Cicero ad Q. fratrem, lib. 3. 11. 8, De Latinis verò quò me vertā nescio, ita mēdose & scribuntur & væneunt. Idem 1. de Inuen. 13, Neque eò dico, quòd eius ars quam edidit, mihi mendosissimè scripta, videatur (nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniosè & diligenter electas res collocasse, & nonnihil quoque noui protulisse. Verum oratori, &c.

Mendōse colligis, inquit Persius Saty. 5. 9. Id est vitiosè.

Redderemendose causas. Lucret. lib. 4. 103.

Mendacium,

mendacii, (ψεῦδος, ψεῦδομυθία, ψεῦδολογία,) Orationis vanitas.

Linguæ blandæ mendacia. Ouid. epist. 11. 11.

Callidum mendacium, Vide CALLIDVS.

Non est infacetum mendacium, Vide INFACETVS.

Magna mendacia. Stat. 4. Sylu. 6. 9.

Magnum & impudens mendacium. Cic. pro Cluentio, 134.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prodigiosa mendacia.Ouid.3.Amor.eleg.5.4.
¶ Accommodare mendacium,Vide ACCOMMODO.
Componere mendacia,Vide COMPONO.
Conflare mendacium,Vide CONFLO.
Dicere mendacium alicui.Cic.de Petitione Consul.31.
Mendacium dicere & Mentiri,quemadmodũ distent.P. Nigidius(inquit Nonius)bonarum artium præclarissimus, manifestissimè separauit,
Qui mentitur,ipse non fallitur,alterum fallere conatur.qui mendacium dicit,ipse fallitur,quantum in se est. Vir bonus præstare debet vt non mentiatur:prudens,ne mendacium dicat.alterum iudicet in homine, alterum non.
Eluditur mendacium mendacio.Quintil.lib.6.cap.3.55.
Facere mendacium.Quintil.lib 5.cap.4.1.
Improbi hominis est,mendacio fallere.Cic.pro Murena,58.
Perducere aliquem ad mendacium.Vide PERDVCO.
Mendaciũculum,mendaciũculi,pe. cor.Diminutiuum.(ψευδάριον,) Cic.2.de Orat.133,Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.
Quidam hic legunt mendaciolis.
Aspergere mendaciunculis,Vide ASPERGO.
Mendax, mendacis, penult.produ.omnigen.(ψεύστης,ψεύδης,) Proprè qui per errorem frequenter dicit mendacium. Cic.pro Rosc. Comœdo,17,Atquid interest inter periurum & mendacem?qui mentiri solet peierare consuetit.Plaut.Menæch.8.58,
–edepol haud mendacia Tua verba.
Fui mendax mihi,Id est falso mihi persuasi.Ouidius epi.2.3,
Sæpe fui mendax pro te mihi,sæpe putaui
Alba procellosos vela referre Notos.
Splendidè mendax.Horat.3.Carm.ode 11.7.
Mendax huius rei est:Id est de hac re mentitur.Plaut.Asin.16.5,
Si huius rei esse mendacem inueneris.
Damnum mendax.Ouid.1.de Arte,87, Quid cum mendaci damno mœstissima plorat?
Fama mendax.Propert.lib.4.eleg.2.4.
Forma mendax.Ouid.3.Metam.88.
Fundus mendax, Qui plus promittit, quàm præstat. Horat.3. Carm. ode 1.6
Nuntius mendax.Claud de bello Get.74.
Os mendax.Ouid.9.Metam.65.
Somnus mendax,Tibull.lib.3.eleg.4.3.
Speculum mendax.Ouid.3.Trist.eleg.7.8.
Vir mendax.Virg.8.Aeneid.129.
Mendacior,Comparatiuum. Horat.2.epist.1.23, Inuenior Parthis mendacior.
Mendaciloquus.pen.corr.Adiectiuum.(ψευδολόγος,) Qui mendacium loquitur.Plaut.Trinum.4.120.
–nihil est profectò stultius,
Neque stolidius,neque mendaciloquius,neque argutum magis.

Mendesium, (μενδήσιον,)Vnguentum dictum à Mendeso Aegypti vrbe,Hermol.

Mendicula, pen.corr.Vestis genus.Plaut.Epid.5.40,Quid erat indutas an regillam induculam,an mendiculam?

Mendicus, penul.prod. Adiectiuum,(πτωχός,ἐπαίτης, πρόσαιτος,) Inops,& pauper. Festus,Mẽdicum dici Verrius putat à mente eius quam fefellerit fortuna: vel quòd precetur quenque vt vitæ suę medeatur cibo,vel quòd manu indicet.Varro 4.de Lingua Lati.Mendicus à minus:cui quum opus est,minus nullo est.Plaut. Bacchid.9.16,Mendicum malim mendicando viuere. Idem Trin.12. 12,Hoc dis dignum est, semper mendicis modesti sunt. Idem Aulul. 12.9,Sed quid tibi nos mendice homo tactio est?quæ res? Idem Persa, 10.68,Cum hac dote poteras vel mendico nubere. Cice.5. de Finib. 144, Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quantuis sit sapiens.
Iulius Bassus apud Senecam lib.6.Controuers. vocat pueros mendicos, eius cui mendicabant, meritorios. quia ille ex stipibus collectis comessabatur.
Mendicum,dici putant velum quod in prora ponitur.Festus.
Mendicum instrumentum & exiguum, per translationem:hoc est, Infirmum & imbecillum.Cice.3.de Oratore,51, Instrumentum autem hoc forense,litigiosum,acre,tractatum ex vulgi opinionibus, exiguum sanè atque mendicum est.
Mendicissimus,penult.corr,(πτωχίστατος,) Forma superlatiui prolatum à Cicero.pro Murena,56,Solos sapientes esse,si dissertissimi sint, formosos si mendicissimi diuites.
Mendiculus,pen.corr.Diminutiuum.(πτωχάριον,) Cic.in Catil.28, Collectum ex sembus desperatis,ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis,ex decoctoribus,&c.
Mendico,mendicas,pen.prod.(πτωχεύω,ἐπαιτέω,πρόσαιτέω,) mendicare,Vitæ alimenta ostiatim postulare. Iuuen.Sat.6.55, Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.

Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plautus Amphit.14.13,
Quia senecta ætate à me mendicas malum.
Mendicarier,pro Mendicare,apud Plautum in Vidularia,Malim mouiti meos quàm mendicarier.Nonius.
Mendicans,pen.corr.Participium.(πτωχεύων,)Plautus Capt.6.73,
–decere videatur magis
Me saturum seruire apud te sumptu & vestitu tuo,
Quàm illic,vbi minimè honestum est,mendicantem viuere.
Mendicatur,penult.prod.(πτωχεύεις,)Aliud participium:vt
Cibo mendicato pasci.Ouid.5.Trist.eleg.9.3.
Mendicitas, pen.corr. mendicitatis.(πτωχεία,)Cicero pro Sex.Roscio, 52,In hac enim causa quum viderent illos amplissimam materiam posidere, hunc in summa mendicitate esse, illud quidem non quærerent cui bono fuisset, sed eo perspicuum crimen & suspicionem potius ad predam adiungerent,quàm ad egestatem.Idem pro Flacco,27.Potuit dare Sextilius:nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis.Sic 6. de Finib.46
Offerre mendicitatem,Vide OFFERO.
Consors mendicitatis,Vide CONSORS.
Mendicatio, Verbale. Seneca epist.102, Quid sibi vult tam fœda vitæ mendicatio?
Mendicimonium,mendicimonii,(πρόσαιτησις,)pro eodem accepit Laberius,teste Nonio.
Mendicabulum,mendicabuli,pen.corr.(ἐπαίτησις,)antiquum pro Mendicatione. Plaut.Aulul.24.1,Nam istos reges cæteros memorare nolo hominum mendicabula.Nonius.

Mendum, Vide MENDA.

MENECEVS,penult.prod.vel(vt alis placet)Menœceus,trifyllabum, (μενοικεύς,)Creontis Thebanorum regis filius.Stat.7,Thebai.
–video quæ noster signa Meneceus
Quæ noster gerat arma Creon.
MENEDEMVS,pen.prod.(μενέδημος,)nobilis inter Socraticos philosophos,Phædri discipulus, pauperis architecti filius oriundus ex Eretria ciuitate, à quo philosophi Eretriaci dicti sunt, teste Cicerone.4. Acad.234.Eretria verò in Eubœa est,vt inquit Strabo lib.9.
MENELAVS,pen.prod,(μενέλαος,)filius Atrei,frater Agamemnonis, rex Spartæ ciuitatis, & maritus Helenæ,quam rapuit ei Paris. Menelaum ipsum, dulcem illum quidem tradit Homerus, sed paucæ decentem.Cic.de Claris Orat.14.
MENEPHRON,pen.corr.(μενέφρων,)viri proprium qui cum matre concubuit,authore Ouidio lib.7.Metam.
Dextera Cyllene estum qua cum matre Menephron
Concubitus erat sæuarum more ferarum.

Meniana, id genus ædificii inuenit extensis tignis vltra columnas non à mœnibus dicta,sed à Menio quodam qui primus id fecit.Quo superiora ampliarentur.vulgò nunc quoque meniana,quæ publica dicuntur.Suet.in Caligula,cap 18,Pauci ex proximis mœnianis exstabant.Hermolaus,Meniana Græcè orthas vocat si Homerum & Theodosio principibus credendum in mentione de primatis ædificiis libro Proiectã,inquit ea sunt quę ita prouehuntur vt nusquam conquiescant cuiusmodi sunt,inquit, menia & subgrundia. Quæ verò aliqui, hoc sunt vbi conquiescerent, immissa,non proiecta vocabantur.De origine menianorum, & de columna Menia, ad quam serui & fures affigebantur,Cicero,Pædianus,Festus. Plin.lib.34.cap.5.3. Columnam, inquit,honos antiquior,sicut C.Menio qui deuicerat piscos Latinos.
Vide COLVMNA menia.
Columna Menia.Cic.pro Sestio,108.Vide COLVMNA.

Menis, Vide MENA piscis.

MENIVS,(μένιος,)Lycaonis filius,qui quum patre in luptum vertio, domo conflagrante,Iouem detestaretur ,ab eodem fulmine percussus est.Ouidius in Ibin,96,
Vt ferus Aeolides, vt sanguine natus eodem
Quo genita est,liquidis quæ caret Arctos aquis.
MENOETIVS,(μενοίτιος,)filius Actoris pater Patrocli,Vide & Patroclum.
Menoetiadem vocant Poetæ.Ouid epist.3.5,Ipse Menœtiades tuus quod tradebat,in aurem,&c.Propert.lib.2.eleg.1.8.
MENOSGADA,(μενοσγάδα,)Germaniæ vrbs apud Ptolemæum, hodie Egra,Eger.

Mens, mentis,fœm.gen.(νόος,νοῦς,φρήν,)Quasi eminens est animi pars,quæ etiam diuina percipimus. Lactantius lib. 7,Primùm non idem est mens & anima. aliud est enim quo viuimus, aliud quo cogitamus nam dormientium mens non animus sopitur vt furiosis mens extinguitur,anima manet.Ouid.15.Meta.15,
Mente deos adiit,& quod natura negabat
Visibus humanis,oculis ea pectoris hausit.Cic.pro C.Rabirio,2.Quæque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes diuinæ atque

atque æternę videntur esse, tum maximè quòd optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum,vt nihil nisi sempiternum spectare videatur. Idem 1 de Nat.deorum, 56,Mens nostra quidquid videatur cogitatione posse depingere. Idem 2.Offic.147,Hominis autem agit,videndique & audiendi delectatione ducitur.Idem pro Milone,64,Perinde quasi nostram ipsam mentem,qua sapimus, qua prouidemus,qua hæc ipsa agimus ac dicimus videre, aut plane qualis, aut vbi sit sentire possimus.
Mens animi.Plaut.Cistel.5.6,
–differor,distrahor,deripior,ita
Nullam mentem animi habeo.
¶ Mens,Voluntas,sententia, & quam vulgus intentionem vocat. Virgil. 1.Aeneid. 62,
–in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum,mentemque benignam. Terent.And.1.1. 117,Mala mens,malus animus.
Vna mens omnibus.Virg.4.Georg.45.Id est eadem voluntas.
Hac mente.Id est,eo animo.Cic.1.de Orat.88, Ego autẽ defenderem hac eam mente fuisse,&c. Idem ad Atticum,lib.10.107.1, Cui quidem ego non modò placabilem me præbuissem,sed totum remisissem,si vellet qua mente tu ad me scripseras.
Mens, pro Consilio.Virgil.1.Aeneid.137, Quæ facere id possis,nostram nunc accipe mentem. Ibidem,1.111,
Hic mentem Aeneæ genitrix pulcherrima misit
Iret vt ad muros. Seruius Vide ACCIPIO.
Mens & cogitatio. Cic.7. Verr.26, O dii immortales quid interest inter mentes hominum & cogitationes.
Mens & sententia Cic.pro Murena,1,Vt vestræ mentes atque sententiæ cum Populi Rom.voluntate suffragiisque consentiant.
Mens & voluntas.Cic.de Aruisp.resp.17, Vt dolerent boni oês,non illa tanta ornamenta ad meliorẽ mentem voluntatemque esse conuersa.
In querelis mens.Vide 12. præpositionem.
Anxius mentem.Stat.12.Thebaid.39.
Agitatio mentis. Quintil.lib.1.cap.1.2.
Alienatio mentis.Plin.lib.11.cap 11.4.
Mentis compos,Idem quod sanæ mentis,vel suæ mentis.Cic.in Pisonem, 37,Præsidium tu Pop. Romani, custodiam prouinciæ, iniussu populi Senatusque dimisisses, si suæ mentis compos fuisses?
Discordia mentis.Ouid.10.Metam.88,
–non toto pectore sensit
Lætitiam virgo,præsagaque pectora mœrent,
Sed tamen & gauderi tanta est discordia mentis.
Exul mentis.Ouid.9.Metamor.82,Attonitusque malis, exul mentisque, domusque.
Facies mentis.Ouid.6.Metam.114,
Vertitur extemplo facies & mentis,& oris.
Nam modò quæ poterat Diis quoque mœsta videri,
Læta deæ frons est.
Ferox mentis.Ouid.2.Metam.124.
Caudia mala mentis.Virg.6.Aeneid.56.
Mentis inops.Ouid.2.Metam.40,
–mirantem cuspide vidit
Mentis inops.Ouid.epist.11.18.
Integer mentis,Vide INTEGER.
Patentes mentium.Quintil.lib.1.ca.9.1,Discipulos id vnum interimmoneo,vt præceptores suos non minus,quàm ipsa studia ament,& parentes esse non quidem corporum,sed mentium credant.
Non potens mentis.Seneca Thyeste,7.1.
Præsagia mentis.Ouid.6.Metam.102.
Quæ illo mentis.Quintil.lib.3.cap.6.29.
Ruina mentis.Ouid.epist.12.7.
Tunc ego te vidi,tunc crepi sere quit esset,
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Sacraria mentis.Stat.3.Thebaid.50,Arcem hanc æternam,mentisque sacraria nostræ Testor. Verba sunt Iouis.
Templa mentis.Lucret.lib.5.21,
–via quà munita fidei
Proxima fert humanum in pectus,templaque mentis.
Hoc est in secreta mentis & interioris animi, qui res à sensibus cognitas iudicat & discernit.
Tumultus mentis.Horat.2.Carm.ode 16.2.
Virium mentis.Ouid.4.Metam.40.
¶ Abderitica mens,id est stupida Vide ABDERITA,Abderitæ.
Adultera mens.Ouid.3.Amor.eleg.4.41.
Aegra mens.Tibul.lib.3.eleg.4.4.
Altæ mentis capax animal. Ouid.1.Metam.16.
Antiqua mens.Ouid.2.Metam.97.
Arida mens est.Valer.7.Argon.50,Nulla quies animo, nullus sopor arida mens est.
Armata mens dolis.Silius lib.1.38.
Arrectæ mentes,stupefactaque corda.Virg.5.Aeneid.129.
Auersa deæ mens.Id est non fauens nobis.Virg.2.Aeneid.34.
Augusta mens.Ouid.15.Metam.29.
Auida mens belli.Lucan lib.6.6.
Bona mens.Persius Saty.2.1.
Bonæ mentis iuuenes.Quintil.lib.2.cap.12.8.
Cæca futuri mens hominum.Stat.5.Theb.144. Luca.lib.2.3.
Captiua mens.Ouid.1.Amor.eleg.2.6,
Ipse ego præda recens,factum modo vulnus habebo,
Et noua captiua vincula mente feram.
Circumflua mens luxu.Claud.5.Paneg.8.
Commota mens.Horat.2.Serm.saty.3.56.
Commotus mente.Plin.lib.23.cap.1.12, Mente commotis & vertigine laborantibus.
Confusa mens.Virgil.2.Aeneid.48,
Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum.
Confusam eripuit mentem.
Conscelerata mens,Vide CONSCELERO.
Conscia mens,Vide CONSCIVS.
Conscia sibi mens facti.Lucret.lib.3.107,
–at mens sibi conscia facti
Permetuens,adhibet stimulos,torretque flagellis.
Conscia sibi mens recti.Virg.1.Aeneid.112.
Crudelior ipso mens pelago.Ouid.11.Metam.41.
Cupida mens.Ouid.epist.6.15.
Dira mens.Virg.2.Aeneid.104.
Diuinæ mentis pars.Virg.4.Georg.44,Esse apibus partem diuinæ mentis & haustus Aetherios dixere.
Erecta mens circa studia.Quintil lib.1.cap.3.6.
Facilis mens ad peiora. Quintil. libr.1.cap.2.4, Da mentem ad peiora facilem.
Firmata mens.Ouid.1.de Remed.amor.49.
Fluxa senio mens.Tacit lib.5,Ipsi fluxam senio mentem ,& continuo ab secessu,velut exilium obiectando.
Fortis mens.Ouid.3.Amor.eleg.2.2.
Fragilis mens.Stat.10.Thebaid.32.
Ventosa ceruorum frigida mens est.Lucret.lib.3.61.
Furiata mente iuuenis.Virg.2.Aeneid.82.
Furtiua mens.Ouid.epist.16.53,
Hactenus arcanum furtiuæ conscia mentis
Littera iam lasso pollice signat opus.
Generosa mens.Ouid.3.Trist.eleg.5.7.
Honesta mens.Sene.Thebaid.1.20.
Humanę mentes.Ouid.1.Metam.12.
Ignara mens culpæ.Stat.4.Sylu.2.19.
Ignea mens.Silius lib.3.28,
Nomen in ęternum paucis mens ignea donat,
Quos pater ætheriis cælestum destinat oris.
Illiberalis mens.Quintil.lib.1.cap.3.8.
Impenetrabilis iræ mens.Silius lib.7.113.
Impia mens. Senec.Octau.5.1.
Impigræ experientia mentis.Lucret.lib.5.192.
Imposita mens cunctis.Stat.1.Thebaid.46.
Incertæ discordia mentis.Ouid.9.Metam.127.
Infirma mens.Ouid.epist.18.2.
Infixa in imagines mens.Vide INFIGO.
Insana mens. Tibull.lib.2.eleg.7.4.
Integra mens.Horat.1.Carm.ode 31.4.
Intenta malis mens.Ouid.4.Trist.eleg.1.1.
Interrita mens lethi.Ouid.10.Metam.122.
Inuicta mens.Silius lib.4.39.
Læna mens.Virg.1.eclog.4.
Lapsæ spes & mentes.Silius lib.10.62.
Liberæ mentes.Quintil.lib.5.cap.11.19.
Lymphata mens.Horat.1.Carm.ode 37.3.
Maculatæ crimine mentes.Silius lib.11.40.
Magna mens.Virg.6.Aeneid.3,
–magnam cui mentem,animumque
Delius inspirat vates. De Sibylla.
Melior mens,Vide melior in BONVS.
O miseras hominum mentes.Lucret.lib.2.3.
Nutrita mẽs & indoles sub faustis penetralibus.Horat.4.Carm.ode 4.5.
Perniciosissima mens,multisque malo futura.Quint.li.5.cap.9.8.
Perturbata animi mens in mœrore.Lucret.lib.6.238.
Pia mens.Ouid.8.Metam.155.
Placida & alta mens.Quintil.in Procem.lib.6.7.
Præmollitæ mentes.Quintil.lib.6.cap.5.7, Quo genere defensionis etiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendisset nondum præmollitas iudicum mentes.
Præsaga máli mens.Virg.10.Aeneid.169.
Præscia mens.Silius lib.16.18.
Pristina mens.Ouid.3.Metam.4.
–mens tantùm pristina mansit.
Profunda mens.Claud.de bello Get.18, –qui mente profunda
Hauserat vrbis opes. Mentem vocat cupiditatem.
Profusa mens,Liberalis.Stat.1.Sylu.1.9.
Tùne,inquit,largitor opum,qui mente profusa
Tecta Dicarchæi pariter,iuuenemque replesti
Parthenopen?&c.
Mente prædonis res hæreditarias apprehendere.Vlpianus in L.Sed etsi.
Parag.De eo.ff.De perit.hæreditatis.
Prona mens in ferrum.Lucan.lib.1.92.In ferrum,in cędes.
Prouida mens.Ouid.7.Metam.146.
Releuata mens ab hac cura.Ouid.1.Trist.eleg.10.3.
Rudis mens.Quintil.lib.1.cap.11.2.
Sacra mens.Ouid.6.Fast.2.Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Sagax mens.Lucret.lib.1.108.
Sauę mentis compos.Ouid.8.Metam.8.
Segnis ad artem mens.Claud.1.in Eutrop.16.
Senera mens.Claud.1.Paneg.15.
Sobria mens.Claud.1.in Eutrop.46.
Solida mens,Constans.Horat.3.Carm.ode 3.1.
Stolidæ præcordia mentis.Ouid.11.Metam.30.
Syncera mens.Claud.7.Paneg.46,
–æthereis miscens terrena Prometheus,
Syncera patri mentem furatus Olympo,&c.
Temperata mens.Horat.1.Carm.ode 3.1.
Teneræ mentes.Quintil.lib.1.cap.4.4.
Tristis mens.Ouid.epist.12.10.
Turbata mens.Virg.11.Aeneid.1.
Vacuæ mentes.Virgil.3.Georg.1,
Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes
Omnia iam vulgata.
Accendere mentes in prælia.Silius lib.4.34.Vide ACCENDO.
Benignam mentem accipere in aliquem.Virg.1.Aeneid.62.
Addere mentibus,Vide ADDO.
Addere ardorem mentibus.Virg.9.Aeneid.37.
Surdæ menti adhibent solatia.Ouid.9.Metam.131.
Adiicere mentem dictis,Auscultare diligenter.Ouid.14.Met.64.
Deorum mente ac ratione mundum administrari.Cic.1.de Nat.deorũ,7.
Faciles aduertite mentes.Ouid.1.de Arte,54.
Aduerte huc mentem,Vide ADVERTO.
Mente,siue in mente agitare,Vide AGITO.
Agitare aliquid mente.Ouid.1.Fast.19.
Agitat mihi mens.Virg.9.Aeneid.39,Aut pugnam,aut aliquid iandudum
inuadere magnum Mens agitat mihi.
Agitatur furiis mens vecors.Ouid.in Ibin,69.
Succensas mentes agit libido.Sene.Hippol.4.17.
Miseræ turbine mentis agor.Ouid.1.Amor.eleg.9.6.
Alienari mente,Vide ALIENO.
Alere mollius teneras mentes more nutricum.Quintilianus li.2.ca.4.4.
Aperire mentem.Ouid.1.Fast.89,de auibus,
Sed nihil ista iouant,quia linguæ crimen habetis,
Diique putant mentes vox aperire suas.Idem 1.de Arte,48,
Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro Simplicitas.
Appellere mentem ad philosophiam,Vide APPELLO.
Captis ardebant mentibus.Ouid.4.Meta.13.Captis,amore.
Æquis mentibus audire.Virg.9.Aeneid.48.
Augurat mens.Virg.7.Aeneid.56.
–si quid veri mens augurat.
Morbo mentis aliquo calere.Horat.1.Serm.saty.3.16.
Mente captus, dicitur (authore Festo) quum mens ex hominum pote-
state abiit.
Capere mente,Vide CAPIO.
Bona mente carere.Ouid.1.Amor.eleg.8.2.
Celeri circunspice mente.Ouid.1.de Remed.amo.18.
Circunspicere mentibus,Vide CIRCVNSPICIO.
Coire mente.Quintil lib.5.ca.11.25,Nihil obstat, quo minus iustum ma
trimonium sit mente coeuntium.
Colligere mentem.Ouid.14.Metam.70,
Vt primùm valido mentem collegit ab æstu,
Quid caperet fastura fuit.
Commouere mente,Vide COMMOVEO.
Belligeram somno componere mentem.Silius lib.3.33.
Comprehendere aliquid mente.Cic.3.de Nat.deorum,17.
Concidere mente,Vide CONCIDO pen.corr.
Concipere mentem,Vide CONCIPIO.

Concipere aliquid mente.Tacit.lib.2.
Concussa metu mentem virago.Virg.12.Aeneid.94.
Conquassatur mens,animæque potestas.Lucret.lib.3.121.
Consentire mente vna,Vide CONSENTIO.
Consistere mente,Vide CONSISTO.
Consistit mens,Quiescit.Virg.1.Aeneid.130,
Aeneas(neque enim patrius consistere mentem
Passus amor)rapidum ad naues præmitit Achatem.
Caligine mentis cæca consitus.Catull.Argon.59.42.
Conspicere mente aliquem,Vide CONSPICIO.
Dubias constringere mentes,Coercere.Lucan.lib.5.52.
Conuertere mentem alio.Lucret.lib.4.114.
Conuertere mentes hominum oratione,Vide CONVERTO.
Molem mentis corruere,Lucret.lib.3.165,
–neque autem corpora desunt
Ex infinito quæ possint forte coorta
Corruere hanc mentis violento turbine molem.
Crescit & senescit mens.Lucret.3.91.
Deditæ mentes cum oculis,Vide DEDO.
Deducere mentes.Pers.Saty.5.4, –& vitæ nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes.
A mente & consilio deduci,Vide DEDVCO.
Tota mente deficere.Ouid.9.Metam.128.
Duram deflectere mentem.Lucan.lib.3.61,
–tamen ante furorem
Indomitum,duramque viri deflectere mentem,
Pacifico sermone parant.
Demittere mentem,Desperare.Virg.12.Aeneid.122,
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem
Demittunt mentes,sese sissla veste Latinus,&c. Seruius.
Error mentis demptus.Horat.2.epist 2.28.
Mentem,mentumque in gremiis mimarum deponere. Cicc.15. Philipp.
361,Tu verò qui te ab eodem Cæsare ornatum negare nõ potes, qui
esses,si tibi ille non tam multa tribuisset? ecquò te tua virtus proueh
set?ecquò genus?in lustris,popinis,alea,vino tempus ætatis omne con
sumpsisses:vt faciebas, quum in gremiis mimarum mentem, mentum
que deponeres.
Memori mente deprehendere aliquid.Lucret.lib.3.176.
Paratam mentem verba destituunt.Lucan.lib.5.147.
Diuidere mentem.Catul.in carmine Nuptiali,57.3,Nos aliò mentes,aliò
diuisimus aures.
Dubiæ menti spem dedit.Virg.4.Aeneid.11.
Perculsa mente dederunt lachrymas.Virgil.9.Aeneid.59.
Dominatur in æquas mentes Venus.Lucan.lib.5.145.
Durat mentem.Tacit.lib.1.
Iracunda mens in ira efferuescit.Lucret.lib.3.60.
Exacuere mentem ad varia conamina.Silius lib.7.29.
Ignis acrior mentem excoquit.Sene.Herc.fur.1.22.
Explorant mentes deorum.Silius lib.5.12.
Spes anxia mentem extrahit.Stat.1.Thebaid.65.
Exuere mentem.Virg.4.Aenei.64, –& istam
Oro(siquis adhuc precibus locus)exue mentem.
Facere aliquid bona mente. Quintil.lib.5.cap.10.36, Vt si dicam, bona
mente factum,ideoque palam.
Composita mente ferre aliquid.Ouid.5.de Arte,114, Hic fera compos
ta vulnera mente feret.
Iniqua mente ferre aliquid Ouid.8.Metam.128.
Placida mente ferre aliquid.Ouid.13.Metam.43.
Duram flectere mentem.Ouid.9.Metam.122.
Flectere consilium mentis crudelis.Catul.Argon.58.28.
Fodere mentes stimulo inuidiæ.Silius lib.7.103.
Formandam quàm optimis institutis mentem infantium iudicat.Quintil.
lib.1.cap.1.12.de Chrysippo.
Teneræ mentes asperioribus formandæ studiis. Horatius 3. Carm.
ode 24.11.
Mens fugit admonitu,frigusque perambulat artus.Ouidius epist.9.17.
Certa mente aliquid gerere,Id est Obfirmata mente. Ouidius epist.10.
8,Quid mecum certa prælia mente geris?
Sollicitam gerere mentem formidine Lucret.lib.3.213.
Tumores magnos mente gerere,Superbire.Lucan.lib.10.10.
Habitat mentes deus.Stat.12.Thebaid.99,
Nulla autem effigies,nulli commissa metallo
Forma dei,mentes habitare,& pectora gaudet.
Hærere mentibus.Horat.1.epist.1.11,Neuius in manibus non est,& men
tibus hæret Penè recens.
Dii illum in eam mentem impulerunt ,Dii illi mentem dederunt, Dii ill
mentem iniecerunt vt conaretur,&c.Cic pro Milone,64.& 68.
Incidit mihi in mentem hæc res.Vide INCIDO pen.corr.
Incitatus mente,Vide INCITO.

Induit in mentes animosq; hominũ apologa Aesopus,Vide INDVO.
Inficere mentem. Q. tunil.lib.1.cap.11.1,Et mentem præcipue in ætate
prima teneram adhuc, & rudem inficiunt.
Mens intelligentia.que nostra infixa in eas imagines, &c. Cice.1.de Na
tur.deorum,70.
Infixa mentibus memoria alicuius,Vide INFIGO.
Inhęresunt penitus in mentibus,Vide INHAEREO.
Iniicere mentem alicui,Vide INIICIO.
Iniectere mentem alicuius.Senec.Hippol.4.12.implicare.
Inserere mentem cælo,Cælestia inuestigare animo.Stat.3.Theb.110.
Insidere in mente,Vide INSIDEO.
Insistere mente & animo in rem aliquam,Vide INSISTO.
Furor instigat mentes.Senec.Thyest.1.6.
Intrare in mentem iudicis dicitur quippiam,Vide INTRO.
Introspice in mentem tuam ipse,Vide INTROSPICIO.
Labat mens.Celsus lib.4.cap.19.Vide LABO,lab.26.
Labi mente,Vide LABOR,laberis.
Munera Bacchi duram laxarunt mentem.Silius lib.11.58.
Simulata mente loqui.Virg.4.Aeneid.11.
Madet mens.Lucret.lib.3.97, –præpediuntur
Crura vacillanti,tardescit lingua,madet mens.
Mandare animis & mentibus,Vide MANDO,mandas.
Mens mihi non manet certa sede.Horat.1.Carm.ode.13.1.
Immota manet mens.Virg.4.Aeneid.90.
Manet alta mente repostum.Virg.1.Aeneid.6.
Mulcere mentes.Ouid.10.Metam.61.
Mutare mentem,Vide MVTO.
Mutat insania mentem.Virg.4.Aeneid.119.
Rigida mente negare aliquid.Ouid.epist.3.10.
Oblimare mentem Claud.3.de raptu Proserp.6,
–diffusor honesti
Luxus,& humanas oblimat copia mentes.
Mentem obtundere,Vide OBTVNDO.
Pacificare mentem.Senec.Agamemn.3.24.
Peragrare omnia mente,animoque.Lucret.lib.1.15.
Perculsa mentem formidine mater.Virg.4.Georg.72.
Mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes.Tacit.lib.1.
Pietas mentem percutit.Stat.11.Thebaid.121.
Obstinata mente perfer.Catull.ad Seipsum,epigr.8.3.
Firma permanet mens.Ouid.epist.15.34.
Permotus mente,Vide PERMOVEO.
Tota mente petere.Virg.4.Aeneid.20,
–habes tota quod mente petisti.
Præcipitat mentem furor,irasci.Virg.2.Aeneid.64.
Alta mente præditus homo,Vide ALTVS.
Tacita mente male precari alicui.Ouid.1.de Arte,111.
Pressus mentem formidine.Virg.3.Aeneid.10.
Læta mente receptum munus.Ouid.2.Amor.eleg.15.1.
Superas recludere mentes,Consilia aperire deorum.Sil.lib.1.4.
Redit mens.Ouid.7.Metam.117,
Mens tamen vt redit,pariter redierе furores.
Anxiis mentibus spem reducit Lyæus.Horat.3.Carm.ode 21.3.
Relaxare mentem.Seneca Hippol.4.18.
Inoblita mentis repetere aliquid.Ouid.4.de Ponto.eleg.15.8.
Reponere mentem alicui,Reddere animum.Valer.7.Argon.50.
Reuincire mentem amore.Catull.in Epithal.Iuliæ,56 7.
Sanatur mens.Lucret.lib.3.103.
Et quoniam mentem sanari,corpus vt ægrum
Cernimus,& flecti medicina posse videmus:
Id quoque præfagit mortalem viuere mentem.
Satiare teneras mentes veluti quodã iucundioris disciplinæ cibo,lacteq;
Quintil.lib.2.cap.4.4,Quin ipsis doctoribus hoc curæ esse velim, vt
teneras adhuc mentes more nutricũ mollius alant, & satiari velut quo
dam iucundioris disciplinæ cibo,lacteque patiantur.
Scrutari mentes deũm in fibris.Ouid.15.Metamor.28.
Senescit mens.Lucret.lib.4.91.
Seuocare mentem ab oculis.Cic.3.de Nat.deorum,27.
Sterit in dubio mens.Lucan.lib.7.50.
Subit mentem ea res.Virg.10.Aeneid.165,
Et mentem patriæ subit pietatis imago.
Labefacta mens succubuit.Senec.Troad.10.18,
Suæ mentis esse. Cice. in Pisonem,39, Hic si mentis esset suæ,nisi pœnas
patriæ,diusque immortalibus eas,quæ grauissimæ sunt,furore atque in
fania penderet,amens esset,&c.
In mente,& in mentem est mihi,Vide IN præpositionem.
Est mens mihi,Id est placet mihi,Volo.Ouid.epist.2.27. Hinc mihi sup
positas immittere corpus in vndas Mens fuit.
Non eadem est mens.Horatius de Arte,1.Id est non idem nunc placet.
Tenescit mens in tenero corpore.Lucret.lib.3.154.

Tepescunt mentes. Lucan.lib.4.58, Paulatim cadit ira ferox, mentes-
que tepescunt.
Terrent etiam nunc nubila mentem.Ouid.1.Meta.72.
Trepidat mens metu.Horat.2.Carm.ode.19.1.
Turbatus vulnere mentis.Virg.12.Aeneid.32.
Hæc veniunt in mentem,Harum rerum memini. Cic.2.de Natura deorũ,
248, Hæc mihi ferè in mentem veniebant, quæ dicenda putaram de
natura deorum. Idem ad Atticum,libro.12.25.4. Nunquam ea res
tibi tam belle in mentem venire potuisset. Eidem,lib.7.132.5,Quum
autem Dolabellæ venit in mentem,paulum respiro.Virg.4.Aeneid.8,
Nec venit in mentem quorum consederis arula? Id est non cogitas.
Venit in mentem illius rei.Cic.Mario,lib.7.3.1, Solet in mentem venire
illius temporis.Idem pro Quintio,3.Non minus sæpe ei venit in men
tem potestatis,q̃ æquitatis tuæ.Et 2.de Orat.139,Vt quotiescũq; gra
dum facimus,toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem.
Venit in menté de.Cic.de Petitione Consulatus.55, Hæc mihi veniebãt
in mentem de duabus illis cõmotionibus,&c.
Venit in mentem vt.Cice.pro Fonteio,8,Fonteio non in Gallia primùm
venisse in mentem vt portorium vini instituerет.
Venit in mentem facere,Cic.1.de Orat.123,Quid tibi in mentem venit
ita respondere? Idem 3.de Diuinat 8,Quid in menté venit Calisthe-
ni dicere deos,&c.Sic de Claris Orat.11,Nam mihi Brute in te intuen
ti crebro in mentem venit vereri ecquodnam,&c. Et Figulo,lib.4.
12.4,Nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare.
Videre aliquid mente.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.2,
Ante meos oculos præsto est tua semper imago,
Et videor vultus mente videre tuos.
Liquida mente videre.Catull.de Berecynth.epigr.58.10,
Virens mente.Stat.3.Thebaid.91,
–iuxtaque Amythaone creus
Iam senior,sed mente virens,Phœboque Melampus.
Mens mea faciẽtis.Pomponius in L.Si iure.ff.de Legat.& fideicõm.3,Vi
dendum est,an mens mea hæc fuerit facientis postea testamentum.
Mentio,mentiõnis,fœgen.(μνησις,)A supino mentum,quod à Meno vee
bo antiquo deducitur,teste Valla lib.3.quod Recordor, & in mentem
reuoco significabat.
Agitare mentionem,Vide Agito in AGO.
Facere mentionem,Cõmemorare.Terent.Eunuc.5.1.47, –rogas?
Scin' siquando illa mentionem Phædriæ
Facit,aut si laudat,te vt male vrat,&c. Cice.de Senec.58,Lysandrum
Lacedæmonium(cuius modò mentionem feci)dicere aiunt solitũ,La-
cedæmone esse honestissimum domicilium senectutis.Idem ad Sulpi-
tium,lib.13.25.4,Hominem esse neminem qui vnquam mentionẽ tui
sine tua summa laude fecerit.Et de Claris Orat.68, Non fecissem ho-
minis penè infimi mentionem,nisi,&c.
Facere mentionem necessariam alicuius rei.Quintil.lib.2.cap.2.2.
Facere mentionem de.Cic.pro Quintio,21, Quum statuisses de pecunia
mentionem facere. Idem 5.de Legib.21, Demetrius ille de quo feci
suprà mentionem. Et ad Q. fratrem,lib.2.13.2,De te à Sipylo men
tio est honorifica facta.
Habere mentionem. Quintil.libro.4.cap.2.13, Cuius suprà habuimus
mentionem.
Incidere in mentionem.Cice.1.Verr.27,Casu in eorum mentionẽ incidi,
Idem de Amicit.3.Scæuola quum in eam mentionem incidisset.
Incidit mentio de Philippo,Vide INCIDO pen.corr.
Inferre mentionem,Vide INFERO.
Iniecta mentio de aliquo.Horat.1.Serm.saty.4.19.
Intermittere mentionem.Cice.Attico,lib.5.96.4,Nec tui mentionem in-
termitti finit.
Mouere mentionem rei cuiuspiam,Vide MOVEO.
Opprimere mentionem aliquam,Vide OPPRIMO.
In mentione terræ dicetur: Hoc est, dum mentionem terræ faciemus.
Plin.libro 2.cap.8.3. Et libro.12.cap.3.3, In mentione gentis huius
narrauimus.
Mentior,mentiris,penul.prod.(ψευδομαι,ψευδομυθεω,ψευδολογεω,
ἀληθομαι,)mentiri,Deponens,notum verbum. Plaut.Pœnulo,11.18,
Mentitur enim ad te venit,aurumq; attulit.Idem Amphit.4.190,
–verbero,mentiris nunc.
At iam faciam vt verum dicas dicere.Terent.Heaut.3.2.38,
Non est mentiri meum.Id est non consueui mentiri,siue solitus sum.
Mentiebatur ad milites.Gell.lib.15.cap.22.
Palàm mentiri,Vide PALAM præpositionem.
Nisi mentior,Vide NISI.
Aduersus aliquem mentiri. Plaut.Aulul.13.9. Egóne vt te aduorsum
mentiar mater mea.
In aliquem mentiri.Cic.in Salust.1,Dabo operã vt & pro me minimo cũ
fastidio respondeam,& in hunc minimè mentitus esse videar.
Alicui mentiri.Plaut.Amphit.5.6,
–ille adeò illum mentiri sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Credet, neque credet hoc profectum vt iusserat.
Mentiri de Cic.4.Acad.28, Addunt etiam C.Marium, & de hoc quidem nihil mentiuntur. Idem 2. de Orat.102, De me autem causa nulla est cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar.
De annis ætatis suæ multum mentiri. Quintil.lib.6.cap.3.60, Redarguimus interim apertè, vt Cicero Vibium Curium multum de annis ætatis suæ mentientem.
¶ Mentiri se esse aliquem, Fingere & simulare. Plin. de Viris illust.63, Q. Lælius Metellus Numidicus, qui de Iugurtha rege triumphauit, Censor Quintium, qui se Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in censum non recepit. Marti.lib.1.86, Mentiturq; virũ prodigiosa Venus.
Amorem mentiri. Ouid.epist.10.37,
Tu quoque pro nobis, si non mentiris amorem,
Thura feras.
Causam fugæ mentitur. Ouid.11.Metam.57.
Colorem fuco mentiri. Quintil.lib.1.cap.15.18, Et mangonum, qui colorem fuco, & verum robur inani fagina mentiuntur. Plin.lib.37.cap.8, Inficitur, candoremque mentitur.
Lana mentitur varios colores. Virg.4.eclog.9.
Color ille chrysocollam mentitur. Plin.lib.35.ca.6.18, Sunt etiamnũ nouitii duo colores è vilissimis: viride, quod Appianũ vocatur, & quod chrysocollam luteam mentitur, ceu parum multa sint mendacia eius.
Dolorem capitis mentita puella. Ouid.1.Amor.eleg.19.3.
Fidem mentiri. Claud.5.Paneg.12.
Verum robur inani fagina mentiri. Quintil.lib.2.cap.15.18.
Sexum muliebri motu mentiri. Colum.in Præfat.libri 1.14, Attonitique miramur æstus effœminatorũ, quòd à natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiantur, decipiantque oculos spectantium.
Vitam vanitas mentitur sibi. Plin.lib.7.cap.55.1, Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat, & in mortis quoque tempora ipsa sibi vitam mentitur.
Mentiri, pro falsò scribere. Plin.lib.17.cap.15.2, Necnon fuere qui è thu arbore vtrunque nasci mentirentur.
Mentiris iuuenem tactis Lentiae capillis,
Tam subitò cornus, qui modò cygnus eras. Martial.lib.5.89.
Mentibor, pen.prod. (ἀλλοιόομαι,) Plaut. Mil.5.99,
Quantumuis prolationum, dummodo nunc prima via
Inducamus, vera vt esse credat quæ mentibimur. Ibidem, 3.35,
Et assentandum est quicquid hic mentibitur.
Mentitus, pen.prod. Participium, (ἀλλοιούμενος,) Cic.4.Acad.153, Ne tu qui idem me facturum paulò ante dixeris, videare mentitus.
Os mentitum. Ouid.6.Fast.86.
Mentita & falsa. Cic.1.de Nat.deor.80, Quæque his vacant, mentita, & falsa, plenaque erroris. Legitur & ementita.
Fama mentita. Ouid.10.Metam.6.
Figuris mentitis celare se. Ouid.5.Metam.66.
Mentitrix, pen.prod. (ἀλλοιοῦσα,) Aliud participiũ. Ouid.in Ibin,14,
Hæc tibi natali facito, tanique Calendis
Non mentituro quilibet ore legat.
Vox mentitura. Ouid.4.Trist.eleg.3.4.

Mensa, mensæ, (τράπεζα, τοῦ ἄρτου,) Super quam edere solemus: dicta, inquit Varro, quasi mesa, quòd inter duos poneretur. Virg.1.Aen.143, Pars epulis onerãt mẽsas, & plena reponũt Pocula.
Acerna mensa. Ouid.11.Metam.51.
Argenteæ mensæ in delubris. Cic.3.de Nat.deorum, 121.
Citrea & acerna mensa. Martial.lib.14.94.& 95. Cic.6.Verr.32, Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Lutadio abstulisti.
Conscripta vino mensa. Ouid.2.Amor.eleg.5.4.
Curionales mensæ, Vide CVRIA.
Delphicæ è marmore mensæ. Cic.6.Verr.115.
Gemmiferæ mensæ. Claud.5.Paneg.53.
Pantherinæ mensæ, Vide Pantherinus in PANTHER.
Polluta mensa cruore. Silius lib.7.37.
Supina mensa. Propert.lib.4.eleg.9.4.
Tripes mensa. Horat.1.Serm.saty.3.3.
¶ Astare mensæ domini, Vide ASTO.
Consistere ad mensam. Cic.5.Tuscul.86, Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere.
Discumbere mensis. Stat.4.Sylu.2.7.
Esse in honore mensarum. Plin.lib.10.cap.49.1, Ibi & buteo accipitrum generis, in honore mensarum est.
Extruere mensas conquisitissimis cibis. Cic.5.Tuscul.87. Et in Pisonem 53, Extructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne suburnidis, ferui fordiati ministrant, nonnulli etiam senes.
Instruere mensas. Virg.3.Aeneid.47. Ouid.8.Metam.115,
Instruxere epulis mensas.
Onerare epulis mensas. Virg.4.Georg.76.
Opulentare mensam pretiosis dapibus, Vide OPVLENTO.
Reponere vina mensis. Virg.7.Aeneid.17.

¶ Mensa, Prandium, vel Cœna quandoque dicitur. Iuuenal.Saty.1.14,
Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis vnã comedunt patrimonia mensa.
Reuerentia mensæ. Iuuenal.Saty.12.3,
Hic nullus verbis pudor, aut reuerentia mensæ.
Omnium mensarum asseela. Cic.in Salustium, 13.
Mensa sine arte. Martial.lib.10.47.
Conuiũtis facilis, sine arte mensa.
Angusta mensa. Senec. Thyeste,5.10, Tatusque mensa capitur angusta cibus. Id est tenui, non sumptuosa.
Apposita mensa. Ouid.epist.16.15. Idem 8.Metam.162.
& appositis queritur sciunta mensis.
Apta mensa ioco. Ouid.1.de Arte,120.
Breuis mensa. Horat.de Arte,41, Ille dapes laudet mensæ breuis.
Cara mensa, Quæ magno constat. Horat.2.Serm.saty.4.8.
Diuites mensæ. Horat.2.Serm.saty.4.18.
Nitentes mensæ. Horat.2.Serm.saty.2.1.
Opimæ mensæ inconsuetus miles. Silius lib.11.57.
Pingues mensæ. Catul.in Carmine nupt.57.1,
Surgere iam tempus, iam pingues linquere mensæ.
Plena mensa. Virg.11.Aeneid.148,
Expectate dapes, & plenæ pocula mensæ.
Regales mensæ. Virg.1.Aeneid.139.
Secundæ mensæ, Id est secundi cibi, vel epulæ. Virg.2.Georg.31,
Non ego te mensis & diis accepta secundis
Transierim Rhodia. Martialis lib.3.17,
Circunlata diu mensis scribilita secundis
Vrebat nimio sæua calore manus. Cic.Attico, lib.14.304.3,
Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Horat.2.Serm.saty.2.25,
- tum pensilis vua secundas
Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.
Tenuis mensa. Horat.2.Carm.ode 16.3.
¶ Apponere mensam, Vide APPONO.
Auferre mensam, Vide AVFERO.
Communicare aliquem mensa, Vide COMMVNICO.
Perpetuis considere mensis. Virg.7.Aeneid.36.
Relicta mensa, discedit conuiua. Ouid.1.de Arte,121.
Lucis pars optima mensæ est data. Ouid.7.Metam.135.
Verecunda laxamus sera in mensa. Pers.Saty.5.5.
Pingues linquere mensas. Catul.in Carmine nupriali,57.1.
De mensa mittere: Id est de iis quæ mensæ apposita erant. Cic.Attico, lib.5.88.5, Discubuimus omnes præter illam, cui tamen Q. de mensa misit, illa retiecit. De Pomponia sorore Attici, Q. vxore.
Percurrere mensas, Vide PERCVRRO.
Mensam remouere. Virg.1.Aeneid.44,
Postquam exempta fames epulis, mensæque remotæ.
Repellit mensas ingenti clamore. Ouid.6.Metam.132. de Tereo.
Mensam tolli iuber. Cic.in Pisonem,55.
¶ Mensa, etiam discus & quadra dicitur. Virg.7.Aeneid.25,
Quum te nate fames ignota ad littora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas. Ibidem,23.
Et violare manu, malisque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus. Id est panitian mensis, inquit Seruius, epularum sustentaculum.
¶ Mensa, Tabula qua argentarii vtuntur. Cic.in Pisonem,69, Quid illo pendium militibus per omnes annos à ciuitatibus mensis pollãdi propositis esse numeratum? Idem pro Flacco,35, Si Prætor dixit, vt argentum est, à Quæstore numerauit, Quæstor à mensa publica, mensa aut ex vectigali, aut ex tributo.
Mẽsula, penult.corr. Diminutiuum, (τραπέζιον,) Plaut. Mostel.4.110,
Cedò aquam manibus puer, appone hic mensulam.
Mensarius, (τραπεζίτης, ἀργυρικός,) qui & Collybista. Habebant autem, inquit Budæus, nummularii siue mensarii aut mensularii & argentarii causam publicam, & rationem accepti expensiq; faciebant: & tam pecuniariam permutationem, quam maiorem negotiationem exercebant quibus olim moris fuit pecunias costodiendas dari, fœnerato interdum, interdum gratuito. Aliàs Latinè Argentarius dicitur: à Graecis Trapezita. Cic.pro Flacco,34, Cum ciuitate mihi res est acerrima & conscientissima literarum, in qua nummus mouetur nullus potest, fine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis, qui apud illos à populo creantur. Liuius 7.ab Vrbe,94. Solutionem aeris alieni in publicam curam verterunt: quinque viris creatis, quos Mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt.

Mensio, mensionis, Vide METIOR.

Mensis, huius mẽsis, (μὴν, μῆς,) à Metior deducũ, quasi res mensura dicti ũ mẽsis. Cic.2.de Nat.deor.100, Qui qa mẽsa spatia à luna cõficiũt, mẽses nõiani. De cursib. Lunę. Macrobi. à Græco μὴν, id est

à lana traḥit, nã lunæ curriculo mẽsis conficitur. Teren.Adel.3.4.19,
Compressu grauida facta est, mensis hic decimus est. Plaut. Persa,16.79, Nunquam intercle hunc mensem vertcatem credo seruibit tibi.
Primis à mensibus. Virg.1.Georg.13,
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri.
Aprilis mensis marinæ Veneris. Horat.4.Carm.ode 11.3,
Augustus mensis, Vide AVGVSTVS.
Bissini menses. Stat.5.Sylu.1.4,
-stupet ipse labores
Annus, & angusto bissini limite menses.
Breuis mensis. Horat.2.epist.1.9, Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno.
De mense Decembri, Vide DE præpositionem.
Gelidi menses, Tempora hyemis. Claud.3.de raptu Pros.45.
Intercalaris mensis, Vide INTERCALO.
Pauci menses, Vide PAVCVS.
Rectus mensis. Plin.lib.10.cap.63.7, Si incant opportuno & recto mẽse.
Sextilis mensis, Augustus. Horat.1.epist.11.4,
Penula solstitio, campestre niualibus auris,
Per brumam Tyberis, Sextilis mense caminus.
Tardi menses. Virg.1.Georg.7.
Totus ex ordine mensis. Virg.3.Georg.69,
Sæpe diem, noctemque, & totum ex ordine mensem
Palcitur. Ibidem lib.4.102,
Sæpe illum totos pathibent ex ordine menses
Rupe sub aeria deserti ad Strymonis vndam Fleuisse.
Voluendi menses, Volubiles. Virg.1.Aeneid.55. Seruius.
¶ Mensis abit. Terent.Adel.4.5.57, Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Vbi Donatus, Menses abierũt decem, Quasi dicat, te cessante, decem menses cesserẽ. Et abire dicitur quod paulatim nos deserit.
Abesse tres menses, Vide ABSVM.
Agitur mensis, Vide AGO.
Exactis mensibus grauidæ errant. Virg.3.Georg.29.
Occupare primos menses, Vide OCCVPO.
Incipiunt magni procedere menses. Virg.4.eclog.3.
Prouoc voluit menses Luna. Horat.4.Carm.ode 6.8.
¶ Menses, in plurali, pro Mẽstruis mulierũ. Plin.lib.22.ca.21.5, Prodest & orthopnoicis & anhelationi, mulierumq; mensibus retardatis. Idẽ lib.21.ca.25.1, Cier vrinas & vino pota, & menses.
¶ Mensis etiam in singulari idem significat. Plin.lib.17.cap.28.6, Priaurim autem contra erucas ambiri arbores singulas à muliere incitati mẽsis nudis pedibus recincta. Idem lib.18.ca.4.11, Multa genera morborum primo cõtu solumtur, primoq; fœminarum menses.
Cõmorantes menses trahit lens. Plin.lib.22.cap.25.26.
Menses fœminarũ trahere dicitur mastiche condrilli. Plin.li.22.ca.22.13.
¶ Menses mulierum abundant, vel subsidunt. Plin.lib.22.ca.8.2, Mulierum mensibus, siue subsidant, siue abundant.
Abundantia mensium. Plin.lib.23.cap.7.22, Priaurum mulieribus adallegatus laeteo contra abundantiam mensium. Idem lib.14.cap.12.1, Sanguis & stringitq; dulillationes omnes, & sanguinis excreationes, menstruum; abundantiã. Rursum ibidem,4. Idẽ lib.27.ca.vlt.9.
Menstrilq; menses. Plin.lib.18.cap.7.7.
Eructare menses. Plin.lib.26.cap.vltimo,10, Symphyton tritum in vino nigro eructat menses. Idem lib.22.cap.8.12.
Menstrua, Aliud. (ἀμφίνοος, ἀμφίνοος,) Quod est vnius menstrum, Varro de Re rust.lib.2.cap.27.1, Et quoniam tempora duorum gerum sunt, vnum annale, quod tol circuitu suo finit: alterum mensestrum, quod luna circumiens comprehendit, prius dicam de sole. Cic.1.de Nat.deorum,120, Huius hanc lustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. Plinius epist.126. Nam & menstruum meum Calendis Septembris finitur, & sequens mensis complures dies feriatos habet.
Menstrua aduersaria. Cic.pro Rosc.Comœ.3, Quid est quod negligẽter scribamus aduersaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ.
Cibaria menstrua. Cic.5.Verr.60.& 186.
Cursus menstruus Dianæ. Catul.in Carmine secul.32.4.
Cursus menstrui. Menstrua muliebria. Plin.lib.11.cap.39.4, Quum menstrui cursus sterere.
Luna menstrua. Virg.1.Georg.71.
Opus menstruum. Cic.3.de Legib.75.
Thura mẽstrua reddere Lari, Id est singulis mẽsibus. Tibul.li.1.ele.3.7.
Vita menstrua. Cic.4.de Finib.49.
Vsura menstrua. Cic.ad Atticum, lib.6.111.7.
¶ Menstruum, pro Alimẽto in singulos menses legato: vt Annuum, quod in singulos annos. Vlpianus in L. Qui bonis, Decessione bonorum, Si quid misericordiæ causa ei fuerit relictum, puta menstruũ vel annuũ, alimentorum nomine. Idem in L. Ex annuo, De don. inter vir.& vxo.
Ex annuo vel menstruo quod vxori maritus præstat, tum quod super est reuocabitur, si satis modicum sit, id est supra vires dotis.
Menstruum, mẽstrui, n.g. numero singulari. Plin.lib.28.ca.7.8, Quocũq; autem alio menstruo, si nudata segetem ambiũt, eruca ac vermiculos scarabeosq; ac noxia alia decidere. Ibidem, 13, Lais & Salpe canum rabiosum morsus, & tertianas quartanasq; febres, menstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Rursus ibidem, 15, Id quoq; conuenit, quo nihil equidem libentius crediderim, tactis omnino mẽstruo postibus, irritas fieri magorum artes.
¶ Menstruum, menstrui, Cibus & velut annona vnius mensis. quod vulgò dicitur Prouisio vnius mensis. Liuius Decad.5.lib.4.6, Prætore dimisso, Consul menstruum iusso milite secum ferre, profectus, &c.
Menstrua, menstruorum, Substantiuũ, plu.num.n.g. (ἐμμηνα,) Mulierum profluuium est, quod illis vnoquoq; mense accidere solet. Vide Plinũ lib.7.cap.15. Columel.lib.11.cap.3.31. Eiusdem frutex pluribus annis permanet innoxius nisi si mulier quæ in menstruis est, contigerit eum, & ob hoc exaruerit. Democritos affirmat has ipsas bestiolas enecari, si mulier quæ in menstruis est, soluris crinibus, & nudo pede vnãquãque aream ter circumeat. Lucret.lib.6.160,
Castoreoque grani mulier sopita recumbit:
Et manibus nitidum teneris opus efficit ei,
Tempore eo si odorata est quo menstrua soluit.
Menstrua bene respondentia. Celsus lib.6.cap.6.de imbecillitate oculorum, Quod in fœminam bene respondentibus menstruis non cadit.
Menstruãlis, & hoc menstruãle, pen.pro. (ἐμμηνος, κατεμμήνιος,) Quod singulis mensibus fit. Plautus Capt.8.23, Qui solebã menstruales epulas ante adipiscier.
Menstruale animal mulier, quæ menstrua patitur. Plin.lib.7.cap.15, Solũ autem animal menstruale, mulier est. Idem lib.19.cap.10.2, Omnia verò accessu mulieris menstrualis flauescunt.

Mensor, Mensura, Vide METIOR.

Menta mentæ, Herba quæ à Græcis ἡδύοσμος dicitur: Hoc est, suauiolens. Menta autem appellata, quòd suo odore mentem ferat. Colu.lib.11.cap.3, Sed etiam mense Ianuario menta dulcem desiderat vlginem: quam ob causam iuxta fontem mense Martio reclẽponitur. Cic.Pero, lib.9.21.11, Volo mentam pusillam ita appellare, vt rutulam. Plin.lib.20.cap.14.3, Mente ipsius odor animum excitat, & sapor auditatem in cibis. Est & menta aquatica, quæ à Dioscoride cyllimbrium dicitur. Vide MINTHA.
Olentes mentæ. Ouid.10.Metam.146.

Mentagra, mentagræ, pen.corr. (λαιχὴν,) Morbus dictus à mento. Plin.lib.26.cap.1, Grauissimum ex his lichenas appellauere, Græco nomine: Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur, inoculari primùm fasciuia (vt est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & vsurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos vrq; vultus, oculis tantũ immunibus, descendentem verò & in colla pectusque ac manus fœdo cutis furfure.

Mentastrum, mentastri, (ἡδύοσμος ἄγριος,) Menta syluestris. Plin.lib.20.cap.14.1, Mentastrum syluestris menta est, differens specie foliorum quasi figura ocimi, pulegii colore. Propter quod quidam syluestre pulegium vocant.
Mentastrum syluestre. Colu.lib.11.ca.1.30, Cuius si fortè semina defecerint, licet de nouallibus syluestre mentastrum colligere.
MENTERCOSA, (μίνθεικος,) Hispaniæ vrbs Ptolemæo: vulgò Petraza de la sierra.

Mentigo, pe.pr. mẽtiginis, f.g. (λαιχὴν,) Genus morbi, quod pecudes innadere solet. Colu.lib.7.cap.5.17.

Mentio, mentionis, fœmin.gener. & METIOR, mentiris, Vide MENS.
MENTISA, (μέντισα,) Hispaniæ vrbs Ptolemæo. alio nomine Mentesa: vulgò Iaen.
MENTOR, huius Mentoris, pen.cor. (μέντωρ,) fuit in vasis cælãdis mirus artifex. de quo Plinius lib.12, Mentori, inquit, quotidie testimonium perhibet Capitolinus Iupiter & Diana Ephesia, quibus fuere consecrata eius artis vasa. Et lib.33.ca.12. Quare ait Iuuenalis Saty.8.11.
-raræ sine Mentore mensæ. Propert.lib.3.eleg.9.3. Argumenta magis sunt Mentoris addita formæ.
Mentoreus, pen.corr. Adiectiuũ, (μεντόρειος,) Propert. lib.1.eleg.13.1, Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

Mentum, menti, (γένειον, κόρυφαῖον,) Ab eminendo dicitur, q. à gula eminet. Plin.lib.11.cap.37.33, Mentum nulli præter hominem, nec malæ. Plaut.Milit.5.54, Ecce autẽ ædificat, columnam mento suffulcit suo. Cic.1.Tusc.16, Mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus. Sic 6.Verr.84.
Canicies inculta mento iacet. Virg.6.Aeneid.60.
Incana menta. Virg.3.Georg.63. Idem 6.Aeneid.162.
Intorquere mentum, Vide INTORQVEO.
A mento palearia pendent. Virg.3.Georg.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nutanti meneo percatere pectus. Ouid.11.Metam.124. Gestus est eorum qui sedentes, vel cubito caput innixi dormiunt.

MENVS, Germaniæ fluuius est, in quo sylurum aiunt piscem equos innantes deorsum trahere. Bocatius.

MENVTHIAS, (μηνουθία,) insula Australis Ptolemæo lib.5.cap.9, ad Aethiopiam hodie Madagascar, siue Insulam S. Georgii nominant, licet accolæ sint Mahumedistæ.

Meo, meas, (δίκβαι, ω, πορεύομαι, μετοιχέομαι,) meare, Vltro citroq; ire. item Exire, manare, hoc est Fluere. Plin. lib.9.ca.17.1, Vno omnium iquamis ad os versis contra aquam nando meat. Idem lib.10. cap.38.1, Aues non in eadé natura meare videntur. Idé lib.6.ca.14.1, Interruptis augusto transitu iugis, ita vt vix singula meent plaustra.

Anima meant in membra diuersa. Lucan. lib.3.117.

Mobilitas meandi per magnum inane. Lucret. lib.2.13.

Meatus, huius meatus, penul. prod. (πορεία,) Plin. lib.10.cap.38.1, Aues solæ vario meatu feruntur & in terra & in aere. Hoc est, varia incedendi aut volandi ratione.

Bifido meatu diuisus Rhenus. Claud. de bel. Get. 67.

¶ Meatus etiam dicuntur, (πόροι,) in corpore. Plin. lib.20.cap.21.7, Succus maluæ decoctæ, poros, hoc est meatus suaues facit. Nostra exẽplaria habent, Succus decoctæ, pori meatus suaues facit.

¶ Meatus siderum, hoc est, Cursus & motus astrorum. Plin. lib.2.ca.8.4.

Cœli meatos. Virg.6.Aeneid.170.

Solis cursus, Lunæque meatus. Lucret. lib.5.16.

Solis, Lunæque meatus. Lucret. lib.1.36.

Meabilis, & hoc meabile, pen. corr. (διαβατός,) Plin. lib.2.cap.5, Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoque confertum. Id est, qui facilè per omnia meat & fluit.

Meabilis transitus. Plin. lib.6.cap.1.3, Ad Bosphoros duos, vel bubus meabili transitu. vnde nomen Ambobus.

Mephitis, huius mephitis, pen. prod. fœ.g. (μεφῖτις,) Propriè est terræ putor qui de aquis nascitur sulphuratis: & est in nemoribus grauior ex densitate sylularum. Alii Mephitin Deum volunt Leucothea connexum, sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alii Mephitin Iunonem volunt, quam aerem esse constat. Nouimus autem putorem non nisi ex putore aeris nasci: sicut etiam bonũ odorem de aere incorrupto: vt sit Mephitis dea odoris grauissimi, id est grauiolentis. Virg.7.Aeneid.17, - nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat: sæuamque exhalat opaca mephetin. Seruius. Vide AMSANCTVS. Pers. Saty.3.10, - atque albo ventre lauatur
Gutture sulphureas lentè exhalante mephites.

Meracus, penul. prod. Adiectiuum, (ἄκρατος,) Solum & purum. Vnde Vinum meracum dicimus, quod merum est, nulla aqua admista. Hinc etiam Meracius bibere dicuntur, qui minus aquæ vino miscẽt. Celsus lib.2. præcipit hyeme meracius bibendũ esse, æstate dilutius. Plin. lib.23.cap.1.19, Meracis potionibus per viginti dies ante Canis ortum, totidemque postea suadet Hesiodus vti. Horat.2. epist.2.25, Expulit helleboro bilẽ, morbumqi meraco. Cic. 3. de Nat. deor. 11.1, Vt si medicus sciat eum ægrotum, cui iussisset vinum sumere, meracius sumpturum statimque perituru: magna sit in culpa.

Anticyras sorbere meracas. Pers. Saty.4.2.

Meraculus, pen. corr. Diminutiuum. Plin. lib.20.cap.19.5, Opium ex vino meraculo, si protinus detur, scorpionum ictibus resistit.

Mercator, Mercatura, Vide MERCOR.

Mercedula, Mercenarius, Vide MERCES.

Merces, mercẽdis, pen. prod. f.g. (μισθός, ἀποινα,) Præmium quod datur pro labore seu stipendio. A merendo, & ære dicta vt Varro lib.4. de Lingua Lat. author est. Cic. pro Sext. Rosc. 49, Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res assequi velle, nos iudicio perfundere: acculare autem eos ipsos, à quibus mercedem accepisti. Iuuen. Saty.7.16, Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo.

Dulcis labor mercede. Ouid.6.Fast.135.

Pactiones mercedum. Cic. in Parad.58.

Dilata merces officiis. Claud.3.Paneg.51.

Duplices mercedes. Quintil. lib.2.cap.3.3.

Geminata merces. Ouid.2.Metam.141.

Pacta merces. Horat.3.Carm.ode 3.5.

Virtus sibimet pulcherrima merces. Silius lib.13.l.34.

¶ Accersere mercede, Vide ACCERSO.

Bibere mercede. Horat.1.Carm.ode 27.3.

Caret mercede virtus. Ouid.2.de Ponto, eleg.3.7.

Conducere mercede, Vide CONDVCO.

Diurna mercede conductum pauit. Horat.2.Serm.saty.7.4.

Exigere duplices mercedes ab aliquo. Quintil. lib.2.cap.3.3.

Militare mercede, Vide MILES.

Operis mercedem negare. Ouid.11.Metam.43.

Pacisci mercede cum, &c. Vide PACISCOR.

Paruas mercedes sequi. Horat.1.Serm.saty.6.18.

¶ Merces, pro Pensione & redito annuo. Cic.1.de Finib.136, Videsne igitur si amicitiam sua charitate metiare, nihil esse præstantius: sin commodo lumento, summas familiaritates prædiorum fructuosorum mercede superari. Budæus.

¶ Merces, pro Pretio & damno. Cic.3.Tuscul.21, Nam illue nihil dolere, non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, superioris in corpore. Et ad Lentulum, lib.1.9.9, Tamen in molestia gaudeo te eam fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. Budæus.

Alta merces discriminis. Silius lib.17.79.

Mercẽdula, mercẽdulæ, pen. corr. Diminutiuum, (μισθάριον,) Cic. ad Atticum, lib.13.26.8.4, Credebã esse facile: totum est aliud, postea quinquies sum à te disiunctior sed fuit faciendum: vt & constituerem mercedulas prædiorum, & ne magnum onus obseruantiæ Bruto nostro imponerem. Idem 1. de Orat.98, Itaque vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in iudiciis oratoribus.

Constituere mercedulas prædiorum, Vide CONSTITVO.

Mercenarius, Adiectiuũ, (μισθάρνος, μίσθιος, μισθωτός, μισθαρνικός,) Qui mercedis gratia operam suam alicui præstat. Marcellus in L. Respiciẽdum. ff. de Pœnis, Domestica furta vocantur, quæ serui domibus vel liberti patronis, vel mercenarii, apud quos degũt, sortipsiũt. Cic. Offic.64, Est autẽ infima conditio & fortuna seruorũ quibus non ea fit præcipiunt, qui ita iubent vti vt mercenarius operam, exigendam, fusta præbenda. Idem pro Cecinna, 43, Si tuus seruus nullus hierit, & omnes alieni ac mercenarii, tamen & ipsi tuæ familiæ & genere & nomine continebuntur. Horat.2.Serm.saty.6.2,
- qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus arauit.

Mercenarius & Gratuitus, contraria. Cic. pro Fonteio, 19, Cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosis, &c. anteferre debemus. de Legib.71, Quid liberalitas? gratuitane est, an mercenaria?

Vincla mercenaria. Horat.1.epist.7.14.

Mercenarii testes. Cic. Pulchro, lib.3.11.11.

Mercenarii Prætoris decretum. Cic.7.Verr.43.

Mercenarium procemium. Cic.3.Verr.77, Itaque quum à te caput illud tam multis verbis mercenario procemio esset ornatum, ecquis esset euentus postea Prætor, qui illud idem educeret?

Mercimonium, Vide MERX.

Mercor, mercaris, mercẽstus sum, (ἐμπορεύομαι, ἀντιωνέομαι,) mercari, Deponens, à Mereo, significat modò Emere, modò Emendi aut vendendi causã mercaturam exercere. Terẽn. Heaut.1.1.1, Inde adeò quòd agrum in proximo hic mercatus sum. Ibidem, 94, Agrum hunc mercatus sum, hic me exercebo.

Mercari ad certam summam. Cic. ad Gallum, lib.7.14.1, Sed essem ad eam summam quam volueram.

Mercari à, vel de. Cic.1.Offic.209, Sordidi etiam putantur qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant. Plaut. Epid.1058, Mercatus te hodie est de lenone Apocedes? Ibidem, 2.47, Quia fortis lupa da & liberali captiuam adolescentulam De præda mercatus est. Idem Trucul.13.4, Qui oues Tarentinas erat mercatus de patre, quærit patrem. Cic. pro L. Flacco, 36, Fundum Cymeum Roscæ mercatus est de pupillo Meculonio.

Mercari alicui. Terent. Eunuch.3.5.20, Erat quidam conuiuiis, quem mercatus fuerat frater Thaidi. Plaut. Persa, 7.6, Domitos boues vti sibi mercarer.

Amicam quiuis mercatur muneribus. Propert. lib.2.eleg.17.3.

Delitias mercatus sum. Stat.5.Sylu.5.14.

Equos mercari. Horat.1.Serm.saty.2.18.

Mercari magistratum pretio. Cic.4. Verr.85, Ab isto, & præco qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est.

Libra & ære mercari aliquid. Horat.2.epist.2.32.

Magno mercari aliquid. Virg.2.Aeneid.21.

Mercari præsenti pecunia. Plaut. Capt.6.8,
An verò non iusta causa est, vt vos seruem sedulò,
Quos tam grandi sim mercatus præsenti pecunia?

Pretio mercari aliquid. Horat.3.Carm.ode 19.1.

Mercatur minore pretio. Gel. lib.1.cap.19, Libros tres reliquos mercatur, nihilo minore pretio.

Mercari sestertiis sexcentis. Colum. lib.3.cap.3.12, Vt non iniuriosum sit sestertiis sexcentis nũmis singula millia viuiradicis à me rustici mercentur.

Mercari Græca fide. Plaut. Asin.5.49,
Diem, aquam, solem, lunam, noctemhæc argento non emo:
Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. Plautus Græcam fidem dixit, vbi non verbis, neq; stipulationibus, sed præsenti pecunia res agitur. Ob leuitatem enim Græcis mhil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniam numerassent.

Largus

Largus mercandi. Silius lib.15.98.

Mercam, mercantis, (ἐμπορευόμενος,) Qui mercatur. Colu. lib.7.ca.6.6, Quæ videntur esse robustiora, in supplementum gregis reseruantur, cætera mercantibus traduntur.

Mercitus, pen. prod. (ἐμπορευθείς,) Participium passiuum pro Emptus. Plin. lib.37.cap.2.16, HOLM. trullam vnam nõ ante multos annos mercatam à matrefamiliãs nec diuite.

Cultus mercatus. Propert. libro 1.eleg.2.1, Naturæque decus mercato perdere cultu.

Mercẽstus, huius mercẽstus, pe. pr. (ἐμπόρευμα, Plaut. Most.2.120, - ædes filius Tuus emit. TRÆDES! TRÆDES. TRENGE, Philolaches Patrissat, & tam homo in mercatum auortitur. Idem Asin.8.18,
Asinos vendidit Pellæo mercatori mercatu.

¶ Mercatus, (ἐμπόριον,) Locus in quo res venduntur. Plaut. Persa, 7.8, Nam ibi mercatũ dixit esse die septimi. Idẽ Pœnu.4.116, Quia apud eadem Veneris hodie est mercatus meretricius. Terent. Adel.2.2.23, - emptæ mulieres
Complures: & item hinc alia quæ porto Cyprum.
Nisi cõ ad mercatum veniam, damnum maximum est. Vbi Donatus, Mercatus, locum, tempusque signat.

Frequens mercatus. Liu.1.ab Vrb.131, Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos querebatur.

Instituere mercatum. Cic.3.Philip.145, Earumque rerum omnium domesticum mercatum instituerit, Pop. Rom. leges imposuerit armis & præsidiis Pop. Rom. & magistratus foro exclusserit.

Concelebrare mercatum. Vide CONCELEBRO.

Indicere mercatum. Cic.4.Verr.92, Tanto mercatu Prætoris indicto, cõcurritur vndique ad istum Syracusas: flagrabat domus tota Prætoria studio hominum & cupiditate.

Mercatio, Verbale, (ἐμπορευτής,) Gellius lib.3.cap.5, Pecunia omni in mercationibus perdita.

Mercitor, pen. prod. mercatoris, (ἔμπορος,) Aliud verbale. Horat. epist.1, 9, Impiger extremos currit mercator ad Indos. Cice. in Orat.137, Neqi me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi vanitatis, mercatoresque superarunt.

Sacci mercator olentis. Iuuen. Satyr.14.27.

Diues mercator. Horat.1.Carm.ode 31.3.

Incinctus tunica mercator. Ouid.5.Fast.135.

Vagus mercator. Horat. de Arte, 24.

Mercatura, mercatũræ, penuit. product. (ἐμπορία,) Ipse mercandi actus. Plaut. Trinum.6.50,
Mercaturãne, an vænales habuit, vbi rem perdidit?
L. Nihil istorum. Cic.1.Offic.210, Mercatura autem si tenuis est, sordida putandi est: si ita magna & copiosa, multa vndique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. Idem pro L. Flacco, 36, Fundum Cymeum Roscæ mercatus est de pupillo Meculonio. Idem pro Lege Agra. Hanc verò emendi & vendendi quæstuosissimam ac turpissimam mercaturam, alienam à fortunis Tribunitia, alienam dignitate Pop. Rom. semper putaui. Sic. 5. de Finib. 256. Idem 3. Offic. 8, Ad quos quum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est.

Abire Tarentum ad mercaturam, Vide ABEO.

Auertere se in mercaturam, Vide AVERTO.

Mercaturam facere. Cic.7.Verr.67, Alios qui à prædonibus erant capti, quasi mercaturas facerent, vt aliquam ob caulam nauigarent, &c.

Mercaturæ, in plurali. Horat.2.Serm.saty.3.22,
Si calpra, & formas non sutor nauica vela
Auertens mercaturis subaudit emat.

Mercurialis, huius mercurialis, pen. prod. f.g. (λινόζωστις,) Herba. Plin. lib.25.cap.5.1, Linozostis siue parthenion apud nos omnes mercurialem, &c.

MERCVRIVS, (ἑρμῆς, ἑρμείας, σωσίβιος,) quasi medius inter homines currens, quod sermo currat inter homines medius. Ideo Herme Græcè ἑρμηνεία dicitur. Vnde & mercibus præest, quia inter vendentes & ementes sermo fit medius. Modò Ligius, modò Argiphontes, modò Ilonius, modò Cyllenius. Quatuor fuisse Mercurios tradunt: vnum Iouis & Maiæ filium: alterum Cælistertisii Liberi & Proserpinæ: quartum Iouis & Cyllenes, quem fama est ob Argi cædem profugum, litteras Aegyptiis offendisse. Verùm omnes ad Maiæ filium referuntur. Ideo, & alas in capite & pedibus ponunt, volentes signare, velocem ferri per aeria sermonem. Ideo nuntium volunt dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est deus facundiæ: nam hominibus loqui præstare dicebatur. Dictus est deus mercatorum, palæstræ, furum, nuntiusqi & interpres deorum. Lyram inuenit. Hermaphroditum ex sorore Venere genuit: Martem à Iouis carceribus liberauit: Argum interemit: Prometheum in Caucaso religauit. Iouis filius fuit ex Maia Atlantis filia. Hic dictus est Hermes Trimegistus, hoc est ter maximus. Est præterea vnus è septem planetis, cuius corpus cunctorum siderum minimum ferè semper sub radiis solaribus: à quibus non recedit longius quàm ducentos triginta gradus. Ideo ab Astronomis ἥλιος dicitur, quod est radians. Vnde solanus & perustus fingitur, quia nimis est vicinus Soli præter cæteras stellas. Quinq; autem. Mercurii, Ciceroni 3. de Natur. deor. numerantur: Mercurius, inquit, vnus Cælo patre, Die matre natus, cuius obscenius excitata natura traditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui sub terris habetur, idẽ Trophonios. Tertius Ioue tertio natus & Maia, ex quo & Penelopa, Pana natum ferũt: Quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare. Quintus quẽ colũt Phenearæ, qui & Argũ dicitur interemisse, ob eamq; causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptiis leges & literas tradidisse.

Mercuri facunde nepos Atlantis. Horat.1.Carm.ode 10.1.

Celer Mercurius. Horat.2.Carm.ode 7.3.

Mercuriales, (ἑρμαῖοι,) videntur esse sodales quidam in honorem Mercurij, vel collegium aliquid. Cice. ad Q. fratrem, lib.2.11.2, M. Furius Flaccum, Equitem Romanum, hominem nequam Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt.

Mercuriales viri, pro Eruditis. Horatius 2.Carm.ode 17.6,
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus istum
Dextra leuasset Mercurialium
Custos virorum.

Merda, (σκῶρ, σκατὸν, κόπρος,) A μέρος dicit, quod est pars, & edo comedo. Est enim cibi excrementum: hoc est pars eorũ quę comedimus. Horatius lib.1.Serm.saty.2.8,
Mentior, at siquid merdis caput inquinat albis
Corvorum atqi in me veniat mictum atqi cacatum Iulius, &c.

Merenda, merendæ, Dicitur, authore Nonio, cibus qui post meridiem datur. Plaut. Mostel.9.18, Eia mastigia, nunquid ad merendam istic ero? Festus, Merendam antiqui dicebant pro prandio: quod scilicet medio die caperetur.

Mereo, meres, merui & meritus sum: (μισθοφορέω, μισθοδοτοῦμαι,) & Mereor, merẽris, meréri, Deponens, significat, vt ait Dotus, aliquid mercedis pro labore parare vel sumere, seu dignum esse. Merere, inquit Valla, mercede operari, laborare, atque alteri inseruire. Plautus Trinum.17.5, Non videor meruisse laudem, culpa carnisse arbitror. Idem Casina, 15.12, Et si malum metui, hac dabo protinam & fugiam. Idem Stricho, 2.17.
Noui illum, ioculo isthæc dicit: neque ille sibi mereat
Persarum montes, qui esse aurei perhibentur, vt istuc fariat
Quod tu metuis. Terent. And.1.5.46, Vnum hoc scio, hanc meritam esse vt memor esses sui.

Quid merearis igitur, vt te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse? Cic.1.de Finib.118. Id est, Quod præmium tantũ est quo præmio id fateri velis. Et paulò antè, Quid enim mereri velis, qui magistratum inieris? Idem 1.de Nat. deor. Quid enim mereas, vt Epicureus esse desinas? Plautus Mostel. Quid mereat quamobrem mentiar? Id est, quæ mihi mendacii merces esset? Budæus.

Neque hodie vt te perdam, mercam deũm diuitias mihi? Id est, Nolim mihi deorum diuitias dari, & te perdere, siue à te disiungi. Plaut. Menæch.5.35.

Aera merẽre. Horat. de Arte, 70.

Amorem mereri. Horat.1.Serm.saty.1.18.

Coronam primam laude merui. Virg.5.Aeneid.71.

Decus meruère non minimum. Horat. de Arte, 58.

Notissima exempla meritus, hoc est vltimum supplicium. Tacit. lib.15. Vnde quanquam aduersus fontes, & nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur.

Mereri exitium. Ouid.2.Metam.58.

Meruit famam apud Græcos Alcibiades. Plin. lib.14.cap.2.6.

Fauorem mereri. Quintil. lib.4.cap.1.31.

Mereri laudem Cæsar 1.bel.Gall.163, Non minorem laudem exercitus, quàm ipse imperator, meritus esse videbatur.

Laudem pietate mereri. Ouid.2.de Ponto, eleg.6.7.

Meritus lauream linguæ Cicero. Plin. lib.7.cap.30.7.

Magna mercos. Stat.5.Sylu.1.23.

Necem meruisse. Ouid. epist.11.22.

Odium mereri. Quintil. lib.4.cap.1.31, Nam vt optabile est, plus fauoris meretur is proximum, odii minus. Ouid.2.Amor.eleg.2.2.

Offensam mereri. Quintil. libro 4.cap.2, Verùm hoc omittamus, nec minus gratiæ præcipiendo recta, quàm offensæ reprehendendo prauamereamur.

Pœnas meritas dare. Ouid.4.Fast.48.

Præmia merere. Cæsar 7.bel.Gall.137, Eaque, quæ meruissent præmia, ab se deuicta Gallia expectarent.

Stipendia merere. Suet. Prima stipendia meruit. Cic. pro Murena, 10, Meruisse verò stipendia in eo bello, &c. Sic Liuius 3.ab Vrbe, 307.
- Supplicium meruisse. Ouid.5.Metam.134.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veniam meruisse.Lucan.lib.4.25.
Meroit illa virum dote.Plaut.Mostel.4.114.
Verùm illic esse maxima pars vestrorum intelligit,
Quibus anus domi sunt vxores,quæ vos dote meruerunt.
¶ Mereri,de turpi lucro dictum, pro Quæstum sordidum facere. Varro Eumenidibus.Primùm iste qui meret sestertios vicenos.
¶ Mereri, (ἀξιοῦν,) de aliquo, Conferre aliquid in aliquem. Plaut. Asin.4.22, Te pol ego vleiscar : te ego,vt digna es, perdam,atque vt de me meres. Idem Aulul.7.45, Nam de te,neque te,neqi verbis merui vt faceres quod facis.Id est,nunquam in te quicquam commisi,vnde tu hæc faceres mihi. Idem Menæh.11.25, Quid de te merui, qua me causa perderes?Id est,quid feci tibi.Idem Amphit.3.3.9,
Debetis velle quæ velimus:meruimus
Et ego & pater de vobis,& Repub. Terent.Heaut.1.1.31,
An cuiquam est vsus homini,se vt cruciet? M. mihi est.
C. Siquid laboris est,nollem.sed quid istuc mali est?
Quælo quid de te tantum meruisti? Id est, quid in te admisisti? Idem Hecyra,5.1.33, Nam meritus de me est, quod queam,illi vt commodem.Hoc est,tam multa in me contulit beneficia,vt deuinciar illi perpetuo beneficio. Cic.6.Verr.73, Talis ille vir fuit,ita de Populo Roman.meritus est,vt non vni familiæ,sed vniuersæ ciuitati commendatus esse debeat. De P.Africano.
Bene mereri, (εὐεργετεῖν,) de aliquo, Conferre beneficium in aliquem. Virg.4.Aeneid.64,Si bene quid de te merui.Cic.de Amici.76, Scitum est enim illud Catonis, multò melius de quibusdam acerbos inimicos mereri,quàm eos amicos,qui dulces videantur. Sic 2.de Finib.187.Et ad Lentulum, lib.1.9.98, Erat infinitum bene de me meritos omnes nominare.Quintil.lib.5.cap.11.8.
Malè mereri de aliquo,Offendere aliquem, Incommodare alicui. Plaut. Trinum.6.57, De mendico malè meretur, qui ei dat quod edat, aut quod bibat.Idem Curcul.4.30,Heus tu mulier,malè mereri de immerente,inscitia est.Cicero,Nam quo animo in hominem petulantem,& malè de nobis meritum esse debuimus? Idem 1.de Finib.11,Malè ere do mererer de meis cibus,si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem.Vide MALVS.
Mereri erga aliquem.Plaut.Amphit.17.49, - iam istuc gaudeo
Vtvt erga me merita. Hoc est,quantumuis etiam incommodarit mihi.
¶ Mereri,Præstare beneficium.Terent.Hecy.3.5.37,
Quæ nunquam quicquam erga me commerita est pater
Quod nollem:& sæpe quod vellem meritam scio. Vbi Donatus,Mereri bona dicimus, Commereri malaiId est delinquere, peccare. Ergo hìc meritam,pro præstitisse dixit.Idem alio loco, Et mereri & promereri,est præstare beneficium.Virg.6.Aeneid.133,
Quique sui memores alios fecere merendo.
¶ Mereri,In militia est exercitipropriè tamen spe stipendii ac præmii, quod dicitur Stipendia facere,inquit Valla lib.4. Cic.7.Verr.116,Clamabat ille miser,se ciuem esse Romanum, municipem Cosianum, meruisse cum L.Pretio splendidissimo Equite Romano,qui Panormi negotiaretur. Idem pro R.ab.Perduel.reo,15, Quo tu imperatore Labiene meruisti.Sueton.in Iulio,cap.3.
Merere, Apud Liuium 4.bel.Pun.138, Prima forte signa sexcentorum Crentensium erant,qui apud Hieronymum meruerant sub eis,& Annibalis beneficium habebant.
Merere,cum ablatiuo. Cic.pro Roscio Comœ.17,Nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim æris disciplina quæ erat ab hoc tradita, locabat se non minus sestertiis CCCIOOO.Lucanus lib.10.82,Aere merent parno.
Meruit sub.Liuius 3.Decad.lib.1.13,Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit.
Merere equo, & Merere equo publico. Plin lib.33.cap.1.4; Vnde mos bullæ duraui,vt eorum qui equo meruissent filii,insigne id haberent. Liuius 7.bel.Pun.65,Ne præterita stipendia procederent iis qui equo publico meruerant.
Merere pedibus. Liuius 4.bel.Pun.80, Vt ii omnes, quos Censores notassent,pedibus mererent.
Alicui merere.Stat.lib.4.Thebaid. - non hic tibi solùm
Amphiaraè merent. Lucanus lib.6.19,
Scæua viro nomen,castrorum in plebe merebat.
Merit*,pe.cor.(ἀξιῶν,)Part.siue Nomẽ ex participio.Ter.Phor.5.9.25,
Ego Nauistrata esse in hac re culpam meritam non nego,
Sed eam quæ sit ignoscenda. Id est non eo inficias, me in hac re deliquisse,& aliquid tale commisisse,vnde culpari merear. Plin.lib.7.cap.10.8,Primus in roga triumphum,linguæque lauream merite.
Meritos aris imponit honores, Id est congruos & conuenientes. Virgil. 3.Aeneid.24.
Honores meritos indicit.Virg.3.Aeneid.53.
Grates meritas agere.Ouid.in Ibin,5.
Merita militiæ.Martianus in L.Deferre.Parag.1.ff.De iure fisci,Veterani quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibentur, propter honorem vtique & merita militiæ.

¶ Meritus, Passiuum. Plin.lib.7.cap.28.6, Quæcannis corona merita
Mortè iacent merita.Ouid.3.Fast.142.
Méritum,meriti,pen.corr. (κατόρθωμα, ἐπιτήδευμα.) Præstitum beneficium, Officium. Plancus Ciceroni, Quid enim tibi pro maximis tuis, ac penè immortalibus in me meritis,præstare amplius possim?Idem 2. de Legib.31, Et ollos quos endo cœlo merita vocauerint. Ex lege duodecim Tabularum . Idem ad Atticum, lib.2.32.3, Merita in patriam ad annos sexcentos maiora viderentur.
Memor meriti.Ouid.5.Trist.eleg.10.1.
Tanti meriti non immemor.Virg.9.Aeneid.52.
Prædicator meritorum alicuius.Plancus Ciceroni,lib.10.7.3.
Præmia grandia meritorum.Horat.2.epist.2.8.
Immane meritum.Lucan.lib.9.210.
Vilia merita.Ouid.13.Metam.21.
¶ Assequi alicuius meritum,Vide ASSEQVOR.
Exprobrare meritum alicui.Ouid.epist.12.5.
Pro tuis in me meritis faciam,&c.Cic.pro Milone,77.
Illustratur magnis in Rempublicam meritis virtus alicuius. Cic.Planco, lib.10.12.14.
Implere aliquem meritis.Ouid.2.Amor.eleg.3.3.
Oblitus meritorum.Ouid.8 Metam.28.
¶ Meritum,pro Mercede.Terent.Phorm.2.1.75,
Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem?
Nduil suaue meritum est : Id est nihil mihi mercedis suaue est, vt ego illam cum illo nuptam feram. Suaue meritum enim, suauem mercedem significat. Budæus.
Meritum meum est,Hoc est meritus sum. Terẽt.Heaut.1.1.40, Hoi,tam graues hos quæso? M. sic meritũ est meũ.Idem Phor.5.9.61, Faciangi & dicam.P. benignè dicis. M. pol meritum est tuum. Id est,meritus es.
Merito meo.Plaut.Asin.9.86, - nemo enim me accusauit
Merito meo.Hoc est propter peccatum a me admissum.Ibidem,11.5, Decet verecundum esse adolescentem Argyrippe. AR. ædepol pater, Merito tuo facere possum.Id est meritus es tuis in me beneficiis,vt illud præstem.Vatinius Ciceroni,lib.5.9.4, Scis meam fortunam meliora quomodo facisè obtrectatores inuenire non meo quidem merito,sed tuo merito. Plaut.Cistel.1.16, Merito vestro amo vos, quia me colitis, & magnifacitis.Terent.Eunuch.3.2.5, - ecquid nos amas
De fidicina istuc?&c. T H A. plurimum merito tuo. Idem Phorm.5.9.44,Meritò hoc meo videtur factum?Cic.ad Terentiam,lib.14.2.3, Pisonem nostrum merito eius amo plurimum . Idem ad Atticum, lib.5.92.5,Hercule merito tuo feci.Et 3.Philipp.141, Meritoque vestro maximas gratias vobis omnes & agere & habere debemus.
Pro merito, Ita vt meritus est quis. Terent.Phorm.2.2.3, Non pro satis pro merito ab illo tibi referri gratia.
Ex merito.Ouid.epist.2.13,Quæcũqi ex merito spes venit,æqua venit.
Idem epist.5.2, Leuiter,ex merito quicquid patiare,ferendum.
Meritissimum,pen.corr. Substantiuum, (μέγιστον ἀξιωτικὸν,) Id est maximum meritum.Plaut.Asin.12.147, - iube aduenire quamdudum
Meritissimo eius quæ volet faciemus.
Merito,pen.corr.Aduerbium, (ἀξίως,πάνυ,πρὸς ἀξίαν,) Dignè dicitur,& meritissimo in superlatiuo à Cicerone.Plaut.Mil.10.43,
Imo hospes magis,quom periculom facies,magis nosces meam
Comitatem,meritò te amantem.Terent.Eunuch.1.2.106,Facinus est quod vis.T. meritò te amo. P H. bene facis. Idem Adelph.5.4.6,
Si vos tantopere istuc vultis,fiat.A E. bene facis
Meritò te amo.Plaut.Amphit.7.15, Meritò maledicas mihi,si non ita id factum est.Ibidem,3.49.
Datum arbitratur esse id à vobis sibi,
Meritoque vobis bona se facere, quæ facit. Idem Pœnulo,14.107,
Verùm si sit,qui malam rem mihi det,meritò fecerit.Terent.Eunuch. 2.3.95, Quod qui rescierint,culpent? illud meritò factum omnes putent. Idem And.3.2.50, Si nolit quin cum meritò possim cogere. Cic. 5.Verr.135, Quanquam merito sum iratus Metello, tamen hæc quæ vera sunt, dicam. Idem 1.de Orat.120, Primùm Scæuolæ te dedisse quem omnes amare meritissimò pro eius eximia suauitate debemus.
Merito,méritas, pen.corr. (μεδεφορίῳ,) meritare. Cic.5.Verr.98, Vt in quis villicus ex fundo, qui H-S dena meruisset, excisis arboribus ac venditis,demptis tegulis,instrumẽto,pecore abalienato, dominus ex millia nummũm pro X miserit,&c. Vbi ex vetusto codice legitur, cui H-S dena merces esset.Plin.lib.7.cap.39.1,Quippe qui tam apud nos iores Roscius histrio H-S quinquaginta annua meritasse putatur, &c.
Meritorius, Adiectiuum, (μεδετικός,) vt Meritorios puer, Qui quæstum facit corpore suo.Cic.2.Philipp.103,Ingenui pueri cum meretricibus,scorta inter matresfamiliàs versabantur.
Meritorium cœnaculum,Quod quæstus gratia locatur.Sueton.in Vaelio,cap.7,Vt vxore & liberis,quos Romæ relinquebat,meritorio cœnaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret.
Meritoria salutatio.Seneca de Breuitate vitæ.

Meritoria vehicula. Sueton. in Calig. cap.39, Quicquid instrumenti veteris aulæ erat,ab vrbe repetiit,comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis.
Taberna meritoria,Diuersorium atque hospitium mercenarium,vbi cui que licet introire dauti mercedem.
Meritorium,absolutè,quidoq; p Taberna meritoria. Iuuen.Saty.5.23, -nam quæ meritoria somnum Admittunt? Vlpianus in L.Si cuius rei, Parag.Item si domus.ff.De vsufr.& quẽad.Item si domus vsufructus legatus sit,meritoria illic non facere fructuarius non debet, nec per cœnacula diuidere domũ.Et paulò pòst, Quod aiit dicitur meritoria nõ facturum,accipe quæ vulgò diuersoria,vel fullonica appellantur.
Méretrix,pen,corr.meretricis,pen.prod. (ἑταίρα,πόρνη,μαχλάς.) A merendo nam mercede suam exercet militiam,inquit Valla. Plaut.Capt. 2.67.Hicneque periurus leno est,nec meretrix mala. Terent.in Prologo Eunuchi,37, -meretrices malas,
Parasitum edacem.Plaut.Truc.11.14,
-meretricem ego item esse reor
Mare vt est,quod des deuoratnunquam abundat.
Peregrinæ olim meretrices dicebantur,Vide PEREGRINVS.
Amor turpis meretricis.Horat.1.Serm.satyr.4.23.
Artes sacrilegæ meretricum.Ouid.1.de Arte,88.
Alicariæ meretrices,Vide ALICA.
Arguta meretrix.Horat.1.Serm.laty.10.8.
Blanda meretrix.Ouid.1.Amor.eleg.15.4.
Commoda meretrix,Vide COMMODVS.
Lutea meretrix,Vide LVTVM.
Mercabilis meretrix certo ære.Ouid.1.Amor.eleg.10.5.
Malier non solũ meretrix,sed etiam procax.Cic.pro Cęlio,38.
¶ Auellere se à meretrice,Vide AVELLO.
Amica meretrice infuire.Horat.1.Serm.laty.4.10.
Meretricula,pen.corr.Diminutiuũ,(ἑταιρίδιον,)Cic.5.Verr.24.A meretricula cõmendati. Ibidem,7.18. Item 1.de Nat.deor.128.
Meretricius,Adiectiuum,(ἑταιρικός,) Quod est meretricis,vel quod ad meretricem pertinet.Terent.And.5.4.10,A meretricios amores nuptiis conglutinas? Idem Eunu.5.5.28.
Quis homo pro maccho vaquam vidit in domo meretricia
Deprehendi quẽquam?Sic Cic.5.Verr.6,Meretricia disciplina.
Et pro Cælio,1.Meretriciæ opes.Et 30,Meretricio more,
Amores meretricii.Cic.pro Cælio,37.
Corpora meretricia.Ouid.1.Trist.62.
Turba meretricia.Ouid.5.Fast.70.
Meretricium,meretricii,(ἑταιρεῖον,)Ipsa meretricandi ars. Tranquillus in Calig.Additumq; ad caput legis vt tenerentur publico & quæ mere tricium,& quæ lenocinium fecissent.
Meretricè,Aduerb.(ἑταιρικῶς,)In modũ meretricis.Plaut.Milit.11.57.
Quàm dignè ornata incedit,haud meretricie?
Meretricor,pen.prod.meretricaris,(ἑταιρεῖν,)meretricari. Colum.lib. 11.cap.1.14,Quippe plurimum affert mali, si operario meretricandi potestas fiat.

Merga, mergæ, Furcula qua acerui frugum fiunt . Dictæ mergæ à pisces persequantur,sic messores eas in fruges demergunt, vt eleuare possint manipulos.Hæc Festus. Plaut.Pœn.16.55.
Vt eorum fodiat,atque vt frumentum metat. Idem Rud.18.56.
-palas vendunda sibi mergas datat,
-si attigeris ostium.
Iam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugnis probe. Columel.lib.7. cap.11.2.Sunt autem metendi genera compluria,multi falcibus verriculatis , atque ita vel rostratis,vel denticulatis medium culmi secant, multi mergis,alii pectinibus spicam ipsam legunt, idque in rara segete facillimum,in densa difficillimum est .

Merges, mergitis,pe.corr.Eg.Spicarum manipulus,inquit Seruius: a mergendo dictus.Virg.2.Georg.104.
Aut farra pecorum,aut Cerealis mergite culmi,
Prouentusque onerent fulcos,atque horrea vincat. Plin.lib.18.cap.30. 1.Inter duas mergites spica diuringitur.

Mergo, mergis,mersi,mersum , (βαπτίζω,βυθίζω,πυκνίζω,) mergere,Sub aquam ponere.Plin.epist.173.c, Idem lacus in flumen egeritur : quod vbi se paulìper oculis dedit,specu mergitur . Et paulo ante.Hæc ab omni litore perspicitur,eadem aqua pariter suspẽsa & mersa. Plin.annuculas lib.9.cap.38.1 . Rursusque mergitur lana carminata , donec omnem ebibat sanicm.
Mergere ponto. Columel.lib.10.6. Tellurem ponto mersit Neptunus. Plinius lib.9.cap.36.Pelago altius mersæ quàm vt penetrent radii. Idẽ lib.8.cap.24.1.Mergit se limo sæpius,siccat que sole.
Brachia mersit in aquis.Ouid.3.Metam.86.
Mergere se flumen. Varro 3.de Re rust. cap.10.1. Saliunt ferè in aqua dum se mergunt in flumen aut piscinam. Martial.lib.4.22.
Mersérat in nitidos se Cleopatra lacus.

Æquore mergere aliquem.Virg.6.Aeneid.70.
Vnda mergere aliquem.Ouid.10.Metam.139.
In vndis mergere aliquem.Ouid.7.Metam.70.
Mergere aliquem in æquam.Cic.2.de Nat.deor.11.
Sub æquore mergere aliquem.Virg.6.Aeneid.69.
Mergit se in mari.Cicero 2.de Nat.deorum,185, Eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quæ in mari mergerentur quæ quum emersissent,&c. De platalea.
Mergitur vnda delphinus.Cic.in Arato,41.
Mergere cymbas,pro submergere.Plin.lib.9.cap.44.1,Piscantium cymbas speculatur,occultisq; adnatans mergit. Sic lib.2.cap.37.1.
Vnda mergit ratem in ima.Ouid.11.Metam.112.
Pars maxima classis mergitur.Lucan.lib.3.150,
Lumina somno merginus.Valer.8.Argon.14.
Ferrum mersit visceribus.Claud.1.in Eutrop.90.
¶ Mergere vltimis suppliciis, per translationem,pro Obruere.Plin.lib. 7.cap.40.3,Quàm multos bona perdidere,& vltimis mersere suppliciis?Id est afficere.
Mersus secundis rebus.Liu.9.ab Vrb.93.Et loquimur de Alexandro nõdum merso secundis rebus.Id est obruto. Iuuen.Saty.10.6.
-mergit longa atque insignis honorum Pagina.
Malis mergere aliquem.Virg.6.Aeneid.103,
Sed me fata mea,& scelus exitiale Lacænæ His mersère malis.
Funere mergere aliquem.Virg.6.Aeneid.86,
Quos dulcis vitæ exortes,& ab vbere raptos
Abstulit atra dies,& funere mersit acerbo.
Mergi.Vlpianus in L.Quid ergo.de Cõtraria & vtili actione tutelæ.Neque enim in hoc administrãtur tutelæ vt mergantur pupilli.Id est ære alieno obruantur.Budęus.
Mersus furno vel foro,per translationem dixit Plaut.Epod.3.16,Malim istiusmodi mihi amicos fur no mersos quàm foro.
Mersus,Nomen ex participio,(βαπτιστὸς,)vt
Campus mersus cruore.Silius lib.1.11.
Carina mersa.Lucan.lib.3.126.
Dolor mersus in corde.Stat.5.Sylu.1.41.
Ferrum mersum in robora.Lucan.lib.3.87.
Res mersæ caligine.Virg.6.Aeneid.54.
Sit mihi fas audita loqui,sit numine vestro
Pandere res alta terra,& caligine mersas.
Mersurus,pe.prod.Participium,(βαπτίσων,)Ouid.in Ibin,69,
Sic te mersuras adiuuet ignis aquas.
Merso,mersas,(βαπτίζομαι,)mersare, Frequentatiuum, Sæpe mergere. Columel.lib.7.cap.4.8. Quarto die,si est vicinia maris,ad litus deducta mersatur ouis.Virgilius 1.Georg.55,
Balantumque gregem fluuio mersare salubri.
Aries mersatur in gurgite.Virg.3.Georg.90.
Flactibus fortunæ mersor.Catull.ad Mallium,epigr.63.3.
Mérsito,mersitas,pen.corr.mersitare. Frequentatiuum à frequentatiuo Merso.Solinus ca.57,ad finem,Quo quis acrior fuerit,(sæpiùs maioris,eo profundius nares mersitat in bibendo.De pullo equino.
Merto,mertas,(κατακοπτίζω,)mertare, Idem quod Mersare. Accius Deiphobo, Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præsentem præsens dictis mertare instituit. Hæc Nonius. Festus,Mertat pro mersat dicebant.

Mergus, mergi,(βουτιχα,) Auis, dicta quòd se in aquam cibum captans assidùè immergat, vt ait Varro de Ling. Lat. lib.4. quem alii mergonem appellant. Virg.lib.1.Georg.73,Quum medio celeres renolant ex æquore mergi.Huius auis natura est,vt sæpe mergens auratum signa colligat:& præuidens tempestatem futuram,propere medio reuolaet ex æquore,& ad litorum tuta cum clamore contendat. Horat.2.Serm.satyr.2.11,
Siquis nunc mergos,suaues edixerit esse,
Parebit prauidocilis Romana iuuentus.
Aprici mergi.Virg.5.Aeneid.16.
Mergus prius vitabit aquas. De re incredibili dixit Ouidius 1.de Ponto,eleg.7.17,
Nam prius incipient turres vitare columbæ,
Antra feræ,pecudes gramina,mergus aquas:
Quàm malè se præstet veteri Græcinus amico.
¶ Mergus,in vite quid sit,declarat Columella lib.4.cap.15,his verbis, Mergi genus est vbi supra terram iuxta suum adminiculum vitis curuatur,atque ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palumtum ex arcu vehementer citat materiem,quæ protinus applicata suo pedamento ad iugum euocatur. Idem lib.5.cap.5, Deinde rursus ad arundines erigere,& in fructum submittere, quos nostri agricolæ mergos,Galli candoloccos vocantieosq; adobruunt simplici ex caula, & existimant plus alimenti terrã præbere fructuariis flagellis.Itaq; post vindemiã velut inutilia sarmenta decidunt,& à stirpe summouẽt.Vulgus nostrum,inquit Budęus,marquotas fotellasque vocat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Meridies, meridiei, (μεσημβρία, ἡ ἥλιος,) Medius dies, quasi medidies. nam vt ait Varro, d antiqui, non r, hoc loco dicebant. Terent. Adelph. 5.3.62. - præter hæc
Meridie ipso faciam vt stipulam colligat. Cic. in Orat. 89, Ipsum meridiem cur non medidiem scredo quòd erat insuauius.
Appetit meridies, Vide APPETO.
Inclinat meridies. Horat. 3. Carm. ode 28.1.
Ad meridiem, Vide AD præpositionem.
In meridiem spectat, Vide IN præpositionem.
Meridiānus, pen. prod. Adiectiuum, (μεσημεριανός, μεσημέριος,) Quod ad meridiem spectat. vt Meridianus orbis. Plin. lib. 13. cap. 4. 12. Et lib. 12. cap. 19. 1, Meridianus sol.
Meridianus, pro Gladiatore. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 34, Bestiariis meridianisque adeò delectabatur, vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo præsideret, præterque destinatos etiam leui, subitaque de causa quosdam cōmitteret. Meridianos, vocat gladiatores qui hora meridiana digladiabantur.
Meridiano, pro Meridie: hoc est hora meridiana. Plinius lib. 9. cap. 8. 5, Quum meridiano immotans appellatum eum Simonis nomine, &c. Idem lib. 1. cap. 16. 3, Præter ora populi meridiano transcurrit.
Meridio, meridias: vel Meridior, meridiaris, (μεσημεριάω,) meridiari, Deponens, Cibum meridianum capere. Plaut. Ientando, meridiando, comessando, pergræcando vitā ducere. Catul. ad Ipsithillā, epig. 30. 1,
Amabo mea dulcis Ipsithilla,
Meæ delitiæ, mei lepores,
Iube ad te veniam meridiatum.
Meridiare, (μεσημεριάζειν,) Somnum meridianum capere. Sueton. in Calig. cap. 38, Gloriatusque est, expergefactæ somno Cesoniæ, quantū egisset, dum ea meridiaret. Idem de Nerone, Missos à Messalina vxore Claudii, qui eum meridiantē, quasi Britannici æmulum strangularēt. Corn. Celius lib. 1. ca. 7, Lōgis diebus meridiari potius ante cibū vtile est: sin minus, post eum per hyemē potiut totis noctibus cōquiescere.
Meridiatio, meridiationis, (μεσημβρίασις,) Quies meridiana. Cic. 2. de Diuin. 209, Nūc quidē propter intermissionē forensis operæ, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, qbus vti antea nō solebā.
MERIONES, pen. corr. (μηριόνης,) Idomenei patruelis, quem Homerus inter Græcorum sortis fimos numerat, lib. 7. Iliad. auriga ipsius Idomenei. Horat. 1. Carm. ode 6. 3, - aut pulcre Troico
Nigrum Merionem. Ibidem, ode 15. 6.

Merito, meritas, **Meritorius, Meritum**, Vide MEREO.

MERO, (μέρων,) dictus est Nero, quòd impendio vinosior esset. Suet in Tiberio, cap. 42, In castris tyro, etiam tum, propter nimiam vini auiditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur.

Merobiba, Vide MERVM.

MEROE, Meroes, pen. corr. (μερόη,) dictio trisyllaba, insulæ Nili metropolis: à qua & tota insula Meroe dicitur. Hanc Cambyses condidit, à nomine sororis Meroe. Quum enim Aegyptū omnem occupasset, Meroen secum vsque ad Aegyptios ducens, processitque ex eum ibi mortem obiisset, vrbi nomen indidit. Forma insulæ scuto persimilis, de qua Lucanus lib. 10. 61, - gurgite rupto
Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis. Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum: præterea fert & lapidum multiplex genus. Distatque à Syene quinque millibus stadiorum, vltra quam est ad Torridam zonam. Exuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septingentas esse scribit Diodōtus libro 1. & 17. Vide Strabonem libro 17. vbi de Aethiopibus à Romanis victis mentio est.
MEROPE, pen. corr. (μερόπη,) Pleias, vxor Sisyphi. de qua infrà in dictione PLEIADES. Est item insulæ nomen Plinio lib. 5. cap. 31. & (vt quidam putant) à Merope terrigena, Triopæ filio dicta.

Merops, meropis, penult. corr. masc. gen. (μέροψ,) Auis quæ apes comedit. Virg. 4. Georg. 3. - meropes, aliæq; volucres.
Plin. lib. 10. cap. 33.

MEROS, mons Indiæ, sub cuius radicibus est Nisa ciuitas constituta.

Merso, mersas, Vide MERGO.

Merto, mertas, Vide MERGO.

Merula, merulæ, pen. corr. fœm. gen. (κόσσυφος,) Auis: Dicta Festo, quòd sola volet, & solitaria pascatur, quasi mera volans. Quintilianus lib. 1. cap. 10. Cic. 5. de Fimb. 75, Deinde luo quēque appetitu mouetur: serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus vti videmus boues, &c. Plin. lib. 10. cap. 29. 4, Merulæ ex nigra rufescit, canit æstate, hyeme balbutit, circa solstitium mutat rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus. Idem lib. 10. cap. 1, Merulæ circa Cylleneu Arcadiæ, nec vsquam aliobi candidæ nascuntur. Horat. 2. Serm. saty. 8. 19,
- tum pectore adusto
Vidimus & merulas poni, & sine clune palumbes.
Intentus merulis suceps. Horat. de Arte, 93.
¶ Merula, Piscis saxatilis. Plin. lib. 32. cap. 11. 7.

Merus, mera, merum, (ἄκρατος,) Idem quod Solum, inquit Nonius. Festus, Merum antiqui dicebant solum: vnde & auis merula nomen accepit, quòd solitaria est, & solitaria pascitur. Vtque Merum purum appellamus. Hactenus Festus. Cic. 2. de Orat. 51, Fere tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium: cuius è ludo, tam quam ex equo Troiano, meri principes exierunt. Alia exemplaria habent innumeri. Plin. lib. 33. ca. 1. 18, Alia per sese mero auro decorat.
Meri bellatores. Plaut. Milit. 14. 84,
Meri bellatores gignuntur, quas hic prægnantes fecit
Et pueri, annos octingentos qui viuunt.
Clamor merus. Plaut. Mostel. 8. 123, Nam quid ita specula clamas clamorem merum?
Lac merum. Lucret. lib. 1. 53.
Libertas mera. Horat. 1. epist. 19. 2.
Monstra mera nuntiarat. Cic. ad Atticum, lib. 4. 76. 1.
Mora mera. Plaut. Capt. 7. 36, Quæ memini, mora mera est moneties.
Nugæ meræ. Plaut. Curcul. 4. 44, Hanc amas, meras nugas. Cic. ad Atticum, lib. 6. 1 14. 8, Quid est igitur quod laborem? amicos habet, meras nugas M. Scaptium.
Rus merum. Plaut. Trucul. 6. 14.
- rus merum hic quidem est pudendum, & vero Latinum pecus.
Scelera mera loquuntur. Id est, nihil aliud quàm scelera. Cic. ad Atticum, lib. 9. 184. 6.
Spes mera. Terent. Phorm. 1. 2. 96, Imo nihil nisi spem meram.
Vinum merum. Plaur. Amphit. 4. 276, Eam ego, vt matre fuerat natum, vini eduxi meri. Sub. cirneam.
Vina mera bibere. Ouid. 15. Metam. 67.
Vires meræ. Ouid. 2. de Arte, 95,
Tum genus humanum solis errabat in agris:
Idque meræ vires, & rude corpus erat.
¶ Merum, (ἄκρατον,) aliquando sine substantiuo ponitur, pro Meto vino. Plin. lib. 23. cap. 1. 30, Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, viscum, meconium, argentum vinum.
Multi meri Damalis, Id est ebriosa. Horat. 1. Carm. ode 36. 3.
Latex meri. Ouid. 1 3. Metam. 142.
Odium meri. Ouid. 15. Metam. 66.
Plena meri pocula. Ouid. 9. Metam. 48.
Vis meri. Ouid. 14. Metam. 55.
Bimi patera meri. Horat. 1. Carm. ode 19. 3.
Diffusum pateris merum. Horat. 4. Carm. ode 5. 7.
Dulce merum. Horat. 3. Carm. ode 13. 1.
Leoe merum. Horat. 3. Carm. ode 29. 1.
Pingue merum. Horat. 2. Serm. saty. 4. 13.
Rubens merum. Silius lib. 7. 38.
Superbum merum. Horat. 2. Carm. ode 14. 6.
¶ Certare mero. Horat. 4. Carm. ode 2. 7.
Nocturno certare mero, putere diurno. Horat. 1. epist. 20. 3.
Curare geniam mero. Horat. 3. Carm. ode 17. 3.
Cura diluitur mero. Ouid. 1. de Arte, 48.
Implete mero cratera. Virg. 3. Aeneid. 105.
Ingurgitare in se merum, Vide INGVRGITO.
Ponere merum in gemma. Ouid. 8. Metam. 115.
Succensi mero ad bellum Lapithæ. Senec. Herc. fur. 9. 35.
Merobibus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀκρατοπότης,) Qui merum bibit. Plaut. Curcul. 2. 77,
Anus hic recubare solet custos ianitrix
Nomen est lenæ multibiba, atque merobiba. - intestin ille
Merè, Aduerbium, (ἀκράτως,) Pure. Plaut. Trucul. 3. 16,
Hamum vorat, si semel amoris poculum accepit merè.

Merx, mercis, f. g. (ἐμπόρευμα,) Quod emitur, venditur. Plaut. Cistel. 10. 66, Mala merx hera hæc & callida. Cic. lib. 3. de Rep. Phœnices primi mercaturis & mercibus suis, auaritiam & magnificentiam, & in explebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. Idem 7. Verr. 117, Mercibus ademptis in vinculis conlectos esse mercatores. Plin. lib. 12. cap. 25. 5, Et sarmenta quoq; in mercē sunt DCCC. Ibidem, cap. 14. 3, Atque ita religione merces augeri.
Emendæ merces. Horat. de Arte, 85.
Esculentæ merces, Id est, ea quæ hominum esui accommodata vendantur. Colum. lib. 12, vbi de cucurbitis, At si esculentæ merci præparabis, recto cacumine de collo cucurbitæ sumptum ferendum extrquabis prolixior & tenuior fructus eius nascatur. Hoc est, si serere volueris cucurbitas ad esum vendendas.
Fallaces & fucosæ merces. Cic. pro Rab. Posth. 24.
Fœmineæ merces, Quæ ad fœminas pertinent. Ouid. 13. Metam. 34.

Improba merx, Vide IMPROBVS.
Mala merx, Vide MALVS.
Sordidæ mercis negotiator. Quintil. lib. 1. cap. 12. 12.
¶ Augere merces, Vide AVGEO.
Conuehere merces ex Hispania, Vide CONVEHO.
Esse in merce. Plin. lib. 12. cap. 25. 5. Et sarmenta quoque in merce sunt.
Hoc est vænеunt. De balsamo.
Expedire suas merces, Ostendere & explicare. Ouid. 1. de Art. 85.
Vænales merces extrudere. Horat. 2. epist. 2. 3.
Gestat mercem sine fucis. Horat. 1. Serm. saty. 2. 17.
Mutare merces. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 16.
Non ego diuitiæ auidus sine fine parandi
Latum mutandis mercibus æquor aro. Virg. 4. eclog. 8.
Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces. Vide MVTO.
Ostendere mercem. Hora. 1. Serm. saty. 2. 21.
- an tibi mauis
Insidias fieri, pretiumque auellier antè
Quàm mercem ostendi?
Partiri merces. Cic. in Vatinium, 8.
Vendere merces. Ouid. 5. Fast. 134.
Mercimonium, mercimonii, Idem. Plaut. Amphit. 3. 1.
Vt vos in vostris vultis mercimoniis
Emundis vendundisque me lætum lucris
Afficere. Idem Curcul. 1 2. 8.
Sed quid agit meum mercimonium apud te? c. nihil apud me quidem, Ne facias testes, neque quidem debeo quicquam. Idem Mostel. 11. 9.
Dii immortales mercimonii lepidi. Et paulo pōst, 12. Bene res nostra collocata est isthoc mercimonio. Antiquum nomen est.
MESAPIA, (μεσαπία) Apulia, à Metapo rege sic appellata. Strabo. li. 9.
MESAPVS, pen. prod. (μέσαπος,) Neptuni filius, Virg. 7. Aeneid. 139.
At Mesapus equum domitor, Neptunia proles,
Quem neque ias igni cuiquam, nec sternere ferro.
Melembriaci portus. Oul. 1. Trist. ele. 9. 8. Idest Thracii, μεσημβρία, enim vrbs est Thraciæ.

Mesochorus, mesōchori, pen. corr. (μεσόχορος,) Fistulator, citharista in medio saltationum. Sidonius,
-nullus ibi lyrister,
Choraules, mesochorus, tympanistria, psaltria canit.
MESOPOTAMIA, (μεσοποταμία,) A fiue regio, inter Tigrim & Euphratem. Vnde nomen sortita, vt est notum cum ex aliis, tum ex Philostrato lib. 1. de vita Apollonii. Tacit. lib. 5. vbi de Ornospade Partho, Mox (inquit) reperita amicitia regis, multo apud eum honore, præfectus campis, qui Euphrate & Tigre inclytis amnibus circūfluit, Mesopotamiæ nomē acceperunt. Igitur hæc regio habet ab Oriēte Tigrim, ab Occidente Euphratē, à Meridie Babyloniā, ab Aquilone Caucasum. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannos quasi nonnos agros inuehit. Cic. 2. de Nat. deor. 196.

Mespilus, cap. 14. 6. Mespilus quoque in senecta obnoxia ei morbo est.
Mespilum, mespili, (μέσπιλον,) Fructus. Plin. lib. 15. ca. 20. Malorum, pyrorumque genere adnumerantur iure mespila atque sorba.
MESSALA, pen. prod. (μέσσαλος,) dictus est Valerius Coruinus, quia Messalam in Sicilia vicit, & vrbis captæ in se translato nomine, Messala dicitus est. Vnde & Messalarū familia Romæ florentissima, ex qua Messala Coruinus Disertus Messala. Horat. de Arte, 75.
MESSALINA, pen. prod. (μεσσαλίνη,) nomē filiæ Barbati Messalæ, cōsobrini Claudii imperatoris. Quę quū adulescentula esset, ipsi Claudio nupta fuit, sinsme libidinis mulier, ita vt inumeris adulteriis se submisserit, & mutata veste, lupanaria frequēter adierit. Quinetiā cū scortato famoso aliquando certauit, & Imperatam à se meretricē gloriata est: & se inter diem & noctē viginti quinque passum concubitus affirmauit: præterea sese labore potius fessam, quàm cōcubitu satiatam desistisse. De Messalina, Iuuenal. Satyr. 6. & 10.
MESSANA, pe. prod. (μεσσάνη,) ciuitas est Siciliæ, propinqua Peloro montī, vt scribit Plinius lib. 3. Clarissima autem est ex Punicis & Actiacis bellis, antè Zancle vocata. Silius lib. 14. 39. Incumbens Messana freto, niuibusque reuulsa. Postea quum Mamertini, natio Campana, cō colonos missent, ipsi quoque Mamertini potius quàm Messanenses sunt vocati.
Ferox Messena. Ouid. 6. Metam. 84.
Messapia, Vide CALABRIA.
MESSENIA, (μεσσηνία,) regio Achaiæ duodeuiginti montium, vt ait Plin. lib. 4. cap. 5. In illa regione oppidum est Messene.
Mœnia Messenia. Ouid. 12. Metam. 110.
Ille tuus genitor Messenia mœnia quondam
Strauit, & inmeritas vrbes Eliūque, Pylumque Diruit. De Messenia Siciliæ. Ibidem, lib. 14. 4,
Littore in Italico Messenia mœnia contrà
Scylla mihi visa est.

Messias, Hebraicè, Græcè Christus, Latinè Vnctus dicitur.

Messis, huius messis, fœ. g. (ἄμητος,) Tempus metendi. Plin. lib. 6. cap. 17. Alia illius cæli facies, alii siderum orras: binæ messes in anno, binæ æstates. Varro de Re rustica, lib. 1. cap. 50. 1, Messis proprio nomine dicitur in iis quę metuntur, maximè in frumento: & ab eo esse vocabulo declinata. Virg. 5. eclog. 14.
Ante focum, si frigus erit: si messis, in vmbra.
Nemo tam sine oculis, tam sine mente viuit, vt quid sit semētis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore auni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat. Cic. 1. de Orat. 119.
Semēte prohibita, aut messe amissa, fructus annuus interit. Cic. 5. Ver. 105.
Messis, (ἄμητος,) Seges iam matura. Virg. 4. Georg. 66,
-atque interfice messes.
Amara messis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 6,
Tristia per vacuos horrent absynthia campos:
Conueniensque suo messis amara loco est.
Frigiferæ messes. Ouid. 5. Metam. 132.
Grauidis onerati messibus agri. Ouid. 8. Metam. 158.
Larga messis. Ouid. 4. Fast. 124.
Nudatæ messes. Ouid. 3. Fast. 112.
Satæ messes. Virg. 8. eclog. 20.
Peregrina messe plenæ cariné. Lucan. lib. 6. 21.
Messis triticea. Virg. 1. Georg. 44.
¶ Siccas messes coquit insana Canicula. Pers. Saty. 3. 1.
Seges eludit messem herbis fallacibus. Properr. lib. 2. 4.
Spicea messis inhorruit capis. Virg. 1. Geor. 63. Vide INHORREO.
Immensæ tuperunt horrea messes. Virg. 1. Georg. 10.
Seruntur messes. Virg. 1. Georg. 33.
Surgunt messes. Virg. 1. Georg. 33.
Messes area quum teret crepantes. Mart. lib. 9. 92.
Vestiti messibus agri. Ouid. 4. Fast. 147.
¶ Messibus, Ablatiuis, Tempore messis. Plin. lib. 22. ca. 13. 5, Semen colligi messibus oportet. De vrtica. Ibidem, cap. 21. 1, Radice messibus sanguinea, cætero nigra. Paulo pōst, 6, Semē in folliculo messibus colligit.
Per messes, Idem. Plin. lib. 23. cap. 7. 14. Radix per messes incisa succum dat aptissimum dentium dolori. Idem lib. 24. cap. 14. 10, Flos moritur per messes colligitur.
¶ Messim, accusatiuus, pro messem, apud Plautum in Most. 4. 5.
¶ Messis, per translationem. Cicero in Parad. 59, Qui proscriptiones locupletum, qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis messem recordetur.
Metere messem malorum, Vide METO.
MESSVIVM, (μεσσούιον,) Ptolemæo lib. 2. cap. 11, Germaniæ vrbs: vulgò Maydburg.

Met, syllaba, ornatus causa ponitur, & aduerbium: vt Egomet, Iungitur casibus omnibus pronominum primæ personæ tam singularis, quàm pluralis numeri, absque genitiuo plurali, vt Egomet, memet, nosmet. Secūdæ verò personæ obliquis tantū casibus, vt Tumet, tibi metnominatiuo non addunt, ne verbum putetur Tumet à tumeo.
Tanquāmet. Plaut. Curcul. 14. 29, Phædrome obsecro serua me. PH. tanquammet genium meum.

Meta, metæ, (κῶνος,) Congeries seu strues in acutū tendens, ceu turbo inuersus, conos à Græcis appellatur quia esset posita in dimenso spatio: vel quia eam metiantur quadrigæ circū currentes. Moris enim erat septies metam lustrare Propertius lib. 2. eleg. 26. 5,
Aut prius intrecto deposcit præmia cursu,
Septima quàm metam triuerat antè rota. Quum enim iam carceribus emissæ ad metam venissent quadrigæ, erat opus vt circum ipsam flecterentur. Virg. 5. Aeneid. 20.
Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit, signum nauis pater vnde reuerti
Sciret, & longos vbi circum flectere cursus. Plin. lib. 2. cap. 10. 2, Figuram autem vmbræ similem metæ, ac turbini inuerso, quando macrone tantam ingruat, neque lunę excedat altitudinem, quoniam nullum aliud sidus eodem modo obscuretur, & talis figura semper in mucronem deficiat.
Stringere metas rota. Ouid. Amor. eleg. 2. 3.
Tendere ad metam. Ouid. 15. Metam. 91.
Terenda meta admissa rota. Ouid. 1. de Arte, 8.
¶ Meta, (τέρμων,) per translationem pro agrorum termino ponitur, quē pyramidali forma effigiari mos est.
Meta fœni. Plin. lib. 28. cap. 28. 5, Ni fuerit hoc oblematum diligenter, exhalare matutino nebulam quandam, metasque mox sole accendi, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

conflagrare, certum est. Columel. lib. 2. cap. 19. 2, Certe quicquid ad eum modum quo debet, siccatum erit, in metas construi conuenient, gasque ipsas in angustissimos vertices exacui: sic enim commodissimè fœnum defenditur à pluuiis quæ etiam si non sint, non alienum tamen est prædictas metas facere, vt siquis humor herbis inest, exudet atque excoquatur in acerui.

Meta, pro quocunque termino ac fine. Virgil. 1. Aeneid. 57. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Ibidem, 10. 95.
– metasque dati peruenit ad æui.
Sic apud Ciceronem 2. de Diui. 25. Meta noctis.

Meta mortis. Virgil. 12. Aeneid. 110, Hic tibi mortis erant metæ,
Nouissima meta spatii. Senec. Troad. 6. 6.
Mediam cœli metam contigerat nox. Virgil. 5. Aeneid. 167.
Optatum cursu contingere metam. Horat. de Arte, 83.
Sol ex æquo meta distabat vtraque. Ouid. 3. Metam. 29.
Finem tormentis, metamque laboribus orat. Silius lib. 13. 52.
Hæsit ad metas fama eius. Cice. pro Cœlio, 59. Fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitiæ noua mulieris, & infœlici vicinitate, & insolentia voluptatum.
Properare ad metam. Ouid ad Liuiam, 72.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam:
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Vitæ metam tangere. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 1.
Pylias æui transcendere metas, Superare annos Nestoris, id est trecentos. Stat. 5. Sylu. 3. 51.
Voluptas finita ad metas venit. Ouid. 2. de Remed. amor. 44.
¶ Meta, quandoque accipitur pro inferiore parte molæ, sicut catillus pro superiore. Vide Catillus in CATINVS.
¶ Meta lactis, dicitur caseus ad formam metæ factus. Mart. lib. 5. 114.
– fert ille cæris cana cum suis mella,
Metamque lactis Sassinate de sylua. Idem alio loco, Metas lacteas: quasi adhuc lac sugentes, & nondum in totum coactas.

Mètula, pen. corr. (μικρὸς τόπος,) Diminutiuum, legitur apud Plinium Iuniorem in epistolis.

Metalepsis, huius metalepsis, f. g. (μετάληψις,) Figura est quam modo translatiuam, modò translumptiuam, modò transpositiuam dicimus. μετὰ trans, λῆψις acceptio. Fit autè quum aliqua dictio aliud à propria sua significatione, ex his quæ præcesserunt, denotat. vt apud Virgilium 1. eclog. 14. Post aliquot, mea regna videns, mirabor, aristas. Id est segetes.

Metallum, metalli, (μέταλλον,) dici potest perseruatiè: à μετάλλω, quod Perscrutor significat: quòd metallum intra terræ venas scrutari solemus. Plin. lib. 33. cap. 6. 2. Id quoque in sterili solo, atque etiam in montibus. Et vbicunque vna inuenta vena est, non procul inuenitur alia: hoc quidem & in omni fere materia: vnde metalla Græci videntur dixisse.

Ignis excoquit vitium metalli. Ouid. 4. Fast. 158.
Potior metallis libertas. Horat. 1. epist. 10. 8.
Aeris metalla. Virg. 2. Georg. 33.
Argentaria metalla & auraria. Plin. lib. 34. cap. 18. 11. Inuenitur autem & in auraria & in argentaria metallis. De sandaracha.
Aurata metalla. Lucret. lib. 6. 163.
Aurifera metalla. Lucan. lib. 3. 42.
Fuluum metallum. Senec. Agamemn. 9. 11.
Fulni metalli vasta congeries. Claud. 2. in Ruffin. 27.
Generosi venæ metalli. Ouid. ad Pisonem, 45.
Incoctum metallum. Claud. 1. de rapto Proser. 49.
Inexhausta metalla, Vide INEXHAVSTVS.
Inexhaustis Chalybum metallis generosa Iliua. Virg. 10. Aeneid. 35.
Nitea metalla. Silius lib. 8. 96. Intelligit marmor.
Metallum muriarum dixit Plin. lib. 33. cap. 7. 6. pro fodina. item Argentaria metalla, & plumbaria, Ibidem.

Metallicus, pen. corr. Adiectiuum, (μεταλλικός,) Quod ad metallum pertinet: vt Metallica natura. Plin. lib. 27. cap. 4. 4. Fuere qui traderent in Iudæa super Ierosolymam eius naturam metallicam.

Metallicus, Substantiuum, (μεταλλεύς,) Qui in metallis operatur. Plin. lib. 34. cap. 16. 1. Lauant eas arenas metallici: & quod subsidit, coquunt in fornacibus.

Metallifer, pen. corr. Adiectiuum. (μεταλλοφόρος,) Stat. 4. Sylu. 4. 5. Anne metalliferæ repetit mea mœnia Lunæ?
Terrę metalliferæ. Silius lib. 15. 98.

Metamorphosis, pen. prod. huius metamorphoseos, fœm. g. (μεταμόρφωσις,) Latinè transformatio, vel transfiguratio dicitur. Quo nomine Ouidius opus suarum transformationum appellari voluit.

Metaphora, metaphorę, pen. corr. (μεταφορά,) Translatio à Cicerone dicitur. Fitque quum nomè aut verbum ex proprio loco in eum transfertur locum, in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est. vt

– classique immittit habenas, &
– ferrumque armare veneno.
Et in hoc vltimo, metaphora duplex est. Nam & venenum armare, & ferrum armare, translatio est.

Metaphoram sic explicat Quint. lib. 8. cap. 6. In totum autem metaphora est breuior similitudo: eoque distat, quòd illa comparatur rei quam volumus exprimere. hæc pro re ipsa dicitur.

Metaphysica, pen. corr. metaphysicorum, (μετὰ τὰ φυσικά,) tantum pluraliter, supernaturalia dicuntur.
Quum tamen verè, & ex ipsius operis quod conscripsit Aristoteles titulo, μετὰ τὰ φυσικὰ scribatur.

Metaplasmus, metaplasmi, (μεταπλασμός,) ad verbũ dici potest Transformatio. Est autem translatio quædam recti, solitique sermonis in alteram speciem, vel metri, vel ornatus, vel necessitatis gratia. Donatus.

METAPONTVM, (μεταπόντιον,) Italiæ oppidum in sinu Tarentino à Pylias, qui Nestore duce è Troia nauigauerunt, conditum adeò tempore Iouis Delphico aliquando donum obtulerit. Pomponius lib. 2. Ptolemæo Metapontium dicitur: vulgò Pelicor. Plin. lib. 14. cap. 1. 1. Metapontinum templum Iunonis vitigineis columnis stetit.

Metapontinus, pen. prod. Adiectiuum, (μεταποντῖνος,) Liu. 3. Decad. libro 5. Itaque Metapontini extemplo metu quo tenebantur liberati, ad Annibalem defecere.

Metathesis, huius metathesis, pen. corr. fœm. g. (μετάθεσις,) Latinè transpositio dicitur, quum vna litera necessaria causa ex vno dictionis loco in alienum transponitur, vt Tymbre pro Tymber, & Euandre pro Euander.

Metator, Vide METOR.

METAVRVS, (μέταυρος,) & Metaurum, Vmbriæ fluuius in Flumen decurrens quæ regio, Gallia dicebatur, vbi Claudius Nero Coniugum Salinatore Asdrubalem interfecit. Plin. lib. 3. cap. 14.

Flumen Metaurum. Horat. 4. Carm. ode 4. 8.
Vagus præcipita valle Metaurus. Claud. 4. Paneg. 100.
Velox Metaurus. Lucan. lib. 2. 82.

METELLI, (μέτελλοι,) plebeii fuere, vt ait Liuius lib. 19. verùm clari victoriis & magistratibus, Cæciliique omnes appellati. Quorum primus Cæc. Metellus cæcus & Pontifex maximus: quum orbitatem contraxit dum sacra ex fœcundio ædis Vestæ rapuit. Prius enim primo bello Punico, aduersus Pœnos speciosissimum egit triumphum, & 120. elephantis hostium, & CXX elephantis in eo ductis. Cæc. Metellus, vbi domitus Macedonia Macedonicus vocatus, Prætor Pseudophilippi & Achaiorum quos bis prælio fudit, triumphandos Mumio tradidit. Inuidia plebis obnoxius, & ideo Cõsul ægrè factus. De hoc Liu. lib. 13. Memorantur alii plures Metelli, vt Balearicus, Vitratus, quem Plin. Dunmatum vocat. Metellus præterea Numidicus dictus, quòd de Numidiæ rege Iugurtha triumphauit. Cuius in emnit Cicero, & Iosephus lib. 1. cap. 6. & lib. 6. cap. 11. Metellus Creticus à deuicta Creta dictus. Cnius meminit Plutarchus in Pomponio. Metellus Dalmaticus à deuictis Dalmatis. Author Pædianus Act. 3. in Verrem.

Pugnax Metellus. Lucan. lib. 3. 13.
Fortes Metelli. Claud. 5. Paneg. 30.

Meteoros, pen. prod. μετέωρος, Suspensus, sublimis, sublectarius ad aliquam rem. Inde Meteora, Meteororum, Aristotelis opus, in quo de rebus sublimibus tractatur.

Methodus, methodi, penul. corr. fœm. gen. (μέθοδος,) breuis dicendi compendium vertit Quintilianus, quam breuem viam qua quamcellerrimè ad peritiam euadimus. Cicero viam, artem, rationem vocat. Ex Budæo,

Methodice, pen. corr. Est pars grammatices, rationem loquendi tradens. Quintil. lib. 1. cap. 15.

METHONE, pe. prod. (μεθώνη,) vrbs Peloponesi, Ptolemæo lib. 3. ca. 16. Hodie Modon: via peregrinantium Ierosolymam à Venetiis.

METHYMNA, (μέθυμνα,) ciuitas est in Lesbo insula, optimum habens vinum. Ouid. 1. de Arte amandi, 12. Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Methymnæus, Adiectiuum. (μεθυμναῖος.) Virg. lib. 2. Georg. 18.
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.

Methymnæa Lesbos. Ouid. 11. Metam. 11. Et Methymnææ potiantur Iaritore Lesbi. Ab hac vrbe ortum habuit Arion citharœdus nobilis, quem Herodotus à prædonibus in mare præcipitatum, & à delphine incolumem deuectum in portum ad Tænarum fabulatur.

Meri Methymnæi grata saliua. Propert. lib. 4. eleg. 9. 2.
Vua Methymnæa. Horat. 1. Serm. satyr. 8. 10.
Vates Methymnæus. Stat. 2. Sylu. 2. 12.

Methymnias, Methymniadis. fœm. ge. (μεθυμνιάς,) Ouid. epist. 21. 3. Nomine Pyrrhiades, Methymniadesve puellæ, &c.

Meticulosus.

Meticulosus, Vide METVO.

Metior, metiris, pen. prod. mensus sum, (μετρέω, διαμετρέω,) metiri, Mensurare. A Græco deducitur, μέτρον. Plin. lib. 16. cap. 44. 8. Decem arbores metiens singulas. Cicer. 4. Acad. 131. Nec magis affirmabunt tignum illud (si erunt sex mensi pedum) esse, quàm solem, quem metiri non possunt, plusquam duodeuiginti partibus maiorem esse quam terram.

Parcè & restrictè metiri. Vide PARCVS.
Interuallis æqualibus aliquid metiri. Cic. 3. de Orat. 102.
Agrum aliquem metiri. Cice. Præto, lib. 9. 17. 4.
Frumentum metiri. Cic. 5. Verr. 166. Ibidem, 171.
Parcè & paulatim metiri frumentum. Cæsar 7. bel. Gall. 184.
Mundi magnitudinem metiri. Cic. 1. Offic. 116.
Metiri stipendium. Curtius lib. 3. Ex pecunia deinde Babyloniæ, Macedonibus equitibus sexcenti denarii tributi; peregrinis eques quingentos accepit: ducenis pedestrium stipendium mensium est.
In hasta metiri se. Stat. 1. Achill. 9, de Achille,
– Lapitharum prælia ludit
Improbus, & patria iam se metitur in hasta.
Annum metiri sol dicitur. Ouid. 4. Metam. 46.
Æternitas nulla temporis circunscriptione metitur. Cicero. 1. de Natu. deorum, 32.
Oculo metiri aliquid. Horat. 1. Serm. saty. 2. 11. Metiri possis oculo latus.
Prospectu metior æquora. Ouid. epist. 10. 6.
Terras metitur oculis. Lucan. lib. 6. 7.
Animo metiri aliquid. Ouid. 2. Metam. 38. de Phaethonte,
– Multum cœli post terga relictum,
Ante oculos plus est animo metitur vtrunque.
Pectus alicuius meriri cuipide. Silius lib. 4. 59.
Pedibus metiri aliquid. Cic. Quintfratri, lib. 3. 17. 6. Sese autem mensum pedibus aiebat passuum CCCC ∞, milii plus visum est.
¶ Metiri gradibus, pro Abire. Plaurus Pseud. 17. 11. Quin hinc metimur gradibus militaris!
Iter cursu metiens. Catull. in Carmine secul. 32. 4.
¶ Metiri, Transmeare. Lucilius lib. 30. Vir mare metitur, magnum fluctibus tradidit. Virg. 4. Georg. 78. Et iusto bipedum cursu metitur equorum. Nonius.
Aquas metiri carina. Ouid. 9. Metam. 90.
¶ Auribus sonantia omnia metiri. Cic. in Orat. 133.
¶ Metiri, Aestimare. Cic. de Senect. 42. Neque enim ipsorum conuiuiorũ delectationem voluptatibus corporis magis, quàm cœtu amicorum & sermonibus metiebar.

Metiri summum bonum honestate, aut suis commodis. Cic. 2. de Finib. 79. Hanc se tuus Epicurus omnino ignorare dicit quam aut qualem esse velint, qui honestate summum bonum metiantur. Idem 1. Offic. 9. Nam qui summum bonum sic instituit, vt nihil habeat cum virtute coniunctum, idque suis commodis, non honestate metitur, &c. Id est summum bonum in suis tantum commodis & voluptatibus constituit, non autem in honestate. Idem 1. de Natu. deo. 156. Omnia, quæ ad beatam vitam pertineant, ventre metiri.
Charitatem patriæ non nostro sensu, sed salute ipsius patriæ metiri. Cice. 1. Tuscul. 44.
Metiri omnia dignitate, nũ ambitione. Cic. ad Furnium, lib. 10. 15. 7. Cuiusmodi hæc est summa, vt omnia te metiri dignitate malim, quã ambitione.
Fidelitatem sua conscientia metiri. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4. 4.
Angusti tantos metiris honores. Stat. 11. Thebaid. 137.
Modum diuitiarum, ex eo quantum cuique satis est, homines metiuntur. Cicin Parad. 55.
Metiens aliorum in se odium suo in alios odio. Liu. 3. ab Vrb. 224.
Officio metiri omnia. Cice. Attico, lib. 8. 160. 4.
Viris hominum, non rerum euentus metienda sunt peccata. Cicero, in Parad. 23.
Scientiam clarorum virorum rerum gestarum magnitudine metiri. Cice. 1. de Orato. 5.
Suo modulo ac pede metiri se. Horat. 1. epist. 7. 20.
Studia nostra naturæ regula metiamur. Cice. 1. Offic. 155.
Facultate ius, non rei natura vim eloquentiæ metiri. Cicero de Opt. gen. Orato. 146.
Virtutem verborum magnificentia non metiamur, sed vitæ sermonisque nostri consuetudine interpretemur. Cic. de Amic. 20.
Voluptates obscœnas forma, ætate, & figura metiri. Cic. 5. Tuscul. 134.
Mendus, Participi. (μετρούμενος,) Cato cap. 146. 1. Modio oleario mensum dato vuguinis pondo X.
Spatia mensa quia conficiunt cursus lunæ, menses vocantur. Cic. 1. de Natura deorum, 100.
Mensor, mensoris, Verbale, (μετρητής,) Columella lib. 6. cap. 1. 3. Quod ego non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. Plinius lib. 6. cap. 17. 13. Alexandri magni vestigiis insistamus: Diognetus & Beto itinerum eius mensores, scripsere, &c.
Mensores (inquit Vegetius lib. 2. cap. 7.) qui in castris ad podismum dimetiuntur loca in quibus milites tentoria figãt: vel hospitia in ciuitatibus præstant. Legitur & metatores.
Maris & terræ mensor. Horat. 1. Carm. ode 28. 1.
Mensio, Aliud verbale, (μέτρησις,) Cicero in Orat. 103. Aures enim, vel animus, aurium nũtio naturalem quandam in se continet vocũ omniũ mensionem. Quintil. lib. 2. cap. 10. Secundum mensionem eius.

Mensura, mensuræ, penult. prod. (μέτρον,) Notæ significationis. Plinius lib. 7. cap. 56, Mensuras & pondera Phidon Argiuus, aut Palamedes, vt maluit Gellius, inuenit.
Colligere solis, ac terræ mensuras. Quintil. lib. 2. cap. 17. 24.
Roboris mensura implebat ter quinque vlnas. Ouid. 8. Meta. 151.
Breuior mensura capillis. Ouid. 9. Metam. 158.
Agitare mensuram animo, Vide AGO.
Currit mensura. Plin. lib. 6. cap. 33. 4. Vt per Meroen & Syenen mensura currat XVIII. LXXV. M. pass.
Mensura venit ad digitos. Plin. lib. 2. cap. 23. 4. Vt protinus mundi quoque ipsius mensura veniat ad digitos. Hoc est computetur.
Mensura venit in computationem. Plin. lib. 6. cap, 33. 4, Vniuersam mensuram quæ venit in computationem, &c.
Inire mensuras agrorum, Vide INEO.
Par mensura. Iuuenalis Saty. 10. 10,
Vt rebus lætis par sit mensura malorum.
Parua mensura relictæ partis. Iuuenal. Saty. 14. 10.
Mensuram alicuius rei agere. Plin. lib. 2. cap. 1. 4, Quasi verò mensuram vllius rei possit agere, qui sui nesciat.
Mensura beneficii. Plin. epist. 268, Ex illo enim mensuram beneficii tui penitus intelligo, quum tam plenam indulgentiam cum tota domo mea experiar.
Nominis mensura. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 1,
Maxime, qui tanti mensuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate genus.

METIVS, Suffetius, (μέτιος ὁ σουφέτιος,) dux Albanorum, quòd contra fœdus societatis in bello Fidenatium animum ancipitem & infidum gesserat, iussus est in concione à Tullo Hostilio quadrigis discerpi. Liuius lib. 1.

Meto, metis, messui, messum, (ἀμάω, θερίζω,) metere, Secare significat, vt ait Seruius & tam de vua & aliis rebus, quàm de frugibus dicitur. Plaut. Pœnul. 16. 56, Vt hortum fodiat, atque vt frumentũ metat. Cæs. 4. bel. Gall. 582, Tum dispersos depositis armis, in meten do occupatos subitò adorti. Sic Cice. 3. Tuscul. 101, Tum vita omnibus metenda vt fruges. Ex quodam poeta. Plin. lib. 12. cap. 13. 31, Metitur cardamomum eodem modo & in Arabia.
Arua metere. Propert. lib. 4. eleg. 11. 6
Farra metere. Ouid. 1. Fast. 104.
Purpureosque metunt flores. Virg. 4. Georg. 11,
Lilia summa metere virgam. Ouid. 2. Fast. 142.
Pabula falce metit. Ouid. epist. 6. 17.
Agmina metuntur. Silius libro 17. 30. Prostratis opibus regni, Phœnissa metuntur Agmina.
Orcus metit grandia cum paruis. Horat. 2. epist. 2 36.
Vt sementem feceris, ita metes. Cic. 1. de Orat. 145.
Fructum metere vt possis, serere beneficium, est liberale officium. Cice. Anteq. iret in exil.
Metere messem malorum. Plaut. Trinum. 3. 8,
– neque quicquam nisi vile nunc est,
Nisi mores malieorum licet iam messem metere maximã. Idem Epid. 14. 54, Sed vt est acerbum, pro bene factis quum mali messem metas.
Mihi istic nec seritur nec meritur. Plautus Epidico, 5. 81, suoè quàm elegãter vsurpauit: Id est, Ista res nihil ad me pertinet, vt quæ neqi meo hat periculo, neque emolumento. Metaphora notissima est. Etenim qui sementem facit, is suo impendio, suoque periculo facit: qui metit, compendium accipit, & in tuto est. Diuersum est huic quod est apud eundem in Mercatore, 3. 71, Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. Erasmus.

Messus, Particip. (θερισθείς,) vt Herbæ messæ falcibus. Virg 4. Aene. 103.
Messio, messionis, fœ. g. (θερισμός,) Ipsa metendi actio.
Messor, Messoris, (ἀμητής, θερισής.) Qui metit. Cic. 3. de Orat. 26, Non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari.
Durus messor. Ouid. 14. Metam. 179.
Fessi messores. Virg. 2. eclog. 2.
Inducere messorem arui. Virg. 1. Georg. 64.
Messor scelerum. Plaut. Capt. 12. 3, –rogas?
Sator, sartorque scelerum, & messor maximè.

Messorius, Adiectiuum, (θερισής,) Quod ad messorem pertinet, Cic. pro Sestio, 70, Messoria se corbe contexit. Sic Columella lib. 2. cap. 13. 2, Messoria opera.

Falces messoriæ. Vlpia. in L. Instrumẽto. ff. De instructo vel instr. legato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Metonymia, metonymiæ, (μετωνυμία,) Latinè transnominatio, vel denominatio: vt Bacchus pro vino. Similiter quam dicimus Pigrum frigus. Festus, Metonymia est tropus, quum ab eo quod continet, significatur id quod continetur: aut superior inferiore, aut inferior superiore. Quod continet, id quod continetur: vt Ennius qui ait, Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Ab eo quod continetur, id quod continet: vt quum dicitur Epota amphora vini. A superiore inferior: vt Ennius, Cum magno strepitu Volcanus ventus vegetat rem. Ab inferiore superior: vt Peruasisti animo vinum deus, qui multo est maximus. Cice. in Orato. 50. Hanc hypallagen rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant, quòd nomina transferuntur.

Metoposcopus, metoposcopi, pe. cor. (μετωποσκόπος,) Qui frontem cölyderat, id est diuinat ex facie hominisque priuatim ex inspectione frontis, quid cuique euenturum sit. prædicit. μέτωπον frons. σκέπτομαι, inspector. Plin. lib. 35. cap. 10. 22. Imagines adeo similitudinis indiscretæ pinxit, vt incredibile dictu Appion grammaticus scriptum reliquerit, quædam ex facie hominum addiuinantem (quos metoposcopos vocant) ex iis dixisse aut future mortis annos, aut præteritæ. Suet. in Tit. Vesp. cap. 2. Quo quidem tempore, aiunt metoposcopi à Narcisso Claudii liberto adhibitum vt Britannicum inspiceret, constantissime affirmasse, illum quidem nullo modo, cæterum Titum, qui tunc propè astabat, vtique imperaturum.

Metor, metari (τεμπατίζω, ὁρίζω, καταμετρέω,) metari, Deponent, Metas in agris terminandi gratia disponere, mēsurare locū. Liu. 1. ab Vrbe, 44. Hæc tibi victor Romulus rex regia arma ferottemplumque iis regionibus quas modò animo metatus sum, dedico. Gell. lib. 1. cap. 1. Nam quum ferè constaret curriculum stadii, quod est Pisæ apud Iouem Olympium, Herculem pedibus suis metatū, idque fecisse longum pedes sexcentos. Plin. lib. 7. ca. 37. 4. Dinocrates, metatus Alexandro condente in Aegypto Alexandriam. De geometriæ excellētia.

Metari cælum. Ouid. 1. Fast. 62.

Metari, Disponere & parare. Virgil. lib. 2. Georg. 52.

– si pingues agros metabere campi,
Densa fere. Vnde Castra metari dicimus, pro Castra disponere. Liuius; Castra prope Tyberim metatus est. Salustius in Iugurtha, Sylla pariter cum ortu solis castra metabatur.

Metor, metas, etiam inuenitur, (ὁρίζω.) Virgil. in Culice, 35. Metabat se circum loci.

Metari, etiam passiue dicitur. Horatius 2. Carm. ode 15. 3.

Nella decempedis metata priuatis
Opacam porticus excipiebat Arcton.

Agellus metatus. Horat. 2. Serm. saty. 2. 33.

Metatio, Varbale, (καταμέτρησις,) Dispositio. Colu. lib. 9. ca. 15. Hęc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur.

Metator, pen. prod. metatōris, m. g. (καταμετρητής,) Qui arbores in seminario vel arbusto disponit, & ordine quodam digerit: qui etiam à Cicerone dicitur decempedator. Lucan. libro, 1. 28. Audax Hesperios veniam metator in agros. Plinius libro, 18. cap. 33. 1. Hunc oliuetiametator Vergiliarum quatriduo, hunc caueat in sitor calamis, gemmisque inoculitor.

Metatores in castris dicuntur, qui præcedentes locum eligunt castris ipsis, authore Vegetio lib. 2. cap. 7. Cic. 14. Philipp. 391. Peritus metator & callidus, decempeda sua Saxa diuiserat?

Castrorum metator & vrbis. Cic. 11. Philipp. 297.

Metreta, metrētæ, pen. prod. (μετρητής,) Genus vasis quod conficitur ex duobus battis. Budæus, Metreta est congiorum decem, vt author est Dioscorides. Decem autem congii sexagiota sextarios valent, id est amphoram & quadrantem, Colu. lib. 12. cap. 12. 1. Iuuenal Satyr. 3. 24.

– hic tignum capiti incutit, ille metretam.

Metrocomia, (μετροκομία,) eodem modo dici videtur quo metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, lib. 11. e. Item in L. vltima. De exact. tribut. lib. 10. Budæus.

METRODORVS, pen. prod. (μητροδωρος,) Lápsacenus, Epicuri discipulus, fidissimusque amicus, Strabone, Diogeneque testibus.

Metropolis, pen. corr. (μητρόπολις,) quasi mater ciuitas dicitur. Budæus, Metropolis dicitur vrbs, ex qua coloniæ deductæ sunt, quales multæ Athenis, & ab vrbe Roma. sic enim se habet Metropolis ad coloniam, vt mater ad filiam.

Metrum, metri, (μέτρον,) Mensura Latinè dicitur.

Metra, dicuntur versus à Latinis, quoniam mensurantur versus. Colu. lib. 3. cap. 10. 18. Exceptis quæ retulimus metris Virgilii.

Seruire metro cōguetur. Quintil. lib. 1. cap. 8. 10.

Metricus, penul. corr. Adiectiuum, (μετρικός,) Plin. lib. 11. cap. 37. 86. Arteriarum pulsus, in modulos certos, legesque metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus.

Metuo, metuis, metui, (φοβέομαι,) metuere. A quodam motu animi dicitur, vt inquit Varro. Et proprie seruorum est. Significat autem Timere & formidare, ac veteri. Cice. de Senect. 33. Metuebant eum serui, verebantur liberi, charum omnes habebant.

Magis metuo. Vide MAGIS.

Male metuo, Vide MALVS.

Metuit loqui. Ouid. 1. Metam. 150.

Metuit tangi. Horat. 3 Carm. ode 11. 2.

Metuo crimen, Id est ne detur crimini. Cic. 7. Verr. 62. Tu qui crimen ais te metuisse, quæro cui probares, &c.

Metuo illum. Plautus Pseud. 16. 3. Nimisque ego illum hominem metuo, & formido male. Idem Amphit. 3. 31. Contagione meæ matris metuo malum. Terent. Eunuch. 3. 1. 43. Metuebant omnes iam me.

Metuo illum ne. Terent. Eunuc. 3. 5. 61.

– nunc metuo fratrem
Ne intus sit. Ibidem, c. 2. 16. Hanc metui ne me criminaretur tibi. Idem Phor. 3. 2. 6. Hei, metuo lenonem, ne quid suo fuat capiti.

Metuo illum de. Plautus Merc. 9. 22. De lanificio nemnem metuo, quæ ætate quæ sit.

¶ Metuo tibi, Ne quid mali scilicet tibi accidat. Plau. Amp. 17. 61.

Ego cunas recellim rursum prorsum trahere & ducere,
Metuens pueris.

Metuo meo amori moram, Ne remoretur matrimonium meum. Plau. Pseud. 7. 6. Sciebam ætate tardiores, metui meo amori moram. Plini lib. 18. cap. 29. 4. Tria nanque tempora fructibus metuebant.

Metuo illum mihi ne. Plautus Asin. 3. 99.

Profectò nemo est, quem iam dehinc metuam mihi,
Nequid mihi nocere possit. Idē Milite, 14. 6. Eos nunc homines metuo mihi, ne obsint, neve obstent vspiam.

Metuo à vel ab. Cice. ad Atticum, lib. 9. 17. 5. 6. Sed quum eadem metuam ab hac parte, &c. Idem ad Sextium, lib. 5. 6. 6. Partim non credunt, & à me insidias metuunt. Plaut. Capt. 5. 11.

Quid à nobis metuis? scimus
Nostrum officiū quod est, si solutos sinat. Idem Pseu. 10. 25. Quid est, qui non metuas ab eo id audire expecto. Terent. And. 1. 1. 79. Hic metuit à Chryside. Plaut. Bacch. 1. 33. Quid ab hac metuis? Liu. 3. bell. Pun. 169. Ab Annibale metuens.

Metuo abs te de verbis tuis. Plaut. Menæh. 7. 41.

Ab hoste metui. Ouid. 13. Metam. 23.

Metuo Reip. malum ab eo. Cice. ad Atticum, lib. 1. 8. 4. A quo nihil spero, boni Reip. quia non vult nihil metuas mali, quia non videt. Vetus proplar habet mihi speres mali. Idem 3. Verr. 99. Nullam maiorem populo metuunt calamitatem.

Metuo de vita. Cic. Attico, lib. 10. 19. 5. 8. Iacet in mœrore meus frater, quem tam de sua vita, quàm de mea metuit.

Haud metuo. Terent. Eunucho, 4. 6. 10. Haud metuo qualē tu me esse hominem existimes. Id est non curo, floccifacio.

Metuo ne. Plaut. Pseud. 14. 10.

– nimis metuebam male
Ne abisses. Idem Asin. 12. 153. Ne vxor resciscat, metuit. Idem Mil. te, 10. 38. Metuoque & timeo, ne hoc tādem palām fiat nimis. Terent. Heaut. 4. 6. 4.

Nec quicquam magis nunc metuo, quàm ne denuo

Miser aliquò extrudar hinc. Cice. Attico, lib. 7. 14. 3. 1. Quum desiderem te literas tristes, & metuo ne veras, &c. Idem 4. Ver. 129. Quapropter nihil est quod metuas nequid mecum fingā. Idem 4. Acad. 127. Itaque non metuit ne confundere omnia videatur.

Metuo ne non. Plautus Casina, Metuo ne non sit surd. 2. Idem Persa, Nequis sit esses leno, id metuebas miser. Teren. Heau. 5. 3. 14. Quid metuis ne non, quum velis, conuincas illum esse tuum? Idem Adelph. 2. 2. 9.

Metuisti, si nunc de tuo concessisses paululum, atque
Adolescenti esses morigeratos, hominum homo stultissime,
Ne non tibi istud fæneraret. Cicero pro T. Annio Milone, 3. Corgil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parcere metu. Vide PARCO.
Pati metum. Quintil. lib. 6. cap. 2. 17.
Pellere metum. Vide PELLO.
Pelle fœmineos metus. Senec. Medea, 1. 9.
Permovere metu. Vide PERMOVEO.
Ponere aliquid in metu, pro Metuere. Cic. ad Atticum, lib. 14. ep. 19. 3. Quid quorem absurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere?
Metus & spes diuinationem & auguria repererunt. Vide Amátes sibi somnia fingunt.
Celido lingua retenta metu. Ouid. epist. 11. 17.
Sedare metum. Senec. Thyest. 8. 11.
Mens semota metu. Lucret. lib. 2. 4.
Solari metum alicuius. Virg. 12. Aeneid. 12.
Soluere metus. Virg. 1. Aeneid. 94. Solue metus: feret hæc aliquam tibi fama salutem.
In metu esse, pro Metuere. Plaut. Asin. 3. 70. Demiror quid sit: & quò eua dat, sum in metu. Terent. Phorm. 1. 2. 7.
- Vegone? nescis quo in metu, &
Quanto in periculo sim. Cic. ad Atticum, lib. 3. ep. 4. Mihi etiam vnũ de malis in metu est fratris miseri negotium. Idem 2. de Finib. 86. Tum etiam pœnæ timore, qua aut afficiuntur, aut semper sunt in metu ne afficiantur aliquando.
Sublatus metus. Celsus lib. 4. cap. 5. Vbi sublatus est præsens metus, ad ea redeundum est, quæ suprà præcepta sunt.
Tentari metu. Lucret. lib. 3. 63.
Trepidare metu. Silius lib. 15. 114.
Trepidare metu falso. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 8.
Ingenti trepidare metu. Virg. 6. Aeneid. 99.
Lymphato trepidare metu. Lucan. lib. 7. 38.
Turbari metu monstri. Ouid. 15. Metam. 104.
Inanis metus vrget mortales. Lucret. lib. 3. 200.
¶ Metus, pro religione: quoniam vt docet Seruius, ex timore nata est. Virg. 7. Aeneid. 12.
- multosque metu seruata per annos.
Meticulosus, pen. prod. (δειλόμυρμον.) Adiectiuũ à meticulus diminutiuo, Timidus. Plaut. Amphit. 4. 1. 39. Nullus est hoc meticulosius æque. Idẽ Mostel. Nescis quàm meticulosa res sit ire ad iudicem.

Meu, (μῶυ,) Herba est caule foliisque aniso nõ absimilis, quæ in Italia nonnisi à medicis seritur, & iis admodum paucis. Duo genera eius describit Plinius lib. 20. cap. 23. 16.

MEVANIA, (μευανία,) ciuitas Vmbriæ, inclyta Propertio alumno. A qua Meuanates populi. Plin. lib. 35. cap. 14. In Italia quoque lateritius murus Aretii & Meuaniæ est. Luc. lib. 1. 44.
- tauriferis vbi se Meuania campis
Explicat. Vbi commentator, Meuania est pars Tusciæ, cuius nominis & insula Hybernis proxima Meuania dicitur.

MEVIVS, (μεύιος,) pessimus poeta, Virgilio & Horatio inimicus. Virgil. 3. ecloga, 18. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. Horatius Epod. 10. 1.
Mala soluta nauis exit alite,
Ferens olentem Meuium.

Meus, Adiectiuum. Pronomen possessiuum (ἐμός,) Plautus Trinum. 6. 47. Nam quod tuum est, meum est tibi omne meum, est autem tuum. Idem Milite, 10. 11. Quis homo sit magis meus, quàm tu es? Et Pseud. 9. 7. Meus hic est homo, ni omnes dii me atque homines deserunt. Terent. Heaut. 3. 1. 22.
Meus gnatus? c. sic est. M. venit? c. certé. M. Clinia
Meus venit? c. dixi.
Meum, vel mea est negare. Plaut. Pseud. 7. 68.
- ecquam scis filium tibicinam
Meum amare? p. negare mea est. Idem Perf. 1. 47.
- si id domi esset mihi,
Iam pollicerer: hoc meum est vt faciam seduló. Idem Asin. 12. 84.
Nimis bella es, atque amabilis: & si hoc esset meum, hodie
Nunquam remorarem, quin datem. Cic. ad Atticũ, lib. 5. ep. 4. Et si intelligis quàm mei sit scire, & curare quid in Rep. fiat (fiat autem? imò verò etiã quid futurum sit) perscribe ad me omnia, sed diligentissimè.

Mea, mea tu, & huiusmodi, muliebria sunt blandimenta, authore Donato. Terent. Adelp. 3. 1. 2. - modò dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem Eunuch. 4. 3. 14. Hau obsecro mea Pythias, quid istuc nam mõstri fuit? Mea tu, inquit Donatus, blandimentum est, sine quo non progreditur colloquium fœminarum, & maximè trepidantium.
Cum mei vnius salute, pro Mea vniuersa. Cicero in Vatinium, 6. Quid ergo homo imperitissime solidæ laudis ac veræ dignitatis, præstantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriæ atque nominis tui sempiternam, quàm omnes hoc ciues meos iudicare, ciuitatis salutem cum vnius mei salute esse coniunctam? Sic Budæus. Vetus tamẽ exemplar legit mea salute.
Meum non est, Quod vulgò dicitur, Non est mea natura. Terentius.

Heaut. 4. 2. 38.
Etenim, quo pacto id fieri soleat, calleo.
c. Tanto hercle melior. s. non est mentiri meum.
Meum est, pro Meũ est inuentũ, Excogitaui illud. Terent. Eunuc. 3. 1. 39.
Tuum obsecróne hoc dictum erat? vetus credidi.
T. Audieras? G. sæpe: & fertur in primis. T. meum est.
Mea est descriptio, Id est, Ego ipse descripsi, non alius. Cic. de Senect. 15.
Atqui ego ista sum omnia dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio, multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ.
Meus sum, id est, meæ potestatis, mei iuris. Persius Saty. 5. 9.
- postquam meus à Prætore recessi.
¶ Meus, tuus, aliquando substantiua sunt. Virgil. 4. Aeneid. 06.
- dulcesque meorum Reliquias. Idẽ lib. 3. 98. - cape dona extrema tuorum. Terent. Phor. Ego meorum solus sum meus.
Mea quidem sententia, pro, Vt ego sentio, Vt opinor. Terentius Adelphis, 1. 1. 40.
Et errat longè mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Vbi Donatus. Modò iste addidit mea quidẽ sententia, nequis hoc p̃ præcepto dici existimet.
Meus carnifex. Terent. And. 4. 1. 27.
Habeas. P. habeam? ah, nescis quantis in malis verser miser,
Quantasque hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines.
Meus carnifex. Vbi Donatus, Meus carnifex, Id est in me carnifex, qui me torserit. vt alibi, Deo irato meo. hoc est, in me irato Deo.
Meo pretio emptus, A me facto, à me statuto, inquit Donatus. Terentius in Prolog. Hecyræ, 55.
Mea causa causam hanc accipite, & date silentium,
Vt libeat scribere aliis, mihique vt discere
Nouas expediat posthac, pretio emptas meo.
De meo, Vide DE præpositionem.
De meo nihil addo. Cic. de Aruſp. resp. 36. Aruspicum verba sunt hæc omnia, nihil addo de meo.
Mea manu literæ, Cic. ad Atticũ, lib. 5. 101. 1. Antequam aliquo loco consedero, neque lõgas à me, neque semper mea manu literas expectabis.
Meopte ingenio. Plau. Mostel. 3. 5. 2. Nunc postquam mihi sum, id meopte ingenio reperi. Idem Pseud. 1. 3. 14. - ego dico tibi,
Hominum auaritia factus sum improbior coquos,
Non meopte ingenio.
Meapte malitia, Meapte causa. Plaut. True. 9. 18. Ego quòd mala sum, mea tuis opera mala sum, & meapte malitia. Terent. Heaut. 4. 1. 2.
- ita me di amẽt, vt ego nunc non tã meapte causa Lector quid illius.

M I

Mi, (μοί,) Dãdi casus. à genitiuo mis. Virg. 6. Aeneid. 15. - dẽ mi genere Ioue summo. Id est mihi. Plau. Cal. 3. 4. Plus artificum est mi grebar. Catul. ad. Lesb. 46. 1. Ille mi par esse deo videtur.
Mi vocatiuus, pro Meus. Terent. Adelph. 2. 4. 5. O mi Aeschine, ô iugemane. Ibidem, 3. 2. 38.
- hau hau mi homo famisne es?
An hoc proferendũ tibi vsquà esse videt? Idẽ And. 5. 3. 18. - ô pater, 2. Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris. Idem Phorm. 2. 1. 84. Mi patrue salue. D. salue. Vbi Donatus, Mi, vim blandimenti habet, & significat meus.
Mi homo. Terent. Phorm. 5. 9. 13.
- mi vir, non mihi narras? C. at. si quid at?
C. Nõ opus dicto. Et paulò pòst, 16. Mi homo, dii meliùs diant. Plaut. Epid. 1. 3. 33. Meminimi homo. Terent. Eunuch. 1. 2. 15. Neque ego obsecro anime mi Phædria. Donatus, Fœminarum oratio, cui non blãditur, blanda est.

Mica, micæ, (λίγνον, λεπτόμυγμα,) Paluisculus ille qui in arena, quasi arrectantibus nobis aliquam rem, inde emicant, micæ appellãtur. Colum. lib. 6. cap. 30. Thuris mica. Plin. lib. 12. cap. 14. 9. Micas cibaria manna vocamus. Catullus, de Quintia & Lesbia, epig. 81. 2. Nulla ita magno est corpore mica salis. Hoc est nihil in tam magno corpore est ridiculum. Sic exponit hunc Catulli versum Quintil. lib. 6. cap. 4.
Auri micæ. Lucret. lib. 1. 172.
Lucida mica salis. Ouid. 1. Fast. 62.
Saliens mica. Horat. 3. Carm. ode 23. 5.
Mollibit aueſos penates
Farre pio & saliente mica. Salientem micam, salis granum intelliges quod saliat, quum in ignem missum sit. Porphyr.
Mico, micas, micui, (σφίλλω,) micare, Est subinde & per interualla, vt magis faciunt, resplendere. Virg. 1. Aene. 19. - crebris micat ignibus aether. Ibidem, 10. 27. Qualis gemma micat fulvum quæ diuidit aurum.
Micare digitis. Lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repentè porrectis digitis certantium, vterque numerum diuinet. Per translationem dictum, quòd talis quædam variatio, dum digitis fortemur, apparet. Huius Cicero mẽtionem facit lib. 2. de Diuin. 127. Quid enim

enim sors est? idem propemodũ quod micare, quod talos iacere, quod tesseras. M. Varro, Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Ex Erasmo.
Qui certissima esse fide, eiusmodi antiqui dicebant, quicum in tenebris micaretur. Cicero 3. Offic. 103. Hoc non turpe est dubitare philosophos, quod ne rustici quidem dubitent? à quibus natum est id quod tatemque laudant, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices. Idẽ 2. de Finib. 81. Cur ista laudatur? aut vnde est hoc contritum vetustate prouerbium, quicum in tenebris? Porrò, quicum mices in tenebris, id liberum est, si velit, fallere. Proinde dignus quicum in tenebris mices dicitur, qui sit vique adeò certa fide, vt nec is tuto possit, velit quem piam mendacio fallere. Ex Erasmo.
¶ Ardor flammæ micat. Lucret. lib. 5. 221.
Micat animus. Liuius, Multitudo militum hostis ardor animum micantem ferre non potuit.
Ardor micat oculis. Lucret. lib. 3. 59.
Cor timore micat. Ouid. 3. Fast. 8.
Enses triste micant. Stat. 4. Thebaid. 31.
Auribus micat equus. Virg. 3. Georg. 17.
Gemma micat. Virg. 10. Aeneid. 27.
Micant gladii. Liu. 6. ab Vrbe, 56. Vbi illi vana iniecerint missilia, & effuso vinique deos esse, &c.
Ignis micat oculis. Virg. 12. Aeneid. 21.
Linguis micat ore trisulcis. Virg. 3. Georg. 88.
Nubila micuerunt celeri flamma. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 9.
Oculi micant igne. Ouid. 8. Metam. 57.
Sinus micuere metu. Ouid. epist. 1. 9.
Sidera micuerunt. Ouid. 7. Metam. 44.
Sidus Iulium micat. Horat. 1. Carm. ode 12. 10.
¶ Micant venæ. Cic. 2. de Nat. deor. 35. Iam verò venæ & arteriæ micare non desinunt quasi quodam igneo motu.
Micans, Participium: vt Aurum micans. Ouid. 1. Metam. 1.
Aera micantia. Virgil. 1. Aeneid. 42.
Cor micans. Ouid. 6. Fast. 68. Et fert suspensos corde micante gradus.
Crura micantia. Ouid. 9. Metam. 8.
Labellum micans. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 44.
Torquatus volo parvulus
Matris e gremio suæ
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem,
Sed micante labello.
Membra micantia. Claud. de nupt. Honorii, 57.
Sidera micantia. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 42.

MICHALE, pen. corr. (μιχάλη,) Fœmina venefica inter Centauras. Seneca. Hercules Oeth. 4. 50. Hoc docta Michale Thessalas monuit nurus:
Vnam inter omnes luna quam sequitur magam Artis relictis.

Microcosmus, (μικροκόσμος,) citor. Latinè Paruus mundus dicitur.

Micropsychos, pen. prod. Pusillanimus dicitur, & timidus, μικρόψυχος. Plin. lib. 22. cap. 24. 4. Inuenio apud authores hunc potum bibendum aliquotiẽs: item animi humilis ac præparati, quos illi dixere micropsychos.

Micturio, micturit, pen. corr. (οὐρησιάω,) micturire, Desyderatiũ verbũ est à Meio. Iuuen. Saty. 6. 31. Noctibus hic ponũt lectica: mictiunt hic. Pro promitiuo Meio videtur hic positum.

MIDAS, (μίδας,) Gordiæ bubulci filius, & rex Phrygum, qui cunctorũ penè regum opes pecuniæ abundantia antecessit. De quo Herodotus & Iustinus lib. 11. multa scripserunt.
Auriculas asini Midas habet, Prouerbium quod refertur à Diogeniano, natum à fabula notissima Midæ regis Phrygiæ cui Phœbus, quòd stolidè de Pana canentem sibi prætulisset, asininas affixit auriculas. Quas quũ diu mitra occultasset, tandem à tõsore animaduertitur sum est, ac prolatum in vulgus, vt refert Ouidius 11. Metam. 35. Porrò adagium rectè dicetur vel in stolidos, & crassis auribus, pinguisque iudicio homines. Alii sed iniuria, ratum Bacchum Midæ auriculas asininas addidisse. Sũt qui narrant, quum aliquando præteriret afinos hunc dei, atque eos affecisse, hac allegoria significatum, Midam vt pote tyrannum, Corycios ac dicant huic antes natura prælongas fuisse, & asininarum instar promi-nentes, atque hinc fabulæ locum ortum esse. Quanquam pluribus placet, hac allegoria significatum, Midam vt pote tyrannum, Corycios ac subauscultatores dimittere solitum, per quos quæcunque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis vtens aurium vice. Proinde quum vulgus admiraretur, ab illo reseri etiam ea, quæ clàm ac procul fierent, occasionem fabulæ dederunt, vt Midas dicereturauriculas asini habere. Vel quòd nullum aliud animal acriùs audiat, quàm asinus excepto murene: vel quòd aures habeat omnium lõgissimas. Persius Saty. 1. 13.
Auriculas asini, quis non habet?
Ferunt nonnulli primùm à poeta scriptum fuisse:
Auriculas asini Mida rex habet. Deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, quis non habet. Erasmus.

Midas, (μίδας,) Vermiculus in fabis nascens, vt ait Theophrastus libro 4. de plantarum causis.

Migro, migras, (ἀποδημῶ, ἀποοικίζω,) migrare, Est domicilium mutare, re, & aliò se ad habitandum conferre, relicta priore habitatione: vt ait Valla lib. 5.
Migrare domo. Cice. 4. Verr. 62. Vide EMIGRO.
Migrare ex. Terentius Hecyra, 4. 2. 13.
Illius stultitia victa, ex vrbe rus habitatum migres.
Migrare hinc. Plaut. Epid. 8. 7.
- sed ego hinc migrare cesso,
Vt importem in coloniam hunc, hunc auspicio meo commeatum.
Migrare nidum. Gell. lib. 2. cap. 29. Cassita nidum migrauit. Id est transportauit, aliò migrans.
Migrare de, vel ex vita, Mori. Cice. in Somnio Scipionis, 2. Antequam ex hac vita migro, conspicio in meo regno, & his tectis Pub. Cor. Scipionem. Idẽ 1. de Finib. 93. Non dubitat (si ita melius sit) migrare de vita.
Migrare in cœlum. Plautus Amphit. 18. 13. Ego in cœlum migro.
Migrare in locum. Lucretius lib. 2. 194.
Inque locum quando remigrant, sit blanda voluptas.
Migrare è phano foras. Plaut. Curcul. 5. 1.
Migrare certum est iam nunc è phano foras.
Migratum est Romam. Liuius 1. ab Vrbe, 47. Et Romam inde frequenter migratum est à parentibus maximè & propinquis raptarum.
¶ Migrare communi iure. Cic. 1. de Diuin. 15. Dicitur quidem istuc, inquit, à Corta, & verò sæpius, credo ne communi iure migrare videatur.
Migrat officium. Plautus Trinum. 10. 14. - scio ego, &
Sentio ipse quid agam, neque à me officium migrat.
Migrant dicta. Plautus Pseud. 7. 55.
Fac sis iam vacuas Pseudole ædes aurium,
Mea vt migrare dicta possint quò volo.
Voluptas migrauit ab aure. Horat. 2. epist. 1. 38.
Omnia migrant. Lucret. lib. 5. 166.
Nec manet vlla sui similis res omnia migrant,
Omnia commutat natura, & vertere cogit.
Anima migrat in varias figuras. Ouid. 11. Metam. 35.
¶ Migrare in mucronem. Plin. lib. 11. cap. 37. 5. Aliis ad iactum pluribus modis, supina, conuersa, conuexa, omnia in mucronem migrantia, Id est cuspidem acuminatum habentia veluti mucro.
Fluuius migrat aduersò meatu. Claud. 7. Panegy. 97.
¶ Migrassit, pro Migrauerit. Cic. 3. de Legib. 17. Quo quis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto.
Migratu difficile, apud Liuium lib. 10. pro Ad exportandum difficile Re ficta, inquit, quæ migratu difficilia essent.
Migratio, Verbale, (ἀποδημία,) Cicero 1. Tuscul. 44. Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitæ. Liu. 5. ab Vrbe, 138. Nunc hæc migratio nobis misera. Cic. ad Tironem, lib. 16. 17. 2. Cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ.

Mihi, (ἐμοί, ἐμόν,) Dativus est primæ personæ ab Ego pronomine.
Mihi, Ad meam vtilitatem, aut damnum. Terent. Heaut. 3. 1. 101. Hic mihi quanto nunc plus sapit, quàm egomet mihi? Idem Adelph. 2. 2. 36.
Siquid peccat Demea, mihi peccat.
Mihi, quantum ad iudicium meum pertinet, interprete Donato. Terentius Adelph. 5. 6. 5.
Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis,
Cui dominus curæ est.
Mihi, A me. Terent. Eunuch. 3. 5. 2. Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium? Vbi Donatus, Mihi, pro A me. Idem Heaut. 3. 1. 89.
- operam dabo:
Syrus est prehendendus, atque adhortandus mihi.
Mihi, Circa me. Terent. And. 1. 1. 85. Quid si amasset? quid mihi hic faciet patri? Vbi Donatus, Mihi, Circa me. Idem Hecy. 2. 1. 20. Vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.
¶ Mihi & tibi, aliquando ita ponuntur in oratione, vt neque ad me, neque ad te, neque aliquem referantur, sed tantum festiuitatis gratia. Cic. in Pisonem, 1. Is mihi etiam gloriabitur se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Idem, Ecce tibi Pompeius. Et 1. Philipp. 18. Quas tu mihi intercessiones inquis, quas religiones nominas? Idem 4. Verr. 17. Tu mihi ita defendis. Sic alis locis multis. Apuleius, Dum ita loquimur, ecce tibi amicus aduenit. Terent. Phorm. 5. 9. 21.
- an quicquam hodie est factum indignius?
Qui mihi, vbi ad vxores ventum est, tum fiunt senes. Hunc dicendi morem ac colorem & Gallica lingua habet vulgò vt Parlez moy bien a luy. Hic moy superfluum est, & similia innumera.
Mihi crede, affirmantis particula, idem quod Certè significans. Cic. in Pi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sonem,47.Inania sunt ista,mihi crede, delectamenta penè puerorum. Ibidem,46.Fertur ille vir (mihi crede) gloria:flagrat, ardet cupidita te iusti & magni triumphi.

Mihimetipsi,(ἐμαυτῷ,)Cic.pro Quintio,18.Breuitas postulatur quæ mihimetipsi amicissima est.

MILCIADES, pen.corr.(μιλτιάδης,)dux clarus Atheniensium:qui vndecim millibus suorum profligauit sexcenta millia Persarum in campis Marathonijs. Postea tamen damnatus peculatus, in carcerem coniectus obiit.

Miles, militis, penult.corr.com.g.(στρατιώτης,)Qui militiam exercet. A malitia,id est duritia,quam pro Rep.sustinet,dictus.Aut à multitudine.Aut à malo quod arcet. Festus,Militem Aelius à mollitia per antiphrasin dictum putat:eo quòd nihil molle, sed potius asperum quid gerat. Cic.pro Lege Manil.19.Qui extrema puertitia miles fuit summi imperatoris.Idem pro Corn.Balbo.37.C. Marius P.Africani discipulus ac miles.Et pro Cluentio,10.Miles qui locum non tenuit,qui hostium impetum vimque pertimuit.

In militem,in capita,in naues,& similia,Vide IN præpositionem.
Iocursio militum in agros hostium,Vide INCVRRO.
Incursus militum,Vide INCVRRO.
Instructio militum.Vide INSTRVO.
Leuis armaturæ milites,Vide LEVIS.
¶Acrior miles.Horat. 3.Carm.ode 5.6.
Aerarii milites,Vide AES,æris.
Argentati milites,Vide ARGENTVM.
Armatus miles.Virgil.2.Aeneid.4.
Aurati milites,Vide AVRVM.
Causarii milites,Vide CAVSA.
Dirus miles.Senec.Herc.Oeth.17.15.
Ferox miles.Horat.1.Carm.ode 6.1.
Impius miles.Virgil.1.eclog.14.
Haud incruentus miles,Vide INCRVENTVS.
Infandus miles.Lucan.lib.7.155.
Infestus miles.Senec.Herc.fur.8.5.
Innumerus miles.Ouid.epist.15.74.
Inordinati & incompositi milites,Vide INORDINATVS.
Inualidi milites,Vide INVALIDO.
Iustus miles,Vide IVSTVS.
Legionarii milites,Vide LEGIO.
Manipularis miles.Ouid.3.Fast.24.
Pertica suspensos portabat longa manipios,
Vnde manipularis nomina miles habet.
Mercenarii milites.Lio.4.bel.Pun.124.Id modo eius anni in Hispania ad memoriam insigne est,quod mercenarium militem in castris neminem antè quàm tum Celtiberos,Romani habuerunt.
Pharetratus miles.Silius lib.7.128.
Præstantior miles.Ouid.11.Metam.106.
Rabido milite perfractæ portæ.Silius lib.13.50.
Vagus miles.Silius lib.4.167.
¶Auocare milites à signis,à bello,Vide AVOCO.
Cogere milites,Vide COGO.
Colligere milites,Vide COLLIGO,colligis.
Deducere ex aliquo loco milites,Vide DEDVCO.
Aere dirutus miles,Vide AES æris.
Excitatur classico miles truci.Horat.Epod.2.1.
Fieri militem.Cicer.7.Philipp.232. Qui vicinos suos non cohortatus est solùm vt milites fierent, sed etiam facultatibus suis subleuauit. Idem 8.Philipp. 137.
Incitare milites in aliquem,Vide INCITO.
Legere milites,Vide LEGO legis.
Obsedit milite campos.Virgil.3.Aeneid.80.
Ordinare milites,Vide ORDINO.
¶Milites,pro apparitoribus iudicum & magistratuum.Vlpianus in L.In eadem.ff.Ex quib.cau.maiores.In eadem causa sunt, & qui à militibus statoribusque,vel à municipalibus ministeriis adseruantur: si probent rei suæ superesse non potuisse.Hinc Manus militaris. Idem in L.Qui restituere.ff.de Rei vendicatione,Qui restituere iussus,indici non paret, contendens non posse restituere:si quidà habet rem,manu militari officio iudicis ab eo possessio transfertur.
¶Miles in fœminino genere. Ouid.2.Metam.83.
Miles erat Phœbes,nec Menalon attigit vlla
Gratior hac Triuiæ. Idem epist.11.10, Et rudis ad partus, & noua miles eram.
Militia,militiæ,(στρατιά,)quandoque bellum,& quandoque rem militarè significat.Cic.3.Offi.131.Sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse.De Vlysse.
Acer militiæ.Tacit.lib.18. Vide ACER.
Decora militiæ.Liuius 2.ab Vrbe,96.Vide ORDO.
Facta splendida militiæ.Ouid.epist.13.29.
Onarus militiæ. Tacit.lib.12.
Impiger militiæ.Tacit.lib.3.
Labor militiæ.Ouid.1.Fast.61.
Maturus militiæ. Liuius,libro 2. Decade.5. Cuius magna pars matura militiæ esset.
Piger militiæ,& malus.Horat.1.epist.1.25.
Rudimenta militiæ.Stat.5.Sylu.2.2.
¶Grauis militia.Horat.1.Carm.ode 18.1.
Imaginaria militia.Suet.in Claudio Cæsare,cap.25.Equestres militiæ ita ordinauit,vt post cohortem,alam:post alam,tribunatū legionis diuersis stipēdiaque instituit,& imaginariæ militiæ genus, quod vocatur supernumerum:quo absentes,& titulo tenus fungerentur.Budæus.
Impigra militia,Vide IMPIGER.
Intenta militia.Tac.lib.12.Minus intenta apud nos militia fuit.
Longa militia fessum latus.Horat.2.Carm.ode 7.4.
Pia militia.Ouid.7.Meta.97.
Arma iuues,oro,pro nato sumpta,piæque Pars sis militiæ.
¶Colere militiam.Ouid.2.Fast.102.
Detrectare militiam.Ouid.13.Metam.8.
Dare nomen militiæ,Est ad delectum se exhibere.Cicc. 7. Philipp.234. Milites cum gladiis sequuntur,Cóiuli præsidio sunt,specie Consulum & veritate nobissomnes sine vlla recusatione, summo etiā cum studio nomina dant. Budæus.
Togatæ militiæ exercere munera Ouid.ad Pisonem,6.
Sæuam militiam ferre.Horat.1.epist.19.11.
Proficisci in militiæ disciplinam Cic.pro Lege Manil.19.Ad patrium militiæ exercitum,atque in militiæ disciplinam profectus est.
Præmia militiæ puluerulenta sequi. Ouid.1.Amor.eleg.15.1.
Soluebatur militia.Tacit.lib. 1.
Tolerare militiam,& graue Martis opus.Virg.8.Aeneid.104.
Signa militiæ tueri.Ouid.1.Amor.eleg.11.3.
Militia vacare.Quintil.lib.9.ca.2.Alio bello petierat vt militia vacaret.
¶Militiæ,genitiuus aduerbii vicè positus,vt Dom.Terēt.Adel.3.4.9.
– vnà à pueris paruuli
Sumus educati,vnà semper militiæ & domi
Fojmus. Salust. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ Populus Roma.domi,militiæque,mari atque terra præclara facinora fecerit. Liuius in Procemio lib.1. Decad.1.Quibus artibus domi,militiæque, diutius in Procemio lib.1. Decad.1.Quibus artibus domi,militiæque, & partum & auctum imperium fit. Cicc.3. de Oratore,74. Idem quæ in Senatu. & apud populum,& in causis amicorum,& domi, & militiæ consilium suum fidemque præstabant. Idem 5.Tusc.77.Quorum vnus fuerat domi militiæque cognita.
¶Militia,Exercitium.Plau.Persa,6.51.At confidentia illa militiæ multo magis,quàm pondere.
¶Militia vrbana,est eorum qui in foro versantur.Cic. pro Murena, 10. Seruius hic nobilcum hanc vrbanam militiam respondendi,scribendi, cauendi,plenam solicitudinis ac stomachi secutus est:ita cùm adhuc multum vigilauit,laborauit,præsto multis fuit.
Veneris militiam pati.Propert.lib.4.eleg.1.28.
Milito,militas,pen.corr.(στρατεύω,)militare,Militiam exercere.Stipendia in bello metere.Plautus Epid.14.11.
Duodecim ego deis plus quàm placeo, deorum immortalium Milites nunc auxilio adiutores sunt,& mecum militant. Plinius lib.1.ca.22. 6.Flaccus Pompeius,Eques Romanus qui cum eo militabat. Cic.6.Offic.55.Qui in eadem legione militabat.
Militare sub.Plin.in Præf.13.Militare didicisset sub Annibale.Lio.3.bel. Pun.197.Et nostra iuuentus,quæ si domi esset,tutar ctus, omnis fide ingnis militat tuis.
Militaui non sine gloria.Horat.3.Carm.ode 26.1.
Militare mercede.Curtius,Græcis mercede apud Persas militantibus.
Catulus militat in syluis.Horat.1.epist.2.14.
Militatur,(στρατεύεται,)legitur apud Plautum in Persa,6.51. Illa militat militatur magis.
Bellum militatur.Horat.Epod.1.5.
Libenter hoc,& omne militabitur
Bellum in tuæ spem gratiæ.
Militaris,& hoc militare,pen.prod.Adiectiuū,(στρατιωτικός,στρατιωτικόν,) Quod ad milites aut militiā pertinet:vt Militaris homo.Plautus Epid.2.14. –scio Te esse quidem hominem militaré.Idem Trinum. 19.14.Nō enim possunt militares pueri setanis educier.Salust.Fragmentis illis militares homines.
Aetas militaris.Tacit.lib.1. Referebat habitasse quondam septingentis millia ætate militari. Id est ætate robusta,ac apta ad militiam.
Dauuia militaris.Horat.1.Carm.ode 22.3.
Militaris herba,Vide LACTORIS.
Militaris industria.Plin.lib.18.cap.6.6.Ruffus infima natalium humilitate,Contulatum militari industria meritus.
Manus militares Senec.Agamemn.6.7.
Nauare operam militarem.Liu.lib.4.Decad.5.Vbi datū signum fit, non militarem operam nauare.
Rem militarem discere.Cic.1.de Orat.65.
Sepimentum militare.Varro de Re rust.lib.1.cap. 14. Tertium militare sepimentum est fossa & terreus agger.
Signa militaria.Cic.in Catil.34.Quum arma,quum secures, quum fasces, quum tubas,quum signa militaria,quum aquilam illam, &c. Liuius 5. ab Vrbe, 55 Signa XXVII.militaria relata in quibusdam annalibus inuenio. Horat.Epod.9.5.
Timor militaris.Plaut.Pseud.14.23.
– sic ego illum delis
Atque mendaciis dabo in timorem militarem aduenam.
Via militaris.Varro de Re rust.lib.1.cap.5. Nec paludem quidem vicinam esse oportet ædificiis,nec iunctam militarem viam:quòd illa, &c. Hæc autem prætereuntium viatorum populationibus & assiduis diuertentium hospitiis infestat rem familiarem:propter quæ censeo eiusmodi vitare incommoda,villamque nec in via,nec pestilenti loco,sed procul & editiore situ condere.
Militarius,Adiectiuum,(στρατιωτικός,) Plaut.Pseud. 17.11. Quin hinc metimur gradibus militarisi Pro militaribus,antiquè.
Militariter,pen.cor.Aduerbium,(στρατιωτικῶς.) More militum,vel More militari.Lin.4.ab Vrbe,173.Aduersus hæc Tempanii oratio incōpta fuisse dicitur:cæterum militariter grauis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta.
Lautus militariter.Tacit.lib.18.Militariter lautus,læta omnia,& affluentia excepit. Significat Vespasianum non fuisse exquisitè, seu vrbana elegantia excultum.
MILETVS,pen. prod. (μίλητος,) Vrbs fuit in finibus Ioniæ & Cariæ (authore Herodoto) à Neleo ædificata.Hanc generosi vellera nobili tarunt.Vnde prouerbium manfit,Milesia fragula.Martialis lib. 8.28. Nec Miletus erat vellere digna tuo.Hæc autem Anactoria nominata, super octoginta vrbium per cuncta maria genitrix, vbi oraculum fuit antiquius Brancidarum appellatum,postea Apollinis Didymei.Pomponius Mela lib.1.Miletus,inquit,vrbs quondam Ioniæ,totius belli pacisque artibus princeps,patria Thaletb Astrologi, & Timothei musici,& Anaximandri physici,aliorumque ciuium inclytis ingeniis merito inclyta. Hactenus Pomponius. Alia fuit eiusdem nominis vrbs in Creta,teste Homero lib.2.Iliados. De Mileto & Milesius etiam Cicero meminit,3.Verr.61.& 63.
Milesii, (μιλήσιοι,) populi dicti sunt, qui quum prius potentes essent, & opulenti,deliciis dediti,& opes & potentiam amiserunt. Cic.pro Cluentio,61.Memoria teneo Milesiam quandam mulierem,&c.
Milesia vellera.Lanæ pretiosissimæ dicuntur.Virg.3.Georg.62.
– quamis Milesia Magno
Vellera mutentur,Tyrios incocta rubores. Ibidem,4.67.
MILETVS,(μίλητος,) filius Solis & Pasiphaes,Milenum vrbem in Caria Ioniæ condidit,vt docet Ouidius 9.Metam.90.
Spoute fugis Milete tua,celeriùsque carina
Aegeas metiris aquas, & in Aside terra
Mœnia constituis,positoris habentia nomen.

Militaris,Militia,Milito, militas,Vide MILES.

Milium,milii,(κέγχος,) Genus frugis. Plin.lib.18.cap.10. Milio facit fit & panis prædulcis. Ibidem,cap.7.6.Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est,nigrum colore,amplum grano, haroudineum colmo adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis,Lobas vocant,omnium frugum fertilissimum. Martial. lib. 12.71.Frumentum,milium,ptisanamque, fabamque solebas Vendere. Virgil. 1. Georgic.44.
– tunc te quoque medica porres
Accipiunt sulcis & milio venit annua cura.
Fiscella milii.Ouid.4.Fast.150.
Liba de milio.Ouid.4.Fast.150.
Milium (inquit Festus) quidam putant cepisse nomen à maxima numerorum summa, quæ est mile.
Milarius.Adiectiuum,(μιλιαρός,) Quod ad milium pertinet, vel quod est milii. Milaria anis, quæ milio velcitur & pinguescit. Varro de Re rustic.libro 3.cap.5. 1.Igitur testudo sit magna, in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere possint. Quidam cum eo adiicient præter eas aues alias quoque, quæ pingues væneunt carè, vt militariæ ac coturnices.
Militaria herba dicitur,quæ milium necat.Plin.lib.21.cap.25 40.

Mille,(χίλιοι,) Substantiuum, neutri generis, declinatur hoc mille,huius mille.Pluraliter hæc millia,horum millium. Genitiuo iungitur. Plaut.Milite,14.86. Qoin mille annorum perpetuò vivunt ab sæculo ad sæculum. Cicc.6.Philipp.214. Quis vnquam in illo Quadrigarius lib.3.Annalium,Ibi cecidit mille hominum.Varro libro 3.Rerum humanarum,Plus mille & centum annorum est.

Octo millia nummorum.Horat.1.epist.2.1.
Centum millia frumenti Horat.1.Serm.saty.1.9.subauditur modiūm.
¶Milites,pro apparitoribus iudicum & magistratuum. Vlpianus in L. In eadem ff.Ex quib.cau.maiores.In eadem causa sunt, & qui à militibus statoribusque,vel à municipalibus ministeriis adseruantur: si probentur rei suæ superesse non potuisse. Hinc Manus militaris. Idem in L.Qui restituere.ff.de rei vendicatione. Qui restituere iussus indici non paret,contendens non posse restituere:si quidem habet rem,manu militari officio iudicis ab eo possessio transfertur.
Curarum millia. Propert.lib.1.eleg.5.2.
Multis cum millibus ibat.Virg.5.Aeneid.15.
Milli in ablatiuo lectum est apud antiquos,teste Gellio lib.1.ca.16. Lucilius lib.9.Tum milli nummūm potest vno quærere centum. Hoc est quod Græci vocant χιλιάδας.
¶Mille etiam adiectiuum est,& tunc tantum declinatur pluraliter: millebiorum mille,&c. Plaut.Truc.7.9. Improbus, nihilque homo,qui tibi mille passus peperit moræ. Virg.1.eclog.5. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Colum.lib.3.cap.3. Percipere debet in annos singulos mille septingentos quadraginta sestertios. Idem lib.6.cap.7. Per mille & quingentos passus.
Tercentum mille cadi.Horat.2.Serm.saty.3.24.
Mille vsus.Plin.lib.12.ca.1.1.Mille præterea sunt vsus carū.De arboribus.
Mille,pro numero infinito.Virgil 4.Aeneid.140.
Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis,
Mille trahens varios aduerso sole colores, Deuolat.

Millesimus,pen.corr. (χιλιοστός,) Adiectiuum Cic.ad Atticum, lib.2.104. 1.Fecisti mihi pergratum quòd Serapionis librum ad me misisti:ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimum partem vix intelligo. Idem de Fato,10. Quanquam id millesimo antè anno Apollinis oraculo edictum esset.
Milliarius,Adiectiuum, (χιλιαῖος,) Mille librarum: vnde Apri milliarii, dicebantur mille librarum,qui apponebantur in cœnis Romanorum. Varro de Re rustica,libro 3.cap.2.Et num pluris nunc tuè villa illic natos verres lanio vendis,quàm hic apros milliarios emis? Et milliariæ oleæ.Plinius lib.17.cap. 12.5. Milliarias vocari multas narrant à pondere olei,quòd ferant annuo prouentu.De oleis.
Milliarius grex,Hoc est mille capitum.Varro de Re rust.lib. 2. cap. 108. In gregibus ouium,sed magnis,quos milliarios faciunt quidam, facilius de summa hominū detrahere possunt,quā de minoribus,vt sunt Atrici.
Porticus milliariæ.Suet.in Claud.Cæsare,cap.31.Vestibulum eius fuit, in quo colossus CXX. pedum staret.Ipsius effigiei tanta laxitas,vt porticus triplices milliarias haberet.Hoc est (vt opinor) mille passuum.
Milliarius aper.Senecа lib.10.epist.111.qui millio nutritus est.
Milliarium,milliarii:& hoc Milliāre,milliāris, pen.prod. (μίλιον,) Mille passuum spatium.Suetonius in Claud.Cæsare,cap.31.Fossam ab Auerno Hostiam vsque vt naubus,nec tamen mari iretur, longitudinis per CLX milliaria,latitudinis qua contrariæ quinqueremes commearent. Cicero Attico,libro 8.149.1. Nam quod ad te non scripseram, postea audiui,à tertio milliario tum eum ille πολλὰ μάτην ΚΑΡΕΚΟΙΝΕΣΗΕ ἑκάστου ἔβλτα. Eidem,libro 6.111.1. Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentissimè. Paulus Iurisconf. in L.Planet.ff.de Excusationibus tutorum, Plane vltra centesimum milliarium ab Vrbe,filiorum Collegarum suorum tutelam suscipere non coguntur.
¶Milliarium,Vas ad coquendum accommodatum.Cato de Re rustica,inter orbem & milliarium vnum digitum interesse oportet. Palladius li. 1.Vas æneum milliario simile,id est altum & angustum, vespere inter aluearia collocemus:& in fundo eius ponamus lumen accensum.Colu. lib.9.ca.14.7.Si vas æneū simile milliario vespere ponatur inter aluos.
Millies,Aduerbium, (χιλάκις,) Terent.And.5.4.44. Ex ipsa millies audiui. Idem Eunucho,3.1.32. –sed narra obsecro,
Plus millies iam audiui. Idem Phorm.5.2.2.Ac enim tædet iam audire eadem millies.Cic.pro C.Rabirio perdu.reo,9.Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quàm in eius concione carnifex consisteret. Idem 5.Verr.111.Millies audiuit.
Quinquies millies.Plin.lib.2.cap.23.1.
Millies renocatum est.Cic.pro Sestio,107. Et 1.Offic.150. Millies oppetere mortem,quàm illa pati maluisset.Catul.ad Libellum,epig.33.2.
Quanuis candida millies puella Euntem reuocet.

Millefolia, millefoliæ, (ἑκατόμφυλλον,) Herbæ genus, quæ aliàs panax heracleus,siue sideritis dicitur.Plinius lib.25.capit.5.5.Aliqui & hanc panacen heracleon, alii sideritim, & apud nos millefoliam vocant,cubitali scabo,ramosam,minutioribus quàm fœniculi foliis vestitam ab imo.
Millefolium, (μυριόφυλλον,) herba quam Græci myriophyllon vocant, caulis teneri,similis fœniculo, plurimis foliis, vnde & nomen accepit. Plinius lib.24.cap.16.9.

Millepeda, millépedæ,penult.corrept. (ἑκατόμπους,) ab aliis centipeda aut multipeda dicta, animal est è vermibus ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se, enticon Græcè vocant, alii tilon. Hæc Plinius lib. 29. cap. 6. 28.

Milliarium, Millies, Vide MILLE.

Millum, vel Millus, milli, Collare canum. Varro. de Re rustica, lib. 2. cap. 9. Et ne vulnerentur à bestiis, imponuntur his collaria, quæ vocantur millum, id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis capitatis, cui intra capita infuitur pellis mollis, ne nocent collo duritia ferri. Aliqua exemplaria habent Mæthum. Festus, millus, collare canum venaticorum, factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus adversus impetum luporum. Scipio Æmilianus ad populum, Nobis, inquit, Reique publicæ præsidio eritis quasi millus cani.

MILO, (μίλων,) proprium nomen viri Romani, à quo Milonianus, Adiectivum, vt Oratio Miloniana. Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniensis, qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidisse dicitur, & sine fatigatione per stadii spatium supra humeros portasse, totumque eo die comedisse. De quo in hunc modum scribit Plinius lib. 7. cap. 10. 3. Crotoniata Milonem athletam, quum consti tisset, nemo vestigio educebat. malum tenenti nemo digitum corrigebat. Is in Olympia, ait Valerius, bouem in humerum sustulit: tandem suis viribus nimium fidens, quum in sylua vidisset ingentem arborem caudice dissectam, immissis manibus penitus discindere cupiens, reclusisque fissuris deficiente conatu se feris lacerandum præbuit. T. Annius Milo è Lanuuio municipio, familia Papia adoptatus à Tito Annio auo materno, cliens Ciceronis in causa cædis Clodianæ. Author Pædianus. Hic quum ob eam causam exularet Massiliæ, vidissetque Ciceronis Orationem pro se scriptam, longè meliorem ea quæ habita fuerat, dixisse fertur, Si sic orasset Cicero, non ego, Massiliæ lumbricos legerem. Author Dion in Romanorum historia.

Est & Milo, siue Milus, nomen montis Indiæ, in quo homines aduersis plantis nascuntur, octonos digitos in singulis pedibus habentes. Plinius lib. 7. cap. 2. 13.

Miluus, miluiue vel Milutus miluui, (ἰκτῖν,) Auis rapacissima. A ce qui edit. Plau. Aul. 9. 37. Vt sibi liceret miluiis vadarier. Terē. Phor. 5. 2. 16. Non rete accipitri tenditur, neque miluio. Oui. li. 3. Fast. 161. Iuppiter alitibus rapere imperat, attulit illi
Miluius, & meritis venit in astra suis. Plinius lib. 10. cap. 10. Miluiorum eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notandum in his, tra pacissimam, & familiarem semper alitem, nihil esculenti raperevnquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara.

Rapidissima volucris miluius. Ouid. 2. Metam. 144.

¶ Miluus, de homine rapaci dicitur, per translationem. Plaut. Rud. 24. 80. Vidi petere miluium, etiam quum nihil auferret tamen. Idem Penul. 19. 13.
Tene sis me arcti: mea voluptas, malè ego metuo miluos,
Mala ista bestia est, ne forte me auferat pullum tuum.

¶ Miluus, piscis, de quo Plinius lib. 9. cap. 17. Item miluus subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, linguaque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. Attollit è mari sesquipedalia ferè cornua, quæ ab his nomen traxit.

Miluinus, penult. prod. Adiectiuum, (ἰκτινικός,) Quod ad miluum pertinet. Plaut. Pseud. 1. 3. 63.
An tu inuenire postulas quenquam coquum,
Nisi sit miluinis aut aquilinis vogulis? Plinius lib. 37. cap. 10. 26.
Miluinis nigricans veluti plumis.

Miluina mensa. Plaut. Menæch. 5. 30. Madida quæ mihi apposita mensam miluinam suggerant.

¶ Miluinus pullus, per translationem. Cice. ad Quī. fratrem, lib. 1. 1. 10. Quid verò ad Caium Fabium nescio quem (nam eam quoque epistolam T. Catienus circumgestat) renuntiare tibi Licinium plagiarium cum suo pullo miluino tributa exigere?

¶ Miluinus pes, Herbæ nomen, Columellæ lib. 12. cap. 7.

MIMALION, (μιμάλων,) adolescens fuit qui Atalantam puellam Arcadiæ venatricem amauit. Sunt qui eundem & Meleagrum dictum fuisse putent. Propert. lib. 1. eleg. 1. 2.
Mimalion nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit Isidos. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 6.
Talia Mimalion Atalantæ crura fugacis
Optauit manibus sustinuisse suis. Idem 3. de Arte, 154. Mimalion humeris Atalantæ crura ferebat, &c. Quædam exemplaria legunt Melanion, inter quæ & Aldinum.

MIMALLONES, pen. corr. siue Mimallónides, (μιμαλλόνες,) Bacchæ mulieres: à Mima Ioniæ monte: vel μιμέομαι, quod Imitatorem significat, quòd Liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. Ouid. lib. 1. de Arte Amandi, 109.
Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis:
Ecce leues satyri, præuia turba dei.

Mimallóneus, penult. corr. Adiectiuum, (μιμαλλόνη,) Persius Saty. 1.

10. Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Hæ quoque Bassarides, & Thyades, & Ogygides vocatæ sunt.

MIMAS, (μίμας,) mons est in Minori Asia, vt ostendit Homerus in hymnis: in quo quum Bacchus mirum in modum à mulieribus celebraretur, dictæ sunt bacchantes Mimallonides. Ouid. 1. Metam. 45.
– & Cynthus, & Othrys,
Et tandem niuibus Rhodope tacitura, Mimasque.

MIMNERMVS, (μίμνερμος,) Ligyrtiadæ filius, elegiarum scriptor. Natus fuit Olympiade 37. Ideoque septem sapientibus antiquior est. Quidam tamen eodem tempore vixisse illum dicunt. Vocatus fuit & Ligyastades, propter concinnitatem & dulcedinem. Scripsit libros mult tos. Suidas. Propert. lib. 1. eleg. 9. 3.
Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.
Carmina mansuetus lenia quærit amor.

Mimesis, huius mimesis, pen. prod. f. g. (μίμησις,) Latinè Imitatio, 1. 2. 91. – qui mihi Sic oret, Nunc omitte quæso hunc, &c. Vbi Donatus, Mimesis dicitur vbi non verba modò, verumetiam gestum vocemque fingimus alienam. Idem Andria, 4. 5. 54.
Chremes, si positum puerum ante ædes videtis,
Suam goatam non dabit, tanto hercle magis dabit. Vbi Donatus, Mimesis, quando aliqua verba sic pronunciamus, vt vana videantur. Idem, 1. 1. 83. Sic cogitabam, Hic paruæ consuetudinis Causa, &c. Vbi Donatus, ipsum gestum cogitantis exponit, & dicitur μίμησις.

Mimus, mimi, (ὑποκριτής, μίμος,) Effictor Latinè dicitur, qui in scena dicta, factaq; moresve hominum, & naturas cum lascitia à seipso effingit, vt Diomedes ait, quod significat Imitor. Cic. 7. Verr. 65. Mulieres autem nuptæ nobiles, præter vnam mimi Isidori filiam, &c.
Agere mimum. Iuuen. Satyr. 13. 11.
Mimi etiam dicuntur poemata sine reuerentia lasciuiam imitantia. Nonquum & alia poemata idem faciant, solus tamen Laberius poeta quoquam priuilegio possedit. Hanc fabularum speciem Latini vocant Planipedium. Ouid. 1. Trist. 103. Scribere si fas est imitantes mimos. Sueto. in Cæsar, cap. 39. Decius Laberius Eques Romanus, mimum suum egit. Cice. 11. Philip. 198. Quorum alter cōmentarios mimos, alter egit tragœdiam. Idem pro Cælio, 52. Mimi ergo est iste exitus non fabulæ.

Iocantes obscœna mimi. Ouid. 2. Trist. 99.

Mimo subseruire, Est quod vulgò dicimus Facere contrarium voluntati in symphonia, hoc est Figmentum adiuuare, vel Adiuuare fabulam. Budæus.

Mimus, Aliter. Sueto. in Othone, cap. 3. de Othone & Poppea & Nerone. Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Et tacis visum, ne pœna acrior mimi omnem dissimulationem tamē sic quoq; enotuit. Id est ridiculum factū, & quasi fabulam ridiculam. Translatio est ab eo q. mimis, id est fabulis significantur quæ interdum ignorabatur à multis, vt fit hodie. Budæus.

Mima, mimę, (ὑποκρίτρια,) Cic. 2. Phi. 71. Inter quos apta lascitia mimam tabat. Pli. lib. 7. ca. 48. Lucceia mima centū annis in scena processisse fertur.

Mimula mimulæ, pen. corr. Diminut. (ὑποκριτρίδιον,) Gesticulatiuncula, sicat. Cic. 2. Philip. 79. Venisti Brundusium in sinū quidē & complexū tuæ mimulæ. Idem pro Plancio, 25. Raptam esse mimulam.

Mimōgraphus, mimōgraphi, penul. corr. (μιμογραφος,) Ludicra poetarum scriptor vt fuit Philistio, vt Publius, vt Laberius.

Mimicus, penul. corr. Adiectiuum, (μιμικός,) Quod ad mimum pertinet. Plin. epist. 149. Maximè tamen hic me titulus admouit, quòd ille mimica & inepta, quæ interdum in hoc cœnum, in hæc fordes abiecta sunt. Cic. in Pisonem, 43. Quum ego Cælimontana porta introisse videor esse, responsione me mimica Exquiliana introisse homo prosecutus, lacessiuit. Idem 2. de Orato. 132. Vitandum est oratori vt vernaculus aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. Et 2. Philipp. 71. Inter quos apta lascitia lectica mima portabatur, quam ex oppidis municipalibus homines honesti obuiam necessario prodeuntes, non vero illo & mimice nominabant. Volumniam salutabant.

Mina, minæ, (μνᾶ,) apud Græcos idem est quod libra, & pondus centum denarios Romanos, seu quadringentos sestertios. Mina igitur valebat aureos coronatos valuit: & drachma tres solidos toroneos & tres quanti scilicet denarius Romanus estimatur à doctis qui de hac re scripserunt, hoc est quaterni nummi. Hæc ex Budæo. Plin. lib. 21. cap. 3. Mna quam nostri minam vocant, pendet drachmas Attica centum. Plau. Asin. 8. 16. Argenti viginti minas, si adesset, accepisse. Idem 8. 1. Minus quindecim dies sunt, quòd pro his ædibus minas quinque ta Accepisti à Callicle.

¶ Mina, mensuræ genus, qua agri metiuntur. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 10. 1. Actus quadratus, qui & latus est pedes CXX, & longus totidem is modius ac mina Latinè appellatur. Ex vetusto exemplari legimus.

¶ Minam modus acnua, &c.

¶ Minam ouem, Varro de Re rust. li. 2. ca. 2. interpretatur ventre glabro.

Minaciae, minaciarum, (ἀπειλαί,) à Planto dicuntur, quas minas mecum, quàm minacis. Idem Milite, 7. 21.
– ibi enim mei maiores sunt siti,
Pater, auos, proauos, abauos, non mihi possunt minaciis tuis
Hice oculi fodri. Idem Rud. 1. 9. 6.
Minacias ego istas flocci non facio tuas.

Minaciter, pen. cor. Aduerbiū, (ἀπειλητικῶς,) Vide Minax in MINAE.

Minae, minarum, pluraliter tantum, (ἀπειλαί, ἀπειρεσίαι, ὑπαπαί, ὁμοιλαί,) Commīationes, & metus incussiones per verba aut signa. Terent. And. 1. 3. 5. Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas. Cice. ad Atticum, lib. 2. 14. 2. Minæ Clodii contentionēque, quæ mihi proponuntur, modicè me angunt. Liuius 2. ab Vrbe, 14. Destitutus tum quoque inter tantas fortunæ minas, metuendus magis quàm metuens.
Verba plena minarum. Horat. de Arte, 22.
Pelagi cœlique minæ. Virgil. 6. Aeneid. 23.
Feroces minæ. Senec. Herc. fur. 1. 1. 7.
Hybernæ minæ, Minæ hyemis. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 10.
Inanes minæ. Horat. Epod. 6. 1.
Infaustæ minæ. Silius lib. 7. 25.
Nullæ in fronte minæ. Ouid. 1. Metam. 172. de tauro quodam.
Rapaces fati minæ. Senec. Hippol. 2. 12.
Tristes minæ. Senec. Hippol. 4. 11.
Comete tristes omnium in melior minas.
Tristes Erebi minæ. Senec. Oedip. 1. 1.
Tumidæ minæ. Horat. 4. Carm. ode 3. 2.

¶ Accedere res minas, Vide ACCEDO.

Compescere minas. Silius lib. 4. 25.
Compesce diras irarum minas. Sen. Herc. Oeth. 11. 8.
Effundere minas. Lucan lib. 1. 51.
Inanes exhaurire minas. Stat. 10. Thebaid. 58.
Flectere minas alicuius Valer. 1. Argon. aut. 45.
Quas gerit ore minas? Stat. 1. Thebaid. 48.
Verba horrebant fauis minis. Ouid. 1. de Remed. Amor. 54.
Minas iactare, pericula intendere. Cic. pro Quintio, 16. Vide IACIO.
Impellere minas belli Lucan. lib. 5. 22.
Clamore ac minis aliquem insequi. Cic. pro Cluentio, 17.
Intendere minas alicui. Tacit lib. 3. Probra sibi, & minæ intendantur.
Rigidas intonare minas. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 10.
Languescunt minæ. Stat. 12. Thebaid. 147.
Negligere minas, Vide NEGLIGO.
Obstiterе minis vatum. Lucret. lib. 1. 122.
Inanes minas ponit mare Lucret. lib. 5. 201.
Di prohibete minas. Virgil. 1. Aeneid. 54.
Tollere minas. Virgil. 1. Georg. 85.
Tollentemque minas, & sibila colla tumentem. De serpente.
Vanæ tumere minæ. Lucan. lib. 2. 114.

¶ Minæ, dicuntur etiam eminentiæ murorum, quas pinnas dicunt, teste Seruio, à Minor, minatis deriuatur, quod Extare & eminere significat. Virgil. 4. Aeneid. 18.
Murorum ingentes – pendent opera interrupta, minæque
Minor, minaris, minatus sum, (ἀπειλέω,) minari. Propriè est minas incutere. Cic. 1. Verr. 16. Minari demque diuisoribus ratio non erat.
Bellum minatur hæc armenta. Virgil. 3. Aeneid. 108.
Cauda vnca minatur Scorpius. Ouid. 15. Metam. 75.
Cladem minantur dii. Lucan. lib. 3.
Mortem minatur dei. Cice. 1. Tuscul. 164. Cui quum Lysimachus rex crucem minaretur. Terent. Eunuch. 2. 5. 15. Quid ait? P. nunc minatur porrò scire id quod mecum solet.
Multa & præclara minari. Ouid. 15. Metam. 5.
Atque vultus erat multa & præclara minantis.
Multa ac Memenda minari. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ. Ouid. epist. 10. 19.
Pœnas magnas minari. Tibull. lib. 3. eleg. 6. 5.
Prælia minari. Ouid. 2. Metam. 172.
Vulnera sæua minari. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 5.
Minatur exurere. Plaut. Menæch. 17. 81. Pertui pater, minatur mihi oculos exurere. Idem Asina. 12. 14. Qui nunc fellinat, atque ab hac minatur exurere.
Minatur se abire. Plaut. Menæch. 17. 80.
Minatur abiturum se. Terent. Heaut. 3. 1. 80.
Abiturum se abs te esse illico minabitur.

¶ Minari, interdum significat Eminere, extare, efferri. Vode à manendo, id est eminendo dedoctum. Virg. 1. Aeneid. 34.
Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur
In cœlum scopuli. Ibidem, 2. 136. de ceruo accisa, – instant
Eruere agricolæ certatim, illa vique minatur. Vbi Seruius, Minatur, aut eminet: vt Minæque murorum, aut mouetur.

Minans, Participium (ἀπειλῶν,) Ouid. 2. Fast. 168.
Edidit impauidos ore minante sonos.
Gladii triste minantes. Lucan. lib. 1. 65.
Verba minantia. Ouid. 5. Metam. 134.
Minatio, Verbale. Cic. 1. de Oratore, 159.
Minanter, Aduerbium. Ouid. 3. de Arte, 116.
Multaque submissi, multa minanter agant.

Minito, minitas, pen. corr. (ἀπειλεῖν μαι,) minitare, Frequentatiuum, & Minitor, Deponens, Minis terrere. Plaut. Amph. 15. 57. Quid minitabar te facturum, si istas pepulissem foras? Neuius Danae, Etiam minitas mittere ea, quæ tua sunt magis quàm mea.

Minitari malum. Plau. Curc. 12. 15. Mihin' malum minitare? c. atque ædepol non minitabor, sed dabo. Teren. Phor. 5. 6. 11. Familiariorem oportet esse hunc, qui minitatur malum. Cic. 6. Philip. 210. Mortem fratri e se minitatus. Idem in Parad. 10. Mortem me mihi minitaris, vt omnino ab hominibus: an exilium, vt ab improbis demigrandum? Et 2. in Catil. 25. Vobis atque huic vrbi ferro flammaque minitantur.

Minitans, penul. corr. Participium, (ἀπειλεῖμαι,) Cice. 7. Verr. 125. Quem tam ingredientem nauem, & Verri nimis atrociter minitantē, à se retractum esse & asseruatum, &c.

Minitanti Philippo per literas se omnia, quæ conatentur, prohibiturum, &c. Cic. 5. Tuscul. 60.

Bellum minitantes. Quintil. lib. 3. cap. 8. 13. Vt deliberant P. C. an Fabios dedant Gallis bellum minitantibus.

Vulnera minitans curuata cuspide scorpius. Ouid. 1. Metam. 40.

Murmur minitans. Lucret. lib. 1. 14.

Ora minitantia. Ouid. 12. Metam. 70.

Minitabundus, (ἀπειλητικός,) Id est minitans: tanquam furiosus, vel furens. Liuius 2. ab Vrbe, 55. Quum rex simul ira infensus, periculoque conterritus circundari igues minitabundus iuberet, nisi expromeret propere, &c. Idem 9. belli Macedon. 172. Etenim tum quoque minitabundus perebat.

Minitabiliter, pen. corr. Aduerbium, (ἀπειλητικῶς,) pro Minaciter, antiquē. Accius Aeneadis, Calleti voce canora fremitu peragrant minitabiliter. Pacuuius Antiopa, Minitabiliter q; incepare dictis sguis incipit.

Minax, minācis, pen. prod. omīg. (ἀπειλητής,) Qui frequenter minatur. Virg. 3. Georg. 16. Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere Ponto. Sic Cicero ad Atticum, lib. 9. 182. 1. Sermones minaces. Et Minacia somnia, lib. 1. de Diuin. 198. Item ad Tironem, lib. 16. 10. 5. Minaces literæ, & acerbæ.
Aer minax nubibus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 5.
Animi minaces. Ouid. 6. Metam. 138.
Arcus minaces. Horat. 3. Carm. ode 26. 2.
Boues minaces cornu. Ouid. 11. Metam. 8.
Camœnæ minaces. Horat. 4. Carm ode 9. 2.
Fluuios tentare minaces. Virgil. 3. Georg. 16.
Ira minax. Valer. 1. Argon. 145.
Murmur minax cornuum. Horat. 2. Carm. ode 1. 4.
Oculi in morte minaces. Lucan. lib. 2. 6.
Scopulus minax. Virgil. 8. Aeneid. 134.
Serpens minax vibrante lingua. Lucret. lib. 3. 152
Vincla minacia. Ouid. 1. Metam. 19.
Vnda minax Ponti. Horat. 1. Carm. ode 12. 7.
Voce minaci terrere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 10. 3.

Miniciter, penul. corr. Aduerbium, (ἀπειλητικῶς,) Iurgiosè & cum minis. Plaut. Stich. 3. 21. – an potius temptem leniter,
An minaciter? Plin. epist. 139. b. Quærente minaciter Mettio Caro, an rogasset: respōdit, rogaui. Liu. 2. ab Vrbe, 25. Minaciter fremunt.
Prohibentibus minaciter Decemuiris. Liu. 3. ab Vrbe, 161.
Minaciter terrere. Cic. 1. de Orato. 45.
Minaciter expustulare. Plin. lib. 35. cap. 11. 1.
Torrente rapido minaciter subterfluente. Plin. lib. 8. cap. 50. 2.
Minacius. Cice. 5. Philipp. 179. Num putatis P. C. dixisse eum minacius quàm factuum fuisse?

MINAEI, populi sunt in regione Arabiæ, mari rubro adiacentes, qui primi commercium thuris fecere, nec præter hos Arabes alii thuris arborem vident. Vnde ab ipsis thus ipsum, Minæum dictum est, teste Plinio lib. 12. cap. 14. 2. Et lib. 6. cap. 28.

MINAS, vnus gigantum cuius meminit Horatius 3. Carm. ode 4. 11.
Sed quid Typhoeus, & validus Minas, &c.

Minax, Vide MINOR, minaris.

MINCIVS, (μίγκιος,) fluuius Italiæ, qui ex Benaco Venetiæ lacu ortus, Vrbem Mantuam circuit, deinde fluit in Padum. Huius meminit Virgilius eclogā. 7. 3.
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, &c. A quo Minciades Virgilius dictus, Iuuenali,
Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

Ingens Mincius. Virgil. 3. Georg. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

– tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
Tardus incatu Mincius. Claud. 4. Panegy. 40.

MINERVA, (πάλλας, ζώνη, ἀθηνᾶ, ἀγχίνοια, πολιάς, ἀτρυτώνη,) dicitur plurimis dea, à Græcis Pallas dicitur. Et à minando dicit, quasi vim minetur. Aut à minuendo, vt inquit Cicero lib. 2. de Natu. deorum, 97. Festus, Minerua dicta quòd bene moneat. Hanc enim pagani pro sapientia ponebant. Cornificius verò quòd fingatur pingaturque minitans armis, eandem dictam putat. Hactenus Festus. Hæc Oggii temporibus ad locum, qui Tritonis dicitur (vt scribit Augustinus) virginali fertur apparuisse ætate. De hac etiam in dictione PALLAS. Hanc filiam Iouis ac virginem putauerunt, quòd & incorruptibilem aiunt esse naturam, & extremum locum vniuersi, obtinere contendunt. Tritoniam verò appellatam, quoniam ter in annuo spatio, vere, æstate, hyeme commutatur. γλαυκῶπιν, id est glauculam vocari dicunt, non quia glaucos habeat oculos, quod vocabulũ ipsum denotat, sed quoniam aer visum animalibus præbeat. Et cum lanificium, & texturam, & alia multa artificiosa comperisset, celebris Dea appellata est. Et quia omnia eius inuenta ex vi ingenii atque sapientiæ procedere videbantur, locus fabulæ datus est, vt cerebro Iouis genita dicatur. Quinque autem Mineruæ Cic. 3. de Nat. deor. 81. Prima quam Apollinis matrem suprà diximus. Secũda, orta Nilo, quam Aegyptii Saitæ colunt. Tertia, quam à Ioue generatam suprà diximus. Quarta à Ioue nata, & Coryphe Oceani filia, quã Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inuentricem ferũt. Quinta, Pallantis quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt. Hactenus Cicero.

Armifera Minerua. Ouid. 6. Fast. 85.
Bellatrix Minerua. Ouid. 8. Metam. 50.
Casta Minerua. Horat. 3. Carm. ode 3. 5.
Flaua Minerua. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 3.
Operũ haud ignara Minerua. Virg. 5. Aene. 57. Id est docta artis lanificæ.
Loquitur de serua quadam.
Impauida Minerua. Ouid. ad Liuiam, 81.
Inuentrix oleæ Minerua. Virg. 1. Georg. 4.
Innupta Minerua. Virgil. 2. Aeneid. 4.
Operosa Minerua. Horat. 3. Carm. ode 12. 2.
Pugnax Minerua. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 2.

¶ Pingui, seu crassa Minerua aliquid agere. Cic. de Amicit. 17. Agamus ergo pingui Minerua, vt aiunt. Columel. lib. 12. cap. 1. In hac autem rũris disciplina non considerandum eiusmodi scrupulositas, sed (quod dicitur) pingui Minerua, quantumuis vile contingat villico tempestatis futuræ præsagium. Idem in præfat. lib. 1. Potest enim nec subtilissima, nec rusticum (quod aiunt) pingui Minerua res agrestis administrari. Diciturque pinguiore Minerua fieri, quòd inconditius, simpliciusque, quasique indoctius sit: non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Horatius 2. Serm. saty. 2. 1. Philosophum describens non exactis illis Stoicorum rationibus atque argutiis instructum, sed veluti citra artem, Philosophiam moribus exprimentem: neque tam disertum, quàm simplicem ac syncerum, Rusticus, inquit, anormis, sapiens, crassaque Minerua. Ex Erasmo.

Sus Mineruam subaudiendum docet, aut monet: dici solitũ adagium quoties indoctus quispiam aut insulsus cum conatur docere à quo sit ipse magis docendus. Cic. 1. Acad. 17. Nam etsi nõ sus Mineruam, vt aiunt, tamen inepte, quisquis Mineruam docet. Ex Erasmo.

Inuita Minerua, Latinis celebratissimum prouerbium, pro eo quòd est Rei fragante ingenio, repugnante natura, non fauente cœlo. Cic. 1. Offic. 156. Inuita, vt aiunt, Minerua. Idem Cornificio, lib. 12. 25. 1. Quinquatribus frequẽti Senatu causam tuã egi, nõ inuita Minerua. Rursum Appio, lib. 3. 1. 4. Idque me (quoniam tu ita vis) puto non inuita Minerua esse factũrum. In vetustioribus exemplaribus legitur inuenta. Horat. de Arte, 78. Tu nihil inuita dices faciesve Minerua. Erasmus.

Minerual, seu Mineruãle, penul. prod. (ἐπιδέξιον,) à Minerua deductũ nomen: & erat quasi præmium quod dabatur præceptori: cuiusmodi coma erat, & alia, quæ erant tanquam magisterii merces à scholasticis dari solita ante quinquatria, per quos dies pueri vacabant. Varro 3. de Re rust. cap. 2. 14. Quin simul ac promisseris minerual, incipiam, inquit, id est cœnam. Ouid. 3. Fast. 166.
Nec vos turba feri censu fraudante magistri
Spernite, discipulos attrahit illa nouos.

MINEVS, (μινύς,) vir qui idem fuit Thebanus, cuius filiæ in vespertiliones mutatæ fuerunt, vt fabulatur Ouid. 4. Metam. eo quòd Bacchi sacra spernerent, nec illum pro deo haberent.

Mineias, & Mineis, (μινυὰς καὶ μινυίς,) Patronymica fœminina. Ouid. 4. Metam. 1. At non Alcithoe Mineias orgia censet
Accipienda dei. Et paulo pòst,
– solæ Mineides intus
Intempestiua turbantes festa Minerua.

Mingo, Vide MEIO.

Miniarius, Miniatula, Vide MINIVM.

MINILVS, mons Thessaliæ, qui postea Orchomenus dictus est.

Minimus, et Minimel, et Minimopere, Vide

Minor comparatiuum in PARVVS.

Ministro,

ministras, (διακονέω, λειτουργέω, ὑπηρετέω, ὑπουργέω, βραβεύω, πομπεύω,) ministrare, Seruire, portigere, preparare, præbere. Plau. Curcul. Tu tabellas consignato, hic ministrabo. Gellius lib. 3. cap. 8. Idque facile factu dixit, quoniam filii sua pecula in conuiuio regi ministrarent.

Furor arma ministrat. Virgil. 1. Aeneid. 31.
Fragra ministrant cibos. Senec. Hippol. 4. 32.
Diuitias ministrare alicui. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 19.
Iussa medicorum ministrare. Ouid. epistol. 19. 27.
Poculũ ministrare. Cic. 1. Tusc. 100. Nõ enim ambrosia deos, aut nectar, aut iuuentate pocula ministrãte lætari arbitror. Oui. 1. Am. eleg. 1. 2.
Timide gelideque ministrare res omnes. Horat. de Arte, 55.
Amor ministrat mille vias fallendi. Tibull. lib. 4. eleg. 6. 3.
Ministrare victum. Varro 3. de Re rust. cap. 17. 5. Quum non paulò sumptuosius, quàm ego, his ministret victum.
Vinum verba ministrat. Horat. 1. epist. 15. 5.
Vires ministrare alicui. Virgil. 11. Aeneid. 15.

Ministrator, penul. prod. ministratoris, (ὑπηρέτης,) Qui ministrat. Cicero pro L. Placco, 42. Non est ita Iudices, non est profectò. vidi ego in quadam iudicio nuper Philodorum testem Trallianum, vidi Parthaonem, vidi Archidemum: quum quidem idem hic mihi Meandius quasi ministrator aderat, subiiciens, quid in suos ciues, ciuitatemque sæuiret, dicerem. Idem 2. de Orato. 167. Vt quum teipsum Sulpiti obiergo, quòd ministratorem peteres, non aduersarium. Sueto in Vitellio, 17. Alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, quum ante ministrasset Caio ministratore exhibere, tandem apud Gemonias ministratore ictib° excarnificatus atq; cõfect° est, & inde vnco tractus in Tybrim.

Ministrátrix, pe. pro. ministratrìcis, pe. pr. (ὑπηρέτις,) Idẽ significat quod Ministra. Cic. 1. de Orat. 38. Sed vt omnes comites, atq; ministratrices esse diceres. Ita Nonius. Alia autem exẽplaria legunt passim ministrantes.

Ministratórius, Adie. (ὑπηρετικός,) Quod ad ministrationẽ pertinet. Ministratorii vrceoli, apud Martialem lib. 14. 110.

Minister, ministri: & Ministra, ministræ, (διάκονος, λειτουργός, ὑπουργός, ὑπηρέτης,) Qui, vel quæ seruit & ministrat Cic. 1. de Oratore, 98. Infimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in iudiciis oratoribus. Idem pro Cluentio, 31. Ministri publici Martis, atq; ei deo veteribus sacris religionibusq; Larinatium consecrati.

Cathedralitius minister, Vide CATHEDRA.
Segnis minister. Silius lib. 7. 70.
Succincti ministri. Lucan. lib. 1. 122.
Hortatur celeres clamore ministros. Claud. 1. in Ruff. 69.
Taciti sedent ad iussa ministri. Valer. 1. Argon. 138.

¶ Minister libidinis. Cic. de Amicit. 33. Magna etiam difficilia, & plerique iusta nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectũ non esset, postulentur, vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriam.

Minister in maleficio. Cic. pro Cluen. 47. Et illi qui Fabritii liberti, quasi ministri maleficio fuerat: patronum, quia conscius, condiscipulus, Sceleribus ministri. Tacit. lib. 5.

¶ Ministræ voluptatum, artes. Cic. 1. Offic. 109.

Baculus minister. Ouid. in Ibin, 53.
Id quod Amythorides videas, trepidusque ministro
Prætentes baculo luminis orbus iter.

Manus cædis scelerumque ministræ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 6.
Populus minister. Lucan. lib. 10. 26. Tũ famulæ numeros turbæque populique minister.
Ministræ & satellites voluptatum, virtutes. Cic. 2. de Finib. 63.
Minister, ministra, ministrum, Adiectiuũ. Ouid. epist. 10. 23. Lanius pro positi facta ministra tui.
Ministerium, ministerii, (διακονία, λειτουργία, ὑπουργία,) Ministratio. Plin. epist. 244. Confirmat necessarios esse milites: ex his interiis, quos inueneram in ministerio eius, relinquendos existimaui.
Ministerium pro omni operatione poni conluerit: vt de rege Latino Virgil. 7. Aeneid. 124. – auersusque refugit
Fœda ministeria. Liui. 2. ab Vrbe, 20. Ministerium patri de liberis Consulatus imposuit. Plin. libro, 10. cap. 71, 2. Nec minor varietas in vsu dum ministerio.
Aeria ministeria. Tacit. lib. 3. Sed impiger militiæ, & acribus mandatis Consulatum sub diuo Augusto, &c.
Diurnis ministeriis fessa membra. Ouid. 4. Metam. 44.
Duris ministeriis fessa corpora. Ouid. 11. Metam. 126.
Triste ministerium. Virg. 6. Aeneid. 45.
– pars ingenti subiere pheretro,
Triste ministerium.

Imponere ministerium, Vide IMPONO.

Subire ministerium. Virg. 6. Aeneid. 45.
– pars ingenti subiere pheretro
Triste ministerium.

Tradere ministerium. Celsus lib. 8. cap. 4. Magno ingenio multaque nihil ominus habituro, conuenit etiam simplex veri erroris confessio: præcipueque in eo ministerio, quod vtilitatis causa posteris traditur, nequi decipiantur eadem ratione, qua quis antè deceptus est.

Ministerium, annonæ. Vlpian. in L. 1. §. Est autem. ff. De exercitoria actione. Solent tamen præfecti, propter ministerium annonæ, item in prouinciis præsides, &c.

Ministerium, pro ipsis ministris. Paulus Iurisconsul. Vrbica ministeria dicimus etiam quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt. Plin. lib. 11. cap. 1. 7. Quindecim conuiuarum ac ministerii capace triclinio.

Minito, et Minitabiliter, Vide MINOR, minaris.

Minium,

minii, (μίλτος,) Terra rubra, qua colore rubro aliquid in quo & hæc, Syncero minio, cocci nitor esse debet. Et paulo pòst, 11. Minium in voluminum quoque scriptura vsurpatur, clarioresque literas vel in auro, vel in marmore, etiam in sepulchris facit. Idem lib. 19. ca. 1. 24. Cõpertique vulgò pro cinnabari Indica in medicamenta ministrari, addiuscita nonnisi quod esse venenum docebimus inter pigmenta. Rubens minium. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 11.
Rubens minio. Virgil. 10. eclog. 6.

Miniaria, miniariæ, (μιλτωρυχία,) Locus in quo foditur minium. Plin. libro 33. cap. 7. 10. Sisaponensibus autem miniariis suæ venæ harena sine argento excoquitur: auri modo probatur.

Miniacus pen. corr. Adiectiuum, (μιλτωτός,) Quod ex minio est. Virtutibus lib. 7. Parietes passim expolitione miniaca expolicbantur.

Miniarius, Aliud adiectiuum, (μιλτώδης,) vt Miniarium metallũ. Pli. li. 33. ca. 7. 6. Celeberrimũ ex Sisaponẽsi regione in Bethica miniario metallo vectigalibus Pop. Romani nullius rei diligentiore custodia.

Ministut, pen. prod. & Miniatulus, pen. corr. (μιλτωτός,) Diminutiuum adiectiuum vt Miniatula cera, quam ruberam dicimus. Inde Miniatula cera aliquid notare est. Loca corrigenda annotare. Cice. Dolabellæ in Epist. ad Atticum, lib. 15. 3. 28. 4. His literis scriptis me ad συνταξεις deduxi. Vetustus codex habet ne miniatula cera tua pluribus locis notandæ sint. Idem ad Atticum, lib. 16. 3. 16. 1. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Mimo, miniat, (μιλτόω,) miniare, Minio tingere. Plin. lib. 33. cap. 7. 1. Hac religione etiam nunc addit in vnguenta cœnæ triumphalis, & à Cẽsoribus in primis Iouem miniandum locati. Idem lib. 10. cap. 42. 2. Pittacem vocat viridem toto corpore, torque tantum miniato in cerui ce distinctam. Vide MINIVM.

Minor,

minaris, Vide MINAR, minarum.

Minor,

Comparatiuus à Parum, Vide PARVVS.

MINOS, huius Minois, pen. prod. (μίνως,) filius fuit Iouis ex Europa, vt poetæ fere omnes affirmant. Alii verò nonnulli affirmant non Iouis, sed Xanthi regis Cretensium ex Europa filium fuisse, cui in regno successerit. Herodotus verò lib. 1. de illo loquens, dixit cum fratre Sarpedone de regno Cretæ dissensisse, sed illo fugato regnum obtinuisse. Idem primum Cretensibus leges dedit, vt scribit Aristoteles Polit. lib. 1. Hic quum haberet vxorem Pasiphaen, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalo, quòd hoc ipsum fabricasset sub qua latens est tauro vxor concubuerit, perscrutatus in Siciliam peruenit: vbi à Cocali regis filiabus interfectus fuit (vt Aristoteles refert) iuxta Cameriniam vrbem, & apud inferos iudex animarum factus est. Virgil. 6. Aeneid. 87. Quæsitor Minos vrnam, non videos, quam violator fuerit hospitii, & raptor propter iustitiam, non videos, quam violator fuerit hospitii, & raptor (vt Suidas ait) Ganymedis, & multa alia commisisse dicatur, à vera iustitia non parum abhorrentia. Porrò de Minois interitu aliter tradit Diodorus Siculus lib. 4. cap. 13. sic inquiens, Minos cognita Dædali in Siciliam fuga, statim eum bello persequi, Præparatis nauibus è Creta profectus in Acragantinam appellatque nunc ab eo Minoa vocatur. Expositis copiis, per nuntium à Cocalo tradi sibi Dædalum ad pœnam popposcit. Cocalus Minoe ad collinoium accito, quod postularet se facturum pollicitus, domi receptum quum in balneis lauaretur, adeò in longum tempus in thermis detinuit, vt nimio æstu suffocaretur. Eius deinde corpus Cretensibus reddidit, prælata obitus causa, quòd in lauacro elapsus aqua calida periisset. Hactenus ille. Dædalum autem propterea charissimum habebat Cocalus, quia vrbes aliquot & multa ædificia ei construxerat.

Gonsius Minos Senec. Hercf. fur. 9. 14.
Legifer Minos. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 9.
¶ Minõa, Accusatiuus. Catul. Argo. 19. 17. Magnanimũ ad Minõa venit.
Minoius, pen. corr. (μινῴος,) Adiectiuũ possessiuum quadrisyllabum, vt

Regna Minoia. Virgil. 6. Aeneid. 5.
Minõus, pen. prod. (μινῷος,) Aliud adiectiuum. Ouid. in Ibin, 103.
Situa contigerit Minoas puppis arenas.
Taurus Minous, Minotaurus. Stat. 1. Achill. 55.

Minõis, pen. prod huius Minoidis, pen. corr. (μινοῖς,) Patronymicum fœmin. Ouid. 8. Metam. 39.
Protinus Aegides rapta Minoide Diam
Vela dedit.

MINOTAVRVS, (μινώταυρος,) dictio est composita ex Minoe & tauro, quasi Minois taurus, Nam, vt scribit Homerus lib. 8. Odysseæ, quum Minos bello contra Athenienses & Megarenses, qui Androgeũ filium interemerant, detineretur, Pasiphae eius vxor à Venere, quæ in Solis sobolem irata erat, ad insanãdum amorem formosi tauri compellitur, cum quo arte Dædali concubuit, ac grauida facta Minotaurum genuit. Virg. 6. Aeneid. 5.
Contrà elata mari respondet Gnosia tellus.
Hic crudelis amor tauri, suppositaque furto
Pasiphae, mistumque genus, proleque biformis
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ. Quem locum exponens Seruius sic ait, Indicato à Sole adulterio Martis & Veneris, Vulcanus minutissimis catenis lectulum circũiuit quibus Mars & Venus ignorantes implicati sunt, & cum ingenti turpitudine reloluti sub testimonio cunctorum deorum. Quod factum Venus vehementer dolens, stirpem omnem Solis persequi infandis amoribus cœpit. Igitur Pasiphae Solis filia, Minois regis Cretæ vxor, tauri amore flagrauit: & arte Dædali inclusa intra vaccam ligneam septam corio iuuencæ pulcherrimæ, cum tauro concubuit: vnde natus est Minotaurus qui intra Labyrinthum inclusus, humanis carnibus vescebatur. Sed Minos de Pasiphae habuit liberos plures, Androgeum, Ariadnem, Phedram. Androgeus quum esset athleta fortissimus, & superaret in agonibus cunctos, apud Athenas ab Athenienibus & vicinis Megarensibus coniuratis occisus est. Quod Minos dolens, collectis nauibus bella commouit: & victis Athenienibus pœnam hanc statuit, vt singulis quibusque annis septem de filiis & septem de filiabus suis edendos Minotauro miteret. Sed tertio anno Aegei filius Theseus missus est, potens tam virtute quàm forma, qui quum ab Ariadne filia regis amatus fuisset, Dædali cõsilio, filio iter rexit: & necato Minotauro, cum rapta Ariadne victor aufugit. Quæ quum omnia factione Dædali Minos deprehendisset effecta, eum cum Icaro filio seruandum in Labyrinthum trusit. sed Dædalus corruptis custodibus, sub faciendi muneris specie, quo simulabat regem posse placari, ceratis accepit & pennas, & inde tam sibi quàm filio alis impositis euolauit. Icarus altiora petens, pennis solis calore resolutis, mari in quo cecidit, nomen imposuit. Dædalus verò primò Sardiniam, vt dicit Salustius, pòst delatus est Cumas: & templo Apollini condito, in foribus hæc vtiuersa depinxit. Dicendo autem Virgilius, vt fama est, ostendit requirendam esse veritatem. Nam Taurus notarius Minois fuit, quem Pasiphae amauit, cum quo in domo Dædali concubuit, & quia geminos peperit, vnum de Minoe, & alium de Tauro, enixa esse Minotarum dicitur: quod & ipse paulo pòst ostendit dicens. Mistumque genus. Sed inclusum Dædalum regina corruptis relaxauit custodibus: qui amisso in mari filio, naui delatus est Cumas. quod ipsum tangit dicens. Remigium alarum. Alæ enim & volucrum sunt, & nauium: vt – velorum pandimus alas. Hactenus Seruius. Hinus Minotauri fabulam refert & Catullus in Argonauticis. Vide etiam Ouidii epistolam decimam, sed in primis Diodorum Siculum lib. 5. cap. 13.

MINTHA, (μίνθη,) mons, vt scribit Strabo lib. 8. dictus à Plutonis pellice, quam Proserpina in herbam mentham mutauit. Huic Pluto donum amoris petenti, virile membrum tradidit, quòd à se Mentulam nominauit. Sed, vt Plinius inquit, menthæ nomen suauitas odoris dedit. Sic enim ait lib. 19. cap. 8. 19. Menthæ nomen suauitas odoris apud Græcos mutauit, quum aliqui Mintha vocaretur, vnde veteres nostri nomen declinauerunt. Strabo lib. 8. Ad Orientẽm, inquit, prope pylum, mons est nobilis cognomento Minthes, quam fuisse à Plutone amatam tradunt fabulæ. Eam quum dolo circũuenisset Proserpina, in hortensem mentam demutasse ferunt, quam plerique hedyosmon vocant. Iraque iuxta montem extat Plutonis templum frequenter à Macistis cultum. Hæc & plura Cœlius. Ouid. lib. 10. Metam. ad finem,
– an tibi quondam
Fœmineos artus in olentes vertere menthas
Persephone licuit? Vide MENTA.

Minuo,

minuis, minui, minutum, pen. prod. (μινύω, λεπτύνω, λεπτοῦν, ἐλαττόω,) minuere, Minus aliquid reddere, vel extenuare. Ex Græco μινύω dictum videri potest, inquit Festus. Plin. lib. 11. cap. 54. 1. Minuuntur corpora siccis & aridis.

Authoritatem minuere. Cic. 4. Acad. 113. Vide quæso etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum à teipso minuatur authoritas. Quintil. lib. 6. cap. 3. 11. Vide IMMINVO.

Aes alienum minuere, Persoluere debitũ. Plin. li. 9. epist. 214. Inde plerisque nulla iam cura minuendi æris alieni, quòd desperent posse persolui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consilium minuere. Terent. Hecyra, 4.3.10. Sed non minuam meum consilium: ex vsu quod est, id persequar. Idem And. 2.3.18.
– nec to ea causa minueris
Nec quæ facis, ne is mutet suam sententiam.
Controuersiam minuere. Cice. 4. Acad. 146. Sed vt minuam controuersiam, videre quæso, &c. Cæsar 5. bel. Gall. 98. Quibus controuersias minui posse sperarent. Sic lib. 6. 84.
Curas minuere. Horat. 1. epist. 19. 22.
Curæ minuuntur carmine. Horat. 4. Carm. ode 11. 7.
Dolorem, laborem, &c. Terẽ. in Prolog. Heaut. 42. Vt aliqua pars laboris minuatur mihi. Plin. Radix cõmanducata, dentium dolorem minuit.
Minui aliquantulum ex febre. Celsus lib. 3. cap. 3. Rursus aliæ sic desinunt, vt ex toto sequatur integritas: aliæ sic, vt aliquantum quidem minuatur ex febre.
Fidem minuere. Tacit. lib. 5. Nec decorum appellatis minuere fidem.
Frigora Zephyri minuunt. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 1.
Fructum. Terent. Phorm. 5. 9. 74.
Hæccine erat quæ nostros fructus minuebat vtilitas.
Furorem. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.
Imperium matris. Plaut. Asin. 10. 6. Hoccine est pietatem colere, imperium matris minuere, Vide IMPERIVM.
Ingenium longè minuêre labores. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 3.
Iram. Teren. Phor. 2. 3. 88. Minue verò ſrã. Oui. 1. de Ponto, eleg. 11. 9.
Labores alicuius. Ouid. 7. Metam. 42.
Luctus. Ouid. 15. Metam. 128.
Magistratum. Vide MAGISTRATVS.
Maiestatem, Vide MAIESTAS.
Maiestatem per vim minuere, Id est vim publicam committere. Cic. 1. Philipp. 16. Budæus.
Malum minuunt gaudia. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 7.
Spem. Cæsar 5. bel. Gall. 116. Nam & nostris militibus spem minuit, & hostes ad pugnandum alacriores effecit. Sic 3. bel. Ciuil. 194.
Studium minuens labores. Ouid. 4. Metam. 79.
Sumptum Cice. 1. de Legib. 37. Hos letho dato diuos habento, sumptum in ollos luctumque minuunto.
Suspicionem. Cic. ad Atticum, lib. 10. 107. 4. Ego vt minuerem suspicionem profectionis aut cogitationis meæ, profectus sum in Pompeianum ad quartum Ideum, vt ibi essem, dum quæ ad nauigandum opus essent, pararentur.
Timorem. Cæsar 1. belli Ciuil. 267. Ille in sua sententia, perseuerat, & paulum ex eo loco digreditur, vt timorem aduersariis minuat.
Vires minuuntur amoris. Ouid. 5. Metam. 76.
Minuere, absolutè, pro Decrescere. Cæsar 3. bel. Gal. Quòd rursus, minuẽte æstu, naues in vadis afflictarentur.
Minutus, penul. prod. Participium, (μειωθεὶς,) vt Minuta spes, pro Immiuta. Tacit. in vita Agricolæ.
Minutus, pen. prod. (μικρὸς, ἐλαχιστος,) Nomen, Breuis, parumsve
Minutum argentum. Plautus Persa, 7. 4.
Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam
Danunt argenti minuti. Varro epistola Latina, Si venisses Capuam, quòd & pueros minutos vides libenter, & maiores animadoertere non vis. Cice. 7. Verr. 22. Reticulumque ad nates sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ.
Animus minutus. Cic. 3. de Oratore, 03. Abutimur sæpe etiam verbo, non tam eleganter quàm in transferendo: sed etiam si licentius, tamen interdum non impudenter: vt quum grandem orationem pro magna, minutum animum pro paruo dicimus.
Corpora minuta. Lucret. lib. 3. 36.
Minutior cura. Quintilian. lib. 8. cap. vlti. Quæ singula persequi, minutioris est curæ.
Dei minuti. Plautus Cas. 8. 24. Tu istos minutos deos flocci feceris. Idem Cistell. 5. 46.
Dii me omnes magni, minutique & patellarii Faxint.
Fruges minutæ, Paruæ, quales sunt frumentum, & id genus, vt à fabis & pisis distinguantur. Vel minutæ, quæ minus in vsum veniunt. Cic. 5. Verr. 14. L. Octauio, & C. Cottæ Consulibus Senatus permisit, vt vini, olei decumas, & frugum minutarum, &c.
Ossa minuta. Lucret. lib. 1. 171.
In partes minutas distrahi. Lucret. lib. 1. 166.
¶ Minutus, quum diminutiuis additur, eleganter ipsam rem attenuat, & minorem facit. Terent. And. 2. 2. 31. Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. Plaut. Rud. 30. 37. Curculiunculos minutos fabulare. Cice. in Paradox. 3. Minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit efficit.
Literæ, vel literulæ minutæ. Plau. Bacchid. 20. 66. Heu literas minutas. C. qui quidem videat parum. Cic. 6. Verr. 83. Literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum.
Quæstiunculæ minutæ. Sueto. de Claris gram. 24. Nimis pauca & exigua de quibusdam, minutis quæstiunculis edidit.

¶ Minutum, Obscurum & scrupulosum interpretatur Nonius, vt à Græcis dicitur μικρολογεῖς. Cice. 1. de Finib. 91. Ecce autem alii minuti & angusti, & omnia semper desperantes, aut mauleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi: alii autem, &c.
Minutulus, penult. correp. (ὑπομικρὸς,) Diminutiuum à Minutus. Plautus Pœnulo, 2. 28.
Si minus curassint, quum veniant heri domum,
Nutrices pueros infanteis minutulos.
Minutio, Verbale, (μείωσις,) Gellius lib. 16. cap. 5. Ve particula tum intensionem significat, tum minutionem. Quintilianus lib. 4. cap. 1. Omnis amplificatio, minutio, &c.
Minúte, penult. prod. Aduerbium, (λεπτῶς,) Columel. lib. 2. cap. 4. Vt de DIFFINDO.
Minutim, pen. prod. Aduerb. (κατὰ λεπτὸν,) pro Minutè. Lucilius lib. 1.
Dic quam cogat vis ire minutim per commissuras rimarum noctu nigrore. Columel. lib. 4. cap. 14. 1. Insequitur deinde fossor, qui crebis bidentibus æqualiter & minutim soli terga comminuat.
Minutatim & Repentè, contraria. Senec. epist. 30. Non repentè auulsa vitæ, sed minutatim subductum.
Minutitim, pen. prod. (λεπτομερῶς,) Aliud aduerbium, In minutissimas partes, Cato ca. 123. De iunipero maceriã crassã cõcidito minutitim. Colu. lib. 8. ca. 14. 10. Nasturtii cõsectũ minutatim. Sic lib. 12. ca. 17. 1.
Minutatim interrogare, pro Particulatim. Cic. 4. Acad. 164. Sed nullo omnino in re minutatim interrogãti, diues pauper, clarus obscurus fit, &c.
Minutatim & gradatim aliquid addere, aut demere. Cic. 4. Acad. 20. Quod genus minimè in philosophia probari solet, quum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur.
¶ Minutatim, pro Paulatim. Varro 1. de Re rust. cap. 20. 2. Tem ita subigendum, vt minutatim assuefaciant, & vt tyronem cum veterano subigant. imitando enim facilius domant. De bobus. Idem lib. 2. cap. 5. 1.
Ab vndecimo die, vsque ad quartumdecimum dandum hordeum, quotidie adiiciendo minutatim.
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Virg. 3. Georg. 97.
Minutia, minutiæ, (λεπτότατον,) Minutissima pars cuiusque rei. Lactantius de Ira Dei, Seneca, epist. 91, Vtriusque attrita grana frangunt: sæpius regerunturque, donec in minutiam frequenter trita redigantur.
Minútal, pen. prod. minutãlis, pen. prod. Genus condimenti ex rebus minutatim concisis. authore Apicio. Fiebat inter cætera marino pulmone, quamine, oleo, vino, porris & coriandro. Iuuenal. Saty. 14. 13.
Hesternum solitus medio seruare minutal
Septembri. Mart. lib. 11. 32. Hinc exit varium coco minutal.

Minurizo,

-re. μινυρίζω, enim Cantillo significa, & modulatiuè cano. Sidonius lib. 1. epist. Diluculo autem Philomela inter frutices minurizantem Prognen inter aceres minurizantem.

Minus, Minusculum,

Vide minus in PARVVS.
MINVTIA, (μινυτία,) Vestalis fuit, quæ ꝓpter corporis abstinentiam in suspicionem venit libidinis, vnde & viua defossa est. Cic. lib. 8.
MINYAE, (μινύαι,) fuerunt Thessaliæ populi, qui, teste Orpheo in Argonautica, Iasonem ad Colchos proficiscentem secuti sunt. Vnde & Ouidius lib. 7. Metamorph. 1,
Iamque fretum minyæ Pagasæa puppe secabant. Lucanus item Thessaliam describens, lib. 6. 77, Minyæ gens cognita rennis. & alibi. Vide ma.

Mirabilis, Miraculum, Mirificus,

MIR.
MIRMILLONES, pen. prod. Erant pugiles se ad duellã provocantes. Nam digladiãtium alter retiarius, alter mirmillo appellabatur. Retiario (inquit) pugnanti aduersus mirmillonem cantatur. Nouerit peto, piscem peto, quid me fugis Galle? Quia mirmillonicum genus maturæ. Gallicum est: ipsique Mirmillones antè Galli appellabantur. vt quorum galeis pisci effigies inerat. Quod genus pugnæ tubicinatus est à Pittaco, vno ex septem sapientibus, qui aduersus Phrinonem Mitylenæos, rete occultè allato, impediuit Phrinonem. Cicero & Philippus diatorem L. Antonium, & mirmillonem sæpe vocat. 6. Philipp. 19. Etiamne ab hoc mirmillone Asiatico Senatus mandata legatorum audientur? Ibidem, 5. 178. Valer. lib. 1. de somnis, Iocidit dolo vt proximo ab equite loco retiarius cum mirmillone introducendus. Iuuenal. Saty. 6. 9.
Vt testudineo tibi Lentule conopeo
Nobilis Euryalũ mirmillonẽ exprimat infans. Quintilia. etiam vetat.

Miror,

miraris, miratus sum, (θαυμάζω, θαυμάσιον,) mirari, Est de re alicui
Artificumque manus inter se, operumque laborem
Miratur. Ibidem, 86. Miratur portas, &c.
Mirari atque efferre. Cice. 6. Verr. 110. Nimium fortasse hæc illi mirantur atque efferant.
Mirari aliquem. Cic. 1. Acad. 67. Qui quum ab eo plurimum dissentiret, Vnum tamen præter cæteros mirabatur.

Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iulum. Virgil. 1. Aeneid. 143.
Se ipse miratur. Catul. ad Varum, epigram. 19. 4.
Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.
Magnopere mirari, Vide MAGNVS.
Stultè mirari aliquid. Horat. 1. epist. 1. 10.
¶ Mirari, Cum voluptate intueri, delectari, accendi, inquit Nonius.
Virgil. 3. Georgic. 10.
Seu quis Olympiacæ miratur præmia palmæ,
Pascite equos.
¶ Mirari, Imirari. Virgil. 8. Aeneid. 102. – primis & te miretur ab annis.
Vbi Seruius, Miretur, imiretur. Luca. li. 9. 162. – miratorique Catonis.
Optima enim ingenia necesse est vt ea quæ mirantur, imitentur.
¶ Mirari, Nescire: quia (inquit Donatus) admiratio ab ignorantia descendit. Plaut. Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar. Terentius And. 4. 5. 11. Miror vnde sit.
¶ Mirantur terram oculi. Plaut. Merc. 7. 31.
Per mare vt vectus, nunc oculi terram mirantur tui.
¶ Mirari, ad inanimata translatum. Virg. 2. Georg. 17. – & ingens
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos:
Miratur que nouas frondes, & non sua poma.
¶ Miror, cum genitiuo laudis, vel vituperii. Virgil. 11. Aeneid.
– fama ingens, ingentior armis
Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus æquem?
Iustitiæque prius mitis, bellique laboris? Græca metabasis est, quã Græci
ἀλλοιωσιν vocant, supplendũ est, vt sit causa laborũ, causa iustitiæ.
¶ Miror non iussisse me arripi. Terent. Heaut. 5. 2. 48.
¶ Mirari se, Est sibi placere, & de se magnificè sentire. Martialis lib. 13. 2. in detractorem,
Ne perdas operam, qui te mirantur, in illos
Verus habe.
¶ Miror, Absolutum. Terent. Heaut. 2. 3. 134. Laudabis. 5. vide sis.
CLI. tutemet mirabere. Ouid. 13. Metamor. 199.
Dumque moror, mirorque simul, fugit omnis in vndas.
Miraretur quis Liu. 4. bel. Maced. 4: Miraretur quis, quum cerneret aperto mari ab altera parte, ab altera Hispanis, tam feræ & bellicosæ genti, obiectos, quæ res eos miraretur.
Miror si potuit. Cic. de Amicitia, 49. Quanquam miror in illa superbia & importunitate, si quemquam habere potuit. Id est, nescio an potuerit. Terent. And. 1. 2. 6. Mirabar, hoc si sic abiret.
Miror quòd audierim. Cic. de Senect. 39. Dicebant mirari solitum C. Fabrilio, quòd quum apud regem Pyrrhũ legatus esset, audisset à Thessalo Cynea Athenis quendam esse qui se sapientem profiteretur.
Miror quid. Teren. Eun. 3. 2. 59. Miror quid ex Peræo abierit. Liu. 1. ab Vrbe, 179. Clamor inde, cõcursusque populi mirantium quid rei esset.
Miror quapropter hæc curet. Plaut. Amphit. 3. 86.
Mirari nolim vos quapropter Iuppiter
Nunc histriones curet, ne miremini.
Miror quomodo. Terent. Heaut. 5. 3. 2.
Iãdẽ adeò miror, quomodo tam ineptum quicquam potuerit tibi
Venire in mentem mi vir.
Satis mirari non nisi negligentiam non queo. Cic. Attico, lib. 10. 195. 18.
Et 1. de Nat. deor. 151 Mirati satis non possum vnde, &c.
Miro, miras, (θαυμάζω,) Eiusdem significationis. Varro Eumenidibus,
Hospes quid miras? Nonius.
Mirans, Participium, (θαυμάζων,) Ouid. 5 Metam. 42.
Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.
At procul excelso mirantes vertice montis
– & aurum vestibus illitum Mirata, regalesque cultus.
Aduentum, sociasque rates, occurrit Acestes. Horat. 4. Carm. ode 9. 3.
Miratio, Verbale fem. (θαυμασμός,) Cice. 2. de Diuinat. 73. Causarum enim ignoratio in re noua mirationem facit: eadem ignoratio si in rebus vsitatis est, non miramur.
Mirãtus, huius miratus, penult. prod. Verbale. Senec. epistol. 94. Alia deinceps digna miratu.
Mirãtor, penul. prod. Aliud verbale. (θαυμαστής,) Martial. lib. 10. 87. Mirator veterum senex auorum. Lucan. lib. 9. 162.
– magnanimo iuueni, miratorique Catonis.
Formæ mirator honestæ. Propert. lib. 2. eleg. 14. 2.
Decoris mirator. Ouid. 10. Metam. 117.
Rerum mirator. Ouid. 4. Metam. 119.
Miratrix, penul. prod. Verbale fœminiuum, (θαυμαστὴς,) vt Turba miratrix. Iuuenal. Saty. 4. 7.
Fama miratrix senioris ævi. Senec. Hippol. 6. 2.
Mirandus, Adiectiuũ, (θαυμαστὸς, θαυμάσιος,) Dignũ admiratione. Ter. And. 5. 4. 16. Mirando hoc tanto, rã repentino bono. Plau. Rud. 10. 14.
– pol hand mirandã factã dicis,
Si deos decepit.

Decore magno miranda fœmina. Ouid. epist. 14. 8.
Accidit mirandum. Sene. Medea, 1. 2.
Et hoc in ista clade mirandum accidit,
Alit vnda flammas.
Loqui miranda. Silius lib. 3. 116.
Mirandum verò est, homines quibus odio sunt nostræ secures, libenter arripere facultatem lædendi. Cic. pro Placco, 14.
Mirandum in modum. Cic. Marcello, lib. 15. 9. 1. Marcellum tuum Consulem factum, teque ea lætitia affectum esse quam maximè optasti, mirandem in modum gaudeo. Cic. pro Plancio, 15. Mirandum in modum lætati sunt. Idem ad Atticum, lib. 1. 1. 13. Sed mirandum in modum est animo abalienato. Et 6. Verr. 118. Quoniam mirandum in dum Græci rebus istis, quas nos conténimus, delectantur. Ibidem. 26.
Mirabundus, Adiectiuum. (θαυμάζων,) Qui miratur. Liu. 5. bel. Pun. 205.
Extemplo improuida res pauorem incutit Pœnis mirabundique vnde tot hostes tam subitò exorti, &c. Idem 3. ab Vrbe. 157. Velut noua res, quia intermiserant iandiu morem consulendi Senatus, mirabundam plebem conuertit quidnam incidisset cur ex tanto inter vallo rẽdesuetam vsurparent. Sic lib. 4. 146.
Mirus, Adiectiuum. Miratione dignum. (θαυμαστός, θαυμάσιος,) Plau. Amphit. Enimuero, illud præter alia mira miror maximè, si hæc habet platram illam. Idem Pseud. 7. 97. Si abstuleris, mirum & magnum feceris facinus. Plinius lib. 12. cap. 9. 3. Mira arborum natura. Idem lib. 9. capit. 35. 7. Mirè ad cauendum solertiæ.
Facies mira. Lucret. lib. 5. 168.
Mirum facinus quomodo. Plaut. Milit. 7. 24. Nisi mirum est facinus quomodo hæc nunc hinc transire potuerit.
Mirus apud populum fauor. Tacit. lib. 1.
Honore miro colere aliquem. Virg. 4. Aeneid. 92.
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat. Sic idem 7. Aeneid. 12.
Turnus auis, atauisque potens, quem regia coniunx
Adiungi generum miro properabat amore.
More miro perdere aliquem. Ouid. 13. Metam. 146.
Nouitas mira. Ouid. 15. Metam. 81.
Præcepta mira. Horat. 1. Serm. saty. 1. 7.
¶ Mirus in omni reliqua diligentia. Plin. lib. 1. cap. 108. 9.
¶ Mira, apud veteres pro monstris atque horrendis. Plaut. Amphit. 17.
65. Mira memoras, nimis formidolosum prædicas facinus.
¶ Facere quid miri. Horat. 1. Serm. saty. 5. 21.
Nec si quid miri faciat natura, deos id
Tristes ex alto cœli demittere tecto.
Efficere multa & mira. Lucret. lib. 5. 158.
¶ Mira sunt nisi. Plaut. Amphit. 4. 129. Mira sunt nisi inuitauit sese in cœna plusculum.
¶ Mirum: Responsio aduerbii cuiusdam formam habens. Terent. Eunucho, 3. 1. 13. – rex te ergo in oculis. T. scilicet.
G. Gestire. T. verum credere omnem exercitum,
Consilia. G. mirum.
¶ Magis mirum, Vide MAGIS.
Minime mirum est. Cic. 6. Verr. 91. Vide Minor in PARVVS.
Mirum cur. Terent. in Prologo Heaut. 1.
Ne cui sit vestrum mirum cur partes seni Poeta dederit.
Nec mirum. Cic. de Amicitia, 31. Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus: nec mirum, nihil enim altum, nihil magnificum, &c. Idem 4. Acad. 198. Ne illam quidem prætermisisti Lucolle reprehensionem Antiochi: nec mirum.
Mirũ est quod. Pli. li. 12. ca. 4. 2. Quo magis mirum est ꝓ eidem credimus.
Non mirum facis. Plaut. Capt. 11. 51.
– non mirum facis?
Est miserorum, vt maleuolentes sint, atque inuideant bonis. Terentius Hecyra, 4. 4. 87.
Non mirum fecit vxor mea, si hoc ægrè tulit?
Amaræ mulieres sunt, non facilè hæc ferunt. Plaut. Merc. 8. 14.
Haud mirum factum est.
Mirum de illo. Plaut. Amphit. 8. 197.
Nanque de illo subditiuo Sosia mirum nimis est?
Certè de hoc Amphitruone iam alterum mirum est magis.
Mirum ni. Plaut. Amphit. 4. 165. Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat. Terent. And. 1. 4. 19. Age igitur, vbi nunc est ipsus? D. mirum ni domi est. Idem Eunucho, 5. 9. 53. Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est.
Mirum est quod hæc de re tradere hominum notitiæ possumus. Plinius lib. 3. cap. 5. 21.
Mirum quin. Plaut. Amphit. 8. 117. Mirum quin te aduorsus dicat. Irrisio. Idem Aulul. 5. 7.
Mirum quin tua nunc me causa faciat Iuppiter
Philippum regem, aut Darium triuenefica. Idem Trinum. 13. 12.
Mirum quin ab auo cius aut proauo acciperem qui sunt mortui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mirum si. Terent. And. 4. 1. 27.
Quid istuc tam mirum est si de te exemplum capit?
Mira verò Terentius Eunucho, 3. 2. 57. Mira verò militi quæ placeant. Vbi Donatus, Mira pro mirum. & est εἰρωνεία. Quid mirum est, inquit, facere loqui eum qui militi placeat? Idem And. 4. 5. 16. Mirum verò impudenter mulier si facit meretrix.
Mirum quantum. Liuius lib. 1. Mirum quantum illi viro hæc nuntianti fides fuerit. Pro mirum est quantum.
Mirum in modum, Id est in maiorem modum, quasi infra rationem. Plau. Amphit. 1. 7. Vterque deludunt dolis mirum in modum. Plin. lib. 17. cap. 14. 22. Tangi odere mirum in modum.
Miris modis. Plautus Amphit. 1. 5. 28. Totam miris modis nostram video turbatam familiam.
Nimium miris modis. Vide NIMIS.
Mirè, Aduerbium, (θαυμαστῶς,) pro miro modo, siue Mirabiliter. Teren. Heaut. 5. 1. 25. Sed ille tuus quoque Syrus idem mirè finxit filium. Cic. ad Atticum, Puero municipia mirè fauent.
Mirius, pro Magis mirè, apud antiquos. Varro, Nûquid hoc mirius? Non.
Mirificus, pen. corr. Adiectiuum, (θαυμαστοποιός,) Quod est mirabile. Cic. de Senect. 8. Quum diu multumque vixeris, mirificos afferunt fructus. Idem ad Lentulû, lib. 1. 9. 7. Mirificum me tibi comitem præbuisti. Et ad Marcellum, lib. 15. 10. 1. Mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus. Sic ad Brutum, lib. 3. 1. Cæsaris verò pueri mirifica indoles virtutis. Et ad Atticum, lib. 14. 309. 3.
Structura caminis mirifica. Ouid. 4. de Ponto eleg. 13. 1.
Mirificissimus, penul. correp. (θαυμαστοποιότατος,) Terent. Phorm. 5. 6. 31. Atqui mirificissimum.
Mirifice, pen. corr. Aduerbium, (θαυμαστῶς,) pro Mirum in modum. Cic. 1. de Orat. 30. Ac iam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus. Idem 1. Acad. 48. Quas mirifice Plato erat amplexatus. Ibidem, 4. 10. Delectabatur autem mirifice lectione librorum.
Loqui mirifice. Catul. de Ario, epigram. 79. 1.
Mirifico, mirificas, pe. cor. (θαυμαζόω,) mirificare, Mirabilé facere. Plaut. Amph. Quanquâ adeò Thebani ciues modo miro mirificant, probaui.
Mirabilis, & hoc mirabile, pen. corr. (θαυμαστός, ἄπακος,) Admiratione dignus. Cic. 1. Offic. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facilè quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius. Idem de Amicitia, 42. Nam qui busdam quos audio sapientes fuisse habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam.
Mirabilis illi. Virgil. Hic tibi sit potius quàm tu mirabilis illi.
Mirabile donum. Virgil. 1. Aeneid. 132.
Factum mirabile. Ouid. 4. Metam. 55.
Mirabiles fama effigies. Plin. lib. 7. cap. 3. 2. Pompeius Magnus in ornamentis theatri mirabiles fama posuit effigies: ob id diligentius magorum artificum ingeniis elaboratas.
Opus mirabile visu. Horat. 2. epist. 2. 19.
Opus mirabile magni mundi. Tibull. lib. 4. ad Messalam. 4.
Mirabilem in modum. Cice. ad Atticum, lib. 5. 100. 1. Sed mirabilem in modum Ephesi præsto fuit. Plinius lib. 19. cap. 3. 6. Mirabilem in modum iucunda.
Mirabilis raritate arbor. Plin. Iam in Aethiopiæ sine quinque earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quàm suauitate mirabiles.
Dictu mirabile. Virgil. 1. Aeneid. 89.
Mirabiliter, pen. corr. Aduerbium, (θαυμαστῶς, ἀγαμένως,) Cic. ad Cæsarem, lib. 11. 17. 8. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Idem Bruto, lib. 11. 14. 1. Mirabiliter mi Brute lætor, mea consilia, measque sententias à te probari. Sic Plinius lib. 10. cap. 6. 23. Mirabiliter epiphora mederi dicuntur. Quintil. anus lib. 3. cap. 5. De hac re mirabiliter multa composuit.
Miraculum, miraculi, pen. corr. (θαῦμα, ἀπόλαυσις,) Quicquid admirationem afferre potest. Festus, Miracula quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus vtebantur. Plin. lib. 10. cap. 51. 1. Generatio auium simplex esse videtur, cû & ipsa sua habeat miracula. Idem lib. 11. cap. 1. 5. Dionysius prior Siciliæ tyrannus Rhegium in vrbem transtulit eas, domus suæ miraculum. De platanis.
Ingeniosa miracula facit natura, Vide INGENIVM.
Monstri alicuius miracula. Ouid. 7. Metam. 60.
A miraculis cessari, id est, Miraculis vacare seu carere. Plin. lib. 2. ca. 103.
Mirabilius id faciunt aquæ dulces, iuxta mare vt fistulis emicantes. Nam nec aquarum natura à miraculis cessat.
Miracula, pro Monstris, vel horrendis ponebant veteres. Lucilius lib. 1. Miracula ciet thelephantas. Virg. 4. Georg. 89. Omnia cõmutat sese in miracula rerum. Liu. 2. ab Vrbe, 29. Adiiciunt miracula huic pugnæ, silentio proximæ noctis ex sylua Arsia ingentê editam você. Idê 4. bel. Pun. 12. Ac miracula aliqua affinguntur plerúque tã insignibus locis.
Miraculo esse. Liu. 5. bel. Pun. 40. Conspecta ea præda iuuenum est: minusque iterum ac sæpius id eos audere, miraculo fuit. Plinius lib. 34. cap. 7. 8. Hoc simulacrum post quinquagesimum sextum annum terræ motu prostratum, sed iacens quoque miraculo est.

Mis, (μοῦ,) Genitiuus antiquus à pronomine Ego. Ennius, Ingenera mis est concordibus æquiparare.
Misanthropos, penul. prod. (μισάνθρωπος,) Latinè odiosus hominum dicitur. Cice. 4. Tuscul. 38. Vt in hominum vniuersum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur, vt inhospitalitas est.
Misceo, (μίγνυμι, κεράω, κυκάω, φύρω, καλύω, κεφάννυμι,) miscere, Confundere, & sine tumore perturbateque facere. Virgil. 1. Aeneid. 26. Interea magno misceri murmure pontum. Plau. Pseu. 3. 6. 1. Dulce amarúque vna nûc miscem mulierem.
Miscere vinum aqua, & Miscere aquam vino. Plinius lib. 7. cap. 16. Vinum aqua miscerí Staphilus docuit. Columel. lib. 6. cap. 4. Multi largo sale miscent pabula. Quintil. lib. 1. cap. 9. Quum alterum alterius natura miscendum arbitraretur. Columel. lib. 7. cap. 5. 18. Nonnulli folia cupressi intra miscent aquæ. Et paulo antè, 17. Cœlestis aqua pro mensura lacti miscenda est.
Miscere ad. Colu. lib. 7. ca. 5. 6. Facit autem cõmode primùm ea compositio, quam paulò antè demonstrauimus, si ad fæcem & amurcã, succiq; decocti lupini misceas portione æqua detritum album helleborum.
Miscere in aciem, Vide ACIES.
¶ Miscere, Dare bibere. Cice. 2. de Finib. 27. Dico ergo in eadem voluptate eum qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & eum qui id sitiens bibat. Ouid. 10. Metam. 32.
Arripit Iliadem qui nunc quoque pocula miscet;
Inuitaque Iouí nectar Iunone ministrat. Iuuenal. Saty. 5. 8.
– nescit tot millibus emptus
Pauperibus miscere puer. Sic Martial. lib. 8. 7.
¶ Miscere aliquem suo negotio. Teren. Heaut. 4. 5. 35.
Ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas.
Omnia miscere. Cic. ad Octauium, 15. Quibus ille septus omnia miscaret, nulli parceret, sibi viueret. Idem pro Rosc. Amer. 55. Qui si ipse si offusa Reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omnia miscebant.
Miscere absoluto, pro Miscere omnia. Cice. ad Q. fratrem, lib. 3. epist. 1. Pompeius abest: Appius miscet.
Turbare & miscere. Cic. 3. de Legibus, 19. Omnia infima summis pari sit, turbauit, miscuit.
Cælum miscetur magno murmure. Virg. 4. Aeneid. 52.
Miscere certamina. Liu. 3. ab Vrbe, 81. Non enim ducet ad regnum modò consilio rem adfuere, sed suismetipsis corporibus dimicando miscuere certamina.
Canities miscuerat comas. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 19.
Consilia cum Vestino non miscuerant. Tacit. lib. 15.
Corpus cum matre miscere. Cic. 1. de Diuin. 108.
Domus miscetur misero tumultu. Virg. 1. Aeneid. 98.
Veris miscens falsa. Senec. Herc. fur. 12. 4.
Græca miscere verbis Latinis. Horat. 1. Serm. saty. 10. 5.
Incendia miscere. Virg. 2. Aenid. 66.
Miscere malum. Cice. 3. de Orat. 121. Maior mihi moles suscipienda dum est malum.
Miscere & concitare mala. Cic. 4. in Catil. 78. Ego magni in Reip. turbo, & noua quædam misceri, & concitari mala iamprudem videbam.
Mauors dubias miscet vtrinque manus. Propert. lib. 2. eleg. 18. 2.
Maria omnia cœlo miscuit. Virg. 5. Aeneid. 158.
Mœnia diuerso miscentur luctu. Virg. 2. Aeneid. 60.
Commercio miscere nationes diuersas. Plin. in Paneg. 47. Diuersitatem gentes ita commercio miscuit, vt quod genitum esset vl quam, id apud omnes natum esse videretur.
Oscula miscere blandis verbis. Ouid. 1. de Arte, 133.
Oria miscere cum duris venatibus. Ouid. 4. Metam. 62.
Pacem duello miscuit. Horat. 3. Carm. ode 5. 8.
Pectora miscentur vario motu. Virg. 12. Aeneid. 44.
Populi miscentur. Virg. 4. Aeneid. 23.
Sed fatis incerta feror, si Iuppiter vnam
Esse velit Tyriis vrbem, Troiaque profectis,
Miscere vt probet populos, aut fœdera iungi.
Prælia miscere. Virg. 2. Georg. 57.
Iniquis imperiis Reipublicam miscere. Cic. 2. de Leg. agr. 89.
Sacra profanis miscere. Horat. 1. epist. 17. 11.
Sortes Fortunæ monitu manu pueri misceri atq; duci. Cic. 2. de Diuin. 86.
Stultitiam miscere consiliis. Horat. 4. Carm. ode 12. 6.
Tristia miscentur lætis. Ouid. 6. Fast. 93.
Miscere tumultum in concionem. Liu. 8. ab Vrbe, 161. Fabius fidem implorans, lacerantibus vestem lictoribus, ad triarios tumultum in concionem miscentes sese recepit.
Vada miscentur æstu arenæ. Virg. 3. Aeneid. 112.
Vtile dulci miscuit. Horat. de Arte, 70.
Vtilia honestis miscere. Tacitus in vita Agricolæ, Petitus obsequi, eruditusque vtilia honestis miscere.

¶ Miscuerunt, trisyllabum apud Virg. 2. Georg. 26, Miscueruntque herbas, & non innoxia verba. Sic 3. Georg. 57.
Miscendus, (μικτός,) amori pudor. Ouid. epist. 4. 2.
Mistus, vel vt aliis placet, Mixtus, (μιμιγμένος,) Participium. Hoc est temperatus. Liuius 3. ab Vrbe, 24. Ex colluuio mistorum omnis generis animantium, &c.
Mistus pluribus. Plinius epist. 147. c. Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat.
Mistum ex. Cic. pro Leg. Mani. 10. Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicæ? Ciuile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mistum ex ciuitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus, ferosque, & ex omnibus, & c. Idem 3. Offic. 164. Nec verò finis bonorum & malorû, qui simplex esse debet, ex dissimillimis rebus misceri & temperari potest.
Ex dissimilibus mista. Cic. 5. Tusc. 65.
Amor voluptate & molestia mistus. Cic. de Vniuersi. 50.
Grauitas modestiæ in oratione mista. Cic. 2. Offic. 69.
Genus mistum. Virg. 6. Aeneid.
Varium, mistum, & turbulentum genus hominum. Cic. 2. in Catil. 41.
Lachrymæ mistæ risu. Stat. 1. Sylu. 1. 10.
Ploratus mistí vagitibus. Lucret. lib. 2. 117.
Corsitant mistæ pueris puellæ. Horat. 4. Carm. ode 11. 2.
Mistus candore rubor. Cic. 1. de Nat. deorum 101. Nec ille fusus & candore mistus rubor, sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo.
Ouid. 3. Metam. 84.
Tumultu misto exorta lætitia. Virg. 3. Aeneid. 20.
Ventus mistus grandine. Ouid. 4. Fast. 126.
Verbera mista cum verbis. Ouid. epist. 10. 8.
Mistura, pen. prod. (κίρκασις, μίξις.) Moderatura, vt ait Nonius. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. Sed quòd ea & propter talem misturam animo datam ex aquis cunctis, quòd temperatura moderatur in Romuli vita triplices ciuitates. Colum. lib. 7. cap. 5. 17. Nam ea mistura palatum atque linguam, totumque os perficatur. Idem lib. 12. cap. 10. 2. Quæ cum ius combiberit, simili mistura vas supplebatur.
Mistura rerum. Lucret lib. 2. 195.
Multaque de rerum mistura dicere callent.
Generem mistura. Quintil. lib. 6. cap. 3. 43. Cæterum frequentissima aliorum generum cum aliis mistura est.
Mistura iocorum. Martial lib. 8. 1. Quam quidem subinde aliqua iocorũ mistura variare tentauimus, &c.
Miscellaneus, Adiect. (συμμικτός,) pluraliter miscellanea, A mistura indiscreta rerum dici, significare videtur Gellius lib. vlt. cap. 11, qui ait, Quia variam & miscellaneam, & quasi confusaneam doctrinam conquisuerunt, eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indederunt. Quidam legunt miscellam. A puleius in Metamorphosi, Miscellaneam, turbam confusam velut ex colluuione omnium gentium, his verbis accipit, Nec mora cum magici irruptione patefactis ædibus, ministratibus eorumque ministris, turbæ miscellanea cuncta completa. Hinc quidam opera sua Miscellanea inscripserunt, in quibus variis de rebus tractatur. Iuuenalis Satyra 11.
– fœcundant ad miscellanea ludi.
Miscellus. Aliud adiectiuum, (ἐπίκοινος,) Quod mistum est.
Miscellus hodus Lugduni edidisse Caligulam scribit Suetonius in Caligula, cap. 19.
Miscellum, genus columbarum vocat Varro, quòd nec agreste est, nec domesticum, sed ex vtroque temperatum, lib. 3. cap. 7. 2. Ex his duabus sturpibus, inquit, fit miscellum tertium genus fructus causa, atque incedunt in locum vnum.
Miscellæ vites, quæ in omni agro conueniunt, quòd cæteris vbique vtili scellæ maximè, in quenuis agrum conueniunt. Varro 1. de Re rust. ter miscentur. Cato de Re rust. cap. 6. 4. Cæteræ vites, & de his miscellæ maxime, in quenuis agrum conueniunt. Varro 1. de Re rust. cap. 14. 1. Nam & præcox, & miscella, quam vocant nigram, multò ante coquitur.
Miscellas vuas appellat Cato cap. 23. 1, quibus præliganeum vinum fit, quod operarii bibant.
Misellus, Vide MISER.
MISENVM, pen. prod. (μισηνόν,) Promontorium est prope Cumas, nomen habens à Miseno tubicine Aeneæ: cuius meminit Horatius 2. Serm. sat. 4. 7. Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini.
MISENVS, pen. prod. (μισηνός,) Aeneæ fuit tubicen, qui dicitur filius fuisse Aeoli, vnde & Aeolides dicitur, quia constat sonum omnem ex vento creari. Seruius in illud Virgilii 3. Aeneid. 48,
–dat signum specula Misenus ab alta
Aere cano. Ibidem, 6. 23.
–atque illi Misenum in littore sicco,
Vt venêre, vident indignæ morte peremptum:
Misenum Aeolidem, quo non præstantior alter
Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.

Miser, misera, miserum, pen. cor. (ἄθλιος, κακοδαίμων, δυσδαίμων, τάλας, τλήμων, τλαλαίπωρος, τλαλαιπωρία, τλαλαίπωρος,) Calamitosus, ærumnosus, infœlix. Terentius Eunuch. 3. 2. 14.
Apparet seruum, hunc esse domini pauperis,
Miserique. Idem Heaut. 3. 1. 12. Nemo est miserior me. Salust. in Iugurtha, Etiam arte expertus sum, parum fidei miseris esse. Cic. pro Plancio, 64. Quo quidem etiam magis sum non dicam miser (natura quidem abhorret à virtute verbi) sed certè exercitus.
Aerumnosus, infœlix, miser. Cic. in Parad. 17.
Laboriosos, non miseros, qui magnos dolores perferunt, solemus dicere. Cic. 11. Philipp. 294.
Miser animi. Plaut. Milit. 14. 75.
Quid illam miseram animi excrucias,
Quæ nunquam malè de te merita est? Idem Cistel. 10. 3.
Itaque petulantia mea me animi miseram habet.
Miser animo. Plaut. True. 11. 35.
–animo hercle homo est suo miser. Quisquis est.
Miser ex animo. Idem. Plaut. Sticho, 1. 1.
Credo ego miseram fuisse Penelopam soror suo.
Ex animo, quæ tandiu vidua viro suo caruit.
Miser ambitionis. Plin. in Paneg. 98, Miseros ambitionis, qui ita Consules semper, vt semper principes erant.
¶ Miser, Aegrotus. nam ægritudo, genus est infœlicitatis. Plau. Miseram esse prædicat buccam, sibi fortasse medicos non esse putat.
¶ Miser, Innocens aliquando dicitur, teste Asconio in Prætura vrbana. Cic. pro Milone, 47, Miseros interdum ciues optimè de Rep. meritos. Idem 6. Verr. 73, Defensione miserorum, odio improborum.
¶ Ferre opem miseris. Ouid. in Ibin, 116.
Fortuna finxit me miserum, Id est fortuna ita me finxit vt sim miser. Virg. 2. Aeneid. 16.
Fieri miserum. Lucret. lib. 3. 178.
Miseris & laborantibus nihil negare. Cic. pro Plancio, 68.
Succurrere miseris. Virg. 1. Aeneid. 127.
¶ Miseram me, Dolentis & mœrentis particula. Terent. And. 1. 5. 5, Miseram me, quod verbum audio? Idem Heaut. 5. 4. 6, Miseram me, hocine quæsisti obsecro? Idem Adel. 3. 1. 4, Miseram me neminem habeo. Vbi Donatus, Miseram me proprium est mulierum quum loquuntur, aut aliis blandiuntur. Sunt enim interiectiones aliàs dolentis, aliàs exclamantis, aut indignantis.
Miser, & Misera, similiter vsurpantur. Teren. Hecyra, Perii miser. Idem And. Vt me à Glycerio miserum abstrahat. Ibidem, Misera timeo incertum hoc quorsum accidat. Sic idê sæpe alibi. In quibus locis MISER & MISERA commodè per aduerbiũ MISERE declarantur: quasi Misere perii. Nisi velis eadem forma dicta esse, vt Miserum, vel miseram me.
¶ Ambitio misera. Horat. 1. Serm. saty. 4. 6.
Anni miseri. Propert. lib. 3. eleg. 7. 12.
Cædes miserrima oritur. Virg. 2. Aeneid. 83.
Miserum carmen. Virgil. 3. eclog. 6, Stridenti miserum stipula disperdere carmen? Vbi Seruius, Miserum, triste, flebile, quale canunt stipulæ.
Corpus miserum. Ouid. 9. Metam. 74.
Cupido misera. Horat. 1. epist. 1. 7.
Diuitiæ miseræ. Horat. 2. Serm. sat. 8. 4.
Fames misera. Horat. 1. Carm. ode 21. 5.
Formido misera. Horat. 2. Serm. saty. 7. 16.
Fortuna miserrima nostra est. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 15.
Miseræ multumque iactatæ fortunæ ac perfugium portum futurum hûc locum spero. Cic. pro Cluentio, 4.
Fuga misera. Ouid. 2. de Arte, 15.
Furor miser. Ouid. 3. Metam. 96.
Homines miseri. Lucret. lib. 3. 12.
Lateris miseri dolor. Horat. 2. Serm. saty. 3. 6.
Luxuria misera. Propert. lib. 1. eleg. 2. 7.
O miseras hominum mentes? Lucret. lib. 2. 3.
Miserrima miseria. Plaut. Amphit. 7. 32.
Miserrima istæc miseria est seruo bono,
Apud herum qui vera loquitur, si id vi verum vincitur.
Modis miseris distractus. Lucret. lib. 3. 103.
Mors misera. Virg. 10. Aeneid. 166.
Mortales miseri. Virg. 3. Georg. 14.
Opes miseræ. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 5.
Pax misera. Tacitus lib. 3.
Pectus miserum. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 2.
Plebs misera. Horat. 1. Serm. saty. 8. 2.
Ad preces miseras decurrere. Horat. 3. Carm. ode 29. 12.
Q uerele miseræ. Ouid. 2. Metam. 69.
Res miseræ. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 14.
Misera & calamitosa res. Cic. pro Rosc. Amer. 46.
Miserum spectaculum. Cice. 7. Ver. 78, O spectaculum miserum atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acerbum,ludibrio esse vrbis gloriam?
Vita misera.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.1.
In vita turpi & misera commorari.Cic.Q.fratri,lib.1.3.10.
Vrbes miseræ.Horat.4.Carm.ode 15.4.
Miserrimum miseriarum.Ci.ad Atticum,lib.3.47.5, Quòd de fratre vbi eóm viuari essemus,nesciebamus,quem quidem ego,nec quomodo viturus,nec vbi dimissurus sim scio: id est maximum & miserrimum mea rum omnium miseriarum.

¶ Miserum,interiectionis loco positum.Virg.6.Aeneid.5,
–tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi(miserum)septena quotannis
Corpora natorum. Vbi Seruius, Miserum, dolentis interiectio ,ac si diceret nefas.

Misellus,A diectiuum diminut.(ὀνοτάλας.ταλαίνιος,)Cic.ad Atticum,libro 3.65.9,Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiam & ignominiam nominis mei,tuere quoad poteris. Idem ad Terentiam,lib.14.4.7,Sed certè quoquomodo res se habebit, illius miseræ & matrimonio & famæ seruiendum est.Martial.lib 8.75,
His siquo careat misella casu,
Victuram negat esse se,nec hotà.Plautus, Censen' misello mali aliquid facturum?Catul.ad Libellum,epig.33.3, –ex eo misellæ
Ignes interiorem edunt medullam.

Misellum pallium.Plaut.Rud.1.3.66,
Heu sum redactus ad hanc vsque vnam tunicula,
Et ad hoc misellum pallium.

Spes misella.Lucret.lib.4.221.
Misere,pen.cor.Aduerbium,(ἀθλίως,)Infeliciter.Cic.Neque commoueri eius desyderio possum , qui tam misere perit. Idem 3.de Finib.78, Quæ nihil valerent ad beatè misereve viuendum.Idem Q.fratri, li.1. 3.1, Tua me inuidia,ac non ego te misere perdidi.
Miserè,Valde,nimis.Plaut. Curcul.4.33,Videó vt miserè moliuntur,neque queunt complecti satis? Terent.Heaut.1.2.16,Eam miserè amat. Idem Adel.4.5.33,Qui infœlix haud scio an illam nunc miserè amat, Idem And.3.2.39.
–nam omnes nos quidem
Scimus quàm miserè hanc amarit.Idem Adel.4.5.65, –nescio:
Nisi quia tam miserè hoc esse cupio verum,eo vereor magis. Ibidem,1.6.
–nam hunc diem
Miserè nimis cupio , vt cœpi , perpetuum in lætitia degere. Idem Eunucho,1.1.23,
Hæc verba vna me herele falsa lachrumula,
Quam oculos terendo misere , vix vi expresserit, Restinguet.

Inuidere miserè.Terent.Eunucho,3.1.11.
Miseriter,pen.corr.(ταλαιπωρως,)pro Miserè apud antiquos.Laberius,
Mens incorrupta miseriter corrúpitur. Catul.de Berecynthia,58.10,
Ibi maria vasta visens lachrymantibus oculis,
Patriam allocuta est ita voce mœsta miseriter.

Miseria,miseriæ.(δυσαιστης,ταλαιπωρία,)Ci.2.Tusc.35,Gentes,nostras flebunt miserias.Ex quodam poeta.
Miserrima,miseria,Vide MISER.
¶ Aberrare à miseria,Vide ABERRO.
Capere miseriam,Vide CAPIO.
Commonere miseriarum,Vide COMMONEO.
Coopertus miseriis,Vide COOPERIO.
Miseriis & calamitatibus alicuius opem ferre.Cic.1.de Diui.130.
Incidere in miseriam.Ci.2.Philipp.46,Q uorum si veruinis persuasissem, in has miserias nunquam incidissemus.
Nasci in miseriam sempiternam.Vide NASCOR.
In miseriis esse.Cic.3.de Fin.74. Ita qui procesfit aliquantulum ad virtutis aditum,nihilo minus in miseria est,quàm ille qui nihil processit.
Aerumnę & miseriæ premunt aliquem.Cic.in Parad.21.
Miseritûdo,pe.prod.(δυσαιστης,)Antiquum verbum.Actius , Qui infœlix miseritudine factus est alienâ.Vide Nonium.
Misereor,misereris, pe.pro.misertus sum vel miseritus sum,(ἐλεέω,ἐλεαίρω,οἰκτείρω,ταλανίζω,ἀπολογγύζομαι,) misereri , Verbũ deponens: & aliquando Misereo,misereres,pe.corr.Est ob alicuius miseriam, doloré animo concipere.Et genitiuo tantum iungitur. Plaut.Capt.1.1.107, Quia mei miseret nemo.Virgil.2.eclog.1,Nil nostri miserere.Cic.pro Corn.Bal.c1,Miseremini eius qui non de suo peccato, sed huius summi & clarissimi viri facto1 non de aliquo crimine . sed de periculo suo, de publico iure disceptat.Brutus ad Ciceronem,16.15,Ac vestri miserebor.Festus,Miseretur is qui miserum subleuat.
Eiusdem alicuius misereri.Cælius Ciceroni,lib.8.1.11.
Laborum misereri.Virg.2.Aeneid.29, –miserere laborum
Tantorum,miserere animi non digna ferentis.
Miserere inopum sociorum.Iuuenal.Saty..8.9.
Supplicum misereri.Cic.1.de Inuent.64.
Misereo,antiqui vsurpabant pro Miseror.Ennius in Hecuba,
Miserete manus,date ferrum,vt me anima priuem.Nonius.

Miseret,pen.corr.Impersonale, Passiuum habet affectum: Idem est enim Miseret me illius, & Misereor illius quippe vtrumque significat Ex alius me miseria angorem suscipere.Plaut.Pseud.1.41,Miseret, si fuam liam alere possim misericordia. Idem Trinum,6.61, Vt ita te aliorum misereat,caue tui alius misereat. Ibidem,8.24,Miseret te aliorum tui te nec miseret nec pudet. Idem Pseud.5.75,Nihilne te mei miseret?Et Rud.7.11,Miseriarumque ambarum te obsecramus vti misereat.Terentius Eunucho,4.7.32,Miseret tui me qui hunc tantum laborem facias inimicum tibi.Idem And.5.2.28.Nonne te miseret meorum? Plin.lib.7.cap.7.1, Miseret atque etiam pudet æstimantem qui in fortuiola,&c Cic.1.Tusc.160,Neque te mei miseret.Idem pro Ligario, 8,Caue te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat.
Miseret me.Terent.Eunuch.5.5.3, –quid est?
P·Miseret me itaque,vt ne viderem,misera huc effugi foras.Festus,Miseret me,eadem forma dicitur qua Piget,pœniteet,tædet.
Miseret me vicem tuam. Terent.Heaut.4.5.1,
Ita me Di amabunt,vt nunc Menedemi vicem
Miseret me,tantum deuenisse ad eum mali.

Miseret homines.pœne.Liu.1.ab Vrbe,11,Miserebatque non pœne omnis homines,quàm sceleris quo pœnam meriti essent.
Te nil miseret tui dulcis amiculi.Catul ad Alphenum,epi.28.1.
Miseritum,vel miseritum est.Plaut.Trinum,8.23,Nam nunc eum vidi miseritum,& me eius misertum est.Terent.Phorm.3.2.16,Miseritum est. Ibidem,1.2.49.
Misereseo,misereseis,(κατελεέω,κατοικτείρω,)misereseere,Mouere misericordia.Virgil.1.Aeneid.20.His lachrymis vitam damus, & miseresceremus vltrò.Plaut.Epid.1.1.1,Siquid est homini misertatum quo misereseat miser ex animo est.
Misereseo,cum genitiuo.Virg.8.Aeneid.115,
–Arcadii quæso miserescite regis. Stat.1.Thebaid.56.
–belli deflecte tumultus, Et generis miserescite tui.Idem 11.Thebaid. 96,His quoque nonne palam est vltro miserescere diuos?
Miserescit,Impersonale.(κατοικτίρει,)Terent.Heaut.5.4.3, Atque inopis nunc te miserescat mei.
Misericors,pen.cor.misericordis,om.gen.(ἐλεήμων,εὐσπλαγχνος,ἐλεημόνιος,) Qui ex alicuius calamitate dolorem animo suscipit. Plaut. Amphit.4.143,
Certè aduenientem hic me hospitio pugnæ accepturus est
Credo misericors est.Idem Rudente,14.27,
Vænalis illic ductitauit,quisquis est.

Non est misericors. Cicc.4.de Finib.38,Nec misericordem iudicem esse oportere?
Supplex,mansuetus,& misericors.Author ad Heren.lib.2.59.
Mitis & misericors animus auditoris.Cic.1.de Inuent.117.
Honestum & misericors mendacium.Cic.pro Ligario,9,Quod si probare Cæsari possemus in Africa Ligarium omnino nõ fuisse, si hoc illi misericordi mẽdacio,saluti ciuis calamitosi cõsului esse vellemus, &c.
Misericordem se præbuit , & in testimonio religiosum testis. Cic.pro Cecinna,19.
Misericordior,Comparatiuum antiquũ.Plaut.Rud.7.16, Misericordior nulla est me fœminarum.
Misericordia,misericordiæ,(ἔλεος,ἐλεημοσυνη,κατοικτιρμος,ἀλγηδὼν,) Ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis inquit Cicero 4. Tusc. 18.Vulgò autem compassio dicitur.Terent.And.1.5.26,
Tot me impediunt curæ quæ meum animum diuersè trahunt:Amor,misericordia huius nuptiarum sollicitatio.Cicero pro Ligario,11,Nulla de virtutibus tuis plurimis nec gratior, nec admirabilior misericordia est. Idem 3,Tuscul.34,Si sapiens in ægritudinem incidere posset,misericordiam in misericordiam,posset in inuidentiam.Sic Cæsar 7.bell. Gall.cõ Et precibus ipsorum & misericordia vulgi.
Clementia & misericordia singulari vir.Cic.Post red.in Sen.15.
Perfugium misericordię Cic.pro Ligario,9.
¶ Adducere ad misericordiam,Vide ADDVCO.
Adhibere fortunis alicuius misericordiam.Cic.pro Rab.Perduel.10,1.
Adhibere misericordiam,Vide ADHIBEO.
Adimere misericordiam,Vide ADIMO.
Capere misericordiam,Vide CAPIO.
Capi misericordia.Cic.1.de Orat.106.
Captare misericordiam.Cic.2.Philipp.90.
Commendare misericordiam iudici.Quintil.lib.5.cap.11.39.
Commoueri misericordia,Vide COMMOVEO.
Concitare misericordiam populi.Cic.1.de Orat.115.
Confugere in misericordiam alicuius,Vide CONFVGIO.
Impartiri misericordiam alicui.Cic.Bruto,12.3.
Implorare & exposcere misericordiam alicuius.Cic.pro Milone,70
Inducere ad misericordiam,Vide INDVCO.
Mouere misericordiam,Vide MOVEO.
Moueri misericordia.Cic.Q .fratri,lib.1.2.17.
Permoueri misericordia.Cic.1.in Catil.11.

Prætentanda est iudicis misericordia.Quintil.lib.4.cap.1.19.
Requirere & efflagitare aliquorum misericordiam.Ci.pro Mil.71.
Ad lenitatem misericordiamque mentes reuocare.Cic.1. de Oratore,18.
Viuere misericordia aliena.Cic.pro Roscio Amer.85,Prædia mea tu possides ego aliena misericordia viuo.
Miseror,pen.cor.misereris,miseratus sum,(οἰκτείρω,ταλανίζω,)miseriti, Verbis,aut lachrymis , aut opere dolorem , quem ex alicuius miseria , aut etiam ex nostra concepimus,ostendere,lamentari , & deflere. Et construitur cum accusatiuo. Festus,Miseratur is qui conqueritur alienа incommoda . Seruius, Miseror, & Misereor vnum significant. Plaut.Epid.11.8.
Quis illæc est mulier timido pectore peregrè aduenienes,quæ ipsa Se miseratur?Salust.in Iugurtha,Eos multa pollicendo , ac miserando casum suum confirmat. Cæsar 1.bel.Gal. Abditi in tabernaculis aut suum factum querebantur , aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur.Id est,deplorabant.Ibidem,156. Et 2.belli Ciuil.179, Suam mortem miserabantur.Cic.pro Murena,51,Vt non quæam satis neque communem omnium nostrum conditionem,neque huius euentum fortunamque miserari.
Commouesque animos,& res miserabere fractas.Virg.4.Geor.48.
Sortem alicuius miserari.Virg.12.Aeneid.49.
Grauiter miserari.Virg.10.Aeneid.164,Ingemuit miserans grauiter , dextramque tetendit.
Miserata animi pro animo.Virg.10.Aencid.138.
–iouenemque animi miserata repressit.
Miseritio,miserationis,(οἰκτιρμός,)Significatio misericordię,qua ex alicuius infelicitate mouemur.Pli.epist.11.c, Quod me miserationis humanæ miseratio subit.Cic.in Oratore,72,Nec verò miseratione solum mens iudicum permouenda est. Idem Luceio,lib.5.12. 17,Q uem enim nostrum ille moriens apud Mãtineam Epaminundas non cum quadam miseratione delectat?Sic Liu.5.ab Vrbe,200.
Non sine lachrymis,non sine dolore miseratio.Ci.1.de Ora.106.
Commouere miserationem.Quintil.lib.3.cap.1.34,Præcipua eius in cõmouenda miseratione virtus.
Discutere miserationem.Quint.lib.3.cap.1.34,Non autem commouere tantum miserationem,sed etiam discutere,epilogi est.
Eximere miserationem.Liu.lib.5.Decad.5, Miserationem omnem stultitiâ ignorantis fortunam suam exemit.
Odia incitat,& Miserationem nasci,contraria.Cic.in Partit.31.
Occupari miseratione.Quintil.lib.4.cap.1.80. Quum præsertim etiam in probationibus faciliore sim animo eius abusurus,occupato vel irâ, vel miseratione.
Venit miseratio aliquando ex eadem causa.Quintil.lib.3.cap.1.10,Miserio quoque aliquando ex eadem venit , siue quid passi sumus graue,siue passuri.
Miserandus,A diect.(οἰκτρός)Idem quod Miserabilis.Cic.2.Tusc.36,
Accede accede nate,assiste,miserandum aspice
Foiscratum corpus lacerati patris. Ex Sophocle.
Miserandus & Irridendus , contraria. Cice.1.de Orat.82,Hunc in minimis remissimisque rebus ita labi,vt aliis miserandus , aliis irridendus esse videatur?
Funus miserandum.Lucan.lib.1.11.
Loca miseranda.Virg.1.Aeneid.78.
Miserandum in modum milites Pop.Rom.capti,necati, deserti , dissipati sunt.Cic de Prouin.Consul 4.
Oratio tua omnibus miseranda visa est.Cic.2.de Orat.154.
Sors miseranda.Ouid.2.Amor.eleg.7.34.
Tempestas miseranda.Virg.3.Georg.94,
Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est
Tempestas. Vbi Seruius, Miseranda , pessima , ferens rem dignam miseratione.
Miserabilis,& hoc miserabile,pen.ult.corre.(ἐλεεινός,ἀστλαγκνικός.)Miserandus,per quem alii misericordia commouentur . Cice.2. de Finib.105, Qui nobis miserabilis videtur audientibus , illi perpetienti erat voluntarius.
Aspectus auctionis miserabilis.Cic.2.Philipp.81.
Bellum miserabile. Ouid.epist.13.11.
Casus miserabilis.Cic.1.de Finib.106.
Carmen miserabile.Virg.4.Georg.103.
–ramoque sedens miserabile carmen
Integrat.
Corpus miserabile.Virg.1.eclog.5.
Dimicatio miserabilis.Liu.1.ab Vrbe,Euentus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit , quid nec acie certatum est, & tectis modò diruptis,alterius vrbis duo populi in vnum confusi sunt . Ibidem,136,
Voces etiam miserabiles exaudiebantur,mulierum præcipuè.
Excidium miserabile.Stat.6.Thebaid.10.
Factum miserabile.Ouid.9.Metam.79.
Fatum miserabile.Ouid.6.Metam.18.
Genus miserabile pœnæ.Ouid.8.Metam.158.

Ignorantia miserabilis Quintil.lib.6.cap.1.36.
Infans miserabilis.Ouid.epist.7.27.
Lethum miserabile.Catull.ad Mallium,epig.63.19.
Puer miserabilis.Ouid.3.Metam.99.
Respectus miserabilis.Cic.1.de Diuin.119,Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore.
Sonus miserabilis.Cic.1.de Oratore,104.
Supplicium miserabile.Stat.1.Thebaid.11.
Vulgus miserabile.Virgil.1.Aeneid.160, Collectam exilio pubem miserabile vulgus.
Volnus miserabile.Ouid.5.Trist.eleg.6.3.
¶ Miserabilis alteri. Ouid.in Ibin,24, Sisque miser semper,nec sis miserabilis vlli.
¶ Visu miserabile.Virg.1.Aeneid.13.
¶ Miserabile,pro Miserabiliter, nomen pro aduerbio.Virg.12.Aeneid. 68, –miserabile cęsis
Hostibus insultans. Seruius.
Miserabiliter,pe.corr.Aduerbium.(ἐλεεινῶς,)Cic.1.Tusc.153,Etsi enim flemus quum legimus,tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. Idem ad Atticum , lib.10.200.3,M. Cælii quidem epistolam scriptam miserabiliter quum hoc idem obsecraret vt expectarem,&c. Liu.3.ab Vrbe,217,Prosequuntur coniuges liberique , cuinam se relinquerent in ea vrbe , in qua nec pudicitia , nec libertas sancta esset , miserabiliter rogitantes.
Laudari miserabiliter.Cic.Attico,lib.14.306.1, At ille etiam in foro cõbustus,laudatusque miserabiliter,De C.Cæsare.
Miseranter.Aliud aduerb (οἰκτιρομένως,)Gell.lib.10.cap.3,Et quid est quod aut amplius,insigniteríque,aut lachrymosè , aut miseranter,aut multa copiosiqúe inuidia grauique,& penetrabili querimonia dixerit?

Missile,Missio,Missus, Vide MITTO.

Mitella, Vide MITRA.

Mitesco, mitescis, Vide MITIS.

MITHRA,(μίθρα,)cum h,à Persis dicitur Sol.Strabo lib.15, Perse cælum Iouem putant;colunt Solem,quem Mithram vocant.Statius libro 1.Thebaidos,143. Indignata sequi torquentem cornua Mithram . Vbi Lutatius ait,Sol apud Adiamenios Titan,apud Assyrios Osyris , apud Persas vbi in antro colitur, Mithra vocatur . Ponitur aliquando pro primario sacerdote . Apuleius lib.vlt. Ipsumque Mithram illum suum sacerdotem præcipuum sacrorum ministrum decernit .
Mithriaca,pen.cor.n.g.pluralis numeri,(μιθριακά,)Sacra Solis,siue Osyridis sacrificia de quibus Lampridius in Commodo sic scribit,Sacra mithriaca homicidio vero polluit , quum illi aliquid ad speciem timoris vel dici,vel fingi soleat.
MITHRIDATES,pen.prod.(μιθριδάτης,)Rex Põti fuit, vi magna & animi & corporis,vt sex iuges equos regeret,duarum & XX gẽtium ore loqueretur.Hic diffidentibus Romanis, socialibus bello Nicomedem Bithynia,Ariobarzanem Cappadocia expulit Græciam insulasque omnes,excepta Rhodo,occupauit:sed postea à Sylla apud Dardanum fusus,& à Pompeio victus,tandem à Pharnace filio in turre obsessus, venenum sumpsit . Quumque id tardius biberet(quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat) immissum percussorẽ Gallum,citò eum authoritate vultus territum reuocauit , & in cædem suam manum trepidantis adiuuit.Alius etiam Mithridates,qui regi Mithridati Bruti epistolas collegit.Martial.lib.5.117,
Profecit poto Mithridates sæpe veneno,
Toxica ne possent sæua nocere sibi.

Mithridaticum antidotum.(μιθριδάτικόν,)Plinius lib.25.cap.2.7, Nanque Mithridates maximus sua ætate regum, quem debellaset Pompeius,omnium ante se genitorum diligentissimus , vitæ fuisse argumentis præterquam fama intelligitur.Vni ei excogitatum, quotidie venenum bibere,præsumptis remediis,vt consuetudine ipsa innoxium fieret. Primò inuenta genera antidoti , ex quibus vnum etiam nomen eius retinet.Illius inuentum autumant,sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis;quoniam veneno s iuerent.

Mitigo, mitigas, Vide MITIS.

Mitis, & hoc mite,(ἥμερος,ἵμερος,εὔμενος,ἀγκοφρων.)Lenis,clemẽs

mansuetusque Durus opponitur.Cic.de Senect.75, Facitque persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta & mitis oratio Idem in Hortensio,Quid Theopompo acrius, aut Theophrasto mitius inueniri potest?
Mitis & mansuetus,Ferus & immanis,contraria.Ci.1.de Inuen.4.
Precanti mitis.Stat.1.Theb.38.
Natura mitis & amnis.Ouid.epist.14.11.
Animo mitior.Horat.3.Carm.ode 10.4,
–nec rigida mollior æsculo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec Mauri animo mitior anguibus.
Vultu mitior. Stat. 6. Theb. 59.
Mitior in alienem. Liu. 7. ab Vrbe, 198, Eodem hæc imperiosa Dictatura geretur, vt neque in hos meos & patriæ meæ milites mitior, quàm in vos, hostes dicere hostes.
¶ Alimenta mitia. Ouid. 1. Metam. 58.
Animus semper mitis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 21.
Aura mitior. Ouid. 2. Fast. 30.
Capta mite. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 8.
Consilium mite. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 1.
Dii mites hostibus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 10.
Moderata & mitis doctrina: cui opponitur Aspera & Dura. Cicero pro Murena, 55.
Dolorem mitiorem facit patientia. Cic. 2. Tusc. 42.
Exilium mitius. Ouid. 2. Trist. 37.
Mitissimus & lenissimus homo. Cic. 4. in Catil. 8 2. Idē Attico, lib. 7. 122. 1.
Incendia mitia. Ouid. 1. Fast. 82. Vide INCENDIVM.
Ingenium mite. Ouid. 13. Metam. 38. Idem 1. Amor. eleg. 10. 6.
Ira mitior. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 4. Idem 1. Trist. ele. 2. 13.
Lachrymæ mites. Ouid. 6. Metam. 101.
Mores mitissimi, Tractabiles. Columella lib. 6 cap. 29. 3, Mores autem laudantur qui sunt ex placido & ex concitato mitissimi. De equo.
Obitus mitis. Tacit. lib. 3.
Compta & mitis oratio. Cic. de Senect. 16.
Mitiorem in partem interpretari. Cic. pro Murena. 59, Quod atrociter in Senatu dixisti, aut non dixisses, aut seposuisses, aut mitiorem in partem interpretatere.
Patrocinium mite. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 1.
Pietas mitis. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 7.
Pœna mitior. Q uintil. lib. 6. cap. 4. 13.
Solator mitis. Stat. 5. Sylu. 5. 8.
Solum mite. Horat. 1. Carm. ode 18. 1.
Spes mitior. Tacit. lib. 15, Deinde oblata mitiore spe, &c.
Succi mites. Ouid. 14. Metam. 138.
Temperies mitis. Claud. 1. de rapto Proserp. 53.
Ventus mitior. Ouid. 13. Metam. 89.
Verba mitissima. Ouid. 1. Metam. 164.
Mite & placatum. Cic. Attico, lib. 5. 88. 3.
Nihil mitius. Cic. 4. Acad. 23, Et homo natura lenissimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) stomachari tamen cœpit.
Tristia mutare mitibus. Horat. 1. Carm. ode 16. 6.
¶ Mite stagnum, Tranquillum. Virgil. 8. Aeneid. 18, Mitis vt in morem stagni, placidæque paludis. Nonius.
¶ Mitis, Maturus. Virg. 1. eclog. 16,
-sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles. Nonius.
Vindemia mitis. Virg. 2. Georg. 105.
Vuæ mites. Virg. 1. Georg. 90.
Mitè, mitius, mitissimè, Aduerbium. (ἡμερῶς, ἡμερώτερον, ἡμερώτατα,) Cæsar 7. belli Gall. 174. Q uæ tametsi Cæsar intelligebat, tamen quàm mitissime potest, legatos appellat.
Ferre aliquid mitius. Ouid. 15. Metam. 99,
-similes aliorum respice casus, Mitius ista feres.
Perite mitius. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 6.
Mitius ille perit, subita qui mergitur vndas
Quàm sua qui liquidis brachia lassat aquis.
Miteico, miteicis, (πυκνοῦμαι, πυκνόομαι,) mitescere, Mansuescere. Plin. lib. 21. cap. 15. 31, Genua quoque degrauat: sed madefactum pluribus diebus mitescit. De equo. Liu. 8. bel. Maced. 74, Nolite existimare belua tantum recens captas feritatem illam sylueſtrem primò seruare, deinde quum diu manibus humanis alantur mitescere in hominum feritate mulcenda non eandem naturam esse. Horat. 1. epist. 1. 8,
Nemo adeò ferus est, vt non mitescere possit,
Si modò culturæ patientem præbeat aurem.
¶ Mitescere, Tranquillari, inquit Sipontinus, seu manis Tranquillum fieri. Apuleius, Conflaccescunt fluctus, mare mitescit.
Freta mitescunt. Ouid. 7. epist. 34.
Mitescente hyeme. Liuius 3. bel. Pun. 87, Cæterum mitescente iam hyeme, ducto ex hybernis milite, Casilinum redit.
Flecti & mitescere. Ouid. 14. Metam. 140,
-referam tota notissima Cypro
Facta, quibus flecti facile, & mitescere possis.
Mitescunt discordiæ. Liu. 5. ab Vrbe, 82, Eum magnum aduenisse hostium numerum fama Romæ erat, eoque mitescere discordiæ intestinæ metu communi, vt fit, cœptæ.
Ira mitescit. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 16.
Secula mitescent positis bellis. Virg. 1. Aeneid. 59.
¶ Mitescere, Maturescere. Plin. lib. 15. ca. 13. 2, Reliquorum pinnorum velocitas citò mitescentium transuolat. Colum. lib. 3. cap. 1. 6, Seu fit-

mi durique acini, quarum inter caligines vuæ deflorescunt, & mox gratiores ac pruinis, vt aliæ caloribus mitescunt.
Mitigo, mitigas, pen. corr. (ἡμόω, πραΰνω, μειλίσσομαι,) mitigare, Placare, quasi mitem facere. vt Mitigata feritas, apud Plinium li. 16. cap. 1. 4. Et lib. 10. ca. 63. 11, Rabies ea aceto mitigatur. Cic. 7. Verr. 108, Neque in parentum luctu atque lachrymis, te mei nominis commemoratio mitigauit. Virg. 5. Aeneid. 157,
Innonis grauis ira, & inexaturabile pectus,
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla.
Irasci & Mitigari, contraria. Cic. in Orat. 72.
Ex agresti vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus. Cic. 2. de Legibus, 58.
Reconciliare & mitigare sibi aliquem. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 109.
Vsus flectet, dies lenietæ mitigabit. Cic. pro Murena, 59.
Longinquitas temporis mitigat. Cic. Torquato, lib. 6. 4. 12.
Animum mitigare. Cic. pro Fonteio, 22.
Dolorem mitigare. Cic. 1. de Finib. 153.
Dolores vetustate mitigantur. Cic. Attico, lib. 3. 55. 3.
Febrem quiete & abstinentia mitigauit. Q uintil. lib. 2. ca. 17. 7.
Iras mitigare. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 10.
Labores magna compensati gloria mitigantur. Cic. 2. de Ora. 58.
Populum excitatum in bonos mitigare. Cic. 1. de Orat. 101.
Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 32.
Tristitiam mitigat & relaxat risus. Cic. 1. de Orat. 151.
¶ Agrum sylueſtrem mitigare flammis & ferro. Horat. 2. epist. 1. 18.
Cibum mitigare. Cicc. 1. de Natu. deor. 127. Arborum autem confectio ne, omnique materia & culta & sylueſtri, partim ad calfaciendum eorum pus igni adhibito, & ad mitigandū cibum vtimur, &c. Id est coquendum. ¶ Mitigare, Maturare. Cic. lib. 4. de Rep. Quumque Autumno rerum ad conciendas fruges patefecerit, hyeme ad conciendas relaxauerit, fistula maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Nonius.
Mitigatio, Verbale. (πραΰνσις,) Cic. 3. de Orat. 65, Omnique ad omnem animi motum & impulsio, & si ita res feret, mitigatio.
Mitigatórius, penult. corre. Adiectiuum. (πραυντικός,) Quod habet vim mitigandi. Plini. libr. 28. cap. 6. 6, Contra tenum & lumborum vitia cæque cruciatos in balnearum solis pronos vrinam reddere, mitigatorium habetur.
Mitifico, mitificas, pen. cor. (ἡμόω,) mitificare, Mitem facere. Plin. lib. 3. cap. 7. 6, Capti celeri imò mitificantur hordei succo. De elephantis. Idem lib. 9. cap. 31, 1, Omnia eius generis hyeme ladantur, Autumno vero & vere pinguescunt, & plenilunio magis, quia nocte sudus tegulæ, & gore mitificat. De cancris.
Cibum mitificare, Concoquere. Cic. 1. de Diuin. 84, Depulso enim algore, & in omne corpus diuiso & mitificato cibo, cantus edere quibus fuerit, & in ore corpus diuiso & mitificato cibo, cantus edere quibus fuerit satiatos. De gallis.

Mitra, mitræ, (μίτρα,) Dictio barbara, qua significatur quod Lacones appellabant, & Cretes, & Phryges, & Lydi vsi sunt. erat enim pileus in modum mitræ, & pro muliebri corona ad ornatum capitis adolescentibus & puellis, Syrii, Phrygii, & Lydii

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib.7.18, Hedui de consilio legatorum, quos Cæsar ad exercitum reliquerat, copiis equitatus peditatusque subsidio Iturigibus mittunt. Liuius 4. ab Vrbe, 250, Ad id venerit exercitus subsidio missus.

In suffragium mittere Centurias, Decernendum proponere, & suffragia de aliqua re inire. Liu. 1. bel. Maced. 11, Consul in campo Martio comitiis habitis, prius quàm Centurias in suffragium mitteret, concione aduocata, &c.

In plures suspiciones mittere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 66, Sciamus autem, si de nostro facto quærat, vnam nobis aliquid esse dicendum: si de alieno, mittere in plures suspiciones licere.

Talos mittere, pro licere, siue iactare. Proper. lib. 2. eleg. 34. 6, At nondũ est talos mittere lassa manus. Horat. 2. Ser. sat. 7. 4.

–postquam illi iusta chiragra
Contudit articulos, qui pro se tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pauit.

Tempestatem mittere. Plau. Rud. 3. 2.

Prò dii immortales tempestatem cuiusmodi
Neptunus nobis nocte hac misit proxima.

Vocem mittere, pro Emittere. Liu. lib. 5. Decad. 4. Qui vocem liberam mittere aduersus regis legatum auderent. Idem lib. 10. Decad. 3, Vocem supplicem mittere licet. Plin. lib. 11. ca. 37. 45, Lingua tanis prima cohæret, intima absoluta à gutture qua vocem mittunt. Lucret. lib. 1. 167. Idem lib. 5. 136.

Mittere vocem contra aliquem. Cic. pro Cluentio. 71, Hodierno die primùm veritas vocem contra inuidiam his iudicibus freta miserit.

Vocem pro Republica mittere. Cic. pro Sestio. 34.

Vocem mittere de. Cic. pro Flacco. 4, Vox de quæstura nulla missa est.

Voces furiales mittere. Cic de Acus. ref. 35, Tum quum furiales in concionibus voces mittis, quum domos ciuium euertis, &c.

¶ Mittere, pro Emittere, vel producere. Plin. lib. 17. cap. 24. 18, Et cerasus, & rilia, & vitis corticem mittunt, sed non vitalem.

Mittere folia. Plin. lib. 12. cap. 13. 1.

Mittere fructum. Plin. lib. 11. cap. 6. 1, Fructum è cortice mittit, admirabilem succi dulcedine. Alii legunt Fructum cortice emittit.

Mittere radicem. Colu. lib. 5. cap. 10. 9, Omnis autem vnam radicem mittit, & simplici stylo procipit. Idem lib. 3. cap. 18. 1, Nam & radices è capite, qua rectium est, equi mittit.

¶ Mittere, Donare. Virgil. 9. eclog. 2, Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos.

¶ Mittere, Desinere, & finire. vt Mitte lachrymas, Ne fleueris amplius. Teren. Adelph. 3. 2. 27, Hera lachrymas mitte.

Mitte ambages. Plau. Cistel. 10. 92, Sed quæso ambages mulier mitte, atque hoc age, eloquere. Liuius 4. bel. Maced. 114, Quin mittimus ambages, inquit P. Sulpitius, &c.

Certamen mittere. Vir. 5. Aen. 68, Hoc pius Aeneas misso certamine, &c.

Curam mittere de pectore. Virg. 6. Aeneid. 17.

Iram mittere. Teren. Heey. 5. 2. 14.

Nàm si compererit crimina tua se falsò vxor credidisse,
Missam iram faciet.

Odium mittere & finire. Liu. 10. bel Maced. 189, Omnibus stantibus qui aderant, dextras, hdemque dedere, mittere vere, ac finire odium.

Mitte leues spes, & certamina diuitiarum. Horat. 1. epist. 5. 2.

Timorem mittere. Virg. 1. Aeneid. 41, –mœstumque timorem Mittite. Teren. Adelph. 5. 3. 9, Repressi, redii, mitto male dicta omnia.

Mitte malè loqui. Teren. And. 5. 3. 2, Rem potius ipsam dic: ac mitte malè loqui.

Cætera mitte loqui. Horat. Epod. 13. 2.

Pro nobis mitte precari, Id est Noli precari pro nobis. Oui. 3. Met. 123.

Mitto scrutari hoc est Desino. Plaut Aulul. 34. 23,

–nunc Iæuam ostende. S T. quin equidem ambas profero.
B V. Iam scrutari mitto, redde huc. Quintil. lib. 5. cap. 10, Verum hoc exequi mitto.

Mitto de illo. Plaut. Pœnul. 16. 98, Sed mitto de illo nunc ad te redeo. Id est, Nunc supersedeo de illo loqui. Cice. 4. Verr. 133, Non inquam iam quæro vnde hæc habueris, sed quo tibi tantum opus fuerit, id quæro mitto de melle.

Mitto vitam duram, Id est Taceo. Teren. Adelph. 5. 4. 6,

–nam ego vitam duram, quam vixi vsque adhuc,
Propè tam excurso spatio, mitto. Ibidem, 5. 3. 34, Mitto rem, consuetudinem ipsorum. Idem Heaut. 5. 1. 27, Mitto iam osculari atque amplexari, id nihil puto. Et And. 4. 5. 25, Mitte id quod scio: dic quod rogo. Item Phorm. 2. 1. 2,

Itane tandem vxorem duxit Antipho inuitu meo?

Nec meum imperium mage, mitto imperium mum (simultatem meam Reuereri saltem? Cice. 3. Verr. 96, Vt mittam cætera, quo tandem pudore tales viros, &c. Ibidem, 5. 48, Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera. Idem ad Atticum, lib. 3. 50. 2, Mitto cætera intolerabilia. Et pro Quintio, 48.

Mitto quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempestates sub ieris, &c. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 34.

Mitte hunc ire. Plaut. Milite, 22. 20, –si
Te saluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum. Idem Amphit. 1. 68, Amphitruo mitte hunc mea gratia,

Et me audias. A en mitto, quidnis loquere. Terẽ. Adelph. 5. 2. 5, Quid agis? quò abis? p. mitte me. Plaut. Casin. 5. 17,

–quò nunc abis? c. mitte me. s. mane.
c. Non maneo. Idem Epid. 2. 69, Tu ædepol re es turbulentus. T. mitte me, vt eam nunc iam.

Mitte hanc noxiam. Terent. Eunuc. 5. 2. 14,

–credin' re impune abiturum? c. vnam hanc noxiam
Mittes: si aliam vnquam vllam admisero, occidito.

Missus, Participium: (ἀπολελυμένος,) vt Missus ad Mithridaticum bellum. Cic. 4. Academ. 2. Ouid. 2. Fast. 48.

Subsidio missus. Stat. 3. Thebaid. 2.

Sub magna pericula missus. Virg. 9. Aeneid. 97.

Clamor missus ad sidera. Stat. 11. Thebaid. 105.

Corpora missa necis. Ouid. 7. Metam. 124.

Dux missus in bellum. Horat. de Arte, 64.

Legati missi de magnis rebus. Horat. 1. Serm. saty. 5. 6.

Leo è cauea missus. Author ad Herennium, lib. 4. 310.

Sagitta missa, Emissa. Ouid 8. Metam. 140.

Sanguis missus è corpore. Lucret. lib. 2. 39.

Vox missa. Horat. de Arte, 79,

–nescit vox missa reuerti.

Missæ oraculo voces. Liu. 4. bel. Maced. 186, Vt eas voces velut oraculo missas in pectora amicosque demitterent.

¶ Missum facere, Est deponere, ac etiam à nostro consortio, familiaritate, potestate, arbitrio dimittere. Cæsar Oppio in Epistolis ad Atticum libro 9. 177. 2, Cn. Magnum Pompeii præfectum deprehendi fecisse, & meo instituto vsus sum, & eum statim missum feci. Cic. 7. Verr. 49. Deinde alii quæstus institutunt: ex vno genere nauali videte quam multi: accipere à ciuitatibus pecunias, ne nautas darent: pretio certo missos facere nautas: missorum omne stipendium lucrari. Ibidem, Vt illos missum faciam. Idem 4. Verr. 19, Deinde si in hominibus elegendis non spes amicitiæ fefellerit vt vindicemus, missos faciamus, semper ita vsi sumus, vt, &c. Et 1. Offic. 46, Marci quidem Catonis filio à Cicerone ad M. filium, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse à Cassio, quum in Macedonia Persico bello miles esset. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 7, Colubras redire solere ad locum licet animaduertere, quas multi in theatro è sinu missas faciunt. Plaut. Amph. 19. 1. Iho ad vos introò, missum faciam Tiresiam senem. Terent. Phorm. 5. 6. 33, Missum te faciamus.

Me missum face, Noli vti opera mea, inquit Donatus. Ter. & Ad. 4. 2. 16,

Parum successit quod ago, at facio sedulo:
Vel melius tu aliud reperi, me missum face. Ibidem, 5. 1. 16,
Illam hinc ciuem esse aiunt. puer est natus. nos missos faciamus.

Verùm vt hæc missa faciam quæ iam facta sunt, ex iis quæ adhuc fiunt, nonne quiuis potest intelligere, omnium architectam, & gubernatorem vnum esse Chrysogonum? Cic. pro Rosc. Amer. 45.

Missa facio. Teren. Adel. 5. 9. 34, Missa facio, effundite, emaculate quod vobis lubet. Id est, Sino quod lubet agere. Plaut. Trinummo, 1. 2. 18,

–quid id est?
C A. Scies. Siquid stultè fecit, vt ea missa facias omnia. Hoc est,
Non cures, non ægrè feras.

Hæc missa facio: illud quæro, Is homo, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 45.

Missum facere amorem. Plautus Merc. 3. 3. 3,

Dico esse iterum me mercatum, si velit:
Amorem missum facere me, dum illi obtequar. Idem Merc. 1. 1. 70,
Quanto satius est nos aliquò abire, ibi esse, ibi viuere,
Adeò dum illius te cupiditas, atque amor missum facit?

Missam facere vxorem, id est Repudiare. Suet. in Caligula, cap. 25, Subinde ex prouincia euocauit, ac perductam à marito cõtinuxit sibi, breuique missam fecit.

Missum facere vadimonium. Cic. pro Quintio, 15, Qui postea quoque vadimonium missum fecerit, hunc per insidias vi de agro cõmoui doceamus.

Misso conuiuio. Liu. 6 bel. Pun. 73, Inde misso conuiuio, dextris iunctis, prosequendi officio, vltimoque complexu, collachrymantes suum patriæque casum deplorabant.

Misso officio. Cic. Atti. lib. 10. epist. 7. 2, Quod si iam misso officio, pecuniæ ratio habenda est, ab illis est periculum, si peccaro.

Missos facere honores. Cicero pro Sestio, Missos faciant honores, qui Remp. attingant.

Missus, huius missus, (βολή,) pro Missione. Liu. 9. ab Vrbe, 102, Et paulò haud paulo quàm hasta vehementius ictu missuque telum. Tacitus lib. 1, Bructeros sua vrentes expedita cũ manu L. Stertinius multis cum manibus fudit. Idem lib. 2, Quàm his, qui sorte, aut missu principum sortiebantur, Cæsar 2. bel. Ciuil. hunc conspicatæ naues, quæ missa Brutii adnerent. Cæsar 2. bel. Ciuil. hunc conspicatæ naues, quæ missa Brutii adportum excubabant.

¶ Missus. Immissionem ferarum, siue ludorum aut gladiatorum in arenã aliquando significat. Suet. in Domitiano Cæsare, cap. 4, In his Circensium die, quo facilius centum missus paragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina corripuit. Idem in Claudio Cæsare, cap. 21, Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus venatione. Budæus.

¶ Missus, pro Immissione ferculorum. Lampridius scribit Heliogabalum celebrasse tale conuiuium, vt apud amicos singulos singuli missus apparentur, & aliquando omnes missus sola carne phasianorum struxisse. Budæus.

Missio, missionis, Verbale. (πέμψις,) Cice. Attico, lib. 1. 3. 2, De literarum missione sine causa abs te accusor.

Legatorum missio. Cic. 7. Philipp. 212, Non sine causa legatorum istam missionem semper timui nunquam probauiquorum reditus quid sit allaturus ignoto.

Causaria missio, Vide CAVSA.

Missio, pro Dimissione. Suet. in Cæsare, Missionem continuò efflagitauit.

Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim hoc sta, quę emeritis stipendiis ab imperatore indulgetur. Est causaria, quę propter valetudines à laboribus militiæ soluitur. vnde Causarii milites dicuntur à Liuio. Est ignominiosa, quum quis propter delictum sacramento soluitur. Cicero 7. Verr. 59, Illos respondere, & docere vnãquenque missione remigum, fame reliquorum. Cleomenis timore & fuga, &c. Ibidem, 86, At ab omnibus te mercedem missionis acceperas. Liu. 6. bel. Pun. 4, Quibus Senatus missionem, reditumque in patriam negasset ante belli finem.

Missiro, missitas, pen. corr. (πεμπάζειν,) missitare, Frequentatiuum. Liuius 9. ab Vrbe, 243, Ad Aequos inde veteres hostes, cæterum permulcos annos sub specie insidæ pacis quietos, versa arma Romana, quòd incolumi Hernico nomine missitauerant simul cum iis Samniti auxilia. Plin. lib. 33. cap. 1. 7, Nec Iliacis temporibus vllus fuisse annulus vsi deo, nusquam certe Homerus dicit, quum & codicillos missitatos epistolarum gratia indicet.

Misiculo, misiculas, pen. corr. misiculare, pro Missitare vt Pésiculo, pro Pensito. Plaut. Epid. 3. 19,

–empta est ancilla, quòd tuis ad me literas Misiculabat.

Missilis, & hoc missile, pen. corr. (βελοπόρος,) Quod facile mittitur.

Missile. Telum omne quod manu in longum mittitur. Vnde & lapides, missilia dicuntur. Plin. lib. 18. cap. 4. 1, Ferunt difficiles partus statim solui, quum quis rectum, in quo sit granida transmiserit lapide, vel missili ex his, quæ tria animalia singulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, vrsum. Virgil. 9. Aeneid. 105.

–nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant.

Crinitum missile multa flamma. Stat. 5. Theb. 78.

Missiles aculei furibus rici. Plin. lib. 8. cap. 35.

Missiles lapides. Liuius 1. ab Vrbe, 188.

Re missiles, Quæ spargantur. Dicuntur & substantiue, Missilia, vt paulo post. Sueton. in Augusto, cap. 98, Idem etiã epulum in conspectu suo publicè, permisit, imò exacta iocandi licẽtia, diripiendique pomorum & obsoniorum, rerumque missilium. De ephebis loquitur.

Pomis missile dici. Propert. lib. 3. eleg. 14. 2.

Missilia tela. Liuius 2. ab Vrbe. 275. Et 5. 209. Lucer. lib. 5. 194.

Missilis tormenta. Plin. lib. 8. cap. 23. 1.

¶ Missilia. Diebantur munera quę à principibus populo spargebantur vt pota bellaria, linea, odores, vngueuta quod quum aliis temporibus, tum maximè Saturnalibus in theatro fieri solebat. Suet. in Calig. cap. 18. Sportis & missilibus in theatro fieri solebat. Suet. in Calig. cap. 18. Sportis & missilibus variarum rerum, & panaria cum obsonio vtrinque diuisit. Missilia variarum rerum dixit, pro Varias res missiles. Idem in Nerone, cap. 11, Spatia & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia assium cuiusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, &c. Ibidem, cap. 12, Quare spectaculum multiplicatis missilibus in serum protrahebatur, ne dominis quidem iam factionum dignantibus, nisi ad totius diei cursum greges ducere.

MITYLENE, Mitylenes, pen. pr. (μιτυλήνη,) & Mitylenæ, Mitylenãrum, Vrbs in Lesbo iuxta Methymnam, à cuius nomine nunc tota insula Mitylene appellatur, in qua fuere olim duæ nobilissimæ ciuitates, hæc videlicet & Methymna. Hanc eandem insulam pridem Lesbum dictam volunt ab vrbis nomine, quæ in ea potentissima fuit. Martialis lib. 10. 63, Quum sibi non Ephesos, nec sit Rhodos, aut Mitylene. Diuita Mitylene, vt Diodorus lib. 6. scribit, à Mitylene Machari filia.

Hęc nunc Mitallinum dicitur, vrbs clara Pittaco ex septem sapientibus vno, & Alceo poeta, & Antimenide fratre eius, & Diophane oratore, & Theophane rerum scriptore, qui magno Pompeio admodum familiaris fuit. De Mitylenis meminit Cicero pro Rab. Postu. 16. Horat. 1. Carm. ode 7. 1,

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen.
Pulchra Mitylene. Horat. 1. epist. 11. 4.

M N

Mna, mnæ, (μνᾶ,) Vide MINA. Plaut. Rud. 30. 27, Præterea centũ mnæ Philippicæ. Plin. lib. 21. cap. 34. 1, Mna quam nostri minã vocant, pendet drachmas Atticas centum.

Mnemonica, pen. corr. mnemonicorum, (μνημονικά,) Precepta de memoria. Author ad Herennium, lib. 3. 1 24,

Quemadmodum igitur qui literas sciunt, possunt id quod dictum est scribere, & recitare quod scripserunt: ita qui mnemonica didicerunt, possunt quæ audierunt in locis collocare, & ex his memoriter pronuntiare.

MNEMOSYNE, pen. corr. (μνημοσύνη,) mater nouem Musarum, & interpretatur memoria. Hunc meminit Cicero 3. de Nat. deo. 73, Iã Musæ pi imæ quatuor natæ Ioue altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete. Secundę Ioue certio, & Mnemosyne procreatæ nouem.

Mnemosynon, pen. cor. (μνημόσυνον,) Monumentum siue pignus quod amico in memoriam alicuius rei relinquitur. Catul. in Asinũ, epi. 12. 3, Verũ est μνημόσυνον mei sodalis.

MNESARCHVS, inter principes philosophorum Ciceroni numeratur. Acad. quæst. lib. 4.

MNESTHEVS. (μνήσθεος) nomen fuit proprium viri Troiani. De quo Virgilius 4. Aeneid. 58, Mnesthea, Sergestumque vocat, &c. Ibidem, 12. 113, Is ab Assaraco rege originem traxit, vt idem Virgilius author est ibidem 26,

Et genus Assaraci Mnestheus. Nonnunquam verò causa metri additur post M. Mnestheus. Virgilius 10. Aeneidos, 28,

Nec Clytio genitore minor, nec fratre Mnestheo. Nec aliter potest stare versus, vt annotauit Seruius.

M O

Mobilis, Mobilitas, Mobiliter, Vide MOVEO.

Moderate, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Modero, Modeste, Modestia, Modestus, Vide MODVS.

Modice, Modicum, Modificor, Vide MODVS.

Modius, modii, (μόδιος,) Mensuræ genus, non dispar ei mensuræ quã bœotiũ nostrates vocant. Col. lib. 7. cap. 3, de bubus aratoris loquens, Bubus pro tẑporibus anni pabula dispensantur. Ianuario mense singulis fresi & aqua macerati erui quaternos sextarios mistos paleis dare conuenit: vel lupini macerati modios, vel cicerculæ maceratæ semodios. Idem si grano abstinemus, & regionis copia permitta ticum fronde laurea & illigenea glans adiicitur: quæ nisi ad satietatem detur, scabiem parit. Potest etiam, si prouentus vilitatem facit, semodius fabæ fresæ præberi Nouembri mense, ac Decembri: per sementem quantum apperit bos, tantum prębendum est: plerunque tamen sufficiunt singulis modii glandis & paleę ad satietatem datæ; vel lupini macerati modii: vel erui aqua conspersi sextarii septeni permistis paleis: vel cicerculæ similiter macerate sextarii duodeni: vel singuli modii vinaceorũ. His exemplis conicere possumus modium Romanum non disparem fuisse ei mensuræ quam bœotium nostrates vocant quum sit diurnus cibus bouis aratoris modius aut semodius, pro varietate pabuli. Apud nos equis viatoriis per diuersoria cibus statutus est in dies cistellę ternæ atenæ, vt in Italia hordei, Sic enim semper tulit stabulariorum formula. Sed frigoris equis, quum longis itineribus fatiscunt, auctarium noctu dari solet, id est quarta cistella. Hæ quaternæ mensuræ bœotium nostrum triticarium implentqui modus pabuli est omnibus tam sarciariis equis per stabula viatoria statutus. Hactenus Budæus. Cic de Amicit. 60, Verumque illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. Cic. 2. Offic. 26, Ne M. quidem Scio vitio datum est, quòd in caritate asse modium populo dedit. Cæsar 2. bel. Gal. Tritici modios c x x millia polliceri cogit.

Modius vini Parisinus, tricenos senos sextarios nostros capit. Sextarius autem octonas eas, quas pintas dicimus. Budæus.

Modius tritici Parisinus, quatuor & viginti medimnos Atticos capit.

Mille modii fabę. Horat. 1. epist. 17. 11.

¶ Modius agri, Actus quadratus qui latus est pedes centum, & longus totidem mina etiam Latini dicitur teste Varrone 1. de Re rust. ca. 10. 1.

¶ Modius, neutro genere etiam dicitur. Plin. lib. 18. cap. 16. 5, Id præstant in iugera modia vicena.

Modiatio, modiationis, pro eodem, in L. Q uum non frumentum. Cod. de Vsuris, Quum non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, vt certa modiatio tritici præstaretur: ac nisi is modius sua die fuisset oblatus mensurarum, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modiolus, modioli, pen. corr. (διμικτίδιον,) Diminutiuum.
Modiolus, Parum vas quadratum ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam. Vitruuius, Ita quum rota à calcantibus versabitur, modioli pleni ad summum elati, & rursus ad imum reuertentes infundẽt in castellum ipsi per se quod extulerunt.
¶ Modiolus etiam, Vas est mensarium potui paratum, vt phiala, vt trullum inquit Scæuola in L. Seiæ. ff. De auro & arg. leg. Seiæ, inquit, dulcissimæ poculum aureum, quod elegerit, fides hæredum committo vt dent. Quæro quum in hæreditate non sint nisi trullæ, scyphi, modioli, phialæ, an scia de his speciebus eligere posset? Respondi, quum omnia potui parata pocula dicantur posse eã ex his eligere. Hæc Budæus. Plaut. Cistel. 6.7,
-vix exculpsi vt diceret,
Quia ei promisi modiolum vini dare.
¶ Modiolus in rota. (κάμακος, κοινίκιον, κνέφη,) Cui affixi sunt radii. Plin. lib. 9. cap. 4. 1, Apparent & rotæ appellatæ à similitudine quaternis distincte radiis, modiolos earum oculis duobus vt inque claudentibus.
¶ Modiolus, quale sit instrumentum chirurgicum, vide Celsum li. 8. ca. 3
Modiālis, & hoc modiale, penul. prod. (διμικτιαῖος.) Quod modium continet. Plautus Capt. 1. 5. 8 Aulas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

Modo, (ἀρτίως,) Aduerbium, à fiuali breui, Tempus significat præsens, vel mox præteritum, vel nondum præteritum, vel statim futurum, vt Modò id ago, Modò veni, Modò id dicebam, Modò faciam. De præsenti sequuntur exempla. Terent. Adel. 3. 1. 2, Modò dolores mea to, occipiunt primum. Vbi Donatus, Euidenter hic MODO temporis præsentis aduerbium est. Idem Hecy. 3. 5. 8, Aduenis modò? PAM. admodum. Vbi Donatus. Difficile inuenitur præsentis temporis MODO. Atque vt ostendat esse momentum etiam præsentis tẽporis, dixit ADMODVM, quod est minus. Idem And. 5. 2. 9, Modò in troli. 5. quasi ego, quàm dudum rogem.
Florent modò nata. Horat. de Arte, 13.
Modò ait, modò negat. Terent. Eunuc. 4. 4. 47. Cic. 1. de Diuin. 110. Nam quæ Carneades concertationis studio modò ait hoc, modò illud. Et ad Atticũ, li. 2. 30. 1, Modò, hoc modò illud audire. Et 2. de Diuin. 139, Quòd si eorum vi cælũ modò hoc modo, modò illo modo tẽperatur.
Modò ab nostris Imperatoribus subacti, modò bello domiti, modò triumphis ac monimentis notati, modò ab Senatu agris vrbibusque multati sunt. Cic. pro Fonteio, 2.
Modò egens, repentè diues. Cic. 2. Philipp. 76.
Modò vnum, tum autem plures. Cic. 1. de Nat. deor. 46, Facit enim in iis quæ à Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam dei quærì non oportere, eundemque & solem & animum deum dicere, & modò vnum, tum autem plures deos.
Modò, pro Nunc. Quint. in Proœ lib. 3, Nunc autem quæ velut propria philosophiæ asseruntur, passim tractamus omnes. Quis enim modò de iusto, æquo, ac bono, non & vir pessimus loquitur? Hic apertissimè Fabius NVNC & MODO pro eodem vsurpauit.
¶ Modò, de tempore præterito. Plaut. Mostel. 14. 10,
Nouum vnum vidi efferri mortuum foras,
Modò eum vixisse aiebant. Idem Rud. 9. 2, Nam quum modò exibat foras, ad portum se aiebant ire. Item Amphit. 4. 1. 6, Apage, non placet me hoc noctis esse, cœnaui modò. Et Asin. 7. 71, Adolescens venit modò, qui argentum attulit. Terent. Eunuc. 4. 4. 10, Quando? DO. hodie. PH. quàm dudum? DO. modò. Vbi Donatus, Nota MODO apertè pro præteriro tempore dictum esse, id est iam dudum. nam qui vitiauerat virginem non modò, sed longè antè vestem mutauit cũ eunucho Phædriæ. Cice. 1. Offic. 111, Modò enim hoc malum in hanc Remp. inuasit. Idem 5. de Fin. 7, Modò enim fuit Carneades. Id est nuper, inquit Budæus.
Modò vno tempore tot viri clarissimi interierunt. Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 5. 13.
¶ Modò, minus significare quàm Nuper, docet Cic. 6. Ver. 5, his verbis, Quid dico nuper? imò verò modò, ac planè paulo antè vidimus. Bud.
¶ Modò vt, vel Si modo, aut Modo videam, pro Dummodo, Terent. Phorm. 1. 2. 9,
-quid istuc est? G. scies: Modo vt tacere possis. Idem And. 2. 4. 6,
-proin tu face apud te vt sies
P. Modo vt possim. Plaut. Asin. 7. 8, Aetatem velim seruire, Litanum vt conueniam modo. Idem Trinum. 17. 56,
Nihil euenit, ne time, bene re gesta saluos redeo, si tu modo
Frugi esse vis. Teren. Heau. 5. 1. 18, Modo liceat vinere est spes. Plaut. Persa, 5. 76, Iamne illam destinasti? D. videam modò mercimonium.
Virg. 4. Aeneid. 22, Si modo quod memoras factum, fortuna sequatur.
Cic. 4. Verr. 97, Cogat alios laudare, sicut in multis conatus est: modo hæc faciat quę fecit. Idem 1. de Fin. 43, Probabo, inquit, modo ista sis æquitate qua ostendis. Et ad Atticum, lib. 12. 27. 5, Contudi enim animum, & fortasse vici, si modo permansero. Idem 2. de Orat. 86, In hac arte, si modo est hæc ars.

¶ Modo, pro Tantummodo, vt ait Donatus: siue Solum & dumtaxat. Terent. Eunucho, 2. 3. 17.
-Chærea aliquid inueni
Modo quod ames. Plaut. Capt. 4. 64,
Habe modo bonum animum nam illum confido domum
In his diebus me reconciliassere. Quintil. lib. 1. cap. 6, de nomero partium orationis disputans, Veteres enim, quorum fuerit Aristoteles & Theodectes, verba modo & nomina & coniunctiones tradiderunt. Cice. 2. de Orat. 80, Quæ quidem omnibus, qui ea mediocriter modo consyderarint, studio adhibito & vsu pertracta esse possunt. Idem Antipio, lib. 6. 12. 15, Quæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc verò etiam salutem. Et Virg. 3. Georg. 2,
Primus ego in patriam mecum (modo vita supersit)
Aonio rediens deducam vertice Musas. Quint. li. 2. ca. 16, Quidam enim circa res omnes quidã circa cioiles modo versari rhetoricen putauerunt. Ci. 5. Tusc. 93, Quis est omnũ qui modo cũ musis, id est cũ humanitate, & cũ doctrina habeat aliquod commerciũ, quis non hunc mathematicũ malit, quàm illũ tyrannũ? Idẽ pro Deiotaro, 10, Cui porrò, qui modo Populi Rom. nomen audiuit, Deiotari probitas integritas, grauitas, virtus, fides non audita est? Eadem ferè significatio est cũ præcedenti, in qua pro Tãtummodo interpretati sumus. Lia. 3. ab Vrbe, Id modò simul orant ac monent, vt ipsis ab inuidia caueatur.
Modo, pro Quidem, vel tamen. Quintil. lib. 6. cap. 3, Si mihi tradita fuisset præcepta sufficeret, fatisfeceram huic parti, nihil eorum quæ legi vel didici, quod modo probabile fuit omittendo. Idem li. 9. ca. 2, Sed hæc omnia modo & aliter intelligi possit, in illos tyrannos bene dixerit: quia periculum tantum, non etiam offensa vitatur. Et lib. 2. cap. 17, Quam vetus antiquitas à Chirone atque Achille ad nostra tempora apud omnes, qui modo legitimam disciplinam non sint peroti, durauerit: non est omittendum vt, &c. Cic. 1. de Diuin. 145, Nemo aliter philosophus tentet fit, in quo modo esset authoritas.
Paulum modo. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 13, Si Pompeius paulum modo cessaret sibi placere. Idem 3. de Orato. 108, At in his si paulum modo deterior offensum est.
Modo ne. Cic. de Amicit. 54, In quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinãdum est de vita, modo ne summa turpitudo sequatur. Id est dummodo non sequatur summa Reip. turpitudo. Idẽ 4. Acad. 13, Dicunque videantur sanè, ne affirmentur modo. Et 1. Offic. 126, Modò ne tatem illam tenebit quæ est inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis, & rectè placet, modo ne laudarent iracundiam.
Modóne, Interrogatiuum, quemadmodum nonne, & numquid. Terent. And. 5. 3. 11, Me miserum. S. modóne id demum sensisti? Pamphilo.
Modo non, Rei non planè peractę Aduerbium. Id est tãtum non. Fere valet quasi dicas Propemodum. Terent. Phor. 1. 2. 18, Senem pro stolam pellexit, modo non montes auri pollicens. Donatus.
Modo vt pro Dummodo. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. 1, Sin hæc quæ tu miraretur, contemnenda, duxisti, & quum per valetudinem, tum per re, tamen noluisti vtrunque lærer, & sine dolore corporis, & sine animo valuisse quum ea quæ sine causa mirantur alii, ... dò vt constiterit fructus otii tui. Id est dummodo tibi ... Tironi, li. 16. 11. 10, Magna auxilia Afranio & Petreio ... à tergo: videtur, si insanies, posse opprimi, modo vt ... Verr. 9, Concede vt impune emerit, modo vt bona ratione ... lum. lib. 5. cap. 6, Quisquis autem pampinus loco naturis expansus, ... vel alligando fractus est, modo vt aliquam gemmam habuerit, ... tolli non oportet.
Non modo, sed etiam. Cic. Ligario, lib. 6. 13. 10, Tu fac habeas sententiam ... nimum, quem semper habuisti primùm ob eas cautas, quas scripsi ... de, quòd ea de Republica semper voluisti atque sensisti, vt non modò ... cum secunda sperare debeas, sed etiam si omnia aduersa essent, tamen ... conscientia & factorum & consiliorum tuorum, quæcunque accidant ... fortissimo & maximo animo ferre deberes.
¶ Modo, pro Saltem. Terentius Adelph. 3. 4. 63, Vtinam hoc fit ... dò defunctum,
¶ Modo, pro Interdum. Propertius lib. 3. eleg. 14. 3,
Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis,
Thermodonteis turba lauatur aquis:
Et modo Taygeti crines aspersa pruina,
Sectatur primos per iuga longa canes. Horat. 1. Ser. saty. 7. 2
-sæpe notatus
Cum tribus annellis, modo læua Priscus inani Vixit inæqualis.

Modulor, Modulatio, Modulator, Modulatus, Modulate, Vide Modulus in MODVS.

Modus, modi. (μέτρον, τρόπος, ἁρμός, μετριότης,) Proprè ratione significat id est mensura, siue forma. Ratio verò tolet ... quid nimis, sed omnia cum moderamine fiant. Plaut. Pœnul. 4. 2. -verum

-verum hoc vnum tamen cogitato, modus omnibus
In rebus soror est optimum habitu. Colu. lib. 2, Est autem modus in siccando fœno, vt neq; pararidum, neq; rursus viride colligatur.
Modus est suus cuique. Cic. in Oratore, 40, In omnibus rebus videndum est quaterus. etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum.
Ratio & modus. Cic. 1. Offic. 189, Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit definiendi modus. Idem 7. Verr. 124, Quemadmodum de tanta re dicam? opinor vnus modus atque vna ratio est.
Ratio & modus, Aliter. Cic. 1. de Orat. 195, Pictoris cuiusdam summi ratione & modo formarum varietate locos distinguentis.
Modus benignitatis. Terent. And. 5. 1. 7,
Vide quàm iniquus sis præ studio, dum efficias id quod cupis:
Neque modum benignitatis, non quid me ores cogitas.
Modus viuendi. Cic. de Senect. 78, Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic viuendi modum. Terentius And. Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum. Id est, moderationem & regimen, inquit Donatus.
Bellandi modus. Silius lib. 16. 19.
¶ Illandi modi. Ouid. epist. 22. 7.
Asper, & rarus modus. Quintil. lib. 4. cap. 1. 14.
Frequens, & fautorabilis modus. Quintil. lib. 4. cap. 1. 14.
Morigeri modi. Lucret. lib. 4. 158,
Nam facit ipsa suis interdum fœmina factis,
Morigerisque modis, & mundo corpore culta,
Vt facile insuescat secum vir degere vitam.
Modus par omnium. Celf. lib. 3. cap. 27, Vtile est etiam seuum miscere cũ hyoscyami & veticæ cõtritis seminibus, sic, vt omnium par modus sit, idque imponere.
Modus vini maior. Celf. lib. 8. cap. 4, Vtentur frequens balneum, maior vini modus.
Sumere iustum modum cibi. Celsus lib. 4. cap. 2, Vbi per hoc idoneus alitur balneo factus, coq; vsus est, adiicendus cibo pisciculus, aut caro: sic tamen, ne prouinus iustus modus cibi sumatur.
Miris modis vitenda animalia. Virg. 4. Georg. 62.
Omni modo differre. Plin. lib. 16. cap. 14. 1, In tilia mas & fœmina differunt omni modo.
Omni modo laborare. Plin. lib. 16. cap. 32. 3, Omni modo laborauit Mithridates rex, & cæteri incolæ, fœrorum certè causa laurũ, myrtumq; habere, & non contigit. Ibidem, ca. 34. 4, Quin & Harpalum omni modo laborasse vt fereret eam in Medis, frustra.
Seruorum modo. Id est In modum seruorũ. Liuius lib. 9. bel. Maced. 100, Seruorum modo præter spem repentè manumissorũ, licentiam linguæ & voces experiri.
Figere modum nequitiæ. Horat. 3. Carm. ode 15. 1.
¶ Abiit modus, Vide ABEO.
Adhibere modum alicui rei. Cic. 1. Offic. 27, His enim rebus quæ tractantur in vita, modum quẽdam adhibentes & ordinem, honestatem & decorum conseruabimus. Idem 5. Tusc. 115. Vide ADHIBEO.
Adiicere modum, Vide ADIICIO.
Aestimare aliquid simili ratione modoq; Horat. 2. epist. 1. 4.
Capere modum, Vide CAPIO.
Figere modoque carere. Lucret. lib. 1. 196.
Constituere modum rebus infinitis. Cic. 1. de Finib. 5. Et pro Sylla, 34, Tironi, li. 16. 11. 10, Magna auxilia Afranio & Petreio ... à tergo: videtur, si insanies, posse opprimi, modo vt verbis ... Verr. 9, Concede vt impune emerit, modo vt bona ratione ... lum. lib. 5. cap. 6, Quisquis autem pampinus loco naturis expansus, ... vel alligando fractus est, modo vt aliquam gemmam habuerit, ... tolli non oportet.
Constituere modum alicui rei. Cic. pro Marcello, 15.
Nil tibi aliquem vitæ modum constitueris, coges me, &c. Sic pro Rabir. Postumo, 3.
Custodire modum. Vide CVSTODIO.
Definire modum alicui rei. Cic. pro Marcello, 15.
Modo & ordine discere & facere aliquid. Cic. 1. Offic. 25.
Dare modum professioni. Quintil. lib. 2. cap. 1. 4, Nos suum cuique professioni modum demus.
Numerosq; modosq; edicere vitæ. Horat. 2. epist. 2. 29.
Sationis modum exequi. Cic. 5. Verr. 37.
Tempus modumq; exigere secum. Virg. 4. Aeneid. 95.
Facere modum. Cic. 4. Ver. 82, Nos modum aliquem & finem orationi nostræ criminibusque faciamus. Idem Tusc. lib. 5. 16. 14, Nulla fuit vnquam liberis amitis tam imbecilli mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit. Et 2. de Legibus, 79, Ipsisq; authorem fuisse, vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum.
More & modo aliquid facere. Cic. pro Murena, 65.
More modoque. Horat. 4. Carm. ode 2. 6,
-ego apis Matinæ More modoque, &c.
Modo & ratione omnia facere. Cic. pro Quintio, 14.
Finiuit modum nouis sepulchris. Cic. 2. de Legib. 103.
Habere modum, Cic pro Clutentio, 77, Non fuit igitur illud iudicium iudicii simile Iudices, non fuitin quo non modus est habitus, non mos, cõsuetudoq; seruata. Idem 2. de Fin. 42, Ergo & auarus erit, sed finitè: & adulter, verum habebit modum & luxuriosus, eodem modo. Et 4. Verr. 102, Quid verò, modum statuarum haberi nullum placet? atqui

habeatur necesse est.
Res non habet modum. Horat. 2. Serm. saty. 3. 53, -ô here quæ res
Nec modum habet, neque consilium, ratione, modoque.
Tractari non vult.
Habet ratio modum. Cicero Marcello, lib. 4. 7. 8, Sed habet ista ratio, vt mihi quidem videtur, quendam modum.
Modum dolori, pugnæ, tempori imponere, Vide IMPONO.
Mille modis labens. Ouid. 5. Metam. 120.
Miseris modis distracta laborant. Lucret. lib. 3. 103.
Multis modis miseri. Lucret. lib. 2. 24.
Parare modum, Cic. 3. de Nat. deorum, 132, Quinam Tantalidarum internecioni modus paretur?
Secundis patitur in rebus modum, Id est modestiam seruat. Seneca Thyeste, 3. 5.
Ponere modum exitiis. Virg. 7. Aeneid. 26.
Præscribere modum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 22, Quàm eo modo, quem actor actione præscripserat.
Quærere modum. Cic. pro Lege Manilia, 2. Itaq; non mihi tam copia q̃ modus in dicendo quærendus est.
Seruare modum. Plin. lib. 7. cap. 53. 1. Plurimas prodidit Verriustinos cum delectu modum seruabimus.
Seruare modum, finemq; tenere. Lucan. lib. 2. 77.
Arma non seruant modum. Senec. Herc. furen. 6. 14.
Sistere modum. Ouid. 15. Metam. 99,
-quoties flenti Theseius heros
Sistere modum dixit.
Statuere modum. Horat. 1. Serm. saty. 2. 23.
Statuere modum inimicitiarum. Cicero pro Sylla, 36, Ac si considerare cœperis, vtrum magis mihi hoc necesse fuerit facere, an cibis intelliges honestius te inimicitiarum modum statuere potuisse, quàm me humanitatis.
Statuere modum grauibus ærumnis. Senec. Herc. fur. 4. 1.
Statuere modum imperii diuturnitati. Cic. pro Leg. Manil. 17.
Statuere modum alienæ industriæ. Cic. 1. de Finib. 6.
Temperant modum frigoris & caloris accessus & recessus solis. Cic. 2. de Natur. deorum, 71,
Tenere vel retinere modum. Cice. 1. Offic. 149, Sin sit quispiam qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse eius fruendæ modum. Ibidem, 146, Ludendi est etiam quidam modus retinẽdus, vt ne nimis omnia profundamus. Idem in Parad. 31, Si quidem rerum modum fingere non possimus, animorum modũ tenere possumus. Quintil. lib. 1. cap. 7. 12.
Terminare modum artis vtilitate. Cicero 1. Tuscul. 8. Idem in Parad. 64, Non æstimatione census, verum victus atque cultus terminatur pecuniæ modus.
¶ Modus in. Cic. pro Lege Manil. 2, Itaq; mihi non tam copia, quàm modus in dicendo quærendus est.
Hoc modo. Cic. 1. de Inuent. 64, Credibile, est quod sine vllo teste, auditoris opinione firmatur, hoc modo, Nemo est, &c.
Ad hunc modum. Cicero 1. de Inuentione, 69, In qua vtrum concesseris, reprehenditur, ad hunc modum. Idem 2. Tuscul. 14, Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus. Idem 1. de Inuent. 12, Sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum, vt, &c.
Modo meo. Plaut. Amphit. 4. 67,
Nos nostras more nostro & modò instruximus
Legiones. Idem Menæch. 7. 25,
Dictum facesse elatum, & discaucas malo:
Molestus ne sis, non tuo hoc fiet modo. Teren. And. 1. 1. 126, Sine nũc meo me viuere interea modo. Id est mea voluntate, meo arbitrio, inquit Donatus. Idem Eunucho, 5. 3. 11, Spero me habere qui hũc meo excruciem modo. Id est vt volo.
¶ Bono modo. Cic. ad Atticum, lib. 14. 18. 1. 4, De die tantum videto, & idipsum bono modo. Idem 4. Acad. 247, Hęc tibi Lucalle, si es assensus Antiocho familiari tuo, tam sunt defendẽda, quàm mœnia mihi autem bono modo tantum quantum videbitur.
Bono modo fiat. Plaut. Merc. 24. 62,
Neu quisquam posthac prohibeto adolescentem filium,
Quia amet, & leortum ducat, quod bono fiat modo. Idem Amph. 12. 11, Amat, sapit, rectè facit animo quando obsequitur suo:
Quod omnes homines facere oportet, dum id modo fiat bono.
Bono modo inuenire pecuniam. Plin. lib. 7. cap. 43. 5.
Bono modo vindicare. Cato cap. 5. 1, Siquis quid deliquerit, pro noxa bono modo vindicet.
Humanus modus. Cicero 4. Verr. 6, Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si vsitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset.
Accipi indignis modis, Vide ACCIPIO.
Miris modis, Vide MIROR.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multiplex modus.Plin.in Procem.lib.33.1.
Multis modis,pro Vehementer.Terent.Hecy.2.3.7,Nisi pol illum multis modis iam expecto,vt redeat domũ. Donatus. Vide MVLTVS.
Nouo modo,Cic.4 Verr.65, Et hæc præterea addidit homo Venerius, nouo modo,nullo exemplo,ob eam rem,&c.Vide NOVVS.
Nullo modo. Cicero 4.Verr.134, Nunc ad sociorum tabulas accepti & expensi, quas remouere honestè nullo modo potuerunt, &c. Vide NVLLVS.
Nullus modus. Cic.pro Sexto Roscio,61, Nullum modum esse hominis occidendi,quo ille non aliquot occiderit.
Omnibus modis.Plaut.Aulul.14.3, Veluti Megadôrus tentat me omnibus miserum modis.Terent.Eunuch.1.3.92,
- quæ nos,nostramque adolescentiam
Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis.
Idem Heaut.2.3.79, Enumero retiere nequeo: multis modis iniurius Clitipho est.
Omni modo cum aliquo agere aliquid.Cic.Attico,lib.6.113.10.
¶ Extra modum. Cic.1.Offic.195, Cauendum autem est, præsertim si ipse ædifices,ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. Idem 3.de Orat.24, Mollis vox,vt muliebris,aut quasi extra modum absona atque absurda.
Extra numerum modumque facere aliquid.Horat.1.epist.19.12.
¶ In modum pilæ,in modum semipedis:item etiam,Modo gallinatum, & Modo sagittæ. Plin.lib.9.cap.46.3, Si non trahentium opem, conglobato corpore in pilæ modum, ipsi adiuuere. Columella de Arboribus, cap.32.3, In quo scrobe destinaueris nucem serere, terram minutam in modum semipedis ponito.Plin.lib.11.cap.16.6,Apes,gallinarum modo incubant. Idem lib.9.cap.29.1, Quod & pectunculi faciunt sagittæ modo. Ibidem, cap.30.5, Nunc robustioribus brachiis clauatum modo incussos.
In modum pecorum. Liuius libro 8. Decad.4, Eos ex eo tempore per ducentos iam annos pecorum in modum consternatos cædunt, fugantque.
Conuoluere se in modum vuæ,Vide CONVOLVO.
In modum amici,Vide IN præpositionem.
In germanum modum.Plaut.Casin.1.15,
Amicus nunc tu mihi es in germanum modum.
In modum hostilem. Liuius 1.ab Vrbe, 19, Inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum prædas agere.
Hostilem in modum cruciari & necari.Cic.7.Verr.58.
In maiorem modum,Vide MAGNVS.
Mirabilem in modum,Vide MIROR.
Mirum in modum,Vide MIROR.
Miserandum in modum,Vide MISER.
In modum perpetuum,Vide IN præpositionem.
In modum peregrinum,Vide IN præpositionem.
Seruilem in modum cruciari.Cic.1.Verr.8.
Intra modum,Vide INTRA præpositionem.
Intra loquendi modum dicere,Vide INTRA præpositionem.
Præter modum.Cic.1.de Diuinat.161, Veienti bello quum lacus Albanus præter modum creuisset.
Ira supra modum.Virg.4.Georg.48,
Illis ira modum supra est:læsæque venenum
Morsibus inspirant. De apibus.
Latrocinii magis,quàm belli modo.Liu.lib.8.Decad.4.
Indaginis modo. Tacit.in vita Agricolæ,Quod ni frequens vbique agricola validas,& expeditas cohortes indaginis modo,&c.
Pacis modo.Tacit.lib.20, Dein vagos,& pacis modo effusos luxas,negotiatoresque Romanos muadunt.
Pecorum modo, pro Ritu siue more pecorum. Tacitus lib.12, Modo pecorum barbaris trahebatur.
Rationis,atque abundantiæ modo. Tacitus in vita Agricolæ, Ludos, & inania honoris,modo rationis,atque abundantiæ duxit.
Ruinæ modo. Tacit.lib.20, Vt ventum ad manus, deturbati ruinæ modo præcipitantur.
¶ Modus,Finis,seu euentus.Iuuenal.Saty.6.45,
Imponitque modum sapiens,& rebus agendis. Plaut.Merc.11.67,
Quis modus tibi exilio tandem euenit? qui finis fugæ:Idem Menæch. 7.8,Nam quid modi futurum est illum quærere? Id est quod vulgò dicimus,nunquam esse finis.Virg.4.Aeneid.59,
Tentatarum aditus,& quæ mollissima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. Id est, quis sit optimus rebus euentus,vel quis finis,inquit Seruius.
Quis scelerum modus est?Lucan.lib.1.68.
Nullo modo,pro Nullo siue.Iuuenal.Saty.7.11,
Nullo quippe modo millesima pagina surgit.
Nullus modo longo lateri.Virg.3.Georg.11.
Non est modus exemplorum. Plin.lib.9.cap.8.9, Hoc idem & Naupacti accidisse Theophrastus tradit: nec modus exemplorum. Liuius 6.bel.

Pun.150,Adeò nullus mentiendi modus est.
Nullus modus adest lachrymis.Ouid.1.Trist.eleg.8.8.
Facere sibi modum veneris.Ouid.4.Metam.52.
Ponere modum orationi.Tacit.lib.4.
¶ Modus, in musicis, pro Mensura quam in suo cantu obseruare solent. Cic.1.de Orat.132, Solet idem Roscius dicere se quò plus sibi aetatis accederet, eò tardiores tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum. Idem 1.de Legib.63, Ceruices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant.Virg.7.Aeneid.141,
- & longa canoras
Dant per colla modos.
Docilis modorum.Horat.4.Carm.ode 6.9.
Discordes modi.Stat.5.Sylu.5.6.
Dolces modi.Horat.3.Carm.ode 9.2.
Flebiles modi.Horat.2.Carm,ode 9.1.
Impudici modi. Quintil.lib.1.cap.10.24, Musice efficeminata & impudicis modis fracta.
Lyrici modi.Ouid.epist.21.2.
Musici modi.Quintil.lib.1.cap.10.13, Duces maximos, & fidibus & tibiis cecinisse traditum, & exercitus Lacedæmoniorum musicis accensos modis.
Pressi & flebiles modi.Cic.1.Tuscul.170.
Rudis modus.Ouid.1.de Arte,33,
Dumque rudem præbente modum tibicine Tusco
Lydius æquatam ter pede pulsat humum.
Numeris modisque licentia maior.Horat.de Arte,43.
Verbis,rebus,& modis lugubre carmen.Cic.3.Tuscul.79.
¶ Diuersis certare modis.Stat.1.Sylu.2.50.
Varii concordant modi.Ouid.10.Metam.30,
Vt satis impulsas tentauit pollice chordas,
Et sensit varios,quamuis diuersa sonarent,
Concordare modos,hoc vocem carmine monit.
Dicere aliqua quocunque modo, Id est carminibus celebrare. Virgilius 5.eclog.9,
Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostra vicissim
Dicemus,Daphnimque tuum tollemus ad astra.
Fingere & disponere modos.Ouid.3.Amor.eleg.6.13,
At quæ,non tacita formati gaudia mente?
Quos ego non finxi,disposuique modos?
Intendi modis. Quintil.lib.1.cap.10.22, Sed ne hæc quidem præcipienda pars est, vt vno interim contenti simus exemplo C. Gracchi, qui cum caperet suorum temporum oratoris, cui concionanti consistens praeiuit tibicen, quam tonarion vocant, modos quibus debebat intendi, ministrabat.
Laxare & mutare modos. Cic.1.de Orat.133, Quòd si ille nihilominus certa quadam numerorum moderatione & pedum, ta men aliquid adiuuabat quidem senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare modos sed totos mutare possumus?
Ministrare modos.Quintil.lib.1.cap.10.22.
Varietates & modos vocum furdus noscere non potest.Cicero 3.de Diuinat.13.
Summissiorem quendam modum postulant.Quintil.lib.3.cap.3.12.
Saltare ad tibicinis modos. Liuius 7.ab Vrbe,6, Ludiones ex Hetruria accisi ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motu suo Tusco dabant.
Paruis modis tenuare magna.Horat.3.Carm.ode 3.15.
¶ Modus agri,Certa diffinitio seu mensura agri,qua quot iugerum esset intelligi poterat.Plaut.Aulul.3.13, Agri reliquit ei non magnum modum. Cic.Attico,lib.13.288.1, Etsi nihil scripsit, nisi de modo agri. Idem pro Flacco,62, Voluisti magnum agri modum emere. Horat.2. Serm.saty.6.1, Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus, hortus Vrbe cõd. Ne cui maior quàm quinquaginta iugerũ agri modus esset.
Modus,etiam mensura aliarum rerum. Gellius lib.1.cap.1, Facili mutatione lexit modum spatiumque plantæ Herculis, ratione proportionis habita, tanto fuisse quàm aliorum proceritas, quanto Olympicum stadium longius esset quàm cætera.
Lupis maiorem natura modum dedit: Id est magnitudinem. Horat.2. Serm.saty.2.8.
Modulus,pen.corr.Diminutiuum, (μέτρον,) pro Mensura. Suet.in Nerone,cap.49, Scrobem coràm fieri imperauit dimensus ad fauces ipsius modulum.Horat.1.Serm.saty.3.62, -ab imo
Ad summum totus moduli bipedalis. Idem 1.epist.7.20, Metiri quenque suo modulo ac pede verum est.
Ponderibus modulisque suis ratio vtitur.Horat.1.Serm.saty.3.16.
Modulos Vitruuius lib.3.cap.2, vocat particulas quasdam ad quas opus totum dimetiuntur architecti, nunc parum pedem dicunt. Paulus de L. Non solum §. Sciendum.ff.De operis noui nuntiat. Sed vt prodesset posit quid postea ædificatum sit, modulos fumere debet is qui nouum fiat: qui vt sumantur, conferantur q; Prætor decernere solet. Bucaniatus.

Moduli aquarii à principibus impetrabant, quibus priuatis licebat aquã publicam in priuata loca ducere è castellis aquæductuum. Sunt erogatorii moduli, quibus aqua erogatur & distribuitur, vt est apud Frontinum. Vlpianus in L. Damni infecti stipulatio pertinet.ff.De damnum infecto, Vnde Labeo putabat eum, qui modulorum aut riui faciendi causa opus faceret, etiam satisdare debere, quia in alieno solo faceret.Budæus.
¶ Modulus,ponitur etiam pro ipsa modulatione in cantu,qui etiam modulamen dicitur. Plin.libro.11.cap.37.86,Arteriarum pulsus in modulos certos, legesque metricas, per ætates stabilis,aut citatus aut tardus. Sed hoc est per translationem. Idem libro 7.cap.56. 13,Lysyos Phryx inuenit.
Modulos Amphion: Dorios, Thamyras, Thrax: Phygios Marsyas.
Acquiescere modulis.Author Philomelæ,1.
Modulus,siue modus potest etiam dici id cantionis genus quod Gallici cantores vocant Vne motet. Vnde illud in titulis comœdiarum Terẽtii,Modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis paribus dextris & sinistris.
Modulor,pen.corr.modularis,modulatus sum,(μετρέω,ἐπαυλέω,κατακαταφορεῖ(ω,ἀφορεῖ(ω,)modulari,Metiri Gellius lib.1.cap.1.Scitè,subtiliterque ratiocinatum Pythagoram Philosophum dicit in reperiendis modulandisque status lõgitudinisque eius præstantia.De Hercule..
Modulari carmen,pro Componere,vel decantare.Virg.1.Aeneid.1.
Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen. Martial.lib.13.7.Dulcia defecta modulatur carmina lingua.
Carmina pastoris Siculi modulabor auena.Virg.10.eclog.11.
Carmen modulari arundine.Ouid.11.Metam.31.
Vocem modulari.Cic.3.de Orat.103. Nisi quòd hominum aures vocem natura modulatur ipsa.
Orationem modulari.Cic.in Orat.32.Ipsa enim natura quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo positit acutam vocem, nec vna plus,nec à postrema syllaba citra tertiam,quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria.
Sonum vocis pulsi pectum modulari.apud Liuium,pro attemperare, lib. 7.bel.Punici.
Verba modulanda fidibus.Horat.2.epist.29.
Modulans,penul.corr.Participium,(ἐπαυλῶν,)Virg.5.eclog.3.
Carmina deserti,& modulant alterna notani.
Modulatus,penu.prod.Participium,(ἐπαυλήθης,) vt Modulatus sonus, Vide SONVS.Et Modulata cãtica.Quint.lib.9.ca.2.Nomen ductũ à canticis ad aliorum similitudinem modulatis. Senec.Agam.7.17.
Non quæ verno nobile carmen
Ramo canat querula Aedonis
Iryn in varios modulata sonos.
Nerui modulati.Ouid.ad Pisonem,35. Et grauis obstreperet modulatis buccina neruis.
Modulatus,Iuuius modulatus,pen.prod. (κατάμετρος,) Ipse modulandi actus Senec.Herc.fur.4.12.
Cuisque muros natus Amphion Iouis
Seruaxit canoro saxa modulatu trahens.
Modulatio,Verbale,(ἐυμουσία,ἐυμελπία,) Quintil.lib.9.ca.4.Vt fiat tamen pedes alii alijs crebriores,non verba facient, quæ neque augeri, nec minui,nec sicut modulatione produci aut corripi possint sed transmutatio & collatio. Idem de vocis ratione,Quorum alterum modulatione alterum canore ac sonis constat.
Modulatio signifer.Plin.lib.1.cap.8.3.
Modulamen,pen.prod.modulaminis,n.g.Idem,(ἐπάνθημα,) Author Philomelæ,1.
Nam quamuis aliæ volucres modulamina tentent,
Nulla,potest modulis æquiparare tuis.
Modulitor,pen.prod.(ἐυμελῳδός,)Aliud verbale.Colum.in Præf.1.libri 4. Atqui ego satis miratus non possum, quid ita dicendi cupidi sellitantur oratores,cuius imitentur eloquentiam,mensurarum & numerorum modum rimantes:placitę disciplinæ confectentur magistrum vocis,& cantus modulatorem.
Cantor atque optimus modulator.Horat.1.Serm.saty.3.26.
Modulate,penu.prod.Aduerbium,(ἐυμελῶς,)Concinnè,& cum mensuratione.Cicer.2.de Natur.deorum,32. Si ex olina modulatè canentes tibia 4. Atqui ego ita miratus non possum, quid in oliua tibicinis quæ nascerentur, num dubitates quin ineslet in oliua modulatè canendi scientia?
Modificor,pen.corr.modificaris,(διαμετρέω,) modificari, Metiri.Gellius lib.1.cap.1.Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum naturalem membrorum omniem inter se competentiam modificatus est. Cic.3.de Oratore,105.Verba illa modificata esse debebunt. Idem in Partit.10.Tractatione autem quam aut propria sumitur vocabula,aut addita ad nomen,aut noua,aut prisca,aut ab oratore modificata,& inflexa quodam modo.
Modificatio Verbale.Senec.epist.89. Syllabarum enarratio, verborum diligentia fabularum memoria versuum lex ac modificatio.
Modicus,pen.corr.Adiectiuum,(ὀλίγος,τυτθός,διακριτός,) Parum & pusillum.Plin.lib.10.ca.55.1.Sed inuentũ, vt oua in calido foco imposita paleis igne modico fouerentur.

Aceruus modicus.Horat.2.epist.2.38.
Anus modica.Plaut.Curc.3.13,
Sitit hæc anus.P A.quantillum sitit?P H.modica est,capit quadrantal.
Cantaris modicis potare.Horat.1.Carm.ode 20.1.
Classis modica. Liuius de bel. Maced. Comparauerat & tyrannus modicam classem.
Collis modicus.Plin.epist.161.2,Modicus collis adsurgit,antiqua cupressu nemorosus & opacus.
Corporatura modica.Colu.lib.6.cap.2.12,Humilis enim & modica corporatura pecoris operarii debet esse.
Funus eius modicum.Tacit.lib.5.
Mentio modica & vulgaris.Tacit.lib.19.
Patella modica cœnare.Horat.1.epist.5.1.
Sacellum modicum.Tacit.lib.19,Modicum sacellum Ioui conseruatori, aramque posuit hoc est exiguum.
Sepulchrum modicum. Tacit.lib.18,Othoni sepulchrum extructum est modicum,& mansurum.
Ab vsu modico tibi iunctus.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.2.
Originis modicus,Tacit.lib.5,Fine anni Poppæus Sabinus cõcessit vita, modicus originis.
Pecuniæ modicus.Tacit.lib.3.
Voti modicus.Pers.Saty.5.11. Silius lib.5.3.
¶ Modicus, Paucus. Plautus,in angiportu turba est, domum modici introierunt.
Pecunia modica.Cic.in Parad.60,Meam autem quoniam pecuniam contemnis,& recte(est enim ad vulgi opinionem mediocris)ad tuã nulla, ad mea modica,de me silebo,de te loquar.
Modicum proprè dicimus,non cui aliquid sit imminutum,sed quod non excedat modum modestumq; est & temperatum Plautus Cui animus, modicus,continens expers ambitionis.Cic.3.de Legib.15. Quæ cum populo,quæque in patribus agantur,modica sunto.Id est modesta atque sedata.
Centuria modica,Varro de Re rustica, Modica cẽturia ea de cunctorum iugerum.
Modicus cultu & in cultu.Plinius in Pane.137. Eadem quàm modica cultu,quàm parca comitatu.Idẽ epist.12.6,Ad hoc quàm parcus in victu, quàm modicus in cultu.Id est temperatus & modestus.
Cultu modicus,sermone facilis.Tacit.in vita Agricolæ.
Eques modicus.Tacit.li.1.Haud pigebit referre,si Falanio,& Rubrio modicis Equitibus,Romanis prætentata crimina. Hoc est non multum opulentis.
Exercitationibus modicis vtendum.Cic.de Senect.32.
Facultatibus modicus.Plin.epist.118,Te porrò animo beatissimum, modicum facultatibus scio.
Gradu modico.Plaut.Pœnul.7.19,
Liberos homines per vrbem modico magis par est gradu Ire.
Iudicium modicum.Quintil.lib.8.cap.3,Sed hoc quidem discernere modici iudicii est.
Minis modicis.Plautus Pseud.20.119,
At me viginti modicis multauit minis.
Prælium modicum. Liu.de bel.Maced. Vt modico edito prælio in fugam inclinarent.
Quies modica. Liuius de bell. Macedonic. Refecti cibo sumpto, & modica quiete.
Res modicæ.Plaut.Persa,10.18.
Quãquam res nostræ sunt pater pauperculæ,
Modicæ,& modestæ:melius est tamen ita viuere.
Modicus titulus.Plin.epist.159,2,Inuenitam copiosum & effusum,vt ille superbissimus titulus modicus atq; etiam demissus videretur.
Sed tamen modici fuimus in ὑποστάσει.Cice.ad Atticum,lib.4.74.3. Hoc est breuer.
Modicum, Substantiuum, (ὀλίγον,) vt Modico contentus agebas. Iuuenal.Satyr.9.1.
Modicellus,Adiecti.diminutiuum,Sueto. in Nerone,cap.48, Decubuit super lectum modicella culcitra vetere pallio strato instructum.
Modicum,pen.corr.Aduerbium,(τυτθόν,)Parum. Plautus, Aedepol id modicum curat.
Modicè,penultim. correp. Aliud aduerbium,(μικρὸν,) Parum, breuiter. Plautus Milit.Modicè sapis. Ibidem,17.15, Atmodicè disce moderare animo,ne seis cupidus. Plin.lib.6.cap.22.9, Aedificia modicè ab humo extantia.
Modicè tangere.Cicero ad Atticum,lib.2.34.2,Minæ Clodii contentionesque,quæ mihi proponuntur,modicè me tangunt.Eidem,Sed ea res modicè me tangit.
Modicè vtile.Cic.Attico,Sed vt modicè cæteris vtile est,tibi necesse est.
¶ Modicè, non semper à pauco, sed à modo quandoque deducitur, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

modestiam designet, quæ inter parum & nimium versatur, non paucitatem. Varro de Re rust. Furfures obiiciuntur modicè, ne parum aut nimium laxentur. Ibidem. Quum aer est modicè temperatus.

Modicè agere. Cic. Tironi, lib. 16. 9. 8, Nos agemus omnia modicè.

Modicè dicere. Cic. pro P. Sylla, 59, Quanquam à me timidè, modiceque dicetur. Idem de Lege agrar. 19, Quare dignus vestro summo honore, singularique iudicio sim, ipse modicè dicam. Liuius de bello Punico, De re pauca, ac modicè locutus est.

Modicè facere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 13, Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Reimp. non putare, si perpetuò faceremmodicè hoc faciam, aut etiam intra modum. Quæ verba Gellius lib. 13. cap. 13, allegans ita explicat, Modicè hoc faciam id est cum modo æquo & pari.

Modicè ferre dolorem, pro Modestè, vel moderatè & patienter. Cic. 1, Tuscul. 81, Nostrum enim & nostra causa susceptum dolorem modicè ferre debemus.

Modicè spernere. Liuius, Libertatem nec spernere modicè, nec habere sciunt.

Modicè vti libertate. Liuius de bel. Maced. Libertate modicè vtantur temperatam eam salubrem esse.

Modero, moderas, pen. corr. (μετρέω,) moderare, Modũ ponere. Salust. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Consul gladium adduxerit, quis illi finem statuet, aut quis moderabit? Plaut. Milit. 17. 16, At modico disce moderare animo, ne sis cupidus.

Moderor, pen. corr. moderãris, moderãtus sum, (βέβαιος, ἡσυχίω, πεγυτάζω, ἐπιφρονέω, χαλινάγω, σωφρονίζω,) moderari, Deponens, Idem.

Moderari ex sua libidine. Terent. Heaut. 2. 1. 4, Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit.

Moderari alicui rei. Plaut. Menæh. 9. 82, Sed ego inscitus, qui hero me postulem moderarier. Idem Bacchid. 1. 59, -siimne ego mihi, Qui nequeam ingenio meo moderari? Et Persa, 8. 16, Scis quid hinc portò dicturus fuerim? nil linguæ moderari queam. Item Mil. 14. 80, Nequeo hercle quidem risu meo moderarier. Salust. Fortuna cuius libido gentibus moderatur. Cicero pro Cœlio, 5, Quòd & pudor tuus moderatur orationi meæ. Idem in Partit. 9, Nam auditorum aures moderantur oratori prudenti & prouido, & quod res punit, immutandum est. Sic Liuius 7. bel. Maced. 143.

Alicui moderari. Tacit. lib. 1, Sed quibus Silius moderabatur.

Aliquid moderari. Sueton. in Aug. Cæsare, cap. 13, Nec successum victoriæ moderatus est. Plin. epist. 159. e, lib. 8, ad Montanum, Imaginare Pallantem velut intercedentem Senatusconsulto, moderantemque honores suos. Cic. 1. de Finib. 130, Et multi Epicurei fuerunt, & hodie sunt, & in amicitiis fideles, & in omni vita constantes & graues, nec voluptate, sed officio consilia moderantes. Sic Liuius 6. bel. Pun. 122, Moderari cursum.

Moderatur, mouet, regit omnia mens mundi. Cic. 4. Acad. 213.

Gubernare & moderari prudentia omnia. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 2.

Animo & orationi moderari quum sis iratus, non mediocris ingenii est. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 59.

Cautus numerosque arbitrio multitudinis moderari. Cic. 5. Tuscul. 147.

Consilia sua officio moderari. Cic. 2. de Finib. 130.

Versat cœlum Deus, terram tuetur, maria moderatur. Cic. 3. de Natura deorum, 135.

Cursui moderari. Tacit. lib. 2, Naues soluitmoderabaturque cursui.

Fortunæ moderari. Liu. lib. 7. Decad. 4, Reliqua oratio fuit, vt memores rerũ humanarũ, & suæ fortunæ moderarentur, & alienæ ne vrgerent.

Orationi suæ moderari. Cic. 5. Verr. 84.

Oratori prudenti moderantur auditorum aures. Cic. in Partit. 9.

Ortus nascentium luna moderatur. Cic. 2. de Diuinat. 136.

Religionem moderari. Cic. 1. de Nat. deorum, 1.

Res rusticas venti & tempestates moderantur. Cic. 5. Verr. 195.

Moderari se immodestis moribus. Plaut. Curcul. 4. 45, Hoccine fieri, vt immodestis hic te moderere moribus?

Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium, atque cursum, ex Reipublicæ tempestate moderari, non est inconstantis. Cic. pro Cornelio Balbo, 50.

Tempus dicendi grauitate & prudentia moderari. Cic. 1. de Orat. 137.

Verba moderatur, & se ipse sustentat testis. Cic. pro Flacco, 9.

¶ Linguæ moderandum mihi est. Plaut. Curcul. 9. 25, Sed interim crepuere fores, linguæ moderandum est mihi. Id est tacendum est mihi. Cic. 5. Verr. 84, Sentio Iudices moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamque vestram satietatem.

Actio vocis conformatione moderanda est. Cic 1. de Orat. 10.

Moderans, pen. corr. Patt. (βέβαιον,) Iuuen. Saty. 10. 13, -sæuus & illũ Exitus eripuit, quem mirabatur Athenæ Torrentem & pleni moderantem fræna theatri. De Cicerone.

Moderanter, Aduerbium, (βεβαίωτος,) Lucret. lib. 2. 220, Quis regere immensi summam, quis habere profundi Indumanu validus potis est moderanter habenas?

Moderantius. Ouid. 2. de Arte, 71, Phyllida Demophoon præsens moderantius vsit, Exarsit velis acrius illa datis.

Optare moderantius aliquid. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 15.

Currere moderantius. Ouid. 1. Metam. 103, -moderantius oro Curre, fugamque inhibe, moderantius insequar ipse.

Moderatus, pen. prod. (μέτριος, σύμμετρος,) Participium, vel Nomen ex participio. Cic. de Senect. 7, Moderati enim & nec difficiles, nec in humani senes, tolerabilem agunt senectutem.

Moderatus vir. Cic. 3. de Finib. 16.

Moderatus & temperans in omnibus vitæ partibus. Cic. pro Fonteio, 16.

Amor moderatus. Ouid. 4. Metam. 47.

Ira moderata. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 16.

Tempora moderata. Claud. 4. Paneg. 110.

Ventis moderatis iactantur æquora. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 12.

Nihil habere moderati, Nihil habere modestiæ. Salustius in Catil. Igitur ex diuitiis iuuentutẽ luxuria, atq; auaritia cum superbia inuaserat: abutere, cõsumere, sua paruipendere, aliena cupere, pudorẽ, pudicitiam, diuina atq; humana promiscua, nihil pensi neque moderati habere.

Moderatior. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 5, Nec solet irasci (neque enim moderatior alter.)

Moderate, pen. prod. Aduerbium, (μέτριος,) Cum moderatione.

Ferre moderate. Cic. de Amicit. 7, Quod animadueri te dolorem, quem acceperis, cum summi viri, tum amicissimi morte, ferre moderatè, nec potuisse non commoueri. Liuius 2. ab Vrbe, Nec Patres satis moderatè ferre lætitiam, adeoque neminem noxæ pœnitebat, vt etiam insontes fecisse videri vellent.

Sed te (quæcunque est) moderate iniuria turbet. Ouid. 3. de Arte, 136.

Dictum moderatè. Cic. pro Fonteio, 18, Ab his quicquam sanctè aut moderatè dictum putabitis?

Facere moderatius. Cic. 1. de Finib. 4, Qui autem, si maxime hoc placeret, moderatius tamen id volunt fieri, &c.

Vti dono moderatius. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 10.

Moderatissime, pen. corr. (μετριώτατα,) Cic. 3. de Legib. 18, Quæque cum sapientissime, moderatissimeque constituta esset à maioribus nostris, nihil habui sane non multum quod putarem nouandum, &c.

Moderãtim, pen. prod. Aduerbium. Lucret. lib. 1. 66, -naturaque rebus Paulatim tribuit moderatim crescere cogens.

Moderatio, huius moderatiõnis, (μετριότης, σωφροσύνη,) Modestia, siue lenitas, quæ temperat, aut gaudetque modos in factis & dictis, & cæteris talibus quæ agendi officio vtuntur. Cicero de Senect. 1, Nonenim moderationem animi tui, & æqualitatem. Ibidem, 19, Modò sanè modò virium adiit, & tantum quantum quisque potest, niti, sic in de Finib. 99. Sueton. in Tib. Cæsare, cap. 32, Parem moderationem minoribus quoque personis & rebus exhibuit.

Adhibere moderationem in re aliqua, Vide ADHIBEO.

Moderabilis & hoc moderabile, penult. corr. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 16, Nox & Amor, Vinumque, nihil moderabile suadent: Illa pudore vacat. Liber, Amorque metu.

Moderator, penul. prod. moderatõris, Verbale, (βεβαιωτής, ἡσυχάστης,) Rector, gubernator. Cic. lib. 1. Tuscul. 119, Has, inquit, & alia innumerabilia quã cernimus, possumusne dubitare, quin ea præsit aliquis conditor vel effector, si hæc nata sunt, vt Platoni visum est, vel si semper fuerint, vt Aristoteli placet, moderator tanti operis & muneris? sic mentem hominis, quamuis eam non videas, vt Diuinam non vides, tamen & Deum agnoscis ex operibus eius. Idem 2. de Nat. deorum, 131, Postea quum vidissent motus eius finitos & æquabiles, ordinatis ordinibus moderata, immutabilique constantia, intelligere insuper, quẽ non solũm habitatorẽ in hac cœlesti ac diuina domo, sed etiã rectorem, & moderatorem, & tanquã architectum tanti operis & muneris. Idem in Oratore, 67, Hæc enim sapientia maximè adhibenda eloquenti est, vt sit temporum personarumque moderator. Et ad Curionem, lib. 2. 5. 11, Dux nobis & author opus est, & eorum vestigiorum quos proposui, moderator quidam & gubernator.

Moderator iuuentæ, Præceptor & pædagogus. Martial. lib. 2. 89.

Aratri moderator. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 12.

Orbis moderator. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 15.

Moderatrix, penult. prod. moderatrĩcis, (βεβαιωτρία,) Gubernatrix. Plaut. Cistel. 6. 3, -vt illæc hodie quot modis Sibi moderatrix fuit, atque immemorabilis? Cic. pro Flac. 44, Quæ speculatur atque obsidet Rostra, vi odex temeritatis & modo atque officii Curia. Idem 5. Tuscul. 61, Quid ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantia adiuncta, quæ sit moderatrix omnium cupiditatum motionum? Sic 3. de Natura deorum, 134, Eius autem vniuersitatis cem & moderatricem diuinam esse prouidentiam.

Iudex & moderatrix Resp. Cic. 5. Philipp. 200.

Moderatrix rerum sapientia. Cic. 1. de Inuent. 8. Stat. 4. Sylu. 4. 9. Cælestis centeni moderatrix iudicis hasta.

Arcanę moderatrix Cynthia noctis. Stat. 10. Thebaid. 72.

Moderãmen, pen. prod. moderãminis, (ἡνίοχος,) Idẽ quod Moderatio. Ouid. 3. Meta. 119, Obstupuit capiatque aliquis moderamina dixi. Intelligit moderamen nauis, id est gubernaculum.

Ius & moderamen equorum. Ouid. 2. Meta. 10.

Certum moderamen. Ouid. 2. Meta. 14.

Sceptra & rerum moderamen capere. Ouid 6. Meta. 36.

Sumere moderamina mundi. Claud. de laudib. Serenæ, 10,

Modestus. Adiectiuum, (ἐγκράτης, μέτριος, σώφρων, κόσμιος,) Temperatus. Terent. Adelph. 5. 8. 7, Proba & modesta. Vbi Donatus, Proba sibi, & modesta apud alios. Idem Hecyra, 1. 2. 90, Hæc ita vti liberali esse ingenio decet, Parcens, modesta, incommoda atque iniurias Viri omnes ferre, & tegere contumelias. Plaut. Trinum. 12. 12, Hoc dis dignum est, semper mendicis modesti sint.

Modestus vultu, Hoc est, Ipso vultu modestiam quandam præ se ferens. Terent. And. 1. 1. 93, -& vultu Sofia Adeò modesto, adeò venusto, vt nihil suprà.

Adolescentis modestissimi pudor. Cic. pro Plancio, 11.

Adolescentia modestissima. Cic. pro Murena, 50.

Modestus & prudens homo. Cic. Bruto, lib. 13. 11. 9.

Modestum iter, Apud Plinium in epistolis.

Mores modestissimi. Cic. pro Plancio, 1.

Oculi modesti. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 5.

Optima & modestissima plebs. Cic. 2. de Lege agrar. 83.

Modestus, probus, & integer rex. Cic. Attico, lib. 10. 196. 3.

Nec pudeat eorum verba modesta loqui. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 4.

Modestè. Aduerb. (σωφρόνως,) Cum modo, inquit Donatus: moderatè adhibito modo. Plaut. Pœnul. 18. 50, Vt modestè orationem præbuit. Idem Menæch. 11. 4, -cui cor est modestè situm, Recordetur id, Et Sticho, 14. 10, Modestè melius facere sumptum, quàm ampliter, suum quéque Decet. Terent. Hecyra, 4. 1. 38, -quid tum postea, Si modestè ac rarò hoc fecit? Idem Phor. 1. 5. 18, Beatus, ni vnum hoc desit, animus qui modestè isthæc ferat. Et Eunuc. 3. 5. 32, -adnuo, Terram intuens modestè. Cicc. 1. de Finib. 71, Et ipsius fortunæ modestè ferre doceat iniurias.

Modestè munificus. Horat. 1, Serm. saty. 2. 11.

Parere modestè. Cic. 3. de Legibus, 6.

Modestè & abstinenter se gerere in aliqua dignitate. Cic. in Salust. 11.

Lingua non modestè vti. Ouid. 3. Fast. 122.

Modestissime, penult. corr. (σωφρονέστατα,) Varro Modio, Non eos optimè vixille qui diuitissimè vixerint, sed qui modestissimè. Id est, modicè, inquit Nonius.

Modestia, modestiæ, (σωφροσύνη, εὐταξία, τὸ κόσμιον,) vt diffinit Author ad Heren. li. 3. 94, Est in animo continens moderatio cupiditatũ. Cic. 1. Offic. 199, Sic fit vt modestia, scientia sit opportunitatis idoneo tum ad aliquid agendum temporum.

Sententiarum, & compositionis, & vocis, & vultus modestia. Quintilia. lib. 4. cap. 19.

Modestia est scientia earum rerũ quæ agentur aut dicentur, loco suo collocandarum. Cic. 1. Offic. 198.

Pudoris & modestiæ magistra seueritas Censoria. Cic. in Piso. 6.

Humanitas & modestia alicuius. Cic. Attico, lib. 7. 125. 2.

Lecti modestia. Stat. 1. Sylu. 2. 33, Quoniam hic vsque sopor, vacuique modestia lecti.

Diuina modestia. Claud. 8. Paneg. 44, Seruat inoffensam diuina modestia vocem.

Præcox modestia. Stat. 2. Sylu. 1. 8, -tapit inde modestia præcox Et pudor, & tenero probitas maturior æuo.

Virginalis modestia. Cic. 1. de Diuinat. 115.

Per modestiam pudor honestus clarum & stabilem comparat authoritatem. Cic. 2. de Inuent. 143.

Mitigare aliquem modestia. Quintil. lib. 5. ca. 7. 18, Nam sæpe qui aduersus infectantem pugnaserit, modestia mitigantur.

Moechus, moechi, (μοιχός,) Adulter. Plaut. Amphit. 3. 156, -illa illum censet virum Suum esse, quæ cum moecho est. Terent. Eunuc. 5. 5. 15, Nunc minatur porrò sese id quod moechis solet. Mart. lib. 10. 13, Ad nocturna iaces fastosæ limina moechæ. Cælius Ciceroni, lib. 8. 7. 4.

Accipit leno moechi bona, si vxori suæ iure capere non liceat. Iuuenal. Saty. 1. 6.

Notior moechus. Iuuenal. Saty. 9. 3.

Pusillus & semiratus moechus. Catull. ad Contubernales, 35. 4.

Putida moecha. Catull. de Acme, epigr. epigr. 39. 4.

Turpis moecha. Catull. de Acme, epigr. 39. 3.

Moechus mulierum. Plaut. Milit. 10. 179, Herus meus ita magnus moechus est mulierum, vt neminem Fuisse æquè, neque futurum credo.

Zelotypa moecha. Iuuen. Satyr. 6. 28.

Moechisso, moechissas, (μοιχάω,) moechissare, Adulterare. Plau. Cas. 16. 7, In adulterio, dum moechissat. Casinam, credo perdidit.

Moechor, moecharis, (μοιχεύω,) moechari, Idẽ. Catull. de Métula, epig. 89, Mentula moechatur, moechatur Mentula certe.

MOEMAGVS, Ptolemæo Galliæ vrbs vulgò Nemours.

Moenia, moenium, moenibus, n. g. (τεῖχος,) Pluraliter tantum declinatur, à muniendo dicuntur. Veteres enim oe & v indifferenter ponebant. Festus, Mœnia, Muri, & alia muniendæ vrbis gratia facta. Virg. 2. Aeneid. 47, Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis. Valla, Murus, est vrbis lapideus ambitus, qui Græcè dicit τὸ τεῖχος: Paries vero domorum, Græcè ὁ τοῖχος. Murus est etiam non vrbis, sed vrbis tamen similium, vt munitionum, castrorumque. Mœnia, pro muris accipi solent, & pro ædificiis ipsius vrbis. Hactenus Valla lib. 4. Cæsar 2. bel. Ciuil. 65, Quum penè ædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur, &c.

Muri & Mœnia. Cic. 5. de Nat. deor. 137, Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque, delubris, proq; vrbis muris, quos vos Pontifices sanctos esse dicitis, diligentiusque vrbem religione quàm ipsis mœnibus cingitis.

Augusta mœnia, Vide AVGVSTVS.

Ardua mœnia. Ouid. 3. Metam. 13.

Consternata mœnia. Silius lib. 13. 27.

Direpta mœnia. Lucan. lib. 6. 7.

Turrita mœnia. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 10.

¶ Accedere mœnibus, Vide ACCEDO.

Miles assiliit mœnibus. Ouid. 11. Metam. 106.

Mediis in mœnibus astans. Virg. 2. Aeneid. 66.

Cingere mœnibus. Cic. pro Sestio, 79, Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento & diuino iure & humano mœnibus cinxerunt. Virg. 3. Aeneid. 51.

Circundatus mœnibus. Cic. 3. de Legib. 91, Sesesque non vnis circundatũ mœnibus popularem alicuius definiti loci, sed ciuẽ totius mundi quasi vnius vrbis agnouerit.

Compellere intra mœnia, Vide COMPELLO.

Compellere mœnia. Virg. 9. Aeneid. 8, -ingenti clamor per omnes Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.

Condere mœnia. Ouid. 3. Meta. 3.

Constituere mœnia. Ouid. 9. Metam. 91.

Obliquo sinu mœnia in orbem curuantur. Silius lib. 13. 28.

Deiicite passim mœnia, in planum date. Senec. Theb. 2. 5.

Destruere mœnia. Virg. 4. Aeneid. 65.

Trepidantia fumant mœnia. Silius lib. 1. 16.

Cuncta malis habitantur mœnia Graiis. Virg. 3. Aeneid. 80.

Turritis mœnibus incingere vrbes. Ouid. 3. Amor. ele. 7. 10.

Irrumpere mœnia. Silius lib. 13. 16.

Luctu miscentur mœnia. Virg. 2. Aeneid. 60.

Ponere mœnia. Ouid. 5. Meta. 82. Silius lib. 1. 5.

Moresque viris & mœnia ponet. Virg. 1. Aeneid. 55.

Referare mœnia alicui. Ouid. 8. Meta. 13.

Signare mœnia sulco. Silius lib. 13. 24.

Surgunt mœnia. Virg. 1. Aeneid. 89, O fortunati, quorum iam mœnia surgunt, Aeneas ait.

Tegere mœnia, Defendere. Virg. 12. Aenei. 30, -tua mœnia texi.

Vexantur mœnia. Catul. Argon. epist. 59. 16, Quis angusta malis quum mœnia vexarentur.

Mundi mœnia. Lucret. lib. 1. 217.

Ingentia mœnia cœli. Ouid. 2. Metam. 81.

¶ Mœne, singulariter protulit Ennius, teste Festo, Apud Emporium in campo hostium per mœne.

Mœnitus, pe. pro. Adie. (τειχομύλος,) Mœnibus cinctũ. Plau. Bacchi. 20. 2, Quum Priami patriam Pergamũ diuina mœnitum manu, Armis, equis, exercitu, atq; exuuiis bellatoribus. Antiquum.

MOENIS, (μῶνις,) Germaniæ fluuius in Rhenum influẽs, vt author est Pomponius lib. 3. Huius fluuii meminit & Tacitus.

Moereo, mœres, mœstus sum, & olim mœrui, (λυπεῦμαι, συνεγκαλλοῦμαι, συνεφοπλέομαι,) mœrere. Varro à Marceo deducit: q., inquit, corpus marcescere facit mœror. Est autẽ mœrere, Tristari, & dolore affici, lugere Plaut. Truc. 3. 8, -primùm Dum mœret animus, præmiũ si obolus est, obeunt tres noctes. Cic. de Amicitia, 13, Quocirca mœrere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis, quàm amici sit. Sic 3. de Finib. 51, Sic timere, sic mœrere, sic in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu. Et 3. Tusc. 46.

Lugere & mœrere. Cic. pro Domo sua, 22.

Dolore alterius mœrere. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 10.

Alienis bonis mœrere. Cic. pro Corn. Balbo, 45.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In commodo suo mœrere. Cic. 1. Tuscul. 48.
¶ Mœreo, cum accusatiuo. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 2. 4, A te quidem omnia heri fortissimè & amantissimè video: nec miror, sed mœreo casum eiusmodi, vt tantis tuis miseriis meæ miseriæ subleuentur. Horat. 3. Carm. ode 4. 15.
Iniecta monstris terra dolet suis:
Mœretque partus fulmine lucidum
Missos ad orcũ. Idẽ Epod. 15. 5, Eheu trãslatos aliò mœrebis amores.
Et 1. epist. 7. 6, Inter vina fugam Cynaræ mœrere proterue.
Mortem mœrere. Tacit. lib. 16, Nec quisquam adeò mali expers, vt non aliquam mortem mœreret.
Mœrere, Deplorare. Cic. 1. Tuscul. 168, At illa sicut acerbissimam rem mœret. Et iterum, Quam grauiter filii mortem mœreret.
Mœro, mœras, (λυπέω,) mœrare, Antiquum verbum, Mœrentem facere. Pacuuius, Qui multis mœrauit modis.
Mœrens, mœrentis, Participium, (λυπούμενος, πενθικὸς,) vt Mœrens fletus. Cic. 1. Tuscul. 49. Stat. 6. Thebaid. 125,
Pectora nunc mœrens, nunc ora indigna cruento Vngue secat.
Mœrens fratrem. Horat. 1. epist. 14. 2,
Me quanuis Lamiæ pietas, & cura moratur
Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis Insolabiliter.
Horridus, incultus, mœrens. Cic. post Red. in Senatu, 12.
Afflictus, debilitatus, mœrens. Cic. 2. de Orat. 105.
Pectora mœrentia mulcet. Virg. 1. Aeneid. 41.
Vultus mœrens. Ouid. epist. 11. 19.
Mœror, mœrôris, (λύπη, ἄνια,) Ipse mœrendi actus & tristitia. Cic. de Amicit. 10, Quàm autem cultari charus fuerit, mœrore funeris indicarum est. Idem 4. Tuscul. 29, Mœror, ægritudo flebilis.
Cuncta mœrore horrida. Senec. Herc. fur. 9. 18.
Grauis mœror. Horat. in Arte, 23.
Perpetuus mœror. Iuuenal. Saty. 10. 25,
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo mœrore, & nigra veste senescant.
¶ Adiuuare mœrorem orationis lachrymis, Vide ADIVVO.
Dies nulla mœrore caret. Senec. Troad. 2. 5.
Consenescere mœrore & lachrymis, Vide CONSENESCO.
Demere mœrorem è pectore. Lucret. lib. 3. 156.
Iacet in mœrore meus frater. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195. 8.
Vita in mœrore iacebat. Lucret. lib. 5. 36.
Minuere mœrorem. Cic. Attico, lib. 12. 246. 3, Mœrorem minui, dolorem nec potui. Eidem, lib. 12. 241. 2, Nihil enim de mœrore minuendo scriptum ab vllo est.
Offerre mœrorem, Vide OFFERO.
Pressus mœrore. Seneca Octau. 4. 1.
Mœstus, Adiectiuum, (πενθικὸς, ἀχόμενος,) Triste, miserandum. Virg. 2. Aeneid. 56,
- & mœstas promere voces. Plaut. Asin. 15. 11,
- an tu esse me tristem putas?
DE. Putem ego, quem videam æquè esse mœstum, vt quasi dies si dicta sit? Cæsar 7. bel. Gal. 327, At ii qui ab Alexia processerant, mœsti propè victoria desperata, se in oppidum receperunt. Sic Liuius 2. ab Vrbe, 102, Mœsta curia.
Alter ab alterius funere mœstus erat. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 16.
Amor mœstus. Virg. 10. Aeneid. 39.
Mœstæ aræ. Virg. 5. Aeneid. 10, - mœstasque sacrauimus aras. Vbi Seruius, Mœstas aras ad hominẽ pertinet, id est diis Manibus cõsecratas.
Clamores mœsti. Ouid. 8. Metam. 90.
Resonet mœsto clamore chaos. Senec. Herc. fur. 13. 11.
Deficient animo mœsto cum corde iacebat. Lucret. lib. 6. 248.
Ebur mœstum illachrymat templis. Virg. 1. Georg. 96.
Fama mœsta. Tacit. lib. 18.
Fautilla mœsta. Ouid. 3 Trist. eleg. 3. 17.
Fletus mœsti. Senec. Octau. 6. 12.
Fœmina mœsta. Ouid. 3. Fast. 77.
Frons mœsta. Claud. 4. Paneg. 32.
Genæ mœstæ. Ouid. 6. Metam 61, - lumina mœstis
Stant immota genis.
Hostia mœsta. Lucret. lib. 1. 70.
Mœstasque resuscitat iras. Sil. lib. 12. 127.
Lamentatio mœsta. Senec. Hippoly. 7. 4.
Loci mœsti, visuque ac memoria deformes. Tacit. lib. 1.
Luctu mœsto immugit regia. Virg. 11. Aeneid. 8.
Lucus mœstus. Valer. 1. Argon. 72.
Questibus mœstis latè loca implet. Virg. 4. Georg. 103.
Luget mœstos tristis reditus. Senec. Hippoly. 11. 5.
Senex mœstus & sordidatus. Cic. 1. de Orat. 106.
Timor mœstus. Virg. 1. Aeneid. 42, - reuocate animos, mœstumque timorem Mittite. Vbi Seruius, Mœstum timorem, quòd mœstos & solicitos faciat: vt Mors pallida, & tristis senectus.

Vestis mœsta. Propert. lib. 3. eleg. 6. 3,
Ac mœstam teneris vestem pendẽre lacertis.
Voces mœstas exprimere. Virg. 2. Aeneid. 56.
Vultus mœstus. Virg. 6. Aeneid. 32.
Vultus mœstus & conturbatus. Author ad Herennium, lib. 3. 121.
¶ Mœstior, Comparatiuum. Lucan. lib. 8. 9, - qua tum tellure latebat
Mœstior, in mediis quàm si Cornelia campis Emathiæ staret.
¶ Mœstissimus, pen. corr. Virg. 1. Aeneid. 64.
In somnis ecce ante alios mœstissimus Hector
Visus adesse mihi.
Ira tacita mœstissimus. Valer. 5. Argon. 114.
Vultu mœstissima. Lucan. lib. 1. 38. Prosopopeia est Romæ.
Mœstitia, (ἄνια, σκυθρωπότης,) Idem quod mœror. Quintil. Dolore, atque animi mœstitia langues. Cic. 1. de Finib. 68, Sapientia enim est vna quæ mœstitiam pellat ex animis. Iuuenal. Saty. 11. 6.
Flectere os in mœstitiam. Tacit. lib. 3. Cæsar flexo in mœstitiã ore, sum inuidiam, &c. Hoc est mœstitiam vultus præ se ferens.
Incessit mœstitia animos, Vide INCESSO.
Inferre mœstitiam. Cic. 1. Tuscul. 170, Hæc cum præsis & flebilibus mãdis, qui totis theatris mœstitiam inferant. Vide INFERO.
Pellere mœstitiam ex animo, Vide PELLO.
Resistere mœstitiæ. Cic. in Orat. 82.
Tanta in mœstitia fui, quanta, &c. Cic. 2. Philipp. 56.
Mœstitũdo, pen. corr. mœstitũdinis, Idem, (ἀθυμία,) Accius, Ni vetitus teter, mœstitudo, vastitudo, prædicarent hominem esse. Plautus, Cãtanta mœstitudo obtigit. Nonius.
Mœste, Aduerbium, (ἀνιαρῶς,) Cum mœstitia. Author ad Herennium, lib. 3. 117, de pronuntiatione, Deinde modo acriter, tum clementer, mœstè, hilarè in omnes partes commutabimus.
Mœstiter, penult. corr. (ἀχεσμένως,) Aduerbium antiquum, pro Mœstè. Plaut. Rud. 7. 5, Obsecro tam mœstiter vestitas?

Moeri, mœrorum, (τὰ τάφοι,) pro Muris. Virg. 10. Aeneid. 1.

Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum. Vbi Seruius, Mœrorum, pro Murorũ antiqui. Nam veteres pleraq; eorum, quæ nos per v dicimus, per œ dipthongum pronuntiabant. hinc est mœrorũ, pro murorum. Et e contra, pomnio, pro pœnio: quod verbũ à pœna venit. hinc est, Et Punica regna quum Pœnos vbique legerimus. Hoc autem facit orthographia Graca. nam quam nos v habemus, illi diphthongum habent eu. & idcò putauerunt posse pro hac litera, licet non eadem, diphthongum ponere.
MOERIS, (μοῖρις,) Venefica describitur Virgilio in Buc. 8. eclog. 18.
MOESIA, Europæ prouincia, quæ Pannoniæ iungitur, ad Pontum usque cum Danubio decurrens. Suetonius de Tiberio, Armenia cum his occupari, Mœsiam à Daci Sarmatisque, Gallias à Germanis pertimescere, Syriam neglexit. Seruius Mœsiam ciuitatem Phrygię esse ingenio. Mœsiam autem prouinciam. Stephanus tamen Mysiam & regionem & ciuitatem esse tradit. Virg. 1. Georg. 21,
- nullo tantum se Mœsia cultu
Iactati & ipsa suas miratur Gargara messes.
MOGVNTIA, (μεκοντίακον,) Oppidũ Galliæ Trãsalpinæ, vrbs hodie Moguntia.

Mola, molæ, (μύλη,) Dicta est, quòd veluti mole quadam molendi motu eo conicta moluntur. Vnde Molæ frumentariæ, Molæ lidiæ, Molæ olearia dictæ sunt. Plin. lib. 15. cap. 6. 3, Quod vero pollinem primum est, flos.

Molæ inuentæ sunt quædam asinariæ, quædam trusatiles, id est hominum opera versatiles. Gellius lib. 3. cap. 3, de Platone comico loquens, Sed enim Saturionem & Aditum, & tertiam quandam, cuius nihil nunc, nisi nomen non suppetit, in pistrino cum scripsisse Varro, & plerique alii memoriæ tradiderunt: quum peconia omni, quam in operis atq; fundis scenicorum pepererat, in mercationibus perdita, inops Romam reuersus disset, & ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. Hæc Budæus. De mola asinaria loquitur Cato cap. 10. 3.
Molas versatiles Volsiniis inuentas, aliquas & sponte motas inuentas in prodigiis, inquit Plinius lib. 36. cap. 18.
Pumiceæ molæ. Ouid. 6. Fast. 64,
Inde focum seruat pistor, dominamque focorum,
Et quæ pumiceas versat asella molas.
Scabra mola. Ouid. 3. de Arte, 58.
Versare molam. Iuuenal. Saty. 8. 7.
Molæ operam dare. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 16, Ac modestè tamen dixit, vt Rhodi videretur molis potius, quàm Moloni operam dedisse.
¶ Mola, Caro informis in vteris mulierum sine viri semine genita. Plin. lib. 7. cap. 15. 1, Solum autem animal menstruale mulier est. In vtero, quas appellarũt molas, ea est caro informis, manima seri vitam & aciem respiens. mouetur, sistitque menses. Idem lib. 10. cap. 46. Molas, de quibus antè diximus, gigni putant, vbi mulier non ex mutuo

verum ex semetipsa tantum conceperit: ideo nec animari, quia non sit ex duobus: altricemque habere per se vitam illam, quæ satis arboribusque contingat.
¶ Mola, à molito farre, dicitur far tostum & sale sparsum, quòd eo molito hostiæ aspergantur, inquit Festus. Virg. 8. eclog. 17, Sparge molam. Plinius lib. 1. ca. 18. 2, Nec minus propitii erant dii mola salsa supplicantibus, imò, vt palam est, placatiores. Plautus Amphit. 8. 107,
-prodigiali Ioui
Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit. Horatius 2. Serm. Satyr. 3. 40.
Tu cum pro vitula statuis dulcem Aulide natam
Ante aras, spargisq; mola caput improbe salsa.
Mola deos testari. Virg. 4. Aeneid. 104,
Ipsa, mola, manibus; i pis altaria iuxta
Vnam exuta pedem vinclis, in veste recincta
Testatur moritura deos. De Didone.
Sancta mola. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 3.
Ipse procaui ne possent læua nocere
- Somnia ter sanctâ deuenerande mola.
Indicere molis cultro. Lucan. lib. 1. 121,
-iam fundere Bacchum
Cœperat, obliquosq; molas inducere cultro.
Inspergere molam. Cic. 1. de Diuin. 56, Caput est in iecore, cor in extis: tamabsque dest final ac molam & vinum inspersieris, deus id erripiet, vis aliqua conficies aut excedet, &c.
Molitris, huius molitris, pe. prod. m. g. (γυμνάσιον, μυλίνης, μύλης,) Dens magnus, quo molitur, quod cibum à cæteris dentibus infractum ipsi molunt. Iuuenal. Satyr. 13. 13,
-interque molares
Difficili crescente cibo.
Presso stridere molari. Iuuenal. Satyr. 6. 16,
-vt per lachrymas effundere bilem
Cogaris, pressoque dia stridere molari.
¶ Molaris, Lapis è mola cõstitus & effractus. Ouid. lib. 3. Metam. 12, Aut comes, inquit, ero, dixit, dextraque molarem Sustulit. Stat. lib. 5. Thebaid. 78, -vastæq; sudes, fractiq; molares.
Libati molares. Stat. 5. Thebaid. 113.
Molitris, & hoc molitre, pen. prod. (μυλωνιάς,) Lapis molaris, ex quo molitur. Plin. lib. 36. cap. 23. 2, Vtilior eadem ex effosio lapide, q̃ ex ripis fluminum collecto. Vtilior è molitrique est quædam pinguior naturâ eius. De calce. Quintil. lib. 1. cap. 19. 3.
Molarius, Adiectiuum, (μυλικός.) Quod ad molam pertinet: vt Asinus molarius, quo vtimur ad molam. Cato de Re rust. cap. 11, Asinum molarium vnum.
Molo, molis, molui, molitum, penu. corr. (μυλλαίνω, ἀλέω, ἀλωτίζω,) molere, Mola terere. Cæsar lib. 2. Coment. Tritum mensium molita cibaria sibi vnumquisq; domo efferre iubent. Terent. Phorm. 2. 1. 19, Molendum viq; in pistrino, vapulandum. Plin. lib. 7. cap. 56. 1, Ceres frumenta in Attica. Plinius lib. 33. ca. 4. 3, Quod estosum est, tunditur, lauatur, vritur, molitur in farinam.
Molitura, pen. prod. (ἀλεσμός,) Plin. lib. 15. cap. 23. 1, Molitura etiã præstat tenuio farinarum quandam imaginem panis.
Molitor, pen. corr. Vn bale. (μυλωθρός,) Qui molit.
Molitrix, pen. prod. Vide MOLITOR.
Molitrix, pen. corr. fœm. (μυλωθρὶς,) Quæ molit.
Molendinarius, Adiectiuũ, (μυλωθρικός,) Quod ad molendinũ pertinet: vt Mola molendinaria. Paulus Iureconsultus, Asinam molendinariam & molam negat ea appellatione contineri.
Molestrina, molestrinæ, pen. prod. (μύλη, μύλωνες,) A molendo, pistrinum olim dicebant, quo tempore tundebantur frumenta, non autẽ molebãtur. Cato in Thunni, Nerui, carcere, molestrina. Hæc Nonius. Budæus, A quarum autem molarum loca, quibus nunc vtimur, molestrinas, vt arbitror, appellare possimus, vt ex Nonio colligo.
Molile, molilis, pen. prod. Instrumentum quod molæ, aut collis boũ, vel humeris seruorum adalligatur ad trudendas molas. Cato ca. 10. 4, Molas asinarias vnas, & trusatiles vnas, Hispanenses vnas, molilia tria abacum vnum, &c. Idem cap. 11. 2, Iuga polasitraria duo, iugum asinariũ vnum, molile vnum.

Moles, molis, (βῶλος, ὄγκος, δόλος,) Res magna & magni ponderis: à mouendo dicitur. Festus, Moles pro magnitudine ferè poni solet. Virgilius 6. Aeneid. 146,
-totamque infusa per artus
Mens agitat molem. Idem 3. Georg. 74,
-conferto que agmine cerui
Torpent mole noua. Id est magnitudine, inquit Seruius. Columel. lib. 4, India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Idem lib. 2. cap. 2. 18. Atque hoc modo tota mole corporis, totoque pondere nititur. Cic. 2, Tuscul. 33. Moles gigantum.
Alta moles Auentini. Silius lib. 12. 144.
Immanis moles. Virg. 9. Aeneid. 104.
Ingens moles. Virg. 5. Aeneid. 45.
Præcupta moles. Ouid. epist. 2. 27.
Molem & montes, pro Molem montiũ dixit Virgilius lib. 1. Aeneid. 13,
Hoc metuens: molemque & montes insuper altos
Imposuit. Figura est ἓν διὰ δύο.
Stat saxea moles Templum ingens cineri. Stat. 6. Theb. 49.
Structæ moles. Tacit. lib. 2, Et manebant structis molibus literæ.
Aeriam molem educere. Stat. 5. Sylu. 3. 10.
Opprimere molibus insanis aras aliquorum. Cic. pro Milone, 65.
Extruere moles opere magnifico. Cic. 14. Philipp. 406.
¶ Moles in mari dicitur, quoties excluditur aqua. Cic. ad Atticum, lib. 4. 86. 4, Constat enim aditus insulæ esse munitos mirificis molibus. Plin. lib. 8. ca. 8. 1, Africa fouetis capit, (sub. elephãtos) in quas deerrante alio quo, protinus cæteri congerunt ramos, moles denoluunt, aggeres construunt. Cic. 6. Verr. 105, In hac insula extrema luna est fons aquæ dulcis, cui nomẽ Arethusa est. incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur, nisi munitione, ac mole lapidum à mari disiunctus esset. Cæsar 1. bel. Ciuil. Quia fauces erant angustissimæ portus, molem atq; aggerem ab vtraq; parte litoris iaciebat. Hic moles, inquit Budæus, est immensa structura in portu aliquo obiecta ad arcendum fluctus: qualis est Gruæ.
Opponere fluctibus moles. Cic. 2. Offic. 18.
Iacere moles ab vtroque portu cornu, Vide IACIO.
Iacere in mare moles. Horat. 3. Carm. ode 1. 7,
Contracta pisces æquora sentiunt
Iactis in altũ molibus. Id est pisces sentiunt æquora arctiora facta, gẽdibus ædificiis in mari fundatis.
Positæ moles. Iuuenal Satyr. 12. 8, Tandem intrat positas inclusa per æquora moles. Per positas moles intelligit portum Hostiensem quẽ Claudius Cæsar Hostiæ extruxit, vt est apud Suetonium in Claudio Cæsare, cap. 20.
Vnda præcellis crescit molibus. Stat. 5. Sylu. 6. 6.
Immensum attolere molem, Virg. 2. Aeneid. 37.
¶ Prima fuit rerum confusa sine ordine moles. Ouid. 2. de Arte, 94.
Operosa moles mundi. Ouid. 1. Meta. 52.
Rudis indigestaque moles. Ouid. 1. Meta. 2.
¶ Moles, Metus. Virg. 5. Aeneid. 45,
Inde Gyan, ipsamq; ingenti mole chimæram Consequitur.
Densa mole ferunur ad muros. Virg. 12. Aeneid. 115.
Tarda mole se ferre homines magni & crassi dicunt, qui ob corporis molem tardè ingrediuntur. Stat. 5. Thebaid. 89,
Ardet iter, magniq; sequens vestigia mutat
Herculis, & tarda quanuis se mole ferentem,
Vix cursu tener æquat Hylas.
Vasta mole se moueas. Virg. 3. Aeneid. 132. de Polyphemo.
Moles nativa. Ouid. 5. Fast. 30. Idem epist. 5. 13.
Crassa mole leo. Claud. 1. in Eutrop. 70.
Membris & mole valens. Virg. 5. Aeneid, 87.
¶ Moles, Difficultas: quoniam quæ magna sunt, difficilia esse consueuerunt. Virgilius 1. Aeneid. 3,
Tantæ molis erat Romanam condere gentem?
Curarum moles. Tacit. lib. 12.
Iniuriæ molem sustinere. Cic. 1 in Catil. 17.
Mali molem à ceruicibus suis depellere. Cic. 3. in Catil, 62.
Molestus, Adiectiuũ, (ἀργαλέος, δύσχερής, ἀχλαρός, ὀχλικός, ἀθύμος, δυσφορός,) Qui alicui grauis est, nec finit eum quiescere, & à Moles dicitur. Terent. Eunuch. 3. 2. 31,
Verùm vbi molestum non erit, vbi tu voles,
Vbi tempus tibi erit, sat habet si tum recipitur. Plaut. Epid. 10. 25,
-volo te verbis pauculis,
Si tibi molestum non est. Idem Merc. 18. 14, Verùm si non amant, oderunt, molesti itidem atq; difficiles. Terent. And. 4. 1. 17,
-atque aliquis dicat, Nihil promouerit.
Multum molestus certe ei fuero. Idem Adel. 1. 2. 42,
-est (dis gratia)
Et vnde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt. Et paulo pòst, 62,
Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicitur tamen
Nonnihil molesta hæc sunt mihi. Plaut. Trucul. 16. 9,
Tu erat? D. molestusne sum? A. nunc magis quam fuisti. nam nisi qui Nobis vsu est, nobis molestus. Idem Amph. 24. 54. Si molestus sis, enades nunquam quin te sacrificem. Et Pseud. 5. 18, Quis est qui morã occupato molestam obtulit? Idem Menech. 14. 1, At hoc viuitur more morũ molesto maximè omnium. Terent. Eunuch. 3. 3. 23, Aut dicat quid vult, aut molesta ne fiet. Cic. de Senectute, 7, Importunitas autem & inhumanitas omniætati molesta est. Idem de Amicitia. 75, Molesta veritas est, si quidem ex ea nascitur odium. Ibidem, 63, Sunt enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidam qui molestias amicitias faciunt, quum ipsi se contémni putant.
Idem ad Atticum, lib.15.3 27.7, Molesti interpellatores.
Magis molestus, Vide MAGIS.
Laboriosus & molestus. Cic. 3. de Legib. 27.
Odiosum & molestum est cupidis, carere: satiatis verò & expletis iucundum est carere. Cic. de Senect. 44.
Quanis sermone molestus. Horat. 1. Serm. saty. 3. 13.
Nisi forte molesti interuenimus, venisse delectat. Cic. 2. de Orat. 9.
Intempestiua & molesta nunquam est amicitia. Cic. de Amicit. 21.
Cura molesta. Ouid. 3. de Arte, 120.
Operosus & molestus labor. Cic. 2. de Nat. deorum, 84.
Lites cum rege molestæ. Horat. 1. Serm. saty. 7. 1.
Onus molestum, munus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 20.
Otium tibi molestum est. Catul. ad Lesbiam, epig. 48. 3.
Negotiosa & molesta prouincia. Cic. pro Murena, 16.
Grauis & molesta vita otiosorum aliquibus minus est. Cic. 1. Offic. 101.
Voces compesce molestas. Propert. lib. 1. eleg. 5. 1.
¶ Molestus etiam interdum difficilis dicitur, vt separatio molesta. Vlpian, in L. Si seruus. Parag. Item, ff. Ad legem Aquiliam, Item si quis frumento arenam vel aliud miscuerit, vt molesta separatio fit: quasi de corrupto agi poterit.
Molestia, molestiæ, (ἀδυσφορία, ἀνία,) Solicitudo, grauitas. Cic. 4. Tusc. 29, Molestia, ægritudo permanens. Plaut. Pœn. 2. 35, Ne & hic viris sint & domi molestiæ.
Sine molestia. Cicc. ad Sulpitium, lib. 13. 24. 3, Eum, quod sine molestia tua fiat, siqua in re opus ei fuerit, iuueris. Terent. Eunuch. 5. 4. 6,
- virginem
Quam amabat eam confeci sine molestia.
Iudicialis molestia, Vide IVDICO.
Abstérgere molestias. Cic. de Senect. 2, Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modò omnes abstersérit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam & iucundam senectutem.
Abstergère molestias, Vide ABSTERGEO.
Abesse à molestiis, Vide ABSVM.
Addere molestias. Terent. Eunuch. 1. 1. 33, - si sapis,
Neque præter quàm quas ipse amor molestias
Habet, addas.
Afficere molestia, Vide AFFICIO.
Amouere molestiam, Vide AMOVEO.
Aspergere molestiam alicui. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 12. 2, Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc asperst molestiæ, quòd, &c.
Capere molestiam. Cic. pro Sylla, 1, Ex huius incommodis magnam animo molestiam capio. Idem de Amicit. 76.
Circunfusæ vndique molestiæ, Vide CIRCVMFVNDO.
Delere molestiam alicui. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 14. 1, Deleuit enim mihi omnem molestiam recentior epistola.
Depellere molestiam. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 1, Nisi fam & ratio ipsa depulisset omnes molestias.
Deponere molestias. Cic. Terentiæ, lib. 14. 7. 1, Omnes molestias & solicitudines quibus te miserrimam habui, deposui & eieci.
Exhibere molestiam alicui. Cic. Attico, lib. 2. 16. 4, Iam exhibere mihi molestiam desiterunt. Idem ad Cornificium, lib. 12. 19. 4.
Habeo etiam illam molestiam, quòd, &c. Cic. Tironi, lib. 16. 11. 12.
Habent ea molestiam. Cic. ad Atticum, lib. 8. 14. 2. 10, Sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces molestiam.
Esse in molestiis. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 13.
Suscipere molestiam. Cic. ad Tironem, lib. 16. 10. 3, Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger.
Trahere molestiam ex pernicie Reip. Cic. Sulpitio, lib 4. 3. 2.
Molestè, Aduerbium, (δυσφόρως,) Cum molestia, grauiter, ægré. Cic. de Amicit. 76. Obiurgari molestè ferunt.
Molestè ferre. Cic. 4. Acad. 164, Non molestè, inquit, fero nos hæc contulisse. Idem 2. Verr. 14, Cupiebam dissimulare me id molestè ferre: cupiebam animi dolorem vultu regere, & taciturnitate celare.
Pati, & non molestè ferre. Cic. 3. Verr. 2, Patior iudices, & non molestè fero, me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esse laturos.
Molesto, molestas, (ἀλυσκάω,) molestare, Notæ significationis. Modestinus, Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem molestari volo.

Moletrina, Molile, Vide MOLA.

Molior, moliris, penul. prod. molitus sum, (μηχανάομαι,) moliri, à mouendo, vel à molibus, significat Mouere. Liuius 9. ab Vrbe, 11, Num montes moliri suâ sede paramus?

¶ Moliri, (ἐπιχειρεῖν,) Est vel ingenio, vel corpore ad aliquid agendũ moueri. Plaut. Bacchid. 16. 1, Insanum magnum molior negotiũ. Idem Curcul 4. 33, Videt vt misere moliuntur, neque queunt complecti fatis? Cic. de Senect. 13, Sed videtis vt senectus non modò languida, atque iners non sit, verùm etiam sit operosa, & semper agens aliquid & moliens. Idem 7. Verr. 70, Euolat iam è conspectu fugiens quadriremis, quum etiam tunc cæteræ naues suo in loco moliebantur. Id est, magno labore se explicabant vt consequerentur. Terentius Heaut. 2. 2. 10,
- & nosti mores mulierum.
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.

¶ Moliri, (ἐγκαθίστασθαι, κατασκευάζειν, σωκλᾶσθαι,) Operari, vel facere. Cic. 1. Tuscul. 107, Quantum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, vnde Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Columel. lib. 1, Et ideo minoribus aratris moliuntur. Id est operantur.
Facere & moliri aliquid. Cic. 4. Acad. 46.
Agere per se & moliri. Cic. Trebiano, lib. 6. 10. 7.
Id speramus, idque molimur. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 12.
Obscure moliri. Cic. 1. Tuscul. 35.
Struere & moliri aliquid calamitatis alicui. Cic. pro Cluentio, 142.
Amorem, odium in iudicum animis oratione moliri. Cic. 2. de Orat. 113.
Arcem moliri, Extruere arcem. Virg. 1. Aeneid. 86,
- pars ducere muros,
Molirique arcem. Quasi molibus factis arcem attollebant, vt aiunt. Id est ingentibus ædificiis.
Sublime moliri atrium, Extruere. Horat. 3. Carm. ode 1. 10.
Bellum moliri, Belligerare. Colum. in Præfat. Qui bella molitur, armorum & militiæ gnaros adhibeat.
Bipennè moliri in vites. Virg. 4. Georg. 67. Id est fuccidere vites. Seruius.
Classem moliri, Parare classem, inquit Seruius. Virg. 3. Aeneid. 2.
- classemque sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ. Ibidem, 4. 61.
Corpora moliri ex somno. Liu. 6. bel. Maced. 100, Aetoli pars longi afferta labore ac vigiliis corpora ex somno moliebantur.
Corroptelam iudicii moliri. Cic. in Parad. 58.
Molitur crimina, & accusatorem. Tacit. lib. 12.
Discordiam optimatium moliri. Cic. de Arusp. resp. 36.
Dolos molitur opertos. Valer. 5. Argon. 50.
Dextera vindex molitur facinus. Silius lib. 11. 39.
Fores moliri. Tacit. lib. 1,
Concursúque ad iantum facto, moliuntur fores.
Fugam moliri. Colum. lib. 9. cap. 1. 9. Virg. 2. Aeneid. 23,
Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri. Id est parare, inquit Seruius.
Fulmina moliri. Virg. 1. Georg. 66,
Ipse pater media nimborum in nocte coruscа
Fulmina molitur dextra. Vbi Seruius, Molitur, Agitat, & iacit.
Genus pœnæ miserabile molitur. Ouid. 8. Metam. 158.
Seniles moliri gradus. Senec. Hippoly. 4. 15.
Gressus moliri. Claud. 3. de raptu Proserp. 88,
Sic ait, & prima gressus molitur ab Aetna. Stat. 5. Sylu. 3. 16.
- viuos molitum in tartara gressos.
Habenas moliri manu. Virg. 12. Aeneid. 66,
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.
Humum infra moliri. Tacit. lib. 11.
Ignem moliri. Virg. 10. Aeneid. 17,
Hi iaculis, illi certant defendere saxis,
Molirique ignem, neruosque aptare sagittas.
Moliri in aliquem locum, Contendere aliquò. Tacit. lib. 12. Fortè in flumine medio, in quam gladiatores nauibus molienter, Germanicus nando prælabebatur.
Insidias auibus moliri. Virg. 1. Georg. 55,
Insidias auibus moliri, incendere vepres. Id est aucupia facere. Inquit Seruius.
Insidias filio moliri, Insidiari. Cic. pro Cluent. 139.
Iter moliri, Iter peragere. Virgil. 6. Aeneid. 96, Inde datum molitur iter. Seruius. Claud. 6. Paneg. 14, Iam princeps molitur iter.
Laborem moliri. Virgil. 4. Aeneid. 47, Nec super ipse sua molitur laborem. Hoc est parat & exercet. Seruius.
Locum moliri. Virg. 7. Aeneid. 32,
- ipse humili designat mœnia fossa,
Moliturque locum. Id est præparat. Seruius.
Magna moliri. Cic. Attico, lib. 16. 3 5. 1.
Mœnia vrbis moliri. Ouid. 11. Metam. 40.
Moram moliri. Virg. 1. Aeneid. 84,
Cernere nequis eos, neu quis contingere posset,
Molirique moram, aut veniendi poscere causas.
Morbos molitur rex Deûm. Virg. 12. Aeneid. 171.
Muros vrbis moliri. Virg. 3. Aeneid. 27.
Naues moliri. Liuius lib. 8. Decad. 3, Et molientibus ab terra nauem Philippus superuenit.
Nefas aliquod moliri. Stat. 8. Thebaid. 101,
Hoc molita nefas?
Noua moliri. Claud. 7. Paneg. 16.

Nuptiasque Domitii, & Octauiæ Cæsaris filiæ moliri. Tacitus lib. 12.
Obices moliri. Liu. 6. ab Vrb. 133. Nec Romanos subeuntes mœnia, molientesque obices portarum, arcere possunt.
Opera moliri, Operari. Colu. lib. 4. cap. 18. 2. Quinetiam ipsa hortulorũ descriptio quanto est minoribus modulis conita, fatigationem velati minuit, & simul eos qui opera moliuntur, ad festinandum inuitat. Cicer. 1. de Nat. deor. 72. Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur. Hoc est, tentat & conatur facere.
Oppid moliri. Horat. in Arte, 81.
Periculum alicui moliri. Cic. pro Sestio, 1.
Pestem patriæ nefariè moliri. Cic. 2. Catil. 15.
Terram moliri. Liuius 10. belli Maced. 117. Dum cultores agri altius molliunt terram, duæ lapideæ arcæ octonos fermè pedes longæ, quaternos latè inuentæ sunt. Colum. in Præf. 1. Vt enim qui in villis intra cõtos, &c. Idem lib. 6. cap. 2. 8. Aratroque iniuncto terram moliri cogitur. De iuuenco.
Triumphos moliri. Ouid. 14. Metam. 144.
Viam moliri. Virgilius 10. Aeneid. 96.
- atque viam clypei molita per oras. Vbi Seruius, Viam molita, hoc est cum difficultate quæ fuit per quod & soliditas clypei, & minus firmus hastæ ictus offendunt.
Et veritas molire vias. Silius lib. 4. 169.
¶ Molitis, Pallium. Lucilius lib. 7. Mutilamur, molimur, subducimur. Id est retinemur & moramur, inquit Nonius.
Molitus, pen. prod. Participium, (ἐπιχειρήσας,) Cicc. 2. de Finib. 179, Molitus tanta. Et lib. 1. 78. Molita quippiam impietas.
Molitio, Verbale, (ἡ ἐπιχείρησις, κατασκευή,) Ipse moliendi actus, Conatus ipse & machinatio. Cic. de Vniuers. 10. Quæ amus igitur causam quę impulerit eum qui hæc machinatus sit, vt originem rerum, & molitionem nouam quereret. Idem 1. de Natu. deor. 29. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Sic lib. 2. 199.
Tantã rerum molitio. Cic. 1. de Nat. deor. 34.
Agrorum molitio. Columel. in Præf. 37. Et in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melampodis, & in agrorum, solique molitione, Triptolemi, aut Atticei prudentiam, &c. Idem lib. 5. cap. 4. 2. Non vtitur hac molitione terræ.
Molimen, pen. prod. moliminis, n. g. (κατασκευή,) Id est quod molimur, & conatus. Liu. 7. ab Vrb. 244. Res tamẽ suo ipsa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur.
Magnum molimen. Ouid. 12. Metam. 72.
Rerum molimina. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 2.
Magno molimine circunspectare. Horat. 2. epist. 2. 19.
Molamentum. Idem, (κατασκευάσμα,) Liu. 7. bel. Maced. 59. Se in animo habuisse rota classe Epheso petere, & onerarias ducere multa saburra grauatas, atque eas in fauces portus supprimere: & eo minori no & vadosum ostium portus sit.
Molitor, pe. prod. molitoris, Verbale, (κατασκευαστής, ἐργάτης,) Qui aliquid fiunt, conatur, & machinatur. Suet. in Domitiano, cap. 10. In his aliquot Consulares interemit ex quibus Cinicã Cerealem in ipso Asiæ Proconsulatu, Salustienum Orficum, Acilium Glabrionẽ exilio, quasi molitores nouarum rerum.
Primæque ratis molitor Iason. Ouid. 3. Metam. 61.
Molitor, Author & conditor, aut effector. Cic. de Vniuers. 21. Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorque Deus, vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus rotis atque perfectis absolueret.
Molitrix, pe. prod. molitricis. Verbale fœmin. (ἐργάτις,) Suet. in Claudio Nerone, cap. 35. Antoniam filiam Claudii recusante post Poppeæ mortem nuptias fieri, quasi molitricem nouarum rerum interemit.
Molitrix, pen. corr. Vide Molo, molis in MOLA.
Mollis, & hoc molle, (μαλακός, ἁπαλός, ἁβρός, ἁβροδίαιτος, χαμαιπετής, ἀπόκοπος, ἀνεμόεις, ἀνεμοδόκος, ἀνεμοδόκος, ἀνεμοδόκος

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mollia securæ peragebant otia gentes. Ouid. 1. Metam. 21.
Fabula mollia. Ouid. 7. Metam. 17.
Pectus molle. Ouid. 4. Fast. 1. Item 1. de Arte, 108.
Pecus molle. Virg. 3. Georg. 60.
Pensa mollia deuolunt fusis. Virg. 4. Georg. 70.
Pecunolli equi, Vngula fragilis. Horat. 1. Serm. satyr. 1. 18.
Pisces molles, Delicati. Plin. lib. 9. cap. 28. Sunt autem tria genera in primis quæ mollia appellantur, &c. De piscibus sanguine carentibus.
Pluma mollis. Virg. 10. Aeneid. 39.
Prata mollia. Virgil. 3. Georg. 105. Ouid. 1. de Arte. 56. Claud. 1. de raptu Pros. 58.
Prece molli vincuntur dura pectora. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 16.
Puteo mollet. Horat. Epod. 11. 1.
Querelæ molles. Horat. 1. Carm. ode 9. 4.
Quies mollis. Lucret. lib. 4. 200.
Venantumque canes in molli sæpe quiete
Iactant erora tamen subitò, vocesque repente
Mittunt, & crebras reddocunt naribus auras.
Senectus mollis. Cic. de Senect. 2. Non modo omnes abstersérit senectutis molestias, sed etiam effecerit mollem ac iucundam senectutem.
Sententiæ molles. Cicero in Catil. 21. Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt: contentionemque nascentem non credendo corroborauerunt.
Seruitium molle. Tacit. lib. 20.
Somnos molles carpere. Virg. 3. Georg. 87.
Somno molli dedita membra. Lucret lib. 3. 23.
Stimulis haud mollibus inciti ira. Virg. 1. Aeneid. 145.
Affluetus fluidis mollibus ipse fui. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 15.
Tactus mollissimus corporis. Columel. lib. 6. cap. 1. 3. Corpore denso breuisque, colore rubeo vel fusco, tactu corporis mollissimo. De boum forma. Plin. lib. 12. cap. 22. 3. Calamus præstantior odore, flatum è longinquo inuitat, mollior tactu.
Tempora mollia. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 7.
Tempora mollissima fandi, Opportuna. Virg. 4. Aeneid. 59.
Tiliæ molles. Ouid. 10. Metam. 19.
Velamina mollia, Vestes. Ouid. 5. Metam. 119. Molliaque impono salici velamina coroæ.
Venter mollis. Horat. Epod. 8. 2.
Verba mollia. Ouid 6. Fast. 24.
Leuire mollibus verbis. Horat. Epod. 5. 18.
Versus molles, Amatorii. Ouid. 2. Trist. 62.
Non tamen est facinus versus euoluere molles,
Multa licet castæ non facienda legant.
Via mollissima. Liuius 4. bel. Maced. 70. Volo id quàm mollissima via consequi, &c.
Non est ad astra mollis è terris via. Senec. Hero. fur. 6. 21.
Vinum molle, Carens asperitate & defæcatum. Virg. 1. Georg. 69.
Tene agni pingues, & tu o mollissima vina. Seruius.
Vir mollis. Ouid. epist. 9. 15. Ne pigeat molli succubuisse viro.
Vita mollis. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 1.
Quisque prius mollem, vacuamque laboribus egi
In studiis vitam, Pieridumque choro.
Totus de mollibus vlus. Ouid. 8. Metam. 132.
Vmbræ molli succedere. Virg. 3. Georg. 93.
Vndæ molles. Lucret. lib. 1. 70.
Vultus mollis. Ouid. 10. Metam. 121.
¶ Lachrymis mollis. Propert. lib. 3. eleg. 15. 6. Et durũ Zethum, & lachrymis Amphionis mollem.
Ira mollissimus. Claudianus 1. in Eutrop. 73.
– facilisque moueri
Supplicibus, mediaque tamen mollissimus ira.
Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esse. Ouidius 2. Amor. eleg. 3. 1.
Auricula infima in Repub. & inimicitiis mollior aliquis, Vide AVRIS. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 12. 5.
Homo mollis, Effœminatus, non seuerus, minimè fortis, pusilli & abiecti animi. Plin. lib. 15. cap. 5. 22. Vetant dari senibus & pueris, item mollibus ac fœminei corporis animive, exilibus ac teneris. Liu. 3. bel. Maced. 42. Quum in publico epulatus reuerteretur domum temulentus, prosequentibus mollibus viris, qui ioci causa conuiuio celebri interfuerant, &c. Plin. lib. 11. cap. 51. 3. Supercilia quibus porrigantur in rectum, molles significant.
Mollis, & parum vir. Quintil. lib. 5. cap. 9. 9.
Solutus & mollis in gestu homo. Cic. de Clar. Orat. 119.
Mollis, languidus, enervatus philosophus, omnia ad voluptatem corporis doloremque referens. Cic. 1. de Orat. 115.
Effœminatum aut molle, aut nequid durum aut rusticum sit. Cicero, 1. Offici. 179.
Molle atque facetum. Horat. 1. Serm. satyr. 10. 9.

Dictu haud mollia. Silius lib. 1. 23.
Quid precibus nostris mollius esse potest? Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 14.
Molliculus, pen. corr. A dicetium diminut. Plautus Pœn. 4. 144.
Meus molliculus caseus. Idem Casina, 10. 56.
– sed lepide volo
Molliculas ficas, vt ipsa mollicula est.
Versus molliculi. Catul. ad Aurelium, epigr. 16. 1.
Qui me ex versiculis meis putastis,
Quòd sint molliculi, parum pudicum.
Molliculus, Diminut. à Molliculus. Catul. ad Thallum, epigr. 12. 1.
Cinæde Thalli mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medullula, vel inula mollicella.
Mollitia, mollitiæ, sicut Mollities, mollitiei, (μαλακότης, μαλακία, ἁβρότης, βλακεία.) Plin. lib. 13. cap. 9. 1. Differens breuitate ac mollitie. Colum. lib. 7. cap. 2. 5. Ex his rursus quicquid conceptum est, maternam mollitiem, paternum & auitum retulit colorem. Plin. lib. 11. ca. 32. 32. Item omnis auriculæ ac nares, quæ modicum eminet flexilemque mollitiem.
Ceruicum mollitia. Cic. in Orat. 33.
Agilitas mollitiesque naturæ. Cic. Attico, lib. 1. 12. 6.
Imbecillitas & mollities victus alicuius. Cic. Att. lib. 12. 244. 6.
Mollities maris, Placiditas, tranquillitas. Plin. ale Vitis illust. 22. Vbi per mollitiem maris anguis proximum Aesculapii phanum petiit.
Mollities, siue Mollitia animi. Terent. Eunuch. 2. 1. 16.
Abis fis, nihil dicis Parmeno?
Eiiciunda hercle hæc mollities animi nimis me indulgeo. Salust. Sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes cunctamini. Cic. de Finib. 105. In primo enim ortu inest seueritas & mollitia quædam, vt necres videre optimas, nec agere possint. Ibidem, lib. 1. 51. Qui affectu deserunt mollitia animi, id est laborum & dolorum fuga.
Lenitas & mollitia animi. Cic. pro Sylla, 13.
Animi mollitia lenitatem imitatur. Cic. in Partit. 45.
Labuntur ad mollitiem mores, Vide LABOR, liberis.
Vincere quamlibet mulierculam mollitia. Horat. Epod. 11. 5.
Mollitudo, penul. product. mollitúdinis, (χαῦνότης,) Idem quod mollitie. Cice. 3. de Oratore, 55. In ipso tactu esse modum, & mollitudinem & lenitatis. Ibidem, lib. 3. 88. Nam & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, &c. Idem 5. Tusc. 67. Lenitudo cicatrinis, mollitudo corporis.
Vocis mollitudo, quam cam torquere pro commodo nostro possimus. Author ad Herennium, lib. 3. 112.
Raritas & mollitudo. Cic. 1. de Nat. deor. 205. In pulmonibus autem mollitudo raritas quædam & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima.
Molliter, pen. corr. A duerbium, (μαλακῶς,) Plin. lib. 15. cap. 10. 1. Alia curatæ cura molliter semina collocandi. Cice. 2. de Natura deorum. Et cubilia sibi nidosque construunt, eosque quàm possunt mollissime substruunt, vt quam facillimè oua feruentur.
Molliter impresso conor adire toro. Propert. lib. 1. eleg. 3. 1.
Molliter admissum claudit Tarbellicus æquor. Luca lib. 1. 4.
Vt mea defunctæ molliter ossa cubent. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 10.
Molliter se curare, Id est delicatè, inquit Donatus. Terent. Adelph. 1. 1.
Aedepol Syrisce te curasti molliter. Plaut. Pœn. 9. 80.
Ego id quæro hospitium, vbi ego curer mollius,
Quàm regi Antiocho curari hospites solent.
Excipere molliter cadentem. Ouid. 11. Metam. 158.
Parcè & molliter facere aliquid. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 98.
Austerum laborem mollitei studio fallere. Horat. 2. Serm. satyr. 2. 5.
Ferre molliter, Placidè, æquo animo. Cic. de seneci. 6. Quod ferendum est molliter sapienti. Idem 2. de Finib. 104. Aberat enim omnis dolor, si adesset, nec molliter ferret, &c.
Bellum molliter gerere. Salust. de Rep. ord. Sed tibi hoc grauius esset, quàm ante te omnibus armis parta componere, bellum alicuius prius mollius gessisti.
Incedit molliter. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 5.
Ossa molliter quiescant. Virg. 10. eclog. 7.
Recubare molliter & delicatè. Cic. 3. de Orat. 36.
Molliter admota sollicitare manu. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 15.
Partus molliter soluere dicitur mulier. Ouid. 3. Fast. 63.
Siqua tamen grauida est, resoluto crine precetur,
Vt soluat partus molliter ipsa suos.
Delicatè & molliter viuere. Cic. 1. Offic. 149.
In patria molliter viuere. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 5.
¶ Molliter, sine verbo expresso positum. Plaut. Pœnul. 23. 9.
– quid tu (malim) ergo in os mihi
Ebrius irructas? p. molliter, sustine nunc me,
Caue ne cadam.
Mollius, (μαλακώτερον,) A duerbium comparatiui gradus, vt
Recubare mollius. Stat. 4. Sylu. 6. 3.
Accipere mollius. Tacit. libro 2. Inerant & alia huiusce modi flexibiliora, quæ

ma, si mollius acciperes miseranda. Idem libro 17, Quò seditio mollius acciperetur.
Interpretari aliquid mollius. Tacit. lib. 18. Et amici adulantes, mollius interpretabantur vnius legionis eam seditionem.
Mollio, mollis, mollini, mollitũ, pe. prod. (μαλακύνω, μαλακοῦσθαι, μαλακίζω, ἁπαλύνω,) mollire, Molle facere. Cic. 2. de Nat. deor. 101. Dentibus autem in ore conflectis manditur, atque ab his extenuatur, & mollitur. Sed hic fortè rectius legas, Molitur, pen. corr. à Molo, molis: hoc est Conteritur, & velut molis comminuitur.
Lanam mollire. Ouid. 3. Fast. 164.
– lanam mollire puellæ
Discant, & plenas exonerare colos.
Ferrum mollit ignis. Horat. 1. Serm. satyr. 4. 4.
Linam mollire trahendo. Ouid. 1. Metam. 83.
Mollire, per translationem. Ouid. 3. de Arte, 109. Scilicet ingenium placida mollitur ab arte.
Accessus mollient illa tuos. Ouid. 1. de Arte, 71.
Animos mollire, Temperare, Mites facere. Cic. 2. Tuscul. 48. Mollíut animos nostros vitia sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur. Sic Liu. 3. belli Pun. 69. Mollitus animus.
Animos mollire, pro Effœminare. Cic. 5. Tusc. 114. Sed nos vmbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus, opinionibus, maloq; molire delinimus mollissimus. Salustius, Loca amœna, voluptuosa, facile in otio feroces militum animos mollierant.
Animos mollit & temperat iras. Virg. 1. Aeneid. 13.
Mollierant animos lectus & vmbra meos. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 9.
Fructus feros mollire colendo. Virg. 2. Georg. 8.
Hominem mollire, Placare. Terent. Phorm. 2. 2. 13.
Adeone ingenio te esse duro atque inexorabili,
Vt neque misericordia, neque precibus mollirí queas?! Ibidem, 4. 3. 27.
Post quam hominem his verbis sentio mollirier, &c. Cice. de Senect. 9.
Et Annibalem inuenilitèr exultantem, patientia sua molliebat. Idem ad Atticum, lib. 10. 200. 3. Lachrymæ meorum me interdum mollíunt, precantium vt de Hispaniis expectemus. Eidem, lib. 9. 181. 7. Domesticarum me rerum delectatione mollit.
Impetum mollire, Reprimere. Liu. 3. ab Vrbe, 144. Propalàm obuiam ire cupiditati parum aufi, obsecundando mollire impetum aggrediuntur.
Inuidiam mollire. Tacit. lib. 4. Quo mollíret inuidiam.
Iras mollire. Liuius 1. ab Vrbe, 40. Mollirét modò iras: & quibus sors corpora dedisset, darent animos, &c.
Mare mollire, Placare, Molle reddere. Accius Telepho, Remisque nixi, properiter nauem in fugam tradunt subter saxa ad lævam, qua mons mollibat mare. Ex Nonio. Gellius lib. 19. cap. 1. Sed postea quò Brutum adamaremus, mollitique essent venti maris, percontatus eum quæ nam illa ratio esset pauoris sui.
Opus graue mollire indocili numero, Id est rudi cantilena. Ouidius, 4. Trist. eleg. 1. 2.
Pectora alicuius mollire. Horatius Epod. 3. 3.
– quale posset impia
Mollire Thracum pectora.
Poenam mollire. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 11.
Dura verba vita mollienda. Cic. 1. de Nat. deor. 132.
Durescere & Mollirí, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 38. Itaque & Aquilonibus reliquisque frigoribus adiectis durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore.
Languescere & mollirí. Cic. 12. Philipp. 323. Ipsa illa Martia, cælestis & diuina legione nuntio languescet & mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amitet.
Amore mollirí. Sillus lib. 13. 14.
Mollitus, pen. prod. Participium, (μαλακωθείς,) vt Membra mollita. Ouidius 4. Meram. 77.
Agros mollitos oblimatosque ad serendum relinquit recedés Nilus. Cic. 2. de Nat. deor. 101.
Peritas mollita. Ouid. 4. Fast. 44.
Mollimentum, mollimenti, Lenimentum. Seneca de Tranquillitate vitæ, Mollimentum confuetudine inuenit.
Nullo nomine melius de nobis meruit natura, quàm quòd calamitatũ mollimentum fieri. Claud. lib. 1. de rap. Pros. 46.
– diríque seuerí
Ferrea lascíuis mollescant corda sagittis. Plinius, libro 12. cap. 17. 6.
Mollescere, mollescis, (μαλακοῦσθαι, μαλακωθῆναι,) mollescere, Molle aut placatum fieri. Claud. lib. 1. de rap. Pros. 46.
– diríque seuerí
Ferrea lascíuis mollescant corda sagittis.
Ladanum viti aridum, flatim tacta mollescere. Ouid. 4. Meram. 78.
Mollescunt colla iuuencis. Catul. Argonaut. epigr. 59. 8.
Mollescere, & tactis subitò mollescat in vndis.
Semiuir, & tactis subitò mollescat in vndis.
Mollescunt colla iuuencis. Catul. Argonaut. epigr. 59. 8.
Pectora mollescunt, asperitasque fugit. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 2.
Mollipes, pen. corr. mollipedis, (μαλακόπους,) Qui mollem habet pedem. Cice. 1. de Diuinat. 16. Mollipedesque boues spectantes lumina cœli. Ex quodam poeta.

Mollestra, mollestræ. Pelles ouinas antiqui mollestras appellabãt, quibus galeas subtergebant, inquit Festus.
Mollicina, mollicinæ, Vestis, inquit Nonius, à mollitie dicta. Neuius Epidico, Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam. Nonius.
Mollusca, molluscæ, (μαλλοῦσκαι λαγῴοι,) Nucis genus, à mollitie putaminis dictæ. Plin. lib. 15. cap. 22. 5, Molluscæ putamen rumpentes. Non est mollusca pomum id quod vulgò persicum nominatur, vt putauit Macrobius, authore Perotto.
Mollusculum, mollusci, (ἁβρόμυρον εἶδος,) Arboris species. Plin. li. 16. ca. 16. 1, Pulcherrimũ verò est brusculũ, multoq; excellentius etiãnũ mollusculũ. Tuber vtrunq; arboris eius. Sed brusculũ intortius crispum mollusculum, simplicius sparsum. Et si magnitudinẽ mensarum caperet, haud dubie præferretur cedro.
Molo, molis, Vide MOLA.
Molochinus, molochini, pe. corr. (μαλαχινός,) Color qui in porro malachinus. Græci enim μαλάχην malucam dicunt. Cæcil. Paulisimacho, Carbasina, molochina, ampelina. Ex Nonio.
Molochinarius, molochinarii, (μαλαχινοποιός,) Molochini coloris infector, inquit Nonius. Plaut. Aulul. 19. 42, -astant molochinarii. Petunt fullones.
MOLORCHVS, (μόλορχος,) pastor iuxta Nemeam sylaam habitans, qui venientem Herculem ad occidendum Nemeum leonem, hospitio excepit, vt scribit Seruius.
Luci Molorchi. Virg. 3. Georg. 4.
Cuncta mihi Alphæum linquens, lucosq; Molorchi,
Cursibus, & crudo decernet Græcia cæstu.
Cleonæus Molorchus. Stat. 4. Thebaid. 32.
Parci domus Molorchi. Stat. 4. Sylu. 6. 1.
Pauperis arua Molorchi. Stat. 3. Sylu. 1. 6.
Molorthus, molorthi, (κοῦφος,) Perpendiculum. Dictio composita, qua significatur rectum plũbum. μόλυβδος, plumbum: ὀρθός, rectus.
MOLOSSIA, (μολοσσία,) Regio, pars Epiri: à Molosso Pyrrhi & Andromaches filio nominata.
Molossus, A diect. (μόλοσσος,) Scribit Theopompus fuisse xiiii Epirotarum gentes, è quibus celeberrimi fuerunt Chaones & Molossi. Ouid. 1. Meta. 46. Nec contentus eo est, misi de gente Molossa,
In Molossia nascebantur boni canes. Virg. 3. Georg. 81.
Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed vnà
Veloces Spartæ catulos, acremque molossum
Pasce sero pingui. Horat. Epod. 6. 1.
Nam qualis aut molossus, aut fuluus lacon,
Amica vis pastoribus.
Canes molossi. Horat. 2. Serm. saty. 6. 13.
-simul domus alta molossis Personuit canibus.
Armillati colla molossa canes. Propert. lib. 4. eleg. 8. 5.
Serica nam taceo volsi carpenta nepotis,
Atque armillatos colla molossa canes.
Teneant acres lora molossos. Senec. Hippol. 1. 7.
¶ Molossus, Pes dictus est ab eius patiæ saltatione. Vel quòd eo metri genere odas in templo Iouis, ad laudem canere consuenerunt, in memoriam Molossi Pyrrhi & Andromaches: à quo postea festa Molossia sunt dicta. Vel, vt alii volunt, quòd Molossi, id est Thessali ad bellum procedentes, huius modulata compositione vtebantur. Constat autem tribus longis, vt æneas.
Moly, (μῶλυ,) Herba. Plin. lib. 25. cap. 4. 1, Laudatissima herbarũ est Homero, quã vocari à diis putant moly, & inuentionem eius Mercurio assignat, contraq; summa veneficia demonstrat. Nasci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt specie illa Homerica, radice rotunda nigraq;, magnitudine cepæ, folio scillæ. effodi autem difficulter. Græci authores florem eius luteum pinxere, quum Homerus candidum scripserit. Ibidem plura.
Molybdaena, molybdænæ, (μολυβδαίνα,) Est (inquit Plinius lib. 34. cap. 18. 7.) quã alibi galenã vocauimus, plumbi & argenti vena cõmunis.
Molybdæna, Herba. Plin. lib. 25. cap. 13. 11.
Molybditis, huius molybditis, pe. pro. f. g. (μολυβδῖτις,) Plũbi spuma. Plin. lib. 33. ca. 6. 10, Fit in iil dem metallis & quæ vocat spuma argẽti. Genera eius tria: optima quã chrysitin vocãt: secũda, quã argyritin: tertia, quã molybditin. Et paulo pòst, Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.
Momen, mõminis, n. g. Id est momẽtum. Lucret. lib. 3. 38, Momine vti parũo possunt impulsa moueri.
Momentum, momenti, (στιγμή, ῥοπή,) Qualecũq; spatium tẽporis, & qualecunque pondus, seu magnum sit, seu paruum: à Moueo deductũ. Cic. Trebatio, lib. 6. 10. 13, Omnia momenta obseruabimus, neque vllum prætermittemus tui iuuandi & leuandi locum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magnum momentum, Vide MAGNVS.
Inclinationes rerum & momenta temporum. Cic. 5. de Finib. 19.
Certis momentis decedentia tempora. Horat. 1. epist. 6. 1.
¶ Momento, Ablatius vice aduerbii. Liu. Momento fuſi. Id eſt celeriter. Idem 8. belli Pun. 27, Momento arx occupata eſt. Idem, Momento enim ad inanem locum peruenerunt.
Fulgor facies rapitur momento. Senec. Hippol. 6. 7,
Vt fulgor teneris qui radiat genis
Momento rapitur nullaque non dies
Formoſi ſpolium corporis abſtulit.
¶ Momentum temporis, vel horæ. Liuius ab Vrbe cond. Momento tẽporis in aduerſum incurſando aciem. Idem 8. bel. Pun. 25, Vt ſignum momento temporis acciperet. Idem ab Vrbe, Momento horæ arſura omnia. Ibidem, Momento illo horæ. Idem de bel. Maced. Verſa momento tẽporis fortuna pugnæ eſt. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1. 2, –horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
¶ Momentum, Quodcunque minimum poteſt appellari. Plin. lib. 30. ca. 7. 2, Proſunt & combuſtæ, vt cinis earum bibatur in vino, addito reſinæ momento. Ibidem, cap. 15. 6, Somnos allicit oelypum cum myrrhæ momento in vini cyathis duobus dilutum.
¶ Momentum etiam iuxta eum modum dicitur, quo multi dicunt, Res parui momenti, magni momenti. Id eſt quæ magnũ pondus & vim habet, ſiue efficaciam. Liuius ab Vrbe cõdita, Rege ſuperato, nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copiis fore.
Iudiciorum momentum. Quintil. lib. 3. cap. 7. 2, Et laudare teſtem, vel cõtrà, pertinet ad momentum iudiciorum.
Officiorum omnium momenta diligentiſſimè perpendebat Cato. Cice. pro Murena, 2.
Momenta maximarum rerum. Liuius ab Vrbe condita, Puncto ſæpe temporis maximarum rerum momenta verti. Hanc ſententiam iiſdem ferè verbis extulit Cic. 5. Philipp. 18 2. Lucanus lib. 7. 24,
Prima velim caput hoc funeſti lancea belli,
Si ſine momento rerum partiſque ruina
Caſurum eſt, feriat. Id eit, ſi ſine rerum & exercitus diſcrimine moriturus ſum.
Infinitum autem (vt mox dicemus) in his quoque rebus momentum eſt. Quintil. lib. 1. cap. 11. 6.
Leuiſ momentum. Celſ. lib. 7. cap. 7. Ex leuibus momentis inflammationes & lippitudines excitat.
Maxima momẽta ad. Cic. 5. de Finib. 65. Ea nobis ipſa chara eſſe propter ſe, & in his eſſe ad bene viuendum momenta maxima.
Minimum momentum. Cic. 5. Philip. 18 2. Mininis momentis, p. c. maximæ inclinationes temporum fiunt. Liuius ab Vrbe dixit, Puncto ſæpe temporis maximarum rerum momenta ſæpe verti. Rurſum Cice. 1. de Diuina. 194. Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.
Minimi momenti eſſe ad. Cic. 4. de Finib. 78, Sic errare Zenonem, qui nulla in re, niſi in virtute aut vitio propenſionem, ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret.
Momenti nihil eſt omnino in eo. Cic. 1. Acad. 51.
Minimo momento. Cic. 5. de Finib. 152, Ego quam ille præponendam & magis eligendam, beatiorem hanc appello, nec vllo minimo momento plus ei vitæ tribuo quàm Stoici.
Nullius momenti putatur eius teſtimonium. Cice. in Vatinium, 1. Cuius teſtimonium propter turpitudinem vitę, ſordeſque domeſticas nullius momenti putaretur.
Nullius in medicina momenti. Plin. lib. 10. cap. 9. 1. De braſſica.
Momenta paria. Cic. 4. Acad. 224, Ita ſunt in pleriſque contrariarum rationum paria momenta. Idem 1. Acad. 65.
Pari momento ſors. Cic. pro Murena, 16, Quæſtura vtriuſque propemodum pari momento ſortis fuit. habuit hic, &c.
Paulo momento. Terent. And. 1. 5. 31, Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc, illuc impellitur.
Perleui momento. Cic. 2. de Lege agraria, 80, An ignoratis cætera illa magnifica Pop. Rom. vectigalia perleui ſæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere?
Permagni momenti eſt in Rep. ratio atque inclinatio temporum. Cicero. 7. Verr. 139.
Summa momenta fauoris trahuntur annona. Lucan. lib. 3. 11.
Quoque modo vanos populi concitet amores
Gnarus, & irarum cauſas & ſumma fauoris
Annona momenta trahi. nanque aſſerit vrbes
Sola fames, emiturque metus, quum ſegne potentes
Vulgus alunt.
¶ Afferre momentum ad. Quintil. lib. 6. cap. 1. Magnum ad ſalutem momentum preces attuliſſe. Cice. 2. de Finib. 86, Iam illud quidem perſpicuum eſt, maximam animi aut voluptatem aut moleſtiam plus aut ad beatam, aut ad miſeram vitam afferre momẽti, quàm eorum vtrumuis, ſi æquè diu ſit in corpore.

Cõſertus ordo rerum eſt tribus momẽtis. Quintil. lib. 5. ca. 10. 10, Vt laudatio autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis conſertus eſt.
Momento atque iudicio diſponere inuenta. Cicer. 1. de Orat. 60. Inuenta non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam atque iudicio diſponere atque diſponere.
Facere momentum. Liu. 1. ab Vrbe, 207. Tanaquil regio ſemine orta, vt nullum momentum in dando adimendoque regno facere tibi, &c.
Habere momentum ad. Cic. 4. de Finib. 49. Vt ei qui iucũde vixerit in omnem decem, ſi eqũ vita iucunda menſtrua addatur, quia momentum aliquod habeat ad iucundum acceſſionem, bonum ſit Ibidem, Hæc res nullum habet momentum ad beatam vitam.
Habet momentum gratia. Cic. pro Murena, 57, Petunt aliquid publicani, caue quicquam habeat momenti gratia.
Habet momentum apud. Cic. pro Font. 4. Vt ſua religio, laudatio, authoritas aliquid apud veſtros animos momenti habuiſſe vi deatur.
Momentum in re aliqua poſitum. Quintil. lib. 4. cap. 1, Plurimum ad omnia momenti eſt in hoc poſitum.
Rem aliquam ponderare momento ſuo. Cic. pro Fonteio, 10. Sinautem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnãquanque rem exiſtimandam, momentoque ſuo ponderandam, ſapientia iudicis tenet.
¶ Momentum, pro Particula, Quinti. lib. 3. cap. vltimo, Simplicius autem inſtituenti non eſt neceſſe per tam minutas rerum particulas rationem docendi concidere. Quo vitio multi quidem laboraueruntpraecipue tamen Hermagoras, vir alioqui ſubtilis, & in plurimis admirandus, tantum diligentiæ nimium ſolicitæ, vt ipſa eius reprehenſio laude aliqua non indigna ſit. Hæc autem breuior, & vel ideo lucidior multo via nec diſcentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta diducendo conſumet. Quo in loco Fabius per particulas & momenta rem eandem ſignificauit. Nec diſſimile videtur illud Flaui lib. 7. cap. 1. 2, Naturæ verò rerum vis atque maieſtas, in omnibus momentis ſide caretiſquis modò partes eius, ac non totam completam animo. Hoc eſt in minutiſſimis quibuſque particulis tanta eſt, vt cognoſcere non poſſit. Niſi fortè quis malit naturæ vim & effectus intelligere. Nec prorſus abſimile eſt illud eiuſdem lib. 18. cap. 34. 2, Sol autem quotidie ex alio cœli momento quàm pridie oritur. Hoc eſt ex alia parte, alio loco, & velut puncto.
Momentoſus, Alicuius momenti. Quintil. Declamat. 13. Nunc verò diſerendum mihi eſt, quàm momentoſa ſit huius animalis rapina. Longe quitur de apibus, quæ ita leniter flores decerpunt, vt nulla appareat rapinæ iactura.
MOMVS, Momi, Deus quidam Nocte matre (inquit Heſiodus) ſine Somno patre progenitus. Hoic adeo mos eſt, ipſum quidẽ nihil opere edere, ſed aliorum deorum opera cerioſis oculis cõtemplari & ſpecula omiſſum, aut per peram factum, id ſumma cum libertate carpere. Nam μῶμος, Latinè reprehenſionem ſonat. Huius Lucianus eiuſdem ſomnium ribus locis meminit, tum in Dialogo de hæreſibus, hubiuſque deinde de eo fabulam refert: Mineruam, Neptunum, & Vulcanum deprehendiſſe patu artificii inter ſe contendiſſe. Et vt quiſque artis ſuæ peritiſſimus aliquod ſpecimen ederet, Neptunum taurum quendam fecit. Minerua tam domum excogitaſſe, Vulcanum hominem compoſuiſſe. Momus delectus arbiter certaminis, & artis expenſor, ille in ſpecie vituli, illa que opere, præter alia quæ in reliquorum operibus reprehendit, illud potiſſimum in hominis opificio notauit, quòd artifex non in pectoris feneſtras, aut oſtiola quædã addidiſſet, quo perſpici poſſet quid in corde lateret, quod ille ſpecuoſum alioqui, multiſque recẽſibus ornatum finxiſſet. Cuius fabulæ mentionem facit & Plato. Hic igitur Momus varias adagiorum formas ſuppeditat, vel quum Plato de Rep. fabulabitur philoſophiæ ſtudium eſſe huiuſmodi, vt nec à Momo quidem poſſit reprehendi. Vel quum Venus Lucianica iam itura in iudicium Paridis ſe dubitaturam, etiamſi Momus ipſe iudicaturus eſſet. Vel quum Cicero ſcribit ad Atticum, lib. 5. 108 8, Quòd me maximè hortaris, & quid pluris eſt, quàm omnia, in quo laboras, vt etiam Ligariſto Momus fabricam: moriar, ſi quicquam fieri poteſt elegantius.
MONAOEDA, (μονοιδία,) Proleme ão lib. 2. cap. 2. inſula iuxta Oceanum talem plagam Hyberniæ vulgò Man.

Monas, monadis, pen. cor. f. g. (μονάς,) Vnitas.

Monachus, monachi, pen. corr. (μονάχος,) Solitarius.
Monarcha, monarchæ, m. g. (μονάρχης,) Vnicus omnium princeps.
Monarchia, monarchiæ, (μονάρχία,) Vnius principatus.

Monaulos, (μόναυλος,) 213. Monaulum (id eſt vnicum & ſimplicem tibiam) Mercurius inuenit. Martialis lib. 14. 69, Sæpe duas parites, ſæpe monaulon habet.

Monedula, monédulæ, pen. corr. (κολοιός,) Auis ſic dicta, quòd moneretur furetur. Plin. lib. 17. cap. 14. 1. Tradunt & monedulam condentem ſemina in theſauros cauernarũ, eiuſdem reſtituere habere cauſas. Idem lib. 10. cap. 29. 2. Inſubrium tractu examina grauiora ſolorum, monedularumque, cui ſoli aui furacitas auri argentique ſuperpo-

pol mira eſt. Plaut. Capt. 19. 5.
Nam vbi illò aduẽni, quaſi patricijs pueris, aut monedulæ,
Aut anates, aut corbuntices dantur, qui ſecum luſitent. Cic. pro Flacco, 59, Non plus aurum tibi quàm monedulæ committebant.
Nigra pedes, nigris velata monedula pennis. Ouid. 7. Metam. 94.

Moneo, (μνάω,) monẽre, Scientem, ſeu memorem facere.

Monet res. Terent. And. 3. 3. 20, Neque poſtulem abs te niſi ipſa res moneat. Cic. ad Atticum, lib. 10. 197. 1, Et res ipſa monebat, & tu oſtenderas, & ego videbam, &c. Sic 1. de Finib. 101.
Ratio ipſa monet. Cic. 1. de Finib. 102. Nã quum ſolitudo & vita ſine amicis, inſidiarum & metus plena ſit, ratio ipſa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus, &c.
Monere aperte & acriter. Cic. de Amic. 41, Eaque adhibeatur ad monendum, non modò aperte, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit, & authoritati adhibitæ pareatur.
Monere & obiurgare. Cic. de Amic. 75, Nam & monendi amici ſæpe ſunt, & obiurgandi & hæc accipienda amicè, quum beneuolè fiunt.
Pluribus monere. Quintil. lib. 5. cap. 13. 17.
Sermone crebro monere. Claud. 7. Paneg. 53.
Literis monẽre. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 10, Quæ tibi eo ſcribo quòd de retinenda Seſtii gratia literis ſæpe monuiſti.
Seris monuere pericla. Sil. lib. 6. 58.
Monere, prædicere, & antè denuntiare. Cic. 2. Verr. 23.
Monere & denuntiare. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 3.
Monere atque hortari aliquem. Cic. Planco, lib. 10. 1. 6.
Reſte aliquem monere. Cic. 2. de Orat. 54.
Monere aliquem de. Cic. lib. 2. de Diuin. 106. A qua, præterquam de ſue plena, quid vnquam moniti ſumus? Idem ad Atticũ, lib. 11. 224. 5. Extremum eſt quod te orem, vt ſi putas rectum eſſe, & à te fuſci pi poſſe, cum Camillo communices, vt Terentiam moneas de teſtamento.
Fideliter multa monere. Quid. epiſt. 21. 14.
At quanto meliora monet Horat. 1. Serm. ſatyr. 2. 15.
Moneo te hanc rem. Terent. And. 5. 4. 15. Ni metuam patrem, habeo pro illa te illi quod moneã probè. Cic. 2. de Diuin. 197. Quæ noſtra cauſa moneret nos. Idem 2. in Catil. 40. Sed eos hoc moneo, deſinãt furere.
Falſa moneri. Quid. 10. Meram. 85.
–at virgo ſcit ſe non falſa moneri,
Certa mori tamen eſt, ſi non potiatur amore.
Monuit miſi illud. Plaut. Trucul. 15. 12, Vnum animus monuit mihi, omnia agam precario.
Moneo ne. Terent. in Prolog. Eunuchi, 16, Is ne erret, moneo, & deſinat lacellere. Idem Hecyra, 1. 1. 8,
–ergo propterea te ſedulo
Et moneo & hortor ne cuinſquam miſereat.
Moneo quid. Terent. Adelph. 3. 3. 75,
Poſtrémò, tanquam in ſpeculum, in parinas Demea
Inſpicere iubeo, & moneo quid facto vſus ſiet.
Moneo vt. Plau. Capt. 5. 46, Et propterea ſepius te, vt memineris, moneo.
Terent. And. 5. 4. 1. Mitte orare, vna harũ ſuis cauſa me vt faciã, monet.
Monere aliquem vt veniat ad cœnam. Horat. 1. 1. 117.
–ſed vt dici tempus eſt,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam vt veniat. Id eſt, vocare ad cœnam. Terent.
Immortalia ne ſperet monet annus, & almum Quæ rapit hora diem. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.
Monendo, (νουθετικῶς,) Horat. in Arte, 70,
Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci,
Lectorem delectando pariterque monendo.
Moneris, pro Moneris, antiquè. Pacuius Armorum iudicio, Dic quid facia, quod me moneris, antiquè. Idẽ Chryſide. Dii monerint meliora.
Moneor id ab eo. Cic. de Amic. 74. Nec ea quæ ab ea monemur, audimus.
Monitus, pen. corr. Participium, (νουθετούμενος,) Cic. 2. de Diuin. 126. Dicimus ſi placet, monitum ab eo Gratium cauere ne iret: non fuiſſe mo-
riturum ſi omnino parruiſſet.
Monitus, multumque monendus. Horat. 1. epiſt. 3. 3.
Sed tamen vt monitus caueas. Horat. 2. Serm. ſatyr. 1. 16.
Moniti meliora ſequamur. Virg. 3. Aeneid. 38.
Exemplo monitus. Quid. 3. Metam. 147, Talibus exemplis monitæ noua ſacra frequentant.
Monitiuus, penu producta, (νουθετητικός,) Aliud participium. Proper. lib. 1. eleg. 14. 9.
Quis ego nunc perco ſimiles monitorus amantes,
O auiſis rutiam credere blanditiis.
Monitum, moniti, pen. cor. (νουθεσία,) Quod quis nos monuit. Cic. 4. de Finib. 10. Itaque quæ ſunt eorum conſolationes, quæ cohortationes, quæ etiam monita, & conſilia ſcripta ad ſummos viros? Adiuertere animos monitis. Quid. 15. Metam. 28.

Cœleſtibus diffidunt monitis. Ouid. 1. Metam. 80.
Hæc quoque pars monitis erudienda tuis. Ouid. 3. de Arte, 10.
Diuũm monitis exterrita acies. Virg. 8. Aeneid. 101.
Conſiliis monitiſq; alicuius niti. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 6.
Parẽre monitis. Ouid. 3. Faſt. 152. Idem 2. Meta. 26.
Præceptis & monitis omnium patuerunt aures meæ. Cic. 14. Philip. 139.
Monitus, huius monitus, pen. corr. (παραγγελία,) Id eſt monitio. Cic. 2. de Diuin. 129, Eorumq; iuſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eaque conditas ſortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. Liu. 2. ab Vrbe, 135, Seu voce cæleſti ex Albano monte miſſa (nam id quoq; traditur) ſeu aruſpicum monitu. Ibidem, lib. 5. 227.
Vatum monitus. Ouid. epiſt. 16. 48.
Diuinus monitus. Ouid. epiſt. 15. 4.
Fidelis monitus. Ouid. 13. Metam. 256.
Lævus monitus, Iniquus & non rectus. Iuuen. Saty. 14. 23,
Et lævo monitu pueros producit auaros.
Occulti deorum monitus. Ouid. 3. Faſt. 34.
Terrifici monitus. Valer. 1. Argon. 6.
Terribilis monitus. Virg. 4. Aeneid. 93,
Multaque præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant.
Necdum etiam reſponſa deũm, monitusq; veruſti Exciderant. Stat. 5. Thebaid. 29.
Finierat monitus. Ouid. 1. Faſt. 46,

Mónitor, pen. corr. monitóris, Verbale, (παραγγελτής,) Qui monet: hoc eſt Suaſor, qui monet & impellit aliquem ad quidpiam agendum. Terent. Phorm. 2. 1. 4, O facinus audax, ô Geta monitor!

Mónitor & author. Cic. in Catil. 80, Fortaſſe minus erũt, hoc monitore & authore huiuſce ſententiæ, mihi populares impetus pertimeſcendi.
Monitor non exauditus. Horat. 1. epiſt.
Externus monitor. Stat. 5. Syl. 2, –nec enim externo monitore petẽdus
Virtutis tibi pulcher Amor.
Non fatuus monitor. Cic. 2. de Orat. 55, Riſerit aliquis fortaſſe hoc præceptum: eſt enim non tam acutum, quàm neceſſarium, magisq; monitoris non fatui, quàm eruditi magiſtri.
Aſper iuuenis monitoribus. Horat. in Arte, 33.
Actionum monitor. Cic. in Saluſtium, 7, Plura dicerem ſi apud alios mihi eſſet dicendum, p. c. non apud vos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores.
¶ Monitores Quintilianus vocat, quos Græci pragmaticos appellãt, qui iura ac fori conſuetudines oratoribus ſubmiſſa voce ſuppeditabãt. Sic autem inquit lib. 6. cap. 5, Neq; rãtum hoc ipſis monitoribus clareſcit. Cic. 1. Verr. 28, Video mihi non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus hic tenet.
Monitores, dicuntur qui in ſcena monent hiſtriones, inquit Feſtus. Hi videntur eſſe quos Galli appellant Prothocolleshoc eſt qui recitãtibus comœdias ponẽ verba ſuggerunt.
¶ Monitor, Vocator ad cœnam. Terent. Heaut. 1. 1. 119,
–ſed vt dici tempus eſt,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam vt veniat. Id eſt, vt viſam ſi domi eſt.
Nihil opus fuit monitore eiusdudum domi
Præſto apud me eſſe aiunt.
Appellare ciues per monitorem, id eſt nomenclatorem, inquit Budæus. Cic. pro murena, 70.
Monitorius, A diectiuum. vt Fulmen monitorium, apud Senecam, 2. Nat. quæſt. quod homines præmonet de rebus futuris.
Monitio, monitiõnis, (παραγγελσις, ὑπάμνησις,) Fit ante cõmiſſum: Obiurgatio, poſt turpe factũ. Cic. de Amicit. 75, Primùm vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio contumelia careat.
Accipere monitionem patienter, Vide ACCIPIO.

Moneta, monetæ, pe. prod. (νόμισμα,) Dicta quòd nos ſigni impreſſione, vel authoris, vel pretii moneat. Martialis li. 1. 35.

Et centum numeros nouæ monetæ.
Moneta Iuno, à monendo dicta, Cic. 1. de Diuin. 154. Atq; etiam ſcriptũ à multis eſt, quum terræ motus factus eſſet, vt ſue plena procuratio fieret, vocem ab æde Iunonis ex arce extitiſſe quocirca Iunonẽ illã appellatam Monetã. Ibidẽ, lib. 2. 105, Quod idẽ dici de Moneta poteſt: à qua præterquam de ſue plena, quid vnquam moniti ſumus?
Moneta, metaphorice nonnũq; accipitur vt Proferre aliquid ex noſtra moneta, Id eſt excogitare noſtro ingenio. Senec. 3. de Benefi. Iam tempus eſt quædam ex noſtra, vt ita dicam, moneta proferti.
Monetarius, monetarii, (νομισματιστής,) Qui monetam cudit.

Monetalis, & hoc monetãle, pe. prod. (νομισματικός,) Quod ad monetam pertinet. Apuleius de Aſino, Plotina pretioſiſſimis monilium & auro monetali zonis refertis intincta.

Monetales Triumuiri dicti ſunt, vt ſcribit Pomponius Iureconſ. æris, argenti, atq; auri flatores. De origine iuris, L. ſecunda §. Deinde. Cic. ad Atticum, libro 10. 207. 7, de Vulteio loquens, Monetali autẽ adiicipſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd ille ad me Proconsulem. Id est, In summa epistola scripsi Vulteio monetal. Budæus.

Monile, monilis, pe. prod. (ἱερὸν, ὅρμος, ἀγλέωπον, περίκαρπον,) Ornamentum, quod solet de collo virginum pendere. Dictum quòd virginis admoneat, nam primò ob aliquod egregium factum dari solebat, etiam ingenuis iuuenibus. Ouid. 10. Metam. 53. Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. Virg. 1. Aeneid. 132.

– colloque monile
Baccatum, & duplicem gemmis auróque coronam. Sub. ferre iubet. Cice. 6. Verr. 35. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt quum vidisset monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incésa salutem viri proderet.

Aurata monilia ornabant collum. Ouid. 5. Metam. 11.
Gemmata monilia. Claud. de bello Get. 126.
Lunata monilia. Stat. 19. Thebaid. 138.
Ac sua dilecta cernice monilia transfert. Stat. 1. Achilleid. 66.
Monile, Non solùm hominum, verumetiam equorum, teste Festo. Virg. 7. Aeneid. 56. de equis Latini, Aurea pectoribus demissa monilia pendét. Gellius lib. 5. cap. 5. Equitatumque frænis, ephippiis, monilibus, phaleríque præfulgentem.

Monimentum, monimenti, (μνῆμα, μνημεῖον, μνημόσυνον,) vel vt alii volunt, monumentum per u. Quicquid nos monet, siue monere potest alicuius rei præteritæ, vt tituli, sepulchra, statuæ, fana, porticus, carmina, historia, documenta, doctrina, libri, cæteraque eiusdemodi. Cic. ad Cæs. Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. Idem 6. Verr. 70. & 71. M. Tullius P. Africani monimenta requirit. P. Scipio eum, qui illa sustulit, defendit. Quum mos à maioribus traditus sit, vt monimenta maiorum ita suorum quisque defendat, vt ea ne ornari quidé nomine alieno sinat: tu isti aderis, qui non obtrusit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac deleuit? Quisnam igitur per deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriam mortui, quis monimenta atque indicia virtutis? Florentinus Iurecons. sic scribit in L. Monumentũ ff. de Religiosis & sumptibus funerum, Monimentum generaliter est res memoriæ causa in posterum proditæ in qua si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum. Si verò nihil eorum: erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci κενοτάφιον appellant. Varro, Monimenta à monendo quæ sunt in sepulchris. Et ideo secundum viam, quò prætereuntes admoneant & se fuisse, & illos esse mortales. Plaut. Curcul. 8. 70.

– ibi nunc statuam vult dare auream,
Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ fiet
Septempedalis, factis monimenta suis. Idem Rud. 22. 17.
– & ego vibi Gripo indam nomen,
Monimentum meæ famæ, & factis.

Monumenta pro scriptis. Plin. lib. 7. cap. 56. 3. Idque monumentis approbare conatur. Idem lib. 8. cap. 44. 3. In plurium Græcorum est monumentis, cum, &c.

Monumentum & pignus amoris. Virg. 5. Aeneid. 115.

– quem candida Iuno
Esse sui dederat monimentum, & pignus amoris. Plautus Curcul. 3. 47. – tibi
Næ ego, si fidem seruas mecum, vineam
Pro aurea statua statuam, quæ tuo gutturi
Sit monumentum. Terent. Eunuch. 4. 6. 15, Abi tu, ei stellam Pythia domo esser cum monimentis.

Monimenta annalium. Cic. 2. de Finib. 107. Vt enim nos ex annalium monimentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis. Quintil. lib. 2. cap. 4. 14.

Antiquitatis monumenta. Cic. pro Domo sua, 67.
Multa sunt tuæ clementiæ monumenta, sed maximè eorũ incolumitates quibus salutem dedisti. Cic. pro Deiotaro, 28. Id est vestigia vel signa.
Monimentum istius crudelitatis. Cic. 6. Verr. 22.
Monumenta tuæ formæ ac nominis in suis ciuitatibus esse cupiebant. Cic. 4. Verr. 113.
Carmina formæ alicuius monumenta. Propert. lib. 3. eleg. 2. 4.

Fortunata meo si qua es celebrata libello,
Carmina erunt formæ tot monumenta tuæ.

Indicia & monumenta furtorum. Cic. 4. Verr. 128.
Gloriæ monimenta, honoris ornamenta, laudis insignia in animis condere & collocare. Cic. 3. in Catil. 70.
Ingeniorum monumenta. Quintil. lib. 3. cap. 7. 12.
Monumenta vtriusque linguæ. Plin. lib. 12. cap. 1. 8, Est Gortynæ in insula Creta iuxta fontẽ platanus vna, insignis vtriusque linguæ monumentis.
Monumentum eius pugnæ. Liu. 1. ab Vrbe, 55.
Rerum gestarum monumenta. Cic. pro Fonteio, 16. Primum generis antiquitas, quum Tusculo ex clarissimo municipio profectã in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus. Vide NOTA.

Rerum gestarum monimenta & vetustatis exempla oratori nota esse debent. Cice. 1. de Orat. 100.
Scriptorum monumenta. Colum. in Præf. lib. 10.
Stirpis monimenta. Ouid. 1. Metam. 33. Templa Vestæ, Numæ regis monimenta erant. Id est quæ in sui memoriam extructa reliquit. Horat. 1. Carm. ode 2. 3.

Vidimus flauum Tyberim retortis
Littore Hetrusco violenter vndis
Ire dejectum monimenta regis
Templaque Vestæ.

¶ Abolere monimenta alicuius. Virg. 4. Aeneid. 100.

– abolere nefandi
Cuncta viri monumenta iubet, monstratque sacerdos.

Celebrare monumentis annalium aliquid. Cic. pro Rab. Postlim. 10.
Commendare res nostras monumentis. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 3.
Commonefacere aliquem bubulis monumentis. Plaut. Stich. 3. 6. Imprimis dem in suo quisque loco ni erit mihi situm supellectilis, Quoni ego ornatiortar, vos monumentis commonefaciam bubulis. Hoc est loris.
Testimonia monimentaque virtutis cõparare. Cl. Anteq. iretis exilio. 1.
Ex annalium monimentis & regum commentariis conquirere aliquid. Cice. pro Rab. Postlimino, 10.
Consecrare amplissimis monimentis memoriam nominis alicuius. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 65.
Monumentis & præcetis sapientissimorum virorum consequi aliquid. Cice. Cecinna, lib. 6. 6. 6.
Annalium monimentis testes aliques excitare. Cic. 2. de Finib. 107.
Exigere monumentum, Perficere aliquid in sui memoriam. Horat. 3. Carmin. ode 30. 1. Exegi monimentum ære perennius. Id est ærea statua.
Sempiterna odii publici monimenta in hostes excitare. Cic. Brutto, 14. 6.
Mandare monumentis, Vide MANDO.
Mandare monumentis annalium, Vide MANDO.
Mandare oratiorem monumentis & literis. Cic. de Clar. Orat. 13.
Quanta potes præbe nostræ monimenta saluti. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 13. 10.
Proiicere monimenta. Tacit. lib. 20, Interea Iulius Sabinus proiectis Fideris Romani monimentis, Cæsarem se salutari iubet.
Relinquere monimenta alicui. Virg. 6. Aeneid. 103,

Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacenæ
His mersere malis illa hæc monimenta reliquit.

Vestigia sceleris, quàm monimenta maiorum sapientiæ sequi malle. Cicero 2. de Lege agrar. 95.
Ornamenta sita & monimenta ad aliquem visum seruant familiæ. Cicero de Clar. Orat. 31.
Statuere æternum monumentum & æterna insignia posteris. Cicero de Inuent. 173.
Animi cuiusdam monumenta tenere. Cic. pro Milone, 79. Id est memoriam factum. Plin. lib. 6. ca. 23. 15. Regio autem ex qua
Grauissimis, certissimisque monimentis testari aliquid. Cicero. Rabirio libro, 5. 20. 16.
Publicis monumentis authoritatem alicuius iudicii retinere. Cicero Q. pro Sylla, 30.
Tradita monimentis disciplinisque Græciæ artes & studia. Cicero Q. fratri, lib. 1. 1. 42.
Veterum voluens monimenta virorum. Virg. 3. Aeneid. 11.
¶ Sepulchrorum monumenta & elogia. Cic. 1. Tusc. 50.
¶ Monumentum, pro sepulchro ponitur aliquando. Quintil. lib. 7. cap. 4. Ille potuit vel ex loco tumulum, vel ex opere tumulariis supplicibus esse monumentum.
Elogia monumentorum. Cic. 2. de Finib. 184.
Auita monimenta. Ouid. 13. Metam. 106.

At puto funeribus dotabere regia virgo,
Condeturque tuum monimentis corpus auitis.

Marmoreum monimentum. Seruius. Ciceroni, lib. 4. 12. 10.
Aditus monumentorũ suorum carminibus exornare. Cic. pro Archia, 10.
Extruere monumenta. Sene. Octau. 4. 20.
Insculptum monumento, Vide INSCVLPO.
Sequuntur hæredes monumentum. Horat. 1. Serm. satyr. 8. 3.

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat, hæredes monumentum ne sequerentur.

Id est ne sibi vindicarent, neve corpora aut reliquiæ exinde inferrentur.
Templum & monimentum. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 39. Quum templum monimentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent, & manubias conferre. Cic. 2. de Lege agr. 64.

Monoceros, pen. corr. monocerotis, pe. prod. m. g. (μονόκερως, ὀρυξ, ἀγριόβους, ἀγριόκαπρος, ἀγριόκαμηλος, ἀγριόκαμος, ἀγριόκαμος, ἀγριόκαμ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Montosus locus.Cic.in Partit.11. Et Cæsar 1.bel.Ciuil.246.
Montiuagus,pen.corr.Adiecti.(ὀρεσκῴος,) Qui per montes vagatur. Cic.5.Tusc.115,Quid bestiæ,nonne frigus,non famem,non multiuagos,atque sylueſtres cursus,atque lustrationes patiuntur?
Montiuagi cursus.Sil.lib.3.110.
Dea montiuaga,Diana.Stat.1.Achilleid.90.
Feræ montiuagæ.Lucret.lib.1.82.
Monticola,pen.corr.(ὀρεσίφοιτος,)Qui mõtes incolit.Ouid.1.Metam.39.
Et Nymphæ,Satyrique,& monticolæ Syluani.

Monstro,re,Ostendere,Declarare,indicare.Plaut.Rud,5.20.
monstras,(δείκνυμι,δείκνυμι,κατοπτεύω,)monstra.
Saltem aliquem velim,qui ex his locis mihi viam
Aut semitam monstret. Terent.Adelph.4.2.32,
– vbi illum quæram cogito.
3.Scio vbi sit:verum hodie nunquam monstrabo.Cic.1.de Diui.116,
Qui sibi semitam non sapiunt,alicui monstrant viam.Ex quodam poeta.Idem 1.de Legib.3.Aut quod Homericus Vlysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dicit,hodie monstrant eandem.
Indice monstrare digito.Horat.2.Serm.satyr.8.6.
Prætereuntium digito monstrari.Horat.4.Carm.ode 3.5.
Quod monstror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ.
Viam monstrare.Virg.1.Aeneid.78.
Comiter viam erranti monstrare,Vide COMIS.
O si vnam argenti fors quã mihi monstret.Horat.2.Serm.satyr.6.1.
¶ Monstrare,pro Docere.Plaut.Bacchid.2.25.
Iam perdidisti te,atque me,atque operam meam:
Qui tibi nequicquam sæpe monstraui bene. Cic.ad Tironẽ,lib.16.22.
3.Tu istic siquid librarii mea manu non intelligent,mõstrabis.Sic Plin. lib.19.cap.10.3,Monstrare remedium.
Inulas ego primus amaras mõstraui incoquere.Horat.2.Serm.satyr.8.11.
Delinimenta vitæ alicui monstrare.Tacit.lib.15.Vitæ,inquit,delinimenta monstrauerant tibi,tu mortis decus mauis.
Cæcus iter monstrare dicitur,quum quis rudis docto consulere conatur. Horat.1.epist.18.1.
Disce docendus adhuc,quæ censet amiculus:vt si
Cæcus iter monstrare velit.
Et vitæ monstrata via est.Horat.in Arte,82.
¶ Monstrare,pro Probare.Vlpian.in L.1.Parag.Qui aduer.ff.De postulando,Qui aduersus ea fecisse monstretur:& pro aliis interdicta postulatione repellitur,& pro æstimatione iudicis extra ordinẽ pecuniaria pœna multatur.
Monstraus,Participium,(δεινόων,)Stat,3.Sylu.3.8,
– venturosque tuus durabit in annos
Me monstrante dolor.
Monstratio.monstratiõnis,Verbale,(δῆξις,)Terent.Adelph.4.6.2,
Defessus tum ambulando:vt Syre te cum tua
Monstratione magnus perdat Iuppiter.
Monstratus,huius monstratus,pen.prod.pro Demonstratione.Senec.in Consolat.ad Martiam,Vtque ignotarum vrbium monstratus nouo hospiti gratus est.
Monstrator,pen.prod.(κατοδεικτής,)A liud verbale:vt
Vncique puer monstrator aratri,id est Triptolemus,seu potius Osiris,vt inquit Seruius.Virg.1.Georg.4.
Monstrator,&c.Tacit.de moribus Germa.Qui nuper hospes fuerat,idẽ monstrator hospitii & comes.
Monstrabilis,& hoc monstrabile,pen.corr.(δεικτός,)Plin.epist.107.lib. 6.Nescio an noris hominem,quanquam nosse debes.est enim probitate morum ingenii elegantia,operum varietate monstrabilis.
Monstrum,monstri,(ἀπροσδόκητον,τέλας,τέρας,φάσμα,) à monstrando dictum est,quòd aliquid significando monstret. Est autẽ aliquid præter naturam æditum aut procreatum.Cic.1.de Nat.deor.10,Prædictiones verò & præsensiones rerum futurarum,quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ futura sunt,portendi,prædici,ex quo illa ostenta,monstra,portenta,prodigia dicuntur? Idem 1.de Diuin.154.
Biforme monstrum.Ouid.8.Metam.32. de Minotauro.
Detestabile monstrum.Iuuen.Satyr.15.13.
Fatale monstrum.Horat.1.Carm.ode 27.5.
Horrendum & dictu mirabile monstrum.Virg.3.Aeneid.6.
Immane monstrum.Silius lib.13.40.
Infame monstrum.Stat.11.Thebaid.116.
Infelix monstrum,Equus Troianus.Virgil.2.Aeneid.49.
Et monstrum infelix facta sistimus arce.
Noua monstra.Horat.1.Carm.ode 2.2.
Sæuum monstrum.Catul.Argon.epigr.50.20,Cum sæuum cupiens cõtra contendere monstrum.
Sæua monstra Ponti.Senec.Hippol.12.10.
Vlterius monstrum.Iuuen.Saty.9.4.Vide VLTRA.
Immania monstra perferimus.Virg.3.Aeneid.117.

¶ Consecrare monstris,Vide CONSECRO.
Nouitate monstri mouentur.Ouid.12.Metam.35.
Gygantes terra geniti monstra dicuntur. Horatius.3.Carm.ode 4.11.
Infecta monstris terra dolet suis:
Mœretque partus fulmine lucidum
Missos ad Orcum.
¶ Monstrum,pro Prodigio.Virg.2.Aeneid.35,
Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
Monstrum ac prodigium.Cic.5.Verr.147,Non mihi iam furtum,sed monstrum ac prodigium videbatur.
¶ Monstrum,Est omne contra naturã,inquit Donatus:quod præter naturam aut deficit,aut excedit.Terent.Eunuch.4.4.29.
– istam quam habes,vnde habes,vestem?taces?
Monstrum hominis,non dicturus? Cic.1.in Catil.25.Abiit,excessit,euasit,erupit:nulla iam pernicies à monstro illo atque prodigio moenibus ipsis intra mœnia comparabitur.
Immanissimum & fœdissimum monstrum.Cic.in Pisonem,24.
Monstrum alitur,vbi quid occulti vitii latere significamus,haud sane inde sumpta metaphora,quòd monstra ob pudorem clancularia & occultantur.Siquidem Pamphilus in Andria Terentiana,1.1.1.9 priùs repudiatus gener,tursum ad affinitatẽ repetereturr,suspicatus quid esse vitii in puella,quod celaretur,& repudiatus(inquit)regnum.
– quamobrem nisi si id est quod suspicor,
Aliquid monstri alunt:. Erasmus.
Dicere monstra.Cic.4.Tuscul.84.
Monstra narrare,siue nuntiare.Cic.ad Atticum,lib.4.76.1,Venerat Iris duabus ante Cherippus,mera monstra nuntiarat.Vbi interpretatur,mera monstra,infirmitatem Quinti lethalem interpretatur. Idem lib.182.3.Monstra narrant,quæ falsa esse possunt.
Monstra quis tanta explicet? Id est quis tantum æniguma solaret? Statius Thebaid.1.28.
¶ Monstrum,pro Monstratione aliquando accipitur.Virg.3.Aeneid.71, Monstra deum refero.
Monstrõsus,pen.prod.Adiectiuum,(τερατώδης,τερατοειδής,)Qui aliquo pacto naturam est. Lucan.lib.1.112,Monstrosique hominum partus.
Fabula monstrosa,turpisque relatu.Claud.in Eutrop.120.
Monstrosus,per translationẽ.Cic.1.de Finib.91,Iuuidi difficiles,hominesque maledici,mõstrosi. Suet. de Claris grãmat.15.Lastaurum & Iouem & nebulonẽ,popinonemque appellans,& vita,scriptisque omnibus.
Monstrosissimus,pen.corr.Superlatiuum.Cicero,2.de Diuin.104.Quid minus mirum,quàm illam monstrosissimam bestiam,vnam cum ceteris fortes dissipauisse?
Monstrose,pen.prod.Aduerbium,(τερατείως,)Præter naturam.Cicero Diuinat.116,Nihil tam præposterè,tam inconditè,tam monstrosè cogitari potest,quod non possimus cogitare.
Monstrifer,pen.corr.Adiectiuum,(τερατοφόρος,)Monstrum referens. Plin.lib.6.cap.30.1.Animalium hominumque effigies monstrificas & ea extremitates eius gigni minimè mirum.
Annus monstrifer.Claud.2.in Eutrop.1.
Monstriferos agit vnda sinus.Lucan lib.5.124.
Tumultus monstrifer.Lucan.lib.2.1.
Monstrificus,pen.corr.Adiectiuum.Idem,(τερατουργός,)Plin.lib.11.cap. 5.4 Inuenta est & in his ratio inferendi,monstrificis horribilibus figuris. Idem lib.14.cap.17.2.Monstrifica prorsus natura venerit.Ex lib.2.cap. 15.1,Sed nihil facile reperiatur mulierũ profluuio magis monstrificum. Idem lib.5.cap.1.3.Minus profectò mirentur portentosa Graecia Scythiam,de iis & amne Lixo prodita,qui cogitent nostros nuper pauciores monstrifica quædam de iisdem tradidisse.
Artes monstrificæ.Valer.6.Argon.31.
Gemmæ monstrificæ.Plin.lib.37.cap.11.7,Et sunt multo plures,quàm monstrificæ,quibus barbari dederẽ nomina,confesti lapides esse.
Effigies monstrificæ.Plin.lib 2.cap.3.2.
Monstrificè,pen.corr.Aduerb.(τερατευγῶς)Plin.li.28.ca.11.18.Equarum virus à coitu in lychnis accensum,Anaxilaus prodidit,equinis capitum visus repræsentare monstrificè.
MONTANVS,(μοντάνος,)Poeta,cuius meminit Ouidius 4.de Ponto,eleg.16.3.

Montanus,Montiuagus,Montosus,Vide MONTIVAGVS.

Monumentum,Vide MONIMENTVM.

MONYCHVS,pen.corr.(μώνυχος,)Vnus fuit Centaurorum,de quo Iuuenalis Satyr.1.2,
– quantas iaculetur Monychus ornos.
Componitur ex μόνος & ὄνυξ,hoc est,solus & vnguis,quòd pedem habuerit.Sunt enim μώνυχες equi,quia solidas vngulas habent.Lucan. 6.77.Aspera te Pholoes frangentẽ Mouyche saxa.Ouid.12.Metam.
Grauis Monychus.Valer.1.Argon.30.
MOPSOPIA,(μοψοπία,) Attica regio, à Mopsope rege ita dicta, cuius author est Strabo.

Mopsopius,Adiectiuum,(μοψοπιος,) vt
Iuuenis Mopsopius,Atheniensis.Ouid.5.Metam.153.de Triptolemo.
MOPSVS,(μόψος,) Nomen proprium viri vatis, qui (vt P. Mela refert) in finibus Pamphiliæ Phaselim vrbem condidit. Fuit & alter Mopsus Lapitha, id est Thessalus,vt Strabo scribit lib.9.qui fuit Ampicis & Cloridis filiæ Orchmeni filius. Alius fuit cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi,Apollinis filius.
Sacer Mopsus.Valer.1.Argonaut.43.

Mora,ræ, (τρεβή,μέλλησις,ἀνοχή,βραδυτής,πολυχρονία,) à Moror, morario,Tarditas,Procrastinatio.
Dispendia moræ.Virgil.3.Aeneid.91.
Amosa mora, Tempus longum.Ouid.1.Fast.29.
Damnosa mora.Ouid.11.Metam.76.
Immensæ moræ.Ouid.epist.1.17.
Inanis mora.Quintil.lib.4.cap.1.6.
Infesta mora.Quintil.in Procœm.lib.6.13.
Non iniustæ petierim moræ veniam.
Lenta mora.Ouid.epist.1.28.Vide LENTVS.
1. Cic.Brutto,5.6.
Nostri mora longa laboris.Ouid.11.Metam.4.
Mera mora,Vide MERVS.
Mora nulla.Cic.ad Atticum,lib.5.110.1.In his γλυκύπικρον illud confirmas,moram mihi nullam fore.
Mera nulla quin.Terent.And.5.6.7.
Nec mora vlla est,quin eam vxorem ducam.
Mora nulla ad.Cic. ad Atticum, lib.5.110.1. Tibi vt video & spero, nulla ad decedendum mora.
Tarda mera.Ouid.1.Amor.ele.14.6.Catullus de Berecynthia,epig.58.4.
¶ Abrumpere moras,Vide ABRVMPO.
Ac super hæc abrumpe moras.Stat.11.Thebaid.41.
Acquirere moram ad aliquid agendum,& spatium alicui ad sese colligendum dare.Cic.pro Cecinna,3.
Acquirere moram ad condemnandum,Vide ACQVIRO.
Afferre moram,Remorari.Horat.1.Serm.saty.14.1.
Afferre moram supplicii.Cic.7.Verr.130.Apud te nomen ciuitatis ne tãtũ quidem valuisse,vt dilationem aliquam crucis,vt crudelissimi tertiũque supplicii aliquam paruam moram saltem posset afferre. Idem ad Atticum,lib.11.22.1.Pharnaces autem,quoquo modo aget,morã afferet.Et 5.Philip.182.Ista legatio moram & tarditatẽ afferet bello.
Agitare moras,Vide AGITO.
Ne moram quidem mortis,mentione,atque vsurpatione ciuitatis affequi potuit?
Castigare moras.Virgil.4.Aeneid 82.Vide CASTIGO.
Corripere moras.Ouid.9.Metam.57.
Creare moram.Plautus Pseud.5.158.
Potin' vt abeas?tibi moram dictis creas.
Differre & interpeltare internalla, moræ, respirationesque alios deliniendi alias verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam.Cic.in Orat.29.
Dare moram.Terentius Hecyra,1.2.53.
– postquam videt
Paratas,nec moram vllam,quin ducat,dari:
Ibi demum werk tulit.
Parvula mora dabitur.Iuuenal.Saty.10.34.
Ducere moras.Quintil.lib.4.cap.2.41.
In longam ducere verba moram.Prop.lib.1.eleg.10.2.
Effugere moras.Quintil.lib.4.cap.2.29.
Ne fabricate moras.Sil.lib.16.134.
Facere moram.Cic.ad Atticum,li.16.11.1.De Publio autem quòd perscribi oportet,moram non puto esse faciendam. Idem pro Sylla, 44. Venire omnes suas possessiones & patrimonio se ornatissimo spoliari maluit,q̃ vllam morã fieri cuiquã creditori suorum. Virg.10.eclog.3. Moram facere libidini.Li.10.7.bel.Pun.1. Neque enim omnia emebat, aut blandiebatur,sed vim flagitiis adhibebat,periculosumque & viris, & parentibus erat moram incommoda securitate libidini regiæ fecisse.
Ferre moram.Ouid.6.Metam.94.
– tamque moras malè ferre.
Hoc est moras pati non potest.
Non fuit illi moram.Ouid.10.Metam.99.
Fit mora.Horat.3.Carm.ode 14.5.
Si per inuisum mora ianitorem fiet,abito. Virg.3.Aeneid.95.
Frangere moras.Virgil.2.Aeneid.35.
– ferret vento mora nequa ferenti.
Frangere moras portarum,Idest frangere portas quæ nos morantur.Stat. 10.Thebaid.39.

– rapite arma,morasque
Frangite portarum.
Habere moram.Cice.ad Atticum,lib.13.186.1. Non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum,etiamsi est futurum,vt nõ habeat aliquid moræ.
Habeo aliquid moræ dum promissa militibus persoluo. Cassius ad Ciceronem,lib.12.12.6.
Inferre moram,Vide INFERO.
Inferre moram & impedimentum alicui.Cic.1.de Inuent.18.
Iniscere moram & religionem iudicandi iudicibus. Cic.pro Cecinna,3.
Innectere moras.Stat.5.Thebaid.149.
– atque vtinam plures innectere pergas
Phœbe moras,semperque nouis bellare veremur Casibus.
Interponere moras quibus infirmetur aliquis.Cic.8.Philip.245.
Interposita fluminis mora,Vide INTERPONO.
Interponere moram.Cic.1.Academ.1.Quod cum audissemus,nullam moram interponendam putauimus quin videremus,&c. Idem 10.Philip. 269. Ne minimam quidem moram interposuisti, quin quamprimum maximo gaudio & gratulatione frueremur. Et 6.Philipp. 205.Itaque bellum nefarium illatum Reipub.quum viderem,nullam moram interponendam insequendi M.Antonium putaui.
Breuem moram largiri alicui.Seneca Troad.8.5.
Metuere amori suo moram,Vide METVO.
Moliri moram,Vide MOLIOR.
Moue abs te moram,Vide MOVEO.
Corda moras nectunt.Valer.3.Argonaut.75.
Decretõsne venit fato pauor?an tibi nectunt
Corda moras?
Obstat mora.Virgil.1.Aeneid.150.
– vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Limæ labor & mora poetas offẽdit.Hora.in Arte.54.
Pellere moram.Ouid.10.Metam.131.
Pone moras & studium lacri.Hora.4.Carm.ode.12.5.
Præbere moras.Senec.Here.fur.7.10.
Quæ syluas,& aues,saxaque traxerat
Arsque præbuerat fluminibus moras:
Ad cuius sonitum constiterant feræ.
Quærere moras.Ouid.2.Metam.93.
Ad iudicii moram,aliquam excusationem quærere.Ci.pro Rab.Posth.5.
Consulta moras extrema recusant.Silius lib.7.65.
Rumpe moras omnes.Virg.9.Aeneid.3.
Segnes rumpe moras.Virg.3.Georg.9 Seneca Medea,1.11.
Mora fui illi rei. Terent.Adelph.4.5.79.Sed cesso ire intrò,ne mora meis nuptiis egomet siem? Ibidem,5.7.6.
– cupio,verùm hoc mihi mora est,
Tibicina,& hymenæum qui cantent.
Moræ esse.Plaut.Amph.11.15. Quin veni, quando vis, intrò:faxo haud quicquam sit moræ.
In mora esse.Terent.And.3.1.9.Sed sequere me intrò ne in mora illi sis. Id est Morẽris & detineas,vel inferas moram & impedimentum. Asinius Pollio Ciceroni,lib.10.31.1.Saltus Castulonẽsis,qui semp tenuit nostros rabellarios, etsi nũc frequẽtioribus latrociniis infestior factus estũ nequaq̃ tanta in mora est,quãta qui locis omnibus dispositi,&c.
Mora est.Plaut.Capt.14.6.Nam si alia memorem,quæ ad ventris victum conducunt,mora est.Id est Diu immorarer.
Iamiam nulla mora est,sequor,& quà ducitis,adsum.Virg.2.Aeneid.141.
Non est mora libera nobis.Ouid.2.Metam.29.
Res magna pretiumque moræ erit.Virgil.9.Aeneid.43.
Quid ergo erat moræ & tergiuersationis?Cic.pro Milone,40.
Ne sit mora.Plaut.Pseud.4.15.
Intrò abite,atque hæc citò celebrate:ne mora quæ fit,quom coquos
Veniat mihi. Id est,nequid obstet,aut retardet. Terẽ.Adelp.2.1.17.
Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoneas tuos:
Ne mora sit,si innuero,quin pugnus continuò in mala hæreat.
In me est mora.Terent.And.2.5.9. Neque illic, neque alibi tibi vsquam erit in me mora. Id est,Paratus sum quod vis facere. Idem Adelph.4. 7.1.Ibo,illis dicam nullam esse in nobis moram.
In me mora non erit vlla.Virgil.3.eclog.11.
Per te est mora.Terent.And.3.4.14.
– nunc per hunc nulla est mora.
Quæ tantæ tenuere moræ?Virg.2.Aeneid.57.
Tenuit mora nulla vocatos.Ouid.1.Metam.34.
Neve moram timeas,tempus q̃ quærimus instat.Ouid.de Põto,ele.3.17.
Tollere moram iudicandi.Quintil.lib.4.cap.4.4.
Trahere moras.Virgil.10.Aeneid.178.
Trahere moram,& tempora differre.Ouid.9.Metam.154.
Quod perit hæc,Telethusa timens,modo tempora differt,
Nunc ficto languore moram trahit.
Trahere tot moras.Virgil.10.Aeneid.178.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Haud mora consilii, nec iussa recusat Acestes. Virgil. 5. Aeneid. 150.
Nusquam mora. Virgil. 4. Georg. 37.
Nec mora, nec requies. Virgil. 3. Georg. 77.
Sine mora, Cunctissimè, celerrimè. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 18. 11. Vt venient Bruto, exercitusque eius sine mora transitus esset paratus. Cæcin. 1. Fam. Gal. 185. Qui se, suaque omnia sine mora dediderunt. Cicero Bruto, 18. 1. Quod ego vt debui, sine mora feci.
¶ Mora, aliud significat apud Celsum lib. 8. cap. 20. Si tenerius membrũ est, inquit, satis est habenam alteram ab inguine, alteram à genu intendi. Si validius, melius adducent qui easdem habenas ad valida baculaligarint, tumque eorum festium imas partes oppositæ moræ obiecerint, superioresque ad se vtraque manu traxerint. Rursum lib. eodem, ca. 10. de crurum femorumque fractorum curatione, In crure æquè ad rem pertinet, alterum saltem os integrum manere. Commune verò ei femorique est, quòd vbi deligatum est, in canalem coniiciendum est. Is canalis & inferiori parte foramina habet, per quæ siquis humor excesserit, descendat: & à planta moram, quæ simul & sustineat eam, & delabi non patiatur: & à lateribus caua, per quæ loris datis mora quidem crus femurque vt collocatum est detineat. Moram vocat Celsus, quod vulgus Gallicum vog arrest.
Inter moras, Vide INTER præpositionem.
¶ Mora, pro Luce æstiua, quæ quia longa est, Mora noctis dicitur, quòd noctem retardet, & tardius venire faciat. Virgil. 1. Aeneid. 150.
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obstet. Tardis, pro Tardè venientibus, inquit Seruius.
Moramentum, moramenti, (ἐνδιάλειψις,) Idem quod Mora. Apul. in Flor.
Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt equitare, aduectorem sibimet equum deligunt.

Moralis, Moratus, Vide MOS.

Morbus, morbi, (νόσος, νόσημα,) Habitus cuiuscunque corporis

contra naturam, qui vsum eius faciat deteriorem. Plaut. Bacchid. 22. 74. Idem mihi morbus in pectore est. Terent. Phor. 4. 1. 9. Pol me detinuit morbus. D. vnde, aut qui? C. rogas?
Senectus ipsa est morbus. Idem Hecyr. 3. 1. 47. Tuos esse illi mores morbum magis, quàm vllam aliam rem arbitror. Cic. 4. Tusc. 43. Morbum appellat totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum cum imbecillitate vitium quum partes corporis inter se diffident, ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.
Animi morbus. Cic. 4. Tusc. 43. Quomodò autem in corpore est morbus, ægrotatio, & vitium: sic in animo: Salust. in Ciceronem, 1. Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli, si te sciẽ iudicio magis, quàm morbo animi petulantia ista vti.
Morbus & imbecillitas corporis. Cic. Attico, lib. 11. 214. 5. Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat.
Aeger morbo graui. Cice. 1. in Catil. 13. Vt sæpe homines ægri morbo graui, quum æstu, febrique iactantur, &c.
Infirmus ex graui & diuturno morbo. Cic. 8. Philipp. 237.
Insignia morbi. Horat. 1. Serm. saty. 3. 51.
– ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubitale, focalia.
Admonitio morbi, Vide ADMONEO.
¶ Acer morbus, Vide ACER adiectiuum.
Acutus morbus, Vide ACVO.
Adueniens & crescens morbus. Cic. 2. de Diuin. 210. Medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt, nõnullas etiam valetudinis significationes, vt hoc ipsum, pleni enectiue simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicunt.
Ancipites morbi, Vide ANCEPS.
Amplior, Vide AMPLVS.
Cæcus, Vide CAECVS.
Caducus, Vide CADO.
Comitialis, Vide COMITIA.
Declinans morbus, Vide DECLINO.
Grauis morbus. Cic. 1. Offic. 116. Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leniter ægrotantes, leniter curant: graui oribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere cogimur. Ouid. 9. Metam. 178.
Immanes morbi. Lucret. lib. 1. 94.
Impatibilis morbus, Vide IMPATIBILIS.
Leuiores morbi. Quintil. lib. 1. cap. 3. 5.
Longinquus morbus, Vide LONGVS.
Maior morbus, idem qui Comitialis, Celso lib. 3. cap. 23. teste Budæo.
Missus morbus ad corpora à numine. Iuuenal. Saty. 13. 25.
Morosus morbus. Ouid. 1. de Arte, 65.
Pallentes morbi. Virgil. 6. Aeneid. 55.

Pedicularis morbus, Vide Pedicularis in PES.
Perniciales morbi, Vide PERNICIES.
Regius morbus. Horat. de Arte, 42. Vt mala quem scabies, aut morbus regius vrget. Ictericiam aliter vocant.
Teter morbus. Catul. de Lesbia, epigram. 71. 5.
Ipse valere opto, & tetrum hunc deponere morbum.
Tremens morbus. Seneca Here. furen. 9. 16.
¶ Absumi morbo, Vide ABSVMO.
Accessit spatium morbis, Vide ACCEDO.
Aduenit morbus, Vide ADVENIO.
Afferre morbum, Vide AFFERO.
Affici graui morbo. Cic. pro Cluentio, 24. Vide AFFICIO.
Affectus morbo. Lucret. lib. 1. 27.
Afflictari morbo, Vide AFFLIGO.
Anni tempora morbos apportant. Lucret. lib. 5. 45.
Assurgere ex morbo, Vide ASSVRGO.
Assurgere è morbo. Tacit. lib. 18. Valentem è graui corporis morbo, non primum assurgentem infirmitas tardabat.
Auxiliari morbis, Vide AVXILIOR.
Cadere in morbum, Vide CADO.
Mentis morbo aliquo calere. Horat. 1. Serm. saty. 3. 16.
Ossa morbo collapsa. Virgil. 3. Georg. 97.
Concipere morbum, Vide CONCIPIO.
Confirmata valetudo à morbo. Cic. ad Atticũ, lib. 10. 208. 2. Valetudo tuã iã cõfirmata esse & à vetere morbo & à nouis tẽtationib' quibus
Conflictare morbo, Vide CONFLICTO.
Coniicere in morbum, Vide CONIICIO.
Graues morbo nequeunt consurgere. Ouid. 7. Metam. 116.
Cõtaminatus grex morbo turpiũ virorum. Horat. 1. Carm. ode 3. 7.
Contrahere morbum, Vide CONTRAHO.
Cõualescere ex morbo. Cic. Planco, lib. 13. 30. 10. Ille in morbi cõuersionis incidit, ex quo non conualuit. Idem pro Sylla, 57. Ex magnis & diuturnis, & iam desperatis Reipub. morbis ista repente vis erupit, vt ex cõfecta & electa conualescere aliquando & sanari ciuitas possit.
Morbi corripiunt corpora. Virg. 3. Georg. 95.
Crudescit morbus, Vide CRVDVS.
Crudescere cœpit morbus in processu. Virg. 3. Georg. 101.
Curare morbos. Quintil. lib. 1. cap. 3. 5. Aut leuiores morbos curare non poterit præstantillimus medicus.
Delabi in morbum. Cic. ad Atticum, lib. 7. 125. 1. Pylia in idẽ genus morbi delapsam curam tibi afferre maiorem sentio.
Depellere morbum. Cic. Gallo, lib. 7. 27. 7. Ego hîc cogito quoad me reficiam nam & vires & corpus amisi: sed si morbum depulero, facile, vt spero, illa reuocabo.
Euadere ex morbo dicitur ægrotus. Cic. 2. de Diuinat. 10.
Tristes euincere morbos. Tibull. lib. 4. eleg. 11. 1.
Animæ non euelitant morbis. Lucret. lib. 3. 147.
-neque enim sine corpore quum sunt,
Sollicitæ euolitant morbis, algoq́s, fameq́; Hoc est Non obstant morbos, non sunt à morbis immunes.
Exasperatur morbus. Celsus lib. 2. cap. 14. Ne morbus qui remittit, quauis leui de causa exasperetur.
Facere morbum. Celsus in proœ. lib. 1. Interest enim fatigatio an sitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit.
Medicinam facere morbo, Vide MEDICO.
Iactari morbo. Horat. 1. Serm. saty. 3. 25. Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.
Impediri morbo. Cic. Lentulo, lib. 1. 10. 101, Quòd morbo impeditus, Cidiciam non transieris.
Implicitus morbo. Lucret. lib. 6. 248. Vide IMPLICO.
Impugnatur morbus, Vide IMPVGNO.
Incessit morbus in castra, Vide INCESSO.
Incidere in morbum. Cic. pro Cluent. 138. Ibi in morbum incidit, & vehementer, diuque ægrotauit.
Inclinatur morbus, Vide INCLINO.
Incurrere in morbos, Vide INCVRRO.
Incutere morbos. Lucret. lib. 6. 155. Vide INCVTIO.
Ingruunt morbi gentibus vniuersis, Vide INGRVO.
Iniici in morbum, Vide INIICIO.
Intabescere morbo. Cice. 3. de Nat. deor. 123. Hunc igitur nec Olympius Iupiter fulmine percussit, nec Aesculapius mitiro diuturnoque morbo intabescentem interemit.
Inuasit morbus, Vide INVADO.
Laborare morbo. Cic. 1. de Finib. 91, Nec verò quisquam fitibundus laborat morbo aliquo laborat.
Languebant pleraque morbo. Lucret. lib. 6. 246.
Leuare morbum alicui, Vide LEVIS.
Leuari morbo. Cic. Cornificio, lib. 12. 29. 4. Graues ægrotant, si qui leuati morbo videntur, in eum de integro incidunt. Mederi

Mederi morbis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 5. Nisi fortè antidotum quidem, aeque alia, quæ morbis, aut vulneribus medentur, &c.
Moriturus interit morbo. Ouid. 7. Metam. 110.
Nec tibi vis morbi nocuit. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 8.
Venienti occurrite morbo. Persius Saty. 3. 7.
Oppressa est morbo mulier. Cic. pro Cluentio, 15. Et ad Atticum, libro 15. 11. 1. Quum hominem temperantem, summum medicum, tantus improuiso morbus oppresserit?
Petire morbis. Horat. 1. Sermo. saty. 3. 32. Vide PERREO.
Ingrauescentem morbum præuidere, Vide INGRAVO.
Recreari à morbo. Cice. Post reditum, 3. Bona valetudo iucundior est eis, qui à graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt. Idem in Pisonem, 67. Qui quum vno genere morbi afflicti gerentur, neque se recreare quisquam posset, quum semel incidisset, dubitabat nemo, &c.
Releuare morbum. Cicero in Catil. Sic morbus qui est in Repub. releuatus illius pœna, vehementius viuis reliquis ingrauescet.
Releuari morbo. Cice. 1. in Catil. 23. Si aquam gelidam biberint, prius releuari videntur, &c.
Remouere morbum. Cic. Attico, lib. 11. 107. 6. Tu, quoniam quartana carnes, & nouum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, &c.
Exangui squalebant corpora morbo. Ouid. 15. Metam. 136.
In morbo esse. Cic. 4. Tuscul. 14. Qui in morbo sunt, sani non sunt. Ibidem, lib. 3. 16. Corpus quod in morbo est.
Tentari morbo. Cice. 4. Tuscul. 48. Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt.
Acuto morbo tentantur. Horat. 1. Serm. sat. 3. 33. Idem 1. epist. 6. 6. Vrgeri morbo tentantur rentes.
Relaxatæ morborum lentæ. Cels. lib. 1. cap. 15. Gestatio quoque longis etiam, & inuetatis morbis aptissima est. Vtilisque est & his corporibus quibus lenta morbo ri reliquiæ remanẽt, neque aliter eliduntur.
Vnde fiunt morbi, Celsus in Præfatione lib. 9. Neque enim credunt posse ea fieri, quo modo morbos curare conentur, qui vode hi fiunt, ignorent.
Morbus in summo incremento Cel. in lib. 3. cap. 8. Quum verò in summo incremento morbus est, vtique non ante diem quartum magna sitis ante deferbuerit, quàm aqua copiosè potanda est, vt bibat etiã vltra satietatẽ.
Longi morbi. Celsus lib. 3. cap. 1. Quidam longi, sub quibus neque sanitas in propinquo, neque exitium est.
Recentes morbi. Celsus lib. 1. cap. 14. Vngi enim leniterque pertractari corpus, etiam in acutis & recentibus morbis oportet: in remissione tamen, & ante cibum.
Regius morbus, Celsus lib. 3. cap. 14. Aequè notus est morbus, quem interdum aquarum, interdum regium nominant. Paulo post, Color autem eum morbum deregit, maximè ocelorum: in quibus quod album esse debet, fit luteum. Solerque accidere & situs, & dolor capitis, &c. Deinde ad finem capitis. Per omne verò tempus vtendum est exercitatione, & frictionesi hyems est, balneo si æstas, frigidis natationibus: lecto ne, & conciani cultiore clauso loco vti, ludis, lasciuia, per quæ mens etiam vt quibus morbus dictus videtur.
Vbi vetus morbus est, digiti in manibus, & pedibus sub tumore conduntur, &c.
Leuiori morbo. Celsus lib. 3. cap. 26. Vbi vetus morbus est, digiti in manibus, & pedibus sub tumore conduntur, &c.
Pressi morbi fuerunt, & citra pectus atque scapulas dolor mansit, sudorque fungus erumpit, leuare morbos solet.
Mutare morbum. Celsus lib. 3. cap. 9. Nonnunquam etiam lentæ febres sine vla consilio, corpus tenentes: neque cibo, neque vllo remedio locus est in hoc cũ medici cura esse debet vt morbum mutet.
Opportunus morbo. Celsus lib. 1. cap. 5. Vitari etiam grauedines, destillationesque possunt, si quem minimè eum qui his opportunus est, aerem vel loca, aquasque mutet.
Occupat morbus. Celsus lib. 5. cap. 17. Etsi iam is morbus occupauit, per catapotia sunt potes.
Subsistentes morbi. Celsus in Præfatione lib. 1. Aliter acutis morbis medendum, aliter vetustis, aliter increscentibus, aliter subsistentibus, aliter iam ad sanitatem inclinantibus.
Sustinere morbum. Celsus lib. 1. ca. 2. Iusque morbus maximè pueros absumit vsque ad decimum annum. Cæteræ ætates facilius sustinent.
Tenere morbo. Cels. lib. 2. cap. 17. Sola exercitatio tantum robustioribus, qui ti sue febre, vel initio morbi, vel etiam grauibus morbis tenentur.
Tollere morbum. Celsus in Præfat. lib. 7. Quia non interest quid morbum facat, sed quid tollat.
Trahere ad morbi. Cel. li. 3. ca. 19. Quãnis sepe ad eũ phrenetici trãscũt.
Vacare morbo. Celsus lib. 3. ca. 21. Quod ferè fit quum longo morbo vitiata corpora, etiam si illo vacant, refectionem tamen non accipiunt.
Vacare à morbis. Celsus lib. 3. ca. 1. At æstas non quidem vacat plerisque ab his morbis, sed adducit febres, &c.
Morbus vincit medicamenta. Celsus lib. 7. cap. 33. Gangrænam inter vnques alasque aut inguina nasci, siquando medicamenta vincũtur, membrum præcidi oportere, alio loco mihi dictum est.

Morbidus, pen. corr. Adiectiuum, (νοσώδης,) Morbo affectum significat, vel morbis obnoxium. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 17. Aut quum sunt apes morbidæ propter primores vernos pastus. Plin. lib. 8. cap 26. 1. Atque ita profluuio sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat.
Morbida vis, Quæ morbum afferr. Lucret. lib. 6. 220. – vnde repentè Mortiferam possit cladem conflare coorta
Morbida vis, hominum generi, pecudũmque cateruis,
Expediam. Idem, – fit morbidus aer.
Morbõsus, pen. prod. Adiectiuum, (νοσώδης.) Morbo confectus, aut morbo obnoxius, qui Valetudinarius etiam dicitur. Cato cap. 7. 4. Ferramenta vetera, seruum senem, seruum morbosum, & siquid aliud superest, vendat. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 5. Neque de pecore morboso esse. Catul. in Mamurram & Cæsarem, epigr. 53.
Morbosi pariter, gemelli vtrique Vno in lectulo.
Iracundi, soli morbosi. Cic. 4. Tusc. 85. Bene igitur nostri, quum omnia essent in morbis vitia, quod nullum erat iracundia fœdius, iracundos solos morbosos nominauerunt.

Mordeo, ēs, mordere, Dentibus lædere & corripere.

Momordi. Ouid. 9. Metam. 13. – tum denique tellus
Pressa genu nostro est, & arenas ore momordi. Idem 13. Meta. 200.
– manuque
Pabula decerpsi, decerptaque dente momordi.
Morsi aliquando fecit in præterito. Plaut in Trigeminis, Ni fugissem, inquit, medium credo præmorsisset. Ex Gellio lib. 7. cap. 9.
Latrant & mordent canes. Cic. pro Rosc. Amer. 34.
Mordere humum. Plaut. Merc. 18. 9.
Iacent benevolentes odiosi, humum mordent, caput reptant,
Fremunt præstrepuntque quimque putat viuere, tunc ruunt maximè.
Frænum mordere. Brutus Ciceroni lib. 11. 23. 3. Vide FRENVM.
Mordere herba dicitur sapore acri. Plinio, lib. 12. cap. 19. 10.
Probatur recens maximè, & quæ sit odoris mollissimi, gustu ve quàm maxime feruens, potius quàm lento tepore leniter mordens. De casia. Sic lib. 22. cap. 14. 1. Mordens folium.
Aestus momordit oleam. Horat. 1. epist. 8. 1. – quia grando
Contuderit vites, oleamque momorderit æstus.
Amnis mordet rura aqua. Horat. 1. Carm. ode 31. 2.
¶ Mordere, per translationem, Detrahere alicui. Terent. Eunucho, 3. 1. 21. – inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum: ego non floccipendere.
Iniquo dente mordere, Calumniari. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 25.
Dente inuido mordeor. Horat 4. Carm. ode 3. 4.
Morderi dictis. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 5.
Opprobriis faltis morderi. Horat. 1. epist. 17. 8.
Non mordenda tibi turba fidelis erat. Oui. 4. de Pót. ele. 14. 10.
¶ Mordere, Pungere. Terent. Adelph. 5. 3. 11.
Principio fi id te mordet, sumptum filii
Quem faciunt: quæso facito hæc tecum cogites. Cice. Attico, lib. 12. 215. 10. Quod rogas vt in bonam partem accipiam, siqua sunt in tuis Interis quæ me mordeant. Idem lib. 13. 269. 1. Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra. Idem Appio, lib. 3. 12. 6. Neque non tamen me mordet aliquid, in quo vnum nõ vereor, quæ mihi tuenda sunt. Idem 3. Tusc. 139. Tamen siquis error aliunde extitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit.
Frigora mordent parum cautos. Horat. 2. Sermo. saty. 6. 9.
Morderi conscientia, Cic. 4. Tuscul. 68.
Morsus, Participium, (δηγμός, δῆξις, λαφυξ,) Plin. lib. 29. ca. 3. Datur morsis à rabioso, ne rabidi fiant.
Morsus, huius morsus, m. g. (δηγμός, δῆξις, λαφυξ,) Dentium læsio vel apprehensio. Cic. de Senect. 47. Equibus quum emetsierit, fundit frugem spicæ ordine structam, & contra aunum minorum morsus monitur vallo aristarum. Idem ad Atticũ, li. 12. 241. 9. Dũ recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.
Viperinus morsus. Cic. 1. de Finib. 251.
Funesto morsu saucius. Ouid. 11. Metam. 75.
Apprehendere morsu, Vide APPREHENDO.
Fero consumite viscera morsu. Ouid. 4. Metam. 23.
Corripere morsum, Vide CORRIPIO.
A pecoris morsu frondes defendite nostras. Ouid. 9. Metam. 77.
Nec tu mensarum morsus horrescе futuros. Virg. 3. Aeneid. 79.
Inferre morsus alicui. Ouid. 11. Metam. 12.
Lacerare morsu viscera, Vide LACER.
Leo parat morsus. Seneca Here. fur. 11. 11.
Premere morsu. Lucret. lib. 3. 133.
Vastis morsibus prædam leo premens. Seneca Troade, 9. 13.
Citra morsum, Vide CITRA præpositionem.
¶ Bibere morsu, Vide BIBO.
¶ Vnci morsus, De anchora dicitur, terræ vel fundo infixa. Lucan. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3.139. Et nimis affixos vnci connellere morsus. Virg. 1. Aeneid. 35.
– hûc fessas non vincula naues
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu.
¶ Morsus coniunctio & nexus dicitur, vbi lorica cum fibulis connectitur. Silius lib. 7. 126.
Strage super lapsus socium, quâ fibula morsus
Loricæ crebro laxata resoluerat ictu.
Cotre ad morsum, Vide COGO.
¶ Morsus, pro Liuore morsuncularum. Lucret. lib. 4. 219. Blandaque refræna morsus admista voluptas.
Ex muliebrium morsu vestigia libidinis atque nequitiæ. Cic. 7. Verr. 27.
¶ Morsus, Dolor & ægritudo. Cice. 3. Tuscul. 105. Itaque & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perferetur, spe proposita boni. Ibidem. 140. Aegritudo erit sublata illa mœrens, morsus tamen & contractiunculæ animi relinquentur.
Sopitus necis morsus. Silius lib. 15. 55.
Et victus mentem fuso per membra Lyæo
Sopitoque necis morsu, medicamina cladis
Hauriat, & placidis exarmet fata venenis.
¶ Morsus, pro Inuidia & detractione: vt
Insequi morsibus aliquem. Ouid. 1. 5. Metam. 115.
Acres incitare morsus. Catul. ad pallerem Lesbiæ, epigram. 2. 1.
Incitat & morsus error vterque pares. Ouid. epist. 18. 23.
Venenare morsu. Horat. 1. epist. 14. 8.
Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.
Morsiúncula, morsiúnculæ, penult. correp. Diminutiuum, (δηγμάτιον,)
Parues morsus. Plautus Pseud. 3. 65.
Compressiones arctæ amantum compares,
Teneris labellis, molles morsiunculæ.
Mordax, mordácis, penul. prod. om. gen. (δάκνων, δηκτικός, κερτόμιος, παρδάκνων τής,) Qui mórdendo lædit. Plaut. Pseud. 8. 1
Num tibi iam amabo ianua est mordax mea, quòd introire
Metuis mea voluptas? Idem Bacchid. 13. 23. Et præter eos agnos, meus est illic clàm mordax canis.
Ferro mordacíor pinus. Horat. 4. Carm. ode 6. 2.
Mordax folium, Pungens, & tactum ferienti vel gustum. Plin. lib. 16. cap. 14. 3. Mordacia sunt quibusdam, vt vrticis.
Mordax vis. Plinius lib. 9. cap. 45. 1. Vis pruritu mordax, eademque quæ terrestris vrticæ.
Mordax homo, Detractor. Cic. 1. de Orato. 133. Quum quæreres id quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse, Lacerat lacertum Largii mordax Memmius.
Lándus & mordax. Horat. 1. Serm. saty. 4. 19.
Non ego mordaci distrinxi carmine quenqam. Ouid. 2. Tristium, 113.
Sollicitudines mordaces. Horat. 1. Carm. ode 18. 1.
Mordacissimus, pen. corr. Superlatiuum. Plin. lib. 17. cap. 18. 1.
Mordacitas, pen. corr. mordacitátis, (τὸ δηκτικόν,) Plin. li. 21. ca. 15. 6. Iis enim omnibus folia inest aculeata mordacitas. De vrtica & similibus.
Mordicibus, (δήγμασι,) pro morsibus. Plautus Aul. 7. 57. Asini me mordicibus scindant, boues incurrent cornibus.
Mórdicus, pen. corr. Aduerbium, (δάκνων,) Mordendo. Plaut. Curcul. 15. 7. Manum mordicus arripuit. Idem Menæch. 5. 1. 2. Oportebat iam nasum abreptum mordicus. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 8. Ille impetum fecit in eum, & mordicus interfecit. De equo. Sic Plin. lib. 9. ca. 15. 3.
Diuellere mordicus agnam. Horat. 1. Sermo saty. 8. 6.
Auferre mordicus auriculam alicuius. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 10. 3.
Mordicus, Strictim, & quasi morsu ac dente. Sueton. in Cæsare, cap. 64.
Nando per ducentos passus euasit in proximâ nauem, elata læua, ne libelli quos tenebat, madefierent: paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.
Mordicus tenere, per translationem, pro Summa pertinacia tueri. Cice. 4. Acad. 93. Nam ab omnibus eiusmodi visis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Idem 4. de Finib. 136. Quum id fugiunt, re eadem defendunt qua Peripatetici, verba tenent mordicus.
Morsicatim, pen. cor. (δηκτικῶς,) Mordendo, antique. Varro, Sicut pulli incedunt, & in bellis morsicatim ludunt.

Moretum, morêti, pen. prod. n. g. (μυστωτόν,) Cenus libi ex lacte, vino, casio, & herbis confectum: quale describitur à Virgilio in eo opusculo cui titulus est Moretum. Ouid. 4. Fast. 74.
Non pudet herbosum, dixi, potuisse moretum
In dominæ mensis tan caua subest?
Lacte, mero, veteres vti narrantur, & herbis
Sponte sua liquas terra ferebat, ait:
Candidus elixæ miscetur caseus herbæ,
Cognoscat priscos vt dea prisca cibos.
MORINI, penul. correp. (μορινοί,) Populus Galliæ Belgicæ ad Oceanum, vt scribit Pomponius lib. 3. Virgil. 8. Aeneid. 146.
Extremique hominum Morini, Rhœnusque bicornis.

Morio, moriónis, (μωρίων,) Stultus. Moriones sunt fatui quorum desiderio principes esse videmus. Mart. li. 12. ca. 90. Parui bellum, quoque morionem. Idem lib. 8. 14. Morio dictus erat, viginti millibus emi.

Morior, Vide MORS.

Moror, moraris, moratus sum, (ἐπέχω, κρατέω, ἀναβάλλομαι, μένω,) morari, Detinere, retardare. Quintil. in Mathematico, Quid me pater adhuc retines? quid moraris abeuntem? Catul. 6. bel. Gal. 166. Auertit hic casus vaginam, gladium educere conantis dextram moratur manum. Plautus Milite, 19. 22. Ninis moratur me diu. Idem Epid. Nihil ego te moror. Terent. Heaut. 1. 1. 20. Egomet conuiuas moror. Cice. 5. Philipp. 182. Et belli celeritatem moratur. Et paulo post, 188. Idem ad Cœlium, lib. 2. 15. 13. Sed non infector moratur. Et 1. in Catil. 14.
Diutius morari. Cic. 3. de Orat. 43.
Longius morari in loco aliquo. Prop. li. 3. ele. 20. 3.
Longo morari tempore. Virgil. 3. Georg. 113.
Morari emori. Catull. ad Seipsum, epigram. 49. 1.
Quid est Catulle, quod moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius sedet.
Moror ferre. Virgil. 8. eclog. 22.
Consurgunt nautæ, & magno clamore morantur, Id est retro agunt. Virgil. 5. Aeneid. 47.
Per leue morari. Horat. 2. Serm. saty. 7. 18.
Iter alicuius morari. Ouid. epist. 18. 4.
Quæque tuum miror, causa moretur iter.
Longa ambage aliquem morari. Ouid. 7. Metam. 105.
Longis ambagibus aliquem morari. Horat. 1. epist. 7. 17.
Insequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua. Horat. epist. 1. 4.
Carmina morantur oculos alicuius aureosq; Horat. 1. epist. 13. 4.
Ne multis morer. Cic. 6. Verr. 95.
Non moror, hoc est, Non obsto, non repugno. Plaut. Cure. 7. 56. Eunuc. 3. 1. 20.
intrò, vt tabulas consignemus. PH. non moror. Terent. Eunu. 3. 1. 20.
mus ergo ad cœnam, quid stas? THA. vbi vis, non moror.
Quod quò secus erit, quid te Apulia moretur? Cic. ad Atti. lib. 4. 16. 1.
Moratur aliquem pietas curaq; alicuius, quo minus quid efficiat. Horat. 1. epist. 14. 2. Me quàuis Lamiæ pietas & cura moratur.
Moratur me quin. Plaut. Aulul. 27. 5.
Nunc lauabo, vt rem diuinam faciam, ne affinem morer,
Quin, vt accersat me, meam extemplo filiam discat domum.
Non morari in. Cic. pro Cluentio, 134. Tu autem, nisi molestum est, paulisper exurge, & perfer hunc dolorem cõmemorationis meæ, quâ ego diutius non morabor, quoniam &c.
Ac ne pluribus moremur in re confessa, in regione Italiæ octaua, &c. Plin. lib. 7. cap. 49. 4.
In paruis morari. Ouid. 2. de Arte, 107.
Non circa vilem, patulumq; moraberis orbem. Horat. in Arte, 70.
Morari apud aliquem. Pomponius in L. Q uintus §. Ad annuos legatis & fideicõmis. Veluti si Prætor doctum quem apud pupillum eò morari vbi mater iusserit, ppter virium, quod pars fideicommissi ignorauit in eis esse personis, apud quas morari iussit.
Morari cũ aliquo. Scæuola in L. Annua. ff. De annuis legat. & fideicomm.
Si morentur cum matre mea.
Morari solutionem, Differre. Paulus in L. Si seruũ stip. Parag. Sed si dñs.
verborum obligat.
¶ Morari, Expectare. Lentulus Senatui. lib. 12. 15. 3. Diutius morari non expectare præsidium, non necesse habui.
¶ Morari, Habitare. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 3. Ego, vbi vna tea scripsi, dum mihi à te literæ veniant, in Italia morabor. Cæsar, 4. bel. Gall. 543, Dum in his locis Cæsar nauium parandarum causâ morabatur, ex magna parte Morinorum legati ad eum venerunt. Idem lib. 3. 258, Itaque paulisper apud oppidum morati, agrosque Rhemorum depopulati, &c.
Qua spe inimica in gente moratur. Virg. 4. Aeneid. 47.
In vrbe morari. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 2.
In vna sede morari. Ouid. 2. Metam. 170.
Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas & Amor.
Sub dio morari. Horat. 2. Carm. ode 3. 5.
¶ Morari, Curare, æstimare. Plaut. Aulul. 6. 4. 2.
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram
Nihil moror, quæ in seruitutem sumptibus rediguntur vinos. Idem 8. 11. Nihil morantur iam Lacones iui fabellis vinos Plagipatidis. Casina, 14. 13.
– quin ea ipsa vltrò mihi
Negauit eius operam se morarier. Liuius 3. ab Vrbe, 104. Ne quidem militis, donec in castris esset, bona possideret, aut vendere hereditatem nepotesve eius moraretur. Ibidem, libro 4. 180. C. Sempronius de nihil moror, quando hoc est in imperio consecutus, vt tam diuersis militibus. Cicero in Verrem, Nihil moror eos saluos esse, & ire quò iubet, Vide NIHIL.
Nihil ne ego quidem moror quominus Decemuiratu abeam. Liuius 3. ab Vrbe, 215. Horat. 1. Serm. saty. 4. 3.
Garrulus atque piger scribendi ferre laborem,
Scribendi recte: nam vt multum, nil moror.
Nil moror officium quod me grauat. Horat. 2. epist. 1. 54.
¶ Morandi, morando, morandum, Gerundium. Virgil. 10. Aeneid.
Aeneæ subit mucronem, ipsumque morando
Sustinuit. Vbi Seruius Morando, Moram iniicĕdo eius impetũ lusit.
Causas inuestè morandi. Virgil. 4. Aeneid. 11.
Morans, morantis, Participium, (ἐπέχων,) Martialis lib. 4. 45. Rure morans quid agam, respondeo pauca rogatus. Virgil. 4. Georg. 15.
– nauque morantes
Martius ille ætis rauci canor increpat. Vbi Seruius, Morantes, Tardè incedentes.
Tempore longo morans. Virgil. 3. Georgic. 113.
Reditum alicuius morans. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.
Lapsus fluminum morans Orpheus. Horat. 1. Carm. ode 12. 2.
Morãtus, penul. prod. (ἐπιβραδυνόμενος,) Aliud participium. Liuius 4. bel. Punici, 167. Et ad duo millia aut moratorum, aut palantium per agros interfecta, &c. Ibidem, lib. 6. 102. Itaque tantum moratus, dum imperatores consuleret, permitterentne sibi extra ordinem, &c. Cice. 2. ad Atticum, lib. 5. 104. 1. Moratus triduum Laodiceæ, & triduum Apameæ, & totidem dies Synadæ.
Non multis ille moratus. Ouid. 1. Fast. 33.
Haud multa moratus dat dextram signeni. Virg. 3. Aeneid. 122.
Lachrymos & mente morata. Virgil. 4. Aeneid. 130. De Didone.
Iramerata. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.
Oculas fiunt labris nostra morata tuis. Propert. lib. 1. eleg. 16. 2.
Planta morata expensio gradu. Propert. lib. 1. eleg. 4. 2.
Vultum diuellere moratum erexit. Ouid. 14. Metam. 22.
Morandus, (ἐπεκτέον,) Aliud participium futuri temporis: vt
Fraude aliqua morandus est pater. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 4.
Spectator morandus illecebris, & grata nouitate. Horat. de Arte, 46.
Moritor, penul. prod. Verbale, (ἐφεστάς,) Liuius 2. ab Vrbe, 190. Quamdiu Tribunorum aduersus vetus moratorem publici commodi auxilio delectum COSS. habent.
Moratiuus, Adiectiuum, (ἐφεστικός,) Paulus Iureconf. Quo minus prędium ire pignoris distrahatur, obiata moratoria cautio non admittitur. Hoc est, Cautio quæ datur vt quis differat & expectet.

Moros, (μωρός,) Latiè fatuus & insipiẽs dicitur, teste Budæo. Plautus Trinum. 1043. Is mores hominum moros & morosos efficit. De amore loquitur. A quo
Morari, prima longa. (μωραίνω,) Infantis significat. Cuius exemplũ in Scõmate illo Neroniano apud Tranquillum in Nerone, cap. 33. Certe omnibus rerum verborumque contumelis mortuum insectatus est, modò fabulæ modò fœuitiæ argueris. Nam & morari eum inter homines de infantia producta prima, prima syllaba, incubatur, multaque decreta vt fiat & dicitur agere desiderio quod Græci μωραίνειν dicunt. Budæus.

Morologus, Morosus, Vide MOS.

MORPHEUS, dissyllabum, huius Morphei vel Morpheos, penul. corr. (μορφεύς,) Filius aut minister Somni deinde dictus, quòd dormientibus Excitat artificem figulatorémque figuræ Morphea.
indicat varias formas & visiones. Ouid. 11. Metam. 128.

Mors, mortis, (θάνατος, τὸ θνητόν, μόρος, τὸ θνητόν, μόρος,) Cic. 1. Tuscu. 19. Sunt enim qui dicerent animi à corpore putent esse mortem. Ibidem, 130. & rursus ipsum mors abducit, non à bonis.
Mors. Definitio. Cic. 2. de Finib. 61. Quero autem quid sit, quod quum extinguatur, &c.
dissolutione. Id est mors: finis omnis extinguatur, &c.
Extremum omnium rerum mors. Cic. Torquato, lib. 6. 21. 4.
Finis vitæ miseræ mors esse videtur. Cic. 1. Tuscul. 16.
Mors non est interitus omnia tollens neque delens, sed quædam quasi migratio commutatioque vitæ, quæ in claris viris & fœminis dux in cœlum soleret esse. Cic. 1. Tuscul. 44.
Mors vltima linea rerum est. Horat. 1. epist. 17. 16.
Mors est migratio in eas oras quas qui è vita excesserunt, incolunt. Cicero 1. Tusculanis 56.
¶ Mortes, pluraliter apud Plinium Iuniorem epistol. 169. Confecerunt me infirmitates meorum, mortes ciuium & quidem iuuenum. Item apud Plinium annicolam lib. 13. cap. 21. 1. Qua in domum illata, difficiles partus fieri prodiant, mortesque miseras. Et lib. 7. cap. 53. 1. In primis autem miraculo sunt atque frequentes mortes repentinæ. Sic Martial. lib. 1. 94. Et lib. 1. 21. Mortes blandæ. Cice. 5. de Finib. 156. Præclarę mortes sunt imperatoriæ. Quintil. Declamat. 2. Contra verbera & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam.
Iniuria morte, Vide IN præpositionem.

Obnoxia morti. Ouid. 14. Metam. 120.
Arbiter mortis, Pluto. Seneca Here. fur. 7. 12.
Cupidus mortis. Horat. 1. Serm. saty. 2. 20.
Iusta exequialia mortis. Stat. 11. Thebaid. 122.
Fax mortis. Ouidius epist. 20. 35.
Et face pro thalami, fax mihi mortis adest.
Gradus mortis. Horat. 1. Carm. ode 3. 4.
Quem mortis timuit gradus.
Iauua mortis. Silius lib. 11. 38.
Imago mortis. Virg. 2. Aeneid. 74. – crudelis vbique
Luctus, vbique panor, & plurima mortis imago.
Imago mortis, somnus. Cice. 1. Tuscul. 147.
Laquei mortis. Horat. 3. Carm. ode 24. 2.
– non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Metæ mortis. Virg. 12. Aenei. 110. de Aeolo quodam
Occidis, Argiuæ quem non potuere phalanges
Sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles:
Hic tibi mortis erant metæ, Vide META.
Mora mortis. Ouid. epistol. 10. 17.
Nigror mortis. Lucret. lib. 3. 8.
Fallaces notæ mortis & vitæ. Celsus lib. 2. cap. 6.
Solamen mortis. Ouid. 12. Metam. 17.
¶ Acerba mors. Ouid. 14. Metam. 38.
Vt verò fuga vos ab acerba morte reduxit. Quintil. in Proœm. li. 6. 5.
Adaperta mors, Vide ADAPERIO.
Admota mors Vide ADMOVEO.
Aegra mors. Virgil. 3. Georg. 103.
Amara mors. Propert. lib. 1. eleg. 18. 4.
Bona mors, pro laudabili & cita. Plin. epist. vltima lib. 2. Quid inuidetis bonam mortem, cui vitam dare non potestis?
Mors quæstu certior. Colum. lib. 1. cap. 3. 2. Vide ORCVS.
Cita mors. Horat. 1. Serm. saty. 1. 2.
Communis omni ætati mors. Cic. de Senect. 65.
Complorata mors. Cic. pro Domo sua, 75. Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris.
Consentanea mors, Vide CONSENTANEVS.
Cruenta mors. Ouid. epist. 2. 28.
Debita omnibus mors. Cic. pro Sestio, 38.
Deliberata mors. Horat. 1. Carm. ode 37. 6. – vt atrum
Corpore combiberet venenum
Deliberata morte.
Discreta mors. Ouid. 11. Metam. 140.
Me quoque duxisses: fuit ah, fuit vtile, tecum
Ire mihi: neque enim vitæ de tempore quiequam
Non simul egisset: nec mors discreta fuisset.
Dura mors. Virg. 10. Aeneid. 159.
Extrema iam in morte. Virg. 2. Aeneid. 90. Ibidem, 11. 170.
Famosa mors. Horat. de Arte, 95.
Fera mors. Ouid. in Ibin, 80.
Fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita. Cice. 14. Philipp. 405.
Gelida mors. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 9.
Grauis, immatura, misera mors. Quintil. lib. 6. cap. 3. 76.
Horrida mors. Senec. Here. Oeth. 16. 1.
Immatura mors. Cic. 4. in Catil. 75. Vide IMMATVRVS.
Indiuidua mors est noxia corpori. Sene. Troad. 5. 67.
Indomita mors. Horat. 2. Carm. ode 14. 1.
Instant mors. Silius lib. 8. 29.
Inuidiosior mors. Ouid. 7. Metam. 123.
Non inuisa est mors ista mihi. Sene. Octau. 17. 19.
Luridà mors. Silius lib. 13. 112.
Obita mors. Lucret. lib. 1. 27.
Pulchrrima mors. Plin. epist. 16. c. lib. 3. Ex quo manifestum est, ei consilium pulcherrimæ mortis non subitum fuisse.
Rapax mors. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 13.
Sicca mors, Id est mors sine vulnere aut cæde. Iuuenal. Sat. 10. 12.
Ad generum Cereris sine cæde, & vulnere pauci
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.
Turpis mors. Lucret. lib. 6. 250.
Squalida mors. Senec. Medea, 10. 1.
¶ Abstulit clarum cita mors Achillem. Horat. 1. Carm. ode 16. 6.
Absumi morte, Vide ABSVMO.
Absumptus morte, Vide ABSVMO.
Accelerare mortem. Lucret. lib. 6. 155. Plin. lib. 16. cap. 36. 3.
Accersere mortem. Lucan. lib. 8. 128. – prohibent accersere mortem.
Turpis mors forti viro non potest accidere, neque immatura Consulari, nec misera sapienti. Cic. 4. in Catil. 75.
Loca mortis adire. Ouid. 14. Metam. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Afficere morte.Seruius Ciceroni,lib.4.12.7. Vir clarissimus ab homine deterrimo acerbissima morte est affectus. Idem pro Cluentio,135.
Homines inimicos suos morte affici volunt. Columel. lib. 9. cap.11
Pœnis ac mortibus afficiuntur.
Afferre mortem alicui.Seruius Ciceroni,li.4.12.7.Et cui inimici propter dignitatem pepercerint,inuentus est amicus qui ei mortem afferret.
Anteponenda seruituti turpitudinique mors.Cic.1.Offic.114.
Appetere mortem.Cic.4.in Catil.79. Mortem à diis immortalibus non esse supplicii causa constituta:sed aut necessitatem naturæ,aut laborum ac miseriarum quietem esse itaque eam sapientes nunquam inuiti, fortes etiam sæpe libenter appetiuerunt. Ex vetusto codice rectius legitur oppetiuerunt.
Iusta mite cecide re Centauri.Horat.4.Carm.ode 2.3.
Capere plures mortes,Mori pluribus mortibus. Quintilianus in Milite Mariano, Atque vtinam plures mortes cepisset,vt imparum spiritum renascens pœna torqueret.
Honore mortis carentes.Virgil.6.Aeneid.67.
Mors atra circunuolat alis.Horat.2.Serm.saty.1.13.
Vitam cum morte commutare.Seruius Ciceroni,lib.4.5.7.
Conficere extremum diem morte.Cic.3.de Finib.114.
Conscisere sibi mortem,Vide CONSCISCO.
Consecuta mors matrem,Vide CONSEQVOR.
Inmiti consumptus morte.Tibull.lib.1.eleg.3.11.
Contemnere mortem.Seneca Herc.fur.8.5.Cic.1.Tusc.160.
Instructus ad mortem contemnendam,Vide INSTRVO.
Conceptam mortem præcordiis continere,Cic.1.Tusc.154.
Damnatus morti,De cuius vita desperatur.Lucre.lib.6.249.
Debemur morti nos,nostraque.Horat.de Arte,13.
Decreta mors est.Seneca Hippol.2.29.
Dedere aliquem morti,Vide DEDO.
Demittere aliquem morti.Virgil.6.Aeneid.139.
Vel tu,quod superest,infesto fulmine morti,
Si meretor,demitte.
Depellere mortem.Ouid.epist.14.26.
Quam mortem fratri depulit,ipsa tulit.
Deprecari mortem.Ouid.2.Fast.21. Et 1.de Ponto,eleg.2.12.
Deuincere mortem.Seneca Herc.Oeth.12.8. – vnde
Morte deuicta tuleras triumphum.
Deuota morti pectora.Horat.4.Carm.ode 14.4.
Anima diremptа morte.Lucret.lib.1.23.
Dare morti aliquem.Horat.2.Serm.saty.3.4. Mille ouium insanus morti dedit.Ouidius in Ibin,80.
Quosque feræ morti Lemnia tuba dedit.
Omnes per mortes animam fontem dare.Virg.10.Aeneid.171.Id est per omnia mortis genera hoc est per omnia supplicia. Seruius.
Duci ad mortem.Cic.1.Tuscul.100.
Eripere aliquem morti.Virgil.12.Aeneid.32.
Exigere mortem.Seneca Thebaid.1.32.
Totus nocens sum:quâ voles mortem exige:
Effringe corpus: &c.
Pœnam exigere morte.Seneca Agamemn.13.9.
Mors eximit infœlicitates.Lucret.lib.3.177.
Honesta mors sæpe vitam turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.Cic.pro Quintio,18.
Vulnera non explent mortem.Lucanus,lib.6.42.
– tot facta fagittis,
Tot iaculis,vnam non explent vulnera mortem.
Nulla morte nec igni exuti luctus.Silius lib.6.9.
– & nulla quos morte,nec igni
Exutos,seruans portabo in Tartara luctus.
Manu facta mors.Ouid.in Ibin,30.
Sine ego,quod nollé,longis consiprus ab annis:
Sine manu facta morte solutus ero.
Desertasque tulit sine funere mortes.Stat.9.Thebaid.6.
Finire dolores morte.Ouid.1.Metam.66.
Functus morte.Ouid.11.Metam.116.
Tormenta malæ conscientiæ in morte grauescunt. Lucretius lib.3.107.
Habere mortem in procinctu.Quintil.in Milite Mariano, Neque in militiam grauissimo asperrimoque bello ita venit, vt nesciret sibi mortem in procinctu habendam.
Horrere mortem.Virgil.10.Aeneid.176.
Illachrymare morti alicuius,Vide ILLACHRYMO.
Mors imitata quietem.Stat.5.Sylu.3.52.
Sed te torpor iners,& mors imitata quietem,
Explicuit,falsoque tulæ sub Tartara somno.
Imminet & impendet mors. Cic. 1. Tuscul.144. Itaque non deterret sapientem mors,quæ propter incertos casus quotidie iminet:& propter vitæ breuitatem nunquam longè potest abesse. Idem 1.de Finib.91. Accedit etiam mors,quæ quasi saxum Tantalo semper impendet.

Imperare mortem,& Eripere mortem alicui,contraria.Seneca Thebaid 1.11.Malo imperari,quàm eripi mortem mihi.
Mortem senioribus imputat annis.Ouid.15.Metam.94.
Inferre mortem,Vide INFERO.
Præsentemque viris intentant omnia mortem Virg.1.Aene.19.
Interire morte. Ouid.in Ibin,61.
Mors res interimit.Lucret.lib.2.200.
Inuenire mortem manu.Virgil.2.Aeneid.139.
Ipse manu mortem inueniam,miserebitur hostis.
Viam mortis inueniam.Seneca Herc.fur.13.22.
Irrumpere mortes.Ouid.11.Metam.108.
Iuncta leuiuit morte dolorem.Silius lib.17.96.
Luctari morti, Hoc est morti reluctari seu repugnare: vel pugnare cum morte.quomodo dixit Virgilius Aeneid.4.8.
– placidóne etiam pugnabis amori? Silius li.10.5.
– ceu vulnere Tigris
Lethifero cedens tandem,proiectaque corpus
Luctatur morti,& languentem pandit hiatum.
Luere quipplam morte,Vide LVO.
Mactare morte,Vide MACTO.
Maturare alicui mortem,Vide MATVRVS.
Minari mortem.Quintil.lib.5.cap.10.31. Cic.4.in Catil.97. Mors ei illi mihi fortasse minitantur,omnibus est parata.
Mitti ad mortem Cic.1.Tusc.154.Magna me,inquit,spes tenet,fore bene mihi euenire q̃ mittar ad mortem. De Socrate, Vide MITTO.
Multari morte. Quintil.lib.4.cap.4.4.Lex apertè scripta est, vt puberes qui murum ascenderit,morte multetur. Cicero pro Cluentio.
Multare tristi morte,Vide MVLTO.
Mortem obire,Mori,Festus,Mortem obiisse,ea cõsuetudine dicunt dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Troiã diuersa citum,pro adsimiliter què vadimonium obiisse,id est ad vadimonium isse:& obuiam,ad viam.Hactenus Festus. Cice.5.Philipp.48. Macedo Alexander, quam ab ineunte ætate res maximas gessisset, pisset,nonne tertio & tricesimo anno mortem obiit?Et pro Sestio.
Morte obita.Vide OBEO.
Multi mortem obeunt.Lucret.lib.4.205.
Morti obiicere.Cic.in Vatinium,17,Qui Consulem morti obiecisti, clusum obsederis,extrahere ex suis tectis conatus sis.
Occumbere morti, mortem,& morte, Vide OCCVMBO.
1.Tuscul.163.
Ignobili atq; inhonesta morte occumbere, Vide IGNOBILIS.
Occupauit eum mors,Vide OCCVPO.
Offerre mortem alicui. Cice.pro P.Sestio,45, Eadem filio meo obtulisse exhausisse, qua mortem sæpe hostibus obtulisset. Idem pro Sestio Amerino,12.
Oppetere mortem.Cic.5.Verr.119,Dyrrhachium primo quidem ratione mortè oppetisse. Idé 1.Tusc.188.Curtius lib.4.cap. 59.21,Aut mortem oppeteret Theseus,aut præmia laudis.
Claræ mortes pro patria oppetitæ.Vide CLARVS.
Honesta mors nunquam fugienda,sæpe etiam oppetenda.Marcus Cicero ni,lib.11.28.10.
Opponere aliquem morti.Virg.2.Aene.26, -tectusque recondit
Prodere voce sua quêquam,aut opponere morti.
Orare mortem.Virg.4.Aeneid.90.
Peragere mortem.Plin.epist.14.lib.3.Immobilis & extentus filius pertinaci mortis impleuit.Id est,quòd omnino esset mortuus.
Nec opina morte perdere aliquem Ouid.1.Metam.46.
Perdere mortes.Stat.9.Thebaid.12.Nil opus arma vitare,quæ perdere mortes.
Merita morte perire. Virg.4 Aeneid.139.
Indigne morte peremptus.Virg.6.Aeneid.33.
Pulchram petunt per vulnera mortem.Virg.4.Georg.44.
Morte boum tellus placanda duarum.Ouid.4.Fast.133.
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.Ouid.5.Metam.
Poscere mortem sub armis.Sil.lib.10.12.
Præstat mors omnia mortuo,quæ viuo,Id est relinquit.Lucret.lib.3.
– mors omnia præstat
Vitalem præter sensum,calidumque vaporem.
Precari mortem.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.13.
Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.
Premere aliquem mortibus.Lucan.lib.7.172.
– quo tanto crimine Tellus
Læsisti superos,vt te tot mortibus vnam,
Tot scelerum fatis premerent?
Importuna mors omne sæcum profanat.Ouid.3.Amor.eleg.8.
Pulchram properat per vulnera mortem.Virg.9.Aeneid.81.
Nec nimio rigida prostrati morte iacebant.Lucret.lib.6.241.
Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque

Regumque turres.Horat.1.Carm.ode 4.3.
Morte & suspendio remedium iniuriæ suæ quærere.Cic.5.Verr.110.
Placida morte quieuit.Virgil.9.Aeneid.90.
Reducere aliquem à morte.Virgil.4.Aeneid.75.
Amissam classem,socios & morte reduxi. Verba Didonis.
Morte aliquid relinquere.Virgil.4.Aeneid.87.
Refugiat lumina morte. Virg.4 Aeneid.49.de Mercurio.
Satisfacere morti.Quinti in Pariete palmato,Et an morti satisfecisset,in tellexit.Hoc est an omnino pari cum occidisset.
Miseram solari mortem.Virg.10.Aeneid. 166.
Hoc tamen infœlix miseram solabere mortem:
Aeneæ magni dextra cadis.
Sternere aliquem morti.Virg.11.Aeneid.93.
Sternere aliquem subita morte.Virgil.11.Aeneid.160.
Subest mors.Cel.lib.1.cap.6.Dolores etiam circa coxas & inferiores partes orti,si ad viscera transierint,subitoque desierunt, mortem subesse testantur:magisque si alia quoque signa accesserunt.
Media iam morte tenetur.Virg.2.Aeneid.107.
Transire in mortem.Quinti.Decla.1.Tanquam per illam quietem transiri in mortem.
Vadimus haud dubiam in mortem.Virg.1.Aeneid.52.
Mors immatura vagatur.Lucret.lib.1.45.
Diu mores ante oculos vagatur.Seneca Octau.6.10.
¶ Mori memoriæ.Plinius lib.14.cap.12.5.Hinc rerum omnium oblitio, morisque memoriæ.
Morior,moriris.penul.prod. vel moreris,penul.correp.mortuus sum,mori,& mortui,penul.prod. (θνήσκω,τεθνάναι,ἀπόλλυμαι,κατοίχομαι,κατεκλάγην.) Notum verbum.Terent.Eunuch.3.3.12.
– quamquidem pater
Mihi & mater mortui essent. Ouid.4.Metam.43.
At repitò mortemque timens,cupidosque moriri. Plaut.Rud.17.17.
– acta hæc res est,certum est mori,quàm hunc pati
Leonem in me grassari. Cic.de Senect.67. Moriendum enim certè est,& id incertum an eo ipso die.
Mori nemo sapiens miserum dixit, ne beato quidem. Cicero Torquato, libro 6.5.5.
Mortem Pollio ad Ciceronem, lib.10.33.10. Pansæ exercitum concisum esse. Pansam ex vulneribus mortuum.
Ab esse mori.Lucanus lib.2.53.
– quis nollet ab isto? Esse mori?
Moriebatur in studio dimetiendi cœli. Cice.de Senect.45. Mori videbamur in studio dimetiendi pene cœli,atque terræ C.Gallum familiarem patris tui Scipio.
Iussus mori.Virgil.3.Aeneid.65.
O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori.
Immeritus mori,Dignus qui semper viuat.Horat.3.Carm.ode 2.5.
Virtus recludens immeritis mori
Cœlum,negatas tentat iter via.
Dulce & decorum est pro patria mori.Horat 3.Carm.ode 2.5.
Aut dem morior.Ouid.3.de Arte,47.
Per vim mori.Horat.3.Carm.ode 4.3.
Non omnis moriar multaque pars mei
Vitabit Libitinam. Horat.3.Carm.ode 3.1.
Acrius meri Propert.lib.2.eleg.3.10.
Aequilibri animo moritur sapientissimus quisque,stultissimus iniquissimo. Cice.de Senect.75.
Infoio animo mori.Ouid.1.de Arte,75.
Cum morte.Tibull.lib.1.eleg.7.11.
Desiderio alicuius mori.Cice.Attico,lib.1.1.12.
Fœnore mori.Horat.1.epistol.18.7.
Letho mortis vicinus.Stat.9.Thebaid.158.
Quin morere,vt merita es.Virgil.4.Aeneid.110.
¶ Fama morietur.Cice.Post.reditum in Senatu,1. Quo vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur?
Meriti morietur gloria vestri.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.6.
Memoria fraudibus hominis ne moriatur.Cic.in Pisonem,74.
Sermo moritur.Cice.pro Cœlio,60. Atque vt iste interpositus sermo delicatum desiderique morereetur,&c.
Virgo moriatur.Plaut.Capt.11.119. Væ illis virgis miseris, quæ hodie
Vergentem sole horis moriuntur.Plin.lib.13.cap.3.1.
Interea moriemur meo.
¶ Moriar,fundi verbum,quemadmodum Dis peream.Cic.ad Atticum, lib.3.15.2.Moriar,si magis ipse deram si id mihi accidisset. Idem ad Trebatium,lib.7.11.3.Moriar ni (quæ tua gloria est) puto te malle à Cæsare consuli quàm insurari.
Moriendo ponere sensus. Ouid.1.Tristi.eleg.3.20.
Morient,Participium, (ἀποθνήσκων,) vt

Lumina morientia.Ouid.9.Metam.79.
Cycno moriente dulcior vocem mouit.Seneca Hippol.3.6.
Digiti morientes.Ouid.5.Metam.24.
Herba moriens.Virg.7.eclog.12. Idem 1.Georg.22.
Lingua moriens Ouid.2.Amor.eleg.6.10.
Mortuus, Aliud participium, (τεθνεώς,ἄπνοος,νεκυς,νεκρός,διοχόμενος,)
Plautus Aulul.21.1.
Mortuum ego me mauelim letho malo,
Quàm non ego illi dem hodie insidias seni. Idem Trinum.8.71.
Atque ille opulentissimus censetur ad acherontem mortuus.
Spirantis mortui effigies.Cic.Quintatri.lib.1.3.3.
Hospes mortuus.Ouid.5.Fast.132.
Lacerti senis athleræ mortui.Cic.de Senect.15.
Plausus mortuus.Cic.Attico,lib.2.34.5.Cæsar qui venisset mortuo plausu,Curio filius est insecutus.Hinc ita plausum est,vt,&c.
Exanguis & mortuus concidisti.Cic in Pisonem,70.
Concidit mortuus veneno poto Themistocles.Cic.de Claris Oratori.21.
Inferre mortuum in domum alicuius.Cic.pro Milone,56.
Infra mortuos aliquem mandare, non solùm ex numero viuorum exturbare.Cic.pro Quintio,28.
Mortuo verba facere, Est frustra vel suadere, vel orare,perinde quasi mortuo quis loquatur.Plaut.Pseud.5.18.
– mortuo verba fabulare nunc,
Satis stultus es,rem actam agis. Idem,Mortuo verba nunc facio. Idé, Nihilo pluris refert,quàm si ad sepulchrum mortuo dicat iocum. Terent.Phorm.5.9.16.Verba fiunt mortuo,Natũ adagium à ridicula consuetudine veterum, vita defunctos ter voce cientium, vnde & Concla mati dicebantur:præterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum. Ex Erasmo.
A mortuo tributi exigere,vel colligere,Vide A vel AB prepositiones.
Excitare aliquem à mortuis Cic.1.de Orat.127.
Moriturus,pen.prod.(ἐσόμενος,) Aliud participium vt
Crudeli funere moriturus.Virg.4.Aeneid.62.
Densos fertur moriturus in hostes.Virg.1.Aeneid.103.
Moribundus,Adiectiuum. (ἀποθνήσκων,) Moriens. Cic. pro Sestio.74.
Plaut.Bacch.4.11.Quis si illa inuenta est quam amar,viuit,rectè valet. Si non inuenta est, minus valet, moribundusque est. Liu.6.bel.Pun. 81.Atque ita gladio,quem veste texerat,per aduersum pectus transfixus ante pedes imperatoris moribundus procubuit.
Fulua moribundum extendit arena.Virg.5.Aeneid.75.
Cui me moribundam deseris hospes?Virg.4.Aeneid.65.
Hostia moribunda cecidit.Virg.3.Georg.98.
Ora moribunda.Propert.lib.3.eleg.7.11.
Pectus moribundum.Ouid.12.Metam.24.
Vox moribunda.Stat.8.Thebaid.129.
Mortalis,& hoc mortale,pen.prod.(θνητός,βροτός,)Quod morti subiectum est.Cicero 3.de Natura deor.39.Mortale igitur omne animal & dissolubile & diuiduum sit necesse est. Plaut.Bacchid.5.59.
Quoniam vident nos stare,occœperunt ratem
Turbare in portu.n.ædepol mortales malos. Idem Persa,4.32.
Sed quid cessamus prælium committere?
Dum mane est,omnes esse mortales decet.
Acta deos nunquam mortalia fallunt.Ouid.1.Trist.eleg.2.20.
Animæ mortales.Horat.2.Serm.saty.6.19.
– terrestria quando
Mortales animas viuunt sortita.
Arma mortalia demorari.Virg.10.Aeneid.6.
Pro conditione vitæ mortalis immortalitatem consequi. Cicero 14 Philipp.407.
Corda mortalia.Virgil.1.Georg.66.
Corpora mortalia.Cic.de Senect.73. Lucret.lib.2.182.
Deus quidam mortalis.Quintil.lib.1.cap.10.3.De Oratore.
Facta mortalia,Facta hominum.Horat.de Arte,14.
Mortalia demere fila.Ouid.epist.21.8.
Forma mortalis.Virgil.9.Aeneid.21.
Fortuna nonnunquam tanquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videtur.Cice.1.Offic.108.
Fulgor siderum mortalis.Plin.lib.2.cap.8.2.
Genus mortale.Ouid.1.Metam.53.
Inimicitiæ mortales,amicitiæ immortales.Cic.pro Rab.Posthumo,20.
Leges mortales.Liu.4.bel.Maced.17. Sicquas tempora aliqua desyderarunt leges,mortales (vt ita dicam) & temporibus ipsis mutabiles esse video. Mortales leges intelligit Liuius non firmas sed temporarias. Seneca autem epist.64.Legem mortalem vocat mortalium vel mortalitatis: Lege,inquit,mortali fieri hodie potest quicquid vnquã potest.
Lumen mortale. Quintilian.lib.5.cap.12. In clarissimum solem mortale lumen inferre.
Mucro mortalis.Virgil.12.Aeneid.148.
Hoc est mortali manu factus. Seruius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mundum mortalem fecit Plato.Cic.1.de Nat.deor.31.
Opera mortalia Liu.1.ab Vrbe,9.Secundum inde prælium Latinis, Acpeæ etiam vltimum operum mortalium fuit.
Sermo mortalis.Lucret.lib.5.25.
Vita mortalis.Lucret.lib.3.178.
Turpe mortales.Horat.3.Carm.ode 4.10.
Vultus mortale.Virg.12.Aeneid.160.
Hoc est ab homine mortali illatum. Seruius.
Voltus mortalis:Virgil.1.Aeneid.67.
¶ Mortale & Aeternum,contraria. Cice.4.Acad. 223. Et quicquid est, mortale sit an æternum?
Mortale & caducũ:quibus opponitur Diuinũ & æternũ.Ci.1.de Leg.91.
Nil mortale loquar.Horat.3.Carm.ode 25.4.
Nec mortale sonans Virg.6.Aeneid.10.
¶ Mortalior,Comparatiuus.Plin.li.34.ca.14.4. Eademque prouidentia nihil in rebus mortalius faciente,quàm quod infeltissimũ mortalitati.
Mortalis,pe.pro (θνητός,) Substantiuum,pro homine.Plin.lib.17.ca.17.7.Tanta mortalibus suarum rerum satietas est,alienarumque auiditas. Cic.7.Verr.139.Nam istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententiis condemnaui.Salust.Ea formidine multi mortales Romanis dediti obsides.Ouid.2.Metam.104.
Inde deos hominesque voco, nec contigit vllum
Vox mea mortalem.
Aegri mortales.Virgil.1.Georg.48.
Miserrimi mortalis casum subire.Cic.Anteq.iret in exilium,19.
Turpe deum mortali cedere.Ouid.9.Metam.4.
Tranquilla pace mortales iuuare dicitur Venus.Lucret.lib.1.7.
Tribuere plus alicui,quàm mortali concedere par est. Lucret. lib.4.239.
Mortalitas,pen.corr.mortalitãtis,(τὸ θνητόν,) cui contrarium est Immortalitas.Cic.1.de Nat.deor.39.Aut non omne quod ortum sit, mortalitas cõsequatur.Pli.li.17.ca.14.4.Postea ratio vel sensus adiicit,mortalitati eorũ ex numero succurrere persuasa Plin.epist.10.li.2.Habe ante oculos mortalitatẽ: à qua asserere te hoc vno monumẽto potes. Quintil.li.6.in Procem.Festinantemque metu meæ mortalitatis, prostrauit.
Asserere se à mortalitate,Vide ASSERO.
Omne quod ortum est,mortalitas consequitur.Cic.1.de Nat.deor.39.
Intercipi mortalitate,Vide INTERCIPIO.
Supra mortalitatem tibi sunt omnia tributa.Cic Octauio,8.
Mortalitas mollitiæ.Plin.lib. 36. cap. 22.9. Reliqua multitudo lapidum in totum ædificiis inutilis est mortalitate mollitiæ.
¶ Mortalitas,pro hominibus mortalibus. Plin.lib.2.cap.76.3. Mortalitas ipsa inuenit sibi medium quiddam. Idem lib.7.ca.40.2. Vana mortalitas, & ad circunferibendum seipsam ingeniosa.
Mortuãlis,& hoc mortuãle,pen.prod. (νεκρικός,) Quod ad mortuos pertinet.Plau.Asi.13.63.Hæc sũt nõ nugæ,nõ enim mortualia. Antiquũ,
Mortifer,pen.corr.siue Mortiferus,mortifera,mortiferũ,pen.corr.Adiectiuũ,(θανάσιμος,θανατηφόρος,φονικός,) Quod mortem affert. Cic.1.Tusc.113.Et quũ penè in manu iã mortiferũ illud teneret poculũ,locutus ita est,vt nõ ad mortẽ trudi,verũ in cœlũ,videretur accedere. De Socrate.Colu.lib.7.Et etiã mortiferus serpentis ictus. Cic.3.Tusc.50.
Sciebam me in mortiferũ bellum,non in epulas mittere. Ex Euripide.
Bellum mortiferum.Virg.6.Aeneid.56.
Mortiferus dolor,apud Celsum sæpe legitur.Et lib.5.ca.26. Nam musculus percussus mortiferus est, præcisus sanitatẽ recipit.Et alibi, de capitis dolore,li.4.ca.1.Grauis dolor,sed breuis, neque tamen mortiferus.
Mortiferum ferrum.Silius lib.10.29.
Grauis & mortifer morbus.Cic.1.de Diuin.112.
Plaga mortifera.Cic.in Vatinium,15.
Insanabilis & mortifera plaga.Cic.pro Sestio,35.
Potio mortifera Quintil lib.7.cap.4.6.
Præcepta mortifera pro salutaribũ cõcripserũt imperiti.Ci.1.de Leg.21.
Vrtica contactu mortifera.Plinius lib.10.cap.59.3. Pullis anserum vrtica contactu mortifera.
Vulnus mortiferũ.Liu.1.ab Vrbe,106.Et 4.bel Pu.191.Ci.pro Sylla,55.
Mortifere,penul.correp. (θανατηφόρως,) Aduerbium, Lethaliter. Plinius epistol.60.2,Aegrotabat mortifere.
Morticinus,penul.prod. Adiectiuum, (νεκρίμαιος,) Exangue, corruptum,Vnde Morticinam carnem dicimus animalium,quæ non sunt mactata,sed per se mortua Plinius,Solã hæc auis in eo genere morticinam carnem non attingit. Varro 1.de Re rust.cap.9.8. Morticinæ quis nõ patiũtur vesci carne.Plautus Persa,ad hominem transtulit,8.13.
–non hercle,si os perfuderim tibi,
Metuam morticine.
Morticini,Pedum claui.Plin.li.22.ca.23.8.Clauis pedum,qui vulgò morticini appellantur,nitro misto,antè subactum. Subaudi,circumlinitur lafer.Sic & Senec.epist.122.appellat carnem luxuria fluxam & emarcidam:In viuis inquit,caro morticina est.

Morsicatim,Morsiuncula,Morsus, Vide MORDEO.

Mortarium, mortarii,(ἀλετρὶς, ὀλμός,) Vas in quo res solutæ pistillo teruntur.Plaut.Aulul.5.17.
Cultrum,securim,pistillum,mortarium,
Quæ vtenda vasa semper vicini rogant. Plin.lib.12.cap.17.2.Et alio modo,quum in mortarijs immatura vua teritur. Idem lib.24.ca.17.3. Et Columel.lib.12.cap.55.1.
Mortarium,Lacus & cõceptaculum in quo calx,siue inrita subigitur seu naturæ,Budæus,Mortarium,locus vbi arenatum rursũ subigitur. Plinius lib.36.cap.22.Authoribus curæ fuere lapides mortariorum quoque,nec medicinalium tantum,ad pigmenta pertinentium. Vitruuius de tectorio loquens,lib.7.ca.3.Quum ab arena præter trulisationem non minus tribus coriis fuerit deformatum,tunc è marmoreo granorum refectiones sunt subigendæ,dum sta materies temperetur, vt quam subigatur,non hæreat ad rutrum,sed purum ferrum è mortario liberetur. Idem paulo pòst,Græcorum verò tectores non his rationibus sollicitendo faciunt opera firma,sed etiam mortario collocato,calce & arena ibi confusa,decuria hominum inducta ligneis vectibus pinsant materiem,& ita ad certamen subacta tunc vtuntur. Plinius libro 36.cap.23.6.In Græcia tectoriis etiam arenatum quod inducturi sunt,pistant in mortario ligneis vectibus subigunt.

Morticinus,Mortifer, Vide MORS.

Morus, mori,f.g.(μορέα,) Arbor nouissima Vrbanarum germinationes,nec nisi exacto frigore:ob id dicta sapientissima arborum. Sed quum cœpit,intantum vniuersa germinatio erumpit,vt vna nocte prodeat etiam cum strepitu.Hæc Plin.lib.16. cap. 25.8. Sunt tamen qui Græco derinatum putent mori vocabulum,quòd fructus nigros producat.μαυρὸν enim,Græci nigrum vocant.
Arbor mori. Plin.lib.16.cap 44.7.In hoc arborem mori eximiam ad nostra adamauit Passienus Crispus.
Morum,mori,n.g.(μόρον,) Fructus mori arboris.
Sanguineis frontem moris,& tempora pingit.Virg.6.eclog.5.
Nigra mora.Horat.2.Serm.satyr.4.5. –ille salubres
Aestates peraget,qui nigris prandia moris
Finiet,ante grauem quæ legerit arbore solem.
Mora quoque in rubis sunt,sed multum ab his differentia. Columel.lib.5.cap.10,Moro rum ab Idibus Februarij vsque ad Aequinoctium vernum satio est.
Excussa mora rubetis.Ouid.4.Fast.102.
Hæretia mora in duris rubetis.Ouid.1.Metam.22.

Mos, moris,m.g.(ἦθος, τρόπος,) Est vitæ institũ consuetudo,inuetum.Varro ait morem esse institutum animi,quod sequitur.
beat cõsuetudo.Cic.pro Cluen.77.Non mos, cõsuetudoque firmatus.
Mores,de equis.Colu.lib.6.cap.29.5,Mores autem laudantur quibus placido & concitato mitissimi.
Mos obliuisci hominibus, neque nouisse quoius nihili sit faciendum. Plaut.Capt.18.8.
Mos & consuetudo ciuilis.Cic.1.Offic.206.
Nec mos bellantes vnà stabulare.Virg.3.Georg.45.
Mos est.Terent.Adelph.4.1.16,Quàm vellem etiam nostrum morem esset dare.Plaut.Amph.3.46.
Sed mos nunquam illi fuit patri meo,
Vt exprobraret quod bonus facerer boni.Cic.de Claris Orat.Mos est hominum,vt nolint eundem pluribus in rebus excellere.
Mos erat antiquis.Ouid.15.Metam.9.
Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram.Virg.1.Aeneid.442.
Vt mos est,vt fieri solet.Cice.7.Verr.53.
Is genti mos dirus erat.Sil.lib.16.108.
Moris est.Quintil lib 9.cap.4.Pythagoreis certe moris fuit,& quum cogitassent,alios ad lyram excitare. Plin.lib.17.cap.23.15.Pauperiem non est moris. Cic.3.Verr.45.Tum ille vt aliquid respoderet,negauit moris esse Græcorum vt in conuiuio,&c.
Græcia principium moris fuit.Ouid.2.Fast.9.
More.Plaut. Trinum.14.26. Scuta iacere, fugereque hostem,more habent licentiam.
More institutoque omnium defendere.Cic.pro Cecinna,1.
More agere, institutisque ciuilibus.Cic.1.Offic.206.
Accusatorio more,& iure facere aliquid.Cic.pro Flacco,10.
More fit.Plaut.Trinum.14.27.Petere honorem pro flagitio,mores.
More rotat fundæ.Ouid.4.Metam.104.
More scribo,Vt soleo.Cic.ad Oppium,lib.11.29.7.Tamẽ Oppio scribo bis amorem tuum(etsi more magis hoc quidem scribo,quàm quod monendum putem)meaque omnia tuebere.
Meretricio more viuere.Cic.pro Cælio,30.Vide MEREO.
More,pro De more.Virg.7 Aeneid.50.
Hoc Priami gestamen erat quum iura vocatis
More daret populis.
Bestiarum more vagari.Cic.1.de Inuent.3.
Feratum more.Horat.1.Serm.saty.3.22.

Degere vitam more ferarũ.Virg.4.Aeneid.310.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ!
Gigantum more bellare cum diis est naturæ repugnare.Ci.de Senect.6.
More hominum euenit.Terent.And.5.6.3.
More hominum euenit, vt quod iam nactus mali
Prius rescisceres tu,quàm ego quod tibi euenit boni.
More ingenii humani. Salustius in Iugurtha, Vbi postquam solitudinem intellexit,more ingenii humani, cupi do difficilia faciendi, animum vertit.
Meandri more,Vide MAEANDER.
More maiorum.Plaut.Trin.14.24. Idem Cistell.12.6,More maiorum dare plausum postrema in comœdia. Cice.ad Atticum,lib.8.167.4, Ipsi Consules, quibus more maiorum concessum est, vel omnes adire prouincias,&c.
More nouilium proscindatur terras: Id est quemadmodum noualia. Colum.lib.3.cap.13.
More omnium.Vt solent omnes.Cic.ad Cornificium,lib.12.17.5, Quod mihi existimationem tuam,dignitatemque commendas, facis tu quidẽ omnium more.
More patrum.Virgil.1.Geor.36.
More meo.Plaut.Amphit.4.44,Si dixero mendacium, solens meo more fecero. Idem Curc.4.29,At meo more dormio,hic somnus est mihi. Cic.1.de Orat.43. Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re sentiam dicere.
¶ Nouo more alienũ fecere.Cic.4.Ver.47, Hoc iniecto metu iudicibus nouo more, nullo exemplo, ecquam rem putatis esse in Sicilia nisi ad istorum illius iudicium?
More illo.Plaut.Bacchid.11.11.
Moli more illo atque exemplo viuunt,quos quum censeas
Tibi amicos,repentinus fallit falsimonius.
Ad morem.Quintil.lib.4.cap.1,Materias sibiipsi fingunt, & ad morem alienum praetexuntur.
Deducere ad morem alienum,Vide DEDVCO.
De more.Virg.1.Aeneid.65, Namque humeris de more habilem suspendebat arcum.Ouid.3.Metam.143.
Illa forti die cassæ de more puellæ
Pura coronatis portabant sacra canistris.Vide DE præpositionem.
Et circlum Iliades crinem de more solutæ.Virg.3.Aeneid.13.
Cæsis primum de more iuuencis.Virg.3.Aeneid.74.
Armenta aliusto belli de more sequuntur.Sil.lib.7.63.
Comptos de more capillos turpare sanguine.Virg.10.Aene.167.
Ex more.Horat.1.Serm.saty.3.56.Ex more imponens cognata vocabula rebus.Virgil.1.Aeneid.49.
–cunctis ex more precatus.Ouid.15.Metam.119.
Priscoque deos ex more precatus.Ouid.15.Metam.119.
Ex moribus disciplinæque aliquorum barbariem quãdam delere. Ci.pro Corn.Balbo,14.
In morem.Virg.1.Georg.49.
–pecuque dura in morem fluminis Arctos.Id est,in similitudinem,vt ait Valla lib.4.hic Cicero in Hortensio,In morem Salium.
In morem flogni.Virg.8.Aeneid.18.
Sumpto flexu in morem fluminis elabi.Virg.1.Georg.48.
In morem operis componere carmina.Horat.2.Serm.sat.1.13.
In morem.Cic.1.de Lege agrar.17,Est hoc in more positum, institutoque maiorum,vt si qui,&c. Idem 1.Offic.98, Quodque in patriis est moribus,non cautas & non grauatè,& gratuitò defendere. Idem 2.de Leg.14.De quo quum consuleretis Athenienses Apollinem Pythium,quas pontificum religiones tenerent moraeculum editum est,quæ essent in more maiorum. Ibidem,39, Tamen hæc erant ferè in more maiorum.Vide 19.
In moribus est.Cice.ad Atticum,lib.6.111.21,Dionysius mihi quidem in moribus est,pueri autem aiunt eum furenter irasci. Qui locus tamen corruptus esse legendum enim est in amoribus: hoc est, in delicis,flagitiis.
Per hanc morem.Horat.2.epist.1.30, Fescennina per hunc inuenta licentia morem.
Tempestas sine more fuit.Virg.5.Aeneid.130.
Moribus.Pro more & consuetudine. Cice.pro Cecinna,14. Et de fundo Cecinna moribus deducetur. Ibidem, Vt moribus deductio fieret. Idem. Tribuni appellati negarunt se in mora esse quominus seu legibus,seu moribus mulier,anquireret.
¶ Qui fugit numeris moribus aptus erit.Ouid.1.de Arte,53.
Cultus moribus.Vide CASTVS.
Consentis moribus.Vide CONSENTIO.
Incompositus moribus.Quintil.lib.4.cap.5.8.
Perfectus moribus.Quintil.in Proem.lib.1.14.
Natura vel more perfecta virtus.Cic.1.Academ.53.

Argumenta morũ.Quinti.lib.3.cap.9.15,Sed in viuentibus quoque iudicia hominum velut argumenta sunt morum.
Doctus imitator morum.Horat.de Arte,65.
Veritas morum. Quintil.lib.6.cap.2.22, Illis inest vis mentis & veritas ipsa morum.
¶ Aequi mores modicis erroribus.Iuue.Saty.14.2.
Antiqui mores,Vide ANTIQVVS.
Moris antiqui homo,In laude ponitur,pro eo qui antiquam innocentiam obseruat.Liuius 9.belli Maced.37, Quum ea nosse probam & antiqui moris fœminam respondisset,opus ea sibi conuenta esse dixit.
Antiquus mos sacrorum.Lucret.lib.2.122.
Auidi mores,Vide AVIDVS.
Barbarus mos.Horat.1.Carm.ode 27.1.
Bonus mos.Plaut.Capt.5.4,
Nunc seruitus si euenit,ei vos morigerari mos bonus est,
Eamque herili imperio, ingeniis vestris leuem reddere.
Commodus mos.Ci.de Amicitia,49,Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus,imperio,potestate, prosperis rebus immutari.
Curui mores,Non recti.Pers.Saty.3.6.
Damnati mores.Iuue.Saty.13.25.
–tamen ad mores natura recurrit
Damnatos,fixa,& mutari nescia.
Deductus mos.Horat.4.Carm.ode 4.4, –quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet,&c.
Feri mores hominum.Sene.Octau.7.10.
Humiles mores.Stat.3.Sylu.3.30.
Immodesti mores,Vide IMMODESTVS.
Improbus mos.Plaut.Trinum.14.17,Morem improbum.
Indocti mores,Vide INDOCTVS.
Infandus mos.Stat 4.Thebaid.49, –ea gloria genti
Infando de more.
Insitus vitio genti mos.Vide INSERO.
Insuetos mos,Vide INSVESCO.
Intermortui mores,Vide INTERMORIOR.
Intorti mores Pers.Saty.5.4.
Non inutilis mos.Quintil.lib.1.cap.2.16.
Lepidi mores,Vide LEPIDVS.
Malignus mos.Claud.1.Paneg.23.
Maritimi mores,Vide MARE.
Mendosi mores,Vide MENDA.
Mitissimi mores,Vide MITIS.
Noui mores,Vide NOVVS.
Pacifici mores.Claud.3.Paneg.31.
Patrius mos.Ouid.6.Metam.130.
Patrius mos Academiæ.Cic.1.de Orat.41.
Rigidi mores.Ouid.2.de Remed.amo.74.
Solennis sacrorum mos.Lucret.lib.1.20,
Varius mos.Virg.1.Georg.51,
–& varium cæli prædiscere morem Cura sit.
¶ Accipere morem.Cic.3.Offic.57, Præclarum à maioribus morem accepimus rogandi iudicis,si eum teneremus, quæ salua fide facere possit.Vide ACCIPIO.
Accipere mores,Vide ACCIPIO.
Affingere mores.Vide AFFINGO.
Agere morem,Vide AGO.
Recto more agere aliquid.Horat.2.epist.2.27, Cætera qui vitæ seruaret munia recto More.
Austero more & modo agere.Cic.pro Cælio,24.
Astringere mores.Quintil.lib.2.cap.2.5,Neque vero satis est summã præstare abstinentiam, nisi disciplinæ seueritate conuenientium quoque ad se mores astrinxerit.
Bibere more Græco, Vide BIBO.
Bibere mores. Claud.de Nupt. Honorii,47, Maternosque bibit mores, exemplaque discit Prisca pudicitiæ.
Captare mores,Vide Capto in CAPIO.
Cedere moribus alicuius.Horat.1.epist.19.9.
Rebus mores cessere secundis,Id est cum fortuna immutati fuerunt mores.Lucan.lib.1.22.
Colere mores populi,Vide COLO.
Comprobare mores factis,Vide COMPROBO.
Pertinet ad faciem rabidos compescere mores.Oui.3.de Art.100.
Conformare mores. Cic.4.de Finib.7. Quarum cum vna sit, qua mores conformari putantur,differo,&c.Vide CONFORMO.
Congruere cum alterius moribus,Vide CONGRVO.
Congruere in morem alicuius,Vide CONGRVO.
Consequi morem,Vide CONSEQVOR.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conuenimt mores, Vide CONVENIO.
Corrumpere mores alicuius, Vide CORRVMPO.
Custodire morem, Vide CVSTODIO.
Decedere de suo more. Vide DECEDO.
Deduci ad morem Cic. 2. Offic. 165, Plerunque autem parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur.
Mendacios defendere mores. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 1.
Deregunt se mores. Quintil. lib. 1. cap. 3. 7, Mores quoque se inter ludendum simplicius deregunt.
Nocentissimis moribus perniciosa dare instrumenta. Q uintilia. libro 7. cap. 15. 22.
Effingere mores. Cic. 2. de Diuin. 141, Quis enim non videt & formas, & mores, & plerosque status ac motus effingere à parentibus liberos?
Excolere mores. Q uintil. in Procem. lib. 4. 3.
Exornare morem communis sermonis decore quodam scenico. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.
Scilicet expectas solitum tibi moris honorem? Ouid. 3. Trist. eleg. 13. 3.
Exprimere oratione mores alicuius iustos, integros, religiosos, &c. Cic. 2. de Orato. 98.
Exuperas morum nobilitate genus. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 1.
Nam morem fecerat vsus. Ouid. 2. Metam. 69.
Peruerso more facere, Cic. pro. Rosc. Com. 32.
Facta moribus vis, cui opponitur Cótra morem facta. Cf. pro Cecinna, 1.
In faciem, moresque meos noua crimina fingis. Ouid epist. 12. 36.
Suis quisque fingitur moribus. Cic. in Parad. 43.
¶ Morem gerere, Obedire. Teren. Eunucho. 1. 2. 108, Mos gerundus est Thaidi. Cic. pro Murena, Gestus est mos & voluntati & dignitati ruæ. Idem 1. de Orat. 52, Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse.
Morem gerere animo. Plaut. Amphit. 3. 1. 131, Pater nunc iratus suo animo morem gerit.
Sed gerat ille suo morem furiosus amori. Oui. 2. Amor. eleg. 2. 3.
Mores quos antè gerebant, nunc quoque habent. Ouid. 7. Metam. 133.
Imitari mores & disciplinam alicuius. Cic. pro Deiotaro, 19.
Immutare mores, Vide IMMVTO.
Pacis morē imponere populis, Id est leges pacis. Vir. 6. Aen. 171. Seruius.
Incessit mos, Vide INCESSO.
Inducere morem, Vide INDVCO.
Nouos inducere mores. Stat. 12. Thebaid. 119,
–quænam ista nouos iuduxit Erinnys Regnorum mores?
Inducere aliquid in mores populi. Cic. 2. de Oratore, 66, Qui hoc primus in nostros mores induxit.
Inducere mores pudicos & seueros, Vide INDVO.
Inficere prauis moribus, Vide INFICIO.
Hominum mores inspicere. Horat. 1. epist. 214.
Instituere mores. Q uintil. lib. 1. cap. 2. 2.
Ad vitium mores instruet inde suos. Ouid. 2. Trist. 52.
Labuntur ad mollitiem mores, Vide LABOR laberis,
Manet mos, Vide MANEO.
Manet mos antiquus. Cic. Rufo, lib. 5. 10. 3.
Mutare mores, Vide MVTO.
Obcalluere mores, Vide OBCALLEO.
Obserere mores, Vide OBSERO obseui.
More & exemplo opitulari. Cic. pro Cecinna, 37.
Ornare moribus aliquid. Horat. 2. epist. 1. 1, Res Italas armis tutêris, moribus ornes.
Ostendere mores alicuius, Vide OSTENDO.
Feros mores immanemque alicuius naturam ostendere. Cic. pro Rosc. Amer. 22.
Si miro perdere more, Ferte vocatur opem. Oui. 13. Meta. 145.
Perdere mores alicuius. Quintil. lib. 1. cap. 2. 6, Vt nisi liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus.
Perducere aliquid in morem? Cic. 2. de Inuent. 142, Aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit: quod genus, pactum, par, iudicatum.
Perlucent mores, & quodammodo agnoscuntur ex oratione dicentis. Quintil. lib. 6. cap. 2. 12.
Permittere morem. Virgil. 1. Aeneid. 109.
Hec melior specie, moribus illa placet. Oui. 2. Amor. eleg. 4. 10.
Prætendere vultum & tristitiam pessimis moribus. Quintil. in Procem. lib. 1. 13. Non enim virtute, ac studiis, vt haberentur philosophi, laborabant sed vultum, & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum, pessimis moribus prætendebant.
Pallentes radere mores. Pers. Saty. 5. 2.
Referre morem alicuius. Virg. 6. Aeneid. 120.
Morem antiqui referre, pro Reducere. Suet. in Iulio Cesare cap. 20, Antiquum etiam retulit morem, vt quo mense falces non haberet, accensus ante eum iret, lictores ponè sequerentur.
Exemploque suo mores reget. Ouid. 15. Metam. 167.
Virtutem & mores alicuius repræsentare. Horat. 1. epist. 20. 3.

Sensus moresque repugnant. Horat. 1. Serm. saty. 3. 20.
Retinere morem. Cic. 2. de Finib. 3.
Seruare morem. Q uintil. lib. 1. cap. 2. 16, Non inutilem scio seruatum esse à præceptoribus meis morem.
Adumbrare morem alicuius, Imitari. Curtius lib. 10, Nec Persis Macedonū morē adumbrare, nec Macedonibus Persas imitari indecorū est.
Condere mores alicuius gentis, Instituere. Curtius lib. 8. Vide Parcus & parabilis victus in VIVO.
Pati mores. Plin. lib. 36. ca. 16. 2, Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, & patitur mores: trahitur nanque à magnete lapide, &c.
Prosternere mores ciuiles, Euertere, Perdere. Pli. lib. 36. cap. 13. 15.
Soluere morem traditum à prioribus. Vide SOLVO.
Traditum ab antiquis morem seruare. Horat. 1. Serm. saty. 4. 24.
Regibus hic mos est, &c. Horat. 1. Serm. saty. 2. 18.
Sicut meus est mos. Horat. 1. Serm. saty. 9. 1.
Tenere morem. Cicero 5. Tuscul. 17, Q uem morem quam Carneades acutissimè copiosissimèque reuellet, &c.
Sacrorum morem tenere. Virgil. 3. Aeneid. 82.
Ad nostrum vsum moremque transferri. Cic. 3. de Orat. 53.
Iam dolor in morem venit meus, Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 8.
More alieno viuere, Vide VIVO.
Moribus antiquis viuendum. Plaut. Trin. 6. 16, Neu imbuas ingenium, meo modo & moribus viuito antiquis.
¶ Mores cæli. Plin. lib. 14. cap. 1. 7, Succique tantum gratia ex his plurimis modis ad cæli mores, solique ingenia.
Varium cæli prædiscere morem. Virg. 1. Georg. 11.
Morātus, pen. prod. Adiectiuum, (ἐυηθής,) Q ui siue bonis siue malis moribus preditus est. Plaut. Aulul. Dum mihi morata veritat, doctata vel fatis. Cic. 2, Tusc. 16, Quotus enim quisque Philosophorum inuenitur qui si ita moratus, ita animo ac vita constitutus, vt ratio poposcerit. Idem in Partit. 44, Q uemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum institutus, moratusque fuerit. Plaut. Aulul. 3. 2. 5,
Is ex se hunc reliquit, qui hîc nunc habitat filium,
Pariter moratum vt pater, auosque huius fuit. Terent. Hecyr. 4. 4. 21.
–sed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Fabula rectè morata. Horat. de Arte, 85.
Morata ianua. Plaut. Afina. 8. 10,
Ita hæc morata ianua est, extemplo ianitorem.
Clamat, procul siquem videre ire ad se calcitronem.
¶ Moratus, in malam partem. Plaut. Trucul. 4. 5,
–noui ego hominum mores:
Ita nunc adolescentes morati sunt.
Moratus benè. Plaut. Persa, 16. 6, Si incolæ benè sunt morati, probè sunt nitum arbitror. Sic Cic. 2. Off. 58, Benè morati reges.
Moratum optimè genus hominum. Cic. 2. pro Lege agraria.
Morata ciuitas. Cic. de Cla. Orat. 4. Quæque erant propria compositionis ris in Rep. viri, tum benè moratæ & benè constitutæ ciuitates, &c. lib. 8. cap. 6, Benè moratas vrbes, & poculum epotum, &c. id est pro contento.
Morata oratio. Quintil. lib. 4. cap. 2, In oratione morata debent esse omnia cum dignitate, quæ poterunt. Id est quæ mores exprimat, inquit Budæus.
Bene moratam disciplinam obtinere. Colum. lib. 1. ca. 8. 16, Benè moratam disciplinam, quum senectus aduenerit, obtinebit.
Morālis, & hoc morale. pen. prod. (ἠθικός,) Q uod pertinet ad mores. Cic. de Fato, 1, Quia pertinet ad mores quos ἤθεις Græci vocant, cum eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus sed dicet ciceronem linguam Latinam, nominare moralem: explicādaque vis eorum quæ enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant.
Morigeror, pen. corr. morigerāris, morigerātus sum, (ὑπείκω, ὑπακούω, ὑπηρετέω,) rari, Obsequi, & quasi ad alterius voluntatem mores transformare. Terent. Adelph. 2. 2. 10.
Metuisti, si nunc, de tuo iure concessisses paululum, atque
Adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime.
Ne non tibi istuc fœneraret. Cic. in Oratore, 90, Voluptati autem omnium morigerari debet oratio.
Morigero, morigeras pen. corr. (ὑπείκω,) morigerare, antiquè dicitur. Plautus in Amphit. 1. 1. 27, Volo deludi illum dum cum hac vlciscar.
Vxore nunc mihi morigero, hæc curata sient. Idem Capt. 5. 4. 8,
morigerare mos bonus est.
Morigerus, pen. cor. Adiectiuum. (εὐπειθής,) Obediens. Plaut. Cas. 2. 27, Vt tibi morigerus hodie, vt voluptati fuit. Idem Amphit. 2. 1. 1,
bi morigera, atque vt munifica sim bonis, prosim probis. Idem Mercat. 5. 20, Cape tibi hanc quum vna viuis mecis morigera moribus. Terentius Andria, 1. 5. 59,
Siue hæc te solum semper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Mali morigerus, Vide MALVS.
Morōsus, pen. pro. Adiectiuum, (δύσκολος, κακοήθης, δυσάρεστος,) Qui moribus est difficilibus & fastidiosis. Cic. in Oratore, 56, Vsque eò difficiles ac morosi sumus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. Idē de Senectute, 60, At sunt morosi & anxii & iracundi & difficiles senes si quæriamus, etiam auari. Idem ad Trebatium, lib. 7. 15. 1, Quàm sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Suet. in Iulio Cæsare, ca. 45, Circa corporis curam morosior, vt non solùm tonderetur diligenter, ac raderetur, sed etiam vellereturr.
Difficilis & morosus. Horat. 2. Serm. saty. 5. 19.
Mirabiliter morosum esse. Cic. Attico, lib. 2. 40. 1.
Morosa natu, vel nasci arbor. Plin. lib. 16. cap. 33. 1, Natu morosa, fructu superuacua, buccis torua. De cupresso, quam ibidem difficilimè nascē rā tiennio senior, animis morosa nasci.
Canicies morosa. Horat. 1. Car. ode. 9. 4.
Morosa vitis. Plin. lib. 14. cap. 2. 7, In eligendo solo morosa, pingui putre
ficit, gracili omnino non prouenit.
Morose, pe. pro. Aduerbium. (δυσαρέστως.) Plin. lib. 18. cap. 13. 2, Terrā
non morosè eligit, pene vbi nihil aliud seri possit.
Morose, aut ingenio, libereque fastidio ineptias hominum respuere. Cic. de Clar. Orat. 127.
Morōsitas. pen. corr. morositātis. (τὸ δυσάρεστον,) Cic. de Senect. 60, At morositas tamen, & ea vitia quæ dixi, habent aliquid excusationis.
Morologus, morology. pen. corr. (μωρολόγος,) Qui in sermone morosus est, id est molestus. Vnde & sermones huiusmodi, dicuntur morologi. Plaut. Pseud. 12. 15, Neque ibi esse alium alio odio, ibi nec molestum, nec sermonibus morologis vti.
Mosillus, mosilli, (δίδυμον,) Parum mot. quo diminutiuo vsus est Cato.
MOSCHVS, (μόσχος,) populus est Asiaticus prope Phasim fluuium. ea
regio est tripartita: vnam Colchi, alteram Hiberes, & tertiam Hermenii habitant Lucan. l. b. 3. 54,
Hinc Lacedæmonii moto gens aspera fræno.
Oeniochi, fœnisq; affinis Sarmata Moschis. Hi nūc Moscouitæ dicunt.
MOSES, Mosis & Mosi, sicut & Achilles, Achillis & Achilli, (μωσῆς, μωσεῖς,) nomen inclyti Iudæorum ducis Iunc. Saty. 14. 11, Tradidit arcano quod sequitur volumine Moses. Aator, –non hæc ieiunia Moses. Considit. Et interposito y psilo, Moyses dicitur, quod habeat in se quentiori vin. Sedulius, Quid quod & Helian & clarum vidēre Moysem? Scripturi legimus in sacris Bibliis, Exodi cap. 2. ex euē re Moysem: re rerum nomen ei impositum fuisseid est, ex aqua saluatus, eo quòd tu rerum nomen ei impositum fuisseid est, ex aqua saluatus, eo quòd de flumine sit saluatus.
Mosyncci, (μοσυνοικοι,) populi Asiæ versus Septentrionem, qui (vt Pōponius lib. 1. refert) turres ligneas subeunt, notis corpus omne persegunt, propatulo vescuntur, promiscue concumbunt, & palām reges suffragio deligunt, vinculisque & arctissima custodia tenent. Valer. 5. Argonaut. 11,
Vt quoque non notæ mirati vela carinæ
Mossyncci: vos stabulis Macrones ab altis.

Motabilis, Motus, Vide MOVEO.

Moueo, moues, moui, motum, (κινέω, σείω, κλονέω, μοχλέω, μακέλλω, πυκνόω, πυκνόομαι.) monere. Notam habet significationem. Terent. And. 4. 4. 10, Moue ocyus te, vt quid agam porrò intelligat. Idem Eunucho, 5. 3. 3,
–moue verò ocyus
Te mihi: moueo, c. video: sed nihil promoues.
Moueri in inferiorem locum de superiore. Cic. pro Cecinna, 37.
¶ Mouere de opinione. Cic. 4. Acad. 15, Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis, deque eo nulla ratione, neque pellinequeque moueri potes.
Mouere de sententia. Liu. 9. bel. Maced. 165.
Mouerit votis pari quicunque deos. Tibull. lib. 3. eleg. 7. 11.
Mouere in contrarium. Plin. lib. 11. cap. 48. 1, Cancri brachia in cōtrariū mouent, pedes in orbem, aut in obliquum. Ibidem, cap. 28. 5, In obliquum mouere.
¶ Mouere, pro Discedere. Cic. ad Atticum. lib. 9. 170. 1, Hæc autem scribam prima Non. X. III. die, postquam ille Canusio mouerat.
Mouere ab Vibe subaudi castra. Liu. 4. bel. Pun. 200, Ego me de Cannano mouit ante diem V. Calend. Mati. Cicero ad Atticum, li. 4. 79. 3.
Si nondum profectæ sunt, nihil est quod se moueant. Cicero ad Atticum, lib. 7. 15. 3.
Mouere se vestigio. Liu. 1. bell. Pun. 164, Ad Iberum est Saguntum, nusquam te vestigio moueris.
Mouere castra. Cæsar 1. bel. Gal. 160, Nonnulli etiam Cesari renuntiabāt castra mouere, & signa ferri insistet, nō fore dicto audientes milites. Ibidem, 17, Postero die castra ex eo loco mouent. Sic lib. 2. 238. Cic. 6. Verr. 17. & 1. de Diuin. 130, Q uum Aretium versus castra mouisset. Virg. 3. Aeneid. 104.

Mouere pro Mutare. Liu. lib. 4 bel. Maced. Adeò nihil motū ex antiquo probabile est veteribus, nisi quæ vsus euidenter arguit, stari malunt.
¶ Mouere, pro Remouere. Cic. 3. de Fin. 112, Quid, non, sic aliud ex alio nectitur, vt non, si vllam literam mōueris, labent omnia?
Aciem loco mouere, Vide ACIES.
Loco mouere aliquid. Horat. 2. epist. 2. 23,
Audebit quæcunque parum splendoris habebunt
Verba mouere loco, quanuis inuita recedant.
Catulos Iæuæ mouere. Horat. 3. Carm. ode 20. 1,
Non vides quanto moueas periclo
Pyrrhe Getulæ catulos leænæ?
Mouere loco aliquem. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 7. 4, Exarsit dolor, vrgere illi, vt loco nos mouerent.
Mouere se loco, vel ex loco. Cæsar 3. bell. Gall. 411, Tanta subitò malacia ac tranquillitas, vt se loco mouere non possent. Sic Liuius 4. bel. Maced. 77.
A gremio alicuius se mouere. Catul de Passere, epigr. 3. 2.
Moue abs te moram, hoc est Festina. Plaut. Capt. 13. 21, Moue abs te moram, atque Ergasile age hanc rem.
Vasta mole mouere se Virg. 3. Aeneid. 132. de Polyphemo.
Tali remigio, nauis se tarda mouebat. Virg. 5. Aeneid. 56.
Mouere ex opinione. Cic. 3. de Nat. deorum, 6, Nec me ex ea opinione, quam à maioribus accepi de cultu deorum immortalium, vllius vnquā oratio aut docti aut indocti mouebit.
Mouere aliquem possessione. Cic. 3. Verr. 81, Ergo quia possessor est, non moues possessione. Idem pro Lege agraria, 61, Sed moueri possessionibus amicissimis, sedibus ac diis penatibus negant oportere.
Mouere Senatu, vel de Senatu. Cice. pro Cluent. 96, Vt alter de Senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet. Liu. 9. bel Maced. 176, Septem mouerunt Senatu. Sic Moueri statu, Liu. 10. bel. Pun. 81.
¶ Mouere animum, Est inducere, allicere. Virg. 3. Georg. 105.
Non vmbræ altorum nemorum, non mollia possunt
Prata mouere animum. Vbi Seruius, Mouere animum, in suum desyderium illicere.
Lachrymis adamanta mouebis. Ouid. 1 de Arte, 133.
Admirationes, plausus, clamores, non approbationes solum mouere debet Orator. Cic. in Orat. 140. Vide ADMIROR.
Aluum vel ventrem mouere, pro Ciere. Suetō. in Nerone, cap. 33, Quod acceptum à quadam locusta venenariorum indice quum opinione tardius cederet, ventre modò Britannici moto, accersitam mulierem sua manu verberauit. Cato cap. 115, Vinum ad aluum mouendam. Mar. li. 11. 46, Prima tibi dabitur ventri lactucā mouendo Vtilis. Sic Mouere vrinam. Plin. lib. 20. cap. 1. 3. Et Mouere vomitionem, Ibidem,
Quid iuuat ambages præceptaque parua mouere? Ouid. 3. de Arte, 130.
Arma mouere. Plin. li. 3. epist. 16, Scribonianus arma Illyrico cōtra Claudium mouerat. Virgilius 12. Aeneid. 2, Tum demum mouet arma leo.
Magica arma mouere. Ouid. 5. Metam. 40.
Bellum mouere, & ad bellum. Liu. 8. ab Vrbe, 81, Quia toties iam Sidicini aut ipsi mouerant bellum, aut mouentibus, auxilium tulerant. Cice. 1. Offic. 56, Adeò summa erat obseruatio in bello mouendo. Liu. 5. bel. Maced. 41, Suis quenque stimulis mouerent ad Romanum bellum. Virg. 1. Georg. 102.
Brachia mouere dicitur equus, quando subsilit. Ouid. 2. Metam. 134, Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbis.
Mouere calculos in vtraque parte, id est difficultates, aut rationes. Plin. epist. 43. c, Sed planè adhuc an sit recitandum, examina tecum omnesque, quos ego moui in vtraque parte calculos, pone idque elige in quo vicerit ratio.
Cantus mouere. Virgil. 10. Aeneid. 33. Pandite nunc Helicona deæ, cantusque mouete.
Ianua faciles mouet cardines, Facilè aperitur. Hora. 1. Carm. ode 15. 1,
–amatque ianua limen:
Quæ prius multum facileis mouebat Cardines.
Carmen ore mouere. Ouid. 14. Metam. 5.
Citharam cum voce moueres. Ouid. 5. Metam. 23.
Cursus pituitæ mouere. Celsus lib. 7. cap. 7, de oculorum vitiis, Leuesque pituitæ cursus, sed assiduos in oculis mouent.
Dentes nonnunquam mouentur, modò propter radicum imbecillitatem, modo propter gingiuarum arescentiam vitium. Celsus lib. 7. cap. 12.
Dolorem mouere. Celsus lib. 7. cap. 4, de ani fistulis, Sed hæc dolorē mouent. Idem cap. 12, Si vero dens doloré mouet, &c. Sic alibi frequēter.
Dicta Iouis mouēre deos. Ouid. 9. Metam. 88.
Expectationem mouere alicui de. Cic. ad Atticum, lib. 2. 29. 1, Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli?
Fastidium mouere alicui. Iuuen. Saty. 10. 21.
Fastidia mouere stomacho. Horat. 2. Serm. saty. 4. 16.
Febrem mouere. Celsus lib. 8. cap. 16, Interdum febrem vomitumque bilis mouet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mouere Ioui fertum.Cato cap.134.1.Vide FERTVM.
Mouere idem,Mutare.Liuius lib.5.belli Maced.Quintius orsus à principio societatis Aetolorum cũ Romanis, & quoties ab iis fides mota fuerit esset,paucis de iure ciuitatũ,de quibus ambigeretur,disseruit.
Mouere cerebrum.Turbare.Senec.epi.36.Res est inquieta fœlicitas,ipsa se exagitat:mouet cerebrum non vno genere.
Mouere se ad motum fortunæ,Mutare animum cum fortuna. Cæsar lib. 3.bell.Ciuil.
Controuersiã mouere.Scæuola in L.vlt.in princip.ff.De pignor.actione.
Fides mouere.Ouid.ad Pisonem,15.
Et fila sonantia mouit.Ouid.10.Metam.18.
Fletum mouere.Cic.1.de Oratore,116, Quod is C.Sulpitii Galli propinqui sui Q. pupillum filii ipse penè in humeros suos extulisset,qui patris clarissimi recordatione & memoria fletum populo moueret.
Hæredes mouere,pro Excludere.Cice.3.Offic.100, Quid ergo hic non nocet,qui quodam quasi veneno perficiat,vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipse succedat?
Indignationem mouere.Liu.4 ab Vrbe,118, Perlata hæc vox Posthumii ad milites,multo in castris maiorem indignationem mouit.
Inflammationes graues mouere.Celsus lib.8.cap.4,Ex quo euenit, vt humor ad membranam quidem descendat,exitum verò nõ habeat, ac ficeam irritet,& graues inflammationes moueat.
Ingenium alicuius mouere.Ouid.3.Amor.eleg.11.4.
Labra mouet metuens audiri.Horat.1.epist.17.12.
Lachrymas mouere.Quintil.lib.6.cap.1,Nequis,nisi summis ingenii viribus ad mouendas lachrymas aggredi audeat.Oui.11.Meta.135.
Linguam fero stridore mouere.Ouid.9.Metam.13.
Loco mouentur ossa.Celsus lib.8.cap.1,Omne os vbi iniuria accessit,aut vitiatur,aut finditur,aut frangitur,aut foratur,aut colliditur,aut loco mouetur.Et cap.11.Ac de fractis quidem ossibus hactenus dictum sit. Mouentur ea suis sedibus duobus modis.
Mentionem de re aliqua mouere.Liu.8.bel.Pun.80,Mouerant autem hunc rei Mentionem Placentinorum & Cremonensium legati.
Misericordiam mouere.Cic.1.de Oratore,154,Qui quum in epilogo misericordiam se mouisse putaret,postquam assedit,rogauit hunc, videre tũne misericordiam mouisse.
Multa mouens animo.Virg.3.Aeneid.7.
Omne nefas animo mouentes.Horat.3.Carm.ode 4.14.
Nuptias mouere.Perturbare,inquit Donatus.Terent.And.3.1.36, Hoc nisi fit,puerum vt tu videas,nihil mouentur nuptiæ.
Oculos mouet & delectat pulchritudo corporis.Cic.1.Offic.139.
Verbis odia aspera moui.Virg.1.Aeneid.20.
Mouetur opus.Ouid.4.Fast.165.
Manus opus mouco.Virg.7.Aeneid.9.
Ad citharam vocalia mouerat ora.Ouid.5.Metam.67.
Palmam mouet ordine nemo.Virg.5.Aeneid.70.
Quæque pedem moui.Ouid.5.Metam.127.
Pedem mouerat & protulerat à limine Iuuen.Saty.10.3.
Solennes voce mouere preces. Ouid.6. Fast.125.
Risum mouere,Excitare.Quintilianus lib.6.cap.2,Ipso vultu risum mouentes.Sic Cic.4.de Finib.90.Horat.1.epist.3.4.
Risum & iocum mouere alicui.Horat.1.epist.20.4.
Risum mouere salibus.Claud.8.Paneg.62.
Risum mouere per varios sales.Claud.1.in Eutrop.68.
Saxa mouere sono testudinis.Horat.de Arte,82.
Mouere alicuius sententiam.Cic ad Atticum,lib.7.13.10.
Signa mouere.Virgil.3.Georg.48,Signa mouet,præcepsque oblitum fertur in hostem.
Verba lyræ motura sonum.Horat.1.epist.1.18.
Spiritum mouere.Celsus lib.8.cap.9, Adeò vt ne spiritus quidem sæpius mouendus sit.
Sternutamentum mouere.Celsus lib.8.cap.9.
Stomachum mouere.Vomitum excitare. Plin.lib.13.cap.13.1, Apulum vomitus facit,stomachum & alium mouet.
Mouere stomachum alicui,pro Irritare.Cic.ad Atticum,lib.6.114.12,In quo tamen ille mihi risum magis,quàm stomachum mouere solet. Idẽ pro Murena,25, Itaque si mihi homini vehementer occupato stomachum moueritis,triduo,&c.
Studia alicuius mouere,Obturbare,vel interturbare.Cice.1.de Fin.4,Veritus ne mouere hominum studia viderer,retinere non possem.
Sudorem mouere.Celsus lib.1.cap.17.
Quæ voueo,superos motura putabo.Ouid.in Ibin,26.
Suspicionem mouere.Cic.Cælium,lib.2.15.7,Quod autẽ in maritimis facillimè fum, moueo nonnullis suspicionem velle me nauigare. Idem in Partit.62.
Rigidam tellurem mouere spirante Borea.Virg.2.Georg.64.
Omnes terras omnia maria mouere.Cic ad Atticum,lib.8.155.3.
Vnde mouet conitrus.Ouid.1.Metam.62.
Tragœdias mouere.Quintil.lib.6.cap.1.28,Nam in paruis litibus mouere tragœdias tale est,quale si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis.

Tussim mouere.Celsus lib.8.cap.9,Fumus,puluis, & quicquid vel nasum, vel sternutamentum mouet.
Tenui ventos mouisse flabello.Ouid.1.de Arte,33.
Vomitum mouet bilis.Celsus lib.8.cap.16.
Vrinam mouere.Celsus lib.3.cap.21,Optima est,quæ vrinam mouet.
¶ Mouco,istæc,aut curo. Terent.And.5.4.18, Ego istæc mouco, aut curo.Irrisio est.
Mouet me.Papinianus De Cond.furtiua,L.Parui refert, Nec me mouet præsens homo fuerit,nécne.Caius de damno infecto,L.Si ædibus,Sed mouet me quod ipse meas ædes reficere possim.
Multa me mouent in discessu.Cic.Attico,lib.16.333.4.
Moueri super re aliqua,Virg.10.Aeneid.9,Nil super imperio mouetur.
Peracutè moueri.Vide PERACVTVS.
Serua Briseis mouit Achillem.Horat.2.Carm.ode 4.1.
Nullę hîc insidiæ tales,absiste moueri.Virg.6.Aeneid.80.
Sponte moueri, & Agitari pulsu externo, contraria: Cice.2.de Natu. deorum,45.
Pluma,aut folio facilius moueri.Cic.ad Articũ,lib.8.167.3,Nec me Consules mouent,qui ipsi pluma aut folio facilius mouentur.
Nulla contentione mente ipsa ac voluntate mouentur membra hominis. Cic.5.de Nat.deor.153.
¶ Animis mouemur & sensibus.Cic.1.de Nat.deor.83.
Animo moueri de salute aliquorum.Cic.pro Deiotaro,6.
Donis moueri.Virgil.1.Aeneid.145.
Fletibus moueri.Virgil.4.Aeneid.88.
Nil moueor lachrymis.Propert.lib.3.eleg.24.5.
Mente ac sensibus moueri.Cic.4.Academi.180.
Moueri sermonibus.Asinius Pollio ad Ciceronem,lib.10.31.3, Ne moueare eius sermonibus.
Neque enim specie famáve mouetur.Virgil.4.Aeneid.34.
Vultum moueri.Virgil.6.Aeneid 94.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incœpto vultum sermone mouetur,
Quàm si dura silex,aut stet Marpesia cautes.
In omnem affectum mouere aliquem.Quintil.lib.6.cap.3.72, Vbertas est virtus quædam in breue dictum coacta, & apta ad delectandum mouendosque homines in omnem affectum.
In neutram partem moueri in re aliqua.Cic.4.Acad.235, Hinc summum bonum est,in his rebus in neutram partem moueri. Cæsar 2.bell.Ciuil.66, Hæc omnibus referebat sermonibus, neque se in vllam partem mouebat.
Organicè & mechanicè moueri, apud Vitruuium, Vide Organicè in ORGANVM.
¶ Mouentur res magnæ:Hoc est,commouentur,excitantur.Cice.3.de Q. fratrem, lib.2.7.7, Itaque magnæ mihi res moueri videbantur.Nam Pompeius intelligit,nobiscumque communicat,insidias vitæ suæ factas.
Mouere ac moliri aliquid.Liu.3.bel.Punici,182,Sed prius se aliquid moliri egit,quàm mouere ac moliri quicquam rex posset.
¶ Mouere,pro Moueri:vt Terra mouere dicitur.Gel.lib.4.cap.9,Vrbem motuisse nuntiari solet,eaque res procuratur ita in veteribus annorum scriptorum legimus, nunciatum esse Senatui,in sacratis,hastas Martias mouisse. Sueton.in Claud. Cæsare,cap.22,Obtrectatores suos,quitúque sedulò, vt quoties terra in vrbe mouisset, ferias adiudicare Prætor indiceret.
Mouendus puluis.(κινητέος κονιστέος,)Virgil.2.Georg.84, Solificandus tamen tellus,puluisque mouendus.
Mouens,Participium,(κινῶν,) Qui mouet.
Mouentes res,pro mobilibus.Liu. Quod ex ea tantum prædo,quæ rem mouentium sit,decima designetur.
Motus, Aliud participium.(κινηθέις,) Virgil.1.Aeneid.18, -sed motos præstat componere fluctus.
Motus eram dictis.Ouid.4.Trist.eleg.9.5.
Tumultu motus Aeneas.Virgil.6.Aeneid.64.
Moti terriculis Liu.4.bel.Maced.10,Nullis minis, nullis terriculis se motos,sperantes satis opis & auxilii sibi in Romanis esse.
Motæ sonuere colubræ.Ouid.4.Metam.99.
Motus,hui° motus,Verbale,(κίνησις,εἴσκινησις,κίνημα,κόμματος,κοσμήσεως) Ipse mouendi actus.Virgil.5.Aeneid.86, Ille pedum melior motu, fera mente furentis.
¶ Acutus motus.Stat.6.Thebaid.58, -motu Spartanus acuto.
Mille cauet lapsa circum caua tempora mortes.Vide AEVO.
Assidui motus.Ouid.epist.18.53,
Sæpe per assiduos languent mea brachia motus,
Concitatissimus corporis motus.Quintil.lib.2.cap.11.4.
Decens motus.Quintil.lib.1.cap.10.21.
Incondius motus,Vide INCONDITVS.
Ionici motus,Saltationes Ionum.Horat.3.Carm.ode 6.5, Motus doceri gaudet Ionicos

Matura virgo,& fingitur artubus.
Mota mens,quod vulgò dicimus sensum turbatum.Sene.epist.94, De illis iam loquor,quibus mens mota est,non erepta.
Scitus motus.Ouid.1.Amor.eleg.10.7.
Tyrannidis motus Lucre.lib.3.61.
¶ Nolles auder dare corpore motus.Ouid.5. Metam.126.
Incompositos motus dare.Virg.1.Georg.70.
Fuere motu captis.Quintil.lib.2.cap.12.6.
Habuere motum saxa.Sene.Here.Oeth.4.45.
Vano motu iactans brachia.Sene.Here.fur.112.7.
Feroci motu quatiens caput.Sene.Medea,112.
Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.Ouid.8.Met.76.
Effero motu recursu hinc & hinc.Sene.Medea,6.2.
Tremisere motu.Ouid.7.Metam.130.
Lassique versantes supremo lumina motu.Ouid.7.Meta.118.
¶ Reciproco motus agit spiritus.Sene.Here.fur.11.31.
¶ Motus celi & siderum.Cice.de Vniuers.26,Motum enim dedit cælo eum qui figuratus sit aptissime.
Orbis eius motus,Vide ORBIS.
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu.Ouid.15.Metam.36.
Incerto discurrant sidera motu. Lucret.lib.1.128.
Dies motus.Lucret.lib.1.168.
Retro contrarioque motu orbes atque cælum versantur. Cice. in Som. Scip.14.
¶ Celeri motu simulachra ferunt.Lucret.lib.4.36.
Ciere & agitare motu suo quod est calidum & igneum.Cice.2. de Nat. deorum,14.
Omnia quam rerum primordia sint in motu.Lucret. lib.2.61.
Auctifici motus Lucret.lib.1.15.
Nec sine rerum genitales auctificique
Diuino motu concitus.Ouid.6.Metam.32.
Motus perpetui possunt esse creata.
Exitiales motus.Lucret.lib.1.115.
Sollicitis motus.Lucret.lib.1.70.
Vitales motus.Lucret.lib.1.190.
Dissoluuntur enim positura principiorum,
Et penitus motus vitales impediuntur
Varios motus.Lucret.lib.5.143.
¶ Interiore motu cieur id quod animal est.Cic.in Somnio Scipionis, 32.
Motibus mutationibusque suis cieri omnia natura. Cicero 3.de Natu. deorum,37.
Confociare motus.Lucret.lib.2.23.
Declinare motus.Lucret.lib.2.52.
Siquid proprio dat corpore motus.Lucret.lib.2.63.
Dominam motos lethi in corpore.Lucret.lib.2.192.
Edere motus.Lucret.lib.3.111.
Nec sine corpore enim vitale cedere motus
Sola potest animi per se natura.
¶ Motus animi,Perturbatio.Cic.de Amicitia,19, Quibus rebus ad illum finem motum animi & amoris adhibitis,admirabilis quędam exardescebat benuolentiæ magnitudo. Idem 1.Offic.189, Vt perturbationes animi,id est motus animi nimios rationi non obtemperantes. Horatius 1.epist.2.
Agitatione & motu vacuus esse nunquam potest animus. Cice.1.de Diuinat 112.
Sensus,motus & appetitus animi.Cic.1.de Diuinat 112.
Celeres quidam motus animi & ingenii esse debent.Cic.1.de Orat.56.
Temporaneis motus animi.Quintil.lib.5.cap.10.21.
Lætitiæ motus in se accipere.Lucer.lib.3.24.
Afferre motus in animis.Vide AFFERO.
Dulcem motum afferunt fenibus res quædam.Cic.2.de Fin.16.
Adhibere motus animi.Vide ADHIBEO.
Cogitationis motus celeriter agitatus.Cic.in Orat.74.
Conficere motum animi fastidiosis lachrymis.Quintil.lib.6.cap.1.18.
Dat motum actum quendam & factum.Quintil.lib.2.cap.13.6,Flexus illi & (vt sic dixerim) motus dat actum quendam & factum.
Languescunt motus mentis.Lucret.lib.3.211.
Vario mutescunt pectora motu.Virg.11.Aeneid.44.
Potendus motus à comedis.Quintil lib 1.cap.11.2.
In omnes voluptatum effe.Cic.2.de Finib.17.
Mollis tangunt pectora motus.Ouid.1.de Remed.amor.16.
Pectora tangit amis rapido flammatus motu.Ouid.5.Metam.127.
Animi motus alio traducere.Lucret.lib.4.216.
¶ Motus,Commotio.Cic.pro Flacco,118,Nego esse ista testimonia, quæ ipse pro suis rebus appellas:Ea & fremitum egentum,& motum quẽdam temerarium Græculæ concionis. Ibidem.37.Videtis quo in motu & tempore, quàm in conuersione rerum ac perturbatione versemur.

Motus & conatus.Cic.1.in Catil.45, Aut opprimet hominem aut omnes eius motus conatusque prohibebit.
Populi motus factus est Cic.2 de Orat.109.
Anceps motus vulgi.Claud.1.in Ruffin.14.
Rebellis motus.Claud.4.Paneg.43.
Magnificentissimus ille totius Italiæ motus municipiorumque cõcursus. Cic.pro Domo sua,110.
Truces motus. Lucan.lib.8.159, Adde truces Lepidi motus, Alpinaque bella.
¶ Afferre motum Reipu.Cice.2.in Catil.27. Nullum Reip. motum afferre poterat.
Discordesque ferit motus.Stat.10.Thebaid.115.
In motu esse,pro Perturbari vel excitatum esse.Cic.ad Q.fratrem, lib.3. 18.5,Magna res in motu est,propterea quòd aut hominum,aut legum interitus ostenditur.
Excipere futuros motus.Virg.4.Aeneid.59.
At regina dolos(quis fallere possit amantem!)
Præsensit:motusque excepit prima futuros.
¶ Ingens motus aquarum.Virg.4.Georg.73.
Cæci motus orientis Austri.Horat.3.Carm.ode 27.4.
Hostium vxores puerique cæcos
Sentiant motus orientis Austri,&
Aequoris nigri fremitum,& trementis
Verbere ripas.
Magni motus.Lucret.lib.1.60.
Insolitis tremuerunt motibus Alpes.Virg.1.Aeneid.95.
¶ Motus,pro Causa Plin.epist.4.li.3,Audisti consilii mei motus.
Motio,motiõnis,Verbale.(κίνησις,)Cic.2.de Nat.deorum,118,In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius.
Motio animi. Cl.1.Acad.46,Scientiam autem nusquam esse censebant nisi in animi motionibus atque rationibus.
Motio manet. Cels.lib.3.cap.6, Nam si post alteram febrem motio manet,post alteram integrum corpus est, integro corpore, cibo tempus aptius est.
Motio ab ordine.Vlpia.in L.3.Parag.Pœna autem.ff.Stellionatus,In his autem,qui sunt in aliquo honore positi:ad tempus relegatio, vel ab ordine motio remittenda est.
Motiũcula,pen.corr.Diminutiuum.Sene.de Tranqui.vitæ.Quis ex diuturno grauique morbo expliciti,motiunculis,leuibusque offensis perstringuntur. Idem epist.54,Leuis motiuncula decipit.
Motor,Aliud verbale.(κινητής,)Mart.lib.11,in Charidemum.
Cunarum fueras motor Charidemo mearum,
Et pueri custos,assiduusque comes,
Moto,motas,(κίνωμι,)motare,Frequent.Virg.5.eclog.1,Siue sub incertas Zephyris motantibus vmbras.Siue antro potius.Plaut.Amphit.4. 120,Neque se luna quoquam motat,statque vti exorta est semel.
Quercus motant cacumina.Virg.6.eclog.6.
Latus motare.Ouid.13.Metam.199.
Motuantur,(κινεῦνται,)pro motantur,dixit Plautus in Trucul.4.84, Nàe vt in æstu motuantur iræ.
Mobilis,& hoc mobile,pe.cor.(κινητὸς,εὐκίνητος,)Quì facilè mouetur. Plin.li.11.cap.37.16,Supercilia homini & pariter & alternè mobilia.
Mobilis pedes.Plau.Mil.10.36,Clarè oculis video, pernix sum manibus sum pedes mobilis.
Volat ambiguis mobilis alis.Sene.Hippol.11.4.
Mobilia & fluitantia.Horat.2.Serm.saty.3.54.
Aequor mobile.Ouid.epist.2.16.
Aetas mobilis iuuenum.Virg.3.Georg.33.
Mobili animo esse:hoc est Leui & inconstanti. Q.Metellus ad Ciceronẽ, lib.5.1.4,Etiam mobili in me meosque esse animo non sperabam.
Mobilissimo ardore tenetur mundus.Cic.2.de Nat.deorum,45.
Aura mobilis.Ouid.3.de Arte,139.
Curius mobilis.Sene.Hippol.4.18.
Folia mobilia.Horat.1.Carm.ode 23.1.
Mobilis ad omnem auram spei gens,atque infida.Liu.9.bel Pun.20,Mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida.
Mobilis homo,cui opponitur Constans.Cic.pro Rosc.Comœdo,28,Mobilemimò constantissimum.
Hora mobilis.Sene.Hippol.11.4. Horat.2.epist.2.35.
Humor mobilis cæli.Virg.1.Georg.84.
Mobilia ingenia.Liu.2.ab Vrbe,157.
Ira mobilis turbati vulgi.Silius lib.8.57.
Mobile lignum alienis viribus.Horat.2.Serm.saty.7.17, Duceris vt neruis alienis mobile lignum. Id est, quod mouetur alienis viribus, alioqui immobile.
Egregie mobilis natura animi.Lucret.lib.3 42.
Lubrici & mobiles oculi.Cic.2.de Nat.deor.213.
Res mobiles.Hermogenes de Verb.& rerum signif.Pecuniæ nomine nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

solùm numerata pecunia, sed omnes res tam soli, quàm mobiles. & ea corpora, quàm rura continentur.
Venti mobilis. Ouid. epist. 5. 22.
Vulgus mobile. Claud. 7. Paneg. 61. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 3.
Cadues semper & mobilia non virtutis atque ingenii, sed fortunæ, & temporum munera. Cic. pro Domo sua. 113.
Mobiliter, pen. corr. A duerbium. (κινητῶς,) Cic. 2. de Nat. deor. 35. Animaduertúmque sepe est, quum cor animantis alicuius euolsum, ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem. Idem 2. de Diuin. 193, An natura fieri, vt mobiliter animus agitatus, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur.
Mobiliter & celeriter. Cæsar 3. bel Gall. 390, Itaque quum intelligeret omnes ferè Gallos nouis rebus studere, & ad bellum mobiliter, celeriterque agitari.
Mobilitas, pen. cor. Diminutiuum. (τὸ κινητόν, δίκινησίας,) Plin. lib. 6. ca. 30. 1, Animalium, hominúmque effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minimè mirum, artifici ad formanda corpora effigiesque celandas mobilitate ignea. Idem lib. 10. cap. 21. 3, Radice decocta furfures capitis & dentium mobilitates.
Pedum mobilitas. Ouid. ad Pisonem, 37.
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Plectis, & obliquis fugientem cursibus vrges.
Crebra mobilitas. Ouid. epist. 11. 10.
Præcellere mobilitate. Lucret. lib. 2. 33.
Fama viget mobilitate. Virg. 4. Aeneid. 35.
Celerrima mobilitate sunt sidera. Cic. 2. de Nat. deor. 59.
Linguæ mobilitas, verborum celeritas Cic. 1. de Nat. deor. 62.
¶ Mobilitas, pro Inconstantia & leuitate. Salust. Ac nisi Marius propera uisset, oppidani fidem mutauissent: tanta mobilitate sese Numidæ gerunt. Cic. 7. Philip. 225, Quid est inconstantia, mobilitate, leuitate cũ singulis hominibus, tum verò vniuersa Senatui turpius?
Mobilito mobilitas, pen. corr. (κινητόω,) mobilitare. Lucretius lib. 3. 50,
Inde calor motus, & ventri cæca potestas
Accipit, inde aer, inde omnia mobilitantur.

Mox, (αὐτίκα,) A duerbium significat Statim. Terent. Eunuch. 2. 1. 13, Nam aut iam reuertere: aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Idem And. 3. 2. 5.
–& quantum imperaui
Date: mox ego huc reuertar.
Discedo parumper à somnis, atque mox reuertar. Cic. 1. de Diuinat. 86.
Mox deinde recurrit. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 15.
¶ Mox, Paulo post, vel Postea. Cic. 1. de Oratore, 72, Verùm illa mox: nunc de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus.
Quum segetes occat, tibi mox frumenta daturus, Horat. 1. epist. 2. 33.
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas. Virg. 3. Georg. 10.
¶ Mox, pro Deinde. Sueto. in Octauio Aug. cap. 47, Nec mox occasio aut causa traiiciendi fuit. Plinius lib. 12. cap. 12. 5, In nostro orbe proximè laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. De narrando loquitur.
Quàm mox. Plaut. Bacchid. 17. 6,
Bone serue salue, quid fit quàm mox nauigo
In Ephesum, vt aurum repetam ab Theotimo domum? Terent. Phorm. 1. 3. 9, Dum expecto quàm mox veniat, qui adiuat hanc mihi consultudinem. Liu. 5. ab Vrbe, 198, Concione dimissa corpora curant, intenti quàm mox signum daretur.

M V

Mucor, mucóris, pen. prod. m. g. (βλεῶν.) Lanugo quæ diutino situ contrahitur, quemadmodum in pane, carne, aliisque huiusmodi fieri videmus. Columel. lib. 12. cap. 4. 3, Ne situ penora mucorem contrahant.
Mucor in vino. Vlpian. in L. Siquis vina Parag. 1. ff. De periculo & commodo rei vend.
Mucidus, penul. corr. A diect. (βλεῶν, βλεωδής,) Quod mucorem contraxit. Iuuen. Saty. 14. 13,
–neque enim omnia sustinet vnquam,
Mucida cærulei panis consumere frusta. Colum. de Arboribus, cap. 6. 4, At quæ mali generis & infructuosa vinea est, summasque partes & mucidas & exesas habet, &c.
Frusta mucida farinæ solidè. Iuue. Saty. 5. 7.
Mucidæ fœtæ. Var. 1. de re Rust. cap. 10. 7, Quæ ostéderet fœtas nostras quæ in conopeis iacent dies aliquot, luri das, mucidas, & cõtemnẽdas.
Mucidum vinum. Mart. lib. 8. 7,
Argenti furiosa sui quum stemmata narrat
Garrulus, & verbis mucida vina facit.
Muceo, muces, mucui, (βλεγιόω,) mucêre, Mucidum esse. Cato de Re rust. Vini singulę vinæ dabuntur, quod neque aceat, neque mucet.
Mucesco, mucescis, (βλεγιόω,) mucescere, Idẽ Plin. lib. 14. cap. 20. 8. Prorium autem est inter reliquos liquores vino mucescere, aut in acetũ verti. Idem lib. 18, Iterumque exporrigi in sole super lintea, quod nisi

festinato peragatur, lurido colore mucescere.

Mucro, mucrônis, (ἀκμὴ, κεντὴς, τὸ ὀξύ,) Cuspis & acumen ensis ac telorum. Apul. Circulatorem alpexi, equestrem, spatha præcautam infesto mucrone denotasse. Mart. lib. 4. 18, Tabur in cãdo vulnere mucro tenet. Colum. lib. 4. ca. 25. 2, de falce, Eiusque vlsus apex pronus imminens, mucro vocatur.
Mucro, impropriè aliquando ponitur pro ense.
Fastigia tenuia mucronum. Lucret. lib. 1. 154.
Aptato mucrone incubuit ferro. Ouid. 4. Metam. 33.
Coruscus mucro. Stat. 9. Thebaid. 109.
Cruentus mucro, Vide CRVOR.
Cultratus mucro, Vide CVLTER.
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro. Virg. 11. Aene. 164.
Flexi mucrones. Lucret. lib. 2. 86,
Sunt etiam quæ nonnoc læuis iure putantur
Esse, neque omnino flexis mucronibus vnca.
Hebeti mucrone retusum aurum. Lucret. lib. 5. 256.
Longo mucrone ensis. Sene. Hippol. 4. 39.
¶ Coruscare mucronem, Vide CORVSCO.
Stricto mucrone constitit. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 16.
Ferire aliquem mucrone. Virg. 12. Aeneid. 102.
Figere mucrones in aliquo. Cic. 14. Philipp. 389.
Migrare in mucronem, Vide MIGRO.
Reiicere mucrones aliquorum à iugulis nostris. Ci. 3. in Catil. 49.
Resoluere iugulum mucrone. Ouid. 1. Metam. 46.
Retundere mucionem alicuius. Cic. pro Cluentio, 97.
Coruisco mucrone stricta ferri acies. Virg. 2. Aeneid. 67.
Subire mucronem. Virg. 10. Aeneid. 160.
Transiit & parmam mucro. Virg. 10. Aeneid. 164.
¶ Mucro, etiam pro quarumuis rerum summo acumine. Vnde apud Plinium, Herbarum mucrones dicuntur, & Herbæ in mucrones desinentes, hoc est mucronata folia habentes.
Strictisque seges mucronibus horret Ferrea. Virg. 12. Aen. 133.
Mucro dentium. Plin. lib. 8. cap. 3. 3, Alterius mucroni parcunt, vt ad prælis hebes: alterius operario vsu fodiunt radices, impetuosi omnes. De elephantis.
Mucro vnguium Plin. lib. 8. cap. 15. 3, Mirum pardos, panthetas, leones & similia, condito in cor poris vaginas vnguium mucrone, ne retundantur, heberetúrque, ingredi.
Mucro faucium alicuius loci. Plin. lib. 6. cap. 13. 6, Ab introitu deinde ad mucronem ipsum faucium tenent, Vdini, Scytharum populus.
¶ Mucro defensionis, per translationem. Cic. pro Cecina, 6, Pecunia hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tuæ.
Mucronem Tribunitium exacuere. Cice. 3. de Legib. 31, Quis reprehendit? tam audax, tam inimicus nobis fuisset, vt cogitaret voqam de tribunatu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem Tribunitium acuisset in nos?
Mucronâtus, pen. prod. A diectiuum, (ὀξύκωκος,) Quod mucronem habet, aut mucronis similitudinem. Plin. lib. 32. cap. 2. 1, Pinna, Pinnoteres author est, xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse.
Mucronata folia. Plin. lib. 15. cap. 13. 16, Foliis angustis, mucronatis, falcatis. Idẽ lib. 16. cap. 24. 3, Circinata piro, mucronata malo. De folio.

Mucus, muci. (κόρυζα, μύξα,) Narium humiditas, & cruditas pituitosa. Catullus ad Furium, epig. 20. 4,
A te sudor abest, abest saliua,
Mucusque, & mala pituita nasi,
Mucôsus, pen. prod. A diect. (κορυζώδης, μυξώδης,) Mucosus. Colum. lib. 6. cap. 7. 1, Sequitur torminum vitium, quorum signum est crassum & mucosa ventris proluuies. Hoc est plurimum mucilaginis.

Mugil, mugilis, pen. cor. vel Mũgilis, huius mugilis, m. g. (κέφαλος,) Genus piscis capitosi, vnde etiam Græcis cephalus appellatus. Plin. lib. 9. cap. 17. 1, Mugilum natura ridetur, in mare cõcondito, totos se occultari credentium. Idem lib. 32. cap. 2. 2, Mugil esse in esca hamum, insidiasque non ignorat: auiditas tamen in ea est, vt cauda verberando excutiat cibos Græci à capite vocant. Ouid. 1. de Remed. amor. 40, Cantiqui omnium piscium squammis intectorum velos. Plin. lib. 9. cap. 15. 10. Varro de Re rust. ca. 3. 6. Catul. ad Auriclam, epig. 1. 4,
Ah tum te miserum malique fati,
Quem attractis pedibus patente porta
Percurrent raphanique mugilesque,
Mugilis. Iuuen. Satyr. 10. 32.
–necat hic ferro, secat ille cruentis
Verberibus, quosdam mœchos & mugilis intrat. Ad eutim Iuuenalis planationem faciunt verba Cælii lib. 27. cap. 4, sic dicentis, Cephalus est piscis, quem Latini mugilem vocant, ita nuncupatus, quia è Rhodo publica Atheniensium pœna intret adulteros. Est enim mullus genus cestron, quod nostri viriculum vocant. Hasterus ille. Mugilis
Mugilus. Horat. 2. Serm. saty. 4. 6, –si dura morabitur alnus,

Mugilus, & viles pellent obstantia conchę. Sed hìc alii legunt Mitilus.

Mugmor, pen. prod. mugmâris, mugmâri, (γογγύζω,) Murmuratico. lib. 16. 336. 10, De Ocella, dum tu mugmaris, nec mihi quicquam rescribis: tpi consilium domesticum. Festus, Muginari, est nugari, & quasi tarde conari.

Mugio, mugis, mugiui, mugitum, pen. prod. (μυκάομαι, βρύγω, βρέμω,) mugire, Factitiũ verbum à voce boum. Liu. 1. ab Vrbe, 27. Inde cum actæ boues quædam ad desyderium (vt fit) relictarum mugissent, &c. Author ad Herennium, lib. 4. 195, Imitationis hoc modo, Vt maiores tedere, vagire, & mugire, & murmurare, & sibilare appellauerunt. Stat. 11. Thebaid. 43,
–dignatus virgine nostra
Terga premi, & placidas falsum mugire per vndas. De Ioue in taurum mutato, quum veheret Europam.
Mugini. Proper. lib. 1. eleg. 19. 4, Io versa caput primos mugiuerat annos.
Solum mugit sub pedibus. Virg. 6. Aeneid. 52.
Terram mugire videbis. Virg. 4. Aeneid. 98.
Males mugit Africis procellis. Horat. 3. Carm. ode 29. 12.
Mugiens. Partic. pnum. (βρύγων,) vt
Greges mugientium. Horat. Epod. 2. 3.
Fremitu mugiens loca cuncta retonãt. Catul. de Berecythia, epig. 58. 17.
Litera mugiens. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Mugitus, huius mugitus, pen. prod. (μύκημα, μυκαιμός,) Vox boum. Virgil. 1. Georg. 94. Mugitusque boũ. Dicitur & de aliis animalibus, vt de monocerote, apud Plin. lib. 8. cap. 21. 5, Mugitu graui. Et lib. 9. ca. 13. 1. Boum mugitus. Virg. 1. Georg. 94.
Armentorum mugitus. Ouid. 5. Metam. 35.
Lætificus mugitus. Ouid. 1. Metam. 147.
¶ Terrificus mugitus ciet taurus. Virg. 12. Aeneid. 21.
Dare mugitus. Ouid. 15. Metam. 102.
Edidit mugitus ore. Ouid. 1. Metam. 138.
Raucos mugitus edere. Ouid. 14. Metam. 81.
Victima diros mugitus edidit. Ouid. 7. Metam. 122.
Eruptit tristi fluuio mugitus. Silius lib. 6. 57.
Feroci mugitu nemora exterret taurus. Silius lib. 16. 2.
Auras impulit mugitibus. Ouid. 3. Metam. 5. de inuenca quadam.
Pyrrhides implerunt falsis mugitibus agros. Virg. 6. eclog. 10.
Fumificisque locum mugitibus impleuere. Ouid. 7. Metam. 23. de tauris qui vellus aureum custodiebant, quorum terribilis spiritus ignis erat, vt alibi meminit idem Ouidius.
Vasto mugitu taurus replet delubra. Sene. Here. Oeth. 7. 12.
Crebris mugitibus sonant amnes. Virg. 3. Georg. 111.
Mugitus memorum. Plin. lib. 18. cap. 35. 17, Equidem & montium sonitus, memorumque mugitus prædicunt.
Fremitus & mugitus terræ. Cic. 1. de Diuin. 65, Quum terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus, multa nostræ Reipublicæ, multa cæteris ciuitatibus grauia & vera prædixerint.
Mugitus & sibilus & murmur, nomina sunt fictitia. Quintil. lib. 8. cap. 6. de onomatopœia.

Mula, Vide MVLVS.

Mulceo, mulces, mulsi, mulsum, & mulctum, secũdum Priscianum, 12, dulcem facere, vngere, delectare, polire. Virg. 1. Aeneid. 14, Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento. Festus, Mulcere, mollire est, suauiare. Cic. 16. 3, Quid me ebrium terres, mulces laudibus? Plin. lib. 8. cap. 16. 2, Varia circa hæc opinio ex ingenio cuiusque vel casu, mulcet illecebris feras. Idem lib. 9. cap. 8. 4, Delphinus non homini tantum amicum animal, verùm & musicæ arti, mulcetur symphoniæ cantu & præsertim hydrauli sono. Idem lib. 8. cap. 52. 3, Mulcentur fistula pastoralibus cantu. De cervis.
Aethera mulcebant centa. Virg. 7. Aeneid. 7.
Cerua mulcetur dextra. Cic. in Arato, 6.
Feras mulcere. Ouid. 14. Metam. 68.
Velaptat animum mulcet. Ouid. 1. de Remed. amor. 40.
Flamma mulcere. Cic. in Arato, 14.
Nam quorum stirpes tellus amplexa prehendit,
Hæc angens animæ vitali flamina mulcet.
Auræ mulcent florem. Catull. in Carm. Nuptiali, 57. 9.
Flatus mulcere. Virgil. 1. Aeneid. 14.
Carmina mea mulcebunt mentes vestras. Ouid. 10. Metam. 61.
Pastor mundiseo carmine mulcet oues. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 3.
Dictis mentem pectoris mulcet. Virg. 1. Aeneid. 41.
Pocula mulcere lacte Lycæ. Sibus lib. 7. 54.
Procellas mulcere. Cice. in Arato, 23, Vetes nulla feras possit mulcere procellas.
Carmine mulcere puellas. Horat. 3. Carm. ode 11. 5.
Vulnera mulcet ope. Ouid. 5. Fast. 81.

Mulcens, Participium (κολῶν,) vt Animam solamine mulcens. Valer. 4. Argonaut. 88.
Somnus mulcens pectora. Ouid. epist. 17. 6.
Mulcendus. (κολακευτέος, θελκτέος,) Aliud participium: vt
Auribus mulcendis apta reficere. Ouid. 2. Trist. 72.
Ad aures mulcendas natos canor. Ouid. 5. Metam. 113.
Colla mulcẽda præbere manibus. Ouid. 10. Metam. 24. de ceruo quodã
Mulcẽdo, pen. prod. mulcẽdinis. (κόλαστις,) Gel. lib. 19. cap. 9, Q uę nullas voluptates, nullamque mulcedinem Veneris, neque Musæ haberet.
MVLCIBER, pen. cor. Mulciberis, & per syncopem mulcibris. est enim tertii ordinis: sed aliquando etiam secundi: (ἡφαιστος,) à mulcendo dictus est Vulcanus, id est molliendo ferro, vt volunt Festus & Donatus. Mulcere enim, Mollire, siue lenire est, quòd ignis omnia mulceat, id est molliat, vincat, ac domet. Cice. lib. 2. Tusc. 41, Iouisque numen Mulcibri adscuit manus. Ex quodam poeta. Ouidius 2. de Arte, 113,
Mulciberis capti Martisque Venusque dolis. Iambicus est trimeter. Donatus, Mulciber à mutilando dici putat, quòd ob clauditatem sit mutilatus ac debilis. Martianus Capella lib. 6. cap. 1, Dispendiaque lini perflagrata cassum deuorante Mulcibero.
Mulciber, pro Igne. Ouid. 14. Metam. 107,
Iamque picem, & ceras, alimentaque cætera flammæ
Mulciber vrebat, perque altum ad carbasa malum Ibat.

Mulcta, Vide MVLTA.

Mulctra, Mulctrale, Vide MVLGRO.

Mulgeo, mulges, mulsi vel mulxi, mulsum, vel mulctum. (ἀμέλγω, βοῤῥάλλω,) Priscianus, Mulgeo quoque mulsi facit; quanuis differentiæ causa quidam mulxi protulerunt: quia mulceo quoque mulsi facit.
Mulgere. Lac à mammis exprimere. Virg. 3. Georg. 80,
Quod surgente die mulsere horisque diurnis,
Nocte premunt. Varro 2. de Re rust. cap. 11. 2, A mulgendo, atque ortu optimum est id, quod neque emunctum longè abest à mulso, neque à parte continuò est sumptum. De lacte.
Oues mulgere. Virg. 3. eclog. 1.
Mulgere hircos, De re palàm absurda, prouerbialiter dicitur. Virgil. 3. eclog 18, Q ui Bauium non odit, amet tua carmina Meui, Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.
Mulsi, in prætorito. Lucret. lib. 4. 144,
Et commiscendo quum semen forte virile
Fœmineum mulsit subita vi, corripuitque.
Mulctra, mulctræ, (ἀμολγίς,) Ipsum lac mulctum, seu emunctio, & extractio lactis. Virg. lib. 3. Georg. 62,
–hinc largi copia lactis,
Quàm magis exhausto spumauerit vbere mulctra,
Læta magis pressis manabunt vbera mammis. Idem 3. eclog. 6, Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus. Colum. li. 8. cap. 17, Et nuces digitis infractæ sunt dandæ, nec minus elixum molle sorbum, quique sunt cibi sorbilibus proximi, vt mulctra, recens caseus, si loci conditio, vel lactis annona permittit. Docet quibus cibis alendi sint pisces.
Mulctra, Vas in quo mulgentur, vaccę, vel capræ. Colum. lib. 7. cap. 8. 2, Sed mulctra quum est repleta lacte, nõ sine tepore aliquo debet esse. Ibidem, 5, Nonnulli antè quàm pecus numellis inducãt, virides pineas nuces in mulctram demittunt, & mox super eas emulgent.
Mulctrâle, mulctrâlis, pen. prod. n. g. (πτίλλη,) Idem quod mulctra pro vase. Virg. 3. Georg. 36.
–implebunt mulctralia vaccæ.
Mulctrum, mulctri, n. g. (ἀμολγεύς,) Idem. Horat. Epod. 16. 10, Illic iniuſæ veniunt ad mulctra capellæ.
Mulctus, huius mulctus, m. g. (ἄμελξις,) Verbale. Colu. lib. 2. cap. 11. 1, Sed horum sunt discrimina quædam, & à pastionibus, & à pecudum natura & à mulctu. De lactis loquitur discriminibus.

Mulgo, mulgas, mulgare, Palàm facere. Plaut. Cistel. Pro puella seruanda nequam qui dominum mulgat atque villicũ. Ab hoc Promulgo compositum.

Mulier, mulieris, pe. corr. (γυνὴ, ἄνθρ,) Notum vocabulum, proprìè vero dicitur quæ virgo non est. Vlpianus in L. Aliquin. ff. De Contrah. emptione, Quòd si ego me virginem emere putarem, cũ esset mulier, emptio valebit: in sexo enim non est erratum. Cicero ob iurgantibus quòd sexagenarius Popilium virginem duxisset. Cras mulier erit, inquit. Huius meminit & Quintilianus lib. 6. cap. 4.
Penuria mulierum, Vide PENVRIA.
Animal menstruale mulier, Vide MENSIS.
Amara mulier, Vide AMARVS.
Copiosa, Vide COPIA.
Dolosa mulier. Horat. 2. Serm. saty. 5. 15.
Formosa mulier. Horat. de Arte, 1.
Non humilis mulier. Horat. 1. Carm. ode 37. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Immoderata mulier, Vide IMMODERATVS.
Copiosa planè & locuples mulier, Vide Locuples in LOCVS.
¶ Abori mulière, Vide ABVTOR.
Impudicas mulieres complexi, Vide IMPVDICVS.
Mediam mulierem complectitur, Vide MEDIVS.
Conuenit mulier viro in manum, Vide CONVENIO.
Gaudens vnico marito mulier. Horat. 3. Carm. ode 14. 1.
Perire mulierem, Vide PERREO.
Sentiant omnes mulieres in natura fœminarum deum castitatem pati. Cic. 1. de Legib. 49.
¶ Mulier, etiam dicitur ea quæ virum non cognouit, inquit Vlpianus in L. Quæritur. ff. de Aedilitio edicto, Mulierem ita arctam vt mulier fieri non possit, sanam non videri constat.
Mulierem eunuchum vocat Terentius, à membrorum mollitie, in Eunucho, 2. 5. 64.
Mulier à mollitie dicitur, vt ait Varro, immutata & detracta litera, quasi mollier.
Mulier ancilla. Salust. in Iugurtha. Q uũ interim Hiempsal reperitur, occultans se in tugurio mulieris ancillæ, quò initio timidus & ignarus loci profugerat. Cur mulieris dixit, quum satis esse videretur ancilla? Nãsi ancilla, & mulier est non autem cõtrà. Mulieris igitur addidit: quia videretur alioqui ancillam eius significare. Hic enim sensus esset, Occultans se in tugurii ancillæ, sub, suæ.
Mulier pro vxore. Modestinus in L. penult. ff. De supell. lega. Nunquàm ex eo quòd supellectilem legauit maritus testamento, habitationem in qua supellex fuit, legasse videtur, quare contra defuncti voluntatem habitationem sibi mulierem vendicare procul dubio est.
¶ Mulier, pro Ea vel illa dicitur, sicut Homo, pro Eo vel illo. Horat. 2. Serm. saty. 7. 13, –illa tamen se,
Non habitu, mutatve loco, peccat've superne:
Quum te formidet mulier. Id est, quum ea te formidet.
Muliercula, pen. corr. Diminut. (γυναικάριον, γυναῖον,) Cic. 5. Tusc. 145, Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis muliercula. Idem 2. Offic. 83, Bene etiam colligit hæc pueris, & mulierculis, & seruis, &c. Sic 1. Tusc. 16. Muliercula, pro Muliere imbecilli & inopi, in præcedentibus exemplis positur. Idé Cicero de Amic. 41, Et eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm viri: & inopes, quàm opulenti: & calamitosi, quàm ii qui putantur beati. Vulgò pauperculam mulierem sic vocamus, quasi destitutam auxilio, & fragilem. Idem 6. Ver. 42, Quæ fortuna vobis parua esse videantur? sed magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim, quum eripiuntur è manibus ea, quibus ad res diuinas vti consueuerunt. Id est, matronis pauperibus. Budæus.
Muliercula impura. Cic. 4. Verr. 130, Magis vir inter mulieres nequam; quàm impura inter viros muliercula, proferri non potest.
Deteriore forma muliercula. Lucret lib. 4. 157.
Muliebris, & hoc muliebre, penul. corr. (γυναικεῖος,) Q uod ad mulieres pertinet. vt Muliebre vestimentum. Plaut. Menæch. 4. 53. Muliebris malitia. Plaut. Epid. 11. 18.
Muliebris animus, Timidus & inconstans. Plaut. Rud. 17. 18,
–sed muliebri animo sum tamen:
Vt miserè in mentem mihi mortis metus membra occupat. Cic. 1. Offic. 88, ex Ennio, Vos etenim iuuenes, animum geritis muliebrem.
Muliebris audacia. Liu. 1. ab Vrbe. 201, Spetuere sororem, quòd virum nacta muliebris cesset audacia.
Muliebre bellum gerere. Cice. pro Cælio, 53, Alucúne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit?
Muliebris & delicatus ancillarũ puerorũque comitatus. Cic. pro Mil. 21.
Muliebris fides, pro Leui. Plaut. Mil. 8. 44,
–do tibi fidem, si omittis, illuc me intrò ituram
Q uò iubes. S C. ecce ergo mitto. P H. at ego abeo missa. S C. muliebri
Fecisti fide. P A. Scelerè manibus amisisti prædam.
Formæ muliebris pulchritudo excellens. Cic. 2. de Inuent. 122.
Fraus muliebris. Tacit. lib. 2.
Origo muliebris. Lucret. lib. 4. 148, Siue virũm soboles, siue est muliebris origo. Id est siue masculus est, siue fœmella.
Seclum muliebre. Lucret. lib. 4. 147, Et muliebre oritur patrio de semine seclum. Hoc est multitudo & continua series, siue sequela successiua.
Sententia muliebris. Cic. 2. Tusc. 13, Dehinc ad hanc eneruatam, muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit.
Seruitus muliebris. Liu. 4. Decad. 4.
Stola muliebris. Cic. 2. Philipp 61.
Tutela muliebris. Liu. 1. ab Vrb. 9, Tãtisper tutela muliebri (tãta idoles in Lauinia erat) res Latina & regnũ auitum, paternumque puero stetit.
Vetustas muliebris Cic. 1. Offic. 181.
Muliebria, muliebrium, tantum plurali ter menstrua. (γυναικεῖα,)
Muliebria, pro Libidine. Quintil Nobilis adolescens à Centurione muliebria passus. Sic Salust. in Catilin. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere. Vlpianus in L. 1. Parag. Remouet. ff. de Postulãdo, Remouet autem à postulãdo pro aliis & eum, qui corpore suo muliebria passus est.

Muliebritas, pen. corr. f. g. (γυναικιότης,) Mollities.
Muliebriter, pen. cor. Aduerb. (γυναικείως,) Efficeminatè, seu more muliérum. Iustinus, Quæ non muliebriter hostium aduentu territa. Cic. 5. Tusc. 84, Si turpissimè se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem, si se lamentis muliebriter, lachrymisque dederit. Liu. 8 bel. Mace. 11. Quum illa muliebriter indignabunda, nihil de, &c.
Nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebriterve faciamus in dolore, maximè prouidendum est. Cic. 1. Tusc. 94.
Mulierósus, mulierósi, pen prod. (γυναικοφίλαρ.) Qui nimium appetit mulieres. Cic. de Fato, 15, Hunc scribunt ipsius familiares & ebrietatis & mulierosum fuisse.
Mulierósus, Adiect. (γυναικικός,) Quod est mulieris. Plau. Pœnul. 19. 36, Sane genus hoc mulierosum est, simicis demissitis.
Mulierositas, pen. corr. mulierositátis. (φιλογυνία.) Cic. 4. Tusc. 37, Sed literque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam quæ Græce φιλογυνία dicitur.
Mulierárius, mulierarii, (γυναικωνῖτις.) Qui nimium amat mulieres. Iulius Capitolinus, Mulierarius fuit inter primos amatores. Cic. pro Cælio, 52, Cur Licinium titubantem, hæsitantem, cedentem, fugit, nisi mulierata manus ista de manibus emiserit. Id est congregatio fœminatorum hominum. Dixerat enim antea mulieris amici. Hæc autem est lectio castigatior tum exemplarium, quum alia legant mulierata manus.
Muliero, mulieras, pen. cor. (θηλυνω,) mulierare. Efficminare. Varro, Rex, & miseellus ille pauper amat, habetque igoè intus acerum hic, quibum mulierauit: hic ad me deca adolescentem cubiculum poscit, quo mus pollut. Nonius. Obsoletum.

Mulio, Vide MVLVS

Mulleus, bus reges Albanorum primi, deinde patritii vti fuit. Ma-

Cato Originum lib. 7, Qui magistratũ Coruleum cepisset, calceos mulleos allucinatos, cæteri petones. Item Titianus in Sectina, hanc mulierem ostendisti, quos tibiatis in calceos, quos putant à mulleis, id est suendo dictos. Hactenus Festus. Vide in sequenti dictione Flocculum. Vopiscus in vita Cæsarum, Calceos inquit, mulleos & coccinos, & albos, & hederaceos viris omnibus sustulit, mulier bus reliquit.

Mullus, 4, mulli, (τρίγλα,) Piscis genus. De quo Plinius lib. 32. 17,

Iis, sicut magnitudo modica, binasque libras ponderis rarò excedunt, exupetant, nec in viuariis piscinisque crescunt. Septentrionales eos hos & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus. Cæterum genera plura. Nam & alga vescuntur, & ostreis, & limo, & alio quoque piscium carne, barbã gemina insigniuntur inferiori labrõ. Ipsi pulchri. Nomen his Fenestella à colore mulleorum calceamentorum deriuat. Horat. 1. Serm. saty. 2. 7,
–laudas insigne trilibrem
Mullum. Mart. Nolo mihi ponas rhombum, mullum, sic libros
Lutarius mullus, Vide LVTVM.
Malli barbati. Cic. Attico, lib. 2. 16. 14. Nostri autem mullos pro ceræ lum putent attingere, si mulli barbati in piscinis sint, quos ad ducenum accedant.
Mullulus, penul cor. Diminutiuum (τριγλάριον,) Cic. in Pand. 42. Ne deant aliquè summis populi beneficiis vsum, barbatulos mullos excepta tem de piscina, & pertractantem.

Mulsum, mulsi, (οἰνομέλι,) A mulceo dicitur, quasi mellè dulcè. Est potio ex vino, melleque confecta. Plin. lib. 2. 14. 7, Semper mulsum ex vetere vino vtilissimum, facilique concorporatur, quod in dulci nunquam euenit. Ex antiquo fuit, nõ implet stomachum, neque ex decocto melle, minusque nocet. Id ferè euenit, Appetendi quoque reuocat auiditatem cibi. Plin. lib. 23. 1. Mulsum lit frigido potu pluribus, calido sistit, corpora auget. Mulsi longam mulsi tantum nutritu toleruere, neque alio vllo cibo. Cicero 3. Tuscul. 75, Huic calix mulsi impingendus est, vt ploraret adiutus. Martialis epigramma tale est de mulso, lib. 13. 108.
Attica nectareum turbatis mella falernum,
Misceri decet hoc à Ganymede merum,
Lene mulsum. Horat. 2. Serm. saty. 4. 6.
–leni præcordia mulso Proluaris melius.
Mulsum si calidum bibatur, vocem permulcetsi frigidum, exasperat. 2. de Oratore, 156, Quum vocem in dicẽdo obtudisset, Scipio Nasica, vt mulsum frigidum biberet simulac domum rediit.
Miscere mulsum. Cic. 1. de Finib. 27, Dico ergo in eadem voluptate alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & cum qui illud sitiens bibat.
Mulsus, mulsa, mulsum, Adiectiuum (μελιηδής,) vt Mulsa aqua. Plin. lib. 22. cap. 24. 3, de mulsa aqua loquens, quæ mellè conmixta, natantium rerum pernoscere volentibus, in mellis operibus & aqua mulsa tractari debet. Colum. lib. 9. ca. 12, Rorem marinum aqua mulsa decoctum.
Lac mulsum. Plin. lib. 10. cap. 22. 2, Exemptum quoque lacte mulso augetur. De ieiore anserino.
Liquiritia mulsa. Plautus Pœnilo, 4. 101, Obsecro hercle vt mulsa loquitur. Hoc est dulcia, suauia.
Mulsa dicta. Plautus Rud. 10. 33, –vt ego amore
Mea Ampelisca vt dulcior, vt mihi mulsa dicta dicis: Id est quàm dulcia sint tua verba.
Mulsa res, Amantis & blandientis affectus. Plau. Casi. 8. 20, Dicam enim mea Mulsa.
Mulsum, Adiectiuum, (μελιτόω) Colu. lib. 8. cap. 7. 3, Mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita fareiunt.
Mulsus, sapor. Colu. lib. 1. ca. 4. 2, Hæc ratio non solùm ipsa mala cuiusque, vt iusque radix mulsi sapori præbet. Plin. lib. 21. cap. 19. 6, Vt iusque radix mulsi sapori est.

Multa, multæ, (ποινή, ἀρετή, ἄμμα, ἀντίμισθος, τίμημα) Solutionis pe-

tur, vt ouis, aut bos pulsa multa simul exigi cœperunt, & vinum, atq; oleum addit. Varro lib. 9. Rerum humanarum, dicit hoc vocabulum, non Latinum, sed Sabinum esse.
Irrogatio multæ. Cic. pro Rab. Perduel. reo, 5.
Certare multam, & Certatio multæ. Vide multam dicere in DICO.
Committere multam, est quum quis aliquid committit propter quod multari affici iubet. Cic. pro Cluentio, 81, Nihilominus enim potest, vt illi multam non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam pecuniam, &c. Budæus.
Dicere multam, Vide DICO.
Dicere multam depellere alicui. Cic. Rufo, lib. 5. ep. 14.
Exposcere multam. Catul. Argonaut. epig. 59. 38,
Quàm iustam à diuis exposcam prodita multam.
Imponere multam, Vide IMPONO.
Irrogare multam, non est iudicii multatis, sed actoris, aut postulantis, & accusantis. Liuius lib. 7. belli Maced. 248, Centum millium multa irrogata erat: bis de ea re certatum est: tertia quum de peritione destitisset reus, nec populus de multa suffragium ferre voluit. Irrogare multam iudex forensis nostrorum vocabulo dicitur, Concludere ad multam, & Conclusiones multatitias assumere: quod & Pœna liter intẽdere potest, Latinè loquentibus. Budæus. Cic. pro Corn. Balbo, 13, Potuit certius interpretari multa & pœna. Cic. pro Cœcina, 71.
Multare multa & pœna. Cic. pro Milone, 28.
Multare multa, nempe vt irrogetur. Cic. pro Cluentio, 83, Vno iudicio multa est ab eo pœna, sicut à Iulio, quòd non suæ decuriæ munere, neque ex lege fecisset. Ibidem, 52, Neceffe est nullo modo illam multã quæ suffragio petita sit, cum Cluentii causa posse contungi. Budæus.
Multare litigia. Cic. pro Cœcina, 71.
Multare sitim, Aliis, 13. 50.
Multare sitim vino vigenti diei
Vt quant. Id est, diuerdicatur ei vino.
Multatus, Adiectiuum, (ἐπιζήμιος, ἐπιτίμιος.) Quod ex multa fit, vel quod ad multam pertinet. Iuss quod nomine multæ exigitur. Liu. 10. ab Vrbe, 13, Ex multatitia pecunia, quam exegerit pecuariis damnatis, & Lucanis Lucilius, ex multatitio argento signa ænea ad ædem Cereris dedere.
Multatus, ex multatitio argento signa ænea ad ædem Cereris dedere.
Multatus, (ἐπιζήμιος, ἐπιβάλλω,) multare, Punire, Condẽnare, Condemnare, Cum pœnam aliquando cum ablatiuo.
Multatus, Cic. de Clar. Orat. 44.
Multatus, Tacit. lib. 5. Exilio, aut morte multarentur. Idé lib. 13. Vt quidam, conditori eius exilio multarentur. Et lib. 1. Et spei eorum sonitum exilio multandi potestas Prætoribus fieret.
Stultitia fœna multatur. Cicina Cic. lib. 6. 7. 2, Nã qui mendũ scripturæ iniuria multatur, Cicina fœna multatur, meus error exilio corrigitur.
Infrenare multare. Plautus Marc. 3. 22, Magno atque solido multat infrenato.
Morte multare. Virg. 11. Aeneid. 168, –multatam tristi morte Camillã.
Cic. 1. Tusc. 79, Sed plerique eò ita mutantur, animosq; quasi capite dã Scipiones, per vim morte multare liberos, 3. 55. lit. 1. de Finib. 55. Tacit. lib. 5. Cum ciuilibus per vim morte multare aliquos multare. Cic. 3. in Catil. 9.
Multare mortem multare liberos, 3. 55. lit. 1. de Finib. 55. Tacit. lib. 5. Sed plerique eò ita mutantur, animosq; quasi capite dã Scipiones, per vim morte multare aliquos multare. Cic. 3. in Catil. 9.
Vnius hominum atq; fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exilio, morte multantur. Cic. 1. de Orat. 96.
Pecunia multare. Curtius lib. 2. ita quoque insulas præsidiis occupat, pecunia multat.

Verberibus aliquè multare. Tacit. lib. 1. Prostratos verberibus multat. Multari virgis. Liuius 6. bel. Pun.
¶ Multare, Priuare. Multari patria. Virg. Quod si pdiderim, patria multabor. Plautus Trucul. 1. 67.
–verum hoc ego te multabo,
Sex talenta magna dotis demam pro istac insciitia. Plin. lib. 14. cap. 13. 3. Mulierem dote multauit. Cic. 5. Tusc. 110, At multantur bonis omnibus exules. Idé 1. de Diuin. 52, Postea quàm à Cæsare Tetrarchię regno, pecuniaq; multatus est.
Diminutione prouinciæ imperatorem contumeliosum multari. Cice. de Prouinc. Consul. 30.
Stipendio multare. Cic. pro Cor. Balbo, 32, Quòd si Afris, si Sardis, si Hispanis, agris, stipendiosq; multatis, virtute adipisci licet ciuitatẽ, &c.
¶ Multare, Lacerare, mutilare, verberare, inquit Donatus. Terentius Adelph. 1. 2. 10, Ipsum dominum atque omnẽ familiam multauit vsque ad mortem: Columel. lib. 2. cap. 4. 6. Quo euenit vt in iteratione quoque scamna fiant, & boues iniquitate operis maximè multẽtur. Hoc est vexentur.
¶ Multare, Augere, & voti compotem facere. Nœuius Colace, Et asseri laudes ago, quum votis me multatis meis: quòd præter spem quem vellem, audiebam. Nonius.
¶ Multare, Male tractare. Colu. lib. 1. cap. 2. 2, Nam illud vetus est Catonis, agrum pessimè multari, cuius dominus quid in eo faciendum sit, nõ docet, sed audit villicum.
¶ Multare matrimonio, Diuortium facere. Plaut. Amphit. 8. 221, Nũquid causam dicis, quia te hoc multem matrimonio?
Multor, multãris, (τιμωρεῖσθαι,) multari, Deponens, Idem. Suetonius in Augusto, cap. 21, Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes, grauiore vnquam multatus est pœna, quàm vt captiuos sub lege vænundaret, vt in vicina regione seruirent.
Malè multari, Vide MALVS.
Multátus, pen. prod. Participium, (ἠμαυρωμένος,) vt
Multatum exilio maleficium. Cicero pro Cœcina, 72. Idem ad Catonem, lib. 15. 4. 15.
Multata consilia à fortuna. Cic. pro Rab. Posthumo, 1, Illud tamen deprecor, vt quam ab ipsa fortuna crudelissimè videat huius consilia esse multata, nequid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addẽdum acerbitatis putet.
Multatio, Verbale, (τίμησις,) Cice. pro Rab. perduel. reo, 10, Misera est ignominia iudiciorum publicorum, misera multatio bonorum, miserũ exilium. Plinius libro 18. cap. 3. 3, Multatio quoque nonnisi oulum bouinque impendio dicebatur.

Multus, multa, multũ, (πολλός, πολύς, ἱκανός, σύχνος, ἀντάξιος, πάμ-

πολλος, πάμπολυς,) Notæ significationis. Plau. Milit. 10. 137, Si hoc parauissent, homines essent minus multi mali. Cic. pro P. Sestio, Et in cæteris, quæ rerum potitæ sunt, multis fortissimis atq; optimis viris inuitis iudiciis tales casus incidisse.
Minus multi, Vide Minor in PARVVS.
Minimè multi, Vide Minor in PARVVS.
Nimium multi, Vide NIMIS.
Vna de multis. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.
Vnus è multis. Horat. 1. epist. 6. 13.
Vnus è multis orator non fuit Callidius, potius inter multos propè singularis fuit. Cic. de Clar. Orat. 149.
Videri multus in aliqua re. Cic. 1. de Nat. deor. 177.
Multus aliàs in admiratione Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit. Plin. lib. 25. cap. 3. 9. Id est multum admiratur.
Multus in coloribus. Plin. lib. 35. cap. 11. 15, Aliàs durus in coloribus, sed & multus.
Multus in eo fuit, siue in ea re. Cic. 4. Acad. 35.
Incõcinnus aut multus in aliquo genere, ineptus dicit. Cic. 2. de Orat. 11.
In opere multus, Continuus, vel assiduus. Salust. in Iugurtha, loca atque seria cum humillimis agere, in operibus, in agmine, atque ad vigilias multus esse.
Multus & insolens in re nota & peruulgata ne sim. Cic. 2. de Orat. 194.
¶ Multa, Id est multa verba. Horat. 2. Serm. saty. 5. 13. Multa Cicerrus ad hæc. Id est multa respondebat.
Non est quod multa loquamur. Horat. 2. epist. 2. 6.
Satis multa. Cic. 2. de Finib. 96.
Nimium multa. Cic. Planco, lib. 4. 14. 9.
Nimis multa in genera diuidere. Cic. 2. de Orat. 159.
¶ Multa, pro Multumve
Reluctans multa. Virg. 4. Georg. 62,
–& spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur.
Haud multa moratus Dat dextram iuueni. Virg. 3. Aeneid. 123.
¶ Amictus multus. Virg. 1. Aeneid. 84.
Arte multa vix reuulsus è scopulo. Virg. 5. Aeneid. 54.
Aura multa. Horat. 4. Carm. ode 2. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baccho multo hilarans conuiuia.Virg.5.eclog.14.
Cædes multa.Virg.1.Aeneid.95.
Cædes multa bidentium.Horat.3.Carm.ode 23.5.
Capitum multorum bellua.Horat.1.epist.1.16.
Paucis tibi è multis expediam dictis.Virg.3.Aeneid.76.
Dies multa.Horat.de Arte,60.
Ad multum diem.Cic.ad Atticum,lib.13.26.7.1, Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multum diem.
Multo denique die per exploratores Cæsar cognouit & montem à suis teneri,&c.Cæsar 1.bel.Gal.89.
Dolore multo corrupta voluptas.Horat.1.Serm.saty.2.8.
Grandine multa crepitant nimbi culminibus.Virg.5.Aeneid.92.
Hominum multorum mores vidit.Horat.de Arte,29.
Herbæ multæ prodigus locus.Horat.1.epist.7.9.
Tanti tamque multi ignes.Cic.2.de Nat.deorum,134.
Tropheis multorum imperatorum, non turribus munita antea erat Macedonia.Cic.de Prouinc.Consul.3.
Incommoda multa.Horat.de Arte,35.
Lachrymis non sine multis noctes agit.Horat.3.Carm.ode 7.2.
Laus multa.Horat.de Arte,57.
Cum multa libertate notare aliquem.Horat.1.Serm.saty.4.1.
Litura multa.Horat.de Arte,60.
Lumine multo manifestus.Virg.3.Aeneid.31.
Multa luce reuecti hostes.Tacit.lib.11.
Mala multa precatus.Horat.2.Serm.saty.3.41.
Multo mane. Cic Attico,lib.5.91.1, Ac binas quidem tuas Beneuenti accepi,quarum alteras Furius Punisulanus multo mane mihi dedit.
Merces multa.Horat.1.Carm.ode 28.6.
Millia multa dare letho.Virg.5.Aeneid.162.
Cum multis millibus ibat.Virg.5.Aeneid.15.
Multis modis.Cic.2.de Finib.132, Hoc etsi multis modis reprehendi potest,tamen accipio quod dat.
Multis modis, pro Vehementer, inquit Donatus. Terent. Hecy.2.3.7,
Nisi pol istum multis modis iam expecto.
Nomen tuum multum est in his locis.Cic.Cælio,lib.2.9.5.
Nominis multi homo.Horat.3.Carm.ode 9.2.
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.
Multa nocte. Cic.ad Q.fratrem,lib.2.10.1, Sed tamen postridie quàm tu es profectus, multa nocte cum Vibullio veni ad Pompeium. Plaut. Cistel.4.11,Raptam multa nocte in via.
Multa iam nocte. Tacit.lib.18.
Nocte multa referunt se.Virg.4.Georg.36.
Multa nocte venire.Cic.Q.fratri,lib.2.10.1.
De nocte multa profectum esse ad Cæsarem.Cic.Attico,lib.7.124.3.
Odore multo fumat ara.Horat.3.Carm.ode 18.2.
Pars multa mei.Horat.3.Carm.ode 30.2,
Non omnis moriar,multaque pars mei
Vitabit libitinam.
Multis partibus. Cic.4. Acad.108, Quibus efficitur multis partibus solem maiorem esse quàm terram.Id est multo maiorem esse.
Prælia multa conferimus.Virg.2.Aeneid.80.
Præmia multa ferre.Horat.2.Serm.saty.1.3.
Prece multa prosequi aliquem.Horat.4.Carm.ode 5.7.
Promissa multa.Horat.1.epist.2.2.
Multæ,copiosæ,variæque rationes.Cic.1.de Orat.113.
Res multæ officient tibi.Horat.1.Serm.saty.2.20.
Rerum multarum diues.Horat.2.epist.2.7.
Multæ & magnæ res.Cic.1.de Inuent.8.
Risus multus.Horat.4.Carm.ode 13.6.
Sale multo deficiit vrbem Lucilius.Horat.1.Serm.saty.10.1.
Salutem multam dicere.Plaut.Pœnul.4.182,
- etiam Veneri dicito
Multam meis verbis salutem.
Sermonem multum habere de aliquo. Brutus ad Ciceronē, lib.11.20.2, Narrat mihi apud Cæsarē se fuisse,multūq; sermonē de te habitū esse.
Sudoris multi.Cic.1.de Orat.134, Ac stylus ille tuus, quem tu verè dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum,multi sudoris est,&c.Id est, multum in eo laborandum & sudandum.
Multo tanto,eadem forma dicitur qua Altero tanto.Græci dicunt πολλαπλασιονῶς. Plautus Rud.1.3.17, Ego multo tanto miserior quàm tu Labrax. Idem Menæch.17.41, Multo tanto illum accusabo, quàm te accusaui amplius.
Tellure multa diues.Horat.Epod.15.4.
Crebræ,multæq; toro corpore textæ sunt venæ.Cic.2.de Nat.deo.108.
Verba multa.Plaut.Pœnul.10,31, Multum valete, multa verba fecimus.
Id est satis diu verba fecimus.
Virtus multa.Virg.4.Aeneid.1.
Vi multa reuulsum gubernaculum.Virg.6.Aeneid.70.

Vtilitates multæ. Cic.de Amicitia,30, Sed quanquam vtilitates multæ & magnæ consecutæ sunt, non sunt tamen ab earum spe cautis diligendi profectæ.
¶ Multissimus,pen.corr.Cicero Attico,lib.11.210.1, Ex multissimis & miserrimis curis est vna enata,si, vt scribis, ista hæreditas fidem, & familiam meam meri poteit. Correctora exemplaria legunt, Ex multis meis.Sunt & qui multesimis legendum putent.
¶ Multus,pro Multiplici.Plin.lib.19.cap.1,Radice multa,scilicet.
¶ Multi existimare operam suam.Cic.2.de Orat.56.
¶ Multum noctis. Tacit.lib.18, Antonius per Flaminium ad Saxa rubra,multo iam noctis serum auxilium venit.
Multum, Adaerbium, (πολυ', πολλόν,) Plautus Milit.8.4, Vbi fama affictata multum.
Multum admodum.Cic.5.de Finib.21,Quod maximè efficit Theophrasti de beata vita liber,in quo multum admodum fortunæ datur.
Non ita multum. Cic.ad Gallum, lib.7.14.1.3, Sed optimor Caninius non ita multum sorore.
¶ Multum celer medicus.Horat.2.Serm.saty.3.30.
Homo multom demissus.Horat.1.Serm.saty.3.12.
Dissimiles multum.Horat.1.epist.10.1.
Parentes multum miseri.Ouid.4.Metam.31.
Securus multum.Tibul.lib.4.eleg.10.1.
¶ Abest ab iis multum,Vide ABESVM.
Amare multum.Plaut.Persa,9.1,Dic me illàm amare multum.
Nautis multum amata.Horat.Epod.17.4.
Multum & diu cogitare.Cic.de Senect.35,Adsum amicis,venio in Senatum frequens,vltroq; affero res multū & diu cogitatas. Sic 1.de Leg.
Non multum differens ab Indico.Plin.lib.12.cap.12.4.
Dolitura multum Neæra.Horat.Epod.15.3.
Multum excellunt virtutes propriæ animi.Cic.5.de Finib.67.
Fleuit multum.Plin.epist.198.
Fundit multum lachrymas.Virg.3.Aeneid.70.
Multum ineptus labor.Plin.epist.9.
Non tam multum in iis rebus intelligo.Cic.6.Verr.84.
Obiurgabo multum.Plaut.Trinum.4.24.
Multum præstat. Cicc.5.de Finib.72, Longè multumque præstat ratio.
Multum prouidere in posterum.Cic.2.de Lege agrar.90.
Multum sæpe quæsita ac difficilis res.Cic.3.de Legib.48.
Non multum est,vnum si præsto rogatum.Martial.lib.1.179.
Salue multum.Plautus Trinum.17.55, Salue multum gnate mi. Et Menæch.17.18.
In teneris multum est consuescere.Virg.2.Georg.55.
Longè omnes multumque superare.Cic.7.Verr.90.
Tacuit multum.Plin.epist.198.
Multum me in silentio tenui.Plin.epist.126.b.
Multum vale.Plautus Sticho,8.40,
- sed procedit parum.
B. Cras de reliquiis nos volo.multum vale.Idem Poenul.
Multum valete,multa verba fecimus.
Viuere multum.Cic.Volumnio,lib.7.34.4, Viuamque tecum multum, & cum communibus nostris amatoribus.Id est,frequenter.Mox ait Cicero, sarè, lib.13.17.7, Nam domi meæ cum Diodoro Stoico hoc multum iudicio eruditissimo,multum à puero fuit.
Multum vti aliquo,pro Familiariter.Cic.de Amicit.2. Et eo magis quod P.Sulpitio vtebare multum.
Multò,Aduerbium, (πολλῷ,πολύ,μᾶλλον,) cum dictionibus Latinis, ante, post, secus, antè, post, præsto, malo, antecedo, excello, & similibus quibus Latinam vim habentibus,elegantem dicendi vim habet.
Multo aliter. Terent.in Prolog.And.4, Verùm aliter eueniet multò aliter relligit.Varro 3.de Re rust.cap.15.2, Sed Thais multo antè est venturi.
Multo antè. Terent.Eunuch.4.5.7, Sed Thais multo antè est venturi.
Verrem, Cui quemadmodū resistam, multo mihi antè est videndum. Idem ad Lentulum, lib.1.1.12, Multo antè quàm tu es. Virg.1.Georg.33, Omnia quæ multo antè memoro
pones. Idem 2.Georg.52,
His animaduersis,terram multo antè memento
Excoquere,&c. Quàm lætum,&c.
Multo antè mala prouidere.Cic.Sulpitio,lib.4.1.3, Cognorant eum absens, te hæc mala multo antè prouidentem, defensorem fuisse.
Consulatu tuo,& post Consulatum fuisse.
Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos Cotta noster & Sulpitius de Orat.76.
Multo post.Plaut.Amphit.8.51,Atque me nunc perinde appellas, ac multo post videris. Cic.ad Atticum, lib.12.19.1, Non multo post quam tu à me discessisti.
Non multo post discessum meum.Cic.Post red.in Senatu,2.
Multo secus. Cic. Multo secus euenit. Et ad Atticum, lib.9.12.1, Multo non multo secus.

Multo antepoere.Cic.4.de Finib.83, Qui virtutē omnibus rebus multo antponentes,adiungunt ei tamen aliquid,&c.
Multo præstat. Salust. Multo præstat beneficii, quàm maleficii memorem esse.
Multo,comparatiuo etiam iungitur.Cic.de Amicitia, 62,Quod quidem est multo profectò magis in veris patribus,certisq; faciendum.
Molestius multo.Cic.de Amicit.75,Sed obsequiū multo molestius, quod peccatis indulgeas,præcipitem amicum ferri sinit.
Cæsis multo.Lucret.lib.2.33.
Ferocius multo.Ouid.1.Amor.eleg.2.4.
Minus multo.Virg.3.eclog.8.
Multo minus moueb ant minæ.Cic.Attico,lib.8.153.5.
Multo minoris vendidit,non modò quàm tu, sed etiam quàm qui ante te vendiderunt.Cic.5.Verr.35.
Multo prius.Lucret.lib.3.169.
Eneficia multo pulchrior.Horat.1.Carm.ode.8.2.
Splendidius multo est.Horat.1.epist.18.4.
Multo tutius.Horat.2.Serm.saty.8.18.
Multo,elegantissimè superlatum iungitur.Plaut.Sticho,3.66,
Quæ tibi mulier videtur multo sapientissima? Ibidem.4.10,
Verùm hercle multo maximam & grauissimam. IdemMerc.3.69,
- ibi multo primum sese familiarium.
Laboratisse. Plin.lib.7.cap.10.3, Multoque primum in aliquibus deficiunt. Teren.Heaut.4.8.1,
- multo omnium nunc me Fortunatissimum facium puto esse gnate, quum te intelligo Resipuisse.
Idem And.3.2.45,
- illud mihi multo maximum est
Quod mihi pollicitus est ipsus gnatus. Et Eunu.2.2.22, Is quæstus mihi est multo huberrimus. Sic Hecyra,1.2.85,
- atque ea res multo maximè
Dolitauit illum ab illa. Cic.pro L.Manil.1,Conspectus vester multo iucundissimus. Idem 1.Verr.10,Nam cum omnis arrogantia odiosa est,tum illa tegenti atq; eloquentiæ multo molestissima. Ibidē,6.45, In ciuitate totius Siciliæ multo maxima. Salust.in Catil. Si ita res esset.Rempublicam pulcherrimam haberemus. Liu.ab Vrbe cond. Nouissimum bellum ab Sabinis omnium,multoq; id maximum fuit.
Lux multo gratissima.Horat.1.Serm.saty.5.8.
Multo grauissimus sopor.Lucret.lib.4.193.
Multo maxima pars. Cic.pro Lege Manil. 37, Magna ac multo maxima parte non modo vilitatis,sed dignitatis,atque imperii caruit. Idem in Catil. Multo verò maxima pars eorum qui in tabernis sunt. Et 5. Verr.88, Qui 291. Aeremis multo maximam partem possident. Ibidem,3.19, Tum multo ex maxima parte istius furtorum, ac flagitiorum manifesta conflagrauit.
Multo pars maxima.Horat.1.Serm.saty.3.17.
Multo maxime.Cic.in Verrem.
Admirat & exornat orationē expolitio, sed multo maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem.Author ad Herennium,lib.4.11.
Multitudo,pro,prod.multitudinis.(πλῆθος,πλῆθος,) Notat significationem Cic.Pro Dorat.84, Habet enim multitudo vim quādam talē vt quasi dicam rubicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine.
Tibicinem multitudinis non grauissimū est.Cic.2.de Finibus,129.
Cornicinis multitudo.Cic.de Prouinc.Consul.14.
Cornicinis & pedis multitudo.Quintil.lib.4.cap.1.27.
Imperitorum multitudo.Vide IMPERITVS.
Multitudo ex errore qui pendet, hic in magnis viris non est habendus.Cic.1.Offic.94.
Vaga multitudo.Quintil.lib.1.cap.16.6.
Amputare multitudinem.Vide AMPVTO.
Fugiens conflata multitudinem philosophia, & paucis iudicibus contentaria.Cic.1.Tusc.1.
Multitudinem congerere, multitudinem hominum cogere. Cic. pro Mamiria.
Catiuis,14.
Cæsar ñ multitudo primò da est,est enim infinita.Cic.2. de Orat.76.
Magna frequentia & multitudine domum reduci.Cic.2.Verr.12.
Multissima pars (πλεῖστος,πλεῖστος) pro Quantitate infinita. Lucret. lib.6. 131, Quām id parvula pars, & quàm multissima constet.
Multissimus ex forma dicitur,qua multissimus.
Multiplex,pen.corr.Adiectiuum, (πολύγυιος) Quod multos habet angulos.Lucret.lib.4.131,
Multa corpora quæ eum,maioraque debent,
Multiplicia,pen.corr.(πολυειδῆς) Quod habet multam barbam. Apul. in Floridis.Multibarbus,(quasi obsitus & pilis.
Multibibus,pen.corr.(πολυπότης) Qui multum bibit. Plaut. Curcul.2.77,Nomen est Iecur multibibus atque merobibis.
Multicauatus,pen.prod.(πολυκαυλής)Adiectiuum.Varro 3. de Re rust. cap.16.18,Fauus est quem fingunt multicauatum è cera,quum singula caua singula latera habeant.

Multicauus,pen.corr.Adiectiuum,(πολύκαυλος,) Quod multum habet cōcaui.Ouid.8.Metam.113,
Pumice multicauo,nec lænibus atria tophis Structa subit.
Multicaulis,& hoc multicaule,(πολύκαυλος,)Multos caules habēs.Plin. lib.21.cap.16.1,Est & illa differētia,quōd quædam in iis multicaulia, ramosaq; sunt,vt carduus.
Multicolor,pen.corr.huius multicolōris,pe.prod.o.g.(πολύχροος,)Plin. libro 37.cap.10.26,Hexecontalithos in parua magnitudine,multicolor,hoc sibi nomen adoptauit.
Multifarius, Adiectiuum,(πολύχρος,)Id est varium; quasi quod multis modis possit diuidi;vel quod multarum est specierum. Gel.lib.5.ca.6, Militares coronæ multifariæ sunt.
Multifariū, Aduerbiū,(πολυειδῶς,)Id est variē,multis modis. Plin.lib.18. cap.7.6,Panis multifariū & è milio fit,è panico rarius.
Multifariam,Aliud aduerb.(πολυχρόως,πολυειδῶς,)Idem.Suet.in Tiberio Cæl.ca.51,Quem mox huius criminis reum putant quidam mādata prolaturum,nisi ea secreta obstarent,per quæ multifariam increpitum, & per noctes creberrime acclamatum est, Redde Germanicum. Idem in Calig.cap.18,Scenicos ludos & assiduè & varii generis multifariam fecit. Et in Sergio Galba,cap.19,Nihil amplius quàm continere se statuit, & legionariorum firmare præsidiis, qui multifariam, diuersoq; tendebant.Festus, Multifariam dixerunt antiqui,quod videlicet in multis locis fari poterat,id est dici. Cic.2.de Orat.93,Quod esset multifariam defossum. Idem 1.de Legibus,58, Hodie multifariā nulla sunt.Sic Plin.lib.29.cap.1.3.Et lib.9.cap.57.1.
Multifacio, multifacis,pen. corr.(πολλοῦ ποιῶ) multificere, dicitur sicut Magnifacere & paruifacere.Caro,Neque fidem,neque iusiurandum,neque pudicitiam multifacit.Festus.
Multifer, pen. corr. Adiectiuum (πολύφορος) Plin.lib.16.cap.8.1, Tam multifera sunt,& tot res præter glandem pariunt robora.Hic seipsum exponit Plinius. Idem de brassica,Nullo æquè genere multifero,donec sua fertilitate consumatur.lib.9.cap.8.
Multifidus,pen.corr. (πολυσχιδής,) Ex multus & fido compositū, quod in multas partes finditur,& multas diuisuras habet.Plin.li.11.ca.37.7, Ouiū nulla,nec ceruiū,nec quibus multifidi pedes,&c.De cornibus.
Multifidos dens.Mart.lib.14.25, Multifido buxus quæ tibi dente datur. De pectine ad calum.
Discrimen multifidum.Claud.de Nupt.Honorii,21.
Faces multifidæ.Ouid.7.Metam.52.
Ister multifidus.Lucan.lib.3.41.
Linguæ multifidæ Valer.1.Argon.13.De dracone.
Quercus multifida.Stat.10.Thebaid.168.
Timauus multifidus.Mart. lib.8. 29, An tua multifidum numerauit lana Timauum,&c. Multifidum vocat eo quōd in multa, nempe in nouem ostia fluus prorumpat in mare.
Multiforis, & hoc multifore, pen. corr. (πολύτρητος) Quod est multorum foraminum.Plinius lib.8.ca.55.2, Iniiciunt easin specus,qui sunt multifores in terra.
Multiforus,pen.corr.Idem (πολυτρής)Ouid.12.Metam.32,
- non illos carmina vocum,
Longaque multifori delectat tibi a buxi.
Tibia multifora.Senec.Agamemn.6.8.
Multiformis,& hoc multiforme,(πολυσχιδής,)Variū,quasi multiplicis formæ,aut variæ.Pli.lib.11.ca.37.11,Oculi cōtuitu multiformes. Colu. lib.7.cap.9.6.Vt per anni diuersa tempora,mala,pruna,pirum, multiformes nuces ficum præbeat.Idem lib.3.cap.1.1. Earum species diuersæ & multiformes sunt. Cice.1.Acad.39,Ex iis autem ortæ,variæ sunt, & quasi multiformes.
Partus multiformes.Plin.lib.8.cap.16.1.
Species multiformes.Colu.lib.5.cap.1.1.
Multiformiter,pen.cor.Aduerb.(πολυειδῶς,)Variis modis. Gellius lib. 9.cap.5, Plato ante hos omnes ita varie & multiformiter disseruit de voluptate.Plin.lib.36.cap.27.2,Pestilentiæq; solis obscuratione contrahitur,ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est.
Multigenus,pen.corr.Adiect.(πολυγενής,)Multorum generum.Plin.lib. 11.cap.1.1,Multa hæc & multigena terrestrium volucrumq; vita.
Multigeneris,& hoc multigenere,pen.corr. Idem,(πολυλογενής,)Plaut. Capt.4.56,Multis,& multigeneribus opus est tibi militibus. Idem Sticho,6.59,Posthæc vnguenta multigenerum multa.
Multiiugis,& hoc multiiugesiue Multiiugus,pen.corr.Adiect.(πολλαπλάσιος,)Multiplex & varium,Multum & numerosum. Iugus autem per se nihil significat,sed protractionem solum demonstrat. Apul.in Apol.Legisti Aristotelis multiiuga volumina. Cic.Attico,lib.14.305. 3,Verumtamen de Rep.multa cognoui ex tuis literis,quas quidē multiiuges accepi vno tempore à Vestorii liberto.
Multimodus,pen.corr.Adiectiuū,(πολύτροπος,)Liu.1.bel.Pun.29. Opidani ad omnia tuenda atque obeunda, multimoda arte dutineri coepti sunt:& non sufficiebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prauus multimodis.Lucret.lib.4.2.33,
Multimodis igitur prauas, turpesque videmur
Esse in delitiis. De mulieribus.
Agitari multimodis.Lucret.lib.3.74.
Ducere multimodis cantus & flectere voces.Lucret.lib.5.282.
Multinumus,penul.prod. Adiectiuum, (πολυχρήματος,) vt Multinumi asini.Varro 3.de Re rust.cap.17.6, Ego enim vno seruulo,ordeo non multo,aqua domestica,meos multinumos alo asinos.Hoc est quorum opera multos paro numos.
Multipartitus,pen.prod.Adiectiuum, (πολυμερής,)Plin.lib.6.cap.19.1, Nanque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.
Multipes, Adiectiuum, Multos pedes habens. Plin.lib.11.cap.45.3, Sic & multipedibus,&c.
Multipes, pen.corr. (πολύπους,) multipedis : vel Multipeda, multipedæ,pen.corr. Animal multorũ pedũ.Plin.lib.22.cap.25.3,Ad multipedũ morsus cũ melle.Idem lib.29.cap.6.27,Millepeda,ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens,tactuq; contrahens se.Sic lib.20.cap.5.10.
Multiplex,pen.corr. (πολλαπλόος,) multiplicis,pen.corr.om.g. Varius,inuolutus,multas plicationes habens. Huic contrarium est Simplex.Sueton.de Claris gramm.10, Multiplici variaque doctrina celebrater.Plaut.Epid.1.1.3, -simul ærumnam multiplex exercita Habet pauperta. Sueton. in Iul.Cæsare, cap.35, Iamque multiplici secessu præferocem intra quintum (quàm adfuerat) diem, quatuor, quibus in conspectum venit,horis,vna profligauit acie.
Multiplex animus,cui Vnus idemque animus opponitur. Cic.de Amicitia.77, Quo fieri poterit,si ne in vno quidem quoq; vnus animus erit, idemque semper,sed varius,commutabilis,multiplex?
Auri multiplicis thoraca tulit.Silius lib.16.117.
Curas multiplices voluebat animo.Catul.Argon.epig.59.50.
Magna & multiplex disciplina.Cic.1.de Orat.113.
Domus multiplex.Ouid.8.Metam.32.de Labyrintho.
Fœtus multiplices.Cic.2.de Nat.deorum,193.
Ingenium multiplex & tortuosum.Cic.de Amicit.58.
Lapsu multiplici & erratico serpere.Cic.de Senect.48, Quam serpentẽ multiplici lapsu & erratico,ferro amputans coercet ars agricolarum, ne sylueſcat sarmentis,& in omnes partes nimia fundatur.De vite.
Mutario multiplex.Plin.lib.9.cap.17.6, Rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem.
Nexus multiplex. Plin.lib.10.cap.4.2, Ille multiplici nexu alas ligat, ita se implicans,vt simul decidat.
Multiplex,copiosus,& varius Plato fuit.Cic.1.Acad.24.
Anceps & multiplex verborum potestas in ambiguis.Author ad Herennium,lib.4.239.
Ratio disputandi multiplex.Cic.5.Tuscul.16.
Varia res & multiplex ad suspitiones & simulatas Præturæ iurisdictio. Cic.pro Flacco,4.
Sermones multiplices variique.Cic.in Orat.7.
Sermone multiplici populos replebat.Virg.4.Aeneid.38.
Spatium multiplex transcurrere.Lucret.lib.2.33.
Terror multiplex . Liuius 1.ab Vrbe, 61, Ita multiplici terrore perculsi Fidenates,prius,&c.
Multipliciter.pen.corr. Aduerbium, (ὁποσαχῶς,πολλαπλασίως,) Titulus est apud Plinium,De eodem multipliciter.lib.7.cap.14.1.
Multiplico,multiplicas,pen.corr. (πολλαπλασιάζω,) multiplicare,Multiplex reddere aut facere. Plin.lib.34.cap.8.11, Primus hic multiplicasse varietatem videtur.
Aes alienum multiplicare . Cæsar 3. bel. Ciuil.129, Itaque æs alienum prouinciæ eo biennio multiplicatum est.
Flumina collectis multiplicantur aquis.Ouid.1.de Remed.20.
Gloriam multiplicare. Cic.ad Q.fratrem,lib.1.2.15, Si diem nobis Clodius dixerit,tota Italia concurret, vt multiplicata gloria discedamus.
Grauitas authoris honorem multiplicat.Ouid.4.de Ponto,9.14.
Suas vires multiplicare.Ouid.5.Trist.eleg.1.13.
Voces acceptas multiplicare.Plin.lib.36.cap.15.2.
Multiplicitus,pen.prod. Participium, (πολλαπλασιαζόμενος,) vt Auxilius multiplicatis,aucto exercitu.Plancus Ciceroni,lib.10.8.9.
Multiplicata domus,Cui accessio adiuncta est.Cic.1.Offic.193,Hic sum mi & clarissimi viri filius in domum multiplicatam,non repulsam solum retulit,sed ignominiam etiam & calamitatem.
Mala multiplicata.Ouid.4.Trist.eleg.5.15.
Multiplicatio,Verbale, (πολλαπλασιασμός,)Colum.lib.3.ca.2.3,Nam si sordidus aut vilis feracissimam quanque serere conducit, vt multiplicatione frugum reditus augeatur.
Ex multiplicatione efficere summam aliquam . Colum.lib.5.cap.2.2, Et quæ summa ex multiplicatione effecta est , eam dicemus esse quadratorum pedum.
Multiplicabilis,& hoc multiplicabile,penult.corr. (πολλαπλασιαστός,) Quod potest multiplicari.Cic.2.Tuscul,36,

Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconem auriferam obtutu asseruantem arborẽ. Ex quodã poeta.
Multipotens,pen.corr.multipotentis,om.ge. (πολυδυνατός,) Qui multum potest.Plaut.Bacchid.15.10, -nequius nihil est,
Quàm egens consilii seruus,nisi habet pectus multipotens,
Vbicunque vius fiet. Idem Trinum.12.1,
Salipotenti,& multipotenti Iouis fratri tibi Nerei Neptune
Lætus,lubens laudes ago.
Multisonus,pen.corr.Adiectiuum, (πολυηχής,) Martial.lib.1.49.
Sic vbi multisona feruet sacer Aethide lucus.
Catenæ multisonæ.Stat.8.Thebaid.5.
Sistrum multisonum.Stat.3.Sylo.1.21.
Multisonorus, penul.prod. Adiectiuum, (πολυηχής,) Claud.de nuptiis Gallicis,10.4, Esseda concordes multisonora trahunt.
Multinagus,pen.corr. Adiectiuum, (πολυπλοκής,) Plin.lib.10.cap.71.1, Ferunt non mutare sedem columbas, multinaga alioqui auc . Id est, quæ multum vagatur.
Multinagus lunæ flexus.Plin.lib.2.cap.10.3.
Domus multinagæ Scytharum . Senec. Herc.fur.7.2. Multinagus vocat quia plausiris circunuehuntur.
Gradus multinagus.Stat.6.Thebaid.1.
Multiuolus, pen. corr. Adiect. (πολυέλαιος,) Qui multa volit, vel cupit. Catul.ad Milliũ,epig.63.26,Quantũ præcipuè multiuola est mulier.
Multopere,pen.corr.(μογλός,)ea forma dixit Plautus,qua Magnopere dicimus.in Merc.3.65,Multopere in mundo rusticè se exercitare.Adelph.5.9.19.
Multitia,multitiorum,Pluraliter tantum,n.g.Indumenta dicebantur multisimis filis contexta . Vnde à multis filis & propterea subrisorio nomen inditum.Vel à Mulcendo,quoniã carnẽ demulceant. Iuuenal.Satyr.2.8, Multitia,vestes sunt fericæ tenuissimæ æstiuæ.Iuuenal.Satyr.2.8, -quæro an deceant multitia restem. Idem Saty.2.7, -sed quid
Non facient alii,quum tu multitia sumas Cretice?
Plus, (πλείων,πλέον,πλεῖον,) neutri generis in singulari numero,in plurali verò,hi & hæ plures, & hæc plura vel pluria. Comparatiuus gradus est à Multus. Cic.de Amicit.39, Plures enim discent quemadmodum hæc fiant,quam quemadmodum his resistatur.
Tantum,& plus etiam.Cic.Attico,lib.7.123.11, Id si præstaret,quantum mihi eris alieni esse ibi edidit,tantum,& plus etiam ipse mihi debeto.
¶ Nominatiuo aliquando iungitur.Liu.de bel.Maced.Paulò plus tres vehicula amisit . Idem de bel. Punico, Hominum eo die cæsi plus duo millia.Ibidem,Plus tamen duo millia hostium eo die cæsi.Ibidem, Plus decem millia capta . Plaut. Milit.14.71, Plus mihi aurti nulli est modiorum philippi.
¶ Genitiuo, iuxta regulam communem : vt Plus plaustrorum . Plautus Aulul.19.32.
Plus dimidiati mentis ferre cibaria.Cic.2.Tuscul.63.
Plus sapientiæ.Plaut.Milit.5.81.
Plus virium habet alius alio.Cic.1.de Legib.9.
¶ Accusatiuo. Plaut. Epid.10.62, Quæ plus iam sum libera quinquennium.Terent.Adelp.2.1.46, Plus quingentos colaphos infecit mihi. Cato de Re rustica,Ne plus quatuor digitos transuersos crassus sit. Iuuenalis,Ita à pariete distent,vt ne plus pateat palmum. Idem. Disponantur inter se,ne plus spatium habentes pedes binos. Liuius de bello Macedonico, Aberat acies eorum paulò plus quingentos passus. Idem, lib.10.6, P. Sempronium in vlteriore prouincia . cum plus annum æger fuisset, mortuum esse. Idem 3. bel.Pun.165, Cæsi plus duo millia.Terent.Heaut.3.1.42,Ancillas secum adduxit plus decem.
Plus annum obtinere prouinciam.Cic.Attico,lib.6.117.4.
¶ Ablatiuo. Plaut. Epid.8.11, Decem minis plus atrui quàm tu dare stæ debes.Idem Menæch.10.1,Plus triginta annis natus fum.Idem Catul.2.14,Plus iam anno scio.Idem Bacchid.8.20,
-plus annis decem,
Plus iam viginti mortuum esse oportuit.Terent.Hecy.3.4.7,Dies triginta,aut plus eo in naui fui.Cic. pro Publio Quinctio,22, At tecum anno plus vixit . Idem Planco, lib.13.30.8, Non possum dicere eum præ fuisse, neque possum negare affuisse,sed non plus duobus aut tribus mensibus . Idem pro Roscio Amer.44, Neque vnquam plus duo fuit.Et pro Sestio,74,Plus viginti vulneribus accepis.Liuius de bello Punico,Ab vtraque parte sexcentis plus peditibus & dimidio eius equitum cecidit.Ibidem,Fama tenuit haud plus fuisse medios. Idem,3.75.Non plus vno Romanos amisisse.
Plus æquo.Cic.de Amicit.52, Neq; enim verendũ est nequid excidat, aut nequid in terrã defluat,aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur.
Dimidio plus scripsit Clodia.Cic.Attico,lib.9.180.3.
Nihilo plus,Vide NIHILVM.
Nimio plus,Vide NIMIS.
Nimio plus aliquem diligere . Antonius Ciceroni in Epist. ad Attic. lib.10.198.1, Sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare mihi famam quoque,quanuis sit falsa,magni esse.
Paulo plus.Author ad Herennium,lib.4.143,Quisquis enim audiuerit de

arte paulò plus,in elocutione præsertim,omnia videre poterit.&c.
Media plus parte, elegans locutio: hoc est Vtra medietatem. Ouidius 3.Metamor.4, Ac media plus parte leues erectus in auras
Despicit omne nemus.
Plus vna vt vera sit opinio, fieri certè non potest. Cic.1.de Nat.deor.9, Res enim nulla est de qua tantopere non solùm indocti, sed etiam docti dissentiant:quorum opiniones quum tam variæ sint,tamque inter se dissidentes,alterum profectò fieri potest, vt earũ nulla,alterum certè non potest,vt plus vna vera sit.
Plus vna me nocte ciuitas retinere non potuit.Cic.1.Philip.5.
¶ Plus,verbis iunctum.Plus amo.Plau.Merc.9.43, Nullum adolescentẽ plus amo.Terent.Heaut.2.1.8.Is mihi vbi addibit plus paulò, sua quæ narrat facinora? Plaut.Mil.10.56,Plus dabo q̃ prædicabo ex me vera.
Proficit plus sæpe ad misericordiam commouendam virtus & magnificentia, in qua grauitas & authoritas est,quàm humilitas & obsecratio. Cicc.1.de Inuent.121.
Plus fuisti.Terent.Hecyra,2.1.39,
Quid fecis an ea causa mi vir me odisse assimulauerit,
Vt cum matre vnà plus esset? Vbi Donatus, ἀδιάστατος dixit,id est diu, ac maiorem partem.
Plus fuit omnibus.Plaut.Truc.16.10,
-non ego nunc intrò
Ad vos mittar? A.quid,num nales magis? D.quia
Enim plus dedi. A.plus enim es intromissus,quum dabas.
Plus noceas tibi,dum ferias illos.Plaut.Pseud.4.5.
Plus scio.Plaut. Truc.6.38.Scio ego plus,quàm me arbitraris scire. Terent.Adelph.5.9.19,
-tibi patri permittimus:
Plus scis quid facto opus est.
Plus sum quàm.Plaut.Rud.30.19,
-quid tu,num medicus quæso es?
I.Imò sedepol vna litera plus sum quàm medicus.Idest mendicus.
Plus vides.Terent.And.4.4.17, -sed siquid est
Quod mea opera opus sit vobis,aut tu plus vides, Manebo.
¶ Plus minusve.Terent.Phor.3.3.21,Nequid plus minusve faxit,quod nos pœnl pigeat Getta.
Plusve minusve.Martialis lib.8.71,
Speranti plures(nam ilure,aut crescere debent
Mutcra)venerunt plusve minusve duæ.Id est circiter duæ.
Plus minus,sine coniunctione frequentius legitur,pro plus minusve, hoc est Circiterve Dies plus minus triginta: pro eo quod est Paulo plus, aut Paulo minus,hoc est Circiter. Plin.lib.16.cap.6.2,Glandem quæ propriè intelligit,ferunt robur,quercus,esculus,cerrus,ilex,suber. Cõtinentur hispido calyce,per genera plus minus complectente.
Plus minus cum verbo.Plaut.Merc.14.18.
Plus minus opus quàm erat,multo dixeram
Controuersiam,vt sponsio fieret.
Plus plusq; Plaut.Aulul.20.10, -dii faciant vt fiet,
Plus plusq; istuc suspicent quod nunc habes.Cicero Attico,lib.6.113.17.Nec enim ipsum odimus,& Brutum amamus,& Pompeius mitissime à me contendit,quem me hercule plus plusq; in dies diligo.
Plus quàm.Varica dicto est vel duæ.Plaut.Epid.14.10, Duodecim ego dies plus quàm placeo. Terent.Phor.5.3.14.Hei video vxorem pro nic plus quàm lat erat.Cic.de Amicitia,45,Quamobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est,non tantum valet vt tollat è vita amicitiam,non plus quàm vt virtutes,quia nõnullas curas & molestias affe runt,repudientur.Ouid.2.Metam.117.
Plus satis.pro Satis,inquit Donatus.Plaut.Epid.8.10. -accipe hoc sis. Plus satis.Terent.Eunuch.1.1.5, quit Donatus,& intelligitur plus quàm satis. Nouit,in
¶ Accede ad ignem hunc,iam calefices plus satis.
¶ Pluris,genitiuus,verbis æstimandi & pretii frequenter iungitur. Plaut. Merc.9.15, Oratio ædepol pluris est huius, quàm quanti hæc empta est. Idem Truc.10.2,
-pluris est oculatus testis vnus,quàm auriti
Decem. Et Pseud.5.100,Non pluris refert,quàm si imbrem in cribrũ ferat.Cic.ad Tironem,lib.16.10.9,Nos agimus nihil cupidè, eoq; est nostra pluris authoritas. Idem 3.de Finib.1. Aut si honestis iucunda anteponat,aut pluris esse contendat dulcedinem corporis.
Pluris æstimare.Cic.1.Offic.81. Et 1.Acad.51.Idem 3.de Finib.72.Nec verò satis acutè disant, si bona valetudo pluris æstimanda sit longa q̃ breuis, sapientiæ quoque vius longissimus quisque sit pluris.
Pluris dimidio addicitur.Cic.5.Verr.65.
Pluris ædificamus,pro Carius.Colum.lib.1.cap.4.
Pluris est eloquentia,quàm iuris ciuilis scientia.Cic.in Topic.45.
Multo pluris est nunc æger,quàm tunc fuit. Cic.pro Rosc.Comœdo,19.
Pluris est ceiipsum ex quo tempore tu me diligere cœpisti. Cicero Ap-

pio,lib.3.44.
Pluris fuit Annibale,consilio,vir tute,rebus gestis nemo Carthaginiensiũ. Cic.pro Sestio,125.
Habetur pluris hic,quàm alius.Cic.6.Philip.211.
Pluris putare quod vtile videatur,q̃ quod honestum.Cic.3.Offic.22.
Putare se pluris quàm mundum,arrogantis est.Cic.3.de Nat.deor.36.
¶ Plures pro multi,passim apud authores legitur.Plin.lib.9.ca.12.Aquatilium tegmenta plura sunt.Plin.Iunior epist.3.lib.3.Quantum valeat eloquentia,pluribus credere potes.
Multi & plures.Cic.pro Lege Manilia,12,Non enim possunt vna in ciuitate multi rem atque fortunas, amittere,vt non plures secum in eandem calamitatem trahant.
Plures & Pauci,contraria Author ad Herenn.lib.4.172,Qui quum plures erant,paucis nobis ex æquari non poterant.
Fiunt plures multis partibus in illius sententiam. Cic.Lentulo,lib.1.2.7.
Plura dicam de peccatis mis. Terent.in Prolog.Heaut.33.
Colores plures in colũba videri sentio,ne esse plus vno.Cic.4.Acad.140.
Summus dolor plures dies manere non potest.Cic.2.de Finib.149.
Pluribus verbis aliquid petere.Cic.3.Verr.95.Aliquãdo VERBIS subintelligitur,vt apud Ouidium 5.Trist.eleg.14.3.
Plures nimio simultates exercuerunt eum. Liu.9.bel.Maced.de Catone.
¶ Plurió,pro Multorũ. Tacit.lib.12,Genua Mithridatis inuadit ipsumq; prosternitissimulq; concursu plurium vinciuntur cathenæ ac cõpedes.
Plurifarias,Adiect.(πολλαχῶς,)Suet.in Claud.Cæs.cap.21,Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit.Quædã exemplaria hîc legunt plurifariam aduerbialiter.
Plurifariam,Aduerbiũ,(πολλαχῶς,)Pluribus modis. Suet.in Tib.Cæs. cap.43.Cubicula plurifariam disposita,tabellis ac sigillis lasciuissimarum picturarum & figurarum adornauit.
Pluralis & hoc pluraliè,pen.prod.(πληθυντικός,) Quod plura comprehendit,vel plures.vt Pluralis numerus.
Pluratiuus,pen.prod.Adiectiuum,(πληθυντικός,) vt Pluratiuus numerus,apud Macrobium.
Pluscolus,penult.corr.(πλεονάστης,)Adiectiuum,diminutiuum à Plus.Terentius Phorm.4.3.60,Vxori emunda ancillula est,tum autem pluscula Supellectile opus est.
Pluscolum,Substantiuum,n.g.(πλεόνασμα,)Colu.lib.11.cap.47.5, Deinde exiguum aceti piperati,& pluscolũ mellis aut mulsi adiicito. Plin.lib. 16.cap.10.6,Pluscalum huic erumpit liquoris.Lucret.lib.4.124.
Negotii pluscolum in quibusdam causis est.Cic.2.de Orat.55.
Pluscolum,Aduerbium,(μᾶλλον,)Plaut.Amphit.4.129.
Credo equidem dormire solem,atque apporum probè.
Mira sunt,nisi inuitauit sese in cœna pluscolum. Hoc est,nisi bibit paulo plus quàm par fuerit.
Pluscolum etiam quàm concedit veritas,amori nostro largiare.Cicc.Lucceio,lib.5.12.12.Hoc est paulo plus.
Plurimus,pen.corr.Adie.(πλεῖστος,)Superlatiuũ à multus. Plaut.Aulul. 4.27,Quod me sollicitat plurimis miserũ modis.Teren.Eun.2.2.39,
-plurima salute Parmenonem Summum suum impertit Gnato.
Labor plurimus.Horat.4.Carm.ode 2.6.
Plurima stragula.Cic.4.Verr.127.
Atticæ plurimam salatem.Vale.Cicc.ad Atticum,lib.14.318.7.
¶ Plurimus,Longus.Virg.1.Aeneid.85,
Iamque ascendebant collem,qui plurimus vrbi
Imminet.Vbi Seruius,Plurimus,longus:vt ipse 3.Georg.11,
-cui plurima ceruix. De boue. Idem,Quum se nux plurimũ diffundit amygdala longa nanque est.
¶ Plurimi genitiuus verbis æstimandi iungitur. Plautus Bacchid.4.29, Imò vnicè illum plurimi pendit. Cicc.3.de Finib.53, Sic bonum hoc de quo agimus,est illud quidem plurimi æstimãdum:sed ea æstimatio genere valet,non magnitudine.
Quod plurimi est vt quisque possidet,ita ditissimus habendus est. Cicc. in Parad.62.
¶ Plurimum ætaris.Cic.4.Verr.131,Nam q̃ in publicanorum causis vel plurimum ætatis meæ verior,vehementerque illum ordinem obseruo, satis cõmodè mihi videor,&c. Cic.1.de Finib.82, Itaque ne iustitiam quidem re.ctè quis dixerit per seipsam optabilem:sed quia iucunditatis vel plurimum afferat.
Plurimum & Minimum,contraria.Cic.1.de Inuent.37,Exordium,sentẽtiarum & grauitatis plurimum debet habere,&c.splendoris,& festiuitatis,& concinnitudinis minimum,propter ea quòd,&c.
Plurimum,Aduerbium,(πλεῖστον,)Hoc est,permultũ. Teren.Eun.3.2.5,
-ecquid nos amas
De fidicina illhaec THA.plurimum merito tuo. Plaut.Persa,23.16,
Salue plurimum. Idem Amphit.8.123, -quin eo fit,mihi
Plurimũ & credo,& scio ista esse facta pinde vt ploquor.Cic.de Amic. 41,Plurimum in amicitia amicorum bene suadentiũ valeat authoritas. Idem ad Brutũ,lib.11.16.1,Hoc ego vtor vno omnium plurimum.
Longè,longeque plurimum,Vide LONGVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diligere plurimum aliquem.Cic.Lentulo,lib.1.7.1.
Posse plurimum dignitate apud aliquem.Cic.pro Roscio Amer.2.
Præstabat plurimum alius in muliebri corpore pingendo Zeuxis.Cic.1. de Inuent.1.11.
¶ Plurimum,pro Vrplurimum.Sæpius.Terent.Phorm.1.4.17,Domum re pergamibi plurimum est.Plin.lib.9.cap.36.1, Purpuræ viuunt annis plurimum septenis. Idem lib.17.cap.21.4, Interesse medio temperamento inter binas vites oportet pedes quinos.Minimum autem lato solo pedes quaternos, tenui plurimam octonos. Idem de vrbis, lib. 8.cap.36.1,Patiunt plurimũ quinos.Pro hoc vulgus Vrplurimũ dicit, Græcorũ more.Quomodo & locutus est Plinius lib.15.cap.3.ad finẽ, Nec tam numerosa differetia : tribus vt plurimum bonitatibus distat.
MVLVCHA, pen.prod. (μολοχέα,) fluuius Mauritaniæ. De quo Strabo lib 17, Post Mauritaniam(inquit)est Massylyiorum regio, à Molochath fluuio(ita Mulucham nominat)initium sumens,&c.

Mulus, mули,(ἡμίονος,εὐς,ὄνος,)Plin.lib.8.cap.44.1,Ex asino & equa mulus gignitur mense duodecimo,animal viribus in labore eximium.Et paulo post, Equo & asina genitos mares, hinnulos antiqui vocabant:contraque mulos,quos asini & equæ generarent.
Clitellarius mulus.Cic.in Topic.12.Vide CLITELLAR.
Curto mulo ire.Horat.1.Serm.saty.6.11.
Festinat calidus mulis,gerulisque redemptor.Horat.3.epist.2.15.
Ornare aliquem mulis.Cic.1.de Lege agrar.43.
Peruehi Romam mulo.Cic Præto,lib.9.18.3.
Vtilitates mulorum & asinorum ad vsum hominum paratæ. Cicero 2.de Nat.deorum,138.
¶ Mulus,pilcis,Vide MVLLVS.
¶ Muli Mariani,Suiti forcullæ, quibus religatas sarcinas viatores gerũt quarũ vsum quia Marius attulit, muli Mariani postea appellati. Frõt. lib.4.Stratag.C.Mariũ recidẽdorũ impedimẽtorũ gratia,quibus maximè exercitus agmen oneratur, vasa & cibaria militum in fasciculos aptata sarcis imposuit,sub qbus & habile onus & facilia requies esset.
Mula,mulæ, (ἡμίονος,) Plin.lib.8.cap.44.1, Gignitur autẽmula ex equo & asina,sed ferocius,& tardiatis indomitæ.
Carricati mula.Vide CARRVS.
Fœta mula Iuuenal.Saty.13.7,
Egregium sacrumque vitium si cerno,hi membri
Hoc monstrum puero,& miranti tam sub aratro
Fuscibus insectis,& fœtæ comparo mulæ.
Missa pastum mula Horat.1.Serm.saty.5.4.
Mundæ nitet vegula mulæ.Iuuenal.Saty.7.19.
Calcearemulas,Vide Calceo in CALX,pro posteriore parte pedis.
Mularis, & hoc mulare,pen.prod. (ἡμιονικός,) Colum lib.6.cap.27.12, Est enim generosa materies,quæ circo,sacrisque certaminibus,equos præbet:est mularis,quæ pretio fœtus sui comparatur generoso.
Mulio,muliõnis, (ἡμιονιαστής,) Qui mulos clitellarios siue quadrigarios ducit.Iuuen Saty.3.31,Nam mihi cõmota iãdudum mulio virga Iouat. Martial.lib 9.60,Nec pigri rota casta mulionis.Sic lib.13.11.
¶ Mulio,culicum genus.Plin lib.11.cap.18.3.
Mulionius,Adiectiuum, (ἡμιονιαστικός,)Quod ad mulionem pertinet. Cic.pro Sest.70,Mulionium penulam arripuit, cum qua primũm Romam ad comitia venerãt:mestoria le corbe contexit.

Mundus, Adiectiuum, (καθαρός,καθαρτός,) Purum,tersum, politum significat.Plaut.Cistel.2.46,Neque munda es adeòque vt soles. Terent Eunuch.5.4.12,
Quæ dum foris sunt,nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quicquam.
Mundus & elegans.Cic.2.de Finib.38,Nemo nostrum istius generis asotos iocandè putat viuere,mũdos,elegantes,optimis coeis, pistoribus, piscatu,aucupio,venatione,his oibus exquisitis vitãtis eruditatẽ, &c.
Mundus & elegans vir.Cic.2.de Finib.40.
Cœnæ mundæ.Horat.3.Carm.ode 29.3.
Corpore mundo culta fœmina.Lucret.lib.4.258.
Supellex munda.Horat.1.epist.5.2.
Mundior.Horat.2.Serm.saty.7.3, -vnde
Mundior exiret vix liberrimus honestè.
Mundior iusto cultus.Liuius 8.ab Vrbe,79.
Mundus,mundi,Substantiuum,(κόσμος,)Dicitur ornatus muliebris,quo scilicet mulier mundior fit. In cuius nominis appellatione continetur speculum, armillæ, annuli, gemmæ, & similia, quibus mulier ornatur. Accius, Cum virginali mũdo clãm pater.Liu.1.bel.Maced.168,Non aurum mõdo iis,sed postremo quoq; vestem, mundamq; omnem muliebrem ademit.Colum.lib.12.cap.3,Postea mundũ muliebrẽ ademit.
¶ Mundum,neutro genere dixit Lucilius, Legauit quidam vxori mundum omne penumque.
¶ Mundus etiam dicitur cœlum, & quicquid cœli ambitu continetur. Nam sicut Græci κόσμον,quod apud nos ornatum significat, ita nos à perfecta absolutaque elegantia vocamus mundum, quòd nihil eo sit mundius & pulcirius & ornatius: & à Græcis ab ornatu cosmos dicitur. Hæc ex Plinio lib.2.cap.1. & 4.Cic.3.de Finib.98, Mundum autem censent regi numine deorum, eumque esse quasi communem vrbem & ciuitatem hominum & deorum,& vnumquenque nostrum huius mundi esse partem, ex quo illud natura consequitur, vt commodum vtilitatem nostræ anteponamus.

Mundus, est quasi communis deorum atque hominum domus aut vrbs vtrorunque.Cic.1.de Nat.deorum,231.
In rerũ natura totoq; mũdo quæ cõstãt,quæq; mouent.Cic.de Amic.23.
Principio ipse mundus deorum hominumque causa factus est : quæcumque in eo sunt,& parata ad fructum hominum & inuenta sunt. Cic.1. de Nat.deorum,231.
Arx siderea mundi.Ouid.5.Amor.eleg.9.5.
Cardo mundi.Ouid.2.de Ponto,eleg.10.9.
Ipse quidem certè quum sim sub cardine mundi,
Qui semp liquidis altior extat aquis,&c. Hoc est sub polo arctico.
Extremum & vltimum mundi,cœlum est.Cic.1.de Diuinat.137.
Fabricator mundi.Ouid.1.Metam.11.Quintil.lib.2.cap.16.7.
Lumina clarissima mundi, Liber & alma Ceres. Hoc est Sol & Luna. Virg.1.Georg.1.
Machina mundi.Lucret.lib.5.20.
Mœnia flammantia mundi.Lucret.lib.1.15,
Ergo viuida vis animi peruicit,& extra
Processit longè flammantia mœnia mundi.
Moles operosa mundi.Ouid.1.Metam.52.
Nouitas mundi.Lucret.lib.5.164,
At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æstus.
Oculus mundi,Sol.Ouid.4.Metam.46.
Orbis mundi.Virg.6.eclog.7.
Regio vltima magni mundi.Ouid.4.Trist.eleg.4.17.
Ruina mundi.Lucan.lib.5.128.
Species serena mundi.Lucret.lib.4.26.
Vetustas arcana mundi.Stat.4.Thebaid.7.
Vigiles mundi,Sol & Luna.Lucret.lib.5.288.
¶ Aeternus mundus.Senec.Herc.Oeth.16.9.
Amœnus mundus.Senec.Oedip.5.29.
Arduus mundus,Vide ARDVVS
Capax mundus.Ouid.2.Trist.8.
Citatus mundus.Senec.Herc.Oeth.15.8.
Compositus mundus.Quintil.lib.1.cap.17.3, Atque claros nosse sapientiæ viros nemo dubitauerit studiosos musicæ fuisse, quũ Pythagoras, atque eũ secuti, acceptã sine dubio antiquitus opinionẽ vulgauerũt, mundũ ipsum ea ratione esse cõpositum, quam postea sit lyra imitatus.
Concitatus mundus.Senec.Agamem.9.4.
Dives mundus.Ouid.2.Metam.19.
Diuulsus mundus Lucan.lib.1.16, -totaque discors
Machina diuulsi turbabit fœdera mundi.
Genitalis mundus.Sil.lib.13.107.
Immensi mundi publica lux,Sol.Ouid.2.Metam.7.
Varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominamus.Cic.de Vniuersit.45.
Magni primordia mundi.Ouid.15. Metam.14.
Patulus mundus Lucret.lib.6.22.
Picti mundi sidera.Senec.Thyeste,9.9.
Pulcherrimus mundus.Claud.7.Paneg.57.
Stelliger mundus.Senec.Herc.fur.13.14.
Subactus mundus,Deuictus.Lucan.lib.1.32.
Triformis mundi regna.Ouid.15.Metam.172,
-Iuppiter arces
Temperat æthereas,& mundi regna triformis.
Triplex mundus.Ouid.11.Metam.8,
Est locus in medio orbe inter terras,q; fretumq;,
Cœlestesque plagas,triplicis confinia mundi.
Vastus mundus.Ouid.13.Metam.22.
¶ Administrare & regere mundum,Vide ADMINISTRO.
Attollit se mundus,Vide ATTOLLO.
Incestare mundum.Claud.2.de rapta Proserp.44.
Audes tartareis mundum incestare quadrigis?
Magnitudinem mundi metiri.Cic.1.Offic.117.
Nasci mundum,& deficere.Quintil.lib.5.cap.10.57.
Sol negat officium mundo.Ouid.2.Metam.77.
Lumina mundo præbet Titan.Ouid.1.Metam.2.
Prosternere mundum.Lucan.lib.7.56,
Ite per ignauas gentes,famosaque regna,
Et primo ferri motu prosternite mundum.
Phœbus diem reddit mundo.Senec.Agamem.1.12.
Rubescit mundus.Ouid.2.Metam.14,
Tum pater vt terras,mundumque rubescere vidit,
Cornuaque extremæ velut euanescere lunæ.

Mundiuus,pen.prod.Adiectiuum,(κοσμικός,) Quod mundi est.Vnde interrogatus philosophus Socrates,cuias esset,mundanum se esse respõdit,vt ait Cicero 5.Tusc.152.
Mundulus,pen.corr.Adiectiuum diminutiũ à Mundus adiectiuo, Qui nimia munditia vtitur,vt placeat mulierculis.Plaut.Truc.13.10,
Nunc ego istos mundulos vrbanos amasios
Hoc ictu exponam.
Munditer,pen.corr.Aduerb.(κοσμικῶς)Plaut.Pœnul.4.20, Nam quum sedulò mũditer eos habemus,vix ægrè aurorculos inuenimus.
Munditia,munditiæ,vel Mundities, muditici,(κοσμικότης,)Lautitia,vel ornatus quo quis se mundum ac politum tenet.Plaut.Casina,6.11.
-qui postquam amo
Casinam,magis initio munditiis.Cic.1.Offic.182,Adhibẽda præterea munditia est,non odiosa neq; exquisita nimis:tantum quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam. Colu.lib.9.cap.14.13,Nec quãuis amantissima munditiarum offendunt odore suo.
Elegantia & munditia.Cic.in Orat.43.
Lautitia,munditia,elegantia.Cic.Planco,lib.9.10.6.
Mundities mundior.Catul.ad Furium,epigr.10.4.
Minimè virilles munditiæ.Claud.2.in Eutrop.68.
Capimur munditiis.Ouid.3.de Arte,27.
Munditias facere.Cato cap.2.& cap.39.Vide FACIO.
Mundo,mundas,(κοσμῶ,)mundare,Mundum & nitidum facere.Plin. lib.15.cap.6.2,Ob id crebrius vasa mundanda.

Munero, mineras,Vide MVNVS.

Mungo, mungis,munxi, munctum, (μύσσω,)mungere, Quasi mucum agere.
Mungor, Deponens,aliquando legitur apud antiquos. Cato de Liberis educandis,Neque emangentur libertatem.

Municeps,Vide MVNVS.

Munio, munis,munisui,munitum,pen.prod.(ἐκφράσσω,ἐκυρόω,τειχίζω,reparare,præparare,defendere.Sipontinus, Munio ,pprè Instruo, rem incipis,si magna moris mœnia. Idem Persa,16.87,
Vt munitum muro tibi visum est oppidum!
P.Si incolæ bene sunt morati,pulchrè munitum arbitror.
Munire,à frigore.Colu.Quantumq; res patietur,à frigore & tempestatibus munienda. Idem lib.11.cap.3.1, Hortum ab incursu hominum procudumque munire.
Ad alia tempora se munire.Cic.Præto,lib.9.18.3.
Contra pudorem se munire.Tacit.in vita Agricolæ, Quum denotandis tot hominum palloribus sufficeret fœuus ille vultus & rubor ,à quo se contra pudorem muniebat.
Mœnibus moliuas munire aditus insulæ.Cic.Attic.lib.4.86.4.
Aditum munire.Cic.pro Cluentio,13, Tamen vt ad hoc nefariũ facinus accederet,aditum sibi alis sceleribus antè muniuit.
Castra munire.Cæsar 1.bel.Gal.212,Primam & secundam aciem in armis esse,tertiam castris munire iussit. Sic lib.2.276.
Præsidia,colonias,vigiliasq; coloniam munire.Cic.1.in Catil.5.
Colonia munire gentem aliquam.Cic.pro Flacco,50.
Iter munire.Liu.5.bel.Pun.60,Munitumque iter,quo faciliora plaustra, minorique moles in transitu esset.
Oppidum & arcem munire.Cic.de Prouinc,Consul.3.
Vias munire oppidum.Virg.1.Aeneid.55.
Incerludere omnes seditionum vias,munire præsidia Reipublicæ. Cic. pro Rab.perduel.reo,2.
Manii & ornari bonorum omniũ præsidio.Cic.pro Flac.80.
Præclarè & tueri & munire se beneuolentia multorũ. Cic.1.de Fini.135.
Misericordia & liberalitate se munire.Cic.Attico,lib.9.177.2.
Cœtus munire senectam.Lucret.lib.4.353.
Firmissimis præsidiis claßibusq; frumentaria subsidia Reipublicæ munire.Cicero,pro L.Mannlia,14.
Viam munire.Plaut.Mdit.5.68, -tibi muni viam
Quã cibatus cõmeatusq; ad te & legiones tuas tutò possit peruenire.
Valla,Munire viã,repurgare,reficere,ac substruere,interdũ lapidibus, quales sunt viæ Romanæ à plerisq; portis in multorum dierum iter siliciõs stratæ.Cic.p Milone,13, Perinde quasi Appius ille Cæcus viã munierit,non qua populus vteretur,sed vbi impune sui posteri latrocinarentur(Dicimus etiã vt viam,ita Ripam munire, Alueum munire, Aditum munire,quem illa reficimus aut reparamus. Hactenus Valla. lib.5.Cic.pro Fonteio,6.Obiectũ est etiam quæstũ M.Fonteiũ ex via rum munitione fecisse:vt aut ne cogeret munire:aut id quod munitũ esset,ne improbaret. Liu.4.bell.Maced.106, Breui per montes circuitu præmissis,qui munirent viam.
Munire viam,per trãslationẽ,de corporalibus ad incorporalia. Quintil. lib.3.cap.1,Propterea quòd plerimi authores,quanuis eodem tendent,vias tamen diuersas munierunt,& in suam quisq; induxit sequentes. Cic.1.Tusc.51, Abiit ad deos Hercules:nunquam abiisset,nisi quã inter homines esset,eam sibi viam muniuisset.

Munire viam ad. Cice.Attico,lib.1.11.14.Sed tamen quoniam ista sunt tam infirma,munitur quædam nobis ad retinendas opes nostras tuta, vt spero,via. Idem 3.Verr.44. Alia sibi ratione viam munire ad stuprum cœpit.
Viam accusandi alicui munire,adipiscẽdi obstruere.Cic.pro Murena.45.
Munitur contra.Cic.de Senect.47.Et contra auium minorũ morsus munitur vallo aristarum.
Fidelitate nostrarum necessitudinũ contra veterum inimicorum perfidiã muniendum me putaui.Cic.Planco,lib.4.14.9.
Munitus,penu.prod.(ὀχυρός,ἐστρατοπεδευμένος,)Participium,siue Nomen ex participio. Cic.ad Q .fratrem,lib.2.7.6.Dixitq; apertè,se munitioré ad custodiendam vitam suam fore,quàm Africanus fuisset. Idem.2. Offic.21,Quas res & mansuetudo animorum consecuta, & verecũdia estiesfectamque vt esset vita munitior.
Nihil tam munitum,quod non expugnari possit.Cic.1.Verr.3,
Contra hostes septus & munitus.Cic.1.de Finib.79.
Latera concædibus munitus.Tacit.lib.1.
A propinquis munitus,Vide A vel AB præpositiones.
Amicis non paucis munitus.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.5.
Partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oportet. Cicero de Petit.Consul.17.
Beneuolẽtia hominum firmissima muniti sumus.Cic.Attic.lib.2.40.3.
Stipatus ficariis,septus armatis,munitus iudicib' Aedilis.Cic.p Sest.82.
Timore nullo munitus.Propert.lib.3.eleg.12.4.
Quid faciet nullo munita puella timore,
Quum sit luxuriæ Roma magistra tuæ!
Ingenio alicuius munitiores amici.Cic.pro Murena,52.
Munitissima arx.Liu.6.bel.Pun.245.
Castella munita.Cic.Cælio,lib.2.9.8.
Delicta munita authoritate alicuius. Salust.in Iugurth. Interim Calphurnius pacato exercitu legit sibi homines nobiles,factiosos: quorum authoritate,quæ deliquisset,munita fore perabat.
Clausa satis & munita aliquibus domus.Cic.pro L.Manil.46.
Publico omni præcipuo & diuino & humano iure munita domus. Cic. de Aruspic.respon.12.
Domus tot Senatusconsultis munita atq; septa.Cic.de Arusp.resp.13.
Equus munitus.Propert.lib.4.eleg.3.2.
Iter munitum.Silius lib.15,104.
Libertas leuitate legum munita.Cic.pro Rab.perduel.reo,6.
Munitissimus habendi Senatus locus.Cic.in Catil.1.
Oppidum munitissimum oppugnare.Cic.Celio,lib.2.9.8.
Palpebræ tanquam vallo pilorum munitæ sunt.Cic.2.de Nat.deor.214.
Sapientia munitum pectus gerere.Cic.1.de Diuin.82.Ex Accio.
Munitissimus portus.Cic.2.Verr.3.
Munita virtus.Cic.de Amic.29,Vt enim quisq; sibi plurimũ cõfidit,& vt quisq; maximè virtute & sapientia sic munitus est, vt nullo egeat,&c.
Via ad Consulatum munita.Cic.pro Murena,30.
Munitio,Verbale.(ὀχύρωσις,ἐπιτείχισμα,)Cæs.1.bel.Gal.32.Operis munitione,& militũ concursu & telis repulsi.Ibidẽ,lib.2.346,Tertia vigilia quã minimè arduus ad nostras munitiones ascensus videbatur, omnibus copiis repentè ex oppido eruptionem fecerunt.
Loci munitio.Quintil.lib.3.cap.7.19.
Operibus munitionibusq; sepire vrbem aliquam.Cic.13.Philip.358.
Ex viarum munitione quæstum facere.Cic.pro Fonteio,6.
Munitione ac mole lapidũ disiunctus à mari fons.Cic.6.Verr.105.
Munitor,pen.prod.Aliud verbale.(ὀχυρωτής,)Liu.7.bel.Pun.69.Castra inde ponentem,Pugnãdo vndiq; in munitores,operibus prohibet.Idẽ 7.ab Vrb.103,Et ab hastatis, principibusq; qui pro munitoribus intẽti armatiq; steterant,prælium initum.
Munito,munitas,pe.pro.(κατασκευάζω,)munitare, Frequent.Cic.p Rosc.Amer.83,Quæ quidem dominatio Iudices, in aliis rebus antea versabatur:nũc verò quam viam muniret,quod iter affecter,videtis.
Munimen,pen.prod.muniminis,(ὀχύρωσις,)Munitio est,proprie castrorum cæterarumq; rerum,quæ contra aduentum hostium muniuntur, siue vallo, siue fossa,siue alio quouis modo. Dicitur & de aliis rebus.
Virgilius 2.Georg.71.
-hoc effusos munimen ad imbres,
Hoc vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua.
Munimen nullo quassabile ferro.Lucan.lib.6.5.
Munimentum,munimenti, Idem,(ὀχύρωμα,χῶμα,) Liu.1.ab Vrbe,149, Quiritium quoq; fossa,haud paruum munimentũ à planioribus aditu locis,Anci regis opus est.Colu.lib.11.ca.2.1, Democritus in eo libro quem Georgicon appellauit,parũ prudenter censet eos facere,qui hortis extruunt munimenta,q; neq; litere fabricata materies,&c.
Tenere se muniméntis,& maiores copias opperire iubetur. Tacit.lib.13.
Togæ munimenta.Iuuen.Saty.9.3.

Universidad de Deusto Biblioteca

- pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ.

Munis, Vide MVNVS.

Munus, muneris, pen. corr. (γέρας, δῶτίνη, δῶρον,) Donum. Dictum munus, vt ait Varro, ab eo quòd qui mutuo animo sunt, id dant officii gratia. Festus, Munus, donum quod officii gratia datur. Plaut. Trucul. 19.54, Melius te munere certare mecum, quàm minaciis. Terent. Eunuch. 2.1.8, Munus nostrum ornato verbis quod poteris. Paulus in L. Munus. ff. de Verborum & rerum sig. Munus, inquit, tribus modis dicitur: Vno, donum: & inde munera dici, dari, mittiúe. Altero, onus: quod quum remittitur, vacationem militiæ, munerisque præstati inde immunitatem appellari. Tertio, officium: vnde munera militaria, & quosdam milites, munifices vocari. igitur & municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.

Omnia plena tuis muneribus. Virg. 2. Georg. 1.
Beneficia parentum, deorum immortalium munera. Cicero Post red. in Senatu, 1.
Liberi iocosi munera, Vinum. Horat. 4. Carm. ode 15.6.
¶ Acceptissima munera. Ouid epist. 16.15.
Cæca munera Fortunæ. Senec. Hippoly. 9.5.
Exiguum munus. Ouid. 1. de Arte, 58.
Extremum munus. Virg. 8. eclog. 12,
- extremum hoc munus morientis habeto.
Funestum munus. Ouid. 2. Metam. 18.
Inania munera. Ouid. 2. Metam. 69, - & inania morti
Munera dant lachrymas. Vide INANIS.
Inenarrabile munus, Vide INENARRABILIS.
Intemerata munera. Virg. 3. Aeneid. 36,
- & munera libo
Intemerata focis.
Leue munus. Ouid. 1. Metam. 115.
Memorabile munus. Ouid. 14. Metam. 47.
Miserabile munus. Stat. 8. Thebaid. 127.
Naturale munus decoris. Ouid. 14. Metam. 137.
Nocitura munera. Ouid. 11. Metam. 11.
Pexa munera, Vide PECTO.
Popularia munera. Cic. 2. Offic. 81.
Publica munera. Ouid. 6. Metam. 71,
Nec solem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues vndasiad publica munera veni.
Regale munus. Senec. Herc. fur. 6. 19.
Secrera munera Iuuenal. Saty. 9. 6.
Triste munus. Ouid 9. Metam. 1.
Votiua munera. Ouid. epist. 21. 43.
¶ Accipere aliquid in muneribus, Vide ACCIPIO.
Afferre munus. Cic. 2. de Diuinat. 7, Quod enim munus Reip. afferre maius meliusúe possumus, quàm si, &c. Vide AFFERO.
Augere verbis munus, Vide AVGEO.
Patuo munere beare aliquem. Horat. 1. epist. 19. 16.
Illa dei munus bene cedere sensit. Ouid. 8. Metam. 174.
Certare muneribus. Virg. 2. eclog. 12. Vide CERTO.
Contendere cum aliquo muneribus, Vide CONTENDO.
Corrumpere aliquem muneribus. Horat. 1. Serm. saty. 9. 12.
Magnis muneribus cumulare aliquem. Virg. 5. Aeneid. 107.
Supremis muneribus decorare aliquem. Virg. 11. Aeneid. 5.
Despicere munus alicuius. Ouid. 13. Metam. 178.
Dignum munus dare alicui. Virg. 5. Aeneid. 71.
Extremum munus dare. Virg. 4. Aeneid. 86.
Mirificum munus populo dare. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 24. 8.
Dare aliquid muneri. Quintil. lib. 1. cap. 10. 15, Atque eam natura ipsa videtur ad tolerandos facilius labores, veluti muneri nobis dedisse.
Personale munus. Vide Vigilantia & solicitudo animi in VIGIL.
Præstanti munere donat iuuenem. Virg. 5. Aeneid. 73.
Promisso munere donare aliquem. Virg. 5. Aeneid. 57.
Pingui donatus munere. Horat. 1. epist. 1. 54.
Diuino munere Reip. donatum videri. Cic. de Aruisp. resp. 5.
Exequiarum munus eripere. Cic. pro Cluentio, 20.
Ferre munera templis. Virg. 4. Aeneid. 44.
Lenire muneribus, cõgiariis, epulis multitudinẽ imperiti. Cic. 2. Phil. 1 31.
Mittere munera alicui. Cice. in Orat. Mittit homini munera satis largè hæc ad vsum domesticum, vini & olei quod visum erat: etiam tritici quod satis esset. Horat. Epod. 12. 1.
Mittere aliquid muneri alicui. Catul. in Asinium, epig. 12. 3,
Nam sudaria Saetaba ex Hiberis.
Miserunt mihi muneri Fabullus, Et Veranius.
Fœdum munus obtrudere alicui. Claud. 1. in Eutrop. 9.
Offerre aliquid muneri. Quintil. lib. 4. cap. 2. 12, Quòd is aprum, quem ipsi muneri obtulerat, exceptum esse à se venabulo, confessus esset.

Ornare munus verbis, Vide ORNO.
Parta meæ Veneri sunt munera. Virg. 3. eclog. 14.
Pensare munus munere. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 10.
Munera (crede mihi) placant homines q̃, deosque. Ouid. 2. de Arte, 130.
Poscere munus aliquem. Ouid. 3. de Arte, 160.
Seruabere munere nostro. Ouid. 7. Metam. 19.
Soluere munus alicui. Ouid. 11. Metam. 21.
Sordent tibi munera nostra. Virg. 2. eclog. 9.
Spernere munus. Virg. 7. Aeneid. 53.
Terere munus. Senec. de Benef. lib. 2. ca. 4, Sic vnum munus per multorũ teritur manus, ex quo gratiæ minimum apud promittentem remanet.
Terræ munere vescuntur. Horat. 2. Carm. ode 14. 2.
¶ Munus, (ἔργον,) (inquit Festus) significat etiam officiũ, quum dicimus quis munere fungi. Cic. 1. Off. 25, Eiusq; virtutis hoc munus proprũ. Plin. li. 16. ca. 4. 6, Vacatio munerũ omniũ ipsi, patriq;, & auo paterno.
Munus proprie est quod necessario subimus, lege, more, imperiúe eius qui iubendi habet potestatem. Dona autem propria sunt, quæ nulla necessitate, iure, officio, sed sponte præstantur: quæ si non præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, plerunque laus inest. Ideo in summa, in hoc ventum est, vt non quodcunque munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus recte dicatur. Martianus in L. Munus proprie. ff. de Verborum & rerum significatione.
Tuum est munus, tuæ partes. Cic. ad Brutum, lib. 11. ep. 6. Et 3. Verr. 44.
Ostendit munus illud non esse suum.
Hoc proprium tuum munus est vt ita eruditur, vt & patri, & Scipioni nostro, & tibi tam propinquo respondeat. Cic. 3. de Finib. 2.
Tui muneris est. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 2,
Siquid adhuc ego sum, muneris omne tui est.
Principum munus est, resistere leuitati multitudinis. Cic. pro Milone, 37.
Animi munus est ratione vti. Cic. 3. Tuscul. 27.
Munera belli. Liu. 4. bel. Pun. 160, Ita inter se munera belli partiti sunt, vt Epicides præesset custodiæ vrbis: Hippocrates, &c.
Officii munus Cic. de Senect. 16, An ne eas quidem vires senectuti relinquemus, vt adolescentulos doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? Ibidem, 65, Senectutis autem nullus certus est terminus, vtéque in ea viuitur, quoad munus officii exequi possis, & tamen mortem contemnere.
Officii ac studii erga aliquem munus. Cic. Ligario, lib. 6. ep. 1.
Solitudinis munus. Cic. 3. Offic. 5, Nulla tamen eius ingenii monumenta mandata literis, nullum opus otii, nullum solitudinis munus extat.
Vitæ munus. Cic. 1. de Finib. 19, Quis alienum putet eius esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit, quid omni in munere vitæ optimum & vtilissimum sit exquirere?
Officium & munus. Cic. 2. de Orat. 137, Tamen ab oratoris proprio officio atque munere sciuncta esse arbitror. Et pro Fontelo, 13, Proficisci satis erit id, quod dixi antea, non surdum iudicem huic muneri atque officio præesse. Idem 2. Philip. 256, Non quòd L. Philippo, & L. Pisoni aut studium, aut cura defuerit in tanto officio, tanto fine muneris. Et 2. de Diuinat. 159, Sine oculis, inquit, non potest esse officium & munus oculorum.
Tanti ac tam præclari muneris societas. Cic. Metello, lib. 5. ep. 4.
Munus & onus. Cic. 1. de Orat. 57, Magnum quiddam est, onus ac munus suscipere, atque profiteri se, &c. Varinius Ciceroni, lib. 5. ep. 4, Hoc quidquid est oneris ac muneris, pro mea dignitate, tibi tuendum ac sustinendum puta.
¶ Munus Aedilitium. Cice. ad Brutum, lib. 11. cap. 16. 6, Quanquam enim Lamia summo splendore, summa gratia est magnificentissimo munere Aedilitio, tamen, &c.
Annuum munus. Cic. Attico, lib. 6. 115. 1.
Assignatum munus, Vide ASSIGNO.
Candidatorium munus, Vide CANDEO.
Grande munus. Horat. 2. Carm. ode 1. 3.
Plena honorum munera. Horat. 4. Carm ode 14. 1.
¶ Laurè munus suum administrare, Vide LAVTVS.
Colere & efficere munus. Cic. 1. de Legib. 23, Cuius muneris colendi efficiendiúe causa, nati & in lucem editi sumus.
Conficere munus. Cic. in Partit. 73, Eo enim expolito, munus promissi omne confecero.
Curare munus suum, Vide CVRO.
Deferre munus alicui. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 8. 3.
Immunitatem munerum alicui dare. Cic. 4. Acad. 217.
Exequi munus. Cic. de Senect. 30, Itaque exequi omnia regis officia & munera. De Masinissa.
Susceptum Reip. munus explere. Cic. de Prouinc. Consul. 19.
Explere munus amicitiæ. Cic. de Amicit. 60.
Fungi munere candidatorio. Cic. ad Atticum, lib. 1. 1. 5, In omni munere candidatorio fungendo. Idem 1. de Legib. 15. Senectutisque non fuit grato atque honesto fungerer munere.
Fungi munere amici. Horat. 1. epist. 9. 1.

Fungi muneribus corporis. Cic. de Amic. 21.
Habere munus aliquod. Cic. 2. de Legib. 11, Tanquam id habuerit operis ac muneris, vt hanc nobis efficeret sedem, ad disputandum, &c.
Inire munus alicuius. Virgil. 5. Aeneid. 170, Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Iniungere munus, Vide INIVNGO.
Inserere munus negotiis. Quintil. lib. 3. cap. 7. 2, Sed mos Romanus etiam negotiis hoc munus inseruit.
Insistere munus, Vide INSISTO.
Obire munus, Vide OBEO.
Orbari muneribus pristinis. Cic. 2. de Diuin. 10, Quod quũ accidisset nostræ reipublicæ, tum pristinis orbati muneribus, hæc studia reuocare cœpimus, vt & animus molestiis hac potissimum re leuaretur, &c.
Susceptum perficere munus. Virgil. 6. Aeneid. 126.
Perfungi muneribus. Cic. de Senect. 70. Nam dum sumus in his inclusi cõporibus corporis, munere quodã necessitatis & graui opere perfungimur.
Præbere munus alicuius. Cic. pro Sylla, 41.
Præponere alicui munera aliquem. Cic. 2. de Orat. 27.
Munus, & onus profiteri. Cic. 1. de Orat. 57.
Fera munera belli regit Mars. Lucret. lib. 1. 7.
Suscipere munus. Quintil. in Prooem. lib. 4. 6.
Magnum de iure respondendi munus sustinebat Rutilius. Cicero, de Clar. Orato. 18.
Ministrum tanti muneris esse. Cic. 1. de Nat. deor. 29.
Tenere suum munus. Cic. 5. Tusc. 55.
¶ Munus, Spectaculum gladiatorium, aut ferarum, cum quibus homines depugnarent. Suet. in Cæs. Bestias quoque ad munus populi comparatas truciddauerant. Martialis lib. 1. 6,
Prisca fides taceatnam post tot munera Cæsar,
Hæc tam feminea vidimus acta manu. Cic. 1. Offic. 84, Itaque & P. Crassus cum cognomine diues, tum etiam copiis, functus est Aedilitio maximo munere. Et paulo pòst, Magnificentissima verò nostri Pompeii munera secundo Consulatu. Suet. in Cæs. cap. 39, Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim vrbe tota. Idem paulo pòst, Munere, in foro depugnauit Furius Leptinus stirpe Prætorius. Idem in Aug. cap. 43. Quodam autem muneris die, Parthorum obsides tunc primùm missos, per arenam mediam ad spectaculũ induxit. Plin. Iunior, Rectè fecisti qui gladiatorium munus Veronẽsibus vestris promisisti: à quibus olim amaris, sui piceris, ornaris. Budæus.
Munúsculum, pen. corr. Dimin. (μικρὰ δῶρα,) Cic. 3. Offic. 96. Qui quum illud fallum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscii culpæ, alieni facinoris munúsculum non repudiauerũt. Idem 5. Verr. 73. Quã tu rotam insulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munúsculum condonarat. Et Attico, lib. 16. 333. 1, Quod Quiritem nõ sine munúsculo expectare dicis, gaudeo non fefellisse eam rem opinionem tuam. Sic lib. 1. 5. 3. Tulliola deliciolæ nostræ tuum munúsculum flagitat. Virg. 4. eclog. 4, At tibi prima puer nullo munúscula cultu, &c.
Non ingrata munúscula. Catull. Argon. Epigr. 59. 21.
Non inuisa munúscula. Horat. 1. epist. 7. 4.
¶ Condonare munúsculum, Vide CONDONO.
Promittere munúscula. Catull. Argon. epigr. 59. 21. Non ingrata, tamẽ fruitra, munúscula diuis Promittens.
Deferre munúsculũ alicui. Cælius Cice. lib. 8. 8. 3, Nemini hoc deferre munúsculum maluit, quàm suo accusatori.
Munerium, munerari, (ἀγωνοθέτης,) Muneris gladiatorii exhibitor. Suetonio in Domit. cap. 10. Patremfamiliãs quòd Thracem Mirmilloni pacẽibus obiecit. Quibus verbis munerarius Domitianus dicitur, vt ludorum exhibitor, à quo Thrax coactus fuerat depugnare: hoc enim significat imparem ei fuisse: quæ figura sermonis exitialis homini intempestiui faceto fuit. Plin. libro, 33. cap. 3. 14, sine adiectione dixit, vt Suetonius, sed pro ferarum spectaculo, Cæsar (inquit) qui postea Dictator fuit, primus in Aedilitate munere patris funebri, omnia apparatu arenæ argenteo vsus est, ferasque argenteis vasis incessere tum primùm visum. Hæc Budæus. Quintil. lib. 8. cap. 3. Munerarium Augustus primus dixit.
Muneralis, & hoc muneràle, penn. produ. (περὶ δώρων,) Quod ad munus pertinet. Vnde Muneralis lex, qua Cincius (vt ait Festus) cauit, ne cui liceret munus accipere. Plautus, Nec muneralem legem, neque lenoniã rogo fuerit, nẽne flocci æstimo.
Mũnero, mũneras, pen. corr. (δωροῦμαι,) munerare: & Mũneror, munerãris, munerari. Deponens, Donare, vel dono dare. Plaut. Capt. 16. 13, - & di potestatem dabunt
Vt beneficii benemeriti nostro merito muneres. Terent. Heaut. 2. 3. 59.
Nam disciplina est eiusdem muneraries
Anollas primùm, ad dominas qui affectant viam. Macrobius libro. 1. Satur. cap. 7. Ianus quum Saturnum classe prouectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus periti in iuris, ferum illum & rudẽ ante fruges cultus victũ in melius redegisset, regni cũ societate muneraui. Ci. 2. de

Inuent. 124, Aliud alii cõmodi aliquo adiuncto incõmodo muneratur. Idem ad Atticum, lib. 7. 122. 4, Me opipare muneratus est.
Munis, (τίλης,) Officiosus, antiquè. Plau. Merc. 3. 104, Dico eius pro meritis gratum me & munem fore.
Munia, muniorum, n. g. (ἔργα, τέλη,) Obsequia lege debita, & officia quæ publicè præstantur. Colu. lib. 11. cap. 1. 23. Sic enim & magistri singulorum officiorum sedulò munia sua exequuntur, Cice. pro Murena, 67, Omnia hæc sunt officia necessariorum, cõmoda tenuiorum, munia candidatorum. Salust. ad plebem, absit periculum & labor, quibus nulla pars fructus inest, nisi fortè repentina ista Frumentaria lege munia vestra repetamus.
Capessere munia, Vide CAPESSO.
Exuere munia. Tacit. lib. 4, Non enim exuere imposita munia.
Induere munia ducis. Tacit. lib. 1, Munia ducis per eos dies induebat. De Agrippina Germanici Cæsaris vxore.
Obire regis munia. Liu. 1. ab Vrbe, 83, Interim Seruio Tullio iubere populum dicto audientem esse, eum iura redditurum, obiturumque alia regis munia.
Pacis munia. Liu. 1. ab Vrbe, 186, Censum enim instituit, rem haud parum futuro imperio: ex quo belli pacisq; munia non viritim, vt antè, sed pro habitu pecuniarum fierent.
Vitæ munia seruare recto more. Horat. 2. epist. 2. 27.
Municeps, pen. corr. municipis, pen. corr. o. g. (σωμοτέλης,) Propriè municipes dicebantur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munerum participes fiebant. Festus, Municeps est, vt ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus suscepit. Item qui in municipio à seruitute se liberauit à municipe. Itẽ municipes erant qui ex aliis ciuitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. Hactenus Festus. Cice. 1. de Legib. 8, Ego, me hercule, & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: vnam naturæ, alteram ciuitatis. Vlpianus. ff. Ad municipales, & de incolis. L. 1, Et proprie quidem municipes appellantur muneris participes recepti in ciuitatem, vt munera nobiscum facerent.
Municipes dicti sunt, quòd munera ciuilia capiant. Paulus in L. Munus. ff. de Verborum & rerum significatione.
Municipes abusiuè nunc dicimus, suos cuiuscunque ciuitatis ciues: vt ait Vlpianus in dicta L. 1. ff. ad municipales, quo nomine tam oratores q̃ poetæ vtuntur. Iuuenal. Satyr. 4. 4,
Iam princeps equitum, magna qui voce solebat
Vendere municipes fracta de merce siluros. Cic. Bruto, li. 13. 12. 2, Nõ dubito quin scias non solùm cuius municipii sim, sed etiam quàm diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri. Idem 1. de Nat. deorum, 107, Q. Catulus huius, Collegæ & familiaris nostri pater dilexit municipem tuum Roscium. Paulus in L. Municipes. ff. de Verborum & rerum significatione, Municipes intelligendi sunt & hi qui in eodẽ municipio nati sunt.
Municipium, municipii, (κωμόπολις,) Id genus hominũ dicitur, inquit Festus, qui quũ Romam venissent, neq; ciues Romani essent, participes tamen fuerunt oũm rerum ad munus fungendum vnà cum Romanis ciuibus, præter q̃ de suffragio ferendo, aut magistratu capiẽdo, sicut fuerunt quondam Fundani, Formiani, Cumani, à certani, Lanuuini, Tusculani, qui post aliquot annos ciues Romani effecti sunt. Alio modo, quũ id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venerit, vt Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio definitur, quũ id genus hominum qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt, sicut municipia essent sua cuiq; ciuitatis & coloniæ: vt Tibuertes Prænestini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucrenses. Hactenus Festus. Cæsar 8. bel. Gall. 177, Ipse hybernis peractis contra consuetudinem in Italiam quãmaximis itineribus est profectus: vt municipia & colonias appellaret. Idem 1. bel. Ciuil. 47, Cuius aduentu cognito, diffisus municipii voluntati Thermus, cohortes ex vrbe educit & profugit. Cic. 3. Philip. 134, Videte q̃ despiciamur omnes qui sumus è municipiis, id est omnes planè: quotus enim quisq; nõ est? Idem 4. de Finib. 12, Vides quantam rem agat, vt Circeis qui habitet, totum hunc mundum suum municipium esse existimet.
Attributi finitimis municipiis, Vide ATTRIBVO.
Municipãlis, & hoc municipãle, penult. prod. (σωμοτελικός,) Quod ad municipes pertinet. Cicer. 3. de Legib. 53, Vtinam, inquit, M. Cicero, isto animo atque virtute in summa Repub. nobiscum versari, quàm in municipali maluisses.
Arena municipalis. Iuuenal. Saty. 3. 3, Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ Perpetui comites.
Municipales homines, Imperiti. Cic. Att. lib. 8. 165 2, Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani. Hæc Budæus. Eidẽ, Nulla querela est municipalium hominum ac rusticorum.
Municipalis honestissimi generis. Cic. pro Sylla, 18, Est enim ipse à matre municipalis honestissimi ac nobilissimi generis.
Municipalis dolor. Cic. ad Atticum, lib. 7. 130. 4, Rursus autẽ ex dolore

municipali, sermonibusque eorum quos conuenio, videtur hoc consilium exitum habiturum.

Municipalia sacra vocantur, quæ ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obseruare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo fuissent antiquitus. Festus.

Municipale ius dicitur, priuatum ius vniuscuiusque ciuitatis.

Municipalia magisteria, vocãtur administrationes & officia sui municipii.

Municipatim, Sueton. in Iulio, cap. 14. Senatu vniuerso in socios facinoris vltimam statuente pœnam, solus municipatim diuidendos custodiendosque publicatis bonis censuit.

Munificus, munifica, munificum, pen. corre. (δωρηματικός, πολυδωρεᾶς,) Munifici apud antiquos, non à largitione quæ nulla erat, sed consentiẽtes appellabantur ad ea quæ amici vellent. Nunc autem munificus pro liberali ponitur, quasi sit munera largè præbens. Plaut. Amph. 8.211,

Tibi morigera, atque vt munifica sim bonis, prosim probis.

Munifica sylularum genera. Plin. lib. 3. cap. 5. 4.

Munificus laudis. Claudianus 7. Paneg. 100. Munificus laudis, sed non & prodigus auri.

Munificus amicus. Liu. 3. bel. Maced. 10. Mitis ac munificus amicus fuit.

Dea munifica, Ceres. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 1.

Numa munificus. Ouid. 3. Fast. 77.

Opes munificæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 5.

Patria munifica. Liu. 4. ab Vrbe, 158, Vt nemo pro tam munifica patria, donec quicquam virium superesset, corpori aut sanguini suo parceret.

¶ Munificus, munificentior, munificentissimus dicimus. Cic. pro Rosc. Comœdo, 13. Semper liberalissimus munificentissimusque fuit. Cato olim dixit, munificior, munificissimus, teste Festo.

Munifice, pen. corr. Aduerbium, (δωρηματικῶς,) Largè, abũdanter. Cic. 3. de Nat. deor. 97, Sic haud scio an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam, quam rationem vocamus, quoniam pestifera sint mulris, admodum paucis salutaria, non dari ommno, quàm tam munificè & tam largè dari.

Munificè & æquè tueri societatem coniunctionis humanæ. Cicero. 5. de Finib. 117.

Munificè adiuuare. Liu. 2. bel. Pun. 158. Atque vno tenore, ex quo in amicitiam Pop. Romani venerit, fidem coluisse, ac rem Romanam omni tẽpore ac loco munificè adiuuisse.

Munificè augere. Liu. 1. ab Vrbe, 9.

Munificè prædam largiri. Liu 1. ab Vrbe. 236.

Munifico, munificas, pe. cor. (πλουτίζω) munificare, Ditare, beatũ facere. Lucret. lib. 2. 136. De Cybele deorum matre,

Ergo quum primùm magnas innecta per vrbes

Munificat tacita mortales muta salute:

Aere atque argento sternunt iter.

Munifex, pen. corr. Munificis, penul. correp. om. g. Munifices authore Festo, qui non vacabant, sed munus principi faciebant. Contrà beneficiarii dicebantur qui vacabant muneris officio. Et munifices à Vegetio libro. 2. cap. 7. dicuntur milites qui munera faciunt: quibus immunes non obstricti sunt. Hi sunt, ait Vegetius, milites principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui, munifices appellantur, quia munia facere coguntur. Inde illud Plinianum per metaphoram dictum, libro. 11. cap. 40. 3. Vno verò ex omni turba relicto, sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, descendit. Budæus.

Munificentia, munificentiæ, (πολυδωρεία,) Plin. lib. 27. cap. 1. 1, Nec dubie superata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificẽtia, si humani operis esset inuentio,

Seueritas & munificentia. Tacit. lib. 1, Eundemque seueritatis & munificẽtiæ summum vidissent.

Munychia, (μουνυχία,) portus Atticæ. Steph.

Munychius, Adiectiuum, (μουνυχιος,) Ouid. 2. Metam. 143.

Munychiosque volans agros, gratamque Mineruæ

Despiciebat humum.

Arces Munychiæ. Stat. 5. Sylu. 3. 22.

Rura Munychia. Stat. 12. Thebaid. 124.

MVNYCHYATES, (μουνυχιάτης,) Ptolemæo lib. 5. cap. 17. Petræ Arabiæ vrbs: hodie Medina Talnabi, vbi Mahumedis sepolchrum.

Muraena, muræna, μύραινα, Piscis est non dissimilis anguillæ. Plin. lib. 9. cap. 23. Muræna quocunque tempore parit, quum cæteri pisces ſtato pariant. Oua eius citissime crescunt in sicco litore. Elapsas vulgus coitu serpentium impleri putat. Aristoteles myrinum vocat marem qui generat. Discrimen esse, quòd muræna varia & infirma sit, myrinus vnicolor & robustus, dẽtesque extra os habeat. In Gallia Septentrionali muræniis omnibus dextra in maxilla septenæ maculæ, ad formam Septentrionis, aureo colore fulgent, duntaxat viuentibus, pariterque cum anima extinguntur. Macrobius Saturn. lib. 3. cap. 15. Accersebantur autem muræniæ ad piscinas nostræ vrbis abuique freto Siculo. Illic enim optimæ à prodigis esse creduntur tam Hercule quàm anguillæ: & vtræque ex illo loco ploræ, à Latinis fluiæ vocantur, quòd in summo supernantes, sole torrefactæ, cuuare se

posse, & in aquam megere desinunt, atque ita facile capiuntur. Mart. libro. 13. 80.

Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo,

Non valet exustam mergere sole cutem. Plaut. Aulul. 14. 2. Congrum, muræniam exdorsua, quantum potes. Idem Amph. 4. 165. Mirum in hac muræniam exdorsua, quantum potes. Idem Amph. 4. 165. Mirum in hac me quasi muræniam exosſare cogitat. Est autem muræna duplex: marina & fluuiatilis: marina rostrum habet quale anseris: fluuiatilis autẽ omnino nostræ lampetræ est similis, & à quibusdam galeos dicitur. Cicero in Parad. 49.

Abstinere ostreis & muræniis, Vide ABSTINEO.

Muræniulam, colliaurum nuncupat vulgus, Hieronymo tradente, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuoli catena, contexitur, ex piscis vtique imagine vocabulo conformato. Celius lib. 4. cap. 2.

Muralis, Muratus, Vide MVRVS.

MVRCEA, (μούρκαι λεγομένη,) dea, quam ita appellarunt, quòd præter modum faceret hominem murcidum: id est nimis desidiosum. Cui contraria erat dea Strenua, quæ faciebat homines strenuos.

Murcidus, pen. corr. Adiect. (ναρκώδης,) Ignauus, stultus, inquit Festus. Plaut. Epid. 7. 12. Væ tibi murcide homo.

Murex, muricis, pen. corr. (ἀπορρῆξις, μυκὴς, ὄστρεον,) Piscis marinus, ex concharum genere à purpura diuerso. Plin. lib. 9. ca. 16.

Mutianus muricem esse latiorem purpura, neque aspero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice, concha viridque latere tesse colligente: quibus inherentibus, plenam ventis stetisse nauem, portantem nuntios à Periandro, vt castraretur nobiles pueri, conchasque, quæ id præstiterunt, apud Gnidiorum Venerem coli, &c. Colum. lib. 8. cap. 16. 6, Eadem quoque maximè idonea est conchyliis, muricibus & ostreis.

Murice Baiano melior Lucrina Peloris. Horat. 2. Serm. saty. 4. 7.

Intortus murex. Valer. 3. Argon. 147.

Dat procul interea toto pater æquore signum

Phorcys: & immanes intorto murice Phocas

Contrahit. Murex intortus tuba erat Phorcyos.

Murex, per excellentiam, conchylium aliquando dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35. 20, Conchylia & purpuras omnis ora attexit. Sipontinus.

Ex muricis colore fit color purpureus. Virg. 4. eclog. 9.

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti

Murice. Martialis de murice, lib. 13. 87,

Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas

Induis: & non est hoc satis, esca sumus.

Afro murice tinctæ lanæ. Horat. 1. Carm. ode 16. 8.

Getulo murice tinctæ vestes. Horat. 1. epist. 837.

Phœcaico bibulas tingebat murice lanas. Ouid. 6. Metam. 2.

Sidonio murice tincta lana. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 4.

Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ. Horat. Epod. 12. 5.

¶ Murex, pro Purpura interdum accipitur, quã Sidon vrbs Syriæ gignit. Virg. 4. Aeneid. 53,

– Tyrioque ardebat murice læna.

Aurato præfulgens murice ductor. Silius lib. 4. 66.

¶ Murex, Acumen, seu Asperitas saxi, inquit Nonius. Virg. 4. Aeneid. 41,

Concussæ cautes, & acuto in murice remi

Obnixi crepuêre. Ab asperitate murorũ inquit Perottus. Vide ACVO.

¶ Murices, Sunt tribuli, vel vt Græce τρίβολοι, machinulæ ferreæ, dolofe, tetragona forma, quæ in quãcunque partem mouebuerint, vnum aut plures aculeos infestos protendunt. Curtius lib. 4. Bion quidam transfuga nuntiat regi murices ferreos in terram defodisse Darium, quã hostis equitem emissurum esse credebat. Valerius lib. 3. de Scipione Asiatico. no loquens, Suadentibus quibusdam, vt circa mœnia vrbis quam obsidet, ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in præsidia nostra facere possent, &c. Tribulorum meminit Vegetius lib. 3. Lingua vernacula calcitrappæ vocantur. Budæus.

Muricãtus, pen. prod. Adiect. (μυκωτός,) Quod est muricis modo. Ex Pli. li. 10. ca. 23. 10. Vtrique folia pauca, spinosa, muricatis cacumibus.

Muricati gressus, Fulgentio, id est formidolosi & pauendi (vt aiunt) arua, quibus adhuc impressæ bellantium plantæ muricatos (quod quit) sigillauerunt gressus. Et formidine menti nõdum exterrita, hostes in vestigiis pauebamus: terrorem enim pro sui memoria miles hostibus redem reliquerat. Budæus.

Muricãtim, pen. prod. Aduerbium, (μυκωτιδόν,) Conuolutim, inquit Budæus: In modum muricis. Columel. lib. 9. cap. 33. 1, Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso.

Murilegulus, pen. corr. (μυοκτόνος,) à muricibus legendis sive colligendis nomen habet. Cælius lib. 8. cap. 11 Murilegulos sureconsulti muricis & purpurarũ perquisitores nuncupant. Meminit Codicis lib. 11. de Mutatis, titulo de Monetariis & murilegulis.

Muria, muriæ, (ἅλμη,) Genus salsamenti, quod ex piscium liquamine fiebat, præsertim thynnorum. Pers. Saty. 6. 1. Tunge olus siccum

siccum muria vafer in calice empta. De muria est epigramma Martialis lib. 13. 103. Antipolitani fateor sunt filia thynni:

Essem si combri, non tibi missa forem. Horat. 2. Serm. saty. 4. 13.

– simplex: dulci constat olitus,

Quod pingui miscere, mero, muriæque decebit. Ibidem, saty. 8. 11, Vt mellius muria, quàm testa marina remittat.

¶ Muria, (ἁλμυρίς,) Aquasalsa, siue sallugo, quam salamuriam vulgò dicimus. Colum. lib. 12. cap. 25. Quoniam quidam, imò etiam ferè omnes Graeci, aqua salsa, vel muria multum condiunt, eam quoque partem coræ non omittendam putaui. In mediterraneo quò non est facilis aquæ murinæ mutatio, fit erit ad condituras conficiendas muria. Huic rei vel maximè est idonea cælestis aquaeli minus, ex fonte liquidissimo profluens. Plin. lib. 31. ca. 8. 4, Muria quoque, siue illa sallugo, spissat, mordet, exsiccat, siccat. Colum. lib. 12. cap. 4. 4. Maximè autem ad hoc necessarium esse aceti & duræ muriæ vsum. Cato cap. 7. 2. Eæ optimè cõdiuntur vel virides in muria, vel in lentisco contusæ.

Stilla muriæ. Cic. 3. de Finib. 63. Vt enim obseuratur & offunditur lucesolis lumen lacerna, & vt interit magnitudine maris Aegei stilla muriæ, & vt in diuitiis Crœsi teruntii accesso, &c.

Muriens, pauiens, (ἁλμυρίζων,) Quidam existimant idem esse muriem & muriam, significat cœpe salsamentorum aquam. A mari nomẽ deductum. Cato cap. 88. Si turabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caseos, vel olsamora condias.

Murmiricat, pen. corr. Adiectiuum, (ἀλμυρεῶδωτος,) Quod in muria diu fuit. Plaut. Poen. 4. 14.

– tortor cogita

Amabo, tem nos perliberi, quasi salsa murmiratica

Multa aqua vsque & diu macerantur, oletur, salsa sunt, tãgere vt nõ velis: Esse autumantur, sine omni lepore, & sine humanitate: misi

Item nos sumus chusemodi mulieres sunt admodum

Insulsæ atque inuenustæ, sine munditia & sumptu.

Murilegulus, Vide MVREX.

Murina, murinæ, vel Myrina, myrinæ, pen. corr. (μύρρινα,) Vinum myro, id est odore conditum. Græci enim myron dicunt, quod nos odoramentum vnguentumve dicimus. Huiusmodi enim vina apud priscos laudatissima erant, vtpote aromatibus condita, iuncto scilicet, myrrha, calamo, & huiusmodi. Plin. libro. 14. cap. 13. 3. Lautissima fabula, quæ Persa inseribitur, quanquam in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorsennus his verbis decertit, Mitte bam vinum pulchrum, murinam. Et in Achariſione. Panem & polentam, vinum murinam. Scæuolam quoque & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit, 1. 1. 51.

Quod si opus sit, vt dulce promat indidem, ecquid habet? e H. 10 gas?

Murinam, pallum, defutum, mellinam, mel quoiusmodi. Quibus apparet nõ inter vina modò mutuam, sed inter dulcia quoque nominatum. Hæsternus Plin. Gel. lib. 10. cap. 23. Romanas mulieres bibere solitas fermentum loream, pallum, murinam, & quæ id genus optant, potu dulcia.

Murinus Adiectiuum, (μυρεινός,) vt Murinus odor. Plaut. Pœn. 18. 6,

– Tanta hic copia vnguentum aderat, suo quæque loco sita nitidè

Arabina, mutinique omnis odor complebat.

Murmur, murmuris, pen. corr. n. g. (γογγυσμός, λεύρισμός,) Lenis aqua: strepitus, licet & pro alio quocunque strepitu poni consueuerit. Nomen est fictitium, teste Quintiliano lib. 8. cap. 6. Pli. lib. 1. cap. 20. 1.

Maris murmur. Cice. 3. de Orat. 88.

Ponti murmura. Lucret. lib. 3. 110.

Vocis paruæ murmura. Ouid. 12. Metam. 10.

Alium murmur, Seneca Oedip. 12. 2.

Cæca murmura. Virg. 10. Aeneid. 10,

– ceu flamina prima

Cum deprensa fremunt sylui, & cæca volutant Murmura.

Clausis murmure rauca. Pers. Saty. 5. 2

Fera murmura. Propert. lib. 4. eleg. 4. 13,

– tubicen fera murmura conde

Fractum murmur. Stat. 10. Thebaid. 64,

– ecce iacentis

Inachidos vates ingulum fodit, expulit ingens

Vlna cruor, fractimque perit in sanguine murmur.

Fragosa murmura. Claud. 3. Paneg. 68.

Funle murmur. Valer. 8. Argon. 71.

Graue murmur. Seneca Agamem. 6. 15.

Iecinum murmur Hircanæ tigridis. Stat. 12. Thebaid. 34.

Incertum murmur. Quintil. lib. 1. cap. 11. 4.

Ingens murmur erat per ædibus. Ouid. 7. Metam. 131.

Minitans murmur. Cic. in Arate, 8. Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.

Modicum murmur. Iuuen. Satyr. 10. 29.

Mæstum murmur. Valer. 1. Argon. 126.

Querulum murmur. Senec. Herc. Oeth. 3. 7.

Rabidum murmur. Valer. 4. Argon. 48.

Raucum murmur ciet cadens vnda. Virg. 1. Georg. 22.

Secreta murmura vulgi. Iuuenal. Saty. 10. 9.

Stridenti murmure raucus clangor. Silius lib. 16. 19.

Suppressum murmur. Valer. 5. Argon. 94.

Vallum murmur. Virg. 1. Aeneid. 50.

Ventosum murmur. Virg. 9. eclog. 11, –& omnes

Aspice ventosi ceciderunt murmuris auræ.

¶ Comprimere murmura. Ouid. 1. Metam. 42,

– qui postquam voce, manuque

Murmura compressit, tenuere silentia cuncti.

Tenui murmure dicere aliquid. Ouid. epist. 11. 12.

Exiguo murmure dicta verba. Ouid. epist. 17. 4.

Dare murmur. Lucret. lib. 6. 19.

Parua murmura dedit. Ouid. 2. Metam. 158.

Raucum murmur edere. Ouid. 14. Metam. 56.

Arcana murmura figit auribus. Stat. 1. Achill. 76.

Incluso murmure fremunt alta corda. Senec. Agamemn. 7. 25.

Increbrescit murmur nemorum. Virg. 1. Georg. 72

Magno indignantur murmure venti. Lucret. lib. 6. 40.

Horrendo murmure labitur amnis. Ouid. in Ibio, 16.

Iucundo murmure labentes riui. Ouid. 1. de Remed. amor. 36.

Laxauit murmura in vocem. Claud. 2. in Eutrop. 51,

Minitans murmur cæli Lucret. lib. 1. 14.

Magno miscetur murmure cœlum. Virg. 4. Aeneid. 32.

Depresso sub murmure mugit tuba. Lucret. lib. 4. 111.

Pauido orantes murmure. Claud. 7. Paneg. 90.

Percurrunt murmura cælum. Lucret. lib. 5. 246.

Minaci murmure cornuũ perstringis aures. Horat. 2. Carm. ode 1. 4.

Pro verbis murmura reddunt. Ouid. 10. Metamorph. 140. De duobus mutatis in leones.

Rodere murmura. Pers. Satyr. 3. 9, Murmura quum secum, & rabiosa silentia rodunt.

Strepit omnis murmure campus. Virg. 6. Aeneid. 141.

Tacito venerantur murmure nomen. Ouid. 6. Metam. 41.

Murmuro, murmuras, pe. corr. (μορμυρίζω, μορμύρω, γογγυλίζω, ὑποφωνέω) murmurare, Murmur facere. Plaut. Casi. 20. 6, Mihi inanitate iandudũ in testina murmurant. Pro eo quod est crepant. Sic Ci. 5. Tusc. 163, Murmurans mare. Et apud Plinium, lib. 18. cap. 35. 15, Murmurans ignis.

Vnda murmurat. Virg. 10. Aeneid. 43.

Flebile murmurat lingua exanimis. Ouid. 11. Metam. 11.

¶ Murmurare, Contradicere. Plaut. Milite, 10. 148,

Verbum vbi dies decem continuos ire ad eundem iussit,

Tametsi dominus non inuitus patitur, serui murmurãt. Idem Aulul. 4. 13. Vt si celesta sola secum murmorat.

Murmuratio, Verbale, (μορμυρισμός,) vt Murmuratio aquilarum. Plin. lib. 10. cap. 3. 1.

Murmuratio querula. Plin. lib. 10. cap. 3. 3.

Murmuratio, pro strepitu aut fremitu obloquentis ac contradicentis. Seneca lib. 3 de Ira cap. 24. Idẽ de Benefi. 5. cap. 15. Item epist. 108, Optimum est pati quod emendare non possis: & Deum quo authore cũcta proueniunt, sine murmuratione sequi.

Murmurillum, murmurilli, (λεύρισμον,) Diminutiuũ. Plaut. Rud. 31. 48,

Pallam age, nolo murmurillum, neqi susurrum fieri mihi.

Murmurillo, murmurillas, (λεύρίζω,) murmurillare, Murmurare. Plaut. Rud. 31. 61, Quid murmurillas tecum, ac te discrucias? Hic versus in quibusdam exemplaribus deest.

Murmuror, murmuraris, (μορμύρομαι,) murmurari, Deponens apud antiquos. Varro, Ita vt soliti eramus, Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari. Quadrigarius in Annalibus, lib. 8. In eo loco populus murmurari cœpit.

MVROELA, (μυροέλα,) Ptolemæo lib. 2. cap. 15, Pannoniæ superioris vrbs: vulgò Morcelo.

Murrha, murrhæ, (μύῤῥα,) Lapidis egregii species, ex quo vasa potoria fiebant. Mart. lib. 14. 113.

Si calidum potas, ardenti murrha falerno

Cõuenit, & melior fit sapor inde mero. Alii myrrha scribunt. Humorem esse putant, qui in Oriẽte, maximè in Parthico regno sub terra cõdensatur, vt ait Plinius lib. 37. cap. 2.

Murrhinus, pennul. corr. siue myrrhinus, Adiectiuum (μυῤῥινος,) Quod ex murrha factum est. Fiebant enim vasa ex ea. Plin. lib. 37. cap. 2. 8, Oriẽs murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec insignibus, maximè Parthici regni, præcipuè tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, crassitudine rarò, quanta dictum est vasi potorio. Splendor his sine viribus, nitorque verius quàm splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circũagentibus se maculis in purpuram cãdoremq;, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertium ex vtroque ignescentem velut per transitum coloris purpurá
rubescente, aut lacte candescente. Martialis lib. 13. 110,
Surrgutina bibis: nec murrhina picta, nec aurum
Sumes: dabunt calices hæc tibi vina suos.

Murrhinus color. Colum lib. 6. cap. 37, Murrhinus quum sit in asino vulgaris, tamen etiam non optimè respondet in mula. Sed hîc omnino legendum murinus, à mureique colorem conflat asinis esse vulgarem.

Murrheos, Aliud adiectiuum, (μυῤῥέος,) Idem quod murrhinus. Iabolenus Iuriscon. in L. Vasa. ff. de Supellectili legata, scribit, murrhea vasa quæ ad vsum edendi & bibendi causa reperta sunt, esse in supellectili. Portasse scribendum murrhina: Vlpianus de Auro & argento legato. L. Cum aurum §. Peruenimus. Murrhina autem vasa in gemmis non esse Cassius scribit.

Onyx murrheus. Propert. lib. 3. eleg. 10. 5.

MVRTIVS, (μυρτῖος,) Auentinus mõs, quòd à lapidibus & veluti muro constaret. A quo Murtia dea Venus, quam prisci Myrteam nuncupârunt, à myrto arbuscula, quæ Veneri dicata est. De qua Plin. lib. 15. cap. 29. 4. Ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant. Huic erat sacellum sub Auentino monte, qui antè Murcus vocabatur.

Murus, mari, (τεῖχος, τοῖχος, τεῖχος,) à muniendo dicitur: & proprie est vrbis lapideus ambitus. Cæsar 7. bell. Gal. 44. Portas claudere, murum complere cœperunt. Cic. 3. de Nat. deor. 137. Muris vrbis quos vos sanctos Pontifices esse dicitis. Idem pro Lege Manilia, 38, Parua siue muro nihil timebat. De insula Delo.

Minæ murorum ingentes. Virg. 4. Aeneid. 18.
Aerii fastigia muri. Valer. 1. Argon. 111.
Alienens muros. Horat. 3. Carm. ode 3. 13.
Crinalis murus Cybelos. Claud. 2. in Eutrop. 56.
Diffessi muri. Stat. 1. Sylu. 1. 3.
Humiles muri. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 2.
Lapideus murus, Vide LAPIS.
Sublimes muri. Claud. 6. Paneg. 25.
¶ Aedificare muros. Ouid. 11. Metam. 41.
Latior murus vrbem amplectitur. Horat. de Arte, 43.
Sub. tos attollere muros. Lucan. lib. 6. 7.
Oppida cingere muris. Virg. 4. eclog. 7.
Igni circundare muros. Virg. 9. Aeneid. 31.
Arces circundabit muro. Virg. 6. Aeneid. 157.
Triplici muro circundata mœnia. Virg. 6. Aeneid. 110.
Contabularunt murum turribus, Vide CONTABVLO.
Correpere intra murum, Vide CORREPO.
Defendere muros longo bello. Virg. 9. Aeneid. 103.
Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis. Virg. 2. Aeneid. 47.
Dare murum scelerati. Claud. 7. Paneg. 21.
Ducere muros. Virg. 1. Aeneid. 86,
– pars ducere muros,
Molitique arcem, & manibus subuoluere saxa.
In planum effundere muros, Diruere muros, & solo æquare. Lucan. lib. 1. 28. Tu quoscunque voles in planum effundere muros,
Hic aries actus disperget saxa lacertis.
Patrios excedere muros. Lucan. lib. 1. 99.
Fodere murum. Ouid. 11. Metam. 108,
– alis murum fodientibus extra,
Atque aliis murum trepidare tenentibus intus.
Hostis habet muros. Virg. 2. Aeneid. 67.
Impellere muros manu. Stat. 1. Achill. 18.
Lapsis muris ingentia iacent saxa. Lucan. lib. 1. 5.
Percussit murum aries. Cic. 1. Offic. 54.
Fragiles procumbunt muri. Claud. de bello Get. 43.
Conuulsis prosternes oppida muris. Silius lib. 3. 43.
Quatere muros. Virg. 2. Aeneid. 122.
Labentes renouare muros. Seneca Thyeste, 7. 5.
Tutos seruabant aggere muros. Virg. 9. Aeneid. 9.
Ignem subdere muris. Silius lib. 17. 104.
Succedere murum. Tacit. lib. 2, Quibus plana euenerant, facili irrupêre, qui impugnandus agger, vt si murum succederent, grauibus superniciebus conflictarentur.
Traiicere murum iaculo. Cic. 4. de Finib. 38. Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo traiecisset, negaret esse in malis, capi, vænire, &c.
Transcendere muros scalis. Silius lib. 13. 23.
¶ Murus, per translationem. Cicero, 7. Verr. 2. Ad omnes enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. Idem 4. in Catil. 91. Totumque mei Consulatus memoriam postulo, quæ dum erit vestris mentibus infixa, firmissimo me muro septum esse arbitrabor.
Propugnaculum & murus. Cicero Pisonem, 6, Lex Helia & Fufia euersa est, propugnacula, muriique tranquillitatis & otii.
¶ Murus, Agger etiam dicitur sine fossa. Varro 1. de Re rust. cap. 14. 3. Ad viam Salariã, & in agro Crustumuio videre licet locis aliquot cõiunctos aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. Aggeres qui fiebant sine fossa, eos quidam vocant muros, vt in agro Reatino.
Muralis, & hoc muralle, penultima producta, (τειχικός,) Quod ad murum pertinet.
Corona muralis, Corona ex muris, siue ad mororum effigiẽ facta. Lucre. lib. 2. 113, de Cybele, Muralique caput summum cinxere corona.
Corona murali donari solebat ab imperatore is qui primus murum subiisset, & in hostium oppidum per vim ascendisset. Plinius libro, 16. cap. 4. 1, Cedunt iis murales, vallaresque, & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Liui. 3. bel. Punici, 83, Vtique postquam corona aurea muralis proposita est, &c. Idem 6. ab Vrbe, 72. Dona imperatorum ad quadraginta, in quibus insignes duas murales coronas, cinctas oliua, &c. Silius lib. 13. 73.
– gradiui cape victor honorem
Tempora murali cinctus turrita corona.
Herba muralis, Quæ in muris crescit. Plin. lib. 24. cap. 19. 5. Nodis herba cotiniorum officinis nota, ea muralis dicitur, aliisque nominibus.
Honos muralis, Hoc est corona muralis. Claud. de laud. Serenæ, 22. 37,
Hunc cingit muralis honos, hunc ciuica quercus Nexuit, &c.
Ictus muralis, E muro impactus. Silius libro. 6. 54. Donec murali balista coercuit ictu.
Machinæ murales, Quibus muri diruuntur. Plin. lib. 7. cap. 56. 11.
Pila muralia, Quæ de muris deiiciuntur. Cæsar 7. belli Gall. 331, Aut ex vallo & turribus traiecti pilis muralibus interibant.
Tormentum murale. Virg. 12. Aeneid. 185,
– murali concita numquam
Tormento sic saxa fremunt.
Muratus, pen. prod. Adiect. (τειχιστός,) Quod muros habet.

Mus, muris, m. g. (μύς, ὀρίου,) Exiguum animal est, in domibus frequens: à corrosionis sono, quem facit, dictus. Plaut. Tracul. 18. 14.
– sed tamen cogitato, mus
Pusillus quàm sit sapiens bestia, ætatem qui vni cubili
Nunquam committit suam: quasi vnum obsidebitur, alumde profugium Gerit. De mutibus vide Plinium lib. 8. cap. 57. Cicero, Attico lib. 14. 305. 4, Sed quòd quæris quid accesserim Chrysippum, tabulas mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. itaque non solùm inquilini, sed mures migrauerunt.
Breuis mus. Ouid. 1. Fast. 115.
Exiguus mus. Virgil. 1. Geor. 37.
Opici mures. Iuuenal. Saty. 3. 21.
Ridiculus mus. Horat. de Arte, 29.
Rusticus mus. Horat. 2. Serm. saty. 6. 16.
Vrbanus mus. Horat. 2. Serm. saty. 6. 16.
¶ Plostello adiungere mures, est puerorum. Horat. 2. Serm. saty. 3. 50.
Aedificata muribus & mustelis domus. Cic. 2. de Nat. deor. 35.
Deroso à muribus clypei. Cic. 1. de Diuinat. 161.
Rodunt mures. Cic. 2. de Diuinat. 87.
¶ Mus araneus, (μυογαλῆς,) à mure & mustela appellant: quia mure magnitudine fit, mustelina specie, ore oblongo, cauda gracili, sexto dentis quadruplici, vt inquit Aetius. Abundat insula Britannia. Plin. lib. 19. cap. 4. 29, Et iple mus araneus contra se remedio est, diuullus & impositus. Nam si prægnans momorderit, protinus dissilit.
¶ Mus iuin marinorum meminit Plinius lib. 9. cap. 19. 1.
Musculus, pen. corr. Diminut. (μυΐσκος,) Plin. lib. 8. cap. 28. 1, Ruinis sentientibus musculi præmigrat, aranei cum telis primi cadunt. Cic. 2. de Diuinat. 49, Nam & musculorum iaculcula bruma dicuntur angere.
Musculus præcisus. Celsus lib. 5, cap. 26, Nam percussus, mox efferus est: præcisus, sanitatem recipit.
Aquatiles musculi, Vide AQVA.
¶ Musculus, (μύς, μυοῦ,) Pars organica corporis, cõstans carne, fibris nervosis, vena, arteria, & membrana succingente, estque motus organum. Plaut. Amphit. 16. 60,
Quid dicas nouiscalcatricem in dextro musculo, ex illoc vulnere
Quod mihi impegit Prerela. Plin. lib. 10. cap. 11. 8, Item conclusis, lumbricis, tumentibus, & musculis, neruis, articulis impoluit.
Conuulsus musculus, Vide CONVELLO.
Musculõsus, pen. prod. Adiectiuum, (μυωδὴς,) Celsus lib. 5. cap. 20, Ad musculõsus, neruosus aut musculosus is locus est, commodius est cærare musculo.
¶ Musculus etiam dixerunt antiqui minores machinas, quibus proteguntur bellatores, fossatum ciuitatis, adportatis lapidibus, ligniis & terra, non solùm complent, sed etiam solidant, vt turres ambulatoriæ sine impedimento vehantur ad murum. Sunt minores vineis, subditioresque, & maiores firmioresque pluteis. Cæsar 7. bel. Gall. 339. A castris longius musculos, falces, reliquaque quæ eruptionis causa parauerat, proferri. Idem 3. bel. Ciuil. 337. Scalas, musculosque ad repẽtinam oppugnationem fieri & parari iussit. Ibidem, lib. 2. 37. Musculum pedum 12. longum, ex materia bipedali, quem à turri lateritia ad hostium turrim, ramque perducerent, facere instituerunt.

¶ Musculus,

¶ Musculus, Genus piscis parui, qui parno moderamine caudæ temperat balænam, ne in scopulũ impingatiest enim balæna luciosa, & penè exocciata, quæ quum fortè se direxerit profectura aliorsum maris, indiget hoc pisculo præmio, qui eam deducat & reducat. De hoc Claudianus lib. 2. in Eutropium, 85.
Sic ruit in ropes amisso pisce sodali
Bellua, fulcandas cui præuius edocet vndas,
Immensumque pecus paruo moderamine caudæ
Temperat, & tanto coniungit fœdera monstro. Plin. lib. 9. cap. 62. 2, Amicitiæ exẽpla sunt, balæna & musculus: quando prægraui supercilio rum pondere obrutis eius oculis, infestantia magnitudinem vada præ natans demonstrat, oculorũque vice fungitur. Idem lib. 32. cap. 11. 3. Marinus, pe. prod. Adiect. (μυϊνός,) Quod ex mure est. Plin. lib. 30. ca. 8. 1, Murino fimo contra calculos illinere ventrem prodest. Sic lib. 29. ca. 6. 1. Et lib. 28. cap. 11. 16, Murina capita.
Murinus color, qui vulgaris est in asinis. Colum. lib. 6. cap. 37.
Murinum hordeum, herba. Plin. lib. 22. cap. 25. 15. Est & herba phœnicea appellata à Græcis, à nostris verò hordeum murinum.
Muscerda, muscerdes, (μυόχοδον,) Muriũ stercus. Plin. li. 29, ca. 6. 1, Pretea (vt Varro noster tradit) murinũ fimũ, quod itẽ muscerdas appellat.
Mustepula, pen. corr. (μυόγραξ,) Laqueiqenus ad capiẽdos mores. Varr. 1. de Re rust. cap. 8. 5, Necnon si parit humus mures, huius minor fit vindemia, nisi totas vineas oppleneris muscipulis.

Musa, musæ, (μοῦσα,) Cantum significat. Virg. 8. eclog. 1, Pastorum Musam Damœtas & Alphesiboei.
Agrestem tenui meditabor arundine musam. Virg. 6. eclog. 2.
Callida musa. Lucret. lib. 6. 19.
Crassiore musa. Quintil. lib. 1. cap. 10. 21, Libet propter quosdã imperitiores Crassiore (vt vocant) musa, dubitationem huius vtilitatis eximere.
Genialis musa. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.
Iocosa musa. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 2.
Pedestris musa. Horat. 2. Serm. saty. 6. 3.
Potens lyræ musa. Horat. 1. Carm. ode 6. 2.
Procax musa. Horat. 1. Carm. ode 1. 8.
Proterua musa. Ouid. 2. de Remed. amor. 73.
Solers lyræ musa. Horat. de Arte, 82.
Sylucstrem tenui musam meditaris auena. Virg. 1, eclog. 1.

MVSAE, Poetæ fingunt deas esse, Iouis, & Memoriæ filias, quæ poetis & musicæ præsent. Musæ primæ (ait Cic. lib. 3. de Nat. deor. 73.) quatuor, natæ Ioue altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete. Secundæ, Ioue tertio & Mnemosyne procreatæ nouem. Tertiæ, Ioue tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solent poetæ appellare, iisdẽ nominibus, eodem numero quo proximæ superiores. Facit igitur Cicero tripliceṁ Musarum genealogiam. Alcmæon poeta scribit eas Cæli & Terræ filias esse, vt testatur Diodorus lib. 5. cap. 1.
Musas duntaxat tres enumerat M. Varro, Vnam, quæ ex aquæ nascitur motu. Alteram, quam aeris ictu sonus efficit. Tertiam, quæ mera tantum voce consistit. Author Seruius in illud Virgilii, 7. eclog. 5, Nymphæ, noster amor, Libethrides, &c. Censorinus itidem De die natali, cap. 26, Organum, (inquit) eres habuit intensiones, grauem, mediam, acutam. In de Musæ quoque tres olim sunt æstimatæ, Hypate, Mese, Nete. ὑπάτη id est chorda tenoris infimi: μέση mediana chorda soni acuti. Diuus Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana, Non audiendi sunt, inquit, errores gentium superstitionum, qui nouem Musas, Iouis & Memoriæ filias esse finxerunt. Refellit eos Varro, quo nescio vtrum apud eos quisquam talium rerum doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim eiusmodi artifices terna simulachra Musarum, quæ in templo Apollinis dono poneret, vt quilibet artificum pulchriora formasset, ab illo potissimũ emeret. Ita contigisse vt opera sua illi artifices æquè pulchra explicarent & placuisse ciuitati omnes nouem, atque omnes emptas esse, vt in Apollinis templo dicarentur, quibus postea dicit Hesiodum poetam impositas fecerunt. Tres autem non propter ea illa ciuitas locauerat, quia in somnis eas viderat, aut tot se cuiusquam illorum oculis demonstrarunt: sed quia facile erat animaduertere, omnem sonum, qui materies cantilenarum est, triformem esse natura. Aut enim editur voce, sicut est eorum qui fauibus sine instrumento canunt: aut flatu, sicut tubarũ & tibiarum: aut pulsu, sicut in citharis, & tympanis, & quibusdam aliis quæ percutiẽdo sonora sunt. Hactenus Augustinus. Porrò ciuitatis nomen quod ait se non recordari, Sicyon est: vt testatur Ausonius in Gryphon ter natũ hoc carmine,
Ex lyrici vates numero sunt Mnemosynarum,
Tres solas quondam tenuit quas dextera Phœbi.
Sed Sicyon toudem ternas ex ære fabrauit,
Relligione patrũ qui sex Ipseuille timebant. Sunt tamen qui legant, Sacrauit toties ternas ex ære Citharõ. Sensus est, Tot sunt poetæ lyrici, quot Mnemosynę. i. Musæ Mnemosynes filię, nimirũ nouẽ. Cętera sunt clara. Pausanias quoque tres artifices, Cephilodotum, Strongyliona, & Olympiosthenem nominat: quorum singuli ternas Musas effecerunt, & has primas fuisse. Alias verò idem Pausanias tres Musas cõnumerat, quas ait ab Aloei filiis Oto & Ephialte sic nominatas: primã μελέτην, hoc est meditationem: secundam μνήμην, hoc est memoriam: tertiam ἀοιδήν, hoc est cantilenam. Plutarchus in libro Symposiacõrũ tradit antiquitus tres Musas fuisse existimatas, non secundum ea tria modulandi genera, de quibus paulo suprà retulimus, verum quòd potius disciplinas in tria genera veteres diuiserunt, philosophiam, rhetoricen, & mathematicen. Hinc quoque, iuxta Hesiodi opinionem, harum quælibet in tres diuisa. Philosophia quidem in dialecticen, ethicen siue moralem, & phycen. Rhetorice verò in demonstrationem, deliberationẽ, & iudicialem. Mathematica autem in musicam, arithmeticam, & geometriam. Sed & Arati interpres scribit, Orpheum ideo lyram nouem, chordarum constituisse, quoniam idem esset Musarum numerus.

Musas Iouis & Mnemosynes, hoc est Memoriæ filias poetæ finxerunt, q̃ in iis qui ad disciplinas & scientias peruenire cupiant, duo hæc in primis necessaria sunt, intellectus scilicet & memoriæ facultas. Hoc Græci μνημονικὸν, illud νοητικὸν vocant. & hoc quidem Proclus in Commentariis. Sanè tendẽtem ad literas, necesse est, intelligendi percipiendiq̃ potestate, atq; item retinendi præcipuè pollere. Iouem autẽ putabant contribuere, τὸ νοητικὸν: at Mnemosynen, τὸ μνημονικὸν.

Musas Plato in Cratylo dictas affirmat ἀπὸ τοῦ μῶσθαι, quod est inquire re, quasi indagatrices: cui Pharnutus in libro de Natura deorum sobscribit. Ita enim ait, καλοῦνται δὲ μοῦσαι ἀπὸ τοῦ μῶσθαι ὅ ἐστι ζητῆσαι. Musæ, inquit, dicuntur ab inquisitione. Idem sentit Suidas, idem & Palæphatus. Vnde & aliquando Mosas eas antiqui vocauere. Eusebius tamen in Euangelica præparatione, Musas tradit sic appellatas, quia μνέειν apud Græcos honesta bonaq; doctrina instituo significat. quamobrem eas Orpheus & Proclus hominibus religionem monstrasse in hymnis suis cecinerunt. Idem Orpheus in hymnis Musas per concisionẽ quasi melusas, à μέλος dici putat: vt nihil sint nisi melos harmoniacum. Alii verò propter disciplinarum inter se conuenientiam, quasi ὁμοῦσαι, q̃ vno nexu disciplinæ omnes teneantur, atq; ita fiat encyclopædia. Vel q̃ inuicem, sicut virtutes, necessariæ sibi esse videãtur, vt ait Cassiodorus. Vnde fit vt ab antiquis nonnullis doctrinæ ac scientiæ copulae nodus quidam existimentur.

Musas simul versari, & in chorum numerumque ludos agere dixerunt antiqui, propter scientiarum copulam & nexum, quo inter se discipliniæ quodam quasi nodo copulantur & coniunguntur. Hinc cyclicas scientias appellat Martianus Capella, & encyclium constituit Vitruuius: & notissima est illa à Græcis vocata encyclopedia, de qua Plutarchus, & longè pluribus Proclus, ex nostris meminit Plinius & Fabius. Eadem de causa sorores existimatas putant.

Musæ in mõtibus dicuntur versari, vt ait Cornutus, quòd secessu & solitudine maximè locis studiosi viri delectantur. Quin Plutarchus lucos & Musarum delubra quamlongissimè ab vrbibus statuta fuisse scribit in eo libro qui est περὶ πολυωνυμίας inscriptus. Sunt & qui ideo Heliconis & montium verticibus versari autument, quòd ipsa sapientia atque intellectus, ex quibus disciplinæ ac scientiæ nobis compparantur, quæ per Musas intelliguntur, in hominis capite vt in puriori & eminentiori loco dicuntur esse.

Musas palma coronari multi prodidere, propter quandam nominis similitudinem. Phœnicum enim populorum inuentum esse literæ dicuntur, & ab iis ad Græcos delatæ. Phœnix etiam Græcis palmam significat. Vel, vt consentaneũ magis Cornuto videtur, ideo palma Musæ coronantur, quoniã eius arboris fructus dulcis est, multiuius, tardè crescẽs, multiplex & copiosus. Attribuitur & Iouis Musis: vel q̃ ea arbor ad inspirationem & afflatum, & (vt Græci dicunt, enthusiasmon conferat: quod Sophocles in Cassandra docet. Vel quòd eius arboris gustu poeticam se facultatẽ adipisci antiqui credidere, vt Lycophrõ minuit, qui poetam daphnophagon vocat, & de se canit Hesiodus: atque ideo etiam à Iuuenale dictum, Stat. 7. 2, -laurumq; momordit. Vel potius quòd ea arbor semper sit virens: atq; simili modo bonorum poetarum versus viuescere perpetuo dicuntur per ora docta virorum. Quin & eadem causa in Musarũ & Apollinis certaminibus poetas victores, quasi immortalitate quadam dignos, lauro coronari non solùm apud antiquos, sed nunc quoq; moris esse videmus.

Musas esse Apollinis comites, idq; in dextra parte, indicat illud Ausonii in Gripho, Tres solas quõdam tenuit quas dextera Phœbi. Marsilius Ficinus in epistolis hæc memoriæ prodidit, Orpheus (ait) Delphicos aliquando lucos ingressus, oraculum consulturus, obuium statim quasi iam explatus Apollinem habuit. Quumq; nouem Musas tresq; Gratias ad dextram comitantes cominus aspexisset, ad sinistrã autem quãuis eminus sequentes picas & furias, admirabundus exclamauit altius, O quàm diuersi, inquit, ducem hunc sequuntur exercitus. Sed noli ô vates mirari, Phœbus ait. Nempe quotidie multi mihi sacrificant, vt Musarum à me Gratiarumq; munera impetrent. Ergo quicũque sacra puris manibus nobis faciunt, Musas à nobis Gratiasque gratis accipiunt. Quicunque verò sacra manibus polluris attrectare au-

Universidad de Deusto Biblioteca

dent,picas & furias inuiti reportant.Hæc ille.Macrobius lib.1.Saturn. cap.17.Tradit Apollinis simulacra manu dextera Gratias gestare, arcum verò cum sagittis sinistra:quòd ad noxam sit pigrior,& salutem de xtera manus promptior largiatur.Quam eandem causam accipe, cur in parte dextra Musæ sint collocatæ.Hinc & à Græcis Apollo Muságetes dicitur, quasi Musarum dux.

Musas comites fuisse Osiridis,testatur Diodorus lib.1.cap.2.Dicitur Osiris,inquit,fuisse cupidior risus,delectarique solitus musicis & choreis. Quapropter illum musicorum multitudo sequebatur.Inter eos nouem fuisse virgines adolescentulas,tum canere solitas,tum in aliis eruditas: quas deinceps Græci appellarunt Musas.Has Apollinem docuisse dicunt:qua ex re musicus est appellatus. Hactenus ille. Sunt tamen qui putant Musas à Parcis edoctas fuisse.Diodorus Siculus Musis ab Ioue patre literarum inuentionem attributam asserit.Eas quoque multi tradunt fuisse Bacchi comites.

Musarum nutricem Hyginus in Astronomico poetico & Latina in Aratum commentaria,quæ Basso à quibusdam adscribuntur,Euphemé vocant,quæ Crotonem filium habuit, qui Musarum precibus,quòd inter eas esset versatus,& ab eis musicam edoctus,ab Ioue inter sidera collocatus,Sagittarii nomen habet.Huius quidem Euphemes statuã Pausanias in Helicone positam fuisse ait ad Musarum lucũ. Porrò Euphemé interpretatur Latinè Laus.

Musas esse alatas scribit Porphyrius in tertio De sacrificiis: id quod & à poetis sæpe dictum est.Vnde apud Ouidium Metam.5, vna earum de Pyreneo vim Musis parante sic ait,

claudit sua tecta Pyreneus,
Vimque parat,quam nos sumptis effugimus alis.

Musas esse pulchritudine eximia tradit Homerus, teste Diodoro Siculo lib.5.cap.1.

Musæ,à pleriqueque virgines esse dicuntur,vt author est Diodorus, quoniã disciplinæ,vti virgines,abditæ atque incomptæ esse videntur, natiuo scilicet decore contentæ.Quamobrem Cupido in quodã Luciani dialogo ait se vereri Musas,quòd virgines sint,& semper aliquo teneantur studio,seque in suis cantibus contineant.

Musæ & Hercules eodem in templo vnã colebantur, vt est apud Ouidiũ in Fastis,& Suetonium in Augusto,cap.29.vbi scribit à Martio Philippo ædem Herculis & Musarum extructã.cuius rei causam Plutarchus in quæstionibus vestigans,ex Iubæ authoritate ait, Eoandrum edoctũ ab Hercule literas,gratis id statuisse.Hinc vocari cœpit Hercules Musarum.Eumenius in Oratione de instaurandis scholis historiam sic recitat,Aedem,inquit,Herculis Musarum in circo Flaminio Puluius Ille nobilior ex pecunia Censoria fecit,non id modò sequutus,quòd ipse literis & summa poetæ amicitia duceretur,sed in Græcia quum esset imperator,acceperat Herculem Musagerẽ esse,hoc est comitem ducemque Musarum.Idemque primus nouem signa,id est omnium Camœnarum,quæ ex Ambracienti oppido trãslata sunt,sub tutela fortissimi uiri consecrauit,vt res quæ à mutuis operibus & præmiis iuuari vnãisque deberent, Musarum videlicet quies defensiones Herculis, & virtus Herculis voce Musarum.Hactenus ille.

Musis rem diuinam primi fecisse dicuntur in Helicone Orus & Ephialtes Aloei filii,& in Aetra habitasse,vt versus poetæ Hegesini ex eius poemate Arthide ostendunt,qui apud Callippum leguntur,& Pausaniam.

Musis etiam rem sacram facere Pastores tradit Theocritus, & eius expositor: qui propterea id fieri ait,quoniam illis cura est Cantilenarum, quarum sunt Musæ præsides. Quinimò in hymno quodam Nemæo Pindarus eas vult filias esse Musarum,quum ita canit, οἱ δ' ἐσφᾶ μου σοῦν ὑμναοιδοὶ ἀοιδαὶ. Vbi expositores hæc identidem inculcant,Musarum filiæ Cantilenæ. Lacedæmonii (vt ait Martianus Capella lib. 9.) non aggrediebantur fata præliorum,priusquam illis contingeret litare Musis: nimirum vt oratione præclaraque memoria digna facinora pugnantes ederent.

Musarum volucres vocat Apes Varro de Re rust.lib.3.cap.16. Sic enim ait de apibus verba faciens,Quę cum causa Mularum esse dicuntur volucres,quòd & siquando displicaræ sunt,cymbali & plausibus & numero reducuntur in locum vnum. Et vt Musis Helicona atque Olympum attribuerunt homines,sic his floridos & inculos natura attribuit montes. Hactenus Varro.Proinde etiam non defuerunt,qui Aristæum seri pleruet pastorem fuisse Musarum,propterea quòd primus apes & mel lis vsum adinuenit. Comatas quoque pastorem fuisse legimus in Commentariis Theocriti,qui ex pecoribus singulis quum rem sacram Musis facesset,eius dominum indignatum fuisse,illumque ideo in ligneam arcam conclusisse ,ac eius salutem Musis commisisse,quas tantopere Comatas coluerat.Arcam verò insequenti mox tempore adaperiens dominus,Comatas viuum reperit,inque ea mellis fauos, quibus Musæ vitam Comatæ conseruarunt.

Musarum nomina & cognomina,vide singula suis locis. Dicuntur enim Nymphæ,Camœnæ,Heliconiades,Parnassides,Aonides,Pierides,Pegasides,Aganippides,Theispiades,Libethrides, Pimpliades, Castalides, Corycides,Olympiades,Ardalides,Mœonides,Mnemosynides,Pateldes,Ligiæ,Ilissides,& Ilissiades siue Hilissiades,Hyantiæ,Citheriades.

Delubra musarum colere.Cic.pro Archia,10.

Dona Musarum.Horat.2.epist.1.49.

Sacerdos Musarum.Horat.3.Carm.ode 1.1.

Sacerdos Musarum,Phœbique.Ouid.3.Amor.eleg.7.5.

Sacra Musarum colere.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.10.

Amicus Musis.Horat.1.Carm.ode 26.1.

Dulces Musæ.Virgil.2.Georg.95.

Deditus nulli Musæ.Horat 2.Serm satyr.3.21.

¶ Musæ,pro Humanitate,doctrina,& literis accipiuntur.Cic.5.Tusc.Quis est enim omnium,qui modo cum musis,id est cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium,qui se non hũc mathematicum malit,quàm illum tyrannum?

Agrestes musæ.Cic.in Orat.7,Omnis enim huberias & quasi sylua dicendi ducta ab illis est,nec satis tamen instructa ad forenses cautas,quas vt illi ipsi dicere solebant,agrestioribus musis reliquerunt.

Mansuetiores musæ.Cic.Lentulo,lib.1.ep.94,Ab oratoribus diffugo ne ferè,refugoque ad mansuetiores musas.

Musæ nostræ.Cic.ad Tironem lib.16.ep.4.Tu musis nostris para,vt operas reddas,nostra ad diem dictam fient.

Auersus à musis,Insulsus & ineptus ad literas.Cic. pro Archia,15. Neque enim quisquam est tam auersus à musis,qui non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur.

Cum omnibus musis rationem habere cogito.Cic.ad Att lib.2.ep.4.

Delectare se cum musis.Cic.ad Atticum,lib.2.ep.3.

Musica,musicæ:vel Musice,musices,pe.corr.(μουσικὴ,)Scientia,quę modum canendi demonstrat.Plin.lib.7.ca.56.13,Musicam Amphion intuẽnit. Cic.3.de Finib.8.

Tractare musicam.Cic.3.de Orat.72.

Effœminata,& impudicis modis fracta musice.Quintil.lib.1.cap.10.14.

Musicæ appellatione (inquit Budæus)prisci humanitatem literarum significarunt: in qua ingenuos homines docebant otium conterere,dignumque recreare. Recentiores verò ad numerorum modulationem hoc verbum transtulerunt:quia musica velut ludus animi à curis vsuti est requies.

Artem tractare musicam,Periphrasticas dictum,pro Comœdias scribere. Terent.in Prol.Phorm.18,

in medio omnibus
Palmam esse potiam,qui artem tractant musicam.Donatus.

Musicus,pen.corr.Adiect (μουσικός,)Quod ad musicam pertinet.Plin. lib.1.cap.11.Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat ãnum,quantum abest à terra luna. Idem lib.37.cap.1,Hic videtur institisse,vt omnes musicæ artis,hac quoque ostentatione conseruentur. Int Dionysodorus æqualis eius & æmulus,vt sic quoque pot videretur.

Notæ musicæ.Quintil.lib.1.ca.12.10,Aut musicis notis cuncta exequor.

Musicum studium,pro Studio componendi comœdias. Terent.in Prol. Heaut.Repentè ad studium,hunc se applicasse musicum.

Musicus,Substantiuum,(μουσικὸς,μουσικοῦ,) Qui docet musicam.Cic. 3.de Finib. 5.

In fidibus,musicorum aures vel minima sentiunt. Cic.1.Offic.103.

Haberi musicum.Cic.2.Tuscul.18.

Floruerunt in Græcia musici.Cic.1.Tusc.7.

Musica,musicorũm,(μουσικὴ,)Cic.1.de Orat.6,Quis musicis,quis hisce studiis literarum quod profitentur il,qui grammatici vocantur,penitus se dedidit,quin,&c. Ibidem,33 Vt in musicis numeri & voces,& modi,&c. Et 5.Tuscul.89.Musicorum verò perstudiosum accepimus.Dionysio Syracusano.

Conterere se in musicis.Vide CONTERO.

Musice,penul.corre.Aduerbium,(μουσικῶς,)Integrè, vt nihil desit.Nam Musicam veteres encyclopædiam dixere,in qua omnes artes sunt comprehensæ. Musicè etiam, delicatè significat & gentaliter: nam musicos adipate & gentaliter viuere manifestum est. Plautus Most.9.33.

Musicè hercle agitis ætatem,ita quæ vti vos decet,
Vino & victu,piscatuque probo delectili Vitam colitis.

Musicus,Adiectiuum,(μουσικὸς,)vt Lepor musicus.Lucret.lib.4.2.

Deinde,quòd obscura de re tam lucida pango
Carmina,musæo contingens cuncta lepore. Idem paulo pòst,
Et quasi musæo dulci contingere melle.

Musæum,musæi,(μουσεῖον,)Domicilium Musis dicatum:accipitur si pro diuersorio eruditorum.Plin.lib.1,epist.9,ad Minutium Fundanum. O mare,ô litus,verum secretumque musæó:quàm multa incuentis,quàm multa dictatis? Scribit Strabo lib.vltimo,apud Alexandriam fuisse musæum celebratissimum. Varro de Re rust.lib.3.cap.5.Vbi cõstituit alcos amnis ad summum flumen,vbi est musæum.

MVSAEVS,(μουσαῖος,)Eumolpi filius,Athenienſis, primus,teste Diodoro, genere,deorum genealogiam versibus tradidisse fertur,sphæramq; inuenisse:scripsit amores Heros & Leandri hexametris,qui extant.Decollatus Faleris,vt indicat epigramma,

Eumolpi exanimem Musæum terra Falerũm.

Continet

Continet hoc tumulo,pignora chara patris. Musæos tres Suidas commemorat:vnum Eleusinum,Antipheni filium,versificatorem, discipulum Orphei,qui scripsit ὑποθήκας,id est vitæ præcepta,ad Eumolpum filiũ, versiũm ferè 1111 millibus.Virgil.6.Aeneid.134,

Quos circumfusos sic est affata Sibyllas
Musæum ante omnes:medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis. Alterum Thebanum, Thamyræ filium refert,ante Troianum bellum,qui poeta me ligus fuit:scripsitque hymnos & cantica.Tertium Ephesium item versificatorem,qui tempore fuit Eumenis & Attali Pergami regum,scripsitque res Pergamenies:præterea de Perside libros decem.

Musca,muscæ,(μυῖα,)Notum animal.Plaut.Curc.10.14.

Item genus est leonum inter homines,meo quidem animo,Vt muscæ, culices,pedesque,pulicesque.Idem Merc.7.20.Musca est pater meus, nihil potest habere clam illum. Cic.de Clar.Orat.114, Qui nisi se suo more iactauisset, hodie cenisticimuscæ comedissent.

Liguriunt muscæ.Varro 3.de Re rust.cap.16, Non vt muscæ liguriunt, quòd nemo has videt,vt illas,in carie,aut sanguine,aut adipe.

Lambunt muscæ.Vide LAMBO.

Abigere muscas.Cic.1.de Orat.137.

Asperantur muscæ.Vide ASPERO.

Muscarium,pen.corr.Adiectiuum,(μυιακός,)Quod ad muscas pertinet. Plin.lib.19.cap.6.23,Aranei muscarii telæ, & præcipuè spelunca ipsa impolita per fluorem,&c. Id est qui venatur muscas.

Muscarium,muscarii,(σῶμα,)Flabellum quo muscæ abiguntur. Martialis de muscario pauonino,lib.14.72.

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas,
Aliut eximiæ caudæ,superba fuit. Ibidem,76.de bubulo,
Sordida si flauo fuerit tibi pulucre vestis,
Colligat hunc tenui verbere cauda leuis.

Muscarium ab hirsuti similitudine etiam appellatur coma illa quarundam herbarum,in qua femina dependent, qualis est ferulæ,fœniculi, aneti, olusatri,& similium.Plin.lib.12.cap.26.1,Semine è muscariis dependẽte,vt ferulæ.In papauere & similibus,scapus:in tuglandibus,auellanis, pãnicula appellatur.

Muscerda,Musculus,Vide MVS.

Muscus,muscí,(μυῶν δένδρον,)Viridis herba siue lanugo in corticibus arborum,& circa latera fontium, & locis humidis nascens.Virg.6.eclog.13.

Musco circundat amaræ
Cortices. Plin.lib.17.cap.18.6,Item muscum circundare radici.

Molli tellus erat humida musco.Ouid.8.Metam.115.

Viridis muscus.Ouid.3.Fast.60.

Viridis muscus.Lucret.lib.5.190.

Circumlita saxa musco.Horat.1.epist.10.2.

Turpi musco (quali bant fastigia.Ouid.1.Metam.76.

Viscosa stagna musco.Virgil.4.Georg.4.

Muscus in vitis.Colu.lib.4.cap.24.Iam verò muscus, qui more compedis erura vitium deuincta comprimit,situque & veterno macerat,ferro diligenter & eradendus est.

Muscosus,pen.prod.Adiect.(βρυώδης,)Quod musco opertũ est:vt Muscosi fontes.Virg.7.eclog.9. Et Muscosa prata,apud Varronem 1.de Re rust.cap.9.5.Cic.ad Quintum fratrem,lib.3.17.9,Nihil muscosius.Plin. lib.11.cap.13.6.Muscosi pumices.

Solum muscosum.Propert.lib.3.eleg.3.6.

Muscor,muscoris,(βρύωμαι,)muscari,Est musco regi.vnde cõpositũ Emuscor.Col.lib.11.c.2.26,Oleæ putanẽ emuscãtur.Hoc è musco liberãtur.

Musea,museorum,(μουσεῖα λεγόμενα,)dicuntur quæ in ædificiis exendam.Plin.lib.36.cap.11.Non prætermittenda est & pumicum natura,appellantur quidem ita & cætera saxa erosa annis: in ædificiis museca vocant,dependentia ad imaginem specus arte reddendam.

Musica,Vide MVSA.

Musimon,pen.corr.musimonis,m.g.(μουσίμων,)Asinus,mulus, aut equus breuis.Lucilius lib.6,Pretium emit,qui venariettem.Hæc Nonius.Cato Deletorio,Asinum,aut musimonem, aut spania,sed maximè corsica,non maximè absimile pecori, genus musimonum,caprino villo,quàm pecoris velleri propius.quorum è genere, & ouibus natos prisci vmbros vocauerũt.infirmissimam pecori caput: quamobrem auertum à sole pasci cogendum.

Mussio,mussis,Vide Mutio in MVTVS

Mustacum,(γλύκυτον,)Genus libi:vide Laureola in LAVRVS.Cicero ad Atticum,lib.5.108.6,In eodem Amomo cœpit laureolam in musta ceo quærere. Iuuenal.Sat.6.21.

Si tibi legitimis pactam,iunctamque tabellis
Non es amaturus,ducendi nulla videtur
Causa,nec est quare conam,& mustacea perdas,&c.

Mustaceus,mustaceæ.Idem(γλυκοῦς)Cato de Re rustica,cap.128,Mustaceos sic facito:Farinæ siligineæ modium vnũ musto conspergito, anisum,cuminum,adipis p.11.casei libram,& de virga lauri deradito,eodem addito.Et vbi desinxeris,lauri folia subtus addito,quum coques.

Mustela,mustelæ,pe.pro.(γαλῆ)Animal mures persequens & serpẽtes.Plin.lib.29.cap.4.3,Mustelarũ duo genera:alterũ sylueſtre,distãt magnitudine.Græci vocant ictidas.Harũ fel contra aspides dicitur efficax, cæterò venenum. Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat,& catulos suos(vt author est Cic.) quotidie trãsfert,mutatõ sedem,serpentes prosequitur. Varro 3.de Re rustica,cap.10.4.

Mustela,Piscis genus,muræna ferè similis.Plin.lib.9.cap.17.4, Proxima est his mensa generis duntaxat mustelarum,quas (mirum dictu) inter his generis duntaxat mustelarum,quas (mirum dictu) inter

Alpes quoque lacus Rhetiæ Brigantinus æmulas marinis generat.

¶ Mustelæ,ait Sipontinus,in lacu Brigantino Rhetiæ, muræni ferè similes,& cæteros omnes pisces nostra ætate excedentes pretio quas à lamies,& cæteros omnes pisces nostra ætate excedentes pretio quas à lamies,pedesque,pulicesque.Idem Merc.7.20.Musca est pater meus, nihil potest habere clam illum. Cic.de Clar.Orat.114, Qui nisi se suo more iactauisset, hodie cenisticimuscæ comedissent.

Liguriunt muscæ.Varro 3.de Re rust.cap.16, Non vt muscæ liguriunt, quòd nemo has videt,vt illas,in carie,aut sanguine,aut adipe.

Lambunt muscæ.Vide LAMBO.

Abigere muscas.Cic.1.de Orat.137.

Asperantur muscæ.Vide ASPERO.

Muscarium,pen.corr.Adiectiuum,(μυιακός,)Quod ad muscas pertinet. Plin.lib.19.cap.6.23,Aranei muscarii telæ, & præcipuè spelunca ipsa impolita per fluorem,&c. Id est qui venatur muscas.

Muscarium,muscarii,(σῶμα,)Flabellum quo muscæ abiguntur. Martialis de muscario pauonino,lib.14.72.

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas,
Aliut eximiæ caudæ,superba fuit. Ibidem,76.de bubulo,
Sordida si flauo fuerit tibi pulucre vestis,
Colligat hunc tenui verbere cauda leuis.

Muscarium ab hirsuti similitudine etiam appellatur coma illa quarundam herbarum,in qua femina dependent, qualis est ferulæ,fœniculi, aneti, olusatri,& similium.Plin.lib.12.cap.26.1,Semine è muscariis dependẽte,vt ferulæ.In papauere & similibus,scapus:in tuglandibus,auellanis, pãnicula appellatur.

Muscerda,Musculus,Vide MVS.

Muscus,muscí,(μυῶν δένδρον,)Viridis herba siue lanugo in corticibus arborum,& circa latera fontium, & locis humidis nascens.Virg.6.eclog.13.

Musco circundat amaræ
Cortices. Plin.lib.17.cap.18.6,Item muscum circundare radici.

Molli tellus erat humida musco.Ouid.8.Metam.115.

Viridis muscus.Ouid.3.Fast.60.

Viridis muscus.Lucret.lib.5.190.

Circumlita saxa musco.Horat.1.epist.10.2.

Turpi musco (quali bant fastigia.Ouid.1.Metam.76.

Viscosa stagna musco.Virgil.4.Georg.4.

Muscus in vitis.Colu.lib.4.cap.24.Iam verò muscus, qui more compedis erura vitium deuincta comprimit,situque & veterno macerat,ferro diligenter & eradendus est.

Muscosus,pen.prod.Adiect.(βρυώδης,)Quod musco opertũ est:vt Muscosi fontes.Virg.7.eclog.9. Et Muscosa prata,apud Varronem 1.de Re rust.cap.9.5.Cic.ad Quintum fratrem,lib.3.17.9,Nihil muscosius.Plin. lib.11.cap.13.6.Muscosi pumices.

Solum muscosum.Propert.lib.3.eleg.3.6.

Muscor,muscoris,(βρύωμαι,)muscari,Est musco regi.vnde cõpositũ Emuscor.Col.lib.11.c.2.26,Oleæ putanẽ emuscãtur.Hoc è musco liberãtur.

Musea,museorum,(μουσεῖα λεγόμενα,)dicuntur quæ in ædificiis exendam.Plin.lib.36.cap.11.Non prætermittenda est & pumicum natura,appellantur quidem ita & cætera saxa erosa annis: in ædificiis museca vocant,dependentia ad imaginem specus arte reddendam.

Musica,Vide MVSA.

Musimon,pen.corr.musimonis,m.g.(μουσίμων,)Asinus,mulus, aut equus breuis.Lucilius lib.6,Pretium emit,qui venariettem.Hæc Nonius.Cato Deletorio,Asinum,aut musimonem, aut spania,sed maximè corsica,non maximè absimile pecori, genus musimonum,caprino villo,quàm pecoris velleri propius.quorum è genere, & ouibus natos prisci vmbros vocauerũt.infirmissimam pecori caput: quamobrem auertum à sole pasci cogendum.

Mussio,mussis,Vide Mutio in MVTVS

Mustacum,(γλύκυτον,)Genus libi:vide Laureola in LAVRVS.Cicero ad Atticum,lib.5.108.6,In eodem Amomo cœpit laureolam in musta ceo quærere. Iuuenal.Sat.6.21.

Si tibi legitimis pactam,iunctamque tabellis
Non es amaturus,ducendi nulla videtur
Causa,nec est quare conam,& mustacea perdas,&c.

Mustaceus,mustaceæ.Idem(γλυκοῦς)Cato de Re rustica,cap.128,Mustaceos sic facito:Farinæ siligineæ modium vnũ musto conspergito, anisum,cuminum,adipis p.11.casei libram,& de virga lauri deradito,eodem addito.Et vbi desinxeris,lauri folia subtus addito,quum coques.

Mustela,mustelæ,pe.pro.(γαλῆ)Animal mures persequens & serpẽtes.Plin.lib.29.cap.4.3,Mustelarũ duo genera:alterũ sylueſtre,distãt magnitudine.Græci vocant ictidas.Harũ fel contra aspides dicitur efficax, cæterò venenum. Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat,& catulos suos(vt author est Cic.) quotidie trãsfert,mutatõ sedem,serpentes prosequitur. Varro 3.de Re rustica,cap.10.4.

Mustela,Piscis genus,muræna ferè similis.Plin.lib.9.cap.17.4, Proxima est his mensa

Universidad de Deusto
Biblioteca

mel quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus deferuescat.
Liber musteus. Plin. epist. 174. b, Non dubito cupere te pro cætera mei charitate quam maturissimè legere hunc adhuc musteum librum.
Caesius musteus. Plinius libro. 11. cap. 42. 1. Sed breuis, ac musteo tantum commendatio.
Moltulentus, Adiectiuum, (γλευκώδης,) Idem quod musteus. Plaut. Cistel. 10. 101.
– equolam hanc soli si detur, possum ego,
Ita multulentus æstus nares attigit.

Mutabilis, Vide MVTO.

Mutilus, pen. corr. Adiectiuum, (κολοβός, κυλλός,) Sipontinus à mutus deductum putat, significaréque truncatum & comminutum. Horat. 1. Serm. saty. 5. 12, – ô tua cornu
Ni foret exectofrons (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus minitaris?

Cornibus mutilus. Cæsar. 6. bel. Gall. 95, Harum est consimilis capris figura, & varietas pelli: mitted magnitudine paulo antecedunt, mutilæque sunt cornibus.
Mutili boues, dicti sunt sine cornibus, authore Donato. Colum. lib. 7. cap. 3. 3, Nam est melior mutilus aries.
Mutila & hiantia. Cic. in Orat. 17, Sed quum mutila quædam, & hiantia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerunt. germanos se putant Thucydidis.
Mutila & decurtata. Cic. in Oratore, 103. Mutila sentit quædam, & quasi decurtata. De animo.
Mutilo, mutilas, pe. corr. (κολοβόω, κηρόω,) mutilare, Est (vt ait Donatus) aliquid detrahere, sine quo res esse non possit. Terent. Hecy. 1. 1. 8,
– ergo propterea te seduló
Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat,
Quin spolies, motiles, laceres, quenquam nacta sis.

Mutilatus, pen. prod. Adiect. (κολῷ, κηρός, ἀνάκηρος,) vt Mutilatus dens. Plin. lib. 8. cap. 5. 1, Certè Cato, quum imperatorum nomina annalibus describeret, cum qui fortissimè præliatus esset in Punica acie, Sutrú tradidit vocatum altero dente mutilato. Ouid. in Ibin, 110,
Truncaque geras secuó mutilaris partibus ense,
Qualia Mycenæ membra fuisse ferunt.

Rami mutilati. Ouidius de Nuce, 8.
Colubræ mutilatæ cauda. Ouid. 6. Metam. 112.
Exercitus mutilatus. Cic. 3. Philipp. 146, In Galliá mutilatum ducit exercitum. Id est, diminutum.
Aures mutilatæ. Liu. 9. bel. Pun. 46. Et propè exanguem, naso, auribusque mutilatis relinquunt.

Muticus, Vide MVTVS.

Mútulus, mútuli, pen. corr. Quadrangulus ex aliqua parte comminutus. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 8, Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. Eandem sententiam habet Colum. lib. 8. cap. 9. Idem Varro lib. 3. cap. 16. 13. Eas aluos ita collocant in mutulis parietis, vt ne agitentur, néve inter se contingant. Sic cap. 5. 11. Mutulis crebris in omnibus columnis impositis sedilia auium.

MVTINA, pen. corr. (μύτινα,) vrbs Italiæ in Flaminia, Romanorum quondam colonia, vt est author Pomponius Mela lib. 2. Et Liuius Decad. 4. lib. 9. non procul à fine.
Firmissima & splendidissima Pop. Ro. colonia Mutina. Cic. 5. Philip. 181.
Labores Mutinæ. Lucan. lib. 1. 9.
Obsessæ mœnia Mutinæ. Ouid. 15. Metam. 105.
Mutinensis, (μυτινῶφ,) & hoc Mutinense. vt Color Mutinensis, id est pullus: à Mutinensibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiunt. Varro, Nam & lodere alacrem vidimus Mutinensi tunica.
Arma Mutinensia. Ouid. 4. Fast. 116.

Mutio, mutis, Vide MVTVS.

MVTIVS, (μούτιος,) nobilis Romanus priscis temporibus, qui Porsenna rege Romam obsidente, solus in castra profectus est, vt Porsennam occideret. Sed quum regem non cognosceret & regis scribam pro rege necasset, comprehensus, & coniuratos prodere iussus, manum suam diu in igne tenuit, vt ostenderet se nulla pœna vinci posse. Rex autem admiratus eius fortitudinem, eum liberum dimisit. Tunc Mutius pro gratia regi dixit vt sibi caueret, quia trecenti Romani coniurassent sic se facturos. Quapropter rex pacem fecit cum Romanis. Mutio autè postea Scæuolæ à clade dextræ manus cognomen est inditú. testis Liuius Decad. 1. lib. 2. Fuerunt præterea alii Mutii quorum historiam multis prosequitur Raphael Volaterranus lib. 17.

Muto, mutas, (μάλλαττω, μεταβάλλω, ἀντιστρέφω, τρέπω, μεταμείβω, μεταπηδάω,) mutare, Transferre. Varro, Fac vt te aliquò cum omni familia mutes. Lucilius lib. 28. Doctior cæteris Iasamitis mutes aliquo tecum sacra facta.

Mutari in matrem. Plin. lib. 7. cap. 4. 3, Ipse in Africa vidi mutatum in matrem, nuptiarum die, L. Cossicium ciuem Tusditanum.
Mutare in peius. Quintil. lib. 1. ca. 1. Nam bona facilè mutantur in peius.
In horas mutari. Horat. de Arte, 33, – & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.
Mutare se in formam alterius. Plaut. Amphit. 2, 2.
– amore captus Alcmenæ Iuppiter,
Mutauit sese in formam eius coniugis.
Mutare, Variare. Plin. lib. 12. cap. 7. 1, Piper tostum solibus, colore rugisque mutatur.
Mutare se habito & loco, pro eo quod est, Mutare habitum & locum. Horat. 2. Serm. saty. 7. 13. – illa tamen se
Non habitu mutat vel loco.
Mutare & vertere ad omnem rationem aliquid. Cic. 5. de Orat. 97.
Animum mutare, & Mutare sententiam. Terent. Phorm. 5. 2. 9.
– haud scio hercle, vt homo est, an mutet animum.
D. Hem mutet autem? n. nescio: verbum, si forte, alico. Plaut. Mil. 18. 19.
– ergo istius
Metus me macerat, quòd ille fastidiosus est iam,
Ne oculi eius sententiam mutent, vbi me viderint:
Atque eius elegantia meam extemplo speciem spernat. Terent. And. 1. 3. 18, – nec tu ea causa minuis
Hæc quæ facisme is mutet suam sententiam. Cic. ad Gallum, lib. 7. epist. 14.
Si autem sententiam mutasti, ego habeo: Idem 4. Acad. 114. Neque accominus (si tibi ita videatur) sententiam mutes, deterrendum puto.
Verbo mutantur amantes. Propert. lib. 2. eleg. 6. 3.
Amicitias frustrà mutantur. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 3.
Beneficium mutare. Cæsar 2. bel. Ciuil. 120, Nam etiam Cæsaris beneficia mutauerat consuetudo.
Brachia mutamus vario amplexu. Propert. lib. 2. eleg. 16. 2.
Cœnacula mutare, lectos, balnea, &c. Horat. 1. epist. 1. 19.
Colores mutare. Horat. 1. epist. 17. 8, Mordear opprobriis falsis, mutemque colores?
Colorem mutare ad similitudinem loci. Plin. lib. 9. cap. 29. 3.
Colorem mutat ad similitudinem loci, & maximè metu.
Consilium mutare. Cic. ad Atticum, lib. 3. 5. 1, Quod ad te scripsi, me in Epiro futurum, posteaquam extenuatus ipse nostram & cuiusque te vidi, mutaui consilium. Eidem, lib. 7. 14. 1. 3. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 21. 1. Et Cæsar 2. bel. Ciuil. 43. Assidius ad Ciceronem, lib. 10. 3. 2. Ad singulos enim nuntios turpissimè consilia mutat.
Decretum mutare. Cic. 3. Verr. 84, Alius renocabat eos, inter quos ipse crenerat decretumque mutabat alius, &c.
Mutare aliquid de. Terent. And. 5. 4. 47, – ô lepidum patrem!
De vxore vt possedi, nihil mutat Chremes. Id est, quantum ad vxorem attinet. Liu. 1. ab Vrbe, 165, Neque tum Tarquinius de Egnitium ciuitatis quicquam mutauit.
Di mutati. Horat. 1. Carm. ode 5. 2,
– heu quoties fidem,
Mutatosque deos flebit?
Dicta mutare, Quod vulgus Dedicere se dicit. Plaut. Bacchid. 3. 3. 1,
Ego quod dixi, haud mutabo.
Factum mutare. Terent. And. 1. 1. 13,
Quod habui summum pretium, persolui tibi.
S. O. In memoria habeo. S. I. haud muto factú. Vbi Donatus, Haud muto factum, Vetustè non me pœnitet. Idem Donatus in comment. in Phormionem, Sic enim veteres dicebant, Muto factum, & non factum, quum alicuius rei eos pœnitebat.
Fidem mutare. Plaut. Milite, 1. 3. 56,
– sed ne illam amittam, & hæc mutet fidem, Vinc modo.
Fidem mutare cum aliquo. Terent. Phorm. 3. 2. 27.
Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mutet fidem
Triduum hoc?
Fortunæ mutantur. Plaut. Trucul. 5. 9, Achitum fortunæ solent mutariet.
Cestum mutare. Lucret. lib. 4. 150.
Effigies languida mutauerat habitum noti oris. Luca. lib. 9. 199.
Mutauit id. Terent. And. 1. 5. 7,
Quis Chremes, qui denegarat se commissurum mihi
Quatam suam vxorem? id mutauit, quoniam me immutatum videt.
Ius mutare. Liu. 8. ab Vrbe, 139. Mutatum autem ius ob vnius Fenerationis simul libi, finem, simul erudelitatem insignem.
Lares mutare. Horat. in Carmine seculari, 8.
Locum mutare. Cic. 2. de Legibus, 1, Sed visne, quoniá & satis iam ambulatum est, & tibi aliud dicendi initium sumendú est, locú mutemus, &c.
Potestas tralata mutauit locum. Lucan. lib. 2. 28.
Mentem mutare. Cice. 1. in Catil. 4, Muta iam istam mentem, mihi crede, obliuiscere cædis atque incendiorum.
Quæ mentem insania mutat? Virg. 4. Aeneid. 119.
Mentes & voluntatem mutare. Cic. de Prouinc. Consul. 10.
Merces mutare. Virg. eclog. 4. 8, – nec nautica pinus

Mutabit merces omnis feret omnia tellus.
Mutare mores. Terent. Adelphis, 5. 9. 27. Quid istuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos? Plaut. Milite, 10. 48. – ha ha
Quum venit in mentem mores vt mihi mutandi sint,
Muliebres mores discendi, oblinisscendi tui.
Mutuam mutare pecunia nescit. Horat. 1. epist. 12. 2.
Nuptias mutare. Plaut. Stichо, 1. 36.
Neque est cur studeam nunc has nuptias mutarier.
Passionem mutare. Cic. pro Domo sua, 18.
Sedem mutare. Cic. pro Cecina, 72. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, cò solum vertunt, hoc est sedem ac locum mutant. Plinius lib. 10. cap. 37. 1. Ferunt non mutare sedem columbas. Sic lib. 10. cap. 4. 3.
Sedem mutare ex sede, vt volucres. Plin. lib. 2. cap. 37. 1.
Sententiam mutare. Cic. Attico, lib. 9. 17. 1.
Solum mutare, quod & Vertere solum dicitur. Cice. in Parad. 38. Omnes scelerati atque impij, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt.
Sortem alicuius mutare in contraria. Ouid. 3. Metam. 66.
Vidit, & est vestræ tanta potentia plagæ,
Dixit, vt authors sortem in contraria mutet.
Testamentum mutare. Cic. pro Cluentio, 23.
Vellera mutare luto, pro Tingere, inficere per naturam, inquit Seruius. Virgil. 4. eclogæ, 9.
Ipse sed in pratis aries iam suauè rubenti
Mollibus in luto mutabit vellera luto.
Vestem mutare. Liu. 4. ab Vrbe, 180. Sed si preces sue pro imperatore qui sibi parentis esset loco, non valuissent, se vestem cum eo mutaturos. Sic Cicero Post redit in Senatu, 10.
Tempestas & humor coëgit mutare vias. Virgil. 1. Georg. 84.
Terra mutat vices. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.
Vbam mutare priorem. Lucret. lib. 5. 74.
Vulgus mutatur cum principe. Claud. 7. Panegy. 61.
Vultum mutare. Cic. 1. Tuscul. 71. Quis mediocris gladiator ingemuit, quis vultum mutauit vnquam? Lucret. lib. 3. 53.
Mutare aliquid cum aliquo, Aliud pro alio accipere. Plau. Capt. 2. 2. 8.
Capit captiuos cernunt cari hic alios,
Siquem imperire possit, cum quo mutet suum. Terent. Euno. 3. 5. 24.
Vt vestem cum eo mutem, & pro illo iubeam me ducier.
Mutare ære aliquid cum altero. Salust. in Iugurtha, Statuit tamen Metellus pecoris & mancipiorum prædas certatim agere, eaque mutare cum mercatoribus vino adscitis, & aliis talibus.
Mutare ære pro Vendere. Columella lib. 10. Quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conseruat, ære mutandi sunt. Idem lib. 7. cap. 9. Lactens porcus ære mutandus est.
Mutare merces. Virgil. 4. eclog. 8. – nec nautica pinus
Mutabit merces.
Mutare bellum pro pace. Salustius, Nemo nisi victor pro pace bellum mutauit.
Mutare pacem vel bello bene mutari. Tacit. lib. 3.
Mutare alia realiam. Horat. 2. Serm. saty. 7. 22.
– an hic peccet job nostrum qui puer vuam
Furtiua mutat furiguli?
Mutare gaudium mœrore. Plinius epistol. 111. b, Quod gaudium quo mœrore mutatum est?
Mutare incisa leuis. Pli. epist. 112. 2. Aptè enim & variè nisi attrollebat, nisi residebat, excelsa depressis, exilia plenis, seueris iucunda mutabat.
Mutare tristia. Horat. 1. Carm. ode 16. 6.
Mutant vrbem. Ouid. 6. Fast. 133.
Mutare prætextam paludamento. Plin. in Paneg. 94. Gestum Consulatú mutet, an non receptum? Gestus non in hoc vrbis otio & intimo sinu paluda ta, sed iuxta barbaras gentes, vt illi solebant, quibus erat moris paluda mento mutare prætextam, ignotasque terras victoria sequi.
Quadrata mutat rotundis. Horat. 1. epist. 1. 20.
Ca te, nihil ipsa se fortuna mutauit.
Nihil mutauit fortuna teipso. Plin. in Paneg. 38. Eademque omnia illa circumstantia, & quæ ipsa fortuna mutauit.
Mutare victricem patriam victa, apud Liuium. Idem, Victoriæ possessio eam ingenta ipse mutasse. Cicero pro Sestio, 29. Commutare dixit: Deinde, inquit, videbantur ea conditione tam fortis fuisse, vt cum patriæ aliquos, charitate consultæ gloriam commutaret. Curtius, Donisque, & omni honore cultus, exilium patriæ sede mutauerat.
Mutare, Corrigere, emendare. Terent. Adelph. 4. 7. 40. – ceterum
Fiscet tibi factum Mitio? M. I. non, si quem
Mutare nemo quem non queo, æquo animo fero.
Mutare, neutrum absolutum, pro variare. Liuius lib. 5. ab Vrbe. Annona
ea antecedente copia, nihil mutauit. Id est. Quoniam vrbs frumento abundabat propter antecedentem copiam, annonæ pretium non crenit.
Mutare ciuitate, pro Alterius ciuitatis ciuem fieri. Cic. pro Corn. Balb. 24. O iura præclara atque diuinitus iam inde à principio Romani nominis à maioribus nostris comparata, neque nostrum plus quàm vnius ciuitatis esse posse (dissimilitudo enim ciuitatum, varietatem iuris habeat necesse est) neque is inuitus ciuitate mutetur, néve in ciuitate maneat inuitus. Ibidem, 13. Vt & ciuitate illum mutatum esse fateretur, & ius ciuitatis honore dignissimum iudicaret. Budæus.

Mutans, (ἀλλάττων,) Participium præsens: aliquando accipitur pro eo qui mutatur. Quintilianus lib. 1. ca. 10. Diu enim mutantibus (scilicet verbis) repugnandum: sed abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cuiusdam est, & friuolæ in paruis iactantiæ.
Mutandos, Participium, (μεταβλητέος,) vt Ratio mutanda est. Catull. de Acme, epigram. 59. 6.
Sedes mutandæ. Virgil. 3. Aeneid. 33.
Mutatus, pénul. prod. Participium, (μεταλλαγείς,) vt Mutato nomine. Plinius lib. 3. cap. 11. 9. In secunda regione Hirpinorum colonia vna Beneuentum auspicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleuentum. Horat. 1. Serm. saty. 1. 14.
Mutatus ab illo, id est Dissimilis. Virgil. 2. Aeneid. 55.
Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit, exuuias indutus Achilli. Non quòd ille mutasset, sed quòd illi dissimilis esset factus.
In deterius mutatus. Tacit. lib. 4. Quando Tiberio mutati in deterius principatus initium ille animus attulit.
In peiorem partem sunt versa & mutata omnia. Cic. pro Rosc. Amer. 62.
Vultum nihil mutatus. Stat. 2. Thebaid. 131.
Faciem mutatus & ora. Virgil. 1. Aeneid. 133.
Amor mutatus. Ouid. epist. 5. 7.
Aura mutata. Horat. 1. epist. 19. 19.
– dum tua nauis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Fortuna mutata. Virgil. 5. Aeneid. 121.
Frontis mutatæ. Horat. 1. Serm. saty. 8. 17.
Nasidiene redis mutatæ frontis, vt arte
Emendaturus fortunam.
Res mutatæ. Horat. 1. epist. 10. 7.
Quem res plus nimio delectaueré secundæ,
Mutatæ quatient.
Sententia mutata loco cedit. Virgil. 9. Aeneid. 45.
Mutatúrus, pen. prod. (ἀλλάξων,) Aliud participium.
Habenas non mutaturus. Stat. 3. Sylu. 5. 6.
Mutatio, Verbale, (ἀλλοίωσις, μεταβολή, παραλλαγή, τροπή,) vt Mutatio sedis. Plin. lib. 13. cap. 4. 9.
Mutationem annonæ significans. Plin. lib. 1. cap. 103. 9.
Consilii mutatio optimus est portus pœnitenti. Cic. 12. Philip. 322
Loci, non ingenii mutatio. Cic. pro Quintio, 7.
Crebra corporis mutatio. Cic. pro Cluentio, 41.
Morum faciendæ mutatio. Cic. 1. Offic. 168.
Officiorum mutatio, dando, accipiendo. Cic. 1. Offic. 34.
Motus & mutatio. Cic. 4. Acad. 115. Et ita esse cum vndique aptum, vt nulla vis tantos queat motus mutationémque moliri.
Motibus & mutationibus suis ciens omnia & agitans natura. Cice. 3. de Natu deor. 37.
Mutatio, pro Commutatione. Terent. Hecy. 4. 4. 11.
A Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia.
Mutatio fit ea nos pertubat Lache.
Mutabilis, & hoc mutabile, penult. correp. (μεταβολικός, μεταβλητικός, παραλλακτός,) Quod facilè mutatur. Virgil. 4. Aeneid. 114.
– varium & mutabile semper Fœmina.
Vultu mutabilis. Horat. 1. epist. 2. 38.
Mutabiles vulgi animi. Liu. 2. ab Vrbe, 30.
Mutabilis causa. Liuius 1. bel. Maced. 114. Natura enim, quæ perpetua est, non mutabilibus in diem causis hostes sunt.
Fatum non mutabile. Stat. 9. Thebaid. 133.
Mens mutabilis. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 13.
Sed flecti potetit, mens est mutabilis illi.
Pectus mutabile consilis. Ouid. 2. Metam. 30.
Corripe lora manu, vel si mutabile pectus
Est tibi consilis, non curribus vtere nostris.
Vaga & mutabili ratione labuntur sidera quædam. Cic. de Vniuersit. 46.
Volgus mutabile. Valer. 1. Argon. 153.
Mutabilitas, pe. cor. (τὸ μεταβλητικόν,) Mobilitas. Cic. 4. Tusc. 123. Hæc inconstantia, mutabilitasque mentis, quem nó ipsa grauitate deterreat?
Mútito, mútitas, penul. corre. mutitare, Sæpe facere, aut sæpe exercitare. Gellius libro 2. cap. 24. Principes ciuitatis qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter sese conuiuia agitarent. Videtur Gellius à Mutuus deducere.

Mutulus, Vide MVTILVS.

Mutuo, Aduerbium, & Mutuo, mutuas, Vide MVTVVM.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mutus, Adiectiuum, (ἄλαλος, ἄναυδος, ἄφωνος, ἄγλωσσος, βουβός,) quidam à mugiendo deduci putant. etenim quum mutus loqui non possit, siue id linguæ defectu, siue auriam accidat, prorumpit tamen in vocem, quæ mugitus potius, quàm sermo videtur. Vel dicitur mutus, quasi minutus, quòd eo sensu minutus sit. Vel dicitur à mussando, quòd hic non amplius, quàm mus dicat. Terentius Heaut. 4.4.26.
Tu nescis quod scis Dromo, si sapies, p. mutum dices. Plin. lib. 10. cap. 19.4. Merula canit æstate, hyeme balbutit, circa solstitium muta.
Muti vel eloquentis origo. Cic. 5. Tuscul. 98.
Mutum esse satius est, quàm quod nemo intelligat dicere. Cice. Cornificio, libro 12. 27. 4.
Mutus ilico. Terent. Eunucho, 5. 1. 27. – papæ
Iugulatas hominem, quid illet T. mutus ilico. Vbi Donatus, Tam hoc stultum est, quàm si diceret, statim nihil.
Mutus accusator. Cic. pro Rosc. Amer. 63. Neque enim accusatore muto, neque reste quisquam vtitur eo, qui de acculatoris subsellio surgit.
Accusatio huius temporis muta. Cic. pro Flacco, 4.
Aeoum mutum. Silius lib. 3. 117. – obscura sedendo
Tempora agit, mutum voluens inglorius æuum.
Aqua muta. Horat. 1. Serm. saty. 3. 43.
Armenta muta. Stat. 5. Thebaid. 67.
Mutæ artes à Virgilio, minime celebres dicuntur, vel comparatione musicæ, lib. 12. Aeneid.
Ille vt depositi proferret fata parentis,
Scitæ potestates herbarum, vtumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Mutæ artes, picturæ dicuntur, quæ quum non loquantur tamen res ipsas exprimunt. Cice. 5. de Oratore, 15. Etsi hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione atque in lingua? De arte picturæ.
Aspectus mutus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 20. Quorum etiam mutus aspectus lachrymas mouet.
Bestiæ mutæ. Cic. 1. de Finib. 108.
Mutæ bestiæ, & nihil intelligentes. Cic. 1. de Nat. deor. 100.
Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. Cic. 1. de Orat. 87.
Eloquentia muta quædam induerere. Cic. in Orat. 76.
Forum mutum, clinguem curiam, taciturn & fractam ciuitatem videbatis. Cice. Post red. in Senatu, 5.
Gratia muta. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 11.
Culpa grauis precibus donatur sæpe suorum:
Omnis pro nobis gratia muta fuit.
Historia muta. Cice. 1. de Finib. 108. Sic in vestris disputationibus historia muta est.
Imago etiam muta à tanto scelere reuocare debuit. Cic. 3. Catil. 55.
Leges mutæ tacent. Ouid. ad Liuiam, 38.
Magistratus mutus, lex: cui opponitur Magistratus, lex loquens. Cice. 3. de Legib. 3. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem, mutum magistratum.
Os mutum. Ouid. 6. Metam. 115.
Pecudes mutæ. Cice. Qu. fratri, lib. 1. 1. 35.
Pecus mutum & turpe. Horat. 1. Serm. saty. 3. 20.
Pecus mutum metu. Virgil. 9. Aeneid. 69.
Querelas mutas obrumpit. Claud. 3. de raptu Pros. 32.
Res mutæ. Quintil. lib. 6. cap. 1. 20. Mutæ tamen res monent.
Res inanimatæ atque mutæ. Cic. 1. de Nat. deor. 45.
Muta & informis res, cui opponitur Eloquens & formata. Author ad Herennium, lib. 4. 237.
Scientia muta. Quintil. lib. 5. cap. 10. 84.
Silentia muta noctis. Ouid. 7. Metam. 37.
Spelunca muta. Stat. 1. Achill. 48.
Suspiria muta. Stat. 11. Thebaid. 121.
Mutum à literis tempus. Cic. ad Atticum, lib. 8. 166. 2. Nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quò magis debuerit mutũ esse à literis.
Mutio, mutis, mutiui, mutitum, pen. prod. (γεύω,) mutire, Tanquam mutus signum facere seu strepitum, siue submissa & imperfecta voce fabulari, aut vnum tantum verbum dicere. Terent. And. 3. 2. 25.
– siquid narrare occœpi, continuò dari
Tibi verba censes. 5. fallo, p. itaque hercle nihil iam mutire audeo.
Idem Hecyra, 5. 4. 15. Adeò mutito. Id est vel tenui dicto, inquit Donatus. Plaut. Curcul. 1. 94.
Vidén' vt aperiuntur ædes festiuissime?
Non mutit cardo. Id est, non crepitat.
Mútilus, penult. correp. Adiectiuum, (κολοβός,) vt Mutica spica. Varro 1. de Re rust. cap. 48. 2. Spica mutica dicitur, quæ non habet aristamiæ enim quasi cornua sunt spicarum. Quibus verbis ionuit Varro spicam dici muticam, quasi cornibus mutilatam. Quam etiam expositionem probat Cœlius lib. 3. cap. 30.

Mussio, mussat, (μύζω,) mussare, Frequentatiuum à Mutio, mutis, Occulte & depressa voce loqui quod celatum quis venit. Plaut. Aulul. 6. 12.
Neque occultùm id haberi, neque per metum mussari,
Quin participem pariter ego te, & tu me vt facias:
Eo nunc te secretò hucforas seduxi. Idem Merc. 3. 40. Summo hoc clamore mussans interdum loqui. Plin. epist. 1. 22. b. Postea quam vicesimo valetudinis die balineo præparater, mussantesque medicos repentè vidissem, causam requisiui.
Tacita formidine mussant. Claud. 2. in Eutrop. 27.
Proceres mussant turbata consilia. Stat. 3. Thebaid. 19.
Mussare, Murmurare, inquit Festus. Ennius, In occulto mussabit. Seruius, Mussare, queri. Virgil. 11. Aeneid. 91. Flent mœsti, mussantque patres.
Mussant oras & limina circum. Virgil. 4. Georg. 38.
Mussant iuuencæ. Virgil. 11. Aeneid. 144.
Mussare, vulgò pro Tacere ponitur, authore Festo. Ennius, Non decet mussare bonos. Terentius, Sile, cela, occulta, rege, tace, mussa.
Mussabat taciro medicina timore. Lucret. lib. 6. 237.
¶ Mussare, Dubitare. Virgil. 12. Aeneid. 132.
– mussat rex ipse Latinus,
Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat. Ibidem, 144.
– mussantque iuuencæ
Quis pecori imperiter, quem tota armenta sequantur. Seruius.
Mussat dicere. Virgil. 11. Aeneid. 69.
– cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant. Vbi Seruius, Mussant, modò verentur significat. Alias, dubitant: vt – mussat rex ipse Latinus
Quos generos vocet. Interdum susurrant: vt de apibus dicit. Et proprie mussare, est obmurmurare, & muto esse vicinum.
Mussito, mussitas. pen. corr. (μύζομαι) mussitare, Frequentatiuum à mutiso. Liu. 1. ab Vrbe, 218, Turnus Herdonius ab Arcia fœcoitet abiecisse Tarquinium erat inuectus: haud mirum esse, Superbo indutum Romanum cognomen (iam enim ita clàm quidem mussitantes, vulgò eum appellabant) Nam quicquam superbius esse, &c. Vetus tamen carmen legit mussantes. Ibidem, lib. 7. 109, Mussitanteque inter se Romanum quem plebeii cognoscent, peniteret. Plaut. Milite, 10. 119, Illi inter se certant donis, ego mecum mussito. Idem Casina, 6. 32,
Insectatur omnes domi per ædes: nec quenquam prope:
Ita omnes sub arcis, sub lectis latentes metu mussitant. Et Milite, 6. 40.
Hercle quicquid est, mussitabo potius quàm inteream male. Terentius Adelphis, 1. 1. 5,
Verum cogito id quod res est, quando eum quæstum occœperit, Assipunda & mussitanda in intia adulescentium est. Vbi Donatus, Mussitanda, Patienda, conseyderanda cum silentio; & vt in amore pertentanda, atque per hoc perferenda. Mussitare enim proprie est dissimulandi causa tacere dictum vel à muto, vel ab M, quæ litera est minimæ pressæ vocis, ac penè nullius, adeò vt sola omnium, quinque inter vocales inciderit, atteratur, atque subsidat. Hinc Virgilius 12. Aeneid. 32.
– mussat rex ipse Latinus.
Budæus à Græco μύζειν potius deriuari putat.

Mutuum, mutui, (δάνειον, δάνεισμα,) Dicitur abeo quod de meo pturi eandem speciem quam dedimus: alioqui aut commodatum erit, aut depositum: sed idem genus. nam si aliud genus, veluti pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum.
Mutuum in amicitia, est quum par voluntas accipitur & redditur. Cicelius Metello, lib. 5. 2. 7.
Mutuum argentum. Plaut. Pseud. 3. 78. Miser sum, argentum nusquam inuenio mutuum.
Mutuum: argentum dare. Plaut, Pseud 3. 83.
Actum hodie de me est. sed potes nunc mutuam
Drachmam dare mihi vnam? Idem Persa 4. 37,
Tecumque oraui, vt nummos sexcentos mihi
Dares vtendos mutuos. Mart. li. 6. 4. Mutua des centũ Cæciliane rogo.
Frumentum mutuum aliquibus dare. Cic. 1. de Lege agr. 82.
Mutuo appendere, Id est dare mutuo. Plin. lib. 9. cap. 55. Qui ceruis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murænarum mutuo appendit. Nam permutare quidem pretio noluit, aliaue merce.
Mutuum rogare. Plaut. Pseud. 5. 61. Omnes tibi patres sunt, nullus est filius: quem roges mutuum.
Mutuas pecunias sumere: Apud Plautum Asin. 5. 95. Nam si mutuas potero, certum est sumam fœnore. Cic. 3. Verr. 19.
Mutua quinque sestertia petere. Mart. lib. 10. 14.
¶ Mutuus amor dicitur, quum ab eo amaris quem amas. Pli. epi. 106. Acquum est nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem qua tu perfrueris ex nobis. Terent. Meretrix adolescentem, cuius mutuo amore tenebatur, exclusit. Quinti. lib. 12. ca. 7. ad finẽ, Ac ne pretium per quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua benenolentia mutatur. Id est respondente. Plancus Cic. lib. 10. 4. 3. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 1.
Animus mutuus. Horat. 4. Carm. ode 1. 6. Cic. filius Metello, lib. 5. 2. 7.

Animis mutuis amant, amantur. Catull. de Acme, epigram. 42. 4.
Ardor mutuus. Lucret. lib. 4. 245.
In amici mutua beneuolentia conquiescere. Cic. de Amic. 10.
Beneficia mutua & grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma deuinciuntur societatis. Cic. 1. Offic. 87.
Mutua carne inter se vescuntur. Plin. lib. 10. cap. 23. 6. Iidem mutua carne vescũtur inter se De oloribus. Id est olores vescũtur carnib' olorũ.
Certamina mutua. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 6.
Consilia mutua. Plaut. Epid. 1. 87.
– quid facium, mén' tu rogas? tu quidem
Ante hac aliis solebas dare consilia mutua.
Consilia mutua inter se curant. Virg. 1. Georg. 61.
Cupido mutua. Lucret. lib. 5. 193.
Dicta mutua referre. Ouid. 1. Metam. 152.
Face mutua torret me. Horat. 3. Carm. ode 9. 3.
Mutua inter se fiducia. Plin. epist. 237. In primis enim, sicut scribis, verendum est, nisi permiscentur seruis publicis milites, mutua inter se fiducia, negligentiores sint.
Gandia mutua. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 18.
Ignis mutuus. Tibull. lib. 4. eleg. 5. 2.
Innocentia mutua. Plin. lib. 11. cap. 14. 7. Sylua diuisa certis portionibus, mutua innocentia tuta est. De pluribus dixit, non de duobus tantum.
Odio mutuo flagrant inter se mugil & lupus. Plin. lib. 9. cap. 62. 1.
Officia mutuis commune cõmodum gubernatur. Cic. pro Rosc. Amer. 66.
Operas mutuas tradere. Terent. Phorm. 2. 1. 37.
Hic in noxia est, ille ad defendendam causam adest:
Quem ille est, hic præsto est: tradunt operas mutuas.
Præliis mutuis inter se pugnare. Hirtius de bel. Asiat. lib. 5. 109.
Terror mutuus. Liu. 4. ab Vrbe, 175. Nec Volscorum meliores res esse credere quàm Pop. Romani fortunam, noctemque omnia terroris mutui repleuisse. Terrorem mutuum vocat, quo tam Volsci quàm Romani terrebantur. Ex vetusto exemplari legitur erroris.
Testimonium mutuum dare. Cice. pro Placco, 7.
Par & mutua voluntas. Cic. Attic lib. 16. 341. 1. Ad paternas enim magnas & veteres & iustas necessitudines, magnam attulit accessionem tua voluntas erga me, mea que ergate par atque mutua.
Voluntatem mutuam alicui tribuere. Cicero filius Metello, lib. 5. 2. 4.
Vulnera mutua. Ouid. 3. Metam. 25.
Mutua vulnera sibi concidere. Plinius de Viris illust. 10. Deinde in prælio quod aduersus eos gerebat, singulari certamine cum Aruute filio Tarquinii congressus, se ambo mutuis vulneribus concidérunt.
¶ Mutuum facere cum aliquo. Plaut. Trinum. 8. 30. Bene vult tibi. L. ille mihi. Idem Persa, 2. 1. 7.
– quin in lectis nos aflatum
Commodamus omnia quæ tu vis, ea cupio. T. mutua
Fiunt à me. Hoc est. Id volo quod vis. Et Milite, 18. 39.
– vt quæso amore perdita est misera. T. Mutuum fit.
Inter immortales mutua viuunt. Lucret. lib. 2. 16.
Pedes per mutua nexi. Virgil. 7. Aeneid. 14.
Mutuò, Aduerbium, (ἀντάλλαλον,) aliquando significat Inuicem, alimutuo Athenienses iuuenis. Plin. epist. 66. a, Gratum est vtrique nodum deliderio vestri tenemur, quod non vltra differemus. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 4. 9. Fac valeas, meque mutuò diligas. Hoc est, Fac mihi in amore respondeas.
Facere mutuò aliquid. Plancus Ciceroni, lib. 10. 9. 6. Te, vt diligas me, si mutuò es factum scis, rogo.
Mutuò, Aliud aduerbium, (ἀντάλλαλον,) Cicero filius Cn. Pompeio, lib. 5. 7. 4. Nulla in re tam lætari soleo, quàm meorum officiorum cõscienfiscopibus fingando non mutuò respondetur, apud me plus officii reperitur. Idem Metello, lib. 5. 2. 13.
Mutuans, penul. correp. mutuitantis, (κιχρώμενος,) Rogitans mutuum. Plautus Mercatore, 5. 5. 1.
Conclamitare cœta vrbe, & prædicare,
Omnes venerent mutuitanti credere.
Mutuo, mutuat, (δανείζω,) mutuare, Dare mutuo, vel mutuum.
Mutuare, pro Mutuo sumere aliquando accipitur. Cæcilius, Ad amicos
Mutuo, mutuas, (δανείζομαι, κιχρέομαι, κίχρημαι,) mutuiri, Depositum, mutuatum, pro Accipere mutuo. Valet lib. 6. cap. 2. Et prius à libertate, quàm ab innocentia præsidium mutuauit.
Mutuor, mutuatus, (δανείζομαι, κιχρέομαι, κίχρημαι,) mutuiri, Depositum, mutuatum, mutuer causa mea.
Mutuari in sumptum. Cic. ad Atticum, lib. 8. 11. 0. 1. Tironem nostrum ab altera relictum audio: sed eum video in sumptum ab aliis mutuatum.
Mutuari auxilia ad rem aliquam. Cæsar 8. bel. Gal. 79. Commies Attrebas ad eos profugit Germanos, à quibus ad id belli auxilia mutuatus erat.

¶ Mutuari, sæpe per metaphoram accipitur, pro Aliunde sumere. Cic. 1. 2. de Natu. deorum, 132. Mutuemur hoc quoque verbum, dicatur que tam æther Latinè, quàm dicitur aer. Est autem (inquit Budæus) mutuari, quæ ab aliis inuenta sunt, in scripta sua vertere, ita vt sua videri velit, qui hoc facit: nec modò mutuum est, sed etiam furtum. Cice. 1. de Oratore, 29. Nam ego quæ sunt oratoris cum illis communia, non mutuor ab illis.
Mutuari consilium. Liuius, Institit ipse secum reparare quemadmodum promissi fidem præstaret. Quod quum expedire non posset, ab amore temerarium atque impudens mutuatur consilium.
Mutuari laudem aliunde. Cic. 1. Offic. 66. Nam L. quidem Crassus, quum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili & gloriosa.
A viris virtus nomen est mutuata. Cic. 2. Tuscul. 70.
Subtilitatem ab Academia mutuatur orator. Cic. de Fato, 5.
Verbum aliquod mutuari. Cic. 1. de Natu. deorum, 132.
Mutuatio, Verbale, (κιχρωρία,) Cic. 1. Tuscul. 161. Ego verò illi maximam gratiam habeo, quòd me ea pœna multauerit, quã sine mutuatione & sine vsura possem dissoluere. Idẽ pro Flacco, 17. Itaque quã Roma clàm esset profectus, mutoque minutis multuationibus fraud auisser, in Asiam venit. Quintil. li. 7. ca. 4. Nũ est hoc depositũ, sed mutuatio.

M Y

My facere, est hæsitare, aut subuereri, & vix loqui audere. Cœlius lib. 24. cap. 30. Varronem citans.
MYAGRVS, penul. corre. (μυάγρος,) deus muscarum. Alter vocatur Myodes & Achor, vt scribit Plutarchus. Plin. lib. 10. cap. 28. Inuocant & Aegypti ibes suas contra serpentium aduentum: & Elai Myagron deum muscarum multitudine pestilentiam afferentesque protinus indeum muscarum multitudine pestilentiam afferentesque protinus interent qui litatum est illi die.
MYCENAE, Mycenãrum & Mycẽna. Mycẽnæ: siue Mycene, mycenes, pen. prod. (μυκῆναι,) Vrbs Peloponnesi, quam Perseus Danaes filius extruxit, regiuncula in qua regnauit Agamemnon à Mycena nympha sic appellata. Cœlius tamen lib. 30. cap. 12. Mycenas inquit nuncupari creduntur, quòd ibi à Perseo sint conditæ Mercurii præcepto, vnde excidit gladii mucronis, id est mycen.
Agamemnonia Mycene. Silius lib. 1. 6.
Agamemnoniæ Mycenæ. Virgil. 6. Aeneid. 168. Agamemnonias vocat, quia Agamemnon rex fuit Mycenarum.
Claræ Mycenæ. Virgil. 1. Aeneid. 58.
Dites Mycenæ. Horat. 1. Carm. ode 7. 2.
Fortes Mycenæ. Virgil. 3. Georg. 25.
Magnæ Mycenæ. Virgil. 2. Aeneid. 67.
Pelopeiades Mycenæ. Ouid. 3. Fast. 17. Sic vocat quoniam illic Pelops habitauit, à cuius etiam filio Thyeste, Thyesteas vocat Lucanus.
Sæuæ Mycenæ. Virgil. 7. Aeneid. 45.
Thyesteæ Mycenæ. Lucan. lib. 1. 108.
Mycenenses, Mycenensium, (μυκηναῖοι,) Habitatores Mycenarum. Cicero 1. de Finib. 51. Omnes Danai aut Mycenenses, Attica pubes reliquique Græci, &c.
Mycenæus, Adiectiuum, (μυκηναῖος,) vt dux Mycenæus, Agamemnon. Ouidius 1. Trist. 80.
MYCITVS, Vide ANAXILAVS.
MYCONE, Mycones: & Myconos, Myconi, pen. corr. (μύκονος,) Insula vna ex Cycladibus. Statius 1. Achill. 41. Cyclades hinc spretæ Myconos humilisque Seriphos. Scribit Seruius, hanc insulam terræ motu diu laborasse, quo cessante, à Mycone Gyaroque vicinis insulis populos venisse, qui eam tenerent & incolerent. Cœlius lib. 13. cap. 19, scribit nomen ei fuisse inditum à Mycono Aeneæ ac Rhyus filio.
Celsa Mycone. Virgil. 3. Aeneid. 16.
Humilis Mycone. Ouid. 7. Metam.
Hinc humilem Myconen, cretosaque rura Cymoli.
Myconius, Adiectiuum, (μυκόνιος,) Nomen possessiuum à Mycono.
Myconios gigni sine capitio tradit Plinius lib. 11. cap. 37. 9. vnde caluos omnes, Myconios dicimus, authore Stephano meminit & Strabo.
MYGDONIA, Mygdoniæ, (μυγδονία,) regio litoralis Macedoniæ, in qua Niobe Tantali filia, vxorque Amphionis in saxũ versa est, à Mygdone rege ficdicta. Iuxta hanc est insula Mygdon.
Mygdonius, Adiectiuum, (μυγδόνιος,) vt
Marmor Mygdonium. Ouid. epist. 21. 19.
Campi Mygdonii. Horat. 3. Carm. ode 16. 9.
Opes Mygdoniæ. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.
MYGDONVS, pen. corr. (μυγδών,) fuit frater Otrei, ac, teste Porphyrio in tertium Iliados, ambo fratres Hecubæ regis Priami vxoris, & Cissei filii, ambo reges in Thracia.
Mygdonides, pen. corr. Patronymicum, m. g. (μυγδονίδης,) quod pro gentili ponnit poetæ. Virgil. 2. Aeneid. 69.
– iuuenisque Choræbus
Mygdonides.
Mygdonis, penul. corr. huius Mygdónidis, (μυγδονίς,) Patronymicum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœm.gen.Ouid.6.Metam.9.Mygdonidesque nurus.

Myoctonos, penul.correp. (μυοκτόνος.) Radix aconiti. Plin.libro 27.cap.3.3.

Myoparo, pen.corr.myoparônis,m.g. (μυοπάρων,) Genus nauigilex duobus dissimilibus formatum,inquit Festus.nã mydion & paron per se sunt. Nonius, Myoparo,est nauicula piratarũ. Cic.de Rep.lib.3.Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone,eodem,inquit, quo tu orbem terræ. Sallust.lib.3.Histor. Et forte in nauigando cohors vna grandi fa selo vecta à cæteris deerrauit,matique placido, à duobus prædonum myoparonibus circumuenta. Sisenna Historiarum lib.4.Nauisque triginta biremis,totidem myoparones Cic.6.Verr.104. Eum isto Prætore Cilicum myoparoni,prædonibusque patuisse. De portu Syracusano rum loquitur. Ibidem,7. 76. Proh dii immortales piraticus myoparo. quum imperium populi Rom.&c. Ibidem, 59. Myoparone piratico capto,dux liberatus. Ibidem,3.61 Illi statim myoparonem egregium de sua classe,ornatum,atque armatum dederunt.

Myopes, pen.prod. (μύωψ,) dicuntur(inquit Budæus) qui iam inde ab initio ortus sui nisi admota oculis contueri nequeunt.Cuiusmodi multos videmus qui res intuendas oculis propè cõtingũt,& limis etiã,semiclusisq; oculis aspiciũt.Vide LVSCIOSVS. Nominatiuus singularis Myops,huius myõpis.

Myrias, myriadis,penul.correp.f.g. (μυριάς,) Numerus continens decem millia.

Myrica, myricæ,vel Myrice,myrices,pen. prod. (μυρίκη,) Genus humilis virgulti,in Italia ferè nascentis,quod quidam putant esse tamaricem,quæ vulgo tamariscus dicitur & Dioscoridi, sed eius tantum folia habet.Virg.4.eclog.1.Nõ omnes arbusta iuuant,humilesque myricæ. Plin.li.13.ca.21.2.Myricen & Italia quam alii tamaricen vocãt.Achaia autem bryan sylueſtrem insigne in ea, quòd satiua tantum ferat galliæ similem fructũ,In Syria & in Aegypto copiosa hæc est,cui ut infoelicia ligna appellamus,quæ tamen infoeliciora sunt Græciæ.Gignit enim arborem ostryan,quam & ostryam vocant, solitariam circa saxa aquosa,similem fraxino cortice & ramis,folio pyri, paulo tamen longioribus crassioribusque,ac rugosis incisuris,quæ per tota discurrunt.Semine hordeo simili,& colore,materia est dura atque firmas qua in domũ illata difficiles partus fieri prodũt,mortesque miseras. Myricã sylueſtrẽ Gallia bryaria vocat,de la bruyere.Ruelli.li.1.ca.99.

Fragiles myricæ. Ouid.3.de Arte,118.

Tenues myricæ. Ouid. 10.Metam.10.

Myrinus, (μύρινος,) Mas murænæ est.Plin.lib.9.cap.23.1. Aristoteles myrinum vocat marem qui generat: Vetus exemplar legit Myrus.

Myriophyllon, (μυριόφυλλον,) Herba quæ millefolium aliàs dicitur.Plin.lib.24.cap.16.9.

MYRMECIDES.pen.corr. (μυρμηκίδης.) Nomen viri proprium, de quo Cicero 4.Acad.115.Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.Plin.lib.7.cap.21.2. Callicrates ex ebore formicas,& alia tam parua fecit animalia, vt partes earum à cæteris cerni non possent.Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit,à quo quadrigam ex eadem materia quam musca integeret alis fabricatam, & nauem quam apicula pinnis absconderet. Idem lib.36.cap.5.ad finem.Myrmecides,cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca.

Myrmecion,morbi genus.Cel.lib.6.cap.vlt.Thymion nominatur,quod super corpus quasi verrucula eminet,ad cutem tenue,suprà latius,subdurum,& in summo perasperum.Idque summum colorem floris thymi repræsentat,vnde ei nomen est,&c. Et paulo pòst,Myrmecia autem vocantur,humiliora thymio,durioraque,quæ radices altius exigunt,maioremque dolorem mouent:infra lata,super autem tenuia,minus sanguinis mittunt:magnitudine vix vnquam lupini modum excedunt.Nascuntur ea quoque aut in palmis,aut in inferioribus partibus pedum.

Myrmecites, pen.prod.m.g.(μυρμεκίτης,) Gemma innaram rentis formicæ effigiem habens.Pli.li.37.ca.11.2.

Sane myrmex,myrmẽcis.f.g.formica latinè dicitur.

MYRMIDONES,pen.corr. (μυρμιδόνες,) Populi sunt iidem qui Hellenes. Seruius.Myrmidones sunt Achillis sociis dicti propter hanc causam.Aeacus quum in arbore sici formicas,id est μύρμηκας vidisset,optauit tot sibi socios euenire:& statim formicæ in homines versæ sunt. sed hoc fabula est. Nam Eratosthenes dicit Myrmidonas à rege Myrmidone dictos. Virgil.2.Aeneid.2.

– quis talia fando
Myrmidonum,Dolopúmve,aut duri miles Vlyssi
Temperet à lachrymis?

Sedes superbæ Myrmidonum. Virg.l.2.Aeneid.157.

MYRMILON,(μυρμίλων,) histrionis nomẽ est apud Iuuenalẽ Sat.6.9.

– aut Myrmilonem exprimat infans.

Myrobalanum, myrobalani,pen.cor.(μυροβάλανος,) Quasi vnguentaria glans.Celsus lib.4.cap.9. Fit ex

vnguento & palmulis quod μυροβ. βάλανον vocant. Plin.lib.13.cap.11. Myrobalanum Troglodytis & Thebaidi & Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto disterminat,commune est,nascens vnguento,vt ipso nomine apparet. Quo item indicatur & glandem esse arboris, heliotropio quam dicemus inter herbas,simili folio Fructus magnitudine auellanæ nucis. Martial.lib.14.62.

Quod nec Virgilius,nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex vnguento,constat & ex balano. Vulgus pharmacopolarum hodie vocat Des mirabolans.

Myrobrechi, penul.correp.siue Myrobrechari, (μυροβρέχοι,) Quasi vnguento stillantes. μύρον Græci vngentum vocant.βρέχω,proluo,aspergo,madefacio,& irrigo. Plautus Aul. 19.30.Myrobrecharios prouunguentorum confectoribus accipitadcapillos irrorandos.ait enim, Aut manulearii,aut myrobrecharii.

MYRON,aut Myro,(μύρων,) vtrunque enim legitur,teste Plinio libro 34.cap.9.Statuarius Eleutheri filius,& Hegesiladis discipulus Syracusanus,cuius vacca multorum poetarum epigrammatis celebratur. Ouidius 3.de Ponto,elegia,1.7. Vt similis veræ vacca Myronis opus, Alter fuit Athenienſis,vt scribit Pausanias.

In arte fingendi præstans fuit Myro.Cice.3.de Orato.15. fecit interalia imaginem Herculis,vt vult idem Cicero 6.Verr.4. Martial.lib.8.50. Quis labor in phiala?docti Myos?anne Myronis?

Myropola, myropolæ,pen.prod.m.gen.(μυροπώλης.) Vngentorum venditor.Plaut.Trinum.8.5.Lanii, coqui bolitores,myropolæ,aucupes. Idem Casina,6.12. Myropolas follicitores omnes,vbicunque vnguentum est lepidem.

Myropolium,myropolii,(μυροπώλιον,) Locus vbi vnguenta venduntur. Plaut.Amphit.13.3.

Nam omnes plateas perreptani,gymnasia,myropolia,
Apud emporium.

Myrothecium,myrothécii,(μυροθήκιον,) Vnguentorum repositorium. Cicero scribit ad Atticum,libro 2.16.3,se myrothecium liscratum consumpsisse in commentario Consulatus sui scribendo. Hoc est pigmenta oratoria.

Myrrha, myrrhæ,(σμύρνα.) Arbuscula est,in Arabia præcipuè nascens.Arbori altitudo ad quinque cubita, nec sine spina caudice duro & intorto. cuius gutta quæ sponte stillat, viridis est & amara,quæ eodem nomine vocatur myrrha Arabica siue stacte,id est gutta siue stilla myrrhæ. Eius virtus est vt corpora imputribilia reddat.Vide Plinium lib.12.cap.15.& 16.Propert.lib.3.eleg.19.4.

Crimen & illa fuit patria succensa senecta
Arboris in frondes condita myrrha nouæ.

Fulua myrrha.Ouid.15.Metam.80.

Maculosa myrrha,Vide MACVLA.

Odoraria myrrha,Vide ODOR.

Orontea myrrha.Propert.lib.1.eleg.2.1.Vide ORONTES.

Pingues myrrhæ.Ouid.de Medicamine faciei,18.

Sabæa myrrha marcidus comam Seneca Herc.Oeth.1.19.

Madentes myrrha crines.Virg.12.Aeneid.10.

Myrrhinus,penul.corr.Adiectiuum,(σμυρνίνος,)vt Myrrhinum vinum, Quod myrrha conditum est.

Myrrheus,pen.corr.Aliud adiectiuũ,(σμυρνεός,) Quod ex myrrha est. Propert.lib.4.eleg.1.6,Myrrheaque in partis pocula cæca focis.

Crinem myrrheum cohibere nodo.Horat.3.Carm.ode 14.1.

MYRRHA,(σμύρνα,)filia Cinyræ regis,quæ nefando sui patris amore capta, nutricis auxilio, cum illo ignorante quòd filia sua esset,concubuit. Postquam verò pater filiam esse resciuit,eam gladio voluit occidere.Sed Myrrha fugiens per Arabiam, mutata fertur in arborem sui nominis,genuit quoque filium nomine Adonidem.Vide Ouidium lib. 10. Metamor.

MYRTILVS,penultima correpta, (μύρτιλος,) auriga Oenomaiis regis Elidis & Pisæ à Pelope in mare proiectus,vnde Pelagus Myrtoum dictum est.

MYRTOVM mare,à Myrtilo dictum,iacet inter Cretam & Atticam, habetque latitudinem maximãsin quo sunt insulæ,Cythera,Calauria, & quæ Aeginam cingunt & Salaminem,& ex Cycladibus plerique,quæ verò contiguum est,tam Aegeum existit.Author Strabo.

Mare Myrtõum.Horat.1.Carm.ode 1.3.

Aquæ Myrtoæ.Ouid.epist.15.42.

Myrtus, myrti,(μυρσίνη,μύρτος,) Arbor baccas saporis præcipui producẽs,ex quibus vinũ fit.Vide Plin.lib.15.cap.29.1.

Folium myrti.Ouid.3.de Arte.11.

Amantes sirtora myrti.Virg.4.Georg.25.

Fragilis myrtus.Horat.3.Carm.ode 23.4.

Gratissima myrtus Veneri.Est enim arbor Veneri dicata,teste Plin.lib.15. cap.1.1.Virg.7.eclog.13.

Horrida myrtus densis hastilibus.Virg.3.Aeneid.5.

Intonsa myrtus.Stat.4.Syl.7.2.

Littore myrtus.Ouid.1.Amor.eleg.1.7.

Paphiæ myrti,Id est quas amat Venus.Ouid.3.de Arte, 37.

Pulla myrtus.Horat.1.Carm.ode 25.4.

Cingere tempora myrto.Virg.1.Georg.6.

Defendere à frigore myrtos,Vide DEFENDO.

Virisit nitidum caput impedire myrto.Horat.1.Carm.ode 4.2.

Myrtidinum,pen.prod.Adiectiuum.(μυρτιδινος,) Quod ex myrto factũ est,vt Myrtidanum vinum.Plin.lib.15.cap.29.1. Idem li.14.ca.16.5.

Myrtinus,pen.prod.(μυρτινός,) Aliud adiectiuum,Idem.vt Myrtatum oblonium.Plin.lib.15.cap.29.1. Et lib.12.cap.17.6.Ladana myrtata deprehendũtur,crepitantque in igne.

Myrteus,Item adiectiuum,Idem, (μυρτινος,) Plinius lib.13.cap.4.9.Similis & myrtei olei ratio,astringit,indurat,&c. Sic lib.20.cap.12.3.Cornel lib.12.cap.38.6.

Serta myrtea.Tibull.lib.1.eleg.3.13.

Et gerit insigni myrtea serta coma.

Virga myrtea.Ouid.3.Amor.eleg.1.7.

Myrtinus,penul.correp. (μυρτινός,) Similiter adiectiuum, Idem. Plinius,Oleo myrtino illi tum statim resoluitur.

Myrtetum,myrtẽti,penul.prod.(μυρτινός,) Locus myrtis consitus.Plautus Aulul.Nescio qui seruus è myrteto prosiluit. Martial.lib.5.114.

Myrtetis otiosa ordinata villa. Horat.1.epist.16.1.

– Sine myrtetis relinqui,
Sultura contemni,vicus gemit inuidus ægris.

Littora myrtetis lætissima Virgil.2.Georg.23.

Myrtites,pen.pro.(μυρτίτης,) vinum eo modo dicitur quo Aromatites. Columel lib.12.cap.38.1.Vinum myrtiten ad formina sic facito.Plin. lib.30.ca.7.2.Ex eoque cinere dãtur cochlearia bina in vino myrtyte. ce myrtuolo,palmi altitudine.

MYS,Myos, (μῦς,) nomen fuit cælatoris, qui claruit argento cælando. Martialis lib.8.50.Quis labor in phiala,docti Myos,anne Myronis? Idem lib.8.34.in isto rorem. Propert.lib.3.eleg.9.3.

Argumenta magis sunt Mentoris addita formæ,
At Myos exiguum flectit acanthus iter.

MYSIA,(μυσία,) Regio Hellesponti,à Mysis dicta,qui è Thracia illuc migrauerunt,quæ subdita fuit Telepho.Est & alia Mysia post Maceduniam,quæ affinis Hadriatici,vsque ad Ponticum extenditur mare. Proferunturque duplicem Mysiam facit, Maiorem & Minorem, & vtranque extra Bithyniam in Asia posuit,nõ procul ab Ida.Mysos alii Thracès,alii Lydos fuisse dixerunt.Et quoniam Lydi fagum acetosam (quę multa nascitur in Olympo) Mysam vocauerẽ,ab eo Mysos dictos putarunt,quibus sermo fuit ex Lydo Phrygioque permissus. De Mysia Quum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris. Seruius in 1. Georgic.Mysia,prouincia est:Mœsia verò,ciuitas haud longè à Troia:quã magis debemus accipere propter Gargara montes Phrygios.

Mysorum postremus Strabo Geographiæ lib.12.refert Mysorum populum vlqueadeò contemptum fuisse,vt prouerbio locum fecerit.Id vsurpat M.Tullius in Oratione pro L. Flacco, 51. Quid inquit, porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est,quàm siquis despicatus dicitur,vt Mysorum vlximus esse dicatur? Idem ad Qu. fratrem, lib.1.1.19.Nisi nẽ fortè Paconii nescio cuius hominis, ne Græci quidem,at Mysi,aut Phrygis potius querelis moueri putas. Nimirum genius eius contemptum declarans. Summum itaque despectum & infimam humilitatem hoc adagio significabimus.Et ab mus.

Agmina Mysorum.Horat.Epod.17.2.

Mysterium, mysterii, (μυστήριον,) Arcanum Latinè dicitur, vel sub quo arcani aliquid latet:quodque non perficitur,nisi occulta aliqua sacrorũ ratione.res arcana occultaque:quæque nefas est vulgo efferre.Erant enim mysteria,sacra arcana, quæ Latini fesula vocant. Hæc autem duorum generum erant apud Eleusinen terræ Atticæ:magna,quæ Cereri sacra erant:& parua, quæ Proserpinæ.in quibus quæ agebantur,facei dotes summo silentio occultabant. Cicero 1.de Natura deorum,89.Quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest.Idem ad Atticũ,lib.4.87.2.Neque enim sunt epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos offensura sit: quæ tantum habent mysteriorum,vt eas ne librariis quidem ferè committamus.

Aperire mysteria.Cic.4.Tuscul.58.

Enunciare dicendi mysteria.Cic.1.de Orat.103.

Referre mysteria.Cic.3.de Orat.43.

Quæ tradantur mysteriis reminisci.Cic.1.Tuscul.46.

Tacitum tanquam mysterium tenere aliquid.Cic.3.de Orat.37.

Mysteria etiam erant quædam festa, vt videtur apud Ciceronem, ad Atticum,lib.5.110.19.Velim ad me scribas certum, quo die mysteria futura sint. Et lib.6.11.7.Faciesque me,in quem diem Romana incidant mysteria,certiorem.Vide INCIDO.pen.corr.

Mysta,mystæ,(μύστης,) Sacra discens,mysteriorum peritus,discipulus,initiatus sacris alicuius numinis. Seneca Herc.furen.19.4.

Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare mystæ.

Mystagõgus,pen.prod. (μυσταγωγός,) Princeps sacrorum. Cice.6.Verr. 116.Itaque Iudices,hi qui hospites ad ea quæ visenda sunt, ducere solent,& vnumquid que ostendere quos illi mystagogos vocant,conuersam iam habent demonstrationem suam.

Mysticus,penult correp. Adiectiuum, (μυστικός,) Arcanus: vt Mystica sacra. Martial lib.8.75.

Non per mystica sacra Dindymenes,
Nec per Niliacæ bouem inuencæ.

Furta mystica. Ouid.2.de Arte,129.

Sacra mystica.Ouid.epistol.2.9.

Vitis mystica.Tibul.lib.3.eleg.6.1.

Candide Liber ades,sic sit tibi mystica vitis,&c.

MYSTILLVS,(μύστιλλος,) coquus est apud Martialem,

Si tibi Mystillus coquus Aemyliane vocatur,
Dicetur quare non Taratalla mihi?

Mythologia, (μυθολογία,) Sermo seu ratiocinatio fabularum.

Myxos,(μύξος,) Prominens pars lucernæ,ex qua profertur ellychnium, quasi ex naribus mucus.Martial.lib.14.41.

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos,vna lucerna vocor. Loquitur lucerna polymyxos. Vide Lucerna in LVCRO.

N



CONSONANS Litera,quę si primam dictionis syllabam inciptat,aliquando sumit ante se literam G,vt Narus,Gnarus: Nauus,Gnauus. Et si habuerit post se C,vtplurimum C mutatur in G,vt Quadringenti,pro Quadrincenti:Quingẽti, pro Quincenti:vbi verè N non fuerit,fit natur C,vt Ducenti.

N literam postponebant veteres frequentissimè vocalibus natura longis, vt plerisque veterum inscriptionibus apparet,vbi legitur Formonsus,Formonse,Atlans,Gignes,Pallans,Thesaurus.Quod hac de causa factum existimat Pierius quòd mos veteribus fuerit istiusmodi vocalibus natura longis τὴν μακρόν, – signum superadderet qua nota quantæ illæ essent admonerentur,eamque postmodum imperitioribus seculis compendiariæ scripturæ apicem esse crediderunt.Cœptaque primo pro N proferri, mox & adscribi,atque ita ex Formosus,Formonsus,ex Thesaurus, Thensaurus,ita ex Atlas,Atlans,& similia in vsum prodiere.

N A

NABATHEA,(ναβαταῖα,) regio est quæ ab Arabia incipiens, quam intra se continet, vsque ad mare rubrum ex latere dextro, atque ex superiori parte in Indicum protenditur. Inde

Nabathæus pen.prod.Adiectiuum,(ναβαταῖος,) Ouid. 1. Metam. 136. Eurus ad Auroram Nabathæaque regna recessit. Eadem olim mittebat elephantes,vt est author Iuuenalis.

Flatus Nabathæi Lucan lib.4.13.

Nabis, huius nabis,f.g. (ναβὶς ποικιλοπρόβατος,) Animal,de quo sic Plin. lib 8.cap.18.4.Horum aliqua similitudo in duo transfertur animalia:Nabin Aethiopes vocant, collo similẽ equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite,albis maculis rutilum colorem distinguentibus,vnde appellata camelopardalis,Dictatoris Cæsaris Circensibus Iudis primum visa Romæ.Ex eo subinde cernitur, aspectu magis quàm feritate conspicua:quare etiam ouis feræ nomen inuenit.

Nablium, nablii,(ψαλτήριον,)Instrumentum musicum,quod aliàs psalterium dicitur.Ouid.3.de Arte,66.

Disce etiam duplici genialia nablia palma
Verterei:conuenient dulcibus illa modis.

NABRIASSA,(νεβριασσα,) Ptolemæo libro 1.cap.4.aliis Nebrissa,hodie Veneria cognominata:Hispaniæ ciuitas est.

Naccae, appellantur vulgò fullones, vt ait Curiatius, quòd nauci sint,id est nullius pretii. Idem sentit & Cincius. Quidam aiunt,quòd omnia ferè opera ex lanã,naccæ dicantur à Græcis.Festus.

Nactus, Vide NANCISCOR.

Nae, Græca dictio, (ναί,) Aduerbium affirmandi. Valde vel nimis aliquando significat,vt ait Donatus. Terentius in Prolo.And. 17. Faciunt næ intelligendo,vt nihil intelligant. Idem Heaut.4 8.28.

Tanto ocyus te vt poscat,& tu id quod cupis,
Quàm ocyssimè vt des,M.cupio.C.næ tu propediem
(Vt istam rem video) istius obsturabere. Et Andria,1.1.26. Spondam hic tuam amat.P.næ iste haud mecũ sentit. Vbi Donatus,Næ,Vade.vt & Cicero 2.in Catil.19.Næ illi vehemẽter errant.Sensus hic est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nó id amat quod amo, nec id odio habet, quod odi, hoc est, Valde iste, inquit, non mecum sentit: id amat quod ego odi. Et paulo pôst, Ne, Val de: ait, vt quidam volunt, O quàm. Lucilius in 10. Næ in arce bouem disserpsi magnifice, inquit. Rursum Terent. And. 5.4.37. Næ istam multis tuam inueniri gaudeo.

Næ, Certè, vtique, profectò. Cicero Curio, li. 7. 31.1. Incredibile quàm turpiter mihi facere videar, qui his rebus interfim. næ tu videris multo antè prouidisse quid impenderet. Idem Fabio Gallo, lib. 7. 24.8. Næ ego multo libentius emerim diuersorium Tarracinæ. Et 4. Academ. 108. Quòd si geometricis, &c. Næ longe aberit, &c. Et Attic. lib. 6. 111. 20. Horat. 1. Sermon. saty. 3. 20. Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, næ etiam rex. Plaut. Amphit. 4. 28.

Næ illi ædepol, si merito meo studeant referre gratias,
Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os ocillet probè. Ibi dem. 4. 230. – peccaueram:
Nam Amphitruonis socium næ me volui dicere. Cic. 1. Philip. 31. Næ tu si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ consuluisses. Teren. Andria, 4. 5. 33. Næ ista illum haud noui cuius causa hæc incipit. Cic. 6. Verr. 73. Næ ista præclara nobilitas desinat quærì Populum Rom. hominibus nouis, &c. Idem 4. Acad. 109. Næ ille longè aberit, vt argumentis credat philosophorum. Et ad Marium, lib. 7. 1. 9. Næ tu haud paulò plus quàm quisquam nostrum delectationis habuisti.

Naenia, (inquit Festus) carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo finem significari putant. Quidam volunt næniam ideo dici, quòd voci similior querimonia flentium fit. Quidam aiunt næniæ ductum nomen ab extremi intestini vocabulo. Græci enim νῆτον extremum dicunt: siue quòd chordarum vltima νῆτη dicitur, extremam cantionis vocem næniam appellarunt. Diomedes, Apud Romanos id carmen quod cum lamentatione extremum atque vltimum mortuo adcanitur, nænia dicitur. Acron docet esse factitium nomen, à similitudine vocis eorum qui queruntur & dolent. Quintil. lib. 8. ca. 2. Tertius est huic diuersus translationis modus, quòm res cõmunis pluribus, in vno aliquo habet nomen eximium, vt carmen funebre, proprè nænia. Nonius, Nænia ineptum & inconditum carmen, quòd adducta mulier, quæ præfica diceretur, iis quibus propinqui non essent, mortuis exhiberetur. Varro de vita Populi Rom. lib. 4. Ibi à mulière, quæ obtutum à voce esset, perquàm laudari, deinde næniam cantari solitam ad tibias & fides. Hactenus Nonius. Cice. 2. de Legib. 98. Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam ad cantus ad tibicinem prosequuntur. Cui nomen næniæ, quo vocabulo etiam Græciæ cantus lugubres nominant.

Næniam quoque deam veteres coluere, cui sacellum extra portam Vimi nalem fuerat dedicatum, vt ait Festus.

Puerorum nænia. Horat. 1. epist. 1. 13.

NAEVIVS, (ναίοιος,) Poeta comicus vetustissimus, cuius meminit Horatius 2. epistol. 1. 11.

Nævius in manibus non est, & mentibus hæret
Penè recens, adeò sanctum est vetus omne poema.
Nævius, epigramma sibi posuit plenum superbiæ Campanæ,
Immortales, mortales si foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Nævium poetam:
Itaque postquam Orci traditus est thesauro,
Oblitì sunt Romæ Latina lingua loquier. Author Gellius li. 1. ca. 24. Varro autem in libro de Poetis, dicit eum stipendia fecisse primo bello Punico, idque bellum carmine scripsisse.

Nævianus, pen. prod. Adiectiuum, (ναυιανός,) Cic. de Clar. Orat. 30. Illius autem ætatis qui sermo fuerit, ex Nævianis scriptis intelligi potest.

Naeuus, nævi, Corporis insigne, seu genuina macula. Cic. 1. de Natu. deorum, 107. At est corpori macula nævus: illi tamen hoc lumen videbatur. Sic de Claris Orat. 172. Plin. lib. 22. ca. 25. 17. Farina decocta in aceto, nævos tollit.

Nullus in egregio corpore nævus erit. Ouid. 5. Trist. eleg. 14. 3.

NAIADES, penul. correp. (ναΐδες, ναΐαδες,) Nymphæ sunt fontium, vel fluminum.

Aequoreæ Naiades. Ouid. 14. Metam. 111.
Chori Naiadum. Ouid. 1. Fast. 102.
Dominæ vndarum Naiades. Stat. 1. Sylu. 5. 2.
– alios poscunt mea carmina cœtus:
Naiadas vndarum dominas. Nonnulli legunt Naidas: quod a nominatiuo Nais descendit: illud verò à nominatiuo Naias.
Hesperiæ Naiades. Ouid. 2. Metam. 65.
Puellæ Naiades. Virgil. 10. eclog. 2.
Sorores Naiades. Silius lib. 6. 58.
Vdæ Naiades. Claud. 3. de raptu Pros. 4.

NAIS, huius Naidis, pen. corr. (ναΐς,) nomen nymphæ aquaticæ, à ναίω.

Cærula Nais. Stat. 3. Sylu. 3. 8.
Candida Nais. Virgil. 2. eclog. 10.
Lubrica Nais. Stat. 1. Sylu. 3. 13.

Naena, (ναλλοένα,) vrbs Britanniæ Ptolemæo. Nùc vulgò dicit Offi fordę.

Nam, (γάρ, ὅτι,) Coniunctio causalis, primum tantum locum sortitur, Plaut. Curc. 8. 24. De coclium prosapia te esse arbitror:
Nam hi sunt vnoculi. Terent. And. 2. 6. 27.
Quidnam hoc rei est? quidnam hic vult veterator sibi?
Nam si hic mali est quicquam, hem illic est huic rei caput.
¶ Nam, non tam causam aliquando reddit, quàm ingressum rei significat. Terent. And. 1. 1. 24.
– rem omnem à principio audies:
Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
Cognosces, & quid facere in hac re te velim.
Nam is postquam excessit ex ephebis, &c.
¶ Nam, pro Autem, vel simili discretiua ponitur. Cice. in Salust. Nam quòd ista inusitata rabie petulanter in vxorem & filiam meam, &c.

Nam quid, siue Nam quis, pro Sed quid, vel sed quis, id est quid autem, vel quis autem? Terent. Eunucho, 5. 2. 58.
– quam tu rem actura oblecro es?
T. Nam quid ita est? P. rogitas? hunc tu in ædes cogitas
Recipere posthac? T. cur non? Virgil. 4. Georg. 90.
Nam quis tu iuuenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos? Quintil. lib. 1. Bona facile mutantur in pejus, nam quando in bonum verteris vitia? Id est, quando autem. Alii legit Nũquando, &c. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. 10. Nam quid ego te athletas potem desyderare, qui gladiatores contempseris?

Nam profectò. Salust. in Catil. Nam profectò, aut metus, aut iniuria te subegit Syllane, Consulem designatum genus pœnę nomi decernere.

Nam quia. Quintil. lib. 10. cap. 2. In suscipiendo onere consulat suas vires. Nam quia quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non sufficiat, aut diuersitas repugnet, &c.

¶ Nam, pro Etenim. Cic. in Oratore, 114. Nam qui audiũt, hæc duo amaduertunt. Ibidem, 115, Nam est longè aliter in versibus. Sic ipsissime Cicero. Budæus.

NAMNITAE, (ναμνῖται,) Ptolemæo lib. 2. cap. 8, alio nomine Nannetes dicti: quorum ciuitas Condiuincum, vulgò Nantes.

Nanciscor, (βάνω, πυνθάνομαι,) nacisci, Acquirere: cum nomine aut iunctum frequentissimè capitur pro Inuenire. Fit autem à Nancio, secundum Priscianum. Nancisci, Inquit Donatus, proprè dicitur, qui paratus ad tenendum antè quàm possit reperire quod cupit, statim quod occurrerit, prehendit. Plautus Rudente, 20, 33.
– vt nactus es, abi
Bono animo melius est te in neruum corripere:
Tibi obtigit quod plurimi exoptant sibi.

Aduersarium nancisci, Venerem, vestitum. Plaut. Capt. 2. 64.
Proin si quis pugnam expetat, lites contrahat.
Valentiorem nactus aduersarium
Si erit, ego faciam vt pugnam inspectet non bonam. Idem Bacchid. 4. 39, Ni nactus Venerem essem, hanc Iunonem dicerem. Terentius Eunucho, 3. 5. 8, – vbi fiem.
Vestitum hunc nactus.

Belluas immanes nanciscimur venando. Cic. 1. de Natura deorum, 140.

Boni aliquid fortuiti nancisci. Cic. 3. de Natur. deor. 126.

Causam moriendi se nactum esse Cato gaudebat. Cic. 1. Tusc. 116.

Fidem nacta. Ouid. 1. Fast. 95.

Firmitatem nancisci. Cic. Bruto, lib. 11. 12. 3.

Nacti sunt hami. Plau. Rud. 23. 45, Quod rete atque hami mei nacti sunt, meum potissimum est.

Hospitium. Plaut. Mench. 9. 59,
– assentabor quicquid dicet mulier,
Si possim hospitium nancisci.

Impudentiam. Plaut. Bacchid. 2. 52, – ædepol haud ætati optabile
Fecisti, quòm istanc nactus es impudentiam.

Malum. Plautus Asin. 7. 59, Cupio malum nanciscier. Terent. And. 5. 6. 9.
– more hominum euenit, vt quod sim nactus mali,
Prius resciscere tu, quàm ego, quod tibi euenit boni. Hic posteriores verbis præcedentia declarantur. Idem Phorm. 3. 3. 10,
Non triumpho ex nuptiis tuis, si nihil nanciscor mali.

Occasionẽ. Cæsar 3. bel. Ciuil. 32, Nacti occasionem meridiani temporis.

Otium. Cic. Appio Pulchro, lib. 4. 7. 1. Pluribus verbis ad te scribam, quòm plus otii nactus ero. Et Cœlio, lib. 2. 8. 6.

Aliquem otiosum. Cic. 1. de Finib. 22. Quoniam nacti te, inquit, sumus, si quando otiosum, certè audiam quid sit, quod, &c.

Pisces. Terent. Adelph. 3. 3. 67, – pisces ex sententia
Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est.

Potestatem. Salustius, Homines adolescentes summam potestatem nacti.

Potestatem per scelus nancisci. Cic. 3. de Nat. deor. 123.

Prædam nactus in agro. Ouid. 3. Metam. 122. Plaut. Asin. 7. 5.
Hanc quidem, quam nactus prædam, pariter cum illis partiam.

Nanciscetur enim pretium, nomenque poetæ. Horat. de Arte, 61.

Sortem. Cic. 3. Verr. 73. Sortem nactus est vrbanæ prouincię, magis ex sua & Clediniis, quàm ex Pop. Romani voluntate.

Spem. Cic. 3. Verr. 59. Quo quidem tempore Iudices, iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est. Sic Liuius 7. bel. Pun. 87.

Spem maiorem aliquid impetrandi nancisci. Cicero Cluuio, lib. 13. 8. 8.

Tempora apta nactus. Ouid. 9 Metam. 115.

Nanque, (γάρ,) Coniunctio causalis, quæ secundo loco ponitur. vt Nanque, primo loco posito, pro Siquidem, Certè. Terent. Nanque est hæc anus à fratre expressa modò. Plaut. Pœn. 16. 91.
Ergo hic apud me hospitium tibi præbebitur.
Nanque haud repudio hospitium. Virgil. 1. eclogą, 3. Nanque erit ille mihi semper deus. Cic. 1. de Orat. 50. Tũ ille. Nanque quod tu nõ potes aut nescis, id nostrũ tũ ipsũ est, qui scire, aut posse postulet? Nanque, pro Verùm, aut Sed. Cic. 1. de Oratore, 37. Nanque illud quare ea cola negasti in fuisse latinum, &c.

Narus, Adiectiuum, (ναρὸς,) vt ait Gellio lib. 19. cap. 13. Græcum nomen, quod olim, pro terram extantem, quem Latini pumilionem vocitant. Iuuenal. Sat. 8. 4.
– nanum tamquam Athlanta vocamus:
Aethiopem, cynocephalum, paruum extoli tamque puellam, Europam.

Nanum, inquit Festus, Græci vas aquarium dicunt, humile & concauũ, quod vulgò vocant situlũ: barbatũ. Vnde nani pumiliones appellãtur.

Nanum, nanil, (νάνος,) sunt qui dicant diminutiuum esse fictũ à Comicis, pro muliere parua, sicut Glycerium & huiusmodi. Plaut. Amph. 3. 91. Etiam histriones nanis in prosceniò hic
Ioucundi inuocauerunt. Alii legunt nannio, duplicè nn.

NAPAE, (νάπαι,) Nymphæ sunt nemorum, dupliciter, inquit, Montium, Oreades dicuntur: sylarum, Dryades: quæ cum sylis nascuntur, Hamadryades: fontium, Napeæ, vel Naiades: maris verò Nereides.

Fastes Napeæ. Virgil. 4. Georgic. 107.

Naphtha, naphthæ, (ναφθα,) Genus veneni ex bitumine. Plinius lib. 2. cap. 105. Similis est natura naphthæ: ita appellatur circa Babylonem, & in Auliagenis Parthiæ profluens, bitumini liquidi modo, huic magna cognatio ignium, transliuntque protinus in eam vodecunque vlcus.

Napus, napi, (βουνιάς,) Genus rapi obtusioris & breuioris. Columella. Vide Plinium lib. 20. cap. 4. 1.

Napina, napinæ, penul. prod. Locus in quo seminantur napi: Columella, libro 11. cap. 3. 1. Nanque & napinæ, itemque rapinæ siccaneis locis per hostilies fiunt.

NAR, (νάρ,) Fluuius, qui per vrbem Narniam effluens, Tyberi immiscetur. Vide Plinium lib. 3. cap. 5. Est & alius hoc nomine qui à Danubio videtur deiuari. Virgil. 7. Aeneid. 104. Sulphurea Nar albus aqua.
– qui Nar Tyberino illabitur amni.

NARBO, (νάρβων,) Martius, Galliæ vrbs, decumanorum colonia, XII. ab pili à mari distans. Plin. lib. 3. cap. 4. 2. Ab hac vrbe nomen est indum pontusque Narbonensis. Ausonius in vrbium catalogo.
Nec te Martie Narbo silebo: et nomine cuius
Fuit per ingentem quondam prouincia regnum
Obtinuit multos dominandi iure colonos. Vulgò Narbona dicitur. Cice. pro Font. 1. Est in eadem prouincia Narbo Martius, &c.

NARBONENSIS, (ναρβωνήσιος,) prouincia, vt ait Plinius lib. 3. cap. 4. appellatur pars illa Galliarum, quæ interno mari alluitur: Bracchata anti dicta à vestitu habitu: quum reliquæ, à nutriendi capilli studio Comata dicerentur, quanquam sint qui toti id nomen Galliæ tribuant. Comata dicerentur, quanquam sint qui toti id nomen Galliæ tribuant. Annæ Varro ab Italia & Alpibus discernitur: à reliqua verò Gallia, meridibus Cebenna & Iuratayrorum cultu, virorum morumque digna longe amplitudine opum nulli prouinciarum post ferendi. Hactenus Plinius. De hac vide Melam lib. 2. cap. 5. & Strabonem lib. 4.

Narcissus, narcissi, (νάρκισσος,) Flos apud Italos frequentissimus, & purpurea Illia aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, maiorique bulbi, sed vnius, narcissum vocant. Idem eodem lib. ca. 19. Narcissi duo genera in vsu medici recipiunt: Vnum purpureo flore, & alterum herbaceum. Hunc stomacho inutilem, & ideo vomitorium, aloesque solentem, neruis inimicum, caput grauantem. Et à ἄκρα, narcissum dictum non à fabuloso puero. Vtriusque radix mulsei sapo- ris est. Virgil. 8. eclog. 90. – narcisso floreat alnus.
Lachryma narcissi. Virgil. 4. Georg. 55.
Purpureus narcissus. Virgil. 5. eclog. 8.
Seró comans narcissus. Virgil. 4. Georg. 55.
Narcissinus, pen. corre. Adiectiuum (νἀρκισσινός,) vt Narcissinum oleũ. Plin. lib. 23. ca. 16. Narcissinum dictum est cum suo flore. Idem lib. 21. cap. 19. 6. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias.

NARCISSVS, (νάρκισσος,) fertur filius fuisse Cephisi amnis, & Lyriopes nymphæ, qui quò pulchritudine præstaret, à multis nymphis amatus est. Et quum nimio desyderio potiundæ nymphæ contabuisset, mutatus est in florem sui nominis. Ouid. 3. Metam. 4. Et Stat. 7. Theba.

Narcissus. Nomen fluuii, & nomen liberti potentissimi Claudii.

Nardus, nardi, fem. gen. & Nardum, n. g. (νάρδος,) Frutex est (inquit Plinius lib. 12. cap. 12.) grani & crassa radice, sed breui, ac nigra, flagilique, quanuis pingui, situm redolente vt cyperi, aspero sapore, folio parco denique, cacumina in ariftas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 2. Illius puro distillent tempora nardo. Vulgos nostrum vocat spicam nardi. Est enim & alia nardus celtica, quam eandem esse cum nostra laudula putat Barbarus. Plin. lib. 21. cap. 6. 1. Baccar quoque radicis tantũ odoratæ est, à quibusdam nardum rusticum appellatum.

Achæmenia nardo perfundi. Horat Epod. 13. 2.
Assyria nardus. Horat. 1. Carm ode 11. 4.
Lenis nardi aristæ. Ouid. 15. Metam. 80.
Permistus nardo. Horat. Epod. 9. 13.

Nardinus, penul. correp. Adiectiuum, (ναρδινός,) Quod nardum redolet, vel quod potius nardi saporem habet. Plin. lib. 15. cap. 15. Pyra ab let, vel quod potius nardi saporem habet. Plin. lib. 15. cap. 15. Pyra ab odore myrapsi, laurea, nardina.

Veguentum nardinum, Ex nardo vel spica nardi factum. Plinius lib. 13. cap. 1. 11. Nardinum siue foliatum constat omphacio, balanino, junco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. Sic lib. 15. cap. 5. 17.

Narica, naricæ, authore Festo, Genus est piscis minuti. Plautus, Mutatum video in vasis stanneis, naricam bonam & canatam & taguma, quinas fartas cõchas piscinarias. Naticè, (inquit Festus) piscem leges apud antiquos per t, nõ per r: & videtur à natãdo dictus.

Naris, huius naris, f. g. (ἥν,) Nares proprè nasi latiores partes, in quibus sunt sunt spiraculą, à naritate, inquit Donatus, quę nos odoratu docerant præsto & prope esse quod adhuc oculi non vident. Virg. 3. Georg. 17. Collectumque premens volut sub naribus ignem. Plin. lib. 11. cap. 2. 84. Item omnium auriculæ ac nares quæ modicum eminent, flexili mollitia, naturæ prouidentia, ne frangerentur. Festus, Nares appellari putant, quòd per ea nasi foramina odoris cuiusque gnari simus, Melius dici à Græco per inuersionem literarum, vt Latinis consuetum est. ῥνές, nares, vt μορφὴ forma, & τείνω, tener, & multa huiusmodi.

Rectè sursum sunt nares, quòd odor omnis ad supera fertur. Cice. 2. de Natu. deorum, 111.

Acutæ nares. Horat. 1. Serm. saty. 5. 6.
Adiunctis naribus spiritu os augetur. Cic. 2. de Nat. deor. 101.
Adunca naris spiramina. Lucan. lib. 2. 37.
Balba de nare locutus. Persius Saty. 1. 4.
Caua naris. Ouid. 1. de Arte, 105. Inque caua nullus stet tibi nare pilus.
Compressæ nares. Lucret. lib. 6. 240.
Emunctæ naris versus. Horat. 1. Serm. saty. 4. 1.
Hinc omnis pendet Lucilius, hosce sequutus,
Mutatis tantùm pedibus numerisque, facetus,
Emunctæ naris, durus componere versus. Porphyrio refert ad versus, appellans versus emunctæ naris, elegantes & decentes. Acron refert ad Lucilium, interpretatur que sapientem: quia e contrario, inquit, mungosum sultum appellamus. Emunctæ igitur & porgatæ naris dicetur is, qui nasum emunctum & nõ mucosum habet. Porrò qui nares purgatas haber, acrius olfacit, & clarius loquitur. vnde facilius potest alienorum vitiorum fœtorem ac graueolentiam indagare, & liberius arguere. Adde quòd mucosos non nisi emuncti solent irridere.

Geminæ nares. Virgil. 4. Georg. 60.
Obesæ naris suuenis. Qui nihil olfacit. Horat. Epod. 12. 1.
Obsessæ nares igni. Silius lib. 7. 72.
Patulis capiunt naribus auras. Bucola. Virgil. 1. Georg. 76.
Pilosæ nares. Iuuenal. Saty. 14. 20.
Remissæ nares à fronte. Ouid. 14. Metam. 19.
Resimæ patulæque nares, Vide PATVLVS.
Sagaci nare sentire aliquid. Lucan. lib. 7. 168.
Truncæ nares inhonesto vulnere. Virg. 6. Aeneid. 100.
Tumidæ nares. Valer. 1. Argonaut. 46.

¶ Admouere aliquid ad nares. Cice. 1. Tuscul. 71. Expones quæ spectet, floridà & varia, fasciculum ad nares admouebis, incendes odores, & sertis redimiri iubebis & rosis.

Corrugare nares. Horat. 1. epist. 5. 5. – ne sordida mappa
Corruget nares.

Ducere naribus succum. Cic. 1. de Diuinat. 16.
Mollipedesque boues spectantes lumina cœli,
Naribus humiferum duxere ex aere succum.

Indulgere naribus, Irridere, subsannare: quod & Naso suspendere adunco dicitur. Pers. Saty. 1. 5. – rides ait, & nimis vncis
Naribus indulges.

Infundere in naribus, Vide INFVNDO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infundere per nares, Vide INFVNDO.
Lumen extinctum offendit nares nidore. Lucret. lib. 6. 159.
Patent nares propter necessarias vtilitates. Cic. 1. de Natu. deor. 217.
Auras reducere naribus. Lucret. lib. 4. 101.
Fauri spirantes naribus ignem. Virgil. 2. Georg. 18.
Vti naribus. Horat. 1. epist. 19. 9.
– ad hæc ego naribus vti
Formido, luctantis acuto ne secer vngui.
Narium tædia & grauiolentiam emendat succus hederæ. Plinius libro 14. cap. 4. 10.
NARNA, vel Narnia, (νάρνια,) authore Strabone lib. 5. Vmbriæ ciuitas, per quam Nar labitur, à quo & nomen accepit. Silius lib. 8. 91.
Hispellum, & duro monti per saxa recumbens Narnia.
NARONA, (νάρων,) Fluuius Dalmatiæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Melæ Nar dicitur. hodie Narenta.

Narro, narras, (διηγέομαι, ἀφηγέομαι, ὑφηγέομαι, ἱστορέω, προσερέω,) narrare, Dicere, recitare. Donatus, Narrare aliena, & quæ nobis non sunt necessaria, dicimus. Plaut. Trucul. 3. 48.
– quem infestum ac odiosum sibi esse memorabat mala
Babylonienſem militem, is nunc dicitur venturus peregre. Terent. Eunucho, 5. 5. 28. Tu isti narrato omnem rem ordine vt factum fiet.
Idem And. 3. 1. 8. Bonum ingenium narras adolescentis. Et Heaut. 2. 1. 10. Ne ille haud scit quam mihi nunc furdo narret fabulam. Item Eunucho, 3. 5. 14. Narra istuc quæso quid fiet. Ibidem, 3. 2. 29.
Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas
Ostentat, neque tibi obstat. Plau. Pœn. 16. 64. Narra quid est? quid ait?
Quid narras? Admirantis vox, non interrogantis, inquit Donatus. Terẽ. Adelph. 4. 2. 19. Quid (malsim) bone vir mihi narras? equidem perii.
Idem Phorm. 1. 2. 86.
Persuasit homini, factum est, ventum est, vincimur,
Duxit. D. quid narras? G. hoc quod audis.
Opinor narras? Terent. And. 2. 2. 30.
– num videntur conuenire hæc nuptiis?
D. Non opinor Daue. D. opinor narras non recte accipis,
Certa res est. Idem Heaut. 3. 2. 9.
Recte equidem te demiror Chreme
Tam mane, qui here tantum biberis. C. nihil nimis.
S. Nihil narras? visa verò est, quẑ dici solet, aquilæ senectẽ.
Quas mulieres narras? Plaut. Trucul. 6. 29.
Mulieres conuenire volo vestras. S. quas tu mulieres
Mihi narras, vbi musca nulla fœmina est in ædibus?
Narrare de. Cic. ad Atticum, lib. 3. 55. 1. Alteram qua Crassi libertum ais tibi de mea solicitudine maciesque narrasse. Idem Appio, lib. 3. 1. 7. Iucunda mihi eius oratio fuit, quum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. Et 2. de Orat. 133. Est autem hæc huius generis virtus, vt ita facta demonstret, vt mores eius de quo narres, vt sermo, vt vultus omnes exprimantur.
Nauita de ventis, de tauris narrat arator. Propert. lib. 2. eleg. 1. 9.
Malè narrare de aliquo. Cic. Attico, lib. 16. 338. 3.
Casum aliquem narrare. Ouid. 18. Metam. 145.
Fabellam narrare surdo asello. Horat. 2. epistol. 1. 40.
Iucunde aliquid de aliquo narrare. Vide IVCVNDVS.
Memoriter narrare. Vide MEMOR.
Ordine narrare. Vide ORDO.
Peræque narrare. Vide PERABQVVS.
Pericula sua narrare. Propert. lib. 2. eleg. 29. 1.
Singula narrare. Ouid. epist. 6. 8.
Stomachum narrare. Plin. epist. 1. 94. Nõ rationẽ, sed stomachũ tibi narro.
Suspicios è aliquid narrare. Quintil. lib. 4. cap. 2. 58.
Vulgò narrare aliquid. Horat. 1. epist. 13. 4.
Narrauit vt. Plaut. Amphit. 8. 111. Quis igitur illic narrauit mihi, illic vt fuerit prælium? Terent. Hecyra, 1. 2. 70. Narratque vt virgo à se integra etiam tum fiet.
Narra mihi, reges Armenii patricios salutare non solent? Cice. ad Atticum, libro 2. 22. 2.
Narro tibi, plane relegatus mihi videor posteaquam in Phormiano sum. Cice. ad Atticum, lib. 2. 16. 2. Eidem, lib. 15. 329. 2. Narro tibi, hæc loca venusta sunt. Id est dico.
Narrauit antiquitas, Vide ANTIQVVS.
Narrat epistola. Plaut. Pseud. 15. 50.
Sed vt occœpisti, perge opera experirier,
Quid epistola ista narret.
Rumor narrat. Martial. lib. 3. 45.
¶ Narrant, pro Dicunt. Plinius lib. 11. cap. 37. 17. Solui enim pericula & metus narrant.
¶ Lux, breuitas, fides, consilium, & occulta calliditas narrandi. Quintilian. lib. 2. cap. 5. 5.
Tempora narrando fallere. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 3.
Narratus, penul. prod. (διηγηθεὶς,) Participium vt

Fabula narrata est. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 20.
Narrata vulgò. Plin. lib. 11. cap. 52. 2. Nec vniuersa hæc (vt arbitror) sed singula obseruat, friuola (vt reor) & vulgo tamen narrata.
Magicis narrati artibus. Plin. lib. 11. cap. 37. 71. In ventre hirundinum pullis lapilli candido aut rubenti colore, qui chelidonii vocantur, magicis narrati artibus reperiuntur.
Narratus, huius narratus, pe. prod. narrátui, (διήγημα,) Ouid. 6. Metam. 10.
– veniet narratibus hora
Tempestiua meis.
Narratũrus, penul. prod. Participium, (διηγησόμενος,) Stat. 3. Syla. 3. 42. Verbaque dilectæ fert narraturus Hetruscæ.
Narrátio, Verbale, (διήγησις, ἀφήγησις,) Est rerum gestarum, aut per se de vt gestarum expositio. Cice. ad Atticum, libro 6. 113. 4. In multis nominibus in Trophonana Charonis narratione Græcos in eo reprehendit, quòd, &c.
Aperta, atque dilucida narratio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 16.
Narratio, Est rerum explicatio, & quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei. Cic. in Partit. 18.
Aperta, breuis, & verisimilis narratio. Cic. 2. de Orat. 45.
Arida, & ieiuna narratio. Quintil. lib. 2. cap. 4. 3.
Constricta, an latius fusa narratio: continua, an diuisa: recta, an ordine permutato, causæ docebunt. Quintil. lib. 2. cap. 13. 4.
Credibilis narratio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 38.
Credibiles, non historico, sed prope quotidiano sermone dilucidè explicatæ narrationes. Cic. in Orato. 68.
Obscura narratio totam obcæcat orationem. Cic. 2. de Orat. 179.
Gracilitas pressæ narrationis. Quintil. lib. 4. cap. 3. 2.
Sinuosa narratio. Quintil. lib. 2. cap. 4. 3.
¶ Amputandæ narrationes, Vide AMPVTO.
Dicere narrationem. Quintil. lib. 2. ca. 20. 8. At procœmium aliquando, & narrationem dicit malus homo, & argumenta.
Exponere narrationem. Cic. in Orat. 121.
Narratiũncula, penul. corr. Diminutiuum, (διηγημάτιον.) Quintil. lib. 1. cap. 9. 5. Narratiunculas à poetis celebratas, notitiæ causa, non eloquentiæ tractandas puto.
Narrátor, pen. prod. Verbale, (διηγητής,) Cic. 2. de Orat. 29. Cæteri nõ exornatores rerum, sed tantũmodo narratores fuerunt.
Faceti narratores & imitatores. Cic. 2. de Orat. 121.
Narrábilis, & hoc narrabile, pen. cor. Adiect. (διηγητός,) Ouid. 2. de Ponto, ele. 2. 12. Lingua sile, non est vltra narrabile quicquam.
NARSES, (νάρσης,) Eunuchus, Iustiniani principis cubicularius, bibliopola prius: deinde ob animi virtutem patriciatus honore auctus, vir religione pietateq; præditus. Is in locũ Belisarii ducis in Italiam missus, decẽ annos variis eucentibus pugnauit. De quo vide apud Volaterranum.

Narthex, huius narthẽcis, pen. prod. m. g. (νάρθηξ,) Græcis, ferula Latinis. Vnde narthecia, alia ferulæ species, pro re minori, quasi humilis ferula. Plin. lib. 13. ca. 22. 4. Ferula cubiti nascitur locis, atq; trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo eius genera narthecia Græci vocãt, assurgentẽ in altitudinẽ, narthecia verò prope humilem. A genibus exeuntia folia maxima, vt quæq; terræ proxima. Cetera verò natura eadem quæ anetho, & fructui similis.
Narthecium, narthecii, (νάρθηκιον,) Pro repositorio medicamentorum ponitur, etiam si ex alia materia fuerint factæ quòd id genus ligni accommodatũ sit ad seruanda medicamenta. Cic. 1. de Finib. 38. Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio promitti, breuis, breuis, &c. Martialis lib. 14. 83.
Artis ebur medicæ narthecia cernis habere Munera.
NARYCIVM, Oppidũ Locrorũ vetustissimum, vnde Aiax fuit & Narycii populi, de quibus Virgil. 3. Aeneid. 80, Hic & Narycii posuerẽt mœnia Locri. Abundant aũt pice optima, vt testatur Virgil. 1. Georg. 81.
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Naryciæque picis lucos.
NASAMONES, pe. prod. Populi sunt in Libya, iuxta Syrtes, spolia naufragorum viuentes, vt scribit Herodotus lib. 4. Horum etiam meminit & Lucanus lib. 9. 88, his verbis,
Hoc tam segne solum, raras tamen exerit herbas,
Quas Nasamon gens dira legit, qui proxima Ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alitinam littoreis pupulator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina
Nouit opes, sic cum toto commercia mundo
Naufragiis Nasamones habent. Plin. lib. 5. cap. 5. 7. In ora Syrtis Nasamones, quos antea Mesammones Græci appellauere ab argumento ci, medios inter arenas sitos.
Aequoreus Nasamon. Silius lib. 3. 65.
Hinc coit æquoreus Nasamon, inuadere fluctu
Audax naufragia, & prædas auellere Ponto.
Pauper Nasamon. Lucan. lib. 9. 92.
Semihomines Nasamones. Silius lib. 11. 36.

Nasamonius

Nasamoeius, Adiectiuum. (νασαμώνιος,) Silius lib. 7. 123.
– Nasamonius Idmon.
Nemus Nasamonium. Sene. Herc. Oeth. 13. 8.
Nasamoniacus, pen. cor. (νασαμωνιακός,) Aliud adiectiuum.
Agri Nasamoniaci ditissimus. Ouid. 5. Metam. 26.
Rex Nasamoniacus. Stat. 4. Sylu. 6. 15.
Triumphi Nasamoniaci. Silius lib. 16. 126.

Nascor, nasceris, pen. cor. natus sum, (τίκτομαι, γενόμαι,) nasci, Notari, nam haber significationem.
Nasci equinis pedibus. Plin. lib. 4. cap. 13. 5.
Nasci, in pedes. Plin. lib. 10. cap. 53. 4. Aues omnes in pedes nascuntur, cõtrà, quæ in reliqua animalia.
Nasci, & in lucem edi. Cic. 1. de Legib. 23.
Natus ex. Plautus Amphit. 3. 98, Natus Argus ex Argo patre. Idem Epid. 1. 1. 5. Egone osculum huic dem? P. cur non, quæ ex te nata sit?
Terent. Heaut. 5. 4. 7, Ita mihi atque huic sis superstes, vt ex me atque hoc natus es.
Natus ex ea familia. Terent. Adelph. 3. 1. 10, Talem tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.
Patre claro natus. Horat. 1. Serm. saty 6. 11.
Patre certo nasci. Cic. pro Roscio Amer. 26.
Illa matre natus. Liu. 1. ab Vrbe, 10, Is Ascanius vbicunque & quacunque matre genitus certe natum Aenea constat) abundante, &c. Cic. 3. Tuscul. 44. Penelope natus.
Iusta vxore nasci. Cic. 1. Tusc. 132. Vide IVSTVS.
Summo genere natus. Plaut. Cistel. 2. 19.
– vbi istas videas summo genere natas,
Sominates matronas, vt sanctè amicitiam colunt. Cice. 7. Verr. 141, Natus tui genere nobili. Et ad Brutum, lib. 11. 22. 4, Natus summo loco.
Dea natus. Virgilius 1. Aeneid. 118, Nate dea, quæ nunc animo sententia surgit?
Humana matre natus. Plaut. Amphit. 3. 28.
Etenim ille cuius hoc iussu venio, Iuppiter,
Non minus quàm vostrum quinis, formidat malum,
Humana matre natus, humano patre.
Natus male volente genio. Plau. Bacch. 14. 4.
– Illepidus vino, Mali volente genio natus.
Natus de. Plaut. Capt. 6. 27, Quo de genere natus est illic Philocrates?
P. Polyplusio.
De pellice natus. Ouid. 7. Metam. 94.
Nata res ex tempore. Cic. 1. de Inuent. 36.
Inter agros & armenta natus. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 14.
Natus Athenis. Plaut. Rudente, 18. 31, Quid ego ex te audio? T. hanc Athenis esse natam liberam. Idem Pœnulo, 16. 75, Carthagini ego sum natus olim, vt sis sciens.
Natus in Apulia. Plaut. Pœn. 14. 80, Nam herus meus ibidem natus est.
Natus in Apulia. Plaut. Milite, 10. 53, Ephesi sum natus, non enim in Apulia, non sum in Vmbria.
Natus & oriundus differunt. Liu. 4. bel. Pun. 24, Hippocrates & Epicides, Natus & oriundus differunt. Liu. 4. bel. Pun. 24, Hippocrates & Epicides, matri Carthagine, sed oriundi à Syracusis, exule auo.
Natus animo leni. Terentius Hecy. 2. 2. 28,
– ego sum animo leni natus:
Non possum aduersari meis.
Natus cum virtutibus. Plaut. Rud. 9. 16,
Cum illiusmodi virtutibus operisque natus qui sit,
Eum ad carnificem est æquius, quàm ad Venerem commeare.
In dedecore natus. Verres. Cic. 5. Verr. 48.
Sine crimine natus. Id est non ex adulterio, incestu, amore meretricio. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 8,
Rusticus est nimium quem lædit adultera coniux,
Et notos mores non satis vrbis habet,
In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati,
Romulus Iliades, Iliadesque Remus.
Per scelera natus. Senec. Agamemn. 13. 7.
Natus ad. Cic. pro Sestio, 77, Nam quid ageret vir ad dignitatem & gloriam natus? Idem 1. de Fin. 103, Ergo hoc quidem apparet, non ad agendum esse natos. Sic ibidem, lib. 7. 66, Hi non viderunt vt ad currendum esse natos. Sic ibidem, lib. 7. 66, Hi non viderunt vt ad currendum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem: sic hominem ad duas res, vt ait Aristoteles, ad intelligendum & agendum esse natũ. Terent. Heaut. 3. 1. 12,
At ego profectò ingenio egregiè ad miseriam
Natus sum, aut illud falsum quod vulgò audio
Dici, diem adimere egritudinem hominibus,
Ad arma natus. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 4.
Ad bella natus. Cic. pro Lege Manil. 29.
Ad facinus prædamque natus aliquis. Cic. 11. Philipp. 117.
Ad dicendi singularem quandam facultatem natus Crassus. Cice. pro Corn. Balbo, 1.
Ad sarta nata manus. Ouid. 13. Metam. 23.

Ad hoc vnum natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet vni aliquis. Cic. in Orat. 53.
Ad honestatem natum genus hominum. Cic. in Partit. 49.
Ad iugum natæ boum ceruices. Cic. 1. de Nat. deor. 237.
Ad iustitiam nos esse natos intelligere, nil præstabilius. Cic. 1. de Leg. 41.
Nati suscepti, & instituti ad laudem & decus sumus. Cic. 5. de Finib. 112.
Natus atque aptus ad alterius libidines flagitiosas. Cicero 4. Verr. 93.
Ad societatem & communitatem generis humani nati sumus. Cicero 4. de Finib. 7.
Ad omnia summa natus Pompeius. Cic. de Claris Orat. 129.
Deorum beneficio ad hæc tempora natus Cæsar. Cic. 12. Philipp. 324.
In miseriam nasci. Cice. 1. Tusc. 15, Q uoniam autem etiam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam.
In otia natus. Ouid. 15. Metam. 143,
Herculeamque vrbem Stabiasque, & in otia natam
Parthenopen.
In spem nasci. Liu. 6. bel. Pun. 34, Nam quum fame ferroque vrgerentur: nec spes vlla superesset: iis qui nati in spem honorum erant honores detrectantibus, &c.
Scyphi nati in vsum lætitiæ. Horat. 1. Carm. ode 27. 1.
Foro & multitudini nata eloquentia. Cic. de Clar. Orat. 156.
Imperio huic natus. Cic. pro Cælio, 46.
Nata gens instaurandis, reparandisque bellis. Liu. 4. bel. Pu. 192.
Literis nati Græci. Cic. 3. de Orat. 72.
Laudi natus. Ci. pro Sest. 13, Cum his qui se patriæ, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno & conuiuiis & delectationi natos arbitrentur. Idem in Pisonem, 31. Natus abdomini suo, non laudi, atque gloriæ. Terent. Adelph. 4. 2. 6,
– nequeo satis decernere:
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.
Suis commodis natus. Cice. pro Cluentio. 33, Pro eo quòd se non solùm suis commodis, sed etiam suorum municipum, cæterorumque necessariorum natum esse arbitrabatur.
Patriæ non sibi natus Cato. Cic. pro Murena. 75.
Ita nati sumus, vt & blandiri & suppliciter insinuare iis, à quibus esset petendum, & aduersarios minaciter terrere possimus. Cic. 1. de Orat. 45.
Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Hor. 1. epist. 2. 6.
Annos quinque natus. Plaut. Milit. 10. 35, Nam equidem haud sum natus annos præter quinquaginta & quatuor. Terentius Eunuch. 3. 3. 20, Verùm ea si viuit, annos nata est sedecim. Ibidem, 4. 4. 26, At ille alter venit annos natus sedecim. Cic. de Senect. 13, Mortuus est (quum ego quinque & sexaginta annos natus, legem Voconiam voce magna & bonis lateribus suasissem) annos septuagita natus: tot enim vixit Ennius.
Idẽ ad Augustum, 14, Natus annos quatuordecim. Et pro Cluentio, 8.
Item 5. Verr. 50, Propè annos XC natus.
Annos ad quinquaginta natus. Cic. pro Cluentio, 88.
Annos natus vndeoctoginta. Horat. 2. Serm. saty. 3. 14.
¶ Nata herba ad spem fœniseciæ. Varro 1. de Re rust. cap. 47, Cõtrà herba in pratis ad spem fœniseciæ nata, non modo non euellenda, &c.
Copiosissimè nasci, Vide COPIA.
Lentè nasci, Vide LENTVS.
Bene natus ager. Varro 3. de Re rust. Alius ager bene natus.
Alni nascuntur crassis paludibus. Virg. 2. Georg. 23.
Poma nascuntur per annos continuos. Ouid. de Nuce, 5.
¶ Nascuntur dissidia, facinora, oratio, &c. Donatus, Natum dicitur de rebus repentinis. Cic. de Amicit. 33, Magna etiam dissidia, & plerunque iusta nasci. Plaut. Milit. 6. 10, Nescis tu fortasse apud nos facinus quod natum est nouum. Idem Bacch. 4. 40,
Aedepol Mnesiloche vt rem hanc naram esse intelligo,
Q uod ames paratum est. Teren. Adelph. 5. 3. 19, Nunc demum isthæc nata oratio est.
Nasci & proficisci. Cic. pro Q uintio, 58, Ex quo vno hæc omnia nata & profecta esse concedit.
Nasci & Occidere, contraria. Cic. in Oratore, 6.
Exoriri & nasci, Extingui atque opprimi, contraria. Ci. 2. de Lege Agrar. 88, Hic verò in oculis Senatus Populique Romani nihil posse existere quod non antè extingui atque opprimi posset, quàm planè exortum ac natum esset.
Oritur ex se, & sua sponte nascitur amor. Cic. 1. de Finib. 115.
Nascitur argumentum. Cic. ad Tironem, lib. 16. 22. 5, Scribes ad me, vt mihi nascatur epistolæ argumentum. Hoc est, Vt inde sumam argumentũ ad te scribendi.
Natus error. Cic. 1. de Finib. 49, Sed vt perspiciatis vnde omnis iste natus sit error voluptatem accusantium, doloremque laudantium, totam rem aperiam.
Exordium nascitur. Cic. 1. Tusc. 14, Ergo ita nascetur exordium,
Historia maxima nascitur de nihilo. Propert. lib. 2. eleg. 1. 4.
Malum nascitur. Ci. 7. Ver. 17, Binos habebamiubeo promi vtrosque, ne quid plus mali nasceretur. Id est, Nequid oriretur amplius mali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex cupiditatibus odia nascuntur.Cic.1.de Finib.69.
Opinio nascens.Cic.filius ad Tironem,lib.16.21.4,Enitar vt in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio.
Maior rerum mihi nascitur ordo.Virg.7.Aeneid.9.
Nulla tam detestabilis pestis est,quæ non homini ab homine nascatur. Cic.2.Offic.22.
Sententia nata.Cic.1.de Finib.59,Ergo nata est sententia veterum Academicorum,& Peripateticorum,vt finem bonorum dicerent,secundũ naturam viuere.
Voluptas nata.Lucan.lib.2.79.
Ventus nascitur.Cic.4.Acad.121,Mare illud quod nunc Pauonio nascẽte purpureum videtur,idem huic nostro videbitur.
Auster nascitur.Virg.3.Georg.56,
-vnde nigerrimus Auster
Nascitur,& pluuio contristat frigore cælum.
¶ Natus ex se.Cice.1.de Finib.22,Nanque horum posteri meliores illi quidem mea sententia,quàm reliquarum philosophi disciplinarum;sed ita degenerant,vt ipsi ex se nati esse videantur.
Procreatus sum parvus à parentibus,à vobis natus sum Consularis.Cice. Post reditum ad Quirites,3.
Nascendo.Ouid.4.Fast.130.
Et pecus ante diem partus edebat acerbos:
Agnaque nascendo sæpe necabat ouem.
Nascens,Participium(γιγνόμενος,)vt
Athenis non nascentibus,sed iam adultis fuit Thucydides. Cic. de Claris Orato.13.
Fraga nascentia humi.Virg.3.eclog.19.
Laus nascens.Cic.ad Lentulum,lib.1.7.15,Sed iam olim nascenti propè nostræ laudi dignitati,virtutique præfuisti.
Luna nascens.Horat.3.Carm.ode 23.1.
Poma nascentia.Ouid.12.Metam.153.
Puer nascens.Virg.4.eclog.2.
Sol nascens.Seneca Hippol.3.3.
Tempora nascentia.Ouid.2.Fast.34.
Vuæ nascentes.Ouid.de Nuce,6.
Natus,nati,(γεγονὼς γεγονότος,)Substantiuum,pro filio.Virg.1.Aeneid.134,
Nate patris summi qui tela Tiphoca temnis.
Natorum,appellatio,in quit Modestinus,ad nepotes extenditur.Quintil.in Præfat.lib.1,Quòd eruiendo nato tuo,nõ inutiles fore libri videbantur. Idem lib.4.cap.2,Vxorẽ duxi,natum sustulit,filium educauit.Vbi forte legas,Filium sustuli,natum educaui. Vt sit sensus,postquam natus est.
Et nati natorum,& qui nascentur ab illis.Virgil.1.Aeneid.20.
Charitas quę est inter natos & parentes,dirimi nisi detestabili scelere nõ potest.Cic.de Amicitia,17.
Parui nati.Horat.3.Carm.ode 5.8.
Natus aliquando assumit g.& dicimus gnatus.
¶ Nati,de pullis equarum Colu.lib.6.cap.27,Id præcipuè genus pecudis amore natorum,nisi fiat potestas,noxam trahit.
Nata,natæ,(γεγενημένη,)Filia.
Maxima natarum Priami.Virg.1.Aeneid.131.
Dulcis nata Horat.2.Serm.saty.3.40.
Auellere natam complexu matris.Catul.in Carm.Nupt.57.4.
Natu.(ἡλικίᾳ,)vt Maior natu non nisi in ablatiuo reperitur.& cum adiectiuis,magnus,parvus,& grandis iunctum. Terent.Adelph.4.4.17,Id mea minimè refert,qui sum natu maximus.Cic.de Senect.9,Quanquã eum colere cœpi non admodum grandem natu,sed tamen iam ætate proiectum. Liuius,Magno natu principes oratores ad Pœnum veniunt. Idem 1.ab Vrbe,143, Sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus.
Minor natu,Vide Minor in PARVVS.
Minimus natu,Vide Minor in PARVVS.
Maxima natu.Virg.5.Aeneid.120,
-hic vna è multis quæ maxima natu Pyrgo.
Grandis natu.Horat.1.epist.7.10.
Grauior natu animus.Terent.Heaut.4.1.32,
-nunc te obsecro,
Quanto tuos est animus natu grauior,ignoscentior,
Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præfidi.
Nario,nationis,(ἐθνοῦς,φύλον,)Est,authore Festo,genus hominum qui nõ aliunde venerunt,sed ibi nati sunt.Plaut.Menæch.7.33,
Nanque Epidamnea natio est hæc ita hominum,
Voluptarii,atque potatores maximi. Idem Capt.113.118,
Sed Stalagnus,cuius erat tunc nationis,quam hinc abiit?
AB.Cuius & nunc. Plin.lib.12.cap.15.10,Colos in quacunque natione præfertur ruffus.
Seruituti natæ Iudeorum & Syrorum nationes.Cic.de Prouin,Consul.8.
Natione Macedo.Plin.lib.35.cap.10.11.
Acerrimæ nationes.Cic.de Prouinc.Consul.16.
Bellicosa natio,Vide BELLVM.

Cumulata natio,Vide CVMVLO.
Erudita illa Græcorum natio Cic.1.de Orat.11.
Exteræ nationes & gentes. Cic.pro Fonteio,21.
Inanes & barbaræ nationes Cic.Q.fratri.lib.1.1.41.
Cognomine nationis magis suæ,quàm generis vti. Cic. pro Cluentio,47.
Coniungere nationes,Vide CONIVNGO.
Conquassare nationes,Vide CONQVASSO.
In pecoribus quoque,inquit Festus,bonus prouentus bona natio dicitur.
Hominis natio.Cic.ad Trebonium,lib.15.20.1,Natio me hominis impulit,vt ei rectè putarem, nisi fortè candidatorum licentia hic quoque vsus,hoc subitò cognomen arripuit.
Nationes mellis.Plin.lib.22.cap.24.3, Mellis causas atque differentias nationesque & indicationem in apium,ac deinde florum natura diximus.Ibidem,9,Mellis naturæ adnexa cera est,de cuius origine,bonitate,nationibus suis diximus locis.
Nationes resinæ.Plin.lib.24.cap.6.10,Resinam è supradictis arboribus gigni docuimus, & genera eius & nationes in ratione vini, ac pedea in arboribus.
¶ Natio,pro Ordine & societate,& genere hominum. Cice.in Pisonem,41,Sed quid ego enumero qui vbi obuiam non venerint? qui dico venisse penè neminem.ne de officiosissima quidem natione candidatorum. Idem pro L.Murena,61,Quid si illa officiosissima,quæ neminem patitur non honestè in vrbem introire,tota natio candidatorum? Idem pro P.Sestio,81, Nimirum hoc illud est quod de me potissimum in accusatione quæsisti,quæ esset nostra natio optimatium.Budæus.
In natione hominum genus consideratur.Cic.1.de Inuent.51.
Gentiles nationes. Tacitus libro 11, Turbare gentiles nationes prius haberet.
NATIO,(γενέθλη,)Nomen deæ,de qua sic Cicero 3.de Nat.deor.63, Quòd si tales dii sunt vt rebus humanis interfint, Natio quoque deæ putanda est,cui,quum fana circumus,in agro Ardeati rem diuinam facere solemusque quia partus matronarum tueatur,à nascentibus Natio nominata est.
Natalis,pen.prod.m.g.vel Natãle,n.g.& hoc Natalitium,(γενέθλιον,)Semitio nominata est.
Natalis,pen.prod.m.g.vel Natãle,n.g.& hoc Natalitium,(γενέθλιον,)Semitur pro die quo quis natus est.Cic.Attico,lib.7.125.3, Sed de Formiano Tarracinam prodie Calend.Ianuarias; inde Pontium fundanum; inde Albanum Pompeianum ita ad vrbem.111 Nonas natali meo.Virgil.eclog.16, -meus est natalis Iola. Plinius,Dum natales suos celebraret.Idẽ lib.4.cap.7.3,Et musis natãle in nemore Heliconis allignaret.
Celebrare natalem suum,Vide CELEBRO & CONCELEBRO.
Vrbis natalis,Id est Dies qua condita fuit vrbs.Plin. lib.14.cap.4.10,Ea cæli temperies fuisset, quam cocturam vocant, solis opere natali vrbis DCXXXIII.Id est ab vrbe condita.
Natãlis,& hoc Natãle,pen.prod.(γενέθλιος,)vt Natalis dies.Plaut.Casinul.14.55, -pro Iupiter,
Hic est quem ego tibi misi natali die:
Tam facile noui,quàm me. Idem Pseud.4.37, -nam mihi
Hodie natalis dies est,decet eum omnes vos concelebrare.Terentius Phorm.1.1.14,
Porrò alio autem,vbi erit puero natalis dies.
Vbi initiabunt,omne hoc matur auferet. Cice.2.de Diuin.111,Chaldæis in predictione & notatione cuiusque vitæ ex natali die moram esse credendum.Idem 1.de Fin.161, Quod satis sit ad diem natalem suum quotannis.Vt ad Atticum,lib.9.173.1,Natali die tuo,cui misi epistolam ad me plenam consilii.Sic ad Brutum,lib.11.14.5,Natali die tuo natali victoria nuntiata.
Astrum natale.Horat.7.epist.2.38.
Dies natalis.Tibul.lib.4.eleg.9.1.
Dies natalis vrbis Cic.pro Flacco,79,O nonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis,quam ego diem vere natalem huius vrbis,aut certè Iuturnæ appellare possum?
Domus natales.Valer.3.Argon.65.
Hora natalis Horat.2.Carm.ode 17.4.
Humus natalis.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.16.
Locus natalis.Ouid.5.Amor.eleg.16.8.
Lux natalis.Ouid.in libr.44.
Rura natalia.Ouid.4.Fast.137.
¶ Natalis,De rebus inanimatis etiam dicitur,pro Nascens.Plin.li.37.cap.4.2,Similis est huic quidem Arabicus,minor tantum,similiter & nitidus cæterum pallor gemmæ & in auro non nisi excellentissimo natalis.
Sterilitas natalis & ingenita.Colum.lib.3.cap.7, Tanquam natali & ingenita sterilitate laboratibus.
Natales,natalium,pluraliter tantum.(τὰ γενέθλια,)Significat,inquit Vala,conditionem sanguinis ac familiæ;vt Generosi natales,Natales obscuri.Coro.Tacit.Aderat Cornelius Fuscus,vigens ætate,claris natalibus.Plin.epist.171,Nam mulier natalibus clara,moribus probis,ætate decliuis,diu vidua.
Natalibus restituere,hodie nobilitate vocamus;& Nobilitationem natalium restitutionem.Verbum est in Iure frequens,Dicitur autem natalibus

libus restitui non modò libertus,vt patronatus obseruantia liberetur, sed etiam plebeius quum ad nobilitatem ascisciturq,quãuis antea nunquam inter nobiles fuerit.Cuius rei rationem hãc esse existimo,quòd gentiles ab eis distinguuntur,qui ingenuitatem intactam illibatamque non habent,sed aliqua conditione obnoxiam: cuiusmodi sunt plebeii omnes,qui ipsi maiorésve eorum seruitutem aliquam seruierunt.Propterea igitur natalibus restitui dicuntur,qui ad nobilitatem vocantur,quasi abstersa natalium plebeiorum sordida cõditione,& in priscã communemque ab initio generi humano ingenuitatem repositis illis qui hoc beneficio affecti sunt.Plinius ad Traianum,Postulantibus

Universidad de Deusto Biblioteca

Mendosa est natura mea. Horat. 1. Ser. saty. 6. 14. Vide MENDA.
Mobiles naturæ & anni. Horat. de Arte, 32.
Mobilis & varia natura malorum. Iuuenalis. Saty. 13. 28.
Voluptates hominum occultæ, multiplicesque naturæ. Cic. Bruto, 1. 3.
Norma legis est natura. Cic. 2. de Legib. 97.
Potens natura. Horat. 2. Serm. saty. 1. 11.
Prouida solersque natura. Cic. 1. de Nat. deor. 193.
Vaga natura. Horat. 1. Serm. satyr. 7. 15, Iam vaga prosilit frænis natura remotis.
¶ Accommodatus ad naturam, Vide ACCOMMODO.
Addere naturam, Vide ADDO.
Naturam atque ingenium ad dicendum: vim afferre maximam. Cice. 1. de Orat. 56.
Aptare ad naturam, Vide APTO.
Assumere in causam naturas iudicum. Quintil lib. 4. cap. 1. 12.
Naturæ cedere, siue concedere, Idem quod mori. Salust. de Rep. ordinanda, Vbi anima naturæ cessit, demptis obtrectatoribus, ipsa se virtus, magis magisque extollit. Idem in Iugur. Pater, vti necesse erat, naturæ concessit.
Commutare naturam, Vide COMMVTO.
Comparata ita est hominum natura, Vide COMPARO.
Controversa res est nihil est contendendum. Cic. 1. Offic. 155.
Controversa gens natura. Vide CONTROVERSVS.
Adiuta cura natura magis enalescit. Quintil. lib. 1. cap. 8. 3.
Fabricata est hoc incredibiliter natura. Cic. 3. de Orat. 97.
Facere sibi naturam alicuius rei. Quintil. lib. 2. cap. 4. 13, In hoc assuescat huius rei sibi naturam faciat.
Vt fert natura aliquid facere. Terent. And. 4. 5. 56,
Paulum interesse ceuies, ex animo omnia
Vt fert natura facias, an de industria? Vbi Donatus, Figura ἐκφώνησις nãq; quid est ex animo, nisi vt fert natura? Et paulo pòst, Vt fert natura, hoc est naturalis & ingenita actio.
Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura. Cice. 2. de Orato. 121.
Naturæ sue rationem habere. Cice. ad Lentulum, lib. 1. 9. 81, Habui non temporum sollum rationem eorum, sed etiam naturæ. Id est morum meorum.
Natura insitum. Cic. pro P. Sylla, 63, Hoc natura est insitum, vt quem timueris, quicum de vita, fortunisque contenderis, cuius ex insidiis euaseris, hunc semper oderis.
Naturæ satisfacere. Mori. Cicero pro Aulo Cluentio, 21, Vos auditis de eo, in quem iudices non estis, de eo quem non videtis, de eo quem odisse iam non potestis, de eo qui & naturæ & legibus satisfecit, quem leges exilio, natura morte multauit.
Sequi naturam ducem. Quintil. lib. 4. cap. 5. 2.
Ducem tanquam deum sequimur optimam naturam, eiùque paremus. Cic. de Senect. 5.
Ad laudem atque virtutem naturam sæpius sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Cic. pro Archia, 11.
Ad naturam viuere. Seneca.
¶ Natura, Vis. Vnde arborum atque herbarum naturas dicimus. Plin. lib. 11. cap. 14. 6, Hæc concreta densatur, vbi loci natura poscit.
Tetra natura absynthii. Lucret. lib. 2. 81.
Animæ natura propria atque vis, vt ipsa à seipsa moueatur. Cic. de Somnio Scip. 32.
Cæli & loci alicuius natura. Cic. 7. Verr. 21.
Simplex canendi natura. Quintil. lib. 5. cap. 10. 87.
Perscrutari penitus naturam criminis, Vide PERSCRVTOR.
Vis & natura iustitiæ. Cic. 1. de Finib. 78.
Loci natura. Cic. pro Lege agrar. 92, Carthaginienses fraudulenti & mendaces non genere, sed natura loci, quòd propter portus suos, multis & variis mercatorum sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur.
Locorum natura. Lucret. lib. 6. 155.
Prouinciæ natura. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 10, Eam esse naturam & religionem prouinciæ tuæ, vt illius reditum vel adiuuando confirmares vel negligendo impedires.
Stirpium naturas persecutus est Theophrastus. Cic. 5. de Fin. 17.
Tractare virtutum, vitiorumque naturam. Quintil. lib. 2. cap. 4. 16.
¶ Natura, Ablatiuus, Id est naturaliter. Apud Quintilianum lib. 1.
Fieri naturaiui opponitur Fieri quodam instituto. Cic. in Orat. 90.
Insolens & superba natura victoria. Cic. pro Marcello, 5,
Sublimis & acer natura. Horat. 2. epist. 1. 34.
Præter naturam. Terent. Adelph. 5. 5. 4,
–tam nunc hæc tria primum addidi
Præter naturam. Vbi Donatus, Præter naturam plus dicit, quàm si diceret Præter consuetudinem.
Naturalis, & hoc naturale, pen. prod. (φυσικὸς, συγγενικὸς,) Quod secundum naturam est vnde Naturales filii, dicuntur legitimi, qui sola natura coniugali lege sint orti, non ex concubina. Sueto. in Tib. cap. 52, Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptiuum Germanicum patria charitate dilexit.
Desyderia naturalia, pro Cupiditate coeundi. Colum. lib. 6. ca. 14, de vaccis, Atque in id fere tempus naturalia congruunt desyderia. Idem lib. 4. cap. 17, de equino genere, Equæ desyderiis naturalibus anguntur.
Diuinatio naturalis: cui opponitur Artificiosa præsensio. Cice. 1. de Diuinat. 179. & 180.
Fauor naturalis. Quintil. lib. 4. cap. 1. 6.
Legem naturalem diuinam esse censet Zeno, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 51.
Malum naturale. Ouid. 9. Metam. 147.
Motus naturalis. Cic. 1. de Finib. 128.
Munus naturale decoris. Ouid. 14. Metam. 137.
Naturalis & non fucatus nitor. Cic. de Claris Orat. 18.
Naturalis atque insita in animis nostris notio. Cicero 1. de Finibus, 47.
Pabulum naturale. Cic. 4. Acad. 129.
Pater naturalis. Cic. 3. Philipp. 118. Quintil. lib. 3. cap. 6. 68.
Pauor naturalis cerui. Ouid. 10. Metam. 24.
Principium naturale omnium causarum vnum est. Cicero de Claris Orato. 109.
Quæstiones naturales & obscuræ. Cic. in Partit. 34.
Societas naturalis. Cic. 1. Offic. 76.
Vindemia naturalis. Plin. lib. 11. cap. 14. 6, Prior atque naturalis vindemia circa Canis ortum flagrantissimo æstu.
Maximè naturalis, Vide MAGIS.
Naturale est. Plin. lib. 11. cap. 37. 20, Plerisque verò naturale vt nitraria non cessent, quos paudiores accepimus.
¶ Naturalia, Plurali tantum numero, dicuntur pudenda. Colum. libro 8. cap. 28. 9, Si equa marem non patitur, detrita scylla, naturalia euanescunt, quæ res accendit libidinem. Idem lib. 8. cap. 5. 12, de gallinarum pullis, Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant, & naturalia precludant.
Naturale, numero singulari eodem sensu protulit Celsus lib. 7. cap. 16. 3, Fœmina breuius vrinæ similiter & rectius iter habet quod mammulæ similè, inter imas oras super naturale positum, non minus sæpe auxilio eget. Ibidem, aliquanto pòst, dicit naturalia numero plurali, Malieri per naturalia eius.
Naturaliter, pen. corr. Aduerb. (φυσικῶς,) A natura. Cic. de Senect. 14, Quod enim homini naturaliter insitum est, eo vti decet: id quisque agas, agere pro viribus. In vetusto exemplari tantum legitur, Quod est, eo, &c. Colum. libro 3. cap. 16, Naturaliter infecunda vitis. Quintil. lib. 2. cap. 12. 2, Quæ inperitos etiam naturaliter fallunt. Plin. lib. 14. cap. 7. 4.
NASICA, penult. produ. (νασικὰ,) Scipio dictus est à nasi magnitudine. Ouidius 4. Fast. 70, Nasica excepit, templi non extitit auctor. Vide SCIPIO.

Nasiterna, nasiternæ, Vas aquarium ansatum & pateos, Isidorus. Nonius. Var. de Re rust. li. 1. cap. 22. 2, Vrceo grande, ansatum, vrceos, & nasiternam faceret. Sic Cato cap. 10. 3.
Nasiterna amphora. Cato cap. 11. 2.
NASIVM, (νάσιον,) Ptolemæo authore lib. 2. ca. 9, Galliæ Belgicæ vrbs. Vulgò Nanse, Nansi.

Nassa, nassæ, (κύφων,) inquit Festus, Est piscatorii vasis genus, quod intrauit piscis, exire non potest. Plautus, Nũquam hanc cicle ex ista nassa hodie ego eficam petam. Cic. ad Atticum, lib. 11. 3. 11, Ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris. Per transtlationem dicta. Vetus exemplar habet naxa.
Leuis nassa. Silius lib. 5. 10,
Haud secus, ac vitreas solers piscator ad vndas
Ore leuem patulo texens de vimine nassam,
Cautius interiora ligat, mediamque per aluum
Sensim fastigans, compressa cacumina nectit,
Ac fraude arctati remeare foraminis arcet
Introitu facilem, quem traxit ab æquore, piscem.

Nasturtium, nasturtii, (κάρδαμον,) Herba hortensis à naribus. Plin. lib. 20. cap. 13, Econtrario nasturtium venerem inhibet, animum exacuit. Cice. 2. de Finib. 146. Sit voluptas non minor in nasturtio, quàm quo vesci Persas. esse solitos scribit Xenophon, quàm in Syracusanis mensis.
Adhibent ad panem nil præter nasturtium Persæ. Cic. 5. Tusc. 140.
Nasturtium, à narium tormento nomen accepisse docet Plinius lib. 19. ca. 8. 25, his verbis, Nasturtium nomen accepit à narium tormento. Et de vigoris significatio prouerbio id vocabulum vsurpauit, velut stimulatorem excitantis. In Arabia mirè amplitudinis dicitur gigni. Varro in Vopisco, Nasturtium nónne vides ideo dici, quòd nasum torqueat?

Nasus, nasi, (μυκτὴρ,) Dicitur ea pars faciei, quæ à superciliorum confinio oriens, & quasi æquali porrecta iugo, vtrangue nari finitur, & discernit & munit. Cicero 2. de Nat. deor. 215, Nasus ita locatus est, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur.

Ad nasum, Vide AD præpositionem.
Pestis nasorum. Catull. in Rufum, epigr. 64. 2.
Pituita mala nasi. Catull. ad Furium, epig. 20. 4.
Adunctus nasus. Vide ADVNCVS.
Crispus nasus. Pers. Satyr. 3. 9, Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.
Integer nasus. Iuue. Saty. 15. 6.
Madidi infantis nasi. Iuue. Saty. 10. 20.
Turpicalo puella naso. Catull. de Acme, epigr. 39. 1.
Vigilanti tertere naso. Iouc. Saty. 1. 6.
Nasus pro sermonis acrimonia & dicacitate aliquando accipitur. Plin. li. 11. cap. 37. 51, Et altior hominibus tantum, quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere, nasus.
Naso suspendere. Vafrè ac subdolè irridere. Horat. 1. Serm. saty. 6. 1.
–naso suspendis adunco. Idem alibi, balatro suspendens omnia naso.
Perius satyr. 1. 13, de Horatio, Callidus excusso populum suspendere naso. Idem Satyra 5, Disce, sed ira cadat naso, rugosaque sanna. Ex Ennio.
Nasum habere, Venusta quadam & subdola irrisione aliquem ludibrio afficere. Mart. lib. 1. 35, Non cuicunque datum est habere nasum. Id est acrimoniam ad deridendum, & dicacitatem. Ibidem, 32, Et pueri nasum rhinocerotis habent.
Ad nasum venire, Vide AD præpositionem.
Prauè viuere naso. Horat. de Arte, 8. Id est marcido & turpi.
Nasutus, pen. prod. Adiectiuum. (μυκτηρώδης,) Hora. 1. Serm. saty. 2. 19, –verum Deppyris, nasuta, breui latere ac pede longo est.
Nasutus, Qui doctè nouit alios irridere. Mart. lib. 13. 2, Nasutus sit vsque licet, sis denique nasus.
Nasutius comparatiuum formauit Martialis, Nil nasutius hac, malignisque est.
Nasitelus, pen. corr. (μυκτηρωδέστατος,) Adiectiuum diminutiuũ. Apul.
Nasutula mulier atque dicacula.

Natales, Vide NASCOR.

Natatilis, Vide NATO.

Nates, natis, pluraliter hæ nates. (πυγὴ, γλουτὸς, κοχώνη,) Congloba dicta, vt vult Perottus, quòd ibi sit firmior, quàm in cæteris membris, ne premente corporis mole, ossibus cogatur. Horat. 1. Serm. saty. 8. 10, Diffisa nate filius. Mart. lib. 14. 18,
Ales parua nates, & non damnosa videtur,
Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.
Aridæ nates. Horat. Epod. 8. 1.

Natio, Natiuus, Vide NASCOR.

NATISO, (νατίσω,) Venetiæ fluuius Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgò Lisonto.

Nato, nare, Vide NO, nas.

Natrix, natricis, pen. corr. m. & fœ. g. (ὕδρος, ὑδρίς, ὄφις,) Genus serpentis. Plin. lib. 5. Natrix quum speciem anguis significat, masculinum quoque esse. Cic. 4. Acad. 215, Cur deus omnia nostri causa quum fecerit? Lucanus lib. 9. 41, Et natrix violator aquæ. Colum. lib. 1. cap. 5. 5, Tum etiam natricum ser pentiumque pestes hyberna destitutas vligine, cœno & fermentata colluuie venenatas emittit. De palude. Lucilius lib. 2,
Si natibus natricem impressit crassam & capitatam.
Natrix herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 12. 3, Natrix vocatur herba, cuius radix coalsa vitus hirci redolet. Hac in Piceno à fœminis abigũt, quos ira persuasione fatuos vocant.

Natura, Natus, Vide NASCOR.

Nauale, Nauarchus, Vide NAVIS.

NAVALIA, Ptolemæo lib. 2. cap. 11. vrbs Germaniæ: vulgò Schuuol.

Nauci, n. g. indeclinabile. (πτελέαμον,) Festus ait Nauci significare nucis putamen, aut oleæ nucleum, aut eam membranulam quæ vitatur in medio nucis iuglandis interfita. denique rei cuiuslibet putamen, quod Græci πτελέαμον, nauci existimat.
Nauci, pro Nihili ponitur. Plaut. Mostel. 15. 1, Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit. Idem Truc. 11. 50, Hominem nõ nauci. Cic. 1. de Diuin. 215, Non habeo denique nauci Marsum augurem.
Naucifacio, naucifacis, pen. corr. (οὐδενίζειν, τιμωρεῖν,) naucifacere, Nihili facere. Plautus Bacch. 22. 16, Peti, hoc seruom meum non naucifacere esse ausum?

Naucleriacus, Nauclerus, Vide NAVIS.

Naufragium, vide NAVIS.

Nauia, nauiæ, Ligneum canatum vt nauis, quo in vindemiis vti solet, inquit Festus.

Nauiculor, Nauigo, Vide NAVIS.

Nauis, huius nauis, (ναῦς, ναῦν, πλοῖον, σκάφος,) A Græco ναῦς. Plaut. Menæh. 9. 45.
Perii misera, quam tu nunc mihi nauem narras? MEN. Ligneam,
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.
Rector nauis. Virg. 5. Aeneid. 13.
Moderamen nauis. Ouid. 15. Metam. 146.
Inhabilis magnitudinis nauis, Vide INHABILIS.
Acta per æquoreas hospita nauis aquas. Ouid. 1. Fast. 68.
Actuariæ naues. Quæ remis agebantur. Liu. Decad. 3. lib. 10, Quingentas fuisse omnis generis, quæ remis agerentur, quidam tradunt. Idem Decad. 4. lib. 8, Tradito & naues armamentaque earum: neve plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. Cæsar Commentariorum quinto, Has omnes actuarias imperat fieri: quam ad rem humiliras multum adiuuat. Neque rarimen numerandæ sunt inter longas, quæ & ipsæ remis agebantur. Subdit enim paulo pòst, Eò quum venisset, circuitis omnibus hybernis, singulari militum studio, in summa rerum inopia circiter sexcentas eius generis cuius suprà demõstrauimus, naues, & longas duodeuiginti inuũit nostrũ. Eas in eodem libro Cæsar vectoria gratiaque navigia vocat, etiamsi remis agerentur. Quæ in re, inquit, admodum fuit militis virtus laudanda, qui vectoriis grauibusque navigiis non intermisso remigandi labore, longarum nauium cursum adæquauerunt. Quæ autem vectoria Cæsar dixit, Vlpianus in L. prima ff. De exercitoria actione, ἐμβάδας appellat his verbis, Quædã enim naues onerariæ, quæ ne, ἐμβάδας appellat his verbis, Quædã enim naues onerariæ, quæ dam, vt ipsi dicunt, ἐμβάδες sunt. Et plerosque mandare scio, ne vectores recipiant & sic vt certa regione, & certo mari negotientur. Vt ecce sunt naues quæ brundusium à Cassopa vel à Dyrrhachio vectores trahiciunt ad onera inhabiles. Item quædam capaces fluminum, ad mare non sufficientes. ἐμβάδες dictæ, quasi ἐμβατίδες ad ἐμβάσεις solum, id est vectores trahiciendos. Et fortè legendum apud Iurisconsultum ἐμβατίδες.
Aeratæ naues, quæ & Rostratæ. Hirtius de bello Alexandrino, Nauibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quanquam non satis iusta ad prælandum, rostra imposuit. Has adiunctas nauibus longis, & numero classis aucto, militibus veteranis impositis, &c. Rostratæ igitur dictæ à rostris: quæ quia ex ære fiebant, eratæ etiam dicebantur. Cæsar lib. 2. de bello Ciuili, Interim L. Nasidius ab C. Pompeio cum classe nauium sedecim, in quibus paucę erant eratę, L. Domitio Massiliensibusque subsidio missus. Virg. 8. Aeneid. 135.
In medio classes eratæ, Actia bella
Cernere erat. Idem lib. 9. 25, De nauibus Troianorum versis in nymphas maris, –hinc virgineę (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, Pontoque feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ. Liuius Decad. 4. lib. 6, Vna & octoginta rostratis nauibus, multis preterea minoribus quę aut apertæ rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delum traiecit.
Quibus verbis constat rostratas fuisse etiam quæ tectæ non erant.
Apertæ naues, Vide Constratæ naues in CONSTERNO.
Cærulea nauis, Vide CAERVLEVS.
Celsæ naues. Virg. 2. Aeneid 75.
Citæ naues. Ouid. epist. 15. 22.
Claudæ naues. Tacit. lib. 2. Liu. lib. 7. bel. Maced. 98, Contemplatus Eudamus hostes, claudas mutilatasque naues apertis nauibus remulco trahentes, viginti paulo amplius integras absceedentes, è turri Prætoriæ nauis silentio facto, Exurgite, inquit, & egregium spectaculum capessite oculis.
Cursoria nauis, Vide CVRRO.
Curuæ naues, Ouid. 2. Metam. 33.
Debilitata nauis. Vide ANCHORALE.
Fluuiatiles naues, Quibus nauigamus in fluuiis. Liu. Decad. 1. lib. 10, Pars fluuiatiles naues ad superanda vada stagnorum apte planis alueis fabricatas, pars captiua nauigia armatis complent.
Frumentariæ naues, Onerariæ ad frumentum vehendum aptæ. Cæsar libro 3. belli Ciuilis, Nocturno itinere non intermisso, comitatu equitũ triginta ad mare peroẽnit, nauemque frumentariam conscendit. De Pompeio fugiente loquitur.
Inanis nauis, Vide INANIS.
Ingentes naues. Lucret. lib. 1. 55.
Instabiles naues. Ouid. 1. Metam. 33.
–iusto sint pondere naues,
Perque mare instabiles nimia leuitate ferantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Longæ naues ab onerariis differebant. Siquidem onerariæ velis duntaxat inerrabantur. Longæ verò etiam remis agebantur. Lentulus in Epistolis Ciceronis lib.12.15.19, A classe discesserant, nauiquè longa profugerunt, onerariis relictis. Cæsar libro 3. belli Ciuilis, Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri quod influit in Oceanum, remiges ex prouincia instituit, nautas, gubernatores que comparari iubet. Idē in quarto, Quod vbi Cæsar animaduertit, naues longas quarum & species Barbaris erat insuitatior, & motus ad vsum expeditior, paululum remoueri ab onerariis naubus, & remis incitari, & ad castra apertum hostium constituitatque inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli, ac summoueri iussit, quæ res magno vsui nostris fuit. Nam & naoium figura, & remorum motu, & insuitato genere tormentorum permoti Barbari constiterunt, ac paululum modò pedem retulerunt. Liuius Decad. 3. lib. 7. Inde Tarentum profectus in ipsis faucibus portus posuit castra naues quas Liuius reuundis commeatibus habuerat, partim machinationibus onerat, apparatuque mœnium oppugnadorum partim tormentis & saxis, omniquè missiliam telorum genere instruit, onerarias quoque, non eas solum quæ remis agerentur. Hactenus Liuius. Lōgarum aliæ vocabātur biremes, quæ duobus remorum ordinibus agebantur, aliæ triremes, quæ tribus aliæ quadriremes, quæ quatuor, quinqueremes, quæ quinque & ita deinceps. Erant & Liburnicæ, quas Liu. 3. Decad. lib. 4. leues biremes vocatinos vulgò Galeras.

Naues marinę, Quibus in mari nauigamus, ad discrimen fluuiatilium. L. Iulia repetundarum. ff. de Vacat. & excusat. munerum.

Miuta nauis. Catul. ad Thallum, epig. 11. 3.

Obruta nauis aquis. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 10.

Oneraria nauis, Vide ONVS.

Papyraceę naues, Vide PAPYRVS.

Perfossæ naues, Vide PERFODIO.

Piratica nauis. Quintil. lib. 2. cap. 14. 2.

Piscatoriæ naues, Quæ pisciam capiendorum causa paratæ sunt. Liu. Decad. 3. lib. 3. Ni mare propinquum, & haud procul litore naues piscatoriæ plerę que conspectæ peritis nandi dedissent effugiunt.

Prædatorię naues. Liu. 3. Decad. lib. 9. Hæ etiam Piraticæ naues dicuntur. Liu. Decad. 4. lib. 4.

Prætoria nauis, quam Græci ναυαρχίδα vocant, nostri vulgò Capitaneā. Liu. 3. Decad. lib. 1. Fretum intrauit rex Hiero classem ornatam obuiā duxit, transgressusque ex regia in prætoriam nauem &c. Lucan. lib. 3. 108, de Bruti Prætoria naue loquens, quam hexeren describit,

Celsior at conclis Bruti Prætoria poppis
Verberibus senis agitur, moleque profundo

Inuehit, & summis lowę petit æquora remis. Sic Liu. 4. Dec. li. 7.

Rostratæ naues, Vide paulo ante Aeratæ naues.

Salua naue in portum peruenire. Quintil. lib. 2. cap. 17. 15.

Speculatoriæ naues. Liu. Decad. 2. lib. 6. Idem Decad. 3. lib. 1, Inde duæ Massiliensium speculatoriæ præmissæ retulerunt classem Punicam stare in ostio fluminis.

Naues tectæ, & Naues apertę contrariæ. Liu. 1. bel. Maced. 100, Peninsula est Peloponnesus, angustis Isthmi faucibus continenti adhærens, nullo apertior atque opportunior quàm nauali bello, si centum tectæ naues, & quinquaginta leuiores apertæ, & centū triginta Illiaci lembi maritimam oram vastare, & expolitas propè in ipsis litoribus vrbes cepere oppugnare, in mediterraneas scilicet nos vrbes recipiemus?

Turritæ naues. Quibus ad libram turres imponebantur, idque nō solum ad proram, sed etiam ad puppim, vt testatur Appianus de bellis Ciuilibus. Plin. lib. 32. cap. 1. 2, Sed armatæ classes imposuit sibi turrium propugnacula, vt in mari quoque pugnetur velut è muris. Cæsar lib. 3. de bello Ciuili, Atque alteram nauem quæ erat ad custodiam ab Acilio posita, pluribus aggressus naubus, in quibus ad libram fecerat turres. Virg. 8. Aeneid. 150,

Alta petunt pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos,

Tanta mole viri turrit is puppibus instant. Liu. 4. Decad. lib. 7,

Abscedentes è turri Prætoriæ naui.

Valida nauis. Virg. 1. Aeneid. 35.

Vinaria nauis. Vlpianus in L. Vulgaris. ff. De fartis, Quid deinde si de naue vinaria, vt sunt multæ in quas vinum infunditur, quid dicemus de eo qui vinum hausit an totius oneris fur sit? & magis est vt & hic non totus dicamus.

Vitiles naues. Plin. lib. 7. cap. 56. 16, Etiam nunc in Britannico Oceano vitiles corio circumsutæ fiunt in Nilo ex papyro, & scirpo, & arundine. Vide etiam Herodotum in Clio.

Vulnerata nauis. Liu. lib. 7. bell. Maced. 98, Ipsius Eudami multis ictibus vulnerata nauis erat. Ibidem, 125, Romanorum duæ naues fractæ sunt, vulneratæ aliquot.

¶ Naues abreptæ remis in terram. Liu. lib. 6. bel. Pun. 200, Fugientesque passim, aliæ in alto mersę, alię in terram remis abreptæ.

Adiguntur naues. Tacit. lib. 1, Sed Cæsar, dum adiguntur naues, Silium legatum cum expedita manu irruptionem in Cattos facere iubet.

Vide ADIGO.

Adornare nauem. Vide ADORNO.

Aduertere nauem, Vide ADVERTO.

Aduehere naue, & nauem, Vide ADVEHO.

Aduehi naui ab Epidauro Piræum. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12. 1.

Aedificare nauem, Vide AEDIFICO.

Aedificare nauem maximam triremis instar. Cic. 7. Verr. 35.

Agere nauem. Horat. 1. epist. 1. 23.

Ambulant naues, Vide AMBVLO.

Appellere nauim ad villam aliquam. Cicero Attico, lib. 13. 278. 1. Vide APPELLO.

Applicare naues terræ, & ad terram, Vide APPLICO.

Aptæ instructæque remigio naues. Liuius Decad. 3. lib. 1. Classis præterea data ad tuendam maritimam oram, quia qua parte belli vicerant, ea tuēdo quoque rem gesturos Romanos credi poterat, quinquaginta quinque remes, quadriremes duæ triremes quinque: sed aptæ instructæque remigio triginta & duæ quinqueremes erant, & triremes quinque. Hinc illud Virgilii 8. Aeneid. 16.

Sic memorat geminasque legit de classe biremes,
Remigioque aptat, socios simul instruit armis.

Aturare naues, Vide ARMO.

Summa nauium tabulis augent. Tacit. lib. 19.

Coactæ naues, Vide COGO.

Conducta nauis, Vide CONDVCO.

Conficit optimè cursum nauis quæ scientissimo gubernatore vtitur. Cic. 1. de Iouent. 74.

Confracta nauis, Vide CONFRINGO.

Confugere in naues, Vide CONFVGIO.

Conscendere nauem. Cic. 4. Acad. 179. Idem ad Appium, lib. 3. 10. 3. Fa. lib. 1. de Diuinat. 100.

Conscendere nauem, vel in nauem, Vide CONSCENDO. Quintil. lib. 4. cap. 2. 30.

Constratæ naues, quæ & tectæ dicebantur, de quibus Plinius lib. 7. ca. 19. Tectas longas inuenere Thasii antea ex prora tātum & puppi ingabatur. Cæsar belli Ciuilis libr. 3, Atque omnes naues longæ XXXV, in quibus erant viginti constratæ. Idem libro 1, Massiliensis vsi L. Domitii consilio, naues longas expediunt numero XVII, quarum erant vndecim tectæ. Sed hoc luculentius aperit Hirtius in bello Alexandrino, dum ait, Magnoque impetu quatuor ad eam constratæ & apertæ naues, & complures apertæ contenderunt. Vides vt constratæ & apertæ ponat, tāquam diuersas: quod perinde est ac si dixisset, alias tectas fuisse, alias apertas. Cic. 7. Verr. 82, Poterone in eos esse vehementer indignatus, qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam? Liuius Decad. 4. lib. 6, Bidduum in apparatu morati, tertio die cētum nauium quarum septuaginta tectæ erant, cæteræ apertæ, minores omnes fuerant, profecti, Phoceam petierunt. Tegebantur ramen aliquanto & minores. Cæsar belli Ciuilis lib. 1, Similiter Vatinius qui Brundisio præerat, tectis instructisque scaphis elicuit naues Laelianas, &c. lib. 1. de Massiliensibus, Piscatoriasque adiecerant, atque contexerant, vt essent ab ictu telorum remiges toti. Idem libro 3, Scaptae nauium magnarum circiter sexaginta, cranibus plureisque contexit, eosque milites delectos imposuit. Porrò Constratæ naues dicebantur, eo quod haberent catastromata. Quid autem sit catastroma, vide suo loco.

Constratæ tempestatibus naues, Vide CONSTERNO.

Construere nauem, Vide CONSTRVO.

Contrudere in naues, Vide CONTRVDO.

Correpere in nauem, Vide CORREPO.

Deferri naui, Vide DEFERO.

Descendere ad naues. Cic. 4. Acad. ad calcē, Nos ad nauicalas nostras descendimus. Hoc est Ad litus & locum in quo stabant nauicalæ. Non enim idem est quod Conscendere naues.

Detrudunt naues scopelo. Virg. 1. Aeneid. 30.

Diuidere nauem. Quintil. lib. 6. cap. 3. 60.

Euertere nauem in portu. Cic. 1. de Orat. 85.

Palearum nauem euertere. Cicero 4. de Finibus, 122, Vt enim, inquit, gubernator æqui peccat, si paleam nauem euertit, & si auris item quis peccat, qui parentem, & qui seruum iniuria verberat. Paulo post, Ita in ipsa gubernatione negligentia est nauis euersa.

Fabricari naues. Tacit. lib. 14, Nauesque fabricatur plano alueo adiacentis breue litus.

Magna vel parua naue ferri. Horat. 2. epist. 2. 40.

Ferrur nauis velis ventoque. Lucret. lib. 4. 182.

Spargere naufragium. Silius libro. 10. 65,

–vbi nubifer Eurus
Naufragium spargens operit freta.

Gubernare nauem, & saluam in portu collocare. Cicero in Pisonem, 10.

Hærentes littore naues. Horat. 2. Serm. saty. 3. 41,

Verum ego, vt hærentes aduerso littore naues
Friperem, prudens placauit sanguine diuos.

Austri iactantes nauim. Horat. 1. Serm. sat. 1. 2.

Impegit nauem. Quintil. lib. 4. cap. 1. 45, Vide IMPINGO.

Inflammari nauem, incendique iussit, Vide INCENDO.

Inhibere retro nauem, Vide INHIBEO.

Instituere nauem, vel naues, Vide INSTITVO.

Instructæ naues. Virg. 3. Aeneid. 51,

Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat A Tenedo.

Instructa & ornata nauis. Cic. 7. Verr. 104.

Aqua inuolunt nauemque virosque. Virg. 6. Aeneid. 68.

Leuari ex nauibus, Vide LEVO.

Moliri naues ab terra. Liu. lib. 2. Decad. 5, Et molientibus ab terra naues Philippus superuenit.

Tarda nauis remigio mouebat se. Virg. 5. Aeneid. 56

Patiens nauium Tyberis, Vide PATIOR.

Peragere nauem in portum, Vide PERAGO.

Nauibus atque quadrigis petere aliquid. Horat. 1. epist. 11. 6,

Seruus nos exerret inertia nauibus atque
Quadrigis petimus bene viuere.

Properatę naues. Tacit. lib. 1, Mille naues sufficere visæ, properatæque, alię breues angusta puppi, protaque, & lato vtero, quò facilius fluctus tolerarent.

Reficere naues. Tacitus lib. 1, Claudæ naues raro remigio, aut intentis velis, & quædam a validioribus tractæ, reuertere, quas raptim refectas misit, vt scrutarentur insulas.

Iactatam nauim religat vdo littore. Horat. 1. Carm. ode 31. 2.

Soluere nauem. Ouid. 1. de Remed. amor. 57.

Subducere naues. Virgil. 1. Aeneid. 116, Vrbem quam statuo, vestra est: subducite naues.

Suppletę remigio naues. Liu. libro 6. bel. Pun. 194, Velis tum fortè improuidus futuri certaminis Romanus veniebat: sed Circa Crotonem Sibaritesque suppleuerat remigio naues: instructamque & armatam egressus pro magnitudine nauium classem habebat.

Festis naues tenent vincula. Virg. 1. Aeneid. 35.

Transportare nauibus coplas omnes Dyrrhachium. Cicero Attico, lib. 8. 161. 4.

Turbata duce amisso nauis. Liu. lib. 6. bel. Pun. 200.

In nauibus vehere aliquem. Cic. 3. de Nat. deor. 129.

Venire nauibus. Liu. 6. bel. Pun. 88, Quum Tarraconem nauibus veniffet.

Vna nauis est bonorum, per translationem. Cic. Cornificio, li. 12. 25. 12,

Vt nauis est iuris bonorum omnium, quam quidem nos domus operā vt rectam teneamus, vrinam prospero cursu. sed quicunque venti erūt nostra certè non aberit.

Nauicula, pen. corr. Diminut. (σκαφίδιον,) Cice. ad Atticum, lib. 14. 318. 7, Deinde epulas Vestorii nauicula. Iturus scilicet. Idem 4. Acad. 266, Ita sermone confecto Catulus remansit, nos ad nauiculas nostras descendimus.

Parua nauicula, Vide PARVVS.

Transire nauicula in Africam. Cic. Post red. ad Quiritites, 16.

Nauicellā ναυάριον,) Diminutiuum ab altero diminutuo Nauicula. Vrtur Marcianus in tractatu De fundo instructo.

Nauifer & hoc nauifle, pe. prod. (ναυτικός,) Quod ad naues pertinet, vt Prænomenale. Quod nauibus fit. Plin. lib. 16. cap. 1. 4, Prælium nauale adeo fus arbores inirent.

Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Cice. ad Atticum, lib. 10. 297. 6.

Bellum nauale. Cicero pro Lege Manil. 20. Lucan. lib. 3. 113. Ouid. 1. de Arte, 37.

Certamen nauale. Virgil. 5. Aeneid. 99.

Corona nauali, qua donari solebat qui primus in hostium nauem armatus transiliisset. Virg. 8. Aeneid. 37,

–cui belli insigne superbum
Tempora nauali fulgent rostrata corona.

Colonia nauale. Cic. 7. Verr. 102.

Disciplina nauali. Cic. pro Lege Manilia, 37.

Gloria nauali. Liu. 6. bell. Punici, 140, Aere præterea, ferroque, & lintеis & sparto, & nauali alia materia ad classem ædificandam.

Materia nauali. Quintil. lib. 2. cap. 17. 11.

Pugna nauali. Ouid. 4. Fast. 147.

Pugnę nauales & pedestres. Cic. de Senect. 12.

Res nauales. Liu. Decad. 4. li. 10, Nec rei nauali cura omissa, Duūmuiros in eam rem Consules creare iussit.

Socii nauales, Qui remiges quoque dicuntur. Liu. lib. 1. bel. Pun. 188, Cōtra eludere Poenus, & arte, sion vi rem gerere: nauium quē, quàm virorum: aut armorum malle certamen facere. Nam vt sociis nauālibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat. Vides vt alios pro milite & propugnatoribus. Et lib. 6. 88, Quum Tarraconem nauibus veniffet, expolitisque ibi copiis, & nauibus subductis, socios quoque nauales multitudinis augendæ causa accisset: profectus, &c. Rursus libro eodem, 124, Postero die militibus, nauālibusque socis conuocatis, primùm diis immortalibus laudes gratiasque egit. Et 177, Scripto deinde exercitu, de remigum supplemento agi cœptum: in quam rem quum neque hominum satis, nec ex qua parerentur, stipendiumque acciperent, pecuniæ quicquam ea tempestate in publico esset: edixerunt Consules, vt priuati ex censu ordinibusque, sicut antea remiges, darent eum stipendio cibariisque dierum triginta. Et paulo post, 180, subdit, Nam vnde, quum pecunia in ærario non esset, parauruos nauales socios? Quibus verbis constat Liuium vocare nauales socios, quos superioribus verbis remiges dixerat. Iterū libro eodem, Vt ad componenda armamenta, expediendumque remigem ac militem ad imminens certamen satis temporis esset.

Nauālis triumphus. Plin. lib. 34. cap. 3. 3.

Nauālis tuba. Martial. lib. 1. 18, Et freta nauali sollicitare tuba.

Vncus nauālis. Valer. 8. Argon. 60.

Nauāle, nauālis, pen. prod. n. g. (ναύλεμον, πήδιον, νεωσοίκιον,) Locus in quo stant, vel fieri solent naues. Virgilius 4. Aeneid. 119, Dispiciūtque rates alii nauālibus: ite. Ouidius lib. 3. Metam. 133, Haud aliter quàm si siccum nauale tenerent. Cic. 2. Offic. 87, Atque etiam illæ impensę meliores, muri, nauālia, portus, aquarum ductus.

De opere nauālium dicere. Cic. 1. de Orat. 33.

Aptum nauale carinæ. Ouid. epist. 17. 42.

Caua nauālia. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 4,

In caua ducuntur quassæ nauālia puppes.

Longa nauālia. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 5.

Siccum nauale. Ouid. 3. Metam. 133.

Diripere rates nauālibus. Virgil. 4. Aeneid. 119.

Poppis exit nauālibus. Ouid. 4. Fast. 147.

Nauarchus, nauarchi, (ναύαρχος,) Nauis princeps, qui in naui nautis imperat, vulgus pilotam & patronum vocat. Cic. 2. Verr. 48, Sumptum omnem in classem frumento, stipendio, cæterisque rebus nauarcho suo quæque ciuitas semper dare solebat. Ibidem, 67, O dii immortales? quid si harum ipsarum ciuitatum militibus, naubus, nauarchis, Syracusanus Cleomenes iussus est imperare, &c. Ibidem, 161, An quòd forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit.

Nauarchis, nauarchidis, pen. corr. fœ. gen. (ναυάρχης,) Nauis Prætoria, in qua est Prætor. Nostri vulgò Capitaneam vocant.

Nauclerus, nauclerii, pen. prod. (ναύκληρος,) Qui nauem regit, Latinè nauicularius dicitur. Plaut. Milit. 15. 16,

Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis
Nauclerus dixit, qui illas adduxit, mihi.

Nauclerius, Adiect. (ναυκληρικός,) Quod ad nauclerum pertinet. Plaut. Asin. 1. 55,

Volo mei patris me similem, qui causa mea
Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,
Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem.

Nauclericus, pen. corr. Idem. (ναυκληρικός,) Plant. Milite, Facito vt venias huc ornatu nauclericaco.

Náufragus, náufragi, pen. corr. (ναυάγος, ναυηγός,) Qui naui fracta bona amisit. Propertius, lib. 2. eleg. 25. 6, Terra venena libens, & naufragus ebibat vndas. Cicero 3. Offic. 120, Quid si vna tabula sit, duo naufragi, hique sapientes, sibine vterque rapiat, an alter cedat alteri? Oui. in Ibin, 30, Siue per immensas iactabor naufragus vndas. Idem 4. de Ponto, eleg. 4. 2, Naufragus in Cetici littoris actus aquis.

Expulsus aliquis & naufragus. Cic. in Pisonem, 33.

Interiit naufragus. Ouid. 11. Metam. 138.

Agere naufragum. Quintil. lib. 6. cap. 2. 29, Orbum agimus, & naufragū, & periclitantem.

¶ Naufragus, per translationem, pro eo qui bona dissipauit. Cic. in Catil. 22, Quod si se eiecerit, secumque suos eduxerit, & eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit, extinguentur, &c.

Naufragus patrimonio. Cic. pro Sylla, 30, Sed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otii, bonorum, hostis.

Dare tabulam naufrago. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 9, Dedit tibi patrimonium, sed ego naufrago tabulam.

Náufragus, pen. corr. Adiectiuum (ναυηγός,) vt

Corpora naufraga. Virgil. 3. Georg. 109.

Mare naufragum. Horat. 1. Carm. ode 16. 2. Hoc est naufragia faciēs, quasi naufragum, quòd ibi naues franguntur. Acron & Porphyrio.

Monstra naufraga. Ouid. 4. Fast. 100.

Puppis naufraga. Ouid. epist. 2. 4.

Tempestas naufraga. Valer. 1. Argon. 117.

Vnda naufraga. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 2.

Naufragium, naufragii, (ναυαγία, ναυάγιον,) Nauis fractio. Cic. 1. Tuscul. 171, Execratur luculentis sanè versibus apud Ennium Thyestes: primum vt naufragio pereat Atreus.

Commune naufragium. Claud. 7. Paneg. 13.

Magna naufragia. Lucret. lib. 2. 112.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dira naufragia.Sene.Octau.4.6.
¶ Colligere naufragia, Vide COLLIGO.
Expelli naufragio.Cic.in Pisonem,34.
Facere naufragium.Cic.1.de Inuent.6,Hinc nimirum non iniuria, quum ad gubernacula Reipu temerarii atque audaces homines accesserunt, maxima ac miserrima naufragia fiebant. Per translationem dictum:id est maxima bonorum iactura fiebat. Idem ad Tironem, lib.16.9.3, Qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Quintil. lib.5. cap.10.34.
Factum naufragium.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.3.
Pars naufragium.Senec.Here.Oetheo,1.3.
Clarissimorum ducum,regumque naufragium.Cic.1.de Diuin.49.
Naufragia & bonorum direptiones.Cic.ad Nigidium F. gulum,4.13.6, Verseque in eorum naufragiis & bonorum direptionibus.
Naufragia rei familiaris.Cic.ad Lentolum,lib.1.9.14, Neque hercule in iis ipsis rebus quæ, quanquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ,tamen,&c.
Ex naufragio tabula.Cic.ad Atticum,lib.4.87.4,Perspice æquitatem animi mei,& ludum & contemptionem Seleuciæ prouinciæ, & me hercule cum Cæsare suauissimam coniunctionẽ:hæc enim vna ex hoc naufragio tabula me delectat.Id est hoc vnicum subsidium calamitatis,hæ amicitiarum reliquiæ. Bud.
Naufragium fortunarum.Cic.pro Rab.perduel.reo,19.
Naufragus,pen.corr.A dictum.(ναυηγός,)vt
Fretum naufragum.Ouid.14.Metam.2.
Saxa naufraga.Stat.5.Thebaid.83.
Scylacæum naufragum.Virg.3.Aeneid.111.
Nauiculor,pen.cor.nauicularis,(ναυτίλλομαι,)nauiculari,Nauicula vehi.Mart.lib.3.20,Piger Lucrino nauiculatur in stagno.
Nauiculárius,nauiculari,(ναυτίλος,ναυκλήρος.)Idem qui Græcè nauclerus.Cic.Tironi, lib.16.9.10,Mare magnum & difficile tibi restat: si poteris cum Mescinio:cauté in siste nauigare. Si minus, cum honesto aliquo homine, cuius authoritate nauicularius mouatur. Idem 7. Ver.119, Malo inquam te,illi generi hominum, quàm mercatoribus & nauicularis inimicum atque infestum putari. Idem,4.95,Vt aratores,vt mercatores,vt nauicularii.Sic ad Atticum,lib.9.172.3.
Nauiculátor,pe.prod. Idem.(ναυκλήρος,)Cice.pro Lege Manilia,6,Maiores vestri sæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosis tractatis,bella gesserunt.
Nauicularia,nauicularia,(ναυκλήρία,)Ars ipsa regendæ nauis.
Nauicularia facere.Cic.7.Verr.57,Quid eos loqui qui videbãt,quid existimare eos qui audiebant,arbitrabare finem te nauem esse in Italiã ductum nauicularium te,quum Romam venisses, esse facturum?
Nauigium nauigii,(πλοῖον,ἐδώλιον,ἐφέτμος,)Nauis ductio, quod & nauagium dicitur.
Nauigium,omne genus nauis quo in mari vtimur.Colum.in.Præfat.4,Iã que qui ædificare veliint, fabros & architectos aduocent: qui nauigia nati concredere,gubernandi peritos. Plin.lib.32.cap.1, Hæc tantilla nati concredere,gubernandi peritos. Plin.lib.32.cap.1, Hæc tantilla nati est satis contra tot impetus,vt vetet ire nauigia.Cæsar 1.bel.Ciuil.94, Ex iis vnum ipsius nauigium contendit,& fugere perseuerauit.Plin.li. 13,cap.11.4,Noctis,dieique velifico nauigii cursu.
Actuaria nauigia,Vide ACTO.
Grama nauigia,Vide paulo ante Actuariæ naues.
Piscatorium nauigium.Q. uinctil.lib.6.cap.3.21.
Probum nauigium.Cice.4.Acad.179, Sed si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio,bono gubernatore ac tranquillitate,&c.
Speculatoria nauigia.Cæsar 4.belli Gall.562, Quod quum animaduertisset Cæsar,scaphas longarum nauium,item speculatoria nauigia militibus cõpleri iussit:& quos laborantes conspexerat,iis subsidia iumittebat.Hoc est,exploratorias naues, quas vulgus brigantinos appellat. Victoria nauigia,Vide paulo ante Actuariæ naues.
Fragmina nauigi.Ouid.11.Metam.113.
Lignum vtile nauigiis,pinus.Virgil.5.Geor.89.
¶ Committere parvo nauigio pueros.Cic.Attico,lib.10.203.5.
Concedere mari nauigia,Vide CONCEDO.
Concredere mari nauigia,Vide CONCREDO.
Dissolutum & dissipatum nauigium.Cic.Attico,lib.15.326.6.
Infrænare nauigia anchoris,Vide INFRAENO.
Instruere nauigia armamentis,Vide INSTRVO.
Nauigium interiit.Hirtius in bello Alexandrino,Nauigium quidem eius multitudine depressum militum,vnà cum hominibus interiit.
Mare scindere nauigiis.Ouid.2.de Arte.134.
¶ Nauigium,pro Nauigatione videtur accepisse Iurisconsultus in L.qui Romæ & Callimachus,in tractatu De verborum obligatione, his verbis,Idque creditum esse in omnes nauigii dies ductos sub pignoribus & hypothesis,mercibus à Berytho comparatis.
Nauigiolum,pen.corr.Diminut.(πλοιάριον,) Lentulus Senatui, li.12.15. 6,Nos vix ipsi singulis cum nauigiolis reciperemus.

Nauiger,pen.corr.A dict.(ναυφόρος,)Plin.li.9.cap.30.6,de loliginibus,
Nauigeram similitudinem & aliã in Propontide visam sibi prodidit Mutianus:concham esse acutiimodo carinatam,inflexa puppe, prora rostrata. Lucretius lib.1,1,Quæ mare nauigerum quæ terras frugiferãtes Concelebrat.
Nauigo,náuigas,pe.cor.(πλέω,ναυτίλλομαι,πλεῖν,)nauigare,Nauiterem facere.Ci.Attico,lib.5.99.1,Negotium magnum est nauigare atque id mense Quintili.Idem 4.Acad.179,Se ex sententia nauigaturum!
Nauigare in.Plin.lib.13.cap.16.4.Qui nauigauere in Indos Alexandri milites.Cæs. 3.belli Gal.378, Quòd & naues habent Veneti plures quibus in Britanniam nauigare consuetum.
Nauigare in portu,Est à periculo abesse:propterea quòd qui mediis adhuc in fluctibus nauigant,hi ventorũ & cursus arbitrio nauigant.Terẽ An.3.1.22,Huius periculo fit,ego in portu nauigo.Hoc est,tutus sum.
E portu nauigare.Quintil.lib.4.cap.2.31.
Commodè magis,quam strenuè nauigare.Cic.Attic.lib.16.333.18.
Incommodissimè nauigare,Vide INCOMMODVM.
Classibus maximis nauigare.Cic.Attico.lib.10.1.97.6.
Nauigare mare.Virg.1.Aeneid.15,Genus inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.Plin.lib.10.ca.32.1,Dies halcyonum partus,qui maria quoque nauigant nouere.
Myoparonibus nauigare.Cic.7.Verr.76.
Probo nauigio,bono gubernatore nauigare.Cic.4.Acad.179.
Pinus nauigat in vndis.Ouid.2.de Arte,2.
Nauigare ratibus.Plin.lib.7.cap.56.16,Antè ratibus nauigabatur innumeris in Mari robro.
Remis nauigare.Cic.Attico,lib.16.333.18.
Nauigare terram.Cic.1.de Fin.177,Vesi Xerxes cum tantis classibus,tãtisque equestribus & pedestribus copiis,Hellespontò iunctio,Athóve per fosso maria ambulauisset,terram nauigauisset.
Plenissimis velis nauigare.Cic pro Domo sua,20.
¶ Nauigatur,Impersonale. Cic. pro L.Manil.21. Quum aut hyeme,aut referto prædonum mari nauigaretur.Cæs.4.bel.Gall.578, Duodecim nauibus amissis,reliquis vt nauigari commodè posset,effecit.
Nauigatur Occidens.Plin.lib.2.cap.67.1,A Gad bus columnisque Herculis, Hispaniæ & Galliarum circuitu totas hodie nauigatur Occidens. Septentrionalis verò Oceanus maiore ex parte nauigatus est.
Nauigatus fluuius.Plin.lib.6,cap.20.2,Iple per XII.XL. M.P. parcissimis authoribus nauigatus,&c. De indo fluuio.
Nauigatio,nauigationis,Verbale.(ναυτιλία,)Cic.5.de Fin.18.Vt medicina valetudinis,nauigationis gubernatio:sic viuendi ars est prudentia. Cæs.5.bel.Gall.584,Nauigationem impeditam propter infertia locorum.Cic.ad Marcellum,lib.14.1.4,Ego,si me nauigatio non morabitur,quæ incurrebat in ipsos Etesias, propediem te,vt spero, videbo.
Secunda nauigatio. Tac.lib.2, Lacus inde & Oceanum vsque ad Amisiæ flumen secunda nauigatione peruehitur.
Longa ex nauigatione aliquando in portum venire.Cic.de Senect.65.
Conquiescit mercatorum nauigatio,Vide CONQVIESCO.
Nauigabilis,& hoc nauigábile,pen.cor.(πλωτός,πλόιμος,)Quod nauigari potest:Nauigabile flumen.Colum.lib.1.cap.2.3. Seneca de Benef.lib.3.cap.8,Beneficium est donare regiones per quas multa flumina & nauigabilia decurrunt.
Nauigabile mare.Liu.5.bel. Maced.171, Nam simul primũ anni tempore nauigabile præbuisset mare.
Naumachia,naumachiæ,pen corr. (ναυμαχία,) Nauale bellum,seu naualis pugna.Marc lib.1.35,ad Marcum,
Do tibi naumachian,tu das epigrammata nobis:
Vis, puto,cum libro Marce natare tuo.
Naumachiam committere.Suet.in Claud.Cesare,cap.21,Quin & emissarius Fucinum lacum, naumachiam antè commisit.
¶ Naumachia, Locus in quo fit pugna naualis. Sueto. in Tiberio Cæsare, cap.72, Semel triremi vsque ad proximos naumachiæ hortos subuectus est.
Naumachiários,naumachiárii,(ἐπιβάται,) Qui prælium nauale committit.Sueto.in Claudio Cæsare, cap.21, Proclamantibus naumachiariis. Hi etiam epibatæ dicuntur Græca voce.
Naumachiarius,A dict.(ναυμαχός,)vt Naumachiarius pons. Pli.lib.16. cap.39.5, Concremato ponte naumachiario.
Naulum,nauli,(ναῦλον,) Pretium quod soluitur pro vectura in nauigatione.Saty.8.10,
-furor est, post omnia perdere naulum.
Nauta,nautæ com.gen.vel Náuita,náuitæ,penul.cor. (ναυτικός,ναυβάτης,ναυτίλος,) Qui se in naui agenda exercet,& quicunque in naui est.navis ducendę gratia. Terent.Phorm.4.1.10,Saluas audiui ex nauta qui illas vexerat.Plaut.Menæh.7.1,
Nulla est voluptas nauitis Messenio.
Maiór meo animo,quàm quum illi ex alto procul
Terram conspiciunt. Cic.ad Atticum, lib.10.197.14, Nautam ipsum audire videor iam cuocantem.

Nauta

Nauta significare dicitur,quum tempestatem aut serenitatem præuidet. Cice.4.Acad.165,Verum quoniam non solũ nauta significat, sed etiã Fauonius ipse insuturr at nauigan di nobis Lucullo tempus esse,&c.
Nautæ & gubernatores,Cæsar 3.bel.Gal.382, Nautas gubernatoresque comparari iubet.
Audaces nautæ.Horat.1.Serm.saty.1.6.
Callidi nautæ horrida vincunt æquora.Horat.3.Carm.ode 14.8.
Flactuagi nautæ.Stat.3.Sylu.1.17.
Oppressi in æquore nautæ.Stat.11.Thebaid.24.
Peritus nauita.Catull.Argon.epigr.59.36.
Sollicitus nauita.Ouid.2.Amor.eleg.11.5.
Timidus nauita.Horat.1.Carm.ode 14.3.
Vagi nautæ.Stat.3.Sylu.1.1.
Festinare solent quæ ius sui causa nautę.Cic.Tironi,lib.16.9.9.
Hoc signum venientis poterunt prenoscere nautæ.Cic.in Arato,8.
Nautícus,nautici, pen.corr.(ναυτικός,) Qui nauem gubernat.Plin.lib.9. ca.31.4,Quod vbi videre nautici,statim plurib' anchoris nauigia infrænant.Liu.8.bel Pun.33.Metumq; etiam ex terra nauticis præbuit.
Nauticus,pen.cor.A dic.(ναυτικός,) Quod est nautarũ.Virg.3.Aenei.16, Nauticus exoritur vario certamine clamor.Liu.3.bel.Pun.84.Nondũ aut pulsu remorum strepitúq; alio nautico exaudito.
Nauticus cantus.Cic.1.de Natur. deor.129,Idemque iuuenibus visis, au diroque nautico cantu.
Nauticæ exoudæ.Cic.pro Lege Manil.38.
Panis nauticus.Plin.lib.22.ca.25.18,Nauticus panis rusus, atque iterum coctus,silbi alaum. Biscoctum vocant.
Pinus nautica.Virg.4.eclog.8.
Pubes nautica.Silius lib.6.71.
Res nauticæ.Cic.1.de Nat.deorum,128.
Vela nautica.Horat.2.Serm.saty.3.23.
Verbum nauticum.Cic.ad Atticum,lib.13.378.2.

Naula, naule,t.g. (ναῦλα,)Genus musici instrumẽti, quod idem esse cum psalterio quidam tradunt.

Naulum,Diminutiuum,(ναῦλον,) Ouid. 1.de Arte,66.
Dilce etiam duplici genialia naulla palma
Vertere,conuenient dulcibus illa modis.Vide Cælium lib.9.cap.4.

Nauo, nauas,(ναυτιᾶσαι,ναυσιᾶν,) nauare,Studiose aliquid adimplere,ciare, conferre,cum effectu demonstrare,id est adiumento esse.Tractum verbum à nauta,qui sunt auxilio aliis in gubernandis nauibus. naues enim quum ex nauibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent.
Nauare & efficere aliquid.Cic.Torquato,lib.6.1.22.
Bellum nauare.Tacit.lib.21,Vespasiano bellum nauauerint, Vespasianum rerum potiri.
Beneuolentiam nauare, Id est nauo animo adhibere & præstare, inquit Budæus.Cic.ad Appium Pulchrum,lib.3.10.11,Illud pagna & enitere, nequid nobis temporis prorogetur:vt quã tibi hic satisfecerimus, illic quoque nostram in re beneuolentiam nauare possimus.
Flagitium nauare. Tacit.lib.10.Ceteros vt quilq; flagitium nauauerat, præmiis attollit.
Operam nauare,Iunare.Ci.lib.2.de Orat.15. Iam mihi videor nauasse operam,quòd huc venerim. Cæs.2.bel.Gall.322.Quum pro se quisque in conspectu imperatoris,etiam in extremis suis rebus operam nauare cuperet. Sic Cicero ad Paulum,lib.15.13.2,
Operam militarem nauare.Liu.lib.4.Decad.5,Vbi datam signum sit tum militarem operam nauare.
Operam nauare alicui.Cic.de Aruspicum responsis,1,Quum is publicanorum causam suluisset interrogationibus impediret,& P.Tullioni Syro nauaret operam. Idem ad Brutum,8.1, Tibique omnes fortes viri nauare operam,& studium volunt.
Nauare & efficere opus aliquod.Cic.Attico,lib.9.181.20.Vtinam in hac aliquod miseria Reipub.πολιτικὸν opus officere & nauare mihi liceat.
Mihi dextera ferro nauet opus.Valer.3.Argon.29.
Reipublicæ nauare,& de moribus & legib' scribere.Cic.Var.lib.9.2.13.
Studium suum alicui nauare.Cic.Attico,lib.15.333.10.
Studia suffragandi nauare.Q. Cice.de Pet.Consul.13.

NAVPACTVS,(ναυπακτός,)hodie Lepanthum,per Turcas Venetis ereptum,oppidum fuit Achaiæ apud Locros,Ptolemæo lib.3.ca.15.
Naupactus Achelous.Ouid.2.Fast.9.

NAVPLIVS,(ναύπλιος,) pater Palamedis,qui quum intellexisset Diomedem & Vlyssem naufragio liberatos(in quos tamẽ hoc malum per insidias machinabatur)sæpium præcipitem dedit. Seneca
Igue fallaci moriturus Argis
Nauplius præcepa cadit in profundum.Propert,lib.4.eleg.1.23.Nauplius vltores sub noctem porrigit ignes.Nauplius enim Palamedis pater,dolens filium factione Vlyssis interemptum, quum videret Græcos tempestate laborare,montem Capharei ascendit,& clara facula,signum dedit vicini portus. Qua re decepti Græci,inter asperrimos scopulos naufragium pertulerũt.Author Seruius in illud 11.Aen.52.
-vltorque Capharei.
Nauplíades, penult.corr.Patronymicum,(ναυπλιάδης,)Sic Palamedes vocatur Nauplii filius.Ouid.13.Metam.8,
-timidi comminta retexit Naupliades animi.

NAVPORTVS,(ναύαρτος,)amnis,qui & Pamportus à Strabone vocatur.Amnis,inquit,Pãportus,ex Illyrio nauigabilis defertur in Sauii. Et alibi,iuxta Naupontum amnis est Carcora,excipiens commerciorum onera,hic in Sauum,ille in Drauum delabitur.

Nausea, nauseæ,(ναυτία,ναυτίασις,)Stomachi ad vomitũ ex grauitina mouetur vomitus:vel ex cuius frequenti & inordinato motu,subuertitur stomachus,& ad vomitum concitatur. Plin.lib.22.cap.19.1, In febre per se,vel cum aceto adsumos,nauseas.Sub.vius eius. Plaut. Merc.7.49. -nescio qui animus dolet.
O.Nausea ædepol factum credo. Cicer.ad Tironem,libro.16.10.3, Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger, & periculosè hyeme nauiges. Idem ad Atticum.lib.5.100.1.Nauigauimus sine timore,& sine nausea.
Abiit iam planè nausea,Vide ABEO.
Fluentem nauseam coercere.Horat.Epod.9.7.
Discutere nauseam Colu.lib.6.ca.4.1.Sæpe etiã languor & nausea discutitur,si integrum gallinaceum,&c.
Facere nauseam,pro Vomere.Cic.2.Philipp.89,A pparet esse cõmotum: sudat,pallet:quidlibet.modò ne nauseam faciat,cui in Nomitia porrica fecit.Sic legit Budæus.Vetera autẽ exẽplaria legunt nauseet.
Inhibere nauseam. Plin.lib.30.cap.14.8.Nauseas cum sale & polenta infrigida aqua pota inhibet.
Nauseola,pen.corr.Diminutiuũ,(ναυτιώδιον,)Cic.ad Attic.lib.14.305. 1,Nauseolam tibi tum causam otii dedisse facile patiebar.
Nauseósus,pen.prod.(ναυτιώδης,) Quod nauseam inducit. Plin.lib.26. cap.8.16,Radice crassa,madida,nauseosa.
Nauseo,nauseas,(ναυτιάω,)nauseare,Ad vomitum impelli,& appetitum vomendi habere,quod dicitur. Plaut.Amphit.4.175,Latius sum hercle è naui,vt vectus huc sum,etiam nunc nauseo. Cic.ad Fabium Gallum,li.7.27.7,Tu tamen quum audisses ab Anitio(vidit enim me nauseantem)non modò mittendi causam iustam habuisti,sed etiam visendi.Idem ad Atticum,lib.5.109.4. Colum.lib.7.cap.10.3. Nauseantibus quoque salutaris habetur.Horat.1.epist.1.19.
-conducto nauigio æque Nauseat,ac locuples.
¶ Nauseare, Contemnere,& respuere:quòd qui nauseant, cibos fastidiunt. Cicero 1.de Natur.deorum,114, Quàm bellum erat Vellei cõfiteri potius nescire quod nesciteris, quàm illa efficientem nauseare, atque ipsum sibi displicere.
Nauseans,Participium,(ναυτιῶν,) vt
Ructantem & nauseantem aliquem in alicuius plagas conicere.Cic.Cornificio lib.12.25.10.
Nauseátor,Verbale.Senec.epist.54. Illud scito Vlyssem nõ fuisse tam iratum mari natum vt vbiq; naufragia pateretur:nauseator erat.

NAVSICAÆ,Nausicaes,vel Nausicaa,Nausicaæ,pe.cor.(ναυσικάη,) fuit Alcinoi Phæacum regis filia,cuius meminit Martialis lib.12.31,
Si mihi Nausicaæ patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere,Malo meos.

NAVSITHOVS,penult.corr.(ναυσίθοος,)fuit Neptuni filius ex Peribœa,Euri medonis filia,ac Homero teste libro.7.Odysseæ, Alcinoi Phæacum regis pater.

Nautea, nautæ,penul.corr.(ἀντλία,)Nonius,Nautea est aqua de scortiis,vel(quod est verius)aqua de sentina:dicta à nautis. Plautus Curcul.3.5,Nam omnium odor vnguentũm præ tuo nautea est. Idem Asin.16.44. Nauteam bibere malim si necessum est, quàm illam osculari er.

Nauticus, Vide NAVIS.

Nautilus, penul.corr.(ναυτίλος,)Pisces,de quo Plinius lib.9.cap. 19.4.

Nauus, A dic.(ἐφεκτικός)Celer ac strenuus,inquit Festus:à nauitã velocitate videt dictus. Ennius lib.6,Nauus regius homo, Graio patre,Graius homo rerum.Sic Cicero pro L.Manil.11.
Nauus & ignauus,contraria.Colo.lib.11.ca.1,Vix dici potest quid nauus operarius ignauo & cessatore præstet.
Nauus & industrius homo.Cic.5.Verr.43.
Nauus,pudens,& probus filius.Cic.5.Verr.43.
Timor nauus.Silius lib.7.71,
-stimulatque ruentes
Nauus abire timor.
Náuitas,pen.corr.nauitatis,(ἐφεκτικόν)Cice.ad Furnium,lib.10.15.2, Istamq; operam tuam,nauitatem,animum in Remp.celeritati Prætur anteponendam censeo.
Náuiter,pen.cor.Aduerb.(ἐφεκτικῶς,) Strenuè & diligenter. Terent. Eunu.1.1.6,Verùm si incipies,neque perficies nauiter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atque vbi pati non poteris, quum nemo expetet,
Infecta pace vltrò ad eam venies. Liuius 10. bel. Pun. 15, Tempus esse aut pacem componi, aut bellum nauiter geri. Colum. lib. 11. cap. 1, Nauiter & sine concessionibus vllis permeabit. Gel. lib. 14. cap. 4, In prouincia satis nauiter versatus esset.

Naxium, (νάξιος,) quid sit, declarat Plinius lib. 36. cap. 7. 1, his verbis, Signis è marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis atque limandis naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in insula Cypro geniræ.

NAXOS, (νάξος,) insula in Aegeo, vna ex Cycladibus, cæteras superans, antea Strongyle dicta. Hæc Dia pòst appellata fuit. Verùm quũ Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eam occuparunt, a duce Naxon appellarunt. Hanc Dionysiadem à vinearum fertilitate dici scribit Plinius lib. 4. cap. 12. Vel quia (vt alii volunt) solæ Naxiæ mulieres octauo mense pariant, quoto & Liber pater natus creditur. Siue quia fons in ea vino fluat. Distat à Delo septem millibus. Est item Plinio lib. 3. cap. 8. nomen oppidi.

Bacchata ingis Naxos. Virg. 3. Aeneid. 25.
Bacchica Naxos. Stat. 2. Achil. 1.
Genialis littora Naxi Stat. 1. Sylu. 2. 45.
Naxius, Adiect. (νάξιος,) Vnde Naxius ardor apud Columellam, quo significatur Bacchi coronæ sidus. Nam (vt ferunt poetæ) in insula Naxo relicta Ariadne à Theseo, nuptias cum Baccho fecit, donatãq; corona, inter sidera relata fuit. Vide Hyginum in Astronomico poetico, lib. 2.
Turba Naxia. Propert. lib. 3. eleg. 17. 6.

N E

Ne, (μή,) Aduerbium prohibendi, Idem significat quod Non, Secundis personis subiunctiuorum aliquando iungitur. Plaut. Mil. 2. 1, Ne me moneatis, memini ego officium meum. Idem Epid. 3. 42, Meam domum tu ne imbites. Terent. Eunuch. 2. 1. 6,
- ego quoque vnã pereo, quod mihi charius est,
Ne istuc tam iniquo patiare animo. Plin. ad Sueron. lib. 2. epist. 18, Aut si tutius putas illud cautissimi cuiusque præceptum, Quod dubitas, ne feceris, idipsum rescribe. Terent. Eunuch. 4. 7. 16,
- hic nebulo magnus est,
Ne metuas. Idem And. 1. 5. 56, Te obtestor, ne abs te hanc segreges.
Et Eunucho, 2. 3. 96,
Si certum est facere, faciasiver him ne pòst conferas
Culpam in me. Item And. 5. 3. 28, Hoc modo te obsecro, vt ne credas à me allegatum hunc senem.

Secundis personis imperatiuorum. Plautus Pseud. 17. 5, Ne doce. Idem Merc. 19. 50, Præter spem saluæ sumus ne dubita, apud me ea est. Et Milite, 10. 14, Ne fle. Sic Persa, 15. 21, Abi, ne iura, satis credo. Terent. And. 2. 3. 10, Nunquã faciam, d. ne nega. Idem Heaut. 5. 5. 8, Age quæso, ne tam obstina te. Et And. 5. 2. 17, Ah ne sæui tantopere. Plinius, Crastino die oriente sole in aciem redire, erit pugnandi copia, ne timere. Donatus, Ne imperatiuo magis, quàm coniunctiuo adiungitur. Alpheus de Verb. signifi. Pro in portorium ne dato. Idem Adelph. 5. 3. 20, Age, da veniam. A R. ne grauare.

Ne fugite hospitium, neue ignorate Latinos. Virg. 7. Aeneid. 41.
Optatiuo aliquando. Cic. Gallo, lib. 7. 24. 14, Sed ne viuam, si tibi concedo. Terent. Phorm. 1. 3. 5, Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset.
Ne abeo, pro Non abeo. Plaut. Mostel 8. 16, Quò nunc te agis? T R. ne quoquam abeo. Idem alio loco, Ne volt.
Ne forsan, pro Ne forte. Portius Latro in declamatione in Catilinam, paulo post medium.
Ita, ne. Terent. Heaut. 4. 5. 15,
Ita tu isthæc tua miscero, ne me admiscea.
Ego tibi daturus nihil sum, ne tu frustra sis. Sic Plautus Rud. 17. 29. Terent. And. 4. 2. 23,
- dies hic mihi vt sit satis vereor
Ad agendum: ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas.
Ego id agam mihi qui ne detur, Hoc est, vt ego non habeam. Terent. And. 2. 1. 37. Ibidem, 1. 1. 12, Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. Ne pro non accipiendum, teste Donato.

¶ Ne, causalis. Plautus Casina, 2. 1. 4, Forem obdo, ne senex me opprimeret. Terent. And. 1. 5. 65, Verbum vnum caue de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam.
Ne quis illud admiretur, quonam modo, &c. Cic. 5. de Orat. 107.
Vide ne. Terent. Eunuch. 5. 5. 23, Vide Parmeno quid agas, ne neque illi profis, & tu pereas.
Vt ne, pro Vt non. Terent. And. 2. 1. 29.
- nunc te per amicitiam & per amorem obsecro,
Principio vt ne ducas. Ibidem, 5. 3. 28, Hoc modo te obsecro, vt ne credas à me allegatum hunc senem. Idem Eunucho, Id vt ne fiat, hæc res sola est remedio. Et Phorm. 2. 1. 84,
Amicos aduocabo ad hanc rem qui adsient,
Vt ne imparatus sim quum aduenias Phormio. Græci dicunt ἵνα μή,

teste Donato. Cic. in Orat. 58, An ego Homero, Ennio, reliquis poetis maximè Tragicis concederem, vt ne omnibus locis eadem contentione vterentur?
Vt ne quid meorum tibi esset ignotum, animaduerti te operam dare. Cic. Bruto, lib. 13. 12. 1.
Vt ne addam, quòd sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es. Terent. Phorm. 1. 3. 16.
Videndum est ne non. Pomponius in L. In prædiis. ff. Ex quib. caus. pig. vel hyp. &c. Videndum est, ne non omnia illata, vel inducta, &c.
¶ Ne non faciam. Calus in L. Post humorũ. ff. De insulto, rupto, irrito fact. test. Vel exhæredare nominatim debeo, ne nõ iure facta testamenti.
Ne, non etiam ne, &c. Vlpian. in L. Quoties. Parag. 1. ff. De peculio. Hoc solum consecuturum dominum esse constat, ne institoria teneatur, non etiam ne de peculio.
¶ Ne, pro Neque. Cic. 3. in Catil. 68, Ne dici quidem opus est quanta diminutione ciuium.
Ne quidem. Cic. Attico, lib. 6. 1. 11. 16, Igitur meo decreto soluta res Scaptio, stat inquam decretum, si tu iudicabis, ne ad Catonem quidẽ prouocabo. Idem de Amicitia, 85, Nunquam illum ne minima quidem re offendi. Ibidem, 80, In qua, nisi, vt dicitur, apertũ pectus videas, rumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas, ne amare quidem, aut amari possis, quum id quàm verè fiat, ignores. Ibidem, 32, Quid enim Africanus indigens mei? minimè hercle. at ne ego quidem illius. Ibidem, 77, Qui fieri poterit, si ne in vino quidem quoque vnus animus erit, idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex? Ibidem, 37, Igitur ne suspicari quidem possumus, quenquam horum ab amico quippiam contendisse. Idem 6. Verr. 2, Nihil in ædibus cuiusquam, ne in oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fanis quidem, &c. tota Sicilia reliquisse.
Ne istius quidem laudis sum cupidus. Cic. Roscio Amer. 2.
Ne nunc quidem. Terent. Eunuch. 1. 1. 1,
Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Quum accersor vltrò?
Ne id quidem. Terentius Eunucho, 2. 3. 30, Quid virgo, cuia est? CH. nescio hercle. P. vade est? CH. tantundem. P. vbi habitat? CH. Ne id quidem.
Ne hoc quidem tacebit Parmeno. Terent. Eunuch. 1. 2. 49.
Ne tantillum quidem commotus est, Cicero ea forma dixit, qua Terentius Adelph. 2. 1. 9, Huius noo faciam, vt ait Donatus. Idem Cic. Attico, lib. 5. 10. 8. 10, Interea è Cappadocia, ne pilum quidem.
Ne ita, vt Cic. de Amicitia, 39, Ne existimet ita se alligatos, vt ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus non discedant.
¶ Ne plura, supple dicam, vel dictum sit, prout sensus poscit. Cicero Catio Memnio, lib. 13. 1. 12, In quo etiam si peccat, magis ineptis, quàm improbitate peccat. Sed ne plura.
Ne multa, Id est vt breui expediam, ad summam, vt breuiter colligam. Cic. pro Cluentio, 143, Ne multa: perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ferrula ad Stratonem peruenisse. Idem Attico, Ne multa, nihil me in illo itinere præter conscientiam meam delectauit. Idem in Verrem, Ne multa, locutum se esse confirmat. Ibidem, Ne multa, fecit decem me, inquit, dixi daturum. Ibidem, Vndique reclamatum est. multa, iterum iste aliquanto pòst ad illos venit. Ibidem, 7. 89, Ne multa, Iudices, libertate, quàm vos sociis dedistis, hac ille in acerbissimo supplicio miserrimæ seruitutis abusus est. Ibidem, 91, Ne multa, ipsum dicere adolescentem audistis. Idem 5. Verr. 51, Ne multa Iudices, hoc contumeliis scitote Quintum Lollium coactum ad Apronii leges conditionesque venisse.
Ne multis. Cic. pro Cluentio, 36, Ne multis, Diogenes emitur.
Ne longum sit. Cic. pro Cluentio, Et ne longum sit, Omnium vicinorum summam esse in hunc beneuolentiam confirmamus.
Ne longum faciam, inquit Horatius 1. Serm. Saty. 3. 78. Ibidem lib. 2. Satyra 1. 12.
Ne diutius teneam. Cic. 5. Verr. 23, Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est. Idem ad Atticam, Ne diutius teneam, nullius consilii exitum inuenimus.
¶ Ne viuam, Ne valeam, Ne sim saluus, Modi sunt dicendi, quum quid asseuerare, & veluti quibusdam precibus deuouere, aut sacramento aliquo obtestari contendimus. Cic. Attico, lib. 16. 337. 2, Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Eidem, lib. 4. 85. 12, Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne viuam, si scio. Idem Cato Fabio Gallo, lib. 7. 24. 14, Sed ne viuam si tibi concedo, vt eius rei tu cupidior sis quàm ego sum. Quasi dicerem, emoriar vel dispeream.
¶ Ne, dubitatiua aut interrogatiua particula. Terent. And. 4. 6. 6, Estne hic Crito sobrius Chrysidis? Virg. 11. Aeneid. 26,
Iustitiæne prius mirer, belline laborum?
Ne an. Cic. 1. Offic. 15, Honestumne factu sit, an turpe dubitant. Idem Topicis, 44.
Estne, an non. Plaut. Epid. 11. 11, - estne ea, An non? Idem Miles, 8. 6, - estne herilis concubina

Philocomasium, an non est istat? Terent. Heauton. 2. 4. 25. Adeone Clinium, an non?
Visse, redierit ne iam, an nondum, domũ? Terent. Phor. 2. 4. 5. Cic. 1. Acad. 62. Vt videamus satisne ita sit iusta defectio.
Nec quid agam, certum est, Pamphilumne adiutem, an auscultem seni. Terent. And. 1. 3. 4.
Ne, necne. Plaut. Capt. 1. 2. 55. Emitteresne, necne cum seruum meum?
Neve, geminatum Cic. 2. de Legib. 105. Eam nequis nobis minuat, neve viuus, neve mortuus.
Neve hoc, neve illud. Cic. Lælio, lib. 1. 9. 70, Peto à te, vt id à me, neue in hoc reo, neve in aliis requiras. Idem 3. de Orat. 94. Vt neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit. Ibidem. 95. Neve asperè concurrant, neve vastus diduantur.
¶ Ne dicam. Terent. Adel. 3. 3. 21, - est inepta, ne dicam dolo, atque Absurda. Cic. 1. de Nat. deorum, 31. Vt molestè ferrem tantum ingenium (bona venia me audis) in tam leues, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse. Colu. lib. 3. cap. 2. Ideoq; in hac ipsa Italia, ne dicam in tam diffuso terrarum orbe, &c.
Hæc clausula Ne dicam, si sequatur substantiuum, adiectiuum ponitur in accusatiuo. Sin interiicitur inter substantiuum & adiectiuum, relinquitur vtrunque in nominatiuo. Homo imprudens, ne dicam stultum, non, stultus quia HOMO, substantiuum præcedit. Crudelis, ne dicam impius & sceleratus Castor, non, sceleratum Castorem: quia substantiuũ CASTOR, sequitur. in aliis casibus nulla est ambiguitas: quia semp oportet conuenire adiectiuum & substantiũ. vt Non faceres hæc magistro conscio, ne dicam præsentemon, præsentem. Ex Valla lib. 3. ca. 20.
Ne dicam grauius. Cic. Attico, lib. 9. 173. 4, Ego decem annorum peccata recordans, in quibus inerat ille etiam annus, qui nos hoc defendente, ne dicam grauius, afflixerat.
¶ Ne, adiectiuum. Mart. lib. 1. 110. Lex hæc carminibus data est iocosis, Ne possint, nisi pruriant, iuuare.
¶ Ne, Rationalis, pro Ergo. Virg. 1. Aeneid. 9,
- mene incepto desistere victam?
¶ Ne nihil. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 2. Ne amicis nihil tribuamus, epulamur. Id est etiam vt aliquid tribuamus.
¶ Ne, Adaerb. per contantis, vt ait Donatus. Teren. And. 4. 3. 1. Nihilne esse proprium cuiquã? di vestram fidem! Ibidem, 2. 1. 1.
- datúrne illa hodie Pamphilo Nuptum?
Hinne vides bellua? hinne sentis quæ sit hominum querela frontis tuæ. Cic. in Pisonem, 1.
Continuóne causa fuisset, cur à Prætore postulares, vt bona possideres? Cic. pro Quintio, 27.
Cinemne? Terent. Eunuch. 1. 2. 30.
Puellam dono quidam mercator dedit
Ex Attica hinc abreptam. P. cinemne? T. arbitror.
Egóne? P. tu ergo. Terent. And. 5. 2. 9.
¶ Ne subiunxit aliquando in oratione. Horat. 1. Serm. saty. 1. 12, Nemón' vt aurus se probet?
¶ Ne sit sani, videri certè potest. Cic. 4. Acad. 148. Barbari dicunt, Capere quod ita non sit. Liu. Ne sint vera quæ Athenienses modo legati de libidine regis dixerunt. Cic. de Nat. deorum, Ne sit igitur sol, ne stellæ, ne luna quidem nil esse potest, nisi quod attigimus. Id est, dicimus igitur non esse hoc est, sequitur ex dictis tuis. Idem pro Cœlio, 18. Obliscor iam miserias Clodiæ, depono memoriam, &c. ne sint hæc in te dicta, quæ dixi.

NEAIRA, (νέαιρα,) nomen est fœminæ quæ peperit Soli duas filias, Phaetusam & Lampetiam, quæ armenta Solis, transeunte Vlysse iuxta Siciliam, obtendebat. Virgilius 1. eclog. 1.
- ipse Neæram Dum fouet, &c.

NEAETHVS, (νέαιθος,) fluuius est in Calabria, de quo sic Strabo li. 6. Est & Aesarus fluuius, & portus & fluuius alter Neæthus nomine, quorum cognomina casu prouenisse dicuntur. Nam in Achinorum errore, quosdam ab Iliaca classe applicuisse, ad locorum explorationem egressos. Troianas verò mulieres nauigationis comites, tam longi peregrinatione, & pelagi cursus, naues incendisse, &c. Dictus est igitur Neæthus ἀπὸ τοῦ νεῶν καίειν, quòd combustæ sint illic naues. Ouid. 15. Metam. 11. Præcerit & Sybarim, Salentinumque Neæthum.

NEAPOLIS, penul. corre. (νεάπολις,) Insignis vrbs Italiæ in Lucania, aliquando Parthenope dicta, Maronis tumulo clara. Est Neapolis, Africæ oppidum, vt scribit Pomponius Mela lib. 1. Est item eius nominis Cariæ vrbs ad latum fluuium, eodem authore. Neapolis, quæ & Leptis magna Ptolemæo libro 4. cap. 3. Vrbs Syrtis parua, vulgò Tripolin Barbaria regia ciuitas. Neapolis colonia Ptolemæo lib. 4. cap. 5. vrbs Africæ, Maomatta vulgò.
De Neapoli inscribit Cicero 6. Verr. 106. Quarta autem est vrbs, quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur: quam ad summam theatrum est maximum, præterea duo templa sunt egregia, Cereris vnum, alterum Liberæ, &c. De vrbibus Syracusanorum.
Celberrimum oppidum Neapolis. Cic. pro Rab. Postu. 16.

Fœcunda Neapolis. Ouid. ad Pisonem, 19.
Otiosa Neapolis. Horat. Epod. 5. 9.
Secreta Neapolis. Stat. 4. Sylu. 8. 2.
Neapolitanus, pen. prod. Adiectiuum, (νεαπολίτης,) Qui ex Neapoli est. Cic. Acilio, lib. 13. 31. 1.

Nebrides, penu. corr. (νεβρίδες,) damatum seu ceruorum pelles, quibus vti veteres in Bacchi sacris solebãt. νεβρὸς enim dama seu ceruus est.
Aspersæ nebrides vario auro. Stat. 2. Achill. 9.

Nebula, nebulæ, penult. corr. (νεφέλη, ἀμίχλη,) Vapor è terra atque aquis surgens, qui sine statim euanescit, siue in altum sublatus conuertitur in nubem. Plin. lib. 2. cap. 60. 1. Nebulæ nec æstate, nec maximo frigore existere.
Amictus nebulæ. Virg. 1. Aeneid. 84,
At Venus obscuro gradientes aere sepsit,
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu.
Aereæ nebulæ. Catull. ad Alphenum, epig. 28. 2.
Atra nebula. Virg. 2. Aeneid. 72.
Grauis nebula. Senec. Thyeste, 8. 31.
Humentes nebulæ Stat. 9. Thebaid. 91.
Liuens nebula. Silius lib. 6. 57,
- tandem exhalauit in auras
Liuentem nebulam fugientis ab ore veneni. De serpente quodam.
Tristes nebulæ. Stat. 5. Thebaid. 37.
Volucres nebulæ. Ouid. 1. Metam, 121.
¶ Quasi per nebulam audire, Hoc est, leuiter, non attentè. Plautus Capt. 19. 17.
Nunc ædepol demum in memoriam regredior, audisse me
Quasi per nebulam, Aeglonem meum patrem vocarier.
Diluit nebulas Titan. Silius lib. 5. 1. 1.
Dimouere nebulam. Claud. 1. in Eutrop. 79.
Campus in cælum erigit nebulas. Senec. Thebaid. 2. 16.
Resoluuntur nebulæ ventis ac sole. Ouid. 14. Metam. 80.
Obstantes nebulas scindere. Ouid. 2. Metam. 31,
Corripere viam, pedibusque per aera motis,
Obstantes scindunt nebulas.
Velatus nebula. Ouid. 12. Metam. 120.
Pinguem nebulam vomuere lucernæ. Pers. Saty. 5. 19.
¶ Nebula erroris. Iuuenal. Saty. 10. 1,
- pauci dignoscere possunt
Vera bona, atque illis multum diuersa, remota
Erroris nebula.

Nebulo, penult. corr. nebulônis, vt ait Donatus, (ὀνειδιστικὸς,) Fur, quòd nebulas obiicit: vel mollis, vt nebula est vel inanis & vanus, vt nebula est. Terent. Eunuch. 1. 2. 38. Nebulonem hunc certum est iudere. Ibidem, 4. 7. 15, Sane quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est. Lucilius, Nugator quidam ac nebulo sit maximus multo. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 7. Et nebulonem illum, si quo pacto pores, ex istis locis amoue. Horat. 1. Serm. saty. 1. 21.
- non ego auarum
Quum veto te fieri, vappam iubeo, aut nebulonẽ. Idem 1. Serm. saty. 2. 3, Fusidius vappæ famam timet, ac nebulonis. Et 1. epist. 2. 6, Nos numerus sumus, & fruges consumere nati,
Sponsi Penelopes, nebulones, &c.
Ex magno aliquo nebulone aliquid audire. Cic. Attic. lib. 6. 112. 4.
A nebulone facile eludi. Cic pro Rosc. Amer. 76.

Nebulõsus, pen. prod. Adiectiuũ, (νεφωδὴς, ὁμιχλώδης,) Nebulis tectus, plenus nubibus.
Aer nebulosus. Plin. lib. 21. cap. 7. 3.
Aestus nebulosus. Colum. lib. 11. cap. 2. 41.
Ager nebulosus. Cato cap. 6. 1, Idem ager si nebulosus est, rapa raphano, &c. Sic Plinius lib. 18. cap. 17. 12.
Cælum nebulosum. Cic. 1. Tuscul. 94.
Cubila nebulosa. Stat. 10. Thebaid. 17.
Litus nebulosum. Ouid. ad Luciam, 90.
Locus nebulosus, Hoc est tepidus, & frequentibus nebularum humoribus conspersus. Columel. lib. 2. cap. 10. 6. Eaque nec macrum, nec nebulosum locum parituro.
Mentata nebulosa. Propert. lib. 4. eleg. 1. 26.
Palus nebulosa. Silius lib. 8. 76.
Saxa nebulosa. Lucan. lib. 6. 19.
Nebulosior, Comparatiuum. Cato cap. 6. 4, Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi amineum maius, &c.

Nec, Disiunctiua coniunctio, ὀνειδιστικὸς, ὄνυξ,) Cicer. de Amicitia, 5. Nec enim melior vir fuit Africano quisquã, nec clarior. Festus NEC coniunctionem Grammatici ferè dicunt esse disiunctiuam, vt Nec legit, nec scribit: quum si diligentius inspiciatur, vt fecit Asinius Capito, intelligi possit eam positam esse ab antiquis, pro non, & vt in XII est, After custos nec sit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Nec, Non, vt factum est. Terentius And.4.4.45, Audiui iam omnia.
D. ah, nec tu omnia. Cic.3.de Legib.15, Senatori qui nec aderit, aut
causa, aut culpa esto. Idem 1. Acad.51, Etsi nec bona nec mala es-
sent, tamen, &c.
Nec opinanti, Non opinanti. Terent.Hecy.3.3.2,
Meorum mearum rerum initium vllum inuenire idoneum,
Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt. Idem Heaut.1.1.
12, Vt hanc lætitiã nec opinãti primus ei obiiceré domi. Et And.1.2.9
Id voluit, nos sic nec opinantes duci falsò gaudio,
Sperantes iam amoto metu. Cicero ad Sulpitium, lib.13.19.2, Et nec
opinanti voluntatem tuam tantam per literas detulisse. Idem 1. Tu-
scul.150, Nónne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo
insequens, nec opinantes affecura est senectus? Sic ad Catonem, lib.
15.4.15, Præsentibus insidiis, nec opinantem liberaui, neque solùm ei
saluti fui, sed etiam curaui vt cum authoritate regnaret. Et paulo
pòst, 15, Plerosque nec opinantes oppressimus. Idem pro Sylla, 41
Nec opinante Faustò, quum is neque sciret, neque vellet, familia est
comparata.
Nec opinata res Volscos perculit. Liuius 2.ab Vrbe, 91.
Nec opinato, aduerbii vice positum pro Inopinato. Cic.3.de Finib.11,
Quod quum accidisset vt alter alterum nec opinato videremus, sur-
rexit statim. Liu. Ita præsidium Samnitiũ nec opinato oppressum est.
Nec, secundo loco positum. Terent. Eunuch.5.4.13,
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundus,
Nec magis compositum quicquam. Ibidem, 5.9.47,
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vsu tuo Nemo est.
Nec nihil. Terent. Adelph.1.2.61, Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ
dicit, tamen.
Nec, neque. Plaut. Pseud.3.95, - quid ego ni fleam,
Cui nec paratus nummus argenti sit,
Neque libellæ vlla spes sit vsquam gentium? Liuius 7. belli Punici,
Mors Marcelli quum alioqui miserabilis fuit, tum quòd nec pro ætá-
te (maior iam enim LX annis erat) neque pro veteris prudentia du-
cis tam improuidè isset.
Nec enim. Cic.de Amicit.51, Nec enim illa prima vera est, vt quemad-
modum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Id est non enim.
Nec iniuria. Liuius 6.bel.Pun.69, Tanta sanguinis nostri hauriendi est
sitis, nec iniuria fortitam.
Nec ita multo pòst. Cic.pro Quintio, 3, Quo mortuo nec ita multo pòst
in Galliam proficiscitur. Liuius 2.ab Vrbe, 92, Nec ita multo pòst Vol
scis leuatis metu, suum redit ingenium, rursus occultè parant bellum.
Nec mirum. Cic.de Amicit.31, Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem
omnia referunt, longè dissentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil
magnificum ac diuinum suspicere possunt.
Nec sicut vulgus, sed vt. Cic.de Amicit.6, Nec sicut vulgus, sed vt erudi-
ti solent appellare sapientem.
Nec verò multitudo pedes nouit, nec vllos numeros nunc tenet. Cicc. in
Orat.190. Ibidem, 64, Nec verò dialecticis modò sit instructus, sed
habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos.
Nec verò, secundo loco positum, pro Sed nec. Cic.de Amicit.53, Nega-
bat vllam vocem inimicitiorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius
qui diuisset ita amare oportere, vt aliquando esset osurus: nec verò se
adduci posse, vt hoc quemadmodum putaretur à Biante esse dictum,
crederet. Sic 1.de Inuent.5, Neque in publicis rebus infantes & insipi-
entes homines solitos esse versari: nec verò ad primatas causas ma-
gnos ac disertos homines accedere.
Nec vero, sed etiam. Cic.de Amicit.60, Nec vero in hoc quod est animal,
sed in iis etiam quæ sunt inanima, consuetudo valet.
¶ Nec, pro Etiam. Quintil.in Aegro redempto, Persolui gratia non po
test, nec malo patri.
Nec caput, nec pedes habet, Modus loquendi vulgaris, quum res intrica-
ta & impedita est ita, vt quò te vertas nescias. Cic. Curio, lib.7.32.2,
Propter tuas res ita contractas, vt quemadmodum scribis, nec caput,
nec pedes: equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires.
Nec eo minus, pro Nihilo secius. Sueton.in Othone, cap.4. Quoties cœ-
na principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat:
nec eo minus alium alia via militum demerebatur.
Nec quicquam aliud, pro Tantum. Sueton.in Nerone, cap.43, Affirma-
uit, simul ac primum prouinciam attigisset, inermem se in conspectu
exercituum prodituram, nec quicquam aliud quàm fleturum.
Necnon &. Sueton. in Tito Vesp.cap.5, Tanto militum gaudio ac fa-
uore, vt in gratulatione imperatorem eum consalutauerint, & subin-
de decedentem prouincia detinuerint, suppliciter, necnon & minaci-
ter efflagitantes, aut remaneret, aut secum omnes pariter adduceret.
Necnon etiam. Sueton.de Claris grammat.23, Necnon etiam poemata
faciebat ex tempore. Gel.lib.3.cap.10, Necnon id etiam est ad vim
facultatesque eius numeri augendas.
Non nec quicquam, Vide NON. Aduerbium.
Nec quidem. Plin.lib.8.cap.36, de vrsis, Procedunt vere, sed mares præ-

pingues: cuius rei causa non prompta est: quippe nec somno quidem
laginatis præter XIIII dies.
Nec omni plebe aduersante. Liu.3.ab Vrbe, 175, Consul alter largitioni
resistebat, authoribus Patribus, nec omni plebe aduersante.
Nec tamen. Cic.4.Verr.89, Excogitat inquam quemadmodum mense il-
lo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adesse posset.
Nécne. Cic.ad Caninium, lib.2.16.5, Parthi transierint, nécne, præter te
video dubitare neminem. Brutus ad Ciceronem, lib.11.26.1, Delibe-
rent vtrum traiciant legiones ex Africa, nécne, & ex Sardinia: & Bru-
tum accersant, nécne: & mihi stipendium dent, an decernant. Idem
pro Roscio Comœdo, 30, Quæro enim potuerítne Roscius ex socie-
tate suam partem petere necne.
Nec suspicari, pro Ne suspicari quidem. Cic.1.Acad.11, Quod bonum
quale sit, negar omnino Epicurus sine voluptatibus sensum mouenti-
bus nec suspicari.
Nec, à Neque factum est per apocopen extremarum vocalium. Et quia
in fin ? syllabæ q scribi non poterat, transiuit in c. nam q & c affines
literæ sunt.
Necdum, pro Non adhuc. Cic.ad Atticum, lib.6.111.23, Cassius ineptas
literas misit necdum Bibuli erant allatæ.
Necdum illis labra admoui. Virg.3.eclog.9.
Necdom etiam. Virg.1.Aeneid.6,
Necdum etiam causæ irarum, saeuique dolores
Exciderant animo.

Necesse, siue necessum, (ἀναγκαῖον, ἐπάναγκες,) Nomen est, inquit
Donatus: nã necessus, necessis, & necessitas, & necessum
factum est. Dicitur necesse, quod vi aliqua cogente fieri opus est. A
cesso verbo, quia non sit in eo cessandum. Terent. Eunuch.5.6.28, Ni-
si quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo. Ibidem, 5.5.27, Sed necesse
est, huic vt subueniat. Ibidem, 5.9.45, Et quod des, paululum: & necesse
est multum accipere Thaidem. Cic. de Amicit.43, Quæ necesse est
vt cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur. Sic Brutus ad Cice-
ronem, lib.11.10.6.
Mori necesse est Scipioni. Cic.de Fato, 18.
Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. Cicero 2.de Inuen-
tione, 247.
Ferre legem Consuli opus esse, sibi necesse non esse. Cicero Lentulo, li-
bro 1.9.105.
Necesse est vendiderit. Cic.5.Verr.174, Hoc arator assequi per triennij
certo fructu suo non potuit, vendiderit instrumentum necesse est.
Necesse habere, pro Opus habere. Colum.lib.1.cap.6, Necesse ne habea
mus ignes lucernamque adhibere. Idem lib.9.cap.8. Et Cic.de Opt.
gen. Orat.148, In quibus non verbum pro verbo necesse habui red-
dere. Idem in Partit.16, Non habebimus necesse semper concludere.
Sic ad Atticum, lib.10.192.8, Eo minus habeo necesse scribere, aut
etiam cogitare quid sim facturus.
Habere necesse aliquid dicere. Quintil.li.7.cap.3.13, Reliqua non neces-
se habet dicere.
Necessum, Idem. Plaut. Asin.16.45, - nauteam
Bibere malim, si necessum est, quàm illam osculari. Idem Sticho, 4.
66, Foras necessum est quicquid habeo vendere. Et Cistel.7.83, Nunc
mihi bona necessum est esse ingratis.
Necessitas, pen.corr. necessitátis, (ἀνάγκη, χρέων, χρεῶν,) Vis ipsa quæ
nos cogit vt aliquid faciamus. Plaut. Epid.14.66,
-inuitus do hanc veniam tibi,
Nisi ego necessitate cogar. Idem Persa, 10.54, Necessitate me mala
vt fiam, facis. Cic.1.Acad.42, Quam interdum eandem necessitatem
appellant, quia nihil aliter possit atque ab ea constitutum sit, intra
quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni.
Idem 2. Offic.109, Sin qua necessitas huius muneris alicui Reip. ob-
uenerit, &c. danda erit opera vt homines intelligant, si salui esse ve-
lint, necessitati esse parendum.
Efficiendi necessitas. Cic.in Topic.31.
Vitæ necessitas. Cic.1.Offic.220.
Exculatio necessitatis in dicendo atque in scribendo non probatur.
Cic.in Orat.136.
¶ Dira necessitas. Horat.3.Carm.ode 24.2.
Fatalis necessitas, vt quicquid accidat, id externa veritate, causarumque
continuatione fluxisse dicatur. Cic.1.de Nat.deorum, 76.
Immutabilis necessitas. Quintil.lib.2.cap.13.1.
Sæua necessitas. Horat.1.Carm.ode 35.4.
¶ Adducere in necessitatem, Vide ADDVCO.
Adhibere necessitatem, Vide ADHIBEO.
Afferre necessitatem. Cic.10. Philipp.269, Sed mihi P. C. necessitatem
attulit paulo plura dicendi sententia eius qui rogatus est ante me. Vi-
de AFFERO.
Astringi necessitate, Vide ASTRINGO.
Astrictus necessitate. Cic.1.de Nat.deorum, 37.
Fatali aliqua quasi necessitate mihi cum fortuna belligerandum fuit.
Cic.

Cic. Post red.ad Quirites, 16.
Necessitate coactus feci. Cic.pro Cluentio, 43.
Constringi necessitate, Vide CONSTRINGO.
Debetur necessitati vita. Cic.pro Sestio, 13.
Denuntiare vtrimam necessitatẽ. Tacit.lib.15, Qui necessitatem vltimã
denuntiaret. Hoc est mortem indicerer.
Deprehendi subita necessitate. Quintil.lib.1.cap.11.3.
Damus laudem virtutis necessitati. Quintil.lib.1.cap.8.10.
Dare operam necessitati. Cic.1.Offic.177. Ipsique necessitati dant ope-
ram, vt quàm occultissimè pareant.
Datur necessitati venia. Cic.1.Offic.87.
Tempus & necessitas flagitat. Cic.5.Philip.20.3.
Ea quæ habent aliquam necessitatem pro Quæ necessaria sunt. Cicero
de Diuinatione.
Mors necessitatem habet fati. Cic.12.Philipp.341.
Necessitatem sibi imponere. Cic.ad Atticum, lib.4.74.1, Ego mehercule
mihi necessitatem volui imponere huius notæ coniunctionis. Idem pro
Sylla, 16, Mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quædam
imposita est ab illo.
Iniungere necessitatem, Vide INIVNGO.
Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum.
Cic.Marcello, lib.5.9.1.
Premit necessitas. Cicc.pro Rosc.Amer.59, Quæ necessitas eum tanta
premebat, &c.
Necessitatem proponere sibi. Cic.1.Offic.26, Reliquis autem tribus vir-
tutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas tuendasq; qui
bus actio vitæ continetur.
Repugnare necessitatibus. Quintil.lib.5.cap.5.6.
Vti necessitate. Tacit.lib.10, Ergo nuntiat patri abiicere spem, & vti
necessitate.
¶ Necessitates, pro Negotiis instantibus & necessariis. Plin epist.4.lib.3.
Collegæ optimi, mique amantissimi, de communis officii necessita-
tibus prælocuti, excusare me, & eximere tentarunt. Cic.pro Cluentio,
53, Et sibi nihil non mò ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatẽ qui-
dem reliquisse.
¶ Necessitas, Affinitas. C.Cæsar quum Plautium suasit rogationẽ, Equi-
dem mihi videor, inquit, pro nostra necessitate, non labore, non opera
non industria defuisse. Significat hic cõiunctionem sanguinis vel amo
ris, hoc est affinitatem, vel strictam amicitiam. Ex Gellio lib.13.c.2.3.
Necessitatem familiaritatemq; violare. Cic.pro Sylla, 1.
Necessitudo, pe.prod. necessitudinis, (ἀνάγκη,) Idem quod necessitas, &
vis ipsa. Cic.2.de Inuen.147. Puto igitur hanc esse necessitudinem cui
nulla vi resisti potest. Salust.in Iugurtha, Coactus rerum necessitudine,
sumpsit arma certare. Varro Modio, A se vnum esse pulmentarium se-
cundum, quo natura aurigatur, non necessitudo.
Afferre necessitudinẽ pugnæ. Tacit.lib.12, Sed Iazyges obsidionis impa-
tientes, & proximos per cãpos vagi, necessitudinem pugnæ attulere.
Necessitudinibus circumuentus. Salust.in Catil. Petere Consulatum, C.
Antonium, quem sibi Collegam fore speraret, hominem familiarem, &
omnibus necessitudinibus circumuentum, cum eo se Consule initium
belli agendi facturum.
Dicere ad necessitudinem. Salust.in Iugurtha, De Africa & eius incolis ad
necessitudinem rei satis dictum est.
Facere necessitudinem alicui, pro Cogere. Tacit. libro tertio, Iuliæ
Augustæ valetudo attrox necessitudinem principi fecit festinati in vr
bem reditus.
Necessitudinibus publicis implicitus, inquit Plinius epist.7.
Imponere necessitudinem. Salustius in Catil. Neve nobis eam necessitu-
dinem imponatis, vt quæramus quonam modo maximè vlti sanguinẽ
nostrum, pereamus.
¶ Necessitudo, significat etiam familiaritatem & coniunctionem quan-
dam, aut etiam affinitatem. Cic.1.Verr.33, Sic enim à maioribus no-
stris accepimus, Prætorem Quæstori suo Parentis loco esse oportere:
nullam neque iustiorem, neque graiorem causam necessitudinis posse
reperiri, quàm coniunctionem sortis, quàm iusticiæ, quàm officii, &c.
Salustius in Iugurtha, Etiam antea Iugurthæ filia Bocchi nupserat, ve-
rum ea necessitudo apud Numidas Maurosq; leuis ducitur.
Hospitium, necessitudo & familiaritas. Cic. Sulpitio, li.13.10.1. Cum Ly
sone Parensi est mihi quidem hospitium verus, quam ego necessitudi
nem sanctè colendam putasse ea causa etiam cum aliis compluribus,
familiaritas tanta nullo cum hospite.
Contubernii necessitudo. Cic.pro Plancio, 11.
Liberorum necessitudo. Cic.Bruto, lib.13.11.1.
Fraterna necessitudo. Cic.pro Quintio, 3.
Magnæ, veteres, iustæ necessitudines. Cic.ad Atticum, lib.16.341.1, Ad
paternas enim magnas, & veteres & iustas necessitudines, magnam at-
tulit accessionem tua voluntas erga me.
Religiosa necessitudo. Quintil.lib.1.cap.2.14.
Simplex & absoluta necessitudo. Cic.2.de Inuent.248.

¶ Summa necessitudine & summa cõiunctione adductus, eos commenda
bat. Cic.Seruio, lib.13.28.3.
Adiungere ad necessitudinem suam bonos viros. Cicero Bruto li-
bro.13.12.5.
In amicitiæ coniunctionisq; necessitudine, superiores se æquare cum infe
rioribus debent. Cic.de Amic.62.
Accessionem afferre ad veteres necessitudines, Vide ACCEDO.
Attingere aliquem summa necessitudine, Vide ATTINGO.
Coniungere necessitudinem cum aliquo. Cic.6.Verr.128.
Necessitudine aut beneuolentia quos coniunxit natura aut voluntas, di
strahantur. Author ad Herennium, lib.4.211.
Constituta necessitudo officii. Cicc pro Cluentio, Cum altero vero ma-
gnus vsus & summa vtriusq; officii constituta necessitudo est.
Summam necessitudinem magna eius officia in me & in meos effecerunt.
Cicc.pro Deiotaro, 28.
Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliqua re. Cicc.
in Oratore, 108.
Habere necessitudinem in. Cic.pro Plácio, 31. Dubitatis quin eas Tribus
in quibus magnas necessitudines habet Plancius, quum ille non elide
rit, iudicarit officiis ab hoc obseruatas, non largitione?
Implicitus alicui & priuatis & publicis necessitudinibus. Plin.lib.7.epist.
16, ad Fabatum, Calestrium Tironem familiarissimè diligo, & priuatis
mihi & publicis necessitudinibus implicitũ. Simul mihi tauimus: simul
Quæstores Cæsaris fuimus, &c.
Intercedit alicui necessitudo cum altero, Vide INTERCEDO.
Nomina necessitudinum mutare. Cic.pro Cluentio, 157. Atque etiam no
mina necessitudinum, non solum naturæ nomen & iura mutauit: vxor
generi, nouerca filii, filiæ pellex.
Familiaritatis necessitudinisq; obliuisci. Cic.pro Mur.5.
Parare necessitudines, Vide PARO.
Recipere aliquem in necessitudinem. Cic.Seruio, lib.13.18.6. Vt Lyso-
nem in fidem necessitudinemque tuam recipias.
Repudiare officium necessitudinis. Cic.1.Verr.8, Vt aut causa mihi fasci
pienda fuerit, aut officium necessitudinis repudiandum.
Necessitudo est mihi cum, Cic.ad Brutum, lib.13.13.1, Alia epistola com
muniter tibi cõmendaui legatos Arpinatium vt potui diligentissimè:
hac separatim Q. Suffidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt,
diligentius commendo. Eidem, lib.11.22.1, Cum Appio Claudio C.F.
summa mihi necessitudo est.
Amicitiæ necessitudines mihi erant cum illo. Cic.pro Sest.32.
¶ Necessitudo, Cognatus, vel Affinis. Suet.in Augusto, Remisit tamen
hostì iudicato necessitudines, amicosque omnes.
Necessarius, Adiectiuum, (ἀναγκαῖος,) Quod est necessum. Cic.3.Verr.
60. Quominus miremini Siculos re necessaria coactos, auxilium à pa-
tronis, à Consulibus, ab Senatu, ab legibus, à iudiciis petiuisse.
Necessarius illi rei. Quintilian.libro 10.cap.1, Hæc eloquendi præce-
pta cognitionis sunt necessaria. Cicc. Curioni, libro 2.5.5. Non dubi
tatis ad à te per literas petere, quod mihi omnium esset maximum, ma-
ximeque necessarium.
Maximè necessarius, Vide MAGIS.
Necessarius & fatalis casus. Cicero. 10. Philip. 283. An quum illò necessa
rium & fatalem pene casum non tulerimus, hunc feremus voluntariũ?
Conclusio necessaria. Cic.in Topic.31.
Ex consecutione necessaria simplex conclusio efficitur. Cicero primo
de Inuentione, 61.
Fatales ac necessariæ leges. Cic.de Vniuer.60.
Necessaria & Voluntaria oratio contra. Cic.pro Q. Rosc.8. Illa superior
fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria.
Necessarium ad. Cicer.ad Terentiam, libro 14.10.1. Item cætera
quæ sunt ad victum necessaria. Item 2.de Natura deorum, 227. Nos
è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessa-
riam. Et de Fato, Neque eam causam esse ad assentiendum necess-
sariam concedet.
Ad vsus vitæ necessarios experiuntur diuitiæ. Cic.1.Offic.37.
Facere necessaria. Quintil.lib.1.cap.9.1. Cætera maioris operis, ac spiri
tus Latini rhetores relinquendo, necessaria grammaticis fecerunt.
Necessarium dictu. Plin.lib.11.cap.14.1, Plura autem horum sunt gene-
ra, nec dictu necessaria in tanta notitia.
¶ Necessarii, (οἱ προσήκοντες τῷ γένει,) sunt, vt Gallus Aelius ait, qui aut
cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur præter
cæteros. Hæc Festus. Cicc. Bruto, lib.13.1.3.1, Nam & priuignus est M.
Cæsii mei maximè & familiaris & necessarii. Idem Planco, lib.13.30.
1. Non dubito quin scias in his necessariis, qui tibi à patre relicti sunt,
me tibi esse vel coniunctissimum, &c.
Amicus & necessarius. Cicc. pro Cluentio, 70, Quamobrem tota ista res
per Stalenum potius, hominem ab vtroq; alienissimum, sordidissimũ,
turpissimum, quàm per bonum aliquem virum ageretur, & amicum ne
cessariumque communem.
Familiaris ac necessarius meus. Cic.pro Sylla, 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Necessarius & propinquus. Cic. pro Murena, 67.
A necessaritis tuis necessario meo noli pati iniuriam fieri. Brutus Cicero-ni, 6.4.
Necessariè, Adverbium, (ἀναγκαίως,) Cic. 1. de Inuent. 60. Necessariè demonstrantur ea quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt.
Necessario. Similiter adverbium, (ὑπ' ἀνάγκης,) Cic. 4. Tuscul. 12, Nullique vnus disciplinæ legibus astricti, quibus in philosophia necessariò pareamus. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 11, Id facit Appius nonnunquam necessariò, vt quom tabellarios constituerit mittere, &c. Et Medicino, lib. 5. 11. 4, Cum plerisque eorum quibuscum viuo necessario. Terentius And. 4. 1. 8,
Post vbi tempus promissa iam perfici,
Tum necessariò se aperiunt & timent,
Et tamen res cogit denegare.

Neco, necas, necaui, necatum, & necui, nectum, (κτείνω, φονεύω,) necare, Interimere, interficere. Diomedes, Neco, necui, verum tamen & necaui legimus: vt nectus, & necatus. Et hoc differre volunt: necui, quasi suffocatus necaui, quasi ferro occidi. Vnde necem, cædem appellamus. Idem sentit & Priscianus. Verùm hæc Diomedis & Prisciani differentia sæpe infringitur. Valla, Ego sentio generalem significationem necatos, specialem verò nectos. Nec vnquam nectus dicitur sine certo genere mortis: vt enectus siti Tantalus. Plaut. Mostel. 7.69.
– hospes hic me necauit, isque me
Defodit insepultum clàm ibidem in hisce ædibus,
Scelestus, auri causa. Liuius, Obrutam armis necauere. Cæsar 3. bel. Gal. 414, Iisque omni Senatu necato, reliquos sub corona vendidit.
Necari ac trucidari. Cic. pro Lege Manil. 4.
In amne necari. Ouid. 2. Fast. 77.
In eum qui parentem necauisset, nullum supplicium constituit Solon. Cic. pro Roscio Amer. 41.
Afflatu necare aliquem. Ouid. 3. Metam. 10. de serpente quodam.
Ferro necari. Horat. 2. Serm. saty. 7. 12.
Morsu necare aliquem. Ouid. 2. de Remed. amor. 5,
Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.
Odore tetro necare aliquem. Lucret. lib. 6. 118.
Vinculis, verberibus, atque omni supplicio cruciatum aliquem necare. Cic. pro Lege Manilia, 6.
Necantur herbarum radices. Colum. lib. 2, Sic omnes radices herbarum præruptæ necantur.
Legumina necare. Plin. lib. 21. cap. 15. 41. Vide OROBANCHE.
Indolem rectam necas. Senec. Hippoly. 4. 10.
Necans, Participium, (κτείνων,) Ouid. 2. Amor. eleg. 14. 5,
Vidissem nullos matre necante dies.
Necatus, pen. prod. Aliud participium, (φονεύσας,) vt
In tormentis necatus Zeno Eleates. Cic. 3. de Nat. deorum, 118.
Necatus fame. Sueton. in Tiberio, cap. 54, Hostes fame necauit. Apul. lib. 3, Hic adulter loris cæsus, aut fame necatus. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180. 5, Parentem patriam fame necandam putent. Idem ad Q. fratrem, lib 1. 7. 4. Et 7. Verr. 89. Quintil. lib. 3. cap. 6. 21.
Necatus veneno. Author ad Herennium, Si accusator dixerit ab reo hominem veneno necatum.
Apes cum stirpe necatæ. Ouid. 1. Fast. 73.
Necatus, pen. prod. (φονεύσας,) Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 8,
Opprimet hanc animam fluctus, frustraque precanti
Ore necatus accipiemus aquas.
Nectus, semper sine ferro dicitur. Liuius lib. 1, Fame, frigore, illuuie, squalore enecta.

Necromantia, necromantiæ, pen. prod. (νεκρομαντεία,) Diuinatio quæ fit per mortuos, vt apud Lucanũ quom mortuus suscitatus, cuentum belli Pharsalici Sexto Pompeio prædixit. νεκρὸς enim mortuus dicitur: necron cadauer. μαντεία, diuinatio. De hac re loquitur Cicero 1. Tuscul. 48, Inde ea, quam meus amicus Appius νεκρομαντείαν faciebat: inde in vicinia nostra Auerni lacus, Vnde animæ excitantur obscura vmbra, &c. Plinius lib. 37. cap. 11. 6, In veteri codice Plinii legitur hydromantia.

Nectar, nectaris, pen. corr. inquit Festus, (νέκταρ,) significat deorum potionem. Lucret. lib. 2. 171, Et nardi florem, nectar, qui naribus halat. Cic. 1. Tuscul. 100, Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula ministrante lætari arbitror. Vide Macrobium in primo de Somnio Scipionis, cap. 2.
Nectar, sunt qui interpretentur vinum in Lydiæ Olympo concinnatum fauis permistis & floribus odoratis. Succinit Alcman quoque. Sappho etiam ambrosiæ craterem dicit. Sed nec Homerus esse deorum potionem nectar, nouisse creditur. Hæc Cœlius lib. 7. cap. 13. Significat autem nectar immortalitatem, à νη quod priuationem significat, & κτείνω occido.
Odoratum nectar. Ouid. 4. Metam. 50.
Baccheum nectar. Stat. 1. Sylu. 2. 20.
Nectar, pro Melle, per translationem. Virg. 1. Aeneid. 88,

– stipant & dulci nectare cellas.
Hybleum nectar. Stat. 3. Sylu. 2. 24.
Liquidum nectar. Virg. 4. Georg. 32.
Nectareus, pen. corr. Adiectiuum, (νεκταρεός,) Martial. lib. 13. 108,
Attica nectareum turbatis mella falernum.
Aquæ nectareæ. Ouid. 7. Metam. 144.
Flores nectarei. Claud. de Nupt. Honorii, 42.
Nectarites, pen. prod. (νεκταρίτης,) Potio ex herba nectarea facta. Plin. lib. 14. cap. 16. 8.

Necto, nectis, nexui, & nexi, nexum, (ἕρκω, πλέκω,) nectere, Ligare, iungere. Virg. 5. Aeneid. 85,
Et paribus palmas amborum innexuit armis. Propert. lib. 3. eleg. 8. 8,
At tibi qui nostro nexisti retia lecto.
Nectere aliquid ex duabus rebus, pro Res duas in vnum conciuonare. Senec. epist. 67, Sic hominis animum corpusq; curantis, & bonum suum ex vtroque nectentis, perfectus est status.
Brachia nectere. Ouid. 6. Fast. 66.
Catenas nectere alicui. Horat. 1. Carm. ode 29. 1.
Comam myrto nectere. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 5.
Coronam nectere alicui. Horat. 1. Carm. ode 36. 2.
Aranea nectit opus sub trabe. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 2.
Vincula nectere. Virg. 6. eclog. 5.
¶ Africus in glaciem frigore nectit aquas. Propert. lib. 4. eleg. 3. 10.
Nectere aliud ex alio. Cic. 3. de Finib. 11. 1, Quid, non sic aliud ex alio nectitur, vt non, si vllam literam moueris, labent omnia? Idem 1. de Legib. 77, Sed videtisne quanta series rerum sententiarumque sit, atque vt ex alio alia nectantur?
Carmina dissona nectere. Stat. 2. Sylu. 2. 23.
Causas inanes nectere. Virg. 9. Aeneid. 45,
Ille autem, Causas nequicquam nectis inanes:
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Nectere dolum alicui: Idem quod Circumuenire dolis. Liuius 7. bel. Pun. 156, Eius signi errore necui dolus nectebatur à Pœno, metuens Crispinus, &c. Idem 1. ab Vrbe, 20, Ita vndique regi dolus nectitur.
Gaudia mutua nectere inter se. Lucret. lib. 5. 171.
Iurgia nectere cum aliquo. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 7.
Laqueum nectere alicui. Horat. 1. epist. 17.
Moras nectere alicui. Valer. 3. Argon. 55. Tacit. lib. 12.
Nefas & fœdera necte. Valer. 3. Argon. 101.
¶ Necti Liuius 8. ab Vrbe, 139, Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum est, quod necti desierunt. Vide NEXVM.
Nectendæ coronæ. Horat. 4. Carm. ode 11. 1.
Nexus, Participium, (πεπεγμένος,) Cic. 3. Tuscul. 30, Omnes enim inter se nexæ & iugatæ sunt. De virtutibus.
Aliæ ex aliis aptæ & necessitate nexæ causæ. Cic. 5. Tuscul. 100.
Causa causæ nexa rem ex se gignit. Cic. 1. de Diuinat. 104.
Manus nexæ ex ordine. Ouid. 8. Metam. 151,
Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas,
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine, trunci
Circumiere modum.
Nexa res pignori. Martianus in L. Res quæ. ff. De iure fisci, Res autem nexas pignori distrahere procuratores possunt.
Pedes per mutua nexi. Virg. 7. Aeneid. 14.
Inter se nexæ & iugatæ sunt virtutes. Cic. 3. Tuscul. 30.
Nexus, huius nexus, (πλοκή,) ipsa ligatio. Plin. lib. 8. cap. 11. 1, Bellantesque cum ils perpetua discordia dracones, tantæ magnitudinis, vt & ipsos circumflexu facili ambiant, nexuque nodi præstringant.
Nexu vincti, solutique se vndique in publicum proripiunt. Liuius 2. ab Vrbe, 98.
Arctis luctantia nexu Pectora. Ouid. 6. Metam. 49.
Densi nexus. Stat. 5. Thebaid. 113.
Dutos nexus soluere. Claud. 2. de raptu Proserp. 38.
Multiplex nexus, Vide MVLTVS.
Recurua nexu serpunt ederæ. Ouid. 3. Metam. 133.
Viperens nexus. Stat. 6. Thebaid. 2.
Volubiles nexus. Ouid. 3. Metam. 9. de serpente quodam.
¶ Nexus, Nodus. Plaut. Milit. 16. 45, Idem & cum nexu in humero, lanuo, ex papillato brachio, præcinctus.
¶ Nexus, siue nexum, Est genus obligationis ciuilis, qua corpus etiam vt pignus afficitur: vt ait Budæus. Varro de Ling. Lat. lib. 3, Nexum, Manilius scribit omne quod per libram & æs geritur in quo sint mancipia. Mutius, Quæ per æs & libram fiunt, vt obligentur, præterquam mancipio detur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quærit. Nam idem quod obligatur per libram, neque suum fit, inde nexum dictum. Liber qui suas operas in seruitute pro pecunia quam debebat, dum solueret, nexus vocatur, vt ab ære obæratus. Hoc C. Papillo vocare Sylla Dictatore, sublatum ne fieret, & omnes qui bonam copiam iurarent, ne essent nexi dissoluti. Festus lib. 12, Nexum est, vt ait Aelius Gallus, quodcunque per æs & libram geritur, idque necti dicitur:

dicitur: quo in genere sunt hæc, testamenti factio, nexi cautio, nexi liberatio. Nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur. Cic. pro A. Cecina, 74, Deinde quòd Sylla iple ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum nexa atque hæreditates. Idem in Parad. 44. Non enim ita dicunt eos esse seruos, vt mancipia quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili. Et Curio, lib. 7. 31. 6. Nisi habeat socium studiorum meorum Atticum nostrum, cuius quum proprium te esse scribis mancipio & nexu, meum autem vsu & fructu, contentus isto sum. De hoc nexu vide diligenter Liuium 2. ab Vrbe, 91. Et lib. 8. 140. Vide etiam non minus diligenter Cælium lib. 12. cap. 20. & cap. 21.
Legis nexus. Tacit. lib. 3.
Exsoluti legis nexus. Tacit. lib. 3. Apud quos exsoluti plerique legit nexus, modicum in præsens leuamentum fuere.
Liber à nexu pignoris. Papin. in L. Si Patersam. ff. Familiæ erciscundæ, Nõ aliter partem suam cohæres præstare cogetur, quàm si vice mutua partem à nexu pignoris liberam consequatur.
Liberare venditorem à nexu venditi. Vlpian. in L. Si non sortem. Parag. Adeo. ff. de condict. indeb.
Nexi (vt iam dictum est ex Varrone) sunt liberi homines, qui operas suas in seruitute pro pecunia quam debebant, domino præstabant.
Nexus ob æs alienum. Liu. 2. ab Vrbe, 95. Et ciuitas secum ipsa discors in testino inter Patres plebemque flagrabat odio, maximè propter nexos ob æs alienum.
Nexorum & mancipiorum iura. Cic. 1. de Orat. 84.
Nexum iuire. Lege nexus addici, inquit Budæus. Liuius. 7. ab Vrbe, 84, Non eadem domi, quæ militiæ, fortuna erat plebi Romanæ: nam etsi vnciario fœnore facto leuata vsura erat: sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque iuibant. Vide INBO.
Nexu obligare. Cic. pro L. Murena. 3. Quod si in his rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum iudici præstare debet, qui se nexu obligauit: profectò etiam rectius in iudicio Consulis designati, is potissimum Consul, qui consulem declarauit, author beneficii Pop. Rom. defensorque periculi esse debebit.
Nexo, nexas, nexauit. Nexo, nexis, nexui, nexum (πλέκομαι,) nexere, secundum Priscianum, Frequentatiuum à Necto, nectis. Virg. 5. Aeneid. 56, Nexa autem nodis, seque in sua membra plicantem. Lucretius lib. 2. 20. Pars etiam breuibus sparsis nexantur ab icta,
Nexilis, & hoc nexile, pen. cor. πλακτός. Quod nectitur: sicut textile, quod texitur. Lucret. libro. 5. 271. Nexilis ante fuit vestis, quàm textile tegmen.
Coronis nexilibus redimita turba. Sene. Agamem. 5. 12.
Edæræ nexiles. Ouid. 6. Metam. 36.
Thorax nexilis. Stat. 4. Thebaid. 35.
Vestis nexilis. Lucret. lib. 5. 271.

Necubi, pen. corr. (μήπου) Adverbium loci, Ne alicubi, idest, Ne cubi mihi præsto sis, id est Ne in vllo loco. Liuius 5. bel. Pun. 285, Necubi hostis æquo se committeret loco. Idem 2. ab Vrbe, 6, Et quia quædam publica sacra per ipsos reges factitata erant, necubi regum desyderium esset, regem sacrificulum creant. Et 2. bel. Pun. 9, Necubi consistere coactis necessaria ad vius deesset. Var. 1. de Re rust. cap. 45. 2, Si eruut imbres secuti, videndum necubi aqua consistat.
Necubi, pro Nuliquam. Liu. 2. bel. Pun. 9, Hispanos & Afros, & omne necubi consistere coactis, &c.

Necunde, Adverbium loci (μήποθεν,) Idest, Ne ex aliquo loco. Liu. 8. bel. Pun. 4. Necunde ab stationibus Punicis cõspiceretur. Ibidem, libro 2. 196, Et circumspectans necunde impetus in frumentatores fieret.

Necyomantia, necyomantiæ, pen. prod. (νεκυομαντεία) Vaticinium ex mortuis. Vaticinatio quæ fit euocatis Manibus ab inferis. νεκυς, mortuus; μαντεία, diuinatio, vaticinium.

Necydalus, necydali, pen. corr. (νεκυδαλος,) Insecti genus, è quo progeneratur bombyx. Plin. lib. 11. cap. 22. 1.

Nedum, (μὴ ὅτι, μὴ ὅτιγε, μὴ τι δὴ,) Coniunctio, significat Non sententiam eodem claudimus verbo: vt Funderem pro te sanguinem, nedum pecuniam. Cic. Curio, lib. 7. 29. 1, Erat enim multo domicilium huius vrbis (quum quidè hæc vrbs) aptius humanitati, & suauitati tuæ, quàm tota Peloponnesus, nedum Patræ. Idem ad Atticum, lib. 4. 87. 2, Quem tantum habent mysteriorum, vt eas ne librariis quidem ferè cõmittamus, nedum cuilibet. Vetus codex non habet nedum cuilibet. Liuius 4. bel. Pun. 184, Militi quoque, nedum regi vix decoro habito, mensa vlla vitæ rumpit, nedum tanta. Altero modo accipitur nedum, quum suum vtrique sententiæ verbum accommodamus: vt Funderem pro te sanguinem, nedum tibi pecuniam crederem. Salust. in Catil. Quippe secundæ res, sapientum animos fatigant, nedum illi corruptis

moribus victoriæ temperarent. Terent. Heaut. 3. 1. 45, Satrapes si fiet amator, nunquam sufferre eius sumptus queat, nedum tu possis. Sueton. in Tib. Cæs. cap. 44, Maiore adhuc & turpiore infamia flagrauit, vix vt referri, auditive, nedum credi fas sit. Ex Valla lib. 2. Tacit. lib. 13, Pueri sobrios quoque conuictus, nedum temulento ignorantis. Horat. de Arte, 14,
– mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos, & gratia viuax.
¶ Nedum, Sed etiam. Cic. ad Atticum, lib. 10. 207. 6, Tu quoniam quartana cares, & nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinemque vegetum nobis in Græcia siste. Sic legit Budæus. Vetus autem exéplar legit nonum morbum.

Nefandus, Adiect. (ἄρρητος, ἀδιήγητος, ἄθεμιτος, ἀνόσιος,) Quod non est fandum.
Amor nefandus. Valer. 8. Argon. 78.
Arma nefanda. Cic. ad Brutum, 10. 6, Contraque eius arma nefanda, præ fida, quæ oblata sunt, Cæsaris consilio, & authoritate firmaui.
Bellum nefandum. Virg. 12. Aeneid. 115.
Concubitus nefandus. Ouid. 6. Metam. 108.
Crimina nefanda. Senec. Hippol. 6. 18.
Domus nefanda. Ouid. 6. Metam. 120.
Enses nefandi. Virg. 2. Aeneid. 31.
Facta nefanda. Ouid. 2. Fast. 170.
Gens nefanda. Virg. 3. Aeneid. 131.
Institutum nefandum. Cic. pro Domo sua, 101.
Manus nefandæ. Ouid. 3. Metam. 12.
Odia nefanda. Virg. 5. Aeneid. 157.
Nefando scelere imbuta tellus. Catull. Argon. epigr. 59. 8.
Vir nefandus. Virg. 4. Aeneid. 100.

Nefas, nefantis, o. g. Idem, (ἄθεμις,) Lucilius lib. 7, Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit. Varro, Ego, inquit, eam suppetias, quæ tunc mihi nec res, nec ratio est, dissoluat, atque omnia nefantia. Antiquum & obsoletum est.

Nefas, indeclinabile, n. g. e. (ἀθεμιτουργία,) impium facinus, & execrabile scelus.
Capitale nefas. Ouid. ad Pisonem, 9,
Seu capitale nefas operosa diluit arte.
Dirum nefas. Virg. 4. Aeneid. 113.
Execrandum regiæ cædis nefas. Senec. Troad. 1. 9.
Grande nefas, & morte piandum. Iuuen. Saty. 13. 6.
Immane nefas audere. Virg. 6. Aeneid. 125.
Lachrymabile nefas. Stat. 9. Thebaid. 177.
Maculosum nefas. Horat. 4. Carm. ode 5. 5,
Mos, & lex maculosum edomuit nefas.
¶ Admittere vallum nefas. Senec. Here. Oeth. 7. 6.
Aggredi nefas aliquod. Ouid. 7. Metam. 14.
Auertere nefas. Silius lib. 3. 16.
Cõmittere nefas aliquod. Ouid. 7. Metam. 86.
Concipere nefas mente. Ouid. 10. Metam. 81.
Contrahere nefas, Vide CONTRAHO.
Dissimulare nefas. Virg. 4. Aeneid. 61.
Edere nefas aliquod. Stat. 8. Thebaid. 14.
Tantúmne nefas patrio excidit ore? Virg. 2. Aeneid. 132.
Facere nefas. Ouid. 8. Metam. 97.
Ingens geminare nefas. Senec. Octau. 6. 18.
Passa nefas corpore. Ouid. 10. Metam. 70,
– at tu dum corpore non es
Passa nefas, animo ne concipe.
Prohibere nefas. Virg. 5. Aeneid. 40.
Purgare nefas. Silius lib. 11. 40.
Soluere nefas. Ouid. 2. Fast. 7.
Suadere nefas alicui. Ouid. 1. Metam. 79.
Succenfere nefas patriæ. Silius lib. 7. 112.
Sustinere nefas. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 9,
Aurea sanctorum potuissent templa deorum
Vrere, quæ tantum sustinuere nefas.
Nefas sit. Cic. de Amic. 37, Aeque autem nefas sit tale aliquid & facere rogatum, & rogasse. Idem ad Trebonium, lib. 15. 21. 14, Mihi nefas sit obliuisci. Sic 7. Verr. 54. & 105.
Nefas dictu. Cic. de Sene. 12, Quorsum igit hæc tam multa de Maximo? Quia profectò videris nefas esse dictu, miserã fuisse talem senectutẽ.
Dictu nefas prodigium. Virg. 1. Aeneid. 73.
Nefas habetur. Plin. lib. 5. cap. 5. 18, Cuius nomen alterum dicere, arcanis ceremoniarum nefas habetur.
Nefas pro Homine nefario. Virg. 2. Aeneid. 117,
– namque etsi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem:
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentes
Laudabor pœnas. Helenam intelligit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nefarius, Adiectiuum, (ἄθεμιτος, ἀπόφατος,) Sceleratus. Nonius, Nefarii proprietatem lib.1.de vita Populi Rom.Varro patefecit, A farre quod adoreum est, quo scelerati vti non debeant, non triticum, sed far. hoc quoque idem significat, quòd qui indigni sunt qui vtantur, nefarii vocantur.Cic.2.Offi.72, Ita habendum est religioni nocentem aliquando & nefarium, impiumque defendere.
Atreus nefarius.Horat.de Arte,38.
Pacinus nefarium.Cæsar 7.bel.Gal.156.
Latrocinium nefarium.Cic.3.Verr.107.
Promulgatio nefaria. Cic.ad Lentulum, lib.1.5.3, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio.
Scripta nefaria.Catul.ad Fundum,epig.41.4.
Nefarium,substãtiuũ apud Liuium,lib.9,ab Vrbe,Nisi eo nefario Rempub.obstrinxeris quod ominari horret animus,&c.
Nefarie, Aduerbium, (ἀνοσίως,) Cic.2.Verr.35, Quum multa libidinosè,multa crudeliter in ciues Rom. atque in socios, multa in deos, hominesque nefariè fecerit. Idem 2. in Catil.25, Pestem patriæ nefariè mollientem.Casius ad Ciceronem,lib.12.12.4, Non dubito quin Dolabella, qui nefariè Trebonio occiso Asiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit.

Nefastus, Adiectiuum:vt Nefasti dies, Quibus non licet ius fari. Ouid.1.Fast.10, Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur. Tria hæc verba solennia intelligit Ouidius, Do, Dico, Addico. quæ omnem iuris actionem & sententiam indicant. Vide Macrobium lib.1.Saturn.cap.6.Varro de Ling.Lat.lib.5, Dies nefasti vocantur, per quos dies nefas est fari Prætorem.Liuius 1.ab Vrbe,81, Idem nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi vti le futurum erat.Nefasti dies,N litera notabantur,inquit Festus. Idem alio loco, Fastis diebus iucunda fari licebat, nefastis quædam fari non licebat. Vide FASTI.
Nefastus, pro Nefarius. Nefastum habetur prohibere diis, Plinius lib. 14.cap.19.1.
Nefastum & dirum. Cic.2.de Legib.35, Quæque augur iniusta, nefasta, vitiosa,dira defixerit,irrita,infectaque iunto.
Quid intactum nefasti liquimus? Horat.1.Carm.ode 35.7. Hoc est nefarii. Acron.
Acheron nefastus,Vide ACHERON.
Dies nefastus.Horat 3.Carm.ode 13.1.
Frutices nefasti. Plin. lib.20. cap.11.3, Eaque causa est ne inter nefastos frutices damnetur.
Locis nefastis imposuere delubra.Stat.1.Thebaid.55.
Spiritum nefastum ferro exigere.Senec.Oedip.14.6.
Terra nefasta. Liuius 6.ab Vrbe,113, Neque terra sit nefasta victoriæ suæ.Id est infausta & ominosa,inquit Budæus.

Nefrendes, dubii gen. Arietes dixerunt antiqui, inquit Festus, quòd dentibus frendere non possint.Alii dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes, id est frangentes. Liuius, Quem ego nefrendem alui,lacteam immulgès opem.Sunt qui nefrendes testiculos dici putent.Hactenus Festus.Varro 3.de Re rust.cap.4. 16, Porci, amisso nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frendere possint,id est frangere.

Negabundus, Vide NEGO.

Negligo, négligis, pen. corr. neglexi, neglectum, (ἀμελέω, ἀνεπιθέω,ἀπροσεπιθέω,μετίημι,παρίημι,ἀπροσποιοῦμαι,) negligere, Contemnere, non curare, quasi ne legere quidem, nec videre dignari, inquit Sipontinus. Plaut. Merc.22.07, Matris iam iram negligo. Ibidem,3.85, Sed mea promissa non neglexit persequi. Terent.Hecy.4.4.48, - quem ipsa neglexit,pater,
Ego alam? Idem Heaut.2.3.58, Magnum hoc quoque signum est, dominam esse extra noxiam, quum eius tam negliguntur interuentii. Cic.4.in Catil.94,Quæ quum ita sint Patres Conscripti,pro imperio, pro exercitu,pro prouincia quam neglexi, pro triumpho, cæterisque laudis insignibus.Sueton.in Claud.Nerone,cap.33, Denique bustum eius consepiri nisi humili,leuique materia neglexit.
Prætermitti ab aliquibus & negligi.Cic.pro Cluentio,103.
Aspernari & negligere.Cic.pro Roscio Amer.3,Quorum ego neque benuolentiam erga me ignorare, nec authoritatem aspernari, nec voluntatem negligere debeam.
Imperium alicuius negligere. Cæsar 5.bel. Gal.29. Nihil hunc se absente pro suo facturũ esse arbitratus, qui præsentis imperium neglexisset.
Iniurias negligere.Cæsar 1.bel.Gal.144.
Mandatum alicuius negligere. Cicero pro Roscio Amer.66. Ouidius epist.15.61.
Minas alicuius negligere,& Horrere,contraria.Cic.pro Quintio,62.
Non negligere aliquod negotium, Est diligenter illud curare. Terent. Phorm.1.2.4, - accipiebam,
Lectum est,conueniet numerus quantum debui.
6. Amo te,& non neglexisse habeo gratiam.

Ornamenta negligere,Vide ORNO.
Periculum fortunarum & capitis negligere, Postponere, Non timere. Cice. ad Terentiam, lib.14.4.4, Periculum fortunarum & capitis sui præ mea salute neglexit.
Negligens, penult.corr.om.gen. (ἀμελὴς,μετέωρος,ὀλίγωρος,) Qui nihil curat.Plaut.Mostel.3.41,
Post illa obtexere eam negligens fui.
Negligens & dissolutus. Cic 5.Verr.138, Quoniam pater tam negligens & dissolutus est. Ibidem, 6.103, Negligentes ac dissoluti si cuptamus esse,qui possumus?
Improuidi & negligentes duces.Cic Attico,lib.7.138.2.
Negligens in amicis eligendis. Cic.de Amicitia,55. Et in illis quidem parandis curam adhibere:in amicis eligendis negligentes esse.
Negligens sui.Senec.lib.1.de Ira,Dum alteri noceat,sui negligens.
Socors & negligens ipsius natura tardauit.Cic.de Claris Orat.129.
Negligentem facere.Terent.And.2.3.23,Sed si te æquo animo ferre accipiet,negligentem feceris.Id est efficies vt ille non curet posthac.
Negligens de alieno.Plin.epist.78.
Negligens in me. Cic.ad Memnium,lib.13.1.15, Non te in me illiberalem,sed me in se negligentem putabit.
Amicorum,inimicorumque negligens.Tacit.lib.19.
Negligentior. Catul.in Afinium,epig.12, Tollis lintea negligentiorem.
Negligentia, negligentiæ, (ἀμέλεια, μετεμωσύνη, ὀλιγωρία,) Incuria & indiligentia quod dicitur.Terent.in And.1.1.44,
Ex Andro commigrauit huc viciniæ,
Inopia & cognatorum negligentia
Coacta. Idem in Prolog.Adelph.14, - pernoscite,
Furtumne factum existimetis,an locum
Reprehensum,qui præteritus negligentia est.
Negligentia fortunę.Senec.de Vita beata,Ad libertatem exeundum est. Hanc non alia res tribuit, quàm fortunæ negligentia. Id est contemptus rerum fortuitarum.
Negligentia,pigritia,inertia,&c.quos tutari debent,defertos esse patiuntur.Cic.1.Offic.41.
Negligentia aliquid faciendi Quintil.lib.1.cap.3.4, Da mentem ad peiora facilem: da negligentiam formandi cultodiendique in ætate prima pudoris:non minorem flagitiis occasionem secreta præbuerint.
Agrestis & inhumana negligentia,Vide INHVMANVS.
Diligens negligentia. Cic.in Orat.43, Illa enim ipsa contracta & minuta non negligenter tractanda sunt, sed quædam etiam negligentia est diligens.
Non ingrata negligentia.Cic.in Orat.43, Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam,& quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis,magis quàm de verbis laborantis.
¶ Adducere in negligentiam,Vide ADDVCO.
Contemptum negligentia aliquid.Cic.de Aruſp.resp.19.
Corrumpit animum negligentia, diligentia comparat diuitias. Author ad Herennium,lib.4.176.
Negligentia tua nõ feci,Id est quòd te negligam. Terent.Phorm.5.9.27, Nam neque negligentia tua,neque id odio feci tuo.
Agrestem & inhumanam negligentiam fugere.Cic.1.Offic.183.
Impediri negligentia,Vide IMPEDIO.
Plecti negligentia tum maximè in amicis & diligendis & colendis. Cice. de Amicitia,71.
Neglectus, (ἀμελητός,ἀτημελητος,) Participium:vt
Abiectus & neglectus vir.Cic.3.de Finib.102.
Capillos neglectos coercebat vitta.Ouid.2.Metam.83.
Coma neglecta.Ouid.3.de Arte,31.
Facies neglecta peribit.Ouid.3.de Arte,21.
Fides neglecta.Ouid.epist.20.47.
Forma neglecta.Ouid.1.de Arte,102.
Tellus neglecta.Stat.5.Sylu.3.33.
Virtus neglecta.Horat.in Carm.seculari,12.
Relinquere aliquid neglectum.Quintil.lib.1.cap.1.22.
Neglectus,huius neglectus, (ἀμέλησις,) Terent. Heaut.2.3.116, Neutiquam hæc res neglectui est mihi.
Negligenter, Aduerbium, (ἀμελῶς, ἀμελῶς, ἀτημελῶς,) Terentius And.1.5.18,
- nam quid ego dicam de patre?ah,
Tantamne rem tam negligenter agere? Idem Heaut.2.3.50,
- capillus passus,prolixus circum caput
Reiectus negligenter:pax.
Negligenter & Diligenter, contraria. Cic.pro Roscio Comœ.3, Quid est quod negligenter scribamus aduersaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas?
Temere ac fortuito, inconsyderatè negligenterque nequid agamus. Cic. 1 Offic.144.Et Liuius 4.ab Vrbe,161.
Tractanda non negligenter minuta sunt.Cic.in Orat.43.
Negligenter, Per contemptum. Sueton. de Claris grammat.9. Librum etiam

etiam cui est titulus Puerilogos,edidit,continentem querelas de iniuriis,quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent.
Adseruare negligentius aliquid.Cic.pro Cecinna,53.

Nego, negas,negare,(ἀπόφημι,ἀποφάσκω,ἀρνέομαι,ἐξόμνυμι,) Nihil aliud est quàm dicere aliquid non esse,& inficias ire. Terent.And.1.1,120.
- ego illud sedulò
Negare factum ille instat factum. Idem in Prolog.Heaut.18,
- factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere.
Nega nega nunc liquiti Romano homini honesto,iudici tuo credi oportere. Cicero pro Rosc. Comœdo, 25. Hoc ex vehementi animi affectu dictum est.
Fateri & Negare,contraria.Cic.de Clar.Orat.38.
Impune negare.Ouid.13.Metam.160.
Obstinatè negare,Vide OBSTINO.
Manifesta negare.Ouid.epist.4.23.
Negat tantum,sed quoque.Liu.3.ab Vrbe,Decemuir alienato ad libidinem animo, negat hesterno tantùm conuitio scilli, violentiaque Vergini,cuius testem Populum Romanum habeat,sed certis quoque indiciis compertum se habere,nocte tota cœtus in vrbe factos esse ad mouendam seditionem.
¶ Negare, Facto etiam dicitur, pro Renuere. Terent.And.1,1.122,
- denique
Ira tum discedo ab illo,vt qui se filiam
Neget daturum. Ibidem,2.4.3,Hic nunc non dubitat, quin te ductum neges.Ibidem,2.3.5,Sed si tu negaris ducere,ibi culpam in te trãsferet. Virg.10 Aeneid.87.
Egregii formas?sed queis fortuna negarat
In patriam reditus.
Oranti negauit ista.Stat.12.Thebaid.81.
Præcis?negare alicui.Cic.Attico,lib.8.148.3.
Ingrata fronte negare aliquid.Propert.lib.1.eleg.10.5.
Accessum negare,Vide ACCEDO.
Accessus terra paterna negat.Ouid.epist.10.13.
Alimenta negare misero.Ouid.5.Trist.eleg.9.3.
Cursum negare alicui.Virg.7.Aeneid.2.
Natura negauit mihi formam.Ouid.epist.21.7.
Manus negat officium.Ouid.epist.20.50.
Opem negauit patriæ. Ouid.epist.3.20.
Præmia negare alicui.Ouid.7.Metam.76.
Veniam negare.Ouid.10.Metam.8.
Negare,pro Recusare,cum accusatiuo.Ouid.2.Fast.166.
Quam,dixit,veniam vos datis,ipsa nego.
¶ Negare,pro eo quod barbari dicunt,Dicere quod non. Plaut. Bacchi. 15.10.Paucis me misit miles ad eam Clomachus,Vel vt ducentos philippos reddat aureos,
Vel vt hinc in Elatiam hodie eat secum simul:
PI. Non itanegato esse ituram:abi,& renuntia. Cice.de Amic.53,Negabat vllam vocem inimicitiorem amicitię potuisse reperiri quàm eius qui dixisset,&c. Ibidem,16. Negant enim quenquam virum bonum esse,nisi sapientem. Idem 6.Verr.17, Negent illi onerariam nauem quenquam esse vestrum, qui sæpe audierit,socios,&c, Plaut. Epid.5. 44.At tributus quum imperatus est, negant pendi posse. Cicero pro Cluentio, 89. Et iam querimur sæpe hominibus nouis non satis maiores. Budæus.
Negat & ait,contraria. Terent.Eunuc.2.2.21,
Quicquid dicunt,laudo: id rursum si negant,laudo id quoque.
Negat quis,negoratiaio.
Negaris esse domi. Mart.lib.2,5.Sæpe domi non es: quum sis quoque, sæpe negaris.
Negatur esse in Tarentino agro picus Martius.Plin.lib.10.cap.29.2.
Negatur,Impersonale,(ἀπόφασις,) Ouid.2.de Art.49,Si tibi per tutum, placitumque negabitur ire.
Negans,negantis,(ἀποφατικός,ἐξαρνος,)Participium,siue Nomen ex participio.Cice.in Top.24.Sunt etiam valde contraria alia quæ appellantur negantia,ea ἀποφατικὰ Græci,contraria aientibus:vt Si hoc est,illud non est.
Negantia,negantiæ,(ἀπόφασις,)pro Negatione.Cic.in Topi.19. Deinde addunt coniunctionum negantiam,sic,Non & hoc est,& illud.
Negandus,Participium,(ἀποφατέος,) vt
Auxilium non negandum.Ouid.15.Metam.130.
Negatus,pen. prod.(ἀπόφασις,)Aliud participium:vt
Via negata.Horat.3.Carm.ode 2.5.
Cupimus negata.Ouid.3.Amor.eleg.4.4.Nitimur in vetitum semper:cupimusque negata.
Negatio,Verbale,(ἀπόφασις,ἄρνησις,) Cice.pro Sylla,29. Quum is qui de omnibus scierit,de Sylla se scire negarit, eandem vim esse negationis huius,quàm si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. Idẽ de Fato,24,Q uid est quod non possit isto modo ex connexo transferri ad coniunctionum negationem?
Negatio,inficiatioque facti.Cic.in Partit.55.
Negabundus, Adiectiuum,(ἐξαρνός,) Festus,Negabundum pro negante dixere veteres.
Négito,négitas,penult.corr.(ἀποφάσκομαι,)negitare,Frequentatiuum. Plaut.Merc.3.50,Abnuere,negitare adeò me natum suum. Idem Bacchid.53.72,Vix quidem negito. Lucretius lib.4.185. Nefieri negitas quæ dicam posse.
Negatiuus,pen.prod.Adiectiuũ,(ἀρνητικός,ἀποφατικός,)Quod negat.

Negotium, negotii,(πρᾶγος,πρᾶγμα,πραγματεία,) Labor, occupatio.Terent.in Prolo.Adel.20,
Quorum opera in bello,in otio,in negotio,
Suo quisque tempore vsus est sine superbia. Idem in Prolog.Hecyra, 26.Vt in otio esset potius quàm in negotio. Author ad Herennũ,lib. 1.1,Etsi negotiis familiaribus impediti.Cic.Cornificio,lib.12.18.4.Et si periniquo patiebar animo te à me digredi,tamen eo tempore me consolabar,quòd & in summũ otium te ire arbitrabar,& ab impendentibus magnis negotiis discedere.
Plusculum negotii in aliquibus causis est.Cic.2.de Orat.55.
Negotii plenus. Plaut.Pseud.5.145,Iamne abis?a negotii sum plenus.Id est tã multa obuersant mihi facienda,vt quid porrò faciã,ignorem.
Sed quid negotii,quamobrem succenses mihi?Id est quare,vel quamobrẽ succenses mihi?Plaut.Capt.12.11.
Negotium,Cura,molestia,solicitudo.Terent.in Prolog.And.2,
Poeta quum primùm animum ad scribendum appulit,
Id sibi negotii credidit solùm dari,
Populo vt placerẽt,quas fecisset fabulas.Vbi Donatus,Negotium modo pro molestia,& cura,non labore.
Rei familiaris negotio,seruorum diligentia cognoscitur. Cic.pro Rosc. Amer.72.
¶ Aurarium negotium,Vide AVRVM.
Carbonarium negotium,Vide CARBO.
Dapaticum negotium,Vide DAPS.
Decisa negotia.Horat.1.epist.7.12.
Forensia negotia.Quintil.lib.1.cap.12.6.
Humana negotia.Iuuen.Satyr.14.27.
Maturatum negotium,Vide MATVRVS.
Sæuum negotium.Horat.3.Carm.ode 29.10.
Non sine negotio.Plin.lib.11.ca.10.5,Semine quoque non sine negotio plantaria transferuntur.
Nullo negotio,pro Facile.Cic.pro Roscio Amer.48.Q uare tu hoc propter multitudinem sicariorum,nullo negotio facere potuisti. Idem ad Atticum,lib.10.195.15,Iurabat adsummam, quod nullo negotio faceret,amicissimum mini Cæsarem,Vide NVLLVS.
¶ Abstinere à negotiis,Vide ABSTINEO.
Accersere ad aliquod negotium,Vide ACCERSO.
Administrare negotium,Vide ADMINISTRO.
Agere negotium,Vide AGO.
Agitur negotium.Q uintil.lib.3.cap.5.9
Agere negotium suum.Cic.1.Offic.175.
Attribuere negotium,Vide ATTRIBVO.
Commetiri negotium,Vide COMMETIOR.
Conficere negotium,Vide CONFICIO.
Conficere aut deponere negotium.Cic.Attic.lib.7.125.6.
Paucis verbis negotium conficere.Cic.2.de Diuinat.153.
Conflare alicui negotium,Id est molestiã.Vide CONFLO.
Aliena negotia curo excussus ,pprii. Horat.2.Serm.sat.3.4.
Decedere de negotio,Vide DECEDO.
Dedo tibi istuc negotii,Vide DEDO.
Dare negotium,Hoc est cõmittere.Cæsar lib.2.Cõment.Ipse quũ primũ pabuli copia esse inciperet,ad exercitum venit,dat negotium Senonibus,reliquisq; Gallis,qui finitimi Belgis erant,vti ea quæ apud eos gerantur,cognoscant.Cic.6.Verr.83,Et negotium datur Quæstoribus & Aedilibus vt nocte vigiliis agerent ad ædes sacras.
Dare alicui de re aliqua negotium.Cic.pro Domo sua,42.
Dare & imperare quoddam negotium alicui.Cic.6.Verr.45.
Exhibere alicui negotium,Id est molestiam.Cic.1.de Nat.deor.117.
Facessere negotium, Exhibere molestiam. Cice.Appio Pulchro,lib.3.10. 1.Quum est allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent,&c.
Facere negotium,Idem. Quintilian.libro.5.cap.12.10, Negotium innocenti facit.
Facere negotium,pro Accusare.Vlpianus in L.Qui iudicio.De accusat. Quive ob accusandum negotium:ve faciẽdum pecuniam accepisse iudicatus erit. Sic legit Budæus. Quædam tamen exemplaria facessere negotium habent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gerere negotium.Cic.pro Quintio,41,Eques Romanus locuples,sui negotii bene gerens,Id est cui res prospere succedunt.
Gliscentibus negotiis.Tacit.lib.11.
Magna,ampla,& expedita negotia habere.Cic.Lentulo,lib.13.1.
Permagna negotia habebat.Horat.1.Serm.saty.7.1.
Habere negotium in re aliqua.Cicero,Sestio,libro,5.6.3. Adhibui diligentiam quoties Senatus fuit, vt adessem: plurimumque in eo negotii habui.
Impendet negotium,Vide IMPENDEO.
Negotiis contrahendis implicari,Vide IMPLICO.
Molestis operosisque negotiis implicari.Cic.1.de Nat.deor.73.
Imponere negotium alicui.Cælius Ciceroni,lib.8.8.31.
Influentia negotia,Vide INFLVO.
Inseneescere negotiis. Tacit,libro 4.Quum plerique iisdem negotiis insenescerent.
Insilere negotium aliquod.Vide INSISTO.
Instituere negotium,Vide INSTITVO.
Intendere se alienis negotiis.Tacit.lib.11.
Interesse & præesse certis quibusdam negotiis.Cic.Lentulo,lib.1.6.1.
Inuertere negotium,Vide INVERTO.
Legare negotium alicui,Vide LEGO,legas.
Mittere in negotium,Vide MITTO.
Non negligere aliquod negotium,Vide NEGLIGO.
Negotium obiicere.Plaut.Curc.74,
-fecedite,
Nequem in cursu capite,aut cubito,aut pectore offendam,aut genu,
Ita nunc subitò,propere & celeriter obiectum est mihi negotium.
Obire negotium,Vide OBEO.
Offerre se negotiis alicuis,Sine mandato ea subire.Iulianus in L. Si is qui ff. De except.rei iud.Si te negotiis meis obtuleris, & fundum nomine meo petieris,deinde,&c.
Nullo negotio occisus.Cic.pro Rosc.Amer.12,Quũ pater huiusce Sext. Roscius,homo tam splendidus & gratiosus,nullo negotio sit occisus.
Tanto negotio,tantis opibus oppidum Pindenissum oppugnabam.Cicero. Cælio,lib.2.9.9.
Nullo negotio recuperari aliquid posse. Asinius Pollio Ciceroni,libro,10.11.16.
Subire negotium.Quintil.lib.4.cap.1.6.
Est mihi negotium, quod barbari dicunt, Habeo ad faciendum. Plaut. Amph.4.196. Quod apud hasce ædes negotium est tibi? s.imò quod tibi est? Idem Epid.10.63,Quid tibi negotii est meæ domi igitur? Sic Mercatore,6.16,
Quanquam negotium est,siquid vis Demipho,
Non sum occupatus vnquam amico operam dare. Et Most.10.45, Nam egomet ductatem,nisi esset mihi ad forum negotium. Terent. Adel.4.5.8,Mirabar quid hîc negotii esset tibi.
Est mihi negotium cum Cælius ad Ciceronem,lib.8.8.30.Vt existimarẽt homines Pompeio cum Cæsare esse negotium.Cice.Ad Atticum,libro 7.13.8,Verumtamen hæc video, cum homine audacissimo paratissimoque negotium esse.Sic 1.de Finib.72.Hoc est quod vulgò dicitur, Ego habeo ad faciendum,&c.
Ita negotium est.Plaut.Mil.9.43,Transcurre curriculo ad nos,ita negotium est,Id est,Ita oportet,Res ipsa exigit.
Nullum negotium est quin hoc sit,Certum est.Plaut.Capt.10.10.
Omnis res palàm est,neque vllum pol de hac re negotium est
Quin malè occidam.Hoc est,dubium non est quin,&c.
Negotii nihil est,pro Nihil est quod agam.Plaut.Aulu.11.7.Sic verba hic facio,quasi negotii nihil fiet.
Negotii nihil est,pro Est facile.Cic.ad Cassium,lib.11.2.1, Quasi sæpius vti libẽret,nihil esset negotii libertatem & Remp.recuperare. Idem 2. de Finib.88.Quam facilicet comprimere nihil est negotii.
Magnum negotium est nauigare,atque id mense Quintili.Cicer.Attico, libro,5.99.1.
Suscipere,administrare,& conficere negotium.Cic.Bruto,lib.13.11.7.
Executionem eius negotii libens suscepit.Tacit.lib.1.
Inusitata negotia me trahunt Romam.Horat.1.epist.14.4.
Transigere susceptum negotium.Cic.pro Quintio,50.
Negotium pro περιγράφη.Quintilia.lib.3.cap.5.cl.ca finem, Negotium est congregatio personarum,locorum,temporum,causarum,modorũ, factorum,instrumentorum,sermonum,scriptorum & non scriptorum.Causam nunc intelligimus ὑπόθεσιν,negotium περίστασιν.Peristasis,Latine circunstantia dici potest.
Negotiolum,pen.corr.Diminutiuum(πραγμάτιον,)Cic.ad Q.fratrem, lib.3.20.8.Erit nescio quid negotioli.
Negotiosus,pen.prod.Adiectiuum,(πολυπράγμων,) Quod est negotiis plenum.Plautus Asin.12.9.
Audin'hunc,opera vt largus est nocturna?nunc enim est
Negotiosus interdius.Salust.Pendẽtissimus quisque quasi maximè negotiosus erat. Plaut.True.4.37.
-si rem seruassem,
Fuit vbi negotiosus essem.
Negotiosus suo negotio.Plaut.Merc.4.77.
Quia enim negotiosi eramus nos nostris negotiis,
Armamentis componendis & complicandis studimus.
Negotiosa cogitatio & actio.Cels.lib.4.cap.14.
Sacri, & Negotiosi dies, opponuntur. Taci.libro.13. Eosque oportere diuidi sacros, & negotiosos dies, quis diuina colerentur, & humana non impedirent.
Negotiosa & molesta prouincia.Cic.pro Murena,16.Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam:tu illam,cui quum Quæstores sortiuntur,etiam acclamari solet,Hostiensem non tam gratiosam & illustrem quàm negotiosam & molestam.
Res negotiosa,Difficilis.Plaut.Stich.6.32,
Aedepol rem negotiosam:quid sit,nihil etiam
Scio.Id est,in qua multum sit negotii & laboris.
Negotiosum tergum,Cui fecesset negotium.Plaut.Mil.8.35.
-nihil moror,negotiosum
Mihi esse tergum.
Negotiàlis,& hoc negotiàle.pe.prod.(πραγματικός,)Ad negotium pertinens.Cic.1.de Inuent.21.Hæc constitutio quam generalem nominamus,partes nobis videtur duas habere,iuridicialem,& negotialem.Sic ibidem,17.Et 2.de Inuent.167.
Locus negotialis.Quintil.lib.3.cap.6.43. Idem lib.1.cap.21.3.
Eique locum in ethice negotialem assignant,id est πραγματικὸν.
Negótior,negotiàris,(ἐμπολεύω,ἐμπορεύω,πραγματεύομαι,ἐμπορεύομαι,) negotiari.Negotia exercere,& mercature operam dare.Cice.7.Officiis 75.Quum se Syracusas oriundi(vt ipse dicere solebat) non negotiandi causa contulisset. Idem Seru.Sulpitio,li.13.18.1,M.Curius qui Patris negotiatur.Id est mercaturæ operam dat.Idem ad Cornificium,lib.12. 15.17.Quũ Turius qui in Africa negotiatus est,vir bonus & honestus, hæredes fecit similes sui. Sic 1.Verr.48. Ibidẽ,4.10,Ciues Romani qui in Sicilia negotiantur defendunt. Ibidem,7.123.
Negotiari animas dicuntur medici.Plin.li.29.cap.1.11,Nec dubium est, omnes illos famam nouitate aliqua aucupantes,animas statim nostras negotiari.Id est lucrum facere in occidendis animabus.De medicis.
Negotiari aliquo genere mercaturæ.Colu.in Præf. lib.12,Si quidem vel rusticari,vel nauigare,vel etiam alio genere negotiari necesse erat,vt aliquas facultates acquireremus.
Negotiator,pen.pro.negotiatòris,(ἐμπολαῖος,πραγματευτής,) Qui in alio rum negotiis se exercet.Vnde Labeo,Negotiatores seruí videntur,qui præpositi sunt negotii exercendi cauta,veluti qui ad emendum,aut locandum,aut conducendum præpositi sunt.
Negotiator,Mercator.Cæsar 3.bel.Ciuil.406,Partim quos ex familiis societatum delegerat,partim à negotiatoribus coegerat.Ci.5.Verr.118. Qui plus existimet apud lectissimos Senatores pecuniam, quàm apud tres negotiatores metum valere.
Improbus negotiator, paulo cupidior publicanus.Cicero. Quin.fratri, libro 1.1.11.
Mercis fordidæ negotiator.Quintil.lib.1.cap.12.12.
Mancipiorum negotiatores.Quintil.lib.5.cap.12.
Negotiatio,pen.corr.(ἐμπολή,ἐμπόρευμα,)negotiationis,Verbale,Mercaturam significat.Colu.lib.1.Hæc enim negotiatio cutam villici auocat. Cice.ad Cecinnam,libro 6.8.5.Vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare.
NELEVS,(νηλεύς)fuit rex Pylo,teste Homero in 11 Odysseæ:habuit vxorẽ Chloriu,ex qua genuit Nestorem, qui à poetis Neleides dicit.
Pascua herbosa Nelei.Ouid.2.Metam.138.
Di itis hic saltus herbosaque pascua Nelei,
Nobiliumque greges custos seruabat equarũ.De Batto pastore Neleidis.
Neleus,pen prod.Adiect.(νηλεής,)vt Pylos Nelèa.Ouid.6.Metam.84. Et Nelea Pylos,nec adhuc Pytheia Troezen.
Neleius pe.corr.Aliud adiect.(νηλεής,)vt Arua Neleia.Oui.epist.1.13. Nos Pylon antiqui Neleia Nestoris arua
Misimus.Stat.4.Thebaid,Mittit opes,Danaasque Pylos Neleia turmas.
NEMAVSVS,(νεμαυσός,) Galliæ Narbonensis ciuitas, Aricomicorũ metropolis,& omnium in eo tractu clarissima olim,quatuor enim & viginti vicos eiusdem nationis subditos habuit,virorum fortitudine excellentissimos,vt author est Strabo lib.4.Vulgò Nimes.
NEMEA,penultima correp.(νεμέα,)Sylua inter Cleonas & Pliuntem, in qua Argiui ob Herculis memoriam (qui leonem ibi occiderat) Nemeæa sacra celebrare consueuerunt. Plin.lib.19.cap.8.28,de Appio, Honos ipsi in Achaia,coronare victores sacri certaminis Nemeæ.Hinc omnis regio,Nemea dicitur.Virg.8.Aeneid.50,
-& vastum Nemeæ sub rupe leonem. Dicitur & Nemee, huius Nemees.Martialis lib.1.27,
Non Marathon taurum,Nemee frondosa leonem.
Arcas Menalium non timuisset aprum. Sunt qui penultimam interdum etiam produci putent,citantes anapesticũ dimetrũ Senecæ in Hercule Oetheo,

Oetheo,Iuga Spartes,Nemeæque fouent.
Nemeorum populorum meminit Liuius 7.belli Punic.169.& 4.bel. Maced.157.
Ager fornidatus Nemees.Stat.3.Sylu.1.6.
Fidẽtis Nemees alumnus.Stat.1.Sylu.3.2.Intelligit Leonẽ sidus cęleste.
Lucus Nemees.Stat.5.Sylu.3.11.
Nemeæus,Adiectiuum,(νεμεαῖος,νεμεαῖος,)vt
Arma Nemæa.Stat.5.Sylu.2.10.
Hiatus Nemeæus leonis.Lucret.lib.5.5.
Pestis Nemeæa.Ouid.epist.9.13,
Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis Edidit,&c.
Vellus Memeæum.Ouid.9,Metam.48.
NEMESIS,pen.corr.(νέμεσις,)Nomen cuiusdam deæ, quæ facinorosos & delinquentes punire putabatur, vt ex Catullo & Ausonio licet intelligi.Insuper eadem fertur remuneratrix benefactorum,vnde apud Statium libro,13.
Est dea quam Nemesim dicunt,dea magna potensque,
Quæ bona cælestum concessu cuncta deorum
Possidet.Hanc quidam Fortunam dixerunt,cui primus Adrastus rex templum ædificauit.Romani quoque huic deæ templa dicauere stulti,qui substantiam aliquam Fortunam putarunt, regnorum atque opũ dii pensatricem, quæ solius Dei nutu huc atque illuc transferuntur. Ea quoque Rhamnusia dicitur, quòd in Rhamnunte Asiæ oppido, templum & simulachrum Phidiacum habuerit. Ouidius libro 3.Metam. Dixerat, assensit precibus Rhamnusia iustis.Catul.ad Licinium, epigr.47.4.
-precesque nostras
Oramus caue despuas ocello,
Ne pœnas Nemesis reposcat à te.
Est vehemens dea,lædere hanc caueto.
Nemesin sanè putabãt vlricem superborũ. Macrob.1.Saturn.ca.22.Nemesis contra superbiam colitur.Sunt qui à distributione bonorũ malorũque dictam esse volunt,à verbo νέμω,id est distribuo. Vide diligẽter quæ de Nemesi copiosissimè collegit Cælius lib.11.cap.19.
Nemesis,amica Tibulli,de qua ipse lib.2.eleg.3.11,
Vt mea luxuria Nemesis fluat,vtque per vrbem
Incedat donis conspicienda meis. Martialis lib.8.73.Fama est arguti Nemesis formosa Catulli.
NEMETOBRIGA,(νεμετόβριγα,)Ptolemæo lib.2.cap.6. Hispaniæ Tarraconensis vrbs:vulgò Valdenebro.

Nemo, neminis,com.g.(οὐδείς,μηδείς,)Festus,Nemo compositum videtur ex ne & homo,quod firmatur magis,quia in personam semper ponitur,nec pluraliter formari solet: quia intelligitur pro nullo.Plaut.Amphit.4.228,Quid igitur?qui nunc vocare? s.nemo,nisi nolimus conuentum. Terent.Eunuch.3.5.13.
-ô festus dies hominis,amice
Salue:nemo est,quẽ ego magis nũc cuperẽ videre,quã te.Ibidẽ,2.1.20,
-hoc nemo fuit
Minus ineptus,magis seuerus quisquam.
Nemo intus est.Vide INTVS.
Nemo adhuc.Cic.de Senect.Nemo adhuc conuenire me valuit,quin fuerim occupatus.
Nemo homo,pro Nemo omnino. Plaut.Milit.22.18,Iura te non nocituri esse hominem de hac re neminem. Terent. Eunuc.3.5.1. Nũquis hîc est?nemo est,nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. Cice. ad Marcellum,lib.15,10.4.Frater tuus quanti me faciat,semperque fecerit,esse hominem qui ignorat,arbitror neminem. Sic ad Sulpitium,lib. 13.25.4. Et ad Thermum,lib.13.56.4.
Nemo hominum,pro Netho omnium. Plaut. Trucul.6 41,
-dicis contumeliam,nemo hominum
Hîc perire solet apud nos,res perdunt suas.Terent. Eunuch.4.6.19,
Ego formidolosus:nemo est hominum qui viuat,minus.
Nemo omnium.Liuius 9.bel.Pun.Tãta incessit in ea castra vis morbi,vt nisi maturè dimittatur,nemo omnium superfuturus videatur. Cice.1. Tusc.47,Nemo omnium tam sit immanis,cuius mentem non imbuerit deorum opinio.
Omnium hominum neminem facio pluris.Cic.Attic.lib.8.146.6.
Nemo è nostris.Cic.1.de Finib.18,Quòd & scripta multa sunt,sic vt plura neminè nostrũ.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.Virg.5.Aeneid.61.
Nemo est quin.Cic.pro Rosc.Amer.92,Vestrum nemo est, quin intelligat Pop.Romanum,&c. Idem pro Fonteio,4. Nemo est ex tanto numero,quin hunc optimè de prouincia,de imperio,de sociis, & ciuibus meritum esse arbitretur.
Nemo hoc nescit:nemo tuorum amicorũ,nemo abs te interrogatus,nunc se primùm hoc dicet audire.Cic.5.Verr.51.
Non nemo,pro Aliqui,vel Nõnulli.Varr.de Re rust,lib.1.ca.11.Tõsas recentes eodẽ die perungũt vino & oleo,nõ nemo adiũcta cera alba & adipe suillo.Cice.pro L.Mure.76.Nõ nemo etiã in illo sacratio Reip. in ipsa inquam curia non nemo hostis est. Idem pro P. Sestio,12,Vel vt non nemo putaret.Et pro Lege Manilia, Quum esset non nemo in Senatu,qui diceret non oportere,&c. Item 4.Verr.10,Nam quòd fortasse non nemo vestrum audierit,istum à Syracusanis publicè laudari. Vide NON.
Nemo quisquam.Terent.Eunuc.5.9.2,
O populares,ecquis me viuit hodie fortunatior?
Nemo hercle quisquam. Idem Hecyra.1.1.10,
-nemo illorum quisquam,scitò,ad te venit,
Quin ita paret sese,abs te,&c.
Vnus nemo. Author ad Heren.lib.4.147,Siquis velit artem demonstrare nihil prodesse ad discendũ,non malè vtatur hoc adiumento,q̃ vnus omnes artis partes consequi nemo potuerit.
Nemo vnus.Cæsar in Comment.Ad neminem vnum summa Imperii.Liu. ab Vrbe cond.Quia nemo vnus satis dignus regno visus est. Ibidem, Vt nemo vnus inde præcipuum quicquã gloriæ domum referret. Idẽ 3.ab Vrbe,SP.Furius & ipsum missum ab Quintio Capitolino, sibi esse in dubiis suis rebus venisse subsidio, neminem vnum esse, cuius magis opera putet Rempub.restitutam.
Nemo vnus vir. Liuius ab Vrbe cond. Haud dubie illa ætate qua nulla virtutum feracior fuit, nemo vnus erat vir, quo magis enixa res Romana staret.
Nemo,pro Vllus.Cic.Dolabellæ,lib.9.14.15, Cõtingit enim tibi,quod haud scio an nemini,vt summa seueritas animaduertionis nõ modò nõ inuidiosa,sed etiam popularis esset.
Nemo diuũm,pro Nullus diuorum.Virg.9.Aeneid.2,
Turne,quod optanti diuũm promittere nemo
Auderet,voluenda dies en attulit vltrò. Seruius, Nemo pro nullus posuit:& est Acyrologia.Nam diuũm nemo non possumus dicere:quum propriè nemo sit,nec homo.
Nemo non.Cice.de Amicitia,81,Apertè enim adulantem nemo non videt,nisi qui admodum est excors.
Neminis,genitiuo vsus est Cato,inquit Festus,quũ dixit,Sunt multi corde,quos misereat neminis. Plautus Capt.12.106. -neminis
Misereri certum est,quia mei misereat nemo.
Nemo non lingua,non manu,pro Nemo aut lingua aut manu.Liuius,Ad ea munera data à diis addiderat multa ipse belli decora,facundiamq; in foro,vt nemo non lingua,non manu promptior haberetur.
Non nemo,Omnes.Plinius lib.14.cap.4.6, Pallinatis de integro vineis ad vix credibile miraculum perduxit, intra octauum annum CCCC nummũm emptori addicta pendente vindemia. Cucurritque non nemo ad spectandas vuarum in iis vineis strues.
Nemo,de fœminis dictũ. Teren.And.3.2.26.Hoc ego scio vnum,neminem peperisse hîc. Plautus Mercat.9.22.De lanificio neminem metuo,vna ætate quæ sit. Idem Casina, Vicinam neminem amo meriò magis quàm te.

Nemoralis, Nemoresis, Nemorosus, VIDE NEMVS.

Nempe, (μέντοι,μέντοι,)Aduerbium confirmantis. Quod aliquando cum interrogatione ponitur, aliquando sine interrogatione.
Cum interrogatione.vt Plautus,Nempe ergo in somnis? TR.sic. Idem Bacchid.4.11.
Rogabis me vbi fit:viuit.P.nempe rectè valet?
C.Istuc volebam ego ex te percontarier. Et Rudente,14.13. Nempe hic tuus est? D.meus est. Item Menæch.22.40.Nempe iubes? MEN. iubeo hercle verò.Cic.5.Tuscul.Nempe negas ad beatè viuendum satis esse virtutem? AT.prorsus nego.
Sine interrogatione.Terent.And.2.3.13,
Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem,
Ducas volo hodie vxorem. Idem Eunuc.1.1.78.Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt.Cice.in Partit.19.Nempe ea sequuntur quæ ad faciendam fidem pertinent. Ibidem,13,Nempe igitur ea restant quæ,&c. Horat.1.epist.17.7. -nempe
Vir bonus,& prudens dici delector ego,ac tu.
Nempe de tuo.Plaut.Trinum.6.46,
Bene volo ego illi facere,si tu non abnuis.P.nẽpe de tuo. I.De meo.
Nempe in foro.Plaut.Asin.3.105.
Audin' tu?apud Archibulum ego ero argentarium.
D.Nempe in foro.D.ibi?siquid opus fuerit.
Nempe ad.Terent.Phorm.2.1.80. -eo
Recta via equidem illuc.G.nempe ad Pamphilam.
Nempe,Responsio.Terent.And.5,4.48, -causa optima est, Nisi quid pater aliud ait.P.nempe.S.scilicet. Plaut.Aulul.9.15.Nempe huic dimidium dicis,dimidium domi.
S.Nempe sicut dicis.
Nempe vt modo.Terent.And.3.5.12,
At iam expediam.P.expedies?D.certè Pamphile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nempe vt modò, imò mellus spero.

Nempe, vim respondendi elegantem habet post nostram ipsorum interrogationem. Cic.1. de Nat.deor.153, Quorum tandem bonorum? voluptatum credo nempe ad corpus pertinentium nullam enim aliâ nouistis. Idem 10.Philip.172, Legiones abdacis. Bruto. quæsnêpe illas quas dolle ab Antonii scelere auertit. Et pro Milone, 11. Quid ergo tu, iudicanempe vt quæreretur.

Scimus nempe, hæremus nihilominus. Cic. Attico, lib.9.188.4, Sed tu omnia qui consilia differebas in id tempus, quum sciremus quæ Brundusii acta essent: scimus nempe: hæremus nihilominus.

Scio iam quid velis, nempe me hinc abire vis. Plaut. Merc. 16.36. Terent. Andr.1.1.3, — paucis te volo. SO. dictum puta.

Nempe vt curentur rectè hæc. Cic.7.Verr.159. A quo tempore futurum est? &c. nempe eo, cum, &c. Idem 4.Philipp.157, A quo defenderit? nempe ab hoste. Ibidem, 1.113. Co. Pompeii tertius Consulatus in quibus actis consistit? nempe in legibus.

Nempe enim. Plin. epist. 60.c, Arria milites orabat, vt simul imponeretur. Nempe enim, inquit, daturi estis Consulari viro seruulos aliquos, quorum è manu cibum capiat, à quibus vestiatur, à quibus calceiatur, omnia sola præstabo.

Nemus, nemoris, pen. corr. n.g. (νέμος, ἄλσος, τέμενος,) Proprie dicitur quod voluptatis causa comparatũ est, & plenũ amœnitatis. ἀπὸ τοῦ νέμω. pasco, quòd in eo greges atque armenta depasci soleant. Cicc. Attico, libro, 15.323. 11. L. Cæsar, vt veniam ad se rogat, in nemus. Plin. lib. 11. cap. 27. 1, Cicadæ non nascuntur in frigidis aut vmbrosis nemoribus. Quintil. lib. 10. cap. 3. Non audiendi qui credunt aptissima in hoc nemora, syluasque. Festus, Nemora significant syluas amœnas.

Præruptí nemoris dorsum. Horat. 2. Serm. satyr. 6.19.

Recessus nemorum. Lucan. lib. 5. 25.

Salius nemorum. Virg. 6. eclog. 12.

Strages nemorum. Silius lib. 3. 42.

Fortunatorum nemorum amœna vireta. Virg. 6. Aeneid. 128.

Studiosus nemorum. Ouid. 7. Metam. 137.

Virgo nemorum custos, Diana. Horat. 3. Carm. ode 22. 1.

¶ Alta nemora. Virg. 3. Georg. 79. Catul. de Berecynth. 58. 3.

Arcanum nemus. Valer. 2. Argon. 121.

Ardua nemora. Valer. 1. Argon. 133.

Argutum nemus. Virg. 8. eclog. 5. Atrum, Vide ATER.

Atrum nemus horrenti vmbra. Virg. 1. Aeneid. 34.

Auia nemora. Lucret. libro 2. 19. Stat. 6. Theb. 6. Ouid. 1. Metam. 97.

Densum nemus arboribus. Ouid. 6. Fast. 2.

Excelsum. Sene. Troad. 3. 3.

Ferrugineum. Stat. 2. Theb. 3.

Fœdum. Stat. 2. Sylu. 3. 16.

Frondiferum. Lucret. lib. 2. 72.

Gelidum. Horat. 1. Carm. ode 1. 6.

Nigrum. Virg. 3. Georg. 67.

Obscurum. Sene. Thebaid. 1. 3.

Odoratum lauri nemus. Virg. 6. Aeneid. 132.

Opacum, Vide OPACVS.

Seclusum nemus in valle reducta. Virg. 6. Aeneid. 141.

Sublime. Lucan. lib. 3. 18.

Vacuum. Horat. 3. Carm. ode 15. 3.

Vetustum. Iuuen. Saty. 15. 16.

Vmbriferum. Virg. 6. Aeneid. 95.

Vmbrosum nemus. Ouid. 7. Metam. 15.

¶ Nemus quod nulla cecidérat ætas. Ouid. 1. Metam. 84.

Nemora & syluæ multos commouent. Cice. 1. de Diuin. 185.

Congesto nemore aceruans aggerem. Sene. Herc. fur. 13. 16.

Succisum curuare nemus. Lucan. lib. 4. 18.

Ignaua nemora euerrit. Virg. 2. Georg. 42.

Grauescit nemus fœtu. Virg. 2. Georg. 86.

Insonuit vento nemus. Ouid. 2. Fast. 94.

Totum inuoluit flammis nemus. Virg. 2. Georg. 62.

Peragrare nemora. Cic. de Arusp. resp. 21.

Flamma peredit nemus. Stat. 6. Thebaid. 22.

Plaugant nemora ingenti vento. Virg. 1. Georg. 67.

Vernat nemus. Sene. Herc. Oeth. 4. 44.

Violare nemus securi. Ouid. 8. Metam. 150.

Omne nemus virebit. Virg. 7. eclog. 12.

Nemorosus, pen. prod. Adiect. (ὑλώδης, ὑλήεις, δενδρόεις,) vt Nemorosus collis. Plin. epist. 161. 2, Modicus collis adsurgit, antiqua cupressu nemorosus & opacus. Id est, plenus vel abundans cupresso. Colu. lib. 1. cap. 2. 1, Montem non sublimem & asperum, nec nemorosum & herbidum maximè probauerunt.

Iuga nemorosa. Iuuen. Satyr. 3. 20.

Locus nemorosus. Ouid. epist. 15. 11.

Montes nemorosi. Ouid. 3. de Arte, 86.

Syluæ nemorosæ. Ouid. 10. Metam. 137.

Zacynthos nemorosa. Virg. 3. Aeneid. 54.

Nemorãlis, & hoc nemorãle, pen. prod. (νέμος,) Quod ad nemus pertinet. vt Vmbra nemoralis. Martial. lib. 13. 19, Mitrit præcipuos nemoralis Aritia porcos. Hoc est, quæ circum ipsa est nemora, vel quæ nemoribus circunsepta est.

Antrum nemorale. Ouid. 3. Metam. 31.

Sedes nemoralis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6, 12.

Stagnum nemorale. Ouid. 14. Metam. 66.

Templum nemorale Dianæ. Ouid. 1. de Arte, 52.

Vmbræ nemorales. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 1.

Nemorensis, & hoc nemorense, Idem, (νεμόεις,) vt Nemorense mel. Colu. lib. 9. cap. 4. 6, Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex sparto atque arbuto prouenit.

Nemorensis rex, Qui Dianæ Ariciuæ sacrificiis præerat. Sueton. in Caligula, cap. 35, Nemorensi regi, quòd multos iam annos potiretur sacerdotio, validiorem aduersarium subornauit.

Nemoriuagus, pen. corr. Adiectiuum: (νεμαιόπλανητος,) vt Aper nemoriuagus. Catullus de Berecynthia, epig. 58. 15, Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus.

Neo, nes, neui, netum, (νέω, νήθω,) nere, Filum torquere, quod proprius Subtegmen nebat. Iustinus libro, 1. Inuenit eum inter sororum greges purpuram colo nentem. Plin. lib. 33. cap. 3. 22, Superque omnia nentur ac texitur lanæ modo, & fine lana. Martia, lib. 6. 3, Et totã Phryxi Iulia nebit ouem.

Lanas nere. Ouid. epist. 24. 9.

Deæ nerunt fortia fila. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 13.

Assiduo durum pollice nebat opus. Ouid. de Medicamine faciei, 3.

Stamina neuit. Ouid. 2. Fast. 154.

Paræ nentes fatalia stamina. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 1.

Donum quod nostræ neuere manus. Silius lib. 7. 17.

NEOBOLE, pen. prod. (νεόβολαι,) Lycambis filia, quę quòd Archilocho poetæ promissa negaretur, Iambis insectari cœpit Lycambem Archilochus, Vide ARCHILOCHVS.

Neobole, pen. etiam prod. Hebri adolescẽtis Liparei amore capta, ad quẽ scribit Horatius 3. Carm. ode 12. 2, Studium aufert Neobolę Liparei nitor. Hebri. Versus est tetrameter, constans quatuor Ionicis à minore. Dicitur à νέος nouus, & βῶλος gleba.

NEODVNVM, pen. prod. (νεόδουνον, νεομήλιε,) Ptolemæo lib. 1. cap. 8. Galliæ Lugdunensis ciuitas, vulgò Leondoul. Scribitur & Nœodunum.

Neomenia, neomeniæ, Nouilunium.

Neophytus, pen. corr. (νεόφυτος,) Nouellus, quasi νέον φυτόν, id est nouum germen. In sacris literis dicitur qui nuper ad fidem accessit, quasi nuper insitus.

Neoptolemus, pen. corr. (νεοπτόλεμος,) Nouus miles. Virgi. 2. Aeneid. 55, Pelidesque neoptolemus, primusque Machaon. Vbi Seruius, Neoptolemus, qui ad bellum ductus est puer.

NEOPTOLEMVS, (νεοπτόλεμος,) filius fuit Pyrrhi, ex Deidamia, alio nomine Pyrrhus, à qualitate capillorum dictus, vt est author Seruius.

Furens cæde Neoptolemus. Virg. 2. Aeneid. 100.

Neoptolemus Troiam capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lachrymis iter suum impedientẽ audire voluisset. Cic. de Amic. 64.

Neotericus, pen. corr. (νεότερος,) Recentior: νεώτερον recentior rem dicunt Græci.

Nepa, nepæ: vel Nepes nepis, more Græco, (σκορπίος,) Scorpium significat. Cic. 5. de Finib. 75, Serpere anguicinos, nare anaticulas, cuolare merulas, cornibus vti videamus boues, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad viuendum ducem. Festus, Nepa Afrorum lingua, fidus quod Cancer appellatur, vel vt quidam volunt, Scorpius. Plaut. Casina, 10. 7,

Recessim eedam ad parietem, imitabor nepam,

Captandus est horum clanculum sermo mihi. Colum. lib. 11. cap. 2. 2, Idibus Martii Nepa incipit occidere: significat tempestates. Cice. 3. de Nat. deor. 157. Et in Arato, 25. & 47.

Quare quum magnis sese Nepa incibus effert.

Orion fugiens commendat corpora terris. Et paulo antè, 44.

Nepenthes, n.g. (νηπενθές,) Herba est, de qua Plin. lib. 25. ca. 2. 9, Homerus quidem, inquit, primus doctrinarum & antiquitatis parens, multis aliàs in admiratione Circes, gloriam herbarũ Aegypto tribuit, quum etiam quæ rigatur Aegyptus illa non esset, postea fluminis limo inuecta. Herbas certe Aegyptias à regis vxore traditas suæ Helenę plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes, oblitionem tristitiæ, veniamque afferens, & ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandũ. Hactenus ille. Vnde pharmacũ illud quod Helena Telemacho cõfecit, Odyssęæ 4. Homerus appellat νηπενθές, quasi ἄλυπον, Quidam

Quidam eandem cum buglossa suspicantur, propterea q. vino inuecta hilaritatem inducit, teste Galeno. Cui subscribit Plin. lib. 25. ca. 8. 2, his verbis, lungitur huic buglossos, boum linguæ similis cui præcipuum, quòd in vinum deiecta, animi voluptates auget, & vocatur euphrosynum. Nomen habet à νὴ priuatoria particula, & πένθος luctus. Idem Plin. lib. 21. cap. 11. 7. de helenio herba, Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud præ dicatum ab Homero, quòd tristitia omnis aboleatur. Vide diligenter Macrobium lib. 7. Saturn. cap. 1. Budæum in posterioribus annotationibus. Cælium lib. 19. cap. 3. & lib. 26. cap. 25.

Nepeta, pen. corr. siue Nępita, (κατάμινθη,) Herba quæ pulegium agreste vulgò dicitur. Colum. lib. 5. cap. 7. 15, At si molesta pituita est, cumilæ bibulæ, vel nepetæ syluestris furculi lana inuoluti naribus inseruntur. Plin. lib. 20. cap. 14. 1, Item pulegio est nepetæque societas. Nonnulli existimauerunt eam esse herbam quam Dioscorides vocat galliopsim, quum tamen non sit. Quin potius est ex Dioscoride tertia calamintheæ species. Videto igitur locũ Dioscoridis de calamintho.

NEPETA, (νεπέτα,) Tuscorum vrbs Ptolemæo libro 3. cap. 1. hodie Nepa.

Nephalia, nephaliorum, (νηφάλια,) Festa erant in quibus non vitium, sed aqua mulsa libabatur, & sobrioforum festiuitates erant.

NEPHELE, huius Nępheles, pen. corr. (νεφέλη,) Vxor Athamantis, & matris Paryxi & Helles. vnde Ouidius Helles Nepheleidos dixit. νεφέλη inter pretatur nubes, nebula, aer densus. νεφέλιον nubecula.

Nephelæus, Adiectiuũ (νεφελαῖος,) vt Pecus Nephelæum, Aries qui Phryxum & Hellen per mare vexit. Valer. 1. Argon. 12,

I decus: & pecoris Nephelęi vellera Graio

Redde tholo,

Nephritis, penultim. producti. nephritidis, f.g. (νεφρῖτις,) Renum dolor.

Nepos, nepõtis, pen. prod. m. gen. (νεπότης, ἔκγονος,) Qui ex filio filiave natus est: quòd natus sit post patri, quàm filius, vt ait Festus. Cic. 7. Ver. 107, Tu inter huiusmodi mulieres prætextatũ tuum filium, nepotem meum collocauisti. Idem 1. Tusc. 127. Quærerem ex eo cuius suorum similis fuisset Africani fratris nepos: facie, patris. Sic ad Atticum, lib. 16. 338. 4.

Ex filia nepos. Cic. de Clar. Orat. 142.

Nepos & Auus, correlatiua. Cic. pro Deiot. 1, Qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit.

Parus nepos. Virg. 2. Aeneid. 64.

Sororis nepos, hoc est Nepos ex sorore. Tacitus libr. 3, Sororis nepotem in nomen asciuit Sic & Tranquillus loquitur in Iulio Cæsare, cap. 83. Tres instituit hæredes sororum nepotes.

Nepos, inquit Nonius, dici & fœmina potest, Ennio authore, quæ nũc neptis dicitur, Iliada nepos quas ærumnas retulisti.

¶ Nepotes, posteri etiam vocantur. Virgil. 6 Aeneid. 137, Fortè recensebat numerum, charosque nepotes. Id est, posteros ac descendentes.

¶ Nepotes, (ἄσπιδες,) appellantur consumptores, à scorpione siue nepa, quæ (vt ait Plinius libro, 11. cap. 25. 5,) deuorat omnes fœtus suos, vno solum saluo. Siue dicuntur luxuriosæ vitæ homines, quòd non aliter his res suæ familiaris cura sit, quàm iis quibus pater & auus viuunt. Horat. 2. Serm. satyr. 3. 45, Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Idem Epod. 1. 17. Cicer. pro Quintio, 22, Quis tam perditus ac profusus nepos, non adeò tam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset, vt finit Sext. Nævius?

Nepos in patrimonio suo. Cice. 1. pro Lege agraria, 1, Videte nunc proximo capite, vt impurus heluo turbet Remp. vt à maioribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet: vt sit non minus in Pop. Ro. paluxuriosus nepos, quàm in suo. Ibidem, 54, Vt in rebus suis, ita in Rep.

¶ Nepotes, in vite. Colum. lib. 3. cap. 6. 2, Si etiam nepotum fructu graui da est, ea sine dubitatione ferax destinari debet legendo malleolo, Idem lib. 4. cap. 6, Idem tamen sarmentum, quod in materiam summitti mus, ab imò vsque in tres pedes, & semissem pumpinabimus, & omnes eius intra id spatium nepotes enatos decerpemus. Ibidem, cap. 24. 15, Iam verò ipsos palmites, quos vindemiæ præparamus, clauculis ac nepotibus libertandos magnopere censeo. Virgil. 2. Georg. 12,

— feris factura nepotibus vmbram.

¶ Nepos. Colu. lib. 6. cap. 37. 3, Eiusmodi admissarius onager nepotibus magis, quàm filiis vtilior. De genere mularum.

Neptis, huius neptis, (ἀδελφή,) Cice. de Claris Orat. 111, Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus: & filias eius Mutias ambas, quarum termo milii fuit notus: & neptes Licinias. Plin. lib. 7. cap. 45. 5.

Arbitrium neptis habebat auus. Ouid. epist. 8. 7.

Nepotulus, nepotuli, pen. corr. Diminutiuum (ἀνεψιός,) Plaut. Mil. 22. 20,

— si Te saluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

Nepotinus, pen. prod. Adiectiuũ, (ἀνεψιακός,) Suet. in Caligula, cap. 37, Nepotinus sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit.

Nepõtor, pen. pro. nepotãris, (κωμάζω,) nepotari, Luxuriosè & prodigè viuere. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 15, Vero liberalitate nepotari. Id est beneficium non dãdum est ei qui nequiter profusurus sit. Hinc

Nepotãtus, huius nepotãtus, pen. pro. (κωμαστής,) Verbale, de quo Afranius, Scurrilitate ac nepotatu nobilis. Plinius libro. 14. cap. 4, ad finem, Raro quippe adiuc fuère, nec nisi in nepotatu, singulis festis millia nummum.

NEPTVNVS, pen. prod. (ποσειδῶν, ποντοποσειδῶν) Saturni & Opis filius, maris deus: dictus est à nando, mutatis literis primis, vt ait Cicero 2. de Nat. deo. 96. Vel (vt Varroni placet) à nubendo, quòd vt cælũ nubes, ita mare terras tegat.

Corpus acerbum neptuni. Lucret. lib. 2. 95. Id est mare acerbum.

Credere se Neptuno, Vide CREDO.

Neptũnius, penult. correp. (ποσειδώνιος,) Adiectiuum possessiuum: vt Neptunia regna.

Arua neptunia. Virg. 8. Aeneid. 139. Hoc est mare.

Dux Neptunius. Horat. Epod. 9. 2. Hoc est marinus imperator. Sextum Pompeium intelligit Pompeii magni filium.

Heros Neptunius. Ouid. 9. Metam. 1. Intelligit Theseum.

Lacunæ Neptuniæ. Author ad Heren. lib. 4. 157. Nam qui perduellionibus venditat patriam, non satis supplicii dederit, si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.

Mœnia Neptunia. Propert. lib. 3. eleg. 9. 9.

Pergama Neptunia. Ouid. epist. 3. 31. à Neptuno & Apolline ædificata.

Pistrix Neptunia. Cic. in Arato, 48.

Prata Neptunia secare. Cic. in Arato,

Non aliæ naues vt in alto pondere proras

Ante solent rostro Neptunia prata secantes, &c.

Proles Neptunia, Messapus. Virg. 9. Aeneid. 105.

Troia Neptunia. Virg. 2. Aeneid. 125. Cuius muri à Neptuno & Apolline constructi sunt.

Neptunine, huius Neptunines, pen. prod. (ποσειδωνίνη,) Patronymicum fœm. Catull. Argon. epigr. 59. 6,

Tene Tethys genuit pulcherrima Neptunine?

Neptunalia, Neptunaliorum, (ποσειδώνια,) Neptuni sacra, quæ & salatia à Salo dicuntur.

Nequa, Adiuerb. (μήτις,) Ne per aliquem locũ. Aut Nequa, nomẽ, id est ne aliqua. Virg. 6. Aene. Cic. 1. Ver. 18, Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat.

Nequam, (οὐτιδανός, μοχθηρός,) Nomen indeclinabile, qd apud veteres significat hominem nullius pretii, quod ne tantiquidem sit, quàm quod habetur minimi: vt ait Festus. Varro Nequam ex ne & quicquã media syllaba extrita cõponi ostendit in libro de Lingua Latina. Quidam à nequeo, quòd nihil queat, nullique rei sit aptus. Vide Gellium lib. 7. cap. 11, Caper docet nequam signare non malum sed inutile. Plautus Bacchid. 11. 27.

— nequam homo est,

Verum hercle amicus est tibi. Idem Mostell. 3. 16, Atque vbi illò immigrat neq̃ homo, indiligens, cum pigra familia, &c. Idẽ Bacch. 23. 59.

Omnia quæ cupio commemoras. N. vidi ego hominem nequam:

Verùm te neminem deteriorem. Et Cal. 5. 41,

— quos ea patiat,

Potius q̃ illi seruo nequam armigero, nihili atq; improbo. Cic. 3. Verr. 85. Quum Sacerdotem execrabãtur, qui Verrem tam nequã reliquisset. Idem 2. Philipp. 84, O hominem nequam: quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere. Sic ad Atticum, lib. 1. 7. 6.

Frugi & Nequam, contraria. Cic. 2. de Orat. 137. Iisdem verbis & laudare frugi fœnum possumus, & si est nequam, iocari.

Nequam & cessator Daunus. Horat. 2. Serm. saty. 7. 20.

Nequam atque improbus homo. Cic. pro Cælio, 6.

Nequior, nequissimus. Plaut. Mostel. 3. 44, Ego sum in vsu factus nimio nequior. Colum. lib. 11. cap. 1. Nulla est vel nequissimi hominis amplior custodia, quàm quotidiana operis exactio. nam illud verum est M. Catonis oraculum, Nihil agendo homines malè agere discunt. Cice. ad Atticum, lib. 6. 112. 5. Nunquam vidi hominem nequiorem. Idem 2. Philipp. 34. Non cum vno gladiatore nequissimo de Repub. grauiter querens. Horat. 2. Serm. satyr. 3. 19. Iple videretur sibi nequior. Idem 3. Carm. ode 6. 10. Aetas parentum peior auis, tulit

Nos nequiores.

Perditus, multoq; nequior homo. Cic. Casio, lib. 12. 2. 1.

Nequius aut turpius nihil est effeminato viro. Cic. 3. Tusc. 64.

Homo omnium nequissimus. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 1.

Aurum nequam. Festus, Nequam aurum est auris, quod vis vehementius ambiat. hoc versu Lucilii significare ait Asinius Capito nequam esse aurum, q̃ aures lædat, vel pondere inaurium, quum mollissima pars inciditur. Vel ex auro intelligi pecuniæ cupiditatem, cuius respectu & nimia cupiditate homines ad peccandum adducuntur.

Liber nequam. Ouid. 2. Trist. 63.

Nequam vitis, Inutilis. Columella libro. 3. cap. 10. ad finem, Nisi tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

(quod est absurdum) crediderunt id trãsitum & abscissum à sua stirpe destitutumque materno alimento, frugiferum, quod in ipsa matre nequam fuisset.

¶ Nequam, pro Nequiter. Plautus Pœnul. 3.50,
-locum sibi velle liberum præberier,
Vbi nequam faciat clam.

Nequiter, pen. corr, nequius, nequissimè, Aduerbiũ (μοχθηρῶς,) Plaut. Rud. 3.4.16, Vt nequiter comprimitur. Idem Casina, 25.18, Et si quidem hercle feci, feci nequiter. Et Amphit. 4.161, Nequiter ferire malam malè disseit manus. Item Asin. 2.2.88, Nunquam hercle faceret, genua mi tam nequiter fricares. Cic. 3. Tuscul. 64. A me quidem panlò ante appellata frugalitas, quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. Plin. lib. 12. cap. 15. 7, Nequissimè autem gummi, quoniam ipsum quoque inhæreret. Cic. 2. de Finibus, 45, aduerbio Nequiter, opponit Frugaliter: Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè: ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat.

Nequitia, nequitiæ, (μοχθηρία, πονηρία,) Lascivia & libidinosa illecebra. Cic. Attico, lib. 1. 1. 1. 3, Nam planè ita putauerunt, quòm religio, quò pudicitia, quòm iudiciorum fides, quum Senatus authoritas concidisset, fore vt apertè victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris.

Poeta suæ nequitiæ. Ouidius 2. Amor. eleg. 1. 1, Ille ego nequitiæ Naso poeta meæ.

Nequitia, inquit Donatus, proprie libidinosa inertia dicta est, quòd nihil queat, nullique relapta sit. Terent. Adel. 3. 3. 4,
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere.

Natiuæ mala nequitiæ. Iuuen. Satyr. 14 22.

Officina nequitiæ & diuersorum flagitiorum omnium domus eius. Cicero pro Rosc. Amer. 79.

Semina nequitiæ languidiora. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 2.

Nequitia, vt ait Gellius lib. 7. cap. 11, est luxus vitæ prodigus atque effusus. Ouidius 1. Fast. 83, Nequitia est quæ te non finit esse senem. Terentius Heaut. 3. 1. 72,
Nam si semel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium hui
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.

Modus nequitiæ. Sene. Agamem. 3. 9.

Frugalitati contrarium vitiũ Nequitia dicitur. Cic. 3. Tusc. 31, Frugalitas, vt opinor, à fruge, qua nihil melius è terra nequitia ab eo, etsi hoc erit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contendere omnes neruos in re aliqua, vel Contendere omnibus neruis pro Summa vi, summoque studio niti. Nam robur iuxta philosophos, in neruis situm. Cic. ad Q. fratrem, Sic contende omnibus neruis & faculatibus. Idem 2. Verr. 22. Magnum fortasse onus, & mihi periculosum, verumtamen dignum in quo omnes neruos ætatis, industriæque meæ contenderem. Ibidem, 5. 110. Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, vt omnes intelligant quàm improbam, &c. Et Cassio, lib. 16. 14. 11, Omnes neruos in eo contendas.

Frangere neruos. Quintil. libro 1. ca. 2. 2, Neruos omnes & mentis & corporis frangit.

Legionum nostrarum neruos his consiliis incidemus. Hoc est, Vires & robur frangemus. Cic. 12. Philipp. 513.

Incidere neruos Populi Romani. Cic. 2. pro Lege agraria, 55.

Incidere neruos virtutis. Cic. 1. Acad. 51.

Intendere neruos in re aliqua, pro Totis viribus conati, & omnem solicitudinem adhibere, & operam. Terent. Eunucho, 2. 3. 20, Fac sis nunc promissa appareat, siue adeò digna res est vbi tu neruos intendas tuos. Vide INTENDO.

¶ Neruum etiam appellamus (inquit Festus) vinculum ferreum quo pedes vel etiam ceruices impediuntur. Plautus, Perfidiosè captus, eo ede pol neruo ceruices probat. Idem Capt. 12. 71,

Nam noctu neruo vinctus custodibitur,
Interdiu sub terra lapides eximet. Et Curcul. 15. 12, Atque ita te neruo torquebo itidem vt catapultæ solent. Item Aulul. 30. 15, At ego credo deos voluisse, vt apud te me in neruo enicè. Sic Afina. 11. 5,
– crucesque compedesque,
Neruos, catenas, carceres.

Corripere in neruum aliquem, Vide CORRIPIO.

¶ Neruus, pro amento, vel chorda arcus: vt

Stridens neruus. Virg. 5. Aeneid. 101,
Primaque per cælum neruo stridente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras.

Adducto neruo concita moles. Ouid. 2. M. 1. 72. Intelligit balistam.

Equino neruo intentus arcus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 5.

Pulsatos neruos. Virg. 4. Georg. 63.
– vt æstuis effusus nubibus imber,
Erupere aut vt neruo pulsante sagittæ.

Sagittas aptare neruo. Virg. 10. Aeneid. 27.

In neruum abire. Terent. Phorm. 4. 4. 15,
– cæterum
Quum argentum repetent, nostra causa scilicet
In neruum potius ibit. Vbi Donatus, In neruum ibit, Decipiet. à prouerbio tracto à sagittarum: quum vis conatusque tendentis arcum, non in volatu teli, sed in ruptionem nerui expetatur.

Erumpet fortitudo istæc in neruum, Vide ERVMPO.

¶ Nerui, Chordæ citharæ dicuntur. Cl. 1, Tusc. 7. Summam eruditionem Græci sirum censebant in neruorum vocumque cantibus. Propert. libro 5. eleg. 3. 8,
– hæc carmina neruis Aptat.

Concordia neruorum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 87. De fidibus.

Lyra intenta neruis. Quintil. lib. 2. cap. 8. 10.

Modulati nerui. Ouid. ad Pisonem, 15.

¶ Continere neruos. Quintil. lib. 1. cap. 12. 3, Quò interim alios neruos dextra percutiant, alios læua trahant, continent, probant, ne pes quidem otiosus certam legem temporum seruat.

Percutere neruos. Quintil. lib. 1. cap. 12. 3.

Percussi nerui. Ouid. 5. Metamo. 68, Atque hæc percussis subiungit carmina neruis.

Probare neruos. Quintil. lib. 1. cap. 12. 3.

Sonant ita in fidibus nerui, vt à digitis sint pulsi. Cic. 1. de Orat. 119.

Trahere neruos. Quintil. lib. 1. cap. 12. 3.

Nerui, neruiæ, (νευρὰ, in fœmino genere lectum est apud doctos sæpe, inquit Nonius. Varro, Scientia doceat quemadmodum in psalterio est, tendamus neruias. Neruias pro fidiculis, id est chordis cytharæ accepit Varro.

Neruium, neruu, neutro genere. Varro, Et id dicunt suam Briseidem producere, quæ eius neruia tractare solebat. Nonius.

Nerulus, pen. corr. Diminut. (νευρίδιον,) Cic. ad Atticum, lib. 16. 343. 5. Quòd certè facies, si tu nerulos tuos mihi sæpe cognitos, suauitatemque qua nemo tibi par est, adhibueris.

Neruosus, pe. prod. Adiect. (νευρώδης) Quod multos habet neruos. Plin. lib. 11. cap. 37. 66, Ideò nulla est et caro, sed neruosa exilitas.

Neruosus orator, per translationem, hoc est Magnam vim & efficacia sermonis habens. Cic. de Cla. Orat. 61, Quis Aristotele neruosior?

Neruositas, pen. corr. nervositatis (τὸ νευρώδες,) Plin. lib. 19. cap. 1. 3. Neruositas filo æqualior penè quàm arancis, tinnitusque cum dente libeat experiri. De lino.

Neruosè, pen. prod. Aduerbium, (νευρωδῶς,) Magna vi.

Vigilanter & neruosè. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 13. Vt vigilanter

neruosèque nos, qui stamus in acie, subornes.

Neruosè dicere, vel asserere, Audacter, & magna sermonis vi. Cic. in Ora. 70, Dicetur autem non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele constituta) sed aliquanto neruosius. Idem 3. Offic. 144, Itaque neruosius qui ista dixerunt, solùt audent malum dicere id quod turpe sit.

Neuricus, pen. corr. (νευρικὸς,) Qui neruis laborat. Vitruuius lib. 8. cap. 3. Aquæ neuricos aut podagricos efficiunt: sul phuroſi fontes neruorum labores reficiunt. Budæus. Sed hoc à Græca dictione νεῦρον deducitur, quæ idem significat quod Nerus.

Nescio, nescis, nesciui, nescitum, pen. prod. (οὐκ οἶδα, ἀγνοῶ.) Nescire, ignorare. Terent. Eunuch. 4. 7. 29, Cauc is, nescis cui maledicas nunc viro.

Nemo in eo quod nesciat disertus esse potest. Cic. 1. de Orat. 33.

Nescio aliàs, pro eo quod barbarè dicitur, Nescio de aliis. Terentius Heautont. 2. 4. 16,

Nescio aliàs: me scio quidem semper fecisse sedulò, vt, &c.

Casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, vt quum maximè florere nos oportteret, tum vinere etiam paderet. Cic. Lucceio. lib. 5. 11. 5.

Nescias eius sit potestas posthac, an nunquam tibi. Terentius. Heauton. 2. 3. 104.

Nescio de. Plaut. Merc. 7. 41.
– nam nunc nescire sat scio
De illa amica.

Nescit nisi. Plaut. Mostel. 8. 75, Fœnus illic fœnus, hic nescit quidè nisi fœnus fabularier. Terent. Heaut. 4. 1. 50.
– quid nunc suspicare, aut inuenis
De illa? s. o. nescio, nisi vt ex ipsa quæras vnde huno habuerit.

Nescimus qui fiet. Plaut. Pœn. 9. 36. Quis hic est? AD. nescimus nos istam quidem qui fiet.

Nescio quid, Aliquid quòd ignoro. Terent. Heaut. 2. 2. 7, Faciam, sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali. Idem Andr. 2. 2. 3. Letus est nescio quid. Sic Eunuch. 2. 3. 7, Nescio quid de amore loquitur. Item Heaut. 4. 1. 7, Nescio quid tristis est, non temerè est: metuo quid sit. Cicero pro Quintio, 7. Posteaquam nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat. Idem pro Rosc. Amerino, 62, Non paullùm nescio quid in rem suam conuertit.

Nescio quid certe est. Virgil. 8. eclog. 12.

Nescio quis. Cic. de Amicitia, 73. Quinetiam siquis asperitate ea est & inmanitate naturæ, vt hominum congressus fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus.

Nescio quomodo. Cicero de Amicitia, 72. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia. Et paulò pòst, 75, Sed nescio quomodo verum est quod in Audria familiaris meus dixit, Obsequiũ amicos, veritas odium parit.

Nescio quomodo ad aures istius peruenit. Cic. 6. Verr. 56.

Nescio quo pacto. Cic. de Amicitia, 4, Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum authoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere gratiæ. Ibidem, 82. Sed nescio quo pacto ab amicitiis perfectorum hominum, id est sapiẽtum, ad leues amicitias defluxit oratio. Et Lucceio lib. 5. 1. 5, 3.

Nescio quod. Terent. Hecy. 3. 1. 39.
– nescio quod magnum malum
Profectò Parmeno me celas. Idem Phorm. 1. 4. 16. Te nominat.
A. nescio quod magnum hoc nuntio expecto malum.

Dum liceat fateri nescire quod nesciam. Cic. 1. de Orat. 51.

Nescire quod scis. Plaut. Milite, 9. 89,
Næ tu hercle, si te di amabant, linguam comprimas:
Posthac etiam illud quod scies nesciueris. Id est Tacebis, nec pallam facies. Terent. Heaut. 4. 4. 26.
Næ ille haud scit hoc paulum lucri quantum ei
Damni apportet. tu nescis quod scis Dromo, si sapies. D. mutum dico. Idem Eunucho, 4. 4. 55.
Ita, vtrum taceamne, an prædicem? o. tu pol si sapis,
Quod scis nescis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis. Donatus admonet esse prouerbium. Sumptum à dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scyrpi proponi solent: Facio, & non facio: Sum amicus, & non sum amicus: Audio, & non audio. Hoc prouerbio certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod scit, perinde cõtinet ac dissimulat quasi nesciat.

Nescio vnde eam. Terent. Eunuc. 2. 3. 13, Ego nescio hercle neque vnde eam, neque quorsum eam.

Nescio te ego? hoc est, Putas te mihi non esse notissimum? Plaut. Menæch. 16. 44.
Quem tu hominem me arbitrare? v. nescio te ego?
M. Scis tu me? v. non te noui?

Nescis nec in pace, nec in bello viuere. Cic.

Nesciunt irasci. Cic. 3. de Orat. 37. Stoicos autem, quos minimè improbo, dimitto tamen, nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciũt.
Hoc est, Non possunt, aut nolunt.

Lachrymare vultus nescit. Seneca Here. furen. 13. 19.

Ludere nescit. Horat. de Arte, 77.

Stare loco nescit. Virgil. 3. Georg. 17.

Latinè nescire. Cic. de Claris Oratorib. 72. Non enim tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire.

Nescitur, pen. prod. (ἀγνοεῖται,) Cice. ad Atticum, lib. 7. 131. 2. Inde vtrũque consistere vispiam velit, an mare transire, nescitur. Idem 4. Acad. 63. Vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur.

Nescius, pen. corr. Adiectiuum, (ἄνοιδος, ἀνεπιστήμων,) Qui nescit.

Viri nescia. Ouid. 1. Metam. 124.
– vbi quasi nescia quiescit. Hoc est, tanquam virum non cognouerit.

Plinius epist. 176. b. Accedit lachrymis meis, quòd absens, & impendentis mali nescius, pariter ægrum, pariter decessisse cognouit. Columel. lib. 10. 6. Nescia plebs generis.

Fati nescia Dido. Virgil. 1. Aeneid. 61. Ibidem, lib. 10. 101.
Nescia mens hominum fati sortisque futuræ.

Haud nesciut rerum. Virgil. 12. Aeneid. 46.

Veri nescius. Ouid. 1. Metam. 124.

Cordis nescia mansuescere. Virg. 4. Georg. 94.

Lumina nescia succumbere somno. Ouid. epist. 12. 10.

Tolerandi nescius. Tacit. lib. 3. Illic paucos dies componendo animo insumit, violenta luctu, & nescia tolerandi. De Agrippina.

Vinci nescius. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 9.

Non eram nescius Brute, quum quæ summis ingeniis, exquisitaque doctrina, &c. Cice. 1. de Finib. 1.

Nõ sum nescius Crasse ista inter Græcos dici solere, &c. Cic. 1. de Ora. 24.

Et non sum nescius, Vide NON Aduerbium.

¶ Nescius, (ἄγνωστος,) Incognitus, qui ignoratur. Plaut. Rud. 7. 11.
Nunc tibi amplectimur genua egentes opuno, quæ in locis nesciis
Nescia spe sumus, vt tuo recipias tecto, teruesque nos. Gellius lib. 19. cap. 1. Quum sonus aliquis formidabilis aut è cœlo, aut ex ruina, aut repentinus nescius periculi nõtius, vel quid aliud eiusmodi fuctũ est, &c.

Tributa nescia. Tacit. lib. 1. Aliis gentibus ignorantia imperii Romani inexperta esse supplicia, nescia tributa.

Nessotrophium, nessotrophii, penul. prod. (νησσοτρόφιον,) Locus vbi anates clausæ pascuntur. Columel. lib. 8. cap. 15. Nessotrophii cura similis, sed maior impensa est: nam clausæ pascuntur anates, querquedulæ, &c. νῆσσα Græcis, anates Latinè dicuntur.

NESSVS, (νέσσος,) Centaurus fuit, Ixionis ex Nube filius, sagittis ab Hercule confixus, quòd eius vxorem Deianiram rapuisset. Fabulam refert Ouidius 9. Metamorph. 21.

Biformis Nessus. Ouid. 9. Metam. 15.

Fetox Nessus. Ouid. 9. Metam. 21.

Nesseus, penul. prod. Adiectiuum, (νέσσειος,) vt

Tabe Nessea illita palla. Seneca Here. Oeth. 6. 3.

Venenum Nesseum. Ouidius epist. 9. 33. Illita Nesseo misi tibi texta veneno. Hoc est sanguine venenoso.

NESTOR, huius Nestoris, pen. corr. (νέστωρ,) teste Homero lib. Odyssea 11. Nelei filius ex Chlori vxore: qui, vt idem Homerus in 2. Iliados scribit, cum quinquaginta nauibus ex Pylo contra Troianos venit: quanquam trecentesimum annum ageret, ipso dicente apud Ouidium 12. Metamorph. 18.
Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas. – vixi Item Iuuenal. Sat. 10. 25.
Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,

Exemplum vitæ fuit à cornice secundæ.

Pylius Nestor. Horat. 1. Carm. ode 15. 5.

Vincere Nestora eloquiò. Ouid. 13. Metam. 13.

Nestorides, pen. corr. Patronymicũ, (νεστορίδης,) & Nestoreus, possessiuũ.

Senecta Nestorea. Stat. 1. Sylu. 5. 22.

Gratia Nestorei mellis. Ouid. ad Pisonem, 13.

NESTVS, (νῆστος,) Fluuius est Thraciæ, à Strymone secus Abderã vrbem fluens. Vt Diomedis fabulis infamis est, ita Democriti patria, quã præterfluit, clarus. Diomedis, qui hospites apud Nestum equis suis deuorandos dabat, meminit Hesiodus in Theogonia. Meminit & huius Plinius multis in locis.

Neu, (οὐδὲ,) à Nève deluctum est, per apocopen. Id est, non. Plaut. Sticho, 1. 15. Neu lachryma foror.

Neu, pro Neve, & Non. Plaut. Pœnulo, 8. 28.
– agite intrò, abite Agorastocles,
Ne hic vos mecum conspicetur leno, neu fallaciæ
Præpedimentum obiiciatur. Idem Menæch. 22. 18.
Nunc obsecro te, quisquis es, operam mihi
Vt des, neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam. Terent. And. 1. 5. 56. Te obtestor, ne abi te hanc segreges, neu deseras. Cæsar 2. bel. Gall. 305. Milites non longiore oratione est cohortatus, quàm vti suæ pristinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo.

Virgil. 2. Aeneid. 38.
Hanc tamen immensam Calchas attolere molem
Roboribus textis, cœloque educere iussit:
Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit,
Neu populum antiqua sub religione tueri.

Neu, neu, conduplicatum, elegantem vim habet. Cæsar 1. belli Ciuil. 180.
Neu se, neu Pompeium absentem imperatorem suum aduersariis ad supplicium tradant, obsecrat. Liu. 5. bel. Pun. 110. Et Scipiones me ambo dies noctesque curis insomniisque agitant, & excitant sæpe somnos: neu se, neu inuictos per octo annos in iis terris milites suos, commilitones vestros, neu Rempublicam patiar inultam.

Neve, Vide NE.

Nevolo, nevis, nevult, (μὴ θέλω,) veteres dixerunt, pro Non volo, vel Nolo. Plaut. Trinum. Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu nevis. Tirinnius Serina, Ipsius quidem hercle ducem nevult. Nonius.

Neuricus, Vide NERVVS.

Neurobata, neurobatæ, pen. corr. m. g. (νευροβάτης,) Neurobatæ, qui omoisariam prorepunt, qui ambulant super neruos & funes neruos. τὰ νεῦρα Græci neruos dicunt. Iulius Firmicus lib. 7. Matheseos, Cum testimonio verò Martis & Lunæ erunt funambuli, olibatæ, neurobatæ occident.

Neuter, neutra, neutrum, penul. corre. trisyllabum, teste Prisciano, genitiuo neutri, neutræ, neutri & neutrius, (οὐδέτερος,)

Nec hic, nec ille. Plaut. Menæch. 17. 17.
– quoties tandem edixi tibi
Vt caueres, neuter ad me ireris cum querimonia? Terent. And. 5. 1. 10. Verò vultu, quũ ibi me adesse neuter tũ præsensérat. Cic. de Amicitia, 48. Quòd Tarquinium dixisse fertur, tum quum exul esset, se intellexisse quos fidos amicos habuisset, quosque infidos, quum iam neutris gratiam referre posset.

Neuter anguis, Id est nec fœmina. Cic. 2. de Diuin. 91.

Neutram in partem. Cic. 2. Offic. 17. Tamen sine hominum opibus & studiis neutram in partem effici possunt. Idem 4. Acad. 235. Huic summum bonum est in his rebus neutram in partem moueri.

Neuter alterum diligit, dicimus: non autem Neuter neutrum, Id est, neque ille hunc diligit, neque hic illum.

Neutrum ab altero. Quintilian. libro 1. Vrile vtrumque, & ideò neutrum ab altero separo.

Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. Cic. 2. de Diuinat. 16.

Neuter alteri. Quintil. lib. 1. Ita fiet vt quum æquali cura vtranque tueri cœperimus, neutra alteri officiat.

Neuter vtri inuidet. Plaut. Sticho, 14. 51.
Vnanimi sumus, vnam amicam amamos ambo mecum
Vbi est, tecum est tamen: tecum autem vbi est, mecum tamen
Ibi est: neuter vtri inuidet.

Neutrò, aduerbium, (οὐδετέρωσε.) Nec ad vnam partem, nec ad aliam. Liu. 5. ab Vrbe, 111. Prælisque parua fieri: & teri tempus, neutrò inclinata spe. Id est in neutram partem, Idem 4. bel. Maced. 230. Audita inspectaque re suspensa ofa, neutrò inclinatis sententiis. Sic 4. bel. Pu. 64.

Neutrobi, pen. prod. Idem, (οὐδετέρωθι,) Plaut. Aulul. 7. 56.
Et te vtar inquiore, & meus me ordo irrideat,
Neutrobi habeam stabile stabulum.

Neutrālis, & hoc neutrāle, pen. prod. (οὐδετεροῖος,) Quod est neutrius partis. Vnde Neutralia verba dicta sunt, quæ neque agunt aliquid, neque patiuntur, vt Sto, Iaceo, &c.

Positio neutralis. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18. Aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant.

Nomina neutralia. Quintil. lib. 1. cap. 5. 54.

Neutiquam, penult. produc. inquit Donatus, (μηδαμῶς,) Vna pars orationis est, pro Nequaquam. Nullo modo, vt ait Festus. Terent. And. 2. 1. 32.
Ego Charine, neutiquam officium esse liberi puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. Idẽ Heau. 2. 3. 113. Quapropter neutiquam hæc res neglectu est mihi. Sic Hecy 12. 1. 2. 50. Vsque illud visum est Pamphilo neutiquam graue.

Nex, necis, (φόνος,) Mors, siue cæsies, quæ ferro fit, aut alia vi. Cice. pro Milone, 7. Insidiatori verò & latroni quę potest afferri iniusta nex? Sisenna Historiarum lib. 4. Quoniam neque mea nex, neque intercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam. Author ad Herennium, lib. 4. 179. Tiberium Gracchum Rempub. administrantem prohibuit indigna nex diutius in ea commorari. Apud Plinium Iuuenies Neces in nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo pluralibus. Cæsar 6. bel. Gall. 72. Viri in vxores, sicuti in liberos, vitæ, necisque habent potestatem.

Necem à Græco dici certum est, inquit Festus. νεκρὸν enim mortuum dicunt Græci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dignus nece. Ouid. epist. 6. 30.
Artifices necis dicuntur, qui nouum aliquod mortis genus comminiscuntur. Ouidius 1. de Arte, 132.
– neque enim lex iustior vlla est,
Quàm necis artifices arte perire sua.
Amare necis. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 8.
Artifex necis. Ouid. 8. Metam. 90.
Multorum ciuium neces. Cic. 1. in Catil. 13.
Iniusta nex. Cic. pro Milone, 7.
¶ Afferre necem, Vide AFFERO.
Cecidit nece vir. Ouid. epist. 14. 3.
Conscium sibi ipsi necem Iunius. Cic. 2. de Nat. deor. 12.
Dedere aliquem neci. Virgil. 4. Georg. 18.
Demittere aliquem neci. Virgil. 7. Aeneid. 17.
Infundere neci dare aliquem. Ouid. in Ibin, 76.
Datus neci, authore Festo, proprè dicitur, qui sine vulnere interfectus est, vt veneno, aut fame.
Effugere necem. Ouid. 7. Metam 85.
Eripere necè alicui, Cõseruare aliquè quominus pereat. Stat. 5. Theb. 14.
Inferre necem, Vide INFERRO.
Maturare necem alicui. Horat. 3. Carm. ode 7. 4.
Meruisse necem. Ouid. epist. 11. 22.
Miscere neces. Valer. 3. Argonaut. 76.
Corpora missa neci. Ouid. 7. Metam. 124.
Moliri necem alicui. Tacit. lib. 13. Fratri eius L. Sillano necem molita.
Occumbere neci. Ouid. 15. Metam. 100.
Parare necem alicui. Ouid. 1. de Arte, 50.
Indignam necem pati. Ouid. 10. Metam. 125.
Patrare necem. Tacit. lib. 2. Si patrandæ neci venenum mitteretur.
Causam præbere necis. Ouid. epist. 2. 30.
Gelida nece torpuit. Lucret. lib. 4. 111.
Vltisci necem alicuius. Ouid. 7. Metam. 92.
Graui vrgendus nece. Seneca Herc. Oeth. 14. 16.
In necem alterius, pro In damnum & fortunarum euersionem. Vlpianus de Crimine stellionatus, Siquis impositam fecerit, vel collusionem in necem alterius. Budæus.

Nexo, nexas, & Nexus, Vide NECTO.

N I

Ni, (νή μοι,) à Nisi per apocopen factum, Si non. Subiunctiuo interdum iungitur, interdum etiam Indicatiuo. Plaut. Mostel. 4. 65.
Dii me faciant quod volant, ni ob istam orationem
Te liberasso denuo. Terentius And. 3. 4. 19. Mirum ni domi est. Idẽ in Prologo Heaut. 8. – nunc qui scripserit,
Et cuia Græca sit, ni partem maximam
Existimarem scire velitum, id dicerem. Item Eunuch. 5. 7. 13.
An pœnitebat flagitii, te authore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Et And. 5. 4. 15. Ni metoam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probe. Sic Phorm. 2. 1. 48. Nam ni hæc ita essent, cum illo haud stares Phædria. Et paulo post, Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui. Cicero. 3. de Finib. 101. Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus, &c. Idem 5. Tuscul. 161.
Ni mala, ni stulta, ni indomita, imposque animi: quod viro Esse odio videas, tute tibi odio habeas. Plaut. Menæch. 4. 1. Hunc locum Donatus & Seruius paulò post, NI pro NE, siue NON interpretantur.
Ni pro Non dicebant veteres, vt ait Donatus. Plaut. – ni stulta sis.
Ni, pro Ne. Virgil. 3. Aeneid. 138.
Contra iussa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim
Inter vtranque viam lethi discrimine parvo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro. Vbi Seruius, Antiqui NI, pro NE ponebant, qua particula plenus est Plautus. Ni mala, ni stulta sis. Sensus ergo talis est. Timor cogebat vt quocunque nauigaremus, euentum sequeremur, non iudicium: sed occurrebat præceptum Heleni vitare Scyllam & Charybdim, quare placuit ne cursus teneant, hoc est agantur & impleantur inter vtranque viam modico mortis interstitio, id est Scyllæ & Charybdis. Lucret. lib. 2. 148.
Niue alium quenuis quæ sint inbuta colorem
Propterea gerere hunc credas.
Ni, particula in responsionibus vtebantur antiqui, & in iudicio recuperatorio. Cice. pro Murena, Sponsionem facere posset ni aduersum edictum Prætoris vis facta esset. Idem 5. Verr. 117. Sponsio facta est, cum cognitore tuo A pronio de fortunis tuis omnibus, ni socium tibi in decumis esse dictitaret. Et sic sæpe ibidẽ. Idẽ 7. Verr. 110. Cogere esset quid ageret nemo, nemo postularet sestert. duobus millibus spõsionem facere cum lictore suo, ni furtis quæstum faceret. Budæus.
NIABETHOS, (νιάβηθος.) Pluuius est apud Theocritum, quem enarratores ipsius dicunt esse in Sicilia.
NICANDRVS, siue Nicander, (νικάνδρος,) Colophonius, grammaticus & poeta, & medicus tempore Attali iuuenis illius qui Gallogræcos vicit: scripsit De theriaca contra venenum, De agricultura, Curationum collationes, Prognostica Hippocratis versibus edidit, aliaque cõplura. Author Suidas. Cice. 1. de Orato. 36. Si constat inter doctos, hominem ignarum astrologiæ, ornatissimis atque optimis versibus Aratum de cœlo stellisque dixisse: de rebus rusticis hominem ab agrore motissimum Nicandrum Colophonium poetica quadam facultate non rustica scripsisse præclarè: quid est cur, &c.

Nicerotianum, penul. prod. (νικηρωτιανὸν,) Delicatius odoramentum & vnguentum: dictum ab artifice probo Nicerote. Martial. lib. 6. 55. Fragras plumbea Nicerotiana. Idem lib. 10. 38. Nymbis ebria Nicerotianis.

NICEA, & Nicæa, pen. prod. (νίκαια,) vtroque modo dicitur secundum Priscianum, est nomen duarum vrbium, quarum vna est Galliæ, à Massiliensibus condita, teste Plinio lib. 3. cap. 5. 30. Alia Asiæ, & Bithyniæ metropolis, de qua Plin. lib. 5. ca. vlt. 8. Niceam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominauit. Postea Lysimachus à nomine vxoris Antipatri filiæ Niceam appellauit. Vibis ambitus stadiorũ LX fuit in figura quadrata, in campo sita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quare ex vno lapide, qui circa medũ gymnasiũ positus erat, omnes quatuor portæ cernebantur. Author Strabo lib. 12. Hic iubente Constantino famosa illa synodus celebrata est, trecentorum decem & octo episcoporũ, & perfidum Arrhii dogma rectum. Vulgus nostrum vocat ipsam vrbem Nice. Alii Niceæ scribunt.
Aestuosæ Niceæ ager. Catull. ad Seipsum, epigram. 43. 1.

Niceteria, niceteriorum, (νικητήρια,) Præmium victorum accipiur etiam pro sacrificio vel epulo victoriæ gratia facto, quod etiam epinicia plurali numero dicitur. Iuuenalis Saty. 3. 7. Et ceromatico fert niceteria collo. Budæus.

NICIAS. Athenienses, genere clarus. Aristoteles scribit tres viros Athenis eodem tempore æquè potentes fuisse, Niciam Nicerati, Thucydidem Milesium, & Theramenem Agnonis. Thucydides his natu aliquãtulum maior, multa cum Pericle clara pro Republica gessit. Post mortem Periclis ad Niciam primæ partes delatæ sunt. Milius igitur imperator vnà cum Demosthene altero duce contra Syracusanos, qui Gilippum Lacedæmoniorum ducem auxilio accersiuerant, infeliciter pugnantes, ambo à Syracusanis in bello capti sunt, in carcerẽque coniecti, sibi manus attulere. Ex Plutarcho. Nicias Marco Crasso ex nostris comparatur. Plutarcho in Parallelis: quòd & diuitiis abundauerit, & eundem fere exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenerit. Niciam alius Athenienses pictor, qui, teste Plinio li. 35. ca. 11. diligẽtissimè mulieres pinxit: lumẽ & vmbras custodiuitque vt eminerent è tabulis picturæ, maximè curauit. Hic ita in arte tãta cõtentione animi incubuisse dicitur, vt cibum sumere sæpe oblitus sit. Aelianus de Varia historia. Nicias, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabricium veniens, ei promisit Pyrrhum veneno necaturum. At ille auertatus fachus, Pyrrho rescripsit vt à Nicia sibi caueret. Hæc Curtius.
Nicias, Grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Ciceroni, qui eius in epistola quadam ad Atticum meminit: item in epistola ad Dolabellam. Tranquillus.
NICOCREON, (νικοκρέων,) Cypriorum tyrannus, de quo in dictione ANAXARCHVS.
NICOLAVS, pe. prod. (νικόλαος,) Nomẽ proprũ quasi victor populi. Nicolai vocantur Palmarum balani grandiores. Plin lib. 13. cap. 4. 25.
Nicolaitæ, pen. prod. (νικολαΐται,) Hæretici fuere, ab Nicolao nomẽ dicentes, qui fuit cum Stephano diaconus. Eorum dogma fuit, Vxorum communio. Improbantur Apocalypsis cap. 2.
NICOMACHVS, pen. corre. Nicomachos sex tradit Suidas: Primũ ex Alexãdria Troadis, poetam tragicum, qui scripsit tragœdias vndecim. Secundum, Atheniensem item tragicum, qui vicit Euripidem & Theogenem, Nicomachum item medicum, Machaonis filium, Aesculapii nepotem, qui scripsit de medicina libros sex, & in philosophia vnum. Reliquos duos, patrem & filium Aristotelis ponit, ambos medicos: quorũ filius scripsit commentarios in Physicam patris.
NICOMEDES, pen. prod. (νικομήδης,) Nomen proprium regis bithyniæ, Romanorum amici, qui olim raso capite sumpsit pileum, & se Romanorum libertum vocauit, à quo Nicomedia.
NICOMEDIA, (νικομήδεια,) Ciuitas Bithyniæ, à Nicomede rege, qui eam condidit, appellata. Turcis hodie Nichor: Nautis vulgò Comidia.
NICOPHANES, pen. cor. (νικοφάνης,) Pictor elegãs & Cõcinnus, ita vt vetusta opera pingeret propter æternitatẽ rerum impetuosi animi, & cui pauci cõparentur. Corhornus ei, & grauitas artis. Plin. li. 35. ca. 10.
NICOPOLIS, pe. corr. (νικόπολις,) Ciuitas Epiri, à victoria Augusti sic appellata, quia Cleopatrã & M. Antonii apud Actiũ bello superauit.

Nicto, nictas (σφαλμάω, σφαλεράω, σφαλερόω,) nictare, Frequẽtatiuũ pri sci verbi. Niueo, niues, Est quũ oculis signũ damus claudendo vel vtrũque vel alterum. Plau. Asina. 13. 39. Neque illa vili homini nutet, nictet, annuat. Plin. lib. 11. cap. 37. 21. Plerique verò naturale est, vt nictare non cessent: quos pauidiores accepimus.

Nictor, nictaris, Deponens, (βλεφαρίζω,) Plinius libro 11. cap. 37. 30. Grauiores alimm inferiore gena conniuent: eædem nictantur, ab angulis membrana obeunte.
Nictari (inquit Festus) & oculorum & aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari, dictum est ab antiquis, vt Lucretius lib. 4. Hic vbi nictari nequeunt, insistere quæ alis. Cæcilius in Hymnide, Garrulis medeotes factant sine nictentur pertisis. Nonius in Macchoco, Pone actiũtum scribit, cum in neruo nictabere. Vnde quidam nictationem, quidam nictum, vt Cæcilius in Pugilem, Tamen inter laudandum hunc tumidum tremulis palpebris percutere nictu, hic gaudere & mirari.
Nictatio, Verbale, (βλεφαρισμός,) Plin. lib. 11. cap. 37. 30. Nec genæ quidem omnibus ideo neque nictationes iis quæ animal generant.

Nicto, nictis, nicti, (ἐνίω,) nictere. Festus, Nictit canis in odorandis vestigiis feratum leuiter gannienis. vt Ennius in lib. 10. Veluti fugiendo vinculis venatica veneno capta solet, si forte ex nare fugaci sensit, voce sua nictit, vlulat, quæ ibi accita est.

Nidor, nidoris, (νίδορα,) Proprè dicitur odor cuiuscunque rei adustæ. A nitore ignis. Plaut. Mostel. 2. 5. Ex inquam nidor è cucina, quid lateo? Virgil. 12. Aeneid. 61.
– illi ingens barba reluxit,
Nidorque ambusta dedit. Martial. lib. 1. 26. Paseeris & nigræ solo nidore culinæ. Sic Cice. 3. Tuscul. 36. Ex quodam poeta. Plinius lib. 20. cap. 13. 8. Et Columel. lib. 9. cap. 5. 6.
Lumen extinctum offendit nates nidore. Lucret. lib. 6. 159.
Ganearum nidor & fumus. Cice. in Pisonem, 9.
Carus nidor. Horat. 2. Serm. saty. 2. 4.
Cineri nidor. Plin. lib. 11. cap. 9. 2. Bactriano nidor siccus.
Graues nidore Chelydri. Virgil. 3. Georg. 83.
Nidor etiam de stercore dicitur. Apuleius lib. 4. Alios putore nidoris fœtidi à meis scapulis abegissem.
Nidor, Risus. Horat. 2. Serm. saty. 7. 8.
– nasum nidore supinor. Sic Porphyrio interpretatur. Acron verò, Nasum, inquit, nidore supinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem à mimio odore tractum.
Nidor differt ab odore. Plinius lib. 13. cap. 1. 1. Cedri tantum & citri suorum fruticum in faccis fumo conuolutum nidorem verius quàm odorem nouerant.

Nideo, nides, cuius compositum in vsu est, Renideo.

Nidus, nidi, (νεοσσιὰ,) Auium domicilium. A nidore, vt putatur, quia malo odoris sint auium cubilia. Plin. lib. 10. cap. 29. 3. In Pide nate agro iuxta vrbem ciconiæ nec pullos, nec nidum faciunt.
Aditus nidi, Vide ADEO.
Nidi apium. Virgil. 4. Georg. 12.
– hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidosque fouent, hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.
Domus & nidi. Virgil. 5. Aeneid. 43. – columba
Cui domus, & dulces latebrosio in pumice nidi.
Adulteratus nidus. Plinius libro 10. cap. 9. 2. Vide Subiceere pullos in SVBIICIO.
Dulces nidi. Virgil. 1. Georg. 83. – iuuat imbribus actis
Progeniem parnum, dulcesque reuisere nidos. De corui.
¶ Abducere in diuersum à nido, Vide ABDVCO.
Construere sibi nidum. Ouid. 15. Metam. 80. Vuguibus, & duro nidum sibi construit ore. De phœnice. Vide CONSTRVO.
Cubilia sibi nidosque construunt, eosque quàm possunt mollissimè substernunt gallinæ auesque reliquæ, vt quam facillimè oua seruentur. Cice. 2. de Natu. deorum, 195.
Demptos cacumine nidus. Ouid. 13. Metam. 178.
Detrahere aues nido. Virg. 4. Georg. 103.
Egredi nidis. Quintil. lib. 2. cap. 6. 5.
Fingunt & construunt nidos procreationis atque vtilitatis suæ causa volucres. Cice. 1. de Orato. 14.
Migrare nidum, Vide MIGRO.
Struere nidum. Tacit. lib. 5. Suis in terris struere nidum.
Texere nidos. Quintil. lib. 2. cap. 16. 9.
¶ Nidus, aliquando accipitur pro fœtu auium. Virgil. lib. 4. Georg. 4.
– ipsæque volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. Nonius.
Lequaces nidi. Virgil. 12. Aeneid. 95.
– alta atria lustrat hirundo,
Pabula parua legens, nidisque loquacibus escas.
Queroli nidi. Sene. Herc. fur. 2. 5.
Pinnasque nouo tradere soli
Gestit querulos inter nidos Thracia pellex. Id est philomela.
¶ Nidus, pro poculo ad nidorum similitudinem facto. Varro Quinquatribus, Quam lympham melius è lacuna fontium allatam, nidos potili permisceat. Nonius.
¶ Nidi dicuntur in quibus merces in tabernis separatim tenentur. Martialis lib. 1. epigrammate penultimo,
De primo dabit, altero ve nido
Rasum pumice, purpuraque cultum.
Nidulus, nidili, pen. corr. (νεοσσίδιον,) Parvus nidus. Gell. lib. 2. ca. 29. De auiculæ nidulo lepide atque iucunde præmonet. Cic. 1. de Orat. 96. In asperrimis saxulis, tanquam nidulum, affixam.
Nidifico, nidificas, pen. corr. (νεοσσεύω,) nidificare, Nidum facere. Virgilius, Sic vos nõ vobis nidificatis aues. Colu. lib. 8. ca. 15. Pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aues. Plinius lib. 10. cap. 52. ad finẽ, Gauiæ in petris nidificant, mergi in arboribus. Ibidem, cap. 53. 7. Nidificat in specu sex pedum defossa altitudine.
Nidificare Iuto. Plinius lib. 10. cap. 52. 2 Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, peoè contextim, in secessu generat.
Nidificus, pen. cor. Adiectiuum, (νεοσσευτικός,) Seneca Medea, 9. 9. Quodcunque tellus Vere nidifico creat.
Nidulor, pen. corr. nidulàris, (νεοσσεύομαι,) nidulari, Idem quod Nidifico. Plin. lib. 11. cap. 18. 2. Aliud rursus eorum genus, qui è fimo ingentes pilas auersis pedibus volutant. paruosque in iis cõtra rigorẽ hyemis vermiculos fœtus sui nidulant. Gel. li. 2. ca. 29. Habitat, nidulatiq; segetib°.
¶ Nidolari, Ouis incubare. Varro Hebdomadũ primo, Prima dies, deinde illos quibus halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.
Nidamentũ, nidamenti, Locus vbi nidulantur aues. Plaut. Rud. 20. 51. In neruo mille hodie nidamenta congeret.

Niger, nigra, nigrũ, (μέλας, κελαινός, ἀλαμπής, ἐλαμπής, ἐρεβεννός, ἰωλός,) Ater, & obscurus color, qui & fuscus quibusdã dicitur. Plaut. Capt. 11. 115. Macilento ore, nasu acuto, corpore albo, & oculis nigris.
Aequoris nigri fremitus. Horat. 2. Carm. ode 27. 5.
Aer niger. Virg. 1. Georg. 86.
Agmen nigrum. Virg. 4. Aeneid. 81. de formicis.
Auetrum nigrum. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 6.
Cælum pice nigrius. Ouid. epist. 17. 2.
Capilli nigri. Horat. 1. epist. 7. 6.
Colles nigri, Vmbrosi propter arbores. Horat. 4. Carm. ode 12. 3.
Color niger. Ouid. 2. Metam. 48.
Crinis niger. Horat. 1. Carm. ode 32. 3.
Imber nigerrimus densis Austris. Virg. 5. Aeneid. 130.
Lacus niger. Virg. 6. Aeneid. 49.
Limus niger. Virg. 4. Georg. 96.
Liuor niger. Ouid. in Fragmento, 6.
Monedula nigra pedes. Ouid. 7. Metam. 94.
Mors nigra Stat. 9. Thebaid. 161.
Nemus nigrum. Virg. 3. Geor. 67.
Noctis nigræ vmbra. Lucret. lib. 4. 100.
Nubes nigra. Virg. 5. Aeneid. 104.
Oculi nigri. Horat. 1. Carm. ode 32. 3.
Ouis nigra. Virg. 4. Georg. 110.
Puluis niger. Virg. 9. Aeneid. 7.
Sanguis niger. Ouid. 12. Metam. 66.
Somnia nigra. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 18.
Postque venit tacitus fuluis circundatus alis.
Somnus, & incerto somnia nigra pede. Silius li. 7. 127.
Splendor niger. Plin. lib. 11. cap. 4. 3. Trunco enodi, materie nigri splendoris, &c. De ebeno.
Superstitio nigra. Stat. 6. Thebaid. 3. Sic vocat cæremonias circa funera.
Syluæ nigræ, Obscuræ, vmbrosæ. Horat, 1. Carm. ode 21. 2.
Terra nigra & pinguis. Virg. 2. Georg. 51.
Turbo niger. Virg. 1. Georg. 64.
Venenum nigrum. Virg. 4. Aeneid. 103.
Violæ nigræ. Virg. 10. eclog. 8.
Vmbræ nigræ. Lucret. lib. 4. 85.
Vua nigerrima. Catull. ad Coloniam, epigr. 17. 4.
Alba & nigra. Cic. 2. de Diuin. 13. Aut nũ nescio qui ille diuinus, si oculis captus sit, vt Tiresias fuit, possit quæ alba sint, q̃ nigra dicere: aut, &c.
¶ Niger, per translationẽ quandoque ponitur pro mortuo. Iouc. Sat. 1. 8.
Institutque rudes melior Lecusta propinquas
Per famam & populum nigros efferre maritos.
¶ Niger, Noxius. Virg. 2. Georg. 43.
– & nigris excita chelydris Creta. Seruius.
¶ Niger, Malus. Iuuenal. Saty. 3. 3. – nigrum in candida vertunt.
Solebant enim prisci quod bonum & laudabile erat, creta, vel alba linea notare. Quod autem noxium & malum, nigro colore.
Domus nigra questu, Funesta. Stat. 5. Sylu. 1. 4.
Nec minus niger, nec minus confidens. Cice. pro Cecinna, 20. Et argentarius Sext. Clodius cui nomen est Phormionec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio.
¶ Nigerrimus. Plin. lib. 15. cap. 25. 1. Ceraforum A pronianà maximè ru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iem cui gerrima sunt vt Actia.
Nigellus, Adiectiuum diminutiuum. Parum nigrum.
Nigrēdo, pen. prod. nigrēdinis, Idem quod nigritudo, Plinius libro 10. cap. 36. 1.
Nigritudo, penul. produc. nigritūdinis, Idem. Plinius libro 10. cap. 36. 1.
Nulla Vere initio apparet nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. De passeribus.
Nigrities, penul. correp. nigritiei, Idem. Corn. Celsus lib. 8. ca. 1. Nigritiei colligi quidem potest etiam ex dolore & ex febre. Paulò post, Si autem nigrities est, aut si caries ad alteram quoque partem ossis transit, oportet excidi. Et cap. 5. semel & iterum. Rursum cap. 4. Nigritiem enim continet.
Nigritia, nigritia, (μελανία,) Idem. Plin. lib. 13. cap. 9. 1. Materies bonitate, similitudine, nigritia quoque nihil differens à loto. Idem lib. 9. ca. 38. 3. Nimiæque eius nigritiæ dat austeritatem.
Nigror, nigrōris, (μέλανος,) Idem. Cic. 1. de Diuinat. 49.
Interea prope iam occidente sole inhorrescit mare,
Tenebræque duplicant, noctisq; & nimbis occecat nigror. Ex Pacuuio.
Nigreo, nigres, siue Nigresco, nigrescis, nigrui, (μελανόομαι,) nigrescere, Nigrum fieri. Claudianus 3. de Raptu Proserp. 15. Nunc sibi mutatas licet nigrescere vestes. Columella lib. 11. cap. 48. 1. Olitæ quum nigruerint, nec adhuc tum præmaturæ fuerint, sereno cœlo distringere manu conuenit. Plin. lib. 8. cap. 32. 1. Tunc rostra eorum nigrescunt.
Tenebris nigrescunt omnia. Virgil. 11. Aeneid. 164.
Aequora nigrescunt ventis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 22.
Cœlum nigrescit ab Austris. Ouid. 5. Fast. 65.
Venæ nigrescunt sanguine. Ouid. 3. de Arte, 100.
Nigro, nigras, (μελανόομαι,) nigrare, Nigrum facere.
Nigrare, Nigrum esse. Lucret. lib. 2. 147.
– ne forte hæc ex albis alba rearis
Principiis esse, ante oculos quæ candida cernis:
Aut ea quæ nigrant, nigro de semine nata.
Nigrans, Participium. (μελανόμενος,) vel
Nigrans color. Colu. li. 6. ca. 1. 2. Parandi sunt boues nouelli, quadrati, grādibus membris, cornibus proceris, ac nigrātibus & robustis. Varro 2. de Re rust. ca. 5. 6. Nigrantibus cornibus. Plin. lib. 9. cap. 38. 1. Rubens color nigrante deterior. Ibidem ca. 36. 1. Nigrantis rosæ colore sublucēs.
Antra nigrantia Stat. 10. Thebaid. 26.
Caligine nigranti piceus vertex. Silius lib. 4. 62.
Campi nigrantes puluere. Silius lib. 3. 82.
Comæ nigrantes arboris. Seneca Hercul. furen. 9. 15.
Iuuenci nigrantes terga. Virgil. 5. Aeneid. 20.
Nimbus nigrans. Virgil. 4. Aeneid. 24.
Pecudes nigrantes. Virg. 5. Aeneid. 148.
Nigrefacio, nigrefacis, nigrefeci, nigrefactum, (μελανοποιῶ,) nigrefacere, Nigrum facere.
Nigrefio, nigrefis, (μελανοποιοῦμαι,) nigrefieri, Nigrum fieri.
Nigrico, nigricas, penul. correp. (μελανίζω,) nigricare, Aliquantum nigrum esse. Plin. lib. 10. cap. 3. 1. Viribus præcipua, colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit. Idem li. 9. ca. 45. 4. Viuentibus, idem qui madentibus nigricans color. Ibidem, cap. 38. 3. Color sanguinis concreti, nigricans aspectu.
NIGRIS, (νίγρος,) Ptolemæo lib. 4. ca. 5. Libyæ inferioris fluuius eiusdem cum Nilo naturæ. Hodie Fluuius de Senega.
NIGRIS, (νίγρις,) Aethiopum fluuius, eiusdem cum Nilo naturæ: calamum enim & papyrum, eiusdemque gignit animantes, & iisdem temporibus augescit. Author Plinius lib. 5. cap. 8.
Nihil, (οὐδὲν, μηδὲν,) componitur ex non & hilum, per apocopen. Author Georgius Valla lib. 33. Putauerim tamen Nihilum ex ni, id est ne, & hilum componi: vt sit nihilum, quasi ni hilum quidem, vel ne hilum quidem. Præterea ex nihilum, per apocopen fit Nihili per syncopen, nilum. Lucret. lib. 1. Nil igitur fieri de nilo posse fatendum est. Paulò post, Haud igitur possunt ad nilum quæque reuerti. Pers. Saty. 3. 9. De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.
¶ Prorsus nihil abest quin sim miserrimus. Cic. Attic. lib. 11. ep. 23. 5.
Nihil ad illum, Id est nihil ad comparationem illius, vel Non est cum illo comparandus. Terē. Eun. 2. 3. 69. Estne vt fertur forma? P. sanè. C. H. at nihil ad nostram hanc. P. alia res est. Cic. 2. de Orato. 15. Quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum, sed nihil ad Persium.
Nihil ad te. Terent. And. 4. 1. 60. Concrepuit à Glycerio ostium. P. nihil ad te. D. quæro.
Nihil ad te attinet. Terent. And. 1. 2. 16. Nam quod ante hac fecit, nihil ad me attinet. Ibidem, 1. 1. 61.
– quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicquam attinere.
Nihil ad hanc rem est. Terent. Phorm. 5. 6. 21. – omitto proloqui:
Nam nihil ad hanc rem est Antipho. Cic. 1. de Finib. 131. Nihil sanè ad rem: illa videamus quæ, &c. Sic ibidem, lib. 4. 118.
Nihil ad rem, an. Cic. in Orat. 124. Dichoreus: nihil enim ad rem extrema illa longa sit, an breuis.

¶ Nihil aliud quàm, pro Dentaxat. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 30. In eam coegit desperationem, vt quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quàm per edicta obnuntiaret. Idem in Domitiano, ca. 11. Ad horam semni nihil aliud quàm secreto solus deambulabat. Liuius, Classis ad insulam se recepit, nihil aliud quàm depopulato hostium agro. Idem 4. bel. Maced. Per biduum tamen nihil aliud quàm steterunt parati ad pugnam.
Nihil admodum. Cice. de Claris Oratorib. 110. Latinè non pessimè loquebatur, vsu credo aliquo domesticorum literarum admodum nihil sciebat. De Curione.
Nihil admodum territus. Liu. 7. bel. Pun. 6.
¶ Nihil agere dicitur qui sumunt operam inanem. Cic. de Senect. 15. Nihil ergo agebat Qu. Maximus, nihil L. Paulus pater tuus, Scipio socer, optimi viri filii mei & cæteri senes? Fabritii, Curii, Coruncanii, qui Rempub. consilio & authoritate defendebant, nihil agebant? Plinius epist. 9. b, Proinde tu quoque strepitum istum, inanemque discursum multum ineptos labores, vt primum fuerit occasio, relinque: teque studiis, vel otio trade. Satius est enim, vt Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit, otiosum esse, quàm nihil agere. Plaut. Merc. 7. 117. Quid illic quidem qui mandauit, quum ille noluit, nihil agit. Idem Casina, 2. 77, Quid nunc nihil agitis, sentio, nemo sitit.
Nihil aliud nisi. Terent. And. 2. 1. 7. Nihil aliud nisi Philumenam volo. Cice. de Amicit. 19. Est enim amicitia nihil aliud nisi omnium diuinarum, humanarumque rerum cum beneuolentia & charitate summa cōsensio. Ibidem, 83. Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæsita. Idem pro Cecinna, 7. Quum videatis nihil aliud actum, nisi possessionem per interdictum esse repetitam.
Nihil aliud habet quod agiret in mente. Cic. 1. de Nat. deor. 157.
Nihil enim est aliud quamobrem mihi percipi nihil posse videatur. Cice. 5. de Finib. 133.
Nihil aliud facere nisi Cic. pro Ros. Amer. 64. Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt: nonne satis fuit iis gratias agi.
Nihil præterquam. Liui. 3. ab. Vr. 115. Itaque illa nocte nihil præterquā vigilatum est. Hoc est, Nihil aliud actum, nisi vigilatum est.
Nihil amplius q̄. pro Tanti. Sue. in Sergio Galba, ca. 19. Haud multo post cognoscit teneri castra ab Othone: ac plerisque, vt eodem quamprimū pergeret suadentibus (posse enim authoritate & præsentia pedestre) nihil amplius q̄ continere se statuit, & legionariorū firmare præsidia.
¶ Nihil, pro Non. Terent. And. 5. 2. 27. – quid fecit? S. rapit.
D. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. S. nihil audio.
Ego iam te commotum reddam. Idem Heaut. 5. 5. 12.
– pater. C. H. nihil audio. M. ad me recipio,
Faciet. C. H. nihil etiam audio ipsum.
Nihil cessauerunt illico. Plaut. Milite, 22. 40.
Nam postquam exierunt porta, nihil cessarunt illico
Osculari atque amplexari inter se. Terent. Hecy. 4. 1. 30.
Sed vt olim te ostendisti, eandem esse, nihil cessauisti vsque adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres.
Nihil mihi cum illo fuit, pro Nullum commercium. Terent. And. Nihil tibi amplius cum illa fuit Charine? Cice. 2. Phillip. 84. Caput autem fœtarum, sibi cum illa mima posthac nihil futurum.
¶ Nihil desydero. Plaut. Sticho, 9. 10. Nunc me gratiam abs te inire verbis, nihil desydero.
Nihil distat. Plin. lib. 12. cap. 13. 2. Inuenta nuper & in Thracia herba est, cuius folia nihil ab Indico nardo distant.
Nihil dixit vt. Terent. Eunuch. 4. 6. 9, Nihil dixit tum vt sequerere scilicet. C. nihil, nisi abiens mihi iussit.
¶ Nihil est. Plaut. Truc. 17. 73,
– at ego ab hac puerum reposcam,
Ne mox inficias eat. nihil est: nam ipsa & vltrò, vt factum est, fecit
Omnem rem palam. Id est nullius est negotii, Facile est.
Nihil est nisi. Cic. ad Thermum, lib. 13. ep. 6. 5, Nobis autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere.
Nihil est æquè quod faciam lubens. Terent. Phorm. 3. 3. 34.
Nihil est, pro Nulla est spes. Terent. Heaut. 4. 2. 5.
Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere,
Nihil est. Idem Adelph. 2. 1. 25.
Nisi eò ad mercatum veniam, damnum maximum est,
Nunc si hoc omittam, actum agam. vbi illinc rediero,
Nihil est. Vbi Donatus, Nouè, nihil est, pro Nulla spes est.
At nihil est, ignotum ad illū mittere, operā luseris. Plaut. Capt. 6. 94. Espo
fuit Plautus quid significaret Nihil est, quum dixit Operam luseris.
Nihil est, quod, pro Non est opus. Terent. Heaut. Nam nihil illic quod
moremur diutius. Idem Eunucho, 5. 9. 34.
– nihil est quod dicas mihi,
Alium quærebam. Ibidem, in Prologo, 15.
Dehinc ne frustretur ipse se, aut sic cogitet,
Defunctus iam sum: nihil est quod dicat mihi. Cic. Terentiæ, li. 14. ep. 9.

De familia liberata nihil est quod te moueat. Idem Trebonio, lib. 15. 21. 10. Nunc ad epistolam venio, cui copiose & suauiter scriptæ nihil est quod multa respondeam. Idem pro Sylla, 6. Quare nihil est quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum ne vnum abstrahas. Idem ad Lentulum, lib. 1. 8. 10. Dignitatem quidem illam Consularem fortis & constantis Senatoris nihil est quod cogitemus. Idem Attico, libro 7. 135. 3. Si nondum profectæ sunt, nihil est quod se moueant, quoad perspiciamus quo loci sit res. Sic pro Quintio, 6.
Nihil est quod illi non prosequantur suis argutiis. Cic. de Amic. 42.
Nihil est hoc. Plaut. Milite, 3. 19.
Istuc quidem ædepol nihil est. A. nihil hercle hoc quidem,
Præut alia dicam tu quæ nunquam feceris.
¶ Nihil, Responsio. Terent. Phor. 3. 3. 17. Nunquid est quod opera mea vobis opus sit? S. nihil. verum abi domum.
¶ Nihil facilius. Terent. And. 1. 6. 6.
Petio' es mihi verum dicere? D. nihil facilius.
Nihil dictu facilius. Terent. Phorm. 2. 1. 70.
Non ratio, verum argentum decerat. D. sumeret
Alicunde. A. alicunde? nihil est dictu facilius. Vbi Donatus, Hoc quasi subridens & auerso ab illo voltu pronunciauit Geta. quod genus actionis, fecunditatem ostendit hominis manifesta dicentis.
Nihil festinare. Cic. ad Art. li. 5. 99. 2. Itaque erat in animo nihil festinare.
Nihil intelligo. Terent. And. 4. 4. 16. Ego quid agas nihil intelligo. Id est,
Non possum quid agas intelligere.
Nihil interest, an. Cice. in Orato. 116. Nihil enim interest dactylus sit extremus, an creticus.
Nihil intermissa rerum cura. Tacit. lib. 4. Idem lib. 3. Nihil intermissa navigatione hyberni maris Agrippina Concyram insulam adeuehitur.
Nihil magis. Plaut. Mercat. 15. 30.
Etiam vis vt nomen tibi dicam?
D. Nihil magis manifestò teneo, in noxia es. Cice. ad Lentulum, lib. 1. 9. 79. Cum que Pompeius ita contendisset, vt nihil vnquam magis, vt cum Crasso redirem in gratiam. Subauli, Fieri aut contendi posset, vel possit, aut, vt nihil vnquam magis à me contenderit.
Nihil metuo nisi. Plaut. Curcul. 5. 7.
Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar miser.
Nihil minus. Cic. 1. de Finib. 67. Illi enim corporis cōmodis compleri beatam vitam putant: nostri nihil minus. Idem Attico, lib. 2. 19. 5. Sed ita tamen, vt nihil minus velim q̄ Pomponiam & socrum vertari in timore mine. Sic 3. Offic. 108. Cadit ergo in virum bonum metuti cmolumenti sui causa criminari, præcipere, fallere: nihil profectò minus.
Nihil minus iam. Plaut. Sticho, 5. 41.
Perii hercle verò plane, atque obnixè, nihil
Vno Gelasimo minus est, quàm dudum fuit.
Nihil minus. Terent. Eunuch. 3. 1. 45.
Sed heus tu, parcòne ego me dissuaderi Thaidi,
Quòd eam me amare suspicatur? S. nihil minus?
Imò magis auge suspicionem. Ibidem, 3. 3. 29.
– at apud nos hic mane, dum redeat ipsa.
– C. Nihil minus. Id est, non faciam. Idem Heaut. 4. 1. 54. Nunc ita tempus est mihi, vt cupiam filiam solam nihil minus. Cice. 4. in Pontico, 19. Sic existimatis eos hic fagatos brachatosque versari animo demisso atque humili, vt solent ii qui affecti iniuriis, ad opem iudicum supplices, inferioresque conseruntur? nihil verò minus.
Nihil moror. Nihil facio. Plaut. Mostel. 9. 40. patrone salue. S. nihil
Moror mihi clientes huiusmodi. Idem Bacchid. 20. 128.
Sed spectatores vos nunc ne miremini
Quòd non triumphos peruulgatum est, nihil moror.
Item Sticho, 14. 31. Nihil moror cupedia. Et Rud. Salutem tuam nihil moror. Sic Casina, 16. 17. Cœnam mihi vt ebria sit, lepide, nil deque
Volo, nihil moror barbarico ritu. Idem Curcul. 8. 82. Imò etiam porrò,
Si vis, dicam. L. nihil moror.
Nihil nimis bibi. Terent. Heaut. 5. 2. 8.
– equidem te demiror Chreme
Tam mane, qui here tantum biberis. C. nihil nimis.
Nimis nihil homo. Vide NIMIS.
Nihil nisi. Terent. Adel. 3. 3. 40.
Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es.
Nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat Antonius. Cice. de Claris Oratorib. 72.
Nihil non arrogat armis. Horat. de Arte, 25.
Nihil ocyus. Plaut. Sticho, 1. 1. 2.
More hoc fit, atque est ita mea sententia, si quem hominem expectant,
Eum solent protisere, qui hercle illa causa nihil ocyus venit.
Nihil omnino. Cic. de Amicitia, 47. Atque haud scio anne opus sit quidem, nihil vnquam omnino deesse amicis. Idem 5. Verr. 141. Deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino.
Nihil omnino declinare recta regione. Lucret. lib. 2. 50.
Nihil opus est. Plaut. Merc. 2. 4. 44. Nihil opus est resciscat. Cicero 5. de Finib. 18. Nihil opus est exemplis hoc facere longius.
Nihil parcunt. in Prolog. Heaut. 43. Nam nunc nouus qui scribunt, nihil parcunt seni. Plaut. Capt. 2. 32. Nihil pretio parsit, filio dum parceret. Terent. Adelph. 4. 2. 24. Nihil pepercit non puduisse verberare hominem senem?
Nihil pensi esse alicui. Liu. li. 7. Decad. 5. Id illi, cui nihil pēsi sit, facile esse.
Nihil poterit ferre. Plaut. Milit. 10. 17. – si præsenserit
Miles, nihil hanc ferre poterit, huius nunc quàm maximè
Opus est dolis.
Nihil potius. Cic. in Somnio Scip. 1. Nihil mihi potius fuit, quàm vt Masinissam conuenirem. Hoc est, Nihil magis desyderabam.
Nihil in summa pacis proficiebatur. Tacit. lib. 13.
Nihil mihi propius quàm vt perirem. Plautus Milit. Id est, Parum abfuit quin morerer.
Nihil prorsus. Terent. And. 1. 6. 4. Nihil ne hem. D. nihil prorsus. Idem Heaut. 5. 1. 21. – opus esse argentum vel dare.
M. Non. C. quid non? M. non inquam. C. neque ipse quatus? M. nihil prorsus Chreme.
Nihil quàm, pro Nihil aliud quàm. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 36. Quo tempore fœdum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota vita, quàm esset ne sibi salutem imperium, requirens.
Nihil quicquam. Plaut. Mercat. 22. 64. Nihil Charine te quidem quicquam pudet. Terent. Heaut. 5. 1. 2. Quid Syrus meus? ne is quidem quicquam? M. nihil. Idem Adelph. 1. 3. 12. Nihil quicquam vidi lætius. Sic Eunucho, 5. 2. 46. Nihil tibi quicquam credo.
Nihil quicquam egregium in vita, sine ardore quodam amoris. Cice. 1. de Oratore. 66.
Nihil refert mea. Terē. Eunuch. 2. 3. 28. Mea nihil refert dū potiar modò.
Nihil scio, pro Nescio. Plaut. Pseu. 7. 155. Quo sim facturus pacto, nihil etiam scio. Idem Bacch. 13. 6. Vtiam ergo? A. nihil scio, nisi Bacchidem. Et Capt. 13. 73. Gaudeo, etsi nihil scium quod gaudeam.
Nihil scit, nisi verum loquit. Plaut. Persa, 16. 95.
Nihil suprà. Cic. ad Atticum, lib. 13. 376. 2. Eos confeci & absolui, nescio quā bene, sed ita accuratè, vt nihil posset suprà. Subauli, esse, vel addi.
Nihil tristis. Terent. And. 1. 6. 17.
Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.
D. Nihil propter hanc rem.
Nihil tale metuamus. Cic. 1. de Finib. 86.
Nihil vsus circuitione. Terent. And. 1. 2. 31. Ita apertè ipsam rem modo locutus, nihil circuitione vsus es.
Nihil valet. Cic. pro Cecinna, 29. Ea si nihil valet, aut si ad hanc rem non pertinet, quid, &c.
Nihil verbum, pro Vile. Plaut. Sticho, 4. 35. Nihil quidem hercle verbum ac vilissimum.
Nihil vltra. Cic. Attico, lib. 15. 221. 8. Est autem oratio scripta elegantissimè sententiis, verbis, vt nihil possit vltra cogitari.
Nihil mihi vobiscum est. Ouid. 2. Fast. 62.
¶ Nihil falsi. Nihil gratiæ, &c. Terent. And. 4. 5. 40. Me miseram, nihil pol falsi dixi mi senex. Idem Heaut. 5. 1. 46. Et iam haud scio anne vxorem ducat, ac Syro nihil gratiæ.
Nihil incommodi. Terent. Hecyra, 3. 3. 40.
– hic tibi nihil est quicquam incommodi:
Et illi miseræ indignè factam iniuriam contexeris.
Nihil moræ. Plaut. Trinum. 15. 12.
– solutu' st portitori iam portorium. S. Nihil est moræ. Teren. And. 1. 1. 139. Sin eueniat (quod volo) in Pamphilo vt nihil sit moræ.
Nihil piscium. Plaut. Rud. 23. 3. – nihil habeo
Adolescens piscium.
Nihil quæsti. Plautus Aulul. 5. 5.
Nam hīc apud nos nihil est aliud quæsti suribus.
Nihil rerum. Terent. Heaut. 2. 3. 16.
– nam mihi nunc nihil rerum omnium est
Quod malim, quàm me hoc falsò suspicarier.
Nihil reliqui. Cæsar 1. bel. Gall. 43. Et demonstrant sibi præter agri solum nihil esse reliqui. Sic Attico, lib. 14. 319. 2. Nihil syncerè.
Nihildum, Id est nihil adhuc. Cic. Cassio, lib. 12. 7. 5. Et quamquam nihildum audieramus nec vbi esset. Sueton. in Iulio Cæs. ca. 7. Et quasi pertæsus ignauiam suam, quòd nihildum à se memorabile actum esset in ætate. Cic. ad Atticū, lib. 7. 131. 5. Itaque à te nihildum certi exquiro, sed quid videatur. Idem 6. Verr. 8. Videte maiorum diligentiam, qui nihildum etiam illiusmodi suspicabantur.
Nihildum certi à te exquiro. Cic. Attico, lib. 7. 131. 5.
Nihildum Brundusio erat allatum. Cic. Attico, lib. 9. 171. 2.
Nihilum, nihili, pen. corr. (μηδενοῦς,) Ex non & hilum compositum. Festus, Hilum putant esse quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil & nihilum. Vide NIHIL. Terent. Phorm. 1. 3. 2.
Vnde ego nunc tam subitò huic argentum inueniam miler,
Qui minus nihilo est?
Nihilum distat. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 42.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stultitiæne errer, nihilum distabit, an ira. Ibidem, saty. 8. 9.
Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis.
In nihilum interire. Cic. 1. Acad. 41.
Ex nihilo, oriri, & in nihilum occidere. Cic. 1. de Diuinat. 56. Erit aliquid quod ex nihilo oriatur, aut in nihilum subitò occidat.
Ad nihilum recidunt omnia. Cic. in Orat. 137. Et 7. Philipp. 134.
Redigi ad nihilum. Lucret. lib. 1. 162.
Reuerti ad nihilum. Lucret. lib. 1. 155.
Ad nihilum venire. Cic. ad Brutum, lib. 11. 11. 3. Omnia illa tua præclara in Rempub. merita ad nihilum esse ventura.
Ad summum venire, & Ad nihilũ, cõtraria. Cic. 1. Tusc. 7. Atque oratorũ quidem laus ita ducta ab humili venit ad summũ, vt iam (quod natura fert in omnibus) senescat, breuiq́ue tempore ad nihilũ vẽtura videatur.
¶ Nilum, pro Nihilum. Lucret. lib. 1. 138. Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes. Vide NIHIL.
¶ Ex nihilo quicquam fieri, nulli physico placet. Cic. de Fato, 19.
¶ Nihili, (πρὸς οὐδέν,) Quod nec hili est, inquit Festus. Plaut. Bacchid. 23. 55. – nihili sum. N. istuc iampridem scio:
Sed quid nihili sis memora. Ibidem, 1. 58. – sũme ego nihili,
Q ui nequeam ingenio meo moderari? Cic. 5. Tuscul. 32. Sed tentemos, & luisse putemur si nil sit, ab eo quod nequicquã est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur.
Nihilificio, nihilifacis, pen. corr. (πρὸς οὐδέν, τίθεμαι,) nihilifacere, Nihili æstimare, non curare. Plaut. Merc. 7. 96.
Nequicquam poscit, ego habeo. C. at illæ pollicitus est prior.
D. Nihilifacio. Idem Curcul. 3. 63. Respicio, nihili vos meam gratiam facere. Et Bacchid. 1. 57. – equidem
Pol nihilifacio, nisi causa tua. Item Milite, 5. 13. Sed me excepit: nihili facio quid faciat cæteris.
Nihilipendo, nihilipendis, nihilipendi, nihilipensum, (μηδὲν τίθεμαι,) nihilipendere, Idem. Plaut. Mostel. 4. 87. Video te nihilipendere omnes homines præ Philolache. Idem Pœnu. 19. 21. Iampridem ego me sensi nihilipendier. Terent. Eunuch. 1. 2. 14. Aut ego istuc abs te factum nihilipenderem? Idem Adelph. 3. 4. 6.
– id illi nunc dolet
Alienos pater is nihilipendit.
Nihilo aliter, (οὐδαμῶς,) pro Non aliter: vel non alius. Terent. Phorm. 3. 2. 45. Is me fefellit, ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
De nihilo. Propert. lib. 1. eleg. 3. 4. Non sum de nihilo blandus amator ego. Vide DE præpositionem.
Non hoc de nihilo est, Vide NON aduerbium.
Pro nihilo habenda est adoptio nullo decreto probata, & contra omnes ius facta. Cic. pro Domo sua, 31.
Contemnere & pro nihilo putare aliquem. Cic. 1. Verr. 13.
Nihilo beatior Iuppiter quàm Epicurus dempta æternitate. Cice. 2. de Finibus, 141.
Nihilo diligentior ad classem ornandam, milites reuocandos alendosq́ue esse cœpit. Cic. 7. Verr. 64.
Nihilo magis. Plaut. Asin. 8. 14.
Si sit domi, dicam tibi non est. M. quid ei eius
Atriensis? L. nihilo magis intus est. Donatus, Nihilo magis, Quasi in nihilo possit esse magis aut minus. Et nihilo magis, asseuerationis est. Idem Amphit. 10. 17.
Tibi habeas nisi fis stultior stultissimo.
1. Si dixi, nihilo magis, neque esse arbitror. Id est, Tu propterea non es stultior. Item Trucul. 7. 13.
– me nihilo magis respiciet, vbi is huc venerit,
Quàm si hinc ducentos annos fuerim mortuus. Terẽ. Hecy. 1. 2. 62.
Nocte illa prima virginem non attigit,
Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis. Cice. 3. de Finib. 73. Vt enim qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longè absunt à summo, vt iam iamq́ue possint emergere, quàm si etiam tũ essent in profundo.
Nihilo magis efficere aliquid. Cice. 1. de Diuinat. 155. Hoc vos dialectici non facitis: nec sollum ea non sumitis ad concludendum quæ ab omnibus concedantur, sed ea sumitis, quibus concessis nihilo magis efficiatis quod vultis.
Nihilo melior quàm. Cic. Planco, lib. 4. 14. 7. Sed ego tam misero tempore nihil noui consilii cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quàm Rempublicam offendissem.
Nihilo minus, id significat quod vernacula lingua dicimus Ce non obstãt. Lucret. lib. 30. 10. Plaut. Menęch. 10. 50. – quot sunt satis? MEN. Proinde vi insanire videor. MED. quatuor nihilominus. Idem Pœn. 4. 140.
Dum te expecto, neque vsquam aliam mihi paraui copiam,
Neque istuc vsquam apparet, ita nunc nihilo minus seruio. Terent. Heauton. 5. 3. 9.
Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules.
C. Non postuloiam loquere: nihilo minus ego hoc faciam tamen. Cæsar 1. belli Gall. 181. Post eius mortem nihilo minus Heluetii id quod

constituerant facere, conantur. Cic. 1. de Inuent. 7. Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiæ studendum est. Sic Cato ca. 39. Cogitato, si nihil fiet, nihilo minus sumptum futurum. Vide Minor in PARVVS.
Nihilo minus vt. Cice. ad Plancum, lib. 10. 2. 4. In iis autem rebus quæ nihino minus vt ego absim, confici possunt. Id est, quæ confici possunt etiam me absente, & sine opera mea.
Nihilominus ramen & luto munire, & vinculo melius. Plin. li. 17. ca. 16. 2.
Nihilo plus. Plaut. Mostell. 8. 133.
Quatuor quadraginta illi debentur minæ,
Et sors, & fœnus tantum est. D. nihilo plus peto. Teren. Eunuc. 1. 1. 17.
– incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm si des operam vt cum ratione insanias. Horat. 2. ser. saty. 3. 54.
Nihilo secius, Idem quod Nihilo minus. Plaut. Capt. 7. 58.
– nam seruus meus si esses, nihilo secius
Mihi obsequiosus semper fuisti. Et Menæch. 11. 55. Mira sunt hæc nihilo mihi esse videntur secius, quàm insomnia. Terent. And. 1. 2. 17.
Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hîc. D. intellextin? Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium. Cæsar 5. bel. Gall. 16. Nihilo tamen secius principibus Treuerorum ad se conuocatis, eos sigillatim Cingentorigi Conciliauit. Idem 3. bel. Ciuil. 103. Præter uehoq́ue Dyrrhachium magna vi venti nihilo secius sequebatur.
Nihilo segnius. Cæsar 1. bel. Ciuil. 26. Massilienses tamen nihilo segnius ad defensionem vrbis reliqua apparare cœperunt.

Nil, (οὐδέν,) à Nihil syncopatum est. Aliquando nomen est. Plautus Rud. 23. 56. Nil agis: dare verba speras mihi te posse furcifer. Virgil. 3. Georg. 9. Te sine nil altum mens inchoat.
Nil faciet sceleris pia dextra. Horat. 2. Serm. saty. 1. 11.
Nil, nihil, nihilum. Pers. saty. 3. 9. – gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.
Nil, Aduerbium. Virg. 5. Aeneid. 151, Deponũt animos, nil magnæ laudis egentes. Id est, non.
Nil opus est verbis. Lucret. lib. 5. 53.

Nilum, Vide NIHIL.

NILVS, (νεῖλος,) Aegypti fluuius, à Nileo rege sic dictus, vel à nono inferẽdo luto, quòd sua inundatione totam feracem reddat Aegyptum. Vnde Seruius Nilum dici existimat, quasi νέον ἰλύν, hoc est, nouum trahentem limum, quo oblimet, hoc est limo obturet Aegyptum & opleat. Vnus est ex maioribus totius orbis fluuiis. à quibus dam Geo dicitur quasi terra, qui antea Melo vocabatur. Habet septem ostia. Virgilius 6. Aeneid. 160. Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. Nomina ostiorum hæc sunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebennyticum, Phatneticom, Mendesicum, Tanicum, & Peluisiacum. Nascitur in monte inferioris Mauritaniæ, non longè ab Oceano, stagnante ibi lacu, quem vocant Nil idem. Deinde condit se itinere, aliquot dierum, rursumq́ue erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cęsariensi. Iterumq́ue arenis obceptus per deserta viginti dierum spatio fertur ad proximos Aethiopas, & denuo prosilit fonte, qui Niger dicitur. Inde Africã ab Aethiopia disterminans, medios secans Aethiopas, sic plerasq́ue insulas facit, quarum clarissima est Meroe, cuius metropolis etiam Meroe vocatur. Postquam se aquis omnibus auxit, Nilus appellatur. Denique multis ostiis fertur in mare Aegyptiũ Aegyptiq́ue inferiorem partem dextra, læuaq́ue diuisus amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Peluisiaco, propter quod aliqui Aegyptum inter insulas poniere, ita se diuidente Nilo, vt triquetram terræ figurã faciat. Idcirco multi Aegyptum Δ Græcæ literæ similitudine Delta vocauerũt. Augetur Nilus certis diebus mirum in modum, & per totam spatiatus Aegyptũ, fœcũdissimos innatat, vnde vnicam spem Aegyptius Nilo positam esse ait Seneca. nam sterilis aut fertilis annus est, prout ille magnus inflauxit, aut parcior. Inde est vt nemo aratorum in Aegypto cælum suspiciat: quod ex Seneca depromptum eleganter Claudianus huiusmodi verbis reddidit, epigr. 6. 1, de Nilo,
Fœlix qui Pharias proscindit vomere terras,
Nubila non spectat, tenebris condentia cœlum:
Nec grauiter flantes pluuiali frigore Cauros
Inuocat, aut arcum variata luce rubentem.
Aegyptus sine nube ferax, imbresq́ue serenos
Sola tenet, secura poli non indiga venti
Gaudet aquis quas ipsa vehit, Niloq́ redũdat. Vide Plinũ lib. 5. ca. 9.
Pingui flumine Nilus. Virg. 9. Aeneid. 7.
Apricus Nilus. Valer. 3. Argon. 73.
Digestus in septem cornua Nilus. Ouid. 9. Metam. 155.
Discretus in septem ostia Nilus. Ouid. 5. Metam. 65.
Diuitis ostia Nili. Iuue. Saty. 13. 3.
Fertilis Nili pinguia arua. Valer. 7. Argon. 122.
Magnum fluens Nilus. Virg. 3. Georg. 6.
Iocosus Nilus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 16.

Non vt

Non vt Alexandri claram delatus in vrbem
Delicias videam Nile iocose tuas.
Lagæus Nilus. Lucan. lib. 1. 136.
Paludosi Nili fœcunda licentia. Stat. 3. Sylu. 2. 22.
Paretonius Nilus. Stat. 5. Thebaid. 3.
Papyriferi Nili septemflua flumina. Ouid. 15. Metam. 151.
Sacer Nilus. Stat. 1. Sylu. 6. 16.
Septemgeminus Nilus. Virgil. 6. Aeneid. 160.
Septemplex Nilus. Ouid. 5. Metam. 38.
Stagnans Nilus effuso flumine. Virgil. 4. Georg. 58.
Tepidus Nilus. Claud. de bello Gildon. 96.
Tumidus rigat arua Nilus. Horat. 3. Carm. ode 3. 10.
Irrigat Aegyptum Nilus, & cum tota æstate obrutam oppletamq́ue tenuit, tum recedit, mollitosq́ue & oblimatos agros ad serendum relinquit. Cice. 2. de Natu. deorum, 196.
¶ Nili quoque apud veteres capiuntur pro fossis in ludis circundatis, pro septis siue pro canalibus aquarum aliunde deductarum, quos Romani intra domos deducebant. Vide in dictione VRBIFI. Est & Nilus vrbs ibidem.
Piscina & Nilus. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 24. 14. De areano Cæsaris opus est, vel mehercule etiam elegantioris alicuius imagines enim istæ, & palæstra, & piscina & Nilus multorum Philotimorum est, nõ Diphilorum, sed & ipsi ea adhibebimus, & mittemus & mandabimus.
Niliacus, penul. correp. Adiectiuum, (νειλῶος,) vt Vrbs Niliaca. Lucan. libro 10. 19.
Acetum Niliacum. Martial. lib. 14. 122.
Lens Niliaca. Martial. lib. 13. 9.
Olus Niliacum. Martial. lib. 13. 57.
Pecten Niliacus. Martial. lib. 14. 150.
Pecus Niliacum. Stat. 3. Thebaid. 96.
Thus Niliacum. Stat. 4. Sylu. 9. 3.
Nilotica, pen. corr. Aliud adiectiuum, (νειλοτικός,) vt Nilotici pisces.
Nilotis, pen. prod. huius Nilotidis, Patronymicum, f. g. pro Possessiuo, (νειλοτίς,) Vnde Acus Nilotis, Vide ACVS.
Niligenus, pen. corr. Adiectiuum, (νειλογενής,) Ouid. 1. de Arte, 16.
Neu fuge Niligenæ Memphitica sacra iuuencæ. Id est Isidis.

Nimbus, nimbi, m. g. (λαιλαψ, ὀμβρος, νέφος, καὶ βροχὴ ὑετός,) Repentina & præceps pluuia. Cic. 2. de Natu. deorum, 20. Quæ terrerent animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, ninibus, &c. Martial. lib. 1. 52. Continuis vexata madet vindemia nimbis. Plin. lib. 9. cap. 6. 4. Ora balænæ habent in frontibus, ideoq́ue summa aqua natantes, in sublime nimbos efflant. Liuius, Subitò coorta tempestas cum magno fragore, tam denso regem operuit nimbo, vt conspectum eius concioni abstulerit.
Nox nimborum. Virgil. 1. Georg. 66.
Aetherei nimbi. Virgil. 8. Aeneid. 122.
Hyemales nimbi. Ouid. 9. Metam. 22.
Hiulci nimbi. Claud. 2. de raptu Proserp. 47.
Confessus generum nimbis Hymenæus hiulcis Intonat.
Piceus nimbus. Stat. 1. Thebaid. 10.
Præceps nimbus. Valer. 1. Argonaut. 17.
Rerum Aquilone nimbi. Ouid. 1. Metam. 66.
Terrifici nimbi. Ouid. ad Pisonem, 30.
– adoperiunt nubibus æther
Aurea terrifico obducant sidera nimbis.
Poterit nimborum tempestatumq́ue Deus. Virg. 1. Aenei. 17.
Cinxerunt æthera nimbi. Virgil. 5. Aeneid. 3.
Crepitant nimbi culminibus multa grandine. Virg. 5. Aen. 92.
Omnia feruent nimbis. Virg. 1. Georg. 92.
Densi funduntur ab æthere nimbi. Ouid. 1. Metam. 55.
Inuolucre diem nimbi. Virgil. 3. Aeneid. 49.
Nox tenebat lunam in nimbo. Virgil. 3. Aeneid. 118.
¶ Nimbus, per transllationem, pro Repentino & præcipiti casu. Cic. Attico, lib. 15. 325. 8. Quid autem iste in domo tua casus armorum? Sed hunc quidem nimbum citò trãsiisse lætor.
¶ Nimbus, pro Vento. Virg. 1. Aeneid. 11.
Nimborum in patriam loca fœta furentibus Austris,
Aeoliam venit.
Sonuerunt nimbi toto æthere. Virgil. 2. Aeneid. 23.
Aereis nimbis. Virgil. 3. Georg. 22.
¶ Nimbus, Nubes quæ solent dii in terras descendere. Virg. 1. Georg. 66.
Ipse pater media nimborum in nocte coruscat
Fulmina molitur dextra. Lucil. Cũ nimbo cælitus descendit Iupiter. Martialis lib. 14. 117.
A Ioue qui veniet muscenda ad pocula, largas
Fundet nimbus aquas, hic tibi vina dabit.

Nimbosus, penul. prod. Adiectiuum, (νεφελώδης) Pluuiosus, ventosusve. Virgil. 1. Aeneid. 108. – fluctu nimbosus Orion. Plinius lib. 18. ca.

11. 7. Campus est subiacens montibus nimbosis.
Astrum nimbosum. Valer. 1. Argon. 72.
Bruma nimbosa. Stat. 1. Sylu. 3. 18.
Cacumina nimbosa montis. Virgil. 3. Aeneid. 55.
Hœdi nimbosi. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 3.
Turbo nimbosus. Ouid. 11. Metam. 111.
Ventus nimbosus. Quid. 2. de Ponto, eleg. 3. 6.
Nimbãtus, penul. prod. Adiectiuum, A nimbo vasc: Vnguentatus, siue vnguento perfusus. Plaut. Pœnul. 4. 125. Quàm magis aspecto, tam magis est nimbata, & nugæ meræ.

Nimirum, penul. prod. (δῆπου, δῆκουθεν, ἐμμέλει,) Aduerbium confirmandi. Sine dubio, pro certo, inquit Donatus. Terent. Eunucho, 2. 2. 37. Nimirum hîc homines frigent. Ibidem, 4. 7. 14. Nimirum consilium illud rectum est de occludendis ædibus. Ibidem, 3. 3. 2. Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. Cic. 4. Acad. 101. Itaque in cognitione nimirum assentiar, id est opinabor. Liu. 7. bel. Pun. 78. Cum eo nimirum (inquit) hostes res est qui nec bonam, nec malam ferre fortunam potest.
Quum argumenta nostra exposuerimus, contrariaq́ue disseruerimus, absolutè nimirum munus oratorium cõfecerimus. Author ad Herenn. lib. 1. 18. Horat. 1. epist. 9. 1. Septimius Claudi nimirum intelligit vnus
Quanti me facias. Ibidem, 14. 5.
Cui placet alterius, sua nimirum est odio, sors.
¶ Nimirum, ad responsionem aliquando adhibetur. Quintil. lib. 12. cap. 1. Demus id quod nullo modo fieri potest, idem ingenii, doctrinæ, studii, pessimo atque optimo viro: vtrum melior dicetur orator? nimirum qui homo quoque melior. Ex Valla.
¶ Nimirum, pro Scilicet. Cic. pro Rosc. Amer. 36. Opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones, venditioneq́ue fiant, nimirum ad Calẽ. Iunias. Id? ad Qu. fratrem, vsus est ipsa dictione SCILICET, Tu (inquit) quemadmodum scribis (quod etiam si non scriberes, facere te diligentissimè tamen sciebam) facies, scilicet vt mea mandata digeras, prosequare, conficias. Budæus.
Itaque nimirum hoc illud est quod Cæsar scribit in ea epistola, cuius exemplum ad te misi. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180. 8.
Hoc nimirum est illud. Cic. 1. de Diuin. 198. Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quódque ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur esse diuinum quiddam, &c. Idem pro Flacco, 52. Hoc nimirum est illud, quod non longè à gradibus Aurelis hæc causa dicitur. Id est scilicet. Budæus.

Nimis, Aduerbium (ἄγαν, λίαν) Sipont. Nimis & Nimium aduerbia, sunt augendi, significãtque plus satis. Iunguntur autem positiuis nominibus, aduerbiis, & verbis.
Nimis acer. Horat. 2. Serm. saty. 1. 1.
Nimis acer fortasse, verumtamẽ honestus amor. Cic. pro Arch. poeta, 10.
Nimis antiquè. Horat. 1. epist. 1. 14.
Nimis aspera. Horat. 1. epist. 2. 25.
Nimis auidus. Cic. 1. de Oratore, 66. Neque enim sumus nimis auidi tua ista mediocri eloquentia contenti sumus.
Nimis bene. Plaut. Menæch. 11. 29. Nimis haud bene ora commentaui, atque ex mea sententia.
Nimis cito. Cic. de Amicitia, 67. Vt ne nimis cito diligere incipiamus, ne non indignos.
Nimis diu. Plaut. Pseud. 10. 21. Nimis diu & longum loquor. Idem Persa, 16. 105. Dum quidem, ne nimis diu tua. fim, volo.
Nimis doctus dolus. Plaut. Milite, 5. 93.
Durus nimis. Horat. 1. epist, 7. 18.
Nimis ferociter. Plaut. Amphit. 4. 59. Nimis ferociter legatos nostros increpant.
Non nimis honestum verbum. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 14. Testes verbum honestissimum in iudicio: alio loco non nimis.
Imbecilla nimis. Lucret. lib. 1. 173.
Nimis immerito meo. Plaut. Casina, 14. 17.
Mimis tu quidem hercle nunc immerito
Meo mihi hoc facis, quia mihi te expetiui.
Nimis improba posco. Stat. 1. Achill. 54.
Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. Cic. in Orat. 97.
Nimis iracundè. Plaut. Bacchid. 13. 12. – duc te abædibus.
PA. Nimis iracundè. Vide IRA.
Magnam nimis ne in nos habeat dominationem, non omnia fortunæ cõmittenda sunt. Author ad Herennium, lib. 4. 174.
Nimis malè. Plaut. Capt. 15. 5. Nimisq́ue hercle ego illum male formidabam. Idem Aulul. 7. 31. Nimis malè timui prius quàm intrò redii, ex animatus sui. Ibidem, 4. 22.
– nimisq́ue, ego hanc matuo malè,
Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Item Pseud. 14. 10.
Hem te hercle ego circunspectabam: nimis metuebam malè Ne abiisses.
Nimis mane. Plaut. Persa, 4. 33. Nimis penè manè est.
Nimis multa videor de me, ipse sperrtim. Sub. dicere. Ci. de Cla. Orat. 177.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nimis nihil.Plaut.Rud.2.1.10. –nimis homo
Nihil est,qui piget est,numisque id genus odi.
Non nimis me,sed alios admodum delectarunt literæ illius. Cice. Attico,libro 7.1.41.1.
Non nimis deesse nobis ea quæ natura expetenda sunt, ex te quærimus. Cice.1.de Oratore,66.
Non hæc hæc exquiro à Græcis.Cic.Attico,lib.7.1.136.4.
Nimis pulcher.Plaut.Amphit.4.64.
Legiones educunt suas nimis pulchris armis præditas.
Nimis quàm cupio.Plaut.Capt.4.17.
Quod quidem ego nimis quàm cupio vt impetret.
Nimis sero.Cic.2.Philip.63. Tametsi incidamus oportet media, ne nimis sero ad extrema veniamus.
Teneræ nimis mentes.Horat.3.Carm.ode 14.11.
Nimis valde.Cic.3.de Legib.1. Tu verò quum nec nimis valde vnquam, nec nimis sæpè laudaueris.
Nimis vellem.Terent.Eunucho,4.7.16. Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Plaut.Asin.1.1.43.Nimis vellem habere perticam.
Nimis velim. Plaut.Aulul.2.2.4.
Nimis hercle ego illum cotnum ad me veniat velim.
Nimium, (λίαν, ἄγαν.) Nomen pro Aduerbio.
Nemo nimium beatus est, & nemo beato beatior. Cic.5.de Finib.140.
Nimium bonæ rei.Plaut.Sticho,6.55.
Tum Babylonica peristromata,sellas & tapetia
Aduexit nimium bonæ rei.
Nimium citò.Plaut.Epid.1.3.14.Nimium aduenisti citò.
Nimium constanter iniquus.Ouid.3.Trist.eleg.2.6.
Nimium diu. Plin.in Panegy. 122. Fuit tempus, ac nimium diu fuit,quo alia aduersa,alia secunda principi,& nobis. Cic.4.Acad.108.De quo iam nimium etiam diu disputo.
Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desyderant. Cice. 1.in Catil.7.
Iusta patris nimium mihi dura videntur.Ouid.7.Metam.33.
Nimium familiariter.Plaut.Rud.1.1.6. –ah nimium familiariter
Me attrectas.
Nimium feritatis.Ouid.3.Metam.61.
Fertilis nimium tellus.Virgil.2.Georg.51.
Fortunati nimium agricolæ.Virgil.2.Georg.92.
Nimium graphicus nugator.Plaut.Trinum.13.88.
Nimium graphicum hunc nugatorem.
Nimium gulosus. Martial.lib.10.59.
Nimium indulgens.Terent.Adelph.4.5.50.Sed vereor ne indulgens nimium fies. Plaut.Trucul.17.74.Sed nimium pol opportuna ecce ab se egreditur foras.
Nimium indoctus.Plaut.Pseud.4.72.
Sed nimis sum stultus,nimium fui indoctus.
Iratus nimium,nimiumque seuerus.Tibul.lib.3.eleg.6.5.
Nimium lepidus. Plaut.Milite,14.8.
Atque amat hunc hominem nimium lepidum,& nimia pulchritudine Militem.
Nimium longum tempus illud mihi videtur.Cic.Attico,lib.12.241.10.
Nimium lubenter.Plaut.Aulul.20.1.
Nimium lubenter audini sermonem tuum.
Nimium miris modis.Plaut.Trinum.13.83.
–nimium miris modis Mirabiles.
Nimium multi.Cic.pro Cluentio, 101. Ne autem nimium multi pœnam capitis subirent,idcirco illa fortitio comparata est.
Mura nimium in excogitandis argumentis dialectica,in iudicandis nimiũ loquax. Cice.2.de Orato.87.
Nimium magis offendit quàm parum.Cic.in Orat.40.& 103.
Nimium parcè.Terent.And.2.6.19. Ait,nimium parcè facere sumptum.
Paulo nimium.Cic.2.de Orato.49. Quod erat ingenii verbis efferuescentibus, & paulo nimium redundantibus, quod erat ætatis non sum aspernatus. De Sulpitio.
Nimium quàm. Gell.lib.15.cap.1. Declamauerat Antonius Iulianus Rhetor præterquàm semper aliàs, tum verò nimium quàm delectabiliter & feliciter.
Nimium quantum.Gell.lib.17. Lingua tamen & facundia nimium quantum præstabilis.
Nimium sæpe.Cice.2.de Finib.68. Quod vos interdum, vel potius nimium sæpe dicitis.
Nimium seuiter.Plaut.Trinum.14.52. Quid si egomet te velle nolo? c. ah nimium Stasime sæuiter.
Sætus nimium.Ouid.4.Metam.110.
¶ Nimium istoc abisti.Terent.Adelph.2.1.15.
Nimium istoc abisti,hîc propter hunc assiste.
Nimium ne crede colori.Virgil.2.eclog.4.
Nimium obsonauit.Plaut.Mercat.14.4.
Decem vocasset si ad cœnam summos viros,
Nimium obsonauit.
Non nimium probare.Cice.ad Cornificium,lib.12.29.13. Illud non nimiũ probo quod scribis,quo illi animo æquiore ferrent,te tuis etiam legatis listores ademisse.
Nimium multum scis.Plaut.Mercat.8.11.
–tuus pater vult vendere. C.rem tenes.
E.Tuam amicam. C.nimium multum scis.
Nimium subuertere.Terent.Adelph.5.3.49.
–næ nimium modo
Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio,
Et tuus iste animus æquus subuortit.
Nimium est.Plaut.Persa,16.111. –habe tibi centum mnis.
D.Nimium est.S.octoginta.D.nimium est.S.nummus abesse hinc non potest. Terent.Phorm.4.3.52. A ediculæ item sunt ob decem alias.
D.hoi lui,nimium est.
Nihil tum nimium videbatur.Cic.Bruto,15.10.
Nimium volo.Terent.Eunucho,3.5.49. Tum equidem istuc os tuum im pudens videre nimium velim.
Inter nimium & parum est mediocritas.Cic.1.Offic.125.
Nimio, (πολλῷ ἄγαν,) Ablatiuus,comparatiuis solet iungi.vt Nimio minor, æquus,&c. Plaut.Rud.5.1.
Nimio pol hominum fortunæ minus miseræ memorantur,
Quàm re ipsa experiundo iis datur acerbum. Idem Trinum.14.32.
–vbi malos mores
Affigi nimio fuerat æquius. Idem Trucul.14.3.
Nimio minus sæuus iam sum Asiaphium,
Quàm fui. Et Rud.12.3.Nimio minus altus puteus visus est,
Quàm prius.
Nimio plus.Cic.ad Atticum,lib.10.198.1.Sed quia te nimio plus diligo. Plaut.Bacch.2.42.Video nimio iam multo plus,quàm volueram.Ibidem,14.Quem ego sapere nimio censui plus quàm Thalem. Liu.1. ab Vrbe,7.Nimio plus quàm satis tutum esset accolis. Ibidem,lib.2. 157,Nimio plus quàm velim.
Nimio satius.Plaut.Bacch.2.4.5.Vixisse nimio satius est,quàm viuere.
Nimiũ, Aduerbium,(πλεονασμῶς,)Plaut.Milit.18.33.
–nam nulli mortali scio
Obtigisse hoc nisi duobus,tibi,& Phaeni Lesbio,
Tam nimiũ vt amarentur.
Nimius, Adiectiuum,(ὁ ἄγαν,)Plau.Amphit.7.58 Nimia memoras mira Idem Milit.3.69 Nimia est miseria,pulchrum esse hominem nimis. Et. Trucul.3.35.Ea nimia est ratio. Teren.Heaut.1.1.57,Nulla adeò ex re illuc fit,nisi ex nimio otio.Cic.de Senect.48,Ne sylueſcat sarmẽtis, & in omnes partes nimia fundatur.
Aestus nimii.Lucret.lib.5.164.
Aquæ nimiæ.Ouid.4.Fast.160.
Ardor nimius.Lucret.lib.6.234.
Cædes nimia.Virg.9.Aeneid.71.
Celeritates nimias suscipere in festinationibus, cauendum est. Cicero 1.Offic.182.
Diligentiam,tota Republica suscepta,nimiam,nullam putabam. Cicero pro Milone,49.
Feruores nimii.Lucret.lib.5.44.
Imber nimius.Ouid.5.Metam.97.
Lascitia nimia.Ouid.2.Trist.63.
Leuitas nimia.Ouid.2.Metam.33.
Nimius mero.Horat.2.Carm.ode 12.1.Nec sæuos Lapithas, & nimiũ mero Hylæum.Hoc est,intolerabilem ebrietate,inquit Acron.Seneca lib. 5.de Beneficiis,Nimius,animis.
Sol nimius.Ouid.5.Metam.97.
Nimia circum maritum vxor.Vlpian.in L.Si cum dotem. Parag.Eo autẽ, in fine.ff.Soluto matrimonio,Filia leuis mulier,vel admodum iuuenis, vel nimia circa maritum non merentum.
¶ Nimius animi. Liu.Manlius nimius animi quum alios principes sperneret, &c.
Nimius imperii.Liu.lib.3.ab Vrbe, 114,Plebis concursus ingens fuit;sed ea nequaquam tam læta Quintium vidit,& imperii nimium, & virum in ipso imperio vehementiorem rata.
Sermonis nimius erat.Tacit.lib.19.
Nimius in.Cic.Bruto,15.4.Venio nunc longo sanè interuallo ad quandam epistolam,qua mihi multa tribuens,vnum reprehendebas,quòd in honoribus decernendis essem nimius,& tanquam prodigus.
¶ Nimius,cum ablatiuo.Plin.lib.14.cap.2.3.Eæ minus fertiles vino,acinis & fere nimiæ.
Nimium,absolutè. Cic.4.Tuscul.91.Nam quod aiũt,nimia resecari oportere,naturalia relinqui:quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit?
Nimius & Modicus,contraria,Cic.5.de Finib.54.Hoc magis intelligendũ est,hæc ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quædam essent modica natura.

Nimietas,pen.corr.(τὸ ἄγαν,τὸ πλεονάζον,)pro superfluitate vsurpatur etiam à doctis.Colume.lib.6,cap.14.1,Naturalia congruunt desyderia,quoniam nimietate veteri pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiunt. Plin.lib.14.cap.6.3. Exolescit hoc quoque nimietate copiæ potius quàm bonitati studentium. Vetera tamen exemplaria (nimietate) non habent.
Nimiopere,penul.corr.(πλεονασμῶς ἄγαν,)Aduerbium, pro Admodum nimis.Cice.in Parad.46,Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. Idem in Verrem vsus est hoc aduerbio,teste Budæo. Alii legunt disiunctim,nimio opere.
Ningo, ningis:vel Ninguo,ninguis,ninxi,(νίφω)ningere.Priscianus Ningo quoque ninxi.vnde & ninxiscit à duxi,dux à rexi, rex.Virg.lib.3.Georg.74, Interea toto non secus arte ningit.
Ninguis,huius ninguis,antiqui dixerunt, cuius loco nunc nix,ninis dicimus.(νιφετοὶ,νιφετὸς,)Lucret.lib.6.148,
–albas decedere ningues. Apul.in 1.Her.
–aspera hyems erat,omnia ninguе canebant.
Ninguidus,pen.cor.Adiectiuum.(νιφετῶδης,νιφοτιβῆς,)Id est nivosus. Ausonius ad Paulinum,Barcino me bimaris,nuga ninguida Pyrænei.
Idem paulo post,
Ecce tuus Paulinus adest,iam ninguida linquit
Oppida Iberorum.
NINIVE,pen.cor.(νινεύη,νίνος,)Vrbs Assyriorum, quam ædificauit Assur egrediens terram Sennaar,à Nino rege sic dicta,vt scribit Augustinus.Est & alia ciuitas Iudæorum in angulo Arabiæ, quam nunc corrupte Ninuem vocant,& in genitiuo Niniues facit.Vnde Augustinus lib.15.de Ciuit.Dei,Niniues ciuitatis magnæ.Ninus Beli filius conditor, nomen ex illius nomine deriuatũ est,vt à Nino Niniue vocaretur. Et populi in ea habitantes,Niniuitæ,penultima producta dicuntur.
NINVS,(νῖνος,)filius Beli,primus Assyriorum rex. Nam Belus solã habuit Babylonem,Ninus verò totam Assyriam.Ninus itẽ, Assyriæ vrbs iuxta Tygridis amnis partem,Ptolemæo authore lib.6.cap.1, alio nomine Niniue,quæ Ionę prophetæ prædicationem audiuit. Nunc vastata tota est,vt tradit Haithonus lib.de Tartaris,cap.11.
NINOS,(νῖνος,)Eadem vrbs quæ Ninus Assyriæ, vt opinor. Lucanus libro 3.43.
Accedent Syriæ popoli,desertus Orontes,
Et fœlix(sic fama) Ninos.
NIOBE,pen.corr.(νιόβη,)filia Tantali,& soror Pelopis, vxorque Amphionis.Hæc teste Diodoro Siculo lib.5,filios VII, & totidem filias peperit,summo decore præstantes:vnde tali prole superbiens admodum gloriabatur,se Latonæ præferens numero filiorum:itaque ira motam fabulæ Latonam ferũt Apollini & Dianæ, vt Niobes filios & filias arcu interficerent, mandasse quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore & abundare filiis Nioben,& carere. Vnde præ nimio dolore attonita obmutuit,ac veluti lapidescens malis diriguit. A Statio lib.5.Sylu.1.7,Sipylea mater dicta Niobe, quoniam facta saxea, turbine venti in Sipylum patriam rapta est, vbi saxa cacumine montis liquitur,& lachrymas etiam nunc marmora manant. Fabulam Niobes, Vide apud Ouidium 6.Metam.30.
Niobe fingitur lapidea propter æternum,credo,in luctu silentium. Cice. 5.Tuscul.107.
Niobæus, Adiect.(νιοβαῖος,)vt Proles Niobæa Horat.4.Carm.ode 6.1.
NIPHATES,pe.pro.(νιφατὴς,) Maioris Armeniæ fluuius est supra Assyriam,quo nomine dictus est mons Armenię, ex quo Tigris nascitur, vt refert Strabo. Virg.3.Georg.6,
Addam vrbes Asiæ domitas, pulsumque Niphatem. Montem dixit pro populo:intelligit enim Armenios,apud quos mõs est Niphates.Dictus est autẽ Niphates à nimbus ἀπὸ τῆς νιφάδος, vel ἀπὸ τοῦ νίφειν.
NIREVS,disyllabum,(νιρεύς,) Charopi & Aglaiæ filius, Græcorum omnium,teste Homero,qui ad Troiam nauigauerunt,formosissimus. Ouidius lib.4.de Ponto,eleg.13.4,
Tam mala Thersiten prohibebit forma latere,
Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat.
Facies Nirei.Propert.lib.3.eleg.18.6,
Nirea nõ facies,non vis excmit Achillẽ.Nirea accusationis est singularis.
Vincere Nirea forma Horat.Epod.16.5.
NISAEE,(νισαῖαι,)Nymphæ proprium, cuius meminit Virgilius 5.Aeneid.164,Nisæque,Spioque, Thaliaque, Cymodoceque. Idem 4. Georg.68.
Candida Nisæe.Properr.lib.1.eleg.17.4.
Nisi, (εἰ μὴ, εἰ μὴ ἄρα,)Coniunctio,composita ex non & si,significatque Sinon, vel præterquàm. In principio sententiæ Indicatiuum desyderat,aliàs etiam Subiunctiuum, vt ait Valla lib.1. Plaut. Menæch.2.4.14.Nam nisi me animus fallit,hi sunt gemini germani duo. Terent.Heaut.4.1.1,
Nisi me animus fallit,hic profectò est annulus quem ego suspicor. Plaut. Milite,6.1,
Nisi quidem ego hodie ambulaui dormiens in tegulis,
Certò ædepol scio vidisse,&c. Idem Rud.4.31,
Sed nisi molestum est,paucis percontarier
Volo ego te te.
Miseros illudi nolunt,nisi se fortè iactant.Cic.2.de Orat.132,
Nisi secundo loco positum.Terent.Heaut.1.1.90,
–corrasi omnia,
Ancillas,seruos,nisi eos qui opere rustico
Faciundo facile sumptum exerceant suum. Plaut.Rud.22.7.
–neque piscium vllam vociam pondo hodie
Cepi,nisi hoc quod nunc fero.Terent.Phorm.1.4.44.Ego plectar pẽdens,nisi quid me fefellerit. Cic pro Cluent.3,Etenim non modò authoritatem,sed etiam nomen iudicum amittemus,nisi hic ex ipsis causis iudicabimus.
Hanc,nisi mors mihi adimet nemo.Terent.And.4.2.14. Idem Heaut.5. 3.19.Talem nisi tu,nulla pareret filium. Cic.de Amicitia,55,Iudicare difficile sanè, nisi expertum. Idem 5.Verr.51, Tu nisi malo coactus,recte facere nescis?
Profectò, nisi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali. Terentius Heautont.5.3.1.
Nisi multis blanditiis à me gutta non ferri potest.Plaut.Rud.11.20.
Nisi vnum hoc faciam.Plaut.Aulul.12.3,
Quos pol vt ego hodie seruem,cura maxima est.
Nisi vnum hoc faciam,vt in putco cœnam coquant. Idem Asin.3.96,
–tum tu igitur aliud cura quod lubet
Eo ego ad forum,nisi quid vis. Et Trinum.17.32,
–filiam meam tibi desponsatam esse audio.
I.Nisi tu ne vis. Terent.And.5.4.48,
–causa optima est,
Nisi quid pater aliud ait. Cic.de Amicitia,32,Ortum quidem amicitiæ videtis,nisi quid ad hęc fortè vultis.
Nisi restituissent statuas,vehementer iis minatur.Cicero 4.Verr.117.
Nisi vellet.Cic.de Amicitia,9,Nisi enim immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus quod homini fas esset optare?
Nisi videas. Cicero de Amicitia,80,In qua nisi(vt dicitur)apertũ pectus videas,tuumque ostendas,nihil fidum,nihil exploratum habeas.
Nisi quia.Terent.Eunucho,5.6.28,
Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum.
Nisi quia necesse fuit hoc facere,id gaudeo,
Propter me hisce aliquid esse euenturum mali.
Nisi nunc.Plaut.Amphit.8.52,Imò equidem te,nisi nunc,hodie nusquam vidi gentium. Ibidem,15.67,Nec te,nisi nunc,video postea.
Nisi quòd.Cic.de Finib.Memento,te,quæ nos sentiamus, omnia probare,nisi quòd verbis aliter vtamur.Vetus exemplar hic NI legit.Plaut. Persa,15.51,Ego tantundem scio,quantum,tu,nisi φ perlegi prior. Cic.de Amicitia,64,Nec ob aliam causam vllam boni improbis,improbi bonis amici esse non possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quanta maxima potest esse,morum, studiorumque distantia. Ouid.2.Metam. 91,Et,nisi quòd virgo est,poterat sentire Diana.
Aliud nisi.Cic.4.Acad.15, Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt nisi,vt in vtranque partem dicendo & audiendo eliciant & tanquam exprimant aliquid quod,&c.
Nihil aliud nisi.Terent.Nihil volo aliud nisi Philumenam.Id est, quàm, vel præterquàm.Cic.pro Rosc.Amerino,64,Si nihil aliud fecerunt,nisi rem detulerunt.
Nisi in bonis non,&c Cic.de Amicitia,16,Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.
Non contingit nisi.Cic.de Amicitia,63, Quod non ferè contingit, nisi his qui etiam contemnendos se arbitrantur.
Nunquid oportet nisi,&c. Cice.4.Verr.Nunquid igitur oportet nisi tres sortes conici,vnam educi?nihil conici iubet tres.
Nisi fortè.Cice.de Senect.16,Nisi fortè ego vobis,qui & miles & Tribunus & legatus & Consul versatus sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor,quum bella non gero. Plaut.Cap.5.59, Aegio hoc te monitum,nisi fortè ipse non vis,volueram.
Nisi si.Plaut.Curcul.2.51,
Tam à me pudica est,quasi soror mea sit,nisi
Si est osculando quippiam impudicior. Idem Trinum.8.58, –edam:
Nisi si ille vetet. Terent.And.1.5.14,
Repudiatus repetor. quamobrem? nisi si Id est quod suspicor, Aliquid monstri aiunt. Idem Adelph.4.3.3,
Meum officium facio:quod peccatum à nobis ortum est, corrigo, Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero,qui ita putant, Sibi fieri iniuriam vltro siquàm fecerè.
Nisi,per parenthesin positum. Cic.Attico,lib.7.129.2, Adhuc certè(nisi ego insanio)stultè omnia & incautè.
Domitius(nisi me omnia fallunt)de se incredibiliter pertimuit. Cice.ad Atticum,lib.8.11.1. Item Plin.lib.6.cap.20.6,Iuba qui videtur diligentissimè prosecutus hæc,omisit in hoc tractu(nisi si exemplarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitium est)Berenicen alteram.

Nisi quis nos deus respexerit.Cic.ad Atticum,lib.1.11.11.

Quid nisi,Cice.de Senect.6, Q uid enim est aliud gigantum more bellare cum diis,nisi naturæ repugnare? Liu.1.ab Vrbe,176,Quid attinuisse Hergicis paulo antè hostibus capti agri tertiam partem reddi, nisi vt legatos pro Coriolano duce Cassium habeant? Cic.1.Tuscul.116, Nam quid aliud agimus quã à voluptate, id est à corpore, quum à re familiari quę est ministra & famula corporis,quum à negotio omnis nocapus animus, quid inquam tum agimus, nisi animum ad seipsum vocamus?Idem pro Cælio,74,Quid est aliud quod nos patroni facere debeamus,nisi vt eos qui infectantur,repellamus?

Nisi verò,Nisi fortè,Nisi tamen, quoties in argumentationibus subiecta est,absurditatem quandam sequi significat.Cic.4.Acad.155, Nisi verò Ennium non putamus ita totum illud audiuisse. Idem 2.in Catil.29, Nisi verò siquis est qui Catilinæ similes cum Catilina sentire non putet.Item Arrico,lib.10.197.c,Nisi fortè iste summarius,&c.Et de Fato,55,Nisi fortè volumus Epicureorum opinionem sequi. Idem in Milonianã,40.Nisi fortè dementem,&c.Q uasi dicat, q uod est absurdum putare id eo cõsue minime id putandum est.Quam declarationem Columella expressit,dicens,lib.3.cap.10.19,Nam si sagittam,id est superiorem partem malleoli,vituperandam censebãt,quum esset eadem pars surculi frugiferi: quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum,si est sterile,improbarum ab his ratio ipsa declarat? Nisi tamen(quod est absurdum)crediderunt,id trãslatum & abscissum à suã stirpe,destitutumque materno alimẽto,frugiferum,quod in ipsa matre nequã fuisset.Budæus;Nisi verò,vt quasi verò.Cic.in Verrem,Nisi verò existimatis hominem,&c Ironicè dictum:vt sit Nisi fortè,vel nisi tamẽ existimetis,quasi dicat,Hoc existimandum prorsus non est.

Mentiar,nisi.Ouid.2.Metamorph 103,

Mentiar,obscurum nisi quum nox fecerit orbem,
Nuper honoratas summo mea vulnera cælo
Videritis stellas illic. Quintil.in Corpore proiecto.Mentior,nisi quũ peregrinatio mea nos diduceret,maluit esse cum matre.Est iterum,Af fidere enim,cibos ministrare,manum porrigere quilibet poterat:mentior,nisi factum est.Valla lib.5.

Nisi,pro Nonnisi.Colum.lib.7.cap.3.13,Quo magis etiam propter hos casus,nisi validissima,quæ non comprehendatur hyeme, nouaque progenie replearur numerus.

NISVS,(νῖσος,)rex Megarensium,pater fuit Scyllæ:contra quos dũ pugnaret Minos deuictis Athenienfibus,propter filii Androgei interitũ, quem Athenienses & Megarenses dolo necauerant,amatus est à Scylla Nisi filiatquæ vt hosti posset placere, comam purpuream parenti abscissam ei obrulitquam Nisus ita habuerat consecratam, vt tandiu regno potiretur, quandiu illam habuisset intactam. Postea & Scylla à Minoe contempta,dolore in auem cõuersa est,& Nisus extinctus, deorum miseratione in auis mutatus est formam: quæ aues hodie magna inter se flagrant discordia.Hæc Seruius. Virg.1.Georg.81,

Apparet liquido sublimis in aere Nisus:
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunque illa leuem fugiens secat æthera pennis:
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus,&c.

Coma purpurea Nisi.Tibull.lib.1.eleg.4.13.

Nisus,penult.prod. Adiectiuum:(νῖσος,)vt Canes Nisei, apud Ouidium 4.Fast.100,

Effugit ad Syrtes,& te Zanclea Charybdis,
Et vox Nisei, naufraga monstra, canes. Fabulam tangit Scyllæ, quæ ab inferiore sui parte in canes mutata fuit.Fuerunt autem Scyllæ duę, vna Phorci,altera Nisi filia. Hæc in auem, illa verò dimidia sui parte in canes mutata fuit.Sed Ouidius hoc loco fabulã confundit,quemadmodũ & Virgilius in Bucolicis,Quid dicam aut Scyllam Nisi,&c.

Nisus, Vide NITOR niteris.

NISYROS,pen.prod.)νῖσυρος,)insula est inter Cycladas numerata, celsa,saxosa,& molendinaris abundãs lapidibus.Strabo libro decimo non procul à fine,citat carmen Homeri,quod sic vertit interpres,Qui Nisyron habent,celsam,Crapatumque,Casumque,
Eurypylique vrbem Con, æquoreasque Calydnas.

Nitedula, Nitella, Vide NITEO.

Niteo, nites,nitui,(νιτεόω, ἀμὶ,)nitẽre,Splendidum, cultum, politum esse.Plaut.Trucul.8.3,

–feruida vt tota floret,vt oleum
Nitide niget. Idem Bacchid.23.4, Oues nos vocant pessumæ.
Et paulo post,
–& pol nitent,haud sordidæ
Videntur ambæ.Idẽ Pseud.4.18,Tibi hoc præcipio,vt niteant ædes. Plin.in Paneg.82,Muta quidem illa,& anima carentia, sentire tamen & lætari videntur,quãd niteant, quòd frequententur.

Nitere vnguentis,fulgere purpura.Cic.in Catil.28.

Barba nitet.Tibul.lib.1.eleg.4.1.

Barba nitet inducto gelu.Ouid.3.Trist.eleg.10.5.

Cælum nitet diffuso lumine.Lucret.lib.1.3.

Ora candida nitent.Ouid.de Medicamine faciei,11.

Regina nitet ante alias.Stat.2.Achill.30.

Serpens nitet recenti squama.Ouid.9.Metam.54.

Tecta nitent ære.Ouid.6.Fast.53.

In pace nitere, & in bello non obsolescere. Cicero 1.de Lege agrar.13, Non dico solùm hoc in Republica vestigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat,&c.

Nitere oratio dicitur,quum exculta est,& elaborata.Cic.4.de Finib.9,Iorum vides quãm niteat oratio.

Multa nitent in carmine.Horat.de Arte,71.

Nitni.Tibull.lib.1.eleg.5.13,Ex humero Pelopis non nituisset ebur.

Nitens,Participium (νιτεόων,)vt

Ore floridulo nitens.Catull.in Epithal Mallii,epig.56.39.

Nitens crine,niger vnguento.Martial.lib.12.34.

Astra nitentia.Ouid.5.Fast.109.

Capilli nitentes malobathro.Horat.2.Carm.ode 7.2.

Culta nitentia.Virg.1.Georg.51.

Equi nitentes.Virg.6.Aeneid.131.

Flos nitentior ostro.Ouid.10.Metam.43.

Frondes nitentes auro.Ouid.4.Metam.128.

Galea nitens.Virg.9.Aeneid.92.

Ingenium nitens.Stat.1.Sylu.4.13.

Oculi nitentes.Virg.1.Aeneid 47.

Non valde nitens, non planè horrida oratio. Cicero de Claris Oratoribus,128.

Vnę nitentes.Ouid.14.Metam.133.

Nitesco,nitescis,(νιτέω,)nitẽscere,Idem.Cic.1.Tusc.108,Cælum nitẽscere,arbores frondescere.Ex quodam poeta.Plin.li.8.cap.1.2,Nitescente luna noua.Idem lib.37.cap.12.2,Et aliàs omnes gemmæ nitẽtes decoctu nitescunt, præcipuè Corsici.Sic lib.12.cap.25.2, Balsamũ tondetur similiter fruticans,ac rastris nitescit.Plin.Iunior epist.17.lib.2.Herbis & tepore verno nitescunt.Horat.de Arte,56, –& quæ Desperat tractata nitescere posse,relinquit.

Iuuentus oleo perfusa nitescit.Virg.5.Aeneid.27.

Candore nitescere.Cic.in Arato,10,Exiguo qui stellarum candore nitescit. De Aquario.

Ingenio,doctrina,præceptione nitescit natura in arte memoriæ.Author ad Herennium,lib.3.123.

Nitor,nitõris,(τὸ νιτεόειν,)Splendor in quacunque re. Terent.Eu.2.3.11,Qui color,nitor vestitus:quæ habitudo est corporis.Cic.de Senect.6,Tum Lysandrum intuentem eius purpuram,& nitorem corporis. Scilicet Cyri.Colum lib.2,Verùm ex his maximè ferendum quod robur dicitur, quum & pondere & nitore præstat. Plaut.Aulul.16.4,

Pro re nitorem,& gloriam pro copia
Qui habent,meminerint sese vnde oriundi sient.

Splendor & nitor.Cic.pro Cælio,61.

Exortens nitor auroræ.Lucret.lib.4.110.

Eloquii nitor.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.10.

Generis tui nitor.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.4.

Marinorum nitor.Plin.lib.11.cap.1.7.

Materiæ nitor.Quintil.lib.3.cap.8.43,Ita quum verba rebus apteantur, ipso materiæ nitore clarescunt.

Orationis nitor.Cic.Attico,lib.13.276.6.

Ignicus nitor oris.Claud.1.Paneg.9.

Circumfusus nitor.Quintil.lib.4.cap.1.42,Magis conciliatis animis & iis calentibus hæc libertas feretur, maximeque quum in locos fuerimus ingressi,quorum naturalis habertas licentiam verbi notari circumfulo nitore patitur.

Diurnus nitor.Nitor diei.Ouid.epist.17.16

Naturalis & non fucatus nitor.Cic.de Clar.Orat.18.

Nimio nitore Iustratos delphinus.Cic.in Arato,11.

Nullus tota nitor in cute.Iuue.Saty.9.1.

Purus nitor. Lucret.lib.2.156.

Vires agrestes,horridæ,sine nitore ac palæstra.Cic.1.de Legib.9, Fastidiat tem etate coniunctus Antipater,paulò inflauit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidẽ atque horridas,sine nitore ac palæstra.

Inducere cuti nitorem,Vide INDVCO.

Gemmæ nitore & auri splendore aspectus omnium perstringere.Author ad Herennium,lib.4.230.

Nitidus,pen.cor.Adiect.(νιτεόειν,)Splendidus,clarus,lucens. Plaut.Sicho,3.8,Facite sultis nitidæ ædes meæ sint cum,redeam domum.

Pexo capillo nitidus.Cic.2.in Catil.42.

Suo colore nitidus.Quintil.lib.2.cap.5.8.

Nitidus filiæ nuptiis.Plaut.Aulul.10.4.

Tamen

Tamen è meo quidem animo aliquanto rectius facias,
Si nitidior sis nuptiis filiæ.Id est,si nitidiore cultu induaris.

¶ Agna nitida.Horat.2.Serm.saty.3.42.

Aries nitidissimus auro.Ouid.3.Fast.174.

Aurum nitidum.Ouid.9.Metam.138.

Capilli nitidi.Horat.1.epist.14.7.

Caput nitidum Solis.Virg.1.Georg.94.

Colles nitidi & virides.Cic.5.Verr.37.

Ebur nitidum.Ouid.2.Metam.1.

Fœmina nitida.Plaut.Milit.14.12,Tum autem illa ipsa est nimium lepida,nimisque nitida fœmina.

Forma nitida in pictura, cui contrarium est Horrida.Ci.in Oratore,20, In picturis alios horrida,inculta,abdita & opaca; contrà alios nitida, lęta collustrata delectat.Forma scilicet.

Fruges nitidæ.Lucret.lib.2.120,

Genus quoddam verborum nitidum & lætum.Cic.1.de Orat.40.

Ignes nitidi.Ouid.8.Metam.36.

Imago solis nitidissima.Ouid.14.Metam.154.

Laurus nitidissima.Plin.epist.101.2,Laurum tamen patitur, atque etiam nitidissimam profert interdum:sed non sæpius, quàm sub vrbe nostra,necat.

Phœbus nitidissimus.Ouid.4.Metam.70.

Ramulus nitidissimus. Colum.lib.5.cap.6.11,Decacuminanda est iuxta ramulum qui videbitur esse nitidissimus.

Sensus nitidi.Claud.8.Paneg.39.

Sol nitidus,hoc est lucidus & conspicuus.Cic.Attico,lib.12.236.3.

Vacca nitida.Ouid.2.Metam.139.

Verba quodam modo nitida, Exculta, polita. Cice.in Part.10,Vt sint alia consonantiora, graniora, leuiora, & quodammodo nitidiora, alia contrà.

Virgines nitidæ.Horat.2.Carm.ode 12.4.

Vita nitidior.Plin.lib.13.cap.15.7.

Vndæ nitidæ.Ouid.3.Metam.82.

Nitidè,nitidius,nitidissimè,aduerbium.

Nitidiusculè,penult.corre.(νιτεόεσσος,)Diminutiuum aduerbium. Plaut. Pseud.12.7,

Neque ego amatorem mihi inuenire vllum queo,
Qui amet me vt curet tandem nitidiusculè.

Nitido,nitidas,penult.corre.(νιτεόω,)nitidare, Nitidum facere. Colum.lib.12.cap.3.8,Ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur.Ennius Crespho nte,O pie eam secum aduocãt,eunt ad fontem,nitidant,corpora.

Nitella,nitellæ.(λαμπουρὶς,)Mart.lib.5.38,de Herotionte puella.

Quæ crine vincit Berici gregis vellus,
Rhenique nodos,aureamque nitellam.

Nitela.pulueris.Solinus,cap.36,Depurgant in miniũ nitelas pulueris.Nitelas interpretantur micas pulueris auriquæ inter arenas reperiuntur.

Nitela, Nitor. Solinus, cap.35, Nam præcipua viris gloria est in armorum nitela.

Nitẽdula,nitẽdulæ, penult.corre.(λαμπουρὶς,)Muris exigui genus, vt docet Seruius. Cice. pro P. Sestio,61, Quoniam id etiam fatum eiuitatis fuit,vt illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub.conaretur arrodere.

Nitedula est & cicindela dicta,quę noctu lucet.

NITIOBRIGES,(νιτιόβριγες,)populi Narbonensis Galliæ apud Pro lemæum,vicini Ruthenis,Hodie montem Pessulanum vocant. Vulgò Montpelier.Et Marliano & Glareano.Meminit Cęsar belli Gal.lib.7.

Nitor, μαμπουρὶς(ω,)niti,Conari sub onere.Virgil.3.Georg.35,Post priore producta,niteris,pen.corr.nixus & nisus sum,(πεφρὸ valido nitens sub pondere faginus axis Increpat.Nonius.

Aequaliter niti.Cic.2.de Nat.deorum,173,Omnes enim partes eius vndique medium locum capessentes nituntur æqualiter.

In aduersum niti.Ouid.2.Metam.15.

Niti & ascendere. Plin.epist.101.m,Nam lætissima vitis per omne tectũ in culmen nititur & ascendit.

Vi propria niti ad sidera.Virg.2.Georg.86.

Niti alis,Volare.Virgil.4.Aeneid.51,Hìc primùm paribus nitens Cyllenius alis Constitit.

Aues motis nituntur in aera pennis.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.6.

Niti gradu,Ambulare.Pacuuius Periboea, Ardua per loca agresti ac trepidante gradu nititur.

Niti hasta,id est Incumbere.Virgilius 6.Aeneid.152, Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta.

Nitihumi,Incedere.Virg.2.Aeneid.76,

Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens.Vbi Seruius,Humi nitens, Incedens per humum,& est aduerbium.

¶ Niti,Conari,Dare operam,Laborare.Terent.Adelphis,3.4.51.Quapropter nitar,faciam,experiar.Cic.de Senect.29,Moderatio modò virium adsit;& tantum quantum quisque potest,nitatur.

Niti pari iugo.Plinius epist.53.b,Nobis tamen nullum certamen, nulla contẽtio,quum vterque pari iugo,non pro se,sed pro causa niteretur.

Niti ad gloriam Immortalem. Cice.de Senect.75,Quod quidem si ita se haberet,vt animi immortales essent,haud optimi cuiusque animus maximè ad immortalem gloriam niteretur. Plin. Quoniam suopte nutu ad interiora nititur.

Labore præstante niti noctes atque dies.Lucret.lib.3.13,

Ad summa niti.Quintil.in Procem.lib.1.16,Altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur.

Niti contrà.Cic.1.Tusc.79,Sed plurimi contrà nituntur.

Contra honorem alicuius niti. Cic.Cæsari in Epist. ad Att.lib.9.183.3.

Niti consilio de aliqua re.Cic.Lentulo,lib.1.5.3,Nos quum maximè consilio,studio,labore,gratia,de causa regia niteremur: subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ nostra studia impediret.

Niti de æquitate.Cic.in Partit.70.

Niti pro aliquo.Liu.5.bel.Maced.33,Adeóne in plebeio quidem Consule cum pro C.Lælio niteretur,Africanus valuit?

Nocte dieque niti pro aliquo.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.8.

¶ Niti,Fulciri.Cic.1.Offic.171,Est igitur adolescentis,maiores natu vereri,ex hisque deligere optimos & probatissimos,quorum consilio atque authoritate nitatur.Id est fulciatur & gubernetur,instituaturque. Plin.epist.5.b,Nitebamur nos in parte cauiæ sententia Metti Modesti optimi viri.is tunc in exilio erat,à Domitiano relegatus.

Radicibus suis nituntur arbores.Cic.pro Cælio,10.

Per se niti.Ci.pro Plancio,55,Virtutis cursus ad gloriam hoc facilior fortasse,quod huc à me ortus,& per me nixus ascendi.

Nititur in coniectura diuinatio.Cicero 2.de Diuinatione,81.

¶ Niti,Fiducia collocare.Cic.4.Verr.110,Quò confugies?vbi nitere?

Niti & confidere.Ci.pro Cluentio,1,Altera mihi niti,& magnopere confidere videbatur inuidia iam inueterata iudicii Iuniani.

Aequo nitantur.Quintil.lib.3.cap.6.31.

Authoritate atque consilio alicuius,& eius exercitu niti. Cice. Cassio, lib.12.10.4.

Consilio alicuius aut præsidio niti.Cic.in Pisonem,14.

Fiducia virtutis nobis nitendũ est ad spem beatè viuẽdi. Cic.5.Tuscul.4. Gratia & authoritate & potentia cuiusquam niti.Cic.2.Verr.10.

Insidiis niti.Cæsar.1.bel.Gall.52.

Iudicio suorum fundamenta defensionis suæ nituntur. Cic.pro Cælio,3.

Laude alicuius niti.Cic.pro Flacco,49.

Innocentia freti,nobilitate nixi,potentia ac multitudine amicorum fulti,perfacile existimaremus aduersariorum vim ac factionem à nobis repelli posse.Cic. Antequam iret in exilium,6.

Niti maiorum opinione.Cic.in Saluft.3.

Prudentia rerum magis quàm dicendi arte niti.Cic.1.de Orat.108.

Sustinere se,& niti spe.Cice ad Atticum, lib.3.49.4,Nunc si ita sunt quæ speras,sustineblimus nos,& spe qua iubes,nitemur.

Niti veritate aut fama.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.1.2,Sed quum ratio,salusque omnium nostrum,qui ad Remp.accedimus, non veritate solùm, sed etiam fama niteretur,sermones ad te aliorum, semper, non mea iudicia perscripsi.

Viribus suis nitens Respublica.Brutus Ciceroni,4.7.

Virtute decet,non sanguine niti.Claud.7.Paneg.44.

Niti in.Cic.in Somnio Scipionis,7, Tu eris vnus in quo nitatur ciuitatis salus.Idem pro Milone,14,Ei viro autem mors parabatur,cuius in vita nitebatur salus ciuitatis.Id est Cn.Pompeio.

In aliquo ambitio nostra nititur.Cic.Lentulo, lib.1.5.3.

In nobis tantum ipsis nitamur.Gel.lib.2.cap.29.

Nitens, Participium:(πεφρὸ,)vt Corvus plumato corpore nitens. Cic.2.de Nat.deorum,171.

Nisus,huius nisus,(πεφρὸ,πεφρὸ μὸς,)Conatus.Cic.2.Tusc.85,Pedetentim,inquit,ite,& sudato nisunte successu arripiat maior dolor.Colum. lib.1.cap.3.3,Quia minoris apportentur eò, quò facili nisu peruenia tur. Plinius lib.11.cap.37.7,Angustissima canibus:qua de causa vehementi nisu, nec sine cruciatu,leuant eam. Idem lib.2.cap.5, de elementis, Sic pari in diuersa nisu vi sua quæque consistere. Virgil.1. Aeneid.88,

–nisuque immotus eodem,
Corpore tela modo,atque oculis vigilantibus exit.

Insoliti nisus.Horat.4.Carm.ode 4.2.

Pedum nisus. Lucret.lib.5.185, Trans maria alta pedum nisus vt ponere posset.

Leui nisus sustollere aliquid.Lucret.lib.4.183.

Hastam præpropero nisu iacit.Silius.lib.15.149.

Nixus,participium,(ἐρεισάμενος,)Innixus.Plau.Milit.5.48,Ecce autem auortit,nixus læua,in femore habet manum. Cic.7.Verr.69, Sterit solentatus Prętor Pop.Romani cum pallio purpureo,tunicaque talari, muliercula nixus in littore.

Ad antra nixus.Propert.lib.3.eleg.3.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nixæ genibus matronæ. Liu.6.bel.Pun.44,Crinibus passis aras verrentes,nixæ genibus,supinas manus ad cælum ac deos tendẽtes.Virg.10. Aeneid.148.
–tum super abiectum posito pede nixus.
Manibus caput nixa Cynthia.Propert.lib.1.eleg.3.2.
Hastili nixus Scæuola.Cic.pro Rab.perduel.10,15.
¶ Cæterum vestra, Aduti & confirmati.Cic.pro Cluentio,126,Si obtinuerit causam Cluentius (sicuti vestra equitate nixi confidimus) omnes existimabunt,id quod erit,obtinuisse propter innocentiam.
Nixa honesto virtus Cic.1.de Finib.93.
Mendacio nixa est.Cic.2.de Orat.17.
Auxilium vniuersorum eo plurimum prodest,quo firmioribus opibus est nixum.Cic. Antequam iret in exilium,2.
Nixus,huius,nixus.(τόκος,τοκετός,)Partus.Virg.4.Georg.40,
–haud fœtus nixibus edunt.Gell.li.12.cap.1,Quàm diutinum puerperium,& quàm laboriosi nixus fuissent. Lucret.lib.5.46,
–quum primum in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profudit.
Maturis nixibus æditus.Ouid.5.Fast.35.
¶ Nixus,Conatus etiam dicitur.Quintil.lib.1.cap.12.2, Luctator, qui totius corporis nixu in id quod semel inoasit,incumbit.
Insistere studis suo nixu.Quintil.lib.1.cap.12.8.
Magno nixu aggredi aliquem.Virg.3.Aeneid.8.
Nixus astrorum.Cic.2.de Nat.deorum,175,In aere autem astra volunturquæ se & nixu suo conglobata continent, & forma ipsa figuraque sua momenta sustentant.
Nixurio,nixuris,pen.corr.nixurit,(πτερυγόω,)nixuríre, Niti velle, seu cupere,aut conati facere.Nigidius,Nixurit qui niti vult,& in conatus sæpius aliqua re repellitur.
Nixor,nixaris,nixatus sum,(πτερύσσω,)nixari, Idem quod Nitor. Lucret. libr.4.103,
Et violare fidem primam,& conquellere iotra.
Fundamenta,quibus nixatur,vita salusque.
Nixans,Participium.(πτερύων,)Lucre.lib.3.103,Hoc est aduersò nixante tundere monte Saxum.
Nubundus,Adiectiuum.(πτερόμενος,)Gel.lib.1.cap.11,Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiscãtur,non fidicularum tibiarumque concentu,verùm conspiratu tacito nitibundos.

Nitrum,

nitri,(νίτρον,)A quibusdam dici putatur à Nitria vbi nascei solet.Hoc non multum differt à salis hammoniaci specie,quod nonnulli existimant esse salis genus.Sicut enim salem in litore maris fervor conficit solis,durando in petram aquas marinas, ita in Nitria vbi æstate plurimæ prolixiores tellurem infundunt,ardor nimius aquas excoquit in petram sali simillimam sed,quod gelidi rigoris, nihil salsi saporis habentem, quæ tamen iuxta naturam salis durare in caliditate, & nubilosis aere fluere & liquescere solet.Fit nitro medicinæ fiunt,& sordes vestium corporumque lauantur. De nitri generibus & confectaris,& medicinis,& obseruationibus, vide Plinium lib.31.cap. 10,Hodie nitrum non habemus,sed eius loco vtuntur nostri pharmacopolæ sale petræ,quem vocant.
Lapidosum nitrum,Vide LAPIS.
Radens tubera nitrum.Ouid,de Medicamine faciei,17.
Rubentis nitri spuma.Ouid,de Medicamine faciei,15.
Nitrosus,pen.prod.Adiectiuum,(νιτρώδης,)Quod nitrum habet,vel nitri saporem. Plin.lib.31.cap. 10.2,Aquæ verò nitrosæ pluribus locis reperiuntur,sed sine vitibus destandi. Et paulo pòst,Lacus est nitrosus,exiliente è medio dulci fonticulo.
Nitrosus locus.Plin.lib.20.cap.19.2.
Nitraria,nitrariæ,(νιτροφυτεῖον,)Locus vbi nitrum fit & inuenitur.Plinius libro 31.cap.10.6, Sunt ibi nitrariæ,in quibus & rufum exit à colore terræ.
Nitrãtus,pen.prod. Adiectiuum. (νιτρωτός,) Cui nitrum admistum est. vt Nitrata aqua.Martial.lib.13.17.Et Colum.lib.12.cap.55.1,Nitratam aquam suffundito.

Niualis, Niueus,

Vide NIX.

NIVARIA,insula vna ex fortunatis à perpetua niue cognominata. Pli. lib.6.cap.32.

Nix,

niuis,(χιών,νιφάς,νιφετός,) Notæ significationis.Pli.lib.17.cap. 2.5,Alioqui vota arborũ communia sunt frugumque,niues diutinas sedere.Causa,non solùm quia animam terræ euanescentem exhalatione, includunt & comprimunt, retroque agunt in vires frugum atque radices: verùm quòd & liquorem sensim præbent, purum præterea leuissimumque, quando nix, aquarum cælestis spuma est. Ergo humor ex his non vnuersus ingurgitans diluensque, sed quomodo stillatur distillans,velut ex vbere alit omnia quæ non inundat: tellus quoque illo modo fermentescit, & succi plena, ac lactescentibus satis non effœta,qui tempus aperit,tepidis arridet horis. Virgil.10. eclog.4. Perque niues alium, perque horrida castra secuta est.

Color niuis.Ouid.1.Metam.171,Quippe color niuis est. Id est color ita albus vt æquet etiam niuem.
Niue candidiores equi.Ouid.8.Metam.75.
Candida niue Thrace.Horat.3.Carm.ode 25.2.
Pruina & nix.Cic.2.in Catil.43.
¶ Alta nix iacet.Virg.1.Georg.62.
Cana nix.Horat.2.Serm.saty.5.9.
Concreta nix aeri pruina.Lucret.lib.3.4.
Conspicuæ niues Taygeti.Sene.Thyeste,2.1.
Discussa nix.Valer.5.Argon.35.
Duratæ niues.Horat.3.Carm.ode 24.8.
Gelidæ niues.Ouid.1.Fast.136.
Glomeratæ turbine niues.Silius lib.3.196.
Hyberna niue turgidi fluuii.Horat.4.Carm.ode 12.1.
Horrifera nix.Valer.5.Argon.62.
Iactata nix.Ouid.3.Trist.eleg.10.3.
Madens sole nix.Ouid.epist.13.11.
Puræ niues.Ouid.epist.15.51.
Rotatæ niues.Ouid.9.Metam.45.
Solutæ niues.Ouid.3.Amor.eleg.5.2.
Verna nix.Ouid.3.Trist.eleg.2.4,
–nec nostro parcior imber
Lumine,quàm verna de niue manet aqua.
¶ Cõcreseit niue pruinaque aqua admisto calore.Cic.1.de Nat.deo.38.
Congestas conteret ille niues.Ouid.1.Amor.eleg.9.3.
Eluctor niues.Tacit.lib.19,Et vix quieto agmine niues eluctantibus,patuit quantum discriminis adeundum foret.
Ritu niuis fundunt tela vndique.Virg.11.Aeneid.123.
Positas niues glaciat Iuppiter.Horat.3.Carm.ode.10.2.
Boreas indurat niues.Ouid.6.Metam.139.
Perfusæ niues imbre madescunt.Sene.Hippol.4.5.
Auster mollit niuem.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.13.
Obrutus niuibus,Vide OBVO.
Infosa nix tegit humeros.Virg.4.Aeneid.50.
¶ Atram niuem ridere.Cic.Q.fratri,lib.2.15.1,Risi niuem atram,teque hilari animo esse & prompto ad iocandum valde me iuuat.
Nigram niuem Anaxagoras dixit esse.Cic.4.Academ.129.
Capitis niues.Capilli cani.Horat.3.Carm.ode 13.3, –te quia rugæ
Turpant,& capitis niues.
Niuãlis,& hoc niuale,pen.pro.(νιφόεις,) Quod ad niuem pertinet.
Niualia loca,Vbi nix abundat.Plin.lib.26.cap.8.4, Nascitur in petrosis, apricis,& iisdem niualibus.
Auræ niuales.Horat.1.epist.114.
Niuale cælum,pro pluuioso:quòd sæpe niues,& frigidã aeris temperiem inducit. Colum.lib.3.cap.1, in fine, Cælum porrò neque niuale vinea, neque rursus æstuosum desyderat.Legitur & glaciale.
Candor niualis.Virg.3.Aeneid.108.
Niualis dies, In qua nix plurima è cælo delabitur. Liu.1.bel. Pun. 214.
Erat fortè brumæ tempus,& niualis dies. Horat.2. Serm.saty.6.4.
Gelu niuale.Sene.Medea.9.10.
Glacies niualis.Claud.1.de raptu Pros.14.
Osculum niuale,per translationem,pro frigido.Mart.lib.7.94,Audes tu tamen osculo niuali.
Omnes obuius hinc & hinc tenere.
Niualis tomulus.Cic.1.de Diuin.32.Ex quodam poeta.
Venti niuales.Virg.3.Georg.64.
Vnde niuales, Quæ ex niuibus defluunt. Marc.lib.14.123.
Massiliæ fumos miscere niualibus vndis Parce puer.
Niuãrius,Adiectiuum:(χιονικός,) Apud Martialem libro 14.108, epigrãma est de niuario colo,
Serinos moneo,nostra niue frange tricites:
Pauperiore mero tingere lina potes. Bayfius, Colum niuarium, vas quo aqua ex niuibus colari solebat.Nos hodie colo vtimur ad lac colandum, & est vas ligneum quod fundum linteum habet ei annexum. Hactenus Bayfius.
Saccos niuarius.Plin.lib.24.cap.1.3,Nitrosæ aut amaræ aquæ polenta addita mitigãtur,vt intra duas horas bibi possint. Qua de causa & in saccos niuarios additur polẽta.Vetus codex habet niuarios.Bayfius, Vtebantur Romani & sacco niuario quo liquidius merum putarent, & erat lineus. Mart.lib.14.104,
Attenuare niues norunt & lintea nostra.
Frigidior colo non falit vnda tuo. Videto libellum de Vasculis.
Colum niuarium.Pomponius in L.In argento.ff.De auro,argento,mundo,ornamen,&c.
Niuatus,Adiect.(χιονωτός,) Quod est niue refrigeratũ.Suet.in Nerone, ca.27,Refotus sæpius calidis piscinis,ac tempore æstiuo niuatis.
Niueus,Adiectiuum.(χιονόχρως,) Quod est ex niue.vt Malla niuea.
Aggeribus niueis informis iacet terra.Virg.3.Georg.71.
Niueus liquor.Cic.1.de Diuin.21.Ex quodam poeta.

Lux niuea.

Lux niuea,Tibull.lib.3.eleg.3.5.
¶ Niueus,pro candido aliquando ponitur.vt
Adonis niueus,Vide ADONIS.
Bos niueus.Ouid.4.Fast.166.
Candor niueus. Author ad Heren.lib.4.1991 Ouid.3.Meta.85.
Color niueus.Ouid.13.Metam.146.
Dens niueus.Ouid.epist.17.4. Martial.lib.5.44.
Ebur niueum.Ouid.10.Metam 50.
Equi niuei.Ouid.2.Amor.eleg.1.5.
Iuuencus niueus.Virg.6.eclog.10. Ouid.1.Metam.131.
Lacerti niuei.Virg.lib.8.Aeneid.78.
Lapilli niuei.Horat.1.Serm.saty.2.16.
Latus niueum.Virg.6.eclog.12.
Ligustrum niueum.Ouid.13.Metam.169.
Os niueum.Ouid.epist.19.24.
Pecus niueum.Virg.2.eclog.4.
Poma niuea.Ouid.4.Metam.18.
Toga niuea.Martial.lib.1.140.
Vestis niuea.Ouid.10.Metam.86.
Vitta niuea.Virg.3.Georg.98.
Vlnis niueis reducem complectitur.Claud.2.in Eutrop.38.
Niuosus,pen.prod.Adiectiuum,(χιονώδης,) Quod niuibus abundat. vt Niuosa loca.Colum.lib.2.cap.9.5,Ea locis prægelidis ac niuosis, vbi æstas est humida,& sine vaporibus,rectè committitur.
Niuosa grando.Liu.1.bel.Pun.251,Et mox aqua leuata vento, quum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum niuosæ grandinis delecit,vt omnibus omissis procumberent homines.
Niuosa hyems.Liu.5.ab Vrbe,61.
Plagæ niuosæ.Claud.de bello Get.27.
Scythia niuosa.Ouid.epist.12.0.
Sidus niuosum.Stat.1.Sylu.3.10.

Nixurio, Nixus,

Vide NITOR niteris.

Nixus,

huius Nixi,(ἐγγόνατα,) Sidus cæleste.Cic.in Arato,44.
Iam dextrum genu,& decoratam lumine suram
Erigit,ille vagans vulgato nomine Nixus,
Quem nocte extinctum atque exortum vidimus vna. Ibidem,50,
Hic ille exoritur conuerso corpore Nixus,
Aloum,crura,humeros,simul & præcordia lustrans,
Et dextræ radios læto cum lumine iactans.

N O

No,

nat,(χαλίζω,κόχομαι,)nare.Proprium est piscium.

Nare contra aquam. Plin.lib.9 cap.17.1, Vnus omnium squamis ad os contra aquam nando meat.De accipensere.
Nare etiam aues aquatiles dicuntur.Cic.5.de Finib.75,Nare anaticulas, coolare merulas.
Carinę nant freto.Ouid.8.Metam.21.
Linter nat liquida aqua. Tibull.lib.1.eleg.5.15. Catull. Argonaut. epigr.59.1.
Pelliaco quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per vndas.
Sine cortice nate.Horat.1.Ser.sat.4.15.Vide SINE præpositionem.
Nat lupus inter oues.Ouid.1.Metam.62.
Ars nandi.Ouid.2.Trist.97.
Tu viribus vtere nando.Ouid.9.Metam.23.
Nans,Participium.(χαλίζων,)Cic.5.Tuscul.54.Nanque alias bestias nantes aquarum incolas esse voluit.Virgil.1.Aeneid.35,Apparent rari nãtes in gurgite vasto.
Protendere manum nanti.Ouid.ad Pisonem,51.
Nato,natas,(κόχομαι,νέω,κολυμβάω,νηχάζω,)natare,Frequentatiuum. Mart.lib.1.137,Sacris piscibus hæ natantur vndæ. Passiuum hîc est.
Aquæ natantur multo pisce.Ouid.1.de Arte,10.
Vnda natatur piscibus.Ouid.5.Trist.eleg.2.5.
Natare aquas.Mart.lib.14.201,Ipsa suas melius charta natabit aquas,
Carina natat.Virg.4.Aeneid.80.
Arma naufraga natant.Lucan.lib.4.18.
Natabant pauimenta vino,madebant parietes.Cic.2.Philipp.103.
Lasina natant aspersa sanie.Virg.3.Aeneid.125.
Tenebræ natant ante oculos.Ouid.12.Metam.28.
¶ Natare,per translationem,Vltra ire vel serpere.Colum. lib.3,Alioqui etiam nouellam vineam ex refectione natam viti, inutilem habebis, prima parte terrę natantibus radicibus. Idem lib.4.cap.1,Quid quòd repastinata humus,dum est recens soluta laxaque,velut fermento quodam intumescit? Quum deinde non longissimam cepit vetustatem,cõdensata subsidit,ac velut innatantes radices vitium summo solo destituit: Innatantes,id est non altè demersas depressiue in terram,sed velut natantes super eam. Columella lib.3.De arboribus cap.6.1,Alioquin etiam nouella vinea,quæ ex refectione enata fuerit vim inutilem habebit, summa parte terræ natantibus radicibus. Idem lib.4.&c.

¶ Natare, Trepidare.Ouid.lib.6.Fast.135,Nox erat, & viris oculique animique natabant.
Crura apta natando.Ouid.15.Metam.76.
Natans,priore correpta,Participium.(νηχόμενος,) vt Pecudes natantes. Lucret.lib.2.69.
Campi natantes.Virg.3.Georg.40,
–tum segetes altæ, campique natantes
Lenibus horrescunt flabris.Grandiores enim segetes vento agitatæ ita iactantur vt aliquam natantis speciem præbeant.
Lumina natantia.Virg.5.Aeneid.172.
Ecce deus ramum lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygia,super vtraque quassat
Tempora cunctantique natantia lumina soluit. Hoc est errantia somni vicinitate. Seruius.
Oculi natantes sub atra nocte.Ouid.5.Metam.15, –at ille
Iam moriens oculis sub nocte natantibus atra
Circunspexit Atyn.
Natantius,pen.prod.(νηχόμενος,)Aliud participium. Ouid.epist.17.43,
Triste nataturo nec querar esse fretum.
Natãtus,huius natãtus,pen.prod.(νῆξις,) Ipse natandi actus. Claud.3.de raptu Proserp.67,
Lucus erat prope flumen Atym,quod candida præfert
Sæpe mari,pulchroque secat Galatea natatu.
Segnis natatus.Claud.de torpedine,16.1.
Natãtor,pen.prod.Verbale,(κολυμβητής,) Qui natat. Ouid.1.de Remed.amor.25,Pugnat in aduersas ire natator aquas.
Natãtilis,& hoc natãtile, penult.corre.(νηκτικός,) Quod natat, vel natare potest.
Natãtile,Substantiuum,(νηκτικόν,(Locus vbi natant pisces, aut anates,& similia.Varr.3.de Re rust.cap.5.12,Et natatilia sunt excauata anatil stabula.Vetus exemplar habet naualia.

Nobilis,

& hoc nobile,pen.corr,(εὐγενής,ἐπιγνωστός,ἐπίδοξος,γνωριμος,εὐγενεσφ,) Quasi noscibilis,à Noscor pro noto accipitur.Virg.7.Aeneid.113,Est locus Italiæ medio sub montibus altis Nobilis. Plaut.Pseud.20.8,
–cum iis mihi Nec locus nec fermo conuenit,iis nunquam nobilis fui. Id est cognitus.
¶ Nobilis,Dignus,& excellens in quacunque re,siue bona,siue mala.De bona,vt quum ad generis nobilitatem refertur. Salust.in Catil.Nobili genere natus.Cic.1.de Diuin.148,Nobili loco natus. Et 7.Verr.141, Qui nobili genere nati sunt.
Nobilis & notus.Cic pro Flacco,41,Cæteri homines apud nos noti,inter suos nobiles? Idem pro Cælio,23, Res est omnis in hac causa nobis Iudices cum Clodia muliere non solùm nobili,sed etiam nota. Idem 2. Verr.10,Qui non tã me impediunt quòd nobiles sunt,quàm adiuuãt quòd noti sunt.
Animus nobilis.Sene.Hippol.4.21.
Acies nobilior,Vide ACIES.
Bellum nobile.Horat.de Arte,28.
Nobilis est Canace fratris amore sui.Ouid.2.Trist.77.
Nobilis ciuitas.Plin.lib.5.cap.25,Palmyra vrbs nobilis situ.
Aere nobilis Corinthus.Ouid.6.Metam.84.
Diem hunc faciam nobilem.Senec.Here.Oeth.11.13.
Nobile emplastrum ad extrahendum.Cels.lib.5.cap.18,Sunt etiam quędam emplastra nobilia ad extrahendum.
Equi nobiles.Ouid.1.de Arte,27.
Facinus nobile,& multis locis sæpe commemoratum. Cic.4.Ver.58.
Forma nobilis.Sene.Hippol.6.18.
Factum nobile.Silius l.b.3.72.
Feræ nobiles.Claud.3.Paneg.48.
Flumen nobile. Ouid.3.Amor.eleg.5.18.
Fontes nobiles.Horat.3.Carm.ode 13.3.
Tres nobilissimi fundi.Cic.pro Rosc.Amer.60.
Nobiles,quibus opponuntur Noui homines.Liu.9.ab Vrbe,136,Postulabãtur ergo nobiles homines:appellantibusque Tribunos nemo erat auxilio,quin nomina reciperentur.Inde nobilitas,nec ii modò in quos crimen intendebatur,sed vniuersi simul negare nobilium id crimen esse,quibus,si nolla obstetur fraude,pateat via ad honorem,sed hominũ nouorum. ipsos adeò Dictatorẽ Magistrumque equitum reos magis, quàm Quęstores idoneos eius criminis esse:intellecturosque ita id esse,simul magistratu abiisent.
Homo nobilissimus Pericles Ephesius.Cic.3.Ver.60.
Homo omnium nobilissimus.Cic.Lentulo,lib.1.7.26, In te enim homine omnium nobilissimo similia inuidorum vitia perspexi.
Illius ætatis nobilissimus & clarissimus philosophus. Cicero 2. de Oratore 85.
Inimicitiæ nobilissimæ. Liu.9.belli Maced. Verùm enimuero quum sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobilissimæ sibi cum Consule inimicitiæ, quid ab eo quenquam expectare æqui?
Lethum nobile Catonis. Horat. 1. Carm. ode 12. 8.
Illustre & nobile municipium. Cic. 7. Verr. 33.
Nobile bello nomen. Liu. 1. bel. Mace. l. 69, Vt regnum Macedonum, nomenque haud minus quàm Romanum, nobile bello sentietis.
Non Carnobile. Quid. ad Liuiam, 82.
Ora nobile. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 6.
Oratio nobilis. Cic. de Claris Orat. 63, Sunt enim & aliæ, & pro Seruio Sulpitio de incestu nobilis oratio.
Par nobile fratrum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 49.
Pectus nobile. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 20.
Puer & nobilis, & decens. Horat. 4. Carm. ode 1. 3.
Nobilis pugna. Liu. 1. bel. Pun. 188, Nec Sardorum duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt.
Magnus & nobilis rhetor Isocrates. Cic. 2. de Inuent. 126.
Scriptorum nobilium auditor. Horat. 1. epist. 20. 8.
Taurus ille nobilis, quem Phalaris habuisse dicitur. Cic. 6. Ver. 65.
Honoratus & nobilis Thucydides. Cic. in Orat. 17.
Virgo nobilis in omne ævum. Horat. 1. Carm. ode 12. 7.
¶ Insignes genere nequaquam sunt tam, quàm vitiis nobiles. Q. Cic. de Peti. Consul. 9.
Nobilis & clarus origine. Ouid. epist. 18. 30.
Ortu nobilis. Silius lib. 1. 16.
Sanguine matris nobilior. Ouid. 1. Fast. 94.
Hinc fuit Euanderiqui quanquam clarus vtroque,
Nobilior fuit e sanguine matris erat.
Iuuenum nobilium clients. Horat. 4. Carm. ode 12. 3.
¶ Nobilis ad, hoc est vtilis per eccellentiam quod dicitur. Plin. li. 11. ca. 37. 64. Vitulis quidem marinis ad multa quoque nobile fel.
Præclari & nobiles in philosophia. Cic. 1. de Orat. 14.
Ex doctrina nobilis & clarus. Demetrius. Cic. pro Rab. Post. 14.
¶ Nobilis, In malam partem. Plaut. Rud. 16. 5.
-ne impiorum potior sit pollentia,
Quam innocentum, qui se scelere fieri nolunt nobiles. Hoc est, insignes, vel insigniter sceleratos.
Nobile facinus, quod & insigne dicitur. Cic. 4. Ver. 58, Accipite nisi aliud eius facinus nobile, & multis locis sæpe commemoratum.
Nobilitas, pen. corr. (εὐγένεια, γενεά, τὸ εὐγενές,) Generis, vel alterius rei excellentia & dignitas. Columella li. 3. cap. 21, Deprehendi potest nobilitas in gusto. Cic. pro P. Sestio, 16, Alter multos planè in omnes partes fefellit, erat enim hominum opinione nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus. Omnes boni semper nobilitati fauemus, & quia vrile est Reipub. nobiles homines esse dignos maioribus suis: & quia valet apud nos clarorum hominum, & bene de Rep. meritorum memoria, etiam mortuorum, &c. Martial. lib. 1. 45, Nec nihil à tanta nobilitate refert.
Altæ nobilitatis indicium sunt mores. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 21.
Clara nobilitas, Vide CLARVS.
Ingenitæ nobilitatis honos. Ouid. ad Pisonem, 11.
Maxima nobilitas ingeminata. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 9.
Nobilitas in animo. Ouid. 7. Metam. 9.
Non pari nobilitas animo est, ea gratia formæ,
Vt timeam fraudem.
Fautor nobilitatis Roscius. Cic. pro Ros. Amerino, 9.
Facies non inpar nobilitate. Ouid. 4. Fast. 62.
Census maior nobilitate. Ouid. 9. Metam. 135.
Potens nobilitate. Ouid. 13. Metam. 5.
Genere ac nobilitate, suæ ciuitatis facile primas. Cicero pro Roscio Amerino, 9.
¶ Contendere nobilitate. Lucret. lib. 1. 3.
Morum nobilitate exuperas genus. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 1.
Animi nobilitate geminas genus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 1.
Præstantes nobilitate familiæ. Cic. 1. de Diuin. 151.
Respondisse nobilitati, pulchrum erit. Quintil. lib. 3. cap. 7. 7.
Superare aliquem nobilitate. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 12.
Venire in nobilitatem, Plin. lib. 14. cap. 15, Postea ergo alia omnia in nobilitatem venerunt. De vinis.
¶ Nobilitas, pro Fama & nominis celebritate. Cic. pro Arch. 10, In eo ipso in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt. Hæc Budæus. Idem Cic. 4. Acad. 124, Semper enim (vt scitis) studiosus nobilitatis fuit. De Democrito. Sic de Clar. Orat. 31, Ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam.
Domus non minor nobilitate vllius. Ouid. 2. Trist. 23.
Eloquio inest nobilitas. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 12.
Florebat nobilitate discipulorum Isocrates. Cl. 3. de Orat. 78.
Columbarum nobilitas. Plin. lib. 10. cap. 37. 2. Vide ORIGO.
Nobiliter, pen. cor. Aduerbium, (εὐκλεῶς,) Insigniter & decorè. Pli. lib. 23. in Procem. 1, Non contenta, delicias etiam & odores atque vogué ta omphacio & œnanthe ac mastiri (quæ suis locis diximus) nobiliter instruxisse. Idem lib. 34. cap. 8. 40, Poliidonius qui & argentum cælauit nobiliter.
Nobilito, nobilitas, pen. corr. (λαμπρύνω,) nobilitare, Nobilem facere, dignitatem augere, decorare. Cice. de Senect. 25, Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. Apul. Quem nó quam es nobilitatus, sed ex excellentia generis, sed mores, virtutesque nobilitarunt. Cicero 1. Tuscul. 51, Quid poetæ, nonne post mortem nobilitari volunt?
Flagitiis aliquem nobilitare. Terent. Eunucho, 5. 7. 20.
Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas
Flagitiis, & eundem iudicas. Vbi donatus, Duas res significat simul: & cogis flagitia facere, & facientem indicas.
Multitudine rerum gestarum nobilitari. Cic. in Partit. 21.
Nobilitatus, pen. prod. Participium, (λαμπρυνθείς,) vt Crudelitas nobilitata. Cic. 1. Offic. 35, Testis est Phalaris, cuius est præter cæteras nobilitata crudelitas.
Nobilitatus adulterio. Plin. li. 29. ca. 1. 8, Exortus est deinde Vectius Valens adulterio Messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus.
Clari & nobilitati laborea. Cic. 2. Tuscul. 104.
Nobilitatus marmore Praxiteles. Plin. lib. 7. cap. 38. 2.
Nobilitata spatia Academiæ. Cic. 5. de Finib. 2.
Templa nobilitata. Ouid. 15. Metam. 141.
Spectata & nobilitata Lacedæmoniorum virtus. Cl. pro Fla. 47.

Noceo, noces, nocui, nocitum, penul corr. (βλάπτω, ἀδικέω, ἀνιάω, ἐνοχλέω,) nocere, Obesse. Cic. 3. Offic. 28, Eodem modo constitutum est, vt non liceat sui commodi causa nocere alteri. Plaut. Amph. 4. 237.
Non loquar, nisi pace facta: quando pugnis plus vales.
M. dicito quiduis, non nocebo.
Nocere aliquem. Plaut. Mili. 22. 18, Iura te non nocituram esse hominem de hac re neminem.
Nocere noxam. Liu. 9. ab Vrbe, 52, Quandoquidem hisce homines infoedi Pop. Rom. Quiritium fœdus ictum iri spoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt.
Nihil nocuerit si. Cic. ad Atticum, lib. 12. ep. 8. 3, De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus.
Credulitas nonne mihi nostra nocet. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 9.
Nocuit sua culpa duobus. Ouid. 15. Metam. 33.
Indulgentia nocet nobis. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 7.
Virtus temeraria nocuit Ancæo. Ouid. 8. Metam. 82.
Vis morbi nocuit tibi. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 9.
Vmbræ nocent frugibus. Virg. 10. eclog. 15.
Nocet empta dolore voluptas. Horat. 1. epist. 2. 11.
Vis magna nocendi. Ouid. 5. Metam. 92.
Nocetur, pen. prod. Impersonale. (βλάπτεται,) Colum. lib. 2. cap. 10, Nihil enim nocebitur ei nocturnis roribus, aliisve ex causis, dum à pecore & auibus vindicetur. Cic. 4. Verr. 67, Confirmat his curaturum se esse, nequid ei per filium suum noceretur.
Nocitum iri. Cæsar 5. bel. Gal. 135, Ipsi verò nihil nocitum iri.
Nocens, nocentis, (δηλήμων, κακοποιός,) Participium, siue Nomen ex participio, Qui iniuriam aut maleficium commisit, Qui alteri nocuit, damnumque intulit. Cice. 1. Offic. 72, Ita habendum est religioni, nocentem aliquando & nefarium impiumque defendere. Idem pro Sestio, 84, Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt, nec natura improbi.
Allium nocentius cicutis. Horat. Epod. 3. 1.
Anima nostra nocens est. Ouid. 4. Metam. 22.
Arma nocentia. Stat. 1. Sylu. 5. 2.
Aurum nocentius ferro. Ouid. 1. Metam. 29.
Eloquium nocens. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 4.
Ferrum nocens. Ouid. 1. Metam. 29.
Herbæ nocentes. Horat. 1. Serm. saty. 8. 5.
Lingua nocens. Propert. lib. 2. eleg. 29.
Mores nocentissimi. Quintil. lib. 2. cap. 15. 22.
Tela nocentia. Ouid. 4. Fast. 186.
Nocentissima victoria. Cic. 2. Verr. 16, Se auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse.
Virus nocens. Ouid. 2. Metam. 161.
Turpis & nocens vita: cui opponitur Honestissimè & laudatissimè acta vita. Cic. Antequam iret in exilium, 3.
¶ Nocens, Reus criminis. Cic. 5. Phil. 175, Nec antè turpes iudices quæsiti, quàm honestis iudicibus nocentium salus desperata est. Idem pro Murena, 44.
Nocitiurus, pe. pro. Participium, (δηλήσων,) Lucan. lib. 3. 125, Insiluit solo nocituru pondere puppim.
Frans nocitura natis. Horat. 1. Carm. ode 28. 6.
Munera nocitura. Ouid. 11. Metam. 21.
Pocula nocitura. Propert. lib. 2. eleg. 1. 11.

Nocenter, Aduerbium, (βλαβερῶς,) Colum. lib. 8. cap. 2. 8, Robusta erua, nec longa, sed infestis velut sudibus nocenter armata. De Gallis. Id est quibus noceant.
Nocitus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 20. cap. 2. 4, Idem millepedæ, sepa Græci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipuè nocitæ.
Nocius. Adiect. (βλαβερός, ἐπιβλαβής,) Quod nocet. Cice. 3. de Leg. 8, Magistratus, nec obedientem, & nocium ciuem mulcta, vinculis, verberibusque coercento. Correctiora exemplaria legunt noxium.

Noctesco, Noctu, Vide NOX.

Noctua, noctuæ, (γλαύξ, νυκτίμυια,) Auis à tempore noctis dicta, quo canit & volat. Plin. lib. 10. cap. 17, Noctuarum cóturbatio solera dimicatio, maiore circundatæ multitudine, resipinæ pedibus repugnant, collectæque in arctũ, rostro & vnguibus totæ tegũtur.
Noctuas, vel vlulas Athenas. Subaudiendum portas aut mittis. Conueniet prouerbium in stultos negotiatores, qui merces eò comportant, vbi per se magis abundant. Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferatur. vt siquis doceat doctiorem, carmina mittat poetæ, consilium det homini consultissimo. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 3. 8, Sed rursus γλαῦκ' ἐς Κέκροπας, qui hæc ad te. Idem ad Q. frat. lib. 2. 16. 14, Ego te libenter, vt rogas, quibus rebus vis adiuuabo, & tibi versus, quos rogas, hoc est Athenas noctuam mittã. Dæmon apud Aristophanis interpretem existimãt, non ob id solùm ilici noctuas Athenas quòd Athenis noctuarum sit copia, sed quòd in nummis etiam tum aureis tum argenteis Atheniensium noctua inscalpi soleat, vnà cum facie Mineruæ. Ex Erasmo, Vide TRIOBOLVM.
Seros exercet noctua cantus. Virg. 1. Georg. 81.

Nodus, nodi, priore producta, (κόμβος, δεσμός,) Ligatura quæ nó facilè soluitur. Cice. de Vniuer. 27, Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid anquirunt, & quasi nodum vinculumque desyderant. Virgil. 8. eclog. 15, Nectite tribus nodis ternos Amaryllidis colores.
Connectere nodum. Cic. 1. de Nat. deor. 163. Ex quodam poeta.
Diuellere nodos manibus. Virg. 2. Aeneid. 44.
Rupit nodos & vincula. Virg. 5. Aeneid. 102.
Soluere nodum. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.
Connexis nodis vincire aliquid. Ouid. 12. Metam. 86.
Amictus nodo dependet ex humeris. Virg. 6. Aeneid. 61.
Colligere sinum nodo. Virg. 1. Aeneid. 65, Nuda genus, nodosque sinu collecta fluentes.
Serpens nexans se nodis. Virg. 5. Aeneid. 56.
Vipereis nodis nexa brachia. Ouid. 4. Metam. 98.
Aheni nodi, Catenæ. Virg. 1. Aeneid. 60.
Articulorum nodi. Plin. lib. 11. cap. 37. 49, Sed quibus ceruix, & multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.
Corporum nodi, articuli. Plin. lib. 11. cap. 37. 84, Nerui nodos corporum qui vocantur articuli, aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes.
Crura sine nodis. Cæsar. 6. bel. Gall. 95.
Vualex annuę nodi. Lucret. lib. 2. 190.
¶ Nodus Herculeus, Pro vinculo arctissimo, atque indissolubili legitur apud eruditos. Seneca apud Lucilium, Vnus tibi nodus, sed Herculeus restat: Nodum enim quem ostendit Hercules, religiosum ac sacrum apud Pœnos fuisse satis liquet ex his Plinii verbis, libro 28. cap. 6. 6, Vulnera (inquit) nodo Herculis prælligare, mirum quantum ocyor medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo vim quandam vtilem, vt noua nupta laneo cingulo præcingeretur, vincta nodo Herculis suscipiendis. Erasmus.
¶ Nodus, pro quacunque difficultate. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 11. 1, Incideramus enim in difficilem nodum.
Continuationis nodi. Cic. in Orat. 129.
Coniungere nodos in ambitu. Cic. in Orat. 129.
Expedire nodum. Cic. ad Atticũ, li. 5. 109. 3, Dum hic nodus expediatur.
Validos Veneris perrumpere nodos. Lucret. lib. 4. 231.
Nodum soluere dicebatur qui negotium alioqui impeditum facilè conficeret. Natum hinc aiunt, quòd tradunt Midam curru, nodis quibusdã inexplicabilibus connexo vectari solitum. De hoc in templo repositum Asiæ imperio potiturum. Alexander magnus explicuit. Quidam aiunt gladio diffecuisse. Cicero Attico, lib. 5. 109. 3, Cæsari nullus honos à Senatu habeatur, dum hic nodus expediatur. Id est, dum hoc negotium conficitur. Ex Erasmo.
Nodus amicitiæ. Cice. de Amicitia, 47, Atque etiam mihi quidem videntur, qui vtilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiæ tollere.
Nodus in Rep. Cic. ad Brutum, 18. 6, Maximus autem (nisi me fortè fallit) in Rep. nodus est inopia rei pecuniariæ.
¶ Nodus in arbore, Crassior ille callus, circa quem veluti colligati simul rami esse apparent. Colum. de arboribus cap. 3. Eius imam partem quã in terram demissurus es, acutissima falce iuxta nodum sic ne gemmam lædas rotunda plaga amputato. Lege Crassior ille. Versu proximè sequenti lege, Columel. De arboribus, cap. 3. 4, Eius imam partem quam in terram demissurus es acutissima falce iuxta nodum sic, ne gẽmam lædas rotunda plaga amputato. Ibidem, cap. 6, Quatuor digitos ab radicibus truncum reliquito: & si fieri poteſt, iuxta aliquem nodũ sertula delecato. Item cap. 8. 1, Sarmentum quod inseris, de summa vite sit rotundum, bonis crebrisque nodis, tres deinde nodos integerrimos relinquito. Vitruu. lib. 2. cap. 9, de abiete loquens, Ex ea autem antequam est excisa, quæ pars est proxima terræ, per radices excipiens ex proximitate humorem, enodis & liquida efficitur: quæ verò est superior, vehementia caloris edũtis in aera per nodos ramis, præcisa altè circiter pedes viginti, & perdolata propter nodationis duritiem dicitur esse fusterna. Liu. 1. ab Vrbe, 76, Baculum sine nodo aduncum teneris. Hinc verbum Abnodo, abnodas.
In nodum inflectere radices, Vide INFLECTO.
Arundinei nodi. Claud. de torpedine, 16. 5.
Saluo nodo. Cels. lib. 7. cap. 4, Tantumodo id linum bis die saluo nodo ducendum est, sic vt subeat fistulam pars quæ superior est.
¶ Nodum in scyrpo quærit: In anxium dicebatur, animisque diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret vbi nihil esset addubitãdum. Hoc adagium refertur apud Plautum in Menæch. 7. 22,
Operam præterea nusquam sumam quærere:
Verùm inter viuos nunquam desistam exequi,
Ego illum scio quàm cordi sit charus meo.
MES. In scyrpo nodum quæris: quin nos hinc domum!
Redamus? Terent. And. 5. 4. 39.
At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me malè habet. P. dignus es
Cum tua religione, odior nodum in scyrpo quæris. Festus ex Ennio citat, Quæris & in scyrpo (soliti quod dicere) nodum. nominarim prouerbii titulo referens. Donato iunci species est scyrpus leuis atque enodis. Quanquam apud Gellium scyrpi dicuntur captiunculæ, argutiæque. Nisi fortè quis malit legere in scrupo: quòd hi lapilli leues sint ac rotundi. Erasmus.
Ignis relaxat nodos. Lucret. lib. 6. 176. Nodos hoc loco vocat glaciem constrictam gelu.
¶ Nodus in exercitu dicitur densa peditum multitudo, quòd non facile possit resolui. Sipontinus.
Cælestis nodus, Sidus Piscium olim à veteribus dicebatur. Cic. in Arato, 2, Quam veteres soliti Cælestem dicere nodum.
Nodulus, pe. co. Diminut. (κομβίδιον,) Plin. lib. 21. cap. 5. 4, Dein nudãtibus se nodulis, in fæce nigri vini vel Græci, mense Martio macerantur.
Nodosus, pen. prod. Adiectiuum, (κομβώδης, πολυπλόκαμος,) Quod multos nodos habet. Colum. lib. 4. cap. 24. 4, Nam præstat ex vulnere sobolem repullescentem vellere, quàm nodosam & scabram plagam relinquere. Plin. lib. 11. cap. 37. 86, In vmbilico venarum nodoso coitu.
Chiragra nodosa. Horat. 1. epist. 1. 7.
Globus nodosus. Stat. 1. Sylu. 6. 12.
Nodosus homo. Horat. 2. Serm. saty. 3. 14, -adde Cicutæ
Nodosi tabulas centum. Nodosi, id est scrupulosi, diligentis in accipiẽdis cautionibus. Acron.
Lina nodosa. Ouid. 3. Metam. 31.
Ossa nodosa. Lucan. lib. 8. 151.
Podagra nodosa. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 5.
Poples nodosus. Ouid. 6. Metam. 52.
Robora nodosa. Ouid. 6. Metam. 138.
Stipes nodosus. Ouid. epist. 10. 21.

Nodo, nodas, (δεσμεύω,) nodare, Nodos facere, Ligare in nodos. Vir. 4. Aeneid. 20, -crines nodantur in aurum. Plin. libro 37. cap. 3. 4, Tãta copia inuecta, vt retia arcendis feris podium protegentia succinis nodarentur. Idem lib. 13. cap. 22. 4, Ferula geniculatis nodata scapis.
Nodare vites. Cato de Re rust. ca. 33, Vites bene nodentur per omnes ramos. Docet quo modo vites alligari debeant arborum ramis.
Laqueo collum nodatus amator. Ouid. 1. de Remed. amor. 4.
Nodatio, nodationis, fg. (δέσμευσις,) Verbale, pro nodositate, Vide Nodus in arbore.
NODINVS, pen. pro. (νοδῖνος,) Deus quem diuus Augustinus in libro de Ciuitate dei ex Varrone scribit cultũ fuisse à veteribus Romanis, putantibus Proserpinam frumentis præpositam germinantibus & proserpentibus: geniculis verò nodisque, culmorum, deum Nodinum: inuolucris autem illis folliculorum, deam Volutinã: quũ folliculi patescunt, quo exeat, spica, deã Patelenam: quum segetes nouis aristis exequantur, Hostilinam deam, quia hostilire ac hostimentum veteribus exæquationem significabat: Floram quoque adiicit, & Lactucinam, ac Maturam, quæ florentibus lactescentibusque ac maturescentibus præsint frumentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Noegaeum, noegæi, (νοηγαῖον,) Quoddam aniculi genus prætextũ purpura. Liuius in Odyssea, Simul ac lachrymas de ore noegeo detersit, id est candido. Festus.

Noema, pe. pro. (νόημα,) Genus sententiæ: ide quo sic Quintilianus li. 8. cap. 5, Est & quod appellatur à nouis νόημα, quã voce omnis intellectus accipi potest. Sed hoc nomine donarũt ea, quæ tũ dicut, verũm intelligi volũt: vt in eũ quẽ sæpius à lado redemerat soror agẽte cũ ea talionis, quòd ei pollicẽ dormitẽti recidisset. Eras dignus vt haberes integram manum. Sic enim auditur, vt depugnares.

NOROMAGVS, (νοιόμαγος,) Ptolemæo lib. 2. cap. 10, Galliæ Narbonensis vrbs, vulgò Nion, prope Gebennam.

NOLA, (νῶλα,) Vrbs Campaniæ, quę prius Sidicium dicebatur, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 5, à quo Nolanus, possessium.

Nolo, (οὐκ θελήσω, οὐ θέλω,) verbum sic coniugatur, Nolo, non vis, nõ vult. Pluraliter, Nolumus, non vultis, nolunt, Nolebam, Noluì Noluèram, Nolam noles. Imperatiuo, tempore præsenti, ad secundam personam, Nolito. Et pluraliter, Nolìte. Futuro ad secundam personã, Nolito. Et pluraliter, Nolitòte. Optatiuo, Nollẽm, Noluissem, Nolim. Coniunctiuo, Nolim, Nollem, Noluerim, Noluissem, Nolúero. Infinitiuo, Nolle, Noluisse.

Contendere noli. Horat. 1. epist. 19. 6.

Nolo, Non volo. Terent. Eunucho. 5. 2. 67, –obsecro
Abeamus intro Thaismolo me in via

Cum hac veste videat. Ibidem, 4. 7. 43,
–noui ingenium mulierum:

Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltrò. Idem Heaut. 4. 1. 11, Quid dicam? quam causam afferam? s. quin nolo mentiare. Cicero Orat. 86, Libenter etiam copulando verba iungebant: vt fodes, pro fi audes, & ei nolle, pro non velle.

Nolo offensum, id est Vereor ne offendã. Liu. lib. 5. bell. Pun. Patres ordinem publicanorum in tali tempore offensum nolebant. Hoc est offendere. Idem, Annibal non Capuam neglectam, neque in tanto discrimine neglectos volebat socios. Terentius Adelph. 2. 1. 8,
Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle
Factam esse huius non faciam. Idem Adelph. 2. 1. 11, Noui ego vestra hæc, nollem factum iusiurandum dabitur, te, &c. Budæus.

Nollem, pro Vellem non. Cicero. 6. Verr. 38. Imprudens huc incidi Iudices: emit enim non abstulit: nollem dixisse. Budæus.

Non nolle, pro Velle. Cicero 4. Verr. 111, Vt quum tabulas nouo magistro traderem, exempla literarum ipsi habere non nollent.

Nolens, Participium. (ἄκων,) Lucan. lib. 1. 56,
–quamis nolente Senatu Traximus imperium.

NOMADES, pen. cor. (νομάδες,) Populi in Scythia Europæ, nunc Tartari dicuntur: quorũ vita omnis in pascendis gregibus habetur. Sunt etiã populi in Aethiopia, vt Plin. h. 6. ca. 28, scribit. Hieronymus, Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunnorũ noua feritas, semicrudis vescitur carnibus. Dicti Nomadẽs à verbo Græco νέμω, quod est pasco. Genus Nomadum. Virg. 8. Aeneid. 145.

Nomae, nomarum, (νομαί,) Vlcera quæ carnem depascendo ferpunt. Plin. lib. 23. ca. 4. 3, Tolli autem & cum melle triti, nomas repurgant. Eæ etiam nomata & carcinomata dicuntur.

Nomarchiæ & Nomi erant Aegypti præfecturæ. Plin. lib. 5. ca. 9. 3, de Aegypto loquens, Summa pars conterminа Aethiopiæ, Thebais vocatur. Diuiditur in præfecturas oppidorum (quas Nomos vocant) duodecim. Diodorus lib. 2. Aegyptum in sex & triginta nomos diuisit. sed interpres æquiuocatione deceptus, leges pro præfecturis transtulit, quum tamen apud Græcos nomos pro præfectura accentum in posteriore syllaba habeat: pro lege verò in priore. Nomos Herodotus & Satrapias pro eodem posuit: Darii regnum in viginti satrapias diuidens totidemque nomos, id est regiones: vnde Nomarche, earum regionum præfecti. Budæus.

Nomas, nomadis, (νομάς,) Numida pastor. Mart. li. 8. 49, Cui diadema daret marmore picta nomas.

Nomen, nominis, pen. cor. (ὄνομα,) Quasi nouimen, inquit Festus: quia notitiã faciat. nã per id, quicquid nominamus, agnoscitur. Nonius, Nomen, est proprium vocabulum singulorum. Virg. li. 7. Aeneid. 68, –cui nomina mille,

Mille nocendi artes. Plaut. Pœnulo, 14. 15, Nomina infunt cubitum longis literis.

Nomine isto. Terentius Phorm. 2. 3. 45,
Neque ego illum noramin ec mihi cognatus fuit
Quisquam isto nomine. Plin. lib. 18. cap. 22. 2, In Narbonensi prouincia nobilis fons Orge nomine est.

Nomina sunt tanquam rerum notæ. Cicero. 5. de Finib. 129.

¶ Nomen, apud Grammaticos, Pars orationis. Quint. libro 1. cap. 4. 17, Declinare nomina & verba in primis pueri sciant.

Numerale nomen, Vide NVMERVS.

Fingendis nominibus feliciores Græci. Quintil. lib. 1. cap. 5. 20.

Neutralia nomina. Quintil. lib. 1. cap. 5. 34.

¶ Nomen quum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oporteat. Cicero. 2. de Inuent. 140.

Ambitus nominum. Plinius li. 15. cap. 30. 5, Id quoque quod daphnoides vocatur genus, in nominum ambitu est. Alii enim pelasgum, alii cupetalon, alii stephanon Alexandri vocant.

Sanguinis nomina, Vt pater, frater, soror, &c. Ouid. 9. Metam. 94,
Iam dominum appellar, iam nomina sanguinis oditi
Byblida iam mauult, quàm se vocet ille sororem.

Viri nomine & memoria dignus. Cicero. 2. de Inuent. 124.

Causa nominis est in dubio, Id est incertum est cur ita vocetur. Ouid. 3. Fast. 168.

Expers nominis. Lucret. lib. 3. 49.

Hæres nominis auiti. Ouid. 6. Metam. 48.

Hæreditas nominis. Cicero. pro Domo sua, 18, Quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hęreditates nominis, pecuniæ, sacrorum securæ sunt.

Honor nominis. Horat. 1. Serm. saty. 4. 9, qui nominandi sint poetæ,
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os
Magna sonaturum, des nominis huius honorem.

Immemor nominis alicuius. Ouid. 2. Trist. 36.

Origo nominis. Ouid. 5. Fast. 89,
Dicta sit vnde dies, quæ nominis extet origo,
Me fugit.

Vagi nominis est ambrosia, & circa alias herbas fluctuati. Plinius lib. 27. cap. 4. 14.

Vidum sua fama nomen, Vide VIDVVS.

¶ Amicum nomen. Valer. 3. Argon. 35.

Beatum nomen. Claud. de Nupt. Honorii, 2.

Bonum nomen, Vide BONVS.

Certum nomen, Vide CERTVS.

Fictum nomen. Ouid. in Ibin. 19.

Gentile nomen. Stat. 6. Theb. 69, Nomen auo gentile Thoas.

Humilius nomen, & Superbum, contraria. Senec. Hippol. 5. 5,
Macris superbum est nomen, & nimium potens:
Nostros humilius nomen affectus decet,
Me vel sororem Hippolyte, vel famulam voca.

Inane nomen. Lucret. lib. 5. 182, Horat. 1. epist. 18. 9.

Inauditum & inusitatum nomen, Vide INAVDIO.

Infame nomen, Vide INFAMIS.

Ingentia nomina. Valer. 8. Argon. 93.

Inimica nomina. Virg. 11. Aeneid. 17.

Insolentissimum nomen. Quintil. in Procem. lib. 1. 11.

Inuidiosum nomen voluptatis, Vide INVIDEO.

Inusum nomen. Iuue. saty. 13. 16.

Lachrymabile nomen. Claud. 2. Paneg. 53.

Leue nomen, Vide LEVIS.

Obscurum nomen. Lucan. lib. 8. 5.

Prædulce nomen. Valer. 4. Argon. 33.

Propriam & verum nomen nostri mali. Cicero. pro Ligario, 10.

Surdum nomen. Non celebre. Silius lib. 8. 49,
Atque illi sine luce genus, surdumque parentum Nomen.

Vacua nomina. Tacit. lib. 17, Si Resp. & Senatus, & populus, vacua nomina sunt.

¶ Abolere nomina rerum, Vide ABOLEO.

Re & abuti nomine aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 10. 5, Et quoniam est quædam inter syllogismum, & epicherema vicinitas, potest videri hoc nomine rectè abusus.

Abuti nomine alieno ad suum questum, Vide ABVTOR.

Accipere nomen dicti. Quintil. lib. 6. cap. 3. 73, Quicquid bene dicetur, & vrbanè, dicti nomen accipiet.

Addere nomen alicui. Ouid. 9. Metam. 72,
At puer Amphisus (nanque hoc auus Eurytus illi
Addiderat nomen) &c. Vide ADDO.

Vera nomina rebus addere. Ouid. 5. Metam. 105.

Adeptus nomen, Vide ADIPISCOR.

Maternum nomen adepta est terra. Lucret. lib. 2. 199.

Pudor adest nominibus, Id est obscœna sunt nomina. Ouid. 2. Trist. 87,
Quid referam Tindæ, quid Memnii carmen, apud quos
Nomen adest rebus, nominibusque pudor?

Adimere nomina, Vide ADIMO.

Adoptare nomen, Vide ADOPTO.

Adscisceré aliquem in nomen. Tacit. lib. 3, Sororis nepotem in nomen adsciuit.

Adsciscere sibi nomen, Vide ASCISCO.

Affari nomine, Vide AFFOR.

Afficere nomine, Vide AFFICIO.

Amantes nomen Pompeii, Lucan. lib. 9. 21.

Amoliri nomen. Vide AMOLIOR.

Appellare nomine, vel nominatim, Vide APPELLO.

Arrogare sibi nomen. Quintil. in Procem. lib. 1. 11, Nomen tamen sibi insolentissimum

solentissimum arrogauerunt, vt soli sapientiæ studiosi vocarentur.

Asciscere sibi nomen, Vide ASCISCO.

Assequi nomen, Vide ASSEQVOR.

Assumere in nomen, Vide ASSVMO.

Attingere nomen legis. Cicero. 1. de Legibus, 11, Multa perniciosa, multa pestifera sciscentur in populis, quæ non magis legis nomen attingant, quã si latrones aliqua concilia suo sanxerunt?

Augere nomen, Vide AVGEO.

Capere nomen, Vide CAPIO.

Carere proprio nomine. Quintil. lib. 3. cap. 104.

Citare per nomina, Vide CITO.

Clamare aliquem nomine. Virg. 4. Aeneid. 135.

Commutare nomen, Vide COMMVTO.

Compositum nomen terroris. Hoc est ad terrorem incutiendum. L. Florus Ille corpore, armis, spiritũque terribilis, & nomine quasi terrori composito Vercingentorix.

Certis agentium nominibus continentur. Quintil. lib. 3. cap. 8. 36.

Non conuenit nomen, Vide CONVENIO.

Custodire nomen loci, Vide CVSTODIO.

Deductum nomen ab. Ouid. 6. Fast. 161,
Martia sacrifico deductum nomen ab Anco.

Deflecti nominibus. Quintil. lib. 3. ca. 8. 11, Hęc autem, quæ tantum inter se pugnant, plerumq; nominibus deflecti solent.

Delatum nomen ab. Lucret. lib. 3. 27, –rede harmoniai
Nomen ab organico sacra delatum Heliconis.

Demissum nomen ab. Virg. 1. Aeneid. 59, Iulius à magno demissum nomen Iulus. Hoc est deductum.

Dicere nomine. Virg. 8. Aeneid. 89,
Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem,
Lugentes campi: illos nomine dicunt. Catol. ad fanum, 62. 10.

De nomine ducis dicta gens. Virg. 5. Aeneid. 43.

Dissimulate nomen alicuius. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 11.

Distinguere nomen citare nominibus, & ipsum. Quintil. lib. 1. ca. 10. 3.

Dare nomen alicui. Virg. 1. Aeneid. 2.

Dare nomen alicui rei. Quintil. lib. 2. ca. 15. 5, Et rhetorice, cui nomen vis eloquendi dedit, officia sua non detrectet.

Dare nomen familiæ alicui. Cicero. pro Domo sua, 90.

Donare aliquem nomine aliquo. Lucre. lib. 1. 119.

Ducere nomen ab aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 10. 5.

Edere nomen salutis. Ouid. 7. Metam. 197.

Excipere nomen alicuius Leto clamore. Lucan. lib. 6. 10.

Fœmineum omne nomen exosus. Senec. Hippol. 2. 30.

Facere nomina. Quintil. lib. 5. cap. 10. 8, Sed nunc de eo dicendum argumento est, quod probationem, indicium, fidem, aggrauationem, eiusdem rei nomina facit.

Ferunturque libri sub nomine eius. Quintil. lib. 1. in Procem. 6, Atqueeo magis quo duo iam libri nomine meo libri ferebantur.

Fingere nomen de nomine. Virg. 3. Aeneid. 4,
Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

Nomen ex Græco creditur fluxisse. Quintil. lib. 3. cap. 4. 8.

Habet nomen Fabius. Id est vocatur Fabius. Ouid. 1. Metam. 35,
Est via sublimis cælo manifesta sereno,
Lactea nomen habet. Hoc est, Est via quæ vocatur lactea.

Mania habentia nomen polistoris. Ouid. 9. Metam. 91.

Ex re nomen habet. Ouidius. Amor. eleg. 8. 1.

Ignorat suum nomen. Vide IGNORO.

Imponere nomen alicui. Quintil. lib. 1. cap. 6. 22. Vide IMPONO.

Imponere nomen nouis rebus. Cicero. 3. de Finib. 4.

Impositum nomen ab re. Lucret. lib. 6. 149.

Inuictissimum nomen Prætoris incidatur, Vide INVICTVS.

Incisum grandibus literis nomen in basi, Vide INCIDO. pe. prod.

Inclamare nomen. Quintil. lib. 4. cap. 1. 87, Excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant.

Inclamare nomine, Vide INCLAMO.

Indere nomen alicui, Vide INDO.

Indicere nomen sicut religionis, Vide INDVCO.

Indulgere nomen oratoris malis moribus. Quintil. lib. 1. ca. 17. 20, Atqui ita quidem, vt appareat, hæc aduersus eos quoque frustra excogitata, qui malis moribus nomen oratoris indulgent.

Indicere sibi nomen, Vide INDVO.

Ingrere nomen. Tacit. lib. 1, Nomen Patris patriæ Tiberius à populo sæpius ingestum repudiauit.

Inscribere libros nomine alicuius. Quintil. lib. 3. ca. 5. 10, Sunt tamen inscripti nomine Hermagoræ libri.

Inscribere nomina. Quintil. lib. 1. cap. 6. 23, Quibus verò ratio libris complexi sunt, nomina ea ipsi inscripserunt.

Intercidit nomen longis annis. Ouid. 2. Fast. 80.

Interpretari quippiam nomine aliquo, Vide INTERPRETOR.

Inuenire noua nomina, Vide INVENIO.

Inuenerant nomen alicuius cuipiam, Vide INVETERO.

Notas aut nomina iaurere vitulis. Virg. 3. Georg. 32.

Loqui nomen, Vide LOQVOR.

Gratum manet mihi nomen. Ouid. 4. Metam. 108.

Meruerunt nomen patronorum. Quintil. lib. 6. cap. 4. 5.

Priscum nomen mutare. Ouid. 14. Metam. 271.

Mutuari nomen aliquod, Vide MVTVVM.

Nomen nominare. Plaut. Asin. 13. 35,
Quum iacitur, te ne dicat, nomen nominet.

Nescere nomina. Ouid. 2. Metam. 39,
–nec nomina nouit equorum.

Notus mihi nomine tantum. Horat. 1. Serm. saty. 9. 1.

Notare nominibus nouis, Vide NOTA.

Dulce nomen obuersatur ad aures. Lucret. lib. 4. 114.

Occupare nomen beati. Horat. 4. Carm. ode. 9. 10.

Pandere nomen alicuius. Silius lib. 13. 146.

Parco nominibus viuentium. Quintil. lib. 3. cap. 1. 15, Sunt & hodie claris eiusdem operis authores: qui si omnia cõplexi forent, consuluissent labori meo: sed parco nominibus viuentium.

Ponere nomen alicui. Virg. 7. Aeneid. 13.

Noua nomina nouis rebus ponenda sunt. Cicero. 1. de Nat. deor. 64.

Pronuntiare nomina aliquorũ magna voce. Cicero. Lucrio, lib. 5. 1. 31.

Reddere aliquem nomine, Id est habere idem nomen quod ipse. Virg. 6. Aeneid. 154, –& qui te nomine reddet Sylulus Aeneas.

Referre nomen aui. Virg. 5. 115.

Resumere nomen. Tacit. lib. 19, Rerum nouarum cupido, legati nomen resumere, & misceri ciuilibus armis impulerat.

Reddere nomen alicui, Vide REDDO.

Tradere nomen. Celsus in Præfatione lib. 5, Illud ante omnia scire conuenit, quòd omnes medicinæ partes ita cõnexæ sunt, vt ex toto separari nõ possint, sed ab eo nomen trahant, à quo plurimum petunt.

Sedet nomen in ore. Stat. 12. Theb. 23, –vnum Polynicis amati
Nomen in ore sedet.

Signata nomina fixo. Ouid. 8. Metam. 109.

Subire nomen exulis. Cicero pro Domo sua, 57, Vtrũ igitur peccato meo exulis nomen subeo, an re iudicata?

Nomen est mihi Auxilio. Plaut. Cistel. 4. 6, Nam mihi nomen est Auxilio. Terent. And. 1. 1. 59, Illi id erat nomen. Liu. 1. ab Vrbe, 16, Faustulo fuisse, nomen ferunt.

Sumere aliud nomen. Ouid. 6. Fast. 109.

Tenere nomen ab aliquo. Virg. 5. Aeneid. 25,
Sergestusq; domus tenet à quo Sergia nomen

Aeternum tenet per sęcula nomen. Virg. 6. Aeneid. 47.

Trahere nomen ab aliquo. Ouid. 4. Meta. 59, de Hermaphrodito,
Cuius erat facies, in qua materque, paterque

Cognosci possent, nomen quoque traxit ab illis.

Traxit nomen à Marte legio Martia. Cicero. 4. Philipp. 155.

Viget nomen Pythagoreorum, Vide VIGEO.

Vti nomine. Cicero. pro Rabirio Posthumo, 17.

Vocare aliquem nomine. Virg. 11. Aeneid. 147.

¶ Nomen, Fama. Virg. 1. Aeneid. 18,
–& nos aliquod nomen que decusque
Gessimus. Cicero. ad Lentulũ, lib. 1. 7. 28. Curasti enim vt plus additum ad memoriam nominis nostri, q̃ ademptum de fortuna videretur.

Nomen, Decus, dignitas, inquit Nonius. Virg. lib. 1. Aeneid. 112,
Auulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

Nomen, pro Generositate. Virg. 2. Georg. 48,
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat. Seruius.

Ingenii nomen. Quintil. lib. 6. ca. 2. 29.

¶ Celebre nomen laudibus, Vide CELEBRIS.

Clarum nomen. Ouid. 11. Metam. 58.

Exitiabile nomen. Silius lib. 15. 75,
–Latius Carthago timere
Desine iam legens iacet exitiabile nomen
Ausonii colonũ regni. Verba Hannibalis de Marcello interempto.

Fortissima nomina. Silius lib. 17. 100.
Iamq; ardore trucis lustrans fortissima quæq; Nomina obit ferro

Generosa nomina. Ouid. epist. 6. 23.

Grauissimum & sanctissimum pietatis nomen. Cicero. Lentul. lib. 1. 9. 1.

Ignobile nomen. Silius lib. 13. 7.

Immortale nomen. Silius lib. 13. 146.

Indelebile nomen erit nostrum. Ouid. 15. Metam. 176.

Ingentis nominis rex, Vide INGENS.

Laudabile nomen. Iuuen. Satyr. 11. 3.

Magnum & memorabile nomen. Ouid. 10. Metam. 121.

Magna nomina, pro Magni nominis homines. Plin. in Paneg. 117, Sunt in honore hominum, & in honore famæ magna nomina ex tenebris obliuionis indulgentia Cæsaris.

Multi nominis mulier. Horat. 3. Carm. ode 9. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nobile nomen.Silius lib.17.91.
Præclarum nomen.Lucret.lib.6.1.
Regale nomen.Claud.2.Paneg.17.
Romanum nomen.Cic.1.de Finib.7, Quis enim tam inimicus pene nomini Romano est,qui Ennii Medeam,aut Antiopam Pacuuii spernat?
Venerabile nomen.Ouid.3.de Arte,82.
Victuum nomen.Ouid.3.Amor.eleg.1.13.
¶ Acquiescere in nomine alicuius.Cic.3.de Finib.9.
Adeptus est nomen honoris,non honorem.Cic.de Claris Orat.154.
Virgineum nomen ad mere puellæ.Ouid.8.Metam.119. ἀνθρωπωνυμ.
Attollere nomen alicuius ad sidera.Lucan.lib.7.3.
Auferre nomen,Vide AVFERRO.
Casurum nullo tempore nomen.Ouid.3.Amor.eleg.15.4.
Iam canitur toto nomen in orbe meum.Ouid.epist.21.6.
Captare nomen,Vide CAPTO.
Committere nomen alicuius æternæ famæ.Ouid.ad Pisonem,50.
Memorandum condere nomen.Sil.lib.4.8,
- iuuat ire periclis
Ad decus,& dextra memorandum condere nomen.
Aeternum nomen emere sanguine.Ouid.2.Amor.eleg.10.7.
Digni nomine pauci in dicendo euadunt.Cic.de Claris Orat.166.
Clarum excindere nomen.Silius lib.7.129.
Bonum nomen existimari.Cic.Sestio,lib.5.6.7,Ego autem meis rebus gestis hoc assecutus sum,vt bonum nomen existimer.
Extinguere nomen Romanum Ouid.1.Metam.41.
Ad sidera ferre nomen alicuius.Virg.9.eclog.5.
Impudentiæ nomen fugiendum.Cic.1.de Orat.60.
Magnum nomen in oratoribus habuerunt.Cic.in Orat.11.
Inutile nomen iactare.Horat.1.Carm.ode 14.3.
Speciosa nomina imponere culpæ.Ouid.7.Metam.14.
Incessere nomen alicuius.Quintil.lib.5.cap.10.22.
Increbrescit nomen late.Virg.8.Aeneid.3.
Inuenire nomen diuinum,Vide INVENIO.
Inuenit nomen diuinitate loquendi Theophrastus.Cic.in Orat.34.
Officere nomini alicuius,Vide OFFICIO,officis.
Perdere nomen aliquod.Lucan.lib.1.12, - vel perdere nomen
Si placet Hesperium superi,collapsus in ignes
Plurimus ad terram per fulmina decidat æther.
Peruenire ad aliquod ingenii nomen. Quintil lib.6.ca.2.29, Nam peruenisse me ad aliquod nomen ingenii credo.
Præbere nomen. Tacit lib.13, Præbueratque nomen, vt quæ princeps furtim muliercula tribuebat,ille palàm largiretur.
Memorabile nomen quæsierat studio.Ouid.6.Metam.3.
Radere fastis nomen alcuius.Tacit.lib.3,Nomen Pisonis radendum fastis censuit.
Fama sparserat nomen Thesei per vrbes Argolicas. Ouid.8.Metam.54.
Stringere nomen alicuius, Traducere aliquem & mordere. Ouidius 2. Trist.76,
Sic ego delitias,& mollia carmina feci,
Strinxerit vt nomen fabula nulla meum.
Superbit nomine aut & foceri.Ouid.11.Metam.44.
Dies tangit nomen rubigine.Catul.ad Mallium,epig.63.31,
Ne vestrum scabra tangat rubigine nomen
Hæc atque illa dies,atque alia,atque alia. Id est ne vlla ætas deleat nomen & famam vestram.
Nomine alcuius ad inuidiam vti.Cic.Attico,lib.1.11.1.,Quum enim ille ad conciones confugisset, in hisque meo nomine ad inuidiam vterer,dii immortales,quas ego pugnas & quantas strages edidi!
¶ Nomen, pro Causa ponitur. Sueton.in Galba, Nam quum in verba eius absentis iurantibus donatiuum gradius subitò præpositi pronuntiassent, neq; rem ratam habuit, & subinde factauit se legere militem, non emere, atque eo quidem nomine omnes qui vbique erant,exacerbauit.Cic.4.Verr.135, Iusperiebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas societatis,quæ significabant multis nominibus eos homines versuram à Carpinatio fecisse,qui pecuniã Verri dedissent. Idem de Amicitia,76, Quanuis enim multos nominibus est hoc vitium notandum leuium hominum atque fallacium, ad voluptatem loquentium omota, nihil ad veritatem. Ibidem,66, Ab amicitia Q. Pompeii meo nomine se remouerat,vt scitis,Scipio. Idem in Vatinium,6, Non tam tuo,quàm Reip.nomine. Et 1.Verr.10, Id mihi tu C.Verres eripuisti, atque abstulisti: quo nomine abs te sestertium millies ex lege repeto.Ibidem,3.27.Et ad Terentiam,lib.14.3.9,Nam ego eo nomine sum Dirrhachii hoc tempore, vt quamcelerrimè quid agatur audiam. Cæsar in Comment. Odisse etiam suo nomine Cæsarem & Romanos. Ex Budæo.
Portorii nomine aliquid exigere.Cic pro Fonteio,8.
Amicitiæ nomine aliquod petere.Cassius Ciceroni,lib.12.12.9.
Imperare nomine classis pecuniam ciuitatibus.Cic.pro Flacco,20.
Damnari coniurationis nomine.Cic.7.Verr.9.
Dotis nomine omnia vxoris viri fiunt.Cic.in Topic.10.
Negligentiæ nomine suspectus alicui.Cic.Curioni,lib.2.1.1.
Præmii nomine aliquid impetrare.Quintil.lib.7.cap.2.30.
Dissoluere alicui alterius nomine.Cic.pro Roscio Comœ.28.
Gratolari alicui alterius nomine.Cic.1.Philip.22.
Suo nomine, Sua causa. Cic pro Cluentio,70, Res suo nomine in iudicio nunquam est vocata.
Indicere suo nomine bellum aliquibus.Cic.1.in Catil.35.
Vno nomine. Cic.4.Verr.23, Lege Hieronica iudicia plurimarum controuersiarum sublata vno nomine omnia.
Nominibus honestis dixit Salustius,pro Sub honesto prætextu. Cic.pro Fonteio,7,Si hoc crimen optimis nominibus denegare possumus.Vetus exemplar legit hominibus.
Prætexere culpam nomine aliquo.Virg.4.Aeneid.35,
Nec tam furtiuum Dido meditatur amorem,
Coniugium vocat:hoc prætexit nomine culpam.
Falso nomine poscere aliquid.Iuuenal.Saty.1.10.
Hoc vno nomine,Hac vna tantum de causa.Cic.in Præt.Vrbana,Scitote quosdam homines, hunc quem sciunt improbissimum hominem, hoc vno nomine absolui velle,vt ab Senatu,&c.
Hoc vno nomine deceptus.Horat.1.Serm.saty.2.13.
¶ Nomina,Capita sunt breuiarii,id est rationis argentariæ.Nomina Cicero appellare solet causas,& negotia,& personas,quibus in conficiendis rationibus expensæ pecuniæ feruntur. Vulgò nunc articuli dicuntur. Cic.3. Verr.71, Homo stultissime & amentissime, tabulas quum conficeres,& quum extraordinaria pecunia crimen subterfugere velles:satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniã credebas, is expensum non ferres? neque in tuas tabulas vllum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat tibi te expensum illis non tulisse? Ibidem, 5.155, Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti,certis nominibus deductiones fieri solebant: primùm prospectatione & collybo, deinde pro nescio quo ceratio. Ibidem,3.67, His nominibus solis Cn. Dolabellæ sestertium ad trities litem esse æstimatam. Id est (vt ait Asconius) his titulis & capitibus criminum. articulos nunc vulgò dicimus. Et in eundem sæpe dicit, Recita nomina,id est res,personas,causas,in quas ille,aut quibus expensum tulit.Sic 3.de Nat.deorum,103,
Aut to illum fructu fallas,aut per literas
Auertas aliquod nomen,aut per seruolum
Percutias paiidum. Ex quodam poeta. Idem Attico,lib.6.113.11, Salaminiios autem(hos enim poteram coercere)adduxi,vt totum nomen Scaptio vellent soluere. Eidem,lib.12.260.4, Sustinenda tamen (si tibi videbitur) solutio est nominis Gereliani, dum & de Metione & de Faberio sciamus.Vlpianus.ff.de Doli mali exceptione.L.Apud Celsum, Quòd si is, cui pecunia debebatur, cum debitore decidit,& nomen eius vendidit Seio,cui debitor mandauerat vt nomen emeret. Cic. pro Quintio,20, Moritur C. Quintius, qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit.Ex Budæo.
Parum idonea nomina debitorum. Aphricanus in L. Tutor.parag. Deinde.ff.ad s.c.Velleianum.
Expedire nomina. Cic.Attico,lib.16.333.11, Nomina mea per deos expedi: exsolue bella reliqui. Cinna de Catone, Mirati sumus vnicum magistrum, summum grammaticum, optimum poetam, omnes soluere posse quæstiones, vnum difficile expedire nomen.
Explicare nomen aliquod.Cic.Attico,lib.13.284.3, Reliquum est,si Faberius nobis nomen illud explicat,nil quærere quanti.
Parua nomina in codicem non referre.Cic.pro Quintio,2.
Nomina, inquit Budæus, pro debitoribus ponentur, vel pro syngraphis creditarum pecuniarum. Inde illud prouerbiale apud Columellam lib.1.cap.7.2,Vel optima nomina non appellando fieri mala,fenerator Alphius dixisse verissimè fertur. Id est quanuis locupletes habeas debitores, tamen si diu iudicium ipsis non distaueris, viuiasque non petieris, mala tandem fieri:id est, ipsos tandem non soluendo tanto ãri alieno fieri: sicque nomen tandem persecutionem, & nomina ipsa cassa fieri. Hæc Budæus.
Nomina exigere, pro Ad dissolutionem cogere. Cic.3.Verr.19, Quum per eos ipsos dies per quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumpsisse mutuas,nomina sua exegisse.
Debere certis nominibus grandem pecuniam.Cic.pro Quintio,20.
Certis nominibus expendere nummos.Horat.2.epist.1.21.
Facere nomina,Vide FACIO.
Facit nomina,negotium conficit Caninius.Cic.3.Offic.77.
Impedita nomina.Liuius,Tarda nomina & impedita mertia debitorum. Sic & Expedita,& Explicata.
Adire ad arbitrum de nomine alicuius.Cic.pro Roscio Comœ.7.
¶ Fide nominum aliquid agere.Cic.in Salust.11,Vnde tantũ hic exhausit,quantum potuit aut fide nominum traiici,aut in naues contrudi.
¶ Nomen deferre,Vide DEFERO.Cic.pro Cluentio,17,Et clarissima voce se nomen Oppianici, si interfectum M.Aurium cõperisset, delaturum

turum esse testatur. Ibidem,18,Qui sibi delationem nominis, & capitis periculum ostentarat. Idem 4.Ver.66, Ait,si liceret,nomen ab sentis deferre se velle. Et pro Cælio,19. Si quidem non modò nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem in accusando.
Nomen suũ alicui commodare ad translationem criminis Cic.6.Ver.82.
Nomen absentis recipere. Cicc.4. Ver.65, Palàm de sella ac Tribunali pronuntiar,siquis absentem Sthenium rei capitalis reum facere veller, sese eius nomen receptur̃um. Et paulo pòst,66, Hic tum repente Pacilius qui dem homo egens & leuis accedit:ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle.iste verò & licere, & fieri solere, & se receptur̃um. Et iterum,76, At quem C.Verres tanta,tam insigni iniuria affecisti? cui las absentis nomen recepisti? quem absentem non modo sine crimine, & sine teste,verumetiam sine accusatore damnasti?
¶ Nomen dare. Liu.2.ab Vrbe,102.Apud Tacitum legitur,
Dare nomen in coniurationem.Vide DO.
Nomen accipere.Liu.9.bel. Maced. L. Porcius COS primo in ea sententia esse,ne nomen eius acciperet. Vide CCCIPIO.
Nomen eisere,Vide EDO edo.
In numeros nomen referre,Vide NVMERVS.
Nomina transcribere in alios. Liu.5 belli Maced. Via fraudis inita erat, vt in socios qui non tenerentur iis legibus,nomina transferberent.
Renouandum per annos sacramentum in nomine Tiberii. Tac.li.1.
Cicero modò nomina singulorum. Tacit.lib.1.
Ad nomina respondere. Liuius lib.7, Acerbitas in delectu, non damno modò ciuium,sed etiam laceratione corporum lata. partim virgis cæsi qui ad nomina non respondissent, partim in vincula ductis, inuisa erat. Id est qui non comparuissent,vt verbis nostris loquar.Budæus.
Ad nomen mittere,Vide MITTO.
Nomino,nominas,pen.cor.(ὀνομάζω,) nominare, Nominatim compellare. Plautus Asin.13.12.
Alienum hominem intromittat neminem,
Quod illa aut amicum,aut patronum nominet. Idem Most.10.1,Hem quis me nominat?
Nominare,pro Mentionem facere de aliquo.Plaut.Truc.17.43. Timeo quàm mox nominet, Terent.Heaut.2.3.62, Quid ait, vbi me nominas? Idem Phorm.5.9.1,Quis nominat me? Et Eunuc.3.1.50, Vbi nominabit Phædriam,tu Pamphilam continuò.Cic. pro Lege Manil.26,Ego autem neminem nomino: quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se voluerit confiteri.
Suã certo ac proprio vocabulo rem aliquã nominare.Cic.pro Cecinna,37.
Nominare nomen Plaut.Asin.13.35,Te,ne dicat,nomen nominet. Terent. Phorm.5.1.12, Quis his loquitur? c. Sophrona. s. & nomen meum nominat?
Nominor exul.Ouid.5.Trist.eleg.12.2.
Præsenti de se & nominari volunt omnes. Cic.pro Arch.10,
¶ Nominare,Nomen imponere.Cic.de Amic.26, Amor enim (ex quo amicitia est nominata)princeps est ad benuolentiam coniungendam. Idem de Senect.59, Ego vestros parres P.Scipio,tuque Cai Læli viros clarissimos,minique amicissimos viuere arbitror,& ea quidem vita,quæ est sola vita nominanda.
¶ Nominare,pro Declarare,vt vulgò dicimus, & exprimere. Cice. pro Cælio,34,Multi à me summi atque ornatissimi viri prædicarentur:quorum partim nimia libertas in adolescentia,partim profusa luxuries,magnitudo æris alieni,sumptus,libidines nominarentur.Budæus.
Nominare ex altero.Cic.3.Offic.86,Vt enim ceteri ex patribus, sic hic qui illud lumen progenuit,ex filio est nominandus.
Nominato quem voles.de.Cic.6.Verr.43,Quem voles,de conuentu Syracusanorum vicum bonum nominato producam.
Nominare honoris causa,Vide HONOR. Cicero 1.Ver.11, Fit obuiã eĩ multitudini casu cæsus Curio, quem ego hominem honoris potius, quàm contumeliæ causa nominatum volo.etenim ea dicam,&c. Id est, quòd nomen eius effero, id non ei contumeliosum erit. Idem pro Quintio, 14, Quem vt ipsius dignitas poscit honoris gratia nominoEx Budæo.
Nefas habent Mercurii nominare Aegyptii.Cic.2.de Natura deorũ,76.
¶ Nominare, Est præsentem sistere: & vt iuris Pontificii scriptores dicunt,ius patronatus habere, hoc est Nominare designandum. Brutus ad Ciceronem,7.1.Is Pansæ locum petere constituit, eam nominationem à te petimus:neque coniunctiori dare beneficium, quàm nos tibi sumus:neque digniorem nominare potes quàm Bibulum.Budæus.
In nominando,Vide IN PRAEPOSITIONEM.
Nominãtur,pe.prod.Participium.(ὀνομαζόμενος,) Cic.3.Offic.158,Atque nominãtur,pe.prod.Participium.(ὀνομαζόμενος,) Cic.3.Offic.158,Atque nominãtur,pe.prod.Participium.(ὀνομαζόμενος,) Cic.3.Offic.158,Atque qui ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerii philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt.
Nominatus, Nomen,(ὄνομα τοῦ,) pro Celebri. Cic.6.Ver.35. Quid, illa Attalica,tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus est? Plinio lib.12.cap.9.1, Vicina est Bactriana in qua bdellium nominatissimum.
Nominãtim,pen.prod.Aduerbium,(ὀνομαστὶ,ὀνομαστί,) Per singulorum nomina. Plinius, Quum villico omnes nominatim assignati essent. Plautus Rudent.24.90, Vbi ego dicam quicquid inerit nominatim, tu mihi nullum ostenderis. Liuius secundo ab Vrbe,118, Dimisso Senatu, Consules in Tribunal ascendunt, citant nominatim iuniores.
Appellare nominatim aliquem Cic.7.Verr.74.Tum appellantur à multitudine mulieres nominatim.Cæs.2.bel.Gall.331.Centurionibusque nominatim appellatis,reliquos cohortatus milites,&c.
Nominatim proferre.Cic.pro Roscio Amer.26.Quasi vero mihi difficile sit quanuis multos nominatim proferre(ne longius abeam)vel tribules,vel vicinos meos,&c.
Nominatim rogare. Cicero 6.Verr.124.Mos est Syracusis, vt si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur.
Nominatim peccata alicuius perscribere.Cic.4.Verr.123.Furta quoque illius permulta nominatim ad socios perscripserat.
Persequitur nominatim omnes voluptates Epicurus. Cicero primo de Natur.deorum,154.
Decernere aliquid nominatim.Cic.Attico,lib.7.134.1.
Excludi nominatim honore aliquo.Cic.1.de Lege agrar.63.
¶ Nominatim,pro Expressè aliquando ponitur.Cic.3.Offic.85. Quicquid enim est in prædio vitii,id statuerunt, si venditor sciret,nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Idem Attico, libro 4.70.8. Quum per eos dies Senatus de annona haberetur,& ad eius procurationem sermone non solum plebis, verùm etiam bonorum Pompeius vocaretur,idque ipse cuperet,multitudoque à me nominatim,vt id de cernerem postularet,feci,& accuratè sententiam dixi. Eidem,lib.10. 304.1.Nominatim de me sibi imperatum dicit Antonius,nec me tamẽ ipse adiuc viderat.Idem ad Sulpitium,lib.13.29.5.Sed duo quæ te nominatim rogo,primùm,vt si quid tibi,&c.Et ad Gallũ,lib.7.24.6.Nominatim tibi signa mihi nota mandasiem, si probassem.
Nominatim & Generatim,contrariã.Cic.Attico,lib.9.214.2.Tanta erat in illis crudelitas,tanta cum Barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim,sed generatim proscriptio esset informata.
Excipere aliquem nominatim.Cic.Attico,lib.11.215.3.
Nominatio,nominationis,Verbale,(ὀνομασία,ὀνομαστοποιία,)Plin.epist. 73.4, Mihi verò etiam illud gratulatione dignum videtur,quòd successi Iulio Frontino principi viro,qui me nominationis die,per hos cõtinuos annos inter Sacerdotes nominabat, tanquam in locum suum cooptaret. Nominationis die,id est principio anni,authore Tacito, quo Sacerdotes solent nominare quos dignissimos suo Sacerdotio iudicent. Budæus,Nominatio est,vt vulgò hodie appellatur. Id enim nomen in ea significatione vulgus nostrum retinuit. Brutus ad Ciceronem,7.2. Bibulus in Pansæ locum petere constituit: eam nominationem à te petimus.
Nominatione sua cooptare aliquem, Est quod vulgò dicitur, Nomen suum dare alicui,& Appellare aliquem suo nomine. Cice.15.Philipp. 351.In quo ego eum,vt quod à patre accepi,filio reddam,mea nominatione cooptabo.
Facere nominationem. Liu.6.bel.Pun.122. Sacerdotes publici aliquot eo anno mortui sunt,nonque suffecti,&c. T.Octacilius Cratius Pontifex, quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in locum eius non est facta.
Nominatio,figura rhetorum,de qua Author ad Heren.lib.4.195.Nominatio est prima,inquit,quæ nos admonet,vt cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis,aut significationis causa.
Nominatiuus casus,(ὀνομαστικὸς,)à grammaticis dicitur,q̃ nominat rem: & rectus,quòd à nullo cadit.
Nominito,nominitas,penult.corr.(ὀνομάζομαι,)nominitare,Frequentatiuum. Lucret.libro 3.71. Suscipere hunc motum,quem sensum nominitamus. Idem lib.4.10.Quæ quasi membranæ, vel cortex nominitanda est.
Nomenclator, pe.pro. nomenclatoris,(ὀνομαστὴς,)vel vt quibusdam placet,Nomenculator,A nomine calando,id est vocando, qui memoriter vnumquẽq; vocare didicit,vt puta in foro reos,in conuiuio conuiuas:quem eundem Cicero pro Murena,70.vocat monitorem.Apuleius,Et ad nomẽclatorem mox citati venerunt.Cic.Attic.lib.4.70.6. Ad vrbem ita veni,vt nemo vllius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. Idem pro Murena,70,Quid,q̃ habes nomẽculatorem? De nomenclatoribus multa hoc loco Cicero, Horum opera vtebantur potissimũ cãdidati, vt sibi in prensando suffragatores nomina ciuũ suggererẽt. Vnde laudatur Cato q̃ legem ferauerit quẽ Candidato nomenclatores adesse vetat,vt per seipsum sine nomenclatore nominatim salutaret ciues Romanos. Hi & fautores quoq; dicebantur,quia salutatorum nomina,vt ait Festus,velut infarcirent petitorum auribus.
Nomenculator,pe.prp.(ὀνοματολόγος,) Quintil.lib.6.ca.3.64,Vt Afe

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingrato litigatori conspectum eius vitanti, in foro per nomenculatorem missum ad eum. Amas me, inquit, quòd te non vidi.

Nomenclitio, nomenclationis, (ὀνομακλάνειν,) Columel.lib.3.cap.2.18, de vineis, Idque in hac ipsa Italia, ne dicam in tam diffuso terrarum orbe, vicinæ etiam nationes nominibus rerum discrepant, variamque vocabula. quare prudentis magistri est eiusmodi nomenclatorem ascripio, quo potiri nequeant, studiosos non demorari.

Nomenclatio & blanditia. Q.Cic.de Petit.Consul.27, Ea desyderat nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, benignitatè, rumorem, spem in Republica. De populari ratione.

Nomenclatura, pen.prod. Idem, (ὀνομακλασία,) Plinius lib.2, Iouem quidem aut Mercurium alicerue alios inter se vocari, & esse cœlestis nomenclaturæ. Idem lib.3.in Præfat.3, Quædam in his nomenclatura nuncupentur.

NOMENTVM, (νώμεντον,) Oppidum in Latio non procul ab vrbe Roma. Martial.lib.13.15, Si vicina tibi Nomento iura colitur. Hinc

Nomentana via, (νωμεντάνη, ὁδός,) Romæ qua itur Nomentum. & Nomentani, qui Nomentum habitant. Dictum Nomentum à Nomento conditore. Colum.lib.3.cap.1.8. Virg.6.Aeneid.155,

Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbemque Fidenam, &c.

NOMIVS, (νόμιος,) dictus est Apollo, hoc est pastor: non ex officio pastorali, sed quia sol pascit omnia quæ in terris gignuntur.

Nomos, (νόμος,) NOMARCHIA.

Nomophylax, pen.corr. nomophylacis, om.ge. (νομοφύλαξ,) Legum custos & seruator. ἀπὸ τοῦ νόμου, a lege: & φύλαξ, custos. Colum.lib.11.cap.3, in fine, Non satis visum est bonas habere leges, nisi custodes earum diligentissimos ciues creassent, quos Græci νομοφύλακας appellant. Cic.3.de Legib.66, Græci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi solùm literas (nam id quidè etiã apud maiores nostros erat) sed etiã facta hominũ obseruabãt, ad legesq; reuocabant.

Nomótheta, nomothetæ, pen.corr. (νομοθέτης,) Latinè legifer dicitur. Vnde Solon nomothetes dictus.

Non, (οὐ, οὐκ, οὐκοῦν, οὐμέντοι, μὴ,) modis præter imperatiuum iungitur.

Indicatiuo. Plaut. Trucul.3.10, - non ædepol bibere possum iam, Ita animo malè est. Idem Mostel.5.13, Si cades, non cades quin cadam tecum. Et Pseud.5.102, Ex tua re non est vt ego emoriar. Terent.Eunuch.5.2.25,

Missa hæc faciamus, non re dignum Chærea
Fecisti. Idem Heaut.4.5.53,
Non ego in perpetuum dicebam vt illam illi dares,
Verùm vt simulares. Cic.4.Acad.16, Illi non dubitant quin ea vera sint quæ defendunt.

Optatiuo. Plaut. Milit.6.45, Non ego emam, nunc vitam tuam vitiosa nocet. Quasi dicat, actum est de vita tua. Idem Menæch.11.38, Non negem, si nouerim. Virg.2.Georg.9,

Non mihi si centum linguæ sint, oraque centum.

Subiunctiuo. Virg.1.Georg.29,

- non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem. Quintil.lib.9.cap.4, Non igitur durum sit, neque abruptum, quo animi velut reipirent. Idem lib.10.cap.1, Historia non cesserit Græcis.

Infinitiuo. Terent.Phorm.1.2.4, Amo te, & nõ neglexisse habeo gratiã.

¶ Non, non sic, vel Non, non est, ita geminatum, elegantem vim habet. Terent.Phorm.1.1.73,

Hui dixti pulchrè, si quidem quisquam crederet
Te vnum. D. non, non sic futurum est: non potest. Idem Adelp.1.2.21,
Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum
Scortari, neque potare, non est, neque fores Effringere.

¶ Non, pro Nonne, Interrogatio negatiua, cui subintelligitur affirmatio. Terent. Phorm.1.2.69, Non si redisset pater, ei veniam daret? Plaut.Amphit.4.252,

Nõne ego nunc sto ante ædes nostras? non mihi est laterna in manu?

Non loquor? non vigilo? nonne hic homo modo me pugnis contudit? Fecit hercle.

¶ Non, per admirationem dictum. Plaut.Menæch.11.34,

Etiam derides, quasi nomen non noueris?
M. Non ædepol ego te, quod sciam, vnquam ante hunc diem
Vidi, neque noui. verùm te hortor, quisquis es,
Si æquum facias, vt mihi odiosus ne sies.
P. Non me nouisti? M. non negem, si nouerim. Terent.Heaut.3.3.61,
- atqui non opus est.
S. Non opus est? C. non hercle verò. Ibidem, 4.5.32,
- at illi ego neque do, neque spondeo.
S. Non quamobrem?

¶ Non, Respondentis negatio. Terent. And.5.4.30, Suimne esse aiebat? CR. non. CH. cuiam igitur? Cic.4.Verr.73, Cognitorem ascribit Sthenio: quem? cognatum aliquem aut propinquum? non. Thermitanum aliquem honestum hominem ac nobilem? ne id quidem. at Siculum, in quo aliquis splendor, dignitasque esset? minimè.

Non, non. Terent.Heaut.5.1.21,

- opus esse argentum vt dares.
M. Non. C. quid non? M. non inquam. C. neque ipse gnatus?
M. nihil prorsus Chreme. Plaut.Pseud.5.92,
Non habes? B. non hercle verò.

Nunquam, non si. Terent.And.4.2.12,

Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deserturum!
Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omneis homines.

¶ Nonne, Vide suo loco & ordine.

Non etiam ne, Vide NE.

Non aliter, quàm. Caius in L.Siquis alicui. Parag.vlt.ff.Mandati vel contra, Si mandatu meo Titio credideris, & mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quàm si actiones tuas, quas aduersus Titium habes, mihi præstiteris.

Non aliter, nisi. Caius in L.2.ff.Quibus mod.pig.&c. Non aliter hoc facere conceditur, nisi prius ei debitum offerat.

¶ Non ab re. Liuius 5.bel. Maced.123, Tamen non ab re esse Quintio visum est, sociorum aliquos, &c. Sic Plin.lib.34.cap.9.1. Vide AB præpositionem.

Non adeò inhumano ingenio sum Chærea, neque tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam. Terent.Eunuch. vbi Donatus, Non adeò inhumano ingenio sum: Hoc est, immitis non sum. Virg.1.Aeneid.115,

Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni.

Non adhuc. Cic.de Senect.15, Quod equidem non amisi adhuc, & videtis annos meos.

Non admodum delectari re aliqua. Cic.de Amicitia, 45, Quid enim tam absurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt vestitu, cultuque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare possit, non admodum delectari?

Non alio modo quàm. Plin.lib.10.cap.67.1, Salamandræ tantus rigor, vt ignem tactum extinguat, non alio modo quàm glacies.

Non antè. Cic.Attico, lib.10.195.17, De die nihil sanè potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam nouam.

Decemuiri querentes se in ordinem cogi, non ante quàm perlatis legibus, quarum causa creati essent, depositurros imperium se aiebant. Liuius 3.ab Vrbe, 116.

Non ausim, pro Non audebo, inquit Donatus. Terent.Eunuch.5.2.45,

Tum pol tibi ab isto hera cauendum intelligo.
C. Non ausim.

Non audio, Non libenter admitto, & consentio, interprete Donato. Terent.Phorm.3.2.1, Dorio audi obsecro. D. non audio. P. paruumper.

¶ Non bonus. Plaut. Capt.1.65, Si erit, ego faciam, vt pugnam inspectet non bonam.

¶ Non clam me est. Terent.Hecy.4.1.54,

Nam vt hic laturus hoc sit, si ipsam rem vt fiet, resciuerit,
Non ædepol clam me.

Non continuò, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. Cic.pro Roscio Amer.57.

Non dictum est, hoc est, Tanquam non dixeris. Plaut.Pœn.14.92, Vale, & hæc cura, clanculum vt sint dicta. M. non dictum est.

Non dico inter pecudem, &c. Cic.de Amicitia, 44, Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem & hominem, sed inter hominem & saxum, aut truncum, aut quidnis generis eiusdem? Hoc est, non solùm, vel Nolim dicere tantum inter pecudem, &c.

Non diu apud hunc seruies. Plaut.Persa, 16.61.

Non dubie. Plin.epist.109.c.lib.5, Erit fortasse, imò non dubiè, huius propositi mei & minor laus, & obscurior fama.

Non dubia spes. Cic.ad Catonem, lib.15.4.40, Itaque & prouinciam ornatam, & spem non dubiam triumphi neglexi.

¶ Non est consilium. Terent.Hecy.3.4.44, - si sanus sies,
Iube illam redire. P A. non est consilium pater.

Non est de nihilo quòd. Terent. Hecyra, 5.1.1, Non hoc de nihilo est, quòd Laches nunc me conuentam esse expetit.

Non ita est: sed vnusquisque, &c. Cic.1.Verr.9. Salust.in Catil. Sed per deos immortales, quò illa oratio pertinuit? an vt vos infestos conuertioni faceret? scilicet quam res tanta, atque tam atrox non permouit, eam oratio non accenderet? Non ita est. neque cuiquam mortalium iniuriæ suæ paruæ videntur.

Non est ita Iudices, non est profectò. Cic.pro Flacco, 42.

Non est quod metuas preces iniquas. Martial.lib.5.6.

Non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus. Cic.3.Verr.6.

Non igitur, Non ergo. Cic.de Amicitia, 48, Non igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas amicitiam consecuta est. Non ergo erunt homines deliriis diffluentes audiendi, &c.

Non etiam. Quintil.lib.9. cap.2, Periculum tantum, non etiam offensa vitatur.

¶ Non

¶ Non facile dixerim. Plin.lib.13.ca.5.4, Quando id primum ad Romanos penetrauerit, non facile dixerim. Idem lib.2.ca.3.1, An sit immensus, non facile dixerim.

Non ferè quisquam. Cic.pro Rosc.Amer.31, Domum suam istum non ferè quisquam vocabat. Idem 7.Verr.143, Non ferè quisquam nostræ industriæ fauet. Sic Plin.epist.190.8, Non ferè quisquã in Senatu fuit, qui non me complecteretur.

Non ferè q̃, vel nisi. Cic.pro Sestio, 42, Deniq; ex bellica victoria, non ferè quàm est inuidia ciuium cõsecuta. In vetusto exemplari legitur quẽquam. Idem de Amic.63, Quod non ferè contingit nisi iis qui etiam contemnendos se arbitrantur.

¶ Non ideo, Non continuo, non protinus Iurisconf. Quũ decem tu dari stipulatus sis, non ideo posse te decẽ dari oportere intendere, quia, &c.

Non ita longa disputatione. Cicc.de Senec.67, Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis poterit animo consistere? De qua nõ ita longa disputatione opus esse videtur.

Non ita multis ante annis. Cic.pro Rosc.Amerino, 38.

Non ita antiqua simulachra. Cic.6.Verr.98.

Non ita multum recum fuit. Cic.4.Verr.34.

Non ita multo post, per, &c. Liu.5.bel.Maced.35.

Non inepti. Cic.ad Cæsarem, lib.7.c.8, Sed more Romano quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem.

Non incertissimus homo. Cic.1.Verr.37.

Non iniuria. Terent.And.1.1.33, Gaudebam.5 o. non iniuria.

¶ Non magis. Plaut.Persa, 7.6, Quod ego non magis somniabam, neque opinabar, neque censebam.

Non magis, quàm Paulus in L.Fistulam, in princip.ff.de seruit.vrb.præd. Sed non posse prohiberi vicinum, &c. non magis quàm si velit in tricliniio suo, vel in cubiculo aquam effundere.

Non malus. Plaut.Merc.7.72, Ancillam viraginem aliquam non malã forma mala. Idem Mostell.9.83, Nouitium mihi quẽsum instituì, non malum. Terent.Eunuch.2.2.43. Sed quid videtur hoc tibi mancipium? P. non malum hercle. Cic.5.Verr.87. Homo non malus.

Non malè valeo. Plaut.Mostel.9.24, Saluos sis Tranio. TR. vt vales? S. ego? non malè.

Non metuo nequid doleat quod ferias. Plaut.Bacch.23.55.

Non minus. Plin.in Paneg.131, Nõ est minus ciuile, & principem esse pariter & Consulem, q̃ tantum Consulẽ. Plaut.Amph.3.27. Non minus q̃ vestrum quisis formidat malum. Liu.1.ab Vrbe, 145, Non minus tribus puberibus præsentibus diceret.

Non minimè commoueri. Cic.6.Verr.111. Id est maxime.

Non minimum corrumpunt vites. Varr.1.de Re rust.cap.2.15.

Non modo. Quintilianus, Primi, quorum quidam opera non vetustatis modo gratia visenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur, Polygnotus atque Aglaophon.

Non modò, sed etiam. Cic.de Amic.41, Eaq; adhibeatur ad monendum, non modò apertè, sed etiam acriter, si res postulabit. Ibidem, 34, Vt omnia subterfugere, non modò sapientiæ, sed etiam fœlicitatis diceret sibi videri.

Non modo peritum, sed ita. Cice.1.Verr.8, Hi sciunt hoc non modò à me peritum esse, sed ita sæpe, & ita vehementer esse peritum, vt, &c.

Non modò, verùm etiam. Cice.de Amicitia, 10, Qui duabus vrbibus euersis inimicissimis huic imperio, non modo præsentia, verùm etiam futura bella deleuit.

Non modò, sed ne. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib.10.32.14, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquã mi si, Cic.Attico, lib.13.267.1, Sed vnum eiusmodi, quod nisi exercitus sciret, non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Eidẽ lib.9.180.9. Nos aũt in libris habemus non modò COSS. à Prætoribus, sed ne Prætores quidẽ creari ius esse. Idem 4.Acad.12. Liu.2.bel.Maced. Hæc adhortatio Prætoris non modò quẽquam vnũ elicuit ad suadẽdum, sed ne fremitum quidem, aut murmur conclonis tantæ, ex tot populis congregatæ mouit.

Non modò non, sed etiam. Cicero Dolabellæ, libro 9.14.15, Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset. Sic 4.Acad.13.

Non modò non, sed ne. Cicero Attico, libro, 10. 195.4, Horum ego summorum imperatorum non modò res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, non duorum conflictari videmur.

Non modo non, sed potius. Cicero de Amicitia, 40, Quare talis improborum consensio non modò excusatione amicitiæ regenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est.

Non modo, pro Non solùm non. Cic.1.Philip.104, Quos clientes nemo habere velit: non modò esse illorum clientes.

Non modò, pro Nedum. Trebonius ad Ciceronem, libro.12.16.2, Non enim ne cisquanti te faciam, & quàm pro veterrimo verissimoq; amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. Cic.3.de Legib.19, Nihil habui sanè non modò multum, quòd putarem nouandum in legibus. Idem ad Atticum, lib.8.360.2, Nihil prætermissum est quod non habeat sapientem excusationem, non modò probabilem. Plinius Natur.hist. Q uum res inter rusticos geratur literarum expertes, non modò siderum.

Non multò post. Plaut. Trucul.8.42, Nunc vt præmisit nuntium miles mihi, non multò post hæc aderit.

¶ Non nemo, pro nonnulli, vel Aliqui. Varro de Re rust.lib.2.cap.11 Tonsas recentes eodem die perungunt vino & oleo, non nemo admista cera alba, & adipe suillo. Cice.pro Lege Manilia, 43. Quum esset, non nemo in Senatu qui diceret non oportere. Idem pro Murena, 76, Non nemo etiam in illo sacrario Reip.in ipsa inquam curia non nemo hostis. Idem pro Quintio, 28. Et 4.Verr.10.

Non nequiequam isti vnum Demetrium filium, te habere, me subditum, & pellice genitum appellant. Liu.10.bel.Maced. 33.

Non nimis. Plautus Epid.9.34.

Doctè & sapienter dicis, non nimis potest
Pudicitiam quisquam seruare suæ filiæ,

Nisi, non. Plaut.Amphit.6.27,

- nisi te amarem plurimum,
Non facerem. Cice.de Amicitia, 16, Sed hoc primũ sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Ibidem, 17, Quæ dirimi, nisi detestabili scelere nõ potest. Idem 3.Offic.115, In mancipio vendendo dicendáne vitia? non ea, quæ nisi dixeris, re dhibeatur mancipium iure Ciuili.

Non vinam vesperi, nisi illanc à me scelestam abigam. Plautus Mercat.19.20.

Non nollem. Cic.ad Cælium, lib.2.15.8, Quod tamen fortasse non nollem, si posset ad otium.

¶ Non omnes possunt. Plaut.Mostel.1.41.

Non omnes possunt olere vnguenta exotica,
Sicut tu oles. Cic.pro P.Sylla, 17, Non possunt omnes esse patricii: si verum quæris, ne curant quidem.

¶ Non parua exercitatio. Cic.de Amicitia, 16, Magnum opus est, egẽque exercitatione non parua.

Non parum facetus scurra. Cic.pro Quintio, 6.

Non paulum nescio quid in rem suam conuertit. Cicero pro Rosc.Amerino, 68.

Non pauca suis adiutoribus largè, effusèque donabat. Cicero pro Rosc. Amerino, 14.

Non plus quàm. Cic.de Amic.45, Non plus quàm vt virtutes, quia non nullas curas & molestias afferunt, repudientur. Idem 4.Verr.13, Non plus quàm Ligures. &c.

Non possum satis narrare quos ludos præbueris intus. Terentius Eunucho, 5.7.9.

Non procul. Cic.pro Rosc. Amer, 41. Nisi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab insania.

Non pridem, inquit Festus, æquè & rectè & frequenter dicitur ac Iam pridem, Quàm pridem. Plin.lib.14.cap.1.8. Generibus non pridem illustrata.

Non probus, pro Improbo. Cic.de Senect.33. Nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum.

¶ Non queo, pro Nequeo. Plaut. Asin. 16.57. Non queo durare. Cicero de Amic.38. Sine lachrymis non queo dicere.

Quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. Cicero de Amicitia, 57.

Non quò, pro Non quia: vel Non quòd, retractationis vel reprehensionis cuiusdam sui gratia. Cic.Attico, lib.7.134.1, Vt ab vrbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem: non non quò haberem magnopere quid scriberem, sed vt loquerer tecum absens. Idem 5.Verr.31, Magnæque pecuniæ coactæ sunt: non quò iugerũm numerum verè profiteri esset difficile, &c.

¶ Non satis constat. Plin.lib.12.ca.19.7, Id accidente ob iniquitatem præpotentium, an forte, non satis constat.

Non scire, pro Nescire. Cæsar 1.bel.Gall.193. Neque tam imperitum esse rerum, vt non sciret neque bello, &c.

Etsi non sum nescius, & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit. Cic. ad Cluuium, lib.13.8.3.

Non secus ac. Cic.pro Cluentio, 114, Non secus hanc causam defendissem, ac si lege Habitus teneretur. Sic Attico, lib.4.83.1.

Non, si. Cic. 7. Verr. 16. Non dicam ne illud quidem si maximè in culpa fuerit Apollonius.

Non solùm, sed etiam. Cic. Est enim manus eius non ingenii solùm, sed laterum etiam & virium. Idem de Senect. 11, Omnia memoria tenebat, non domestica solùm, sed etiam externa bella.

Non solùm, & Sed etiam, cum interpositione, vt sonantior sit compositio. Cic.ad Lentulum, lib.1.9.81, Habui non temporum solùm rationem eorum, sed etiam naturæ.

Non solùm, verùm etiam. Cic. de Senect. 8. Non solùm quia nunquam deserunt, nec in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem maximum est) verùm etiam quia conscieneris bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est.

Non solùm, secundo loco positum inter imparia, aliquando inter paria. Cic. pro Cn. Cluentio, Plura ne dicam, tuæ me etiam lachrymæ impediunt. Vestræque Iudices, non solùm meæ. Idem 1. Offic. 27, Ad quod est adhibenda actio quædam, non solùm mentis agitatio. Et Terentius, lib. 2. 4. 1, Vestrum tam consilium est, non solùm meum, quid hic velis faciendum.

Non solùm, sine redditiuo. Sed etiam. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 29. 7, Vultus me hercule tuos mihi expressit omnes, non solùm animum ac verba pertulit.

Non solùm, post Quoque. Iuu. 8. bel. Pun. Commemoranit quantum essem periculum iduturus, si in Africam trauiecre velim, vt meam quoque, non solùm & Reip. & exercitus, vicem videretur valde solicitus.

¶ Non tam volitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat. Cic. de Amicit. 47.

Non tantum. Quintil. lib. 1. cap. 1, Et Quinti Hortensii filiæ oratio apud Triumviros habita legitur non tantum in sexus honorem.

Non tantum valet vt. Cic. de Amicitia, 45, Quamobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet vt tollat à vita amicitiam, non plus quàm vt virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur.

Non tantum, sed etiam. Cic. de Senect. 22, Nec verò dubiter agricola, quanuis senex, quærenti cui serat, respondere, dis immortalibus, qui me non accipere tantum à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. In vetusto exemplari legitur, Non accipere modo hæc à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere.

Non temerè est, & properanè venit. Terent. Eunuch. 2. 1. 66. Latius 10. bel. Pun. 138.

Non temere, pro Vix vnquam, siue ferè nunquam. Sueton. in Octauio Augusto, cap. 73, Veste nó temerè alia quàm domestica vsus est. Idem in Cæs. Calig. cap. 36, Super sororum incestu, & notissimum prostitutæ Pyrallidis amorem non temere vlla illustriore fœmina abstinuit. Id est non fere. Erasmus.

¶ Non vltra quàm, pro Tantum. Suet. in Octau. Augusto. c. 67. Cosinii seruum grauissimè de se opinantem non vltra quàm compedibus coercuit. Erasmus.

Non verò, rarissime legitur. Cic. de Senect. 15. At hi quidem iam mortui sunt: non verò tàm isti, quàm tu ipse nugator.

Non vt. Cic. 1. de Inuent. 41, Nam sæpe satis est quid factum sit, dicere, nó vt enarres quemadmodum sit factum.

NONA, vna ex Parcis. Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Parcas dixere, de quibus Gellius lib. 3. cap. 16.

NONACRIS, pen. corr. (νωνακρις,) locus in Arcadia. Virruuius lib. 8. cap. 3, Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus stillantes è saxo frigidissimos humores. Hæc autem aqua Styges hydor appellatur, quam neque argenteum, neque æneum, neqi ferreum vas potest sustinere, sed disilit ac dissipatur. Conseruare autem eam & continere, nisi vngula mulina, nil potest.

Nonacrius, penul. corr. Adiectiuum, (νωνακρι ⊗,) Ouid. 5. Fast. 20, Et matri & vati paret Nonacrius heros. Euandrum sic vocat.

Nonacrius, pen. prod. Aliud adiectiuũ, (νωνακρῖν ⊗,) Ouid. 2. Meta. 82, Dum redit, idque frequens, in virgine Nonacrina Hæsit.

Hamadryades Nonacrinæ, Hoc est Arcadicæ. Ouid. 1. Metam. 139.

Nonae, Nonarum, (νῶναι,) Dicuntur in Martio, Maio, Iunio, & Octobri, lex illi dies qui primum sequuntur: in reliquis verò mensibus, quatuor tantum illi dies primum sequentes.

Nonæ, Quasi nouæ dicuntur, propter initium obseruationis. Vel quòd ab eo die semper ad Idus nouem dies computantur. Vel ideò Nonæ dicuntur, quòd ante nonum diem sunt. Siue à noua luna, quòd Pontifex eo die nouã lunã obseruaret, & visam regi faciticulorũ indicaret.

Nonæ Decembres. Horat. 3. Carm. ode 18. 1. Cic. pro Flacco, 79, O Nonæ illæ Decembres quæ me Consule fuistis, quem ego diem verè natalem huius vrbis, aut certè salutarem appellare possum.

Nonagesimus, Nonaginta, Nonarius, Vide nouẽ.

Nondum, Aduerbium, (οὔπω, οὐδέπω, μήπω, μηδέπω,) Id est, non adhuc. Terent. And. 4. 1. 35,

Scio: coactus tua voluntate es. P. mane,
Nondum scio. Idem Adelph. 3. 4. 21,
- manemnondum audisti Demea
Quod est grauissimũ. Cic. Matio, lib. 11. 27. 1, Nondũ satis constitui.

Nondum dico quàm hæc singula sint. Cic. 1. de Diuinat. 24.

Nondum manifesta sibi est. Ouid. 9. Metam. 94.

Nondum planè est expeditus. Cic. Attico, lib. 4. 85. 13.

Nondum etiam. Terent. And. 4. 6. 11,

Quid Glycerium, iam hic suos parentes repperit,
M. Vtinam. C. an nondum etiam? Ibidem, 1. 2. 30, Quid hoc, intellextin, an nondum etiam ne hoc quidem?

Nongenti, Vide NOVEM.

Nonne, (οὐ γοῦν, μῶν, μή,) Aduerbium interrogandi. Ex non & ne compositum. Plautus Amphit. 4. 2. 41,

Quid (malùm) nónne ego sum seruus Amphitruonis Sosia?
Nónne hac nocta nostra nauis ex portu Persico
Venit, quæ me aduexit? nónne me huc herus misit meus?
Nónne ego nunc sto ante ædes? nostrast nõ mihi est laterna in manu?
Non loquor? non vigilo? nonne hic homo modò me pugnis contudit?
Fecit hercle. Terent. And. 1. 5. 4, - nónne oportuit
Præcisse me anté? nónne prius communicatum oportuit? Virgil. 1. Georg. 12, - nónne vides, croceos vt Tmolus odores,
Indaque mittit ebur, molles sua thura Sabæi? Cic. 7. Verr. 166, Nonne publice vindicaremus? Idem 3. de Nat. deor. 127, Tu qui deos putas humana negligere, nónne animaduertis ex tot tabulis pictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salui pertuenerint? Et 5. Tuscul. 50, Quum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nónne beatum putaret.

Nónne, in fine positum. Cic. pro Cecina, 27, Verum ita est vti dicis, te deiectum debeo intelligere, etiam si victus non fuerit. nónne?

Nonnihil, pen. corr. indeclinabile, Aliquid, vel aliquantum. Terent. Adelph. 1. 2. 62, Nonnihil molesta hæc sunt mihi.

Idem Eunucho, 4. 1. 1, Ita me di bene ament, quantum ego illum vidi, nonnihil timeo misera. Et And. 3. 4. 3, Ego dudum nonnihil veritus sum. Cic. pro Quintio, 1, Nonnihil commoueor.

Nonnihilo æstimare. Cic. 4. de Finib. 102, Non quia bonum sit valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.

Nonnullus, Adiectiuum, Aliquis. Plin. epist. 140. 2, Nonnullus in literis nominis. Plaut. Capt. 3. 23, Nonnullam periculum est. Cic. 4. Acad. 126, Etenim de cæteris sunt inter nos nonnulla communia. Sic 5. Verr. 155.

Nonnullum de alterius ingenio iudicium facere. Cic. 1. Verr. 14.

Nonnullus honos. Martial. lib. 1. 138,

Et nonnullus honos creditur esse tibi.

Nonnulla in re fortsitan consilium tuum emendare possum. Cicero pro Murena, 55.

Nonnullum semen. Virg. 1. Georg. 5,

Quique nonas alitis nonnullo semine fruges.

Nonnunquam, Aduerbium, Id est aliquando. Terent. Eunuc. 2. 3. 76, Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Plin. epist. 197, Si colligere est, nonnunquam decerpere vnam, torculum inuisere. Cic. 3. de Nat. deorũ, 127, At nonnunquam bonos exitus habent boni.

Nonnunquam & aliquando. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 4, Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.

Nonnusquam, In aliquibus locis. Plin. lib. 14. cap. 19. 2, Nonnusquam vini fæce, acetoue condiunt. Idem lib. 36. cap. 22. 11, Nonnusquam verò & albi, sicut in Tarquiniensi. De salicibus.

Nonus, Vide NOVEM.

NORBA Cæsarea, (νῶρβα καισαρέια,) Lusitaniæ vrbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Vulgò Alcantar.

NORICVM, penult. corr. (νωρικόν,) Regio in Europa (vt lib. 2. scribit Ptolemæus) quæ limites habet ab occasu Enum fluuium, qui medius est inter Vindelicos & Noricos: à Septentrione Danubium: ab Ortu Solis montem Cecium, qui Pannoniam superiorem disterminat à Norico: à Meridie montem Curuancam, qui est super Istriam. Eam nunc regionem plerique Bauariam appellant.

Noricus, pen. corr. Adiectiuum, (νωρικός,) Horat. lib. 1. Carm. ode 16. 1,

Quas neque Noricus deterreret ensis.

Castella Norica. Virg. 3. Georg. 95.

Ignis Noricus. Ouid. 14. Metam. 143,

Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis.

Norma, normæ, (γνώμων,) Fabrorum instrumentum. Nostrates, quadram, vulgus squierram vocat: vt ait Budeus. Plin. lib. 36. cap. 22. 14, Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet. Vitruuius lib. 7, de tectorio opere loquens, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur.

Fallax norma. Lucret. lib. 4. 105,

Denique vt in fabrica, si praua'st regula prima:
Normaque si fallax rectis regionibus exit, &c.

Norma oratoris, per translationem, pro Lege & præscriptione sine formula. Plin. epist. 103. c, Sed Demosthenes ipse ille norma oratoris & regula, non se cohibet & comprimit, quum dicit illa notissima, &c. Sic Norma legis, Cic. 2. de Legib. 97.

Loquendi norma. Horat. de Arte, 15, - si volet vsus

Quem

Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

Norma, regula, præscriptio naturæ. Cic. 4. Acad. 154.

Veterum norma. Horat. 2. Carm. ode 15. 3, - non ita Romuli
Præscriptum, & intonsi Catonis
Auspicis, veterumque norma.

Præscriptum, norma iuris, & formula iudicii. Cic. 1. de Orat. 95.

¶ Naturali norma legem bonam à mala diuidere possumus. Cicero 1. de Legib. 65.

Acerrima aliquorum norma quædam dirigere. Cic. 3. de Orat. 105.

Dirigere vitam ad normam rationis. Cicero pro L. Murena, 7, Et primum M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo.

Ad istorum normam sapiens ille. Cic. de Amic. 17, Nunquam ego dicam C. Fabritium, M. Curium, T. Corũcanum, quos sapiẽtes maiores nostri iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes.

Normula, normulæ, pen. corr. (γνωμόνιον,) Diminutiuum.

Normalis, & hoc normale, pen. prod. (γνωμονικός,) Quod ad normam factum est. vt Normalis angulus. Quintil. lib. 11, de pronuntiationis gesta loquens, Sinistrum brachium coniugue alleuandum est, vt quasi normalem illum anguli faciat, super quod ora ex toga duplex æqualiter sedeat. Normalem, p recto posuit, qualẽ norma efficit, vt ait Budeus.

Normatus, pen. prod. Adiectiuum, Idem, (γνωμόνυνος,) Colu. lib. 3. cap. 11. 11, Antiquam illam ciconiam infiximus, vt tã quam suppositæ basi ad perpendiculum normata insisteret.

NORTMANNIA, regio Galliæ vltra Sequanam flumen, quæ à Carolo Magno deuicta, fidem Christianam suscepit. Biducentium regnum videtur appellare Ptolemæus lib. 2. 8.

Nortmanni, (βιδεῶνοι νόρτοι,) pars Danorum fuere, Oceani accolæ, Cimbricæq; Chersoneti habitatores: sic appellati, q. Septentrionales homines essent. Nort enim lingua Germanica, Septẽtrionẽ significat: Manni, virum. Hi Galliam vltra Sequanam occuparunt, & ei regioni Nortmaniæ nomen indiderunt. Dicti sunt aliquando & Suetones. Ex Andrea Altiamero in Tacitum.

NORVEGIA, (γνιδόνοι) regio in Europa, Septẽtrionalis, versus Oceanum Germanicum sita. Sub imperio est Danorum. Interpretatur Septentrionalis via. Nord enim Germanica lingua Septentrionem significat: Veeg viam.

Nos, nostrum vel nostri, (ἡμᾶς, ἡμῶν,) plurale est ab Ego, mei vel mis.

Nos inter nos. Cic. filius ad Pompeium, lib. 5. 7. 4, Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, Resp. nos in ter nos conciliatura, coniunctúraq; sit. Idem Attico, lib. 10. 195. 13, Ego enim ad eum scribam, vt tu ipse voles, de ea re nos inter nos locutos. Terent. Adelph. 2. 4. 7, Quasi non nos inuos nos inter nos.

Nosmet, pro Nosipsi. Plaut. Rud. 4. 70, Si non moneas, nosmet meminimus. Idem Sticho, 14. 6. - nosmet
Inter nos ministremus monotrophe.

Nosmetipsi. Terent. Phorm. 1. 4. 46,

Sed quod modò hic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmetipsos facere oportet Phædria. Cic. 4. de Finib. 42, Sed primũ positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. Idem 4. Acad. 106 Sed discendamus à nosmetipsis, de sapiente loquamur. Et ad Sulpitiũ, lib. 13. 14. 1, Nã & inter nosmetipsos vetus vius intercedit, & Atticus, noster non maiorem, &c.

Nosmetipsi inter nos. Cic. ad Atticum, lib. 14. 3. 1. 5, Sed vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus quàm adhuc fuimus.

Noster, (ἡμέτερος,) nostra, nostrum nostri, nostræ, nostri, Pronomen possessiuum.

Noster, (ὁ τοῦ ἀντιθέου νόστος,) qui non est noster. Terent. Phor. 1. 2. 67,

Noster quid agerem, nescire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem. Idem in Prol. And. 19,
Qui quum hùc accusant, Nævium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster authores habet.

Noster ille, vide ILLE.

Noster est. Terent. Adelph. 5. 8. 29,

- agelli hic sub vrbe est paululum, quod locitas fores:
Hoic domus qui frutur M. paululum id autem? o. si multum sit,
Facundum est, pro patre huic est. bonus est. noster est. rectè datur. Id est, ex nostra familia.

Noster, pro Nostras. Terent. Eunuch. 2. 3. 21, Haud similis virgo est virginum nostrarum. Vbi Donatus, Nostrarum, ciuium scilicet, id est terræ ac patriæ nostræ. vt Virg. 2. Georg. 18, Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.

Noster eris. Virg. 1. Aeneid. 30.

Noster, Blandientis est aliquando. Terent. Heeyra, 5. 2. 4, Noster socer video venit, puero nutricem adduxit. Virg. in opusculo, Noster es, & nostro de grege semper eris. Plaut. Bacch. 8. 39, Noster esto, dum te poteris defendere iniuria. Et magis hoc consuetudine dictum est, quàm in

tegritate, inquit Donatus.

Nostra, pro Mea, moraliter dictum, authore Donato. Terent. Eunu. 2. 3. 69, Estne vt fertur, formatæ. fund. e is. at nihil ad nostram hanc.

Nostra omnis lis est: Id est vicimus. Plaut. Casina, 1. 73.

Sed si nunc facere volt hera officium suum,
Nostra omnis lis est.

Nostri, an alieni. Plaut. Milit. 8. 10,

- perseruari hic volo Scelerde, nos nostri, An alieni sunt.

Nostrum, pro Nostrum. Terent. Eunucho, 4. 4. 11,

- hunc oculis suis
Nostrarum nunq̃ quisquã vidit. Vbi Donatus, ἀντωνυμία est figura, pro nostrum, vel nostrarum id est quæ familiæ nostræ sunt.

Nostrum omnium adolescentia, pro Nostra omnium adolescentia. Cicero de Prouinciis Consal. 11, Primum illud tempus familiaritatis ac consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni consobrino nostro ab omnium nostrorum adolescentia fuit. prætermitto. Budeus.

Nostri, & externi. Plin. lib. 12. ca. 25. 1, In totũ alia natura q̃ nostri, externique prodiderant. Id est Latini & Græci De balsamo.

Nostrapte culpa. Terent. Phorm. 5. 2. 1, Nostrapte culpa facimus, vt malos expediat esse.

Nostrãs, nostrãtis, pen. pro. o. g. (ἡμετέριος,) à Noster deducitur & significat. E nostra gente vel patria. Plin. lib. 15. cap. 11. 1, Quæ candidiora nostratia cognominata odoris præstantissimi. Idem lib. 15. cap. 29. 5, Tarentinam folio minuto, nostratem patulo, exoticam densissimo.

Nostratia verba. Cic. ad Gellium, lib. 2. 10. 1.

Nostrates philosophi. Cic. 5. Tusc. 130. Hoc est nostræ sectæ.

Facetiis maximè nostratibus capior. Cic. Pæto, li. 9. 15. 4, Mirifice capior facetiis maxime nostratibus, præsertim quum eas videam primũ oblitas Latio, tum quum in vibem nostrum est infusa peregrinitas.

Nosco, noscis, noui, notum, (γνόω,) Noscere, Cognoscere. Plautus Amphit. 7. 69, Verùm actùtum nosces, inquam illum seruũ Sosiam. Cicero ad Cassium, lib. 12. 4. 5, Scriberem plura, si rem, causamque nossem.

Noscere, percipere, comprehendere. Cic. 4. Acad. 146.

Nosco à Græco sit: nam Græci γινώσκειν dicunt Cognoscere. γνωτὸν Cognitum. Hinc Latini veteres non nosco, sed gnosco dicebant, & gnotum, non notum.

Noui animum tuum. Terent. Heaut. 3. 3. 9, Noui ego amantium animos, aduertunt grauiter quæ non censeas. Idem Adelph. 2. 2. 15, Age noui tuum animum, quasi iam vsquam tibi sint viginti minæ. Hoc est, ego probè teneo cuius sis animi: quod vulgus dicit Cognosco tuam nataram.

Noui tuum animum de nostris factis. Plaut. Sticho, 3. 2, Nam nos eius animum de nostris factis noscimus.

Noui de facie. Plaut. Curcul. 5. 17, De forma non queo nouisse. Cice. in Pisonem, 63, Habet hoc virtus (quam tu ne de facie quidem nosti) vt viros fortes, &c.

Noui & scio. Terent. And. 5. 4. 32, Phania ille frater meus fuit.

5. noram & scio.

Bene te noui. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 10.

Vide tam bene me nosti? Horat. 1. Serm. saty. 3. 4.

Omnes philosophiæ partes atque omnia membra tum facillimè noscuntur, quum totæ quæstiones scribendo explicantur. Cicero 1. de Natura deorum, 14.

Familiariter aliquid nosce. Quintil. lib. 5. ca. 7. 5. Primum esse in hac parte officium orationis, vt totam causam familiariter norit.

Optimè vnamquẽque nosse. Cic. 3. Verr. 11.

Artem Romanam nouerat. Ouid. 3. Fast. 21.

Noui faciem hominis, Noui formam, Noui hominem. Terent. Heeyra. 3. 4. 25, At non noui hominis faciem. P A M. at faciam vt noueris. Ibidem 4. 1. 58, Forma in tenebris nosci non quita est. Plaut. Rud. 23. 23, Vidu Iam istum cuius est. noui ego hominem iampridem.

Faciem nouerat ducis. Ouid. 8. Metam. 5.

Herbas salutiferas nosse. Stat. 1. Achill. 14.

Ingenium noscere. Terent. And. 1. 1. 26, - nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant? Idem Eunuc. 5. 4. 10,
- quo modo adolescentulus
Meretricum ingenia & mores posset noscere? Plaut. Trinum. 4. 42,
Sunt quorum ingenia, atque animos non possim noscere.

Leges & iura alicuius ciuitatis noscere. Cic. in Pisonem, 23.

Locum noui. Terent. Adelph. 4. 2. 34, - at nomen nescio
Illius hominis, sed locum noui vbi sit.

Ludum noui. Plaut. Amphit. 15. 22, Nostris occisum manibus fortiter: at at noui iam ludum.

Mente noscere. Cic. 1. de Nat. deor. 55, Deus ille quem mente noscimus, atque in animi notione, tanquam in vestigio volumus reponere, nusquam prorsus appareat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nosmetipsos noscere, difficillimum est. Cic. 1. de Legib. 88.
Nouimus nos inter nos. Terent. Adelph. 2. 4. 7, Age inepte, quasi nunc non norimus nosmet inter nos.
Noui omnia tecum. Terent. Phorm. 5. 9. 43,
- quid ego nunc commemorem Demipho,
Stillatim qualis in istum fuerim? o, noui æquè omnia Tecum.
Noui omnem rem. Terent. And. 4. 5. 50,
- nihil pol falsi dixi, mi senex.
C. Noui rem omnem. Plaut. Amphit. 2. 9, Omnem rem noscunt. Idem Menæch. 4. 67, Non potes celare, rem noui probé.
Nosse saporem. Plin. lib. 13. cap. 4. 14, Ipsum pomum sapore ferino, quem in apris fermè nouimus.
Se quisque noscat. Cic. 1. Tuscul. 82. Idem pro Roscio Amer. 84, Is causam ignorat, seipsum prope non nouit.
Venerem nosse. Plin. lib. 10. cap 63. 4, Lacertæ circunflexu venerem nouere. Id est coeunt.
Noui viam. Terent. Heaut. 2. 3. 7, Vesperascit, & non nouerunt viam.
Vox noscitur. Stat. 5. Sylu. 1. 55.
Vultum alicuius noscere. Lucret. lib. 3. 95.
¶ Noscor. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 6, - nec noscitur vlli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
¶ Noui vt. Plaut. Amphit. 5. 104, Nam ego vos nouisse credo iam, vt sit pater meus.
Notus, Participium, (γνωστός,) Plin. lib. 16. cap. 18. 3, Alpina & hæc arbor, nec vulgo nota.
Notus pulchrè. Plin. lib. 21. cap. 36. 1, Radix est bulbacca, mangonicis venalitiis pulchrè nota.
Vt cuiquam qui ipse notus sibi sit, hoc est qui suam naturam, sensumque perspexit, vt ait Cicero 1. de Finib. 26.
Notus omnibus improbitate & vitiis. Cic. pro Cluent. 35.
Famâ super æthera notus. Virg. 1. Aeneid. 77.
Hinc vsque ad sidera notus. Virg. 5. eclog. 9.
¶ Notus, Qui nouit. Plaut. Pseud. 1. 5. 39, Ita herus meus est imperiosus. 8. nouinotis prædicas.
Notus, (γνωστός, γνώριμος,) notior, notissimus, Nomen ex participio. Cic. 4. Acad. 17, Tum ad hos notiores, &c. referre in eundem numerũ solent. Idem 4. Acad. 182, Cui erant quæ paulò antè dixi, notissima.
Notus & Obscurus, contraria. Cic. pro Murena, 15, Tua verò nobilitas Serui Sulpitii, tamersi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior.
Facere aliquem notiorem circa vitia. Quintil. lib. 3. cap. 7. 13, Et quosdam claritas ipsa notiores circa vitia, & inuisos magis fecit.
Factus est notior. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 11.
Notissimi inter se, quia semp pares ordines duxerunt. Liu. 8 ab Vrb. 43.
¶ Notus, Amicus & charus. Virg. 6. Aeneid. 106,
- & notis compellat vocibus vltro. Idem 1. eclog. 11,
- hic inter flumina nota. Seruius.
¶ Causa nota meæ ruinæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 10.
Diuortia nota. Virg. 2. Aeneid. 76.
Fabula notissima. Ouid. 1. de Arte, 113.
Facta notissima. Ouid. 14. Metam. 40.
Fides nota. Ouid. 3. Fast. 78.
Frutices noti aucupibus. Ouid. 1. de Arte, 10.
Homo notus. Horat. 1. Serm. saty. 2. 7.
Insula notissima fama. Virg. 2. Aeneid. 5.
Iter notum arripit. Stat. 1. Thebaid. 20.
Notus & insignis latro. Cic. 11. Philipp. 196.
Littora nota. Virg. 3. Aeneid. 132.
Locus notus prodigio. Ouid. 6. Metam. 65.
Noti & tractati loci. Cic. in Orat. 64.
Nota & nobilis mulier. Cic. pro Cœlio, 23.
Vulgarũ & notũ negotiũ alicui". Ci. Q. frat. li. 2. 15. 4.
Pietatis notæ alumnus. Ouid. 14. Metam. 89.
Notæ, testatæ, & manifestæ res. Cic. 2. Verr. 29.
Nota & apud omnes peruulgata res. Cic. 4. Verr. 59.
Vir dulci notus amore. Silius lib. 8. 30.
¶ Notum mihi. Cic. ad Brutum, 14. 3, Nondum erat tibi id notum.
Patent hæc, & nota sunt omnibus. Cic. pro Milone, 57.
Nota loquor. Tibul lib. 2. eleg. 3. 13.
Notum facere, pro Significare. Sueton. in Oct. Augusto, cap. 65, De filia absens ac libello per Quæstorem recitato, notum Senatui fecit, abstinuitque congressu hominum diu præ pudore. Plin. epist. 238, Cui ego notum feci, præcepisse te vt ex cohortibus, quibus me præesse voluisti, contentus esset beneficiariis decem.
Ignotis nota facere simulachra corporis. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 24.
Notio, Verbale, (νόησις, ἔννοια,) Cognitio, intelligentia. Boethius in Cõment. Top. Notio intellectus est quidam & simplex mentis cõceptio, quæ ad res plures pertineat à se inuicem differentes. Plin. lib. 17. cap. 28. 7, Cuius rei rationem notionemque eodem volumine tradidit.

Cic. 4. Acad. 151, Qua igitur notione discerneres?
Intelligentiæ vis ac notio. Cic. 1. de Nat. deorum, 40, Aperta simplexq; mens, nulla re adiuncta, quæ sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim & notionem videtur.
Forma, species, & notio boni viri. Cic. 3. Offic. 107.
Iudicium Censorium, ac notionem, & illum morem seuerissimum magistratuum Clodius de ciuitate sustulit. Cic. de Prouinc. Consul. 32.
Naturalis atque insita in animis nostris notio. Cic. 1. de Finib. 47.
Informata notio deorum in animis nostris. Cic. 1. de Nat. deorum, 19.
Consignare notiones in animis, Vide CONSIGNO.
Insitæ & quasi consignatæ in animis notiones. Cic. 1. Tuscul. 90.
Communes notiones definitiones declarant. Cic. 4. Tuscul. 82.
Complicatam animi notionem euoluere. Cic. 3. Offic. 99.
Habere notionem alicuius rei. Cic. 4. Acad. 64, Quæ ista regula est veri & falsi, si notionem veri & falsi, propterea quòd ea non possunt internosci, nullam habemus!
Dei notionem nullum animal est quod habeat præter hominem. Cic. 1. de Legib. 36.
Impressit notionem in animis natura. Cic. 1. de Nat. deorum, 61.
Notio, pro Cognitione causæ. Tacit. lib. 3, Tiberius dilata notione de iure Flaminis. Idem lib. 5, Igitur tunc quoque notioni Quindecimuirũ is liber subiicitur.
Notio sic quæritur, sit'ne id æquum quod ei qui plus potest, vtile est. Cic. in Topic. 44.
Notio, pro cognitione iudiciali. Liuius lib. 7. de bello Pun. Metiis ad Censores, non ad Senatum, notionem de eo pertinere dicentibus.
Notitia, notitiæ, Idem, (γνῶσις,) Terent. Heaut. 1. 1. 1, Quanquam hæc inter nos nuper notitia adæmodum est. Hæc eadem verba habet Cicero lib. 2. de Fin, 23. Et de Senect. 11, Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis? Idẽ 3. de Fin. 52, Aut similitudine, aut collatione rationis, hoc quarto quod extremũ posui bonũ notitia facta est.
Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est. Cic. in Orat. 63.
Noua notitia mulieris. Cic. pro Cœlio, 59.
Veri & falsi notitiam creare. Lucret. lib. 4. 97.
Dare notitiam alicui, Facere aliquẽ notum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 10,
Exposuit memet populo Fortuna videndum,
Et plus notitiæ quàm fuit antè, dedit.
Vestigia notitiæ dare alicui. Lucret. lib. 2. 25.
Notitiam eripere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 1,
An tibi notitiam mora temporis eripit horum,
Facere notitiam. Ouid. 4. Metam. 12,
Notitiam, primosque gradus vicinia fecit.
Habere notitiam alicuius rei. Quintil. lib. 6. cap. 4. 7, Tum in altercatione maximè necessarium est, omnium personarum, instrumentorum, temporum, locorum habere notitiam.
Inficiari notitiam alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 9.
Ingenuit notitias parnas rerum maximarum natura. Cic. 5. de Finib. 107.
Instruere iudicem notitia rerum. Quintil. lib. 4. cap. 2. 17, Protinus iudex notitia rerum instruendus videtur.
Præbere notitiam. Lucret. lib. 5. 25.
Subtrahere notitiæ. Celsus lib. 6. cap 6, Vitandaque omni modo causa, quæ lachrymas excitet, curaque domesticorum, quorum etiam siquid tale incidit, eius notitiæ subtrahendum: atque acria quoque medicamenta, & acres cibi non alio magis nomine his nocent, quàm quòd lachrymas mouent.
Venire in notitiam alicui, Fieri notum. Ouid. de Nuce, 6,
Hoc in notitiam veniet maloque, pyroque.
Notities, notitiei, fœm. gen. Idem, (γνῶσις,) Vitruuius lib. 6, in Proœmio, Ideo notitiei parum est assecuta.
Notesco, notescis, (διαγνωρίζομαι,) notescere, Notum fieri. Propertius lib. 2. eleg. 14. 8, Nec minus hæc nostri notescet fama sepulchri. Plin. lib. 32. cap. 2. 12, Prius quàm hoc notesceret, Galli gladios, scuta, galeas parabant. Lucanus apud Priscianum lib. 8,
- notescent littora clari
Nominis exilio.
Magis atque magis notescere. Catul. ad Mallium, epig. 63. 10.
Bonis consiliis notescere volebat. Tacit. lib. 4.
Fama notescet nostri sepulchri. Propert. lib. 2. eleg. 14. 8.
Ingenia notescunt. Tacit. lib. 16, Ambigenti Heroni quonam modo noctium suarum ingenia notescerent.
Libertis quoque ac ianitoribus eius notescere, pro magnifico habebatur. Tacit. lib. 5.
Littora notescent exilio. Lucan. lib. 5. 157.
Malis facinoribus notescere. Tacit. lib. 12, At Agrippina ne tantum malis facinoribus notesceret, &c.
Notifico, notificas, pen. corr. (διαγνωρίζω,) notificare, Notum facere. Ouid. lib. 1, de Ponto, eleg. 2. 9, Atque modum culpæ notificare velis. Gel. lib. 9. cap. 3, Philippi arma vimq; toti Græciæ cauendam, metuendamq;, inclytæ illæ Demosthenis orationes concionesq; notificant.

Noscito,

Noscito, noscitas, penu. corr. (διαγινώσκω,) noscitare, Frequentatiuum à Noscere. Plaut. Trin. 13. 19. Cõtemplat, circumspectat scite, atque ædes noscitat. Idem Cistell. 10. 15, - nunc vestigia
Hic siqua sunt, iam noscitabo. Liu. 3. ab Vrbe, 158, Circunspectare omnibus fori partibus Senatorem, raroque vsquam noscitare. Ibidem, lib. 8. 102, Qua iubiecti oculis imperatoris noscitari poterant. Ibidem. li. 6. 96, Vbi in recensendis captiuis, quum Tusculani aliquot noscitarentur, secreti ab aliis ad Tribunos adducuntur. Sic 6. bel. Pun. 219.
Noscitor. Catull. in Epithal. Iuliæ, epig. 56. 45,
- & facile inscitis Noscitetur ab omnibus.
Noscitabundus, Adiectiuum. (διαγινώσκων,) Gel. lib. 5. cap. 14. de leone, Deinde sensim atque placide, tanquam noscitabundus ad hominem accedit. Hoc est tanquam noscitans, siue agnoscens.
Notorius, pen. corr. (ἐνήγυος,) Aliud adiectiuum.
Notoria, Testificationum genus est. Paulus in L. Ab accusatione. ff. Ad Senatusconsult. Turpilianum, Nuntiatores qui per notoria indicia prodũt, notoriis suis assistere iubentur. Et C. de Accusationibus, L. Ea lege, Vetum falsis nẽue notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. Sensus hoc in loco est, Nuntiatores qui reos deferunt, per notoria licet citra calumniæ metum accusent, debere tamen assistere suis indiciis, atque toeri notoria quæ attulerunt, interim dum quæstio de crimine habetur. Budæus in dicta lege Ab accusatione in posterioribus Annotationibus.

Noster, Vide NOS.

Nota

notæ (σίγμα, σημεῖον, σύμβολον,) à Nosco, noscis, noui, notum, deriuatur, teste Sipontino. Festus, Nota nũc significat signum, vtin pecoribus, tabulis, libris, litera singulæ aut binæ nunc ignominiã. Hactenus Festus. Plin. lib. 11. ca. 39. 6, Mammas homo solus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantum. Cice. in Part. 15, Nã vt illa constat ex notis literarum. De literatura.
Rerum notæ. Cic. 5. de Finib. 129.
Arcãnæ notæ. Ouid. 3. de Arte, 160.
Cæruleæ notæ, Vide CAERVLEVS.
Cærula nota insignis. Sene. Hippol. 10. 11.
Eiusdem notæ, Id est eiusdem generis. Seneca lib. 2. Natu. Quæst. Ex hac nota corporum aer est. Idem li. 3. epist. 14, His adiicias & illud eiusdem notæ. Sic secundæ notæ dicũtur, quæ sunt infra primam excellentiam.
Grandibus notis maculosus. Virgil. 3. Georg. 86.
Lasciuis notis luuida colla. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 20.
Purpureæ notæ. Ouid. 6. Metam. 116.
¶ Abolere notas. Claud. de bello Gildon. 86.
Apponere notam ad malum versum. Cicero in Pisonem, 57. Vide APPONO.
Compunctus Tricicis notis, Vide COMPVNGO.
Ducere notam. Horat. 4. Carm. ode 2. 12, de vitulo,
Qua notam duxit niueus videri, Cætera fulnus.
Cedis notæ nondum excessere de pectore. Ouid. 6. Metam. 134.
Fecit notam sine vulnere. Ouid. 11. Metam. 2.
Figere notas dente. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 8.
Memorem notam impressit dente labris. Horat. 1. Carm. ode 13. 3.
Monendi sumus hac nota. Quintil. lib. 1. cap. 7. 3.
Præbere notam militiæ. Plin. lib. 11. cap. 52, ad finem, Qui carnosos à natibus angulos habent, militiæ notam præbent.
¶ Nota, pro Scriptura vsurpatur. Curius Cice. lib. 7. 30. 3. Quare Cicero mi perseuera constãter nos conseruare, & Sulpitii successori nos de Meliore nota commenda. Vide COMMENDO.
Publicis notis incisa marmora. Horat. 4. Carm. ode 8. 3.
Priscarum literarum notæ in robore insculptæ. Cicero 2. de Diuinatione, 128.
Mandare notas & nomina foliis, Scribere in foliis. Virg. 3. Aeneid. 89.
Musicæ notæ. Quintil. lib. 1. cap. 12. 10.
¶ Notæ sunt quibus cõpendio scribitur. Sueto. in Cæsare, cap. 56, Extant qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, vt nullum verbum efficeret posletque siquis inuestigare & persequi veller, quartam elementorum literam, id est d pro a, & per in de reliquas commuter. Gellius de notis Cæsaris sic scribit, lib. 17. cap. 9. In epistolis Cæsaris inuenuntur literæ singulariæ, sine coagmentis syllabarum, ex quibus verba confici nulla possunt.
Notis scribere, Est compendiosè scribendi genere excipiendo vti. Modestinus, Eos qui notis scribunt acta præsidum Reipub. causa non abesse certum est. Suet. de Tito principe Romano, cap. 3. E pluribus cõperi, notis quoque excipere velocissimè solitum, & cum amanuensibus suis per ludum iocumque certantem, imitari chirographa quæcũque vidisset. Huiusmodi exceptores sunt hodie in curia Parlamenti miranda sollertia omnia propemodum dicta, aduocatorum quoque, nedum iudicũ excipientes. Quales olim etiam in iudiciis fuisse Romanis, multis testimoniis constat. Budæus.

¶ Nota, Infamia, & ignominia aliquando dicitur, siue probrũ. Lucil. lib. 30, Quem scis scire tuas omnes maculasq;, notasq;. Suet. Variis affectus notis. Cice. 3, Offic. 97, O turpem notam temporum!
Turpitudinis notis omnibus insignis homo. Cicero pro Rabirio perduellionis reo, 18.
Ferre notam. Senec. Herc. fur. 9. 4, Hanc ferat virtus notam!
Habere notam. Propert. lib. 1. eleg. 17. 2,
Qui modò fœlices inter numerabar amantes,
Nunc in amore tuo cogor habere notam.
Inurere notam. Cic. 1. Philip. 24, Hæc iusta est à te, à te inquam mortuo Cæsari inota ad ignominiam sempiternam.
Insigni quadam nota & ignominia literas alicuius notare. Cicero de Prouinc. Consul. 19.
Eximere notæ, Remittere infamiam. Gellius lib. 4. cap. vltimo, Sed quum ille deierasset, inultissimum sese oscitatione victum, tenerique eo vitio quod oscedo dicitur, notæ iam destinatæ exemptus est à Censoribus.
¶ Nota, aliquando ad laudem refertur. Ouid. 1. Fast. 119. Ille Numantina traxit ab vrbe notam.
¶ Notæ, Reprehensiones. Plin. epist. 137. b, Itaque nullum emendandi genus omitto: ac primum quæ scripsi, mecũ ipse pertractò: deinde duobus aut tribus lego, mox aliis trado adnotandanotasq; eorum, si dubito, cum vno rursus aut altero pensito. Cice. 9. Valerio, lib. 13. 6. 4, Quare Cuspianorum omnium commendationis causam hac tibi epistola exponendam putaui: reliquis epistolis tantum faciam, vt notam apponam eam quæ mihi tecum conueniat, & simul significem de numero esse Cuspii amicorum.
Censoria nota. Quintil. lib. 5. cap. 11. 11.
Censoriæ seueritatis nota. Cic. pro Cluentio, 103.
Inurere notam Censoriam alicui, Vide INVRO.
Familiaris nota. Senec. de Benefi. lib. 1. cap. 14, Nemo non habeat aliquã familiarem notam, per quam speret se propius admissum.
Ad notam inuitare: hoc est ad reprehensionem. Plin. epist. 30. b, Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris? Eadem omnibus pono: ad cœnam enim, non ad notam inuito, cunctisque rebus exæquo, quos mensa & toro æquani.
¶ Nota, quodcũq; signum significat. Liu. Edit nomina eorum quibus cõuenris opus esset. instruit etiã secretis notis, p quas haud dubiè cognoscerent sua mandata esse. Id est dat signa quibus fidem facerent.
Furtiuæ notæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 4,
Me spectia, nutusque meos, vultumque loquacem:
Excipe furtiuus, & refer ipsa notas.
Occultæ notæ. Ouid. epist. 16. 17, Non satis occultis erubuiq; notis.
Notæ amoris, id est signa. Cic. ad Atticum, lib. 12. 1, Purè loquuntur cum humanitatis sparsæ sale, tum insignes amoris notis.
Notæ salutis & mortis. Celsus lib. 1. cap. 6, ad finem, Neq; tamen ignorare oportet in acutis morbis fallaces magis notas esse & salutis & mortis. Idem, In longis quoq; morbis tales notas non habentibus scire licet increscere, si somnus incertus est. Idem frequenter cap. 7. & 8.
Bonæ notæ vinum, Vide BONVS.
¶ Nota, pro signo & argumento. Ouid. 1. Metam. 153,
At tu, si modò sum cælesti stirpe creatus,
Ede notam tanti generis, meque asserе cælo.
Seruitutis quædam nota inerat in illo fœdere. Cic. 7. Verr. 41.
Notas & vestigia sceleru suorũ multis in locis relinquere. Cic. 4. Ver. 80.
Insignitæ notæ veritatis apparent in animis immortalibus. Cic. 1. de Diuin. 113. Vide INSIGNIS.
¶ Argumentorum quasi notæ loci dicuntur. Cic. In Orat. 26.
Signa & notas ostendere locorum. Cic. 2. de Orat. 93.
Notabilis, & hoc notabile, pe. cor. (ἐνήγυος,) Quod nosci potest. Colu. lib. 3. cap. 21. 6. Quia maior pars putationis per id tempus administratur quo vitis neque folium notabile gerit, ac, &c.
Candore notabilis ipso. Ouid. 1. Metam. 35.
Notabilis fœditas vultus erat Hipponactis: hoc est, insignis & aperta. Plin. lib. 36. cap. 5. 1.
¶ Notabilis, Reprehendendus. Quintilianus, Illic minus sunt notabiles, quia genus sermonis proprium est. Id est minus reprehendendi.
In peius notabile. Quintil. lib. 1. ca. 6. 11, Sic tamen, vt ea, quæ discit, effingat, non habitum fortè, & incessum, & si quid in peius notabile est.
¶ Notabilis, pro Insignis: in bonam partem acceptum. Suet. in C. Caligula, cap. 14, Accessit ad immensam ciuium amorem notabilis etiam externorum fauor. Idem in Octauio Augusto, cap. 72, Sua verò quãuis modica non tam statuarum, tabularumque ornatu, quàm xystis & nemoribus excoluit, rebusq; vetustate ac raritate notabilibus. Idem in Domitiano, cap. 20, Dictorum interdum etiam notabilium, Vellem, inquit, tam formosus esse, quàm Metius sibi videtur. Cice. Luceio, lib. 3. 12. 19, Si vero exitu notabili concludũtur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate.
Constantia notabilis. Tacit. lib. 19, Notabili constantia centurio Iulius Agrestis, &c.

Universidad de Deusto
BibliOteca

Introitus notabilis. Tacit. in vita Agricolæ, Ac ne notabilis celebritate, & frequentia occurrentium introitus esset.
Opera notabilis. Tac. lib. 17, Ob aliquam notabilem illa die operam.
¶ Notabilis, in malam partem: vt
Cædes notabilior. Tacit. lib. 19, Eò notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit.
Notabile furgium inde fuit. Tacit. lib. 18.
Notabilis tempestas. Tacit. lib. 17, Notabili tempestate etiam deos infustam adoptionem aduersantes.
Notabile est illud. Plin. epist. 51. c, Illud etiam notabile, vltimus ex Nero nianis Consularibus obiit, quo Consule Nero periit. Idem epist. 119. b, Notabilis prorsus res & miratcadem in causa iisdem iudicibus, iisdem aduocatis, eodem tempore, tanta diuersitas accidit casu, quòd non casus videretur.
Notabilem se facere. Plin. epist. 190. d, Notabilem te futuris principibus fecisti.
Notabiliter, pen. corr. Aduerbium, (ἰσχυρῶς,) Plin. epist. 5. f, Sed tu qui huius iudicii meministi, cur illius oblitus es, in quo me interrogasti, quid de Metii Modesti pietate sentirem? Expalluit notabiliter, quanuis pallear semper. Id est, ita vt perciperetur.
Turbans notabilius. Tacit. libro 17, Quibusdam, vt in tumultu, notabilius turbantibus.
Notarius, notarii, (γραμματεύς, σημειογράφος,) Qui scribit. Dictus à literis & notis. Plin. epist. 113, Cogito siquid in manibus, cogito ad verbum, scribenti, emendantiúsue similis, nunc pauciora, nunc plura, vt vel difficile, vel facile componi, tenerique potuerunt. Notarium voco: & die admisso, quæ formaueram, dicto. Martialis lib. 14. 213, de notario epigramma.
Currant verba licet, manus est velocior illis
Nondum lingua suum, dextra peregit opus. Idem lib. 10. 62,
Nec calculator, nec notarius velox
Maiore quisquam circulo coronetur.
Noto, notas, (σημαίνω,) notare, à Nota deducitur, authore Sipõtino. Alii volunt esse frequentatiuum à Nosco. Priscianus, In quo similiter est notandum, quòd quum à noto fit deriuatum, corripuit tamen penultimam. Nec mirum, composita enim à notus, mutãdo o in i, corripiunt, vt agnitus, cognitus, quum ignotus seruauerit o.
Notare, Signare, Signum vel notam apponere. Mart. lib. 3. 21, Proscriptũ tamulus seruauit frons notatum.
Notat & designat oculis ad eædem vnumquenque nostrum. Cic. 1. in Catil. 1. Liu. 7. bel. Pun. 149, Vbi & excipi aliqui possent, & notari oculis, siqui forte, &c. Ouid. 1. de Arte, 31.
Notare aliquid ab alio. Liu. 7. belli Punici. Vt viseret agros, cultaque ab inculris notaret. Id est discerneret.
Animo notare. Ouid. 15. Meta. 163,
– legi ipse, animoque notaui.
Manu notare aliquid. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 4.
Dicta alicuius notare mente. Ouid. 5. Fast. 2.
Dicta alicuius notare memori pectore. Ouid. 3. Fast. 36.
Facinus alicuius memoria & nomine loci notare. Cice. pro Domo sua, 78.
Gemas notare vngue. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 10.
Frontem calamistri vestigia notare. Cice. Post red. in Senatu, 14.
Iussa tua notaui memori animo. Ouid. 9. Metam. 156. Ibidem, 14. 163,
– memorique animo pia verba notaui.
Locum notare. Virgil. 3. eclog. 14. – nanque notaui
Ipse locum, aëriæ quo congellere palumbes.
Notare & illuminare tanquam stellis orationem. Cice. 3. de Orato. 93.
Possessiones aliquorum notare. Cic. 5. Phili. 178, Hic pecunias nostras æstimabat: possessiones notabat & vrbanas & rusticas.
Rem, non hominem notare. Cic. pro Milone, 23. Insidias factas esse constat: & id est quod Senatus contra Rempublicam factum esse iudicauit. ab vtro factæ sint, incertum est: de hoc igitur latum est vt quæreretur: ita & Senatus rem, non hominem notauit.
Notare res propriis appellationibus, Nomina rebus dare. Senec. de Beneficiis. lib. 2. cap. 34, Ingens copia est rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed aliunde commodatis: quia pedem & nomen, scribenti, emendantiúsue similis, nunc pauciora, nunc plura, vt vel difficile, vel facile componi, tenerique potuerunt. Notarium voco: & die admisso, quæ formaueram, dicto. Martialis lib. 14. 213, de notario epigramma.
Currant verba licet, manus est velocior illis
Nondum lingua suum, dextra peregit opus. Idem lib. 10. 62,
Nec calculator, nec notarius velox
Maiore quisquam circulo coronetur.
Noto, notas, (σημαίνω,) notare, à Nota deducitur, authore Sipõtino. Alii volunt esse frequentatiuum à Nosco. Priscianus, In quo similiter est notandum, quòd quum à noto fit deriuatum, corripuit tamen penultimam. Nec mirum, composita enim à notus, mutãdo o in i, corripiunt, vt agnitus, cognitus, quum ignotus seruauerit o.
Notare, Signare, Signum vel notam apponere. Mart. lib. 3. 21, Proscriptũ tamulus seruauit frons notatum.
Notat & designat oculis ad eædem vnumquenque nostrum. Cic. 1. in Catil. 1. Liu. 7. bel. Pun. 149, Vbi & excipi aliqui possent, & notari oculis, siqui forte, &c. Ouid. 1. de Arte, 31.
Notare aliquid ab alio. Liu. 7. belli Punici. Vt viseret agros, cultaque ab inculris notaret. Id est discerneret.
Animo notare. Ouid. 15. Meta. 163,
– legi ipse, animoque notaui.
Manu notare aliquid. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 4.
Dicta alicuius notare mente. Ouid. 5. Fast. 2.
Dicta alicuius notare memori pectore. Ouid. 3. Fast. 36.
Facinus alicuius memoria & nomine loci notare. Cice. pro Domo sua, 78.
Gemas notare vngue. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 10.
Frontem calamistri vestigia notare. Cice. Post red. in Senatu, 14.
Iussa tua notaui memori animo. Ouid. 9. Metam. 156. Ibidem, 14. 163,
– memorique animo pia verba notaui.
Locum notare. Virgil. 3. eclog. 14. – nanque notaui
Ipse locum, aëriæ quo congellere palumbes.
Notare & illuminare tanquam stellis orationem. Cice. 3. de Orato. 93.
Possessiones aliquorum notare. Cic. 5. Phili. 178, Hic pecunias nostras æstimabat: possessiones notabat & vrbanas & rusticas.
Rem, non hominem notare. Cic. pro Milone, 23. Insidias factas esse constat: & id est quod Senatus contra Rempublicam factum esse iudicauit. ab vtro factæ sint, incertum est: de hoc igitur latum est vt quæreretur: ita & Senatus rem, non hominem notauit.
Notare res propriis appellationibus, Nomina rebus dare. Senec. de Beneficiis. lib. 2. cap. 34, Ingens copia est rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed aliunde commodatis: quia pedem & no-

¶ Notare, Ab alio dictata seu lucubrata conscribere.
Notarunt hoc annales, pro Scriptum est in annalibus. Plinius, libro 8. cap. 51. 6.
Notatum annalibus. Plin. lib. 8. cap. 36. 5.
Incisum & notatum in monumentis. Cic. pro Fonteio, 16. Primum generis antiquitas quam Tusculo ex clarissimo municipio profectam, in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus, &c.
¶ Notare, pro Animaduertere. Plin. lib. 11. cap. 48. 1, Infectorum pedes primi longiores, duros habentibus oculos, vt subinde pedibus eos tergant: ceu notamus in muscis. Idem lib. 2. cap. 8. 2, Id luminibus accensis liquore olei notamus accidere. Ouid. 2. Meta. 149. Quà tenuit lęuũ, venientem prima notauit Mercurium.
Notare, & animaduertere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128. 2. Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua, quam iucipiente febricula scripseras, mihi notaueram, & animaduerteram posse, pro re nata, &c.
Notare aliquid ab alio. Liu. 7. bel. Punici.
Diuturnus vsus multas res notauit, vt artem diuinationis efficeret. Cic. 1. de Nat. deor. 247.
Perfidiam, insidias, proditionem multorum in aliquem notare. Cicer. Luceio, lib. 5. 12. 14.
Obseruare & notare signa. Cic. 1. de Diuinat. 63, Carent autem arte ii, qui non ratione aut coniectura obseruatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto liberoque motu futura præsentiunt.
Conseruare & notare tempora. Cic. in Orat. 65.
Notare & designare. Cic. 1. de Orat. 151, Hæc enim ridentur vel sola, vel maximè quæ notant & designant turpitudinẽ aliquam non turpiter.
Notat & significat quasi fastorum dies sol. Cice. 1. Tusc. 106.
¶ Notare vitium aliquod. Cic. de Senect. 38. Sed notandam nimium puta ui libidinem. Idem de Amicitia, 76. Quãuis enim multis nominibus est hoc vitium notandum, leuium hominum atque fallacium ad voluptatẽ loquentium omnia, tuhil ad veritatem. Horat. 1. Serm. satyr. 4. 1,
– multa cum libertate notabant.
Impõbitatem Atheniensis Hyperboli veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. Cic. de Clar. Orat. 119.
Facile est verbum aliquod ardẽs, vt ita dicam, notare, idque reflinctis iam animorum incendis, irridere. Cic. in Orat. 14.
Notari ignominia, Accusari. Cic. Aulo Cecinæ, lib. 6. 6. 15. Deinde vt in eam ciuitatẽ boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot scelerũ condemnati reuerterunt. Idem in Pisonem, 35, Dii immortales idne ego optarẽ, vt inimicus meus, ea, qua nemo vnquam ignominia notaretur, &c. Sic pro Cluent. 94. Et 3. Offic. 157.
Notari infamia. ff. De iis qui notantur infamia.
Notare, Reprehendere, aut reprehendendo scribere. Vlpian. in L. Iubanus etiam. ff. De iudiciis, Quæ sententia vera non est, & à multis notata est.
Notari, Infamari. Vlpian. in L. 1. Parag. Bestias. ff. De postulãdo, Ergo qui locauerit, solus notatur, siue depugnauerit, siue non. Et paulo post, Sed siquis operæ suas locauerit, vt feras venetur, vel vt depugner ferã quę regioni nocet, extra arenam non est notatus.
Notare hominem re aliqua. Cic. pro Cluentio, 103, Homines quos cęteris vitiis atque omni dedecore infames vulebant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt.
Maledicto communi notari. Cic. pro Corn. Balbo, 46.
Notari & vituperari sine vitiorum cognitione satis insigniter improbos non potest. Cic. 2. de Orat. 190.
Notandus, Participium, (σημειωτέος,) vt
Facta notanda ab euentu. Ouid. epist. 2. 18.
Mores notandi sunt cuiusque ætatis. Horat. de Arte, 31.
Notatus, pen. prod. (σημειωθεὶς,) Participium, siue Nomẽ ex participio. Cice. 7. Verr. 137, Nolo eos Iudices, quos ego probarim atque delegerim, sic in hac vrbe notatos isto absoluto ambulare vt non cera, sed cœno oblitos esse videantur.
Triumphis ac monimentis notari Galli. Cicer. pro Fonteio, 2. Partim modò à nostris imperatoribus subacti, modò bello domiti, modò triumphis ac monimentis notati, modò ab Senatu agris vrbibusque multati sunt. De Gallis.
Indoluit se notatam. Ouid. 9. Metam. 53.
Charta notata meis digitis. Ouid. epist. 1. 13.
Scelere & furore notatus homo. Cic. pro Domo sua, 54.
Falce notata legor Oenone. Ouid. epist. 5. 5.
Vera atque insigni turpitudine non falsa inuidia iudicia notata, atque de decore & infamia operta. Cic. pro Cluentio, 47.
Distinctà ac notata castris via. Cic. de Prouinc. Consul. 3.
Notatum in sermone, quid quoque modo caderet. Quintilia, libro 1. cap. 6. 11.
Descripta, notata, præcepta sunt ista à nobis. Cice. 4. de Finib. 100.
Verbis Latinis melius quàm Græcis hęc notata sunt. Cic. 3. Tusc. 16.
Notatissimus omnium scelerum, libidinumque maculis. Cicero pro Domo sua, 19.

Notitio,

Notitio, Verbale, (σημείωσις,) Nota & animaduersio dicitur. Cicer. 2. de Diuinat. 66. Cui enim distributio, quam ante dixi, & certarum rerum notatio, docet vnde fulmen venerit, quò concesserit.
Notatione & laude digna. Cic. de Clar. Orat. 32.
Notatio naturæ & animaduersio peperit artem. Cic. in Orat. 106.
Temporum notatio. Cic. de Clar. Orat. 37.
Prædictio & notatio vitæ cuiusque. Cicero, 1. de Diuinat. 151. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die, minime esse credendum.
Notatio Censoria. Cicer. pro Sestio, 46, Vt Censoria notatio, & grauissimum iudicium sanctissimi magistratus de Rep. tolleretur. Idem 3. Offi. 151, Indicant notationes, animaduersiones que Censorum, qui nulla de re diligentius quàm de iureiurando iudicabant. Quædam exemplaria legunt hic notiones.

NOTABILIS, Vrbium dirutarum fundamẽta vix notabilia. Id est Ruinæ ipsæ vix apparent. Senc. 1. de Ira.

Notesco, Vide NOSCO.

Nothus, Adiectiuum, (νόθος,) Non legitimum. Quintil. lib. 3. cap. 56. 69, Nothum, qui non sit legitimus, Græci vocant. Latinũ rei nomen, vt Cato quadam quoque oratione testatur, non habemus, ideóque vtimur peregrino. Virg. 7 Aeneid. 17, Supposita de matre nothos furata creauit. Ouid. epist. 4. 15, de matre Hyppolyti,
At nec nupta quidem, testaque accepta iugalis
Cur, nisi ne caperes regna paterna nothus?
Nothus ante legitimum natus, legitimus filius fit. Quintil. libro 3. cap. 6. 68.
Mulier notha, Id est non vera mulier. Catull. de Berecynthi. epig. 58. 6. Simul hæc comitibus Atys cecinit notha mulier. Erat enim Atys puer, sed castratus.
Nothum Græci appellant quicquid non legitimum esse volunt, nec verũ: vt Nothum Atticismum dicunt, non verum schema Atticum, sed adulterinum, spuriumque.
Nothi pulli. Colum. lib. 8. cap. 2. 10. de gallinis, Omnium autem horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt.
Nothos appellant Arabicos elephantes Indicis minores, teste Plinio, libro 8. cap. 1. 3.
Nothia, (νοθεία,) Græci appellant neutro genere & numero plurali, eam partem quæ ex bouis paternis lege Atheniensium nothis dari poterat. Budæus.

Notifico, Notio, Notitia, Vide NOSCO.

NOTIVM, (νότιον,) teste Homero lib. Iliad. 1. Vibs est in Aeolia. Est & Notium, Hyberniæ promontorium Prolæmeo libro 2. cap. 2. Vulgò Cabo de Mar.

Noto, notas, Vide NOTA.

NOTVS, Noti, m. g. (νότος,) Ventus Meridionalis, Auster dictus: νότος enim Græcè, Latinè humor dicitur.
Albus Notus. Horat. 1. Carm. ode 7. 3. Albus, id est purus, non nubilus vt ferè solet.
Nubifer Notus. Valer. 2. Argon. 101. Ouid. 3. epist. 12.
Præceps Notus. Ouid. epist. 10. 6.
Procellosi Noti. Ouid. epist. 2. 3.
Tepidus Notus. Claud. 5. Paneg. 54.
Vjolentus Notus. Virgil 6. Aeneid. 71.
¶ Alis madidis euolat Notus. Ouid. 1. Metam. 54.
Fugit citius Noto. Virgil. 5. Aeneid. 43.
Vdo Noto remugiens imus lonius. Horat. Epod. 10. 4.
Tendunt vela Noti. Virgil. 3. Aeneid. 54.
Ingenti Noto vexata vnda. Senec. Herc. fur. 1. 2. 8.

NOVA, mœnia, (νέα τείχη,) Sarmatiæ vrbs in Europa, Prolemęo lib. 3. cap. 5. Hodie Album Castrum: vulgò Vueissemburg.

Nouacula, nouaculæ, pen. corr. (ξυρόν,) Culter rasorius. A nouo, 1. de Diuin. 60. Ita cotem in comitium allatã, inspectante & rege & populo, nouacula esse discissam. Sic Liu. 1. ab Vrbe, 165.

Nouacula, pro quouis culteo. Columella lib. vltimo, cap. 54. Raporum, inquit, quàm rotundissima sumito, eaque si sint lateà detergito, & summam cutem nouacula decerpito. Plin. lib. 22. cap. 25. 4. Liber & coquendi dare aliquas communes in omni eo genere obseruationes, quando ipsæ suis manibus deliciæ præparant hunc cibum solum, & cogitatione ante pascuntur, succineis nouaculis aut argenteo apparatu comitante.

Noualis, huius nouãlis, f. g. Vel hoc nouãle, nouãlis, pe. prod. (νεαὸς, νέωμα,) Est vt ait Festus, ager nouæ relictus sementi. Plin. lib. 18. ca. 19. 2. Quidam vtique ab Aequinoctio verno proscindi volunt. Quod Vere semel aratum est, à temporis argumento veruactũ vocatur. Hoc in nouali, atque requiero necessarium est. Nouale est, quod alternis annis seritur. Varro, Qui intermittitur, à nouãdo noualis ager dicitur. Virg. 1. Georg. 15.
Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem pariere situ direscere campum. Seruius vult noualem esse aruum tunc primum ad sementem proscisum. Vnde Virgilius 1. eclog. 14, Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Seruius alio loco dicit, Noualia, id est noua terra, quæ per singulos annos renouatur per semina. Cui opinioni astipulatur Valla lib. 6.
Duras sulcis mollire nouales. Claud. 8. Paneg. 36.

Nouellus, Vide NOVVS.

Nouem, o. g. indeclinabile nomen numerale, (ἐννέα.)

In nouem & dies & libros distributus sermo. Cic. Q. fratri, lib. 3. 21. 1.
Dies nouem epulata genus. Virg. 5. Aeneid. 155.
Nouẽni, nonẽnæ, nouẽna, pe. prod. Adiectiuum, (ἐννέα,) Idem quod nouem. Varro, Quo pacto erunt in mulis & pastoribus nouenæ partes, vbi nec administratæ, nec fruitræ obseruantur? Martial. lib. 10. 24, Annes addite ter precor nouenos. Plin. lib. 1. cap. 6. 17, Nonemorum ita conceptu dierum. Liu. 7. bel. Pun. 202, Decreuere item Pontifices, vt virgines ter nouenæ per vrbem eunte carmen canerent. Sic Varro 2. de Re rust. cap. 1. 24.
Annis nouem. Ouid. 8. Metam. 35.
Terga nouena boum. Ouid. 12. Metam. 12.
Nouenarius, Adiectiuum, (ἐννεάμετρος,) vt Nouenarius numerus. Varro, Sed do in hominibus posse nouenarium retinere numerum. Plin. lib. 17. cap. 11. 1, Sulco qui nouenarius dicitur.
Nouendiãlis, & hoc nouendiãle, penu. prod. (ἐνατήριος,) vt Nouendiale sacrum, Quod mortuo fieri solebat nono die postquam erat sepultus. Liuius, Nouendiale sacrum publicè susceptũ est. Idem 1. bel. Pun. 246. Nouendiale sacrum edictum. Et 1. ab Vrbe, 135. Cice. ad Q. fratrem, lib. 3. 21. 1, Nouendialibus his feriis.
Nouies, Adoerb. (ἐνάκις,) Nouem vicibus. Varro 1. de Re rust. ca. 2. 22, Hoc ter nouies cantare iubet. Sic Plinius lib. 7. cap. 13. 1.
Styx nouies interfusa. Virg. 4. Georg. 95. Et 6. Aeneid. 88.
Nonus, (ἔνατος,) Adiectiuum numerale. Plin. lib. 18. ca. 21. 3, Et à semente nouisi nonis mensibus in aream redeunt.
Annum nonum superans. Horat. 4. Carm. ode 11. 1.
Nonaginta, (ἐνενήκοντα,) Indeclinabile nomen numerale. Plin. lib. 7. cap. 48. 5. Ex nobili domo nonaginta nouem.
Annos nonaginta natus Masinissa. Cic. de Senec. 30.
Nonagesimus, penult. corr. (ἐνενηκοστός,) Vltimus ex nonaginta. Cicero de Senec. 12, Qualem Isocratis qui eum librum qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea.
Nonagenarius, (ἐνενηκοντάετης,) Qui nonaginta annos natus est.
Nonagenarius, pro Nonagesimo vt Nonagenarius motus. Plinius lib. 2. cap. 15. 2.
Nonagies, Aduerbium, (ἐνενηκοντάκις,) Plin. lib. 2. cap. 108. 1, Nonagies octies centena & decem & octo. Cic. 5, Verr. 140, In alteras decumas ferme ad nonagies, sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Siciliensem propè centies & tricies erogatum est.
Nongenti, vel noningenti, nongentæ, nongenta, (ἐνακόσιοι,) Id est nouies centum. Plin. lib. 33. cap. 2. 1, Præter hos etiamnum nongenti vocabantur ex omnibus. Cicer. pro Flacco, 71, Falcidius emerat H-S nongentis millibus.
Quatuor millia & nongenti pedes. Colu. lib. 5. cap. 2. 10.
Nonarius, Adiect. (ἐνατῶος,) à Nonus. vnde Nonariæ meretrices. Quę 9 hora nona cellas aperirẽt, & prostare incipierent, dictæ sunt. Persius Stat. 1. 14, Si Cynico barbam petulans nonaria vellat. Budæus.

Nouember, Nouembris, masc. gener. (ἐνδέκατος μὴν,) Nomen vn 9decimi mensis.

NOVENNIAE, ciuitas Thraciæ, quę & Amphipolis dicitur.

Nouerca, nouercæ, (μητρυιά,) Dicitur (authore Festo) quam quis 9sublatis liberis nouam vxorem ducit, accersendæ familiæ gratia. Plin. de Viris illust. 58, Taceant quibus Italia nouerca est, non mater. Virgilius 5. eclog. 7, Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca. Martial. lib. 4. 16.
Priuignum non esse tuæ te Galle nouercæ
Rumor erat. Cic. ad Atticum, lib. 14. 314. 7.
Nouerca filii. Cice. in Oratore, 98, Ab hac indole iam illa matura, vxor generi, nouerca filii, filiæ pellex.
Dira nouerca. Ouid. epist. 12. 38.
Funesta. Senec. Hippol. 12. 8.
Iniusta. Virg. 3. eclog. 7.
Mala. Virg. 3. Georg. 57.
Sæua. Virg. 1. Georg. 26.
Scelerata. Ouid. 15. Metam. 100.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Terribilis.Ouid.1.Metam.30.
Tristis nouerca.Plin.lib.7.in Præf.2,Vt non sit satis æstimare parens melior homini,an tristior nouerca fuerit.De natura.
Inducere nouercam filiis,Vide INDVCO.
Nouerca vmbra hoc est Contraria & inimica.Plin.lib.17.ca.12.4. Quibusque satis vmbra aut nutrix,aut nouerca est.
Nouercalis,pen.prod.Adiectiuum,(μητρυιακός,)vt
Delinimenta nouercalia. Maximus in Lege 4.ff. De inofficioso testamento, Quod plerique parentes faciunt, malignè circa sanguinem suum inferentes iudicium, nouercalibus delinimentis instigationibusve corrupti.
Stimuli nouercales. Claud.in Præf.lib.2.de rapta Proser.6.
Manus nouercales.Senec.Herc.furente,13.20.
Odia nouercalia.Tacit.lib.1.
NOVIODVNVM,pen.prod.(νουιόδουνον,)Triũ oppidorum in Gallia nomen.Est enim Nouiodunum in Suessionibus, vulgò Noyon, de quo Cæsar lib.2.bell.Gall.Postridie eius diei Cæsar priusquam se hostes ex pauore ac fuga reciperent, in fines Suessionum, qui proximi Rhemis erant,exercitum duxit: & magno itinere confecto, ad oppidum Nouiodunum contendit. Alterum in Biturigibus. Cæsar libr.7. bel.Gall.40,Ille oppidum Biturigum positum in via Nouiodunum oppugnare instituerat. Erat autem hoc Nouiodunum in eo itinere, quo ab Aurelia itur in Bituriges. Tertium in Heduis.Cæsar lib.7.bel. Gall. Nouiodunum erat oppidum Heduorũ ad ripas Ligeris opportuno loco positum.huc Cæsar,&c.

Nouissimus, Nouitas, Vide NOVVS.

NOVIVM,(νόουιον,)Ptolemæo lib.2.cap.6, Tarraconensis Hispaniæ vrbs.Vulgò Noya.
NOVIUS,(νόουιος,)fluuius Britanniæ,authore Ptolemæo lib.2. cap.3. Vulgò Cloit.

Nouo, nouas, Vide NOVVS.

NOVOCOMENSES,(νοκωμῆται,)dicti sunt quos Comum diuus Cesar inquilinos ad habitandum dedaxit.Fuerunt enim quinque millia, è quibus quingenti illustrissimi Græci fuerunt,qui oppido nomen reliquentes,& Nouumcomum appellantes,Nouocomenses oppidanos vocauere.Hos ciuitate donatos,in habitatorum numero descripsit.

Nouus, Adiectiuum,(νέος,καινός,νεαρός,) Recens.Terent.Adelph. 4.7.4.

– fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adolescentis. M. ecce autem. D. noua,
Capitalia. Idem Phor.3.1.11,Nihil fecit noui. Ouid.1.Meta.1, In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora.
Noua & inopinata hæc tibi sunt.Cic.4.Verr.15.
Accidit nouum,Vide ACCIDO.
Nihil noui iandiu ad nos afferebatur.Cic.Cœlio,lib.2.13.2.
Apportare noui aliquid,Vide APPORTO.
Nihil noui auditur.Cic.Attico,lib.8.166.2.
Nihil dicam reconditum,nihil expectatione vestra dignum,nihil aut inauditum vobis,aut cuiquam nouum.Cic.1.de Orat.68.
Ede quid portes noui.Sene.Oedipo, 11.7.
Nihil erat noui in eius epistola.Cic.Attico,lib.13.28.2.
Alicui rei nouus. Tacitus in vita Agricolæ,Missus Petronius Turpilianus tanquam exorabilior,& delictis hostium nouus.
¶ Nouæ ædes.Plaut.Mostel.3.5.
– nouarum esse ædium arbitror similem Ego hominem.
Æstas noua.Virgil.1.Aeneid.87.
Nouus amator.Plaut.Trucul.16.12.Amator nouus quispiam?
Anguis nouus positis exuuiis.Virgil.3.Georg.88.
Artes nouas versat.Virgil.4.Aeneid.133.
Bella noua mouere.Virgil.6.Aeneid.164.
Carmina noua,Magna & miranda.Virgil.3.eclog.18, Pollio & ipse facit noua carmina. Seruius.
Coniux noua.Sene.Octau.6.1.
Consilia noua versat pectore.Virgil.1.Aeneid.133.
Crimina noua.Virg.2.Aeneid.20.
Factum nouum.Ouid.8.Metam.20.
Forma noua viri.Virgil.3.Aeneid.119.
Fronde noua viret viscum.Virg.6.Aeneid.42.
Fruges nouæ.Virgil.1.Georg.5.
Furor nouus,Inopinatus.Virg.5.Aeneid.133.Quis furor iste nouus?
Homines noui dicuntur,quorum nulli maiores clari fuere,sed ipsi per seipsos clari esse incipiunt,& magistratus in ciuitate assequi. Cic.6.Verr. 73.Ne ista præclara nobilitas desinat queri,Populum Romanum hominibus nouis,atque industriis libenter honores mandare, semperque mandasse. Idem T.Fabio,lib.5.18.2.Plus tibi virtus tua dedit,quàm fortuna abstulit: propterea quòd adeptus es quod non multi homines noui,amisisti quæ plurimi homines nobilissimi. Item 7.Vert.142,Videmus quanta sit in inuidia,quantoque in odio apud quosdam homines nobiles,nouorum hominum virtus & industria. Sic pro Lege agraria,19. Liu.4.ab Vrbe,An potius Decemuiris, terrimis mortalium,quibus omnes ex Patribus erant, quàm optimis regum,nouis hominibus similes COSSIS.simus habituri?
Hospes nouus.Virgi.4.Aeneid.2.
Insula noua.Liu.9.bel.Maced.Nuntiatum erat haud procul Sicilia insulâ, quæ nondum antè fuerat,nouam editam è mari esse.
Recens & noua lex.Cic.pro Flacco,10.Et Bruto,lib.11.21.4.
Locos nouos explorare.Virgil.1.Aeneid.62.
Luna noua.Cic.ad Atticum,lib.10.195.17.
Maritus nouus.Plaut.Casin.19.3,Nam nouum maritum hinc, & nouam nuptam volo. Terent.Adelph.5.8.16, – ego
Nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo
Fiam,atque anum decrepitam ducam?
Mens nouа.Horat.3.Carm.ode 25.1.
Nouo modo.Plaut.Milit.10.30.Nouo modo tu homo amas.Idẽ Trin.4. 76, – subigis maledictis
Me tuis Megaronides nouo modo. Terent.Phorm.5.8.79.
Neque huius sis veritus fœminæ primariæ,
Quin tu nouo modo ei faceres contumelias.
Monstra noua.Senec.Octau.5.2.
Mos nouus.Cic.2.de Lege agrar.38.
Mores noui,Inculti & indomiti.Plin.lib.11.cap.37.32.
Noua nupta.Terent.Adelphis,4.7.33.Et noua nupta eadem hæc dicet? Horat.Epod.5.15.
Pauor nouus.Virgil.2.Aeneid.46.
Pestis noua adest.Ouid.9.Metam.41.
Prodigium nouum.Virgil.3.Aeneid.74.
Proles noua.Horat.in Carmine seculari,4.
Res nouæ.Cic.ad Trebatium,lib.7.19.2.Nihil te ad me postea scripsisse demiror,præsertim tã nouis rebus. Sic idem ad Senatũ,lib.15.1.7.
Res noua & admirabilis.Cic.2.de Lege agrar.88.
Res inusitata & noua.Cic.Attico,lib.3.66.4.
Res nouæ & insignes diutius in animo manent. Author ad Herennium, libro 3.131.
Rebus nouis gaudere.Lucret.lib.5.35.
Rebus studere nouis.Cic.1.in Catil.9.
Ritus nouus.Horat.3.Carm.ode 1.10.
Sole nouo terras irrorat Eous.Virgil.1.Georg.58.
Spes nouas donare.Horat.4.Carm.ode 12.4.
Tumultus noui.Horat.2.Serm.saty.2.26.
Verba noua.Horat.4.Carm.ode 2.3.
Vrbem nouam condere.Virgil.1.Aeneid.107.
Nouè, Aduerbium,(καινῶς,)Author ad Herennium,lib.1.15,Nequid ambiguè,nequid nouè dicamus.
Nouissimus,pen.cor.Adiectiuum,(ἔσχατος,τελευταῖος,)Vltimus, postremus quòd quæ recenter fiunt,vltimum locum habeant.Cice.pro Rosc.Comœdo,18.Itaque perbreui tempore,qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus,ad primos peruẽnit Comœdos.Id est non tanti fiebat,quãti indoctissimi histriones.D.Brutus C.Cassio,li.11.1.6 Si melior casus fuerit, reuertemur Romam:si mediocris,in exilio viuemus:si pessimus ad notissima auxilia descendemus. Cice.Octauio,5.Nam vt ordiar ab initio,& perducam ad extremum, & nouissima conferam primis: quæ nõ posterior dies acerbior priore,&c.Cæs.5.bel.Gal.211,Et qui ex his nouissimus venit, &c.
In nouissimis esse,Vide IN præpositionem.
In culpam nouissimus.Tacit.lib.1,Quin potius vt nouissimi in culpâ, ita primi ad pœnitentiam sumus.
Nouissima exempla.Tacitus lib.12,Vnde quanquam aduersus sontes & nouissima exempla meritos miseratio oriebatur.
Hora nouissima.Ouid.4.Metam.32.
Cæli statione nouissimus exit Lucifer.Ouid.2.Metam.23.
Nouissima luna.Plin.lib.2.cap.13.1.
Lux nouissima.Ouid.1.Metam.155.
Mandata nouissima.Virgil.11.Aeneid.12.
Monstra noua.Horat.1.Carm.ode 2.2.
Nox vitæ nouissima.Ouid.in Ibin,106.
Pars nouissima terrarum.Ouid.3.Trist.eleg.13.6.
Spes nouissima.Tacit.lib.19.
Verba nouissima dixit.Virgil.4.Aeneid.130.
Facere aliquid nouissimum.Quintil.libro.2.cap.12.5,Nihil faciamus nisi nouissimum.
Nouissime, Aduerbiũ(ἔσχατος,ἐπὶ τέλει,)quod barbare finaliter dicitur: Ad postremum dixit Cic.Plancus Ciceroni,lib.10.24.5. Deinde quòd ad omnes casus coniunctiores Reip. esse volebam:nouissimè vt ab omni omnium solicitatione auersos eos,tales vobis præstare possem,quales adhuc fuerunt. Eidem,lib.10.17.5,Studium mihi suum L. Gellius de tribus fratribus Segauiano probauit,quo ego interprete nouissimè ad Lepidum

ad Lepidum sum vsus. Quintil.in Procœm.lib.6,Hęc Marcelle Victori,ex tua voluntate maximè ingressus, tum siqua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire posset, vtilitas,nouissimè pene, & necessitate quadam officii delegati mihi,sedulò laborabam. Idem lib.6.cap.1, Et prolata nouissimè deformitate ipsa,præteritam quoque orationis gratiam perdidit. Et lib.2.cap.4.8.Nam & desperant, & dolent,& nouissimè oderunt. De pueris nimia seueritate emendaris.
Nouitas,pen.corr.nouitãtis,(καινότης,)Cice.de Amicitia,60, Nouitates autem si spem afferunt,vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat,non sunt illæ quidem repudiandæ,vetustas tamen suo loco conseruanda est. Idem 3.Verr.87.
Cupidus nouitatis.Quintil.lib.3.cap.3.5.
Gratia nouitatis.Quintil.lib.4.cap.5.4.
Anni nouitas.Ouid.1.Fast.32.
Cibi nouitas.Lucret.lib.5.186.
Nominum nouitas.Cic.3.de Finib.5.
Regni nouitas.Virg.1.Aeneid.114.
¶ Dulcis nouitas.Ouid.4.Metam.57.
Florida nouitas mundi.Lucret.lib.5.189.
Laudabilis nouitas.Quintil.lib.2.cap.13.7.
Mira nouitas.Ouid.15.Metam.82.
Turbida nouitas.Claud.1.Paneg.30.
¶ Quem tibi rei nouitas errorem attulerit,naturæ ratione depellito.Cice.2.de Diuinat. 89.
Commouetur nouitate natura. Author ad Herennium,lib.3.131.
Delectamur nouitate & copia.Cic.1.de Nat.deor.107.
Excitat ad exquirendas causas nouitas magis quàm magnitudo rerum. Cic.2.de Nat.deor,140.
Grata nouitate morandus spectator.Horat.de Arte,46.
Monstri nouitate mouentur.Ouid.12.Metam.35.
Rerum nouitate pauens.Ouid.2.Metam.7.
Gaudia plena nouitatis relinquere.Ouid.epist.16.41.
Perculsus rei nouitate.Cic.1.de Diuinat.194.
Nominis nouitatem dicendi gloria subleuare. Qu. Cicero de Petit. Consul.1.
¶ Nouitas,pro generis ignobilitate. Salustius.Nouitatẽ meam contemnunt,ego illorum ignauiam:mihi fortuna,illis probra obiectantur.Cic. ad Lentulum,lib.1.7.26.Nouitati esse inuisum meæ.
Generis alicuius nouitas.Cic.pro Murena,15.
Nouitius,nouitia nouitium,(νεαρός,νεαρώτερος,)Quod est nouum.Plau. Mostel. 9.83,
Nouitium mihi quæstum institui,non malum. Idem Cap.12.60,
Quid tu vna nocte postulauisti,& die,
Recens captum hominem & nuperum,& nouitium
Te perdocere? Terent.Eunucho,3.5.34.
Abducit secum ancillas: paucæ quæ circum illam essent,manent Nouitiæ puellæ.
Mancipia nouitia.Martialis,Si tamen nouitia mancipia fuerũt, non etiam veterana. Nouitia mancipia intelliguntur quæ annum nondum seruierunt. Cic.in Pisonem,1.Syrum nescio quẽ de grege nouitiorum factum esse Consulem. Idem pro Domo sua,39,Nouitius Ligur. Vide Vallam lib.6.cap.59.
Opus nouitium.Plin.in Præfat.1.
Nouitium vinum refinatum nulli conducit.Plin.lib.23.cap.1.35.
Nouitium inuentum.Plin.lib.17.cap.21.9,Inuentu nouitio finditur malleolus. Idem lib.23.cap.1.27.Vinum ieiunos bibere nouitio inuento finitissimum est.
Nouitii,nouitiorum,(νεόφυτοι,)Quintil.lib.1.cap.12.7. At nouitiis nostris per quot annos sermo Latinus repugnat.Vide Vallam li.6.ca.59.
Nouo,nouas,nouare,(νεόω,καινοποιέω,καινοτομέω,)Nouum siue recens facere.Cice.ad Catonem,lib.15.4.16,Qui nouari aliquid volebant. Sanè quidem eo spatio nouaretur. Martial.lib.14.7,Debebis quoties scripta nouare voles.
Aliquid nouare. Quintil.libro 3.cap.9.4. Hoc quoque idem aliquatenus nouat.
Agrum nouare.Cicero 2.de Orat.72,Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato,sed nouato & iterato, quo meliores fœtus possit & grandiores edere.Nouatum agrum appellat,diu ante sementem cultum,vt interim fermentaretur,& sub sementem iteraretur. Budęus.
Cultus nouare.Stat.1.Thebaid.22.
Fata nouare.Ouid.2.Metam.130,
– & bis tua fata nouabis.
Fortuna fidem mutata nouauit.Virgil.5.Aeneid.122.
Iura nouare.Valer.2.Argon.62.
Nomen faciemque nouauit illi.Ouid.4.Metam.8.
Opus nouauit.Ouid.3.de Arte,70.
Transtra nouant ipsi.Virgil.5.Aeneid.151.
Verba nouamus & facimus ipsi.Cic.de Orat.84.
Nouare,pro Immutare.Suet.in Domitiano,ca.7, Multa etiam in communi rerum vsu nouauit. Cicer.3.de Leg.19.Nihil habui sanè, non modò multum,quod putarem nouandum in legibus.
Nouans, Aliud participium νέων, vt
Tecta nouans.Virgil.4.Aeneid.52,Aeneam fundantem arces,ac tecta nouantem Conspicit.
Nouandus,Similiter particip.(καινοτομούμενος,)vt res nouandæ.Virg. 4.Aeneid.68.
Corporis nouandi potestas.Ouid.8.Metam.178.
Iura nouanda meæ naturæ.Ouid.2.de Arte,9.
Nouitus,penul.prod.Aliud item participium(νεωστί,)vt
Vulnus nouatum.Ouid.2.de Remed.amor.67.
Vox & facies nouata est.Ouid.2.Metam.136.
Nouator,& Nouatrix,pe.prod.Verbalia.(νεωτής,) Ouid.15.Metam. 51, – rerumque nouatrix
Ex aliis alias reddit Natura figuras.
Nouellus,nouella, nouellum,(νεαρός,) Diminutiuum à Nouus. Lucret. lib.1.33, – mentes perculsa nouellas. Virg.3.eclog.3, Atque malas vites incidere falce nouellas. Varro 1.de Re.rust.cap.41, Nouella enim quàm vetus melior. Cice.5.de Finib.69. Arboremque & nouellam & vetulam & vigere & senescere.
Agna nouella.Ouid.1.de Arte,24.
Fræna nouella.Ouid.4.de Ponto,eleg.12.5.
– tu duxque comesque fuisti,
Quum regerem tenera fræna nouella manu.
Mentes nouellæ.Lucret.lib.1.53.
Prata nouella.Ouid.2.de Arte,140.
Turba nouella.Tibull.lib.2.eleg.2.5.
Nouello,nouellas,(νεομαίω,)nouellare,Nouum agrum colere, seu nouas vites pangere. Suetonius in Domitiano, cap. 7, Edixit nequis in Italia nouellaret.
Nouellẽtum,nouellẽti,pen.prod.(νεόφυτον,) Sumitur pro vinea ex nouellis vitibus consita. Paulus Iureconsul.in L. Veluti, De impens. in rebus dotalibus factis,Veluti si nouelletum in fundo satum sit. Sic Alphenus in L.Vir.in fundo.ff.De fundo dotali.

Nox, noctis, fœ. ge (νύξ,νυκτός,) Dicta quòd oculis nocet. Vel à Græco quod est νυξ. Plaut.Bacchid.1.56,Nox,mulier,vinũ, homini adolescentulo. Cic.2.de Nat.deor.71,Ipsa.n.vmbra terræ soli officiens, noctẽ efficit. Officiens,id est obstans,& se illi interponens.

Noctis auis,Noctua. Oui.2.Met.113,Et ponar post noctis auem.
Caligo cæca noctis.Lucret.lib.4.93.
Caput sidereum noctis.Ouid.15.Metam.7.
Confinia lucis & noctis.Ouid.7.Metam.144.
Dux noctis Hesperugo.Sene.Medea,11.6.
Frigora noctis.Ouid.1.Amor.eleg.9.3.
Furtum noctis.Tacit.in vita Agricolæ,Iis sunt, quos proximo anno vna legionem furto noctis aggressos,clamore debellastis.
Hoc noctis.Liu.lib.10.Decad.4,Quid hoc noctis?Id est,hac parte noctis
Hora amicior noctis.Ouid.epist.8.7.
Imago noctis duplicata.Ouid.11.Metam.111.
Incerta noctis.Taci.li.17,Nisi incerta noctis,&c.timuissent.
Obscurum noctis. Taci.li.18, Ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis.
Signa orientia noctis.Virgil.7.Aeneid.28.
Silentia seuera noctis.Lucret.lib.4.94.
Tempus tacitum noctis.Tibull.lib.1.eleg.8.4.
Vmbræ spissæ noctis.Virgil.2.Aeneid.125.
Nutrix maxima curarum nox.Ouid.8.Metam.17.
¶ Abacta nox,Vide ABACTVS.
Acerba nox.Valer.2.Argon.59.
Adulta nox.Tacit.lib.19, Donec adulta nocte luna surgens ostenderet aciem. Vide ADOLEO.
Aequata,Vide AEQVO.
Alma.Sene.Agamem.2.4.
Angusta.Oui.3.Amor.ele.6.5.
Arcana.Ouid.epist.9.8.
Beata.Claud.6.Paneg.31.
Benigna.Stat.10.Thebaid.42.
Cæca.Virgil.3.Georg.52. Cic.pro Milone,38.
Caliginosa.Hora.3.Carmionm,ode 29.6.
Concubia nox.Cic.1.de Diuinat.101,Qui vt cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnis ei qui erat in hospitio, illum alterum orare vt subueniret, quòd sibi à cauponeinteritus pararetur. Vide CONCVBIVS.
Contracta,Vide CONTRAHO.
Densissima,Ouid.15.Meta.7.
Deserta.Sene.Hippol.3.8.
Exigua.Virgil.2.Georg.41.
Fidissima nox arcanis.Ouid.7.Metam.39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fœcunda operum nox, & accommoda frauds. Stat. 10. Theb. 38.
Frigidæ noctes. Horat. 3. Carm. ode 7. 1.
Gelida. Virg. 1. Geor. 18.
Grata. Horat. in Car. secul. 5.
Horrenda. Ouid. 6. Fast. 18.
Humida. Virgil. 2. Aeneid. 1.
Hybernæ noctes. Virgil. 6. Aeneid. 71.
Illustrisque sideribus. Tac. lib. 1, luuit nox sideribus illustris.
Infausta nox. Silius lib. 17. 13.
Iniquæ tempora noctis. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 11.
Inquieta nox, Vide INQVIETVS.
Intempesta nox, Vide INTEMPESTVS.
Lasciuæ gaudia noctis, Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 6.
Latebrosæ noctis obscura tempora. Lucan. lib. 6. 14.
Laxata nox. Silius lib. 13. 111.
Longæ noctes hyberno tempore. Lucret. lib. 5. 140.
Lucubrata. Vide LVCVBRO.
Media, Vide MEDIVS.
Multa. Virg. 4. Georg. 36.
Nigra. Lucret. lib. 4. 110.
Nouissima. Stat. 5. Theb. 96.
Obscura. Virgil. 1. Aeneid. 84. Cic. in Arato, 44.
Opaca. Virg. 8. Aeneid. 132.
Operta. Stat. 10. Theb. 4.
Perpetua, Vide PERPETVVS.
Præceps. Ouid. 9. Metam. 98.
Proterua. Stat. 9. Theb. 125.
Prouecta nox erat. Tac. lib. 13.
Pruinosa. Ouid. 1. Amor. eleg. 19. 5.
Pura. Virg. 9. eclog. 8.
Quietæ noctes. Stat. 5. Thebaid. 91.
Reuerēda nox specie tenebrarū. Oui. in Ibin, 15.
Sera. Virgil. 8. eclog. 18.
Sereta nox. Cic. in Arato, 12. Lucret. lib. 1. 29.
Sidera. Valer. 5. Argonaut. 138.
Silens. Virg. 4. Aeneid. 106.
Sopora. Virg. 6. Aeneid. 78.
Soporifera. Stat. 10. Theb. 64.
Subluistris. Horatius 3. Carm. ode 17. 7.
Tacitæ noctis imago. Ouid. 9. Metam. 96.
Vmbræ tacitæ noctis. Ouid. in Ibin, 12.
Tardæ noctes. Virgil. 2. Georg. 97. Intelligit noctes æstiuas, eò quòd tarde veniant.
Tartarea nox. Valer. 2. Argonaut. 43.
Temerata nox sanguine. Ouid. epist. 14. 4.
Terrifica nox. Valer. 5. Argonaut. 80.
Vaga nox. Catull. in Epithal. Iuliæ, epigr. 56. 14.
Viduas iacere noctes. Catull. ad Flauium, epig. 6. 2.
¶ Absumere noctem. Stat. 4. Sylu. 6. 3.
Æquare nocti ludum. Est ludere totam noctem. Virg. 9. Aeneid. 68.
Agere noctem inter gaudia, Vide AGO.
Supremam noctem agere. Virg. 6. Aeneid. 103.
Acta est per lachrymas nox mihi, quanta fuit. Ouid. epig. 12. 12.
Appetit nox, Vide APPETO.
Assumere noctem, Vide ASSVMO.
Auferre noctes alicui. Ouid. 2. de Remed. amor. 29.
Et fruere vsque tua nullo prohibente puella,
Illa tibi noctes auferat, illa dies.
Aurea nox cingitur astris. Valer. 5. Argon. 114.
Ingenti nocte circundatus. Virg. 4. Georg. 100.
Nox atra caua circumuolat vmbra. Virg. 2. Aeneid. 71.
Nocte cœpta egressus augurali. Tacit. lib. 1.
Committere se nocti. Ouid. 13. Metam. 69.
Consumitur nox tota exinanienda naui, Vide CONSVMO.
Consumpta nox. Virg. 2. Aeneid. 159.
Conterere noctem conuiuiis & stupris, Vide CONTERO.
Tetra nimborum coorta nox. Lucret. lib. 4. 35.
Diffundit signa cælo nox. Horat. 1. Serm. saty. 5. 2.
Dare noctes alicui, De meretricibus dicitur. Horat. Epod. 15. 3.
Non feret assiduus potiori te dare noctes.
Astra ducunt noctem. Virg. 3. Georg. 32.
Ducere noctem ludo. Virg. 3. Georg. 76.
Insomnem noctem ludo ducere. Virg. 9. Aeneid. 34.
Eripiunt flammæ noctem. Silius lib. 11. 56.
Exhausta nocte nouam aciem dies aperuit. Tacit. lib. 10.
Luce nocté, nocte lucem expectatis. Author ad Herenn. lib. 4. 106.
Spatiosam fallere noctem. Ouid. epist. 1. 2.
Versus mei habebunt aliquantum noctis. Hoc est obscuritatis. Ouidius in Ibin, 13.

Imber ferens noctem hyemémque. Virg. 3. Aeneid. 39.
Atra nox incubat Ponto. Virg. 1. Aeneid. 19.
Inducit vmbras terris nox. Horat. 1. Serm. saty. 5. 2.
Auster inglomerat noctem. Stat. 1. Thebaid. 69.
Interponere noctem, Vide INTERPONO.
Interuenit nox prælio, Vide INTERVENIO.
Iungere noctem operi. Silius lib. 3. 119.
Locare noctes, Meretricum est. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 6.
Negare noctem, dicuntur meretrices quum nollunt admittere amatores noctu. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 15.
Obeunt noctes, Vide OBEO.
Oborta nox est. Senec. Herc. fur. 9. 42.
Obtenta densantur nocte tenebræ. Virg. 1. Georg. 50.
Operit terras nox humentibus vmbris. Virg. 4. Aeneid. 71.
Opprimit aliquem nox. Cic. de Senect. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit quum mane cœpisset!
Peragere noctes insomnes, Vide PERAGO.
Peregi noctem vacuus somno. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 1.
Vigiles perducere noctes in clypeo. Claud. 6. Paneg. 10.
Peruigilare noctem. Cic. pro Rosc. Amerino, 60.
Peruigilata nox mero. Ouid. 6. Fast. 66.
Poscere noctem, Amatorum est. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 14.
Præcipitat nox cœlo, Virgil. 2. Aeneid. 2.
Premit oculos nox. Sene. Herc. Oeth. 7. 30.
Tota quiescere nocte, Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 8.
Rapit oculos nox. Stat. 9. Thebaid. 8.
Requiescere nocte. Virg. 1. eclog. 16.
Rogare noctem, De amatoribus dicitur. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 1.
Ruit Oceano nox. Virgil. 2. Aeneid. 50.
Intempesta silet nox. Virgil. 1. Georg. 50.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat. Virgil. 3. Aeneid. 103. Id est nondum erat media nox.
Aestuam sermone benigno tendere noctem. Horat. 1. epist. 5. 3.
Emensæ noctes tendunt in lucem. Ouid. 15. Metam. 38.
Tenet terras nox. Virg. 4. Aeneid. 91.
Intempesta nox tenebat lunam in nimbo. Virg. 3. Aeneid. 118.
Trahere noctem vario sermone. Virgil. 1. Aeneid. 161.
Vigilabat noctes ad ipsum mane. Horat. 1. Serm. saty. 3. 4.
Vigilata conuiuio nox. Tacit. lib. 13, Refutare tenebras, & vigilatum conuiuio noctem, omniaque temeritati, & inscitiæ propiora.
Funalia vincunt noctem flammis. Virg. 1. Aeneid. 147.
¶ Nox, pro Somno: vt
Exturbare noctem. Stat. 10. Thebaid. 41.
Talia vociferans noctem exturbabat, eumque
Non secus accensi proceres, &c.
Abrumpere noctem, Vide ABRVMPO.
Accipere noctem oculis & pectore, Dormire. Virgil. 4. Aeneid. 106.
Sortiri noctem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 51, Sortiri noctem singuli per ordinem cum ferro cubiculum intrauerunt patre dormiente. Alia exemplaria habent nocte.
¶ Nox, pro Morte: vt
In æternam claudantur lumina noctem. Virg. 10. Aeneid. 150.
Dormienda est nox vna perpetua. Catull. ad Lesbiam, epigr. 5. 2.
Profunda nox Erebi. Virgil. 4. Aeneid. 6.
¶ Animi nox, Ignorantia & cæcitas. Ouid. 6. Metam. 131.
–inque suam sua viscera congerit aluum,
Tantaque nox animi est. De Tereo.
Perpetua sub nocte trahere senectam. Ouid. 7. Metam. 1.
Nox Reip. Cic. de Claris Orat. 185. Equidem etsi doleo me in vitam paulo serius tanquam in viam ingressum, priusquam confectum iter sit, in hanc Reip. noctem incidisse.
Offundere noctem rebus, Vide OFFVNDO.
Obiicere noctem peccatis, & nubem fraudibus. Horatius. 1. epist. 17. 13.
¶ Noctes & dies, Id est continue, semper. Plaut. Merc. 3. 46.
Obiurgare pater obhec me noctes & dies. Idem Afina. 13. 8.
Vt secum esset noctes & dies.
Noctes & dies semper. Plaut. Sticho. 1. 5. Vt æquom est, sollicitæ noctes & dies soror sumus semper.
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. Virg. 6. Aeneid. 16.
Noctes atque dies niti præstante labore. Lucret. lib. 1. 3.
Noctesque diesque assiduo. Plaut. Amphit. 4. 16. Noctesque diesque assiduò satis superque est.
Noctes, diesque. Plautus Pœnulo, 4. 14.
–quæ noctes, diesque in omni ætate semper
Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur.
Noctes diesque exeduntur animi eorum qui cōtra conscientiā opibus hominum septi esse & muniti sibi videntur. Cic. 1. de Diuinat. 79.
Noctesque & dies. Terent. Eunuc. 5. 9. 49. Fatuus est, insulsus, tardusque est noctesque & dies.

Nocte &

Nocte & interdiu. Cæsar 1. bel. Ciuil. 307. Quo paratiores essent ad insequendum omnes, siue nocte, siue interdiu erumperent.
Nocte ac die. Plin. lib. 7. cap. 49. 2, Quæ nocte ac die obseruantur.
Nocte dieque niti Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 8.
De nocte. Terent. Adelph. 5. 3. 55, Cum prima luce ibo hinc. M. imò de nocte censeo. Horat. 1. epist. 2. 7, Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones.
In noctes singulas, Vide IN præpositionem.
Sub noctem cura recurfat. Virgil. 1. Aeneid. 134.
Multa iam nocte. Tacit. lib. 13. Vide MVLTVS.
Multa nocte profectus est ad Cæsarem Balbus. Cic. Att. lib. 7. 12. 43.
Multo iam noctis, ferum auxilium venit. Tacit. lib. 11.
Ad multam noctem, Vide AD præpositionem.
A media nocte, Vide A præpositionem.
Media nocte in campum venit Milo. Cic. Attico, lib. 4. 72. 8.
¶ Noctu pro nocte. Plaut. Amph. 4. 118, Credo ego hac noctu nocturnum obdormisse ebrium. Quadrigarius, Conuenit Senatum noctu multa domū dimittit. Salust. Diu, noctuque laborare, festinare. Cic. Attico, lib. 8. 147. 12, Sed ecce nuntii scribente me hæc ipsa noctu in Caleno.
Noctu an interdiu. Author ad Herennium, lib. 2. 37.
Eiici noctu. Cic. Terentiæ, lib. 14. 7. 1.
Stertere noctu. Horat. 2. epist. 2. 6.
¶ Nox, pro Noctu, vt est in XII. TAB. Si nox furtum factū sit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto. Vbi im accusatiuum dixerunt ab is: & occisit, pro occidit. Macrob. 1. Saturn. cap. 4.
Nocturnus, A diectiuum, (νυχτερός, νυκτιφοίτης, νυκτιφοίτος.) Quod est noctis. vt Nocturnum tempus.
Claudianus 3. de raptu Proserp. in præfatione, 1.
Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies. Cic in Verrē, Act. 7, Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum.
Acta nocturna. Ouid. 2. de Arte, 126.
Aura nocturna. Horat. 1. Serm. saty. 4. 11.
Cœtus nocturni. Tacit. libro 20, Effusi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus.
Dolus nocturnus. Ouid epist. 1. 9.
Epulæ nocturnæ. Lucret. lib. 2. 6.
Fur nocturnus. Virg. 3. Georg. 82.
Horæ nocturnæ. Cic. pro Rosc. Amerino, 11.
Labores diurni nocturnique. Cic. de Senect. 74.
Lemures nocturni. Horat. 2. epist. 2. 42.
Lumina nocturna. Virgil. 7. Aeneid. 3, Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.
Manes nocturni. Virg. 4. Aeneid. 98.
Mero nocturno certare. Horat. 1. epist. 20. 3.
–non cessauere poetæ
Nocturno certare mero, putere diurno.
Metus nocturnus. Cice. 1. Tusc. 77.
Milites nocturni. Cic. 6. Verr. 85.
Oppugnatio nocturna castrorum. Tacit. lib. 2.
Quæstus nocturnus. Cice. 5. Verr. 67.
Quies nocturna. Seneca Hippol. 2. 4.
Rixæ nocturnæ. Propert. lib. 1. eleg. 15. 1.
Sacra nocturna, lege perpetua sustulit Diagondas Thebanus. Cicer. 1. de Legib. 60.
Somnus nocturna Horat. 4. Carm. ode 1. 8.
Diurnum, nocturnúmve spatium. Cic. 1. de Inuent. 55.
Tempus nocturnum. Lucret. lib. 4. 91. Cic. in Arato, 28.
Visus nocturni. Tacit. lib. 10, Nocturnos visus aperit.
Vmbræ nocturnæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 3.
Noctifer, pe. cor. (νυκτοφόρος) dicit Vesper vel Hesperus. Catul. in Carm.
Nuptiali, 57, Nimirum Eoos ostendit noctifer ignes.
Noctiluca pen. prod. (νυκτοφαής) dicitur Luna, quia nocte lucet. Horat. 4. Carm. ode 6. 8.
Noctiuagus, pen. corr. A diectiuum, (νυκτίπλανος,) vt
Currus noctiuagus Phœbes. Virg. 10. Aeneid. 44.
Deus noctiuagus, Sopor. Stat. 10. Thebaid. 31.
Faces noctiuagæ cæli. Lucret. lib. 5. 240.
Iter noctiuagum. Valer. 2. Argon. 9.
Labor noctiuagus. Claud. 3. de raptu Proserp. 67.
Strepitus noctiuagus Faunorum. Lucre. lib. 4. 118.
Vmbræ noctiuagæ. Stat. 3. Thebaid. 84.

Noxa, noxæ, (πτῶμα, ἀστίκημα,) est inquit Festus, peccatum, aut obnoxium. Item quum lex iubet noxæ dedere, pro peccato dedi iubet. Hactenus Festus. Salust. Maximè vellem P. C. Remp. quietam esse, aut in periculis à promptissimo quoque defendi: denoq; præter incepta cōmitti. Noxas accipere debemus priuatas, hoc est ea quæcunq; cōmittitur ex delictis nō publicis criminib⁹, ex qbus agit iudicis noxalibus.
Noxæ appellatione omne delictum continetur: vt ait Caius de verb. significat. L. Plebis.
¶ Noxa, (ἴγκλημα,) Culpa. Liuius 3. ab Vrbe, 175, Alia omnis penes milites noxa erat, qui nequid ductu atq; auspicio Decemuirorū prosperè visquam gereretur, vinci se per suum atq; illorum dedecus patiebātur. Idem, At quam ob noxam id est propter quam culpam.
Minimæ noxæ, & minora peccata. Cic. pro Rosc. Amer. 37. Quod in minimis noxis & in his leuioribus peccatis, quæ magis crebra, & iam propè quotidiana sunt id maximè & primum quæritur, &c.
Admittere noxam. Quintilian. libro. 5. cap. 12. 10. Liberet eum noxa, qui admiserit.
Auertere noxam. Liu. 1. ab Vrbe, 157, Dant ordine omnes fidem, consolantur ægram animi, auertendo noxam ab coacta in authorem delicti. De Lucretia.
Sine vlla sua noxa. Suet. de Cæsaris vita, ca. 81, Spurinamq; irridens & vt falsum arguens, q; sine vlla noxa sua Idus Martiæ adesset.
Inuidiam detrahere noxæ. Ouid. epist. 7. 21.
Eleuare noxam alicuius. Tacit. lib. 5. Cum magno assensu auditus est, non tantùm eo, quòd multitudinis noxam eleuabat, quàm quòd culpam in authores verterat.
Noxam & noxiam pro eodem accipi cōtendit Valla lib. 6. Tamen noxiā pro Noxa, id est peccati pœna aut damno, raro scriptum reperias.
¶ Noxa, Pœna peccati. Vnde
Decernere noxam, Vide DECERNO.
Eximere noxæ, Est gratiam criminis facere, hoc est, Remissionem dare. Liuius lib. 8. ab Vrbe, 178. Tum dictator silentio facto, Bene habet, inquit, Quirites, vicit disciplina militaris: vicit imperii maiestas, quæ in discrimine fuerunt an vlla post hanc diem essent. non noxæ eximitur Q. Fabius, qui cōtra edictum imperatoris pugnauit, sed noxæ damnatus donatur Populo Romano, donat Tribunitiæ potestati, precariū, non iustum auxilium ferenti. Budæus.
Liberare aliquem noxa. Quintil. lib. 5. cap. 12. 10.
Noxæ dedere, & Ob noxam dedere, Arbitrio permittere puniendum. Liuius, Obrui Aetnæ ignibus, aut mergi freto, satius illi insulæ esse, quàm velut dedi noxæ inimico Consuli. Idem, Ob noxam sibi dedi postulant. Budæus.
Noxis solutus seruus. In L. Cum in venditione, De euictionibus. Et Pomponius in eodem titulo, L. Si emptori qui stipulatus sit, furtis, noxisque solutum esse, hæres extiterit is, qui, &c.
¶ Noxa, (ἄτη, βλάβη, ἀδίκημα, πῆμα, σίνος,) Læsio, damnum. Ouid. 15. Meta. 67, Nocte nocent poræ, sine noxa luce bibuntur. Colu. lib. 1. ca. 6. 9, Ea res à noxa curculionum, & similium animalium cōmodissimè videtur conditas fruges defendere. Plaut. Milite, 20. 24,
–postquam abs te abiit, animo malè
Sine noxa. Cels. lib. 7. ca. 26, Ergo & p se sæpe excidit, etsi in primo, quod est angustius, inhæret, eodem tamen vnco sine vlla noxa educitur.
Factum est huic repētè miseræ. P Y. accurrite intrò, atq; afferte aquā.
P. Nihil moror aquam. P Y. cur? P A. malo ne interueneris, quæso
Dum resipiscit capta inter se nimis: noxam hinc habet.
Noxa admissa, apud Vlpianum in L. Siquis quū in holtiū potestate. ff. de Furtis. Id est, culpa iam cœnit: vel damnum iam acceptum.
Capere noxam, Vide CAPIO.
Noxam concipere, pro Morbum incurrere, apud Columellam: vt & Noxam capere. Vide CONCIPIO.
Noxam contrahere. Colu. lib. 6. ca. 29. Ne aut quum volent, incantrant si id facere prohibeantur, cupidine solicitati noxam contrahant.
Noxam facere. Gell. libro 11. cap. 18. Noxā ab alio factam sarciri. Id est furtum.
Noxam nocere, Vide NOCEO.
Noxa stomachi. Celsus libro. 4. cap. 19. Id gustui non insuaue est: & quodcunque opus est, assumptum leuiter, sine vlla stomachi noxa ventrem tenet.
Tristes noxas pellere à foribus. Ouid. 6. Fast. 26.
Repulsa noxa meis stabulis. Ouid. 4. Fast. 151.
Esse noxæ. Tacit lib. 3. Quòd neq; conuictum noxæ reo, si recentia purgaret: neq; defensum abiolutioni erat. Idē lib. 4. Publica fide accepta nihil eam rem noxæ futuram. Liuius lib. 2. Decad. 4, Nihil his aut sociis eorum noxæ futurum.
Vacare omni noxa. Celsus lib. 5. cap. 27. Nam siue ex oleo inserbuerunt, siue piri surculus cum his inserbuit, omni noxa vacant.
Noxalis, & hoc noxale, pen. prod. (κακοποιός, κακόλιος,) vnde Noxalis actio. Caius in L. 1. ff. de Noxal. act. Noxales actiones appellantur, quę non ex cōtracta, sed ex noxa atque maleficio seruorum, aduersus nos Instituuntur. Quarum actionum vis & potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipsius corporis quod deliquit, euitare litis æstimationem.

Noxia, noxiæ, (πτῶμα, νοῖσα,) Culpa dicit, authore Festo. Plaut. Mil. 22. 23. Etsi intestatus nō abeo hinc, bene agit p noxia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Terent. Phorm. 1.4.49. Meministin' olim vt fuerit vestra oratio
Iure incipienda ad defendendam noxiam? Author ad Heren. lib. 2.70,
Amicum castigare ob meritam noxiam. Ex Plauto.
Pœna noxiæ Cic. 3. de Legibus, 17. Quod quis earum rerum migrasset, noxiæ pœnâ par esto.
Admittere noxiam. Vide ADMITTO.
Noxia careo, pro In culpa nõ sum. Plaut. Bacchid. 20.89, Sat sic suspectus
Quamquam careo noxia.
Commerere noxiam, Vide COMMEREO.
Noxiæ esse, vt Fraudi esse; pro Vitio & culpæ dari. Liu. Si domum abire
vellent, publica fide receptam nihil eam rem noxiæ fatutam, quòd se ho
stibus iunxissent. Idem, Nec eis noxiæ futurum, quòd quum Romani
procul abessent, &c. Budæus.
In noxia esse, Culpam in se admittere. Terent. Phorm. 2.1.36,
Hic in noxia est: ille ad defendendam causam adest. Et paulo pòst, 40,
interpretatus est quæ dixerit.
Si est patrue culpam vt Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans,
Non causam dico, quin quod meritus est ferat.
In noxia tenere inimicos. Plaut. Casina, 10.71.
Noxiæ esse, Damno esse. Celsus in L. Quintus Murius. ff. Mandati, Cæte
rum in posteriore casu nõ oportet esse noxiæ fide iussori si ipse peper
cit pudori suo.
Noxis vacuum esse. Plaut. Merc. 14.23,
Fateor nunc, deliqui profectò. 8. etiam loquere larua?
Vacuum esse istac ætate his te decebat noxiis.
Noxiam remittere. Plaut. Mostel. 16.47, Remitte quæso hanc noxiã causa mea. Terent. Eunucho, 5.223,
– credin' te impunè abiturum? 6. vnam hanc noxiam
Mittetã aliam vnquam vllam admisero, occidito. Vide MITTO.
Noxius, pen. corr. Adiectiuum (κηρικτός, βλαβερός,) Nocens, & criminis
compertus. Plautus Merc. 15.26,
Non possum, ita instas, vrges, quasi pro noxio.
D. Scio innoxius, audacter quidquis dicito. Salust. Quæ nisi quæsita erũt
& nisi vindicatũ in noxios, quid erit reliquum? Liu. 5. ab Vrbe, 51, Qui
noxii ambo, alter in alterum causam conferant.
Ciuis noxius. Cic. 3. de Legibus, 8. Magistratus nec obedientem & noxiũ
ciuem multa, vinculis, verberibusve coercento.
Corda noxia. Ouid. 10. Metam. 70.
Corpora noxia. Virg. 6. Aeneid. 147.
Facere noxia sua lumina. Ouid. 2. Trist. 21.
Membra noxia. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 15.
Spicula noxia. Ouidius libro, 109.
Tela noxia. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 5.
Venena noxia. Claud. 1. in Rufinum, 14.
Viæ noxiæ. Seneca Thebaid. 1. 30.
Noxius, cum genitiuo, Tacitus libro 5, Vt noxium coniurationis ad dis
quisitionem trahebat.
Noxiosus, penultima product. Aliud adiect. Seneca 1. de Clementia, Si
noxiosissimo cuique animali in nos daretur potestas; si leones vrsique
regnarent, quæ alia vita esset? Idem epist. 71. Quod animi, perditi no
xiosique habent, non habebunt illi quos aduersus hos casus instruxit
longa meditatio?

N V

Nubes, nubis, fœ. g. (νεφέλη, νέφος,) Vapor humidus in sublime ela
tus & retro per æstuantiue aer in liquorem coactus, cuius dé
situs haud dubie solem obumbrat.
Aer sine nubibus. Ouid. 3. de Arte, 5.
Conflictus nubium. Cic. 1. de Diuinat. 64. Si autem nubium cõflictu ardor
expressus se emiserit, id esse fulmen.
Corio nubium crassiore spissatur aer. Plin. lib. 2. cap. 5. 1, Hyeme densatus
aer, nubium crassiore corio spissatur.
Pulueris nubes. Curtius libro 4. Hærebat in tergis fugientiũ victor: & pro
spectum oculorum, nubes pulueris quæ ad cælũ ferebatur, abstulerat.
Aetherea nubes. Ouid. 10. Metam. 161.
Alta nubes. Virgil. 1. Aeneid. 73.
Aquosa nubes. Ouid. 4. Metam. 125.
Ardens nubes, Vide ARDEO.
Arduæ nubes. Horat. 3. Carm. ode 19. 2.
Atridior nubes. Lucret. lib. 6. 31.
Atra nubes. Lucretius libro 6. 37. Ouidius 2. Metamor. 159. Vide adiectiuum ATER.
Bibulæ nubes. Ouid. 14. Metam. 74.
Caligans. Cic. in Arato, 28.
Desbrmis nubes. Sene. Thyeste. 8. 31.
Fugaces nubes. Clau. de bello Get. 10.
Fulua nubes. Oui. 3. Metam. 55.
Liquidæ nubes. Virg. 6. Aeneid. 105.
Mœstissima nubes. Claud. 1. de raptu proserp. 17,

– squallent immania fœdo
Sceptra situ, sublime caput mœstissima nubes
Asperat: & diræ riget inclementia formæ.
Nigra nubes. Virgil. 5. Aeneid. 104.
Picæ nubes. Ouid. 11. Metam. 110.
Roseæ nubes. Valer. 4. Argon. 16.
Sordida nubes. Senec. Hippol. 6. 11.
Vacuæ nubes. Sene. Herc. fur. 10. 7.
Vmbrosæ nubes. Valer. 4. Argon. 146.
Volantes nubes. Lucret. lib. 5. 51.
¶ Abruptæ nubes. Virg. 1. Aeneid. 40,
– ingeminant abruptis nubibus ignes.
Fluidis adopertus nubibus æther. Ouid. ad Pisonem, 30.
Iris alimenta afferet nubibus. Ouid. 1. Metam. 55.
Cana nube amicti. Virg. 1. Aeneid. 104. de Aenea & Achate.
Attrahit nubes. Iol. Lucan. lib. 7. 1.
Aer cogitur in nubem. Virg. 5. Aeneid. 4.
Cogitur in nubem aer concretus. Cic. 2. de Nat. deor. 145.
Coguntur in cælo nubes, imbres, venti. Cic. 1. Tuscul. 68.
Contrusæ nubes ad altos montes coguntur, premunturque. Lucret.
libro 6. 148.
Collectæ ex alto nubes, fœdam glomerant tempestatem atris imbribus.
Virg. 1. Georg. 65.
Concrescunt nubes in alto. Lucret. lib. 4. 30.
Conditus in nubem sol. Virg. 1. Georg. 80.
Conscissis nubibus orbem protulit luna. Stat. 12. Thebaid. 62.
Exigua nubes sordido crescens globo. Sene. Agamemn. 6. 15.
Trepidas Tithonia nubes Discutit. Stat. 12. Thebaid. 1.
Discussa nube tonant venti. Ouid. 15. Metam. 14.
Aestiuis effusus nubibus imber. Virg. 4. Georg. 63.
Elisa nube micat dirum fulmen. Sene. Agamemn. 6. 21.
Excussis elisus nubibus ignis. Ouid. 8. Metam. 68.
Eripiũt subitò nubes cælumque diemque. Virg. 1. Aeneid. 18.
Grauidæ euanescunt nubes. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 22.
Oppositas nubes eniciit imago solis. Ouid. 14. Metam. 154.
Facere tenebras nubibus. Lucret. lib. 2. 119.
Collectas nubes fugat Iuppiter. Virg. 1. Aeneid. 30.
Subita nubes glomeratur nigro pulucre. Virg. 9. Aeneid. 7.
Inardescit solis radiis nubes, Vide INARDESCO.
Induerunt se in nubem anhelitus. Cic. 2. de Diuinat. 64.
Infectæ nubes ab ictu aduersi solis. Ouid. 3. Metam. 37.
Procella Venti intorsit se nubibus. Lucret. lib. 6. 26.
Ventus inuadit nubem. Lucret. lib. 6. 36.
Assiduis nubibus madescit tellus. Ouid. 1. Metam. 14.
Obiicere nubem oculis. Ouid. 12. Metam. 2.
Opacam nubem pellit ventus. Cic. in Arato, 23.
Ventus perscindit nubem. Lucret. lib. 6. 37.
Sol latet pressus nubibus. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 3.
Quærit nubes Iuppiter. Senec. Here. fur. 6. 15.
Circunfusa nubes se scindit, & in æthera purgat apertum Virgilius 5.
Aeneid. 119. de nube qua circundatus erat Aeneas cum Achate, Didõ
eius comite.
Spissescit nubes. Lucret. lib. 6. 36.
Summoris nubibus cadunt imbres. Virg. 6. eclog. 8.
Densis texit sua nubibus ora Lucifer. Ouid. 11. Metam. 115.
Obscura nubes vento trahitur. Virg. 4. Georg. 12.
Glauca nube tremunt lumina. Valer. 2. Argon. 100.
¶ Nubes peditũ, per translationem, pro Multitudine & densitate. Liu. 5.
bel. Maced. 188. Res contra peditum, equitumque nubes iactat, & con
sternit maria suis classibus. Id est ingentem & confertam multitudinẽ.
Armorum nubes. Stat. 4. Thebaid. 162.
Belli nubes. Virg. 10. Aeneid. 162.
Pulueres nubes bellorum. Stat. 5. Sylu. 1. 27. Virgil. 8. Aeneid. 119.
Immensa campo consurgit nubes. Lucan. lib. 2. 97.
Facere nubem. Virg. 12. Aeneid, 51,
– hostemque per auras
Facta nube premunt. De auibus.
Atram prorumpit ad æthera nubem. Virg. 3. Aeneid. 115. De Aetna.
Obiicere nubem fraudibus. Horat. 1. epist. 17. 13, ad Lauernam,
Da mihi fallere, da iustum, sanctumque videri,
Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem.
¶ Cæcæ nubes, tenebræ, procellæ Reipublicæ. Cic. pro Dom. sua.
Trisli nube caret vita. Ouidius 5. Trist. eleg. 6. 5.
Opaca nube mortis grauis vultus. Stat. 4. Sylu. 6. 15.
¶ Nubis, in nominatiuo apud Plautum in Mercat. 22.38,
nõme ex aduerso vides?
Nubis atra, imberque instat.
Nubécula, nubecule, pen. corr. (νεφέλιον,) Parua nubes. Plin. lib. 18. ca. 35.
15, Nubecula, quanuis parua, ventum procellosum dabit.

Nubecula, per translationem. Cicero in Pisonem, 15. Neque tam fui timi
dus, vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernas
sem, saluamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum Col
legæ tui contaminatum spiritum perrimescerem.
Nubifer, penul. correp. Adiectiuum, (νεφελοφόρος,) vt
Eurus nubifer. Silius lib. 10. 65.
Noti nubiferi. Ouid. epist. 3. 12.
A peninsus nubifer. Ouid. 1. Metam. 46.
Nubifugus, penul. correp. Adiectiuum, Qui nubes fugat, vel etiam qui fu
git nubes. Columel. lib. 10. 27.
Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe
Purpureo radiat vultu.
Nubigena, nubigenæ, pen. corr. m. g. (νεφελογενής,) Columel. lib. 10. 16.
Mox vbi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, &c.
Nubigenæ, dicuntur Centauri, quòd ex nube sint nati. Quum enim Ixion
Iunonem deperiret, oblata est illi nubes quæ faciem Iunonis repræsen
taret, cum qua congressus genuit Centauros. Ouid. 13. Metam. 110.
– certè mihi sæpe referre
Nubigenas domitos à se pater ipse solebat. Stat. 5. Thebaid. 53.
Luxuriant Lapitharum epulæ, siquando profundo
Nubigenæ caluere mero.
Bimembres nubigenæ. Virg. 8. Aeneid. 59.
Feri nubigenæ. Ouid. 12. Metam. 43.
Amnes nubigenæ. Stat. 1. Thebaid. 71.
Nubilus, pen. corr. Adiectiuum, (νεφελώδης,) Fuscum, nubibus tectum.
Plin. lib. 16. cap. 26. 5. Pyrus & amygdala etiam si non plaut, sed fiat au
strinum cœlum atque nubilum, florem emittunt.
Auster nubilus. Ouid. 11. Metam. 133.
Nubilus color, Obscurus. Plin. lib. 9. cap. 35. 4. Inde nubilum trahi colo
rem, aut pro claritate matutina serenum,
Nubila massa. Martial. lib. 8. 45.
Liueseit nulla caligine fusca, nec odit
Exploratores nubila massa focos.
Mars nubilus ira. Stat. 3. Thebaid. 46.
Parca nascenti mihi fuit nubila. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 3.
Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 2.
Nubilum, pen. corr. Substantiuum, (νέφος,) Ipsam nubem significat. Plin.
lib. 2. cap. 62. Rhodi & Syracusis nunquam tanta nubila obduci, vt nõ
aliqua hora sol cernatur.
Nubilum inducere dicuntur aliqui venti, pro Tempus nubilum facere.
Plin. epist. 17 lib. 2. Ibi omnes silent venti, exceptis qui nubilum indu
cunt & serenum, antè quàm vsum loci eripiunt.
Cœli nubila. Virgil. 4. Georgic. 34.
Nubilum diei. Plin. lib. 2. cap. 35. Ac postquam lunæ magnitudine facta
sit, illuxisse ceu nubilo diei.
Nubilo, pro In tempore nubiloso. Plin. lib. 7. cap. 60. 4. Etiam tum tamen
nubilo incertæ fuere horæ vsque ad proximum lustrum.
Ambusta nubila. Ouid. 2. Metam. 40.
Arida nubila. Virgil. 3. Georg. 40. Vide ARIDVS.
Assimilata montibus nubila. Lucret. lib. 6. 39.
Densa nubila. Virgil. 6. Aeneid. 119.
Ramosa atque aspera nubila. Lucret. lib. 6. 27.
¶ Ventus agit nubila. Virg. 1. Georg. 85.
Fallax simulachrum in nubila ceffit. Silius li. 17. 111.
Saucia diuidus clarescunt nubila sulcis. Claud. 5. Paneg. 21.
Depellere nubila cœlo. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 11.
Notus deterget nubila cœlo. Horat. 1. Carm. ode 7. 3.
Aquilo differt nubila. Hoc est dissipat, dispergit. Virgil. 3. Georgic. 40.
Lucret. lib. 1. 55.
Discecit nubila Iuppiter. Ouid. 1. Metam. 66.
Diuidit nubila igni coruisco diespiter. Horat. 1. Carm. ode 34. 2.
Findere nubila disco. Stat. 3. Sylu. 1. 31.
Fusca repurgato fugiebant nubila cœlo. Ouid. 5. Metam. 58.
Pellere & Inducere nubila, contraria. Ouid. 7. Metam. 41.
Trista nubila pellit Boreas. Ouid. 6. Metam. 138.
Pendent nubila. Virgil. 1. Georg. 43. Dum sicca tellure licet, dum nubila
pendent. Pendent, id est nondum delabuntur, aut defluunt.
Perdentia nubila. Ouid. 1. Metam. 54.
Venti perflant nubila. Lucret. lib. 6. 27.
Venti portant nubila per cœlum. Lucret. lib. 4. 91.
Humida furgunt nubila. Ouid. 8. Metam. 1.
Venti verrunt nubila, ac subito vexantia turbine raptant. Lucret. li. 1. 56.
Venti lacerant causa nubila. Stat. 5. Thebaid. 74.
Producere nubila menti. Stat. 5. Sylu. 3. 3.
Quis sterili mea corda situ, quis Apolline merso
Frigida damnatæ produxit nubila menti.
Nubila humani animi sol serenat. Plin. lib. 2. cap. 6. 16.
Nubilirium, nubilirii, (ὑετοβόλιον,) Locus, quò propter nubes conferun
tur frumenta semitrita. Columel. lib. 2. ca. 6. 16. Huic areæ nubilarium

applicari debet, maximeque in Italia propter inconstantiam cœli, quò
collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit.
Sic Varro 1. de Re rust. cap. 13. 5.
Nubilar, penul. correp. nubilaris, Idem. Columel. lib. 2. cap. 21. Quòd si fal
cibus leges cum parte culmi demesta sit, protinus in aceruum vel nubi
lar congeritur. Vetus exemplar habet, vel in nubilarium.
Nubilo, nubilas, pen. corr. (νεφόω,) nubilare, Nubilum seu obscurum fa
cere. Apud Catonem legitur. Et apud Varronem, Nubilat aer.
Nubilans fulgor carbunculi, Hoc est veluti nubes quasdam oculis obiici
ens. Plinius lib. 37. cap. 7. 3. Callistratus fulgorem carbunculi debere
candidum esse posuit, extremo visu nubilantem.
Nubilor, nubilaris, (νεφοῦμαι,) nubilari, Deponens, Idem. Cato de Re
rust. cap. 88. Vbi nubilabitur, & nocte sub recto ponito.

Nubo, nubis, nupsi & nuptus sum præteritum facit, nuptum, (γαμέω
μαι, νυμφεύομαι, μνηστεύομαι,) nùbere, Operire, velare: à nu
be quæ cœlum operit.
Nubere, Viro tradi, quòd sponsæ apud veteres, dum viro tradebantur,
nubere, hoc est velare capita solebant.
Nubere alicui. Terent. And. 3.3.4. – aiebant hodie filiam
Meam nubere tuo nato. Plaut. Persa, 10. 68. Cum hac dote poteras
vel mendico nubere. Cic. pro Cluentio, 8. Quæ breui tempore post pa
tris mortem A. Aurio Melino consobrino suo nupsit.
Siqua voles aptè nubere, nube pari. Ouid. epist. 9. 7.
Nubere apud. Gell. lib. 1. ca. 23. Vna apud duos nupta esset. Ibidem tamẽ
mox sequitur, Vna potius vt duobus nupta fieret, quàm vt vni duæ.
Nupta est cum illo. Plaut. Afin. 16. 20. – ego istoc scio
Ita fore illi, dum quidem cum illo nupta eris. Idem Amph. 3. 99. Qui
cum Alcumena est nupta Electri filia. Cic. Marco Catoni, lib. 15. 2. 1.
Iúque mihi nuntiassent regis Parthorum filium, quocum esset nupta re
gis Armeniorum soror, ad Euphratem cum maximis Parthorum co
piis multaque præterea gentium magna manu venisse.
Virgo nubit cum bona alite Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 4.
Nupta est malè. Plaut. Casina. Vide MALVS.
Nubere in familiam claram. Cic. pro Cœlio, 15. Quum ex amplissimo ge
nere in familiam clarissimam nupsisset, cur tibi Cœlius tam coniunctus
fuit, cognatus, affinis, viri tui familiaris?
In familiæ luctum, atque in priuignorum funus nupsit mulier. Cice. pro
Cluentio, 149.
Nubere, inquit Nonius, veteres non solùm mulieres, sed etiam viros dice
bant, vt nunc Itali dicunt. Pomponius Pannuceatis, Sed meus frater ma
ior postquam vidit me indeiectum domo, nupsit posterius dotatæ ve
tulæ, varicosæ, Aphræ, Hactenus Nonius. Iuuenal. Saty. 2. 14.
– quid quæris? nubit amicus. Sunt qui dicant virum tum nubere, qui
seruit vxori, velut illa potius vir sit, quàm ille. Vnde Martial. lib. 8. 10.
– vxori nubere nolo meæ.
Nubere dicuntur etiam arbores vitibus, & vites arboribus, pro conscen
dere & coniungi. Plin. li. 14. ca. 1. 2. In campano agro populis nubunt.
De vitibus. Idẽ li. 18. ca. 28. 8. Vertit populi albæ etiam vitibus nuptę.
Nùbitur, pen. corr. (μνηστεύεται,) Impersonale passiuæ vocis. Plaut. Per
sa, 10. 59. Hic cum mala fama facile nubitur:
Dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur.
Nubendi, (τοῦ γαμεῖσθαι,) tempus. Ouid. epist. 19. 22.
Nuptum, (πρὸς γάμον,) collocare, Vide COLLOCO.
Dare nuptum viro. Plaut. Casina, 6. 38. – rogas?
Super ancilla Casina, vt detur nuptum nostro villico.
Nubens, Participiũ, (γαμούμενος,) vt Ferre dona nubẽti. Sen. Med. 11. 22.
Filiæ nubenti lectum genialem strauit mater. Cic. pro Cluent. 10.
Nuptus, Aliud participium, (γεγαμημένος,) vt
Marito certo nupta. Ouid. epist. 5. 22.
Filia nupta. Cic. pro Sestio, 4.
Mulier vni nupta, proposita omnibus. Cic. 7. Verr. 28.
Puella nupta alicui. Catull. ad Coloniam, epigram. 17. 3.
Viro sæuo nupta puella. Horat. 3. Carm. ode 10. 1.
Virgines nuptæ. Horat. 2. Carm. ode 8. 5.
¶ Nupta verba dicebant veteres, quæ non licebat virgini dicere: vt Plau
tus in Dyscolo, Virgo sum, non didici verba nupta dicere. Festus.
Nuptus, nupti, (μνηστός, νυμφίος,) Qui nupsit. Plaut. Casina, 22. 5. Lubet
Chalinum, quid agat scire nouum nuptum cum nouo marito.
Nupta, nuptæ, (νύμφη,) Quæ nupsit. Terent. Adelph. 4. 7. 33. Et noua
nupta eadem hæc discet. Festus, Nuptam à Græco dictam. illi enim
nuptam νύμφην, appellant.
Noua nupta, Vide NOVVS.
Pudica nupta. Ouid. 2. Fast. 159.
Singulis Indis plures solent esse nuptæ. Cic. 5. Tuscul. 113.
Nuptus, huius nuptus, (μνηστήρ,) Ipse nubendi actus. Plin. de Viris illust.
59. Eo die Numantini forti solenni nuptu filias locabant.
Nuptui collocare. Cæsar, Et sorores suas nuptui in alias ciuitates collo
casse. Columel. lib. 4. cap. 3. Minorem deinde filiam nuptui collocasse
in dimidia parte reliqui agri.

Nupturus, penul. prod. Participium, (γαμησόν@,) vt Proles nuptura & nupta. Ouid. epistol. 21.40.
Nubilis, huius nubilis, penul. corre. (γαμετός,) Apta vt viro in matrimonio iungatur. Virgil. 7. Aeneid. 11. Iam maiora viro, iam plenis nubilis annis. Cic. pro Cluentio, 8. Nubilis filia. Et Liu. 9. bel. Pun. 117.
Nubilis virgo. Ouid. 2. Trist. 100.
Nupturio, nupturis pen. corr. (γαμησιάω,) nupturire, Cupere nubere. Apuleius in Apol. Ea si claro nupsisset homini rusticano, indecrepito senio, ponte eam diceres sine vlla magia tam olim nupturisse.
Nuptiæ, nuptiarum, tantum pluraliter, (γάμος,) Coniunctio maris & fœminæ. Festus, Nuptias dictas esse ait Santra, ab eo quòd nymphea dixerunt Græci antiqui γάμον. vnde nouam nuptam νέαν νύμφην. Cornificius, quòd noua petantur coniugia. Cincius, quòd noua ratio fiat. Aelius & Cincius, quia flaminico caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere vocabant. Ob quam causam lege quoque parens tam iubetur caput eius obnubere qui parentem necauisset, quod est obuoluere. Hactenus Festus. Cice. pro Cluentio, Nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ. Ibidem, 16, Nuptiæ non matrimonii dignitate, sed sceleris sociestate coniunctæ. Idem 3. de Nat. deorum, 61. Nisi fortè maritimæ nuptiæ terrenis antepoenantur.
Malcorum nuptiarum mulier vetula. Cic. Attico, lib. 13. ep. 1.
Expers nuptiarum puella. Horat. 3. Carm. ode 11. 3.
Solennia nuptiarum. Tacit. lib. 11. Cuncta nuptiarum solennia celebrat.
Incertæ nuptiæ, Vide INCERTVS.
Incestæ nuptiæ. Tacit. lib. 11. Vt deinde ardesceret in nuptias incestas.
Infirmæ nuptiæ, Vide INFIRMVS.
Innuptæ nuptiæ, Vide INNVBO.
Legitimæ nuptiæ, Vide LEX.
¶ Adipisci nuptias, Vide ADIPISCOR.
Adornare nuptias, Vide ADORNO.
Alligatus nuptiis, Vide ALLIGO.
Apparare nuptias, Vide APPARO.
Celebrare nuptias. Vide CELEBRO.
Cœnare apud aliquem in nuptiis eius. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 10.
Conficere nuptias, Vide CONFICIO.
Conlicere in nuptias, Vide CONLICIO.
Constitutæ in hunc diem nuptiæ, Vide CONSTITVO.
Non conueniunt hæc nuptiis, Vide CONVENIO.
Cupere nuptias, Vide CVPIO.
Imperare nuptias alicui, Vide IMPERO.
Indicere nuptias, Vide INDICO, indicis.
Inquinare nuptias, Adulterari. Horat. 3. Carm. ode 6. 4.
Moliri nuptias. Tacit. lib. 12. Nuptiasque Domitii, & Octauiæ Cæsaris filiæ, moliri.
Mouentur nuptiæ, Vide MOVEO.
Mutare nuptias, Vide MVTO.
Ornare nuptias, Vide ORNO.
Nuptiâlis, & hoc nuptiâle, penul. prod. (γαμικός, γαμικλι@,) Quod pertinet ad nuptias. vt
Nuptialis cœna. Plaut. Curcul. 14. 60. – nobis omnibus
Tu vt hodie adueniens cœnam des sororiam,
Hic nuptialem eras dabit.
Carmina nuptialia. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 3.
Dies nuptialis. Seneca Medea, 1. 22.
Dona nuptialia. Cic. pro Cluentio. 10.
Faces nuptiales. Liu. 10. bel. Pun. 60. Illis nuptialibus facibus regiam conflagrasse suam. Cic. pro Cluentio, 11. O audaciam singularem, non timuisse, si minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipsam noctem, faciesque illas nuptiales?
Face nuptiali digna puella. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.
Sacra nuptialia. Quintil. lib. 1. cap. 7. 15.
Tibiæ nuptiales. Author ad Herennium, lib. 4. 199.
Vox nuptialis. Liu. 1. ab Vrbe, 19.

Nucamentum, (κυΐταρ@,) à nuce inclinari videtur, vel quòd sit ceu rudimentum quoddam naturæ pineam nucem facere condiscentis, vel quòd apertissimè in nucibus propendere videatur, inquit Ruellius. Plin. lib. 16. cap. 10. 10. E ramis generũ horum pannicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici. Hæc abietis masculæ primori parte nucleos habent, non item fœminæ. Piceæ verò totis pannicules minoribus grasioribusque minimos ac nigros. Propter quod Græci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida. Quibus ex locis, & quid sint panicular, & quid nucamenta, facile conicere poteris.
NVCERIA, (νουκερία,) Vrbs est Campaniæ, nouem millibus passuum à mari distans, cuius meminit Silius lib. 8. 106. Nuceria item Colonia, Vmbrorum vrbs Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie Alphatenia.

Nucleus, Vide NVX.

Nudiustertius, & Nudiusquartus. (πρεχτές,) Composita sunt inquit Festus, ex nunc & die tertio & quarto, id est, nunc est dies tertius, nunc est dies quartus. semperque de præterito dicuntur. Vide Vallam lib. 2. cap. 33. Plaut. Curcul. 2. 17. Caruisne febris te heri, vel nudiustertius? Idem Epid. 8. 31. Quippe ego quas nudiustertius meis manibus Numerauí. Cic. Attico, lib. 14. 307. 1. Nudiustertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea quæ proximè velim me hercule, &c. Idem 3. de Nat. deorum, 24. Omniaque quæ à te nudiustertius dicta sunt
Nudiusquartus. Plaut. Mostel. 1. 3. 18.
– nam heri & nudiustertius,
Quartus, quintus, sextus, vsque postquã hinc peregre eius pater Abiit.
Nudiusquintus. Plaut. Trucul. 10. 30.
Here nudiusquintus natus quidem ille est.
Nudiussextus. Plau. Trinum. 10. 99. Nudiussextus cui talentum mutuum dedi. Id est, Nunc sex dies sunt quòd, &c.
Nudiustertius decimus. Cic. 5. Philipp. 164. Recordabimini qui dies nudiustertius decimus fuerit, quantus consensus vestrum, quanta virtus, quanta constantia. Ibidem, 165. Legatos verò ad eum mittere, de quo grauissimum iudicium nudiustertius decimus fecissis, &c.

Nudus, nuda, nudum, (γυμνός, ψιλός,) Quod est sine tegmine. Plautus Amphit. 4. 150. Quòd homines quatuor in soporem collocastis nudos.
Nudum (inquit Seruius) dicitur, quod nunquam tectum est, vt facies.
Aestas nuda. Ouid. 2. Metam. 6.
Arnum nudum. Catull. in Carm. Nupt. 57. 10.
Cæspes nudus. Senec. Hippol. 4. 31.
Campi nudi sine fronde & arbore. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 15.
Corpus nudum. Ouid. 4. Fast. 30.
Ensis nudus. Virg. 9. Aeneid. 109, ensis leuis nudo, parmaq; inglorius alba. Id est stricto. Seruius. Idem 12. Aeneid. 62.
Ferro nudo concurrere. Ouid. epist. 13. 17.
Forma nuda. Ouid. 4. Metam. 70.
Humus nuda. Ouid. 4. Metam. 53, Sedit humo nuda.
Lacerti nudi. Ouid. 2. de Arte, 18.
Lapis nudus. Virg. 1. eclog. 10.
Littora nuda. Stat. 3. Sylu. 1. 1.
Ossa nuda. Claud. 1. in Eutrop. 25.
Pectora nuda. Ouid. 4. Metam. 118.
Nudis radicibus arbores. Plin. lib. 12. cap. 9. 3.
Ramus nudus stetit fugiẽte pomo. Senec. Thyeste, 1. 22.
Silex nuda. Virg. eclog. 1. 3.
Solum nudum. Claud. 2. in Eutrop. 60.
Vertice nudo fulua cæsaries. Virg. 11. Aeneid. 129.
Nuda genu, pro Nudum genu habens. Virg. 1. Aeneid. 65,
Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes. Ibidem, 8. 85,
–& nudus membra Pyracmon. Seruius.
Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos. Oui. 7. Meta. 37.
Nudus inopsque. Horat. 2. Serm. saty. 5. 2.
Senecta nuda. Inops. Ouid. epist. 9. 31,
Oenea desertum nuda senecta premit.
Nuda verba, pro Apertis. Plinius epist. 79, Qui talia scripserunt, non modo lasciuia rerum, sed ne nudis quidem verbis abstinuisse.
Exornata atque instructa domus, Nuda & inanis cõtraria. Cic. 4. Ver. 59, Tangebatur tamen animi dolore necessario, q; domum eius exornari, atque instructam, ferè iam iste reddiderat nudam atque inanem.
Vacuus & nudus ab. Cice. 6. Verr. 3, Nam ipsa Mestana, quæ situ, mœnibus portuque ornata fit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sanè vacua atque nuda est.
Nudus à propinquis. Cic. ad Quirites post reditum, 5, At me nudũ à propinquis, nulla cognatione munitum, &c.
Nuda à magistratibus Resp. per translationem, pro Destituta. Cicero pro Domo sua ad Pontif. 46, Tàm inops autem ego ab amicis aut tam nuda Resp. à magistratibus?
Agris nudus. Horat. 2. Serm. saty. 3. 37.
Mœnia nuda suis ducibus. Ouid. 1. Fast. 143.
Nummis nudus. Horat. 2. Serm. saty. 3. 37.
Nuda vrbs præsidio. Cicero ad Atticum, li. 7. 13. 2, Huic tradita vrbs est, nuda ea præsidio, referta copiis.
Nudo vestimenta detrahere, pro eo quod est, Ab eo sperare emolumentum cui ne fit quidem quod auferri queat, inquit Erasmus. Plaut. Asin. 3. 80, Face vt id paratum iam sit. 1. vnde gentium?
D. Me defraudato. 1. maximas nugas agis:
Nudo detrahere vestimenta me iubes.
Defradem te ego? age fis, tu fine pennis vola.
Téne ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu?
Nudum in causa destituere. Cice. pro Cecina, 67, Hunc verò qui ab iure, officio, bonis moribus, ad ferrum, ad arma, ad cædem confugerit, nudũ in causa destitutum videtis.

Nuda ista si ponas, indicari qualia sint, nõ facilè possunt. Cic. in Parad. 29.
Artes nudæ. Quintil. in Proœm. lib. 1. 18. Nam plerunque nudæ illæ artes nimiæ subtilitatis affectatione frangunt, atque concidunt quicquid est in oratione generosius.
Asperitas nuda quæstionum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 17.
Certamen nudum operum, Id est controuersia in qua certatur non de dignitate, nec de generis splendore, nec potentia aut diuitiis, sed tantum de operibus, Idest qui plus opera sua confecerit. Ouid. 13. Metam. 32.
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur, &c.
Nuda fides. Valer. 5. Argonaut. 100.
Inficiatio nuda. Quintil. lib. 5. cap. 13. 8.
Ira nuda. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 4.
Vt mala nulla feram nisi nudam Cæsaris iram,
Nuda parum nobis Cesaris ira malum est?
Nomina nuda. Ouid. 2. Trist. 81.
Vixque meus capiet nomina nuda liber.
Odia nuda. Stat. 9. Thebaid. 4.
Simplicitas nuda. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 3.
Traditio nuda. Quintil. lib. 3. cap. 1. 3.
Veritas nuda. Horat. 1. Carm. ode 24. 2.
Vires nudas mouent in prælia, Pugnant sine armis. Stat. 6. Thebaid. 4.
Nudus, Insepultus siue mortuus, Virgil. 5. Aeneid. 175.
Nudus & ignota Palinure iacebis arena. Idem 1. eclog. 13.
Et freta deflituent nudos in littore pisces. Seruius.
Nuditas, pen. corr. nudipdtãtis, (γυμνότης,) Quandoque sumitur pro inopia. Quintil. lib. 10. cap. 2. Tenuitas ac nuditas placuit, &c.
Nudo, nudas, (γυμνόω, ψιλόω,) nudare, Nudum facere, detegere. Plin. lib. 11. cap. 37. 41. Nam & speculi nitorem ex aduerso nudati heberant.
De dentibus hominum. Cic. 7. Ver. 126. Quum repente hominem pro ripis, atque in foro medio nudari ac deligari, & virgas expediri iubet.
Ab aliquo nudari. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 2.
Aciem nudare, Vide ACIES.
Armis nudare iacentem. Ouid. 11. Metam. 88.
Nudatur arbor foliis. Plin. lib. 16. cap. 22. 2. Quum quædam primæ germinent, & inter nouissimas nudentur.
Tepidos nudauerat artus. Silius lib. 5. 138.
Corpus nudare. Cic. 4. Tuscul. 115. Ex quodam poeta.
Nudare gladios, pro Distringere. Liu. 8. bel. Pun. 172. Deinde emissis leuibus telis, quæ irritare magis, quàm decernere pugnam poterant, gladios nudant, & collato pede res cœpta geri est. Ouid. 2. Fast. 139.
Nudare litora, & portus relinquere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 58. Neque sibi nudanda litora, & relinquendos portus existimabant.
Breuia litorum nudantur. Tacit. lib. 5.
Montem nudare syluis. Silius lib. 8. 100.
Terga fugæ nudant. Virgil. 5. Aeneid. 118.
Nudare vada dicitur ventus. Liuius 6. bel. Pun. 235. Et adeò nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenus aqua esset, alibi genua vix superaret. De Septentrione vento.
Viscera nudare. Virgil. 1. Aeneid. 43.
Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.
Spoliare & nudare. Cic. 2. Ver. 9. Quæ victores ciuitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliauit, nudauitque omnia.
Nudata castra. Cæsar. 2. bel. Gall. 312. Ac totis ferè castris à fronte & à sinistra nudatis. Sic lib. 7. 280.
Nudatus defensoribus muris. Cæsar. 2. bel. Gall. 255.
Præsidio sceleratorum ciuium, perditos magistratus nudare. Cicero pro Domo sua, 1.
Pericula alicuius, non modò ciuium præsidio, sed etiam quorundam deprecatione nudare. Cic. Post red. in Senatu, 18.
¶ Nudare scelus aliquod, Indicare, patefacere. Liu. 5. bel. Maced. 122. Iã enim, & id magis in dies, Aetoli defectionem nudabant.
Euoluere & nudare. Cic. 2. de Orat. 190. Libenter enim te cognitum iam iuuenem, aliquandoque euolutum illis integumentis dissimulationis artificem, nudatumque perspicio.
Nudatus & proditus. Cice. 2. Verr. 7. Quæstura primus gradus honoris, quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem spoliatũ à Quæstore suo pecunia publica, nudatum & proditum Consulem?
Nudare animos. Liuius 4. bel. Maced. 92.
Fasta alicuius nudare, Id est detegere & prodere. Oui. 2. Amor. eleg. 5. 1.
Nudatus, pen. prod. Participium, (γυμνωθείς,) vt
Caput nudatum. Virg. 12. Aeneid. 62.
Cacumina syluæ nudata. Ouid. 1. Metam. 70.
Cornicula nudata furtiuis coloribus. Hora. 1. epist. 3. 4.
Corpus nudatum. Catull. Argon. epigr. 59. 4.
Crura nudata. Virg. 2. Georg. 2.
Nudatum tecto culmen. Liu. 7. bel. Pun. 18.
Fraus nudata. Claud. de bello Gildon. 55.
Messes nudatæ. Ouid. 3. Fast. 112.
Montes nudati. Valer. 3. Argon. 67.

Pede nudato currere. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 19.
Respublica interito Consulum nudata. Plancus Ciceroni, lib. 10. 17. 4.
Iuris ciuilis Scientia nudata vis ingenii alicuius. Cicero 1. de Oratore. 84.
Suræ nudatæ rollens tegmina. Catull. Argon epigr. 59. 26.

Nugae, nugarum, pluraliter tantùm, (λῆρ@, ὕλλ@, φλυαρία, λίαν, βακχίαμοροι,) Sunt sermones leuium rerum ac nullius ponderis, & plerunque scurriles, ioculatoriique, Vnde Catullus & Martialis poemata sua vocant nugas, vt de manibus vel rebus, vel verbis loquẽtia. Hæc Valla in Raudensem. Plautus Asin. 12. 63. Hæc nõ sunt nugæ, nõ enim mortualia. Idẽ Menæ. 3. 10. Nugæ sunt meræ. Et Trinũ. 8. 33.
– hic postuler
Frugi esse, nugas postulat. Item Amphit. 7. 46.
Quas (malùm) nugas?
Nugæ, à non & ago componi videtur, quòd nihil agant.
Archetypæ nugæ, Vide ARCHETYPVS.
Bullatæ nugæ. Perf. Saty. 5. 3. Vide BVLLA.
Meræ nugę Cic. Attico, lib. 6. 114. 8. Vide MERVS.
¶ Armatus nugis. Horat. 1. epist. 10. 4.
In nugis poetam non audio. Cic. in Parad. 31.
Auferre nugas, Vide AVFERO.
Conciliare nugas, Vide CONCILIO.
Concredere alicui suas nugas. Horat. 2, Serm. saty. 6. 9.
Delectari nugis. Cic. 2. de Diuinat. 45.
Meditari aliquid nugarum. Horat. 1. Serm. saty. 9. 1.
Offendere amicum in nugis. Horat. de Arte, 41.
Relinquere nugas. Cic. Attico, lib. 6. 114. 3.
Nugax, nugâcis, pen. prod. om. gen. (φλυαρόδης,) Qui nugatur. vnde & Nugator aliàs dicitur.
Núgiger, pen. corr. Aliud adiectiuum, (ληροφόρ@,) vt Nugigera manus, hoc est Vana, & quæ seipsam fefellit. Cic. ad Atticũ, lib. 4. 74. 4. Dices, vellem iampridem. Scio te voluisse, & me. aut nugigeram manum fuisse. Ex vetusto codice legitur. Aut num germanum fuisse?
Nugiuẽdus, nugiuẽdi, (ληροπαίκτης,) ab antiquis dicebatur qui aliquid mulieribus venderet, inquit Nonius. nam omnia quibus mulieres vtuntur, pro rebus vanis atque inanibus habentur. Plau. Aulul. 19. 53.
Nugiuendis res soluta est omnibus.
Nugor, nugâris, (ληρέω, ὑλάω, φλυαρέω, φλυαρολογέω, παιγνιάω, ἀδολεσχέω, βαμβαλοχέω,) nugari, Deponens, Vana & nugas agere. Plaut. Casin. 36. 11. Nugatur scienes: nam ecastor nunc bacchæ nullæ ludunt. Idem Epid. 10. 42.
– non mihi nugari potes:
Quin tu huc producis fidicinam? Cic. 2. de Diuin. 44. Democritus tamen non inscitè nugatur. Idem ad Atticum, lib. 5. 110. 18.
Quoniam Pontidia nugatur.
Cum aliquo nugari. Horat. 1. Serm. saty. 1. 15.
Nugátor, pen. prod. nugatóris, Verbale. (φλύαρ@, ἀδολέσχης,) Plaut. Curcul. 9. 1. Aedepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactus est Phedromus. Idem Capt. 6. 24.
Euge pol Thalem talento non emam Milesium
Nam ad sapientiã huius nimius nugator fuit. Cic. de Senect. 25. Nõ verò tã isti, quàm tuipse nugator. Idem pro Placco, 30. Nũc verò non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolẽtius, neque in istum nugatorem, tanquam in aliquem festem inuehar. Sic ad Atticum, li. 6. 111. 27. Et Liuius 8. bel. Maced. 247.
Nugatorius, Adiect. Idem. (ληρώδης,) Author ad Herennium, Duo sunt genera vitiosarum argumentationum. Vnum quod ab aduersario reprehendi soleti; idque partinet ad causam. Alterum quod tametsi nugatorium est, tamen indiget reprehensione. Plaut. Trinum. 13. 92.
– pax idem nomen mihi,
Hoc quotidianum est. c. ædepol nomen nugatorius, quasi dicas, Siquid crediderim tibi, pax, perisse illico. Cic. 1. de Nat. deorum, 150. Tota res Vellei nugatoria est. Idem pro Cecinna, 47 Omnino ad probandum vtranquerem videam infirmam, nugatoriamque esse. Sic 6. Verr. 28. Item Brutus ad Antonium, lib. 11. 2. 7. Leue est ac nugatorium.
Mala, nugatoriaque accusatio. Cic. pro Rosc. Amerino, 24.
Nugâlis, & hoc nugâle, pen. prod. (φλυαρώδης,) Quod est nugis plenum, seu quod est nugarum. Gellius lib. 1. cap. 2. Sed theorematibus tantùm nugalibus dilatrantes, obiurgatione iusta incessiuit. Idem lib. 13. cap. 16. Alii alia quædam nugalia.
Nugamentum, nugamenti, (ὕλαμα,) Idem quod nugæ. Apul. lib. 1. A quo litorum nugamenta hęc comparasti.

Nullus, nulla, nullum, gentiuo nullius, pen. prod. (μηδείς, οὐδείς,) & aliquandò in carmine correpta à non, & vllus compositum. Cice. de Amicitia, 29. Sic munitus est, vt nullo egeat. Idem 4. Acade. 186.
Assentiri nulli rei.
Fers te nullius egentem. Horat. 1, epist. 18. 5.
Nullius addictus iurare in verba magistri. Horat. 1. epist. 1. 3.
Nullus, Id est nullius momenti & vtilitatis, siue irritum & inane. Cice. de

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amicitia,81.Nulla hæc igitur amicitia, quum alter verum audire non vult,alter ad mentiendum paratus est. Plaut.Trin.10.12. Nullum beneficium esse duco id quod cui facias non placet. Cic.in.Philip.Quem tu ordinem omnino nullum esse putas.

Nollus,cum genitivo.Plin.lib.11.cap.37.37.Volucrum nulli dentes,præter vespertilionem. Cice.1.de Nat.deor.135. Elephanto bellorum nulla prudentior. Idem ad Atticum,lib.8.176.1.Senatorum nullos el te Romæ nos quoque audieramus.Correctiora exemplaria legunt Senatores multos esse,&c.

Nullus,pro Non. Plaut.Bacchid.1.58. Tu nullus affueris, si non lubet. Idem.Trinum.9.5.
– at tu ædepol nullus credas:si hoc non credis,ego
Credidero. Sic. Afin.9.1.Litanum iu tonstrinâ vt iusseram venire,is nullus venit.Terent.And.1.1.33.Liberatus sum Daue hodie tua opera. D.at nullus quidem. Idem Eunucho,2.1.10.
– ha ea pellito.
P.Memini,tametsi nullus moneas. Item Hecyra.1.1.4.
– si quæret me,vti
Tum dicas:si non quæret,nullus dixeris. Cic.Attico,lib.12.230.4.Philotimus non modò nullus venit,sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorem facit me quid egerit. Eidem,lib.15.319.18.Ego autem scripsi Sextum aduentare:non quo iam adesset, sed quia certè id ageret,ab armisque nullus discederet.

Nulli duo.Plin.lib.3.cap.1.ad finem, Præterea aliunde aliis exordium mensuræ est,& alia meatus:ità fit vt nulli duo concinant.

Nullus imperator fuit ex illo tempore,vir ille summus.Cicero Mario,libro 7.3.7.de Pompeio.

Argumentum id quidem nullum est.Cic.1.Tuscul.19.

Ars nulla aut pertenuis. Cic.1.de Orat.53.

Nulli consilii,pro nullius.Terent.And.3.5.2.
– quandoquidem tam sœuis,tam nulli consilii Sum.

Nullus de. Cice.5.de Finib.63. Vt & omnes partes habeat incolumes,& de virtutibus nulla desit.

De inimicis nulli supersunt.Cic.pro Marcello,12.

Nullus dum.Liui.5.ab Vrbe,155.Alpes inde oppositæ erant,quas inexpeabiles visas haud equidem miror,nulla dum via(quod quidem continens memoria fit,nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas.

Leges nullæ.Ci.1.de Leg.13. Igit Tutias & Apuleias leges nullas putas?

Quintio tenues opes,nullæ facultates,exiguæ amicorum copiæ sunt.Cice.pro Quintio,2.

Nulla fides regni sociis.Lucan.lib.1.19.

Nulla fide esse,hoc est,Cui non est adhibenda fides. Plaut. Milit. 20.59.
– caue istoc feceris,
Dicent te mendacem,nec verum esse,fide nulla esse te.

Nullo fine crescunt vites.Plin.14.cap.1.2.

Nullo:um hominum homo.Terent.Eunucho,3.1.19.
Regem elegantem narras. T.imò sic homo est
Perpaucorum hominum. G.imò nullorum arbitror,
Si recum viuit.Id est,præter eum nemo est qui talem ferre secum velit.

Lites nullæ,neque controuersiæ sunt.Cic.1.de Orato.59.

Nullis literis vir,Id est illiteratus. Plin.epist.115.2, Video etiam multos paruo ingenio,literis nullis,vt bene agerent,agendo consecutos.

Nullo loco deesse alicui.Cic.ad Atticum,lib.2.35.1.Amicato vt te velle intellexeram, nullo loco defui. Eidem,lib.14.313.3. Bruto certè meo nullo loco deero.

Nullo modo.Terent.Eunucho,5.2.2.
Quasi dedita opera domi erant,vt nullo modo
Introire possem. Idem Heaut.5.4.19.
– at te illud nullo modo Facere piguit.

Nullo negotio,Sine difficultate.Cic.Attico,lib.11.207.3. Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit. Idem pro Rosc.Amer.48.Quare tu hoc propter multitudinem sicariorum,nullo negotio facere potuisti.

Nullus nisi.Cic.1.de Finib.111.Nullum suum officium ducerent, nisi vt voluptati ministrarent.

Nullo numero homo,Id est nullius pretii. Cic.3.Philip.135.

Oratio nulla sit necesse est,aut omniũ irrisione lodatur.Ci.1.de Ora.17.

Passim nullo ordine.Liu.10.bel.Pun.13.Numidæ præcipuè arundine textis storiaque pars maxima tectis,passim nullo ordine,&c.habitabant.

Nullo pacto. Plaut. Pseud. 3.92. Profectò nullo pacto possum viuere.
Terent.And.1.5.11.
Pro deũm atque hominum fidem,nullóne ego
Cliremeris pacto affinitatem effugere potero?

Nullam in partem,pro Nullo pacto.Cice.ad Memmium,lib.13.1.3.Ac te illud primum rogabo, nequid inuitus mea causa facias:sed id, quod mea intelliges, tua nullam in partem multum interesse, ita mihi des, si tibi vt id libenter facias,antè persuaseris.

Nulla ratione.Cice.4.Acad.255.Deque eo nulla ratione neque pelli,neque moueri potes.

Nulla re vna magis commendatur orator, quàm splendore verborum. Cice.de Claris Oratorib.113.

Rempublicam nullam habere.Cic.1.de Orat.Quod nisi fecisset,Rempublicam,quam nunc vix tenemus,iandiu nullam haberemus.

Ecce me nullũ senem.Plau.Casin.6.26.Si id factũ est,ecce me nullũ senẽ.

Tam nullus.Plin.lib.11.cap.2.1.In his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio,quanta vis,quàm inextricabilis perfectio?

Nullus sum,pro Periti.Plaut.Afin.16.72. – surge amator,i domum.
D B.Nullus sum. Idem Merc.7.123.Nullus sum,occidi. Et Cas.16.1.
Nulla nulla sum,tota tota occidi.Terent.Hecyr.4.1.6.Sed ostium concrepuit:credo ipsum ad me exire,nulla sum. Idem And.3.4.10.Ibo ad eum,atque eadem hæc quę tibi dixi,dicam eadem illi.D.nullus sum.Et Eunuch.5.7.22.Nullus sum.Vbi Donatus, Plus est nullum esse, quàm periisse.nam qui perit,vel corpus habet reliquum:qui verò nullus est, ita non est ac si natus non sit. Liu.ab Vrbe,83.Ipse vindex vester, vbi visum inimicis est,nullus repentè fui.

Nullius non facinoris societas,pro Cuiusuis facinoris. Sueton. in Octau. Augusto,cap.32.Et plurimæ factiones titulo collegii noui, ad nullius non facinoris societatem coibant. Martial.lib.8.21.
Quum facias versus nulla non luce ducentos.

Nullius,pro Neutrius.Asinius Pollio Ciceroni,lib.10.31.4. Quum verò non liceret mihi nullius partis esse, quia vtrobique magnos inimicos habebam, ea castra fugi, in quibus planè tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum.

Num,(μὼν,ἆρα,μὴ ὄντ,μὴ καί,) Aduerbium interrogandi,cui subintelligitur negatio.Soli indicatiuo iungitur. Teren.And.5.3.6.
– ô ingentem confidentiam!
Num cogitat quid dicat?num facti piget?

Vide,num eius color,pudoris signum vsquam indicat? Quasi dicat, non cogitat. Ibidem,3.3.47,Num censes faceret,filium nisi sciret eadem hæc velle? Cic.4.Verr.103, Per deos immortales, num cui dubium esse poterit,quin,&c.

Num,an.Horat.2.Serm.saty.5.12,Num furis?an prudens ludis me,obscura canendo?

Num,aut.Virg.4.Aeneid.74,Num lachrymas victus dedit, aut miseratus amantem est?

Num quod eloquentiæ vestigium apparet?Cic.1.de Orat.19.

Num quo alto modo?Cic.2.de Inuent.151.

Annum imperatorum scientia nihil est?Cic.1.de Diuinat.49.

Nummam,(μὼν,) compositum à num, & nam. Idem quod num significat.Plaut.Cist.9.6.
– hæc cistella nummam hinc ab nobis domo est?
Nam hinc ab ostio iacentem sustuli. Idem Amphit.17.21, Nummam hunc percussit Iuppiter?credo ædepol. Terent.And.3.4.12,
Hem nummam periimus? Idem Eunucho,2.2.55,
Etiam tu hîc stas Parmeno?eho, nummã tu hîc relictus custos, Nequis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet? Item Heaut.3.2.6,
Quis hic loquitur? periimnummam hæc audiuit? Et Eunucho,5.5.5.
Quę illęc turba est?ninam ego periit? adibo. Quasi dicat certò periit.

NVMA Pompilius, (νουμᾶς,πομπίλιος,) vir Sabinus,& à Romulo secundus rex, iustitia & pietate insignis: qui pacatis finitimorum odiis, gemini Iani templum edidit: quod apertum bella, clausum pacem indicaret. Mox ad religionem conuersus, in deorum timorem (quo ad mitiora truceis flecteret animos) sacra instituit,sacerdotes creauit, virgines Vestales sacrauit, Pontificem maximum primus declarauit, dies fastos, nefastosque condidit, annum in duodecim menses diuisit postremò vbi maxima cum reuerentia & suorum & finitimorum creuisset,quadragintaque annis regnasset,diem suum obiit. Cicero 2.de Orato.84, Numam Pompilium illum regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis antè fuit,quàm ipse Pythagoras, quo etiam maior vir habendus est,quum illam sapientiam constituendæ ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit, quàm eam Græci natam esse senserunt. Idem 4.Tuscul.5.Numam quoque regem Pythagoreum à posterioribus existimatum. Nam quum Pythagoræ disciplinam, & instituta cognoscerent, regisque eius æquitatem, & sapientiam à maioribus suis accepissent, ætates & tempora ignorarent propter vetustatem, eum qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt.

Coniux Numæ Egeria.Ouid.3.Fast.56.

Antiqui regia parua Numæ.Ouid.3.Trist.eleg.1.6.

Munificus Numa.Ouid.3.Fast.77.

NVMANA,pen.prod.(νουμάνα,) Oppidum est Piceni in Italia, vt scribit Pomponius Mela lib.2.

Scopulosæ rura Numanæ.Silius lib.8.86.

NVMANTIA,(νομαντία,) Vrbs Hispaniæ in Celtiberia,quæ à Romanis obsessa per annos XIIII, quum haberet tantum quatuor hominũ millia,nõ solùm sustinuit,sed etiam vicit quadraginta millia Romanorum:tandem tamen à Scipione posteriore post longam & atrãtissimam obsidionẽ deleta. Quũ enim fame laborarent nec eis daretur iusti cereaminis copia,omnia sua & seipsos igni immiserunt. Vide Flori lib.1.

Euerterunt

Euerterunt Numantiam Romani.Cic.4.Phillpp.165.

Fera Numantia.Horat.2.Carm.ode 12.1.

Numantinus,pen.prod.Adiectiuum, (νομαντινὸς,) vt
Vibs Numantina Ouid.1.Fast.119.
Aut Numantini.Propert.lib.4.eleg.12.6.

Numella, numellæ,(νόμφαιν,) Est,vt ait Nonius, machinæ genus lignéum, quod ad discruciandos noxios parabatur, quò collum & pedes immittebant antiqui.Plaut.Afin.11.5.
Neruos,catenas,carceres,numellas,pedicas,boras,
Tortoresque acerrimos.

Numella,authore Festo, genus est vinculi quo quadrupedes alligantur. Varro lib.2.de Re rust.cap.9.11.Consueuoque faciunt,vt pollint alligari primùm leuibus numellis:quas si abrodere conantur,ne id consuesscãt facere,verberibus eos deterrere solent. De canibus.Legitur in emendato codice vinclis. Columella lib.6.cap.19.2.Vbi,inquit,possunt etiam numellæ fabricari,vt inserto capite descendentibus per foramina regulis ceruix teneatur. In quibusdam exemplaribus hîc legitur masculino genere,numelli. Idem de ouibus & capris,lib.7.cap.8. 1.Nonnulli autequam pecus numellis induceant, virides pineas nuces in mulctram demittunt.

Numen, numinis,penul.corr.n.g.(θεὸς,θεὸν,θεοῦ τῆς,) Dicitur, authore Festo, quasi nutus dei, ac potestas. A nuo, nuis,quod veteres pro volo vsurpabant.Virgil.2.Aeneid.156.
– non hæc sine numine diuũm Euenient.Id est,sine fati necessitate,vt ait Seruius. Valla negat significare nutum,lib.6.

Numen est quoddam & vis deorum.Cic.2.de Nat.deor.137.

Numen,potestas dei,maiestas.vnde Diuersa numina,id est diuersæ potestates.Virgil.4.eclog.10.
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

Numen,Possibilitas.Virgil.1.Aeneid.156. Ad te confugio,& supplex tua numina posco. Seruius. Catul.Argon.epigram.59.41.
Annuit inuicto cœlestum numine rector.

Cultores numinis.Ouid.1.Metam.66.

Amicum mihi numen.Virgil.2.Aeneid.47.

Benigno numine Iuppiter.Horat.3.Carm.ode 4.15.

Conicia numina veri.Virgil.1.Aeneid.29.

Contuerla numina.Virgil.5.Aeneid.94.

Diuinum numen.Cic.4.Acad.218.Quis enim potest, quum existimet cuncta se à Deo,nõ & dies & noctes diuinũ numẽ horrere?Lucre.li.1.51.

Redditum se diuino numine Reipub.Cicero testatur proDomo sua,110.

Exorabile numen.Iuuenal.Saty.13.11.

Implacabile numen.Sene.Oedip.4.21.

Inexitabile numen.Stat.9.Thebaid.110.

Magna numina deũm.Virgil.1.Aeneid.125.

Maligna numina.Iuuenal.Saty.10.13.

Præsens & propitium alicui numen.Quintil.in Procem.lib.4.4.

Puro numine Iuppiter glaciat niues.Horat.3.Carm.ode 10.2.

Adorare numen.Virgil.1.Aeneid.11. Ouid.11.Metam.79.

Ascribi numinibus,Vide ASCRIBO.

Colendum numen.Stat.9.Thebaid.118.

Iram numinis contrahere sibi.Ouid.2.Metam.133.

Numine suo atque auxilio nos defendũt dii immortales.Cic.2.in Catil.47.

Secundis numinibus euenire.Tacit.lib.15.

Iræ numinis exercentes.Virgil.4.Georg.91.

Exorabile numen Cæsaris.Stat.5.Sylu.1.33.

Diuũm numine feror in arma.Virgil.2.Aeneid.68.

Horrere diuinum numen.Cic.1.Finib.63.

Læsum numen.Virgil.1.Aeneid.3.

Metuens numinis ingenium.Ouid.6.Fast.52.

Occursare numinibus,Vide OCCVRRO.

Orare numina.Virgil.2.Aeneid.47.

Parent numini diuino omnes naturæ.Cic.1.de Diuinat.32.

Placabile numen.Ouid.1.Trist.29.

Placare numen per sacrum aliquod.Ouid.13.Metam.93.

Diuinum numen precibus placare. Cic.pro Domo sua,108.

Cœleste precari numen.Ouid.1.Metam.75.

Magnas precari numina.Virgil.3.Aeneid.127.

Sancta numina precamur.Virgil.3.Aeneid.109.

Spernere numina diuũm.Ouid.8.Metam.150.

Cœlum & terras qui numine torquet.Virgil.4.Aeneid.54.

Vendere numen interdictumque deorum immortalium alicui. Cice. in Pisonem,38.

Venerabile numen.Stat.4.Sylu.6.12.

Non violabile numen.Virgil.2.Aeneid.331.

Numen,Ipse deus.Virgil.4.Aeneid.77.
Spero equidem mediis (siquid pia numina possunt)
Supplicia hauriurum scopulis.

Aquarum numen Neptunus.Ouid.4.Metam.71.

Belligerum numen.Stat.1.Achill.102.

Fontana numina Naiades.Ouid.14.Metam.66.

Montana numina Panes. Ouid.epist.4.35.

Rustica numina Fauni.Ouid.1.Metam.39.

Syluestria numina.Ouid.2.Fast.56.

Doloris numina.Quintil.in Procem.li.6.4.Iuro permala mea, per infœlicem conscientiam,per illos manes numina doloris mei.

Numina diuũm,Oracula.Virg.2.Aeneid.25.
– quæ sint ea numina diuũm Flagitat. Seruius.

Conceptum numen pectore.Lucan.lib.5.20.

Manifesto numine,Id est manifesto deorum iudicio.Virg.11.Aeneid.47.
Fatalem Aeneam manifesto numine ferri.

Numen, pro Habitu atque ornatu interpretatur Nonius. Virgilius 2. Aeneid. 80. Vadimus immisti Danais, haud numine nostro. Seruius. Numine nostro, Aut diis contrariis, aut quia in scutis Græcorum, Neptunus:in Troianorum,fuerat Minerua depicta.

Numerus, numeri,pen.corr.(ἀριθμός.) Vnitatum collectio.

Breuiores numeri.Quintil.lib.1.cap.10.32.

Centenarius numerus Vide CENTVM.

Impar numerus,Vide IMPAR.

Infinitus numerus.Quintil.lib.5.cap.10.65.

Immanis numerus,Vide IMMANIS.

Innumeralis numerus. Lucrẽt.lib.2.217.

Singularis,dualis,ac pluralis numerus.Quintil.lib.1.cap.5.27.
Vide Dualis post DVO.

Numerus aliquando refertur ad ea quæ mensurantur. Vnde Magnum numerum frumenti,olei,vini antiqui dicebant, quod nonnulli nunc dicunt magnam quantitatem uel copiam.Cicero pro Plancio,52.Frumẽti in summa caritate maximum numerum miseram. Idem.5.Verr.31. Cuius iudicis metu magnus à multis frumẽti numerus ablatus. Ibidẽ, 4.137. Cæsar in Cõmẽt.Frumenti magnũ numerũ coegit. Hercius in Cõmẽt.Magno inuento numero hordei,olei,vini,fici, pauco tritici. Ci.2.Phil.76.Maximũ vini numerus fuit,pmagnũ optimi pŏdus argẽti.

Magnus numerus frumenti, Vide MAGNVS.

Numero ac sũma sua, pecunia quãta sit ostendit Cicero pro Cluẽtio, 70.

Numerus,Societas,grex, seu pars. Vnde dicimus aliquem ex eorum numero,qui est eorum particeps Salust.Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regem mittit. Id est ex iis qui suæ partis erant.

Integer numerus militum.Cic.Appio,lib.3.3.6.

Exigui numero viri.Virg.5.Aeneid.151.

Turmæ equitum numero tres.Virg.5.Aeneid.111.

Numerus,pro Honore vel existimatione.Cic.2.Philipp.80.

Itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post eius ex Africa reditum obtinuisti, quo numero fuisti? Qua existimatione, quo gradu dignitatis? Idem ad Qu.fratrem,lib.1.1.18.Accensus sit eo numero,quo eum maiores nostri esse voluerunt.

Ex numero desertorum homo.Cic.1.de. Orat.82

Nullo numero homo,Vide NVLLVS.

Abundare numero. Quintil.lib.5.cap.7.15:Et si deficietur numero pars diuersa,paucitatemsi abundabit,conspirationemsi humiles producit,vilitatemsi potentes,gratiam oportebit incessere.

Accipi in numero,Vide ACCIPIO.

Aequari numero,Vide AEQVO,æquas.

Ad numerum adscribere, pro In numero suorum habere.Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.1.23.Quo ex genere siquem fortè tui cognosti amãtiorem (fieri enim potuit) quàm temporis, hunc verò ad tuum numerum libẽter adscribito.

Adscribere in numerum,Vide ASCRIBO.

Augere numerum Lucret.lib.1.89.Vide AVGEO.

Collocare in deorum numero,Vide COLLOCO.

Componere numero in turmas.Virg.11.Aeneid.120.
Hetruscique duces,equitumque exercitus omnis
Compositi numero in turmas. Vbi Seruius,Numero,Id est rationabiliter.Vnde & sæpenumero dicimus,Id est frequenter & rationabiliter.

Comprehendere numero,Vide COMPREHENDO.

Conuenit numerus,Vide CONVENIO.

Deici aliquem numero. Quintil.lib.5.cap.7.15.

In numero & loco hostium duci.Cic.7.Verr.97.

Digerere aliquid in numerum.Virg.3.Aeneid.90.

Distribuere in numeros,Hoc est,in ordines,vel ita per numeros disponere,vt possea in ordines reduci possint. Plin.epist.246. Ipse enim dubito,ob hæc maxime,quòd vt iam dixerant,sacramento militari nondũ distributi in numeros erant.

Eximere aliquem numero beatorum.Horat.2.Carm.ode 2.4.

Numero eximere,Est eximium,& egregium,& singularem aliquem constituere.Quintil.lib.1.cap.4.3.Authores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.

Explere numerum,Vide EXPLEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glificere numero. Tacit. lib. 4. Quum ex vsu temporis huc illuc mearent, glificerent numero, & aliquando minuerentur.

Numerum habui. Plaut. Pseud. 1 5. 5.
Habui numerum sexstilò, hoc est sextum à porta, proximum
Angiportum. Id est sciebam quotus esset.

Rationem numerumque habere. Cic. 7. Verr. 57.

Habere aliquem in numero suorũ, hoc est, inter suos & amicos. Cic. Octauio. lib. 13. 2. 6. Ipsum suo nomine diligas, habeasque in numero tuorum. Cælius Ciceroni, lib. 8. 9. 10.

Habere aliquem numero ac loco. Cic. 4. Verr. 93. Sed ne miremini qua ratione is tantum apud illum libertus potuerit, exponam vobis breuiter quid hominis sit: vt & illius nequitiam, qui illum secum habuerit, eo præsertim numero ac loco, & calamitatem prouinciæ cognoscatis.

Numero, vel in numero aliquo haberi, vel esse: cui Despici opponitur. Varro 1. de Re rust. cap. 17. 5. Quod ita quum sit, minus se putant despici, atque aliquo numero haberi à domino. Brutus ad Atticum, 17. 7. Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quàm cum patris habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit? Cic. 3. de Oratore, 117. Sine hac summus orator esse in numero nullo potest.

Metiri numerum. Stat. 6. Thebaid. 53.

Mutare numerum. Quintil. lib. 1. cap. 6. 12.

Obtinere aliquem numerum. Cic de Claris Ora. 91. Dicebat etiam L. Scipio non imperitè, Cneusque Pompeius F. aliquem numerũ obtinebat.

Ad numerum permanere. Cic. 1. de Nat. deor. 145. Sic enim dicebat, speciem dei percipi cogitatione, non sensu, nec esse in ea vllam solliditatem, neque eandem ad numerum permanere.

Redigi ad numerum duorum. Ouid 6. Metam. 40.

Referre aliquem in numerum. Cic. 2. de Diuinat. 6.

In numeros nomen referre. Plin. epist. 8. lib. 3. Neque enim adhuc nomẽ in numeros relatum est: ideoque liberum est nobis Syluanum in locum tuum subdere. In numeros, Id est in ordinem, Tribunorum scilicet. Dicimus milites nondum relatos in numerum, quum delecti quidem sunt, nondum tamen in suos ordines peruenere.

Replere numerum. Lucret. lib. 2. 108.

Subducere numerum. Catull. in Epital. Iuliæ, 56.
Ille pulois Erithrei,
Sideremque micantium
Subducat numerum prius,
Qui vestri numerare vult
Multa mi lia lusuum.

Ad numerum esse, Vide AD præpositionem.

In numero esse, Annumerari. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 24. 2. In primisque libertus eius, L. Cossinius Anchialus, homo & patrono, & patroni necessariis, quo in numero ego sum, probatissimus.

Hoc erit in magno numero nostrorum malorum. Id est Augebit numerũ nostrorum malorum. Cic. Attico, lib. 3. 46. 1.

Esse in numero ciuium. Cic. pro Domo sua, 64.

In nullo numero esse. Cic. 3. de Orat. 117. Actio inquam in dicendo vna dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest.

Deorum numero esse alicui. Liuius 7. ab Vrbe, 140. Conditorum, parentum, deorum immortalium numero nobis eritis. Cic. 1. Vet. 34. Quamobrem si iure eum possis accusare, tamen quum is tibi parentis numero fuisset, id piè facere non posses.

Venerari in numero deorum aliquos. Cic. 2. pro Leg. agrar. 92.

Venire in numerum oratorum. Cic. 1. de Orat. 57.

¶ Ad centena numero, Vide AD præpositionem.

¶ Numerus, pro ratione harmonica ponitur, quam Græco vocabulo rhythmum appellamus, quòd omnis harmonia & omnis concentus numeris constet. Virgil. 9. eclog. 8. – numeros memini, si verba tenerem. Hinc oratio quæ numeris caret, soluta dicitur: quæ verò numeris constat, numerosa. Cic. 1. Acad. 15. Atque ipse varium & elegans omni ferè numero poema fecisti. Quintil. lib. 9. cap. 4. In omni porrò compositione tria sunt necessaria, ordo, iunctura, numerus. Ibidem, Fœlicissimus sermo est, cui & rectus ordo, & apta iunctura, & cum is numerus opportunè contingit.

Numerus & modus oratorius. Cic. 1. de Orat. 73.

Flebiles numeri. Ouid. 2. Fast. 22.

Impares numeri, Elegiaci. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 8.

Leuioribus numeris apta materia. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 5.

¶ Adiungere numeros, Vide ADIVNGO.

Adiunxit primus numeros verbis solutis Isocrates. Cic. in Orat. 100.

Alligari numero. Quintil. lib. 4. cap. 5. 43. Hoc tamen numero, velut lege non est alligandi. De partitione.

Astringere orationem numeris, Vide ASTRINGO.

Moderatione certa quadã numerorũ astringit histrio. Cic. 1. de Ora. 132.

Canere in cantu numeros, Vide CANO.

Claudere sententias numeris. Cic. in Orat. 134.

Commetiri numero. Vide COMMETIOR.

Verborum numerum, sententiarum numero consequi. Cic. 2. de Ora. 30.

Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facilè vicit, qui ita creber est rerum frequentia, vt verborum propè numerum, sententiarum numero consequatur.

Contentæ numeris fides. Cic. 4. de Finib. 121.

Numero & paucitate definita genera. Cic. 2. de Orat. 79.

Grau numero edere arma. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 1.

Explere numeros & conficere versus, eius est qui fidibus vtitur. Cice. 4. Academic. 46.

Molli numero fluunt carmina. Persius Saty. 1. 7.

Ludere in numerum. Virgil. 6. eclog. 6.
Tum verò in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere. Idem 4. Georg. 35. de Cyclopibus,
Illi inter sese magna vi brachia tollunt In numerum. Lucret. lib. 2. 128. Ludunt, in numerumque exultant sanguine læti.

Extra numerum si se moueat histrio, exsibilatur & exploditur. Cice. in Parad. 31.

Obloquitur numeris septem discrimina vocum. Virgil. 6. Aeneid. 130.

In quadrum numerum sententias redigere. Cic. in Orat. 130.

Modum & numerum in oratione soluta seruari oportere. Cice. de Claris Oratorib. 16.

Soluti numeri lege. Horat. 4. Carm. ode 2. 3.

¶ Omnibus numeris absolutus. Plinius epist. 2 15. Legi enim librum omnibus numeris absolutum.

Obire omnes numeros comitatis. Plin. in Paneg. 121. Quippe quum orationi oculos, vocem, manum, commodares, vt si alii eadem ista mandasses, omnes comitatis numeros obibas.

Perfectum expletumque omnibus suis numeris & partibus. Cicero 2. de Natur. deorum, 52.

Veritatis omnes numeros in se habere. Cicero. 1. de Diuinat. 46, Iràne verò quicquam potest casu esse factum, quod omnes habet in se numeros veritatis?

Continere omnes numeros virtutis. Cic. 3. de Finib. 39.

¶ Numerus, occultiore significato lógè aliud est q̃ quod vulgus existimat. Sanè Plato, velut Salomoni concinẽs, dicenti Deum omnia in numero, pondere, & mẽsura pfecisse: dum numeros, mensuras, & solida in medium adducit, p numeros vult intelligi ipsas rerũ naturaliũ species formasq; substantiales: quas etiam Aristoteles numeris comparat. Per mensuras aũt, certas instrumẽtalesq; figuras, vel magnitudines speciebus certis accõmodatas. Per solida deniq; atq; vires significat qualitates, quæ & cũ molibus penitus ptendũtur, & pstant motionibus actionibusq; momentũ. Ex qua reconditiore disciplina scribit Macrobius, Numerorum certã constitutamq; rationẽ animas sociare corporibus. Qui numeri dum supersunt, perseuerat corpus animari. Quum deficiunt, arcana illa vis soluitur, qua societas ipsa constabat. Et hoc est qd fatũ & fatalia vitę tẽpora vocant. Vnde est Virgilii illud 10. Aen. 109, - explebo numerum, reddarq; tenebris. Hinc etiam veteres philosophi dixerunt, Animam esse numerum se mouentem. Quod Pythagoricum esse decretum, probat Plutharchus libro 4. de Placitis philosophorum, adiiciens tamen numerum hìc pro mente accipi.

¶ Numerus impar à Pythagora plenus censebatur & perfectus: contrà Par, indigus, deficiens, & imperfectus. Impar siquidem pari commissus, vim suam seruat perpetuò: conduplicatus verò, eundem gignit. Est itaque fœcundus: habetque vim principii, diuisionis ipse nescius, vnitate semper in eo redundante. Par verò diuisibilis est: nec imparem vnquam producit. Atqui ex diuisione malum omne suboritur, corporum ægritudines, ciuitatum seditiones, familiarum diffidia, & reliqua hoc genus. Econtrario, ex vnitate bonum omne: corporum sanitas, ciuitatum & familiarum pax, animorum consensus. Proinde Homerus imparia semper superis contribuit: inferis verò paria. Adde quòd Pythagoras numeros impares ponebat formis rerum naturalium analogos, vt Pares materiæ: per hos de sensibilibus, per illos de intellectualibus substantiis philosophans.

Numerò, Aduersium, veteres pro Nimium cito dicebant, authore Festo. Plautus Menæh. 8. 13, Menæhme, numerò huc aduenis ad prandium. Idem Milite, 22. 7. Haud etiam numerò hoc dicis. Sic Casina, 16. 20, – quid vis
Ancilla? P. nimium sæuis. S. numerò dicis? Item Pœnu. 18. 100.
O Appella, ô Zeusis pictor, cur numerò estis mortui,
Hinc exemplum vt pingeretis? Erasmus, Plautus Casina, Numerò dicis, dixit, pro eo quod est, Facilè & compendio. Festus exponit pro Citò ac Celeriter: citans tum alios multos authores, tum hunc Plauti locum. Sed apud Festum adeò deprauata est scriptura, vt referre pigeat nisi quòd illinc colligitur veteres non solùm dixisse, numerò dicis, sed numerò scis, numerò facis, numerò expungere, numerò credere, numerò venire: pro Facilè & citò venire. Nonius Marcellus putat numerò dici pro Multum: sed exempla quæ adducit, magis indicant accipi pro Citò ac facilè, siue statim. quod ipsum ille fatetur in fine. Idem in Amphitryone, Numerò mihi in mentem fuit. Vsurpatur apud eundem & aliis aliquot locis,

Numerósus,

Numerósus, pen. prod. Adiectiuum, Quod magno constat numero: Plin. in epistolis, Hoc opus numerosas poscit manus. Hoc est, multas. Idem in Paneg. 45. Aliò me vocat numerosa gloria tua.

Numerosiore ambitu litorum circunflectitur Ionia. Plin. lib. 5. cap. 29. 7.

Brachia numerosa ducere. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 6.
Illa placet gestu, numerosaque brachia ducit. Hoc est ad certam legem & mensuram.

Cicatrix numerosa. Claud. de bello Get. 97.

Cohors numerosa. Plin. lib. 7. cap. 44. 1.

Gestus numerosi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 7.

Laus numerosa. Ouid. ad Pisonem, 14.

Malum numerosum. Senec. Herc. fur. 4. 8.
Quid sæua Letnæ monstra, numerosum malum?

Partus numerosus. Plin. lib. 11. cap. 40. 1. Quæ numeroso fœcunda partu, & quibus, &c. Idem lib. 10. cap. 58. 1. Ita natura moderante, vt aliis crebrior sit fœtus, aliis numerosior.

Phalanx numerosa. Valer. 1. Argon. 89.

Quæstus numerosior. Claud. 1. in Eutrop. 44.

Varietas numerosa. Plin. lib. 9. cap. 17. 6

Vrbes numerosæ. Claud. de bello Gildon. 57.

¶ Numerosa oratio Ciceroni dicitur in Oratore, 127. quæ est similis numerorum, non planè è numeris constans. Idem 3. de Orat. 102. Etsi numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus quod habet quasdam impressiones, & quod metiri possimus interuallis æqualibus.

Loci numerosi. Quintil. lib. 6. cap. 3. 25.

Horatius numerosus. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 10.

Numerosè, Aduersium. Cic. 3. de Orat. 96. Et tamen eam cõiunctionem sicuti versum numerosè cadere & quadrare & perfici volumus. Idem 2. de Nat. deorum, 35. Quid si platani fidiculas ferrent numerosè tonantes? In priore quidem exemplo significat id quod vulgò dicitur rhythmicè, & per mensuras in posteriore autem, Permultum.

Numerose & aptè cadens comprehensio. Cic. in Orat. 83.

Cadit numerose sententia. Cice. de Claris Oratorib. 17. Ipsa enim natura circunscriptione quadam verborum comprehendit concluditque sententiam: quæ quum aptis constricta verbis est, cadit etiam plerùnque numerosè.

Aptè & numerose dicere. Cic. in Orato. 127.

Numerose & volubiliter orationem fundere. Cic. in Orat. 132.

Numerális, & hoc numerále, penul. prod. (ἀριθμητικός,) Quod ad numerum pertinet. Vnde Numeralis scientia, quæ tractat de numeris, Græcè Arithmetice dicitur.

Numeralia nomina, apud Grammaticos, quibus vtimur in numerando.

Numerabilis, & hoc numerabile, pe. cor. (ἀριθμητός,) Qd numerari pót.

Populus numerabilis, Id est non magnus. Horat. de Arte, 42.

Numéro, numeras, pen. corr. (ἀριθμέω,) numerare, Per numeros recensere vel colligere & metiri. Virgil. 3. eclog. 7. Bisque die numerant ambo pecus. Cic. de Amic. 30. Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia: virosque bonos, eos qui habentur, numeremus. Paulos, Catones, &c. Idem 4. Verr. 112. Numerare oẽt non est necesse.

Per digitos numerare. Ouid. 3. Fast. 25.

Argumenta si ex reis numeres, innumera suntsi ex rebus modica. Cice. 2. de Orato. 75.

Imbres hybernos citius numerauerit. Stat. 3. Sylu. 3. 20.

Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes. Ouid. epi. 2. 2.
Atque Chaodensos diuisim numerabat amores.

¶ Numerare pecuniam, pro Præsentem pecuniam dare Cic. ad Plancum in Epistol. ad Atticum, lib. 16. 341. 3. Atticus qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. Idem ad Atticum, libro 5. 110. 14. Pecuniam numerauerunt, & postea venit. Terent. Adelph. 3. 3. 57. Nam vt numerabatur fortè argentum, &c.

Stipendium numerare militibus. Cic. in Pisonem, 69.

A Quæstore numerare, Vide A vel AB præpositiones.

A se numerare. Cic. 2. Philipp. 119. Multi præterea improbi, quos quidem à se primum numerare possunt.

Numerare alicui, Subintelligitur pecuniam. Plau. Asin. 1. 4. Numerate iussit seruulis Leonidæ. Cic. pro Quintio, 10. Sed Romæ quotidie, sumulatque sibi hic annuisset, numeratum se dicebat.

¶ Numerare pro Habere, & censere Cic. pro Rose. Amer. 22. In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita'ràò extitit, vt siquando auditum sit portenti ac prodigi simile numeretur. Idem 4. Verr. 113. In eam iam venerat familiaritatem consuetudinemque in vendendis istius decretis & iudiciis, transigendisque negotiis, vt propè alter Timarchides numeraretur. Ibidem, 75. Prope Collega Timarchidi numerabatur. Id est habebatur, & censebatur. Budæus.

Nullo loco numerare rem aliquam, pro Nihilifacere. Cic. 2. de Fini. 144.
Idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem.

Aliquem accusatorem suum numerare, non competitorem. Cicero pro Murena, 47.

Sapientem se & esse, & numerari velle. Cice. Lentulo, lib. 1. 9. 63.

Proximum optimis numerari. Cic. de Claris Oratorib. 116.

In actis alicuius quippiam numerare. Cic. 1. Philipp. 14.

Numerare in bonis, &c. Id est inter bona, hoc est bonum iudicare. Cic. 1. de Finib. 48. Cur nec voluptas in bonis sit numeranda, nec in malis dolor, &c. Idem 1. Acad. 59. Eamque neque in rectis, neque in pravis numerabat. Idem ad Curionem, lib. 2. 5. 4. Ne id quod perit, exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potius quàm in beneficii loco numerare videatur. Item ad Cornificium, lib. 12. 23. 8.

In primis beati in Italia Crotoniatæ quondam numerabantur. Cice. 2. de Inuent. 121.

In multis numerari. Cic de Claris Oratorib. 188.

Mors in beneficii partem, si cruciatus abfit, numeretur. Cic. 11. Phil. 290.

In vulgo patronorum numerari. Cic. de Claris Orat. 187.

Numerare inter. Plin. lib. 14. cap. 1. 1. Vites iure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Cice. pro Rosc. Amer. 9. Honestissimus inter suos numerabatur.

Inter amicos numerari. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 7.

Numerandus, Participium, (ἀριθμητέος,) vt
Ante omnes bello numerandus Amilcar. Silius lib. 15. 148.

Numerátus, pen. prod. Aliud participium, (ἠριθμημένος,) Cic. pro Cecinna, 8. Quũ vteret dote vxoris numerata, quo mulieri esset res cautior.

Milite numerato repetebat castra. Silius lib. 7. 147.

Numerato, vice aduerbii positum, (ἀριθμήσει,) Cic. Attico, lib. 12. 24. 4. Mihi & res, & conditio placet, sed ita vt numerato malim, quam æstimatione. Id est, Malim numerari mihi, quàm diutius expectare, vel potius, Malim ipsam rẽ mihi numeratam esse, q̃ vt existimer eã possidere.

In numerato habere ingenium, Id est promptum & ad manum, hoc est præsentissimum, & ad expeditenda ex tempore dicenda solertissimum. Quintil. lib. 6. cap. 3. 77. Vt de Pollione Asinio serius, iocisque pariter accommodato, dictum est, esse cum omnium horatũ. Et de actore facilè dicente ex tempore, ingenium eum in numerato habere. Erasmus, In numerato habere, si ad animi rem transferatur, prouerbii rationem habuerit: velut Octauius Augustus, vt refert Seneca, pronunciauit de Vinitio oratore, quòd ingenium in numerato haberet: propterea quòd in causis agendis ingento esset præsentissimo: & quicquid aliis præstaret diuina cogitatio, id illi prima statim animi intentio daret. Sumptum est ab iis qui res suas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est ad pecuniam numeratam.

In numerato relinquere H-S DC. hoc est, In numerata pecunia, vel pecuniæ numeratæ. Plin. lib. 33. ca. 10. 3. Claudius Isidorus testamento suo centum XVI. edixit, quanuis multa Ciuili bello perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor millia, iuga boum tria millia sexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta septẽ millia, in numerato H-S DC.

Numeratio, Verbale, (ἀρίθμησις,) Columel. lib. 11. ca. 1. 11. Sed vbi æris numeratio exigitur, res pro nummis ostenditur. Idem lib. 1. cap. 8. 9. Sed vbi numeratio exigetur, rem pro numis ostendit.

NVMICVS, νομικός, Amnis est, nó lógè à Lauinio, qui & Numicus dĩ.

Corniger Numicius. Ouid. 3. Fast. 130.
Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius vndis Creditur.

NVMICVS, pen. prod. (νομικός,) Ingens fluuius fuit in Latio: in quo repertum est cadauer Aeneæ & consecratum. Vide Liuium Decad. 1. lib. 1. Pòst paulatim decrescens, in fontem redactus est: qui & ipse siccatus est sacris interceptis. Vestæ enim nonnisi de hoc fluuio libari licebat. Hæc Seruius in illud Virgilii 7. Aeneid. 30. – hæc fontis stagna Numici. Dicitur & Numicius.

Fontis vada sacra Numici. Virgil. 7. Aeneid. 49.
Sunt qui putent apocopen esse pro Numicii.

Littus sacrum Numici. Virgil. 7. Aeneid. 160.

Placidi fum nympha Numici. Ouid. 3. Fast. 131.

NVMIDIA, (νομαδία,) Regio latè patens in Africa, dicta est à dictione Nomades, quos Romani Numidas appellant. Hinc Plinius lib. 5. ca. 3. Numidæ verò Nomades, à permutandis pabulisque pala sua, id est domus plaustris circunferentes. Vagabundis populationibus enim, vt in Sarmatia Hamaxobitæ, errantes, & rei pecuariæ dediti, nomen hoc indepti sunt à Græcis: quibus νομάνοι, pasco significat. Numidia habet ab Ortu Syrtes quasdam paruas: vnde regio Carthaginiensis incipitrà Septentrione, mare quod versus Sardiniam tendit: ab Occasu Mauritaniam, & à Meridie Aethiopiammec præter marmoris Numidici, ferarumque prouentum, aliud insigne habet. Sunt in ea claræ vrbes, Hippon & Rhegium.

Numida, Numidæ, pen. corr. (νομάς,) Qui Numidiam incolit. Virgil. 4. Aeneid. 107. – Numidumque pecam connubia supplex.

Infræni Numidæ. Virgil. 4. Aeneid. 9.

Rebelles Numidæ. Ouid. 15. Metam. 151.

Numídicus, penul. corre. Adiectiuum, (νομαδικός,) vt Lapis Numidicus, qui inter generosa marmora adnumeratur. A Papinio Libycus silex appellatur. Fit pauimenta Punica à veteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico strata erant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Numidica gallina.Columel lib.8.cap.2.2.
Numidicæ aues.Martial.lib.13.73.
Numidici equi.Luc.10.bel.Pun.24.
NVMITOR,penul.corr.(νομίτωρ,) filius Procæ Albanorum regis, & Amulii frater:Rhean Sylviam filiam habuit,quam Amulius pulso Numitore fratre Vestalem virginem fecit, ne tandem sobolem haberet, quæ ipsum vlisceretur.Vide Liuii,li.1.ab Vrbe.Virg.6. Aen.154.
Hic capys,& Numitor,& qui te nomine reddet Sylvius Aeneas.
Numus, numi,m.g.(νόμισμα,ἀργύριον,)Moneta,ἀπὸ τοῦ νόμου, dicitur,id est à legeiura quū permutatione vti homines solerent,lege,numi vsus introductus est,nō natura Scribitur & nummus.
Nummus argenti.Plau.Pseud.5.66.Nimis sum miser,nummum nusquam reperire argenti queo. Idem Aulul.5.30.
Nam noster nostræ qui est magister curiæ,
Diuidere argenti dixit nummos in viros. Et Pseud.23.33. Hinc nunquāteris nummo dimitior. Cic.2.de Finib.90. Vnde si secutus esset eorum sententiam,qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, numum nullum attigisset.
Nummus adulterinus.Cicero libro 3.Offic.127. Quærit etiam,si sapiēs adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis,quum id rescieuerit,soluturúne sit eos,sicut debeat,pro bonis.
Nummus asper.Sueton.in Claud.Nerone,cap.44. Exegitque ingenti fastidio,& acerbitate nummum asperum, argentum pultulatum, aurum obrizum.vt plerique omnem collationem palàm recusarent,contentu flagitantes à delatoribus potius reuocanda præmia quæcunque cepissent. Persius Saty.3.7.
Aureí nummi.Cic.11.Philipp.132.
Bonus nummus.Vide BONVS.
Reduiuus nummus pullular area exhausta.Iuuenal. Saty.6.37.
¶ Conducit coemens obsonia nummis.Horat.1.Serm.sat.2.2.
Comedere nummos.Cic.Attico,lib.6.1.1.4.
Contemplari nummos in arca.Horat.1.Serm.saty.1.14.
Corrogare nummos.Vide CORROGO.
Cudere nummos.Vide CVDO.
Effundere saccos nummorum.Horat.1.Serm.saty.3.30.
Cautos nominibus certis expendere nummos.Horat.2.epist.1.21.
Extricare nummos vnde vnde.Horat.1.Serm.saty.3.18.
Olfacere nummos.Vide OLFACIO.
Parti gladio vel pyxide nummi.Iuuenalis Saty.13.3.
Recondere nummos & aurum.Horat.1.Serm.saty.3.22.
Dolosi si spes refulserit nummi.Persius in Prologo,3.
Spargere nummos populo de Rostris.Cic.3.Philipp.136.
Subducere ad nummum.Vide SVBVCO.
Bibliothecam multorum nummorum tractare.Cic.Suspitio,lib.14.78.5.
¶ Numus.Nomen speciale est aliquando, idem quod Sestertium valens, id est æstimatione nostra decem turonicis denariolis, & semisse denarioli.Cic.5.Verr.119. Cogit enim Scandilium quinque illa millia nummum dare,ac numerare Aponio. Et paulo post, Cogit Scandilium Aponio ob singularem improbitatem atque audaciam prædicationemque nefariæ societatis sestertia quinque millia mercedis nomine ac præmii dare. Quinque sestertia: quinque millia sestertium: & quinque millia nummum pro eodem dixit.Budæus.
Bis dena sesterta nummum.Horat.2.epist.2.7.
Numus sestertius,Idem.Vitruuius li.1.ca.4. Ab Senatu Populoque Rom. petiit vt liceret transferre oppidum conditurique mœnia: & areas diuisit,numoque sestertio singulis municipibus mancipio dedit.Id est sesterntis singulis areas ædificaturis ciuibus vendidiqueæ res instar donationis,imaginem venditionis habet quomodo & Numo addicere. Cic. pro Rab.Post.28.Tua bona Posthume numo sestertio à me addicunt?
Numo addicere,apud Suetonium in Cæsare legitur.Valerius Max.lib.5. Cornuto Prætore Iunus Hirtiſ & Pansæ iussu Senatus locante i qui tūc libitinam exercebant,tum rerum suarum vsum,tum ministerium suum gratuitum pollicitī sunt:perseuerantiquē postulatione extuderunt,vt exequiarum apparatus sestertio numo ipsis præbentibus adiceretur. Cic.pro Rab.Posth.28.Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Posthumi numo sestertio sibi addici velit?Budæus.
In numis alicuius esse.Cic.6.Verr.10.Non modò in ære alieno nullo, sed in suis numis multos esse,ac semper fuisse.
Nūmulus,pen.corr.Diminutiuum,(νομισμάτιον,) Cice.Attico,lib.1,11.11.Si iudicium est,triginta homines Populi Rom.leuissimos ac nequissimos numulis acceptis ius ac fas omne delere. Ibidem, 14.11. Tu si tuis blanditiis tamen à Sicyonijs numulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorem. Sic lib.8.165.2. Et 5.Verr.158.
Nūmōsus,pen.prod.Adiectiuum, (χρηματαλδής) Qui numis abundat.
Nūmārus,pen.prod.Aliud adiect. (πολυχρήματος,) Cic.2.de Leg.agrar. 62.Volitat enim ante oculos istorum lubæ regis filius adolescens, non minus bene numatus,quàm bene capillatus.Horat.1.epist.6.8.
Marsupium numatum,In quo multi sunt numi.Plau.Amphit.16.40. Item aliud,vt bene numatum seruaretur marsupium.

Numatio,numatiōnis,(πολυχρηματία,)Numorum abundantia & affluentia.Cic.2.Philipp.120.Pone ante oculos lætitiam Senatus, populūque Rom.confer eum cum numatione tua,rumorumquetum intelliges quantum inter laudem & lucrum intersit.
Numārius,Adiectiuum, (χρηματιστής,) Quod ad numos pertinet:vt Res numaria.Cic.pro Cluentio,81.Exagitabantur omnes eius fraudes, atque fallaciæ:tota vita in eiusmodi ratione versata aperiebatur:egestas domestica,quæstus forensis in medium proferebatur:numarius interpres pacis & concordiæ non probabatur. Id est, mercenarius: & qui ob id pecunias accepisset,&c.
Iudicium numarium,Quōd fit acceptis pecuniis. Cice.5.Verr.112. Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum,tam perditum, tam numarium fore putasti,quo ex iudicio re vlla salus seruare posset?
Iudices numarii,Sordidi & corrupti Cic.Attico,lib.1.11.13.Infectandis, exagitandisque numariis iudicibus,omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius victoriæ πάρεργον eripuit. Idem pro Cluentio,59.Varia iudicum generaiumarii pauci, sed omnes irati.
Difficultas numaria.Cic.4.Verr.40.
Ratio numaria.Cice.ad Atticum, libro 10.203.2. Illa de ratione numaria non sunt eiusmodi.
Res numaria. Cice. 3. Offic.105.Vt res numaria de communi sententia constitueretur.
Res numaria tenet eum.Cic.6.Verr.19.Num tanta difficultas eum rei numariæ tenuerit,tanta egestas,tanta vis oppresserit, vt sacratium suum spoliaret,vt deos patrios venderet?
Theca numaria.Cic.ad Atticum,lib.4.76.2.Quare in hoc thecam numariam ne retexeris:in aliis eris cautior.
Nūmisma,numismatis,pen.corr.n.g.Idem quod Nūmus.Græcè νόμισμα. Horatius 2.epist.1.48. Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Martialis lib.1.ad Sextilianum,40,Quum data sint equiti bis quinque numismata,quare?
Nūmulārius,(κερματιστής,)Mensarius aliàs dicitur,Qui numos ad mensam tenet,vel qui ex officio,mense numorum inserunt.
Nunc, Aduerbium temporis,(νῦν,νυνί,τὰ νῦν,) Terent.Eunuc.5.5.15,Quid a lis? nunc minatur porrò sese id quod mœchis solet. Idem And.3.2.33, -nunc,postquam videt
Nuptias domi apparari,missa est ancilla illico
Obstetricem accersitum ad eam. Sic Hecyra,4.1.22.
-sed nunc mihi in mentem venit,
Ex hac re quod locuta ex olim,quum illum generum cepimus.
Nunc age.Virg.4.Georg.30.
Nunc agesis.Lucret.lib.1.53.
Nunc,superflue aliquando additur,authore Donato.Teren.Adel.2.3.3.
O frater frater,quid ego nunc te laudem?satis certè scio,&c.
¶ Nunc,pro Serò,interprete Donato.Teren.Eu.1.1.25, -nunc ego & Illam scelestam esse,& me miserum sentio. Virg.8.eclog.9,
Nunc scio quid sit amor. Idem 4.Aeneid.76,
-nunc augur Apollo, Nunc Lyciæ sortes.
¶ Nunc,Aliquando nullum tempus denotat,& pro SED accipitur.Cicero 1.de Diuinat.107, Quæ quidem multò plura euenirent, si adquietem integri essemus:nunc omissi cibo & vino,confusa & perturbata cernimus.Ex Valla lib.2.
¶ Nunc,Concedendi aduerbium.Plautus Trucul.Haud mansisti vt ego daremiure sumpsisti tibi.nunc habeas vt nactus.Hoc est,Age habeas, vel habeas sane.
¶ Nunc,pro Autem,qua in significatione frequens est apud optimos scriptores:& habet gratiam si in loco vtaris. Quintil.lib.1.cap.1, Nam bona faciēt mutantur in peius:nunc quando in bonum verteris vitiat Id est,quando autem.
¶ Nunc,pro nomine aliquando ponitur.Cic.Nunc temporis numero, Quasi temporis præsentis, & quasi nuncim, si Latinitas pateretur,sicut crastini.
¶ Nunc,pro Nunc primum,& nunquam antehac.Plaut.Trin.6.81, Mentire ædepol gnate,atque id nunc facit, haud consuetudine.
¶ Nunc demum.Plaut.Asin.9.80,
I nunc iam ad herum quò vocas iamdudum,quò volebas.
MR.Nunc demum?tamē nunquam hinc feres argenti nummū, nisi me
Dare iusserit Demænetus. Idem Pseud.18.1,
Babæ nunc demum mihi animus in tuto est loco,
Postquam iste hinc abit. Et Casina,10.33, -atat
Nunc pol ego demum in rectam redii semitam. Item Capt.19.26,
Nunc ædepol demum in memoriam regredior,audisse me
Quasi per nebulam,Aegionem meū patrem vocarier.Sic Milite,9.61.
-nunc demum scio
Me fuisse excordem. Idem Epid.10.22,Nunc demum scio ego hunc qui sit. Terent.Adelph.2.2.25, -nunc demum venis?
Cur passus?vbi erat? Ibidem,5.3.19.
-nam vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia.

D.Facere,nunc demum istæc nata oratio est. Columel.lib.11.cap.2.7, Ordeum quoque maturum,quibus superest opera, nunc demum sarrire debebunt.
Nunc denique. Columel.lib.11.cap.2.25, His diebus locis frigidis prima vinearum fossio vtique ante Idus peragenda est:quæque mense Martio post confectum Aequinoctium fieri debuerunt, nunc denique quamprimum exequenda sunt. Cice.pro Quintio,23,Pecuniam petit nunc denique.
Nunc est.Terent.Adelph.3.2.1,
Nunc illud est,quōd si omnes omnia sua consilia conferant,
Atque huic malo salutem quærant,auxilii nihil afferāt.Vbi Donatus, Significat autem,Nunc tale negotium est,Nunc tale periculum est.
Idem Eunucho,3.5.3,
Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium?prò Iuppiter,
Nunc est profectò,interfici quum perpeti me possum:
Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua.
Nunc iam.Plaut.Amphit.3.38,Nunc iam huc animum ad ea quæ loquar aduortite. Idem Aulul.5.3,Redi nunc iam intrò,atque intus seruā, Terent.Eunu.2.3.85,Age,eamus intrò:nunc iam orna me,abduc,duc quantum potes. Idem Adelph.2.1.21,
-geminabit nisi caues.5.hei misero mihi.
AR.Non innueram:verbum in illam partem potius peccato tamen. I nūc iam.Vbi Donatus,NVNC IAM,duæ partes sunt.Et bene IAM, quia sero & post plagas.Et IAM,etiā tarditatis inculatio est. Cice.6.Verr. 4.Patior non molestē iudices,eā vitam quæ mihi sua sponte antea iucunda fuerit,nunc iam mea lege & conditione necessariam quoque futuram.Cassios ad Ciceronem,lib.12.12.5,Nunc iam sum expeditus.
Nunc ipsum,pro Hoc ipso momento & puncto temporis.Cic.ad Atticū, lib.12.55,1,Nunc ipsum ea lego,ea scribo,vt ii,&c.Eidem,Nunc tamen ipsum sine te esse non possum. Eidem,li.10.195.14, Quin nunc ipsum minimè offendisses,si eius causa in Italia non fuisses.
Nunc nuper.Terent.in Prolog.Eunuch,7,Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.Vbi Donatus,Nuper,ex illis verbis est,quæ veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant. nam nisi adderet NVNC hoc NVPER,Olim,pridem,& iam significasset.
Nunc primùm.Plaut.Amphit.8.50,
Sic ialutas,atque appellas,quasi dudum non videris?
Quasi qui nunc primùm reciptas te domum huc ex hostibus? Terent. And.5.4.34,
Is hinc bellum fugiens,meque in Asiam persequens proficiscitur.Tum illam hīc relinquere est veritus.post illa nunc primum audio Quid illo fit factum.Cic.pro Fonteio,4. Et pro Cluentio,158.
Nunc primùm,Id est primò.Terent.And.3.2.3.
Nunc primùm fac istæc vt lauet. post deinde
Quod iussi ei dare bibere,& quantum imperaui Date.
Nunc nunc.Plaut.Rud.4.80,Nunc nunc periculum est,eiecit alteram.
Nunc nunc insurgite remis.Virg.5.Aeneid.38.
Nunc nunc adeste.Horat.Epod.5.11.
Nunc hac,nunc illuc.Lucret.lib.2.27.
Nunc hos,nunc illos aditus.Virg.5.Aeneid.89.
Nunc erat,Antiqui illi sinul ponebant præsens cum præterito.Cic.Attico,lib.1.19.7,Nunc reus erat apud Crassum diuitem Vestius de vi. Eidem,lib.16.333.6,Brutus erat in Neside, etiam nunc. Ouidi.1. epist.11,ad Vlyssem,Nunc erat auxilijs illa tuenda patris. Horat.1. Carm.ode 37.1,
Nunc saliaribus ornare pulvinar deorum
Tempus erat dapibus sodales.
Nunc verò iam.Cic.7.Verr.99,Paucorum cupiditati tum quum obsistere non poterāt,tamen sufficere aliquo modo poterant.nunc verò iam adempta est non modò resistendi,verùm etiam suppeditandi facultas.
Nunc verò,Aliquando non significat tempus. Cice.1.de Inuent.Quōd si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem, studio & disciplina comparatam,videretur fretus sua scientia,falsum quiddam constituisse de oratoris officio,& non quid ars,sed quid ipse posset exposuisse. nunc verò ea vis est in homine,vt ei multo rhetoricam citius quis ademerit,quàm philosophiam concesserit. Idem 2.de Orat.102,Etsi in eiusmodi genere orationis nihil esset nisi falsum,atque imitatione simulatum: maior ars aliqua forsitan esset requirenda, nunc ego quid tibi Crasse,quid cæteris accidat,nescio.Et in eodem,Nā si ita diceres, &c. Nunc verò fateris,&c.Ex Valla lib.2.
Nuncubi, pen.cor.(μήπου, πού,) Aduerbium compositum ex nun quid & alicubi.Terent.Eunu.1.2.83, -nuncubi meam Benignitatem sensisti in te claudier?Vbi Donatus,Nuncubi,Nunquid alicubi.Aut si,NVNCVBI legimus, erit aduerbium temporis: vt sit vbi,quo in loco,qua in re.
Nuncius, Vide NVNTIVS.
Nuncupo, pen.co.(προσαγορεύω,ὀνομάζω,) nuncupare,Nominare. Liu.lib.1,Quem Iulium eundem Iulia

gens authorem sui nominis nuncupat. Varro de Ling.Lat.lib.5,Nuncupare,Nominare,valere apparet in legibus, vbi nuncupatæ pecuniæ sunt scriptæ. Item in choro, in quo est,Aenea quis est qui meum nomen nuncupat? Item in Medo, Quis tu es mulier quæ me insueto nūcupasti nomine?Hactenus ex Varrone.Cic.1.de Nat.deor.80,Itaque tum illud quod erat à Deo natum, nomine ipsius Dei nuncupabant: vt quum fruges Ceretem appellamus. Plin.lib.4.cap.12.50,Et maria nuncupantur.
Nuncupare,vel vocare.Ouid.1.Fast.50,
Arx mea collis erat,quem vulgus nomine nostro
Nuncupat,hęc ætas Ianiculumque vocat.Verba sunt Iani.
Effari & nuncupari.Cic.1.de Orat.84,Neque enim illud fugerim dicere, vt Cælius,qua tempestate Pœnus in Italiam venit:nec prolem,aut sobolem,aut effari,aut nuncupari.
Vocabulis deorum res viiles & salutares nuncupatas dicit Perseus Cice. 1.de Nat.deor.56.
Nomine dei aliquid nuncupare.Cic.2.de Nat.86.
¶ Nuncupare,Pronunciare,id est expresè & nominatim prædicere,pro farique ex bona fide in rebus contrahendis.Ci.3.Offi.84. Nam quum ex duodecim tabulis satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata:quæ qui inficiatus esset,dupli pœnam subiret:à Iuriconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim est in prædio vitii,id statuerunt,si venditor sciret,nisi nominatim dictum esset, præstari oportere.Hactenus ille.Est enim nuncupare,non scripto, sed verbo cauere vel dicere. Budæus.
Adoptio nuncupatur.Tacit.lib.17,Consultatum inde,pro Rostris, an in Senatu,an in castris adoptio nuncuparetur.
Nuncupata voluntas dicitur à Iustiniano, vel Treboniano in titulo De testamentis,in fine.Budæus.
Vita nuncupata,Liuio & Tranquillo,& Valerio dicitur.Budæus.
Verbis nuncupare. Liuius 8.ab Vrb.46, Sicut verbis nuncupaui, ita pro Rep.Quiritium exercitu,legionibus,auxiliis,Pop.Rom.&c.
Nuncupauit laturos eò spolia Liu.1.ab Vrbe,44, Ita deinde diis visum, nec irritam conditoris templi vocem esse,qua laturos eò spolia posteros nuncupauit.
¶ Nuncupare,Recensere,enarrare.Pli.lib.7.ca.26.1,Verum ad decus imperii Ro.non solum ad vnius viri pertinet victoriam,Pompeii Magni titulos omnes,triumphosque hoc in loco nuncupari.
Vota nuncupare,Est alicui diuorum vota polliceri & destinare. Caius in L.Si calumnietur.ff de Verborum & rerum significatione,Post Calendas Ianuarias die tertio pro salute principis vota nuncupantur. Tacitus libro 16,Principio anni Senatores pro Imperatore solenne iusiurandum sumere,& nuncupationes votorum facere memorat. Apuleius,Cui vota nuncupabo? Plinius in Panceg.113, Nuncupare vota, pro æternitate imperii,& pro salute ciuium, imò pro salute principum ac propter illos pro æternitate imperii solebamus. Ibidem,152, Quo maiore fiducia iisdem illis votis quę ipse pro se nuncupari iubet, oro & obtestor,si bene Rempub.si ex vtilitate omnium regit.Cice.7.Ver. 28,Alterum,q̄ quum paludatus esset,votaque pro imperio suo,communiūque Pop.Rom.nuncupasset,nocte stupri causa lectica in vrbem introferri solitus est ad mulierem,nuptam vni, propositam omnibus, contra fas,contra auspicia,contra omnes diuinas atque humanas religiones. Festus Pompeius,Nuncupata pecunia est, vt ait Cincius in li. 2.de officio Iurisconsulti,Nominata,certa,nominibus propriis pronunciata.Vota nuncupata dicuntur,quæ Consules.Prætores,quum in provinciam proficiscuntur,faciunt,ea in tabulas præsentibus multis referūtur.At Santra lib.2.de Verborum antiquitate satis multis,Nuncupata colligit,non de recto nominata significare,sed promissa, & quasi testificata,circunscripta. recepta, etiam in votis nuncupandis esse conuenientius.Hactenus.Fest.Liu.5.bel.Mace.186, Auspicantē, immolantēque,& vota nuncupantem,sacrificuli vatis modo in acie vidisse.Cic.3. Philipp.131,Neglectisque sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota quæ nunquam soluerat,nuncupauit.
Nuncupatum testamentum Plin.epist.171.lib.8,ad Rufinum,Domitius Afer qui illos in nomen adsumpsit, reliquit testamentum ante octo & decem annos nuncupatum:adeoque postea improbatum sibi,vt patris eorum bona proscribenda curauerit.Plin.lib.14.cap.22.4,de sobrietate loquens,Alii testamenta sua nuncupant, alii mortifera loquuntur, rediturasque per iugulum voces non continent Iustinus li.34,de Perdicca loquens,Nam etsi non voce nuncupatus hæres, iudicio tamen electus videbatur. Iulianus in L.Si ita.de Bon.poss.secundum tab, Quidam testamentum in tabulis sibi fecit: filio autem impuberi per nūcupationem substituit.Et paulo post,Nam quemadmodum scripto hærede filio separatim ab hæredibus patris:ita nūcupato potest videri separatim à scriptis patris hæredibus bonorum possessio dari. Nuncupatum hæredem à scripto distinguit: vt sit is modus cuius meminit Iustinianus suffit.de testam.§.rinali.Budæus.
Nuncupare,est Voluntatem suam circa hæredis institutionem, legatorūdationem,cæterasque testamenti partes coram septem testibus lingua

Universidad de Deusto
Biblioteca

& voce exprimere, nominareque non scriptis aut tabulis. Vide Iustinianum lib. 2. tit. De testamentis ordinandis. Parag. vltimo.

Nuncupatio, Verbale. (πανδημοσία,) Plin. lib. 9. cap. 35. 14, Ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare.

NVNDINA, Nundina, (νουνδίνα,) Romanorum dea, à nono die nascentium dicta, qui Lustricus dicitur. Est autem lustricus dies, quo infantes lustrantur, & nomen accipiunt. Sed in maribus nonus octauus est feminis. Macrobius 1. Saturnal. cap. 16.

Nundinae, pe. cor. nundinarum, fœ. g. (πανδήμοις, πανδημοτέλεσι,) plurali numero tantum à nono die dictæ sunt, quasi nouendinæ: quæ à Romanis ita institutæ perhibentur, vt octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: nono autem die repeterent vrbe ad mercatum pro legibus accipiendis, & vt scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, à singulis atque vniuersis facile noscebantur. Vide et an mos tractus, vt leges trinundino die promulgarentur. Ex Macrobio 1. Saturn. cap. 16. Festus, Nundinis rustici conuenebant, mercandi & vendendi causa. Cicad Atticum, lib. 1. 9. 2, Ipso die nundinarum. Idem 2. Philip. 55, Domus quæ fluoffiuma falsorum commentariorum, & chirographorum officina, agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitiosissimæ nundinæ. Id est, In qua hæc omnia vendebantur, & in qua hæc omnia erãt venalia. Colum. lib. 11. ca. 1, Villicus non vrbem, non villas nundinas, nisi vendendæ, aut emendæ rei necessariæ causa frequentauerit. Plinius li. 11. cap. 30. 1, de formicis, Et quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur.

Instituere nundinas, Vide INSTITVO.

Receptaculum aratorum, nundinæ rusticorum, cella atque horreum Cãpani agri Cajua. Cic. 2. de Lege agrar. 87.

Domesticis nundinis Antonii vectigalia, non solum, sed etiam imperium Populi Ro. diminutum est. Cic. 2. Philipp. 94.

Nundinalis, & hoc nundinale, pen. pro. (πανδημοτέλειος,) Quod pertinet ad nundinas. Plautus Aulul. 9. 45,

Coquus ille nundinalis est, in nonum diem
Solet ire coctum.

Nundinor, pen. corr. nundinaris, (πανδημοτελίω,) nundinari, Venditare, Inquit Budæus, Pretio addicere, Institorio more aliquid ad quæstũ exercere, quod à Nundino, nundinas, dicitur. Iulius Firmicus lib. 6. Mathe. 9. Iustitus & libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit & ad eorum fratrem inuitabit, & filium. Apuleius, Toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur. Suet. in Tit. Vespas. cap. 7, Suspecta & rapacitas quòd constabat in concionibus patris nundinari, prænimiãque solitum, deinde propalãm alium Neronem & opinabantur & prædicabant.

Nundinari, sæpius pro Emptitare vtitur Cicero 4. Ver. 85, Ab isto, inquit & piaeco qui voluit istum ordinem pretio mercatus est & pueri annorum senum, septemque denũ Senatorium nomen nundinati sunt. Hæc Budæus. Idem Cicero 3. Philip. 150, Vna in domo omnes quorum interest, totum imperium Populi Ro. nundinabãtur. Idem 3. Ver. 83, Qui ab isto ius ad volitatem suam nundinarentur. Et 2. de Diuin. 101.

Nundinatio, Verbale. (πανδημοτελής,) Ipse nundinandi actus.

Iuris nundinatio. Cic. 1. de Lege agrar. 5, Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Idem 3. Verr. 84, Nam quæso redire in memoriam Iudices, quæ libido istius in iure dicendo fuerit, quæ varietas decretorum, quæ nundinatio, &c. Ibidem, 4. 85, Nundinatio hominũ. Et in eundem, 7. 8.

Nundinator, pen. prod. nundinatoris, m. g. (πανδημοτελής,) Qui nundinas frequentat. Festus, Nundinis rustici conueniebant mercandi & vendendi causa: tumque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

Nundinarius, Adiectiuum, (πανδημοτελής,) Quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum est. Plin. lib. 12. cap. 17. 8, His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. Idem lib. 8. cap. 51, de luibus, Quin & duces in Vrbe forum nundinarium, domosque petere discunt.

Epulæ nundinariæ. Vlpian. in L. Cum societas. ff. Pro socio, Vt vnus reliquis nundinarias epulas præstaret.

Nunquam, Aduerbium (οὐκοτε, οὐδέποτε, μήποτε, μηδέποτε,) Non vllo vel nullo tempore. Plautus Merc. 7. 115,

Nunquam ædepol quisquam illam habebit, potius quàm ille quẽ ego Volo. Idem Amphit. 8. 18,

Nunquam ædepol tu mihi diuino quid creduis post hunc diem, Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero. Cic. 4. Ver. 38, Nunquam vos Prætorem tam palæstricum vidistis. Idem de Amicitia, 10.

Nunquam ante hunc diem. Plaut. Sticho, 4. 110,

Demiror quid illęc me ad se accersi iusserit,
Quæ nunquam iussit me ad se accersi ante hunc diem. Idem Epid. 10. 60, Istunc hominem nunquam audiui ante hunc diem. Cice. 1. Acad. 5, Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit

à te requirere.

Nunquam post hunc diem. Plaut. Menæh. 11. 12, Cuius hæres nunquam erit post hunc diem.

Nunquam post illa. Plaut. Curcul. 10. 45, Sed eum qui mihi vendidit illam nunquam post illa vidi.

Nunquam, in fine sententiæ. Cic. 1. de Inuent. 2, Eloquentiam verò sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam.

Nunquam, nisi. Cic. 4. Acad. 125, Nunquam à Philone discessit, nisi postea quam ipse cœpit qui se audirent habere.

Nunquam hodie, Id est nullo tempore huius diei, interprete Donato Plaut. Persa 4. 58,

Nunquam hercle hodie prius hic edis, ne frustra sis,
Quàm te hoc facturum, quod rogo affirmas mihi. Idem Amphit. 4. 272, Id quidem hodie nunquam poterit dicere, Terent. Adelph. 4. 2. 32, Scio vbi sit, verùm hodie nunquã monstrabo. Virg. 2. Aeneid. 134,

–nunquam omnes hodie moriemur inulti.

Nunquam hodie effugies. Virg. 3. eclog. 10.

Nunquam hoc vno die. Plaut. Truc. 19. 13, Nunquam hoc vno die efficiatur opus, quin opus semper fiet.

Nunquam, Id est non. Plaut. Amphit. 8. 66,

–quo in loco?
AL. Hic in ædibus, vbi tu habitas. AM. nunquam factum est. Idem Menæh. 15. 9, Mihi tu dederis pallam & spinter? nũquam factum reperies. Terent. Hecy. 3. 5. 15, Ille reuiuiscer iam nunquam. Vbi Donatus, Plus est NVNQVAM, quàm NON. Idem Phor. 1. 2. 71,

Illẽne Iudotaram virginem, atque ignobilem
Daret illi nunquam faceret. Vbi Donatus, Nota NVNQVAM, pro NON in maiorem negationis significationem semper poni. Idẽ. Teren. And. 2. 3. 10, Egóne dicam? D. cur non? P. nunquam faciam.

Nunquam non, Id est semper. Sueto. in Tiberio, ca. 69, Turbatiore cælo nunquam non coronam lauream ceruice gestauit, quòd solmine affari negetur id genus frondis.

Petiit nunquam. Cic. de Amicit. 10, Qui Consulatum petiit nũquam factus est Consul bis.

Nunquam quicquam. Donatus, Nunquam quicquam, πωποτέ, pro Nunquam, id est non. Teren. Adelph. 4. 1. 12, Quid dicam? s. mihi ine in mẽte est? c. nunquam quicquam. Ibidem, 1. 2. 18, Homine imperito nunquam quicquam iniustius. Plaut. Amphit. 4. 94, Nunquam etiam quicquam adhuc verborum est proloquutus perperam.

Nunquam quisquam. Plaut. Capt. 3. 8, Quos nunquam quisquam neque vocat, neque inuocat.

Nunquam vsquam. Terent. Eunuc. 5. 9. 61, Nunquam etiam fui vsquam quin me omnes amarent plurimum. Vbi Donatus, Nunquam vsquam, τῶν ἀχάρισμῶν, pro Non vsquam, Id est, nusquam.

Nunquamne. Terent. Eunuch. 2. 3. 68, Perii, nunquamne etiam me illam vidisse?

Nunquando, (μὴ οὐ ποτέ,) & aliquando. Cice. de Amicitia, 59, Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, Nunquando amici noui digni amicitia, veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus. Idem in Vatinium, 11, Nunquando tibi moram attulerit, quominus consilium aduocares, legemque ferres, quòd eo die scires de cælo esse seruatum? Vetus exemplar legit Num quando, disiunctim.

Nunquis, (μὴ οὔ τις,) nunque, nunquod vel nunquid, Num aliquis, per interrogationem dicitur. Terent. Eunucho, 3. 5. 1, Nunquis hîc est? nemo est. nunquis hîc me sequitur? nemo homo est.

Nunquis fundus in Nolano vænalis sit? Cic. Attico, li. 13. 266. 1.

Nunquid horum probat noster Antiochus? Cic. 4. Acad. 256.

Nunquid gnato dubitas, quin ego perpetuò perierim? Terent. Eunuchio, 5. 9. 13.

Nunquid vis? Sic solent interrogare discedentes: quemadmodum si dicant, Nihilne me iubes facere in tuam gratiam? Plaut. Capt. 7. 40.

N –nunquid aliud vis patri
untiari? T. me hic valere, &c. Teren Eun. 5. 6. 24, –nunquid est
Aliud mali, damni ve quod non dixeris,

Reliquom? P. tantum est. Idem Eunu. 3. 2. 22,

–quid tu ais gnato?

Nunquid habes quod contemnas? Plaut. Aulul. Ibo igitur, parabo, nunquid me vis? Idem Trinum. Nunquid vis? T. cures tuam fidem. Horat. 1. Serm. sat. 9. 2.

Nunquid est quod. Terent. Phorm. 3. 3. 32, Nunquid est quod opera mea vobis opus sit? G. nihil.

Nunquid ergo in his rebus est, quod prouisione aut permotione mentis magis quàm natura ipsa sentiamus? Cic. 2. de Diuinat. 13.

Nunquid velit, rogo. Cice. ad Q. fratrem, lib. 2. 6. 1, Me enim nemo adhuc rogauit, nunquid in Sardiniam velim. te puto sæpe habere, etsi non sentiunt, qui, nunquid Romam velis, quærant. Legitur hic nũquid, disiunctim. Idem Attico, lib. 5. 8. 9. 3, Quum me spectans sua villa, nunquid vellem

vellem rogasset. Eidem, lib. 6. 14. 10, Is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est: nec quum postea in castra venisset, atque inde discederet, nunquid vellem rogauit. Liu. ab Vrb. cond. Frequentia, pro sequentium, rogantiumque nunquid vellet. Terent. Eunu. 2. 3. 49,

Dum hæc dicit, abiit hora: rogo nunquid velit. Rectè inquit, abeo.

Vbi Donatus, Rogo nunquid velit. hoc est significo me abire. nam abituri, ne id durè facerent, Nunquid vis, dicebant his quibuscum constitissent. Quid est ergo, Rogo nunquid velit? hoc est, dico quod abeuntes solent.

Nunquid redeat, incertum. Plaut. Merc. 19. 19, Atque nunquid redeat, incertum hodie.

Nunquid est aliud? Imò verò, inquit. Ci. pro Rosc. Amer. 31. Et pro Quintio, 24, Pecuniam petit negamus deberi. Iudicium fiat statim. non recusamus. Nunquid præterea?

Nunquidnam (inquit Donatus) Comicum est, & Terentianum quum exeptis NVM & NAM, sufficere ad interrogationẽ potuisset QVID. Teren. And. 1. 4. 8, Opperiar vt sciam nunquidnam hęc turba tristitiæ afferat. Ibidem, 2. 1. 27,

–eho dum dic mihi,
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine? Idem Eunucho, 2. 2. 41, Nunquidnam hîc, quod nolis, vides? Cic. 2. de Orat. 8, Quid vos tandẽ Crassus? Nunquidnam, inquit noui? Idem 1. de Fin. 60, Nunquidnam manus tua sic affecta, quemadmodum, &c. Idẽ in Partit. 15, Nunquidnam de oratore ipso restat?

Nunquidnam inquam noui? Cic. Matio, lib. 11. 27. 3.

Nunqoid non. Vlpian. in L. Siquis. ff. Siquis omis. cauf. test. Nunquid locus non sit edicto?

Nuntius, huius nuntii, m. ge. (ἄγγελος, ἀγγελίας, ἀγγέλιος, ἀγγέλιον) Quinũtiat, & quod nuntiatur. Festus, Nuntius & res ipsa & persona dicitur. Plautus Merc. 13. 1, Quoniam à viro ad me rus aduenit nuntius. Virgil. 2. Aeneid. 110,

–& nuntius ibis Pelidæ genitori.

Mercurius nuntius Iouis & deorum. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.

Horribilis nuntius affertur. Catul. de Ario, epig. 79. 2.

Mendax nuntius. Claud. de bello Get. 74.

Optatissimus nuntius, Vide OPTO.

Tristis nuntius armorum. Lucan. lib. 8. 11.

Velox nuntius. Claud. 5. Paneg. 35.

Verus nuntius. Virg. 3. Aeneid 63.

Cladis nuntius. Ouid. 11. Metam. 70.

Accersitus Prætoris nuntio. Cice. 6. Verr. 77. Vbi apparitorem significare videtur.

Remittere nuntium vxori, pro Repudiare vxorem. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 6, Deinde ex Senatusconsulto Consules rogationem promulgasse, vxori Cęsarem nuntium remisisse. Ob adulterium Clodii scilicet. Vlpianus in L. In potestate. de Sponsalibus, In potestate manente filia, pater sponso nuntium remittere potest, & sponsalia dissoluere. Idẽ in L. Dotis. De iure dotium, Proinde si fortè nuptiæ non sequantur nuntio remisso si quidem sic dedit mulier, vt statim viri fiant, condicere eas debebit, remisso nuntio.

Remittere nuntium virtuti. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 6, Iam biennium aut triennium est quùm virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis.

¶ Nuntius, Quod nuntiatur. Plau. Stic. 5. 2,

–suo nunquam æquè Patri nuntium lepidum attulit. Ibidem, 6. 67. Citus præcucurri, vt nuntiarem nuntium optabilem. Plin. lib. 5. epist. 100. 2, Nuntiatur mihi Caium Fannium decessisse: qui nũtius grauiter me dolore confudit. Plautus Capt. 13. 13, Speroque me ob hunc nuntiũ æternum adepturum cibum.

Bonus nuntius, Vide BONVS.

Nuntius, à Græco verbo videri potest deriuatum, inquit Varro de Lingua Lat. lib. 5. apud quos μουτὴς nuntiator dicitur.

Nuntium, nuntii, etiam neutro genere, pro re quæ nuntiatur. Catul. de Berecynthia & Atys, epig. 58. 16, Geminas deorum ad aures noua nuntia referens. Tibullus lib. 3. eleg. 4. 2,

Diui vera monent venturæ nuntia sortis.
Vera monent Tuscis exta probata viris.

Lepidum nuntium, Vide LEPIDVS.

¶ Nuntii afferuntur, pro Nuntia, & noue, quę dicuntur. Cic. ad Senatũ, lib. 15. 2. 2, Nuntii & literę de bello à Parthis in prouinciã Syriam illato quotidie ferè afferuntur. Idem 7. Verr. 73, Affertur nocte intempesta grauis huiusce mali nuntius. Idem in Pisonem, 35, Ex ea te imperatore, nuntius ad Senatum allatus est nullus. Idem Attico, Duo nũtii afferuntur, vnus, &c. Et ad Brutum, Tristes de Bruto nuntii afferebantur. Vide AFFERO.

Accipere nuntium. Cic. F. Cælio, li. 2. 18. 1, Quum optatissimum nuntiũ accepissem, te mihi quęstorem obtigisse. Vide ACCIPIO.

Exoptatum nuntium afferre. Cic. pro Rosc. Amerino, 11.

Apportare nuntium, Vide APPORTO.

Audire nuntium, Vide AVDIO.

Cognoscere ex nuntiis, Vide COGNOSCO.

Deferre nuntium alicui. Cice. pro Corn. Balbo, 51, Nolite per deos immortales Iudices, hunc illi acerbum nuntium velle deferri, vt suum præfectum, &c.

Literis, nuntiis, cohortationibus ad patriæ præsidium aliquem excitare. Cic. 14. Philip. 398.

Per nuntium certiorem facere quid actum sit. Cic. Attico, li. 11. 230. 4.

Improbissimis literis, fallacibusque interpretibus ac nuntiis impellere aliquem in spem aliquam. Cic. Bruto, 10. 4.

Incutere nuntium alicui, Vide INCVTIO.

Mittere nuntios ad regem, Vide MITTO.

Secretis nuntiis moner Rhadamistum. Tacit. lib. 12.

Perferre nuntium. Cice. pro Ligario, 4. A quo hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasces laureatos tenui, quoad tenendos putaui.

Perferri omnium nuntiis, Vide PERFERO.

Noua nuntia referre. Catul. de Berecynthia, epig. 58. 15.

Venit nuntius. Cic. ad Atticum, lib. 3. 58. 1, De Q. fratre nuntii nobis tristes nec varii venerant. Idem 1. de Orat. 85, De cuius morte quum domum falsus ab exercitu nuntius venisset, & pater eius, &c.

Optatissimi nuntii & literæ venerunt. Cic. 14. Philipp. 395.

Grauior nuntius aures vulnerat. Virg. 8. Aeneid. 117.

Vno nuntio. Cic. pro Lege Manil. 4, Is qui vna die, tota Asia, tot ciuitatibus, vno nuntio, atque vna literarum significatione ciues Romanos necandos, trucidandosque denotauit.

¶ Noctis nuntius Hesperus. Seneca Hippol. 6. 3.

Interpretes & nuntii rerum sensus. Cic. 2. de Nat. deo. 210.

Nuntius, Adiect. Ouid. epist. 15. 2, Vror: habes animi nuntia verba mei.

Nuntia, nuntiæ. (ἄγγελος,) Plinius lib. 15. cap. 30. 6, de lauro loquens, Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia additur literis, & militum lanceis pilisque. Cic. 1. de Leg. 3, Nuntia fulua Iouis miranda visa figura. Ex quodam poeta.

Fidissima nuntia meæ vocis. Ouid. 11. Metam. 118.

Fama nuntia rerum lætarum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 3.

Veri nuntia fama. Virg. 4. Aeneid. 38.

Historia nuntia vetustatis. Cic. 2. de Orat. 20.

Iris nuntia Iunonis. Ouid. 1. Metam. 55.

Littera nuntia. Ouid. epist. 6. 2.

Sæuus atque sanguinarius nuntius, Vide Sanguinarius in SANGVIS.

Nuntio, nuntias, (ἀγγέλλω, μηνύω, προάγω, εὐαγγελίζω,) nũtiare, Monere, Significare tanquam per nuntium. Plautus Persa, 6. 15, Quæ iussi, nuntia. Idem Trucul. 15. 4,

–lætitia differor, ita ad me
Magna nuntiauit Chiamus hodie gaudia. Terent. Heaut. 1. 2. 10, Voluptatem magnam nuntias. Plaut. Capt. 7. 41, Nunquid aliud vis patri nuntiari? Terent. Hecyra, At istos inuidos dii perdant, qui hæc libenter nuntiant.

Salutem nuntiare. Plaut. Bacchid. 4. 10, Salutem tibi ab sodali solidam nuntio. Cice. ad Atticum, lib. 4. 79. 5, Misit ad me statim qui salutem nuntiaret. Plaut. Curcul. 10. 38, Salutem multam dicito patrono. e v. nuntiabo.

Nuntiatur Romam, Nuntiatur domum. Cice. ad Brutum, lib. 11. 12. 3, Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cũ paucis inermis perterritis meto, fracto animo, fugisse Antonium Idem 4. Verr. 33, Res ab omni conuentu cognita celeriter domum mentiatur.

Nuntiatum est nobis, Cæsarem ad VIII Cal. Capuæ, &c. Cic. ad Atticũ, lib. 9. 188. 9.

Nuntiatus est Silius Italicus vitam inedia finisse. Plin. li. 3. epist. 7.

Prælium nuntiare. Cæsar. 5. bel. Gal. 81, Cassiuelaunus hoc prælio nuntiato, tot detrimentis acceptis, vastatis finibus, &c. Idem lib. 2. 324.

Horam nuntiare. Martial. lib. 8. 6,

Horas quinque puer nondum tibi nuntiat, & tum
Iam conuiua mihi Ceciliane venis. Idem lib. 10. 48,
Nuntiat octauam Phariæ sua turba iouenæ.

Nuntiare monstra, hoc est res magnas & mirabiles. Cic. Attico, lib. 4. 76. 1, Epistola tua me solicitum de Q. nostro puero optimo valde leuauit. Venerat horis duabus antè Chrysippus, mera monstra nuntiarat.

Ne sensus quidem vera nuntiant. Cic. 4. Academ. 139.

Nuntiatio, nuntiationis. (ἀγγελία,) Cic. 2. Philipp. 86, In quo primùm incredibilem stupiditatẽ hominis cognoscite. quid enim? istuc, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si Augur non esses, & Consul esses, minus facere potuisses? Vide etiam ne facilius. nos enim nuntiationem solùm habemus: Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem. Ibidem, 5. 169, Quod cum eo Collega tulit, quem ipse fecit sua nuntiatione vitiosem.

Nuo, nuis, nui, nutum, (νεύω,) nuere. Apud veteres pro Velle ponebatur. Proprie nuere, est Signo capitis voluntatem suam ostendere.

Nutus, huius nutus, masc. g. (νεῦμα,) Signum quod fit oculis, vel capite, vel manibus. Virg. 9. Aeneid. 13, Annuit, & totũ nutu tremefecit olympum. Cic. 1. de Nat. deo. 6, Illum verò & Iouem & dominatorem rerũ, & omnia nutu regentem. Correctiora exemplaria leguntur motu regentem. Idem ad Brutum, lib. 11. ep. 3, Nutus tuus potest hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum præterea & grauissimum incolumem in ciuitate retinere.

Nequaquam nutus. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 5.

Aberrare nutu, Vide ABERRO.

Annuere nutum, Vide ANNVO.

Appellare nutu & significatione, Vide APPELLO.

Consequi aliquid nutu, Vide CONSEQVOR.

Demonstrare aliquid nutu. Quintil. lib. 1. ca. 5. 13, In gestu etiam nonnulli putant illud idem vitium inesse, quum aliud voce, aliud nutu, vel manu demonstratur.

Signa dare nutu. Ouid. 1. Fast. 84.

Loqui nutu significe. Ouid. 4. Metam. 13.

¶ Nutus, Voluntas, quę huiusmodi signo declaratur, siue affirmando, siue negando. Liu. 8. bel. Macedo. 220, Sub vmbra Scipionis ciuitatem dominum orbis terrarum latère nutus eius pro decretis Patrũ, pro populi iussis esse. Plin. lib. 1. epist. 7, ad Octauium Rufum, docet nutum dici quando anouimus, renutu quando recusamus. sic enim ait, Nam ego quoque simili nutu ac renuta respondere voto tuo possum. Cic. pro Quintio, 61, Si fas est respirare P. Quintum contra nutum, ditionemque Naeuii.

Ad alicuius arbitrium nutumque totum se fingere & accommodare. Cic. in Orat. 15.

Ad voluntatem nutumque alicuius viri totum se conuertere. Cic. Appio, lib. 3. ep. 37.

Sub nutu alterius ætatem degere. Lucret. lib. 4. 1. 16.

Authoritate nutuque legum docemur coercere cupiditates. Cicero 1. de Oratore 96.

Expeditus ad nutum alicuius. Cic. de Aruisp. resp. 56.

Gubernari nutu atque arbitrio alicuius. Cic. 7. Verr. 18.

Obseruare nutus, Vide OBSERVO.

Pendere pecunias ad nutum alicuius. Cic. pro Leg. agrar. 96.

Nutu atque verbo non accurata quadam orationis copia libertinos in vrbanas tribus transtulit Tiberius Sempronius. Cic. 1. de Orat. 20.

¶ Nutus, (ῥοπή,) Vergentia, & proclinatio, à Nuto, nutas. Cic. 1. Tusc. 63, Eam potrò naturã esse quatuor omnia gignentium corporum, vt quasi partita habeat inter se & diuisa momenta, vt terrena & humida suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur: reliquæ, &c. Idem 1. de Finib. 30, Siue aliæ declinabunt, alię suo nutu rectè ferentur.

Conglobata in sese nutibus suis terra. Cic. 2. de Nat. deor. 142.

Nuto, nutas, (κλονέω,) Nutare, Frequentatiuum, Sæpe signum capitis facere. Plaut. Asin. 1. 3. 30, Neque illa vili homini nutet, niteter, annuat. Idem Mil. 5. 52, Ecce autem capite nutat, non placet quod repperit. Idem Menæch. 4. 4. 3, Me isti non nutasse credis? Et paulo antè, 38, Nutat ne loquar.

Nutare, pro Mouere aliquando accipitur, & quasi ruinam minari. Vnde Nutare ædificia dicimus, quum malè solidata, ruina minantur. Nutat domus, Plin. epist. 1. 30. b, Ac mihi domus ipsa nutare, consultaque sedibus suis, ruitura suprà videtur, licet adhuc posteros habeat. Liu. 4. ab Vrbe, 162, Altera ex parte nutant circumspectantibus galeæ, & incerti trepidant, applicantque se turbæ.

Nutant arbores. Plin. lib. 13. cap. 4. 7, Circaque singulos plures nutare in eum pronas blandioribus comis.

Rami nutant pondere. Ouid. 2. de Arte, 53.

Victoria nutat, Sese in vnam vel alteram partem inclinat. Plin. de Viris illust. 16, Vbi quum victoria nutaret, Magister equitum equis frenos detrahit.

Fortuna nutat. Liu. 1. bel. Pun. 165, Vobis necesse est fortibus viris esse, & omnibus inter victoriam mortemve certa desperatione abruptis, aut vincere aut si fortuna nutabit, in prælio potius, quàm in fuga mortem oppetere. Verus codex habet dubitabat.

Animi nutant. Stat. 4. Thebaid. 40,

–nam regum animos, & pondera belli
Hàc nutare videt.

Timor nutat vtroque. Stat. 8. Theb. 123.

¶ Nutare in re aliqua, pro Dubitare. Cic. 1. de Nat. deor. 164, Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit, nutare videtur in natura deorum. Idem 2. de Fin. 9, Nunc autem dico ipsum Epicurum nescire, & in eo nutare.

Nutant, Participium, (κλονέων,) vt

Acies nutans. Tacit. lib. 19. Nutantem aciem victor equitatus incursat.

Curis nutantem Colchida vidit. Valer. 7. Argon. 31.

Domus nutantes pendent. Lucan. lib. 1. 98.

Machinamentum suspensum & nutans. Tacit. lib. 20, Præcipuum pauorẽ

intulit suspensum, & nutans machinamẽtum, quo repentè demisso, &c.

Nutatũrus, pen. prod. Aliud participium: (κλονούμενον,) vt

Apex nutaturus supra agmina. Stat. 4. Sylu. 4. 14.

Nutatio, Verbale. (νάνευσις.) Plin. lib. 11. cap. 37. 13, A cerebro proficiscitur somnus: hinc capitis nutatio. Hoc est, inclinatio & decliuitas capitis, dum somnus vrget.

Nuper,

Aduerbium temporis, (ἄρτι, πρέσβυς, ὀψιγενής, νεωστί) Non longo tempore. Neque verò ad horas refertur, sed vel ad paucos dies, vel ad paucos menses. Terent. Eunucho, 1. 2. 51,

–mater mea illic mortua est
Nuper. Idem Heaut. 3, 3. 36, Inueni nuper quandam fallaciam. Cic. de Amicitia, 14, Qui clamores tota ciuea nuper in hospitis & amici mei M. Pacuuii fuerunt. Ibidem, 78, Quibus blanditiis C. Papyrius Consul nuper influebat in agrios concionis, quũ ferret legem de Trib. plebis reficiendis. Idẽ 4. Verr. 65, Qui nuper est mortuus. Sic pro Quintio, 60. Virg. 1. eclog. 5, Nec sum adeò informis, nuper me in littore vidi.

Nuper indulgens in partem, idem seueros in filium. Cic. 3. Offic. 154.

Nuper admodum. Terent. Heaut. 1. 1. 1,

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,
Inde adeò quòd agrum in proximo hîc mercatus es. Hæc verba vsurpat Cic. 2. de Finib. 23.

Nunc nuper, Vide NVNC. Plaut. Trucul. 8. 32,

–nunc huc remisit nuper ad me epistolam, sese experturum
Quanti sese penderem.

Nuper, de longiori tempore aliquando dicitur. Cic. 1. de Diuinat. 144, Neque antè philosophiam patefactam quæ nuper inuenta est, hac de re communis vita dubitabit.

Nupérrime, pen. corr. Superlat. Cic. 1. de Inuent. 36, Primùm te dicturum polliceri, aut ab aduersarii dicto exordiri, & ab eo potissimum quod ille nupérrimè dixerit, aut, &c. Plin. lib. 36. cap. 20. 2, Hæc est sententia eorum qui nupérrimè scripsere. Idem lib. 14. cap. 4, Mutianus ter Cõsul ex his qui nupérrimè prodidere.

Nuperus, nupera, nuperum, penultima correpta. Recens, nouum. Plautus Capt. 1. 2. 60,

Quid tu vna nocte postulauisti, & die,
Recens captum hominem, & nuperum, & nouitium te perdocere, &c.

Nupta, Nuptiae, Nuptus,

Vide NVBO

NVRSIA, (νουρσία.) Sabinorum ciuitas, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1, Hodie Norcia. Nursia item, Picen ciuitas, à Virgilio frigida dicta aut re veràaut certè vsitata, & nocens. Gracchi nanque vbique in concionibus suis Nursinos sceleratos appellauerunt & scimus amarè Virgilium historiarum rem per transitum tangere. Verba Seruii ad illud Virgilii 7. Aeneid. 143,

–quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini.

Habitata pruinis Nursia. Silius lib. 8. 83.

Nurus,

huius nurus, fœm. gen. (νυός,) Filii mei vxor. Cic. 2. Phil. 71, Reiecta mater amicam impuri filii tanquam nurum sequebatur.

Digna nurus socero. Ouid. epist. 3. 15.

Nurus sæpe ponit Ouidius tantum pro sexu, vt 2. Metam. 74, Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis. Id est fœminis Latinis.

Nurus, pro Sponsa aliquando ponitur. Martialis li. 4. 31, Atque inter Latias gloria prima nurus. Budæus.

Nusquam,

(οὐδαμοῦ, μηδαμοῦ,) Aduerbium in loco & ad locum. id est Nullo in loco. In loco. Terent. Eunuch. 4. 3. 18, Ille autem bonus vir nusquam apparet. Idem Adelph. 4. 1. 23, Siquid rogabit, nusquam tu me, audistine? Idem Eunucho. 3. 4. 5, Homo ipse nusquam est, neque scio quid dicam, aut quid coniectem. Plaut. Amphit. 7. 19,

–tu istic vbi bibisti?
5. Nusquam equidem ibi. Idem Menæch. 27. 22, Nusquam equidem quicquam deliqui. Cic. 4. Acad. 185, Quæ nusquam alibi esset. Idẽ 1. Tusc. 18, Ego verò nusquam esse illos puto. Liuius 1. ab Vrbe, 36, Nusquam benignè legatio audita est.

Vspiam & Nusquam contraria. Cic. 1. de Legibus, 62, Lex, est recta ratio imperandi atque prohibendi quàm qui ignorat, is est iniustus, siue est illa scripta vspiam, siue nusquam.

Nusquam abero. Virg. 2. Aeneid. 125.

Nusquam cunctabundus. Tacit. lib. 1.

Nusquam aut nullum fore. Cic. de Senect. 72. Nolite arbitrari ô mihi charissimi filii, me, quum à vobis discessero, nusquam, aut nullum fore.

Nusquam tuta fides. Virg. 4. Aeneid. 75.

¶ Nusquam, ad locum. Plaut. Aulul. 5. 24, Nam ad ædes nostras nusquã adiit quaquam propè. Idem Milite, 8. 41,

–te nusquam mittam, nisi mihi das
Firmatam fidem. Terent. Eunuc. 5. 2. 50,
Detineo te, fortasse tu profectus aliò fueras.

P. Nusquam. Asinius Pollio ad Ciceronem. lib. 10. 31. 13, Nam & prouinciam in otio, & exercitum in mea potestate tenui: finibus meę prouinciæ nusquam excessi.

Nusquam ventum aut abitum sine causa putetur. Author ad Herennium, lib. 2. 33.

Nusquam pedem. Terent. Adelph. 2. 2. 19,

–vbi illinc spero redieris, tamen hoc ages.
5. Nusquam pedem, perii hercle, hac illi spe, hoc illi inceperunt.

Nusquam gentium, Id est nusquam omnino. Abundare GENTIVM. ait Donatus. Plaut. Menæh. 7. 37, Quæ nusquam perhibentur blandiores gẽtium. Idem Amph. 7. 62, Sed quid ais? num obdormiuisti dudum? 5. nusquam gentium. Terent. Adelph. 4. 2. 1, Nae ego homo sum infœlix primùm fratrem nusquam inuenio gentium.

Nuto,

nutas, Vide NVO nuis.

Nutrio

nutris, nutriui vel nútrii, nutrîtum, pe. pro. (τρέφω, σιτίω, θηλάζω, τιθήνω, τιτθόω,) nutrire. Notæ significationis. Plin. li. 11. ca. 40. 3, Balænæ, vitulique mammis nutriunt fœtus.

Vento nutritur ignis. Ouid. 1. de Remed. amor. 83.

Nutrire vinum, quod & Curare dicimus. Colum. lib. 12. cap. 30. 1, Quãto magis æstus erit, eo sepius conuenit vini nutriri, refrigerarique, & ventilari. Ibidem, ca. 21, Et nutritum vinum operimus, atque oblinimus.

Pax nutrit Ceretem. Ouid. 1. Fast. 141.

¶ Amorem longum malè nutrit. Ouid. 3. de Arte, 115.

Audacias aliquorum nutrire. Cic. in Salustium, 6, Multi priuatorum audacias nutrierunt, ego nihil timui nisi leges.

Fauorem nutrire. Silius lib. 7. 100.

Igues suos nutrire. Ouid. 6. Metam. 99.

Morbos nutrire. Celsus lib. 6. cap. 6, de oculorum grauioribus morbis, Hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriantur.

Vires nutrire. Celsus libr. 3. cap. 23, Mediis autem diebus vires eius erunt nutriendæ.

Vlcus nutrire. Celsus lib. 5. cap. 16, de curatione erysipelarum, Repurgatumque vlcus sic vt cætera nutriendum est. Idem libro 6. cap. 6, de vlceribus oculorum, Ex pustulis vlcera interdum fiunt: eaque recentia æquè lenibus medicamentis nutrienda sunt. Idem lib. 7. cap. 14. Et lib. 8. cap. 10.

¶ Nutritor Futurum Imperatiui passiui, pro præsente actiui posuit Virgilius. 2. Georg. 85, Hoc pinguem, & placidam paci nutritor oliuam. Seruius.

Nutrîtus, pen. prod. Participium: (τεθραμμένος,) vt

Ferino lacte nutritus. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 1.

Nutrîtus, huius, nutrîtus, penult. prod. (θρέψις,) Nutrimentum. Plin. lib. 22. cap. 24. 8, Multi senectam lõgam multi tantum nutritu toleranere.

Nutritus pius & maternus. Sene. in Consolat. ad matrem, Illius pio mater noque nutritu per longum tempus æger conualui.

Nutrîco, nutrîcas, pen. prod. (θαμίζω,) nutricare, Idem quod Nutrire. Plaut. Milite, 10. 120, Bona mea inhiant, certatim nutricant & munere. Idem Merc. 9. 11, Nec pecua ruri pascere, nec pueros nutricare. Varro 2. de Re rust. cap. 8. 4, Quum peperit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus.

Nutrîcor, nutrîcâris, (σιτίζω,) nutricari, Deponens, Idem Cic. 2. de Nat. deorum, 27, Omnibus autem rerum, quæ natum administrãtur, femina ator, & fator, & parens (vt ita dicã) atque educator, & altor est mundus omniaque sicut membra sua & partes suas nutricatur & continet.

Nutricatio, Verbale. (σιτιστός,) Varro 1. de Re rust. cap. 44. 2, Dicetur, inquit Agrius, de tertio grado, de nutricationibus atque alimentis eorum. Gel. lib. 12. cap. 1, Ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis graue ac difficile accederet.

Nutricatus, huius nutricatus, pen. prod. Idem. (σίτισις,) Plaut. Milit. 10. 55, O lepidum semisenem, ne siquas memorat virtutes habet, atque equidem plane eductum in nutricatu Venereio. Var. 1. de Re rust. ca. 47, Contrà herba in pratis ad spem fœnisciæ nata, non modò non euellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda. Idem lib. 2. cap. 9. 10.

Nutritius, Adiectiuum. (θρεπτικός,) Qui nutrit. Colum. lib. 3. cap. 13. 6, Ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cælestes admittat imbres.

Nutritius eius pueri eunuchus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 424.

Nutrîtor, pen. prod. nutrîtôris, m. g. (τροφεύς,) Qui nutrit. Sueto. de Clar. grammat. 9, M. Antonius Cnipho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus à nutritore suo manumissus. Martialis li. 8. 29, An Tartessiacus stabuli nutritor Iberi, &c.

Puellæ nutritor. Claud. 1. in Eutrop. 21.

Equorum nutritor Pholoes. Stat. 10. Theb. 44.

Nutrix, nutrîcis, pen. pro. (θρέπτειρα, τιθήνη, τροφός,) Quæ nutrit. Plautus Bacchid. Fier corium tam maculosum, quàm est nutricis pallium. Terent. Eunuch. 5. 2. 53, Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit parunlam.

Nutrices & pædagogi iure vetustatis plurimum beneuolentiæ postulant.

Cic. de Amicitia, 64.

Regia nutrix natorum Priami. Virg. 5. Aeneid. 129.

Oratoris nutrix. Cic. in Orat. 21, Laudationum, scriptionum, & historiarũ &c. reliquarumque rerum formam quæ absunt ab forensi cõtentione, &c. non complectar hoc tempore. non quo negligenda sit: est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare volumus, &c.

Leonum nutrix tellus Iubę. Horat. 1. Carm. ode 22. 3.

Cum lacte nutricis, errorem aliquem fugere. Cice. 3. Tusc. 4.

Inserũt mãsa omnia in os pueris infantibus nutrices. Cic. 1. de Orat. 89.

Discordia nutrix belli Claud. 1. in Rufinum, 6.

Curarum nutrix nox. Ouid. 8. Metam. 17.

Nutrices arbores glandiferæ dicuntur Plinio in Procem. lib. 16. 2.

¶ Nutrix, pro Seminario (inquit Budæus) in quo tenella adhuc semina depanguntur, deponuntur que. Plin. li. 17. cap. 10. 8, Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari, atque in seminariis adolescere, iterumque migrare. Idem lib. 17. 10. 10. Quamobrem seminarii curam antè conuenit dici, quàm transeatur in alia genera. Nanque huic principio, eligi solum refert: quoniam nutricem indulgentiorem esse quàm matrem sæpe conuenit,

¶ Nutrix, alia significatione vsurpat Catullus Arg. epig. 59. 4,

Illaque atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore nymphas,
Nutricum tenus extantes è gurgite cano.

Nutricula, nutriculæ, pe. cor. Diminut. (θρέπτειρα,) Iuuenalis Saty. 7. 15,

Gallia vel potius nutricula causidicorum. Horat. 1. epist. 4. 2.

Fabulæ nutricularum. Quintil. lib. 1. cap. 9. 2.

Seditiosorum nutricula. Cice. in Vatinium, 1. Venisti iratus omnibus, quod ego simul ac te aspexi, prius quàm loqui cœpisti, quum antè Gellius, nutricula seditiosorum omnium, testimonium diceret, sensi atque prouidi.

Prædiorum nutricula. Cic. 11. Philip. 198, His quasi præter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanũ est largitus Antonius, vt haberent aliquorum nutriculas prædiorum: quibus vtinam contenti essent: ferremus: etsi tolerabile non esset.

Casam nutriculã vocauit. Quintilianus Decla. 13, vbi quis nutritus fuit, Conscios, inquit, natalium parietes, & ipsam nutriculam casam.

Nutricia, (θρέπτρα,) genere neutro, numero plurali, vocamus nutricis mercedem: vt in titulo De variis & extraordina. cognitionibus, circa finem. Græcè trophia dicuntur.

Nutrimentum, nutrimenti, (θρέμμα, ἀνατροφή, λίθος,) Alimentum. Plin. li. 17. cap. 23. 15, Pro nutrimento omni est raritas vulneris. Cice. in Orat. 25, Sed quòd educata huius nutrimentis eloquentia est, ipsa se postea colorat & roborat. Suet. in Caligula, cap. 9, Quantum per hanc nutrimentorum consuetudinem fauore & gratia valuerit. Id est, quòd in eastris educatus sit, vt ait Budæus.

Nutrimenta ignis. Valerius Max. lib. 3. cap. 2, de Theramene & Theogene, Vicum suum, qui in ea vrbe speciosissimus erat, contractis vndique nutrimentis ignis incendit. Tale est illud Virgilii 1. Aeneid. 36,

Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam,

Nutrimentum, pro eo qui alitur. Valerius lib. 9. cap. 3, Digna nutrimenta, quæ in exitum patriæ suæ, vt euenit, conuerterentur. Loquitur de filiis Annibalis.

Nutrîmen, pen. prod. nutrîminis, Idem. (ἐδώδιμον) Ouid. 15. Metam. 71, Naturæque suum nutrimen decrit edaci.

Nutrimenta, nutrimentorum, Pro ipsa nutricatione posuit Suetonius in Augusto, cap. 6, Nutrimentorum inquit eius ostẽditur adhuc locus in auito suburbano iuxta Velitras permodicus.

Nutus,

Vide NVO nuis.

Nux,

nucis, f. ge. (κάρυον, καρύα, κάρυον,) Generale nomen est omnibus quæ duro operimento teguntur, vt sunt amygdalæ, auellanæ, & huiusmodi. Plinius lib. 15. cap. 22. 3, Cæteris quicquid est, solidũ est, vt in auellanis, & ipso nucum genere, quas antea abellinas patrio nomine vocabant.

Nux, à nocendo dicitur. Ouid. de Nuce, 13,

–quoniam sæua lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.

Cortex viridis nucis. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 9.

Fœtus nucis. Virg. 2. Georg. 14.

Basilica nux, Vide BASILICA.

Castaneæ nuces. Virg. 2. eclog. 11.

Nux Græca. Colum. de Arboribus, cap. 22. 1, Nucem Græcam serito Arcturi signo, Quidam dicunt esse amygdalam, argumento Plinii lib. 15. cap. 22, quũ de amygdala loquitur, Hæc arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis ætate, dubitatur, quoniam Græcas nominat.

Nuces iuglandes, quæ & regiæ dictæ sunt. Plin. lib. 15. cap. 22. 1, Ab his locum amplitudine vindicauerunt, quę cessere authoritati, nuces iuglandes. Et paulo post, 3, Solum hoc pomum natura compactili operimen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

to clauſit. Nanque ſunt biſidę putaminum carinæ, ngcleorumque illis quadripartita diſtinctio, hgnea intercurſante membrana. Ceteris quicquid eſt, ſolidum eſt.

Minimæ nuces. Iuuen. Saty. 3. 15.

Nuces pineæ, quas pinus arbor gerit. Mart. lib. 13. 25.

Poma ſumus Cybeles, procul hinc diſcede viator,
Nocadat ſymiſerum noſtra ruina caput.

Nucis ſerica. Mart. lib. 13. 46.

Villa maternis fuerannus præcoqua ramis,

Nunc in adoptiuis perſica rara, ſumus. Fortaſſis ea ſunt quę vulgus noſtri vocat Pelchenois.

Caſſa nuce. Horat. 2. Serm. ſaty. 5. 8.

Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm te
Contemptum caſſa nuce pauperet. Vide CASSVS.

¶ Conficere nucem. Vide CONFICIO.

Anuoſam ſi fortè nucem deiecerit Eurus. Iuuen. Saty. 11. 12.

Dare nuces. Catul. in Epithalamio Iuliæ, epig. 56. 27.

Da nuces pueris iners
Concubine ſatis diu
Luſiſti nucibus, &c.

Qui è nuce nucleum eſſe vult, frangat nucem. Qui commodum appetit ne fugiat laborem, Qui quærit voluptatem, prius experiatur ſudorem ſine quo non paratur vera voluptas. Hanc ſententiam Plautus figura ſane quàm prouerbiali extulit, in Curcul. 2. 5. 5, Qui è nuce, inquiens, nucleum eſſe vult, frangit nucem. Erasmus.

Frangere nucem. Cic. 2. de Orat. 148.

Legere nuces. Cic. 2. de Orat. 147.

Nuces relinquere, Eſt omiſſis ſtudiis ac nugis pueri libus ad graniora, magisque ſeria conuerti. Perſius Saty. 1. 1.

-& nucibus facimus quæcunque relictis, Quam ſapimus patruos.

Tranſlata metaphora, vel à veruſta nuptiarum cæremonia; in quibus ſponſus vxorem ducens nuces ſpargebat, vtpote iam puericiæ renuntians, vel certè à puerorum luſibus, qui nucibus peraguntur, ductum prouerbium videri poteſt. Hæc Erasmus. Martialis lib. 5. 135,

Iam tristis nucibus puer relictis
Clamoſo reuocatur à magiſtro.

Spargere nuces. Virg. 8. eclog. 6.

Nucipranum, nucipruni, pen. pro. o. g. Prunum inſitum nuci. Plin. lib. 15. cap. 13. 1, Peculiaris impudentia eſt nucibus inſitorum, quæ facie parę tis, ſuccumque adoptionis exhibent, appellata ab vtroque nucipruna.

Nucum, Adiect. (κωφίνος,) Quod eſt ex nuce. Plin. lib. 16. cap. 30. 5, Vlmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem quum effodies, luna decreſcente eximito poſt meridiem.

Nucifrangibulum ioco appellat Plautus dentem, in Bacchid. 13. 16,

-mihi cautio eſt
Ne nucifrangibula excuſſit ex malis meis.

Nucleus, nuclei. (κωφίον,) Quod tenerum in nuce includitur. Plin. lib. 13. cap. 9. 4, Pomum intus ſimile contortis nucleis. Idem lib. 9. ca. 35. 8, de conchis margaritarum, Quidam tradunt multo obrutas lide in vaſis fictilibus, eroſa carne omni, nucleos quoſdam corporum, hoc eſt vniones decidere in ima.

Concidere nucleum dentibus. Vide CONCIDO pen. prod.

Nucleum amiſi, Prouerbium. Plau. Cap. 11. 113, Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina. Verba ſunt Hegionis, vbi reſcutiſſet ſibi impoſitum eſſe, & herum amiſſum pro ſeruo, ſeruum pro domino retetum, ie enim ex quo fructus expectabatur, infugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Erasmus.

Nuclei oliuarum, Teſtæ. Vlpian. in L. Carbonum. ff. de Verb. ſignif.

¶ Nucleus, Allii ſpica. multis enim ſpicis ſeu nucleis compactò eſt allii caput. Plin. libr. 19. cap. 6. 11, Allium tenuiſſimis & quæ ſeparantur, in vniuerſum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim veſtitis: aſperi ſaporis: quo plures nuclei fuere, hoc eſt aſperius.

¶ Nucleus pinguitudinis. Plin. lib. 17. cap. 6, Eſt autem quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo. De marga.

Nucleus ferri. Chalybs. Plin. lib. 34. ca. 14. 6, Fornacium maxima differentia eſt, in iis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurandum acię, aliisque modo ad denſandas incudes, malleorumque roſtra.

Nucleus acini, Quod vinaceum appellat Columella. Plin. lib. 23. cap. 1. 5, Vua paſſa, quam aſtaphida vocant, ſtomachum, ventrem, interanea tentaret, niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent: iis exemptis, veſicæ vrilis habetur. Paulo anti. 4, Nuclei acinorum eandem vim obtinent.

N Y

Nyctalops, pe. cor. nyctalôpis, pe. pro. o. ge (νυκτάλωψ,) Qui videt interdiu, occidente autem ſole cernit exiliter, noctu nihil. Hic etiam luſciſus dicitur à Latinis. Plin. lib. 8. cap. 50. 4, Caprinum iecur ſi veſcantur, reſtituit veſpertinam aciem his quos nycta

lopas vocant. Idem dicit libro 28. cap. 11. 7.

Nyctalopia vitium ipſum eſt, vt Myopia, Dioſcorides tamen Nyctalopa pro vitio identidem accipit. Budæus.

NYCTELIVS, (νυκτέλιος,) vocatus fuit Bacchus, quòd ſacra eius noctu fiebant: νὺξ enim nox eſt, τελέω perficio.

Nyctelius pater, Bacchus. Ouid. 1. de Arte, 114.

Latex Nyctelius, Vinum. Scne. Oedip. 5. 18.

Nycteris, pe. cor. nycteridis, (νυκτερίς,) Veſpertilio tam minutos habens pedes, vt eis carere videatur.

Nycteris, hoc eſt Veſpertilio, dictus eſt Chærephon philoſophus: propterea quòd philoſophando expalluiſſet, & ſupra modum emaciatus eſſet. Author Suidas.

NYCTEVS, duarum ſyllabarũ, Nycteos, vel Latinè Nyctei, (νυκτεύς,) Rex quidã fuit pater Antiopes. Propert. libro 3. eleg. 15. 3, Nycteos Antiopen, &c.

Nyctêis, penult. produ. (νυκτηΐς,) Patronymicum fœm. Propertius lib. 1. eleg. 4. 1, Tu licet Antiope formam Nycteidos, &c. Ouidius 6. Metamor. 23.

Nycticorax, pen. cor. nycticoracis, pen. cor. m. g. (νυκτικόραξ,) Coruus nocturnus.

NYCTIMENE, pen. corr. (νυκτιμένη,) Filia Nyctei, quo etiam nomine dicta eſt auis quędam, in quã conuerſa Nyctimene fertur. Quæ quoniam cum patre concubuerat, facinus recognoſcens in ſylluas aufugit, & in noctuam conuerſa, lucem odit, nocte tantum volitans. A Græcis appellatur γλαὺξ. Vide Ouidium 2. Metam. 119.

Nympha, nymphæ, (νύμφη,) Latinè ſponſa dicitur.

Nymphas antiqui aquarum deas eſſe putauerunt, quaſi lympharum numinatquippe veteres Græci nympham dicebant, quam nos mutatione vnius literę lympham, hoc eſt aquam. Aliquando Nymphæ dicuntur Muſæ, quòd aqua currendo muſicos ſonos efficiat. Hinc ſæpe numero à poetis inuocantur. Virg. 7. eclog. 5, Nymphæ noſter amor, Lybethrides. -Cice. 3. de Nat. deorum. 57, Suntne etiam Nymphæ deæ. Et pro Milone, 55,

Aedem Nympharum incendit.

Genitor Nympharum, Oceanus Catull. in Gellium, epig. 83. 2.

Templa ſyluestria Nympharum. Lucret lib. 5. 190.

Agreſtes Nymphę. Virgil. 3. Aeneid. 7.

Auernales Nymphę. Ouid. 5. Metam. 108.

Faciles Nymphę. Virgil. 3. eclog. 2.

Nyſiades Nymphæ, Vide NYSA.

Simplices Nymphæ. Horat. 1. Carm. ode 8. 3.

Teneræ Nymphæ. Ouid. 11. Metam. 31.

¶ Nymphæ, dicuntur apes quum primùm formam cœperint habere. Plin. lib. 11. cap. 16. 6, Quod certum eſt, gallinarum modo incubant. Id quod exclusum eſt, primùm vermiculus videtur candidus, iacens tranſuerſus, adhærensque ita vt paſcere videatur. Res ſtatim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, ſed ſtatim penniger. Cętera turba quum formam capere cœpit, nymplię vocantur vt fuci, ſirenes aut cephenes.

Nymphæum, nymphæi, (νυμφαῖον.) dicitur & Iaoacrum & balneum. Iulius Capitolinus, Opera Gordiam Romæ nulla extant, præter quædã nymphæa, & balneas. Plin. 35. cap. 12. 1, Eumque ſeruatum in nympheo, donec Corinthum Mummius euerteret, traduit.

Nymphæa, (νυμφαία,) Herba heracilia quæ Venerem extinguit à nympha, hoc eſt aqua dicta, quòd aquis gaudeat. Plinius libr. 26. cap. 10. Et lib. 25. cap. 7. 4, Ruellius eam dicit eſſe quæ officinis vulgò Nenuphar dicitur.

NYMPHEVS, (νυμφαῖος,) Italiæ fluuius iuxta Velitras: & Nympheum Proconneſi promõtorium. Author vtriuſque Raphael Volaterranus. Nympheum montem ſemper ardere, eiusque craterem bitumen egere te omnium dilutiſſimum, Strabo author eſt lib. 7.

NYMPHOLEPTI, (νυμφόληπτοι,) dicuntur quaſi Nympharum ſpiritu correpti: iidem Lymphati quoque vocantur.

NYSA, (νῦσα,) Vrbs Arabię, apud quam (vt Diodorus ait) Bacchus educatus à Nymphis fuit. Vnde & Nyſæus dictus eſt, ac cognominatus Dionyſius, à Ioue ſcilicet & Nyſa nomen accipiens. Nyſa etiam non tam mons, quàm ciuitas in India eſt, à Libero patre (vt refert Strabo lib. 15) condita, carminibus poetarum celebratiſſima. vide Strabonem lib. 15. & Herodotum lib. 2. Alia eſt Nyſa in Bœotia apud Homerum: apud Plinium in Caria: apud Strabonem vicus etiã in Helicone: apud Ptolemæum in Lycia & Ionia: & apud Stephanum in Thracia.

Vertex celſus Nyſæ. Virgilius 6. Aeneid. 161, Liber agens celſo Nyſæ de vertice tigres.

Nyſeius, Adiectiuum. (νυσήϊος,) vt Iuga Nyſeia apud Lucanũ lib. 8. 157.

Nyſeus, diſſyllabum, (νυσεύς,) dictus eſt Bacchus. Ouid. 4. Metam. 13, vbi varia Bacchi nomina enumerat, Additur his Nyſeus, indetonſuque Thyoneus.

Nyſiat, Nyſiadis, pen. corr. Patronymicum fœm. (νυσιάς,) vt

Nymphæ Nyſiades, apud Ouidium 3. Faſt. 154. poſitum pro gentili.

Nyſigena, pen. corr. (νυσιγένης,) qui in Nyſa natus eſt. Catull. Argonaut. epig. 59. 61,

At parte ex alia florens volitabat Iacchus,
Cum thyaſo Satyrorum, & Nyſigenis Silenis.

Nyſæi, (νυσαῖοι,) habitatores Nyſæ vrbis de quibus meminit Cicero ſcribens Silio, lib. 13. 65. 3, Deinde Nyſæos, quos Nero in primis habet neceſſarios, diligentiſſimè tuetur ac defendit, habeas tibi commendatiſſimos.

Nyſæus, Adiectiuum: (νυσαῖος,) vt Chori Nyſæi. Propert. lib. 3. ele. 17. 5, Indica Nyſęis arma fugara choris.

Palmes Nyſęus, Vitigineus. Silius lib. 7. 40, Feſtas Nyſæo redimiuit palmite menſas.

O

Atque v permutantur inuicem. Quintil. lib. 1. cap. 4. 12, Quid o, atque v permutatæ inuicem? vt Hecoba, & notrix: Chaldides, & Pulyxena ſcriberentur. Quod hic Quintilianus dicit, multis monimentis veterum probat Pierius in ſuis Caſtigationibus in Virgilium: in quibus ſe ſcriptum vidiſſe teſtatur Donu pro dono Annus pro annos. Cupreſſu pro cupreſſo.

O, (ὦ,) vocãdi Interiectio, nominatiuo interdum, nonnunquam etiam accuſatiuo gaudens. Virgil. 1. Aeneid. 106. O regina nouam cui condere, &c. Terent. Adelph. 2. 3. 7, O Cteſipho. c. ô Syre. Idem And. 3. 2. 12, O Daue, itane contemnor abs te? Cic. Furnio, lib. 10. 26. 3, O mi Furni quam tu, &c.

¶ Aliquando adiuratiõi. (ὦ,) Teren. Eunuc. 2. 3. 5, O faciem pulchram! deleo omnes deinc ex animo mulieres. Iuuenal. Satyr. 10. 15,

O qualis facies, & quali digna tabella!

¶ Exclamantis. Terent. Heaut. 2. 3. 3, O Iuppiter, tantam ineſſe animo inſcitiam! Idem Phorm. O audaciam, etiam me vltro accuſatum aduenit! Et Eunucho, 2. 3. 73, O fortunatum iſtum Eunuchium, qui quidem in hanc detur domum. Et And. 4. 4. 30, O hominem audacem. Idem Adelph. 2. 1. 29, O hominem impurum. Plaut. Merc. 18. 22, O iniquum patrem, ô infortunatum filium, quò te recipies? Terent. Adelph. 5. 3. 4,

O cælum, ô terra, ô maria Neptuni. Ibidem, 2. 3. 3,

O frater frater, quid ego nunc te laudem! lætis certè ſcio, &c.

O immoderata mulier. Cic. pro Celio, 41.

O conſuetudo peccandi, quantam habes inconditatem in improbis & audacibus: quum pœna abfuit, & licentia conſecuta eſt. Cic. 5. Verr. 152.

¶ Dolentis. Terent. And. 1. 5. 47,

-ô Myſis, Myſis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis de Glycerio. Plau. Tri. 15. 2,
O Callicles, ô Callicles, qualine amico mea commendaui bona!

CA. Bono & fideli, & fido, & cum magna fide. Cic. 6. Verr. 49,

O tempora, ô mores. Sic in Catilinam, 1. Idem ad Terentiam, lib. 14. 4. 1, O me perditum, ô me afflictum.

O miſeras hominum mentes, ô pectora cæca. Lucret. lib. 2. 3.

O miſera vitæ ratio. Cic. Anteq. fret in exil. 19.

O ſpectaculum vnl Craſſo iucundũ, cæteris nõ itẽ. Ci. Attico, lib. 2. 36. 4.

¶ Irridentis. Cic. de Amic. 45, Et eo fieri vt mulierculæ magis amicitiarũ præſidia quærant quàm viri & inopes quàm opulenti, & calamitoſi, quàm ſi qui putantur beati. O præclaram ſapientiam. ſolem enim è mũdo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt.

¶ Exultantis. Terent. And. 1. 1. 78, -ô factum bene, Beaſti me. Idem Eunuc. 4. 4. 7,

-habesque hominem amabo?

PH. Q uidni habeam? P. ô factum bene. Item And. 3. 3. 1,

Iubeo Chremetem. C. ô te ipſum quærebam. S. & ego te.

O terram beatam quæ illum exceperit. Cic. pro Milone, 80.

¶ O ſi, deſiderantis particula. Virgil. 11. Aeneid. 84,

Quanquam ô ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet,
Ille mihi ante alios fortunatuſque laborum.

O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos. Horat. 2. Serm. ſatyr. 6. 2,

O ſi, & O vtinam, Idem. Ouid. 1. epiſt. 1. 1,

O vtinam tunc quum Lacedæmona claſſe petebat,
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.

¶ O, Interiectio repentè perculſi. Terent. And. 4. 6. 7, O Myſis ſalue. C. ſaluos ſis Crito. Ibidem, 1. 5. 32, Quis hic loquitur? Myſis ſalue. M. ô ſalue Pamphile. Idem Eunucho, 3. 5. 12,

-ô feſtus dies, hominis amice
Saluetnemo eſt, quem ego magis nunc euperem videre, quàm te. Plau. Trinum. 17. 55.

Patrem rediſſe ſaluũ peregrè gaudeo. L. E. quis id ait? CA. ego. L. Tũn' vidiſti? CA. & tute idem videas licet. L. ô pater, pater mi Salue.

O, quid agis. Horat. 1. Carm. ode 14. 1.

¶ O, pro Vtinam. Virgil. 2. eclog. 6,

O tantum libeat mecum tibi ſordida rura,
Atque humiles habitare caſas. Id eſt, vtinam libeat.

¶ O, quandoque tacetur, quum accuſatiuo iungitur. Plin. Iunior, lib. 2. ad Octauium, Hominem te patientem, vel potius durum, ac penè crudelem. Terent. Eunuc. 3. 1. 28, Hominem perditum miſerumque, & illũ ſacrilegum. Docet Donatus, maioris ſtuporis eſſe hoc modo pronuntiatum. Cic. ad Atticum, Me miſerum, cur non ades? Idem, Veni Athenas, inquit Democritus neque me quiſquam ibi agnouit. Conſtantem hominem, & grauem, qui gloriatur à gloria ſe abſtuiſſe. Terent. Eunuch. Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit. Cic. pro Milone, 47, Miſeros interdum ciues optimè de Rep. meritos. Idem pro Cælio, 50, Virtutem eorum diligentiamque cognoſcite. In balineis delitueruntiteſtes egregios. deinde remerè proſiliernnt homines grauitati deditos.

O A

OAXIS, (ὄαξις,) fluuius eſt Cretæ inſulæ, dictus ab Oaxe filio Apollinis. Rapidus Cretę Oaxis. Virgil. 2. eclog. 13.

OAXVS, (ὄαξος,) ciuitas Cretæ ab Oaxo Acallidis filiæ Minois filio: vel à ſitu loci, quòd loca præcupta Cretenſes ὄαξους vocent. Herodotus quoque Oaxum vrbem Cretæ facit, in qua Etearchus pater Phronimæ matris Bacchi regnauit, qui Cyrenem Libyæ vrbem ædificauit.

O B

Ob, (ὀβολὸν, ὀβὴν,) Præpoſitio, accuſatiuo iungitur, & ſignificat Propter. Terent. And. 3. 5. 4, Ergo pretium ob ſtultitiam ferot ſed inultum id nunquã auferet. Plau. Aſin. 2. 3, Itaque ob aſinos relatũ pretiũ Sauriæ! Ibidẽ, 7. 91, Ait ſe ob aſinos ferre argẽtũ attienſi Sauriæ. Donatus, Pretiũ ob aſinos, vel ob ſtultitiam, id eſt pretium aſinorũ & ſtultitiæ.

Ob adulterium cæſus. Virgil. 6. Aeneid. 123.

Laborat ob auaritiam. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 6.

Ob delictum pœnas dii expetunt. Cic. pro Marcello, 10.

Ob dictum. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 1. 1, Exiſtimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nec abſentem ludibrio læſum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri.

Ob aliquod emolumentum ſuum ſiqui cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non conuenit. Cic. pro Fonteio, 14.

Ob induſtriam. Plaut. Caſina, 6. 60,

Ego diſcrucior miſer amore: illa autem, quaſi ob induſtriam,
Mihi aduorſatur. Ibidem. 19. 7, Nam quid illæc nunc tandiu intus remoratur, quaſi ob induſtriam?

Ob decem minas oppoſitus pignori. Terent. Phorm. 4. 3. 57,

-ager oppoſitus eſt pignori Ob decem minas.

Ob nullam noxiam. Plau. Pœn. 3. 15, -ſine te verberem item,
Vt tu mihi feciſti, ob nullam noxiam.

Ob rem. Terent. Phorm. 3. 2. 41, -non pudet
Vanitatis? D. minimè, dum ob rem. Id eſt modo in rem meam ſit.

¶ Ob abſoluendum, Ob tacendum, & ſimilia: pro Ad abſoluendũ, vel vt abſoluat. Ci. 4. Ver. 55, Quanto illad flagitioſius, improbius, indignius eum à quo pecuniam ob abſoluendum acceperis, condemnare, &c. Gellius lib. 11. cap. 10, Iſti pretia maxima ob tacendum accipiunt.

¶ Ob, pro ante. Plaut. Milite, 7. 50,

-nunc demum experior ob oculos caliginem
Prius mihi obrigiſſe. Ibidem, 12. 37, Qui lanam ob oculum habebat. Idem Moſtell. 8. 102, -obſecro hercle te, iube
Obtrudi argentum ob os impurum belluæ. Idem Aulul. 9. 23,
Qui quum it dormitum, follem obſtringit ob gulam.

Ob oculos mihi ſæpe mors verſata eſt. Cic. pro Ra. Poſth. 24.

Mihi ob oculos exilium verſatur. Cic. pro Seſtio, 38.

Ob os offuſus ignis Cic. de Vniuerſ. 55.

¶ Ob, pro Ad, apud antiquos, inquit Feſtus, Ennius, Ob Romam noctu legiones ducere. Cice. Pæto, lib. 9. 26. 4, Cuius ob os Graii ora obuerrebant ſua.

¶ Ob, in compoſitione, pro Circum, authore Feſto: vt Obambulare.

Obaeratus, pen. prod. Adiectiuum. (ὑπόχρεως,) Dicitur qui ære alieno iam obligatus eſt, quaſi ęre alieno obſtrictus, & debitor ad aliquid operandum. Liu. 6. bel. Pun. 208, Quatuor millia hominum erant miſti ex omni coluuione, exules, obærati. Cæſar lib. 1. Commentariorum, Omnes obaratos, quorum magnum numerum habebat, conduxit. Varro 1. de Re ruſt. cap. 17. 2, Omnes agri coluntur hominibus ſeruis aut liberis, aut vtriſque. Liberis aut quum ipſi colũt, vt plerique pauperculi cum ſua progenie: aut mercenariis, tam conductis liberorum operis, res maiores, vt vindemias, ac foeniſcia adminiſtrare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

strant, itáque quos operatos nostri vocitarunt, & etiam nunc sunt in Asia, atque in Aegypto, & in Illirico complures.

Obambulo, obambulas, pen.corr. (περιπατέω, περιοδεύω, περιέρχομαι) obambulare, Est (vt ait Festus) aduersum alios ambulare, & quasi ambulanti sese opponere: siue circumire, aut obuiáre. Plaut. Amphit. 1.1.23.

Quando Sarius salutator oppessulatas ante fores graditur.

Nihil est, tamen expectat obambulans. Idem Merc. 22.59, Sanè hoc non in mentem venit, dudum vt vrbem obambulo. Idem Trin. 6.34, Ne noctu irem obambulatum.

Solus obambulat ipse. Ouid. 2. Trist. 92.

Gemebundus obambulat Aetnam, Ouid. 14 Metam. 38.

Obambulantes ante vallum portasque. Liu. 5. bel. Pun. 220.

Obambulare muris. Liuius 6. bel. Maced. 132, Obambulare muris, vt facilè noscereturab Aetolis, cœpit.

Obambulátio, Verbale. (περίπατος, περιπάτησις) Author ad Herenn. lib. 3. 126, Ité commodius est in derelicta, quàm in celebri regione locos comparare: propterea quòd frequentia & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imaginum notas.

Obaro, obaras, pe. cor. obaráui, (περιαρόω) obarare, Circum arare, vel arando excolere. Liu. 3. bel. Pun. 91, Et quum hostes obarassent, quícquid herbidi terreni extra murum erat raporum semé iniecerunt, vt, &c.

Obarmo, obarmas, (ὑποπτερίζω) obarmare, Idem quod Armare.

Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quærere distali.

Obater, pe. prod. Adiectiuum. (ὑπομέλας,) Quodammodo atrum, & velari subatrum. Plin. lib. 18. cap. 35. 8, Nascens luna, si eorum superiore obatro surget.

Obaudio, obaudis, obaudiui, obauditum, pe. pro. (παρακούω,) obaudire, Non audire. Nullam tamen exemplum apud Idonum authorē reperi. Obaudire, aliquando pro Audire accipitur.

Obba, obbæ, Poculi genus, authore Nonio, vel ligneum, vel ex spartho. Varro, Dolia atque apothecas triclinares, melicas, calenas, obbas, & cumanos calices. Idem epistola ad Marullium, Vtrú meridie, an vesperi libentius ad obbam accedas.

Sessilis obba. Persius Satyr. 5. 15.

Obbibo, obbibis, obbibi, pen. corr. obbibitum, pe. cor. (ἀποκλίνω,) obbibere, Idem quod bibere. Cic. 1. Tusc. 155, Qui quū conjectus in carcerem, trigintá iusti tyrannorum venenum vt sitiens obbibisset, reliquum sic poculo eiecit, vt id resonaret.

Obbrutesco, obbrutescis, obbrutui, (ἀλογωτέω, ἀλογωτεύομαι) obbrutescere, Brutú fieri, ratione amittere. Lucr. li. 3. 110.

Mortalem tamen esse animam fateare necesse est.
Nec refert, vtrum pereat dispersa per auras,
An contracta suis è partibus obbrutescat.

Quando hominem totum magis, ac magis vndique sensus Deficit.

Obcaeco, obcæcas, (ἐκτυφλόω,) obcæcare, Idem significat quod Cęcare. Columella libro 4. Veluti ignorantiæ tenebris obęcata luce veritatis carnit. Dicimus & Occæco. Plin. lib. 10. cap. 3. 1, Respersu pianarum hostem occęcantes.

Obcæcat orationem totam narratio obscura. Cic. 2. de Orat. 179.

Obcæcatus stultitia. Cic. ad Senatum, lib 15. 1. 11. Quod ego negotium non stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus non recusaui.

Obcæcati tenebris, & Præfulgore splendore contraria. Author ad Herenn. lib. 3. 126, Tunc nec nimis illustres, nec nimis obscuros locos haberi oportet: ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgant.

Aether terrificis obęcat sidera nimbis. Ouid ad Pisonem, 30.

Obcæcare fossas in agro, Hoc est, obtęgere, & desuper claudere, ne pateant. Colum. lib. 3. cap. 2. 7, At vbi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita vt in patentes ora hiantia cæcarum competant. Id est desuper tęguntur.

Obcaleo, (συγκαίομαι,) Vide OCCALLEO.

Obcalluere mores. Columel. lib. 8. cap. 16. 5, Sed quoniam sic mores obcalluere, non vt hæc vitata, verum vt maximè laudabilia & honesta iudicarentur.

Obdo, obdis, obdidi, obditum, penult. cor. (ἀποκλείω,) obdere, Opponere, inquit Festus.

Obdere ceram auribus. Senec. epist. 32.

Obdere forem, pro Claudere fores. Plaut. Casin. 23. 14, Forem obdo, ne senex me opprimeret.

Obdere fores ferratis trabibus. Pli. li. 6. ca. 11. 1, Ab iis sunt portæ Cauca siæ, magno errore à multis Caspiæ dictæ, ingens naturæ opus, mōtibus interruptis repentè, vbi fores obdite ferratis trabibus. Ouid. 1. Fast. 57.

Obdere pessulum ostio. Terent. Eunuc. 3. 5. 55, Pessulum ostio obdo.

Idem Heaut. 2. 3. 37, Anus foribus obdit pessulum.

Obdormio, obdormis, obdormiui, obdormitum. pen. pro. (ἀφυπνόω,) obdormire, Dormire. Plautus Amphit. 4. 118,

Credo ego hac noctu nocturnum obdormisse ebrium. Ibidem, 7. 62, Sed quid ais, num obdormiuisti dudum? 5. nusquam gentium. Cic. 1. Tusc. 147, Nescio quando in Latmo obdormiuit. De Endymione.

Obdormire crapulam. Plaut. Most. 16. 1, Vbi somnū sepeliui, omnemque obdormioi crapulam. Vide DORMIO.

Obdormisco, obdormiscis, (ἀφυπνόω,) obdormiscere, Idem Cic. 1. Tusc. 191, Quid meltus quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conuenientem somno consopiri sempiterno? Plin. lib. 9. cap. 10. 1, Atque vt remearint matutino, summa in aqua obdormiscere. De restadinibus. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 8, Quoties post cibum obdormisceret (quod ei ferè accidebat) olearum ac palmarum ossibus incesse batur. Vlpianus in L. Si seruus seruum. §. Si quis insulam. ff. Ad legem Aquiliam, Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormiscet, & villa exusta fuisset, &c.

Obduco, obdúcis, pen. prod. obduxi, obductum, (περιάγω,) obdúcere, Circunducere, vel. Contrà ducere. Plau. Picu. 8. 17,

Post ad oppidum hoc vetus continuò mecum exercitum
Protinus obducam.

Obducere velum. Apud Plinium in epistolis.

Obducere, (ἐπάγειν,) pro Inducere: vt Obducere torporem. Plin. lib. 22. cap. 15. 26, Torporem autem obducit percusso loco.

Obducere rebus tenebras. Cic. 4. Acad. 12, Dum huius definitiones labefactare vult, conatus est clarissimis rebus tenebras obducere. Quintil. lib. 10. cap. 1, Atque ille quidem omnibus eiusdem operis authoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. Id est, obtenebrauit, vt manus noti essent. De Menandro.

Obducere, (ἐπικαλύπτειν, περικαλύπτειν,) Superducere, tegere. Vir. de Moreto, Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. Cic. 1. de Legib. 82, Reddit enim terræ corpus, & ita locatum ac situm quasi opperimento matris obducitur. Ibidem, 99, Iam ille mos à Cecrope (vt aiunt) permansit, corpus terra humandi quàm * cum proximi fecerant, obductáque terra erat, frugibus obterebatur. Idem 2, de Nat. deor. 179, Obducunturque libro aut cortice trunci stirpium, quo sint à frigoribus & caloribus tutiores. Ibidem, 215, Primum enim superiora superciliis obducta, sudorem à capite & à fronte defluentem repellunt.

Herbæ obducunt segetem densis sentibus. Virg. 2. Georg. 83.

Obducere plagam limo. Plin. lib. 8. cap. 16. Et apud Colum. lib. 3. cap. 18. 6, Obducunt cicatricem radices quæ excrescunt.

Crustam obducere. Plin. lib. 13. cap. 4. 16, Crustam verius quàm cutem obducunt. De dactylis.

Rubiginem obducere. Plin. lib. 17. cap. 4. 4. Ferroque omnis rubiginem obducit. De genere terrarum.

Macies obduxerat artus Ouid. epist. 11. 6.

Tenebræ obduxere oculos. Lucan. lib. 3. 146, Nox subit, atque oculos vastæ obduxere tenebræ.

Frontem obducere, pro Contrahere. Quintil. lib. 10. cap. 3, Interrogauit quæ causa frontis tam obductæ. Id est corrugatæ. Senec. epist. 1, Quid aliquid à se petit, suspicatus est, frontem obduxit.

Callum obducere, pro Contrahere callum. Cic. 3. Tusc. 90, Quorum autem diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. Id est vetustate obdurauerat. Plin. Iam callum obduxerat. Cic. ad Varronem, lib. 9. 2. 6, Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo.

Obducere callum dolori dicitur labor, per transllationem, pro Dolorem minus molestum facere. Cic. 2. Tusc. 61, Et ipse labor quasi callū quodam obducit dolori.

Obducere vultum, Quemadmodum Obducere frontem. Sene. de Benef.

Obducere, Detegere, aperire. Lucil. Vos interea lumen auferte, atque aulam obducite. Nonius.

Obducere aliquem. Cic ad Atticum, lib. 1. 1. 4, Thermus cum Syllano contendere existimatur, qui sic inopes & ab amicis & existimatione sunt, vt mihi videatur non esse ἀδύνατον, Curium obducere, sed hoc præter me nemini videtur. Id est obtrudere in petitionem.

Diem obducere. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 19, Nono Calend. igitur ad Siccam: ibi tanquam domi meæ scilicet: itaque obduxi posterum diē. Vbi interpres, Obduxi, circum illa loca duxi & consumpsi.

Obductus, Participium: (ἐπικαλυφθείς,) vt

Cicatricem Reip. iam obductā refricare. Cic. 3. de Lege agrar. 3. Plaudā alias, alias squama videmus obductas animātes. Cl. 2. de Na. deo. 18

Colos, cano situ obductus. Plin. lib. 12. cap. 15. 10.

Dolorem obductum vulgare. Virg. 10. Aeneid. 13.

Frons obducta, Tristis. Horatius Epod. 13,

-obducta soluatur fronte senectus.

Obstructio obducta Cic. pro Sestio, 16, Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta, ita vt curiosis oculis perspici non possit.

Obducta situ vetustatis prata. Colum. lib. 2. cap. 18. 2.

Tenebræ obductæ. Propert. lib. 3. eleg. 16. 1.

Vultus obductos condere. Ouid. 1. Metam. 66.

Obductio, obductiōnis, Verbale. (περικάλυψις,)

Obductio capitis. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo, 10, Mors deniqt si ponui, in libertate moriamur carnifex verò, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit, non modò à corpore ciuium Romanorum, sed etiam à cogitatione, oculis, auribus. Id est obnolatio, vt ait Budęus.

Obducto, obductas, (κατάγομαι) obductarē, Frequēt. Plaut. Merc. 16. 46,

Nec pol ego patiar sic me nuptam tam malè,
Meáque in ædes sic scorta obductarier.

Obduro, obdúras, penultim. prod. (σκληρύνω,) obdurare, Facere durum.

Amorem edendi obdurare, Lucret. lib. 4. 175,

Propterea capitur cibus, vt suffulciat artus:
Et recreet vires interdatutque patentem
Per membra ac venas, vt amorem obdurer edendi. Portasse legendum obduturare.

Pesta atque obdura. Horat. 2. Serm. satyr. 5. 8.

Destinatus obdura. Catull. ad Scipium epigr. 8. 4.

Obdúreo, obdúres, pen. prod. obdúrui, (σκληρύνομαι,) obdurēre, Durius fieri. Cicero ad Atticum, lib. 12. 23. 1, Quare obduretur hoc triduū, vt te quoq; ponam in eodem πόνῳ.

Obduresco, obdurescis, obdúrui, (σκληρύνομαι,) obdurescere, Idē. Varro 3. de Re rustica, cap. 14. 4, Earum semen minutum, ac testa mollī, diuturnitate obdurescit. Propert. lib. 2. eleg. 16. 3, Gorgonis & satius fuit obdurescere vultu.

Obdurescere etiam de homine dictum. Cic. ad Lucceium, lib. 5. 15. 3, Alii occiderunt, alii nescio quo pacto obdurerunt. Idem ad Atticum, lib. 10. 200. 1, Examinant omnes qui mecum erant: nam ipse obdurui.

Obdurescere & percallere. Cic. pro Milone. 57, Sed nescio quomodo iam vsu obdurueram, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

Consuetudine obdurescere. Cic. 2. Philipp. 105.

Obdurescere ad. Cic. ad Brutum, lib. 18. 6, Obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tribuni. Idem lib. 13. 26. 4. Sed iam ad ista obdurnimus, & humanitatem omnem exuimus.

Obdurescere animus ad dolorem nouum. Cic. ad Cæcilium, lib. 2. 15. 1.

Obdurescere contra. Cic. 3. de Finib. 59, Qui autem tam agrestibus institutis vsus, aut quis contra studia naturę tam vehementer obdurnit, vt à rebus cognitione dignis abhorreat, &c. Idem 3. Tuscu. 113, Obduruisseque sese contra fortunam arbitrantur.

Obdurescere in. Cic. 7. Verr. 27, Iam verò quam in eiusmodi patientia turpitudinis, alicua non sua sæuitate obduruisse.

Obedio, obēdis, pe. prod. obedíui, obedítū, pe. pro. (πείθομαι, ὑπακούω,) obedire, Parēre, obtęcūdāre. Festus, Obedio, obaudio. Cic. de Claris Orat. 131, Quātum in hac vrbe polleat, multorum obedire tempori, multorumq; vel honori vel periculo seruire.

Parēre & obedire. Cic. 5. Tusculan. 52, Hic ille moderatus, hic fortis, hic sapiens, hic & nascentibus & cadentibus cum reliquis cōmodis, tum maximè liberis parebit, & obediet præcepto illi veteri.

Obedire & parere voluntati dei. Cic. 1. de Nat. deor. 29.

Obtemperare & obedire. Cicc. 3. de Leg. 7, Nec verò solūm vt obtemperent obediantque magistratibus, sed etiam vt eos colant, diligantque præceptoribus.

Obedire ad. Cic pro Cecinna, 38, Si seruulis hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant, non ad id quod ex verbis intelligi possit, obtemperent.

Ito modum semorum alicui obedire. Tacit lib. 1.

Obedibo, antiqui dixerunt. Afranius, Meo vt obsequar amori, obedibo tibi.

Obēdiens, Participium, (πειθόμενος,) Cic. 1. Offic. 184, Appetitū rationi obedientem præbeamus. Idem 2. de Nat. deorum, 111, Nulli igitur est naturæ obediens aut subiectus deus.

Obediens dicto. Plaut. Bacchid. 8. 35,

Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio,
Quàm magistri desinebat dicto esse obediens.

Naturæ obediens homo homini nocere non potest. Cic. 3. Offic. 31.

Appetitiones obedientes efficere rationi. Cic. 2. Offic. 25.

Obēdiens, Nomen ex participio. (εὐπειθής, εὐκοος, πειθήνιος,) Liu. 5. bel. Pun. 210, Et vt imperitis vinorum nemo obediētior me vno fuerit: ita post mortem suam, &c. Plin. lib. 16. cap. 43. 2, Obedientissima quoque in opere fraxinus.

Obedientia, obediētiæ, (εὐπειθεία, ὑπακοή, πίστις,) Cic. 1. Offic. 143, Relinquunt enim & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ.

Abiicere ac relinquere obedientiam. Vide ABIICIO.

Fracti animi obedientia, & arbitrio carentis suo, seruitus est. Cicer. in Parad. 44, Sed si seruitus sit (sicut est) obedientia fracti animi & abiecti, & arbitrio carētis suo, quis negat omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos?

Obedientia imperiorum. Plin. lib. 8. ca. 1. 1, Quippe intellectus illius seruitus, & imperiorum obedientia, officiorumque quæ didicere memoria. De elephantis.

Obedienter, Aduerb. (εὐπειθῶς,) Liu. 5. ab Vrbe, 61, Collatum obedienter, missumq; ad exercitum est. Liuius lib. 8. ab Vrbe, Sub imperio Populi Rom. se obedienter ac fideliter futuros.

Obedienter curatum est. Liu. 5. bel. Pun. 45. Ibidem, lib. 10. 74, Paratis obedienter seruire quæ vellet imperaret.

Obedo, obedis, pen. corr. obēdi, obēsum, pen. prod. (πείρω, ἐσθίω,) obēdere, Consumere, quasi circum edere.

Obēsus, pe. prod. Adiect. (περιεσθιόμενος,) Gracilis & exilis, inquit Nonius, & circumrosus, macilentusq; Naeuius, Corpore, pectoreq; vndiq; obeso, ac merito exeso, tardi ingenio senis.

Obesus, (πίων,) inquit Festus, pinguis: quasi ad edendum factus. Nonius Obesum pro huberi & crasso sæpius ponitur. Virg. 3. Georg. 16, Argutumque caput, breuis alnus, obelaq; terga. Suet. in Vitell. ca. 17, Facies rubida, plerunq; ex vinolentia, venter obesus. Plinius lib. 11. ca. 37. 69, Idem minus solertes, quibus obesissimus venter.

Canis obesus lacte. Claud. 1. in Eutrop. 27.

Obesum corpus leuant onere. Plin. lib. 24. cap. 8. 2.

Faucet obesæ, Id est clausæ. Virg. 3. Georg. 100. Seruius.

Obesa illuuies. Colu. lib. 7. cap. 10. 5, Nisi obesam illuuiem atque distentam pabulis alnum demersérit.

Naris obesæ iouenis. Horat. Epod. 12. 1.

Turdus obesus. Horat. 1. epist. 16. 4.

Obēso, obēsas. pe. pro. (λιπαίνω,) obēsare, Impinguare. Colu. lib. 8. ca. 7. 4, Nonnulli tribus aquæ partibus vuam boni vini miscent, madefactoq; triticeo pane obesant aucin. De gallinis. Legitur & obescant.

Obēsitas, pe. cor. obesitátis, (πιότης,) Ipse obesorum status & tęperatura. Plin. In magna obesitate. Suet. in Claud. Cæs. ca. 41, Nam quū initio recitationis defractis cōpluribus subsellijs, obesitate cuiusdā risus exortus esset, ne sedato quidē tumultu temperare potuit. Idem in Domitiano, ca. 18, Postea calutio quoq; deformis, & obesitate ventris, & crurū gracilitate. Colu. lib. 6. cap. 24. 2, Ne eas steriles reddat nimia corporis obesitas. De vaccis. Sic Plinius lib. 8. cap. 12. 8.

Obelus, obeli, pe. cor. (ὀβελός,) Latiōē dicitur verū, siue verucula. A cuius similitudine virgula quędam expūctioni frequēs veru dicitur: iacet autem sic ➢ Hac virgula vsi sunt ecclesiastici interpretes, quum significarent aliquid additū in vulgari trāslatione, quod in prototypis non haberetur.

Obeliscus, obelisci, (ὀβελίσκος,) Diminutiuum, nomen magis, quàm res: quum res magnæ obelisci dicantur. Est autem lapis asperrimus, figura meræ cuiusdam, sensim à proceritate in excelsum consurgens, paulum gracilescens, specie quadrata, in verticem productus angustum, manu sculptus artificis, qui multi Romæ fuisse referuntur: & sunt pyramidibus longè minores, Solis numini sacrati. Plin. lib. 36. cap. 8. 5, Trabes ex pyrrhopœcilo fecere reges quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis numini sacratos. Idem lib. 16. cap. 40. 2, Obeliscum in Vaticano circo statutum.

Obeo, obis, obiui vel obii, obitum, pen. cor. (ἐξοδεύω,) obīre, Adire significat. nam OB pro AD quādoq; ponit. Significat & exequi siue peragere vt ex subiectis exemplis clarum fiet.

Obeunt tres noctes. Plaut. Truc. 3. 8, primum,

Dum mœret animus, præmium si obulu'st, obeunt tres noctes. Id est prætereunt.

Obire, (περιάγειν,) Peragere. Cic. ad Attic. lib. 8. 160. 3, Nec verò hæc extrema quisquam potest iure reprehendere, q̄ mare non transierim. id enim etsi erat deliberationis, tamen obire non potui.

Obire, (τελευτᾶν,) Mori. Plaut. Epid. 10. 76, Malo cruciatu vt pereas, atque obeas cito. Iuuen. Sat. 6. 56, Magnus ciuis obit & formidatus Othoni. Sic Plinius lib. 11. cap. 37. 57, Obire morbo.

Decursō lumine vitæ obiit. Lucret. lib. 3. 212.

Annum obire. Cicc. ad Furnium, lib. 10. 25. 5, Multi clarissimi viri quum Reip. darent operam, annum petitionis suæ non obierunt. Id est non venerunt ad annum.

Bella & res alias obire. Liu. 4. ab Vrbe cond. 32. Quia duo Consules obire tot simul bella nequirent. Id est onus tot bellorum suscipere, & eis sufficere. Vel, eodem tempore adire tot bella, tot bellis interesse. Idem, Ne ad omnia simul adire & obire vnus non posset. Cæsar in Commēt. Omnia per se obire, & quid quoquo loco faciendū esset, prouidere nō posset. Cic. 1. de Orat. 84, Iudicia priuata magnarum rerum obire.

Cœnas obire. Cic. ad Atticum, lib. 9. 185. 6, Quas enim eos cœnas & facere & obire scripsit ad me Sextus, q̄ lautas, quàm tempestiuas?

Colonias obire. Cicero ad Atticum, libro 10. 335. 1, Cogitat reliquas colonias obire.

Comitia obire. Plin. in Paneg. 128, Iter illi sæpius in forum, frequentertamen & in campum. nam comitia Consulum obibat ipse tantum ex renuntiatione eorum voluptatis, & quantum prius ex destinatione capiebat. Id est intereat electionibus. Cicero ad Atticum, lib. 11. 1, Venias ad id tempus, quod scribis, obieris Quint. fratris comitia. Id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

adieris, atque illi adfueris.

Competitores plures obire. Q. Cic. de Petit. Consul. 23, Homines sæpe quum obeunt plures competitores, & vident vnum esse aliquem qui hæc officia maximè animadvertat, ei se dedunt, deserunt cæteros, minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores euadũt.

Diem alicui obire, Id est præsto esse. Sueton. in Cæsare, cap. 9, Tamisi admicit, Crassum pœnitentia vel metu diem cædi destinatum non obiisse. Cicero de Amicitia, 7, Quum in ortos D. Brutì auguris commentandi causa (vt assolet) venissemus, tu non affuistiquì diligentissimè semper illum diem & illud munus solitus esses obire. Id est adire, & adesse eo die.

Diem auctionis obire. Cic. Attico, lib. 13. 27. 2.

Diem obire, Mori. Plaut. Aulul. 3. 20, Item à me contrà factum est: nam item obiit diem. Idem Cistel. 4. 16, Ea diem suum obiit: facta morigera est viro. Et Pœnulo, 14. 83, Is in diuitias homo adoptauit hunc, quum diem obiit suum. Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 12. 6, Paulò ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Sic

Obire supremum diem. Plin. lib. 14. cap. 4. 2. Et lib. 7. cap. 29. 3.

Hæreditatem obire, Vide HARREDITAS.

Obire in silentium. Seneca epist. 21.

Legationes obire, Id est suscipere. Cic. pro Lege agraria, 52, Qui rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt. Sic ad Atticum, lib. 15. 3. 5. 4. Et 9. Philip. 261.

Obiit legatus Aegyptum: pro Legatione functus est in Aegyptum. Cic. in Somnio Scipionis, 6.

Lethum obire. Lucret. lib. 5. 285.

Locum & tempus obire. Cic. pro Milone, 20, Quam, nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, nunquam reliquisset.

Mortem obire, Mori. Festus, Mortem obiisse ea consuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Troiam duxit exercitum: pro ad. Plaut. Aulul. 3. 15, Vbi is obiit mortem qui mihi id aurum credidit, &c. Terent. Phorm. 5. 9. 30, Ea mortem obiit, è medio abiit. Idem And. 1. 3. 18, Is obiit mortem. Et Heaut. 2. 3. 30, Ea obiit mortem. Cic. pro Milone, 65, Primum illud vulnus acceperit quo teterrimam mortem obiret. Sic 5. Philip. 198. Et de Clatis Orat. 39. Lucret. lib. 4. 105.

Obire morte. Sueton. in Augusto Cæsare, Morte obiit repentina & sine casu.

Munus Consulis obire, Fungi officio Consulis. Plin. in Paneg. 99, Audimus quidem te omne munus Consulis obiisse. Liuius 2. ab Vrbe, 35, Non sufficientibus iam viribus ad Consularia munera obeunda. Et lib. 3. 27, Munus vigiliarum Senatores, qui per ætatem ac valetudinem poterant, per se ipsi obibant. Sic Ibidem, lib. 2. 62, Dum in spem pacis intenti, segnius munera belli obeunt.

Grauatè munus obire. Liuius, Haud grauatè munus obibant.

Munia regis obire. Liu. Decad. 1, lib. 1, Eum iura redditurum, obiturumque alia regis munia esse. Curtius in principio lib. 9, Milites quoque, quo promptioribus animis reliqua belli munia obirent, pro concione laudatos docuit, &c.

Negotium obire. Cic. pro Lege Manilia, 14.

Oculis obire, Circunspicere. Plin. epist. 51. d, Nam ferunt Xerxem, quum immensum exercitum oculis obisset, illachrymasse, quòd tot millibus tam breuis immineret occasus. Idem epist. 1 71. c, Quippe omnibus membris extortus & fractus, tantas opes solis oculis obibat.

Officia obire. Plin. epist. 4. 5. d, Nam ille quoque quoad honestum fuit, obiit officia, gessit magistratus, prouincias rexit. Martial. lib. 1. 86,

Omnis & officium circa te semper obibat
Turba tui sexus.

Officia liberaliter & dextrè obire. Liuius 1. ab Vrbe, 156, Liberaliter dextreque obeundo officia.

Opus rusticum obire. Colum. lib. 1. 7. cap. 3. 4.

Oratione sua omnem rem aliquam obire. Cic. 4. Verr. 87, Nolite expectare dum omnes obeam oratione mea ciuitates: hoc vno complector crimine omnia.

Pericula ac labores obire. Liuius 1. ab Vrbe, 236. Et 7. bel. Pun. 166.

Prælia obire, Præliari. Lucret. lib. 4. 196.

Prouinciam obire. Cic. 7. Verr. 64, Nam æstate summa, quo tempore cæteri Prætores obire prouinciam, & concursare consueuerunt. Ibidem, 14, Quum verò æstas summa esse iam cœperat, quod tempus omnes Siciliæ semper Prætores in itineribus consumere consueuerant: propterea quòd tum putant obeundam esse maximè prouinciam, quum in areis frumenta sunt.

Rem priuatam obire & publicam. Cic. pro Lege Manilia, 37, Quum ita clausa erant nobis omnia maria, vt neque priuatam rem maritimam, neque publicam iam obire possemus.

Res suas obire. Cic. pro Archia, 9.

Sacra obire. Liuius 1. ab Vrbe, 81, Quanquam ipse plurima sacra obibat. Id est plurimis sacris interesse solebat. Sic Cicero 2. de Legibus, 32.

Obire sydera dicuntur quum occidunt. Plin. lib. 2. cap. 26.

Vadimonium obire, Est ad diem se sistere. Vnde Obitum vadimonium. Cic. pro Quintio, 31, Vadimonium mihi non obiit: quidam socius & affinis meus, quicum mihi necessitudo vetus, controuersia de re pecuniaria recens intercedit: postulòne à Prætore vt eius bona mihi possidere liceat? Et paulò ante, Quia tibi vadimonium non sic obitum, eadem te hora consilium cepisse hominis propinqui fortunas funditus euertere. Budæus.

Interdum additur præpositio Ad. Plin. lib. 8. epist. 12, ad Minutianum, An si litibus tererer, obstrictum esse me crederem obeunti ad mea vadimonia?

Vigilias obire. Plinius lib. 14. cap. 22. 8, Dum biberet, matutinas obiisse vigilias.

Visu crebro obiit omnia. Silius lib. 3. 33.

¶ Terras obire, Circuire. Virg. 6. Aeneid. 12,

- magnas obeuntia terras,
Tot maria intrant. Cic. 2. Verr. 4, Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii.

Multum telluris obiuit. Virg. 6. Aeneid. 161.

Vrbes obire. Curtius lib. 4, Cæterum non ipse modò rex obibat vrbes, imperii iugum adhuc recusantes, sed Prætores quoque, &c.

Regiones pedibus obire. Cic. 5. de Finib. 149.

Domos amicorum obire. Cic. pro Cœlio, 12.

Obit infera Perseus in loca. Cic. in Arato, 50.

¶ Obire, Circundare. Virg. 3. Aeneid. 108,

Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum.

¶ Obiri pasiuum. Plin. lib. 13. cap. 4. 2, Palmam breuem ramis obiri vmbra foliorum putant. Vetus exemplar habet, breuique ramorum orbe foliosum.

Campus obitur aqua. Ouid. 1. Fast. 93.

Obiens, huius obeuntis, Participium, (μετιὼν,) Plin. lib. 11. cap. 37. 30, Eadem nictantur, ab angulis membrana obeunte. Cic. in Somnio Scipionis, 13, Quis in reliquis Orientis aut Obeuntis solis vltimis aut Aquilonis, Austriúe partibus tuum nomen audiet?

Obeundus, Aliud participium, (μετιτέος,) Horat. 1. Serm. saty. 6. 24,

- non sollicitus mihi quòd eras
Surgendum sit mane, obeundus Marsia, &c.

Bella planè accinctis obeunda. Tacit. lib. 3.

Obitus, pen. corr. Similiter participiũ, (μετιλθὼν,) Ouidius, Morte obita, qualis fama est volitare figuras. Cic. pro Sestio, 71, Nec verò illorum quisquã, quos à maioribus nostris morte obita positos in illo loco, atqi in Rostris collocatos videtis, &c. Liuius lib. 1. 27, Morte obita.

Obitus, huius obitus, pen. corr. (τελευτὴ,) Mors, interitus. Seruius Cicroni, lib. 4. 5. 1, Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, sane quàm pro eo ac debui, grauiter molesteque tuli.

Difficiles obitus. Virg. 4. Aeneid. 139.

Mitis obitus. Tacit. lib. 3.

Ante obitum nemo dici debet beatus. Ouid. 3. Metam. 28.

Interitus atqi obitus omnium rerum conficit natura. Cic. 1. de Diuin. 56.

Dare obitus. Valer. 6. Argonaut. 104,

Quis tales obitus dederit: quis talia fasta?
Dic age.

¶ Obitus, (δύσις,) Occasus. Virg. 1. Georg. 52, Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus. Cic. 1. de Orat. 92, In astrologia cœli conuersio, ortus, obitus, motusque siderum. Idem 2. de Nat. deor. 29, Aut æstus maritimi, fretorumque angustiæ, ortu aut obitu lunæ cõmouentur. Obitus & occasus. Cic. in Pisonem, 36.

Stellarum ortus atque obitus. Catul. de coma Berenicis, epig. 61. 1.

¶ Obitus, (παρουσία,) Aduentus. Turpil. Ecquis est qui interrumpit sermonem meum obitu suo?

¶ Obitus, pro Aditu. (πρόσοδος,) Terent. Hecy. 5. 4. 18, Vt volepati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunque adueneris, Semper fiet. Vbi Donatus, Obitus, occursus. Ob enim significat Contra. Ergo obitus, aditus. Inter obitum & aduentum hoc interest: quòd obitus est, quum casus affert: aduentus quem voluntas & destinatus locus. Festus, Antiqui obitu dicebant, pro aditu.

Obequito, obequitas, pen. corr. (περιππάζω,) obequitare, Circumequitare. Liuius 2. ab Vrbe, 193, Primo obequitando castris, prouocandoque. Sic lib. 4. 82. Et lib. 9. 190, Et luce orta postero die obequitauit stationibus hostium.

Obequitare, cum accusatiuo. Curtius lib. 3, Alexander ante prima signa ibat, &c. Quumque agmen obequitaret, varia oratione, vt cuiusque animo aptum erat, milites alloquebatur.

Oberro, oberras, (περιπλανῶμαι, περιέρχομαι,) oberrare, Circuerrere. Idem lib. 29. cap. 4. 3, Hæc autem quæ in domibus nostris oberrant, &c. De mustella.

Oberrare, per translationem, pro Circum volare posuit Persius Satyra quum

quum dixit, Diues arat Curibus quantum non miluus oberret.

¶ Oberrare, pro Errare, peccare. Horat. de Arte poet. 72,

Vt scriptor si peccat idem, & librarius vsque,
Quanuis est monitus, venia caret: & citharœdus
Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

Obesco, obescas, (ἐκλιλαίω,) obescare, ab esca compositum, Escam in os ingerere. Colu. lib. 8. cap. 7. 4, Nonnulli tribus aquæ partibus vnam boni vini miscent, madefactoq; triticeo pane obescẽt auem, quæ prima luna, quoniam id quoq; custodiẽdum est saginari cœpta, vicesima perglisciet. Legitur & obesant. Vide OBEDO.

Obesus, Vide OBEDO.

Obex, obicis, pen. corr. com gen. Ab obiicio, Significat cuiuscunq; rei obiectionem siue obstaculum. Festus, Obices, pessuli sere. Plautus Merc. 5. 72, Tibi denique iste lætitiam patiet obex. Idem Persa, 6. 22, Nunc commorandum est mihi apud hanc obicem. Plinius in Paneg. 76, Nullæ obices, nulli contumeliarum gradus superatisque tam mille liminibus vltra semper aliqua dura & obstantia. Liu. 6. ab Vrbe, 133, Nec Romanos subeuntes mœnia, molientesque obices portarum arcere possunt. Virg. 10. Aeneid. 75, Ecce maris magna claudit nos obiice pontus. Vbi Seruius. Modò vsus habet vt hic obex dicam°: vade quidam MAGNO OBICE legunt. Antiqui etiam hæc obex dicebant: secundum quod est MAGNA OBICE. Hinc est quòd nõ nulli vitant generis dubietatem, & legunt MAGNI, scilicet maris. Caper tamẽ in libris subii generis probat dici & hæc obex: quod, vt dixi, hodie de vsu recessit.

Obices, per duplex ii scribitur apud poetas, vt producatur OB.

Aperti obices. Claud. 1. de raptu Pros. 35.

Obices rupti. Virg. 2. Georg. 96,

-qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis.

Moliri obices, Vide MOLIOR.

Firmo obice portas claudere. Ouid. 14. Metam. 157.

Abrupto obice soluit montes, Senec. Here. furen. 4. 7.

Obfirmo, obfirmas, (ἐπιστηρίζω,) obfirmare, Firmum propositũ in re. Terent. Eunuc. 2. 1. 11,

-sed heus tu. P. quid vis? PH. censẽ' posse me obfirmare, perpeti ne re deam interea? Plaut. Bacchid. 23. 79, Vt terebrat! satin' vt obfirmatum quod mihi erat, id me exorat? Et paulò post, 81, Ego istuc habeo obfirmatum. N. quod dixi semel, haud mutabo. Idẽ Persa, 6. 41, Obfirmasti occultare quo te innnitas? Terent. Heaut. 5. 5. 8, Ne tam obfirma te.

Obfirmare animum, Firmum & inuictum atque obstinatum animum habere. Plin. epist 147. lib. 7, ad Suram, Sed obfirmare animum, auribusque pretendere, tum crebrescere fragor, adoẽtare, & iam vt in limine, iam vt intra limen audiri. Plautus Amphit. 3. 14,

-feram & perferam vsque eius abitum,
Animo forti atque obfirmato. Idem Mercator. 3. 81, Vtvt animum obfirmo meum.

Obfirmare viam. Terentius Hecyra, 3. 5. 4, Certum obfirmare est viam me quam decreui persequi. Vbi Donatus, Obfirmare viam. Aduersus omnia obstinatè agere.

Obfirmatus, penul. prod. (ἐπιστήριγτος,) Nomen ex participio. Cice. ad Atticũ, lib. 1. 7. 3. Incredibile est quanto mihi videatur illius volũtas obstinatior, & in iracũdia obfirmatior. Vetus codex habet affirmatior. Obfirmãte, penul. prod. Aduerbium, (ἐπεστηριγμένως,) Pertinaciter. Sue tonius in Tib. Cæsare, cap. 25 - Ad capessendam rem perurgebant, quanquam obfirmatè resistentem.

Obgannio, obgannis, obganniui, obgannitum, pen. prod. (ἐπιμυκᾶσθαι,) obganire, In aurem secreto loqui, & veluti murmurare. Apul. lib. 2. In aurem mulieris obgannit. Plaut. Asin. Cui nunquam vnam rem me licet semel præcipere fieri, quin centies eandem imperem atque obganniam. Terent. Phorm. 5. 9. 41. Habet hæc ei quod dum viuat, vique ad aurem obganniat. Plautus Amphit. 15. 24.

Obhaereo, obhæres, obhæsi, (προσέχομαι,) obhærere, Idem primum laciniis obhæsit.

Obhorreo, obhorres, obhorrui, obhorrere. Plinius lib. 37. cap. 8. 6. Vlterior est turbæ prasius, cuius alterum genus, languineis punctis obhorret.

Obiaceo, obiaces, pen. corr. obiacui, obiactum, (ἀντίκειμαι,) obiacere, Circum aut eõtrà, siue obuiam iacẽre. Festus, Obiacuisse. Colum. lib. 2. cap. 4. 5. Sed vastos cæpites conuellit, quibus obiacentibus impeditum arnum minus rectè potest iterari. Liu. lib. 9. ab Vrbe, 7, Quum ad alias angustias protinus pergerent: euenẽre. Id est, contrà iacentem. Ibidem, lib. 8. 199. Inter sarcinas omissas repentè obiacentes pedibus fugientium, consternatorumque equorum, neque pugnæ, neque fugæ satis potentes cædũtur. Columel. lib. 2. cap. 18. 2. Omnes lapides, & siqua obiacent falcibus obnoxia, colligi debent. Liu. 10. ab Vrbe, 179. Ibi obiacente sarcinarum cumulo, quas coniecerant in medium. Stat. 4. Thebaid. 13.

- vatum quà conscius amnis
Gorgoneo percussus equo, quaque obiacet alto Isthmos.

Obiicio, obiicis, penul. corr. obiici, penul. prod. obiectum, (ἀντίθημι, προβάλλω, προτείνω, ἐπιρρίπτω,) obiicere, Ante iacere, anteponere, porrigere, offerre, opponere. Plaut. Rud. 18. 63, Tegi; ambustulatum obiiciam magnis auibus pabulum.

Obiicere argentum lenæ. Plaut. Asin. 14. 5,

Præripias scortum amanti, atque argentum obiicias
Lenæ. Terent. Phorm. 5. 2. 4,
Etiam argentum est vltrò obiectum ei,
Vt sit qui vinat, dum aliquid aliud flagitii conficiat.

Obiicere machæræ. Plaut. Curc. 12. 11, -reddin' an non virginem
Prius, quàm te huic meæ machæræ obiicio mastigia?

Obiicere cibum canibus. Plin. lib. 8. cap. 40. 4. Et Varro 3. de Re rust. ca. 5. 12, Cibus obiicitur sub rete.

Ossam obiicere cani. Virg. 6. Aeneid. 85.

Caput obiici ruenti telo. Silius lib. 16. 131.

Clypeos ac tela sinistris Protecti obiiciunt. Virg. 1. Aeneid 89.

Obiicere corpus feris. Cic. pro Rosc. Amer. 43. Et 7. Verr. 93.

Obiicere fores portæ. Liu. 8. bell. Pun. 27.

Obiici ad omnes casus. Cice. ad Torquatum, lib. 6. 5. 11, Sed etiam quòd ad omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus, quàm si abessemus.

Obiicere se in impetus profligatorum hominum quotidianos. Cicero pro Archia, 10.

Obiicere caput suum ferro po cæremoniis. Cic. pro Domo sua, 112, Obiici meum caput pro vestris cæremoniis atque templis, perditissimorũ ciuium furori atque ferro.

Obiicere se telis hostium. Cic. 1. Tuscul. 142.

Obiicere florem vini naribus. Plaut. Curcul. 31,

Flos veteris vini meis naribus obiectus est.
Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

Conclonibus seditiosorum, insidiis coniuratorum, & telis aliorum obiici, & ad omne periculum atque omnem inuidiam opponi. Cicero pro Murena, 79.

Potestati aliquorum aliquid obiicere. Cic. de Arusp. resp. 12.

¶ Funera acerba obiicere. Plaut. Amphit. 4. 36, Quod multa Thebano populo acerba obiecit funera. Id est multos occidit Thebanos.

Furorem obiicere alicui dicitur res aliqua. Cic. pro Rosc. Amer. 23, Quæ res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit?

Impietatem obiicere alicui. Plin. in Pane. 53, Nemini impietas, vt solebat, obiecta, quòd odisset gladiatorem.

Laborem obiicere alicui. Terent. Hecyra, 3. 1. 6,

Nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis obiectus labos,
Omne quod est interea tempus, prius q̃ id rescitum est, lucro est.

Lætitiam obiicere alicui. Terent. Heaut. 1. 2. 12,

Quàm vellem Menedemũ inuitatum, vt nobiscũ esset hodie amplius,
Vt hanc lætitiam nec opinãti primus ei obiicerem domi. Id est annuntiarem hæc inopinanti, vnde lætaretur.

Lucrum alicui obiicere. Plaut. Curc. 10. 45, Cui homini dii sunt propitii, lucrum ei profectò obiiciunt.

Maledictum alicui obiicere Cic. pro Murena, 11.

Malum obiicere. Plaut. Amphit. 7. 47,

Huic homini nescio quid est mali mala obiectum manu,
Postquam à me abiit.

Malitiam obiicere. Plautus Casina, 15. 33, Occidi, atque interliquid illi obiectum est malitiæ repentè?

Mentem alicui obiicere, p. In mentẽ inducere. Liu. 5. ab Vrbe, 72, Respondit, profectò iratos deos Veienti populo illo die fuisse: quo sibi eam mentem obiecissent, vt excidium patriæ fatale proderet.

Metum animo alicuius obiicere. Cic. 2. Tuscul. 14.

Moram obiicere, Retardare. Plaut. Penul. 5. 37, Ne mea ipse culpa meo amori obieximoram. Idem Trinu. 16. 5, -sed fores hæ Sonitu suo mihi moram obiiciunt incommodè

Noctem peccatis, & fraudibus obiicere nubem. Horat. 1. epist. 17. 13.

Nubem obiecit oculis. Ouid. 12. Metam. 7,

Præuaricationem obiicere. Plin. lib. 7. epist. vltima, b, Vereor inquam, clarissimi Consules, ne mihi Massa silentio suo præuaricationem obiecerit, quòd non & me reum postulet.

Religionem obiicere. Plaut. Merc. 22. 40, Religionem ille obiecit, recipiã me illuc. Liu. 5. bel. Pun. 61, Religio deinde noua obiecta est ex carminibus Martianis.

Salutem suam pro aliquo obiicere. Cice. pro Plancio, 65.

Solicitudinem obiicere. Plaut. Milit. fo. 29, Eam me pudet tibi In senecta obiicere solicitudinem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spem obiicere. Liuius 6. ab Vrbe, 65, Quæ vbi obiecta spes est, &c. Idem 4. bel. Maced. 113, Sed tardauit imperum eorum spes obiecta dedendæ vrbis. Tacit. lib. 4, Qui fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes, spe obiecta principis loci.

Splendorem falsi honoris obiicere. Cic Bruto, 18. 4, Multique ad depraauandum parati, qui splendore falsi honoris oblecto, aciem boni ingenii perstringi posse confidunt.

Tempus omne iis fluctibus obiecimus, qui per nos à communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. Cic. 1. de Orat. 2.

Terrorem obiicere hosti. Liuius 7. bel. Pun. 3.

¶ Obiicere, In memoriam reducere, siue reuocare. Plaut. Milite, 10. 25,

- quid id est quod cruciat te?
PL. Me tibi istuc ætatis homini facinora puerilia
Obiicere, neque te decòra, neque tuis virtutibus.

¶ Obiicere aliquid alteri, Exprobrare. Plaut. Epid. 1 3. 57, Neque ille haud obiiciet mihi, pedibus tele prouocatum. Cic. 6. Verr. 32, Non tibi obiicio quòd hominem dignissimum tuis moribus, &c. spoliasti, ac depeculatus es. Idem ad Atticum, lib. 1. 11. 17, Surgit pulchellus puer, obiicit mihi, me ad Baias fuisse. Idem 7. Verr. 102, Me culpam fortunæ assignare, calamitatem crimini dare, me amissionem classis obiicere.

Obiicere alicui de. Brutus ad Antonium, lib. 11. 3. 4, Te miramur quum hæc reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obiiceres.

Obiicere aliquid crimini. Plin lib. 34. cap. 3. 4, Camillo enim crimini obiicit Sp. Caruilius Quæstor, quòd ærata ostia haberet in domo.

Obiicere in loco criminis, Idem. Cic. pro Cluentio, 49, Doce in illorum iudiciis quid præter hoc venenum Oppianici, non modò in criminis, sed in maledicti loco sit obiectum.

Obiicere vt probrum. Cic. 1. Tuscul. 6, Honorem tamen huic generi non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit vt probrum M. Nobiliori, quòd is in prouinciam poetas duxisset.

De vno alteri obiicere. Cic. pro Plancio, 61, De Crispio mihine tu obiicies, quem ego de me bene meritum, quia te teste cognoueram, te eodem authore defendi?

Digna padore obiicere alicui. Ouid. 13. Metam. 61.

Eloquentiam vt vitium alicui obiicere. Cic. in Salustium, 4.

Factum quod obiicitur, negare. Cic. in Partit. 55.

Furta, largitiones, libidines obiicere alicui. Cic. pro Domo sua, 72.

Ignobilitatem alicui obiicere. Cic. 3. Philip. 134. Et pro Murena, 14.

Libido mihi obiicitur absre. Properr. lib. 3. eleg. 19. 1.

Obiiciendus, Participium, (προβλητέος,) Virg. 3. eclog. 2,

Parcius ista viris tamen obiicienda memento.

Obiectus, Aliud participium, (προβεβλημένος,) Cicero. Tuscul. 180, Cunctari illum diutius in vita fortunæ obiectum inutile putabat ipsi.

Clathri obiecti cauea, Id est oppositi. Horat. de Arte, 96.

Obiecta tela. Cic. de Aruisp. resp. 46.

Obiectæ vallo munitiones. Liuius 3. ab Vrbe, 111.

Oppositum & obiectum hostibus propugnaculum. Cic. pro Ponteio, 3.

Flumina obiecta retardant equos. Virg. 3. Georg. 51.

Scopuli retardant obiecta flumina. Virg. 3. Georg. 51.

Vitam obiectum est à Deo dormienti. Cic. 4. Acad. 91. Et 1. de Diui. 108,

Ad omnes casus subitorum periculorum obiecti sumus. Cicero Torquato, lib. 6. 4. 11.

Error in aliqua re obiectus. Cic. pro Cecinna, 4.

Obiecta species voluptatis. Cic. 1. de Finib. 73, Plerique autem quòd tenere atque seruare id quod statuerunt, non possunt, victi & debilitati obiecta specie voluptatis tradunt se libidinibus constringendos.

Vtilitas obiecta. Cic. 5. de Fin. 95, Quòd nulla vtilitate obiecta delectentur animi, atque ipsa scientia, etiamsi incómoda datura sit, gaudeant.

Signo obiecto aliquem monere, quid eueniturum sit nisi caueat. Cice. 1. de Diuinat. 57.

De obiectis non confiteri. Cic pro Domo sua, 72.

Diluere obiecta. Quintil lib. 4. cap. 2. 19.

Obiectus, huius obiectus, Verbale, (πρόβολή,) Ipse obiiciendi actus. Colum. lib. 3. cap. 19. 1, Qui vterque non incommodè arcetur obiectu vestis. Plinius lib. 1. cap. 10. 1, Obiectu terræ lunam occultari. Virgil. 1 Aeneid. 33, - insula portum
Efficit obiectu laterum. Tacitus lib. 4, Cœli temperies hyeme mitis obiectu montis, quo sæua ventorum arcentur. Idem in lib. de Germanis, Constantia precum, & obiectu corporum.

Obiecto, obiectas, (προβαλλόμαι,) obiectare, Frequentatiuum. Plautus Mostel. 10. 23,

Ha, caue ne illi obiectes nunc in ægritudine
Te has emisse. Id est, ne illi protinus dixeris.

Corpora bello obiectaur, Id est exponunt. Virg. 4. Georg. 44.

Caput obiectare periclis. Virg. 1. Aeneid. 151.

Animam obiectare pro aliquo. Virg. 12. Aeneid. 46.

Vitam obiectare procellis. Claud. 5. de rapta Proserp. 73.

¶ Obiectare, (ὀνειδίζειν,) Exprobrare. Plaut. Trinum. 10. 29, Ne omnino inopiam ciues obiectare possint tibi. Liuius 9. ab Vrbe, 178, Contagio eius, quod quærebat, ipsi criminis obiectata ab inimicis est. Cic. in Salust. 2, Qui falsum crimen bonis obiectat.

Probrum obiectare alicui, & Illius laudem illustrare, contraria. Cic. pro Domo sua, 50. Et 2. de Orat. 157.

Obiectatio, Verbale, (ὀνειδισμός,) Exprobratio. Cæsar 3. bel. Ciuil. 230, Idque ita esse cum ex aliorum obiectationibus, tum etiam ex domesti co iudicio, atque animi conscientia intelligebant.

Obiecticulum, huius obiecticuli, penult. correp. Pro obice & claustro, vt ait Budæus. Varro 3. de Re rust. cap. 17. 9, In Baiano autem tanta ardebat cura, vt architecto permiserit vt suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus & piscinis in mare obiecticulo quo æstus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire, ac redire rursus in mare posset, ac refrigerare piscinas.

Obinanis, & hoc obinane, penul prod. (κενός,) Idem quod inane & vacuum misi quòd aliquid auget compositio. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 9, In iis idem aiunt, quum ad lumé sustuleris, quod perluceat, id esse obinane. Docet quomodo cognoscas an plena sint oua, an inania seu vacua.

Obiratus, pen. prod. (ὀργιζόμενος,) Adiectiuum. Idem quod Iratus. Liuius 1. ab Vrbe, 135, Aut fortunæ (vt fit) obirati cultum reliquerant Deûm.

Obiter, penult. corr. (ἐν παρόδῳ,) Aduerbium compositum ex ob, quod significat Circum, & iter, Incidenter: hoc est Præter propositum, quasi in itinere occurrens, aut quasi per iter & in transitu. Plin. in Prologo, 11, Vt obiter caueam illos Homeromastigas. Idem lib. 18. cap. 10. 7, Maior pars Italiæ ruido vtitur pilo, rotis etiam quas aqua verlet obiter & molat. Et lib. 11. cap. 37. 23, Cuius angustiæ non sinunt vagari incertam aciem, & velut canali diriguntur, obiterque incidentia facile declinant. Plin. Iunior, epist. 125, Non est autem simpli citatis meæ dissimulare apud bonitatẽ tuam obiter te plurimum conlaturum vtilitatibus rei familiaris meæ. Iuuenal. Saty. 3. 24,

Aut obiter leget, aut scriber, vel dormiet intus. Id est interim.

Obitus, obita, obitum, pen. corr. Participium, Vide OBEO.

Obiuro, obiúras, penult. prod. (ἐξορκίζω,) obiurare, Iureiurando obstringere, inquit Festus, vt est in Pentafilee, Formidabant obiurare.

Obiurgo, obiurgas, (λοιδορέω, ἐπιτιμάω,) obiurgare, Reprehendere, verbis protelare & coarguere. Plaut. Amph. 8. 72,

- at pol quin certa res
Hanc est obiurgare, quæ me hodie aduenientem domum
Noluerit salutare. Terent. And. 1. 1. 115,
Nam si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit:
Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum? Catullus in Gellium, epig. 69. 1,
Gellius audierat patruum obiurgare solere
Siquis delitias diceret, aut faceret.

Obiurgare à peccatis. Plaut. Trinum. 10. 54, Sed tu obiurgans me à peccatis, rapis deteriorem in viam.

Obiurgare de. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 11, Quod me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, me mei præsidii causa cum illo coniunctum esse.

Verecundiam alicuius in rogando obiurgare. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 14

Summa cum authoritate Senatum obiurgare. Cic. Attic lib. 1. 17. 12.

¶ Obiurgare, pro Exprobrare. Quintil. lib. 6. cap. 4, Cicero obiurgantibus quòd sexagenarius Pompillam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit.

¶ Obiurgare, ad alia etiam translatum. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 3, Ea villa quæ nunc est, tanquam philosophia, videtur esse quæ obiurget cæterarum villarum insaniam.

¶ Monendi amici sæpe sunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicis, quum beneuoli fiunt. Cic. de Amicit. 75.

Obiúrgito, obiúrgitas, pen. corr. (λοιδορούμαι,) obiurgitare, Frequentatiuum. Plaut. Trinum. 4. 26, Rogitas? tene obiurgitem?

Obiurgatio, obiurgationis, Verbale, (λοιδορία,) Post turpe factum castigatio, authore Festo. Cic. de Amicit. 75, Deinde vt obiurgatio contumelia careat. Idem 1. Offic. 85, Cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicis vigent maxime. Ibidem, 190, Obiurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariæ: in quibus vtendum est fortasse & vocis contentione maiore, & verborum gravitate acriore.

Obiurgatio & admonitio. Cic. 2. de Orat. 184, Tum obiurgatio si est authoritas, tum admonitio quasi lenior obiurgatio.

Delitiarum obiurgatio. Cic. pro Cœlio, 19, Delitiarum obiurgatio fuit longa, & ea lenior, plusque disputationis habuit quam atrocitatis.

Castigatione & obiurgatione dignus. Cic. Attico, lib. 3. 50. 4.

Habet acerbitatem obiurgatio. Cic. 1. Offic. 191.

Mordebit puerum obiurgatio. Quintil. lib. 1. cap. 3. 5.

Susceptum

Susceptam obiurgationem reprimere. Cic. Attico, lib. 4. 86. 7.

Obiurgátor, pen. prod. (λοιδορητής,) Aliud verbale. Cic. 3. pro Leg. agr. 7, Nam attenditè quantas concessiones agrorum hic noster obiurgator vno verbo facere conetur.

Placare obiurgatores. Cicer. 1. de Natur. deorum, 9, Quæ quidem in causa & beneuolos obiurgatores placare, & inuidos vituperatores conuertere possumus.

Ferendus quidem obiurgator non est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Cic. 5. Verr. 4.

Conuincere suos obiurgatores. Cic. 1. de Diuinat. 182,

Obiurgatórius, Adiectiuum, (λοιδορητικός,) vt Obiurgatoria epistola Q. nod ad obiurgationem pertinet. Cicero ad Atticum, lib. 264. 1, Vna, cum illius obiurgatoria tibi meam quoque quam ad eum rescripseram, misi.

Oblaedo, oblædis, oblæsi, oblæsum, (λοιδορέω,) oblædere, Idẽ quod Lædere. Plaut. Casin. 8. 51, Præcide os tu illi hodie age ecquid sit, ne oblæsis manum.

Oblangueo, oblanguis, oblangui, (ἀδυνατέω,) oblanguêre, Idem quod Languere, Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 12. 3, Literulæ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt.

Oblatro, oblatras, pen. cor. (ἀντιλαλητέω,) oblatrare, Circum aut contra latrare. Et est canum.

Oblatrare aliquem. Silius lib. 8. 49.

Oblatátor, pen. prod. oblatratóris, Verbale, (κυνολαλητής.)

Oblatratrix, pen. prod. oblatratrícis, (κυνολαλητρίς,) Plaut. Milite, 10. 80, Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

Oblatus, Vide OFFERO.

Oblecto, oblectas, (ἥδομαι, ψυχαγωγέω,) oblectare, Frequentatiuum, est ab Oblicio, quod ex ob & lacio cõponitur, vnde fit Lacto, lactas: Delectare, Recreare, Plaut. Menæch. 10. 15, Ibo etiamnúm reliquarum spes animum oblectat meum. Idem Truc. 4. 10, qui eu stodem Oblectent per ioculum & ludum. Ile Asin. Oblectabo interea illum. Item Pseud. 7. 152, Qui vos oblectem, hanc fabulam dum transigam. Terent. Phor. 1. 3. 87,

-habebis quæ tuam Senectutẽ oblecter.

Aliquem falso gaudio oblectare. Plautus Pœnul. 18. 86, Amabo, num hi falso oblectant gaudio nos?

Iucunda opinione quàm diutissimè aliquem oblectare. Cicero Quint. fratri, lib. 1. 1. 1.

Fabula valde oblectat populum. Horat. de Arte, 65.

Adolescentiam alunt, senectutẽ oblectant hæc studia. Cic. pro Archia, 12.

Vitam oblectare. Plaut. Asin. 4. 6, Sordido pane vitam oblectabas.

Me te oblectes. Terent. Eunuch. 1. 2. 115, Me speres, me te oblectes, mecũ tota sis. Cic. de Senec. 52, Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agricultione oblectabant?

Musæ me oblectant dulci carmine. Catul. ad Mallium, epigr. 63. 2.

Cura oblectant animos. Ouid. 1. de Remed. amor. 34.

Oblectare se, Animum pascere & recreare. Terent. Hecyra, 1. 2. 9, Die mihi Philotis, vbi te oblectasti tam diu?

Oblectare se cum. Teren. Adelph. 2. 4. 10, Bono animo estote cum illa te iuuo oblecta interim. Cicero ad Q. fratrem, lib. 2. 15. 5, Oblecta te cum Cicerone nostro quàm bellissimè.

Oblectare se in. Terent. Adelph. 1. 1. 24, In eo me oblecto, solum id est charum mihi.

Se oblectare in hortis. Cic. 3. Offic. 75.

Otium temporis oblectare, Est tempus otiosum & vacuum à rebus seriis traducere in voluptatem. Plin. epist. 79. 2, Inter cœnã oblectamus otiũ temporis his iocamur, ludimus, amamus.

Tempus oblectare studio. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 1.

Oblector hacre, Pasiuum. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 16, In cõmunibus mi seris hac tamen oblectabar specula.

Ludis oblectari & duci. Cic pro Murena, 37.

Oblector, oblectáris, deponens, (ψυχαγωγοῦμαι,) Idẽ quod oblecto. Cic. ad Q. fratrem, libro. 2. 15. 5, Ego me in Cumano, & Pompeiano, præter quam quòd sine te, cæterum satis commodè oblectabar, & eram in iisdem locis.

Oblectatio, Verb. (ψυχαγωγία,) Cic. 4. Acad. 120, Indagatio ipsa rerum cum maximarum, tum etiam occultissimarũ habet oblectationem.

Oblectatio & leuamentum. Cic. 5. de Finib. 96, Nos autem non solũ beate vitæ oblectationis requies. Cic. de Amicit. 85.

Plena oblectationis requies. Cic. de Amicit. 85.

Animi oblectatio. Cic. 1. de Orat. 59, Itaq; in iis artibus, in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio.

Oblectatio animi, requiesque curarum. Cic. 2. Offic. 7.

Oblectatio otii. Cicero. 1. Acad. 17, Doloris medicinam à philosophia petito, & otii oblectationem hanc honestissimam iudico.

Oblectamentum, oblectamenti, (ψυχαγωγήμα,) Ipsa delectatio. Cl. de Senec. 48, Satiari delectatione non possum, vt Meæ senectutis requietem oblectamentumque noscatis. Idem in Parad, 47, Ita venusta habeantur ista, non vt vincula virorum sunt, sed vt oblectamenta puerorum. Tacit. lib. 14, Nec deerant, qui voce, vultuq; tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent. Suetonius in Tiberio, Erat ei in oblectamentis serpens draco.

Oblectamenta & solatia seruitutis. Cic. 6. Verr. 118.

Oblectámen, pen. pro. oblectaminis, (ψυχαγώγημα,) Idẽ Stat. 3. Syl. 5. 19, Nec desunt variæ circum oblectamina vitæ.

Oblenio, oblénis, penultum. producit. oblenui, penult. prod. & oblénii. oblenire, pro Lenire. Seneca de Ira, 3, Lectio illum carminum obleniat.

Oblido, oblídis, oblísi, oblísum, pen. prod. (κατάγχω) oblidere, Ex ob & lædo, significat Circum circa vsque ad mortem lædo, percutio, suffoco, neco. Columel. libro 7. cap. 3. 7, Nec angustiæ fœtus oblidant.

Fauces oblisæ. Tacit. lib. 5, Exin oblisis faucibus, id ætatis corpora in gemoniis abiecta.

Obligo, obligas, penul. corr. (καταδέω, ἐπιδέω,) obligare, Circum ligare. Plaut. Menæch. 18. 9, Ait se obligasse crus fractum Aesculapio. Idem bacchid. 15. 99, Age obliga, obligna citó. Colu. lib. 6. cap. 28, ad finem, Siue vt fœmina, siue masculus eõ cipiatur, nostri arbitrii fore Democritus affirmat, qui præcipit, vt quum progenerari marem velimus, sinistrum testiculũ admillari lineo funiculo, alióve quolibet obligemus: quum fœminam, dextrum. Varro 1. de Re rust. ca. 40. 4, Et quemadmodum obligetur, &c.

Obligare manipulos. Colu. lib. 11. cap. 2. 30.

Obligare vulnus. Cic. 3. de Nat. deorum, 77. Et 2. Tusc. 67.

¶ Obligare aliquem, (ἐνέχειν,) pro Deuincire beneficiis. Plin. epist. 69, Obligabis me, obligabis Caluisium nostrum, obligabis ipsum nõ minus idoneum debitorem, quàm nos putas. Idem epist. 121, 6, Deinde vt in posterum ipse ad eandem temperantiam astringerer, quum me hac epistola quasi pignore obligauissem. Cice. Trebiano, lib. 6. 11. 1, Dolabellam autem tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram. Asconius, Obligatus, in bonis dicitur, & in vinculis.

Obligare beneficio. Cicero ad Quint. fratrem, libro 3. 17. 12, Scaurum beneficio defensionis valde obligaui. Idem 4. in Catil. 93, Hostes alienigenæ aut oppresi seruiunt, aut recepti beneficio se obligatos putãt. Sic 1. Offic. 84.

Obligare fidem pro alio apud alii. Papin. in L. Bona fide. Parag. Vxor. ff. Ad s. c. Vellcianum, Et si fidem suam pro ea, quam delegauit, apud virum obligauerit: locum, &c.

Obligatus fœdere. Liu. 8. bel. Maced 139, Prius quàm aliò deintegro fœdere obligarentur, innoxios puniendos esse.

Obligare omnia bona sua pignori. Scæuola in L. Titius. ff. Qui potiores in pig. & hypot. &c. Obligatur pignori omnia bona sua, quæ habebat, quæq; habiturus esset. postea mutuatus à fisco pecuniã, pignori eiusdem omnes obligauit, & intulit, &c.

Obligare se sceleri. Seneca lib. 2. de Tranquil. vitæ, venenum illud dando, sceleri se obligauit, etiam si non nocuit.

Obligare pœnæ. Seneca de Benefic. 7, Opinio illius, sua ac nostra obligat pœnæ.

Iudicio aliquo distringi & obligari. Cic. 2. Verr. 16.

Sua liberalitate sibi aliquem obligare. Cic. Q. fratri, lib. 2. 15. 7.

Obligare se nexu. Cic. pro Murena, 3. Vide NEXVS.

Pactionibus præmiorum suorum aliquos obligare. Cicero Post reditum in Senatu, 19.

Obligari periculo iurisiurandi. Cic. 4. Verr. 118, Quum interrogabuntur, obligentur non solùm iurisiurãdi atq; existimationis periculo, sed etiã communi inter se conscientia.

Religione sempiterna obligari. Cic. 2. de Leg. 95, Statuit enim collegium locum publicum non potuisse priuata religione obligari. Idem pro Domo sua, 82, Huius domum non solùm affligere, quod est præsentis insaniæ, quasi tempestatis repentinæ, sed etiam in posterum tempus religione sempiterna obligare! Vide RELIGIO.

Sacramento militiæ obligare. Cice. 1. Offic. 55, Cato ad Pompilum scripsit, vt si eum patiatur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento.

Scelere obligare aliquem. Cice. pro Domo sua, 16, Quinimo lege nefaria Ptolemæum regem Cypri, fratrem regis Alexandrini eodem iure regnantem causa incognita publicasses, Populumque Romanum scelere obligasses, &c.

Sponsione obligari. Cic. 2. de Legib. 66.

Superstitione obligari. Cic. 1. de Diuin. 13.

Se vno verbo obligare. Cic. pro Cecinna, 5, Siquis quòd spopondit, qua in re verbo se vno obligauit, id non facit, &c.

Caput obligasti votis, Id est deuouisti, non implendo promissa. Horat. 2. Carm. ode 8. 1.

Fidem suam obligare. Plin. epist. 104. lib. 6, Proinde Firmanis tuis, ac iam potius nostris, obliga fidem meam, quos labore & studio meo dignos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum splendor ipsorum, tum hoc maximè pollicetur. Cic.5.Philipp. 301, Audebo etiam obligare fidem meam P.C. vobis, P.Q.R.

Aedes obligare ob. Plaut. Trucul. 5.4, Nam fundi ædes obligatæ sunt ob amoris prandium.

Se furti obligare, Hoc est propter furtum: vel quod dicitur, Conscium se furti reddere. Gellius lib.7.cap.15, Quod cui seruandum datum est, si id ipse sibi sine quod vtendum acceperit, ad aliam rem atque accepit, vtiq; est, furti se obligauit.

Obligare vadem trium millium æris. Liuius 3. ab Vrbe, 60, Vades dare placuit, vnum vadem trium millium æris obligarunt.

Obligor vt tanquam lent fera littora Pontí Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 17.

Obligatus, pen. prod. Participium, (κατακόλουρος.) Circunligatus.

Obligatior, Comparatiuum. Plin. epist. 1.15, in fine, Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit.

Obuolutus & obligatus corio. Author ad Herennium, lib. 1. 23.

Obligans, & obligatus, (δεσμῶν καὶ ἐνεχόμενος.) Participia. Senec. de Benef. lib. 1. ca. 4, Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorumque animi certent.

Magnis & maltis pignoribus eum Respublica obligatum tenet. Cic. 13. Philip. 348.

Dapem obligaram redde Ioui, Id est promissam ac debitam. Horat. 2. Carm. ode 7. 4.

Obligatio, Verbale, (ἐνοχή.) Cic. ad Brutum, 18. 4, Est autem grauior & difficilior animi & sententiæ, maximis præsertim in rebus pro altero, quàm pecuniæ obligatio.

In obligationem deducere, Vide DEDVCO in præcedente codice.

Obligurio, obligurís, pen. prod. obligurisi vel obligurii, obligurítum, pen. prod. (κατακλυζόλω.) obligurire, Multa auidè consumere, & suauitatem ex eduliorum consumptione capere: vnde etiam pro patrimonii profusione sumitur. Cice. 2. in Catil. 31, Iam enim non sunt mediocres hominum libidines, nō humanæ ac tolerandæ audaciæ, & nihil cogitant nisi cædes, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt: res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit.

Oblimo, oblimas, pen. prod. (κατιλύω.) oblimare, Ex ob & limus component videtur, siue etiam à verbo limo, limas, quasi circum limo, siue superlimo, repleo. Cic. 2. de Nat. deorum, 196, Aegyptum Nilus irrigat, & quum tota æstate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, molliorsque & oblimatos agros ad serendum reliquit. Virg. 3. Georg. 27, - & sulcos oblimet inertes.

Oblimare, per transllationem, pro Obcæcare, & quasi limo meatus claudere, seu obrundere, vel inquinare potuit Claudianus 3. de rapta Proserp. 6, - sed quod diffusor honesti
Luxus & humanas oblimat copia mentes. Budæus.

Oblimare rem. Horat. 1. Serm. saty. 2. 15, Rem patris oblimare malum est. Per transllationem, pro Consumere.

Oblinio, oblinis, pen. corr. oblinim, oblinitum, pen. prod. (κατάλειφω.) oblinire, Circumlinire. Colum lib. 12. cap. 39. 2, Oblinitis vasis inc'udere. Idem lib. 5. cap. 9. 3, Sed oportebit talearum capita, & imas partes misso fimo cum cinere oblinire. Varro 1. de Re rust. cap. 41. 2, Ne extrinsecus imbres noceant, aut nimius calor, argilla obliniendum, ac libro obligandum.

Oblino, oblinis, pen. corr. oblini, obliui, obléui, pen. prod. oblitum, pen. corr. (κατάχρίω.) oblinere, Circum linere. Plautus Mostel. 4. 100, Quid cerusa opus est? PH. nam qui malas oblinam. Salust. in Iugurtha, Simul gladium sanguine oblitum ostentans. Varro 3. de Re rust. cap. 7. 6, Quista decipiuntur quum te obleuerint visco. Colum. lib. 5. cap. 10. Ita cacumina arboris summa obliuimus.

Moribus externis se oblinere. Cic. de Clar. Orat. 25, Vt semel à Præaeo eloquentia euecta est, omnes peragrauit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, vt se externis oblineret moribus.

Versibus atris oblinere aliquem. Horat. 1. epist. 10. 6.

Oblitus, oblita, oblitum, pen. corr. Participium, (κατάχρυσος.) Circunlitus. Tibul li. 1. eleg. 6. 10, Oblitus & musto feriet pede rusticus vuas. Cic. 7. Verr. 137, Nolo eos Iudices quos ego probarim atque delegerim, sic in hac vrbe notatos, isto absoluto ambulare, vt non cera, sed cœno obliti esse videantur. Sic ad Atticum, lib. 1. 16. 4. Et 5. Verr. 25.

Oblitus faciem suo cruore ne noscereturi. Tacit. lib. 2.

Libellus oblitus à cæde. Ouid. epist. 11. 1.

Lupus oblitus spumis. Ouid. 11. Metam. 74.

Oblitus cibis stomachus. Plin. epist. 1. 23. lib. 7, ad Præsentem, Vt enim si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem: vt obtusus illis, & oblitus stomachus his excitaretur.

Parricidio oblitus. Cic. 11. Philip. 310, Atque eum nondum tanto parricidio oblitum, hostem sua sententia iudicauit.

Libidine flagitiosa oblita est Automorum vita. Cic. 14. Philip. 390.

Stultitia singulari atque inhumanitate oblita omnia. Cic. 5. Verr. 7, Contraque sunt omnia quum summo dedecore ac turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita.

Oblita scripta. Sueton. de Claris grammat. 10, Quo Salustii scripta reprehendit, vt nimia priscorum verborum affectatione oblita.

Facetiæ oblitæ Latio. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 15. 5, Ego autem mirifice capior facetis, maxime nostratibus: præsertim cum eas videam primùm oblitas Latio. Id est aspersas, intermisto Latio.

Oblitam orationem reddunt exornationes si crebræ collocabuntur: quæ si raræ disponentur, distinctam sicuti coloribus. Author ad Herennium, lib. 4. 159. Legitur & obliquam.

Obliquus, penult. prod. Adiectiuum, (πλάγιος, ἐγκάρσιος, λοξός, σκολιός, δύσκυρτος, δύσκυμος, κάμπυλος.) Non rectum significat: aut etiam lineas transuersis expositas habens. vt Cicero in Somnio Scipionis, 21, Hosque qui incolunt terram non modo incorruptos ita esse, vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim versos, partim etiam aduersos stare vobis.

Carmen obliquum, Vide CARMEN.

Cursus obliqui. Ouid. 9. Metam. 4.

Cursus obliquos agere. Senec. Hippoly. 5. 18.

Dente obliquo timendus apet. Ouid. epist. 4. 21.

Obliquus ictus. Plin. lib. 11. cap. 15. 1, Ferit & obliquo ictu & inflexo. Sic lib. 2. cap. 51. 2. Horat. 3. Carm. ode 22. 2.

Latus obliquum. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 1,
- aditu fac iantia paruo
Obliquum capiat semiadaperta latus.

Lumine obliquo cernere aliquem. Ouid. 2. Metam. 158.

Oculo obliquo limare commoda alicuius. Horat. 1. epist. 14. 8.

Obliquus ordo. Cæs. 7. bel. Gal. 291, Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem dispositis, scrobes duùm in altitudinem pedum fodiebantur.

Ordo obliquus signorum. Virg. 1. Georg. 48.

Pede obliquo claudicare. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 4.

Obliqua radice arbor & imitante auium pedes. Plin. lib. 12. cap. 12. 4.

Riuus obliquus. Horat. 1. Carm. ode 3. 3.

Obliquum litorum spatium. Plin. in Præf. lib. 5. 1.

¶ Natant obliqui in caput, Id est trāsuersi. Plin. lib. 9. ca. 19. De cancris.

In obliquum. Virg. 1. Georg. 70,
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro.

Flexus in obliquum. Plin. lib. 9. cap. 31. 2, Pedes octoni, omnes in obliquum flexi. De cancris.

Sectus in obliquum est limes. Ouid. 2. Metam. 26.

Oblique, pen. prod. (πλαγίως, δύσκυμα.) Aduerbium, cui contrarium est Rectè. Cic. 1. de Finib. 30, Primùm erit hoc quasi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur.

Obliqui præualere vitis latus. Cato cap. 41. 1, Vitis vtriusque latus alterum præradito obliquè.

Obliquè in latera procedunt locustæ. Plin. lib. 9. cap. 30. 8.

Obliquitas, pen. corr. (λοξότης, σκολιότης.) obliquitatis. Plin. lib. 3. cap. 5. 7, Multoque amplior mensura fieret, Tacinium vsque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur.

Obliquo, obliquas, pen. prod. (λοξόω, πλαγιάζω, καμπυλιάω.) obliquare, Curuum facere. Plin. lib. 6. cap. 13. 4, At vbi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornuus. De Caspio mari.

Ensem obliquat in latus. Ouid. 12. Metam. 97.

Equos pauentes obliquauit. Stat. 12. Thebaid. 150.

Preces obliquare. Stat. 3. Thebaid. 77,
- sic variis pertentat pectora dictis,
Obliquatque preces.

Visus superbos obliquat. Stat. 1. Achil. 65.

Obliquari. Quintil. lib. 1. cap. 4. 7, Et Q. cuius similis effectus, speciesq; nisi quòd paulum à nostris obliquatur.

Obliquans, pen. prod. Participium, (κεκυρτωμένος.) vt

Oculos obliquans contra diem & radios. Ouid. 7. Metam. 83.

Oblitero, obliterás, pen. corr. (κατάλειφω, ἐξαλείφω, λεαίνω, κατα-
λαβύω, ἀφανίζω.) obliterare, Abradere, abolere, & quasi literarum monumentis delere. Cic. in Vatinium, 12, Si eum magnitudo contentionis, studium gloriæ, præstans animus, excellens nobilitas aliquò impulisset, quod in viro & tum ferendum esset, & maximis rebus quæ postea gessit, obliterandumid tu tibi furcifer sumes, &c. Nonius, Obliterare, Obscura facere, & in oblitionē ducere. Accius Agamemnon libris, Inimicitias Pelopidarū extincta tam obliteratas memoria renouate. Catull. Argonaut. epig. 59. 47, Hæc vigeant mandata, nec vlla obliteret ætas.

Obliterò, à litus quidam deduci putátquòd ibi notata, à fluctibus æquari & tolli soleant. Alii ab oblitione, Id est à supino oblitum. Vel dici potest ab oblino, sicut à lino litera.

Famam obliterare. Liuius 9. bel. Maced. 77, Non tamen obliterare famam rei malè gestæ potuit.

Offensionem obliterare. Cic Post red. in Senatu, 18, Publici mei beneficii memoria priuatam offensionem obliterauerunt.

Nondum obliterata memoria superioris belli. Liuius 1. bel. Pun. 107.

Tempora vltima, & iam obliterata. Quintil. lib. 1. cap. 6. 26.

Peccata

Peccata obliterata. Liu. 3. ab Vrbe, 250. Nam neque vetera peccata repeti iam obliterata placet.

Vetustate obliterata res. Liu. 3. ab Vrbe, 307.

In animo obliterati. Liu. 6. bel. Pun. 21. 2, Aduersæ pugnæ in Hispania nullius in animo quàm meo minus obliterari possunt.

Obliteratio, Verbale, (ἐξάλειψις.) Plin. libro. 34. cap. 7. 13. Quantoque maior in Zenodoro præstantia fuit, tanto magis deprehendi æris obliteratio potest.

Oblitescо, oblitescis, (κατακλινθάνω.) oblitescere, Ab obliteo inusitato verbo, Abscondi, delitescere. Varro 1. de Re rust. cap. 51. 1. Ne æstu per rimosa in rimis grana oblitescant, & recipiant aquam. Cic. de Vniuersi. 47. Quoqui tēporibus à nostro respectu oblitescantur iusq; emersi errorem incutiant rationis expertibus.

Oblitus, Vide OBLINO, & OBLIVISCOR.

Obliuiscor, obliuisceris, pen. cor. oblitus sum, penul. prod. (ἐπιλαν-
θάνω, κατακλινθάνομαι, ἐπικαταθάνομαι, ἐκλανθάνομαι, ἀπόμνη-
μι, κατόμνυμι, μονέω.) obliuisci, Notæ significationis.

Oblitus sum dicere. Plaut. Trin. 17. 13, - oblitus mitus
Dudum tibi sum dicere. Terent. And. 5. 1. 12, Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere.

Oblitus cum genitiuo. Terent. Eunuch. 2. 3. 14,
- ego nescio hercle neqi vnde eam, neqi quorsum eam,
Ita prorsus oblitus sum mei. Cic. 2. Verr. 31. Quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant. Cæs. 1. belli Gall. 54. Quod si veteris contumeliæ obliuisci vellet. Liu. 4. ab Vrbe, 170. Oblitæ decoris.

Consuetudinis & institutí sui obliuisci. Cic. Attico, lib. 4. 87. 1.

Dignitatis suæ obliuisci. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 14.

Malorum obliuisci. Horat. Epod. 2. 8.

Meiui enim memini, nec vnq; obliuiscar nostri illius. Cic. p Plácio, 81.

Obliuiscor, cum accusatiuo. Plaut. Cas. 3. 14. Chaline non sum ego oblitus officium meum. Idem Bacchi. 17. 20, Nihil iam me oportet scire, oblitus sum omnia. Cic. pro Rosc. Amer. 29. Et artificium obliuiscatur & studium deponat, licebit.

Obliuisci aliquem. Virg. 2. Aeneid. 30,
Quisquis es amissos hinc iam obliuiscere Graios.

Nunc oblita mihi tot carmina. Virgilius 3. eclog. 11. Passiuè accipitur pro à me.

Obliuiscens, Participium, (ἐπιλανθάνων.) vt

Secta obliuiscentia. Camil. ad Mallium, epig. 63. 9,
Ne flagiens secta obliuiscentibus ætas
Illud hoc cæca nocte regat studium.

Obliuiscēdus, Aliud participium, (ἐπιλανθανόμενος.) Horat. 1. epist. 11. 2, Obliuiscendusque tuorum obliuiscendus & illis.

Obliuiscendi tui mores. Plaut. Milit. 10. 40, Mulierēs mores discēdi, obliuiscendique tui.

Obliitus, pen. prod. Participium, (ἐπιλελάθων.) Plin. lib. 9. ca. 10. 1, In tantum fallit oblitus sui, vt, &c. Virg. 3. Aeneid. 126.

Decoris sui oblitus. Virg. 5. Aeneid. 35.

Moris patrii oblitus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 10.

Pudoris oblitus. Ouid. epist. 16. 3.

Corda oblita laborum. Virg. 4. Aeneid. 106.

Obliuio, obliuionis, (λήθη, ἐπιλάθεια, ἐπιλανθάνεια, λαθοσύνη.) Memoriæ defectus & imbecillitas. Plin. lib. 13. cap. 17. 2, Nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ.

Obliuio & reticēntia. Cice. 14. Philip. 406, Vestra virtus nec obliuione eorum qui sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit.

Obliuio amicitiæ, & intermissio consuetudinis. Cic. Sestio, lib. 5. 17. 1, Nō obliuione amicitiæ nostræ, neq; intermissione consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas literas misi sed quòd, &c.

Liuiæ obliuiones. Horat. 4. Carm. ode 9. 7.

Longa obliuio. Iuuen. Saty. 10. 21.

Capit me obliuio. Cice. 1. Offic. 38, Maximè autem adducuntur plerique vt eos iustitiæ capiat obliuio. Idem 3. Philipp. 129, Nos post exactos reges seruitutis obliuio cepérat.

Conterere obliuione. Cl. Lentulo, li. 1. 9. 76, Ego, quum mihi cum illo magna iam gratia esset, & eius obsequiis grauissimas iniurias cōmunis cōcordiæ causa volunteria quadā obliuione contriuerā, eius repentinam, &c.

Dare obliuioni. Liu. 1. ab Vrbe, 136, Quæ velut diis quoq; simul cū patria relictis obliuioni dederant.

Oblitione delere. Idem. Cice. pro Deiotaro, 26, Quæ vnquā vetustas obruat, aut quæ tanta debebit obliuio? Idem 1. Philip. 1, Omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam censui.

In obliuione iacuit. Cic. 3. Verr. 71. Id est in obscuro. De homine dictum: Inobscurat obliuio. Cic. 9. Philip. 263, Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio. Idem pro M. Marcello, 18, Tuas laudes obscuratura nulla vnquam sit obliuio.

Intercipit obliuio, Vide INTERCIPIO.

Obliuione obruere. Cice. 2. de Finib. 88, Et aduersa quasi perpetua obliuione obruamus. Idem de Claris Orat. 30, Hunc vetustas, vt alios fortasse multos, obliuione obruisset. De Ennio.

Obliuio surrepit. Plin. lib. 8. cap. 22. 5, Huic quamis in fame mandenti, si respexit, obliuionem cibi surrepere aiunt, digressumq; quærere aliud. De lupo ceruario.

Obliuione hominū & taciturnitate tāta dedecora tegere. Ci. 7. Ver. 108.

Venire in obliuionem. Cic. in Salust. 3, Tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras: vt etiam si fuerint egregii ciues certe venerint in obliuionem.

Vindicare ab obliuione. Cice. 2. de Orat. 5, Laudem eorum iam propè se nescentem, quantum ego possem, ab obliuione hominum atque à silentio vindicarem.

Obliuium, obliui, (λάθε, ἐπιλάθου.) Idem: quod tamen vix legitur nisi in plurali, & in nominatiuo vel accusatiuo. Virg. 6. Aeneid. 143, Secutos lari ces, & longa obliuia ponunt. Poeticum est pro obliuione.

Rerum obliuia. Lucret. lib. 3. 170.

Meriti nostri obliuia. Ouid. 7. Metam. 9.

Iucunda obliuia sollicitæ vitæ. Horat. 2. Serm. saty. 6. 13.

Pigra obliuia. Stat. 10. Thebaid. 18.

Cepere te obliuia nostri. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 3.

Obliuiosus, penul. prod. Adiectiuum, (ἐπιλάθομαι.) Qui cito obliuiscitur. Plautus Milite, 12. 17,
Sin bene aut fideliter quid faciendum sit, eadem veniunt,
Obliuiosæ extemplo vt fiant, & meminisse nequeant. Cic. 1. de Inuent. 51, Acutus ab hebetior, memor ab obliuiosus.

Stultus & obliuiosus senex. Cic. de Senect. 32.

Obliuiosus, quod obliuionem inducit. Horatius 2. Carm. ode 7. 5, Obliuioso Iccitá Massico Ciboria exple.

Capere obliuionem alicuius rei, Vide CAPIO.

Obloco, oblocas, pen. corr. (ἀπομαθόω.) oblocare, Idem quod simplex Locare. Iustinus, Quum operā oblocare ad puteos exhauriendos solitus esset. Qui etiā dicēdi formula vtitur Tranquillus, nisi forte quis legendū hīc contēderit abloco per primam vocalē. Sic enim vulgò legitur apud Suetonium in Vitellio, cap. 7.

Oblongus, Adiectiuum, (ἐπιμακής.) Idem quod Longus: significat nisi quid addat præpositio. Plin. lib. 17. cap. 12. 4, Figura oblonga maximè probatur. De gemmis. Liu. 1. bel. Pun. 31, Falarica erat Saguntinis missile telum hastili oblongo.

Oblonga oua. Plin. lib. 10. cap. 52. 3, Quæ oblonga sint ouā, gratioris saporis putat Horatius Flaccus.

Oblongo semine cardamomum. Plin. lib. 12. cap. 13. 3.

Obloquor, pen. corr. obloqueris (ἀντεφθέγγομαι, κατακαλέω.) obloqui, Contra loquentem loqui, inquit Seruius. Plautus Cistel. 10. 95, Eloquere, vnde hæc sunt tibi citò crepundia?
L. Mea hæc herilis gestitauit, non tua.
P. Ne obloquere. L. taceo mulier perge dicere. Liuius, Notatos quoque qui ferocissimi obloquuti erant, singulos manu corripuit. Idem 1. ab Vrbe, 129, Primò vtrq; vociferari, & certatim alter alteri obstrepere. coerciti ab lictore, & iussi in vicem dicere, tandem obloqui desistunt. Cic. pro Cluentio, 49, Tamen vocat me aliò iādudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui videtur, Quid ergò negasne illud iudicium esse corruptum? Idē ad Q. fratrem lib. 2. 12. 1, Tu verò vt me & appelles, & interpelles, & obloquare & colloquare velim.

Respondere & obloqui. Plin. lib. 36. ca. 16. 1, Dederat vocem saxis, vt diximus, respondentem homini, imò verò & obloquentem.

Obloqui numeris. Virg. 6. Aeneid. 130.

Necnon Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum. Vbi Seruius, dicendo OBLOQVITVR, chordarum expressit laudē, quas dicit verbis loquutas, Obloqui enim non est nisi contra loquentem loqui.

Auis obloquitur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 5.

¶ Obloqui, Maledicere. Plaut. Curcul. 2. 41,
Lenonis hæc sunt ædes. P.A. malè istis eueniat.
P.H. Quī? P.A. quia scelestam seruitutem seruiunt.
P.H. Obloquere P.A. fiat maximē. P.H. etiam taces?
P.A. Nempe obloqui me iosseras.

Obloquitor, penul. prod. obloquutóris, Verbale, (κατάλαλος.) Qui alteri detrahit. Plaut. Milite, 10. 48,
Obloquator non sum alteri.

Obluctor, obluctáris, (ἀντιπαλαίω, ἀντιφιλοτιμέω.) obluctari, Acrius contra aliquid niti. Columel. libro 6. cap. 16. 1, Sæpe etiam vel grauitate longioris, vel quum in proscindendo, aut duriori solo, aut obuiæ radici obluctatus conuellit armos. Idem libro 8. cap. 14. 8, Fructibus aut solidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, vt collum abrumpat. Et libro 3. cap. 18. 2, Iumodum hami repugnat obluctanti fossori.

Genibus aduersæ obluctor arenæ. Virg. 3. Aeneid. 8.

Soli Obluctandum Fabio. Sulius lib. 8. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obluctans, Participium, (ἀντιφέρόμενος,) vt
Saxa obluctantia sumpsimus. Stat. 3. Sylu. 1. 4.
Obluctans obliuioni. Curtius lib. 7, Itaque ex iis qui proximè astiterant, obluctantem adhuc oblitioni lineis confoderunt. Hoc est conatem reuocare in memoriam quæ oblitus erat.
Obluctatus, pen. prod. Aliud participium, (ἀντιφέρόμενος,) vt
Tenta obluctata morti. Lucan. lib. 3. 152.

Obludo, obludis, obluisi, oblusum, pen. prod. (ἀντιπαίζω,) obludere, Cum aliquo ludere. Plaut. Trucul. 4. 9.
Quum vident quempiam se adiseruare, obludunt, qui custodem
Oblectent per ioculum & ludum.

Obmanens, (ὑπομένων,) pro Diu manens, vt Permanens Festus.

Obmolior, obmoliris, obmolitus sum, pen. prod. (ἀντοχυρόω,) obmoliri. Liuius 7. bel. Maced. 173. Sed vndique omnes ad munienda & obmolienda, quæ ruinis strata erant, concurrerunt. Id est obstruenda oppositis molibus. Curtius lib. 6. Arborum truncos & saxa obmoliuntur.

Obmurmuro, obmurmuras, pen. corr. (ἀντιμεμψίμοιρω,) obmurmurare, Contra murmurare. Ouid. epist. 17. 10.
Vana peto, precibusque meis obmurmurat ipse.

Obmutesco, obmutescis, obmútui, (φιμόομαι,) obmutescere, Quasi mutum fieri, Tacere. Terent. And. 1. 5. 22.
Obstupui: censeo' vllum me verbum potuisse proloqui?
Aut vllam causam, ineptam saltem, saltem, iniquam! obmutui. Plin. lib. 20. cap. 5. 9. Et ex aqua bibendum dederunt repente obmutescentibus. Cic. 2. de Finib. 81. Sed quia tale sit, vt vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent, sua tamen pulchritudine esset speciesque laudabile. Idem 2. de Orat. 16. Ego verò, inquit Crassus, neqt Antonium verbum facere patiar, & ipse obmutescã, nisi prius à vobis impetraro.
Ore pressio obmutuit. Virg. 6. Aeneid. 31.
Aspectu obmutuit animi. Virg. 4. Aeneid. 56.
Obmutescere dicitur res aliqua, pro Non esse in vsu. Plin. lib. 33. cap. 13. 1. Hoc secuta ætas ad lumina vsa est, ad vmbras autem Scyrico & Lydio, Lydium Sardibus emebatur: quod nunc obmutuit.

Obnato, obnatas, pen. corr. (ἀντιήχομαι,) obnatare. Contrà vel citrà natare. Virgilius,
- in æquore fluuis
Obnatat vmbra foris.

Obnatus, pen. prod. (ἐπιφυόμενος.) Participium ab Obnascor. Liuius lib. 1. bel. Pun. 87. Ibi hærentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur. Hoc est circum ripas nata.

Obnecto, obnectis, obnexui, obnexum, (συμπροσδέω,) obnectere, Est, authore Festo, obligare, & maximè in noptiis frequens est.

Obniger, pen. corr. Adiectiuum, (ὑπόμελας.) Idem quod niger, vel subniger: aut, vt quidam volunt, admodum niger. Plin. lib. 20. cap. 23. 1. Radicibus multis & obnigris.

Obnitor, pen. prod. obnitéris, obnisus vel obnixus sum, (ἀντερείδω, ἀντιτείνω, ἀντιβίω,) obniti, Contrà niti, obluctari.
Virg. 3. Georg. 44.
Verisque in obnixos vrgentur cornua vasto
Cum gemitu. Idem 3. Aeneid. 42. Obnixi torquent spumas, & cærula verrunt. Cic. pro Milone, 26. At non P. Clodio mortuo, vt statis iam rebus obnitendum est Miloni, vt tueatur dignitatem suam?
Obniti contrà & tendere. Virg. 5. Aeneid. 5.
Aduersis obniti. Tacit lib. 15. Ne dux quidem obniti aduersis.

Obnixus, Participium, (ἀντιτείνων,) vt
Obnixi scutis & corporibus. Liuius 4. bel. Maced. 175. Dii in angustiis pugnatim est: nec dextris magis gladiisque gerebatur res, quàm scutis corporibusque ipsis obnixi vrgebant.
Obnixus curam sub corde premebat. Virg. 4. Aeneid. 67.
Obnixus non cessit. Virg. 4. Georg. 17.
Obnixus impetum hostiũ excipit. Liu. 6. ab Vrbe, 55. Ne procurri quidẽ ab acie velim, sed obnixos vos, stabili gradu impetũ hostiũ excipere.
Obnixus opibus, Intentus vel attentus ad rem. Plaut. Stich. 7. 30.
Tamen pol nequid magis simus omnibus obnixæ opibus, decet
Nostrum officium nos meminisse.
Mens obnixa malo. Valer. 7. Argon. 32.
Dentes obnixi. Stat. 11. Thebaid. 63.
- quid alternos vultus, pallorque ruborque
Murat, & obnixi fingunt mala murmura dentes?
Obnixa firmitas. Plin. lib. 36. cap. 15. 7. Pugnantque diuersi aquarum impetus intus, & tamen obnixa firmitas resilit.
Remi obnixi in acuto murice. Virg. 5. Aeneid. 41.
Venti obnixi laceratant caua nubila. Stat. 5. Thebaid. 74.
Obnixus contrà. Virg. 10. Aeneid. 72.
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.
Anceps pugna diu, stant obnixa omnia contrà. Hoc est mare mari, nubes nubibus, venti ventis. Seruius.

Obnixè, Aduerbium, (ἐντόνως,) Cum conatu, instanter, totis viribus. Terent. And. 1. 1. 134. Simul sceleratus Dauus siquid consilii
Habet, vt consumat nunc, quum nihil obsint doli:
Quem ego credo manibus pedibusque obnixè omnia
Facturum, magis id adeo mihi vt incommodet,
Quàm vt obsequatur gnato. Plin. lib. 7. cap. 20. 2. Carpenta comprehensa vna manu retinere, obnixius contrà nitentibus iumentis. Vetus exemplar habet Obnixus.
Obnixè periis. Plaut. Sticho, 8. 41. Peri hercle verò planè, atque obnixè.
Legitur & obnoxiè, & à nocte deducitur, vt ait Sipontinus.

Obnoxius, Adiectiuum, (ἔνοχος, ὑπόδικος, ὑπόδυς ὢν ος.) Qui pœnæ obligatus est propter delictum, inquit Festus. vt pura si quis morbis obnoxius ob nimiam cibi intemperantiam: aut si mulier ob stupri cum aliquo viro consuetudinem, illi obnoxia sit, Plautus Epid. 14. 30,
Cedo manus igitur tu. B. morantur nihil, atque arctè colliga. P. Nihil eas verò obnoxiar. Id est, quæ non meruerunt, siue aliquid commiserunt, vnde colligari debeant. Idem Trucul. 17. 57,
- scio
Equidem quæ nolo, multa mihi audienda obnoxia. ego tibi
Me obnoxium esse fateor, culpæ comperem.
Supplex & obnoxius. Brutus Attico in Epistolis ad Brutum, 17. 9. Viuat hercule Cicero qui potest supplex & obnoxius, si neque ætatis, neque honorum, neque rerum gestarum pudet.
Obnoxius, pro Obediente atque morigero. Salust. Eratque ei cum Fulvia nobili muliere vetus consuetudo, cui quum minus gratus esset, quia præ inopia minus largiri poterat, repentè glorians, maria montesque polliceri cœpit, & nonnati interdum ferro, nisi sibi obnoxia foret. Id est morem gereret. Sipontinus.
Aduersus gratiæ animus, & Obnoxius opponuntur. Quintil. lib. 3. cap. 11. 6. Nec enim, nisi totis causæ partibus diligenter inspectis, scire possumus, qualem nobis facere animum cognoscentis expediat, seuerum an mitem, concitatum an remissum, aduersum gratiæ an obnoxium.
Obnoxius sum i. It, Id est, Subiicior tanquam seruus. Plaut. Bacchid. 13. 76, Quid metuis? M. ne obnoxius sim filio & seruo.
Obnoxius, ad alta multa transfertur: vt Obnoxius ventis, quasi obiectus, & expositus, atque subiectus. Celum lib. 4, Sin autem regiones prædictis ventis fuerint obnoxiæ. Ibidem, cap. 19, Rursus exilis terra, & accliuis, torrensque æstu, vel quæ vehementibus procellis obnoxia est, humilius iugum poscit.
Obnoxius iniuriis, ludibriis, & huiusmodi. Plin. Iunior epist. 109. Tibi eam fiduciam diligentiæ habeo, vt credam te omni ratione id actum, ne sint obnoxii iniuriis. Id est, ne illis fiat iniuria. Idem de Viris illust. 13, Illa virgines, puerosque eligit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam sciebat. Idem epist. 58 b. Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii. Hoc est subiiciamur.
Obnoxius crimini. Liuius 4. ab Vrbe, 191, Eodem anno Posthumia virgo Vestalis de incestu causam dixit, crimini obnoxia ob suspicionem, propter cultum amœniorem. Hoc est criminabantur eam.
Mens turpi obnoxia facto. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 3.
Pars hominum obnoxia prauis. Horat. 2. Serm. saty. 7. 2.
Obnoxius tibi sum, Obligatus & deuinctus. Plautus Trinum. 14. 54.
Bene mones, ita facere certum est. S. nisi quidem es obnoxius.
O. Si bonus es, obnoxius sumsim fecis es, facium vti iubes. Idem Penulo, 1. 8. 19,
- omnia faciet faxo Iuppiter.
Nam mihi est obnoxius, & me metuit. Ibidem, 7. 15, Nec tibi nos obnoxii sumus istuc quid ames aut oderis. Id est nó curamus. Idem Capt. 5. 23,
- obnoxii
Vobis sumus ob hanc rem, quum quæ volumus
Copia est, atque ea facitis nos compotes. Terent. Hecy. 3. 1. 22,
Tum vxori obnoxius sum, ita olim suo me ingenio pertulit.
Animus obnoxius. Plin. in Præfat. 9, Obnoxii profectò animi & infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere. Id est illiberalis & degeneris. Budæus.
Arua non obnoxia curæ. Virg. 2. Georg. 88,
- iuuat arua videre.
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ. Hoc est arua quæ non egent rastris, nec cura hominum, propter quæ deuincta ac obligata illis esse videantur. Sipontinus.
Luna obnoxia radiis fratris, Quia lumen accipit à Sole. Virg. 1. Geor. 80.
Viris procellis obnoxia, Id est quæ noxam procellarum non perferre. Apud Columellam lib. 4. cap. 19.
Corpora obnoxia, pro valetudinaria. Plin. lib. 31. cap. 6. 4, Nanque paulò diutius quàm balineis vti oportet, ac postea frigida dulci nec sine oleo discedenteis, quod vulgus alienum arbitratur, idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis.
Fructus feris obnoxius. Columel. lib. 5, Maturum fructum prosternit, & canibus, ferisque reddit obnoxium. Id est obiicit canibus.
Obnoxia nulli animali olera. Plin. lib. 19. cap. 10. 4, Semen olerum si seco eius madefactum seratur, olera nulli animali obnoxia futura tradunt. Hoc est à nullo animali læsum iri.

Obnoxius pro crimine. Liuius lib. 8, Vestrà obnoxia capita pro licentia Qu. Fabii obiicit.
¶ Obnoxius, Abiiuluè. Plin. lib. 14. cap. 2. 6, de generibus vitium, Pecenia & cum ea florens bituricæ, acino rariore, nunquam floris obnoxii, quonam antecedunt, ventisque & imbribus resiliunt.
Obnoxiè, Aduerbium, (ἐνόχως,) Vnde apud Liuiũ 3. ab Vrb. 160, Obnoxiè dicere sententiam, Id est seruiliter: & vt Budæus interpretatur, trepide. Sed magis (inquit) obedienter ventum in curiam est, quàm obnoxiè dictas sententias accepimus.
Obnoxiè, pro Obicurè Sipõtinus interpretatur, à Nox, noctis: & sic legit apud Plautum in Stich. 8. 41. Peri hercle verò planè, nõ obnoxiè. Alii, atque obnixè legunt.

Obnubilo, obnúbilas, pen. corr. (ἀπιφρίζω,) obnubilare, Obscurum facere, & quasi nubibus implere. Gellius lib. 1. ca. 2, Ac ne oris quoque & vultus serenitatem Stoici hominis vnquam vlla posse ægritudine obnubilari.
Obnubilus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀπιφρίζων,) vt
Obnubila & obsita tenebris loca. Cic. 1. Tusc. 77. Ex quodam poeta.

Obnubo, obnúbis, pe. prod. obnupsi, obnuptũ, (ἐπικαλύπτω,) obnubere, Abscõdere, Tegere. Stat. 6. Theba. 40, Obnubit que comas, & tẽperat altra galero. Festus, Aelius & Cincius, quia flammeo caput nubentis obuoluatur, quod aori qui obnubere vocarunt, obquam causam lege quoque parẽs tam iuberet caput eius obnubere, qui parentem necassiet, id est obuoluere. Idem alio loco, Obnubit, caput operiturnde & nuptiæ dictæ à capitis operitiõe. Hactenus Festus. Liu. 1. ab Vrbe, 110. Si vincent, caput obnubito: infelici arbori reste suspẽditor verberato. Et paulò post, I, caput obnube liberatoris huius vrbis: arbori infelici suspende. Cic. pro Rabirio perduelio, 8. Sed Tarquinii superbissimi atque crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis ac popularis, libentissimè cõmemoras, Caput obnubito, arbori infelici suspendito.
Obnubit funale caput. Stat. 11. Thebaid. 117.
Decius obnubitur caput atra tempestate. Silius lib. 11. 52.
Comas obnubit amictu. Virg. 11. Aeneid. 16.

Obnuntio, obnuntiat, obnuntiare. Donatus, Qui malam rem nuntiat, obnuntiat: qui bonam, anuntiat. nam proprie obnuntiare dicuntur augures, qui aliquid mali omnis, sæuumque viderint
Terent. Adel. 4. 2. 9,
Primus tentio mala nostra, primus resciscо omnia:
Primus porrò obnuntio. Vbi Donatus, Obnuntio, Id est malum immimens quasi omen nuntio. Inde enim etymologia huiusce verbi est. Cicero pro P. Sestio, 65. Itaque quum fretus sanctitate Tribunatus, quum se non modò contra vim & ferrum, sed etiam contra verba atque intercessionem legibus sacratis esse armatum putaret, venit in templum Castoris, obnuntiauit Consuli, quum subitò manus illa Clodiana in cæde ciuium sæpe iam victrix, exclamat, incitatur, inuadit. Idem Attico, libro 4. 7. 2. 8. Contentio fratum trium turpis, fracta vitæ contemptus furor. Metellus tamen postulat vt sibi postero die in foro obnuntietur.
Obnuntiare, vt dictum est ex Donato, dicuntur augures, qui aliquid mali omiuit, sæuumque viderint. Cicero pro Sestio, 72, Quumque auspiciis, religionique parens, obnuntiaret quod senserat. Idem 1. de Diuinat. 46, Non in eo est culpa qui obnuntiauit, sed in eo qui non paruit. Et post reditum in Senatu, 9. Quo inspectante ac sedente, lege Trib. pleb. tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnuntiare conlegem, aut comitiis, ne legi intercedere liceret. Sic ad Atticum, libro 4. 2. 11 Calend. Decemb.
Obnuntiare, Resistere & reluctari. Sueton. in Cæs. cap. 20, Lege autẽ Agraria promulgata obnuntiantem Collegam, armis foro expulit.
Obnuntiatio, Verbale, Cicero. 1. de Diuin. 55, Marco Crasso quid accideritt, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. Sic ad Qu. fratrem, libro, 3. 19. 3.
Interponere obnuntiationes. Cic. Attico, lib. 4. 8. 10.

Oboleo, oboles, pen. corr. obolei & obolẽui, (ἀπόζω,) obolère, Graue olere, odoremq; tetrum reddere. Plautus Mostel. 2. 38,
- at te Iuppiter
Dique omnes perdant, oboluisti allium
Germana illunies. Suet. in Calig. cap. 23, Ille antidotum oboluisset, quasi ad præcauenda venena sua sumptum.

Obolere, per transtlationem, pro Præsentiscere, Subolere. Plaut. Amphi. 4. 167,
Vltro istic qui exoslat homines, periisi me aspexerit.
M. Olet homo quidem malo suo, s. hei nunquã obolui. Idẽ Cas. 19. 16,
Di hercle me cupiunt seruatũ, iam oboluit Casina procul. Et Menech. 9. 27,
- obolui marsupium
Huic istuc quod habes. Cic. 1. Acad. 17, Ne obolescerẽt, hæc renouabã.

Obolus, oboli, pen. corr. (ὀβολός,) Vltima est nummorum significatio, inquit Donatus. Terent. And. 1. 1. 32.

- etiam puerum inde abiens conueni Chremis,
Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni.
Obolus, inquit Budæus, valet semissem nostrum & denariolum: id est septem denariolos.

Oborior, oboriris, pen. prod. vel obóreris, pen. corr. obortus sum, (ἀνίστω,) oboriri. Adnasci, inquit Festus. Plaut. Sticho, 4. 11, Veteri dolores mihi oboriuntur quotidie. Idem Curcu. 7. 30, Tenebræ oboriuntur, genua media succidunt. Liu. 1. ab Vrbe, 256, Aduentu suorum lachrymæ obortæ. Idem 5. bel. Maced. 52, Tum risum obortum Scipioni. Terent. Heaut. 4. 3. 2,
Nulla mihi res posthac potest iam interuenire tanta,
Quæ mihi ægritudinem afferat, tanta hæc lætitia oborta est.
Obortum est bellum. Liuius 1. bel. Pun. 28.
Oborta lux. Liu. 8. bel. Pun. 17. Cic. pro Ligario, 4, Vide quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.
Lux oborta micat. Silius lib. 17. 97.
Nox oborta est. Senec. Hero. furen. 9. 42.
Tenebræ obortæ sunt oculis. Ouid. 1. Metam. 37.
Sol radius terram dimouit obortis. Lucret. lib. 6. 176.

Obraucatus, pen. prod. Adiectiuum. Solinus ca. 15, de gruibus, Volatus desidiam castigat, voceque cogit agmen. Ea vbi obraucata est, succedit alia.

Obrepo, obrépis, p pro. obrepsi, obreptũ, (πρόσεμπτίζω, ὑπέρχομαι) obrepere. Est, vt ait Budæus, latenter progredi, & fallaci tertadere. Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ gressu tacito gradiũtur. Plau. Trinu. 4. 18. Neqt enim tu credo mihi imprudẽti obrepteris. Ibidẽ, 15, 129. Nimis arguẽ obrepsisti meapse occasiuncula.
Insentibus nobis & cœnantibus obrepit aliquid. Cicero F. Tironi, libro 16. 21. 8.
¶ Obrepere, dicitur quicquid sensum fallit. vt Obrepit fames. Plaut. Pœnulo, 2. 14. Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames.
Obrepit creditor. Vlpianus L. Si fideiussor cõ. Parag. Si cum. ff. Mandati vel contra, Debitor enim debuit notũ facere fideiussori, iam se soluisse: ne forte creditor obrepat, & ignorantiam eius circũueniat, & excutiat ei summam, in quam fideiussit.
Obrepit mors. Plautus Pseudolo, 10. 20,
- atque hoc euen
In labore atque in dolore, vt mors obrepat interim.
Obrepit somnus. Plin. epist, 124. lib. 7, ad Pontium, Dein quum meridie (erat enim æstas) dormiturus me recepissem, nec obreperet somnus, cœpi reputare maximos oratores hoc studi genus & in oblectationibus habuisse, & in laude posuisse. Horat. de Arte, 73, Verũ opere in longo fas est obrepere somnũ. Hic per transtlationẽ pro Falli, & peccare.
Obrepit dies, Obrepit senectus. Cic. de Senect. 5, Quĩ enim citius adolescentiæ senectus, q̃ puerilis adolescentia obrepit? Idem Attico, lib. 6. 1. 24. 2, Obrepsit dies, vt videsmihi enim ad certum Calend. Sextiles de prouincia decedendum est. Eidem, libro 6. 1. 16. 5. Mihi decessionis dies ἀπόστασις obrepebat. Et apud Iuuenalem Sat. 9. 13.
- obrepsit non intellecta senectus. Budæus,
Obrepit obliuio. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 1. Apparet illum non sæpe de reddendo cogitasse, cui obrepsit obliuio.
Obrepere in animos. Cic. 2. de Diuin. 105. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus.
¶ Obrepere, Fallere, hoc est Incautum aggredi. Plin. lib. 36. ca. 3. 1. Nec potest videri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepsisse quodam vitæ rudimento. Iam enim L. Crassum oratorem M. Brutus in iurgiis ob id Venerem Pallatinam appellauerat. Vlpianus in L. Carbonianum §. Puberi. ff. de Carbon. edicto, Sed si qui esset pubes, quasi impubes obrepserit, honorumque possessionem acceperit, dicendum erit nihil eum egisse. Budæus,
¶ Obrepere ad magistratum dicitur, qui falsa specie vel probitatis vel doctrinæ ad magistratus assumitur, & vt vulgò loquimur, per hypocrisim. Cice. in Pisonem, 1, Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum quarum simile habes nihil præter colorem. Id est fefellisti Populum Romanum commendatione familiæ cognomento frugi. Idem pro Plancio, 13. Et doceo, Cn. Plancium non obrepsisse ad honores, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit omnibus hoc nostro Equestri loco. Id est vt vulgus loquitur, per abusum. Budæus.

Obrepto, obreptas, (πρόσεμπτίζομαι,) obreptare, Frequentatiuum. Plaut. Persa, 3. 24, Opertæque fuerint, nequis obreptauerit.

Obréptio, obreptiõis, Verbale, (πρόσεμπτωσις,) Latens & fallax aditio. Vlpianus in L. Sed si hac §. Patronum. ff. de In ius vocando, Patronum autem accipimus, etiamsi capite minutus sit vel si liberrus capite minutus, sit dõ arrogetur per obreptionem, quum enim hoc ipso quod arrogatur celat conditionem suã, non id actum videtur, vt fieret ingenuus.

Obretio, obrétis, pe. prod. (σαγηνεύω,) obretire, Rete aliquem circundare, aut obuium rete excipere. Lucret. lib. 3. 79,
- neque aranei tenuia fila

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obuia sentimus, quando obretimur euntes.

Obrigeo, obrigis, pen. corr. obrigui, (πάγνυμαι,) obrigêre, Totum frigore cõtrahi, & quasi indurescere, & rigidum fieri. Colum. lib. 4. cap. 32, 3. Nam vsque in id tempus incrementum capit, ac tũ compescitur hauando, quum obriguit hyberno frigore. Plaut. Mercat. 19. 1. Tarda iumum, aut lapis obriguit, aut angue demorsa, cessauit rutrida. Cic. 1. de Nat. deorum, 36. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque inculas videmus, quòd pars earum appulsu solis exarserit, pars obrigueritniue pruinaque longinquo solis abscessu. Idem 6. Verr. 79. Ita Sopater de statua C. Marcelli, iam quum penè obrigueriset, vix viuus auferitur. Sic idem in Som. Scipionis, 21, Obriguisse prima vides.

Obrizum, huius obrizi (ὄβριζον,) vel potius obryzum, Aurũ dicitur, quasi ἄβρυζον, hoc est syncerum delicatumque, quod sæpe igne candefactum & exustum est, & quod in coctione non minuitur. Hermolaus ex Phocyonis sententia in illud Plinii lib. 33. ca. 3. 19, Autique experimento ignis est, vt simili colore rubeat quo ignis: atque ipsum obryzum vocant. Hieronymus in Ieremiam dicit putat quasi Ophirisum. Nam ex Ophir insula laudatissimũ aurum euehebat. Vtitur & Suetonius in Nerone, cap. 44.

Obrodo, obrôdis, pen. prod. obrôsi, obrôsum, (πείθω,) obrôdere, Circum rodere. Plautus Amphit. 8. 90,

Enimuero prægnanti oportet & malum dari:
Vt quod obrodat sit, animo si malè esse occœperit.

Obrôsus, pen. prod. Participium, Circumrosus. Plin. lib. 37. ca. 2. 6, Porauit ex eo ante hos annos Consularis ob amorem obrosio eius margine, vt tamen iniuria illa pretium augerer. De poculo murrhino.

Obrogo, obrogas, pen. cor. (παρανόμω,) obrogare, Quasi obloqui. Festus, Obrogare, obloqui, atque alterius sermonem molestè impedire.

Obrogare legem, (ἀντεισφέρειν,) Est legis prioris infirmandæ causa, legẽ aliam ferre. Cic. ad Atticum, lib. 3. 65. 5, Quod per legem Clodiam pro mulgare, obrogare, derogare, obrogare s. r. sua non licerat. Idem 1. Philip. 17, Quid, quòd obrogatur his legibus Cæsaris, quę iubent ei qui de vi, itemque ei qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici: Correctiora exemplaria legunt abrogatur.

Obrumpo, obrumpis, obrupi, pen. prod. obruptum, (κατακόπτω μι,) obrumpere, Idem quod Rumpere. Varro 3. de Re rust. cap. 10. 5, Quo temperandum iis, qui propter cupiditatem sæpe in pascendo, si radicem prenderint, quã educere velint è terra, obrupunt collum. De anseribus loquitur. Alia exemplaria habent abrumpunt.

Obruo, obrûis, obrui, obrutum, pen. corr. (κατακλύω,) obrûere, Sternere, Operire. Oui. 1. de Remed. amor. 55, Obrue versata cerealia semina terra. Cic. de Senect. 19, Nec vero quenquam senum audiui oblitum quo loco thesaurum obruisset.

Obruere & Eruere, contraria. Cicero 4. de Finib. 17, Nam qui sciet vbi quidque positum sit, quaque eò veniat, is etiam, si quid obrutum erit, poterit eruere.

Obruere & opplere. Cic. 1. de Nat. deor. 196, Aegyptum Nilus irrigat & quum tota æstate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, &c.

Obruere lapidibus, telis, & id genus: hoc est, Dilapidare, & telis lapidibusque operire ad necem. Cicero 3. Offic. 63, Cytsilum quendam suadentem vt in vrbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. Liu. 7. bel. Pun. 108, Et propè obruebantur telis taxisque. Sic lib. 3. bel. Pun. 204.

Fratrem obruit armis. Stat. 11. Thebaid. 115.
Obrutus niuibus, pruinisque. Liuius 5. ab Vrbe, 6.
Numero obruimur. Virg. 1. Aeneid. 85.
Telis obruimur. Virg. 2. Aeneid. 83.
Procella obruit viros. Ouid. 1. Fast. 98.
Nox terram obruit roriferis vmbris. Lucret, lib. 6. 174.

Obruere sale. Plinius libro, 9. cap. 35, Multo deinde obrutus sale in vasis fictilibus, &c.

Corpus obruere tellure. Ouid. 1. Fast. 76.

Obrutum vetustate, vel situ vetustatis. Plin. lib. 11. cap. 17. 1, Quærat nunc aliquis, vnũne Hercules fuerit, & quod Liberi patris sepulchrum & reliqua vetustatis situ obruta. Liu. 9. bel. Pun. 69, Rẽ vetustate obrutam non interponam.

Obrutus in terra. Cato cap. 143. 2, Et nuces præneſtinas, recẽtes in vrceo in terra obrutas habeat.

Semina obruere versata terra. Ouid. 1. de Remed. amor. 35.

Ouia obruere testudines & crocodilos, quum in terra partum ediderint, deinde discedere aiunt: ita nascuntur & educantur ipsa per sese. Cic. 2. de Nat. deor. 194.

Thesaurum obruere. Cic. de Senect. 19.

Obruere se vino, Inebriari. Cic. pro Deiotaro, 17. Ait hac lætitia Deiotarum elatum, vino se obruisse, in conuiuioque nudum saltauisse.

¶ Obrpere, per metaphoram, pro Opplere, confundere, abolere, deuastare, euertere. Quintilia. Tot voluptates obruere possunt vnum dolorẽ.

Obruere & delere. Cic. pro Deiotaro, 26, Quæ vnquam vetustas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio?

Obruere & perdere. Ci. pro Cecin. 65, Exoritur hîc iam obrutis rebus omnibus & perditis, illa defensio, cum deiici posse, qui non possideat.

Perpetua obliuione aduersa obruimus, secunda iucundè ac suauiter meminimus. Cic. 1. de Finib. 88.

Famam alicuius obruere. Tacit. in vita Agricolæ, Et quũ Cerealis quidem alterius successoris curam, famamque obruisset, sustinuit, &c.

Sapientia malum parum obruere, vix vt appareat. Cic. 3. Tusc. 136.

Mala virtutis magnitudine obruentur. Cic. 5. de Finib. 159.

Memoriam & nomen alicuius obruere. Cic. 1. Tusc. 177, Antè enim Salaminam ipsam Neptunus obruet, quàm Salaminii trophæi memoriam. Idem pro Archia, 18, Nã nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomẽ etiam obruisset. Id est nullam sui memoriã, siue famam nominis reliquisset posteris. De Homero.

Quod dii omen obruant. Cic. de Arusp. respon. 38.

Vnda obruit meos vultus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 7.

Obruit aliquem obliuio. Tacit. in vita Agricolæ, Nam multos veterũ velut inglonos, & ignobiles obliuio obruet.

Obruit eum obliuione vetustas. Cicer. de Cla. Orato. 30, Et idipsum nisi vnius esset Ennii testimonio cognitum, hunc vetustas, vt alios fortasse multos, obliuione obruisset. Idem 2. de Finib. 168. Si prima quæque bene ab eo consulta atque facta, ipsius obliuione obruerentur.

¶ Obruere ære alieno. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 17, Tusculanum & Pompeianum valde me delectant: mihi quòd me illum ipsum vindicem ærisalieni, ære non Corinthio, sed circumforaneo obruerunt.

Ambitione & foro obrui. Cic. 1. de Orat. 47.

Obrui copia sententiarum. Cic. 2, Tusc. 5, Et quum obruerẽtur copia sententiarum atque verborum, iciunitatem & tamẽ se malle, quàm vberta tem & copiam dicerent.

Obrui & opprimi criminibus & testibus Cic. 3. Verr. 13.

Obrui magnitudine negotii tanquam fluctu. Cicc. ad Q. fratrẽ, li. 1. 1. 6. Neve te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas.

Obruitur omnium risu testis. Ci. 3. de Orat. 157, Hoc ita præter expectationem accidit, vt testem omnium risus obruerer.

Obruitur vulgi sermo hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. Cic. in Somnio, 28, Sermo autem omnis ille & angustiis cingitur his regionum, quas vides, nec vnquam de vllo perẽnis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. De sermonibus vulgi, qui contẽni debent.

Obruitur enim aratorum testimonis. Cic. 4. Verr. 108.

Obrutus, pen. corr. Participium, (κατακαθείς,) Ouid. epist. 1. 2, Obrutus infanis esset adulter aquis.

Classis obruta aquis. Ouid. 6. Fast. 39.
Corpora morbo obruta. Claud. 2. in Eutrop. 3.
Gratia virtutis obruta. Ouid. 13. Metam. 50.
Ignis latet obrutus multo cinere. Lucret, lib. 4. 187.
Obruta itinera strage. Liuius 10. bel. Pun. 23.
Somno obruta legio. Stat. 10. Thebaid. 38.
Semina obruta longis sulcis. Ouid. 1. Metam. 25.

Obryzum, Vide OBRIZVM.

Obsaeuio, obsæuis, obsæuiui, obsæuitum, pen. prod. (κατεγλυκαίνω,) obsæuire, Contrà sæuire. Plaut. Epid. 11. 29,

– tũne is es,
Qui per voluptatem in me ærumna obsæuisti gnauiter?

Obsaturo, obsaturas, pen. cor. (κατακορέω,) obsaturare, Significat saturitatem vsque ad fastidium, vel contra animũ capere. Terent. Heaut. 4. 8. 29, – næ tu propediem,
Vt istanc rem video, illius obsaturabere.

Obscenus, pe. prod. (ἀπαίσιος,) Adiectiuũ, Ab ob & ϝcano dictum, interposita s litera euphoniæ causã, & sine diphthongo scribitur & abominabile augurium significat. Virgil lib. 1. Geor. 94, Obscenique canes, opportunæque volucres. Id est contraria portendentes & mala. Festus, Obscena apud antiquos dicebantur, quæ mala omnia habebantur. Virg. lib. 3. Aeneid. 49, Obscenas pelagi ferro fœdare volucres. Ibidem, lib. 12,

– ne me terrete timentem
Obscenæ volucres. Vbi Seruius, Obscenæ sunt aues, quæ canẽdo aduersa significant.

Obscœno, obscœnas, pen. prod. (ἀπαισιόω,) obscœnare, Obscœnũ, id est malum omen afferre. Plautus Asin. 6. 17, Metuo ne ille obscœnarit mæ fallacia. Nonius.

Obscoenus, (ἀσχέδος, ἀφρηστοκυός,) Adiectiuum, cum diphthongo, vel ab ob & canendo: vel ἀπὸ τοῦ κυνὸς, vt ait Priscianus lib. 9. Festus ab Oscis derinat, quorum frequentissimus fuit vsus libidinum spurcarum, vnde & verba impudentia appellantur obscœna. Quod si verum esset, sine s, & absque diphthongo, oscenum scribi oporteret. Varro lib. 6. de

lib. 6. de Ling. Latina docet obscœnum à scœna deduci, quasi ad scœnã: quòd scœnis id daretur quod obscœnum foret. Varro Agathone, Pueri obscœnis verbis nouæ nuptulæ aureis restaurant.

Cantare obscœna. Ouid. 3. Fast. 136.
Aues obscœnæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 11.
Carmina obscœna. Propert. lib. 1. eleg. 15. 2.
Dicta obscœna. Ouid. 14. Metam. 104.
Facinus obscœnum. Claud. 2. in Eutrop. 14.
Illiberale, petulans, flagitiosum & obscœnum iocandi genus. Cicero. 1 Offic. 135.
Lectus obscœnus. Ouid. 10. Metam. 92.
Opus obscœnum. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 6.
Partes obscœnæ. Ouid. 2. de Arte, 117.
Risus obscœni. Ouid. 2. Trist. 82.
Sermones obscœni. Horat. 2. epist. 1. 26.
Spem capit obscœnam. Ouid. 6. Fast. 68.
Verba obscœna. Ouid. 3. Fast. 139.
Delicatæ & obscœnæ voluptates. Cic. 1. de Nat. deor. 153.
Obscœnum, Vitabile, authore Nonio. Virgil. 3. Aeneid. 74,

Obscœnamque famem, quæ prima pericula, vito. Vbi Seruius, Obscœnam, aut quæ homines etiam ad obscœna compellit, vt Malesuada fame: aut certe quã obscœna auis prædixerat. Cic. 5. Tusc. 134, Nam & obscœnas voluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio, &c.

Adulterium obscœnum. Ouid. 2. Trist. 43.
Obscœna pallu auis. Plin. lib. 10. cap. 29. 10, Murat & vpupa, vt tradit Aeschylus poeta, obscœna aliàs pallu auis.
Obscœnus piscis. Plin. li. 9. ca. 18. 1, Circa Ebusum salpa obtinet principatum, obscœnus alibi, & qui nũquã pecqui possit, nisi ferula verberatus.
In obscœnis est penis, Hoc est inter obscœna connumeratur. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 6.
Obscœnitas, pe. cor. obscœnitãtis, (αἰσχρολογία, αἰσχρουργία, αἰσχρότης,) Cic. 1. Offic. 146, Alter, ne libero quidem, si rerum turpitudini adhibetur verborum obscœnitas. Idem pro Flacco, 26, Cuius de probris, adulteriis, ac stupris extant Acmonetium literæ, quas ego non solum propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum prætereundas puto.

In obscœnitate siquod sit flagitium, id aut in re esse, aut in verbo. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 2.

Turpitudinem verborum, & rerum obscœnitatem vitare. Cicero 2. de Orato. 134.

Obscœnitas orationis. Cic. 1. Offic. 178.

Verborum obscœnitas si turpitudini rerum adhibeatur, ludus ne libero quidem homine dignus est. Cic. 1. Offic. 146.

Obscœne, pen. prod. (αἰσχρῶς,) Aduerbium, Impurè. Cic. 1. Offic. 178, Latrocinari, fœnerare, admirari turpe est, sed dicitur non obscœnè.

Excitata obscœnios Mercurii natura traditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit. Cic. 3. de Nat. deor. 76.

Obscurus, pen. prod. (ἀμυχρός, ἀφεγγής, σκοτεινός, ἐρεβινός, κεκαλυμμένος, ἀσάφης,) Adiectiuũ, quod à Cura deriuari dicit Spontinus significareque proprè. Quod sine lumine est. Virg. 9. Aeneid. 49, Vidimus obscuris primùm sub vallibus vrbẽ. Idem 1. Georg. 86, Si nigrum obscuro comprehenderit aera cornu.

Acumen obscurum. Lucret. lib. 4. 87.
Aer obscurus. Virg. 1. Aeneid. 83.
Ambages obscuræ. Ouid. in Ibin, 76.
Antrum obscurum. Ouid. 4. Metam. 20.
Cælum obscurum. Virg. 3. Aeneid. 18.
Cubile obscurum. Senec. Hippol. 4. 34.
Luna obscura. Virg. 4. Aeneid. 16.
Obscura luce. Liu. 4. belli Pun. 95, Hexapylo Theodorus ac Sosis post solis occasum tam obscura luce inuecti.
Nox obscura. Virg. 2. Aeneid. 84.
Nebe obscura. Virg. 4. Georg. 12.
Polluere obscuro permisti solet. Stat. 2. Sylu. 2.
Sidera nullis obscura tenebris. Propert. lib. 2. eleg. 27. 11.

¶ Lucis obscurum. Tacit. lib. 20, Illi raptim vecti, obscuro adhuc cœptæ lucis, domum Proconsulis irrumpunt.

¶ Ferrugo obscura, Nigra. Virg. 1. Georg. 94.
Forma obscura reddita, Ouid. 3. Metam. 96.

¶ Obscurum, Difficile, & quod statim intelligi nõ potest: vt Obscura oratio, Cuius sententia latet.

Obscurus & Apertus, contraria. Cicero 2. de Inuent. 238. Quemadmodum res obscuræ, dicendo fierent apertiores: sic res apertas obscuriores fieri oratione.

Obscura & ambigua multa erant, adhibitæ sunt interpretum explanationes. Cic. 1. de Diuin. 190.

Obscura deorum natura, & difficiles explicatu habet. Cicero 3. de Natura deor. 136.

Carmen obscurum ambage nouorum verborum. Ouid. 14. Metamor. 12.

Obscurum ius. Quintilian. libro 7, cap. 11, Aliud enim obscurum ius, aliud ambiguum.

Flexiloqua, obscura, & ambigua oracula. Cic. 2. de Diuin. 172.

Verba ignotiora, & obscuriora. Quintil. lib. 7. cap. 4. 9.

Nõ erat obscurum quid homo improbus aut nefarius cogitaret. Id est, nemo ignorabat. Cic. 4. Verr. 63.

Obscurum & cæcum. Cice. 2. de Lege agrar. 46, Cur hoc tam est obscurum atque cæcum?

Discrimen obscurum. Quod dignosci facilè non potest. Horatius 2. Carm. ode 5. 5.

Obscura & Nota alicuius nobilitas, contraria. Cic. pro Merena, 13, Tua verò nobilitas Serui Sulpitii, tametsi summa est, tamẽ hominibus litera tis & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior.

Valde obscurus Heraclitus, minimè Democritus. Cic. 2. de Diuin. 197.

Nimis obscurus Euphorion poeta: at nõ Homerus. Cic. 2. de Diuin. 197.

Obscurum & ignotum, Patefactum atq; illustratum, contraria. Cice. 1. de Ora. 36, Nonne in ea causa ius applicationis obscurum sanè & ignotũ, patefactum in iudicio atq; illustratum est à patrono?

Non obscura beneuolentia, Non obscura concursatio, Id est nota & manifesta. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 71. 1, Quia non est obscura tua in me beneuolentia. Hoc est, eam omnes nouerunt. Idem ad Lentulũ, lib. 1. 1. 10, Libonis & Hispæi non obscura concursatio & contentio, omniũq; Pompeii familiarium studium.

Fama obscura. Virg. 5. Aeneid. 60.

Fama obscurior æuo. Ouid. 6. Fast. 21.

Fama est obscurior annis. Vir. 7. Aeneid. 41.

Obscurus & incertus Iudex. Cic. pro Cluõtio, 15, Interim venit index ad Dioram neque obscurus neque incertus: qui nuntiaret ei filium eius M. Aurium viuere.

Odium obscurum. Horat. 1. epist. 14. 8.

Obscura spes. Cic. pro Lege agrar. 68, Nolo suspensam & incertam plebẽ Ro. obscura spe & cæca expectatione pendere.

Tabernæ obscuræ. Horat. de Arte, 47.

Vera inuoluere obscuris. Virg. 6. Aeneid. 20.

¶ Obscurus, Ignobilis. Cic. de Amic. 17, Quare sibi habeant sapiẽtiæ nomen & inuidiosum & obscurum.

Obscurus vir, astutus, fallax. Cic. 3. Offic. 74.

Obscuro loco, vel genere natus, siue ortus: hoc est, Ignobilis. Cic. 7. Verr. 142. Posteaque Pompeius humili atq; obscuro loco natus. Liu. 6. bel. Pun. 194, Præerat classi commeatibusq; D. Quintius obscuro genere ortus, cæterum multis fortibus factis gloria militari illustris.

Obscuris ortus maioribus. Cic. 1. Offic. 163.

Obscurus & sordidus. Cice. ad Cælium, lib. 2. 11. 4, Omnis peregrinatio (quod ego ab adolescentia iudicaui) obscura & sordida est iis, quorum industria Romæ potest illustris esse.

Obscuræ personæ. Cic. ad Appium, lib. 3. 5. 6, Neq; enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur.

¶ Obscurus, vt dictum est, ex ob, & cura siue curo componitur, si interposita q, ex quæ obscura sunt, nobis curam obiciant.

¶ Tenebris obscurior. Claud. 2. in Eutrop. 47.

Obscûre, pen. prod. Aduerb. (ἀμυχρῶς, λυγαίως,) Cic. 1. Acad. 11, Quàm arguté, quàm obscurè, etiam contra Stoicos disserendum!

Loqui obscurè. Cic. 4. Ver. 14, Neq; ille quidem obscurè locutus est.

Dicere obscurè. Cice. 4. Acad. 111, Atq; hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius.

Nimis obscurè aliquid cõmemorare. Cic. 2. de Finib. 14.

Pallãm & obscurè, cõtraria. Ci. 4. Acad. 28, Alterum quidem, vt videmus, pallãm alterum, vt suspicamur, obscurius. Idem p. Milone, 32, Omnia non modo quæ reprehendi pallãm, sed etiã quæ obscurè cogitari possunt timemus.

Tacitè & obscurè perire. Cicer. pro Quintio, 18, De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè obscureque conceditur.

Serpit obscurè hoc malum. Cic. 4. in Catil. 78.

Neq; vel Non obscurè, pro Manifestò, & apertè. Cæsar 8. belli Gall. 191. Neq; obscurè hę duæ legiones vni Cæsari detrahuntur.

Obscurè ferre aliquid, pro Dissimulanter ferre, & ita vt nemo cõmoti aut ægri animi notas agnoscere possit. Cic. in Parad. 58, Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti. Idem pro Cluentio, 41, Neq; id obscurè ferebat, nec dissimulare vllo modo poterat.

Obscurè, & dissimulanter. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5. 15, Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video præter Hortensium & Lucullũ: cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati.

Obscuritas, penul. corr. obscuritãtis, (ἀμυχραγία, ἀσάφεια, ἀφεγγία,) Tenebrositas, & offuscati luminis penuria. Plin. lib. 20. ca. 1. 2, Obscuritates & vitia oculorum sanat.

¶ Obscuritas, Difficultas. Cic. 4. Acad. 263, De obscuritate naturæ, deqi errore tot philosophorum, &c. Idem 4. de Finib. 3, Obscurę, inquit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam esse confiteor: nec tamen ab illis ita dicuntur de industria, sed inest in rebus ipsis obscuritas.

Lumen, Obscuritas & tenebræ, contraria. Cic. 3. de Orat. 28. Oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat, atque vt quodammodo, &c.

Obscuritas & dubitatio. Cic. pro Cluent. 58. In ea obscuritate & dubitatione omnium Canutio perito homini, qui quodam odore, &c.

Naturæ obscuritas. Cic. 1. de Orat. 35.

Obscuritates & ænigmata somniorum. Cic. 1. de Diuina. 196.

Latebram obscuritatis adhibere. Cic. 2. de Diuin. 166.

Minus obscuritatis & erroris habent hæc. Cic. Cecin. lib. 6. 6. 16.

Inuoluta naturæ obscuritate causa latet. Cic. 1. de Diuin. 65.

Reiecit te à libris obscuritas. Cicc. in Topic. 2.

Vitare obscuritatem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 26.

¶ Obscuritas, Ignobilitas. Cicc. 1. Offic. 63, Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur: hi simulac, &c.

Obscûro, obscûras, pen. prod. (ἀμαυρόω, σκοτίζω, γνοφόω,) obscurare, Obscurum reddere. Plaut. Trin. 1. 0. 41, Obscurauit pectus tuum amor. Cicc. 2. de Natura deorum, 139, Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur.

Nitor solis obscuratur. Catul. de coma Berenices, epigr. 61. 1.

Obscuratur & effunditur luce solis lucernæ lumen. Cic. 3. de Finib. 69.

Tenebris obscurat omnia nox. Cic. 1. in Catil. 4.

Velocres obscurant æthera pennis. Virg. 1. 7. Aeneid. 51.

¶ Obscurare, Non curare, supprimere, tegere, obumbrare, vt ait Budeus. Cic. pro Archia poeta, 19. Neque enim est hoc dissimile, quòd obscurari non potest, sed præ nobis ferendum. Idem 3. Offi. 62. Tâta vis est honesti, vt speciè, vtilitatis obscuret. Et de Finibus. Omnia illa quæ bona tu vocas, necesse est obscurari, & non apparere, & in virtutem tâquam in solis radios incurrere. Sic 4. Acad. 78, Et ab omni consuetudine quam obscurari volunt.

Obscurari & obrui. Cic. 4. de Finibus, 48.

Obscurari nec apparere quædam, quia valde parua sint. Cicero 4. de Finibus 47.

Minora maioribus obscurantur. Cic. 5. de Finib. 103.

Obscurat magnitudinem periculi lucrum, Id est tegit, ita vt non appareat. Cicero 5. Verr. 113, Quòd magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinem.

Obscuratur, obruitur & interit splendore virtutis & magnitudine, omnis illa rerum in corpore æstimatio. Cic. 3. de Finib. 70.

Diluere aut obscurare aliquid. Cicero in Partitionibus, 9. Firmamenta ad fidem posita, aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digressionibus obruenda.

Obscurare aliquid dicendo. Cic. pro Cluent. 1. Vt omnes intelligant nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo.

Allegoria obscurare aliqua. Cic. Attico, lib. 2. 35. 3.

Obscurare & Celebrare, contraria. Salustius in Catil. Sed profectò fortuna in omni re dominatur. Ea, res cunctas ex libidine magis, quàm ex vero celebrat, obscuratque.

Acta noua obscurant veteres triumphos. Lucan. lib. 1. 25.

Obscurans, pen. prod. Participium, (σκοτίων,) Horat. 2. Serm. saty. 7. 11.

–prodis ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna.

Obscuratus, penul. prod. (ἐσκοτισμένος,) Aliud participium: vt Vocabula diu obscurata populo. Horat. 2. epist, 1. 25.

Sensim obscurata est & euanuit eorum memoria. Cic. 1. de Orat. 53.

Obscuratûrus, pen. prod. Similiter participium, (σκοτίσων,) vt

Tuas laudes obscuratura nulla vnquam est oblinio. Ci. pro Marcello, 18.

Obscuratio, Verbale, (σκοτισμός,) vt Obscuratio solis, pro Obscuritate. Plinius lib. 36. cap. 27. 2. Cic. 4. de. Finib. 49, Quibus autem in rebus obscuratio tanta non sit, fieri tamen non potest, &c.

Obscuratio propter exiguitatem rerum consequitur. Cicero 4. de Finibus, 48.

Obsecro, obsecras, pen. corr. (λιτανεύω, κετεύω, ἐρωτῶ,) obsecrare, Ex ob & sacrum componitur: significat Per sacra rogare, vel, vt ait Festus, Opem à sacris petere. Donatus, Obsecrare, est Iratos orare. Terentius, Eunuc. 1. 1. 4. Exclusit. reuocat. redeam? non si me obsecret.

Obsecrare, plus est quàm Rogare. Cice. Post. red. ad Quirit. 14, Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solùm, verùm etiam obsecrauit.

Hortari & obsecrare. Cice. 1. de Orat. 47, Si intelligam posse ad summos peruenire, non solùm hortabor vt elaboret, sed etiam si vir quoque mihi bonus videbitur, obsecrabo.

Obtestari & obsecrare. Cice. Attico, lib. 11. 209. 2, Idque vt facias, te obtestor atque obsecro.

Obsecrare precibus. Marcellus ad Ciceronem, lib. 4. 11. 2, Quum mihi Marcellus frater amantissimus mei, non solùm consiliò daret, sed precibus quoque me obsecraret. Cic. ad Brutum, lib. 11. 5. 6, Quamobrem te obsecro iisdem precibus quibus S. P. Q. R. vt, &c.

Cum multis lachrymis orare aliquem atque obsecrare. Cic. 4. Verr. 29.

Obsecrare veniam. Plinius epist. 206, Laus potius speranda, quàm venia obsecranda est.

Obsecrare ab aliquo. Plautus Bacchid. 20. 110,

Nunc si me fas est obsecrare abs te pater,
Da mihi ducentos nummos philippos, te obsecro.

Obsecro ne. Terent. Heaut. 5. 5. 4,

–mi vir te obsecro Ne faclas.

Obsecro vt. Plaut. Mil. 21. 8. Intrò te vt eas illa obsecrat. Terent. Heaut. 4. 4. 3, –quod si is nunc
Me deceperit, sæpe obsecrans me vt veniam, frustrà veniet. Idem Eunucho, 2. 2. 30,
–ibi homo cœpit me obsecrare,
Vt sibi liceret discere id de me. Cæsar 7. bel. Gall. 28, Obsecrant vt suis fortunis consulat.

Obsecro per. Terent. And. 1. 1. 18,

Nunc te per amicitiam & per amorem obsecro,
Principio vt ne ducas. Cic. pro Quintio, 65, Obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, &c.
Per genium dextramque, deosque penates
Obsecro & obtestor. Horat. 1. epist. 7. 19.

¶ Obsecro, Aduerbialiter positum, pro Cedò, estque veluti rogantis, cũ interrogationis particula. Terent. Eunuch. 5. 5. 21, –hem
Obsecro an is est? Id est dic quæso. Idem Aud. 4. 4. 4.
–accipe à me hunc ocyus:
Atque ante nostram ianuam appone. M. obsecro,
Hminine? Ibidem, 4. 6. 1, –obsecro
Quem video? estne hic Crito sobrinus Chrysidis? Item Eunuc. 5. 9. 58,
Obsecro te quid agimus? Cic. Attico, lib. 1 2. 14. 1. 8. Atticam saluere iube, & eam cura obsecro diligenter.

¶ Obsecro tuam fidem. Plaut. Amphit. 4. 2. 219, Nùc profectò vapula ob mendacium. Et paulò post, Tuam fidem obsecro? Ridentis.

¶ Obsecro, cum duobus accusatiuis. Cice. pro Quintio, 66. Itaque te hoc obsecrat C. Aquilli, vt quam existimationem, &c.

Obsecro quàm. Plaut. Amphit. 4. 145, Obsecro hercle quantus & quàm validus est.

Obsecratio, Verbale, (λιτανεία,) Cice. pro Fonteio, 31. Cauete ne periculosum superbumque sit, eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si dii aspernarentur, hæc salus esse non posset. Et paulò post, 33. Cuiusnam duxisse eius obsecrationem, quæ vestris sacris præsit, quàm eorum audaciam, qui cum omnium sacris delubisque bella gesserunt. Idem 3. de Orato. 114. Et Liu. 6. bel Punici, 111. Quintil. lib. 6. cap. 1. 26. Obsecratio illa iudicum per charissima pignora, vtique si & reo sint liberi, coniunx, parentes, vtilis erit.

Prece & obsecratione humili ac supplici vti. Cic. 1. de Inuent. 32.

Constituere obsecrationem. Cic. de Arusp. respons. 58. In quo constituendi nobis quidem sunt procurationes & obsecratio.

Obsecundo, obsecundas, (ὑπεικάζω, ὑπείκω,) obsecũdare. Omnia ad alterius nutum facere, vel in melius commutare. Plaut. Trucul. 16. 3. Nunc dum isti lubet, dum habes tempus, ei obsecundes. Terent. Adelphis, 5. 9. 37.

Sed si id vultis potius quæ vos propter adolescentiam
Minus videtis, magis impense cupitis, consulitis parum,
Hæc reprehendere & corrigere me, & obsecundare in loco:
Ecce me, qui id faciam vobis. Idem Heaut. 4. 6. 11. Quæ cunctà id fiat, obsecundato in loco. Cic. pro Lege Manil. 34. Non modò ciues allonferint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam ventti, tempestatesque obsecundarint. Liu. 3. ab Vrbe, 144, Propalam obuiam ire cupiditati parum ausi, obsecundando mollire impetum aggrediuntur.

Obsepio, obsepis, penu. prod. obsepsui vel obsepii & obsepsi, obseptum, (ἐμφράττω,) obsepire, Sepibus circundare. Plaut. Casina, 2. 4. 10, Vbi illum saltum video obseptum, rogo vt alterum firmat adire. Liuius 5. bel. Pun. 219. Alii obseptis itineribus super vallum saliunt. Idem 1. ab Vrbe, 23. Postquam dolo viam obseptam vidit, bellum aperti moliendum ratus.

Obsepire iter ad honores, per translationem. Liuius 4. ab Vrbe, 108, Eorum ambitione artibusque fieri, vt obseptum plebi sit ad honores iter. Ibidem, lib. 9. 174. Hæc plebi ad Curules magistratus iter obsepiit.

Obsepire viam adipiscendi aliquid. Cic. pro Murena, 45. Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant.

Obsequor, pen. corr. obsequeris, obsequutus sum, (ὑπείκω, ὑπείξω, ὑπείκω,) obsequi, Alterius voluntati morem gerere, Inseruire. Terent. Heaut. 3. 1. 10, Nos quoque senes est æquũ sed bus obsequi. Idẽ And. 1. 1. 37. Eorum obsequi studiis, aduersus nemini. Plaut. Capt. 6. 46. Qui imperare inseueram, nunc alterius imperio obsequor. Cato cap. 5. 4. Bubulcis obsequitur, quo libentius boues eurent.

Obsequi & Repugnare, contraria. Cice. 5. Tuscul. 85, Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates: quum huic obsecutus sis, illi est repugnandum.

De te tibi obsequor. Cic. pro Cluentio, 120, Quamobrem Cluenti de te tibi obsequor, neque ego legem recito, neque hoc loco pro te dico, sed ea quæ à me desiderari arbitror, non relinquam.

Obsequi alicui in omnibus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 47.

Obsequi animo suo, pro Indulgere sibi, Genialé vitam agere. Plautus. Milite, 10. 82. Es, bibe, animo obsequere mecũ, atque onerato hilarius me. Idem Bacchid. 8. 12, Paulisper Lyde labido est homini suo animo obsequi. Terent. Adelph. 1. 1. 8, Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi.

Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. Cic. in Orat. 88.

Imperio obsequi. Iuuen. Saty. 10. 35.

Naturæ bonitatique alicuius obsequi. Cic. pro Quintio, 61.

Pudori suo obsequi. Cic. ad Tironem, lib. 16. 9. 7. Sed quũ pudori tuo maluisti obsequi, quàm valetudini, reliqua cura.

Studiis alicuius obsequi. Cice. 2. Tuscu. 113. Sic faciemus, tuisque optimis studiis obsequemur.

Studiis suis etiam in asperitatibus rerum obsequi. Cice. 1. de Orat. 3.

Tempestati in nauigando obsequi, artis est. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 85.

Voluntati alicuius obsequi. Cic. 1. de Finib. 29, Obsequar igitur voluntati tuæ, dicamque si potero, rhetoricè. Sic Colu. lib. 5. cap. 1. 5.

¶ Obsequor, cum accusatiuo. Gellius lib. 2. cap. 7, Sed ea tamen quæ obsequi non oportet. Idem lib. 1. cap. 13, Instructius deliberatiusque fore arbitramur theorematum hoc de mandatis huiusce modi obsequendis si exemplum, &c.

Obsequens, penult. corr. obsequentis, omnis gen. (ὑπηρετῶν,) Obediens. Plautus Bacchid. 8. 55. Obsequens est, obediensque mori atque impetris patris. Terent. Heaut. 2. 3. 18, Propter quam in summa infamia sum & meo patri minus sum obsequens. Ibidem, 1. 1. 100.
Ingenio te esse in liberos leni puto,
Et illum obsequentem, siquis rectè aut commodè
Tractaret.

Legiones nostra liberalitate nobis obsequentes. Plancus Senatui, libro, 10. 8. 13.

Obsequens voluptati homo. Terent. Hecyra, 3. 5. 9.

¶ Obsequentior, Comparat. Salustius in Ciceroné, 1. Filia matris pellex, ibi incendior atque obsequentior quàm parenti par est.

¶ Obsequens quò libeat flecti. Plin. lib. 16. cap. 36. 8.

Obsequenter, (ὑπηρετικῶς,) obsequentius, obsequentissimè, Aduerbium, Plin. epist. 144. 2, Vixit in contubernio auiæ delicatæ seuerissimè, & tamen obsequentissimè.

Obsequium, obsequii, (ὑπηρεσία, ἐξαρκεσία,) Officiũ quo quis id sequitur, & facit, quod alteri placiturum nouit. Terentius And. 1. 1. 41. Obsequium amicos, veritas odium parit. Plin. epist. 102. b, Deinde subiungas nos quadraginta millia offerre, sicut præceperit Saturnius. illi hoc munus, illius liberalitas: nostrum tantùm obsequium vocetur. Idem in Paneg. 96. Nam secundum, imperator quidem, sub imperatore tamen Iustitiaque imputari in eo vel honori potest, vel exemplo, nisi obsequium. Cic. de Amicitia, 75. Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.

Obsequium & indulgentia corporis. Cic. 1. de Legibus, 89, Nam quum animus cognitis perceptisque virtutibus, à corporis obsequio indulgentiâque discesserit, voluptatemque sicut labem aliquam decoris, &c.

Obsequia fortunæ. Curtius lib. 8. Introduci triginta nobiles virgines iussit. Inter quas erat filia ipsius, Roxane nomine, eximia corporis specie, &c. Quæ quanquam inter electas processerat, omnium tamen oculos conuertit in se, maxime regis, minus iam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunæ, contra quam non satis cauta mortalitas est.

Obsequium ventris mihi perniciosius est cur? Hoc est, Cur indulgentia ventri permissa, est mihi perniciosa? Horat. 2. Serm. satyr. 7. 21.

Anceps obsequium. Pers. Satyr. 5. 16.
Huncine, an hunc sequeris? subeas alternus oportet,
Ancipiti obsequio dominos alternus oberres.

Plenius obsequium. Quintil. in Procœ. lib. 1. 3. Simul vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei.

Omne meum obsequium in illum fuit cum multa seueritate. Cic. Attico lib. 10. 195. 6.

¶ Aduri obsequio alicuius ad omnes res. Plancus Cice. lib. 10. 15. 3.

Obsequio & comitate adolescentis delectari. Cic. Att. lib. 6. 117. 2.

Exuere obsequium. Tacit. lib. 3. Obsequium erga imperatorem exuit.

Feci omni obsequio, vt neutri illorum quisquam esset me charior. Cic. Attico, lib. 7. 121. 5.

Grande obsequium ferre. Ouid. epist. 6. 4.

Flectere aliquem obsequio. Propert. lib. 1. eleg. 8. 8.

Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus. Ouid. 1. de Arte. 36.
Obsequio grassatur mensæ, si increbuit aura,
Catus vti velet charum caput. Horat. 2. Serm. saty. 5. 19.

Patientia & obsequio suo aliquem mitigare. Cic. in Pison. 3.

Obsequium animo sumere. Plaut. Bacchid. 2. 1. 8,
–ego dare me ludum meo gnato
Institui, vt obsequium animo sumere possit. Id est sibi indulgere, & animo obsequi.

Vincere aliquem obsequio. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 3. Senec. Octauia, 4. 6.

Obsequentia, obsequentiæ. Cæsar lib. 7. bel. Gall. Factum imprudentia Biturigum & nimia obsequentia reliquorum.

Obsequela, huius obsequele, pen. prod. (ἐξαρκεσία,) Morigeratio. Plaut. Asin. 3. 15, Omnes parentes Litanæ liberis suis
Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam.

Obsequiosus, penult. prod. Adiectiuum, (ὑπηρετικός,) Qui facile obsequitur. Plaut. Capt. 7. 59,
–nam seruus meus si esses, nihilo secius
Mihi obsequiosus semper fuisti.

Obsequibilis, & hoc obsequibile, penul. corr. (ὑπηρέτατικός,) Qui obsequitur. Gellius libro 2. cap. 29, Cognatos, affinesque nullos fermè tam obsequibiles esse ait.

Obsero, obseris, pen. corr. obsêui, obsitum, pen. corr. (κατακλείω,) obserere, Circũ seminare significat, vel potius idem quod simplex Sero. Colu. lib. 2. cap. 9. 1, Vtatur præceptis eorum qui hoberem campum in singula iugera tritici quinqi, & adorei octo modiis obserere præcipiunt. Plaut. Trinum. 8. 98, Tribus tãtis illi minus reddit, q̃ obseueris. Cic. 2. de Legi. 99, Obductaque terra erat, frugibus obsirebatur. Idem 5. Verr. 38, Obsitus campus.

Obserere, Circumplantare. Colu. lib. 3, Agrum antequam vineis obseras, explorato qualis saporis sit. Varro 1. de Re rust. cap. 14. 1.

Obserere mores, per translationem, pro Imbuere. Plaut. Trinum. 8. 99,
–hem istic
Oportet obseri mores malos, si in obserendo possint interficier.

¶ Obserere, Circundare. Virgilius 7. Aeneid. 158,
–iam setis obsita, iam bos.
Pugnos obserere. Plaut. Menæh. 2. 2. 2, Ego hisce iam sementem in ore faciam, pugnosque obseram.

Obsitus, pen. cor. Participium, (περιεκαλύφθη,) vt

Pudore obsitus. Senec. Agamemn. 15. 8.

Annis & pannis obsitus. Terent. Eunucho, 2. 2. 5, Video sentum squallidum, egrum, pannis annisque obsitum. Id est malè indutũ, & annosum. Idem Heaut. 2. 3. 53, Ea texebat vnà, pannis obsita. Sic apud Liu. 2. ab Vrbe, 95, Obsita squallore vestis. Et apud Virgilium 8. Aeneid. 62,
–obsitus æuo. Claud. 1. in Eutroplum, 35.

Frondibus obsita. Horat. 1. Carm. ode 18. 3.

Niuibus obsitum iter. Curtius lib. 5, Ventum erat ad iter perpetuis obsitũ niuibus, quas frigoris vis gelu astrinxerat.

Aer obsitus pallore. Lucan. lib. 5. 126.

Setis obsita Io. Virg. 7. Aeneid. 158.

Tenebris loca obsita. Cic. 1. Tusc. 77, Læti, obnubila, obsita tenebris loca. Ex quodam poeta.

Virgultis loca obsita. Liu. 8. bel. Pun. 5, Fragosa loca, & obsita virgultis, tenebar collea. Varro 1. de Re rust. cap. 14. 1, Primum naturale sepimẽtum quod obseri solet virgultis, aut spinis, &c.

Ruta obsita pomis. Ouid. 13. Metam. 155.

Obsero, obseras, pe. cor. (μοχλεύω, κατακλείω,) obserare, Occludere, veluti sera imposita. Teren. Eunuc. 4. 5. 25, Tu abi, atq; ostium obsera intus. Plau. Cistel. 7. 15, Illæc forti fortuna fortius aures obserat. Liu. 5. ab Vrbe, 186, Vbi eos plebis ædificiis obseratis, parẽtibus atriis principũ, maior propè cunctatio tenebat aperta quàm clausa inuadendi. Idem 10. bel. Maced. 25, Ianuam obserari iuber. Sic Colu. lib. 9. cap. 1. 3, Qui exitus ferarum obserent.

Obserat herbosos lurida porta rogos. Propert. lib. 4. eleg. 12. 2.

Tabellam liminis obserare. Catul. ad Ipsithillam, epigr. 30. 1.

Palatum obserare. Catul. in Camerium, epigr. 51. 5.

Obsitus vlceribus. Seneca de Vita beata, Papulas obseruatis alienas, obsiti plurimis vlceribus.

Obseruo, obseruas, (παρατηρέω, φυλάττω, ἐφορέω, ὀπτίλλω) obserua re, Est, inquit Valla li. 4. idẽ quod Custodire aliquid oculis animoq; in modũ speculatoris, ne nos silentio, tacitoq; prætereat. Seruius in 4. Georg. Obseruare, est Callidè aduertere. Plaut. Amphi. 4. 116, Cælũ aspectat, obseruabo quã rem agat. Idẽ Pseud. 19. 40, Nisi vt obseruemus hic quò eat, aut quam rem gerat. Terent. And. 1. 1. 142,
–obserues filium Quid agat, quid cum illo cõsilii captet. Ibidẽ, 2. 5. 2,
–iussit Pamphilum Hodie obseruare, vt quid ageret de nuptiis
Scirem. Idem And. 1. 1. 56, –obseruabam mane illorum seruulos
Venientes aut abeuntes, rogitabã, Heus puer, &c. Virg. 4. Geor. 103.
–quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit.

Custodire & obseruare. Q. Cic. de Petit. Consul. 36, Fac itaq; vt se abs te custodiri atque obseruari sciant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insidiari & obseruare. Cic. in Orat. 122. Non enim id agit, vt insidietur & obseruet: sed iam fatet, processumque vult, dicendique vim admirans, non inquirit quod reprehendat.
Vbi multi obseruandi sunt & multa seruanda, nihil est mali, canes ibi quã plurimos esse. Cic. pro Roscio Amer. 54.
Ex inopinato obseruare. Cic. 1. de. Nat. deor. 183. In araneolis aliæ quasi retia texunt, vt siquid inhæserit, cõficiant: aliæ autem vt ex inopinato obseruiant, & siquid incidit arripiunt, idque consumunt.
Restricte non obseruat amicitia ne plus reddat quãm acceperit. Cicero de Amicitia, 57.
Obserua an. Plau. Asin. 13. 60. Tuus obseruet, Venerine eas det, an viro.
Obseruare quemadmodum. Cic. 1. Verr. 28. Nunc autem homines in speculis sunt, obseruãt quemadmodum se vnusquisque vestrum gerat in retinenda religione, conseruandisque legibus.
Obserua quãm blande. Plaut. Amphi. 6. 9. Obseruatote quãm blandè mulieri palpabitur.
Animaduersionem Censoriam vt rem iudicatam nunquam perinde obseruauerunt. Cic. pro Cluentio, 92.
Censum obseruare qui alicui habitus esset. Cic. 4. Verr. 97.
Fœdus ictum obseruare. Silius lib. 17. 16.
Ianuam obseruare. Plautus. Asin. 7. 7. Væ illi qui tam indiligenter obseruauit ianuam.
Leges obseruare. Cic. pro Domo sua, 56.
Nutum obseruare. Cic. 4. Tusc. 110. Lena delinita argento nutum obseruabit meum. Ex Nœuio. Vide NVO.
Obseruationes alicuius diligenter obseruare. Cice. Seruio, lib. 14. 28. 1.
Occupationem & tempus alicuius obseruare. Cice. pro Roscio Amer. 13.
Quum præsertim tam multi occupationem eius obseruent, tempusque aucupentur, &c. Liu. 1. ab Vrb. 25. Vt tanquam nauale bellum tempestatibus captandis, & obseruando tempore anni gerant?
Obseruari animaduertique res poterunt, etsi causæ earum non reperientur. Cic. 2. de Diuinat. 69.
Scripturam alicuius obseruare, pro Reprehendere. Terenti. in Prologo, Adelph. 2.
Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem.
Inquirere in se, atque sese obseruare. Cic. de Claris Orat. 154. Quod quã quam scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse sese obseruans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat.
Signa aliqua obseruare. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 16.
Tempus aliquod obseruare. Cic. Bruto. lib. 11. 16. 1. Ouid. epist. 7. 33.
Tempus vlciscendi obseruare. Cic. 4. Tusc. 32.
¶ Obseruare, Verbum augurum. Virg. 6. Aeneid. 40. Obseruãs quæ signa ferant, quò tendere pergant, &c. Vbi Seruius, Obseruare enim & de cœlo, & de auibus, verbo augurum dicitur.
Obseruare, Venerari & admirari aliquem, tantũ dignitatis vel virtutis cultu. Virg. 4. Georg. 42.
Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes Obseruant.
Obseruare, colere, diligere. Cice Octauio, lib. 13. 22. 1, M. Æmilius Aulanus, ab ineunte adolescentia me obseruauit, semperque dilexit. Idem 1. Offic. 207. Eos autem quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de Rep. sentientes, ac bene meritos aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos, obseruare & colere debemus. Idẽ ad Sulpitium, lib. 4. 3. 16. In quo ille existimat quòd facile appareat, quum me colat & obseruet, sibi quoque in eo se facere gratissimum. Idem ad Licinium, li. 5. 8. 13. Hoc magis sum Publio deditus, quòd me, quanquam à pueritia sua semper, tamen hoc tempore maximè, sicut alterum parentem & obseruat & diligit.
Colimus & obseruamus diligenter Cæcilium. Cic. ad Atticũ, lib. 2. 34. 9.
Regem obseruant. Virg. 4. Georg. 43.
Officiis, non largitione aliquem obseruare. Cic. pro Plancio, 32.
Perofficiosè & peramanter obseruare aliquem. Ci. Pæto, lib. 9. 20. 7.
¶ Obseruatum, Impersonaliter, pro Deprehensum & animaduersũ. Plin. lib. 16. cap. 22. 1. Obseruatumque non arescere nisi tenuia.
¶ Habitum ita & obseruatum est. Cic. Attico, lib. 3. 65. 4.
Obseruatum & vetustum aliquid habere. Cic. 2. de Diuinat. 69.
¶ Obseruata Hippocrati, pro ab Hippocrate. Plin. lib. 7. cap. 51.
Quæque alia Hippocrati principi medicinæ obseruata suot.
Obseruito, obseruitas, pen. corr. obseruitaui, obseruitũre, Frequentatiuũ. Cic. 1. de Diuinat. 165. Neque solum deorum voces obseruitauerũt Pythagorei, sed etiam hominum quæ vocant omina.
Obseruãs, obseruãtis, (παρατηρῶν,) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. ad Atticum, lib. 16. 341. 1. Vt me hercule paucos æquè obseruantes atque amantes me habere existimem.
Amantem se & obseruantem habere aliquem & sui cupidum. Cic. Planco in Epist. ad Atticum, lib. 16. 341. 1.
Populus fit obseruantior æqui. Claud. 7. Paneg. 60.
Obseruans tui, Obseruantissimus mei, pro Amans, vel amãtissimus: hoc est Qui nos amat, vel obseruat cum veneratione quadam. Cice. pro Quinctio, 11. Ita credo hominem propinquum tui obseruantem, virum bonum, &c. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 18. Fert enim grauiter homo & mei obseruantissimus, & sui, dignitatisque retinẽs, se apud te neque amicitia, nec iure valuisse.
Omnium officiorum obseruantissimus. Plin. epist. 150. Quum sis omnium officiorum obseruantissimus: quumque omnes, quos probas, effusissimè diligas.
Obseruãtus, pen. prod. Participium. (παρατετηρημένος,)
Notæ obseruatæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 2.
Sidera obseruata. Ouid. 3. Fast. 23.
Vestigia obseruata sequor. Virg. 2. Aeneid. 151.
Obseruãtus, huius obseruãtus, pen. prod. παρατήρημα, Nomen, Idẽ quod Obseruatio. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 3. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterquã quũ dẽtes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub ea lacunæ, ex obseruatu dicũt eũ equũ habere annos sedecim.
Obseruantia, obseruãtiæ, (παρατήρησις, εὐλάβεια, ἀστοχασία,) ab Obseruo, pro Veneror & Admiror, significat venerationẽ quandã, & honoris exhibitionem in aliquẽ. Liu. lib. 1, Obsequio & obseruãtia in regem cũ omnibus, benignitate erga alios cũ rege ipso certaret. Cice. Attico, lib. 11, 225, 1. Deque tua erga se obseruantia, beneuolẽtiaque mihi plurima exponit. Eidem lib. 4. 70. 1. Propter meam in te obseruantiam. Idẽ Sulpitio, lib. 4. 4. 16. Seruius tuus, vel potius noster, summa me obseruantia colit.
Obseruantia est, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reuerentur & colimus.
Colere obseruantia aliquem. Cic. Cornificio, lib. 12. 26, 1.
Mea tibi obseruantia nunquam defoit. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 9.
Officia obseruantiamque alicuius diligere. Cic. pro Corn. Bal. 51.
Magnum onus obseruantiæ alicui imponere. Cic. Attic. lib. 13. 268. 4.
Retinere obseruantia amicos, rem par sumoma. Cic. pro Quint. 40.
Obseruantia pro obseruatione vel consuetudine. Suet. In Augusto, cap. 76. Ex hac obseruantia nonnunquam vel ante initiũ, vel post dimissum conuiuium solus cœnitabat, quum pleno conuiuio nihil tangeret. Vlpian. in L. 1. ff. De militari test. Si ad diligentiam legum & obseruantiam reuocentur.
Obseruatio, obseruationis, (παρατήρησις,) Verbale, quasi adnotatio quædam, & animaduersio. Plin. lib. 11. cap. 10. 2. Mira obseruatio operis.
Antiqui sermonis obseruatio. Suet. de Claris gramma. 24. Reliquit autem non mediocrem syluam obseruationum sermonis antiqui.
Absumpta obseruatio. Plin. lib. 11. cap. 37. 41.
Difficilior obseruatio. Quintil. lib. 1. cap. 1. 15.
Lubrica obseruatio. Quintil. lib. 1. ca. 5. 4. De vitiis, ac virtutibus oratoris.
Perpetua obseruatione dignum. Quinti. lib. 1. cap. 11. 7.
Summa erat obseruatio in bello mouendo apud antiquos, Cicero 1. Offici. 55.
Obseruationi operam dare. Plaut. Mil. 9. 5.
Nam ego excubantem eam morbo officiendi domi:
Certum est nunc obseruationi operam dare.
Natura & casu, Ratione & obseruatione facere aliquid: contraria. Cic. de claris Oratoribus, 16. Verumtamẽ, natura magis, tum casu nonnunquã, quàm aut ratione aliqua, aut obseruatione fiebat.
Diuturna obseruatio notandis rebus fecit artem. Cic. 2. de Diuinat. 215.
Habere aliquam obseruationem. Quintil. lib. 6. cap. 3. 8. Verùm hoc quisquid est, vt non ausim dicere carere omnino arte, quia nonnullam obseruationem habet, &c.
Inuenire obseruatione scientia non potuit. Cic. 2. de Diuin. 118.
Prudentium obseruatione & aurum terminatione inuentus est versus. Cicer. in Orat. 103.
In obseruatione esse Plin. lib. 17. ca. 21. 10. Quondã in obseruatione erat, vt defringerentur ex imputata buxo, aliter vinere non crediti.
Notitia sui corporis, & obseruatione sustentatur valetudo. Cicero 2. Offici. 117.
¶ Obseruatio, Idẽ aliquando quod Obseruãtia, hoc est Honor & reuerẽtia. Valerius Maximus li. 1. ca. 1. Neque sicut collegio Pontificũ auctoritas amplissimi viri, aut Marcello adiectio impensæ impedimento fuit, quo minus religionibus suus tenor suaque obseruatio redderetur.
Obseruabilis, & hoc obseruabile, pen. corr. (παρατηρητός,) Quod idoneũ est vt obseruetur vel veneretur. Cuius compositum est Inobseruabilis. Plin. lib. 2. cap. 17. 6. In Martis sidere, cuius est maximè inobseruabilis cursus, nunquam id stationem facere. Quintil. lib. 9. cap. 1. In armorum certamine & aduersos ictus & rectas & simplices manus tum videre, tum etiam cauere & propulsare facile est tauersæ, tectæque minus sunt obseruabiles. Hoc est, quæ caueri possunt.

Obses, obsidis, Vide OBSIDEO.

Obsideo, obsides, pen. corr. obsẽdi, pe. prod. obsessum. (πολιορκῶ, περιστέλλω, περιστέμμα, προσκαθέζομαι, πρόσκαθημαι,) obsidẽre,

obsidẽre, Circumsidere significat, Obsessum tenere, ac fossa & vallo septum retinere: in quo quies significatur, quasi obstare. Salust. in Iugurtha, Armis obsessus tenetur. Hoc est Impeditus. Curtius, Per hos pellices introducebantur alio aditu quãm quem armati obsidebant. Cic. 7. Philip. 127. Qui Murinam coloniam Pop. Romani & consulem designati obsederit. Idem pro Fonteio, 17. Ab his gentibus sanctis, & in testimonio religiosis, obsessum Capitoliũ est. Et pro Lege Manilia, 13. Vrbemque Asiæ clarissimam, nobilisque amicissimam Cizicenorũ, obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine, & oppugnatam vehemẽtissimè, quã L. Lucullus virtute, assiduitate, consilio, summis obsidionis periculis liberauit. Idem 7. Verr. 113. Nam vt illi quos à poetis accepimus, qui sinus quosdam obsedisse maritimos, aut aliqua promontoria aut præruptas saxa tenuisse dicuntur.
Aditus armati obsident. Cic. 2. Philip. 92.
Cohors obsidet ædes. Iuuenal. Saty. 10. 1.
Obsedere alii telis angusta viarum. Virg. 2. Aeneid. 67.
Campos obsedit milite. Virg. 3. Aeneid. 80.
Fores obsedere strictis mucronibus. Virg. 2. Aeneid. 90.
Miles obsidet hostem. Lucan. lib. 6. 14.
Præsidiis obsidere & occupare Italiam. Cic. 1. pro Leg. agra. 74.
Obsidere itinera. Curt. lib. 6. Iam ad omnes aditus dispositi milites, equites itinera quoque obsidere iussi, nequis ad Parmenonem, &c.
Armis obsedit Senatum Antonius. Cic. 7. Philipp. 226.
Obsidere, oppugnare, & labefactare aliquam vrbem. Ci. de Aruspr. resp. 5.
Vi, ferro, metu obsidere. Cic. Post red. in Senato. 2.
¶ Obsidere, pro Occupare & detinere. Cic. 2. Ver. 4. Vt perspicui cuiuis esse possit, hominem ab isto quæsitum esse, non qui reum suum adducere, sed qui meum tempus obsideret. Hoc est, Qui accusando locum occuparet, vt ego istum accusare non possem. Budæus.
Vinu regiæ potestatis obsederat Dictatura. Cic. 1. Philipp. 2.
Latus lævum obsidet Charybdis. Virg. 3. Aeneid. 84.
¶ Obsidere, pro Circumstare. Seneca, Varia & incerta pericula humanam vitam obsident. Cice. pro Placco, 45. Quum spectatur atque obsidet Rostra vindex temeritatis, atque moderatrix officii Curia. Budæus. Curtius lib. 9. Toto eo die ac nocte quæ sequuta est, armatus exercitus regiam obsedit, confessus omnes vnius spiritu viuere. Nec prius recesserunt, quam compertum est somno paulisper acquiescere. Obsedit, hoc est circumsteterit custodiæ causa.
Locus obsidetur corporibus. Cic. 1. de Nat. deor. 88.
Spatium vel locum obsidere, pro Obtinere. Celsus, Si totũ id ramex obsederit, &c. Et alibi, Si ita pars aliqua obsidetur, vt maiore vitio vacet.
Stuprum obsidere, Insidiari stupro. Cic. 1. in Catil. 18. Iacere hominũ modò ad obsidendum stuprum, verumetiam ad facinus obeundum.
Obsideri & teneri. Cice. in Orat. 122. Quum is qui audit, ab oratore iam obsessus est ac tenetur.
¶ Obsidere, Idem quod Sedere. Terent. Adel. 4. 6. 6.
– nunc verò domi Certum obsidere est vsque, donec redierit. Plaut. Pœn. 1. 23. Seruine obsideant, liberis vt sit locus.
Inter Obsidere & oppugnare vrbem differẽtia hæc est, quòd illud fit motu, hoc impetu. Liuius lib. 2. ab Vrbe, Consiliis ab oppugnanda vrbe ad obsidendam versis.
Obsido, obsidis, pen. prod. obsẽdi, (πολιορκῶ, περιστέλλω,) obsidere, Idem quod Obsideo significat nisi quòd motus quidã inest, vt quasi sit Obsistere. Sallustius, Præmittit illis homines militares, sine tumultu collocatis præsidiis, sicuti præceptum erat, occultè Pontem obsidunt.
Obsidior, obsidiãris, (ὑποκαθέζομαι,) obsidiari, Circà insidias facere. Colum. lib. 9. cap. 14. 8. Sed inter Caniculæ & Arcturi exortum cauendum erit, ne apes interciplantur violentia crabronum, qui ante aluearia plerunque obsidiantur prodeuntibus.
Obsidens, Participium, (περιστέλλων,) Catul. Argon. epig. 59. 69. Troiaque obsidens longinquo mœnia bello.
Obsessus, Aliud participium, (περιστατούμενος,) Plin. lib. 16. cap. 5. 1. Dulcissima omnium fagi, vt qua obsessos etiam homines durasse in oppido Cisio tradit Cornelius Alexander. Cæsar 1. bel. Ciuil. 318. Tãdem omnibus rebus obsessi, quartum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquæ, ligni, & frumenti inopia, colloquium petunt.
Obsessis viis, commeatu interclusis. Cæsar 3. bel. Gal. 446.
Bellis obsessus & vndis. Stat. 9. Theb. 98.
Obsessi & impares. Quintil. lib. 3. cap. 8. 16.
Artus obsessos occupat mihi sudor. Ouid. 5. Metam. 127.
Corpus obsessum glaciali frigore. Ouid. 9. Metam. 117.
Fauces obsessæ, Id est clausæ. Virg. 3. Georg. 103. Seruius.
Legio vallis obsessa tenetur. Virg. 10. Aeneid. 14.
Limen obsessum acta testudine. Virg. 2. Aeneid. 89.
Pectora obsessa multis malis. Seneca Herc. fur. 12. 12.
Obsidium, obsidii, (πολιορκία,) Ipsa obsidio. Colum. lib. 9. cap. 7. 6. Atque vtilissimum est pro frequentia domicilii duos vel tres aditus in eodem operculo distantes inter se fieri contra fallaciam lacerti, qui velut custos vestibuli, prodeũtibus inhians apibus affert exitiũ, cæsi pauciores
Intereunt, quũ licet vitare pestis obsidia per aliud vadentibus effugiũ.
Capessere obsidia. Tacit. lib. 12, Obsidia vrbium Romani capesserent.
Dare aliquem obsidio. Tacit. lib. 11. Multi ad Gotarzen inclinabant: qui quidam ad Meherdatem prolem Phrahatis obsidio nobis datum.
Facere obsidium. Gel. lib. 15. cap. 30.
Soluere obsidium. Tacit. lib. 4. Primo sui incessu soluit obsidium.
Obsidium tuo tergo est, inquit Plautus in Milite, 5. 64.
Obsidio, obsidiõnis, (πολιορκία,) Ipse obsidendi actus. Ci. pro Rabirio perduel. reo, 22, Quum innumerabiles hostiũ copias in Italia fudisset, atque obsidione Rempub. liberasset. Plaut. Rud. 19. 57, Certum est hacce hodie vsque obsidione vincere. Cæsar 5. bel. Gall. 115, In quo si non præsens periculum, at certè longa obsidione fames esset pertimescenda. Ibidem, lib. 4. 511.
Longæ obsidionis dira egestas. Iuuenal. Satyr. 15. 10.
Abstinere obsidione. Vide ABSTINEO.
Partim vi, partim obsidione capere vrbes. Cic. pro Murena, 17.
Cingere vrbem obsidione. Virg. 3. Aeneid. 11.
Claudere muros obsidione. Lucan. lib. 3. 69.
Eximere obsidione. Liuius, Ibi quoque circumsessus, aduentu fratris obsidione eximitur. Idem, Legati aduenerunt, orantes vt se obsidione eximeret. Vide. EXIMO.
Eximere ex obsidione. Generatores. Cic. Sestio, lib. 5. 6. 6.
Leuari obsidione. Virg. 10. Aeneid. 6.
Periculis obsidionis liberare aliquem. Cic. pro Leg. Manil. 13.
Ingenti obsidione premebat vrbem. Virg. 8. Aeneid. 130.
Solutus obsidione. Claud. 2. Paneg. 45.
Castra tenentur obsidione. Virg. 10. Aeneid. 22.
Trahere in longios obsidionem. Quintil. lib. 1. ca. 10. 35, Transeamusq; o Archimedes vous obsidionem Syracusarum in longios traxit.
Obsessio obsessiõnis, Idẽ, (πολιορκία,) Ci. p Corn. Balbo, 4, Hunc enim in ea ciuitate, in qua sit natus, honestissimo loco natũ esse cõcedis, &c. nullius laboris, nullius obsessionis, nullius prælii expertem fuisse.
Obsessio templorum, occupatio fori. Cic. pro Domo sua, 3.
Obsessor, obsessõris, (πολιορκητής) Qui obsidet. Liu. 9. ab Vrbe, 74, Papyrio quoq; qui obsessor Lucretiæ restiterat.
Obsessor fori. Plaut. Pseud. 13. 18, Hoc ego fui hodie solus obsessor fori. Cic. pro Domo sua, 11, Obsessor curiæ.
Obsessor aquarum. Ouid. 2. fast. 52,
Hic mihi causa moræ vinarum obsessor aquarum,
Hic tenui fontes, officiumque meum.
Obsidiæ, obsidiarum, dicitur sicut & Insidiæ, (ἐνέδραι,) Colu. lib. 8. cap. 2. 5, Dum tamẽ anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium: ne obsidiis hominum aut insidiosorum animalium diripiantur.
Obsidionãlis, & hoc obsidionãle, pen. prod. (πολιορκητικός,) Ab obsidione deriuatur. Vnde Corona obsidionalis, quæ debebatur ei qui obsessos ab hostibus liberasset. Fiebat autem gramine viridi, ex eo loco decerpto in quo erant inclusi. Plin. de Viris illust. 17, Quare à Minutio & eius exercitu obsidionali corona donatus est. Ibidem, 58, Tribunus in Africa sub Tito Manilio Imperatore cohortes octo obsidione vllatas consilio & virtute seruauit, à quibus corona obsidionali donatus. Liu. 7. ab Vrbe, 176, Secundum Cõsulis donationem legiones gramineam coronam obsidionalem, clamore donum approbantes, Decio ponunt. Vide Plinium lib. 22. cap. 4. 5.
Obses, obsidis, pen. corr. cõ. g. (ὁ μάρτυς,) Qui traditur imperio alicuius ea conditione, vt si dator obsidis à fide recedat, recipienti sit potestas in corpus & vitam eius sæuiendi qui datus est obses. Hic quoniam obsidionis causa dari cõsueuit, inde nomen assumpsit: quãuis Festus ex ob & fides cõpositum velit, per mutationẽ literæ, q; sit ob fidem datus.
Cæsar 1. bell. Gall. 105, Eo postquam Cæsar peruenit, obsides seruos, qui ad eos profugissent, poposcit. Cice. Attico, lib. 4. 85. 18, Confecta Britannia, obsidibus acceptis, &c. Idem 1. Ver. 39, A nobis multos obsides habet Populus Romanus. Ouid. 1. Metam. 46,
– missi de gente Molossa,
Obsidis vnius iugulum mucrone resoluit.
Coniugii sponsor & obses. Ouid. 2. epist. 7.
Accipere obsides. Cic. Catoni, lib. 15. 4. 31. Vide ACCIPIO.
Fidei obsides accipere. Seneca Thyeste, 6. 6.
Cauere obsidibus, Vide CAVEO.
Dare obsides. Cic. 5. Verr. 105.
Imperare obsides. Cic. pro Lege Manilia, 15.
Mittere obsides, Vide MITTO.
Obses, Per translationem. Cic. 4. in Catil. 81, Habemus enim à C. Cæsare sicut ipsius dignitas & maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam tanquam obsidem perpetuæ in Remp. voluntatis.
Damnationem aliquam obsidem dare. Cic. pro Cluentio, 67.
Libertatem animi obsidem relinquere. Cic. Antequã iret in exil. 18, Neq; verò M. Tullius suum ausum à vestra abalienauit potestate, quum præcipuum vobis obsidem sui animi, vestrum reliquerit libertatem.
Obsidiãnus, pen. prod. Adiect. (ὀβελιακός,) Obsidianum vitrum, de quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plin.lib.36.cap.16.7.In genere vitri & obsidiana numerantur,ad similitudinem lapidis,quem in Aethiopia inuenit Obsidius,nigerrimi coloris,aliquando & translucidi,crassiore visu,atque in speculis parietiſ pro imagine vmbras reddẽte.Gemmas multi ex eo faciant, videmusque & solidas imagines diui Augusti,capti materia huius crassitudinis:dicauitque ipse pro miraculo in templo Concordiæ obsidianos quatuor elephantes. Remisit & Tiberius Cæsar Heliopolitarum cæremonijs reportam ibi in hæreditate eius qui præfuerat Aegypto obsidianam imaginem Menelai.Et paulo pòst Xenocrates obsidianum lapidem in India & in Samnio Italiæ,& ad Oceanum in Hispania nasci tradit. Fit & in tinctura genere obsidianum ad escaria vasa,totum tubens vitrum, atque non translucens hæmatinum appellatum.

Obsigillo, obsigillas,obsigillaui,obsigillare, Abscõdere.Sene.epist.1.lib.21.Nunc multa obsigillant, & aciem vestram vel splendore nimio tepercutiunt,vel obscurè retinent. Alludit ad morem antiquum obsignandi annulo quæ clausa esse volebant.

Obsigno, obsignas,obsignare,(ἐπισφραγίζω,κατασημαίνομαι,κατασημαίνω,) Signi impressione occludere: & ad literas,cæteraque quæ signo quouis notantur aut imprimuntur, pertinet. Plaut.Bacch.1.1.97.Cedo tu ceram ac linum actutum tage obliga, obsigna cito. Idem Casin.4.1.Obsignate cellas,referte annulum ad me. Et Amphit.4.167,Amphitrionis obsignata signo est. Ibidẽ,8.150. Quid ego illam exoluam?obsignata est rectè. Idem Pers.7.11.
Nam id demum lepidum est, tripercos homines, vetulos, auidos aridos Bene admordere, qui allium seruio obsignant cum tale. Qu.Cicero ad Tironem,lib.16.16.2.Planè te rogo,sicut olim matrem nostram facere memini,quæ lagenas etiam inanes obsignabat,ne dicerentur inanes aliquæ fuisse.

Obsignare & occludere.Cice.2.de Orat.138.Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace seruio,Solũ esse cui domi nihil sit nec obsignatum,nec occlusum:quod idem in bono seruo dici solet,&c.

Obsignare quandoque capitur pro signo notariorum, seu subscriptione eorum aut testium signare. Cice.pro Cluentio,30.Dinca testamentum faciente,quum tabulas prehendisset, Oppianicus qui gener eius fuisset,digito legata delent. & quum id multis locis fecisset,post mortem eius,ne liturisꝛ coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum,signis adulterinis obsignauit. Cicero pro Quintio,45. Eius rei conditionisque tabellas obsignauerunt viri boni complures. Idem ad Qu.fratrem,lib.3.14.14. Duas enim tabulas se putauit obsignare, in quibus in vnaꝰ firmissimum. Idem 7.Verr.80.Iste in tabellas referi, obsignat signis amicorum prouidens homo. Ibidem,4.137. Hæc omnia summa cura & diligentia recognita & collata,& ab hominibus honestissimis obsignata sunt.

Signis iudicum tabulas obsignare.Cic.pro Flacco,36.

Testamenta obsignare.Cæsar 1.bel.Gall.158. Vulgò totis castris testamenta obsignabantur.

Codicem obsignare.Cic.3.Verr.106.

Literas & epistolas obsignare,pro Occludere & sigillare quod dicitur.Cice.ad Atticum,lib.5.107.1.Obsignaram iam epistolam meam, quam puto te modò perlegisse scriptam mea manu,in qua omnia continẽtur quum subito,&c. Idem ad Brutũ,2.1.Scripta & obsignata iam epistola,literæ mihi redditæ sunt à te.

Publico signo literas obsignandas curaui.Cic.6.Verr.124.

Pecuniam obsignare. Cicero pro Cluentio,36. Pecuniaque obsignata quæ ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri liberti Fabritiorum deprehenditur.

Obsignatus,pen.prod.Participiũ,(ἐπισφραγισθείς,) vt Decretum ab amplissimis viris obsignatum.Cic.Planco,in epist.ad Atticũ,li.10.141.3.

Agere cum aliquo tabellis obsignatis.Cic.5.Tusc.48.

Naturam obsignatam habere in quiete vita est matrona. Cice.2.de Diuinat.114.Vide NATVRA.

Habere aliquid obsignatum.Lucret.lib.2.118.
Illud in his obsignatum quoque rebus habere
Conuenit,& memori mandatum mente tenere.

Obsignãtor,pen.prod.obsignatoris,Verbale,(ἐπισφραγιστής,)Cicer.pro A.Cluentio,27.Quum esset adolescens apud muliercula quandam, atque ibi pernoctaret,& ibi diem posterum commoraretur,A iulius,vt erat constitutum,simulat se ægrotare,& testamentum facere velle.Oppianicus obsignatores,ad eum,qui neque A sinium neque A iulium nosset,adducit. Idem Attico,12.241.13.Quod scribis Terẽtiam de obsignatoribus mei testamenti loqui,primùm tibi persuade,me istæc non curare. Eidem,lib.14.312.6.Poterõne eos ipsos non laudare qui te obsignatorem adhibuerunt?

Literarum obsignator.Cic.pro Cluentio,147.

Obsipo, obsipas,(πεφυραλα,)obsipare,Obiicere, vt ait Festus:vt quum rustici dicunt,Obsipa pollis escam.

Obsisto, obsistis,obstiti,obstitum,pen,corr.(ἀντιβαίνω,ἀντίσταμαι,) obsistere,Contra sistere,obstare,repugnare.Cic.de Amic.25.Cogitis certè studiis enim generorũ,præsertim in re bona,cũ difficile est,tum ne æquum quidem obsistere. Idem de Senect.65.Hoc est illud quod Pisistrato tyranno à Solone responsum est,quum illi quærẽti quã tandem spe fretus sibi tam audacter obsisteret,rel pondisse dicitur quã tandem spe fretus sibi tam audacter obsisteret,rel pondisse dicitur,senectute. Et 2.Verr.21.Nunc quoniam pugnare contra me instituisti,non tam ex tua natura,quàm ex istius tempore & causã,malitia si necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere.

Hic obsistam,ne imprudenti hic ea se subrepsit mihi.Plaut.Milite,5.63.

Obsistere alicui obuiam.Plaut. Amphit.1.1.2.Nec quisquam tam audax fuat homo,qui obuiam obsistat mihi.Idem Capt.13.22. Eminor,interminorque,ne quis mihi obsisterit obuiam.
Nam qui obsisterit, ore sistet. Et paulo pòst,32. Qui mihi in cursu obsisterit.

Obsistere & defendere.Cic.6.Ver.84.Qui primo quum obsistere & defendere conaretur,malè multati clauis ac fustibus repelluntur.

Audaciter obsistere alicui.Cic.de senectute,65.

Fugienti obsistere.Ouid.12.Metam.85.

Minis obsistere.Lucret.lib.1.22.

Freta obsistunt remis.Ouid.epist.13.1.

Vento obsistere.Ouid.2.de Arte,140.

Vix obsistitur ventis.Ouid.11.Metam.11.

¶ Obsistilli non potest,hoc est Resisti,& obuiam iri Cice.2.de Fini.81.
Itaque idem natura victus (cui obsisti non potest) dicit alio loco,&c. Idem ad Matium,lib.7.3.14.Postea autem quàm alicuius culpa tantum valeret vnus,vt obsisti non posset.

Dolori obsistere.Cic.2.Tusc.50.

Repugnari obsistique fortunæ magnitudine animi facilè potest. Cice.4.de Finib.19.

Iniuriæ obsistere.Cic.1.Offic.36.Qui autem nec defendit,nec obsistit,si potest iniuriæ,tam est in vitio,quàm si parentes,aut patriam deserat.

Libidini alicuius obsistere.Cice.7.Verr.66.Quis enim vnquam istius libidini obsistit?

Odiis multorũ nullæ opes possunt obsistere.Cic.2.Offic.31.

Opinionibus obsistere.Cic.4.Acad.194.

Sermoni alicuius obsistere.Cic.Q.o.fratri,lib.1.2.7.

Iura obsistunt viribus.Lucan.lib.3.23.

Visis obsistere,assensusque suos sibi mè sustinere,summum munus sapientis est.Cic.1.de Finib.48.

Vitiis obsistere.Cic.2.Offic.52.

Obsitus, Vide OBSERO,obseris.

Obsoleo, obsoles,pen.corr.obsolui & obsoleui,obsoletũ.pe.prod. (ἀπαχρειοῦμαι,) obsolère,Ex ob,id est contra:& oleo,interposita litera.Est deficere,inueterascere,deuescere.Idem significat & Obsolescere.Cice.pro lege Manilia,36.Obsoleuit iam ista oratio,re multo magis quàm verbis refutata.Id est deficit,siue ab vsu recessit. Idem 2.Philipp.103.In homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia.Id est sordida erant,sordebant,inquit Budæus.

Obsolescere interiecto spatio.Senec.de Beneft.lib.1.cap.1.Nam quæ recẽtia apud illos viguerunt,ea interiecto spatio obsolescunt.

Propter vetustatem obsoleuerunt res.Cic.1.Academ.55.

Splendor obsoleuit.Cic.pro Quintio,40.Antiquam officii rationem diluxit,cuius splendor omnis his moribus obsoleuit.

Laus alicuꝰ obsolescit.Tacit.li.4.Ne Blæsi auũculi eiꝰ laus obsolesceret.

Gloria obsolescit.Curtius li.9.Citò gloria obsolescit in sordidis hostibus. Nec quicquam indignius est,quàm confundi eam,vbi non possit ostẽdi.

Virtus obsolescit.Cic.pro Sestio,51.Splẽdetque per se semper,nẽque aliis vnquam sordibus obsolescit.

Nitẽre & Obsolescere vectigalia dicũtur,contraria.Cice.pro Lege agraria,13.Nõ dico solũm hoc in Repub.vectigal esse,quod amissis aliis remaneat,intermissis non conquiescat,in pace niteat,in bello nõ obsolescat. Id est sordidetur.

Obsoleuerunt chartæ.Cic.pro Cælio,31.Chartæ quoque quæ illam pristinam seueritatem continebant,obsoleuerunt.

Obsolefio,obsolefis,obsolefactus sum,obsolefieri Seneca epist.29.Diluitur authoritas,nec habet apud eos satis pòderis,quos pollet minus obsolefacta corrigere. In alio autem significatu apud Valerium li.3.ca.5. Idem Præturæ petitor cãdidam togam adeò turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit.Id est inquinatam.

Obsolẽtus,pe.prod.A dicẽt.(ἀπαχρειωθείς)Inueteratũ significat,& quod ab vsu recessit:vt Verba obsoleta.Cic.pro Quintio,39.Audacem?cupidum?perfidiosum?vulgaria & obsoleta sunt. res aũt noua & inaudita.

Nimis antiqua hæc & iam obsoleta sunt.Cic.3.Verr.37.

Vetustas obsoleta.Quintil.lib.4.cap.1.41.

Barbara & obsoleta verba.Cic.ad Atticum,li.1.14.15.Non dicam quod tibi,vt opinor,Panormi Lucullus de suis historiis dixerat,se,quo facilius illas probaret,Romani hominis esse ideirco barbara quædam & obsoleta dispersisse.Ex vetusto codice legitur,σπολαιας, dispersisse.

Abiecta & obsoleta verba fugiat orator.Cic.3.de Orat.83.

Obsoleta studia militaria.Cic.pro Fonteio,27.Quid nunc vobis facilè est,studiis

est,studiis militaribus apud iuuentutem obsoletis,&c.
Paulo obsoletior oratio.Cic.3.de Oratore,10.

Villa & obsoleta spolia.Curtius in principio libri 9.Proindeiã villa & obsoleta esse spolia de Persarum gemmis,marga litisque & auro atque ebore Macedoniam Græciamque,non suas tantum domos repleturum.

Obsoletum amiculum.Curtius lib.6. Tum Philotam religatis post tergũ manibus obsoleto amiculo velarum iussit induci.

Tecti obsoleti sordes.Horat.2.Carm.ode 10.2.

Vestis obsoleta.Detrita & sordida.Liu.7.bel.Pun.187.Sed erat veste obsoleta,capilloque & barba promissa. Cice. 2.de Lege agraria,27. Iam designatus,alio vultu,alio vestis sono,alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore,corpore inculto,&c.

Color obsoletus.Colu.li.2.ca.11.10.de cicera, Sapore certè nihil differt à cicere cula,colore tantũ discernitur:nã est obsoletior,& nigro ꝓpior.

Dextra obsoleta sanguine,Id est maculata Senec.Agamem.13.5.

Malier obsoleta sordibus paternis.Horat.5.ipod.17.10.

Obsoleti,(ἀπαχρειωμένοι,) obsoletius,obsoletissimè.Cice.3.Verr.108. Saltem vt eum,cuius opera ipse multos annos est in sordibus, paulo tamen obsoletius vestitum videret.

Obsonator,Obsonium,Obsono, obsonas, Vide OBSONIVM

Obsonus, obsona,obsonum,penul.corr.p. (ὀψοφάγος,) Malum sonum habens. Varro, Humili & obsona & tremula voce. Fortasse legẽdatur absona.

Obsorbeo, obsorbes,obsorbui & obsorpsi,obsorptum,(κατασίφω,) obsorbère,Totum sorbere.Plaut.Curcul.734.
Vio aquam te,si fastidiosa est,da ablecero,hercle obsorbeam.

Obsordeo, obsordes,obsordui,(κατασαπῶ,) obsordère, Obsolescere,inquit Nonius. Cæcilius, Obsorduit iam hæc in me ærumna miseria.

Obstetrix, pen.corr.obstetricis,fig.(μαιοβότανος,μαιοβότανος,) Ab obstando, vel obsistendo. Donatus, Quiæ opẽ tulerit parienti,obstetrix dicitur:vnde & parturientes, Feropem, clamant. Terent.And.1.5.64.Obstetricem accersio.Plin.lib.28.cap.7.1. Quæque alia non obstetrices modò, verò etiam ipsæ meretrices prodidere.

Obstino, obstinas,penu.corr.(ἀποκαρτερῶ,) obstinare, Affirmare.
Quoniam id certum atque obstinatum est,inquit, neque ego obtundam Plaut.Aulol.7.89.Credo ego iam illum in audisse mihi esse thesaurũ domi,id Inhiat,ea affirmatè hanc obstinauit gratia.

Obstinauerant animis vincere,aut mori.Liu.3.bel.Pun.153.

Obstinatus,penul.prod.(ἀνυπόδητος,ἀποκαρτερῶν,μονοτονῶν,)Participium, siue Nomen ex participio,dicitur Affirmatus, perseuerans, vetenere posse,inquit Festus. Liu.1.ab Vrbe,197. Aduersus quæ omnia obstinato animo Appius (tanta vis amentiæ verius, quàm amoris mentem turbauerat) in tribunal ascendit.

Animi obstinati ad decertandum.Liuius lib.6.Decad.1. Tum etiam quibus animi in spe vltima obstinati ad decertandum fuerant. Curtius libro 8.Percontari proximos cœpit,quid ex Clyto audissent. Et illis ad silentium obstinatis,Clytus,&c. Ibidem aliquanto pòst, Quem vt arripiebat cot poristque custodes ad moriendum obstinatum esse cognouerunt,vniuersi in tabernaculum irrumpunt.

Aures obstinatæ.Horat.3.Carm.ode 11.2.

Consilium obstinatum tenet necis.Seneca Hippol.7.4.

Fides obstinata.Tacit.lib.11.Et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu,&c.

Mente obstinata perferre aliquid.Catul.ad Seipsum,epigram.8.3.

Pudicitia obstinata.Liu.1.ab Vrbe,254.Quo terrore quum vicisset obstinatam pudicitiam,velut victrix libido,&c.De Lucretia.

Voluntas obstinatior. Cic.ad Atticum, lib.1.7.3. Incredibile est quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior,& in hac iracũdia affirmatior.

Obstinatus,cum infinitiuo. Liuius libro 2.Decad.5. Quum ex insperato iam obstinatis mori spes affulget.

Obstinatio,Verbale,(ἀνυπόδητος,μονοτονία,) Cice. de Prouinc. Consul. 33.Quæ ego omnia non ingrato animo,sed obstinatione quadam sententiæ repediaui.

Inflexibilis obstinatio, Vide INFLECTO.

Obstinatio viri,fœminisque par.Tacit.lib.21.De Iudæis.

Obstinatio fidei,in bonam partem,pro Offirmatione.Tacit.lib.19. Blæso super claritatem natalium,& elegantiam morũ fidei obstinatio fuit.

Obstinate, penult.prod. Aduerbium, (ἀνυπόδητος,) Firmiter, Instanter.
Plautus A sin. 3.10.
per dium Fidium queris iurato mihi,
Video necesse esse eloqui quicquid rogest
Ita me obstinatè aggressus,vt non audeam
Profectò,percontari quin promam omnia. Terent.And.1.5.8.Itã me obstinatè operam dat,vt me à Glycerio miserum,abstrahat? Vbi Donatus,Obstinatè facere aliquid,Est in alterius malum cum conatu facere perseuerantes,& in alterius perniciem nimis niti.

Negare obstinatè.Cæsar 5.bel.Gal.23.Postea quàm id obstinatè sibi negari vidit,omni spe impetrandi adempta,&c.

Credita obstinatè.Liu.8.bel Pu.75.Scipio vbi obstinatè credita animaduertit,omnia de industria in eum diem quo pugnaturus erat, mutauit.

Obstipo, obstipas,pen.prod. (κατακυφῶ,κατακαλαμῶ) obstipare,Rimas obtinere,Condensare.Plaur.Cistel.7.39.
Auecta est,inquit,peregrè hinc habiratum longius.
M.Obstipat aquilam.2.quò auecta est,eò sequimur. Festus Obstipare,obiicere interpretatur.Alii locum Plauti exponunt pro Obstrueret & prouerbium esse aiunt, dictum de iis qui aliqua reticeint, & student aliquo pacto tegere.

Verticem obstipare.Plaut.Merc.17.16.Gradus grandit, emittit oculos, circiferet se,obstipat verticem.Id est cõtorquet,vt cogitabundi solent.

Obstipus,pen.prod.Adiectiuum,(ἀκαμπτοῦντος,κατακυφῶν τος,) Inclinatus, vel flexus versus humerum,siue dextrorsum siue sinistrorsum. Horat. 2.Serm.saty.5.19.Stes capite obstipo,multum similis metuenti. Persius Sat.1.8.
– non ego curo
Esse quod Archesilas,æruinosique Solones.

Obstipo capite,& figentes lumine terram. Cic.2.de Natu.deorum.154.
Atque vno mentum radianti sidere lucet,
Obstipum caput,& tereti cervice reflexum,
Obrutum in cauda maiorit figere dicas. Ex Arato. Columella de suibus,lib.7.cap.10.1.Febricitantium signa sunt, quum obstipæ sues transuersa capita ferunt. Lucret.lib.4.195.
Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum:
Omnia mendosè fieri,atque obstipa necesse'st.

Obsto, obstas,obsteti,obstitum,pen.cor.(ἀντίστημι,ἀντιστρόφω,ἐνίστημι,) obstare,Contrà stare.Curtius,Obstant oppido gemini colles.Pli.li.19.ca.1.1. A latere Oceani obstat ipsum qd' vocãt inane.
Turba mihi obstitit in media via.Ouid.4.Fast.187.

Legitimè obstare.Quintil.li.2.ca.4.16.Aliúdve quid,qd' legitimè obster.

Contrà pugnare & obstare.Lucret.lib.2.159.

Inuicem obstare,Vide INVICEM.

¶ Obstare,Resistere,aduersari,impedire.Plaur.Milit.14.6.Eos nunc homines metuo mihi ne obsint,neve obstent vispiam. Terent. Heaut. 5.1.91.Paululum negotii mihi obstat. Idem Hecy.4.2.11.
Ego rus abiturum hinc cum tuo me esse certo decreui patre,
Ne mea præsentia obster. Et Eunucho,3.2.30. Neque tibi obstat quod quidam facit. Item And.5.4.42.
– egòne huius memoriam patiar meæ
Voluptati obstare? Liu.1.ab Vrbe,109.Sed recens meritum facto obstabat. Cic.5.Verr.192.Quis obstet. Liu.2.ab Vrbe,35.Non obstabunt P.Valerii ædes libertati vestræ,Quirites,&c.

Obstare cur.Terent.And.1.1.76.Quid obstat cur non verè fiant?

Obstare ne.Cic.7.Verr.4.Obstitisti videlicet ne ex Italia transire in Siciliam fugitiuorum copiæ possent.

Obstare & impedire.Cic.4.Acad.39.Est maxima in sensibus veritas,si sani sunt ac valentes,& omnia remouentur quæ obstant & impediunt.

Obstare & officere.Cic.pro Rosc. Amer.4. Quoniamque ei pecuniæ vita Sex.Roscii obstare atque officere videatur,deleatis ex animo suo suspicionem omnem,metumque tollatis.

Portenta deũm obstant.Virgil.7.Aeneid.15.

Dolor obstat artibus.Ouid.epist.21.39.

Pietas obstitit eradelibus auis.Ouid.epist.14.10.

Commodis alicuius officio simulato officere & obstare. Cice.pro Rosc. Amerino,66.

Conatibus alicuius obstare.Ouid.2.de Remed.amor.58.

Ictibus obstare.Stat.6.Thebaid.159.
– sed non tamen immemor artis,
Aduersus fugit,& fugiens tamen ictibus obstat.

Aequor obstitit iuuenilibus inceptis.Ouid.epist.17.7.

Mora obstat tardis noctibus.Virgil.2.Georg.97.

Precibus nunquam implacabilis obstas.Claud.1.Paneg.4.

Aether totus obstitit venientibus.Lucan.lib.7.31.

Obstare in.Sene.de Beneft.7.Quia in laudẽ vetustũ inuidia nõ obstat.

Obstatur,Impersonale.Senec.epistola,31. Quærendum est,quod non fiat in dies deterius,cui non potest obstari.

Obstatur,penul.prod. (ἀντίστατται,) Impersonale verbum.Cic.13.Philip. 353.Neque enim quod quisque potest,id ei licet:nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur.

Obstans,Participiũ,(κωλυτικός,) vt Claustra obstantia.Horat.1.epist.14.2.

Remos obstantes obuertere.Ouid.3.Metam.136.

Moras obstantes pellere.Ouid.1.Amor.eleg.11.2.

Obstaturus,pen.prod.(ἀντιστατῶν,) apud Quintilianum legitur lib.2.ca. 12.Videò,inquit,quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi.

Obstaculum,obstaculi,pe.corr.(κωλύμη.) Impedimentũ.Plau.Pœu.7.10.
Quom commeatum volui argentarium proficisci,
Ibi nunc oppido opposita obstacula.

Obstragulum, obstrãguli pe.cor. (ἐπικάλυμμα,) Operimẽtũ, & quod vulgò coopertorium dicimus.Plin.li.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.35.10.de vnguibus. Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis socculis addunt. Id est non solùm operimentis, & superioribus partibus socculoru, quas planulas Itali vocant, addunt margaritas, sed etiam totis socculis.

Obstrepo, obstrepis, pen. corr. obstrépui, obstrépitum, pen. corr. (κατακλφόφω,) obstrepere, Contra aliquem strepitum facere. Salust. Ad hæc maledicta, alia quum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare. Plautus Merc. 18.17.

Quod in se olim admisere turpiter, id si fiat modestius,
Nec tolerant vt æquum est patres, sed clamant, indecenter obstrepunt.
Cicc. 3. de Orato. 28. Atque vt quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur.

Portis obstrepere. Liuius 2. ab Vrbe, 209. Per hos qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis erumpamus.

Vociferari & obstrepere. Liu. 1. ab Vrbe, 178. Primo vterque vociferari, & certatim alter alteri obstrepere.

Turba obstrepit. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 8.

Exercitus obstrepit pulsis armis. Stat. 11. Thebaid. 50.

Laudi alicuius obstrepere. Senec. Herc. fur. 11. 28.

Literis alicui obstrepere. Cic. Metello, lib. 5. 4. 2. Quæ res fecit vt tibi literis obstrepere non auderem.

Fontes obstrepunt lymphis manantibus. Horat. Epod. 2. 6.

Clamore obstrepi, passiuè. Cic. pro Marcello, 5. Sed tamen eiusmodi res, nescio quomodo, etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur, & tubarum sono.

Obstrépitur, penul. corr. Impersonale, (κατακλφόφται,) Liu. 3. ab Vrbe, 203. Eos concio audit, Decemuiro obstrepitur.

Obstrépens, penul. correp. Participium, (κατακλφόφων,) vt Mare obstrepens Baiis. Horat. 2. Carm ode 18. 4.

Obstrepente pluuia nihil sentire Pœni. Liu. 1. bel. Pun. 223.

Obstrigillo, obstrigillas, gnare, vel detrahere alicui. Antiquum. Varro lib. 4. de vita Pop Rom. Quod Curio, quum id fecisset, dicebat amicis vt illi renuntiaretur se obstrigillatorum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret, Consul. Ennius saty. lib. 2. Resistant, occurrunt, obstant, obstrigillant, vnagitant, Varro Manio, Lex neque innocenti, propter simulatem obstrigillat, neque nocenti propter amicitiam ignoscit. Idem de Re rust. lib. 1. cap. 2. 20. Tu, inquit, inuides tanto scriptori, & obstrigillandi causa figlinas reprehendis, quum præclara quædam, ne laudes, prætermittas. Nonius.

Obstringo, obstringis, obstrinxi, obstrictum, (κατακλίω,) obstringere, Deuincire, circumligare, & valde stringere, ex etymo. Plaut. Curcul. 15. 19. Nihil agit, collum obstringe homini. Idem Aulul. 4. 39. Laqueo collum quando obstrinxero. Idem Amph. 10. 72. Quum ego Amphitruonem collo sunc obstricto traham. Idem Aulul. 9. 33. Quin quum ir dormitum, follem obstringit ob gulam. Liu. 10. bell. Punic. 33. Alii super alios cadentes obstricti moriebantur. Alia exemplaria habent obstinati.

¶ Obstringere sibi aliquem munere, beneficio, &c. Plin. epist. 104. Cupio enim & ornatissimam coloniam aduocationis officio, & te gratissimo tibi munere obstringere. Cic. pro Domo sua, 91. Qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti, cum, &c.

Obstringere & obligare. Cic. Seruio, lib. 13. 19. 7. Teque ita existimare volo, quibuscunque officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore.

In perpetuum sibi aliquem obstringere. Cic. pro Cluentio, 160.

Aere alieno amicos suos obstringere. Brutus Cic. lib. 11. 10. 10.

Obstringere beneficiis, donis, spe. Cic. 2. Offic. 97. Et pro Cluentio. 150.

Quæ primùm vt illum confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo, donis muliebribus, collocatione filiæ, spe hæreditatis obstrinxit.

Fidem suam obstringere alcui. Pli. epis. 78. c. Sub ea tamen conditione ne cui fidem meam obstringam. Liu. 5. bel. Pun. 35. Paucæ horæ sunt, intra quas iurantes per quicquid deorum est, dextras dextræ iungentes, fidè obstrinximus, vt sacratis de mensis essemus. Plin. lib. 7. cap. 1. 3.

Iureiurando obstringere aliquem. Cæs. 1. bel. Gal. 121. Et iureiurando ciuitatem obstringere, sese neque obsides repetituros, neque auxilium à Pop. Romano imploraturos. Horat. 2. Serm. saty. 3. 36.

Legibus obstringi. Cic. 2. de Inuent. 120.

Memoria beneficii sempiterna obstringi alicui. Cic. pro Plancio, 1.

Religione voti obstrictus. Cic. ad Atticum, lib. 12. 257. 2.

Religione obstringere. Cic. 2. Philipp. 88. Obstrinxisti Pop. Romanum religione. Idem 7. Verr. 19. Vt me omnium officiorum obstringi religione arbitrarer. Cæsar 1. bel. Ciuil. 45. Vt si peracto Cæsaris Consulatu Pompeius profectus non esset, nulla tamen mendacii religione obstrictus videretur. Vide RELIGIO.

Prædibus se obstringere. Cic. ad Atticum. lib. 6. 111. 16. Præsertim quum sex libris tanquam prædibus meipsum obstrinxerim.

Voluptatibus obstringi. Cic. pro Cœlio, 36.

¶ Obstringere se parricidio, periurio, scelere, &

re parricidium, scelus, pelerare, &c. Cic. 3. Offic. 111. Potest enim (dii immortales) cuiquam esse vtile fœdissimum & reterrimum parricidiũ patriæ, quanuis is qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens nominetur? Idem 11. Philip. 311. Vt is qui omnia deorum, hominumque iura, nouo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit, nefarioque patriæ se parricidio obstrinxerit, &c. Idem 3. Offi. 23. Num igitur se obstrinxit scelere, siquis tyrannum occidit, quanuis familiarem? Sic 7. Verr. 141. & 6. 61. Liu. 6. bel. Pun. 148. Et obstringere periurio, non se solũ suũq; caput, sed signa militaria, & aquilas, sacramentique religionem.

¶ Obstringere se hæreditati, est eam occupare & sibi vendicare. Paulus in L. Si 18 ad. ff. De acquirenda vel omit. hæred. Nam vt quis pro hærede gerendo obstringat se hæreditati, scire debet, qua ex causa hæreditas ad eum pertineat.

Obstringere aliquẽ debito, Debitorẽ constituere. Senec. lib. 6. de Benefi.

Obstrictus, Participium, (κατακλιδόμενος,) vt

Limine tecti obstrictus. Ouid. in Ibin, 124.

¶ Obstrictus, Liber & solutus, contraria. Cic. pro Plancio, 59. Excogitaui quamobrem videret maximis beneficii vinculis obstrictus, quum liber essem & solutus.

Addictum, deditum, obstrictum sibi ac liberis suis aliquem habere. Cicc. pro Cœlio, 63.

Obstrictus actione mandati, vel negotiorum gestorum. Aphricanus in L. Cum mancipium. ff. De Aedilit. edicto.

Fœdere vel pactione obstrictum teneri. Cic. in Pisonem, 23.

Obstrictus voluptatibus tenetur. Cic. pro Cœlio, 36.

Religione tanta obstricta tota prouincia est, tanta superstitio ex istius facto mentes omnium Siculorum occupauit: vt, &c. Cic. 6. Verr. 101.

Obstrictus, huius obstrictus, Angustia. Senec. lib. 5. Natu. quæstio. Per hæc loca quum se exitum quærens tempus torsit, accendat flammam ipso obstrictu necesse est.

Obstrudo, obstrũdis, pen. pro. obstrúsi, obstrũsum, pen. pro. (ἐπιστοῦω,) obstrudere, Occultaẽ, occludere. Plin. Stic. 10. 13. Quin tu stas? obstrusero aliquid strenuè. Idem Curcul. 14. 8. Obsecro parentẽsne meos mihi prohibeas?

P. Quid? ego sub gẽma obstrusos habeo tuam matrem & patrem. Pli. Paneg. 72. Bonos autem otio aut situ obstrusos, & quasi sepultos.

Recessus obstrusi. Claud. 7. Paneg. 55.

Terra obstrusa. Ouid. epist 7. 29.

Obstruo, obstruis, obstruxi, obstructum, (ἐμφράττω, συμφράττω, ἐμπαλάττω,) obstrúere, Occludere, & quasi struere quadam alicui loco imposita obsistere nequit effluat. Plin. in Paneg. 78. Angustosque per aditus & obstrusos, nõ secus ac per apertas fores & inuitantia limina irrupit. Ibidem, 67. Sed ad tuas aures, cum cæteris omnibus, tũ vel maximè auaris adulationibus obstructus est aditus. Cicero Senect. 68. Qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerit. Pli. lib. 11. ca. 7. 1. Oẽs frigoris aut iniuriæ aditus obstrusũtur. Ci. ad Attic. lib. 2. 17. 1. Et hercule, magnum acerui Dicearchi mihi ante pedes obstruxerã. Idẽ pro Sylla, 59. Et Cæsar 1. bel. Ciuil. 109. Obstruei portas.

Campos obstruere. Lucan. lib. 2. 100. Ouid. 8. Metam. 24.

–obstruximus orbem
Terrarum nobis, vt Crete sola pateret.

Vndas obstruit molibus. Lucan. lib. 2. 131.

Obstruere luminib⁹. Ci. p Domo sua, 88. Et de Clar. Ora. 33. Vide Limen.

Obstruere & obthurare. Cic. de Fato, 16. Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet, obstructas eas partes & obthuratas esse dicebat.

Obstruere aures. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 16. An tu infœlicem vocas qui caruit acie oculorum, cuius morbus aures obstruxit: non vocas miserum eum qui sensus beneficiorum amisit?

Deus obstruit aures viri. Virgil. 4. Aeneid. 88. de Aenea inexorabili, Fata obstant, placidasque viri Deus obstruit aures.

Fauces obstruere alicui. Luca. lib. 5. 4. Cætera suppressit, faucesque obstruxit Apollo. Id est non passus est vatem plura loqui.

Obstruei sensus. Pli. li. 35. c. 10. 35. Ne sensus nimia dulcedine obstruerẽt.

Spiritus oris obstruitur reluctanti. Virg. 4. Georg. 60.

Obstructus, Participium (ἠμφρακτος,) vt Aditus obstructus. Vide Aditus in ADDO.

Amnes obstructi stragibus. Silius lib. 13. 150.

Portæ obstructæ cadauere. Silius lib. 11. 40.

Obstructa difficultatib⁹ est omnis cognitio. Ci. 4. Aca. 15. Et si. n. omnis cognitio multis ẽ obstructa difficultatib⁹, eaq; ẽ & ipsis reb⁹ obscuratis.

Obstructio, Verbale, (ἔμφραξις,) Cice. pro Sestio, 16. Et enim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta ita vt curiosis oculis perspici non possit.

Obstructionem pororum vel meatuum in corpore humano vocant medici occlusionem, quæ fit ab humoribus circa ipsos poros, vt spiritus habitum exitum habere non possint.

Obstupeo, pẽre, Idẽ quod Stupere: quod etiam Obstupescere dicitur.

Terẽ. An. 1. 5. 21. Id mihi visus est dicere, Abi citò & suspẽde te, Obstupui. Idem Adelph. 4. 4. 3. Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit. Cic. 5. Verr. 246. Obstupui Iudices, quum hoc mihi primum, &c. Ibidem, 3. 45. Obstupuit hominis improbi dicto.

Sic obstupuerant, sic terrã intuebantur, sic furtim nõnunq; inter se aspicie bãt, vt nõ iã ab aliis indicari, sed ipsi à seuideretur. Cic. 3. in Catil. 57.

Animi obstupuere. Virgil. 2. Aeneid. 24.

Aspectu primo obstupuit. Virgil. 1. Aeneid. 124.

Obstupuit visu Aeneas. Virgil. 5. Aeneid. 18.

Obstupefio, obstupefis, obstúpui, (ἐκπλήσσομαι,) obstupescere, Idem. Cic. Attic. lib. 5. 10. 6. Ob hæc beneficia quibus illi obstupefiunt, nullos honores mihi, nisi verborum decerni sino: statuas, πανεγυρικὰ prohibeo. Idem pro Marcello, 17. Obstupescent posteri certè imperia, prouincia, Rhenum, &c.

Aspectu alicuius obstupescere. Cic. 2. de Diuinat. 65.

Obstupidus, pen. corr. Adiectiuum, (ἐκπληκτος, ἐξεπλήκτος,) Plaut. Mil. 18. 39. Quid astitisti obstupida? cur non pultas? Gel. lib. 5. cap. 1. Confiluisse vniuersos, quasi attonitos, & obstupidos. Hoc est propemodum stupidos factos præ metu.

Obstupefacio, obstupefacis, penul. corr. obstupefeci, obstupefactum, (ἐκπλήττω,) obstupefacere, Animo consternare, & stupidos sensus reddere. Terent. Phorm. 2. 1. 54. –postquam ad iudices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita eũ tũ timidũ obstupefecit pudor. Liu. 2. ab Vrbe, 264. Adeóque eõ stãtia sua & Tribunos obstupefecit & plebẽ. Cic. in Catil. 35. Nõ obstupefactus ac perritus. Idẽ pro Deiotaro, 14. Obstupefactis hominib⁹.

Immoderato potu atque pastu obstupefacta ea pars animi in qua feritas quædam est, atque agrestis immanitas, exultat in somno, immoderatéque iactatur. Cic. 1. de Diuinat. 107.

Obsum, obes, obfui, (ἐνλίω,) obesse, Nocere. Plaut. Amph. 10. 12. Factum id Amphitruoni obfuit. Idem Capt. 12. 47.

Quia vera obessent illi cui operam dabam,
Nunc falsa prosunt. Terent. And. 1. 1. 13. Quum nihil obsint doli. Cic. 4. Acad. 109. An in eo authoritas nihil obest? Sic 4. Verr. 119.

Obesse & Prodesse, contratria. Cic. 1. de Orat. 60. Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.

Adiumento esse, & Obesse, contraria. Author ad Herenn. lib. 4. 131. Deinde subiicimus id quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adiumento futurum sit, aut obfuturum è contrario.

Gloria multis obfuit. Ouid. 11. Metam. 65.

Lingua obfuit authori. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 8.

Obsuo, obsuis, obsui, obsũtum, pen. prod. obsuere, Circum suere.

Quodque pice astringit, quod acu traiecit ahena,
Obsutum menta torret in igne caput.

Obsurdesco, obsurdescis, obsurdui, (κωφόομαι,) obsurdescere, Surdum fieri. Cice. in Somnio, 19. Hoc sonitu completæ aures hominum obsurduerunt.

¶ Obsurdescere, Nolle audire. Cic. de Amic. 74. Sed quum tot signis eadem natura declaret quid velit, ac anquirat quid desyderet: obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur audimus.

Obtego, obtegis, pen. corr. obtexi, obtectum, (κατασκεπάζω,) obtegere, Tegere, & cum diligentia operire. Cato ca. 40. 3. Insuper lingua bubula obtegito, si pluat. Cice. 2. de Leg. 86. Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur. Columel. lib. 3. cap. 13. 9. Et quod est dorum, summis glebis obtegatur.

Obtegere se corpore alicuius. Ci. pro Sestio, 65. Pullus è Rostris in comitio iacuit, seque seruorũ & libertorũ corporib⁹ obtexit. De Q. fratre. Vetustas obtegitur densa caligine. Silius lib. 8. 9.

Errata, vel turpitudinem adolescentiæ obtegere. Plaut. Trinum. 10. 24.

Nunc te quo pacto credis posse obtegere errata? Cic. in Varinium, 8.

Haberi nos præmium tua indignitas, vt adolescentiæ turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur.

Dissimulare & obtegere, pro Celare. Cic. Attico, lib. 1. 13. 1. Quicum ego conloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam.

Obtegens sui. Tacit. li. 4. Animus audax, sui obtegẽs, in alios criminator.

Domus obtecta arboribus. Virgil. 1. Aeneid. 60.

Obtempero, obtẽperas, pen. corr. (πειθαρχέω, ὑπακούω,) obtemperare, Morẽ gerere. Plau. Mostel. 7. 88. Sed tu nutu, illi obtemperant. Teren. Adel. 4. 5. 72. –nam tibi eos certò scio.

Quo vir melior multò es, quàm ego, obtemperaturos magis. Cicero, Sic milus semper obtemperauit, tãquam filius patri. Idem 6. Verr. 65.

Vtrum esset Siculis vtilius, sui ne seruire, an Pop. Romano obtẽperare.

Obedire vel obtemperare alicui ad Cic. pro Cecin. 38. Denique imperiũ domesticum nullum erit, si seruulis hoc nostris concesserimus, vt adverba nobis obediantur: ó ad id quod ex verbis intelligi possit, obtẽperẽt.

Imperio alicuius obtemperare. Cæsar 4 bel. Gall. 540.

Iussis magistri obtemperare. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 9.

Cupiditati alterius obtemperare. Cic. pro Quintio. 4.

Sibi obtemperare, & decretis suis parere. Cic. 2. Tusc. 17.

Te audi, tibi obtempera. Cic. Curioni, lib. 1. 6. 4.

Obtemperatio, Verbale. (ὑπακοή,) Cic. 1. de Leg. 67. Quod si iustitia est obtemperatio, scriptis legibus institutisque populorum, &c.

Obtendo, obtendis, obtendi, obtensum & obtentum, (περιέχομαι, περιβάλλομαι,) obtendere, vel Tegere, vel Contra tendere significat vt Obtendere velum ante lectum, hoc est Distendere vel extendere. Sue. in Nerone. Plin. lib. 11. cap. 37. 28. Omnibus membrana vitri modo transiucida obtenditur.

Antilibanus obtenditur. Plin. lib. 5. cap. 20. 1. Huic par, interiacente valle mons aduersus Antilibanus obtenditur.

Inuolucris tegere, & obtendere velis. Ci. Q. fratri, li. 1. 1. 22. Multis enim simulationum inuolucris regitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura: frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio verò læpissime. Virg. 10. Aeneid. 17.

Tu potes Aeneam manibus subducere Graiũm,
Proque viro nebulam & ventos obtendere inanes.

Rationem turpitudini obtendere, Velle turpe factum ratione excusare, hoc est turpitudinem ratione operire. Plin. epist. 159. 8.

Nec puduit rationem turpitudini obtẽdere, egregiam quidem, pulchrámque rationem. Id est prætexere. Quintil. lib. 12. cap. 10. Hi sunt enim qui suæ imbecillitati sanitatis appellationem, quæ est maximè contraria, obtendunt. Tacit. lib. 1. Ad ea Drusus quum arbitrium Senatus, & patris obtenderet. Idem lib. 3. Matris preces obtendens. Item lib. 19. Curis luxum obtendebat.

Obtentus, (περιβεβλημένος,) Participium. Virg. 1. Geor. 50. –& obtẽra densantur nocte tenebræ. Id est obducta, ait Seruius. Valer. 3. Argon. 145. Ibat & obtenta malcebat lumina palla.

Obtentus, huius obtentus, (περίχυμα,) pro Extensione. Virg. 11. Aeneid. 14. Extructosque toros obtentu frondis inumbrant. Plin. lib. 31. cap. 1. 2. Et cælum quoque sibi vindicant, ac nubium obtentu vitalem spiritum strangulant. De aquis.

¶ Obtentus, Prætextus. Gel. lib. 10. cap. 12. Qui obtentu philosophiæ nominis inutile otium, & linguæ vitæque tenebras sequuntur. Liu. 1. ab Vrbe, 146. Bruti quoque haud absnit cognomen. vt sub eius obtentu cognominis liberator ille Pop. Romani animus latens aperiretur tempore suo. Tacit. lib. 1. Pietatem erga parentem, & tempora Reip. obtentui sumpta. Idem lib. 12. Cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur. Et lib. 17. Sed claritas natalium, & merus temporum obtentu, vt quod segnitia erat, sapientia vocaretur.

Obtentui esse. Salust. in Oratione Lepidi ad Pop. Rom. Quare igitur tanto agmine, atque animis incedit? Quia secundæ res mirè sunt vitiis obtentui, Quibus labefactatis, quàm formidatus antea est, tã contẽnetur.

Obtento, obtentas, Vide OBTINEO.

Obtero, obteris, pen. corr. obtriui, obtrĩtũ. pen. prod. (κατατρίβω, κατανάττω,) obterere, Conterere, Suffocare. Liu. 9. ab Vrbe, 200 Iraque armis, vtrisque ad obterendum C. Martium Consulem concurrunt. Idem, Ab elephantis obtriti sunt. Id est elephantorum pedibus protriti. Varro 1. de Re rust. ca. 1. 19. Vt purè & molliter stent, videndum, & ne obterantur.

Eques obtriuit pabula. Lucan. lib. 6. 17.

Hostem obterere. Lucan. lib. 7. 56.

Artem obterere. Cic. 1. de Diuinat. 55.

Inter se strepere aperteque artem obterere, extispicium
Soluere imperat. Ex poeta.

Calumniam obterere atque contundere. Cic. pro Cecinna, 13.

Imò vt viro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam stultitiamque obtriuit atque contudit

Iure obterere. Liu. 3. ab Vrbe 237. Et implorare præsidiũ populi, qui omnia iura populi obtrisset. Pro obtriuisset.

Laudes maiorum obterere. Cic. Antè quàm iret in exilium, 9.

Maiestatem Populi Roma senescentem obterere. Liu. 3. bel. Pun. 101.

Militem verbis obterere. Liu. 4. bel. Pun. 66.

Prosternere atque obterere obtrectationes & inuidias malevolorum. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9. 2.

Vis quædam obterit res humanas. Lucret. lib. 5. 148.

Vestigia obterere. Plin. lib. 22. cap. 6. 7. Ne neglectu vestigia obterant.

¶ Obterere, Idẽq; Detrahendo minuere. Cortius li. 8. Silẽtiũ tum habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere, nobilẽ apud Cheroneam victoriam sui operis fuisse iactauit. Paulo pòst, Et rex velut patienter audiret queis Clytus obterebat laudes eius, ingentem iram conceperat.

¶ Obteri, Pallium. Cic. 7. Verr. Ne patiamini talem imperatorem Populo Romano Siculorum testimonis eripi, neve obteri laudem imperatoriam criminibus auaritiæ velitis.

Relligio pedibus obteritur. Lucret. lib. 1. 16.

¶ Obterere, Tundere in mortario. Colum. lib. 6. cap. 4. Nonnulli pellem

Universidad de Deusto
Biblioteca

serpentis obtritam cum vino miscent.
Obtritus, penul prod. Participium, (κατατριβείς,) Cic. 2. de Orat. 192. Quod quum humare vellent sui, neque possent obtritos internoscere vllo modo, Simonides dicitur, &c.
Pondere terræ obtritos. Lucret. lib. 3. 183.
Ossa obtrita. Lucan. lib. 3. 131.
Obtritus vehiculo. Vlpian. in L. Si pecuniam §. vltimo. ff. De condict. Caus. data, non, &c.
Obtritus, huius obtritus, pen. prod. (κατατάκησις,) Plin. lib. 18. cap. 28. 1. Ne herbæ vellantur, obtritúque hebetentur.

Obtestor, obtestáris, (ἐξορκίζω, παρακαλέω,) obtestari, Est (inquit Donatus) precari, cum mentione earũ rerum per quas petimus. Virgil. 10. Aeneid. 10.
– per euersæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obtestor. Ibidem, 9. 52. Assaracíque larem, & canæ penetralia Vestæ Obtestor. Plaut. Asin. 3. 3.
Ita te obtestor per senectutem tuam,
Perque illam quam tu metuis vxorem tuam, &c. Teren. And. 1. 5. 56.
Per tuam fidem, perque huius solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc legreges.
Obtestari deos. Cic. 7. Verr. 148. Cæteros item deos, deasque omnes implóro atque obtestor, &c. Plin. lib. 28. cap. 2. 14. In cæteris verò gentibus deos antè obtestatur, vt velint.
Orare & obtestari pro. Cic. ad Domitium, lib. 6. 22. 4. Oro, obtestorque te pro vetere nostra cõiunctione ac necessitudine, proque summa mea in te beneuolentia, &c.
¶ Obtestari, Orare aliquando significat, sine adiuratione. Salustius, Te atque Senatum obtestamur, vt miseris ciuibus, legis præsidium quod iniquitas Prætoris eripuit, restituatis. Cic. pro Flacco, 78. Quum ego te Flacce, cœlum noctemque contestans, flens flentem obtestabar, quã tuæ fidei optimæ & spectatissimæ salutem vibis & ciuium cõmendabã. Idem pro M. Cœlio, 62. Quare oro, obtestorque vos Iudices, vt qua in ciuitate paucis his diebus Sex. Clodius absolutus sit, &c. Cæsar li. 7. bel. Gall. 191. Matresfamiliæ passis manibus obtestabantur Romanos vt sibi parcerent. Liu. 7. bel. Pu. 66. Qui & Collegã coràm obtestatus, & per literas Marcellum, vt quàm acerrimo bello detineret Annibalẽ.
Obtestatur fidẽ vestrã, misericordiamque implorat. Cic. pro Murena, 78.
Oro obtestorque te vt Quintum fratrem ames. Cic. ad Atticũ, li. 3. 65. 9.
Precibus omnibus orare & obtestari. Cic. Attico, li. 9. 183. 3. Vide ORO.
Implorans obtestatur. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 18. 3. Itaque post discessum legatorum quumbinis continuis literis & Lepidus me, vt venirem rogaret, & Laterensis multo etiam magis propè implorans obtestaretur, non vllam, &c.
Obtestatio, Verbale, (ἐξορκισμός,) Cic. ad Memmium, lib. 3. 13. 10. Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia summorum hominũ sibi tuenda esse dicit. Idem pro Corn. Balb. 25. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatiõe & cõsecratione legis, &c.

Obtexo, obtexis, obtexui, obtextum, (περιυφαίνω,) obtéxere, Circumtexere. Plin. lib. 11. cap. 19. 2. Filis etiam araneosa, quacunque incessit, alarum maximè lanugine obtexit. Idem lib. 2. ca. 30. Cœlum aliud obtexens. De nubibus.
Domum obtexere. Plau. Most. 3. 41. Post illa obtexere eam negligens fui.
Omne freturn longa velorum obtexitur vmbra. Stat. 2. Achil. 24.
Cœlum obtexitur vmbra. Virgil. 11. Aeneid. 123.

Obthuro, obthúras, pen. prod. (βύω, ἐπιβύω, σύφω, φραγνύω, φράττω,) Occludo. Horat. 2. epist. 2. 21. Obthurem patulas impunè legentibus aures. Festus, Obthurare ex Græco trahitur, ab eo quod illi oistia dicunt ὀθόρα. Plaut. Stich. 3. 57. Omnibus os obthurent, nequis meritò maledicat sibi. Plin. lib. 19. cap. 8. 6. In cados olei quamproximè siccatos obthuratosque conduntur. Cic. de Fato, 16. Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua nõ haberet, obstructas eas partes & obthuratas esse dicebat.
Obthuramentum, (φραγμός,) Quo aliquid obthuratur. Plin. lib. 16. cap. 8. 4. de cortice suberis, Vsus eius cadorum obtaramentis.
Obthuramentum stagni. Plin. lib. 33. cap. 4. 10. Et repleto stagno excussis obthuramentis erumpit torrens tanta vi, vt saxa peruolant.

Obticeo, obtices, pen. corr. obticui, (κατασιγάω,) obticère, Tacere. Plaut. Bacch. 1. 28. Quid amãbo obticuisti? Terent. Heaut. 5. 1. 65. – quid dotis dicam te dixisse filio?
Quid obticuisti? d. dotis? m. ita dico. Idem Eunucho, 5. 1. 4. Virgo concissa veste lachrymans obticet. Martial. lib. 10. 17. Et queritur nugas obticuisse meas. Ouid. 14. Metam. 105.
Nec prius obticuit, quàm guttura condidit arbos.
Chorus turpiter obticuit. Horat. de Arte, 58.
Obticentia, obticentiæ, (ἀποσιώπησις,) Quintil. lib. 9. cap. 2. ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant, & ipsa ostendit affectus.

Obtineo, obtines, penul. corr. obtinui, obtentum, (ἐπέχω, κρατέω,) obtinère, Imperrare, assequi, habere. Plaut. Casin. 4. 13.

Meum ius obtinendi optio est. Idem Cistel. 2. 72. Non potest suam rem obtinere sola sine multis viris. Plin epist. 167. l. Obtinui quidem quod postulabam: nihilominus tamen quæro an postulare deberim, an abstinere. Idem epistol. 190. l. Obtinui tamen quod intenderam. Idem in Paneg. 73. Et vim, effectumque censuræ tuum propositum, tui actus obtinebunt. Cic. ad Atticum, lib. 16. 242. 3. Id tu nos obtinuisse non modò facilè patiare, sed etiam gaudeas.
Obtinuit vt. Liu. 5. bel. Maced. 33. Is obtinuit vt præferretur candidato, quem Africanus frater ducebat.
Obtinere de. Cœlius ad Ciceronem, lib. 8. 6. 11. Leuissimè enim quialde intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum.
Obtinere & Repelli, contraria. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5. 7. Nec siquid non obtinuerimus, repulsi esse videamur.
Perseueranter obtinere, Vide PERSEVERO.
¶ Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant. Hoc est velut regnabant in Academia. Cic. 1. de Orat. 24.
Admirationem obtinere, In admiratione esse. Plin. lib. 34. cap. 1. 1. Quod præcipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit. De aurichalco.
Aetatem obtinere. Plautus Cistel. 2. 41. Semperque istanc, quam habes, ætatulam obtinebis.
Artem obtinere. Plaut. Milit. 5. 30.
Hoc dicito, parumper artem & disciplinam obtineat.
Causam obtinere, quod & Vincere causam dicimus. Cic. Attic. lib. 7. 143. 1. Malas causas semper obtinuit, in optima concidit. De Pompeio. Idẽ 4. de Finib. 90. Homo igitur acutus causam non obtinens repugnante natura, verba versare cœpit. Idem pro Cecinna, 18. Isne apud vos obtinebit causam suam, qui se ita defenderit, &c. Idem ad Qu. fratrem, lib. 2. 6. 4. Et ad Lentulum, lib. 1. 4. 2. Causam enim frequenti Senatu, nõ magna varietate, magnaque inuidia eorum qui à te causam regiam aliò transferebant, obtinebamus.
Dignitatem obtinere, pro Retinere & conseruare. Cic. ad Trebatium, libro 7. 11. 6. Vt si istic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas nostri desyderium.
Bonus obtinuit existimari. Cic. 2. de Finib. 114. Certeque mallet obtinere existimari bonus vir, vt non sit, quàm esse vt non putetur.
Famam obtinere per aliquem, Vide paulo pòst in Obtinere vitam.
Fama obtinet. Liu. 1. bel. Pun. 184. Malim equidẽ de filioverum esse, quod & plures tradidere authores: seruum fama obtinuit.
Firmitudinem animi obtinere, Constanti animo esse. Plaut. Asin. 7. 54. Si istam animi firmitudinem obtines, salui sumus.
Fortunas obtinere. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 9.
Obtinere summam atque altissimum gradum ciuitatis. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 7. 31. Non dubito quin adeptus, intelligas te facillimè posse obtinere summum atque altissimum gradum ciuitatis.
Grauitatem obtinere. Cic. pro Quintio, 50. Vnũ tamen hoc cogirent, ita se graues esse, vt si veritatẽ volent retinere, grauitatẽ possint obtinere.
Humanitatem alicuius erga se obtinere. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 7. Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem.
Ius obtinere. Cice. 7. Verr. 97. Hæc autem apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis, authoritatis, ne hoc quidem iuris obtinuit, vt vnius honestissimi atque innocentissimi ciuis mortem & sanguinem deprecaretur. Id est, non tantum potuit.
Ius suum contra aliquos obtinere. Cic. pro Quintio, 18.
Obtinere ius suum, vel Retinere non posse, dicebant veteres eum, quem nunc iustitiam habere vel consequi non posse dicimus. Cicero 3. Verr. 44. Hic Philodamus postea quàm ius suum obtinere non potuit, vt humanitatem, cõsuetudinemque suam retineret, laborabat. Idem ad Quintum Valerium, lib. 13. 4. 3. Præsertim quum propè præcipuam causam haberent ad ius obtinendum. Ex Budæo. Vide IVS.
Iure obtinere. Cic. 3. Offic. 113. At cui regno? Quod à Tantalo & Pelope proditum iure obtinebatur.
Lenitatem per se obtinere. Cic. pro Ligario, 9.
Licentiam cupiditatum suarum obtinere. Cice. Attico, lib. 10. 195. 2.
Litem obtinere & Amittere, contraria. Cic. pro Roscio Comœdo, 5. Ad iudiciũ hoc modo venimus, vt totã litẽ aut obtineamus, aut amittamus.
Locum infimum seruitutis obtinere. Cic. in Parad. 46, Sic in ciuitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius seruitutis locum penè infimum obtinent. Id est minimi æstimantur.
Tertium locum Milesiæ oues obtinent. Plin. lib. 8. cap. 48. 1.
Locum criminis obtinere. Cic. pro Domo sua, 67. Tum amplissimis omnibus iudiciis restituto, maledicti locum aut criminis obtinebit? Hoc est, an hoc illi vertetur crimini?
Locum prouerbii obtinere. Ci. 4. Tusc. 56. Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, illud ita nunquam vulgatum esset, vt iam prouerbii locum obtineret, Hominem frugi omnia rectè facere.
Obtinet magnũ locũ in medicaminibus hæc herba. Plin. lib. 14. cap. 1. 9.
Obtinere secundum locum. Plin. lib. 12. ca. 23. 2. Sphagros in Cyrenaica prouincia maximè probatur. secundum locum obtinet Cyprius, tertium Phœnicius.

Principem locum obtinere. Cæsar 1. bel. Gall. 16. Cuius legationis Nuntius & Verodontinus principem locum obtinebant.
Mendacium obtinere. Cice. pro Quintio, 50. Omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, sed ad verũ probãdũ, authoritatẽ adiuuare.
Obtinere & conseruare eã necessitudinem quæ nobis cum aliquibus est. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 53.
Nobilitatem obtinere. Plin. lib. 13. cap. 4. 13. In meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem syagri.
Noctem obtinuit caligo. Liu. 9. bel. Pun. 137. Noctem insequentem eadem caligo obtinuit.
Nomen patriæ obtinere. Plin. lib. 15. cap. 18. 2. Quum id genus in Africã nuperrimè transierit, patriæ nomen obtinent. De ficubus loquitur quæ dicuntur Africanæ.
Nomen sapientiæ obtinere. Cic. 4. Acad. 48.
Noxiam veneni obtinere. Plin. libro 20. cap. 13. 6. Hic copiosior datur veneni noxiam obtinet.
Numerum obtinere iure cæsorum. Cic. 2. Offic. 62. At eius filii nec probantur boni, & mortui numerum obtinent iure cæsorum. Hoc est, Numerantur inter eos qui iure occisi sunt. De Gracchis loquitur.
Opinionem obtinere, Vide OPINIO.
Ordinem suum obtinere. Colum. lib. 3. cap. 16. 2. In eadem deinde linea, in qua vinitadix obtinebit ordinem suum, &c. Plau. Amp. 4. 87. Quisque vt steterat, iacet, obtinetque ordinem.
Partes accusatoris obtinere. Cic. pro Quintio, 4. Quũ præsertim Q. Hortensius qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet, cõtra me sit dicturus.
Primatum obtinere apud regem. Plin. lib. 24. cap. 17. 8. Eandem protomedicam, qua primatum apud reges obtineant.
Principatum obtinere. Plinius lib. 9. cap. 18. 1. Alii alibi pisces principatum obtineant. Idem lib. 37. cap. 13. 3. Rebusque merito principatum naturæ obtinens, &c. De Italia.
Principatum obtinere in. Cæsar 1. bel. Gal. 13. Qui eo tempore principatum in ciuitate sua obtinebat. Idem 5. bel. Ciuil. 125. Qui principatum in ciuitate multis annis obtinuerat.
Principatum obtinere, de inanimatis. Plin. lib. 14. cap. 2. 3. Quamobrem in frigidis humidisque principatum obtinent.
Prouinciam obtinere. Id est habere prouinciæ gubernationem vel regimen quod vocant, ad tempus, vt Proconsul, aut Prætor, vel vt Quæstor. Cic. 3. Verr. 111. Iam antea in sella sedens Prætor, quum prouinciam Siciliam obtineret. Idem pro M. Cœlio, 7. Africam tum Prætor ille obtinebat. Latius ab Vrbe cond. Galliam prouinciam obtinere. Plin. lib. 7. cap. 13. 3. Qui quum Asiam obtineret post. Consulatum, Neronis principis successione, veneno eius interemptus est. Cice. ad Atticum, lib. 5. 110. 3. Caue putes quicquam homines magis vnquam essemiratos quàm nullum teruncium me obtinente prouinciam, sumptus factum esse.
Hispaniam obtinere cum imperio. Cice. ad Lentulum, lib. 1. 9. 42. Post ea quum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque Respub. Consules haberet, sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos ac ministros.
Rationem obtinere. Plinius lib. 17. cap. 2. 10. Multum rationis obtinent venti. Terent. Adelph. 5. 3. 16.
– eandem illam rationem antiquam obtine:
Conserua, quære, parce.
Regnum in Sequanis obtinere, hoc est Sequanis dominari. Cæsar 1. bel. Gal. 13. Cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat.
Religionem suam obtinere. Cice. ad Atticum, lib. 1. 17. 11. Quare & illa quæ violata expiabuntur, & hæc quæ sunt sanctissimè conseruata, religionem suam obtinebunt.
Sententias contrarias obtinere. Cic. 4. de Fini. 125. Hoc vno vitio maxime mihi premi videntur tui Stoici, quòd se posse putant duas contrarias sententias obtinere.
Apud aliquem suauitatem filii obtinere. Cice. pro Sylla, 14.
Venustatem antiquam obtinere. Terent. Hecy. 5. 4. 17. Antiquamque adeò nam venustatem obtines.
Vicem obtinere. Plinius lib. 11. cap. 3. 3. Vt sepiæ in mari sanguinis vicem atramentum obtinet.
Vim obtinere diuinam dicitur lex naturalis. Cic. 1. de Nat. deorum, 51. Zeno naturalem legem vim diuinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria.
Vim medicamenti obtinet. Plin. lib. 11. cap. 42. 2.
Vitam & famam obtinere per aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 29. Quod tametsi miserum & indignum est, ferret tamen æquo animo Iudices, si per vos vitam & famam potest obtinere.
Vrbem aliquam armis obtinere. Liu. 10 bel. Pun. 90. Non in eo esse Carthaginiensium res, vt Galliam atque Italiam armis obtineant.
¶ Obtinere, pro Occupare. Plin. lib. 12. cap. 1. 6. Arbor agros longè obtinens vmbris. Idem lib. 16. cap. 40. 2. Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere læuo.
¶ Obtinetur, penul. prod. Impersonale. Cice. ad Atticum, lib. 11. 215. 6.

Nam si perseuerant, & obtinetur, quid nobis futurum sit vides. Correctiora exemplaria legunt obtinent.
Obtento, obtentas, (ἐπέχομαι,) obtentare, Frequentatiuum. Cic. ad Atticum, li. 9. 18. 1. 6. Et tamen spes quædam me obtentabat fore vt aliquid cõueniret potius, q̃ aut hic tãtũ sceleris, aut ille tũ flagitii admitteret.

Obtingit, obtingébat, obtigit, pen. corr. (συμβαίνει,) obtingere, Euenire. Non nisi in tertis personis legitur.
Obtingit prouincia, Quum sortito prouincia regenda alicui cõmittitur. Cic. 1. Verr. 13. Quæstor ex Senatusconsulto prouinciam sortitus est obtigit tibi Consularis. Idem ad Atticum, lib. 1. 10. 1. Asiam Q. tu. suauissimo fratri obtigisse audisti. Sic in Vatinium testem, 8. Quum tibi magno clamore Aquaria prouincia sorte obtigisset. Et ad Cœliũ, li. 2. 18. 1. Quũ optatissimũ nuntiũ accepissem, te mihi Quæstorẽ obtigisse.
Obtigit. Plaut. Rud. 20. 55. Tibi obtigit quod plurimi exoptant sibi. Idem Amphit. 8. 5.
– quin incommodi plus maliqúe ilico,
Adsit, boni si obtigit quid. Idem Asin. 12. 136. Dabuntur animo sis bono, facile exoptata obtingent. Cice. 1. Offic. 33. Ex quo quia suum cuiusque sit eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat.
Obtigit dies. Plaut. Menæch. 30. 2.
Ad eo pol næ hic dies peruersus, atque aduersos mihi Obtigit.
Discordia obtigit mihi tecum. Horat. Epod. 4. 1.
Occasio obtigit. Plautus Rud. 22. 18.
– hæc tibi occasio Gripe obtigit, vt liberet ex templo Prætorte.
Obtigit tibi ex sententia. Terent. Heaut. 4. 3. 5.
Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor.
Præter spem obtigit. Terent. Phorm. 2. 1. 9.
Incertũ est quid agã, quia præter spẽ, atqs seredibile hoc mihi obtigit.
Obtigit de. Plaut. Rud. 36. 7. Eloquere vt hæc res obtigit de filia.

Obtorpeo, obtorpes, obtorpui, (κατραβλακόω,) obtorpêre, A quo Obtorpesco, obtorpescis, obtorpéscere, Valde torpidum fieri, & torpore quodam ita affici, vel propter metum, vel alia quauis ratione, vt omnino imbecilliores simus. Curtius lib. 10. Quis crederet scutum paulò antè concionem obtorpuisse subito metu? Liu. 2. bel. Maced. 76. Neque mirum, si quibus sua sponte volantibus res inter se pugnantes obtorpuerant quodam modo. Ibidem, lib. 4. 150 Deinde circumfuso vndique pauore ita obtorpuit, vt nec dicere quod in rem esset, nec audire posset.
Subiectus miseris obtorpui. Cic. 3. Tuscul. 115. Ex poeta.
Squamæ obtorpuere. Plin. lib. 8. cap. 17. 3. Si verò squamę obtorpuere, spinis iunperis se scabit.
Manus obtorpuit. Cic. pro Domo sua, 104. Liu. 1. bel. Pun. 18. Abi, nuntia signum effodiant, si ad conuellendum manus præ metu obtorpuerint.

Obtorqueo, obtorques, obtorsi, obtortum, (συστρέφω,) obtorquére, Valde vel vehementer torquere. Plin. de Viris illustrib. Consuli legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, vt multus sanguis effluueret è naribus. De Marco Liuio Drusò loquitur. Cic. pro Cluentio, 45. Nec quicquam propius est factum, quàm vt illum persequeretur, & collo obtorto ad subsellia reduceret.
Proram obtorquet in vndas. Stat. 5. Thebaid. 83.
Gulam obtorquere. Cic. 6. Verr. 10. Quem obtorta gula de conuiuio in vincula, atque in tenebras abripi iussit.
Obtortus, Participium, (σύστροφος,) vt Obtorti auri flexilis circulus. Virgil. 5. Aeneid. 112.

Obtrecto, obtrectas, (διασύρω,) obtrectare, Ex ob & tracto cõpositum, significat, vt ait Festus contra alienam sententiam tractare, seu Maledicere. Erasmus. Obtrectat qui obloquitur, qui malè prædicat de alio, detrahit, qui minuit laudem alicuius. Cic. 3. Tuscul. 141. Nam & inuidere, ægritudinis est, & æmulari, & obtrectare. Idem 4. Acad. 136. Arcesilam verò non obtrectandi causa cum Zenone pugnauisse, sed verum inuenire voluisse, sic intelligitur.
Obtrectare legi. Cice. pro Lege Manilia, 14. Vt hoc vos intelligatis, à nullo istorum qui huic obtrectant legi atque causæ, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum.
Obtrectare laudibus alterius. Liu. 8. ab Vrbe, 184. Ac de industria, vt obtrectaretur laudibus ducis, inpedita victoria est. Sil. lib. 16. 121.
Obtrectare aliquid, pro Culpare & damnare. Plin. lib. 9. cap. 35. 16. de Cleopatra, Superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix lautitiã eius omnem, apparatumque obtrectant.
Obtrectare laudes. Liuius lib. 5. Decad. 5.
Obtrectãtur, Impersonale, (διασύρεται,) Cic. Attico, lib. 3. 68. 1. Si obtrectabitur, vtar authoritate Senatus.
Obtrectans, Participium, (διασύρων,) vt
Inuidia obtrectans. Silius lib. 16. 3.
Aemulantis est, angi alieno bono quod ipse non habeat. Obtrectantis autem, angi alieno bono quòd id etiam alius habeat. Cic. 4. Tuscul. 89.
Obtrectatio, Verbale, (διασυρμός,) Cic. 4. Tusc. 28. Obtrectatio autem est ea quã intelligi zelotypia volo, egritudo ex eo quòd alter quoq; po

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiatur eo quod ipse concupierit. Idem 1.de Inuent. 147. Aut ex aliquorum inuidia, aut obtrectatione, aut falsa opinione.

Domestica ex obtrectatione & ciuilib⁹ studiis inimicus. Cic. pro Fonteio, 14.

Obtrectatione & maleuolentia liberatũ iudiciũ Cic. Q. fratri, li. 1. 1. 65.

Obtrectatio inuidiæ. Cicc. de Claris Oratorib. 80. Tantum abest ab obtrectatione inuidiæ.

Obtrectatio laudis, Detractio. Cæsar 1. bel. Ciuil. 27. A quibus & inductũ & depræuatum Pompeium queritur, inuidia atque obtrectatione laudis suæ, cuius ipse honori & dignitati semper fauerit.

Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur. Tacit. lib. 17.

Inuidia atque obtrectatione impediri. Cic. 1. de Inuent. 13.

Maleuolentissimis obtrectationibus de vetere aliqua diuturnaque sententia depelli Cic. Leontulo, lib. 1. 7. 23.

Obtrectátor, penul. prod. (ἀιχνευτής,) Verbale masc. Detractor. Cicc. de Claris Orat. 2. Dolebamque quòd non, vt plerique putabant, aduersarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius & consortem gloriosi laboris amiseram.

Obtrectator beneficii. Cic. pro Flacco, 1. Sed si forte aliquando aut bene ficii huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus extitisset.

Inuidi & obtrectatores. Cic. Leontulo, lib. 1. 4. 4. Hæc tamen opinio est Populi Romani, à tuis inuidis atque obtrectatoribus nomen inductum sitæ religionis, non tam vt te impedirent, &c.

Obtrectatores & aduersarii. Cicc. de Arusp. respon. 47. Reliqua iam præcipitantis Tribunatus, etiam post Tribunatum obtrectatores eorum atque aduersarii defendernnt.

Dominatione obtrectatorum, potentissimo inimico, infidelibus amicis, pluribus inuidis quid sperem? Cic. Q. fratri, lib. 1. 4. 2.

Communes obtrectatores, atque omnium inuidi multa finxerunt. Cicc. pro Plancio, 46.

Inuenire obtrectatores, Vide INVENIO.

Sermoni obtrectatorum locum non relinquere. Cic. pro Flacco, 53.

Studiorum suorum obtrectatorem tollere. Cic. pro Fonteio, 15.

Obtrectátus, huius obtrectátus, penult. produc. (φιλόνεικος,) Idem quod Obtrectátio. Gellius lib. 20. cap. vltimo, Acquum esse puto vt sine vano obtrectatu considerent.

Obtrudo, obtrúdo, obtrúsi, obtrúsum, penul. prod. (ὠθέω, ἐξίλλω,) obtrúdere, Idem quod Trudere. Plaut. Menæch. 12. 25.
Iamne abiit intrò? abiit, obtrudit fores.

Obtrudere, Quasi inuito & renuenti offerre & dare. Plaut. Curcul. 7. 87.
Aliquid prius obtrudamus, pernam, lumen, glandium, &c. vt illatis consilia suppeditant.

Obtrudere vxorem, Inuito & nolenti dare. Terent. And. 1. 5. 16.
– ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me. Vbi Donatus, Bene obtrudi, quasi inuito. Idem Hecy. 3. 1. 16. Tamen nunquã ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater.

Obtrudere monimenta. Cic. 6. Verr. 71. Tu isti âderis, qui non obtrusit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac deleuit? Quo loco fortassis legẽdũ est obstruxit, vel obruit, vt sensus cõstet.

Obtrúsus, penul. prod. Participium, (ἐξιλλόμενος,) Cicc. de Claris Oratori. 140. Quo magis expurgandus est sermo, & adhibenda quàm obtrusa ratio, quæ mutari non potest.

Obtrunco, obtruncat, (κατακόπτω, μαχαλίζω,) obtruncare, Cadere, & Occidere quomodocunque. Plaut. Aulul. 18. 10. Capio fustem, obtrunco gallum forem manifestarium. Idem Amphit. 4. 98. Ipsúque Amphitruo regem Pterelam sua obtruncauit manu. Liuius 1. ab Vrbe, 11. Ira regem obtruncant. Ibidem, 43. Regem in prælio obtruncat & spoliat. Ibidem, lib. 4. 66. Hæc cum vociferantem affecerit, Hala Seruilius obtruncat. Sic Cic. 3. de Nat. deor. 91. Puerum interea obtruncat. Ex quodam poeta.

Incautum excipit patriasque obtruncat ad aras. Virgil. 3. Aeneid. 67.

Obtruncátio, Verbale, (κατακοπή,) Colu. lib. 4. ca. 29. 3. Quod tum & obtruncatione vitis, & eum eiusdem refectionis fissura præcipit fieri.

Obtundo, obtundis, obtudi, penul correp. obtúsum, penul. prod. (ἀμβλύνω, ἀμβλυόω, κατεμβλύνω, πιέζω,) obtúndere, Circum percutere, Rumpere, Crassum, hebesque facere, vel hebetare & cuspidem adimere. Columel. lib. 4. cap. 24. Obtusa, hebesque & mollis falx putatorem moratur, eoque minus operis efficit, & plus laboris adfert vinitori. Virgil. 1. Georg. 53.
– durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem. Vbi Seruius, Obtusi, reuerberati & acumine carentis.

Aciem oculorum obtundere. Plin. lib. 22. cap. 25. 21. Aciem quidem oculorum obtundit, & stomachum inflat.

Eleuare & obtundere ægritudinem. Cic. 3. Tusc. 60. Nihil est enim quod tam obtundat eleuetque ægritudinem, quàm ppetua in vita cogitatio.

Auditum obtundere. Plin. lib. 24. cap. 11. 3. Harundinum lanugo illata auribus, obtundit auditum. Cic. in Orat. 129. Ne breuitas defraudasse aures videatur, neve longitudo obtudisse. Subaudi, aures, vel auditum.

Acuere & Obtundere ingenia, contraria. Cic. 3. de Orat. 52. Non quo (vt nescio quos dicere aiebant) acui ingenia adolescentum nollem, sed cõtrà ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.

Mentem obtundere, cui opponitur Acuere mentem. Cic. 1. Tuscul. 126. Multa enim è corpore existunt, quæ acuant mentem, multa quę obtundant. Virgil. 1. Aeneid. 215. Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni. Vbi Seruius, Obtusa, non stulta, sed crudelia.

Vocem obtundere. Cic. 1. de Orator. 156. Vt quum patrono malo, quum vocem in dicendo obtodisset, fuadebat Granius, vt multum frigidum biberet, &c. Liuius 7. ab Vrbe, 7. Quum sæpius reuocatus vocem obtudisset, &c. De Liuio poeta.

Vox obtunditur, atque aures confusa penetrat. Lucret. lib. 4. 124.

¶ Obtundere, Sæpius repetendo eadem inculcare. Plaut. Cistel. 2. 107.
Istoc ergo aures grauiter obtundo tuas. Terent. Heaut. 5. 1. 6. Desine deos vxor gratulando obtundere. Idem Aud. 2. 2. 11. Nuptiæ mihi, & id scio, hodie obtundis, tametsi intelligo. Item Adelph. 1. 1. 31.
Auscultame me obtũdas de hac re sæpius. Tractum à fabris, qui sæpe repetunt tundendo aliquid malleo: & idem obtundunt & hebetant.

Diutius aures aliquorum non obtundere. Cic. 6. Verr. 97.

Obtusæ criminatione aures, & Vacuæ, contraria. Cicc. Anteq. iret in exil. 7. Acqui auditores adhibebuntur: aures non obtusæ criminatione, sed vacuæ præbebuntur.

Obtundere aliquem longis epistolis. Cic. Attico, lib. 8. 145. 6. Ego si somnum capere possem, tam longis epistolis non obtunderem.

Obtúsus, penult. prod. Participium, (ἀμβλυωπός,) Plin. lib. 18. cap. 35. 7.
Cornua lunæ obtusa.

Obtusus animi vigor. Liu. 1. ab Vrbe, 83.

Obtusus pugnis. Plautus Amphit. 7. 48, Fateor i nam sum obtusus pugnis pessimè.

Obtúsus, (κατεμβλυωτός,) Nomẽ ex participio. Cic. de Senec. 76. Nõne vobis videtur animus is, qui plus cernat, & longius videre se ad melioraprospicit? Illis autem cuius obtusior sit acies, non videre?

Acies obtusa stellis. Virg. 1. Georg. 79.

Acies oculorum obtusior. Vide ACIES.

Angulos obtusus. Lucret. lib. 4. 71.

Aures obtusæ. Id est surdæ. Stat. 1. Sylu. 1. 35.

Cornua obtusa. Virg. 1. Georg. 87.

Vires obtusæ. Lucret. lib. 3. 91.

Vsus obtusior. Virg. 3. Geor. 17. Hoc faciũt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali arto, &c.

Obtusus etiam legitur, sed minus frequẽter & vsitatè. Plin. epist. 123. lib. 7. ad Præsentem, Vt enim si eorum tibi facerem, dulcibus cibis acris, acutosq; miscerem, vt obtunsus illis, & oblitus stomachus, his excitaretur. Alia exemplaria habent obtusus. Plaut. Casina, 21. 7.
– obtunso ore nunc peruelim progrediri senem.

Obtúse, pen. prod. (ἀμβλέως.) obtúsius, obtusissimè. Cicc. 1. de Nat. deorum, 95. Totum aut etiam, aut non negauit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius?

Obtueor, obtuéris, pen. prod. obtútus sum, pe. pro. (πρόσοψις, 10. 65. At tu istac aduersum obtuẽre. Et paulo pòst, Ignosco ætati, non quis obtuerier. Idem Amph. 10. 19, Inimicos osa sum semper obtuerier. Et Bacchid. 15. 20.
– nunquis nummi exciderunt here tibi,
Quòd sic terram obtuẽre?

Obtútus, huius obtútus, pen. produ. ma. g. (πρόσοψις.) Aspectus. Virgil. 1. Aeneid. 100, Dum stupet, obtutúque hæret defixus in vno. Cicc. 2. de Nat. deor. 155. Obtutum in cauda maioris figere dicas. Ex quodã poeta. Sic 2. Tusc. 39. Et 3. de Orat. 10, Qui vultum eius quum ei diceretur esset, obtutumque oculorum in cogitando probè nosset.

Acris obtutus. Silius lib. 17. 70.

Continuus oculorum obtutus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 9.

Torus obtutus. Silius lib. 10. 53.

Obtutu consurgit ab alto. Valer. 7. Argon. 18.

Effugit obtutum oculorum animus. Cic. de Vniuers. 35.

Visum fatigari continuo obtutu oculorum. Quintil. lib. 1. cap. 2. 9.

Figere obtutum aliquo. Cic. 2. de Nat. deor. 155. Ex poeta.

Obtutu hæret defixus in vno. Virg. 1. Aeneid. 100.

Tacito obtutu stetit. Virg. 12. Aeneid. 134.

Ora defixa tenet obtutu. Virg. 7. Aeneid. 50.

Quodam obtutu oculorum duo pro vno lucernæ lumina videri. Cic. 2. de Diuinat. 180.

Obtuor, obtúeris, penul corr. obtúitus, pen. corre. vel obtũtus sum, obtueri habet. (ἐμβλέπω,) obtui, Idem. Aliquando à synonymo obtueor.

Obtúitus, huius obtúitus, pen. cor. (βλέμμα,) Idem quod Obtũtus. Cic. 1. Offic. 203, Ex oculorũ obtuitu, ex eleuatione aut remissione superciliorum. Correctiora exemplaria legunt Obtutu.

Obturbo, obturbas, (διαταράττω,) obturbare, Ab omni parte turbare, quod & Disturbare dicitur. Terent. And. 5. 4. 23.
Iuine verò? obturbat.

¶ Obturbátur, Impersonale. Plinius epistol. 190. g, Incipit respondere Veiento. nemo patitur. obturbatur, obstrepitur, adeò vt diceret, Rogo p. c. ne me cogatis implorare auxilium Tribunorum. Tacit. lib 19. Denso agmine obturbabat.

Lenire & Obturbare, contraria. Cic. Attico, lib. 12. 241. 7. Me scriptio & literæ non leniunt, sed obturbant.

Obturbare solitudinem alicuius. Cicc. ad Atticum, lib. 12. 241. 11. Nec quicquam habeo tolerabilius, quàm solitudinem. Nam (quod eram veritus) non obturbauit Philippus: nam vt heri me salutauit, statim Romam profectus est.

Obturo, obtúras, (ἐπιβύω,) Vide OBTHVRO. nam per h scribi debet. Varro 3. de Re rust. ca. 16. 6. Etiam paucæ extra ostium aluei obturant omnia. Sic Cato cap. 154.

Obuagio, obuágis, penul. prod. obuagiui, obuagítum, (κατεβαβάζω,) obuagíre, Circum vagire. Plaut. Pœnul. 2. 31.
Nutrices pueros infantes minutulos
Domi procurent, neve in spectatum afferant,
Neve esurientes hic quasi hœdi obuagiant.

Obuallo, obuallas, (περιχαρακόω,) obuallare, Circumuallare. Cicc. pro Lege agraria, 19. Me longo interuallo propè memoria temporumque nostrorum primum nouum hominem Consulem fecistis, & eum locum quem nobilitas præsidiis firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce rescidistis.

Obuaro, obuaras, (διαστρέφω,) obuarare, Peruertere, depraua re. Dictum à varis. Ennius Achille, Nam consiliis obuarant, quibus tam concedit hic ordo. Nonius.

Obuenio, obuenis, penult. correp. obueni, penul. prod. obuentum, (ἀντάω, ἀντιάζω, ἀντομαι, ἀντιμολέω,) obuenire, Obuiam vel contrà venire. Plaut. Asin. 7. 15.
Sed si mecum occasionem opprimere hanc, quæ obuenit, studet,
Maximas obuiamitates, &c. Plin. epistol. 188. Obueniat materia, vel Maximas obuiamitates, &c. Plin. epistol. 188. Obueniat materia, vel hæc ipsa quam mirabiles, vel potius alia. Cic. ad Atticum, lib. 2. 17. 5. Sed eas eram daturus, vt putaram postridie ei qui mihi primus obuenisset. Correctiora exemplaria legunt Obuiam venisset.

¶ Obuenire, pro Contingere quasi fortito. Liu. 10. ab Vrbe, 51. Consules inter se prouincias partiti sunt, Scipioni Hetruria, Fuluio Samnites obuenerunt. Cic. pro Cluentio, 118. Hoc est Qu. Voconium cum iis iudicibus, quos ei obuenerint (vos appellat iudices) quærere de veneno.

Sorte prouincia Sicilia Verri obuenit. Cic. 4. Verr. 11.

Obuenire, Quoquomodo contingere. Cicc. 2. Philipp. 88. Id igitur obuenit vitium, quod tu iam Calend. Ian. futurum esse præuideras. Idem 2. Offic. 109. Sin qua necessitas huius muneris alicui Reipub. obuenerit, &c. Quintil lib. 10. cap. 3. Expectantes quid obueniat, quid res poscat, quid personam deccat.

Obuenit occasio. Curtius lib. 8. In Callisthenem olim contumacia suspectum, pertinacioris iræ fuit: cuius explendæ matera obuenit occasio.

Obuenit hæreditas vel Hæreditate obuenire aliquid dicimus, hoc est, quod vulgò dicimus, per successionem. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 12. Quid. pòtero facere, si illiusmodi mihi fundus hæreditate obuenerit? Cic. Obuenientia bona homini ab alio conferuntur, vel aliunde deferuntur, obuenit hæreditas: philosophia homini non obuenit, sed eam sibi quisque quærere debet à seipso. Vlpianus, Excipiuntur autem arma, quæ quis commercii causa habuerit, hæreditatéve ei obuenerint. Plin. epist. 6. lib. 3. Ex hæreditate quæ mihi obuenit, emi proximè Corinthium signum. Plin. annunculus lib. 17. cap. 1. 4. In domo, quæ mihi hæreditate obuenit, habitem. Budæus.

Hæreditas ei obuenit. Author ad Herenn. lib. 4. 181.

Obuentio, Verbale, (περιγραφή,) Vlpianus in L. Magis puto. §. Si pupillus. ff. de Rebus eorum qui sub tutela & cura sunt, An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus quæ conueniri possint, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum ipse atque obuentionum. Reditus & obuentiones. Vlpianus in L. 1. §. Exercitorem. ff. de Exercitoria actione, Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obuentiones & reditus omnes peruenunt.

Obuerto, obuertis, obuerti, obuersum, (ἀντιστρέφω,) obuertere, Contra vertere. Plaut. Pseud. 16. 5. Ne in re secunda nũc mihi obuertat cornua. Liu. Tũ totam aciem in Samnites obuertit. Plin. lib. 14. ca. 11. 2. Fenestras obuerti in Aquilonem oportere. Cic. 3. Tusc. 68. Quẽ spectabant, cuius ob os Grati ora obuertebant sua. Ex poeta. Obuertere ordines vel signa, In hostem vel contra hostes conuertere. Liuius 7. bel. Pun. 110. Inde primò turbata acies est, dum ad circumsonantem vndique clamorem flectere cornua & obuertere ordines volunt. Idem 9. ab Vrbe, 183. Inde signa in hostem obuertit. Columel. lib. 7. Plurimum refert vt pascentium capita sint obuersa soli, qui plerunque nocet animalibus.

Aremum obuertit in illam. Ouid. 12. Metam. 121.

Nauem obuertunt magno cum pondere nauta. Cic. in Arato, 16.

Proras obuertunt pelago. Virgil. 6. Aeneid. 1.

Terga obuertere alicui. Virgil. 2. Georg. 55.

Obuersa Orienti gallina. Colum. lib. 1. cap. 3. 1.

Obuersus sto, pro Aduersus. Plin. lib. 9. cap. 57. 1. Contraque venantes refugere in suas cauernas, & in iis obuersos stare. De piscibus terrenis.

Obuersor, obuersaris, (περιφέρομαι,) obuersari, Deponens, frequenter ad esse & versari. Plin. epist. 116. 2, lib. 5. Sedebant iudices, Centumuiri versabantur, obuersabantur aduocati, silentium longum.

¶ Obuersari dicitur id quod ita animo apparet vt adesse coràm videatur, & cerni. Plin. epist. 35. e, Obuersabatur præter illa quæ suprà dixi, causæ difficultas. Cic. pro Sest. 5. Sed mihi ante oculos obuersatur Rei pub. dignitas, quæ me ad se rapit. Plinius lib. 11. cap. 31. 1. Species vanas, imaginesque conspicuas obuersari demonstrantes.

Veritas ipsa & grauis, & recta ratio nónne mihi obuersatur? Cicero 4. Academic. 152.

Obuersatur species in somnis. Liu. 2. ab Vrbe, 155. Cuius repentinæ cladis ne causa dubia esset, ægro animi eadem illa in somnis obuersata species, visa est rogitare, &c.

Obuersatur animo. Liu. 10. ab Vrbe, 102. Nec his, nec illis periculum fuit, sed publicum imperium seruitutemque obuersatur animo. Idem 2. Tuscul. 90. Obuersantur species honestæ animo.

Obuersatur oculis. Liu. 5. bel. Maced. 36. Caudinæque cladis memoria non animis modò, sed propè oculis obuersabatur. Sic lib. 3. 23.

Ante oculos obuersari. Lucret. lib. 4. 198.

Ante oculos exterminatoris sui obuersatur Respublica. Cicero pro Domo sua, 109.

Obuersatio, Verbale. (περιφορά,) Cic. pro Murena, 46. Mœstos amicos, obuersationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animaduertebant.

Obuio, obuias, (ἀντάω, ἀντιάζω, ἀντομαι,) obuiare, Obuiam profiscisci, vel obuium esse. Et per translationem pro Resistere. Salust. in Iugurtha, non ira procul ab initio, Tum primùm superbiæ nobilitatis obuiatũ. Sed hîc exemplaria castigatiora habent obuiã itũ est.

Obuius, Adiectiuum, (ἀντιβατικός,) Quod alicui occurrit, & tanquam in via expositum est. vt Obuia arma ferre, Apud Virgilium 9. Aeneid. 17. Salust. Deinde omnes puberes, Numidas atque negotiatores promiscuè, vti quisque armatus fuerat, obuius interfecit.

Signa obuia signis. Lucan lib. 1. 2.

Tute tibi obuius obstas. Lucret. lib. 4. 232.

Obuius & expositus homo, Qui omnes admittit, nec se difficilem præbet in colloquiis. Plin. epist. 10. a, Est enim obuius & expositus, plenusque humanitatis quam præcepit.

Obuius tibi sum, Obuius tibi fio, & Obuium me tibi fero dicimus.

Obuium se dare alicui. Liuius 1. ab Vrbe, 67. Romulus, inquit, Quirites, parens vrbis huius, prima hodierna luce cœlo repentè delapsus, se mihi obuium dedit.

Obuium esse. Cic. pro Cecinna, 55. Sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fueris.

Obuiæ literæ. Cicc. Attico, libro 6. 115. 4. Tu autem fac vt mihi tuæ literæ volent obuiæ.

Obuia vrbs inimicis. Virgil. 3. Aeneid. 100. – & quæ fuerit minus obuia Graiis. Id est quæ nullum patiatur excidium.

Obuiè diuerso. Plin. lib. 8. ca. 50. 1. Solertiam eius animalis Mutianus visam sibi prodidit in pòte prætenui, duabus obuiis ediuerso. De captis.

¶ Nominatiuus positus, vt videtur, pro accusatiuo apud Virgilium 1. Aeneid. 64. Cui mater media sese tulit obuia sylua. Pro eo quod est, Tulit sese obuiam. Sic tamen ordinandum est, ne videatur solœcismus, Cui mater obuia tulit sese in media sylua.

Turba obuia mi venerat. Propert. lib. 2. eleg. 30. 1.

Obuiam, Aduerbium, (ἐξύ,) Terentius Phorm. 1. 2. 2. At ego obuiam conabar tibi Daue.

Accedere obuiam, Vide ACCEDO.

Effusi obuiam, (ὑποπτήσσω,) Liuius 5. ab Vrbe, 106. Aduentus quoque Dictatoris omnibus ordinibus obuiam effusis celebratior quàm vllius vnquam antea fuit.

Ire obuiam. Cic. pro Murena, 61. Si mercede corrupti obuiam candidatis issent. Tacit. lib. 3. Aut siquis ex magistratibus tantam industriam, ac seueritatem pollicetur, vt ire obuiam queat, hunc & laudo, &c.

Obuiam ire periculis. Salust. in Iugurtha, Præterea modestissimè parendo, & sæpe obuiam eundo periculis, in tantã claritudinẽ breui peruenerat.

Obuiam ire conatibus. Cicc. Antè quàm iret in exilium, 6. Frequentes profectò talibus conatibus obuiam ire niteremur, Sic 3. Verr. 74. Obuiam ire cupiditatibus.

Itio obuiam. Cicc. Attico, lib. 11. 224. 1.

Obuiam fieri. Cicero pro Milone, 20. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo.

Mittere obuiam. Cic. ad Atticum, lib. 12. 235. 5. Ego misi Tironem Dolabellæ obuiam. Et Appio Pulchro, lib. 3. 7. 9. Q. Leptam præfectum fabrum meum tibi obuiam misi. Vide MITTO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obsistere obuiam alicui, Vide OBSISTO.
Procedere obuiam. Cic.4.Verr.46. Heraclusille & Epicrates longè mihi obuiam cum suis omnibus processerunt. Idem 2. Philipp. 85. Cæsari ex Hispania redeunti obuiam longissimè processisti.
Longè alicui obuiam procedere, Vide LONGVS.
Prodire obuiam. Cicero pro Murena, 62. Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti. Sic 2.Philipp.71.
Proiicere obuiam alicui. Cic. Terentiæ lib.14.5.5.
Venire obuiam. Cic ad Atticũ, lib. 2.16.1. Calendis Iun. cunti mihi Antiũ, & gladiatores M. Metelli cupidè relinquenti, venit obuiam tuus pater.
Obuiam esse, pro In promptu. Plaut. Capt. 10.6. Nec sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam est. Idem Aulul. 10.19. Quod te scio facile abstinere posse, si nihil obuiã est. Id est, si nihil offenderis obuiũ.
Obuiam, pro Contra. Cic. Attico, lib. 4. 85. 17. Huic obuiam Cato & Scrutius Prætor aperte.

Obumbro, obumbras, (ἐπισκιάζω,) obumbrare, Vmbris vndique obscurare. Virgil. 12. Aeneid. 116.
– obumbrant æthera telis. Curtius, Quippe obumbratus amnis presso in solum diabitur alueo. Hoc est arboribus tectus, inquit Budæus. Plin. lib. 16. cap. 36. 3. His armis solem ipsum obumbrant.
Coma obumbrat humeros. Ouid. 13. Metam. 180.
Locus obumbrat templum. Ouid. 14. Metam. 168.
Oculiter obumbrat vestibulum. Virgil. 4. Georg. 4.
¶ Obumbrare, Tueri, defendere, per translationem. Virg. 11. Aenei. 45. Et magnum reginæ nomen obumbrat. Subaudi, Turnum. Hoc est tuetur, defendit, & est translatio ab arboribus. Hoc autem dicit, Amor reginæ ad fauorem popularem plurimum proderat Turno. Seruius.
¶ Obumbrare, Obscurare. Quintil. in Procem. lib. 8. Nec gratiam consequuntur, & fidem amittunt, propter id quòd sensus obumbrant, & velut læto gramine fata strangulant. Budæus.
Crimen obumbrare sub imagine erroris. Ouid. 5. de Ponto, 3. 15.
Error obumbrat crimen facti. Ouid. epist. 16. 10.
¶ Obumbratur sapientia vino. Plin. lib. 23. cap. 1. 28. Vinum ieiunos bibere, nouitio inuento inutilissimum est. curas, vigoremque animi impedit, ad procinctum tendentibus, somno accommodatum ac securitatibus. Iamque dudum hoc fuit, quod Homerica illa Helena ante cibum ministrauit. Sic quoque in prouerbium cessit, Sapientiam vino obumbrari. Quod Plinius citat, est apud Homerum Odyllea quarto.
Obumbrat, est dictum. Plin. lib. 13. ca. 11. 11. Meliusque ea vino, quando sibi ipsa non obsibrat assiduoque sole coquitur, & afflatu magis sentit.

Obuncus, (ἀναγκαῖος,) Adiectiuum, Valde vncus & incuruus. Virgil. 6. Aeneid. 110.
– rostroque immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens.
Morsus obuncus aquilæ. Claud. de bello Gildon. 94.

Obundo, obundas, (κυμαίνω,) obundare, Ab vnda. Stat. 1. Achil.
– Lireque deæ superchios obundat
Obeliis & dulci vestigia circuit vnda.

Obustus, Adiectiuum, (πεπυρωμένος,) Circunustus vt Sudes obusta. Ouid. 12. Metam. 60.
Qui iuncta est humero ceruix, sude figis obusta.
Robur obustum. Silius lib. 4. 57.

Obuoluo, obuoluis, obuolui obuolutum, pen. prod. (περιστρέφω,) obuoluere, Circumuoluere. Cic. in Oratore, 41. Si denique pictor ille venit, quum immolanda Iphigenia tristis Chalcas esset, mœstior Vlysses, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari. Idem 7. Verr. 58. Capitibus obuolutis. Et Liu. 3. ab Vrbe, 4.
Obuolutum & præligatum folliculo os. Cic. 2. de Inuent. 232.
Obuoluta sanguine fax. Cic. 1. de Diuin. 117.
Adest adest fax obuoluta sanguine atque incendio,
Multos annos latuit. Ex poeta.
Obuoluere vitium, pro Velare, obtegere. Horat. 2. Serm. saty. 7. 9.
Tu, quum sis quod ego, & fortassis nequior, vltro
Insectère, velut melior verbisque decoris
Obuoluas vitium?

O C

Occa, occæ, (βωλοκόπημα,) Instrumentum quo tracto, reptanteque super terram, ferreis aut ligneis dentibus, quibus instructum est, glebæ conteruntur, & agri superficies coæquatur, & semina cooperiuntur: quanuis & craribus id sæpe fiat. Virgil. 1. Georg. 19.
Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineasque trahit crates, iuuat arua. Ab occido, siue occæco deductum. Columel. lib. 2. cap. 18. Deinde viciam permistam seminibus feni seremus, tum glebas sarculis resoluemus, & inducta occa coæquabimus. Exemplaria castigatiora habent, inducta crate, &c.

Occo, occas, (βωλοκοπέω,) occare, Glebam confringere & comminuere. Varro de Re rust. lib. 1. ca. 29. Nonnulli postea, qui segetes nõ tam latas habent (vt in Apulia) id genus prædii per sarritores occare solent, siquæ in porcis relictæ grandiores sunt glebæ. Ibidem, cap. 51. 1. Vineat nouellas fodere, aut arare, & postea occare, id est comminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. Cic. de Senect. 47. Quæquum gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit, primum id occatum cohibet, ex quo occatio (quæ hoc efficit) nominata est. Columel. lib. 2. cap. 10. 4. Proscindemus terram, prosciissamque in iram reuocabimus, occabimusque, quo altius longiore humo cõtegatur. Plaut. Capt. 12. 5. Nam semper occant, prius quàm sarriunt rustici. Festus, Occare & occationem Verrius putat dictam ab occædendo, quòd cædant grandes globos terræ: quum Cicero venustissimè dicat ab occæcando fruges iactas.
Villicus occat segetes. Horat. 2. epist. 2. 33.
Sibi occare. Plaut. Merc. 3. 71. Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. Vide METO, metis.
Occatio, Verbale, (βωλοκοπία,) Pli. li. 18. ca. 10. 1. Aratione per transuersum iterata occatio sequitur. Sic Colu. li. 2. ca. 4. 1. Et Cic. de Senect. 47.
Occitor, pen. prod. occatoris, (βωλοκοπητής,) Aliud verbale. Plaut. Capti. 12. 4.
– quid ego deliqui? AE. rogas,
Sator, sartorque scelerum, & messor maxume?
T. Non occatorem dicere debebas prius?
Nam semper occant prius, quàm sarriunt rustici. Colu. lib. 2. ca. 13. 1.
Occatorius, Adiectiuum, (βωλοκοπητικός,) vt Occatoria opera, Qua ad occationem pertinet. Columel. lib. 2. ca. 13. 2. Bubalci operas tres exigunt, occatoriam vnam.

Occaeco, occæcas, (ἐκτυφλόω,) occæcare, Cecum facere. Occæcatur sol Plaut. Menæh. 4. 65. – ô solem videre
Statim vt occæcatus est, præ huius corporis cãdoribus. Dicimus & obcæco, integra præpositione. Vide OBCAECO. Cicero 3. de Orato. 86, Tenebræ conduplicantur noctesque, & nimbum occæcat nigror. Ex Pacuuio.
Occæcare animum, per translationem. Liu. 8. bel. Pun. 128, Mors Scipionis falsò credita occæcabat animos. Idem 5. ab Vrbe, 166, Adeò occæcat animos fortuna, vbi vim suam ingruentem refringi non vult.
Occæcati animi pauore. Liu. 8. bel. Maced. 91.
Occæcatus cupiditate. Cic. 1. de Finib. 51.

Occalleo, occalles, occallui, occallère. Siue
Occallesco, occallescis, (πωροῦμαι,) occallescere, Callum obducere dicitur partes quæ obdurescunt. Plaut. Afin. 9. 13, Qui latera conteram tua, quæ occallucre plagis. Ouid. 14. Meta. 57,
Osque meum sensi pando occallescere rostro.
Occallescere in odium. Seneca 3. de Ira, Inemendabilis, quum ex ira in odium occalluit.
Longa patiẽtia occallui. Plin. epist. 39. Apud Plautum, Occalluit animus. Cice. Attico, lib. 2. 33. 5, De Statio manumisso, & nonnullis aliis rebus angor equidem sed iam prorsus occallui.
Occallatus, pe. pro. (πωρώδης) Qui callũ obduxit. Sene. 4. Nat. Quæst. Sed quid sentire possunt emortuæ fauces, & occallatæ curis ardẽtibus.

Occanere, (κατᾴδω,) pro Occinere. Tacit. lib. 2, Tum Senatus occanere cornua, tubasque, & petitaggere, erigi scalas iussit. Vide OCCINO.

Occasio, occasiõnis, (καιρός, ἀφορμή,) Est opportunitas, tẽporis casu proueniens, inquit Festus. Cic. 1. de Inuent. 56, Occasio autem est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Idem 1. Offic. 198, Tempus autẽ actionis opportunum, Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occasio.
Occasio & causa illius opprimendi fuit hęc. Cic. pro Milone, 30.
Casus est in capiendo, locus, euentus, occasio. Cic. pro Flacco, 24.
Factorum occasio. Quintil. lib. 8. cap. 6. 21.
Ampla occasio, Vide AMPLVS.
Breuis occasio, Vide BREVIS.
Commoda & idonea occasio. Author ad Herennium, lib. 4. 214.
Insperata occasio, Vide INSPERANS.
Rara occasio. Quintil. lib. 3. cap. 7. 12.
¶ Admota sceleris exequendi occasio, Vide ADMOVEO.
Amittere occasionem. Cic. pro Cecinna, 11.
Amplecti occasionem. Plin. epist. 13. lib. 2, Et tu occasiones obligandi me auidissimè amplecteris.
Aperire occasionem, Vide APERIO.
Arripere occasionem, Vide ARRIPIO.
Capere occasiouem. Plaut. Pseud. 16. 6,
Ne in re fecunda nunc mihi obuortat cornua.
Si occasionem ceperit: nam cautio est,
Qui sit malus.
Captare occasionem. Cic. de Aruſp. responsis.
Dare occasionẽ. Cic. Cornificio, lib. 12. 24. 3, Ego tamen, vt primùm occasio data est, meo pristino more Rempub. defendi. Idem 7. Philipp. 22. Qui

Qui familiarem iugularat, quid hic occasione data faciet inimico?
Date occasionem alicui rei. Quintil. lib. 1. cap. 3. 10, Pudet dicere, in quæ probra nefandi homines isto cædendi iure abutantur: quam det aliis quoque nonnunquam occasionem hic miserorum metus.
Ne data quidem occasione illum repulimus. Cic. Attico, lib. 7. 136. 3.
Tarditatem occasionis expectare. Cic. 2. Philipp. 122.
Habere occasionem. Brutus Ciceroni, 4. 6, Quòd si Antonius ab alio relictum regni instrumentum, occasionem regnandi habuit. Et Plancus Senatui, li. 10. 8. 4, Si in eo mihi temperauissem, maiores occasiones ad opitulandum haberem.
Imminere occasioni, pro Captare occasionem. Curtius lib. 5, Ipse currum sequebatur occasioni imminens alloquendi eum.
Ad alienæ petitionis occasionem interceptus honos. Cice. 2. de Lege agrar. 220.
Largiri occasionem, Vide LARGIOR.
Nactus calumniæ amplam occasionem. Cice. 4. Verr. 43. Vide NANCISCOR.
Obuenit occasio, Vide OBVENIO.
Occurrere occasioni si potuisset, se acerrimum propugnatorem cõmunis libertatis præstitisset. Brutus Ciceroni, 11. 1.
Offerri occasionem. Tacit. lib. 12, Tum Agrippina sceleris olim certa, & oblatæ occasionis, propera, nec ministrorum, &c.
Oblata occasio. Cice. pro Lege Manil. 2, Quorum alter relictus, alter lacessitus occasionem sibi ad occupandã Asiam oblatã esse arbitratur.
Opprimere occasionem, Vide OPPRIMO.
Ostentata occasio, Vide ostento in OSTENDO.
Occasio parta. Plaut. Bacchid. 15. 24.
Quid igitur stulte, quoniam occasio ad eam rem fuit
Virtute mea parta, vt quantum velles, tantum sumeres?
Præbere occasionem flagitiis. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4, Non minorem flagitiis occasionem secreta præbuerint.
Tantę laudis occasione aliquem priuare. Cic. pro Ligario, 16.
Quærere occasiones. Senec. de Benefic. li. 3. cap. 14, Quantum possimus resistamus, & quærenti occasiones amputemus.
Rapiamus occasionem de die. Horat. Epod. 13. 1.
Occasio est. Plaut. Pseud. 5. 5. 2, Fuit occasio si vellet, iam pridem argentum vt daret. Ibidem, 15. 3, Heus tu, nunc occasio est & tempus.
Idem Persa, 19. 15,
– nunc est illa occasio,
Inimicum vlisci. Terent. Phorm. 5. 7. 2, Summa eludendi occasio est mihi nunc senes.
Quantæ, quoties, quàm præclaræ occasiones fuerunt, si eum interficere voluisset. Cic. pro Milone, 29.
Si fuerit occasio, manu: sin minus, locis nos defendemus. Cice. Attico, lib. 5. 106. 5.
Tenere & Omittere occasionem, contraria. Cice. 1. de Legib. 7, Teneo quam optabam occasionem, neque omittam.
Oblatam occasionem tenere. Cic. 3. Philip. 148.
Occasio venit. Plaut. Trin. 13. 155,
Postquam ille hinc abiit, pòst loquendi liberè videtur
Tempus venisse atque occasio.
Occasio visa. Cic. 3. Verr. 23, Simulac primùm ei occasio visa est, &c. pro uinciam deseruit.
¶ Occasio in aggrediendo, conficiendoque negotio, præcipuum habet momentum: vt non sine causa veteres videantur eam diuinitate donasse: tametsi apud Græcos mas est hic deus, appellaturque καιρός. Eius simulacrum ad hunc modum fingebat antiquitas. Volubili rotæ pennatis insistens pedibus, vertigine quamcitatissima semet in orbem circunagit: priore capitis parte capillis hirsuta, posteriore glabra, vt illa facilè prehendi queat, hac nequaquam. Vnde dictum est, Occasionem arripere. Ad quod erudite simul & eleganter allusit quisquis is fuit, qui verficulum hunc conscripsit, Fronte capillata, posthæc occasio calua. Ex Erasmo. Extat Ausonii nobile epigramma in simulacrum Occasionis & Pœnitentiæ, quod visum est hic apponere ob carminis elegantiam,
Cuius opus? Phidiæ, qui signum Pallados, eius
Quisque Iouem fecit: tertia palma ego sum.
Sum dea, quæ rara, & paucis Occasio nota.
Quid talaria habes? volucris sum: Mercuriusque
Fortunare soleo: tardo ego quum volui.
Crine regis faciem, cognosci nolo. Sed heus tu
Occipite es caluo, ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes dicat tibi. Dic rogo, quæ sis.
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Nempe vt pœniteat, sic Metanœa vocor.
Tu modò dic quid agat tecum? liquando volaui,
Hæc manet: hanc retinent quos ego præterii.
Tu quoque dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.
¶ Occasio, pro Copia, teste Budæo. Colum. li. 8. cap. 17, Id autem stagni vel excidit in petra, cuius rarissima est occasio, vel in litore construitur opere fignino. Idem li. 9. cap. 1, Id fabricatur ex robore, quereo, vel suberetnam oleæ est rara occasio. Plinius libro 16. cap. 40. 8, Quoniã ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est.

Occasiũcula, occasiũculæ, pen. cor. (ἀφορμίδιον,) Diminutiuum. Plaut. Trin. 13. 129, Nam nihil aurifero, nimis arguti obrepsisti meapse occasiuncula.

Occasus, Vide OCCIDO occidis.

Occedo, occẽdis, pen. pro. occessi, occessum, (προέρχομαι,) occedere obuiam. Plaut. Afin. 8. 24, Quisquis obuiam huic occesserit irato, vapulabit.

Occepso, (ἄρχομαι,) Incepero, veteres dicebant, authore Nonio. Plaut. Amphit. 8. 39, Ni ego illi puteo, si occepso, animã omnem intertraxero.

Occido, occidis, occidi, occisum. penult. prod. (κτείνω, ἀποκτείνω, φονεύω, κατακτείνω, ἐκφονεύω, φονεύω,) occidere, Ex ob & cædo compositum, Interficere quomodocunque. Teren. And. 5. 2. 22, Si quicquam mentitum inuenies, occidito. Pli. epist. 51. 6, Qui à Veletio Festo per summum facinus in Africa occisus est.
Multos ferro, multos veneno homines occidere. Cicero pro Rosc. Amerino, 61.
Virginiam filiam sua manu occidit Virginius. Cic. 2. de Finibus, 107.
Non hominem occidi. Horat. 1. epist. 17. 10.
Inermem occidere. Ouid. 2. Fast. 139.
Condere Rempublicam, & Occidere, contraria. Cice. pro Domo sua, 74, Rempublicam condere vnius discessu, quàm omnium interitu, occidere maluit.
Occidere pugnis. Teren. Adel. 4. 2. 21.
Ctesipho me pugnis miserum & istam psaltriam
Vsque occidit.
¶ Occidere, Enecare, excruciare, tantaque molestia afficere, vt quis occisus propè videatur. Terent. Phorm. 4. 3. 68, Hei mihi Geta occidisti me tuis fallaciis. Idem Adelph. 5. 7. 1,
Occidunt me quidem, dum nimis sanctas nuptias
Student facere. Plaut. Bacchid. 2. 53, – ædepol haud ætati optabile
Fecisti, quum istanc nactus es impudentiam:
Occisus hic homo est.
Legendo occidere aliquem. Horat. de Arte, 96.
Occidis sæpe rogando. Horat. Epod. 14. 1.
Occisus, penult. prod. Participium. (ἀναιρεθείς,) Cice. 1. in Catil. 19, Vigilare non solùm ad insidiandum somno maritorum, verum etiam bonis occisorum.
Nullo negotio occisus, Vide NEGOTIVM.
Occisa est hæc res, Id est desperata & perdita. Plau. Pseud. 7. 8, Occisa est hæc res, hæret hoc negotium. Idem Capt. 11. 7, Occisa est hæc res, nisi reperio atrocem mihi aliquam astutiam. Item Menæh. 11. 45, Satin' sanus es? occisa est hęc res.
Occisissimus, penult. corre. (ἀναιρετότατος,) Superlatiuum, quo vtitur Plautus in Casin. 15. 53, Occisissimus sum omnium qui viuunt, loricam induam.

Occisio, occisiõnis, Verbale, (φόνος,) Actus ipse occidendi. Cædes ipsa. Plin. de Viris illust. 14, In insidias delapsi, ad vnum occisione perierint. Cice. pro Cecinna, 31, Tu vim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit?

Occisione occidere. Cic. 14. Philipp. 409, Quumque Aulus Hircius Consul Imperator prælio audito & cognito, fortissimo, præstantissimoque animo exercitum castris eduxerit, imperumque in Marcum Antonii exercitumque hostiũ fecerit, eiusque copias occisione occiderit, suo exercitu ita incolumi, vt ne vnum quidem militem desiderauerit.

Occidio, occidiõnis, (ἀναίρεσις,) Cædes, siue mors. Columella lib. 7. ca. 5. 13, Sola tamen ea fomenta non aspernatur lactis caprini, quod infusum tantum valet, vt & blandiatur igneam sæuitam, differens magis occidionem gregis quàm prohibens. Idem lib. 4. ca. 17. 2, Nec ad occidionem vniuersum genus perduci patimur complurium annorum negligentia. Idem lib. 9. cap. 15. 1, Nam nec ad occidionem gens interimẽda est. Tacit. lib. 12, Copiæ tum occidione occubuissent. Item in eodẽ libro, Ac post multum vulnerum, occidioni exempti sunt.

Occidione occidere. Liu. 8. bel. Pu. 236, Quum duo exercitus eorum propè occidione occisi essent, &c. Idẽ 3. ab Vrbe, 45, Quia occidione propè occisos Volscos & Aequos mouere sua sponte arma posse iam fides abierit Cic. ad Caronem, lib. 15. 4. 19, Et à cohorte Prætoria, quæ erat Epiphaneæ præsidii causa, occidione occisum.

Occido, occidis, occidi, pen. cor. occisum, (ἐκπίπτω,) occidere, Ex ob & cado compositum. Plaut. Rud. 2. 8, Et alia signa de

Universidad de Deusto
Biblioteca

celo ad terram occidunt. Id est, cadunt.
Ex nihilo oriri, & In nihilum occidere, contraria. Cic. 1. de Diuinat 56.
¶ Occidere, (ἀπολλύναι, ἀποθνήσκειν,) Mori. Cic. 1. Tuscul. 29, Sunt enim qui discessum animi à corpore putant esse mortem: sunt qui nullum censeant fieri discessum, sed vnà animum & corpus occidere. Idem ad Lucceium, lib. 5. ep. 3, Quorum alii occiderunt, alii nescio quo pacto obiurerunt.
Occidere & mori. Cic. pro Ligario, 11, Sed non loquor de nobis, de illis loquor qui occiderunt.
Occidimus ipsi & extinguimur refrigerato & extincto calore. Cice. 2. de Nat. deorum, 34.
Planè occidere. Ci. Q. fratri, lib. 1. ep. 5, Sin planè occidimus (me miserum) ego omnibus meis exitio fuero, quibus antè dedecori non eram.
Potentes rerum occiderunt. Lucret. lib. 3. 209.
Morte æterna occidere. Valer. 7. Argon. 57.
Ferro occidit Priamus. Virg. 2. Aeneid. 117.
Ante suos annos occidit. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 10.
Vulnere occidit. Ouid. 6. Metam. 53.
¶ O'ccidi, dolentis cùm commotione quadam partis la, Idem significat quod Perii. Plaut. Aulul. 6. 25,
Volo te vxorem domum ducere. M. heu occidi. B. quid ita?
M. Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror. Terent. Eunucho, 2. 3. 1, occidi:
Neque virgo est vsquamineque ego, qui illam è conspectu amisi meo.
Occidit dolus. Plaut. Trucul. 9. 6,
Quanta est cura in animo, quantum corde capio dolorem,
Dolus ne occidat morte pueri. Id est, ne possit perfici.
Domus vna occidit. Ouid. 1. Metam. 49.
Occiderunt fundi. Plaut. Trucul. 4. 68,
–non hercle occiderunt mihi etiam Fundi & ædes.
Occidere etiam herbæ dicuntur, per translationem, quum senescunt, vel emarcescunt. Virg. 4. eclog. 6,
–& fallax herba veneni Occidet.
Lumen oculorum occidit. Lucret. lib. 3. 85.
Celerius occidit festinata maturitas. Quintil. in Proœ. lib. 6. 9.
Occidit memoria. Cicero 2. de Legib. 77, Hæc iura Pontificum authoritate consecuta sunt, vt ne morte patrisfamilias sacrorum memoria occideret.
Occidit recordatio harum rerum. Cic. de Amicitia, 86, Quarum rerum recordatio & memoria, si vnà cum illo occidisset, desyderium communis suui viri atque amantissimi ferre nullo modo possem.
Occidit hoc spatium. Plaut. Sticho, 6. 32, Sed spatium hoc occidit, breue est curriculo. Hoc est, non satis spatii habeo.
Occidit spes nostra, nusquam stabulum est confidétiæ, Hoc est, de spe decidimus. Plaut. Mostel. 6. 3.
Occidit, occidit spes omnis. Horat. 4. Carm. ode 4. 14.
O'ccidens, pen. cor. Participium: (ἀποθνήσκων,) vt Occidens Resp. Ci. ad Sulpitium, lib. 4. 1. 2, Profectò aliquid opis occidenti Reip. tulissemus.
Natura occidentem, maturius extinguere vulnere. Cic. pro Cælio, 63.
Vita occidens suis laudibus consolari potest. Cic. 1. Tuscul. 175,
Occidens sol. Cic. 1. Tuscul. 151.
¶ Occidens, (δύων,) Aliquando substantiuè accipitur: & subintelligitur Sol, nempe pro ea parte mundi in qua sol occidit: vt Oriens, in qua oritur. Cic. 2. de Nat. deorum, 244, Qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt. Plin. li. 18 ca. 35. 3, Quum Orientis atque Occidentis radii rubent, coitæ pluuias.
Insula vltima Occidentis. Catul. in Iulium Cæsarem, epig. 27. 3.
Sinus vltimus Occidentis. Horat. Epod. 1. 3.
Totus nauigatur Occidens, Vide Nauigo in NAVIS.
Occidentâlis, & hoc Occidentâle, penu. prod. (δυτικός,) Quod vergit ad Occidentem. Plin. lib. 18. cap. 34. 7, Ab Occasu solstitiali & Occidétali latere Septentrionis. Idem lib. 5. cap. 17. 1, Ab Occidentali litore Ifseni fugitant vsque quà nocent. In veteri codice legitur ab Occidente litora, &c.
Occâso, occâsis, penul. prod. (κατοίχομαι,) occisere, verbum antiquum, ab occasum, occasu. Plaut. Casin. 15. 8, Satin' propter te pereo ego, atque occaso?
Occâsus, huius occisus, pen. prod. (τελευτή,) Mors, interitus & casus fortunæ tam in homine, quàm in rebus externis. Cicc. 1. Acad. 12, Ac post Lælii nostri occasum,
Obitus & occasus nosser. Cic. in Pisonem, 26.
Occasus imperii, occasus Reip. Plin. in Paneg. 43, Hic fiducia sui procreatos nisi larga manu fouet, auget, amplectitur, occasum imperii, occasum Reip. accelerat. Virgil. 1. Aeneid. 87,
Testor in occasu vestro nec tela, nec vllas
Vitauisse vices Danaûm. Cicero in Pisonem, 13, Senatum Reip. occasum atque interitum lugere vetuisti.
Occasus & interitus Reipublicæ. Cic. pro Sylla, 24.
Vrbis occasus & ruinæ. Virg. 1. Aeneid. 49.

Totius vrbis atque imperii occasus appropinquat. Cic. 3. Catil. 64.
Occasus solis, Transitus solis in aliud hemisphærium nempe quum nobis apparere desinit. Plaut. Epid. 3. 41,
–nam ni illas ante solis occasum hodie ἄλω,
Meam domum tu ne imbites.
Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt. Author ad Herennium, lib. 3. 131.
Occasus, Sub. solis, Idem. Plin. lib. 17. ca. 2. 10, Quapropter qui ibi in Occasum aut Septentriones conseret.
Ad occasum, Vide AD præpositionem.
Ab Ortu ad Occasum spatiis immutabilibus commeans fidus. Cice. 2. de Nat. deorum, 70.
Ad occasum solis pascere pecus. Virg. 3. Georg. 61.
Vertor in occasum. Catull. de coma Berenicis, epig. 61. 14.
Præcipitante in occasum die. Tacit. lib. 20.
Signorum ortus, & occasus. Quintil. lib. 1. cap. 4. 3.
Occasus Vergiliarum. Plin. lib. 18. cap. 31. 1.
Occasûrus, pen. prod. Participium: (δύσεσθαι μελλων,) vt Beneficia in aliquem collata exitio alicuius occasura. Cic. pro Milone, 77.
Occiduus, Adiectiuum, (ἑσπερινός,) Quod occidit, vel vbi fit solis, vel alterius rei occasus. Claud. lib. 2. de raptu Proserp. in præfat. 8,
Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu
Apperis, occiduo ducis ab orbe greges. Gellius lib. 19. cap. 1, Reditemusque in vrbem sole iam ferè occiduo. Plin. lib. 7. cap. 49. 2, Scansili annorum lege occidua.
Sol occiduus. Ouid. 1. Metam. 13,
Aquæ occiduæ. Ouid. 1. Fast. 63, Mare Hesperium.
Domus primæ & occiduæ, Orientis & Occidentis. Stat. 1. Theb. 40.
Senectę occiduę iter declíue. Ouid. 15. Metam. 46.

Occino, occinis, pen. corr. occinui, occentum, (κατᾴδω,) occinere. Contrà canere. Liuius, Si pulli non pascentur, si tardius ex cauea exierint, si occinuerit auis. Legitur & Occanui, apud Salustium lib. 1. Hist. Iussu Metelli cornices occanuerunt.
Alites occinentes. Catull. ad Thallum, epig. 27. 1.
Occentus, huius occentus, (κατῳδή,) Ipse occinendi actus.
Occentus foricis. Valerius Maximus lib. 1, Occentusque foricis auditus, Fabio Maximo Dictaturam, C. Flaminio Magisterium equitum deponendi causam præbuit. Plin. lib. 8. cap. 57. 2, Nam foricum occentu diuimi auspicia, annales refertos habemus.
Occento, occentas, occentare, (κατᾴδομαι,) Frequentatiuum.
Occentare (inquit Festus) Conuitium facere significat, vt apud antiquos, quum id clarè & cum quodam canore fieret, vt procul exaudiri posset quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur. Plaut. Curcul. 3. 53, –quid, si adeam fores.
Atque occentem? P A. neque veto, neque iubeo, quando te
Video immutatis moribus esse here, idem Persa, 16. 20,
–at ego intromittere vereor:
Hac enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores.

Occipio, occipis, penult. corr. occœpi, occœptum, (ἐνίσταμαι,) occipere, Ex ob, & cœpi defectiuo compositum, Incipere. Terentius Eunuch. 1. 2. 45, Interea miles, qui me amare occœperat,
1 dem Aud. 3. 1. 24,
Si quid narrare occœpi, continuò dari
Tibi verba censes. Liuius, libro 1. Agere porrò occœpit. Idem 3. ab vrbe, 80, Decembri mense sum mo Patrũ studio L. Quintius Cincinnatus pater Cæsonis C O S. datur, qui magistratum statim occiperet.
Magistratum occœperant. Tacit. lib. 3.
Iuuentas occipit. Lucret. lib. 5. 178.

Occiput, penu corr. huius occipitis, n. ge. (ἰνίον,) Posterior capitis pars, quæ fronti opponitur. Ausonius in epigrámate Occasionis. Occipite ea caluo. Vide O C C A S I O.
Occipitium, huius occipitii, Idem. (ἰνίον,) Plautus Aulu. 4. 15, Quæ in occipitio quoque habet oculos pessuma. Erasmus, In occipitio oculos haber. De versutis & circunspectis, quosque neutiquam proclíue fit fallere: quod genus hominum Persius Satyra 1. 6, Ianos appellat, O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit.
Frons occipitio prior, Priscis agricolis celebratum adagium, atque instar ænigmatis tactatum, Frons occipitio prior. Quo significauit antiquitas rectius geri negotium, vbi præsens ac testis adest is, cuius agitur negotium. Prior dictum est pro potior, meliorque. Alioqui quis ignorat fronten priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem? Tabat frontem priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem? Tametsi hæc amphibologia commendat nonnihil dicti gratiam, quod ob antiquitatem, oraculi instar habebatur. Extat autem apud Catonem lib de Re rust. cap. 4, Si bene, inquit, ædificaueris, libentius & sæpius venies, Fundus melior erit, minusque peccabitur, frucți plus capies: frons occipitio prior. Plinius item in eandem fermè sententiam libro historiæ mundi decimo octauo, capite quinto, 5. Eum tamen inquit, qui bene habitet, sæpius ventitare in agrum: frontemque domini plus prodesse, quàm occipitium, non mentiuntur. Rursus eiusdem libri capite sexto.

pite sexto. Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Erasmus.

Occlamito, occlámitas, pen. cor. (κατεβοᾶμαι,) occlamitare, Idé quod clamitare frequentatiuum, & obstrepere. Plaut. Curcul. 4. 28, –dormio. Ne occlamites.

Occludo, occlúdis, occlúsi, occlúsum, pen. prod. (κατακλείω,) occlúdere, Ex ob & cludo antiquo verbo compositum, quod Claudere significat. Plaut. Amph. 13. 10, Occluserunt ędes. Idé Aul. 5. 25, –occlude fis Fores ambobus pessulis.
Tabernas occludere. Cic. 4. Academ. 251, Quid me igitur Lucille in inuidiam, & tanquam in concionem vocas & quidem vt seditio si Tribuni solent, occludi tabernas iubes?
Occludere linguam alicui. Plaut. Trinum 4. 110, –occlusisti
Linguam, nihil est qui respondeam. Idem Milite. 10. 11,
Quippe si reseuere inimici consilium tuum, tibi
Tunpte cõsilio occludunt linguam, & constringũt manus. Hoc est impediunt ne quid respondere possis.
Occlusus, pen. prod. (κατακλειστός,) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. 4. in Catil. 90, Occlusis tabernis.
Occlusa contumelis libido. Terent. And. 3. 3. 16,
Hem id te oro, vt antè eamus, dum tempus datur,
Dumque eius libido occlusa est contumelis.
Occlusum odium effundere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. ep. 98, Sed quum occlusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insesente me fuisset, omne repentè apparuit. Quidam legunt inclusum.
Nec obsignatum, nec occlusum. Cic. 1. de Orat. 138.
Occlusior stultiloquentia. Plau. Trinũ 4. 136, Pauciffimi faxim qui scíat, quod nesciunt: occlusiores que habeant stultiloquentiam. Hoc est, magis occulcam & obscuram.

Occo, occas. Vide O C C A.

Occubo, occubas, pen. corr. occũbui, occũbitum, pen. corr. (κατεύω,) A cubo compositum, Idem quod Occumbo Virgil. 1. Aeneid. 111,
–hic aduersis crudelibus occubat vmbris.
Morte occubare. Liu. 8. ab Vrbe, 49, Memores Consulis pro vestra victoria morte occubantis.

Occulco, occulcas, (κατασπατάω,) occulcare, Idem quod Conculcare: aut in sulco, operitoque & bene occulcato.

Occulo, occulis, pen. corr. occũlui, occultum, (κρύπτω,) occulere, Abscondere ita vt nihil appareat. Ci. 2. de Oratore, 51, Pũcta argumentorum plerunque vt occulas, neqnis ea numerare possit. Virg. 2. Georg. 70, Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros, Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra. Cicero ad Attícum, lib. 5. 105. 3, Appii vulnera non refrico, sed apparent, nec occulli possunt. Idem 2. Tusc. 62, Quæ ceteris in vrbibus mollissimo cultu parietum vmbris occuluntur. Sic Liu. 2. bel. Maced. 159.
Aether occulit deos. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 13.
Iuppiter occuluit aerem nubibus. Ouid. 14. Metam. 164.
Sylua occulit feras. Ouid. 2. Fast. 44.
Arcana pectore fido occulam. Sene. Hippol. 8. 3.
Caput in terris occuluit Nilus. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 5.
Culpam parentum occuluit. Stat. 3. Sylu 3. 10.
Mœsta secretum occulit. Sene. Hippol. 7. 6.
Vmbris sese occulat. Virg. 12. Aeneid. 11.
Occultus, (κεκρυμμένος, κρυπτός, λανθάνων,) Participium, siue Nomen ex participio. Plaut. Trinum. 10. 18, In occulto iacebis, quum te maximè clarum voles. Cic. ad Matium, lib. 11. ep. 13, Habeo multo occultiora, quæ vix verbis assequi possim.
Occultus & inuolutus: Promptus & apertus, contraria. Cice. 1. de Finib. 46, Interesse enim inter argumentum conclusionemque rationis, & inter mediocrem animaduersionem atque admonitionem: alterũ occulta quedã & quasi inuoluta aperiri alterũ prõpta & aperta indicari.
Aeuo occulto crescit fama. Horat. 1. Carm. ode 12. 9.
Amores occulti. Ouid. 1. Fast. 17.
Calles occulti. Virgil. 9. Aeneid. 77, Rara per occultos ducebat semita calles.
Occulta & tecta cupiditas. Cic. pro Rosc. Amer. 63.
Dolores occultos proferre. Propert. lib. 1. eleg. 17. 1.
Doli occulti. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 5.
Iter occultum. Propert. lib. 3. eleg. 11. 11.
Occultum, intestinum, & domesticum malum. Cic. 3. Verr. 27.
Monitus occulti. Ouid. 3. Fast. 34.
Notæ occultæ, Literæ, secreti aliquid habentes. Ouidius 3. de Arte, 125.
Proditor occultus. Claud. 1. Paneg. 23.
Occultæ res, & ab ipsa natura inuolutæ. Cic. 1. Academ. 21.
Occultissimę, res Secretissimæ & absconditissimæ. Ci. 4. Acad. 112, An tu,

quum res occultissimas aperueris, in lucemque protuleris, in Axtusque dixeris ea te comperisse, &c.
Occultas & penitus abditas res non modò vidit animo, sed etiam sic tractat vt manu doceat Epicurus. Cic. 1. de Nat. deor. 69.
Sapor salis occultus in lacte. Virg. 3. Georg. 80.
Scelus occultum. Lucan. lib. 4. 52.
Spes occultæ. Tacit. lib. 18, Quum spes occultas versaret in animo, &c.
Viæ occultæ. Virg. 5. Aeneid. 140.
Vires occultas concipiunt terræ. Virg. 1. Georg. 18.
Voces occultæ. Stat. 5. Thebaid. 98.
¶ Saltuum occulta. Tacit. lib. 1, Præmisso Cæcina, vt occulta saltuum scrutaretur.
¶ Abdere se in occultum. Vide ABDO.
Continere sese in occulto. Vide CONTINEO.
Occultum offerre, inquit Festus, est Sub terram ferè ponere.
Abditum & occultum. Vide ABDO.
Occultum & reconditum. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 10.
Occultum, ac subdolum fingendis virtutibus. Tacit. lib. 5.
Credere occulta seruis. Cic. pro Cælio, 45.
Occultum habere aliquid, pro Occulere, reticere. Salust. in Catil. At Fulnia insolétia Curii cõsa cognita, tale periculum Reipublicæ haud occultum habuit: sed sublato author, de Catilinæ coniuratione quæ, & quomodo audierat, compluribus narrauit.
Recludere occulta Parcarum. Stat. 1. Achill. 101.
Subuertere aliquid per occultum. Tacit. lib. 3.
In occulto propè stare. Cic. pro Cluentio, 62.
¶ Ex occulto, Aduerbialiter positum, pro Secretò. Plin. lib. 9. cap. 45, Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens.
Ex occulto interuenire. Cic. pro Cluentio, 36.
Occultè, (κατακρυφδὸν,) occultius, occultissimè, Aduerbium. vt Occultè facere aliquid: hoc est Clàm & cautè. Cic. 1. de Finib. 79.
Clàm & occultè. Cic. 6. Ver. 19, Per istos, quæ volebat, in nauem clàm imponendi, occultè exportanda curabat.
Occultè sine teste. Cice. 2. de Finib. 86, Facilè vt excogitet quomodo occulè sine teste, sine vllo conscio fallat.
Occultè ferre. Terent. Adelph. 3. 2. 36, Neque id occultè ferrà lenone ipsus eripuit palàm. Id est, non clàm agit.
Labitur occultè, fallitque volatilis ætas. Ouid. 10. Metam. 103.
Occultè latere. Cic. 2. pro Lege agraria, 49, Quid Alexandria cunctaque Aegyptus? vt occultè latet? vt reconditа est? vt furtim tota Decemviris traditur?
Lude, sed occultè. Ouid. epist. 16. 31.
Occultè aliquid moliri. Cic. Attico, lib. 7. ep. 7. 3.
Apertè & Occultè, contraria. Ci. 1. de Lege agraria, 1, Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.
Peruenire occultè ad aliquem locum. Cic. 3. in Catil. 51.
Occultè ad exploranda loca proficiscitur. Cæsar 1. bel. Cia. 245.
Occultissimè parere. Cic. 1. Offic. 177, Remouent oculis, ipsique necessitati dant operam vt quàm occultissimè pareant.
Occultissimè aliquid agere. Cic. 1. Verr. 10.
Occulto, occultas, (κρυπτόμαι,) occultare, Frequentatiuum, hoc est Abscondo. Virgil. 2. eclog. 2, Nunc virides etiam occultant spinetа lacertos. Plin. lib. 10. cap. 24. 3, Verè turtur occultatur.
Boues abactas occultat sylua. Ouid. 1. Metam. 138.
Corpus senile paludibus occultauit. Cic. pro Sestio, 42.
Occultare se latebris. Ci. pro Lege Manilia, 4, Et ita regnat, vt se nõ Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris vestigalibus, hoc est in Asiæ luce versari.
Quæ natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouent ab oculis. Cic. 1. Offic. 177.
Occultare se ab aliquo, Ex alicuius conspectu se auferre. Plau. Trinũ. 6. 3,
–neque latebrosè me abs tuo
Conspectu occultabo.
Occultare apud se. Cæsar 6. bel. Gall. 68.
Occultare rem aliquam alicui, Celare. Plaut. Persa, 15. 24, Res quam occultabam tibi dicere, nunc eam narrauero.
Intemperantis est, scribere quod occultari velis. Cic. 1. Acad. 4.
Occultari & Aperiri, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 74, Quod eo est admirabilius in his stellis quas dicimus, quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum abeunt, &c.
Elucere & Occultari, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 52, Tenuitas hominis eiusmodi est, vt dissimulari non queatque eo magis elucear, quo magis occultatur.
Dissimulare & occultare. Cæsar 2. bel. Ciuil. 128, Quanto hæc dissimulare & occultare, quàm per nos confirmari, præstat?
Occultare & dissimulare appetitum voluptatis propter verecundiam. Cic. 1. Offic. 148.
Causam tanti terroris occultas. Cic. 3. Verr. 56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Occultar consilium fugæ.Cæsar 3.bel.Ciuil.401.
Culpam occultare subintris.Stat.9.Theb.124.
Occultare fugam Cæsar 1.bel.Gall.107.
Vitia occultare.Cic.Post red.in Senatu,14.
Intus veritas occultatur, in fronte est ostentatio. Cic.2.de Finibus,124.
¶ Occultari, pro latere.Cic.1.Offi.34. Præmirabatque de stipatoribus suis, qui perlustrarent arculas muliebres; & ne quod in vestimentis occultaretur telum, exquirerent. Occultaretur dixit pro latêret. Nam quod occultatur, nondum occultatum est, hoc est, nondum latet.
Occultatus, pen.prod. Participium (κεκρυμμένος,) vt Occultata tenebris.Cic.4.Acad.219.
Occultatò, Aduerb.(κεκρυμμένως,) Idem quod Occultè.Cic.pro Deiotaro,11. Quod igitur & occultarius conari, & efficere cautius potuit, id tibi & medico callido, & timo, vt putabar, fideli non credidit, &c.
Occultatio, Verbale.(κατακρυψις,) Cic.2.de Finibus,117. Quæ libido se non prodpiet ac proiiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? Cæsar 6.bel.Gall.79. Cuius rei nulla est occultatio.
Occultator, pen.prod.(κατακρυπτής,) Aliud verbale.
Occultator & receptor latronum locus.Cic.pro Milone,37. Sustinuisset hoc crimen primam ipse latronum occultator, & receptor locus.

Occumbo, occumbis, occubui, occubitum, pen.cor. (κατακείνομαι, ὑποπίπτω,) occumbere, Mori, Succumbere, Vinci.

Ante annos suos occubuit.Ouid.3.de Arte,4.
Occumbere morti, Idem.Virg.1.Aenei.d 13.
-seu certè occumbere morti.
Neci occumbere.Ouid.15.Metam.100.
Occumbere necem, vel mortem.Suet.in Augusto, Vsitatiam occubuisset necem.Liu.1.bel.Maced.69. Qui pugnantes mortem occubuissent. Idem 6.bel.Pun.132. Qui aduersus vim atque iniuriam Aetolorum, pro patria pugnantes mortem occubuerunt.
Occumbere morte.Cic.1.Tuscul.163. Vt esset qui pro patria morte nõ dubitaret occumbere. Legitur & mortem.Liu.lib.1.ab Vrbe,27. Quẽ quam vadentem ad ipaluncam Cacus vi prohibere conatus esset, ictus clauis fidem pastorum nequicquam inuocans, morte occubuit. Ibidem, lib.8.50. Memores Consulis pro vestra victoria morte occumbentis. Verus exemplar habet occubantis.
Ferro occumbere.Ouid.13.Metam.42.
Certamine æuo occumbit.Silius lib.1.29.
Fastis claris occumbere.Valer.5.Argon.58.

Occupo, occupas, pen.cor. (φθάνω, καταλαμβάνω, προλαμβάνω,) occupare. Ex ob & capio compositum, significat proprie (vt ait Valla lib.5.) quod in commune siue in medium positum erat, ante alios capere. Est etiam locum tenere aut capere, & vi arripere. Plautus. Menæch.34.22. -imò quidem adolescens neque Tuum tibi occupare, neque præripere postulo. Cic.de Amicitia,38. Tib. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnauit is quidem paucos menses. Cæsar 1.bel.Gall.13. Vt regnum in ciuitate sua occuparet, quod pater antè habuerat.
Occupare saltus.Cæsar 3.bel.Ciuil.135. Pollio ad Cicero.lem lib.10. 33.13. Parmam dicepiam, I. Antonium Alpes occupasse.
¶ Occupare, Præuenire. Titinnius Veliterna, Ergo occupa foras exire. Plaut.Rud.6.23. Occupas præloqui. Turpilius Trasilcone, Cesso occupare, & me in colloquium conferre horum? Ennius Hectoris lustris. Hectorei summa armatos educit vi foras, castrisque castra vltro iam ferre occupat. Pacuuius Dolorestes, Is quis est? qui tunc si tu illum occupas, letho dabis. Varro Ephebo, Crede mihi plores dominos fecui comedere, quàm canes. quod si Actæon occupasset, & ipse pricus suos canes comedisset. Idem Eudemonibus, Prius quàm respondeream, foris nescio quis occupat res indicare. Nonius.
Occupes prior adire. Plan.Pseud.14.18. Volo vt prior tu occupes adire. Liuius 1.ab Vrbe,131. Occupat Tullus in agrum Sabinum transire.
Occupare antè. Plaut.Asin.14.9. Nisi quidem illa antè occupasset te.
¶ Occupare, Detinere. Plaut. Epid.5.110. Atque id non decem datum occupatum tibi erit argentum dies. Pacuuius Atalanta, Super satis agere, vt ne in mari animum occupes. Cic.1.Offic.83. Et in ea fundi tus delenda occupati & sunt, & fuerunt. Virg.lib.4.Georg.88.
-manicisque tacentem
Occupat. Varro Eudemonibus, Quum in eo esset occupatus, atque in schola curaret. Terentius Phorm.3.2.17. Alia quum occupatus esset solicitudine Nonius.
Occupare se ad aliquod negotium. Plau.Pseud.7.136. Nequo te ad aliud occupes negotium.
Occupare animum in funambulo. Terent.in Prolog.Hecyræ,5.
Affectibus occupari. Quintil.lib.6.cap.2.6. Ira omnem inquirendæ veritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus.
¶ Occupare, Inuenire, tenere, vel pollidere. Plaut.Trinum.17.11. Familiam optimam occupauit. Cic.in Hortensio. Et Paulum Marcelli occupauisse. Virg.6.Aeneid.85. Occupat Aeneas aditum custo te sepulto, Cic.13.Philip.351. Agri Lucani possessiones occupauit: Plaut.Rud.17.19. Occupat membra mortis metus. Nonius.
Occupari quidpiã ab aliquo. Quintil.lib.1.cap.10.11. Hæc quoque pars quæ ab oratoribus relicta, à philosophis est occupata, nostri operis fuit. De musice.
Occupare locum, & complere. Cic.de Clar.Orat.160. Volo hoc oratori cõtingat, vt quum auditum sit eum esse dicturum, locus subsellijs occupetur, compleatur Tribunal, &c.
¶ Aditus occupare, Vide ADEO.
Aestum maris occupare. Curtius lib.9. Et media nocte, vt æstum occuparet, cum paucis navigiis secundo amne defluxit.
Amplexu occupare aliquem. Ouid.3.Fast.102.
Occupat animos terror. Cæsar 1.bel.Gall.155. Liu.7.bell.Pun.224. Iam primos occupauerat Equestris terror.
Occupat animos fuga. Liuius 5.ab Vrbe,171. Pauor fugaque occupauerat animos.
Animum ab iracundia occupari. Cic.Q.fratri,lib.1.1.59.
Occupare liberum mortis arbitrium. Curtius lib.4. Tyrii tot simul malis victi alii supplices in templa confugiunt, alii foribus ædium obseratis occupant liberum mortis arbitrium, alii ruunt in hostem haud inulti tamen perituri.
Sopor occupat fessos artus. Virg.4.Georg.38.
Anna occupat furens. Valer.3.Argon.18.
Fama occupat aurem. Horat.2.Serm.Saty.2.19.
Solus occupat communia. Ouid.13.Metam.55.
Occupare consilium, Inuenire. Plaut.Menæch.17.86.
-amplius enim hæreo,
Ni occupo aliquod mihi consilium.
Diem fati occupare. Curtius lib.8. Apud hos occupari fati diem, pulchrius & viuos se cremari iubent.
Exercitum occupare. Curtius lib.7. Ibi exercitum, qui sub Parmenione fuerat, occupauit.
Scabies extremum occupet. Horat.de Arte,84. Vide SCABIES.
Fortunam occupare & capere. Cic.5.Tusc.40. Occupauit te, inquit, fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, vt ad me aspirare non posses.
Gratiam alicuius occupare. Curtius lib.7. Quin validioris occupas gratiam, dedisque te?
Honores occupare. Horat.1.Carm.ode 12.4.
Italiam militibus occupare. Cic.2.de Lege agraria,10.
Obsidere & occupare præsidiis Italiam. Cic.pro Lege agr.74.
Locum occupare, quod vulgò impedire dicitur. Cic.3.de Finib.104. Sed quemadmodum theatrum quum commune sit, rectè tamen dici potest eius esse cum locum quem quisque occuparit. Hoc est primus cepisse. Colum.lib.6.cap.11.1. Quæ locum fœcundarum occupant ablegdo.
Cæmentis occupare locum aliquem. Horat.3.Carm.ode 24.1.
Locum primum occupare. Lucret.lib.1.79.
Odii locum ne risus occupet. Cic.in Orat.48. Illud admonemus tamen, si diculo sic vsurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne scurrile sit, &c. nec in facinus, ne odii locum risus occupet: neque aut sua persona, aut iudicum, aut tempore alienum.
Sopor occupat lumina fessi. Tibull.lib.1.eleg.2.1.
Occupare primos menses. Cælius ad Ciceronem, lib.8.10.10. Nouis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, hæc causa primos menses occupabit. Id est, primis mensibus tractabitur.
Mentes Siculorum tanta superstitio occupauit, vt, &c. Cic.6.Verr.104.
Ministerium carnificis occupare. Curtius lib.8. Detestabile carnificis ministerium occupauerat rex. De Alexandro loquitur qui Clytum amicum interfecerat.
Mors occupat eam. Terent.And.1.5.63. Mors continuò ipsam occupat.
Morsu occupare. Ouid.3.Metam.10. Occupat hos morsu, longis amplexibus illos.
Munus aliquod occupare. Curtius lib.8. Ipse primus truncam arboris eiecit, clamorque exercitus index alacritatis sequutus est, nullo detrectante munus quod rex occupasset.
Muros occupare. Curtius lib.9. Postero die scalis vndique admotis muri occupantur.
Occupatum occupare. Plau.Rud.4.21. Qui oratione hic nos occupatos occupes. Idem Menæch.10.7. Quæ homines occupatos occupat.
Orbem occupare viribus. Virg.7.Aeneid.52.
Pallor occupat ora. Virg.4.Aeneid.100.
Ortum solis occupare. Curtius lib.6. Frequens arbor faciem quercus habet, cuius folia multo melle tinguntur, sed nisi solis ortum incolæ occupauerint, vel modico tepore succus extinguitur.
Pacem occupare. Curtius lib.4. Nisi moderationem animi tui notam haberent, non dicerem hoc esse tempus, quo pacem non dare sollum, sed etiam occupare deberes.
Nauis occupat portum. Horat.1.Carm.ode 14.1.
Possessionem occupare laudis. Plancus ad Ciceronem, lib,10.7.4. Nõ me diusfidius mediocri dolore afficiebar, quum alii occupare possessionem laudis

laudis viderentur.
Regiam occupare. Horat.1.Carm.ode 18.2.
Regnum occupare. Cic.5.Philip.175.
Solum occupabitur feris. Horat.Epod.16.2.
Suffugium occupare. Curtius lib.8. Hortari, vt proxima quæque suffugia occuparent.
Tyrannidem occupare. Cic.3.Offic.121.
Verba quæ maximè cuiusque rei propria, quæque essent ornatissima, atque optima, occupauit Ennius. Cic.1.de Orat.75.
¶ Occupare hominem, Quod vulgò dicunt Surprendre, ou preuenir. Curtius lib.3. Quum deinde Darium regem, vbicunque esset, occupare statuisset, vt à tergo tuta relinqueret, Amphoterum, &c. Idem lib.7. Spitamenes pergit ad Bessum, & remotis arbitris compertisse ait se, insidiari ei Dataphernem & Catenem, vt vinum Alexandro traderent agitantes, à semet occupatos esse, & vinctos teneri.
¶ Occupare, Collocare, inquit Nonius. Póponius Pictoribus. Quæ tulerant mecum, nullam deinde victoria tam Græca mei cedit illico curaui vt occuparem.
Occupare pecuniam alicui, vel apud aliquem fœnore. Ci.pro Flacco,40. Pecuniam adolescentulo, grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupasti. Id est, pecuniam abs te fœneratiriam sumpsit adolescentulus. Ibidem,45. At quum quidam Tralliani quum ipsi graui fœnore illam pecuniam multos annos occupauissent. Id est fœnerati essent. Et 3. Verr.64. Præterea pecunias occupauerat apud populos, & syngraphas fecerat. Budæus.
Occupatus, pen.prod. Participium (κατειλημμένος,) vt
Vrbs occupata seditionibus. Horat.3.Carm.ode 6.3.
Occupans, pen.cor. occupantis, Participium. (καταλαμβάνων,) Quintil. Declama.13. Multa nihilominus quæ libera fuerunt, transeunt in ius occupantium, sicut venatio & aucupatio.
Occupatus, Adiect. (ἀσχολούμενος,) Qui antè negotio aliquo detẽtus, non pôt negotio alterius operã dare: vt ait Valla. Plaut. Asin. 13.15. In foribus scribat occupatam se esse. Cicero de Senect.29. Itaque nemo adhuc conuenire me valuit, quin fuerim occupatus. Liu.1.ab Vrbe,85. Et animi aliquid agendo occupati erant. Plaut. Amphit. Herus Amphitruo occupatus. Idem Mostel.14.16. Nisi quid magis es occupatus, operam mihi da.
Occupatus & Otiosus, contraria. Cic.1.Tusc.9. Vt si occupati profuimus aliquid eiusbus nostris, prosimus etiam si possumus otiosi.
Occupatum & impeditum nunquam hunc tenuerunt amores. Cice. pro Cælio,35.
Occupatus auditioni. Plin.li.26.cap.2.2. Sedere nanque in his scholis auditioni occupatum gratius erat.
Vehementer occupatus homo. Cic.pro Murena,25.
De aliquo occupatus. Cic.Atti.lib.10.196.1. Et quia festinabam, eráque occupatior de Q.filio, ita me quidem sedulo: reliqua nosti.
In faciendo aliquid occupatus. Cic.pro Murena,77. Is non in administrãdo bello, sed in sufficiendo Collega occupatus.
Occupatus in alio amore. Terent.And.5.1.10.
Occupatus in bonis. Cic.pro Rosc.Amer.56.
Occupatus in studio. Caro in Præfatione.
Occupatus in re familiari. Cic.ad Brutum,8.2. Et 1.Acad.22. In quibus ante enim philosophi occupati fuerunt.
Occupatus in se conseruando. Cic.4.de Finib.55.
¶ Occupatus tot annos in diis mortalibus placandis. Ci.pro Font.30.
Occupati animi beneficiis aliculus. Liu.7.bel.Pun.118. Beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publicè priuatimque esse.
Suspenso & occupato animo alicui respondere. Cic.1.de Ora.123.
Animum occupatum in aliqua re habere. Cic.1.de Inuent.45.
Opera occupata. Ci.1.de Legib.13. Neque enim occupata opera, neque impedito animo res tanta suscipi potest.
Tempora occupata. Cic.pro Planc.54. Et quid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem vnquam otiosum?
Habebant me occupatiorem comitiorum dilationes, & expectare in dies exitum cogebant. Plancus Ciceroni, lib.8.4.7.
Occupatissimus. Cic.ad Atticum, lib.12.25.2.7. Non dubito quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil literarum.
Occupatio, occupationis, (ἀσχολία, καταλαμβάνω,) Est quum alicui necessariæ rei, & cui ante omnia operam dare debemus, cum diligentia vacamus: vt ait Valla. Cic.1.Offic.35. Sunt autem priuata natura nulla, sed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt.
Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ. Cicero pro Domo sua,3.
Occupatio rei militaris. Cic.4.Academ.9.
Molestissimæ occupationes. Cic.Mario, lib.7.1.18.
Summę atque incredibiles occupationes. Cic.Attico, lib.1.14.1.
Descendere ad iuris Ciuilis perdiscendi occupationem. Cicero 1.de Oratore,131.
Distineri occupatione aliqua. Cic.Attico.lib.2.38.1.
Eripere tempus à summis occupationibus. Cic.Attico, lib.1.9.1.
Expedire se ab omni occupatione. Cic.Attico, lib.3.61.3.
Impediebat te ista conuiuiorũ mulierumque occupatio. Cice.7.Verr.66.
Implicatus occupationibus. Cic.1.de Nat.deorum,72.
In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. Cice. in Orato.19.
Obseruare occupationes, Vide OBSERVO.
Occupationibus prohiberi aliquid facere. Cæsar 4.bel.Gal.519.
Relaxare se occupationibus. Cicero Mario, lib.7.1.18. Et Attico, libr.16.340.1.
¶ Occupatio, pars orationis. Valla, Occupare, sæpe antè capere est. & (vt aliqui loquuntur) præoccupare. Vnde schema illud occupatio dicitur quoties quæ dici ab alio poterant, ea ipsi præueniendo dicimus, in nostram partem, ne nobis postea officerent, retorquentes. Cic.3.de Oratore,113. Et in hilaritatẽ impulsio antè occupatio. Author ad Herenn. lib.4.187. Occupatio est, quum dicimus nos prætterire, aut non scire, aut nolle dicere, id quod tũc maximè dicimus, hoc modo, Nam de puritia quidem tua, quam tu omni intemperantiæ addixisti, dicerẽ, si hoc tempus idoneum putaremnunc consulto relinquo.

Occurro, occurris, occurri, occursum, (ἀπαντάω, προσέρχομαι,) occurrere, Obuium fieri, siue obuiam procedere. Iuuenalis Satyr.1.8. Occurrit matrona potens, quæ molle calœnum, &c. Plau. Mer.4.85. Rogitare occœpit cuius esset. c.quid respódit? A.illico occurri, atque interpello. Cice.ad Brutum, lib.6.1. Scripsi ad eum vt mihi Heracleam occurreret.
Occurrere obuiam. Liu.4.ab Vrbe,170. Pauidæque matres & coniuges oblitæ præ gaudio decoris, obuiam agmini occurrerent.
Ad tempus occurrere. Cic.1.Philip.6. Tum verò tanta sum cupiditate incensus ad reditum, vt mihi nulli neque remi, nequeventi satisfacerent, non quo me ad tempus occursurum putarem, sed ne tardius quàm cuperem, Reipublicæ gratularer.
Occurrere, pro Currere. Plaut.Curcul.6.28. Video parasitum tuum occurrentem. Idem Trucul.6.27. Quid tu hoc occurras in vrbem, quotiescunque aduenimus?
Occurrit ex aduerso instructa acies, Id est processit. Liuius 2.bell.Macedon.108.
Obuius aduersoque occurrit. Virg.10.Aeneid.147.
Oculis tuis occurram. Ouid.epist.2.18.
Occurrere ad iudicium. Vlpian.in L.2§.2.ff. Si quis caut.in iudic.sistendi, &c. Simili modo & si ad testimonium desyderatus, ad iudicium occurrere non potuerit. Id est sisti iudicio.
Telis occurrere. Virg.11.Aeneid.162.
Occurrere supperias fugientibus suis. Hirtius li.5.bel.Afric.259.
¶ Occurrere, (φθάνω,) pro Vltro anteuertere & præuenire. Cicero pro Cluentio,49. Sed ego occurram expectationi vestræ Iudices. Id est, respondebo tacitæ obiectioni.
Occurretur sicut occursum est. Cic.4.Academ.81.
Dictis occurrere alicui. Virg.12.Aeneid.125.
Rationi illi quam paulo antè conclusi, sic occurri. Ci.de Fato,61.
Occurrere, & se offerre. Cic.3.de Orat.105. Neque vos pæon aut herous ille conturber, ipsi occurrent orationi, ipsi inquam se offerent, & respondebunt non vocati.
Occurrere maleuolentiæ hominum, Id est obsistere. Brutus ad Ciceronẽ, lib.11.11.4. Maleuolentiæ hominum in me, si poteris, occurres. Idem 2.Verr.35. Nunc id quod facimus, ea ratione facimus, vt malitiæ illorum consilio nostro occurramus. Cæsar 1.bel.Gal.136. Quibus rebus quàm maturrimè occurrendum putabat. Persius Saty.3.7.
-venienti occurrite morbo.
Consilijs Catilinæ occurri & obstiti. Cic.in Catil.
Res vera occurrit falsæ rationi. Lucret.lib.3.106.
Satietati aurium, animorumque est occurrendum. Cic.6.Verr.94.
Varietas satietati occurrit. Cic.in Orat.101.
¶ Occurrit pernionibus herba hæc, pro Sanat pernionẽs, vel prohibet ne veniant. Plin.lib.10.cap.8.2. Sic lib.16.cap.7.4. Cuicunque sanguinis vitio intus occurrit succus quinquefolii. Ibidem, cap.8.27. Ladanũ Cyprium potum interaneorum vitiis occurrit.
¶ Occurrere, pro Vltro offerri & euenire. Cic.pro Deiotaro,28. de misericordia loquens, Solet supplicibus ipsis, & calamitosis, nullius oratione euocata, occurrere.
Fortuna occurrit sæpe imprudenti. Propert.lib.1.eleg.19.1.
¶ Occurrere, (ἐπιέναι,) res aliqua dicitur, quæ in mentem venit. Cælius ad Ciceronem, lib.8.6.4. Illud mihi occurrit, quod inter postulationem & nominis delationem, vxor à Dolabella dicessit. Cicero de Senect.2. Sed mihi quum de senectute aliquid vellem scribere, tu occurrebas dignus eo munere. Idem pro Milone,18. Occurrebat mancam ac debilem Præturam suam futuram Consule Milone. Et pro Ligario, 4. M.Cicero apud te defendit alium in ea voluntate non fuisse, in qua seipsum cõfitetur fuisse, nec tuas tacitus cogitationes extimescit: nec quid tibi de alio audienti de seipso occurrat, reformidat. Idem pro Ce

Universidad de Deusto
Biblioteca

cionis 38, Non occurrit vnicuique vestrum aliud alii in omni genere exemplam quod testimonio sit, non ex verbis totum pendère ius, &c.

Occurrere & incidere dicuntur res. Cic. 1. de Orato. 81, Vbi eum locum omnem cogitatione sepseris, si modò vsum rerum percalluerit, nihil te effugiet, atque omne quod erit in re occurret atque incidet.

In mentem venire & occurrere. Cice. 4. de Finib. 77, Hoc igitur quæritis omnes, & hi qui quodcunque in mentem veniat, aut quodcunque occurrisse sequi dicent, &c.

Offendere se nobis & occurrere dicitur res aliqua. Ci. 1. de Orat. 73, Omnes enim suæ artis sunt loci sine ingenii cuiusdam atque prudentiæ, qui modo insint in re, de qua scribimus, inquirentibus nobis, omnique acie ingenii contemplantibus ostendunt se & occurrunt.

De nostro itinere in vtranque partem permulta mihi occurrunt. Cice. Attico, lib. 15. 329. 19.

Occurrit animo, vel animis, Hoc est succurrit, & in mentem venit. Cice. 4. Acad. 50, Si id quod officii sui sit, non occurrit animo, nihil vnquam omnino aget. Liu. 3. bel. Pun. 111, Sed occurrebat animis, quantos exercitus terrestres naualesque, &c.

Occurrunt animo perendi mille figuræ. Ouid. epist. 10. 17.

Visa quietis menti occurrunt tranquilla atque veracia. Cicero 1. de Diuinat. 109.

¶ Occurrere, Offerri. Cic. Occurrebat tibi oratio. Id est offerebat se, vt ait Sipontius.

Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi. Colu. li. 2. cap. 2. 12.

Tellus nulla occurrit. Virg. 5. Aeneid. 7,
Vt pelagos tenuere rates, nec iam amplius vlla
Occurrit tellus.

Occúrritur, pen. corr. Impersonale, (ἐνίσταται,) Obsistitur, resistitur, repugnatur. Cice. 1. Offic. 9, Occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis, quærentibus satisne constanter facere videamur, qui quū percipi nihil posse dicamus, &c.

Occurrens, Participium, (ἀπαντῶν,) vt
Imago sæpius occurrens. Virg. 6. Aeneid. 140.

Occursus, huius occursus, (ἀπάντησις,) Ipse occurrendi actus. Plin. li. 11. cap. 37. 33, Dentes serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur. Idem lib. 8. cap. 50. 3, Qui ne contrario occursu hebetentur, capsarum modo includitur. Sic lib. 7. cap. 49. 1, Occursus maleficorum siderum.

Vrsi, læsque occursu fecêre metum. Ouid. 14. Metam. 52.

Rota fracta occursu stipitis. Ouid. 15. Metam. 105.

Occurso, occursas, (ἀπαντῶμαι,) occursare, Frequentatiuum, hoc est Currendo obuiam ire. Virg. eclog. 9. 4,
–& inter agendum
Occursare capro cornu ferit, ille caneto. Plin. lib. 17. cap. 22. 16, Neva gi palmites inter se pugnent occursantes, Idem lib. 6. cap. 22, 7, Adeunis ibi feras occursare.

Occursare, significat interdum promptitudinem memoriæ. Plin. epi. 27, Occursant verba, sed qualia? quæsita & exculta.

Occursare, pro Succurrere, & Venire in memoriam. Plaut. Mil. 14. 55,
Nam ita me occursant multæ, haud meminisse omnes possum,

Occursat animo meo. Plin. epist. 100 b. lib. 5, Occursant animo meo mortalitas, mea scripta. Refertur interdum ad memoriæ promptitudinem, quum veluti ex tempore quæuis succurrunt. Plin. epist. 27, Sensus reconditi: occursent verba, sed qualia? quæsita & exculta. De Isæi eloquentia.

Occursare numinibus, Adorare, & sacrificiis placare, & præuenire numina ne nobis noceant. Plin in Pane. 134. Atque inter hęc pia mente adire locos, & occursare numinibus.

Occursatio, Verbale, (ἀξιωματικὸν μόριον,) quæ vulgò briga dicitur, hoc est Diligens captatio honorum, dum magnatibus aut populo occurrimus prius quàm decernatur. Cic. pro Plancio, 14, Facilis est illa occursatio & blanditia popularis. Idem pro Milone, 73, Vestras verò, & vestrorū ordinum occursationes, studia, sermones, quencunque casum fortuna dederit, secum se ablatorum esse dicit.

OCEANVS, pen. corr. (ὠκεανός,) Proprium nomen Tethyos coniugis. Item eius de quo Martialis lib. 3. 63, Et sedeo, qua te suscitat Oceanus. Idem lib. 6. 8, Et quereris, si te suscitat Oceanus. Ouid. 2. Metam. 102,
–& ad canam descendit in æquora Thetym.
Oceanumque patrem.

Genitor Nympharum Oceanus. Catul. in Gellium, epig. 83. 2.

Oceanus, (ὠκεανός,) Mare dicitur quod vniuersam circuit terrā, Augustinus, Mari magno cingitur terra qui vocatur Oceanus, de quo influit quod dam exiguum in medium terrarum, & fa cit ista maria nota nobis, quæ nauigiis frequentantur. Dictus Oceanus ab ὠκύς, quod est velox, testibus Solino & Seruio. Quod & neutro genere Oceanum dicitur præsertim si MARE sequitur, vt Caper & Probus testantur. Vnde rum vero illarum illa proruptio inter fluctis Oceani, Læua Europam facit, Lybiam dextra, & montibus vtrinque concluditur. Nam Europa Calpe, Africa Abyla monte dispescitur, qui vtrique, quòd eminentes essent, dici columna Herculis meruerūt, quòd (testimonio vetustatis) laboris Herculei limes in illis sit consecratus, Famam autem illam opinionem velocitatis maris, Lusitani, id est Portugalensis hac nostra ætate deprehenderunt. Nam Columbus Nauarchus, vltra Gades Oceanum ingressus, vltra Tottridam zonam penetrauit per Oceanum ad Indos, vsque ad Beatorum insulas. Non tamen istam velocitatem deprehendit, & ideo videre propriis oculis credo sit Oceani scientia. Suidę deduci videtur ab α priuatiua particula, & κίω, quod est χίω, mutata α in ω. Et quamuis nomen sit proprium Oceanus, aliquando tamen pro appellatiuo ponitur, quando partes eius significat. Quomodo MARE, quum totum significat, proprium est quū partem, appellatiuum. Nam à litoribus plerunque accipit nomen. Ad dextram siquidem, vbi primum terram intrat, Atlanticus dicitur: ad sinistrā, Gaditanus: illinc Arabicus, Persicus, Indicus: hinc Britānicus, Germanicus, Scythicus. Postq̄ verò terras intrauit, primò ab Iberia, hoc est Hispania, dicitur Ibericum mare. Tum à Balearibus insulis, Balearicum Postea Narbonensium prouinciam contingens, Gallicum. Deinde à Liguria, Ligusticum. Mox vsque in Siciliam à Tuscis Tuscum, siue Tyrrhenum à Thyrrhenis, siue à differentia superi, Inferum. Superū enim, Hadriaticum vocamus, quòd ad id ab Vrbe venientes, Apenninum cōscendamus. Inde ab Ionibus Ionium, à Sicilia Siculum, à Creta Creticū ab Asia Asiaticum, à Pāphilia Pamphilicum, & multa alia nomina, quæ enumerare longum esset. Poetæ tamen Oceanum, pro quocunque mari vsurpant. Virg. 2, Aeneid. 50,
–& ruit Oceano nox.

Aequor Oceani. Virg. 1. Georg. 50.

Amnes Oceani. Virg. 4. Georg. 47.

Aperta Oceani. Tacit. lib. 2, Dimectque naues in aperta Oceani.

Ostium Oceani. Ci. pro Lege Manilia, 23, Nunc nullam intra Oceani ostium, prædonum naucm esse audatis?

Belluosus Oceanus. Horat. 4. Carm. ode 14. 10.

Refusus Oceanus, Id est refluus. Vir. 7. Aenei. 46. Seruius. Luca. li. 8. 157,
–qua terra extrema refuso Pendet in Oceano.

Ruber Oceanus. Horat. 1. Carm. ode 35. 7.

Soles se tingunt Oceano. Virg. 2. Georg. 97.

Mare Oceanum appellamus. Cic. de Somn. Scipionis, 23.

Oceanus & Salacia cæli satu terræque conceptu generati & editi. Cice. de Vniuers. 56.

¶ Oceanus, Solium vastum in balneis, & omnino lacus alueusque maior, vel ab eo nomine, vel ab amplitudine vocatus, & à lauantium quoque strepitu, & marino quasi æstu. Lampridius, Oceani (inquit) solium primus inter principes Alexander appellauit, quum Traianus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Nam thermarum magnitudo Romæ quanta fuerit, Ammianus docet li. 16, quum inquit, Lauacra in Vrbe in modum prouinciarum extructa.

Oceanitis, pen. prod. Oceanitidis, Patronymicum fœm. (ὠκεανίτις,) dicitur filia Oceani. Virgil. 4. Georg. 69, Clioque, & Beroe sorot, Oceanitides ambæ.

Ocellus, Vide OCVLVS.

OCELLVM, (ὄκελλον,) Hispaniæ Tarraconensis vrbs, Ptolemęo, lib. 2. cap. 6. Vulgò Otero de rey.

Ochra, (ὤχρα,) Cretæ, siue lapidis species, quæ fit exusta rubrica in collis nouis luto circunlitis. Plin. lib. 35. cap. 6. 1.

OCHVS, (ὦχος,) Fluuius, qui in Indię montibus ortus, per Acarnaniam fluit. Plin. lib. 6. cap. 16. Idem lib. 31. cap. 7, Præterea apud Bactros amnis Ochus & Oxus, ex oppositis montibus deferunt talis ramenta.

Ocior, aris. Ociosus, Vide OTIVM.

Ocium, Vide OTIVM.

OCNVS, (ὄκνος,) Is est, inquit Seruius, quem in Bucolicis Virgilius Bianorem dicit, Mantuæ conditor. Cuius etiam meminit 10, Aenei. 40,
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis,
Qui muros matrisque dedit tibi Mantua nomen.

Ocnus (si Latinè interpreteris, significat pigrum) vir quidam fuit, quem effiaxerunt pictores apud inferos sedentem & torquentem funem, asinā autem illi asinam statim deuorantem quod ab illo tortum fuit. Vt de prouerbium apud Erasmum, Torquet piger funiculum. Miror autē Erasmum nescio quo modo, nunc Ocnon onon coniūgere, & asinum pigrum interpretari, nunc Ocnon hominem esse dicere cui asser asinam quæ quidem vera est sententia. Vt autem Ocnon de asino etiam dici putaret, permotum eum puto Propertii carmine lib. 4. eleg. 3. 53,
Occidat immerita qui carpit ab arbore vallum:
Et struxit quernis rauca per ossa tubas.
Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Aeternusque tuam pascat aselle famem. Hos versus exponit ille vt Obliquo ocno Datiui sint, Ac si dicas, Dignior esset ille qui funem torqueret, quem ocnus roderet. Sed videtur rectius sic, Dignior est qui funē torqueat, quàm Ocnus ille, vt positum sit casu auferendi.

Ocquinisco, ocquinisci, (κύπτω,) ocquinescere, Inclinare, inquit Nonius. Pomponius Prostibulo, Vt nullum cinædum prædicari per dolum, nisi ipsius oranis vitrò qui ocquinisceret. Idē Pistore, Nisi nunc aliquis subitò obuiam occurrit mihi, qui ocquinisceat quo compingam terminum in rutum locum.

Ocrea, ocreæ, (περικνημίς,) Calceamenti genus. Dicta quòd crus tueatur: vel quod, Varrone authore, opponatur ob crus: vel quòd sit inæqualiter tuberata, vt ait Festus. Apul. Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Plin. lib. 16. cap. 39. 11, Ocreis, galeisque intus repertis. Liu. 9. ab Vrbe, 108. Et finistrum crus ocrea tectum. Ibidem, lib. 1. 188, Nec de armis quicquam mutatū, ocreę tātùm adiptæ. Læues ocreæ electro, auroque recocto. Virg. 8. Aeneid. 122.

Ocreatus, pen. prod. Adiect. (περικνημιδωτός,) Qui ocreis calceatus incedit. Plin. li. 19. ca. 2. 2, Ad reliquos vsus labor iste euellitur ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, cōuolutū ossei ligneiue connectis.

In nine Lucana dormit ocreatus. Horat. 2. Serm. sat. 3. 47.

OCRINVM, Britanniæ promontorium, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 3. quod vulgò Mons Sancti Michaelis.

OCTAVIA, (ὀκταβία γυνή,) gēs à Velitris originem accepit, quam assentationis gratia, propter Augustum excellere dixerunt, Ipse autem Augustus nihil amplius quàm Equestri familia ortum se scribit, vetere ac locupleti, & in qua primus Senator suus pater fuerit. M. Antonius libertinum ei prouium exprobrat Restionem è pago Taurino, & auū argentariū. Ex Tranquillo in Octauio Augusto ca. 1. Cicero in episto la ad Octauiū, 14, eū nepotē argentarii, & filium aditipulatoris vocat. Vtcunque sit, constat Augusti patrem honestissimam virum fuisse, magnaque laude Macedoniam prouinciam administrasse, ex ipsius etiam testimonio Ciceronis, quo ad Q. fratrem scribens hortatur, vt in promerendis sociis vicinum suum Octauium imitetur.

Hic Octauius Augustus natus est, M. T. Cicerone, & Antonio COSS. cui infanti cognomen Thurino inditum est, in memoriam maiorum originis. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento maioris auunculi, alterum Munacii Planci sententia. Hæc & plura vide apud Suetonium, in ipsius Octauii vita.

Satis animi, authoritatis parū in Octauio erat. Cic. Attico, lib. 16. 338. 2.

Statuam in foro, locum in Senatu, summum honorem ante tempus decreuit Octauio Senatus. Cic. Octauio, 8.

Vindex libertatis Romanæ Octauius. Cic. Octauio, 7,

Octauius partem appellat Ciceronem Brutus Attico. 17. 7.

Octauius tanquam in dotali matrimonio Rempub. testamento legatam obtinuit. Cic. Octauiano, 15.

Octauius Marilus, (ὀκταβιος μαρίλος,) alius fuit cum quo A. Posthumius Dictator bello Tusculano dimicauit, vt scribit Cicero 2. de Nat. deor. 8. De eo meminit & scribens ad Atticum, lib. 9. 181. 4.

Alius Octauius Marsus fuit, sceleratus latro, de quo Cice. 11. Philip. 191, Q. Octauius à Lucio Cinna suo Collega interfectus. Prædianus. Octauius Auitus & Pœtelius Faustinus, furta Virgilii adnotarunt, notantes vnde, quæque carmina surripierentur, vt ait Seruius. Fecit & hoc idem Macrobius.

Octauiæ porticus duę appellātur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octauia soror Augusti fecit: alteram theatro Pompeii proximam Cn. Octauius Cn. filius, qui fuit Aedilis curulis, Pr. Con. Decēuir sacris faciendis, triumphauitque de rege Perse nauali triumpho, quam combustam reliciendam curauit Cæsar Augustus. Festus.

Octauianus, pen. prod. Adiectiuum: (ὀκταβιανός,) vt Bellum Octauianum. Cic. 1. de Diuinat. 7, Ex quo genere sæpe ariolorum etiam & vatum furibūdas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelii Culeoli, audiendas putauerunt.

Octo, (ὀκτώ,) Nomen numerale, adiectiuum indeclinabile.

Pedes temo protentus in octo. Virg. 1. Georg. 35.

Octies, Aduerbium quasi octo vicibus. Mart. li. 8. 58, Vno nascer is octies in anno. Cic. in Somn. Scip. 7, Nam quum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque conuerterit. Colum. li. 8. cap. 8. 8, Nam & octies anno pullos educat. De columbis.

Octauus, pe. prod. Adiectiuum: vt Octaua pars. Plin. lib. 6. ca. 33. 5. Et lib. 18. ca. 25. 12, Omnes hæ differentiæ fiunt in octauis partibus signorū. Citeriorum octauum. Horat. 1. epist. 7. 10.

Sapientum octauus. Horat. 2. Serm. sat. 3. 59.

Octauum, (ὄγδοος,) Tanquam aduerbium positum, pro Octies. Liu. 6. ab Vrbe, 146, Nam præter Sextium Liciniumque, latores legum iam octauum Tribunos plebis refectos.

Octingenti, (ὀκτακόσιοι,) octingentæ, octingenta. Cicero 4. Acad. 143, Mille & octingenta stadia quòd abellet, videbat. Et pro Plancio, 49, Octingenti ferè consecuti sunt. Colum. lib. 5. cap. 2. 12.

Octingenarius, Adiectiuum: (ὀκτακοσιοστός,) vt Octingenarius grex. Varro 2. de Re rust. cap. 10. 9, Septingenarii enim mei, opinor, octingenarios habuisti.

Octingentesimus, pen. cor. Adiectiuum. (ὀκτακοσιοστός, πεντακοσιοστός,) Cic. de Senect. 5, Deinde quì minus grauis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quàm octogesimum?

Octoginta. (ὀγδοήκοντα,) Cicero de Senect. 63, Argantonius quidam Gadibus qui octoginta regnauit annos, centum viginti vixit.

Octogenus, pen. prod. Adiectiuum. (ὀγδοηκοντάετης,) Plin. lib 15. ca. 4. 1, Notum est, magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse. Idem lib. 9. cap. 51. 7, Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur. Id est octoginta.

Octogene stirpes. Colum. lib. 3. cap. 3. 3.

Octogeni bini æris militibus dati. Liu. 10. ab Vrbe, 151.

Octogesimus, pen. cor. (ὀγδοηκοστός,) Aliud item adiect. Plin. lib. 11. cap. 37. 38, Dentes homini nouissimi qui genuini vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur, multis & octogesimo. Cic. de Senect. 12, Qui & vno & octogesimo anno scribens mortuus est. De Platone. Colu. li. 5. cap. 1. 9, Pars ducentesima octogesima octaua.

Solstitia octogesima. Iuuen. Saty. 4. 10, Sic multas hyemes, atque octogesima vidit Solstitia,

Octogies, Aduerb. (ὀγδοηκοντάκις,) Cic. in Pisonem, 68, Nónne sestertiū centies & octogies, quod, quasi vasarii nomine, in venditione mei capitis ascripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?

Octogies quinquies centena. Plin. lib. 2. cap. 108. 3.

Octonus, pe. prod. Adiectiuum. (ὀκτώ,) vt Octonis annis pariunt capræ, Plin. lib. 8. cap. 50. 2. & cap. 32. 1, Octonis mensibus ferunt partus. De ceruis. Id est octo mensibus.

Annis octonis integer. Ouid. 5. Metam. 10.

Idus octonę. Horat. 1. Serm. saty. 6. 15.

Octonarius, Adiectiuum. Plin. lib. 31. cap. 6. 2, Fistulas denūm pedum longitudinis esse, legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, cētena vicenariæ deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo antequam curuetur, digitorum decē est, dimidioque eius quinaria. Loquitur Plinius de aqua per fistulas ducenda.

Octoiuges, pen. corr. Liu. 5. ab Vrbe, 7, Antea trina loca cum contentione summa patricios explere solitos: nunc iam octeiuges ad imperia obtinenda ire.

Octipes, pe. cor. octipedis, (ὀκτώπους,) Quod octo habet pedes. Ouid. 5. Fast. 63, Octipedis frustra quæruntur brachia caneri.

Octuplus, pen. corr. Adiectiuum. (ὀκτωπλάσιος,) Cic. de Vniuers. 30, Quintam inde quę tertiæ tripla, tum sextam octuplam primæ. Idē 5. Verr. 20, Dicis enim te in Decumanum, si plura sustulerit quàm debitum sit, in octuplum iudicium daturum esse.

Damnatus octupli, Vide DAMNO.

Octuplicātus, pen. prod. Adiectiuum. (ὀκτωπλασιασθείς,) Liu. 4. ab Vrbe, 103, Octuplicatoque censu ærarium fecerunt.

Octustis, nummi species ad valorem octo assium. Horat. 2. Ser. sat. 3. 32, Quanti emptæ? paruo. Quanti ergo? octustibus.

October, Octōbris, pen. pro. (ὀκτώβριος,) Nomen mensis dictus, quòd octauum locum teneat.

OCTODVRVM, (ὀκτώδουρον,) Ptolemæo lib. 2. ca. 6, Campus Gothorum alio nomine. Vulgò Toro: Hispaniæ Tarraconensis vrbs.

Octophorum, octophori, pen. corr. (ὀκτόφορον,) Lectica quæ ab octo seruis portabatur. Suet. in Calig. ca. 43,
Interdum adeò segniter & delicatè incessit, vt octophoro veheretur. Mart. lib. 6. 83, Octophoro sanus portatur Auite Philippus. Id est octo seruis in lectica. Ci. ad Q. fratrem, lib. 2. 12. 3, Memini enim quem hominem portarem ad Baias, Neapoli octophoro Anitiano, machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere. Idem 7. Verr. 22.

Oculus, oculi, penu. corr. (ὀφθαλμός, ὄμμα,) Dictus ab occulando, quòd ciliorum tegminibus occultatur. latent enim oculi sub ciliis. Terent. Adel. 4. 5. 68, –di me pater
Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.

Oculi tanquam speculatores, altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes, funguntur suo munere. Cicero 2. de Natura deor. 111.

Oculi sunt quorum tum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum significemus aptè cum genere ipso orationis. Cic. 3. de Orat. 123.

Vestiuit & sepsit oculos natura membranis tenuissimis, quas primum perlucidas fecit, vt per eas cerni possent: firmas autem, vt contuerentur. Cicero 2. de Nat. deor. 113.

Mundi oculus, Sol. Ouid. 4. Metam. 46.

Cupiditatis oculi. Cice. 2. de Lege agrar. 37, An vos aliter existimabatis, quum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent, non eos in primis id acturos vt ex omni custodia, &c.

Acies oculorum. Ouid. 7. Metam. 119,
Quò se cunque acies oculorum flexerat, illic
Vulgus erat stratum.

Acies contenta oculorum. Lucret. lib. 1. 66.

Iuſti oculos oculorum, Vide INFIRMVS.
Iuuenes oculorum. Lucret. lib. 6. 258.
Margo oculorum. Stat. 5. Sylu. 1. 11.
–& nequeo, quanuis mouet omnia horror,
Claudere iuſi pensos oculorum in margine fletus.
Potentia oculi. Cels. lib. 6. ca. 6. de ſuffuſione oculorum, Suffuſio quoque, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, ſe opponit.
Sensus oculorum acerrimus. Cic. 2. de finib. 85.
Oculorum vigor integer. Pli. epiſt. 45. d. Inde i'li poſt ſeptimum & ſeptuagesimum annum, aurium oculorumque vigor integer.
Tunicæ oculi. Cels. libro 7. cap. 7, Hæ duæ tunicæ quam interiora oculi cingant, &c.
Visum oculorum amittere. Plin. lib. 7. ca. 50. 1. P. Cornelius Rufus qui Cõſul cum M. Curio fuit, dormiens oculorum viſum amiſit, quum id ſibi accidere ſomniaret.
Nigris oculis decorus. Horat. 1. Carm. ode 32. 3.
In oculis exercitus, Vide IN præpoſitionem.
In oculis præſtans, pro Coram hominibus. Cic. de Senect. 11, Nec verò il le in loco modò atque in oculis eiuium magnus, ſed iuuenibus, domique præſtantior.
Abſtinentes oculi. Stat. 1. Thebaid. 11. Vide ABSTIGO.
Abſtinentes oculi, Vide ABSTINENTIA.
Acres oculi, Vide ACER adiectiuum.
Ardentes oculi. Virg. 4. Georg. 101. Ibidem, 4. 90.
Arguti nimis oculi, quemadmodum animo affecti ſumus loquuntur. Cic. 1. de Legib. 30.
Attoniti oculi. Claud. 1. Paneg. 14.
Cærulei oculi, Vide CAERVLEVS.
Cruentati oculi, Vide CRVENTO.
Dexter & lævus oculus. Lucret. lib. 4. 61.
Eminentes oculi. Cic. in Vatinium, 1.
Eruditi oculi. Ci in Parad. 47, Nonne igitur illa ſunt feſtiua? Sint nam nos quoque oculos eruditos habemus.
Exempti oculi. Lucret. lib. 5. 74.
Fideles oculi. Horat. de Arte, 37,
Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.
Humentes oculi. Claud. 4. Paneg. 54.
Igniei oculi ſerpentium. Sene. Here. fur. 4. 3.
Oculi indomiti, Vide INDOMITVS.
Labentes oculi. Quint. in Proœm. lib. 6. 11. de filio morieute.
Liuentes oculi. Claud. 1. in Ruffinum, 28.
Loquaces oculi. Tibull. lib. 2. eleg. 7. 9.
Lubrici & mobiles oculi. Cic. de Na. deo. 213. Vide LVBRICVS.
Madentes oculi. Stat. 6. Thebaid. 125.
Maligni oculi. Virg. 5. Aeneid. 111.
At matres primò ancipites, oculiſque malignis Ambiguæ.
Mollitiores oculi. Catul. ad Iuuentium, epigr. 45. 1.
Minaces. Lucan. lib. 1. 6.
Modeſti. Ouid. 2. Amo. eleg. 4. 3.
Nitentes. Virg. 1. Aeneid. 47.
Patentes. Lucret. lib. 3. 111.
Peruerſi. Cic. 1. de Nat. deor. 108.
Putres oculi, Id eſt nimio potu marcentes, & libidine reſoluti. Horat. 1. Carm. ode 36. 4.
Omnes in Damalim putres Deponent oculos. Acron.
Sequaces oculi. Stat. 3. Thebaid. 100,
Poſtquam rite diu partiti ſidera, cunctas
Perlegère animis, oculiſque ſequacibus auras.
Sicci oculi. Quintil. lib. 6. cap. 2. 23. Siccis agenti oculis lachrymas dabit?
Truces oculi. Seneca Oedipo, 1. 2.
Venuſti oculi, candiduli dentes, color ſuauis. Cic. 5. Tuſc. 66.
Vigilantes, vel vigiles oculi. Virg. 5. Aeneid. 88. & lib. 4. 37.
Vitioſi oculi & cæci. Senec. de Benefic. lib. 5. cap. 1, Vitioſi oculi ſunt, qui lucem reformidant, cæci, qui non vident.
¶ Abire ab oculis, Vide ABEO.
Abeſſe ab oculis, Vide ABSVM.
Accipere oculis, Vide ACCIPIO.
Accipere noctem oculis, Vide NOX.
Adducere ante oculos, Vide ADDVCO.
Adhibere oculum alicui rei. Cic. 4. Ver. 25, Partim planè videbant adhibitũ eſſe oculum hæreditati. Vide ADHIBEO.
Aduertere oculos templis. Clau. 5. Paneg. 40, Vide ADVERTO.
Agnoſcere oculis. Vide AGNOSCO.
Agere aliud oculis, Quintil. lib. 1. cap. 1. 24.
Comibus eſt oculis alliciendus amor. Ouid. 3. de Arte, 101.
Amare aliquem plus ſuis oculis. Catull. ad Caluum, epigr. 1. 4. 1. Terent. Adelph. 4. 5. 68.

Amittere oculos, Vide AMITTO.
Angere oculos, Vide ANGO.
Aperire oculos ad puniendum aliquem. Cic. pro Milone, 65.
Ardent oculi. Cic. 6. Verr. 130. Vide Ardeo.
Aſpicere oculis. Cic. pro Domo ſua, 85, Quem ſatis mirari quibus oculis aſpicere audeas, non queo.
Æquis oculis aſpicere. Virg. 4. Aeneid. 75, –iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.
Iuſtis oculis aſpiciunt ſuperi mortalia. Ouid. 13. Metam. 14.
Limis oculis aſpicere, vel intueri, Vide LIMVS.
Aſtare ante oculos. Virg. 3. Aeneid. 30.
Graues oculos attollere. Virg. 4. Aeneid. 138.
Attollere oculos humo. Ouid. 2. Metam. 90.
Attollere oculos aduerſus, Vide ATTOLLO.
Auertere oculos omnium in ſe, Vide AVERTO.
Auertere oculos ab aliquo. Ouid. 2. Metam. 155.
Auertere ab vel ex oculis, Vide AVERTO.
Cadentes oculi morte. Stat. 3. Sylu. 5. 8.
Caligant oculi. Lucret. lib. 3. 31.
Capsi oculis talpæ. Virg. 1. Georg. 37.
Oculis rationem capere. Plaut. Pſeud. 9. 2,
–vt ego oculis rationem capio, quam mihi
Ita dixit herus meus miles, ædes eſſe ſeptumas
A porta, vbi ille habitat leno. Hoc eſt, quantum videre poſſum.
Capeſſere oculis, Vide Capeſſo in CAPIO.
Conſpici oculis infeſtis, Vide CONSPICIO.
Cernere aliquid oculis. Quintil. lib. 6. cap. 2. 24. Vide CERNO.
Profaunt oculis ſæpe cernere. Ouid. 1. Metam. 142.
Cernere oculis & animo. Cic. 3. de Nat. deor. 27.
Circumferre oculos. Silius lib. 11. 53, –templiſque ſerenos
Lætus circumfert oculos, ac ſingula diſcit. Vide CIRCVMFERO.
Superbos oculos circumferre. Ouid. 6. Metam. 34.
Circumlinere oculum, Vide CIRCVNLINO.
Circumſpexit oculis agmina. Virg. 1. Aeneid. 14.
Cohibere oculos, Vide COHIBEO.
Collimare oculis. Vide COLLIMO.
Colloſtrare oculis, Vide COLLVSTRO.
Compingere oculos, Vide COMPINGO.
Comprimere oculos alicuius. Ouid epiſt. 1. 11.
Congere oculos cornicum, Vide CONFIGO.
Coniicere oculos in aliquem. Cic. pro Cluentio, 42.
Conſecit oculos in hoſtem. Virg. 12. Aeneid. 97.
Conſcelerare oculos videndo. Ouid. 7. Metam. 7.
Conſtituere aliquem in foro atque in oculis ciuium. Cic. 1. de Orat. 23.
Contemplari intentis oculis, Vide CONTEMPLOR.
Lynceis oculis contemplari, Vide LYNX.
Contrectari oculis. Tacit. lib. 3, Nam quò pertimuit nudare corpus, & cõtrectandum vulgi oculis permittere? Sic Lactantius de Opificio dei, Quæ à nobis longè remotæ, neque oculis contrectari, neque tangi manu, neque percipi ſenſibus poſſunt.
Conuiſere omnia loca oculis. Lucret. lib. 2. 72.
Corrumpere oculos, Vide CORRVMPO.
Deiicere oculos ab aliqua re. Cic. 1. Philip. 1, Nec verò vſquam diſcedebã neq; à Republica deiiciebam oculos.
Deiecti in terram oculi. Quintil. lib. 1. cap. 11. 5.
Demiſſere oculos omnes. Ouid. 15. Metam. 123.
Deponere oculos in aliquam. Horat. 1. Carm. ode 36. 4.
Dirigere oculi. Ouid. 14. Metam. 151.
Diſtorquens oculos. Horat. 1. Serm. ſaty. 9. 13.
Oculi dolent quoties aliquid videmus, quod videre moleſtũ eſt. Terent. Phorm. 5. 9. 64.
Vin' primùm hodie facere, quod ego gaudeam, Nauſiſtrata?
Et quo tuo viro oculi doleant?
Hebetare oculos. Plin. lib. 10. cap. 6. 11.
Erigere oculos, & recondere. Ouid. 4. Metam. 29,
Ad nomen Thisbes oculos in morte grauatos
Pyramus erexit, viſaque recondidit illa.
Eripere oculos alicui. Horat. 2. Serm. ſaty. 5. 7.
Eruitur oculos Gryneus. Ouid. 12. Metam. 54.
Euerberare oculos. Quintil. lib. 2. cap. 4. 14, An ſit credibile ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe cotuum, qui os, oculosque hoſtis Galli roſtro, atque alis euerberaret.
Oculum exculpere, quod & Eruere dicitur. Terent. Phorm. 5. 8. 96, Vel oculum exculpe: eſt, vbi vos vlciſcar, locus.
Exiliuat oculi. Ouid. 13. Metam. 51,
Exiliere oculi, diſiectiſque oſſibus oris Acta retro naris.
Somnum expellere oculis. Stat. 4. Sylu. 6. 3.
Expillare genis oculos. Ouid. 13. Metam. 114.
Extulit oculos ad ſidera. Virg. 1. Aeneid. 138.

Oculus

Oculus teneros mihi faſcinat agnos. Virg. 3. eclog. 21.
Ferire oculos, Vide FERIO.
Ferre oculos paſſim per cuncta. Virg. 1. Aeneid. 114.
Ferre aliquem in oculis. Cic. de Aruſp. reſp. 45. Ilt Q. fratri, lib. 3. 17. 13.
Fixi ſolo oculi. Virg. 1. Aeneid. 98.
Flectere oculos. Ouid. 8. Metam. 140.
Fodere oculos. Senec. Oedipo, 1. 2. 9.
Fœdare oculos lachrymis. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 9.
Lucidum fulgentes oculi. Horat. 2. Carm. ode 12. 3.
Feſſos oculos furari labori. Virg. 5. Aeneid. 169,
Pone caput, feſſoq; oculos furare labori.
In oculis geſtare, vel in oculis eſſe, aut ferre: p Valde amplecti & amare. Teren. Eun. 3. 1. 11, Rex te ergo in oculis. T. ſcilicet. Cic. Atti. li. 6. 13. 8, Itaq; publicanis in oculis ſumus. Idem, Iam fert cum in oculis.
Gignere dolorem oculis. Lucret. lib. 4 63.
Grauati oculi in morte. Ouid. 4. Metam. 29.
Acres atque acutos oculos habere. Cic. pro Plancio 54.
Habere alicuius oculos in ſuis oculis pro Videre quid ille velit, aut imperet. Plaut. Pſeud. 1 3. 62,
Tum vt huius oculos in oculis habeas tuis,
Quoquò hic ſpectabit, eo tu ſpectato ſimul.
In oculis habere aliquid, pro Semper ad aliquid intẽtum eſſe, vt interpretatur Budæus. Quintil. lib. 16. cap. 5, Præcipuum eſt id in oculis habere de quo quæritur. Idem lib. 10. ca. 7, Omnia, de quibus dicturi erimus, habenda in oculis, & in affectus recipienda.
Oculi in vulto habitant. Cic. 12. Philip. 320, Hic etiam fautores Antonii quorum in vultu habitant oculi mei, triſtiores videbam. Hoc eſt, A quibus contuendis non dimouentur oculi mei.
Herere oculis. Virg. 1. Aeneid. 141.
Haurire oculis, Videre. Virg. 4. Aeneid. 132.
Iacere ante oculos. Lucret. lib. 1. 13.
Iactare oculos nimium. Lucret. lib. 4. 129.
Imponere oculos. Virg. 1. Georg. 15,
Nec modus inſerere, atq; oculos imponere ſimplex.
Imponere oculos prædiis alicuius, Inſcere. Imp. Diocleti. L. 1. tit. De præſcriptione triginta vel quadraginta annorum.
Incitare oculos alicuius. Ouid. 3. Metam. 87.
In oculos incurrere, Id eſt viſu offendere. Cice. Attic. lib. 13. 242. 5, Quid enim mihi cum foro ſine iudiciis, ſine curia, in oculos incurrentibus iis quos æquo animo videre non poſſumus? Vide INCVRRO.
Inferre oculos, Vide INFERO.
Inflectere oculos aliquorum, Vide INFLECTO.
Intendere oculos. Fixis oculis intueri. Plin. epiſt. vltima, lib. 2, Componit vultum, intendit oculos, mouet labra. Id eſt, tenet oculos ſmobiles, obtutuq; hæret defixus in vno. Iuuenalis Saty. 8. 15.
Intueri aliquid acrioribus oculis. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4.
Inuadere in oculos, Vide INVADO.
Iudicare oculis, Vide IVDICO.
Labentes langore oculi. Claud. de Bereeynth. epigr. 58. 8, Piger his labantes languore oculos ſopor operit.
Laceratus oculus. Lucret. lib. 3. 83.
Coacti oculi lachrymare diſcunt. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.
Ledere oculos. Horat. 1. epiſt. 2. 8.
Iouis oculis hæc mea verba leges. Ouid. epiſt. 17. 1.
Obliquo oculo limare cõmodum alicuius. Horat. 1. epiſt. 14. 8.
Liquentes imbrem oculi. Stat. 5. Thebaid. 54.
Lucent oculi. Ouid. 1. Metam. 49.
Luſtrare campos oculis. Lucan. lib. 7. 161.
Igne micant oculi. Ouid. 3. Metam. 7. Ibidem, 15. 135.
Acribus oculis micat ignis. Virg. 12. Aeneid. 21.
Natantes oculi in luce. Stat. 2. Thebaid. 128,
–ille oculos etiamnum in luce natantes
Siſtit, & aſpecta germani morte, reſoluit.
Renuente oculo negaui. Ouid. epiſt. 16. 18.
Tenebræ obduxere oculos. Lucan. lib. 3. 146.
Turba oberrat meos oculos. Senec. Here. fur. 13. 2.
Obire oculis, Vide OBEO.
Obliquare oculos. Ouid. 7. Metam. 81.
Omnis vtilitatem obtinere. Plaut. Epid. 13. 28, Satin' ego oculis vtilitatẽ obtineo ſyncerè, an parum.
Oculis obuerſari, Vide OBVERSO.
Obuerſatur mihi ante oculos Reip. dignitas. Cic. pro Seſtio, 5.
Paſcere oculos. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 7, –ſpectemus vterque
Quod iuuet, atque oculos paſcat vterque ſuos.
Paſcere oculos, aliumq; exaturare cruciatu atq; ſupplicio. Cic. 7. Ver. 53.
Colores paſcunt oculos. Lucret. lib. 2. 84.
Patiuntur oculi, Vide PATIOR.
Veloci oculo percurrere aliquid. Horat. 2. Serm. ſaty. 5. 12.
Perlegere aliquid oculis. Virg. 6. Aeneid. 7.

Aura perterger oculos noſtros. Lucret. lib. 4. 51.
Ponere aliquem ante oculos. Cic. 2. de Lege agrar. 58.
Prædiſcere oculis colores. Virg. 2. Georg. 51.
Premere oculos alicuius. Virg. 9. Aeneid. 98.
Premi oculum ſupercilio. Quintil. lib. 1. cap. 11. 6.
Proponere vitam cuiuſdam ante oculos ſuos. Cic. pro Sylla, 53.
Proſequi oculis abeuntem. Ouid. epiſt. 5. 11.
Nox oculos mentemque rapit. Stat. 9. Thebaid. 8.
Referre oculos ſenſuſque aliquò. Valer. 6. Argon. 117.
Referre ora & oculos in aliquem. Virg. 12. Aeneid. 132.
Reflectere oculos. Ouid. 7. Metam. 69.
Reſtituere oculum in ſedem ſuam. Cels. libro 6. cap. 6, Quòd ſi per hæc reſtitutus oculus in ſedem ſuam non eſt, eodemque modo prolapſus permanet, ſcire oportet, lumen eſſe amiſſum.
Oculos retorquere. Ouid. 10. Metam. 158.
Reuocare oculos alicuius. Ouid. epiſt. 15. 47,
Multaq; ne videam, verſa ceruice recumbo:
Sed reuocas oculos protinus ipſa meos.
Rigare oculos fletu. Senec. Medea, 6, 2.
Satiare oculos amore. Propert. lib. 2. eleg. 16. 5.
Scintillant oculi. Perſ. Saty. 3. 12.
Sequi ſcripta oculis. Quintil. lib. 1. cap. 5. 3.
Ab oculis mentem ſeuocare. Cic. 3. de Nat. deor. 27.
Spargere oculos, fiſt oculos huc illuc conuertere. Perſ. Saty. 5. 4.
Ieretorto oculo ſpectare aliquid. Horat. 2. Carm. ode 2. 4.
Statuere aliquem ante oculos. Cic. 1. de Orat. 127.
Subiicere oculis. Quintil. lib. 6. cap. 3. 26.
Limis ſubtiliſt ocellis. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 7.
Subſidunt oculi. Cels. lib. 1. cap. 6, Pituita in oculis innatans nouiſſimè in angulis inhærefcit, alterque in his minor eſt, hique aut vehementer ſub ſederunt, aut fiſti tumidiores ſunt, perque ſomnum palpebræ non committuntur, &c.
Succumbunt oculi. Ouid. 1. Metam. 144, –vidit Cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos adopertaque lumina ſomno.
Suffuſus oculos lachrymis. Virg. 1. Aeneid. 47.
Oculis tibi ſum. Plaut. Pſeud. 4. 47,
Vbi iſti ſunt, quibus vos oculi eſtis, quibus vitæ, quibus
Deliciæ eſtis, quibus ſuauia mellita?
Mollibus oculis eſſe dicitur, qui facile cõmouetur ad lachrymas. Ouidius 1. de Remed. amoris, 68,
Mollibus eſt oculis? quod fleat illa, refer.
In oculis eſſe aliquibus, Id eſt charũ & gratũ eſſe. Cic. Attico, lib. 6. 113, 8,
Itaque publicanis in oculis ſumus.
In oculis multitudinis eſſe. Cice. 2. Tuſc. 106.
Humentes oculos ſuſtulit. Ouid. 11. Metam. 93.
Non oculi tacuere tui. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 4.
Temperare oculis. Curtius lib. 9, Paulatimque liberius dolor erigi cœpit manantibus lachrymis, adeò vt rex, ira in miſericordiam verſa, ne ipſe quidem, quanquam cuperet, temperare oculis potuerit. Hoc eſt abſtinere à lachrymis.
Tendere oculos, Dirigere. Virg. 5. Aeneid. 102,
Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu
Alta petens, pariterque oculos, telumque tetendit.
Immotos tenere oculos. Ouid. 2. Metam. 98.
Silentes tenuere inter ſe oculos. Valer. 4. Argon. 39.
Oculos tenere artificum dicitur res aliqua, pro In contemplationem ſui adducere. Plin. epiſt. 6. lib. 3, Talia denique omnia, vt poſſint artificum oculos tenere.
Tollere oculos contra aliquem. Lucret. lib. 1. 14.
Oculos tollere, de literis dictum, per tranſlationem, pro Reficere, & erigere oculos, ſine delectare. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 12. 3, Literulæ meæ, ſuæ noſtræ tui deſyderio oblanguerunt. Hæc tamen epiſtola, quam Acaſtus attulit, oculos paululum ſuſtulerunt.
Torſit oculos ad mœnia. Virg. 4. Aeneid. 44.
Traiicere oculos aliquò. Lucret. lib. 4. 86,
Immitibus oculis tueri. Ouid. 6. Metam. 124.
Torui oculis tueri aliquem. Ouid. 5. Metam. 19,
Somnus venit in oculos. Ouid. 7. Metam. 31.
Veſtigare oculis, cui opponitur Reperire. Virg. 6. Aeneid. 19,
Ergo alte veſtiga oculis, & rite repertum Carpe manu.
Videre oculis. Plaut. Epid. 12. 7, Neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem. Idem Trinum. 13. 116,
–quem ego quis ſit homo, neſcio,
Neque oculis ante hunc diem vnquam vidi. Terentius Hecyra, 5. 4. 22, Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod noſſem, videram. Idem Heaut. 3. 3. 3, Acta hæc res eſt, periit, c r. ménet c. hiſce oculis, ne nega.
Inunctis oculis videre. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 5.
Siccis oculis videre aliquid. Horat. 1. Carm. ode 3. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Volitare ante oculos quorundam.Cic.2.de Lege agrar.62.
Voluere oculos huc illuc.Virg.4.Aeneid.73.
Voluere oculos per singula.Virg.8.Aeneid.124.
Intentos voluens oculos.Virg.7.Aeneid.51.
Quia clara vrget oculos.Virg.10.Aeneid.149.
Inertes oculos sopor vrget.Virg.3.Georg.105.
¶ Oculi mi, Blandientis vox.Plaut.Curcul.4.48,Bene vale,ocule mi.
¶ Oculi dicuntur etiam in arborum surculis vnde germinant.Cato cap. 6.3, Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio seruato. Colum. lib.3.cap.18.5, Et reliqui duo vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimuntur.Idem lib.4.cap.29,Nam plurimum interest non esse longum sarmentum quod inseratur, & rursus plures oculos quibus egerminet,inesse. Ibidem,de arundinibus,32, Conserendi est tempus, prius quàm oculi arundinum egerminent.
¶ Oculi,de stellis.Pli li.2.ca.5, Iude tot stellarũ collucẽtiũ illos oculos.
Oculi caudæ pauonum.Plin.lib.13.cap.15.5.
¶ Oculi, Notæ rotundæ. Plin.lib.8.cap.17, Pantheris breues in candido macularum oculi.
Ocellus,ocelli,Diminutiuum, (ὀμματίδιον,) Persius Saty.1.2,
- patranti fractus ocello. Martial.lib.1.88, Siccis ocellis.
Ebrii ocelli.Catul.de Acme,epig.42.3,
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore suauiata.
Mors nostros claudet ocellos.Propert.lib.2.eleg.14.4.
Iratos in te defixit ocellos.Ouid.2.Amor.eleg 8.3.
Argutis ocellis promisit quiddam.Ouid.3.Amor.eleg.2.17.
Delectis ocellis spectare gremium.Ouid.1.Amor.eleg.8.8.
Somus lassos summisit ocellos.Ouid.in Fragmento,1.
Somnus tegit ocellos.Catul.ad Licinium,epig.17.1.
Turbare nitidos ocellos.Iuuenal.Saty.6.1.
¶ Ocellus meus,Blandientis vox. Plaut. Asin.112.74, Da meus ocellus, mea rosa.
Peninsularum insularumque ocellus Sirmio, Id est præstantissima, aut pulcherrima.Catul.ad Sirmionem peninsulam,29.1.
Ocelli radicis.Plin.lib.21.cap.4.7.
Ocellatus,pen.pro.Adiect.(ὀμματιδιωτός,)Quod ocellos habet,id est cauernulas quasdã.Vnde Suetonius Ocellatas nuces dixit, id est Multis foraminibus distinctas. Suetonii locus est i Augusto,ca.83,qui nũc sic legitur, Animi laxandi causa, modò piscabatur hamo: modò talis, aut ocellatis,nucibusq; ludebat cũ pueris minutis.alii legũt oscillatis.
Oculisimus, (ὀμματοφανέστατος) Superlatiuum formauit. Plaut. in Curc. 3.17,Solne oculisimo homo,Hoc est,qui tam clarè aspicis.
Oculissimus,Charissimus,inquit Festus.Plaut.Curcul.2.15,
Huic proximum illud ostium oculissimum.
Salue,valuistin'ostium oculissimum?
Oculeus, Adiectiuum, (ὀμματοειδής,) Plenus oculis. Plaut. Aulul. 16.19,
Quos si Argus seruet,qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Iouí Iuno custodem addidit,
Iamquam seruet.
Oculeus,per translationẽ,pro Perspicaci ponitur,quasi qui ex oculis cõstet.Apul.Perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.
Ocularius, Adiectiuum. Solinus cap.37, Cuius succus proficit ad ocularium claritatem.De euphorbia.
Ocularia ægritudo. Solinus cap.10,ad finem, Aut etiam ocularias dissipant ægritudines.
Medicus ocularius. Celsus lib 6.cap.6,Euelpides autem qui ætate nostra maximus fuit ocularius medicus,vtebatur eo quod ipse cõposuerat.
Oculitus,pen.prod.(πανδοκεύης,)Aliud adiectiuum,Cui perspicaces sunt oculi,qui per totum corpus oculos habet.
Malè oculatus,Vide MALVS.
Oculatum,pro Præsenti,authore Festo, posuit Plautus quũ dixit Pseud. 5.68,Eme die cæca hercle olium,id vendito oculata die.
Oculatus testis, Qui se vidisse dicit id quod narrat, inquit Festus. Plaut. Trucul.10.8.
- plaris est oculatus testis vnus,quàm auriti Decem.
Oculatissimum locum appellat Plinius conspicuum,lib.134.cap.6.1, In qua legatione interfecto, Senatus statuam poni iussit quàm oculatissimo loco in Rostris.
Oculatio, oculationis, (ἐνοφθαλμασμός,) in vitibus pro Gemmarum superfluarum delectione.Plin.lib.17.cap.21.13,Pampinationi quoq; & oculationi,omnique operi facilior.Vetus exẽplar hic legit occationi.
Ocũlitus,pen.corr.Aduerbium,(ἐκ τῶν ὀμμάτων,)ita dicitur, inquit Festus,vt Funditus,penitus, quo significatur tam charum esse quàm oculus.Plaut.Qui amant ancillam meam oculitus.

Ocymum, ócym.pen.corr. (ὤκιμον.) Herba ad boum pabulum sata,qui ciebant alium bobus. Varro de Re rust.lib. 1.cap.31.1,Omne pabulum primum ocymum,farraginem,vitiam, nouissimè fœnum secari Ocymum dictum è verbo Græco ὠκύς, id est citò. Similiter quoque ocymum in orto hoc amplius dictum ocymum, quòd citat alium bobus,& ideo his datur vt purgentur: id genus pabuli sunt segetes virides sectę antè quàm gerant siliquas.Catul.ad Fundum,epig.41.3,Et me recurani ocymoque & vrtica.Pers.Saty.4.3,
Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis,
Quum bene discincto cantauerit ocyma verna.

Ocyor, Ocysimus, (ὠκύων, ὠκύτατος,) Latina nomina, pro Celerior,Celerrimus.Fiunt à positiuo Græco ὠκύς, quo Latini carent. Plin.lib.2.cap.8.9, Mercurii sidus inferiori circulo fertur nouem diebus ocyore ambitu, modò ante solis exortum, modò post occasum splendens . Idem lib.16.cap.31.4, Quidam breuitate radicum celerius senescere arbores putant:quod arguunt sici, quarum radices longissimæ, & senectus ocyssima . Et lib.25.cap.10.4, Ocyore etiam quàm aspidem pernicie.
Fulminis ocyor.alis.Virg.5.Aeneid.64.
Ceruis ocyor.Horat.2.Carm.ode 16.5.
Euro ocyor.Horat.1.Serm.saty.16.5.
Verbere fundæ ocyor.Lucan.lib.1.46.
Aura ocyor.Horat.1.Carm.ode 2.10.
Ocyus,Ocysimè,Aduerbia, (ὠκυτέρως, ὠκυτάτως,) Plaut.Rud.20.14, Salutẽ nihil moror tuã,opta ocyus.Idem Amph.15.50, - tu vapula. 5. Qua de re:num satis tempori:non ocyus quiuit:Idem Sticho,11.2, Eum solent prouisere qui hercle illa causa nihil ocyus venit. Terent. Eunuch.3.5.60, Perlongè est,sed tanto ocyus properemus . mutà vestem. Idem Phorm.3.3.30,Eamus ergo ad eum ocyus . Et And.4.4.3, Accipe à me hunc ocyus. Cic.in Somnio Scipionis,31,Idque ocyus fiet, si iam tum quum erit inclusus, in corpore eminebit foras. Horat. 2.Serm.saty.7.7,
- nemõ oleum feret ocyus?
Tardius & Ocyus,contraria. Cic.4.Tuscul.49, Sic illi in morbum & incidunt tardius,& recreantur ocyus.
Deferemur ocyus à re publica, quàm à re familiari . Cicero Attico,lib. 16.333.1.
Ire ocyus.Virg.8.Aeneid.111.
Peragere iussa alicuius ocyus Seneca Troade,6.55.
Peruenire ocyus ad aliquem locum.Cic.pro Quintio,24.
Ocyus omnes surgimus.Ouid.12.Metam.46.
Ocysime,pen.corr. (ὠκύτατα,) Terent.Heaut.4.8.28,
Tanto ocyus te vt poscat,& tu id quod cupis,
Quàm ocysimè vt des. Plin.lib.10.cap.63.4,Ocysimè pariunt quæ plurimos gignunt.
OCYPETE, pen.corr.(ὠκυπέτη,)Vna ex Harpyis,sic dicta quòd alarum velocitate polleat: ὠκὺς enim celer & citus dicitur, πέτομαι volo,volas.Vide Cælium,lib.30.cap.17.
OCYROE, pen.corr. (ὠκυρόη.) Nympha, Oceani & Tethyos filia,vt scribit Hesiodus in Theogonia.
Ocyroen, Chironis Centauri filiam fabulantur poetæ fuisse fatidicam, eandemque in equam tandem conuersam.Ouid.2.Metam.128,
Ecce venit rutilis humeros proiecta capillis
Filia Centauri,quam quondam nympha Cayci
Fluminis in rapidi ripis enixa vocauit Ocyroen,&c.

Odeum, odei, pen.prod. (ᾠδεῖον,) Pars ædificii. Cic.ad Atticum, lib.4.86.5, Monimentum illud quod tu tollere laudibus solebas,vt odeum laxaremus,& vsque ad atrium libertatis explicaremus:contempsimus sexcenties H-S. Vbi interpres Odeum,pars ædificii, authore Vitruuio, quæ Latine dici cantilenarium potest: de quo Pausanias & cæteri. Quædam tamen exemplaria legunt, Vt forum laxaremus.Odei meminit Vitruuius lib.5.cap.9.Vide etiam Cælium libro 18.cap.12.Græce scribitur ᾠδεῖον.Porrò ᾠδὴ cantum significat.

Odi, odisti, odit, (μισῶ, μισεῖς, μισεῖ, μισοῦμεν, μισεῖτε, μισοῦσι,) Verbum defectiuũ, sub voce præterita significat præsens & præteritum,tam imperfectum quàm perfectum,id est Odio habebam,aut habui.Præteritum perfectum tantum habet,& ab eo formatur.
Odi,significat Odio habeo,& habui.Plaut.Capt.2.66, Adeò vt spectare postea omnes oderit. Cic.de Amicit.28, Alterum propter crudelitatem semper hæc ciuitas oderit.Idem 1.Philip.25,Quod videmus etiam fabulis, ipsis illis qui, Oderint dum metuant, dixerint perniciosum fuisse. Idem Attico,lib.13.296.4, Est bellum aliquem libenter odisse, & quemadmodum non omnibus seruire.Sic pro Sestio,89. Et ad Marium,lib.7.2.5,Postremo,vix verisimile fortasse videatur,oderã multo peius hunc,quàm illum ipsum Clodium.
Odit lædi ferro viralia opobalsamum.Plin.lib.12.cap.25.4.
Odisse & Amare,contraria.Cic.Attico,lib.6.113.17.
Odisse & Diligere, contraria . Cic.5. de Finib.48, Quum appetitus illi animi aliquid ad se trahere cœperit consulto, quod sibi obsit,quia sit sibi inimicus , quum id sua causa faciet , & oderit se & simul diliget : quod fieri non potest.
Fauere & Odisse,contraria.Cic.de Claris Orat.97.
Acerbè & penitus odisse aliquem.Cic.pro Cluentio,136, Hunc si acerbè & penitus oderat,non eum quamdiutissimè viuere velle debebat: Apertè

Apertè odisse magis ingenui est,quàm fronte occultare sententiam. Cic. de Amicit.59.
Furialiter odit. Ouid.3.Past.128.
Male odisse aliquem.Cic.Atti.lib.14.299.3,Vide MALVS.
Pati contumelias,pejus odero malis omnibus aliis.Brutus Cic.16.11.
Impendio odit,Vide IMPENDO.
Odissem te odio Vatiniano.Catul.ad Caluum,epigr.14.
Odimus immodicos fastus.Ouid.3.de Arte,102.
Oderunt hilarem tristes.Horat.1.epist.19.19.
Improbos omnes ciuili odio odimus.Cic.pro Milone,27.
Amor odit inertes.Ouid.2.de Arte,46.
Odi profanum vulgus,& arceo.Horat.3.Carm.ode 1.1.
Osus,osa,osum,Participiũ,(μισήσας,) Qui odio habuit.Plaut.Amphit. 10.19,Inimicos osa sum semper obtenerier. Gel.lib.4.cap.8, Osusque eum morum causa fuit.
Osor,osoris,Verbale,(μισητής,) Qui odio habet.Plaut.Asin.16.9, At tunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales pretii, Madidum,nihili incontinentem,atq; osorem vxoris suæ. Idem Merc. 18.15,Osores,iosensi,iracundi,Ter.Heauto.1.2,Osor mulierum.
Odium,odii,(μῖσος, ἐχθός, ἔχθεμα,) Ira inueterata,inquit Cic.lib.4.Tusc. 32. Terent.Phor.5.9.17,Neq; negligentia tua, neq; id odio fecit tuo. Plaut.Bacchid.18.22,Odium terræ inambulat.
Odium & offensio.Cic.1.Ver.22,Qui quasi de industria in odium offensionemq; Populi Romani irruere videbantur.
Dignus odio aut irrisione.Cic.2.de Orat.113.
In odio,Vide IN præpositionem.
Atrox odii Agrippina.Tacit.lib.12.
Procax odii,& potestatis temperantior.Tacit.lib.13.
Securus tam odii.Tacit.in vita Agricolæ,
Semina odii.Ouid.3.de Arte,102,Sæpe tacens odii semina vultus habet.
Idem 1.de Remed.amor.62, - hinc odii semina quere tui.
¶ Acerba odia.Virg.10.Aeneid.181, - scio acerba meorum
Circumstare odia.Vide ACERBVS.
Aegra odia.Valer.1.Argon.29.
Blandum & affabile odium.Senec.de Benefi.libro 2.ca.14,Quemadmodum pulcherrimum opus est,etiam inuitos,nolentesq; seruare ensis iugantibus pestifera largiri, blandum & affabile odium est.
Capitale odium,Vide CAPVT.
Compressum odium,Vide COMPRIMO.
Crudele odium.Virg.1.Aeneid.73.
Hostile odium.Tacit.lib.15.
Iciunum odium,Insatiabile.Iuue.Saty.15.6,De Aegyptiorum odiis,
Hinc iciunum odium,sed iurgia prima iouare
Incipiunt animis ardentibus hæc tuba rixæ,&c.
Immane & crudele odium barbarorũ in hostem.Cice.pro Plancio,58.
Immortale odium.Iuuen.Saty.15.4.
Inexorabile odium.Ouid.5.Metam.49.
Inexpiabile odium,Vide INEXPIABILIS.
Infestum odium,Vide INFESTVS.
Insignis odium,Vide INSIGNIS.
Infinum penitus odium.Cic.1.de Lege agrar.28.
Intestinum odium,Vide INTESTINVS.
Intimum odium,Vide INTRA præpositionem.
Iusta odia.Quintil.lib.1.cap.13.31.
Iusium & debitum omnium mortalium odium.Cice.in Piso.25.
Nouercalia odia.Tacit.lib.1.
Nuda odia.Stat.9.Thebaid.4, - nos ferrum mite,facesque
Illa nuda odia,& faritas iam non eget armis.
Occulta odia Cic.Lentulo,lib.1.9.13.
Perniciale odium,Vide PERNICIES.
Pertinacia odia.Tacit.lib.20,
Priuata odia.Tacit.lib.1.
Pretiosa odia,& constantia magno.Ouid.epist.7.9,
Variatium odium,Vide VATINIVS.
Vitiuda odia.Tacit.lib.15.
¶ Adduci odio,Vide ADDVCO.
Recentia,veteraq; odia aduertit.Tacit.lib.4.
Afferre odium,Vide AFFERO.
Aeterna odia agere.Senec.Herc.fur.6.6.
Alendis odiis materiam præstare.Claud.2.Paneg.4.
Capere odium,Vide CAPIO.
Certare odiis.Virg.10.Aeneid.3.
Conciliare odium,Vide CONCILIO.
Concipere odium.Vide CONCIPIO.
Conciuare odium.Quintil.lib.6.cap.1.10.
Cognitare magnum odium in aliquem.Cic.1.de Inuent.112.
Concoquere odium,Vide CONCOQVO.
Conflatus odio.Quintil.lib.5.ca.7.15,Siue odio conflatos testes,siue inuidia,siue gratia,siue pecunia videri volumus.
Deponere odia.Senec.Herc.fur.6.15.
Odio quodam & diffidio ab aliquibus diffidere.Ci.pro Corn.Balbo,23.
Capitali odio ab aliquo diffidere.Cic.de Amic.2.
Effundere occlusum odium,Vide OCCLVDO.
Excitare acerbum odium.Cic.2.de Orat.115.
Excedere vrbem odiis.Virg.2.Aeneid.157.
Exercere odia.Ouid.epist.7.9.
Exercere aliquem odiis.Virg.4.Aeneid.125.
Explere odiũ stricti is mucronib'.Claud.de bel.Get.122.
Amorem finire odio.Quid.1.de Remed.amor.53.
Flagrare odio alicuius.Seneca Octauia,4.7.
Flagrare mutuo odio,Vide MVTVVS.
Frangere odiũ.Quintil.lib.6.ca.3.7,Rerum aliquando sæpe, vt dixi,maximarũ momenta vertit,quam odium,iramq; frequentissimè frangat.
Gerere odia.Seneca Thyeste,4.31.
Odium gerere aduersus.Plin.lib.8.cap.18.3,Odium aduersus equos gerunt naturale.De camelis.
Habere magnum odium in aliquem.Cic.3.de Inuent.202.
Habere odium seruitutis.Cic.5.Philipp.192.
Importare odium alicui.Horat.1.epist.13.1,
Ne studio nostri pecces,odiumq; libellis
Sedulus importes,opera vehemente minister.
Incendere in odia,Vide INCENDO.
Incurrere in odia hominum,Vide INCVRRO.
Inferre odia.Tacit.lib.15,Et Lucanus Anneus,Plautiusq; Lateranus Cõsul designatus,vinid;odia intulere.
Inflammare vrbes odiis.Stat.3.Thebaid.68.
Intendere odium.Tacit.lib.13,Nero intellecta inuidia, odium intendit. Hoc est intentat.
Iudicare odio & inuidia.Cic.pro Marcello,17.
Liberare aliquem odio,Vide LIBER,liberi.
Mereri odium.Ouid.2.Amor.eleg.2.2.
Metiri aliorum odium suo,Vide METIOR.
Mittere ac finire odium,Vide MITTO.
Mordet odium.Quintil.lib.6.ca.4.9,Odium mordet & pudor.
Aspera odia mouere verbis.Virg.2.Aeneid.10.
Asperitas mouet odium.Ouid.2.de Arte,30.
Patefacere odium suum in aliquem,Vide PATEFACIO.
Ponere odia.Claud.de bello Get.19.
Premi odiis.Claud.2.in Rufinum,3.
Remittere odia.Tacit.lib.1.
Renouare & reuocare animos aliquorum ad alicuius odium. Cicero 2. de Oratore,109.
Reponere odium. Tacit.in vita Agricolæ, Optimum in præsentia statuit reponere odia.
In odiis residere,Vide IN præpositionem.
Seruatum odium perenni studio.Silius lib.1.4.
Saturare odium diuturnum & inueteratum.Cic.in Vatinium,4.
Struere odium in aliquos, & Dimouere ab aliquibus, contraria. Cicero de Orat.114.
Est mihi odium illius,Id est prosequor illum odio.Virg.1.Aeneid.73,
Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat.Hoc est qui tyrannũ vel oderãt,vel metuebant.
Odio esse alicui.Cic.5.de Finibus,111,Cui Tubuli nomen in odio nõ est? Virg.8.eclog.7,Dumq; tibi est odio mea fistula.
Odio esse apud omnes.Cic.pro Lege Manilia,45,Difficile est dictu Quirites,quanto in odio simus apud exteras nationes,propter,&c.
Hostili odio & crudelitate esse in aliquem.Cic.pro Cluent.8.
In odio esse omnibus.Cic.ad Atticum,lib.2.36.1, Nunc repentè tanto in odio est omnibus,vt quorsus eruptura sit,horreamus.
Suscipere odium alicuius in re aliqua. Cic.ad Atticũ,lib.6.111.4,In quo (vt audio)magnum odium Pompeii suscepistis.
Acre odium suscipere.Cic.1.de Inuent.202.
Tendere odiis.Tacit.lib.20,Hinc multi,bonique,inde pauci,& validi pertinacibus odiis tenderent.
Odium collectum transferre.Ouid.3.Metam.52,
-à Tyria collectum pellice transfert In generis socios odium.
Obscuro odio morsuq; venenare cõmoda alicuius.Horat.1.epist.14.8.
Venire odio omnibus.Plin.lib.28.cap.8.18,Rursus tali ministri cinere de cocto cum sanguine mustelæ,peruenctos omnibus odio venire.
Venire in odiũ omnibus.Cic.ad Atticum,li.10.197.9, Vt vti diebus ipsi illi egenti ac perditę multitudini in odium acerbissimum venerit.
¶ Odium mitigatur,deponitur,tenetur,sedatur. Cic.Post,red.ad Quirites,18, Odium,vel precibus mitigari potest, vel temporibus Reipub. communique vtilitate deponi,vel difficultate vicissicudi teneri,vel vetustate sedari.
Facere odium studiorum. Quintilian.lib.1.cap.3.6, Modus tamen sit remissionibus,ne aut odium studiorum faciant negatæ, aut otii consuetudinem nimiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ferre odium ex aliqua re. Quintil.lib.5.cap.14.24, Et odium ex quadá ieiunitate, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit.
Odium infinitum, Cic.pro Corn.Balbo,10, Sed siqui sunt, quibus infinitum sit odium, in quo semel susceptum sit, quos video nonnullos, &c.
¶ Odium, Assiduitas, tustantia, molestia, fastidium, vt ait Donatus. Plautus Persa,2.10, Ah, tu nunc odio me enicas. Hoc est, tædio me conficis. Idem Epid.2.2,
Quis properantem me prehendit pallio?
B. Familiaris. T. fateor: nam odio es nimium familiariter. Terent. Phorm.5.6.9, Pergit hercle: tu nunquam tuo odio vinces me. Idem Eunuch.3.1.14, - tum sicubi eum satietas
Hominum, aut negotiquando odium ceperat. Idem Hecy.1.2.48,
Tundendo, atque odio denique effecit senex,
Despondit ei gnatam huius vicini proximi.
Odiosus, pen.prod.Adiect. (μισητός, ἐπίμισητος, βδελυρός,) Qui odio habetur, vel qui molestus est. Plaut.Aulul.6.4, Quanquam haud falsa sum nos odiosas haberi. Terér.Eunu.4.6.16, Vbi sita est? T. in Risco odiosa cessat? Idem Hecy.4.3.3, Odiosa hæc est ætas adolescentulis. Cic.de Amicit.62, Odiosum sanè genus hominũ officia exprobrãtiũ.
Aures odiose.Ouid.1.de Arte,98.
Odiosus dolor.Cic.4.de Finib.81.
Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptius non vacant.Cic.1.Offic.181.
Offensio omnis odiosa est in fragili corpore.Cic.de Senect.60.
Senex odiosus.Ouid.3.de Remed.amor.16.
Senectus sic plerisque sembus odiosa est, vt onus se Aetna grauius dicant sustinere.Cic.de Senect.4.
Odioso vento concita æquora.Ouid.epist.18.5.
Insolens & odiosum verbũ.Cic.in Orat. Eorum religioni quum seruiret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat.
Odiosa plaga.Cic.Attico,lib.5.108.7.
Odiosum esse alicui, id est molestum, vt ait Valla. Plaut.Curcul.2.7, Tandem es odiosus mihi. Idem Pseud.3.28,
Nam his quidem gallina scripsit. c. odiosus mihi es.
Lege, vel tabellas redde. Idem Menæch.8.41, Tu hercle insanus homo es multum & odiosus mihi. Terent.Phorm.5.8.44, Enimuero si porrò esse odiosi pergitis.
Odiosus & loquax orator spernitur.Cic.pro Murena,18.
Odiosus scrupulus.Cic.Attico,lib.10.205.7.
Sentire ea ætate esse odiosum se alteri.
Iucundum potius quàm odiosum. Cic.de Senect.23. Ex Cæcilio.
Odiosum & molestum. Cic.Attico,lib.6.114.3, Odit enim prouinciam, & hercule nihil odiosius, nihil molestius.
Graue & odiosum, Leue & facile, contraria.Cic.pro Roscio Comœdo,9, Quorum alterum est grauius & odiosius alterum leuius & facilius.
Odiosum & Iucundum, contraria.Cic.de Senect.44, Cupidis enim rerum talium odiosum fortasse & molestum est carere: satiatis verò & expletis iucundios est carere. Item ibidem,23.
Odiose, pen.prod.Aduerbiũ, (μισητῶς,) Cum odio vel tædio, aut quod fastidiosè vulgò dicitur. Plaut.Bacchid.10.147, Caue verò, odiosè facis. Et paulò post,150, - nolo inquam aurum concredi mihi.
N. Ohe odiosè facis. Idem Milit.10.152, Quod tamen odiosè faciundum, fit malum atque ingratiis. Terent.Adelph.4.2.50, Aeschinus odiosè cessat: prandium corrumpitur.
Dicere odiosè. Cic.de Claris Orat.156, Nam siquis eos qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, Attice putat dicere, &c.
Odiosè interpellare.Cic.2.de Orat.146.
Loqui odiosè. Author ad Herennium lib.4.176, Viais inuidiosè, deliniquis studiosè, loqueris odiosè.
Odiosius. Quintil.lib.1.cap.6.26, Quia nihil est odiosius affectatione.

Odor, vel odos, huius odõris, pen.prod. (ὀδμὴ, ὀσμὴ, κνῶπα,) Naturæ significationis. Plaut.Capt.1.3.46, Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum. Idem Menæch.4.51,
Ecquid tu de odore possis, siquid fortè olfeceris,
Facere coniecturam?
Odoris ignauia, Vide IGNAVUS.
Suauitas odorum.Cic.de Senect.55.
Vastitas odoris.Plin lib.31.cap 6.4.
Aggrauans capita odor.Plin.lib.12.cap.17.8.
Augusti odoris rosa.Plin.lib.21.cap.4.1.
Argutus odor.Plin.lib.15.cap.3.ad finem.
Austerus odore.Plin.lib.12.cap.25.7.
Dilutus odor.Plin.lib.15.cap.28.2.
Ferus odor. Plin.lib.12.cap.17.5, Synceri odor debet esse ferus, & quodammodo solitudinem redolens.
Non inelegans odor.Plin.lib.21.cap.25.2.
Iucundè grauis odor.Plin.lib.21.cap.10.5.
Mali odoris vrina crassa. Celsus lib.2.cap.6, Vrina rubra & tenuis in magna cruditate esse consueuit. & sæpe antequam spatio maturescat, hominem rapit. Itaque si talis diutius permanet, periculum mortis ostendit. Pessima tamen est præcipuèq; mortifera nigra, crassa mali odoris.
Potentissimus odor.Plin.lib.13.cap.2.2.
Recentis odoris mõla.Iuuenal.Saty.11.10.
Rosidus odor.Plin.lib.14.cap.2.11.
Vinosus odor.Plin.lib.27.cap.4.14.
Vnguentorum odor.Cic.Post red.in Senatu,14.
Acer odor, Vide ACER adiectiuum.
Acerrimus odor.Plin.lib.21.cap.7.2.
Acutus odor, Vide ACVO.Plin.lib.21.cap.7.3.
Ater odor, Vide ATER adiectiuum.
Castoreus odor, Vide CASTOR.
Crocei odores.Virg.1.Georg.12.
Fœdus odor.Celsus lib.7.cap.29, Solet etiam euenire, vt is infans humore distendatur, exque eo profluat fœdi odoris sanies.
Grauis odor cœni Virg.4.Georg.10.
Grauis odor oris.Ouid.3.de Arte,56.
Inimicus odor.Horat.1.Serm.saty.4.11.
Iniucundus odor, Vide INIVCVNDVS.
Insuauis odor, Vide INSVAVIS.
Iucundus odor, Vide IVCVNDVS.
Lentus odor.Seneca Thyeste,6.2.
Medicatus odor, Vide MEDICO.
Mollissimus odor, Vide MOLLIS.
Panchæi odores.Lucret.lib.2.84.
Teter odor.Virg.3.Aeneid.46.
¶ Adhibere odores ad deos, Vide ADHIBEO.
¶ Abolere odorem. Plin.lib.28.cap.9, Crebro postea coquitur, donec omnis odor aboleatur.
Defluit celerrime odor, Id est euanescit.Plin.lib.13.cap.1.6.
Euanescit odor celerrime.Plin.lib.13.cap.1.6.
Frui ex vtraque parte corporis odore prodigo.Plin.lib.13.cap.3.5.
Odorem oris tollit, gingiuas astringit, dentes firmat.Plin.lib.23.cap.2.1. De aceto scillino.
Afflantur è floribus odores.Cic.de Senect.55.
Capere odorem, Vide CAPIO.
Capi odore rerum.Cic.pro Cœlio,32.
Continere odorem, Vide CONTINEO.
Malus odor crescit membris.Horat.Epod.12.2.
Bestiæ quædam intolerabili odoris fœditate infectantes depellunt. Cic. 2.de Nat.deorum,190.
Liquidum ambrosiæ diffudit odorem.Virg.4.Georg.83.
Euellere odorem è glebis thuris.Lucret.lib.3.66.
Acrem odorem excire.Lucret.lib.6.245.
Expirare odorem dicitur res aliqua.Catul.Argonaut.59.18,
- suaues expirans castus odores Leftulus.
Fertur ad superiora omnis odor. Cic.2.de Nat.deorum,111.
Fluunt odores certis ab rebus.Lucret.lib.4.44.
Acerbus fragrat odor.Valer.4.Argon.98.
Multo odore fumat ara.Horat.3.Carm.ode 18.2.
Licere odorem de corpore.Lucret.lib.2.170.
Iactare odorem, Vide IACIO.
Incendere thus & odores.Cic.6.Verr.69.
Galbaneos incendere odores.Virg 4.Georg.53.
Suaues odores miscent herbæ.Virg.2.eclog.11.
Diuinum odorem spirauere comæ.Virg.1.Aeneid.81.
Auræ virtantur odoribus.Ouid.7.Metam.111.
¶ Odores, in plurali, & aromata, pro eodem accepisse videtur Columella lib.12.cap.20.4, Quòd si non ita, vt præcipimus, permisceueris, subsident aromata, & adurentur. Et paulo post,5, Ad prædictum autem modum musti adiici debent ii odores, nardifolium, iris Illyrica, &c.
Ingrati odores.Ouid.2.Metam.26,
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores.
Differtum corpus odoribus. Tacitus lib.16, Corpus non igni abolitum, vt Romanus mos: sed regum externorum consuetudine, differtum odoribus conditur, tumuloque Iuliorum infertur. De Poppæa.
¶ Odor, Infectus aer. Plin.lib.9.cap.7.3, Odorem quidem non aliud quàm infectum aera intelligi posse.
Odor oris & corporis teterrimus. Cic.5.Verr.18, Postremo vt odor Apronii teterrimus oris & corporis, quem (vt aiunt) ne bestiæ quidem ferre possent, vni illi suauis & iucundus videretur.
¶ Odor, per translationem. vt Odor Dictaturæ, id est indicium, vt ait Budæus. Cic.ad Atticum, lib.4.85.15, Res fluit ad interregnum, & est nonnullus odor Dictaturæ.
Suspicionis odor.Cic.pro Cluẽtio,58, Cannutio perito homini qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset, neque dum rem perfectam arbitraretur, placuit, &c.
Legum odor.Cic.7.Verr.125. Quasi luce libertatis, & odore aliquo legum recreatus, reuixisset, &c.

Lucri bonus est odor ex re qualibet. Iuuen.Saty.14.21.
Odõrus, pen.prod.Adiect. (εὐωδὴς,) Quod ex se odorem mittit, teste Seruio vt Sta.6.Theb.21, -& odoro vulnere pinus Scinditur.
Arbor odora.Ouid.1.de Arte,58.
Flos odorus.Ouid.9.Metam.18.
Sulfur odorum.Claud.5.Paneg.51.
Odorus, Indagator & sagax.Virg.4.Aeneid.27,
-& odora canum vis.Seruius.
Odorãtus, pen.prod. Aliud adiectiuum (εὐώδης, ἡδυόσμος, εὐωδίας, ἡδυσμός, ἡδυσμάτιος, ἀρωματαῶδης,) Quod alicunde accepit odorem, mouit Seruius. vt Templum odoratũ. Plin.epist.17.lib.2, Ante cryptoporticum xystus violis odoratus.
Minus odoratũ. Plin.lib.21.ca.7.2, Nouella quoq; vetustis minus odorata.
Minimè odoratus. Plin.lib.21.cap.7.2, In Aegypto tamen minimè odorati flores, quia nebulosus & rosidus aer est.
Capilli odorati. Horat.3.Carm.ode 10.3.
Caput odoratum. Horat.2.Serm.saty.7.21.
¶ Odoratus, Quod ex se odorem habet. Plin.lib.21.cap.4.6, de rosa loquens, Quibusdam annis minus odorata prouenit. Præterea locis omnis siccis, q̃ humidis odoratior. Virg.3.Georg.83, Dulce & odoratã stabulis accedere cedrum. Vbi Seruius, Odoratã, pro Odoriferã. Plin.lib.12.ca.11.5, Odoratæ radicis herba. Varro 3.de Re rust.ca.9.16, Quidam ex triticeo pane intrito in aquã misto, vino bono & odorato faciunt. Idem lib.11.cap.9.1, In sacris vino perfusum odoratius.
Bacchus odoratus. Virg.4.Georg.56.
Ceræ odoratæ. Ouid.8.Metam.46.
Ignes odorati. Ouid.1.Fast.16.
Lignum odoratum. Virg.2 Georg.24.
Nemus odoratum lauri. Virg.6.Aeneid.132.
Rosæ odoratæ. Tibul.lib.1.eleg.3.13.
Serta odorata. Ouid.5.Trist.eleg.4.1.
¶ Odoratior, & odoratissimus. Plin.lib.21.cap.7.1, Itaq; & vina mustis odoratiora, & sylueslria magis omnia fatiuis. Ibidem,1, Rosa & croco odoratiora, quum serenis diebus leguntur. Ibidem,4. Quædam locis ipsum odoratiorem faciunt. Ibidem Hortensium odoratissima quæ sicca, vt ruta, intorta, apium.
Odoratus, huius odoratus, pen.prod. (ὀσφρησις,) pro Olfactu, siue ipso sensu & facultate odorandi. Plin.lib.11.ca.4.1, Insecta autem habent oculos, præterq; sensus tactum & guistatum, aliqua & odoratum. Cice. 4.Acad.42, Nihil necesse est de guistatu & odorato loqui.
Odoratus, Idem quod Odoratio, siue Actus ipse odorandi. Cic.2.de Nat. deor.255, Nisi fortè tanta hubertas & varietas pomorum, eorumq; iucundus non guistatus solùm, sed odoratus etiam & ad pectus, dubitationem affert, quin hominibus solis ea natura donauerit.
¶ Odoratus, Odor. Plin.libro.25.cap.13.9, Folia coriandri tenuiora, graui odoratu.
Odõro, odõras, pe.pro.I. (ὀσφραίνω, ὀσφρανῶ,) odorare, Odorũ reddere. Colu.lib.9.ca.4.4, Qui coloret, odoret q̃ mella. Hoc est odorata faciat.
Odoro, pro Odore repleo. Ouid.15.Metam.147,
Thura super ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab vtraque sonant, & odorant aera fumis. Sic Græci nonnunquam vtuntur verbo εὐμιᾶν.
Odõror, odõraris, Deponens, (ὀσφραίνομαι,) Olfacere. Plaut.Menæh.4.
55, Agedũ odorate hanc, quam ego habeo palla, quid olet? Colu.lib.6. cap.2.1, Deinde nares perfricato, vt hominem discant odorari.
Cibum proiectum odoraris. Horat.Epod.6.2.
Odorari, per translationem. Cic.Attico, lib.14.320.1, Cupio enim antequam Romam venio, odorari diligentius quid futurum sit.
Peruestigare & odorari aliquid. Cicero 6.Verr.16, Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & peruestigabant.
Indagare & odorari. Cic.4.Verr.93, Hæc verò eius erat ars, & malitia mirandà, quòd acutissimè tota prouincia, quid cuique esset necesse, indagare & odorari solebat.
Degustare & odorari aliquem, Callidè & clàm explorare quid habeat animi. Cicero ad Atticum, li.4.77.6, Tu velim ex Fabio, siquem habes aditum, odorere, & istum conuiuam tuum degustes.
Sagacius odorari. Diligenter inuestigare & indagari. Cic.ad Atticum, lib. 6.115.3, Illud præterea μυγοσκόπτερον ad te scribam: tu sagacius odorabere. Horat.Epod.12.1.
Quàm sagacissimè odorari, quid sentiant, quid existimet, quid expectent, quid velint, quò deduci facillimè posse videantur iudices. Cice. 2.de Orat.100.
Festinè odorari aliqua. Cic. Atti.lib. 4.83.2. Siquid fortè de comitiis, de Repp. (soles enim tu hæc festinè odorari) scribas ad me.
Vestigia odorari. Cic.in Pisonem,65. Quas quidam non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis & cubilibus persecuti sunt. Item pro Cluentio, 66, Albiana pecunia vestigiisne vobis odoranda est?
Decemuiratum odorari. Cicero 2.de Lege agra.67. Committite vos nunc Quirites his hominibus hæc omnia, quos odorari hunc Decemuiratum suspicamini.
Vestigare & odorari voluptates. Cic.Post red.in Senatu,13.
Hi voluptates omnes vestigant atque odorantur.
Odõraris, pen.prod. (ὀσφραίνων,) Participium. Plaut.Milit.5.112.
-si ita non reperio, ibo odorans quasi Venaticus vsque.
Odoratio. Verbale. (ὀσφρησις,) Cic.4.Tus.31, Et qualis est hæc auritũ, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum.
Odorãmen, pen.prod. siue Odoramentum, (ἄρωμα) Quod odoris gratia tenemus: sicut vnguentum, quod vngendi causa, vt ait Sipontinus. Macrobius lib.1.Saturn.in præf. Confusura videlicet omnium succos odoraminum in spiramentum vnum. Plin.lib.21.cap.7.1. Omnium autem odoramentorum, atque adeò herbarum differentia est in colore, & odore, & succo. Ibidem,5. Columella lib.11.cap.2.53, Tum etiam salem atque odoramenta, quibus condire vinum consueuerunt.
Odorãrius, Adiectiuum, (ἐδωδιμαῖος,) Quod ad odores pertinet.
Odoraria myrrha. Plin.lib.12.cap.16.3, Pretium eius quam odorariam vocant, ad X IIII.
Odorãrius, Substantiuum, (ἀρωματοπώλης,) Qui odores conficit & vendit: Græcis aromatopõla dicitur.
Odorifer, pen.cor. Adiect. (πολυόσμος, ἀρωματοφόρος,) Quod odorem reddit. Plin.lib.12.cap.17.10, Eundem & ad serpẽtes fugandas vrunt in odoriferis sylis frequentissimas.
Odorifera Arabia, In qua nascuntur odores. Plin.lib.5.cap.11.1.
Gẽo odorifera. Ouid.4.Meta.41, Sic vocat Achæmenios, Arabiæ populos.
Odoriferæ insulæ. Plin.lib.6.cap.28.13.
Lances odoriferæ. Propert.lib.2.eleg.14.5.
Odrysius, Adiectiuum, (ὀδρύσιος) Idem quod Thracius: vt Hasta Odrysia. Stat.1.Achil.97.
Boreas Odrysius. Silius lib.7.116.
Carmen Odrysium. Valerius 5.Argon.68, -odrysio gaudebãt carmine Phocæ. Id est carmine Orphei qui Trux erat.
Rex Odrysius. Rex Thraciæ. Ouid.6.Metam.98.

ODYSSEA, odysseæ, pe.prod (ὀδύσσεια,) Homeri opus de Vlyssis erroribus, viginti quatuor libris absolutũ. Derinata dicto ab ὀδυσσεύς. id est Vlysses. Cic.de Clar.Orat.36, Nam & Odyssea Latina est sic tãquam alijuod opus Dædali, & Liuianæ fabulæ, &c.

O E

OEAGRVS, (οἴαγος,) Pater Orphei vatis, & fluuius Thraciæ vnde & Hebrus, q̃ ex eo fluat, Oeagrius dicitur. Virgilius 4.Georg.105,
Tu quoque marmorea caput à ceruice reuulsum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus.
Oeagrius, Adiectiuum, (οἰάγριος,) vt
Aemus Oeagrius. Ouid.1.Metam.44. Aemus mons Thraciæ.

OEBALIA, (οἰβαλία,) duplex est iuna quæ & Laconia dicta fuit: & ab Oebalo filio Argoli Oebalia cognominata. De qua Statius in Achilleide, lib.1.4, Soluerat Oebalio classem de littore pastor Dardanus.
Equi Oebalii. Stat.6.Thebaid.66.

Oebalides, pen.corr. Patronymicũ masc. (οἰβαλίδης,) Opid.in Ibin,18, q̃ gentili posuit. Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas. Id est Hyacinthus qui Lacon fuit. Idem 5.Fastorum, loquens de Castore & Pollice, Effugere Oebalidæ cursu potuere sequentes.

Oebalis, pen corr. Patronymicum fœ. (οἰβαλίς,) Stat.1.Sylu.2.30,
-quis purpura sæpe
Oebalis, & Tyrii moderator liuet aheni. Positum pro adiectiuo. Altera verò in Italia iuxta Tarentum vrbem inclytã Calabriæ, ab Oebalo filio Telonis, vt quidam volunt, cognominatam. Virg.4.Georg.25,
Namque sub Oebaliæ memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus,
Corycium vidisse senem. Est enim Galesus Calabriæ flumen, Tarento proximum, vt scribit Liuius lib.5.de bello Punico.
Oebalius, Adiectiuum, (οἰβάλιος,) vt
Matres Oebaliæ, Italicæ. Ouid.3.Fast.46.

OEBALVS, pen.corr. (οἰβαλος,) Argoli filius, rexq; Laconiæ, ab se Laconiam prouinciam, Oebaliam dixit. Fuit & Oebalus, Telonis regis Caprearum insulæ, ppe Neapolim filius, & Nymphæ Sebethidis. Hæc Seruius apud Virgilium 7.Aeneid.147,
Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha Fertur.

OECHALIA, (οἰχαλία,) pars Laconiæ, propinqua Thessaliæ, q̃ Oechaliæ nomẽ assumpsit à ciuitate eiusdem nominis quæ in illa erat. Ipsa verò ciuitas, teste Homero lib.2.Iliados, ab Oechaleo fluuio nomẽ accepit. In hac Eurythus regnauit, qui Herculi filiã Ionam autè promissam denegauit, ideo q̃ filius fuerat eum dehortatus, dicens ab Hercule & vxorem & filios esse interemptos. Quare illum & filios interemit, atq; Oechaliam eius vrbem euertit, dicente Virgilio 8.Aeneid.59,
Vt bello egregias idem disiecerit vrbes:
Troiamq;, Oechaliamq;, &c. Ouid.3.Metam.28, Victor ab Oechalia Cœnæo sacra parabat Vota Ioui. De Hercule.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inclyta Oechalia.Senec.Herc.Oeth.4.38.

Oeconomus, pen.corr. (οἰκονόμος,) Latinè dicitur administrator rei familiaris.

Oeconomia, (οἰκονομία,) Rei domesticæ administratio.

Oeconomia, Dispositio cuiuscunque rei, per translationem. Cic.ad Atticum,lib.6.1.1.1, Iis igitur respondebo.Sic enim postulas.Nec οἰκονομίας meam instituam,sed ordinem conseruabo tuum.Vitruuius lib.1. cap.1, Architectura autem constat ex ordinatione,quæ Græcè τάξις dicitur : & ex dispositione (hanc autem Græci διάθεσιν vocant) & eurythmia & symmetria,& decore, & distributione,quæ Græcè οἰκονομία dicitur.Budæus.

Oeconomia,apud Oratores,Dispositio causæ dicitur.Quintil.lib.3.ca. 3.7,Hermagoras iudicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis sunt,subiecit œconomiæ:quæ Græcè appellata ex cura rerum domesticarum,& hîc per abusionem posita,nomine Latino caret.

Diligentior œconomia. Quintil. lib.1.cap.8.7, Oeconomia quoque in his diligentior,quàm in plerisque nouorum erit.

Oeconomicus,œconómici,pen.corr. (οἰκονομικός,) Gubernãdæ familiæ peritus.Vnde liber Xenophontis Oeconomicus inscriptus. Cic.2.Of fic.122, Has res commodissimè Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro qui Oeconomicus inscribitur.Idem de Senect.54.

Oeconomica,œconomicorum,n.g. (οἰκονομικά,) Quæ ad rem domesticam ac familiarem pertinent. Vnde & Oeconomicus Xenophontis, Colum.in Præfatione libri 12,Et Aristotelis œconomica dicuntur.

Oecumenicus, pen.corr. Adiectiuum, (οἰκουμενικός,) Vniuersalis, & ad totum orbem pertinens. Vnde Concilium œcumenicum. οἰκουμένη enim,idem est quod orbis terrarum,terra habitabilis.

OEDIPVS, pen.corr. (οἰδίπους,) filius Laii regis Thebani, dum adhuc matris vtero teneretur, & pater Laius Apollinem de nascitura prole consuleret, ab oraculoque percepisset debere se à nascitura prole interfici,natum puerum pastori armẽtorũ suorum occidendũ tradidit: qui dum ætatis miseretur,& regium imperiũ exequi cogeretur, parui pedes gladio perforauit,& vimine suspendit ad arborem quasi inedia moriturum. Quod ipse apud Senecã in Oedipo testatur, dicens,

Me deo teste damnauit parens,
Calidoque teneros transtulit ferro pedes:
Et in alta nemora pabolum immisit feris. Sed quum vagitu Phorbantem pastorem Polybii Corinthiorum regis, ad se puer traxisset, ille conscisis vinculis,iam tumidum pedibus puerũ cuidam largitus est: qui lætus ad Meropem vxorem Polybii regis liberis carentem pro magno munere detulit:illa vnà cum viro tanquam filium cælitus missum paterna charitate suscepit, & à pedum tumore Oedipodem nominauit.Cuius penultima breuis à poetis nostris poni cõsueuit, & declinatur Oedipus,huius Oedipodis,Græcè Latinè vero Oedipi,teste Prisciano lib.6.& Donato. Hic quum semel Thebas pergeret,Sphinge comperta,eius ænigma dissoluit,& monstrum interemit. Vnde rerum obscurissimarum interpres postea dictus fuit.

Oedipodes,Oedipodæ,(οἰδιπόδης,)pro eodẽ dicitur.Stat.li.1.The.4,

-limes mihi carminis esto
Oedipodæ confusa domus.

Impii Oedipodæ nuptiales faces.Senec.Herc.fur.6.32.

Dauus sum, non Oedipus, Prouerbium : de quo sic Erasmus in Chiliad. Oedipi ingenium scitè proponendis, simul & dissoluendis ænigmatũ Sycypis nobilitatum est, propter dissoluta Sphingis problemata,adeò vt in prouerbium abierit eius nominis appellatio.Velut apud Terentium in Andria,seruus dissimulans intelligere quod herus dixerat,Dauus, inquit, sum, non Oedipus.Id quod commutato nomine potest ad quêlibet accommodari, Paulus sum,non Oedipus. Antonius sum,non Oedipus. Quin ipsã per se figura prouerbialis est: potestque ad eundem modum fingi ex quauis vel persona, vel re vulgo nobilitata. Vt, Quî posim omnia meminiisse?Petrus sum,non Lucullus.Quî posim tantis sufficere laboribus ? Nicolaus sum, non Hercules. Quî potero rem tam duram perfuadere?Ricardus sum,non Cicero.Erasmus.

Oedipodionius,pen.corr. Adiect. (οἰδιποδιόνιος,) Ouid.15.Meta.86, Oedipodioniæ quid sunt nisi nomina Thebæ?

Fratres Oedipodionii.Stat.10.Thebaid.156.

Oedipodionides,pe.cor.Patron.mas.(οἰδιποδιονίδης,)Stat.1.The.63,

Interea patriis olim vagus exul ab oris
Oedipodionides furtim deserta pererrat Aoniæ.

Dirus Oedipodionides.Stat.6.Thebaid.86.

Oenanthe, œnanthes, (οἰνάνθη,) Herba, de qua sic Plinius lib. 21.cap.24. Oenanthe herba nascitur in petris, folio pastinacæ,radice magna,numerosa.

Oenanthinus,penul.corr.Adiectiuum, (οἰνανθινός,) Quod ex œnanthe factum est.vt Oenanthinum oleum.Plin.lib.23.cap.4.4.

OENANTHIA, (οἰνανθία,) Vrbs Sarmatiæ in Asia Ptolemæo libro 5. Hodie S.Sophia.

OENEVS,duarum syllabarum, (οἰνεύς,) Calydoniæ rex & Deianyræ pater de primitiis, omnibus numinibus sacrificauit, excepta Diana,

quæ frata aprum immisit,qui cuncta vastabat, donecà Meleagro Oenei filio occideretur.Hæc Seruius. Ouid.8.Metam.98,

An fœlix Oeneus nato victore fruetur?

Oenêus,trium syllabarum,pen.prod.Adiect.(οἰνεύς,) Ouid.8.Meta.57,

Inquit,& Oenéos vltorem spreta per agros Misit aprum.

Oeneus , Aliud adiectiuum, (οἰνεῖος,) quatuor syllabarum : vt Heros Oeneius.Stat.5.Thebaid.33.

Oenides,pen.prod. Patronymicum masc. (οἰνείδης,) Ouid.8.Meta.83,

At manus Oenidæ variat,&c. Id est Meleagri filii Oenei.

Magnus Oenides.Stat.5.Thebaid.81.

OENOCHONVS, (οἰνόχοος,) teste Herodoto lib.7, fluuius in Thessaliam defluens,sicut & Peneus.

OENOMAVS, pen. corr. (οἰνόμαος,) Filius Martis,rex Elidis, & Pisæ atque Hippodamiæ pater.hic victus à Pelope,regnum amisit : totaq; postea regio Peloponnesus à Pelope dicta est. Strabo lib.8.Alter fuit Peloponetius,in bello Troiano ab Hectore interfectus, teste Homero.

OENONE, pen.prod. (οἰνώνη,) vt air Strabo lib.8, nomen ciuitatis, & Nymphæ Phrygiæ,à Paride adamatæ.Ouid.2.de Remed.amor.31,

Et Paris Oenonen summos tenuisset in annos,
Si non Oebalia pellice læsa foret.

Oenophorum, œnóphori,pen.corr. (οἰνοφόρον,) Vas ad ferendã vina aptũ. Martial.lib.6.89,Reddidit œnophori pondera parua sui. Apul.in Meta.lib.8, Oenophoro quod immissum vino gerebat venenum.Cic.2.de Finib.40,Quibus vinum diffusum è pleno sit œnophoro,vt ait Lucilius.Quædam exemplaria legunt hirsiphon.Vide BROCHVS.

OENOPIA, (οἰνοπία,) Insula est quæ alio nomine Aegina dicitur.Vide ARGINA. Ouid.7.Metam.95,

Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.
Oenopiam veteres appellauere,sed ipse
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.

Oenopius,Adiectiuum, (οἰνόπιος,) vt

Muri Oenopii Ouid.7.Metam.98.

Oenopola, œnopólæ, penultima producta, (οἰνοπώλης,) Venditor vini.

Oenopolium,œnopolii, (οἰνοπώλιον,) Taberna vinaria.Plaut.Pseud.11. 52,Quin in corde instruere quondam cœpit œnopolium. Idem Asin. 5.48,Quum a pistore panem petimus,vinum ex œnopolio.

OENOTRIA, (οἰνωτρία,) Regio est Italiæ . Nonnulli verò ipsam Italiam sic vocatam esse perhibent ab Oenotro Arcade,vt refert Pausanias lib.8. Pisander verò lib.13,à vini bonitate appellatã sic esse ait. Gentile nomen est Oenotrus, & Oenotrius. Hæc Stephanus,qui Oenotriam Græcè οἰνωτρίαν per ω μέγα in medio scribit, vt mirum sit apud Latinos poetas correptam inueniri . Et fortasse apud quosdam Oenotri interdum, non Oenotrii legendum esset, quod apud Silium Italicum vbique obseruatum vidi. Vide suprà in dictione ITALIA.

Oenotrius,Adiectiuum, (οἰνωτρεῖος,) vt

Pubes Oenotria.Silius lib.12.130.

Tellus Oenotria.Virg.7.Aeneid.17.

Viri Oenotrii.Virg.1.Aeneid.108.

Oenotrus,Aliud adiectiuum, (οἰνωτρός.) vt

Fines Oenotri.Silius lib.13.11.

Oræ Oenotræ.Silius lib.8.44.

OENOTRIDES, (οἰνωτρίδες,) dictæ sunt duæ insulæ,quæ sunt contra Veliam,Pontia scilicet & Ilcia.Plin.lib.3.cap.7.

Oestrum, œstri, Græcè, Latinè furor dicitur. οἶστρος. Vnde Statius vocat œstrum,poeticum furorem,lib.1.Theb.7,

Tempus erit quum lautigero tua fortior œstro Facta canam.

Oestrum etiam Latinè asilus dicitur, volatile parum, volgò tabanus, vt ait Seruius,ex soni similitudine dictus.Virg.3.Georg.30,

Est lucos Silari circa,dicibusque virentem
Plurimus Albernum volitans,cui nomen asilo
Romanum est,œstrum Grai vertere vocantes,
Asper,acerba sonans,quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta. Columella lib.9.cap.14, scribit nasci in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis, quàm sunt apes cæteræ,eosque nonnulli putant esse reges.Verùm quidam Græcorum authores οἴστρους appellant ab eo quòd exagitẽt,neq; patiãtur examina conquiescere. Plin.lib.11.cap.16.6, Nascuntur aliquãdo in extremis fauis apes grãdiores,quæ cæteras fugãt. Oestrus vocatur hoc malum.

Oesypum, œsypi,pen.corr.neu.ge. (οἴσυπος,) dicitur pinguedo collecta in lana succida.Ouid.3.de Arte,43.

Oesypa quid redolent,quanuis mittantur Athenis,
Demptus ab immundæ vellere succus ouis? Plin.lib.29.ca.2.5,Quin ipsæ sordes pecudum, sudorque feminum & alarum adhærentes lanis (œsypum vocant) innumeros prope vsus habent . Dicitur etiam lana succida & sordida,tam primùm ab ouibus detonsa, nõdum mundata, sed quæ adhuc cũ sudore est,& sordibus.Græcè οἴσυπος, καὶ οἰσυπηρός. Legitur apud quosdã œsipa,apud alios œsopa,vtrũque malè,vt opinor.

Oeta,

Oeta,siue Oete,(οἴτη.)Mons inter Thessaliam & Macedoniam , clarus morte & sepulchro Herculis,in quo(vt Seruius inquit) stellæ videtur occidere,sicut de Ida nasci:& vbi elleborum optimũ nascebatur. vt refert Plin.lib.25.cap.5.A Parnaso vsqs Pindũ pars in Termopylas vergens,propriè Oeta vocatur.Quidam addunt aspirationem Oetha.

Ardua Oete.Ouid.9.Metam.47.

Alta Oete.Ouid.9 Metam.41.

Frondosa Oete.Stat.4.Thebaid.32.

Nemorosa Oete.Ouid.9.Metam.54.

Tibi deserit Hesperus Oetam Virg.8.eclog.6.

Oetæus,Adiectiuum,(οἰταῖος,)vnde Hercules Oetæus dictus est.

Iuga Oetæa Propert.lib.1.eleg.13,5.

OETVS,(οἶτος,)frater Ephialtis gigantis,filius Aloei:quorum meminit Virgilius 6.Aeneid.117,

Hic & Aloidas geminos immania vidi
Corpora,&c. Hic pugnauit in Creta,vt Salustius refert. Vnde

O F

Offa, offæ, Festus, Penitam offam Nævius appellat absegmen carnis cum coda. Antiqui enim offam vocant abscissum globi forma vel manu glomeratam pultem.Iuuenal.Saty.2.4,

-& patruo similes effunderet offas,
Nigra in facie tumidis liuoribus offa.Iuuenal.Satyr.16.2.

¶ Offa, Cibarium ex frustis panis in iure pingui, caseo vetere,pipere & cinnamomo conditis,quæ iussulata & calcata dicitur.Sipontinus, Offa & pultem significat,& quicquid est in pultis modum redactum. Virg. 6.Aeneid.84,Melle soporatam & medicatis frugibus offam Obiicit. Plautus Milite,3.50.

Aedepol memoria optuma est.A.offa emonet.
P.Dum tale facies,quale adhuc,alludao edes,
Cõmaniabo te semper mensa mea. Potest etiam fieri offa ex aliis rebus.Varro lib.3.de Re rust.cap.5.3,Cibatui offas positas hæ maximè glomerantur ex ficis & farre misto.

¶ Offa, Massa.Plin.lib.9.cap.48,de lepore marino, In nostro mari offa informis colore tantum leporis similis.

Conuolutam in offas,Vide CONVOLVO.

Offa & massa promiscuè vtitur Columella lib.12.cap.38,Posthæc complures ex ea mistulæ fiunt,& ita per latera feriæ in mistum demittuntur,ne altera offa super alteram perueniat. Idem lib.6.cap.2.5,docet in vetrem boum librales offas in præsulis adipis liquamine tinctas linguia demittendas. Ibidem,cap.13,Offæ adipis faucibus eorum(scilicet boum)inseruntur.

Offæ quibus aues saginantur. Colu.lib.8.cap.7,Cibus autem præbetur ordeacea farina,quæ quum est aqua conspersa & subacta, formantur offæ,quibus aues saginantur.

Obiicere offam.Cic.1.de Diuin.51,Necesse enim est offa obiecta cadere ferum ex pulliore,quum pascitur.

Cadit offa ex ore pulli.Cic.2.de Diuinat.110.

Pultis offa.Cic.2.de Diuinat.111,Nũc vero à mensa in cauea,& fame ene cta,si in offam pultis mittit,&c.

Offæ panis. Columel.lib.8.cap.9.2, de turturibus. Hyeme tamen offæ panis vino madefactæ, sicut etiam palumbos, celerius opinant,quàm cæteri cibi.

Offæ ficorum.Colu.lib.12.cap.15.5,Hæc quum bene proculcauerint,& totam massam cõminutæ fici permiscuerint,modicas offas folis ficulneis inuolunt,ac religatas sunco,vel qualibet herba offas reponũt in crates,& patiuntur siccari.

Carminis offæ.Pers.Satyr.5.1,

-quanta robusti carminis offa
Ingerit,vt par sit centeno gutture niti?

Offella,offellæ, Diminutiuum, simplici f scribendum esse docet Seruius, quia primam syllabam corripit contra primitiui naturam. Frustulum carnis. Diciturque offella porcina à porco,quàm in fartagine,cratica & prunis coquimus.Vitulina , à vitulo,quàm ad ignem verubus vertantes, ad escam paramus. Martial.lib.14.227, Parua tibi cœna cra ticula sudet offella. Iuenal.Satyr.11.15,

-at rudis omni
Tempore,& exiguæ frustis imburas offellæ.Martial lib.10.48,
Et quæ non egeant ferro structoris,offellæ.

Offula,offulæ,pen.corr.Aliud diminut.Suet.in Claud.Cesare,Rogo vos quis poteit sine offula viuere? Columella scribens de salsura carnis suillæ,lib.12.cap.53.4,ait, Deinde offulæ carnis spissè componuntur,& alternis sal ingeritur. Varro 2.de Re rust.cap.4.11, Dicebat L.Volumnio Senatori missam offulam cum duabus costis.

Offendo, offendis,offendi, offensum,(προσκόπτω)offendere,Cõaliquid, itq incidere significat.Plaut.Curc.7.3,Ne quẽ in cursu capite aut cubito aut pectore offendam.Terent.Eunuc.1.9.34,

Si in platea hac te offendero pôst vnũ,nihil qd dicas mihi Alium quæ rebam,iter hac habui,periti.Plaut.Poen.Qnẽqi viseo offenderant.

Scopulum offendere.Cic.pro Rosc.Amer.48,Restare tibi videbatur seuorum nomen,quò,quasi in portum reiectus à cæteris suspicionibus, confugere posses:vbi scopulum offendis eiusmodi,vt nõ modo ab hoc crimen resiuere videas, verùm omnẽ suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas.Hic per translationem.

Puppis offendit in scopulis.Ouid.4.de Ponto,eleg.14.5.

Offendere ad. Quintil.lib.6.cap.3.46, An non plurima καθ' ὑπερβολὴν dicuntur? quale refert Cicero ad Memmio homine prælongo, Caput eum ad fornicem Fabii offendisse.

Offendere ad stipitem.Colu.lib.12.cap.3.12,Néve aut cornu bos ad stipitem vehementius offendat,aut,&c.

Offendere ad Africam.Liu.8.bel.Pun.138, Tanquam M.Attilius primo accessu ad Africam offenderit.

¶ Offendere, Læsionem & offensionem accipere ex aliqua re in aliquã corporis partem.Colu.lib.5.cap.9.10,Deinde arando ne coxam bos, aliamve partem corporis offendat.

Latus offendere.Cic.pro Cluentio,159,Cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer.

¶ Offendere,(ἐντυγχάνω,)Inuenire,sed præter opinionem.Plaut.Mostel.6.31. Quid ego agam?pater iam hîc me offendet miserum aduenien ebrium.Idem Milit.0.4,Nam ego exeuntem eam modò offendi domi. Sic Amplit.2.79, Eo more expertem te factum aduenienti domi. Terent.Heaut.1.3.44, Texentem telam studiose ipsam offendimus. Idem Hecyra,3.1.45, Quonam modo Philumena mea nunc te offendã affectam?Cic.de Repub.lib.2,Sed imitor Archytam illum Tarentinum,qui quum ad villam venisset,& oia aliter offendisset,&c. Idem ad Plancum,libro 4.14.7, Nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas,quàm Rempub.offendissem. Item ad Quint. fratrem,libro 3.17.2.

Imparatum aliquem offendere.Cic.Curioni,lib.2.2.4.

¶ Offendere,Peccare,errare,aut etiam lædere aliquem.Cic.ad Varronẽ lib.9.2.6,Quis est tã lynceus,qui in tantis tenebris nihil offendat,nusquam incurrat? Liu.2.ab Vrbe,7,Consulis enim alterius, quum nihil aliud offenderit,nomen inuisum ciuitati fuit.

Aliquem offendere,(βλάπτειν,ἀδικεῖν.)Sueton.in Claud.Cæsare,cap.26, Priorem,quòd parentes eius Augustum offenderant,virginem adhuc, repudiauit.

Offendere apud iudices,Est infœliciter agere,ita vt ab eis non probetur is qui agit,hoc est In malã opinionem incidere. Cic.pro Cluentio,50, Deinde quum esset omnino dubium quod iudicari necesse esset, etiẽ certè potius qui sibi aliqua ratione diffideret,quàm eum qui omni ratione confideret:postremò certè potius illum qui bis apud eos iudices offendisset,quàm eum qui bis causam iis probauisset.Id est,damnatus esset, contrariam sententiam tulisset. Budæus,Offendit apud iudices de quo malè iudicatur,id est,damnatur. Idem rursum alio loco, Offendere apud iudices,est condemnari.

Aciem oculorum offendere,Vide ACIES.

Ameum offendere in nugis.Horat.de Arte,91.

Offendere alicui animum. Cic.ad Atticum,lib.4.84.4,Veritas est enim pusilla,quæ nunc laborat,ne animum Publio offenderet.

Offendere animos bonorum in.Cic.ad Q. fratrem,lib.1.7.5,Aut in Põpeio defendendo animos bonorum offenderent.

Animus meus multis rebus offenditur.Cic.Lentulo,lib.1.9.13.

Contumelia offendere aliquem.Cic.Attico,lib.6.1.14.5.

Existimationem alicuius offendere.Cic.ad Appium,li.3.8.28, Hos ego sermones,quòd & multi sunt, & tuam existimationem, vt ego sentio, non offendunt, lacessiui nunquam, sed non valde repressi. Idem pro Plancio,4.

Lumen extinctum offendit nares nidore.Lucret.lib.6.150.

Pectora offenduntur facto aliquo.Ouid.2.de Remed.amor.7.

Sensum aliquorum offendere.Cic.Lentulo,lib.1.9.61.

Vitio alicuius offendi.Cic.2.de Inuent.124.

In aliquo aliquem offendere.Cic.Appio,lib.3.8.13.

Offendere aliquid in re aliqua. Cicero 1.de Orat.63,Nihil enim est tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis.

Offendi.Cicero ad Cominium,lib.1.16.14,Ille si omnibus est maleuolus (quod nunquam existimaui)minus offendor in me:sin autem à me est alienior,nihil tibi literæ meæ proderunt.

Offendi in aliquo.Cic ad Q .fratrem,lib.1.1.21.Sed siquis est in quo tam offenderis,de quo aliquid senseris,huic nihil crediderit. Id est, spe & existimatione,quam de eo conceperas,deceptus fueris. Idem lib.2.de Inuent.124,Quapropter stultitia nobis visa est aut à bene inuentis alicuius recedere,siquo in vitio eius offenderemur. Id est, si nobis in eo non placeret.Budæus.

Offendere in arrogantiam.Cic.2.de Inuent.125,Quòd si in cæteris quoque studiis à multis eligere homines cõmodissimum quodqi,q̃ sese vni alicui certo vellent addicere:minus in arrogantiam offenderent, non tantopere in vitiis perseuerarent.Id est,incidérent.Budæus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Offendere aliquid in aliquo. Cic. pro Milone, 76. Quæ si vos cœpit obliuio, aut si in me aliquid offendistis: cur non id meo capite potius luitur quam Milonis? Id est, si vos læsi vel fefelli. Budæus.
Offendit me loci celebritas. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 13. Sed si me offendet loci celebritas aliò me conferam, ad te scribam.
Offendit me noster labor. Cic. 1. de Finib. 6. Sic isti curiosi, quos offendit noster nimirum notis iniucundus labor.
Offendere, pro Infœliciter agere. Cic. 7. Verr. 102. Me amissionem classis obiicere, quum multi viri fortes in communi incertoque periculo belli & terra & mari sæpe offenderint.
Offendebatur, cum infinitiuo, pro Graviter ferebat. Sueton. in Octa. Augusto, cap. 89. Componi tamen aliquid de se, nisi & seriò & à præstantissimis, offendebatur.
¶ Offensum esse, impersonaliter dicitur, quum aliquid secus accidit quàm sperabamus, vt ait Budæus. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 16. Si cecidisset vt volumus, vt optamus, omnes te & sapienter & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos & cupidè & temerè fecisse dicturos. Idem 1. Verr. 40. Si tantulum offensum, titubatumque sit, vt ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Idem in eundem act. vltima. Hic siquid erit offensum, omnes homines non iam ex eodem ordine alios magis idoneos (quod fieri non potest) sed alii omnino ordine ad res iudicandas quærendi esse arbitrabitur.
Offendens, Participium, (βλάπτων,) Qui offendit.
Offendens, pro Offensus videtur vsurpatum à Gellio lib. 9. cap. 15. Aderat nobiscum ibi Iuliani sectator, iuuenis promptus & proficiens, & offendens iam in eo, quòd ille apud Iuliani aures in præcipiti stare, & subitaria dictione periculum sui facere audebat.
Offensus, Aliud participium, (βεβλαμμένος,) Læsus. Ouid. epist. 13. 18.
Quum foribus velles ad Troiam exire paternis
Pes tuus offensus limine signa dedit. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 4. Offensum in porta signa dedisse pedem. Liuius ab Vrbe cond. Miles offenso scuto præbuit sonitum. Plin. lib. 7. cap. 53. C. Aufidius egressus qui in Senatum iret, offenso pede in comitio.
Pede offenso procumbere. Ouid. 2. Fast. 144.
¶ Pergrauiter offensus, Vide PERGRAVIS.
Vehementer à quibusdam offensus. Hirtius Ciceroni, in Epist. ad Atticum lib. 15. 325. 5.
Damnis offensus. Horat. 1. epist. 7. 18.
Vitiis offensus. Ouid. 10. Metam. 49.
Nolo offensum, Vide NOLO.
Deos offensos mereri. Ouid. epist. 20. 10.
Hominem sibi offensum subleuare. Plancus Ciceroni, lib. 10. 18. 5.
Alienatos & offensus animus. Cic. Attico, lib. 1. 12. 19.
Offensa voluntas populi. Cic. 5. Tuscul. 149. Id si propter alienam & offensam populi voluntatem malum est, quàm sit ea contemnenda, paulò antè dictum est. Sic 4. Verr. 80. Existimatioque offensa nostri ordinis. Et Post reditum in Senatu, 18.
¶ Offensus alicui, Nomen, pro Inuiso. Suet. in Iulio Cæsare, cap. 19. Pompeium affectatus est, offensum Patribus, quòd Mithridate victo, &c.
Inuidiosus & offensus. Cic. pro Cluentio, 127. Siqua apud vos causa huiusmodi delata sit eius qui lege non teneatur, etiam si is inuidiosus, aut multis offensus esse videatur, etiam si eum oderitis, &c.
Inuidiosus & offensus ordo Senatorius, Id est odiosus & inuisus, inquit Budæus. Cic. 5. Verr. 125. O miserum atque inuidiosum, offensumque paucorum culpa atque indignitate ordinem Senatorium.
In offenso esse. Lucret. lib. 3. 192.
Sin ea quæ functus cunque es, periere profusa:
Vtraque in offenso est, cur amplius addere quæris?
¶ Offensior, pro Irato. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 2. In Tribunatu Pontificibus offensior, quòd alium quàm se in patris sui locum cooptassent. Cic. ad Atticum, lib. 1. 3. 2. Quòd ad me scribis de sorore tua, testis erit tibi ipsa, quantæ mihi curæ fuerit, vt Quintfratris animus esset is qui esse deberet: quem quum esse offensiorem arbitraretur, eas literas ad eum misi, quibus & placarem vt fratrem, & monerem vt minorem, & obiurgarem vt errantè. Idem pro Cluentio, 137. Eme igitur, quem sibi offensiorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum & suum scelus, & illius periculum committebat?
Offensum, Substantiuum, (βλάπτημα,) Cic. 1. de Inuent. 105. Offensum, est quod eorum qui audiunt, voluntatem lædit.
Offensa, offensæ, (ἀνύσκιος,) ferè actiuè sumitur: estque eius qui offendit, vt ait Valla. Quintil. lib. 6. cap. 6. Idem quum offensam vereretur, si obiurgaret populi segnitiem, in asserenda libertate Reip. maiorum laude vti maluit, qui rem fortissimè administrassent. Id est ne populum Atheniensem offenderet.
Offensæ. Tacit. lib. 19. Satis patuit iis, qui principũ offensas acriter speculantur. Et infrà, Vnde quanquam manente in speciem concordia, offensarum opera metuebantur. Idem lib. 10. Neque ipse deerat vocare offensas, nimius commemorandis quæ meruisset.
Leues offensæ. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 26. Cum vtraque diuortium fecit: sed cum Petina ex leuibus offensis, cum Herculanilla ob libidinum probra.
Offensa, Gratiæ opponitur. Quintil. lib. 5. cap. 2. Verum hoc omittamus, ne minus gratiæ excipiendo rectà, quàm offensæ reprehendendo praua mereamur.
Periculosa potentium offensa. Quintil. lib. 2. cap. 20. 7.
Habere offensam. Quintil. lib. 9. cap. 2. Densitate ipsa figurę aperiuntur, nec offensæ minus habent.
Mereri offensam, Id est committere aliquid quo alius offendatur. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 4.
Ah, pudet offensam non meruisse prius. Vide MEREO.
Respuere offensas, Obiuisci iniuriarum. Claud. 2. Paneg. 9.
Esse in offensa apud aliquem, pro Offendere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 17. 4. Nam quod negas te dubitare quin magna in offensa sim apud Pompeium hoc tempore, non video causam cur ita sit hoc quidem tempore.
Sentire offensam in cœna. Celsus lib. 1. cap. 6. Siquid offensæ in cœna sentit, vomere debet, &c.
Offensam suscipere & subire. Plin. lib. 2. epist. 18. Nec ignoro suscipiendas offensas in eligendo præceptore. Sed oportet me non modo offensas, verum etiam simultates pro fratris tui filiis, tam æquo animo subire, quàm parentes pro suis. Id est inimicitias suscipere.
Vereri offensam. Quintil. lib. 6. cap. 5. 6. Idem quum offensam vereretur, si obiurgaret populi segnitiem, &c.
Vindicare suas offensas nece. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 8.
¶ Sine gustus offensa. Colum. lib. 12. cap. 21. Quantum plurimum aquæ salsæ vinum sine offensa gustus pati possit.
Offenso, offensas, (προσκρούω,) offensare, Frequentatiuum ab offensum supino verbi Offendo. Liuius 5. bel. Pun. 103. Flere omnes repentè, & offensare capita. Plin. lib. 20. cap. 5. 5. Heraclides contra argentum vinum dedit, & Veneri subinde offensanti.
Offensio & Gratia, contraria. Plin. lib. 19. cap. 1. 3. Quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet.
Offensando, (ἐν τῷ προσκρούειν,) Lucret. lib. 2. 211.
Sponte sua fortè offensando semina rerum — & ipsa
Multimodis, temerè, incassum, iactataque frustrà
Tandem coierunt.
Offensans, offensantis, Participium, (προσκρούων,) Quintil. lib. 10. cap. 7. de ex temporali dictione loquens. Si non interfistentes offensantesque, breuia illa atque concisa singultantium modo eiecturi sumus. Senec. de Beata vita. Offensantes in ipsa quæ desyderamus.
Offensio, Verbale, (πρόσκρουμα, προσκοπή,) Ipse offendendi actus.
Pedis offensio. Cic. 2. de Diuinat. 126.
Asperitas & offensio. Cicero de Vniuersit. 13. Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius, nihil vt asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum angulis, nihil anfractibus. Id est nihil quod hærere posset.
Offensio est penè idem quod Inuidia, (βλάβη,) id est Odium publicum & prauia existimatio. Cic. 1. Verr. 13. Apertè ab iudicibus petit, vt ea mihi anteponare: & ait hoc se honestè, sine vlla inuidia, ac sine vlla offensione contendere.
Offensio & Beneuolentia, contraria. Cic. pro Murena, 39. Qua in sorte sapiens Prætor qualis hic fuit, offensionem vitat æquabilitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi.
Periculosa offensio. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 18.
Vitiosa offensio atque fastidium. Cic. 4. Tuscul. 35.
Offensiones belli, Damna & pericula. Cic. pro Lege Manilia, 19. Cæsar adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est traducta.
Offensio hominum, Nocumentum & impedimentum quo aliis nocemus, & aliis offendimus. Cic. 1. Verr. 23. Quæ quum cogito, iam nunc timeo quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, infensique sint, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui possim.
Offensio totius ordinis, pro Offensa, actiuè. Cic. 1. Verr. 5. In hac libidine hominum nocentissimorum, in Populi Rom. quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offensione, quum hoc vnum iudicior incommodis remedium esse arbitrarer, &c.
Offensiones graues, Læsiones & dolores. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12. 1. Graues solent offensiones esse ex grauioribus morbis, siqua culpa commissa sit.
Odiosa offensio. Cic. de Senect. 60. In fragili corpore odiosa omnis offensio est.
¶ Accendere offensiones, Vide ACCENDO.
Accipere offensionem, Vide ACCIPIO.
Accipere offensionem, & Deponere, contraria. Cic. Attico, lib. 1. 12. 3.
Afferre offensionem, Vide AFFERO.
Cadere in offensionem, Vide CADO.

Concitare grauem offensionem, & magnum odium. Cicero 1. de Inuentione, 111.
Coniectare vultu offensionem. Tacit. libro 1. Etenim vultu offensionem coniectauerat.
Effugere offensionem. Cic. Seruio, lib. 4. 4. 13.
Excipere offensionem. Cic. 1. de Inuent. 44.
Habet offensionem hæc res apud aliquos. Plin. lib. 19. cap. 1. 3.
Offensio fit, Hoc est, molestia. Varro 1. de Re rust. cap. 17. 4. Ex eo enim potissimum solere offensiones domesticas fieri.
In odium & offensionem aliquorum incurrere. Cic. 2. Verr. 22.
Leuire offensionem. Cic. 1. de Inuent. 44.
Offensione turpitudinis moueri, pro Offendi turpitudine. Cic. 5. de Finib. 110. Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur, & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?
Obliterare offensionem, Vide OBLITERO.
Priuatam offensionem obliterare. Cic. Post red. in Senatu, 18. Publici mei beneficii memoria priuatam offensionem obliterauerunt.
Offensioni esse, Molestiam adferre. Cice. ad Atticum, lib. 13. 281. 3. Omni tibi alleneratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensioni esse, quàm delectationi possessiunculas meas.
Inuidiam atque offensionem suscipere apud populum. Cic. 4. Ver. 95. Quis quam dubitabit, quin tu istam apud populos prouinciæ istius inuidiam atque offensionem non ambitionis, neque beneficiorum collocandorũ sed pecuniæ conciliandæ causa susceperis?
Labores & molestias offensionum & repulsarum quasi quandam ignominiam timere & infamiam. Cic. 1. Offic. 103.
Offensionem negligentiæ vitare atque effugere, Hoc est crimen & culpã. Cic. 3. Verr. 72. In quibus non dubito quin offensionem negligentiæ vitare atque effugere non possim.
Offensiuncula, pen. corr. (βλαψίδιον,) Diminutiuum, Parua noxa. Cice. pro Plancio, 41. Vidit M. Pisonem in ista Aedilitate offensiuncula acceptà, summos à Populo Roma. esse honores adeptos. Idem ad Memmium, lib. 15. 1. 8. Quòd si ita est, & si iam tua planè nihil interest, velim siqua offensiuncula facta est animi tui peruersitate aliquorum (noui enim gentem illam) des te ad lenitatem.
Offensus, huius offensus, (πρόσκρουμα,) Idẽ quod Offensa. Lucret. li. 6. 67.
Non igitur multis offensibus in temerando. Idem lib. 4. 71.
Cogit hebescere eum crebris offensibus aer. Senec. epist. 108.
Per huiusmodi offensus emetiendum est confragosum hoc iter.
Offensator, pen. prod. offensatoris, (προσκοπτικός,) Qui offendicula incurrere solitus est vt Offensator equus. Quintil. libro 10. cap. 3. de dictandi modo loquens, At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo velut offensator fuerit, inhibetur cursus. Offensatorem appellat, qui in legendo identidem resistit, aut potius qui perperam legit.
Offendiculum, offendiculi, pen. corr. (πρόσκομμάτιον,) Impedimentum, obstaculum. Plin. epist. 188. Sunt enim in hac offendicula nonnulla tacitè causer oculos, & occurrent.
Offendix, offendicis, pen. prod. Ligaturæ nodus quo apex retinebatur. Festus, Offendices ait esse Titius ligaturæ nodos, quibus apex retineatur & remittatur: at Veranius choriola existimat quæ sint in loris apicis quibus apex retineatur & remittatur, quę ab offendendo dicantur. Nã quum ad mentum prouentum sit, offendi mentum.

Offercio, offercis, offersi, offertum, (ἐπιβύω,) offercire, Implere.

Offertus, Participium, (ἐπιβυτός,) Plenus. Plaut. Asin. 7. 18. Maximas opumitates gaudioque offertissimas patiet.
Offertissimus, pro Pinguissimo, apud Plautũ Capt. 13. 8. Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam.

Offero, penult. corr. offers, obtuli, oblãtum, (προσφέρω, πρόσειμι, προβάλλω,) offerre, Exhibere, siue quod à barbaris dicitur præsentare. Terent. Heaut. Opportune te mihi offers. Idem Hecyra, 1. 3. 10. Opportune te offers, properè curre ad Pamphilum. Item Andr. 4. 2. 3. Hem Pamphile optumè mihi te offers. Hoc est, in tempore aduenis. Plin. epist. 131. Ego illi ex meis prædiis quod vellet, & quanti vellet, obtuli. Cic. ad Atticum, lib. 2. 37. 1. Quod sors obtulerit, id acturus videatur.
Peropportunè offerre, Vide PEROPPORTVNVS.
Alicui offerre quod ipse sibi oprare deberet. Cic. pro Cluent. 136.
Offerre aliquid in lusum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 20. Non excludo autem id, quod est notum, irritandę ad discendum infantiæ gratia, eburneas etiã literarum formas in lusum offerre.
¶ Tellus obtulit accessus faciles puppibus. Lucan. lib. 3. 9.
Aduentum offerre. Terent. Hecyra, 3. 3. 10.
Sed continuò voltum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum.
Auxilium offerre. Iustinus, Cui ei auxilium obtulisset. Cic. 6. Ver. 96. Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium eius oblatum est.
Beneficium offerre. Cæsar 6. bel. Gal. 154. Ad castra Romanorum delati, optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerant.
Obuius ipse caput obtulit letho. Lucret. lib. 3. 212.
Caput offerendum fuit letho. Senec. Medea, 7. 2.
Caput vilitati & periculis offerre. Plaut. Capt. 5. 37.
-nam nunc vides pro tuo charo capite,
Charum offerre meum caput vilitati. Cic. pro Sylla, 64. Caput meum obtuli periculis omnibus.
Crimen offerre, pro Criminari. Cic. de Amicitia, 58. Addendum eodẽ est, vt ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis.
Incendium offerre. Cic. pro Domo sua ad Pontifices, 49. Domus ardebat in palatio, non fortuito, sed oblato incendio.
Iniuriam offerre. Terent. Hecyra, 5. 1. 13. -inscitum,
Offerre iniuriam tibi me inmerenti, iniquum est.
Iusiurandum offerre. Suet. de Clar. Rhet. 5. Nam quum in lite quadam Cẽtumuirali aduersario, quem vt impium erga parentes incessebat, iusiurandum quasi per figuram obtulisset, Iura per patris matrisq; cineres, qui inconditi iacent. & alia in hunc modum. arripiente eo conditionẽ, nec iudicibus aspernãtibus, nõ sine magna sui inuidia negotiũ afflixit. Quintil. lib. 5. cap. 6. Iusiurandum litigatores offerunt suum.
Luctum offerre alicui. Catull. Argon. epigr. 50. 50.
Maiestatem suam contumeliæ offerre. Liu. 5. ab Vrbe, 48.
Morti pro te toties me obtuli. Cic. pro Milone, 72.
Mendicitatem offerre. Plaut. Rud. 13. 30.
Mendicitatem mihi obtulisti opera tua,
Dum tuis auscultò magnidicis mendaciis.
Mœrorẽ offerre. Plaut. Casina, 15. 50. Terent. Hecyra, 3. 1. 1. Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini vnquam oblata.
Metum offerre. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 14. Neque multi sunt, & diffugiunt qui sunt metu oblato.
Moram offerre, Remorari. Plaut. Casin. 15. 50. Et Pseud. 5. 18. Quia est, qui moram occupato molestam obtulit? Liu. 4. bel. Pun. 32. Qui vestris studiis, quæ in campum ad mandandos quibus velitis honores affertis, moram vllam offerret.
Occasionem offerre. Cicero pro Lege Manil. 2. Occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Liu. 5. belli Punici, 127. Occasio quærebatur, quam obtulit transfuga, nuntians diem festum Dianæ per triduum agi.
Officium offerre alicui. Lucan. lib. 9. 13.
Opem obtulit inuito. Ouid. ad Liuiam, 84.
Operam vltro offerre. Liu. 10. bel. Maced. 96. In omnia vltro suam offerens operam, fide data arcana eius elicuit.
Optatum offerre. Teren. Adelph. 5. 9. 21. Di tibi Demea oro omnes sempiternum optata offerant.
Os suum non modo ostendere, sed etiam offerre. Cicero pro Roscio Amerino, 53.
Oscula offerre alicui. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 11.
Religionem offerre, Inlicere scrupulum. Cic. ad Plancum, lib. 10. 12. 8. Recitatis literis oblata religio Cornuto est.
Se offerre. Cic. pro Lege agrar. 17. Finè feci offerendi mei: ne fortè mea fedulitas, aut seditiosa, aut impudens videretur. Idem Atti. lib. 2. 16. 7. At ne popposcisses, ego me tibi non offerebam.
Vltro se offerre & polliceri. Cic. pro Plancio, 19. Vltro mehercules se mihi etiam offerentes, vltro pollicentes rogant. Idem pro Cælio, 15.
Profiteri, offerre se, & polliceri. Cic. Q. fratri, lib. 1. 2. 25. Nostræ tamẽ causæ non videntur homines defuturi. Mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur.
Occurrere, offerre se, & nõ vocatũ respondere. Cice. 3. de Orat. 105.
Offerre se ad mortem pro patria. Cic. 1. Tuscul. 51.
Se alacrem offerre. Cicero ad Atticum, lib. 5. 100, 2. Veruntamen quum de Cumanis venissem cũ imperio, Græci quasi Ephesio Prætori se alacres obtulerunt.
Offerre se alicui, pro In conspectum eius prodire. Cice. ad Atticum libro 3. 50. 3. Quem ego, &c. vitaui ne videre, ne aut illius luctum squalorẽque aspicerem: aut ne quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi afflictumque offerrem. De Quinto fratre loquens. Idem alibi de eodem, Ne illum amantissimum mei tanto in mœrore aspicerem, aut meas miserias luctu afflictus, & perditam fortunam illi offerrem. Iudeus.
Gratulationi se offerre. Cic. Attico, lib. 9. 173. 1.
Ignotum se offerre venientibus. Virg. 1. Aeneid. 12.
Offerre se & salutem suam in discrimen pro statu ciuitatis. Cicero pro Sestio, 1.
Se in societatem gloriæ alterius offerre. Cic. pro Marcello, 4. Quinetiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna in istius se societatem gloriæ non offert: tibi cedit.
Se in via offerre. Cic. ad Atticum, lib. 4. 72. 10. Si se interim obuiam obtulerit, occisum iri iam ab ipso Milone video.
Inuidiæ periculisque omnibus pro salute aliquorum se offerre. Cicero 3. in Catil. 71.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Melioribus se offerre, Horat. 1. epist. 2. 14.
Offerre se vltrò morti, Cæsar. 7. bel. Gall. 309.
Acriter se morti offert vir fortis. Cic. pro Milone, 71.
Si nihil se offert quod sit probabilitati illi contrarium, &c. Cicero 4. Academ. 178.
Se obtulerat alicui offerre. Terent. Adelph. 3. 2. 24.
Ecquidnam quærito,
Te expecto, oppidò, opportunè te obtulisti mihi obuiam Hera.
Offerre se periculis sine causa. Cic. 1. Offic. 116.
Offerre se prælio. Cesar 3. bel. Ciuil. 162. At ii qui antè dimicare timuissent, vltrò se prælio offerrent.
Pro omnium salute se offerre. Cic. in Pisonem, 16.
Offerre se, pro Opponere. Cic. pro Sestio, 11. Neque quicquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, vt in eum non inuasisse, sed incurrisse videamur. Sic ad Brutum, 15. 8. Romà vt veni, statim me obtuli Antonii sceleri atque dementiæ.
Temeritatibus se offerre. Cic. pro Sestio, 52.
Spem offerre, pro Dare spem. Cæs. 6. belli Gall. 120. Vbi cuique aut vallis abdita, aut locus sylueſtris, aut palus impedita, spem præsidii aut salutis aliquam offerebat, confederat. Plaut. Merc. 22. 2. Spem speratam quú hanc obtulisti mihi, grates ago. Tacit. lib. 1. Cuitodiis portarum se inserunt: spem offerunt metum intendunt.
Stuprum offerre, Stuprare. Cicero 3. Offi. 40. Reginæ stuprú obtulit. Correctiora exemplaria legunt intulit. Idem 2. Philipp. 99. Hanc tibi esse cum Dolabella odii causam ausus es dicere, quòd ab eo sorori & vxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses.
In discrimen vitam suam offerre. Cic. pro Sestio, 52.
Vitam suam pœnæ offerre. Cic. pro Rab. Posthumo, 13.
Vitium virgini offerre, pro Violare, & vim inferre. Terét, Adelph. 3. 1. 9.
Ere nata mellus fieri haud potuit quàm factum est hera,
Quando vitium oblatum est. Ibidem, 3. 2. 10, Cui miseræ indignè per vim vitium obtulerat.
Vultos blandos offerre alicui. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 1.
Oblatus, pen. prod. Participium, (προσβεβλημένος,) Cæsar 1. bel. Ciuil. Sic oblatus terror à ducibus, crudelitas in supplicio, vana religio iusiurandi, spem præsentis deditionis sustulit.
Oblatam mihi causam gaudeo, in qua, &c. Cic. Attico, lib. 16. 339. 2.
Facultas oblata. Virgil. 4. Georg. 88.
Oblata facultate, se in castra receperunt Cæsar 1. bel. Ciuil. 167. Cic. pro Cluentio, 61. Oblatam sibi facultatem putauit, vt &c. Et 3. in Catil. 51.
Fœdus oblatum. Virgil. 12. Aeneid. 22.
Fortuna quæcunque oblata erit, vos complectar. Cic. pro Sestio, 129.
Oblata fortuna delendi exercitus. Liu. 5. bel. Maced. 21.
Honorem oblatum respuis. Claud. 1. Paneg. 58.
Munus oblatum. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 10.
Præsentia illius oblata est. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 5.
Stuprum per vim oblatum. Cic. 5. de Finib. 114. Nostra in Repub. & quæ per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret, inuenta est.
Oblatam vani furti inuidiam, Liuius lib. 6. Decad. 1. Item, Pœnam oblatá oculis deorum, dixit. Terentius Vitium oblatum, Stuprum oblatum: & Incendium oblatum, ac Mortem oblatam Cicero 1 quibus in locis oblatum præpositio infausta rei, impedimentique indicatrix est.
Oblatum, Substantiuè positum, (προσβεβλημένον,) Liuius, 5. Decadis lib. 4. 28. Tum Gallorum effusorum per Illyricum ingens oblatum auaritiæ dimissum est.
Oblatio, in re nummaria quid sit, Vide CANON.
Offerrumentum, offerrumenti, (ἀνάθημα,) oblationem veteres dicebant quæ dis offerebatur, authore Festo.
Offerrumentas, per quandam translationem, Plautus dixit plagas, percussiones, & flagella, quòd ea scapulis & tergo offerantur, quum quis fuste cæditur: in Rud. 18. 46.
Ni offerrumentas habebis plures in tergo tuo,
Quàm vlla nauis longa clauos, tùm ego ero mendacissimus.

Officina, Vide OFFICIVM.

Officio, officis, pen. corr. offeci, pen. prod. offectum (ἀνάλωμα ἐμποιεῖν, ἐπιπροσθεῖν,) officere, Cóntrà facere, nocere, obesse, inquit Nonius. Datiuo iungitur: & antiquè accusatiuo. Plaut. Trucul. 11. 52. Iam hercle ego te hic affatim officiam. Cice. 3. Offic. 55. Iussiléntque Claudium Centiualum, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri ea quorum altitudo officeret auspicis.
Obstare atque officere. Cic. pro Rosc. Amer. 4. Quoniamque ei pecuniæ vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur.
Officere alicui. Quintil. lib. 1, cap. 1. 11. Neutra alteri officiat.
Apricanti Diogeni officerat Alexander. Cic. 5. Tusc. 132. At verò Diogenes liberius vt Cynicus, Alexandro roganti vt diceret siquid sibi opus esset, Nunc quidé paululú, inquit, à sole officerat videlicet apricanti.
Auspicia officiant tuto domus. Cic. 1. Offic. 85.
Claritati oculorum lucrucæ officiunt. Plin. lib. 20, cap. 7. 10.

Officere & obstare commodis alicuius. Cic. pro Sex. Rosc. 66.
Decori alicuius officere. Liu. 1. ab Vrbe, 230.
Herbæ officiunt frugibus. Virg. 1. Georg. 14.
Libertati officit. Liuius 2. ab Vrbe, 6. Id sacerdotium Pontifici subiecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret.
Luminibus officere. Cic. pro Rab. Posthumo, 17.
Nomini alicuius officere. Liu. 1. ab Vrbe, in Præfat. 3.
Partitioni huic quæ officere videbuntur, propulsabimus. Cicero 1. de Inuentione, 89.
Terræ vmbra, soli officiens. Cic. 2. de Nat. deor. 71.
Officit quominus. Plin. epist. 111. b. lib. 6. Nec verò Hocrati, quo minus haberetur summus orator, officit, quòd infirmitate vocis, mollitia frátis, ne in publico diceret, impediebatur.
Offici, Passiuum. Cicero 1. de Orato. 87. Quod cuicunque particulæ cæli officieretur, ita quanuis esset procul, mutata lumina putabat. Lucret. libro 2. 32.
Quapropter simul inter se turbantur; & extra
Officiuntur vti cogantur tardius ire.

Officium, officii (κατάλληλον, ἔργον, γνῶμα μέτριον,) Donatus, Officium, ab efficiendo, ab eo quód quæritur quid efficere in eo vnumquenque conueniat pro conditione personæ. Plautus. Trinum. 66.
Ego igitur intro ad officium meum. Terent. And. 1. 1. 87.
Hæc ego putabam esse omnia humani ingenii,
Manuetúque animi officia. Cic. 3. de Finib. 89. Quod autem ratione actum est, ad officium appellamus.
Genus officii dulce. Ouid. epist. 11. 10.
Militis officium longa est via. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 2.
Officium & munus oculorum sine oculis extare non potest, possunt tamé oculi fungi suo munere. Cic. 1. de Diuin. 122.
Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodatè. Cicer. 1. de Orato. 68.
Peregrini officium, Vide PEREGRINVS.
Officium munusque sapientiæ in hominis cultu est occupatum. Cicer. 4. de Finibus, 58.
Tegminis officium. Ouid. 12. Metam. 19,
– remouebitur omne
Tegminis officium, tamen indistrictus abibo. Id est, Quamis tegmen non me defendat. Hoc enim est eius officium.
Antiquissimum officium, Vide ANTIQVVS.
Ciuilia officia. Quintil. lib. 1. cap. 4. 20.
Grata alicui officia. Cic. Attico, lib. 13. 277. 1.
Interlucana officia, Vide INTERLVCANVS.
Iustum, pium, & debitum officium. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 10.
Pium officium. Ouid. 6. Metam. 50.
Publicum officium. Quintil. lib. 3. cap. 7. 2.
Suprema officia. Tacit. lib. 5. Quòd supremis in matrem officiis defuisset. Hoc est funeri, siue exequiis. Sic Curtius ait lib. 3. Suprema officia celebrare, & fungi supremo in regem officio. Vide suis locis.
Tenuia officia rerum. Pers. Satyr. 5. 10.
Triste officium, Quod præstatur in funere. Ouid. 12. Metam. 1.
Virile officium. Horat. de Arte, 40.
Vtilibus officiis aptus. Ouid. 3. Fastorum, 34.
Debitor officio. Ouidius 1. Amor. eleg. 10. 10. Non manet officio debitor ille tuo.
Nonus in officio, & prælatus munere sortis. Ouid. 13. Metam. 56.
Contra officium, Vid CONTRA præpositionem.
Officium, pro Obsequio, vel honoris exhibitione. Liuius ab Vrbe cond. Quæ officii causa ab domo profectæ fuerant. Ibidem, Scipionem officii causa conuenerant. Suetonius in Cæsare, cap. 11. Affidentem consulti, specie officii circumstetérunt. Idem in August. Cæsare, cap. 53. Non temere vrbe oppidóve vllo egressus, aut quoquam ingressus est, nisi vespere aut noctu, nè quem officii causa inquietaret.
Officia mutua, pro Beneficiis amicorum, quæ alter alteri exhibet. Cicero Thermo, libro 13. 56. 6. Peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisque officiis paribus ac mutuis, vt voluntate, authoritate, studio tuo perticias, vt, &c. Plinius epist. 135. Gratissimum experior, quum tam iucunde officiorum nostrorum meminisse eum scribas. Cicero de Amicitia, 62. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium.
Necessitudinis officium. Cic. pro Murena, 67.
Intermissio officii. Cice. de Amic. 8.
Studia & officia. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 2. T. Pomponius homo omnium in te studiorum & officiorum maximè conscius.
Singulari in Rempublicam officio & fide vir. Cic. pro Sylla, 43.
Summo officio præditus homo, pro Officiosissimo, vel integræ vitæ, vel qui omnino id quod decet, strenuè facit. Cice. in Verrem, Vereri, nó æquo omnino id quod decet, strenuè facit. Cice. in Verrem, Vereri, nó æquo debeo nequis hoc quod facio, non existimet summi officii ratione impositum,

sum, coactumque suscepisse. Ibidem, 3. 95. Hi rem ac virum primarium, summo officio ac virtute præditum, M. Marcellum, &c.
Humanitatis, officii, diligentiæ plenæ literæ. Cic. Appio, lib. 3. 9. 1.
Nullum est officium tam sanctum atque solenne, quod non auaritia commouere atque violare soleat. Cic. pro Quintio, 13.
Abduci ab officio aliquo. Cic. de Amic. 8.
Adhibere officium, Vide ADHIBEO.
Augere officia. Cic. Attico, lib. 13. 277. 1.
Celebrare suprema officia, Hoc est exequias, seu iusta mortis persoluere. Curtius lib. 3. Illa paucos arcta propinquitate coniunctos pro habitu præsentis fortunæ humari iussit, apparatum funerum quo Persæ suprema officia celebrarent, inuidiosum fore existimans.
Certare officiis, Vide CERTO.
Claudicare in officio, Vide CLAVDICO.
Colere officium, Vide COLO.
Colere officium, & Negligere, contraria. Cice. 1. Offic. 6. Nulla enim vitæ pars, &c. vacare officio potest: in eoque colendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo.
Commemorare officia, Vide COMMEMORO.
Commonere aliquem officium suum. Plaut. Pseud. 4. 16. Officium vestrú vt vos malo cogatis commonerier.
Comparent officia, Vide COMPAREO.
Conferre officia, Vide CONFERO.
Conficere legationis officium, Vide CONFICIO.
Conferre multa & magna officia in aliquem. Cic. pro Flacco, 41.
Conseruare officium erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine cóiunctos, monet pietas. Cic. 2. de Inuent. 170.
Constant in me tua officia, Vide CONSTO.
Copulata officio. Quintil. in Prœm. lib. 1. 10. Fueruntque hæc, vt Cicero pertissimè colligit, quemadmodum iuncta natura, sic officio quoque copulata, vt iidem sapientes, atque eloquentes haberentur.
Comulare aliquem officiis, Vide CVMVLO.
Curare officium suum, Vide CVRO.
Decedere officio, vel de officio, Vide DECEDO.
Decedere ab officio. Liu. lib. 6. Decad. 4.
A religione officii declinare. Cic. 5. Verr. 2.
Delegatum alicui officium. Quintil. in Prœm. lib. 6. 1. Nouissimè penè, & necessitate quadam officii delegati mihi, sedulò laborabam.
Deserere officium. Cice. 1. Offic. 41. Prætermittendæ autem defensionis, deserendique officii plures solent esse causæ.
Deseri ab officiis amicorum. Cic. F. Metello, lib. 5. 2. 28.
Deesse officio. Cic. Mario, lib. 7. 3. 3.
Amoris, studii, pietatis, nullum officium à me defuit. Cicero pro Milone, 76.
Desyderare officia ab aliquo. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 3.
Detrectare sua officia. Quintil. lib. 2. cap. 1. 5. Et Rhetorice, cui nomé vis eloquendi dedit, officia sua non detrectet.
Discedere ab officio. Cic. 1. Offic. 48. Ab officio discedat, si se destitutum queratur. Vide DISCEDO.
Officii duxit, Absolutè, pro Putauit officium suum esse. Suet. in Tib. Cæsare, cap. 11. Et quanquam lætus nuntio, tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare filiæ patrem.
Ductus officio vel cognationis, vel amicitiæ. Quintil. lib. 4. cap. 1. 5.
Rego officia & munera exequi. Cic. de Senect. 30.
Munus officii exequi ac tueri. Cic. de Senect. 65.
Exequi officia & studia. Cic. ad Atticum, lib. 3. 55. 6.
Expectare officia ab aliquo. Cic. Lentulo, lib. 1. 6. 4.
Officium suum facere. Terent. Adelph. 4. 3. 2. Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum est corrigo. Idem Eunuch. 4. 5. 3. Postquá surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit. Plaut. Trinum. 4. 100. Quid fuit officium meum me facere, face sciam: vtrum, &c. Idem Pseud. 14. 11. Fuit meú officium fateor, vt id facerè. Hora. 1. epist. 18. 5.
Seruilia officia facere propert. lib. 4. eleg. 10. 10.
Onus officii nullum cuiquam reliquum facere. Cic. Appio, lib. 3. 13. 2.
Fungi officio. Cic. Appio, lib. 3. 8. 10.
Fungi officio pædagogorum. Quintil. lib. 1. cap. 2. 8.
Fungi officiis vernaliter. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 22.
Fungi supremo in aliquem officio. Curtius lib. 3. Orare cœperunt vt priusquam interficerentur, Darii corpus ipsis patrio more sepelire permitterent: functas supremo in regem officio impigrè moriturus.
Fungi officium. Terent. Heaut. 1. 1. 14.
– proinde quasi nemo fiet,
Ita attentè tute illorum officia fungere. Ibidem, 3. 3. 19. Hominis frugi & temperantis functus officium. Idem Phorm. 2. 1. 52.
– functus adolescentuli est Officium liberalis.
Implere officium suum, Vide IMPLEO.
Intendere officia, Vide INTENDO.
Intermittere officium. Cic. de Amicitia, 8. Nec vllo casu arbitror hoc conflauti homini posse contingere, vt vlla intermissio fiat officii.
Intermoriturum existimare officium, Vide INTERMORIOR.
Labi in officio, Vide LABOR, lábens.
Languent officia. Lucret. lib. 4. 226.
Mandare officium aliquod alteri, Vide MANDO, mandas.
Manere in officio, Vide MANEO.
Meminit officium suum. Plaut. Milit. 11. 1, Ne me moneatis, meminí ego officium meum. Pro Officii mei, antiquè.
Meminisse officia debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Cic. de Amicit. 61.
Migrat officium, Vide MIGRO.
Missio officio. Vide MITTO.
Molliri officiis parentum. Lucret. lib. 2. 122.
Sol negat officium mondo. Ouid. 2. Metam. 77.
Officia obire liberaliter & dextrè, Vide OBEO.
Parere officio. Cic. Attico, lib. 13. 280. 3, Mulieres vix satis humanæ, quæ inimico animo ferant, quum vtraqi officio pareat.
Persoluere officium receptum alicui. Cic. 7. Verr. 143.
Pertinet ad officium, Vide PERTINEO.
Polliceri & deferre alicui studium, officium, operam, laborem suum. Cice. Cecinnę, lib. 6. 6. 32.
Honestum officium postponere scorto. Horat. 1. epist. 19. 7.
Præstare officium. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 3.
Præstare officium patri. Ouid. 7. Metam. 68.
Præstare officia vrbana alicui. Balbus Ciceroni in Epistola ad Atticum, libro 9. 178. 3.
Promereri officium. Cic. Anteq. iret in exil. 5, Non conuenit enim, quum ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores.
Recusare prima officia operis sui. Quintil. lib. 2. cap. 1. 6. De Rhetore.
Interruptum varietate temporum officium cumulare reddere. Cicero Licinio, lib. 5. 8. 3.
Redire ab officiis. Horat. 1. epist. 7. 10.
Strenuus & fortis causisque Philippus agendis
Clarus, ab officiis octauam circiter horam Dum redit.
Relictis omnibus officiis agere aliud. Horat. 2. epist. 2. 14.
Fructum & præmium officii ab aliquo repetere. Cicero Antequam iret in exilium, 2.
Repudiare officium necessitudinis, Vide NECESSE.
Officiis mutuò respondere. Cic. F. Pompeio, lib. 5. 7. 4.
Retinere officia. Cic. pro Cluentio, 105.
Retinere aliquos in officio. Cic. pro Rosc. Amer. 42.
Reuerti ad officium suum. Lentulus Senatui, lib. 1. 2. 15. 21.
Satisfacere officio. Cic. 1. Verr. 25.
Omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Cice. Lentulo, lib. 1. 1. 1.
Seruare officium, & Prætermittere, contraria. Cicero Sestio, lib. 5. 17. 6, Quamobrem omnibus officiis amicitiæ seruatis, ne hoc quidé prætermittendum esse duxi, te vt hortarer, &c.
Spectare officium. Quintil. lib. 1. cap. 2. 12, Nec officium in docendo spectet, sed affectum.
Spondere officium alicui. Ouid. 10. Metam. 84.
Officium tuum est, Tuæ partes, tuum munus. Terent. And. 1. 1. 141, Nítuum est officium, has bene vt alimules nuptias. Idem And. 2. 1. 32.
– neutiquam officium esse liberi puto,
Quum is nihil promerat, postulare id gratiæ apponi sibi.
In officio esse, pro Officiú præstare, officio fungi. Cicero ad Terétium, li. 14. 1 11. Tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit. Idem ad Q. n. fratrem, lib. 2. 6. 3. Spero cum in officio fore.
In officio est Nicanor, & à me liberaliter tractatur. Cic. Attico, libro 5. 108. 13.
Partes officii istius non sunt filii mei. Cic. Attico, lib. 6. 113. 3.
Singulari officio esse in aliquem. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 5.
Suscipere aliquod officium. Quintil. lib. 1. cap. 1. 17.
Officia & partes imperatoris suscipere. Cic. Appio, lib. 3. 10. 5.
Tribuere officium & cultum alicui. Cic. 2. de Inuent. 141. Pietas, per quã sanguine coniunctis patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.
Tueri officia. Cic. Appio, lib. 3. 9. 4.
Vincere officiis suis cogitationes alterius. Cic. Appio, lib. 3. 10. 5.
Officium aliquod vsurpare. Ci. de Amic. 8. Nec enim ab isto officio, quod semper vsurpaui quum valerem, abduci incómodo meo debui.
Officium, pro Beneficio, quod vulgò dicitur placitum. Colu. lib. 2. ca. 15. 4. Licet filicem sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere.
Officiósus, pen. prod. A dicet. (ἐργαστικός,) Q uti libéter & ex animo, officium seu beneficiú alicui exhibet. Cic. Octauio, lib. 13. 22. 6, Hominé prudentem & officiosum cognosces. Idem 1. de Inuent. 51.
Officiosus in aliquem. Cice. 3. Verr. 42. Homines autem ipsi Lampsaceni tum summè in omnes cives Romanos officiosi.
Diligens & officiosus homo. Cic. Attico, lib. 13. 293. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Humanus, officiosus, & liberalis homo. Cice. pro Rosc. Com. 10.
Amicitia officiosa Cic. pro Plancio, 37. Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.
Dextera officiosa, in paucos versus. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 1.
Tempore tam longo cur non tua dextera versus
Quamlibet in paucos officiosa fuit?
Officiosus dolor, à Cicerone lib. 3. Tescul. 118, dicitur qui ex iusta causa suscipitur, & cuius probabilis ratio reddi potest.
Labores officiosi. Cic. pro Milone, 9.
Sedulitas officiosa. Horat. 1. epist. 7. 2.
Voluntas officiosa. Ouid 2. de Ponto, eleg. 5. 7.
¶ Officiosior, officiosissimus. Cicero Attico, lib. 13. 293. 3. Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem, nec officiosiorem faciret delegissem Vestorio. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 4. 3. Est ille quidè summe officiosissimus.
Natio candidatorum officiosissima. Cic. in Pisonem, 41.
Officiosè, Aduerbium, (ἐργάσιμος,) officiosius, officiosissimè, Diligenter, bono animo. Cic. de Amicitia, 62. Quorum plerique aut quærũt sempèr aliquid, aut etiam exprobrant, eoque magis si aliquid habere se putant quod officiosè, amicè, & cum labore aliquo suo factum queant dicere.
Officiosè parère. Cice. ad Atticum, lib. 13. 280. 3. Quæ inimico animo ferant, quum vtraque officiosè pareat. Quædam exemplaria legunt officio, non officiosè.
Officiosè scribere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 15. 2. Qua de re quum ad me ita suauiter, diligenter, officiosè, humaniter scripseris, vt non modo te hortari amplius non debeam, sed ne expectari, &c.
Officiose ire salutatum. Martial. lib. 1. 66.
Officialis, & hoc officiale, pe. prod. Quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat.
Officialis, etiam minister magistratus dicitur. Apul. Sed iussit potestas officialem suum magna seueritudine coerceri.
Officina, officinæ, pen. produ. (ἐργαστήριον,) Locus vbi aliquid fit, hoc est in quo operarii opera sua faciunt. Cice. 7. Philipp, 124. Armorum officinas in vrbe videtis. Cæsar 1. bel. Ciuil. 137. Armorum officinas in vrbe instituerant.
Graues officinæ. Horat. 1. Carm. ode 4. 2.
Officina, de fabrica dictum. Plin. lib. 33. cap. 11. 5. Seruos eius Drusillanus nomine Rotundus, &c. quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat.
Aeraria officina, Vide AES, æris.
Chartariæ officinæ, Vide CHARTA.
Ex eadem officina, Cic. in Præf. Parad. 6. Non enim est tale, vt in arce poni possit, quasi Minerua illa Phidiæ: sed tamen vt ex eadem officina exisse videatur.
Officinas promercalium vestium exercere. Suet. de Claris grammat. 23. Luxuriæ ita indulsit, vt sæpius in die lauaretur, nec sufficeret sumptibus, quanquam ex schola quadragena annua caperet, ac non modò minus ex re familiari, cuius diligentissimus erat, quasi & officinas promercalium vestium exerceret.
Instituit officinam Syracusis Verres. Cic. 6. Verr. 48.
Quæstuosissima falsorum commentariorum & chirographorum officina. Cic. 2. Philip. 55. Sic vocat domum Antonii.
Officinæ vitiorum, & simulium, per translationem. Colu. in Præf. 5.
Officina nequitiæ, & diuersorium flagitiorum. Cic. pro Rosc. Amer. 79.
Officina dicendi. Cice. de Claris Orat. 16. Extitit igitur tam seuibus illis, quos paulò antè diximus, Isocrates: cuius domus cunctæ Græciæ, quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi.
Clarissima rhetoris officina. Cic. 2. de Orat. 31.
Instruxerunt quasi officinas sapientiæ philosophi. Cice. 1. de Legibus, 53.
¶ Officina, Ipsa (vt ita dicam) factio, operatio, vel fabricatio. Plin. lib. 11. cap. 2. 1. In magnis siquidem corporibus, aut certè maioribus, facilis officina sequaci materia fuit. In his tam paruis, &c. De insectis.
¶ Officinam, gallinarium vocat Colum. lib. 8. cap. 3. 1. Totius autem officinæ (id est ornithonis) tres continuæ extruuntur cellæ. Et paulo post 6. Hæc erit officinæ cohortalis dispositio. Ibidem, cap. 5. Optimum est infra officinam clausos pullos haberi cum matre.
Officinator, (τέκτων,) pro fabro posuit Vitruuius lib. 6. cap. vltimo, Qui subtiliter officinatoris probabitur exactio. Budæus.

Offigo, offigis, pen. prod. offixi, offixũ, (ἥλοω,) offigere. Plaut. Mostel. 6. 13. Sed ea lege, vt offigantur bis pedes, bis brachia.

Offirmo, offirmas, offirmare, Vide OBFIRMO.

Offlecto, offlectis, offlexi, offlexum, (ἐπικαμπτέω,) offlectere, Circùm vel contrà flectere. Plaut. Rud. 2. 5. 73, At ego hinc offlectam nauem.

Offoco, offocas, pen. prod. offocare. Præfocare. Florus lib. 2. ca. 11. Quum catenas morsibus & ore tentassent, quum offocandas inuicem fauces præbuissent.

Offringo, offringis, offregi, pe. prod. offractum, (κατεαγνύω,) offringere, Quod fractum est, contrario frangere. Festus, Offringi terra dicitur, quando iterum transuerso sulco aratur. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 32. Quum proscideris offringi oportet: id est iterare, vt frangantur glebæ. Ibidem, cap. 29. 1. Rursum terram quum primùm arant, proscindere appellant: quum iterum, offringere dicunt, quòd primo aratione glebæ grandes solent excitari: quum iteratur, offringere vocant. Sic Colum. lib. 2. cap. 11. 2.

Offucia, offuciæ: Pluraliter, offaciæ, offuciarum, (φύκωμα,) à fuco, fallaciæ dicuntur. Plaut. Mostel. 4. 106. Neque cerussam, neque melinum, neque aliam vllam offuciam. Idem Capt. 1. 1. 124. Ita mihi stolido suis os subliuêre offucijs. Gellius lib. 14. cap. 1. Sed id præstigiarum atque offuciarum genus, &c.

Offula, Vide OFFA.

Offundo, offundis, offudi, pe. pro. offusum, (ἐπιβρέχω, ἐπιπροσχέω,) offundere, Circùm fundere. Plau. Trin. 14. 82.
– admit animam mihi ægritudo. Strasime, tene me.
S. Visne aquam tibi petam? C. res quum iam animam agebat, Tũ esse offusam opotuit.
Offundere caliginem oculis. Liu. 6. bel. Pun. 133. Quidam stantibus scilicet quum altitudo caliginem oculis offudisset, ad terram delati sunt.
Aer crassus nobis offunditur. Cic. 4. Acad. 144.
Obscurare & offundere. Cic. 3. de Finib. 69. Vt enim obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ.
Noctem offundere rebus. Cic. 1. de Nat. deor. 10. Multis etiam sensibus mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophis, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet.
Errorem alicui offundere. Liu. 4. bel. Maced. 27. Itaque periculum est, nisi quid in vtraque re vani fit, docuerimus, ne quis error vobis offundatur.
Tenebras offundere, Obtenebrare. Cic. 3. Tuscul. 130. Siquid tenebrarũ offudit exilium. Idem in Salust. 3. Tu tuis vitis, quà turpiter egistis, magnas offudisti tenebras.
Offusus, pen. prod. Participium, (περιχυθείς,) vt Pauore offusus. Tacit. libro 11. Satis constat eo pauore offusum Claudium, vt identidem interrogaret, &c.
Offusa animis caligo. Cic. 5. Tuscul. 9.
Offusa Reip. sempiterna nox. Cicero pro Roscio Amerin. 55. Qui tanquam si offusa Reipub. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris omniaque miscebant.
Offusa religio oculis & animis sacerdotum. Luuios 2. ab Vrbe, 168. Nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque religione motus esset, &c.
Tenebræ offusæ. Cic pro Domo sua, 106.
Offusus terror oculis auribusque. Liu. 8. bel. Pun. 156.

Offusco, offuscas, (ἀμαυρόω,) offuscare, Obumbrare, obscurare, denigrare, & quasi fuscum reddere.

Ogdoas, pen. corr. ogdoadis, (ὀγδοάς,) Græcè: Latinè numerus octonarius.

Oggannio, oggannis, oganire, Vide OBGANNIO.

Oggero, oggeris, pen. corr. oggessi, oggestum, oggérere, Intendere, seu inicere. Antiquum. Plaut. Trucul. 4. 8.
– quando intro adueniant,
Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dum illi agant.
OGYGES, pen. corr. (ὠγυγος,) rex fuit Thebanorum, sub quo primùm omnium diluuium fuisse dixit Varro in Prologo libri tertii de Re rusticà, quam longè antiquiorem vrbana ostendere conatur. Et fuisse rẽpublicam, quo rara colebant homines, nec ciuitates habebant. Et subdit: Eique vetustissimum oppidum Græcum Bœotiæ Thebæ: quod rex Ogyges ædificauit: peractis iam duobus millibus annorum & centum. Sed vt diuus Augustinus de ciuitate Dei lib. 18. retulit, tempore quo regnabat Ogyges, diluuium magnum factum est: non illud maximũ, quo omnes homines cuasserunt, nisi qui in arca fuerunt: sed tamen maius, quàm quod postea tempore Deucalionis fuit.
Ogygius, Adiectiuũ (ὠγύγιος,) vnde Ogygia mœnia, Thebana dicta sunt.
Deus Ogygius, Bacchus. Ouid. epist. 10. 10.
Lyæus Ogygius. Lucan lib. 1. 134.
OGYGIA, (ὠγυγία,) insula est, vt quidam ferunt, Phœnicii & Syrii maris: hic quoque ab Ogygio rege in ea regnante cognominata. De qua Homerus in primo Odysseæ.

O H

Oh Interiectio, qua vtimur vbi ex sterquilinio notos videmus, vt ait Donatus. estque præsertim in vsu apud Comicos. Terẽt. Adel. 5. 6. 3.
– sed eccum Demeam. saluos sies.
D. Oh, quì vocare? G. Gera.
¶ Oh, Admirantis, cum contemptu quodam. Terent. And. 3. 5. 12.
– ar iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile.
P. Nẽpe vt modo. D. imò melius spero. P. oh, tibi ego vt credã fur esse? Tu rem impeditam & perditam restituas: hem quo fretus siem.

¶ Oh.

¶ Oh, Affirmantis, cum certitudine quadam. Terent. Eunuch. 1. 2. 49. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiũne id est? Idẽ Adel. 3. 3. 48. Satin' scis ibi esse? S. oh, qui egomet produxi. D. optumè est.
¶ Oh, Dolentis & reprehendentis. Terent. Heaut. 5. 3. 8.
Imò scis potius, quàm quidem redeat ad integrum hæc eadem oratio.
S. Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules.
C. Non postulo.
¶ Oh, Dolentis & deprehensi. Plaut. Casin. 6. 21.
– vnde hic amabo vnguenta olent? S. oh, peri.
Manifestò miser teneor.
¶ Oh, Exultantis ob rem bene gestam. Plaut. Mostel. 4. 86.
Ad eo pol summo Iouì, si viuo, argento sacrificassem,
Pro illius capite quod dedi, nunquam æquè id bene collocassem:
Vt videas eam medullitus me amare, oh, probus homo sum,
Qui pro me causam diceret, patronum liberaui.
¶ Oh oh, Exultantis. Plaut. Mostel. 5. 9. Oh oh ocellus es meus: tuus sum alumnus, mel meum.
¶ Oh oh oh, Eiulantis more comico. Plaut. Capt. 5. 6.
Indigna digna habenda sunt herus quæ facit. C. oh oh oh oh.
L. Eiulatione haud opus est, oculis multa misera cuditis.

Ohe, Interiectio satietatem vsque ad fastidium designãs. Terẽt. Phormione, 2. 3. 30.
Quis homo est tehem. D. race. G. absenti tibi
Te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. D. ohe desine. Idem Heaut. 5. 1. 6.
Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere,
Tuam esse inuentam gnatam. Idem Adelph. 5. 1. 6.
Prodeambulare huc libitum est. D. illud sii vide
Exemplum disciplinæ. S. ecce autem hic adest senex
Noster. quid sit quid tu es tristis? D. ohe scelus. Mart. lib. 4. 46,
Ohe iam satis est, ohe libelle,
Iam peruenimus vsque ad umbilicos. Horat. 1. Serm. saty. 5. 3.

Oho, Interiectio admirantis aliquid repentè fieri. Plaut. Pœnul. 4. 41.
– eamus soror mea.
A. D. Oho amabo, quid illuc nũc properas? A. N. rogas? quòd nos herus Apud ædem Veneris maneat. D. maneat pol vt lubet: mane.
¶ Oho, Agnoscentis cum gaudio particula. Plaut. Pseud. 1. 5. 30. Accipe & cognosce signum. B. A. L. oho Polymachero placides Parus putus est ipsus. Budæus.

O I

OILEVS, (οἰλεύς,) trium syllabarum. pen. prod. fuit Locrorum rex, & pater Aiacis Oilei, teste Virgilio 1. Aeneid. 9.
Oilides, pen. prod. (οἰλεϊδής,) Patronymicũ masc. Propert. li. 4. ele. 1. 24.
Victor Oilide rape nunc, & dilige vatem. Intelligit Aiacẽ Oilei filium.

O L

OLBIA, Ciuitas (ὀλβία πόλις,) Ptolemæo lib. 5. cap. 5. Vrbs Galliæ Narbonensis. Vulgò Eres.
OLCACHITES, pen. prod. (ὀλκαχίτης,) Ptolæmeo lib. 4. cap. 3. Zeugitanæ regionis sinus, hodie Alcon ciuitas.

Olea, oleæ, (ἐλαία,) Nota arbor. Virg. 2. Georg. 13.
Sed truncis oleæ melius propagine vites
Respondent. Plin. lib. 15. ca. 82. Oleam si lambendo capra lingua cõtigerit, depauceritque primo germinatu, sterilescet, author est M. Varro.
Minerua inuentrix oleæ. Virg. 1. Geor. 4.
Rami oleæ. Stat. 11. Thebaid. 94.
Mares oleæ. Ouidius 4. Fast. 150. Vre mares oleas, tædamque, herbasque Sabinas.
Nigræ oleæ. Horat. 2. Serm. saty. 2. 10.
Pacales oleæ. Ouid. 6. Metam. 21.
¶ Attondere oleas, Vide ATTONDEO.
Florent oleæ. Ouid. 5. Fast. 53.
Acetus mordet oleam. Horat. 1. epist. 8. 1.
Sempiternam oleam in arce tenere potuerunt Athenæ: Cicero 1. de Legibus, 3.
Florem oleæ quum agricola videt, baccham quoque se visurum putat. Cic. 2. de Diuin. 24.
¶ Olea, etiam fructus dicitur. Vnde Olea cõditanea Varroni dicitur, quę ad condituram asseruatur. Colum. lib. 11. cap. 2. Tum & olea distringẽda est, ex qua velis viride oleum efficere.
Distringere oleas. Ouid. de Nuce, 27.
Inspergere oleam sale, Vide INSPERGO.
Oleaceus, Adiectiuum, (ἐλαϊνός,) olei vel oleæ simile. Plin. li. 35. ca. 15. 6.
Gignitur & pingue, liquorisque oleacei, in Sicilia. Idem lib. 21. cap. 4. 5.
Alia funditur è caule maluaceo, folia oleacea habens.
Oleiginus, penult. correp. Adiectiuum, (ἐλαιόγυος,) Quod ex olea arbore est, siue coloris olei. Virg. 2. Georg. 7. Traditur è ficco radix olea gina ligno. Plin. lib. 37. cap. 5. 15. Post eos autem cerini, deinde oleaginei, hoc est colore olei.

Oleagineus, Aliud adiectiuum, Idem, (ἐλαόγυος) Varro lib. 1. de Re rust. cap. 40. 4. Demum in oleagineis seminibus arbores videndum, vt sit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisum, quas alii clauolas, alii taleas appellant. Colu. lib. 11. cap. 2. 9, Ridicas autem querneas, siue oleagineas findere.
Oleagineis coronis ministri triumphantium vtebantur, quòd Minerua, dea belli esse putabatur. Hæc Festus. Gellius lib. 5. cap. 6, Est item oleaginea postrema qua vti solent qui in prælio non fuerunt, sed triũphum procurant.
Olearis, & hoc oleare, pe. prod. Quod ad oleum pertinet. Plin. lib. 34. ca. 14. 8. Q uippe quum in exacuẽdo, oleares cotes & aquariæ æquè differant, oleo delicatior fiat acies. Id est quæ oleo aspergantur.
Olearis talea. Colu. lib. 11. cap 2. 31.
Olearius, Adiectiuum. Idem Columella lib. 2, In sole siccata, & mox refrigerata reconditur: si maior est modus, in horreo: si minor, in vasis olearijs salsamentarijsq;. Idem lib. 1. ca. 6. 5, Olearia cella. Et Cicero in Topicis, 8. Item Varro 3. de Re rust. cap. 2. 7, Oleariæ feriæ.
Olearius, oleárii, (ἐλαιοπώλης) Qui oleum facit vel vendit. Columella lib vltimo, Peritissimi olearii vix patiuntur ad vnam lucernam opus fieri. Idem lib. 12. cap. 50. 11, Q uidam quanuis diligentes olearii baccam integram prelo non subiciunt. Plaut. Capt. 8. 19, Omnes compacto rẽ agunt, quasi in velabro olearii.
Oleaster, oleastri, (ἀγριέλαια,) Olea sylueſtris, Virg. 2. Georg. 37,
Indicio est tractus surgens oleaster eodem,
Plurimus & strati baccis sylueſtribus agri. Plinius lib. 23. cap. 4,
Oleastri foliorum eadem natura.
Ingens oleaster. Virg. 4. Georg. 4.
Infelix superat foliis oleaster amaris Virg. 2. Georg. 63.
Suspendi hominem in oleastro iussit Verres. Cic. 5. Vert. 47.
Oleastellus, oleastelli, (ἀγριελαιάδιον,) Diminut. ab Oleaster apud Colu. lib 17. cap. 49. 3, Verũtamen habetur præcipua in hos vsus olea Calabrica, quàm quidam propter similitudinem oleastellum vocant.
Oleitas, pen. corr oleitátis, (ἐλαιοτριγυετος,) Tempus legendarum olearum, & fructus oleæ. Cato de Re rust. cap. 68, Vbi vindemia & oleitas fatta erit, prela extollito. Idem cap. 144. 1.
Oleõsus, pen. prod. Adiectiuum, (ἐλαιοτρὸς) Q uod est plenum oleo. Plin. lib. 27. cap. 12. 3, Semen oleosum quod & lit ex eo, Medetur oris vlceribus peruncto.
Oleosum butyrum, Hoc est pingue. Plin. lib. 28. cap. 9. 11, Ibi quod supernatat, butyrum est, oleosum natura.
Olẽtum, olẽti, pen. prod. (ἐλαιών,) Locus oleis consitus. Cato de Re rust. ca. 1. 3, Secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum. Vide etiam OLEO.
Oleum, olei, (ἔλαιον,) Quod ex olea expressum est.
Balaninum, Vide BALANVS.
Carinum. Vide CARYON.
Cibarium, Vide CIBVS.
Cicinum, Vide CICINIA.
Citreum, Vide CITRVS.
Omphacinum, Vide OAPHACIVM.
Narcissinum, Vide NARCISSVS.
Pingue. Virg. 6. Aeneid. 51.
Vngere caules oleo bono. Horat. 2. Serm. saty. 3. 25.
Largo oleo vnctum cadauer. Horat. 2. Serm. saty. 3. 18.
Iuuentus oleo humeros perfusa nitescit. Virg. 5. Aene. 27.
Instillare oleum lumini. Cice. de Senect. 32.
Oleum scintillat. Virg. 1. Georg. 79.
¶ Oleum addere camino. Horat. 2. Serm. saty. 3. 65. Id est, Malo fomentũ ac velut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis angescat.
Plus temporis, atque olei plus. Inuen. Saty. 7. 10.
Oleum & operam perdere. Plaut. Pœnulo, 4. 109, Tum pol ego & oleum & operam perdidi. Id est, quicquid, insumpsi seu rei seu laboris. Metaphora ducta est à gladiatorum ac palæstritarum certaminibus, in quibus certaturi, vnguentis quibusdam oleariis perungebantur. Cic. Mario, lib. 7. 1. 11, Nam quid ego te athletas putesi desyderare, qui gladiatores contempseris, in quibus ipse Pompeius cõfiterur se & operam & oleum perdidisse? q uãquam potest & ad lucubrantium lucernas referri, sicuti Cicero fecisse viderur, scribens ad Atticum, lib. 13. 290. 1, Ante lucem quem scribere contra Epicureos, de codẽ oleo & opera exarauì nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Id est, quasi obiter, & eadẽ cõmentatione. Eidem, lib. 2. 32. 1, Non defleamus, ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit, sed cõferamus tranquillo animo. Ergo hìc oleum pro sumptu positum est. Eralmus.
Oleo tranquillior. Hyperbole prouerbialis in homines minime iracundos, lenique ingenio præditos. A liquoris natura sumpta, quo nihil magis tacitum, magisque lene. Plaut. Pœn. 18. 64,
– ita hanc canem faciam tibi oleo
Tranquilliorem. Est autem vsque adeo tranquilla olei natura, vt mare quoque, tem omnium sæuissimam tranquillet, atque od id vrinantes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aiunt, oleum ore spargere, quòd mitiget elementi naturam asperã, lacemque deportet. Autior est Plin. lib. 2. cap. 103. 12. Erasinus.

¶ Oleum, pro simulacro pugnæ, & pro exercitatione, non pro vno certamine. Cic. 1. de Orat. 30. Nitidum quoddam genus verborum & lætũ: sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ & fori. Id est accommodatum concionibus & iudiciis. Budæus.

OLEARVS, pen. corr. (ὀλιάρος,) Insula vna ex Cycladibus. Plin. lib. 4. cap. 12. 18. Ouid. 7. Metam. 94. At non Olearos, Didymeque, & Tenos, & Andros.

OLEATRVM, (ὀλιάτρον,) Hispaniæ vrbs, Prolæmeo autore lib. 2. ca. 4. alio nomine Oleatro dicta. Meminit Plin. lib. 3. cap. 1. 15.

OLENOS, pen. corr. (ὄλενος,) vrbs est Aetoliæ, dicente Seruio, Diomedes habuit socios de tribus ciuitatibus quas habet Aetolia, Pleuró, Olenon, Calydona. Hactenus ille. Fuit & Olenos vrbs Boeotiæ, sic dicta ab Oleno Vulcani filio. Strabo lib. 8.

OLENVS, Oleni, pen. corr. (ὄλενος,) vir fuit qui Lethæam duxit vxorẽ exima pulchritudine, adeò superbam, vt se deabus præferret. Cæterũ dea iratæ quum de Letiæa supplicium sumere vellet, Olenus in se culpam vxoris transferre auius, vnà cum illa in lapidem fuit conuersus. Ouid. 10. Metam. 14.

Olenius, (ὀλένιος,) Poliesiunm est ab Oleno: vnde Capella Olenia vocitata est. Ouid. 5. Fast. 23. Nascitur Oleniæ signum pluuiale capellæ.

Cornibus Oleniis manant imbres. Stat. 6. Thebaid. 85.

Arua Olenia. Ouid. 5. Fast. 51.

Astrum Olenium. Stat. 3. Thebaid. 5.

Pecus Olenium lædit æquor. Ouid. epist. 17. 59.

Oleo, correp. (ὀλέω,) olere, Odore spirare & emittere. Plautus Epid. 12. 9. Aliter catull longè olent, aliter lues. Plin. lib. 21. cap. 7. 2. Rosa recens, à longinquo olet.

Bene olere. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 2. Sed tamen erãt ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant: & vt mulieres, ideò bene olere, quòd nihil olebant, videbantur.

Deterius olet herba lapillis Libycis. Horat. 1. epist. 10. 4.

Iucundè olere. Plin. lib. 20. cap. 17. 3. Optimum autem Creticũmam & iucundè olet. Vide IVCVNDVS.

Male olere. Cic. 2. de Orat. 138. At in malè olentem, vide me à te circũueniri. Vide MALVS.

Male olet omne cœnum. Cic. 4. Tusc. 84.

Ex Academia nihil olet Epicurus, nihil ne ex Lyceo, nihil ne è puerilibus disciplinis Cice. 1. de Nat. deor. 97.

¶ Oleo, cum accusatiuo. Plaut. Asin. 16. 72. Myrrham olet. Idem Pœnulo, 4. 46. Quæ tibi oleant flabulum, flatum, sellam, &c. Plinius libro 14. cap. 13. 1. Ideo propinquos fœminis oleũlum dare, vt scirent an temetum olerent.

Olet huic aurum. Plaut. Aulul. 7. 39.

Certè ædepol equidem te ciuem sine omni malitia mala etiam
Semper sum ratus, & nunc arbitror. B. aurum huic olet.
Quid nunc me vis? Id est, suspicatur me habere thesaurum.

Ceram, quàm quod crocum olet vnguentum magis laudari. Cicero 3. de Oratore, 55.

Olet furtum. Plaut. Menæch. 4. 57. Quid igitur? quid olet? respondeo. P. furtum, scortum, prandium.

Hircum olere. Horat. 1. Serm. saty. 2. 6.

Olent illa superellia malitiam. Cic. pro Rosc. Comœdo, 11. Nonne ipsum caput & superellia illa penitus abrasa olere malitiam & clamitare calli dicatem videntur? Id est, significare, vt ait Budæus.

Olent tua basia myrrham. Martialis lib. 2. 12.

Pastillos olere. Horat. 1. Serm. saty. 2. 6.

Sonare & olere peregrinum. Cic. 3. de Orat. 25. Quare quum sit quædam certa vox Romani generis verbisque propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare aut olere peregrinum, hanc sequamur.

¶ Oleo, cum ablatiuo. Ouid. Perque locos sacros, & olenti sulphure fertur. Propertius lib. 4. eleg. 7. 7. Cur nardo flammæ non oluere meæ?

¶ Olere, pro Male olere. Horat. Epod. 10. 1.

Mala soluta nauis exit alite,
Ferens olentem Mæuium.

Olens, Participium, (ὀλῶν,) vt Agri olentes. Lucan. lib. 7. 167. Intelligit olentes propter cadauera interfectorum.

Amaracus suauè olens. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 3.

Bene olens anethum. Virg. 2. eclog. 10.

Membra olentia. Virg. 1. Georg. 113.

Bene olentes myrrhæ. Ouid. de Medicam. faciei, 19.

Latè olentia serpilla. Virg. 4. Georg. 42.

Olerum, olei, pen. prod. (ὀλόκυρα πυκνὰ ὀρῶν,) Stercus humanum: dictum quòd vehementer oleat. Persius Sat. 1. 1. 2.

– vero quisquam hic fecit oletum. Vide etiam OLEA.

Olidus, pen. corr. Adiectiuum, (ὀζιδός,) Quod tam bonum, quàm malũ

odorem habet. Mart. lib. 1. 46. Olidæque vestes murice. Idem lib. 10. 37. Hic olidam clamosus agens in retia vulpem. Hic in malum dixit, vt & Horat. lib. 1. epist. 5. 6. Sed nimis arcta premunt olidæ cõuiuia capræ. Capram vocat fœtorem sub alis, quem & hircum vocant poetæ. Colu. lib. 12. cap. 17. 1. Et in vasa picata bene olida diffunditur.

Veterum olidum. Catull. ad Colonam, epigr. 17. 5.

Oleum, Vide OLEA.

Olfacio, olfacis, pen. corr. olfeci, pen. prod. olfactum, (ὀσφραίνω,) olfacere, Odorare. Plin. lib. 11. cap. 37. 14. Quomodo audiant delphini, mirum. Idem nec olfactus vestigia habent, quum olfaciant sagacissimè. Idem lib. 20. cap. 13. 12. Dederunt & lethargicis ex aceto olfaciendum. Cic. 5. Tuscul. 155. Vt ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, &c.

Vnguentum olfacere. Catull. ad Fabull. epigr. 13. 3.

Olfeci ego, pro Subodoratus sum & præsenti, per trãslationem. Terent. And. 3. 3. 43.

– an non sex totis mensibus
Prius olfecissem, quàm ille quicquã cœperit? Plaut. Milit. 18. 41. – cur
Non putas? A. quia non est intus, quem ego volo. P. A. qui scis? A. scio
Aedepol, olfaciomam odorem nasus sentiet.

Olfacere nummum. Cicero de Lege agrar. 6. Nunc quisnam tam abstrusus vsquam nummus videtur, quem non architectis huiusce legis olfecerint?

Cernere, audire, gustare, olfacere, tangere aliquid. Cic. 2. de Diuinat. 13.

Olfactus, huius olfactus, (ὀσφρησις,) Sensus odoris per nasum sumministratus. Plin. lib. 8. cap. 4. 1. Iormemscere insidiarum metu, subsistere ab olfactu. Ibidem, cap. 35. Olfactuque eius generis hominum, vt psylloruin serpentes fugantur.

Olfactorium, olfactorii, (ὀσφραντήριον,) Florum vel odorum fasciculus, delectandis naribus vel olfactus gratia comparatus. Plinius libro. 20. cap. 9. 12. Sylueſtris siue erratica immenso plus laudat Catonianus vt aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus ra pro, vitia earum, graueolentiamque sunare alimẽt. Idem lib. 30. cap. 11. 4. Ex illis conclusa, aut certè verisimilia ponemus, sicut & lethargici olfactorii excitati.

Olfacto, olfactas, (ὀσφραίνομαι,) olfactare, Frequentatiuum ab Olfacio. Plin. lib. 20. cap. 14. 10. Xenocrates pulegii tantum lana inuolutum in tertianis ante accessionẽ olfactandum dari tradit. Plaut. Menæch. 4. 54.

Agedum, odorare hanc, quam ego habeo, pallam, quid olet?
Vt summum olfactare abilines? P. vestimentum muliebre.

Olfactatrix, pen. prod. (ὀσφραντὶς,) Verbale fœ. Plin. lib. 17. cap. 24. 14.

Olfactatrix enim intelligitur, & tangi mirum in modum.

OLIBA, (ὀλίβα,) Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ Tarraconensis vrbs. Vulgò Olit.

OLICANA, (ὀλίκανα,) vrbs Britanniæ, Prolemæo libro 2. cap. 3. vulgò Kitlzbi.

Olidus, Adiectiuum, Vide OLEO.

Olim, (πάλαι, ἀκπάλαι,) Aduerbium temporis. Plautus Merca. 3. 89.

Seruum vnà mittit, qui olim à puero parulo
Mihi pædagogus fuerat. Terent. Heaut. 2. 1. 4. Ex sua libidine moderãtur, quæ nunc est, non quæ olim fuit. Ibidem, 4. 1. 59.

Nunc ita tempus est mihi, vt cupiam filiam, olim nihil minus.

Loquebantur olim sic. Cic. 2. de Orat. 98.

Locus olim conditus. Horat. 1. Serm. saty. 5. 19.

¶ Olim, Fabulæ proprium est, inquit Donatus. Plaut. Amph. 15. 2.

– nam verum est quod olim est auditum.

Fabularier, mutatos Atticos in Arcadia homines. Terent. Eunuc. 2. 2. 15. Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seclum prius. Idem And. 5. 4. 20. Atticus quidam olim naui fracta, apud Andrũ eiectus est. Horat. 1. Serm. saty. 6. 16. – olim

Rusticus vrbanum murem mus paupere fertur Accepisse cauo. Ibidem lib. 1. saty. 8. 1. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.

¶ Olim. Terent. Hecy. 3. 3. 33. Nam vitium est oblatũ virgini olim à nescio quo improbo. Vbi Donatus, Rectè olim: quia facilis venia citra vetera iam delicta. vnde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. Olim ergo, ante nouem menses.

¶ Olim, pro Nuper. Terent. And. 3. 3. 14. Alium esse censes nunc me atque olim quum dabam? Ibidem, 1. 5. 34.

Atque ex hoc misera sollicita est, diem
Quia olim in hũc sunt constituræ nuptiæ. Plaut. Asin. 5. 53. Lõgè aliã inquam præbes nunc, atque olim, quum dabam. Sub. orationem.

Olim, pro Ante. Terent. Hecyra, 4. 1. 23.

Vtinam sciam ita esse istuc. sed nunc mihi in mentem venit,
Ex hac re quod locuta es olim, quum illum generum cepimus.

Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, concaluit. Cice. Attico, lib. 4. 85. 15.

¶ Olim, de præsenti tempore aliquando dicitur. Plau. Truc. 3. 33.

Nam vsquam alibi sic sunt circum argentarias, quàm olim
Muscarum est quum calerut maxime. Virgil. 10. eclog. 7. Vestra meos olim si fistula dicat amores. Plin. epist. 10. lib. 2. Vt tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temerè præsumo.

¶ Olim, de futuro. Virgil. 1. Aeneid. 59. Hunc tu olim cœlo spoliis orientis onustum Accipies. Ibidem, 42, – forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Quintil. lib. 10. cap. 1. Sunt clari hodieque, & qui olim nominabuntur. Terent. Phorm. 3. 2. 38.

Certe hercle, si latis commemini, tibi quidem olim est dies,
Quam ad dares huic, præsiituta. Ex Valla lib. 2.

¶ Olim, pro Aliquando, sine Quandoque. Plaut. Milite, 3. 2.

Cutãte vt splendor meo sit clypeo clarior,
Quàm solis radii esse olim, quum sudum est, solent. Horatius 1. Sermo. satyr. 1. 6.

– vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint vt discere prima. Virg. 2. Georg. 81.

ac olim seras posuit quum vinea frondes. Idem lib 10. Aeneid. 3.

Quum sera Carthago Romanis arcibus olim
Ex tium magnum, atque Alpes immittet apertas. Ibidem, 1. 5.

– Tyrius olim quæ verteret arces.

¶ Olim, pro Iandudum, Iampridem, Iam longo tempore. Plin. epist. 16. 2. Olim non librum in manus, non stilum sumpsi. olim nescio quid sit otiũ quid quies, quid denique illud iners quidem. Curtius lib. 8. Olim enimuero mero sensibus victis ex lecto repentè prosiluit. Lucanus li. 5. 154.

– nõnne olim casu pendemus ab vno?

Nunc primum, & Olim scio, contraria. Curtius lib. 10. Hoc ego non nunc primùm profiteor, sed olim scio.

¶ Olim, pro quouis tempore. Virg. 2. Georg. 38.

Hic tibi præualidas olim, multoque fluentes
Sufficiet Baccho vites. Seruius.

Atque olim. Virg. 8. Aeneid.

Non secus atque olim tonitru quum rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. Vbi Seruius, Atque olim, Ferè vt solet. nam non est aduerbium temporis.

Olim tam, Id est, Iam longo tempore. Quintilia. in Milite Mariano, Olim tam Imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quærit. Valla lib. 2.

Olitor, Vide OLVS.

Oliua, oliuæ, pen. prod. (ἐλαία, μορία,) Arbor nota. Virgil. 8. eclog. 4. 5. 1. Dicentur nunc Catonis placita de oliuis. In calido & pingui solo radium maiorem, &c.

Inuentor oliuæ Aristæus dicitur. Cic. 3. de Nat. deor. 60.

Albentis oliuæ rami. Ouid. epist. 11. 14.

Canentis oliuæ fœtus. Ouid. 6. Metam. 17.

Tardè crescentis oliuæ proles. Virg. 2. Georg. 1.

Densa oliua caneat mons. Inuen. Saty. 14. 15.

Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ. Hora. Epo. 16. 9.

Fera oliua. Stat. 6. Thebai. 2. Pulueremq; fera crinem detorsit oliua. Interpres exponit fera pro ferali, sed sine ratione vt opinor. quis enim ne sciat oliuas esse feras etiam, id est sylueſtres?

Fœdicus oliuæ ramus. Virg. 6. Aeneid. 46.

Flaua oliua. Virg. 5. Aeneid. 62. – tres premia primi
Accipient, flauaque caput nectentur oliua.

Glauca oliua. Stat. 2. Thebaid. 20.

Imbellis oliuæ frondes. Valer. 5. Argon. 73. Imbellis, Pacificæ.

Nitidæ oliuæ ferax Peparethos, Ouid. 7. Metam. 94.

Mitis oliua. Ouid. 7. Metam. 56.

Pallens oliua. Virg. 5. eclog. 4.

Pingues oliuæ. Virg. 2. Georg. 17.

Placita paci oliua. Virg. 2. Georg. 85.

Teres oliua. Virg. 8. eclog. 4.

Tonsæ caput solus cuinctus oliuæ. Virg. 5. Aeneid. 155.

Vitidi Mnestheus cuinctus oliua. Virg. 5. Aeneid. 99.

Viuacis oliuæ Palladia sylua. Virg. 2. Georg. 37.

Vmbrosa oliua. Claud. de bello Gildon. 64.

Vndique decerptam fronti præponere oliuam. Horat. 1. Carm. ode 7. 2.

¶ Oliua, Fructus. Plinius lib. 25. cap. 31. Oliuæ constant nucleo, oleo, carne, amurca.

Carnosissimæ oliuæ, Vide CARO.

Lecta de pinguissimis oliua ramis arborum. Horat. Epod. 2. 12.

Oliuẽtum, oliueti, pen. prod. (ἐλαιῶν τόπος,) Locus oliuis cõsitus. Colum. lib. 3. Melius autem plantis quàm truncis oliuetum construitur. Idem lib. 5. cap. 9. Multa de oliueto. Cic. de Senect. 53. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum oliuetorũve specie dicam? Sic. 2. de Nat. deor. 233.

Vineta, segetes, oliueta, vbertatem frugum & fructuum, omnem denique,

commoditatem prosperitatemque vitæ à diis se habere. Cicero 3. de Natur. deorum, 125.

Fertilia oliueta. Horat. 1. Carm. ode 15. 2.

Maritum oliuetum, Vide MARITVS.

Facere oliuetum in ingeribus, & vineas in eis instituere. Cicero 2. de Lege agrar. 69.

Oliuarius adiectiuum, (ἐλαϊκὸς,) Quod ad oliuam pertinet. Columella libro 12. cap. 47. 10, Oliuariæ metretæ.

Molæ oliuariæ. Pomponius in L. Cum fundus. ff. De instruct. vel instrument. legato.

Oliuina, oliuinæ, penult. product. (ἐλαία πόφρ.) Redditus olei vel olei maxima copia. Plaut. Pseud. 4. 77,

– cuius amatores domi oliuinam habent Maximam.

Oliuitas, pen. corr. oliuitatis, (ἐλαία,) Fructus oleæ. Varro in Gloperiton, Tum denique omnis cum lucerna combusta est in lucubrando, oliuitasque consumpta est. Nonius.

¶ Oliuitas, Tempus legendarum oliuarũ. Columella lib. 12. cap. 50, Media est oliuitas plerumque initium mensis Decembris. nam & ante hoc tempus acerbum oleum conficitur. Sic ibidem, cap. 47. 10.

Et lib. 1. cap. 1. 4, Oliuitates largissimæ.

Oliuo, oliuas, pen. prod. oliuare, Oliuarum vindemiam agere, sine oliuas colligere. Plin. lib. 15. ca. 3. 5, Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit Oleum ne stringito, neve verberato.

Oliuum, oliui, pen. prod. (ἔλαιον,) Id est oleum ex oliuis expressum. Plau. Pseud. 5. 68. Eme die exci hercle oliuum, id vendito oculata die. Ibidem 4. 78, Si mihi non iam huc culleus oliui deportabitur. Horat. 2. Serm. saty. 4. 10, Quali perfundat pisces securus oliuo.

Dulce oliuum. Horat. 2. Serm. satyr. 4. 13.

Inolentis oliui natura. Lucret. lib. 2. 170.

Liquidi corrumpitur vsus oliui. Virg. 2. Georg. 94.

Corrupto casiam dissoluit oliuo. Persi. Saty. 2. 7.

Vngos oliuo. Horat. 1. Serm. saty. 6. 25.

Oliuifer, pe. cor. Adiect. (ἐλαιοφόρος,) Quod oliuã fert. Mart. lib. 12. 95, Bætis oliuifera crinem redimite corona.

Arua oliuifera. Ouid. 3. Fast. 31.

Sicyon oliuifera. Ouid. in Ibin, 64.

Olla, ollæ, (χύτρα, χύτραι,) Vasis genus, vt ait Nonius. Antiqui vocabant aulam, quia nullam literã geminabant, inquit Festus. Inde Plauti comœdia Aulularia inscribitur. Varro, Cato ait vuã aminea in ollis cõmodissimè condi. Plaut. Capt. 15. 8, Ollas, calicesq; omnes confregit. Columella lib. 12. cap. 43. Horat. 2. Serm. saty. 4. 15,

– venucula conuenit ollis:
Rectius Albanam fumo duraueris vuam.

Ipsa olera olla legit. Catull. de Mentula, epigr. 89. 1.

Bibulæ ollæ, Vide BIBO.

Farrata olla. Persi. saty. 4. 4.

Olla fictilis. Columel. libro 8. cap. 8. 6, Eius pulli singuli fictilibus ollis conduntur.

Ollula, ollulæ, pe. cor. Diminutiũ, (χυτρίδιον,) Varro, Electa in secretã corbulam, inde in ollulas addatur. Idem 1. de Re rust. ca. 54. 2. Vnde in ollulam addatur, & in dolia plena vinaceorum contrudatur.

Ollãris, & hoc ollare, pe. prod. (χυτρῶδης,) Vnde Ollares vuæ, quæ in ollis seruantur: de quibus Columella lib. 12. cap. 43. Mart. lib. 7. 19, Illic & vuæ collocantur ollares. Stat. 4. Sylu. 99.

Ollus, (ἐκεῖνος,) olla, ollum, dixere veteres, teste Donato, pro Ille, illa, illud. Virg. 9. Aeneid. 48, Olli subridens. Vbi Seruius, Olli pro Illi, vel Tunc interpretatur. Cic. 3. de Legibus, 9, Ollisq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Olli certamine summo procumbunt. Virg. 5. Aeneid. 40.

Olli sic breuiter fata est. Virg. 6. Aeneid. 65.

Olli subridens hominum sator. Virg. 1. Aeneid. 53.

Flammeus est plerumque colos, & splendidus ollis. Lucret. libro 6. 42, Subandi fulminibus.

Olor, olõris, pe. prod. (κύκνος,) Auis, quæ Græcè cygnus dicit. Quidã à Græco deducunt, quasi ὅλος ὀφρῶν, hoc est totus pulcher. Auis est alba, anseræ maior, vocem argutam habens. Virg. 9. eclog. 7,

– sed argutos inter strepere anser olores. Ouid. epist. 7. 1,
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Amyclæi olores. Stat. 2. Sylu. 2. 79.

Innocui latè pascunt olores. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 11.

Niuei olores. Valer. 6. Argon. 21.

Purpurei olores, Id est elegantes. Horat. 4. Carm. ode. 1. 2.

Anteire olores candore. Silius lib. 13. 24.

Olorinus, pe. prod. Adiectiuũ, (κύκνειος,) vt Color olorinus, hoc est candidus. Plin. lib. 37. cap. 10. 23, Gasidanem Medi mittunt coloris olorini veluti floribus sparsam.

Alæ olorinæ. Ouid. 6. Metam. 22.

Pennæ olorinæ. Virg. 10. Aeneid. 38.

Sonos olorinos referre. Ouid. ad Pisonẽ, 16, Sic nec olorinos audet Pan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dionis ales Parma referre sonos.

Olus, oleris, pen.corr.n.g. (λάχανον,) Dicitur omnis herba satiua, quæ est in vsu cibario. Ab alendo, quòd oleribus alerentur homines antè quàm fruges vel carnes essent. Plaut. Casin. 24.1.1. Profectò hercle non fuit quicquam olerum. Plin.lib.19.cap.10. Semen olerũ si succo eius madefactum seratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. Varro ab olla deducit. Nonius & Festus inter aspirata connumerant, Vide HOLVS.

Atrum olus, Vide ATER adiectiuum.

Cornum olus, Vide CORNVS.

Positum est aigente catino Durum olus Pers.Saty.3.12.

Olus, figuratè, pro tenui & quotidiano victu. Horat.2.Serm.saty.7.6.

- si nusquam ea fortè vocatus
Ad cœnam, laudas securum olus. Hoc est, dicis nihil esse melius quàm parcè & continenter domi viuere, nihil esse melius domestico & quotidiano victu.

Emptum cœnat olus. Horat.2.epist.2.54.

Panis ematur, olus, vnu sextarius. Horat.1.Serm.saty.1.15.

Fastidite olus. Horat.1.epist.18.3.

Oluscũlum, oluscũli, pen.corr. Diminutiuum (λαχανάριον,) Horat.2.Serm. saty.6.13. Vncta satis pingui ponẽtur oluscula lardo. Cic.ad Atticum, lib.6.1.1.13. Lancibus & splendidissimis canistris oluscũlis nos toles pascere. Iuuen.Satyr.11.8.

- Curius parvo quæ legerat horto
Ipse focis brevibus ponebat oluscula.

Oliror, pen.corr. olitoris, (λαχανόος, λαχανοῦός,) Qui olerum hortum exercet, quique olera vendit. Colu.lib.10.8. Ipse ferens olitor diluctos põdere qualos. Cic.ad Tironem, lib.16.18.4. Sic olitorem ipsum commouebis. Plin.lib.19.ca.5.1. Pensiles eorum hortos promouentibus in soles rotis olitoribus. Horat.1.epist.19.8. - ad imum
Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.

Olitorius, Adiectiuum, (λαχανόος.) Quod ad olera pertinet. vt Forũ olitorium, vbi venduntur olera. Liu.4.bel.Maced.194.& 1.bel. Pun.245.

Oltoria hostia, id est Hostia hortorum. Plin.lib.19.ca.8.2. Lactucæ Græcitria fecere genera. Vnum lati caulis, adeò, vt hostiola olitoria ex his factitari prodiderint.

Oleraceus, Adiectiuũ, (λαχανώδης,) vt Oleraceus frutex, Hoc est, frutex olerum modo fruticans. nam etiam olera fruticare affirmat Theophrastus, appellatque oleri arbores olera fruticantia. Vel similem oleri fruticem habens. Plin.lib.16.cap.8.38. Eadem præstat hypericon, quã alii chamepityn, alii corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali.

Olusatrum, olusatri, pen.prod. (ἱππόσελινον,) Herbæ genus quę in hortis nascitur. Plin.lib.19.ca.8.30. Sed præcipue olusatrum miræ naturæ est, hipposelinum Græci vocant, alii smyrnen. E lachryma caudicis sui nascitur, seritur & radice. Iuccum eius qui colligunt, myrrhæ saporem habere dicunt. Authorque est Theophrastus, myrrha sata natum. Hipposelinum veteres præceperant in locis inculti, lapidosis, iuxta maceriam seriminc & repastinato seritur, & à Fauonio post Aequinoctium Autumni. quippe quum capparis quoque seratur siccis maxime, area in defossu cauata, ripisque vndique circunstructis lapide, aliàs euagatur per agros, & cogit solum sterilescere. floret æstate, virer vsque ad Vergiliarum occasum, fabulosis familiarissimum. Olusatrum ideo dicitur, q. folia habeat subnigra: ideo Columella pullam olus appellat. Quidam separatim scribũt, Olus atrum.

OLYMPIA, (ὀλυμπία,) vrbs Græciæ, quæ prius Pisa dicebatur, vbi Iupiter Olympius colebatur à quo Ioue Olympia certamẽ, accepit nomen. Dicitur etiam Arpina, vt Nicanor scribit, à matre Oenomai. Hæc Stephanus de Vrbibus. De hac Strabo lib.8.

Olympia, Olympiorum, (ὀλυμπία,) Ludi qui in honorem Iouis Olympici apud Pisam & Helidem Græciæ oppida celebrabantur: hoc est, Gymnicum certamen, quod quinto quoque anno fieri solebat. Vide Sacra certamina, in CERTO certas.

Magna Olympia. Horat.1.epist.1.10.

Pugnos & plagas Olympiorum pugiles inexercitati cupidi ferre possunt. Cic.de claris Orat.151.

Olympiacus, penulti, correp. Adiectiuum, (ὀλυμπιακός,) vt Olympiacum certamẽ, Victoria Olympiaca. Strabo lib.8. Cicer. ad Atticum, lib.16.334.8.

Arena Olympiaca. Stat.5.Sylu.3.44.

Cursus Olympiacus. Author ad Herenn.lib.4.140. Quasi siquis ad Olympiacum venerit cursum, & steterit vt mittatur, &c.

Quædam exemplaria legunt vt sint duæ dictiones Olympia quum venerit cursum, &c.

Palmæ Olympiacæ præmia. Virg.3.Georg.10.

Olympionices, siue Olympionicus, penult. prod. (ὀλυμπιονίκης,) qui in Olympiaco certamine victor euasit. νίκα, quippe victoria dicitur. Aelianus de Varia historia lib. 10. Duxit ad Olympicum certamen filium suum Phœnice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebãt. Licere id sibi persuasit, quæ patrũ & fratres tres haberet Olympionicas.

Præmium Olympianicarum capere. Cic.1.de Inuent.228.

Acinas pugil Olympionices. Cic. pro Flacco, 24. Quid si etiam occisus est à piratis Adramitenus homo nobilis, cuius est ferè nobis omnibus nomen auditum, Acinas pugil Olympionices?

Nobilis Olympianices Diagoras Rhodius. Cic.1.Tuscul.179.

Olympias, Olympiadis, penul. corr. (ὀλυμπιάς,) Quinque annorum spatium, quod à Romanis Lustrum dicitur. Exinde Græci tempora per Olympiadas supputare cœperunt, ita numerantes, Olympiadis primæ aut secundæ, aut centesimæ, anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atque vt Consules, ita & Olympiæ victores iterum & tertium dicimus. Plaut. Menæch. Iterum (inquit) Pythia & tertiũ Olympia. Cic. ad Atticum, lib.13.28.5.

OLYMPIAS, (ὀλυμπιάς,) nomen mulieris proprium, matris Alexandri Magni.

OLYMPIVS, (ὀλύμπιος,) Mysius tibicen & poeta Melicus & elegiarum, Marsiæ Satyri discipulus, qui citharæ legem dedit, modosque pulsandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Troianum, à quo & mons in Mysia nomen accepit.

OLYMPVS, (ὄλυμπος) mõs, cuius vertex vsque adeò attollitur, vt summa eius accolæ Cælum vocent. Propter quod poetæ cælum Olympũ vocãt. Dictus Olympus, quasi ὅλ' λαμπρός: hoc est totus fulgẽsque Solem clarum habet, nullisque vnquã nubibus fuscatur. Luc.lib.2.55.

- nubes excedit Olympus. Sunt autem quatuor montes hoc nomine. Primus mons altissimus inter Thessaliam & Macedoniam, qui tamẽ Thessaliæ ascribit. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Mysos, ad cuius radices Prusa ab Annibale condita. Quartus, ad mare Rubrum in Aethiopia, haud longè ab Heliopoli oppido, qui oriente sole vsque ad quintam diei horam flammas emittit.

Frondosus Olympus. Virg.1.Georg.57.

Magnus Olympus. Virg.3.Georg.45.

Opacus Olympus. Horat.3.Carm.ode 4.11.

Pinifer Olympus. Senc. Agamemn.5.6.

Pruinosus Olympus. Claud. 1.de raptu Pros.52.

¶ Olympus, pro cælo: vt Rector Olympi. Ouid.9.Metam.101.

Altus Olympus. Virg.1.Georg.20.

Clarus Olympus. Virg.4.Aeneid.54.

Cliuosus Olympus. Ouid.3.Fast.83. Sextus vbi è terra cliuosum scandet Olympum Phœbus.

Curuus Olympus. Valer.5.Argon.83.

Ignifer Olympus. Senc. Hippol.9.1.

Omnipotentis Olympi domus. Virg.10.Aeneid.1.

Rapidi limen Olympi. Claud. de bello Gildon.4.

Stellantis Olympi rex. Claud.6.Paneg.7.

Stelliferi Olympi vector, Atlas. Senc. Herc. Oeth.15.9.

Superi regnator Olympi. Virg.7.Aeneid.156.

Vasti rector Olympi. Ouid.2.Metam.12.

Viam affectare Olympo. Virg.4.Georg.113.

Emensо Phœbus discedit Olympo. Virg.1.Georg.90.

Pulsare Olympum nomine, Nomen extollere ad cælum vsque. Ouid. ad Pisonem.47.

- fingenti qui nomine pulsat Olympum,
Mæoniumque senem Romano prouocat ore. De Virgilio.

Olympicus, penul. corr. Adiectiuum, (ὀλυμπικός,) Quod est Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: vt Iupiter Olympicus. Dictus est autem ab Olympo, à quo eruditus, & ad virtutem institutus fit. Alii verò à cælo, quem Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur.

Olympius, Aliud adiectiuum, (ὀλυμπίος,) Id est cælestis, possessium ab Olympo.

OLYNTHVS, (ὄλυνθος,) vrbs fuit iuxta Atticam, quæ quum ab Athenienſibus ad Philippum regem Macedoniæ defecisset, ab illis deinde euersa est.

Vrbem antiquam & omnibus rebus auctam, & ornatam Olynthum cepit P.Seruilius. Cic.3.Verr.37.

OLYSIPPVM, (ὀλοσσιπόλις,) Lusitanię vrbs, quæ nostris temporibus Vlysbona appellatur. Dicitur Olysippo Plinio lib. 4.cap.22.

Omasum, omasi, penul. prod. (ὀμάσος,) Est pinguius atque crassius intestinum, quod nonnulli bubulum esse credunt. Horatius 2.Serm.saty.5.9. - seu pingui tentus omasо. Plin.lib.8.cap.45. de bobus, Socium enim laboris agrique cultura habemus, hoc animal tantæ apud priores curæ, vt sit inter exempla damnatus à Populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negaret occiderit bouem. Horat.1.epist.16.2.

- patinas cœnabat omasi
Vilis, & agnini, tribus vrsis quod satis esset.

Omen, ominis, pen.corr.n.g (ὀλωνός, ὀλώνομα.) Augurium quod fit ore, quasi oremen, inquit Festus. Est enim futuræ rei præsentatio ori hominis incidens, diuino tamen furore. Cic.1.de Diuin.227. Neque solùm deorum voces Pythagoræi obseruauerunt, sed etiam hominum quæ vocant omina. quæ maiores nostri, quia valere putabant, idcreo omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, fœlix, fortunatumque esset, præfabantur.

Fides ominis. Tacit.lib.18. Impleſſe fidem ominis videbantur.

Fatiomen. Cic.9.Philipp.363. Qui quidem discedens mecum ita locutus est, vt eius oratio omen futi videretur.

Omen belli. Liu.1.bel Pun. Hoc principiũ simulatque omen belli, vt sum mæ rerum prosperum euentum, ita haud sanè incruẽtam, ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendi.

Nuptiarũ omen. Plau Mil.16.18. Cupiens istius omen nuptiarũ ordinis.

¶ Omen, de bona præuntiatione. Virgil.4.Georg.77.

Omine, quo firmans animum, sic incipit ipsa.

¶ Omen, de malo dictum. Virgil.2.Aeneid.38. - quod dii prius omen in ipsum Connertant. Cicero 11.Philipp.296. Quid Bestiam qui se Consulatum in Bruti locum petere profitetur atque hoc quidem de restabile omen auertat Iupiter. Virgil.12.Aeneid.15.

- nève omine tanto
Persequere.

Candidum omen. Catul.in Epithal.Iuliæ, 56.23.

Cassum omen. Stat.1.Thebaid.64.

Dextrum omen. Silius lib.13.23.

Dirum omen mortalibus, bubo. Ouid.5.Metam.110.

Fausto omine lætus. Ouid.9.Metam.158.

Infausto committitur omine sermo. Ouid.6.Metam.90.

Inoffensum omen. Claud.4.Panegy.3.

Magnum omen. Virgil.7.Aeneid.30.

Optimis ominibus. Cic.12.Phil.331. Proficiscanẽ legati optimis ominib⁹.

Omen prærogatiuum Cic. pro Murena, 37. Etenim si tanta in illis comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit prærogatiuum: quid mirum est in hoc fœlicitatis famam sermonemque valuisse?

Sinistrum omen. Ouid.epist.13.10.

¶ Accipere omen, Vide ACCIPIO.

In omen accipere. Liu.Id à plerisque in omen magni terroris acceptum.

Auctus omine. Tacit.lib.1.

Auertite & detestamini quæso hoc omen Dii immortales. Cic.4.Phil.159.

Capiendi ominis causa exire in quendam locum. Cic.1.de Diuin.167.

Tristia omina concinuerunt aues. Ouid.3.Amor.eleg.11.1.

Conuertere omen Cic.4.Verr.11. O præclarè conectũt à vulgo in illam prouinciam omen communis famæ atque sermonis, quum ex nomine istius, quid in prouincia factuus esset, perridiculi homines augurabantur? Id est à Verris nomine euerrendam ab eo prouinciam significabant, vt postea sequitur. Budæus.

Ominibus & execrationibus exire. Cic. pro Sestio, 60.

Secundo omine ire. Horat.3.Carm.ode 11.10.

Firmare omina. Virgil.2.Aeneid.139.

Clarum omen firmauit Iupiter. Cic.1.de Diuin.173. Ex poeta.

Habere omen dicitur res aliqua. Ouid.2.Fas.41. Vide CARMENTIS.

Quod dii omen obruant. Cic. de Aruſp respon.35.

Certis ominibus prohiberi. Ouid.9.Metam.120.

Prosequi aliquid optimis ominibus. Cic. Appio, lib.3.17.6.

Ominosus, pen.prod. Adiectiuum, (δυσοιωνός,) Quod malum omen portendit. Plin.epist.14.lib.3. Notabilis, atque etiam, vt exitus docuit, ominosa res accidit. Id est malum omen portendens. Gell.lib.13.cap.14. Montem istum excluserant, quasi auibus obscœnis ominosum.

Ominor, pen.corr. ominaris, (οἰωνίζομαι,) ominari Auspicari, Omen capere. Plin.lib.28.cap.2.12. Cur enim primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem fausum ominamur? Curtius, In illo periculo Macedones ominati esse videbantur. Plin.epist.80.b.lib.4. Optamus enim tibi, ominamurque in proximum annum Consulatum. Cic. de Claris Orat.ib.184. Melius quæso ominare, inquit Brutus. Idem 2. Offic 109. Malo enim alteri quàm nostræ ominari: neque tantum de nostra, sed de omni Republica disputo.

Omino, ominas, (οἰωνίζω,) ominare, dixere veteres. Pomponius, Ita fit & tibi benè qui rectè ominas.

Ominatus, penul. prod. Participium, (οἰωνιστός,) Ominosus: vt Malè ominatis parcite verbis ait Horatius 3.Carm.ode 14.3.

Ominator, penul. correp. ominatoris, (οἰωνιστής,) Qui præest ominibus capiendis. Plautus Amphit.8.88.

Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.

Omentum, omenti (ἐπίπλοον,) Mebrana tenuis & pinguis, qua integuntur vẽtris inferioris partes. Persius Sat.2. 1. Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquescant. Plin.lib.11. cap.37.72. Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omento integuntur, præterquam oua gignentibus.

Albo pores omenta iuue. Saty.15.12.

Pingue omentum in flamma liquefaciens. Catul.in Gellium, 85.

Omentum, abusiuè, pro Membrana quæ totum inuoluit cerebrum. Marcobius libro 7. Saturn. cap. 9. Et cerebrum quod tactu sui hominem vel torquet, vel frequenter interimit, non suo sentu, sed vestitus sui, id est omenti, hunc importat dolorem.

Omitto, omittis, omisi, pen. prod. omissum, (ἐάω, παρίημι, παρεῖκω, παρωθέω,) omittere, Rem aliquam penitus dimittere, & relinquere ac præterire. Virg.2.Aeneid.30.

- omissos hinc iam obluiscere Graios. Terentius. Adel.2.2.24.
Nunc si hoc omittam, actum agam.

Omittere & Adipisci, contraria. Cic.1.de Finibus, 56. Voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendarum causa.

Consilium alicuius rei omittere. Liuius 3.bel Maced.89. Patarisque cogito viuere Ptolemæũ, nauigãdi quidẽ in Aegyptum omissũ cõsiliũ est.

Omitte iracundiam. Terentius Adelph.4.7.50.

Memoriam alicuius rei omittere. Quint.l.lib.3.cap.1.14.

Pietatem & humanitatem hic omisit, vt id quod vile videbatur, neque erat, assequi posset. Cic.1.Offic.47.

Rationem insequendi omittere. Cæsar 1.bel.Ciuil.117. Itaque in præsentia Pompeii insequendi rationem omittit.

Sollicitudinem omittere. Terent. Heaut.1.2.3. Proin tu sollicitudinem istam faciam, quæ te excruciat, omittas.

Tristitiam omittere. Terent. Adelph.2.4.3. In tuto est omnis res: omitte verò tristitiam tuam.

Timorem omittere. Cic. in Somnio, 5. Sed ille, Ades, inquit, animo, & omitte timorem Scipio: & quæ dicam, trade memoriæ.

Vetera omitto, Id est missas facio veteres iniurias, aut conquerendi causas. Salustius in Iugurtha.

¶ Id omitto. Terent. Heaut.4.1.24. - nam iam primum, si meum
Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit,
Non simulare mortem verbis, re ipsa spem viræ dare.
Atque id omitto: misericordia, animus maternus sino.

Vt alia omittam, hoc satis est. Cic. pro Quintio, 47.

Vt omittam quòd. Terentius Eunucho, 5.4.4.
Nam vt omittam, quòd ei amorem difficillimum, &
Carissimum ab meretrice auara: virginem
Quam amabat, eam cõfeci sine molestia. Id est præteream, & nihil dicã.

Omitto ac neglico cæteras istius confessione induatur ac luguletur necesse est. Cic.7.Verr.130.

Id omittamus. Cic.4.Acad.95. Plurimum interest, sed ista omittamus.

Omitte ista quæ nec percontari, nec audire sine molestia possumus. Id est desine quærere. Cic.1.Acad.3.

Omitte hunc. Terent. Phorm.1.2.91.

- nunc omitte quæso hunc cæterum
Posthac si quicquam, nihil precor, tantum modo
Non addas. Hoc est, Sine eum abire, Condona ei.

Omittere aliquam. Plaut. Mil.15.3.

- nullo pacto potest
Prius hæc in ædes recipi, quàm illam omiserim. Id est, quàm illam amiserim à me. Fortasse legendum amiserim.

Omitte me. Plaut. Pseud.5.24.
Licẽne obsecro viuere, an non licet? P. vah manta. B. omite me. C. Ballio audi. B. surdus sum profectò.

Aliquem alicui omittere. Cic. Capitoni in Epist. ad Atticum, lib.16.343. 2. Deinde, si me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo.

¶ Differre aliquid, & omittere in tempus præsens. Horat. de Arte, 9.
Nauigationem primam, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Cic. Qu.fratri, lib.1.8.6.

¶ Omitte rogare, dicere. Plaut. Persa, 16.90. Iam de istoc rogare omitte: non vides nolle eam loqui? Terentius Eunucho, 5.6.19.
Omitte de te dicere, ego te furcifer si viuo.

Omitte mirari opes Romæ. Horat.3.Carm.ode 29.3.

Omitto iratus esse. Plaut. Persa, 1.2.25.

Omitto contra verum niti. Salustius in Iugurth. Non prius omisit contra verum niti, quàm animaduertit supra gratiam atque pecuniã suam inuidiam facti esse.

Omissus, (παφαλιφθείς,) Participium, sine Nomen ex participio.

Omissus animus, pro Remisso & languido. Terent. Heaut.5.2.9.
Vbi te vidi animo esse omisso, & suauia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem: Cepi rationem. Hoc est, quũ viderem te nihil amplius curare, & negligere omnia.

Omissa controuersia, oratio omnis ad misericordiam tuam conferenda est. Cic. pro Ligario.

Deliciis omissis hoc age. Horat.1.epist.6.7.

Omissis iocis. Plin.epist.11. Omissis iocis, credo decentes esse seruos qui sunt empti mihi ex consilio.

Omissior ab re, Qui lucrum negligit, neque solicitus est de acquirendis diuitiis. Terentius Adelph.5.3.45.
At enim metuis, ne ab re sint tamen
Omissiores paulo. ô noster Demea,
Ad omnia alia ætate sapimus rectius:
Solum vnum hoc vitium affert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad rem omnes, quàm fat est,
Quod illos sat ætas acuet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnis, & hoc omne, (πᾶς, πᾶν, πάν,) Distributiua dictio, eandem vim habet in singulari, quam plurali. Omnis homo, pro Omnes homines. Dicitur de vniuersis numero distinctis, vt Omnis grex. Aliquando tamen idem significat quod Totus. Positiuo & cõparatiuo iungitur, & aliquando superlatiuo.

Omnis, totus, vniuersus. Cic. 2. de Finibus, 178. Sed omne cælum totam quoque terram cum vniuerso mari mente complexum voluptatem petere dicemus, mellis causa dicemus tanta molitum.

¶ Omnia, de duobus dictum. Cic. pro L. Murena, 31. Eamque vrbem sibi Mithridates Asiæ tamquam fore putauisse, qua effracta & reuulsa tota pateret prouincia: perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, vt vrbs fidelissimorum sociorum defenderetur, vt omnes copiæ regis diuturnitate obsidionis consumerentur.

¶ Omnis, pro Cuncto & pro toto, Græcorum more: vt in multis præcedentibus exemplis videre est. Cic. in Pisonem, 8. Erat non solùm domus mea, sed totum palatium, senatu, Equitibus Romanis, ciuitate omni, Italia cuncta refertum. Et pro Quintio, 20. In Galliam ad te ipsum venit, in agrum communem, denique vbi non modò res erat, sed ratio quoque omnis, & omnes literæ. Ibidem, 45. Vsquedum inueniretur qua ratione res ab vsitata consuetudine recederet, & in hoc singulare iudicii causa omnis concluderetur. Id est tota. Ex Budæo.

Omnibus æstatibus, Id est singulis. Plin. lib. 12. cap. 25. 5.

¶ Omnis amor. Terentius Eunucho, 5. 9. 8. Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tanquillo.

Tota mente, atque omni animo intueri aliquem. Cic. 2. de Orat. 50.

Omnibus annis. Plin. lib. 12. cap. 19. 8. Ex qua guttæ editæ annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrum impendio consumptum est. De cinnamomo.

Omnes antiquissimi ciues. Cic. pro Cecinna, 73. Neque enim ratio afferri potest, cur si coiquam nouo ciui potuerit adimi ciuitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis ciuibus possit.

Clamor omnis procul esto. Horat. 3. Carm. ode 8. 4.

Omni contentione pugnatum est vt Iis hæc capitis æstimaretur. Cic. pro Cluentio, 92.

Omni cõtentione aliquid fugere. Cic. 3. Tusc. 43. Tetra enim res est, misera, detestabilis, omni cõtentione, velis, vt ita dicam, remisque fugienda.

Corpus omne in profunda voce intenditur. Cic. 2. Tuscul. 36.

Domus omnis. Horat. 1. epist. 17. 9. pro Domus omnes.

Omne tale flagitium. Cicero de Senectute, 36.

Non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis. Cic. pro Roscio Amerino, 45.

Omne genus, & Omnis generis, Pro eodem. Varro 1. de Re rust. cap. 29. 1. Seminaria omne genus vt serantur. Cato de Re rust. cap. 8. Tum si irriguum habebis, fœnum nõ deficiet: si non, & erit siccum, summittito sub vrbe hortum omne genus, coronamenta omne genus, &c. Liuius 7. bel. Punic. 102. Merita inde sua in duces Carthaginienses commoranti: auaritiam contrà eorum, superbiamque, & omnis generis iniurias in se atque populares.

Genus omne in terris. Virgil. 3. Georg. 49.

Omnibus horis. Plin. lib. 12. cap. 5. 2. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis verò subnascentibus. De malo Assyria. Brutus Attico, in Epist. ad Brutum, 17. 3.

Omnia magna loquens. Horat. 1. Serm. saty. 3. 3.

Omnibus mensibus vigesimo die lunæ aliquid facere. Cic. 2. de Fini. 161.

Omnia minima, maxima, &c. Cic. Licinio. lib. 5. 8. 16. Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribus, vt ad hominem amicissimum. Idem ad Quint. fratrem, lib. 3. 17. 15. De publicis negotiis quæ vis ad te Tironem scribere, negligentius ad te ante scribebam, q; omnia minima, maxima ad Cæsarem mitti sciebam.

Omni modo. Plin. lib. 16. cap. 14. 1. In tilia mas & fœmina differunt omni modo. Cic. pro Lege agrar. 8. Videtis iam P. C. omnibus rebus & modis constructam & coacervatam pecuniam Decemuiralem.

Omne munus. Plinius in Panegy. 99. Audimus quidem te omne munus Consulis obiisse.

Omnibus vel multis partibus. Cic. 1. de Inuent. 74. Exercitus is cui præpositus est sapiens, & callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is qui stultitia & temeritate alicuius administratur. Cæsar bel. Gal. lib. 5. Equites hostium, effedariique, acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt: sta tamen, vt nostri omnibus partibus superiores fuerint, atque eos in syluas collesque compulerint. Idem belli Ciuilis lib. 3. Vt quoniam numero multis partibus esset inferior, adolescentes atque expeditos ex antesignanis electos milites ad pernicitatem armis inter equites præliari suberet.

Omne periculum. Terentius And. 2. 3. 17. Sine omni periculo.

Omnes ferè philosophi omnium disciplinarum. Cic. 5. Tuscul. 130.

Omnis illa vrbana & perdita plebs. Cic. Attico, lib. 7. 123. 8.

Omnibus precibus. Cæsar bel. Gal. lib. 5. Ille primò omnibus precibus petere contendit, vt in Gallia relinqueretur. Et lib. 6. Omnibus precibus detestatus Ambirigem, qui eius consilii author fuisset, taxo, cuius magna in Gallia Germaniaq; copia est, se exanimauit. Precibus, idest Imprecationibus. Ibidem, lib. 7. Proiecte ad pedes suorum, omnibus precibus petierunt, ne se & communes liberos hostibus ad supplicium dederent. Ibidem, Plentes omnibus precibus orabant, vt sic in seruitutem receptos cibo iuuarent.

Omni quinquennio, Id est toto quinquennio. Plin. de Viris illust. 34. Censuram solus omni quinquennio obtinuit.

Omni ratione. Cice. 2. Offic. 59. Omni ergo ratione colenda & retinenda iustitia est.

Sanguinem omnem profundere mater cupit. Cic. pro Cluent. 13.

Omnibus sententiis. Cic. ad Brutum, 3. 4. Quos quidem omnibus sententiis vlciscor & persequor omnibus bonis approbantibus.

Omni huic sermoni propositum est, nó vt ingenium & eloquentiam meã periricias, &c. Cic. de Claris Oratorib. 177.

Omnis spes. Terent. Heaut. 4. 3. 35. At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis.

Omni supplicio vindicanda. Cicero de Amicitia, 40.

Omnia summa. Cic. Attico, lib. 11. 214. 5. Meque hortantur vt magno animo sim, vt omnia summa sperem.

Eo tempore omni Neapoli fui. Cic. pro Sylla. 12.

Omnes tres. Quintil. lib. 5. Quanquam omnes tres status cadere in hoc opus possint. Sic Omnes duo, Omnes quatuor, Omnes quinque, &c.

¶ Accingunt omnes operi. Virgil. 7. Aeneid. 47.

Adiurare omnia, Vide ADIVRO.

Collustrare omnia. Virgil. 3. Aeneid. 131.

Omnia ad arbitrium suum facere. Plin. epist. 192. Refugeram in Tuscos, vt omnia ad arbitrium meum facerem.

Periclitari omnia, Vide PERICLITOR.

Permiscere omnia, Vide PERMISCEO.

Præstare omnia. Ouid. 14. Metam. 35.

Omne reddere. Terent. Adelph. 1. 4. 16, At vt omne reddat. 5. omne reddet, tace modò, ac sequere hac.

Latè vastant omnia. Virg. 4. Georg. 4.

Omnes qui vbique sunt, qui Latinè sciunt. Cic. 2. de Finibus, 20.

Omnia quæcunque in hominum deceptationem cadere possunt, bene sunt oratori dicenda. Cic. 2. de Orat. 4.

Omne quod scio. Plaut. Curc. 6. 7, Nam quod & scio, omne ex hoc scio.

¶ Omnis, cum genitiuo. Plin. lib. 11. cap. 37. 35, Piscium omnibus terrantidentes. Sic Liuius 1. bel. Maced. Macedonũ ferè omnibus & quibusdam Andriorum vt manerent persuasit.

¶ Omnes omnium ordinum homines. Cic. pro Rab. perd. reo, 14.

Omnes omnium ortus quicunq; gignantur in omni terra quæ incolatur, eosdem esse. Cic. 2. de Diuinat. 137.

Longè omnium quicunque scripserunt aut loquuti sunt, extitit & grauitate princeps Plato. Cic. in Orat. 34,

Omnium egenus. Virg. 1. Aeneid. 121,

Omnium sermonibus vapulare. Cic. ad Atticum, lib. 2. 29. 1,

Ex omnibus princeps Gorgias ausus est in conuentu poscere, qua quisque de re vellet audire. Cic. 3. de Orat. 71.

Vnus ex omnibus amicis certè efficiam vt maximè lætere. Cicero Attico, libro 3. 55. 5.

Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui, quàm quod, &c. Cic. 2. Philipp. 83.

Ex omni nimbos dimittere cœlo. Ouid. 1. Metam. 53.

Omnes ad vnum idem sentiunt de ea re. Cic. de Amic. 72.

Insultare in omnes, Vide INSILIO.

In omne corpus sanguis per venas infunditur. Cic. 2. de Nat. deor. 28.

¶ Omne ad tempus, Id est in perpetuum. Cic. ad Cassium, lib. 12. 1. 3. Sed ita compressa est, vt mihi videamur omne iam ad tempus ab illo dimaxat sordidissimo periculo tuti futuri.

In omne ævum nobilis. Horat. 3 Carm. ode 11. 7.

Carminibus viues tempus in omne meis. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 8.

¶ Ante omnia, Vide ANTE præpositionem.

Ad omnia alia, Vide AD præpositionem.

Omnino, pen. prod. Aduerbium, (πάντως, παντελῶς, ὅλως, παμπαν τὸ παλαιόν,) Prorsus. Cic. de Amicitia, 80. Omnino est amans sui virtus.

Plurimum & omnino. Cic. 1. Acad. 14. Plurimũ quidem & poetis nostris, omninoque Latinis & literis luminis, & verbis attulisti.

Impedimento omnino hæ fuerunt. Cic. Tironi, lib. 16. 10. 4.

Omnino, aut magna ex parte liberatus. Cic. 1. Tuscul. 1.

Omnino aut certè facilius labore alicuius & studio quædam cõsequi. Cic. pro Corn. Balbo, 34.

Vix, aut omnino non posse fieri. Cic. Attico, lib. 3. 65. 3.

Non multum, aut nihil omnino. Cic. 1. Tuscul. 9. Post verò Lepidũ, Gracchos, deinde ita magnos nostram ad ætatem, vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur.

Omnino omnis eruditionis expers vir. Cic. 2. de Orat. 1.

Omnino illud honestũ, quod ex animo excelso magnificoque quæsitum, animi efficitur, non corporis viribus. Cic. 1. Offic. 111.

Omnino leuitatis est. Cice. de Amicitia, 78. Quod amici genus adhibere, omnino leuitatis est.

Omnino modicè. Cice. de Senect. 41. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè.

Omnino neqquaquam par. Cic. de Amicitia, 61. Q. verò Maximum fratrem, egregium virum omnino sibi nequaquam parem.

Nequus omnino regem reduceret cui scis intercessum esse. Cice. Lentulo, libro 1. 7. 15.

Nihil omnino. Horat. 1. Serm. saty. 8. 19.

– quem nos sic fugimus vlti,
Vt nihil omnino gustaremus.

Omnino nunquam causas alicuius rei attingere. Cic. 2. de Orat. 3. Theopompus & Ephorus ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt, causas omnino nunquam attigerunt.

Omnino nusquam. Cice. de Amicitia, 20. Hos autem omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur.

Omnino omnis. Cic. 1. de Inuent. 99. Hoc genus & cætera necessaria, & omnino omnis argumentatio, & eius reprehensio quandam vim continet, & latius patet, quàm hic exponitur.

Omnino præclarè te habet. Cic. 4. Verr. 106.

Omnino pugnat, sed cum aduersario facili. Cic. 4. Acad. 148. Et 5. Verr. 68. Omnino relinquendum.

¶ Omnino, in principio sententiæ. Cic. de Amicit. 67. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum vna cautio est, atque vna prouisio, vt ne nimis citò diligere incipiamus. Hoc est, Vna omnino cautio atque vna prouisio est: id est quod in totum dicitur hoc est non plures. Idem 1. Offic. 94. Omnino fortis animus & magnus duabus rebus maximè cernitur. Ibidem, 120. Omnino qui Reipub. præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant.

¶ Is omnino seruus, in familia non erat, eum statim exhiberi iubet. Cice. 7. Verr. 14.

¶ Omnino, pro Tantummodo. Cice pro Cluentio, 61. Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum, &c. absoluerunt. Bedæus. Plinius lib. 10. cap. 74. 2. Aegritudo autem minima cum asino inimicitias gerit. Spinetis enim se scabendi causa atterens, nidos eius dissipat: quod adeo pauet, vt voce omnino rudentis audita, ova eiiciat, pulli ipsi mera cadant.

¶ Omnino, pro Etiam: & Sed omnino, pro Sed etiam. Cice. pro Cluent. 134. Nego illum adolescẽtem quem statim epoto poculo mortuũ esse dixistis, omnino illa die esse mortuum. Idem pro Quintio, 51. Mihi perdifficile esse contra tales oratores, non modò tantam causam perorare, sed omnino verbum facere contra. Id est, Sed etiam quouis modo. Hæc Budæus. Idem Cicero ad Nigidium, lib. 4. 13. 2. Perfeceratq; fortuna nequid tale scribere possem, aut omnino cogitare.

¶ Omnino, superlatiuo iunctum. Cice. de Senect. 8. Aptissima omnino sunt Scipio & Læli, arma senectutis artes, &c. Id est quàm aptissima, aut omnino aptissima. Idem 1. Offic. 123. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio.

Perscribere diligentissimè omnino aliquid. Cic. Attic. lib. 6. 114. 1.

Omnifariam, Aduerbium, (πάντοθεν πάντας,) Omnibus modis. Gellius lib. 12. cap. 13. Quam verò omnes terras omnifariam & vndique versum circumfluat, nihil citra eum est.

Omnimodis, pen. corr. Aduerbium, (ἐκπαντὸς τρόπου,) Id est omnibus modis. Lucret. lib. 2. 140. Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est Omnia. Idem lib. 3. 83. Si non omnimodis, at magna parte animai Primatus. Et lib. 5. 39. Omnimodis coire.

Omnimode, pen. corr. Aduerbium, (παντοίως,) Lucret. lib. 2. 99. Omnimode expertes fueris, quam quisque det ordo, &c.

Omnifer, pen. corr. Adiectiuum, (παντοφόρος,) Ouid. 2. Metam. 55.

Sustulit omniferos collo tenuis arida vultus.
De tellure loquitur.

Omnigenus, pen. corr. Adiectiuum, (παντοῖος,) vt Cæcigenus. Lucret. li. 2. 153. Equibus omnigenos gignunt, variantque colores. Ibidẽ 165.

Omnigenis perfusa coloribus. Idem de atomis loquens, Omnigenos cœrus. Alibi, Omnigenis è principiis. Hæc Budæus. Virg. 8. Aeneid. 140.

Omnigenumque deûm monstra.

Omniparens, pen. corr. om. g. (παντοτόκος,) Virgil. 6. Aeneid. 119.

Nectron & Tytion terræ omniparentis alumnum
Cernere erat.

Terra omniparens. Lucret. lib. 5. 51. Virg. 6. Aeneid. 119.

Omnipotens, pen. corr. huius omnipotentis, om. g. (παντοκράτης,) Omnia potens. Cãpositum est, vt concet Priscianus, ex tribus corruptis, omnipotentis, quid apud vos est pulchri inter Sic apud Virgilium lib. 8. Aeneid. 67. Omnipotens fortuna. Et 10. Aeneid. 1.

Pater omnipotens, Ionis est periphrasis. Virg. 3. Aeneid. 51.

Neptunus omnipotens. Cic. 4. Tusc. 119.

– tesque omnipotens
Neptune inuoco, &c. Ex quodam poeta.

Omniuagus, pen. corr. (παντοπλανής,) vt Solitagus. Cice. 2. de Nat. deorũ, 99. Quæ eadem Diana omniuaga dicitur: nõ à venando, sed quòd in septem numeratur tanquam vaganibus.

Omnitorus, pen. cor. Adiectiuum, (παμφάγος,) Plin. lib. 15. cap. 8. 15. Bibunt autem hæc vaccinum, quoniã boues omniuoræ ferè sunt in herbis.

Omphacium, huius omphacii, (ὄμφακιον,) Quod barbari ueriutum vocant. Plin. lib. 23. in Prologo. Omphaciũ qua fieret ratione incipientis vuæ pubertate, In vnguentorum loco docuimus.

Omphaces, ὄμφακες, dicuntur vuæ & fructus immaturi.

Omphicinus, penul. correp. Adiectiuum, (ὀμφακινός,) Quod ex omphace factum est.

Omphacinum oleum, Quod ex olea omphaca, id est immatura expressũ est. Plin. lib. 15. cap. 4. 3. Vilissimum est oleum omphacinum. Et paulò post Omphacinum prodest gingiuis.

OMPHALE, pen. corr. (ὀμφάλη,) Nomen reginæ Lydiæ, cui Hercules propter amore seruiit: multisque ab ea muneribus est donatus: quòd da Sangarim fluuiũ serpentem multos homines interficientem interemisset. Hæc, vt tradit Donatus in Terentium, ipsum Herculẽ sibi seruientem etiam ad lanificium compulit: quam ipsa calathum & colum, cultrisque fœmineos, sagittis & claua, leonisque tegmine mutasset. Propert. lib. 3. eleg. 11. 4.

Omphale in tantum formæ processit honorem,
Lydia Gygæo cinctæ puella lacu,
Vt qui pacato statuisset in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia pensa manu.

Quo loco Omphale mediam productam habet, nisi quis vocalem in fine non auferendam putet, vt nonnunquam fit & apud Virgilium. Producta verò esse non potest, nisi ratione liquidæ, quæ Latinis poetis vix conceditur. & Homerus vocabula quæ ab ὀμφάλη deducta sunt, vbique corripit, vt ἀστερίδιος ὀμφαλόεντα, quod apud eum frequens est. Fit autem interdum, vt Latini Græcorum accentus sequantur: & quas illi dictiones eleuant, hi producant.

O N

Onager, hnius ónagri. pen. corr. m. g. (ὄναγρος,) Asinus sylueſtris. Componitur ex ὄνος, asinus, & ἄγριος, sylueſtris. Plin. lib. 8. cap. 58. In Lycia dorcades non transeunt montes Syris vicinos onagri montem qui Cappadociam à Lycia diuidit. Varro 2. de Re rust. cap. 6. 2. de asinis loquens, Horum genera duo, Vnum ferum, quos vocant onagros, in Phrygia & Lycaonia sunt greges multi. Alterum mansuetum, vt sunt in Italia omnes. Cic. ad Atticum, lib. 6. 112. 5.

Timidos onagros agitare cursu. Virgil. 3. Georg. 82.

Onero, Onerosus, Vide ONVS.

ONESICRITVS, penul. prod. (ὀνησίκριτος,) philosophus, & historicus Aeginetam vt autem Demetrio Magnesio placet, Astypalæus fuit, è Diogenis schola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur. vt enim hic cum Cyro, ille cum Alexandro militauit. Xenophon Cyri Pædiam, Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter, & vterque principis sui persequitur laudes: stylus insuper vtriusque simillimus. Author Diogenes Laertius.

ONOBALISTVRIA, (ὀνοβαλιστοῦρια,) Ptolemæo lib. 2. cap. 4. Hispaniæ vrbs alio nomine Onaba Lusitaria.

Onocrotalus, onocrótali. pen. corr. (ὀνοκρόταλος,) Auis est cygno similis. Dicta, quòd collum in aqua mergens spiransque, veluti ruditum asini edat. ὄνος, asinus, κρόταλος, crepitus. Plinius lib. 10. cap. 47. 1.

Olorum similitudinem onocrotali habent: nec distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius veteri genus. Huc omnia inex plebile animal congerit, mira vt sit capacitas. mox perfecta rapina sensim inde in os redditam veram aluum ruminantis modo refert.

Onus, óneris pen. corr. n. g. (φορτίον, ὄχος, γόμος,) Pondus. Terent. Phorm. 1. 2. 44.

– nunquam æquè inquit ac modo
Paupertas mihi onus visum est, & miserum, & graue. Cice. pro Lege Manil. 38. Insula Delos tam procul à nobis Aegeo mari posita, quò omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeabant.

Vacuus onere. Sene. Herc. fur. 9. 11.

Colossica onera, Vide COLOSSVS.

Ignauum onus. Lucan. lib. 7. 20.

Illætabile onus. Stat. 5. Thebaid. 127.

Insolitum onus. Stat. 6. Thebaid. 86.

Insuetum onus. Ouid. 1. Metam. 33.

¶ Accipere onera venientum. Virg. 4. Georg. 14.

Cum onere moram offerre, Vide CVM præpositionem.

Cedere oneri, Vide CEDO.

Concidere sub onere, Vide CONCIDO, pen. corr.

Deponere onus. Lucret. lib. 3. 215.

Detrectat onus ceruice rebelli. Claud. 1. de raptu Pros. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dulce onus ferre. Ouid. 9. Metam. 68.
Grande onus gerere. Ouid. 7. Metam. 127.
Iactare onus. Senec. Hippol. 10. 19.
Premi nullo onere. Senec. Herc. fur. 6. 18.
Grauius dorso subit onus. Horat. 1. Serm. saty. 9. 5.
¶ Ferendo onere esse. Ouid. 15. Metam. 81.
Quum dedit huic ætas vires, onerique ferendo est.
Pondéribus nidi ramos leuat arboris altæ.
Mauica lumbos vlcerat onere. Horat. 1. Serm. saty. 6. 22.
Onus ciborum reddere. Plinius lib. 8. ca. 27. 1. Rostri aduncitate per eam partem se perlucens, qua reddi ciborum onera maximè salubre est.
¶ Oneri esse, Hoc est molestiæ. Liu. 3. bel. Pun. 198. Exercitum se non in agrum Hispinum, Samnitémve, ne & ipse oneri esset, sed in proxima loca sociorum Populi Romani adducturum. Plin. lib. 18. cap. 5. 5.
Geminatum onus. Quintilian. lib. 2. cap. 3. 2. Quum geminatum onus succedentes premat.
Operum onera. Quintil. lib. 1. cap. 9. 5. Græci magis operum suorum & onera, & modum norunt.
¶ Onus, pro Munere, prouincia, siue partibus & officio. Cice. de Orato. Magnum quiddam est onus ac munus suscipere ac profiteri, se, &c. Idé 6. Verr. 70. Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo?
Officii onus. Cic. Appio, lib. 3. 13. 2.
Grauissimum onus. Quintil. lib. 1. cap. 6. 13.
Abiicere onus, Vide Opprimi onere.
Accipere onus, Vide ACCIPIO.
Alleuare onus. Cic. pro Rosc. Amer. 6. Hoc onus si vos aliqua ex parte allenabitis, feram vt potero, studio & industria Iudices.
Deponere onus. Cic. pro Sylla, 49. Ita se gessit in Tribunatu, vt onere deposito domestici officii, nihil postea nisi de Reipu. cómodis cogitarit.
Habere onus. Cic. 5. Ver. 3. Ego plus oneris habeo q̃ q̃ cæteros accusarit.
Imponere onus. Cice. ad Thermum, lib. 13. 57. 2. Nunc quum mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me summis officiis: ita tamen vt tibi nolim molestus esse. Idem Attico, lib. 14. 17. 4. Tibi hoc oneris non impono.
Onus simulatis imponere. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 2. 5. 2. Causa ferò perorata, sententias se rogaturum negauit, nequod onus simultatis nobis imponeret.
Obseruantiæ onus magnum alicui imponere. Cic. Attic. lib. 13. 168. 4.
Iniustum onus alicui imponere, & Recipere, contraria. Cic. in Orato. 19.
Inuingere onus, Vide INVNGO.
Liberare aliquem onere. Quintil. lib. 5. cap. 6. 3.
Opprimi onere. Cicero pro Rosc. Amer. 6. Opprimi me onere officii malo, quàm id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere.
Perferre onus. Ouid. ad Liuiam, 70.
Molestum onus portare. Horat. 1. Serm. saty. 6. 10.
Premi onere. Cice. Lucceio, lib. 5. 11. 4. Eram nescius quantis oneribus premerere susceptarum rerum. Idem Cluuio, lib. 3. 8. 4. Municipium máximis oneribus premitur.
Remouere onus à se. Ouid. 11. Metam. 126.
Mens reponit onus. Catul. ad Sirmionem peninsl. epigram. 29. 2.
Seponere onus coniugii. Lucan. lib. 5. 145.
Subire onus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 34.
Hoc nihil ad te nostrum est onus. Cic. Appio lib. 3. 13. 6.
Suscipere onus. Cic. 5. Verr. 6. Plus etiam quàm pars virilis postulat pro voluntate Populi Romani oneris ac muneris suscipere debeam. Ibidem, 1. 3. Addictus sum officio, fide, misericordia, maiorum bonorum exemplo, veteri consuetudine institutóque maiorum, vt onus hoc laboris atque officii, non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suspiciendum putarem. Quintil. in Proœm. lib. 1. 3. Plus, quàm imponebatur, oneris suscepi. Ouid. 2. Fast. 40.
Sustinere onus. Cice. de Senect. 4. Onus se Aetna grauius dicant sustinere. Horat. 1. Carm. ode 9. 1.
Tollere onus. Cic. pro Sext. Roscio, 6. Fide, sapientiáque vestra fretus, plus oneris sustuli, quàm ferre me posse intelligo.
Vacare onere. Quintil. lib. 1. cap. 6. 23. Ingenioséque sibi visus est Gabinius Cælibes dicere, veluti Cælites, quòd onere grauissimo vacent.
Onerósus, pen. prod. Adiectiuum, (φορτικός,) Quod est oneri, siue quod onerat & grauat. Plin. li. 17. ca. 16. 3. Plurimæ autem amputari sibi volunt onerosa ac superuacua. Plin. Iunior epist. 4. lib. 1. Nec est quod verearis, ne sit mihi ista onerosa donatio.
Onerosum capiti, Graue & ponderosum. Plin. lib. 22. cap. 25. 32. Vomitiones mouet, aluum turbat, capiti & stomacho onerosum. De eruo.
Onerosa præda, Magni ponderis. Virgil. 9. Aeneid. 77.
Euryalum tenebræ amorum, onerosáque præda
Impediunt.
Hasta onerosa & grauis imbellibus lacertis. Ouid. 3. Metam. 12.
Aer onerosior igne. Ouid. 1. Metam. 11.
Sors onerosior. Ouid. 9. Metam. 136.

Onustus, Adiectiuum, (γεμάρων,) Cui onus impositum est. vt
Onusta frumento nauis. Cice. 3. Offic. 66.
Onustus præda. Liu. 3. ab Vrbe, 124. Ducti ante hostium currum duces, militaria signa prælata, secutus exercitus præda onustus.
Humero onusto vehere aliquid. Horat. 1. Serm. saty. 1. 10.
Tergum vulneribus onustus. Tacit. lib. 1.
Quorum pars onusta vulneribus tergum, &c.
Onustus cibo & vino. Cice. 1. de Diuinat. 107. Quæ quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, perturbata & confusa cernimus.
Corpus onustum hesternis vitiis. Horat. 2. Serm. saty. 2. 16.
Onustum pectus lætitia, hoc est plenum. Plaut. Sticho, 5. 3.
Itaque onustum pectus porto lætitia lubentiaque.
Onustus, cum genitiuo. Plaut. Aulul. 2. 2. 4. Aulam onustam auri.
Onéro, óneras, penul. corrept. (φορτίζω, γεμίζω, βρίθω,) onerare, Onus imponere. Virgil. 1. Aeneid. 40.
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Terent. Phorm. 5. 6. 4.
Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio?
Costas alcili onerat pomis. Virgil. 1. Georg. 55.
Mensas onerare epulis. Virgil. 4. Georg. 76.
Epulis onerari. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 7.
Malis onerare aliquem. Virgil. 4. Aeneid. 110.
Catenis onerare aliquem Horat. 3. Carm. ode 11. 4.
Manus ambas iaculis onerauit acutis. Virgil. 10. Aeneid. 174.
¶ Onerare amœnitate, lætitia, &c. Plautus Capt. 13. 7. Ita hic me amœnitate amœna amœnus onerat dies. Ibidem, 13. 58. Sed ego cesso hunc Aegionem onerare lætitia senem? Sic Onerare se voluptatibus, Plaut. Stich. 9. 27.
¶ Annonam onerare, Cariorem facere. Vlpian. in L. Annonam. ff. De extraord. criminib. onerant annonam etiam stateræ adulterinæ.
Onerato hilaritus me. Plaut. Milite, 10, 82, Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onerato hilaritus me.
Iniuriis, maledictis onerare aliquè, pro Iniuriis afficere. Tere. And. 5. 1. 8, Nà si cogites, remittas iá me onerare miuriis. Plau. Pseud. 5. 12. 2, Pseudole assiste altrinsecus, atq; onera hunc maledictis. Idé Merc. 24. 17,
–ego assistam hinc altrinsecus,
Quibus est dictis dignus vsq; oneremus ambo. Cic. 2. Philip. 98, omnibus eum contumeliis onerasti. Sic Liu. 6. bel. Pun. 14.
Argumentis quàplurimis onerare iudicem. Cic. 3. de Nat. deor. 10.
Onerare aures. Plaut. Persa, 5. 1. 3, Conueniam hunc Toxilum: eius aures quæ sunt mandata onerabo.
Onerabat pauentium curas ordo Mutinensis. Tacit. lib. 18.
Commoditatibus onerare diem. Terent. Phor. 5. 6. 2,
O fortuna, ô fors fortuna, quantis commoditatibus,
Quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem!
Imaginibus onerari. Pli. Iunior lib. 3. ad Corneliá Hispullam, Nec minus sæpe ab illo quàm à te meque admonebitur, quibus imaginibus onerentúrque nomina & quanta sustineat.
Laudibus onerare, Vehemẽter laudare. Lin. 4. ab Vrb. 63, Deinde qui vndiq; plus in illo senili animo non cõsilii modò, sed etiá virtutis esse q̃ in omnibus aliis dicerent: laudibusq̃ haud immeritis onerarent.
Aures onerantur legibus. Propert. lib. 2. eleg. 31. 3.
Onerauit hæc dies me malignitate. Plaut. Capt. 8. 5,
–herele huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens:
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.
Mẽdaciis onerare. Cic. ad Appium, lib. 3. 10. 21. Te autẽ quibus mendaciis homines leuissimi onerarunt, &c. quererer tecum atque expostularem.
Odio onerare aures. Salust. in Ciceronem, 4. Etiámne aures nostras tuo odio onerabis?
Pensis famulam onerauit iniquis. Propert. lib. 3. eleg. 15. 3.
Populũ onerare, pro Exigere à populo pecunias. Plin. in Paneg. 38. Onerasset aliqui eiusmodi introitus: tu quotidie admirabilior & melior. Idé epist. 241. Si instructio noui balinei oneratura vires Prusensium nõ est, possumus desyderio eorum indulgere.
Præceptis onerare aliquem, pro Dare mandata. Plaut. Mil. 12. 29.
–sed dic mihi, ecquid hic te
Onerauit præceptis?
Principes onerasti futuros. Pli. in Paneg. 124. Onerasti futuros principes, sed & posteros nostrosque & hi à principibus suis exigent, vt eadem audire mereantur, & illi quòd non audiant indignabuntur.
Probris onerare aliquem. Senec. Hippol. 2. 9.
Promissis onerare aliquem. Liuius 10. ab Vrbe, 62. Et ipsos nominatim laudauerunt pari comitate vtrunque nunc laudibus, nunc promissis onerat. Sic 2. bel. Maced. 42. Tacit. lib. 10. Multis in Senatu laudibus cumulatum secretis promissis onerat.
Pectora onerat largis promissis. Silius lib. 17. 117.
Pugnis onerare, pro Pugnos incutere. Plaut. Ampli. 4. 174.
Onerandus est pugnis probè.
Rationes onerare, Id est dispendiosum esse, apud Columellam, testis Iudaeo.

daeo. Columel. lib. 4. ca. 2. 1. Et nox viuit, adicet totidem substituendæ sunt, quæ numero suo rationem cultoris onerant.
Aetheria onerauit votis, Virgil. 9. Aeneid. 5.
Onerans, pen. corr. Participium, (βαρύων,) vt Verba onerantia lassas aures. Horat. 1. Serm. saty. 10. 2.
Oneratus, pen. prod. Aliud participium, (πεφορτισμένος,) Plaut. Pseud. 4. 6. 7.
–nisi
Carnaria tria grauida tergoribus oneratà huberi hodie
Mihi erunt.
Oneratus veste, Terent. Heaut. 3. 1. 43.
–ancillas secum adduxit plus decem,
Oneratas veste atque auro.
Oneratus spe præmiorum. Liu. 4. bel. Maced. 221. Partim donis, partim spe præmiorum oneratus.
Atlas humeros oneratus Olympo. Ouid. 5. Fast. 34.
Brachia oneratà relis. Ouid. 3. Metam. 22.
Iumenta oneratà plagis. Horat. 1. epist. 19. 10.
Lanciibus oneratis cumulant aras. Virgi. 12. Aeneid. 43.
Sinu onerato portare aliquid. Senecа Hippol. 1010.
Vlmus onerata vitibus. Ouid. 2. Trist. 20.
Onerarius, Adiectiuum, (φορτικός,) Quod oneramc, vel onerari potest. Naues onerariæ, à gestandis oneribus dictæ sunt, & ob id tardæ. Plin. epist. 173. 6. Sæpe minores maioribus velut cymbulæ onerariis adhærescent. Cice. 3. Verr. 31. Eadẽ in onerariam nauem suam conicienda curauit. Ibidem, 6. Et 1. de Diuinat. 121. Idem ad Atticum, lib. 10. 204. 2. Et occultè in aliquam onerariam corrependum. Sub. nauem, Vide NAVIS.
ONYTES, pen. prod. Nomen viri proprium, quod Donatus (inquit Seruius) dicit aut gentile esse, aut patronymicum: sed hoc non procedit, quia neque patronymicum in TES exit, neque Onytes à qua gente veniat viquam lectum est. Proprium ergo est, &c. Hæc Seruius euarrant Virgilianum illud lib. 12. Aeneid. 303.
Ille Talon, Tanaimque neci, fortemque Cethegum,
Tres vna congressu, & mœstum mittit Onyten,
Nomen Echionium, matrisque genus Peridæ.
Onyx, huius onychis, pen. corr. masc. & fœm. gen. (ὄνυξ,) Gemma, de qua Pl niut lib. 37. cap. 6. 10. Exponenda est & onychis ipsius natura propter nominis societatem: hoc in gemmam transiit, & à lapide ex Carmania. Sudines dicit in gemma esse candorem vngulis hamani similitudine. Item chrysolithi colorem, & fardæ, & iaspidis. Zenothemis Iudicam onychem plures habere varietates, igneam, oigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, intersenientibus quarundam oculis obliquis venis. Idem lib. 36. cap. 7. 5. Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec vsquam alibi nasci putauere nostri veteres: sed in Germania potoriis vasis inde factis primùm, deinde pedibus lectorum sellúque, Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, quum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo, & vrceos magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennii deinde trigintà duorum pedum longitudine columnas vidisse se. Martialis, Calcatusque tuo sub pede lucet onyx. Idem li. 7. 93. Siccos pinguis onyx nobilat ęstus.
Ex onyche lapide antiqui vasa vnguentaria faciebant ad ornatum: vnde etiam onyx pro eodem vase sumi cœpit. Martial. lib. 7. 93.
Vnguentum fuerat quod onyx modò putra gerebat. Idem li. 10. 48.
Parcus onyx vna ponetur cœnula mensa.
Parcus onyx nardi. Horat. 4. Carm. ode 12. 4.
Onychinus, penul. corr. Adiectiuum, (ὀνυχινος,) Quod pertinet ad onychem gemmam, vel quod ex onyche factum est vt Vasa onychina.
Onychina pyra, à colore vocat. Plinius lib. 16. ca. 15. 3. Et Onychina prunà apud Columellam lib. 12. cap. 20. 1. quæ onychis, hoc est vngulis similitudinem & formam habeant.

OOPELVM, Britanniæ insulæ vrbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 3. Vxellum alias dicta, hodie Cestria: vulgò Chestre Vuchestre.

O P

Opacus, penul. prod. Adiectiuum, (ἀπόκιος, σκιόδης, σκότιος,) significat vmbrosum, teste Festo: ab operiendo. Virgil. 1. eclog. 11. Ad fontes sacros frigus captabis opacum.
Arbor opaca. Virgil. 6. Aeneid. 18.
Barba opaca. Catul. in Egnatium, epigram. 37. 3.
Caligo opaca. Ouid. 10. Metam. 11.
Crepuscula opaca Ouid. 14. Metam. 25.
Domus opaca intus. Virgil. 1. Aeneid. 124.
Frigus opacum. Virgil. 1. eclog. 11.
Herba opaca Ouid. 3. Metam. 88.
Latebræ opacissimæ. Colum. lib. 8. cap. 17. 4.
Opacus, & Apricus locus, contraria. Cic. in Partit. 11.
Opacus & frigidus locus in sylua. Cic. 3. de Orat. 11.
Loca opaca redimita sylua. Catul. de Berecynthia, epigram. 58. 1.
Lucis habitamus opacis. Virgil. 6. Aeneid. 135.

Lustra opaca. Claud. 2. in Eutrop. 85.
Montes vmbrantur opaci. Virgil. 3. Aeneid. 102.
Nemora opaca, Densa. Plin. lib. 3. cap. 5. 4.
Nox opaca. Virgil. 4. Aeneid. 25.
Nubes opaca, Ouid. 2. de Arte, 124. Cic. in Arato, 23.
Quies opaca Stat. 3. Sylu. 5. 4.
Ripa viridi & opaca inambulare. Cic. 1. de Leg. 22.
Ruris opaci vmbræ. Virgil. 1. Georg. 32.
Opaca sepes, & munita vallo arboris. Plin. lib. 12. cap. 5. 1.
Sylvæ opacæ. Ouid. 2. Fast. 82.
Vallis opaca. Horat. 1. epistol. 17. 1.
Vlmus opaca. Virgil. 6. Aeneid. 57.
¶ Vadere per opaca. Seneca Herc. fur. 10. 6.
Viatum opaca. Virgil. 6. Aeneid. 127.
Ferimur per opaca locorum. Virgil. 2. Aeneid. 45.
Opacissima nemorum ac montium, alta magis, quàm plana pascua. Columel. lib. 6. cap. 22. 1.
Opáco, opicas, pen. prod. (ἐπισκιάζω,) opacare, Obumbrare, cooperire, obscurare. Virgil. 2. Georg. 11. Nunc altæ frondes, & rami matris opacant. Colum. lib 5. cap. 5. Quoniam plerunque dicti sideris tempore quædam partes eius regionis hic infestantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, vt nisi tegminibus vites opacentur, velati halitu flámeo fructus vratur. Idem lib. 4. ca. 24. 2. Qui laborantem matrem æstis feruoribus opacent. Cic. 2. de Nat. deor. 71. Vt quum terras larga luce compleuerit, easdem modò his, modò illis partibus opacet. De so le. Idem 1. de Orat. 15. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis.
Rami opacant arborem. Virgil. 2. Georg. 11.
Ramus opacat humum. Virgil. 6. Aeneid. 4.
Opacitas, pen. corr. opacitatis, (ἀπόκιωσις,) Columel. lib. 8. cap. 17. 5. plusque nocet putris vuda, quàm prodest opacitas. Plin. lib. 15. cap. 30. 3. Et sine ea (padonia mira opacitatis patientia. Idem lib. 31. cap. 3. 8. Frigori & opacitatis necessaria.

Opera, operæ, pen. corr. (ἐργασία,) Actio, labor & industria operãtis, seu operatio pro mercede sumpta. Cic. 1. Offic. 64. Quibus non mali præcipiunt qui ita iubent vti vt mercenariis operam exigendam, iusta præbenda. Plin. lib. 8. ca. 42. 1. de equo Alexandri, Idé in præliis memoratæ cuiusdam perhibetur operæ.
Fabrorum operæ. Cic. 3. Verr. 104.
Parcus opera. Vide Parcus in PARCO.
Opera & artificio singulari simulacrum. Cic. 6. Verr. 64.
Opera & labor. Cic. 1. de Finib. 17. Ego verò cum forensibus operis, laboribus, periculis non deseruisse mihi videor præsidium, &c.
Multæ operæ & Laboris res. Caes. 5. bel. Gal. 44. Ipse, etsi res erat multæ operæ & laboris, tamen commodissimum esse statuit, &c.
Bona aut mala opera. Plaut. Pseud. 3. 102.
Spero aliquande hodie me bona opera aut mala,
Tibi inuentrum esse auxilium argentarium. Vide MALVS.
Celeris opera. Horat. de Arte, 53.
In scenam missos magno cum pondere versus,
Aut operæ celeris nimium, curaque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Conducta opera, Vide CONDVCO.
Eadem opera, Eadem diligentia, eodem labore. Plaut. Capt. 7. 91.
Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi
Eadem opera à Prætore summas syngraphum.
Impensa opera. Quintil. lib. 1. ca. 10. 17. Nec sine causa summi viri etiam impensam huic scientiæ operam dederunt.
Iners opera, Vide INERS.
Opera maiore. Plautus Casina, 2. 72.
Maioreque opera ibi seruiles nuptiæ
Quàm liberales etiam curari solent. Hoc est maiori labore.
Opera mea, Opera tua, Qd barbari Tuo medio dicũt. Plaut. Capt. 7. 50.
Nam tua opera, & comitate & virtute & sapientia
Fecisti, vt redire liceat ad parentes denuo. Idem Rud. 13. 30. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua. Et paulo póst, 33. Quis te ex insulso fallum feci opera mea. Terent. Hecy. 2. 1. 31. Non mea opera, neque pol culpa euenit. Idem Phorm. 4. 4. 4. –opera tua
Ad restim mihi quidem res rediit planissumè. Idem Adelph. 2. 3. 8. Illius opera Syra nunc viuo. Cic. 4. Verr. 37. Qui sese ipsius opera fundirus extinctos esse arbitrentur. Brutus ad Antonium, lib. 11. 3. 6. Neque est Antonio postulandum, vt iis imperet, quorum opera liber est.
Militaris opera. Liuius lib. 4. Decad. 5.
Vehemens opera. Horat. 1. epist. 13. 2.
Vna opera. Plaut. Capt. 11. 31.
Arte etiam suum sodalem esse aiebat. Tandui idi magni,
Et quidem Alcmeon atque Orestes & Lycurgus postea
Vna opera mihi sunt sodales, qua iste. Id est tà sunt mihi sodales q̃ iste.
¶ Opera, id est virtute & industria benefici & liberales qui erunt, eò plu-

Universidad de Deusto
Biblio

res ad benigne faciendum adiutores habebunt, quo pluribus profuerint. Cicc. 2. Offic. 75.
Foris operæ intermissio. Cic. 2. Diuinat. 109.
Sine hominum opera, neque valetudinis curatio, neque nauigatio, neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio vlla esse potuisset. Cic. 2. Offic. 16.
¶ Accommodare operam, Vide ACCOMMODO.
Adhibere operam, Vide ADDO.
Afferre operam alicui. Ouid. 2. de Arte, 135.
Commodare operam, Vide COMMODO.
Condicere operam, Vide CONDICO.
Conferre operam, Vide CONFERO.
Multam operam conferre in res obscuras. Cicc. 1. Offic. 29. Quidam nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt.
Consumere multam operam frustra. Cic. 1. Tuscul. 165.
Laboris & operæ plus in aliqua re consumere, quàm cæteri in alia. Cice. pro Fonteio, 1.
Consumere operam in aliqua re, Vide CONSVMO.
Conterere operam, Vide CONTERO.
Operam dependere & impendere. Columella lib. 4. cap. 22. Incassum opera dependitur. Quintil. lib. 6. cap. 5. Paululum quoque huic impendamus operæ.
Operam dare alicui rei. Plaut. Trinum. 13. 11. – Iubido est
Obseruare quid agat, ei rei operam dabo. Id est, In hac re laborabo.
Operam dare amori, Amare. Terent. Heaut. 1. 1. 58.
Ego istuc ætatis, non amori operam dabam,
Sed in Asiam hinc abii propter pauperiem.
Dare operam bellis. Ouid. 1. de Remed. Amor. 33.
Dare operam funeri, Est interesse pompis exequiarum. Cic. Attico, li. 15. 329. 2. Venerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. Alii dicunt idem esse quod curare funus.
Liberis operam dare, quàm honestè dicitur. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 9.
Assiduas operas dare ludis. Lucret. lib. 4. 197.
Dare operam præceptori, Id est audire cum. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 4. Vt per otium ac requiem Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro operam daret. Budæus.
Dare operam rebus diuinis. Cic. 2. de Leg. 43.
Dare operam studio iuris Ciuilis. Cic. de Claris Orat. 169. Ego autem iuris Ciuilis studio multum operæ dabam Qu. Scæuolæ P. F.
Dare operam tonsori, Tonderi. Suetonius in Augusto, cap. 79. Et omnis lenocinii negligens, & in capite comendo tam incuriosus, vt raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modò tonderet, modò raderet barbam.
Dare operam valetudini. Cic. 1. de Orat. 138.
Dare operam alicui, iuuare aliquem. Plaut. Bacchid. 1. 11. Vbi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla sibi. Idem Capt. 7. 2.
– vult te nouus herus operam dare
Tuo veteri domino, quod velit fideliter.
Operas dare alicui in re aliqua, Vide DARE operam. Cic. 4. Verr. 123. Canuleius verò qui in portu Syracusis operas dabat, furta quoq; &c. Ibidem, 128. His pro rebus, quòd portorium non esset datum literas ad socios misisse L. Canuleium, qui in portu operas daret. Et ad Silium, lib. 13. 66. 1. Qui operas in scriptura pro magistro dat.
Dare operam in exercitationem aliquam. Cic. 1. Tuscul. 112. In quam exercitationem ita nos studiosè operam dedimus, vt, &c.
Dare operam alicui dicitur iudex, cum audientiam illi accommodat. Cic. ad Atticum, li. 13. 296. 3. Is ad me venit, dixitque iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso quo de Sestio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat.
Dare operam vt aliquid fiat. Cic. Seruio, lib. 13. 28. 6.
Id operam do, Id est Curo & laboro. Terent. Aud. 1. 1. 130.
Et nunc id operam do, vt per falsas nuptias,
Vera obiurgandi causa fit si deneget. Cicero in Verrem, Primum omnium opera danda est, qui famæ nostræ capitique consulant.
Egregiam operam alicui dare. Cic. Attico, lib. 5. 90. 2.
Dedita, vel Data opera facere, Vide DO, & DEDO.
Mercenariorum operæ, non artes emuntur. Cic. 1. Offic. 209.
Ope atque opera omni eniti, vt aliquid fiat. Cicero Attico, lib. 14. 313. 7.
Opera est mihi, quod barbarè dicitur, Habeo ad faciendum. Plaut. Merc. 6. 15. Dicam, si videam tibi operam esse aut otium. Id est, Si videro te esse occupatum. Idem Milite, 14. 93.
– ibo, atque illam adducam,
Quã pp opera est mihi. Hoc est Impeditus sum & laboro. Ibidẽ, 11. 6.
Heus Sceledre, nisi negotiũ, progredere ante ædes: te vocat Palæstrio.
LV. Non opera est Sceledro. Quasi dicat, Non est quod agat, otiatur.
Operæ est, Idem quod opus est, vel vacat. Plaut. Casi. 13. 5. Operam date, dum mea facta itero, est operæ auribus accipere. Idem Merc. 22. 77.
Non opus est inquam nunc intrò te ire. C. respondè mihi,

Qua causa? B. operæ nõ est. Liu. 1. bel. Pun. 33. Nec Annibali in tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire. Idem 3. bel. Maced. 19. Non operæ est persequi vt quæque acta in his locis sint, &c. Sic 1. ab Vrbe, 99. Et lib. 4. 38. Ibidem, lib. 9. 121. Castra habeant, repetantque, quibus operæ est trahere bellum.
Pauper, cui opera vita erat: Id est vitam sibi comparabat ex labore. Terent. Phorm. 2. 3. 16.
Exigere plenam operam. Quintil. lib. 1. cap. 1. 15. Nec sum adeò ætatum imprudens, vt instandum teneris protinus acerbè putem, exigendamque plenam operam.
Experiri opera. Plaut. Bacchid. 7. 3.
Homini amico qui est amicus, ita vti nomen possidet,
Nisi deos nihil præstare, id opera expertus sum esse ita.
Opera orationis compendi facere. Plaut. Mostel. 2. 57.
Orationis operam compendi facito,
Nisi te mala re magna mactari cupis. Hoc est, Paucis eloquere.
Grauari operam. Plaut. Rud. 11. 22. Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat? Id est, Cur inuitus iuuas?
Impéndere operam intra tectum, Vide IMPENDO.
Impéndere duplicem operam, Vide IMPENDO.
Insumere operam, Vide INSVMO.
Interponere operam, Vide INTERPONO.
Locare operam alicui. Gel. lib. 3. ca. 30. de Plauto, Inops Romam rediisset, & ob quærendum victum ad circumagendas molas quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset, &c. Vide LOCVS.
Ludere operam, Vide LVDVS.
Nauare operam. Liuius lib. 4. Decad. 5. Vbi datum signum sit, tum militarem operam nauare. Vide NAVO.
Bonam operam nauare, Vide BONVS.
Parcere operæ, Vide PARCO.
Non parcam operæ. Cic. Seruio, lib. 13. 28. 1.
Operam perdere, quod & Operam ludere dicitur: hoc est, In vanum laborare. Plaut. Persa, 6. 52, Atq; ego hanc operam perdo. P. quid iam? S. quia peritis prædico. Ci. pro L. Murena, 20. Quod quidẽ ius Ciuile didicisti, non dicam operam perdidisti. Idem 1. de Orat. 62, Inque eo vel maximè probaui summum illum doctorem Alabandensem Apollonium, qui quum mercede doceret, tamẽ non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores euadere, operã apud sese perdere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 14. Horat. 1. Serm. saty. 1. 18.
Perdere operam & oleum, Vide OLEVM.
Periit opera. Cice. ad Atticum, lib. 2. 32. 2, Ne & opera & oleum philologiæ nostræ perierit.
Operam ponere in re aliqua. Cice. 1. offic. 19, Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur, id iure laudabitur. Idem in Parad. 42, Cur ego simulem me liquid in studiis operæ posuerim, per didisse? Sic pro Cluentio, 126, Omnis mihi cura atq; opera posita sit in omnium periculis defendendis.
Ponere operam alicui. Cic. ad Atticum, lib. 13. 283. 4, Quicquid erit, operam Faberio ponamus.
Bene ponere operam. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 15. 6.
Præbere operam alicui. Cice. de Claris Orat. 90, Multam tamen operam & amicis vtilem præbuit.
Reddere operam vel operas, Vide REDDO.
Tu musis nostris para vt operam reddas. Cic. Tironi, lib. 16. 12. 4.
Instam operam reddere, Vide IVSTVS.
Pol haud censebam istarum esse operarum patrem: Quasi dicat, Non existimabam patrem his rebus se immiscere, & talia curare, siue talibus rebus operam dare. Plaut. Merc. 17. 13.
Sumere operam. Cic. 6. Verr. 61. Tibi hæc opera sumenda est.
Inanem operam sumere. Horat. de Arte, 90.
Operam & munus aliquod suscipere. Cic. pro Corn. Balbo. 12.
Tribuenda est opera Reip. vel omnis potius in ea cogitatio & cura ponẽda est. Cic. 2. de Diuinat. 11.
Opera alicuius vti ad rem aliquam. Cic. 4. Acade. 217. Negat opera deorum se vti ad fabricandum mundum.
Mutuas operas tradere, vide MVTVVM.
¶ Opera accipitur interdum pro delicto. Liu. lib. 1. Decad. 5. Placuit Lanuinos, quorũ opera instauratæ essent feriæ, hostias prębere: illi enim in precatione errauerant.
Operas quoque, personas dicimus quæ aliquid faciunt: siue etiam nebulones conductos ad malum inferendum. Cic. 7. Verr. 38. Quæ ad tuam laudationem missa est, nauem tibi operis publicis Mamertinorum esse ædificatam. Idem pro P. Sestio, 50. En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, quum hoc illius funesti anni perdito exemplo videant, per Tribunum aliquem, & sexcentas operas se fortunis spoliari, & regno omni posse nudari. Idem 1. Philipp. 9. cuius enim maleficii ista pœna est, vt dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis disturbaturum publicè ex Senatus sententia ædificatam domum? Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 5. 6. Deinde eius operæ repẽtè à græcostasi & gradibus

& gradibus clamorem satis magnum sustulerunt. Et ad Atticum lib. 1. 8. 6. de Clodii iudicio, Boni viri precibus Clodii à causa remouentur, operæ comparantur. Opera, numero singul. in eadem significatione. Horat. 1. Serm. saty. 7. 24. – ocyus hinc te
Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.
Mercenariæ operæ, & multitudo conducta. Cic. 1. Philip. 16. Quis enim ant accusator tam amens reperiretur, qui reo condemnato obsici se multitudini conductæ velit aut iudex, qui reum damnare audeat, vt ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?
Conductæ operæ. Cic. pro Sestio, 36. Erat aũt mihi cõtentio nõ cũ vicliore exercitu, sed cũ operis conductis, & ad diripiendã vrbem cõcitatis.
Confirmat operas suas Clodius Cic. Qu. fratri, lib. 2. 7. 8.
In operas multos mittere. Cic. pro Plancio, 37.
Prohibere operas aditu. Cic. Attico, lib. 4. 72. 4.
Operæ etiam publicanorum, quos factores vulgò vocant. Cicero Crassipedi, lib. 13. 10. 1. A re pero Cn. Pupiũ qui est in operis eius societatis, omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tutare, curesque vt eius operæ (quod tibi facile factu est) quàm gratissimæ sint socis.
De operis, Columella lib. 1. cap. 23. abunde tractat.
Theatrales operæ. Tacit. lib. 1. Erat in castris Perennius quidam dux olim theatralium operarum: deinde gregarius miles, procax lingua, & mi scere cœtus histrionali studio doctus.
Operula, operulæ, pen. corr. Diminutiuum. Apuleius, Operulas etiam in eam contulit, quas adhuc vigenis sacratiam faciens merebam.
Opella, Aliud diminutiuum vt Forensis opella. Horat. 1. epist. 7. 2.
Parua opella. Lucret. lib. 1. 120.
Operarius, operarii. Qui alicui rei operam impendit, & laborem insumit in re aliqua. Vnde Cassius apud Varronem, lib. 1. de Re rust. ca. 17. scribit operarios parandos esse qui laborem ferre possint, ne minores annorum vigiti, & ad agriculturam dociles. Cic. 6. Verr. 68. Barbaros quosdam Lilybæo scitote aduocatos esse operarios. Plin. lib. 15. cap. 10. 4. Vtpote quum Cato cibaria rutis operariis iusta ceu lege sanciens. Idem lib. 8. cap. 6. Atque vt contemptus eorum incresceret ab operariis hastas præpilatas habentibus, &c. Cic. in Parad. 17. Vtrum de bonis est quærendum quid batuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint? Sic 5. Tuscul. 147.
Appositus ad deferenda quædam onera operarius. Cic. 6. Verr. 153.
Lingua operarius. Cic. 1. de Orat. 41. Hos quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat nisi quoddam operarios lingua celeri & exercitata. Cœlius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 5. Siquid in Rep. maius actũ erit, quod isti operarii minus commodè persequi possint, &c. Sub. lingua.
Operaria, operariæ, (ἐργάτις,) Plaut. Bacch. 1. 41. Equidem tibi dabo hanc operam. B. at nimium pretiosa operaria es.
Operarius. Adiectiuum, (ἐργατικὸς.) Quod industria atque opera fit siue quod ad operarium pertinet. Plin. lib. 14. cap. 10. 1. Sed inter vina operaria numerantur.
Homo operarius, Qui operatur. Cic. pro Rosc. Amer. 72. Idem ad Atticum, lib. 7. 112. 9. Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. Id est mechanico, quem vocant.
Oratur operarius. Cic. 1. de Orato. 137.
Lapides operarii, Qui ad opus aliquod accommodari & incidi possunt. Plin. lib. 36. cap. 22. 8. Nunc ad operarios lapides transiisse conueniat, primumque cotes ferro acuendo.
Vsus operius, Qui ad aliquod opus faciendum adhibetur, vel qui alicui operæ accommodatur. Plin. lib. 8. ca. 9. 3. 3. Alterius mucroni parcunt, ne fit præliis hebes: alterius operario vsu fodiunt radices, impellunt moles. De dentibus elephanti.
Pecus operarium, Cuius vium ad operas nostras faciendas conuertimus, vel quo vtimur ad id quod opus habemus. Colum. lib. 6. cap. 2. 12. Humilis enim & modica corporatura pecoris operarii debet esse. Hoc est, quo terram colimus.
Dies operarius, Id est professus. Cato de Re rust. ca. 2. 2. Vbi ea cognouit, rationẽ inire oportet operaũm dierũ. Per Syncopẽ pro operariorũ. Caligatiora exemplaria sic distinguit, operatum, dierum vt sit ab opera.
Operosus, pen. prod. Adiectiuum, (ἐργάσιμος,) Qui agit, & rebus gerendis operam dat, inquit Valla. Cic. de Senect. 13. Sed videtis vt senectus non modò languida atque iners non sit verum etiam sit operosa, & semper agens aliquid & molens.
Colonus operosus. Ouid. de Nuce, 12.
Mulier operosa cultibus. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 1.
Brachia operosa Cyclopum. Stat. 1. Thebaid. 44.
Operosus eius rei quisque dicitur in qua desudat. Ouid. 1. Fast. 21.
Disce metu posito vates operose diem,
Quod peris. Id est, Qui in digerendis diuitiis laboras.
¶ Operosus, Passiuè aliquando accipitur. Ouid. 1. Metam. 52.
– moles operosa laboret. Id est quæ ab aliquo operata est: non quæ aliquid facit, ait Valla lib. 1.
¶ Operosus, pro Efficaci ponitur. Ouid. 14. Metam. 5.
Vtere tentatis operosæ viribus herbæ.

¶ Operosus, Multæ operæ, vel vehementis, inquit Valla lib. 1. Plin. lib. 18. cap. 15. 1. Et vitia pinguescunt arua, nec ipsa agricolis operosa, imò sulco lata non sarritur nec stercoratur. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 21. 8. Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.
Facilis & Operosus, contraria. Plin. lib. 15. cap. 23. 2. Tarentinæ faciles, nec operoso sunt cibo.
Aes operosum. Ouid. epist. 3. 7.
Agri operosi. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 7.
Antra operosa. Propert. lib. 3. eleg. 2. 3.
Artes operosæ. Cic. 1. Offic. 23 Itaque quæ in rebus inanimis, quæque in tractatione bellularum fiunt vtiliter ad hominum vitam, artibus cartibuuntur operosis. Idem 2. de Finibus. 109. Ouidius ad Pisonem, 9.
Arua operosa. Ouid. 1. de Arte 80.
Bella operosa. Ouid. ad Pisonem, 5.
Carmina operosa. Horat. 4. Carm. ode. 2. 7.
Concursatio operosa. Cic. de Claris Orat. 188.
Gloria operosa. Ouid. epist. 2. 13.
Operosus & molestus Labor. Cic. 1. de Nat. deor. 84.
Sepulchrum operosum. Cic. 2. de Leg. 101. Sed post aliquando propter has amplitudines sepulchrorum, quas in Ceramico vidimus, lege sanctum est, ne quis sepulchrum faceret operosius, quàm quod decem homines effecerint triduo.
Spissum & operosum opus. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 15. 5. Scribebam illa quæ dixeram κολοβῶς, spissum sane opus & operosum.
Stamen operosum. Ouid. 1. de Arte, 140.
Templa operosa. Ouid. 15. Meram. 134.
Operosior, (ἐργασιώτερος,) Operosissimus. Plin. lib. 14. ca. 11. 1. In nulla parte operosior vita est. Cic. 1. de Leg. 72. Textile, nec operosius quàm mulieris opus menstruum. Plin. lib. 7. cap. 53. 6. Operosissima tamen securitas mortis in M. Osilio Hilaro ab antiquis traditur.
Diuitiæ operosiores. Horat. 3. Carm. ode 1. 10.
Cur valle permutem Sabina
Diuitias operosiores.
Operosè, pen. prod. Aduerbium, (ἐργασιμῶς,) Laboriosè, difficulter. Cic. in Orat. 83. Quod vel maximè desyderat diligentiam (est enim quasi structura quædam) nec id tamen fiet operosè. Plin. li. 17. ca. 11. 1. Plantas ex seminario transferte in aliud prius, q̃ suo loco ponantur, operosè præcipi arbitror. Idẽ li. 18. ca. 16. 8. Dicemus mox paulo operosius.
Operositas, pen. corr. operositãtis, Quintil. lib. 8. cap. 3. Est etiam quæ περιεργία vocatur, superuacua, vt sic dixerim, operositas.
Operæpretium, (πρόσφορον,) significat fructuosum, & ad rem pertinens, vel quia decens, vel quia vtile, vel quia gloriosum, vel quia iucundum: inquit Valla lib. 4. Terent. And. 1. 3. 12. Auditeque eorum est operæpretium audaciam. Vbi Donatus, Operæpretium dicitur de mirificis & laudabilibus. nam & ea quæ magna sunt, etiam si mala, tamen miramur: quia libenter audimus: & hoc pretium est operæ, id est audiendi. Plautus Pœnul. 18. 1.
Fuit hodie operæpretium eius, qui amabilitati animum addiceret,
Oculis epulas dare. Idem Trucul. 9. 24. – operæpretium face vt
Accumbam. Et Amphit. 3. 151.
– operæpretium hic spectantibus,
Iouem & Mercurium histrionam facere. Idem Milite, 3. 31.
– ne hercle operæpretium quidem
Mihi id enarrare, tuas qui virtutes sciam. Sic Rud. 13. 10. Et Mostel. 10. 14. Cicero 6. Verr. 25. Iam vt hæc omnia reperire, ac perscrutari solitus sit Iudices, est operæpretium cognoscere. Idem 4. de Finib. 109. Operæpretium est considerare.
Mereri operæpretia. Liu. 2. bel. Pun. Tempus est opulenta vos ac ditia stipendia facere, & magna operæpretia mereri. Id est magna præmia militiæ, ait Budæus.
Facere operæpretium. Liu. 2. bel. Pun. 5. M. Centenius petit à Patribus, vti sibi quinque millia militum darentur: se peritum & hostis, & regionũ, breui operæpretium facturum. Et paulo post, Exponit posse eum, si operæpretium faciat, principem popularium esse.
Operæpretium habere aliquid. Liu. 5. bel. Pun. Seruorum legionibus T. Sempronius COS. rotles iam cum hoste signis collatis pugnaut, operæpretium habent libertatem, ciuitatemque.
Operæpretium est, Id est Magni æstimandum est, & magnipendendum. Liuius in Præfatione operis, 1. Faciturne operæpretium sim, si à primordio vrbis res Pop. Romani perscripserimque fatis scio, nec si sciam, dicere ausim. Operæpretium dixit pro re in primis censenda & magni facienda. Idem alibi, Ibi dies aliquot frustra abiumpti: & quia vix operæpretium erat, abscessere. Id est vix tanti fuisset vrbs capta, vt tempus tandiu teneretur. Et alibi, Fraus fidem in paruis sibi præstitit, vt quum operæpretium sit cum mercede magna fallat. Id est, vt vulgò dicimus, quũ res hoc valeat, quũ bonus ictus heri possit quod etiã Latinè dici potest, Cũ tanti esse cœperit. Et rursus, Quales igitur experiũdo cognouerit, perinde eorum operæpretium faciat. Id est tanti eorum operam atque industriam æstimet. Cice. pro Rosc. Amer. 64. Si nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

ista pugna Roscii quod operæpretium esset, fecerant: quam ob causam à Chrysogono tantis præmiis donabantur? Id est nihil quod valeret, vt vulgus loquitur. Budæus.

Cognoscere operæpretium est, quemadmodum in Sicilia isto Prætore creati sunt Censores. Cic. 4. Verr. 91.

Audire est operæpretium. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 8.

¶ Pretium operæ etiam dicitur, vt Verisimile, & simile veri, per tmesin. Plinius, Id verò audire, pretium operæ sit.

Operor, pen. corr. operàris, (ἐργάω, ἐργάζομαι, ἐργάζομαι,) operari, In opere aliquo faciundo laborare. Plin. lib. 11. cap. 10. 1. Adolescentiores ad opera exeunt, & supradicta conuehunt, seniores intus operantur.

¶ Operari, Operam dare. Colum. lib. 12. cap. 4. 5. Si rebus venereis fuerit operatus vel vir vel fœmina debere eos flamine ablui.

Operari superstitionibus. Liuius lib. 10.

Operari liberalibus studiis. Tacitus lib. 3. Armatis cohortibus Sacrouir occupauerat nobilissimarum Galliarum sobolem, liberalibus ibi studiis operatam. Vbi operari, operam nauare significat.

¶ Operari, Nonio, est religiosè, & cum summa veneratione sacrificiis litare vel conuiuari. Pomponius, Ad Veneris profectus est manes vetulus votum vt solueret, ibi nunc operatus est. Iuuenal. Saty. 12. 10.

Et maturinis operatur festa lucernis. Virgil. 8. Georg. 68.

– lætis operatus in herbis.

Operari noctes dicitur Luna, quum circulum suum per noctis tempus absoluit, & per Solis occasum lumen nobis præbet, quod veluti opus suum est. Propert. lib. 1. eleg. 34. 1.

Tristia iam redeunt rerum solennia nobis:
Cynthia iam noctes est operata decem.

Operatus, penul. prod. Participium, (ἐργαζόμενος,) Liuius 4. ab Vrbe, 259. Saltem acquiescere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum Reipub. esset.

Operati auditioni Plin. lib. 26. cap. 2. ad finem, Sedere nanque in his scholis auditioni operatos gratius erat, quàm ire per solitudines, & quærere herbas alias aliis diebus anni.

Iuuentus operata nouis arcuis. Virg. 3. Aeneid. 18.

Ora operata. Ouidius 6. Fast. 50.

Vesta fuit, tibi nunc operata resoluimus ora.

Omnia fiunt operata deo. Tibul. lib. 2 eleg. 1. 1.

¶ Operatus, absolutè, pro Operatus sacris. Tacit. lib. 2. Nox eadem Iæratam Ceraunico quietem tulit, vidisque se operatum.

Operatio, Verbale, (ἐργάσις, ἐνέργεια,) Plin. lib. 11. cap. 14. 2. Tertium aranearum genus erudita operatione conspicuum.

Moueri operatione alicuius. Cic. Attico, lib. 6. 114. 11.

Operatio, Sacrificatio. Plaut. Vt isthæc operatio crimen expiet.

Operio, operis, penul. corr. operui, opertum, (ἐπικαλύπτω,) operire, Claudere. Compositum ex ob & pario: sed ab abiicitur. Plin. lib. 11. cap. 17. 26. Morientibus oculos operire, rursusque in rogo patefacere. Quo ritum magno ritu sacrum est.

Sopor operit oculos. Caml. de Berecynthia, epigram. 58. 8.

Ostium operire. Terent. Phorm. 5. 1. 33. Quid istuc negotii est? e. iamne operait ostium? Idem Heau. 5. 1. 33. Vbi abiere intrò, operuêre ostium.

¶ Operire, Tegere. Propert. lib. 3. eleg. 13. 7.

Atque hinuli pellis totos operibat amantes.

Fronde operire domum. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 8.

Pellis operit latos humeros. Virgil. 11. Aeneid. 136.

Floribus & sertis operit limina. Lucret. lib. 4. 237.

Luctum operire, Celare, abscondere, non patefacere. Plt. epist. 60. b. Quo maius est, sine præmio æternitatis, sine præmio gloriæ, abdere lachrymas, operire luctum, amissoque filio matrem adhuc agere.

Nox operit terras. Virgil. 4. Aeneid. 71.

Operior, operiris, opertus sum, (ἐπικαλύπτομαι,) operiri, Passiuum Cic. 6. Ver. 105. In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu operiretur, nisi munitione, &c.

Arbos operitur frondibus. Ouid. 1. Fast. 31.

Opertus, Participium, (ἐπικαλυμμένος,) vt Montes operti arbore. Ouidius 5. Metam. 113.

Pectus operta comis Pallas. Propert. lib. 2. eleg. 2. 2.

Opertus dedecore, & Opertus contumelia. Cic. pro Cluentio, 47. Tum verò illa iudicia Senatoria, non falsa inuidia, sed vera atque insigniter piudine notata, atque operta dedecore & infamia, defensioni locum nullum reliquistent. Idem 6. Verr. 99. Non importunissimas istius libidines, non vim, non contumelias, quibus operti oppressique erant, cõquerebantur. Budæus.

Operti præda, Id est onusti. Plin. in Paneg. 69. Nonne vt regum, ita Cæsarum munera illitos cibis hamos, opertos præda laqueos æmulabantur?

Aemus opertus nubibus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 1.

Bella operta tumescunt. Virgil. 1. Georg. 93.

Caput opertum. Horat. 2 Serm. saty. 3. 8.

Detexit caput opertum. Lucan. lib. 9. 199.

Esse operto capite. Cic. de Senect. 30. Nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto sit. De Masinissa rege.

Fores opertæ. Ouid. 2. Fast. 113.

Lectica operta ferri per oppidum vt mortuus. Cic. 2. Philip. 103.

Nox operta. Stat. 10. Thebaid. 4.

Opertis oculis aliquid facere, vt Clausis oculis. Seneca de Benef. 4. Multa reges, præsertim in bello, opertis oculis donant.

Ratio operta. Ouid. 3. Fast. 153. Fœmina cur præstet, nõ est rationis operta. Id est Palàm est & notum.

¶ Patefactio rerum opertarum. Cic. 1. de Finib. 7.

Abditum & opertum, Vide Abditum in ABDO.

Opertum & Apertum, contraria. Plaut. Capt. 10. 9.

Operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ,
Omnis res palàm est.

Proferre operta. Cic. 1. de Diuin. 287. Similiter Martius & Publius vates cecinisse dicuntur, quo de genere Apollinis operta prolata sunt.

Recludere operta. Horat. 1. epist. 5. 4.

In operto esse. Cic. in Parad. 40. Romæ sum, inquis. Et tu quidem in operto fuisti. Id est domi clausus tanquam latens, non prodiisti in publicũ.

Opertum, operti, Substantiuum, (ἐπικεκαλυμμένον,) Cic. in Parad. 39. Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si opertum Bonæ deæ accessisses, exulares.

Operimentum, operiméti, (ἐπίβλημα,) Quo aliquid tegitur. Cato de Re rust. ca. 10. 4. Instragula octo, pulumos sedecim, operimenta decem, mappas tres. Plin. lib. 8. cap. 4. 1. Detracto oculorum operimento.

Opertorium, opertorii, (σκέπασμα,) Idem. Seneca epist. 86. Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est.

Operculum, operculi, penul. corr. (σκέπασμα, ἐπίθημα, πώμα,) Instrumentum quo aliquid tegitur. Columella lib. 9. Sunt qui à superiore parte foramina ipsis operculis imponant: quod fieri non oportet. nã superfluitas auis, prolauie ventris cibos & aquam conspurcat. Idem libro 11. cap. 2. 37. Cato de Re rust. cap. 10. Operculum aheni vnum. Plin. lib. 8. ca. 39. Adhærent operculo eiusdem testæ le operiens. De vipera. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 13.

Ambulatorium operculum, Vide AMBVLO.

Operculo, operculas, (πωμάζω) operculare, Operculo operire. Colu. lib. vlt. cap. 30. Ab eo tempore quo primùm dolia operculaueris, vsq; ad Aequinoctium semel in diebus XXXVI vinum curare satis est. Idem libro 11. cap. 2. 37. Nunc autem si sunt pleni atque operculati fauis, demetendi sunt. Idem lib. 12. cap. 15. 2. Q. uæ vasa confestim operculare & oblinere conuenit.

Opertaneus, Adiectiuum, (μυστικός,) vt

Opertanea sacra, Q. uæ in operto, non in aperto, nec sub dio fiebant. Plin. libro 10. cap. 56. 1. Gallinæ pũræ non videntur ad opertanea sacra nigræ.

Operor, Operosus, Vide OPERA, operæ.

Opes, Vide OPS.

OPHELTES, (ὀφέλτης,) filius Lycurgi à serpente necatus. Vide HYPSIPHILE. Stat. 2. Sylu. 1. 37.

Sic & in anguiferæ indentem gramine Lernæ
Præcisum squamis auidus bibit anguis Ophelten.

OPHIOGENES, pen. corr. (ὀφιογενής,) Populi sunt in Hellespõto, qui serpentum ictus contactu leuant, & manu imposita venena extrahunt corporibus. Plin. lib. 7. cap. 2. Et lib. 28. ca. 3. 1. Quorum è genere sunt Psylli, Marsique, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro: ex qua familia legatus Hexagona nomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentium conlectus, experimenti causa, circumsulcentibus, linguis miraculum præbuit.

OPHION, pen. prod. (ὄφιον,) socius fuit Cadmi ex illis qui è dẽtibus serpentinis nati fuerunt. Ideoque & nomen habet à serpente, qui Græcè ὄφις dicitur. Hinc

Ophionius, Adiectiuum, (ὀφιώνιος,) Seneca Oedip. 5. 17.

Sacer Cithæron sanguine inũdauit, Ophioniaque cæde. Id est Thebana. Cadmus enim cum sociis Thebas condidit.

OPHION, pen. prod. (ὄφιον,) nomen viri proprium, qui cum Eurynome vxore, quam genuit Oceanus, ante Saturnum, rerum potitus est, quem Saturnus fugauit. Claudianus 3. de rapt. Pro. 70. Hos onerat ramos exul tus Ophion. Vide Iunum Parthasium.

Ophites, ophitis, pen. prod. m. g. (ὀφίτης,) Marmoris genus, habens maculas serpentium maculis similes. Luca. libro. 9. 145.

Quàm paruis tinctus maculis Thebanus ophites. Scribit Plin. lib. 36. cap. 7. 1. ex ophite columnas esse paruas, quòd marmor sit nigricãs, vt rium, dicatque capitis dolores sedare, alligare serpentum ictus. Stat. 1. Sylu. 5. 7. Mœret onyx longè, queritur quæ exclusus ophites.

OPHIVCHVS, pen. prod. (ὀφιοῦχος,) est signum cæleste, quod alii putant Herculem esse, alii Aesculapium. Et interpretatur anguicenẽs. Iuxta quo Cicero ex Arato lib. 2. de Nat. deor. sic scribit.

Atque

Atque hæc quidem à tergo. propter caput autem anguitenens,
Q. uem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graii:
Hic pressu duplici palmarum continet anguem.
Eius & ipse manet religatus corpore torto:
Nanque virum medium serpens sub pectora cingit.

Ophiusius, Adiectiuum, (ὀφιούσιος,) vt Ophiusia arua. Ouidi. 10. Metamorph. 46.

Ipsa suas vrbes, Ophiusiaque arua parabat
Dele rere alma Venus.

Ophthalmos, Græce, (ὄφθαλμος,) Latinè dicitur oculus.

Ophthalmia, (ὀφθαλμία,) Oculorum ægritudo, quam Celsus lippitudinẽ appellat. Negat tamen Iulius Pollux esse proprium aliquod oculorum vitium, sed eo verbo significari tradit cauitatem oculorum ex corporis egritudine. Hinc triophthalmus lapis, qui hominis tres oculos simul exprimit.

Ophthalmia dicitur & piscis, qui à Plinio vocatur oculata. Plaut. Capt. 13. 81.

–pernam atque ophthalmiam,
Horæum, scombrum & trygona, & cetum.

Ophthalmicus, pen. cor. (ὀφθαλμικός,) Medicus oculorũ, inquit Budæus. Martialis lib. 8. 74.

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus antè:
Fecisti medicos, quod facis hoplomachus.

Opicus, ópica, ópicum, pen. cor. (ὄπικος,) Sordidum, immundum, & obscœnum significat. Nam (vt ait Festus) opicũ pro osco ponitur. Oscis enim frequentissimus fuit vsus libidinum spurcarum. Vnde & verba impudentia dicuntur obscœna. Plin. lib. 29. cap. 1. 14. sub Catonis persona ait, Nos quoque dictitant barbaros, & spurcius nos quàm alios opicos appellatione fœdant. De Græcis. Iuuen. Satyr. 3. 11, opicos mures, fœdos, & putidos dixit. Idem Sat. 6. 46, Nec curã da vitis opicæ castigat amicæ. Verba. Id est, quę non Latinè loquẽtur, sed opicè. Fuerunt autem Opici, Campaniæ populi quidam à linguarum colluuie dicti, siue à serpentibus, quasi Ophici, in quibus narrabantur Baiani, Comani, Puteolani, Neapolitani. hæ nanque vrbes, Opicorum fauisse dicuntur.

Opifera, Vide OPS.

Opifex, pen. corr. huius opificis, com. g. (δημιουργός, κατασκευαστής,) Ex opera & facio compositum, dicitur artifex, siue vt sic dicam, operator, nõ modò rerum, sed etiam verborum. quinetiã opifices, coqui, & blandarum artium sectatores appellantur. Cic. 1. Offic. 109. Opificesque omnes in sordida arte versantur. Idẽ pro Flacco, 14. Opifices & tabernarios, atque omnem illam fæcem ciuitatum quid est negotii concitaret? Et 1. de Finibus, 225. Adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos esse.

Coronæ opifex. Horat. 3. Carm. ode 27. 6.

Deus opifex trisulci fulminis. Seneca Hippol. 1. 14.

Optimus opifex operis. Horat. 1. Serm. sat. 3. 27.

Opifex persuadendi, Rhetorice. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Rerum opifex. Ouid. 1. Metam. 17.

Verborum opifex. Cic. 5. Tuscul. 49. Etsi Zeno Cittieus aduena quidam & ignobilis verborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. Idem ad Gallum, lib. 7. 16. 4. Is enim est dicendi opifex. Sic. 4. Acad. 359. Et Lin. 1. ab Vrbe, 202.

Apes opifices. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16. Sylueſtres minores sunt & pilolæ, sed opifices magis.

Opifex, ædificatorque mundi Deus. Cic. 1. de Nat. deor. 27.

Opificina, huius opificinæ, pe. prod. (δημιουργεῖον, ἐργαστήριον,) pro Opificio, vt ait Budæus. Plau. Milit. 12. 7. Si ea opificina nesciam aut mala esse, aut fraudulenta. Cic. 1. Offic. 209. Nec enim quicquam ingenuum habere potest opificina. Vetus codex habet officina.

Opificium, huius opificii, (δημιούργημα,) Opus ipsius opificis. Varro de Re rust. li. 3. cap. 16. de apibus loquens, Nisi opificii eas vrget tempus.

Opilio, huius opiliõnis, m. g. (ποιμήν) dicitur quasi ouilio, hoc est qui oues custodit. Plaut. Afin. 10. 36.

Etiam opilio qui pascit inter alienas oues,
Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam. Sunt qui vpilio, non opilio scribant, authoritate Prisciani, qui dicit ô breuem in hoc nomine esse conuersam in u longum, ex literarum affinitate. Colu. lib. 7. cap. 2. 12. Post fœturam deinde longinquæ regionis pascua petitus opilio, ferè omnem sobolem passioni reseruet suburbanę. Varro 2. de Re rust. cap. 9. 15. Cato cap. 56.

Opimus, pen. prod. Adiect. (πίων,) Diues, pinguis. Ab opis deduci opima, magnifica, & ampla (polia. Plin. de Viris illust. 2. b. Spolia opima Iouì Peretrio in Capitolio consecrauit. Virg. 10. Aenei. 90, At spolia ego iam raptis laudabor opimis.

Habitus corporis opimus, & Gracilitas, contraria. Cic. de Claris Orat. 32, Habet enim certos sui studiosos, qui nõ tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectentur.

Præda opimus vir. Cic. 3. Ver. 94, Indignum isti videri cœpit, ex tanta ęde, tantoque opere se non opimum præda, præsertim à pupillo discedere. Quasi dicas opulentum & crassum.

Acies opima, Id est bella in quibus spolia quærebantur opima. Sta. 4. Syl. 6. 13, Hnic acies victor semper narrabat opimas. Vide ACIES.

Accusatio opima. Cic. pro Flacco, 63.

Ager opimus & fertilis. Cic. de Lege agrar. 56.

Arua opima. Virg. 2. Aeneid. 157.

Asia opima. Cic. pro Lege Manil. 9. Asia verò tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Sic Opima prædia, apud Plinium lib. 8. ca. 43. pro quæsuo fis, teste Budæo.

Boues opimi. Varro 2. de Re rust. cap. 1. 21, Sic boues altiles, ad sacrificia publica saginati, dicuntur opimi. Cic. 5. Tusc. 140.

Boum opimorum alba colla. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 10.

Cadauera opima. Valer. 3. Argon. 29.

Cibus opimus. Plin. lib. 22. cap. 22. 24.

Quæstus opimi. Plin. lib. 10. cap. 51.

Victima opima. Plin. lib. 10. cap. 21. 4.

Decus opimum. Curtius, Alexander non ducis magis, quàm militis munera exequebatur, opimum decus cæso rege expetens. Budæus.

Opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus. Cic. in Ora. 13.

Iecore opimo fartus & fartatus. Cic. 2. Tusc. 43. Ex poeta.

Mensa opima. Silius lib. 11. 57.

Pax opima. Silius lib. 16. 137.

Pingue opimum. Persius Saty. 3. 4.

Præda opima. Horat. Epod. 10. 5.

Opima præclaraque præda. Cic. pro Rosc. Amer. 5.

Res opimæ. Horat. 1. epist. 2. 12.

Spolia opima. Virg. 6. Aeneid. 171.

Triumphus opimus. Horat. 4. Carm. ode 4. 11.

Opimitas, pen. corr. opimitãtis, f. g. Solinus cap. 59, Nã protinus atque poma eius ceciderint maturitate, alia protuberant: eaque tantum est opimitari mora, vt fœtus decidant antè nati. De arbore medica.

Opimior, (πότερος,) Comparatiuum, apud Gellium li. 5. cap. 14. Nam carum quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat. Q. uasi pinguiora.

Opime, pen. pro. Aduerb. (πόνυς,) Abundanter & lautè. Plau. Bacch. 6. 6. Omnium ad perniciem instructa domus opimè atque opipare.

Opimo, opimas, pen. pro. (πιαίνω,) opimãre, Pinguefacere. Colu. lib. 8. ca. 9. 2, de alendis turturibus, Hyeme tamen offæ panis vino madefactę, sicut etiam palumbos, celerius opimant, quàm ceteri cibi. Solinus ca. 50, Mesopotamia opimat annuæ inundationis excessibus, ad instar Aegyptii amnis terris superfusus, inuecta soli fœcunditate. De Euphrate.

Opinio, huius opiniõnis, f. g. (δόξα, δόκησις, δοκήσις,) Fama, existimatio. Plaut. Mil. 9. 106,

Nam illius oculi, atque auris, atque opinio,
Transfugêre ad nos. Cic. ad Cesarem Iuniorem, lib. 1, Erat opinio bona de Plautio, bona de Lippido. Ex Nonio. Quintil. lib. 9. cap. 2, Quod non inseruissem veritus opinionem iactantiæ, nisi probare voluissem in foro quoque esse his figuris locum. Idem lib. 1. cap. 3, Sunt multa eius rei exempla tam læsæ hercule quàm conseruatę sanctissimè vtrobique opinionis.

Opinio hominum magna de aliquo. Cic. Lent. lib. 1. 7. 29, Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis.

Opinio & existimatio. Cic. Autequàm iret in exilium, 14, Ea maneat opinio & existimatio, quæ virtute parta, non quæ infœlicitate illata est.

Virtutis opinio, Hoc est existimatio. Cic. de Amic. 16, Nam quum conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defecerimus. Ibidem, 20, Ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione.

Vulgi opinio. Cic. 3. Offic. 117, Non habeo ad vulgi opinionem quæ maior vtilitas, quàm regnandi esse possit.

¶ Opinio, Suspicio. Varro Eudæmonibus, Qui omnes me bimatram agitare clamitantes opinionem mihi insaniæ meæ confirmant. Plaut. Rud. 14. 48,

Siquidem hic lenonis eius est vidulus, quem suspicor.
Hic nisi de opinione certum nihil dico. Terent. Heaut. 2. 2. 3, Concurrunt mulrę opiniones, quę mihi animum exangeant. Accius Eurysace,
Opinione factum est, quanto minus stirpem educabant, tanto venerẽmur magis eos esse. Cic. 3. Offi. 14, Qui primùm hæc natura cohærentia opinione distraxissent. Ex Nonio.

¶ Opinio, Spes, opinatio: vt ait Nonius. Cicero ad Cæsarem Iuniorem, Posthac quod voles à me fieri scripto, vincam opinionem tuam. Hoc est, diligentior ero quàm tu opinaris.

Contra opinionem, & Præter opinionem. Cæsar 3. bel. Gal. 105, Celeriter contraque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nantes deprehendit, Cic.4.Verr.132, Sanè homini præter opinionem improuiso incidit. Idem pro Roscio Amer.25, Contraque opiniones omnium, Vide CONTRA præpositionem.

Omnium opinione, Vt omnes existimant, & credunt. Cic.2.Ver.2, Homo vita atque factis omnium tam opinione damnatus pecuniæ magnitudine sua, ipsa ac prædicatione absolutus.

Opinione celerius. Lentulus Senatui, li.13.15.28, Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum.

Celerius opinione venturas dicitur. Cic. Terentiæ, lib.14.23.1.

Gratius opinione. Asinius Pollio ad Ciceronem, li.10.31.14, Quòd familiarem meum tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est.

Opinione melius. Plaut. Casina, 8.30,
Opinione melius res tibi habeat tua,
Si hoc impetramus. Idem Aulul.16.8,
Neque pol Megadòre mihi, neque cuiquam pauperi,
Opinione melius res structa est domi. Id est, Et ego, & quiuis mihi similis pauper, non minus sumus pauperes & egeni, quàm de nobis hominum habita est opinio.

Prius tua opinione hic adero, bonum animum habe. Plaut. Amphit.6.47. Opinione pulchrior. Plaut. Mil.18.23, Illud curaui vt opinione illius pulchrior ſies.

Opinio rei alicuius. Cell. lib.1.in Proœ. Cuius autem rei non est certa notitia, eius opinio certum reperire remedium non potest.

¶ Opinio, est iudicium siue persuasio quam de aliqua re habemus. Id est id quod de ea re sentimus. Cice. ad Octauium, 7, Quod vtinam neque nostra nos opinio, neque tua fides fefellisset. Id est, vtinam non falsi essemus opinione, iudicio, & persuasione, quam de tuis moribus habebamus. Ibidem, 10, Quantum te Populo Romano, de me fefellit opinio? Quum autem de aliqua re dubia quæsitio est, non dicimus Hæc est mea opinio, sed Mea sententia, vnde & sæpe legimus, Mea quidem sententia, id est meo iudicio.

Vt opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum, & non factum sit, existimari poteſt. Cic. pro Cluentio, 55.

Opinio & Veritas, contraria. Cice. 1.de Nat.deo.84, Esse deos persuaderi mihi non opinione sollùm, sed etiam ad veritatem planè velim.

Opinio & suspicio. Cic. 2.de Orat.85, Opinionem istorum studiorum, & suspicionem artificii apud eos qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror.

Aduersa opinio, Diuersa, contraria. Plin. li.9.ca.7.3, Ipsorum quoque qui sunt, in aduersa opinione de summo piscium confessio.

Grauis & vehemens opinio. Cic. pro Lege Manil.16.

Honesta de numine deorum & mente opinio. Ci. pro Domo sua, 82.

Incorrupta opinio, Vide INCORRVPTVS.

Obscura opinio. Cic. 1.de Orat.46.

Popularis opinio. Cic. pro Cluentio, 113.

Vulgaris opinio. Cic. 1.de Orat.54. Quintil. lib.1.cap.10.17.

¶ Abire ad vulgi opinionem, Vide ABEO.

Accidit præter opinionem, Vide ACCIDO.

Accipere opinionem, Vide ACCIPIO.

Adducere in opinionem rem aliquam. Cic. pro Cæcinna, 10, Et in eam opinionem Cęsenniam adducebat, vt mulier, &c. Idem Lentulo, lib.1.1.11, in eam opinionem rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur. Vide ADDVCO.

Afferre opinionem. Cice. 1.Off.c.66, Opinionem afferunt populo, eorum similes fore.

Graueni de aliquo iudicio opinionem afferre. Cic. pro Cluent.113.

Affert & ista res opinionem. Quintil. lib.2.cap.12.3.

Amittere opinionem, Vide AMITTO.

Amouere opinionem, Vide AMOVEO.

Aucupari opinionem aliorum errantem, Vide AVCVPOR.

Augere opinionem, Vide AVGEO.

Augurari opinione, Vide AVGVROR.

Quantum opinione auguror, Cic. pro Murena, 59.

Capere opinionem, Vide CAPIO.

Comprehendere. & Remittere opinionem, contraria. Cicero pro Cluentio, 1, Deinde siquam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio conuellet, si ratio labefactabit, si denique veritas extorquebit, ne repugnetis: eamque animis vestris aut lubentibus aut æquis remittatis.

Concipere opinionem, Vide CONCIPIO.

Confirmare opinionem, Vide CONFIRMO.

Conualuit opinio, Vide CONVALEO.

Opinio de diis immortalibus & omnium est & quotidie crescit. Cic. 3.de Nat.deorum, 15.

Commenta opinionum deleret dies. Cic. 2.de Nat.deor.8.

Detrahere, & Confirmare opinionem, contraria. Quintil. lib.4.cap.1.14, Præterea detrahenda, vel confirmãda opinio, siquam præcipuè domo videbitur iudex attulisse.

Ex communi quadam hominum opinione dicere. Ci. 1.de Orat.47.

Differre suas opiniones. Quintil. lib.4.cap.1.57.

Duci non re, sed opinione. Cic. pro Murena, 57.

Edita in vulgus opinio. Cæsar bel Ciuil. lib.3, Vt si fortè Pompeios vacuã existimans Italiam, cò traiecisset exercitum, quæ opinio erat edita in vulgus, aliquam Cesar ad insequendum facultatem haberet.

Euellere opinionem. Cic. pro Cluent.2, Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus infixam, tam vetustam!

Excellens opinione fortuna quum laboribus & miseriis permista esse videatur. Cic. 2.de Orat.116.

Fictas atque vanas opiniones diuturnitate extabuisse videmus. Cic. 2.de Nato.deor.7.

Fallere opinionem alicuius. Cic. Lentulo, lib.1.6.4, Non fallam opinionẽ tuam. Vide FALLO.

Multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat Lęntulus quàm quita in eo facultas erat. Cic. de Claris Orat.125.

Vt opinio mea fert. Cic.6.Verr.20, Per triennium soli non modò in Sicilia, verùm, vt opinio mea fert, his quidem in temporibus in omni orbe terrarum, vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ob omni sumptu, molestia, munere. Ibidem, 7.145, Teque Latona & Apollo, & Diana quorum iste Deli non fanum, sed vt hominum opinio & religio fert, sedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilauit Quintil. lib.1.cap.7.2.

Habere opinionem. Cic. 1.de Diuin.107, Et tamen credo Romulum qui vrbem auspicatò condidit, habuisse opinionem, esse in proundendis rebus augurandi scientiam.

Integritatis alicuius opinionem habere. Cic. Attico, lib.7.122.6.

Opinionem habere de aliquo. Ci. de Amic.30, Ille vicissim opinione fortasse nõnulla quàm de meis moribus habebat, me dilexit. Idem in Verrem, Esto, falsam de illis habuit opinionem, malam de nobis.

Habere fallam de se opinionem. Quintil. lib.2.cap.17.13.

Imbibere animo opinionem, Vide IMBIBO.

Opinio deorum imbuit mentem alicuius, Vide IMBVO.

Inficere opinionem præuitate, Vide INFICIO.

Inserere nouas opiniones, & euellere insitas. Cic. in Orat.52.

Insita penitus opinio & vetusta, Vide INSERO, insitus.

Inueterauit opinio, Vide INVETERO.

Irrepere in opinionem gratiæ. Cic. de Aruſp.resp.49.

Ad opinionem aliquam labi, Vide LABOR, labitis.

Laborare opinione arrogantiæ. Quintil. lib.4.cap.1.12, Fiducia ipsa solet opinione arrogantiæ laborare.

Leuare aliquem opinione quapiam, Vide Leuo in LEVIS.

Minuere aliquam opinionem. Cic. 2.de Orat.116.

Mouere quempiam ex opinione aliqua, Vide MOVEO.

Nascens opinio, Vide NASCOR.

Niti maiorem opinione, Vide NITOR, niteris.

Opinionibus obsistere, Vide OBSISTO.

Obtinere opinionem. Quintil. lib.10.cap.5, Summam in scholis opinionem obtinet.

Oppleuit opinio hæc totam Græciam. Cicero 2.de Natu.deorum, 70, Vetus hæc opinio Græciam oppleuit scilicet excẽtum esse Cœlum à filio Saturno.

Penetrare ad sensum opinionemque iudicis. Cic. in Partit.68.

Percrebruit opinio. Cic. 2.Verr.1. Vide INVETERO.

Non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec vna cum seculis ętatibusque hominum mueterare possiet. Cic. 2.de Nat.deorum, 7.

Perspectæ, planęque cognitæ, atque ab opinionis arbitrio remotæ res. Cice. 1.de Orat.54.

Permasit opinio per animos hominum Cic. pro Lege Manil.16, Erat etiã alia grauis atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbarorum permaserat.

Pugnare ratione contra communem opinionem. Cicero 3.de Natura deorum, 101.

Opinio est. Cice. ad Atticum, lib.9.176.2, In his locis opinio est, coniectura magis quàm nuntio aut literis, Cæsarem Formis ad x1.Calendas April fore.

Vetus est hæc opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis. Cic.6.Verr.94.

Est eius opinionis. Columel. lib.2.cap 12.5, Cuius opinionis etiam Cornelius Celsus est.

In ea opinione fui, qua reliqui omnes. Cic. Attico, lib.8.159.3.

In opinione dubia rem esse, & In præsentia atque ante oculos, contraria. Cic. pro Domo sua, 9, Res erat nõ in opinione dubia, sed in præsentia atque ante oculos proposito periculo.

Sententiæ & opinionis alicuius participem esse. Cic. 1.de Orat.8.

Superare omnium opiniones. Cic. Attico, lib.5.104.3.

Tradere diuersas opiniones. Quintil. lib.3.cap.1.12.

Aeterna aut certe diuturna valet opinio tarditatis in eo, cuius in dicendo aliquid reprehensum est. Cic. 1.de Orat.62.

In eam

In eam opinionem venerat Cassius. Cælius Ciceroni, lib.8.10.7. Id est, Ita de eo opinari cœperant.

Opinionem omnium vincere. Cic. 4.Acad.1, Non modo opinionem vicit omnium, quæ de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. Idẽ Lucceio, lib.5.12.3.

Opinioſissimus. (δοξασιοῦστατος,) Cicero 4.Academ.258, Quid duo vel principes dialectìcorũ Antipater & Archidemus' opinioſissimi homines multis in rebus dissentiunt? Quædam exemplaria hic legunt opinosissimi.

Opinor, pen. prod. opinaris, opinari, (δοκέω, δίμαι, ὑπολαμβάνω,) Putare, suspicari, opinionem habere. Donatus, Quæ opinamur, putamus: quæ putamus, incerta sunt. Plaut. Rud.25.12,
-nondum egressum esse eum id miror. tamen
Accedam opinor ad fores. Id est puto melius esse accedere ad fores.
Idem Amphit.4.32,
Quod nunquam opinatus fui, neque alius quisquam eioium
Sibi euenturum, id contigit. Ibidem, 7.17, Homo hic ebrius est, vt opinor. Teren. And.2.2.30, -num videntur conuenire hæc nuptiis?
F. Non opinor Daue. D. opinor narrasnon rectè accipis,
Certa res est. Cic. 4. Acad.108, Sapientem nihil opinari, id est nunquã assentiri rei vel falsę vel incognitæ. Idem pro Murena, 58, Sapientem sæpe aliquid opinari quod nesciat.

Nihil sine ratione opinari. Cic. 2.de Diuinat.24.

Fallò multa in vita homines opinantur. Cic pro Domo sua, 81.

Vt opinor. Cic. de Claris Orat.68, T. Albutius, vel potius penè Græcus, loquor vt opinor, sed licet ex orationibus iudicare. Idem 2.de Finibus, 53, A primo vt opinor, animantium ortu peritur origo summi boni. Idem ad Atticum, lib.1.13.4, Primus, vt opinor, introitus.

Opinari de. Plin. lib.28.cap.2.19, Quapropter de his, vt libitum cuique fuerit, opinetur. Idem lib.9.cap.7.4, Quamobrem de his opinetur, vt cuique libitum erit.

Grauissimè opinari. Suet. in Augusto, ca.67, Cosinium seruum grauissimè de se opinantem, non vltrà, quàm compedibus coercuit.

De vobis Senatus opinatur non secus ac de teterrimis hostibus. Cice. in Pisonem, 53.

¶ Paruum opinatu. Plin. lib.19.cap.1.24, Illa autem quæ timuit Cato, atque prouidit, innocentiora multo & parua opinatu, quæ proceres artis eiusdem in semetipsis fatentur.

Necopinatus, A dictiuum. Cic. 1.Acad.44, Nonnunquam quidem eandẽ fortunam, quod efficiat, multa improuisa hæc, necopinata nobis, propter obscuritatem ignorationemque causarum.

Necopinato, Aduerbialiter positum, pro Inopinanter, ex improuiso. Liui. 3. ab Vrbe, 64, Propiusque aliud nouum malum necopinato exortum est.

Ex necopinato. Liuius li.4, Ipse parte copiarum paruo circuitu locum maximè secretum ab hostibus petit, vnde ex necopinato aduersum hostem inuadit.

Opinatio, Verbale, (δόξασμα,) Hoc est assensio, inquit Cicero 4.Acade. 194, Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, quòd vt ferã & immanem beluam, sic ex animis nostris assensionem, id est opinationem & temeritatem extraxisset. Idem 4.Tuscul.15, Opinationem autem quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem.

Opiniator, pen. prod. huius opinatòris, (δοξαστικὸς,) Qui nihil asserit, sed semper opinatur. Cicero de seipso dicit 4.Acade.119, Ego verò ipse & magnus quidem sum opinator.

Opinabilis, & hoc opinabile, pen. corr. (δοξαστός,) Quod opinione concipi poteſt. Cic. 1.Acad.46, Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Idem 4.Tuscul.124, Est enim illud quod in omni perturbatione dicitur demonstrandum, nullam esse nisi opinabilem, ni si iudicio susceptam, nisi voluntariam.

Opiparus, opipara, opiparum, pen. corr. (πολυτελὴς,) Quod est bi vise fortunatæ atque opiparæ? Idem Pœnul.3.4,
Quas tu sapienter, doctè, & cordatè, & catè,
Iuppiter supremè seruas me measque auges opes,
Maxumas optumitates atque opiparas. Item Milite, 4.28, Vino, ornamẽtis, opiparisque opsoniis.

Opiparè, pen. corr. A duerbium, (πολυτελῶς,) Abundanter. Plaut. Bacc. 6.6, Omnium ad perniciem instructa domus opimè atque opiparè. Ci. ad Atticum, lib.13.298.4, Itaque & edit & bibit ἀδιαφῶς, & iucundè, opiparè sanè & apparatè. Eidem, lib.7.122.4, In Actio Coreyræ, Alexion me opiparè muneratus est. Idem 3.Offic.76, Opiparè à Pythio apparatum conuiuium.

OPITERGIVM, (ὄπιτέργιον,) Carnorum oppidum, Ptolemæo lib.3. cap.1. Opitergum hodie.

Opis, huic opi, Vide OPS.

OPIS, (ὤπις,) Nymphæ comes Dianæ. Virgil.11.Aeneid.174.

Opisthographus, huius opisthographi, pen. corr. (ὀπισθόγραφος,) Aliquando adiectiuum, aliquando substantiuum masc. ge. Volumen quod etiam in tergo scriptum est. Fit enim ab ὄπισθεν, id est retro. & γράφω, scribo. Plin. epist.49.e, Hac intentione tot ista volumina peregit, electorumque commentarios centum sexaginta mihi reliquit opisthographos quidem, & minutissimis scriptos. Hermolaus, Opisthographi non specie libellari, vel voluminis, & habiles torqueri, à tergo videntur appellati: quoniam vtrãque pagina scripti essent, aduersa & auersa, minutis literis & lituris plenis à quo fortasse lituratios Ausonius poeta eos dixerit. Scio quosdam Opisthographum accipere pro eo, quod ita scriptum est, vt legi postea non possit, nisi librariis discribendum mandetur. Dicat aliquis & pro charta de leriti sine palimpsesto posse capi: quia Vlpianus de bonorum secundũ tabulas possessione differens, in L. Chartæ. ff. de Bonor. possess. secund. tab. Chartæ, inquit, appellatio etiam ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam. Proinde etsi in opisthographo quis testatus sit hinc peti potest bonorum possessio. Mihi à tergo id nomen tractum placet, vt probem qui sic interpretantur in Iuuenale Satyr.1.1, Scriptus & in tergo, necdum finitus Orestes. Ad eandem formam opisthocomæ dicebãtur Euboici, qui comam, vt ait Pollux, per terga fusam alerent: sicut acrocomæ Thraces, qui antias in frontem muliebriter dimitterent. In præ liis quoque opisthophylaces vocabant qui terga custodiebant. Eiusdẽ sunt originis & Opisthodomos: ita dicebatur locus à tergo arcis Athenienſium, & Opisthocrepides, calceamentum quoddam fœmineum: sicut ornamentum quoque capitis earum, opisthosphendone. Hactenus Barbarus.

Opisthotonicus, pen. cor. (ὀπισθοτονικός,) Qui rigore ceruicis inflexibili laborant. Opisthotonũ enim morbum Galenus vocat emprosthotono cõtrarium. Hoc enim fit quũ rigidi nerui tum qui ex spina, tum qui ex cerebro descendunt, totum corpus in anteriorem partem flectunt: Illud verò in posteriorem, vt aliò flecti non possit. Plin. lib.20.cap.18.2, Sanat & vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. De saxogeno.

OPITERGINVS, pen. prod. (ὀπιτέργιος,) A dictiuum ab Opitergio Carnorum oppido. vt

Raris Opitergina. Quintil. lib.3.cap.8.16, Denique non fecerunt Sagunti, nec in rate Opitergina circumuenti.

Opitulor, pen. corr. opitulãris, (ἀλεξέω,) opitulari, Deponens, Adiuuare, subuenire ab ope & tollendo, id est ferendo. Terent. And.1.3.5, Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minus. Salustius, Sæpe maiores nostri miserti plebis Romanæ, decretis suis inopiæ eius opitulati sunt. Cic. ad Planc. lib.10.10.5, Subueni patriæ, opitulare Collegæ. Idem ad Seruium Sulpitium, lib.4.1.4, Quoniam nihil iam videmur posse opitulari Reipu. Sic 7. Verr.40. Et 1. Offic.74.

Subuenire & opitulari patriæ. Cic. 1.Offic.116.

Permultum ad dicendũ opitulati sunt præceptores. Cic. 1.de Inuent.126.

Opitulari contra. Plin. lib.28. cap.8.15, E dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari.

Opitulus, pen. corr. (ἀλεξητήρ,) dictus est Iupiter, quasi opis latori & pri è in rebus dubiis & malis dicitur. Festus.

Opium, (μήκων & ὀπὸς,) Succus ex papauere, habens per somnum vim, si copiosius sumatur, mortiferam. Plin. lib.20.cap.17.13, Aliqui addunt & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine in vini cyatho dilutis.

Opobalsamum, opobalsami, pen. corr. n.g. (ὀποβάλσαμον,) Succus balsami. ab ὀπὸς, ὀποῦ, id est succus. Plin. lib.12.cap.15.4, Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant, eximiæ suauitatis, sed tenui guttatim ploratu lanis parua colligitur in cornua. Martialis lib.11.9, Lassa quòd externi spirant opobalsama Drausi.

Candida fœlices sudant opobalsama virgæ. Stat.3.Sylu.2.29.

Hirsuto spirant opobalsama collo. Iuue. Saty.2.5.

Opopanax, pen. corr. huius opopanacis, pen. corr. (ὀποπάνακες,) Succus panacis herbæ, quæ omnes morbos sanare dicitur. Plin lib.20.cap.14.1.

Oporinus, pen. corr. A dictiuum, (ὀπωρινὸς,) Idem quod Latinè Autumnalis. Martialis lib.9.13.
Si daret Autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς essem
Horrida si brumæ sidera, χειμερινός. Siquidem ὀπώρα Græcis, Autumnum significat Latinis.

Oporotheca, oporothecæ, pen. prod. (ὀπωροθήκη,) Locus vbi Autumnales fructus seruantur. Var. 1.de Re rust. cap.59.1, Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt fenestras habeant, atque vt aere perflentur, curant.

Oportet, oportebat, oportuit, Verbum impersonale. (δεῖ, χρὴ,) Oportuit esse. Plaut. Casin.17.8, Properate, cœnam iam esse coctã opor-

Universidad de Deusto Biblioteca

rauit. Idem Amph.4.164, Il ausfatum esse oportet, quem probè percussit. Cic. pro Corn. Bal.5, Nunc verò quid dicitur quid ait accusator? Scilicet Pompeium, quod si facere non licuerit, quod grauius est, quàm si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset: est enim aliquid quod non oportear, etiam si licet, quicquid verò non licet, certè non oportet. Et 4. Acad. 116, Sed tibi aut concedendum est ita esse, quod minimè vis, aut memoriam mihi remittas oportet. Idem 7. Philipp. 219, In Iuliu Antonium non oportuit. Item pro Murena, 48, Tum eruptio, vt ita triumphan, gaudio, quem omnino vnum illinc exire non oportuerat.

Pascere oportet oues. Virg. 6. eclog. 1.

Nequi hat secus quàm volumus, quamque oportet. Cicero Attico, libro 6. 113. 3.

Benevolentia & charitate ciuium septum esse oportet, non armis. Cice. 2. Philipp. 108.

Oportet, Conficientis. Plaut. Hunc hominem malum esse oportet. Idem, Seruum te esse oportet, & nequam & malum hominem, peregrinum & aduenam, qui irrideas. Budæus.

Oportuit factum, & Oportuit esse factũ. Teren. And. 1. 5. 4, Nónne prius communicarum oportuit? Hoc est, Nónne id prius debuit communicare mecum? Idem Heaut. 4. 1. 22, –nam iam primum, si meum

Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit. Plautus Sticho, 6. 30,
–age tu ocyus pinge humum,
Conspergé ante ædes. O. factum. O. factum oportuit. Id est fieri debuit. Cic. 1. in Catil. 1, Hoc quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor vt faciam. Idem, Apollinis signum ablatum certè esse non oportuit. Idẽ pro Deiotaro, 28, Quibus semel esse ignotum à te oportet, nec tuum beneficium in dubium vocari. Et pro Cluẽtio, 71, Hæc lege accusatum esse oportuit. Ex Budæo.

Oportet, & Necesse est, non idem. Quintil. lib. 1. cap. 1, Dao tamen quæ sola supererant, diuina Cicero seruauit primam ne obliuiscerer reuerentiæ, quæ parentibus debetur: idem vt reperiris alcius causis diligentissimè ostenderet, quàm id quod erat in matrem dicturus, non oportere modò fieri, sed etiam necesse esse.

Oportet & opus est. Cice. Attico, libr. 4. 75. 1, Ego verò, qui si loquor de Republica quod oportet, insanus: si quod opus est, seruus existimor si taceo, &c.

Oportere & Decere in quo differant declarat Cicero in Oratore, 40, Oportere perfectionem declarat officii, quo & semper vtendum est, & omnibus. Decere quasi aptum esse, contentaneumque temporibus & personæ.

¶ Oportet, personale aliquando reperitur. Teren. Heaut. 3. 1. 25, Hæc facta ab illo oportebant Syre. Quintilianus, Dicentes satis putat dicere quæ oportebant. Cecilius apud Priscianum, Vt ea quæ oportuerint, facta non sint.

Oppango, oppangis, oppegi, pen. pro. oppactũ, (κατασφίγγω,) oppangere, Affigere, coniungere.

Oppangere fulcum. Plaut. Curc. 2. 60, Vbi fautum oppegit, fugit.

Oppedo, oppedis, pen. prod. (κατατρίβω,) oppedere, Dissentire & aduersari. Horat. 1. Serm. saty. 5. 14, –vin tu
Curris Iudæis oppedere?

Opperior, opperiris, pen. prod. oppertus sum, (περιμένω,) opperiri. Deponens, Expectare. Plaut. Cist. 2. 3, Vis si tuus vmer, habe domi opperitier. Idem Asin. 1. 1. 18, At ego te opperiar domi. Et Pseud. 6. 87,
Quid nunc vis? vt opperiare hos sex dies saltem modo,
Ne illam vendas. Item Trinum. 1. 2. 1, Pol quamquam domum cupio opperiar, quam hic cum gerat. Terent. Adelph. 3. 3. 51, Opperiar hominem, hîc vt salutem & collo quat. Idem Phorm. 5. 1. 29, Si non tum dedero, vnam præterea horam ne opertus ries. Sic Eunuchio, 5. 2. 11,
–paulum opperirier
Si vis. Et And. 3. 1. 42, Abi sarrò, ibi me opperire. Cice. Attico, lib. 10. 194. 1, Ego in arcano opperior, dum ista cognoscò. Idem, li. 3. 89. 4, Scribas ad me velim, si quid est quod opperiare.

Insidias opperiuntur dum relidunt aquæ. Ouid. 3. Metam. 20.

Hostem magnanimum opperiens. Virg. 10. Aeneid. 155.

Tempus opperiri. Silius lib. 5. 17. –cedas,
Oramus, superisque tempusque ad prælia dextrum Opperiare.

Stetit opperiens virginem. Valer. 5. Argon. 79.

Opperitus sum, pen. prod. (περιμενόμενος,) apud Plautum in Mostell. 10. 1. Seu non otium erat, id sum opperitus.

Oppero, oppetis, pen. corr. oppetiui vel oppetii, oppetitum, pen. pro. (ἀπολέομαι, ὑποδύομαι,) oppetere, Mori, accusatiuũ habet expressum aut subauditum. Virg. 1. Aeneid. 20,
–ô terque quaterque beati,
Quis ante ora Patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere. Quidam Oppetere, pro Mori deductum putant ab ob & peto: quòd qui antiquitus strenui & fortes moriebantur, præcipuè in bello, terram ore mordebant & petebant, ne minus dura viro

forti vox auditetur. vnde Virgilius 8. Aene. 84,
–terram simul ore momordit. Hoc est oppetiit.

Opperere mortem, Idem. Cic. 1. de Diuin. 66. Aequius esse censuit se maturam oppetere mortem. Idem 3. de Finib. 95, Neque his qui sine virtute retinentur in vita, nec his qui sine virtute sunt, mora est oppetenda. Et ad Marcellum, lib. 4. 7. 13, Equidem etiam si oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem, quàm in extremis atque in alienis locis. Catullus Argonaut. epig. 59. 11.

Millies oppetere mortem, Vide MILLE.

Pestem oppetere, Idem. Plaut. Capt. 10. 11,
–neque vllum pol de hac re negotium est,
Quin male occidam, oppetamque pestem. Cic. 1. Tuscul. Vestras manus peto, prius quàm oppeto malam pestem hostili mano.

Mors oppetita. Cic. 1. Tusc. 188, Claræ verò mortes pro patria oppetitæ, non solum gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent.

OPPIA, (ὀππία,) vna fuit ex Vestalibus, quæ conuicta stupri, viua defossa est. Cuius scripsit epitaphium Stroza filius,
Vestalis virgo, læsi damnata pudoris.
Contegor hoc viuens Oppia sub tumulo. Liuius lib. 22. hanc Opimiam vocat.

OPPIANVS, pen. prod. (ὀππιανός,) poeta fuit, patre Agesilao, matre Zenodota, genere à Zerbo Ciliciæ ciuitate. Scripsit ἁλιευτικὰ & κυνηγετικὰ elegantissimis verbis, quę Antonino Imperatori Seueri filio obtulit, non sine doctrinæ suæ maxima commendatione. Obiit Zeobi seuiente illic peste.

Oppico, oppicas, pen. prod. (πισσόω,) oppicare, Idem quod Picare, re significat: hoc est pice illinere, quod genus picationis fieri antiquitus solebat in doliis vel cadis vinariis ne perfluerent. Cato cap. 120, Mustum si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito, & corticem oppicato.

Oppido, Aduerbium, Vide OPPIDVM.

Tutor minus verus oppidò ridiculus. Cic. 2. de Orat. 144.

Oppidum, huius oppidi, pe. corr. (πόλις, ἄστυ, ἐπιτείχισμα,) Proprie est omnis vrbs præter Romam, quæ peculiari nomine vrbs vocari cœpta, facit vt cæteræ vrbes vocarentur oppida: vt ait Valla. Vnde apud Plautum oppidum & vrbem indifferenter legimus, quum in Persa inquit, Eleusipolim Persæ cepere in Arabia plena bonarum rerum antiquum oppidum. Seruius Sulpitius quum numerasset vrbes multas, postea dixit, Quæ oppida quodam tempore florentissima fuere. Cic. 6. Verr. 63, Segesta est oppidum peruetus in Sicilia iudices, quod ab Aenea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant.

Oppidum, ab ope danda dicitur: vel quòd illuc homines opes suas conferant, authore Festo.

In oppidis præsidia nulla sunt. Cic. Attico, lib. 8. 157. 2.

Diuia oppida. Ouid. epist. 15. 7.

Inclinata oppida. Ouid. 15. Metam. 69.

Abdit oppidum in villas, Vide ABDO.

Accedere in oppidum, Vide ACCEDO.

Cedere de oppidis, Vide CEDO.

Cingere muris oppida. Virg. 4. eclog. 7.

Fossæ præcipites clogebant oppida. Ouid. 1. Metam. 20.

Claudere oppidum portu, Vide CLAVDO.

Compellere in oppida, Vide COMPELLO.

Condere oppida. Horat. 2. epist. 1. 2.

Congesta oppida manu. Virg. 2. Georg. 32.

Constituere oppidum, Vide CONSTITVO.

Continere oppida metu, Vide CONTINEO.

Debellata oppida. Claud. 2. in Eutrop. 40.

Decorare oppida publico sumptu. Horat. 2. Carm. ode 15. 4.

Inuadere in oppidum, Vide INVADO.

Irrumpere oppidum, Vide IRRVMPO.

Moliri oppida. Horat. de Arte, 81,

Eruta conuulsis prosternes oppida muris. Silius lib. 3. 43.

Annosa vastant oppida. Stat. 3. Thebaid. 116.

Oppidulum, huius oppiduli, pen. corr. Diminutiuum. (πολίσμα.) Cice. ad Atticum, lib. 10. 196. 4, Nec tamen in acie, sed Melitæ, aut alio in loco, siue in oppidulo futurum puto. Sic ad Q. fratrem, lib. 2. 14. 2. Horat. 1. Serm. saty. 5. 18,
Quatuor hinc rapimur, viginti & millia, redis,
Mansuri oppidulo, quod vetus dicere non est.

Oppidatim, pen. prod. Aduerbium. (κατὰ πόλιν,) Per varia siue singula oppida. Valla.

Oppidanus, oppidani, pen. prod. (πολίτης,) Qui oppidum incolit. Cæsar. 2. bel. Gall. 34, Sub vesperum Cæsar portas claudi, militesque ex oppido exire iussit, nequam noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent. Idem 1. bel. Ciuil. 68, Vniuersique oppidani & milites obuia gratulantes Antonio exierunt,

Oppidanus,

Oppidanus, pen. prod. Adiectiuum: (πολιτικός,) vt Oppidanum ius. Cic. pro Plancio, 25, Quod dicitur Atinæ factum à iuuene, vetere quodam in scenicos iare, maximeque oppidano.

Oppidanum & inconditum genus dicendi. Cic. de Clar. Orat. 130, Quæ vestores celeriter facti sunt oppidano quodã & incõdito genere dicẽdi.

Senex quidam oppidanus. Cic. 2. de Orat. 133.

Oppido, pen. corr. Aduerbium. (μεγάλως, πολύ,) Festus, Ortum est autem hoc verbum ex sermone inter se confabulantium, quãtum quisque frugum faceret, vt quæ multitudo significaretur, sæpe respondebatur, quãtum vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinem venit vt diceretur

Oppido, pro Valde, multum. Itaque siqui in aliis rebus eo vtuntur, vtputa siqui dicant, Oppido didici, spectaui, ambulaui, errant, quia nulli eorum subiici potest, vel quod satis est. Hactenus Festus. Plan. Aulu. 15. 5,
Totus doleo, atque oppido perii, ita me ille habuit senex. Idem Asin. 16. 33, Me ex amore huius corruptum oppidò. Et Mil. 10. 33, Itane tibi ego videor oppido acheronticus. Item Epist. 8. 3, Nisi quid tibi hinc in spem referas, hoc oppidò politum est. Terent. Heaut. 4. 4. 12,
Dic me hîc oppidò esse inuitam, atque seruari. Ibidem, 4. 2. 2, Ita hæc res in angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ. Cice. 3. de Finib. 51, Sed eorum definitiones paulum oppidò inter se differunt. Idem ad Tereotiam. lib. 14. 4. 10, Sin ad nos pertinerent, seruirent, pręterquam oppidò pauci.

Oppidò quàm sunt in literarum ostentatione inepti & frãuoli. Gellius libro 15. capite, 30. Idem libro 16. cap. 7, Laberius in Mimis quos scripsitauit oppidò, quàm verba finxit prælicenter. Hic vt nimiam Laberii licentiam notet, tria, quæ augendi vim habent coniunxit, oppidò, quàm, & præ.

Oppidò, pro Statim aliquando accipitur. Plaut. Mostel. 3. 38,
–perdidi operam fabrorum
Illicò, oppidoque venit ignauia. Idem, Reddidi omne argentũ oppidò.

Oppignero, oppigneras, penult. corre. (ὑποτίθημι, ἐνεχυρόω,) oppignerare, Aliquid pignori dare. Martialis libro 2. 57,
Oppignerauit ad modo Claudi mensem,
Vix octo nummis annulum vnde comaret. Cic. pro P. Sestio, 95, Libelli pro vino etiam sæpe oppignerabantur, manebat insaturabile abdomen. Terent. Heaut. 4. 5. 46,
–nam illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit?

Oppignerare se. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 5, Nemo non deditum se & deuotum professus est, si quod alius humilius verbum, quo se oppignerat, inuenit.

Oppilo, oppilas, pen. prod. (ἐμφράττω,) oppilare, Occludere. Lucret. lib. 6. 146, Fluctibus aduersis oppilare ostia contra. Cicero 2. Philipp. 44,
Hinque oppilatis, impetum tuum compressisset?

Oppilationem, (ἔμφραξιν,) medici vocant vitium præclusi, obstructique iecinoris, aliorumque intus visceum.

Oppleo, opples, oppleui, oppletum, pen. pro. (ἀναπλήθω,) opplere. Truc. 10. 42, Qui ædes spoliis opplenit tuas. Idem Rud. 11. 14, Iam meas oppleb it aures sua vaniloquentia. Terent. Heaut. 2. 3. 65, Lachrymis oppleb it os totum sibi. Liu. 10. ab Vrbe, 227, Niues iam omnia opleuerant, nec durari extra tecta poterat.

Opplet nares odor. Varro 3. de Re rust. cap. 4. 3.

Liquidis loca vocibus opplent. Lucret. lib. 2. 30.

Regia opletur lætanti cœtu. Catull. Argon. epigr. 59. 7.

Opplenit opinio hæc vetus Græciam. Cice. 1. de Natu. deorum, 91,
Nam vetus hæc opinio Græciam opleuit, scilicet execrum Cælum à filio Saturno.

Opplenit luctus vrbem. Liu. 2. bell. Pun. 230, Adeoque totam vrbem opleuit luctus, vt sacrum anniuersariam Cereris intermissum sit.

Opplettus, pen. prod. Participium: (ἀναπλήθεσθαι,) vt
Mentes opplętæ tenebris & fordibus. Cic. Post red. in Senatu, 7.

Obrutus & opplętus. Cic. 1. de Nat. deo. 196, Aegyptum Nilus irrigat, & quum tota æstate obrutam, opplętamque tenuerit, tum recedit.

Opploro, opplóras, penult. produ. (κατοδύρομαι,) opplorare, Contra plorare. Author ad Herennium, li. 4. 235, Ait ille, Quin mihi illum daris, ac vos auribus meis opplorare nõ desinitis?

Oppono, oppónis, pen. prod. oppósui, oppósitum, pen. cor. (ἀντίθημι, ἀντιτίθημι, ἀντιφράττω, πρὸς ἀγόμαι, ἀντιδιατάσσω,) oppònere, Contra vel ex aduerso ponere. Cic. 2. de Nat. deorum, 195, E quibus pullos quum excuderit, ita tuentur, vt & pennis foueãt nefrigore lædantur: & si est calor à sole, se opponant. Plautus Pseud. 7. 10, Ibi nunc opido opposita obstacula. Plin. lib. 8. cap. 16. 15, Qui refugienti vnique fera opponere esse, &c.

Obicere & opponere. Cic. in Pisonem, 64. Cuius ego imperio non Alpiũ vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus obiicio & oppono.

Opponi ad periculum. Cic. pro Murena, 70, Ad omne denique periculũ, atque ad omnem inuidiam solus opponitur.

Hostibus opponere aliquos. Cic. 2. de Finib. 156.

Aciem opposuêre Aeneadæ. Virg. 9. Aeneid. 94. Vide ACIES.

Auriculam opponere. Horat. 1. Serm. saty. 9. 16, –ego vero
Oppono auriculam.

Authoritatem suam opponere. Cic. 4. Acad. 116, Authoritas autem tanta mouebat, nisi tu opposuisses non minorem tuam.

Causam opponere, Obiicere ante oculos. Cice. 3. Offic. 54, Et tamen multi causam opposuit, speciem honestatis, nec probabilem, huic satis idoneam. De Romulo.

Corpus pro patria opponere, pro Exponere. Liu. 1. bel. Pun. 30, Saguntinis pro nudata mœnibus patria corpora opponentibus. Cice. ad Atticum, lib. 7. 141. 2, Persequi Cęsar Pompeium quid? vt interficiat? O me miserum, & non omnes nostra corpora opponimus.

Formidines opponere, Obiicere. Ci. pro Quintio, 26, Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur, vt, &c.

Genu opposuit costis. Ouid. 11. Metam. 70.

Opponere alicui insidias. Cice. pro Cecinna, 61, In his ipsis intercludẽre insidiis, quas mihi conaris opponere.

Manum opposuit ante oculos. Ouid. 4. Fast. 36.

Manum pueila suauio opponat tuo. Horat. Epod. 3. 5.

Manum si oculi opponere. Oui. 2. Meram. 56, Opposuitque manũ frontì.

Milites ad portas opponere. Liu. 2. ab Vrbe, 205, Et Manilius COS. reuectus in castra, ad omnes portas milite opposito hostibus viam clauserat. Cice. pro Cecinna, 15, Atque iste ad omnes introitus quã adiri poterat, non modò in eum fundum, de quo controuersia fuerat, sed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit.

Moles fluctibus opponere. Cic. 2. Offic. 18.

Natura opposuit montes mari. Lucan. lib. 2. 124.

Nomen opponere alicuius. Cic. 6. Ver. 66, Opponebant illi interdum nomen Africani.

Nomen alicuius ad rem aliquam faciendam opponere. Cic. 5. Verr. 111, Quum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent?

Ordinem aduersus hostes quadruplicem opponere. Liuius 10. bel. Pun. 39, Onerariũ quadruplicẽ ordinẽ pro muro aduersus hostẽ opposuit.

Periculis se opponere. Cic. pro Corn. Balbo, 19.

Præsidium opponere. Cic. ad Brutum, 15. 6, His ardentibus perturbandæ Reipub. cupiditate, quod opponi posset præsidium, non habebamus.

Opponere se inuidiæ pro patriæ salute. Cic. de Aruisp. resp. 56.

Terrorem armati exercitus opponere togatis. Cic. pro Sestio, 43.

His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur. Cic. 2. de Orat. 184.

Paribus paria reddunturr, & contraria opponuntur. Cicero in Orato. 94.

¶ Opponere vitium virtuti. Cic. 3. de Finib. 64, Hoc omni virtuti vitium contrario nomine opponitur.

Opponere nomen æqui iniquitati. Cic. pro Cecinna. 48. Si contrà verbis & literis, & (vt dici solet) summo iure contenditur, iolent eiusmodi iniquitati & boni & æqui nomen, dignitatemque opponere.

Scripto opponitur voluntas testatoris tum, vt quæratur, verbáne plus, an sententia valere debeat. Cic. in Topic. 51.

Vrbem vrbi opponere. Cice. pro Lege agraria, 11, Capuam deduci colonos volunt, illam vrbem huic vrbi rursus opponere, illuc opes suas deferre cogitant.

¶ Opponere, Quum de disputationibus loquimur. Cice. 4. Acad. 237, Introducebat etiam Carneades, nõ quo probaret, sed vt opponeret Stoicis summum bonum esse, &c.

Sed quid oppones tandem, si negem me vnquam istas literas ad te misisse? quo me teste conuinces? Cic. 2. Philipp. 35.

¶ Opponere, pro eo quod aliàs Deponere dicitur, & Contra alium pignus ponere. Plaut. Curcul. 7. 77, –pono pallium,
Ille suum annulum opposuit.

Opponere pignori, Idem. Plaut. Pseud. 3. 85, Vix herele opinor, si me opponam pignori. Terent. Phorm. 4. 3. 56, Ager oppositus est pignori ob decem minas.

Oppositus, pen. corr. Participium. (ἀντιτιθείς, ἀντιτεθείς,) Cic. 2. de Diuin. 26, Luna subiecta atque opposita soli.

In hac dictione ludit Catullus in epigrammate ad Furium, 23, vtranque enim significationem in eadem sententia ostendit,
Furi villula nostra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Fauoni,
Nec sæui Boreę, aut Apeliotę.
Verum ad millia quindecim, & ducenta,
O ventum horribilem, atque pestilentem.

Corpore opposito vim, scelus, & furorem aliquem à bonorum ceruicibus depellere. Cic. pro Domo sua, 50.

Fores oppositæ, Horat. 3. Carm. ode 26. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Humeris oppositis extrahere aliquem è turba. Horat. 2 Serm. saty. 5. 20.
Nubes oppositæ. Ouid. 10. Metam. 36.
Oppositum & obiectum. Cic. pro Fonteio, 3. Specula Pop. Rom. ac propugnaculum illis ipsis nationibus oppositum & obiectum.
Opposito dedecore, Oblato, siue obiecto. Cic. 2 Tusc. 23, Ergo id quod natura ipsa & quædam generosa virtus statim respuit, ne dolore summo, & alui dicerem, oppositoque dedecore sententia depellerere, in eo magistra vitæ philosophia tot secula permanet.
Oppositus, huius oppositus, pen. cor. Verbale. (ἀντίστατος,) Cic. pro Marcello, 19, Non modo excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositu, & corporum pollicemur. Gellius lib. 4. cap. 5, Quem sol oppositu circum vndique aliarum ædium nunquam illustraret.
Idem lib. 14. cap. 5, Quum ille paulisper oppositu horum vocabulorũ commotus reticuisset, &c.
Oppositio, Aliud verbale. (ἀντίθεσις,) Cic. 1. de Inuent. 58, Disparatum autem est id quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo, Sapere & non sapere.

Opportunus, pen. prod. Adiect. (εὔκαιρος, εὐκαίρος,) Quod pro desyderio nostro accidit. Ab ob & portus, q̃ navigantibus maximè vtiles, aptatiq̃ sint. Plaut. Epid. 9. 41, Nihil nomini amico est opportuno amicius: Sine tuo labore quod velis, actum est tamen. Hoc est, Qui in tempore succurrit. Idem Rud. 19. 21.
Heu heu scelestus, galesmi in naui perdidi:
Nunc mihi opportuna hic esset, salua si foret. Et Sticho, 5. 30, Atque illam aegeam ex insperato opportuno modo.
Opportunus alicui vitio vel morbo, Proclinis, obnoxius. Plin. lib. 16. ca. 40. 17, Quædam enim in mari, quædam in terra vitiis opportuniora. Et lib. 18. cap. 7. 18, Non alia de causa opportuniora morbis corpora Existunt. Hoc est, procliniora ad morbos, & quo citius incidit in morbum. Idem lib. 7. cap. 52. 3, Fœminarum sexus huic malo videtur maximè opportunus conuersione valuæ. Sic lib. 9. cap. 31. 1, Pinna ther autem vocatur minimus ex omni genere, ideo opportunes miuriæ. Li. 2. ab Vrbe, 61, Eam ætatem potissimum liberari ab hoste, quæ maximè opportuna iniuriæ esset.
Iniuriæ opportunus, Vide INIVRIA.
Opportunus hosti. Salust. in Iugurtha, Omnibus modis festinare: cauere tamen necubi hosti opportunus fieret.
Opportunus ad, Commodus, Idoneus. Terent. Eunuch. 5. 9. 47, Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vsu tuo nemo est. Cæsar 3. bell. Gall. 411, Quæ quidem res ad negotium conficiendum maximè fuit opportuna.
Aetas opportunissima. Cic. Trebatio, lib. 7. 7. 3.
Classes opportunissimæ. Cic. 2. Ver. 8, Classes optimæ atque opportunissimæ cum magna ignominia Po. Ro amissæ, & perditæ.
Latebra opportuna. Ouid. 3. Metam. 89.
Idoneum tempus & locus opportunus ad eam rem de qua narratur. Cic. 1. de Inuent. 43.
Seges opportuna pecori. Virg. 4. Georg. 26.
Tempus opportunum, Commodum, optatum, proprium. Ci. ad Cæsium, li. 2. 18. 5, Quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris, si ad me in Cilicium quamprimum veneris.
Tempus actionis opportunum. Cic. 1. Offic. 199.
Vrbs opportunissima portu. Liu. 6 bel. Pun. 227, Potiemur præterea cum pulcherrima opulentissimaque vrbe, tum opportunissimo portu egregio. Id est, vnde terra mariq̃ quæ belli vsus poscuat, suppeditentur.
Vrbs opportuna, munita, propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorum ciuium, atque optimorum. Cic. 4 Philipp. 156.
Vtilitas opportuna. Lucret. lib. 6. 179.
Opportunus, Absolutè. Ci. de Clar. Orat. 188, Tantum dico, si mihi accidisset, vt numerarer in moltis * si operosa est concursatio magis opportuno. Salust. in Iugurtha, Tamen interim transfugas, & alios opportunos, Iugurtha, vbi gentium, aut quid agitaret, cum paucissimis esset, an exercitum haberet, vt sese victus gereret exploratum misit.
¶ Locorum opportuna. Tacit. lib. 4, Primo sui incessu soluit obsidium, locorumque opportuna permansit. De Dolabella.
Opportune, pen. prod. Aduerbium, (εὐκαίρως,) Id est, loco & tempore, si ue in loco & in tempore. Terentius Adelph. 2. 4. 2,
–opportunè te ipsum quærito. Idem And. 3. 4. 11, Opportune hic fit mihi obuiam. Et Heautontim. 1. 2. 5, Pater opportunè aduenis. Item Phorm. 4. 3. 74, Opportune adeò nunc argentum mecum attuli. Cæsar 4 bel. Gall. 144. Hæc sibi satis opportunè Cæsar accidisse arbitratus. Cicero pro Cluentio, 112, Obiectum est C. Vibium Capacè ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum: opportunè adest homo summa fide, & omni virtute præditus. Idem pro Rosc. Amer. 41, Tempus idoneum, locus opportunè captus ad eam rem.
Opportune facere. Cic. 3. de Finib. 93.
Opportunè nuntiis allatis. Cæsar 3. bel. Ciuil. 396.
Reddere opportune alicui literas. Cic. Attico, lib. 14. 317. 1.
Illud satis opportune. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 18.

Opportune venire. Cic. 1. de Nat. deorum, 14.
Accidere opportunius nihil potuit, te ipsum cupio. Cic. Lælio, li. 1. 9. 23.
Opportunitas, pen. corr. (εὐκαιρία, καιρός,) Commoditas, pro ratione loci, temporis, & personarum, Cic. 3. de Finib. 69, Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis (habent enim suum modum quęcunque opportuna dicuntur) sic recta effectio.
Consultrix & prouida vtilitatum, opportunitatumque omnium natura. Cic. 1. de Nat. deor. 82.
Opportunitas ætatis. Salust. in Iugurtha, Terrebat eum natura mortalis auida imperii, & præceps ad explendam animi cupidinem. Præterea opportunitas suæ liberorumque ætatis quæ etiã mediocres viros spe prædæ transuersos agit.
Vsus opportunitate anuli Gyges reginæ stuprum intulit. Cic. 3. Offic. 49.
Opportunitates habilitatesque corporis. Cic. 1. de Legib. 40.
Idonea opportunitas faciendi aliquid, aut non faciendi. Cicero 1. de Inuentione, 56.
Fluminum opportunitates. Cic. 2. de Nat. deor. 198.
Opportunitas loci. Cæs. 3. bel. Ciuil. 97, Et adeò loci opportunitate profecit, vt ad Pompeium literas mitteret, &c.
Vtilitas & opportunitas membrorum. Cic. 1. de Nat. deo. 126, Ne hoc quidem vos mouet considerantes quæ sit vtilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, vt, &c.
Temporis opportunitas. Cic. 1. Offic. 199.
Viæ opportunitas. Facilitas. Plini. epist. 24, Tranquilli stomachum multa solicitant, vicinitas vrbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris.
¶ Opportunitas & dignitas. Ci. Attico, lib. 8, 157. 4, Si tenendã hanc oratiũculam, quæ opportunitatem & dignitatem habet, & egregios ciues, &c.
Diuina opportunitas. Cic. 3. Philipp. 141. Præclara tum fuit Senatus in illo ipso die vespertina prouinciarum relatio sortitio: diuina verò opportunitas, vt quæ cuique apta esset, ea cuique obueniret.
Maritima opportunitas. Cice. Attico, lib. 8. 147. 6, Luga & maritima opportunitas visa quæri desperatione.
¶ Adiuncta opportunitas, Vide ADIVNGO.
Opportunitate adeuitare, pro In tempore. Plaut. Epid. 5. 20. & Merc. 14. 3, Optima opportunitate ambo autem venistis.
Corrumpere opportunitatem, Vide CORRVMPO.
Habere opportunitatem ad negotium administrandum. Cicero 1. de Inuentio 55.
Loci opportunitatem sequi, Cic. 1. Offic. 53.
Opportunitatis est beatè viuere. Cic. 3. de Finib. 93.
¶ Opportunitas, Vtilitas. Ci. de Ami. 20, Talis igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere.
Vtilitas & opportunitas. Cicero 5. Verr. 10, Neminem vestrum prætereis Iudices, omnem vtilitatem, opportunitatemque prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda Pop. Rom. adiuncta sit, consistere in re frumentaria maximè.

Opprimo, ὀπρίμις, pen. corr. oppressi, oppressum, (καταπαύω, ὀπρίω,) opprimere, Premendo granare & offendere. Cicero. Qui homini tot miseris calamitatibusque oppresso subuenire. Dicitur & de rebus inanimatis vt ex subiectis exemplis colligitur.
¶ Opprimere os, Continere, Claudere. Terent. Phorm. 5. 8. 93,
Rape hunc. p. itine agitis? eximuero voce est opus,
Nauistrata exi. c. os opprime.
¶ Opprimere. Conuincere, seu comprehendere. Plaut. Asin. 16. 16, Sequere hac me modò: iam faxo ipsum hominem manifestò opprimas. Terent. And. 1. 3. 22, Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat. Idem Adelph. 2. 2. 21, Vt in ipso articulo oppressit. Et And. 1. 2. 10.
Id voluit, nos sic nec opinantes, duci falso gaudio.
Sperantes iam amoto meto, interea oscitantes opprimi.
¶ Opprimi ere alieno. Cic. in Catil. 30, Nemo non modò Romæ, sed ne vllo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile scleris fœdus ascuerit.
Flactus opprimet hanc animam. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 7.
Opprimere animos formidine. Cic. 7. Ver. 12, Quis dubitet quin seruorũ animos summa formidine oppresserit?
Opprimere bellum exortum. Cic. 1. de Diuin. 169, Quod paucis post mensibus exortum, paucioribus à te est diebus oppressum.
Operire & opprimere contumelis aliquem. Cic. 6. Ver. 99.
Obrui & opprimi criminibus & testibus. Cic. 3. Verr. 13.
Opprimere dictum suum, Mutare sententiam. Plaut. Merc. 12. 6,
Si opprimit pater quod dixit, exulatum abiit salus:
Sin lodalis, quod promisit fecit, non abiit salus.
Opprimitur dolor patientia. Cic. 2. Tusc. 58, Sed eum opprimi dico patientiasi modò est aliqua patientia.
Dolore opprimi. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 4.
Vnda flammas opprimit. Senec. Medea, 12. 2.

Conficere

Conficere atque opprimere hostes. Cic. pro Fonteio, 21.
Hostes parentis fui oppressit. Senec. Octauia, 8. 9.
Opprimere ignem. Liu. 9. bel. Pun. 154, Et Syphacem & Carthaginienses, nisi orientem illum igem oppressissent, ingenti mox incendio, quum tam nullam opem ferre possent, arsuros. Hic per translationem.
Opprimere improuiso. Litius 5. bel. Maced. 151, Vt qui spem omnem in eo, vt improuiso opprimerent, habuissent, Cic. 1. Offic. 119, Quumque tyrannum Nicodem improuiso oppressisset, sexcentos exules qui fuerant eius ciuitatis locupletissimi, reti tuit.
Improuiso tantus morbus hominem temperantem oppressit. Cice. Attico, lib. 15. 321. 2.
Opprimere incautos. Liu. 6. bel. Pun. 56, Nanque ex Lucanis in Brutium agrum, ad fretum verò ac Rhegium eo cursu contendit, vt propè repêtino aduenta incautos oppresserit. Idem 6. bel. Maced. 81, Incautos enim & plerosque sopitos oppresserat.
Iniustis opprimi. Cic. in Cati. 27, Fore vt eius socios inuidia oppressus, persequi non possem. Quintil. lib. 7. cap. 3. 25.
Iudicio opprimere. Cic. pro Quintio, 4, Si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius quem velit iniquo iudicio opprimere possit. Idem pro Cluent. 11, Et est quisquam qui quum hæc cognouerit, suspicari possit Oppianicum iudicio oppressum, & circumuentum esse innocentem? Sic pro Cornelio Balbo, 51, Oppressus sententiis.
Iaculo oppressit leonem. Valer. 3. Argon. 5.
Mentionem aliquam opprimere. Liu. 8. bell. Maced. 221, Oppressit deinde mentionem memoriamque omnem contentionis huius maius, & cũ maiore & clariore viro certamen ortum.
Plerosque nec opinantes oppressimus, qui occisi, captique sunt. Cice. ad Catenem, lib. 15. 4. 24.
Oppressit nox. Cic. de Senect. 45, Q. uoties illum lux noctu aliquid deferbere ingressum, quoties nox oppressit quum mane cœpisset? Liu. 3. ab Vrb. 74 Nox certamina cœpta oppressit.
Occasionem opprimere, Supprimere, tacere, celare. Plaut. Asin. 7. 15, Sed si mecum occasionem opprimere hanc quæ obuenit, studet, Maximas optumitates, &c.
Onere opprimi, Vide ONVS.
Onere officii opprimi. Cic. pro Rosc. Amer. 6, Id quod suscepi, quoad potero perferam, quod si perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quàm id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter animi infirmitatem deponere.
Orationem alicuius opprimere. Cic. 2. de Finib. 53, Quæ iam oratio non à philosopho aliquo, sed à Censore opprimenda est.
Pede opprimere. Cato ca. 46, In sesquipedem quoquo versum taleam de mittito, opprimitoque pede. Sic Plin. lib. 17. cap. 18. 1.
Penuria victus opprimit eum. Horat. 1. Serm. saty. 1. 10.
Extinguere & opprimere potentiam alicuius. Cic. pro Rosc. Amer. 6.
Remp. opprimere armis. Cice. ad Sulpitium lib. 4. 5. 5, Quicunque postea Remp. oppressisset armis, multò intolerabiliorem futurum.
Ruina opprimi. Cic. 1. de Diuin. 29.
Somnus oppressit eum. Terent. Eunucho, 3. 5. 53, Interea somnus virginẽ opprimit: Liuius 1. ab Vrbe, 26, Ibi quum eum cibo vinoque grauatũ sopor oppressisset, pastor accola, &c. Idem 7. ab Vrbe, 192, Oppressus ira aut somno. Et Cæsar 2. bel. Ciuil. 165. Sic Cic. 4. Acad. 98.
Terra opprimi. Cic. 1. de Diuin. 77.
¶ Opprimere. Præuenire, Præoccupare. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 1, Puto te iam suppudere, quum hæc te tertiã epistola antè oppressit, quã tu schedulam aut literam.
Opprimere aliquem consilio. Cic. 1. Ver. 24, Nunquam ille me opprimet consilio, nisiquam vllo artificio peruertet. Quod idem est ac si diceret, consilis eius anteuertem, omnia prouidebo. Budæus.
¶ Opprimere & Abscondere. Cic. pro Rosc. Amer. 72, Est quiddã quod occultatur: quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eo magis eminet & apparet.
¶ Opprimere, pro Extundere, peruincere: Id est violenter impetrare, & violentis precibus. Plaut. Nam si vllo modo posset impetrari ne te abdocerer, dedi operam: verùm oppressit.
Oppressus. Participium (κατεπαύσας δίκῃ μόνῳ,) vt
Oppressa metu ciuitas, Apud Liuium 4. bel. Pun. 98.
Oppressus à prædonibus & captus est, Cic. 7. Verr. 95.
Oppressus est, non causa, sed tempore. Cic. pro Cluentio, 73.
Victus & oppressus catenis. Seneca Here. fur. 1. 11.
Casu acerbo oppressus. Catull. ad Mallium, epigr. 63. 1.
Oppressus doloribus. Confractus. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 6, Quanquam erat oppressus totius corporis doloribus.
Oppressus vi. Cice. 2. Offic. 32, Sed iis qui oppressos imperio coercent, sic fanè adhibenda iaciitia.
Repressum magna ex parte, non oppressum aliquem relinquere. Cic. pro Murena, 30.
Oppressa amicitia, Violata. Cic. de Amicit. 67, Quamobrem primùm est elanda opera nequa amicorum diffidia fiant. Sin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur.
Arces oppressæ. Lucan. lib. 1. 130.
Carmina oppressa silent. Lucret. lib. 2. 102.
Herba oppressa. Ouid. 3. de Arte, 144.
Iuuencus oppressus à lupo. Stat. 8. Thebaid. 135.
Memoria oppressa. Plinius epist. 195, Ne istam ipsam memoriam cui gratias ago, assiduitate, & copia turbem: oneratanque & quasi oppressam cogam pluribus singula, posterioribus priora dimittere.
Pectus oppressum. Senec. Herc. fur. 11. 22.
Oppressa capraque Respublica. Cic. pro Domo sua, 22.
Oppressus & afflictus Senatus. Cic. Post red. in Senatu, 16.
Vita oppressa iacet. Lucret. lib. 1. 12.
Oppressio, oppressionis, Verbale. (κατεπαυσμός δίκης) Terẽ. Adel. 2. 2. 30, Per oppressionem vt hanc mihi eripere posset.
Curiæ oppressio. Cic. pro Domo sua, 3.
Legum & libertatis interitus, earumque oppressio terra & detestabilis. Cic. 3. Offic. 111.
Oppressor, Aliud verbale, masc. ge. (κατεπαυστὴς δίκης,) Brutus ad Ciceronem in Epistolis ad Brutum, 16. 11, Petitur vt vindices atque oppressores dominationis falsi sint?
Oppressiuncula, oppressiunculæ, pe. cor. Diminut. apud Plautũ legitur.

Opprobrium, opprobrii, (ὄνειδος,) Infamia, dedecus, quasi ob necũ probrũ. Plinii. li. 18. ca. 26. 17, Dedecus enim habetur opprobriõque meritum, falcẽ ab illa volucre in vite deprehẽdi. Ci. in Saluit. Quum omnibus matribus familarum opprobrio esset.
Aeternum opprobrium. Horat. 4. Carm. ode 12. 2.
Aliena opprobria. Horat. 1. Serm. saty. 4. 26.
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe Absterrent vitiis.
Magnum opprobrium. Horat. 3. Carm. ode 24. 9.
Turpe opprobrium. Horat. 1. Serm. saty. 6. 17.
Turpia opprobria linguæ. Claud. de bello Getico, 105.
Dignus opprobriis. Horat. 1. Serm. saty. 1. 17.
Fugere opprobria culpæ. Horat. 1. epist. 9. 2.
Rustica opprobria fundere. Horat. 1. epist. 1. 30.
Falsis opprobriis morderi. Horat. 1. epist. 17. 8.
Recantata opprobria. Horat. 1. Carm ode 16. 6, –dum mihi
Fias recantatis amica Opprobriis.
Esse opprobrio. Ouid. 2. Trist. 89. Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo.
Opprobro, opprobras, pen. corr. (ὀνειδίζω,) opprobrare, Significat probrum obiicere, inquit Festus Plaut. Mostel. 4. 144, Egone id exprobrẽ, qui mihimet cupio id opprobrarier? Gellius lib. 1. cap. 15, Idem Cato M. Cælio Tribuno pleb. vtilitatem opprobrans, non loquendi tantum verumetiam tacendi. Frusto (inquit) panis cõduci poteit, vel vt taceat vel vti loquatur. Idem li. 17. cap. 1, Vt vel hac ipsa re, quod ita dicebar, opprobraret aduersariis.
Opprobratio, Verbale. (ὀνειδισμός,) Gellius lib. 12. cap. 11, Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.
Opprobramentum, opprobramenti, (ὀνείδισμα,) Antiquè pro opprobrio. Plaut. Merc. 7. 80, Litigare ego nolo vosquàm tuam autem accusari fidem, Multo ædepol, liquid faciundum est damni, facere mauolo, Quàm opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domi.

Oppugno, oppugnas, (πολεμέω, πολιορκέω, πρεσβεύω,) oppugnare, Significat contra pugnare, nocendi causa. Cicero pro Sestio, 74, Domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodianis, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum, Sic 1. de Diuin. 89. Cæsar. 2. bel. Gall. 276.
Obsidere, oppugnare & labefactare aliquã vrbẽ. Cic. de Aruſp. respon. 5.
Vehementissimè oppugnare vrbem aliquam. Ci. pro Leg. Man. 13.
Vrbem oppugnat celsis molibus. Virg. 5. Aeneid. 88.
Carinam festam oppugnare. Ouid. 11. Metam. 107.
Sagittis oppugnare rates. Propert. lib. 3. eleg. 11. 3.
Oppugnare aliquem, Omnibus technis adhibitis, vincere, siue impetrare dolo, aut etiam pecunia. Plaut. Epid. 3. 60, Tibi audendum est, senem oppugnare certum est consilium. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 5, Vt quos tu Reipub. causæ læserat, parum te oppugnarent.
Propugnare pro aliquo, & Oppugnare aliquem, cõtraria. Cic. Anteq. iret in exilium, 6, Et pro innocentissimo quoque propugnare, & nocentissimum quenque oppugnare, nobis vtilissimum esse arbitraremur, &c.
Oppugnare aliquem pecunia. Cic. ad Lentulum, li. 1. 1. 2, Hammonius regis legatus apertè pecunia nos oppugnat. Idem 2. Verr. 15, Vrgebant comitia, & his ipsis oppugnabar grandi pecunia.
Oppugnare aliquem capite & fortunis. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 1. 1, Existimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nec absentem Iudibrio læsum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri.
Oppugnare & repugnare. Cic. F. Metello, lib. 5. 2. 28, Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clandestinis consiliis oppugnare aliquem.Cic in Orat.130.
Palam oppugnare aliquem.Cic.Q.fratri,lib.1.8.1.
Defendere & probare rem aliquam,Oppugnare & euertere,contrarla. Cic.1.de Orat.88.Carneadis verò vis incredibilis illis dicendi,& varietas perquam optanda nobis,qui nullam vnquam in illis fatis disputationibus rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam non euerterit.
Oppugnare occultè rem aliquam.Ci.pro Lege agraria,1, Quæ res apertè petebatur,ea nunc occultè omnibus oppugnatur.
Oppugnare bona alicuius.Plaut.Persa,3.19. Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona.
Oppugnare verbis æquitatem.Cl.pro Cecina,49, Tamen non probasse memini quod defendis,'quia verbis oppugnare æquitatem videbatur.
Caput alterius oppugnare.Cic.pro Quintio,27.
Oppugnare verbis commoda patriæ.Cic.1.de Inuent.2,Qui verò ita se armat eloquentia,vt non oppugnare commoda patriæ,verùm pro eis pugnare possit,is mihi vir,&c.
Oppugnare consilia alicuius.Plaut.Mostel.8.166,
Dii te deæque omnes funditus perdant senex,
Ita mea consilia vndique oppugnas mala.
Mens oppugnatur artibus innumeris.Ouidius 2.de Remed.amoris,59.
Oppugnare os alcui.Plau.Casi.98.59,Peni, pugnis cædor Iuppiter. Et paulo pòst,Tempori postquam oppugnatum est os.
Oppugnatus,pen.prod.Part. (πολεμούμενος,)vt
Roma oppugnata propriis triumphis.Propert.li.2.eleg.16.9.
Oppugnatio,Verbale.(πολέμησις,)Liu.4.ab Vrbe,124,Nec segnior oppugnatio est,quàm pugna fuerat.Cæsar 2.bel.Gall.154,Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio est.
Machinamenta,& astus oppugnationum.Tacit.lib.4.
Nocturnam oppugnationem audere.Tacit.li.2,Autoresque nocturnam castrorum oppugnationem.
Oppugnatio & gratia.Cic.ad Q.fratrem,lib.2.9.1,Mihi eum sua sponte iucundum, tum iucundius quòd me absente (est enim πολιορκία iudicium) sine oppugnatione,sine gratia nostra erant Antii.
Oppugnator, pen.prod.(πολεμοποιός,)Verbale masc.Cic.pro Cornel. Balbo,41,Atque vtinam qui vbique sunt propugnatores huius imperii,possent in hanc ciuitatem venire& contrà,oppugnatores Reip.de ciuitate exterminari.

Opputo, ópputas,penult.corr.(κολαφίζω,)opputare, Idem quod ,Putare,aut circumputare,& de arboribus intelligitur.
Plin.lib.17.cap.11.4,
Opputator autem quicquid proximo tulit fructum.

Oppuuire, (πλοκίζειν,)verbum obsoletum, Percutere est. Vnde ,oppuuia,verbera dicuntur.Afranius,Oppuuiis pueri coercentur.Nonius.

OPS,(ὄψ,)filia Cæli ex Vesta,& soror vxorque Saturni: quâ vt scribit Seruius,Græci Rheam vocant,ἀπὸ τοῦ ῥέω,id est fluo,quòd terra rebus omnibus affluat.Plau.Cist.5.39,Iraque Ops opulenta illius auia.
Turrigera Ops.Ouid.2.Trist.5.
Ops soror Saturni,Oceani & Salaciæ filia.Cic.de Vniuers.56.
Aedes Opis.Cic.1.Philipp.13.
Ops eadem est quæ & Cybele.Tibull.lib.1.eleg.4.14,
At qui non audit Musas,qui vendit amorem,
Idææ currus ille sequatur Opis:
Et tes centenas erroribus expleat vrbes,
Et secet ad Phrygios vilia membra modos.
Ops,Opem ferens dicitur.Afrius,Quorum genitor fertur esse ops gẽtibus.Vnde Inops,& Inopiosus,quasi sine ope.Festus, Ops antiqui dicebant,quem nunc opulentum,vt testimonio est ei contrarium Inops.
Opis,(βοηθός,)opem,ab ope,Datiu' vix legitur. Id est potestatis & auxilii.Plaut.Cistell.10.1,
Nisi quid mihi opis,di dant,disperii.neque
Vnde auxilium mihi,aut præsidium expetam,habeo.Teren.Heaut.3.3.11, -quid illum porrò credis facturum Chreme,
Nisi eum quantum di dant tibi opis,seruas,castigas,mones?Virg.1.Aeneid.159, -nec spes opis vlla dabatur.Id est auxilii,inquit Seruius.
Nihil opis in.Ci.de Sen.4.Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene beateque viuendum,iis omnis grauis est ætas.Idem 7.Ver.131,Constitue nihil esse opis in hac voce.Cinis Romanus sum.
Diues opis natura suæ.Horat.1.Serm.saty.2.15.
Expertes opis.Lucret lib.5.200.
Indigus opis.Virg.1.Georg.86.
Admouere tardam opem.Ouid.1.de Remed.amor.24.
Afferre opem alicui.Ouid.8 Metam.121.Vide AFFERO.
Auferre opem,Vide AVFERO.
Confugere ad opem alicuius.Cic.pro Fonteio,19.
Salutiferam opem dare.Ouid.epist.20.35.
Egere ope.Ouid.epist.10.8.
Opis egens,dixit Cicero lib.3.Tuscul.75,Ex quodam poeta.

Omni ope atque opera eniti.Cic.ad Atticum,lib.14.31.2.7.
Summa ope niti,vel eniti:Id est omni virtute, omnibus viribus. Salust.in Catil.Omnes homines qui sese student præstare cæteris animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant. Idem in Iugurtha, Sed ab iisdem ab illis fautoribus regis summa ope enisum est, ne tale decretum fieret.
Non opis est nostræ Dido.Id est nostræ possibilitatis,inquit Seruius.Virgil.1.Aeneid.122.
Opem alicuius expectare.Cicero ad Atticum,lib.9.189.1,Ab eo mihi literæ redditæ sunt ad v11 Cal.quibus iam opes meas,non vt in superioribus literis,opem expectat.
Expectare ab aliquo opem & ornamentum aliquod.Ci.in Pis.14.
Exposcere opem.Stat.10.Thebaid.11.
Ope consilioque tuo furtum factum Cic.3.de Nat.deo.106.
Diuina ope fefellit sua ferta.Ouid.3.Fast.5.
Ferre opem.Ouid.2.Fast.81. Idem 1.Metam.110.
Ferre opem & salutem indigentibus Cic.1.de Finib.187.
Abominandam opem alicui ferre,Vide ABOMINOR,
Tristem ferre opem.Ouid epist.19.36,
Vt valeant aliæ,ferrum petiuntur,& ignes:
Fert aliis tristem succus amarus opem.
Opis aliquid ferre.Cic.ad Sulpitium,lib.4.12,Profectò aliquid opis occidenti Reip.tulissemus.
Fultus ope.Quintil.lib.6 cap.5.6.
Implorare opem alicuius.Ouid.8.Metam.54.
Indigere opis.Cic.1.Off.c.74,Hoc maximè officii est,vt quisque maximè opis indigeat,ita ei potissimum opitulari.
Medica ope iuuare aliquem.Ouid.1.Amor.eleg.9.2.
Mulcere aliquem ope.Ouid.epist.6.20.
Negare opem alicui.Ouid.epist.3.10.
Orare opem Ouid epist.11.13.
Ad te confugimus,à te opem petimus.Cic.5.Tusc.7.
Petere opem lassis & dubiis rebus.Senec.Thyeste,8.8.
Poscere opem.Horat.2.epist.1.28.
Promittere opem.Ouid.5.Fast.50.
Reddere opem,& exoluere grates.Stat.5.Sylu.5.9.
Nil opis superest.Ouid.6.Fast.74.
Tentare opem.Ouid.3.Fast.160,
Concitat iratos validos Tirannis in arma,
Quæque fuit fatis debita,tentat opem.
Sera ope fata vincere.Ouid.2.Met.124, -seraque ope vincere fata
Nititur,& medicas exercet inaniter artes.
Vti ope alicuius.Ouid.3.Fast.64.
Opem veteres etiam pro Opulentia dixere.Cicero lib.3.Tusc.77,
-ô Priami domus
Septum altisono cardine templum
Vidi ego te astantem ope barbarica.Ex quodam poeta.
Opes,opum,opibus pluraliter tantum,(πλοῦτος, δύναμις,)Diuitiæ dicuntur.Virg.1.Aeneid.115,Auxilio tutos dimittam,opibusque iuuabo. Id est,facultatibus.Mart.lib.5.122,Dantur opes nullis,nunc nisi diuitibus.Cic.1.Offic.37,In quibus autem maior est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes,& ad gratificandi facultatem.
Diuitias honores,opes in bonis numerare.Cic.5.de Finib.139.
Præditus magnis opibus homo.Cic.pro Cluentio,122.
Superbi opibus.Virg.5.Aeneid.54,
Magnas inter opes inops.Horat.3.Carm.ode 16.6.
Perosus opes.Ouid.11.Metam.30.
Propter opes & copias tolerabilis senectus,Cic.de Senect.8.
Cupido furiosa opum.Ouid.1.Fast.43.
Variarum opum diuex.Virg.2.Georg.94.
Fames magnarum opum.Ouid.1.Fast.61.
Largitor opum.Stat.3.Sylu.1.19.
Nimiarum,opum potentiæ non ferendæ.Cic.3.Offic.46.
Vbertas opum Silius lib.15.81.
Adoptiuæ opes arboris.Ouid.2.de Arte,131.
Auaræ.Claud.1.de raptu Proserp.5.
Beatæ.Stat.1.Sylu.5.9.
Festæ.Silius lib.7.36.
Fluxe.Senec.Hippol.4.27.
Immensæ.Ouid.6.Metamorph.37.
Certæ,Vide CERTVS.
Indelibatæ.Ouid.1.Trist.eleg.4.6.
Opes integræ,& Opes accisæ,vt contraria ponuntur.Horat.2.Serm.Satyra 1.23, -puer hunc ego paruus Ofellum
Integris opibus noui non latius vsum,
Quàm nunc accisis videas.Id est valde imminutis attenuatisque.
Largæ opes.Vide LARGVS.
Laxæ.Vide LAXVS.
Modicæ.Ouid.3.Trist.eleg.7.9.

Priuatæ.Tacit.lib.2.
Sollicitæ.Horat.2.Serm.sat.6.16.
Nimiæ.Tacit.in vita Agricolæ. Sparsæ.Lucan.lib.3.25.
Speciosæ opes.Tacit.in vita Agricolæ,Opibus nimiis non gaudebat,speciosæ contigerant.
Superbæ opes.Silius lib.17.126.
Absumptæ opes.Ouid.1.Amor.eleg.12.6.
Acquirere opes.Ouid.2.de Arte,69,de amne, Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo.
Adolescunt opes,Vide ADOLEO.
Affectæ opes.Tacit.lib.18.Cæterum, vt largitionibus affectæ imperii opes sufficerent, amputari legionũ,auxiliorumque numeros iubet.
Amittere opes malè.Ouid.epist.21.14.
Attenuarat opes voragine ventris.Ouid.8.Metam.171.
Augere opes,Vide AVGEO.
Comminutæ opes & depressæ Vide COMMINVO.
Fundatas & optimè constitutas fortunæ suæ opes potestati regiæ committere,Cic.pro Rab.Posthumo,1.
Beatas componit opes nullo fine.Senec.Herc.fur.3.2.
Concidere opes,Vide CONCIDO pen.corr.
Condere opes,Abscondere.Virg.2.Georg.102,Condit opes alius, defossoque incubat auro.
Congestæ opes.Ouid.4.Fast.124.
Conquirere opes quæstu meretricio,Vide CONQVIRO.
Consectari opes,Vide CONSECTOR.
Consequi honores & opes.Cic.de Clar.Orat.153.
Consumere opes alicuius.Ouid.3.Fast.126.
Conualescunt opes,Vide CONVALEO.
Corruunt opes,Vide CORRVO.
Ceuerunt opes.Ouid.1.Fast.43.
Crescunt opes & hostium animi.Cic.pro Lege Manilia,31.
Crescere in multas opes,Vide CRESCO.
Congestæ cumulantur opes.Claud.1.in Ruffinum,39.
Deartuare opes,Vide DEARTVO.
Decedit hoc opibus,Vide DECEDO.
Detrahere opes alicui.Tibull.lib.2.eleg.1.15.
Dilacerantur opes tuæ.Ouid.epist.1.18.
Direptæ opes.Claud.4.Paneg.26.
Largæ dabantur opes.Ouid.3.de Arte,82.
Efferre opibus Rempublicam.Cic.Octauio,7.
Effodiuntur opes,irritamenta malorum.Ouid.1.Metam.29.
Emergere ad summas opes.Lucret.lib.3.13.
Eruere opes & regnum alicuius.Virg.2.Aeneid.1.
Euertere opes,Virgil.7.Aeneid.121, -inclementia diuum
Has euertit opes,sternitque à culmine Troiam.
Expectare opes non opem alicuius.Cic.Attico,lib.9.189.1.
Fatuas opes exposcere.Ouid.11.Metam.41.
Bene fundatæ opes.Ouid.14,Metam.117.
Inclinantur opes ad,Vide INCLINO.
Innoxiæ opes sanguine.Ouid.3.Amor.eleg.7.11.
Lacerare opes alicuius.Ouid.Epist.3.18.
Ostentare opes.Virg.4.Aeneid.15.
Perdere opes suas.Ouid.1.Amor.eleg.2.10.
Pollent opibus.Lucret.lib.1.12.
Posslidere opes.Ouid.3.Amor.eleg,7.11.
Potens opibus.Ouid.4.Fast.51.
Contemptas proculcat opes.Claud.de bel.Getico,122.
Quærere opes malè.Ouid.epist.11.14. Idem 3.Amor.eleg.7.13.
Pritatas quærere opes.Horat.1.epist.3.4.
Miseras opes quærere corpore.Ouid.1.Amor.eleg.10.5. De meretricibus hoc ait
Rapiuntur opes à victis.Lucan.lib.7.152.
Recondere opes.Ouid,1.de Arte,126.
Refrenare & coercere omnium opibus iuuentutem.Cicero.2.de Diuinitat.7.
Regere opes.Ouid.14.Metam.155.Proximus Autonias iniusti miles Amuli Rexit opes.
Tueri opes.Ouid.epist.15.7, -quas habeo di tueantur opes.
Opes,pro Auxilio.Plaut.Asin.5.92.
Nunc pergam ad forum,atque experiar opibus,omni copia:
Supplicabo,exobsecrabo,vt quenque amicum videro. Virgilius 12. Aeneid.86,
Non hæc humanis opibus,non arte magistra
Euenient.Id est,auxiliis & viribus. Horatius.1.epist.10.8.
-donec minor in certamine longo.
Imploraut opes hominis. Cic.ad Q.fratrem,lib.1.1.3,Nunc quoniam ita accidit vt neque Prætores suis opibus, neque nos nostro studio quicquam proficere possimus. Salust.in Catil.Certè mihi rectius videtur, ingenii, quàm virum opibus gloriam quærere: Id est virtute aut viribus.
Infirmæ & tenues ad gratiam referendam sunt sæpe singulorum opes. Cic.Antequam iret in exilium.2.
Tenues opes,nullæ facultates,exiguæ amicorum copiæ. Cic. pro Quintio,1
Allicere opes,Vide ALLICIO.
Circumueniri & vrgeri potentis alicuius opibus.Cic.2.Off.73.
Confirmare opibus & copiis potestatem quandam.Cic.2.de L.agr.43.
Vi summa opum euertere aliquid.Virgil.9.Aeneid.106.
Expectare alterius opes,miserrimum est.Cic.pro Quintio,28.
Fractæ opes.Virgil.3.Aeneid.11,
Ille,vt opes fractæ Teucrûm,& fortuna recessit,&c.
Iuuare aliquem opibus.Virgil.1.Aeneid.116.
Firmissimis opibus contra scelus inimicorum aliquem munire'.Cice. de Prouinc.Consul.34.
Nixum firmioribus opibus auxilium.Cic.Antequam iret in exil.2.
Obsidere opibus Italiam.Cic 2.de Lege agrar.76.
Contra tantas opes non pugnandum.Cic.Lentulo,lib.1.9.84.
Viribus atque opibus omnibus repugnare alicui.Cic.3.Tusc.43.
Opibus hominum septus & munitus.Cic.1.de Finib.20.
Euertere opes alicuius.Cic.1.de Lege agrar.55.

Opifer, pen.corr. opifera,opiferum (βοηθήσων,) Opem ferens. Plin.lib. 11.cap.37.46, Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuisse accepimus, vt multis mẽsibus tortus credatur, quum meditatur in dedicanda æde opiferæ dicere.
Deus opifer,Aesculapius.Ouid.15.Metam.131.

Opulentus, Adiectiuum, (πλούσιος,) Diues, & opibus abundans, quasi diuitiarum plenus. Plaut. Amphit.4.14, Opulento homini hoc seruitus dura est. Cic.de Amicitia,43,Vt muliercula magis amicitiarum præsidia quærant quàm viri,& inopes quàm opulenti,&c.
Opulentus & fortunatus.Cic.1.Offic.103.Videndumque illud est, quod si opulentum fortunatumque defenderis,in vno illo, aut forte in liberis eius manet gratia.
Opulentus auro.Plaut.Epid.5.112.
Pecuniæ opulentus.Tacit.lib.18, Nec virorum inopes, & pecuniæ opulentæ.De Asia,& quibusdam aliis prouinciis.
Thesauris Arabum opulentior.Horat.3.Carm.ode 24.1.
Opulentissima ciuitas.Cic.3.de Nat.deorum,117.
Copia opulenta.Horat.1.Carm.ode 17.4.
Mens opulentior auro.Ouid.ad Pisonem,22.
Opulentum opsonium.Plaut,Bacchid.1.63.
-tu facito opulentum opsonium, Ego opsonabo.
Regia opulenta.Catull.Argon.Epig.59.9.
Templum opulentum donis.Virgil.1.Aeneid.91.
Vrbs opulentissima.Catull.in Iulium Cæsarem,epigr.23.5.
Rex Asiæ opulentissimus Croesus.Cic.2.de Diuinat.172.
Sardanapalus rex Syriæ opulentissimus.Cic.5.Tuscul.143.
Opulentia,opulentiæ,(πλοῦτος.)Plaut.Bacchid.9.22,
Sed antequam illa vnquam meis opulentiis
Ramenta fiat grauior,aut propenior,
Mori me malim misera excruciatum inopia. Plinius lib. 17. cap.1. 6, Tam recens est opulentia. Sic Salustius in Ciceronem,3, Cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis ciuium parauerit?
Diuitiis Crœsi opulentia.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.8.
Longa opulentia clarus.Tacit.lib.14, Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus,Cæsarem hæredem,duasque filias scripserat.
Spectata opulentia.Tacit.lib.18.Titus spectata opulentia, donisque regum,quæque alia lætum antiquitatibus Græcorum genus,&c.
Deest opulentia nobis.Virgil.7.Aeneid.53.
Opulentitas,pen.corr.opulentitatis,Idem,(πλουτότης.)Plaut.Milit.16. 34.Quasque eius opulentitatem reuerearis.

Opulenter, Aduerbium,(πλουσίως,)Cum opulentia.Liu.1.ab Vrbe,160, Ludos opulentius instructiusque quàm priores reges,fecit.

Opulento, opulentas,(πλουτίζω,)opulentare, Opulentum facere.Colu. lib.8.cap.1.2, Quum & auium stercore macerrimis vineis,& omni furculo atque arno medeantur, & eisdem familiarem focum mensamque pretiosis dapibus opulentent. Horat.1.epist.17.1,
Ne perconteris fundus meus optime Quinti,
Arno pascat herum,an baccis opulenteet oliuæ.

Obsonium, (ὄψον, ἀλφίτον.) Dicitur quicquid vlitra panem & vinum in cibo adiicitur.Plaut.Aulul.2. 5.Dat coquos cum opsonio. Plinius lib.18.cap 11.3,Panis ipsius varia genera prosequi superuacuum videtur: aliàs ab opsoniis appellati,vt ostrearii.Græci δ' ὑπ' ἐφεψήματα (inquit Bayfius) vocant opsonia mensis imposita.
Opulentum opsonium,Vide Opulentus in OPS.
Rancidula fiunt opsonia.Iuuen.Saty.11.14.
Captare opsonia.Horat.1.Serm.saty.7.22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnia conduclit coemens opsonia nummis.Horat.1.Serm.saty.2.2.
Austri coquunt opsonia.Horat.2.Serm.saty.2.9.
Opsono,opsonas,pen.prod.(ὀψωνέω,ὀψωνοῦμαι,)opsonare:& Opsonor,opsonari,opsonari,Deponens,Emere seu præparare res necessarias ad opsonandum(hoc est aliquid cum pane comedendum)seu cõuitandum.Plaut.Calin.11.55, - tene marsupium
Abi,atque opsona,propera. Idem Capt.8.24, Ipsi opsonant, quæ parasitorum ante erat prouincia. Idem Aulul.9.1, Postquam opsonauit herus, & conduxit coquos. Terent. Adelph.5.9.7, Et quidem porrò hæc opsonare,cum fide scortum adducere.Idem Aud.2.6.20,Vix,inquit,drachmis opsonatus est decem.
Opsonare,Facere sumptum pro opsonio comparando.Plaut.Bacc.1.64,
- to facito opulentum opsonium:
Ego opsonabo.nam id flagitium meum sit,mea gratia
Te operam dare mihi:& ad eam operam facere sumptum de tuo.
Nimium opsonauit,Vide NIMIS.
Opsonare opsonium. Plaut.Stich.7.36, Ibo,atque opsonabo opsonium.
Opsonare prandium. Plaut.Pœno.1.9.16, Ego me moror propemodum, hoc opsonare prandium Potero mihi.
Cœnæ opsonaui,Plautus.
Famem opsonare.Cic.5.Tuscul.138,Socratem ferunt,quum vsq; ad vesperum contentius ambularet,quæsitumque esset ex eo quare id faceret,respondisse se,quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem.
Opsonito, opsonitas, pen. corr. (ὀψωνοῦμαι,) opsonitare, frequentatiuum,Sæpe opsonare.Nævius,Multi mecum eo die opsonitauere.
Opsonatus, huius opsonatus, penult.prod. (ὀψώνησις,) Ipsa opsonatio. Plaut. Trucul. Dedi equidem hodie quinque argenti deferti minas, præterea vnam in opsonatum.
Opsonitor, pen.prod.opsonatoris, (ὀψώνης,) Qui emit opsonia,& coquo ad coquendum tradit.Plaut.Milit.10.72, Vel primarium parasitum,atque opsonatorem optimum.Bayfius, Qui opsoniis comparandis præerat,dicebatur opsonator: vt est apud Marcellum in L.Legatis seruis,suprà De legatis tertio.Græci illum ἀγορανόμον vocant authore Athenæo. Quin & opsonator Græcum vocabulum videri potest, quasi ὀψωνήτωρ, Id est opsonii emptor:qui & ὀψώνης dicitur.
De opsonatore confecit epigramma Martialis lib.14.219.

Optimas,Optime,Optimus,Vide BONVS.

Opto, optas, (εὔχομαι,) optare,Cupere,Desyderare. Ab ope petendo, vt ait Sipontinus. Terent. Heaut.4.5.8, Optabit rursum vt abeat ab se filius.Cic.Sulpitio,lib.4.1.8,Itaque mihi venire in mentem nil potest nõ modò quid sperem, sed vix iam quid audeam optare.Trebonius ad Ciceronem,lib.12.16.1, Athenas veni ad vndecimũ Calendas Iunii: atque ibi (quod maximè optabam) vidi filium tuum dedirum optimis studiis,summaque modestiæ fama. Cic.ad Qu. fratrem, lib.2.14.4, Id erat huiusmodi, vt magis optandam, quàm sperandum putarem.
Nihil est mali,nihil sceleris quod illa non ab initio filio voluerit,optarit, cogitauerit,effecerit.Cic.pro Cluentio,149.
Optat ephippia bos piger,optat arare caballus Horat.1.epist.14.9.
Optare & expetere aliquam fortunam.Cic.in Pisonem,25.
Fructum otii capere & optare.Cic.1.de Orat.1.
Furorem & insaniam quibusdam optare.Cic.in Pisonem,36.
Mortem miserrimus opto.Virg.2.Aeneid.131.
¶ Optare,Eligere vnum è duobus,vt ait Donatus.Plaut.Aulul.3.11,
- inopemque optauit potius eum relinquere,
Quàm eum thesaurum commonstraret filio. Terent.And.4.6.2,
Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias
Potius,quàm in patria honestè pauper viuere.Hoc est,melius amauit, vt loquuntur barbari. Cic.lib.1.Offic.166,Quæque maiori parti pulcherrima videntur, ea maximè optant. Quædam exemplaria legunt exoptant. Virg.1.Aeneid.86,Optauitque locum tectis. Ibidem,3.22, Optauitque locum regno.
¶ Optare,Precibus postulare.Plaut.Asin.11.130,
Opta id,quod vt contingat tibi,vis. AR.quid si optaro? LE.eueniet. AR.Opto annum hunc perpetuum mihi huius operas. LE.impetrasti.Terent.Eunuch.5.9.27,Quod vis donum & præmium à me optato:id optatum feres.Virg.7.Aeneid.55,Et reor,& siquid veri mens augurat,opto.Ibidem,lib.8.101,Externos optate duces.
A diis immortalibus optare vt aliquid fiat.Cic.1.in Catil.36.
De aliquo aliquid expetere,optare,& deprecari.Cic.in Pisonem,36.
Sapientius optare.Ouid.2.Metam.21.
Stultè optare aliquid.Ouid.1.Trist.eleg.1.16.
Optans, Participium, (εὐχόμενος,) Cic.1.de Orat.48, Insperanti mihi, sed valde optanti cecidit,vt in istum sermonem delaberemini.
Optandus,Participium, (εὐκταῖος,) vt Fortuna optanda & expetenda. Cic.in Pisonem,25.
Optatus,pen.prod.Aliud participium, (εὐκτός,)Plaut.Aulul.11.1,
Optati ciues,populares,incolæ,accolæ,adueniæ omnes, Date viam.

¶ Optati dicuntur,qui in honestum aliquem gradum sunt electi.
Optatus,Nomen ex participio, (εὐκτός,) Cic.ad Lentulum,lib.1.1.1, Tametsi mihi nihil fuit optatius, quàm vt primùm abs reipsa, deinde à cæteris omnibus,quàm gratissimus erga te esse cognoscerer.
Arena optata potiantur Troes.Virg.1.Aeneid.36.
Auræ optatæ crebrescunt.Virg.3.Aeneid.106.
Dies optata parentibus instat.Ouid.epist.20.9.
Epulæ optatæ.Horat.4.Carm.ode 8.6.
Vale mi optime,ac optatissime frater.Cic.Qu fratri,lib.2.9.2.
Honor optatus.Virg.5.Aeneid.41.
Luce optata frui.Virg.4.Aeneid.124.
Metam optatam curiu contingere.Horat.de Arte,83.
Optatissimus nuntius .Cic.14.Philip.295, Post hanc habitam concionẽ duabus tribusue horis optatissimi nuntii & literæ venerunt.
Grati & optati afferuntur rumores de fratre meo.Ci.P.Tironi,li.16.11.3.
Tempus optatum.Catul.Argon.epig.59.5.
Quid optatius.Cic.4.de Finib.73, Quid enim mihi potest esse optatius, quàm cum Catone omnium virtutũ authore,de virtutibus disputare?
Optatissimum sibi putant,&c. Cicero pro Rosc.Amer.14,Nonne optatissimum sibi putant esse,filios suos rei familiari maximè seruire?
¶ Optatum, pen.prod. Substantiuum. Cic.in Pisonem, 36, Illud etiam accidit præter optatum meum,sed valde ex voluntate.
Furiosorum optata.Cic.1.pro Lege agrar.1.
Abominanda optata,Vide ABOMINOR.
Accidere præter optatum,Vide ACCIDO.
Euenisunt optata.Ouid.6.Metam.74.
Optata loqui.Terent.Heaut.3.3.50,
- pro Menedemo nunc tibi respondeo,
Non emo.quid ais? 5. optata loquere. Vbi interpres,Ita loquitur ille qui cum alio loquitur, & cui is aduersatur in consilio in re peragenda.
Respondet optatis meis fortuna Cic.Curioni,lib.2.1.5.
In optatis est complecti hominem.Cic.Cælio,lib.2.12.4.
Optato,pen.prod.Aduerbii vicem obtinet, (εὐκταίως,) Quasi cum desyderio.Terent.And.3.3.2,Iubeo Chremetem.c.ô tripsum quærebã.5.Et ego te.c.optato aduenis.Quasi dicat,gratus & desyderatus.Cic.ad Att.li.13.283.7, Nisi quid te aliud impediet,mihi optato venenis.
Optatio, Verbale, (εὐχή,) Cic.3.Offic.127, Cui quum tres optationes Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filii. Id est optionem. Idem 5.de Orat.114 Quintil.lib.9.cap.2,Detracta voce libera,efficiatur iracundia,optatione,execratione.
Optabilis,& hoc optabile, pen.corr. (εὐκτός, ἐπάρατος,) Quod optari debeat.Plin.lib.15.cap.29.7, Optabilemque arborem etiam hostibus fecit.Cic.1.de Finib.81,Itaque ne institiam quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilem, sed quia iucunditatis vel plurimum afferat. Ibidem,lib.2.141, Voluptatem non optabiliorem diuitiis rate facit? Plancus ad Ciceronem, lib.10.4.7, Non est ignotus mihi sensus tuus, neque si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset, vnquam à tuis consiliis discreparem.
Pax optabilis.Cic.7.Philip.222.
Expetendum & optabile. Cice.1.de Orat.112, Quæ vulgo expetenda atque optabilia videntur,dicendo amplificat atque ornat.
Optabilis,& iucundus.Cic.ad Lucceiũ,lib.5.12.16,Quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt,in legendo tamen erunt iucundæ.
Solamen optabile.Silius lib.13.47.
Tempus optabile.Ouid.9.Metam.152.
Optabiliter,pen.corr.Aduerbium, (εὐκτῶς,)Cic.1.Tuscul.152,Pro dii immortales,quàm optabiliter iter illud iucundum esse debet, quo effecto,nulla reliqua cura,nulla sollicitudo futura sit? Correctiora exemplaria sine OPTABILITER legunt.
Optio,optionis,Electio, (αἵρεσις,) Plaut.Casin.5.13, - nec mihi Meum ius obtinendi optio est Ibidem,7.13,Optio hæc tua est,vtrum harum vis conditionem, accipe. Idem Milite, 10.74, Quid ad illas artes optes,si optio eueniat tibi?
Facere optionem,& Permittere optionẽ.Cic.1.Verr.24, Quoties ille tibi potestatem,optionemque facturus sit,vt eligas vtrum velis factum esse,nécne. Quintil.lib.5,Nec optio iudicis ad uersario est permutenda.Budæus.
Dare optionem.Cic.4.Acad.39,Si optio naturæ nostræ detur. Idem de Clar.Orat.98,Quando autẽ dubiũ fuisset apud patres nostros eligẽdi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optarer aut Crassum? Idem pro Cecin.47,Si me hercule mihi, non copiosio homini ad dicendum,optio detur vtrum malim defendere, &c. Quintil.lib.4.cap.2. 49,Non tamen optio patri dabitur.
Optio est. Cic.1.de Finib.51, Nam libero tempore quum soluta nobis est eligendi optio,quumque nihil impedit quominus id quod,&c.
Si optio esset.Cic.5.de Finib.152, Ille Metelli vitam negat beatiorem quàm Reguli,præponendam tamen, nec magis expetendam, sed magis sumendã: & si optio esset,eligendam Metelli, Reguli reiicienda.
Optio sit tua, Elige vt voles.Cicero de Fato,6, Hodie vtro frui malis, optio

optio sit tua.
¶ Optio,masculino genere.Varro 4.de Ling.Lat. Primi singularum decuriarum Decuriones dicti: qui ab eo in singulis turmis sunt, etiam nunc teroi. Quos hi primò adminiſtros ipsi sibi adoptabant,Optiones vocari cœptiquos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt.Festus, Optio est optatio. Sed in re militari Optio appellatur is quem Decurio aut Centurio optat sibi rerum prinatarum ministrum, quo facilius obeat publica officia.Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus. Iudiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum: qui quia cooptare quem velint,Centurionibus permissum est, nomen ex facto sortitus est. Plaut.Asi.3.89.Tibi Optionem sumito Leonidam. Vide Budæum in Annotat.poster.
Optio,à Varrone,Nonio,Vegetio, & Plauto in eum sensum accipitur, vt sit miles qui ægros antecedat, tanquam eorum vicem, si vsus venerit, gerere sit paratus.Priscis accẽtus dicebatur. Quod & ad alia transferri potest,vt apud Callistratum in L. vlt. de Iure immu. Quamobrem etiã eum qui in palatina militia idipsum agat,quod in exercitu Optiones, iure arbitror dici optionem. Male scribit Accursius eos nuncupari Optiones, qui publica exigebant.Alciatus. Vegetius lib. 2. cap. 7, Optiones ab optando appellati, quòd antecedentibus ægritudine præpeditis,hi tanquam adoptati eorum atque vicarii solent vniuersa curare.
Optiuus,pen prod.(εὐπροσήκτος,)Adiect. p Adoptiuo:vt Nomẽ optiuũ. Horat.2.epist.2.11, - si plus adopscere visus
Fit Mimermnus,& optiuo cognomine crescit.

Opulentus, Vide Opes in OPS.

Opulus, pen.corr.Eg.Arbor.Collumella lib.5.cap.6.3, Sed vitem maximè opulus videtur alere,deinde vlmus, post etiã fraxinus.Ruellius,Opulus corno similis arbor, arbusto Gallico faciundo idonea, obierus vel opierus apud nos ruri dicitur: vlmi proceritate adolescit,caudice recto,enodi, rarioribus ramis brachiato, frondibus serè vitigineis, baccis racematim dependentibus.
OPVS, Opuntis,(ὄπους,) Ciuitas in Locris.Ouid.1.de Ponto, eleg. 4. 15,Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit.Hinc
Opuntius,Adiectiuum,(ὀπουντιος,) vt Sinus Opuntius in Aegeo. Opũtii,Populi Phocensibus Bœotiis finitimi fuere. Dicimus etiam

Opus,

operis,pe.corr.n.g.(ἔργον,πόνημα,δόκιμον,πραγματεία,) Valla,Opus est finis,fructusque operæ. Vnde opera authorum dicuntur,& Opera publica,ipsa publica ædificia.
¶ Nonnunquam videtur opus pro opera accipi.vt Virgilius 8. Aeneid. 91.Mollibus sternatis opera ad fabrilia surgit.quasi ad operas.Sed (vt videre videor) quoties non ad laborem corporis,sed laborem animi, & artem industriamque respicimus, magis opus quàm opera dicendũ est, vt in opere rustico, In opere faciendo, In opere fabrili, In opere textorio.Hanc differentiam ita ponit Seruius, Hoc opus & hæc opera dicimus,quando negotium ipsum significamus quod geritur. Si autem feminino genere diximus operas, ipsas personas quæ aliquid faciunt,sicut custodia dicitur quæ custodit:vt Virgil.6.Aeneid.115.
- cernus custodia qualis. Nam vt hi qui custodiuntur, custodia dicantur,vtiurparum est.Vnde malè est in vsu,custodiæ audiuntur. Hæc Seruius. Sed non absolutè diffinit opus & operam.Vtrunque autem horum nominum in eodem posuit loco Terentius Heaut.1.1.21,
Quod tu opere faciundo,operæ consumis tuæ:
Si sumas in illis exercendis,plus agas. Hactenus Valla libro 4. Plautinorum.19.13.Nunquam hoc vno die efficiatur opus,quin opus semper fiat.
¶ Opus,pro Labore.Virg.8.Aeneid.104, - sub te tolerare magistro Militiam,& graue Martis opus.Id est laborem belli.
¶ Opus,Officium.Virg.10.Aen.94, - sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus.Seruius.
¶ Admonitor operum Lucifer.Ouid.4.Metam.133.
Comites operis.Ouid.3.Metam.26.
Contextus operis.Tacit.lib.18,Cæterorum casus, conatusque in contextu operis dicemus.
Publicorum operum depopulatio.Cic.1.Verr.7.
Dies fatices operum.Virgil.1.Georg.56.
Diuæ operis.Ouid.4.Fast.50.
Immanes operum.Ouid.4.Metam.1.
Labor operum.Virgil.2.Georg.31.
Mirator operum.Stat.3.Sylla.1.19.
Artis præcipuæ opus.Ouid.1.de Arte,53.
Participes operum.Ouid.3,Metam.30.
Patiens operum iuuentus.Virg.2.Georg.95.
Populator operis nostri.Ouid.12.Metam.119.
Prudentia maior operum.Operum.Ouid.2.de Arte,136.
Quies operum.Virgil.4.Georg.37.
Socius operum.Stat.3.Sylu.2.19.
Spiritus operis huius,atq; animus est in affectibus. Quintil.lib.6.cap.2.7.
Structura operum.Lucan.lib.6.3.
Vacuus operum.Horat.2.Serm.saty.2.24.
Vitium operis.Cic.in Top.10, Non enim eius vitio qui demolitus est, damnum factum est,sed eius operis vitio,quod ita ædificatum est, vt suspendi non possit.
¶ Opus otii,& munus solitudinis.Cic.3.Offi.5, Africanus maiorem laudem meo iudicio assequebatur: nulla tamen eius ingenii monumenta mandata literis,nullum opus otii, nullum solitudinis munus extat.
¶ Acutum opus,Ingeniosum.Clau.1.in Eutro.16, - sic factus acutum Aggreditur leonis opus.Vide ACVO.
Admirabile opus.Ouid.6.Metam.3.
Arduum opus,Vide ARDVVS.
Artificiosum & diuinum opus.Cic.2.de Nat.deo.108.
Breue opus.Ouid.epist.21.1.
Clarum opus.Ouid.3.de Arte,68. De Aeneide Virgilii.
Cælatum opus.Virgil.3.eclog.8.
Coronarium opus,Vide CORONA.
Destinatum opus.Quintil.lib.2,cap.10.10,Quanuis enim omne propositum operis à nobis destinati,eò spectet,&c.
Dulce opus.Ouid.2.de Arte,96.
Durum opus.Lucret.lib.5.273.
Furtiuum opus.Ouid.3.de Arte,146.
Gratum opus agricolis.Virgil.1.Aeneid.1.
Immensum opus.Lucan.lib.1.14.
Immortalia opera Vide IMMORTALIS.
Infaustum opus.Quintil.in Proœm.lib.6.3.
Infecta opera,Vide INFECTVS.
Infinitum opus.Quintil.Tryphoni,2.
Inimitabilia opera.Quintil.lib.2.cap.16.10, Opera quædam nobis inimitabilia,qualia sunt cerarum,& mellis.
Institutum opus.Quintil.Tryphoni,2.
Interrupta opera.Virgil.4,Aeneid.18.
Intextum opus tribus tauris.Virgil.10.Aeneid.157.de clypeo.
Iuuenile opus palæstræ.Ouid.6.Metam.49.
Laboriosum opus,Vide LABOR labõris.
Laudabile opus.Lucret.lib.5.52.
Lauta opera,Vide LAVTVS.
Longum opus.Horat.de Arte,73.
Magnifica & præclara opera.Cic.1.de Nat.deor.136.
Magnum opus,Vide MAGNVS.
Magnum opus & arduum.Cic.in Orat.41.
Magnum opus & difficile.Cic.3.Tuscul.142.
Magnum quoddam opus,atque haud sciam an de humanis operibus longè maximum.Cic de Orat.40.
Menstruum opus,Vide MENSIS.
Minutissima Geometriæ opera.Quintil.lib.1.cap.12.10.
Mirabile opus.Ouid.8.Metam.40.
Mortale opus.Taci.in lib.Germanorum,Candidi & nullo mortali opere contacti.Vide Mortalis in MORS.
Nouitium opus,Vide NOVVS.
Numerosius opus. Quintil.lib.5. cap.10. 8, Vulgòq; paulò numerosius opus dicitur argumentosum. De multiplici argumenti significatione.
Obscœnum opus.Ouid.3.Amor.eleg.13.6.
Perfectum,elegans,& elaboratum opus.Cic.6.Verr.112.
Plenum opus periculosæ aleæ.Horat.2.Carm.ode 1.2.
Præclarum opus est,docere, instituere adoloscentes, & ad omne munus officii instruere.Cic.de Senect.16.
Rigens opus à summis ad ima.Quintil.lib.2.cap.13.6.
Sculptile opus.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.6.
Solenne opus,& vtile famæ.Horat.1.epist.19.10.
Spectabile opus.Valer.1.Argonaut.87.
Triste opus.Valer.2.Argonaut.80.
Tumultuarium opus.Quintil.lib.7.cap.4.25.
Vetustum opus.Ouid.3.Fast.79.
¶ Accelerare opus,Vide ACCELERO.
Accessit operi extrema manus,Vide ACCEDO:
Accingere operi,Vide ACCINGO
Addicere opus, Vide ADDICO.
Adest opus.Plaut.Amphit.4.17. Quo facto, aut dicto adest opus, quietus ne sis.
Aggredi opus,Vide AGGREDIOR.
Omni opere anniti.Plin. lib.7. cap.53.7. Veneno poto propter tædium vitæ,postquam biberat,omni opere vt vineret,annixus est
Fac opus appareat.Cic.Tironi,lib.16.18.6.
Approbare opus,Vide APPROBO.
Approperare opus,Vide APPROPERO.
Augere opus per scelus.Ouid.2.Fast.126.
Inter opus cantat,Vide INTER præpositionem.
Carpere opus aliquod.Ouid.6,Metam.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multorum dictum opus & magnum conamur propter altitudinem maris.Cic.Attico,lib.9.15.7.1.
Constituere opus.Claud.1.de raptu Proserp.49.
Suum quisque opus à vulgo consyderari vult.Cic.1.Offic.105.
Continuare aliquod opus diem & noctem,Vide CONTINVO.
Certatim ad opus currere,Vide Certatim in CERTO.
Neglectum opus deponere.Claud.in Præfat.lib.2.de raptu Proserp.1.
Differre opus.Ouid.1.de Arte,82.
Efficere opus.Quintil.lib.2.cap.17.21.
Euertere opus. Quintil.lib.2.cap.17.21, Item non euertit opus Rhetorice,quod efficit.
Exigere opus,Perficere.Ouid.14.Metam.54.& lib.15.175,
Iamque opus exegi,quod nec Iouis ira,nec ignes,
Nec poterit ferrum,nec edax abolere vetustas.
Auarus opus exigere,Vide AVARVS.
Tectorio opere exornare sepulchrum.Cic.2.de Legib.102.
Explere opus alicuius.Ouid.3.Metam.130.Vide EXPLEO.
Extruere molem opere magnifico.Cic.14.Philip.406.
Opus facere. Terent. Eunuch.2.1.14, Opus faciam vt defatiger vsque ingratus vt dormiam. Idem Heaut.1.1.21, Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ.
Opere aut manu factum nihil est, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas.Cic.pro Marcello,7.
In opere faciundo,Vide IN præpositionem.
Ferut opus.Virg.4.Georg.34.
Late fusum opus est, & multiplex, & propè quotidie nouum, & de quo nunquam erunt dicta omnia.Quintil.lib.2.cap.13.11.
Habere magnum opus in manibus.Cic.1.Acad.4.
Impedire opus alicui.Ouid.8.Metam.40.
Inchoare opus.Stat.6.Thebaid.144.
Instare operi.Virg.1.Aeneid.102.Vide INSTO.
Instituere opus,Vide INSTITVO.
Intermittere opus,Vide INTERMITTO.
Lætari suis præclaris operibus.Cic.Lentulo,lib.1.7.21.
Liberare opere,Vide Libero,in LIBER libere.
Limare opus aliquod politius,Vide LIMA.
Locatur opus,Vide Loco,locas in LOCVS.
Manfurum opus superstes post mea fata.Ouid.3.Amor.eleg.14.4.
Moliri opera,Vide MOLIOR.
Mouere opus.Virg.7.Aeneid.9,
- maior rerum mihi nascitur ordo,
Maius opus mouco. Ouid epist.21.1,
An nisi legisses authoris nomina Sapphûs,
Hoc breue nescires vade mouerur opus? Idem 1.de Arte,6, Vsus opus mouet hoc.Sic 3.Amor.eleg.1.2,
Quod mea quærebam musa mouerat opus.
Opus πολυτιμον efficere & nauare,Vide NAVO.
Mercedem operis negare.Ouid.11.Metam.43.
Obire opus rusticum,Vide OBEO.
Patrare opera,Vide PATRO.
Pendent opera interrupta.Virg.4.Aeneid.18.
Peragere opus.Ouid.2.de Arte,96.
Procedit opus.Quintil.in Procem.lib.4.5.
Referre in apertum aliquod opus.Cic.in Parad.6.
Inceptum dextra reliquit opus.Ouid.2.de Arte,16.
Repetere,& omittere opus.Horat.1.epist.6.10, Hoc primus repetas opus,hoc postremus omittas.
Propositum repetemus opus.Ouid.3.Metam.31.
Operibus & munitionibus vrbem aliquam iepire.Cic.13.Philip.358.
Sistere opus.Ouid.3.Metam.31,
Sistite opus præsens,nodosaque tollite lina.
Soluti operum famuli Horat.3.Carm.ode 17.4.
Moles operum subuertere.Ouid.6.Fast.129.
Tendere opus vltra legem.Horat.2.Serm.saty.1.1.
Tractare commodè opus.Quintil.lib.1.cap.9.1.
Legitima opera tractare. Cic.de Claris Orat.41, In princeps ex Latinis illa oratorum propria,& quasi legitima opera tractauit.
Noctes vigiles transmittere operi,Totas noctes inuigilare operi, aut insomnes ducere noctes propter opus.Stat.3.Thebaid.56.
Dispositum opus turbare.Claud.4.Paneg.45.
¶ Vrbis opus,pro Naue ita magna vt vrbem putares.Virg.5.Aeneid.24,
Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram,
Vrbis opus. Seruius.
Opus,pro Artificio. Cic.6.Verr.87, In hoc fano loricas,galeasq; æneas, cælatas opere Corinthio,hydriasq; grandes simili in genere atq; eadé arte perfectas.Ibidem,93,Opere antiquo & summa arte perfectæ.
Mirabili opere perfectum candelabrum.Cic.6.Verr.55.
Pingere operibus magnificis stragulum.Cic.5.Tuscul.86.
Mineruæ operũ haud ignara,Id est docta artis lanificæ.Virg.5.Aene.57.

¶ Opus, Indeclinabile adiectiuum, etiam pro Necesse, siue necessario accipitur:vt Opus est sessum quiescere, Id est necesse est. Et,Nihil mihi opus est,Id est nihil mihi est necessarium.
Opus esse, & Necesse esse, videntur aliquantulum inter se differre. Cic ad Lentulum, lib.1.9.105, Legem curiatam Consuli ferre opus esse, necesse non esse.
Opus est.Cic.Attico,lib.11, Neque enim hoc,quod agitur, videtur diuturnum esse posse, vt scire iam possim quid maximè opus sit. Terent. Phorm.4.5.3, Vt cautus est, vbi nihil opus est. Cic.1. de Finib.8, Bonum ipsum etiam quid esset fortasse,si opus fuisset,definisses.
Opus est & conuenit. Author ad Herennium, lib.4.165, Tacito quum opus est,clamas:quum loqui conuenit,obmutescis.
Oportet & opus est hoc fieri.Cic.Attico,lib.13.28.1.2.
Obsignant ex tempore quod opus sit Græci.Cic.pro Flacco,18.
Quando ei opus fuerit,vixit.Seruius Ciceroni,lib.4.5.15.
Opus est dicere. Quintil. lib.8.cap.3, Quæro quid opus est dicere OPIDO, quo sunt vsi paulum tempore nostro superiores? Vereor vt iam non ferat quisquam.
Opus est nihil deesse.Cic. de Amicit.47, Atque haud scio anne opus sit quidem nihil vnquam omnino deesse amicis.
¶ Dux & author opus est,& similia, cum nominatiuo,Idem quod Necessarius.Cic. ad Curionem,lib.2.5.11, Dux nobis & author opus est, & eorum ventorum quos proposui moderatoriquidam,& quasi gubernator. Idem 3.Verr.Multa sibi opus esse,multa canibus suis. Ibidem,37,Vt ad eum diem quæ facta sepulsque opus essent, in complures annos locarentur. Liu.Decad.3.lib.5, Quæque in eam rem opus erant, comportabantur parabanturque.Et lib.10, Scipio ad comparanda ea quæ in rem opus erant,tempus habuit. Cæs.bel.Gal.lib.5, Quæcunque ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu comparantur.
Sumptu ne parcas vlla in re quod ad valetudinem opus sit.Cic.Tironi, lib.16.6.4.
Aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multæ impensæ opes foerunt,vt quæ Reipublicæ,&c.Plancus Senatui, lib.10.8.6.
Opus est lectionis.Quintil.lib.12.cap.3,Sed etiam si nosse quid quisque senserit, volet, lectionis opus est: qua nihil est in studiis minus laboriosum.Castigatiores codices habent lectione.
Opus est cibum puero. Plaut. Trucul.19.9, Puero opus est cibum. Cic. Attico, lib.15.29.15, Equidem video mihi quoque opus esse vinum: sed id ex prædis,vt codet, ita soluetur. Terentius Andr.4.4.7, Quia si forte opus sit ad heram iurandum mihi non apposuisse, vt liquido possim.
Opus est cibo, & aliis.Plaut. Trucul.19.11, Nunc opus est carbonibus, fascis opus est puluinis.Idem Capt.6.41, Ad rem diuinam,quibus est opus,Samis vasis vtitur.
Quibuscunque rebus opus esse intelligam, saluti tuæ præsto ero.Cic. Planco,lib.4.14.1.
Auxilio scis opus esse tuo. Ouid.4.de Ponto,eleg.3.1.
Expedito nobis homine & parato opus est.Cic.11.Philip.308.
Verbis quid opus est,vbi rerum testimonia adsint?Cic.in Salust.7.
Opus est conuento. Plaut. Curcul.7.3, Ita res subita est, celeriter mihi hoc homine conuento est opus.
Opus est exquisito.Plaut.Amphit.7.70, Sequere hac igitur me,nam mihi istuc primum exquisito opus est.
Opus est facto. Plautus Amphit.6.7, Citius quod non facto est vsus, fit, quàm quod facto est opus. Terent. And.3.2.10, Non imperabat certàm quid opus facto esset puerperæ. Idem Heaut.1.1.28, Mihi sic est vsus: tibi vt opus est facto, face. Salust.in Catil. Vbi consuleris, mature facto opus est.
Opus est maturato. Liuius, Sed maturato opus est quicquid placuerit. Idem 1.ab Vrbe,255,Ardeamque ad virum mittit, vt cum singulis fidelibus amicis ventantilta facto,maturatoque opus esse,rem atrocem incidisse. De Lucretia.
Opus est parato. Terent. And.3.2.42, Imò abi intròi ibi me opperiri & quod parato opus est,para.
Opus est properato. Cic. pro Milone,37, Primum erat nihil cur properato opus esset.Seneca Hippoly.7.6.
Quæsito opus est.Cic.in Parad.58.
Opus est viso & cauto.Plaut.Capt.5.32,
- tamen viso opus,
Cauto est opus,vt sobriè sineque arbitris accuratè hoc agatur.
Opus est ad.Cic.ad Appium Pulchrum,lib.3.3.2,Præsidio firmiori opus esse ad istam prouinciam. Idem ad Atticum, lib.6.1.20.3, Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi.
Aliquid opus esse nobis ab aliquo.Cæsar 1.bel.Gal.Ad hæc Arioustus respondit, Siquid ipsi opus esset à Cæsare, fese ad eum fuisse venturum.
Opus est vsui in.Cato cap.13.1,In torcularium vsui quod opus sit.
Opus est vt.Plaut.Trucul.10.20,Nunc tibi opus ægram vt te assimules.
Opus sunt milites.pro Opus est militibus.Plaut.Capt.4.61,Iam mariti omnes milites opus sunt tibi.Id est necessarii. Terent.Heaut.4.8.16,
- vt quum

- vt quum desponderim,
Dotqui aurum ac vestem atq; alia, quæ opus sunt. Hoc est necessaria. Cic.ad Tironem, lib. 16, 1. 1, Is omnia pollicitus est,quæ tibi essent opus:facturum puto.
Opus habeo.Colum.lib.9.cap.1.4, Nam vt graminibus, ita frugibus ro iumenis opus habent.
¶ Opere magno orare,pro Magnopere.Plaut.Casina,2.20,
Vos omnes opere magno oratos esse volo,
Benignè vt operam detis ad nostrum gregem.
Opere maximo,pro Maximopere.Plaut.Milit.3.76,
Nam rex Seleucus me opere orauit maximo,
Vt sibi latrones cogerem & conseriberem, Terent.Eunucho,3.3.17,
- Tuis maximo
Te orabat opere vt eras redires.
Nimio opere delectare.Cic.6.Verr.126.Deinde hic ornatus,hæc opera, hæc artificia,signa, tabulæ pictæ Græcos hoses nimio opere delectãt.
Opere tanto, pro Tantopere. Plaut.Epid.14.50. Quid isti oratis opere tanto.
Opusculum,opúsculi,pen.cor.Diminutiuum,(μικρὸν ἔργον,)Cic.1.de Legib.6,Sed tamen nonnulli Tire faciant imperitè, qui in isto opusculo, non vt à posta,sed vt à telle veritatem exigant. Idem 4.Acad.216. Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur. Horat.1.epist.4.1,Scribere quod Cæsi Par mensis opuscula vincat. Ibidem.20.7,
Sobre vela mea,cur ingratus opuscula lector
Laudet,ametque domi,premat extra limen iniquus.
Lucubratum opusculum.Cic.in Parad.5.

O R

Ora, oræ,(πέρας,ἐσχατιά,) Extremitas cuiusque rei. Virg. 9. Aeneid. 109.Et mecum ingentis oras euolute belli.Vbi Seruius,Narrat non tantum inlitta,sed etiam extrema bellorum. Nam oræ sunt extremitates.
¶ Oræ,(κασσιτερίδες,) Vestimentorum extremæ partes,inquit Festus.
Oræ,poculorum.Lucret.lib.4.3.
- prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore.
Oræ,aluariorum.Virg.4.Georg.8.
Spiramenta linunt,fucoque & floribus oras
Expleunt. De apibus.
¶ Oræ,Regionum terrarumque fines, & maritimæ ipsæ regiones. Virg. 1.Aeneid.
Arma virumque cano,Troiæ qui primus ab oris,
Italiam fato profugus,Lauiniaque venit
Littora. Cic.ad Cæsarem,lib.12.5.3, A prima enim ora Græciæ vsq; ad Aegyptum optimorum ciuium imperio muniri etimus & cupio. Idem ad Atticum,lib.7.130.5,Ora maritima.
Oramm & litorum amœnitates.Cic.2.de Nat.deo.145,
Terrarum oras distinet mare.Lucret.lib.5.41.
Sine ora & extremitate regio.Cic.1.de Finibus,163,Hæc non erant eiusmodi innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora,nulla extremitas,mente peragrauiset.
Plinius quum oram dicit,ferè semper regionem litoralem appellat, apud quem velut peculiaris est talis locutio,In ora sunt ciuitates, & oppida oræ proxima.
Hærabilis ora.Virg.3.Aene.142. Inuia.Ouid.14.Meta.158.
Lutem.Horat.1.Carm.ode 37.5. Laxatæ.Silius lib.13.6.
Vmbrosæ oræ Heliconis.Horat.1.Carm.ode 12.1.
¶ Accedere oras aliquas vento.Virg.1.Aeneid.63.
Antiquis Curetum allabitur oris.Virg.3.Aeneid.17.
Vestris adnauimus oris.Virg.1.Aeneid.109.
Immanibus oris applicare aliquem.Virg.1.Aeneid.135,
Quis te nate dea per tanta pericula casus
Infequitur?quæ vis immanibus applicat oris?
Deus appulit te nostris oris.Virg.3.Aeneid.68. Ibidem,3.144.
Hinc me digressum vestris deus appulit oris.
Capessere oras Italæ.Virg.5.Aeneid.139.
Legere oram,Vide LEGO legis.
Oram soluere,Est nauigare,& ab ora,id est litorali regione soluere retinacula nauium, & discedere. Quintil.in epistola ad Tryphonem, 3. Permittamus vela ventis,& oram soluentibus bene precemur. Sic exponunt nonnulli.Vide tamen infrà.Oram quidam dicunt,&c.
¶ Ora,(χώρα,)Regio.Cic.1.de Nat.deorum,107, Omnibus hominibus qui vbique sunt,quacunque in ora ac parte terrarum. Ibidem, 146, Restat vlumus & à domicilio nostris altissimus, omnia cingens & coercens cæli complexum,qui idem æther vocatur: extrema ora & determinatio mundi.Bud.eus.
Quot oræ sunt partesque terrarum, tot habet triumphos. Cicero pro Cornelio Balbo,6.
Orientis oræ.Horat.1.Carm.1.21.
Australis ora,Vide AVSTER.
Brevis ora,Regio non longa.Lucret.lib.4.36.
Gelida ora.Horat.1.Carm.ode 26.1.
Habitabiles oræ.Horat.4,Carm.ode 14.2.
¶ Externis ab oris adesse.Virg.7.Aeneid.54.
Allabi oris Euboicis.Virg.6.Aeneid.1.
Longis disiungimur oris.Valer.2.Argon.113.
Italis longè disiungimur oris.Virg.1.Aeneid.53.
Dominari cunctis oris.Virg.3,Aeneid.20.
In vltimas oras extendere nomen.Horat.3.Carm.ode 3.10.
Venire ab oris aliquibus.Virg.2.Aeneid.87.
¶ Ora,(κλίμα,) pro Climate,vel segmento cæli.Cic.1.Tusc.107.Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi vniuersi loco,duabus oris distantibus,habitabilem & cultum.Budæus.
Aetheriæ oræ.Lucret.lib.5.18.
Luminis oræ.Lucret.lib.1.34.Inde enascitur, atque oras in luminis exit.
Idem lib.3.17,
-miscetur funere vagor,
Quem pueri tollunt visentes luminis oras. Et lib.5.270,
Sic vnumquiduis paulatim protrahit ætas
In medium,ratioque in luminis eroit oras.
Superis concessit ab oris,Mortuus est.Virg.2.Aeneid.19.
¶ Oram quidam dicunt significare nauticum funem, quo nauis ad terrã ligatur:allegantque Quintilianum dicentem, Permittamus vela venris,& oram soluentibus bene precemur. Liu.lib.28. In ipsis quoque trepidatum nauibus,dum ne hostes cum suis erumperent,trahunt scalas,orasque & anchoras,ne in molientibus mora esset,præcidunt. Eruditi tamen negant oram inueniri pro fune nautico apud idoneos authores,quum ne in Liuio quidem oras,sed lora, vt ex vetusto codice liquet, scriptum reperiatur. Hæc Calepinus Sipontini opinionem improbans.Vt autem à Calepino dissentiam,facit tum fides codicum qui putantur castigatissimi,tum quòd non facile mihi persuaserim vsquam legi anchoras loris alligatas.Sane ita vulgò legitur,apud Liuium lib.2. bel.Pun.84.Vixdum omnes conscenderant,quum alii resoluunt oras, aut anchoram vellant:alii, ne quid teneat, anchoralia incidunt. Et lib.5.188,In ipsis quoque trepidatum nauibus est,dum, ne hostes cum suis simul irrumperent,trahunt scalas,orasque & anchoras, ne in moliendo mora esset,præcidunt. Apud Quintilianum verò sic in epistola ad Tryphonem,Permittamus vela ventis,& oram soluẽtibus bene precemur.Rursus lib.4.cap.2,In portum veni,nauim prospexi, quanti vellerer interrogaui,de pretio conueni,conscendi,sublatæ sunt anchoræ, solnimus oram, prouecti sumus.
¶ Ora,pro Initio rei vsur est Cæcilius(inquit Festus)quum ait Orã repetire nullam,quam expediam,queo.
¶ Apud Celsum subinde oræ vulneris vocantur,quæ futura comprehendunt,aut ancteribus.Oras,inquit,vulneris futuræ comprehendant. Idem,Fistulam excidere licet:futuraque oras coniungere,Et lib.5, de glutinatione vulnerum,Si verò in carne vulnus est,hiatque, neque in vnum ore facile attrahuntur,futura quidem aliena est:imponendæ verò fibulæ sunt (ἀγκυρίδες,Græci nominant) quæ oras,paulum tamen, contrahunt, quo minus lata postea cicatrix sit.Sic lib.7.cap.22.& 27.

Oraculum, oraculi,pen.cor.(λόγιον,χρηστήριον,χρησμῳδεῖον,) Ab ore dicitur,inquit Priscianus,estque deorum responsum. Cic.in Top.41,Oracula enim ex eo ipso appellata sunt,quòd inest his deorum oratio. Virg.2.Aeneid.23,
-scitatum oracula Phœbi
Mittimus. Cic.4.Acad.192,Vera esse aruspicum auspicia, oracula, somnia,vaticinationes. Idem 1.de Diuinat.64,Ceius generis oracula habenda sunt,non ea quæ æquitatis sortibus ducuntur, sed illa quæ instinctu diuino afflatuque funduntur.
Vatum oracula.Ouid.2.de ponto,eleg.1.11.
Tristia oracula canere.Lucan.lib.1.116.
Ex oraculo dici arbitrari.Cic.pro Fonteio, 13, Si quicquid ex illo loco dicetur,ex oraculo aliquo dici arbitrari.
Dare oracula.Cic.1.Tuscul.189.
Edere oraculum.Cic.Bruto.2.5. Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta,nihil potest esse verius.
Eduntur oracula Delphis.Cic.1.de Nat.deo.175.
Oraculo edidit.Cic.1.Offic.114.Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia nisi auaritia esse perituram.
Oraculum editum est,eas,&c Cic.2.de Legib.64.
Exponere oracula.Cic.1.de Diuin.121.
Iussis & oraculis deorum immortalium aliquid facere. Cice. pro Rosc. Amerino,40.
Fundere oraculum. Cic.1.de Diuin.187,Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum,quibus inflatæ mentes oracula funderent.
Nectere oracula.Stat.11.Thebaid.58.
Petere oraculum. Cic. 1.de Diuin.156, Idemque de rebus maioribus, semper aut Delphis oraculũ,aut ab Ammone,aut à Dodona petebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem,129, Quum oraculum ab Ioue Dodonæo petiuissent, de victoria sciscitantes, &c.
Poscere oracula precibus. Virg. 3. Aeneid. 91.
Præposita oraculo sacerdos. Cic. 1. de Diuin. 129.
Augustæ referatio oracula mentis. Ouid. 15, Metam. 29.
Vti oraculo. Tacit. libro 1, Relegit, appellitque Colophona, vt Clarii Apollinis oraculo vteretur.
¶ Oraculum, pro Templo in quo responsa dantur. Plin. lib. 12. cap. 23. 1, Ergo Aethiopiæ subiecta Africa, ammoniaci lachrymam stillat in arenis suis: inde & nomine etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam metopium vocant.
¶ Oraculum, Dictum alicuius celebre & veluti diuinum. Vnde dicimus, Oraculum Catonis est. Plin. lib. 18. cap. 6. 7, Quonam igitur modo vtilissimè colentur agri? ex oraculo scilicet, Malis bonis. Quum dicerent MALIS, intelligere voluêre vilissimos. Summum prouidentiæ illorum fuit, vt quamminimum esset impendii. Ibidem, 8, Inde illa reliqua oracula, Ne quam agricolam esse quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. Malum patremfamilias quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi intempestate cœli.
¶ Oraculum, Quum quis in somnis aliquid nobis denuntiat.
Somnii & furoris oracula. Cic. 1. de Diuinat. 121.
¶ Oracla. Ouid. 1. Metam. 65, - & numina montis adorat
Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat.

Orata, huius oratæ, pen. prod. (χρυσόφρυς,) authore Festo, genus piscis appellatur à colore auri, quod rustici orum dicebant, vt auriculas, oriculas: vtque Sergium quendam prædiuitem, quòd duobus annulis aureis & grandibus vteretur, Oratam dicunt esse appellatum. Dicitur & Aurata apud Martialem lib. 13. 90,
Non omnis laudem pretiumque aurata meretur.

Oratio, & Orator, Vide ORO, oras.

ORBILIVS, (ὀρβίλιος,) Beneuentanus, grammaticus tempore Ciceronis profitebatur, vir acer in discipulos, ac plagosus propterea ab Horatio appellatus. Vixit propè ad centesimũ annũ, amissa tamprídé memoria, relicto ex sese Orbilio, & ipso grammatico. Ex Trãquillo.

Orbis, huius orbis, masc. gen. (κύκλος.) Circulus dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 24, Aliis glauci coloris orbibus circundatis. Idem lib. 2. cap. 9. 1, Orbis lunæ.
Circulus aut orbis. Cic. 1. de Nat. deorũ, 68, Quumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, &c.
Orbis pilæ. Plin. lib. 10. cap. 24. 3, Sturnorum generi proprium, caternatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi.
Orbis ablaqueationis, Fossura, siue fossio illa quæ in orbem circa vites aut arbores fieri solet. Colum. lib. 4. ca. 4. 1, Nam dum exaltare fortius orbé ablaqueationis fossor studet, obliquam vitem plerunq; fauciat.
Orbis saltatorius, Vide SALTO.
Angues immensis orbibus. Virg. 2. Aeneid. 41.
¶ Agere in orbem, Vide AGO.
Curuare iter in orbem Ouid. 2. Metam. 144.
Ducere orbem. Ouid. 8. Metam. 50, de Perdice qui circinum inuênit,
Primus & ex vno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, vt æquali spatio distantibus illis
Altera pars staret, pars altera duceret orbem.
Immensum spiris facientibus orbem. Ouid. 3. Metam. 16. de serpente.
Exigno flexos miror in orbe pedes. Ouid. epist. 4. 16.
Lanam glomerabat in orbes. Ouid. 6. Metam. 4.
Confusos glomerantur in orbes graues. Lucan. lib. 5. 143.
Impedire alternos orbes orbibus. Virg. 5. Aeneid. 117,
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
Aduersis spatiis: alternosque orbibus orbes Impediunt.
Vago orbe labens serpens. Stat. 5. Thebaid. 103.
Rapit immensos orbes per humum. Virg. 2. Georg. 31.
Flexos sinuaui corpus in orbes. Ouid. 9. Metam. 13. de Acheloo qui se in anguem mutatum fuisse dicebat.
Multiplices in orbes sinuatur crinis. Claud. 1. de raptu Proserp. 3.
In orbem torquere aliquid. Cic. de Vniuerfit. 32.
¶ In orbem, Vide IN præpositionem.
In orbem se rutari, Vide IN præpositionem.
In orbem ire. Liuius 3. ab Vrbe, 148, Nam quùm ita priores Decemuiri seruassent, vt vnus fasces haberet: & hoc insigne regni in orbem suam cuiusque vicem per omnes iret: subiò omnes cum duodenis fascibus prodiere.
Orbem voluere. Liuius 3. ab Vrbe, Ecce vt idem in singulos annos orbis volueretur, Herniei nuntiant Volscos & Aequos, etsi accisæ res sint, reficere exercitus. Id est vt quotannis eadem bella gerenda essent. Idem lib. 4. 121, Circunuenti igitur iam in medio ad vnum omnes pœnas rebellionis dedissent, ni Vectius Messius ex Volsci, nobilior vir factus quàm genere, iam orbem voluentes suos increpans clara voce,

Hic præbituri, inquit, vos illis hostium estis indefensi, inulti?
¶ Orbis, pro Maxima hominum multitudine, vt putes totius orbis populos contenisse. Ouid. 1. de Arte, 35,
Nempe ab vtroque mari iuuenes, ab vtroque puellæ
Venêre, atque ingens orbis in vrbe fuit.
Spisso orbe circundare aliquem. Silius lib. 13. 138.
Orbes facere. Salustin Iugurtha, Denique Romani veteres, nonique, & ob ea scientes belli, siquos locus aut casus coniunxerat, orbes facere, atque ita ab omnibus partibus simul tecti & instructi, hostium vim sustentabant. Cæsar 4. bel. Gal. 594, Quum illi orbe facto sese defendérent, celeriter ad clamorem hominum circiter millia sex conuenere.
¶ Orbe societatis ambire. Plin. epist. 207, Primum est autem, suo esse contentum: deinde quos præcipuè scias indigere, sustentantem fouentemque orbe quodam societatis ambire.
¶ Orbis, pro Contexto & serie continua ponitur. Quintil. lib. 9 cap. vltimo, Historia non tam finitos numeros, quàm orbem quendam contextumque desyderat. nanq; omnia eius membra connexa sunt: quoniam lubrica est ac fluit. Vt homines qui manibus inuicem apprehensis gradum firmant, continent & continentur. Cice. in Orat. 138, In Thucydide orbem orationis desydero. Idem 3. de Orat. 110, Quum circuitum & quasi orbem verborum conficere non possent, &c. Virgil. 2. Georgic. 81,
- redit agricolis labor actus in orbem:
Atque in se, sua per vestigia volutur annus. Liuius lib. 6. ab Vrbe cond. Quum in sex partes diuisus exercitus Romanus senis horis in orbem succederet prælio.
Orbis Reip. Cic. pro Plancio, 75, Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo Reip. qui quoniam versetur, eam deligere partem debemus, ad quàm nos illius vtilitas, salusque conuerterit. Idem ad Atticum, Festiue mihi crede, & minore sonitu quàm putarem, orbis hic in Rep. est conuersus, citius omnino quàm potuit id culpa Catonis. Eidem, lib. 2. 36. 2, Equidem sperabam sic orbem Reip. esse conversum, vt vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus & fuisset ita, si homines transitum tempestatis expectare potuissent. Budæus.
Orationis orbis. Cic. in Orat. 138.
Absoluere orbem, Vide ABSOLVO.
Conficit orbem suum forma concinnitasque verborum. Cic. in Orat. 83.
¶ Orbis, pro Sphæris & astrorum circunuolutionibus vt
Lucidus orbis solis. Virg. 1. Georg. 92.
Circuitus orbium solis, v defectibus LX & CCC, quarta ferè diei parte addita conuersionem conficiunt annuam. Cic. 2. de Nat. deorum, 71.
In orbem circumque fertur motus astrorum. Cic. 2. de Nat. deorum. 67.
Orbis & globus Cic. in Somn. Scipionis, 14, Nouem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia.
Flammeus orbis. Stat. 1. Sylu. 6. 18.
Infernus orbis. Claud. 1. de raptu Proserp. 71,
Iam suus inferno processerat Hesperus orbi.
Lacteus orbis. Cic. in Somn. Scip. 12, Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt à Graiis accepistis) orbem Lacteum nuncupatis. Vide LAC.
Obliquus orbis. Lucan. lib. 1. 16,
- fratri contraria Phœbe
Ibit: & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi. Intelligit circulum Zodiacum.
Signifer orbis. Cic. 2. de Nat. deor. 77, Infra autem hanc stella Mercurii est, ea ἑλίβων, appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente signiferũ lustrat orbem.
¶ Conficiunt orbes suos & circulos celeritate mirabili stellæ. Cic. in Somn. Scipionis, 11.
Infimo orbe luna radiis solis accéfa cõuertitur. Ci. in Som. Scipionis, 15.
Exactus orbis lunæ. Lucan. lib. 2. 115,
Antè bis exactum quàm Cynthia conderet orbem.
Luna expleuit orbem plènis cornibus. Ouid. 7. Metam. 107.
Sol hausit medium orbem, Id est peragrauit iam medium orbem. Virg. 4. Georg. 86.
Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cælo, & medium Sol igneus orbem
Hauserat. Descriptio est meridiei.
¶ Orbis, pro Anno. Virg. 1. Aeneid. 55,
Triginta magnos voluendis mensibus orbes
Imperio explebit. Id est regnabit triginta annos. Orbis dicitur ea ratione qua Graeci ἐνιαυτὸν vocant, quòd scilicet circulum faciat, & semper in seipsum recurrat.
Annuus exactis completur mensibus orbis. Virg. 5. Aeneid. 10.
¶ Orbis, (οἰκουμένη,) Mundus, à rotunditate. Plin. in Prologo libri tertii, Terrarum orbis vniuersus in tres diuiditur partes, Europam, Asiam, Africam. Idem lib. 2. cap. 1, Formam mundi in formam orbis absoluti prælibatam esse. Cicero ad Sulpitium, lib. 4. 1. 7, Res vides quomodo

modo se habeat: orbem terrarum imperiis distributis ardere bello.
Orbis terræ. Cic. F. Cn. Pompeio Cn. F. lib. 5. 7. 6. Sed scito ea quæ nos pro salute patriæ gessimus, orbis terræ iudicio & testimonio comprobari. Idem in Catil. In hoc orbis terræ sanctissimo grauissimoque consilio, &c.
Ager Campanus orbis terræ pulcherrimus. Ci. de Lege agr. 76.
Extremi sinus orbis, Virg. 2. Georg. 25.
Caput orbis Roma. Ouid. 5. Fast. 19.
Decus orbis atque præsidium vnicum. Sene. Herc. oeth. 7. 2.
Princeps orbis terrarum Cic. pro Domo sua, 85.
Extremus orbis. Ouid. 2. Metam. 51. Nilus in extremum fugit perterritus orbem.
Magnus orbis. Virg. 2. Georg. 68. Et lib. 1. 6.
Solidus orbis. Ouid. 1. Metam. 7, - circumfluus humor
Vltima possedit, solidumque coercuit orbem.
¶ Anhelans sæuis ardoribus orbis. Silius lib. 16. 21.
Totum Nereus circunsonat orbem. Ouid. 1. Metam. 38.
Descriptis totum orbem radio. Virg. 3. eclog. 9.
Dimensus orbis certis partibus. Virg. 1. Georg. 47.
Dominus orbis. Ouid. 3. de Arte, 25, - nunc aurea Roma est,
Et magnas domiti possidet orbis opes.
Peragrare orbem omnium terrarum. Cic. 6. Verr. 95.
Percensere orbem. Ouid. 2. Metam. 67, Et laniata sinus totum percensuit orbem.
Totus perhorruit orbis. Ouid. 1. Metam. 41.
Pacatum reget orbem. Virg. 4. eclog. 4.
Siluit exterritus orbis. Stat. 1. Thebaid. 42.
Sol temperat orbem. Ouid. 1. Metam. 156.
¶ Orbis, Regio. Plin. lib. 12. cap. 5. 1, Nunc eas exponam quas mirata est, Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto. Ibidem, cap. 12. 3, In nostro orbe proximè laudatur Syriacum. Claud. 7. Paneg. 60.
- componitur orbis. Regis ad exemplum.
Alienus orbis, Vide Alienus in ALIVS.
Orbis procul diuersus à patria. Ouid. 2. Metam. 65.
Quem procul à patria diuerso maximus orbe
Excepit Eridanus.
Fœcundus orbis. Ouid. 8. Metam. 166.
Peregrinus orbis. Ouid. 1. Metam. 10,
Nondum cæsa fuit, peregrinum vt videret orbem,
Montibus, in liquidas pinus descenderat vndas.
¶ Orbis, pro Orbili. Varro 3. de Re rust. ca. 5. 14, E quo stagno riuus perueniet in duas, quas dixi, piscinas, ac pisciculi vltro ac citro commeant, quum & aqua calida & frigida, ex orbi ligneo mensaque quàm dixi, in primis radiis esse epitoniis versis ad vnamquenque factum, sic vt fluat in conuiuam.
Orbis rotarum. Plin. lib. 8. ca. 16. 11, Atque hoc tale, tam sæuum animal, rotarum orbes circumacti, currusque inanes, &c. terrent. De leonibus.
Ferrari orbes. Virg. 3. Georg. 73. Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes. Id est rotas plaustrorum ferratas.
Rapidi orbes. Valer. 6. Argon. 42. Intelligit rotas.
Reuoluto orbe nunquam insistens rota. Sene. Hippol. 12. 17.
¶ Orbis, super quem carnes in mensa minutim concidere solemus, ne corrumpatur mappa. Mart. lib. 2. 43.
Tu Lybicos Indis suspendis dentibus orbes
Felicitur testa fagina mensa mihi.
¶ Orbis, Operculum in orbem factum. Cato de Re rust. cap. 10. 4, Mollia tria, abacũ vnũ, orbes æneos duos, mensas duas, scamna magna tria.
Canus orbis triplici ære. Virg. 10. Aeneid. 157. De clypeo.
Orbiculus, pen. corr. Diminutiuum. (κυκλίδιον,) Plin. libro 25. cap. 13. 5, Conficũ quoque in orbiculos seruatur in vino.
Orbiculus, pro Trochlea. Cato cap. 3. 3, Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur: orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius duces.
Orbiculatus, pen. prod. Adiectiuum, (κυκλοτερής), Quod in orbem & circuitum factum est, à figura orbis in rotundam figuram circumactis vt Poma orbiculata. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 59. 1, Conditiua mala strothea, cotonea, scantiana, quiriniana, orbiculata, & quæ antea mustea vocabantur. Colum. lib. 5. cap. 10. 13, Præterea malorum genera exquirenda, maximè scandiana, matiana, orbiculata, sextiana, pelusiana. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. cap. 15. 2, Q uid est nunc tibi nostri milites, qui durissimis & frigidissimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur.
Orbiculatim, pe. prod. A duerbium, (κυκλοτερῶς,) Per orbes & circulos, quasi circulatim. Plin. lib. 11. ca. 37. 49. Sed quibus ceruix, è multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorũ uodis iungitur
Orbile, huius orbilis, pen. prod. neu. gen. Id esse videtur quod rotam in summo axe continet: vel id potius quod in extremis radiis est, & cantiis cingitur. Varro. 3. de Re rust. cap. 5. 13, In insula est columella in qua intus axis, qui pro mensa sustinet mensam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit. Budæus.
Orbicus, pen. cor. Adiectiuum, (κυκλοφορούμενος,) Per orbem ductum, seu per circulum, interprete Nonio. Varro, Vt sidera cæli circa terram atque axem voluuntur motu orbico.

Orbita, 59. orbitæ, pen. corr. (τροχός,) Rota, sine currus. Virg. 3. Georg.
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo. Cic. Attico, lib. 2. 36. 2,
Vt vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus.
¶ Orbita, (τροχία, ἀφεστοτροχία,) Vestigium decurrentis in viis rotæ ex cursu. Plin. lib. 8. cap. 58. 3, Iidem vbicunque sint, orbitam si transierint, moriuntur. De moribus. Idem lib. 29. cap. 4. 29, Terra ex orbita. Liuius 2. bel. Maced. 68, Rota vna in altiorem orbitam depressa ita turrim inclinauit, vt, &c.
Orbita vinculi. Plin. lib. 17. cap. 23. 12, Namque orbita vinculi sentitur vexatione non dubia. Hoc est vestigium vinculi quo alligata fuit vitis.
Monstrare orbitam. Quintil. lib. 2. cap. 13. 11, Si tamen rectam viam, nõ vnam orbitam monstrent.
¶ Orbita, Rotunditas. Virgil. in Aetna, - scire modum & quanto minor orbita lunæ est.

Orbitas, Vide ORBVS.

Orbus, Adiectiuum, (τυφλός, στερεύς,) Propriè dicitur oculorum luce priuatus: quasi amissis orbibus, propter rotunditatem oculorum. Iuuen. Saty. 3. 13, - dudum vigilantibus orbis.
Luminibus orbus. Plin. lib. 9. ca. 42. 1, Luminibus orbum corpus intus minutis piscibus præbens. Idem lib. 7. cap. 43. 6, Orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio, quum Palladium raperet.
Altero lumine orbus. Plin. lib. 35. cap. 10. 23, Pinxit & Antigoni regis imaginem altero lumine orbam.
Visus orbus. Silius lib. 13. 145, Pyrrhumque à limine portæ Deiecit visus orbus. Visus, accusatiuus est: orbus, nominatiuus, vt si diceres Orbus oculos. Intelligit autem Appium Claudium cæcum.
¶ Palmites orbi, Qui oculis & gemmis carent, & nihil pariunt.
Columella. lib. 5, Nec orbos tantum detrahere palmites, verumetiam frugiferos.
¶ Orbus, per translationem, dicitur quicunque aliqua re chara priuatus est, vt ait Valla.
Rebus omnibus quibus & natura me, & voluntas & consuetudo assuefecerat, orbus. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 8.
Auxilii orbus. Plaut. Rud. 10. 18, - orbas auxilii opumque
Recipit huc ad se. Hoc est destitutas auxilio.
Aula orba. Valer. 6. Argon. 10.
Ciuitas orba. Cic. Appio, lib. 3. 11. 9.
Orba ab optimatibus concio. Cic. pro Flacco, 43, Vsque eò orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Meandrius.
Funera orba rogis. Stat. 10. Thebaid. 2.
Legatio orba. Cic. 9. Philip. 117, Subitò ereptus totam legationem orbam & debilitatam reliquit.
Orba philosophia in Græcia, Nulla & manca. Cic. de Academica philosophia, lib. 1, de Nat. deo. 17, Confirmata à Carneade vsque ad nostram Viguit ætatem: quem nunc propemodum orbam esse in ipsa Græcia intelligo.
Plebem orbam ne relinquunto. Cic. 3, de Legib. 13.
Respublica orba Consulis fidem tanquam legitimi tutoris, implorauit. Cic. Post red. ad Quirites, 9.
¶ Orbus, (ἄτοκος,) pater dicitur, qui amiserit oculorum lucem. Cic. in Para. 49 Q uem nutum locupletis orbi senis non obseruat? Quintil. lib. 5. cap. 10, Parens liberorum, an orbus sit. Idem lib. 7. cap. 5, In paupere gratior, quàm in diuite, dante beneficium quàm reddente, patre quàm orbo. Sic columella lib. 7. cap. 4, Orbæ suis natis matres. Iuuen. Saty. 3. 22.
- meliora, ac plura reponit
Perficus orborum lautissimus.
¶ Orbus, (ὀρφανός,) Qui parentes amisit. Terent. Phorm. 1. 2. 75,
Lex est vt orbæ qui sint genere proximi,
Eis nubant. Quintil. lib. 7. cap. 5, Quod idem accidit, si orbæ indicant nuptias pares gradu, & si inter propinquos de idoneo quæratur.
Orba patre virgo. Terent. Adelp 4. 5. 16.
Te incolumi orbi non erunt filii. Cic. Q. fratri, lib. 1. 3. 14.
Orbitas, pen. cor. huius orbitatis, (ἀτυχία,) Illa patrum qualitas post amissos liberos, vt vxoris viduitas post amissum maritum. Plin. in Paneg. 54, Nulla iam testamenta secura, nullus status certus: non orbitas, non liberi proderant. Idem lib. 3. epist. 16. Satiata siccis oculis compósito vultu redibat, tanquam orbitatem foris reliquisset. Cic. de Clar. Orat. 46, Tum C. Galli etiam filium flens commendabat, cuius orbitas & fletus mirè miserabilis fuit propter recentem memoriam clarissimi patris. Idem 5. de Finib. 144, Bonum liberi, misera orbitas.
Vulnus orbitatis. Q uintil. in Procœ. lib. 6. 3, Illum enim, de quo summa

Universidad de Deusto
Biblioteca

conceperam, & in quo spem vnicam senectutis reponebam, repetito vulnere orbitatis, amisi.

Orbitas luminis. Plin.lib.7.cap.37.1, Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

¶ Orbitas, (ὀρφανία,) Orphanitas, vt vocant. Plaut.Capt.112.105, Qua ista orbitatem liberos produxerim. Plin. in Paneg.59, Ciuitasque Romana instar erat odii, & discordiæ, & orbitatis, quum charissima pignora, salua ipsorum pietate, distraheret.

Orbitudo, pen.prod. huius orbitúdinis, f.g. (ὀρφανότης,) Idem, sed antiquè. Accius, Miseret lachrymarum, luctuum, orbitudinis. Turpilius Hoc te oro, vt illius commiserescat miseræ orbitudinis. Pacuuius, Vel, quum illum videas solicitum orbitudine.

Orbo, orbas, (στερέω,) orbare, Priuare. Cic.de Amicit.9, Moueor enim ratione amico orbatus, qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit, & vt confitemare possum, nemo certè fuit. Ibidem, 86, Et si illis plane orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solatium.

Orbare equitatu. Plin.lib.12.cap.8.1, Ibi & frutex pestilens raphani, folio lauri, odore equos inuitãte, qui pene equitatu orbauit Alexandrũ.

Orbare se luce. Cic.3. Tuscul.45.

Orbari auxilio. Cic.pro Murena, 75.

Orbare sensibus. Cic.4. Acad.131, Non ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus. Ibidem, 111, Priuat approbatione omni, orbat sensibus.

Orbãtus, pen.prod. Participium, (ἐστερημένος,) vt

Orbatus filio. Cic.1. Offic 47. Et 1. Tuscul.133, Orbatus progenie.

Orbatus dignitate. Cic.1. Tuscul.19.

Orbatus spe salutis. Cic.ad Cecinnam, lib.6.6.4, Nec iis quidem verbis, quibus te consoler vt afflictum, & iam omni spe salutis orbatum.

Filio orbata mater. Cic.pro Cluentio, 34.

Vaccæ orbatæ. Valer.8. Argon.91.

Orbatio, Verbale, (στέρησις,) Senec.epist.88, Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt στέρησιν, quum dicunt, non quod habeat dicitur, sed quod non habeat.

Orca, huius orcæ, (ὄρκη,) Genus beluæ marinæ, balænis infestum, inquit Festus. Plin.lib.9.cap.6.1, Balænæ & in nostra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conspici eas tradunt, condi autem æstatis temporibus in quodam sinu placido & capaci, mirè gaudentes ibi parere. Hoc scire orcas, infestam his beluam, & cuius imago nulla repræsentatione exprimi potest alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum & fœtas, vel etiamnum grauidas laniant morsu, inculcãtque ceu Liburnicarum rostris fodiunt. Horat.2.Serm.saty.4.14,

- simplex è dulci constat oliuo,
Quod pingui miscere mero, muriaque decebit.

Non alia quàm qua Bizantia putrint orca.

¶ Orcæ, ad illius animalis similitudinem dicuntur vasa vinaria: sunt enim orcæ teretes atque vniformi specie, authore Festo. Varro de Re rust.lib.1.cap.13.7, Quod sæpe, vbi conditum vinum nouum, orcæ in Hispania feruore multi ruptæ.

¶ Orca, vas fictile est, lato aluo, angusto ore ac fundo, longiori collo, in quam inter ludentes pueros qui nucem iniecissent, victor erat. Persius Saty.3.5, – anguillæ collo non fallier orcæ.

Proprè autem vasculum aleatorium est, quo conicti agitatique tali emittuntur in tabulam aleatoriam.

¶ Orca, vas in quo ficus asseruantur. Plin.lib.15.cap.19.4, At vbi copia ficorum abundat, implentur orcæ, in Asia, cadi, &c. Colum.lib.12.cap.15, In orcas bene picatas meridiano rẽpore calentem ficum condere.

¶ Orca, Capsa pigmentorum muliebrium. Plin.lib.35.cap.6.7, Vita ea fu reperta incendio Piræi, cernuſa in orcis cremata.

Orca, Gemma. Plin.lib.37.cap.10.34, Orca barbari nominis, è nigro fulnoque ac viridi & candido placet.

Orcula, pen.corr. Diminutiuum, (ὀρκίδιον.) Cato de Re rust.Cyminum fœniculum, rutam, mentam, in orculam condito. Idem cap.117, In orculam calcato manibus siccis.

Orcus, fluuius infernalis, ab vrgendo dictus, quòd ad mortem vrgeat.

Orcinus, Adiectiuum ab Orco: vt Libertus Orcinus, qui directo libertisic dictus, quòd ab eo, qui ad Orcum, hoc est mortem, tendit, manumittitur. Quidam non Orcinum, sed Orthinum potius dicendum putant. ab ὀρθὸς, quod directum significat.

ORCADES, pen.corr. (ὀρκάδες,) Insulæ in Oceano Boreali, quæ hodie parent regi Scotorũ. Notissimæ sunt ex Plinio, Strabone, Pomponio.

ORCHAMVS, pen. corr. (ὄρχαμος,) Assyriorum rex Leucotheam filiam suam ab Apolline stupratam viuam defodit. Ouid.4. Metam.43.

Orchestra, huius orchestræ, (ὀρχήστρα,) Spatium in theatro, in quo Senatorum & honorificentissimorum erant loca designata, & scenici artifices suas præstabant actiones, vt scribit Vitruuius lib.5. Cuius polpiti altitudo non erat quinque pedibus altior, vt sedentes spectare possent omnium agentium gestus. Cic.de Prouincciis Consularibus, 12, Itaque ille alter aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in orchestra heluatur, antea post siparium solebat.

Orchestram pro sessione Senatus & primorum posuit Iuuenalis Saty.3.18, quum ait, – similemque videbis
Orchestram & populum. Idem Saty.7.5,
Quæque reportandis posita orchestra cathedris. Sueton. Deinde in Orchestram Senatumque descendit, & orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, sumpsit.

Orchestra dicta, quòd in ea saltationes fieri coluerunt. nam apud Græcos ὀρχοῦμαι, tripudio & salto significat.

Orchis, (ὄρχις,) vel Orchites, orchitis, pen.prod. f.g. Genus oliuæ, quæ à testiculis nomen sumpserunt, vt ait Seruius. Nã ὄρχεις, testes dicuntur. Vnde etiam vocantur testiculares oliuæ. Festus, Orchis, genus oliuæ ex Græco dictum, ὄρχεις, quòd magnitudine sit instar testiculorum. Virg.2.Georg.18, Orchites, & radii, & amara pausia bacca Caro de Re rust.cap.7.2, Item alia genera quamplurima serito, aut inserito: oleas, orchites, pausias, eæ optimæ conduntur vel virides in muria, vel in lentisco contusæ. Colum.lib.5.cap.8.1, Orchis quoque & radius melius ad escam, quam in liquorem stringitur. Varro 1.de Re rust cap.60.& cap.14.1.

¶ Orchis, Herba quæ vulgò testiculus canis dicitur, de qua Plinius lib.26.cap.10.2.

¶ Orchis, Piscis. Plin.lib.32.cap.1.4, Durissimum esse piscium constat qui orchis vocetur, rotundus est, & sine squamis, totusq; capite costus.

ORCHOE, (ὀρχόη,) Babyloniæ vrbs iuxta paludes, & desertam Arabiam, authore Ptolemæo lib.6. Vrchoa dicitur apud alios: ipsa est Hur Chaldæorum Abrahæ patria.

ORCHOMENVS, pen.corr. (ὀρχομενός,) Thessaliæ mons: à quo Orchomenos, ciuitas est Bœotiæ, contermina Thessaliæ, in qua fons erat Gratiis sacer, vt notat Seruius. Ad hanc vrbem Homerus in Iliade innumera quotannis deferri nauibus dixit in oratione Achillis ad Vlyssem & Phœniceæ. Ouid.5. Metam.112,
Vsque sub Orchomenon, Siphidaque, Cyllenemque
Ferax Orchomenos. Ouid.6. Metam 84.

Diues pecorum Orchomenos. Stat.4. Thebaib.59. Est item Orchomenon, fluuius in Bœotia ad Trophonium, teste Plinio lib.31.cap.7.

Orchomenius, Adiectiuum, (ὀρχομένιος,) Orchomeniorum rex Etheocles fuit, qui primus Gratiarum templũ extruxit. Et Atiflocides eius tyrannus fuit, qui Stymphalidẽ virginem quandam adamauit, vt scribit Hieronymus. Vide in dictione STYMPHALVS. Hiflorici alteram Orchomenum tradiderunt, quæ Euboicæ vrbs est, & insula vna ex Cycladibus in Euboico mari, in qua Titani regnasse dicuntur.

Orcula, vide ORCA.

ORCVS, orci, (ᾅδης,) Obscuritas inferorum. Plaut.Asin.112.16, Bene valeta: apud Orcum te videbo. Idem Epid.4.10, Sacrificas Orco illico hostias. Cic.6.Verr.99, Hic dolor erat tantus, vt Vertes alter Orcus venisse Eunam & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur.

Arbiter Orci Minos. Propert.lib.3.eleg.19.6.

Victima nil miserantis Orci. Horat.2.Carm.ode 3.5.

Formidabilis Orcus. Ouid.14. Metam.24.

Luridus. Horat.3.Carm.ode 4.15.

Niger. Horat.4 Carm.ode 2.5.

Pallidus. Virg.1.Georg.56.

Rapax. Horat.2.Carm.ode 18.6.

Orcus (inquit Festus) ab vrgendo dictus ad mortem. enim pro g frequenter ponebant antiqui. Quidam ab ὅρκῳ, quòd est iuramentũ deducunt quòd, per illum, id est per Stygem paludem, à qua profluit, iurabant dii, nec peierare licebat. Nam, vt dicit Homerus in secundo Iliãdos, fluuius est Thessaliæ, qui ab inferna Styge manat, & in Peneum defluit, quem nec Peneus recipit, sed instar olei supernatãtem breui spatio portatum abdicat, nec pœnales aquas, Dirisque genitas, argenteis suis nuscerì permittit. Et subdit Homerus, huius fluuii apud deos sanctissimum iusiurandum esse.

Demittere aliquem Orco, Occidere. Virg.2.Aeneid.80.

Orco mactare. Liuius 9.ab Vrbe, 211. Vide MACTO.

Missus ad Orcum fulmine. Horat.3.Carm.ode 4.15.

Cum Orco rationem habere, vel ponere, Est periculo mortis sese exponere quum id præuideamus, quod solent agricolæ qui in pestilenti agro quanuis fructifero seruiunt. Varro 1.de Re rust.cap.4.2, de principis agriculturæ loquens, Vtilissimus autem is ager qui salubrior est quàm alii, quòd ibi fructus certus: contraque in pestilenti calamitas, quanuis in feraci agro, colonum ad fructus pernenire non patitur. Etenim vbi ratio cum Orco habetur, ibi non modò fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Columella lib.1.cap.3.2, de his quæ præsertim respiciendo agro notanda sunt, eadem verba habet, Nam vbiliter (inquit) cum Orco ratio ponenda, ibi nõ modò perceptionẽ fructũ, sed & vitam colonorũ esse dubiam, vel potius mortem questu certiorẽ.

Ordeaceus, (κριθινός,) **Ordeum**, Vide HORDEVM. Apud Varronem 2.de Re rust.cap.6.16. Ordeacea farina. Et apud Columellã lib.5.cap.10.12, Ordeacea pyra.

ORDESSVS, primus fluuiorũ Scythiæ, magnusque, & ab Oriente profluens cum Istro miscetur, teste Herodoto lib.3.

Ordino, ordinas, ordinare, Vide ORDO.

Ordior, (ἄρχομαι, πρόοιμιάζομαι, παραβάλλομαι,) ordiri, Incipere. Plaut.Trinum.17.13,

- sed maneam etiam opinor: nanque hic commodum
Orditur loqui ex composito. Liuius lib.1, Vnus rem ex composito orditur. Id est narrare incipit. Cic.5.Tuscul.53. Vnde igitur rectius ordiri possumus, quàm à communi parente natura? quæ quicquid genuit, non modò animal, sed etiam quod ita esset ortũ è terra, vt stirpibus suis niteretur, in suo quidque genere perfectũ esse voluit. Festus, Ordiri est principium rei facere. Vnde & togæ vocantur exordiræ.

A principio ordiri, & aliquem à puero inspicere. Cice.2.Philipp.61.

Ordiri & terminare, cõtraria. Cic.pro Marcello, 19, Sed vt vnde est orsa, in eodem terminetur oratio mea, &c.

Ab initio ordiri & perducere ad extremum, & nouissima conferre primis. Cic.Octauio, 5.

Altius ordiri, & memoriam repetere. Cic.6.Ver.94. De quo si paulò altius ordiar, ac reperere memoriam religionis videbor, ignoscite.

Ordiri à capite. Plin.lib.25.cap.11.1.

Orditamur à facillimis. Cic.1.de Finib.21.

Causam ordiri. Cic.1.de Legibus, 31.

Initium quoddam alterius vitæ ordiri. Cic.Attico, lib.4.70.12.

Orationem ordiri. Cic.in Orat.67.

Orditi telam, pro Texere. Plin.lib.11.cap.24.2, Orditur telas, tantique operis materiæ vterus eius sufficit. De araneis.

Ordiri fundamenta ex depressiore loco. Columel.lib.1.cap.5, Quum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta.

Orsus, Participium (ἀόριστος,) actiuæ significationis. Cice.lib.1.de Legibus, 14. Et ego animi pendere soleo, quum semel quid orsus, si traducor alio. Idẽ in Bruto, 66, L. Bestia bonis initiis orsus Tribunatus, &c. Liu.in Præfat.lib.1.ab Vrbe, 9.

Orsus dicitur, qui fari incœpit. Virg.1.Aeneid.66,

- Veneris contrà sic filius orsus. Ibidem, 2.

Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.

Dicere in foro orsus est Hortensius admodum adolescens. Cicero de Clar.Orat. 166.

¶ Orsum, Poetæ aliquando pro eo qui finit, abusiuè posuerunt. Virg.9. Aeneid.132, – sic orsus Apollo
Mortalis medio aspectus sermone reliquit. Orsus, id est locutus. Seruius.

Orsus, huius orsus, (κατάρχω,) Verbale. Cic.2.de Diuina.93. Scire ratione habeant, an vanos pectoris orsus. Ex Homero.

Orsa, orsorum, n.g. (κατάρχαι,) Incepta, initia. Liuius in Præfa. lib.1.ad finem, Sed quæ res ne tum quidem gratæ futuræ, quum fortitam, necessitate erunt ab initio certè tantæ ordiendæ rei absint: quum bonis potius ominibus, votisque ac precationibus deorum dearumque, si vt poetis nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, vt orsis tanti operis successus prosperos darent.

Orsa referre. Virg.11.Aeneid.25,

- sic ore vicissim
Orsa refert. Hoc est cœpta verba. Seruius.

Ordiendus, Participium, (κατάρχεσθαι,) Cic.1.de Oratore, 49, Et quoniam princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam. Idem 1.de Legibus, 30. Ab eo nobis causa ordienda est potissimum. Liui.in Præfat.lib.1.ab Vrbe, 8, Ab initio certè tantæ ordiendæ rei absint.

Ordia, ordiorum, n.g. (ὑφάσματα,) Lucret.lib.4.6, Quóve modo distracta rediret in ordia prima. Id est in primordia.

Ordo, huius ordinis, pen.corr.m.g. (τάξις, τάγμα, σύστασις, συνοικία.) Plin.lib.11.cap.37.40. Duos ordines habuit maxillarum. Idem lib.11.cap.17.3, Vt obiter quæque genera odorum dicantur, quanuis nõ terrarum ordine.

Angulares ordines, Vide ANGVLVS.

Discretus ordo. Quintil.lib.7.cap.2.1.

Longus ordo. Virg.6.Aeneid.97,

- quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit. Vbi Seruius, Longo ordine, Ingenti multitudine. vt,

- pueri, & pauidæ longo ordine matres, Non ad ordinem stantes.

Magnus ordo fecolorum. Virg.4.eclog.2.

Mortatus ordo. Lucret.lib.1.164.

Obliquus ordo signorum. Virgil.1.Georg 48. circulus Zodiacus. Vide OBLIQVVS.

In ordine Vide IN præpositionem.

Ordo rerum & vicissitudo. Cic.2.de Aruſp.respon.17, Et ea quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum ac vicissitudinẽ persequi possit, casu fieri putet?

Ordo & opportunitas rerum. Cic.1.Offic.197.

Incredibilis rei ordo. Quintil.lib.5.cap.13.23.

Ordo & modus omnium quæ fiunt, quæque dicuntur. Cic.1.Offic.25.

Ordo & dispositio argumentorum. Cic.2.de Orat.96.

Ordo serieſq; causarum. Cic.1.de Diuinat.204.

Rectus quæstionum ordo. Quintil.lib.2.cap.13.2.

Ordinis & collocationis vis eadem videtur. Cic.1.Offic.198.

Conseruatio ordinis. Cic.1.Offic.198.

Prius ordine, & Posterius ordine, contraria. Horat.1.Serm.saty.4.12,

- & quod prius ordine verbum est,
Posterius facias, præponens vltima primis.

¶ Adducere in ordinem, Vide ADDVCO.

Ex inordinato in ordinem adducere. Cic.de Vniuers.11.

Affert maximè lumen memoriæ ordo. Cic.2.de Orat.192.

Collocare quædam ex ordine. Author ad Heren.lib.3.125.

Compellare aliquos ex ordine. Cic.2.de Finib.43. Ex poeta.

Componere ordinem rei gerendæ, Vide COMPONO.

Conseruare ordinem suum. Cice. Attico, lib.6.111.1.

Consertus tribus momẽtis ordo rerũ est. Quintil.lib.5.ca.10.50, Vt sunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est.

Terno consurgunt ordine remi. Virg.5.Aeneid.24. Id est triplici.

Conuertere ordinem votorum, Vide CONVERTO.

Perpetuo ordine descendere. Ouid.11.Metam.152, de Mergo,

Regia progenies: & si descendere ad ipsum
Ordine perpetuo quæris, sunt huius origo
Ilus, & Assaracus, raptusq; Ioui Ganymedes, &c.

Ordine aliquid dicere, hoc est Per ordinem narrare. Terent.Phorm.4.1.14, Nam hanc conditionem si cui tulero extrario,
Quo pacto, aut vnde mihi sit, dicendum ordine est.

Dicere sententiam ex ordine. Cic.6.Verr.125.

Dirigere in quincuncem arborum ordines. Cic.de Senec.55.

Disiecta membra in ordinem disponere. Senec.Hippol.1221.

Dispensare atq; disponere inuenta ordine. Cic.1.de Orat.69.

Dare ordinem dicendi. Quintil lib.1.cap.2.16.

In ordinem datum venire. Quintil libro 10.cap.1, Apollonius in ordinẽ à Grammaticis datum non venit.

Effari ordinem rei alicuius. Senec.Hippol.10.2.

Efficere ordinem. Quintil.lib.2.cap.17.26, Ars est potestas viam ac ordinem efficiens.

Exit in longum rerum ordo. Quintil.lib.4.cap.2.37.

Explicare ordinem alicuius rei. Quintil.in Procem.lib.4.5.

Explicare ordines temporum. Cic.de Clar.Orat.8.

Ordinem facere. Quintil.libro 7.cap.11, Si multiplices causæ fuerint, quis ordo faciendus.

Rectè atq; ordine facere aliquid. Cic.pro Quintio, 14.

Rectè atq; ordine exẽt Republica fecisse. Cic.3.Philip.151.

Ferre ordinem Quintil.lib.1.ca.4.22. Quid, quòd multa verba non totũ declinationis ordinem ferunt?

Habere locos ex ordine. Author ad Herenn.lib.3.124.

Immutare ordinem verborum. Cic.in Orat.134.

Longo ordine incedunt victæ gentes. Virg.8.Aeneid.145.

Rectum ordinem, & fræna iniicere vaganti licentiæ. Horatius 4. Carm.ode 15.1.

Instituere ordinem. Quintil.lib.1.cap.5.34.

Interrogare ordinem, Cic.in Partit.1.

Interrumpere ordinem, Vide INTERRVMPO.

Inuertere ordinem, Vide INVERTO.

Locare ordine aliquid. Virgil.5.Aeneid.21.

Memorare ordine. Plaut.Casin.24.1. Memora ordine vt occœperas. Sic Ordine aliquid administrare, Cice.ad Atticum, lib.11.241.12.

Migrare ordine. Lucret.lib.3.152.

Narrare rem ordine. Terent.Eunuch.5.5.28. Ego abeo intrò, tu isti narrato omnem rem ordine vt factum fiet. Idem Heaut.4.3.28.

Imò vt recta via rem narret ordine.

Maior rerum mihi nascitur ordo. Virg.7.Aeneid.9.

Perturbatione rationis atque ordinis peccatur, quicquid peccatur. Cice. in Parad.31.

Permutatus ordo. Quintil.lib.1.cap.13.4.

Perturbare ætatum ordinem. Cic.de Clar.Orat.118.

Ponere ordine. Virg.1.ecloga.15. Insere nunc Meliboeæ pyros, pone ordine vites. Vbi Seruius, Pone ordine, qa quadrato ordine vites ponũtur.

Rationem ordinis & disponendarum rerum quærere. Cic.2.

Recitare ex ordine aliquid. Cic.1.de Lege agrar.53.

Redigere in ordinem. Author ad Herenn.lib.3.108.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Referre ordine, Ordinem sequi in dicendo. Ouid. 9. Meta. 1.
Referre se ad ordinem. Cic. 4. Academ. 121.
In ordine referre aliquid, Id est secundum ordinem, vt primum hic, deinde ille dicat. Virg. 7. eclog. 4.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Capere: alternos Musæ meminisse volebant:
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.
In ordinem reponere, Vide IN præpositionem.
Retroagere ordines. Vide Retroago in RETRO.
Retexere ordinem. Ouid. 15. Metam. 50. Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.
Ordine rem scire. Plaut. Pseud. 23. 22, – omnia
Vt quidque egisti ordine, scio.
Sequi ordinem. Cic. de Clar. Orat. 132.
Lunæ ordine sequentes. Virg. 1. Georg. 85.
Stare ordine. Quintil. lib. 7. cap. 1. 3, Nec mihi videntur errare, qui ipsam rerum naturam stare ordine putant: quo confuso peritura sunt omnia. Author ad Herenn. lib. 3. 124.
Triplici stant ordine dentes. Ouid. 3. Metam. 7.
Structa spicæ ordine fruges. Cice. de Senect. 47.
Tenere rem ordine. Plautus Persa, 4. 11, Vt ordine omnem rem tenet.
Venire in ordinem, Vide paulo ante, In ordinem datum, &c.
Vertitur ordo. Virg. 3. Aeneid. 76,
– sic fata deûm rex
Sortitur, voluitque vices: is vertitur ordo. Id est voluitur.
¶ Ordo, aliquando ponitur pro eo quod vulgus statum vocat: vt Ordo Senatorius, Ordo Equestris. Cicer. 3. Verr. 91, M. Octauium Ligurem hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute. Tres erant ordines Romæ, Senatorius, Equestris, & Plebeius: ab Aristotele τάξεις dicuntur. Plin. lib. 33. cap. 1. 33, Sed annuli planè medium ordinem, tertiũque plebi & Patribus inseruere: ac quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridem id factum Diuo Augusto decuriis ordinante, maior pars iudicum in ferreo annulo fuit: iique non equites, sed iudices vocabantur: Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. His verbis significat Plinius Equestrem ordinem annulum aureum pro insigni habere cœpisse vt distingueretur à plebe. Vitruuius in Præfat. lib. secundi, Dinocrates architectus quum Alexander rerum potiretur, profectus à Macedonia ad exercitum regis, à propinquis & amicis tulit ad primos ordines, & purpuratos literas. Ex Budæo. Virgil. 5. Aeneid. 49, Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni, &c. Vbi Seruius, Ordine ab omni, Ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione mittẽda hodieque seruatur.
Ordo publicanorum. Cic. ad Crassipedem, lib. 13. 10. 3.
Præstantior ordo Tribuni. Stat. 1. Sylu. 1. 20.
Quieti ordines deorum. Horat. 3. Carm. ode 3. 8.
Lucidus ordo. Horat. de Arte, 9.
– cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Appropinquare alicui ordini, Vide APPROPINQVO.
Ascribi ordini alicui. Horat. 3. Carm. ode 3. 8,
– illum ego lucidas
Inire sedes, ducere nectaris
Succos, & ascribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
Conicere in ordinem, Vide CONIICIO.
Mercari ordinem pretio, Vide MERCOR.
Sedere in certis ordinibus. Cic. 2. Phili. 61. Illud tamen audaciæ tuæ, quòd sedisti in quatuordecim ordinibus, quũ esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus.
Nullo ordine, Vide NVLLVS.
A nostro ordine. Cic. ad Senatum, lib. 15. 2. 9.
¶ Ordine, id est Meritis singulorum. Virgi. 7. Aeneid. 56.
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Seruius.
¶ Vno ordine. Virg. 2. Aeneid. 21,
Quidve moror? si omnes vno ordine habetis Achiuos,
Idque audire sat est: iam dudum sumite pœnas. Vbi Seruius, Vno ordine, Vno reatu. Et est de antiqua tractum scientia: quia in ordinem dicebantur causæ propter multitudinem, vel tumultum festinantium quum erat annus litium. Iuuenal. Saty. 16. 15. Expectandus erit qui lites inchoet annus.
¶ Ordines docere. Cice. 1. Philipp. 14, Viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res & iudicant & iudicauerunt. De centurionibus, & equitibus loquens, id est qui militibus præfuerũt. Nam sequitur, Non quæro, inquit, illos: quicunque ordinem duxit, iudicet. At si feratis, quicunque equo meruisset, quod est laudatius, nemini probaretis. Liuius 2. ab Vrbe, 96, Noscitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse aiebant, aliaque militiæ décora vulgò miserantes eum iactabant.
Seueri ordinis lex. Stat. 5. Theb. 2, Dispositi in turmas iterum, legemque seueri Ordinis. Ordinem in exercitu intelligit, quem confundere militaris disciplina prohibet.
Lentus profectionis ordo. Quintil. lib. 4. cap. 2. 42.
Abrumpuntur ordines laxati, Vide ABRVMPO.
Obuertere ordines, Vide OBVERTO.
Ducere ordinem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 42. Et lentum profectionis ordinẽ ducit. Idem lib. 5. cap. 14. 16.
Ordinem ducere, per translationem, pro Ordine persequi. Quintil. li. 10. cap. 1. Idem nobis per Romanos quoque authores ordo ducendus est.
¶ Ordo, pro Ipsis hominibus aliquando accipitur: hoc est iis qui eiusdem sunt dignitatis, vt sunt Equites, Consules, & cæteri quorum dignitas etiam ordo appellatur. Cice. 3. Offic. 76, Qui esset vt argentarius, apud omnes ordines gratiosus. Id est apud omnium ordinum homines. Salust. Sæpenumero Patres Conscripti, multa verba in hoc ordine feci. Cice. ad Lentulum, lib. 1. 7. 9, Quum autem eius familiares omnium ordinum video, perspicio id quod iam omnibus est apertum, totam rem istam, &c.
¶ Ordo amplissimus, Senatorius vocitabatur. Cicero pro Domo sua, 45, Senatum pro me non modo propugnare, amplissimum ordinem, sed etiam plorare, & supplicare mutata veste prohiberent, ne tum quidem vis erat? Idem de Prouinciis Consularibus, 20, Qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus, & ordo is qui est & publici consilii, & meorum omnium consiliorum author & princeps. Budæus.
¶ Ordo, ad fortunas, & genus vitæ quandoque refertur. Vnde Donatus exponens illud Terentii in Eunucho, 1. 2. 3, Conuéni hodie aduenienti quendam mei loci hinc atque ordinis. Dicit ORDINIS, pro pauperie, Plaut. Aulul. 7. 55,
– pauperem Euclionem introducens,
Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat. Hoc est mei status, pauperes vt ego. Cice. 1. Verr. 27. Vobis autem tanta inopia reorum est, vt mihi causam præripere conemini potius, quàm aliquos à columna Menia vestri ordinis reos reperiatis? Id est, fures & seruos nequam, qui apud Triumuiros capitales puniri solent ad columnam Menian, vt inquit Asconius. Idem Cice. 3. Verr. Homo autem ordinis sui frugalissimus, qui tum Accensus C. Neroni fuit, P. Tettius hæc eadem se Lampsaci cognosse dixerit. Id est vt nunc vulgus loquitur, homo status sui honestissimus. Ex Budæo.
Societas & ordo. Cice. pro Domo sua, 110. Vobis omnes societates, omnes ordines, omnes qui aut re, aut spe denique sunt boni: omne vobis erga meam dignitatem, &c.
Illustrior ordo seruitii, Claud. 1. in Eutropium, 30.
¶ Ordinis inferioris amici, hoc est Infimæ conditionis, vel infimi amici & omnium minimi. Cicero. de Amicitia, 61. Nunquam se ille Philio, nunquam Rutilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis.
¶ In ordinem redigere, Vide Cogere in ordinem in COGO.
Cogere se in ordinem, Vide COGO.
¶ Extra ordinem apud Iurisconsultos, Id est, sine verbis & formulis solennibus. Paulus in L. Ordo. ff. de Publicis iudiciis capitalium, Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in vsu esse desiit, durante tamen pœna legum, quum extra ordinem crimina probantur. In institutis Iustiniani, dicitur omnia iudicia esse extraordinaria, in titulo De interdictis, in fine, Nam quoties, inquit, extra ordinem ius dicitur (qualia sunt hodie omnia iudicia) non est necesse reddi interdictum, sed perinde iudicatur sine interdictis, ac si vtilis actio ex causa interdicti reddira fuisset. Tranquillus in Vespasiano, cap. 10. Elegit qui iudicia centumuiralia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent. Budæus.
Clam & extra ordinem accepit pecuniam à reo index. Cicero pro Cluentio, 68.
Extra ordinem, metaphoricũs, Eximii, quasi præter cæteros. Cicero ad A. Cecinnam, lib. 6. 5. 5, Quare ad eam spem quam extra ordinem de te ipso habemus, non solùm propter dignitatem, & virtutem tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua principia propter eximium ingenium, summamque vi tutem. Et Quintil. lib. 10. cap. 3.
Commisit extra ordinem bella multa Pompeius Cic. pro Domo sua, 15.
Ordinarius, Adiectiuum, (τακματικός, τακτός,) In quo seruatur ordo.
Ordinaria semina, Ordine disposita. Colum. lib. 3. cap. 13. Consitis compluribus inter ordinaria semina malleolis.
Ordinaria vitis. Columella, lib. 3. cap. 16, Malleolus ordinariis vitibus inserendus est.
Ordinarius, ἐγκύκλιος, qui in orbem redit. Vulgaris.
Ordinarius lapis, Est structuræ genus ex lapide ordinatio, nec temerè collocatum, nec ad perpendiculum respondens, sed tamen ordine coaggestum, nec ad perpendiculum respondens, sed tamen ordine coagmentatum. Vitruuius libro 2. Itaque non est contemnenda Græcorum

rum structura. non enim vtuntur molli cæmento polita: sed cum decesserunt à quadrato, ponunt de silice seu de lapide duro ordinaria. Idem de hitantibus structuris loquens & vitiosis, Quòd siquis noluerit in id vitium incidere, medio cauo seruato, secundum orthostatas intrinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa & silicibus ordinariis struant bipedales parietes. Ordinarios appellat, non incertos, sed eiusdem formæ & ordinis, & inter se similes. Budæus.
Ordinaria consilia. Liu. 7. bel. Pun. 252. Tum Claudius non id tempus esse Reipuratus, quo consiliis ordinariis prouinciæ suæ quisque finibus per exercitus suos cum hoste destinato ab Senatu bellum gereret.
Ordinarius homo. Ordinarium hominem, inquit Festus, Oppius ait dici solutum, scurram & improbum, qui assidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret adeuntium Prætorem. At Aelius Stilo per contrariietatem, qui minime ordine vtueret, in ea oratione quam scribit de suis virtutibus contra Thermum, Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia, ordinarius meruissem semper? Sunt quidam qui manipularem, quia infimi ordinis sit, appellatum credant ordinarium.
Ordinarium officium dicitur Senecæ, libro 3. de Benefic. vbi præficitur aliquis certæ functioni. Ad hortos alicuius ne ordinarium quidem habentia officium.
Ordinariam orationem vocat Seneca perpetuam & minus cõcisam. Plin. epist. 39. Vide ne plus profectura sit oratio ordinaria, quàm hæc quæ nunc vulgo breuiarium dicitur.
Ordinarios pugiles vocat Suetonius in August. cap. 45. artis suæ peritos, Spectauit studiosissime pugiles nõ legitimos modò & ordinarios, quos etiam cum Græcis committere solebat: sed cateruarios quoque oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte.
Ordinarius seruus. Vlpianus in L. Item apud Labeonem & Prætor ait, siquid aliud. ff. De iniuriis. Et enim multum interest qualis seruus sit, bonæ frugi, ordinarius, dispensatorian verò vulgaris vel mediastinus, an qualis qualis.
Ordino, ordinas, penult. correp. (τάττω, συντάττω, διατάττω,) ordinate, Disponere qui cuique locus esse debeat. Vnde & ordinatum dicimus, inquit Budæus, certè atque ordine constitutum. Sueton. de Claris grãmaticis, 21. Quare citò manumissus, Augusto & institutus ẽ, quòd eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticus suscepit. Idem in Augusto, cap. 13. Partitis post victoriam officiis, quum Antonius Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepisset, neque veteranorũ, neque possessorum gratiam tenuit. Budæus.
Ordinare & instituere. Cic. pro Sylla, 40. Quum omnia ordinarentur, instituerentur, paratentur, vbi fuit Sylla Corneli?
Aciem ordinare, Vide ACIES.
Agmina ordinare in aliquem. Horat. Epod. 17. 2.
Annos ordinare. Horat. 4. Carm. ode 11. 4.
In totum diem ordinari. Quintil. lib. 1. cap. 2. 10. Ergo modicum tempus est, quo in totum diem velut opus ordinetur.
Fortitan dii fata ita ordinauerunt. Curtius.
Litem ordinare. Cic. 1. de Orat. 24.
Ordinare syllabarũ literas: quod Galli dicunt Epeler. Ex Prisciano lib. 1.
Ordinare locum vitibus. Colum. lib. 5. cap. 3. 9.
Ordinare milites. Liu. 9. bel. Pun. 1, Scipio posteaquam in Siciliam venit, voluntarios milites ordinauit, centuriauitque.
Partes orationis ordinare. Cic. 1. de Inuent. 28.
Res publicas ordinare. Horat. 2. Carm. ode 1. 3.
Ordinare Reip. statum. Suet. in Iulio Cæsare, cap. 40, Conuersus hinc ad ordinandum Reip. statum, fastos correxit.
Ordinare improbas cogitationes, pro Texere, vel animo concipere. Senec. epist. 10.
Ordinare vineam paribus internallis. Columel. lib. 3. cap. 13. 5.
¶ Ordinare, Aliquem ad honorem & magistratum promouere, hoc est (vt Cicero loquitur) ornare, honoribusque augere. Suet. in Vespasiano, Quendam è charis ministris dispensationem cuidam quasi fratri petentem quum distulisset, ipsum cãdidatum ad se vocauit, exactaque pecunia quantam is eum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Est enim ordinare, quasi in ordines adoptare, vel in ordinem municipalem prouehere. Budæus.
Ordinãtus, pen. prod. (τεταγμένος,) Participium: vt
Ordinata disciplina. Liuius 4. bel. Pun. 217. Vt veterum militum verba audiuit, quàm multarum rerum ipse ignarus esset, ex comparatione tam ordinatæ disciplinæ animaduertit.
Magistratus aliter ordinatos ab aliis scriptoribus dicit Liuius li. 1. pro alio ordine annorum collocatos.
Ordinatus & compositus. Seneca de Vita beata, Intelligitur etiam si non dixero, compositum ordinatumque fore talem virum.
Ordinãte pen. prod. Aduerbium, (τεταγμένως,) Author ad Herennium, libro 4. 243. Quæ si sequemur, acute & cito reperiemus: distinctè & ordinatè disponemus.

Ordinãtim, pen. prod. Aliud aduerbium, (τάξει,) Ordine. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 4, Ille enim iit passim, ego ordinatim: quacunque iit ergastula soluit. Cæsar 2. belli Gall. 40, Ita fastigato, atque ordinatim structo, vt, &c.
Petere ordinatim honores. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 9.
Ordinatio, ordinationis, Verbale, (διάταξις, διατεταγμένος,) Pli. in Paneg. 121. Vide Conuertere ordinem in CONVERTO. Colum. lib. 12. cap. 3. 8, Vt ordinatio constituta conseruetur.
Ordinatio vitæ, pro Constitutione. Plinius epist. 205, Quum certius de vitæ nostræ ordinatione aliquid audieris.
Ordinatio, pro Administratione prouinciæ. Suetonius in Nerone, cap. 40, Spondebant tamen quidam destituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Ierosolimorum.
Ordinatio, pro Creatione præfectorum. Tranquil. in Domitiano, cap. 4, Ecquid sibi visum esset, proxima ordinatione præficere Aegypto Metium Rufum.
Ordinãtor, penul. prod. Verbale, (διατεταγμένος,) Seneca epist. 110, In his opus est illi alieno consilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato & litis ordinatori.

Orea, oreæ, (χαλινός,) Festus, Oreæ, freni, quòd ori inseruntur dicti. Titinnius in Serina, Etsi tacebit, tantum gaudebit sibi permitti oreæ. Cæcilius in Ariolo, Deprandi autem leonis obdas oreas. Cato Originum libro tertio, Equos respondit oreas mihi, inde tibi capse flagellum. Trebellius pro se apud populum, Equus qui mihi sub femmibus, occisus erat, oreas detraho inspectante Lucio Stertinio.

OREADES, pen. corr. (ὀρεσκῴοις,) Nymphæ sunt montium, ab ὄρος, quòd Græcè dicitur mons. Virg. 1. Aeneid. 101.
Exercet Diana choros: quam mille secutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Oreoselinum, pen. prod. (ὀρεοσέλινον,) Montanum appium. Plin. lib. 20. cap. 11. 5

ORESTES, (ὀρέστης,) Filius Agamemnonis regis & Clytemnestræ, qui matrem occidit, eo quòd illa patrem Agamemnonem occiderat. Deinde Pyrrhum Achillis filium, qui Hermionen sibi prius desponsatam vxorem duxerat, occidit clàm in templo, & Hermionen recepit. Postea furiosus ob hæc scelera fictus vagabatur. Et custodiente eum Pylade amico fidissimo, peruenit in regionem Tauricam, vbi Iphigeniam sororem suam inuenit, cum qua profectus est in Italiam. Vide in dictionibus AEGISTHVS AGAMEMNON, & PYLADES.
Agamemnonius Orestes. Virg. 4. Aeneid. 94.
Pelopeus Orestes. Lucan. lib. 7. 158,
– Scythica nondum purgatus in ara
Eumenidum vidit vultus Pelopeus Orestes. Pelopeum vocat, quoniã ab illo originem duxit. Pelops enim Atreum genuit, Atreus verò Agamemnonem patrem Orestis.
Insanus Orestes. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 9.
Agitatus furiis scelerum Orestes. Virg. 3. Aeneid. 67.
Scenis agitatus Orestes. Virg. 4. Aeneid. 94. Hoc inquit quoniam multæ fuerunt compositæ tragœdiæ de Oreste.
Tristis Orestes. Horat. de Arte, 16.
De Orestis & Pyladis amicitia meminit Cicero 2. de Fin. 117, Pylades quum sis, dices te esse Orestem, vt moriare pro amico? aut si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares? Idem de Amicit. 14, Qui clamores tota canea nuper in hospitis & amici mei Pacuuii fuerunt noua fabula, quum ignorante rege vter eorum esset Orestes, Pylades Orestem esse se diceret, vt pro illo necaretur. Orestes autem, ita vt erat, Orestem esse perseueraret?
¶ Alius fuit Orestes, cuius meminit Cicero 2. Offi. 85, Oresti nuper prandia in semitis decumæ, nomine, magno honori fuerunt.
Orestêus, pen. prod. Adiectiuum, (ὀρέστειος,) Ouid. 15. Metam. 98.
Sacraque Orestæ gemitu, queitusque Dianæ
Impedit. Orestea verò dicitur Diana, quòd illam Orestes vnà cum sorore Iphigenia, è regione Taurica in Italiam transtulit, ac iuxta Ariciam collocauit.
Dea Orestea, Diana. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 3.
Fides Orestea. Claud. ad Olibrium, 15. 4.

ORIVS, pen. prod (ὄριος,) dictus est Liber pater, teste Festo, à montibus in quibus fieri sacrificia solebant.

Orexis, huius orexis, f. g. (ὄρεξις,) Latinè dicitur appetitus seu esuritio. Cicero appetitionem vertit. ab ὀρέγομαι, quod est appeto. Quidam etiam pro vehementi edendi auiditate: alii pro vomitu accipiunt, apud Iuuenalem Sat. 6. 43,
– rabidam facturus orexim. Idem, Saty. 11. 13.
– hinc surgit orexis,
Hinc stomacho bilis.

Organum, órgani, pen. corr. (ὄργανον,) Instrumentum Latinè dicitur. ὄργανον enim erat meum Senatus: id iam est dissolutum. Cic. ad Brutum, lib. 11. 14. 2.
Organa per excellentiam dicuntur omnia musicorũ instrumenta. Quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

til lib.9.cap.4.Natura ducimur ad modos:neque enim aliter euenireet vt illi quoque organorum soni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem.

Exprimi sermo organis non potest.Quintil.lib.1.cap.10.21.

Organum,pro Cithara posuit Iouenalis Sat.6.38.

– Præstoribus organa semper
Iumentibus,denti radiant testudine tota
Sardonyches,crispo numerantur pectine chordæ.

Afficiuntur animi in diuersum habitu organis. Quintil.lib.1.cap.10.21.

Commouetur animus maioribus velut organis. Quintil.lib.1.cap.2.20,
Is porrò quò generosior, celsiorque est, hòc maioribus velut organis commouetur: ideoque laude crescit, & impetu augetur. De animo docentis.

¶ Organum,Instrumentum ædificiis construendis aptum.Vitruuius lib. 10.cap.1.Inter machinas & organa id videtur esse discrimen,quòd machinæ pluribus operibus aut vi maiore coguntur effectus habere: vt balistæ, torcularíumque prela. Organa autem, vnius opere prudenti tracta perficiunt quod propositum est:vti scorpionis, seu anisocyclorum versationes.

¶ Organum,apud Columellam lib.3.cap.13.11.pro instrumento ad metiendum apto,Sic(inquit)compositum organum, quum in sulcum demissum est,litem domini & conductoris sine iniuria deducit.

Organarius,huius organarii,(ὀργανικός,) Organorum faber. Firmicus libro 2.scribit Mercurium cum Venere in sexto ab horoscopo facere organarios & myropolas.

Organicus,pen.corr.Adiectiuum(ὀργανικός,)vt

Saltus organicus Heliconis.Lucret. lib.5.27. Hoc est sonoro musicis organis referto.

Organici,(ὀργανικοί,)Qui musicis organis canunt.Vulgo organistas vocat. Lucretius lib.2.85, – æque
Ac musæa mele,per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Organicè,Aduerbium(ὀργανικῶς,)vt Organicè moueri, & mechanice apud Vitruuium,teste Budæo.

ORGE,fons nobilis in Narbonensi prouincia. In eo herbæ nascuntur in tantum expetitæ bubus, vt morsis capitibus totis eas quærant. Sed illas in aqua nascentes certum est non nisi imbribus ali.Plinius lib.18. cap.22.ad finem.

ORGIA,Orgiorum,n.g.plur.numeri(inquit Seruius) (ὄργια.)apud Græcos omnia sacra,sicut apud Latinos cæremoniæ dicuntur.Sed tam abusiuè sacra Liberi,Orgia vocantur.vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς,id est à furore: vel ἀπὸ τῶν ὄρεων,id est à montibus.

Innouabantur autem certo quoque anno:vnde Trieterica dicta sunt,id est triennalia.Virg.4.Aeneid.301.

– qualis commotis excita sacris
Thyas,vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia,nocturnúque vocat clamore Citharon. Ibidem,6.104.
Illa chorû simulans,Euantes Orgia circum Ducebat Phrygias.

Oria, huius oriæ, Nauis piscatoria,inquit Nonius.Plaut. Rud. Salerete oria mari fluctuoso. Ibidem,23.80.Mea opera,labore,& rete,& oria. Idem,Malo hunc alligari ad oriam, vt semper piscetur, etsi sit tempestas maxima.

ORIBASIVS,(ὀριβάσιος,)Sardianus,Iuliani principis fuit familiaris, à quo etiam Quæstor Constantinopolitanus factus est.Scripsit libros medicinæ LXXII ad Iulianum,eorumque epitomen libris nouem ad Eustathium filium:de regno,& de affectibus.Hæc Suidas. Eunapius verò,Græcus author in libro Sophistarum,eius vitam pluribus persequitur,Oribasius(inquit)Pergamenus genere,in eloquentia,pariter & medicina profecit,Iulianoque propterea vt medicus fuit accersitus.Inuidia deinde succedentium principum,bonis priuatus, ac in exilium ad Barbaros missus,animum philosophi semper in calamitate retinuit.Tãta apud eas nationes gratia,& opinione ob doctrinam & medicinæ experimenta perseuerauit,vt pro deo penè coleretur.

Orichalcum, orichalci,(ὀρείχαλκον,)Aes aurei coloris, quod in montibus inuenitur:vnde nomen traxit. Plaut.

Pseud.10.12.

Dii immortales,orichalco contra non carum fuit
Meum mendacium hìc modò quod subitò commentus fui. Græci ὀρείχαλκος,ab ὄρος,quod est mons,quia in montibus foditur.alii aurichalcum scribunt.Cicc.3.Offic.123.Siquis aurum vendens, orichalcum se putet vendere,indicetne ei vir bonus aurum illud esse?

Tibia vincta orichalco.Horat.de Arte,41.

ORICOS,siue Oricum,pen.corr.(ὤρικος) ciuitas est Epiri à Colchis cõdita,teste Plin.lib.4.cap.23.de qua Lucanus lib.3.10.

Tunc qui Dardaniam tenet Oricon,& vagus altis
Dispersus sylus Athamas,&c. Propertius lib.1.eleg.8.4.
Vt te felici vectam per cæcula remo,
Accipiat placidus Oricos æquoribus.

Notis actus ad Oricum.Horat.3.Carm.ode 7.1.

Oricius,Adiectiuum,(ὠρίκιος,)vt Terebinthus Oricia. Virgil.10. Aeneidos. 17.

Oricularius,(ὠτικός,)pro Auriculario subinde apud Celsum legitur ea ratione qua coliculos & colis, pro cauliculo & caule dicitur: & codex & plostrum,vt focale à faucibus,pro caudex & plaustrum. Budæus.

Oricularius clyster.Cels. libro 5.cap.28. de fistularum curatione, Neque alienum est vbi quis resoluerit,antequam turfus alia medicamenta conficiat per oricularium clysterem fistulam eluere.Sic lib.6.cap.7. De aurium morbis.

Oricularium specillum.Cels.lib.6.cap.7.de aurium vermibus. Sic paulo post,de iis quæ in aurem inciderant extrahendis.

Oriens,Vide ORIOR.

Orificium, orificii,(ὀρίφιον,)dicitur quod in quacunque re patet,in quit Sipontinus. Macrobius,Duo ventris orificia.

Origanum, origani,pen.corr.(ὀρίγανον,)Herba,de qua sic Plinio lib.20.cap.17.1.Origanum quod in sapore cunilam æmulatur,plura genera in medicina habet,& omitin vel prasion appellant,non dissimile hyssopo.

ORIGENES,(ὠριγένης,) qui & Adamantius, decimo Seueri Pertinacis anno aduersum Christianos persecutione commota,à Leonida patre, CHRISTI martyrio coronato, cum sex fratribus & matre vidua, pauper relinquitur, annos natus circiter decem & septem. Rem enim familiarem ob confessionem CHRISTI, fiscus occupauerat. Hic Alexandriæ disperſa ecclesia, decimooctauo ætatis suæ anno κατηχήσεων opus aggressus: postea à Demetrio eius vrbis episcopo in locum Clementis confirmatus,per multos annos floruit. & quum iam mediæ esset ætatis, & propter ecclesias Achaiæ,quæ pluribus hæresibus vexabantur, sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palæstinam pergeret,à Theoctisto & Alexandro Cæsareæ & Hierosolymorum episcopis, presbyter ordinatus,Demetrii offendit animum:qui tanta in eum debacchatus est insania,vt per totum mundum super nomine eius scriberet. Constat eum antequam Cæsaream migraret,fuisse Romæ sub Zephyrino episcopo,& statim Alexandriam reuersum, Heraclam presbyterum iterum qui sub habitu philosophi perseuerabat, adiutorem sibi fecit κατηχήσεως, qui quidem & post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc apparet,quod Firmillianus Cæsareæ episcopus cum omni Cappadocia eum inuitauit, & diu tenuit, & postea sub occasione sanctiorum locorum Palæstinam veniens, diu Cæsareæ in Sanctis scripturis ab eo eruditus est: sed & illud quò ad Mameam matrem Alexandri imperatoris religiosam fœminam rogatus venit Antiochiam, & summo honore habitus est: quodque ad Philippum imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, & ad matrem eius literas fecit, quæ vsque hodie extant:& quòd tantùm in scripturis diuinis habuerit studii,vt etiam Hebræam linguam contra ætatis genisque suæ naturam ediscere. Dialecticam quoque & geometriam,arithmeticam, musicam, grammaticam, & rhetoricam,omniumque philosophorum sectas ita didicit, vt studiosos quoque secularium literarum lectatores haberet, & interpretaretur eis quotidie, concursúsque ad eum fieri fierent: quos ille propterea recipiebat, vt sub occasione secularis literaturæ, in fide CHRISTI eos institueret. Vixit vsque ad Gallienum & Volusianum,id est vsque ad sexagesimumnonum ætatis suæ annum, & mortuus est Tyri,in qua vrbe & sepultus est. Hæc & longe plura diuus Hieronymus.

Origenes(ait Erasmus)Græcis montigenam sonat, prima vocali producta, quemadmodum fit in ὀρέκτομα,;quæ sine controuersia hinc dicta est quòd malefica in montibus pergeret sua sacra. Adamas autem, indomiti nomen obtinuit, quòd quum sit lucidissimus, ne chalybis quidem duritiæ, nec malleorum ictibus cedit. At Origenis animus plusquam adamantinus fuit, quem nec vitæ austeritas, nec perpetui labores,nec dura paupertas, nec æmulorum improbitas, nec supplicíorum terror, nec vlla mortis facies à sancto instituto, vel tantillum dimouere potuit. Tanto enim martyrii desyderio flagrauit, vt vehementer ambiret, vel adolescentulus, in ea laudis parte patri aut comes esse aut præcursor: & prorsus anteuertisset, ni mater præsentiens illum summo diluculo ad agones vbi multi trucidabantur, velle procurrere, noctu clàm omnia illius indumenta sustulisset. Ita martyrii candidatum, quem terror mortis non potuit, pudor domi retinuit. Quin & patrem quum adhuc in vinculis esset,per epistolam cohortatus est,vt in pulcherrimo instituto persisteret, illud addens, Vide pater nequid mea causa secus facias. Adhuc adolescens, fermdo quodam zelo, sed non secundum scientiam, seipsum castrauit, quo libere citra que pudicitiæ periculum doceret Euangelicam philosophiam. Vide multo plura apud Erasmum.

Origo, pen.prod.originis,pen.corr.(ὄριγον,ὀρία,ὀρχή,) Ab Orior, ortis deriuatur,& principium,initium,causam,ortũ, stirpem, semen,siue fontem significat.Plin.lib.10.cap.37.2,Multi nobilitatem singularum

singularum columbarum & origines narrant.

Origo summi boni.Cic.1.de Finib.53.A primo,vt opinor,animantiũ ortu petitur origo summi boni.

Origines rei.Liuius 1.ab Vrbe,in Præf.3.Et legentium plerisque haud dubito quin primæ origines, proximaque originibus minus præbitura voluptatis sint, &c.

Origo rerum & molitio.Cicer.de Vniuers.10. Quæramus igitur causam quæ impulerit eum qui hæc machinatus sit,vt originem rerum & molitionem nouam quæreret.

Nullius rei causa remota reperiri origo potest.Cic.de Vniuer.4.

Originem & progressionem certarum rerum persequi. Cicero 4.de Finibus,29.

Caula & origo malæ mentis. Iuuen.Saty.14.25.

Eloquentiæ origo est verborum delectus.Cic.de Clar.Orat.137.

Fontium origines celat Nilus.Horat.4.Carm.ode 14.10.

Prima origo crescentis mundi.Virg.2.Georg.68.

Genitalis origo rerum.Lucret.lib,5.36.

Cælestis origo.Virg.6.Aeneid.146,
Igneus est ollis vigor,& cælestis origo Seminibus.

Gens cuncta ab origine.Virg.3.Georg.95,
– nec singula morbi
Corpora corripiunt:sed tota æstiua repentè
Spemque gregemque simul,cunctamque ab origine gentem.

Mira origo.Ouid.1.Metam.51.
– lobolemque priori
Dissimilem populo promittit origine mira.

Mulierbris origo.Lucret.lib.4.148.Vide MVLIEBR.

Natalis origo.Ouid.11.Metam.95.

Tenuis origo. Ouidius 3. Fast.87. O quàm de tenui Romanus origine crescit.

¶ Modicus originis.Tacit.lib.5.Fine anni Poppæus Sabinus concessit vita,modicus originis.

Clarus origine. Ouidius epist.18.30, Nobilis ille quidem est, & clarus origine, &c.

¶ Accipere originem ab aliquo.Quintil.lib.5.cap.11.15.

Ducere originem ab authore aliquo.Horat.3.Carm.ode 17.1.
Authore ab illo ducis originem,
Qui Formianum mœnia,&c.

Ducere originem ex aliquo.Quintil.lib.1.cap.5.36.

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar.Virg.1.Aeneid.58.

Originalis,& hoc originale,pen.prod.(ἀρχαιοειδής,)Quod ex origine contrahitur:vt Originalis decor,Originalis macula,Originale delictum.

Originarius,Adiectiuum,(ἀρχαῖος,)Budæus,Originarii,sunt qui contrahunt municipatum origine principaliter,vt Accursius in rub.de Incolis dicit lib.10.Cod.& ibidem titulus est de Municipibus & originariis.Hi & originales vocantur in L.Cum neque eodem titulo.De incolis.in L. Ciues quidem origo facit:incolas verò domicilium.

Originatio,(ἐτυμολογία,)Quintil.lib.1.cap.6.18.Sunt qui vim potius in tuni,originationem vocent.De etymologia.

ORION,pen.produ.(ὤριον,)filius Neptuni secundum Hesiodum. Alii fabulantur eum ex vrina Iouis, Neptuni,& Mercurii genitũ,quos deos quum Oenopeus quidam hospitio excepisset, eisque bouem mactasset, petiuit vt sibi filium concederent. Illi ergo corium è boue detractum posuerunt,atque in illud vrinam reddiderũt: ex qua natus est Oriõ. Ouid.lib.5.Fastorum,107.

Tunc super infecta texere madentia terra:
Iamque decem menses,& puer ortus erat. Ouidius ibidem, non Oenopeum,sed Hyreum fuisse canit qui hospitio deos susceperit. Et Orionem Vtionem appellatum fuisse.sic enim inquit,Hunc Hyreus,quia sic genitus,vocat Vtionæ:

Peridiit antiquum littera prima sonum. Fuit autem statua corporis ingẽti,quod & ipsum Ouidius indicat,Creuerat immẽsum.& Virgilius 10. Aeneidos 151,
– quàm magnus Orion
Quum pedes incedit medit per maxima Nerei
Stagna viam scindens,humero super eminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus orinum,
Ingreditúrque solo,& caput inter nubila condit. Quo loco Seruius ait excæcatum illum aliquando fuisse, quòd cum regis filia concumbere voluisset.Responsum verò accepisse,ita se visum recuperare posse, si per pelagus contra Orientem pergeret, vt loca luminum radiis solis semper offerret.Quod ille efficere ita potuit,nam quum audisset Ireum Cyclopum Iouí fulmina fabricantium, sono ad eos ductus, vnũ ex illis humeris suis superposuit,& eo duce oraculi præcepta complectitur.Hæc Seruius.Fuit etiam venator,& satelles Diamæ, vnde Horatius cum à Diana confossum inquit,quòd cõcubitum eius petere ausus fuisset:hic enim inquit lib.3.Carm.ode 4.5.
– notus & integræ
Tentator Orion Dianæ,

Virginea domitus sagitta. Præterea lib.2.Carm.ode 13.8,apud Inferos eum esse indicat, vnà cum Promethco, & parente Pelopis, id est Tantalo.Ouidius verò ait eum à scorpio interfectum fuisse,quem irata Tellus illi immiserat,propterea quòd gloriatus fuerat nullum in terris esse animal quod vincere non posset. Dianam verò misertam illius, inter sidera eum collocauisse.quod & Lucanus innuit lib.9.168.
– quis fata putaret
Scorpion,aut vires maturæ mortis haberet
Ille minax nodis,& recto verbere sæuus,
Teste tulit cælo victi decus Orionis. Hic apud Messanam portum, structo aggere,in Bœotiam concessit, inde inter astra receptus est ante Tauri vestigia.Sunt tamen qui Græcè ab aquarum inundatione sic dictum velint,quòd eius tempore habet ortum hyems, & mare ac terras tempestatibus turbat. ὀρίνω enim,turbo & concito significat. Plautus Iugulam vocat,quòd sit armatorum gladius stellarum fulgore terribilis.Hic si fulget,serenitatem:si obscurat,tempestatem denotat.

Pectus Orionis.Cic.in Arato,1.

Aquosus Orion.Virg.4.Aeneid.11.

Armatus auro Orion.Virg.3.Aeneid.104.

Deuexi rapidus comes Orionis Notus.Horat.1.Carm.ode 28.5,
Deuexum inquit,id est in deuexa cæli parte positum,hoc est in Occasu.Comitem verò eius Notum facit,quoniam tempestatem & ventos secum fert Orion.

Ensifer Orion.Ouid.4.Fast.78.

Infestus nautis Orion.Horat.Epod.15.2.

Nimbosus Orion assurgens fluctu.Virg.1.Aeneid.107.

Pronus Orion magno trepidat tumultu.Horat.3.Carm.ode 27.4.

Tristis Orion.Horat.Epod.10.2.

¶ Orion,primam interdum productam haber,interdũ correptam,vtrunque cum ratione.οὔριον enim(quo nomine illum vocatum fuisse suprà diximus) lingua Dorica ὀρίων facit,eaque ratione O longum est.Breue autem fit quum omissa secunda vocali in οὔριον, ὄριον dicunt. Hoc mirum magis est,Ouidium lib.5.Fast.90. in obliquis & posterius contrahere,Quorum si mediis Bœoton Oriona quæres. Idem.8.Metam.42. – strictumque Orionis ensem. Ibidem,lib.13.59,
– nitidumque Orionis ensem.

Dicitur Orion etiam Oarion,vt apud Nicandrum,θοωτὸν τοξόευσε καὶ κὺν μόρον ὤκελεν. Sic etiam Catullus in elegia de coma Berenices,61.
19,Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion.

Orior, ortis,pen.prod.vel oreris,pen.corr.ortus sum,(τέλλω,ἀνατέλλω,ὀρίνω,ἐξανατέλλω,ἐπανατέλλω,ἐπιτέλλω,ὑποφαίνομαι,) oriri,Est nasci vel surgere, vt ait Festus. Ouid.10. Metamorph, 34,Tu quoties oreris,viridique in cæspite flores.

Oriri & procreari.Cic.2.de Legib.6, Sum illi villæ amicitior modò factus,arque huic omni solo,in quo tu ortus & procreatus.

Oriri ex se,& sponte sua nasci.Cic.1.de Finib.125.

Ex causa oriri. Quintil.lib.2.cap.4.23, Ita sunt autem speciosa hæc, & vtilia,si oriuntur ex causa.De iis quæ veniunt in causas.

Cædes miserrima oritur.Virg.2.Aeneid.83.

Oritur clamor. Plaut.Aulul.14.6, Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?Hoc est,nascitur & increbrescit.

Oritur facinus ex te.Plaut.Pœn.14.67,
– atque ei quoque vt non enuntiet
Id esse facinus ex te ortum.Id est, te esse authorem huius facinoris.
Terent.Adelph.2.3.35.Tamen tibi à me nulla est orta iniuria. Id est cœpta,vt ait Donatus. Idem Adelph.3.3.89,Haud citò mali quid orrum ex hoc fit publicè.

Oritur fons in monte.Plin. epist.95.2, Oritur fons in monte, per saxa decurrit.

Mœstus orietur fletibus horror.Propert.lib.1.eleg.5.3.

Prospera lux oritur.Ouid.1.Fast.15.

Monstrum mirabile oritur,Id est accidit.Virg.5.Aeneid.137.

A suo cuiusque genere virtutis officia oriuntur.Cicero.5.de Finib.122.

Risus oriebantur,dulcesque cachinni Lucret.lib.5.282.

Oritur ab his sermo.Cic.de Amic.5,C. Fannius & Q. Mutius ad socerũ veniunt post mortem Africani.ab his sermo oritur. respondet Lælius, Quasi dicat,Ipsi primò loquuntur in isto dialogo.

Sermo oritur de villis.Horat.2.Serm.sat.6.15.

Stellæ oriuntur & cadunt.Ouid.1.Fast.59.

Ortum est abs te vel ex te. Terent.And.3.2.9. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? Hoc est, te esse principium & initium huius rei.Idem Eunucho,5.5.24,
– nam hoc putant,
Quicquid factum est,ex te esse ortum.

Orior, Oriuntur vlcera. Cels. lib.6.cap.13. Alia quoque vlcera in gingiuis oriũtur,quibus eadem quæ in reliquo ore succurrũt.

Oriens,orientis,Participium,(ἀνατολή)vt

Austri orientis motus.Horat.3.Carm.ode.27.5.

Dies oriens. Tibull.ad Messalam.lib.4.25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luna oriens.Ouid.8.Metam.3.
Lux oriens.Catull.Argon.epigr.69.75.
Signa orientia noctis,Virg.7.Aeneid.28.
¶ Oriens, Nomen substantiuum,ge.masc.Pars ea mundi in qua sol oriri solet.Plin.lib.19.cap.44.1.Orientem spectare quibus exeant in pascua Occasum quibus redeant.
Ab Oriente,Vide A vel AB præpositiones.
Ortæ Orientis.Horat.1.Catm ode.12.10.
Anhelus Orient.Stat.3.Sylu.2.11.
Extremus Oriens.Ouid.7.Metam.54.
Adiicit extremo lapide. Oriente petitos.
Primus Oriens nos afflauit anhelis equis.Virg.1.Georg.50.
Ortus,Participium,(φυόμενος,)Cic.pro Cluentio,130,Quum quædam in collibus(vt solet)controuersia pastorũ esset orta. Sic Orta luce,apud Cæsarem lib.5.bel.Gall.32.
Hoc initio suspicionis orto Cic.pro Cluentio,143.
Ortus ab omni turba fletus.Liu.1.ab Vrbe,171.
Flos ortus de sanguine.Ouid.10.Metam.146.
Lucifer ortus erat.Ouid.4.Metam.133.
Ratio orta ab sensu falso.Lucret.lib.4.99.
Ortus rumor ex Sulpitii literis,&c.Cic.ad Atticum.lib.12.331.2.
Sol recens ortus.Virg.3.Geor.32.
¶ Ortus ex eo loco:Id est natus.Terent.Eunucho,2.2.10.Vidén'me ex eodem ortum loco?
Ortus Equestri loco.Cic.1.de Lege agraria,17.Et Liu.6.bel.Pun.33.Loco obscuro,tenuisque fortuna ortus.
Syluis fuit ortus in altis.Ouid.4.Fast.9.
Terra orti.Quintil.lib.3.cap.7.18.
Fatis melioribus ortus.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.2.
Ab his maioribus orti.Horat.1.Serm.saty.5.11.
Antiquis nobilibus ortus.Quintil.lib.3.cap.8.21.
Satu deorum ortus.Cic.de Vniuers.57.
Stirpe ab antiqua Teucrorum ortus.Virg.1.Aeneid.127.
Pueri claris patribus orti.Horat.4.Carm.ode 6.7.
¶ Ortus aliquando idem significat quod Oriundus.Cæsar lib.2. de bello Gallico ait plerosque Belgas esse ortos à Germanis.
Ortus,huius ortus,(γένεσις,)Natiuitas.Cice.1.Offic.33.Non nobis solum nati sumus,ortusque nostri partem patria vendicat,partem amici. Idem de Amicit.31.Et erit huius ortus à natura,quàm ab imbecillitate & grauior & verior.
Materno ortu generosus.Ouid.13.Metam.30.
Nobilis ortu.Silius lib.1.16.
Ortu Tusculanus fuit Cato.Cic.2.de Legibus,8.
Ducere ortum ab aliquo.Ouid.5.Metam.99.
Habere ortum & gigni.Cic.de Vniuers.6.
Moderatus ortus nascentium luna.Cic.2.de Diuinat.136.
Animantium ortus.Cic.2.de Finibus,53.Vide ORIGO.
Repetere ortum iuris à fonte.Cic.1.de Legibus,19.
¶ Solis ortus,(ἀνατολή,)Plin.lib.12.cap.14.1. Saba regio spectans ortus solis æstiui. Virg.3.Georg.56.
Signorum ortus.Quintil.lib.1.cap.4.3.
Ortus & obitus signorum definitum quendam ordinem seruant. Cice.1. de Inuent.74.
Stellarum ortus atque obitus.Catull.de Coma Berenicis,61.1.
Ortus occasusque sideruṁ non fieri eodem tempore apud omnes,necesse est.Cic.2. de Diuinat.137.
Antiqui signorum ortus.Virg.9.eclog.9.
Cælestis ortus.Quintil.lib.3.cap.7.4.
Nitidus ortus.Ouid.2.Metam.23.
Punicei ortus.Claud.1.de raptu Proserp.45.Crastina puniceos quum lux detexerit ortus.
Purpureus ortus.Ouid.1.Trist.eleg.2.6.
Roseus ortus Phœbi.Claud.de bel.Getico,49.
¶ Ab ortu ad occasum conueat sol.Cic.2.de Nat.deor.70.
Phœbus iterauit ortus,Id est iam illoxit secundus dies.Ouid.6. Fast.40.
Mane vbi bis fuerit,Phœbusque iterauerit ortus.
Aurora ostendit suos ortus.Virg.4.Georg.109.
Perdiscere ortus obitusque signorum,Vide PERDISCO.
Maturinos prædicit Lucifer ortus.Senec.Oedip.5.30.
Suspicere ortus signorum.Virg.9.eclog.9.
Oriturus,pen.prod.(ὑποφυσόμενος,)Horat.2.epist.1.4,Nil oriturũ aliàs nil ortum tale fatentes.
Oriundus,Adiectiuum,(ἀπόγονος,)significat locum vnde maiores nostri sunt,nosque originem traximus.Liu.4.bel.Pun.25. Hippocrates, & Epicides nati Carthagine,sed oriundi ab Syracusis.Id est ab Syracusis originem trahentes,vnde fuerunt parentes. Idem lib.4.ab Vrbe cõd. 20.Quid,hoc si polluit nobilitatem istam vestram,quam plerique oriũdi ex Albanis & Sabinis,non genere,nec sanguine,sed per cooptationem in Patres habetis?Hæc Valla lib.3.

Oriundus ab Vlysse.Linius 1.ab Vrbe,218,Is longè princeps Latini nominis erat,si famæ credimus ab Vlysse,deaque Circe oriundus.De Octauio Mamiliano Tusculano. Plin.de Viris illustr.35.Pyrrhus rex Epirotarum materno genere ab Achille,paterno ab Hercule oriundus.
Ab ingenuis oriundus.Cic.in Topic.14.Gentiles sunt,qui inter se eodem nomine sunt.non satis est. Qui ab ingenuis oriũdi sunt.nec id quidem satis est.Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit.abest etiam nũc. Qui capite non sunt diminuti.hoc fortasse satis est.
¶ Oriundus,aliquando sine præpositione, vt apud Linium lib.1.ab Vrbe,82.Alba oriundum sacerdotium.
¶ Oriundus,cũ indeclinabilibus aliquando iungitur.Plautus Aulu.20.6.
– pro re nitorem,& gloriam pro copia
Qui habent,meminerint sese vnde oriundi sient.
¶ Oriundus,pro Orto aliquando inuenitur,cum præpositione, & aliquando sine præpositione. Liuius lib.8.Palepolis fuit haud procul inde,vbi nũc Neapolis sita est.duabus vrbibus idem populus habitabat, Cumis erant oriundi.Plaut.Pœn.16.92.
Nanque haud repudio hospitium,neque Carthaginem
Vnde sum oriundus.p.di dent tibi omnes quæ velis.
Sed quid ais?quî potuit fieri vt Carthagini
Natus sis,hic autem habuisti Aetolum patrem?Columel.lib.1.cap.3.4.
Nam quemadmodum sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere,ita deméris est ipsum sibi malam facere fortunam: quod facit qui nequam vicinum suis nummis parat,quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus,audisse potuerit,μὴ δί,&c.
Semine cælesti omnes sumus oriundi.Lucret.lib.2.198.
ORITHYIA,pen.prod.(ὠρείθυια,)filia fuit Erichthei Athenarum regis, quam quum Boreas adamasset, & sibi coniugem dari postularet, nec impetrare valuisset,illam rapuit,& in Thraciam secum detulit, ex qua Zetum & Calaim filios procreauit, vt pro vera historia retulit Eusebius. Vide ORIGENES.
Actia Orithyia,Atheniensis.Virg.4.Georg.93.
Cecropia Orithyia.Valer.1.Argon.95.
Pandionia Orithyia. Propert.lib.1.eleg.19.7.Pandionia vocatur à fratre Pandione.
Sustulit Orithyiam Aquilo. Cicero.1.de Legib.5. Verúmne sit,Athenis non longè item à tua antiqua domo Orithyiam Aquilo sustulerit. sic enim est traditum.
¶ Alia fuit eodem nomine regina Amazonum:de qua Iustinus lib.2.

Oriundus, Vide ORIOR.

Orix, siue oryx,per y Græcum,origis,(ὄρυξ,)Genus ferę.Colum.lib.9.cap.1.1.Feræ pecudes vt capreoli,damæque,nec minus origum,cernorumque genera,& aprorum;modò lautitiis & voluptatibus dominorum seruunt,modò quæstui ac reditibus. Marr.lib.13.95, Matutinarum non vltima præda feratum,
Sæuus orix,constat quod mihi morte canum.Vide ORYX.
Getulus orix.Iuuen.Saty.11.14.

Oriza, huius orizæ,(ὄρυζα,)Species leguminis,folio carnoso,porraceo ferè,sed latiore,altitudine cubitali,flore purpureo.Plin. lib.18.ca.10.3.Adiiciantur his genera,bromos,filigo exceptitia,& tragos,externa omnia ab Oriente inuecta,orizæ similia. Hactenus Plin. Plurima in Hispaniis oriza,loca rigua amat & aquosa, cuius semen ad nos deglubitum defertur,quod risum appellamus vulgò.
Prisanarium orizæ.Horat.2.Serm.saty.3.31.

Orizon, Vide HORIZON.

Orminium, siue orminum,(ὅρμινον,)Sylueſtris asparagus, quam corrodam Columella & Cato vocant.Plin.lib.20.ca. 10.1.Sylueſtrem asparagum aliqui corrudam,aliqui libycum vocant. Attici orminium.

Ornamentum, Vide ORNO.

Ornis, ornîos,vel ornîthos,pen.prod.f.g.(ὄρνις,)Latinè dicitur auis vel gallina.
Ornithiæ,(ὀρνιθίαι,)Venti Septentrionales.Colu.lib.11.cap.2.16.Decimo Cal.Mar.Leo desinit occidere,venti Septentrionales qui vocantur Ornithiæ,per dies triginta esse solent. Plin.lib.2.cap.47.11.Spirant autem & à bruma quũ vocantur Ornithiæ,sed leniores,& paucis diebus. Ornithias,ab aduentu auium dicitur,teste Bodæo.
Ornithon,pen.prod.ornithônis,pen.prod.m.g.(ὀρνιθῶν,)Latinè auiariũ dicitur. Varro 3.de Re rust.cap.3.5. Contrà,nunc auiaria sunt nominè mutato, quòd vocantur ornithones,quæ palatum suauè domini parauerit,vt tecta maiora habeant,quàm tum habebant totas villas,in quibus stabulentur turdi ac pauones. Ibidem,cap.2.2,Recipis nos,inquit, in tuum ornithona,vbi sedes inter aues. Idem lib.2.in Procem.5.Ex ea enim quoque fructus tolli possunt non mediocres ex ornithonibus, ac leporariis,& piscinis.
Ornithoboscum,ornithoboscii,pen.prod.ὀρνιθοβοσκεῖον,Locus in quo gallinæ

gallinæ & aues depascuntur & enutriuntur.Varro lib.3.de Re rust.ca. 9.1.De iis qui ornithoboscium instituere volunt.
Ornithotrophium,ornithotrophii,pen.prod.n.ge.(ὀρνιθοτροφεῖον)Locus in quo aues educantur.Var.lib.3.de Re rust.cap.5.6.In quo diceris lõgè vicisse non modò archetypon inuentoris nostri ὀρνιθοτροφεῖον, M. Lænii Strabonis,&c. Id est ornithotrophiorum.

Orno, ornas,(κοσμέω,περίστω,τορεύω,διαδέλλω,κατέλλω,κοιλόω,) ornare,Pulchrum & decorum facere.Cic.lib.1.Tusc.106. Nocturnamque cœli formam vndique fidenbus ornaram. Idem Attico, lib.2.16.2.Quanquam illa tua(legi enim libenter) hortidula mihi, atque incompta visa sunt:sed tamen erant ornata hoc ipso, quòd ornamẽta neglexerant. Terent.Eunu.2.3.85.Age,eamus intrò,nunc iam ornanime. Idem Heaut.2.3.47,
– eius anuis causa opinor quæ erat mortua,
Sine auro tum ornatam, ita vti quæ ornantur sibi. Sic Plautus Pœnulo, 4.4.
Populus ornabat ædem frondibus. Propert.lib.4.eleg.10.6.
Gemma ornabat manus.Propert.lib.3.eleg.6.3.
Sepulchrum floribus ornare.Cic.pro Flacco,73.
¶ Ornare,Honorare.Cic.Cæsari,lib.7.59. Neque vllius beneficii certũ nomen pete,beneuolẽtiam tuam & liberalitatem petomeque impedio quominus,si tibi ita placuerit,etiam hisce eum ornes gloriæ insignibus. Idem ad L. Paululum,lib.15.13.3.Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror,vt tibi ad me ornandum semper detur facultas.
Augere & ornare rhetoricen.Cic.3.de Finib.41.Potest id quidem fusè & copiosè,& omnibus electissimis verbis,grauissimisque sententiis rhetorice & augeri & ornari.
Ornare aliquem,& Spoliare,cõtraria.Cic.pro Flacco,47.Quis enim erat qui non scirer in ornandis studiosiorem Mithridatem,quàm in spoliandis Trallianis fuisse? Et 1.de Orat.121.
Mirabilus & magnificentius augere aliquid, & ornare. Cicero 1.de Oratore47.
Ars ornat aliquem.Cic.1.Tusc.182.
Artem ornare iure.Cic.1.Tuscul.182.
Donis ornatur honestis.Horat.2.epist.2.7.
Donis propriis ornatur indaistria.Claud.8.Paneg.54.
Vestire & oratione ornare inuenta.Cic.1.de Orat.69.
Moribus ornas res Italas.Horat.2.epist.1.1.
Ornare munus verbis,pro Laudare,& verbis quodámodo maius facere. Terent.Eunucho,2.1.8.Munus nostrum ornato verbis quod poteris.
Ornare & illuminare orationem.Cic.3.de Orat.14.
Scientiam iuris Ciuilis nouo ornato ornare.Cic.1.de Orat.121.
Ornari & exornari ab aliquo.Cic.11.Philipp.315.
Omnibus rebus aliquem ornare.Cice.Attico,lib.6.117.1.
Amplissimis & honorificentissimis rebus aliquem ornare. Cicero F.Metello,lib.5.2.4.
Defendere,amplificare,& ornare aliquem.Cic.pro Domo sua.69.
Tueri & ornare aliquem.Cicer.Dolabellæ,lib.9.14.18. Intelligere debes in te positam esse Rempublicamtibiquè non modò ruendos, sed etiam ornandos esse illos viros,à quibus initium libertatis profectum est. Et 3.in Catil.72.
Apparitoribus,scribis,librariis,præconibus,architectis Prætoriam potestatem ornare.Cice.2.de Lege agrar.43.
Ornari decretis.Brutus Attico in Epist.ad Brutum,17.4.Imò triumphus & stipendium decernitur,& omnibus decretis ornatur.
Ornare & celebrare frequentia egressum alicuius.Cic.in Pis.24.
Honore ornari.& augeri dignitate.Cic.pro.Plancio,18.
Ornari eximia laude,vel summis laudibus.Cic.4.in Catil.92.Ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas vrbes huic imperio infestissimas, Carthaginem,Numantiamque deleuit.Idem pro Cluentio,111. In sua lione legis Seruiliæ summis ornat Senatum laudibus. Et ad Cælium lib.2.14.2.
Laudibus suis & alienis aliquem ornare & honorare.Cic.1.Philipp.47.
Sententiis aliquem ornare.Cic.ad Lentulum, lib.1.9.60.
Singularibus studiis aliquem ornare.Cic.Q.fratri, lib.3.20.3.
Suffragio ornare candidatum. Plinius epist.25.d.
¶ Ornare,Aptare,Apparare.Plaut. Casin.13.16.
Nihil moror,moleſta esse nolo: pòst conuenero.
A.Non ornatis illic apud vos nuptias? C.orno, paro.Idem.Rud.4.53.Iubere melius est prandium ornari domi. Idem Capt.Ego ibo vt conuiuam senem,dicam vt sibi penum aliud ornet.
Armis se ornare.Ouid.epist.9.21.
Parari & ornari scutis & telis.Cic.pro Cecinna,44.
Ferre aliquius delicias,& ornare.Cic.Attic.lib.1.1.2. Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ,quas ego non solùm tuli,sed etiam ornaui.
Aedificare & ornare classes.Cic.pro Lege Manil.5.Qui postea quàm maximas ædificasset,ornasserque classes, &c.
Conuiuium ornare,Præparare vel apparare.Cic.pro Quint.62.Nõ prosusis sumptibus viuere,non ornate magnificè, splendideque conuiuũ.

Idem 6.Verr.39.
Ornare atque instruere copias omnibus rebus.Cic.pro Lege Manilia,13.
Fugam ornare,Parare fugam. Terent.Eunucho,4.4.6.
– paululum si cessassem Pythia,
Domi non offendissem,ita iam ornabat fugam.
Ornare & sternere sibi lectum genialem.Cic.pro Cluent.10.
Prouincias ornare,Cic.Attico,lib.4.87.2.
Ornandus, Participium,(κοσμητέος,)vt.
Victoriis ornandus Pompeius.Cic.Lentulo,lib.1.9.67.
Senectuti celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio?Cic.1.de Orat.98.
Famula operosa ornandis capillis.Ouid.2.Amor.eleg.7.5.
Ornatus,pen.prod (κεκοσμημένος,κεκοσμῶς,) Aliud participium,siue nomen ex participio.
Leuiter ornatus,Vide LEVIS.
Ornatus pessimè.Plaut.Aulul.29.10.
– pessimè ornatus eo,
Tantũ gemiti & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit,famẽ & pauperiẽ.
Nondum totos ornata capillos.Ouid.11.Metam.79.
Apio crines ornatus amaro.Virg.eclog.6.14.
Hedera crescentem ornate poetam.Virg.eclog.7.5.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ.Virg.3.Georg.5.
Liber ornatus tempora virides pampino.Horat.4.Car.ode 8.7.
Ornatus in peregrinum modum.Plaut.Persa,4.76,
– tuam gnatam tamen
Ornatam adduce lepidè in peregrinum modum. Idem Amphit. 3.19.
Propterea ornatus in nouum incessi modum.
Copiosè ornatus,Vide COPIA.
Ornatus & grauis in dicendo homo.Cic,1.de Orat.12.
Ornatus bono ingenio.Plautus Pœnulo, 4.78, Bono ingenio me esse ornatam,quàm auro multo manolo.
Ornatus ex suis virtutibus.Terent,Adelph.2.1.21,Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus.
Testimoniis clarissimorum imperatorum ornatus Deiotarus. Cic. de Aruisp.resp.16.
Instructus & ornatus artibus.Cic.1.de Fin.178,Sic nos sapientem plurimis & grauissimis artibus atque virtutibus instructum & ornatum, &c. Idem 10.Philipp.275, de Græcia, Quæ quidem nunc M.Bruti imperio,authoritate, copiis non instructa solùm, sed etiam ornata, tendit dextram Italiæ.
Rebus omnibus ornatus excellit.Lucret.lib.1.6.
Ornatus,inquit Festus,dicitur qui bonis artibus instructus est,& honores adeptus à populo: & bene aptus, vt miles aut gladiator, & acturus fabulas.
Ornatissimus homo.Cic.pro Quintio, 4, Deinde habet aduersarium P. Quintius verbo Sex.Nevium,teuera huiusce ætatis homines disertissimos,fortissimos,ornatissimos nostræ ciuitatis.Idem pro Rosc. Amerino,87,Ornatissimus frater.
Honoribus amplissimis,formmisque maximis,coniuge,liberis,& affinibus ornatus imperator.Cic.Bruto.18.3.
Splendidissimus atque ornatissimus ciuitatis suæ vir.Cic. pro Flacco. 38.
Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, &c. Cic.3.Verr.91.
Amplissimus ad agendum,ornatissimus ad dicendum locus. Cic. pro Lege Manilia, 1.
¶ Ornata sunt cuncta,Id est parata.Plaut.Pseud,10.10,
– vt lenoni surripiam mulierculam,
Iam instituta,ornata cuncta in ordine habeo,vt volueram.
Ornata & referta omnibus rebus domicilia regis.Cicero.pro,Lege. Manilia, 14.
Satis probè ornatus exercitus,Cic.Cælio,lib.2.9.4.
Ornatissimus fundus.Cic.pro Quintio,65,E fundo ornatissimo deiectus, Ignominiis omnibus appetitus.
Composita oratio & ornata, & artificio quodã & expolitione distincta. Cic.1.de Orat.27.
Instructa & ornata exercitu & pecunia prouincia. Cicero in Pisonem, 3.
Concinnitas sententiarum ornata.Cic.de Clar.Orat.182.
Capillo ornato procedere.Propert.lib.1.eleg.2.1.
Fores ornatæ,Ouidius 4.Fast.149. Et tegat ornatas longa corona fores.
Ornatissimam de me sententiam dixit.Cic.pro Domo sua,54.
Ornatus,elaboratusque versus.Cic.in Orat.20.
Ornãtus,huius ornatus, (κόσμος,κοσμήτης,) vel ornati, antique, vt apud Terentium And.2.2.28. Nihil ornati. dicitur (authore Festo) cultus ipse quo quis ornatur:vt quum dicimus aliquem tragico vel comico ornatu prodire.Plautus Casin.26.5,
– quid agis tu marite'mi vir vnde ornatu hoc
Adueniis? Idem Bacchid.2.17.Non hic placet mihi ornatus. Cicero 4. Acad.215. Nulla senectus diuturnitate temporum existere, vt hic ornatus vnquam dilapsus occidat. Virg.1.Aeneid.131.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ferre iubet pallam signis, auroque rigentem,
Et circumextum croceo velamen acantho,
Ornatus Argiuæ Helenæ, quos illa Mycenis Extulerat.
Lugubris ornatus, Vide LVGEO.
Militaris ornatus, Cic. 1. Offic. 90. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quòd statuas quoque videmus ornatu ferè militari.
Perficere ornatus. Cic. de Senect. 56. Tum Lysandrum intuentem eius purpuram, & nitorem corporis, ornatumque Persicum, multo auro, multisque gemmis, dixisse, &c. De Cyro.
Vestitus pulcherrimus & ornatus regalis. Cic. 2. de Finib. 110.
¶ Instratus ornatu regio, Vide INSTERNO.
Amplus ornatus scenæ aut fori. Cic. in Orat. 74.
Admirabilis cœli ornatus. Cic. 2. de Nat. deor. 137.
Omnis ornatus virginis. Virg. 7 Aeneid. 15.
Distinctio & ornatus oratoris. Cic. 2. de Orat. 100.
Ornatus oratoris tanquam vestis. Cic. de Clar. Orat. 142.
Verborum ornatus oratoris parandus est. Cic. 1. de Orat. 26.
Insignis ornatus. Cic. in Orat. 43.
Disposita ornatu quædam insignia & lumina. Cic. 3. de Orat. 54.
¶ Afferunt hæc quasi lumina magnum ornatum orationi. Cicero in Oratore 74.
Nouo & alieno ornatu ornare, & Suo spoliare & denudare, contraria. Cice. 1. de Orato. 121. Vide Crasse ne dum nouo & alieno ornatu velis ornare iuris Ciuilis scientiam, suo quoque eam concesso, & tradito spolies atque denudes.
¶ Ornatus, Apparatus. Terentius And. 2. 2. 18,
– interea introire neminem
Video, exire neminem: matronam nullam: in ædibus
Nihil ornati, nihil tumulti.
Ornate, pen. prod. Aduerbium, (κεκοσμημένως,) Rectè, proprè, eleganter & dilpositè: vt Ornatè dicere, propium est eloquentis, vt ait Quintilianus in Proœmio lib. 8. Cic. 1. de Finib. 14. Res verò bonas verbis electis grauiter ornatéque dictatas quis non legat? Idem 4. Acad. 135. illis similia, sed opinor explicata vberius & ornatius.
Ornatè splendideque facere aliquid. Cic. 1. Offic. 6.
Ornatè politéque dicere. Cic. pro Cælio, 5.
Compositè, ornatè, copiosè eloqui. Cicer. 1. de Orat. 16.
Distinctè, distributè, eleganter, ornatè scribere. Cic. 2. Tusc. 10.
Ornatrix, pe. prod. Verbale, (κοσμήτειρα,) Tranquil. in Claud. Hæc matris meæ liberta & ornatrix fuit. Ouid. 3. de Arte, 48. Tuta sit ornatrix.
Ornamentum, ornamenti, (κόσμημα,) Idem quod Ornatus. Cato. ca. 10. 2.
Ornamenta bubus sex. Cic. pro Rosc. Amer. 83.
Instruere ornamenta alicui, Vide INSTRVO.
Ornamenta, Honores. Cice. 7. Verr. 66. Vbi terois denariis æstimatũ frumentum? vbi muli? vbi tabernacula? vbi tot tantaque ornamenta magistratibus & legatis à Senatu Populoque Rom. permissa & data? Idem Licinio, Suscepi mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.
Ornamentum, Beneficium honorificum. Cice ad Cælium, libro. 2. 18. 8. Quæcunque à me ornamenta ad te proficiscentur, elaborabo vt omnes intelligant à me habitam esse rationem tuæ, maiorumque dignitatis. Alibi, Cuius opus, ingenium, propinqui mihi vel ornamento, vel præsidio esse possent. Budæus.
Afficere aliquem populum ornamentis. Cic. pro Corn. Bal. 34.
Arx & ornamentum amicorum Antonii Cotyla. Cic. 8. Philip. 250.
Flos Italiæ, firmamentum imperii Romani, ornamentum dignitatis. Cice. 3. Philipp. 132.
Insignia & ornamenta generis, nominis, honoris occiderunt. Cicero pro Sylla, 66.
Pueritiæ ornamentum. Cic. 3. Verr. 108. Quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indicium atque insigne fortunæ, hoc ab isto prædone ereptum esse, grauiter & acerbè homines ferebant.
Lumen & ornamentum Reipublicæ Q. u. Hortensius. Ci. pro Milone, 28. Idem de Prouinc. Consul. 17.
Inter præcipua seculi ornamenta, Vide INTER præpositionem.
Decus & ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia non putani. Cic. de Prouinc. Consul. 22.
Honoris ornamenta, monumenta gloriæ, & insignia laudis. Cicero 3. in Catil. 70.
Ornamento esse, Decorare, ornare. Cicer. Cassio, lib. 15. 4. 14. Tu puer me appetisti: ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Idem 4. de Finib. 100. Eloquentiæ verò, quæ & principibus maximè ornamẽto est, & qua te audimus valere plurimum, quantum tibi ex monumentis nostris addidisses? Et 6. Verr. 5. Domus erat non domino magis ornamento, quàm ciuitati.
Constituere ornamentum. Cice. 4. Verr. 55. Si ex hoc genere splendorem ordinisque atque ornamentum curiæ constituere velitis, habeatis sanè vobiscum istum Senatorem.
Ornamenta orationis. Cic. 1. de Finib. 13. Quòd illa Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta neglexerit.
Ornamenta orationum & conformationes. Cic. de Cla. Orat. 73.
Eloquentiæ ornamentum. Quintil. lib. 1. cap. 8. 7.
Oratoria ornamenta dicendi. Cic. de Clar. Orat. 141.
¶ Adiungere ornamenta oratoria, Vide ADIVNGO.
Adhibere ornamenta, Vide ADHIBEO.
Ambitiosa ornamenta recidere. Horat. de Arte, 91. De ornamentis carminum loquitur, quæ ostentationis tantùm gratia adhibentur, nihil ad rem facientia.

Ornus, orni, f. g. Arbor illa de qua Columella lib. de Arboribus, cap. 16. 1. sic inquit, Sed si aspera & siticulosa loca arboribus obserenda erunt, neque opulus, neque vlmus, tam idoneæ sunt, quàm ceteræ: ilyuestres fraxini sunt, paulo latioribus tamen foliis quàm ceteræ fraxini, nec deteriorem frondem, quàm vlmi præstant. Capræ quidem & oues libentius etiam hanc frondem appetunt. Ruellius, Ornus, Gallicum nomen non inuenit, quod miror, quum satis frequens reperiatur. vulgò tantùm fresnæ campestris voce cognita. Arbor satis procera, caudice tereti, læui cortice, &c.
Aerea ornus. Valer. 8. Argon. 13.
Annosa ornus. Virg. 10. Aeneid. 154.
Excelsæ orni. Valer. 2. Argon. 97.
Humilis ornus. Claud. 3. de raptu Proserp. 29.
Rigidæ orni. Virg. eclog. 6. 15.
Steriles saxosis montibus orni. Virg. 2. Georg. 23.
Truncæ orni. Stat. 1. Achil. 23.
Vastæ orni. Stat. 5. Thebaid. 103.
¶ Ingentes adoluunt montibus ornos. Virg. 6. Aeneid. 37.
Veteres agitantur orni. Horat. 1. Carm. ode 9. 3.
Antiquam ornum accisam ferro eruere. Virg. 2. Aeneid. 126.
Ornus incanuit albo flore pyri. Virg. 2. Georg. 15.
Foliis viduantur orni. Horat. 2. Carm. ode 9. 2.

Oro, oras, (φέρομαι, εὔχομαι, παρακαλῶ, γονύομαι, προσεύχομαι,) ora, re, ab ore fit, inquit Varro de Lingua Lat. lib. 5.
Orare, obsecrare, ne, vel vt. Plaut. Casin. 7. 13.
– orat, obsecrat
Ne Casinam vxorem ducam. Idem Capt. 9. 11.
– hic extemplo orat, obsecratque eum sibi
Vt liceat videre. Cice. pro Quintio, 5. Orat, atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini.
Orare atque obsecrare aliquem. Cic. 4. Verr. 29.
Rogare & orare aliquem. Cic. 4. Verr. 67.
Orare & obtestari aliquem. Cic. pro Plancio, 83.
Orare & hortari aliquem. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 67.
Orare aliquem per. Plaut. Amph. 10. 41.
Per dexteram tuam te Alcumena oro, obsecro,
Da mihi hanc veniam. Terent. And. 1. 5. 54.
Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum,
Per tuam fidem, perque huius solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras. Virg. 2. Aeneid. 79.
Quod te per superos, & conscia numina veri,
Per, siqua est, quæ restat adhuc mortalibus vsquam
Intemerata fides, oro miserere laborum, &c. Ibidem, 6. 73.
Quod te per cœli iucundum lumen, & auras
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
Eripe me his inuicte malis.
Per omnes deos te oro. Horat. 1. Carm. ode 8. 1.
Orare pro aliquo. Plaut. Asin. 13. 38.
– si magis religiosa fuerit,
Tibi dicat: tu pro illa ores vt sit propitius.
Pro salute alicuius aliquem orare. Brutus Ciceroni, 16. 3.
Orare ne. Terent. Hecyra, 3. 2, 3.
– quod te Aesculapi, & te
Salus, nequid sit huius, oro.
Orare vt. Terent. And. 4. 2. 4.
– hem Pamphile, optumè mihi te offers.
P. Quid est? M. orare iubis, si te ames, hera, iam vt ad sese veniat. Ibidem, 3. 4. 16. Nunc te oro Daue, quoniam solus mihi effecisti has nuptias. Plaut. Milite, 10. 7. Orant te, vt eas, ventus operam dum dat, vt velum explicent. Cic. pro Roscio Amerino, 60. Non orat vt eam noctem perpetui gilet. Terent. Eunucho, 5. 2. 47. Oro vt adiutris sies.
Etiam atque etiam te oro, vt me totum tuendum suscipias. Cice. Attico, lib. 11. 209. 3.
¶ Deum orauere. Ouid. 15. Metam. 130.
Gentes orare & vrbes. Virg. 6. Aeneid. 19.
Orare aliquem in audaciam. Salust. in Catil. Cethegus autem per nuntios familiam atque libertos suos electos & exercitatos orabat in audaciam vt grege facto, cum telis ad sese irrumperent.
¶ Orare aliquid alicui. Terent. And. 3. 2. 47. – nunc Chremem Conueniam: orabo gnato vxorem. Hoc est, Orabo, vt filio meo det gnatam suam in vxorem.
Orare aliquid scire. Plau. Pseud. 9. 64. Sed Scin' quid te orem scire? p. scia si dixeris. Quasi dicat, Scit quid desyderem vt dicas mihi?
Orare aliquid ab aliquo, Est petere. Plaut. Amphit. 3. 64.
Nunc hoc me orare à vobis iussit Iuppiter.
Orat ius, bonum, æquum, &c. Plaut. Trinum. 17. 36.
– ius hic orat. LY. Impetrabit
Te aduocato atque arbitro. Idem Menæch. 24. 87. Optumum atque æquissimum orat frater. Et Persa, 10. 71. Bonum æquumque oras, sequere hac. Terent. Heaut. 2. 3. 125.
– nam misere quendam offendi militem,
Eius noctem orantem.
Finem orare malorum. Ouid. 1. Metam. 148.
Hyemes orate serenas. Virgil. 1. Georg. 20.
Opem orare. Ouid. 1. Metam. 130.
Pacem orare manu. Virgil. 10. Aeneid. 16.
Veniam dapibus orare. Ouid. 8. Metam. 138.
Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant.
Veniam hanc extremam oro. Virgil. 4. Aeneid. 87. Ibidem. lib. 10. 181.
Vnum hoc per (siqua est victis venia hostibus) oro. Subaudi VENIAM, vt sit per veniam.
Vitam orare. Virgil. 8. Aeneid. 116.
¶ Orare precibus. Cic. Cæsari in Epist. ad Atticum, lib. 9. 183. 3. Quamobrem à te peto, vel potius & omnibus precibus oro & obtestor, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. Cæsar 7. bel. Gal. 119. Flentes omnibus precibus orabant, vt se in seruitutem receptos, cibo iuuarent.
Multis & supplicibus verbis orare vt liceat. Cic. Attic. lib. 12. 249. 1.
Gestu orauí figam. Ouid. 14. Metam. 44. Id est gestu rogaui vt me iuuarent quo hinc possim aufugere.
Orant admittier, Orant vt admittantur. Virg. 9. Aeneid. 47.
Orat ignoscat. Plautus Amphit. 4. 103. Velatis manibus orant ignoscamus peccatum suum. Subauditur VT, Rogant vt ignoscas.
¶ Modus orandi. Virgil. 4. Georg. 108.
Flectere aliquem orando. Virgil. 4. Georg. 80.
¶ Orare, cum solo accusatiuo, significat Agere & dicere. Terent. Phor. 2. 1. 81. Serium hominem causam orare leges non sinunt. Plin. libro 7. cap. 53. 3. Legatus quoque qui Rhodiorum causam in Senatu magna cum admiratione orauerat, in limine cutiæ protinus expirauit progredi volens. Liu. 3. ab Vrbe, 305. Quum ad causam orandam ueniissent, consilio populi à magistratibus dato, magna contentione actum. Cice. de Claris Oratorib. 13. Quo neminem vnquam melius vllam orauisse capitis causam, quum seipse defenderet, se audiente locuples author scripsit Thucydides.
Causas orare. Virgil. 6. Aeneid. 170.
Vera imago orandi. Quintil lib. 5. cap. 12. 13.
Scientia orandi. Quintil. lib. 1. cap. 10. 2.
Vires orandi. Quintil lib. 2. cap. 16. 1.
Orans, orantis, Participium, (εὐχόμενος,) Terent. Eunucho, 5. 5. 14. Atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide.
Multa deos orans. Virgil. 9. Aeneid. 5.
Murmure paulò orantes. Claud. 7. Panegy. 90.
Annuere oranti. Virgil. 11. Aeneid. 160.
Dictis talibus orantem, audiit omnipotens. Virg. 4. Aenei. 44.
Aures surdas præbere oranti. Ouid. 7. de Ponto, eleg. 9. 5.
Brachia orantia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 13.
Ad vatem vates orantia brachia tendo,
Terra sit auxiliis vt tua fida meis.
Orandus, Aliud participium, (εὐκτός,) vt
Numina oranda. Virgil. 2. Aeneid. 47.
Oratus, penul. prod. Similiter participium, (εὐκτός,) Plautus Milite, 9. 91. Sed satin' oratus abit?
Prece multa oratus. Horat. 1. epist. 13. 4.
Per diuos oratus. Horat. 2. Serm. saty. 3. 35.
Quare per diuos oratus vterque penates
Tu caue ne minuas, tu ne malus facias id Quod, &c.
Oratum, oráti, pen. pro. (εὐκτός,) Quod orauimus. Terẽ. Hecy. 4. 2. 61.
– ne orata nostra nequeat diutius
Celare, quum sciet alienum puerum tolli pro suo. Ibidem, 3. 3. 25.
Sed quum orata eius reminiscor, nequeo quin lachrumem miser.
Oratus, huius oratus, (εὐκτός,) Precatio, rogatio. Plaut. Casina, 17. 17.
Aulas peruortunt signem restinguunt aquat
Illarum oratu facunt. Cice. pro Flacco, 72. An etiam scripsit oratu tuo? Correctiora exemplaria legunt rogatu.
Oratio, orationis, (λόγος,) Verbale, Est omnis locutio, authore Cicerone de Clar. Orat. 35. Plaut. Merc. 7. 42. – nam hunc nescire sat scio
De illa amicatquod si sciret, esset alia oratio. Hoc est aliud diceret. Idem Casina, 5. 35. – relinque
Aliquantum orationis crat quod mecum litiges. Quasi dicat, Si nunc omnia effuderis conuitia, nihil erit quod cras conuiteris. Idem Bacchid. 1. 3. Pol ego magis metuo, ini moncndo de mihi defuat oratio. Idem Trinum. 9. 14.
Haud iuxta me astiterunt, hue aliquantulum abscesseros:
Est lubido orationem audire duorum affinium. Hoc est, cupio audire & scire quid dicant. Terent. Phorm. 1. 4. 48.
Meministin' olim vt fuerit vestra oratio.
In re incipiunda ad defendendam noxiam? Id est, non meministis eorum quæ dixistis tunc, cum, &c. Idem And. 4. 1. 10. – ibi
Tum impudentissima eorum oratio est. Cic. 2. de Finibus. 34.
Atque ibi hoc dicat, vbi omnis eius oratio est de summo bono.
Magna laus & honesta oratio. Cic. 7. Verr. 4.
Orationis satis est: sequere me, ac tace. Plaut. Bacchid. 2. 59.
Aliena oratio, Vide Alienus in ALIVS.
Oratione beneficus, Qui verbis multa promittit. Plautus Epid. 3. 14.
– nam quid igitur te mihi esse retulit
Beneficum oratione, si ad rem auxilium emortuum est?
Orationis operam compendi facere. Plaut. Mostel. 2. 57.
– orationis operam compendi facito,
Nisi te mala re magna mactari cupis. Hoc est paucis age. Dic paucis ver (bis
Orationem inuenire. Terent. And. 2. 4. 4.
– venit meditatus aliunde ex solo loco
Orationem sperat inuenisse se,
Qua differat te.
Orationem sibi parare, pro Cogitare quid dicturi sumus. Plaut. Pse. 7. 39.
– itur ad te Pseudole,
Orationem tibi para aduersorum senem.
¶ Oratio, ipsius oratoris ratio, & argumentorum arte dispositorum enumeratio, quæ quidem omni ex parte perfecta est: habetque numeros, figuras, & affectus. Vnde Orationes Ciceronis. Cic. de Senect. 15. Et tamen ipsius Appii extat oratio, atque hanc ille egit septem & decem annos post alterum Consulatum, quum inter duos Consulatus anni decem interfuissent. Terentius in Prologo. And. 12.
– non ita dissimili sunt argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo. Vbi Donatus, Oratio in sensu est, Stylus in verbis. Oratio ad res refertur: Stylus ad verba. Stylus non est in tempore: sed prolata oratione: Oratio autem est & in cogitatione, & in prolatu. Orationem in sententiis dicunt esse, Stylum in verbis, Argumentum in rebus. Ergo in poemate oratio est.
¶ Orationem etiam dicebant veteres pauca verba, authore Donato. Terent. And. 1. 5. 16. Oratio hæc me miseram examinauit metu. Idem Heaut. 4. 1. 2.
Nisi me animus fallit, hic profectò est annulus quem ego suspicor, Is, quicum exposita est gnata. e. quid voltisibi Syre hæc oratio? Idem Adelphis, 5. 3. 19.
– vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia.
D. Facetè nunc demum istæc nata oratio est.
¶ Limatus oratione, Vide LIMA.
Oratione loculpes, Vide, LOCVS.
Regina rerum oratio. Quintil. lib. 1. cap. 12. 12.
Aculei orationis, Vide ACVLEVS.
Claritas orationis. Quintil. lib. 2. cap. 16. 6. Pulcritudinem rerum claritas orationis illuminat.
Condimentum orationis. Quintil. lib. 6. ca. 3. 13. Salsum igitur erit, quod non erit insulsum, velut quodlam simplex orationis condimentum.
Corpus orationis. Quintil. lib. 3. cap. 11. 15.
Flexanima atque omnium regina rerum oratio. Cic. 2. de Orat. 101.
Genus orationis atrox & vehemens, cui opponitur Lenitatis & mansuetudinis. Cic. 2. de Orat. 110.
Exangue & aridum genus orationis. Author ad Heren. lib. 4. 158.
Habitus virilis orationis. Quintil. lib. 5. cap. 12. 14.
Fluctuans & dissolutum genus orationis. Author ad Heren. lib. 4. 157.
Incitatio orationis, Vide INCITO.
Lenitas & æquabilitas orationis. Cic. in Orat. 30.
Ornamenta orationis, Vide Ornamentum in ORNO.
¶ Abiecta & humilis oratio. Alta & exaggerata, cõtraria. Ci. in. Ora. 112.
Acceptior plebi oratio, Vide ACCIPIO.
Acris & vehemens oratio, Quintil. lib. 5. cap. 13. 20.
Angusta & concisa, collata & diffusa oratio. Cic. in Orat. 108.
Anxia oratio, Vide ANXIVS.
Apparata oratio, Vide APPARO.
Aspera, horrida, tristis, neque pfectè, neqi cõclusa oratio. Cic. in Orat. 10.
Aspera oratio, Vehemens. Curtius lib. 6. Itaque Amyntas regis Præter in clinaram ad misericodiam concionem rursus aspera in Philotam oratione commouit.
Cæcata oratio, Vide Cæco, cæcas in CAECVS.
Capitalis oratio, Vide Capitalis in CAPVT.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Certa oratio, Vide CERTVS.
Circumfluens oratio, Vide CIRCVNFLVO.
Circuncisæ orationes, Vide CIRCVNCIDO, pen. prod.
Colorata oratio, Vide COLORO.
Compta oratio & mitis. Cic. de Senect. 26.
Concinna, distincta, ornata, festiua, sine intermissione, sine reprehensione, sine varietate oratio. Cic. 3. de Orato. 56.
Concisa oratio. Quintil. lib. 2. cap. 20. 5.
Concitata oratio. Quintil. lib. 3. cap. 8. 40.
Consumpta oratio, Vide CONSVMO.
Contentiosa oratio, Vide CONTENDO.
Continens oratio, Vide CONTINEO.
Contorta & acris oratio. Cic. in Orat. 36.
Copiosa & eloquens oratio, Vide COPIA.
Copiosissima & ornatissima oratio. Cic. pro Sylla, 8.
Corruptæ & vitiosæ orationes. Quintil. lib. 2. cap. 5. 2.
Criminosa oratio, Vide CRIMEN.
Cygnea oratio, Vide CYGNVS.
Deducta, atque circumlata oratio. Quintil lib. 4. cap. 1. 42. Nec tamen deducta semper, atque circumlata, sed sæpe simplici, ac inelaboratæ similis, nec verbis, vultúque nimia promittens. De oratione.
Dissipata, inculta & fluens oratio, & quæ planè numeris non constat. Cicero in Orato. 128.
Dissoluta, & ex diuersis congesta oratio. Quintil. lib. 2. cap. 11. 5.
Ne exilis, ne inculta, ne vulgaris, ne obsoleta sit oratio. Ci. 3. de Ora. 54.
Exiles orationes, Serg. Galbæ, & redolentes antiquitatem. Cicero de Claris Oratorib. 41.
Extemporalis oratio. Quintil lib. 4. cap. 1. 38.
Fauorabilis oratio. Tacit. lib. 12.
Fortis oratio non semper quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis, quæ maximè commendat reos. Cic. 1. de Orat. 98.
Grauis & splendida oratio. Cic. 3. de Finib. 30.
Grauis, suauis, condita, liberalis, admirabilis, polita, cóspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus oratio. Cic. 3. de Orato. 54.
Hilarior renidet oratio, Vide RENIDEO.
Honora oratio. Tacit. lib. 1.
Ieiuna oratio, Vide IEIVNVS.
Immoderata oratio, Vide IMMODERATVS.
Immodica oratio, Vide IMMODICVS.
Impudens oratio, Vide IMPVDENS.
Incitata, grauis, & vehemens oratio. Cic. de Claris Orato. 47.
Incitata, volubilis, non redundans nec circunfluens oratio. Cice. de Claris Oratorib. 106.
Inculta oratio, Vide INCOLO.
Inflata & quæ turget oratio, sæpe imperitis videtur grauis. Author ad Herennium, lib. 4. 156.
Ingrata oratio, Vide INGRATVS.
Intorta oratio, Vide INTORQVEO.
Lenis, instructa, & terminata oratio cui opponitur, aspera, tristis, horrida, neque perfecta, neque conclusa. Cice. in Orat. 10.
Locuples oratio, Vide LOCVS.
Luculenta oratio, Vide LVCVLENTVS.
Magnifica oratio. Tacit. lib. 18.
Mitissima oratio. Cic. Metello, lib. 5. 4. 3.
Mollis & liberalis oratio, Vide MOLLIS.
Morata oratio, Vide MOS.
Multa, varia, & copiosa oratio. Cic. 2. de Orato. 118.
Nata oratio, Vide NASCOR.
Nitida de horridis, plena de ieiunis, noua de peruulgatis quædam est oratio. Cice. 3. de Orato. 19.
Nobilis oratio, Vide NOBILIS.
Numerosa oratio, Vide NVMERVS.
Obscura quia peracuta, rapida & celeritate cæcata oratio. Cic. de Claris Oratorib. 143.
Obsoleta oratio, Vide OBSOLETVS.
Pacatior philosophorum oratio, oratorum pugnacior. Cice. de Claris Oratorib. 63.
Pedestris oratio, Vide Pedestris in PES.
Pellucens oratio, Vide PELLVCEO.
Perelegans & persubtilis oratio. Cic. pro Plancio, 47.
Perpetua oratio. Quintil. lib. 2. cap. 20. 5. Vide PERPETVVS.
Secunda oratio, Grata, fauens, plausibilis. Sallust. in Iugurth. Hominem ob morbos animo parum valido, secunda oratione extollit illum regem, ingentem virum, Masinissæ nepotem esse, &c.
Seuerissima oratio. Quintil. lib. 6. cap. 3. 71.
Simplex, & grauis oratio. Quintil. lib. 3. cap. 8. 45.
Simplex, ac inelaborata oratio. Quintil. lib. 4. cap. 1. 42.
Spinosa & exilis oratio. Cic. 1. de Orato. 41.
Splendida, grandis, faceta & peruiuana oratio. Cic. de Clar. Orat. 149.

Tacens oratio. Quintil. lib. 2. cap. 18. 3.
Vibrans, incitata, accurata, & polita oratio. Cic. de Claris Orat. 118.
Volubilis & paulò feruidior erat oratio Appii. Cic. de Claris Orat. 55.
¶ Aberrauit oratio, Vide ABERRO.
Aberrat ad alia oratio. Cice. 1. Offic. 188. Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio.
Abhorret oratio ab vtilitate audientis, Vide ABHORREO.
Abundat ornamentis omnibus oratio. Cic. pro Corn. Balb. 12.
Accommodare orationem, Vide ACCOMMODO.
Adduci oratione, Vide ADDVCO.
Adhibere orationem, Vide ADHIBEO.
Adhibet lumen rebus oratio. Cice. 3. de Orato. 28.
Adhinnire orationem, Vide ADHINNIO.
Agere orationem, Vide AGO.
Cadere in orationem, Vide CADO.
Canescit oratio, Vide Canesco in CANVS.
Carpere orationem, Vide CARPO.
Claudicat oratio, Vide CLAVDICO.
Coercere orationem rapidam, Vide COERCEO.
Cohæret oratio, Vide COHAERRO.
Complecti oratione, Vide COMPLECTOR.
Comprimere orationem, Vide COMPRIMO.
Conferre orationem, Vide CONFERO.
Conformare orationem, Vide CONFORMO.
Consistere oratione, Vide CONSISTO.
Consonat moribus oratio, Vide CONSONO.
Conterere aliquem oratione, Vide CONTERO.
Conuertere oratione motus populi, iudicum religiones, Senatus grauitatem. Cic. 1. de Orat. 17.
Currit oratio. Vide CVRRO.
Defendere orationem à tædio. Quintil. lib. 6. cap. 3. 13.
Distinguere & illustrare orationem, Vide ILLVSTRIS.
Distinguitur atque illustratur oratio maximè raro inducendis Iocis commumbus. Cic. 1. de Inuent 155.
Effingit mores oratoris oratio. Cic. 1. de Orat. 99.
Explicat orationem sanè longam & verbis valde bonis. Cic. 2. pro Lege agrar. 28.
Exprimere oratione mores aliquorum Cic. 1. de Orat. 98.
Facere iucundam & ornatam orationem. Quintil. lib. 4. cap. 3. 11.
Iunctam, cohærentem, lenem & æquabiliter fluentem orationem facit verborum collocatio. Cic. 3. de Orat. 94.
Fertur quasi torrens oratio. Cic. 1. de Finib. 5
Habere orationem contra aliquem. Quintil. lib. 2. cap. 17. 3.
Multam de aliqua re habere orationem. Cic. 5. Tusc. 34.
Iacet oratio, Vide IACEO.
Illuminare orationem, Vide ILLVMINO.
Illustrare orationem. Cic 3. de. Orat. 51.
Imprimitur animo oratio, Vide IMPRIMO.
Includere orationi suæ aliquid, Vide INCLVDO.
Inducebar orationibus tuis, Vide INDVCO.
Induere fictam orationem. Quintil. lib. 4. ca. 1. 19. In epilogo verò liceat totos effundere affectus, & fictam orationem induere personis, & defunctos excitare.
Inflectere orationem, Vide INFLECTO.
Infracta oratio, Vide INFRINGO.
Infundere orationem in aures alicuius, Vide INFVNDO.
Ingredi orationem, & in orationem, Vide INGREDIOR.
Instituere orationem cum aliquo, Vide INSTITVO.
Interimit me hæc oratio, Vide INTERIMO.
Interrumpere mediam alicuius orationem, Vide INTERRVMPO.
Loquitur oratio. Quinti. lib. 6. ca. 1. 25. Quę enim est actoris infantia, qui mutam illam effigiem magis, quàm orationem pro se putet locuturam?
Modulari orationem, Vide MODVLOR.
Nitère dicitur oratio, Vide NITEO.
Notat & illuminat maximè orationem tanquam stellis quibusdam verbũ translatum. Cic. 3. de Orat. 93.
Obcæcat orationem toram narratio obscura, Vide OBCAECO.
Obire oratione quippiam, Vide OBEO.
Opprimere orationem alicuius, Vide OPPRIMO.
Grauibus verbis ornata oratio & perpolita. Cic. 1. de Orat. 16.
Percurrit oratio, Vide PERCVRRO.
Perorare orationem, Vide PERORO. Et perorata oratio, ibidem.
Ponere modum orationi. Tacit. lib. 4.
Promere orationem de se. Tacit. lib. 18. Postera die tanquam apud alterius ciuitatis Senatum, populumque magnificam orationem de semetipso promsit.
Refrigescit oratio. Quintil. lib. 4. cap. 3. 2.
Scribere orationes. Quintil. lib. 2. cap. 17. 9.
Scripta elegantissimè oratio. Cic. Attico, lib. 15. 321. 5.

In manibus

In manibus est oratio, Vide MANVS.
¶ Oratio, Etiam precario dicitur.
Oratiuncula, pen. corr. Diminutiuum, (ἀγορίδιον,) Cicero de Clar. Orat. 38. Indicant enim orationculæ, tum historia quædam Græca scripta dulcissimè. Idem 3. de Nat. deorum, 57. De quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius. Idem Attico, lib. 2. 16. 4. Et eidem, li. 13. 276. 2.
Orator, pen. prod. oratoris, (ῥήτωρ, ορος, ὁ,) Cic. Orator est vir bonus, dicendi peritus, qui in causis publicis & priuatis plena & perfecta vitutur eloquentia. Festus, Oratores ex Græco ἀρχαῖοι dicti, quòd missi ad reges nationesque, deos solerent testari. hi modò appellantur legati. Plautus Mostel. 16. 5.
Nunc ego de sodalitate solum sum orator datus,
Qui à patre eius conciliarem pacem. Terent. in Prolog. Hecy. 9. Orator ad vos venio ornatu prologi, sinite exorator fiem. Idem in Prologo Heaut. 11. Oratorem volunt esse me, non prologum.
Is orator esse mea sententia, hoc tam grauis dignus nomine, qui quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter & compositè, & ornatè, & memoriter dicat cum quadam etiam actionis dignitate. Cice. 1. de Orato. 33.
Plenus & perfectus orator est, qui de rebus omnibus possit varié, copiosèque dicere. Cic. 1. de Orato. 31.
Orator verborum, Actor rerum. Cic. 3. de Orat. 33.
Proprium oratoris est aptè, ornatè distinctèque dicere. Cice. 1. Offic. 4.
Decet oratorem latè exprimere. Cic. in Partit. 77.
Eloqui compositè, ornatè, copiosè, oratoris est. Cic. 1. de Oratore, 26.
¶ Fœderum, pacis, belli, induciarum oratores. Cic. 2. de Legib. 35.
Oratores pacis petendæ. Liuius. 6. belli Maced. 109. Cæterum Heraclea capta fregit tandem animos Aetolorum, & post paucos dies, quàm ad bellum renouandum, accipiendumque regem, in Asiam miserant legatos, abiectis belli consiliis, pacis petendę oratores ad Cõsulem miserũt.
¶ Audax orator. Ouid. 13. Metam. 40.
Mittor & Iliacas audax orator ad arces.
Canorus & volubilis orator. Cicero de Claris Oratorib. 54. Vide Canorus in CANO.
Consummatus orator. Quintil. lib. 2. cap. 19. 1.
Cumulatus omni laude orator, Vide CVMVLVS.
Impetrabilis orator, Vide IMPETRO.
Inconditus orator. Cic. in Orato. 137.
Mediocris orator, Vide Mediocris in MEDIVS.
Neruosus orator, Vide NERVVS.
Vehemens orator. Iuuenal Saty. 11. 4.
¶ Compositi oratoris bene instructam collocationem dissoluere. Cice. in Orato. 136.
Delecti ordine ab omni centum oratores. Virgil. 7. Aeneid. 31.
Efficere oratorem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 2.
Effingere oratorem. Quintil. lib. 5. cap. 12. 16. Nos, qui oratorem studemus effingere, non arma, &c.
Facere oratorem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 5.
Formare oratorem. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8.
Inchoare & informare oratorem perfectum, Vide INCHOO & INFORMO.
Inflare vehementius dicitur orator, Vide INFLO.
Instituere oratorem. Quintil. lib. 1. cap. 1. 15.
Instruere oratorem, Vide INSTRVO.
Mittere oratorem. Cice. de Claris Oratorib. 27.
Mittere oratores petitum pacem, Vide MITTO.
¶ Orator, liber quidam Ciceronis dicitur, in quo instruitur orator. Cice. ad Trebonium, lib. 15. 20. 1. Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendaui.
Oratorius, Adiectiuum, (ῥητορικός,) Quod ad oratorem pertinet: vt Vis oratoria. Cice. in Partit. 41. Et 1. Academic. 47. Sic ornamenta oratoria. Idem in Parad. 4.
Institutio oratoria. Quintil. Tryphoni, 1.
Disserta & oratoria oratio. Cic. 1 de Orat. 118. Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam, fortem & virilem non videri.
Ornatus oratorius. Quint l. lib. 3. cap. 1. 9.
Vrbanitas oratoria. Quintil. lib. 6. cap. 3. 9.
Oratoriè, aduerbium, (ῥητορικῶς,) Oratoris more, Hoc est ornatè & elegantèr. Cice. in Orato. 132. Nihil enim est aliud Brutè (quod quidem ita minimè omnium ignoras) pulchrè & oratoriè dicere, nisi optimis sententiis, verbisque lectissimis dicere.
Oratoria, (ῥήτρα,) Oratrix. Quintil. lib. 2. cap. 15. Oratoria sic effertur vt elocutoria, oratrix vt elocutrix.
ORONDES, mons, vt ait Plinius lib. 5. cap. 27. non longè ab Imaonte, in ò vnus ex colliculis Imai.
ORORA, (ὀρόβη,) Ptolemæo libro 6. cap. 1. vrbs est Assyriæ in mediterraneis.

Orobanche, (ὀροβάγχη,) Latinis eruangina appellata, quòd eruum circumligata strangulet & necet. herba est

subrubens, subhispida, caule duorum palmorum, aut paulo amplius. Plin. lib. 22. ca. 25. 41. Orobanchen appellauimus necantem eruum & legumina, alii cynomoriõ eã appellãt, &c. Fortassis est nostra cuscuta.

Orobitis, huius orobitis, pen. prod. f. g. (ὀροβῖτις,) Coloris species ex lutea herba confecta. Plin. lib. 33. cap 5. 3.
ORODES, pen prod. (ὀρόδης,) rex Parthorum, qui Crassum Romanum cepit & occidit. De quo Plutarchus in Crasso. Est & Orodes apud Virgilium lib. 10. Aeneid. 148. à Mezentio interfectus.
ORONTES, (ὀρόντης,) vir Troianus, qui Troia capta cum Aenea in Italiam nauigans, naufragium fecit, vt scribit Virgilius 1. Aeneid. 24.
Vnam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens à vertice Pontus
In puppim ferit: excutitur, pronusque magister
Volutur in caput: ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.
Acer Orontes. Virgil. 1. Aeneid. 44. – nunc acris Oronti
Nunc Amyci casum gemit. Hic Oronti, genitiuus est à nominatiuo Oronteus, Quemadmodum Achilli & Vlysli, à nominatiuis Achilleus & Vlysseus. Contrahuntur enim duæ vltimæ in vnam, vt Vlysseus, Vlysfei, & per synæresin Vlyssũ vel Vlyssi. Sic Oronteus, Orõtei & Orõti.
Ductor Lyciæ classis Orontes. Virgil. 6. Aeneid. 67.
¶ Est & Orontes, Phœniciæ fluuius, vt scribit Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Phœniciæ. Et Plinius lib. 2. cap. 103. natus inter Libanũ & Antilibanum, vt idem scribit lib. 5. cap. 22. Lucanus lib. 3. 43.
Accedunt Syriæ populi: delertus Orontes,
Et fœlix (sic fama) Ninos.
Eous Orontes. Stat. 4. Sylu. 7. 10.
Oronteus, pen. prod. Adiectiuum, (ὀρόντεος,) vt
Myrrha Orontea Propert. lib. 1. eleg. 2. 1.

Orphanus, huius orphani, pen. corr. (ὀρφανός,) Qui caret patre, præsidioque paternoꝰ & qui summopere desyderat illius opem, quum sine eo malè habeat. Græca dictio est. Valla.
ORPHEVS, (ὀρφεύς,) duarum syllabarum, Poeta siue vates præstantissimus, Apollinis & Calliopes filius, vel, vt alii, Oeagri filii, & Polymniæ Musæ. Vxorem habuit Eurydicen, cuius mortuæ causa etiam ad inferos descendit, vt illam recuperaret. Vide Virgilium 4. Georg. à numero 91. vsque ad finem ferè, & Ouidium 10. Metam. & in principio 11. vbi mortem etiam eius enarrat. Fuit autem Thrax: &, vt quidam volunt, rex Ciconum, qui populi sunt Thraciæ iuxta Hebrum fluuium habitantes, profectus est cum Argonautis ad vellus aureum. Plura vide apud Suidam, qui alios etiam hoc nomine poetas fuisse docet. Declinatur Orpheus, Orpheos, Orphei, Orphea &c. Vel Latinè, Orpheus, Orphei, Orpheo, Orpheum. Exempla vtriusque inflexionis apud poetas inueniuntur.
Orphei Græco datiuo vsus est Virgilius 4. eclog. 12.
Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis, atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo. Idem 4. Georg. 109.
Inferias Orphei lethæa papauera mittes. Et paulò post,
Inferias Orphei mittit, luctumque reuisit.
Orphea, accusatiuus. Ouidius 11. Metam. 1.
– tumuli de vertice cernunt
Orphea percussis sociantem carmina neruis.
Blandus testudine Orpheus. Valer. 1. Argon. 39.
Rhodopeius Orpheus. Ouid. 10. Metam. 10.
Sacer Orpheus Calliopæ genus. Senec. Herc. Oeth. 8. 1.
Thracius Orpheus. Virgil. 4. eclog. 12. Stat. 5. Sylu. 5. 11.
Threicius Orpheus. Horat. 1. Carm. ode 24. 3.
Vocalis Orpheus. Horat. 1. Carm. ode 12. 2.
Orphèus, Adiectiuum trisyllabum, penul. prod. (ὀρφικός,) vt Vox Orphèa. Ouid. 10. Metam. 1.
Cantus Orphèos. Claud 8. Panegy. 50.
Orphèus, Idem quod Thracius. Mart. lib. 1. 21.
Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.
ORPHNAEVS, (ὀρφναῖος,) equus Plutonis, à tenebris nomen habens. Huius meminit Claud. in fine lib. 1. de raptu Proserp. vna cum aliis,
Orphnæus crudelis micans, Aethonque fugitta
Ocyor, & Stygii sublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditisque nota signatus Alastor.
ORREA, (ὀρρέα,) Ptolemæo lib. 3. cap. 9. Britanniæ vrbs: vulgò Neucastel, Moncastre, vbi carbonum copia.

Orsus, Vide ORIOR.

Orthodoxus, orthodoxi, (ὀρθόδοξος,) Rectæ opinionis, siue sententiæ aut fidei. δόξα enim gloriam & existimationem, siue opinionem & sententiam significat.
Orthogonius, Adiectiuum, (ὀρθογώνιος,) Quod rectis angulis constat, & omnũ partiũ æqualitatem habet. Col. li. 5. ca. 2. 8. Orthogonius ager.

Universidad de Deusto Biblioteca

Orthographia, (ὀρθογραφία,) Latinè recta scriptura dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 7. 1. Quod Græci orthographiam vocant, nos rectè scribendi scientiam nominemus.

Orthographia in architectura est quum iam non planum opus, imaque operis vestigia imaginamur, sed subrectum, & frontem attollens, quasi erecti operis, aduersique descriptio. Hæc est erecta frontis imago, modicéque picta futuri operis figura. Budæus. Vide Vitruuium lib. 1. ca. 2.

Orthopnoicus, orthopnoici, pen. corr. (ὀρθοπνοϊκός,) qui eam anhelitus difficultatem habet, vt nisi recta ceruice stet, spirare non possit. Plin. lib. 20. ca. 14. 2. Orthopnoicis, torminibus, cholericis efficacissimum.

Orthopnœa, orthopnœæ, (ὀρθόπνοια,) Passio ipsa, & difficultas anhelitus. Est enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se magis minusve intendit, omne tamen in spirandi difficultate consistit. Cels. lib. 4. cap. 4. de difficultate spirandi, Quæ vehementior est, vt spirare æger sine sono & anhelatione non possit, asthma. Quum accessit id quoque, ne nisi recta ceruice spiritus trahatur, orthopnœa. Plin. lib. 23. cap. 1. 42. Tussim veterem inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœam, dentium labefactionem. Idem libro 21. cap. 20. 6. Crapulas quoque & orthopnœas discutit.

ORTHOSIA, (ὀρθωσία,) Vrbs Syriæ, Ptolemæo lib. 5. cap. 15. hodie Tortosa, prius Antaradum.

Orthostata, orthostatæ, penul. correp. m. g. (ὀρθοστάτης,) Vitruuius lib. 1. cap. 8. Quod siquis noluerit in id vitium incidere, medio cauo seruato secundum orthostatas intrinsecus è rubro saxo quadrato, aut ex testa, aut ex silicibus ordinariis struat bipedales parietes, & cum ansis ferreis & plombo fronte vinctæ sint. Ita enim non aceruatim, sed ordine structum opus poterit esse sine vitio sempiternum, quòd cubilia & coagmenta eorũ inter se sedentia, & iuncturis alligata non protrudent opus, neque orthostatas inter se religatos labi patientur. Ipse Vitruuius ibidem, & lib. 10. cap. 17. postes vocat alibi cap. 16. arrectaria tigna, teste Budæo.

Orthragoriscus, (ὀρθραγορίσκος,) Piscis. Plinius libro 32. cap. 2. 8.

ORTON, (ὄρθων,) Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Peligonorum vrbs thodie Ortona. Vulgò Pietra de pirati.

ORTOPLA, (ὀρτόπλα,) Dalmatiæ vrbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 17. hodie Ortopula.

Ortus, orti, Vide HORTVS.

Ortus, orta, ortum, & Ortus, huius ortus, Vide ORIOR.

ORTYGIA, (ὀρτυγία,) Insula in mari Aegeo, quæ etiam Delos dicitur. Dicta Ortygia (teste Solino) quia in ea primò visæ sunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας vocant: nos à sono vocis qualeas dicimus. Fuit & alia hoc nomine insula circa Siciliam, quæ ponte iungitur Syracusis, & fontem habet Arethusam. Hæc ex opposito est Plemmyrii Siciliæ amnis, de qua Virgilius 3. Aeneid. 139.

Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum, nomen dixere priores
Ortygiam: Alphæum fama est huc Helidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, cui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.

Oraclum Orthygiæ. Virgil. 3. Aeneid. 29.
Linquimus Ortygiæ portus. Virgil. 3. Aeneid. 25.
Dea Ortygia, Diana, quæ in Ortygia insula quam Delon alio nomine dixerunt, nata fuit. Ouid. 1. Metam. 140.

Ortygometra, ortygometræ, (ὀρτυγομήτρα,) Rex coturnicum, maior aliquanto, ac nigrior auis. Dicta quod dux sit ac moderatrix coturnicum, Componitur enim. ex ὄρτυξ coturnix, & μέτρον mensura. Plin. lib. 10. cap. 23. 8. de coturnicibus loquens, Aquilone ergo maxime volant, ortygometra duce. Hæc Calepinus, sed ineptè. Ortygometra enim penultimam producit, vt Tettigometra & eiusdem originis reliqua. Scribitur enim per υ, non per ο. Neque posterior huius compositionis pars est μέτρον mensura: sed μήτηρ, id est mater, vt sit Ortygometra, Coturnicum mater seu matrix. Qua in re pueriliter admodum lapsus est Calepinus, Vide Budæum in Annotat. prioribus.

Ortyx, ortygis, penul. correp. fœm. gen. (ὄρτυξ,) Auis quæ coturnix dicitur.

Oryx, orygis, (ὄρυξ,) Vide ORIX. Plin. lib. 1. cap. 40. Orygen appellat Aegyptus feram, quam in exortu eius (Caniculæ sideris scilicet) contra stare, & contueri tradit, ac velut adorare quum steterit. Idem lib. 8. cap. 53. 1. de semiferis animalibus loquens, Sunt & oryges, soli à quibusdam dicti, contrario pilo vestiti, & ad caput verso.

Oryza, Vide ORIZA.

O S

Os, oris, n. g. (στόμα,) Proprè concauum illud intra quod sunt lingua & dentes. Plin. lib. 11. ca. 37. 34. Continui dentes aut vtraque parte oris sunt, vt equorum: aut superiore primores non sunt, vt bobus, ouibus. In plurali, ora, orium, oribus. Virgil. 8. Aeneid. 98. Componens manibusque manus, atque oribus ora. Et lib. 9. 69. Ibidem, lib. 10. 114.

– quinquaginta oribus ignem
Pectoribusque arsisse. Plin. lib. 20. cap. 9. 11. Vitia orium graueolentiamque sanare affirmat Cato. Sic legit Despauterius in Heteroclitis, verum corruptè: nam eo loco in vetusto exemplari legitur earum de nariam enim graueolentia loquitur.

Vultus in ore. Ouid. epist. 16. 3. Si non est ficto vultus mihi torus in ore.

¶ Os, de brutis. Virg. 12. Aenei. 75. Ora citatorum dextra detorsit equorum. Idem de leone, 12. Aeneid. 2.

Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.

¶ Os, facies. Virgil. 1. Aeneid. 119. Os humerosque deo similis.

¶ Os, Sermo. Plin. de Viris illust. 76. Mithridates rex Ponti, oriundus à septem Persis, magna vi animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur. Vide LOQVOR.

A dolescentioris Academiæ os. Cic. Varronii, lib. 9. 8. 1. Misi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos, nosti enim profectò os eius adolescentioris Academiæ.

Infignis ore. Virgil. 4. Georg. 19. De rege apium.
Anhelitus oris. Ouid. 3. de Arte, 60.
Male odorati oris tristis anhelitus. Ouid. 1. de Arte, 105.
Decor oris. Ouid. 2. Fast. 155. Hic color, hæc facies, hic decor oris erat.
Decus oris. Ouid. 3. Metam. 85.
Dos oris, Suauitas dicendi aut canendi. Ouid. 5. Metam. 113.

Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantaque dos oris linguæ deperderet vsum, &c.

Facies oris. Vide FACIES.

Honor oris. Lucret. lib. 4. 236 Sed tamen esto iam quanto vis oris honore, Id est sit quantumuis formosa.

Inanitas oris. Quintil. lib. 1. cap. 11. 4, Nec verba patietur in faucibus audiri, nec oris inanitate resonare. De recta pronuntiatione.

Grauis odor oris. Ouid. 3. cap. de Arte. 56.
Recessus oris. Quintil. lib. 1. cap. 5. 20, Sicut κολοσυρίαν, quum vox quasi in recessu oris auditur.
Salua oris. Lucret. lib. 4. 223.
Suauitas oris. Quintil. in Procœm. lib. 6. 10.
Vitia oris. Quintil. lib. 1. cap. 5. 20.
¶ Adoperta ora. Ouid. 5. Metam. 39.
Adunca ora boum, id est curua. Ouid. epist. 12. 4.
Aegrum os. Silius lib. 13. 145.
Animosi oris Accius. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 4.
Arguta ora blandis querelis. Stat. 2. Sylu. 1. 9.
Balbum os. Horat. 2. epist. 1. 26.
Cælestia ora. Ouid. 2. Metam. 125.
Candida ora. Ouid. 7. Metam. 173.
Cornea ora, Id est rostrum. Ouid. 8. Metam. 110.
Corruptum os. Quintil. lib. 1. cap. 1. 10.
Coruscum os. Claud. 1. Paneg. 57.
Cristati oris ales, gallus. Ouid. 11. Metam. 130.
Culti oris facundia. Ouid. 1. Fast. 5.
Dissona vulgi ora. Lucan. lib. 3. 58.
Dulce os, Facundum. Ouid. 12. Metam. 116.

Hæc postquam dulci Neleius edidit ore.

Os durum. Terent. Eunucho, 4. 7. 36.

Principio eã esse dico liberã. THR. hem. CH. ciuẽ Atticã. THR. hui. CH. Meam sororem. THR. os durum. CH. miles, nisi adeò edico tibi, Ne vim facias vllam in illam. Vbi Donatus, Os durum, os impudens: vt contrà, Mollis frontis dicuntur, qui sunt reuerentes. Ouid. 3. de Arte, 117. Claude fores, duro dicat tibi iamitor ore.

Duri oris puer, & audax. Ouid. 5. Metam. 91.
Falsi oris ambages. Ouid. 10. Metam. 4.
Os faticanum. Ouid. 9. Metam. 84.
Fœtidum os. Cic. in Pisonem, 9.
Frænatum os equi. Horat. 1. epist. 15. 4.
Formosum os. Ouid. 3. Metam. 93.
Fremebunda ora. Stat. 5. Thebaid. 40.
Fumantia ora. Ouid. 2. Metam. 65,

– fumantiaque abluit ora.

Honestum os Pleiadum, Pro orientibus Pleiadibus. Virgil. 4. Georg. 47.
Horrenda ora. Virgil. 2. Georg. 78, Oraque corticibus sumunt horrenda cauatis. Intelligit personas & larvas ligneas.
Ieiunum os, Vide IEIVNVS.
Immania ora. Stat. 9. Thebaid. 39.
Impia ora. Ouid. 14. Metam. 48.
Improbum os, Vide IMPROBVS.
Impudens os, Idem quod durum. Terent. Eunucho, 5. 1. 22.

Quid illi faciemus stulta? P. quid faciemus, rogas?
Vide ámabo, si non quum aspicias, os impudens

Videtur.

Videtur. Vbi Donatus, Mitè ab eo quod respóderè cœperat, ad aliud transit, mirata confidentiam Chæreæ.
Indignantia ora. Ouid. 1. Metam. 37.
Infame os Antonii, Vide INFAMIS.
Infantia ora. Ouid. 4. Metam. 104.
Ingenuum os, Vide INGENVVS.
Intignia ora magnis dentibus. Ouid. 8. Metam. 86.
Intonsa ora. Virgil. 9. Aeneid. 37.
Inuiolabile os. Stat. 6. Thebaid. 77.
Læue os. Horat. 1. Serm. saty. 5. 13.
Laxum os. Silius lib. 13. 85. – eructat acerbam
Cocyti laxo suspirans ore paludem. De Inferno.
Lunata ora. Stat. 11. Thebaid. 107.
Minitantia ora. Ouid. 12. Metam. 70.
Modicum os. Persius Saty. 5. 2.
Mœsta ora. Senec. Hippol. 8. 5.
Morientia ora. Ouid. epist. 14. 3.
Mutum os. Ouid. 6. Metam. 115.
Niueo lenis in ore rubor. Ouid. epist. 19. 24.
Pallida ora. Virgil. 1. Aeneid. 72.
Patulum os bouis. Ouid. epist. 15. 12.
Periurum os. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 7.
Prædurum os. Quintil. lib. 6. cap. 4. 9.
Proterua ora canum. Ouid. 14. Metam. 13.
Puerili in ore vultus virgineus. Ouid. 10. Metam. 125.
Pulnerolenta ora. Claud. 3. Panegy. 50.
Rapidum os. Virgil. 6. Aeneid. 16.
Remissum os. Stat. 9. Thebaid. 51.

– quanquam ore remisso
Inachium fingebat Halym. Id est ore modesto, aut voce modesta. Loquitur de Tisiphone.

Renidens os. Ouid. 8. Metam. 40.
Roseum os. Virgil. 9. Aeneid. 1.
Sacrificum os. Ouid. 1. Fast. 20.
Semiferum os. Senec. Thebaid. 1. 24.
Sibila ora anguium. Virgil. 7. Aeneid. 45.
Siccum os. Catull. in Amicam Formiani, epigr. 40. 1.
Sidereum os Pollucis. Valer. 4. Argonaut. 39.
Silens os. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 5.
Spumantia ora. Ouid. 6. Metam. 46.
Stygium os. Ouid. 3. Metam. 16. – quique halitus exit
Ore niger stygio, vitiatas, inficit herbas.
Tenerum os. Horat. 2. epist. 1. 26.

Os tenerum pueri, balbumque poeta figurat.

Timidum os. Claud. 2. Panegy. 73.
Trepidum os. Ouid. 5. Metam. 47.
Trilingue os Cerberi. Horat. 2. Carm. ode 19. 7.
Tumidum os. Valer. 2. Argonaut. 130. Meque fremens tumido circunfluit ore Propontis.
Veridicum os. Lucret. lib. 6. 2.

Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

Vno ore, pro Vno consensu. Terent. Phorm. 4. 3. 10.

– nam cæteri quidem hercle amici omnes modò
Vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret. Idem And. 1. 1. 69. Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas.

¶ Abire in ora hominum, Vide ABEO.
Accedit os. Cic. 1. de Orato. 17. Sed tamen quoniam hoc totum, quicquid est, siue artificium, siue studium dicendi, nisi accessit os, nullum potest esse, docebo vos discipuli, id quod ipse didici, &c.
Admirari aliquem ex ore alterius. Cic. 1. Tusc. 62. Errare mehercule malo cum Platone, quàm tu quanti facias, scio, & quem ex tuo ore admiror, Aequiparans os deos. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 19.
Spumas agit ore cruentas. Virgil. 3. Georg. 41.
Aperit ora futuris Cassandra. Virgil. 2. Aeneid. 50.
Asperat ora seueris minis. Stat. 9. Thebaid. 141.
Ore imperturbato bibere. Ouid. in Ibin, 113.
Purpureo bibit ore nectar. Horat. 3. Carm. ode 3. 3.
Cadit fructum ex ore pulli. Cic. 1. de Diuinat. 53.
Sublimi ore canere aliquem. Claud. de bello Getico, 25.
Diuino ex ore canit sacerdos. Virgil. 3. Aeneid. 75.
Hiatu oris & dentibus ipsis capessunt quædam animalia cibum. Cice. 2. de Nat. deorum, 187.
Auido ore captare cibos. Seneca Thyeste, 1. 1.
Cinctum anguibus os Gorgonis. Cic. 6. Verr. 111.
Coercere ora frænis. Ouid. 5. Metam. 129.
Cohibere ora. Seneca Troade, 6. 22.
Colligit os rabiem. Ouid. 1. Metam. 48.
Fontes colluerant ora. Ouid. 5. Metam. 90.
Clauso commurmurat ore. Silius lib. 15. 163.
Ore placido compellare aliquem. Ouid. 3. Metam. 30.

Quum iuuenis placido per deuia lustra vagantes
Participes operum compellat Hiantius ore.

Comprimere ora. Ouid. 6. Metam. 59.
Confudit ora infractis ossibus. Ouid. 5. Metam. 12.
Congesserunt in os Midæ dormienti grana tritici formicæ. Cice. 1. de Diuinat. 132.
Vno ore consentiunt omnes de vtilitate amicitiæ. Cic. de Amicitia, 71.
Constricta ora frænis. Senec. Hippol. 10. 18.
Dolor contrahit ora. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 26.
Conuertere os ad aliquem, Vide CONVERTO.
Conuertere ora & oculos in aliquem, Vide CONVERTO.
Conuertere ora vulgi Horat. 2. epist. 1. 40.
Clauso ore custodire verba. Senec. Agamemn. 7. 26.
Blando ore dicere aliquid. Ouid. 13. Metam. 113.
Rauco ore dicere aliquid. Ouid. 5. Metam. 120.
Discutit ora saxo. Ouid. 4. Metam. 104.
Distorquere os. Terent. Eunucho, 4. 4. 3. – oh
Illud vide, os vt sibi distorsit carnifex. Vbi Donatus, Et hic memor adolescens insinuandi muneris, dicit illum sibi os distorsisse qui natura pulcher est. Os autem dicimus illum distorquere, quem natura pulchrum, deturpamus.
Finem dedit ore loquendi. Virgil. 6. Aeneid. 16.
Dare ora capistris. Virgil. 3. Georg. 38.
Sublime os homini datum. Ouid. 1. Metam. 18.
Domita ora frænis. Senec. Hippol. 10. 3.
Ducere os, Cicero in Oratore, 47. Vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere: sed illo, quo significant ingenuè quo sensu quidque pronuntient. Quintil. lib. 9. ca. 4. Nam & vultus mutatio, oculorumque coniectus, multum in actu valet. Sed siquis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, irrideatur.
Tremente ore indignos sonos edidit. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 14.
Placido ore edere aliquid. Virgil. 7. Aeneid. 59.
Efferre ora, Est erigere se, & videndum exhibere, ac veluti ostentare. Virgil. 5. Aeneid. 74.

Nec mora, continuò vastis cum viribus effert
Ora Dares, magnoque virûm se murmure tollit.

Effatus est ore. Virgil. 3. Aeneid. 83. Ibidem, 2. 105.
Eluere os. Celsus lib. 3. cap. 4. Ne os quidem primis diebus elui sinebat.
Resto ore emittimus voces. Lucret. lib. 4. 112.
Egregio magnum decus enitet ore. Virgil. 4. Aeneid. 30.
Reluctanti ore it equus. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 3.
Impurissimo ore orationem in absentem euomere. Cic. 5. Philipp. 177.
Exagitata ora frænis. Siljus lib. 7. 69.
Excellens ore. Silius lib. 1. 31.
Vox excidit ore. Virgil. 6. Aeneid. 138.
Verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit, vnde quisquam posset offendi. Cice. pro Sylla, 54.
Mœsto excutit ore cibos. Stat. 5. Thebaid. 121.
Exibat ex ore eius nihil non consyderatum. Cic. de Claris Orat. 144.
Exertare ora. Virgil. 3. Aeneid. 85.

At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naues in saxa trahentem.

Toto ore expalluit. Ouid. 4. Metam. 12. Ibidem, 6. 121.
Sacrum os cœlo extulit Lucifer. Virgil. 8. Aeneid. 119.
Liuida facta ora digitis. Ouid. epist. 19. 17.
Mendaci ore fallere numen. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 9.
Prono ore terram languidus fert. Senec. Herc. Oeth. 7. 18.
Ferre ora, Vide FERO.
Ora ad ora ferre, Osculari aliquem. Ouid. ad Liuiam, 28.
Ferre se ore. Virgil. 4. Aeneid. 3. Quem sese ore ferent?
Per ora hominum ferri. Plin. epist. 10. a, lib. 2. Sine per ora hominum ferantur Id est In publicum, in celebrationem.
Flectere os in mœstitiam. Tacit. lib. 3. Cæsar flexo in mœstitiam ore, tuã inuidiam tali morte quæsitam, &c.
Fœdare ora vnguibus. Virgil. 4. Aeneid. 135.
Olentia ora fouere re aliqua. Virgil. 2. Georg. 27.
Mollia purpureis frænabas ora capistris. Ouid. 10. Metam. 25.
Cruento ore fremit leo. Virgil. 9. Aeneid. 69.
Cuncti simul ore fremebant. Virgil. 1. Aeneid. 113.
Virginis os habitumque gerens. Virgil. 1. Aeneid. 64.
Ediscere authorem aliquem, & eum semper in ore habere. Cice. Leptæ, libro 6. 18. 10.
Arenti sitientes haustimus ore. Ouid. 14. Metam. 56.
Horrent sudoribus ora. Claud. 3. Panegy. 50.
Humectare ora lachrymis. Lucret. lib. 1. 188.
Imponere os alicui. Ouid. 6. Metam. 59.

Universidad de Deusto
Biblio

Pallor albus ora inficit.Horat.Epod.7.3.
Rubor ignetus inficit ora.Lucan.lib.5.43.
Inserunt in os infantibus omnia minima mansa.Cic.2.de Orat.89.
Intonare ore.Virgil.6.Aeneid.112.
Ora omnium & oculos intuemur.Cic.pro Milone,32.
Inumbrare ora coronis.Lucret.lib.3.187.
Lacerare ora manu.Silius lib.8.31.
Lacerare inesto ore optimum virum, Vide LACER adiectiuum.
Ioco ore lacessere aliquem.Claud.1.in Ruffinum,72.
O alicui lædere. Terent.Adelph.5.4.10.
Clemens,placidus,nulli lædere os,arridere omnibus:
Sibi vixit. Vbi Donatus,Nulli lædere os,Id est nullum p̃sentē lædere.
Lauimus ora manusque.Horat.1.Serm.saty.5.5.
Halitum alicuius ore legere Virgil.4.Aeneid.137.
Linere ora luto.Ouid.3.Fast.152.
Docta ora loqui.Ouid.2.Amor.eleg.6.13.
Locuta est ore.Virgil.1.Aeneid.124.
Infido ore loqui.Ouid.epist.12.15.
Rotundo ore loqui.Horat.de Arte,66.
Fletu madens os.Ouid.3.Trist.eleg.5.3.
Maledicere clarissimo viro,ore fugitiuo.Cic.pro Deiotaro,19.
Magniloquo ore memorare aliquid.Ouid.8.Metam.80.
Mordere ore.Stat.12.Thebaid.150.
Floridulo ore nitens.Catul.in Epithal.Iuliæ,epigram.56.39.
Notare ora insanis manibus.Propert.lib.1.eleg.6.4.
Inuita notauit ora rubor.Ouid.6.Metam.10.
Presso ore obmutuit.Virgil.6.Aeneid.31.
Tenula ora obnubit comis.Stat.6.Thebaid.40.
Spiritus oris obstruitur reluctanti.Virgil.4.Georg.60.
Pallor occupat ora.Virgil.4.Aeneid.100.
Os loquentis opprimere.Ouid.3.Metam.60.
– voluit deus ora loquentis Opprimere.
Oppugnare os alicui, Vide OPPVGNO.
Pallentia ora miris modis.Virgil.10.Aeneid.165.
Pendēre ab ore narrantis.Virgil.4.Aeneid.16.
Rugis perarauit anilibus ora.Ouid.14.Metam.20.
Percutere ora manu.Ouid.11.Metam.137.
Perfricare os, Vide FERFRICO.
Pertorquere ora.Lucret.lib.1.81.
At contrà tetra absynthi natura,ferique
Centauri,fœdo pertorquent ora sapore.
Perunctī fæcibus ora.Horat.de Arte,56.
Pio ore poscere aliquid.Virgil.6.Aeneid.106.
Spectanda ora præbere.Silius lib.17.131.
Os ad male audiendum præbere.Cice.Attico,lib.1.13.8.O dii immortales,quàm ignauus ac sine animo miles!quàm dignus qui Palicano,sicut facit,os ad male audiendum quotidie præbeat!
Primaque ferratis præfigunt ora capistris. Virgi.3.Georg.80.de hœdis excretis quos à matribus prohibent.
Pressare ora dentibus.Lucret.lib.4.223.
Decorum os protulit luna.Horat.1.Serm.saty.8.5.
Virgineo profatur ore.Stat.4.Sylu.3.25.
Prominere ore.Horat.Epod.5.7.
Pudibunda ora protegit frondibus. Ouid.3.Meta.79.
Arida ora quatit anhelitus.Virgil.5.Aeneid.40.
Regere ora equi.Ouid.8.Metam.7.
Reiectans cruorem ore.Virgil.5.Aeneid.94.
Relaxare ora fontibus.Ouid.1.Metam.57.
Luna relegit & retexit ora.Stat.5.Sylu.3.6.
Nam me ter relegens cœlo,terque ora retexens
Luna videt residem.
Dolor ora repressit.Ouid.6.Metam.117.
Grandæua ora resoluit pater.Silius lib.16.121.
Resoluit ora fatis.Virgil.4.Georg.91.
Respondere alicuius orationi ore.Cic.de Cla. Ora.88.
Rigabat lachrymis vultum atque ora.Virgil.9.Aeneid.51.
Pauido rogat ore.Ouid.1.Metam.78.
Ausus es hoc ex ore tuo me rogare?Cic.Attico,lib.6.1.13.13.
Profundo ore ruit immensus Pindarus.Hora.4.Car.ode 2.2.
Comanti ore ruit.Valer.3.Argonaut.28.
Spumanti ore Phasis ruit in æquor.Valer.5.Argonaut.36.
Secare ora alicuius.Stat.1.Thebaid.13.
Serenare ora.Stat.1.Thebaid.12.
Soluere ora,& perire ad loquendum.Ouid.1.Metam.37.
Magno ore sonare.Virgil.3.Georg.59.
Magna sonaturum os.Horat.1.Serm.saty 4.9.
Spargere ora lachrymis.Lucret.lib.2.195.
Iucundum os oculosque suauiabor.Catull.ad Verannium,9.2.
Sublinere os,pro eo quod est Dare verba,& arte quadam illudere, repe-

ritur aliquoties apud authores.Nonius Marcellus tractum putat à ridiculo quodam lusus genere,quo dormientibus ora pinguntur. Plautus Aulul.22.2.
– fidei ceosebam maximam multo fidem
Esse,ea sublēuit os mihi penissume. Idem alibi, Os mihi probè sublitum est. Item Epidico,9.45.
– ego si adlegassem aliquem ad hoc negotium
Minus hominem quàm doctum,minusque ad rem hanc callidum,
Os sublitum esset. Marcus Varro in Mysteriis apud Nonii, Aes defraudasse cauponam,bonam luto obliuisse,quum portitores æra induxēre. Virgilius item in Carmine Bucolico, pueros inducit per lusum,
Sileni faciem mori succo oblinentes,
– iamque videntī
Sanguineis frontem moris & tempora pingit
Ille dolum ridens,Quò vincula nectitis,inquit? Erasmus.
Candida ora misto rubore sublucent.Ouid.epist.20.44.
Sanguis suffuderat ora.Silius lib.11.44.
Pulchra verecundo suffundens ora rubore.Ouid.1.Metam.98.
Durissimo ore esse.Cic.pro Quintio,52.Quum cupidius instaret, homini pro amicitia familiarius dixi,mihi videri ore durissimo esse,qui præsente eo gestum agere conaretur.
In ore alicuius esse.Plaut.Asin.5.57.
Vbi quid dederam,quasi columbæ pulli in ore ambæ meo
Vsque eratis,meo de studio studia erant vestra omnia:
Vsque adhærebatis:quod ego iusseram,quod volueram,
Faciebatis.
In desyderio ciuitatis,in ore,in sermone omnium esse.Cic.10.Phil.279.
In ore est omni populo,Fama est,rumor est.Terent.Adelph.1.2.13,
– hoc aduenienti quot mihi Mitio
Dixere?in ore est omni populo. Cic.de Amicitia,2,In eum sermonem illum incidere,qui tum ferè multis erat in ore.
Tibi valde solet in ore esse.Cic.ad Atticum,lib.6.114.12.
In ore sunt omnium philosophorum.Cic.1,de Finib.108.
In ore & sermone.Cic.4.Ver.39,Res pererebuit,in ore atque sermone omnium cœpit esse.
Supinare ora.Stat.5.Thebaid.45.
Supinato ore lambit aera.Stat.5.Thebaid.105.
Temperare ora frænis.Horat.1.Carm.ode 8.2.
Tenebant ora intenti.Virgil.2.Aeneid.1.
Tinctus os fletu.Stat.6.Thebaid.77.
Tonare ore.Claud.1.de raptu Proserp.17.
Celso ore tonat.Claud.2.de raptu Proserp.17.
Os alicui tradere,Deosculando amplecti,& multis verbis aliquem laudare.Cic.pro Roscio Amer.86.Rogat,oratque te Chrysogone,si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem conuertit,si nulla in re te fraudauit,si tibi optima fide sua omnia concessit,adnumerauit,appendit:si vestitum,quo ipse tectus erat,annulumque dedit,os suum tibi tradidit:si,&c.
Trahere auram ore.Ouid.2.Metam.46.
Trahere aliquid ore.Horat.1.Serm.saty.1.7.
Tument ora irâ.Ouid.3.de Arte,100.
Turbatum os fletibus.Silius lib.13.140.
Vacant epulis ora.Ouid.15.Metam.96.
Venire in ora hominum,est Celebrem fieri & notum,de quo omnes loquūtur. Hora.1.epist.3.2,Quid Tityus Romana breui vēturus in ora,&c.
In ore vulgi & in communibus prouerbiis istius iniquitas versatur. Cicer. 3.Verr.85.
Vertere ora huc & huc.Horat.Epod.4.2.
Vigent in ore illi.Cic.1.Tuscul.190.Id est memorantur.
Supremo ore vocare aliquem, Id est voce suprema. Ouidius 8. Metamorph.105.
Volitare per ora virum,In ore esse omni populo.Virgil.3.Georg.2.Hæc sententia legitur & apud Ennium.
Vomit ore cruorem.Virgil.3.Aeneid.104.
Fero ore flammam vomit.Ouid.5.Metam.71.
¶ Os,Audacia & temeritas.Teren.Phorm.5,8.24.Nam quo redibo ore ad eam quam contempserim! Ibidem,5.9.53,Nihil pudere?quo ore illum obiurgabis? Cic.pro Cluentio,51.Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicii facitis? Idem 1.de Oratore,85.Quod tandem os est illius patroni,qui ad eas causas,sine vlla scientia iuris audet accedere? Et 6.Verr.58.Os hominis,insignemque impudentiam cognoscite. Idem Philipp.5.Sed illud os,illam impuritatem. Ibidem,11.193. Audisset furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram,atque os illud infame. Idem pro C.Rabirio Posthumo,21, Quod habent os!quā audaciam!Et 3.Ver.1.Ora iudicum aspicere,aut os suum Populo Ro. ostendere auderet. Idem pro Ros.Amer.53.Os tuum non modò ostenderes,sed etiam offerres.
Ferreum os conuitio verberare. Cicer.in Pisonem,50. Neque verò contempsisti,licet Themista sapiētior,si os tuum ferreum Senatus cōuitio verberari

verberari noluisti.
¶ Os,Præsentia.Salust.in Iugurth. Incedunt per ora vestra magnificē. Cicc.in Pisonem,40. Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus,de reditu Cabinii omittamus:quem etsi sibi ipse præcidit, ego tamen,ut vt videam hominis expectō.
In ore alicuius,In conspectu.Tacit.lib.19.In conspectu Iuliani ad L.Vitellium perductus,verberibus fœdatus,in ore eius iugulatur.
In ore atque oculis omnium hæc gesta sunt.Cic.4.Verr.57.
Frequens erat ille Romæ,atque in foro,& in ore omnium quotidie versabatur.Cice.pro Rosc.Amer.10.
In iuis oculis,in tuo ore,vultuque acquiesco.Cic.pro Deiot.2.
Ante ora,Vide ANTE præpositionem.
Ante ora patrum oppetere.Virgil.1.Aeneid.10.
¶ Os,non solùm de facie dicitur,sed etiam de tota specie quæ cernitur, & quicquid in aliqua re patet.
Lato dedit ore fenestram.Virgil.2.Aeneid.97.
Vlceris os.Virgil.3.Georg.91.
Quàm siquis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os. Vide RESCINDO.
Sacculi os.Iuuenal.saty.14.14. Interea pleno turget quum sacculus ore.
Vascula oris angusti. Quintil.lib.1.cap.2.19.
Rostrata ora nauium.Horat.Epod.4.4.
Os portus.Cic.7.Verr.24. Nam in ipso aditu atque ore portus,vbi primùm ex alto sinus ad vrbem ab iuro inflectitur, tabernacula carbasis intenta velis collocabat.
Ora,de æquore.Virgil.1.Aeneid.10.
Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis
It mare præruptum,& pelago premit arua sonanti.
Septem discurrit in ora Nilus.Virgil.4.Georg.58.
Discordia ora,Id est diuersæ linguæ,& idiomata.Virgil.2.Aeneid.85.
– primi clypeos,mentitaque tela
Agnoscunt,atque ora sono discordia signant.
Os,de gallina.Plin.lib.10.cap.56.Ore rubicundo.
Os inculcatum,Id est facies mornata.Tibull.lib.1.eleg.8.3.
Osculum,oscula,pen.cor.Diminutiuum,(ϛόμιον,) Parum os.Ouid.li. 1.Metamphos.101. – videt igne micantes
Sideribus similes oculos:videt oscula quæ non
Est vidisse satis. De Daphne.
¶ Osculum,(φίλημα,) pro basio etiam accipitur:quoniam basiando os osculamus atque minuimus,& quasi ex ore osculum facimus. Cic.ad Atticum,lib.12.32.1. Atque vtinam continuò ad complexum meæ Tulliæ,& ad osculum Atticæ possim currere.
Apta oscula.Ouid.epist.21.26.
Fida osculā.Stat.3.Sylu.2.12.
Furtiua oscula.Valer.7.Argonaut.52.
Nupiale osculum,Vide NIX.
Presa oscula.Ouid.epist.2.19.
Sororia oscula.Ouid.4.Metam.67.Ibidem,lib.9.109.
Suprema oscula.Ouid.6.Metam.56.
¶ Accipere oscula.Ouid.epist.21.26.
Admouere oscula,Vide ADMOVEO.
Affigere oscula.Lucret.4.218.
Lasciuia oscula carpere.Ouid.4.Metam.72.
Committere oscula linguæ. Ouid.epist.11.26.
Properata oscula raptim congerimus sine ordine.Ouid.epist.17.11.
Flagrantia ad oscula detorquere ceruicem.Horat.2.Carm.ode 12.6.
Dispensare oscula per omnes.Ouid.6.Metam.56.
Diuidere oscula sodalibus.Horat.1.Carm.ode 36.2.
Dare osculum.Plin.lib.14.ca.13.1.Cato,ideo propinquos fœminis osculum dare,vt scirent an temetum olerent.
Obuia oscula dare.Ouid.epist.18.34.
Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro.Ou d.11.Metam.148.
Dare oscula manibus.Ouid.2.Metam.173.
Excipere aliquid risu & osculo.Quintil.lib.1.cap.3.7.Verba ne Alexandrinis quidem permittenda delicitis,risu & osculo excipimus.
Fatigare dextram osculis.Tacit.lib.15. Agere grates deis, ornare lauro domum,genua ipsius aduolui,& dextram osculis fatigare. Hoc est dextram exosculabatur. De Nerone.
Ferre oscula.Ouid.2.de Arte,65.
Figere oscula.Virgil.2.Aeneid.98. Ouid.3.Metam.5.
Dulcia oscula figere.Virgil.1.Aeneid.139.
Pauida oscula figens pedibus.Silius lib.11.67.
Trementia oscula figere.Lucan.lib.2.23.
Humectare oscula labris.Lucret.lib.4.240.
Infigere oscula alicui.Silius lib.12.148.
Impertire aliquem osculo,Vide IMPERTIO.
Ingeminare oscula.Valer.2.Argon.34.
Oscula iamque toris,atque oscula postibus ipsis Ingeminant.
Ingerere osculum,Vide INGERO.

Interserit oscula mediis verbis.Ouid.10.Metam.111.
Iungere oscula.Ouid.2.Meram.77.
Iungere oscula per longas moras.Ouid.epist.2.19.
Improba oscula iungere.Ouid.2.Amor.eleg.5.5.
Oscula moderata iungere.Ouid.1.Meram.87.
Lambere frigida oscula.Stat.7.Sylu.1.35.
Libare oscula.Virgil.1.Aeneid.53.Oscula libauit natæ.
Nexa oscula linguā.Ouid.2.Amor.eleg.5.5.
Pangere osculum,Vide PANGO.
Porrigere oscula alicui.Ouid.3.Metam.91.
Præripere oscula alicui.Lucret.lib.3.184.
Refugere oscula alicuius.Ouid.1.Metam.112.
Reuellere oscula.Stat.7.Sylu.2.12.
Dissipat amplexus,atque oscula fida reuellit.
Venire ad oscula alicuius.Ouid.9.Metam.78.
Osculum,oscilli,(ϛόμιον τοῦ ϛόμου,) Diminutiuum est à diminutiuo Osculum,sicut à tantulo Tantillum.Columella lib.2.cap.10.2. Reliquum quod superest seminis,in tabulatum quo fumus peruenit,optimè reponas:quoniam si humor inuasit,vermes gignit,qui simul,atque oscilla lupinorum edentur,reliqua pars enasci non potest.
¶ Oscilla,etiam sigilla sunt,& paruæ imaguncula,quæ arte fictili fingebantur,& vænales proponebantur,quibus homines pro se atque suis Saturno piacula faciebant,vt ait Macrobius.Virgil.lib.2.Georg.78.
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Oscillo,oscillas,oscillare,ab Osculum fit,& significat Inclinare. Festus, Oscilla sancta dicuntur,quòd oscillent,id est Inclinent,præcipitēque efferant oscillantes. Seruius putat esse compositum ab os:& cilleo, cilles,quòd in hoc cillerentur,id est mouerentur ora.nam cillere, mouere est. Plaut.Amphit 4.29.
– næ illi ædepol,si merito meo referre studeant gratias,
Aliquem hominem allegent,qui mihi aduenienti os oscillet probè.
Id est,moueat,probè ipsum pugnis percutiendo.
Osculor,pennl.cor.osculāris,osculātus sum,(φιλῶ,καταφιλῶ,κυνῶ,) osculari.Dare osculum.Cic.Appio Pulchro,lib.5.12.4.Complexus igitur sum cogitatione te absentem,epistolam verò osculatus. Idem pro Murena,30.Et quoniam mihi videris istam scientiam iuris,tanquam filiolam osculari tuam,non patiar te in tanto errore versari.
Complecti aliquem & osculari.Cicero in Somnio Scipionis,10. Ille autem me complexus atque osculans flere prohibebat.
Filium mater osculata est.Cic.pro Murena,80.
Dormientem osculari.Cic.1.Tuscul.147.
Amplecti,in manibus habere,fouere,osculari aliquem.Cicero Lentulo,li. 1.9.31.Erat hoc mihi dolendum sed multo magis illud,quòd inimicū meum,&c.sic amplexabantur,sic in manibus habebant,sic fouebant, sic me præsente osculabantur,&c.
Venerari & osculari simulacrum aliquod.Cicero 6.Verr.84.Vsque eo Iudices,vt rictus eius ac mentum paulo sit attritius,quòd in precibus & gratulationibus non solùm id venerari,verumetiam id osculari solent. De simulacro Herculis.
Osculatio,Verbale,(φίλημα,) Cicero pro Cælio,38.Nō flagrantia oculorum non libertate sermonis,sed etiam complexu,osculatione,aquis, nauigatione,&c.
Seges osculationis.Catull.ad Iuuencium,epigram.45.2.
Non si densior aridis aristis
Sit nostræ seges osculationis.
Os, ossis,n.g.(ὀστέον,ὀστοῦν,κόκκαξ,) Plaut.Capt.4.32.Ossa atque pellis sum,misera macritudine. Cicero 2.de Nat.deorum,109.Quid dicam de ossibus,quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas,& ad artus finiendos accommodatas,& ad motum & ad omnem corporis actionem?
Albi ossibus scopuli.Virgil.5.Aeneid.173.
Albis ossibus informis ager.Horat.1.Serm.saty.8.4.
Asinina ossa,Vide ASINVS.
Grandia ossa.Ouid.9.Metam.34.Virg.1.Georg.99.
Grauia ossa.Stat.6.Thebaid.169.
Immania ossa.Claud.1.Panegy.28.
Ingentia cubiti ossa.Ouid.12.Metam.69.
Inhumata ossa.Ouid.epist.10.25.
Magna ossa.Virgil.5.Aeneid.85.
Obtrita ossa.Lucan.lib.3.151.
Paucilla & minuta ossa.Lucret.lib.1.171.
Spatiosa ossa pectoris.Valer.4.Argonaut.49.
Tenera ossa.Virg.4.Georg.62.Stat.5.Thebaid.120.
Terra ossa situ.Valer.4.Argonaut.37.
Verticulatum os.Cels.lib.8.cap.1.Superius autem humeri caput rotundios,quàm cætera ossa de quibus adhuc dixi,verticulatis scapularum ossibus inseritur,ac maiore parte ex transitu neruis deligatur.
¶ Humanis ossibus albet humus.Ouid.1.Fast.112.
Amicta ossa pelle lurida.Horat.Epod.17.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amputare ossa.Seneca Thyeste,8.29.
Asperare sagittas ossibus.Tacit.in lib. de Germanis, Sola in sagittis spes quas inopia ferri ossibus asperant.Hoc est acuunt,præfigunt.
Astringi suis neruis ossa debent.Quintil.in Procœm.lib.1.28.
Collapsa in se ossa minutatim morbo.Virgil.3.Georg.97.
Concutit ossa metus.Ouid.epist.3.17.
Condere terræ ossa alicuius.Virgil.5.Aeneid.10.
Hæ quo reliquias,diuinique ossa parentis
Condidimus terræ.
Condita ossa peregrina ripa.Ouid.2.Metam.68.
Fractis condita confudit in ossibus ora.Ouid.5.Metam. 12.
Ima per ossa cucurrit tremor.Virgil.2.Aeneid. 24.
Dura per ossa gelidus cucurrit tremor.Virgil.6.Aeneid.11.
Detegere ossa. Quintil.in Procœm.lib.1.18. Nam plerunque nudæ illæ artes nimiæ subtilitatis affectatione frangunt, atque concidunt quicquid est in oratione generosius,& omnem succum ingenii bibunt,& ossa detegunt:quæ vt esse,& astringi neruis suis debent,sic corpore operienda sunt.
Discussa ossa oris.Ouid.5.Metam.59.
Dissecta ossa oris.Ouid.12.Metam.51.
Inodora ossa dare vrnæ.Persius Saty.6.4.
Exarsit iuuenem dolor ossibus ingens.Virgil.5.Aeneid.35.
Nodosa ossa frangere.Lucan.lib.8.131.
Hærere vix ossibus.Virgil.5.eclog.21.
Ferrum hæsit ossibus.Ouid.3.Metam.15.
Hiantia ossa ruptis genis.Iuuenal.Saty.15.6.
Cineri alicuius atque ossibus dolorem inurere.Cic.3.Verr.79.
Lecta è vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas videmus. Quintil. libro 6.cap.1.24.
Operienda sunt ossa corpore.Quintil.in Procœm.lib.1.18.
Perfracta ossa trinodi clauo.Ouid.epist.4.23.
Perfracta ossa saxo.Silius lib.17.98.
Quiescunt ossa molliter.Virgil.10.eclog.7.
Calor ossa reliquit.Virgil.3.Aeneid.62.
Pauor ossa reliquit.Virgil.3.Aeneid.12.
Cineri atque ossibus filii sui solatium ex calamitate tua vult reportare. Cice.7.Verr.100.
Repouere os.Celf.lib.8.cap.10.Vbi paulo longius quàm naturaliter esse debet,membrum vis fecit,tum demum ossa manibus in suam sedem cõpellenda sunt:indiciumque ossis repositi est,dolor sublatus.
Dura ossa sonant sub ictu.Valer.lib.3.Argon. 30.
Tecta ossa sepulchro.Ouid.epist.5.21.
Traxit furorem per ossa.Virgil.4.Aeneid.10.
Verenda ossa.Ouid.epist.3.21.
Per tamen ossa viri subito malè tecta sepulchro,
Semper iudiciis ossa verenda meis.
¶ Ossa vocat Suetonius Putamina,Gallicè noyaux,in Claudio Cæsare, cap.8.Quoties post cibũ obdormisceret,quod ei fere accidebat,olearum ac palmularum ossibus incessebatur.
Ossiculum,ossiculi,pen.corr.Diminutiuum,(ὀστέριον,) Gellius lib.6.cap. 1.Ratio subtilior & vtilitas ipsa operis postulauit,vt tenuissimis,minutisque ossiculis caput compingeret.Plin.lib.11.cap.37. 12. Omnium cerebro medio insunt ossicula parua.
Ossiculatim,pe.pr.Aduer.(κατ᾽ ὀστάριον,) Minutatim. Cæcilius Fallacia, Ossiculatim Parmenonem deuia liceat legant. Nonius.
Osseus,Adiectiuum,(ὀστινὸς,ὀστεινὸς,) Quod est ex osse.Colum.lib.5.ca. 11.3. Deinde cuneum tenuem, ferreum vel osseum, inter corticem & materiam,ne minus digitos tres,sed consideratè demittito.
Forma ossea.Ouid.in Ibin,30.
Tunc quoque factorum veniam memor vmbra tuorum,
Insequar & vultus ossea forma tuos.
Genitalia ossea.Plin.lib.11.cap.49. 1.
Lapis osseus,Formam & veluti substantiam ossis habens. Plin.lib. 36.cap. 18.1.Theophrastus author est & ebur fossile candido & nigro colore inueniri,& ossa è terra nasci,inueniriique lapides osseos.
Osseum ligaum.Plin.lib.13.cap.4. 11.
Manus ossea Mauri.Iuuenal.Saty.5.6.
Ossifragus,pen.corr.Qui ossium fractura debilitat quempiam.Cassius Seuerus apud Senecam lib.6.Controuers.
Ossuária,ossuariæ,(ὀστοθήκαιον,) Locus in quo reponuntur ossa defunctorum.Vlpianus in lege secunda,De sepulchro violato,Celsus scribit statuam sic esse monumenti,vt ossuariam.

Ossanna,(ὡσαννὰ,) Hebraicè legitur HOSIAHNA, Id est saluũ fac obsecro.

OSCA,(ὄσκα,) Ptolemæo libro 2. cap.6. Hispaniæ ciuitas, Isca dicta. Vulgò Guesca.

Oscedo, Vide OSCITO.

OSCELA,(ὀσκελὰς,) Lepontinorum in Alpibus Scutiis vrbs,authore Ptolemæo lib.3.cap.1.Hodie Secusa.

OSCI,(ὄσκοι,) Italiæ populi,in Campania,sic,vt quibusdam placet,ab oris fœditate dicti.Virg lib.7.Aeneid.147.Oscorumque manus,&c.

Oscus,Adiectiuum,(ὄσκος,) Cice.Mario,lib.7.1.10. Non enim te puto Græcos aut Oscos ludos desyderasse, præsertim quum Oscos ludos vel in Senatu vestro spectare possis. Horat.1.Serm.saty.5.11.
–Messi clarum genus Osci.
Tellus Osca.Propert.lib.4.eleg.2.13.

Oscillum, Oscillo, Vide Osculum in OS, oris.

Oscinis, huius oscinis,pen.corr.om.g.Auis auspicium ore faciens,inquit Varro de Lingua Latina. Horat.3.Carm.ode 27.3.
Oscinem coruum prece suscitabo
Solis ab ortu. Cicero 2.de Natu.deorum,239. Quanquam aues quædam & alites & oscines,vt nostri augures appellant, rerum augurandarum causa natas esse putamus. Idem ad Cecinnam, Non igitur ex alitis inuolatu, nec ex cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est,&c. Alii declinant Oscen,huius oscinis.
Tum à dextra,tum à sinistra parte cantant oscines.Cic.1.de Diuin.196.
¶ Oscines Plinius lib.10.cap.19. vocat omnes aues quæ canunt, inquit enim,Nunc de secundo ordine dicamus,qui in duas diuiditur species, oscines & alites:sillarum generi cantus oris, his magnitudo differentiã dedit. Ibidem,cap.29.4.Alia admiratio circa oscines:ferè mutant colorem vocemque tempore anni,ac repente fiunt aliæ.
Oscinum,oscini,penul. correp. (οἰωνοσμός,) Auium augurium. Cice.1. de Legib.35.Idemque fulgura atque oscina pianto. Correctiora exemplaria legunt obstita.

Oscito, oscitas,pen.corr.(χασμᾶσθαι,)oscitare,Os cõmouere & os ostendere,aperire,vt fit præ somno aut tædio. Gellius lib.4.cap. 20,Et in iure stans,clarè nimis & sonore oscitauit. Lucret.lib.3.216, Oscitat extemplo tetigit quum limina villæ.
Oscitare,pro Aperire se,dixit Plinius lib.16.ca 24.1, Sed omnium foliã quotidie ad solem oscitant,interiores partes repefieri voluntia.
Oscitor,oscitãr is, Deponens,(χασμᾶμαι,)Idem. Plaut. Menæh.17.73, Vt pandiculans oscitatur.
Oscitans, pen.corr.oscitantis,Participium, (χασμῶν,)Cice.pro Milone, 42,Adde inscitiam pransi,poti,oscitantis ducis. Idẽ pro Cluentio,56, Tristem atque oscitantem leuiter impellit.
¶ Oscitans,Securum & nihil prouidentem aliquando significat, authore Donato. Terent.And.1.2.10, Sperantes iam amotu metu, interea oscitantes opprimi.
Oscitans & dormitans. Cicero lib.2.de Orat.79,Et istam oscitantem & dormitantem sapientiam Scæuolarum & cæterorum beatorum otio concedamus. Author ad Herennium,libro 4, Maximas & priuatas, & publicas calamitates accepistis: quum etiam maiores impendere videantur,sedetis & oscitamini. Id est tardi & negligentes estis in rebus prouidendis.
Oscitans Epicurus,Otiosus & negligẽs.Cicero 1.de Natura deorum,97, Ista enim à vobis quasi dictata redduntur,quæ Epicurus oscitans hallucinatus est,quum quidem gloriaretur,vt videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum.
Oscitantes hesterna potatione.Quintil.lib.8.cap.3.
Oscitanter,Aduerbiũ.(χασμώντως,) Negligẽter.Cic.de Claris Ora.152, Quum indicia mortis se comperisse manifestò,& manu tenere diceret, tam solutè egisset,tam leniter,tam oscitanter.
Oscitatio,Verbale,(χάσμη) Actus ipse oscitandi.Plin.lib.7.ca.6.2.Oscitatio quidem in enixu lethalis est. Idem lib.9.cap.7.3.
Oscitatio (inquit Donatus)animi otium & securitas.
¶ Oscitationes alicuius, Libelli oscitanter ab aliquo scripti. Statius 4. Sylu. 9.4.
Sed Bruti senis oscitationes,
De capsa miseri libellionis
Emptum plus minus asse Caiano, Donas.
Oscedo,pen.prod.oscedinis,f.g.(χασμῶδης,) Vitium quo quis tenetur vt sæpius oscitet.Gellius lib.4.cap.20.Deliberatum est de nota eius, qui ad Censores ab amico aduocatus est,& in iure stãs clarè nimis & sonorè oscitauit,atque inibi propè vt plecteretur fuit, tanquam illud indicium vagi animi foret,& hallucinantis,& fluxæ atque apertæ securitatis.Sed quum ille deierasset,inuitissimum sese ac repugnantem oscitatione victum,teneríque eo vitio quod oscedo,appellaturtũ notæ iam destinatæ exemptus est.

O si,(ὄσι,) Aduerbium optandi,Vide o interiectionem.

OSIRIS, penult. prod. (ὄσιρις,)huius Osiris vel Osiridis,fuit Iouis filius ex Niobe Phoronei filia, successitque Phoroneo in regnum Argiuorum. Aegialum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios transfretauit gloriæ desyderio.Quos quum subegisset,Iisdẽ(quos & Io vocabatur) Inachi primi regis Argiuorũ filiam duxit vxorẽ. Vbi quũ illa literas,Osiris varias artes Aegyptios docuisset,vterq; diuinos honores meruerunt. Tãdẽ à Sityphone Aegyptio,vel(vt Seruius ait) à Typhone fratre,clàm occisus, ab Iside diu quæsitus est. Tandem apud Phialam iuxta Syenen laceratus compertus est. In insula Abaro, in palude iuxta Memphim sepeliri eum Iisis curauit:& paludem,Stygẽ, id est mœrorem appellauit, nec nisi certis diebus & mitratos eò accedere voluit.Sed quum apparuisset Aegyptiis deinde bos quidam,Osirim putarunt,adorauerunt;que vt deum,& vocauerunt Apim,id est bouem,eorum lingua.Deinde dictus est Serapis. Tibullus lib.1.ele.7.6,
Te canit,atque suum pubes miratur Osirim
Barbara Memphitem plangere docta bouem. Marc.lib.9.31,
Heu quæ lingua silet,non illam mille catastæ
Vincebant,nec quæ turba Serapin amat. De Osiridesic habet Eusebius lib.de Præpar.Euang.Diodorum Siculum inducens,Aegyptios ferunt primos omnium motum ordinemque cælestium corporum admiratos Solem,& Lunam deos putasse,ac Solem quidem Osirim, Lunam Isim nuncupasse,à proprietate quadam inditis ipsis nominibus,Nam,siquis ad Latinam linguam verba transferat,multioculus Osiris dici potest. Neque id ab re Radiis enim suis quasi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perspicit, vt etiam poeta dicit, Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras. Quanuis nonnulli Græcorum poetæ Dionysium esse Osirim confingant. Isim verò, Prisciam Latinè dicere possimus,Lunæ hoc nomine indito,quoniam sempiterna peiscaque sit.Cui cornua depingũt,vel quia quam minor est,cornuta videatur:vel quòd bos ei apud Aegyptios sit dedicata. Ferunt Osirim apud Aegyptios hausturn,vinique vsum comperisse,& multas alias res necessarias,vt in nuit Tibullus lib.1.eleg.7.7,
Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ:
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere vitem:
Hic viridem dura cædere falce comam. Et alia præterea multa quæ idem poeta prosequitur.
Sanctus Osiris.Horat.1.epist.18.12,
–licet illi plurima manet
Lachryma,per sanctum iuratus dicat Osirim,
Credite,non ludo.

OSSA,(ὄσσα,)mons est teste Solino,in finibus Thessaliæ Centaurorũ stabulum, cum tanta pinorum copia, vt in flexione atque reflexione ramorum tonitrua referantur.quod Lucanus lib.1.79,tetigit,
–it tantus in æthera clamor,
Quantus piniferæ Boreas quum Thracius Ossæ
Rupibus incubuit,curuato robore pressę
Fit sonus,aut rursum redeuntis ad æthera syluæ.
Arctoa.Stat.3.Theb.64.
Frondens.Stat.8.Theb.16.
Glacialis.Claud.1.Paneg.3.
Niualis.Claud.1.in Ruffin. 37.
Osseus,Adiectiuum.(ὀσσῶδος,)Lucanus lib.6.66, Attollit Titan, rupes Ossæa coercet.
Auia Ossæa.Stat.2.Achill.82.
Visa Ossæa.Ouid.12.Metam.64.
Bimbres Ossæi,Centauri qui Ossam accolebant. Statius 12.Theb.111.

Osseus, Ossiculum, Vide OS, ossis,

Ossifraga, ossifragæ: vel Ossifragus, ossifragi, pen.corr.(ὀστεοῦς,) Aquilæ genus,ab ossibus frangendis dictę.Plin.lib.30. cap.7.1,Ossifragi venter arefactus & potus, iis qui cibos non conficiunt vtilissimus.

OSSONOBA,(ὀσσονόβα,)Lusitaniæ ciuitas,teste Ptolemæo lib.2.ca. 5.alio nomine Silueta.

Ostendo, ostendis,ostendi, ostensum & ostentum,(δείκνυμι,δείκνυω,ἐπιδείκνυμι,κατα δείκνυμι,προσεπιδείκνυω,ὑποφαίνω,φανόω,) ostendere, Demonstrare. Ab os & tendo compositum est. Os autem pro facie sæpe ponitur, quæ pro toto corpore nõ solùm hominis,sed etiam cuiuslibet rei specie sumitur. Ostendere igitur, est speciem sue faciem rei monstrare:quia tendere,os hoc est extendere: solemus in id quod volumus demonstrare. Plaut.Aulul.20.12,Nõ hercle equidem quicquam sumpsi,nec tetigi. EV. ostende huc manus. ST. Hem tibi ostendi, eccas. Terent.Eunucho,5.3.5,Iámne ostendisti signa nutrici? Idem Phorm.5.7.9,Inde hisce ostendam me vbi erunt egressi foras.Virg.6.Aeneid.174,
Ostendent terris hunc tantùm fata,neque vltra
Esse sinent.
Ostendere & declarare.Cic.pro Cecinna,8, Is habuit in matrimonio Cecinniam,eodem è municipio,summo loco natam & probatissimam fœminam,sicut & viuus multis ipse rebus ostendit, & in morte sua testamento declarauit.
Demonstrare & ostendere.Cic.Attico, lib.1.1.8, Demonstraui hæc Cæsioi;simul & illud ostendi,si ipse cum illo vno cõtenderet, me ei satisfacturum fuisse.
Ostendere, & patefacere. Cice.de Aruſp.responſ.21, Hæc igitur vobis, hæc Populo Romano & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit.
Proponere & ostendere.Cice.2.de Lege agrar.21, Cui errato nulla venia,rectè facto exigua laus,& ab inuitis expressa proponiturnon dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. De seipso.
De his primùm partibus ostendendum est, deinde, &c. Author ad Herenn.lib.2.56.
Ostenditur nobis id quod quærebamus, inquit Donatus. Terentius Hecyra,4.4.5,
–opportunè te mihi
Phidippe in ipso tempore ostendis.
Apertè ostendit quod habet vænale.Horat.1.Serm.sat.2.17.
Coràm ostendere aliquid alicui.Virgil.6.Aeneid.144.
Digitis ostendere.Ouid.2.de Arte,126.
Bellum ostendere. Liu.1.ab Vrbe,1.47, Nec ostenderunt bellum prius quàm intulerunt.
Bellum indicere & ostendere. Liu.2.ab Vrbe,192, Nihil aliud opus esse, quàm indici,ostendique bellũ:cætera, sua sponte fata & deos gesturos.
Iter ad ingenii lumen ostendere. Quintil. in Procœm. lib.1.6, Sed quod eruditendo nato tuo, cuius prima ætas manifestum iter ad ingenii lumen ostendit.
Ostendere de excelso locum aliquem.Cic.in Somnio Scip.5.
Lumen,animi,ingenii,consiliique tui hîc oportet ostendas.Cice.in Somnio Scipionis,6.
Metum ostendere.Cic.6.Verr.66,Iste tum petere ab illis:tum minari, tũ spem,tum metum ostendere.
Mores alicuius ostendere.Terent.Eunucho,5.9.59,
–isti te ignorabant:postquam ei mores ostendi tuos,
Et collaudaui secundum facta & virtutes tuas, Impetraui.
Ostendere & offerre os suum.Ci.pro Roscio Amer.53, Ex tot sicariis solus inuentus es,qui cum accusatoribus sederes;atque os tuum non modò ostenderes,sed etiam offerres.
Os suum populo ostendere.Cic.3.Verr.1,Nemo quenquam tam audacẽ, tam amentem,tam impudentem fore arbitrabatur,qui tam nefariis criminibus,tam multis testibus cuictus, ora iudicum aspicere, & os suum Populo Romano ostendere auderet.
Peccata in re aliqua ostendere,pro Peccare.Terent.Heaut.4.1.21,
–id equidem ego,etiam si tu neges,certo scio,
Te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia:
Tot peccata in hac re ostendis.
Ostendere aliquem peccare in re aliqua.Terent.Adel.1.2.44,
Te plura in hac re peccare ostendam.
Potestatem suam in aliquo ostendere.Terent.Eunucho,5.9.3,
–nam in me planè di potestatem suam
Omnem ostendere,cui tam subitò tot congruerint commoda.
Quàm simus callidi ostendere.Terent.And.1.2.27,
–si sensero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciæ conari,quo fiant minus,
Aut velle in ea re ostendere quàm sis callidus:
Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam vsque ad necem.
Qui simus ostendamus. Cice.4.Acade.175,Sed vt omnes istos aculeos, & totum tortuosum genus disputandi relinquamus, ostendamusque qui simus, &c.
Se,siue animum suum ostendere. Plaut. Capt.5.48, Quoniam nobis dii immortales animum ostenderunt suum.Idem Asi.3.101, Oratione omnem animum ostendisti tuum. Et Trucul.8.61,
–ostendit mihi iam sese medullitus,se infidelem nunquam Dum viuat, fore.Cic.de Amicitia,80,In qua nisi(vt dicitur)apertũ pectus videas, tuumque ostendas.
Se optimè ostendere,Id est optimè se gerere.Cice.ad Q.fratrem,lib.1.2. 26,Trib.plebis designati sunt nobis amici.OSS.se optimè ostẽdũt.
Se virum ostendere.Terent. Eunucho,2.3.15, Nunc te Parmeno ostendes qui vir sies.
Se palam ostendere,pro Apparere.Cic.de Vniuers.56,Quando igitur omnes & qui mouentur, palamque se ostendunt, & qui catenus nobis declarantur quo ipsi volunt,creati sunt,&c.De diis.
Se ægrè pati ostendere. Terent.Adelph.1.2.62, Sed ostendere me ægrè pati illi nolui.
Sententiam suam ostendere.Terent.Heaut.2.1.7,Non vt meus,qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
Spem ostendere.Terent.Phorm.5.4.7,
–neque me domum nunc reciperem,ni mihi esset spes ostensa
Huiusce habendæ.Ci.pro Rosc.Amer.65,Hisce insidiose spem falsam ostendere.Idem 3.Ver.32, Potestne tibi vlla spes salutis commoda ostendi,quum recordaris,in deos immortales quàm impius,quàm scele

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratus, quàm in fauorem fuerit? Ibidem, 4.94. Liu. 1. belli Mace. 63, Spem tantum auxilii ex propinquo ostendit.

Ostendit se spes aliqua inde. Liu. 6. bel Pun. 190.

Ostensus, Participium. (ἐπιδεικνύμενος,) vt Cædes ostensa Syllæ. Lucan. libro 2.39.

Ostentus, (ἐπιδεικτικός,) Participialiter quoque dici solitum esse, probat Festus his exemplis. Pacuuius, in ipso tempore ostentum senem. Accium Pretem præsto irridetis nobis, stipe vltrò ostentũ obrulit. C. Gracchus, de legibus à se promulgatis, Quod vnum nobis in ostentum ipsis asportatur in vsum. Cato cap. 6. 1, Ager oleto conseruando qui in ventum Fauonium spectabit, & Soli ostentus erit, alius bonus nullus erit. Varro lib. 1. de Re rustica, cap. 25, Qui locus optimus vino sit, & ostentus Soli amicum seri oportere.

Ostentus, huius ostentus, (χλεύη,) Irrisio: vt Ostentui esse. Salust. in Iugurtha, Sed quoniam eo natus sum, vt Iugurthæ scelerum ostentui essem. Ibidem, Itaque munito agmine incedere latè explorare omnia: illa de ditionis signa ostentui esse, credere. Id est, In speciem esse ficta, inquit Budæus. Tacit. lib. 1, Corpora extra vallum abiecta ostentui. Idem lib. 12, Auribus decisis vinere iubet ostentui clementiæ suæ, & in nos dehonestamento.

Mittere aliquem ostentui. Tac. lib. 19, In Galliam Iulium Galenum Tribunum, in Germaniam Alpinum Montanum ostentui misere.

Ostento, ostentas, (ἐπιδείκνυμαι, πομπεύω, ἀλαζονεύομαι,) ostentare, Frequentatiuum ab ostentum supino formatum, significat Sæpe ostendere. Plaut. Aulul. 7.18, Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. Idem Cistell. 5.10, Modo quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. Tacit. li. 19, Mox velamenta, & infulas pro muris ostentant.

Moliri obscurè aliquid, & Ostentare, contraria. Cice. 2. de Lege agr. 25, Si aliud quiddam obscurè moliuntur, aliud spe ac specie simulationis ostentant, populares existimandi sunt.

Ostendere & ostentare. Cice. Planco, lib. 10. 3. 10, Nunc tantum significandum putaui, vt potius amorem tibi ostenderem meum, quàm ostentarem prudentiam.

Ostentare verbis, & Re vera facere, contraria. Cic. 2. de Lege agr. 25, Largitio aliqua promulgata, quæ verbis ostentari potest, re verà fieri, nisi exhausto ærario, nullo pacto potest.

Cædem ex altera parte belli exitus ostentat, ex altera seruitutem. Cice. Planco, lib. 4. 14. 4.

Ostentare iugulum pro capite alterius, hoc est Exponere se periculo vitæ. Cic. ad Atticum, lib. 11. 7. Vide IVGVLVS.

Mania maxima ostentat. Virg. 3. Aeneid. 147.

Opes Sidonias ostentat Dido. Virg. 4. Aeneid. 15.

Periculum ostentare capitis, pro Minari mortem. Cic. pro Cluent. 18.

Spem ostentare. Cic. pro Cluentio, 15, Mulier amissis liberis, quum vnius filii recuperandi spes esset ostentata, omnes, &c. Liu. 4. ab Vrbe, 157, Coloniarum deducendarum ostentatæ spes.

¶ Ostentare, Sæpe ostendere, gloriandi causa, inquit Festus. Terent. Eunucho, 3. 2. 30,

-neque pugnas narrat, neque cicatrices suas

Ostentat. Cicero pro Cælio, In alis rebus se ostentent. Sic Cæsar 7. belli Gall. 69.

Venditare & ostentare. Author ad Herennium, lib. 1. 86, Ficta enim & dedita opera comparata oratio videbitur esse artificii significandi, ingeniique venditandi, & memoriæ ostentandæ causa.

Labores suos ostentare. Claud. 3. Paneg. 3.

Vires ostentare superbas. Stat. 6. Thebaid. 130.

Iactare se & ostentare. Author ad Herennium, lib. 4. 177.

Se ostentare. Cic. Lentulo, lib. 1. 4. 7.

Pre se ferre cæteris, & ostentare. Cic. Attico, lib. 2. 18. 3.

Ostentans, Participium. (ἐπιδεικνύμενος,) vt Frontem album equus arduus ostentant. Virgil. 5. Aeneid. 114.

Ostentatus, pen. prod. Participium. (προεκτιθέμενος,) vt Ostentata occasio. Terent. Eunucho, 3. 5. 57,

-an ego occasionem
Mihi ostentaram tam breuem, tam optatam, tã insperatam Amitterẽ?

Promissa liberalitate alicuius & ostentata pecunia. Cicero pro Rosc. Comœdo, 9.

Ostentator, penult. prod. ostentatoris, Verbale. (κομπαστής, ἀλαζών,) Iactator. Plaut. Curcul. 9. 15,

-in medio propter canalem, ibi ostentatores meri,
Confidentes, garruliique & maleuoli. Liui. 1. ab Vrbe, 43, Ostentator factorum.

Pecuniosus ostentator. Author ad Herenn. lib. 4. 130, Vt si velis non diuitem, sed ostentatorem pecuniosum describere, &c.

Ostentatio, ostentationis, Verbale. (ἀλαζονεία,) Iactantia. Cic. 4. de Finib. 111, Gloriosa ostentatio in construendo summo bono. Cæsar 1. bell. Ciuil. 14, Ostentatio sui.

Ingenio ostentationis vitanda est suspicio. Cic. 2. de Orat. 182.

Venditatio quædam & ostentatio. Cic. de Amic. 72.

Ostentatio & gloria. Cic. pro Rab. Posth. 13, Q uod genus tandem est studi ostentationis & gloriæ?

Ostentatio & Veritas, contraria. Cic. 2. de Finib. 124, Aut etiam vt vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticã, aliam forensem, vt in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. Idem 1. de Lege agraria, 14.

Ostentatio & Voluntas, contraria. Cice. 1. Offic. 68, Videre etiam licet plerosque non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos, vt benefici videantur, facere multa, quæ proficisci ab ostentatione magis quàm à voluntate videntur.

Scientiæ ostentationem, disciplinam suam philosophus animo & vita eò instituit, vt ratio postulat, non putat, sed legem vitæ. Cic. 2. Tuscul. 17.

Simulatione, & inani ostentatione, & ficto non modò sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse siquirentur, vehementer errant. Cic. 2. Offic. 61.

¶ Magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis. Cic. pro Flacco, 41.

Declamatoria ostentatio. Quintil. lib. 4. cap. 3. 2.

Gloriosa ostentatio. Cic. 4. de Finib. 111.

Insolens ostentatio, Vide INSOLENS.

Popularis ostentatio. Cic. 1. de Lege agrar. 14.

Scenica ostentatio. Quintil. lib. 1. cap. 10. 6.

¶ Adduci ostentatione, Vide ADDVCO.

Compon ostentationi. Quintil. lib. 3. cap. 7. 4, Sic etiam illa, quæ ostentationi componitur, habet interim aliquam speciem probationis.

Ostentum, ostenti, (τέρας,) Id est portẽtum: quòd statim futurum aliquid ostendat, vt Cometæ tonitrua, die sereno. Suet. in Cæs. cap. 37, Cunctanti ostentum tale factum est. Plin. lib. 28. cap. 2. 6, Hæc satis sint exemplis, vt appareat, ostentorum vires & in nostra potestate esse: atque proutquæque accepta sint, ita valere. Cic. 2. de Nat. deorum, 10, Prædictiones verò & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarãt, nisi hominibus ea quæ sint, ostendi, monstrari, portendi, prædici: ex quo illa, ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur?

Ostenta accipiuntur etiam in bonam partem. Sueto. in Vesp. cap. 5, Iam pridem sibi per hæc ostenta conceptam in spem imperii venit. Hoc est, per hæc indicia. Plin. lib. 16. cap. 32. 1, scribit factum esse ostẽtum arboris, à quo inde tempore maiestas Populo Rom. resurrexit. Ouid. 4. Metamo. ph. 113,

-seriesque malorum
Victus, & ostentis, quæ plurima viderat.

Ostentum Labeo definit (vt inquit Vlpianus in L. Ostentum. ff. de Verb. & rerum signific.) omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque, Duo autem genera sunt ostentorum. Vnum, quoties quid contra naturam nascitur: tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est. Alterum, quum quid prodigiosum videtur, quomodo Græci φάσματα vocant.

Grauissimum ostentum huic ordini nuntiatum. Cicero de Aruspi. resp. 8.

Admoneamur multa ostentis, Vide ADMONEO.

Facere ostenta. Cælius Ciceroni, lib. 8. 14. 10, Scis Appium Censorem hic ostenta facere de signis & tabulis. Suet. in Cæs. cap. 32.

Portendere malorum periculorum metus ex ostentis. Cicero 6. Verr. 97.

OSTIA, (ὄστια,) vrbs in ostiis Tyberis sita, ab Anco Martio condita, vt scribit Liuius, in ipso maris fluminisque confinio, vt totius mundi opes illo veluti maritimo vrbis hospitio reciperentur. Ab hac

Ostenses, (ὀστιάται,) dicti, & Ostiensis ager. Ptolemæo lib. 3. cap. 1, clitras & portus Romæ. Scribitur & Hostia.

Ostiensis, (ὀστιακός,) porta Romæ. eo quòd Ostiam versus ducat. Ea nũc sancti Pauli porta appellatur.

Ostigo, huius ostiginis, fœm. g. (λαγών,) aliàs mẽtigo dicitur. Videtur mentagram appellant. Colum. lib. 7. cap. 5. 17, Est etiam mentigo, quã pastores ostiginem vocant, mortifera lactentibus.

Ostium, huius ostii, (θύρα, θυρεῶν,) Notæ significationis. Plaut. Curcul. 2. 19,

Quid tu ergo sank rogitas, valeátne ostium?
PH. Bellissimum hercle vidi, & taciturnissimum,
Nunquam vllum verbum mutit: quum aperitur, tacet. Terent. Eunucho, 4. 6. 15, Tu abi, atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum.

Ostium, ab obstando quidam deducunt, quòd eo arcemur ingressu. Quidam ab os, oris, quòd sit idem per quod ingredimur vel domum, vel quencunque alium locum. Alii à Græco ὄστεον, quod est repellere. vnde ratio exigit vt sine aspiratione scribatur: licet nonnullorum vsus cum suis deriuatis aspiret.

Ostium & limen carceris. Cic. 5. Tuscul. 10, Solane beata vita quæso relinquitur extra ostium limenque carceris?

Bellissimum & taciturnissimum ostium, Vide paulo antè: & in BELLVS.

Reclusa ostia. Lucret. lib. 3. 74.

¶ Auscultare ab ostio, Vide AVSCVLTO.

Aperto ostio dormire. Cic. pro Rosc. Amer. 39.

Obdere ostio pessulum, Vide OBDO.

Ingentia ostia domus patuere. Virgil. 6. Aeneid. 17.

Pernoctare ad ostium carceris, Vide PERNOCTO.

Pulsare ostium, Vide PVLSO.

Ab ostio quærere aliquem. Cic. 1. de Orat. 153, Vt illud Naficæ, qui quũ ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti, ancilla dixisset domi non esse, &c.

¶ Ostia, (ἐκβολαί,) Ostiorum, tantum pluraliter, Fluuiorum patentes aditus, per quos in mare exonerantur. Virgilius 1. Aeneid. 4,

-Italiam contrà, Tyberinaque longe

Ostia. Cic. pro Lege Mani. 23. Liu. 1. bel. Mace. 124, C. Acilius Trib. pleb. lij tulit vt quinque coloniæ in oram maritimam deducerentur: duæ ad ostia fluminum Vulturni, Liternique.

Ostium, pro Ingressu portus marini. Virgil. 1. Aeneid. 81, Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

Introitus atque ostium portus. Cic. 7. Ver. 64, Q uod est litus in insula Syracusis post Arethusæ fontem, propter ipsum introitum atque ostium portus, amœno sanè & ab arbitris remoto loco.

Fluminis ostium. Cic. 2. Philipp. 48.

Oceani ostium. Cic. pro Lege Manilia, 23.

Alta ostia Ditis. Virg. 4. Georg. 94.

Sacra ostia Inferni. Virg. 6. Aeneid. 22.

Turbida ostia Tartareæ portæ. Silius lib. 13. 85.

Puluerulenta ostia. Ouid. 2. Metam. 52.

Recta ostia viarum. Lucret. lib. 4. 10. Oppilare ostia. Lucret. lib. 6. 146,

Est quoque vti possit magnus congestus arenæ
Fluctibus aduersis oppilare ostia contra.

Ostiolum, ostioli, pen. corr. Diminutiuum. (θυρίδιον,) Colum. lib. 8. cap. 14. 1, Sub porticibus deinde quadratæ haræ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur, quas singulas satis est habere quoquouersus pedes ternos, & aditus singulis finimis ostiolis munitos. Plin. lib. 10. cap. 8. 2, Adeò vt ostiola oitoria ex his facitari cœperint. Vide OLVS.

Ostiatim, pen. prod. Aduerbium, (κατὰ θυρεῶν) Per singula ostia. Quintil. Hæc sectanda singula, & velut ostiatim pulsanda. Cic. 6. Ver. 47, Nãnes quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatũ, totius corporis vestigiis inuenimus? per magnum est in eũ dicere aliquid, qui prætereiens, lectica paulisper deposita, non per præstigia, sed palãm per pectatorem, vno impetu ostiatim totum oppidum compilarit?

Eleganter, nec sine prouerbi specie, M. Tullius dixit Ostiatim pro Singulatim, siue nominatim: vt 6. Verr. 42, Hic nolite expectare dum ego hoc crimen agam ostiatim: ab Aeschylo Tindaritano illum pateram abstulisse, à Thrasone item Tindaritano patellam, à Nymphodoro Agrigentino thuribulum.

Ostiarius, ostiarii, (θυωρός,) Ostii custos. Plin. lib. 12. cap. 14. 12, Præter hos & custodes, satellitesque & ostiarii & ministri populantur. Varro 1. de Re rust. ca. 13. 2, Eumque scire qui introeat aut exeat noctu, quid ve ferat, præsertim si ostiarius est nemo.

Ostracias, siue Ostraciter, pen. prod. (ὀστρακίας,) Est testacea duplior, altera achatæ similis, nisi quod achates politura pinguescit: duriori tanta inest vis, vt aliæ gemmæ scalpantur fragmentis eius. Ostraciti ostrea nomen & similitudinem dedere. Hæc Plinius lib. 37. cap. 10. 35. Idem lib. 36. cap. 19. 2, Ostracitæ similitudinem testæ habent. Vsus eorum pro pumice ad læuigandam cutem.

Ostracismus, (ὀστρακισμός,) Relegationis genᵃ. Nã ciuitates antè excellere videbãtur, vel ppter diuitias, vel ppter amicos, alienamve potentiã, extra ciuitatem relegare solebant ad tempus, sicut docet Aristoteles tertio Politicorum. Athenienses verò, exilio decennali multare consueuerant potentes animis, & excellentes gloria viros. Et hoc exilii genus, ostracismum appellauerunt: qui repertus est, non ad castigãdam improbitatem, sed ad potentiam moderandam. Ostracismus autẽ ab ostraco id est calculo, siue testula, nomen sortitus est, qui in hunc modum Athenis peragebatur. Ostraci viritim in consilio dabantur, in quibus quisque nomen illius perscribebant, quem vrbe cedere voluisset. Magistratus verò qui huic negotio præerant, vniuersos simul calculos recensebant: qui nisi sex millium numerum excessissent, nihil confectum esse iudicabatur. Vbi verò vltimus numerus repertus fuisset, cum decem annos exilio afficiebant. Hoc ostracismo Themistocles, Cimon, & Aristides, multati fuere. De Aristide legimus, quum iuxta eum quidam rusticus illiteratus sederet, ipsi Aristidi testam dedisse, vt nomen suum scriberet. Admiratus id Aristides, interrogauit nunquid istũ cognosceret. Minimè inquit, sed quia cæteri ita sentiunt, ego quoque ita censeo cum esse damnandum. Hoc Latini, testularum exiliũ vocãt.

Ostracium, ostracii, (ὄστρακον,) Latinè testa dicitur, Græcè ὀστρακιον. Vnde testaceum pauimentum, vulgò nũc ostracum vocant.

Ostracium, pro onyche. Plin. lib. 12. cap. 10. 19, Inuenio apud quosdam ostracium vocari, quod aliqui onychem vocant.

Ostrea, ostreæ: vel Ostreũ, ostrei, (ὄστρεον, λεπάδιον,) Q uę asperã, scabrãque testã habet. Quanuis generaliter ostrea quoque conchæ dicuntur. Iré quæ ex vno tãtum latere testã habent, altero solo pulis aut lapidibus, alteri ve materię adherent. Nã testę ipsæ duriores, proprię conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum. Hæc Sipontinus. Plaut. Rud. 8. 8, -hoc habemus, echinos, lopadas, Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam. Cic. 1. de Diuin. 49, Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter crescant pariterque decrescant. Varro, Nec multum numus piscis ex salo captus helops, neque ostrea illa magna capta quinti palatum suscitare. Portas se legendum, multi numus piscis, Id est multis numis emptus. Cic. in Hortensio, Solertiamque eã posset, vel in tegulis proseminare ostreas. Gell. lib. 10. cap. 7, Ostreæ quum appositæ fuissent, & multæ quidem, sed inhoberes, macræque essent, Luna, inquit Annianus, nunc videlicet senescit: sea re ostrea quoque sicuti alia quædã tenuia, exuctaque sunt.

Inanes ostreæ, Vide INANIS.

Ostreum, neutro genere. Lucilius Saty. lib. 9, Quid ego si cerno ostrea coagorit fluuium, limum ac cœnum sapere ipsum? Idem lib. 13, Hia ridẽ in cœna dabis ostrea millibus numũm empta. Plin. lib. 32. cap. 6. 1, Peculiariter verò contra leporis marini venena & ostrea aduersantur. Iuuen. Saty. 6. 31, Grandia quæ mediis iam noctibus ostrea mordet.

Ostrea Cicæis, Miseno oriuntur echini. Horat. 2. Serm. saty. 4. 7.

Abstinere ostreis & muræns, Vide ABSTINEO.

Ostreãtus, pen. prod. Adiect. (ὀστρακώδης,) pro Duro atque aspero poni tur. Plaut. Pœn. 4. 174,

-itaque iam quasi ostreatum tergum vlceribus gestito
Propter amorem vestrum.

Ostrearius, Aliud adiectiuum: vt Ostrearius panis. Plin. lib. 18. cap. 11. 3, Panis ipsius genera prosequi superuacaneum videtur: alias ab opsoniis appellari, vt ostrearii Hactenus Plinius. Ostrearius panem vocant quo veteres cum ostreis vesci solebant.

Ostrariæ, ostrariarum, (ὀστροτροφεῖα,) Vbi ostreæ viuunt & reperiuntur. Plin. lib. 9. cap. 51. 3, Nuper compertum in ostrariis, humorem his fert ficum lactis modo effluere.

Ostrum, ostri, (ὄστρεον,) Muricis siue conchylii ac purpuræ liquor, succus & color, vnde pro ipso purpureo colore ponitur. Ostrum dictum, quòd ex concharum marinarum testis eximatur. Hic liquor, temperatura artificis adhibita, ferè purpureus fit, hoc est in violaceum tendens. Virg. 2. Georg. 102, Vt gemma bibat, & sarrano dormiat ostro. Idẽ 1. Aeneid. 141, -stratoque super discumbitur ostro. Id est purpura: vt ait Seruius. Pli. lib. 30. cap. 15. 4, Id agendũ, vt per aurum aut argentum aut ostrum mordeat vitium. Colum. lib. 10. 27, Iam rosa mitescit sarrano clarior ostro.

Insignis ostro sonipes. Virg. 4. Aeneid. 27.

Coruscum ostrum Claud. 5. Paneg. 52.

Puerile. Stat. 5. Sylu. 2. 14.

Puniceum. Sene. Medea, 2. 9.

Rubens. Lucret. lib. 1. 7.

Sanguineum. Virgil. 12. Aeneid. 14.

Sidonium. Horat. 1. epist. 10. 6.

Tyrium. Virgil. 3. Georg. 4.

¶ Ductores fulgent decori ostro. Virgil. 5. Aeneid. 27.

Pœnis ostris fulget purpura. Propert. lib. 4. eleg. 5. 11.

¶ Instrati ostro alipedes. Virgil. 7. Aeneid. 56.

Superbo ostro laboratæ vestes. Virgil. 1. Aeneid. 129.

Iliacum nostrum nitet lectus. Seneca Medea, 10. 3.

Vestes perfusæ ostro. Virgil. 5. Aeneid. 23.

Celso in ostro reponit illum. Valer. 3. Argon. 68.

Vestes ostroque auroque rigentes. Virgil. 11. Aeneid. 15.

Velare humeros ostro. Virgil. 7. Aeneid. 163.

Ostrinus, pen. prod. Adiectiuum. (ὀστρινός,) Ostrinæ vestes dicuntur purpureæ & subrubeę, authore Nonio. Turpilius, Interea aspexit virginẽ gestantem in capite riculam indutam ostrinam. Varro Eumenidibus, Aurora ostrinam hic indutus supparum.

Colores ostrini. Propert. lib. 3. eleg. 13. 2.

Torus ostrinus. Propert. lib. 1. eleg. 13. 4.

Tunica ostrina. Propert. lib. 2. eleg. 30. 6.

Ostrifer, pen. cor. Adiectiuum, (ὀστροφόρος,) Quod ostrum producit. Virgilius 1. Georg. 41, Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.

Gerastus ostrifer. Valer. 1. Argon. 93.

OSTROGOTHI, pen. cor. (ὀστρογότθοι,) dicuntur Gothi qui Orientem versus habitant. Claud. 2. in Eutr. 31,

-Ostrogothis colitur, mistisque Britannis Phryx ager.

Ostum, Vide HOSTVM.

Osus, Vide ODIO odis.

O T

OTHRYADES, pe. cor. (ὠθρυάδης,) Spartiata fuit, qui quũ inter Argiuos & Spartiatas cõuenisset, vt trecẽti vtrinque delecti de agro Tyreate inter se decernerent, & vtri superiores exitissent, eorum regio so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret:vnus hic tantum victor è Spartiatis superfuit. Quim duo, qui ex Argiuis reliqui erãt, fugissent, castris suorum relictis, aiunt Othryadẽ, spoliatis prius hostium corporibus, & ad sua castra relatis armis:deinde in sanguine suo, VICI, conscripto, quum puderet Spartam reuerti ob socios interfectos, sibi mortem conscisuisse. Authores, Valerius libro 3.cap.2. Plutarchus, & Ouidius in Fastis.

OTHRYS, (Ὄθρυς,) mons Thessaliæ sedes olim Lapitharum. Lucanus li. 6.68. Solstitiale caput nemorosus summouet Othrys.

Niualis Othrys. Stat. 3. Thebaid. 64.

Nubilus Othrys. Stat. 1. Achill. 48.

Piniger Othrys. Valer. 6. Argon. 79.

Othrysius, Adiectiuum: (Ὀθρυσιήϊος,) vt Hebrus Othrysius. Claudia. 6. Paneg. 30.

Oræ Othrysię. Claud. 1. in Ruffinum, 36.

OTHVS, gigas, Vide ALOEVS.

Otis, otidis, pen. cor. (ὠτὶς,) Auicula, de qua sic Plinius lib. 10. ca. 23. 99, Otis bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminẽtibus, vnde & nomen illi: quidam Latinè asionem vocant imitatrix aliãs aois ac parasita, & quodam genere saltatrix. capitur haud difficulter vt noctuæ, intenta in aliquo circũeunte alio. Quòd si ventus agmẽ aduerso flatu cœperit inhibere, pondusculis lapidum apprehensis, aut gutture arena repleto, stabilitæ volant. Ibidem, cap. 21. 6.

Otium, otii, (σχολή, ἐκεχειρία, ἀπραγμοσύνη, ἡσυχία,) Vacatio à labo re. Cic. pro Co. Plancio, 54, Etenim M. Catonis illud quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificũ & præclarũ putaui, clarorum virorum atque magnorum, non minus otij quàm negotij rationem extare oportere. Teren. in Prol. Hecy. 26, Vt in otio esset potius, quàm in negotio. Plaut. Casina, 12. 14, Vin' eam vocem? c. sinemolo si occupata est. A. otium est. Terent. Adelph. 3. 3. 65, Non hercle otium est nunc mihi auscultandi. Idem Heaut. 1. 1. 57, Nulla adeò ex re istuc fit, nisi ex nimio otio. Et Eunucho, 2. 2. 34, Videu' otiũ & cibus quid faciat alienas?

Otium rei. Plaut. Milite, 10. 168, Haud centesimam partem dixi, atque otium rei si fit, possum expromere.

Otij plurimi res. Cic. ad Atticum, lib. 4. 8. 4.

Otium & Labor, contraria. Quintil. lib. 7. cap. 3, Refert enim conuiuium præcesserit an tristitia, an labor ac otium, vigilia an quies.

Otium & Negotium, etiam contraria. Vide in principio huius dictionis, ex Cicerone & Terentio exemplum.

Otiũ ac facultas discendi. Cic. 1. de Orat. 48, Non despero fore aliquẽ aliquando qui & studio acriore q̃ nos sumus atque fuimus, & otio ac facultate discendi maiore ac maturiore & labore atque industria superiore, quum se ad audiendum, legendum, scribendumque maiore opera dediderit, existat talis orator, qualem quærimus, &c.

Requies & otium. Ci. 1. de Orat. 113, Philosophorum autem libros reseruet sibi huiuscemodi Tusculani requiem atque otium.

Fructus otii est, non contentio animi, sed relaxatio. Ci. 2. de Oratore, 13.

Otium ab re. Terent. Heaut. 1. 1. 13.

Chreme tantúmne est ab re tua otii tibi,
Aliena, vt cures, eaque, nihil quæ ad te attinent? Cic. ad Atticum, li. 12. 236. 1, Tantúmne ab re tua est otii tibi, vt etiam oratorem legas? Gellius lib. 5. cap. 21, Nunc mihi à magnis seriisque rebus otium est.

Operis otium. Plin. lib. 11. cap. 10. 5, Excrementa turbidis diebus, & operis otio egerunt.

Otium à senibus ad. Terent. Phorm. 5. 5. 3.

Nunc vna res restat mihi, quæ etiam conficiunda, otium
A senibus ad potãdũ vt habeã. Hoc est, Vt p senes potare mihi liceat.

¶ Altum otium, Vide ALTVS.

Blanda otia. Claud. 1. Paneg. 19.

Calamitosum otium, Vide CALAMITAS.

Demens otium. Plin. lib. 1. cap. 23. 1, Id enim velle, penè dementis otii est.

Dia otia. Lucret. lib. 5. 279.

Dilecta otia. Stat. 6. Thebaid. 23.

Discincta otia. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 9.

Dulce otium Horat. Epod. 1. 2.

Facunda otia, Vide FACVNDVS.

Grauia otia. Stat. 5. Thebaid. 40.

Otium honestum & moderatum, opponitur Inertiæ & desidiæ. Cice. de Claris Orato. 4, Aetas nostra perfuncta rebus amplissimis tanquam in portum confugere deberet, non inertiæ, neque desidiæ, sed otii moderati atque honesti.

Ignauа otia. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 6.

Iners otium, Vide INERS.

Inertissimum & desidiosissimum otium. Cic. 2. de Leg. agra. 90.

Languida otia Claud. 1. de raptu Proserp. 56.

Liberrima otia. Horat. 1. epist. 7. 8.

Literatum otium, Vide LITERA.

Literato otio quid dulcius? Cic. 5. Tuscul. 149.

Marcida luxu otia. Claud. 6. Paneg. 9.

Peregrinum otium. Tacit. lib. 14.

Secretum otium. Tacit. lib. 16.

Secura otia. Virg. 3. Georg. 76.

Segne otium. Tacit. lib. 10. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 9.

Subitum otium ex nimio labore. Cels. lib. 1. cap. 3, Item neque nimio labore subitũ otiũ, neque ex nimio otio subit' labor sine graui noxa est.

Tranquilla otia. Lucan. lib. 2. 54.

¶ Abrumpere otium. Plin. Iunior epist. 1 13.

Abundare otio, Vide ABVNDO.

Abundans otio & studio, Vide ABVNDO.

Abuti otio, Vide ABVTOR.

Afferre otium, Vide AFFERO.

Otium & solitudo langorem hominibus afferunt. Cic. 3. Offic. 2.

Affluere otio. Cic. 3. de Orat. 32, Homines otio nimio & ingeniis huberrimis affluentes. In eadem significatione dixit ibidem, Summa facultas vacui & liberi otii.

Agere otium, Vide AGO.

Amare otia. Virg. 5, eclog. 12.

Amplexari otium, Vide AMPLEXOR.

Collocare se in otium, Vide COLLOCO.

Concedere otio sapientiam beatorum. Cic. 2. de Orat. 79.

Concelebrare per otium recta atque honesta studia. Cicero 1. de Inuentione, 7.

Conferre se à turba in otium & solitudinem. Cic. 2. de Orat. 78.

Congelare otio, Vide CONGELO.

Considere in otio, Vide CONSIDEO.

Consolari otium. Quintil. lib. 2. ca. 12. 8, Inquirendo, scribendoque talia, consolemur otium nostrum.

Consumpsit otium suum in scribenda historia Phylistius Syracusius. Cic. 2. de Orat. 31. Ibidem, lib. 1. 30.

Conterere otium in. Cic. de Amicitia, 85, Quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid, aut discendi, in quibus remoti ab oculis populi omne otium, tempusque contriuimus? Vetus codex legit, Omne otiosum tempus contriuimus?

Conuertere se ad otium, Vide CONVERTO.

Deducere rem aliquam ad otium, Vide DEDVCO.

Demere otia alicui. Stat. 1. Sylu. 2. 37.

Diffluentes otio Græci. Cic. 3. de Orat. 72.

Dare otium alicui rei. Tacit. lib. 16, Segnes & pauidos supremis suis secretum otium dare.

Dabam iis otium, vt, &c. Quintil. Tryphoni, 2.

Insperata otia dare. Claud. de bello Getico, 73.

Libera dantur otia. Ouid. 1. de Arte, 146.

Ducere otia. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 9.

Exercere otia molli cura. Silius lib. 15. 139.

Eximere otium alicui. Horat. 4. Carm. ode 15. 4.

Exuere otium. Tacit. lib. 11.

Exultare otio. Catul. ad Lesbiam, epigr. 48. 3.

Facere otium alicui. Vir. 1. eclog. 2, O Meliboe, deus nobis hæc otia fecit.

Facere consuetudinem otii. Quintil. lib. 1. cap. 3. 6, Modus tamen sit remissionibus, ne aut odium studiorum faciant negatæ, aut otii consuetudinem nimiæ.

Habere otium. Cic. Trebonio, lib. 10. 28. 9, Plura scribam, si plus otii habuero. Idem Cornificio, lib. 12. 29. 3, Quanuis enim occupatus sis, otii tamen plus habes: aut si ne tu quidem vacas, noli impudẽs esse, nec mihi molestiam exhibere.

Ab aliqua re habere otium, Vide A vel AB prepositiones.

Hebescere. & languescere in otio. Cic. 4. Acad. 13, Quis reprehendet otii nostrum, qui in eo non modò nosmetipsos hebescere & languere nolumus, sed etiam vt plurimis prosimus enitimur?

Inficere animum otio, Vide INFICIO.

Intermittere otium, Otium abrumpere, Vide INTERMITTO.

Inuoluere se otio, Vide INVOLVO.

Languere otio, Vide LANGVEO.

Ludere otium, Vide LVDO.

Marcescere otio, Vide MARCEO.

Miscere otia cum. Ouid. 4. Metam. 62,

Salmaci vel raculum, vel pictas fume pharetras,
Et tua cum duris venatibus otia misce,

Nancisci otium. Cic. Appio, lib. 3. 7. 1, Pluribus verbis ad te scribam, quod plus otii nactus ero. Vide NANCISCOR.

Oblectare otium temporis, Vide OBLECTO.

Permittere otium alicui. Tacit. lib. 14, Atauus tuus Augustus M. Agrippæ Mitylenense secretum, C. Mecœnati in vrbe ipsa, velut peregrinum otium permisit. Senecæ verba ad Neronem.

Ponere otia. Horat. 2. Serm. saty. 7. 13.

Procurare otia. Silius lib. 6. 66,

-stabulis procurans otia pastor.
ecedere in otia tuta. Horat. 1. Serm. saty. 1. 7.

Referre

Referre se ad otium. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 9. 2.

Seruare otia. Silius lib. 11. 46.

In otio esse. Cic. 7. Verr. 6, Ergo his institutis prouinciæ, iam tum qui bello fugitiuorum tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortissimus Cn. Norbanus in summo otio fuit.

Est otium. Cicero in Partit. 1, Si modo tibi est otium, & si vis. Idem pro Flacco, 6, Et magis etiam tum quum plus erat otii. Et 1, Offic. 5, Scribendi otium non erat.

Quum est otium. Cic. 2. de Orat. 32, Horum libros & nonnullos alios, sed delectationis causa, quum est otium, legere soleo.

Suppeditare otium studio. Author ad Herennium, lib. 1. 1, Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otium studio suppeditare possumus, & idipsum quod datur otii, in philosophia consumere consueuimus.

Tenere otium. Cicc. 2. de Lege agrar. 99, Vos, quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, honos in iudiciis & æquitate, magistratus & res familiaris in pace, omni ratione otium tenere debetis.

Terere otia. Virg. 4. Aeneid. 54.

Vendere otia. Claud. 1. Paneg. 42,

Illi terribiles quibus otia vendere semper
Mos erat, & fœda requiem mercede pacisci.

In otio viuere. Ci. 1. de Lege agr. 99, Qui propter desidiam in otio viuũt.

Vsurpare otium. Tacit. lib. 14, Auus meus Augustus Agrippæ, & Mecœnati vsurpare otium post labores concessit.

¶ Otia vocat libellos suos Ouidius, quòd sine labore conscripti essent, & tantum animi causa, 2. Trist. 45.

Lusibus vt possis aduertere numen ineptis,
Excutiasque oculis otia nostra tuis.

¶ Otium, Tranquillitas, Pax, Quies. Cic. 2. de Lege agr. 24, Quid tam popular, quàm otium? quod ita iucundum est, vt & vos, & maiores vestri, & fortissimus quisque vir, maximos labores suscipiendos putet, vt aliquando in otio possit esse, præsertim in imperio ac dignitate. Idem pro P. Sestio, 85, Quid est igitur propositũ his Reip. gubernatoribus, quod intueri, & quò cursum suum dirigere debeant? id quod est præstantissimum, maximeque optabile sanis & bonis & beatis, cum dignitate otium: hoc qui volunt, omnes optimates: qui efficiunt, summi viri & conseruatores ciuitatis putantur.

Pacem, tranquillitatem, otium afferre. Cic. 2. de Lege agra. 99.

Otiosus, pen. prod. Adiectiuum. (σχολαῖος,) Vacuus. Plaut. Trucul. 4. 33,

Nimis otiosum arbitror hominem te esse. Terent. Adelph. 2. 4. 15,

Quanuis etiam maneo otiosus hîc. Plin. epist. 9. 6, Satius est enim, vt Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit, otiosum esse, quàm nihil agere.

Vita otiosorum facilior, tutior, & minus aliis grauis & molesta est. Cice. 1. Offic. 101.

Bos otiosus. Horat. 3. Carm. ode 18. 3.

Dies otiosus, pro festo. Cicero ad Q. fratrem, lib. 3. 24. 5, Id perficiam his supplicationum otiosis diebus.

Neapolis otiosa. Horat. Epod. 5. 9.

Otium otiosum. Ci. pro Plácio, 54, Et quid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem vnquam otiosum?

Valde otiosus. Cic. Attico, lib. 11. 253. 1.

Nancisci aliquem otiosum, Vide NANCISCOR.

Esse domi otiosus. Cic. de Claris Orat. 5.

Otiosus, nihil agens, priuatus. Cic. 11. Philipp. 304, Imperium Cæsari bellicæ necessitas fecit, Senatus dedit. otioso verò, nihil agenti, priuato, obsecro te L. Cæsar (cum peritissimo homine mihi res est) quando imperium Senatus dedit?

¶ Otiosus, Tranquillus, securus. Terent. Adel. 4. 1. 17, Quin tu otiosus esto: ego illius sensum pulchrè calleo. Idem And. 2. 3. 24,

Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris:
Alias otiosus quæret. interea aliquid accidet boni.

Animus otiosus, Qui nihil curat, aut timet. Terent. An. 5. 2. 1, Animo iam nunc otioso esse impero. Ac si diceret, Depone curas modo.

Otiosus ab animo, Idem Terent. Phorm. 2. 2. 26,

Tene à symbolum venire vnctum, atque lautum è balneis.
Otiosum ab animo, quum ille & cura & sumptu absumitur?

Otiosus à metu. Gell. lib. 2. cap. 29, Mater iubet eos à metu otiosos esse. De cassita.

Spectatorem otiosum se præbere alicuius calamitatis. Cic. 2. Off. 36.

Reddere aliquem otiosum. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 7, Mathonem & Pollionẽ inimicos habet Fabius. quid multa? nõ mehercule tam perscribere possum quàm mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris.

Res otiosa, Id est tranquilla. Plaut. Trucul. 3. 41,

-postremo id magno in populo mulier hominibus
Re placita atque otiosa, victis hostibus amare oportet

Omnes qui quod dent, habent.

Aetas otiosa & quieta. Cicero de Senecture, 74, Nonne melius multo fuisset, otiosam ætatem & quietam sine vllo aut labore aut contentione traducere?

Senectus otiosa. Cic. de Senectute, 45, Si verò habet senectus aliquod tanquam pabulum studii & doctrinę, nihil est otiosa senectute iucundius.

Libertate otiosa frui. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 7, Audiebam quædam turbulenta, quæ scilicet cupio esse falsa. vt aliquando otiosa libertate fruamur.

Vacuus & otiosus honor. Plin. in Paneg. 96, Hoc ergo honore quem & incipientes principes & desinentes adeò concupiscunt, vt auferant: tu otioso, ac vacante priuatis cessisti.

¶ Otiosæ sententiæ à Quintiliano lib. 1. cap. 1. 25, dicuntur, Id est vulgares, & nihil pulchri continentes. Idem lib. 8. cap. 2, At ego otiosum sermonem dixerim, quẽ auditor suo ingenio nõ intelligit. Vel otiosum, id est qui nõ percipitur, vtpote qui nihil in auditorum animis operetur.

¶ Studiorũ otiosus. Pli. in Præf. Naturalis historiæ, 3, Humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opificum turbæ, denique studiorum otiosis.

Otiosè, pen. prod. Aduerb. (σχολῇ,) Tranquillè, liberè, sine impedimento. Plaut. Aul. 30. 41, Magna est res, quam ego tecum otiosè, si otium est, cupio loqui. Idem Trin. 14. 68, Di me saluom & seruatum voluntcæterata iutus otiosè percontabor. Cic. 4. de Fin. 53, Quo constituto tum licebit otiosè illa quærere. Idem 6. Verr. 29, Otiosè contemplari.

Otiosè, Pedetentim, lentè. Plaut. Trucul. 4. 64,

Vostra hercle factum iniuria, quæ properaueritis olim raperes:
Otiosè oportuit, diu vt essem incolumis vobis.

Sequi otiosè. Plaut. Milite, 18. 6,

-eum ipsum pol sum secuta placidè ipsa, vt lubitum est mihi,
Otiosè meo arbitratu.

Otiosè inambulare. Liu. 5. bel. Pu. 30, In foro cum filio clientibusque paucis otiosè inambulauit.

Citò & Otiosè ambulare, contraria. Plautus Pseud. 14. 17, Ambula ergo citò. 5. imò otiosè vola.

Placidè & otiosè agere. Plaut. Pœnul. 7. 42, Siquid tu placidè, otiosèque agere vis, operam damus.

¶ Otiosè, Sine solicitudine. Terent. Heaut. 2. 3. 101,

-ademptum tibi iam saxo omnem metum,
In aurem vtranuis otiosè vt dormias. Idem Adel. 2. 1. 2,
Obsecro populares ferte misero, atque innocenti auxilium,
Subuenite inopi. AB. otiosè, nunc iam illico hîc consistes:
Quid respectas? nihil periclí est: nunquã dum ego adero, hic te tãget.

Viuere otiosè cum parentibus. Cic. 3. Offic. 131.

¶ Otiosè, Negligenter. Ci. de Amicitia, 72, De amicitia, omnes ad vnum idem sentiunt, & ii qui ad Remp. se contulerunt, & ii qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur, & ii qui suum negotium gerunt otiosè. Quædam exemplaria legunt otiosi.

Otior, otiãris, (σχολάζω, ἡσυχάζω,) otiari, In otio & quiete esse. Ci. 3. Offic. 75, Canius Eques Romanus nec infacetus & satis literatus, quum se Syracusas otiandi, nõ negotiandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos emere velle.

O V

Oualis, Vide OVO ouas.

Ouis, huius ouis, f. gen. (ἑνὶ, πρόβατον, πρόβατημι,) A Græco ὄϊς, Interposita u litera propter hiatum, significat pecudem. Ci. 2. de Nat. deor. 136, Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis cõfectis atque contextis homines vestiantur? Virgil. 8. eclog. 9, Nunc & oues vltro fugiat lupus. Idem 10. eclog. 3, Stant & oues circum nostri nec pœniter illas.

Custos ouium. Virg. 1. Georg. 4.

Custos ouium præclarus, lupus. Cic. 3. de Amic. 143.

Fœtus ouium. Virg. 2. Georg. 40.

Magistri ouium, Opiliones. Virg. 2. eclog. 7.

Vbera bina ouis. Virg. 2. eclog. 9.

¶ Aurata ouis. Ouid. 6. epist. 1. Ouis Phryxi. Idem 2. Amor. eleg. 11. 1,

Conspicuam fuluo vellere vexit ouem.

Colonica, Vide COLONVS.

Intonsa, Vide INTONDEO.

Lanigera. Virg. 3. Aeneid. 133.

Mina, Vide MINA.

Nigra. Virg. 4. Georg. 110.

Pascalis, Vide PASCO.

Pellita. Horat. 2. Carm. ode 6. 2.

Picea, Nigra. Valer. 3. Argon. 88.

Pinguis. Virg. 6. eclog. 1.

Placida. Ouid. 13. Metam. 197.

Semimaris ouis viscera. Ouid. 1. Fast. 118.

¶ Balat ouis. Author Philomelæ, 12.

Cogere oues, Vide COGO.

Lupo ouem commisisti, Vide LVPVS.

Condensant se in vnum locum oues, Vide CONDENSO.

Pan curat oues. Virg. 2. eclog. 7.

Mille ouium morti dedit. Horat. 2. Serm. saty. 3. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pascere oues. Virg. 6. eclog. 1.
Miseras oues pro populari. Claud. 1. in Eutrop. 80.
Decori est ouibus sua lana. Ouid. 13. Metam. 180.
Infirmas tondere oues. Horat. Epod. 2. 4.
Oues versare sub sidere Cancri. Virg. 10. eclog. 14. Aethiopum versemus oues sub sidere Cancri.
¶ Ouem masculino genere legi, admonent Festus & Nonius. Varro Rerum humanarum lib. 27. Vt etiam pecuarius, qui oues duos, non duas dicunt. Homerum secutos, qui ait, μὴ δ' ἄνεμος τε. Idem Terentio, Quando cuatus neque respondit, neque excitatus est. tum ego vnum ouem mulcam dico.
Ouinus, penult. produ. Adiectiuum. (πρόβατινος,) Quod ex oue est. vt Pellis ouina.
Ouillus, Adiectiuum, (πρόβατειος,) diminutiuum ab Ouinus, Idem. Plinii. 17. ca. 9, Q uidam etiam bubulo fimo iumentorum præferunt, ouillúque caprino. Liu. 2. bel. Pun. 44. Ex suillo, ouillo, caprino grege.
Ouile. ouilis. penu. prod. n. gen. (παλαιόν,) Locus in quem oues sese recipiunt. Columella lib. 7. cap. 4, Stabula verò frequenter euertenda & purganda humorísque omnis vrine deuerrendus est, qui commodissimè siccatur perforatis tabulis, quibus ouilia consternuntur, vt grex super cubet. Liuius 6. bell. Pun. 117, Datum secreto in ouili cum his colloquendi tempus.
Tepidis in ouilibus agni. Ouid. 15. Metam. 177.
Incultoditum capitat ouile lupus. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 2.
Circumgemit visus ouile Horat. Epod. 16. 11.
Cresceit ouile Persius Saty. 2. 5.
Moti ab ouilibus visi. Valer. 2. Argon. 15.
Tradere ouile rapidæ lupæ. Ouid. 2. de Arte.
Ouiaria, huius ouiariæ, (πάλαιον,) Ouium multitudo. Varro de Re rust. in Prologo libri secundi, 6, Quod eò facilius faciam, quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias, & in Reatino equarias.
Ouiaricus, pen. corr. (πρόβατικός,) A Iectiuum, possessiuum ab oue. Columella lib. 7. cap. 6. 1, Et quoniam de ouiarico satis dictum est, ad caprinum pecus nunc reuertar.
Ouicula, ouiculæ, pen. corr. Diminutiuum, (πρόβατιον,)

Ouo, ouas, (ὀβάλω,) ouare, Lætari, & Lætitiam voce, seu cantu demostrare. Significat etiam triumphare. Plaut. Bacchid. 20. 154,
Hoc est incœpta efficere pulchrè, velati mihi
Euent, vt ouans præda onustus incederem. Liuius lib. 1. ab Vrbe, 106, Romani ouantes ac gratulantes, Horatium accipiunt, cò maiore cum gaudio, quo propè metum res fuerat. Ibidem, 46, Duplicique victoria ouantem Romulum, &c. Cicad strutum, 15. 12, Suspicor illud minus tibi probari, quòd ab tuis familiaribus optimis illis quidem viris, sed in Repub. rudibus, non probatur: quòd vt ouanti introire Cæsari licet et decreuerim.
Ascendit ouans in Capitolium M. Aquilius. Cic. 2. de Orat. 105.
Lætus ouat. Valer. 4. Argon. 69.
Ouans, (ὀβάλων,) pro Lætante, abusiuè. Virg. 4. Aeneid. 109,
–sola fuga nautis comitabor ouantes? Vbi Seruius, Ouantes, Lætantes, abusiuè. nam propriè ouatio, est minor triumphus. Qui enim ouationem meretur, & vno equo vtitur, & à plebeis vel ab Equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de oubus sacrificat: vnde & ouatio dicta. Qui autem triumphat, albis equis vtitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio dex. auris sacrificat.
Ibat ouans per vrbem. Virg. 6. Aeneid. 118.
Horiari ouantes. Virg. 11. Aeneid. 3.
Cædis successu ouans. Ouid. 12. Metam. 60.
Acies iuuenum ouans. Virg. 5. Aeneid. 113.
Corui ouantes gutture. Virg. 1. Georg. 85.
Currus ouantes. Propert. lib. 3. eleg. 9. 11.
Equi ouantes. Claud. 2. de raptu Proserp. 62.
Gradu ouante superabat littora. Valer. 2. Argon. 109.
Lyra ouans. Stat. 1. Sylu. 2. 50.
Ora ouantia. Valer. 1. Argonaut. 2.
Sistrum ouans. Valer. 4. Argonaut. 84.
Taurus ouans. Valer. 5. Argon. 14.
Verba ouantia. Silius lib. 8. 53.
Ouãtus huius ouatus, pen prod. (ὀβαστὴς,) Valer. 6. Argon. 38,
–hinc barbaries glomeratur ouatus. Hoc est vincentium clamores.
Ouatio, huius ouationis, Verbale, (ὄβα, ὄανα,) Parius triumphus, quem faciebant ouantes qui non in curru, sed pedites ouali corona redeuntes ex pugna, quum bellum non erat indictum, vel sine sanguine erat confectum.
Ouatio dicitur ab Ouo, ouas, vel ab Ohe interiectione gaudentium, vt fit ouatio quasi ohatio. Iuuenalis Sat. 7. 7, Corpus eget, satur est, cum dicit Horatius ohe. Vel à voce militum, quæ fiebat geminata oo litera per interpositionem u, euphonię causa.
Ouãlis, & hoc ouãle, pen. pro (ὀβάλιος,) Quod ad ouationem pertinet. Festus, Oualis corona est myrtea, quam habebant qui ouantes introibant, quum bella non erant indicta, aut sine sanguine confecta.

Ouum, huius oui, (ᾠόν,) interposita u litera, euphoniæ causa. Martialis lib. 13. 40,
Candida si croceos circunfluit vnda vitellos,
¶ Hesperius scombri temperet oua liquor.
¶ Album, vel Albumen oui, Vide ALBVS, & ALBVMEN.
Candidum oui. Plin. lib. 33. cap. 3. 22.
Albus liquor oui, Vide LVTEVS.
Luteum oui, Vide LVTEVS.
¶ Cacuminata oua, Vide CACVMEN.
Columbinum ouum. Horat. 2. Serm. saty. 4. 12.
Cynosura oua, Vide suo loco.
Durum ouum, molle, sorbile, Vide Sorbilis in SORBEO.
Hypenemia oua, Vide suo loco.
Irritata oua, Vide VRINVM ouum.
Præmollia oua, Vide PRAEMOLLIS.
Vrina oua, Vide suo loco.
Zephyria oua, Vide suo loco.
Concipere oua. Plin. lib. 9. cap. 51. 7.
Maturare oua. Plin. lib. 9. cap. 57. 3.
Parere oua. Plin. lib. 10. cap. 9. 2. Vide PARIO.
Ab ouo, &c. Vide AD præpos.) Scribe, Vide VSQVE.
Decumana oua, Vide DECVMVNVS.
Pauonium, & Pauoninum ouum, Vide PAVO.
Ruptum ouum. Iuuenalis Satyr. 14. 9.
Vilia oua. Horat. 1. Serm. saty. 2. 9.
¶ Ex ouis excudunt pullos aues. Cic. 2. de Nat. deo. 195.
Fouere oua plumis. Ouid. 1. Fast. 89. Ibidem, lib. 4. 140.
Gignunt oua pisces. Cic. 2. de Nat. deor. 194.
Incubare ouis dicitur gallina, Vide INCVBO.
Ponere oua. Ouid. 3. Metam. 52, de perdice, Propter humum volitat, ponitque in sepibus oua.
Hiulca oua maternus rumpit tepor. Claud. in Præf. 6. Paneg. 1.
Supponere anatum oua gallinis. Cic. 2. de Nat. deor. 185.
Alitum oua vertuntur in pullos. Lucret. lib. 2. 186.
Vncta oua sanguine. Horat. Epod. 5. 4.
¶ Ouorum inter se similitudo. Erasmus, Non tam ouium ouo simile. Do rebus indiscretæ similitudinis. Cic. 4. Acad. 105, Vide sine vt in proterbio sit ouorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli similie complures (saluis rebus illis) qui gallinas alere permultas quæ sus cuasa solerent, hi quum ouum inspexerant, quę id gallina peperisset, dicere solebant. Neque id est contra nos. nam nobis satis est oua illa interfecisse. Idem prouerbiũ refertur & à Quintiliano, vsurpatur & à Seneca in libello quem in Claudium imperatorem lusit. Hactenus Erasmus. Cic. 4. Acad. 100, Et cur id potius contenditis, quod rerum natura non patitur, vt non suo quidque genere sit tale quale est: nec fit in duobus, aut pluribus nulla re different, vlla communitas, vt tibi sint, & oua ouorum, & apes apium simillimæ?
Ouo prognatus eodem. Erasmus, Fortasse simpliciter dictum est ab Horatio 2. Serm. satyr. 1. 6,
–ouo prognatus eodem. quandoquidem ad fabulam respicit Ledæ, quæ grauida ex Ioue in cygnum conuersũ, ouum peperit, vnde gemini prognati, Castor & Pollux. Id ouum Pausanias in Laconicis refert, illud apud Lacedæmonios suspensum tenuis à testudine templi. Verum si quis hoc dictum deflectat ad iisdem natos parentibus, aut ab eodem eruditos præceptore: aut ita consimilibus ingeniis, vt eodem ouo nati videri possint: nihil æqui fuerit prouerbiale. Veluti si dicas, Vultus, ingenium, mores, facta, ac prorsus omnia sic huic cum hoc conueniunt, vt iures eodem prognatos ouo.
Ab ouo vsque ad mala, Vide A B prepositionem.
Ad ouum integram famem afferre. Cic. Pæto, lib. 9. 20. 2, Integram famem ad ouum afferrositaque vsque ad allum vitalionum opera perducitur.
Ouatio, ouationis, (ὠοτοκία,) Tempus quo gallinæ oua faciunt. Plin. lib. 19. cap. 3. 14, Certa luna capiendum censent, tanquam congruere ouationem etiam serpentium humani sit arbitrii, Q uædam exemplaria legunt operationem eam.
Ouãtus, pen. prod. Adiectiuum, (ὠοειδὴς,) Quod est in similitudinem ouui factum. Plin. lib. 15. cap. 21. 1, Alis turbinatio pyri, aliis ouata species, ceu malorum aliquibus.
Aurum ouatum, Ouo illitum, quoniam oui albo antea illito, æra, ac marmora auri & argenti laminis decorarentur. nec obstat quòd ouum habeat primam longam. pleraque enim deriuatiua, primitiuorum naturã non seruant. Persius Satyr. 2. 6,
Hinc illud subit, auro sacras quòd ouato
Perducis facies. Hoc Plinius lib. 35. cap. 1. 2, de marmoribus loquens, innuere videtur, quum inquit Claudii principatu inuentum. Nero verò maculas quæ non essent, in crustis inserendo, vnitatem variare vt nouatus esset Numidicus, vt purpura distingueretur Sinnadicus. Non nulli ouatum aurum dici aiunt, ouatione victoriaque quæ situm vel ingens, & gens, & copiosum, quantum ouationibus comparatur.

O X

Oxalis, pen. cor. oxálidis, f. g. (ὀξαλὶς,) Lapathi genus. Plin. lib. 20. cap. 21. 8, Vulgus acetosam vocat.
Oxos, (ὄξος,) apud Suidam purpura est, quæ apud Phœnices tingebatur pretiosissima. Hinc Oxobapta in L. 1. C. Quæ res alienari non poss. Quo in loco nonnulli corrigunt dibapta, veram lectionem peruertentes. Alciatus.
Oxybaphum, pen. cor. (ὀξύβαφον,) Latinè dicitur acetabulũ, acetarium teste Hermolao.
Oxygala, oxygalæ, vel Oxygalum, oxygali, pen. cor. (ὀξυγάλα,) Quasi acetosum lac. Plin. lib. 28. cap. 9. 11, de butyro ex caprino lacte facto. Fit & ex caprino, sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantum crebro iactatu in longis vasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, aliàs præligato. Additur paulũ aquę vt acescat. Quod est maximè coactum, in summo fluitat: id exéptum addito sale, oxygala appellant. Et paulo pòst, Oxygala fit & alio modo, acido lacte addito in recens: quod dum acescit, vtilissimum stomacho.
Oxygarum, pen. cor. (ὀξύγαρον,) Acutum garum, hoc est garũ ex aceto confectum, quod in principio mensæ apponi solebat. Mart. lib. 5. 107,
Deposui soleas, adfertur protinus ingens,
Inter lactucas, oxygarumque liber.
Oxylapathum, pen. corr. (ὀξυλάπαθον,) Lapathum acuta habens folia. Plin. lib. 20. cap. 21. 9, Est & alterũ genus ferè, oxylapathon vocant, satiuo idem similius, & acutiora habet folia, ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Quidam tamen putant oxylapathum dictum à saporis aciditate. Vnde Picardi vulgò vocant De la surelle.
Oxymeli, penult. corre. siue Oxymel, oxymellis, (ὀξύμελι,) Acetum melle temperatum. Plin. lib. 14. cap. 17. 1, Acetum melle temperabatur: adeò nihil intentatum in vita fuit. Oxymel hoc vocarunt, mellis x libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquę pluuię sextariis quinque, sufferuefactis decies, mox elutriatis atque ita inuetteratis.
Oxymoron, pen. prod. (ὀξύμωρον,) vt docet Budæus ex Quintiliano, est sententia ex periculo petitas hoc est ita acuti & affectatè enuntiata, vt fatua videatur: vt apud Virgilium in se primo Aeneid. 59,
Num capti potuere capi? Cic. Si tacent, satis dicunt.
Oxyporum, oxypori, pen. corr. (ὀξύπορον,) Oxypora sunt quę Columella lib. 12. cap. 57. 4, tradit appellari oxygara. Quoniam (inquit) quum vsus exigit, aceto, garoque diluũtur. Plinius lib. 20. cap. 23. 4, de fœniculo, Ipsum condimentis propè omnibus inseritur. Oxyporis etiam aptissimè.
Sunt & sua medicis oxypora, quasi à celeritate dicta penetrandi. est enim remedium præsentaneum. Plin. lib. 24. cap. 8. 10, Iuniperus miscetur & antidotis oxyporis. Stat. 4. Sylu. 9. 8, Non sal, oxyporumve caseusve.
Oxyporopõla, oxyporopolæ, pen. pro. (ὀξυπωροπώλης,) Qui cibos venditat aceto conditos. Pli. lib. 20. cap. 7. 6, In eos vsus & oxyporopolæ seruãt addito dulci acrementũ tẽperantes. Vbi nunc sic legitur, Stomachi dissoluti vtilissimè adiuuantur in eo vsu, & oxyporiobolis asperitatem addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.
OXYRYNCHVS, (ὀξυρύγχων,) ciuitas Aegypti dicta ab Oxyrynchos piscę, qui ibi templum habuit. Cæterum Aegyptii omnes Oxyrynchũ piscem colunt. Nam quædam animalia sunt quæ Aegyptii vniuersi colunt, quemadmodum ex terrestribus tria, bouem, canem, felem: ex volatilibus, accipitrem, atque ibin: ex aquatilibus duo, lepidotum piscem, & oxyrynchum. Ex Strabone libro 17. Alii Oxyringum scribunt.

O Z

Ozaena, ozænæ, (ὀζαινα,) Morbus, authore Celso libro 6. cap. 8, quum vlcera circa nares generantur, pluresve crustæ, & odorem fœdum habẽt. cui malo vix potest succurri, nomenque trahit ab ozæna polypo. Plin. lib. 25. cap. 13. 19, Narium ozænas emendat aristolochia cum cypero. Idem libr. 24. cap. 13. 2, Sanat terra oris vlcera & ozænas.
¶ Ozæua, Polypi genus. Plin. lib. 9. cap. 30. 1, Polyporum generis ozæna dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè muræ nis eã consectãtibus.
Ozymon, penult. corre. (ὤζιμον,) regia herba, siue basilica, aut basilicum à Liguribus vocata, fragrantissimi & vehementissimi odoris, vnde nomen accepit: nempe à verbo ὄζω, quod est redoleo.
Ozymum, huius ozymi, (ὄζυμον,) Genus edulii redolentis ex farina cantauerit ozyma vernæ. Ab ὄζω, redoleo. Alii legunt ocimum siue ocymum.

P

Abulum, pábuli, pen. corr. (νομὴ, βοσκὴ, φορβὴ, χιλὸς, χόρτασμα,) Propriè est pecudum & aliorum brutorum cibus herbaceus, paleaceus, vel stramentitius: vt ait Valla. Cæsar 2. belli Gall. 236, Ipse quum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit. Plin. lib. 10. cap. 24. 2, Nec occultãtur turdi, visi sæpe ibi, quo hybernum pabulum petant. Virg. 1. Aeneid. 96, –priusquam
Pabula gustassent Troiæ, Xanthumque bibissent.
Dia pabula. Lucret. lib 5. 189.
Dira pabula. Stat. 12. Theb. 114.
Insueta pabula. Virg. 1. eclog. 10,
Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.
Læta Lucret. lib. 1. 3. Virg. 3. Georg. 77.
Larga. Lucret. lib. 5. 174.
Luxuriosa, Vide LVXVS.
Naturalia, Vide NASCOR.
Pinguia. Virgil. 1. Georg. 18.
Trislia. Senec. Thyest. 8. 26.
Virgea. Virg. 3. Georg. 64.
Viridia. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4
¶ Pabula canescunt. Ouid. 2. Metam. 43,
Pabula canescunt, cum frondibus vritur arbor.
Terræ concipiunt pabula. Virg. 1. Georg. 18.
Decerpere pabula. Ouid. 13. Metam. 100.
Distendi pabulo. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4, Impleat se declamator aliquando, dum sciat vt quadrupedes, quum viridi pabulo distinctæ sunt, sanguinis detractione curantur.
Infensare pabula. Tacit. lib. 5, Adequitare castris, infensare pabula. Hoc est infestabat.
Parua pabula legens hirundo. Virg. 12. Aeneid. 95.
Metere pabula falce. Ouid. epist. 6. 17.
Obterere pabula. Lucan. lib. 6. 17, præbenda ad pabula terræ,
Quæ currens obtriuit eques.
Nocturna pabula petunt fœtæ. Senec. Hippol. 1. 4.
Mollia pabula surgunt. Ouid. 7. Metam. 57.
¶ Pabulum, per translationem ad alia transferturi vt Amoris pabula sibi abiterrere. Vide ABSTERREO.
Animorum, ingeniorumque naturale quasi quoddam pabulum considerãtio contemplatioque est. Cic. 4 Acad. 219.
Studii pabulum. Cic. de Senect. 45, Si verò habet senectus aliquid tanquã pabulum studii & doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius.
Dare pabula morbo. Ouid. 8. Metam. 177.
Corrumpi pabulo & glande inimicorũ. Cic. de Aruisp. resp. 4, Quid enim hunc persequar, pecudem ac belluam pabulo inimicorum meorum & glande corruptum?
Pabulãris, & hoc pabulãre, pen. prod. (χορτασματικὸς,) Q uod ad pabulum pertinet, seu quod pro pabulo dãtur. Colum. lib. 11. cap. 2. 57. Et lib. 2. cap. 14. 1, De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia. Plin. lib. 18. cap. 16. 3, Omnia hæc pabularia.
Pãbulor, pen. corr. pabulãris, (νέμω, χορταγωγέω,) pabulãri, Pabulum ex agris capere manibus aut falce in pastionẽ iumentorũ. Valerius Max. lib. 5. cap. 6, de Codro rege Atheniensium, Id postquam cognouit, depositis insignibus imperii, familiarem cultum induit, ac pabulantium hostium globo sese obiecit. Plaut. Rud. 8. 6, Ex vrbe ad mare hoc prodimus pabulatum pro exercitu gymnastico. Cæsar 8. bel. Gall. 38, Et quum pabulatum, frumentatumque longius esset proficiscendum. Idẽ lib. 5. 65, Q uũ Cæsar pabulandi causa tres legiones atque omnẽ equitatũ, &c. Liu. 6. ab Vrbe. 118, Inexploratò pabulatũ cohortes misere.
¶ Pabulari, Pascere. Colum. lib. 7. cap. 6. 8, Subinde quæ cedit (scilicet capella) compesci debet, ne procurrat, sed placidè ac lentè pabuletur, vt & largi sit vberis, & non strigosissimi corporis.
Pabulari oleas fimo, Fimum in pabulum & nutrimentum ac fomentum dare ipsis oleis, hoc est stercorare. Columel. lib. 5. cap. 9. 11, Ac tertio quoque fimo vel pabulandæ sunt oleæ.
Pabulãtor, pen. prod. pabulatõris, (χορταγωγὸς,) Q ui pabulatum vadit. Cæsar 5. bel. Gall. 65, Repentè ex omnibus partibus ad pabulatorem aduolarunt. Liu. 9. bel. Pun. 11, Deinde quum in pabulatores Romanos impetus repentè ab equitibus Hispanis factus esset, &c.
Pabulatio, Verbale, (χορταγωγία,) Ipse pabulãdi actus. Cæsar 7. bel. Gall. 49, Omnibus modis huic rei studendum, vt pabulatione & commeatu Romani prohibeantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Pabulatio, Pastus. Varr. 3. de Re rustica, cap. 16, Si è bono loco transtuleris, vbi idonea pabulatio non est, fugitiuæ fiunt. De apibus. Colu. lib. 7. cap. 9. 11, Nam quæuis prædictum animal in pabulationem spurcè versetur, mundissimum tamen cubile desyderat. De suibus.

Pabulatorius, Adiect. (χορταγωγικός,) vt Pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. Colum. lib 6. cap. 3. 4. Vide CORBIS.

Pacatus, Vide PAX.

PACHORVS, pen. corr. (πάχορος,) Rex Parthorũ occisus in Syria post Crassi cædem, vt scribit Appianus in Parthico. Pachori meminit & Horatius 3. Carm. ode 6. 7,

Iam bis Monesses, & Pachori manus
Non auspicatos contudit impetus Nostros.

PACHYNVS, pen. prod. (πάχυνος,) promontorium Siciliæ, Peloponnesum spectans. ab aeris crassitudine: nam παχὺ pingue & crassum dicitur. Virg. 3. Aeneid. 86, Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni. Priscianus in Perihegesi, Q ni procul effusis Pachyni distenditur oris. In quo versu penultima quidem corripitur, sed caue imiteris.

Versa est Pachynos ad Austros. Ouid. 13. Metam. 157.

Pacifer, Pacificator, Pacifico, Vide PAX.

PACIDEIANVS, pen. prod. (παυδειανός,) Gladiator apud Lucilium, vt refert Cicero 4. Tusc. 73, ad Q. fratrem, lib. 3. 20. 3.

Paciscor, (ὁμολογέω, ἐμπεδέω, συμφωνέω,) pacisci, Pactum facere, conuenire: & ferè præpositioni CVM adiungitur. Cic. in Parad. 5, Si quotidie fraudas, decipis, poscis, pasceris, aufers, eripis. Plau. Bacchi. 19. 24, –pacisci cum illo paulula pecunia Potes. Plin. epist. 10, 9, Peto, atque etiam pacisco, vt simul agat Cremutius Rufo.

Pacisci de. Suet. de Claris grammat. 7, Nec vnquam de mercibus pactus, eóque plura ex liberalitate discentium consecutus.

Pactus sum hãc rem. Iustinus lib. 2, cũ Xerxe nuptias filiæ eius pacisciturus.

Pacisci & constituere diem. Cic. 1. in Catil. 17, Sciam pactam & constitutam esse cum Manlio diem.

Fœdus pacisci. Cice. pro Sestio, 16.

Induciras aliquot dierum cum hoste pacisci. Cic. 1. Offic. 49.

Pactus est duo millia. Martialis lib. 8. 18, Egi Sexte tuam pactus duo millia causam.

Præmium pacisci ab aliquo. Cicero Q. fratri, lib. 3. 19. 3, Tanta inuidia sunt COSS. propter suspicionem pactorum à candidatis præmiorũ.

Pretium pacisci. Ouid. 8. Metam. 62.

Pretium prędonibus pro capite pacisci. Cic. 3. Offic. 145.

Rem aliquam alia pacisci. Senec. 1. de Clement. Securitas securitate mutua paciscenda est.

Pacisci vitam ab hostis. Salust. in Iugurtha, Adherbali suadent vti sese & oppidum Iugurthæ tradãt, tantum ab eo vitam paciscatur. Id est pactũ faciat de vita salua.

Vitam pro laude pacisci. Virg. 5. Aeneid. 46.

¶ Pactus dimitti. Pli. lib. 8. cap. 7. 1, Nanque vnum qui supererat, obiecit elephanto: & ille, dimitti pactus si interemisset, solus in arena congressus, magno Prænorum dolore confecit.

Paciscor cum. Cic. 5. Verr. 28, Nequis frumentum de area tolleret, antequam cum decumano pactus esset.

Pacisci mercede cum. Liui. 5. bell. Pun. 183, Per occulta colloquia paciscitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, vt copias inde abducant.

Sestertio cum aliquo pacisci. Cic in Salustium, 11.

¶ Filiam alicui pacisci. Cic. Attico, lib. 5. 109. 1, Nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta est Ariaratidis filia (ex quo fieri potest) quin cum omnibus copiis, &c.

Hæc tibi pacta est Callicli filia: LE. ego dacã pater. Hoc est, Promisitne ipsa tibi, siue dedit tibi fidem? Plaut. Trinum. 17. 57. Plinius lib. 15. cap. 30. 8, Quum pacta esset illa Cæsari. Liu. 1. ab Vrbe, 6, Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneæ fuerat, prælatũ sibi aduenam ægrè patiens.

Iniquè pacisci, Vide INIQVVS.

Pactus, Participium, (ὡμολογημένος,) Pacto decretus. Plau. Asin. 12. 145,

–hinc iuernat viginti minæ bonæ, mala opera partę.
Has ibi nos pactis legibus dare iussit. Barbari, Sub conditione dicunt.

Meritis & voce pactus est. Ouid. 5. Metam. 6.

Coniux pacta. Ouid. 14. Metam. 90.

Fides pacta. Ouid. 3. Fast. 97.

Fœdus pactum. Virg. 4. Georg. 32.

Pactæ cum hoste induciæ. Ci. 1. Offic. 49, Vt ille, quicum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, nocte populabatur agros, &c.

Merces pacta. Horat. 3. Carm. ode 3. 5.

–ex quo destituit deos
Mercede pacta Laomedon.

Pactam rem habeto. Plau. Pœn. 17. 37,

–tuam mihi maiorem filiam despondeat.
P. Pactam rem habeto.

Teda pacta, Coniugium pactum. Ouid. 9. Metam. 145.

Pactum, pacti, (συνθήκη, ὁμολογία, συμβόλαιον, συμφωνία,) Conuentionem significat. Cic. 2. de Inuent. 171, Pactum est quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, vt iure præstare dicatur. Vlpianus De pollicitationibus, L. Pactum, Pactum, est duorum cõsensus atque conuentio: Pollicitatio verò, offerentis solius promissum. Idem De pactis, L. 1, Pactum autem à pactione dicitur: vnde & pacis nomen appellatum est.

Conditio atque pactum. Cice. 2. Verr. 11, Mansit in conditione atque pacto vsque ad eum finem, dum iudices reiecti sunt.

Pacta, conuenta, stipulationes, &c. in foro cognoscenda. Cicero 2. de Oratore, 56.

Formula pacti. Ouidius epist. 9. 30, Nec mihi credideris, recitetur formula pacti.

Inexorabile pactum. Stat. 1. Thebaid. 1.

Sacrum pactum. Valer. 8. Argon. 80.

¶ Conuenit pacto, Vide CONVENIO.

Exuere pacta. Tacit. lib. 5.

Ligare pacta. Propert. lib. 4. eleg. 4. 17.

Obseruantur ex conuentu sine legibus pacta. Author ad Herẽnii, lib. 2. 53.

Præstat iuri pactum. Cicero 2. de Inuentio. 171, Et author ad Herennium, lib. 2. 53.

Seruare pactum. Cice. 3. Offic. 114, Pacta & promissa sempẽrne seruanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo (vt Prætores solent dicere) facta sint.

¶ Pacto, Ablatiuus, pro Modo aliquando ponitur. Plaut. Rud. 3. 1. 40,

Non tacebo vnquam alio pacto, nisi taleto comprimor. Hoc est aliis rus refert quõd circa fontem arbor sit multa picea (quæ Pades Gallicè vocetur) Padum hoc nomen accepisse.

Populifer Padus. Ouid. 2. Amo. eleg. 17. 7.

Oloriser Padus. Claud. ad Serenam, 17. 3.

Refluens Padus. Valer. 8. Argon. 19.

Stagnans Padus. Lucan. lib. 4. 27.

PADVSA, pen. prod. (πάδουσα,) fluuius, quem Padi brachium Ranennam vsque perductum facit, Massanicum alio nomine appellatum. Plinius lib. 3. cap. 16. Claud. in Epithal. Palladii, 46. 22, Eridani ripas, & rauæ flagna Padusæ.

Padaneus, Adiectiuum. Solinus cap. 13, Pretium operæ est ire longius, ne Padaneæ syluæ credantur lapidem fleuisse.

Paean, Pæãnis, pen. prod. masc. gen. (παιὰν,) Hymnus erat in Apollinis laudem decantari solitus, sicut dithyrambus in laudem Bacchi, vt Iulius Capitolinus inquit, qui non solùm in auersione malorum decantabatur, sed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone, laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ pæana dixerunt. Virg. 6. Aenei. 133, –lætamque choro pæana canentes. Abusiuè tamen pro omnẽ deorum laude ponitur. Vnde opus suum Pindarus de laudibus omniũ deorũ, Pæana inscripsit Pæana verò à πάλλω, medeor deriuatur, quòd scilicet morbis medelam præbens, finem faceret. Vnde & Apollo ipse Pæan dictus est. Iuuen. Sat. 6. 18, Parce precor Pæan.

Pæantios, Adiectiũ, (παιάντιος,) vt Heros Pæantius, Philoctetes Pæantis filius. Ouid. 1, de Remed. amo. 23.

Genus Pæantium. Seneca Herc. Oeth. 11. 14.

Paedagia, vocat Seneca vbi pueri vehebantur, epist. 124, Omnium pædagia, inquit, oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem lædat.

Paedagogus, huius pædagogi, pen. prod. (παιδαγωγός,) Pueri ductor. παῖς puer: ἀγωγός, ductor: cui ducendorum puerorum prouincia datur. Plaut. Bacchid. 2. 30, Non pædagõgum iam me, sed Lydum vocat. Idem Merc. 3. 90,

Seruum vnã mittit, qui olim à puero paruulo
Mihi pædagõgus fuerat. Colum. lib. 1, Nec postrema quasi pædagogi eius meminisse dignemur Iulii Hygini. Cic. Attico, lib. 12. 250. 2, Sed & pædagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari vetat.

Diligendi sunt pædagogi & nutrices. Cic. de Amic. 64.

Versantur pædagogi lites ad auriculas adolescenti. Author ad Herenn. lib. 4. 156.

Pædagogium, huius pædagogii, (παιδαγωγεῖον,) Locus in domicilio, in quo pueri seruiũque cõmorantur, qui παιδάριοι vocantur. Plin. epist. 247. lib. 7. ad Suram, Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat.

Pædagogium, apud Iurisconsultos, Seruitium atque mancipium dicitur. Vlpianus in L. Quæsitum. §. Si instructum. ff. de Fundo instructo, & instrumento legato, Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, & quum eò venisset, præsto essent in triclinio, legato continentur.

Pædia, pædiæ, pen. prod. παιδεία, Eruditio, institutioque in bonas artes, vt docet Gellius: interdum etiam pueritiam & ipsam puerilem ætatem significat, vnde extat Xenophontis Græci nobile opus de pædia

cuit quo tempore Scipio Numantiam deleuit. Scripsit tragœdias. deinde de Tarentum se recepit: deceíitque nonagenarius, vt est author Eutropius: posuitque sibi huiusmodi epigramma, quod Gellius adnotauit lib. 1. cap. 24,

Adolescens tametsi properas, hoc te saxum rogat
Vt se aspicias, deinde quod scriptum est legas:
Hic sunt poetæ Paeuuii Marci sita
Ossa: hoc volebam, nescius ne esses. Vale. Hic (vt Quintilianus ait) grauitate sententiarum, pondere verborum, authoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Pers. Sat. 1. 8,

Sunt quos Paeuuiusque & verrucosa moretur
Antiopa. Horat. 2. epist. 1. 12, –aufert
Paeuuius docti famam senis.

PADVA, (πατάουιον,) Vrbs à Padi vicinitate dicta, quæ & Patauium Ptolemæo lib. 5. cap. 1. dicitur. Primò Antenorea dicta est, vnde Antenoridæ postea Patauini, & Paduani. Apud Patauium natus est Titus Liuius historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facundia perscripsit. Similiter Stella, & Valerius Flaccus poetæ, & Paulus Iureconsultus. Fertur quoque Volusius poeta Patauinus, qui post Ennium, rerum gestarum Populi Romani annales carmine descripsit. Vide Plinium lib. 5. cap. 1. Catul. de Cinna poeta, epig. 90. 2, At Volusi annales Paduam morientur ad ipsam.

PADVS, (πάδος,) fluuius, qui (vt Plinius lib. 3. cap. 16. scribit) è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagienniorum viíendo fonte profluens, condensque sese cuniculo, & in Foro iuliensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Græcis dictus ἠριδανὸς, ac pœna Phaethontis illustratus. Augetur à Canis orto, liquatis niuibus, agris quàm nauigiis torrentior. Metrodõrus refert quõd circa fontem arbor sit multa picea (quæ Pades Gallicè vocetur) Padum hoc nomen accepisse.

Populifer Padus. Ouid. 2. Amo. eleg. 17. 7.

Oloriser Padus. Claud. ad Serenam, 17. 3.

Refluens Padus. Valer. 8. Argon. 19.

Stagnans Padus. Lucan. lib. 4. 27.

PADVSA, pen. prod. (πάδουσα,) fluuius, quem Padi brachium Rannenam vsque perductum facit, Massanicum alio nomine appellatum. Plinius lib. 3. cap. 16. Claud. in Epithal. Palladii, 46. 22, Eridani ripas, & rauæ flagna Padusæ.

Padaneus, Adiectiuum. Solinus cap. 13, Pretium operæ est ire longius, ne Padaneæ syluæ credantur lapidem fleuisse.

Paean, Pæãnis, pen. prod. masc. gen. (παιὰν,) Hymnus erat in Apollinis laudem decantari solitus, sicut dithyrambus in laudem Bacchi, vt Iulius Capitolinus inquit, qui non solùm in auersione malorum decantabatur, sed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone, laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ pæana dixerunt. Virg. 6. Aenei. 133, –lætamque choro pæana canentes. Abusiuè tamen pro omnẽ deorum laude ponitur. Vnde opus suum Pindarus de laudibus omniũ deorũ, Pæana inscripsit Pæana verò à πάλλω, medeor deriuatur, quòd scilicet morbis medelam præbens, finem faceret. Vnde & Apollo ipse Pæan dictus est. Iuuen. Sat. 6. 18, Parce precor Pæan.

Pæantios, Adiectiũ, (παιάντιος,) vt Heros Pæantius, Philoctetes Pæantis filius. Ouid. 1, de Remed. amo. 23.

Genus Pæantium. Seneca Herc. Oeth. 11. 14.

Paedagia, vocat Seneca vbi pueri vehebantur, epist. 124, Omnium pædagia, inquit, oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem lædat.

Paedagogus, huius pædagogi, pen. prod. (παιδαγωγός,) Pueri ductor. παῖς puer: ἀγωγός, ductor: cui ducendorum puerorum prouincia datur. Plaut. Bacchid. 2. 30, Non pædagõgum iam me, sed Lydum vocat. Idem Merc. 3. 90,

Seruum vnã mittit, qui olim à puero paruulo
Mihi pædagõgus fuerat. Colum. lib. 1, Nec postrema quasi pædagogi eius meminisse dignemur Iulii Hygini. Cic. Attico, lib. 12. 250. 2, Sed & pædagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari vetat.

Diligendi sunt pædagogi & nutrices. Cic. de Amic. 64.

Versantur pædagogi lites ad auriculas adolescenti. Author ad Herenn. lib. 4. 156.

Pædagogium, huius pædagogii, (παιδαγωγεῖον,) Locus in domicilio, in quo pueri seruiũque cõmorantur, qui παιδάριοι vocantur. Plin. epist. 247. lib. 7. ad Suram, Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat.

Pædagogium, apud Iurisconsultos, Seruitium atque mancipium dicitur. Vlpianus in L. Quæsitum. §. Si instructum. ff. de Fundo instructo, & instrumento legato, Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, & quum eò venisset, præsto essent in triclinio, legato continentur.

Pædia, pædiæ, pen. prod. παιδεία, Eruditio, institutioque in bonas artes, vt docet Gellius: interdum etiam pueritiam & ipsam puerilem ætatem significat, vnde extat Xenophontis Græci nobile opus de pædia

Cyri principis.

Pędotriba, huius pædotribæ: vel pędotribes, pædotribis, (παιδοτρίβης,) Ludi literarii præceptor.

Paederos, pen, cor. huius pædẽrũtis, pen. prod. (παιδέρως,) Genus acanthi. Plin. lib. 22. cap. 22, 10.

Paedor, pædõris, pen. prod. masc. gen. (ἀύγμός, ῥύπος,) Squallor, illuuies, sordes, & omnis immunditia seu putor in animali præsertim. Lucan. lib. 2. 15. –longúque in carcere pædor. Cic. 3. Tuscul. 46. –barba pædore horrida Atque situnia infuscat pectus illuuie scabrum. Ex poeta. Ibidem, 104, Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes generum, pectoris, feminum, capitis percussiones.

Pædor à Græco deduci videtur, quo παιδάριος, id est pueri dicuntur, qui in illa puerili ætatula sordidi ferè sunt, nec à sordibus sciunt abstinere.

Membra horrida pædore. Lucret. lib. 6. 255.

Longus in carcere pædor. Lucan. lib. 2. 15.

Obsitus pædore, Seneca Agamem. 13. 8.

Sedet pædore. Seneca Herc. Oeth. 4. 32, Cessere vultus penitus, vt pædor sedet.

Pædidos (ῥυπαρούς,) (inquit Festus) sordidos significat, atque obsoletos. tractum vocabulum à Græco: quia παιδάριος, id est pueri, talis sunt ætatis, vt à sordibus nesciant abstinere.

PAEON, huius Pæonis, pen. cor. (παιών,) Nomen viri medicæ artis peritissimi, quem Homerus lib. 5. Iliad. scribit curasse Plutonem grauiter ab Hercule vulneratum: à quo Pæonia herba dicitur, quam inuenit.

Cura Pęonia. Claud. de bello Getico, 15

Cautius ingentes morbos, & proxima cordi
Vlcera, Pęonię tractat solertia curæ.

Paeon, (παιών,) Genus pedis est, siue mensuræ, qua tum poetæ, tum oratores suas dictiones demetiebantur, qui à Diomede quadruplex esse traditur, quorum primus ex longa & tribus breuibus constat. secundus ex breui & longa & duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus & longa & breui. Quartus ex tribus breuibus & longa. Cic. 3. de Orat. 101, Probatur autem ab eodem illo maximè pæon, qui est duplex. nam aut à longa oritur, quam tres breues consequuntur: vt hęc verba, Definite, Incipite, Comprimite. aut à breuibus deinceps tribus, extrema producta atque longa: sicut illa sunt, Domuerant sonipedes. atque illi philosopho ordiri placet à superiore pæone, posteriore finire.

Paeonia, (παιονία,) Herba à Pęone medico, qui eam inuenit, sic dicta. Plin. lib. 25. ca. 4. 2, Vetustissima inuentu pæonia est, nomenque authoris retinet, quam quidam pentorobon appellant, &c. Vulgus nostrum vocat De la peuoeine.

PAEONIA, (παιονία,) Regio est in Europa, à Pæone Endymionis filio & Epei fratre, qui victus certa ab Epeo (sicut inter eos conuenerat) imperium victori dedit, & in Macedoniam seu Thraciam ad amnem Axium discessit. A quo Pæonia regio dicta, quæ ex regis nomine Aemathia pars Macedoniæ: à qua Pęones populi, vt Iustinus libro 7. scribit. Statius lib. Achilleidos penultimam corripit, dicens, Præterit, & didici quo Pæones arma rotatu. Quandoque Pęonia ponitur pro Macedonia, sicut Aemathia, cuius litoris regio iuxta Sithoniam Thermopontum Pallene vocatur. In hac regnalle fertur Thelegonus.

Nitosi Pæones Ouid. 5. Metam. 63.

PAESTVM, (παῖστον,) Oppidum Lucaniæ, rosarum abundantissimũ, vbi ob cœli clementiam bis in anno producebantur fructus, scilicet Maio & Septembri. Virg. 4. Georg. 24, –biferique rosaria Pæsti. Horatius mœnia propè mare magni spatii adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. A Tuscis conditum, Posidoniam dixerunt, & eius sinum Posidionatem. Postea Romani, missis huc colonis ampliauerunt, vt ait Strabo. Cic. Attico, lib. 11. 225. 5.

Tepidi Pæsti rosaria. Ouid. 15. Metam. 142.

Pæstãnus, pen. pro. Adiectiuum, (παιστανός,) Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 6, Calthaque Pęstanas vincat odore rosas.

PARTOVIVM, (παρτόουιον,) Vrbs Pannonię superioris, id est Austriç, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 15. Petouionem Tacitus scribit lib. 19. alii Petouiam. Vulgò Betta.

Paetus, pęti, Qui obliquis oculis in altum respicit, vel qui alterum oculum minorem habet. Horat. 1. Serm. sat. 3. 9.

Appellat pętum pater, & pullum male parnus,
Si cui filius est. Vbi interpres Porphyrio, Strabo, qui est detortis oculis, dicitur: Pętus, leniter declinatis. Item Acron in eundem locũ, Pętì propriè dicuntur, quorum huc atque illuc oculi velociter vertuntur.

Paganus, Vide PAGVS.

PAGASA, pen. corr. (πάγασαι,) Thessaliæ oppidum, quod postea Demetrias dictũ est, vt ait Plin. lib. 4. cap. 8, iuxta quam ædificata fuit Argo nauis, propter quod nauis lõga Argonautarũ Pagasæa nuncupatur, qd Iason, qui eã ædificauit, fuit filius Aesonis fratris Pelię regis Thessalię. Hinc Pagasiticus sinus in Thessalia ẽ dictus. Vide PEGASAE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pagasæus, Adiect. (παγασαῖος,) vt Sylua Pagasæa. Ouid. 12. Metam. 83.
Poppis Pagasæa. Valer. 8. Argon. 76.
Pagasius, pen. corr. Aliud adiectiuum, (παγασός,) Valer. 8. Argon. 91,
Si Pagasus, vel Peliacus hinc denique nabes Cerneret.

Pagina, Vaginæ, pen. corr. (σελίς,) Vtraque pars foliij à pangendo dicta, quòd in paginis carmina pangantur, id est ligantur. Vel dictæ sunt paginæ, authore Festo, quòd in libris suam quæq; obtinent regionem, vt pagi. Plin. in Paneg. 149, Ergo non alia nos pagina, quàm te Consulem accipiet: & nostra quoque nomina addentur fastis quibus ipse perscriberis. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 15, Nam quom hanc paginam tenerem, L. Flauius Prætor des. ad me venit, homo mihi valde familiaris. Idem ad Tironem, lib. 16. 6. 1, Varè sum affectus tuis literis, valde priore pagina perturbatus. Martial. lib. 1. 29,
In nulla pagina Latinè loqui fas sit. Idem lib. 10. 59,
Consumpta est vno si lemmate pagina, transis. Virg. 6. eclog. 3,
- nec Phœbo gratior vlla est.
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.
Extrema pagina. Cic. in Orat. 23.
Lasciua pagina, Vide LASCIVUS.
Longa atque insignis honorum pagina. Iuuenal. Saty. 10. 6.
Profana pagina. Claud. 2. Paneg. 62.
¶ Contractio paginæ. Cic. Attico, lib. 5. 91. 6, Meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat.
Commouere totas paginas. Cic. 4. de Finib. 86, Vtrum igitur tibi literam videor, an totas paginas commouere?
Complere paginam, Vide COMPLERO.
Respondebo primùm postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit. Cic. Attico, lib. 6. 1. 13. 1.
Turgescit pagina bullatis nugis. Persius Saty. 5. 2.
Vtranque paginam facit. Plin. lib. 2. cap. 7. 9, de fortuna loquens, Huic, inquit, omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola vtranque paginam facit. Prouerbii faciem habet illud, vtranque paginam facit, sumpta metaphora à codicillis rationalibus, duas habentibus paginas: alteram quæ indicat quid sit datum: alteram quæ quid acceptum sit, ostendit. Itaque in rebus humanis fortuna vtranque facit paginam, id est, siue quid obtigit boni, ea laudatur, quasi dederit: siue mali quid accidit, eadem incesitur, ceu malorum author. Erasmus.
¶ Pagina, in vitibus. Plin. lib. 17. cap. 22. 2, de limitanda vite loquens, Semper verò quintanis semitari, hoc est, vt quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur. Paginas vocat areas interceptas inter duo iuga. Budæus.
Pagella, pagellæ, Diminutiuum, (σελίδιον,) Cic. ad Brutum, lib. 11. 25. 4. Non imitor κακοσιγμον tuum, altera iam pagella procedit.
Paginula, paginulæ, penul. corr. (σελιδάριον,) Aliud diminutiuum. Cic. Attico, lib. 4. 77. 4, Si verò id est quod nescio an sit, vt non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum Consulum paginulas habeat quàm fatorum.

Pago, pagis, pépigi, pen. corr. pactum, (ἐμπεδόω,) pagere, Pacisci significat. Author ad Herennium, lib. 2. 53, Pacta sunt quæ legibus obseruanda sunt, hoc modo, Rem vbi pagunt, oratione pagunt. Quintil. lib. 1. cap. 10, dicit pepigi esse, non à pango, sed antiquo verbo pago, pagis, sine n, vt in lege XII. TAB.
Ni ita pagunt. Sueton. de Claris Rhet. 1. e, Aestiuo tempore adolescentes vrbani quum Hostiam venissent, litus ingressi, piscatores trahentes rete adierunt: & pepigerunt bolum quanti emerent. Cic. pro Roscio Comœdo, 18, Dic pactionem fecisse vt absolueretur, non pepigit. Et in Pisonem, 28.
Pagere & conuenire. Author ad Herennium, lib. 2. 53, Ex pacto ius est, siquid inter se pepigerint, siquid inter quos conuenit.
Recusare quæ pepigisti. Virg. 12. Aeneid. 3.
Fœdera mihi pepigit Lausus. Virg. 10. Aeneid. 181.
Cum hostibus pagere. Plin. de Viris illust. 43, De redemptione captiuorum cum hostibus pepigit.
Rem ducentis philippeis pagere. Plautus Bacchid. 19. 38, Quid fit? H. ducentis philippeis rem pepigi.
Ab eo quicum pepigit impetrare. Cic. 3. Offic. 124.

Pagrus, (πάγρος,) Piscis. Plin. lib. 32. cap. 10. 1, Pagri fluuiatilis longissimus dens capillo adalligatus. Idem lib. 9. cap. 16. 3, Prægelidâ hyemè omnes sentiùt, sed maximè qui lapidè habere in capite existimãtur, vt lupi, chromes, scienę, pagri. Iidè & pagari dicũtur.

Pagus, huius pagi, m. g. (κώμη,) Simul positæ villæ, hoc est, rusticanæ domus in vnum coagmentatæ. Nam πηγὴ Græcè, Latinè fons dicitur: quòd circa fontes hæ ponerentur, quodque omnes eadem aqua vterentur, authore Festo.
¶ Pagus non modò vicum rusticanum significat, sed vnius iurisdictionis tractum, ditionem, ac agrum: quomodo hodie Helueti duodecim habet pagos ac ciuitates, quę iisdẽ legibus, moribus, atq; institutis vtuntur. Ipsi sua lingua Orter vocant: & pagum seu ciuitatem, ein ort, alicubi etiam marcam, iudicium, & ditionem, agrumq; totum. quemadmodum aliæ etiam nationes Germanorum suos habent pagos, districtus, atque ditiones. Hæc Andreas Althamerus in Cornel. Tacitum De moribus Germanorum. Tacitus, Eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui iura per pagos vicosque reddunt. Quem locum exponens idem Althamerus, Inter vicum & pagum, inquit, hoc interest discriminis. Vicus significat villarum, id est domorum rusticanarũ congeriem absque mœnibus: Pagus verò vicorum societatem, ditionem, seu agrum, qui multis vicis constat. Hæc mirè illustrant Cæsarem, qui lib. 1. de bel. Gal. dicit totam Heluetiam in quatuor pagos fuisse diuisam. Iterum libro eodem, Treuiri autem nuntiabant, pagos centum Sueuorum ad ripam Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur. Rursum lib. 4, non procul ab initio, Sueuorum gens est longè maxima, & bellicosissima Germanorum omnium. il centum pagos habere dicuntur. ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa suis ex finibus educunt. Reliqui, qui domi remanserint, se atque illos alunt. Hi rursus inuicem anno post in armis sunt: illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio atque vsus belli intermittitur. Sed priuati ac separati agri apud eos nihil est. Neque longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet. Hæc & plura Cæsar. Quæ sic explicat Althamerus. Dicitur pagus ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est à fonte quòd pagi circa fontium riuos collocarentur. Minimè autem credibile est, Sueuiam latissimam Germaniæ oram, tantum centum vicos habuisse: quum nullas etiam vrbes habuerint: nec iunctas sedes inter se passi fuerint: sed discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus, vt fluuius placuit, coluerint: nec vicos ædificarint ad Romanum morem connexis & cohærentibus ædificiis: sed suam quisque domum spatio circũdederit, siue aduersus casus ignis remedium, siue inscitia ædificandi. Nimirum distabant à seinuicem villæ, quemadmodum plerisque in locis etiam nunc vetus mos cernitur. Præterea quo modo ex vno vico potuissent mille homines ad bellum educi? Satis ergo indicat Cæsar pagum significare hominum multitudinem, societatem ac ciuitatem: & Paganos esse fontium aut fluuiorum accolas, qui vnum tenent tractum & districtum. Hæc ille. Vide etiam Glareanum in Annotationibus in Cæsarem.
Ingentes pagi. Virg. 2. Georg. 76.
Rugosus frigore pagus. Horat. 1. epist. 22.
Pagatim, pen. prod. (κωμηδόν,) Aduerbium, dictum est Per singulos pagos, ea forma qua Oppidatim. Liuius 1. bel. Maced. 101, Tẹpla deiam quæ pagatim sacrata habebant, diruit atque incendi iussit.
Pagânus, huius pagani, pen. prod. (κωμήτης,) A pago dictus est, rusticus, villanus, in villa natus, qui non nouit vrbem, quasi ex vno fonte potans. Cic. pro Domo sua 58, Nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani (quoniam plebi quoque vrbanæ mores nostri conuoticula, & quasi concilia quædam esse voluerunt) qui non amplissimè modo, &c.
¶ Paganus, Qui miles non est. Iuuenal. Saty. 16. 4,
- citius fallum producere testem
Contra paganum posis, quàm vera loquentem
Contra fortunam armati. Marcellus in L. Quædam. ff. de Præuis, Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leuorem pœnam irrogant: militi verò graniorẽ. Vlpianus de Militari testamento, L. Tractabatur, Tractabatur an tale aliquid & in paganorum testamentis indulgendum esset: & placuit non sine distinctione hoc fieri. Scæuola: Ad legem Falcidiam, L. vltima, Miles, si dum paganus erat, fecerit testamentum, militiæ tempore codicillos: lex Falcidia in codicillis locum non habet, in testamento locum habebit. Paulus, de Liberis & posthumis, L. Filius familiãs miles, similiter vt paganus nominatim à patre aut hæres scribi, aut exhæredari debet.
¶ Paganus, per translationem, Qui in exercitio aliquo nondum perfectus est. Persius in Prooemio libri sui, 1,
Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, vt repentè sic poeta prodirem. Sed arrogantiam vitans, subdit per translationem, - ipse semipaganus
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.
Pagânus, pen. prod. Adiectiuum, (κωμητικός,) vt Fercula pagana. Propert. lib. 4. eleg. 4. 16. & Ouid. 1. Fast. 154, Pagani foci.
Paganicus, pen. corr. Adiectiuum, (κωμητικός,) Antonius in L. 1. De rebus militis, C. Frater tuus miles si te specialiter de bonis quæ in paganico habeat, hæredem fecit: bona quæ in castris reliquit, petere nõ potest. Differt à castrensi.
Paganica pila, à pagis dicta, hoc est villis, quòd pagani ea vterentur. hæc grossior laxiorq;, & pluma plena, nec ad lusum tam agilis, vt quæ nec tam leuis est, nec iactata facilè resilit. De qua sic Martialis lib. 14. 45,
Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arcta pila. Quasi dicat, est laxior & pila trigonalis, & arctior, firmorque quàm follis. nam follis, tertium pilæ genus est. Vide suo loco. Ex Sipontino.

Paganalis, paganaliorum, (κωμητικά,) Festa rusticorum. Ouid. in Fastis.

PAGYRIS, nomen fluuii & nomen ciuitatis: à qua Pagyritæ populi. Apud Plinium lib. 4. cap. 11. scribitur Pacyris.

Pala, huius palæ, (φήκελλα,) Instrumentum rusticum. Pala à pagendo, mutata G in L, inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina. Plautus, Palas vendundas sibi & merga: datas, vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. Plinius lib. 18. cap. 6. 13. Iuncosus ager verti pala debet, at in saxoso bidentibus.
¶ Pala, Instrumentum quo panis in furnum mittitur, & extrahitur. Cato cap. 11. 4, Palæ ligneæ quatuor.
¶ Palæ dicuntur dorsi dextra lęuaque eminentia membra.
¶ Palæ minores auri purgatoris massulæ, inquit Strabo lib. 3. & vtique non maiores selibra. Plin. lib. 34. cap. 13. 6, Expultur eris pala quędam. Castigati codices habent palea.
¶ Pala, (σφενδόνη,) annuli pars plana & latior, in qua gemma inseritur. Cic. 1. Offic. 49, Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.

PALAEMON, huius Palæmonis, penult. corr. (παλαίμων,) Marinus deus, Latinè Portunus; quòd portubus præsit. Cic. 3. de Natu. deo 52. Ouid. 6. Fast. 110, Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicer. Vide MELICERTA.
Inous Palæmon. Virg. 5. Aeneid. 165.
Nauifragus. Sta. 1. Sylu. 1. 36
Palæmonius, Adiectiuum, (παλαιμόνιος,) vt Coronæ Palæmoniæ, Id est Isthmiacæ, quæ in Isthmis ludis Palæmoni à Theseo dicatis victoribus dabantur. Claud. 8. Paneg. 58, Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis Adsit. Coronæ autem ex pinu erant cõfectæ, vt author est Plinius lib. 15. cap. 10.
Palæmon, (παλαίμων,) alius fuit Phinæi Arcadiæ regis filius. Alius item Grammaticus Vincentinus, qui Romæ vixit sub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogantia, vt Marcũ Varronem potentem appellaret, secum & natas & morituras literas iactaret. Luxuriæ ita indulsit, vt sæpius in die lauaretur, nec sufficeret sumptibus. Hæc Tranquillus. Fuit autem ætate Quintiliani vt ipse testatur lib. 1. cap. 4. 15.

Palæphatus, palæphati, pen. corr. (παλαίφατος,) Interpretatur primùm, qui τῶν ἐπίπαν, id est incredibilium volumina scripsit. Fuit hic Parius patria, siue (vt alii tradunt) Prieneus. Vixit Artaxerxis tempore. De hoc plura Cœlius lib. 30. cap. 34.
Palæphatius, Adiectiuum, (παλαιφάτιος,) Quod est Palæphati. Virgilius ad Messalam, Doctà Palæphatia testatur voce papyrus.

PALAESTINA, pen. prod. (παλαιστίνη,) Prouincia Syriæ, Arabiæ contermina, dicta à Philistiim vrbe metropoli in ea, vt inquit Plin. lib. 5. cap. 12. 1. Herodotus totam Syriam vocat Palæstinam. In ea quinque ciuitates continebantur, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, & Azotum. Est & altera Palæstina propè Phæaciam, de qua Lucanus lib. 5. 92, Laxa Palæstinas vndis confixit arenas.
Palæstinus, pen. prod. Adiectiuum, (παλαιστίνος,) vt
Aqua Palæstina. Ouid. 1. Fast. 93.
Deæ Palæstinæ. Ouid. 4. Fast. 48.
Gens Palæstina. Silius lib. 3. 123.
Syros Palæstinus. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 4.

Palaestra, palæstræ, παλαίστρα, παλαισμοσύνη,) Luctatio. A πάλιν, iterũ, & πάλω, ferio. Vel ἀπὸ τῆς πάλης, id est à luctatione, καὶ ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est à motu vrnę. Nã ducta sorte antiqui luctabantur. Virg. 6. Aen. 129, Pars in gramineis exercent mẽbra palæstris.
Plaut. Bac. 8. 20, - ante solem exorientem nisi m palæstram veneras,
Gymnasii præfecto haud mediocres pœnas penderes. Terent. Eunuc. 3. 2. 24, - fac periclum in literis,
Fac in palæstra, in musicis. Cic. 1. de Legib. 9. Habuitque vires agrestes atque horridas, sine litore ac palæstra.
Studio palæstræ ignaua iuuentus. Lucan. lib. 7. 55.
Iura palæstræ. Propert. lib. 3. eleg. 14. 1.
Agrestis palæstra. Virg. 2. Georg. 107.
Carenatæ palæstræ. Stat. 2. Sylu. 1. 22.
Decora palæstra. Horat. 1. Carm. ode 10. 1.
Liquidæ palæstræ. Claud. 8. Paneg. 57.
Nitida palæstra. Ouid. epist. 15. 30.
Palatina palæstra. Cic. Attico, lib. 2. 19. 5.
Vncta palæstra. Ouid. epist. 18. 3.
¶ Adiuuat histrionem palæstra. Cic. in Orat. 7
Exercent patrias oleo labente palæstras. Virg. 3. Aeneid. 57.
Ludere palæstrã. Ouid. epist. 14. 30.
Habet palæstram quandam hic motus. Cic. in Orat. 154.
Palæstram, lenonis domum vocat Terentius Phorm. 3. 1. 305
Eccum à sua palæstra exit foras. Id est domo lenonis, vbi amator assiduè exercetur, vt ait Donatus.
¶ Palæstra præterea decentiam illam significat, qua status, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus venustatem quandam leporemque præse ferantque & chironomia dicitur quam qui non didicerunt, ii A palæstri ab antiquis dicti sunt: vt apud Ciceronẽ in Oratore perfecto. Itaque qualis eorum motus quos Apalæstros Græci vocant: talis eorum mihi videtur oratio qui non claudunt numeris sententias. Itaque Quintilianus lib. 9. cap. 4. significare volens orationem forensem nec planè numerosam esse debere, qualis Panegyricus ille fatigeratus Isocratis: nec rursus numeris vacarentia inquit. Sicut etiam quos Palæstritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur Apalæstri. Budæus in Annotat. prioribus.
Palæstrita, palæstritæ, pen. prod. (παλαιστής,) Sodalis palæstræ vel magister, & qui palæstræ dat operam. Cic. 6. Verr. 122, Ex Heraclii hæreditate, quam palæstritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse. Ibidem, 4. 25. Et Mart. lib. 14. 206. Persius Saty. 4. 4, Quin que palæstritæ licet hæc plantaria vellant.
Palæstricus, pen. cor. Adiectiuum, (παλαιστρικός,) Quasi ex vsu palæstræ: siue quod ad palæstram pertinet. Plaut. Rud. 8. 7.
Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio
Gymnastico & palæstrico.
Ars palæstrica. Quintil. lib. 1. cap. 11. 7.
Motus palæstrici. Cic. 1. Offic. 181.
Prætor palæstricus, Qui fuet palæstritis. Cic. 4. Verr. 38, Nunquam vos Prætorem tam palæstricum vidistis.
¶ Palæstrici, dicti sunt qui palæstram docebant. Ab his enim præceptoribus motus gestusque formantur: vt recta sint brachia: ne indoctæ rusticæque manus: ne status indecorus: nequa in proferendis pedibus inscitiam caput oculiq; ab alia corporis inclinatione disideant. Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognitu existimauerunt. Gallicum vulgus vno verbo Continentiæ hæc omnia significat. De hac intellexit Cic. 1. de Orat. his verbis, Sic censeo neminem in oratorum numero habendũ, qui non sit omnibus his artibus quę sunt libero dignæ, perpolitus: quibus ipsis si in dicendo non utiour, tamen apparet atque extat vtrum simus earum rudes, an didicerimus. Vt qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palęstræ: sed ipse motus indicat didicerint ne palęstrã an neciãt. Quint. li. 1. ca. 11. 8, Ne illos quidẽ (inquit) reprehendendos puto, qui paulum etiam palæstricis vacauerint. Non de his loquor quibus pars vitæ in oleo, pars in vino consumitur: qui corporum cura mentem obtuerunt. Hos enim abesse ab eo quem instituimus, quamlongissimè velim. Sed nomen est idem iis à quibus gestus motusque formantur. Budæus in Annot. prioribus.
Vacare palæstricis. Quintil. lib. 1. cap. 11. 8.
Palæstrice. Aduerbium, (παλαιστρικῶς,) More palęstritarum. Cic. de Opt. gen. Orat. 145, Sed ita vt palæstricè spatiari in xysto liceat.

Palam, Aduerbium, (ἀμφαδόν, ἀμφαδίσι, ἀμφαδίην, διαῤῥήδην, ἀλκφανεστόν, ἀστιφανῶς,) Manifestè, apertè, in conspectu, in ore atq; oculis omnium. Contrariũ habet Clãm. Terent. Adel. 3. 2. 30, A le none ipsius eripuit palam. Donatus, CORAM ad certas personas refertur, PALAM ad omnes. Cic. in Pis. 69, Quid stipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus mensis palàm propositę esse numeratum?
Palàm & interdiu, cui contrarium Clàm & noctu. Cæs. 3. bel. Ciuil. 118, Eodem die vterque eorum ex castris statiuis à flumine Absò exercitum educunt: Pompeius clàm & noctu, Cæsar palàm atque interdiu.
Luce palàm. Virg. 9. Aeneid. 31.
Luce & palàm comportare aliquid. Cic. in Pisonem, 17.
Palàm & Clàm, contraria. Cice. pro Cælio, 15, Palàm in eum tela iaciuntur, clàm subministrantur. Plaut. Cist. 2. 27, - ita nostro ordini
Palàm blandiuntur: clàm, si occasio vsquam est, frigidam
Subdolè suffundunt.
Palàm & Obscurè, contraria. Cic. 4. Acad. 27. Alterum quidem vt videmus palàm, alterum vt suspicamur obscurius.
Palàm & apertè. Plaut. Bacchid. 1. 67.
- postridie auferimus aurum omne ils præsentibus
Palàm atque apertè, vt illi, &c.
Palàm in ore. Cice. 4. Verr. 57, Quę in foro palàm Syracusis in ore atque oculis omnium gesta sunt.
In foro, palàm, multis audientibus recitare, & clarissima voce testari aliquid, C. c. pro Cluentio, 17.
Per præstigia, & Palàm, contraria. Cic. 6. Verr. 47, Non per prestigia, sed palàm per potestatem, vno imperio ostiatim totum oppidum compilarit.
Diuulgare palàm primum tempus ætatis alicuius ad omnes libidines. Cic. Post red. in Senatu, 8, Quis enim vllam vllius boni spem haberet in eo, cuius primum tempus ętatis palàm fuisset ad omnes libidines diuulgatum?
Palàm est. Plaut. Mostel. 1. 5. 19, - res palàm est:
Nunc te videre melius est quid agas cum illo. Idem Capt. 1. 0. 10,
- operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ:
Omnis res palàm est, Quasi dicat, detecta & cognita. Terent. Eunucho, 1. 2. 24, Sin falsum, aut vanum, aut fictum est: continuò palàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

est. Id est, nihil celo.
Palàm est pisces audire. Plin.lib.10.cap.70.1, Hoc est, certissimum est, & in confesso.
Palàm & ante oculos omnium esse. Cic.7.Verr.52.
Palàm facere. Plaut.Asin.14.11, – me honestius est,
Quàm te palàm hanc rem facere. Idem Amphit.9.16, Post igitur demum fortem, res fiat palàm. Linius 4.bel. Maced. In hanc sententiam quum adduxisset regem, præparandos sibi ad id popularium animos ratus, literas, ne quo casu interceptæ palàm facerent conata, scribere non est ausus.
Apertè ac palàm facere aliquid, non ex insidiis. Cic.in Orat.21.
Apertè, palàmque dicere aliquid. Cic.2.Verr.12.
Palàm ac liberè frui. Cic.2.de Nat.deorum,235, Itaque bestiæ furtim, vt dixi, fruuntur: domini palàm ac liberè.
Serere palàm rem aliquam. Cic.Attico, lib.16.335.6.
Palàm mentiri. Plaut.Trucul.4.83,
Si illud quod volumus dicitur, palàm quom mentiuntur,
Verum esse inficiti credimus.
Manifesta res palàm indicat. Lucret.lib.1.164.
Probare aliquid palàm. Cic.pro Placco,53.
Palàm aduersarius. Cic.3.Verr.27, Nam eum qui palàm est aduersarius, facile cauendo vitare possis.
Palàm beatus. Terent.Phorm.1.3.17,
Quòd habes, ita vt voluisti, vxorem sine mala fama, palàm
Beatus: id vnum hoc desit, animus qui modestè istæc ferat. Hoc est apertè & sine dubio.
Palàm, cum ablatiuo, pro Coram, præpositio est. Linius lib.6.ab Vrbe, Inde rem creditori palàm populo persoluit.

PALAMEDES, pen.prod. (παλαμήδης,) nomen Nauplii, Euboeæ regis filii, qui Vlyssis fraude à Græcis interfectus fuit. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inuenisse, scilicet θ ξ χ φ. Præterea ordinem aciei, dationem signi, tesseras, hoc est, symbolò bellicò, & vigilias in uenit. Hinc à poetis Palamedis aues, grues dicuntur. Martial.lib.13.75,
Turbabis versus, nec littera tota volabit,
Vnam perdideris si Palamedis auem.
De hoc Philostratus in Heroicis hæc scribit, Summo (inquit) vir ingenio fuit: ordinem literarum reperit, additis nouis quibusdam. Quas Vlysses eius inimicus ait non ab eo inuentas, sed à gruibus ex ordine volatus earum accepisse. Præterea calculorum & mensurarum, & ponderum, tum etiam aleæ in castris apud Aulidem inuenror fuit. Astrologiæ iosuper peritus, annorum, mensesque ad cursum Solis accommodauit. Primusque in castris vitam atque reformidatam Solis eclipsim dixit naturalem minimeque timendam esse. Vlyssis primùm insaniæ simulatio ab eo fuit deprehensa: quapropter non destitit Vlysses, quin eum apud exercitum proditionis falsò insimulatum damnari atque lapidibus obrui perfecerit: quem postea Græci fleuere & magnopere desyderauerunt. Palamedes Eleates Grammaticus scripsit Onomasticon de Tragicis & Comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ ac Doricæ linguæ. Suidas.
Belides Palamedes. Virg.2.Aeneid.17,
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloriaque quem falsa sub proditione Pelasgi, &c. Demisere neci. Belidem vocat quia à Belo originem duxit, à quo septimo gradu distabat.

Palangae, dicuntur fustes teretes, qui nauibus subiiciuntur quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad litora subducuntur. Vnde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Varro de vita Pop.Rom lib.4, Quum Pœnus in fretum obuiam venisset nostris, & quoldam cepisset crudelissimè, pro palangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros. Nonius.

Palans, Vide Palor, palaris, in PALVS priore producta.

PALANTEVM, pen. prod. (παλάντειον,) vrbs in Palatino monte, à Palante Euandri proauo. Virg.lib.8.Aeneid.10.
Mœnia Palantea. Virg.9 Aeneid.40.

Palatha, παλάθη, Massa proprie ficorum & caricarum, teste Hesychio.

PALATINA, (παλατίνη,) regio Romæ, cuius Arcades duce Euandro, Palantes authores extiterunt.
Palatinus, pen.prod. Adiectiuum, (παλατῖνος,) vnde Palatinus deus, & Palatinus mons dictus est, super quo primò Roma ædificata fuit, & in eo reges primò, deinde Consules, post Imperatores maiore ex parte sedem habuerunt. Et Palatini, qui & Palantes sunt, qui cum Euandro venerunt & Aborigines consederunt in quartæ regionis palatio. Sed hos alii dictos à Palantia Latini vxore putauere.
Euander Palatinus. Virg.9.Aeneid.2.
Apollo Palatinus. Horat.1.epist.3.4.
Arces Palatinæ. Horat.in Carm.seculari,13.
Baloneæ Palatinæ. Cic.pro Roscio Amer.11.
Collis Palatinus. Claud.4.Paneg.109.
Gens Palatina. Ouid.14.Metam.124.
Iugum Palatinum. Ouid.6.Fast.159.
Laurus Palatinæ. Ouid.4.Fast.192.
Palatina palæstra, quæ in Palatio mõte exercetur. Cic.ad Att.lib.2.19.5.
Palatina Venus. Plin.lib.36.cap.5.1.

Palatio, huius palationis, fœm.g. (σκολόπωσις,) Id fundamenti genus est, quod in aquis, aut in vliginosis, aut congestitiis locis fieri videmus, à palis qui in terram depunguntur, dictum vocabulum. Vitruuius lib.2, de aluo loquens, Itaque quia non nimis habet in corpore humoris, in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebrè fixa, recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, & sustinet immania pondera structuræ. Palatio, quæ vulgò pilotium dicitur, fistucatio etiã appellatur à fistuca machina vulgo nota, qua etiam panitores vtuntur vtrinq; ansata. Hac enim pali magna vi in terram adiguntur. Budæus.

PALATIVM, htius Palatii, (παλάτιον,) Mons Romæ appellatus est, quòd ibi in palatio, pecus palcens balare consueuerit, inquit Festus. sic enim vox eius animalis exprimitur, quasi balatium. Vnde Nævius balatium appellat. Vel à palo, palas, quòd ibi palare, id est errare pecades soleut, vt ait Festus. Seu quòd Palantes Arcades cum Euandro ibi consederunt. nam ante Romam cõditum possessum atque habitatum fuit. Alii à Palantia Latini matre, quæ ibi habitauerit, Palatium dictum volunt. Alii à Palante Euandri auo. Alii à filia Euandri Palantia, ab Hercule vitiata, & postea illic sepulta. Vel certè à Palante eius filio ibi sepulto. Alii à Pale pastorali dea nomen inditum autumant.
Alta Palatia. Ouid.1.Trist.eleg.1.14.
Nemorosa Palatia. Ouid.1.de Arte,21. Idem 4.Fast.165,
Res placet: alter init nemorosi saxa Palati:
Alter Auentinum mane cacumen adit. De Romulo & Remo.
Phœbea Palatia. Lucan.lib.3.21.
Romana Palatia. Virg.1.Georg.100.
¶ Palatium, dicitur etiam domus imperatoria, superba, amplaque. A Palante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur. Aut secundum Plinium, à Palanteo Arcadiæ oppido. Siue vt Cyrillus author Græcus refert; à Palatino monte. Suetonius de Claris grammat.17, Quare ab Augusto quoque nepotibus eius præceptor electus, transiit in palatium cum tota schola.
¶ Palatium primam indifferentem habet. Ouid.1.de Arte,21,
Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Martial.lib.1.66,
Inde facto veneranda petes palatia clino.

Palatum, huius palati, pen.prod. (οὐρανίσκος, ὑπερῶον,) Pars oris interna & superior. Plin.lib.11.cap.37.47, Intellectus ipsorum est cæteris in prima lingua: homini & in palato. Colum.lib.7, Sed etiam si palatũ atq; lingua concolor lanæ est. Horat.2.epist.2.13,
Tres mihi conuiuæ propè dissentire videntur:
Poscentes vario multum diuersa palato. Cic.2.de Nat. deorum,69, Sed dum palato Epicurus quid sit optimum iudicat, cœli palatum (vt ait Ennius) non suspexit. Idem 2.de Finib.51, Eam autem ita persequitur quæ palato percipitur, quæ auribus, &c.
Caulæ palati. Lucret.lib.4.133,
– lænissima corpora debent
Contrectabiliter caulas intrare palati.
¶ Annosum palatum. Horat.2.Serm.saty.3.55,
Quid quum balba feris annoso verba palato?
Carnosum palatum, Vide CARO.
Rescissum palatum. Lucan.lib.4.67.
Subrile palatum. Horat.2.Serm.saty.8.8.
Torpens palatum. Iuuenal.Saty.10.21.
Veneniferum palatum. Ouid.3.Metam.17.
Vocens palatum. Silius lib.7.131.
¶ Lingua deest palato. Ouid.epist.11.23.
Sapor exacuit palatum. Ouid.1.de Ponto, eleg.11.3.
Excitare palatum. Quintil.lib.6.cap.3.13.
Exsurdant palatum vina feruida. Horat.2.Serm.saty.8.8.
Gustare aliquid palato. Ouid.4.Fast.107.
Instituere palatum. Quintil. lib.1.cap.2.6, Antè palatum eorum, quàm mores instituimus. De infantibus.
Obserare palatum. Catul.in Camerinum, epig.51.5.
Gallina dura malum respondit palato. Horat.2.Serm.saty.4.4.
Ignauo stupuerunt verba palato. Ouid.2.Amor.eleg.6.10.
Vdo palato nigra sobest lingua. Virg.3.Georg.78.
Tenero supplantat verba palato. Persius Saty.1.4.
Tergere palatum gallina. Horat.2.Serm.saty.2.5.
Sicco torret sitis ora palato. Propert.lib.4.eleg.10.5.
¶ Palatos, etiam masc.genere legitur apud Ciceronem, lib.2.de Finib.42, nisi mendosus est codex, quum ait, Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.

Palea, paleæ, (ἄχυρον,) est iumentorum pabulum. A palàm seu pabulo dicitur. nam ea sola primùm in pascendis animalibus præbebatur.

præbebatur. Quo sanè vocabulo non proprie culmi, sed folliculà ipsa granorum comprehenduntur. Varro de Re rust.lib.cap.50.1, Contra, quod eam spica ita tramentum hæret, corbibus in aream deferitur: vbi di fcedit in aperto loco palàm, à quo nominata potest esse palea. Virg.3. Geor.17. Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes. Colum. lib.6, Minus commodè tuetur armentum paleis, quæ vbique quibusdam regionibus solę præsidio sunt, & probantur maximè ex milio, tum ex hordeo, mox ex tritico. Idem, Oportet fabam maturam conterere, & paleas eius diligenter condere. Virg.Geor.30. Nec quicquam pingua paleæ teret area culmos. Cic.4.de finib.122, Vt enim, inquit, gubernator æquè peccat, si palearum nauem euertit, & si auri, &c.
Culmi pinguis paleæ. Virg.1.Georg.39.
Ianes iactantur paleæ. Virg.3.Georg.27.
Horna palea. Horat.2.Serm.saty.6.18.
Leues volitant paleæ. Virg.1.Georg.74.
¶ Palea, Cartilago dessua à collo galli gallinacei. Varro de Re rust.lib.3. cap.9.2, Gallos falaces, qui animaduertunt si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo vario aut aureolo, seminibus pilosis, &c. Colum.lib.8.cap. 2, de gallinaceis, Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent.
¶ Palea æris, pro Ramento, & excremento. Plin.lib.34.cap.13.6, In æraria officinis & fimegma fit, iam liquato ære, atque percosso, additis etiamnum carbonibus, paulatimque accensis, ac repentè vehementioris flatu expuitur æris palea quædam.
¶ Aut in nauem euertat gubernator, an paleæ in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Cic.in Parad.23.

Paleatus, pen.prod. Adiectiuum, (ἀχυρώδης,) Quod factum est ex paleis, vel paleis operatum, aut admixtum. Columella de Arboribus, cap.8.2, Quicquid inseueris viti, diligenter libro ligato, atque luto subacto paleato oblinito, operitoque plagam, & ita alligato, ne aqua ventúsve penetrare possit. Idem lib.12. cap.21, Vrceus oblinitur luto paleato. Plinius lib.15.cap.17.5. Quas luto paleato illinunt.

Paleatum, paleatis, (ἀχυρῶν,) Locus vbi conditur palea. Columella lib.1. cap.6.6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torcularium, cellam vinariam, defrutariam, fumiliam, paleariaque, & apotheca, & horrea.

Palear, palearis, pen.prod.n.g. (ἰσχίον,) pellis dependens ex gutturibus à mento palearia pendent. Varro 2.de Re rust.cap.5.6, Qui greges armentorum emere vult, obseruare debet primùm vt sint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm iam expertæ. Et paulò post, Ceruicibus crassis ac longis, à collo palearibus demissis, corpore amplo bene costato. Columella libro sexto cap.2.3, de boum forma, Ceruice longa & torosa, palearibus amplis, & pene ad genua promissis, &c. Seneca, Hippol.10.11, Musco tenaci pectus ac palear viret.
Penduli palearia. Ouid.7.Metam.24.
A mento palearia pendent. Virg.3.Georg.11. Ouid.2.Metam.171. Collatoris extant, armis palearia pendent.

PALEPAPHOS, siue Palæpaphos, cum diphthongo in secunda, pen. cont. (παλαίπαφος,) Cypri vrbs, Veneri sacra.

PALES, (βοσκήματα,) Pastorum Dea, vel pabuli. Hanc quidam Vestam, alii Matrem deũm vocant. Hanc Virgilius genere fœmmino vocat. Alii, inter quos Varro, masculino genere, vt hic Pales.
Domina pastorum Palès. Ouid.4.Fast.157.
Magna. Virg.3.Georg.1.
Sacra. Ouid.4.Fast.165.
Sylvicola. Ouid.4.Fast.151.
Venerandus. Virg.3.Georg.59.

Palilia, Paliliorum, plural.num.n.g. vel Parilia, (παλίλια.) Palis Deæ sacra (i. in R. mutata) dicuntur. Hæc à pastoribus in agris fiebant vodecimo Calend. Maii, quo die Romulus vrbem fundauit ad lupos arcendos, morbosque à pecore pellendos, seu pro partu pecoris. Tibullus libro 2, eleg.6.10.
Ar madidus, Baccho sua festa Pallia pastor
Concinet, &c. Propertius lib.4.eleg.1.4.
Annuique accensi celebrare Palilia fœno. Ibidem, eleg.4.15.
Vrbi festus erat, dixere Palilia patres. Persius Saty.1.8,
Et focus, & porci, & fumosa Palilia fœno. Ouid.6.Fast.52,
Dena quater memorant habuisse Palilia, Romam
Quo flamę custos æde recepta Dea est. Id est annos XL. vide parilia,

PALICENVS, pen.prod. (παλικανός,) vt ait Stephanus, fons in Sicilia, dictus quòd iuxta Palicos fratres sit. In eum mittitur tabella à iuratis: quæ, si verum dixerit, fluitat: si fallum, mergitur.

PALICI, pen.pro. (παλίκοι,) quasi Palifici, Gemini fratres fuere, Ionis filii, & Thaliæ Nymphę, fue (vt alii volunt) Aetnæ. Tradunt enim hanc Nympham à Ioue in Sicilia iuxta Simethium fluuium, non longè à Catina vrbe compressam, metu Iunonis optasse vt sibi terra dehisceret, & ita factum esse. sed quum tempus maturitatis infantium, quos aluo illa gestauerat, adeuisset, rursus terram hiasse, duosque infantes de aluo Nymphæ progressos emersisse, appellatosque fuisse Palicos: vel quòd παλιν, id est rursus hiante terra emersissent: vel ἀπὸ τοῦ πάλιν ἰέναι, quoniam prius in terram mersi, denuo inde reuersi sunt. Nec longè inde breues lacus sunt, sed miræ profunditatis, quos incolę Crateras vocant, & nomine Dellos appellant, fratresque eos Palicorũ existimant, & habentur in cultu maximo propter iusiurandum. Nam quum rei ne gatæ fides quæritur, & iusiurandum à suspecto petitur, vterque ab omni contagione mundi ad Crateras accedũt, accepto prius fideiussore ab eo qui iuraturus est, de soluendo eo quod petitur, si ita euentus adduxerit: deinde loci, numine inuocato iurabat. quod si fideliter fiebat, discedebat illæsus: si verò malè iuratum esset, mox in lacu amittebat vitam falsus iurator. Magna præterea in veneratione erat Palicorum templum, quod quum Siciliam sterilis annus arefecisset, diuino Palicorum responso admoniti Siculi, certum sacrificium fecerunt, post quod statim reuersa est vbertas. Quapropter Siculi omne genus frugum consecrarunt in Ara Palicorum, quæ ob id pinguis vocitata est. Virgil.9. Aeneid.117, –pinguis vbi & placabilis ara Palici.

Palimbacchius, (παλιμβάκχειος,) Genus pedis & mensuræ in carmine vel oratione, cõstans prima & secunda longis, & vltima breui: vt Augustus. Idem Antibacchius dicitur. Plin.lib. 24.cap.7.4. de pice, Quidam iterum decoquunt, & vocant palimpissam.

Palimpsestus, huius palimpsesti, (παλίμψηστος,) Membrana iterum abrasa. Cicero ad Trebatium, lib.7.18.5. Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hæc scribere. Quidam hoc loco legunt palinxestum. Iurisconsulti delectitiam chartam vocant. nam abrasis prioribus literis, rescribitur. Vlpianus in L. Chartæ. ff.de Bon. possess. secun. tab. Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur, & ad delectitiam.
Palimpsestus, est à πάλιν iterum, & ψάω rado. palinxestus à πάλιν & ξέω, eadem significatione. Catull.ad Varum, epigr.19.1,
Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura
Perscripta, nec sic, vt sit in palinxesto.
Relatas chartæ regiæ, noui libri, Noui vmbilici, &c.

Palinodia, huius palinodiæ, (παλινῳδία,) Contrarius cantus.

Palinodia, Recantatio vel retractatio dicitur. Vnde Palinodiam canere, est diuersum ab iis quæ prius dixeris, dicere, atque in contrarium vertere sententiam. Cic.ad Atticum, lib.2.24.2, Si verò quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cœlo iura: vt sciat hic noster Serofolymarius tra ductor ad plebẽ, quàm bonam meis pulcherrimis orationibus gratiam tetulerit, quarum expectata diuinam palinodiam. Ex Erasmo.

PALINVRVS, pen.pro. (πάλινουρος,) Promontorium est in Lucania: & portus propè oppidum Veliam. dictus à Palinuro Iasi filio gubernatoreque classis Aeneæ ibi sepulto, qui per somnum in mare de nauecciderat. Virgilius 5.Aeneid.174.
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.
Dicitur autem Palinurus, id est bis meiens πάλιν enim iterum, οὖρος vrina. Martialis lib.3.36,
Mioxisti currente semel Paulino carina.
Meiere vis iterum: iam Palinurus eris. Id est vocaberis Bis meiens.
Iasides Palinurus. Virg.5.Aeneid.169.
Gubernator Palinurus. Virg.5.Aeneid.3.

Paliurus, huius paliuri, pen.prod.masc.gen. (παλίουρος,) Spinæ & rubi genus est, inquit Plinius lib.24. cap.13.3. Virgil.5. eclog.8, Carduus & spinis surgit paliurus acutis. Columella lib.11. cap.3.de sepibus hortorum, Ea (scilicet semina) sine vastissimarum spinarum, maximeque rubi & paliuri, & eius quam Græci vocant κυνόβατον, nos sentem canis appellamus.

Palla, huius pallæ, (ἱμάτιον γυναικεῖον,) Honestæ mulieris vestimentum, hoc est tunicæ pallium: authore Nonio, dicta quòd palàm & foris est, inquit Varro, ad vestigia vsque demissa. Virg.11.Aen.116.
–pro longæ tegmine pallæ
Tigridis eximiæ per dorsum à vertice pendent. Plaut. Menæ.11.4, Pallam ad phrygionem fert confecto prandio. Virg.1.Aeneid.131.
–pallam signis auroque rigentem.
In Gallia tamen viri quoque palla vtebantur. Cic.3.Philipp.135, Nempe ille qui cum palla & cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat. Bayfius, Palla Gallica ad formam nostri palletoci manicati videtur accessisse, si Martiali credimus, lib.1.88,
Dimidiasque nates Gallica palla tegit.
Quid verò sit palla Gallica, docet Strabo libro quinto Tunicarum (inquit) vice pallas manicatas gestant, ad verecundiam vsque, nateque medias pertingentes. Quæ verba, Martialis versum videntur interpretari. Palla ab Horatio honesta dicta mulierum erat, vt

Universidad de Deusto
Biblio

quidam opinantur.Martialis,Fascia te,tunicæque tegant,obscuraque palla.Vrebantur & citharœdi.Ouidius 11.Metam.54.
Ille caput flauum lauro Parnaside vinctus,
Verrit humum Tyrio saturata murice palla. Et tragœdi. Idem Ouidius 3.Amor.eleg.1.3, Fronte comæ torua,palla iacebat humo.
Aurea palla.Ouid.1.Amor.eleg.8.12.
Fulgens palla.Claud.2.de raptu Proserp.6.
Horrida palla.Stat.1.Thebaid.22.
Splendida palla multo croco.Ouid,epist.20.33.
Superba palla.Ouid.3.Amor.eleg.12.6.
Tenuis palla Tyrio stamine.Seneca Hippoly.3.12.
¶ Cingat tunicas palla solutas.Seneca Troade,2.5.
Circundata palla plurima.Horat.1.Serm.saty.2.20.
Alba palla imos ferit pedes.Valer.1.Argon.78.
Lutea palla fusa ad teneros pedes.Tibul.li.1.eleg.7.10.
Nitentem pallam induta.Ouid.14.Metam.53.
Palla cruenta succincta Tisiphone.Virg.6.Aeneid.111.
Nigra succinctam vadere palla.Horat.1.Serm.saty.8.5.
Trahere pallam.Ouid.epist.20.33, Et trahitur multo splendida palla croco. Trahi dicitur propter longum à tergo dependens syrma.
Paluueram pallam trahere.Ouid.6.Metam.141.
Pallola,huius pallulæ,pen.corr.Diminutiuum Plaut.Trucul.3.23.
Aut petit aurum quòd conscissa pallula est.

Pallace, pallices, siue Pallêca, pallicæ, pen.prod (παλλάκη,) Græcum est, & significat concubinam.Sueton.in Vesp.cap.21, Post decisa quæcunque obueniissent negotia, gestationi,& indè quieti vacabat,accumbente aliqua pallacarum,quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat.Plin.lib.35.cap.10.20,Nanque quum dilectam sibi ex pallacis suis præcipue nomine Campaspen nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle iussisset,eumque tum pari captum amore sensisset,dono dedit eam.De Alexandro.Vide PELLEX.

PALLADIVS, (παλλάδιος,) nomen viri propriem, qui de agricultura scripsit.Est & adiectiuum,Vide PALLAS.

PALLANTIA, (παλλαντία,) vrbs Hispaniæ Tarraconensis, vt ait Ptolemæus lib.2.cap.6. Vacceorum colonia,à qua Pallantini dicti: vt à Numantia,Numantini.Aliàs Palencia dicitur.

PALLAS, Pallantis, (πάλλας,) nomen filii Euandri,& nomen gigãtis.

Pallas, (πάλλας,) vltima breui,Pallãdis,pen.corr. Ionis filia sine matre.
Nam quum Iupiter Iunonem vxorem videret non ferentẽ filios, percusso sibi capite Palladem armatam edidit:dicente Lucano lib.9,
Hanc & Pallas amat,patrio quæ vertice nata est. Et Ouidius libro 3. Fastorum,169,
An quia de capitis fertur,sine matre paterni
Vertice cum clypeo prosiluisse suo? Dicta est autem Pallas quòd Pallantem gigantem interfecerit, quum prius Tritonia vocaretur à Tritone pallude,vbi primum visa est.Vel à πάλλω vibro,quatio: eo quòd hastã vibrare consueuerit docueritq;. Hanc Cicero lib.3.de Natura deorũ, belli inuentricẽ & principem esse dixit.Proinde à nõullis Bellona vocata fuit, soror scilicet,& auriga Martis:dicente Statio,
- regit atra iugales
Sanguinea Bellona manu,longaque fatigat
Cuspide. Quin & virgo fingitur, & innupta, vt Virgilius 2. Aeneid.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. Minerua autem dicta,quòd vim minetur, vel quòd nerues minuat ob studiorum laborẽ. Nam dea artium & sapiẽtiæ est:quia de capite Iouis nata est. sed quia dea est artium & ingenii,ideo ista finguntur. Nihil est enim excellentius ingenio:quippe quo reguntur vniuersa.Virg.2.eclog.13,
- Pallas quas condidit arces Ipsa colat.
Cic.Appio,lib.3.1.5, Idque me (quoniam tu ita vis) puto non insita Minerua esse factum: quam quidem ego, si fortè de tuis sumpsero, non solùm Pallada, sed etiam Appiada nominabo. Palladis templum apud Milesios admirandum fuit,vt scribit Herodotus lib.1.
Nata Tonantis inclyta Pallas.Senec.Agamem.5.9.
Rami Palladis,Oliuarum rami.Virg.7.Aenid.31.
Armisonæ Palladis sancta numina.Virg.3.Aeneid.109.
Alma Pallas Tritonis.Lucret.lib.6.151.
Armata.Senec.Agamem.6.18.
Armisona.Valer.1.Argon.15.
Bellica.Ouid.5.Metam.10.
Belligera.Senec.Herc.fur.11.2.
Doctissima.Cic.in Arato,36.
Inuuba.Valer.1.Argon.18.
Seuera.Stat.1.Sylu.6.1.
Tetrica.Claud.2.Paneg.56.
Tritonia.Virg.5.Aeneid.141.Vide TRITONIA.
Tritonia,armipotens,Gorgophora,Pallas,Minerua. Cicero, Antequam iret in exilium,15.
Pingui Pallade tingere membra.Ouid.epist.18.9.
¶ Pallas,etiam nomen paludis est in Africa.

Palladius,Possessiuum, (παλλάδιος,) Quod est Palladis. Vnde Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis. Ouid. epist.16.27, Nec te Palladios,nec te Iunonis honores,&c. Idem 1.de Arte,146, Et tu Palladiæ petitur cui fama coronæ. Id est qui contendis ad titulos magnæ eruditionis.
Arces Palladiæ,Athenæ.Ouid.7.Metam.80.
Ars Palladia.Propert.lib.3.eleg.9.9.
Latices Palladii,Oliuum.Ouid.8.Metam.55.
Puppis Palladia,Argo.Valer.8.Argon.59.

Palladium, (παλλάδιον,) fuit in Vrbe Troiana antiquissimum Palladis simulacrum,è ligno compactum, mouens oculos, atque hastam quam manu gestabat,vt scribit Seruius. Nam quum apud Troiam in honorem Palladis arx, & in eius summo templum illi ædificaretur, è cœlo cecidit, & locum sibi in eo templo delegit, nondum cooperta ædemoxque ab Apolline redditum est oraculum, eius ciuitatis futurum exitium,si id simulacrum extra mœnia portaretur.Quod Ouidius in 5.Fastorum est elegantissime prosequutus.Quo factum est,vt tempore belli Troiani Diomedes & Vlysses cuniculis,vel vt alii dicunt,cloacis ascenderint in arcem, & occisis custodibus simulacrum sustulerint. ideo autem id negotium his potissimum datur, quia cultores fuerunt Mineruæ.Seruius apud Virgilium 2.Aeneid.53,
Omnis spes Danaũm,& cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit.impius ex quo
Tydides,sedenim scelerumque inuentor Vlysses,
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium,cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, &c. Huius meminit Herodianus in primo. Cic.pro Milone,35, Exhibe quæso Sexte Clodi librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse è domo, & ex mediis armis, turbaque nocturna tanquam Palladium sustulisse.
Cœleste Palladium.Silius lib.13.10.
Furta Palladii.Virg.9.Aeneid.31.

PALLENE, pen. prod. (παλλήνη,) regio est in litoribus Macedoniæ iuxta Sitoniam, vt ostendit Herodotus lib.7. in qua ciuitas est Potidæa.Est & vrbs eiusdem nominis in Achaia.Virg.lib.4.Georg.79,
Hic nunc Emathiæ portus,patriamque reuisit Pallenem.
Alta Pallene.Senec.Herc.fur.17.
Hyperborea Pallene.Ouid.15.Metam.72.

Pallenæus,Adiectiuum, (παλληνεύς,) vt
Triumphi Pallenæi.Stat.4.Sylu.2.12.

Palleo, Vide PALLOR.

Pallium, pallii, (ἱμάτιον,τριβώνιον,) Dictum est quòd palam sit & foris.Sub eo enim tunica sumebatur,longe,lateque diffusum,& viris, mulieribusque conueniens. Proprie autem Græcus habitus.Vnde Palliati Græci dicti sunt,& Comœdiæ palliatæ,quæ sunt secundum ritus & habitus hominum palliatorum Græcorum.Authores Donatus & Diomedes.Bayfius,Pallium erat Græcorum. Tranquillus in Augusto, Sed cæteros continuos dies inter varia munuscula, togas insuper,& pallia distribuit,lege proposita, vt Romani Græco, Græci Romano habitu vterentur.
Pallium quoque erat philosophorum. Gellius lib.9,Video,inquit Herodes,barbam & pallium,philosophum nondum video.
Pallia,inter communia vestimenta annumerantur Vlpiano, quæ promiscua appellat Tacitus lib.3,Promiscuas viris & fœminis vestes.
Pallis etiamnum in lecto vtebantur.Ouid.1.Amor.eleg.2.1,
- nec in lecto pallia nostra sedent. Martialis, Gutta pallia nec fefellit vlla. Iuuenal.Saty.6.24, - tunc corpore sano
Aduocat Archigenen,onerosaque pallia iactat.Hactenus Bayfius.
Tunica & pallium. Cic.6. Verr.49, In hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat & pallio.
Miserum pallium,Vide MISER.
Onerosa pallia.Iuuenal.Saty.6.24.
Purpureum pallium.Cic.7.Verr.26.
Serica pallia.Stat.3.Sylu.4.18.
¶ Amictus pallio.Cic.3.de Orat.70.
Attollere pallium,Vide ATTOLLO.
Colligere pallium,Vide COLLIGO.
Confecere pallium.Cic.3.de Orat.70.
Demissa pallia terræ.Ouid.3.Amor.eleg.2.5.
Iactare pallia.Iuuenal.Saty.6.24.
Inicere pallium alicui,Vide INIICIO.
Laneum pallium iniecit Ioui Dionysius,aureum amiculum detraxit.Cic. 3.de Nat.deorum,120.
Sumere pallium.Cic.pro Rab.Posth.16.
Tegere corpus pallio.Cic.1.de Diuinat.112.
¶ Tunica pallio propior. Plautus Trinum.17.30. - Charmidem Socerum suũ Lysiteles salutat. c.di dent tibi Lysiteles quæ velis. Nũ ego sum salute dignus? Y. imò salue Callicles,hunc prioré Aequiè est me habere,

me habere,tunica propior pallio est.Allegoria prouerbialis,qua significatur,ex amicis nos aliis atque aliis magis esse deuinctos: neque parem omnium habendam esse rationem. Ex Erasmo.
Palliolum,pen.corr. Diminutiuum,(ἱματίδιον,) Lanceum erat ad caput tegendum,vt ait Sipontinus.Martialis lib.11.28,Succida palliolo velera quinque petit. Iuuenalis Sat.3.10, - aut quum
Vxorem comœdus agit,vel Dorida nullo
Cultum palliolo,mulier nempe ipsa videtur. Cic.3.Tuscul.94. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.Ex Cæcilio.Plin.lib.16.cap.8.13, Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci tenui similitudine palliolli. Plaut. Casina,24.19, Sed vbi palliolum tuum est? c.hîc intus reliqui.
Palliolatim, pen.prod. Aduerbium, (τριβωνιδόν,) Plaut. Pseud.22.24,
- sed palliolatim amictus
Sic incessi ladibundus.Id est pallio indutus.
Palliolatus,pen.prod.(τριβωνιδωτός,)Pallio indutus. Suet.de Claudio, cap.2,Ob hanc eandem valetudinem & gladiatorio manere, quod simul cum fratre memoriæ patris edebat, palliolatus nouo modo prædicit.Martialis lib.9.34.Hæc volo quæ facilis,quæ palliolata vagatur.
Palliatus,pen.pro.Adiectiũ(τριβωνοφόρος,)Idẽ.Cic.pro Rabirio Postumo,15,Itaq; obiicias licet quàm voles sæpe palliatũ fuisse. Idem ad Q. fratrẽ,lib.3.17.9,Deniq; illi palliati togariam facere videantur. Indeq; modò palliatus,modò togatus.Cic.5.Philip.173.
Palliare,(παλλιάτειν,) vsurpauit Apuleius, pro Tegere & Celare: Neo palliari(inquit)iam aperta res potest.
Palliatrum,(τριβωνιδάριον,)Rude ac vile pallium. Apul. Ecce Socratem contubernalẽ meum conspicio sedebat scilicet palliastro semiamictus.

Pallor, pallõris,masc.gen.(ὠχρός,ὠχρότης,) quasi pellis liuor. Plin. lib.14.cap.22.5,Hinc pallor,& genæ pendulæ.
Simillimus buxo pallor.Ouid.11.Metam.84.
Pallor anni continuus.Plin.lib.1.cap.30.Fiunt prodigiosi & longiores solis defectus, qualis occiso Dictatore Cæsare, & Antoniano bello totius penè anni pallore continuo.
Pallor & inuidia. Plin.lib.28.cap.9.23, Drusus Tribunus plebis traditur caprinum bibisse, quum pallore & inuidia veneni sibi dati insimulari. Q. Ceptonem inimicum vellet.
Pallor & tremor.Cic.4.Tusc.30,Ex quo fit vt pudorem rubor, sic terrorem pallor,& tremor,& dentium crepitus consequatur. Idem 4.Acad. 8.Nihil vt esset quò distingueretur tremor ille & pallor.
Albus pallor.Horat.Epod.7.3.
Exanimis.Stat.12.Theb.148.
Gelidus.Stat.1.Achill.32.
Luridus.Ouid.4.Metam.54.
Lacteus.Horat.Epod.10.4.
Tarjos.Ouid.6.Fast.4.
¶ Pallorem capere vasa dicuntur. Columel.lib,12.cap.50.15,Existimarunt factius esse noua dolia liquida gummi perluere,siccataque suffumigare alba cera,ne pallorem capiant. Ibidem,cap.55,de sinapi,Aquam nitratam suffundito, vt omnem amaritudinem eius & pallorẽ exanier.
¶ Figit pallor Nereida.Stat.1.Achill.32.
Fugat raborem pallor.Senec.Medea,11.3.
Inficit ora pallor.Horat.Epod.7.3.
Notare aliquem pallore.Lucan.lib.8.12.
Obit ora pallor.Ouid.11.Metam.84.
Occupat ora pallor,Virg.4.Aeneid.100.
Tinctas viola pallor amantium.Horat.3.Carm.ode 10.3.
¶ Pallores.Lucre.lib.4.64,Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

Pallidus,pen.corr.Adiectiuum (ὠχρός,ὠχρός,) vt Pallidus color. Plin. lib 19.cap.33.7, Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens pallido intus colore pennarum.
Aconita pallida,Vide ACONITVM.
Aurora pallida.Virg.1.Georg.90.
Corpora pallida.Ouid.2.de Arte.54.
Pallido cortice arbor.Plin.lib.12.cap.7.5.
Pallidum piper,Plin.lib 12.cap.7.2,Hoc ex omni genere asperrimum est, lenissimumque & pallidum.
Folium pallidum.Senc.Hippol.6.7.
Frigora pallida.Stat.5.Sylu.1.26.
Membra pallidiora noua cera.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.6.
Mulier pallida.Horat.1.Serm.saty.2.26.
Orbis Phœbi pallidus.Ouid.1.de Remed.amor.52.
Regio pallida,Infernum.Claud.2.de rapto Proserp.66.
Statua inaurata pallidior. Catull ad Iuuencium,epigr.76.1.
Ora buxo pallidiora gerere.Ouid.4.Metam.27.

Pallidulus,pen.cor.Adiectiuum diminutiuum,(ὑπόχλωρος.)Catull.ad Ortalum,epigr.60.2,Pallidulum manans alloit vnda pedem.

Pallo,palles,pallui, (ὠχριᾶν,) pallẽre,Pallidum esse.Cic.2. Philipp.89, Non dissimulat, p.o. apparet esse commorum: sudat, pallet. Mart. lib.1.73.Pulchrè valet Charinus,& tamen pallet.
Pallcat omnis amans.Ouid.1.de Arte,147.
Dies pallet.Lucan.lib.7.36.
Genæ pallent languido candore.Sene.Hippol.6.20.
Labra palluerant.Propert.lib.4.eleg.9.6.
Ora pallent.Tibull.lib.3.eleg.5.5.
Saxum palluit auro.Ouid.11.Metam.23.
Seges pallet.Ouid.1.Fast.138.
Venæ pallent amisso sanguine.Ouid.2.Metam.165.
¶ Quoniam pallet,necesse est ægrotasse.Ad Herennium,lib.2.75.
Amore argenti pallere.Horat.2.Serm.saty.3.16.
Colore exangui pallere.Ouid.3.Trist.eleg.1.11.
Metu pallens.Ouid.9.Metam.23.
Timore pallere.Ouid.2.Fast.94.
¶ Pallere,cum accusatiuo.Propert.lib.1.eleg.14.8,Quis te cogebat multos pallere colores?
Viride pallẽs. Plin.lib.37.cap.8.3.Comitatur eam similitudine propior, quàm authoritate callais viride pallens.
¶ Pallere,pro Timere. Silius lib.1.21, Non ille Euantis Mæsilæ palluit iras, Non dirostempli ritus. Horat.3.Car.ode 27.6.
Belorix Pontum mediasque fraudes Palluit audax.

Pallens,Nomẽ ex participio,(ὠχρῶν,)vt Animæ pallẽtes.Vir.4.Aen.49.
Brachia pallentia.Ouid.7.Metam.69.
Collum pallens.Ouid.10.Metam.77.
Pallentes curæ,Quæ reddunt hominem pallidum.Mart.lib.11.7,Pallentes procul hinc abite curæ.
Hedera pallens.Virg.eclog.3.8.
Herbæ pallentes.Ouid.2.Fast.85.
Imago pallens.Ouid.epist.19.22.
Membra pallentia.Ouid.epist.11.16. Ibidem,20.4.
Morbi pallentes.Virg.6.Aeneid.55.
Ora pallentia.Virg.1.Aeneid.72. Et lib.10.163.
Oscula pallentia.Valer.4.Argon.140.
Puellæ terrore pallentes.Ouid.3.de Arte,97.
Regna pallentia.Silius lib.13.82.
Simulacra pallentia.Lucret.lib.1.25.
Pallentia sulphurata.Marr.lib.1.125.
Qui pallentia sulphurata,fractis
Permutat vitreis.
Taurus pallens multa ferrugine.Valer.1.Argon.156.
Violæ pallentes.Virg.eclog 2.10.
Voltus pallens.Sene. Troade,4.8.

Pallesco,pallescis, (ὠχριῶμαι,) pallescere,Pallidum fieri.Plin.lib.19.cap. 10.1,Et ocimum sub Canis ortu pallescit, Idem lib.9.cap.17.6,Rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem.
Curis pallescere.Propert.lib.1.eleg.12.2.
Flamma pallescit.Valer.7.Argon.118.
Frondes pallescunt.Ouid.3.de Arte,140.
Stellæ pallescunt subitò.Claud.in Gigantomachia,1.

Palma, palmæ, (φοῖνιξ,) Planum illud & ex parte concauum manus quod in digitos desinens decorè patet: vt ait Sipontinus. Cic.in Oratore,6, Quum autem diduxerat, & manu dilatauerat,palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.
Dextra palma.Cic.in Arato,6,Hęc dextram Cephei dextro pede pellere palmam Gestit.
Teneræ palmæ.Virg.2.Aeneid.82.
Sceptriferæ palmæ.Silius lib.17.29.
Tremulis palmis amplecti aliquid.Ouid.5.Metam.21.
¶ Arcent vincula teneras palmas.Virg.2.Aeneid.82.
Plana faciem contundere palma.Iuue.Saty.13.13.
Conuertere ad palmã annuli palam.Cic.3.Off.49.Ibi quum palam huius annuli ad palmam conuerterat,à nullo videbatur,ipse autem omnia videbat:idem rursus videbatur quem in locum annulum inuerterat.
Euinctis attollit brachia palmis. Virg.5.Aeneid.73.
Extendere palmas.Silius lib.17.95.
Exutæ vinclis palmæ.Virg.2.Aeneid.31.
Ferire pectora palmis.Seneca Troade,1.13.
Duabus palmis hausta aqua.Ouid.2.Fast.59.
Astrictis laxantur vincula palmis.Lucan.lib.2.104.
Pandere palmas.Lucret.lib.5.241.
Indignis percussit pectora palmis.Ouid.10.Metam.144.
Marmoreis percussit pectora palmis,Candidis.Ouid.3.Metam.97.
Adductis conuerunt pectora palmis Ouid.epist.10.3.
Cauis palmis vndam sustulit de flumine.Virg.8.Aeneid.14.
Sustulit palmas ad sidera.Virg.2.Aeneid.31.
Inualidas palmas tendere alicui.Virg.4.Georg.100.
Ambas palmas tendere.Virg.10.Aeneid.169.
Duplices tendens ad sidera palmas.Virg.1.Aeneid.20.
Pias tendens ad sidera palmas.Valer.1.Argon.16.
Vtrasque palmas tendere.Virg.5.Aeneid.47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tollens madidas ad sidera palmas. Stat. 10. Thebaid. 66.
Trementes palmas tendere. Claud. 3. de raptu Proserp. 22.
Vincire palmas catena. Silius lib. 17. 19.
Passis palmis vocat numina. Virg. 3. Aeneid. 53.

¶ Palma, (φοῖνιξ,) ab huius similitudine, arbor quoq; illa nobilis, quam phœnicem vocant Græci, dicta quòd comam in cacumine habeat circumextentam, & ramos in digitorum modum protensos. Non cedit pomiferi, sed surgit adversus pondus. Ideò victoribus traditur præmio, quòd non cesserint, sed pertinaces in bello perstiterint. Vide Gellium lib. 3. noctium Atticarum, cap. 6. Plinius lib. 16. cap. 42. 1, Et palmæ arbor inualidain diuersum enim curuatur. At populus contrà omnia inferiora paodatur, palma econtrario fornicatur. Liuius 4. bel. Pun. 45, In Apulia palmam viridem arusse.

Arbusto palmarum dives Idume. Lucan. lib. 3. 44.
Agrestium palmarum multitudo in Sicilia. Cic. 7. Verr. 69.
Abiegnæ palmæ. Catul. Argon. epig. 59. 2,
Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.
Ardua palma nascitur. Virg. 2. Georg. 14.
Procera & tenera palma. Cic. 1. de Legib. 3, Homericus Vlysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dicit, hodie monstrant eandé.
Viridis palma. Ouid. 2. de Arte, 1.
Vmbrosa palma. Iuuenal. Saty. 15. 8.

¶ Palma, Fructus qui palmula dicitur. Plin. lib. 13. cap. 4. 19, Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt. In Gedrosis id factum est pomi genere.

Rugosæ palmæ. Ouid. 8. Metam. 136,
Hic nux, hic mista est rugosis carica palmis.

¶ Palma, Signum victoriæ, & victoria ipsa. Plutarchus, In certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam ingenii eiusmodi lignum est, vt vrgentibus, opprimentibusque non cedat.

Palma, Causam certaminis aliquãdo significat, authore Donato. Terent. in Prolog. Phorm. 18, – in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.
Ingens palmæ contentio. Quintil. lib. 1. cap. 2. 10.
Gloria palmæ, Victoriæ. Virg. 3 Georg. 21.
Dubia palma. Iuuenal. Saty. 11. 18,
Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.
Lemniscata palma, Vide LEMNISCATA.
Nobilis palma. Horat. 1. Carm. ode 1. 1.
Stolidæ cupido palmæ. Ouid. 6. Metam. 10.
Victrices palmæ. Ouid. ad Pisonem, 7.
Palma vrbana. Cic. 11. Philip. 297, Sexta palma vrbana etiam in gladiatore difficilis.

¶ Accipere palmam, Vide ACCIPIO.

Adepta palma. Vide ADIPISCOR.

Apprehendere palmam auidissime, Vide APPREHENDO ET AVIDVS.

Ambire palmam histrionibus, Vide AMBIO.

Dare palmam, Victorem fateri. Terent. Heaut. 4. 3. 31, Hæc equidem cõsilio palmã do, hic me magnifice effero. Quasi dicat, Mihi magis probatur consilium istud. Sine, cæteris consilijs istud vnum præfero. Cic. 2. de Orat. 126, Admiror te in eo genere tribuisse tantum, & non huius rei quoque palmam, vt cæterarum, Crasso detulisse. Idem 1. Philip. 27, Nisi forte Accio tum plaudi, & sexagesimo post anno palmam dari putabatis, non Bruto. Vide DO, das. Ouid. 1. de Arte, 147,
Finis a dest operi, palmam date grata iuuentus.

Donare aliquem palma. Ouid. 1. de Arte, 1.

Palmam ferre, Victorem esse. Cic. ad Atticum, lib. 4. 84. 6, Ne diutius pendeas, palmam tulit. Plin. lib. 9. cap. 35. 19, Non ferent tamen hanc palmam, spoliabuntúrque etiam luxuriæ gloria.

Habeant hanc palmam ex innocentis cruore. Cicero antequàm iret in exilium, 20.

Parare palmam. Catul. in Carm. Nuptiali, 57. 3, Non facilis nobis æqualis palma parata est.

Petere palmam. Liuius 8. bel. Pun. 218, Egregiam istam palmam belli Punici patrati petis?

Relinquere palmam alicui. Virg. 5. Aeneid. 95.

Reseruare palmam alicui. Cic. de Senect. 17, Quam palmam vtinam dii immortales tibi Scipio reseruent.

Ad tertiam palmam. Plin. lib. 14. cap. 6. 4, Ad tertiam palmam variè venere. Id est tertiam bonitatem & notam. De vuis. Budæus.

¶ Palmæ, pluraliter, pro Victoriis. Cic. pro Roscio Amer. 51, De Capitone pòst viderimus: si quemadmodũ paratum esse audio, testis prodierit, tum altas quoque tuas palmas cognoscet.

Infames palmæ. Cic. pro Roscio Amer. 61.

Plurimarum palmarum homo. Cic. pro Roscio Amer. 10, Homines eiusmodi, alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur. Hoc est, qui sæpius vicit.

Palmula, pen. corr. Diminutiuum, (καρυωτός, βάλανος, ψήν, φοῖνιξ,) Caryotæ dicuntur, siue dactyli. Varro 1. de Re rust. ca. 67, Nucem inglandem, & palmulã, sicũ sabinã quanto citius promar, iucũdiore vtare.

¶ Palmula, Extrema pars remi in modũ palmæ proterã. Virg. 5. Aen. 33,
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum,
Littus ama, & lævas stringat sine palmula cautes. Seruius.

Volare palmulis. Catul. de phaselo, 1, – siue palmulis
Opus foret volare, siue linteo.

Palmẽtum, huius palméti, pen. prod. (φοινικῶν,) Locus palmis consitus, & in quo frequentes sunt palmæ. Plin. lib. 6. cap. 28. 19, Numerosissimos esse Homeritas, Minæis fertiles agros palmetis, arbustisque, &c. Idem lib. 5. cap. 1. 13, Ibi fama, existere circa vestigia habitati quòdam soli vinearum palmetorumque reliquias.

Pingula palmeta. Horat. 2. epist. 2. 37.

Palmetis consita terra. Plin. lib. 5. cap. 14. 1, Reliqua Iudæa diuiditur in toparchias decem, quo dicemus ordine: Hierichuntem palmetis cõsitam, fontibus irriguam.

Palmeus, Adiectiuum, (φοινικινός,) Quod est ex palma arbore. Colum. lib. 5. cap. 5, M. Columella, & c. agricola Baticæ prouinciæ, sub ortu Caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Idem lib. 12. cap. 37, Deinde pisciculos facito, tomice palmea aut iuncea ligato. Apud Plinium lib. 24. cap. 17. 7, Vinum palmeum, capiti noxium.

Palmôsus, pen. prod. Adiect. (φοινικοβόσης,) Quod est palmis abundans. Virg. lib. 3. Aeneid. 142, Teque datis linquo ventis palmosa Selinis.

Palmata toga, (φοινικοῦς τῆβωνος,) à palma in ea intexta inquit Iudæus, propriè triumphantium fuit, quam merebantur hi qui de hostibus palmam reportassent. Alii à latitudine clauorum dictam volunt palmatam, quæ nunc à genere picturæ, picta appellatur. Martial. lib. 7. 1, Palmatæque ducem, sed citò, redde togæ. Liu. 10. bel. Pun. 70, Toga picta & palmata tunica donat. Idem 10. ab Vrbe, 29, Quos vos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laureaque honoratis.

Palmãris, & hoc palmãre, pen. prod. (νοημαστικός,) vt Palmaris statua, quæ alicui propter victoriam ponitur. Cic. 6. Philip. 214, Sed illa statua palmaris, de qua, si meliora tempora essent, non possem sine risu dicere. Vide infrà in PALMVS.

Sententia palmaris. Cic. 1. de Nat. deorum, 30, Sed illa palmaris quidem, quòd qui non modò natum mundum introduxerit, sed etiam hunc penè factum, &c. De sententiis philosophorum.

Palmãrius, Adiectiuum, (νοηστικός,) Quod est palma dignum. Terent. Eunuch. 5. 4. 8, – tum hoc alterum
Id verò est quod mihi puto palmarium,
Me reperisse quo modo adolescentulus
Meretricum ingenia & mores posset noscere.

Palmarium, palmarii, Salarium victoriæ. Vlpian. in L. 1. Parag. Sicui. ff. De extraordin. cognit. Et sũ nomine palmarii cautũ fit: sic tamen, &c.

Palmifer, pen. corr. Aliud adiectiuum, (φοινικοφόρος,) vt
Idume palmifera. Silius lib. 3. 122.
Arabes palmiferi. Ouid. 10. Metam. 95.
Pharos palmifera. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 2.

Palmipes, pen. corr. palmipedis, om. g. (πτηνοπόδων,) Planos & ad palmæ similitudinẽ habens pedes. Vnde anseres & omnes ferè aquaticæ aues, palmipedes dicũtur. Plin. lib. 10. ca. 11, Aut palmipedũ in genere sunt, vti anseres. Idẽ lib. 11. ca. 47. 1, Anium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

¶ Palmipes, Aliter. Plin. lib. 17. cap. 20. 2, Populus alba feritur bipedaneo palinato, talea sesquipedali, biduo siccata, palmipede inter vallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.

PALMA, Ptolemæo lib. 2. cap. 6, oppidum est in Hispania. Est item Palma, ciuitas in maiori Balcari.

Palmes, palmitis, pen. corr. masc. ge. (κλῆμα, ὄχνος,) Vitis propriè est, quod arboris surculus: nempe lignum illud quod ex ipsa stirpe quotannis emergit, & gemmas producit, quæ deinde in virgulas abeunt, & palmæ cuiusdam digitos faciunt. Plin. lib. 17. cap. 22. 13, Sic duo genera palmitum: Quod è duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur: at vbi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, semperque fructuarium relinquitur sub iugo. Et qui vocatur custos: hic est nouellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit.

Nemorosus palmite Gaurus. Stat. 3. Sylu. 1. 30.
Grauidus palmes. Ouid. 1. Fast. 31.
Orbi palmites. Colum. lib. 6. Vide ORBVS.
Opaco palmite baccæ. Claud. de Nuptiis Honorii, 44.
Lætus palmes se agit ad auras. Virg. 2. Georg. 73.
Citare palmitem, Vide CITO.
Musta ferre è palmite. Ouid. 4. Fast. 180.
Gemma mouetur de palmite. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.
Palmes & Pampinus, pro eodem. Colum. lib. 4. cap. 17, Item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint, quãuis largos fructus ostendant,

dant, detrahendi sunt eis singuli palmites, quo lætior quæ superest materia, consurgat.

¶ Palmes, pro flagello vitis. Colu. lib. 4. cap. 21. Hæc brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructum summitti.

Palmo, palmas, (ἐπιδέω,) palmare, Materias alligare. Colum. lib. 11. ca. 2. 74. Cæterum palmare, id est materias alligare, hoc tẽpore nõ expedit.

¶ Palmare, in alia significatione accepit Quintilianus in declamatione Cæci, Præterea quum manus ex parte qua palmare vestigium potest, plicetur in capulo. Et paulo pòst, Tuus autem qui palmatus est paries, vestigium eius partis ostendit.

Palmus, palmi, (σπιθαμή,) mensuræ genus. Est autẽ duplex, inquit Budæus, Maior, duodecim digitorum, Græcè σπιθαμὴ vocatur: & Latinis etiam dodrans, cuius exemplum apud Plinium lib. 7. Minor, digitorum quatuor, παλαιστής, Græcè dicitur.

Palmum neutro genere etiam dicitur. Vitruuius lib. 2. Deorum autem Greci appellant palmum, quòd numerum datio Græcè δέκατον appelletur. Id autem spargitur per manus palmum.

Palmarius, Adiectiuum, (σπιθαμιαῖος,) Quod est palmi vnius vel multorum. Columella lib. 8. cap. 3. 7. Per spatia palmaria modicis foratur canis. Idem lib. 11. cap. 3. 17. Inter palmaria spicæ vlpici vel alii spatia disponendæ sunt.

Palmãris, & hoc palmãre, pen. prod. Idem, (σπιθαμιαῖος,) Varro 1. de Re rust. cap. 35. 1. Rosa etiam concidũtur radicitus in virgulas palmares. Vide suprà in PALMA.

Palmipedãlis, & hoc palmipedãle, pen. prod. (σπιθαμιοπαδιαῖος,) Mensura vnius pedis & palmi. Colum. lib. 3. cap. 19. 1. Nam in clausis vbi terra decurrit, potest malleolus palmipedalis deponi. Varro 2. de Re rust. cap. 4. 14. In haris ostium esse oportet, & linteo inferius altum palmipedale. Hoc est pedem & dimidium altum.

PALMYRA, pen. corr. (παλμυρα,) Syriæ vrbs inter Romanorum ditionem sita, & Parthorum, vt est author Ptolemæus lib. 5. cap. 15.

Palo, palas: siue Palor, palaris, Vide PALVS.

Palpebrae, pen. corr. palpebrarum, (βλεφαρίδες,) Pili recti genis oculorum vtrinque adhærentes: in hoc homini à natura dati, vt ipsos oculos ab occurrentibus & fortuitò incidẽtibus rebus defendant. A palpitando, id est tremendo: vel à palpando, id est prætẽdendo dictæ. Plin. lib. 11. cap. 37. 29. Palpebræ in genis homini vtrinque. Mulieribus verò etiam infectæ quotidiano. Tanta est decoris affectatio, vt tingãtur oculi quoque. Alia de causa hoc natura dederat, ceu vallum quoddam visus & prominens munimentum contra occurrentia animalia aut alia fortuita incidentia.

Palpebræ, (βλέφαρα,) sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu ne læderent aciem aptissimè factæ, & ad claudendas populas, nequid incideret, & ad aperiendas: idque prouidit vt identidem fieri posset cum maxima celeritate. Cic. 2. de Nat. deor. 214.

Munitæ sunt palpebræ tanquam vallo pilorum, quibus & apertis oculis siquid incideret repellerctur, & somno conniuentibus quum oculis ad cernendum non egeremus, vt qui tanquam inuoluti quiescerent. Cic. 2. de Nat. deor. 214.

Refectis palpebris M. Regulum illigatum in machina, vigilando necauerunt Carthaginienses. Cic. in Pisonem, 33.

Bracchia palpebræque cadunt. Lucret. lib. 4. 193.

Palpito, Vide PALPO.

Palpo, palpas, palparet (ψηλαφάω, ἁμαυρόω, ψαλάσσω, ἐπαίνω, μειλίσσω,) & Palpor, palparis, palpari, Deponens, Leniter, blandè, & quasi tentando tangere.

Palpari, Adulari. Plaut. Amphit. 6. 9. Obseruatote quàm blandè mulieri palpabitur.

Palpari, datiuo iungitur, aliquando etiã accusatiuo. Horat. 2. Serm. satyra 1. 4. Cui malè si palpere recalcitrat vndique tutus. Iuuenalis Saty. 1. 4.
– quem munere palpat Carus.
Pectora præbet palpanda manu. Ouid. 2. Metam. 174.

Palpator, pen. prod. palpatõris, (ἐπαινέτης,) Verbale. Plaut. Merc. 4. 55.
– hercle vero vapulabis, tuli
Iam loquère, aut nisi abis. A. hoc sis vide vt palpator nullus est. Idem Rud. 4. 38. Eo quem tu hic hominem crispum, incanum videris, Malum periurum, palpatorem?

Palpatio, huius palpatiõnis, (ἐπαίνος,) Ipse palpandi actus. Plaut. Menæch. 4. 33. Auferr hinc palpationes.

Palpito, palpitas, pen. corr. palpitare, (σαλεύω, ἀσσαίνω,) Leuiter ac frequenter moueri. Plin. lib. 28. cap. 8. 9. Tremulis, fastidiis, exilientibus, & quibus cor palpitet, aliquid ex corde mandendum. Cic. 2. de Natu. deo. 35. Animaduertimque sæpe est, quum cor animantis alicuius euulsum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem.

Palpitat cerebrum. Plin. lib. 7. cap. 16. 5.
Iecur pauidum palpitat trepidis venis. Sene. Here. Oeth. 6. 1.
Ignis arduus palpitat. Stat. 12. Thebaid. 15.

Lingua execta palpitat. Lucan. lib. 2. 37.
Palpitans vertex. Plin. lib. 7. in Præf. 4, Quandiu palpitans vertex, summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium?
Super aliquam palpitare. Iuue. Saty. 3. 14.

Palpitatio, Verbale, (ἐπαίνεσις) proprè cordis est, & deinde partium singularum frequens & continuus motus. Plin. lib. 32. cap. 5. 5, Imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti. Idem lib. 11. cap. 4. 2, Itaque diuulsis præcipua vinacitas, & partium singularum palpitatio.

Palpum, palpi, (κόλακες) Blanditiæ dicuntur. Plaut. Pseud. 14. 41,
Ego illuc alis dare condidici, mihi obtrudere non potes
Palpum. Hoc est blandiri, & spem inanẽ verbis inuicere, vt ait Erasmus.

Plandamentum, huius paladamenti, (χλαμύς ἐφαπτίς, φοινικίς, ῥάκος,) Insigne ac ornamentum militare, præcipuè tamen imperatorum. Ideò quum ad bellum exit imperator, ac lictores mutauerunt vestem, & signa incinuerunt, dicitur proficisci paludatus, authore Varrone de lingua Latina lib. 6. Liuius, Cum paludatis lictoribus profectus ab Vrbe, Brundusium uenit. Salust. Histor. lib. 3, Et eodem tempore Lentulus duplici acie longum editum multo sanguine suorum defensus, postquam ex sarcinis paludamenta sustulit, & delectæ cohortes intelligi cœpere. Budæus, Paludamentum chlamys est imperatoria, id est eorum qui exercitus educebant. Valerius lib. 1. de Crasso loquens, qui apud Parthos occubuit, Pullum, inquit, ei traditum est paludamentum, quum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari soleret. Plin. in Pancg. Gestus Consulatus non hoc vrbis otio, & intimo sinu pacis, sed iuxta Barbaras gentes, vt illi solebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextam. Id est pro prætexta quæ Consulare gestamen erat in vrbe, paludamentum, quod gestamen est bellicum & castrense, sumere. Paludamentum hodie cottam armorum vocamus. Hactenus Budæus. Liuius 5. bel. Pun. 94, Inter hæc dicta, paludamento circum lævum brachium intorto (nam ne scuta quidem secum extulerant) in hostes impetum fecit. Idem 9. ab Vrbe, 16, Paludamentaque detracta tanta inter ipsos.

Imperatoria paludamenta. Plin. lib. 12. cap. 2. 1, Coccum imperatoriis dicatum paludamentis.

Paludamentum, pro Veste militari etiam eius qui non esset Imperator, posuit Liuius 1. ab Vrbe, 108, quum ait, Cognitoque super humeros fratris paludamento sponsi quod ipsa confecerat, soluit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat vnius Curiatiorum, quorum nemo, vt arbitror, imperator in Albanis fuit. Bayfius.

Paludamentum etiam de veste muliebri inuenitur dici. Plin. lib. 33. cap. 3. 22. Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo nauali prælii spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili sine alia materie.

Paludamenta, inquit Varro de Ling. Lat. lib. 6, propterea dicuntur, quòd qui ea habent, conspiciuntur, ac fiunt palam.

Paludãtus, penul. prod. Adiectiuum, (χλαμυδηφόρος,) Qui vel imperatoriam chlamydem, vel alia eiusmodi ornamenta militaria gestat. Cic. ad Valerium, lib. 13. 6. 1, Credo te memoria tenere, me & coram P. Cipio tecum locutum esse, quum te prosequerer paludatum, & item postea pluribus verbis tecum egisse, vt, &c. Cælius ad Ciceronem lib. 8. 10. 5. Quia verentur ne illud s. c. fiat, vt paladati exeant. Id est veste imperiali insigniri, vt ad publicos hostes proficiscentes. Cice. ad Cassium, lib. 1. 17. 5, Paula noster paludatus ad 111. Calend. Ianuar. profectus est. Idem 7. Verr. 18, Quum paludatus exisset. Et ad Atticum, lib. 4. 81. 1, Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum, quàm olim æqualem eius L. Paulum. Sic pro Sestio, 60. Et Cæsar 1. bel. Ciuil. 15. Idem ad Cesarem Iuniorem, lib. 1. Antonius demens ante lucem paludatus. Liuius quintæ Decadis lib. 1. 183. Per hos fortè dies P. Licinius EOS. votis in Capitolio nuncupatis paludatus ab Vrbe profectus est.

Duces paludati. Iuuenalis Saty. 6. 40.

Paludati in libris auguralibus significantur, vt ait Veranius, armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta, paludamenta dicit Festus.

Palumbes, palumbis, (φάψα,) tam masculini quàm fœminini generis, Sylucstris columba in arboribus sepibusque nidificant. Virgil. 1. eclog. 12, – raucæ, tua cura, palumbes. Lucanus, – macrosque palumbes. Plin. lib. 10. cap. 35, Viuere palumbes ad trecesimum annum, aliquos ad quadragesimum, Aristoteles author est: vno tantum incommodo vnguium eodem & argumento senectæ, quæ citra perniciem recidũtur, &c.

Aeriæ palumbes. Virg. 3. eclog. 14.

Palumbus & palumba. Martialis lib. 13. 67,
Inguina torquati tardant habetantque palumbi:

Non edat hanc volucrem qui cupit esse salax. Proper. lib. 4. ele. 5. 13, Sed capo torquatæ Venus ô regina palumbæ. Emendatiora exemplaria legunt columbæ. Plin. lib. 30. cap. 7. 5, Item palumbus ferus, & è posca decoctus. Colum. lib. 8. cap. 8. 1, Hac eadem ratione palumbos, columbosque cellares pinguissimos facere contingit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Palambinus, pen.prod.Adiectiuũ, (φασιανός,) Quod ex palambe est.vt Palambina caro.Plin.lib 30.cap.12.5.

Palus, licet crescat in gentiuo palũdis, pen.prod.teste Seruio, (ἕλος) prima breui, & secunda aliquando (sed rarissimè) indifferente, Horat.in Arte,13.Sterilisque diu palus, aptaque remis.Est autem palus, locus aquosus, vel aqua non fluens, neque perpetua.Dixi non perpetua, quia lacus quamuis non fluat, tamen aquam habet perpetuam:& ita differt à palude.Virg.4.Georg.96.Cocyti, tardaque palus inamabilis vnda. Cæsar 2.bel.Gall.289.Quò propter paludes exercitui aditus non esset. Ibidem,li.1.166,Quum multos menses castris ac paludibus se continuisset.Plin.lib.5.cap.4.6.Ab his non procul à continente palus vasta ad amnem Tritonem. Sic Cicero pro Lege agraria,57.

Alta palus.Virg.4.Georg.10.
Atra.Virg.7.Aeneid.161.
Caua.Catull.ad Coloniam,17.1.
Exhausta.Virg.3.Georg.87.
Fœda.Sene.Herc.fur.9.14.
Horrenda.Claud.1.de rap.Pros.13.
Inamabilis.Virg.6.Aeneid.88.
Innabilis.Virg.4.Georg.96.
Liquida. Ouid.1.Metam.66.
Nebulosa.Silius lib.8.76.
Nigra.Tibull.lib.3.eleg.3.8.
Perpetua,Vide PERPETVVS.
Pigra.Claud.7.Paneg.70.
Placida.Virg.8.Aeneid.18.
Pontina palus.Quintil lib.3.cap.8.12.Coniectura est,an Isthmos intercidi,an siccari palus Pontina,ao portus fieri Hostiæ possit.
Putidæ paludes vorago.Catull.ad Coloniam,epigr.17.1.
Sordidæ paludes.Stat.4. Sylu.3.2.
Stantes paludes.Horat.3.Carm.ode 27.2.
Vastæ paludes.Lucret.lib.5.41.
Vdæ paludes intumuere æstu.Ouid.1.Metam.85.
¶ Palus obducit pascua limoso iunco.Virg.eclog.1.10.
Siccare paludes.Cic.5.Philipp.168.

Paludôsus, pen.prod Adiectiuum (ἑλώδης) vt Humus paludosa.Ouid.15.Metam.54.
Nilus paludosus.Stat.3.Sylu.2.22.

Palustes, hæc palustris, & hoc palustre, (ἑλεῶς,) Quod est ex palude.Colum.lib.1.cap.5.Deterrima aqua palustris, quæ pigro lapsu repit, pestilens quæ in palude semper consistit.
Calami palustres.Ouid.1.Metam.142.
Iunci palustres.Ouid.8.Metam.68.
Locus Palustris, Plenus palude.vt Cæsar 7.bel Gall.74.Equitũ verò operam neque in loco palustri desyderari debuisse.
Pascua palustria.Colum.lib.6.cap.27.2.
Vadum palustre.Claud.1.de raptu Proserp.12.
Vlua palustris.Virg.3.Georg.35.
Vndis palustribus fœta loca.Ouid.14.Metam,21.

Paludifer, penul.corr.Adiectiuum, (ἑλοφόρος,) vt Aquæ paludiferæ.Author Philomelæ,9.

Palus, pali, (πάσσαλος, σκόλοψ, σφηνίσκος,) priore producta, dicitur lignum acutum quod solet in terram defigi, ferè in clauendis hortis, aut fulciendis vineis, & similibus.Tibullus li.1.eleg.7.7. Hic decuit teneram palis adiungere vitem.Plin.lib.14.cap.3.4 Nec ortha pelos indiget arbore aut palis ipsa se sustinens.Colu. lib.4. cap.26.Vineæ stabiliendæ melior est ridica palo, neque ea quælibet. Nã est precipua cuneis fissa olea, quercus & suber, aliqua similia sunt robora. Tertium obtinet locum pedamen teres, &c. Ibidem,cap.33.4. Etenim taleæ propius stirpem recisæ quadrifidas plerumque, ac deinde secũdæ taleæ eiusdem arboris bifidas ridicas subministrant:quod genus fissilis adminiculi manet diutius quàm teres palus.
Actus palus, Vide AGO.
Ruber palus.Horat.1.Serm.saty.8.1.
Alligare aliquem ad palum.Cice.7.Verr.9.Nomine sceleris coniurationisque damnati,ad supplicium traditi,ad palum alligati,repentè multis millibus hominum inspectantibus soluti sunt.
Palus palo proximus.Plaut.Menæch.9.47.
Pertii misera, quam tu nunc mihi nauem narras? MEN. ligneam
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.
Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est. Prouerbialiter dictum de re vehementer abusa, vt singula coniungantur.

Palo, palas, (πατταλεύω,) palare, Palis fulcire & munire.Colu.lib.11.ca.2.73.Itaque quicquid cætera id genus effici potest, id ab iis comprehẽditur, vt olea legatur, & oleum conficiatur, vt vitis paletur, & capite tenus alligetur. Ibidem,12.Reliquæ partes vinearum propter brumam vel frigora omissæ, nunc palandæ & alligandæ sunt. Idẽ lib.4. cap.30. Castanetique iugerum totidem palandæ, quot arundineti iugandis.

Palor, palàris (περιφέρομαι,) palari, Deponens, Passim vagari: sicuti faciũt qui lento gradu, dispersique labrosicas quærunt.Liu.1.ab Vrbe.45.Raptim & ad hos Romana legio ducta palatos in agris oppressit. Ibidem, lib.5.197.Iam obsidionis tædio victi abscedunt, vagique per agros palantur cibis vinoque raptim hausto repleti. Hoc verbum quidam à palam deduci existimant. Alii à palis castrorum, hoc est sudibus, modò huc, modò illuc translatis.

Palans, Participium. (περιφερόμενος,) Horat.2.Serm.satyr.3.10.
– velut sylulis, vbi passim
Palantes error certo de tramite pellit,
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit. Stat.11.Thebaid.5, Aut vagi palantes campo fuga voluit Achiuos.
Agmina palantia.Silius lib.15.95.
Comites palantes & dispersi.Lucret.lib.4.116.
Stellæ palantes polo.Virg.9.Aeneid.5.
Sidera passim palantia.Lucret.lib.2.206.
Fœmina palantes agit.Virg.11.Aeneid.127.
Vitæ palantis viam quærere.Lucret.lib.2.2.

Palàtus, pen.prod.Participium (διασκεδασθείς,) Dispersus.Liu.3.bel.Pun. 185.Alius exercitus primò per agros sylusque fuga palatus redeunt,&c. Idem 3.ab Vrbe,10.In quos palatos prædam agentes Posthumius,&c. Ibidem,lib.4.133.Tantum inuecit pauoris, vt nequicquam retinente atque obsecrante Aemylio, Tusculũ palati fugerent. Sic lib.1.Per agros palati milites frumentum,& siqua alia vsui esse ad vescendum potuerãt ad naues retulêre.

Palatus, Partic. à Palor palaris, Vide PALVS priore producta.
Paxillus, Vide ordinem alphabeticum.

Pambasilia, pen.prod. (παμβασιλεία,) Dicitur quasi regnum omnis metis omnibus dominationis consummatum. Cuiusmodi sunt reges nostri omnia arbitrio suo statuentes, qui omnia in potestate habent. Est igitur Pambasilia (vt inquit Aristoteles) genus illud regni quũ vnus omniũ potestatẽ habet cõmunium & publicarũ rerum.

Pamphagus, penul.corr. (παμφάγος,) Nomen canis venatici, quasi omnia deuorantis.Ouid.5.Metam.42.

PAMPHILVS, pen.corr. (πάμφιλος,) Latine dicitur totus amor, omnibus amicus.

PAMPHILIA, (παμφυλία,) Ptolemæo lib.5.cap.5. regio est Minoris Asiæ inter Ciliciam & Syriamab Occasu Lycia, & Asiæ Minoris parte à Septentrione Galatia & Cappadocium:à Meridie Mediterraneũ mare, quod illic Pamphili maris nomẽ habet:tota Tauri expansitis iugis septa. In ea(vt Pomponius refert)est fluuius Melas,nauigabilis, & Phinedon, apud quẽ Cimon Atheniensis Persas nauali pugna superauit.

Pamphilius, (παμφυλος,) Qui est ex Pamphilia.Cic.1.de Diuin.51.Quasquidem nunc à Romanis auguribus ignorantur, bona hoc tua venia dixerim, à Cilicibus, Pamphiliis, Pisidis, Lycijs tenentur.

Pampinus, pimpini, pen.corr. (ἀνάκρουσμα, ἀνακρίς,) à Virgilio genere masculino ponitur, à Varrone frequentius fœminino.Significat folium vitis, vel ramusculum virentẽ.Virg.1.Georg. 90.Heu malè nunc mites defendet pampinus vuas. Cic.1.Tusc.108.Vites lætificæ pampinis pubescere.Ex poeta. Colum.lib.3.cap.17.Omnis enim fœcundos pampinus intra quintam aut sextam gemmam fundata exuberat:reliqua parte quanuis lõgissima vel cessat, vel perexiguos ostendit racemos.

Folii pampinus, vel Folium pãpini Colu.lib.4.ca.33.Nunc vbi vnius aut alterius folii pampinus prorepsit è duro. Plaut. Cistel.10.69.
– inuoluolum
Quæ in pampini folio intorta implicat se.

Pampinus & Palmes aliquando pro eodem accipiũtur, Vide PALMES.
Opaca pampinous.Claud.in Epithal.Palladii,46.1.
Viridi pampino cingens tempora.Horat.3.Carm.ode 25.4.
Defendit pampinus vuas.Virg.1.Georg.90.

Vestitur pampinis vua.Cice.de Senect.49.Oriens vua se ostendit, quæ & succo terræ, & calore solis augescens, primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit, vestitaque pampinis nec modico tepore caret & nimios solis defendit ardores.

¶ Pampinus etiam capitur pro cirris polypi piscis.Plin.lib.9.cap.51.Polypi pariunt Vere oua tortili vibrata pampino.

Pampino, pampinas, pe.corr. (ἀνακρίζω,) pampinare, Pampinos decerpere, vel(vt ait Varro de Re rust.lib.1.cap.30.)ex sarmento coles qui nati sunt de iis qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmẽtum nequeat ministrare succum. Colu.lib.3.Quum comprehenderitis, identidẽ pampinent, ne plura sarmenta quàm debent excrescant.Plin. lib.18.cap.27.Quum herba creuerit in festucam, arcẽre aquas, vineas pampinare. Cato cap.33.2.Vbi vinea frondere cœperit, pampinato. Colu.lib.4.cap.31.Salix non minus quàm vinea pampinatur.Ibidem cap.6.Malleolum & ipsum pampinare censemus.

Pampinãtus, pen.prod. (κλημαστοφοροῦντες,) Participium: siue Nomen ex participio.Plin.lib.16.cap.42.3.Eadem valuarum repagulis, & ad quoque libeat

libeat intestina opera aptissima, siue Græco, siue Campano, siue Siculo fabricentur genere spectabilis, ramentorum crinibus pampinato semper orbe se voluens ad incitatos runcinarum raptus.De abiete.

Pampinatio, Verbale, (ἀνακρισμός,) Colum.lib.4.cap.27.Nam id plurimũ refert, nõ inscite facere: siquidem vel magis pampinatio quàm putatio vitibus consulit. Ibidem,cap.6.1.Optimum est ab initio sic formare, vt frequenti pampinatione superuacua detrahantur.

Pampinãtor, penul.produ.pampinatôris, (ἀνακριστής,) Columella libro 4. cap.27.Idque faciet varis de causis pampinator industrius. Ibidem cap.10.2.Et nepotibus quos pampinator in superiore parte omiserat, liberanda censemus.

Pampinãrium, pampinãrii, (ἀνακρικόν,) Plin.lib.17.cap.22.13,Duo genera palmitum: Quod è duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur.Colum lib.3.cap.105.Quare vitiosissima est eorum agricolarum opinio, qui minimum referre credunt quot vuas sarmentum habuerit, dum ex vite fertili legatur, & nõ ex duro trunco enatum, quod pampinarium vocant.

Pampinãrius, Adiectiuum, (ἀνακρικός,) Quod est pampini.Columel.lib.4. cap.24.4.Ne aut pampinarius palmes interruptus, aut verrucæ similis furunculus relinquatur. Idem lib.3.cap.10.7. Hoc solum præceptum à magistris accepit, ne pampinarium virgam deplantet.

Pampineus, Aliud adiectiuum. Idem, (ἀνακρινός,) Virg.7.eclog.12. Liber pampineas inuidit collibus vmbras.
Autumnus pampineus.Virg.2.Geor.1.
Frondes pampineæ.Ouid.3. Metam.134.
Habenæ pampineæ.Virg.6.Aeneid.161.
Hasta pampinea.Valer.2.Argon.54. Ouid.epist.13.7.

Pampineus odor, poeticè & figuratè, pro sapore vini. Propertius lib.2. elegia, 34.6.
Icare Cecropiis meritò iugulate colonis,
Pampineus nosti quàm sit amarus odor.
Vites pampineæ.Ouid.10.Metam.10.
Vmbræ pampineæ.Virg.eclog.7.12.
Vuæ pampineæ.Ouid 3.de Ponto,eleg.1.3.

Pampinôsus, pen.pro.Similiter adiectiuum, (ἀνακρόδης,) Quod pampinis abundat.Colum.lib.5.cap.5.12.Etsi parum pampinosa vitis est, adductis frondibus & interdum sarmentis fructus muniatur,
Pampinosa folia.Plin.lib.23.cap.1.11.

Pampinaceus, Aliud item adiectiuum.Colum.lib.12.cap.20.5.Item myrrhæ quincunx, calami põdo libram, quasi sesiliram, amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripæ pampinaceę libram.

PAN, (πάν,) (inquit Seruius) deus est rusticus in naturæ similitudinẽ formatus: vnde & Pan dictus est, id est omne. habet enim cornua in radiorum Solis, & cornuum Lunæ similitudinem. Rubet eius facies ad æthe-ris imitationem. In pectore nebridem habet stellatam, ad stellarũ imaginem. Pars eius inferior, hispida est, propter arbores, virgulta, & feras. Caprinos pedes habet, vt ostendat terræ soliditatem. Fistulam septem calamorum habet, propter harmoniã cœlistin qua septem soni sunt. Pedum habet, id est baculum recuruum, propter annum qui in se recurrit: quia hic, totius naturæ deus est. A poetis fingitur, cũ amore luctatus, & ab eo victus, quia vt legimus, Omnia vincit amor. Ergo Pan secundum fabulas, amasse Syringam nympham dicitur: quam quum sequeretur, illa implorato Terræ auxilio, in calamum conuersa est: quem Pan ad solatium amoris incidit, & sibi fistulam fecit. Hunc Arcades colunt, eum vniuersæ materiæ dominum appellantes. Vnde à Græcis πὰν appellat.
Deus Arcadiæ Pan.Virgil.10.eclog.6.
Deus pecoris Pan.Ouid.2.Fast.55.
Custos ouium Pan.Virg.1.Georg.4.
Capripedes Panes.Propert.lib.3.eleg.17.4.
Fina præcincti cornua Panes.Ouid.14.Metam.128.
Montani Panes.Stat.2.Sylu.2.22.
Semicaper Pan.Ouid.14.Metam.103.
Natum Pana ex Mercurio & Penelopa ferunt.Cice.3.de Nat.deor.76.
Pan, Latinè incubus dicitur. Incubi verò sunt nocturna phantasmata mortalibus rurrorem incutientia.

Panaces, huius pánacis, pen.corr.n.g.vel Panax, pánacis, f.g. (πάνακες ἀκέσιον, hoc est à sanandis omnibus morbis.Plin.lib.25.cap.3.24.Panaces ipso nomine omnium morborũ remedia promittit: numerosum, & diis inuentoribus asciptum. Columella lib.11.ca.3.24. Panax vtroque tempore læui & subacta terra rarissimè differitur. Plin.lib.19.cap. 12.Panax piperis sapore reddit. Lucret.lib.4.25.Præterea quæcunque suo de corpore odorem
Expirant acrem, panaces, absynthia tetra,
Abrotanique graues, & tristia centaurea.

Panacẽa, huius panacẽæ, pen.produ.Idem, (πανάκεια,) Luca.lib.9. 184.Et panacea potens, & Thessala centaurea. Virgil.12.Aeneid.84.Ambroiæ succos, & odoriferã panaceam. Vbi Seruius, Panacẽa, genus herbę. Sciendũ tamẽ Lucretiũ panaceam vbiq; talem dicere: vnde possumus etiam hoc loco talem intelligere nam omnem pellit dolorem. Sed melius herbam, quia ait odoriferam.

PANAETIVS, (παναίτιος,) Rhodius, Stoicus philosophus, quasi totus moralis, præceptor Scipionis Africani, decessit Athenis: scripsit de Officiis vnde Cicero suos libros est mutuatus. Hic scripsit, vitam hominum ex improuiso, assiduis & quotidianis periculis subiacẽre, ad quæ præcauenda oporteret animo semper esse intento, vt sunt athletæ. Sicut enim illi in certamine athletico, caput manibus oppositis, quasi vallo præmuniunt: ita animus sapientis aduersus petulantias iniuriarum, ictusque fortunæ debet esse erectus, arduus, septus, nequa in re incursio repentina, imparatis improtectisque nobis obortatur. Fuit alter Panætius senior, item Rhodius: cuius inter philosophos multa mentio, scriptaque feruntur. Suidas.

Libri nobiles Panæti.Horat.1.Carm.ode 29.3.

Panætolium, Panætolii, (πανατωλίον,) Vniuersæ Aetoliæ concilium. Liu.lib.1.bel.Maced.106, Concilium Aetolorum statuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat.

Panætolicus, pen.corr.Adiectiuũ, (πανατωλικός.) Liu.lib.1.bel.Maced. 126, Quum legibus eautum esset, ne de pace belloue, nisi in panætolico, & pylaico concilio ageretur. Ibidem, Vt perinde ius ratumque sit, ac si in panætolico, aut pylaico concilio actum esset.

Panaretus, pen.corr. (πανάρετος,) dici potest omnium virtutum continens, πὰν enim totum significat: ἀρετὴ virtus. Mart.lib.6.89, Arguto madidus pollice panaretus.

Panarium, Vide PANIS.

Panathenaea, Panathenæorum, plur.num. gen.neu. (πανάθηναια, Quinquatria Mineruæ festa: vnde apud Ciceronem in Orat.22, Panathenaicus liber ab Isocrate scriptus. Huiusmodi festis peplum Mineruæ ferebatur, & singulis lustris fieri solebant, in quibus solenni carmine per tubicinem & præconem ludicrum indicebatur, nudique ad certandum ingrediebantur athletæ: neque congressuri cum quo certarent eligebant, sed cum primo prodeunte congrediendum erat. Neque ad spectandum mulieres, præter vnam Phereenicem, quæ mater, filia, & soror Olympionicarum fuit, & Cereris sacerdotes mulieres admittebant. In Panathenæis quoque pueri puellæque, forma conspicui, manibus amplexi, nunc in orbem, nunc in obliquum, per diuersos flexus, pyrrhicam in theatro saltabant. Alexand.Neapolit.lib.5.cap 8.& lib.6.cap.19. Erant & alia Panathenæa festa, quæ quotannis iterabantur, authore Suidaiad quorum differentiam illa Quinquatria magna dicebantur, teste Platone in Euripb. Panathenæorum celebritas inducta est primò ab Erichthonio, quum vicatim disiectum Atheniensium populum in ciuitatem euocasset. Ex Cælio lib.11.cap.27.

PANCHAEI, (πανχαῖοι,) populi, qui vt Pomponius refert lib.3.deserta Libyæ habitant, qui & Ophiophagi vocantur, quoniam serpentibus vescantur. Hi ab illis vocantur Candei.

PANCHAIA, (πανχαία,) quasi tota dehiscens, regio Arabię, tota arenosa, in qua arbores sponte natæ thus emittunt. Virg.2.Geor.18, Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis. Seruius scribit Panchaiam, Arabiam, & Sabæorum gentem eandem esse, apud quam nascitur thus.

Dines Panchaia Tibul.lib.3.eleg.2.5.

Panchæus (πανχαῖος.) Adiectiuum vt
Cinnama Panchæa.Claud.de Nuptiis Honorii,19.
Arx Panchæa.Valer.1.Argon.116.

Panchaicus, pen.corr.Aliud adiectiuum, (πανχαϊκός,) vt
Tellus Panchaica.Ouid.10.Metam.62.

Panchrestum, panchresti, (πάνχρηστον,) Medicamentum nobile, quod Latinè dici potest omnibus conducibile, vel omnibus affectibus vtile. Cic.5.Verr.128, Aduentu L. Metelli Prætoris quum omnes eius comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicos redemisset, aditum est ad Metellum, & eductus est Apronius. Plin.li.36.ca.10.1, Sed Sotacus è vetustissimis authoribus quinque genera hæmatitarum tradit, præter magnetem: principatum dat ex his Aethiopico, oculorum medicamentis vtilissimo, & iis quæ panchresta appellant.

Pancratium, pancratii, (πανκράτιον,) quasi omnia potẽs. Ludus gymnicus, quinquertio cõstãs. Prop.lib.3.ele.14.2,
Pulcerulentaque ad extremas dat fœmina mœstas,
Et patitur duro vulnera pancratio. Est autem Pancration ex eo (vt videtur) dictum, quòd aduocatis omnibus corporis viribus, omniumque neruorum contentione transigitur. Calcibus enim etiam & cubitis non modò pugnis pancratiastæ vtebantur, omnique impetendi prehendendique modo, teste Budæo. Quintilianus lib.2. Institu. Orat. cap.9. Sicut ille exercendi corpora peritus, non si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce tantùm, aut nexus modò, atque in iis certos aliquos docebit: sed omnia quæ sunt eius certaminis. Sunt qui pancratiastas pro Pentathlis intelligi volunt, id est iis qui quinque illa antiqua certamina Græciæ obierunt & vicerunt: παγκρα-

Universidad de Deusto
Biblioteca

πολίτας πάντων κρατοῦντας intelligi volentes, id est omnium victores. idque Hermolaus libro trigesimoquarto emendationum suarũ scripsit. Quod, vnde acceptum sit, nescire se fateatur Budæus. Suidas certe pancratiastam manibus pedibusque pugnantem interpretatur. Gellius lib. 12. Vita autem (inquit) hominum qui ætatem in medio rerum agunt, ac sibi suisque vtui esse volunt, periculo negotiaque ex improuiso illata, & prope quotidiana fert. Ad ea cauenda atque declinanda perinde esse oportet animo semper prompto atque intento, vt sunt athletarũ, qui pancratiastæ vocantur. Nam sicut illi ad certandum vocati, proiectis ante brachiis consistunt eaque & os suum manibus oppositis quasi vallo præmuniunt: membraque eorum omnia priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata tanta animus atque mens viri prudentis, &c.

Pancratio vincere. Plin. lib. 35. cap. 11. 18, Alcimachus Dioxippũ, qui pancratio Olympiæ citra pulueris iactum (quod vocant aconiti) vicit.

Pancratiastes, pãcratiastæ, (παγκρατιαστής.) Qui hoc ludo excellit, certator & victor pancratii. Gellius lib. 3. ca. 15. Diagoras tres filios habuit: vnum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem.

Pancrátice, pen. corr. A duerbium, (παγκρατικῶς,) Id est robustè. vnde Pancraticè valere, id est Robustum esse, vt solent qui pancratio exercẽtur. Plaut. Bacchid. 5. 14. Benéne vísque valuit? c. pancraticè atque athleticè. Vide ATHLETA.

PANDATORIA, (πανδατορία) insula in mari Tyrrheno, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. hodie Pandana.

Pandectae, pandectarum, (πανδέκται,) dicuntur volumina nihil non continentia, & ex quibus possis, quod velis, velut è cornucopiæ deprompere: vt Pandectæ legum, quæ omne ius complectuntur. à πᾶν, omne, & δέχομαι capio, suscipio. Gellius lib. 12. Tullius Tiro Ciceronis libertus libros de variis ac promiscuis quæstionibus composuit, quos Græco vocabulo pandectas (id est promiscua & multifaria continentes) libros inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes. Idem lib. vltimo. Sunt qui libros suos pandectas, id est omnium receptacula inscripserunt. Hanc inscriptionem Plinius in Præfatione inter illecebrosas, & magna promittentes numerauit, propter quas (vt ipse inquit) vadimonium deseri possit. His pandectis coagmentandis septem & triginta Iurisconsulti (symbolas cõtulerunt, ex quorum verbis Digestorum leges velut Centones consarcinatæ sunt. Hæc ex Budæo.

Pandiculor, pen. corr. (σπαρδιόω μαι,) pandiculãris, pandiculiari dicuntur, inquit Festus, qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo, quòd pandi fiunt. Plaut. Menæch. 17. 72. Vt pandiculans oscitatur.

PANDION, pen. prod. huius Pandionis, pen. corr. (πανδίων,) Proprij, nomen Erichthei Athenarum regis filii, cui successit in regno. Huius filiæ fuerũt Progne & Philomela. Dictus Pãdiõ, quasi totus dios. Iouis.

Nata Pandione, Progne. Ouid. 6. Metam 88.

Ales Pandionis, Hirundo, vel vpupa. Ouid. ad Pisonem, 16.

Pandionia, (πανδιονία,) dicta est Attica. Sido. Qui pãdioniam mouebat orator causeam tumultuosus.

Pandionius, Adiectiuum, (πανδιόνιος,) Idem quod Atticus. Lucanus de Pallade, Et Pandionias quæ cuspide protegit arces. Claud. de rap. Proserp. 4.

Mons Pandionius. Stat. 2. Thebaid. 144.

Pando, pandas, (πετάννυμι,) pandare. Significat incuruari, oneri cedere. Vnde pãdari trabs dicitur, quasi incuruari, cedereque põderi: cuius contrarium palmæ faciunt, quippe quæ non contra inferiora, sed in diuersum renitendo fornicantur. Plin. lib. 16. cap. 41. 1. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma è contrario fornicatur. Et paulo pòst, 2. Facilè pandatur iuglans. Et apud Quintilianũ lib. 11. cap. 3. Leuiter pandata manuscui Supinata opponitur.

Pãdare, Neutrum. Quintil. lib. 11. ca. vltimo, Pectus ac Venter ne proiciãtur obseruandũ: pãdant enim posteriora: & est odiosa omnis supinitas.

Pandatio, Verbale, (ἀνοπτάνσις,) Vitruuius lib. 7. cap. 1. Contignationes pandationibus sidentes mouendo se faciunt vitia paulmentis.

Pandus, Adiectiuum, (κυρτός,) Incuruus. Virgil. 2. Georg. 39. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Martialis lib. 14. 111. Hic tibi donatur panda tuber vrceus aula.

Pandus asellus. Ouid. 1. Fast. 80.

Carinæ pandæ. Virg. 2. Georg. 89.

Delphines pandi. Ouid. 5. Trist. 9.

Dorium pandum. Seneca Agamem. 6. 12.

Fauces pandæ. Stat. 4. Sylu. 3. 15.

Iuga panda boum. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 4.

Natis panda. Ouid. 3. Met. 135.

Rami pandi. Ouid. 14. Metam. 132.

Rostrum pandum. Ouid. 14. Metam. 57.

Pando, pandis, pandi, passum, (ἁπλόω, πετάζω, πετάννυμι, πίμπτω, ἀνοίγω, ἀνοιγνύω,) pandere. Significat aperire & patefacere. Plaut. Bacch. 6. 1. Pandite atque aperite propere ianuam hanc.

Pandere, Varro existimat ea causa dici, quòd iis qui ope indigerent, & ad asylum Cereris confugissent, panis daretur. Pandere ergo, quasi panem dare, & quòd nunquam fanum talibus clauderetur. De vita Pop. Rom. lib. 1. Hanc deam melius putant esse Cererem: sed quòd in asylum qui confugissent, panis daretur, esse nomen fictum, à pane dando. pandere, quod est aperire. Nonius.

Aciem pandere, Vide ACIES.

Alas pandere ad solem. Virg. 4. Georg. 6.

Alas velorum pandere. Virg. 3. Aeneid. 104.

Vlmus pandit brachia. Virg. 6. Aeneid. 57.

Claustra pandite iniuæ. Catull. in Epithal. Iuliæ, epigr. 56. 16.

Domus panditur. Virg. 10. Aeneid. 1.

Forem difficilem pandere. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 1.

Iter alicui pandere. Ouid. ad Pisonem, 45.

Limina pandere. Stat. 1. Sylu. 1. 4.

Mœnia vrbis pandere. Virg. 2. Aeneid. 47.

Pemas in littore pandunt Halcyones. Virg. 1. Aeneid. 80.

Porræ panduntur. Virg. 2. Aeneid. 6.

Spectacula pandere. Horat. 2. Serm. saty. 2. 5.

Sparia membrorum pandit. Stat. 6. Thebaid. 151.

Vela pandere curuato sinu. Ouid. 3. de Arte, 99.

Vestigia pandere. Virg. 11. Aeneid. 62.

Vela orationis pandere, metaphora sumpta ab iis qui vela ventis explicant. Cice. 4. Tusc. 16. Quærebam igitur vtrum panderem vela orationis statim, an eam antè paululum ab dectorum remis propellerem. Quintil. lib. 6. cap. 1. 19.

Viam pandere. Tacit. lib. 18. Postquam pandi viam, & mare prosperum. Valer. 1. Argon. 124.

Viam ad aliquid pandere. Liu. 4. ab Vrbe, 69. Quanquam nullam nobilitatem, nullos honores, nulla merita cuiquam ad dominationem pandere viam: sed tamen, &c.

Pandere viam fugæ. Liuius 10. ab Vrbe, 20. Atque eà quum deos pandere viam fugæ conclamassent, plures inermes, quàm armati cuadunt. Eà, hoc est illac.

Dictis pandere aliquid. Lucret. lib. 5. 11.

Casus suos pandere. Ouid. 14. Metam. 45.

Medium alicuius rei pandere. Cic. in Arato, 44.

Rem ordine pandere. Virg. 3. Aeneid. 36.

¶ Panditur planities, Protenditur, sese offert, apparet. Liu. 2. bel. Maced. 12. Repente velut maris vasti sic immensa panditur planities, vt subitò ictos campos terminare oculis haud facile queas.

Longè, lateque se pandunt diuina illa bona, cælumque contingunt. Cice. 5. Tuscul. 111.

Pandens, Participium, (πετάζων,) vt Guttura tria pandens Cerberus. Virgil. 6. Aeneid. 85.

Passus, Aliud participium (πεπτασμένος,) Apertus, extensus. vt Passa vela, id est Diducta ac distenta.

Passus capillus, id est Porrectus ac sparsus. Terent. Phorm. 1. 2. 56.

Capillus passus, nodus pes, ipsa horrida. Idem Heaut. 2. 3. 49.

Capillus passus, prolixus, cit cum caput

Reiectus negligenter. Ouid. 6. Metam. 106. Cæsar 7. bel. Gal. 191. Et more Gallico passum capillum ostentare, liberosque in conspectum proferre cœperunt.

Crines passi. Virg. 1. Aeneid. 97. Liu. 1. ab Vrbe, 53.

Lac passum. Ouid. 14. Metam. 55. Vide PASSVM.

Passis palmis, hoc est expansis. Cic. 1. de Nat. deor. 161. Minorem autem Septentrionem Cepheus passis palmis terga subsequitur. Cæsar 1. bel. Gall. 120. Quæ in prælium proficiscentes, ne se, &c. milites passis manibus flentes implorabant. Virg. 3. Aeneid. 53.

At patet Anchises passis de littore palmis

Numina magna vocat.

Racemi passi. Virg. 4. Georg. 54. Vide PASSVM.

Velis passis peruehi. Cic. 1. Tusc. 104. Portum potius paratũ nobis & profugium putemus, quò vtinam passis velis peruehi liceat. De mort.

Passum ac tusum linum. Plin. lib. 19. in Proœmio, 5. Denique tam parno semine nasci, quod orbem terrarum vltro citroque porrectũ gradi aut nare, tam non alte à terra tollineque id viribus suis nectũ, sed passum tusumque & in mollitiem lanæ coactum, &c.

Pandochium, pen. prod. (πανδοχεῖον,) Latinè stabulum, siue diuersorium & hospitium dicitur.

PANDORA, pen. produ. (πανδώρα,) mulier formosissima, & gratiosissima, cui singuli de sua dona dederunt, scilicet Pallas sapientiam, Venus decorem, Apollo musicam, Mercurius eloquentiam. Vnde dicitur Pandora, quasi omnium donum, vel ab omnibus donata, vel omnium rerũ genere donata. Hanc, vt ait Hesiodus, Iupiter in terram misit vt hominũ deciperet. Prometheus, Iapeti filius (ait Hygiinus) primus homines ex luto finxit. postea Vulcanus Iouis iussu ex luto effigiem mulieris fecit, cui Minerua animam dedit, cæterique dii alius aliud donarunt, ob id Pandoram nominarunt. Ea data in coniugium

Epimetheo

Epimetheo fratri. Inde nata est Pyrrha, quæ mortalis dicitur prima esse creata. Hactenus ille. Ab Hesiodo & aliis proditum est, Pandoram fuisse primam mulierem: nam ante eam muliebre genus fuisse nullum, author Pausanias in Attica. Pandora apud Aristophanem pro terra accipitur, quòd omnia ad vitam necessaria nobis suppeditet. Est & nomen matris Deucalionis: à qua Thessalia, Pandora dicta est. Hoc nomine dictæ sunt gentes in conuallibus Indiæ, quæ, vt ait Plin. lib. 7. cap. 3. ducentos annos viuunt, in iuuentute capillos candidos habent, in senectute nigros.

PANDOSIA, (πανδοσία,) Plinio lib. 3. cap. 1, Lucanorũ in Italia vrbs, in qua Alexander Epirotes occubuit. Est & altera, vt idem testatur lib. 4. cap. 1. eius nominis in Epiro. Trogus lib. 12. Iuxta vrbem Pandosiam Alexander non prius fatalis loci cognito nomine quàm occideret, interficitur. Idem supra, Quum in Epiro esset Pandosia, & flumen Acheruisium, ignarus eadem & in Italia, ad declinanda fatorum pericula peregrinam militiam cupidus elegerat. Liui. Decade 1. lib. 8. Data dictio erat Alexandro, cauere Acheruisiam aquam, Pandosiamque vrbem sibi fatis eius terminum dari. Horum meminit & Strabo lib. 6. Supra illam (inquit) paululum Pandosia est, vahdum propugnaculum, vbi Molossorum rex Alexander trucidatus est, Dodonæo deceptus oraculo. Acherontem atque Pandosiam cauere iubente, quum similis appellationis loca in Thesprotio monstrentur agro. Triuertex autem ipsum est propugnaculum, cui Acheron amnis præter fluit. Aliud insuper fraudauit oraculum. Pandosia perdes populum quandoque Triuertex. Credidit enim hostium, non suorum eadem ostentari.

Panegyris, huius panegyris, pen. corr. Sig. (πανήγυρις,) nundinæ, solemnis conuentus & publicus, quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitos scribit Herodotus lib. sexto. Hinc πανηγυρικολογοι, id est panegyricæ orationes, quæ in huiusmodi cõuentibus haberentur, idque plerunque de volitatibus Græciæ. Significat etiam locum in quem hæc celebritas conuenit.

Erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις. Cic. Attico, li. 1. 9. 2.

Panegyricus, pen. corr. A diect. (πανηγυρικός,) Laudatiuus, popularis, plausibilis, promiscuus. vnde Panegyricum, tertium dicendi genus, quod Latini demonstratiuum vocant. Cice. in Oratore, 20. Sed quoniam plura sunt orationum genera, eaque diuersa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, scriptionum & historiarum, & talium suasionum, qualem Isocrates fecit panegyricum.

Panegyrici. Quintil. lib. 2. cap. 10. 8 Nã & in iis actionibus, quæ in aliqua, sine dubio veritate versantur, sed sunt ad popularem aptatæ delectationem, quales legimus panegyricos, totumque hoc, &c.

PANGAEVS, (πάγγαιος,) Thraciæ promõtorium magnum atque excelsum, Macedoniæ iunctum, in quo, vt scribit Herodotus lib. 7. aurea sunt & argentea metalla: quem cum Pieres & Hodomanti, tum præcipuè Satræ exercent. In singulari est masc. gen. in plurali, neutri. Statius

–illi Pangæa resultant. Ismaraque.

Alta Pangæa. Virg. 4. Georg. 95.

Cana Pangæa niuosis iugis. Lucan. lib. 1. 155.

Perfinduit inarata diu Pangæa iuuenci. Stat. 10. Thebaid. 102.

Pangæus, Adiectiuum, (πάγγαιος,) vt Arua Pangæa.

Plumina Pangæa. Ouid. 3. Fast. 148.

Pango, pangis, pepigi & panxi, pactum, (πηγνύω, πήγνυμι,) pãgere, figere, plantare, siue iungere. Festus, Pangere, figere. Vnde plantæ pangi dicuntur, quum in terram demittuntur. Hinc versus pangi, vel figi in cera dicuntur. Hactenus Festus. Pepigi tamen præteritum docet Quintilianus à Pago, non à Pango. Vide PAGO. Proinde alii dicunt Pango, pangis, pegi & panxi, pactum, &c.

Clauum pangere. Liuius 7. ab Vrbe, 11. Lex vetusta est, priscis literis verbisque scripta, vt qui Prætor maximus sit, Idibus Septembribus clauum pangat. Fixus fuit dextero lateri ædis Iouis Opt. Max.

Osculum pangere, Osculari. Plaut. Curcul. 1. 56. Qui vult cubare, pangit saltem fauum.

Inducias pangere, Idem quod facere. Liu. 7. bel. Pun. 171. Ne antea quidẽ se aut de pace audisse, aut inducias pepigisse dixit.

Pacem pangere cum populo aliquo. Liu. 4. bel. Pun. 132. Nam ita eos pacem pepigisse cum Romanis, vt quicunque populi sub regibus fuissent & suæ ditionis essent.

Societatem pangere cum aliquo. Liu. 4. bel. Maced. 121.

Venus te pepigit nostro lecto, id est Promisit. Ouid. epist. 15. 7.

Pangere terminos. Cic. 1. de Legib. 84. Requiri placere terminos quos Socrates pepigerit, iisque parere.

¶ Pangere, Plantare. Colum. lib. 3. At quæ vetere sarmento panguntur, tardius coalescunt, sed tardius deficiunt. Idem lib. 11. cap. 2. 14. Quinetiam vitiaria diligenter facienda, malleolisque recentissimis curiosissimè pangenda. Et libro 3. cap. 3. Nos iam enim vicena millia malleolorum per vineæ iugerum inter ordines pangimus. Dicitur pro eodem, Deponere, Ibidem mox, Ille minus quatuor millibus deponit. Varro 1. de Re rust. cap 43. Aut etiam de cytiso duriore virgulæ deplantantur, & ita pangitur in ferendo. Columel. lib. 11. cap. 2. Olearem taleam oportet, quum panxeris, fimo & cinere missis oblinire.

¶ Pangere versus, Scribere. Cice. Tironi, lib. 16. 18. 5, An pingis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Gellius lib. 13. cap. 19, Si, inquit Probus Valerius, aut versum pangis, aut orationem solutam struis, atque ea verba tibi dicenda sunt, non fortuitones illas præcincidas, neque fæcurinas Grammaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere. Cice. ad Atticum, lib. 2. 21. 4, Itaque ὀνιδόρα, quæ tibi vni legamus, Theopomponio genere, aut etiam asperiore multò pangentur. Matt. lib. 5. 95,

Si nihil hinc veniet, pangentur carmina nobis:

Audieris, dices esse Maronis opus. Idem lib. 11. 4, At quã victoras poteramus pangere chartas.

Carmina lucida pango. Lucret. lib. 4. 2.

Ego mira poemata pango. Horat. de Arte, 84.

Pactilis, & hoc pactile, pen. cor. (πακτός,) Iunctus. vt Pactilis corona. Plin. lib. 21. cap. 3. 5, Summaque authoritas pactili coronæ.

Panicula, Vide PANVS.

Panicum, pen. cor. panici, (πάνικον,) Genus frugis, à paniculis suis dictum. Plin. lib. 18. cap. 7. 5, Panicum à paniculis dictum, cacumine languido nutante, paulatim extenuato culmo, penè in furculum prædensis acernatur granis, cum longissimo pedali, milii comæ granum complexæ, fimbriato capillo curuatur. Sunt & panico generi Mammosò è pano, paruis racemato paniculis, & cacumine geminò. Cæsar 2. bel. Ciuil. 91, Panico enim vetere, atque hordeo corrupto omnes alebantur.

Panicum, pen. corr. (πανικός,) dicitur quicquid cum stupore contingit: pauor sine causa obortus, terriculamentum inane: à Pane deo, qui tales terrores subitò animis immittere credebatur. Erasmus, Panicum veteres vocabant subitum animorum tumultum, sed inanem. Veteres enim existimabant Panem deum repentinos terrores, & animi consternationes immittere lymphaticis similimas usque adeò impotentes, vt non ratione modò, verùm & mente careant. Sicuti non rarenter vsu venit, quum in exercitu nulla comparente idonea causa, viri pariter atque equi perturbantur, Hac de re copiosius disserit, citatis aliorũ etiam Græcorum testimoniis, Angelus Politianus in Miscellaneorum annotatione vicesima octaua. Hoc adagium subinde refertur à Cicerone in Epistolis ad Atticum, lib. 7. 144. 4, Ego inquit, bellum fœdissimum futurum puto, nisi qui, vt tu scis, panicus casus extiterit. Quædam exemplaria legunt Parthicus casus. Eidem, lib. 6. 331. 2, De Venridio panicon puto. Item ad eundem, libro 14. 301. 1, Rumorem afferunt magnum, Romæ dum ad Antonium frumentum omne portari, panicon certè. Rursum eidem, lib. 5. 208. 5, Indediscessimus, scis enim quædam πανικὰ dici, item τὰ πανικὰ τοῦ πολέμου. rumore aduentus nostri, & Cassio qui Antiochia tenebatur, animus accessit, & Parthis timor iniectus est. Idem ad Tironem, lib. 16. 23. 2, Etsi Atticus noster, qui me quondam moueri πανικοῖς inrellexit, idem semper putat. Hactenus Erasmus.

PANIONIVM, (πανιώνιον,) erat vniuersæ Ioniæ concilium, sicut Panætolium vniuersæ Aetoliæ.

Panis, huius panis, masc. gen. (ἄρτος, πύρνος, πύρνος,) Notæ significationis. Nonius, Panis proprietatem à pascendo putant veteres existimandam. Varro de vita Populi Romani lib. 1, Pastillos & panes hæc vocabula pastus, quòd esse, pascere dicebant. Cic. in Pisonem, 53, Panis & vinum à propola, atque decupa.

Acerosus panis, Vide ACVS, aceris.

Adustus panis. Horat. 2. Serm. saty. 8. 14.

Artoptitius panis, Vide ARTOPTA.

Ater panis. Terentius Eunucho, 5. 4. 17, Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. Vide ATER.

Cærulei panis mucida frusta. Iuue. saty. 14. 13.

Cibarius panis, Panis rubidus, secũdò coctus. Cic. 5. Tusc. 137, Cui quum peragranti Aegyptum, comitibus non confectis cibarius in cata panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. De Ptolemæo.

Deuolutus ex igne panis. Catull. de Rufa, epigr. 55. 1.

Luteus panis, Vide LVTVM.

Mendicatus panis. Iuue. Saty. 10. 20.

Nauticus panis, Vide NAVIS.

Potior panis mellitis placentis. Horat. 1. epist. 10. 3.

Primarius panis, Vulgus panem album vocat.

Longè pulcherrimus panis. Horat. 1. Serm. satx. 5. 18.

Secundarius panis, Vide SECVNDVS.

Sordidus panis. Plaut. Asin. 4. 16, Sordido vitam oblectabas pane, in panis inopia.

¶ Adhibere aliquid ad panem, Vide ADHIBEO.

In pane venenum alicui dare. Cic. pro Cluentio. 135.

Frangendus panis inermi gingiua. Iuuen. Saty. 10. 20.

Cum fale panis latrantem stomachum bene leniet. Horat. 2. Ser. sat. 2. 4.

Secundo pane, & siliquis viuere. Horat. 2. epist. 1. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Panis, interdum pro Annona reperitur: quod inde conijcitur, quòd à fisco persipendos reditus, quos Iustinianus in Auten. de nou alien ℣. Hæc ergo annonam ciuilem appellat. Idem Cæsar in L. vltima. C. De iure dotium. & in L. Hæc edictali ℣. His illud. C. De secundis nuptiis panem ciuilem vocat. Alciatus.

Panifex, pen. corr. huius panificis, (ἀρτοποιός,) Qui panes facit. qui & Pa ficus dicitur.

Panificium, huius panificii (ἀρτοποιΐα,) à pane faciendo dici cœptum est, postquam ei figuras facere instituerunt, vt ait Varro, de Lingua Latina, libro 4. Cels. lib. 1. cap. 18. Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumentis panificia sunt, generis valentissimi esse. Valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est. Idem paulo pòst, Quo minus mirum est, opus pistorium valentissimum esse quod ex frumento, adipe, melle, caseo constat. Ex his verbis apparet quid sit panificiũ. Hæc Budæus.

Panarium, huius panarii, (κάφινον ℣, βύκανον ℣,) Panis receptaculum. Plin. epist. 6. Proinde quum venabere, licebit authore me, vt panarium & laguncula, sic etiã pugillares feras. Suetonius in Caligula, cap. 15. Spar sit & missilia variarum rerum, & panaria cum opsonio viritim diuisit. Varro lib. 4. de Lingua Lat. Panarium vbi panem seruabant. Sueton. in Domiti. cap. 4. Præbuit & largissimum epulum Senatui equitiq́ue panariis: plebeis, sportellis cum opsonio distributis. Stat. 1. Syla. 6. 7.

Hi panaria, candidasque mappas
Subuectant, epulasque lautiores.

Panariolũ, huius panariolĩ, pe. cor. (βυκανίον,) Diminut. Vasculũ vimineũ in quo seruatur panis. Mart. lib. 5. 50. Cum panariolis tribus redisti.

PANISCI, (πανίσκοι,) Dii sylueſtres, quasi per diminutionẽ dicti minuti Panes, sicut à Satyro Satyriscus inclinatur. Scribit Plin. lib. 35. Panis cum fuisse pictũ à Taurisco pictore. Cic. 3. de Nat. deo. 17. Si dii sunt, sũtne etiam Nymphæ deæq́ Nymphæ, Panisci etiam & Satyri.

Caput Panisci. Cic. 1. de Diuinat. 47. Pingebat Carneades in Chiorum lapicidinis, saxo diffisso caput extitisse Panisci. Ibidem, lib. 1. 71.

Panneus, Pannicularia, Vide PANNVS.

PANNONIA, (πανονία,) ab Oriente habet Mœsiam, quæ Seruia & Bulgaria dicitur hodie: ab Occidente Noricum: Septentrionem eius Germania & Danubius, Austrum Liburnia Illyriciq́ue montes excipiunt. Solinus cap. 14. Florus lib. 4. cap. 12. Appianus Pannoniam Sauo, Drauo, & Danubio fluminibus inclytis, & duobus saltibus incluserunt. Pannoniã à Lentulo Proconsule debellatam, ab Augusto in prouinciam p Vibium redactam, Florus, Suetonius in Augusto cap. 21. atque Eutropius lib. 7. memoriæ prodiderunt. A Pannone rege, cuius apud Methodium est mentio, nomen sumpsisse fertur. Huius cultores Pannones, Pãnonii, & Pæones ab historicis appellãtur, teste Appiano in eo libro qui Illyricus inscribitur. Porrò Pannonia duplex est, superior, & inferior. Pannonia superior, quæ & prima, ab Occasu Noricũ, à Septentrione Germaniam & Istrum, ab Oriente Pãoniam inferiorem, à Meridie Illyrim habet. Ipsa ad montem Cæcium Norico conuingitur. Hodie Austria & Styria, Oesterreich vnd Steyrmarclz appellatur. Tota hæc Pãnonia Germaniæ addita, etiam Teuthonico sermone vtitur. In hac præter alias Viẽna præclarissima ciuitas sita est, gymnasio celeberrima. Inferior Pannonia, etiam secunda vocitata, à Septentrione veterem Germaniam Danubiomq́ue, ab Occasu Pannoniam superiorem, à Meridie Lyburniã siue Illyrim, nunc Sclauoniam, Vuendenlandt dictam, ab Ortu verò Iazygas Metanastas, id est Septemcastrenses prospicit. Hæc hodie sub Hungaria propemodum est, quanuis satius in Siciliã vsque protendatur Hungaria. Ex Andrea Althamero in Corn. Tacitum.

Fallax Pannonius. Tibull. ad Messalam, 1. 22.

Ferox Pannonius. Stat. 1. Sylu. 1. 4.

Pannonicus, pen. corr. Adiect. (πανονικός,) Sueto. in Aug. Reliqua per legatos administrauit, vt tamen quibusdam Pannonicis atq́ue Germanicis, aut interueniret, aut non longe abesset.

Pannicula, Vide Panicula in PANVS.

Pannus, panni, (ὕφασμα, λίτον,) Quo vestimur.

Cooperta membra pannis. Lucret. lib. 6. 225.

Tincti ferrugine panni. Ouid. in Ibin, 47.

Albo panno velatus. Horat. 1. Carm. ode 35. 5.

Vincire membra pannis. Ouid. in Ibin. 47.

Pannum neutro genere protulit Nævius Tabellaria, Qui habet vxorem sine dote, pannum positum in purpura est. Nonius.

Pannus, pro Linamento. Colum. lib. 6. cap. 12. Pannis aceto & sale & oleo madentibus inculcatis.

Panniculus, pen. corr. Diminutiuũ, (ὑφασμάτιον,) Iuuen. Saty. 6. 26.

Hæc sunt quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias & panniculus bombycinus vrit. Quasi dicat pannus tenuis & delicatus, qualis solet esse ille qui ex filis bombycum texitur.

Panniculus, etiam accipitur pro Panno crasso & vili, siue attrito & laceratò. Celsus lib. 5. Vinculum autem ei loco linteolum, aut panniculos quadratos est. Idem lib. 7. cap. 20. de intestini curatione, Fascia eius rei causa fit: cui imo loco pila assuta est ex panniculis facta, quæ ad repellẽdum intestinum subiicitur.

Panniculus, pro Pannoso accepisse videtur Martialis lib. 5. 62.

O quàm dignus eras alapis Mariane Latini,
Te successurum credo ego panniculo.

Pannicularia, (πανικουλάρια,) Vlpiano teste, dicuntur ea quæ in custodia receptus, secum attulit, aut vestis qui indutus fuerat qui ad supplicium ducitur, aut oummi quos victus sui causa habuerit in promptu: aut leues annuli, hoc est qui rem non excedunt aureorum quinque. Vlpiani verba hæc sunt, in L. Diuus. De bonis damnatorum. Diuus Adrianus Aquilio Braduæ ita rescripsit, Pannicularia causa quemadmodum intelligi debeat, ex ipso nomine apparet. Non enim bona damnatorum pannicularia significari quis probè dixerit: nec sizonam circa se habuerit, protinus aliquis sibi vendicare debebit: sed vestem, qua is fuerit indutus: aut nummulos ✱ inuecterales, quos victus sui causa in promptu habuerit, aut leues annulos, id est qui rem non excedant aureorũ quinque. alioquin siquis damnatus in digito habuerit aut sardonycha, aut aliam gemmam magni pretii: vel siquod chirographum magnę pecunię in sinu habuerit, nullo iure illud in pannicularia ratione retinebitur. Pãnicularia sunt ea quę in custodia receptus, secum attulit: spolia, quibus indutus est, quum quis ad supplicium ducitur, vt & ipsa appellatio ostẽdit. Hæc Vlpianus.

Panneus, Adiectiuum, (ὑφασματινός,) Quod est ex panno. Vnde panneæ vestes dicuntur, sicut lineæ & bombycinæ.

Pannôsus, pen. prod. Aliud adiecti. (ῥακώδης,) Qui sordida veste, crasso panno, viliq́ opertus est. nec hoc nisi de paupere dicitur. Iustinus lib. 2. Permutato regis habitu, pannosus sarmenta collo gerens, castra hostiũ ingreditur. Iuuen. Saty. 10. 11.

– pannosus vacuis ædilis vlubris. Cicc. ad Atticum, lib. 4. 7. 2. Clodii vestibulum vacuum sanè mihi nũtiabatur, paucis pãnosis sine laterna.

Pannus, Fæx pannosa. Pers. Saty. 4. 4.

Pannuncius, Simliter adiect. (ῥακώδης,) Idem quod Pannosus. Persius Saty. 4. 3. Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis.

Pannuleium, pannuleii, (ἐλάκων,) A panno & voluendo filo, sudariolum significat, vt est apud Varronem lib. 1. de Ling. Latina.

PANOMPHAEVS, Iouis epitheton, quia ab omni lingua colitur, à πᾶς & ὄμφη vox: vel quòd omnium voces audiat. Ouid. lib. 11. Metam. 42.

Ara Panomphæo vetus est sacrata tonanti.

Panone, (πανόπη,) Arua Panopes. Ouid. 3. Metam. 4. Iam vada Cephei, Panopesq́ue euaserat arua.

Panopæa, (πανόπαια,) eadem quæ & Panope. Virg. 1. Georg. 58. Glaucon & Panopeæq́, & Inoos Melicertæ. Idem 5. Aeneid, 48. Nereidum Phorcique chorus, Panopæaq́ue virgo. Et 5. 265.

Panoplia, panopliæ, pen. corr. (πανοπλία,) Armatura, apparatus armorum. Hoc nomine intelligitur quicquid ad armandũ in pugnam militem pertinet, quasi dicas omnia simul arma quę ad vsũ pertinent. Dious Ambrosius vertit vniuersitatem armorum.

PANORMVS, & Panormum, & Panormiũ, (πανορμος ℣,) Ciuitas Siciliæ dicta à nauiũ applicatione, quæ vndique illuc conueniunt. est n. ὅρμος portus pars. Inde nautę dicuntur hormizare, id est, nauẽ anchoris & retinaculis instruere, quò secura sit in porta à repentinis procellis. Hinc.

Panormita, (πανορμίτης,) Panormitãnus, & Panormius. Qui est ex Panormo.

PANSAE, (πάνσοι,) dicti sunt quibus lati ac pansi sunt pedes: sicut Plãcii, quibus plani sunt pedes. Plin. lib. 11. cap. 45, 6. Vola homini tantum, exceptis quibusdam. nanque & hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, Scauri, Pansæ. De pedibus hominum loquitur, & vola ipsorum pedũ. Pansam tamen dictum putat Cassiodorus ab expansis capillis. Vide Gellium lib. 24. cap. 5.

PANTAGIAS, (πανταγίας) Fluuius Siciliæ. Hic fluuius (inquit Seruius) quum plenus incederet, implebat sonitu penè totam Siciliã. Hic postea quum Cereri quærenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis voluntate. Hæc ille enarrans illud Virgilii 3. Aenei. 138.

– viuo præteruehor ostia saxo
Pantagiæ, Megarosq́ue sinus, Tapsumq́ue iacentem.

Rotans saxa Pantagias. Claud. 2. de raptu Proserp. 12.

PANTHEON, penult. corr. (πάνθεον,) Templum Romæ, quod (vt Dio historicus refert) sic dictum fuit, quòd in Martis Veneriq́ue imaginibus, sub ipso templo constitutis, omnium deorũ imagines effictæ erant. Siue quòd templũ ipsum rotundum sit, cœlo q́ue persimile, & sic quoque omnium deorum habitatio censeatur. Potest etiam dici Pantheon, summum deorum. Nam πᾶν significat omne (quòd sanè in similibus sæpe ad summum spectare solet) & θεῶν deorum. Vnde Plinius libro 36. cap. 15. Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factum. Item libro 34. cap. 3. & lib. 9. cap. 35. 19. Hodie vulgò id templum appellatur D. Mariæ rotundæ. quod Bonifacius Pontifex maximus à beato Gregorio quartus, dono accipiens à Phoca Cæsare, in templum omnium Sanctorum conuertit.

Panther, panthêris, pen. prod. m. g. (πάνθηρ,) A quo Panthêra, pantherę mas pardus dicitur. Plin. lib. 8. cap. 17. Panthera & tigris maculariũ varietate propè solæ bestiarum spectantur, cæteris vnius ac suus cuiusque generis color est, &c. Ibidem, 5. Quidam ab his pantheras solo candore discernunt: nec adhuc aliam differentiam inuenì. De pardis. Liu. 9. bel. Maced. 81. Et venatio data leonum & pantherarum. Cice. 1. de Natu. deor. 121. Non crederes leones & pantheras esse, quum tibi quales essent, diceretur?

Panther caurit amans. Author Philomelæ, 10.

Pantheræ, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habent, quo quum essent vsæ, non morerentur. Cicero 2. de Natura deorum, 189.

Morsus pantheræ. Lucret. lib. 4. 205.

Pistarum fera corpora pantherarum. Ouid. 3. Metam. 134.

Pantherinus, pen. prod. Adiectiuum, (πανθηρινός,) Quod ad pantheram pertinet. vt Pantherina pellis. Plin. lib. 35. cap. 11. 16.

Pantherinum, Pantheræ simile & varium. Plaut. Epid. 2. 16.

– qui variè valent,
Captigenum hominum non placet, neque pantherinum genus.

Pantherinæ mensæ, Quæ intorto discriu maculatæ sunt. Plin. lib. 13. ca. 15. 5. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit discursu eoq́ue tigrinæ appellantur. hoc intorto: & ideò tales, pantherinæ vocantur.

Pantheron, siue Panthêrum, pantherî, pe. prod. (πάνθηρον,) Retis genus est, ex eo nomen habens, quòd omnes aues concludat, eadem fere ratione qua panagron, quod rete piscatorium est. εἰς ἅπαν venatum significat & aucupium. Vnde Pantheron dictum, & ὀρνιθοπάγος auceps. Est autem huiusmodi rete, quod nostri faltabundum appellant, quod quum humi exporrectum est, & in oblõgam tenuitatem contractum, regitur quisquilijs, ne ab auibus pteuideri possit. Deinde quum opus est, adducto magna vi fune, repentè expãditur, in escatãsque aliquot diebus auiculas vno ictu vniuersas contegit. Hoc rei nostri ad passeres & sturnos vtuntur, & ad grues & ordas, quas Oustardas vocant, quasi tardos anseres. Vlpianus de Actio. empti. & vend. L. Emptorem ℣. vltimo, Veluti quum futurum iactum retis à piscatore emimus, aut indaginem plagis positis à venatore, vel pantheram ab aucupe. nam etiam si nihil capit, nihilominus emptor pretium præstare necesse habebit. Budæus.

PANTHESILEA, pe. prod. (πανθεσίλεια,) nomen reginæ Amazonũ, quæ Orithyiæ successit: dicta quasi omnia subiẽs. Hęc prima (vt ait Plinius) securim inuenit. Habet ει diphth. in penultima. Virg. 1. Aenei. 99.

Panthesilea furens mediis ardebat in armis. Alii scribunt Penthesilea.

PANTHOIDES, pen. corr. (πανθοΐδης,) Pythagoras philosophus dicitur, qui dicebat se fuisse Euphorbium Troianum Panthoi filium. Ouid. 15. Met. 33. Panthoides Euphorbus eram, &c. Horat. 1. Car. ode 28. 2.

– habentq́ue Tartara Panthoiden iterum orcho Demissum.

PANTHVS, (πάνθους) Nomen filii Otrei fratris Hecubę: vir Troianus ex primoribus vrbis, vt ostendit Homerus Iliados 3. Panthous, dicitur & Panthus per Synæresim, authore Tortellio. Virgil. lib. 2. Aeneid. Panthus Otriades, arcis, Phœbiq́ue sacerdos.

Panthu, Vocatiuus. Virgil. 2. Aeneid. 64. Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem?

Pantices, pen. corr. (πανταῖς,) Fluxus ventris, vt ait Festus, quòd venter pandatur. Plau. Pseud. 4. 5. 2. Eo vos panticesq́ue adeo madefacitis, quum sim ego hìc siccus. Mart. lib. 6. 64.

Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi, Et rubro pulmone, &c. Videtur significare id quod Galli dicunt La pance.

Pantocrator, pen. corr. huius pantocrátoris, pe. corr. (παντοκράτωρ,) Omnipotens, vel omnia vincens.

Pantomimus, pantomimi, pen. prod. (παντόμιμος,) Personarũ omnium imitator effictorq́ue, qui in scenis personas per singulorum actuum simulationes ostendebat. Ex πάντων omnium, & μῖμος simulator. Plin. li. 7. ca. 53. 6. mythicũ pantomimum, hoc est fabularem quendã vocauit. Plin. iunior epist. 14. 4. b. Habebat illa pãtomimos, fouebatq́ue effusius, quàm principi fœminæ conueniret.

Pantomimus, etiam pro poemate ipso accipitur. Plinius in Paneg. Idem ergo populus ille scenici imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque adueniatur, & damnat effœminatas artes, & indecora studio secula.

Panurgus, huius panurgi, (πανοῦργος,) Propriè significat eum qui quia huiusmodi callidi esse solent, factum est vt accipiatur Atticis scriptoribus pro calliido, astuto, vafro, versuto, versipelli, & veterator, qui versutia sua quiduis potest agere.

Panúrgia, panúrgiæ, pen. corr. (πανουργία,) Astutia, fraus, vafritia subdola & improba. Plaut. Illhæc panurgia tete in pistrinum dabit.

Panus, pani, (κόκκος,) Nonius. Panus est tramę inuolucrum, quem diminutiè panulam vocamus. Lucil. lib. 9. Poris subtegminis panus est. Festus panulam diminutiuum, non panulam esse vult.

¶ Panus, (φύγετλον, βουβών,) vocatur rumor sub faucibus, aut bisuve, & inguinibus, ex formæ similitudine. Afranius Matertera, In quem plenam papulam, panum, tympanum. Nonius Optione, Qui me miserum miseriorem reddidit, quàm panus puerum, quòd pueri ægrius patiantur hoc genus morbi. Hæc ex Nonio. Plin. lib. 10. cap. 1. 2. Parotidas & panos sanat, & cicatricibus colorem reddit. Celsus lib. 5. Aduersus panum tum primum orientem, quod φύγετλον Græci vocant, & omne tuberculum quod φῦμα nominatur, miscetur ochra. Hermodaus, Panus, siue vt quandoque scriptum est in Celso, panis, à similitudine figuræ dictus est. tumore non alto, sed lato, in quo quiddam pustulæ simile est, finque in vertice, alis, inguine, cum dolore ac distentione vehementi.

Mammosus panus, Vide MAMMA.

Panus in arboribus. Plin. lib. 16. cap. 8. 3. Eglandiferis sola quæ vocatur ægilops fert panos arentes, muscuso villo canos, non in cortice modò, verum & è ramis dependentes cubitali magnitudine.

Panicula, paniculę, (κόντοψ ℣,) vel paniculus, culis. pe. cor. Diminutiuũ: significat in arundinibus, iuglandibus, auellanis & similibus comam illam in qua semina dependeõt. Plin. lib. 16, cap. 10. 10. Abies è cunctis amplissima est, & fœmina etiam prolixior materie, mollior vitiorq́ue, arbore rotundior, folio pinnato densa, vt imbres non transmittat, atque hilarior. In totum è ramis generum horum panicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici. Hæc abietis masculæ, primori parte nucleos habent, non item fœminæ. Piceæ verò toris paniculis, minoribus, gracilioribusq́ue, minimos ac nigros. Idem de arundinibus, lib. 16. cap. 36. 2. Cætero gracilitas nodis distincta, leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculo coma, neque hac superuacua. Idem li. 18. c. 7. 5. Sunt & panico genera. Mammosio, è pano paruis racemato paniculis, & cacumine geminò. Idem lib. 8. cap. 32. 6. de ceruis & eorum cornibus renascentibus. Erumpunt autem renascentibus tuberibus primò aridæ cutis simila: eadem teneris increscunt ferulis arundineas in paniculas, molli plomata lanugine. Sic lib. 19. cap. 1. 8. de Orchomeno lino, Fit è palustri velut arundine, duntaxat paniculæ eius.

Quicquid igitur sublonga vel subrotunda forma tumet, panicula dici potest. Plin. lib. 11. cap. 4. 4. Est & quę Græca appellatur à nostris. Et paulò post, 5. Est & alia Græcula appellata, conuolutis foliorum paniculis, nec dehiscens, nisi manu coacta, semperq́ue nascenti similis. De rosa.

De panicula sic Hermolaus, Panicula, inquit, & comam significat in milio, panico, arundine Plinio, Pendent è piceatum vel roborum quoque ramis, quæ ipse vocat panos & paniculas: & aliquando nucamenta callo squamatim compactili, quæ cittara Græci appellant. Quicquid igitur sublonga & subrotunda forma tumet, panicula dici fere potest. Celsus in curatione ramicis, lib. 7. cap. 20, Fascia, inquit, eius rei causa fit, cui imo loco pila est assuta ex paniculis facta: quæ ad repellendum intestinum quod descendit, illi ipsi subiicitur. Plin. lib. 11. cap. 4. 5, Græcula, inquit, rosa conuolutas habet foliorum paniculas. Deriuatur autem (vt ait Festus) à pano panicula. Panus autem quid sit, ex Varronis quarto de Lingua Latina sumi potest: Panis (inquit) dictus, quòd primò figuras faciebant vt mulieres in lanificio in quo panus: & sic posteaquam ei figuras facere instituerunt alias. Panum autem in Varrone capiunt pro fili glomere in ipso radio texentium, ad cuius similitudinem panes fingantur: & quemadmodum ex pano lanificium in figuras multas digeritur, ita panificium varias capiebat imagines. Athenæus, panis quoddam genus ab Archilocho & aliis plerisque panum dici tradit: & in terra Mesapia saturitatem paniam vocari: & panis quæcunque plena sunt, vnde Romani quoque panem, inquit vocant. Vtcunque panus textricum nomen dedit tuberculo, quod Græcè phygethlon vocatur authore Celso lib. 5. cap. 18. Hactenus Hermolaus. In eo loco Celsi, quem citat, nunc legitur panniculis à panno, duplici nn, vt videbis in PANNVS.

Papae, (παπαί,) Admirantis interiectio: habet enim in se affectum verbi miror. Donatus, Papæ, interiectio mira subitò accipientis. Plaut. Casi. 2. 4. 6, –atat maiorem inuenio.

C. Quid? O. habet. C. quid? O. papæ. Terent. Eunuc. 2. 2. 48. Ecquid beo te? P. mene? papæ. C. sic soleo amicos. P. laudo. Ibidem, papæ hæc superat ipsam Thaidem.

Papauer, pen. prod. papáueris, pen. cor. n. g. (μήκων,) Genus herbæ multiplicis, de qua sic Plin. lib. 19. cap. 8. 35. Papaueris satiui tria genera: Candidũ, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiques dabatur. Hoc & panis rustici crustæ inspergitur affuso euo inhærens, vbi inferiorem crustam apium githq́ue cereali sapore condiunt. Alterum genus est papaueris nigrum, cuius scapo incisò, lacteus succus excipitur. Tertium genus rhœam vocant Græci, id nostri erraticum. Idem lib. 20. cap. 18. 18. Papaueris verò largus densatur, & in pastillos tritus in vmbra siccatur, non vi soporifera modò

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum. Virgil. 4.Aeneid.97. Spargens humida mella,soporiferumque papauer. Liu. 1.ab Vrbe,237.Ibi inambulans tacitus summa papauerum capita dicitur baculo decussisse.
Haustus papaueris,Lucret.lib.2.92.
Cereale papauer.Virgil.1.Georg.43.
Fecundum.Ouid.11.Metam.122.
Letiferum,Virg.4. Georg.109.
Luteum.Catull.in.Epithal.Mallii.56. 39.
Purpureum. Prop.lib.1,eleg.19.8.
Soporiferum.Virg.4.Aeneid.97.
Vescum.Virgil.4. Georg.27.
¶ Papauer,masculino genere.Varro,Infrias sené papauerē. Plaut. Asin. Formicis obiicias papauerem. Ex Nonio.
Papaureus,Adiectiuum: (μηκωνωτός,) vt Comæ papaureæ. Ouidius 4.Fast.88.
Papauerātus,pen.prōd.Adiectiuū.(μηκωνωτός,) vt Papauerata vestes,à colore candido dicuntur.Plin.lib.8.cap.48.5.Crebræ papauerataē antiquiorem habent originem.
PAPHAGES,pen.pro.(παφλαγής,)rex Ambraciæ.Is quum obuiam factus esset Iænæ,catulis suis stipatæ,ab eadem interfectus est. Ouid. in Ibin.101.Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo,
Sicque Paphageæ, causa Iænæ necis.
PAPHLAGONIA,(παφλαγονία,) Asiæ minoris regio, in Septentrionem litore versa,clarissimis oppidis illustris est, & à Paphlagone Phineï filio denominata, vt author est Stephanus. Hinc Paphlagones,qui (teste Cornelio Nepote)in Italiam transuecti,mox Veneti dicti fuut. Hæc(vt Solinus scribit) Cytoro monte consurgit, porrecto in spatium trium & sexaginta millium.In ea Mithridates Eupatoriā condidit:quæ subacta à Pompeio,Pompeiopolis nominata fuit.
Paphlagon,penul.corr. huius Paphlagonis,pen.corr.(παφλαγών,) Qui est à Paphlagonia.Priscianus in Periegesi Dionysii,Paphlagones post hos Mariandynique sequantur.
PAPHOS.(πάφος,)Vrbs Cypri in qua Venus summa cum diligentia colebatur.Huius meminit Plinius lib.2.cap.96. Virg.10.Aeneid.18.Celsa Paphos.Virg.10.Aeneid.11.
Paphius Adiectiuum.(παφίος,)Vnde ipsa Venus Paphia dicebatur.
Paphii thyrsi.Colum.lib.10.35.
Aedes Paphiæ.Claud.de Nuptiis Honorii,51.
Puellæ Paphiæ.Claud.in in præfat.1.Eutropium.13.
Myrti Paphiæ.Ouid.3.de Arte 37.Myrtus enim dicata est Veneri.
PAPIA,(πάπια,)Ciuitas Iulubrium, Ticinum alio nomine appellata, olim Ostrogotorum & Lingobardorum regum sedes.
Est & fluuius eodem nomine.

Papilio, papilionis,Inter vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecilius est.Plin.li.11.ca.19.1.Papilio etiam hic ignauus & inhonoratus,luminibus accensis aduolitans, pestifer, nec vno modo.nam & ipse ceras depascitur, & relinquit excrementa quibus teredines gignuntur. Colu.lib.9.cap.14.Præterea vt tineæ,si apparuerint,euertantur,papilionesque enecentur, qui plerunque inter alueos morantes,apibus exitio sunt.nam & ceras erodūt, & stercore suo vermes progenerant, quos alueorum tineas appellamus.Ibidem, cap. 7.5.Sic neo venenatus stellio,nec obscœnum scarabæi vel papilionis genus,&c. Plin.lib.28.cap.10.11.Papilio quoque lucernarum luminibus aduolans,inter mala medicamenta numeratur.
Feralis papilio.Ouid.15.Metam.76.
Agrestes tineæ,res obseruata colonis,
Ferali mutant cum papilione figuram.
¶ Papilio,Tentorium etiam significat.Plin.lib.5.cap.31. Numidæ verò Nomades,à permutādis papilionibus,mapalia sua,hoc est domus clausis circumferentes.Vetus exemplar habet à permutandis pabulis.

Papilla, Vide PAPVLA.

PAPINIANVS,pen.prod.(παπινιανός,)Iurisconsultus,Seuero principi gratissimus,Scænolæ discipulus,cui in aduocatione fisci successit. Is est cui filios suos Seuerus moriens commendauit: deinde ab Antonio Caracalla,securi percussus,causa necis traditur,quòd Caracalla, interfecto fratre Geta,ei mandauerit,vt & in Senatu,& apud populum faciuus diluere:illum autem respondisse,non tam facile,parricidium excusari posse,quàm fieri.Spartianus.
PAPINIVS,Statius,(παπίνιος στάτιος,)Neapolitanus inter Heroicos poetas relatus,haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt maiores eius oriundos esse Epiro,diuque versatos Sellis non sine admiratione ingenii & probitatis.Patrem Papinium habuitqui ob insignem eruditionem,egregiasque virtutes,Neapoli ciuitate donatus est,in qua Statius Papinius poeta natalem suum habuit. Composuit multa & varia poemata: Thebaidem libris duodecim. quos consecrauit Cæsari Domitiano. Deinde aggressus est scribere opus de Achille;præterea opus Syluarum.Ex Crinito.

Pappa, (πάππα,) Puerorum cibus est, Deductum nomen à patre.
Pappas,pro Patre accipitur,siue pro eo qui puerum alit.Iuuen.Sat.6.63.
– timidus prægustet pocula pappas.
Pappo,pappas,(παππάζω,)pappare,blandiusculis & puerilibus verbis patrem appellare.Pers.Saty.3.2.Et similis regum pueris pappare minutum Poscis?&iratus mammæ lallare recusas? Græci παππάζειν dicūt, quæ vox etiam est anseruin, vt testatur Iulius Pollux.
Pappare,Cibum sumere.Plaut.Epid.14.62.Nouo liberto opus est quod pappet.P.dabitur,præbebo cibum.

Pappus, huius pappi,(πάππος,) auus dicitur.nam Græci πάππον,
– pappos,auiasque trementes
Anteferunt patribus serinoua cura nepotes.

Pappus, pappi, πάππος,) Carduorum flos & lanuginosa quædam substantia in aerem sese effundens, vt veluti floci quidam volare videantur,vel de ipsis cardnis dependēre. Lucret.lib.3.78.Vestem nec plumas auium,pappoque volantes.
¶ Pappus,Lanugo helxines herbæ.Plin.lib.21.cap.16.Semen ei lanuginis,quem pappum vocant:quo detracto & cortice,teneritas similis cerebro palmæ est.
¶ Pappus,Herba,quæ alias senecio dicitur,quòd in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus similem.Plin.lib.25.cap.13.22.Erigeronā à Græcis,quæ à nostris vocatur senecio.Et paulo post, Nomen hoc Græci dederunt,quia vere canescit,caput eius numerosa diuiditur lanugine(qualis est spinæ) inter diuisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat,alii pappum.

Papula, papulæ,pen.corre.(ἐξάνθημα,φῦμα,)Pustula, ruberculum, quod ieiunæ saliuæ defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur,& tubet,leuterque toditur.Virg.3.Georg.113.Ardentes papulæ,atque immundus olentia sudor. Plin.lib.28.cap.17.5.Papulis nigris,caseus caprinus ficus ex melle & aceto in balneis,oleo remoto. Idem lib.35.cap.15.12.Melle admisto,sanat oris vlcera,papulas,pruritusque. Idē lib.20.ca.7.8.Eruptiones papularū ex vino & polosta.
Papilla,papillæ,Diminutiuum,(πάπιλλα,)Est autem mammæ capitulum vnde extrahitur lac:sic dicta,quòd papulæ sit similis. Et de viris mulieribusque dicitur:etiam de animalibus. Plin.lib.11.cap.37.53.vbi sic de loquitur,Homini tantum intra læuam papillam. Plaut. Si papillam pertractabit,bene cessit aucopi. Idem,Identidem manus fert ad papillas. Varro 2.de Re rust.cap.9.4.de canibus loquens,Præterea feminas volunt esse mammosas,æqualibus papillis. Colum.lib.9.cap.11.Vel at papilla vberis apparet.
Forma papillarum apta premi.Ouid.1.Amor.eleg.5.4.
Habiles papillæ.Ouid.1.Amor.eleg.4.8.
Roseæ papillæ.Catull.in Camerium,epigr.51.3.
Teneræ papillæ.Catul.in Epithal. Iuliæ,36.11.
¶ Papilla(μαζός,)pro Ipsa māma aliquādo accipitur.Virg.11.Aen.161.
Hasta sub exertam donec perlata papillam Hæsit.
Tumidæ papillæ omne habent pectus.Ouid.1.de Remed.68.
¶ Papilla,Clauicula in fontibus,qua exerta,aqua effluit:qua etiam fistulæ immissa,aquæ cursus prohibetur.Varro 3.de Re rust. cap.14.Qui naturalis non est,vt ferè non sunt in aprico loco,neque habeas in oppido,vbi facias,vt sunt sub rupibus ac montibus,quorum alluant radices lacus,ac fluuius,manufacere oportet rosidum: qui fit,si addoceris fistulam, & in eam papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam:aut vt in aliquem lapidem incidat,ac latè diffundatur. Alia exemplaria habent mammillas.
PAPYRIVS,(παπύριος,)à velocitate cursor dictus,quum Consulem seuersis ominibus contra Samnites progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam regressus edixit Fabio Rulliano Magistro equitum,quē exercitui præponebat,ne manus cū hoste cōseueret. Sed quū ille opportunitate ductus pugnasset,ac vicisset,reuersus Papyrius cū ferire securi voluit:ille in vrbem confugit,nec supplicem Tribuni tuebāt. Deinde parentis lachrymis populus veniam precibus impetrauit. Papyrius item de Samnitibus triumphauit. De quo vide Liuium libro nono. L. Papyrius cursor,superioris filius,de Samnitibus secundū patrem omniū pulcherrimam victoriam reportauit. Aedem Fortunæ de manubiis faciendam locauit. Papyrius Crassus,quum Priuernates intra mœnia fugasset,ac pro rebus bene gestis triumphus ei negaretur,in mōte Albano triumphauit,& pro laurea vsus est myrtea corona. Valerius lib.4.Papyrius Carbo,cum denribus natus,vt scribit Plinius lib.7.cap. 16.2. Papyrius prætextatus,nobilis adolescens,ex eo cognomen adiecit,quòd in prætexta & adolescentia magnopere visus est sapere. Quum enim à patre duceretur in curiam, in eaque forte arcana quædam tractarentur, domum reuersus,interrogatusque à matre, quidnam in Senatu actum,Vt duæ(inquit) vni nubere possint. At illa mane conuocatis matronis,ad curiam properat:rogantque,vt eadē lege duos viros habēdi licētia sit etiā fœminis. Re cognita,ingenii & cōstātiæ puri laudata est.Author Macrobius lib.1.Satur.ca.6. Papyrius alius, qui Publium

Publium nobilem adolescentem habebat:quòd stuprum pati nollet,cōtumeliis ac plagis afficiebat.Re ad Senatum delata, Papyrius dānatur. Lex deinde lata ne quis in corpora libera ob æs alienum ius haberet. Liuius lib.8.Valerius de Pudicitia,hæc eadem.
Papyriānus,penul.prod.Adiectiuum, (παπυριανός,) vt Papyriana sæuitia.Liuius 10.ab Vrbe,13.

Papyrus, papyri,pen.prod.fœmininо genere,vel Papyrum, neutro, (πάπυρος,) Fruticis genus.Plin.lib.13.ca.11.4. Papyrum ergo nascitur in palustribus Aegypti, aut quiescentibus Nili aquis.vbi enagatæ stagnant,duo cubita non excedente altitudine gurgitum,brachiali radicis obliquæ crassitudine,triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens.Semine nullo,aut vsu eius alio quam floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno vtuntur:nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque vtensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro nauigia texunt,& à libro vela, tegetesque,necnon & vestem,atque stragula ac funes.Mandunt quoque crudum decoctūque, succum tantum deuorantes.Nascitur & in Syria,circa,quem odoratus ille calamus laetum.Neque alius vsus est, quàm inde famibus rex Antigonus in naualibus rebus,nondum sparto communicato. Nuper & in Euphrate nascens circa Babylonem papyrum intellectum est esse vsum habere chartæ.Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere.Præparantur ex eo chartæ,diuisso acu in prætenues,sed quàm latissimas phyluras.Hæc Plin.li.13.ca.11.3.Quæ phyluræ (inquit Perottus ex eodem Plinio,cap.12) eo meliores erant, quo medio papyro propiniquiores. atque inde secundum scissuræ ordinem hieratica appellabatur subtilio, religiosis tantum voluminibus dicata quæ post ea ab adulatione Augusti,dicta est Augusta.deinde à Liuia coniuge eius,Liuiana.Huic postea in epistolis tantum scribēdis autoritas relicta est, proxima huic erat Amphitheatrica,à loco dicta,in quo conficiebatur Quam postea Fannius miro artificio emendauit,vocauitque à nomine suo Fanniana. Vltima emporetica,humilis scribendo, & inuolucris, duntaxat chartarum ac mercium vsum præbens, propterea ἀπὸ τῶν ἐμπόρων, hoc est à mercatoribus, emporetica dicta, vnde emporium quoque appellatum,locus in quo mercatus & nundinæ fiunt. Et bibula,siccandæ tantūm vtilis scripturæ.Primatum deinde mutauit Claudius Cæsar.Et quoniam Augustæ tanta tenuitas erat,vt vix calamum sustinet,præterea visu transluscida literas transmittebat,auxit & crassitudinem & latitudinem,mensuramque,vbi pedalis erat,cubitalem faciens. A papyro igitur frutice,charta est papyrus appellata,quòd scilicet ex papyro fieret. Postea verò id genus chartæ inuentum est, quo nunc passim mortales vtuntur,fitque ex linteolis contritis,& nihilominus pristinū papyri nomen remansit,& distinctio generum.Nam subtilis illa epistolaris & Augusta vocatur:& altera communis siue Amphitheatrica siue Fannianaē& grossior illa atque inutilis emporetica:& vltima bibula.Claudia verò illa grandior crassiorque,à rege nunc regalis dicitur.hæc dente propter scabritiem,aut ōcha læuigatur: propter quod minus sorbet, & ob id caducæ literæ fiunt. Quæ causa inspiciens,vt genus aliud chartæ inueniremus,quæ tenuitate,densitate,candore,læuore,phyluræ longitudine & commodior est, & aspectu gratior:hanc opifices à nostro nomine Perottam nuncupauere: Charta verò ab vrbe Tyri,cui Charta nomen fuit, appellata est ex qua Dido dulta est:ideoque vrbem à se postea ædificatam ab illius nomine Carthaginem nuncupauit. Græci ab eadem vrbe χάρτην, nominant.à quo χαρτοφύλακον,librarium,& χαρτοπώλιον, chartularium nominant. Hadenus Sipontinus. Martial.lib.3.2.ad Librum suum, Cordylas madida regat papyro.
Augusta papyrus, Vide AVGVSTVS.
Pagina crescit multa papyro.Iuuen.Saty.7.11.
Papyraceus,Adiectiuum,(παπυρινός) Quod ex papyro factum est.Plin. lib.28.cap.11.6.Optime ellychnio papyraceo.
Papyraceæ nanes.Plin.lib.6.cap.22.2.
Papyrifer,penul.correp.Adiectiuum, (παπυροφόρος,) vt Amnis papyrifer,Nilus.Ouid.5.Trist.6.
Nilus papyrifer.Ouid.15.Metam.151.

Par, paris,Substantiuum,n.g.(ἰσόρροπος,)ablatiuo pari:Numerus duorū, quasi inter se pariem,vt Paria amicorum.Cic.de Amic.14.Idque mihi cō magis est cordi,quòd ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum:quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lælii,notam posteritati fore.Sic pro Domo sua,22. Et 1. de Finib.100.Item 4.Verr.33.Paria complura scyphorum.
Par columbarum.Ouid.13.Metam.178.
Nobilissimum par gladiatorum,Cic.de Opt.gen. Orat.149.
Par,paris,Adiectiuum, (ἄρτιος,ἴσος,) Ablatiuo pare vel pari. Aequalis.
Par & impar,contraria.Cic.4.Academ.63. Illos qui omnia sic incerta dicunt,vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur: quasi desperatores aliquos relinquamus.
¶ Pares,interdum pro duobus accipiuntur. vt Paribus equis vtebantur Romani in prælio,vt fudante altero transirent in secum.

¶ Par, (ἴσος,) Decens,conueniens,æquum.Plaut.Bacchid.2.31.
Non par videtur,neque sit consentaneum,
Quum hic herus intus sit,& cum amica is accubet,
Quumque osculetur,& coniuae alii accumbent,
Præsentibus illis pedagōgus vnà vt sier. Idem Amphit.8.201.
Quam me vereri & metuere est par maximè. Ibidem,11.4.
Atque ita seruum par videtur frugi sese instituere,
Perinde vt heri,iple item sit. Idem Sticho,9.8.Et magis par fuerat me dare vobis coenam aduenientibus.Quintil.lib.5.ca.12.Si propter matrimonia violata vrbes euersæ sunt,quid fieri adultero par est? Pli.lib. 22.ca.12.1.De solio nardi plura dicere par est,vt principali in vnguētis.Cic.2.de Leg.19.Ex quo intelligi par est eos qui poiciosa,&c. Idē ad Atticum,lib.9.180.6. Itaque mihi dubitanti quid me facere par sit.
Vt constantibus hominibus par est. Cice.2.de Diuinat.170.Casum autem præli nemo nostrum erat quin timeret,sed ita vt constantibus hominibus par erat,non aperte.
Par est autem primum ipsum esse bonum virum.Cic.de Amicitia,69.
Quibus tu,vt par erat,restitisti.Matius Ciceroni,lib.11.28.3.
Par est animum aduertere ad hæc.Lucret.lib.2.25. Idem lib.4.238.
Stultitiæque ibi se damnat,tribuisse quòd illi
Plus videat,quàm mortali concedere par est.
¶ Par est, (ὅμοιος,) Similis & æqualis.Plaut.Pœnul.18.86.
Si ita est,iam tesseram confer si vis hospitalem,eccam attuli. A. Agedū huc ostende.est par probēmam habeo domi.Virg.4.Georg.20.
– & paribus lita corpora guttis. Id est,similibus.
Par & idem,Vide IDEM.Cic.Vatinio,lib.5.11.1. Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te,& eadē volūtate cognoices.
Par idem.Plaut.Bacchid.12.13.
Igitur pari fortuna ætate vt sumus,vtimur.P.sic est,sed tu
Quid tibi est? N.pol mihi par idem quod est tibi.
Par & eadem,Vide IDEM.
Virtutes inter se æquales & pares.Cic.1.de Orato.41.
Par & æqualis rebus ipsis oratio.Cic.in Orato.68.
Aequo & pari iure cum cæteris vinere.Cic.1.Offic.174.
Par,& similis deorum beata vita.Cic.2.de Nat.deor.230.
Par & Similis, differre videntur. Quintilian.lib.10.cap. 1. Mihi egregiē dixisse videtur Seruilius Nouianus, pares eos magis quàm similes. De Saluslio & Liuio.
Par,ac similis scelestorum. Cice.in Salust.At quanto meliore loco Respuenda staret,si tu par ac similis scelestorum ciuium, vnà cum illis adnumeratus esses?
Par,atque vnum iudicium, Vide IDEM.
Par,atque vna ratio est spei,lætitiæ,molestiæ.Cic.2.de Orato.115.
Par & mutuum.Cic.Thermo,lib.13.56.6.Peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine,pluriminsque officiis paribus ac mutuis, vt voluntate,authoritate,studio tuo perficias,vt,&c. Idem Valerio, lib. 13.4. 11.Pro nostra summa necessitudine,parique inter nos & mutua benevolentia abs te peto,&c.
Poeta oratori multis ornandi generibus socius ac penè par. Cice. 1. de Orato. 36.
Par & Dispar,contraria. Author ad Herenn.lib.2.34. Si non poterit par animi vitium cum causa reperire,reperiat dispar.
Neque par,neque dispar.Lucret.lib.1.148.
Excellere & Parem esse,contraria.Cic.pro Lege Manil. 19. Vt is qui dignitate principibus excellit,facilitate par infimis esse videatur. Cæsar 6.bel.Gall.54.Hoc mortuo siquis ex reliquis excellit dignitate, succedituat si sunt plures pares,suffragio Druidem allegitur.
Par & Inferior,contraria.Cic.2.de Orato.111.
Inuident homines maxime paribus aut inferioribus,quum se relictos sentiunt,illos autem dolent euolasse:sed etiam superioribus inuidetur sæpe vehementer,& eō magis,si intolerātius se iactant, & æqualitatem communis iuris præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt.
Paria & Superiora,contraria.Cic.de Claris Oratorib.113. Erant ei quædam ex his paria cum Crasso,quædam etiam superiora.
¶ Par ac.Cic.3.de Nat.deor.1.Neque mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit.Liuius ab Vrbe condita, Nequaquam par ad patienda ea robore ac Romani fuisser.
Par atque.Cæsar bel.Gall.lib.5.de Ibernia loquens,Pari spatio transmissus,atque ex Gallia,est in Britanniam.
Cantare pares.Virgil.7.eclog.1. Et cantare pares, & respondere parati.
Id est pares arte canendi,& eadem scientia præditi ambo.
Par sapientia ad formam,Tam elegans ingenium,quàm vultus. Plaut.Milit.18.36. – parem sapientiam
Si hic habet ad formam,per amorem siquid ego fecero,
Clementi animo ignoscet. Hoc est si tam sapiens est,quàm pulcher.
Scientia par in nobis atque illo est.Cic.1.de Inuent.125.
¶ Par,cum genitiuo.Cic.in Pisonem,5.Quos Q. Metellus (facio iniuriam fortissimo viro mortuo,qui illū,cuius paucos pares hæc ciuitas tulit,cum hac importuna bellua conferam) sed ille designatus Cōsul,&c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Par superis Tytides. Horat. 1. Carm. ode 6. 4.
Res sunt pares furta latrociniis. Horat. 1. Serm. saty. 3. 24.
Aequi pares inter se. Cic. Attico, lib. 16. 337. 4.
Pares ætate, pro eiusdem ætatis. Plaut. Merc. 19. 30.
– par est ætas, vnà creamus:
Pares ætate habemus virosmulli colloquor lubentius.
Aetate pares ministri. Virg. 1. Aeneid. 142.
Par studiis, æuique, modis, sed robore dispar. Stat. 1. Achill. 36.
Suffragiis pares competitores. Cic. pro Plancio, 43.
¶ Omni virtute & laude vnus alteri par. Cic. pro Plancio, 22.
Pares in amore: Hoc est, ex æquo inter se amantes. Cic. de Amicitia, 31.
Suntque pares in amore & æquales.
Par in belligerando. Cic. pro Fonteio, 21. Qui Induciomaro isti minaci atque arroganti par in belligerando esse posiit.
¶ Par, quod in omnes æquabile est. Cic. 2. de Inuent. 171.
Paribus animis, Vnanimi consensu. Liu. 1. ab Vrbe, 106. Ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis vertuntur.
Par amor est illis. Ouid. 12. Metam. 84.
Arma paria. Virgil. 5. Aeneid. 85.
Auspicia paria. Virgil. 4. Aeneid. 21.
Fortuna par duorum. Ouid. 2. de Arte, 113.
Par ingenium. Terent. Hecyra, 1. 2. 95.
Hic animus partim vxoris misericordia deuictus,
Paulatim elapsus Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem, postquam par ingenium nactus.
Ingenium minimè voluntati par. Cic. pro Corn. Balbo, 1
Par virtuti oratio. Cic. pro Lege Manil. 20. Iàm verò virtuti Cn. Pompeii quæ potest par oratio inueniri?
Pœna par dilecto. Ouid. 2. Trist. 46.
Dignum, & par pretium laboris. Plin. epist. 53. h, Eodem Senatusconsulto industria, fides, constantia nostra plenissimo testimonio comprobata est, dignum, solumque par pretium tanti laboris.
¶ Pares cum paribus. Cic. de Senect. 6. Pares autem cum paribus veteri prouerbio facillimè congregantur.
Paria componere. Plin. Paria nunc componuntur, natura atque luxuria depugnante. Id est singuli flores singulis coloribus.
Par coeat iungatur que pari. Horat. 1. epist. 5. 6.
Nubere pari. Ouid. epist. 9. 7.
¶ Paria esse debent posteriora superioribus, extrema primis. Cic. 3. de Orato. 104.
Parem esse, significat Sufficere alicui operi, siue resistendo illi, siue exequendo. Cic. ad Atticum, lib. 12. 24. 1. 4. Eum tamen interpellat fletus, cui repugno quoad possum: sed adhuc pares non sumus. Quintil. Declamat. 15. Aspicio par laboribus corpus. Plin. epist. 61. Exime hunc mihi scrupulum, cui par esse non possum. Id est pari non possum. Cæsar 1. bel. Gal. 165. Qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerunt.
Parem esse alicui, pro Aequalia reddere. Plaut. Capt. 6. 65.
Est profectò deus, qui quæ nos gerimus, auditque & videt:
Is, vti tu me hîc habueris, perinde illum illic curauerit:
Bene merenti, bene profuerit: male merenti, par erit.
Par in hoc mihi sis. Cic. ad Atticum, lib. 1. 4. 1. Non committam posthac vt me accusare de epistolarum negligentia possis. tu modò videto in tanto otio, vt par mihi sis.
Superiore parem esse inferiori, maximũ est in amicitia. Cic. de Amic. 61.
Paria facere, Quod omissum est, vel quod aliunde acceptum, alibi vel aliunde compensare: vt ait Valla lib. 5. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 9. Quum aliter beneficium detur, aliter reddatur, paria facere difficile est. Quintil. Declamat. 6. Sic paria faciemus: tu eris vicarius meus. Columel. lib. 1. cap. 8. 9. Pecuniamque domini aut animalibus, aut rebus aliis promercalibus occupet, hæc enim negotiatio auocat villici curam, nec vnquam patitur eum cum rationibus domini paria facere. Sed vbi numeratio exigetur, rem pro nummis ostendit. Plin. epist. 139. c, lib. 7. ad Priscum, Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis: non feci tamen paria: atque eò magis hanc cupio seruari, vt mihi soluendi tempora superfint. Id est, inquit Budæus, Nec tamen satisfeci, ac planè persolui acceptum ab eis beneficium: nondum plenas vices rependi. Idem in Panegy. Parens tibi imperium dedit, tu illi reddidisti: solus ergo adhuc es, qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti: imò vltro dantem obligasti. communicato enim imperio solicitior tu, ille securior factus est. Idem alio in loco, Quòd siquando cum influentibus negotiis paria fecisti: instar refectionis existimas mutationem laboris. Id est, quum tu fungendo officio principis negotiis explicandis & peragendis parem te præstitisti, non cedendo labori. Budæus.
Parem facere rationem cum forensibus negotiis. Colum. lib. 2. in Præf.
Par facere alii rei. Cice. 3. de Legibus, 19. Infima summis paria fecit, turbauit, miscuit.
¶ Parem gratiam referre. Terent. Eunucho, 4. 4. 52. Inueniam hodie parem vbi pol referam gratiam.

Par referre. Terentius Adelphis, 1. 1. 48.
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit,
Studet par referre.
Par pari. Plaut. Pseud. 10. 26.
– nunc ego hac epistola
Tres deludam, herum, & lenonem, & qui hanc mihi dedit epistolam.
Euge, par pari, aliud autem quod cupiebam contingit.
Par pari datum. Plaut. Asin. 5. 20.
Par pari datum ostimentum est, opera pro pecunia.
Par pari referre. Terent. Eunucho, 3. 1. 54.
– si laudabit hæc
Illius formam, tu huius contrà, denique
Par pari referto quod eam mordeat. Hunc locum adducit Cicero in epistola quam scribit ad Lentulum, lib. 1. 9. 73.
Referre paria paribus. Cic. 3. de Orato. 115.
Reddere paria in vtranque partem, Vide REDDO.
¶ Par pari respondere. Plaut. Trucul. 19. 45. Vnguenta, noctes, sauium.
P. par pari rel pondet. Idem Merc. 12. 44.
Quia tibi in manu est, quod credas: at ego quod dicam, id mihi
Mea in manu est? C. de hac re res argutus, vt par pari respondeas. Idem Persa, 6. 42. Itane est? S. itaine est? P. mala. 5. scelestus. P. me haud decet. S. me quidem haud decet.
P. Quid ais, certum tibi est celare quò iter facias pesluma?
S. Offirmasti occultare quò te immittas pessume?
P. Par pari respondes, dicito: aut abi iam, quàdo ita certa res, Nihil facio scire. Cic. ad Atticum, lib. 16. 334. 9. Vt fit vnde par pari respondeatur. Ex epistola Attici ad Ciceronem.
Paria paribus, omnia, omnibus respondeant. Cic. 1. de Nat. deo. 70.
Par impar, Genus ludi. Suet. in Augusto, cap. 71, Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis conuiuis dederam, si vellent inter id post cœnam vel talis, vel par impar ludere. Horat. 2. Serm. saty. 3. 50. Ludere par impar, equitare in arundine longa.
Parissimus, (ἰσόπαστος,) iuperlatiuum formauit Plautus Curc. 10. 20, Eodem hercle vos pono & paro, parissimi estis iibus.
Pariatio, pariatiônis, Solutio: cui opponitur Reliquatio. Scæuola in L. vltima §. Item quæsitum est, an pactum quod in pariationibus ascribi solet in hunc modum, Ex hoc contractu nullam in se controuersiam amplius esse: impediat repetitionem? Quædam exemplaria legunt pactionibus.
Pariator, pariatôris, Qui paria fecit: cui opponitur Reliquator. Paulus in L. Iulius Paulus. ff. de Condictionibus & demonstrationibus, Quæsiti, si ita in testamento cautum esset: Stichus, si rationes reddiderit cum contubernali sua, liber esto, eisque hęres decem dato: an Sticho mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente, libera sit mulier. Quædam exemplaria legunt paria, vel reliqua habente.

Para, (παρά,) Prepositio Greca, quæ Apud aliquando significat, aliquando Præter, Ad, Propè. Multis nominibus Græcis præponitur.

Parabasis, pen. corr. fœm. gen. (παράβασις,) Latinè transgressio dicitur siue præuaricatio.

Parabilis, Vide PARO, paras.

Parabola, pen. corr. (παραβολή,) Similitudo, ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν. quod verbum Comparare significat, quasi rerum dissimilium comparatio. Vnde Quintil. lib. 5. cap. 11. Parabola, quam Cicero vocat collationem, longius res, quæ cõparantur, repetere solet. vt Tam fortiter apud Hipponè fecit Scipio, quàm vtique apud Vticã Cato. Donatus, Parabola, est rerum genere dissimilium comparatio: vt
Qualis mugitus fugit quum saucius aram
Taurus, & incertam excussit ceruice securim.
PARABOLANI, (παραβολάνοι,) Plebeii quidam, famulitio vel ecclesiarum, vel hospitalium xenonúmve deputati, & quasi adscriptitii glebæ: vt sicut illis omni vita ab agrorum cultura recedere non licebat, ita his ab seruitio ægrorum qui in nosocomiis residebant. Parabolanos autem glebæ adscriptitios esse in iuris Ciuilis Graeco interprete legitur, à Graeca præpositione παρὰ & βόλος, quæ vox pro gleba accipitur. Hæc Alciatus. Horum fit mentio Codice De episcopis & clericis, L. Parabolani. Meminit & Cœlius lib. 29. cap. 11.

Paracletus, paracléti, (παράκλητος,) per e productam scribitur & profertur, à παρακαλέω, quod Consolor, rogo & hortor significat: item pro alio precator interuenio, vt aduocatus & patronus. Hinc paracletus, aduocatus, consolator, patronus, fautor. Et qui in foro ac iudiciis à nostris deprecatores vocantur, ii apud Græcos paracleti dicuntur.

Paracentesis, penul. prod. Curatio quæ fit manu chirurgi, quum morbus aliter curari nequit. Iungitur prius locus, deinde acus vel hamulus infigitur. Plinius lib. 25. cap. 13. 1. Pupillas dilatat: & ideo hoc inunguntur antè quibus paracentesis fit. Cœlius lib. 20.

lib. 16. cap. 3. Sunt qui paracentesin vocant, quum perforatur venter hydropicorum aquæ educendæ gratia. Sed si oculorum congelatus humor eodem emittatur modo, eadem seruabitur appellatio. Id verò ferramentum quo id præstatur, recte paracenterium dixeris.
Paraclytus, paraclyti, pen. corr. (παράκλυτος,) per y scriptum, Infamem, aut præter famam significat. nam para, in huiusmodi compositione, præter, vel diminutionem denotat: κλυτὸς verò famam.

Paradiastole, penul. correp. (παραδιαστολή,) Schema est, vt ait Rutilius Lupus, quod plures aut duas res, quæ videntur vnam vim habere, distingit: & quantum distent docet, sicut cui que propriam sententiam subiungendo. De hoc sic Iulius Rufinianus, Paradiastole, est quum similes res discernuntur, contrariis redditis: vt
Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres:
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ. Et,
Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas. Latinè de discriminatio.

Paradigma, paradigmatis, penult. correp. n. g. (παράδειγμα,) Latinè exemplum dicitur. Iulius Rufinianus, Paradigmatos quidem triformis est ratio. Nam exemplum aut personas tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul vtrumque. Personam sine sermone, vt Cicero pro Milone, 6. Neque enim potuisset aut Italia ille Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me Consule Senatus non nefarius haberi, si scelerates ciues interfici nefas esset. Sermonem sine persona, Catonis est dictum, Pedibus compensare pecunia. Sermonem pariter & personam. Cic. pro Rosc. Amer. Est'ne hoc illi dicto atque facto Pimbriano simile limum? Hactenus Rufinianus. Donatus, Paradigma, est exempli horrantis vel deterrentis enarratio. Horrantis, vt
Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, &c. Deterrentis, vt
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæamque Helenam Troianas vexit ad vrbes!

Paradisus, huius paradisi, pen. prod. masc. gen. (παράδεισος,) tegnificat apud Xenophõtem, & locum feratum septum, siue vitiarium, aut viridarium. Vox deflexa est, ni fallor, ab Hebræo PARDES, quod hortum domesticum significat siue pomarium.
PARADISVS, (παράδισος,) Syriæ oppidum supra Antaradũ in Meridiem, ad Libani Orientale latus situm.
Amnis Paradisi meminit Plinius lib. 5. cap. 17. & Capella lib. 6.

Paradoxus, (παράδοξος,) Latinè admirabilis dicitur, præter opinionem, & inauditus. Vnde Paradoxa, neutro genere, dicuntur ea quæ sunt præter opinionem. Paradoxum, schema est, de quo sic Rufinianus, Paradoxon siue hypomone, sustentatio vel inopinatum. Hoc schema suspendit sensum, deinde subiicit aliquid contra expectationem auditoris, siue magnum, siue minus. & ideo sustentatio, vel opinatum dicitur. Cic. pro Ligario, 17. Hinc prohibitus non ad Cæsarem, ne iratus non ad domum, ne iratus non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam quam secutus esset, videretur, &c. Hactenus Rufinianus. Cic. 4. de Finib. 120. Hæc παραδόξα illi, nos ad admirabilia dicamus. Idem in Parad. 4. Ego tibi illa ipsa quæ vix in Gymnasiis & in otio Stoici probant, ludens cõieci in communes locos: quæ quia sunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam paradoxa appellantur.

Paradromis, penul. correp. paradromidis, f. g. (παραδρομίς,) Latine autem xystum & duplicem porticum designantur hypætræ ambulationes, quas Græci παραδρόμους, nostri xysta appellant, in quas per hyemem ex xysto sereno cœlo athletæ prodeuntes exercentur. Idem lib. 6. cap. 9. de Græcorum ædificiis loquens, Xystos Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur: nostri autem hypætras ambulationes xystos appellant, quas Græci παραδρόμους dicunt.

Paraenesis, huius paraenesis, pen. corr. f. g. Præceptio vel admonitio, παραίνεσις,
Paraeneticus, Adiectiuum, (παραινετικός,) Præceptorius vel admonitorius, à verbo Græco παραινέω, præcipio & admoneo.
PARAETONIVS. (παραιτόνιος,) Cyrenaicæ portusignens, & ad quadraginta stadiorum amplitudinem expansus, Strabone authore libri Plinii. Ibidem oppidum eiusdem nominis est, ab aliis Hammonia dictum, eidem Straboni lib. vltimo. Lucanus Syrtes Paraetonias vocat lib. 3. 59. Vique Paraetonias Bos ad littora Syrtes. Silius lib. 3. 46. Perque Paraetoniæ celebratum littora Syrtis.
Nilus Paraetonius Stat. 5. Thebaid. 3.
Rares Paraetoniæ. Ouid. 3. de Arte, 76.

Paragaudes, quæ & Paragaudæ dicuntur, vestes erant, de quibus Trebellius Pollio in Claud. Albam subsericam paragaudam truncem vnam. Et Vopiscus in Aureliano, Quum daretur tunicæ subsericæ, lineæ paragaudæ. Item in eodem, Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, quum antea non nisi rectas purpureas accepissent & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis & vsque ad pentelores, quales hodie lineæ sunt. Idem in Probo, Huic dari iubebis interulas paragaudes duas. Ex quibus planè constat paragaudas genus esse vestimenti virilis, vt plurimum linei, quod sub alia veste gerebatur, vinctum nunc vnico nexu, nunc pluribus loris auratis forsasse. Ita enim intelligimus monolores, dilores & similia. Licet Hermolaus Barbarus à coloribus tractum putet in corollario Plinianõ. Nam & interulas dilores nominat idem Vopiscus in Bonoso. Hæc Alciatus. Meminit & Cœlius lib. 16. cap. 10.

Paragoge, paragoges, penul. prod. fœm. gen. (παραγωγή,) Additio, Figura qua litera vel syllaba fini dictionis iungitur, vt Dicier pro Dici potestur, pro Potest. Hanc alii paralepsin, alii prolepsin vocant. Ex Donato.

Paragraphe, paragraphes, penul. correp. f. g. (παραγραφή,) Latinè exceptio dicitur, præscriptio, effugium litis, compositio. Est & tropus apud poetas, quum præcedenti completo ad alia fit transitus. Est etiam annotatio in margine, & scholium. Inde paragraphi & para- Ex graphæ iurisconsultorum.
Paragraphus, dicitur linea in longum protensa, vox protrita iurisconsultis nostris. Vide diligenter Alciatum lib. 3. Disputationum, cap. 16. & Cœlium lib. 15. cap. 10.
PARALIA, Vide AMBRACIA.

Parallelus, paralleli, penul. prod. (παράλληλος,) Quasi alternus, mutuus, inuicem comparatus, æqualiter distans. A quo lineæ æquè distantes, parallelæ dicuntur. Ideoque segmenta mundi quæ nos circulos dicimus, parallelos Græci vocant, vt ait Plinius lib. 6. cap. 33. 6. Paralleli dicuntur circuli sphæræ, qui ad eundem polum constituti iuiuntur.
PARALVS, (παράλιος,) vt Plin. lib. 7. cap. 56. 17. scribit, nomen fuit eius, qui primus longam nauem inuenit.

Paralysis, huius paralysis, penul. correp. fœm. gen. (παράλυσις,) Latinè dicitur dissolutio. Cice. Attico, lib. 16. 334. 10. Hermolaus, Paralysis, vnde Paralytici, Latinè resolutio neruorum dicitur, & alio nomine à Græcis hemiplexia, hoc est semiapoplexia, quũ in alteram tantum partem corporis malum id incubuit. nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Nunc vtrunque, inquit Celsus li. 3. cap. 17. paralysim appellari video. Nominatur id & paresis ferè à defectu virium. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 20. cap. 3. 1. Intestinorum omnium vitiis medetur & renum, & lumborum, & paralysi.
Paralyticus, pen. corr. (παραλυτικός,) Qui paralysi laborat. Plinius lib. 20. cap. 9. 6. Ideo paralyticis & tremulis dare iubet.

Parangarie, Vide ANGARIA.

Paranymphus, huius paranymphi, (παράνυμφος,) Pronubus dicitur, ab antiquis auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspicium capere solebant. qui præerat huic rei, pro parte viri, à Græcis paranymphus, à nostris auspex dicebatur. Et vt auspex pro parte viri, sic & pronuba pro parte mulieris adhibebat.

Parapherna, paraphernorum, n. gen. (παράφερνα,) dicuntur à iurisconsultis quæcunque præter dotem viris dantur à fœminis. à παρὰ præter, & φερνὴ dos. Vlpianus de iure dotium, L. Siego, Cærerum si res dentur in ea quæ Græci parapherna dicunt, quæque Galli peculium appellant: videamus an statim fiant mariti.

Paraphrasis, huius paraphrasis, penul. correp. fœm. gen. (παράφρασις,) Eiusdem sententiæ per alium sermonem expositio, & liberior interpretatio, quum quædam mutantes, aut etiam addentes, copiosius ac dilucidius explicamus quod ab aliis dictum est: cuiusmodi est Themistii in Aristotelem. Quintil. lib. 10. cap. 5. Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantùm volo, sed circa eosdem sensus certamen, atque æmulationem. Idem lib. 1. cap. 9. 2. Versus primò soluere: mox mutatis verbis interpretari: tum paraphrasi audacius vertere: qua & breuiare quædam & exornare saluo modò poetæ sensu permittitur. Quod opus etiam consummatis professoribus difficile.
Paraphrastes, paraphrastæ, (παραφραστής,) Interpres, latius explicans.

Pararius, (παραρήτης,) qui nominibus faciendis interuenit. Seneca lib. 2. de Benefic. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi paratios, nec signatores aduocari, nec chirographum dare. Ibidem lib. 5. & lib. 3. contro. cap. 10. Budæus.
Pararium æs appellabatur id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Festus.
Pararis interpositis nomina facere. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 15.
Ille per tabulas plurium nomina interpositis pararis fecit.

Prasanga, parasangæ, (παρασάγγης,) Parasangæ, inquit Festus, apud Persas, viarum mensuræ sunt. Budæus triginta stadia continere dicit. Plinius libro 6. cap. 26. 10. Inconstantiam mensuræ diuersitas authorum facit, quum Persæ quoque schœnos &

Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible]ſangas aliſtalia menſura determinent. Herodotus lib. 2. de Aegyptiis loquens, Quotquot enim inopes ſoli ſunt: iii terram ſuam orgyis metiuntur. Qui verò minus inopes ſoli ſunt: ſtadiis. Qui autem latifundia habent: paraſangis metiuntur. Cõſtat autẽ Paraſanga triginta ſtadiis. Schonius autem, quod ipſum verbũ eſt Aegyptiacũ, ſexaginta.

Paraſceue, paraſceues, pen. prod. f. g. (παρασκευή,) A pparatus, à verbo Græco παρασκευάζω, quod eſt præparo, deducitur. Vnde & dies quo Dominus noſter IESVS CHRISTVS, pro humani generis ſalute cruci affixus fuit, paraſceue dicitur: quoniã in eo Iudei ſibi neceſſaria ad victum ſequentis diei præparabant, vt paſchæ dies abſque operatione aliqua tranſigeretur.

Paraſiopeſis, huius paraſiopeſis, pen. pro. f. g. (παρασιώπησις,) Schema eſt apud Rhetores, à Latinis præoccupatio dicitur, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Quod ſi: vel quum rem notam eſſe putamus auditoribus, vel quum ſuſpicionem maiorem excitare reticendo volumus.

Paraſitus, paraſiti, pen. prod. (παράσιτος, ὁ παρ' ἐστίᾳ ἐδώδιμος.) Qui aliorum mentas & cibaria ſequitur: quique ad voluntatem eius, in cuius contubernio ſit, omnia loquitur, & facit, nihil repugnans, cibi & ventris gratia, à quo nomen habet. nam παρά apud Græcos, ad ſignificat σῖτος cibus: σῖτα fagina. Qualis ſit paraſitus, his verbis declarat Terentius Eunucho, 1. 2. 17.

Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt: hos conſector, hiſce ego non paro me vt videant:
Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul.
Quicquid dicunt laudo id rurſum ſi negant, laudo id quoque.
Negat quis: nego: ait: aio. poſtremò imperaui egomet mihi
Omnia aſſentari. is iſtus nunc eſt multò vberrimus. Et paulo pòſt, 33.
Ille vbi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorem,
Et tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obſecrare
Vt ſibi liceret diſcere id de me. ſectari iuſſi,
Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis
Vocabula, paraſiti, ita vt gnatonici vocentur.

P. Vidén' otium & cibus quid faciat alienus?

Paraſiti verbum apud veteſtiſſimos honeſtum fuit: paraſitique vocabantur comites, ſodalesque Pontificum & magiſtratuum, vt docet Athenæus lib. 6. Solon ſic eos appellauit qui in Prytaneo publico victu epulabantur, authore Plutarcho.

Aſſentatio paraſitorum in Comœdiis nobis faceta non videretur, niſi eſſent milites glorioſi. Cic. de Amicitia, 81.

Edaces paraſiti. Horat. 2. epiſt. 1. 35.

Suader paraſitus militi. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 74.

Paraſita, paraſitæ, pen. prod. f. g. (παράσιτος,) Horat. 1. Serm. ſat. 2. 20.

Cuſtodes, lectica, ciniſiones, paraſitæ,
Ad talos ſtola demiſſa.

Paraſitor, pen. prod. paraſitari, (παρασιτέω,) paraſitari, Paraſitum agere. Plaut. Quin paraſitando pauerint ventres ſuos.

Paraſitaſter, paraſitaſtri, Qui paraſitorum eſt imitator, inquit Valla. Terentius Adelph. 5. 2. 4. Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus. noſtin'? 2. iam ſcibo.

Paraſtatae, penul correpta. (παραστάται,) vt eſt apud Vitruuium & Plinium, Lapides ſunt pilarum fere modo appoſiti columnis: à quarum ſimilitudine, alterum cruris os (duo enim ſunt) paraſtata nominatur in iumentis à Vegetio, quod & paranemion appellatur Iulio Polluci, apud quem & meatus illi per quos genitura è testibus per vrinæ vias deferitur, paraſtatæ nuncupantur. Sunt & in prælio, inquit, dicti paraſtatæ, nomen officii, quoniam adiuncti ſunt proſtatis, hoc eſt iis qui præſunt cornibus: ſicut epiſtatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. Sed & tabulæ quædam certis inſtrumentis à Vitruuio paraſtatæ vocantur. Haſtenus Hermolaus. Plin. lib. 33. cap. 3. 13. Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, & paraſtatæ. Vitruuius, In columna, aut paraſtata horæ deſcribuntur. Budæus in iſtis Vitruuii & Plinii locis dicit malè fuiſſe emendatum, legendumque paraſtaticæ & paraſtatica.

Paraſtades, (παραστάδες,) Lapides, qui vtrunque oſtii latus muniunt. Vitruuius quoque paraſtadas in mentione templorum vocat antas. Hermolaus.

Paraticla, (παράτιλμα,) Iuſtinianus imperator ſummas rerum appellat titularim appoſitas quales extant Azonis.

Paratilmos, (παρατιλμός,) ſupplicii genus erat quod pauperibus in adulterio deprehenſis irrogabatur. Siquidem ditiores pecunia ſe redimebant: Inopi expilabatur ſedes. vnde & nomen factum. Nam παρατιλλάττω, euelli ſignificat.

Paratragoedio, paratragœdias, (παρατραγῳδέω,) paratragœdiare, Exaggerare, & verborum magnitudine aliquid augere. Plaut. Pſeud. 11. 17.

Illic homo eſtiuide vt paratragœdiat carnufex.

Paratrimma, Vide INTERTRIGO.

Parazonium, (παραζώνιον,) gladii genus, quod ad zonam accingebatur: de quo epigramma Martia. li. 14. 32.

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris:
Arma Tribunitium cingere digna latus.

PARCAE, (μοῖραι, αἶσαι,) à parco, per contrarium, quòd nemini parcant. Ideo tres eſſe Parcas arbitrantur, quoniam tria ſunt tempora, in quibus omnia voluuntur. Varro à partu, vnius literæ, mutatione, deduci putat: quoniam (vt ſcribit Heſiodus) hæ naſcentibus hominibus bonum malumque conferre cenſeantur. Iuuenal. Saty. 9. 14.

Hæc exempla para fœlicibus: at mea Clotho
Et Lacheſis gaudent, ſi paſcitur inguine venter.

Tres autem fuiſſe Parcas, Clotho ſcilicet & Lacheſin & Atropon finxerunt antiqui, quas Cicero 3. de Natu. deorum, 59. Erebi & Noctis filias fuiſſe ſcribit, & eaſdem fata eſſe exiſtimat. Vnde eſt illud Cleantis, Duc me Iupiter, & tuum fatum, quo ſcilicet omnia fata ſunt, & omnes Dei ſunt. Fingunt vitæ hominum præeſſe, & tenendo eam ducere. Clotho, colum baiulat: Lacheſis, netit: Atropos, filum frangit. Quapropter lanificas ſorores appellat Martialis libro, 6. 58.

Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos.

Apuleius, Tres Parcæ tria fata ſunt numero, cum ratione temporis ſapientia, ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem. Et quod torquetur in digitis, momẽti præſentis indicat ſpatia. Et quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactumque curæ digitorum fauori & cõſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtendere. Lacheſin dictam eſſe putãt, quia λαγχάνω Græcè, ſortior deſignat. Atropon, quia reuertì non poſſint. Clothon, quoniam contorta & coordinata omnia teneat. Hæc enim, nomina ipſa lingua Græca oſtendunt. Mart. lib. 1. 162.

Lanificas nulli tres exorare puellas
Contingit: obſeruant quem ſtatuere diem.

Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ. Virg. 4. eclog. 10.

Nocentum ira Parcarum. Stat. 5. Sylu. 2. 17.

Parca non mendax. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.

Nubila naſcenti mihi Parca fuit. Ouid. 5. Triſt. eleg. 4. 1.

Sæuæ Parcæ. Valer. 5. Argon. 107.

Veraces Parcæ. Horat. in Carm. ſeculari, 5.

Fœdere Parcarum ſic cautum eſt. Ouid. 5. Metam. 107.

Hilares Parcæ meliora penſa manu ducunt. Iuuen. Saty. 12. 7.

Meliore Parca nubere, id eſt auſpicio vel fortuna. Ouid. epiſt. 11. 21.

Dies Parcarum propinquat. Virg. 12. Aeneid. 30.

Iniquæ prohibent Parcæ. Horat. 2. Carm. ode 6. 2.

Parco, parcis, peperci & parſi, parſum, (φείδομαι,) parcere, Abſtinere, parum tangere proprie ſignificat.

Parcere, (συγγινώσκειν, συγγνωμονεῖν,) Veniam dare, id eſt ab vltione abſtinere, tunc peperciſſe dicitur, authore Donato. Plaut. Mere. 13. 14.

Meoque vt parcas gnato, parce propitius. Liuius 6. bel. Pun. 70.

Nedum eos Capuæ parſuros credam. Terentius Adelphis, 4. 2. 14.

Nihil pepercit non puduiſſe verberare hominem ſenem,

Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtaui meis? Virgil. 8. Aeneid. 171. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Cæſar. 7. bel. Gall. 116. Non ætate confectis, nõ mulieribus, non infantibus pepercerunt. Cic. 4. Verr. 3. Vt eſſet idem monimentũ victoriæ, manſuetudinis, continentiæ: quũ homines viderent & quid expugnaſſet, & quibus pepercíſſet, & quæ reliquiſſet. Suet. in Nerone, cap. 37. Ne reliquis quidẽ ſe parſurum Senatoribus.

Supplicibus parcere. Horat. 3. Carm. ode 10. 4.

Subiectis parcere. Virgil. 6. Aeneid. 171.

Parce precor. Horat. 4. Carm. ode 1. 1.

Parcere, & Mortem afferre, contraria. Seruius Ciceroni, libro, 4. 12. 7.

Cur inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus eſt amicus qui ei mortem afferret.

¶ Parcere, Conſeruare, & parſi tunc facit, vt vult Donatus. Peperci etiã apud Plautum in Aulul. 13. 11.

– feſto die ſiquid prodegeris,
Profeſto egere liceat, niſi pepercerís. Virgil. 10. Aeneid. 107.
Argenti atque auri memoras quæ multa talenta
Natis parce tuis.

Parcere, & Perdere, contraria. Cic. pro Quintio, 19. Iugulate eiuſmodi re quidem quiſquam bonus vult: mauult enim commemorare ſe, quam poſſet perdere, pepercíſſe, quàm quum parcere potuerit, perdidiſſe.

Parcere, & Spoliare, contraria. Cic. pro Cælio, 33. Parcat iuuentus publicitiæ ſuæ ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam, &c.

Nihil parcunt, Vide NIHIL.

Parcere ab. Liuius, 5. bel. Punic. 145. Legati eò ab Thica & Neapoli cum infulis & velamentis venerunt, precantes vt à cædibus & ab incendiis parceretur.

¶ Aedificiis parcere. Cic. 6. Verr. 106. Itaque ædificiis omnibus, publicis & priuatis,

& priuatis, ſacris & profanis ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet.

Parcendum eſt animo. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 5.

Auribus alicuius parcere. Cic. pro Quintio, 22.

Auxilio alicuius parcere. Cic. pro Plancio, 69. Ego verò fateor me hereditate, quòd viderim mihi auxilium non deeſſe, idcirco me illi auxilio pepercíſſe. Id eſt abſtinuiſſe, neque vti voluiſſe auxilio illo.

Capillis parcere. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 14.

Nec noſtris oculis, nec noſtris parce capillis.

Caſtris hoſtium parcere. Cic. de Aruſp. reſpon. 55.

Charitati hominum maximè parcendum eſt, ne temerè in eos dicas qui diligantur. Cic. 2. de Orato. 152.

Conſuetudini auribuſque parcere. Cic. 3. de Orato. 95. Ita fit, vt omnis ſingulorum verborum virtus atque laus tribus exiſtat ex rebus: ſi aut vetuſtum verbum ſit, quod tamen conſuetudo ferre poſſit: aut factum vel conſunctione vel nouitate, in quo item eſt auribus cõſuetudiniſque parcendum: aut tranſlatum, &c.

Dolori & iracundiæ parcere. Cic. Attico, lib. 2. 36. 6.

Famæ ſuæ parcere. Propert. lib. 1. eleg. 15. 3.

Eui i parcebant hybernis ſtatibus. Virgil. 2. Georg. 68.

Parcere gladio, pro Abſtinere à cædibus. Seneca epiſt. 115. Sic Lucanus libro 1. 3.

– quoque ira tulíſſet
Ferre manum: & nunquam temerando parcere ferro.

Impenſæ parcere. Liuius 5. bel. Maced. 171.

Nec impenſæ, nec labori, nec periculo parſurum.

Non parcere minutis. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 9.

Labori parcere. Plaut. Pſeud. 3. 3.

Si ex te tacente fieri poſſem certior
Here, quæ miſeriæ te tam miſerè macerant,
Duorum labori ego hominum parciſſem lubens. Id eſt liberaſſem à labore. Terentius Hecy. 3. 1. 29.

Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei ſeruiens,
Sumptus veſtros, otiumque vt noſtra res poſſet pati,
Meo labori haud parcens, præter æquum atque ætatem meam.

Lamentis parcere. Continere ſe à fletu. Liu. 6. ab Vrbe, 13. Parcere lamentis Sutrinos iuſſit, Hetruſcis ſe luctum, lachrymaſque ferre.

Luminibus parcere. Ouid. 5. Metam. 50.

Parcite luminibus, Perſeus ait, oraque regis
Ore Meduſæo, &c.

Metu parcere, Deponere metum. Virgil. 1. Aeneid. 54.

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi. Vbi Seruius, Parce metu, elocutio vſualis, id eſt Dimitte metum: quo modo dicimus Parce verbis, Parce iniuriis.

Maior parcas minori. Horat. 2. Sermo. ſaty. 3. 66.

Nominibus viuentium parcere. Quintil. lib. 3. cap. 1. 15.

Operæ parcere. Plaut. Mil. 2. 1. 3. Vbi vbi erit gentium, Inueſtigabo, operæ ego non parco meæ. Cic. Ser. Sulpitio, lib. 13. 28. 3. Sed tamen non parcam operæ, & vt vos ſoleatis in formulis, ſic ego in epiſtolis de eadem re alio modo.

Pretio parcere. Plaut. Capt. 2. 3. 2. Nihil pretio parſit, filio dum parceret.

Quaſi dicat, ſumptus non curat, modò filium poſſit recipere.

Pudicitiæ nec ſuæ nec alienæ parcere. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 5.

Sibi parcere, Hoc eſt, parcere labori, minuere laborem quem aliquando ſuſcipiebamus, & ſibi conſulere. Terent. Heauton. 1. 1. 112.

– hodie apud me ſis volo.
M. Non poſſum. C. cur non? quæſo tandem aliquantulum
Tibi parce.

Stimulis parcere. Ouid. 2. Metam. 16.

Parce puer ſtimulis, & fortius vtere loris.

Sumptu in re aliqua parcere. Cicero ad Tironem, lib. 16. 6. 4. Illud mi Tirone rogo, ſumptu ne parcas vllo in re, quod ad valetudinem opus ſit.

Teneris parcendum. Virgil. 2. Georg. 73.

Valetudini parcere. Cic. Matio, lib. 11. 27. 2. Quem quum obiurgarem quòd parum valetudini parceret, tum ille, &c.

Verbis parcere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 6.

Vitæ parcere. Plaut. Rud. 6. 3. Dein vitæ haud parco, ſpem perdidi. Cic. 3. de Natu. deorum, 10. Sed eorum imperatorum, qui patriæ conſulerent, vitæ non parcerent.

Voci parcere. Plaut. Mil. 18. 5. Ne parce voci, vt audiat. Hoc eſt, Clama quàm potes maxima voce.

¶ Parcere, ne. Plaut. Trinum. 6. 35. Neu tibi ægritudinem pater parerem, parſi ſeduló.

Parcite credere. Nolite credere. Ouid. 3. de Arte, 91.

Parce priuatus nimium cauere, Id eſt noli nimium cauere. Horat. 3. Carm. ode 8. 6. Virgil. 4. eclog. 19. Parcite oues nimium procedere. Vbi Seruius, Parcite, Prohibete, Id eſt, ſeruate ne procedant.

Nihil promittere parunt. Catull. Argon. epigram. 59. 29.

Parcere perdere vitam. Terent. Hecyra, 3. 1. 2.

Nemini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini vnquam oblata,

Quàm mihi. heu me infœlicem, hancine ego vitam parſi perdere? Vbi Donatus, Parco, Conſeruo, parſi facit: Parco, Veniam do, peperci. Modò ergo, continui ſiue abſtinui ſignificat. Seruius verò de parſi & peperci ſic dicit, Multa vſus contra antiquitatem vendicauit: illi enim parſi dicebant, non peperci.

Parce precor manes ſollicitare meos. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 7.

Parcitum eſt. Pli. li. 33. ca. 4. 12. Italiæ parcitũ eſt vetere interdicto patrũ.

Parcitur, pen. corr. Imperſonale, (φείδεται,) Plin. lib. 16. cap. 12. 1. Nec corpori ipſi parcitur. Sic lib. 17. cap. 10. 13. Parcitur veſtigiis. Cic. Artico, lib. 2. 19. 4. Sed tamen fatisfiet à nobis, neque parcetur labori. Plinius lib. 28. cap. 6. 5. Iam & ſermoni parci multis de cauſis, ſalutare eſt.

Parcens, Partic. (φειδόμενος,) vt Viribus parcens. Horat. 1. Ser. ſat. 10. 3.

Dexteræ parcentes. Horat. 3. Carm. ode 19. 5.

Verbetibus parcens. Stat. 6. Thebaid. 61.

Parſurus, pen. prod. (φεισόμενος,) Aliud participium, Sueton. in Tib. Cæſ. ca. 62. Acme reliquis quidem nepotibus parſurus creditur. Idem in Nerone, cap. 37.

Parcus, Adiectiuum, (φειδωλός, φειδωλικός, φειδόμενος,) Frugi, & ſumptibus parcens. Plaut. Moſtel. 2. 30.

Quò nemo adæquè iuuentute ex omni Attica
Antehac eſt habitus parcus, nec magis continens. Idem Aulul. 7. 29.

Neque illo quiſquam eſt alter hodie ex pauperrate parcior.

Prodigus & luxurioſus, Parcus & diligens, contraria. Author ad Herenn. lib. 4. 102. Ex contrario ducitur ſic, vt ſiquis hominem prodigum & luxurioſum illudens, parcum & diligentem appellet.

Senes parci. Horat. 2. Carm. ode 8. 5.

Parcus & tenax pater. Cic. pro Cælio, 18.

Colonus pariſſimus, frugaliſſimus. Cic. 2. de Orato. 159.

¶ Parcus, cum genitiuo: vt Parcus opis. Claud. 3. Panegy. 45.

Aceti veteris non parcus. Horat. 2. Serm. ſaty. 2. 13.

Cruoris parcus. Claud. 2. Paneg. 68.

Pœnæ parcus. Claud. 7. Panegy. 23.

Ciuium ſanguinis parcum credidère. Tacit. lib. 19.

Manu parca offerre aliquid. Horat. 3. Carm. ode 16. 9.

Parciſſimus honorum, Qui honoribus parcit, neque honores deſyderat. Plin. epiſt. 2. 26. Statuam poni mihi à te eo quo deſyderas loco, quanquam eiuſmodi honorum parciſſimus, tamen patior.

¶ Parcus, ablatiuo iunctum, vt Parcus opera. Plaut. Rud. 22. 10.

– operâ haud fui parcus nimis homo
Nihil eſt, qui piger eſt nimiſque id genus odi ego malè.

Parcus comitatu, Qui paucos in comitatu habet. Plin. in Panegy. 127. Eadem quàm modica cultu, quàm parca comitatu.

Parcus in ædificando, in victu. Pli. in paneg. 83. Item tam parcus in ædificando, quàm diligens in tuendo. Item epiſto. 22. b. Adhoc quàm parcus in victu, q̃ modicus in cultu. Cic. pro Corn. Balbo, 40. M. Craſſus non Alerrinenſem fœderatum ciuitate donauit, homo tum gratitate & prudentiâ præſtans, tum vel nimium parcus in largienda ciuitate. Idẽ in Orato. 45. Ergo ille tenuis orator modò ſit elegans, nec in faciendis verbis audax, & in transferendis verecundus & parcus.

Parciſſimum tamen hominem vocamus puſilli animi & contracti, quem in ſiuitum interſit inter modum & anguſtias.

Parciſſimus æſtimator beneficiorum. Plin. in Panegy. 34. Tu vſque eò diſtoliſti, donec tu quoque beneficiorum tuorum parciſſimus æſtimator iam te mereri fateberis.

Cultor deorum parcus & infrequens. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.

Acies parca, Vide ACIES.

Ira parcior meo merito. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 5.

Iuuentus parca magnum donandi. Horat. 2. Serm. ſaty. 5. 16.

Lucerna parca. Propert. lib. 4. eleg. 3. 12.

Sale parco contingere aliquid. Virgil. 3. Georg. 81.

Parcus, & breuis ſomnus. Plin. in Paneg. 81. Inde tibi parcus & breuis ſomnus, nullúque amore noſtri anguſtius tempus, q̃ quòd ſine nobis agis.

Tellus parca. Stat. 4. Sylu. 5. 3.

¶ Parcus & elegans, contraria. Cic. in Orat. 46. Nam ſic vt in epularum apparatu à magnificentia recedens, non ſe parcum ſollim, ſed etiam elegantem videri volet. Idem de Claris Orat. 76. Craſſus erat elegantiſſimus, parciſſimus, Scæuola parcorum elegantiſſimus.

Parcè, Aduerbium, (φειδωλικῶς,) Frugaliter, moderatè. Plaut. Trucul. 7. 18.

– ita ego illam
Aedepol ſeruem, itaque parce victitem, vt, &c. Ibidem, 4. 76.
– non iſthæc mea benignitas docuit te fabulari. A. ſed iſtos
Qui cum gentis ſuis belligerant, parcè promi.

Viuere parcè. Lucret. lib. 5. 225.

Parcè ac duriter viuere. Terent. And. 1. 1. 47. Primùm hæc, pudicè vitam, parcè ac duriter agebat. Idem Adelph. 1. 1. 20.

Ruri agere vitam, ſemper parcè ac duriter Se habere.

Parcè parcus. Plaut. Aulul. 9. 35. Aedepol mortalem parcè parcũ pdicat.

Parcè & continenter viuere, cui opponitur Diffluere luxuria. Cic. 1. Off. 149. Intelligemus quàm ſit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac mol-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter viuere quamque honestum, parcè, continenter, seuerè, sobriè.
Nimium parcè. Vide NIMIS.
Parcè & restrictè facere. Cic. 2. de Finib. 70. Nec tamen cur id tam parcè, tamque restrictè faciant, intelligo.
Parcè & paulatim. Cæsar 7. bel. Gal. 283. Frumentum parcè & paulatim metiri instituit.
Exigere pretium parcius. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 14.
Pingere amores parcè. Ouid. 2. de Arte, 128.
Parcè vti verbis. Cicero 3. de Oratore, 23.
Parcè & timidè de aliquo scribere. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 4. Scripsi de te parcè mediusfidius, & timidè, nõ renocãs me ipse, sed penè refugiẽs.
Parcius. Plin. lib. 14. cap. 7. 1. Postquam parcius, mari conduunt. Ibidem, cap. 20. 32. Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius.
Dicere parcius de laude alicuius. Cic. pro Murena, 17.
Obiicere aliquid alicui parcius. Virgil. 8. eclog. 3.
Vexare aliquem parcius. Ouid. epist. 8. 3.
Parcissimè facere potestatem aquæ. Colum. lib. 6. cap. 7. 2. Nec potestas aquæ, nisi quàm parcissimè facienda est.
Parcitas, pen. corr. parcitãtis, f. g. (φειδὼ,) Frugalitas. Sen. 1. de Clemẽ. Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum. Id est non frequens, aut non austera nimium punitio.
Parsimonia, parsimoniæ, (φειδωλία,) Moderatio sumptuum & parcitas. Plaut. Trinummo, 14. 21. — vtinam
Veteres mores veteris parsimoniæ potius maiori honori
Hîc essent, quàm mores mali. Idem Mostel. 3. 50.
— victitabam volupe parsimonia & duritia. Terent. Heaut. 3. 1. 32.
Vehemens intrànque partem Menedeme es nimis.
Aut largitate nimia, aut parsimonia. Cic. in Parad. 62. O dii immortales, non intelligit homines quàm magnum vectigal sit parsimonia? Idẽ 5. Tuscul. 139. Ciuitates quædam viuuerè more doctæ, parsimonia delectantur. Et 1. Officiorum, 128. Res autem familiaris quæri debet iis rebus à quibus abest turpitudo, conseruari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. Idem pro Quintio, 40. Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere.
Rustica illa atque inculta parsimonia. Cic. pro Quintio, 62.
Antiqua parsimonia. Tacit. lib. 3. Fecerant curam, ne princeps antiquæ parsimoniæ durius aduerteret.
Sine parsimonia. Plinius lib. 12. cap. 14. 10. Alexandro magno in pueritia sine parsimonia thura ingerenti aris.
Adhibere parsimoniam, Vide ADHIBEO.
Custodire parsimoniam, Vide CVSTODIO.
Minuendum nostra parsimonia decus illud triumphi non putaui. Cic. de Prouinc. Consul. 22.
Parsimonia temporis. Plin. epist. 5. lib. 3. Tanta erat parsimonia temporis. Id est diligentia non abutendi temporis.
Parsimoniæ oratoris. Cic. in Oratore, 46. Sunt enim pleræque aptæ huius ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniæ.

Pardalianches, (παρδαλιαγχὴς,) veneni genus. Plinius lib. 8. cap. 17. 4. Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) Barbari venantur. Occupat ilico fauces earum angor quare pardalianches id venenum appellauere quidam. Idẽ li. 27. ca. 2. 4. Tangunt carnes aconito, necantq; gustato earũ pantheras, nisi hoc fieret, repleturas illos fitus. Ob id quidã pardaliches appellauerẽ.

Pardalium, (παρδάλιον,) Vnguenti nomen, sic dictum quòd pardalis odorem reddat, quæ sola ex animantibus odorem reddit, & Latinè panthera dicitur. Plin. lib. 13. cap. 1. Fuerat & pardalium in Tharso, cuius etiam compositio & mistura obliterata est.

Pardus, pardi, m. g. (παρδὸς,) Animal est, cuius fœmina, pardalis dicitur, & Latinè panthera. Plinius lib. 8. cap. 17. 4. Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eo genere, creberrimo in Asia, Syriaque. Idem lib. 10. cap. 73. 3. Incidunt in eadem Africa pardi condensa arbore, occulatiquè eius ramis, in prætereuntia desiliunt, atque è volucrum sede grassantur. Curtius, Leones quoque & pardales cuneis præferebantur.
Celer pardus. Lucanus lib. 6. 37.
Fulminei pardi. Claud. 8. Panegy. 61.
Sublimis pardus magno hiatu. Iuuenal. Saty. 11. 13.
Virides pardi. Claud. 3. Panegy. 69.
Pardus hiando felit. Author Philomelæ, 10.

Parecbasis, penult. correp. (παρέκβασις,) Latinè transgressio, excursus, & excursio dicitur. Quintil. lib. 4. cap. 3. Parecbasis est, alienæ rei, sed ad vtilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio.

Parectatus, parectati, penult. prod. (παρέκτατος,) Nonius, Parectati hi qui de pueritia veniunt ad pubertatem: à Græco sumptum vocabulum. Lucilius libro 8. Vnde parectato chlamydes, ac barbula prima. Idem libro 10. Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton. Varro de compositione Satyrarum, Parectatæ adsunt, mulierque mulier Venus caput.

Parelcon, (παρέλκον,) est productio dictionis ex adiectione syllabæ, siue etiam dictionis integræ ad aliam dictionem. Terent. And. Nihil ad Pamphilum quicquam. Vbi Donatus, παρέλκον. nam abundat QVICQVAM. nam Nemo quisquam, non dicitur. Ibidem, Imò enim quãmaximè abs te postulo. Vbi Donatus, NIM, parelcon est figura. Virgil. 1. Aeneid. 43.
— & vosmet rebus seruate secundis. Vbi Seruius, MET parelcon est.

Parens, parentis, priore correpta, com. gen. à Pario fit, (γονεὺς,) Festus, Parens vulgo pater & mater significatur, sed iuris prudentes auos & proauos, auias & proauias parentum nomine appellari dicunt. Paulus de Gradibus affinitatis, L. Iurisconsultus, Parentes apud Romanos vsque ad tritauum proprio vocabulo nominantur, Caius de Verb. significe. L. Appellatione, Appellatione parentis non tantum pater, sed etiam auus & proauus, deinceps omnes superiores continentur, sed & mater, & auia, & proauia. Virg. 9. Aeneid. 17.
Quod tua chara parens domito te poscit Olympo.
Pater & parens. Cic. 1. de Inuent. 117.
Natorum quinque parens. Ouid. 13. Metam. 141.
Cura sagax parentum. Senec. Hippol. 2. 14.
Nomen mite parentis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 27.
Proles parentum. Virgil. 3. Georg. 21.
Pauperum sanguis parentum. Horat. 2. Carm. ode 10. 2. Sanguis, filius.
¶ Chari parentes. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 1.
Consarreati parentes. Tacit. lib. 4. Nam patritios consarreatis parentibus genitos tres simul nominari, &c. Quem sane locum Andreas Alciatus in annotationibus in Tacitum his verbis explicat: Legitima, inquit, matrimonia ab antiquis ita celebrabantur, vt farreum libum communicarent, & degustarent. Festus & Boethius authores. Apuleius quoque, Talis (inquit) mulieris publicitus matrimonium consarreatur. Meminit & Dionysius Halicarnasseus.
Confectus ætate parens. Virg. 4. Aeneid. 120.
Dubitatus parens. Ouid. 2. Metam. 4.
Fessus ætate parens. Virg. 2. Aeneid. 120.
Gemini parentes. Virg. 3. Aeneid. 36.
Ingenuos clarosque parentes habere Horat. 1. Serm. sat. 6. 14.
Intestati parentes. Quintil. lib. 3. cap 6. 68.
Longæuus parens. Virg. 3. Aeneid. 34.
Parcus vterque parens. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 1.
Rigidus parens. Ouid. 2. Metam. 163.
Superstites parentes. Horat. Epod. 5. 22.
Tardus senio parens. Senec. Herc. fur. 3. 9.
Tremulus parens. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 11.
Veterum decora alta parentum. Virg. 2. Aeneid. 90.
¶ Non alere parentes nefarium est. Cic. Attico, lib. 9. 180. 4.
Titulis anteire parentes. Stat. 3. Thebaid. 31.
Colere in loco parentis, Vide COLO.
Curare parentes, Vide CVRO.
Facere parentem pulchra prole. Virg. 1. Aeneid. 16.
Fieri parentem. Quintilianus lib. 1. cap. 1. 3. Protinus, vt erit parens factus, acrem quammaximè curam, &c.
Facta parens duorum. Ouid. 6. Metam. 39.
Charissimos parentes habere debemus, quòd ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. Cic. Post reditum in Senatu, 1.
Obseruare & deligere aliquem, vt alterum parentem. Cicero Licinio libro 5. 8. 13.
Præstare pietatem parentibus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 10.
¶ Parentes & propinqui. Cic. 7. Verr. 85.
Parentes abundè habemus. Dictũ apud Salustium in persona Romanorũ.
¶ Fœcunda parens. Ouid. ad Liuiam, 17.
Longæua parens. Ouid. ad Liuiam, 87.
Magna parens, Tellus. Ouid. 1. Metam. 78.
Maximus mundi parens. Seneca Hippol. 4. 22.
Sanctissima parens patria. Cic. Attico, lib. 9. 180. 4.
Procreatrix quædam & quasi parens bonarum artium philosophia. Cicero 1. de Oratore, 5.
¶ Parens cunctorum terra hoc est altrix. Plin. lib. 18. cap. 1. 1.
Parens eloquentiæ. Colum. in Præfat. lib. 1. 15. Nec parens eloquentiæ deus ille Mæonius vastissimis fluminibus facundiæ suæ posteritatis illudia restinxerat.
Frugum parens, Tellus. Virgil. 2. Georg. 35.
Lyræ parens, Mercurius, hoc est inuentor. Horat. 1. Car. ode 10. 2.
Mentium parentes, non corporum. Quintil. lib. 2. cap. 9. 1.
Metus parens odii. Stat. 1. Thebaid. 26.
Parens & effector operum omnium Deus. Cic. de Vniuers. 57.
Parens patriæ primus appellatus Cicero. Plin. lib. 7. cap. 30. 7.
Patriæ parentem occidere, quàm suum, grauius est. Cic. 2. Philip. 51.
Philosophiæ parens Socrates iure dici potest. Cic. 2. de Fin. 1.
Rerum pareus, Deus. Lucanus lib. 2. 2.
Parens & educatrix rerum quæ in homine inesse perspiciuntur, sapientia. Cic.

tia. Cic. 1. de Legibus. 93.
Parens vrbis Romulus. Linius 4. ab Vrbe, 15.
¶ Parens, de arbore. Plin. lib. 12. cap. 5. 1. Rami nouam sibi propaginem faciunt circa parentem in orbem.
¶ Parentium, genitiuus pro parentum. Horat. 3. Carm. ode 24. 5.
Dos est magna parentium Virtus.

Parentela, parentelæ, pen. prod. (συγγένεια,) Parum Latina vox, sed quasi vsu est tamen Iulius Capitolinus in Gordianis, Duxit, inquit, vxorem filiam Milithei doctissimi viti, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua putauit.

Parenticida, parenticidæ, pen. prod. (γονοκτόνος,) Qui patrem aut matrem occidit. Plautus Epid. 2. 13. Nam quid ita? 2. quia ego tuum patrem faciam parenticidam.

Parento, parentas, (κατιλίω, ἐκαγίω, ἐκτοφιλίω, παρηγίω,) Parentare, Parentibus iusta celebrare. Licet etiam ad alios transferatur. Plin. lib. 18. cap. 12. 2. Quoniam mortuorum animæ sint in ea (scilicet faba) qua de causa parentando vtique assumitur. Cic. pro L. Flacco, 74. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus electos. Idem 2. de Legib. 85. Hostia autem maxima parentare, pietati esse adiunctum putabat. Et 1. Philippic. 10. Vt cuius sepulchrum nusquam extet, vbi parentetur, ei publicè supplicetur. Liu. 4. bel. Pun. 93. Vociferatisque ferociter, parentandum regi sanguine coniuratorum esse. Cæsar 7. bel. Gall. 64. Præstare omnes perferre acerbitates, quàm non cinibus Rom. qui Genabi perfidia Gallorum interissent, parentarent. Lucre. lib. 3. 11 — parentant,
Et nigras mactant pecudes, quas Manibus diuis
Inferias mittunt. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 1.
— sic Memnonis vmbras
Annua solenni ex de parentet auis.

Parentor, parentoris, parentari, Deponens. Seneca epist. 123. Non conuiuantur, sed iusta sibi faciunt. Mortuis certè viui parentantur.

Parentalis, penul. prod. Adiectiuum, (κατηφορικός,) vt Vmbræ parentales. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 18.
Dies parentales. Ouid. 2. Fast. 110.

Parentalia, parentaliorum vel parentalium, neu. g. (ἐναγίσματα,) Conuiuia quæ in parentum aut propinquorum funere fieri consuerunt. Cic. 1. Philipp. 9. An me censeris P. C. quod vos inuiti secuti estis, decretorum fuisse, vt parentalia cum supplicationibus miscerentur?

Parens, priore producta, Participium à Pareo, Vide paulo post.

Parenthesis, penul. correp. huius parenthesis, vel parentheseos, fœm. gen. (παρένθεσις,) Interpositio ex παρὰ & ἐν, quæ duo, significant interiectio, positio. Figura quoties remota de media sententia, integer sermo perdurat. Plin. lib. 16. cap. 44. 13. Nihil habent Druidæ (ita suos appellant magos) visco & arbore in qua gignatur (si modò sit robur) sacratius. De hac sic Valla, Parenthesis est interiectio orationis in sermone; qua remota, sermo manet integer. Ea quum semper venusta est, tum plurimum venustatis habet, quum fit per QVI, aut IS, aut per VT: vt sequentibus exemplis clarum fiet. Si modò culpam tuam fassus esses, pater (qua indulgentia est) omnia tibi ignouisset. Item, Id flagitii si præsens, vidisset parens (eius seueritatis est) te membratim discerpsisset. Item, Si hanc noxam Petro imponere petgis, ille (vt imprudentissimus est) in te eam retorquebit. Hactenus Valla.

PARENTIVM, (παρέντιον,) Istriæ vrbs, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgò Parenzo.

Parento, parentas, Vide PARENS, priore correpta.

Pareo, prima producta, pares, parui, (φαίνομαι,) parêre, Videri, Appartus posiquam extra vterum est, videtur. Virgil. 10. Aeneid. 36. Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent. Vbi Seruius, Parent, perinoces autem, fulmina nam si videntur, tantum accipias, cuiuis possunt videri, nec tamen intelligi. Item voces auium non videntur, sed agnoscuntur auditæ. Nec PARENT, obtemperant, procedit. nam quomodo sidera, vel fibræ, vel aues, vel fulgura possunt obtemperare? Festus, Paret, apparet interpretatur. Martialis lib. 12. 25.
Festinant trepidi substringere carbasa nautæ,
Ad portum quoties paruit Hermogenes.
¶ Parêre, (ὑπακούω, πείθομαι,) Obedire etiã significat. Virg. 1. Aen. 139.
— ille patris magni parêre parabat Imperio. Terent. Hecy. 4. 1. 50.
Paret amor dictis charæ genitricis. Ibidem,
Sed ego stultior, meis dictis parêre hanc qui postulem.
Modestè qui paret, videtur qui aliquando speret dignus esse. itaque oportet & cum qui paret, sperare se aliquo tempore imperaturum: & illum qui imperat, cogitare, breui tẽpore sibi esse parendũ. Cic. 3. de Legi. 6.
Occultissimè parêre, Vide Occultè in OCCVLO, occulis.
Paret, & dicto audientem esse. Cic. 7. Philip. 218. Nonvt parêret, & dicto audiens esset huic ordini, sed vt conditiones ferret, leges imponeret.
Auspiciis parêre & religionibus, Cicero, Classem amisit, quum auspiciis non parusset. Idem 2. de Natu. deor. 12. Eorum imperiis Rempub. amplificatam qui religionibus parouissent.
Colono arua parent. Virgil. 1. Aeneid. 1.
Consilis alicuius parêre. Cic. Attico, lib. 8. 160. 5.
Cupiditatibus parêre. Cice. 1. de Finibus, 81. Quæ enim cupiditates à natura proficiscuntur, facilè explentur sine iniuria: quæ autem inanes sunt, his parendum non est.
Dicto parere. Liu. 8. bel. Pun. 127. Et vt vim imperii abstulerant, ita speciem dicto parentium vltro ipsi imperantes seruabant.
Dominis parêre superbis. Virgil. 12. Aeneid. 48.
Gulæ parêre, pro Seruire, siue indulgere. Horat. 1. Serm. saty. 7.
Imperio parere. Cæsar 5. bel. Gall. 9. Virgil. 4. Aeneid. 48.
Intercessori parere, Id est deferre, vt vulgò dicunt nostri Iurisconsulti: hoc est, Perenti cedere. Cic. 3. de Legib. 6. Parere iubet intercessori quò nihil præstantius. Budæus.
Legibus parere. Cic. 3. de Legib. 43. Idem 2. Offic. 56. Leges Iatronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent.
Lupatis duris parere. Virgil. 3. Georg. 41. De equis.
Necessitati parere cogimur. Cic. in Orato. 117.
Parere & obedire alicui præcepto. Cic. 5. Tuscul. 52.
Præceptis parere. Virgil. 2. Aeneid. 123.
Promissis parere, Præstare promissa. Ouid. 5. Fast. 101.
Regi parer oppidum illud. Plin. lib. 6. cap. 28. 4. Deinde est oppidum quod Characenorum regi parer in Palitigris ripa, Forath nomine.
Obedire & parere voluntati architecti. Cic. 1. de Natu. deor. 19.
Paritum conditioni. Sæuola De dote relegata, L. Quum dotem, Quæsitum est, quum res in dotem datæ plures ipso vsu finitæ essent, nec moriente marito fuerant, an quasi sub impossibili cõditione legum datum videatur. Respondi videri conditioni paritum, si quod ex rebus in dotem datis superat, in potestatem hæredi peruenit. Iabolenus in L. Non ex. ff. De recept. arbi. Non ex omnibus cautis ex quibus arbitri paritum sententiæ non est, pœna ex compromisso committitur.
Patêtur, pen. prod. (ὑπακούετον,) Impersonale. Liu. 9. ab Vrbe, 166. Quã postquam Consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari iubet vt prãdeat miles, sumatque cibo viribus, arma capiat, dicto paretur.

Parens, (πειθόμενος,) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. 1. Offic. 108. Quinetiam ob has ipsas causas & parentiores habuerunt exercitus, & fortiores.
Dicto parens. Virgil. 1. Aeneid. 140.

Parergum, parergi, (παρέργον,) Quod alicui rei præter propositum additur, vt si pictor Iunonem pingens, ornandæ ornandæ tabellæ gratia, arbusculas & aulenlas, siue naues mariaque, aut aliquid aliud huiusmodi addiderit. Plin. lib. 35. ca. 10. 34. Quidam & naues pinxisse vsque ad annum L. argumentum esse, quòd quum Athenis celeberrimo loco Minerua delubro propylæon pingeret, vbi fecit nobilem Paralum & Hemionida, quam quidam Nauicam vocãt, adiecerit paruulas naues longas in iis quę pictores parerga appellant, vt appareret à quibus initiis ad arcem ostentationis opera sua peruenissent. Budæus, Parerga sunt quasi corollaria operis locati quæ fiunt vltra id quã in stipulatione cõprehẽsum est. Ergon, est opus ipsum de quo actũ est. Parergõ, operis appẽdix de quo nihil actũ erat.
Parerga horologiorum, quæ ornatus causa fiunt in horologiis, vocat Vitruuius lib. 9. cap. 9. quum ait, Item aliæ regulæ, aliaque tympana ad eundem modum dentata, quæ vna motione coacta versando faciunt, effectus, varietatesque motionum, in quibus mouentur figilla, vertuntur metæ, calculi aut tona proficiuntur buccinæ canunt, reliquaque parerga. Budæus.

Parici, (βασκανίαι,) inquit Festus, Quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum.

Paricida, paricidæ, pen. pro. com. g. (πατροφόνος, πατρολυκτόνος,) Parentum interfector, & patriæ proditor: quia patria, parens vniuersiusque est. Lege Pompeia De paricidiis cauetur, vt is paricidii teneatur, non solùm qui patrem & matrem interfecerit, sed qui fratrem, sororem, patruelem, matruelem, filium, filiam, nepotem, nurũ, aliosque propinquos occiderit. Cic. in Catil. 11. Certe verendum mihi non erat, ne quid hoc paricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret. Idem 2. de Leg. 36. Sacrum, sacróve commendatum qui clepserit, rapsérítque, paricida esto. Idem in Parad. 29. Patrem vita priuare, si per se scelus est, Saguntini qui parentes suos liberos emori, quàm seruos viuere maluerunt, paricidæ fuerunt. Horat. 3. Carm. ode 19. 1. Telegoni iuga paricidæ.
Paricida, fratricida, sororicida. Cic. pro Domo sua, 21.
Sicarii, homicidæ, paricidæ. Cic. 2. Philipp. 51.
Insui in culeum paricidas viuos, atque ita in flumen deiici voluerunt. Cicero pro Roscio Amerino, 42.
Paricidã etiam dicitur, qui qualecunque hominem occiderit. Vnde extat lex Numæ Pompilii. Siquis liberum hominem morti sciens duit, paricida esto. Hæc ex Festo. Tranquillus in Cæsare, Et Curtius paricidas appellat Persas qui Dariũ cõfoderunt. Vnde & quæstores paricidii in Le

Universidad de Deusto
Biblioteca

secunda de Origine iuris.
Custodiri vt paricidam.Brutus Ciceroni,6.2.
Sicarium non modò,sed etiam paricidam aliquem iudicare. Cic.Cassio, lib.12.3.1.
¶Paricida,& par,paris, deducitur:vel à patre.Aliis à parente compositum videtur, pro Parenticida, per syncopam. Nonnulli geminato R scribunt,à pari deducentes,addito R altero,euphoniæ vel productionis causa:vel à patre, T in R conuerso.
Paricidium,paricidii,(πατροκτονία,)Cognati,vel ciuis,vel alicuius alius occisio,vel contra patriam machinatio, Cic.lib.3.Offic. 111. Potest enim,dii immortales, cuiquam esse vtile fœdissimum & teterrimum paricidium patriæ,quamuis is qui se eo obstrinxerit,ab oppressis ciuibus parens nominetur? Idem 3.de Nat. deor. 94. Sibi salutem vt familiari pareret paricidio. Ex quodam poeta.
Patriæ paricidium. Cic.2.Philipp.41. Etenim quum homines nefarii de patriæ paricidio confiterentur,consciorum indiciis,sua manu,voce penè literarum coacti,se vrbem inflammare, ciues trucidare,vastare Italiam,delere Rempublicam consensisse, &c.
Necari ciuem Romanum,propè paricidium est:vinciri, facinus: verberari,scelus.Cic.7.Vert.133.
Fraternum paricidium.Cic.pro Cluentio,13.In ipso fraterno paricidio nullum scelus prætermissum videtur.
Paricidio se inquinare.Cic.4.de Finib.104. Et 5.Tusc.8.
Paricidio maculare partus suos.Liu.1.ab Vrbe,54.
Obstringere se paricidio,Vide OBSTRINGO.
Nefario patriæ paricidio se obstringere.Cic.11.Philipp.311.
Paricidalis,& hoc paricidale,penul.prod.Adiectiuum,Quintil.Declama. 4.Excedit omnem calamitatem innocentiæ suæ non credere, semper timere,suspectum habere animum suum, calumniari manus, inculare visus,& paricidalem agere cogitationem.Iterum Declamat. 16. Vidi truces loquentis oculos,vultus paricidali ardore suffusos.
PARIENNA,(παρίοινα,) Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ vrbs. Vulgò Fridecla.

Paries, parietis,pen.cor.m.ge.(τοῖχος,τεῖχος,)De priuatis dicitur, vt domorum paries:estque id quod interiicitur & interiacet inter vnam & alteram domum.Plin.lib.35.cap.14.Quid,num & africa Hispaniaque ex terra parietes,quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati,vtrinque duabus tabulis infarciuntur: verius,quàm instruuntur) æuis durant,incorrupti imbribus,ventis, ignibus,omnique cæmento firmiores:Spectat etiam nunc speculas Annibalis Hispania,terrenasque turres iugis montiũ impositas.Cic.6.Verr. 103.His autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur.
Communis paries vtrique domui.Ouid.4.Metam.14.
Cràssus paries,Vide CRASSVS.
Paries cratitius, dicitur ab afferibus qui arrecti transuersiũe in modum cratis texuntur:vnde Vitruuius arrectarios parietes, transuersariosque appellat.Vide CRATES.
Fissus paries tenui rima.Ouid.4.Metam.14.
Paries intergerinus,appellatur qui à vicinis constructus veluti intergerit, id est communiter gerendo est.Vulgus medianum appellat. Plin. lib. 35.cap.14.6.de ædificiis Græcorum lateritiis loquens,Romæ, inquit, non sunt talia ædificia,quia sesquipedalis paries non plus quàm vnam contignationem tolerat:cautumque est ne communis crassior fiat, nec intergerinorum ratio patiuntur.Festus,Intergerini parietes, dicũtur qui inter confines struuntur, & quasi intergerunt.Budæus.
¶Directum parietem ad parietem communem adiungere, vel solidum vel fornicatum,omnibus iuris est.Cic.in Topic. 10.
Conscribere parietes, Vide CONSCRIBO.
Crustare pates,Vide CRVSTA.
Disturbare parietes.Cic.in Parad.35.
Ducere parietem per vestibulum alterius.Cic.pro Milone,56.
Perfodere parietes,Vide PERFODIO.
Arctis parietibus premere locum.Virgil.4.Georg.60.
Vrbis parietes stant & manent,Vide MANEO.
Græcis parietibus textum iter. Virgil.5.Aeneid.118.
¶Intra parietes meos nihil mihi tutum.Cic.Plancio,lib.4.14.9.
¶Intra parietes experiri & disceptare. Cic.pro Quint.20. Siquid in cõtrouersiam veniret,aut intra parietes,aut summo iure experiretur. Id est,Aut inter amicos disceptandam rem permitteret citra iudicium, & extra cancellos forẽses: aut apud iudicẽ cõcesso sibi legibus aut moribus iure vteretur,idest rigore iuris ad extremũ nõ decederet.Budæus.
Albo pariete aliena bona oppugnare.Plaut.Persa,3.19.
Si id fiat,næ isti faxim nutiquam appareant
Qui hîc albo pariete aliena oppugnant bona. Vbi interpres, Legitur apud Asconium Pædianum, apud Prætorem & alios magistratus, in vrbe Roma, ad primos vestibuli parietes fuisse album spatium, in quo à collegio magistratũve publicanda scripto proponebãtur. Nam vt de C.Verre legitur,quem quum accusare Siculi decreuissent repetũdarum,idque à Senatu primùm impetratum esset, postremò Prætor ad

se delatum,in albo suo ex consuetudine palàm legendum proposuit: illique subiecit decretam esse in C. Vertem pro Siculis accusationem. In albo ergo pariete aliena oppugnant bona, sic intellige, Qui instituunt,sibi proponunt lucri causa aliquem alicuius criminis accusare,& reum apud Prætorem haberi delatione sua. Hactenus interpres Plauti.
Parietina,parietinæ,pe.pro.(τὸ τεῖχίον,)Paries vetusac semicõsumptus. Plin.lib.22.cap.17.2.Austericum folio similis ocimo,nigrior tantum, nascens in tegulis parietinisque. Idem lib.25. cap. 8. Nascitur maximè circa vetera monumenta,parietinasque & inculta itinerum. Cicero Memnium,lib.13.1.7. Is igitur Patro, quum ad me Romam literas misisset,vti te sibi placarem, peteremque vt nescio quid illad Epicuri parietinarum sibi concederes:nihil scripsi ad te ob eam rem,quòd ædificationis tuæ consilium commendatione mea nolebam impedire.
Parietaria,huius parietariæ,(ἐλξίνη,) Herba à parietibus in quibus nascitur,sic dicta.vnde etiam Muralium appellata est.

Parilis, & hoc párile,pen.corr.(πάριος,) Significat æquale.Lucretius lib.2.76.
Concharumque genus parili ratione videmus
Pingere telluris gremium.
Aetate parili.Ouid.8.Metam.127.
Ratione parili.Lucret.lib.2.75.
Accipere,& parili reddere voce Vale.Ouid.1.Trist.eleg.7.6.
Parilitas,penul.corr.parilitãtis,(τὸ πάριον,) Aequalitas.Gellius lib.14. cap.3.Parilitas virtutum inter se consilium.
PARILIA,Pariliorum,(παλίλια,) Deæ Palis festa,quasi Palilia. Plin. lib.19.cap.5.5.Parilibus tamen aptissimè.Vide PALES.
Ab iis Parilibus, quibus Romam à Romulo cõditam accepimus, diem natalem illius vrbis repetebat L. Tarutius Firmanus, in primis Chaldaicis rationibus eruditus.Cic.2.de Diui.147.
Festa Parilia.Ouid.14.Metam.155,
-festisq; Parilibus,vrbis Mœnia conduntur. Tibul.lib.2.eleg.6.10.

Pario, pars,pẽperi,pen.corr. partum vel páritum, pen.corr.(τίκτω, τοκάω,ἀποτίκτω,)parere,Fœtum emittere. Proprìè ad fœminas pertinet. Plin.lib.10. cap.33.5. In Scythis auis magnitudine otidis binos parit.
Liberos ex sese parit mulier.Seruius Ciceroni.lib.4.5.8.
Fœmina quum peperit,repletur lacte.Lucret.lib.5.163.
Marem parere,Ouid.9.Metam.136.
Decies parere,Vide DECIM.
Parere,aliquando de viris legitur. Cæcilius,Hic vicinus noster peperisse se filium memorat.
Parierint, pro Peperierint dixit Cato cap.89. Gallinas teneras quæ primum parierint,concludat.Alia exemplaria habent parient.
Terra parit fruges.Lucret.lib.2.198. Cic.1.de Nat.deor.7.
Parere oua dicuntur aues, pro Ponere, & quod Varro de Re rust. facere dicit.Plin.lib.10.cap.52.1, Plurima oua parimt struticocameli. Idem lib.9. cap.51.6, Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur: eaque intra se parit oua premollia, in alium locum vteri transferens, atque ibi excludens. Ibidem,7,Ita fit, vt sola piscium & animal pariant, & oua concipiant.
Ouum parit gallina.Cic.4.Academ.105.
Vermiculos pariunt ligna putrefacta.Lucret.lib.2.180.
¶Parior,pareris,pen.corr. Passiuum.Plin.lib.10.cap.52.3,Oua exeunt à rotundissima sui parte,dum pariuntur.
¶Parere,per transllationem, pro Acquirere siue comparare: quoniam quæ parimus & acquirimus, noua sunt, quemadmodum quæ concipiuntur.& construitur sicut RIMO. Colum.lib.9.cap.1. Sequitur vt examina desyderemus:ea porrò vel ære parta, vel gratuita contingit. Virgil.11.Aeneid.5.
Ire,ait,egregias animas,quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo.
Parere,gignere,proferre,Author ad Herennium,lib.4.144.Alio tempore vtentur ea facultate, non tum quum parere ipsi & gignere, & proferre debent.
Parere & procreare,Educare atque confirmare.Cicero.2.de Orato,193. Sed hæc ars tota dicendi,siue artis imago quædam est & similitudo,habet hanc vim,non vt totum aliquid,cuius in ingeniis nostris pars nulla sit,pariat & procreet.verùm vt ea quæ sunt orta iam in nobis, & procreata,educet atque confirmet.
Parere alicui, & Depellere,contraria.Cicero Bruto,15.6. Magna pestis erat depulsa per vos, magna Populi Roma.macula deleta, vobis verò parta diuina gloria.
Aegritudinem parere alicui Plaut. Trinum.6.35. Neu tibi ægritudinem pater parerem parti sedulò.
Beneficium sibi parere.Terent.Eunuch.5.2.32, Vt solidum parerem hoc mihi beneficium.
Curas nobis peperit iniuria.Propert.lib.1.eleg.17.5.
Causam vitæ parere.Plin.lib.11.cap.37.52.Cor munitum costarum & pectoris muro,vt pariat præcipuam vitæ causam & originem.

Dignitatem

Dignitatem & salutẽ aliquibus,suis laboribus parere. Cic.4.in Catil.73.
Fastidium parere. Lucret.lib.1.44.
Dolorem parere.Cic.1.de Finib.77,Sed illas reiici,quia dolorẽ pariant.
Fastidium parere. Plin.lib.12.cap.17.10,Adeò nulla est voluptas, quæ non assiduitate sui fastidium pariat.
Fortuna peperit tibi.Lucanus lib.3.20.
Fructum parere sibi.Cice.pro Rosc.Amer.53,An is qui semper ita vixerit,vt quæstum nosset nullum,fructum autem eum solum quem labore peperisset?
Gloriam parere.Liu.3.ab Vrbe,304,Cũ Valerio atque Horatio COSS. qui præter Volscos & Aequos Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant. Cic.ad Brutum,15.6,Magna pestis erat depulsa per vos,magna Populi Rom.macula deleta:vobis verò parta diuina gloria.
Gratiam apud aliquem parere sibi. Liu.4.bel.Maced.167,Gratiam quoque ingentem apud eum ordinem pepererunt,quòd,&c.
Laurus illi peperit æternos honores.Horat.2.Carm.ode 1.4.
Lachrymas peperẽre minoribus nostris.Lucret.lib.5.241.
Laudem parere sibi. Cice.2.Offic.66,Nam L.quidem Crassus quum esset admodum adolescens,non aliunde mutatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili & gloriosa. Sic Plautus,Cistel.4.32.
Lethum sibi peperere manu. Virgil.6.Aeneid.87.
Lingua peperit hoc malum misero. Tibull lib.4.eleg.12.4.
Moram parere.Plaut.Trucul.7.9,Improbus nihilque homo,qui tibi mille passus peperit moræ.
Oua pariuntur.Plin.lib.10.cap.52.3.
Pacem parere. Cicero Planco, lib.10.5.2, Victoria pax, non pactione parienda est.
Perfugium pedibus parere.Plaut.Cistell.4.13,
Is vbi malam rem scit se meruisse,illico
Pedibus perfugium peperit.Id est,aufugit.
Salutem parere.Cæsar 1.bel.Gal.226,Ibi perpauci aut viribus confisi,tranare contenderunt:aut lintribus inuentis salutem sibi pepererunt.Idẽ 3.bel.Ciuil.291,Primisque oppressis,reliqui per horum corpora salutem sibi atque exitum pariebant.
Somnum tibi peperi mero. Tibull.lib.1.eleg.6.6.
Spinosiora multa pepererunt dialectici.Cic.in Orat.62.
Verba parere. Est nouta verba fingere.Cic.3.de Finib.4, Idque cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, imponendaque noua nouis rebus nomina.
Victoriam parere sibi.Liu.10.bel.Pun.65.
Vrbes peperit philosophia,& dissipatos homines in societatem vitæ conuocauitque inter se primò domicilliis,deinde coniugiis,tum literarum & vocum communione iunxit.Cic.5.Tuscul.7.
Ad hanc tenacitatem natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit.Cic.1.in Catil.18.
Parior,Passiuum. Silius libr. 5. 34, Nam cur hæc alia pariatur gloria dextra? Cicero 2.Offic.73, Maximè autem,& gloria paritur & gratia defensionibus.
Voluptates pecuniæ pariuntur.Cic.2.de Finib.91.
In pariundo,Vide IN præpositionem.
Pariens, Participium:(τίκτουσα,)vt Timidæ parientes. Ouid.9.Metamorph.57,
-quum matura vocabis
Præ positam timidis parientibus Ilithyian.
Pariturus,penult.produ. Aliud participium. (τεξόμενος,) Ouidius 5. Metamor.64, -illa potentem.
Lucinam nouies,nouies pariturа vocauit.
Partus, Aliud item participium,(γενησόμενος,τεχθεὶς,)In lucem editus.
Genus partum veterino femine.Lucret.lib.5.173
Alius Achilles Latio partus,Vide ACCHILLES.
Partam videtur accepisse Columella,pro ea quæ peperit,lib.7.cap.4,Singuli agni binis nutricibus summittendi, nec quicquam subtrahi summissis expedit,quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur, & parta nutrici consociata minus laboret in educatione fœtus sui.
¶Partus,(κεκτημένος,)pro Nactus & acquisitus.Teren.Eunuc.3.1.9,
Labore alieno magnam partam gloriam
Verbis sæpe in se transmouet,qui habet salem
Qui in te est. Plaut.Amphit.8.13, -dummodo
Laude parta domum recipiat se.Terent.And.5.5.5,
-nam mihi immortalitas
Parta est,si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.
Labore magno, magnisque periculis parta quædam. Cicero 1. de Oratore,116.
Partum per nos,& Delatum diuinitus,contraria.Cice.1.de Orat.100,Vt & ipsum quod erat hominis proprium,non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum videretur.
Virtute nõ parta sed peccatis & vitiis quædã.Cicero 2.de Oratore,116.
Honestè partis bonis aliquem priuare.Cic.pro Quintio,49.

Census partus per vulnera.Ouid.3.Amor.eleg.7.2.
Coniux parta tibi.Virgil.2.Aeneid.157.
Decus partum eloquio.Silius lib.3.125.
Existimatio parta.Cic.pro Sylla,58.
Fama parta.Valerius 7.Argonaut.59.
Gloria parta.Ouid.12.Metam.59.
Honor partus.Virgilius 5.Aeneid.46.
Laus parta perennis.Silius lib.15.77.
Libertas plurimo sudore & sanguine maiorum porta nobis & tradita.Cic. 2.de Lege agraria,30.
Munera parta sunt meæ Veneri.Virgil.3.eclog.14.
Opes partæ.Tibull.lib.2.eleg.4.8.
Partæ opes non casu,sed ingenio.Cic.3.Tuscul.69.
Pabula parta sine labore.Lucretius lib.5.174.
Pax parta duci.Lucanus lib.10.22.
Parta improbè præda.Cic.1.de Finibus,79.
Quies parta vobis.Virgil.5.Aeneid.99.
Regna parta per gladios.Ouid.1.de Arte,52.
Res partæ sanguine.Ouid.1.epist.19:
Triumphus partus.Virgil.1.Aeneid.116.
Victoria parta.Cic.ad Atticum,lib.10.101.2. Et ad Cornificium Collegam,lib.12.18.6. Ouid.13.Metam.70.
Vltio parta est.Senec.Medea,1.5.
Malè parta malè dilabuntur.Cic.2.Philipp.76.
Reponere parta.Claud.de bel.Get.101.
Partus,huius partus, masc gene.(τοκετὸς,τόκος,κύημα,λοχεία,)Ipse pariendi actus.Plin.Quod à prægnãtibus commanducatum, partum faciliorem facit.Cic.3.de Finib.72,Idem hoc esse dicturi, bonam mortẽ & bonum partum meliorem longum esse,quàm breuem.Proper.lib.2, eleg.3.6,Non non humani sunt partus talia dona.
Grauiditas & partus.Cic.1.de Nat.deor.178,Sol mundum omnem sua luce compleat,ab eoque luna illuminata grauiditates & partus afferat, maturitatesque gignendi.
Ancillæ partus an in fructu habendus.Cic.1.de Finib.19.
Mulæ partus propè necessarius, conceptio contra naturam. Cice.2.de Diuinatio.74.
¶Aestiuus partus,Vide AESTAS.
Maturus partus.Celsus lib.7.cap.19,Vbi concipit autem aliqua, si iã propè maturus partus intus emortuus est,neque excidere p se potest, adhibenda est curatio quæ numerari inter difficillimas potest.
Densus vuarum partus.Plin.lib.14.cap.2.7,
Numerosus partus,Vide NVMERVS.
Remorans partus. Ouidi.epist.15.9, Matris adhuc vtero partu remorante tenebar.
¶Adest mulieri partus,Hoc est pariendi tempus.Celsus lib.2.cap.1,Grauidę quidem fœminæ quibus tum adest partus,abortu periclitantur.
Adhibetur Iuno Lucina ad partus,Vide ADHIBEO.
Adolescere in partum,Vide ADOLESCO.
Maturos aperire partus.Horat.in Carm.Secul.3.
Appropinquat partus. Cice.pro Cluentio,13, Nam quum esset grauida Auria fratris vxor,& iam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interficit.
Dulci partu ditescere.Lucret.lib.4.252.
Dare partu,Id est parere.Lucret.lib.2.230,
-effœtaque Tellus
Vix animalia parua creat,quæ cuncta creauit
Secla,deditque feratum ingentia corpora partu.
Dare partu geminam prolem.Virg.1.Aeneid.56.
Edere partus perfectos,vel inchoatos.Plin.lib.10.cap.63.5.
Elidere partum. Cels.lib.2.cap.7,Mulieri grauidæ sine modo fusa aluus elidere partum potest.
Partus excluditur diebus ter nouenis.Plin.lib.10.cap.59.2.
Propè instar partus,Vide INSTO.
Leuabit te partu Lucina.Ouid.9.Metam.140.
Vno partu liberos peperit viro.Seneca Thebaid.1.28.
Partu postremo Polydorum Hecuba peperit. Cicero 3. de Oratore, 122.Ex poeta.
Reddere partum. Plin.lib.10.cap.12.3, Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur.Ideoque grauidas,si ederint coruinum ouum, per os partũ reddere:atque in totum,difficulter parere,si tecto inferantur.
Sustinere partum.Celsus lib.2.cap.10, Mulierique prægnanti post curationem quoque viribus opus est, non tantum ad se, sed etiam ad partum sustinendum.
Tuetur parens matronarum Natio dea.Cic.3.de Nat.deo.93.
¶Partus arboris etiam dicitur. Plin. lib.12.cap.14.2, Autumno legitur ex æstiuo partu.De thure.
¶Partus,Ipsa proles.Martial.lib.1.14, Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit. Plinius lib.8.cap.32.2, Editos partus exercent cursu.De ceruis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Monstrosi hominum partus. Lucan. lib. 1. 112.
Multiformes partus. Vide MVLTVS.
Nobilis partus. Seneca Herc. furente, 6. 32.
Partus semiferi. Claud. 1. in Eutropium, 1.
Supercilio partus. Silus lib. 15. 92.
Genuit Carthaginis illum
Suppositio mater partu subduxerat olim.
¶ Abigere partum, Vide ABIGO.
Gemellos enixa partus. Ouid. 6. Metam. 143.
Eniti partus. Tacit. lib. 3, Concordem sibi coniugem, & sex partus enixa. Liu. lib. 10. Decad. 4, Et apud eum plures enixa partus. Plin. lib. 7. cap. 5. 2, Quatuor partus enixa.
Ferre partum, in vtero gestare. Plin. lib. 8. cap. 32. 1, de ceruis Octonis mẽsibus ferunt partus, & interdum geminos.
Ferre partum ex aliqua, Tollere puerum ex aliqua. Seneca Hercule furẽte, 6. 32, Sin copulari pertinax tædis negat,
Vel ex coacta nobilem partum feram.
Maculare partus suos parricidio, Vide MACVLA.
Diligant suos partus ferę. Cic. 1. de Orat. 91.
Partura, parturæ, pen. prod. (γονατά,) Idem quod Genitura & fœtura. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1. 26, Demes si vis duas res de mulis, admissuram & parturam. Legitur & Parturam.
Partitudo, partitudinis, (τόκος,) Ipse pariendi actus tantiquum. Plau. Aul. 4. 30, Neque iam quo pacto celem herilis filiæ
Probrum propinqua partitudo cui appetit.
Partio, partionis, f. g. (ἀπόκτησις,) Idem, antiquè. Plaut. Trucul. 4. 87, Horresco misera, mentio quotnes fit partionis. Gellius lib. 10. cap. 2, Eumque finem esse dixit multiiugæ hominum partionis. Idem lib. 3. ca. 16, Sed nono mese aut decimo, neque præter hos alio partionem mulieris fieri existimasse. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 5, de gallinis, Hæ enim ad partiones sunt aptiores.
Partor, partoris, Verbale, (τεκετοποιός,) Qui peperit & acquisiuit. Plaut. Trucul. 3. 29,
–quos quum celamus, fit facinus conscios,
Qui neoltræ ætati tempestiuè temperant, vnde antè parta
Domus post partoribus.
Partúrio, parturis, pe. cor. parturiui, (ἀδίνω, λοχεύω,) parturire, In pariendo laborare. Plaut. Amphit. 17. 9, Nam vbi parturit, deos inuocat. Terent. Adelph. 3. 4. 47,
Iuno Lucina fer opem serua me obsecro hem,
Nunnam illa quæso parturit. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 9, de gallinis. In cubilibus quum parturient, aceas substernendum: quum pepererint, tollere substramen.
Ager alnus parturit. Virgil. 1. Georg. 66.
Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Horat. 1. de Arte, 19.
Arbos omnis una parturit. Virg. 3. eclog. 122.
¶ Parturire, per translationem dixit Cicero 2. Philipp. 122, Vtinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat, quod iandiu parturit.
Periculum conceptum Respub. parturit. Cic. pro Murena, 76.
Parturiens, parturientis, (ἀδίνουσα,) Ipsa mulier quæ parturit. Plin. lib. 20. cap. 11. 4, de malua, Vtique constat parturientes foliis substratis ceterius solas. Ouid. 3. Fast. 12, Dicite, tu voto parturientis ades.
PARION, (πάριον,) Vrbs est in Hellesponto, ait Stephanus, vocata sicà Pario Iasonis filio.
Parion, vel Parium, Ptolemæo, Plinio, Straboni, Propontidis in Hellespõto oppidum à Milesiis, Erythræis, Parisiisque conditum iuxta quod, teste Plinio lib. 7. cap. 2, gentes sunt quę Ophiogenes vocantur, serpentum ictus leuare solitæ, & manu imposita, venena extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi dicit, quorum saliuę contra ictus serpentum medeantur. In eodem oppido, teste Plinio lib. 36. cap. 5, Cupido nudus fuit par Veneri Gnidiæ nobilitate & iniuria.
Infame Parium fragosis vadis. Valer. 1. Argonaut. 126.
PARIS, Paridis, pen. corr. (πάρις,) Priami filius, quem pater, quòd patriæ fatum futurum esse præsenserat, exponi iussit, pastoresque educauerunt. Tempore procedente in aulam paternam receptus, apud Idam pulchritudinis sententiam, pro Venere contra Palladem & Iunonem tulitque quo illas perpetuò infestas sibi regnoque habuit. Venus autem ei nuptias Helenæ per raptum conciliauit, vnde Troiæ bellum exortum secundum Homerum. Ex Oenone Nympha Idæa ab eo, dum esset pastor, adamata, Idum & Daphnidem dicitur suscepisse. Interfecit in bello Troiano Achillem & Antilochum: cum Aiace verò Oileo cõgressus, mutuis simul cum eodem vulneribus cecidit.
Paris, nomen habet ἀπὸ τοῦ πείρειν, hoc est à transeundo, nimirum interitum mortem, quando expositus est. Et hoc est primum & proprium eius nomen. Alexander enim cognominatus est ab opitulatione vt ionuit Ouidius in epistola ipsius ad Helenam, Penè puer cæsis abducta armenta recepi.
Hostibus, & causam nominis inde tuli. ab ἀλέξω auxilior, & ἀνὴρ vir.
Parin tradunt iussu patris educatum in eo loco quem Amandrum dixere

mox verò & Parion de ipsius nomenclatura, tribus ferè annorum decadibus atque inibi, quum natura ingeniosus foret, Græcis imbutum disciplinis. In quibus vbi haud parum promouisse est visus, etiam Veneris laudes oratione edita prolibauit: inque ea Palladi ac Iunoni præstare contendit. Atque in fabellæ occasionem datam, inter discepantes deas captum iudicem, datumque Veneri malum, id est victoriã. Quin & Paris Idem atque in eandem hymnum cecinisse narratur, quem vocant Cestõ, Ab aliis proditum est, post Hecubæ oblatam in quiete speciem, Archelao seruo traditum Paridem in Ida exponendum: cui quum diebus decem vbera submiisset vrsa mitis, re animaduersa idem Archelaus sublatum educauit vt filium. Ex Cælio lib. 19. cap. 12. Cur autem fuerit expositus, sic tradit Seruius. Hecuba filia fuit secundum Euripidem Cissei, quem Ennius & Pacuuius & Virgilius sequuntur. Nam Homerus Dimantis facit. Hæc se facem, parere vidit, & Parin creauit, qui causa fuit incendii. Hactenus ille in illud 7. Aeneid. 64,
–nec face tantum
Cissis prægnans ignes enixa iugales. Rursus 10. Aeneid. 141,
–& face prægnans Cisseis regina Parin creat. Face prægnans, ait Seruius, quia antequam pareret, facem se peperisse vidit in somnis.
Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit, adeò vt in Troia agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem, qui quum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum: quod allatis crepidis probauit, qui habitu rustici adhuc latebat.
Culpatus Paris. Virgil. 2. Aeneid. 121.
Dardanius Paris. Virgil. 2. eclog. 13.
Parin, Accusatiuus. Ouid. 13. Metam. 4,
–accusoque Parin.
Paridem vocat per translationem Octauianum Cicero ad eum scribens, 10, At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui vastares vrbẽ incendio, Italiam bello, &c.
¶ Fuit & Paris, iustrio, libertus Domitiæ Neronis amitæ, cuius meminit Cornelius Tacitus, & Iuuenalis.
PARISII, Parisiorum, (πάρισοι,) populi inter Celtas, qui Senonensi prouinciæ attribuũtur, Senonibus, Belouacis, & Agendico, oppido proximi, ac Melodano oppido finitimi: Lutetiam habent oppidum, quum nunc Parisiensem, episcopatem vrbem inhabitant, positam in insula Elminis Sequanæ, quòd perpetua palus influeret, & in regno Francorum esset. Horum meminit Cæsar lib. 6. Comment. Ptolemæus lib. 2. cap. 8, Ad ortum vero & iuxta Sequanam Parisiis & ciuitas, Parisium, Leucodecta. Vulgo Paris.

Pariter, pen. corr. (κατὰ ταὐτά,) Aduerbium congregandi significans Simul. Plaut. Rud. 20. 37, Sequere obsecro pariter. Plin. in Paneg. 148, Nos duos Consulatus accipimus simul, simul gerimus, atque in altero consul, sed iterum & pariter sumus. Cic. de Amic. 66, Quòd si hæc apparent in bestiis, volucribus, agrestibus, natantibus, suibus, cicuribus, feris, primum vt se diligant (id enim pariter cum omni animante nascitur) deinde vt requirant atque appetant, ad quas se applicent, eiusdem generis animantes. Plaut. Aul. 7. 53,
–vbi tecum coniunctus siem
Vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego asinus in luto. Terent. Heaut. 1. 1. 80
Sumptus domi tantos ego solus faciam? sed gnatum vnicum,
Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius,
Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est.
Pariter & simul. Cic. 3. de Orat. 6, Vt ille qui hæc non vidit, & vixisse eũ Rep. pariter, & cum illa simul extinctus esse videatur.
Pariter enim cum vita sensus amittitur. Cic. 1. Tuscul. 39.
Tua laus pariter cum Repub. cecidit. Cic. 1. Offic. 65.
Crescunt pariter cum luna, pariterque decrescunt ostreæ & conchylia. Cic. 2. de Diuinat. 40.
Mecum pariter molestè ferunt Siculi. Cic. 7. Verr. 136.
Infundunt pariter sulcos. Virg. 5. Aeneid. 29.
Vtraque vis pariter metuenda. Virgil. 4. Aeneid. 8.
Pariter nobiscũ. Author ad Herenn. lib. 3. 61, Interea prima quæque & nobiscum quum voles, & interdum sine nobis legẽdo consequẽre neque impediare, quin ad hanc vtilitatem pariter nobiscum progredi possis.
Percipit voluptatem pariter cum corpore animus. Cicero 5. Tusc. 130.
Secum pariter me reportauit Respub. Cic. Post red. in Sena. 31.
¶ Pariter, (ὁμοῦ,) Eodem tempore. Virgil. 10. Aeneid. 173, de Mezentio
alloquente Rhœbum equum suum,
–aut hodie victor spolia illa cruenta,
Et caput Aeneę referet. Lausque dolorum
Vltor eris mecum: aut, peribis nulla viam vis,
Occumbes pariter. Potest & hic significare SIMVL.
¶ Pariter, (ἰσόνομος,) Ex æquo, æqualiter, Nævius, Vt pariter dispertitur bona patris. Hoc est, vt tantum habeat vnus quantum alter. Plaut. Aul. 6. 13, –quod in rem esse vtrique arbitremur.
Et mihi te, & tibi me consulere & mouere:
Neque occultum id haberi, neque per metum mussari,

Quin

Quin participem pariter ego te, & tu me vt fecias. Hic Plautus expo
suit quid esset pariter.
Pariter & æqualiter. Cic. de Amicitia, 51, Alteram vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter, æqualiterque respondeat.
Terminatur pariter extrema. Cic. in Orat. 21.
¶ Pariter, (ὁμοίως,) Similiter. Cic. pro Fonteio, 19, Pugnat pariter pro salute M. Fonteii Narbonensis colonia.
Aequè & pariter. Cic. 1. de Finib. 104, Nam & lętamur amicorum lætitia æquè atque nostra, & pariter dolemus angoribus.
Pariter ac. Liu. 8. bell. Pun. 107, Trucidant inermes iuxta atque armatos, fœminas pariter ac viros. Hoc est quemadmodũ & viros. Ibidem, Amici, pariter ac nunc subiecti, ac obnoxii vobis minus essemus. Idem 2. ab Vrbe, 144, Pariter Patribus ac plebi charus. Terent. Phorm. 5. 3. 3, Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es.
Pariter atque. Plaut. Amphit. 15. 11.
–sed ædes occluserunt euge hoc fit
Pariter atque vt alia facta sunt, Idem Menæh. 16. 52,
Idem hercle dicam, auum si vis adducere.
M. Beator pariter hoc atque alias res soles.
Pariter vt. Plautus Aulul. 3. 22,
Is ex se hunc reliquit, qui hîc nunc habitat filium
Pariter moratum vt pater, auosque huius fuit. Titinius, Næ tu istam ædepol incitã extulisti pariter vt dignum fuit.
Pariter fit. Terent. Eunucho, 1. 2. 12,
–ô Thais Thais, vtinam esset mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, vt
Aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet:
Aut ego illuc abs te facto nihili penderẽ. Id est similiter vt ait Donat.
Pariter pro meritis. Plaut. Milit. 10. 75,
Huius pro meritis vt referri pariter possit gratia, Tibique.

Paritura, Vide PARIO.

PARIVM, (πάριον,) Ciuitas Asiæ in regione Mysiæ, ex qua fuit Neoptolemus, cognomento Glossographus. Strabo lib. 10. & 11.

Parma, parmæ, (ἀσπίς) Breue scutum quo pedites vtebantur, quòd medio in omnes partes esset par, vt inquit Varro. Virgil. 9. Aeneid. 109, Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba. Hoc scutum Græci, authore Plinio vocant peltam. Martial. lib. 14. 219, Parma tibi scutum pumilionis erat. Idem lib. 2. 43, Vel quam sepulto de grege parma dedit. Liu. 3. ab Vrbe, 32, Quem cuspide parmaque innixum, attollentem se à graui casu Manlius ab iugulo, ita vt per costas ferrum emineret, terræ affixit. Idem 2. ab Vrbe, Et pro antesignanis parmas obiicient.
Caea parma. Ouid. 12. Metam. 19.
Crudæ parmæ regmina. Silius lib. 5. 105.
Obiectum parmę dat læua. Lucret. lib. 4. 171.
Obiecta proturbat pectora parma. Stat. 5. Thebaid. 33.
Remouere parmam. Claud. 7. Paneg. 3.
Mucro transiit parmam. Virgil. 10. Aeneid. 164.
Parmatus, penult. prod. Adiecti. (ἀσπιδωτός,) Parma tectus. Liu. 4. ab Vrbe, 165, Dat signum Volscis imperator, vt parmatis nouæ cohorti hostium locus detur.
Parmula, parmulæ, penult. corre. Diminutiuum. (ἀσπίδιον,) Horatius 2. Carm. ode 7. 2,
Tecum Philippos, & celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula.
Parmularius, parmulari, (μονομάχος,) Gladiator qui parmula vtebatur, itemque fautor & locator eius generis. Quintilia. lib. 1. cap. 11. 2, Aemularius sum. Vbi interpres, Parmularius dicitur parmarum, hoc est scutorum faber.
Parmularii etiam Thraces appellabantur. Festus, Thraces gladiatores à similitudine parmularum Thraciarum vocati.
PARMA, (πάρμα,) Plinio libro 3. cap. 1, oppidum Galliæ togatæ prope Rauennam.
Surripuit Parmam Antonius. Cic. 14. Philipp. 391.
Parmensis, (παρμήνιος,) Incola & habitator vrbis Parmæ. Cic. 14. Philipp. 390, Refugit animus, p. c. eaque reformidat dicere quę L. Antonius in Parmensium liberis & coniugibus effecerit.
Optimos, viros, honestissimosque homines maximè cum authoritate iuris ordinis Populique Rom. dignitate coniunctos Parmenses crudelissimè interfecit L. Antonius. Cic. 14. Phi. 390.
Parmensis Cassius. Horatius 1. epist. 4. 1, Scribere quod Cassii Parmensis opuscula vincat.
PARMENIDES. pen. cor. (παρμενίδης,) Eleates, Anaxagoræ discipulus, vt Suidas: vt Diogenes Laertius, Xenophanis. Cuius meminit Plato, qui eius nomine dialogum scripsit, vocauitque Parmenidẽ, siue de Ideis. Hic carmine Physiologiam expressit, sicut Empedocles & He-

siodus, duplicemque eam esse dixit: vnam quæ veritate constaret, alteram quæ opinione. Censuit sempiternum atque immobile esse vniuersum quod est ens secundũ veritatẽ rerum, solũ eum esse simplex & intrepidum atque ingenitum: generationem verò eorum esse quæ falsa existimatione videntur esse, quum non sint. Nam sensus semouendos à veritate putat. Affirmat enim siquid est præteriens, id esse non ens. Non ens autem, non esse in rebus, & sic ens viuentium sibi relinquitur, terram verò densioris aeris defluxu factam arbitratur.
PARMENO, pen. corr. (παρμένων,) apud Comicos nomen viri, quasi de sos à παρὰ & μένω, maneo.

Parmularius, Vide PARMA.

Parnacides, Genus vestium puellarum. Varro de liberis educandis, Vt puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quàm togas. Nonius.
PARNASVS, pen. produ. Vel, vt alii scribunt, Parnassus, (παρνασσός,) Mons in Phocide, vt scribunt Plinius, & Strabo lib. 9. & Herodotus, Melaque confirmat. Qui mons duos vertices habet: quorum vnum Thitorea, alterum Hyampeom, Herodotus in Vrania tradit. non autẽ Cytherouem & Heliconem, vt Seruius putauit: seu (vt alii volũt) Cyrrham, aut Cyrphio, seu Nysam, quòd Cytheron aut Helicon in Bœotia montes distincti sunt, ita vt Helicon procul sit à Parnaso circiter quindecim passuum millia, Cytheron verò triginta. Est autem (sicut docet Strabo) Helicon Parnaso æmulus & altitudine & circuitu. Et Musis natale in nemore Heliconę scriptores adsignant. Cyrha verò & Nysa sunt nomina ciuitatum. Cyrrha sub Cyrphin rupem Parnasi in radicibus montis in planitie mare versus locata est. Nysa verò, non in Parnaso, sed in Fœlici Arabia sita est, in qua quum Bacchus nutritus esset, in eius memoriam ipse postea aliam in India condidit. Est igitur Parnasus, mons Phocidis, sacer Baccho & Apollini. Ouid. 1. Metam. 64,
Separat Aonios Actæis Phocis ab arais
Terra ferax. Mox addit,
Mons ibi verticibus petit ardous astra duobus
Nomine Parnasus, superatque cacumine nubes. Lucan. lib. 5. 15,
–quantum se motus Eoo
Cardine Parnasus gemino petit æthera colle. In hoc monte rupes vel maiestate numinis, vel situ ipso horrorem visentibus facit, vndique ferè præceps in formam theatri. Hic est Apollinis Delphici templum: hic fons Castalius, Musis sacer. Hic habitauere Pierides, natio Thracia: vnde Pierius mons, & Pierides Musæ. Sub Parnaso habitauerunt Hiantes populi. Hic fontes Atticam versus Hippocrene & Aganippe.
Arx vmbrosa Parnasi. Ouid. 1. Metam. 94,
Dixit: & elisso percussis aere pennis
Impiger vmbrosa Parnasi constitit arce.
Sacri Parnasi cornua. Stat. 5. Thebaid. 117.
Iuga Parnasi. Virgil. eclog. 10. 5.
Summos vertex Parnasi. Catull. Argon. 59. 78.
Biceps Parnasus. Ouid. 2. Metam. 45. Pers. in Procem. 1.
Sacer Parnasus. Stat. 5. Thebaid. 117.
Parnasius, Adiectiuum. (παρνασσιός,) Virgil. 6. eclog. 6, Nec tantũ Phœbo gaudet Parnasia rupes.
Laurus Parnasia. Virgil. 1. Georg. 4.
Templa Parnasia. Ouid. 5. Metam. 56.
PARNES, Parnethis, (πάρνης,) mons est Atticæ regionis, diciturque tam masculino, quam fœminino genere: vt probat Stephanus. Stat. 12. Thebaid. 124, –Parnesque benignus Viribus.

Paro, paras, (ἑτοιμάζω, παρασκευάζω, σκευάζω, ἐτοιμάζω, ἐπιλίζω, ἐφοδιάζω, προφασίζω, προφαίνω,) parare, A pario deducitur, teste Sipontino: nam quæ paramus, quo dammodo parere & proferre videmur. Terent. in Prol. Phorm. 3, Maledictis deterrere ne scribat, parat. Plaut. Milite, 4. 59, Itaque ego paraui hîc intus magnas machinas. Ter. And. 4. 5. 2, Reuertor, postquam quæ opus fuere ad nuptias Gnatæ paraui.
Parare & ornare scutis & telis aliquos. Cic. pro Cecinna, 44, Armatos si Latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornatique sint.
Constituere & parare aliquid alicui. Cic. Curioni, lib. 1. 3. 5, Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædã expectatio.
¶ Parare, (ἐπιτάττειν,) Cõparare, acquirere. vt Parare diuitias, amicos, &c.
Aere parare aliquid. Horat. 2. Serm. saty. 3. 16.
Agros alicubi sibi parare. Cic. pro Flacco, 56.
Creare & parare. Lucret. lib. 4. 158, Omnia sub verbóne creat natura, paratque?
¶ Amicos parare. Cic. de Amic. 50, Quid autem stultius, quàm vt plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cætera parare quæ parantur, pecuniam, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa: amicos non parare, optimam & pulchertimam vitæ (vt ita dicam) supellectilem? Terent. Eunuch. 1. 2. 69, Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Amor paratur sæpe ludendo. Ouid. 3. de Arte, 74.
Ancillas parare. Horat. 2. Serm. saty. 3. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animos parare.Liu.9.belli Maced.140, Parate animos,dextrasque : nequis in eo quod me viderit facientem,cesset.
Vina parant animis.Ouid.1.de Arte,48.
Arma parare aduersus aliquem.Ouid.4.Fast.140.
Aurum alicui.Horat.2.Serm.saty.3.43.
Bellum parare,instruere.Cæsar 5.bell. Gal.210, Altera ex parte Senones,Carnutesque conscientia facinoris instigari:altera,Neruios,Aduaticosque bellum Romanis parare.
Bella parantur mihi.Ouid.2.de Remed.amoris,1.
Blanditias alicui.Ouid.1.Amor.eleg.19.4.
Campum ad certamen.Virgil.12.Aeneid.24.
Casas,pelles,ignem parare.Lucret.lib.5.302.
Classis hæc mihi paratur.Stat.1.Achill.7.
Conam Cic.ad Att.lib.4.77.1,Multa me in epistola tua delectarunt: sed nihil magis quàm patina Tyrotarichi cœnam parari Dificulo . Quædam exemplaria legunt , Tyrotarichinam de Rauduſculo quod ſcribin,&c. Sic Parare prandium,Plaut.Amphit.16.17.
Connubia natis.Stat.2.Achill.27.
Conuinia.Virgil.1.Aeneid.129.
Instruere & parare conuiuium.Cic.6.Verr.54.
Cursus.Virgil.4 Aeneid.60.
Dapes.Virgil.6.eclog.16.
Dominum sibi parare.Lucan.lib.6.52.
Excusationem.Cic.ad Atticum , lib.12.245.3, Itaque idipsum dubito an excusationem aliquam ad illum parem.
Exempla alicui.Iouen.Saty.9.14.
Exequias.Ouid.2.Fast.164.
Exitium alteri.Cic.2.Tuscul.67,
-qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet sibi paratam pestem,vt participet parè.Ex poeta.
Facinus triste.Ouid.6.Metam.125.
Formam.Ouid.3.de Arte,47.
Fortunas magnas,& copiam,hoc est diuitias. Liu.4.bell.Pun.100,Facile esse momento quo quis velit,cedere possessione magnæ fortunæ:facere & parare eam,difficile,atque arduum esse.Plaut.Epid.7.4,
-per illam tibi copiam,
Copiam parare aliam licet.
Fugam parare . Terentius Phorm.1.4.14. Quam hic fugam aut furtum parat? Cic.ad Atticum , lib.7.144.1,Itaque fuga quæ parabatur , repressa est.Sic Cæsar 7.belli Gall.238.
Fugam & socios.Virgil.1.Aeneid.73.
His commota fugam Dido,sociosque parabat.
Gratiam alicuius.Tac.lib.12,Quo gratiam Agrippinæ pararet.
Homines parare.Emere.Catul.de Varo,epigr.10.17.
Horror aliquos.Cic. Attico, lib.12.241.16.
Hospitium.Propert.lib.3.eleg.13.4.
Imber maximus paratur agricolis.Virg.1.Georg.86.
Insidias.Ouid.2.Fast.43.
Interitum alicui.Cic.1.de Diuinat.101.
Inuidiam alicui ex sua re familiari.Cic.in Salustium,5.
Iras Sene.Hippol.10.14.
Iter in Macedoniam.Cæsar 3.bel.Ciuil.131.
Lethum alicui.Lucret.lib.6.247.
Locus paratur epulis.Lucan.lib.7.161.
Locum ac sedem alicui.Cæsar 1.bel.Gall.125.
Militum manum parare,interficiendorum Consulum ciuitatis causa.Cic. in Catil.10.
Seò medicina paratur,quum,&c.Ouid.1.de Remed.amor.19.
Membra parauit pugnæ.Ouid.9.Metam.7.
Magnos motus fati parant.Lucan.lib.2.14.
Necessitudines. Cæsar 8.bell.Gall.190, Sed admonebantur quò maiores pararent necessitudines, quibus cogi posset Senatus id probare , quod ipsi constituissent.
Necem alicui.Ouid.1.de Arte,15.
Orationem sibi parare,Vide O R O.
Orationes aduersus,vel in aliquem.Plaut.Pseud.7.39,
-iter ad te Pseudole,
Orationem tibi para aduersum senem.Plin.in Præfat.13,Nec Planeus illepide , qui quum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare , quæ ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset,Cum mortuis non nisi laruas luctari.
Prælia dira.Lucan.lib.3.63.
Profectionem . Cæsar 1.bell.Ciuil.109, Aduentu nauium profectionem parare incipit.
Reditum parat sibi & sociis.Horat.1.epist.2.5.
Magno parantur regna æterna.Lucan.lib.1.7.
Sacra parantur.Virg.2.Aeneid.27.
Sapientiam.Cic.1.de Finib.5.
Se ad aliquid parare . Applicare & accommodare quod dicitur . Terentius Eunucho,3.2.18,
-hisce ego non paro me vt rideant?
Sed his vltro arrideo,& eorum ingenia admiror simul . Ibidem,2.2.9,
Itane parasti te,vt spes nulla reliqua in te sit tibi? Cic. ad Lentulum, lib.1.7.30,Huc te pares,hęc cogites,ad hæc te exercea.
Erigere & parare se ad.Cic.in Orat.67,Quid enim iá sequitur, quod quidem artis sit,nisi ordiri orationem,in quo aut concilietur auditor , aut erigatur,aut parer se ad dicendum?
In omne nefas ego me parauí.Ouid.6.Metam.
Solatia sibi.Ouid.2.de Remed.amor.11.
Subsidium.Cic.ad Atticum,lib.1.6.5,-Nam ego omnes meas vindemiolas eò reseruo,vt illud subsidium senectuti parem.
Tela Ouid.3.Metamorph.10.
Dulcia verba alicui.Ouid.2.Amor.eleg.19.4.
Vim.Liuius 1.ab Vrbe,126,Comprehensisque seruis,qui charitate domini vim parabant. Idem,Alios vim parantes occidit. Id est qui vi tueri se nitebantur. Ouid.2.Metam.116,Vim parat & sequitur.
Para vt.Terentius Phorm.5.8.64,Animo virili,præsentique vt sis,para .
Parant defendere telis.Virg.1.Aeneid.90.
Ire parat ad vrbem.Virg.1.Aeneid.137.
Ire parant in nemus.Virg.4.Aeneid.14.
Paratum est ita.Plaut.Pœn.14.88,
Profectò ad incitas lenonem rediget,si has abduxerit:
Quin prius disperibit faxo,quàm vnum calicem fuerit?
Ita paratum est.
Auidus parandi diuitias.Ouid.1.Trist.eleg.2.15.
Parans , Participium : (ἑτοιμάζων,)vt Animi parantes infanda . Statius 5.Sylu.2.18.
Parandus,Aliud participium:(ἑτοιμαστέος,)vt
Dona paranda.Ouid.ad Liuiam,26.
Scelus parandum est magno animo.Sene.Medea,12.10.
Parátus,penult.prod.(ἡτοιμασμένος,)Similiter participium.Terent.4.4.15, Quid est paratum argentum. Idem And.5.2.6, Omnia parata iam sunt intus.
Vir in quouis loco paratus.Terent.And.4.3.4.
Summum bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum,
Amicum,amatorem,virum in quouis loco
Paratum.Vbi Donatus,Paratum dixit ad omnes affectus , quicunque de proximo esse possunt.
Paratus & promptus.(ἕτοιμος,πρόχειρος,)Cice.1.Verr.22, Omne tempus,quod mihi ab amicorti negotiis datur,in his studiis , laboribusque consumam,quo paratior ad vsum forensem prôptiorque esse possim.
Paratus ab,Vide A vel A à præpositiones.
Ab omni re paratum esse. Plancus Senatui,lib.10.8.13,Nunc quò deûm benignitate ab omni re sumus paratiores , non solùm bene sperare de nobis homines,sed explorate iudicare volumus.
Ab exercitu paratus. Cælius Ciceroni,lib.8.10.2,Ego quidem præcipuo metum,quod ad te attinebat,habui,qui scirem quàm paratus ab exercitu esses,nequod hic tumultus dignitati tuæ periculum afferret.
Paratus & meditatus.Cic.4.Verr.12,Nolebat in agendo discere:tametsi non prouinciæ rudis erat & tyro : sed in Siciliam paratus ad prædam, meditatusque venire cupiebat.Idem pro Quintio,21,Sæpe, vt fit,quò ipse te confirmasses,quum statuisses de pecunia mentionem facere,quò paratus meditatusque venisses,homo timidus, virginali verecundia,iubitò ipse te retinebas.
Paratus ad audiendum.Cic.2.de Finib.1.
Paratus ad dolores.Cic.1.de Finib.76.
Paratissimus ad dicendum.Cic.1.Verr.23.
Præsidiis naturæ vel doctrinæ ad dicendum paratus.Cic.1.de Orat.21.
Paratus ad omnem euentum.Cic.ad Torannum,lib.6.21.5.
Ad omne facinus paratissimus homo.Cic.pro Milone,18.
Paratus & instructus ad iudicium venit.Cic.2.Verr.5.
Ad mentiendum paratus.Cic.de Amic.81.
Paratus ad omnia.Brutus ad Ciceronem,lib.11.13.11.Exercitus nostros singulari concordia coniunctos,ad omnia pro vobis videatis paratos.
Ad permouendos animos instructus & paratus.Cic.in Orat.10.
Paratus ad periculum animus.Cic.1.Offic.91.
Consuetudine beneficentiæ paratiores erunt & táquam exercitatores ad bene de multis promerêdum,quo pluribus profuerint. Ci.2.Offic.75.
Paratissimus ad hæc propulsanda.Cic.ad Atticum,lib.5.94.2.
Ad vim promptus,ad seditionem paratus,expeditus ad eædem.Cic.2.de Lege agrar.81.
Ad vim paratus.Ouid.11.Metam.59,
Acer erat,bellóque ferox,ad vimque paratus.
Contra fortunam paratus.Cic.Lucceio,lib.5.13.2.
Animis opibusque parati.Virgil.2.Aeneid.160.
Paratus peditatus.Cic.ad Atticum,lib.6.185.4,Nam ego hunc ita paratum video peditatu,equitatu,classibus,&c.
Paratior certamini.Quintil.lib.8.cap.3,Pulcher aspectu sit athleta, cuius lacertos

ius lacertos exercitatio expressit,idem certamini paratior.
Paratissimus tuendę ciuitatis.Ci.2.de Legib.103,Fuit enim hic vir,vt scitis,non solùm eruditissimus , sed etiam ciuis è Repub. maximè, tuendæque ciuitatis paratissimus. Quædam exéplaria legant peritissimus.
Paratus omnia perpeti.Cæsar 3.bel.Ciuil.51.
Animo paratus tueri prouinciam.Plancus Senatui,lib.10.8.14.
Certare parati.Virgil.5.Aeneid.22.
¶ Acies paratæ ferro.Ouid.3.Fast.44.
Acies parata necci.Virgil.1.Aeneid.67.
Agmen paratum secum habet.Virg.5.Aeneid.110.
Animus paratus bello & paci.Liuius 1.ab Vrbe.
Paratissimo animo sustinere.Cęsar 8.bel.Gall.149.
Propositum ac paratum auxilium iis fac tum esse videatur . Q .Cice.de Petit.Consul 15.
Celeritas in respondendo prompta & parata.Cic.de Claris Orat.79.
Consensu omnium parato,tota denique Italia ad contentionem expedita,&c.Cic.pro Sestio,29.
Epulæ paratæ regifico luxu.Virgil.6.Aeneid.121.
Fortitudo est satis instructa,armata,parata per sese.Cic.4.Tuscul.80.
Hospitium nobis paratum.Lucan.lib.9.218.
Parati & expediti multa commentatione ac meditatione loci. Cicero 2. de Orato.65.
Mors parata.Lucan.lib.8.7.
Mortis paratæ instrumenta.Ouid.10.Metam.77.
Imparatum in paratos incidere.Cic.pro Milone,41.
Prouincia omnium instratum consensu paratissima. Plancus Senatui , libro 10.8.13.
Thalami parati.Virgil.7.Aeneid.20.
Vrbs parata.Virgil.4.Aeneid.15.
Paratior.Lucan.lib.6.19,
-cæloque paratior vnda.Ouid.5.Metam.121,Et quia nuda fui,sum visa paratior illi.
Parátum,pen.prod.Substantiuum.(ἡτοιμασμένον,)Terent.Eunuc.3.4.4, Præterit tempus: quo in loco dictum est,parati nihil est.
Parátus huius parátus,pen.prod.(παρασκευὴ,)Ipse paranti actus.Quintil.lib.10.cap.1,Copiosus verborum sit paratus.Id est, apparatus.Tacit.lib.5,Gazam,& paratus regios adiicit. Idem lib.11,Paratus principis apud adulterum visebantur.
Graues paratus rerum.Stat.2.Thebaid.21.
Principalis paratus.Tacit.li.18,Nullo principali paratu , sed vetere egestate conspicuus.
Funebris paratus. Tacit.libro 13, Prouiso antè funebri paratu , qui modicus erat.
Opus impar vestris paratibus.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.1.
Celebrare aliquid ingenti,& insolito paratu.Tacit.lib.18.
Largis paratibus vti.Ouid.epist.15.39.
¶ Indura Tyrios paratos.Oui.3.Fast.126.Id est indura Tyrio vestitu.
Parate, penult.prod.Aduerbium.(κατεσκευασμένως,)Prompte & expedite.Plautus Epid.2.38, -eam
Ducet simul Apoecides ad tuom patrem,vt parate
Eam præmeditatam meis dolis astutiisque Onustam mittam.
Parate venire ad dicendum.Cice.de Claris Orat.130,Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter quàm parate. Idem pro Rosc. Amer. 43,Tamen diligentius,paratiusque venisses.
Paratius dimicare.Cic.1.Offic.117, Dimicareque paratius de honore & gloria,quàm de cæteris commodis.
Paratissimè respondit.Id est promptissimè.Plin.epist.9.lib.3.
Pariro,paritas,pen.corr.(ἐτοιμάζειν,)parituro , Frequentatiuum . Plaut. Merc.12.64,
Quid tu ais,qui quum illuc,quò nunc ire paritas,veneris,
Si ibi,&c.
Parábilis,& hoc parábile,pen.corr.(δυνατὸς,)Quod in promptu est, & cito haberi potest.Cic.5.Tuscul.133,Diuitias enim naturæ parabiles esse. Idem 1.de Finib.71,Propterea quòd ipsa natura diuitias quibus contenta sit,& parabiles,& terminatas habet.
Venus parabilis & facilis.Horat.1.Serm.saty.2.24.
Victus parabilis Curtius li.6,Tenaces quippe disciplinæ suæ, solitosque parco ac parabili victu ad implenda naturæ desyderia defungi, in peregrina & enictarum gentium mala impulerat.
Paro,parónis,(πάρων,)Nauiculi genus,inquit Festus , ad cuius similitudinem Myoparo dicitur, pyraticum nauigium . Brigantinus hodie aut Gallio vocatur,teste Budæo.
Parochus,parochi,pen.corr.(πάροχος,)Parochi , qui peregrinis ratius 1.Serm.saty.5.10, salem & ligna præbebat,inquit Acron. De quibus Horatius 1.Serm.saty.5.10,
-& parochi quæ debent ligna salemque . Quos Porphyrio copiarios à Latinis vocatos esse tradit,qui salem & ligna iis præstabant,qui & ei-pub. causa peregrè ibant.Sub nomine autem harum specierum omnia hospitibus necessaria intelligimus , vt Idem Acron alibi sentire videtur,lib.1.Serm.saty.8.8,vbi Horatius parochum pro conuiuato posuit, -vertere pallor
Tum parochi faciem nil sic metuentis,vt acres
Potores. Cicero in priore significatione vsus est ad Atticum,lib.13. 261.5,Ariarathes Ariobarzani filius Romà venit : vult opinor regnũ aliquod emere à Cæsare.nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo non habet:omnino eum Seitius noster parochus publicis occupauit:quod quidem facilè patior,veruntamen quod mihi summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est,inuito eum per hęteras vt apud me dinersetur . Sunt qui parochias inde appellatas censeant.quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt,ab exhibitione scilicet sanctifici crustuli,sacrosanctique panificii.Ego verò nõ parochias primùm,sed parœcias appellatas esse censeo.Budæus.

Paroculi,paroculórum,à paribus oculis dicuntur . Suetonius in libro de Claris rhetoribus,de Sext.Clodio , Malè oculatus & dicax paroculorum.

De Parodontidibus, Vide Celsum,lib.6.cap.13.

Paroecus,parœci,m.g.(πάροικος,)Parœci,sunt accolæ:quare qui fanum aliquod accolunt,parœci dicti sunt, eiusdem scilicet sani consortes . Et parœcia accolarum conuentus & accolatus,sacraque vicinia.nam πάροικοι etiam οἱ πρόσοικοι dicuntur,id est vicini: legique ipse hoc verbum apud Græcos in ea significatione , nisi falsus sum opinione . Quòd si Latinè loqui magis placet , Latinè scientibus curiæ dici possunt : vnde curiones olim dicti : & πάροικοι , ipsi curiales. Budæus.

Paroemia,parœmiæ,(παροιμία,)definitore Donato,est accõmodatum rebus temporibusque prouerbium . Diomedes autem diffinit hunc in modum,Parœmia est prouerbii vulgaris vsurpatio,rebus temporibusque accommodata.

Paromoeon,(παρόμοιον,)Figura , quoties est verborum in oratione aliqua similitudo.Terent.And.1.5.7,
-id mutauit,quoniam me immutatum videt.Vbi Donatus, παρόμοιον, nam quoties verba sunt,παρόμοιον dicitur:quoties nomina, παρωνυμία. Ibidem,4.5.38.
-iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam:teque ibidem peruoluam in luto. Vbi Donatus, De proximo παρόμοιον repetit.Et quando nomina sunt,paronomasia:quãdo verba,Paromœon dicitur. Idem in sua editione secunda , Paromœon est quando ab eisdem literis diuersa nomina sumuntur: vt O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti .

Paromologia, penul.corr.(παρομολογία,)schema est , quod fit quum aliquot res aduersario concedimus:deinde aliquid inferimus quod aut maius sit quàm superiora,aut etiam omnia quæ posuimus,infirmet.vt Sume hoc ab iudicibus nostra voluntate:neminem illi propiorem cognatum,quàm te,fuisse concedimus.officia tua nonnulla in illum extitisse,stipendia vos vnà fecisse aliquandiu nemo negat . Sed quid contra testamentum dicis , in quo scriptus hic est?Ex Hyperide est exemplum hoc.Rutilius Lupus.

Paronomasia, pen.cor.(παρονομασία,)schema est, veluti quæ dam denominatio:vel quoties aliud nomen essi citur ex alio . Terent.And.1.3.13,Nam incœptio est amentium , non amantium.Vbi Donatus , Amabant veteres de proximo similia dicere:vt Cicero 6.Verr.23,Minus clarum putauit fore quod de armario, quàm quod de sacrario esset ablatum.Et quidem si in verbis sunt, paromœon dicitur:in nominibus,paronomasia.

Paronychia, paronychiæ, pen.corr.f.g.(παρονυχία,)Abscessus circa radices vnguium.Plin.lib.25.cap.3.1, Gingiarum inflammationibus,paronychiis,sordidisque vlceribus excrescẽtibus. Idem lib.22.cap.25.18,Illinitur & paronychiis. Plinius tamen genere neutro profert, vt libro 24. capite vltimo , 11, Altero quod est aizoo simile, ad paronychia & prerigia vnguium,& quum caro vnguibus increuit,vtuntur cum axungia . Idem lib.28.cap.8.1,Rauentis eboris cum melle Attico (vt aiunt) nubeculæ in facie scobe paronychia tolluntur.Et libro 23.cap.vltimo,4,Purgant & lentigines,pterygia,& paronychia,& epinychidas,condylomata , &c.Paronychia dicta à παρά,adiũnẽ,vnguis:quasi ad vnguem.

Paropsis,paropsidis,pen.cor.f.g.(πάροψις,) Patinæ genus aliquãtum concauæ,in qua opsonia ponuntur.Iouenalis Satyr. 3.15, -quàm multa magnaque paropside cœnat. Plau.Pseu.13.47, Terrestres pecudes cecimandro condio,
Aut paropside,ac atharathrio.Græcum est,πάροψις,παροψίδος.Suet. in Galba,cap.12,Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti,paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse.Martial.lib.11.28,
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Alecem,sed quam protinus,illa voret. Paropsis,inquit Bayfius,antiquis non solùm pro vili opsonio & iure & etiam maza , sed etiam pro vasculo escatio sumebatur.Videto libellum de Vasculis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PAROS, (Πάρος) Insula est vna ex Cycladibus, quæ à Delo triginta quinque millibus distat, ex qua Parius lapis, marmoreus candidissimus, è quo multa signa fiunt. Hanc primò Plateam, postea Minoidam vocitarunt. In ea est oppidum etiam Paros vocitatum. Virgil. 3. Aeneid. 26,
-niueamque Paron. A candore marmoris.

Marmorea Paros. Ouid. 7. Metam. 93.

Cicer, electinum (πάριον), vt Parius lapis, qui & Lydius, quo aurum probatur. Et Parium marmor, candidum, quod omnium optimum erat. Virgil. 1. Aeneid. 120,
-Pariusve lapis circundatur auro. Vbi Seruius, Parius lapis candidissimus est: Lydius nomine, qui apud Parum nascitur. Idem 3. Georg. 6,
Stabunt & Parii lapides spirantia signa. Vbi Seruius, In templo Cæsaris maiorum statuas eius dicit se esse positurum, quas commendat & à pretioso marmore, & ab arte.

Maiorum pictum. Horat. 1. Carm. ode 19. 2. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.

Iuga Paria. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 11, Cæduntur Pariis qualia saxa iugis.

Parotis, pen. prod. parotidis, pen. corr. (παρωτίς), Apostema est circa aures. Plin. lib. 20. cap. 1. 2, Parotidas, & panos sanat. Idem lib. 20. 9. 14, Parotidas cum melle illitus reprimit. Græci παρὰ, ad, & ὦτα, aures dicunt.

Paroxysmus, (παροξυσμὸς,) Stimulatio, concitatio, παροξύνειν enim incitare, vrgere, stimulare est. Accessus febris dicitur.

Parra, parræ, Genus auis inauspicatæ. Horat. 3. Carm. ode 27. 1, Impios parræ recinentis omen. Plin. lib. 18. cap. 29, Auem parrã oriente Sirio ipso die non apparere, donec occidat.

PARRHASIA, (Παρρασία), regio in Peloponneso, dicta Arcadia, Lycaonis parrasia. Vnde Parrhasius. Virgilius 8. Aene. 69, Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. Horat. 4. Car. ode 8. 2,
-dante me fœlicet artium.
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas.

In ea mons est Lycæus, in quo bicornis Pauni templum fuerat, à quo Lycæa ludera illi sacrata, nobis Lupercalia dicta. vnde Ouidius libr. 2. Fastorum, 94,
Quis vetat Arcadico dictos à monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Parrhasius, Adiect. (Παρρασίος), vt Antra Parrhasia. Stat. 11. Theb. 36.

Colon Parrhasii. Claud. de bel. Getico, 39.

Dea Parrhasia. Ouid. 1. Fast. 124.

Niues Parrhasiæ. Ouid. 2. Fast. 56.

Parrhasis, pen. corr. huius Parrhasidis, (Παρρασίς,) Patronymicum fœminum, dicitur Calysto. Ouid. 2. Metam. 92, Parrhasis erubuit.

Stellæ Parrhasides. Ouid. 4. Fast. 116.

Vrsa Parrhasis. Ouid. epist. 17. 31.

PARRHASIVS, (Παρράσιος,) Ephesius pictor, venit in certamen cũ Zeuxide. Et quum ille detulisset vuas pictas tanto successu, vt in scenã aues aduolarent: ipse detulit linteum pictum traditur, in veritate repræsentata, vt Zeuxis alium iudicio tunnens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, atque intellecto errore concederet palma ingenuo pictore, quoniam ipse aues fefellisset, Parrhasius autem se artificem. Hæc Plinius libro 35. cap. 10.

Parricidium, Vide PARICIDIVM.

Pars, partis, fœm. gen. (μέρος, πᾶς, ἅπαν, ἀπὸ τοῦ πάρος,) Portio. Partes autẽ dicuntur in quas diuiditur totum. Quidam partem à pari dicta existimant: quòd partes simul iunctæ, pares, hoc est æquales sint toti. Alii à pario, siue pariu: quòd pars à meo deducta, & quasi parta sit. Alii à parum: quòd pars, parum quiddam sit respectu totius. Terent. in Prologo Adelph. 15,
Senes qui primi venient, hi partem aperient
In agendo, partem ostendent. Plaut. Rud. 14. 33, Equidem neque ego partem posco mihi istinc de istoc vidulo. Terent. Heau. 4. 5. 50, Omnes te in laura, & bene aucta parte putant. Plaut. Milit. 10. 116, Dant inde partem mihi maiorem, quàm sibi. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 2, Vnam enim partem & consuetudinem earum epistolarum quibus secundis rebus vti solebamus, tempus eripuerat.

Constantiæ, moderationis, temperantiæ partes à natura datæ sunt. Cice. 1. Offic. 138.

Omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit. Cice. in Pisonem. 12. De Pompeio.

Mundi partes. Lucret. lib. 5. 30.

Pars philosophiæ. Cic. 1. Acad. 67, Carneades autem nullius philosophiæ partis ignarus. Hoc est omnem philosophiæ cognitionem habens.

Sensus partem si vllam habes, hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. Cice. 2. Philipp. 90.

Pars spectatorum, pars hominum: pro quodam incerto numero. Plaut. Truc. 4. 11,
-sit pol hoc, & pars spectatorum sitis
Hæc vos, me haud mentiri. Idem Trinum. 3. 9,
Nimioque hic pluris pauorum gratiam faciunt pars hominum,
Quàm id quod prosit pluribus.

Terrarum pars. Plin. lib. 13. cap. 4. 1, Nulla est in Italia palma sponte genita, nec in alia parte terrarum nisi in calida. Idem lib. 16. cap. 12. 2, Resina damnatur ex his partibus. Lucret. lib. 2. 214.

A Meridianis partibus. Plin. lib. 7. cap. 50, ad finem, Quæ in re obseruatũ, à Meridianis partibus ad occasum Solis pestilentiam semper ire.

Vitæ partes. Cice. pro Font. 25, In omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis, videtis positum in vestra fide ac potestate.

Partes de cœna. Sueton. in Domitiano cap. 11, Partibus etiam de cœna dignatus est.

¶ Pars æqua amoris. Terent. Eunucho, 1. 2. 12,
-ô Thais, Thais, vtinam esset mihi
Pars æqua amoris tecum.

Auersa pars, Vide AVERTO.

Centesima pars, Vide CENTVM.

Coæqua pars, Vide COAEQVVS.

Confirmans pars. Quintil. lib. 5. cap. 10. 6.

Exigua pars montis. Virg. 10. Aeneid. 16.

Exigua pars temporis. Lucret. lib. 3. 82.

Exiguissima pars restat de turba fratrum. Ouid. epist. 14. 22.

Immensa pars. Seneca Hippol. 10. 12,

Inculæ partes mundi, Vide INCOLO.

Inferior pars. Lucret. lib. 5. 58.

Intima parte vrbis, Vide INTRA præpositionem.

Lætia pars. Ouid. 8. Metam. 45.

Magna pars Arabiæ, Vide MAGNVS.

Melior pars diei, Vide Melior in BONVS.

Perexigua pars, Vide PEREXIGVVS.

Quarta pars diei præterita, Horat. 1. Serm. saty. 9. 8.

Sinistra in parte mororum. Virgil. 9. Aeneid. 94.

Vltima pars vitæ. Virgil. 4. eclog. 11.

¶ Addere partes illæsas vitiatis, Vide ADDO.

Adimere partem, & Dare partem, contraria. Cic. 7. Ver. 68, Quibus illi vt bis suæ partem ademerunt, iis tu nostri imperii partem dedisti.

Rerum pars altera adempta est. Virgil. 9. Aeneid. 27.

Amplectitur plures partes genus. Cic. 1. de Inuent. 47.

Conducere partes in vnum. Lucret. lib. 1. 81.

Constituere partes. Quintil. lib. 3. cap. 9. 5.

Constituere partes causæ singulas in suis digitis, Vide CONSTITVO.

Contexere partes. Quintil. in Procem. lib. 4. 6.

Deserere partem. Quintil. in Procem. lib. 1. 14.

Dilata pars laborum. Ouid. 3. Metam. 35.

Ad minutas partes dispergi. Lucret. lib. 4. 181.

Distribuere partibus aliqua. Cic. 1. de Orat. 54, Hæc ab hominibus callidis & peritis animaduersa ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt.

Facere partes. Cic. 2. de Oratore, 100, Quis Antonio permisit, inquit, vt & partes faceret, & vtram vellet, prior ipse sumeret? Hoc est, in partes diuideret. Vide FACIO.

In ambas partes se findit via. Virgil. 6. Aeneid. 108.

Diuersis partibus immissi ignes. Virgil. 12. Aeneid. 105.

Ingredi partem. Quintil. lib. 4. cap. 3. 1, Sed prius quàm ingrediar hanc partem, &c. De confirmatione.

Occupare partem. Quintil. in Procem. lib. 1. 14, Qui desertam (vt dixi) partem oratoriæ artis, meliorem præsertim, occupauerunt.

Idoneam aliquam partem relinquere. Author ad Herenn. lib. 1. 67, Hoc quoque vitandum est in expositione, nequando, quum omnia collegisse videamur, aliquam idoneam partem reliquerimus.

Nullam partem noctis requiescere. Cic. pro Rosc. Amer. 59.

Reuulsa pars à monte. Ouid. 13. Metam. 187.

Sumere partem Falerni. Horat. 1. Carm. ode 27. 2.

Tenuit partes illas, pro Per illam regionem iter habuit. Cic. ad Atticum lib. 3. 42. 1, Intelligebam ex eo loco si iter haberem, posse me Brundusium referre. sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter Antronium.

Vocari in partem curarum. Tacit. lib. 1, Solam diui Augusti mentem tantæ molis capacem, se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse, quàm arduum, &c. De Tyberio.

Omni à parte timetur. Ouid. 10. Metam. 75.

Ab aliqua parte argumentationes aduersariorum labefactare. Author ad Herenn. lib. 2. 65.

¶ Ab Orientis partibus virtutis tuæ lumen, vt eluceat opto. Cice. Cælio, lib. 12. 5. 8.

Vetant hoc alicubi ventis vt in Africa, & in Narbonensis prouinciæ partibus. Plin. lib. 14. cap. 1. 5.

De parte sinistra, Vide DE præpositionem.

Fulminat de parte Boreæ. Virgil. 1. Georg. 74.

¶ Pars, triplicatum. Martial. lib. 8. 41,

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est:
Pars vulsa est: vnum quis putet esse caput?

¶ Pars magna, quod & Bona pars dicitur: hoc est Multi. Plaut. Mostel. 5. 22, Magna pars morum hanc sibi induxerunt, donec, &c.

Magna pars vestrum. Terent. in Prol. Heaut. 8,
-ni partem maximam
Existimarem scire vestrum, id dicerem.

Morbi magnam deponere partem. Horat. 1. epist. 1. 7.

Magnam partem habere in re aliqua. Virgil. 6. Aeneid. 75,
-tu quoque magnam
Partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes,

Magna pars fui. Virg. 2. Aeneid. 1,
-quæque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui.

Pars maior. Ci. 1. Off. 166, Alii multitudinis iudicio feruntur, quæque maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant.

Maiorem partem qui conterere somno. Lucret. lib. 3. 213.

Diei maiorem partem alicubi sedere. Cic. 6. Verr. 48.

Vigilare maiorem partem noctis. Cic. 1. de Diuinat. 104.

Maiorem partem populi suffragiis priuauit. Cic. 2. de L. agr. 36.

Maxima pars hominum. Horat. 2. Serm. saty. 3. 25.

Multa pars mei. Horat. 3. Carm. ode 30. 2,
Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit Libitinam.

Pars multa, pro Plerique. Horat. 2. Serm. saty. 7. 2,
Pars hominum vitiis gaudet constanter, & vrget
Propositum: pars multa natat modò recta capessens.

Bona pars, Magna. Horat. de Arte, 60. Vide BONVS.

Bona pars hominum. Horat. 1. Serm. saty. 1. 13.

Bonam partem sermonis in aliquam diem differre. Cic. 2. de Oratore, 9.

Optima pars lucis mensæ est data, Maxima pars. Ouid. 7. Metam. 135.

Celeberrimę & maximę partes vrbis, pro Maxima parte habitantiũ. Cic. pro Dom. sua, 113, Vrbis enim celeberrimæ & maximæ partes aduersum illud non monimentum, sed vulnus patriæ contuentur.

Celeberrima pars Romæ. Stat. 1. Sylo. 2. 47.

¶ Magna ex parte, pro Plerunque. Plin. lib. 8. ca. 54, de similis, Itaque magna ex parte complectendo necant.

¶ Ex magna parte. Quintil. lib. 10. cap. 1, Ex magna parte Ciceronem, quantus est fecit.

Assentiri alicui magna ex parte. Cic. Attico, lib. 7. 123. 4.

Omnino aut magna ex parte liberati. Cic. 1. Tuscul. 1.

Multo maxima ex parte liberæ religione domus. Cicero de Aruspic. responsi. 8.

Maxima parte, Vide MAGNVS.

Parte, ablatiuus: pro Partim. Plaut. Rud. 5. 6,
-sed id si parte curaui, vt cauerem:
Tum hoc mihi indecorè, iniquè, immodestè datis dii.

Parte, geminatum. Plin. lib. 37. cap. 11. 5, Melichloron est geminus: parte flauus, parte melleus.

Hinc, & parte alia. Virgil. 8. Aeneid. 136,
Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar. Et paulo pòst, 137,
Parte alia ventis, & diis Agrippa secundis
Arduus, agmen agens.

Duabus partibus. Cic. 5. Verr. 40, Quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quàm Pop. Rom. misisse?

Partibus, & paulatim. Colum. lib. 2. cap. 5. 1, Non multum, nec vniuersum tribum, sed partibus & paulatim præbere conuenit.

Multis partibus maior, Vide MVLTVS.

Ne minima quidem parte, Vide Minor in PARVVS.

Plus iustæ parte. Virgil. 1. Georg. 7.

Plus media parte. Ouid. 3. Metam. 9.

¶ Ex parte. Quintil. lib. 6. cap. 4, Pisces ex parte adusti & versati.

Dimidia ex parte sacerdotes non habebit Romanus Populus. Cice. pro Domo sua, 30.

Gaudere ex parte, Ci. Q. fratri, lib. 3. 17. 12, Quod tibi mea permissio mãdationis tuę grata est, id ego summo meo dolore & desyderio, tamen ex parte gaudeo.

Ex altera parte. Cic. 5. Verr. 53, Grandis natu parens adductus ad supplicium, ex altera parte filius.

Ex altera parte grauiter, ex altera acutè extrema sonant. Cic. in Som. Scipionis, 17. De motu cæli.

Vtraque ex parte subniti alicui rei. Cice. in Som. Scip. 21, E quibus duos maximè inter se diuersos, & cæli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos, obriguisse pruina vides. De cingulis cæli.

Omni ex parte diligentissimè aliquid consyderare. Cicero 2. de Diuinatione, 47.

Ostendit se ex omnibus partibus amor tuus in his literis. Cicero Luceio, libr. 5. 15. 1.

In parte, pro Partim. Quintil. lib. 5. cap. 7, Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. Idem lib. 4. cap. 5, Quod sanè in parte verum est.

In hac parte, In parte causæ, vel laboris, Vide IN præposit.

In partem, & In partem dimidiam, Vide IN præpositionem.

Ire aliam in partem. Lucret. lib. 4. 91.

Abundare in omnem partem, Vide ABVNDO.

In vtranque partem, Vide IN præpositionem.

In vtranque partem magna est vis in fortuna vel ad secundas res, vel ad aduersas. Cic. 1. Offic. 26.

Neutram in partem, Vide NEVTER.

Neutram in partem sine hominum opibus & studiis hæc effici possunt. Cic. 2. Offic. 27.

Nullam in partem, Vide NVLLVS.

Nullam in partem tua interest. Cic. Memm. lib. 13. 1. 4, Sed id quod mea intelliges, tua nullam in partem interesse sita mihi des, &c.

In eam partẽ moueri. Ci. 4. in Catil. 76, Moueor his rebus omnibus, sed in eam partem, vt salui sint vobiscum omnes.

Peccare in eam partem quæ cautior est. Cic. pro Rosc. Amer. 33.

Facere verba in aliquam partem. Cice. Attico, lib. 8. 147. 11, Quòd plura in eam partem verba fecerim, potest fieri quod fit in multis quæstionibus, vt res verbosior hæc fuerit, illa verior.

Distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates. Cicero 5. Tuscul. 85.

In contrarias partes omnium rerum facultas ex iisdem locis suppeditatur. Cic. 2. de Orat. 119.

In contrarias partes fluxerunt flumina. Cic. 1. de Diuin. 132.

Varias in partes rapere animum. Virgil. 4. Aeneid. 57.

In omnes partes versabat animum. Virgil. 4. Aeneid. 126.

In omnes partes: pro Omnibus modis. Cice. ad Atticum, libro 11. 214. 3, Brundusii facere, in omnes partes est molestum.

In omnes partes huius vitæ præceptis confirmari potest. Cic. 1. Offic. 12.

In omnes partes aliquem defendere. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 10.

In omnes partes multos fallere. Cic. pro Sestio, 15.

In omnes partes aliquid valere. Cic. Marcello, lib. 4. 10. 4, Sed quum leuiora non multo essent quæ audirentur, quàm quæ viderentur: suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuæ, te quamprimum venire, idque in omnes partes valeret: putaui ea de re te esse admonendum.

In omnibus partibus argumentationes aduersariorum tentare. Author ad Herenn. lib. 2. 65.

¶ In optimam partem accipere, Id est boni consulere, & bene interpretari. Cic. ad Att. lib. 10. 194. 3, Cæsar mihi ignoscit per literas quòd non venerim: seseque in optimam partem id accipere dicit. Eidem, lib. 13. 262. 1, Illud enim non accipio in bonam partem, quòd ad me refers.

Cognosci in partem optimam, Vide COGNOSCO.

Peiorem in partem versa & mutata sunt omnia. Cic. pro Rosc. Amer. 62.

Peiorem in partem liquitur ætas. Lucret. lib. 2. 226.

Mitiorem in partem interpretari, Vide MITIS.

In deteriores partes retro cedere. Lucret. lib. 2. 103.

¶ Pars de. Terentius Heaut. 4. 1. 35, Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

Quartæ partis hæres. Horat. 2. Serm. saty. 5. 21.

Regnorum pars reddita cælitis Heleno. Virgil. 3. Aeneid. 67.

Accipere partem suam. Sene. Thyeste, 6. 11.

In partẽ aliquos vocare. Cic. pro Cecinna, 9, M. Fulcinius adolescens mortuus est: hæredem P. Celennium fecit: vxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum maiorem legauit. Itaque in partem mulieres vocatæ sunt.

¶ Pars, in corpore. Cels. lib. 2. cap. 11, Vsus autẽ cucurbitulæ præcipuus est, vbi nõ in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est, quam exhauriri ad confirmandum valetudinem satis est.

Euocatur inflammatio in partes quæ coniunctæ sunt. Cels. lib. 7. cap. 7. de Aegilope.

Mutilatis partibus trunca membra. Ouid. in Ibin, 110.

Genitales partes corporis. Lucret. lib. 4. 210.

Obscœnæ partes. Ouid. 2. de Arte, 117.

Tegendas partes velare. Ouid. 13. Met. 96.

¶ Pro virili parte, Pro viribus. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 5.

Pro sua quisque parte, Id est pro virili. Cic. ad Cassium, lib. 15. 15. 10, Versor autem in gemitu Italiæ, & in vrbis miserrimis querelis, quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset, si author adfuisset. Idem 6. Verr. 73, Præcipuè quòd in his artibus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit.

Pro sua parte vt ita fieret adiuuare. Cic. Metello, lib. 5. 2. 27.

¶ Pars, pro Initio eleganter sumitur. Celsus, Parsque sanitatis est vomitum esse suppressum. Sic Virgil. 7. Aeneid. 54, Pars mihi pacis erit. Et Cicero 11. Philip. 190, Mors in beneficii partem numeretur. Budæus.

¶ Pars, pro Partim. Tranquillus, Milites pars victoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem lætitiã audaciamque processerunt. Budæus.

Virgo comitum pars vna mearum. Ouid. 2. Metam. 86.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Pars, pro Vxore. Plaut. Menæh. 11.14, Satur nunc loquitur de me, & de parte mea.

¶ Partes primas agere, dicitur in comœdiis qui primas tenet. Terent. in Prologo Phorm. 28, Quia primas partes qui aget, is erit Phormio.
Idem in Prol. Heaut. 1,
Ne cui sit vestrum mirum cur partes seni
Poeta dederit, quæ sunt adolescentium. Cice. ad Att. lib. 13. 276. 4, de Oratiuo, Puero me hic sermo inducit, vt nullæ esse possent ptes meæ.

Secundas partes tractat minus. Horat. 1. epist. 19. 3.

Primarum partium actores sæpius in scenam progrediebantur: secundarum, qui minus, minusque, authore Pædiano. Actores enim secundarũ partium omnia summissè agunt, inquit Porphyrio. Cic. 1. Ver. 26, Vt in actoribus Græcis fieri videmus, sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere, quàm ipse primarũ, multũ summittere, vt ille princeps quàm maximè excellat. Bud.

Primarum partium esse. Cic. pro Flacco, 51.

Est aliqua mea pars virilis quòd eius ciuitatis sum, quam ille amplam, &c. Cic. 6. Verr. 73.

Priores partes habere apud aliquem. Terent. Eunucho, 1. 2. 71,
Sine illum priores partes hosce aliquot dies

Apud me habere. Vide HABEO

In parte aliqua hærere. Terent. Eunucho, 5. 9. 25, Perfice hoc precibus, pretio, vt hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem.

Habere magnas partes publicanorum. Cic. pro Rab. Posth. 2.

Priores partes tribuere alicui. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 20. 6, Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quàm mihi. Id est, te pluris facio & magis laudo.

Primas in dicendo partes alicui concedere. Cic. 1. Verr. 27.

¶ Meæ partes sunt, pro Meum officium. vnde etiam Alicuius partes, desyderare, hoc est Diligentiam expostulare dicitur. Cice. Bruto, lib. 11. 14. 6, Si sita est, omnia facilioraque aliter, magnum negotium, cuius exitum non extimesco, tuæ partes sunt. Idem ad Appium, lib. 3. 1. 1, Tamen videntur etiam reliquæ meæ partes. Idem ad Atticum, lib. 7. 144. 3, Sin erit bellum, vt video fore, meæ partes non desyderabuntur. Pli. epist. 5 lib. 3, Fungat iudicis partibus.

Non sunt meæ partes id facere. Cic. 3. Ver. 44. Sic ad Atticũ, li. 6. 113. 3.

Officium & partes. Horat. de Arte, 64,
Quod sit conscripti, quod iudicis officium: quæ
Partes in bellum missi ducis.

Partes & patrocinium. Ci. 1. de Diuinat. 169, Q uid de auguribus loquar? tuæ partes sunt, tuum inquam auspiciorum patrocinium debet esse.

Partes alicuius agere, Fungi alicuius munere & officio. Terent. Phorm. 5. 5. 7, -quidnam nunc facturus Phædria?
Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?

P. Vicisiim partes tuas actaturus est. A. quas? P. vt fugitet patrem. Te suam rogauit rursum vt ageres, causam vt p se diceres. Vbi Donatus, PARTEM iterum subaudiamus; & est ἐλλειψις à superiore. Ita Donatus. Videretur potius sic legẽdum, Vt ageres causam: vt post DICERES subaudiretur CAVSAM. nam Causam alicuius agere, & Pro aliquo causam dicere, dicimus: Partem verò alicuius agere, singulariter non dicitur, sed Partes agere. Vide AGERE partes. Ouid. 6. Fast. 14, Blandior, & partes penè rogantis ago.

Agere partes lenitatis & misericordiæ. Cic. pro Murena, 5.

Partes tuas defende. Plaut. Milit. 10. 115, -interea tace:
Vt quom etiam hic agit, actutum partes defendas tuas.

Dare partes alicui & mittere in negotium. Cic. pro Rabirio Posth. 1, Nec interea locupletare amicos vnquam suos destitit, mittere in negotium dare partes, augere, fide sustentare.

Mea pars etsi nemini cedit, fac vt tua cæteros vincat. Cic. Q. fratri, lib. 1.

Duas fratris partes prædicas. Terent. Eunuch. 2. 3. 62. (1. 63.

Partem meam loquendi trado tibi. Plaut. Asin. 10. 14,
Ergo vna orationis pars de die dabitur mihi?

PA. Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi. Idem Mil. 10. 51,
Incommoditate abstinere me apud conuiuas commode
Commeminit: & meæ orationis instam partem persequi,
Et meam partem itidem tacere, quum aliena est oratio.

Nostræ parti timeo, quid hic respondeat. Terent. And. 2. 5. 8.

Eripere partes alicuius. Cic. in Vatinium, 22, Erogarisne pecunias ex ærario tuis legibus? eripuerisne partes illo tempore charissimas partim à Cæsare partim à publicanis.

Imponere partes alicui, Vide IMPONO.

Duriores partes alicui imponere. Cic. Attico, lib. 10. 198. 2.

Seniles partes mandare iuueni. Horat. de Arte, 36.

Viriles partes mandare puero. Horat. de Arte, 36,

Accusatoris partes obtinere. Cic. pro Quintio, 4.

Omittere suas partes. Quintil. lib. 2. cap. 1. 2.

Peragere partes suas, Vide PERAGO.

Dignitatis & libertatis partem nullam in posterum sibi relinquere. Cice. Lentulo, lib. 1. 9. 8.

Subire partes. Quintil. li. 6. cap. 1. 18, Nonnunquam & ipse patronus has partes subit.

Partes alicuius suscipere. Cic. 6. Verr. 70, Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? Cic. Attico, lib. 7. 124. 1.

Officia & partes pro aliquo suscipere. Cic. in Vatinium, 22.

Officia & partes imperatoris suscipere. Cic. Appio, lib. 3. 10. 5.

Personam aliquam & partes sustinere. Cic. de Aruisp. resp. 57, Atque ego hanc orationem p. c. tam tristem, tam grauem non susceepissem, non inquam, nisi hanc personam, & has partes honoribus Pop. Ro. vestris plurimis ornamentis mihi tributis deberem & possem sustinere.

Tribuere aliquas partes alicui. Cic. 1. de Nat. deor. 48.

Dare populi ad partes aliquid. Cice. 2. de Lege agrar. 32, Domitius quod per cæremonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, vt id quod posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret.

¶ Parte vtraque audita: In litibus dicitur. Plin. in Paneg. 280, Quo facilius, velut audita vtraque parte, dispiceres quid statuendum putares.

¶ Pars diuersa, vel aduersa. Q. uint. lib. 4. cap. 1, Partis aduersæ patronus. Idem lib. 5, cap. 7, Turbantur enim, & à patronis diuersæ partis inducuntur in laqueum.

¶ Pars, pro factione. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 16. 12, Damus operã ne eius animum offendamus, atque vt etiam ab iis ipsis qui nos cum Cæsare tam coniunctos dolent, diligamur ab equis verò, aut etiam à propensis in hanc partem excolamur, & amemur. Idem ad Plancum, li. 13. 10. 17, Quod fuerim moderatior temperatioréque, quàm in ea parte quis quam: id me maximè fecisse authoritate Capitonis. Item 13. Philippic. 382, Antonius potius & Ventidius partes Cæsaris defenderent. Liu. pro Quintio, 46, Erat, inquit, illarum partiũ. Lui. 5 belli Maced. 19. Sic 4. Donec ab iis qui Romanæ partis erant Quintius est accitus. belli Punici, 160.

Descendere in partes. Tacit. lib. 15, Igitur vbi coniuratis, præfectum quoque Prætorii in partes descendisse, crebro ipsius sermone facta fides, promptius iam de tempore, ac loco cæcilis agitabant.

Ducere aliquem in partes. Tacit. lib. 15, Et militum acerrimos duceret in partes, ac digna pretia expectaret.

Fouere partes. Tacit. lib. 17, Et metu, tanquam alias partes foouissent.

Habere aliquem in partibus, significat Addictum aliquem habere fauentemque. Tacit. lib. 13, Habebat in partibus Pallantem.

Surgentes partes. Tacit. lib. 19, Sed vt Consulare nomen surgentibus tum maximè partibus, honesta specie prætenderetur.

Trahere aliquem in partes. Tacit. lib. 4, Qui fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes spe obiecta principis loci.

Transgredi in partes. Tacit. lib. 17, Primus in partes transgressus.

Transiere in partes. Tacit. lib. 17.

Tutari partes alicuius. Horat. 2. epist. 1. 35,

¶ Parti, pro Parte. Lucre. lib. 6. 145, Ille ex æstifera parti venit amnis ab Austro. Idem lib. 4. 105,
Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum. Et sæpe alibi. Cice. 4. Acad. 111, Anaxagoras materiam infinitam, sed ex ea particulas finitas inter se minutas eas primùm confusas, postea in ordinem adductas mente diuina. Idẽ 3. Verr. 70, Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inuestigamus, redundarunt.

Copia particularum. Lucret. lib. 4. 156.

Arenæ particulã dare ossibus & capitiinhumato. Horat. 1. Car. ode 28. 5.

Aurę diuine particula. Horat. 2. Serm. saty. 2. 16.

Particula minima malorum. Iuuenal. Saty. 15. 2.

Iustitiæ particula. Ci. 1. Offic. 56, Cuius tanta vis est, vt ne illi quidem qui maleficio & scelere pascũtur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere.

Perfecti quædam particula est homo non perfectus. Ci. 2. de Nat. deo. 55. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum, & imitandũ nullo modo perfectus, sed est quædam particula perfecti.

Venti particulam sentire. Lucret. lib. 4. 53.

¶ Minutæ rerum particulæ. Quintil. lib. 3. cap. 11. 15.

Tenuissimę particulæ. Cic. 1. de Orat. 88.

¶ Facere particulas. Quintil. lib. 4. cap. 5. 12, Deinde quum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obscuritatem.

Defecta particula. Horat. 1. Carm. ode 16. 6.

Particulatim, pen. prod. Aduerb. (κατὰ μέρος,) Membratim, Per partes. Plin. lib. 9. cap. 15. 4, Particulatimque consectæ, in genera cybiorum distruuntur. Idem lib. 7. cap. 24. 2, Nec aliud est æquè fragile in homine, morborum & casus iniurias, atque etiam metu sentiens aliàs particulatim, aliàs vniuersa & lib. 11. cap. 15. 3, Floret particulatim. Columella lib. 7. cap. 5. 3, Nam particulatim facilius, quàm vniuersis consulescitur. De ouium grege. Lucret. lib. 3. 110, Lumina qui linquunt moribundi particulatim.

Particulatim, pro Separatim, quod vulgò dicimus Particulariter. Seneca epist. 68, Vota quædam aperta & professa sunt, quæ particulatim fuit.

Sommatim & Particulatim, contraria. Author ad Herenn. lib. 1. 14. Rem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, vnde necesse erit, & si non initio repetere volemus, & si summatim, non particulatim narrabimus, &c.

Particeps. pen. corr. participis, pen. cor. om. ge. (μέτοχος, κοινωνὸς, ἥμισυ, μερίζων,) Qui partem capit. Plaut. Milit. 14 22,
-quem ego hic audiui?
PA. Socium tuorum consiliorum, & participem consiliarium. Terentius Heaut. 1. 1. 98, Nisi vbi ille huc saluos redierit meus particeps. Plaut. Pseud. 8. 17.
-lode me & simul participes omnes meos Præda onerabo.

Particeps & Expers, contraria. Cic. 2. de Finib. 64, Nec illa de summo bono ratio aut voluptatis, nõ dolendíve particeps, aut honestatis expers probabitur. Idem in Orat. 1.

Particeps & socius & adiutor. Cic Attico, lib. 9. 181. 10, Huius igitur belli ego particeps, & socius & adiutor esse cogor.

Amoris vestri particeps. Catull. in Camerium, epigr. 51. 5.

Participem esse artis, & Carere arte, contraria. Cic. 1. de Diuin. 63, Iis igitur assentior, qui duo genera diuinationum esse dixerunt: vnum quod particeps esset artis: alterum quod arte careret.

Coniurationis particeps, Conscius. Cic. 1. in Catil. 78.

Connubii particeps, & socia regni Iuno. Cic. Antequ. iret in exil. 15.

Socius & conscius in re aliqua, consiliorumque particeps. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 2, Qui mihi & in publica re socius, & in priuatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum & consiliorum particeps esse soles.

Fortunarum omnium socius & particeps. Cic. pro Fonteio, 30.

Hæreditatis diripiendæ participes. Cic. 6. Verr. 121.

Iræ participes dii. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 6.

Laudis eiusdem particeps. Cic. pro Archia, 12.

Mentis & rationis particeps pars animi. Cic. 1. de Diuinat. 107.

Omnes omnium participes virtutes sunt. Cic. 5. de Finib. 119.

Operum participes. Ouid. 3. Metam. 30.

Periculorum particeps. Curtius in principio lib. 7, Primus Asiam aperuerat regi, omnium periculorum eius particeps.

Particeps pudoris ac verecundiæ homo, Cic. 4. de Finib. 30.
Compos & particeps rationis animus. Cic. de Vniuers. 35.

Sententiæ atque opinionis meæ quoniam voluistis esse participes, nihil occultabo. Cic. 1. de Orat. 83.

Sendii participem habere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 9.

Particeps vitii. Cic. 3. de Leg. 43, Nam quũ omni vitio carere lex iubeat, ne veniet quidem in eum ordinem vnquam vitii particeps.

¶ Particeps illi alicuius rei. Curtius lib. 6, Satrapes erat Nabarzanes sceleris in regem suum particeps Bessi. Paulo post, Tum Dymnus aperit in tertium diem insidias regi comparatas, seque eius consilii fortibus viris & illustribus esse participem.

Particeps illi in, &c. Quintil. Declamat. 3, Mater prædura, & in plerisque turis operibus marito particeps.

Particeps illi in. Curtius, Quòd fuisset illi in periculis particeps.

Participem facere aliquem rei alicuius, Est ei communicare quicquid est. Plaut. Epid. 5. 82, Gratiam habeo: fac participes nos. Idem Aul. 6. 13, Quin participem pariter ego te, & tu me vt facias. Terent. Heaut. 3. 1. 19, Cuius maximè te fieri participem cupis.

Feci cõtinuò omnes participes meæ voluptatis. Cic. Planco, lib. 10, 12. 4.

Participem habere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 233, Quos sui consilii participes habebant. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. 2. 3.

Participo, participas, pen. cor. (μετέχω, κοινωνέω, μετοχετεύω, συμμετοχεύω,) participare, Participem facere & fieri. Plaut. Persa, 11. 6,
Nunc ob eam rem inter nos participes, prædam dividam,
Et participabo. Idem Trucul. 16. 35,
-si volebas participari, auferres Dimidium domum.

Seruum consilii participare, Communicare seruo consilium. Plaut. Cistel. 4. 17, Paternum seruum sui participat consilii.

Participare aliquem sermone de. Plaut. Milit. 5. 108,
Nam non potuit quin suo sermone aliquem familiarium
Participauerit de hoc amica.

Aliquem prandio participare. Apuleius lib. 9. Metam. Dominum meum comis hospes oppiparo prandio participat.

Participare & communicare. Cic. 1. de Legibus, 48, Sequitur igitur ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, iustos natura esse factos.

Participare cum. Liuius 3. ab Vrbe, 54, L. Lucretius COS. anni prioris recenti gloria nitens, suas laudes participare cum Cæsone, memorare pugnas, referre egregia facinora, &c.

¶ Pestem participare, In peste fieri participem. Item Participare voluptatem. Cic. 1. Tuscul. 67,
-qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet sibi paratam pestẽ, vt participet patrem. Ex poeta. Gellius lib. 15. cap. 1, Si forte ad participandas eiusmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut casus induxerit.

Laudes participare. Liu. 2. ab Vrbe, 230, Inquit & Virginius Collega, testis productus, participando laudes.

Participare consilium cum aliquo. Paulus in L. Paulus respondit, in nunc. ff. De legationibus. Papin. in L. Mater. §. In eum. ff. Siquis omisit. test, &c. Si fraudis consilio cum hæredibus scriptis participato, legitimam hæreditatem solus possideat.

Participium, (μετοχή,) Vox ficta à Grammaticis, qua partem orationis significant, quæ partem capit à nomine, partem à verbo, De hac vide Priscianum, & alios abundè tractantes.

Partim, Aduer. (κατὰ μέρος, τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ,) Ex parte, vel pro parte: & ferè in oratione geminatur. Terent. Hecy. 1. 2. 92,
Hic animus partim vxoris misericordia
Deuictus, partim victus huiusce iniuriis,
Paulatim elapsus Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem. Cic. Cælio, lib. 2. 8. 7, Vt eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. Idem. 4. Acad. 4, Itaque quum totum iter & nauigationem consumpsisset, partim in percontando à peritis, partim in rebus gestis legendis, &c. Ibidem, 142, Homuncio hic qui multa putat præter virtutem homini partim clara esse, partim necessaria. Idem. 2. Verr. 9, Idem ille Prætor monumenta antiquissima partim regum locupletissimorum, quę illi ornamento vrbibus esse voluerunt, partim etiam nostrorum imperatorum, &c.

Partim ficta apertè, partim effatita temerè Apollinis operta. Cicero, 2, de Diuinat. 169.

Partim defecerunt me amici, partim prodiderunt. Cicero, Q. fratri, lib. 1. 3. 8.

Partim, quater repetitum. Cic. pro Cluen. 71, Partim ruinæ similiora aut tempestati, quàm iudicio & disceptationi fuisse, partim nihil cõtra Habitum valere, partim etiam pro hoc esse, partim, &c.

Partim, aliquando non geminatum. Cic. 4. Verr. 113. De quo homine auditum est vnquam, quod tibi accidit, vt eius in prouincia statuæ in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris, per vim, per vniuersam multitudinem deiicerentur. Idem 2. de Lege agrar. 46, Sunt enim loca publica vrbis, sunt sacella quæ post restitutam Tribunitiam potestatem nemo attigitque maiores in vrbe partim periculi perfugia esse voluerunt. Item de Amicitia, 42, Sed nihil est quod illi nõ persequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit vnum solicitum esse pro pluribus.

Partim nostri, Pars nostrorum, Plaut. Persa, 1 2. 28,
Mirum quin tibi ego crederem, vt idem faceres mihi
Quod partim nostri faciunt argentarii.

Partim hominum (inquit Gellius) venerunt, plerunque dicitur, quod significat Pars hominum venit, id est quidam homines. Nam PARTIM hoc in loco aduerbium est, neque in casus inclinatur sicuti, Cum partim hominum, dici potest, id est Cum quibusdam hominibus; & quasi cum quadam parte hominum. Cato in oratione de re Floria, ita ieriplit, Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subreptitauit è conuiuio cũ partim illorum tam sæpe ad eundem modum erat. Imperitiores autem, CVM PARTIM, legunt tanquam declinatum sit quasi vocabulum, non ductum quasi aduerbium. Sed Q. Claudius, XXI annal. insolentius paulò hac figura est ita vsus, Eum enim cum partim copiis hominum adolescentium placentem sibi. Item Q. Claudi in XXXIII annali verba hæc sunt, Sed ideirco me fecisse, quod vtrum negligentia partim magistratuum, an auaritia, an calamitate Popu. Romani euenisse dicam, nescio. Hactenus Gellius libro 10. cap. 13. Terent. in Prologo Hecyræ, 15,
In his quas primùm Cæcili didicinouas,

Partim sum earum exactus, partim vix steri. Vbi Donatus, Partim sum earum exactus: pro In aliis. Et simul splendida locutio est. Partim aduerbium est. Cicero 2. Offic. 106, Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, vt ad vniuersos ciues pertineant, partim vt singulos attingant. Idem in Pisonem, 18, Quum partim eius prædæ profundæ libidines deuorassent, partim noua quædam & inaudita luxuries, partim etiam, &c.

Partim, alii. Salust. in Iugurtha, Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium inuidia pericula metuentes: quando apertè resistere non poterant, &c. Ibidem, Rursus imperator contra postulata Bocchi nuntios mittit, ille probare partim, alia abnuere.

Partior, partiris, (μερίζω, μεταδίδωμι, διανέμομαι,) partiri, pen. prod. & Partio, partis, partiui, partitum, partire, antiquè, futuro partiam & partibor: partiar, & partibor, Partes facere significat.

Partiri & communicare aliquid. Cic. pro Sylla, 6, Neque hoc participandæ inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor.

Partiri & diuidere. Cic. 1. de Finibus 33, Tollit definitionem: nihil de diuidendo ac partiendo docet. Idem in Orat. 64, Genus vniuersum in species certas, vt nulla neque prætermittatur, neque redundet, partiuntur ac diuidet.

Partiri æqualiter. Cic. pro Rosc. Comœdo, 30, Si quod vniuersæ societatis fuisset, petisset, quod quum redactum esset, æqualiter omnes partirentur, nunquid perierit quod suæ partis esset?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Tacit. lib. 18.
Partiri cum Cæsar 3. bel. Ciuil. 297, Cum Scipione honorem partitur.
Aerarium cum aliquo partiri. Cic. pro Domo sua, 19.
Cæsar cũ Hortensio partiebatur Cicero: vt ipse dicit de Clar. Orat. 98.
Curas partiri cum aliquo. Virg. 11. Aeneid. 165.
Partiri in. Cic. de Vniuersit. 13, Suum enim omnia in quædam genera partita. Virg. 1. Aeneid. 40, - socios partitur in omnes.
Umbram aliquid partiri. Cic. de Vniuersit. 29.
Partiri inter, vel partire, antiquè. Plaut. Mil. 10. 112, Mea bona, mea mortè, cognatis dicam inter eos partiant. Idem Amphit. 16. 66, Vos inter vos istiæc partite, ego abeo, mihi negotium est. Cæsar 1. bel. Ciuil. 148, Officia inter se partiuntur.
Amorem æternum partiri. Stat. 2. Sylu. 1. 42.
Partiri hominẽ per vices, pro Vicissim possidere. Plin. epist. 3, Possidentne re, & per vices partiuntur? Id est nũc ille locus te habet, nunc alius.
Bona sua partiri. Cic. 3. Verr. 79.
Campum partiri limite. Virg. 1. Georg. 15.
Partitus, pen. prod. Participium, (μεριστός,) vt Vires socias partitus. Silius lib. 7. 105.
Fœdera partita lecti. Ouid. 3. de Arte, 118.
Soni partiti per tria ora. Propert. lib. 4. eleg. 10. 2.
Partitè, pen. pro. Aduer. (μεμερισμένως,) Diuisè. Cic. in Orat. 53, Qui est nihil potest trãquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, &c.
Partitio, Verbale, (διανομός, μερισμός,) Cic. 6. Verr. 107, In hac partitione ornatus. Idem 3. de Nat. deorum, 8, Hæc, si rectè memini, partitio fuit. Sic 4. de Finib. 7.
Æquabilis prædæ partitio. Cic. 2. Offic. 56.
Vibis Italiæque partitio. Cic. 13. Philip. 382.
Ex partitione pecunia debetur. Cic. pro Cecinna, 11.
Facta non fortuitò, nec temerè partitio. Cic. pro Sylla, 9.
Articulosa partitio, Vide ARTICVLVS.
Partitor, pen. prod. partitõris, (μερίστης,) Aliud verbale. Cic. in Vatiniũ, 8, Quum te non custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares.
Partiarius, partiarii, Colonus, siue alius quis cum quo aliquid commune habemus & partimur. Cato cap. 144, Vineam curandam partiario, ne curet, fundum, arbustum, agrum frumentarium. partiario fœnum, & pabulum, quod bubus satis siet, qui illic sient: cætera omnia pro indiuiso. Idem cap. 16, Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit & coquit. Et cap. 136, redemptorem partiarium dicit eum quem paulò antè dixit colonum partiarium.

Parsimonia, Vide PARCO.

PARTHAON, pen. prod. huius Parthãonis, pen. corr. (παρθάων,) pater fuit Oenei regis Aetoliæ, auus Deianiræ. Ouid. 9. Metam. 3,
Accipe me generum dixi Parthaone nate,
Dixit & Alcides. Verba sunt Acheloi, pugnam inter se & Herculem propter nuptias Deianiræ commemorantis.

Parthenium, (παρθένιον,) Herba, Mineruæ dicata, quæ παρθένος, id est virgo dicitur. Dioscorides lib. 3. cap. 156. & lib. 4. cap. 42. Vulgò matricaria dicta. De lespergoutte, à spargẽdis guttis dũ in dolore dẽtiũ ori imponitur. Vide AMARACVS.

PARTHENIVS, (παρθένιος,) fluuius est in Põto & Bithyniasité i Tauica regione, author est Strabo. Parthenius Bithyniæ, vulgò Portemy.
Rapax Parthenius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 10.
Parthenius poeta, Nicæus, vt ait Suidas, Elegiacus, diuersorumque metrorum. Huius Parthenii locos Virgilius quandoque mutuabatur: cuiusmodi est illud, Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Author Gellius lib. 9. cap. 9.
Parthenius, Adiect. (παρθένιος,) vt Saltus Parthenii. Virg. 10. eclog. 12,
- non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare saltus.
Antra Parthenia. Propert. lib. 1. eleg. 1. 2.
Lustra Parthenia. Claud. 2. de raptu Proserp. 49.
Nemus Parthenium. Stat. 4. Thebaid. 57.
Valles Parthenæ. Ouid. epist. 9. 10.
PARTHENIATAE, Vide TARENTVM.
PARTHENOPE, pen. corr. (παρθενόπη,) Vna fuit Sirenum, quæ præ dolore, quòd præteeũtem Vlyssem cum sociis cantu non deceperint, in mare se præcipitauerunt. Vna hæc in eum delata est locum, vbi postea condita fuit Neapolis, præclara vrbs Campaniæ. παρθένος enim virgo Latinè dicitur. Ab hac igitur Sirene Neapolis est appellata, à virgine Parthenope. Et licet quidam dicant Neapolim dictam, quòd Augustus eam instauauerit, tamen legitur apud Lycophrontẽ, Neapolis ante Augusti tempora (qui tempore Ptolemæi Philadelphi claruit) & Neapolitanos singulis annis ad tumulum Parthenopes faces rulisse. Hanc Cumani à parẽtibus digressi, condidisse produntur. Quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditũ reperissent, nomen eius vrbi indidere. Sed postquam loci vbertate atque amœnitate maiorem in modum frequentari ciuitas cœpit, veriti ne Cumæ desererentur, diruendi Parthenopen consilium iniuere. Quo facto mox immani pestilentia vexati, oraculo moniti sunt vt vrbem restituerent. Itaque subitò instauratam, Neapolim, hoc est nouam vrbem vocauere.
Dulcis Parthenope. Virg. 4. Georg. 113.
Nata Parthenope in oria. Ouid. 15. Metam. 143.
Non rara colonis Parthenope. Stat. 3. Sylu. 5. 16.
Parthenopeius, Adiectiuũ sex syllabarũ, (παρθενοπαῖος,) Oui. 14. Met. 11,
Has vbi præteriit, & Parthenopeia dextra
Mœnia deseruit, &c. Id est Neapolitana.
PARTHENOPAEVS, pen. prod. (παρθενοπαῖος,) teste Seruio, Menalippæ & Martis, siue Melanionis filius, rex Arcadiæ, qui Thebana bella puer admodum perijt. Hic in bello Troiano periit, cumq; apud Inferos vidit Aeneas. Virg. 6. Aeneid. 96,
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.
Parthenopæum multis verbis commemorat Statius lib. 4. Theball. 50, sed matrem fuisse Aralentam inquit, patris mentionem nullam facit. Nos verò ex fabulis didicimus Minalionem, quem & Hippomenem vocat Ouidius, Atalentæ fuisse maritum: ita vt nesciamus vnde Seruius vel Martem vel Menalippen nobis adferat.
PARTHIA, (παρθία,) Regio Assyriæ, à qua Parthi. Hi lingua Scythica exules dicuntur, sicut refert Iustinus lib. 12, docẽs ab exulibus Scytharum, Parthorũ imperiũ fuisse dedactũ, quorũ regna duodeuigintì fuisse, testis est Plinius lib. 6. cap. 15. Hæc regio ab Ortu habet Arios, à Meridie Carmaniam, ab Occasu Medos, à Septẽtrione Hyrcanos.
Mendacior Parthis. Horat. 2. epist. 1. 13.
Populi Parthorum. Virg. 4. Georg. 43.
Animosus Parthus versis equis. Hor. 1. Carm. ode 19. 3.
Feroces Parthi. Horat. 3. Carm. ode 2. 1.
Fidens fugã Parthus. Virg. 3. Georg. 7.
Fugax Parthus. Ouid. 1. de Remed. amor. 31.
Leues Parthi. Virg. 4. Georg. 63.
Sagittiferi Parthi. Catul. ad Furium, epig. 11. 2.
Parthicos, pen. corr. Adiectiuum, (παρθικός,) vt Luxuries Parthica. Claud. 1. in Eutropium, 69.
Damna Parthica. Lucan. lib. 1. 22.

Particeps, Participium, Particulatim, Partim, Partior, Vide PARS.

Parturio, Partus, Vide PARIO.

Paruifacio, & Paruipendo, Vide PARVVS.

Parum, Aduerbium, (μικρόν, ὀλίγον, βραχύ,) à parte, vt nonnullis placet significat Modicum.

Parum bene. Vlpianus in L. Sed etsi. Paragr. vlt. ff. Ad leg. Aquil. Sator (inquit) pueto discenti ingenuo filio familias parum bene faciendi quod demonstratum erat, forma calcei ceruicem ita percussit, vt oculus puero perfoderetur.
Parum splendoris. Horat. 2. epist. 2. 23.
Non parum, Vide NON aduerbium.
Parum malæ rei. Plaut. Merc. 14. 1,
Parumne est malæ rei, quòd amat hic Demipho,
Ni sumptuosus insuper etiam siet?
Parum castus. Horat. 1. Carm. ode 12. 12.
Parum comis. Horat. 1. Carm. ode 30. 2.
Silentium parum decorum. Horat. 4. Carm. ode 1. 8.
Parum diligenter aliquid facere. Cic. Attico, lib. 10. 201. 4.
Parum diu. Cic. 1. Tuscul. 175, Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere.
Firmus parum comes. Horat. Epod. 1. 4.
Parum firma sunt equidem quæ de fratre meo scribis. Cicero Attico, lib. 10. 203. 1.
Parum fœlix. Plin. epist. 315, Nam & iudicia amicorum promeretur, & parum fœlix matrimonium expertus.
Frons læta parum. Virg. 6. Aeneid. 73.
Parum locuples. Horat. 2. Carm. ode 18. 5.
Parum optimatem esse. Cic. Attico, lib. 10. 201. 4, Vide ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas.
Parum prudens. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 3.
Parum pudicus. Catul. ad Aurelium, epig. 16. 1.
Parum vtiliter. Plin. epist. 256, Etiam aliquantum erogauerunt, periculum est ne parum vtiliter.
¶ Accipere parum, Vide ACCIPIO.
Consulere parum, subaudito pronomine sibi: id est quod vulgò dicitur parum curare. Terent. Adelph. 5. 9. 36, Sed si id vultis potius, quæ vos propter adolescentiam
Minus videtis, magis impensè cupitis, consulitis parum,
Hæc reprehendere, & corrigere me, &c.
Parum claris dare Lucem. Horat. de Arte, 91.
Est parum. Plaut. Trinum. 17. 60, Nam si pro peccatis centum ducat vxores, parum est. Idem Sticho, 9. 44, Imò duas dabo, inquit ille adolescens, vna si parum est.
Facite vt cæteris posthac idem liceat, licebit, at hoc parum est: permittite vt liceat quanti quisque velit. Cic. 5. Verr. 190.
Non nocuisse parum est: prodest quoque. Ouid. 1. Fast. 83.
Est parum vt Plin. in Paneg. 100, Parum est vt in curiam venias, nisi & conuoces, & interfis Senatui.
Est parum, præut. Plaut. Amphit. 4. 220, Parum etiam præut futurum est prædicas.
Parumne est Piso, quòd tantum homines fefellisti, vt negligeres authoritatem Senatus, optimi ciuisque consilia contemneres, Remp. proderes, Consulare nomen affligeres? Cic. pro Sest. 10, 25.
Intelligere parum. Plaut. Rud. 24. 59, Dixi equidem: sed si parum intellexti, dicam denuo.
Parum meminisse quod concesserit. Cic. 1. de Inuent. 100.
Perdurare parum opperiri. Plaut. Trucul. 7. 4, Non quis parum perdurare opeririet?
Processit parum. Terent. And. 4. 1. 47,
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum. Et paulo post, 55,
Parum successit quod ago, at facio sedulò.
Prospicio parum. Plaut. Curcul. 7. 38, Iupiter te, diisque perdant. c. petiti, prospicio parum. Terent. Phorm. 5. 1. 8,
Certò ædepol, nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt, Meæ nutricem gnatæ video. Plaut. Bacch. 10. 66, Heu literas minutas? c. qui quidem videat parum. Terent. Eunuc. 5. 2. 61, Parum perspexisse eius videre audaciam.
Parumper, (διὰ μικροῦ, πρὸς καιρόν,) Paruo tempore, per aliquantulum tempus, vt ait Valla in Raudensem. Plaut. Milit. 10. 1, Cohibete intra limen etiam vos parumper. Idem Aulul. 7. 22,
Da mihi operam parumper, paucis est quod te volo
De commun re appellare mea & tua. Idem Bacch. 17. 24, Mane parumper dum, iam ad te exeo. Idem Curcul. 7. 78, Tace parumper. Terent. And. 4. 2. 31, Tu Mysis dum exeo, parumper opperire me hic. Idem Phorm. 3. 2. 1, Dorio, audi obsecro. D. non audio. P. parumper. Cic. de Amicitia, 5, Tu velim à me animum paululum parumper auertas. Liu. 2. ab Vrbe, 45, Parumper sustinuit.
Parumper (inquit Festus) significat Paulisper, quasi perparum, hoc est valde parum. Refertur autem ad tempus.
Parumper, Nonio significat Citò & velociter. Virg. 6. Aeneid. 77,
-pulsus parumper
Corde dolor tristi, gaudet cognomine Terræ. Ennius annaliũ lib. 1.
Te nunc sancta precor Venus & genitrix patris nostri,
Vt me de cælo visas cognata parumper. Idem eodem,
Inde tuetur, ibi lupus fœmina conspicit amnes,
In campo celeri passu premens parumper,
Coniicit in syluam sese.
Parumper & mox. Cic. 1. de Diuinat. 86, Discedo parumper à somniis, atque mox reuertar.
Abducere parumper animum à molestiis. Cic. Atti. lib. 11. 172. 6.
Parumper conticere, & cæteris silentium esse. Cic. 3. de Orat. 79.
Digredi parumper à causa. Cic. de Clar. Orat. 179.
Luisse fortuna parumper. Stat. 12. Thebaid. 7.
Pulsus parumper corde dolor. Virgil. 6. Aeneid. 77.
Paulatim, pen. prod. (κατὰ μικρόν, κατὰ βραχύ,) Aduerbiũ diminutiuum à Paulum id est Sensim & leniter Terentius Hecyra, 1. 2. 94,
Paulatim elapsu Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem. Idem Adel. 5. 6. 10, Paulatim plebem primulũ facio meam. Cælius Ciceroni, lib. 8. 17. 1, Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam impulit. Cæsar 4. bel. Gal. 175, Itaque rursus coniurante paulatim seditione addit consilium. Idem in lib. de Germanis, Durant siquidem colles, paulatimque rarescunt.
Paulatim adnabam terræ. Virg. 6. Aeneid. 72.
Abscedere paulatim. Virg. 1. Aeneid. 145.
Corpus vires paulatim. Virg. 3. Georg. 43.
Omnia paulatim crescunt. Lucret. lib. 1. 38.
Euanescere paulatim. Lucret. lib. 2. 166.
Paulatim, cum genitiuo. Cato cap. 74, Aquę paulatim addito subigitoque pulchrè. Hoc est paululum.
Paulisper, Aduerbium, (διὰ ὀλίγου, πρὸς καιρόν,) Id est paulum temporis, paulum admodũ, vel paululum. Plaut. Asin. 16. 30, -paulisper manet
Aucupemus ex insidiis clauculum quam rem gerant. Idem Amphit. 8. 62,
-paulisper mane,
Dum edormiscat vnum somnum. Et Bacchid. 8. 12, Paulisper
Lyde lubido est homini suo animo obsequi. Terentius Adelphis, 2. 2. 45, Paulisper mane. Ibidem. 2. 5. 24,
Congrum istum maximum in aqua finito ludere
Paulisper. Plin. in Paneg. 99, Quum verò postulamus, vt futuros principes doceas inertiæ renuntiare, paulisper delicias differre, paulisper, & saltem ad breuissimum tempus ex illo fœlicitatis somno, velut excitatos induere prætextam. Cæsar 4. bel. Gall. 507, Paulisper nostris restiterunt. Cic. 6. Verr. 34, Abesse ab domo paulisper maluit, quàm præsens illud optimè factum argentum amittere. Cic. 1. de Diuinat. 168, Puellam defatigatam petisse à matertera, vt sibi concederet paulisper, vt in eius sella requiesceret. Idem 1. de Legibus 56, Paulisper siccellant rogemus. Ouid. 2. Trist. 111, Atque vinam reuocet animum paulisper ab ira. Virg. 5. Aeneid. 170, Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Cõmoratus est paulisper, dũ se vxor cõparat Milo. Cic. pro Milone, 20.
Deponere paulisper aliquid. Cic. 6. Verr. 47.
Stetimus paulisper, in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Cice. in Pisonem, 9.
Suscipe paulisper meas partes. Cic. Appio, lib. 3. 12. 3.
Paulum, (τυτθόν, ἐβραχύν,) Aduerbium, diminutiuum à Parum. Terent. And. 5. 3. 32, Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri. Idem Eunu. 4. 4. 18, Tace obsecro, quasi verò paulum interfit. Cæsar 2. bel. Gall. 322, Paulum hostium impetus tardatus est. Ibidem, lib. 5. 160, Paulum quidem intermissa flamma. Idem 3. bel. Ciuil. 55, Naues soluit: paulumque à portu progressus, literas à Cæsare accepit. Cic. 1. Acad. 2, Paulumque quum eius villa abessemus, ipsum ad nos venientem vidimus. Idem 2. de Lege agrar. 84, Quasi verò paulum differat ager Campanus ac Stellatis.
Abesse paulum ab aliquo loco. Cic. 1. Acad. 2.
Addere paulum aliquid rei alicui. Cic. 1. Acad. 48.
Spatio decedere paulum. Lucret. lib. 2. 44.
Hæsit paulum conterritus aspectu. Virg. 3. Aeneid. 120.
Leuari paulum grauitate valetudinis. Cic. Torquato, lib. 6. 2. 1.
Immitare paulum aliquid. Cic. 3. de Orat. 98.
Paulum recreant me tuæ epistolæ. Cic. Attico, lib. 9. 173. 11.
¶ Non paulum, Vide NON Aduerbium.
Admodum paulum. Cic. 3. de Natu. deor. 176, Nihil vt ferè intereat, aut admodum paulum, quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat. De stellis.
Paulum aliquid, pro Exiguo tempore. Quintilian. lib. 12. cap. 3, ad finem, Alii pigritiæ arrogantioris, qui subitò fronte conficta, immissaque barba, velut despexissent oratoria præcepta, paulum aliquid sederunt in scholis philosophorum, &c.
Paulum infra. Plin. lib. 10. cap 49. 1, Venêre in Italiam Bebriacentibus bellis Ciuilibus trans Padum, & nouæ aues turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine.
Paulum modo. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5. 13, Quod sine vlla dubitatione (si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere) facier.
Paulum oppidò inter se differunt. Cic. 5. de Finib. 51.
Paulum noui. Cic. de Legibus, Etsi à te paulum allatum est noui. Id est aliquid innouatum.
Post paulum, pro Paulo post. Quintil. lib. 2. cap. 18, An rhetorice sit ars. nam est ars ea, vt post paulum clarius ostendemus, in actu posita, non in effectu. Et lib. 9. cap. 4, de compositione, Sed de propositorum diuersitate post paulum.
Paulum, in interrogatione, vim habet augendi, quasi dicas multum. Terent. And. 4. 4. 55,
Paulum interesse censes ex animo omnia,
Vt ferè natura facias, an de industria?
Paulus, paula, paulum, (ἠβραχύς,) Adiectiuum à Parum, quo rarissimè vsi sunt authores, præterquam in ablatiuo. Plaut. Bacchid. 19. 24,
Paciscet cum illa paula pecunia Potes.
Paulo momento, Paulo sumptu. Terent. And. 1. 5. 31, Dum in dubio est animus, paulo momento huc, illuc impellitur. Idem Adelph. 5. 4. 22,
- scilicet
Ita eos, meo labore eductos maximo, hic fecit suos
Paulo sumptu.
Paulò, Aduerbium, (ὀλίγον,) Idem significans quod Parum vel paulum, vt vides in sequentibus exemplis.
Paulò amplius. Cic. 2. Verr. 23 Ego autem Aedilis, hoc est paulo amplius q̃ priuatus. Idem pro Flacco, 55, Auri centum pondo, paulo amplius.
Paulo ante, (πρὸ μικροῦ, μικρὸν πρό,) Cic. Attico, lib. 14. 319. 1, Quũ paulo antè dedissem ad te Calsii tabellario literas, v Idus venit noster tabellarius, &c. Idem in Partit. 78, Quæ paulo antè præcepta dedimus ambigui, quæque proxime, &c. Et 4. Acad. 182, Cui erant quæ paulo antè dixi, notissima. Ibidem, 110, Paulo antè quàm esset mortuus.
Paulo antè, pro Dudum vel nuperrimè. Cice. 6. Verr. 5, Nuper homines nobiles eiusmodi Iudices, & quid dico nuper? imò verò modò, ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

planè paulo antè vidimus,&c. Idem 6.Philip.204, Res enim Cal.Ian. agitata,paulo antè confecta est.Sic Salustius in Ciceronem,1.Repertitius,accitus,ac paulo antè institus huic vrbi ciuis. Budæus. Lucretius lib.2.153,
Cur ea quæ nigro fuerint paulo antè colore,
Marmore fieri possint candore repente?
Benignius paulo.Horat.1.epist.18.3.
Liberius paulo vti aliqua re.Cic.in Orat.45.
Paulo magis. Cic.2.Verr.9, Deunde nullum Siculis, qui ei paulo magis affabre,atque antiquo artificio factus videretur,reliquit. Idem 6.Verr.37,Nihil esse quod quisquam putaret se, quod isti paulo magis placeret,conseruate,aut domi retinere posse.
Paulo magis, pro Nimium. Cic. de Claris Orat.41, Et lubentet verbis etiam vti paulo magis priscis.Budæus.
Paulo minus. Cic.pro Quintio,6, Sanè cæterarum rerum paterfamiliâs & prudens & attentus,vna in re paulo minus consyderatus. Idem pro Sylla,53, Sed quod cuiquam paulo minus consyderatum videretur. Plin.epist.144.2,Numidia Quadratilla,paulo minus octogesimo ætatis anno decessit, vsque ad nouissimam valetudinem viridis. Idem in Paneg.45,Paulo minus Patres Conse.quinque millia ingenuorum fuerunt,quæ liberalitas principis nostri conquisiuit,inuenit,adiciuit.
Paulo minus, pro Propemodum, vel pene. Sueton. in Tib.Cæs.cap.39, Quasi neque rediturus,vnquam,& citò mortem etiam obiturus,quod paulo minus vtrunque euenit.Idem in Nerone,cap.40, Talem principem paulo minus per quatuordecim annos perpessus terrarum orbis,tandem destituit.
Paulo minus quàm. Suet.in Tib.Cæsare,cap.16, Verùm liberatus metu, ciuilem se admodũ inter initia,ac paulo minus quàm priuatum egit.
Paulo mox,Statim,cum paruo interuallo. Plinius, Et paulo mox calefactum vulneri imponatur.
Paulo nimium redundantia verba.Cic.2.de Orat.49.
Nimium paulo,Vide NIMIS.
Paulo plus audire de aliqua arte.Author ad Herennium lib.4.143.
Paulo plures in Senatu maleuolos esse, quàm gratos cognoui. Cicero Bruto,15.11.
Paulo pluribus è partibus.Lucret.lib.2.98.
Paulo post.Cic.3.Offic.155,Vnum ex decem,qui paulo post quàm erat egressus è castris, rediisset, quasi aliquid esset oblitus. Idem 1. de Nat. deorum,35,De quo dicam equidem paulo post.
Paulo pòst, pro Paulo infra, vel paulo minus. Hirtius de bello Alexand.
Hoc prælio desyderati sunt ex numero legionariorum militum circiter quadringenti: & paulo pòst eum numerum classiarii & remiges.
Id est aliquantulo pauciores.
Paulo post magis.Plaut.Pseud.5.145,
- paulo post magis
Ille homo meus est,nisi omnes di me atque homines deserunt.
Post paulo,pro Paulo post.Horat.1.epist.6.9,
- pòst paulo scribit libi millia quinque
Esse domi chlamydum.
Paulo prius.Plaut.Menæh.15.7, Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem vt ferres,paulo prius.
Paulo salubribus consiliis vti.Cic.Attico,lib.8.160.5.
Paulo secus.Cic.3.de Orat.65, Eadem enim sunt membra in vtrisque disputationibus,sed paulo secus à me,atque ab illo partita ac distributa.
Seruus non paulo sapientior.Horat.2.Serm.saty.3.53.
Tardior paulo.Horat.de Arte,52
Paululum,pen.corr. (ἐπὶ μικρόν, πρὸς μικρόν, μίνυνθα,) Diminutiuum à Paulum. Terent. Adelph.5.8.27, Agelli hic sub vrbe est paululum, quod locitas foras. Cæsar 5.bel.Gal.62, Et quum paululum ab legionibus nostros remouissent.
Paululum abscede.Plaut.Asin.16.75,Abscede ergo paululum istinc.
Paululum ante. Cic.4. Acad.130, Et paululum antè dicendum est, Non mihi videntur consyderare,quum physici ista valde affirmant,&c.
Paululum quis pudor. Terent.And.4.1.6, In denegando modo quis pudor est paululum.
Habeo paululum quod requiram.Cic.5.Tuscul.31.
Paululum quiddam.Terent.Eunuch.5.2.17,
Quid feceras? C. paululum quiddam. T. eho paululum impudens,
An paululum hoc esse tibi videtur,virginem
Vitiare ciuem?
Hoc paululum.Cic.ad Brutum,Itaque mane hoc paululum exaraui.
Paululum huic deest ad beatam vitam.Cic.5.Tuscul.35.
Paululum oppetiri aliquem. Terent.Eunuch.5.2.51,
- paululum oppetiri
Si vis,fam frater ipse hic aderit virginis. Idem And.3.5.16, Sed paululum sine ad me vt redeam. Item Eunuch 4.4.5,
- paululum si cessassem Pythia,
Domi non offendissem.
Paululum modo.Terent.Heaut.2.3.75,
Hoc vide,in mea vita tu tibi laudem is quæsitum scelus,
Vbi si paululum modo quid te fugerit,ego perierim.
Paululo contenta,& Paululo redimere.Terent.Heaut.3.1.35,
- quæ paululo
Tum erat contenta,cuique erant grata omnia.Idem Eunuch.1.1.30,
Quid agas,nisi vt te redimas captum quàm queas
Minimo?si nequeas paululo,at quanti queas.
Respirare paululum.Cic.pro Quintio,31.
Paululus,pen.corr.Adiectiuum, (τυτθός,) Liuius 8.ab Vrbe,55, Prætorem eorum nomine Milonium dixisse ferunt, pro paululo via magnâ mercedem Romanis esse soluendam. Idem 5.bel. Maced.37, Nihil primo aspectu contemptius,equi,hominesque paululi & graciles: dicinctus & inermis eques.

Paruus, Adiectiuũ, (μικρός,σμικρός,βραχύς,ἠβαιός,ἄτυλος,) Notæ significationis. Plin.lib.11.cap.37.16, Ab iisdẽ qui altero lumine orbi nascerẽtur,coelites vocabãtur: qui paruis vtrisq;oculis.
Paruum ac mediocre. Cic.3. Verr.73, Quæ maximè digna sunt eo reo, cui paruum ac mediocre obiici nihil oportet.
Magnus aut paruus.Horat.2.Serm.saty.6.19, - neque vlla est,
Aut magno,aut paruo lethi foga.
Parua & mediocris res,Tanta & immensa,contraria. Cic.2.de Orat.46, Sic etiam in pareis aut mediocribus rebus doctores assequi possunt, non idem sentio tanta in hac re tamque immensa posse fieri.
Paruum & infirmum.Cic.pro Cluentio,75,Hæc autem apud Iunium parua,& infirma,& ipsius labore quæsita atque collecta.
Componere parua magnis.Virg.4.Georg.36.
Paruum parua decent.Horat.1.epist.7.9.
¶ A paruis,Vide A præpositionem.
¶ Alumni parui.Horat.3.Carm.ode 18.1,Faunum alloquitur,
Lenis incedas,abeasque parui Aequus alumnis.
Animi parui.Horat.1.epist.18.8, - hic onus horret,
Vt paruis animis,& paruo corpore maius.
Non paruum beneficium suum commemorare.Cic.pro Cecinna,19.
Carmen paruum,Humile.Horat.2.epist.1.52.
Parua consuetudo.Terent.And.1.1.83, - hic paruæ consuetudinis
Causa,mortem huius ram fert familiariter.
Corpus paruum.Horat.1.epist.18 8.
Di parui,pro Diis penatibus.Horat.3.Carm.ode 23.4,
Paruos coronantem marino
Rore deos fragilique myrto.
Discrimen paruum.Virg.3.Aeneid.138.
Dissensio parua inter nos est.Cic.1.de Legib.11.
Non parua exercitatio,Vide NON aduerbium.
Parua fides. Plaut.Pseud.7.52,Paruam esse apud te mihi fidem ipse intelligo.Id est parum te mihi fidere intelligo.Terent.Eunuc.1.2.117,Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem. Hoc est, nolet mihi credere.Idem Phorm.5.3.27,Itáne paruam mihi fidem esse apud te?
Filius malè paruus,Nimium paruus.Horat.1.Serm.saty.3.10.
Infantes parui.Lucret lib.1.38.
Paruum ingenium. Plin.epist.115.2, Video etiã multos paruo ingenio, literis nullis,vt bene agerent,agendo consecutos. Horat.1.epist.3.5.
Paruus & angustus locus. Cic.1.de Legib.15, Hoc ciuile quod dicimus in paruum quendam & angustum locum concludatur.
Mercedes paruæ.Horat.1.Serm.saty.6.18.
Munera parua.Horat.1.Carm.ode 28.1.
Nati parui.Horat.3.Carm.ode 5.9.
Nanicula parua.Cic.Post reditum ad Quirites,16.
Nepotes parui.Virg.1.Georg.103.
Pisciculi parui.Cic.2.de Nat.deorum,184.
Pretio paruo rem aliquam vendere & alienare.Cic.6.Verr.18.
Pueri parui.Horat.1.epist.7.4.
Parui odoris amomum,Hoc est imbecilli & pauci. Plin.lib.12.cap.13.4.
Opusculum paruum.Cic.in Parad.5.
Res est non parua.Virg.3.eclog.11.
Rura parua.Horat.2.Carm.ode 16.8.
Sodales parui,non præpotentes,aut superbi titulis & imaginibus.Horat. 1.epist.7.12,Gaudentem paruisque sodalibus,& lare certo.
Tecta parua.Senec Hippoly.2.26.
In paruo tempore.Lucret.lib.5.22.
Vrbs parua.Virg.3.Aeneid.56.
Vsuram paruam exigui tẽporis bonæ de me opinionis postulo,vt eam si quę dixero,vobis probabo,perpetuo retineatis.Cic.3.de Lege agr.2.
¶ Paruum,Minimi pretii.Plin.in Paneg.80,Nihil antè tam vulgare,tam paruum in Senatu agebatur,vt non laudibus principum immorarentur. Plin.lib.7.cap.1.2,Paruum dictu,sed immensum æstimatione tot gentium sermones,tot linguæ.
Paruo opponitur Eximium & præclarũ. Cic.1.Offic.96,Nam & ea quæ eximia plerisque & præclara videntur parua ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere,fortis animi magnique ducendum est.

Parua sunt foris arma,nisi est consilium domi.Cic.1.Offic.108.
¶ Paruo & nihilo. Cic.2.de Finibus,146,Verùm isto modo consequatur summas voluptates,non modò paruo,sed fermè nihilo,si potest.
Assueta paruo iuuentus. Virg.2.Georg.95.
Paruo beatus.Horat.2.epist.1.29.
Contentus paruo,Vide CONTINEO.
Emptum paruo.Horat.2.Serm.saty.3.32.
Viuere paruo.Horat.2.Serm.sat.2.1.
¶ Parui æstimare,(περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι,) Plaut.Capt.12.24,
-dum ne ob malefacta peream,parui æstimo
Si ego huc peribo.
Parui ducere, (περὶ μικροῦ ἡγεῖσθαι,) Cicero pro Archia,10,Pericula mortis atque exilii,parui esse ducenda. Idem 2.de Finib.41.Sed quia parui id duceret.
Parui istuc facio.Plaut.Milit.10.188,
-parui istuc facio,dum modò,
Eam des,quæ sit quæsituosa, quæ alat corpus corpore. Liuius 5.belli Maced.187,Itaque parui Achæorum existimationem, quibus notos esse se scirent,fecisse.
Paruipendere.Plaut.Rud.16.34.
-quis hic est qui tam parui deos
Pendit? Idem Bacchid.11.29, Nequam istiusmodi hominis ego paruipendo gratiam. Terent.Heeyt.2.3.5.63,
Quæ dico,paruipendunt:porro hoc iargium
Ad vxorem cuius fiunt hæc consilio omnia. Idem And.3.2.45,
-sed paruipendo illud mihi multo maximum est.
Quod mihi pollicitus est ipsius gnatus. Cic.ad Atticũ,lib.15.323.2,
Sed si ista paruipendimus,quin & maiora contemnimus.
Parui putare.Catul.ad Furium,epigr.20.5,
Hæc tu commoda tam beata Fori
Noli spernere,nec putare parui.
Parui refert.Cic.pro Lege Manil.11, Etenim illud primùm parui refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare. Liu.8.ab Vrbe,89, Cæterùm in eo parui refert quid veri sit. Vetus exemplar legit,Sed sint ista parui,quin,&c.
¶ In paruo,pro Ferè. Plin.lib.8.cap.55.1,Emittet rostrum, vt in paruo haud absimile suillo.
Paruo breuius quàm. Plin.lib.2.cap.67.2, Circa Caspium quoque multa Oceani litora explorata, paruoque breuius quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.Hoc est ferè,vel parum abest quin totus,&c.
Paruissimus,pen.corr.Superlatiuum,(ἐλαχιστος,) Lucret.lib.3.41,
-igitur paruissima quanto
Et læuissima sunt,ita mobilitate fruuntur.
Paruulus,pen.cor.Diminutiuum,(τυτθός,) Plaut.Cistel.3.4.
Nam ego illam olim quæ fleus hinc abiit,paruulam
Puellam proiectam ex angiportu sustuli. Terent.Eunuc.1.2.28,
-ibi tum matri paruulam
Puellam dono quidam mercator dedit. Virg.4.Aeneid.66,
-si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas.
Paruulus,pro Puerulo. Quintilianus libro 5.cap.7, Excepta paruulorum iudicia.
A paruulo,& paruulis,Vide A præpositionem.
A paruulo studere duritiæ & labori,Vide A præpositionem.
¶ Causa paruula.Lucret.lib.4.39.
Formica paruula.Horat.1.Serm.saty.1.7.
Impulsio paruula.Cic.2.de Inuen.138,Defensor autem ex contrario primùm impulsionem aut nullam fuisse dicet,aut si fuisse concedet, extenuabit,& paruulam quandam fuisse demonstrabit.
Maoius paruula. Brutus ad Ciceronem,libro 11.10.5,Reuertor nunc ad Antonium, qui ex fuga quum paruulam manum peditum haberet inermum, &c.
Paruulam nauiculam conscendit. Cæsar 3.bel.Ciuil.412.
Pecunia paruula, & Immanis,contraria. Cic. pro Rosc.Comœ.13,Et illa fuit pecunia immanis,hæc paruula.
Res paruula,pro Re nullius momenti.Terent.Adel.2.4.10,
-ita,stultitia est istæc,non pudor,tam ob paruulam
Rem pene ex patria turpe dictu, ideos quæso vt istæc prohibeant.
Cic.pro Quintio,30,Si in paruula re captionis aliquid vereßere, non statim ad Q. Aquilium,&c.
Successus paruulus.Plin.lib.2.cap.23.4.
Paruulam aliquod consequi.Cic.2.de Inuent.178, Quare nos quidem sine vlla affirmatione, simul quærentes dubitanter vnumquodque diceremus,ordum paruulum hoc consequimur, vt satis commodè hæc per se ipsiusse videamur.
Is paruulus esse.Cic.4.Acad.146, Sed vt minuam controuersiam, videte quæso quàm in paruulis sitis.
Paruulum,pen.corr. Aduerbium,(τυτθόν,) vt Paruulum differt, hoc est Minimum. Plin.epist.170.6, Nam paruulum differt, patiaris aduersa, an expectes. Idem epist.167.8,Quia paruulum refert an idem displiceret,quibus non idem placuisset.
Ligni inest paruulum.Plin.lib.15.cap.24.4.
Paruitas,pen.corr. paruitatis, (μικρότης,σμικρότης,λεπτότης,) Plin.lib. 34.cap.8.33, Dextra limam tenet, læua tribus digitis quadrigulam tenuit translatam Prænestę, tantæ paruitatis, vt totam eam currumque & aurigam integeret alis simul facta musca. Columella libro 10. in Præfat.5, Tamen eadem tam exigua sunt,vt (quod aiunt Græci) ex incomprehensibili paruitate arenæ suns effici non possit.Cic.de Vniuers.54, Haud iisdem vinculis quibus ipsi erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem, crebris quasi cuneolis inliquefactis,vnum efficiebant ex omnibus corpus.
Minor,(ἐλάττων,)& hoc minus comparatiuum à Paruus.
Censor castigatorúque minorum.Horat.de Arte,36.
Minor natu. Cic.de Amicitia,32, Tu verò perge Læli: pro hoc enim qui minor est natu,iure meo respondeo.
Minor natu annis.Cic.4.Verr.85,Nequis minor triginta annis natu.Idem 4.Acad.110,Te hominem amicissimum,& aliquot annis minorem natu. Et de Claris Orat.48, At verò M.Aemilius Lepidus, qui est Porcina dictus, iisdem temporibus ferè, quibus Galba, sed paulo minore natu,& summos orator est habitus.
Virtute & honore minores.Horat.1.epist.1.37.
Animus minor.Horat.2.Carm.ode 11.3.
Cura non minor.Virg.5.Aeneid.161.
Dominus minor. Plin.epist.144.6, Lætor etiam,quòd domus aliquando C.Cassii huius,qui Cassianæ scholæ princeps & parens fuit,seruiet domino non minori.
Filius minor.Terent.Eun.2.2.58,Sed video herilem filium minorem huc aduenire.Plaut.Amphit.5.22,
Verùm minori puero maior est pater,
Minor maiori.
Minorum gentium patricii.Cic.ad Pætum,lib.9.21.4,Sed tamen mi Pæte,quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenquam vnquam, nisi plebeium fuisse? fuerunt enim Patricii minorum gentium. Id est, quorum patres allecti erant è plebe in Senatum.Budæus.
Infamia minor vero.Ouid.1.Metam.44.
Ira minor.Ouid.2.de Ponto,eleg.8.16.
Mensura minor parnâ lacertâ.Ouid.5.Metam.92.
Metus minor.Horat.Epod.1.4.
Pontifices minores. Liu.2.bel. Pun.133, L.Catilius scriba Pontificum, quos nunc minores Pontifices appellant, qui cum Floronia stuprum fecerat,à Pontifice maximo,&c.
Sumptus minor, Horat.2.Serm.sat.4.17.
Verbis minoribus vti,Ouid.6.Metam.31,
Nec tamen admonita est pœna popularis Arachnes
Cedere cælitibus,verbisque minoribus vti.
Virtus minor.Ouid.2.de Arte,3.
Minor mea res agitur.Terent.Heaut.2.3.113,
Ridiculum est istuc me admonere Clitipho:
Quasi istic minor mea res agatur, quàm tua. Id est,quasi non tam mea interfit,quàm tua minutie commodi editurum sit ad me,quàm ad te, siquid fiat diligenter & commode. Et Liuius 8.belli Pun.234.
¶ Minoris vendere aliquid, pro Minori pretio. Plaut.Merc.7.82, Dum quidem hercle ne minoris vendas, quàm emi ego pater. Cic.3. Offic. 81,Vt si minoris quàm potuisset,vendidisset.Sic 5.Verr.35,Multò minoris vendidit non modò quàm ita, sed etiam quàm qui ante te vendiderunt.
Minoris dimidio. Plin. lib.17.cap.7.2, Impendio tamen minimo leuitate dimio minoris quàm cæteræ inuehitur.
Minoris æstimare.Cic.4.de Finib.91. Et 1.Acad.52.
Minore,pro minoris.Cic.ad Atticum, lib.1.7.5, Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummũ mouere non possunt.
Minora dictu.Plin.lib.11.cap.2.1,Et sunt alia dictu minora.
¶ Minus pedalis. Plinius libro 22.cap.22,23,Condrillon siue condrille, folia habet in tubi circumrosis similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro.
Minimus,pen.cor.(ἐλάχιστος,μικρότατος,) Adiectiuum,Superlatiuum à Paruus. Plautus Sticho, 3.63, E malis multis, malum quod minimum est,id minimum est malum. Idem Aulula 3.14,
Accessit animus ad meam sententiam,
Quàm minimo sumptu filiam vt nuptum darem.
Minimus natu.Liu.3. ab Vrbe,144. Et lib.1.bel. Maced.67. Item 2. ab Vrbe,120,Minimus quisque natu Patrum.
Decus non minimum.Horat.de Arte,58.
Minimus digitus.Plin.lib.11.cap.43.2, Pollici minimus mensura par est.
Prouocare aliquem minimo,Subaudiendũ digito.Horat.1.Serm.sat.4.3.
Minimo digito,ait Acron,solent prouocare, qui volunt ostẽdere plus esse vtrium in suo minimo digito,quàm in alterius toto corpore.
Dolor minimus. Ouid.9.Metam.136.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Honor minimus.Ouid.1.Trist.16.
Minima momenta.Senec.lib.1.epist. Aliàs queruli & minima momenta calumniantur.
Munus minimum.Ouid.3.de Arte,130.
Onus minimum.Ouid.14.Metam.30.
Minima ex parte.Cic.1.Offic.108, Quorum rebus gestis quanquam imperium Lacedæmoniis dilatatum putatur, tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus & disciplinæ conferendi sunt.
Minimi pretii homo. Plaut. Asin.16.8, At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales pretii.
¶ Minimo emir. Plaut.Epid.5.107, Quanti emi potest minimo? Idem Persa,16.41, Indica, minimo daturus qui sis, qui duci queat? Terent Eunuch.1.1.30,
Quid agas, nisi vt te redimas captum, quàm queas minimo?
¶ Minimum, Substantiuum: vt Minimum vini. Cic. de Amicitia, 29, Quod si ita esset: vt quisq; minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus. Ibidem, 43, Itaque vt quisque minimum sit mitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maximè. Idem in Orat.255, Sed hos quum in clausulis pedes nomino, non loquor de vno pede extremo adiungo (quod minimum sit) proximum superiorem, sæpe etiam tertium.
¶ Minimum, quod illiterati dicunt Ad minus. Varro 2.de Re rust.cap. 1.13, Ita fiunt omnium partes minimum octoginta vna. Idem lib.3. cap.3.2, Harum singula genera minimum in binas species diuidi possunt. Ibidem, lib.1.cap.5.2, De his quatuor generibus singulæ minimum in duas diuidunturspecies.
Minúsculus, pen.corr. (μικρότερος,) Adiectiuum, diminutiuum à Minus. Varro 3.de Re rust.cap.5.4, Ex hoc auiario, vt sumantur idoneæ, excludantur in minusculum auiarium. Plaut. Trinum.13.43, - est Minusculum alterum, quasi vasculum vinarium. Idem Ampht.14.20,
Si minusculo digito increpuerint fores, hac tegula
Tuum deminuam caput.
Minuscula epistola. Cic. ad Q. fratrem, lib.3.17.15, Rescripsi epistolæ maximæ: audi nunc de minuscula.
Minuscula villa. Cic.ad Atticum, lib.14.309.2, Scribis enim esse rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minusculam verò villam vtique Quinto traditurum.
Minus, (ἧλαττον,) Aduerbium cõparatiui gradus à positiuo Parum. Terent. Eunuc.4.6.22, Minus potens quàm tu. Idem Heaut.2.3.18, Propter quã in summa infamia sum, & meo patri minus sum obsequens.
Non minus, Vide NON aduerbium.
Multo minus. Cic. Memmio, lib.13.1.10, Nisi tamen multo minus concedi potest, quàm illi laborare sine causa.
Minus homo, quàm doctus, pro Minus quàm doctus homo: hoc est indoctus, & minus prudens, vel cautus & sagax. Plaut. Epid.9.44,
Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium
Minus hominem quàm doctum, minusque ad rem hanc callidum,
Os sublitum esset.
Minus dixi, quàm. Plaut. Capt.7.71, Et quod minus dixi quàm volui de te, animum aduortas volo. Idem Milit.14.87, Minus eò dixi, ne hæc censeret me aduorsum se mentiri.
Minus habere. Terent. Phorm.1.1.7,
Quàm inique comparatum est, hi qui minus habent,
Vt semper aliquid addant ditioribus.
Minus intellexi. Terent. Eunuch.4.5.11,
- at nescebam id dicere illam, nisi quia
Correxit miles quod intellexi minus. nam me extrusit foras. Cic. de Amicit.23, Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiæ concordiæque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest.
Haud minus ac iussi faciunt. Virg.3.Aeneid.113.
Plus dapis, & rixæ multo minus. Horat.1.epist.18.11.
Minus potest per se. Cic. de Amicitia, 16, Nam propter imbecillitatem atque inopiam desyderanda sit amicitia, vt in dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet.
Minus, pro Non. Cic. de Amicit.83, Quæ tamen ipsa effloresceret ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis. Terentius Heautont.1.2.18, Quid narrat? CL. quid illi esse miserum esse. CH. miserum: quem minus credere est. Plaut. Amphit.5.17,
Nunc de Alcmena dudum quod dixi minus,
Hodie illa pariet filios geminos duos.
Minus aeriter. Ouid. epist.18.3.
Minus audaster. Senec. Thebaid.1.36. Terent. in Prologo Phorm.11, Minus multo audaster, quàm nunc lædit, lædereti
Et magis placerent quas fecisset fabulas.
Minus aptus. Horat.1.Serm.saty.3.6.
Minus diu. Plaut. Trucul.7.1,
Pisces ego credo qui viquedum viuunt lauant, minus diu
Lauare, quàm hæc lauat Phronesium. Cic. de Senect.19, Ego verò me minus diu senem esse mallem, quàm esse senem antequam essem.
Grata minus pietas. Ouid.1.Metam.42.
Minus grauis. Horat.1.Serm.saty.5.2.
Cura minus inuida. Horat.1.epist.10.4.
Amicus minus iucundus. Horat.1.Serm.saty.3.19.
Minus multi, & minus audaster. Plaut. Milite, 10.137,
Si hoc parauissent, homines essent minus multi mali,
Et minus audaster scelesta facerent facta.
Minus validus. Horat.1.epist.8.2.
Minus aut magis impeditus. Lucret.lib.1.48.
Minus memini. Plaut. Casin.26.19, Redi modo huc intrò, monebo, si quidem meminisli minus. Terent. And.4.1.31,
Imò etiam quo tu minus scis ærumnas meas,
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Id est, non satis nosti.
Minus valet. Plaut. Bacchid.4.15, Si non inuenta'st, minus valet, moribundusque est. Idem Amphit.7.26,
At ego te faciam pol hodie perinde ac meritus es,
Vt minus valeas, & miser sis, salnos domum si rediero.
Minus venit, pro Rarius. Cic. ad Cassium, lib.12.2.8, L. Cotta familiaris meus fatali quadam desperatione, vt ait, minus in Senatum venit.
Vexare minus aliquem. Horat.2.epist.2.18.
Minus cum cura lectum. Plaut. Milit.10.7,
Nam bene consultum, inconsultum si sit, inimicis vsu esse potest:
Si minus cum cura, aut catalogo loquendi dictum siet.
Minus ac minus. Plin.lib.11.cap.10, de apibus, Quom aduesperascit, in alueo strepunt minus ac minus, donec vna circumuolet, eodem quo excitauit bombo, ceu quietem capere imperans: & hoc castrorum more. Tunc repentè omnes conticescunt.
Minus & minus. Horat.1.Carm.ode 25.2.
Minus minusque. Plaut. Aulul.3.18,
Atque ille verò minus, minusque impendio
Curare, minusque me impartire honoribus. Terent. Heaut.3.3.33,
Nam mihi iam minus, minusque obtemperat.
¶ Minus quindecim anni sunt. Plaut. Trinum.8.1,
Minus quindecim dies sunt, quòd pro his ædibus minas quadraginta Accepisti à Callicle. Cic.4.Verr.116, Iussit vt quæ statuæ C. Verris ipsius & patris & filii essent, eas Quæstores demoliendas locarent: dumque ea demolitio fieret, Senatores triginta non minus adessent. Liuius de bel. Pun. Minus duo millia hominum effugerunt. Ibidem, Haud multo minus quàm mille capta. Idem, Hispani paulò minus mille homines pacti transtulerunt signa.
Minus amicorum. Plaut. Milit.22.43, Si sic aliis mœchis fiat, minus hic mœchorum fiet. Terent. Eunuch.4.6.22, Minus potens quàm tu, minus nomen, amicorum hic habeas minus.
Minus, aut Non minus quatuor pedes altum: pro Minus quàm quatuor pedes. Cic.3.Verr.86, Ei quum cautum vellet, scripsit vt hæredes iurarent se curatores vt ex sua quisq; parte, ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum peruenirer. Liuius, Nunquam nix minus quatuor pedes alta iacuit. Vitruuius, Aluei autem latitudo inter parietem & pluteum non minus sit pedes senos. Colum.lib.11. cap.2, Nec minus mille ducentos vnus obligat.
Minus duobus nummis. Plaut. Persa,18.2,
Probati hic argenti sunt sexaginta minæ:
Duobus nummis minus est. Cic. pro L. Flac.53, Ante pedes Prætoris in foro expensum esse auri pondo centum paulò minus. Cæsar in Cõment. Minus horis tribus milliem pedum quindecim in circuitu munitionem perfecerunt. Ibidẽ, A millibus passuum minus duobus castra posuerũt. Vitruuius, Quum nõ minus tribus cortis fuerit deformati.
Minus nihilo. Plaut. Pseud.4.30, - nam si ego
Exoptem quantum dignus; tantum dentiminus nihilo est. Terent. Phorm.3.3.2,
- vnde ego nunc tam subitò huic argentum inueniam miser,
Cui minus nihilo est? Vide NIHILVM.
Quo minus. Terent. And.1.2.25,
Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciæ conari, quo fiant minus.
Minus quinquennium est quòd. Plin.lib.15.cap.25.2, Minus quinquẽnio est, quòd prodiere quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis.
Minus triennium. Tacit. in vita Agricolæ, Minus triennium in ea legatione detentus.
Minime, pen.corr. (ἐλάχιστα,) Aduerbiũ negandi. Cic. de Amicit.38, Turpis enim excusatio est, & minimè accipienda, quum in cæteris peccatis, tum si quis contra Remp. se amici causa fecisse fateatur. Idem 1.Offic.109, Minimeque artes eæ probandæ, quæ ministræ sunt voluptatis. Plaut. Milit.19.15, Maris causa hercle hoc ego oculo minimè vtor. Terent. in Prolog. Eunuchi, 2, Et minimè multos lædere.
Minimè feceris, Prohibendi particula, pro Ne feceris. Plautus Mostel.4. 115, Etiamne vnguentis vnguendam censes? S. minimè feceris.
Minimè gratum spectaculum. Liuius 1.ab Vrbe,102.

Minimè

Minimè mirum, pro Non est mirum. Terent. Hecy.2.1.23,
Impridem equidem audiui cepisse odium eu Philumenam:
Minimeque adeò mirum. Idem Heaut.1.3.4.
Minimè mirum, adeò impeditæ sunt, ancillarum gregem
Ducunt secum.
Minimè, pro Tanto minus. Sen. de Benefic.ca,1, Nam nec in vulgus effundenda sunt, & nullius rei minimè beneficiorum, honesta largitio est.
Minimè, pro Minimum, seu quod dicunt, Ad minus. Colum.lib.1.ca.6.4, Lata bubila esse oportebit pedes decem, vel minimè nouem: quæ mensura & ad procumbendum pecori & iagario ad circumeundum laxa ministeria præbeat. Idem lib.5.cap.10, Ea extet minimè tribus pedibus, Non minimè. Vide NON aduerbium.
Minimè gentium, dicebant veteres, inquit Festus, pro eo quod est Omnium gentium iniicio minimè esse faciendum. Terent. Eunuc.4.1.11,
-heus inquit, puer, Pamphilum
Accerse, vt delectet hic nos. illa exclamat, Minimè gentium.
Idem Phorm.5.9.44, Meritòne hoc meo videtur factum? D. minimè gentium. Et Adelph.3.2.44,
Quapropter quoquo pacto celato est opus. S. ah, minimè gentium:
Non faciam.
Minimè omnium, Id est nullo modo. Cic. pro Rosc. Amerino,58, Quid attinuit eum potissimum nuntiare, quod si, &c. ad te minimè omnium pertinebat?
Minimè malè cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt. Cato de rust. in Præf.3.
Minimè multi. Cic,7.Verr.70, Et si in hac quadriremi, propter honorem & gratiam Cleomenis, minimè multi remiges & milites deerant.
Minimè multa habet. Liuius, Ex eo exercitu quem P. Aelius habuisset, vt quisque minimè multa stipendia haberet, legeret. Alibi, Vtque de eo exercitu qui ibi esset, quinque millia hostium nominis Latini, qui coram minimè multa stipendia haberet, legeret.
Minimè volo. Cic.4.Acad.142, Vos autem mihi vereminì ne labar ad opinionem, & aliquid asciscam, comprobem incognitum, quod minimè vultis, quid consilii datis? Id est, nihil minus vultis.
Minimè vero. Negantis est in responsione. Cic.1.Tusc.17. Budæus.
Minimè ambitiosus. Cic. ad Memmium, lib.13.1.14, Homo minimè ambitiosus, minimè in rogando molestus. Id est nihil eo minus ambitiosum, &c. quasi omnium hominum minimè ambitiosus. vel quidais potius quàm ambitiosus.
Minimè, plus est quàm Non. Est autem in responsione negatiua: id quod vulgò dicitur abfit. Sallust. in Oratione Cæsaris, Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ: Minimè. sed ita censeo, publicandas eorum pecunias.
Minimò pere, pen.cor. (ἐλαχίστως,) dixerunt veteres, sicut Maximopere. Licinius apud Prisc. Non minimopere milites quietes volebant esse.

Pasceolus, pasceoli, pen.cor. (βελάστιον,) Est, vt ait Varro, succulus ex aluta factus. Plaut. Rud.30.17, Præterea centum minæ philippicæ in pasceolo seorsum. Quidam dicunt significare locum in macello.

Pascha, huius paschæ: vel Pascha, pascatis, neu. g. (πάσχα,) transitum significat. Autonius, - nos etenim primis post pascha diebus. Hebræi dicũt PESAH, Latini qui ad nos ex Hebræo transferunt, PHASE, Syri siue Chaldæi PASCHA, quod nos & Græci heth in ch mutato, dicimus PASCHA. Græci non inflectunt pascha.
Paschalis, & hoc paschale, penul. prod. (πασχάλιος,) Quod ad pascha pertinet: vt Paschalis dies.

Pasco, pascis, pani, pastum, (νέμω, σιτέω, βόσκω, νεμέω, κατμόω, φέρβω, χορτάζω, χόρταλλω,) pascere, Comedere significat, & est neutrum. Absolutè aliquando ponitur, aliquando cũ accusatiuo. Virg. 5.eclog.2, - pascentes seruabit Tityrus hœdos. Plant. Mostell.12. 18, Quò properas? gestis aliquò iam hercle ire pastum foras. Hic Plautos ad hominem transtulit, quod proprie de animalibus dicitur, teste Valla, sicut Vesci, de hominibus. Ouid.4.Metam.127.
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Pascebant.
In priuato pascere. Ouid.5.Fast.58.
Ouis pauit pratum. Ouid.1.Fast.77.
¶ Pasco, actiuum, hoc est Pascere facio, vel Pascentem obseruo, vel Pabulum præbeo. Plaut. Merc.9.11, - non didici baiulare, Nec pecua rupi pascere. Cic.1.de Diuin.59, Qui quum propter paupertatem sues puer pasceret, vna ex his amissa vouisse dicitur, si recuperasset, &c. De Nauio augure. Plin.lib.10.ca.60.2. Cornicem incubantem mas pascit.
Hospes armentum pauit in aruis. Ouid.4.Fast.14.
Bestias pascere, domare, tueri. Cic 2.Offic.19.
Boues pascere. Virg.1.eclog.9.
Capellas pascere. Virg.9.eclog.4.
Equos pascere. Virg.3.Georg.10.
Oues ad flumina pauit Adonis. Virg.10.eclog.4.
Pascere camem sero pingui. Virg.3.Georg.52,
Veloces Spartæ catulos, acremque Molossum Pasce sero pingui.
Vernas pasco libatis dapibus. Horat.2.Serm.saty.6.14.
Cornos pascere in cruce. Horat.1.epist.17.10.
Corpora pascere pabulis. Lucret.lib.2.199.
¶ Pascor, passiuum, (νέμομαι,) vt Pascitur herba equus: & Sylua pastus arundinea.
Malis orbiculatis pasci. Cælius Ciceroni, lib.8.15.2, Nunc tibi nostri milites, qui durissimis & frigidissimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur?
Cibo mendicato pasci. Ouid.5.Trist.eleg.9.3.
Cibo pasto pasci, ingeniosè dictum est ab Ouidio de vacca quæ comestas paulo antè herbas, postea ruminat, & iterum comedit. Sic ille in Fragmento,4.
Dum lacet, & lentè reuocatas ruminat herbas,
Atque iterum pasto pascitur antè cibo.
Pascere, (σιτίζω,) pro Cibis tractare. Cic. ac Atticum, lib.6.1.11.23, Lancibus & splendidissimis canistris, oluscula nos soles pascere. Plin.li.12. cap.14.11, Nam & benignè certo itinerum numero Deus hospites pascit. Iuuen.Sat.3.15, - quot pascit seruos, tot possidet agri Iugera.
Copia frumenti pascit populum. Horat.1.epist.15.4.
Bene pascere & bene vestire. Cic.1.Offic.130, A quo quum quæreretur quid maximè in re familiari expediret, respondit, Bene pascere. quid secundum? Satis bene pascere. quid tertium? Bene vestire. quid quartum? Bene orare.
¶ Pascere, per translationem ponitur pro Delectare: vt Pascere oculos: hoc est Visu alicuius rei grate oblectari. Terent. Phor.1.2.35, Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere. Cic.7.Verr.53, Homines maritimi Syracusis, qui sæpe istius ducis nomen audiissent, quum eum sæpe timuissent, quum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos, animumque exaturare vellent, &c. Virg.2.Geor.57, Non animum modo vti pascat prospectus inanem. Id est delecter, inquit Seruius.
Pasci bibliotheca alicuius. Cic. Attico, lib.4.79.3, Ego hic pascor bibliotheca Faustì.
Pasci, delectari, perfrui aliqua re. Cic. in Pisonem, 35, His ergo rebus pascor, his delector, his perfruor, quòd de vobis hic ordo opinatur non secus ac de teterrimis hostibus.
Pasci discordiis. Cic. pro Sest.86, Aut qui propter insitum quendam animi furorem, discordiis ciuium ac seditione pascantur.
Pasci maleficio. Cic.1.Off.46, Cuius tanta vis est, vt ne illi quidẽ, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere.
Animum pascere inani pictura. Virg.1, Aeneid.94.
Lumina pascere. Ouid.14. Metam.146, Lumine vt exanimi crudelia lumina pascat.
Oculos suos pascere. Ouid.3.Amor.eleg.1.2.
Colores pascunt oculos. Lucret.lib.2.84.
Spes est quæ pascat amantes. Ouid.9.Metam.150.
Amorem pascere. Ouid.2.de Remed.amor.70.
Barbam pascere. Horat.2.Serm.sat.3.7.
Famam alicuius pascere. Propert.lib.4.eleg.3.5.
Furorem pascere. Claud.ad Adrianum,1.5.
Iras pascere. Silius lib.13.144.
Naturam animi pascere, atque explere rebus bonis. Lucret.lib,3.104.
Nummos alienos pascere, Id est fœnerari & facere æs alienum vsuris crescere, vt ait Porphyrio. Horat.1.epist.19.7.
Polus pascit sidera. Virg.1.Aeneid.123.
Pascor, pasceris, penult.cor. pastus sum, (νέμομαι,) pasci, Deponens. Idem. Plin.lib.11.cap.48.3, Solidipedes inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt.
Armenta pascuntur per herbas. Virg.3.Georg.33.
Agmen pascitur per valles. Virg.1.Aeneid.38.
Pascitur iuuenca in viridi pabulo. Virg.3.Georg.44, Pascitur in magna sylua formosa iuuenca.
Pasci sylua. Virg.3.Georg.63.
Pascuntur verò sylua, & summa Lycæi,
Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos.
Apes pascuntur arbuta. Virg.4.Georg.37.
Pascitur pecus diem & noctem. Virg.3.Georg.69.
Sæpe diem noctemque, & totum ex ordine mensem
Pascitur, idque pecus longa in deserta sine vllis Hospitiis.
¶ Pasci, pro Crescere. Virgilius 2.Aeneid.137.
- tactúque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci. Seruius.
Ignes nuctumi pascuntur. Virg.2.Georg.87.
Liquor pascitur in viuis. Ouid.1.Amor.eleg.15.8.
Pascito, pascitas, pen.cor. (βόσκομαι,) pascitare, Frequentatiuum à pasco. Varro 3.de Re rust.cap.16.11, Nunc feras dico, quæ in sylue stribus locis pascitantur: cicures, quæ in cultis.
Pascens, Participium, (νέμων,) vt Agni pascentes. Virg.4.eclog.10.
Capellæ pascentes. Virg.3.eclog.20.
Hœdi pascentes. Virg.5.eclog.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pascēdus, Partic. (χορταστέος,) vt Caballi pascēdi. Horat. 1. Ser. sat. 6. 21.
Pastus. Aliud participium, (χορτασθείς, τραφείς.) Qui cibum vel pabulum sumpsit. Cic. pro Cluentio, 53. Vt etiam bestiæ fame dominante, plerumque ad eum locum, vbi pastæ aliquando sint, reuertantur?
Apna pasta gramine. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 9.
Boues pasti. Virg. 5. ecl. 9.
Greges pastos agere. Ouid. epist. 14. 3.
Vultur pastus cadauere. Silius lib. 13. 121.
Monstrum pastum sanguine. Ouid. 8. Metam. 34.
¶ Pastus quæstu iudiciario iudex. Cic. pro Cluentio, 57, Hic ille planus improbissimus, quæstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ quam condiderat, spe iam atque animo incubaret, contrahit frontem. Id est nutritus, inquit Budæus.
Mœror pastus fletu. Silius lib. 13. 118.
¶ Pastus, Quod bestiæ pauerunt. Plin. lib. 9. cap. 3. 11, Pastæque radices fruticum remeant. Idem lib. 11. cap. 53. 3, Quædam innocua alioqui, venenatis pasta noxia fiunt & ipsa.
Pastus, huius pastus, (νομή, βοσκή,) Ipse pascendi actus. Cic. de Senect. 60, Tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium varietate, &c. Gellius lib. 2. cap. 29, Alia luce orta auis in pastum profecta est. Plin. lib. 8. cap. 16, Vulpes animal alioqui solerti audita, amnes gelatos, lacusque non nisi ad pastus ituræ reditureque transeunt. Sic Cic. 2. de Finib. 67. Tacit. lib. 4, Præpeditis Numidarum equis aut diuersos pastus pererrantibus.
Pecudum pastus. Cic. 2. de Nat. deorum, 143.
Matutini pastus, Vide Matutinus in MATVTA.
¶ Abiicere animantes ad pastum, Vide ABIICIO.
Accedunt ad pastum animalia alia gradiendo, alia serpendo, alia volando, alia nando. Cic. 2. de Nat. deorum, 181.
Anquirit & parat pastum & latibula oē genus animātiū. Cic. 1. Offic. 18.
Capessere & conficere pastum. Cic. 2. de Nat. deorum, 180.
Comparauit pastum animantibus largè & copiosè natura cum qui cuique aptus erat. Cic. 2. de Nat. deorum, 180.
Decedere campis è pastu. Virg. 4. Georg. 38.
Decedens è pastu exercitus coruorum. Virg. 1. Georg. 77.
Esse in pastu. Plin. lib. 32. cap. 1. 8, Homines quibus in pastu est, piscem olent. Hoc est, qui eo vescuntur.
Fundit ex sese pastus varios, varieque abundantes bestiis nihil laborantibus terra: nobis autem aut vix, aut ne vix quidem suppetunt summo labore quærentibus. Cic. 2. de Finib. 176.
Inire pastum, Vide INEO.
Nata ad pastum tarda & languida pecus. Cic. 2. de Finib. 66.
Vesper reducit virulos è pastu ad tecta. Virg. 4. Georg. 87.
Redire in pastus. Lucan. lib. 2. 120.
¶ Pastus, de hominibus etiam dicitur. Cic. 11. Philip. 191, Qui popularetur agros, vexaret vrbes, non ad spem constituendæ rei familiaris, quam tenere eum posse negant qui norunt, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ?
Suauissimus pastus animorum oblectatio solertiæ. Cic. 5. Tuscul. 94.
Pastio, (νομεύσις,) Alimentum pecudum est, siue etiam actus ipse pascēdi. Vnde etiam Varronis index de Villaticis pastionibus ad bruta pertinentibus. Idem 2. de Re rust. cap. 10. 1, Qui pascunt in saltibus, greges cogere oportet, in pastione diem totum esse, pascere communiter. Sic lib. 1. cap. 12. 1. Colum. lib. 7. cap. 3. 12, Ferè omnem sobolē pastioni reseruet suburbanæ. Cic. pro Lege Manil. 9, Asia verò tam opima est, & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facillè omnibus terris antecellat. Valla lib. 4, Pastio videtur significare cibū, sed tamen potius ad alimenta pecudum pertinet, quæ pasci dicimus: quanquam suapte natura significat ipsam actionem pascendi, nunc frequentius cibum. Colum. lib. 1. in Præfat. 22, Porculatoris verò & subulci diuersa professio, diuersæ pastiones.
Pascuus, Adiectiuum, (νομός,) Paulus Syluam pascuam appellat, quæ est pascuis pecudum destinata. Plaut. Trucul. 4. 45,
– non aruus hic qui arari soleat, Sed pascuus est ager.
Pascua rura, apud Lucretium lib. 5. 251,
Siue quòd inducti terræ bonitate volebant
Pandere agros pingues, & pascua reddere rura. Id est colere rura, vt apta essent pascendis armentis.
Pascuum, pascui: pluraliter, pascua, pascuorum, (ἐπινομία, πρόνομα, χλόη,) In quibus pecudes pascuntur, siue ager, siue pratum, siue mons, aut collis fuerit. Colum. lib. 8, In eo rure quod pascuo caret, contineri potest, exiguo & qualicunque pascuo contentus. Ibidem, cap. 3, Nec tamen villa tam blanda sunt pabula, aut etiam pascua, quorū gratia non exosescat vsu continuo. Idem lib. 8. cap. 14, de anseribus, Esuriens mittatur in pascuum. Varro 2. de Re rust. cap. 11. 1, Pascuum viride. Plin. lib. 8. cap. 47. 3, Illud mollius, hoc in pascuo delicatius. Liuius 4. bel. Pun. Lucus proceris arboribus septus læta in medio pascua habuit.
Herbosa pascua. Ouid. 2. Metam. 138.

Læta pascua. Horat. 4. Carm. ode 4. 3. Ouid. 4. Fast. 96.
Palustria pascua, Vide Palustris in PALVS.
Vastata pascua. Claud. 3. de raptu Proserp. 34.
Intenta pascuis caprea. Horat. 4. Carm. ode 4. 3.
Mandunt pascua equi. Claud. 1. de raptu Proserp. 56.
Pascua, vt ait Plinius lib. 18. cap. 3. 2, etiam nunc in tabulis Censoriis dicuntur omnia ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat.
Censorum pascua. Cic. 1. de Lege agrar. 1, Vtrum tandem hanc syluam in relictis possessionibus, an in Censorum pascuis inuenisti?
Pascālis, & hoc pascāle, pen. prod. (νομαδικός,) Pascales oues dicuntur, quæ passim pascuntur, inquit Festus, à pasco, siue pascuis, quasi pascuales. Lucilius, Pascali pecore ac montano hirco atque soloce.
Pastor, pastōris, (νομεύς, ποιμήν, βοτήρ, βόσκων, ποιμανδής,) Qui curam habet pascendi pecoris. Vox sæpius repetita apud Catonem, Varronem, & Columellam. Plin. lib. 12. ca. 5. 1, Intra sepem eam æstiuant pastores. Cic. pro Flacco, 30, O pastores nescio quos cupidos literarum. Varro 2. de Re rust. cap. 10. 5, Quod ad fœturam humanam pertinet pastorum, qui in fundo perpetuò manent, facilè est, &c.
Sacra pastorum, Palilia. Ouid. 4. Fast. 146.
Loca pastorum deserta. Lucret. lib. 5. 279.
Regna pastorum deserta. Virg. 3. Georg. 96.
Durus pastor. Iuuenal. Saty. 11. 16,
Pastoris duri est hic filius, ille bubulci. Videtur hoc loco bubulcos à pastoribus segregare.
Lentus pastor. Propert. lib. 4. eleg. 11. 6.
Pastorālis, & hoc pastorāle, pen. prod. (ποιμενικός, βοτηρικός,) Quod ad pastorem pertinet: vt Pastoralis habitus. Liuius 9. ab Vrbe, 188.
Antra pastoralia. Claud. de Nupt. Honorii, 23.
Auguratus pastoralis. Cic. 1. de Diuinat. 174, At ille Romuli auguratus pastoralis non vrbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum.
Cantus pastoralis. Claud. 1. Paneg. 37.
Iuuentus pastoralis. Ouid. 2. Fast. 73.
Myrtus pastoralis. Virg. 7. Aeneid. 164.
Signum pastorale. Colum. lib. 6. cap. 23. 2. Ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo quasi receptui canitur.
Tectum pastorale. Stat. 12. Thebaid. 54.
Truncus pastoralis. Stat. 4. Thebaid. 61.
Pastorius, Adiectiuum. Idem. (ποιμενικός,) Varro. 2. de Re rust. cap. 1, 1, An ea quæ mihi heri dixisti de pastoria re? Emendatiora exemplaria habent Pastoritia.
Pellis pastoria, pro Habitu pastorali. Ouid. 2. Metam. 137.
Sibilla pastoria. Ouid. 3. Metam. 169.
Pastoritius, Aliud adiectiuum, Idem, (ποιμενικός,) Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 20, Itaque & ludis & gladiatoribus mirandas ἐπιπομπασίας sine vlla pastoritia fistula auferebamus.
Pastoritium vitam agere. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 14.
Pastoritia & agrestis sodalitas. Cic. pro Cœlio, 19, Fera quædam sodalitas & planè pastoritia atque agrestis germanorum Lupercorum.
PASIPHAE, Pasiphaes, & Pasiphaa, Pasiphaæ, pen. corr. (πασιφάη,) Dictio tetrasyllaba, fuit filia Solis, & vxor Minois regis Cretæ, quam in fabulis ferunt ex Tauro genuisse Minotaurum, qui partim hominis effigiem habebat, partim tauri. Propert. lib. 2. eleg. 29. 11, Vobiscū Europæ, nec proba Pasiphae. Vide MINOTAVRVS.
Pasiphae, Circe, & Aee è Persidе Oceani filia natæ, patre Sole, in numero deorum habentur. Cic. 3. de Nat. deorum, 65.
Fanum Pasiphaæ. Cic. 1. de Diuinat. 57, Qui præerant Lacedæmoniis, non contenti vigilantibus curis in Phasiphaæ fano, quod est in agro propter vrbem, somniandi causa excubabant.
Pasiphaeius, Adiectiuum, sex syllabarum, (πασιφαΐς,) Ouid. 15. Metam. 100, – me Pasiphaeia quondam
Tentatū frustra, &c. Id est Phædra quæ Pasiphaes fuit filia ex Minoe.
PASITELES, pen. corr. (πασιτέλης,) Sculptor egregius in Græcia natus, & ciuitate Romana donatus. Plasticen matrem statuariæ sculpturæque & cælaturæ esse dixit: & quum esset in omnibus his summus, nihil vnquam fecit antequam finxit. Author Plinius lib. 35. cap. 12. 7. & lib. 36. cap. 5. 27.
Pasithea, (πασίθεα,) vna ex tribus Gratiis, vt quidam volunt.
Dea Pasithea. Catul. de Berecynthia, epig. 58. 9.

Passer, passeris, pen. corr. dubii generis, (στρουθός,) Auis vulgò notissima. Plin. lib. 10. cap. 36. 1, Contrà passeri minimum vitæ, cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare: argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit.
Fœminis longiusculum spatium.
Ilia passeris. Horat. 2. Serm. saty. 8. 6.
Ex passerum numero, belli Troiani annos auguratus est Calchas. Cic. 1. de Diuinat. 125.
Passer marinus à Plinio lib. 32. cap. 11. 8, recensetur inter piscium genera. Plaut. Persa, 6. 18, – curriculo vola.

P. Istuc marinus passer per circum solet. Festus, Passer marinus quem vocat vulgus struthiocamelum. Sipontinus stritomellum legit, & aliis genus esse dicit. Quidam marinum passerem eundem esse dicunt cum nostra solea quā vulgò vocamus: alii verò passeres putant nostris carletis similiores.
Passerculus, huius passerculi, penul. corr. Diminutiuum, (στρουθίον,) Plaut. Asin. 12. 76. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem. Cice. 2. de Diuin. 99. Cur autem de passerculis coniectura facit, in quibus nullum erat monstrum: de dracone silet, qui (id quod fieri non potuit) lapideus dicitur factus?

Passim, Aduerbium, (πασσήμει, πάσσημον,) A passu deducitur, significat Sparsim, passu distante, inquit Vallaiv Grex passim pascitur. Cæsar 4. belli Gall. 510. At reliqua multitudo puerorum mulierumque passim fugere cœpit. Liu. 1. ab Vrbe, 125. Corpus passim distrahendum dabis. Cice. pro Fonteio, 19. Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto foro.
Vulgò & passim. Cice. pro Murena, 66. Num locum ad spectandum dare, aut ad prandium inuitare? minimè: sed vulgò, passim. quid est vulgò? vniuersos.
Bacchari passim in montibus. Lucret. lib. 5. 165.
Currentia passim vina riuis. Virg. 1. Geor. 27.
Diuidi passim & peruulgari, atque edi Popu. Romano imperaui. Cicero pro Sylla, 32.
Passim & libere leuandi laboris sui causa opere solutas aues videmus. Cice. 2. de Orat. 14.
Corpora passim sternuntur per vias. Virg. 2. Aeneid. 73.
Vagari passim tota regione. Virg. 6. Aeneid. 178.
Hue & illue passim vagātes volucres natura efficit. Cic. 2. de Diuin. 115.
Passim, Vbique aliquando significat. Lactantius, Creditur ei passim, tanquam cognitæ veritati. Valla.
Passim, Vndique. Lactantius, Quumque is numerus condendæ vrbi parū idoneus videretur, constituit asylum. Eò passim cōfugerunt ex finitimis locis pessimi quique sine vllo conditionis discrimine. Valla.
Passim & vndique. Cic. 1. de Orat. 94. Passim licet carpentem & colligentem vndique repleri iusta iuris Ciuilis scientia.
Passim, Quomodolibet. Virg. 3. Aeneid. 103.
– passimque m littore sicco
Corpora curamus. Passim, inquit, pro eo quod est, Prout quisque vult: siue sine vllo conditionis discrimine. Sipontinus.
Passim & Ordinatim, contrária. Brutus Cic. lib. 11. 13. 4. Biduo me Antonius antecessit, itinera multo maiora fugiens quā ego sequens. ille enim ait passim, ego ordinatim.

Passum, huius passi, (γλυκύ,) A passus participio verbi patior, liquoris genus est, inquit Nonius, quod ex vua passa cogit. Vua autem ideo passa dicitur, quòd in siccando passa est solem. Plin. lib. 14. cap. 9. 7. de dulcium vinorum generibus loquens, Passum, inquit, à Cretico Cilicium probatur & Africum & in Italia prouinciisque finitimis. Fieri certum est ex vua, quam Græci sicam vocant, nos apianam. Item scirpula, diutius in vite sole vuis adustis, aut feruente oleo. Quidam è quacunque dulci, dum præcocta alba faciūt siccantes sole, donec paulo amplius dimidium pondus superfit, tusaque leniter vuas exprimūt. Deinde quantum expressere, adiciunt vinaceis aquæ puteanæ, vt & secundarium passum faciant. Diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt: ac sine sarmentis madefactos, vino excellenti, donec intumescant premunt. Et hoc genus ante cætera laudāt. Ac simili modo aqua addita, secundarium faciunt. Varro de vita Popu. Roma. Passum nominabant, si in vindemia vuam diutius coctam legerent, eamque passi essent in sole aduri.
Lac passum. Ouid. 14. Metam. 55.
– & cum lacte coagula passo.
Racemi passi. Vir. 4. Georg. 54.
– vel psythia passos de vite racemos.
Acini passi. Plin. li. 14. ca. 1. 8. Quin & à patiētia nomē acinis datur passis.
Pingue passum. Iuuen. Saty. 14. 27.
Qui gaudes pingue antiquæ de littore Cretæ
Passum, & municipes Iouis aduexisse lagenas.

Passus, à verbo Patior, Participium, Vide PATIOR.
Passus, à Pando, pandis, Vide PANDO.

Passus, huius passus, (βῆμα,) Budæus, Passus à passis manibus dici videtur: vt sit egressus, id est βῆμα, cubiti vnius & pedis, hoc est pedum duorum semis. Pli. li. 11. ca. 8. 1. Apes operantur intra sexaginta passus. Magnitudinem passus colligere licet ex descriptione stadii, quæ habetur Plinii lib. 2. cap. 23. Stadium, inquit, viginti quinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos XXV.
Aegri passus. Valer. 3. Argon. 72.
Lenti passus. Ouid. 2. Metam. 115.
Perpanculi passus, Vide PERPAVCVS.
Rapidi passus, Valer. 6. Argon. 98.
¶ Accurrere rapidis passibus, poeticum est, Vide ACCVRRO.
Ambulare quingentos passus, Vide AMBVLO.
Millia passuum septingenta triduo ambulare. Cic. pro Quintio, 52.
Associare passus alicui. Stat. 3. Thebaid. 91.
Conficere passus, Vide CONFICIO.
Deducere passus mille in altitudinem, Vide DEDVCO.
Deside passu ire. Stat. 5. Sylu. 2. 65.
Citatis passibus celerem cursum explicans. Sene. Hippol. 10. 3.
Strepitum faciens passus. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 8.
Inerti passu incedere. Ouid. 2. Metam. 155.
Tardo passu incessit. Ouid. 10. Metam. 10.
Sonoro passu mouens aurichalca. Valer. 3. Argon. 13.
Peragrare passibus disiunctissimas terras. Cic. pro Marcello, 3.
Cito passu petere aliquem. Ouid. 2. Fast. 149.
Tacito passu præterire Claud. 4. Paneg. 102.
Anili passu procedere. Ouid. 13. Metam. 108.
Proferre passus. Lucret. lib. 4. 166. & 118.
Sicco freta radere passu. Ouid. 10. Metam. 130.
Admisso sequitur vestigia passu. Ouid. 1. Metam. 53.
Aequis passibus sequi aliquem. Virg. 2. Aeneid. 45.
Coniunctis spatiantur passibus ambo. Ouid. 11. Metam. 13.
Ingenti venit passu. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 3.
Tremulo venit horrida passu hyems. Ouid. 15. Metam. 43.
Alite passu volare. Ouid. 10. Metam. 117.
Trepidis passibus vrgere vestigia. Stat. 2. Thebaid. 130.
Pastillus, huius pastilli, (τρόχισκος,) Diminutiuum videtur à pasta: quanquis fiat mutatio generis. Quidam à passu deriuant. Festus à panis & dicit esse massam cuiuscunque materiæ in formam panis parui. Vnde Pastilli medicinales, & Pastilli odoratorii. Horat. 1. Serm. saty. 2. 6, Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Trochisci Græcè dicuntur ab orbiculari forma. Pastilli medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut vino vel aceto incocta, quę à coctione rursus in aruerunt: quę quum vtendum est, subinde eiusdem generis humore diluuntur, deinde vulneribus illinuntur: non autem imponuntur vt emplastra. Plin. lib. 33. cap. 6. 8, de stimmi, siue stibio, quod in argenti metallis inuenitur, Quod ibi subsidit flos intelligitur, ac listeolo interposito in sole siccatur, non vt perareſcat: iterumque in mortario teritur, & in pastillos diuiditur. Budæus.
Pastilli, emplastra, malagmata, cognata sunt genera in instrumento chirurgico: inter se tamen differentia, vt latè docet Cellius lib. 5. medicinæ, cap. 17. Budęus.
Pastillicare. Plinius lib. 21. cap. 5, Luteus & bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbalis coronatur. Sipontinus patulicantibus legit, quod Hermolaus non probat.
Pastillatum argentum, Vide ARGENTVM.

Pastinaca, huius pastinacæ, pen. prod. (σκαπλίς,) Herba, cuius radix caro similis à nobis editur, & summopere expetitur. Plin. lib. 19. cap. 5. 21, Ex his pastinacæ vnum genus agreste sponte prouenit, staphylinos Græcè dicitur. Alterum seritur radice vel semine, primo Vere vel Autumno, vt Hygino placet Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quàm altissimè refosso. Annicula vrilis esse incipit, bima vtilior, gratior Autumno, patiniśque maximè. Colum. lib. 9. cap. 4. 5, Tum agrestis pastinaca, & eiusdem nominis edomita, quam Græci σκαφυλίνον vocant. Idem lib. 6. cap. 17. 6, Duplex autem est pastinaca, agrestis quam vulgus nostrū vocat Des panetz: & hortēsis, quam etiam appellat Des pastenades, vtriusque radix esui est quamoptima.
Pastinaca, genus piscis, de quo Plinius lib. 9. cap. 42. 2, Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens. Argumenta solertię huius, quòd tardissimi piscium hi, mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiuntur. Idem lib. 32. cap. 7. 13. & cap. 11. 8. Et Cellius lib. 6. cap. 9. Et plani piscis, quam nostri pastinacam, Græci τρυγόνα vocant, aculeus torretur.

Pastinum, huius pastini, pen. cor. (σκάφιον, σκαφεῖον,) Instrumentum vinitorium. Colum. lib. 3. cap. 18. 1, Sed Iulius Atticus prętorto capite, & recuruato, ne pastinum effugiat, prædictum semen demersit. Pastinum vocant agricolę ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Vnde etiam repastinatæ dictę fuere vineę veteres, quæ refodiebantur.
Pastinum. Aliter sumit Papinianus in L. Diuortio, in fine. Et Palladius libro 2. cap. 10, dum de pastino instituendo loquitur, Pastinum instituere, est agrum vitibus destinatum fodere, frutices & arbores inutiles summouere, seminaria facere, arbores quadragenis pedibus distantes, quibus vitis adnectatur, disponere.
Pastino, pastinas, pen. cor. (σκάπτω,) Pastinare, Est agrum fodere. Colu. lib. 3. cap. 13, Nunc pastinandi agri propositum est rationem tradere. Ac primū, ex omni siue arbustiuo siue syluestri loco, quē vineis destinaueritis, omnis frutex atque arbor eruī & summouerī debet, ne postea fossorem moretur, néve iam pastinatū solum iacentibus molibus impri

Universidad de Deusto
Biblioteca

matur, & exportantium ramos atque truncos ingressu proculcetur.

Pastinatus, huius pastinati, pen. prod. (σκαφή,) Ipsa pastinatio. Plin. lib. 17. cap. 10. 2. Alba populus seritur bipedaneo pastinatu.

Pastinatum, huius pastinati, pen. prod. (ἐσκαμμένον,) Colu. lib. 3. cap. 3. Et adhuc tamen sic comportauimus, quasi nullæ sint vitis adices quæ de pastinato eximantur. Ibidem, ca. 10. 4. Siue enim pastinato deponitur, siue truncus inseritur, largioribus satiatur alimentis, quàm prius quum esset in egeno De vite. Sic ibidem, cap. 13. 6. & lib. 4. cap. 4. 1. Facta in pastinato scrobe.

Pastinatio, Verbale. (σκαφεία,) Colum. lib. 3. cap. 12. 6. Quibus omnibus diligenter exploratis, tum pastinationem suscipiemus. Plin. libro 17. cap. 11. 13. De pastinatione dictum est. Colum. lib. 3. cap. 3. Siue ergo pastinationis reditus, seu futurarum spes vindemiarum cohortari nos debet ad positionem vinearum.

Pastinator, pen. prod. huius pastinatoris, (σκαπτής,) Verbale masc. Colu. lib. 3. cap. 13. 10. Nam duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ χ, decussauimus.

Pastio, Pastus, Vide PASCO.

Pastomis, pen. corr. huius pastomidis, f. g. (παστορίς,) Instrumẽtum ferreum siue ligneum, quod ad cohibendam equorum teniam naribus vel morsui imponitur. Lucilius, Pastomides huic de naribus ingentes pendent.

Arbitror ita legendum, Pastomides huic ingentes de naribus pendent. vt sit hexameter heroicus.

PASTOPHORI, pen. corr. (παστοφόροι,) Sacerdotes sacrosancti Aegyptiorum, honoratiores cæteris. Dicti Pastophori, quòd ferant pallium Veneris, cui nomen est Pastos. Pastophores etiam Venus est appellata. Apud Apuleium in Asino ita vocantur sacerdotes Isidis pallium in supplicationibus ferentes.

Pastophorion, (παστοφόριον,) Pastophororum domus. Quidam dicũt esse thalamum in quo habitat præpositus templi. Alii thalamum nuptiale. Vnde & Venus appellata est pastophoros, quasi thalamifera, quòd thalamum nuptialem curet & administret. nam παστὸς, thalamus nuptialis dicitur, qui alio nomine νυμφεὼν appellatur.

Pastor, Pastoralis, Pastoritius, Pastorius, & Pastus, Vide PASCO.

Patagium, huius patagii, Festus, Patagium est quod ad summam tunicam affui solet, quæ & patagiata dicitur. Apuleius, Vberes enim crines leniter emissos, & cervice dependulos, ac deinde p colla dispositos, sensimque sinuato patagio recedentes paulisper ad finem conglobatos, in summum verticem nodis astrinxerat.

Patagiata, penult. producta. Substantiuum, Idem quod Patagium. Plautus Epid. 5. 48.

Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium,
Induhatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

PATARA, penultim. correpta, (πάταρα,) Vrbs Lyciæ, vbi Apollo dabat responsa. Dicta à Pataro Apollinis filio, vel ab alio Pataro Lapeonis filio. Hinc

Patarẽus, pen. prod. Adiectiuum. (πατάρεύς,) Stat. 1. Thebaid.

Phœbe parens seu te Lyciæ Patarea niuosis
Exercent dumeta iugis. Ouidius 1. Metamorph. 104. Patareaque regia seruit.

PATAVIVM, (πατάουιον,) Ptolemæo lib. 5. cap. 1. Vrbs est in Põto siue Bithynia, quæ hodie Polmen dicitur. Est item vrbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua, ab Antenore condita. Ptolemæus lib. 3. ca. 1. Extat hodie in eadem vrbe Antẽoris sepulchrum vetustissimum cum huiusmodi inscriptione, quæ ob nimiam vetustatem vix legi potest,

Inclytus Antenor patriam vox Nisa quietem.
Transtulit huc Henetos, Dardanidumque fugas.
Expulit Euganeos. Paratuam condidit vrbem:

Quam tenet hic humili marmore cæsa domus. Vide PADVA.

Vrbs Pataui. Virg. 1. Aeneid. 50.

Pataunitas, pen. corr. (τὸ πατουνίσιον,) Quintil. lib. 1. cap. 5. 35. Quẽadmodum Pollio deprehendit in Liuio pataunitatem.

Patefacio, Vide PATEO.

Patella, huius patellæ, (λοπάριον,) Festus, Patellæ, vasa picata, patua, sacrificiis faciendis apta. Varro Manio, Quocirca oportet bonum eiuem legibus parẽre, & deos colere, in patellam dare μαγίδα πήλινα. Cicc. 6. Verr. 41. Patella grandis cum sigillis ac simulachris deorum. Liuius 6. bel. Pun. 185.

¶ Patella, A Patulo, vel πλάττω fingo, vel ab πλάτη, quæ est latitudo, Vas latum est condiendis obsoniis aptum. Lanx seu paropsis. Bayfius, Patella, vas escarium ad olera & pulmenta ponenda: quam Græci λοπάδα vocant. Quod autem in patellis olera ponerẽtur, vel Horatii versibus 1. epist. 5. 1. probatur.

Si potes Archiacis conuiua recumbere lectis,
Nec modica cœnare times olus omne patella. Et Mart. lib. 5.
Ponetur digitis tenendus vitis
Nigra coliculus virens patella. Et Iuuen. Saty. 5. 9.
Ponitur exigua feralis cœna patella. Quorum omnium testimoniis claram est, credo, patellam, paruam esse patinam, quæ ab istis tũ modica, tum exigua dicitur. Hactenus Bayfius. Martialis lib. 13. 81.
Quanuis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior est tamen patella. Cicc. 2. de Finib. 38. Atqui reperiemus afotos primùm ita non religiosos, vt edant de patellis: deindeita mortem non timentes, vt illud in ore habeant, &c. Ouid. 2. Fast. 127.
Nutriat intinctos missa patella cibos.

Cultrix fosci secura patella. Pers. Saty. 5. 3.

Fragiles patellæ. Iuuen. Saty. 6. 34.

Pura patella fert cibos. Ouid. 6. Fast. 63.

In patella decoctum pulmentarium. Plin. lib. 19. cap. 8. 37.

¶ Patella, Morbus arborum. Plin. lib. 17. cap. 24. 7. Olea clauum etiã potitur, siue fungum placet dici, vel patellam. Hæc est solis exustio.

Patellarius. Adiectiuum (λοπαριστὴς,) vt

Patellarii dii. Plaut. Cistel. 5. 46.

Dii me omnes magni, minutique & patellarii
Faxint, ne ego viuos dem saulum Silenio.

Patena, (λοπὰς,) pro Patina. Columella. lib. 12. cap. 43. de vuis seruandis loquens, Columella patruus meus ex ea creta quæ fiunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri iubebat. Ex quo loco patet, patenam labra grandia habere. Budæus. Alia exemplaria habent patinarum.

Pateo, pates, patui, (διάκειμαι, ἀνέῳγμαι,) patẽre, Apertũ esse. Terent. Eunuch. 5. 9. 29.

- si hoc efficio, postulo vt mihi tua domus
Te præsente, absente pateat, inuocato vt sit locus. Cæsar 6. belli Gall. 87. Iis omnium domus patent, victusque communicatur. Cicero 5. Ver. 7. Huic homini si cuius domus patet, vtrum eo patere, an hiare, ac poscere aliquid videtur?

Fores concussæ patuere. Ouid. 2. Metam. 154.

Iauua patet noctes atque dies. Virg. 6. Aeneid. 16.

Semper nares propter necessarias vtilitates patent. Cicero 2. de Natura deorum, 217.

Pectus patuit ferro. Ouid. 13. Metam. 79.

Tecta patuerunt. Ouid. 14. Metam. 115.

Via patuit in cœlum. Sene. Medea, 1. 2. 19.

Cursus patet. Cicer. Attico, libro 10. 204. 5. Quòd si nobis is cursus, quem sperarem, pateret, effecissem aliquid profectò, vt tu optas, vt hortatis, dignum nostra mora.

Patet aditus huc, per translationem. Cicer. in Somnio Scip. 10. Nisi enim quum deus ir, cuius hoc templum est omne quod conspicis, illis te corporis custodiis liberauerit, huc tibi aditus patere non poteri. Id est, Nõ potes peruenire ad cognitionem harum rerum.

Aditus patet ad aliquid, Vide ADEO, adis.

Patere & Obstruí, contraria. Cice. de Clar. Orato. 8. Nec ex conditis, quæ iacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est.

Patet, & æquè promptum est. Cice. pro Murena, 25. Quod enim omnibus patet, & æquè promptum est mihi & aduersario meo, id esse gratum nullo pacto potest.

Patere & in promptu esse. Cice. 1. de Orat. 13. Sed quum illa pateant, in promptuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint, dabis veniam mi frater, &c.

Atria patuerunt doctis libellis. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 15.

Patent aures tuæ querelis omnium. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 37. Facilli mos esse aditus ad te patere aures tuas querelis omnium. Id est, te omnium querelas libenter audire. Vide AVRIS.

Cauræ patuẽre. Ouid. 4. Fast. 4.

Iræ deum patuẽre. Luc. lib. 2. 1.

Pateant mihi tui libri. Cic. Attico, lib. 4. 83. 1. Velim domum ad tuos scribas, vt mihi tui libri pateant, non secus ac si ipse adesses.

Præmia & honores patere dicuntur iis quibus dari solita sunt. Cicero pro Corn. Balbo, 17. Iniuriosum & contumeliosum est, his præmiis, & honoribus exclusos esse fidelissimos, & coniunctissimos socios quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus, pateant sæpe seruis.

Valuæ Concordiæ non patent. Cic. 1. Philip. 108.

Virginitas patet. Ouidius 14. Metam. 27. Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.

Patent hæc omnibus ad visendum. Cic. 6. Verr. 5.

Literis Latinis illustratus locus patet. Cic. 2. de Diuin. 7.

Late patere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 33.

Auaritia latissimè patet. Cic. 1. Offic. 37.

Late patet, & ad multos pertinet hæc ars, Vide LATVS.

Patet fugæ locus. Liu. 7. bel. Pun. 111. Et iã ne fugæ quidẽ patebat locus, Patet

Patet locus tria stadia, pro Extenditur. Plin. lib. 12. cap. 14. 2. Schœnus patet Eratosthenis ratione, stadia 12. Cæsar 7. bel. Gal. 27. Ante id oppidum planities millia passuum tria in longitudinem patebat.

Maximè patet Cappadocia. Cic. Senatui, li. 15. 2. 4. Iter eos per Cappadociam, quòd ea maximè pateret, esse facturos.

In latitudinem patere. Quintil. lib. 1. cap. 10. 32. De iugero.

Patet, in potestate est. vt, Omnia mea tibi patent, Id est sunt in tua potestate. Salustius in Catil. Vbi cuncta maria, terræque patebant. Sub Romanis. Id est erant in eorum potestate. Loquitur de amplitudine Romani imperii.

¶ Patere, Obnoxium & opportunum esse. Celsus libro 2. cap. 1. Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet. Paulo post, Neque aliud magis tempus pestilentiæ patet.

¶ Patet, pro Constat, & Manifestum est. Plautus Capt. 10. 9. Operta quæ fuere, aperta sunt, patent præstigiæ. Plin. lib. 10. cap. 70. 1. Pisces audire palàm est, vt pater. Cic. pro Milone, 11. Quid porrò quærendũ est factúne sit, an cõstat, à quo sit pater. Idem 1. Tusc. 85. Quum pateat igitur æternum id esse, quod seipsum moueat, &c. Et 12. Philipp. 321. Discussa est illa caligo, quam paulo antè diximus, patet: videmus omnia, neque per nos solùm, sed admonemur à nostris.

Patens, (ἀνεῳγμένος,) Participiũ, siue Nomen ex participio, Apertus. Plin. in Paneg. 106. Frequentent securas tandẽ ac patentes domos. Virgil. 9. Aeneid. 138. – & portas præbere patentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 69. Cætera ferè carent sinu, sed gula patentiore vtuntur.

Amor edendi patens per membra ac venas. Lucret. lib. 4. 175.

Patens & apertum ex omni parte cœlum intueri. Cic. 1. de Diuina 3.

Campi patentes. Virg. 4. Geor. 16. Cic. 1. de Diuin. 151.

Clausa, Patens & exposita domus, contraria. Cic. pro Quintio, 63. Nõ habere domum clausam pudori & sanctimoniæ, patentem atque expositam cupiditati & voluptatibus.

Patens vulneri equus, hoc est Vulneri recipiendo expositus. Liuius 1. bel. Macedo. 156. In patentem vulneri equum, equitemque sagittas conicere poterat.

Humerus patens. Ouid. 2. de Arte, 101.

Iter tutum & patens. Horat. 3. Carm. ode 16. 2.

Longè latéque patens locus. Cic. in Orat. 39.

Lux patent. Ouid. 2. de Arte, 125.

Oculi patentes. Lucret. lib. 3. 131.

Os patens. Lucret. lib. 6. 236.

Patentissimi oris dolium. Colum. lib. 12. cap. 8. 1.

Pelagus patens. Virg. 2. Georg. 9.

Portæ patentes. Virg. 2. Aeneid. 54.

Puteus patens. Horat. 2. epist. 2. 27.

Spatium patens. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 16.

Vulnus patens in pectore. Virg. 11. Aeneid. 8.

Patentiore via ad hostem ducuntur. Liu. 7. ab Vrbe, 176. Instaurare legiones arma capere, egressique castris, quum per exploratores notior iam saltus esset, via patentiore ad hostem ducuntur.

Patenter, Auerbium, (ἀνεῳγμένως,) Cicc. 1. de Inuent. 172. Absoluta est, quæ ipsa in se, non vt negotialis implicitè & absconditè, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

Patefacio, patefacis, pen. corr. patefeci, pen. prod. patefactum, (ἀνοίγω, ἀνακαλύπτω,) patefacere, Patentem facere. Liu. 2. ab Vrbe, 67. Ita induxisse se in animum hostibus potius quàm regibus portas patefacere.

Iauam patefacere. Cic. 1. de Orat. 102.

Fores virga patefecit. Ouid. 2. Metam. 164.

Aulam vacuam patefecit. Horat. 4. Carm. ode 14. 8.

Ocellos lassos patefecit. Propert. lib. 2. eleg. 16. 2.

Fenestram patefacere ad nequitiam. Terentius Heauton. 3. 1. 72. Vide FENESTRA.

Iauam famæ patefacere. Plin. epist. 18. b. Nam mihi, & siquid charius patria fides videbatur, prospere cessitque adeò illa actio mihi aures hominum, illa iauam famæ patefecit.

Aditum patefacere ad. Cice. ad Allienum, lib. 13. 79. 2. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & mundo cognitũ per te ipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia, atque hospitio iudicabis. Vide ADEO, adis.

Viam vel iter patefacere, alicui ad, vel aliquo loco. Cic. ad Atticum, lib. 8, 147. 6. Non patefactum iter ad vibem? Liu. 1. ab Vrbe, 106. Et ad extrema ventum foret, ni legati rapto Cõsulis corpore patefecissent vna porta hostibus viam.

Viam patefacere illustrem atque latam auaritiæ. Cic. 5. Verr. 188. Ne auaritiæ, quæ antehac occultis itineribus atq; angustiis vti solebat, authoritate vestra viam patefacitis illustrem atque latam.

Locum patefacere ad. Liu. 4. ab Vrbe, 234. Patefactus ad Consulatum ac triumphos locus nouis hominibus videbatur.

Patefacere aures assentatoribus, quod & Dare aures dicimus, Vide AVRIS.

¶ Patefacere, Detegere, manifestare, palàm facere. Teren. Hecy. 3. 1. 23.

- ita olim suo me ingenio pertulit
Tot meas iniurias, quæ nunquam vllo patefecit loco. Cic. Q. fratrem, lib. 1. 10. 5, Racilius qui vnus est hoc tempore Tribunus plebis, rem patefecit.

Ostendere & patefacere aliquid. Cic. de Aruisp. resp. 11, Hæc igitur vobis, hæc Populo Romano & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit.

Patefacere & proferre. Cice. pro Milone, Quum illa indicia communis exitii indagaui, patefeci, protuli, extinxi, omnes in me, meosque redundant ex eo fonte dolores. Idem in Topic. 40.

Coniurationem patefacere. Cic. pro Sylla, 2.

Defensionem patefacere. Cic. 5. Verr. 167, Vide quam tibi defensionem patefecerim.

Odium suum patefacere in aliquem. Cice. ad Atticum, lib. 11. 111. 2, Sed neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum videret.

Patefacere quod non appareat. Cice. 4. Acad. 82, Quumque ipsa natura accuratæ orationis hoc profiteatur, se aliquid patefacturam quod non appareat, &c.

Oratione sua aliquid patefacere. Cic. 1. de Orat. 102.

Patefacere & illustrare obscura, Vide ILLVSTRIS.

Verum patefacere & illustrare. Cic. de Amicit. 79.

Patefaciendum mihi i hoc est, declarandum. Cic. pro Domo sua, 14, Nec quæ sint in illa Reip. flamma gesta contra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciendum mihi esse arbitror.

Patefactus, Participium, (ἀνακεκαλυμμένος,) vt Aditus patefactus, Vide ADEO, adis.

Acies patefacta, Vide ACIES.

Equus patefactus. Virg. 2. Aeneid. 52. De equo Troiano.

Patefacta & detecta mutentur. Cic. 4. Acad. 219.

Patefactum & illustratum. Cice. de Amicitia, 79, Tamen verum valet, si modo id patefactum & illustratum est.

Patefactum & illustratum, Obscurum & ignotum, contraria. Cice. 1. de Orat. 26, Nonne in ea causa ius applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactum in iudicio atque illustratum est à patrono?

Patefactio, (ἀνακάλυψις,) Verbale. Cic. 2. de Finib. 7. Atqui hæc patefactio, quasi rerum opertarum, quum quid quidque sit aperitur, definitio est, qua tu etiam imprudens vtebare nonnunquam.

Patefio, pen. pro. patefis, pen. indiff. patefieri, pen. cor. (ἀνακαλύπτομαι,) Apertum & Palàm esse. Terent. Phor. 5. 4. 6.

Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis.
Quin si hoc celetur, in nectum fin patefit, in probro fiem.

Patefieri & Claudi, contraria. Cic. pro L. Manilia, 14, Patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui antè Populo Romano ex omni aditu clausus esset.

Fenestræ patefiunt. Propert. lib. 3. eleg. 10. 6.

Indiciis & cõfessionibus suis patefieri. Cic. 3. in Catil. 60 Et 13. Phil. 383.

Patesco, scis, (ἀνακαλύπτομαι,) patescere, Aperiri, patenté fieri interdũ etiã idem quod Patẽre. Salust. Hinc latè patescentibus campis exercitũ turbò emittit. Liu. 2. bel. Pun. 19, Deinde paulo latior patescit cãpus, inde colles assurgunt. Plin. li. 21. c. 21. 27, Si patescẽtes primò adhalauerit. Vir. 2. Aen. 63, - Danaũq; patescunt Insidiæ. Id est, patẽt, apparẽt, manifesti fiunt. Ibidẽ, 94, Apparet domus intus & atria lõga patescũt.

Atria patescunt. Virg. 2. Aeneid. 97.

Fragor armorum patescit. Valer. 3. Argon. 44.

Iauua patescit. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 14.

Insidiæ patescunt. Virg. 2. Aeneid. 62.

Portus patescit iam propior. Virg. 3. Aeneid. 106.

Patulus, pen. cor. Adiectiuũ, Quod semper patet. vt Arbor patula, hoc est ampla, & longè latéque suis ramis diffusa ac distenta. Virg. 1. eclog. 1.

Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Plaut. Truc. 6. 2.

Vt ego me ruri tam examauerim patulum moueri,
Quumque ita noctem in stramentis pernoctare perpetem,
Quàm tuas centum cœnatas noctes mihi dono dari. Cic. 3. de Finib. 97, At illa quæ in concha patula pinna dicitur, isque quienat è concha, &c. Colum. lib. 6. cap. 1. 3. Naribus refimis, patulisque. Cic. 1. de Oratore, 15, Patulis est diffusa ramis.

Aequor patulum. Silius lib. 13. 32.

Agri patuli. Silius lib. 15. 10.

Arbor patula. Ouid. 1. Metam. 22.

Arcus patulus. Ouid. 8. Metam. 6.

Aures patulæ. Horat. 1. epist. 19. 14.

Boues patulos Plautos appellat, quorum cornua in diuersum supra modum parent. Festus.

Campi patuli. Claud. 1. de raptu Proserp. 45. Sil. lib. 4. 28.

Canistra patula. Ouid. 8. Metam. 136.

Curuamen patulum. Sil. lib. 13. 6.

Fagus patula. Virg. 1. eclog. 1.

Fauces patulæ. Claud. 2. Paneg. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fenestræ patulæ. Ouid. 14. Metam. 151.
Fossæ patulæ. Ouid. 7. Metam. 49. Stat. 10. Thebaid. 103.
Nares patulæ. Ouid. 5. Metam. 158.
Os patulum. Ouid. epist. 15. 1.
Vias patulas aperire. Silius lib. 17. 13.
Patulico, patulicas, (πατουλικω,) patulicare, Aperiri, Patulum fieri. Plin. lib. 21. cap. 6. 5. Patulicatibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Sic legit Sipontinus. Hermolaus verò pastillicatib⁹. Vide PASTILLVM.
Pator, patoris, pen. prod. (πατορ,) Hiatus & apertio, sicut vagor pro vagitu, & fluor pro fluxu. Apul. li. 3. Quod altrinsecus ædium pator pstabili.

Pater, patris, (πατηρ, πατερ πατερος, πατρος,) Notæ significationis. Terẽ. Adelph. 5. 7. 4. Tuus here le verò & animo & natura pater. Varro 4. de Ling. Lat. Pater dicitur quòd patefaciat semen.

Circa patrem. Vide CIRCA præpositionem.
Asperitas patris. Ouid. 9. Metam. 151.
Attentus pater. Horat. 2. epist. 1. 35.
Durus pater. Ouid. 9. Metam. 112. Terent. in Arg. Heaut. 1.
Naturalis pater. Cic. 3. Philip. 134. Quintil. lib. 3. cap. 6. 68.
Optimus pater. Horat. 1. Serm. saty. 4. 22.
Seueri patres. Horat. 2. epist. 1. 23. Ibidem, 2. 21.
¶ Amittere patrem aut liberos. Vide AMITTO.
Ignorat patrem suum. Vide IGNORO.
Induere patrem mente. Sumere animum & affectũ patris. Claud. 6. Paneg. 32. Indue mente patrem, crescentes diligè foetus.
Certo patre nasci. Vide CERTVS.
Clarissimo patre natus. Vide CLARVS.
Claro patre natus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 12.
Ingenuo patre natus. Horat. 1. Serm. saty. 6, 5.
Libertino patre natus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 2. & 10.
Magno patre nata puella. Horat. 1. Serm. saty. 2. 15.
Rem patris oblimare. Horat. 1. Serm. saty. 2. 13.
¶ Patris nomine, Aui, Abaui, Proaui, Ataui continentur nonnunquam Tritaui, vt opinatur Valla. Quum enim patrũ nostrorũ memoria aliquid factum esse dicimus, de proxima ætate intelligimus, nõ de illa ẽt sexta.
Patres maioresque nostri. Cice. 1. Verr. 37.
Memoria patrum id vsu venit. Cic. 1. de Oratore, 90.
Sancti patres. Virg. 1. Georg. 95.
¶ Pater, Nomen religionis. Vnde dii omnes, patres vocabantur. Virgi. 2. Georg. 1. Huc pater ô Lenæe. Vbi Seruius, Pater licet generale sit omnium deorum, tamẽ propriè Libero semper cohæret. nã Liber pater vocatur. Idem alio loco, Pater propriè omnium deorum est epitheton.
Diuûm pater, atque hominum rex. Virg. 1. Aeneid. 14. Ibidem, lib. 10. 1.
Humanæ gentis pater, Iuppiter. Horat. 1. Carm. ode 12. 10.
Rerum pater Oceanus. Virg. 4. Georg. 77.
Gradiuus pater, Mars. Virg. 3. Aeneid. 7.
Pater, pro Ioue. Virg. 1. Georg. 57. Ter pater extructos disiecit fulmine montes. Et iterum, 66. Ipse pater media nimborum in nocte, coruscа Fulmina molitur dextra.
Magnus pater, Iuppiter. Virg. 4. Aeneid. 48.
Omnipotens pater. Virg. 1. Georg. 65.
Pelliti patres, Vide Pellitus in PELLIS.
Summus pater. Virg. 1. Aeneid. 134.
¶ Pater, nomen honoris & reuerentiæ. Horat. 2. Serm. saty. 1. 3.
– cupidum pater optime vires Deficiunt.
Patriæ pater, parens libertatis, atque Reipublicæ. Ci. pro Rabirio perduelio, 11. de C. Mario.
Quòd Pater, nomen esset reuerentiæ, idcirco Romulus centum Senatores, quos ad Reip. curam elegit, siue quia is numerus satis erat, siue quia fuit centum erant, qui ad id idonei essent, Patres ab honore vocauit: siue ab ætatis vel curæ similitudine, vt ait Salustius. Festus, Patres Senatores ideo appellati sunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, aeti liberis propris.
Consulta patrum. Horat. 1. epist. 17. 9.
Patres conscripti. Plutarchus in Romulo, Ipsi autem Romani (inquit) Patres conscriptos ad collegium appellant, quod nomẽ & dignitatis pluriuum, & inuidiæ minuitur præ se fert. Sed ab initio tantum patres dicti. Postea ascripti in eum ordinem pluribus, Patres conscripti vocati sunt. Vnde Festus, Patres dicti sunt, inquit, qui sunt patricii generis conscripti, qui in Senatu sunt scriptis adnotati. Cice. 13. Phili. 366. Est etiam Asinius quidam Senator voluntarius, lectus ipse à se, apertã curiam vidit post Cæsaris mortem: mutauit calceos, Pater conscriptus repentè factus est. Budæus.
Patres allecti, etiam dicebantur Festo authore, qui propter inopiam ex Equestri ordine in Senatus sunt numerum assumpti. Vnde illud Tranquilli in Cæsare, Peregrinis in Senatum allectis libellus propositus est, nequis Senatori nouo curiam monstrare velit. Hodie autem allecti, ascriptitiique vocari possunt Latinè in collegiis magistratuum, qui vulgò creati & extraordinarii vocitantur, vt nonnulli sunt hodie inter rationales & præfectos ratiociniora, quos clericos, magistrosque compatronos appellamus. Budæus.
Dui patres tyronum. Horat. 1. Serm. saty. 2. 4.
Pater patratus, Vide PATRO, patras. Cice. pro Cecinna, 71. Et 1. de Oratore, 89.
Paterfamilias, (οικοδεσποτης,) huius patrisfamiliãs & patrisfamiliæ, qui primus est, & imperium habet in familiam: sine qui potestatis suæ est, siue puber, siue impuber. Cic. 2. de Legib. 77. Vt ne morte patrisfamiliãs sacrorum memoria occideret. Sic pro Quinctio, 6. Liu. 1. ab Vrbe, 197. Bos in Sabinis nata cuidam patrifamiliæ dicitur miranda magnitudine aspecie. Martia. lib. 1. 80. Paterfamiliæ verus est Quirinalis. Cato. ca. 3. 1. Patrefamiliæ villam rusticam bene ædificatam habere expedit.
Prudens & attentus peterfamilias. Cice. pro Quintio, 6.
Patricius, patricii, m. g. (ευπατριδης, πατριδιος,) Patricii, nobiles Romani qui à primis Senatoribus oriundi erantinquit Budæus Liu. lib. 1. ab Vrbe, Romulus centũ creat Senatores, qui Patres ab honore, patricii, quoque progenies eorum appellari. Idem libro 10. Eo vnquam fando auditis patricios primò esse factos, non de cœlo demissos, sed qui patrem cieri auumque possent?
Maioribus patricia ortus. Stat. 1. Sylu. 1. 15.
Patricii antiquissimique ciues. Cic. pro Cecinna, 73.
Minorum gentium patricii, Vide Minor in PARVVS.
Non omnes Senatores erant patricii. Tacitus, Isdem diebus in numerum patriciorum ascuit Cæsar vetustissimum quenque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Ex Budæo.
Patricii, pueri, à patriciis orti. Plaut. Capt. 19. 5.
Nam vbi illò aduenì, quasi patriciis pueris, aut monedulæ,
Aut anates, aut cothurnices dantur.
Patricii Franciæ, quos pares Franciæ vocant. Suntque quasi duodecim viri Reip. constituendæ. Sunt enim numero duodecim: ex quibus Pontifices, & sex Daces militares. Budæus.
Exire è patriciis, Fieri plebeium. Cic. pro Domo sua, 30. Id autem scire & videre omnes, non vt ille filius instituatur, sed vt è patriciis exeat, vt Tribunus plebis fieri possit: idcirco adoptari?
Patricius, Adiectiuum, (πατριδιος,) vt Patricium magistratus. Cice. ad Brutum, 5. 6. Dum enim vnus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. Sic Patricia familia, Cic. 1. de Legib. 11.
Honos patricius. Claud. in Præfat. belli Gildon. 2.
Indoles patricia. Stat. 3. Sylu. 5. 9.
Patriciatus, huius patriciatus, penult. prod. m. g. Patricii dignitas. Suet. in Augusto, cap. 2. Ea gens à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta in Senatum, mox à Seruio Tullio in patricias traducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magna vi per Diuum Iulium in patriciatum rediit.
Patricii certe dicebantur apud Romanos, Senatorii ordinis viri, quique ab his progeniti erant, vt scribit Liuius lib. 1. ab Vrbe: & fuerit Tranquillus in Augusto, cap. 2. Apud Græcos autem omnino maior erat dignitas, non ex successione debita, sed quæ solebat à principe concedi. Sidonius Apollinaris, Egditio honor patriciatus accedit: celerrimè, si cogites eius ætatem: si metita, tardissimè. Cassiodorus epistolarum lib. 6. Nostro munere subleuatus, patriciatus culmen ascende. Suidas patricios esse tradit, communis Reipublicæ patres, qui in suprema dignitate Senatorii consilii esse censentur. Meminit & Procopius libro 3. Malè igitur Accursius & alii, qui hanc dignitatem cum vetere confundunt. Alciatus.
Pátrice, pen. corr. (πατρικιος,) Aduerbium antiquum: Id est more patricio, ac nobiliter. Plautus Casina, 17. 4.
Atat cesso magnificè, patriceque, amiceque hero meo
Ire aduorsum?
Patrici, pen. prod. Adiectiuum, (πατρικιος,) Quod est patris: sicut Auus, Quod est aui. Sunt enim tanquam possessiua. Cic. lib. 1. Tuscul. 71. Patritum & auitam, vt ait Theophrastus, philosophiam cognitionis cupiditate inclusam excitant.
Patrimus, vel patrima, penultima correp. Qui vel quæ adhuc viuentem patrem habet. Gellius libro 1. cap. 12. de Vestali virgine capienda, Item quæ non sit patrima aut matrima. Liui. 7. bel. Maced. 12. Patrimi omnes, matrimique ad id sacrificium adhibiti. Angelus Politianus primæ Centuriæ cap. 58.
Concelebrato choros: verùm hæc sit patrima proles,
Matrimaque: et nuptæ genibus Iunonis ad aram Oranto.
Pater patrimus, qui quum ipse pater sit, adhuc viuentem habet patrem.
Patrimus, Adiectiuum, (πατρικος,) Quod est patris: vt Matrimus, Quod est matris.
Paternus, Adiectiuum, Idem (πατρικος,) Plaut. Milite. 4. 56. – duortiuor
Apud suum paternum hospitem. Paternus seruus, Plaut. Cistel. 4. 17.
Paternus amicus. Cic. ad Atticum, lib. 14. 310. 2. Terent. Phorm. 1. 2. 78. Et in Adelph. 3. 4. 4. – ô Aeschine,
Pol haud paternũ istuc dedisti. Vbi Donatus, Paternum, deest facinus: & dedisti, pro fecisti.
Animus paternus. Horat. 2. Carm. ode 2. 2.

Auus paternus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 1.
Bonorum paternorum exhæres filius. Cic. 1. de Orat. 86.
Census augere paternos. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 9.
Cognomen paternum. Horat. 1. epist. 13. 2.
Domus paterna. Ouid. 15. Metam. 88.
Hæreditas paterna. Cic. 1. de Orat. 86.
Honor paternus. Cic. 5. Verr. 35.
Inimicitiæ paternæ. Cic. 4. Acad. 1. Vt enim admodum adolescens cũ fratre pari pietate & industria prædito, paternas inimicitias magna cum gloria ceit persecutus, &c.
Latis & fundi paterni inops. Horat. 2. epist. 2. 11.
Necessitudo paterna. Cic. Planco in Epist. ad Atticum, lib. 16. 341. 1.
Paterna necessitudo & amicitia. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 38.
Nominis paterni satis amplum patrimonium liberis suis relinquere. Cice. pro Domo sua, 114.
Opes paternæ. Ouid 4. de Ponto, eleg. 15. 3.
Rebus maternis atque paternis absumptis. Horat. 1. epist. 16. 1.
Rus paternum. Horat. 1. epist. 19. 12.
Paternus, maternusque sanguis. Cic. pro Roscio Amer. 40.
Sedes paternæ. Virg. 11. Aeneid. 9.
Terra paterna. Ouid. epist. 10. 13.
Patrisso, patrissas, (πατριζω,) patrissare, Paternos mores imitari. Plaut. Mostell. 8. 120.
– euge, Philolaches
Patrissat, & iam homo in mercatum auortitur. Terent. Adelp. 4. 2. 26. Laudo Ctesipho: patrissas, abi, virum te iudico.
Patrius, Adiectiuum, (πατριος,) Quod est patris. Virg. 12. Aeneid. 148.
– patrio mucrone relicto. Plaut. Trinum. 10. 56.
– hoc non conuenit,
Me, qui abusus sum tantam rem patriam, porrò in diuitiis Esse. Terentius Eunuch. 2. 2. 4. Hominem haud impurum, itidem patria qui ab ligurierat bona. Idem Adelph. 5. 4. 18. Ille alter sine labore patria potitur commoda.
Amor patrius. Virgil. 1. Aeneid. 130. Cice. 1. de Finib. 35. Et 3. Verr. 104.
Patriæ fortunæ.
Patrius animus in liberos. Cic. pro Roscio Amerino, 26.
Artes patriæ. Ouid. epist. 1. 23.
Fundus & lar patrius. Horat. 1. Serm. saty. 2. 12.
Metus patrius. Ouid. 2. Metam. 19.
Mœror patrius. Cic. pro Flacco, 82. Qui vos quoniam est id ætatis, vt sensum iam percipere possit ex mœrore patrio, auxilium nõdum patriferre possit, orat ne suum luctum patris lacrymis, patris mœrore suo fletu augeatis. Sic pro Lege Manil. 15.
Res patria & auita. Cic. 2. Verr. 8.
Virtutes patriæ. Virg. 4. eclog. 4.
Patrium est. Terent. Adelph. 1. 1. 49.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, quàm alieno metu.
Patrius, Aduerbium, (πατριικως,) Paterno affecto. Quintil. lib. 11. ca. 1. Vtitur hac moderatione Cic. pro Cælio contra Atricinum, vt eum non inimicè corripere, sed patrìs monere videatur.
Patricida, huius patricidæ, pen. prod. (πατραλοιας,) pro quo sæpius parricida dicitur, Is est qui patrem interfecit. Cice. 2. de Legibus, 36. Sacrum sacróve commendatum qui clepserit rapseritque, parricida esto. Legitur & parricida. Plin. lib. 7. cap. 45. 3. Adulterium filiæ & consilia Patricidæ palàm facta.
Patrimonium, patrimonii, (δυσια,) Bona paterna, hoc est hæreditas à patre relicta. Cic. pro C. Rabirio Posth. 23. Qui verò duo lauta & copiosa patrimonia accepisset, remque præterea bonis & honestis rationibus auxisset: quid esset tandem causæ, cur existimari vellet nihil habere? Idem pro Domo sua, Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Plin. in Paneg. 81. Tandemque imperium principis, quàm patrimonium, matus est. Multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores principes occupabant. Cic. 5. de Finib. 150. Patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, quid quærens aliud quàm beatam vitam? Sic lib. 2. 40.
Non propter vitam faciunt patrimoniam quidam,
Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt. Iuue. Saty. 12. 5.
Mille talenta patrimonii. Horat. 2. Serm. saty. 3. 45.
Tantum patrimonium, Vide LAVTVS.
Naufragus patrimonio, Vide NAVIS.
Propugnator patrimonii sui, & defensor iuris paterni. Cic. 1. de Ora. 126
¶ Adhibere patrimonium, Vide ADHIBEO.
Administrare patrimonium. Quintil. lib. 4. cap. 2. 51.
Circumplecti patrimonium alterius, Vide CIRCVMPLECTOR.
Comedere patrimonium. Quintil. lib. 6. cap. 3. 51. Iuue. Sat. 1. 14. Vide COMEDO.
Conficere patrimonium, Vide CONFICIO.
Constituere alicuius patrimonium. Cice. Lentulo lib. 1. 9. 102, Id scito esse eiusmodi, vt frater meus vere existimet, adiũcto isto fundo, patrimonũ fore suum per te constitutum. Vide CONSTITVO.
Crescunt patrimonia. Iuue. Saty. 14. 12.
Vncta deuorare patrimonia. Catull. in Iulium Cæs. epig. 27. 5.
Dissipare patrimonium suum lautum conuiuiis. Cic. pro Flacco, 70.
Effundere patrimonium. Cic. 2. Offic. 78.
Exhaurire patrimonium. Quintil. lib. 5. cap. 10. 34.
Expellere aliquem è patrimonio nudum tanquam è naufragio. Cic. pro Rosc. Amerino, 87.
Census exuperans cuncta patrimonia. Iuue. Saty. 10. 2.
Publica patrimonia iuris non minus diligenter, quàm priuatæ rei vestræ retinere debetis. Cic. pro Cecinna, 54.
Pátruus, pátrui, masc. ge. (πατραδελφος,) Frater patris, quòd quasi patris loco sit. Terent. Phorm. 2. 1 33. Atqui nihil fecit patruus quod succenseas. Cic. 3. Verr. 107, Patruo testimonium dicente. Idem ad Atticum, lib. 5. 107. 3, Quod scribis libenter repulsam tulisse cum, quicum sororis tuæ filii patruo certaret, hoc magni amoris signum.
Patruus magnus, frater aui. Patruus maximus, frater proaui & abaui, qui & propatruus & abpatruus dicitur.
Maior patruus, Vide MAGNVS.
Pátruus, Adiectiuum, (πατροκασιγνητικος,) vt Linguæ patruæ verbera. Horat. Carm. ode 12. 1.
Patruissimus, (πατραδελφωτατος,) Superlatiuum antiquum. Plautus Pœnul. 18. 25, – patruo mi patruissime,
P. Quid est? AG. est lepida & lauta, vt sapit?
Patruelis, huius patruelis, pen. pro. com. g. (ἐξαδελφος,) Patrueles, patruorum (hoc est, vt ait Nonius, marium fratrum) filii, quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus: sicut sorores patrueles nuncupantur ex duobus & ipsæ fratribus genitæ: author Iureconsultus. Plaut. Pœn. 16. 106, Pater tuus is erat, frater patruelis meus. Cic. 5. de Finib. 1, Vnaque nobiscum Q. frater, & T. Pomponius, & L. Cicero, frater noster cognatione patruelis, amore germanus. Idem pro Plancio, 22, Quod si adesset, non minus ille declararet, quàm hic illius frater patruelis, & soror T. Torquatus, illi omni virtute & laude par. Liu. 8. bel. Pun. 111, Neque obscuri generis homines, sed clari, illustresque, Corbis, & Orsua, patrueles fratres, de principatu ciuitatis, &c.
Tucer patruelis Achilli est. Ouid. 13. Metam. 32.
Patruelis, Adiectiuum, (ἐξαδελφος,) vt Patrueles fundi. Mart. lib. 5. 36,
Quum sibi redire de patruelibus fundis
Ducenta, clamat coccinatus Euclides.
Origo patruelis. Ouid. 1. Metam. 71.
Regna patruelia. Ouid. Epist. 14. 13.

Patera, pateræ, penul. corr. (φιαλη,) Poculigenus, latum ac patens, vnde nomen accepisse videtur, vt patera dicatur quasi patula. Virg. 1. Aeneid. 159, Spumantem pateram, & pleno se proluit auro. Plaut. Amph. 6. 36, Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi illic ob virtutem data est, &c. Cic. 6. Verr. 41, Patera quà mulieres adires diuinas vterentur, &c. Idem. 3. de Natu. deorum, 121, Idem victoriolas aureas, & pateras, coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat.
Patera, quòd pateat, dicta est, vt ait Varro de Lingua Latina.
Filicatæ pateræ. Cic. in Parad. 12, Quid à Numa Pompilio? minúne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur?
Grauis patera. Valer. 5. Argon. 39.
Meri patera. Ouid. 4. Fast. 188.
¶ Excipere sanguinem patera. Cic. de Clar. Orat. 21.
Fundere vina pateris. Virg. 5. Aeneid. 20.
Fundere è patera sanguinem. Cic. 1. de Diuinat. 83.
Haurire pateram, Vide HAVRIO.
Implere pateram mero. Virg. 1. Aeneid. 147.
Micantem pateram inclinat dextrà. Claud. 1. Paneg. 13.
Libamus pateris & auro. Virg. 2. Georg. 38. id est aureis pateris.
Suscipiunt cruorem pateris. Virg. 6. Aeneid. 50.
PATERNIANA, (πατριανα,) Ptolemæo libro 2. cap. 6. Hispaniæ vrbs. Vulgo Paitrana.

Paternus, Vide PATER.

Patesco, Vide PATEO.

Patibilis, Vide PATIOR.

Pathos, (παθος,) à Cicerone lib. 3. Tuscul. 12. & lib. 3. de Finib. 54, dicitur perturbatio, siue animi ægritudo. A Gellio lib. 1. cap. 16, affectus vel affectio.
Pathetica oratio dicta est, (παθητικος,) quam ex Rhetorica arte præcipitur dirigi oportere aut ad indignationem, aut ad misericordiam.

Patibulum, patibuli, pen. cor. (furcifer,) authore Nonio, est crux. Salust. lib. 4. Hist. In quem notissimus quisque & malo depẽdens verberabatur, aut immutilato corpore improbi patibulo

Universidad de Deusto
Biblioteca

eminens affigebatur.Cic.6.Verr.81.Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit?
Feſtinare patibula.Tacit.lib.14.Sed cædes,patibula,ignes,cruces,tãquã reddituri ſupplicium,ac præcepta interim vltione feſtinabant.
Patibulum,inquit Nonius,ferra qua oſtia occludunturquòd hac remota valuæ patcant.Titinnius Fullonibus,Si quiſquam hodie præter hanc poſticim noſtrum pepulerit,patibulo hoc ei caput defringam.
¶ Patibulum,inſtrumentum vindemiatorium.Cato cap.27. Vindemia facta,vaſa torcula,corbulas,fiſcinas,funes,patibula, libulas iubeto ſuo quidque loco condi.
¶ Patibulus,genere maſculino lectum apud antiquos:teſte Nonio.Lucilius Rerum humanarum lib.21.Deligata ad patibulos,deligãtur & circunferuntur,cruci defiguntur.
Patibulatus,pe.prod.Adiect.(σταυροειδής,)Patibulo affixus.Plaut.Moſtel.2.53.Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.

Patientia, Vide PATIOR.

Patina, patinæ,pen.corr.(λοπάς,)Vaſis genus quo dapes elixæ & inſulentæ in menſam feruntur.Plaut.Capt.13.77.Iubén'an nõ iubes aſſitui aulas?patinas eluit?Idem Moſtel.2.2.Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Et Pseud.1.3.44.
Nam ego cicilendrum quando in patina ſcindidi?
Aut ſi polindrum,aut macedim,aut ſanè captidem,
Eæ ipſæ ſe patinæ feruefaciunt illico. Bayfius, Patina ab eo quòd pateat dicta eſt,quam Paulus Iureconſul. in L.Cum delationis,De fundo inſtructo, inter culinaria videtur adſcribere, quum inquit,Item cacabos & patinas inſtrumento fundi eſſe dicimus: quia ſine his pulmentarium coqui non poteſt. Patinis vtique,niſi ſi in authorum obſeruatione falſus ſum, vtebantur non ſolùm ad coquendum piſces, & cætera id genus, quod authore Plinio probatur libro 13. vbi de fæce ſapæ, Decoquitur,inquit,in patinis cum ſale, & adipe ad tumorem quoque maxillarum & ceruicum, ſed etiam ferculi vice. Quum ferculum dico,vas ad ferendum opſonium vel pulmentarium intelligo. Et niſi me & lectorem decipio, eadem patina vtebantur, & ad coquendum & ad ferendum opſonium,elixum præſertim.Horat.1.Serm.ſaty.3.16,
Siquis cum ſeruum patinam qui tollere iuſſus,
Semeſos piſces,tepidumque liguriterit ius. Ibidem lib.2.ſaty.8.9.
Affertur ſquillas inter muræna natantes,
In patina porrecta. Quibus certè locis patinam pro ferculo poſuit Horatius. Iuuenalis autem Saty.4.14.patinam rhombo coquendo extructam,taxat his verbis,
Quidnam igitur cenſes,conceditur?abſit ab illo
Dedecus hoc,Montanus aiit:tella alta paretur,
Quæ tenui muro ſpatioſum colligat orbem.
Debetur magnus patinæ,ſubituſque Prometheus,
Argillam atque rotam citius properate:ſed ex hoc
Tempore iam Cæſar ſiguli tua caſtra ſequantur. Notatur & à Plinio in decimo Nat. hiſtor. cap.51.Aeſopi patina,in qua poſuit aues cantu aliquo aut ſermone vocales,nummis ſex ſingulas coemptas. Hactenus Bayfius.
Grandes patinæ.Perſius Saty.2.5.
Totæ patinæ in orbe Cumano,Statius 4.Sylu.9.9. Intelligit fictiles.
Tollere patinam.Horat.1.Serm.ſaty.3.16.
Coronabat patinas omaſi.Horat.1.epiſt.16.2.
Patina Tyrotarichi, Vide TYROTARICHVS.
Animus in patinis,prouerbialiter dictum.Terent.Eunu.4.7.46.
– Sanga,vti fortes decet
Milites,domique ſociique fac viciſſim vt memineris.
5.Iandudum eſt animus in patinis.6.frugi es.
Patinarius,Adiectiuum,(λοπαδικός,)Quod in patina conditum vel repoſitum eſt.Plaut.Menæch.3.26.
– nullus melius medicinam facit:
Ita eſt adoleſcens ipſius eſcæ maxumæ,
Cereales cœnas dat,ita menſas extruit,
Tantas ſtruices concinnat patinarias. Idem Aſin.5.28.
Is habet ſiccum,is ſuauitatem:eum quouis pacto condias,
Vel patinarium,vel aſſum vorſes,quo pacto lubet.
Patinarius,Subſtãtiuum,Qui patinam curat & exercet,heluo. Suetonius in Vitel.cap.17.Aliis incendiarium & patinarium vociferantibus,parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante.

Patior, pateris,pen.corre.paſſus ſum,(πάσχω,πίσσω,κάμνω,μογέω, ὑπομένω,)pati,Suſtinere,tolerare,æquo animo ferre. Virgilius in Bucolicis,
Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia?Terẽtius Aud.1.5.27. Tum patris pudor qui me tam leni paſſus eſt animo vſque adhuc.
Pati à vita.Plautus Trucul.5.11.Quid ita miretur,ſi eget?neceſſe eſt nos patier à vita.
Ex merito pati aliquid.Ouid.epiſt.5.2.

Ferre & pati.Cic.1.Verr.7.Non feram,non patiar,non ſinam.
Pati & ſilere.Cic.7.Verr.98.Patimur enim tam multos annos & ſilemus, quum videamus apud paucos homines omnes omnium nationum pecunias peruenifſe.
Pati ægrè. Plaut.Pœnul.16.108,Quo me priuarum patior ægrè mortuo. Idem Aſin.15.5.Poſſum equidem inducere animum,ne ægrè patiar & tecum accubat.
Pati facile,ſiue facilius,& facillimè.Cic.pro Roſc.Amer.33.Quare facile omnes patimur eſſe quamplurimos accuſatores. Idem.2.de Finib.33. Vos ex his tam diſſimilibus rebus non modò nomen vnum (nam id facilius paterer)ſed etiam ex duabus rem vnam facere conamini. Idem Planco in Epiſt.ad Atticum,lib.16.34.2.3. Non modò facilè patiare, ſed etiam gaudeas.Et Cicero. F.Pompeio, libro.5.7.4. Nulla enim re tam lætari ſoleo, quàm meorum officiorum conſcientia: quibus ſiquando non mutuè reſpondetur, apud me plus officii reſidere facillimè patior.
Pati humanè. Terent.Adelph.1.2.65.
– nam ita eſt homo:
Quum placo,aduerſor ſedulo,& deterreo:
Tamen vix humanè patitur.
Indignè pati aliquid.Cic.7.Verr.15. Et 2.de Inuent.180.
Pati æquo animo.Plaut.Aſin.7.118.Quæſo æquo animo patior .2.1. pititor,te item quum ego referiam. Idem Capt.5.2.Decet id pati animo æquo:ſi id facietis,leuior labos erit. Cic.12.Philip.325, Æquo animo belli patitur iniuriam. De Gallia.
Pati iniquo animo. Terent.Eunuch.2.1.6.Neiſtuc tam iniquo patiare animo.Sic Cicero Cornificio,lib.12.18.4.Etſi perinique animo patiebar te à me digredi.
Pati non poſſum. Plaut.Trinummo,6.70.
– quandoquidem
Nec tibi bene eſſe potes pati,nec alteri. Teren Aud.1.2.52.Vbi vis facilius paſſus ſim,quàm in hac re,me duladier. Idem Eunuc.2.2.13.
At ego infœlix,neque ridiculus eſſe,neque plagas pati Poſſum.
Patior non moleſtè eam vitam,&c.Cic.5.Verr.4.
Non poſſum pati quin tibi caput demulceam:pro Non poſſum abſtinere quin,&c. Terent. Heaut.4.5.13.
Nullũ patiebatur eſſe diem quin in foro diceret.Cic.de Claris Orat.167
Pateretur,per correptionem,ſiue iterationem,cum quadam obiurgatione & reprehenſione eleganter dictum. Terent.Heaut.1.2.28.
– vt vt erat,manſum tamen oportuit.
Fortaſſe aliquanto iniquior erat præter eius lubidinem.
Pateretur nam quem ferret ſi parentem non ferret ſuum?
¶ Abortum pati, Vide ABORIOR.
Aeuum pati.Colum.lib.2.cap.10.1.At vel effoto ſolo prouenit,vel repoſitum in granario patitur æuum.Id eſt durat.
Concubitus pati.Ouid.3.de Arte,153.
Conſuetudo patitur,Conſuetum eſt.Plin.lib.18.cap.20.1. Vbi conſuetudo patitur. Cice.ad Atticum,lib.12.26.3 Hoc quidem vtique perfficies, ſi me leuari vis, quem iam etiam grauius accuſas, quàm patitur tua conſuetudo.
Dicta pati ſuberborum locorum.Ouid.ad Piſonem,23.
Quoad patitur dignitas.Cic.Thermo,lib.13.54.2.Primùm vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua,dignitaſque patietur.patietur autem in omnibus.
Dilationem pati.Plin.lib.18.ca.10.2,Siligo nunquam maturaſcit pariter, nec vlla ſegetum minus dilationem patitur propter tenerritatẽ. Liu.5. bel.Maced.91.Sed metuens,ne dilationem res non pateret,& non,&c.
Dolores pati toleranter.Cic.2.Tuſc.74.
Exilium pati. Virg.2.Aeneid.128.
Extrema pati.Virg.1.Aeneid.45.
Falcem pati dicuntur ſemina Plin.lib.17.cap.10.11.Præterea ſemina ipſa fruticantia ſupputare,ac falcem pati conſueſcere.
Famam pati.Virg.11. Aeneid.170.
– neque hoc ſine nomine lethum
Per gentes erit,aut famam patieris inultæ.
Nam quicunque tuum violarit vulnere corpus, Morte luat merita.
Famem pati.Ouid.in Ibin,124.
Febrim pati.Gell.lib.17.cap.12.Qui quartanam paſſus conualuerit.
Fugam pati.Ouid.3.Triſt.eleg.1.15. Valer.8.Argon.34.
Hymenæos iuſtos pati.Virg.3. Georg.12.
Iacturam pati.Colu.lib.1.in Præf.9.Minus iactoræ paterẽtur res ruſticæ.
Impedimentum pati. Plin.epiſt.12.libro 2.Niſi quid impedimenti in via paſſus eſt.
Imperium pati.Liu.1.ab Vrbe,5. Tam & hoc gentes humanæ patiantur æquo animo,quàm imperium patiuntur.
Iuſſa aliena pati.Virg.10.Aeneid.174.
Lituos pati.Virg.3.Georg.37.
Malum pati fortiter,vel toleranter.Plaut.Aſinaria,7.58.Fortiter malum qui patitur,idem pòſt potitur bonum.

Quiſque ſuos patimur manes.Virg.6.Aeneid.149.
Moram pati.Ouid.4.Meram.70.Vixque moram patitur.
Aſperius, quàm ſui patiuntur mores, aliquid facere. Cicero Attico, libro 9.188.6.
Necem indignam pati.Ouid.10.Metam.125.
Oculi patiuntur.Cic.ad Atticum,lib.10.197.4.Pati poterunt oculi, me cum Gabinio ſententiam dicere.
Pauperiem anguſtam pati.Horat.3.Carm.ode 2.1.
Pœnas pati.Ouid.1.Metam.49. Ibidem,9.71.
Prælia dura pati.Virg.7.Aeneid.162.
Pati repulſam.Ouid.3.Metam.58.Cui deus,Elige,ait,nullam patiere repulſam. Ibidem,2.10.
Seruitutem pati poſſunt aliæ nationes:propria eſt Populi Romani libertas.Cic.6.Philipp.117.
Silentia longa pati.Lucan.lib.7.14.
Solicitudinem pati pro aliquo.Plin.epiſt.2.lib.9. Et quam pro me ſolicitudinem non adii,quaſi pro me altero patior.
Soporem pati. Ouidius 15.Metamorph.65.Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem.
Stratum aut velamina pati.Ouid.7.Metam.114.
Supplicium pati.Cæſar 2.bel.Ciuil.123.Poſtremo præſtare dicebant per virtutem in pugna belli fortunam experiri,quàm deſertos ac circumuẽtos à ſuis grauiſſimum ſupplicium pati.
Supplicium patitur non noua culpa nouum.Ouid.2.Triſt.108.
Verbera pati.Virg.3.Georg.42.
Vulnera pati.Ouid.epiſt.2.10. Virg.6.Aeneid.132.
¶ Pati aliquem eſſe deſertum,Id eſt derelinquere ac deſtituere.Cic.1.Offic.41.Vt eos quos tutari debeant,deſertos eſſe patiantur.
Patiat quennis durare laborem.Virg.8.Aeneid.116.
Pati bonum virum eſſe.Cic.ad Lentulum,lib.19.28.Quem bonum ciuem ſemper habuiſſet,bonum virum eſſe pateretur.
Non pati aliquid fieri,aut quod non fiat.Cicero.ad Papyrium, lib.9.15.7. Noli pati litigare fratres,& iudiciis turpibus conflictari. Idem 1.de Diuin.7.Nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur,qui non Latinis literis illuſtratus pateret.
Patitur tangi.Ouid.1.Metam.130.
¶ Pati,abſolutè,pro Dolere aut cruciari.Virg.10.eclog.11. Certum eſt in ſyluis,inter ſpelæa ferarum Malle pati.
¶ Vſum patiendi colligere.Ouid.1.Amor.eleg.8.15.
Ad patiendum toleranduſque difficiles res.Cic.2.Tuſc.27.
¶ Ferre non patienda.Ouid.2.Faſt.118.
Pateris nulli patienda.Ouid.2.Amor.eleg.19.11.
Mors bis patienda.Ouid.1.Triſt.eleg.2.9.
Patiens,patientis,Participium.(πάσχων,)
Patiens & lentus.Cice.2.de Orat.165.In quo ego non quo libenter malè audiam,ſed quia ego cauſam non libenter relinquo,nimium patiens & lentus exiſtimor. Ibidem,154.
Animus patiens.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.2.
¶ Patiens,(ὑπερμενής,τλήμων,τλάκα ἐφῶν,)nomen cum genitiuo:Patiens laborum.Cice.pro Seſtio,21.Nam ſiqui voluptatibus ducantur, & ſe vitiorum illecebris & cupiditatum lenocinijs dediderunt, miſſos faciant honores, nec attingant Remp.Patiantur viros laborum patiẽtes frui. Correctiora exemplaria legunt patiantur viros fortes labore,ſe otio ſuo perfrui.
Taurus patiens aratri.Ouid.4.Triſt.eleg.5.7.
Cœli patiens,Id eſt aeris & tempeſtatum.Valer.1.Argo.154.
Patiens omnis incommodi.Colum.lib.3.cap.29. Omnis incommodi patientes,præter caloris.
Latus patiens laboris.Quintil.in Proœ.lib.1.10.
Natura laboris patientior.Quintil.lib.1.cap.12.8.Et patientior eſt laboris natura pueris,quàm iuuenibus.
Nauium patiens Tyberis,Qui fert naues.Plin.epiſt.101.c.lib.5.Medios ille agros ſecat, nauium patiens,omneſque fruges deuehit in vrbem. Idem epiſt.16 1.2.Fons adhuc,& tam ampliſſimum flumen,atque etiam nauium patiens, quas obuias quoque & contrario niſu in diuerſa tendentes tranſmittit, & perfert. Liu.1.bel.Pun.115.Nã quum aquæ vim vehat ingentem,non tamen nauium patiens eſt.De Druentia.
Operum patiens iuuentus.Virg.1.Aeneid.95.
Palueris atque ſolis patient.Horat.1.Carm.ode 8.1.
Veruſtatis patiens.Plin.lib.11.ca.37.65.Iecur maximè veruſtatis patiẽs.
Tellus patiens vomeris.Virg.2.Georg.45.
Patientior,(ὑπερμενεστέρος,)& Patientiſſimus.Cæſar 3.bel.Ciuil.377. Atque ii miſerrimo ac patientiſſimo exercitui Cæſaris luxuriem obiiciebant.Cic.ad Qu.fratre,lib.1.1.60.Meæ quoque literæ te patientiorem,lentioremque fecerunt. Idem 1.Offic.153,Quo in genere verſutiſſimum & patientiſſimum Lacedæmonum Lyſandrum accepimus.
Saxo patientior.Propert.lib.1.eleg.14.6.
Aures patientiſſimæ.Cic.pro Ligario,14.Sed iam totum omitto, non tam vt ne offendam tuas patientiſſimas aures,quàm ne,&c.

Patienter,(ὑπομενετικῶς,) patientius,patientiſſimè, Aduerbium,Moderatè, Fortiter, Conſtanter. Plin.epiſt.140.4, Neque enim vili patientius reprehenduntur,quàm qui maximè laudari merentur.Cic.de Ami.76, Vrgitur & monere & moneri proprium eſt veræ amicitiæ:& alterum liberè facere,non aſperè:alterum patiẽter accipere, non repugnanter.
Accipere patienter,Vide ACCIPIO.
Amare patienter.Marr.lib.5.7,Ignoſcat coniux, & patiẽter amet. Idem libro 14.170,
Reddidit Eurydicen vati,ſed perdidit ipſe,
Dum ſibi non credit,nec patienter amat. Ouid.Epiſt.18.21.
Patienter ferre. Cic.ad Lentulum, lib.18.9, Otium nobis exoptandum eſt,quod ſi qui potiuntur rerum, præſtaturi videntur,ſi quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. Idem 11. Phili.203, Quæ tuliſſe illũ fortiter & patienter ferunt. Ouid.5.Triſt.eleg.5.3.
Prandere olus patienter.Horat.1.epiſt.18.3.
Ferre omnia patientius.Ouid.epiſt.18.21.
Patientia,huius patientiæ, Eſt Animi conſtantia, qua aduerſa perinde ac proſpera ferimus. Plin. lib. 14. cap. 1.8 Quum & à patientia nomen acinis datur paſsis. Cic.2. de Inuent.142, Patientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſsio.
Labor & patiẽtia.Cic.1.Off.172,Maximè autẽ hæc ætas & libidinibus accenda eſt, exercendaque in labore, patientiaque & animi & corporis.
Perduruit patientia.Cic.pro Milone,57,Sed neſcio quomodo vſu obduruerat,& percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.
Patientia contra labores.Plin.lib.23.cap.1.24, Ideò minus roboris eſt in corporibus illis,& minus roboris,contraque laboris patientiæ.
Patientia paupertatis. Cic.2. de Lege agrar.66, Homines non ſolùm honoribus populi rebuſq; geſtis,verumetiam patientia paupertatis ornatos. Idem 1.in Catil.19,Habes vbi oſtentes tuam illam præclaram patientiam famis,frigoris,inopiæ rerum omnium.
Bonorum in carendo patientiam, in vtendo rationem expetendam putaui.Cic.pro Domo ſua,113.
Proiecta patientia.Tacit.lib.3,Tam proiectæ ſeruientium patientiæ tædebat.Hoc eſt contemptæ & vilis.
Vetus patientia.Tacit.in vita Agricolæ.
¶ Abrumpere patientiam. Tacit.lib.12, Atque illi quamuis ſeruitio ſuetæ,patientiam abrumpunt.
Abuti patientia alicuius.Cic.1.in Catil.1, Quouſque tandem abutẽre Catilina patientia noſtra? quandiu nos etiam furor iſte tuus eludet?
Conſolari patientiam verberum. Curtius libro octauo, Quidam adificiunt, quum Hermolaus apud eum quoque verberatum ſe à rege queretur,dixiſſe Caliſthenem,meminiſſe debere eos iam viros eſſe.Idque an ad conſolandam patientiam verberum, an ad incitandum iuuenum dolorem dictum eſſet,in ambiguo fuiſſe.
Longa malorum patientia contudit ingenium. Ouid.5.Triſt.eleg.13.6.
Leuius fit patiẽtia quicquid corrigere eſt neſas. Horat.1.Carm.ode 24.4.
Imitatur patientiam duritia immanis.Cic.in Partit.43.
Patientia & obſequio mitigare aliquem.Cic.in Piſonem,3.
Obdurefcere in patientia. Cic.7.Verr.17,Iam verò quum in eiuſmodi patientia turpitudinis,aliena,non ſua ſatietate obduruiſſet,&c.
Patientiam præſtare. Iuriſconſulti frequenter dicunt Præſtare patientiam, vt Marcellus in L. Cui nouum .ff. de Operis noui nuntiatione. Et Vlpianus in L. Si alius.ff. Quod vi aut clam. Plin.epiſt.88.b,lib.6, Præſertim quum patiamur religioni ſuæ iudex patientiam debeat, quæ pars magnæ iuſtitiæ eſt. Debet enim iudex eſſe patientiſsimus ad audiendum.
Reſtituere aliquem veteri patientiæ.Tacit.in vita Agricolæ,Amiſſa Britannia foret:quam vnius prælii fortuna,veteri patientiæ reſtituit.
¶ Rumpere patientiam. Sueton.in Tiberio,cap.24,Principatum,quantis,&c. diu tamen reconſuit impudentiſsimo animo nunc adhortantes amicos increpans,vt ignaros quanta belua eſſet imperium: nunc precantem Senatum, & procumbentem ſibi ad genua,ambiguis reſponſis & callida cunctatione ſuſpendens: vt quidam patientiam rumperent, atq; vnus in tumultu proclamaret,Aut agat,aut deſiſtat.Hic patientiã ſumit pro μακροθυμίᾳ,quam longanimitatẽ interpretantur. Erasmus.
Tentare patientiam alicuius.Cic.2.de Lege agrar.32.
Victa vitiis patientia.Ouid.3.Amor.eleg.10.1.
Incredibili patientia vti.Cic.10.Philip.274.
Paſſus,Participium,(παθών,)pro Perpeſſus.Virg.Aeneid.41,O paſsi graviora dabit deus his quoque finem.
Bello multa paſſus.Virg.1.Aeneid.
Dolores ſimiles paſſa eſt.Sene.Octauia,4.81.
Funera tot paſsi.Virg.1.Aeneid.48.
Bos nullum paſſa iugum.Ouid.3.Metam.3.
Rura paſſa ligones. Lucan.lib.1.34.
Nefas paſſa eſt corpore.Ouid.10.Metam.70,
Peiora paſsi.Horat.1.Carm.ode 7.6.
Pericula plurima paſſus.Ouid.3.Triſt.eleg.2.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clypeus rarò passus prælia. Ouid. 13. Metam. 24.
Secula nouem passa cornix. Ouid. 7. Metam. 55.
Stuprum tyranni passa Lucretia. Sene. Octauia, 6. 7.
Passus pen. prod. Participium. (πάσομαι,)
Pœnam passurus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 6.
Situm indignum passorus. Stat. 3. Thebaid. 20.
Patibilis, & hoc patibile. pen. corr. (παθητός,) Quod perferri potest. Cic. 4. Tusc. 78. Negligenda mors est, patibiles & dolores & labores putandi. Idem 3. de Natu. deor. 38. Quumque omne animal paribilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, idque ferendi & patiendi necessitatem.

PATMOS, (πάτμος,) Insula in mari Aegæo, quæ vt Plin. scribit lib. 4. cap. 12. 21. patet circuitu triginta millibus passuum. In qua Iohannes apostolus exul Apocalypsin scripsit.

Pator, Vide PATEO.

PATRAE, Patrarum (πάτραι,) Ciuitas in Achaia, quam Pausanias Aroë dici prius solitam affirmat, mox à Patreo, mœnibus ampliatis, nomen accepisse quod nunc habet. Huius meminit Plinius libro 4. cap. 4. 3. Ouidius lib. 6. Metamor. 84. Messeneque ferox, Patræque, humilesque Cleonæ.

Patriânus. pen. prod. A diectiuum, (πατριανός,) Cic. ad Thermum, lib. 13. 54. 3. Vt obtineat id iuris in agris quod ei Patriana ciuitas decreuit & dedit. Vetus exemplar habet Pariana.

Patria, huius patriæ, (πάτρα, πατρίς,)

Vrbs, siue oppidum vnde orti sumus: quòd patria communis omnium parens sit. Cic. 1. Offic. 85, Sed si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint, patria, & parentes: quorum beneficiis maximis obligati sumus. Idem 1. de Orato. 96. Ac si nos, id quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis ac tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret, quo amore tàdem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ vna in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis? Virg. 1. eclog. 1,
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua?
Nos patriam fugimus. Salust. Tandem aliquando, Quirites, Catilinâ furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, &c. Cic. 3. de Finib. 51. Nam vt peccatum est, patriam prodere, &c.
Patria, aliquando prouincia ipsa ex qua orti sumus, impropriè tamen dicitur. Vnde Salustius Hispaniam sibi antiquam patriam dixit.
Nimborum patria Aeolia. Virg. 1. Aeneid. 11.
Parens communis omnium nostrum patria. Cic. 1. de Orat. 13.
Antiquissima & sanctissima parens patria. Cic. Atti. lib. 9. 180. 4.
Patria est, vbicunque est bene. Cic. 5. Tusc. 152. Vox Teucri.
Consors patriæ. Ouid. epist. 21. 6.
Extorres patria. Lucret. lib 3. 10.
Exul patriæ. Horat. 2. Carm. ode 16. 4.
Interitus patriæ, Vide INTEREO.
Parens patriæ. Cicero in Pisonem, 4.
Sancte pater patriæ. Ouid. 2. Fast. 26.
Solum patriæ cum omnibus est charum, tum verò dulce atque iucundum. Cic. 4. in Catil. 88.
Virtutes patriæ. Virg. 4. eclog. 4.
¶ Antiqua patria. Virg. 2. Aeneid. 28.
Barbara patria, Vide BARBARVS.
Chara patria. Horat. 1. Serm. saty. 2. 21.
Chariorem decet esse patriam nobis, quàm nosmet ipsos. Cicero 3. de Finibus, 99.
Munifica patria, Vide MVNVS.
¶ Carere patria, Vide CAREO.
Cedere patriæ, Vide CEDO.
Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur. Ci. in Somnio Scipionis, 8.
Excedere patria. Virg. 1. Aeneid. 73.
Exuere patriam. Tacit lib. 11. Nec quicquam prius imbuuntur, quàm cõtemnere deos, exuere patriam, parentes, liberos, fratres vilia habere.
Laceratum omni scelere patriam, Vide LACER adiectiuum.
Pro patria, & In patria mori præclarum est. Cic. Atti. lib. 8. 146. 4.
Mutare vicissim patriam victa, Vide MVTO.
Remeare in patriam. Ouid. 15. Metam. 96.
Amore blando patriæ retineri. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 10.
Reuisere patriam. Virg. 4. Georg. 78.
Patria, pro quacunque regione simpliciter. Virgil. 1. Aeneid. 109.
– quæ've hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.
¶ Patriæ, plurali numero. Plin. lib. 7. cap. 16. 3. Neque enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant.

Patrius, Adiectiuum, (πάτριος,) Quod est patriæ: vt Mos patrius. Cice. de Senectute, 33. Vigebat in illa domo patrius mos & disciplina. Cic. de Oratore, 41.
Arma patria. Virg. 3. Georg. 70.
Arum patrium. Ouid. in Ibin, 101.
Carmina patria. Virg. 2. Georg. 79.
Di patrii. Virg. 2. Aeneid. 141.
Instituta patria. Cic. 5. de Finib. 24. Attamen is quidem in patriis institutis manet. Potest hìc à patre deriuari.
Mos patrius. Tacit. lib. 11. Et Cic. de Senect. 33.
Mos patrius Academiæ erat aduersari semper omnibus in disputando. Cic. 1. de Orato. 41.
Muri patrii. Virg. 2. Aeneid. 56.
Penates patrii. Horat. 2. Serm. saty. 5. 1.
Patrii ritus Cic. 2. de Legib. 36. Ex patriis ritibus optima colunto, præter Ideæ matris famulos.
Sedes patriæ. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 17.
Sermo patrius. Lucret. lib. 1. 170. Cic. 1. de Finib. 7.
Terra patria decedere. Virg. 6. Aeneid. 102.

Patriarcha, (πατριάρχης,)

Patrum princeps Latinè dicitur.

Patricida, Patricius, Patrimonium, Patritus, Vide PATER.

Patrisso, Vide PATER.

Patrius, Vide PATER & PATRIA.

Patro, patras, (παιδοποιέω, διαπεράσομαι,)

patrare, Proprè est libertis operâ dare, sed & pro Perficere & aliquid committere ponitur. Quintil. lib. 8. ca. 3. Vel hoc vitium fit quod κακόφατον vocatur, siue mala consuetudine in obscœnum intellectum sermo detortus est, vt Ductare exercitus, & Patrare bellum, apud Salustium, dicta sanctè & antiquè, ridentur à nobis, si diis placet: quam culpam non ferentium quidem iudicio, sed legentium, tamen vitandam. Ex quibus verbis colligitur priscos Patrare potuisse pro Perficere, non solùm quum opera liberis daretur, sed etiam quum aliud quidpiam iam inceptum, ad finem perduceretur. Salustius in Catil. Sperabat propediem magnas copias sese habituram, si Romæ locti incepta patrauissent. Idem in Iugurtha, Tum Iugurtha patraris consiliis, postquam omni Numidia potiebatur in otio, facinus suum cum animo reputans. Idem de Rep. ordinanda, ad Cæsarem, Atque ea magis fortibus consiliis, quàm bonis præliis patrata sunt. Plaut. Asin. 3. 102. Quin te quoque ipsum faciam haud magni, si hoc patro. Cicer. 1. Verr. 20. Putaliter posse quæ C. Verres in Quæstura, quæ in Legatione, quæ in Prætura, quæ Romæ, quæ in Italia, quæ in Achaia, Asia, Pamphiliaque patrarit, ea quemadmodum locis, tẽporibusque diuisa sint, sic criminibus & occasione distinguere?
Expugnationem patrare. Tacit. lib. 12. At ni prælium nox diremisset, cœpta, patrataque expugnatio eundem intra diem foret.
Facinus patrare. Liu. 3. belli Pun. 34. Te id prius scire volui, si fortè abesset dum facinus patratur, malles. Plaut. Post tam fœdum facinus patratum.
Necem patrare. Tacit. lib. 2. Si patrandæ neci venenum mitteretur.
Opera patrare. Cic. 2. de Leg. 32. Feriis iurgia amouento, easque in familis (operibus patratis) habento.
Promissa patrare. Ci. ad Atticum, lib. 1. 9. 11. τεῦ ἀρὶς promissa patrauit, tu mandata effice quæ recepisti.
Victoriam patrare. Tacit. lib. 13. Vtque inter festos referretur diei, quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatum de ea esset.
Parrari, pro confici. Tacit. lib. 2. Etsi proxima æstas adiiceretur posse bellum patrari. Hoc est posse debellari. Ipse infra, Conficere vocat, bellique, inquit, quia conficere prohibitus erat, pro confecto accipiebatur.
Pacis patrandæ cum Romanis pacificebatur mercedem. Tacitus lib. 10.
Patrátus, pen. prod. Participium, (διαπεραστός,) Tacit. lib. 1. Maluit patrati quàm incœpti facinoris reus esse. Liuius 1. ab Vrbe, Pater patratus ad iusiurandum patrandum, id est sanciendum fit.
Bella patrata. Claud. 4. Paneg. 26.
Cædes eius patrata. Tacit. lib. 4.
Patres patrati dicebantur, quòd ad patrandum, id est peragendum iurãmentum, vbi de fœderibus conuenerat, mitterentur. Vide Clangomentum, vbi de fœderibus conuenerat, mitterentur. Vide Clango in CLARVS.

Patronus, (πατρώνος,)

patroni, penult. product. (σωκήγορος, παρακλητός, πρόμαχος, πρόξενος, πρόστατος, ἀντίδικος, ἀντιπρόσωπος, ἀντιπρόσωπος, ἀντιπρόσωπος,) Qui aliquem in periculo defendit. Valla, Patronus proprìè est qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Asconius Pædianus, Qui defendit alterum in iudicio aut patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotium suscipiat: aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur vt suam. Plautus Menæch. 14. 12. – iuris

– iuris vbi dicitur dies, simul
Patronis dicitur: quippe qui pro illis, quæ malefecerint,
Loquantur: aut ad populum, aut in iure, aut ad iudicem res est. Idem Mostel. 4. 26. – probus homo sum,
Qui pro me causam diceret, patronum liberaui. Ibidem, 9. 49.
– patron e salue. 5 nihil
Meros mihi clientes isiusmodi. Ibidem, 6. 59.
Plumæ haud interest patronus an cliens fuat
Homini, cui nulla in pectore est audacia. Terent. Eunuch. 5. 2. 48.
Te mihi patronam cupio Thais, te obsecro:
Emoriar, si non hanc vxorem duxero. Ibidem, 4. 6. 32. Perii, huic ipsi est opus patrono, quem defensorem paro. Cice. ad Tironem, lib. 16. 26. 1. De patrono. Marcus est adhibendusque diu & multis lucubrationibus commentata oratione.
Patronus, custos, & defensor coloniæ. Cic. pro Sylla, 45.
Iustitiæ patronus. Cic. de Amic. 25. Qualis tum patronus iustitiæ fuit contra accuratam orationem Phili.
Patronus, laudator, aduocatus. Cic. pro Cluentio, 88.
Patronus & Cliens, contraria. Ouid. 1. de Arte, 18.
Qui modò patronus, iam cupit esse cliens.
Propugnator & patronus Ci. pro Malone, 1. 2. Domi suæ nobilissimus vir, Senatus propugnator, atque illis quidem tempotibus penè patronus, &c. M. Drusus occisus est.
¶ Adoptare patronum. Cic. pro Sestio, 7. Qua de causa & tum conuentus ille Capuæ, qui propter salutem illius verbis Consulatu conseruatã meo, me vnum patronum adoptauit.
Constituere alicui causæ patronum. Cic. pro Murena, 3.
Delata ad patronos dissensio. Cic. pro Sylla, 45.
Dare patronum alicui causæ. Cic. 2. de Orato. 155.
Patroni est, nonnunquam verisimile, etiam si minus verum sit, defendere. Cice. 2. Offic. 72.
Alicui causæ patronum existere. Cic. pro Rosc. Amer. 3.
Esse patrono aliquo. Horat. 1. epist. 7. 11.
– quæro & refer, vnde domo, quis, (num.
Cuius fortunæ, quo sit patre, quove patrono. Id est quê habeat patro-
¶ Patronus, (πάτρων,) aliquando est relatiuum Liberti, nimirum is qui seruum donauit libertate. Vide Vallam lib. 4. cap. 1.

Patrona, patronæ. pen. prod. (σωκήγορος,) Cic. 2. de Orato. 108. Neque prouocationem patronam illam ciuitatis ac vindicem libertatis Populi Romani dari sine nobilium dissensione potuisse.

Patrocinor, pen. corr. patrocinaris, (σωκηγορέω, ὑπερασπιστεύω μαι, σωκηπόω,) patrocinari, Tam verbo, quàm facto imbecilliorem protegere. Hirtius 6. bel. Hispaniensis, 123. Quum appropinquassent aduersarii, patrocinari loco iniquo non deserunt. Plin. lib. 14. cap. 4. 6. Contra id pigra vicinitate sibi patrocinante. Idem lib. 2. cap. 41. 3. Patrocinatur vastitas cœli immensa, discreta altitudine in duo atque septuaginta signa. Quintil. lib. 2. cap. 4. 18. Et Iemo interim, paratusque defenditur: sic vt non homini patrocinemur, sed fidei.

Patrocinium, patrocinii, (σωκηγορία, πατρωνία,) Festus, Patrocinia appellari cœpta sunt, quum plebs distributa est inter Patres, vt eorum opibus tuta esset. Inde factum est, vt patrocinium pro tutela & defensione dici cœperit. Plinius lib. 13. cap. 3. 4. Ista patrocinia quæ timus vitiis. Mart. li. 12. 1. Scio me patrocinii debet cõtumaciissimè triẽnii desidię.
Voluptas plurimorum patrocinio defenditur. Cic. in Parad. 17.
Orbis terræ patrocinium. Cic. 1. Offic. 37. Nostri autem magistratus, imperatoresque ex hac vna re maximam laudem capere studebant, si prouincias, si socios æquitate & fide defendissent. itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quàm imperium poterat nominari.
Fides patrocinii. Quintil. lib. 5. cap. 13. 32.
Mitis patrocinium causæ difficilis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 1.
¶ Arripere patrocinium æquitatis. Cice. 1. de Oratore, 125.
Repudiare voluptatis patrocinium. Cic. 2. de Finib. 107. Aut hæc tibi Torquate sunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiãdũ.
Causa patrocinio non bona maior erit. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 6.
Suscipere patrocinium difficilis causæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 1.
Suscipere patrocinium alicuius desertæ disciplinæ. Cice. 1. de Natu. deorum, 10. Et in Oratore, 65. Legitimarum & ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere.
Tueri patrocinia. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9. 1. Si tuam consuetudinem in patrociniis iuendis seruas, P. Vatinius cliens aduenit, qui pro se causam dicier vult.

Patronymicum, nomen, penult. corrept. (πατρωνυμικόν,)

Grammaticis dicitur, quod sub patris nominis significat filium: vt Priamides, id est Hector Priami filius. Vide Grãmaticos, maximè Priscianum.

Patruelis, Patruus, Vide PATER.

PATTAGIA, (πατταγία,) fluuius Siciliæ, ἀπὸ τοῦ πατάγου, id est à sonitu. nam per saxa fluens clamare videtur. Claud. 2. de raptu Proserp. 12. – & saxa rotantem
Pattagiam.

PATVLCIVS, dictus est Ianus, quòd tempore belli portæ templi eius pateant.

Patulico, Patulus, Vide PATEO.

Paua, Vide PAVO.

Paucus, pauca, paucum, (παῦρος, ὀλίγος, ἐλάχιστος, ἐλαχιστάκις,)

à Parum quidam deducunt Singulariter rarò legitur, contrarii est Multò. Cic. de Amicitia, 1. Quum & ego essem vnà, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere. Plaut. Curcul. 7. 54. Respondit mihi paucis verbis, atque adeò fideliter.
Plures & Pauci, contraria. Author ad Herenn. lib. 4. 171. Qui quum plures erant, paucis nobis exæquari non poterant.
Ex multis paucos ad ignominiam sortiri. Cic. pro Cluentio, 101. Si erunt plures qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, vt non animaduertas in omnes, sed carpes vt velis, & paucos ex multis ad ignominiam sortiẽr.
Ad paucos pœna, ad omnes metus peruenit. Cicero. pro Cluentio. 101.
Inter paucos disertus, & dignus illa propinquitate. Quintil. lib. 10. ca 3.
Crimen paucarum in omnes diffundere. Ouid. 3. de Arte. 2.
Intrauit paucis comitantibus Vrbem. Ouid. 11. Metam. 56.
Paucæ, paruæ, & viles res. Cic. 5. Tuscul. 145.
Aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quàm parnis rebus egeat, quàm vilibus.
Pauca & modica. Tacit. lib. 20. Qua die Senatum ingressus est Domitianus, de abscessu patris fratrisq; ac iuuẽta sua pauca & modica disseruit.
Non pauca, Vide NON adueniunt.
Contentus paucis. Horat. 1. Serm. saty. 3. 4.
Conferre in pauca, Vide CONFERO.
Dicere pauca. Horat. 2. Serm. saty. 7. 1.
E multis pauca tibi expediam dictis. Virg. 3. Aeneid. 76.
Loquar pauca pro re. Virgil. 4. Aeneid. 68.
Respondere pauca. Horat. 1. Serm. saty. 6. 13.
¶ Paucis, sobaudi verbis. Terent. And. 3. 3. 5. Auscultà paucis. Ibidem. 1. 1. 2. Adesdum: paucis te volo. Plaut. Aulul. 7. 12. Da mihi operam parum per, paucis est quod te volo. Idem Bacchid. 1 3. 6.
Paucis me misit miles ad eam Cleomachus. Terent. And. 5. 3. 22. Pater, licètne paucis? quid dices mihi? Celius lib. 7. Prius ipsius loci natura paucis proponenda est.
Auscultare paucis, Vide AVSCVLTO.
Cognoscere paucis. Lucret. lib. 2. 29.
Docere paucis. Virgil. 4. Aeneid. 23.
Responsum paucis reddere. Virgil. 6. Aeneid. 135.
His paucis diebus. Cicero 2. Verr. 11. Ecce autem repentè his diebus paucis, comitiis Consularibus factis.
Paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios: Id est, Intra paucos dies. Cic. ad Curionem, lib. 2. 6. 7.
¶ In paucis diebus quàm. Suetonius in Tib. Cæsare, cap. 60. In paucis diebus quàm Capreas attigit, piscatori qui sibi secretum argenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pilce faciem iussit. Id est, paucis pòst diebus quàm.
Paucorum mensium. Plaut. Mostel. 2. 78.
– qui nisi huc redit,
Paucorum mensium sunt relictæ reliquæ.
Paucis interpositis diebus iterum, &c. Cic. de Claris Orat. 43.
Paucis mentibus. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 4. Spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore.
¶ Pauci, apud antiquos pro bonis ponebantur, vt Multi pro malis, authore Nonio. Cic. in Oratore, 7. Iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehensionemque pertimuit.
¶ Paucissimus. Plinius lib. 10. cap. 59. 2. Anseres aliàs plurima ouà sedecim, paucissima septem.

Pauculus, pen. corr. Diminutiuum, (παῦρος ὀλίγος,) Terent. Heaut. 4. 6. 14. Quod imperabit facito loquitor paucula. Plinius epist. 200. Accidit aliud ante pauculos dies simile. Cicero ad Atticũ, lib. 5. 110. 5. Quintum Volusium tui Tiberii generum, certum hominem, sed mirificè abstinentem, misi in Cyprum, vt ibi pauculos dies esset.
Cætera de genere horum paucula. Lucret. lib. 1. 21.

Pauxilles, Adiectiuum, (ἐπ' ὀλίγος,) diminutiuum à Paulum. Plautus Aulul. 5. 34.
Nam verisimile non est hominem pauperem,
Pauxillum parasacere, quin nummum petat.
Ossa pauxilla & minuta. Lucret. lib. 1. 171.
Seminibus perquàm pauxillis creata. Lucret. lib. 3. 47.

Pauxillum, Aduerbium, (ἐπ' ὀλίγον,) Parum admodum. Plau. Capt. 4. 73. Sed si pauxillum potes contentus esse. 8. nàc perpauxillum modò.

Pauxillulus, pe. cor. Adiectiuũ, diminutiuũ à Pauxillus. Plau. Pseu. 11. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo. Idem Rud.23.57.
Hoc dolore capiuntur pauxilluli. Item Sticho,4.115.
Næ iste ædepol vinum poculo pauxillulo,
Sæpe exanclauit sobmerum scitissime. Sic Pœnulo, 7.35. Quicquid est pauxillulum illuc nostrum,id nobis omne intus est. Teren.Phorm. 1.1.3.Iampridem apud me reliquum pauxillulum Nummorum, id vt conficerem. Gellius lib.20.cap.vltimo, Considerent an minutæ illæ admonitiones pauxillulæ,nequaquam tamen sint vel ad alendum studium inepiæ,vel ad oblectandum frigidæ,fouendumque animum.
Pauxillatim,pen.prod. Aduerbium, pro Paululum, senim, pedetentim. Plaut.Epid.5.64. – egomet pôst vbi
Cœpi rursum vorsum ad illas pauxillatim accedere, &c. Idem Rud. 22.20. Docte atque astute ego illi pauxillatim pollicitabor Pro capite argentum.
Paucies, (πενιχρῶς,) pro Raro dici (inquit Nonius) veterum authoritas docet. Titinius Gemina,Postquam factus maritus hanc domum abhorres,tuam etiam vxorem paucies video. Idem in eadem,Tu autem inique in vrbem paucies venire soles. Cœlius annalium lib.6.Consulto non paucies arcessitum.
Pauciloquium,pauciloquii, (πενιχρολογία,) Multiloquio contrarium.Plautus Merc.3.31. Inhæret etiam auiditas,desidia,iniuria,
Inopia,contumelia,& dispendium,
Multiloquium,pauciloquium.
Paucitas,pen.corr.huius paucitatis,f.g. (ὀλιγότης,) Cic.1.de Inuent.47. Paucitas in partitione seruatur,si genera ipsa rerũ ponũtur,neque permissè cum partibus implicantur. Idem ad Cœlium,lib.2.10.4. De pantheris,per eos qui venati solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est,& eas,quæ sunt,valde aunt queri,quòd,&c.Idem 1. de Oratore,5.Quanta oratorum sit,semperque fuerit paucitas, iudicabit. Et 5. Verr. 68. Vt de reliquorum paucitate publice diceret. Sic Cæsar 3. bell. Gall.367.
Amicorum paucitas.Cic.Antequam iret in exiliam,7.
Definita numero & paucitate genera.Cic.2.de Orat.79.

Paueo, paues,paui, (πτηνεβοῦμαι,) pauère, Timere.Plaut.Curcul. 5.10.Paues parasitus quia non redit Caria. Idem Amphit. 17.58. –hei mihi.B.Ne paue. Et Cistel.5.59.Illud paueo,& hoc formido,ita tota sum mitera in metu.
Paueo ne.Plaut.Persa,16.56.Nimis pauebam ne peccaret.Terent. And. 2.1.12.Id paues,ne ducas tu illamitu autem,vt dicas. c.rem tenes.
Pectora pauent metu.Ouid.9.Metam.50.
Animus pauet apud consilium illud pro reo dicere.Cic.5.Philip.172.
Noctem pauere.Cic.2.Tusc.41. –nauem vt horrisono freto
Noctem pauentes timidi adnectunt nautæ. Ex poeta.
Pugnam pauere.Lucan.lib.7.11.
Pauere plus est quàm Timere.Tacit.li.4.Id ipsum,inquit,pauentes quod timuissent.Nèpe quia timor què animo cõceperant, alpectu augebat.
Paueo,cum accusatiuo.Plin.in Panegy. 113. Illos posteros libertatis nec terret Cæsar,nec pauet.
Pauesco,cum accusatiuo.Tacit.lib.1.Plures bellũ pauescere, alii cupere.
Pauendo, (τὸ πτηνεβοῦσθαι,) Lucan.lib.1.98. –sic quisque pauendo
Dat vires famæ.
Pauens,Participium, (πτηνεβούμενος,) vt Rerum nouitate pauens iuuenis Ouid.1.Metam.7.
Agna pauens.Ouid.6.Metam.106.
Terrore pauentes equi.Ouid.2.Metam.80.
Pauendus, (πτηνεβοῦντος,) Plin.lib.8.cap.23.2. Nec pedibus pauendas tantum serpentes,sed & missili volare tormento.
Pauesco,paueris, (πτηνεβοῦμαι,) pauescere, Idem quod Pauere, nisi frequentia significationem augeat.Colum.lib.6.cap.2.5. Ventri quoque & sub femina manum subiicere,ne ad huiusmodi tactum postmodum pauescant.De bubus domandis. Gellius lib.19.cap.1.Rebus forte id genus,quibus dixi,obortis,pauescere sensim, & quasi albescere, non insipientis esse hominis,neque ignari putemus.
Prodigia pauescere.Silius lib.16.26.
Pauesco,pen.prod.pauesis,pen.indiff. (πτοοῦμαι,) pauescere,pen. corr. Pauidum fieri.Gellius lib. 19. cap. 1. In tanta violentia tempestatum videor paulum pauefactus.Ouid.13.Metam.186.
Ast ego vicino pauefacta sub æquore mergor.
Corpora pauefacta.Ouid.15.Metam.128.
Pauito,pauitas,pen.corr. (πτύρομαι,) pauitare,Frequentatiuum, Valde pauere,timere,vel valde frigere.Terent.Hecy.3.1.41.
–vxorem Philumenam
Pauitare nescio quid dixerunt. Vbi Donatus,Pauere & timere, & ad corporis,& ad animi perturbationem veteres referebant.Plautus Bacchid.Nam & ex mari timida ecce ego pauitare,ægrotare. Idem,Quis hic horror est?quid pauitas? Virgil.6.Aeneid.100.
Vix adeò agnouit pauitantem,& dira tegentem Supplicia.
Pueri in tenebris pauitant.Lucret.lib.2.12.
Pauitans,pen.corr Participium, (πτυρόμενος,) Valer.7.Argon.83.

Quam simul effusis paultantem fletibus heros,
Flagranteque genas vidit.
Prosequitur pauitans,& ficto pectore fatur.Virgil.2.Aeneid.22.
Pauor,huius pauoris,m.g. (πτόα,πτοιά,πτόησις,δείμας,) Est,inquit Cicero 4.Tuscul.30.metus loco mouens mentem. Plautus Epid. 11.4. Territat pauor animi mentem. Emilius, Tum pauor sapientiam omnem mihi expelleret ex animo. Cæsar 2.bel.Gall. 275. Prius quàm se hostes ex pauore ac fuga recinerent.
Liber pauore,Vide LIBER,liberi.
Tela gelida pauoris. Lucret.lib.3.62.
Aduersorum pauor.Silius lib.8.16.
Anceps pauor.Valer.3.Argon.15.
Cæcus.Valer.7.Argon,30.
Circumfusus,Vide CIRCVNFVNDO.
Confusior,Vid: CONFVNDO.
Falsus.Tacit.lib.20.
Horridus.Senec.Herc.Oeth.1.6.
Humilis. Virgil.1.Georg.67.
Lymphaticus,Vide LYMPHA.
¶ Pauor cepit me.Liuius 4.bel. Pun. 190. Pauorque circa eum ceperat milites,ne mortiferum vulnus esset.
Deponere pauorem.Ouid.10.Metam.24.
Venia est tantorum danda pauorum.Lucan.lib.1.104.
Ingens excutit somnos pauor.Senec.Octauia,4.5.
Pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat. Cic.4.de Orato. 85.& 121. Et 4.Tuscul.30.Ex Ennio.
Exultat pauor.Lucret.lib.3.29.
Nouus pauor insinuat per pectora tremefacta. Virg.2.Aeneid.46.
Incutere pauorem,Vide INCVTIO.
Induere pauores.Tacit.lib.20,Falsos pauores induerat.
Induere pauorem alicui.Silius lib.15.145.
Iniicere pauorem,Vide INIICIO.
Lenire pauorem.Silius lib.8.16.
Gelidus pauor occupat artus. Lucan. lib.1.515.
Pulsans corda haurit pauor. Virg.3.Georg.22. Idem 5.Aeneid.28.
Saxet pauor corda effera raptat. Valer.1.Argon.161.
Reliquit ossa pauor.Virg.3.Aeneid.12.
Pauidus,pen.corr.Adiectiuum,(πτοηδής,) Qui semper timet,inquit Seruius.Plinius libro 21.cap.37.15,Nutantes aures pauidis equis. Virg. 8.Aeneid.119.Stant pauidæ in muris matres.
Metu pauidus. Ouid.2.Fast.21.
Aures pauidæ.Ouid.epist.3.12,
Quod scelus vt pauidas miseræ mihi contigit aures,
Sanguinis atque animi pectus inane fuit.
Aues pauidas terrere. Ouid.1.Fast.80.
Formidine pauidi cerui.Virg.3.Georg.75.
Formido pauida.Ouid.2.Metam.14.
Fuga pauida. Silius lib.13.27.
Furtum pauidum. Lucan.lib.2.34.
Leporem pauidum captare. Horat.Epod.2.7.
Mentes pauidæ.Tibull.lib.3.eleg.4.2.
Pauidus metus, ab effectu, quia pauidos facit: vt Pallida mors, & tristis senectus. Ouid.1.Fast.4.
Deque meo pauidos excute corde metus. Et est metonymiæ species. Idem 2.de Arte,18.
Pecus pauidum.Ouid.2.de Arte,30.
Relligiones pauidæ.Lucret.lib.2.9.
Vrbs pauida.Virg.9.Aeneid.95.
Vultus pauidus.Ouid.2.de Ponto,eleg.8.8.
Pauidissimus,pen.corr.Superlatiuum,(πτηνοδέστατος,)Silius lib.10.13.
–talin' pauidissime dignum
Me vita,pulchraque indignum morte putasti?
Pauide,pen.corr.Aduerbium,(πτηνοδῶς) Timidè,Meticulosè. Liu.5.ab Vrbe,177.Nequaquam tamen ea nocte,neque insequenti die similis illi quæ ad Alliam tam pauidè fugerat,ciuitas fuit.

Pauicula, pauiculę,pen.corr.Instrumentum quo coæquatur & condensatur terra arearum. A pauiendo dicitur. Cato cap. 129.Vbi bene comminuta terra fuerit,& amurcam combiberit, cylindro aut pauicula coæquato. Colum.lib.1.cap.6.7.Cuius solum terendo aut pauicula coæquato. Colum.lib.1.cap.6.7.Cuius solum terendum prius quàm consternatur,perfossum, & amurca recenti non saliendo madefactum,velut signinum opus pauiculis condensatur. Tum deinde quum exaruit,simili modo paulmenta testacea,quæ pro aqua recepérint amurcam mistam calci & arenæ superstruuntur,& magna vipa uiculis inculcantur, atque expoliuntur. Idem lib.2.cap.20, Tum area æquata pauiculis,vel molari lapide condensetur. Et lib.11.cap.3.17. Ferè etiam his diebus ozyma seruntur,quorum quum semen obrutum est,diligenter inculcatur pauicula,vel cylindro.

Pauimentum, pauimẽti(ἐδαφος,βαλός,δαπεδον,ὀυδός)Ipsum domus solidamẽtũ siue incrustatio,quã gradiẽdo calcamus.

calcamus.dictum à pauiendo,id est tundendo siue feriendo:quòd dum fiunt pauimenta, pluribus simul diebus feriuntur & tunduntur,vt solidiora fiant,& ne rimas faciant.Iuuena.Saty.14.6.Verre pauimentum, & nitidas ostende columnas. Cato, Pauimenta ad hunc modum facito,De testa arida pauimentum struito:vbi structum est, pauito, siccatoque oleo,vt pauimentum bonum fiet.Plin.epist.25.b. Hunc dum sequitur colligitque,per læue & lubricum pauimentum fallente vestigio cecidit. Horat.2.Carm.ode 14.6. – & mero
Tinget pauimentum superbo.
Barbarica pauimenta,Vide BARBARVS.
Pauimenta & porticus habet villa.Cic.Qu.fratri,lib.3.17.2.
Compositæ arte pauimento lexes.Cic.3.de Orat.94.Ex Lucilio.
Facere pauimenta.Cic.Qu.fratri.lib.3.17.2.
Natabant pauimenta vinoinadebant parietes.Cic.2.Philip.103.
Pauimentorum genera multa fuerunt apud veteres.Erant enim lithostrota,parietibus coagmentata crustis.Erant & subdialia à Græcis inuenta, quæ sub dio erant,& in aperto:quæ vbi imbres gelant,sunt vtilia. Erãt & asarota,de quibus Papinius in Sylua,
–subierantque nouis asa
rota figuris. Plinius appellat eusarota: quoniam purgamenta cœnæ in pauimenta euerri solent. εὐ Græcè dicitur bene:ἀσαρῶ,verro. Fuerunt & pauimenta barbarica subtregulanea, scalptorata,& Græcanica. Vide Plinium lib.36.cap.25.1.
Pauimenta Pœnica (inquit Festus) marmore Numidico strata significat Cato,quum ait in ea oratione quam habuit,nequis Cõsul fieret,Dicere possũ quibus villæ,atque ædes ædificatæ,atque expolitæ maximo opere citro atque ebore,atq; pauimentis Pœnicis stẽt.Vide NVMIDIA.
Pauimento,pauimẽtas,pauimentare,Pauimentum facere, seu pauimento sternere.Plin.lib.27.cap.4.4. Ergo pauimentandum vbi sata sit, censent,vt lachryma non absorbeatur. Cic.pro Domo sua,69.In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pauimentatam trecentũ pedum concupierat.

Pauio, pauis,pauiui,pauitum.pen.prod.(πατάω,) pauĩre,Ferire,percutere,tundere.Sumptum à Græcis,qui πατάσσειν, dicunt percutere.Cic.2.de Diuinat.110.Sed quia quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere,& terram pauire,terripauium primo,pôst terripudium dictum est:hoc quidam iam tripudium. Varro de Re rust.lib.1. cap.51.1.de area,Hanc esse modicam pro magnitudine segetis,potissimum rotundam, & mediam paulò extumidam, solida terra pauitam, maximè si est argilla, ne æstu peminosa in rimis eius grana oblitescant. Cato cap.18.6.ibi de testa arida pauimentum struito: vbi structũ est, pauito,fricatoque,oleo perungito,vti pauimentum bonum fiet. Colum.lib.1.cap.6.14.Sed vtrunque more piscinarum deuexum leui cliuo & extructum,pauitúmque solum habeat,ne humorem trasmittant.
Pauita & complanata terra.Plin.li.9.ca.10.3,Eaque de fossa extra aquas, & cooperta terra, ac pauita corpore, & complanata,incubant noctibus.De ouis testudinum.

Paulatim,Paulisper, Paulum, Paululum, Vide PARVM.
PAVLVS,(παῦλος,)Cognomen L.Aemylii Consulis Romani, de quo Vide in AEMYLIVS.
Prodigus Paulus magnæ animæ.Horat.1.Carm.ode 12.8.
Belligeri sublimis regia Pauli.Stat.1.Sylu.1.6.

Pauo, pauõnis,& Pauus,paui,m.g.(πάων,) Auis vulgo nota.Plin.lib. 10.cap.20.1.In his pauonum genus cum forma,tum intellectu eius & gloria. Gemmantes laudatus expandit colores aduerso maxime sole,quia sic fulgentius radiant. Et paulo pôst,Ab authoritbus non gloriosum tantum animal hoc traditur, sed & maleuolum, sicut anser verecundum.Gell.lib.7.cap.16.Pauus è Samo præstantior est. Cic.3. de Finib.29.Alia autem nullam ob vtilitatem quasi ad quendam ornatũ,vt cauda pauoni,plumæ vericolores colũbis,viris mãmæ atq; barba.Mart.li.13.70.de pauone,Miratis quoties gẽmantes explicat alas.
Valle Banæ res nota,& vix credenda poetis:
Sed quæ de vera proditur historia.
Fœmineam in speciem conuertit masculus ales?
Pauaque de pauo constitit ante oculos.
Pauo masculus.Colum.lib.8.cap.11.7.Masculus pauo gallinaceam salacitatem habet,atque ideo quinque fœminas desyderat.
Pauo fœmina.Columel.lib.8.cap.11.13.Nam fœminæ pauones quæ non incubant, ter anno ferè partus edunt.
Cauda pauonis.Lucret.lib.2.162.
Lepor pauonum.Lucret.lib.2.101.
Pictus pauo.Ouid.2.Metam.107.
Crudus pauo,Vide CRVDVS.
Pauonaceus,Adiectiuum, (παωνάδης,) Plin.lib.36.cap.22.3. In Belgica prouincia candidum lapidem serra qua lignum, faciliusque etiam secant ad regularum & imbricum vicem:vt si libeat, ad quæ vocant pauonacea tegendi genera:& hi quidem sectiles sunt. Quo in loco doctiores legunt pauimentata tegendi genera,hoc est pauimẽtorum more constructa,cuiusmodi permulta hodie videmus.
Pauoninus,pen.prod.Adiectiuum,(παωνινος,) Quod ex pauone est, vt Pauoninus,pen.prod.Adiectiuum,(παωνίνος,) Quod ex pauone est. vt Pauoninum ouum.Colum,lib.8.cap.5.7.
Pauonius,(παωνιος,) Aliud adiectiuum idem significans.vt Pauonia oua. Varro 2.de Re rust.cap.9.8. Si oua gallinis, pauonia subiicies, quum tum decem dies pauonia fouere cœpit,tum denique gallinacea subiicere.Castigatiora exemplaria habent pauonina.

Pauor, Vide PAVEO.

Pauper, huius pauperis,pen.corr.com gen. vel vt alii volunt, omnis gen. (πένης,πενιχρός,) Notæ significationis. Dicitur à parvo lare.Cic.in Parad.64.M.Manlius patrum nostrorum memoria pauper tandem fuit:habuit enim ædiculas in carinis,& fundum in Labicano. Idem in Vatinium,23.Ex pauperrimo diues factus. Item in Parad.66.Non modo non copiosi ac diuites,sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt.De improbis & auaris.
Turba pauperiorum Horat.1.Serm.saty.1.23.
Ambitiosi pauperes.Quintil.lib.2.cap.4.22.
Facere pauperem. Seneca de Benef.lib.2.cap. 27. Cn. Lentulus augur, diuitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent.
Pauper vbique iacet.Ouid.1.Fast.44.
Pauperis est numerare pecus.Ouid.13.Metam.176.
Meo sum pauper in ære.Horat.2.epist.2.3.
Congesto pauper in auro.Seneca Herc.fur.5.2.
¶ Pauper, cum genitiuo positum vt Argenti & auri pauper. Horat.1. Sermo.saty.3.29.
Aquæ pauper Dannus.Horat.3.Carm.ode 30.5.
Colonus pauper muris.Horat.1.Carm.ode 35.1.
¶ Agri pauperis custos.Tibull lib.1.eleg.1.4.
Cultus pauper.Tibull.lib.1.eleg. 10.4.
Domus pauper.Virg.12.Aeneid.104.
Pauper eloquentia,per translationem,pro Inope & iciuna. Quint.li.10. cap.5.Neque adeò iciunam ac pauperem natura eloquentiam fecit,vt vna de re bene dici,nisi semel non possit.
Honos pauper.Stat.5.Thebaid.103.
Horti pauperis custos.Virg.7.eclog.7.
Incola pauper.Ouid.3.Trist.eleg.10.12.
Sub pauperetecto.Horat.1.epist.10.7.
Terra pauper.Virg.6.Aeneid.163.
Vena pauperiore fluit carmen.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.4.
Vena paupere manat ingenium.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.5.
Voluntas pauper.Ouid.8.Metam.137.
Pauperrimus,pen. corre. (πενιχρότατος,) Superlatiuum.Plin.lib.24.cap.1. 1.Quum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet.
Bonorum pauperrimus.Horat.1.Serm.saty.1.16.
Paupera,pauperæ, (πένησσα,) apud Plautum lectum est, Paupera hæc res est.

Pauperculus, Adiectiuum diminutiuum, (πενιχρός,) Plaut.Persa, 10.17. Quanquam res nostræ sunt pater pauperculæ.Terent.Heaut.1.1.44. Est è Corintho hic aduena anus pauperculæ. Varro 1.de Re rust.cap. 17.2.Omnes agri coluntur hominibus seruis aut liberis, aut vrisque. Liberis,aut quũ ipsi colunt,vt plerique pauperculi cum sua progenie.
Mater pauperculæ.Horat.1.epist.18.10.

Paupertas, pauptãtis,f.g. (πενία,) Ipsa pauperis cõditio.Plau.Persa.10.19. Nam vbi ad paupertatem accessit infamia,
Grauior paupertas fit,fides subtilior. Cic.3.Tuscul. 94. Vt de paupertate nonnunquam,cuius onus disputando leuamus, docentes quã parua & quàm pauca sint quæ natura desyderet.
Paupertas,egestas,mendicitas.Cic.in Parad.57.Itaque istam paupertatẽ, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tuliti.
Pudor paupertatis.Horat.1.epist.19.5.
Audax paupertas.Horat.2.epist.2.11.
Paupertas certissima.Columel.lib.12.cap.2.2. Præparatis igitur receptaculis,oportebit suo quicque loco generatim atque etiam specialiter nonnulla disponere,quo facilius quum quid expostulabit vtus,recipere possit.Nam vetus est prouerbium, paupertatem certissimam esse, quum alicuius indigeas,vti eo non posse,quia ignoretur vbi proiectũ iaceat quod desyderatur.Itaque in re familiari laboriosior est negligentia,quàm diligentia.Hactenus Columellæ verba retulimus. Sentit autem, ni fallor,liquis habeat domi,quod quum vtendum est,inueniri non potest,cum magis egere eo quod habet ,quàm si non haberet.Etenim qui non habet,rogat alicunde commodatorquì habet, vbi ventum est ad articulum quo sit vtendum: nec suum habet, quòd vbi sit, nescit:nec alienum habet quo possit vti. Erasmus.
Contracta in paupertate solutus.Horat.1.epist.5.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paupertas fœcunda virorum fugitur.Lucan.lib.1.34.
Horrida paupertas.Lucret.lib.6.256.
Infœlix paupertas, Iuuenal.Satyr.3.16.
Sæua paupertas.Horat.1.Carm.ode 12.9.
Sobria paupertas.Claud.7.Panegy.83.
¶Causam paupertatis defendere.Cic.5.Tusc.144.
Legem efficere paupertatem ferendo.Ouid.8. Metam. 128.
Leuare paupertatem alicui.Vide LEVIS.
Patientia paupertatis ornati Cic.2.de Lege agrar.66.
Ambitiosa paupertate viuimus.Iuuenalis Saty.3.19.
Paupertes,pe.corr.pauperiei,pe.pro.f.g.Idē(πενιχρότης,) Terē.Heaut.1.1.59.Sed in Asiam hinc abi propter pauperiē.Horat.1.epist.1.9.
Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens,per saxa,per ignes. Idem 2, Serm. saty. 7.17.Quem neque pauperies,neque mors,neque vincula terrent. Virgil.6.Aeneid.88. —quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem & duros perferre labores.
Magnum pauperies opprobrium.Horat.3.Carm.ode 24.9.
Abacta pauperies,Vide ABIGO.
Aspera pauperies.Claud.de bello Getico,127.
Immunda pauperies domus.Horat.2.epist.2.40.
Importuna pauperies.Horat.3.Carm.ode 16.8.
Proba pauperies.Horat.3.Carm.ode 29.1.
¶Inferre aliquem in pauperiem,Vide INFERRO.
Angustam pauperiem pati.Horat.3.Carm.ode 2.1.
Duram pauperiem pati.Horat.4.Carm.ode 9.50.
Perferre pauperiem & duros labores.Virgil.6.Aeneid.88.
Iniquum tolerare pauperiem.Claud.2.in Eutrop.42.
Pauperinus,pen.prod. Adiectiuum, (πενιχρικός,) Idem quod Pauper. Varro de vita Populi Rom.lib.1. Quod si pauperina sint elegantia, ac cum castimonia. Nonius.
Paupero, pauperas,pen.corr. (πενιχροῶ,) pauperare,Pauperem reddere antiquè.Plaut.Pseud.10.22. —nam boni viri
Me pauperant, improbi alunt. Idem Milite,10. 155. Quæ improba cit,pro mercis vitio dominum pretio pauperat.Horat.2.Ser.saty.5.7.
Eripier quinis oculos citius mihi,quàm te
Contemptum cassa nuce pauperet.

Pausa, pausæ, (παῦσις,) Est quies alicuius rei,vt ait Nonius. Accius Epigono,Sed iam Amphilocum hucvadere cerno,& nobis datur bona pausa loquendi. Lucilius lib.1.Saty.
Hæc vbi dicta dedit,pausam facit ore loquendi. Plaut.Pœnul.6.12.
Quando id quod sat erat,satis habere noluit,
Ego pausam feci. Idem Rud. 26. 1. Aliquando osculando melius est vxor pausam fieri. Et Persa,13.38.Iamiam Pecunium da pausam.
Frigida pausa vitæ,Mors.Lucret.lib.3.190.
Interiecta pausa vitæ.Lucret.lib.3.176.
Dare pausam alicui.Lucret.lib.2.24.
Pausarius,pausarii,Qui pausam voce designat. Seneca epist. 57. Sic me ad omnia duraui,vt audire vel pausarium possim voce acerbissima remigibus modos dantem. Id est significantem quando vel intendere vel remittere conatum debeant.
Pauso,pausas, (παύομαι,) pausare,Quiescere. Plaut. Trinummo,4.110.
Pausa,vicissi castigatorem tuum.
PAVSANIAS,(παυσανίας,)Clebroti filius,Lacedæmoniorum dux, res multas bello feliciter pro Lacedæmonis gessit. Contra Athenienses qui bellum excitauerant missus,eos pacatos reddidit,eiectis ex vrbe decem tyrannis. Post etiam Plateas deuictas tripoda afferens Apollinis templo cum hoc epigrammate,
Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ τρόπον ἔθνεα μήδων
Παυσανίας,φοίβῳ τῆνδ' ἀνέθηκε τόδε. Id est,Græcorum dux Pausanias,deuicto Medorum exercitu, dedicauit Apollini hoc monimentum.Demum rebus Persicis studens,quum esset Byzantii,paulatim ad tyrannidem peruēnit,stipatoribus Phœnicibus & Aegyptiis, tum veste mensaque Persica vtens, Xerxis insuper filia sibi matrimonio iuncta. Quare in iudicium vocatus,fugit in templū Mineruæ,vbi & interfectus est.Cadauer in barathrum eiectum.Ex Thucydide. Pausanias, Macedo adolescens,qui Philippum Macedonem interfecit. Hic primis pubertatis annis stuprum per vim passus ab Attalo fuerat:& quod deterius est, conuiuis vti scortum vltro oblatus. De qua iniuria apud Philippum sæpe questus, quum eum ridentem facinus videret, iram in eum conuertit, & vltionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice exegit. Trogus.

Pausia, pausiæ,vel Pausea, pauseæ, (ἐλαία παῦσα,) Oliuæ genus: quòd non nisi pauiendo,hoc est tundendo oleum emittat. Columel.lib.5.cap.8.1.Olearum sicuti vitium,plura genera esse arbitror:sed in meam notitiam decem modò peruenerunt, pausia, algiana,&c. Idem lib.12.cap.48.1. Pauseæ baccæ,vel orchitæ, nonnullis regionibus etiam nauiæ,conuiuiorum epulis præparantur. Sic capite præcedenti frequenter. Virgil.2.Georg.18.

—& amara pausa bacca. Hoc est viridi,inquit Seruius.nam ex pausia viridi exprimitur oleum,atque id quidem tundendo ,alioqui hæc oliua ex se oleum non emitteret.
PAVSIAS,(παυσίας,) Sicyonius pictor,lacunaria & cameras pingere instituit.Amauit & Glycerium municipem suam, inuentricem coronarum,vnde paupertatem illa sustentauit.Hanc pinxit sedentem cum coronarum quæ tabula , appellata est ψεκαδόπλοκος, id est coronam texens. Huius tabulæ exemplar L.Lucullus duobus talentis emit Athenis. Author Plinius lib.35.cap.11.
Pausiacus,penul.correp. (παυσιακός,) Horat.2.Serm.saty.7.19.
Vel quum Pausiaca torpes insane tabella.

Pauso,pausas,Vide PAVSA.

Pauxillus,Vide PAVCVS.

Pax, pacis, (εἰρήνη, διαλλαγή,) Notæ significationis, A pactione dicitur,vt ait Sipontinus,quod à verbo Paciscor deducitur.Cic.1.pro Lege agrar. 14. Etenim vt circumspiciamus omnia, quæ populo grata atque iucunda sunt,nihil tam populare,quàm pacem, quàm concordiam, quàm otium reperiemus. Plaut.Persa,6.7. Audacter, tibi si lubido est perdere. T. bona pax sit potius. Idem Stichо,4.9.Pax commerciumque est verbis mecum.
Oliua placita paci.Virgil.2.Georg.85.
Comes pacis,& otii socia eloquentia.Cic.de Claris Oratorib.22.
Conditio pacis quæ est, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest?Cic.12.Philip.326.
Cura tuendæ pacis.Ouid.11.Metam.60.
Facies pacis . Tacit.lib.13, Dum positis loricis, & galeis,in faciem pacis veniretur.
Imago pacis.Tacit.lib.1,Sed Pompeium imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiæ deceptos.
Indocilis vir pacisque modique.Silius lib.12.145.
Inops pacis terra.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.19.
Medius pacis & belli.Horat.2,Carm.ode 19.6.
Nomen pacis dulce,& res ipsa salutaris.Cic.2.Phil.109. Et 12.316.
Summa pacis . Tacit.lib.13, Quia commeantibus inuicem nuptiis, nihil in summa pacis proficiebatur.
Tranquillitas pacis & otii.Cic.1.de Lege agrar.15.
¶Candida pax.Tibul.lib.1.eleg.9.
Concors pax. Ouid.1.Metam.5.
Egregiæ pacis custos fidissimus.Claud.de Nup. Honorii,67.
Exploratæ pax. Cic.7.Philip.227,Poteritis igitur exploratam habere pacem,quum in ciuitate Antonium videatis,vel potius Antonios?
Festa pax.Ouid.2.Metam.160,
Tritonida conspicit arcem
Ingeniis,opibusque,& festa pace nitentem.
Infida pax,Vide INFIDVS.
Iniquæ pacis leges.Virg.4.Aeneid.124.
Iniusta pax.Cic.ad Atticum,lib.7,133.4, Equidem ad pacem hortari nō desino,quæ vel iniusta vtilior est,quàm iustissimum bellum in ciuibus.
Opima pace quieta tellus.Silius lib.16.137.
Pia & æterna pax.Cic.pro Corn.Balbo,28.
Placidissima pax.Cic.5.Tusc.69.
Solida pax.Seneca Troade,6.40.
Sterilis pax.Tacit.lib.1.
Tranquilla pax.Lucan.lib.1.34.
¶Pace aduenio.Plaut.Amphit.3.32,Propterea pace aduenio , & pacem ad vos affero.
Adempta mihi pax.Ouid.2.Trist.40.
Pax ades,& toto mitis in orbe mane.Ouid.1.Fast.non procul à fine.
Afferre pacem animis,Vide AFFERO.
Agitare,Agere pacem,siue de pace,Vide AGO.
Agere pacem cum aliquo.Iuuenalis Satyr.15.17.
Agere aliquid cum pace. Cicer.5. Tusc.121.Nos illud quidem cum pace agemus.Huic contrarium est Iracundè,vel Cum ira agere.
Coagmentare pacem,Vide COAGMENTO.
Cohortari ad pacem,Vide COHORTOR.
Colere pacem.Ouid.11.Metam.60.
Pax arua colit.Tibul.lib.1.eleg.10.9.
Componere pacem,Vide COMPONO.
Conciliare pacem inter aliquos,Vide CONCILIO.
Conficere pacem,Vide CONFICIO.
Confirmare pacem,Vide CONFIRMO.
Constituta pax,Vide CONSTITVO.
Consulere paci.Cic.1.Offic.53.Paci quę nihil habitura sit insidiarum,sem per est consulendum.
Conuenit pax,Vide CONVENIO.
Conuenta pax,Vide CONVENIO.
Dedisceре pacem,Vide DEDISCO.

Dimittere cum pace aliquem.Cic,pro Murena,30.
Disturbare pacem multo sanguine.Lucan.lib.4.43.
Dare pacem.Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.1.8.Tibi data est summa pax,summa tranquillitas .
Suspectam pacem dare.Silius lib.7.54.
Emollit pax aliquem.Tacit.in vita Agricolæ,Plus tamen ferotiæ Britanni præferunt,vt quos nondum longa pax emollierit.
Eripere pacem alicui.Cic.de Prouinc.Consul.3.Sic à Barbaris, quibus est propter auaritiam pax erepta,vexatur.De Macedonia.
Excutere pacem orbi. Lucan.lib.1.14.
Æternam pacem exercere.Virgil.4.Aeneid.20.
Armis exposcere pacem.Virgil.3.Aeneid.52.
Exquirere pacem per aras.Virgil.4.Aeneid. 12.
Exuere pacem. Tacit.lib.4.
Facere pacem.Cicero de Officiis,Consules nostri pacem cum Samnitibus fecerunt. Idem 12.Philipp.328.Cum his facta pax,non erit pax, sed pactio seruitutis. Item de Senect.15. Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho.
Facta pax.Virgil.3.Aeneid.128.
Fœdare pacem vitiis.Claud.1.Paneg.6.
Augusta pace frui Ouid.2.de Ponto,eleg.5.4.
Gerere pacem , Virgil.9.Aeneid.56 Seu pacem,seu bella geram .
Habere pacem.Cic.Attico,li.7.133.2.Spero etiam in præsentia pacē nos habere.Idem 2.Phil.93 Pacem haberemus quæ erat facta per obsidē puerum M.Antonii filium.Et ibidem,7.231.Habere pacem cū aliquo.
Pignus pacis habere.Ouid.8.Metam.10.
Impetrare pacem.Horat.1.epist.1.28.
Infesta pace,Vide INFICIO.
Infusa pax per æquora.Silius lib.7.52.
Insidet alicui pax,Vide INSIDEO.
Mansit pax,Vide MANEO.
Miscere pacem duello.Horat.3.Carm.ode 5.8.
Miseram pacem vel bello bene mutari.Tacit. lib.3.
Pax Cereremnutrit, pacis alumna Ceres.Ouid.1. Fast.141.
Perpetuam pacem orare.Ouid.4.Fast.81.
Pepigit pacem,Vide PANGO,vel PAGO.
In pace & otio copias parare.Cic.pro Cocinna,24.
Petere pacem.Virgil.4.Georg.107.
Præstare pacem alicui.Ouid.1.de Ponto, eleg.7.14.
Placida composita pace quiescit. Virg.1.Aeneid.52.
Longa in pace regebat vrbes.Virgil.7. Aeneid.10.
Reponere pacem terris.Silius lib.12.146.
Rumpere pacem.Virgil.12.Aeneid.41.
Seruare pacem.Cic.7.Philip.230.Cum his pacem seruabit Antonius?
Sistere bellum pace.Ouid.14.Metam. 164.
Esse in pace.Ci.3.Catil.71.Atqi vt in perpetua pace esse possitis ,quidebo.
Sustentare pacem. Tacit.lib.1.Seque & domum & pacem sustentauit.
Trahere pacem. Cice. Ante quàm iret in exilium , 8. Et vos vt tutam, tranquillamque pacem traheretis,mea perfeci vigilantia.Vetus exemplar habet,fortunam .
Turbare pacem.Stat.10.Thebaid.179.
In spem pacis venire.Balbus Ciceroni in Epist.ad Atticum,lib.9.186.2.
Violata pax.Lucan.lib.7.19.
Fœdera pacis violare.Lucret.lib.5.233.
Expertes pacis in armis vinimus.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.1.
Vti pace.Cice.de Prouinc.Consul.3.Ita gentes hæ , quæ vt pace vterentur,vim argenti dederant præclaro nostro imperatori , vt exhaustas domos replere possent , &c.
¶Pax,abi.Plaut.Milit.10.212.Quasi dicat,Si tecum pax , & abi. Idem Trinum.13.118.Pax te tribus verbis volo.
¶Pax,pro Fœdere.Virg.7.Aeneid.54.
Pars mihi pacis erit,dextram tetigisse tyranni.
Pax,est tranquilla libertas.Cic.2.Philip.109.
Summa cum pace frui æuo.Lucret.lib.2.130.
¶Pax,per translationem aliquando dicitur Venia.Virgil.3. Aeneid.53.
Sed votis precibusque iubent exposcere pacem.
Veniam pacemque rogamus.Ouid.1.Amor.eleg.2.5.
Pacem & veniam petere à Deo.Cicero pro Rabir.perduell.reo,3. Ab Iouque Optimo Maximo,cæterisque diis,&c.pacem & veniam peto , precorque,&c. Idem pro Fonteio,In bellis gerendis ab diis immortalibus pacem & veniam petere.
Pace tua,Honestus reprehendendi modus,prius capta venia , Id est Tua venia,& te non iraicente.Terent.Eunucho,3.2.13. Quæso hercle vt liceat,pace quod fiat tua . Plautus Rud.17.32.
—dios scelestos,qui tuum
Fecerunt fanum parui,& ausi sunt violare nos.
Vt hanc tua pace,tuum amplexæ miseræ ambæ sumus. Lui.3.ab.Vibe, 82.C.Claudii pace & P.Valerii mortui loquar,&c.
Pace tua dixisse velim.Ouid.3.de Ponto eleg.1.2.

Pace tua dixerim , Idem.Cic.5. Tusc.18.Cuius ergo iudicium (pace tua dixerim) longè anteponō , tuo.Idem 1.de Oratore,38. Tu esca vnus profectò,qui & meo iudicio & omnium vix vllam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti.
Pace horum dixisse liceat.Plin.lib 34.cap.11.2.Atque hæc omnia medici (quod Pace eorum dixisse liceat)ignorant.
¶Pax sit rebus.Cic.in Somnio Scip.8.Quæso, inquit,ne me è somno excitetis,& pax sit rebus, audite cætera.
¶Pax,Aliquando comicum aduerbium est, & significat Tantummodo, vel silentium quoddam imperantis vim habet.Terent.Heau.4.3.19. Vnus est diesdū argentū eripio, pax nihil amplius. Plaut.Rud.4.81. At in vado est iam facilè enabit:euge pax,
Videsne alteram illam vt fluctus eiecit foras?
¶Paces,pluraliter legitur apud Plautum in Persa,12.1. Hostibus victis, ciuibus saluis , re placida , pacibus perfectis. Horatius 2.epist.1.21.
Hoc paces habere bonæ, ventique secundi .
Bella & paces.Horat.1.epist.3.2.
Ventorum paces.Lucret.lib.5.247.
Pacifer,penul.corr. pacifera,pacifferum,pen.corr. (εἰρηνοφόρος,) Ferens pacem.Plin.lib.15.cap.10.5. Laurus ipsa pacifera , vt quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium.
Cyllenius pacifer. Ouid.14.Metam.59.
Virga pacifera Mercurii.Valer.4.Argon.29.
Pacifico,pacificas,pen.corr.(εἰρηνοποιῶ,)pacificare,Pacem inter aliquos conciliare,discordias sedare,cōtrouersias tollere,placare.Cic.Attico, lib.15.325.4.Seruius verò pacificatus cū libertolo suo videtur obiisse legationem,& omnes captiunculas pertimescere
Pacificans diuos.Silius lib. 15.83.
Pacificare,sine adiecto,pro Transigere de pace.Liuius lib.5 . Inter hæc pacificatum legati à Volscis & Aequis venerunt.
Pacificatio,Verbale,(εἰρηνοποιία,) Mitigatio. Hirtius Ciceroni in Epist. ad Atticum,lib.7.128.3.Quod quæris ecquæ spes pacificationis sit, quantum ex Pompeii multo & accurato sermone perspexi, ne voluntas quidem est. Cic.Attico,lib.9.181.19. Responsit se non dubitare quin & opem & gratiam meam ille ad pacificationem quæreret.
Pacificator,penul.prod. (εἰρηνοποιός,) Verbale masc. Qui pacem facit. Cic.Attico,lib.10.192.3.Iam enim illum emptum pacificatorem perorasse puto,iam actum aliquid esse in consensu Senatorum.Eidem,lib. 1.8.3.Primùm igitur scito,me primum non esse rogatum sententiam, præpositumque esse nobis pacificatorem Allobrogum. Liuius 7.bell. Punici,2.Adhibitus ab Aetolis ex finitimis pacificator Aminander.
Pacificatorius,Adiectiuum,(εἰρηνοποιός,)Cic.12.Philip.320. Posteaquā nos pacificatoria legatione ēplicatos putāt . Id est ō pacē fieri petebat.
Pacificus,pen.corr. (εἰρηνικός,) Aliud Adiectiuum ; Pacem faciens. Cic. Attico,lib.8.160.4.Et quæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. Martialis.lib.12.59.
Te reducem patriæ sexta pater optime bruma
Pacifici Latia reddis ab vrbe Numæ. Sic.lib.8,60.
Dux pacificus.Ouid.4.Fast.82.
Secures pacificæ.Lucan.lib.7.13.
Sermo pacificus Lucan.lib.3.61.
Paco,pacas,(ἱυμανίζομαι, ἐξευμαείζω, ἐξευμανίζομαι,ἱλάσκομαι,)pacare, Mitigare,Lenire,Placare:vt Pacare hostem.Cic.ad Catonem , lib.15. 4.12. Idem 3.Verr.54.Ciuitates nō modò pacatæ,verùm etiam sociorum atque amicorum ad vim atque ad arma confugient. Cæsar.1. bel.Ciuil.31.Hortatur cuius imperatoris ductu nouem annis Rem.fœlicissimè gesserint,plurimaque prælia secunda fecerint,omnem Galliā Germaniamque pacauerint,vt,&c.
Mica pacauit cælestes. Tibul.ad Messalam,lib.4.eleg.1.3.
Voce feras pacauit.Orpheus Claud.de nuptiis Gallicis,10.4.
Milite pacatur Rhenus.Claud.in Epithal.Palladii,46.19.
Sylvæ pacantur vomere.Horat.1.epist.2.9.
Pacandus hostis.Ouid.2. Fast. 4.
Pacātus,pen.prod. (ἱυμανιστής,) Nomen ex participio. Cic.de Claris Orat.63.Sed & huius oratio in philosophiam translata,pugnacior (vt ita dicam) videtur,& illorum in iudicia pacatior.
Reddere pacatum. Cic.Anti quàm iret in exilium, 16. Si denique quòd Cn.Pompeio terra marique hostes reddidit pacatos.
Pacatus illi.Cic.7.Ppilip.232.Huic inquam tali vero,quem nos Senatusconsulto collaudarimus,poteritne pacatus esse Antonius.
Aequora pacata.Ouid.epist. 10.13.
Aeris pacati status. Lucret.lib. 3.59.
Arum pacatius.Ouid.1.de Ponto.eleg.3.9. Denique si moriar subeam pacatius arum.
Humo pacata tegantur ossa nostra.Ouid.3.de Ponto,eleg.9.6.
Mare pacatum.Horat.4.Carm.ode.5.4.
Orbem pacatum regere.Virg.4.eclog.4.
Prouincia pacatissima. Cic pro Ligario.2.
Vitam pacatam degere. Lucret.lib.5.232.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vultu pacato excipere aliquid. Ouid. 1. Fast. 1.
Pacator, pen. prod. Verbale, (παφιεφ,) Seneca Herc. Oetheo, 17. 2.
Sed tu dominator magne feratum:
Orbisque simul pacator ades.
Pacalis, pen. prod. Adiectiuum, (ἱλαστικός,) Idem quod Pacifer, siue pacem significans: vt Oleæ pacales. Ouid. 6. Metam. 21.
Circoit extremas oleis pacalibus oras.
Flamæ, pacales. Oui. 1. Fast. ad finé, Thura sacerdotes pacalib' addite flá
PAX Iulia, παφιεωλία, Ptolemæo Lusitaniæ vrbs. Vulgo Badaioz. (mis.
Paxillus, huius paxilli, (πάσσαλος,) Diminutiuum à Palus, pali, vt ait Priscianus. Cicero autem in Orato. 86. à paxillo palus deducit: ait enim, Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi figa literæ vastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo & paxillo consuetudo eleuans Latini sermonis euellit. Colum. li. 8. ca. 8. 3. Vel si ita non competit, paxillis adactis tabulæ superponantur. Plinius lib. 17. cap. 21. 8. Eodem Paxillo deprimi & spissari.

P E

Pecco, peccas, (ἁμαρτάνω, ἐξαμαρτάνω, δυσαμαρτάνω, πταίω, ἀλισκάνω, πτίω, ἀβεστεύω, ἀμπλακίω,) peccare, Propriè (inquit Siponinus) significat adulterium committere edictum quasi pellicare, id est cum pellice coire. Quintil. lib. 7. cap. 4. De vi facti eius ambigitur an omnino peccarit, &c. Cic. in Parad. 24. Lapsa est libido in mulier ignota? dolor ad pauciores pertinet, quàm si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili virgine: peccauit verò nihilominus. siquidem est peccare tanquam transire lineas.
Peccare, est etiam quomodocunque labi & offendere, & delinquere. Terent. And. 5. 3. 25. Ego me amare hanc fateor id peccare est, fateor id quoque. Ibidem, 1. 1. 118.
Peccare, & Virum bonum esse, contraria. Cic. 3. Offic. 84. Nunquam igitur est vtile peccare, quia semper turpe: & quia semper honestum est virum bonum esse: semper est vtile.
Suauitatis causa peccare vt liceret, impetratum est à consuetudine. Cice. in Orato. 89. De pronuntiatione verborum.
Dupliciter peccare. Quintil. lib. 1. cap. 5. 15.
Largiter peccare, Vide LARGIOR.
Imprudens culpa peccaui mea, Vide IMPRVDENS.
Citra scelus peccaui. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 5.
Peccare in re aliqua. Cice. 4 Verr. 6. Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si vsitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset. Idem 2. Tusc. 18. Vt enim si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur, aut si absurdè canat is, qui se velit haberi musicum, hoc turpior sit, quòd in eo ipso peccet, cuius proficiscitur scientia. sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur, artemque vitæ professus, delinquit in vita. Terē. Adelph. 1. 2. 44. Te plura in hac re peccare ostēdā.
In matrona peccare. Horat. 1. Serm. saty. 2. 13. – quid inter,
Est in matrona, ancilla, peccásve togata?
Peccare in alteram partem. Terent Adelph. 2. 1. 10. Verùm in istam partem potius peccato tamen. Cic. pro Roscio Amer. 33. In eam partem potius peccant quæ est cautior.
Peccare in aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 5. 15. 6. Siquid in te peccaui, ac potius quoniā peccaui, ignoscetis mihi enim ipsum peccauit vehemēter.
Peccare in adulteria. Seneca de Benefic. lib. 1. cap. 10. Nunc in adulteria magis, quàm in alia peccabitur, abrumperque frænos pudicitia.
In publica commoda peccare. Horat. 2. epist. 1. 1.
Peccare aliquid. Plaut. Bacchid. 8. 19.
– si vnam peccauisses, syllabam,
Fieret corium tam maculosum, quàm est nutricis pallium.
Non multare. Cic. pro Mure. 55. Non multa peccas, inquit ille, &c. At ego te verissimè dixerim peccare nihil. Idem Figulo, lib. 4. 13. 5. Vt ipsum, quod maneam in vita, peccare me existimem.
Magna peccare. Tacit. lib. 11. Sponte, an coactus tam magna peccauisset, nihil referre.
Exceptionibus peccare. Quintil. lib. 2. cap. 15. 25. Albutius non obscurus professor, atque author scientiam benedicendi esse consentit: sed exceptionibus peccat, adiiciendo circa ciuiles quæstiones, & ei debiliter.
Adultero peccare. Horat. 1. Carm. ode 33. 2. – sed prius Appulis
Iungentur capreæ lupis,
Quàm turpi Pholoe peccet adultero.
Timens peccare. Horat. de Arte, 40.
Peccatur, pen. prod. Impersonale, (ἁμαρτάνεται,) Cic. 4. de Finib. 93. Nū igitur dubium est, quin si in re ipsa nihil peccatur à superioribus, verba illi commodius vtuntur? Idem 7. Verr. 137. Magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, malore quàm putas. Horat. 1. epist. 2. 3.
Seditione, dolis, scelere, atque libidine & ira,
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Ignoratione decori non modò in vita, sed sæpissimè in poematis & oratione peccatur. Cic. in Orat. 39.
Peccatur, Passiuè dictum. Cic. 1. Offic. 49. Quo in genere etiam in Republicā multa peccantur.
Perturbatione rationis atque ordinis peccatur quicquid peccatur. Cice. in Parad. 32.
Causam peccandi dare alicui. Ouid. 2. Trist. 56.
Talia peccandi iam mihi finis erit. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 1.
Peccando deos iniquos facere. Ouid. 5. Fast. 60.
Peccatum est. Terent. in Prologo Eunuchi, 27. vtrunque cōplexus est. Si id est peccatum, peccatum imprudentia est. Vbi Donatus, Si id est peccatum, peccatum, πταῖσι. nam PECCATVM superius nomē est, & sequens participium. Idem Heaut. 1. 1. 106. Ita res est, fateor: peccatum à me maximū est. Cic. Attico, lib. 11. 24. 1. Nō meo vitio sit hoc quidē tēpore (à te enim est peccatū) vt me ista epistola nihil consoleā.
Peccatum, peccati, pen. prod. (ἁμάρτημα, ἁμαρτία, ἀλίτημα, ἀμπλάκημα, ἀτυχία, πταίσμα,) Quicquid fit contra officium, quæ etiam culpa appellatur. Cic. 5. Verr. 103. Ne illud quidem animaduertebas, eiusmodi fore hoc peccatū tuū, quod tu neque negare posses: in tabulas enim retulisti. Terent. Adelph. 4. 7. 7. Hoc peccatum est in virginem ciue.
Vitia & peccata. Cic. 2. Philipp. 61.
Rectè factum & Peccatum, contraria. Cic. 1. Acad. 53.
Peccatum & Officium. Cic. 3. Offic. 128. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat ísanis: reddere, peccatū sit: nō reddere, officiū.
Conscius peccati. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 3.
Excusatio peccati nulla est, si amici causa peccaueris. Cic. de Amic. 53.
Origo peccati. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 5.
Amissa peccata remordent. Lucret. lib. 3. 169.
Animaduertere peccatum, Vide ANIMADVERTO.
Auocare à peccatis, Vide AVOCO.
Carere peccato. Cic. Mescinio, lib. 5. 21. 14, Præter culpam ac peccatum qua semper caruisti & carebis, homini accidere nihil posse quod sit horribile aut pertimescendum.
Colligere peccata Vide COLLIGO.
Condonare peccatum, Vide CONDONO.
Confiteri peccatum. Cic. 2. de Nat. deo. 17, Vir sapientissimus atque haud scio an omnium præstantissimus, peccatum suum quod celari posset, confiteri maluit, quàm hærere in Rep. religionem.
Corrigere peccatum alicuius. Ouid. epist. 19. 23.
Diluere peccata, Purgare & refutare. Ouid. 3. de Remed. 60.
Peccatum est prodere patriam. Cic. 3. de Finib. 51.
Si est nostrum peccatum. Cice. Attico, lib. 7. 123. 14, Nostrum quidem si est peccatum, in eo est quòd, &c.
Id eo est peccatum ipsius. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 25, De quibus memini mihi à te Myrina literas esse allatas, non mei errati, sed tui, in quo peccatum videbatur esse, si modò erat, fratris tui & Tullii.
Multis nostris peccatis in hanc æruminā incidisse. Cic. Attico, lib. 3. 54. 2. Et eidem, lib. 8. 165. 2, Id quantis nostris peccatis, vitiisque euenerit, non possum sine molestia cogitare.
Luere peccata. Virg. 10. Aeneid. 7. Vide LVO.
Obliterata peccata, Vide OBLITERO.
Ostendere peccatum, Vide OSTENDO.
Pœnitet peccati. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 12.
Prostituere peccata sua famæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 3.
Recordari peccata. Cic. Attico, lib. 9. 173. 4. Sic ego decem annorum peccata recordans, &c. succensebam.
Peccatus, huius peccatus, Idem, (ἁμάρτημα,) Cic. 4. Verr. 139. Nemo ita vixerat, vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, vt quum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. Legitur & peccato.

Pecorarius, Pecorinus, Vide PECVS.

pecten, pectinis, pen. corr. m. g. (κτείς, κτένιον, τρίχωτον,) Instrumentum textorium: dictum quòd fila in telis figat.
Insecti dentes pectine. Ouid. 6. Metam. 12.
Vnci pectinis moderator, Textor. Claud. 2. in Eutrop. 77.
Rarum pectine densat opus. Ouid. 3. Fast. 164.
Arguto conix percurrit pectine telas. Virg. 1. Georg. 59.
Textoris pectine percussæ lacernæ. Iuuenalis Satyr. 9. 3.
Pecten, Quo explicamus capillos. Plaut. Capt. 6. 18.
Sed vtrum strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinē, Nescio. Idem Curc. 1. 2. 21. At ita me volsellæ, pecten, speculum, calamistrum meum. De pectine est epigramma apud Martialem, lib. 14. 25.
Vallum pectinis abrupit capillos. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 3.
Deducit crines pectine Cytoriaco. Ouid. 4. Metam. 63.
Pecten, Cratis dentatæ genus, stylis ferreis ad colendum terram: & aliquando metendam segetem. Colu. lib. 2. ca. 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus verriculatis, atque iis vel rostratis vel denticulatis medium culmum secant, multi mergis, alii pectinibus spicā ipsam legunt, Idque in rara segete facillimum, in densa difficillimum est. Ouid. 1. de Remed. 39.
Temporibus certis defectas alligat herbas,
Et tonsam

Et tonsam raro pectine verrit humum.
Pecten, Dicitur pubes, hoc est locus vbi pili apud verenda nascuntur. Iuuenal Saty. 6. 37. Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.
Pecten, Musicum instrumentum, quo citharam pulsamus. Virgil. 6. Aeneid. 130. – iam pectine pulsat eburno.
Crispus pecten, Vide ORGANVM.
Pectines, siue pectunculi, (κτένες,) Pisces sunt qui se ex aqua iaculātur sagittæ modo. Horat. 2. Serm. saty. 4. 7. Pectinibus patulis iactat se mollis Tarentum. Plin lib. 9. cap. 33. 3. Saliunt pectines, & extra volitant, seque & ipsi cairinant. Sunt autem pectines, ait Massarius in Plinium, conchæ striatæ, testis biualuibus, altera tantum tumida, altera plana, binisque auriculis angularibus. Quibus verbis eas conchas videtur significare quæ Sancti Iacobi vulgò dicuntur. Quod autem ad volatū attinet, velocem motum interpretatur. Pectines enim tanta velocitate dehiscunt, vt ex vehementi repercussione saliant & superiacient, vt quasi volare videantur.
Pectines, à Plinio dicuntur in arboribus & earum materia per longitudinem rectæ pectinum modo lineæ & interualla, Græcè κτενοδόνες. in quibus autem variant pectinum illorum lineæ & interualla, adiicere Plinius solet aliquid quo varietas illa possit indicari, obliquos, crispos, nodosáve dicens.
Pecten Veneris, Herba. Plin. lib. 24. cap. 19. 5. Veneris pectinem appellant à similitudine pectinum.
Pectino, pectinas, pen. corr. (κτένω,) pectinare: vt
Pectinare segetem. Plin. lib. 18. cap. 21. 2. Sunt genera terræ quarum vberitas pectinari segetem in herba cogat.
Pectinatum, (κτενοειδῶς,) tectum dicitur, à similitudine pectinis, in duas partes deuexum, vt testudinatum in quatuor. Festus.
Pectinātim, pen. prod. Aduerbium, (κτενοειδῶς,) Ad pectinis similitudinem & quasi denticulatim. Plin. lib. 32. cap. 11. 12. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Idem lib. 9. cap. 33. 2. Cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata. De generibus concharum. Et lib. 8. cap. 21. 3. Triplici dentium ordine pectinatim cocuntium. Ibidem, cap. 25. 1. Pectinatim stipante se dentium serie.
Pecto, pectis, pexui vel pexi, pexum, (κτενίζω,) pectere, Explicare, & pangere capillum. Virgil. 7. Aeneid. 98. Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat. Cice. 2. in Catil. 42. Quod proprium est Catilinæ, de eius delectu, imò verò de amplexu eius, ac sinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis.
Cæsariem pectere. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.
Capillos pectere. Ouid. 15. Metam. 165.
Capillos pectens ancilla. Ouid. 1. de Arte, 74.
Capillos pectendos præbere. Ouid. epist. 13. 7.
Comas bene pectere. Tibull. lib. 2. eleg. 5. 2.
Pectere citharam etiam dicimus, id est Percutere, & distendere pectine chordas, id est plectro chordas mouere. Sipontinus.
Pexus, Participium, (μαλλωτός,) vt
Pexæ vestes, Villosæ, & villo oblongo & demisso, inquit Budæus. Plin. lib. 8. cap. 48. Istriæ, Liburniæque pilo propior quàm lanæ pexis alienis vestibus. Hoc est vestibus quæ texuntur: nam in texendo pectinis morsibus vestes feriuntur. Idem lib. 9. Et ipsa stupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Martial. lib. 2. 46.
Emi seu puerum, togámve pexam.
Tunica pexa. Horat. 1. epist. 1. 19.
Folia pexa, Hoc est erassia, & in medio extuberantias quasdam habentia in modum panni pexi. Col. li. 11. ca. 3. 21. de lactucarum generibus, At Cappadocia & pallido, & pexo, densoque foliouiret, mense Februario.
Munera pexa, Crassa & opima ac spissa, non leuia. Martial. lib. 7. 45.
Diuitibus poteris musas, elegosque sonantes
Mittere: pauperibus munera pexa dato.
Doctor pexus & pinguis. Quintil. li. 1. ca. 5. 10. At ille pexus, pinguisque doctor aut illic detractionem, aut hic adiectionem putabit.
Pexitas, pen. corr. huius pexitātis, (μαλλωτόν,) Plinius lib. 11. cap. 24. 3. Quàm non ad hoc pertinere videtur tribrata pexitas telæ.
Pexatus, penul. prod. Adiectiuum, (μαλλωτομένος,) Qui veste pexa indutus est. Martial. lib. 58. Pexatus pulchrè.
Pectitus, pen. corr. Adiectiuum, (κτενωτός,) Politus & subactus. Colum. lib. 10. 10. Verùm vbi iam puro discrimine pectita tellus Deposito squalore nitens. Idem lib. 12. cap. 3. 4. Præparatæ sint & pectitę lanę, quo facilius iusta lanificio persequi atque exigere possit.

Pectorale, vide PECTVS.

Pectunculus, (κτείς,) Piscis qui & pecten dicitur. Plinius libro 9. ca. 29. 1. Loligo etiam volitat, extra aquam se efferens, quod & pectunculi faciunt sagittæ modo. Idem lib. 32. ca pi. 7. 4. Item pectunculi salsi triti cum cedria.
Pectunculi concharum. Columel. lib. 8. ca. 16. 6. Eadem quoque maximè idonea est conchyllis, murcibus, & ostreis, purpuraque tum concharum pectunculis, balanis, vel spondilis.

Pectus, pectoris, penul. correp. n. g. (στέρνον, στῆθος, θώραξ,) Anterior pars animalis à gulaque ad ventrem. Hoc homini tantum latum est: reliquis animalibus carinatum, vt ait Plinius libro 11. cap. 37. 76. Pectus, hoc est ossa præcordiis & vitalibus natura circundedit: at ventri, quem necesse erat increscere, ademit. Nulli animalium circa ventrem ossa. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis, & inter eas aquaticis maximè.
Pectus, dictum est quasi pactus, à compactis costis.
Saucius pectus leo. Virgil. 12. Aeneid. 1.
Mollities pectoris. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 4.
Pectus aduersum. Virgil. 9. Aeneid. 25.
Pectore in aduerso totum cui cominus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Adusto pectore merulæ. Horat. 2. Serm. saty. 8. 18.
– tum pectore adusto
Vidimus & merulas poni.
Apertum. Virgil. 11. Aeneid. 134.
Arrectum. Virgil. 11. Aeneid. 128.
Candidum. Virgil. 9. Aeneid. 87.
Castigato planus sub pectore venter. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 5.
Fortissimum. Virgil. 2. Aeneid. 70.
Fossum. Ouid. epist. 3. 30.
Gelidum pectus subito frigore. Ouid. 1. Fast. 10.
Luctans. Ouid. 12. Metam. 67.
Pronum. Stat. 11. Thebaid. 128.
Lymphatum. Ouid. 11. Metam. 1.
Pulchro pectore virgo. Virgil. 3. Aeneid. 20.
Niueum. Senec. Herc. fur. 7. 5.
Plumeum. Stat. 3. Thebaid. 103.
Plumosum. Ouid. ad Liuiam, 22.
Semiferum. Virgil. 10. Aeneid. 43.
Spatiosum. Stat. 4. Thebaid. 35.
Sublatum. Virgil. 3. Georg. 86.
Abit hasta trans pectus, Vide ABEO.
Cæspes accreuit pectori, Vide ACCRESCO.
Aduolare ad pectus, Vide ADVOLO.
Affligere pectora solo. Lucan. lib. 2. 6.
Ambire aliquem pectore, Complecti aliquem. Lucan. li. 8. 14.
Aperire ferro pectus. Seneca Agamemn. 4. 16.
Cadere in pectus. Ouid. 4. Metam. 116.
Cædere pectus. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.
Concutere pectora planctu. Stat. 5. Sylu. 1. 36.
Condere telum pectore. 13. Metam. 92.
In aduerso pectore ensem condidit. Virgil. 9. Aeneid. 70.
Constringere pectora. Stat. 2. Sylu. 26.
Contundere pectora. Lucan. lib. 2. 8.
A pectore denudari, Vide A præpositionem.
Distrinxit arundine pectus. Ouid. 10. Metam. 105.
Dare pectus ensibus. Seneca Hippol. 5. 6.
Ferire pectora plangore. Ouid. 4. Metam. 111.
Pugnis fœdans pectora. Virgil. 11. Aeneid. 18.
Fouere pectore. Ouid. 2. Metam. 68.
Perfudit lachrymis, & aperto pectore fouit.
Haurire pectora ferro. Ouid. 8. Metam. 88.
Impellere pectus presso pectore. Silius lib. 5. 44.
Infuscare pectus illuuie, Vide INFVSCO.
Laxare pectus, amictu. Stat. 2. Achill. 41.
Lucentia pectora ferro. Valer. 6. Argon. 115.
Læui patens in pectore vulnus. Virgil. 11. Aeneid. 8.
Perfossum pectus. Lucan. lib. 6. 50.
Honestum pectus manu percussit. Virg. 12. Aenei. 31.
Plangere pectora. Ouid. epist. 11. 19.
Moribundo pectore terrā plangere. Oui. 12. Mer. 24.
Proflabat somnum toto pectore. Virg. 9. Aeneid. 66.
Rescindere pectora ferro. Stat. 11. Thebaid. 102.
Retegere pectus. Ouid. 13. Metam. 92.
Rumpere pectora fremitu. Lucret. lib. 3. 60.
Ensis rapit pectora. Virg. 9. Aeneid. 87.
Signatum pectus sanguine. Ouid. 1. de Arte, 77.
Suscipere cicatrices aduerso pectore. Quintil. lib. 2. ca. 15. 5. Nam & M. Aquilium defendens Antonius, quum scissa veste cicatrices, quas is pro patria pectore aduerso susceperat, ostendit, non orationis, &c.
Sustinere amplexu pectora alicuius. Lucan. lib. 5. 159.
Traiecta ferro pectora Virgil. 1. Aeneid. 72.
Transfixum pectus. Virgil. 1. Aeneid. 10.
Transmittere pectus cuspide. Silius lib. 7. 132.
Transuerberat abiete pectus. Virgil. 11. Aeneid. 134.
Tundere pectora. Lucan. lib. 3. 146.
Liuentia pectora tundere. Ouid. 8. Metam. 108.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tunsæ pectora palmis Iliades.Virgil.1.Aeneid.97.
Vulnerare pectora alicuius.Ouid.8.Metam.13.
¶ Pectus,nó modò superficiem corporis,sed cor sub pectore significat, atque interdùm etiam animum,quem in ipso corde residere nonnulli antiquorum putauerunt.Plaut.Milit.10.19.
– parui istuc facio,dummodo
Eam res quæ sit quæstuosa,quæ alat corpus corpore,
Cuique sapiat pectus.nam cor non potest,quod nulla habet. Idem Epid.5.98.Sapit hic pleno pectore. Ibidem,1.7.
Quis illæc est mulier timido pectore peregrè adueniens,quæ ipsa
Se miseratur? Iuuenal.Saty.13.20.
Nocte,dieque suum gestare in pectore testem.
Toto pectore,Virgil.9.Aeneid.21.
Te verò,mea quam spatiis propioribus ætas
Insequitur,venerande puer iam pectore toto
Accipio,& comitem casus complector in omnes. Cice.Attico,lib.13.270.1.de Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. Idem Planco,lib.10.10.3.Incumbe toto pectore ad laudem. Et 1.de Legib.73. Amicus per se amatur toto pectore,vt dicitur. Erasmus,Quum syncerum & absolutum amorem significamus,toto pectore dicimus,& toto animo. Cic.Attico lib.12.25.1.3.Te vehementer etiam atque etiam rogo,magis quàm à me vis aut putaris te rogari,vt hanc cogitationem toto pectore amplectare.
Sine pectore.Horat.1.epist.4.1. Non tu corpus eras sine pectore.
Animus in pectore præsens.Virgil.5.Aeneid.73.
Oculi pectoris,Solertia.Ouid.15.Metam.13.
Mente deos adiit,& quæ natura negabat
Visibus humanis,oculis ea pectoris hausit.
¶ Aegra curis pectora.Valer.6.Argon.125.
Amicum pectus.Ouid.3.de Arte,147.
Altum pectus.Virgil.6.Aeneid.120.
Anhelum pectus.Virgil.6.Aeneid.10.
Angustum pectus.Ouid.3.de Arte,58. Virgil.4.Georg.17.
Ingentesque animos angusto in pectore versant.
Animosum pectus.Claud.2.Panegy.Vide ANIMVS.
Anxia pectora.Stat.5.Thebaid.59.
Apertum pectus.Cic.de Amic.80. In amicitia nisi (vt dicitur) apertum pectus videas,tuumque ostendas, nihil fidũ,nihil exploratum habeas.
Auidum pectus.Ouid.epist.9.33.
Certa pectora,Constantia.Virgil.9.Aeneid.51.
Conscium pectus omnium scelerum.Senec.Thebaid.1.44.
Cæca pectora. Lucret.lib.2.3.
Concitum pectus ira.Seneca Medea,7.16.
Cupidum pectus.Ouid.epist.17.18.
Deuota morti pectora. Horat.4.Carm.ode 14.4.
Discordia pectora,& ancipites animi.Lucan.lib.10.3.
Doctum pectus.Ouid.3.Trist.eleg.1.13.
Fessum curis pectus.Seneca Hippol.2.33.
Fidum pectus mutuis amoribus.Horat.2.Carm.ode 12.4.
Firmo pectore nunc opus.Virgil.6.Aeneid.53.
Flammatum pectus amore.Seneca Troade,4.21.
Fœcundum pectus.Stat.1.Achill.110.
– tu tantum prouidum astu
Tende animum vigilem,fœcundumque erige pectus.
Frigidius glacie pectus amantis.Ouid.epist.1.5.
Generosa pectora.Ouid.12.Metam.47.
Graue pectus ærumnis.Seneca Agamn.4.16.
Hospitale pectus.Horat.Epod.17.11.
Immite pectus.Silius lib.1.34.
Imo pectore,Vide IMVS.
Impium pectus.Horat.Epod.5.3.Seneca Hippol.12.9.
Inacessum pectus Veneri.Claud.1.de raptu Proser.46.
Inane pectus sanguinis atque animi.Ouid.epist.3.12.
Inexaturabile pectus.Virgil.5.Aeneid.157.
Insanum pectus.Seneca Hippol.11.8.
Intacta pectora lucro,Non auara.Claud.8.Paneg.43.
Læta pectora.Virgil.5.Aeneid.164.
Leue pectus.Virgil.11.Aeneid.8.
Lugubre pectus.Ouid.epist.10.29.
Magnanimum.Claud.3.Panegy.2.
Magnum.Lucret.lib.3.200.
Mauors.Stat.5.Thebaid.57.
Mortale.Virgil.4.Aeneid.83.
Nescia vinci pectora.Virgil.12.Aeneid.106.
Onustum pectus lætitia,Vide ONVS.
Periura pectora. Ouid.2.Metam.142.
Placidum pectus.Virgil.1.Aeneid.105.
Plenissima pectora magni animi.Ouid.5.Metam.37.
Bene præparatum pectus.Horat.2.Carm.ode 10.3.
Purum pectus.Horat.1.Serm.saty.6.13.
Raucum pectus.Seneca Agamemn.7.20.
Remissum pectus ac placidum.Seneca Thebaid.1.38.
Rude pectus.Ouid.epist.4.5.
Sæuum pectus.Virgil.12.Aeneid.178.
Sedatum pectus.Stat.5.Thebaid.35.
Sinuosum pectus.Persius Saty.5.3.
Succincta pectora curis.Stat.5.Sylu.1.16.
Tepidum pectus.Ouid.3.Metam.25.
Timidum pectus.Ouid.11.Metam.90.
Tranquilla pectora pace. Lucret.lib.2.218.
Tremefacta pectora.Virgil.2.Aeneid.46.
Turbidiora pectora ipso mari.Ouid.1.Trist.eleg.10.7.
Violenta pectora.Virgil.10.Aeneid.31.
¶ Accendere donis pectus,Vide ACCENDO.
Constanti pectore agere aliquid.Silius lib.11.49.
Ardescit dira cuppedine pectus.Lucret.lib.4.220.
Armatum fide pectus.Silius lib.11.41.
Aspergi pectus amore nocet.Ouid.1.de Arte,47.
Captus toto pectore,Insanus.Ouid.6.Fast.102.
Cessit amor pectore,Hoc est recessit.Ouid.epist.23.10.
Attonito cesserunt pectore sensus.Lucan.lib.5.152.
Exossato ciet omni pectore fluctus.Lucret.lib.4.256.
Collocare multa in pectore,Vide COLLOCO.
Consistere pectore,Vide CONSISTO.
Ab imo pectore dat gemitum.Virgil.1.Aeneid.98.
Domare pectus ira concitum.Seneca Medea,7.16.
Effundit pectore questus.Virgil.5.Aeneid.156.
Excussa pectore Iuno.Virg.5.Aeneid.136.
Casto pectore exturbare nefanda.Seneca Hippol.2.10.
Exuere pectus curis.Stat.4.Sylu.4.6.
Fatigatum pectus.Ouid.3.Amor.eleg.10.1.
Furiato pectore fertur.Claud.3.de raptu Pros.53.
Figere sibi aliquem in pectore.Persius Saty.5.3.
Confusa pectora firmat religio.Valer.1.Argon.16.
Flectuntur pectora duri Magoi.Lucan.lib.8.22.
Fodere pectus in icas.Silius lib.5.32.
Inimico vel ficto pectore fatur. Virg.11.Aeneid.37.& lib.2.22.
Formare pectus amicis præceptis.Horat.2.epist.1.26.
Obtusa pectora gestamus.Virg.1.Aeneid.115.
Iactare curas pectore.Virg.1.Aeneid.47.
Imbuere pectora pietate aliqua,Vide IMBVO.
Incensum pectus amore.Virg.3.Aeneid.60.
Calido sub pectore intumuit bilis.Persius Saty.5.15.
Labi pectore nostro,dicitur cuius obliuiscimur.Virg.1.eclog.13.
Ante leues ergo pascentur in æthere cerui, &c.
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
Animosum pectus luxuriat toris.Virg.3.Georg.17.De equis.
Mittere curam de pectore.Virg.6.Aeneid.17.
Præsaga pectora mœrent.Ouid.10.Metam.88.
Mollire pectora alicuius.Horat.Epod.5.3.
Ferum pectus mollire precibus. Seneca Theb.1.29.
Mulcere pectora.Virg.1.Aeneid.32.
Commoti pectoris ignem nutrit Ruffinus.Claud.1.in Ruffin.37.
Obsessa malis pectora. Seneca Herc.fur.13.12.
Onerare pectora alicuius variis causis.Ouid.3.Fast.50.
Onerare & complere pectus copia rerum. Cic.3.de Oratore,67.Onerãdum,complendumque pectus maximarum rerum & plurimarum suauitate,copia,varietate.
Permulcere pectora dictis.Virg.5.Aeneid.164.
Tacitum pertentant gaudia pectus.Virg.1.Aeneid.102.
Studioso pectore prosequimur tua nomina.Ouid.2.Fast.3.
Purgare pectora dictis.Lucret.lib.6.5.
Recipere pectus,Recipere animum. Seneca Medea,6.10.
Arcano sacras reddit Cato pectore voces.Lucan.lib.2.57.
Memori pectore referre aliquid.Horat.2.Serm.saty.4.18.
Referre voces pectore.Virg.5.Aeneid.82.
Vacuo pectore regnat amor.Ouid.1.Amor.eleg.1.6.
Reuomere fluctus pectore.Virg.5.Aeneid.37.
Sollicito pectore repetens suspiria.Ouid.7.Metam.25.
Cultus recti roborant pectora.Horat.4.Carm.ode 4.7.
Rumpuntur pectora.Virg.12.Aeneid.106,
Fluctuat ira intus,rumpuntur nescia vinci Pectora.
Rupit vocem pectore.Virg.3.Aeneid.50.
Satiare sua pectora luctu alicuius.Ouid.6.Metam.57.
Memori pectore signatum nomen.Ouid.epist.13.14.
Scueri pectoris esse.Ouid.epist.17.13.
Despecto pectore superbit.Stat.3.Thebaid.67.
Ab imis pectoribus suspirare.Ouid.2.Metam.132.

Trepidat formidine pectus.Ouid.2.Metam.14.
Improuida pectora turbare.Virg.2.Aeneid.40.
Turbatum malis pectus.Seneca Medea,6.10.
Turbatus pectora Aeneas.Virg.8.Aeneid.6.
Variare pectora dubiis curis,Valer.3.Argon.126.
Versare consilia pectore.Virg.1.Aeneid.133.
Pectore intimo vri.Catul.in Epithal.Iuliæ,56.36.
Vsta pectora inclusis ignibus.Ouid.epist.8.12.
Pectusculum,huius pectusculi,pen.corr.Diminutiuum.(στηθύλιον,)
Pectorosus.pen.prod.Adiect.(πλατυστέρνος,) Quod est magni & validi pectoris.Colum.li.8.cap.2.6,de gallinis, Sint ergo matrices probi coloris,robusti corporis,quadratæ,pectorosæ,magnis capitibus.Plin.lib.14.cap.22.3.Ad hæc pertinet pectorosa ceruicis repandæ ostentatio.
Pectoralis,& hoc pectorale,pen.prod.Quod ad pectus pertinet.
Pectorale,Substantiuum.(στηθοδέσμιον,)Genus armaturæ,quod ante pectus ponitur.Plin.lib.34.cap.7.10,Fecit & Sp.Caruilius Iouem qui est in Capitolio victis Samnitibus, sacrata lege pugnantibus è pectoralibus eorum,ocreisque & galeis.

Pecuaria, Pecuarius, Vide PECVS.

Peculiaris et Peculiosus, Vide PECVLIVM.

Peculium, peculii,(ἀξυνέδριον κτῆσιδιον,πρόβατον,) A pecore, vt ait Festus:dicitur quicquid alicuius labore & industria partũ & lucrifactum est. Et proprie seruorum est:sicut pecunia, patrumfamiliãs,& nobilium.Vnde apud maiores omne patrimonium dicebatur peculium,quia pecoribus vniuersa eorum substantia constabat.Cic.in Parad.49,An eorum seruitus dubia est,qui cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? Celsus in L.Si chorus.ff.de Legatis 3,scribit pecuniam sine peculio fragilem esse. Id est,sine lucro. Plautus Asin.9.91,
– quanquam ego sum sordidãtus,
Frugi tamen tum,nec potest peculium enumerari. Ibidem,7.11,Lat gitur peculium omne,In tergo thesaurum gerit. Idem Capt.19.21,Cui peculi nihil est,rectè fecerit. Et Casina,6.42,
–armigero,nihili,atque improbo,
Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus. Ibidem,4.21,
Vnde ea tibi est?nam peculi probam nihil habere addecet
Clam viro:& quæ habet partum, ei haud commodi est quin viro aut subtrahat
Aut stupro inuenerit. Cic.3.Verr.65,Homines, posteaquam reus factus est,alii redditi,alii etiam nunc retinentur: peculia omnium vicariique retinentur. Ibidem,5.74,Hic Diognetus,qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit,vicarium nullum habet, nihil omnino peculii. Varro 2.de Re rust.cap.10.4,In horum emptione solet accedere peculium. Vlpianus de Peculio,L.Depositi, Peculium dictum est quasi pusilla pecunia,siue pusillum patrimonium. Peculium autem Tubero quidem sic definiuit,vt Celsus lib.6.Digestorum refert,quod seruus domini permissu separatum à rationibus dominicis habet deducto inde siquid domino debetur.Alia est causa peculii liberæ administrationis (vt idẽ ait paulo pòst in L.Quã Tuberonis) nam specialiter concedenda est. Florentinus in L.Peculium.ff.de Peculio, Peculiũ (inquit)& ex eo consistit,quod parsimonia sua quis parauit, vel officio meruit à quolibet sibi donari.idque velut proprium patrimonium seruum suum habere quis voluit. Liuius 4.bel.Pun.172,Nec prœoccupati,peculiumec occupantes,periculi quicquam habebitis.
Cura peculi.Horat.de Arte.67,
–adhæc animos ærugo,& cura peculi
Quum semel imbuerit.
Conficere peculium,Vide CONFICIO.
Castrense peculium,Vide CASTRVM.
Peculiolum,peculioli,pen.corr.Diminutiuum.
Peculiãris,& hoc peculiãre,pe.pro.(ἰδιωτικός,)Quod ad peculium pertinet,vel quod peculio deputatur,vel quod peculii proprium est,inquit Valla.Plau.Au.18.7,Condignè etiã meus me intus gallus gallinacius. Q ui erat anui peculiaris,perdidit penissimè. Idem Asi.10.37,
Etiam opilio qui pascit mater,alienas oues,
Aliquam habet peculiarem,qui spem soletur suam. Et Capt.2.20,
Hic postquam hunc emit,dedit eum huic gnato suo
Peculiarem:quia quasi vna ætas erat. Item Merc.9.27,
Quin tibi ecce illam dabo,natam annos sexaginta, Peculiarem
¶ Peculiaris,(ἴδιος,)Proprius,specialis, præcipuus,nec cum aliis communis.Sueto.in Cæsare,cap.76,Præterea monetæ, publicisque vectigalibus peculiares seruos præposuit. Plin.epist.8.8,Me verò peculiaris quædam impedit ratio.
Testis peculiaris alicuius.Cic.pro Flacco,40.
Hoc mihi peculiare fuerit.Cic.Q.fratri,lib.1.12.4.
Peculiari inuidia naturæ.Plin.lib.6.cap.1.1.
Peculiare edictum,Nequis.Cic.5.Verr.28,Exoritur peculiare edictũ repentinum,Nequis frumentum de area tolleret,antè quàm cum Decumano pactus esset.Id est,ad aliquod tempus proprium.
¶ Peculiare,(δουλικόν,)pro Re seruili quandoque ponitur.Vlpianus in L.Siquis vinum,ad finem.ff.de Tritico,vino,& oleo legato, Si peculiare vinum legatum sit,id continebitur quod seruì habuerunt.
Peculiãriter,pen.cor.Aduerbium,(ἰδίως,)Specialiter,præcipuè. Plin.li.27.cap.4.11,Epiphoris peculiariter imponitur.Quasi singulariter,& eius propria virtus. Quintil.lib.8.cap.2,Quod commune est & aliis nomen,intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, vt Vrbem Romam accipimus:& Venales nouitios:& Corinthia æra,quum sint aliæ vrbes quoque,& venalia multa,& tam aurum & argentum, quàm æs Corinthium. Plin.lib.12.cap.4.1,Vnam arborem è peculiaribus Indiæ Virgilius celebrauit ebenum.
¶ Peculiariter,Ex peculio,vel in peculio. Paulus in L.3.Parag.Saleus.ff. De acqui.vel ami.poss.Nec mouere nos debet, quòd quædam etiam ignorantes possideamus,id est quæ serui peculiariter parauerunt.
Peculiõsus,penult.produ.Adiectiuum.Qui peculii multum habet. Plautus Rud.4.24,
Peculiosum esse decet seruum & improbum,
Quem hero præsente prætereat oratio.
Peculiãtus,pen.prod.Aliud adiectiuum. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib.10.32.2,Plane bene peculiatus.Id est pecunia abundans, nummatus. Nam suprà dixerat, magno pondere auri, matore argenti coacto.Budæus.
Peculio,peculias,peculiare,(ἀφαιρέω)Peculiũ auferre.Plaut.Persa,6.11.
Atque istanc ob rem ego aliquid te peculiabo.
Peculior,pen.prod.peculãris,(κλέπτω τὸ κοινόν,)peculari,Furari ea quæ ad Rempublicam,seu principem pertinent.
Peculãtor,penult.produ.Verbale,(κλέπτης τοῦ κοινοῦ,) Est qui furtum facit pecuniæ publicæ, authore Asconio. Cice.3.Offic.95, Neque enim de sicariis,veneficis,testamentariis,furibus,peculatoribus hoc loco differendum est.
Peculãtus,huius peculãtus,pen.prod.(κλέμμα τοῦ κοινοῦ,)Pecuniæ publicæ aut principis furtum. Cic.3.Verr.7,Erunt etiam fortasse Iudices qui illum eius peculatum vel acerrimè vindicandum putent:quòd iste M.Marcelli,& P.Africani monimenta,quæ nomine illorum, re vera, Pop.Romani & erant,& habebantur,ex fanis religiosissimis, ex vrbibus sociorum,atque amicorum,nó dubitauerit auferre.Ibidem,5.142, Vectius tuus familiarissimus, Vectius tuus affinis, cuius sororem habes in matrimonio:tuæ frater vxoris Vectius,frater tui Quæstoris, impudentissimum tuum furtum,certissimumque peculatum. Ibidem,71, Non intelligit hæc,quæ iandudum loquor,ad aliam quæstionẽ, atque ad peculatus iudicium pertinere. Sic.3.de Nat.deorum,106.
Peculatum facere in Plaut.Cist.2.63,Ergo in me peculatum facit.
Reus peculatus.Plin.de Viris illust.50, Liuius Salinator primò Consul de Illyriis triumphauit:deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus,excepta Metia,condemnatus.
Accusari peculatus.Author ad Herennium,lib.1.22.
Damnari peculatus.Cic.pro Flacco,33.

Pecunia, huius pecuniæ, (ἀργύριον, χρήματα,) Notæ significationis.

Pecunia,dicta est à pecore, siue à pecu:quia omnis pecuniæ, pecus fuit fundamentum.Colum.lib.6.in Præf.Itaque sicut veteres Romani præceperunt,ipse quoque censeo,tam pecorum quam agrorum cultũ perscere:nam in rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi,eademque quæstuosissima,propter quod nomina quoque & pecuniæ,& pecuii,tracta videntur à pecore,quoniam id solum veteres possederunt,& adhuc apud quasdam gentes vnum hoc vsurpatur diuitiarum genus. Plin.lib.33.cap.3.5,Seruius rex primus signauit æs. Antea rudi vsos Romæ Remeus tradit. Signatum est nota pecudum, vnde & pecunia appellata.Varro 2.de Re rust.cap.1.12,Scrofa igitur,inquit,est scientia pecoris parandi ac pascẽdi,vt fructus quàm possunt maximi capiãtur ex ea,à quibus ipsa pecunia nominata est.nam omnis pecuniæ,pecus fundamentum est.Cic.3.de Fin.85,Alia ob eam rem præposita dicentur,quòd ex se aliquid efficiant,vt pecunia.
Pecuniæ verbum,non solum numeratam pecuniam complectitur,verùm omnem omnino pecuniam,hoc est omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri,nemo est qui non approbet.Hæc Vlpianus,L.Pecuniæ.ff.de Verb.& rer.signific. Idem sentit Hermogenianus,ibidem,L.Pecuniæ.Cic.2.de Legibus,77,Ad quos eiusdem morte pecunia venerit.Ibidem,79,Si maior pars pecuniæ legata est.Hic pro eo accipitur quod vulgò bona mobilia vocant,teste Budæo.
Effectrix multarum & magnarum voluptatum,pecunia.Cic.2.de Fin.91.
Regina pecunia. Horat.1.epist.6.8, Et genus, & formam regina pecunia donat.
Maioris pecuniæ res.Id est maioris pretii & æstimationis. Hermogenianus in L.Rei maioris.ff.De except.præscrip.& præiudiciis.
Abstinens pecuniæ.Horat.4.Carm.ode 9.8.
Accipiter pecuniarum,Vide ACCIPITER.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nerui belli pecunia, Vide NERVVS.
Vias pecuniæ norunt Græci, & omnia pecuniæ causa faciunt. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 23.
Superbus pecunia Horat. Epod. 4. 1.
Adesa pecunia, Vide ADEDO.
Aduentitia pecunia, Vide ADVENIO.
Amplificare pecuniæ domum. Cic. pro Roscio Amer. 13.
Conducta pecunia. Iuuenalis Saty. 11. 5.
Immanes pecuniæ, Vide IMMANIS.
Ingens pecunia, Vide INGENS.
Insperatæ repentinæque pecuniæ, Vide INSPERANS.
Maritta pecunia, Vide MARITVS.
Modica pecunia, Vide MODVS.
Obscœna pecunia Iuuenalis Saty. 6. 30.
Parua pecunia, Vide PARVVS.
Plena & præclara pecunia. Cic. pro Roscio Amerino, 4.
Priuata pecunia. Quintil. lib. 3. cap. 6. 19.
Signata pecunia. Quintil. lib. 5. cap. 11. 26, Videri potest signatam quoque pecuniam reliquisse.
¶ Abstinere pecunia, & pecuniis, Vide ABSTINEO.
Abundans pecunia, Vide ABVNDO.
Accipere pecuniam, Vide ACCIPIO.
Aestimare pecunia, Vide AESTIMO.
Annumerare pecuniam alicui. Cic. 1. Verr. 30.
Anquirere pecunia, Vide ANQVIRO.
Attributæ pecuniæ, Vide ATTRIBVO.
Auertere pecuniam, Vide AVERTO.
Auersa pecunia publica, Vide AVERTO.
Auferre pecuniam de ærario, Vide AVFERO.
Auctus pecunia, Vide AVGEO.
Capere pecuniam, Vide CAPIO.
Circundare gratiam & pecuniam. Tacit. li. 14, At tu gratiam immensam, innumeram pecuniam circumdedisti. In oratione Senecæ ad Neronẽ.
Circumuentus innocens pecunia, Vide CIRCVNVENIO.
Cogere pecuniam, Vide COGO.
Coacta pecunia, Vide COGO.
Collecta pecunia. Horat. 1. epist. 10. 10.
Collocare pecuniam, Vide COLLOCO.
Conciliare pecuniam, Vide CONCILIO.
Conciliare aliquem alteri pecunia, Vide CONCILIO.
Condonare aliquem pecunia, Vide CONDONO.
Conferre pecuniam, Vide CONFERO.
Ad statuam conferre pecuniam, Vide AD præpositionem.
Conficere pecuniam, Vide CONFICIO.
Conficere pecuniam de vectigalibus. Cic. 2. de Leg. agrar. 44.
Conflatus pecunia testis. Quintil. lib. 5. cap. 7. 15, Siue odio conflatos testes, siue inuidia, siue gratia, siue pecunia videri volumus.
Conficere pecuniam in ædificium, Vide CONIICIO.
Construere pecuniam, Vide CONSTRVO.
Conuertere pecuniam ad commodum suum, Vide CONVERTO.
Corrogata pecunia ad necessarios vsus, Vide CORROGO.
Corrumpere pecunia, Vide CORRVMPO.
Corrumpi pecunia. Quintil. lib. 4. cap. 2. 50.
Credere pecuniam, Vide CREDO.
Alta pecunia crescit. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 8.
Curare alicui pecuniam, Vide CVRO.
Curare nomine alterius nobis pecuniam. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 10.
Debere alicui pecuniam, Vide DEBEO.
Decernere pecuniam, Vide DECERNO.
Ducens ad se cuncta pecunia. Horat. 4. Carm. ode 9. 8.
Exequat omnium dignitatem pecunia. Cic. Attico, lib. 4. 84. 7.
Exigere, capere, & imperare pecuniam. Cic. in Pisonem, 29.
Facere pecuniam, Vide FACIO.
Fundata pecunia villis. Horat. 1. epist. 16. 5.
Illudere pecuniæ. Tacitus lib. 18, Tanquam in summa abundantia, pecuniæ illudere.
Impendere pecuniam in res vanas, Vide IMPENDO.
Imperare pecuniam, Vide IMPERO.
Incubare pecuniæ, Vide INCVBO.
Inducere pecuniam & rationem, Vide INDVCO.
Inductum pecunia aliquid facere, Vide INDVCO.
Inuadere in alienam pecuniam nullo iure. Cicero pro Rosc. Amerino, 4.
Inuadere in pecunias alterius, Vide INVADO.
Inuenire pecuniam bono modo, Vide INVENIO.
Iudicatus pecuniæ, Vide IVDICO.
Mercari præsenti pecunia, Vide MERCOR.
Multare pecunia, Vide MVLTA.
Numerare pecuniam, Vide NVMERVS.
Obsignare pecuniam, Vide OBSIGNO.

Occupare alicui pecuniam fœnore, Vide OCCVPO.
Oppugnare aliquem pecunia, Vide OPPVGNO.
Parta legibus & contra leges pecunia. Cic. 2. de Finibus, 91.
Perit pecunia, Vide PEREO.
Perscribere pecuniam, Vide PERSCRIBO.
Certa creditam pecuniam peto ex stipulatione. Quint. lib. 4. cap. 2. 5.
Polliceri pecuniam aliquam militibus in singulos. Cic. 5. Philipp. 203.
Properare pecuniam alicui. Horat. 3. Carm. ode 24. 12.
Quærenda vel cum periculo pecunia. Cic. 2. de Finibus, 91.
Redigere pecuniam ex bonis alterius. Cic. 1. Verr. 30.
Crescentem sequitur cura pecuniam. Horat. 3. Carm. ode 16. 4.
Congesta pecunia strangulat plures. Iuuenalis Saty. 10. 2.
Mutuas pecunias sumere, Vide MVTVVM.
Venire ad maximas pecunias paucis annis. Cic. 2. de Orat. 150.
Pecuniosus, pen. prod. Adiect. (πολυχρήματος,) Quasi pecuniæ plenus & diues. Pecuniosus, à pecunia magna, inquit Varro de Lingua Latina lib. 4. Pecuniosorum & locupletũ proprietatem (inquit Nonius) aperuit M. Tullius de Senectute, à pecore pecuniosus, & à possessionibus locorum locupletes appellatos asserens, multaque ditione euium & boum, q; tunc erat res in pecore, & locorũ possessionibus, ex quo pecuniosi, & locupletes vocabantur. Cic. 2. Verr. 1, Pecuniosum hominem quanuis sit nocens, neminem posse damnari. Idem 7. Verr. 13, Mirari q; Apollonius homo pecuniosus tam diu ab isto maneret integer. Ibidem, 4, 25, Pecuniosissimus Syracusanorum. Et in Parad. 58, Pecuniosos reos. Et pro Cluent. 95, Pecuniosa mulier.
Pecuniosus à pecorum copia. Quintil. lib. 5. cap. 10. 39.
Pecuniosus & Tenuis, contraria. Cic. 1. de Inuent. 53, In fortuna quæritur seruus sit an liber, pecuniosus an tenuis, &c.
Copiis rei familiaris locuples & pecuniosus. Ci. pro Rosc. Comœdo, 36.
Artes pecuniosæ. Mart. lib. 5. 57, Artes discere vult pecuniosas.
Pecuniarius, Aliud adiectiuum, (χρηματικός,) Quod ad pecuniam pertinet. Cic. pro Cluentio, 95, Neminem voluerunt maiores nostri nõ modò de existimatione cuiusquã, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. Idem ad Brutum, 18. 6, Nodus est inopia rei pecuniariæ.
Lis pecuniaria. Quintil lib. 6. cap. 1. 37.

Pecus, pecudis, pen. cor. f. g. (κτῆνος, θρέμμα, βόσκημα,) Omne animal quod sub imperio, pabulo terræ pascitur, vt sunt boues, asini, equi, cameli, oues, capræ, authore Valla. Colum. lib. 2. cap. 2. 16, de bobus, Plus enim queũt pecudes collo & pectore conari, quàm cornibus. Idem lib. 9. cap. 1, Feræ pecudes, vt capreoli damæque.
Fœcundus pecude nihil natura genuit. Cic. 1. de Nat. deor. 139. De iure.
Sequuntur sui generis greges pecudes, vt bos armenta. Cicero Attico, libr. 7. 127. 8.
Pecus, dicitur aliquando fuisse mascu. generis, quia Ennius dixit Pecudi marito.
Pecudes elephantos vocat Plinius, Qui cum elephanto, inquit, congressus, gemino ictu pecudem exanimauit. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 5, Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet primum vt sint hæ pecudes ætate potius ad fructus faciẽdos integræ, quàm ita expertę.
Pecus, pro Oue. Plinius lib. 8. cap. 7. 5, Ipsius animalis (de elephanto loquitur) tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudũ occurrentia, manu dimouear, nequid obterat imprudens. Cicero 2. de Finib. 67, Contraque vt tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum, & procreandi voluptatem, hi hoc diuinum animal ortum esse voluerunt.
Pecus, pro omni animali præter hominẽ. Vir. 4. Geo. 66, de apibus loquẽs,
–& pecudum custodia solers. Lucret. lib. 2. 69, de piscibus,
Præterea genus humanum, mutæque natantes,
Squammigeræ pecudes. Alia exẽplaria habẽt Squammigerũ pecudes.
Expertes rationis pecudes. Cic. 2. Offic. 15.
¶ Aurea pecus. Tacit. li. 13, Adeò vt C. Cæsar pecudem auream eum appellare solitus sit. De Iulio Syllano.
Barbigeræ pecudes, Capræ. Lucret. lib. 5. 180.
Densæ. Stat. 5. Theb. 70.
Feræ. Colum. lib. 9. cap. 11.
Grauidæ. Virg. 2. Georg. 30.
Latæ. Virg. 1. Georg. 85.
Lanigeræ. Virg. 3. Aeneid. 129.
Nigræ. Tibull. lib. 3. eleg. 5. 7.
Pronæ. Claud. de mulabus Gallicis, 10. 4.
Sagittiferam pecudem histricem vocat Claudianus, de histrice, 37. 10.
Tarda & languida pecus. Cic. 1. de Legib. 66.
¶ Antecedit pecudibus cæterisque bestiis, hominis natura. Cicero 1. Offic. 147.
Cogere pecudes, Vide COGO.
Distenras pecudes sicare. Lucan. lib. 4. 64.
Balantem pecudem spondere sacello. Iuuenal. Satyr. 13. 25.
¶ Consilio istius pecudis vti volebam. Cic. in Pisonem, 14. Per translationem

nem hominem pecudem vocat.
Impurissimæ & intemperantissimæ pecudis sordes. Cicero in Pisonem, 56.
¶ Pecuda etiam neutro genere in vsu fuisse, veterum affirmat authoritas. Sisenna lib. 4. Historiarum, lumenta & pecuda locis trepidare compluribus. Cicero libr. 4. de Repub. Quum adhibent in pecuda pastores. Nonius.
Pecu, huius pecu, n. g. Indeclinabile in singulari, in plurali pecua, pecuũ, pecubus, antiquè. Plaut. Rud. 23. 5, Non vides me referre vuidum rete sine squammoso pecu? Idem Bacch. 23. 4.
–pastor harum dormit, quum hæ eunt
Sic à pecu balitantes. Item Merc. 9. 11, Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutricare, &c. Plinius lib. 8. cap. 43. 1, Nec æquinoctio verno, vt cætera pecua, admittitur.
Pecus, pecoris, pen. corr. n. g. Idem quod Pecus, pecudis.
Pecus, pro Multitudine pecorum siue pecudum. Virg. 3. eclog. 1, Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? Idem 3. Aeneid. 44, Caprigenumque pecus nullo custode per herbas.
Pecus, pro Oue aliquando ponitur. Plin. lib. 8. cap. 49, Est & in Hispania, sed maximè Corsica, non maxime absimile pecori genus musimonum, caprino villo quàm pecoris velleri propius. Quintil. Cur in vsum vestium sepe pecori lanæ detrahuntur?
Pecus propriè de ouibus dici liquet ex Plinio lib. 8. cap. 47, De natura pecudum & lanarum.
Pecus interdum de omni animali, quod humana lingua & effigie caret, dicitur, Virgil. 4. Georg. 34, Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent, Inde pecus fera, ad differentiam domesticę pecudis. Lucret. lib. 1. 3, In de feræ pecudes persultant pabula læta.
Pecus, de bobus. Colum. lib. 2. cap. 2. 23, Sulcum autem ducere longiorem quàm pedum centum viginti, contrarium pecori est, quoniam plus æquo fatigatur.
Diues pecore. Horat. Epod. 15. 4.
Balatus pecorum. Virg. 3. Georg. 111.
Custos pecoris. Stat. 9. Theb. 102.
Deus pecoris, Pan. Ouid. 2. Fast. 55.
Ninei pecoris diues. Virg. 1. eclog. 4.
Domus pecorum. Stat. 1. Theb. 73.
Greges pecorum. Ouid. 11. Metam. 66.
Magister pecoris. Virg. 3. eclog. 21.
Possessor pecoris. Stat. 4. Sylu. 6. 21.
Aquatile pecus, Vide AQVA.
Corpulentum, Vide CORPVS.
Caprigenum. Virg. 3. Aeneid. 44.
Efferum. Seneca Hippol. 2. 7.
Equinum pecus. Colum. lib. 6. cap. 27. 1, Summam sedulitatem & largam satietatem desyderat equinum pecus. Virg. 3. Georg. 15.
Fœlix. Virg. 1. eclog. 15.
Formosum Virg. 5. eclog. 9.
Fœtum. Virg. 3. eclog. 17.
Genetosum. Virg. 3. Georg. 15.
Immensum. Claud. 2. in Eutrop. 86.
Incuruicerucum pecus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 42, Cæterum etiam ex præpositione & duobus vocabulis dure videtur struxisse Pacuuius, Nerei repandirostrum, incuruicerucum pecus.
Iners. Virg. 4. Aeneid. 32.
Lætum. Horat. Epod. 2. 9.
Molle. Virg. 3. Georg. 60.
Mutum & turpe. Horat. 1. Serm. saty. 3. 20.
Ouiaricum, Vide Ouiaricus in OVIS.
Placidum. Ouid. 15. Metam. 24.
Segne. Stat. 8. Thebaid. 116.
Infirmum. Ouid. in Ibin, 9.
Lanigerum. Ouid. 1. Fast. 77.
Monstruosum. Sen. Her. Oetheo, 2. 7.
Operatum, Vide OPVS.
Pauidum. Ouid. 2. de Arte, 30.
Pingue. Horat. 2. Serm. saty. 6. 3.
Semianimum. Stat. 2. Thebaid. 17.
Truncum. Stat. 5. Thebaid. 65.
Stolidum. Valer. 6. Argon. 108.
Vagum pecus. Horat. 3. Car. ode 13. 3. Catul. de Berecin. 58. 3.
Pecus volatile. Colum. lib. 8. cap. 3, Volatile pecus facile pastoris custodiam decipit.
¶ Abigere pecus, Vide ABIGO.
Armentorum reliquique pecoris greges cedere. Cic. 3. Philip. 146.
Gogere pecus. Virg. 3. eclog. 4.
Depascuntur à pecore agri publici. Cic. 2. de Orat. 157.
Signum imprimere pecori. Virg. 1. Georg. 53.
Inuescere pecus amurca, Vide INSVESCO.
Ducem legere pecori. Virg. 3. Georg. 25, Quem legẽre ducem, & pecori

dixere maritum.
Pauperis est numerare pecus. Ouid. 13. Metam. 176.
Pecorinus, penult. produ. Adiect. (κτηνώδης,) Quod est pecoris. vt Pecorina caro.
Pecorosus, pen. prod. Similiter Adiectiuum: (πολυδρέμμων,) vt Phyllos pecorosa. Stat. 4. Thebaid. 9.
Palatia pecorosa. Propert. lib. 4. eleg. 10. 1.
Ver pecorosum. Stat. 10. Thebaid. 44.
Pecorarius, pecorarii, Qui pecua siue pecora publica redimit, vt ait Asconius. Romani enim vetustiores nihil in bonis præter pecudes habebãt. Deiotaro, 18, Vt non solùm Tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamilias & diligentissimus agricola & pecuarius haberetur. Idem 4. Verr. 11. Quapropter de istius Prætura Siciliensi non recuso quin ita me auditis: vt si cuiquam generi hominum siue Siculorum, siue nostrorum ciuium, siue cuiquam ordini, siue aratorum, siue pecuariorũ, siue mercatorum probatus sit, &c. Ibidem, 137, Postulo mihi respondeat qui sit iste Verrarius, mercator, an arator, an pecuarius. Liu. 10. ab Vrbe, 119, Et ab Aedilibus plebeiis, L. Aelio Peto, & C. Fulnio Curuo ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti.
Pecuarius, Adiectiuum, (βουκηματικός,) Quod ad pecua pertinet. Plaut. Trucul. 4. 41, –male vertit Res pecuaria mihi apud vos. Varro in Præfat. lib. 3, Qua de re pecuaria breuiter ac summatim percurram. Cice. pro Quintio, 7, Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè bene culta, & fructuosa.
Canis pecuarius, Qui pecora vel pecudes custodit à luporum voracitate & iniuria. Colum lib. 7. cap. 12. 7, Pecuarius canis neque tam strigosus aut pernix esse debet, quàm qui damas, ceruosque & velocissima sectantur animalia. Plin lib. 10. cap. 8. 1.
Pecuaria, pecuariorum, (βουκήματα,) dicuntur ab eo quod est pecuare, & per apocopen, pecuar. nam pecua (vt ait Cicero in Pompeiana) ab eo quod est pecu, venit, vt à genu genua: & significat pecorum multitudinem. Persius Saty. 3. 1, Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas. Author ad Herenn. lib. 4. 201, Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? Pli. lib. 8. cap. 9. 1, Quapropter arcent eos coitu, fœmiarumque pecuaria separant quę haud alio modo quàm armentorum habent. Virg. 3. Georg. 13, Solue mares, mitte in venerem pecuaria primus.
Culta pecuaria. Stat. 3. Sylu. 3. 29.
Rudunt pecuaria Arcadiæ. Per. saty. 3. 1.
¶ Pecuaria, Dicebãtur omnia ex quibus Pop. Rom. haberet reditus: quia diu hoc solum vectigal Romanis fuit. Cic. de Claris Ora. 42, Nam quũ in Sylua sua ita facta cædes esset, notique homines interfecti, insimula returque familia, partim etiam liberi societatis eius quæ pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio CENSS. redemisset, &c.
Pecuaria, huius pecuariæ, (βουκηματική,) Scientia parandi ac pascendi pecoris, vt fructus ex eo capiatur: quæ & Res pecuaria dicitur. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 1, Tres libros institui, è quibus duo scripsi. Primũ ad Pundaniam vxorem De agricultura: secũdum De pecuaria ad Turanium Nigrum.
Pecuaria, locus in quo pecorum greges consistunt. Varro li. 1. de Re rust, cap. 1, Coius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Ibidem in Præfatione 6, Quod eo facilius faciam quòd, & ipse pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias. Idem lib. 3. cap. 2, Duo genera quum sint pastionum vnum agreste, in quo pecuariæ sunt: alterum villaticum, in quo sunt gallinæ, ac columbæ, & apes, & cætera quæ in villa solent pasci. Et libro 2. cap. 5. 2, Nam bos in pecuaria, maxima debet esse in authoritate, præsertim in Italia, quæ à bubus nomen habere sit existimata. Plin. lib. 8. cap. 43. 3, Nec nisi assuetos potant fontes qui sunt in pecuariis. De asinis.

Peda, Vide PES.

Pedalis, Pedamen, Vide PES.

PEDANA, (πεδάνα,) Regio est non procul à Roma, dicta ab oppido Pedo, quòd olim fuit, nunc non est, vt ait Porphyrius in illud Horatii 1. epist. 4. 1, Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?

Pedaneus, Pedarius, Vide PES.

PEDASVS, pen. corr. (πήδασος,) vnus ex equis Achillis, vt idem tradit Iliad. 16, quem præ cæteris egregium tanquam equorum immortalium comitem habebat. Siquidẽ hunc Podagre inter equas rapidissima quum in verno prato pasceret, ad Oceanum ex Zephyro genuit. Eoque ventos, vnde originem traxerat, cursu & quasi volatu æquabat.

Pedatim, Pedatio, Pedatum, Pedecosum, Vide PES.

Pedema, pen. prod. pedématis, pe. cor. (πήδημα,) Genus saltationis Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torqueban

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Iuuenal.Sat.11.18,
Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alia exemplaria habent Pytisante.

Pedepressim, Pedes, Pedester, Pedetentim, Pedica, Pedicinus, Pediculus, Pediculus, Pedisequus, Peditatus, Vide PES.

PEDO, Pedónis, pen.prod. (πέδων,) C. Pedo Albinouanus dictus, inter eos poetas relatus est à veteribus, qui epigrámata & iocos scripserũt. Temporibus Augusti floruit & Neronis, præcipuè amicus fuit Ouidio, qui Pedonium eum vocat lib.4.de Ponto, eleg.10.13, Si roget hoc aliquis, cur sint narrata Pedoni, &c. Et eundem postea sidereum vocat, vel propter excellentiam, vel quia fortasse de sideribus descripsit aliquid habuit, sic enim ait eleg.10.1,
Quum foret & Marsus, magnique Rabirius oris.
Illacunque Macer, fidereusque Pedo.

Pedo, pedis, prior longa, pepedi, pen.prod. (πέδω, βδέω,) pédere, Crepitum ventris emittere. Hora.1.Serm.sat.8.10, Nam displosa sonat quantum vesica pepedi. Martial.lib.12.74, Aethon in Capitolio pepedit: Idem.
Nil aliud video quo te credamus amicum:
Quàm quòd me coram pedere Crispe soles.

Pedo, pedas, Pedum, Peduſculus, Vide PES.

PEGASA, pen.cor. (πηγασαί,) Thessaliæ oppidum, quod postea Demetrias dictum est. Propter quod nauis longa Argonautarum, Pegasæa nuncupatur, quòd Iason, qui eam ædificauit, fuit filius Aesonis, fratris Peliæ, regis Thessaliæ. Ouid.7.Metam.1, Iamque fretum Miniæ Pegasæa puppe secabant. Hinc
Pegaſicus, ſinus, (πηγασικὸς κόλπος,) in Thessalia est appellatus. Vide Strabonem lib.9.
Sunt qui rectius Pagasæ dici putent. Vide PAGASA.

PEGASVS, pen.cor. (πήγασος,) Equus alatus, ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est à fonte, quòd iuxta Pegas, id est fontes Oceani natus sit, vbi Gorgones habitant. Hunc Hyginus, & alii complures, Neptuni & Medusæ filium dixere, qui in cælum euolauit, ibique inter sidera constitutus est, Arcti cum circulum spectans, pedibus æstuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangens, & Aquarii manum dextram ceruici suæ adiungens. Alii ex Medusæ sanguine (quem Perseus interemit) natũ asserũt, Hic volauit in Helicona, vbi saxum vngula ferens, fontem aperuit, & ex eo Hippocrene, id est fons equinus est appellatus. Sed hic apud Pyrenen fontem Corinthium captus est. Vnde Strabo, Fama est (inquit) equum Pegasum, quum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehẽsum fuisse, alatum inquam caballum à Medusæ ceruice, & de Gorgonis excisto gutture prosilientem. Hoc equo vsus est Bellerophontes, in expedatione contra Chimæram. Vulgatum est, & Gaballinum fontem in Helicone erupisse, quum subiectam ibi tellurem ferire vngula. Ci. pro Quinctio, 54, O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios, seu potius pegasos habeat!
¶ Pegasus, etiam dicebatur instrumentum in domibus, super quo tanquã immento, vestes & familia tenerentur suspensa, à Pegaso poetico traductione nominis excogitata. Fuit & hoc nomine Iurisperitus: vnde & Pegasianum Senatusconsultum. Pomponius de Origine iuris. Fuit & Pegasus Triarchi filius, cuius nauis Pegasæa monumentum accepit.
Pegaſeus, pen.corr. A dictiuum. (πηγάσιος,) vt Gradus Pegaseus, id est celerrimus. Seneca Troade, 5.3.
Volatu Pegaseo ferri. Catullus in Camerium, epig.51.6.
Pegaſeius, Aliud adiectiuum quinque syllabarum. (πηγασήϊος,) Persius in Prologo, 1. Cantare credas Pegaseium melos.
Pegaſis, pen.cor. Pegisidos, pen.corr. (πήγασις,) Patronymicum fœmino genitilis. Pegasides, Musæ dictæ sunt, à fonte qui πηγὴ dicitur, quem Pegasus ictu vngulæ fingitur aperuisse, vt dictum est. Ouid.epist.21.6, At mihi Pegasides blandissima carmina dictant. Propert.lib.3.eleg.1.4. Mollia Pegasides vestro date serta poetæ.
Vnde Pegasides. Ouid.3.Trist.eleg.7.3.
Item Pegasides, Nymphæ, quę & Naiades. Ouid.epist.5.1, Pegasis Oenone Phrygis celeberrima syluis.

Pegma, pegmatis, pen.corr. (πῆγμα,) quod & Pecma dicitur, Græcum est, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, quod est pago & extruo. Est machina lignea in qua statuæ collocantur, & quasi figuntur ad illas sustinendas. Interdum pegmata cum ludicris producebantur in scenam cũ pueris etiam considentibus, ex ligni & tabulis quæ constabant vario picturæ genere. Pegmatis formam Seneca ad Lucilium hic verbis describit, His annumerẽ licet machinatores, qui pegmata per le surgentia excogitant, & tabulata tacita in sublime crescentia, & altas ex inopinato varietates aut dehiscentibus quæ cohærebant; aut quæ distabant sua sponte cohærentibus, aut his quæ eminebant paulatim in se

residentibus. Iosephus libro septimo de bello Iudaico, Maximè autẽ stupor erat machinarum, quæ portabantur, siue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes, timebant, multa in tertium nidum, quartumque surgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis simulacrum belli repræsentatũ fuisse significat, vt alii fugere, alii capi viderentur: & per singula pegmata dux captę vrbis agebatur, ita vt captus fuerat ordinatus. Q ui autem in his machinis depugnabant, à Suetonio pegmates vocantur. Tradunt Claudium obiecisse aliquando bestiis qui pegmata in scenam parum fœliciter produxissent. Testis Suetonius in Claudio, cap.34. Plin.lib.33.cap.3.14, Item L. Murena, & Caius princeps in Circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo CXXIIII. Festus scribit pegmata esse aut ære, aut marmore ornamenta, quæ vtplurimũ in atriis, quandoque in porticibus aulisque affigunt, maiorum, aliorumque fortium virorum gesta certius quàm pictura ostendentia. Cic. ad Atticum, li.4.77.2, Nihil venustius quàm illa tua pegmata, postquam misit libros, illustrauerunt valde. Mart.lib.8.34,
Hæc fuerat nuper nebula tibi pegma peructum:
Pallida quam rubri diluit vnda croci. Idem lib.12, Et crescunt media pegmata cælsa via. Iuue.Saty.4.13,
–sic pugnas Cilicis laudabat, & ictus,
Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos.

Peiero, peieras, pen.corr. (ἐπορκίω, ἐπόμνυμι,) peierare. Iuramentũ infringere, & id quod verbis ac iuramento concipitur, non facere. Ci.3.Offic.145, Non enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. Plaut.Asin.7.27, Nam siquid scelestè fecit, lingua pro illo peierat. Cic. pro Rosc.Comœdo, 27, Q ui mentiri solet, peierare consuetit. Idem pro Rabirio Posth.21, Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet. Idẽ 2.Offic.61, Eos omnes Censores quoad quisque eorum vixit, qui peierassent, in ærariis reliquerunt.
Per Consulatum peierat Vatinius. Catul.de Struma, epig.49.
Peierare de. Mart.lib.7.19,
Nec erubescit peierare de turdo,
Et ostreorum rapere liuidos cirros:
Iuris peierati pœna Horat.2.Carm.ode 8.1.
Peiero. Ex per & iuro, abiecta i: & u longa, in e breuẽ mutata, cõponitur. Periuro, periuras, periurare, etiam dicimus, quod periurus probat & periurium.

Peior, Vide MALVS.

Pelagus, pelagi, pen.corr. tam masculini, quàm neutri generis, (πέλαγος, πέλαγος,) profundum maris significat. Vnde etiam pro ipso mari frequentius sumitur. Valerius Flaccus lib.1,
O quantum terræ quantum cognoscere cæli
Permissum est, pelagum quantos aperimus in vsus. Plin.lib.10.cap.32.1,
In reliquis partibus est quidem mitius pelagus.
Furor pelagi. Lucanus lib.2.40.
Gemitus ingens pelagi. Virgil.3.Aeneid.111.
Minæ pelagi. Virgil.6.Aeneid.23.
Quies pelagi. Statius 2.Sylu.2.6.
Rector pelagi. Neptunus. Ouid.1.Metam.67.
Sonora pelagi. Lucretius lib.5.8.
¶ Immite pelagus, Vide IMMITIS.
Languidum pelagus nigro gurgite. Seneca Herc.furente, 7.7.
Sonans pelagus. Virgil.1.Aeneid.55.
Tempestatibus pelagi actus. Virgil.3.Aeneid.142.
Cadens pelagus. Stat.5.Thebaid.42.
Truci pelago committere ratem. Horat.1.Carm.ode 3.3.
Aperto pelago decurrere. Virgil.5.Aeneid.43.
Hyems desæuit pelago. Virgil.4.Aeneid.11.
Patenti pelago volans dat vela. Virgil.1.Georg.9.
Errare pelago. Virgil.3.Aeneid.41.
Euersum pelagus infimo solo. Seneca. Agamem.6.17.
Dubium pelagus feruet. Seneca Medea, 10.13.
Feruet æstu pelagus. Cic.3.de Orat.86. Ex poeta.
Mare premit arua pelago. Virgil.1.Aeneid.15.
Retundit pelagus Boreas. Lucan.lib.5.121.
Pelagicus, pe.cor. Adiectiuũ, (πελαγικός,) Quod in mari viuit, siue quod est ex mari. Columella lib.8.cap.17.13, Cæteri autem saxatiles, aut pelagici, satis ex his, sed ex recentibus melius pascuntur. Plin.li.9.cap.19.1, Terreni majores quàm pelagici. Alii legunt pelagi.
Pelagius, Aliud adiect. Idem. (πελάγιος,) Colu.lib.8.cap.16.6, Atarenosi gurgites planos quidem non pessimè, sed pelagios melius pascunt, vt auratas ac dentices, punicasque & indigenas, &c. Varro 3.de Re rust. cap.3.7, Sic nostra ætas, inquam, luxuria propagauit leporaria, ac piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscium reuocauit. Sic. Plin.lib.32.cap.6.1, Ideò pelagia parua & rara sunt.

Pelagia, huius pelagiæ, (πελαγία,) Piscis qui & purpura vocitatur: à quo & succus eius pelagium dicitur: sicut succus buccini dicitur Tyrius. Plinius lib.9.cap.38.2.

Pelamis, pen.cor. pelamidis, f.g. (πελαμὺς,) Genus piscis, cui etiam thynno nomen est. nam pelamides primò: sed qui annuũ excessere tempus, thynni vocantur. Iuuen.Sat.7.12,
-ficcus petasunculus & vas Pelamidum. Plin.lib.32.cap.11.2, Orcynon est pelamidum generis maximus. Idem lib.9.cap.15.3, Thynni mares sub ventre non habent plumam. Intrant è magno mari Pontum verno tempore gregatim: nec alibi fortificant: cordilla appellatur partus, qui fœtus reducentes in mare Autumno comitatur. Limosæ verò à luto pelamides incipiunt vocari & quum annuum excessere tempus, thynni.

Pelargus, huius pelargi. (πελαργός,) Latinè ciconia dicitur. Inde Pelargici nomi ab Aristophane dicti, quasi ciconiariæ leges, quibus liberi parentes alere iubentur. Id quod in iure quoque cautum est. Ideo in sceptris regis antiqui ciconiam sculpere solebant in summo: in infimo autem hipopotamum animal improbissimum: significare volentes iustitiæ obnoxiam esse violentiam: cuius iustitiæ symbolum est ciconia, quę parentes senio confectos alere humeris quę gestare in volatu creditur. Budæus.

PELASGIA, (πελασγία,) Regio Græciæ, circa extremam partem Macedoniæ, versus Achaiam, olim Thessalia dictaiter duo maria, Aegeis & Ionium, plataui folio similis, propter angulosos recessus. Author Plinius lib.4.cap.4. A qua
Pelasgi, (πελασγοί,) populi quasi pelargi, id est ciconiæ: qui errabũdi ritu ciconiarum per multas nationes iuerunt. Vel Pelasgi, à Pelasgo Iouis filio. Vide Plinium lib.5.cap.31. Pelasgi, inquit Strabo lib.5, populi sunt Græciæ vetustissimi, olim Thessali appellati. Hi, vt Hesiodo Strabo refert, ex Arcadia originem duxerunt. Hos quippe diuino è Lycaone natos extitisse ait, quem Pelasgus procreauit. Aeschylus autem in Danaidibus, eorum genus ex Argis Mycenarum extitisse prodidit. Peloponnesum enim & Pelasgiam vocitatam fuisse testis est Ephorus. Euripides quoque in Archelao, Danaum illum L. filiarum genitorem, Argos venientem, Inachi vrbem habitasse commemorat. Quique antea Pelasgi nominabantur, vt Danai dehinc vocarentur, lege Græca sanxisse. Plerique & gentes Epiroticas appellauere Pelasgicas. Heroumque nonnũnus posteriores permultos Pelasgos nuncupantes ab illo frequentia gentibus indidere vocabula. Nam & Lesbon appellare Pelasgiam. Et habitantibus Troadem Cilicibus, finitimos Pelasgos nuncupauit Homerus. Argos quoque Pelasgicum Thessalia dicitur, inter eruptiones Penei & Thermopylas, vsque ad montanũ Pindi tractum: Iouę quoque Dodonæi ipse poeta Iliad.16. Pelasgicũ nominat.
Pelasgus, A dictiuum vt Pubes Pelasga. Virgil.9.Aeneid.31.
Classis Pelasga. Ouid.13.Metam.54.
Gens Pelasga. Ouid.12.Metam.2.
Pelasgias, Pelasgiadis, pen.corr. (πελασγιὰς,) Patronymicum, pro gentili, vel adiectiuo, vt Vrbs Pelasgiades. Ouid.epist.9.1.
PELASGIS, (πελασγίς,) Plinio lib.4.cap.5, regio est Arcadię vndique à mari remota, quæ initio Drymodis dicebatur. Dicta quoque est Pelasgis Arcadia, vt annotat Hermolaus in Plinii castigationibus, à Pelasgo rege magno & sapiente viro: scilicet quia vitæ cultioris eius author fuisse, & victum ex stirpibus herbarum arborumque frondibus, transtulisset ad glandem, maximeque fagineam.

Pelecinum, (πελεκῖνον,) Herba in segetibus crescens, de qua sic diximus nasci, fruticosam caulicili, foliis ciceris. Vide Ruellium libr.3.cap.66.
PELETHRONIVM, (πελεθρόνιον,) Oppidum est Thessaliæ, vbi ptimum domandorum equorum repertus est vsus. Author Seruius explicans illum Virgilii locum 3.Georg.25,
Primus Erichthonius, currus & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.
Præna Pelethronii Lapithæ, gyrosque dederet
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Pelethronii, (πελεθρόνιοι,) dicti sunt Lapithæ, à loco qui subiectus est Pelio monti, ab eo quòd medicamentorum magna vis ibi nascatur, quæ Græci glossematici ἐφόδια vocant.
PELEVS, (πηλεύς,) disyllabum, Aeaci regis filius, maritus Thetidis & pater Achillis. De quo Ouidius plura 11.Metamor.
Aemonius Peleus. Tibullus lib.1.eleg.5.9.
Optimus hasta Peleus. Valer.1.Argon.30.
Pelides, pen.prod. (πηλεΐδης,) Patronymicum à Peleo, dictus est. Achilles. Ouid.epist.8.17, Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus.
Fortis Pelides. Virgil.4.Aeneid.162.
Pelias, Peliadis, pen.cor. fœ.ge. (πηλιὰς,) vt Pelias hasta, qua Achilles vtebatur. Ouid.epist.3.26, Transeat Hectoreum Pelias hasta latus. Idem lib.1.de Remed.amo. Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

PELIAS, Peliæ. (πελιὰς, Filius Neptuni ex Tyro nympha filia Salmonei regis, frater Nelei, quem è Thessalia expulit. Valer.1.Argon.5,
Aemoniam primis Pelias fræmabat ab annis,
Iam grauis, & longus populis metus illius omnes
Ionium quicunque petunt: ille Othryn & Aemum,
Atque imum fœlix versabat vomere Olympum.
Atrox Pelias. Valer.1.Argon.141.
Superbus Pelias. Valer.1.Argon.34.

Pelicanus, huius pelicini, pen.prod. (πελεκᾶν,) Auis Aegyptia, nascitur in solitudinibus, maximè Nili fluminis. Duo sunt pelicanorum genera: vnum volatile, alterum aquaticum. Hæ aues tanquam colaphis rostrorum dicuntur occidere paruulos suos, eosdẽque in nido occidos à se ingere per triduum. Postremo dicunt matrem seipsam grauiter vulnerare, & sanguinem suũ super filios fundere, quo illi superfusi euiuiscunt. Hæc ex B. Hieronymo, vt ait Calepinus.
PELIDES, Vide PELEVS.
PELIGNI, (πελίγνοι,) Populi Marsis finitimi, quorum metropolis est Sulmo. Peligonum enim est vrbs, ex qua Ouidius duxit originem, sicut ipse testatur 3.Amor eleg.14.2, Pelignæ gentis gloria dicar ego. Sipontinus, Pelignum, oppidum est Sabinorum Marsis vicinum, in cuius agro pessima oriuntur vina. Martialis lib.13.121, Massica Peligni miscẽtur turbata coloni:
Non tu, libertus sed bibat illa tuus. Peligni ex Illyrico profecti sunt duãtu Volsinii regis, cui cognomen Lucullo fuit, & partem Italiæ occuparunt. Ei duo nepotes fuerunt. Pacinus, à quo Pacinates: & Pelicus, à quo Peligni. Hactenus Sipontinus ex Festo.
Acer Pelignus. Silius lib.8.102.
Aquosi Peligni. Ouid.2.Amor.eleg.1.1.
Salubres Peligni. Ouid.2.Amor.eleg.16.8.
Pelignus, A dictiuum. (πελίγνος,) vt Præla Peligna. Martial.lib.1.110,
Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis,
Vua nec in Tuscis nascitur ista iugis.
Arua perterrantur Peligna liquentibus vndis. Ouid.2.Amor.eleg.16.1.
Frigora Peligna. Horat.3.Carm.ode 19.2.
Rus Peligonum. Ouid.2.Amor.eleg.16.1.
PELION, Pelii, n.gene. (πήλιον,) mons Thessaliæ versus Orientem Solẽ vt scribit Herodotus lib.7. Huius meminit Lucanus lib.6.& Ouidius 5.Fastorum, 77,
Pelion Aemoniæ mons est obuersus in Austros.
Summa virent pinus: cætera quercus habet.
Altus Pelion. Virg.3.Georg.19.
Ingens Pelion. Stat.1.Achill.31.
Pelius, A dictiuum. (πηλιωτικὸς,) Cice. pro Cælio, 13, Quo loco possum dicere id quod vir clarissimus M. Crassus, quum de aduentu regis Ptolemæi quereretur, paulo antè dixit, Vtinam ne in nemore Pelio.
Pelicus, pennult. corre. Aliud adiecti. (πηλιωτὸς,) vt Apex Pelicus. Ouid.1.Fast.61.
Cuspis Pelica, Hasta Achillis, quæ ex monte Pelio excisa fuit. Ouid.12.Metam.15.
Vertex Pelicus. Ouid.2.Amor.eleg.11.1.
Vmbræ Pelicæ. Valer.1.Argon.19. Vmbræ propter syluam.
PELLA, (πέλλα,) Ciuitas est Macedoniæ, vt scribit Liuius lib.6, de secũdo bello Punico: & in littore maris Aegei, vt ostendit Herodotus lib.7. Eam Pomponius Mela scribit illustratam maximè alumnis Philippo & Alexandro eius filio. Nam in ea Alexander natus dicitur, vt est testis Iuuenalis Saty.10.17, Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis. Id est Alexandro, qui deinde Babylone morbo vmolentiæ, vt scribit Solinus (quamquam alii veneno affirment) consumptus est. Philippus verò Aegis à Pausania, quum spectatum ludos iret, iuxta theatrum occisus fuit. Qui similiter à poetis Pelleus est appellatus. Luca.lib.10, Illic Pellæi proles vesima Philippi. Fuit & Pella, ciuitas exigua, vt idem poeta docet lib.10.11, dum ait, Exiguæ secura fuit prouincia Pellæ.
Pellæus, A dictiuum. (πελλαῖος,) vt Diadema Pellæum. Lucan.lib.5.12.
Pellæi gens fortunata Canopi. Virgil.4.Georg.58.
Gula Pellæa, apud Martialem, pro deliciis Macedonicis, lib.13.85,
Princeps Niliacis raperis coracine macellis:
Pellææ prior est gloria nulla gulæ.

Pellax, pellácis, pen.prod. om.g. (ἀπατεῶν,) Qui per blanditias decipit. Virgil.2.Aeneid.18,
–inuidia postquam pellacis Vlyssi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris. Id est, per blanditias decipientis, inquit Seruius.
Pellacia, pellaciæ, (ἀπάτη,) Fallacia. Lucretius lib.2.113, Subdola quũ ridet placidi pellacia Ponti. Virg.4.Georg. Verùm vbi nulla fugam reperit pellacia. De Proteo.
Subdola pellacia placidi Ponti. Lucret.lib.2.113. Idem lib.5.201.
PELLENE, pen.pro. (πελλήνη,) oppidum, teste Strabone lib.8, Achaiæ, quòd à mari LX stadia distat: à quo Pellenei, populi.
¶ Pellene, vicus Straboni à quo Pellenicæ, chlænæ vestes, ad agonas vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctoribus præmia proponebantur.

Pellex, pellicis.penul.correp.fœm.ge. (πελλακιδ, πελλακιδος,) Paulus Iureconsultus de Verb. & rerum significat. L. Masurius, scribit libro Memorialium, pellicem apud antiquos eam habitamque quæ vxor non esset, cum aliquo tamen vtiebatur eamque nunc vero nomine vxor non esset, cum aliquo tamen vtiebatur eamque nunc vero nomine concubinam, paulò honestiore concubinam appellari. Calus Flaccus in libro de Iure Papyriano scribit pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo cui vxor sit, corpus misceat: quosdam eam quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci πελλακιδν vocant. Horum vtrunque (inquit Valla) verè sensisse, & dixisse arbitror. Sed tamẽ pro suscepti operis officio, admonere debeo, pellicem apud oratores & poetas, eam demum haberi, quæ cũ eo cui vxor est, corpus miscet. Ideoque Iuno semper prosequitur pellices, quæ sibi vxori loqem præiperent. Vide Plinius lib. 35. cap. 10, verbo Græco maluit vti (quum de Alexandro loqueretur, quem cõstat eo tempore cælibem fuisse, quum Apellem scorto donauit) quàm veteri (si verũ est) Latino: pallace potius, quàm pellice. ita autem ait, Nanque quum dilectam sibi ex pallacis suis præcipuam, nomine Campaspen nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle fussisset. Quo fit vt Curtium, vbi de eodem Alexandro, & aliis loqueretur, cæterosque scriptores opinor pallacen potius quàm pellicem pro concubina cælibis hominis dixisse, culpaque librariorum in editionibus esse vitiatum. Suetonius de Vespasiano loquens, cap. 21, Pallacarum dixit, nõ pellicum. Et alibi quoque, & T. Liuius, multique alii Græco nomine vtuntur. Sin aliter inueniatur, librariorum (vt dixi) vitio dandum est. Cuius rei hoc argumentum est, quòd non rectè quis dicitur habere pellicem, sed vxor. Et est nomen relatiuum ad alterius vxorem, cuius cum viro rem habet, non autem ad masculum, nec rectè dicturos fuisse reor oratores illos qui pallacem dixerunt, si pellicem dixissent, vt patet. Hactenus Valla lib. 6. Plaut. Cistel. 3. 19.

–viris cum suis uos solere prædicant,

Suas pellices esse aiunt. Salust. in Ciceronem, 1, Filia matris pellex, tibi iucundior atque obsequentior quàm parenti par est. Cic. in Orat. 58, Ab hac indole iam illa matura, Vxor generi, nouerca filii, filiæ pellex. Verba hæc leguntur pro Cluentio, 157.

Matris pellex. Ouid. 10. Metam. 69.

Nomine deposito pellicis, vxor erit. Ouid. epist. 9. 17.

Natos de pellice. Ouid. 2. Metam. 94.

Pellex (vt nonnullis placet) à Pellicio deducitur: quod est Blandiendo decipio: quia blandiendo virum ab vxore seducit. Gellius à Græco deriuari vult. ait enim lib. 4. cap. 3, Pellicem autem appellatam, probro famque habitam, quæ iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu, mancipioque alia matrimonii causa foret: hac antiquissima lege ostendit, quam Numæ regi fuisse accepimus, Pellex ædem Iunonis ne tangito. Si tangit, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito. Pellex autem quasi πελλακς, id est quasi πελλακιδς, vt pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est.

Pellices (inquit Festus) nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solùm fœminæ, sed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ vxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam pœna constituta est à Numa Pompilio hac lege, Pellex aram Iunonis ne tangito. Si tangat, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminã cædito. Cubiculorum omnium pellicem Salustium vocat Cic. in Respons. 13, Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo, &c.

Pellicatus, huius pellicatus, penul. prod. Actus quem pellex exercet: sicut Concubinatus, quem concubina. Cic. 2. Offic. 35. Ab ea enim est ipse, propter pellicatus suspicionem interfectus. Idem pro Cluen. 9, Filia quæ non solùm illo communi dolore muliebri, in eiusmodi viri iniuria angeretur, sed nefarium matris pellicatum ferre non posset.

Pelliceo, pellices, pen. corr. pellicoi, (ὑπάγω,) pellicẽre. Vix legitur: tamen apud Columellam pro Bladiriis impetrare positum videtur, nisi locus corruptus est, quũ ait in Præfatione libri duodecimi, 8, de Villica loquens, Nunc verò quũ pleraque sic luxu & inertia detlauant, vt ne lanificii quidem curam suscipere dignentur, sed domi sedentes cõfectas vestes fastidio habeant, perueraque cupidine pretiosiores alias à viris pelliceant, quæ grandi pecunia, & totis penè sensibus redimuntur, nihil mirum est eadem ruris & instrumentorum agrestium cura grauari.

Pellicio, pellicis, pen. corr. pellexi, pellectum, (ὑπάγω, προσάγω, ἐπισύρομαι, ἑλκόμαι,) pellicere, Blandiendo decipere, inducere, adducere. Terent. Phorm. 1. 2. 14, Is senem per epistolam pellexit. Cic. pro Cluentio. 9, Animum adolescentis nondum consilio ac ratione firmatum, pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest. Liu. 3. ab Vrbe, 181, Hanc virginẽ adultam, forma excellentem, Appius amore ardens, pretio ac spe pellicere adortus, postquam omnia pudore septa animaduerterat, ad crudelem, superbamque vim animum conuertit. Plin. lib. 18. cap. 6. 10, Ceu fruges alienas pelliceret veneficiis.

In fraudem pellicere. Lucret. lib. 5. 101.

Mulierem imbecilli consilii ad sese pellicere. Cic. pro Flacco, 56.

Maiorem partem sententiarum sale tuo, & lepôre, & politissimis facetiis pellexisti. Cic. 1. de Oratore, 125.

Pellicio, Ex per & latio componitur, mutatis r in l, & a in i. Festus, Lacit decipit, inducit. Lax, lacis verò, fraus est.

Pellicator, huius pellicatoris, (ὑπαγωγός,) inquit Festus, qui ad fraudem pellicit.

Pellis, huius, pellis, f. g. (δέρμα, δέρρις, δορά, φόρος,) dicitur quum est à carne separata, quæ cutis antea dicebatur. Iuuenalis Saty. 10, 20, –habes deformẽ pro cute pellem. Cic. 1. de Nat. deor. 111, Quã tu nunquam ne in somnis quidem vides nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo. Idem in Pisonem, 69, Cum omni totius prouinciæ pecore compulso pellio nomine, omnem quæstum illum domesticum paternumque renouasti;

Asperæ pelles. Horat. 2. Carm. ode 10. 2.

Atræ pellis duritia. Ouid. 3. Metam. 13.

Decora pelle speciosus, turpis introrsum. Horat. 1. epist. 17. 9.

Deformis pellis. Iuu. Sa. 10. 20,

–habes deformẽ pro cute pellem,
Pendentesque genas, & tales aspice rugas.

Frigida pellis. Lucret. lib. 6. 240.

Fulua pellis leonis. Virg. 8. Aeneid. 111.

Lanatæ pelles, Vide LANA.

Lutea pellis. Pers. Saty. 3. 10,

–surgit tacitè tibi lutea pellis.

Ouina pellis, Vide Ouinus in OVIS.

Pastoria pellis. Ouid. 2. Metam. 137.

Rigidæ pelles. Claud. 3. de raptu Proserp. 69.

Villosæ pelles. Ouid. 11. Metam. 64.

¶ Lurida pelle amicta olla. Horat. Epod. 27. 5.

Aret pellis. Virg. 3. Aeneid. 101.

Comans pellis fidereis villis. Valer. 8. Argon. 25.

Detrahere pellem alicui, metaphoricõs dictum est, pro Detegere animi alicuius. Horat. 2. Serm. saty. 1. 13,

–quid quum est Lucilius ausus
Primus in hunc operis componere carmina morem?
Detrahere & pellem, nitidus qua quisque per ora
Cederet introrsum turpis?

Erepta iuuenco pellis operit humeros. Virg. 11. Aeneid. 136.

Pictis pellibus incinctæ. Virg. 4. Georg. 67.

Stratis pellibus incubuit. Virg. 7. Aeneid. 18.

Instemor pelle leonis. Virg. 2. Aeneid. 145.

Ponunt pellem senectæ dracones. Ouid. 7. Metam. 48.

Producere pelles dentibus, Vide PRODVCO.

Quiescere in propria pelle, est Contentum esse sua sorte, nec aliorum fortunis aut opibus inhiare. Horat. 1. Serm. saty. 6. 5, Vel meritò quoniam in propria non pelle quiessem.

Dura pellis ad tactum reluctat. Virgil. 3. Georg. 101.

Tunica per integram soluuntur viscera pellem. Virg. 4. Georg. 61.

Vti pellibus, & spoliis ferarum vestire corpus. Lucret. lib. 5. 191.

¶ Sub pellibus, Id est in castris statiuis. Cic. 4 Acad. 9, Vt non multum imperatori sub pellibus otii relinquatur. Budæus. Militum enim tabernacula apud antiquos pellibus conficiebantur.

Pellicula, pen. corr. Diminutiuum. (δερμάτιον,) Cic. pro Murena, 69. Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pelliculis hœdinis lectos punicanos, & exposuit vasa Samia: quasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus, &c. Plin. libro 19. cap. 6. 7, Pellicula canina.

Continere se in sua pellicula. Martial. lib. 3. 16,

Lusisti, satis est: sed te (mihi crede) memento
Nunc in pellicula cerdo tenere tua. Hoc est intra tuam sortẽ te cõtinere.

Veterem pelliculam retinet. Pers. Saty. 5. 12. Hoc est pristinos mores.

Curate pelliculam. Horat. 2. Serm. satyra 5. 8. Hoc est corpus suum moliter tractare.

Pellicens, Adiectiuum. (δερματικός,) Quod est ex pelle.

Stragulum pelliceum Paulus in L. Cum & tunicam ff. De auro argẽto, &c.

Pellitus, pen. prod. Aliud adiectiuum. (δερματόμιον,) Qui pelles habet, vel pellibus tectus est. Propertius lib. 4. eleg. 1. 3, Pellitos habuit rustica chorda patres. Varro 2. de Re rust. cap. 2. 15, Pleraque similiter faciendum in ouibus pellitis.

Oues pellitæ. Horat. 2. Carm. ode 6. 2. Hoc est pellibus tectæ ad lanam conseruandam.

Getæ pelliti. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 1. Hoc est pellibus tecti ad arcendum frigus.

Iuuentus pellita. Claud. 7. Paneg. 93.

Pelliculo, pelliculas, (πωμάζω,) pelliculare, Alligatis pelliculis obturare. Colu. lib. 12. cap. 46, Vas operculatum pelliculant. Ibidem, cap. 39. 2, In alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare.

Pellio, huius pellionis, m. g. Qui vestes pellicea, & ex pellibus alia operta facit. Plaut. Menæh. 9. 47, Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est.

Pello, pellis, pépuli, pen. corr. pulsum, (ἀδέω, ἐλαύνω, κινέω,) pellere, percutere, ferire, trudere. Plin. in Paneg. 11, Pulsi fugatique hostes. Liu. 2. ab Vrbe, 18, Tarquiniensis nouus hostis nõ stetit solùm, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit.

Fugari & pelli. Cic. pro Cecinna, 23, Quid ais? is qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse eiectus?

Pellere aliquem. Terent. Eunuch. 5. 9. 50, Neque istum metuas ne amet mulier, facilè pellas vbi velis.

Inimicos pellere tectis. Ouid. epist. 1. 23.

Pellere à. Plautus Amphit. 4. 115,

Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admodum, Atque hunc telo suo sibi malitia à foribus pellere. Teren. Eun. 2. 1. 9, Munus nostrum ornato verbis quod poteris: & istum æmulum quod poteris, ab ea pellito.

Pellere de. Cic. 4. Acad. 155, Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum firmum, fixũ fuisse visdeque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potes.

Pellere è vel ex. Cic. in Pisonem, 17, Quum Equites Rom. relegarentur, viri boni lapidibus è foro pellerentur. Liu. 1. ab Vrbe, 2, Qui seditione ex Paphlagonia pulsi. Plin. lib. 10. cap. 43. 2, Vt primò pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit.

Pellere in exilium. Cic. 2. de Orat. 31, Et hos libros tum scripsisse dicitur, qui à Repub. remotus, atque id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exilium pulsus esset. Tacitus lib. 4, Sosia in exiliũ pellitur Asinii Galli sententia.

Domo pellere aliquem. Cic. pro Domo sua, 85.

Pelli foras. Terent. Eunuc. 5. 9. 11, Iam hoc aliud est quod gaudeamus, miles pellitur foras.

Ostiatim pellere, Vide Ostiatim in OSTIVM.

Pelli, pro Exagitari & affligi. Cicero ad Nigidium, li. 4. 13. 4, Quanquam enim nulla meipsum priuatim pepulit insignis iniuria.

Pelli patria, Pelli cuitate, agro, &c. Cic. ad Articum, lib. 16. 331. 2. Item li. 8. 155. 3. Et in Parad. 33.

Pelli regno, aut sedibus. Cic. 2. Offi. 115. Et Liu. 1. ab Vrbe, 176.

Regnoque domoque pellimur. Ouid. 14. epist. 23.

¶ Mouere & pellere. Cic. 1. de Finib. 55, Neque enim hæc mouere potest appetitum animi, nec vllum habet istum quo pellit animi statum hîc non dolendi.

Pellere aciem. Cæsar 1. bel. Gal. 223, Quum hostium acies à sinistro cornu pulsa, atque in fugam conuersa esset. Ibidem, lib. 3. 431. Et 3. bel. Ciuil. 31, Prius perturbatum exercitum pellerent.

Canicies pellens lasciuos amores. Horat. 2. Carm. ode 11. 2.

Animum pellere. Liuius 10. bel. Pu. 62, Hæc non hostili modo odio, sed à nouis etiam stimulis amatam apud æmulum cernens quum dixisset: nõ mediocri cura Scipionis animum pepulit. Sic Pellere animum & mentem. Cic. 4. Acad. 120.

Animus hominum aureasque pellere. Cice. in Orat. 102, Quod quum animos hominum aureasque pepulisset, vt intelligi posset, id quod casus effudisset, &c.

Animum pellit species vtilitatis. Cic. 3. Offic. 54.

Visa nos & appetitionem pellunt. Cicer. 4. Acade. 59, Sed id disputari poterat subtiliter, &c. quemadmodum prima visa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulsa sequeretur, tum vt sensus ad res percipiendas intenderemus.

Crimina pellere ab aliquo. Ouid. 3. de Arte, 76.

Curas pellere vino. Horat. 1. Carm. ode 7. 6.

Glande famem pellere. Ouid. 14. Metam. 44.

Frigus pellere. Plinius libr. 20. cap. 3. 5, Item frigus pellit è pedibus aqua decoctum.

Humum pellere pedibus. Catul. in Epithal. Mallii, 56. 3.

Initium sermonis pellere, Commouere longum sermonem. Cicero de Claris Orato. 165, Longi sermonis initium pepulisti inquam Attice, remque commouisti noua disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus.

Nec pudeat pepulisse lyram. Ouid. ad Pisonem, 14.

Metum pellere. Cice. 4. de Finibus, 18, Vt pellatur mortis & religionis metus. Sic Pellere timorem animo, apud Plautum, quod Virgilius Mittere dixit.

Mœstitiam ex animis pellere. Cic. 1. de Finibus, 68.

Moram pellere. Ouid. 2. Metam. 168.

Morbos pellere arte Phœbea. Ouid. 3. Fast. 166.

Pericula pellere. Horat. 2. epist. 1. 28.

Sitim pellere. Horat. 2. Carm. ode 2. 3.

Segnes somnos pellere. Columel. lib. 10. 7.

Vestigia tantis pepulere somnum. Silius lib. 7. 61.

Timores pellere. Virgil. 5. Aeneid. 163. Cic. 2. Tuscul. 15.

Vmbras noctis pepulit Sol. Catul. de Berecynth. epig. 58. 9.

Pulsus, Participium: (ἐξελαυνόμενος, ἐλαυνόμενος,) vt Patria pulsus Aristides. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 4. 15.

Regnis pulsi. Virgil. 7. Aeneid. 44.

Solio pulsus ob inuidiam. Virgil. 10. Aeneid. 171.

Vi pulsus iniqua. Valer. 3. Argonaut. 99.

Reficere pulsos in prælia. Virgil. 11. Aeneid. 147.

Vulneribus pulsus. Virgil. 11. Aeneid. 12.

¶ Amor pulsus. Virg. 4. Georg. 64.

Arbor pulsa ventis. Lucret. lib. 5. 221.

Dolor pulsus corde. Virgil. 6. Aeneid. 77.

Fides pulsa auro. Propert. lib. 3. eleg. 13. 11.

Lyra pulsa manu. Ouid. 10. Metam. 41.

Macies pulsa fugit. Ouid. 7. Metam. 58.

Sensu pulsa natura sentit. Cic. 1. de Nat. deor. 39.

Nerui in fidibus pulsi. Cic. de Clar. Orat. 104.

Pudor pulsus. Ouid. 6. Metam. 75.

Taurus pulsus armentis. Lucan. lib. 2. 120.

Tympana pulsa manu. Ouid. 1. de Arte, 108.

Pulsus, huius pulsus, (ἀστραβός, κίνημα,) Actus ipse pellendi. Martialis libro 7. 6, Et vngularum pulsibus calens ister.

Pedum pulsu tremit tellus. Virg. 12. Aeneid. 89.

Imperus pulsusque remorum. Cic. 1. de Orat. 74.

Creber pulsus. Virg. 12. Aeneid. 107.

Sæcer æris pulsus. Valer. 6. Argon. 29.

Strepit machina pulsu. Stat. 1. Sylu. 1. 13.

Ex se sita sponte moueri, & Pulsu alieno agitari, contraria. Cice. 2. de Natu deorum, 45.

Inanimum est omne, quod pulsu agitatur externo. Cicero 1. Tuscul. 85.

Externus & aduentitius pulsus animos dormientium commouet. Cice. 2. de Diuinat. 188.

Imaginum pulsus. Cic. 2. de Diuinat. 204, Nulla enim species cogitari potest, nisi pulsu imaginum.

Pulsus arteriarum. Plin. lib. 2. cap. 97. 7, Quoniam & in corpore extrema pulsum venarum, id est spiritus magis sentiunt. Apud eundem, Pulsus venarum tardus aut languidus, aut citatus, Pulsus autem est vbi conuũgitur manus lacerto. Plin. lib. 11. cap. 37. 87, Arteriarum pulsus, in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum, in modulos certos, legesque metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus, descriptas ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter subtilitatem deserto. Alibi idem Plinius percussum appellat.

Venarum pulsus. Tacit. lib. 5, Et per speciem officii manum complexus, pulsum venarum attigit.

Pulso, pulsas, (πάλλω, κρούω, κόπτω, κτυπέω, κροαίνω,) pulsare, Frequentatiuum. Grani & vehementi ictu cædere & protrudere. Cic. 7. Ver. 111, Sex lictores circumsistunt valetissimi, & ad pulsandos, verberãdosque homines exercitatissimi. Ibidem, 5. 54, Videtis pendẽte alios ex arbore, pulsari autem alios & verberari.

Ictu crebro pulsarier. Lucret. lib. 4. 189.

Saxis pulsatur & hastis. Valer. 6. Argonaut. 137.

Murus pulsatur ab hoste. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 5.

Ligones pulsarunt arua. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 7.

Caput vento pulsatur & imbri. Virgil. 4. Aeneid. 50.

Pulsare ostium, fores, villam. Plaut. Amphit. 4. 295, Pulsabo fores. Idem Pœnul. 10. 29. Et Rud. 10. 5, intelligo, hanc, quæ proxima est, villam pulsare iussisti

Fores pulsauit. Ouid. 5. Metam. 90.

Limina pulsantur virga. Statius 1. Sylu. 2. 10.

Postes pulsare. Ouid. 2. Metam. 154.

Ostiatim pulsare. Quintil. lib. 5. cap. 10. 85, Neque quum proposita fuerit materia dicendi, scrutanda singula, & velut ostiatim pulsanda.

Pulsare lyram, vel citharam pectine: pro Canere vel ludere, aut (quod ait Virgilius) Cithara personare. Virgil. 1. Aeneid. 130.

–tam pectine pulsat eburno.

Vlulatus pulsat aures. Claud. de bello Gerico, 116.

¶ Pulsare, Lædere, violare. Virgilius 12. Aeneid. 58, Pulsatos referens infecto fœdere diuos. Hoc est violatos, læsos fractis fœderibus. Seruius.

Pulsare, ad animum refertur. Plau. Epid. 11. 3, Meumque pectus pulsat.

Pulsari & agitari. Cic. 1. de Natu. deor. 157, Nec tamen video quomodo non vereatur iste deus beatus ne intereat, quum sine vlla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna.

Crimine falso pulsari. Claud. de bello Gildon. 34.

Visione externa & aduentitia pulsari animos. Cic. 2. de Diu. 180.

Vecordia te pulsat. Ouid. 12. Metam. 46.

Pulsans, Participium. (πάλλων,) vt Cymbala pulsans. Iuuenal. Saty. 9. 7.

Pauor pulsans corda. Virg. 3. Georg. 22.

Pulsatus, pen. prod. Aliud participium. (κεκρουσμένος,) Plin. li. 12. cap. 9. 3, Pulsatæ fluctibus arbores. Et lib. 19. cap. 5. 28, Pulsatum in pila semen. Cic. pro Cælio, 14, Aiebant enim fore testem Senatorem, qui se Pontificiis comitiis pulsatum à Cælio diceret.

Aequor pulsatum remige. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 1.

Campus pulsatus assiduis equis. Ouid. 6. Metam. 44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ianua pulsata sepulchri. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 5.
Saxa pulsata Virgil. 3. Aeneid. 111.
Pulsatio, Verbale. (κρούσις,) Liuius 1. bel. Maced. 156. Ea maiore cum sonitu quàm vulnere vllo pulsatio scutorum paruimper succedentes Romanos retinuit. Cic. pro Cælio, 16.
Pulsator, pen. prod. A liud verbale. (κρουστής,) vt Citharæ pulsator Apollo. Valer. 5. Argonaut. 139.
Pulsandus, Participium. (κρουστέος,) vt Tellus pulsanda pede libero. Horat. 1. Carm. ode 37. 1.
Area pulsanda equis. Ouid. 3. Amor. eleg. 114. 4.
Pulsula, pulsulæ, pen. corr. (φλυκτωνάκι,) Diminutiuum, pro Ampulla, & pustula. Martialis lib. 14. 172,
Feruida ne trito tibi pollice pulsula surgat,
Exorient docilem garrula plectra lyram. Quo loco fortasse legendum pustula.
Pulto, pultas, (κόπτω κόπτω,) pultare, A supino pultum, quo antiqui vtebantur. Plaut. Pœnul. 10. 19, Ibo & pultabo iannam. Terent. Adel. 4. 4. 24,
Perii, horresco semper, vbi pultare hasce occipio fores. Idem Heaut. 2. 3. 34, Vbi ventum ad ædes est, Dromo pultat fores.
Pultare & Mertare antiqui dicebant, pro Pulsare & Mersare, vt ait Quintilianus libro 1. vnde est tam crebrò apud Plautum Pultare fores.

Pellos, siue Pellus, pelli, Earum autem genus quæ à Latinis ardeæ, siue ardeolæ dicuntur dicta à πέλας, aduerbio, quod significat Prope, quoniam non tam in sublime attollitur, quàm soleant aliæ species. Vide Plinium lib. 10. cap. 60.

Pelluceo, pellúces, pen. prod. pelluxi, (διαφαίνω,) pellucêre, Per mediũ lucere. Quintilianus, Sed vt inter se vincti, atque ita cocuntes, ne commissura pellucerat. Plaut. Aulul. 10. 30,
Quin extra inspicere in sole etiam vino liceat
Ita is pellucet, quasi laterna Punica. Idem Rud. 4. 14, Nam nunc pellucet, ea quàm cribrum crebrius. Celsus lib. 1. cap. 10, Si sanguis qui intio fluxerat, & rubere & pellucere cœperit. Idem paulo antè, Si sanguis rubet & pellucet integer est. Iuuen. Sat. 2,
Acer & indomitus, libertatisque magister
Cretice pelluces. Vide PERLVCEO.
Pellucens oratio. Ci. de Claris Orat. 149, Ita reconditas exquisitasque sententias mollis, & pellucens vestiebat oratio.
Quasi pellucet ex iis quas cõmemorauí virtutibus. Hoc est clara & aperta siue manifesta est ex his. &c. Cic. 2. Offic. 45. Vetustiora tamen exemplaria legunt perlucet.
Pellucidus & Pellucidul*. Adiectiua, (διαφανὴς) Vide. PERLVCIDVS.

Pelluo, pelluis, pellui, pellutum, pen. prod. (κατακλύω,) pellúere, Perfectè lauare. Vide PERLVO.

Pelluuium, pelluui, (παιδονιπτήρ,) Vas in quo lauantur pedes: à pedum lotione dictũ, vel, vt ait Festus, vas in quo manus lauãtur, alias peluis.
Pelluuia, pelluuiæ, Idem. (παιδονιπτῆς.)

PELOPONNESVS, pen. prod. (πελοπόννησος,) Regio Achaiæ, à Pelope Hippodamiæ viro dicta, & Tantali regis Phrygum filio, quasi Pelopis insula, quoniam pene insula est. Qui superato Oenomao Hippodamię patre in certamine, totum illud regnum in dotem accepit, & ex Phrygia secum in eam regionem duxit populum. Hæc Apie antè appellata, & Pelasgia peninsula, haud vili retetæ nobilitate posterenda. Circuitu trecentorum sexaginta trium millium passuum colligitur, angustiæ sex millium sunt, nisi erumpenta ediuerso quæ dicta sunt maria, hinc Corinthiacum, illinc Saronicum sinum efficiunt. In Peloponneso sunt Argos, Mycenæ, Corinthus, Lacedæmon, Patræ, Malea promontorium, Epidaurus: regiones, Arcadia Sicyonia. Peloponnesus hodie vocatur Morea.
In Peloponneso vixit Dicæarchus. Cic. Attico, lib. 6. 113. 4.
Elisin Peloponneso familias duas certas habet, Lacedæmonem vnam, alteram Glaridarum, aruspicinę nobilitate præstãtes. Ci. 1. de Diuin. 150.
Peloponne sus, Adiectiuum. (πελοποννήσιος,) Cic. Atti. lib. 6. 113. 4, Peloponnesiæ ciuitates omnes maritimas esse hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicæarchi tabulis credidi.

Peloponnesiacus, pe. corr. A liud adiect. (πελοποννησιακός,) Cic. 1. Offic. 119, Vt Callicratidas, qui quũ Lacedæmoniorũ dux fuisset Peloponnesiaco bello, multaque fecisset egregiè, vertit ad extremũ omnia, &c.

PELOPS, huius Pelopis, pen. cor. (πέλοψ,) Tantali potentissimi Phrygum regis filius fuit. Hic quum Hippodamiam Oenomai Pisæ regis filiam, coniugem desyderaret, iniquissimis conditionibus propositis ab Oenomao reiectus est: quæ res bellum suscitauit, in quo Myrtilo præfecto suo proditore, regno Oenomai Pelops potitus est. Hinc illæ poetarum fabulæ. Lege Diodori Siculi librum quintum. Dicitur autem curuli certamine congressus esse cum Oenomao. Quum enim didicisset ex oraculo Oenomaũ, se tunc moriturum quum filia nupsisset, multis illam petentibus, proposuit certamen quo victus interficeretur, victor filiam ducere et vxorem. Equorum instituit cursum ad aram Neptuni, quæ est in Isthmo Corinthiaco. Quum itaque plures equorum, quos perniciissimos habebat, velocitate superasset, superatosque peremisset.

Pelops equorum pernicitate vicit Oenomaum, adduxitque ex pacto vxorem Hippodamiam. Hac de re vide Ciceronem 3. Tusc. 44.
Equi Pelopis. Ci. 2. Tusc. 112, Vel equi Pelopis illi Neptuni, qui per vndas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te, & quò velis perferẽt.
Pater Pelopis, Tantalus. Horat. Epod. 17. 3.
Periuri Pelopis hæres. Catull. Argon. 69.
Insignis Pelops eburno humero. Virg. 3. Georg. 2.

Pelopidæ, (πελοπίδαι,) dicti sunt, qui à Pelope originem duxerunt. Cicero Curio, lib. 7. 29. 3.

Pelopeius, (πελόπειος,) Nomen possessiuum. Vnde Fabula de Pelope scripta, Pelopeia dicta est. Iuuenalis Saty. 17. 10, Præfectos Pelopeia facit Philomela Tribunos.
Arua Pelopeia. Ouid. 8. Metam. 125.
Pelopeus, Adiectiuum. (πελόπειος,)
Domus Pelopea. Propert. lib. 3. eleg. 19. 4.
Mœnia Pelopea. Virg. 1. Aeneid. 39.
Pelopeis, pen. prod. Patronymicum femininum, (πελοπηίς,)
Vndæ Pelopeides. Ouid. 4. Fast. 57.
Pelopeias, Aliud patronymicum femininum. (πελοπηιάς.)
Mycenæ Pelopeiades. Ouid. 6. Metam. 83.

Peloris, pe. pro. peloridis, f. g. (πελωρίς,) genus conchæ. Horat. 2. Sat. 4. 7, Murice Baiano melior Lucrina peloris. Pli. lib. 32. cap. 11. 5. & cap. 9. 5, Et pelorides emolliunt alium. Marr. lib. 6. ca. 11,
Tu Lucrina voras, me pascit aquosa peloris. Idem lib. 10. 37,
Et fatuam summa cœnare pelorida mensa,
Quosque tegit læui cortice concha breuis,

PELORIS, Pelóridis, (πελωρίς,) Idem quod Pelorus. Cic. 7. Verr. 5, Illis quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit ad Oceanum peruenire, quàm ad Peloridem accedere.

PELORVS, pen. prod. (πέλωρος,) Promontorium Siciliæ Italiam versus, à Peloro gubernatore nauis Annibalis, ibi sepulto. Pomponius, Annibal fugiens ex Africa, quum ad has angustias deueniret læuitatis plagi, & proditum se putasset, Pelorum gubernatorem nauis occidit & tumulauit. De hoc promontorio Lucanus lib. 2. 88. Extremi colles siculo cessere Peloro. Plin. lib. 3. cap 5. 37. & cap. 8. 2. Strabo lib. 6.
Angusti claustra Pelori. Virg. 3. Aeneid. 83.
Angusta sedes Pelori. Virg. 3. Aeneid. 138.
Siculi Pelori angusta. Ouid. 15. Metam. 141.
Ausonius Pelorus. Ouid. 5. Metam. 70.

Pelta, peltæ, (πέλτη,) Scutum breuissimum, in modum lunæ iam mediæ. Virg. 1. Aeneid. 99, Ducit Amazonidum Lunatis agmina peltis. Scuta Amazonica vocat Nonius. Plin. lib. 12. cap. 5. 2, Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet. Liu. 8. bel. Pun. 23, Mempum item quendam ex regis ducibus cum mille peltatis (pelta certe haud dissimilis est) Chalcidem mittit.
Lunatæ peltæ. Virgil. 1. Aeneid. 99.

Peltatus, pen. prod. Adiectiuum, (πελτατὸς,) Qui pelta vtitur, vt in præcedenti Liui exemplo.
Puellæ peltatæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 14. 1.

Peltifer, pen. corr. A liud adiect. (πελτοφόρος,) vt Puellæ peltiferæ. Stat. 12. Thebaid. 153.

Peltasta, peltastæ, m. ge. Idem. (πελταστής,) Liuius 1. bel. Maced. 140, Nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno iure bini castra in insidiis abdiderat.

Peluis, huius peluis, f. g. (λεκάνη, λουτήρ) quasi pede lauis, inquit Varro, quà pedum lauatione. Alii peluim sinum aquarium putant, in quo variæ res pelluuntur. Cato cap. 10. 2, Peluis vna.
Patulas effundere pelues. Iuuenal. Saty. 3. 27.

PELVSIVM, (πηλούσιον,) Vnum ex ostiis. Nili, & ciuitas in quadã Aegypti parte, quæ Augustanica est appellata, prope Thebaidẽ. Hanc vt bem condidit Pelens Achillis pater, monitu deorum post luitrationes. Eo enim tempore Pelens furiis agitabatur, quia fratrem Focum interemerat, & purgari quærebat. Iuxta Pelusium est optima lens.

Pelúsius, & Peluiacus. pen. corr. (πηλούσιος, πηλουσιακός,) Martial. in Xeniis, 9, Accipe Niliacam Pelusia munera lentem. Virgil. lib. 1. Georg. 40, Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.
Ora Pelusia. Lucan. lib. 8. 162.
Gurges Pelusiacus Nili. Lucan. lib. 10, 11.
Paludes Pelusiacę. Claud. de Phœnice, 3. 20.
Stamen Pelusiacum. Silius lib. 3. 5.
Pelusiana mala, (πηλουσιακὰ μῆλα,) legimus apud Col. lib. 5. cap. 10. 13.

Peminosus, pen. prod. Adiectiuum, (δυσαίδης,) Id est malũ odoris, ris, inquit Festus: à pedore dictũ. Proinde diphthongo scribendum esset. Varro de Re rust. li. 1. cap. 51, Solida terra pauitatis maximè si est argillosa, ne situ peminosa, in rimis eius grana obliterascant. Sic legit Festus. At exemplaria quædam legunt. Ne situ rimosa, in rimis eius grana oblitescant. Vetustiora tamen legunt pæminosa.

Penarius, Vide PENVS.

Penates, penul. prod. penatium, penatibus, (πατρῷοι θεοί, ἱερὰ ἑστίας,) Dicti sunt dii (inquit, Cicero 2. de Natura deorum, penus) siue à penu ducto nomine (est enim omne quo vescuntur homines, penus) siue ab eo quòd penitus insident, ex quo etiam Penetrales à poetis vocantur. Macrob. lib. 3. Satur. cap. 4. Penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Cuius nominatiuus singularis secundum aliquos est hic penas, secundum alios hic penatis. Plautus Merc. 11. 7, Ego mihi alios penates deos persequar, alium larem. Terentius Phormione, 2. 1. 81,
At ego deos penates hinc salutatum domum Deuortar. Cice. 6. Verr. 43, Iste continuò vt vidit, non dubitauit illud insigne penatium hospitaliumque deorum ex hospitali mensa tollere.
Dii patrii ac penates. Cic. pro Sylla, 61.
Certi penates. Virgilius 4. Georg. 31, Et patriam solæ, & certos nouere penates.
Desolati penates. Stat. 2. Sylu. 3. 14.
Iniqui penates. Horat. 2. Carm. ode 4. 3.
Magni penates. Virgil. 9. Aeneid. 52.
Miseri penates. Virgilius 2. Georg. 101, Hic petit excidiis vrbem miserosque penates.
Parui penates. Virgil. 8. Aeneid. 109.
Patrii penates. Virgil. 2. Aeneid. 154.
Patrii penates familiaresque. Cic. pro Domo sua, 111.
Regii penates, Domus regis. Seneca Herc. Oetheo, 4. 69.
Sacri penates. Seneca Octauia, 4. 13.
Tenues penates. Seneca Hippol. 2. 25.
Illusos penates deserit. Ouid. 9. Metam. 128.
Eiicere aliquem à suis dis penatibus. Cic. pro Quintio, 55.
Inclinatos penates erigere. Stat. 3. Sylu. 3. 34.
Exterminare aliquem à suis diis penatibus. Cic. pro Sestio, 23.
Florebant hilares, incusíque penates. Stat. 5. Sylu. 1. 20.
Auertos penates mollire hostiã. Horat. 3. Carm. ode 23. 5.
In conspectu deorum penatium necare hospitem. Cic. pro Deiotaro, 9.
Pollutos penates perfudit multo sanguine. Ouid. 1. Metam. 31.
Ponere penates suos aliquo loco. Ouid. 1. Metam. 36.
Violare penates. Stat. 3. Thebaid. 77.
Penatiger, penul. cor. Adiectiuum, (ὁ ἱερεὺς τῶν θεῶν φέρων,) Ouidius 15. Metam. 90, Penatigero Aeneæ.

Pendeo, pendes, pependi, pensum, pendêre, penult. prod. (κρέμαμαι, κρεμάζομαι, σωπερέλκομαι,) Suspẽsum esse. Terent. Eun. 5. 7. 20,
Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas
Flagitis. Plaut. Amphit. 4. 126.
Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo,
Nisi tetum voam, verberatus quã pependi perpetem. Idem Pseu. 7. 13,
Si mea arbitratu liceat, omnes pendeant,
Gestores linguis, auditores auribus.
Nati pendent circum oscula. Virgil. 1. Georg. 105.
Palatasta pendent à mento crurum teous. Virg. 3. Georg. 11.
Pendere ab. Cic. 6. Verr. 66, Verum tamen inerat in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis, sagittæ pendebant ab humero.
Ad utrãque pendere, Vide AD præpositionem.
Pendere de. Martialis lib. 13. 100,
Pendentem summa capream de rupe videbis
Casuram speres, decipit illa canes.
Capellæ pendent de rupe dumosa. Virg. 1. eclog. 16.
Fistula pendet de collo. Virg. 3. Aeneid. 133.
Pendere ex. Cicero 5. Verr. 54, Videtis pendere alios ex arbore. Plinius libro 16. cap. 44. 5, Ibi platanus ostenditur, ex qua pependit Marsya, victus ab Apolline.
In arbore pendere. Cic. 5. Verr. 45.
Poma pendeut in arbore. Virgil. 1. eclog. 8.
In fluctu summo pendere. Virg. 1. Aeneid. 22. De natantibus dicitur.
Corpus pependit aquã. Ouid. epist. 17. 11.
Pendere per pedes. Plaut. Afina. 2. 35, Nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes. Plin. lib. 2. cap. 5. 2, de terra, Eandemque vniuersi cardine stare pendentem, librantem per quæ pendeat.
Latere pendẽre. Cic. in Pisonem. 34, Tu naufragio expolius vspiam saxis fixus asperis euisceratus latere penderes (vt ait ille) saxa spargens tabo, sanie, sanguine atro.
Pendere, pro Sustentari vel potius inniti. Ouidius, Pendet & à vestra nostra salute salus.
Salus nostra pendet tua, Silius lib. 3. 23.
Spe exigua extremaque pendet salus nostra. Cic. pro Flacco, 3. Casu pendet domus ab vno. Lucan. lib. 5. 154.
Pendere ad. Seneca de Tranquillitate vitæ, Quod necesse est ad sua vota pendentibus, tota vita pendeat.
In sententiis omnium ciuium famam nostram fortunamque pendere. Cicero in Pisonem, 78.

Vitam omnium ex vnius pendere. Cic. pro Marcello, 13.
Aliunde pendere, & extrinsecus aut bene, aut malè viuendi suspensas habere rationes. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 2.
Cantilenam totam istam ex hoc pendere, vt quamplurimum lucrifaciant. Brutus Ciceroni, lib. 11. 20. 5.
De aliquo pendere. Horat. 1. epist. 1. 21,
-rerum tutela mearum
Quum sis, & lectum prauè stomacheris ob vnguem
De te pendentis, te respicientis amici.
Respub. pendet à Bruto. Cic. ad Atticum lib. 14. 318. 3, Quòd errare me putas, qui Rempublicam putem pẽdere à Bruto: sic se res habet, aut nulla erit, aut ab isto, istíve seruabitur.
Tui, & qui ex te pẽdent. Cic. Domitio, lib. 6. 22. 5, Incolumitati tuæ tuorumque, qui ex te pendent, consulas.
Pendere ex arbitrio alterius, quod vulgus dicit Esse subiectum alterius voluntati. Liu. 5. bel. Maced. 125, Ea autem in libertate posita est quæ suis stat viribus, non ex alieno arbitrio pendet.
Pendere ex errore imperitæ multitudinis. Cicero primo, Officio. 94, Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus.
Pendere ex fortuna. Cic. in Parad. 19, Cui spes omnis & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna: hunc nihil potest esse certi, nihil quod explorãtum habeat, permanurum sibi vnum diem.
Terrorem & suspicionem omnem ex improbitate alicuius pendere. Cicero pro Sylla, 49.
Pendere ex laude. Quintil. lib. 4. cap. 2, de narratione, Perire artem putamus, nisi appareat, quum desinat ars esse, si apparet, pendemus ex laude, atque hanc laboris nostri ducimus summam.
Ex aliena leuitate pendẽre. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 1.
Bellum pendet ex vna origine. Ouid. 1. Metam. 38.
Sapientẽ ex insipientiũ sermone pendere, quid turpius? Cic. 2. de Fin. 82.
Pendent rationes ex coniecturis: Hoc est, ex coniecturis sumuntur & ducuntur. Cic. 4. Acad. 107, Non quæro rationes eas, quæ ex coniectura pendent, quæ disputationibus hac & illuc trahuntur. Quintil. lib. 2. cap. 1. 6, Sed hoc ipsum ex superiore pendet quæstione.
E scripto pendẽre. Quint. lib. 7. cap. 4. 5, Diuersum est genus, quum controuersia consistit in nomine, quod pendet è scripto.
Ex quo verbo tota illa causa pendet. Cic. 2. de Orat. 69.
Ex verbis ius non pendet, sed verba seruiunt hominum consiliis & authoritatibus. Cic. pro Cecinna, 38.
Pendẽre promissis, Est moueri promissis & afficì. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 21. 4, Cæsaris amore, quem ad me perscripsit, vnicè de lector: promissis iis quæ ostendit, non valde pendeo.
Pendẽre spe cæca, atque expectatione obscura. Cic. 2. de Lege agrar. 68, Nolo suspensum & incertam plebem Rom. obscura spe & cæca expectatione pendẽre. Et paulo pòst, 80, An ignoratis cætera illa magnifica Populi Rom. vestigalia, perleui sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendẽre?
Pendere spe extrema. Cic. pro Flacco, 3, Quamobrem nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos Iudices, nõ authoritatem quæ amissa est, sed salutem nostram, quæ spe exigua extremaque pendet, tenuerimus, nihil est pretera quò consugere possimus.
Fortuna ducum pendet. Lucan. lib. 2. 9.
Pendere leui momento fides dicitur, quæ facilè corruit. Liu. lib. 2.
Pendere, pro Pondus efficere, inquit Budæus. Plin. lib. 18. cap. 7. 17, In transpadana Italia scio vicenalquinas libras farris, modios pendẽre. Idem lib. 11. cap. vltimo, Cyathus pendet per se drach. x. Ibidem, Mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. In eadem significatione legitur & Pendo, pendis, per tertiam coniugationem. Idem lib. 9. cap. 30. 5, Reliquiæ asseruatæ miraculo pependere pondo D C C. De quodam polypo. Ibidem, cap. 15. 1, Præcipua magnitudine thynni. Inuenimus talenta quindecim pependisse.
Pendere, Nimio desyderio alicuius rei intentum esse, & cessare ab omni alio opere, idque vnum solicitè expectare. Ouid. 1. epist. 6, Narrãtis coniux pendet ab ore viri. Virg. 6. Aeneid. 31, Dum consulta petis, nostroque in limine pendes. Idem 4. Aeneid. 16.
Pendere, Cruciari, Suspensum ac dubium esse. Plautus Afin. 12. 27, O Litane, vt miser est homo qui amat. 21. imò hercle vero, Qui pendet multò est miserior. Cice. ad Atticum, lib. 4. 84. 6, Ne diutius pendeas, palmam tulit.
Ex futuris pendere, & Frui præsentibus, contraria. Cice. 1. de Finib. 95, Neq; pendet ex futuris, sed expectat illa, fruitur præsentibus, ab hisq; vitiis quæ paulo antè collegi, abest plurimum.
Pendet animus. Terent. Adelph. 2. 2. 18, Coemisse, hinc quæ illuc veheres multa nauem conductam: hoc scio,
Animus tibi pendet: vbi illinc spero redieris, tamen hoc ages.
Animis pendere. Cic. 1. Tuscul. 151, Quod si expectando & desyderando pendemus animis, cruciamur, angimur.
Pendere animi, pro Animo more antiquo: Id est Dubium esse. Plautus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Merc.4.18, - ego animi pendeo,
Quid illud sit negotii, lubet scire me. Tereé. Heaut.4.4.5, - cũ is certè
Renuntiarit, Clitipho cum spe pendebit animi. Cælius Ciceroni, lib.
8.5.1, Quæ tu cura es, quod ad pacem prouinciæ, finitimarumque re-
gionum attinet, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo. Cic.
Attico, lib.8.149.2, Pendeo animi expectatione Cotiniensi, in qua
de salute Reipub. decernitur. Ibidem, lib.11.220.1, Tuis tamen lectis
literis, putaui aliquid rescribendum esse: maxime, quòd ostendis te
pendere animi, quamnam rationem sim Cæsari allaturus profectionis
meæ, tum, quum ex Italia discesserim. Eidem, lib.16.336.11, Ego ve-
rò, quicquid est, tecum potius, quàm animi pendeam, quum à te absim.
Sic 1. de Legib.14, Et ego animi pendere soleo, quum semel, &c.
Et 4. Tuscul.54.

¶ Pendere, Cessare. Virg.4. Aeneid.18,
- pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes. Hoc est, Intermittuntur ad tempus: aut Imper-
fecta remanent.

¶ Pendere rei inde dicebantur, quòd eorum nomina in programmate,
id est tabella pendula publicè proposita, atque suspensa erant. Sue-
ton. in Domitiano, cap.9, Reos qui ante quinquennium proximum
apud ærarium pependissent, vniuersos discrimine liberauit: nec re-
peti nisi intra annum, eaque conditione permisit, vt accusatori, qui
causam non teneret, exilium pœna esset. Idem de Claudio Cæsare,
ante eius imperium, cap.9, Postremò etiam sesterria octogies pro in-
troitu noui sacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris angu-
stias decidit, vt quum obligatam ærario fidem liberare non posset, in
vacuum lege prædiatoria vænalis pependerit sub edicto Præfecto-
rum. Quibus verbis Tranquillus significat Claudii bona prædia, id
est publicè obnoxia, edicto Præfectorum ærarii diu vænalia pepen-
disse, quum emptorem non inuenirent. Ex Budæo.

Pendens, pendentis, Participium, (κρεμῶν,) siue Nomen ex participio.
Terent. Phorm.1.4.44, Tu iam lites audiesse ego plectar pendens.
Pendentes alæ. Plin. lib.10.cap.38.1.
Anelli pendentes ex se. Lucret. lib.6.183.
Brachia pendentia collo. Tibul. lib.3. eleg.7.3.
Cœlum pendens. Ouid.7. Metam.118.
Causæ ex æternitate pendentes. Cic. in Topic 30.
Fata pendentia. Plin. lib.29.cap.1.20, Ne auaritiam quidem arguam, ra-
paceſque mundinas pendentibus fatis, & dolorum indicaturam, ac mor
tis artem, aut arcana præcepta.
Nubila pendentia. Ouid. 1. Metam.54.
Vtque manus latè pendentia nubila pressu.
Pueri pendentes circum vbera. Virg.8. Aeneid.126.
Scopuli pendentes. Virg.1. Aeneid.35.
Pendens vinum, Quod adhuc in ipsa vite pendet, & necdũ ex ipsis vuis
expressum est. Cato cap.147, Lege hac vinum pendens vænire opor-
tet. Apud eundem etiam capite superiori legitur Oleum pendens.
Péndulus, pen.corr. Adiect. (ἐπικρεμής.) Quod pendet. Ouid.epist.1.2,
Lassaret viduas pendula tela manus. Varro 1. de Re rust.ca.9.3, Labris
subnigris, aut rubicundis, neq; resimis superioribus, pendulis subtus.
Collum pendulũ zona lædere, Suspendere se. Horat.3. Carm.ode 27.12.
Palearia pendula. Ouid.7. Metam.14.
Bombyx pédulus, qui ex filis quos texit, pédere videtur. Mart.lib.8.34.
Putator penilulus. Colum lib.10.13,
Quæ canat inter opus musa modulante putator
Pendulus arbustis.
Loca pendula. Colum.lib.2.cap.18.2, Tum deinde macriora & pendula
loca mense Februario, luna crescente, simo iuuanda sunt.
Spe pendulus dubiæ horæ. Horat.1.epist.19.23.
Péntilis, & hoc pénsile, pen.corr. (κρεμαστός,) Quod suspensum & subli-
me est. vt Pensilis ortus, qui supra ædificia factus est, hoc est in solá-
rio, vel in aere sublimis.
Vua pensilis. Horat.2.Serm.saty.2.25, - tum pensilis vna secundas
Oiganbat mensas.
Homo pensilis, Qui suspensus est. Plaut. Pseud.3.87,
Reisign volo mihi emere. p. quamobrem? c. qui me pensilem faciam.
Pensilis tectus, Pensiles lychni, quòd suspensi sunt, & in aere pendentes:
vt ait Valla.
Pensilis vrbs, quæ subter cauata est: & Pensilis ortus. Plin.lib.36.cap.14.
1, Leguntur & pensiles ortos, imò verò totum oppidum fecisse Aegy-
ptiæ Thebæ, exercitus armatos subitò educere solitis regibus, nullo
oppidanorũ sentiente. Idem lib.19.cap.5.1, Nullo quippe nõ die con-
tigit ei, pensiles eorum ortos promouentibus in soles rotis olitoribus:
rursusq; hybernis diebus intra specularium munimenta reuocantibus.
Pensilia vehicula, pro Lecticis.
Pensiles balineæ. Plin.lib.10.cap.3.51. & lib.9.cap.54.1.
Pensile horreum, quod nos vocamus granarium, quòd sit in altiore do-
mus loco. Colum.lib.1, Sed nos in nostris regionibus, quæ redundant
vligine, magis illam positionem pensilis horrei probamus. Idem lib.
12.cap.50.3, Esse oportet pensile horreum quo imponantur fructus.
Pensum, pensi, (ἔριον,) Manipulus laneæ vel lini qui pendet ex co-
lo, & fuso trahitur, vnde Trahere pensa, pro eo quod Nere dicimus,
& vulgus filare. Ouid.lib.2. Fast.149, Lumen ad exiguum famulæ data
pensa trahebant. Idem epist.3.15. Iustinus lib.1, Pensa inter virgi-
nes partientem. Plaut. Menæch.17.37,
- dare vna illi opera pensum postules,
Inter ancillas sedere iubeas, lanam carpere.
Ferrata pensa Parcarum. Claud.1. de raptu Proserp.11.
Seuera pensa Parcarum. Ouid. ad Liuiam, 47.
¶ Grauibus pensis affixa puella. Tibul. lib.1. eleg.3.18.
Carpere pensum, Vide CARPO.
Nocturna carpentes pensa puellæ. Virg.1. Georg.78.
Inexorabile pensum deficit. Stat.3. Sylu.3.35. Pensum Parcarũ intelligit.
Ducere pensa. Claud.1. in Eutropium, 100.
Pensum facere. Plaut. Merc.7.56,
Nihil opus nobis ancilla, nisi quæ texat, quæ molat,
Lignum cædat, pensum faciat, ædes verrat.
Peragunt pensa duræ sorores. Senec. Here fur.3.4.
Infecta pensa reponunt. Ouid.4. Metam.2.
Pollice pensa trahere. Ouid. ad Liuiam, 47. & 2. Fast.149.
¶ Pensum, aliquando capitur pro filis. Virg.9. Aeneid.96, de textrice,
Excussi manibus radii, reuolutaque pensa.
Mollia pensa deuoluunt fusis. Virg.4. Georg.70.
¶ Pensum, per translationem, est officii cuiusque perfunctio, inquit Bu-
dæus. Liuius de Licinio, Principio statim anni quum velut pensum,
nominis familiæque seditiones legibus Agrariis promulgandis cieret.
Cic. lib.3. de Orat.65, Nunc ad reliqua progrediar: meque ad meum
munus pensumque reuocabo. Translatio est ab ancillis pensa dedu-
cenda à matronis capientibus.
Absoluere pensum, Vide ABSOLVO.
Accurare pensum, Vide ACCVRO.
Conficere pensum, Vide CONFICIO.
Exigere pensum. Cic.5. Verr.29, Pensum magis in Leontino agro est exi
gendum, propter hanc causam, quòd ipsi Leontini publicè non satis
me multum adiuuerunt.
Imperare pensa. Quintil. lib.3.cap.7.5, Vt si in laude Herculis, perma-
tatum cum regina Lydiæ habitum, & imperata (vt traditur) pensa
orator excuser.
Pensum peragere. Colum.lib.3.cap.10.6, Vnumque est ei propositum
peragere operis sui pensum.
Pensum, pensi, in alia significatione, Vide PENDO.

Pendo, pendis, pependi, pensum, pendere, pen.corr. (κρεμάννυμι, κρέμαμαι,) Actiuum, significat propriè Ponderare: à Pendeo,
quòd quæ ponderantur, ex libra pendent.
Pendere, (πωτᾶσθαι, κγῆσθαι,) per translationem, pro Consyderare, siue
æstimare. vnde fit Magnipendo, Floccipendo, Parnipendo, Multi-
pendo, Nihilipendo: Id est in magna, parua, nulla æstimatione habeo.
Plautus Bacchid.4.29, Rogas? imò vnicè vnum plurimi pendit. Te-
rentius Heaut.1.1.103, Tu illum nunquam ostendisti quanti pende-
res. Cic. pro Quintio, 3, Si apud hoc consilium ex opibus, non ex veri
tate causa pendetur, profectò nihil est iam sanctum atque syncerum
in ciuitate. Idem 6. Verr.1, Ego quo nomine appellem nescio. rem vo
bis proponam: vos eam suo nominis pondere penditóte.
Spectare & pendere. Cic. in Orat.29, Quòd si in philosophia tantum in-
terest quemadmodum dicas, vbi res spectatur, non verba ponderantur:
quid tandem in causis existimandum est, &c.
Pendere res leui coniectura. Cic. pro Roscio Amer.37, In quo scelere fu
dices, etiam quum multæ causæ commenisse vnum in locum, atque in-
ter se congruere videntur, tamen non temerè creditur, neque leui
coniectura res penditur, neque testis incertus auditur, neque accusa-
toris ingenio res iudicatur.
Magni pendi. Lucret.lib.6.257, Nec iam religio diuũm, nec numina ma
gni Pendebantur.

¶ Pendere, Soluere. Liuius 1. ab Vrbe, 189, Ad equos emendos dena
millia æris ex publico data, & quibus equos alerent, viduæ attributæ,
quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Salust. Semper illis
reges tetrarchæ vectigales erant, populi, nationes stipendia pendere.
Plaut. Epid.5.44,
At tributus quum imperatus est, negant pendi posse:
His quibus tributus maior penditur, pendi potest. Sueton. in Domi-
tiano, cap.12, Præter cæteros Iudaicus fiscus acerbissimè actus est, ad
quem deferebantur qui velut professi, Iudaicam intra vrbem viuere
vitam, vel dissimulata origine, imposita genti tributa non pependis-
sent. Liuius 4. bel. Maced.225, Et quasdam vrbes vectigales Carha-
giniensium sibi coegit stipendium pendere.
Pecuniam alicui quotannis pendere. Cic. de Prouinc. Consul.4.
Tributum pendere. Ouid.8. Metam.53.
Pendere vectigal. Cic. ad Qu. Fratrem, lib.1.1.50.

Péndere vsuram. Cic. ad Atticum, lib.12.14.2.8, Sunt enim quæ vendere
facile possim, sed vt non vendam, vsuram pendam à quo emero.
Grates digna pendere, Stat.11. Theb.45. Id est referre gratiam.
Péndere pœnas, Propriè dicitur qui ob delictum pœnas soluit. Virgil.6.
Aeneid.4,
- tum pendere pœnas
Cœropidæ iussi. Ex eo tractũ est (vt ait Festus) quòd ære graui vte-
rentur Romanico penso, non numerato, debita soluebant: vnde etiam
Pensiones dictæ. Cic.3. de Nat.deo.117, Illos conseruari melius fuit,
quàm pœnas sceleris Varium pendere. Idem ad Atticum, lib.11.216.
1, Maximas pœnas pendo temeritatis meæ, quam tu prudentiam mihi
videri vis. Cæsar 6. bel. Gal.14, Ne communi odio Germanorum, in-
nocentes pro nocentibus pœnas pendant.
Pœnas pendere pro scelere. Lucret. lib.5.24.
Pendere pœnas magistro. Plaut. Asin.9.77. Atque etiam pro istis maledi-
ctis pœnæ pendentur mihi hodie. Idem Bacchid. 8.21, Ante solem
exorientem nisi in palæstram veneras,
Gymnasii præfecto haud mediocres pœnas penderes. Pro Vapulabas
à magistro.
Pendere pœnas tergo. Ter. Heaut.4.4.6, Syrus mihi tergo pœnas pẽdet.
Pœnam exilio pendere. Ouid.10. Metam.47.
Pœnas pendunt ex fidere. Ouid.10. Metam.119.
Pendere supplicia. Plin. lib.29.cap.4.1, Eadem de causa supplicia annua
canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani, vini in furcas sam-
bucea arbore fixi. Liu.4. bel. Maced.223, Satis pro temeritate vnius
hominis supplicium pensum esse.
Penditur, penult. corr. Impersonale, (κρέμαται.) Plin. lib.12.cap.14.12,
Iteramque imperii nostri publicatus penditur.
Pensus, Participium, (κρεμασθείς,) Ponderatus. Ouid.14. Metam.54,
- & aduertens pensas examinat herbas. Id est Ponderatas. Neque
enim pharmaca, nisi ponderentur, rectè componi possunt.
Pensó, pensas, (ἐπικρεμάννυμαι,) pensare, à pendo vel pendeo, Frequenta-
tiui, Sæpe pónderare. Liu.8. bel. Maced.106, Mulier lingua sua ità inge
rent ferrũ, & Centurionem pensantem aurum, occiderent, imperauit.
Pensare amicos factis, Aestimare, & secernere ac ponderare. Liu.4. bel.
Maced.184, Reliquas ciuitates monere, vt factis, non ex dictis amicos
penserent: intelligantque quibus credendum, & à quibus cauendum sit.
Et paulo pòst, Ad hæc Quintius, Quandoquidem (inquit) honestà pen
tanus, fac aut sola, aut prima certe pensari decet.
Pensare singula, Reuoluere consyderare diligenter. Curtius lib.7, Ibi sine
arbitris singula animi consulta pensando, noctem vigiliis extraxit.
Pensare aliquid ex alio. Valerius Max. lib.1, Deductus, ac missus ad Se-
natum legatus, vt ex se & vno sene complures Pœnorum iuuenes pen
sarentur, in contrarium dato consilio Carthaginem petit. Id est existi-
marentur, ita vt pro se, scilicet Regulo, multi Carthaginiensium iuue-
nes captiui redderentur.
Triuiná pensantur eiusdem scriptores Romani. Horat.2. epist.1.6.
Pensare vicem, pro Supplere. Plin lib.31.cap.6.5, Fota quoq; apud me-
diterraneos, aquæ marinæ vicem pensat.
Pensare argento, pro Emere, Columella dixit, teste Budæo.
Pensare, pro Redimere. Liuius, Veteribus benefactis noua pensantes ma
leficia. Id est, subleuantes & redimentes. Tacitus, Vtrebellis coloniæ
ruinis tot castrorum excidia pensarentur. Quint lib.2. cap.12.4, Ve-
rum & raró euenit, & cætera vitia non pensat. Budæus.
Pensare, pro Compensare. Tacit. lib.20, Sed neque hæc continua, & in-
teruentu meliorum pensantur.
Pensare beneficia. Senec. de Benefic. lib.3.cap.9, Hæc quis æstimabit? quis
similibus beneficiis iubebit beneficia pensari?
Pensare crimen vna laude. Plin. lib.9. cap.25.1, Quæ crimina vna lau-
de pensat fluxus grauidarum vtero sistens, partusque continens ad
puerperium. De echineide.
Damnum numeri pensare. Claud.1. de raptu Proserp.16.
Lætitiam mœrore pensare. Plin. lib.7. cap.40.1, Quid, quod bona ma-
lis paria non sunt, etiam pari numero: nec lætitia vllo minimo mœro-
re pensanda.
Laudem pensat cum crimine. Claud.4. Paneg.23.
Pensare maleficia beneficiis. Liu.7. bel. Macedon. Veteribus benefactis
noua pensantes maleficia.
Padorem pensare nece. Ouid. epist.2.29.
Præmia pensamus palmæ. Stat.1. Achill.14.
Pensans, Participium, (ἐπικρεμώμενος,) Sil. lib.4.31, -& vertice sacro
Pensanteis aurum Celtas vmbone ferebat. Id est, ponderantes au-
rum, vel ad pondus accipientes.
Damna pensans meliore marito. Sene. Oedip.5.18.
Pensandus, Aliud participium, (ἐπικρεμαστέος,) vt
Titulus pensandus meritis. Ouid.13. Metam.75.
Pensatus, pen. prod. Similiter participium, (ἐπικρεμασθείς,) vt
Sententia belli diu pensata. Sil. lib.7.45.
Pensator, pen. prod. Verbale, (ἐπίκριτος,) Plin. lib.33.cap.3.5. Pensato-
res, libripendes dicuntur.

Pénsito, tas, pen.cor. (ἐξετάζομαι, ἐπικρεμῶμαι,) pẽsitare, Aliud frequen-
tatiuum, Sæpe vel frequenter ac diu pónderare, examinare. Plin. lib.7.
cap.7.2, Is demum profectò vitam æqua lance pensitabit, qui semper
fragilitatis humanæ memor fuerit. Gellius lib.1, Aut virtutes pensita-
bat, aut vitia rimabatur, vt iudicium esse factum adamussim diceres.
Liu.4. ab Vrbe, 175, Itaque ne ab se imperatoria consilia, neu Consula
res artes exquirerẽtur, quæ pensitanda quoque magnis animis atque in-
geniis essent, sed quod viderit, referre posse.

¶ Pensitare, Frequenter & sæpe soluere. Plin. lib.12.cap.17.9, Tradit
singula millia talentũm thuris annua pensitasse Arabas regibus Persa-
rum. Cic. pro Lege Manil.10, Quo tandem animo esse existimatis aut
eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent, atque exi-
guos? Idem 5. Verr.141, Pecunia publica ex ærario erogata ex vecti
galibus Pop. Ro. ad emendum frumentũ attributa, fuerit ne tibi quæ-
stui, pensitaritne tibi binas centesimas.
Immunia prædia, & Prædia quę pensitant aliquid, cõtraria. Cic.2. de Lege
agrar.6. Immunia cõmodiore cõditione sunt quàm illa quæ pensitant.
Pensitatio, (ἐπικρέμασις,) Verbale. Plin. lib.19.cap.6.5, Et tunc propera
re præteriti temporis pensitatione.
Pensitátor, penul. prod. pensitatóris, (ἐπικρεμαστής,) Ponderator. Gellius
lib.17.cap.1, Verborum pensitatores subtilissimi.
Pensiculo, pensiculas, pen.corr. (ἐπικρέζομαι,) pensiculare, Idem quod
Pensitare. Gellius, Pensicula vtrunque moderatè, reperies suo quod-
que in loco sonare aptissimè.
Pensitátus, pen.pro. (ἐπικρεμασθείς,) Participium, siue Nomen ex partici-
pio, vt Res pensitata. Plin. epist.8, d, Nos contrà, multũ ac diu pensita-
tos amor liberalitatis communibus auaritiæ vinculis eximebat.
Pésio, pésionis, f.g. (ὕστερον,) Id quod pro aliqua re soluitur, id est quod
datur pro rei alicuius vsu, aut agri, aut domus. Cic. Leptæ, lib 6.18.6,
Teneor tamen dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primã pen-
sionem. Sueto. in Vespasiano, cap.13, Reprehẽdenti filio Tito, q; etiã
vrinæ vectigal cõmentus esset, pecuniam ex prima pẽsione admouit ad
nares, sciscitans num odore offenderetur. & illo negãte, Atqui (inquit)
è lotio est. Cic. pro Rosc. Comœdo, 10, Cur tam sero? cur quum altera
pensio soluenda esset, non tum, cum prima? Idem 2. Philipp.108, Et-
enim ista tua minimè auara coniunx, quam ego sine contumelia de-
scribo, nimium debet diu Populo Romano pensionem tertiam. Idem
ad Atticum, lib.11.212.3, De pensione altera, oro te omni cura con-
sydera quid sit faciendũ. Liu.6. bel. Maced.16, Et stipendiũ quod prio
ribus pensionibus in multos annos deberent, præsens omne daturos.
Soluta ante diem pensio. Cic. Attico, lib.16.332.2.
Pensúncula, penult. corr. Diminutiuum, (ἐστιαμάτιον,) Colum. lib.10. in
Præfat. Fœnoris tui Sylume, quod stipulati spopondertam tibi, reli-
quam pensunculam percipe.
Pensum, pensi, (ἐπικρεμασμός,) Quasi dicat cogitatum, siue meditatũ. Plaut.
Truc.16.51, Nihil me, perdidi omne quod fuit, sic impudens,
Nec mihi adest ad illum pensi. Id est Nihil curo, Floccifacio.
Pensi esse, vel habere. Liu.4. bel. Maced.118, Et hercule si tales effetis,
quales esse Carthaginienses fama est: apud quos nihil societatis fides
sancti haberet: in me quoque vobis quid facieretis, minus pensi esse, non
miraret. Idem lib.4. Decad.4, Sed illis nec quod dicerent, nec quid
facerent quicquam pensi fuisse. Salust. in Catil. Neque id quibus mo-
dis assequereturr, dum sibi regnum pararet, vnquam pensi habebat.
Idem, Nihil pensi neque sancti habere quoad semet præcipitauit. Idem
in Catil. Neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. Taci-
tus libro 13, Neque fas, neque fidem pensi habere prouisum erat.
Idem libro 17, Neque modum oneris quisquam, neque genus quæstus
pensi habebat. Tranquillus in Domitiano, cap.12, Nihil pensi ha-
buit quin prędaretur omnimodo bona viuorum ac mortuorum. Quin
tilianus, Nihil pensi habere videas quosdam. Idem libro 11. cap.1,
Ex quo ipso mentis habitu manifestum sit, eam in suscipiendis, quàm
in agendis causis nihil pensi habere. Gellius libro 13. cap.12, Ra-
tum tamen, pensumque nihil haberet, nisi quod iustum, sanctumque
esse in Romanis antiquitatibus legisset. Nihil pensi habere est flocci-
facere, inquit Budæus.
Pensior, & hoc pensius, (ἐπικρεμαστότερος,) Plaut. Sticho, 3.61,
- age tu, altera vtra sit condatio pensior,
Virginem, an vidoam haberet? Gell. lib.12. cap.5, Vt nihil quicquam
esset charius, pensiusque nobis, quàm nosmetipsi. Idest, æstimatius &
pretiosius. nam quæ maximi facimus, sæpe nobis pensa sunt.

Pene, Aduerbium, (παρολίγον.) Id est ferè Plautus Epid.5.17, Pe-
nè in cursu concidi. Idem Persa, 4.33, Nimis penè mane est.
Terentius Adelphis, 2.4.8, Sed hoc mihi dolet, nos penè serò scisse.
Idem Andr.4.5.41, Iocularium in malum insciens penè incidi. Cic.
ad Q. fratrem, lib.3.17.24, Ille mihi secundum te & liberos nostros
ita est vt sit penè par. Idem pro Roscio Amer.41, Pene dicam re-
spersas manus sanguine.
Penè amicus aliquis. Cice. Lentulo, lib.1.4.2, Eo die acerbum habuimus
Curionem, Bibulum multo iustiorem, penè etiam amicum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Penè par oratori poeta multis ornandi generibus.Cic.1.de Orat.36.
Penè iam factus ille. Cic. Cœlio, lib 2.8.5, Quid quæris? dum irrideo, penè sum factus ille.
Penè simul Cum rupta solitia Virg. 9.eclog. 3.
Penè dicam. Cic. pro Roscio Com ed. 9, Si qua enim sunt priuata iudicia nimiæ existimationis, & penè dicam capitis : nia hæc sunt, fidelitæ, tutelæ, societatis.
Penillumé, (πενιλλοτατον,) Suplatiuũ formauit Plautus in Aulul.14.8,
- me intos gallus gallinaceus,
Qui eiat anui peculiaris, perdidit penillumé. Id est, penè nihil defuit quin me perderet. Sunt qui supo latinum esse velint à Penitus. Idem Mostel.ita mea consilia pernerit penillumé.A Penè deduci vult Priscianus lib.15.
PENELOPE, pen.corr. (πηνελόπη,) Filia Icarii, & vxor Vlysis : cui ad bellum Troianum profecto, fidem & pudicitiam seruauit, licet à multis procis solicitaretur, quos lanificio frustrari solebat. Nam his semper se consensuram, abiolutà tela, pollicebatur. Sed vt eos longius frustraretur, noctu retexebat, quod interdiu texuisset. Dicta ab auibus quæ penelopes dicuntur, cuius nominatiuus singularis est Penelops, quum prius Arnea vocaretur, quasi abiecta, repudiataq;. Etenim in mare proiectam ab Icario Peribœaque parentibus, ferunt educatam à penelopibus. Dicitur & Penelopea, Penelopéæ, pen.prod. habes testimonium in Priapeiis.
Difficilis procis Penelope.Horat.3.Carm.ode 10.3.
Penelopes telam retexere.Est inanem operã sumere, & rursum destruere quod esseceris. Vsurpat hoc adagium Cicero 4. Acad.168, Quid quòd eadem illa ars, quasi Penelope retexens tollit ad extremum superiora, vtrum ea vestra, an nostra culpa est? Sentit de dialectica quæ iisdem illis rationibus, quibus cõfirmauit aliquid, rursum soluit ac destruit, vt nihil iam actum videatur. Ex Erasmo.
Penelopæus, Adiectiuum, (πηνελόπειος,) vt Fides Penelopæa. Ouid.5. Trist.eleg.15.8.

Penelopes, (πηνελόπαι,) Aues quæ & meleagrides dicuntur, de quibus sic Plinius lib.17. cap.1.23, Et Gratim ammé in Oceanum effluentem è lacu, in quo aues quas meleagridas & penelopas vocat, viuere.

Penes, (πηνές,) Præpositio accusatiuo casui seruiens, quæ à Penitus trahitur, significatque personam & dominium ac potestatem, vt ait Festus. Vlpianus in L. Penes.ff.de Verborum & rerum significatione. Penes te, amplius est quàm Apud te. nam apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur : Penes te est, quod quodammodo à te postidetur. Plaut.Pœnul.18.15.
Iuppiter qui genus colis, alisque homines, per quem viuimus
Vitale æuum, quem penes spes, vitæque sunt hominũ omnium.Ouid. lib.1.Fast.74, Me penes est vnum vasti custodia mundi. Id est, in potestate vel dominio meo.Plaut. Trucul.3.3, Educet Venus, quam penes amantum summa summarum redit. Varro, Seruorum cura penes dominos sit. Hoc est, domini sint soliciti de seruis, curentque seruos. Liuius 7.bel.Pun.176, Penes eum summa imperii erat.
Imperium ac Prætorium nomen penes aliquem esse.Cic.7.Verr.32.
Omne iudicium & potestatem agrorum penes aliquem esse.Cic.2.de Lege agrar.37.
Eloquentia exornat eos penes quos est.Cic.in Orat.79.
Penes Censorem iudicium Senatus de dignitate, maiores esse voluerunt. Cic pro Domo sua, 100.
Consistunt omnia penes vnum Author ad Herennium, lib.4.145.
Penes authores sit fides: & in laudem, & in vituperationem simul accipitur, quasi laus veritatis, aut vituperatio falsitatis penes authorem sit, ad quem spectat fidem rei, cuius author est, facere. ad me certè ista vel laus, vel vituperatio non spectat, qui hoc non affirmo, sed ad alterum authorem relego. Hæc Valla lib.6. Plinius lib.17.cap.12.5, In Africa verò (fides penes authores erit) miliarias vocari multas narrant à pondere olei, quòd ferant annuo prouentu. Salustius, Cæterum fide, eius rei penes authores erit.
Penes eos laus adhuc fuit. Cic. de Claris Orat.139. Liuius 1.ab Vrbe, 252, quòd ibi certaminis laus penes Lucretiam fuit. Idem lib.2.102, Vt penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent.
Penes te culpa est. Terent. Hecy.4.1.21, Ego etiam illorum hanc culpam credidi, quæ te est penes.
Penes te est virtus. Plaut. Amphit.8.19, Omnia adsunt bona quem penes est virtus.
Penes te potestas, vel principatus. Plaut.Trinum.12.3, Quum penes te potestas omnis quidem foret meæ vitæ. Cic. Marcello, lib.4.7.9, Sic enim intellexi, nihil aliud esse quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quòd vereretur ne tu illud beneficium omnino non putares. Idem ad Atticum, lib.13.27.4, Quæ autem his temporibus scripsi, ἀφιστάνοι morem habent, in quo sermo ita inducitur cæterorum, vt penes ipsum sit principatus.
Te penes arbitrium nostræ vitæque necisque.Ouid.epist.24.6.

¶ Penes, aliquando pro Apud ponitur.Plaut.Trinum.17.22, Et thesaurum tuum me esse penes. Id est seruari apud me. Terent.Adel.3.3.34, Quid isthæc tam penes vos psaltria est?
5. Est iam intus, Cic.5.Verr.146, Quum omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta.
Penes iniuriam. Tacit.lib.4, Pluresque eius rei causas adferebat, potissimam penes iniuriam virorum fœminarumque.
Exercitatus penes scenam. Author ad Herennium, lib.4.155, Ita petulans es atque acer, vt ne ad solarium quidem idoneus, vt mihi videtur, sed penes scenam, & in eiusmodi locis exercitatus sis?

Penetro, penetras, pen.cor. (πένω πένομαι, πενάω,) penetrare, Quasi penitus intrare. Cic.1. Tusc.68, Qui si permanet incorruptus, suique similis, necesse est ita feratur vt penetret & diuidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur.
Penetrare Atlantem, Montem Atlantem superare, & prætergredi. Plin. lib.5.cap.1.11, Sed Equitibus quoque Romanis, qui ex eo præfuere ibi, Atlantem penetrasse in gloria sunt.
Penetrare in aliquem locum. Quintil.lib.3.ca.7.15, An citra hunc quoque casum penetrandum in Germaniam fuerit.
Penetrare in cœlum. Cic.4.Acad.119, Vt nulla acies humani ingenii tanta sit, quæ penetrare in cœlum, terram intrare possit.
In extremos Indos penetrare.Catul.ad Furium, epig.11.1.
In maria penetrare.Plin.lib.9.cap.6.Vide ORCA.
In portum penetrare.Cic.7.Verr.76.
In quædam templa penetrare.Cic in Som.Scip.26.
Ad vrbem penetrare.Ouid.15.Metam.3.
Ad vrbes sedesque aliquorum penetrare.Cic.de Prouinc.Consul.25.
Penetrare in vrbem.Liuius 2.ab Vrbe,231.
Penetrare per.Ci.deVniuer.43, Has igitur ob causas nata astra sunt, quę per cœlũ penetrãtia, solstitiali se & brumali reuocatione cõuerterẽt.
Penetrare sub terras.Cic.6.Verr.96, Abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse, & subitò non longè à Syracusis penetrasse sub terras. De raptu Proserpinæ.
Penetrare se, antiquè, pro Inferre sese. Gel.lib.5.cap.14, Specum quandam nactus remotam latebrosamque, in eam me penetro & recondo. Plaut.Trinum.6.14,
- quia ego ad hoc genus hominum duraui, quin prius
Me ad plures penetraui. Ibidem,6.1, Quò illic homo se penetrauit ex ædibus? Ibidem,6.33,
- istæc ego mihi semper habui ætati tegumentum
Meæ, ne penetrarem me vsquam, vbi esset damni conciliabulum.
Penetrare se in fugam, Fugere. Plautus Amphit.4.96, Perduelles penetrant se in fugam.
Penetrare pedem aliquò.Plaut.Menæh.9.43,
- neque huc vnquam
Postquam sum natus, intra portam penetraui pedem. Ibidem, 17.86,
Si ergo intra ædes huius vnquam, vbi habitat, penetraui pedem.
¶ Penetrare ad Plin.lib.13.cap.3.4, Quando id primùm ad Romanos penetrauerit, non facilè dixerim.
Vox penetrat ad aures. Ouid.12.Metam.9.
Ad sensum opinionemque alicuius penetrare.Cic.in Partit.68.
Penetrare in animos.Cic.de Claris Orat.74, Nulla res magis penetrat in animos, eosque fingit, format, flectit.De actione.
Contagia morbi penetrant in animum.Lucret.lib.3.96.
Tremor penetrat in artus.Ouid.10.Metam.84.
Nidor penetrat in artus.Lucret.lib.1.137.
Pauor penetrans in præcordia.Silius lib.16.103.
¶ Penetrare, ad personam relatum. Tacit.lib.3, Nihil tamen Tiberium magis penetrauit.
Penetrare vitam, famamque alicuius. Tacit.lib.10, Sorte & vrna, mores non discerni: suffragia, & existimationem Senatus reperta, vt vinculo iusque vitam, famamque penetrarent.
Penetrãtus, pen.prod.Participium, (πεπυκασμένος,) vt
Limina penetrata mortis.Stat.4.Sylu.6.21.
Penetrabilis, & hoc penetrabile, pen.corr. (περατός,) Quod facilè penetrat : & interdum quod facilè penetrari potest. Virgil.10.Aeneid.
Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum. Martial.lib.4.19,
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Virg.1.Georg.19,
- aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Caput haud penetrabile Nili.Stat.3.Sylu.5.5.
Corpus nullo penetrabile telo.Ouid.12.Metam.34.
Frigus penetrabile.Virg.1.Georg.19.
Fulmen penetrabile.Ouid.13.Metam.187.
Pectus nulli penetrabile ferro.Stat.1.Thebaid.131.
Telum penetrabile.Ouid.5.Metam.14.
Penetrãle, penetrãlis, pen.prod.n.g. (μυχός,) significat omnem partem interiorem domus vel templi, licet sit intecta, vt ait Seruius: seu omne quod in intimis partibus est, vt vult Valla. Virgil.6.Aeneid.15,
Te quoque magna manent, regnis penetralia nostris. Mart.lib.10.55,

Nec Capitolini summum penetrale tonantis.
Regum penetralia, Virg.2.Aeneid.97.
Alta penetralia.Virg.7.Aeneid.12.
Arcana tecti penetralia.Stat.5.Thebaid.63.
Faustis sub penetralibus nutrita indoles.Horat.4.Car.ode 4.6.
Patrium penetrale in sedes nouas transferre.Ouid.15.Metam.7.
Profundum penetrale.Claud.2.Paneg.90.
Contaminare penetralia.Liu.lib.5.Decad.6, Et quum omnis prefatio sacrorum eos, quibus non sint puræ manus sacris arceat, vos penetralia vestra contaminari cruento latronis corpore sinetis?
Penetrãlis, & hoc penetrãle, pen.prod. (ἐνδόμυχος, ἐνδόμυχος,) Adiectiuum legitur apud Virgilium 2.Aeneid.61, pro Interno & interiore: Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.
Dii penetrales.Cic.2.de Nat.deor.98.
Abditi ac penetrales foci.Cic.de Aruſp.resp.53.
Focos penetrales deferere, Catull.ad Mallium, epig.63.21.
Frigus penetrale.Lucret.lib.1.103.
Penetralis Germania, hoc est penitior & interior. Tacit.lib.2, Ille fas patriæ, libertatẽ auitam, penetralis Germaniæ deos, &c. Cheruscorũ regionẽ videtur appellare penetrale Germaniæ, q̃ sit penitior, atq; interior, aut potius templum Cheruscorum. Idem in vita Agricolæ, Quia nobilissimi totius Britanniæ, eoque in ipsis penetralibus siti, &c.
Penetrale sacrificii, inquit Festus, qd' in interiore parte sacrarii cõficitur.
Sedes penetralis. Virg.4.Aeneid.101.
Tecta penetralia.Virg.1.Georg.76,
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter.
Templa penetralia cæli.Lucret.lib.1.118.
Abditum & penetrale, Vide Abditum in ABDO.
Penetralius, Aduerbium, Lucret.lib.2.77,
Perfacile est animi ratione exoluere nobis,
Quare fulmineus multo penetralius ignis,
Quàm noster fluat è tedis terrestribus ortus.
PENEVS, pen.prod. (πηνειός,) fluuius Thessaliæ, de quo Plinius lib.4. cap.8, sic scribit, Et ante eum tos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphoniterque Ossam & Olympũ nemorosa conualle defluens, o stadiis, diuidio eius spatio nauigabilis. In eo cursu Tempe vocantur, v M pass. longitudine, & ferme sesquiuncia latitudine, vltra visum hominis attollentibus se dextra lævaque leniter conuexis iugis. Intus sua lucẽ viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus autem concentu. Ouid.1.Metam.115,
Est nemus Aemoniæ præruptæ quod vndique claudit
Sylua: vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effusus Pindo spumosis volutur vndis.
Senex Peneus. Ouid.2.Metam.39.
Stagnans Peneus. Claud.2.de raptu Proserpinæ,34,
Peneius, Adiectiuum, (πηνείος:) vt
Stagna Peneia. Stat.4.Thebaid.29.
Arua Peneia. Ouid.12.Metam.42.
Dumina Peneia. Ouid.1.Metam.91.
Lustra Peneia. Valer.1.Argon.79.

Penicillus, penicilli, & Peniculus, penicili, sine Peniciliũ & penicilum, (πενίκιλλος.) Quamuis diminutiua sint à Penis, significant tamen ea quibus calceamenta, vasaque terguntur, vt ait Festus: & fiebant olim ex pene, id est ex cauda animalium. Cicero Pæto, lib.9.22.6, Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. Colum.lib.12.cap.18.4, Deinde penicillo detergitur. Terent.Eunuc.4.7.7, Quid igitur, peniculone pugna te, qui istuc hus poetes, cogitas?
¶ Penicillus, & peniculus, quod etiam neutrum fecit Quintilianus: illud instrumentum appellamus quo pictores pingunt: quod caudarũ extremitatibus fiant. Plin.lib.35.cap.10.10, Arreptoque peniculo, luscam nicillum, aut si lignum colorare libeat. Quintilianus lib.1.cap.21, summata, etiam si nihil faciat, sed ille opifex, vt cælator cælum, & pictor penicilla. Cicad Q. fratrem, lib.3.16.4, Quam pingam colorinibus tuis penicillo meo. Hic per translationem. Sic in Orat.41, Quo niam summum illum luctum penicillo non posset imitari. Plin.Hyllo pumque cum myrrha calidum penicillo illitum.
¶ Peniculum, siue Penicillum rectorium. Plaut. Milit.3.18,
Cuius tu legiones diffluisti spiritu,
Quasi ventus folia, aut peniculum rectorium. Plin.lib.28.cap.17.6, Setarum ex his è penicillis rectoriis cipis cum adipe tritus.
¶ Peniculum, siue penicillum, Quo vulnera stipantur vel ideò ne claudantur, vel vt spiceantur magis, vt sunt penicilli ex linteolis cõcerptis ex medulla sambuci, & ex spongia. Plin. Tum peniculo vulnus aperitur. Celius, Deinde exigua penicilla interponenda.
Penicillus etiam dicitur spongiæ genus mollissimum, quo fiunt penicilli.

Pensculamentum, peniculamenti, (πέρισσωμα,) Pars vestis quæ terram attingit, authore Nonio. Ennius lib.11, Annalium, Pendent peniculamenta imum ad quenque pedum. Lucilius lib. 19, Peniculamentum Vere reprehendere noli.

Peninsula, peninsulæ, pen.corr. (χερρόνησος,) dicta est quasi penè insula, vndique ferè aquis clausa, & breui tantum angustia, quæ dicitur isthmos, continenti adnectitur. Nam insula dicitur terra quæ vndiq; aquis clauditur, proprè autem mari. Liu.1.bel.Maced. 152, Et oppidum Celetrum est aggressus in peninsula situm. Idem 5. bel.Pun.52, Quam quum & mari, quo in peninsulæ modũ pars maior circumluitur, & præaltis rupibus, & ipsa vrbe, muro & fossa ingenti septam videret. Plin.lib.9.cap.3.2, Cadara appellatur rubri maris peninsula ingens.
Peninsularum Sirmio, insularumque Ocelle, Catull.epist.19.1.

Penis, huius penis, (πέος,) Cauda dicitur, à pendendo.

Penis, Virile membrum. Cic.Pæto, lib.9.22.6, Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. At hodie penis est in obscœnis. At verò Piso ille frugi in annalibus suis queritur, adolescentes penis deditos esse. Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille rectius penem. Et est masculini generis, sicut panis, funis, & similia. Nævius, apud Festum, Peni pinxit bubulo.
Penitus, pen.prod. Adiectiuũ, (πεφυρτός,) Quod est ex pene, hoc est cauda. Vnde Penita ossa, id est Ossa porcina cum cauda in cœnis puris, inquit Festus Plaut. Mil.10.164, Auferhinc illam ossam penitam.

Penitus, penitor.cor. (ἔσω πόθεν,) propriè Intrinsecus significat. Vnde Penitior dicitur Interior, & Penitissimus Intimus. Plaut. Asin.3.18, Age quæso hercle vsq; ex penitis faucibus. Idẽ Cistel.2.54.
-in latebras abscondas pectora penitissimo
Tuam stultitiam. Et Persa, 1.1.56, Abductam ex Arabia penitissima.
Pénitus, pen.corr. (ἔνδοθεν, ἐνδοτέρω, ἐνδοτάτω,) Aduerbiũ locale, Quasi penè intus, id est valde interne, seu intrinsecus, vel intima parte & secreta, vt quũ dico, Penitus me noscis, hoc est Intus & in cute. Virg.3.Aeneid.7.
-& causas penitus tentare latentes. Plin.in Paneg.26, Iam tunc præmonente fortuna, vt diu penitus perdiceres, quæ mox præcipere debereres. Martialis lib.1.85.
-adeóne penitus sedit hic tibi morbus,
Vt sæpe in aurem Cinna Cæsarem laudes? Cic.1.de Legibus 24, Sed penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas? Ibidem, 39, Tum speciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret.
Abditum penitus, Vide ABDO.
Abditum penitus aurum & argentum effodere.Cic.2.Offic.17.
Bene penitus. Cic.4.Verr.122, Qui & sui quæstus causa, & fortasse quòd sociorum interesse arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem sese dedit.
Penitus cognoscere, Perfectè & vsque ad interiora.Cic.1.de Oratore,9, Omnes animorum motus quos hominum generi natura tribuit, penitus pernoscendi. Idem de Claris Orat.97, Totam enim tenebat eam, penitusque cognorat. Et ad Atticum, lib.7.2.27.2, Quod mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit.
Cõprehẽdere penitus animo omnes virtutes.Cic.pro Cornelio Balbo,1.
Conuellere penitus iudicio aliquo Remp. Cic.de Claris Oratoribus,50.
Demittere se penitus in aliquam causam: Cic.Attico, lib.7.131.3.
Exterrita penitus tellus. Virg.3.Aeneid.135.
Inclusum penitus in venis atque visceribus Reipublicæ periculum.Cicero 1.in Catil.23.
Infestit penitus hæc opinio. Cic.Luceio, lib.5.13.3. Idem 2.de Nat.deorum,98, Dii penates dicti eo quòd penitus insident.
Penitus insitus, & abstrusus.Cic.pro Cluentio,2, Eneilam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam? Idem 2. de Lege agrar. 54, Quas isti penitus abstrusas insidias seposuisse arbitrantur, contra Cn.Pompeii dignitatem,
Insitum penitus odium.Cic.2.de Lege agrar.28.
Intrare penitus in familiaritatem alicuius.Cic.Q. fratri, lib.1.1.21
Mandare penitus animo & menti aliquid.Cic.1.in Catil.19.
Noscere penitus aliquem.Cic.Cælio, lib.2.15.3.
Notus penitus. Horat.1.epist.19.17.
Penitus perspectæ planeque cognitæ res.Cic.1.de Orat.54.
¶ Penitus, (πάντη, πάντως, παντελῶς,) aliquando pro aduerbio qualitatis ponitur, Prorsus, vel valde, aut omnino. Virg.1.Aeneid.41,
-penitusque sonantes Accestis scopulos. Idem 1.eclog.14, Et penitus toto diuisos orbe Britannos, Id est omnino, inquit Seruius. Cic.3. de Fin.16, Et honestum ipsum quasi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus euerteris. Virg.6.Aen.136.
-penitus conualle virenti. Cic ad Thermũ, li.13.54.1, Eum tibi penitus cõmendo atq; trado. Idem 2.Offic.37, Sensim hanc consuetudinẽ & disciplinã iam antea minuebamus, post verò Syllæ victoria penitus amisimus. Sic idem pro Sylla,8, Nondũ penitus in Repu. versabar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abrasa penitus supercilia.Cic.pro Roscio Comœdo,11.
Diffidere penitus Reipublicæ rationes à te collectæ vetabant. Cic. Lucceio,lib.5.ep.13.6.
Perdere penitus seipsum.Cic.1.de Finib.76.
Tollere penitus aliquid.Cic.1.de Nat.deorum,163.
Penitus prorsum Lucret lib.3.55,Nã penitus prorsum latet hæc natura.
Penitus,quasi dicas Remotè,aut longe.Virg.1.Aeneid.104,
-ater quos æquore turbo
Dispulerat,penitusque alias aduexerat oras. Vbi Seruius, Penitus, Longè à regina remotos.

Penna,huius pennæ,(πτερόν,πτῆλον,ταρσός,)Auium est.Cic.2.de Nat.deorũ,195,E quibus pullos quum excluserint, ita tuentur,vt & pennis foueant,ne frigore lædantur.Idem 5.de Finib.57,Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. Ex Accio. Quintil. lib.1.cap.6, Nec miretur cur à scamno fiat scabellum: aut à pinna (quod est acutum) se curis vtrinque habens aciem, bipennis: ne illorum sequatur errorem, qui quia à pennis duabus hoc nomen esse existimant,pennas auium dici volunt.
Pennæ & plumæ. Colum.lib.8.cap.2.6,de gallinis, Mercari porrò nisi fœcundissimas aues non expedit: eæ sint rubicundæ, vel fuscæ plumæ,nigrisque pennis.
Penna est quod plumis vestitur.Seneca epist.42,Dixi te pennam tenere: mentitus sum,plumam tantùm tenebas.
Celer pennâ anser.Ouid.8.Metam.138.
Iactatus pennarum.Ouid.6.Metam.141,de Borea.
Excussit pennas,quarum iactatibus omnis Afflata est tellus.
Caules pennarum,Vide CAVLIS.
Albæ pennæ.Lucret.lib.1.165.
Croceæ pennæ Iridis.Virg.4.Aeneid.140.
Deficiens penna.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.15,
Nec reor hinc istoc nostris iter esse libellis,
Quò Boreas penna deficiente venit.
Fugiens pẽna.Horat.3.Carm.ode 2.5, -& vdam
Spernit humum fugiente penna. De virtute.
Infirmæ pennæ.Ouid.12.Metam.114.
Leues pennæ.Ouid.2.Metam.117.
Mobilis penna.Ouid.2.de Arte,129
Nitidæ pennæ.Ouid.2.Metam.108.
Olorinæ pennæ.Virg.10,Aeneid.38.
Præceps penna.Iuuenal.Saty.4.15.
Punicea penna.Virg.3.Georg.75.
¶ Ablata pennis Harpyia.Virg.3.Aeneid.52.
Appellere corpus pennis aliquo.Lucret.lib.6.151.
Est & Athenaris in mœnibus,arcis in ipso
Vertice,Palladis ad templum Tritonidos almæ,
Quò nunquam pennis appellunt corpora raucæ Cornices.
Nisus inanis pennarum claudicat.Lucret.lib.6.168.
Coruscant pennis apes.Virg.4.Georg.15.
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo.Virg.6.Aeneid.3.
Defertur pennis ales.Lucret.lib.6.165.
Plausum ingentè dat pennis columba.Virg.5.Aen.43.
Excutere pennas.Ouid.6.Metam.141.
Iactare pennas.Ouid.1.Metam.168.
Labi pennis.Virg.4.Aeneid.45.
Pandunt pennas Halcyones.Virg.1.Georg.80.
Percutere pennas in aere.Ouid.1.Metam.94.
Plaudere pennis.Ouid.8.Metam.48.
Quatere pennas in aere.Ouid.4.Metam.136.
Secat pennis geminis aera auis.Cic.in Arato,5.
Leuis penna secat alta cœli.Seneca Oedip.4.20.
Madidas pennas siccat Auster.Iuuenal.Saty.5.11.
Tendere iter pennis.Virg.6.Aeneid.48.
¶ Pennæ renascantur,metaphorice, quum quis authoritatem recuperat, vt Cicerõis Cic.ad Atticum,lib.4.71.9,Iidem inquam illi,quos tu ne quidẽ ignoras,qui mihi pennas inciderant,nolunt easdem renasci.
Decisis pennis humilem dimittere aliquem.Horat.2.epist.2.10.
Maiores pennas nido extendere. Horat.1.epist.21.5. Se amplius efferre,quàm fortunæ nostræ ferant.
Sparsis fertur victoria pennis.Ouid.3.Amor.eleg.2.9.
Celeres quatit pennas Fortuna.Horat.3.Carm.ode 29.11.
Dubiis pennis volat victoria.Ouid.8.Metam.3.
¶ Penna non sollum est auium. Apud Plinium lib.11.cap.28. titulus est De pennis insectorũ.In quo capite pennas etiam scarabeorũ vocat.

Pennula, pennulæ,pen.corr. Diminutiuum, (πτερίδιον,) Cic.1.de Nat. deorum, 195, Quum autem pulli pennulis vti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur.

Pennãtus,pen.pro.Adiect. (πτερωτός,) Quod pẽnas habet.Plin.lib.10. cap.52.1,Pennatorũ autẽ infœcũda sunt,quæ aduncos habẽt vngues.
Amores pennati.Claud.2.Paneg.73.

Cohors pennata.Claud.de Nuptiis Honorii,41.
Serpentes pennati.Ouid.6.Metam.70.
Pennatum telum, Pennis munitum vt leuius fiat, & aerem facilius penetret,quemadmodum in telis & sagittis videmus.Plin.lib.34.cap.14.1, Hoc extruimus tecta,cædimus saxa, omnesque ad alios vsus ferro vtimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non cominus solùm, sed etiam missili volucrique,nunc tormentis excusso,nunc lacertis, nunc verò pennato, quam sceleratissimam humani ingenii fraudem arbitror.De telis intelligit quæ pennata sunt,& ferro munita.
Pennatus equus.Plin.lib.8.cap.21.1, Lyncas & sphyngas Aethiopia generat,multaque alia monstro similia:pennatos equos, & cornibus armatos,quos pegasos vocant.
Penniger, pen.corr. Adiectiuum, (πτεροφόρος,) Gerens pennas. Cic.de Vniuersit.44,Erant autem animantiũ genera quatuor, quorum vnum diuinum atque cœleste, alterum pennigerum & aerium, tertium terrestre, quartum diuinæ animationis, &c. Plin.lib.11.cap.16.7, Rex statim mellei coloris,vt electo flore ex omni copia factus,neque vermiculus,sed statim penniger.
Sagittæ pennigeræ.Silius lib.8.74.
Pennipotens,pen.corr.Adiectiuum, (πτεροσμάραγος,) Lucret.lib.2.176,
-& nostro de corpore sæpe ferarum
Augescunt vires,& corpora pennipotentum.
Pennipes, pen.corr. Aliud adiectiuum, (πτεροπους,) vt Perseus Pennipes.Catul.in Camerium,epig.51.6.Vide PERSEVS.

Pensiculator,Pensiculo,Vide PENDO,pendis.

Pensilis,Vide PENDEO.

Pensio,Pensitator,Pensito,Penso,Vide PENDEO.

Pènsum,& **Pensus**,Vide PENDEO,& PENDO.

Pentadoron,pen.prod. (πεντάδωρον,) Laterum è terra macerata historiorum genus.Plin.lib.35.cap.14.3, Tertiũ pentadoron: Græci enim antiqui doron palmum vocabant, & ideò dora munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout sunt, nominantur. Eadem est latitudo. Minore in priuatis operibus,maiore in publicis vtuntur in Græcia.Vitruuius lib.2, Doron autem Græci appellabant palmum, quòd munerum datio Græcè doron appellatur, id autem spargitur per manus palmum. Ita quod est quoquo versus quinque palmorum, pentadoron: quod quatuor, tetradoron dicitur.

Pentaphyllon,(πενταφύλλον,) herba quinque folia habens,Latinis Quinquefolium appellata, multiplex quidem,nam & fragi folia quina sunt, & alterius eiusdem herbæ passim crescentis,de qua copiosè Plinius lib.25.cap.9.7.

PENTAPOLIS,pen.corr.(πεντάπολις,)Regio iter Palæstinæ & Arabiæ,à quinq; ciuitatibus sic appellata,vbi Sodoma & Gomorra oppida.

Pentateuchus,huius pentateuchi,masc.g.(πενταέτευχος,) dicitur quinque, τεῦχος volumen.Hoc nomine quinq; libri Moysi dicũtur.

Pentathlus,pentathli, (πένταθλον,) Pentathli dicuntur qui in ludo quinque artes gymnasticas exercent, videlicet discum, cursum, saltum, palæstram, & iaculationem. A Latinis quinquertiones appellantur à quinque artibus. Plin. de Myrone, lib.34. cap.8.10,Hic fecit Delphicos pentathlos.

Pentecoste,pentecostes, (πεντηκοστή,) Dici potest quinquagenaria: quoniam hæc dies,à Resurrectione Domini nostri IESV CHRISTI, distat quinquaginta diebus.

Penthemimeris,huius penthemimeris,penul.corr.fœm.gen. est in versibus quoties post octo tempora, syllaba relinquitur, partem orationis terminãs.vt Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. πέντε, quinque. ἥμισυ, semis:& μέρος, diuisio vel pars.

PENTHESILEA,pen.prod. (πενθεσίλεια,) Amazonum regina, quæ teste Iustino lib.2, Otteræ siue (vt alii) Orithyiæ successit in regnũ eiusque Troiano bello inter fortissimos viros, quum auxilium adferret Græcos ferret,magna virtutis documenta extitere.Hæc,vt ait Seruius,dicta est furens,quia sororem suam in venatione confixit, iumenta se ceruam ferire.Virg.1.Aeneid.99,
Ducit Amazonidam lunatis agmina peltis
Penthesilea furens,mediisque in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix,audetque viris concurrere virgo.
Mœotis Penthesilea.Propert.lib.3.eleg.11.3.

PENTHEVS, Bisyllabum, (πενθεύς,) teste Ouidio in Metamor.filius Echionis,ex Agaue coniuge filia Cadmiqui quum Liberi patris sacra aspernaretur,ira numinis,à matre & sorore è furore versis,laceratus est. Pentheos fabulam vide apud Ouidium 3.Metam.ad finem.

Testa

Testa Penthei disiecta.Horat.2.Carm.ode 19.3.
Dæmens Pentheus.Virg.4.Aeneid.94.

Pentheus,Adiectiuũ,(πενθεύς,)vt Ritu Pentheo laniant corpora.Claud. 2.Paneg.49. Statius lib.2.Thebaidos 115,
Pentheumque trahens nondum te Phrædimus æquo Bacche genus.

PENTHILVS,filius Demonoi,qui è Papho naues duodecim in auxilium Xerxis eduxit,quas oborta tempestate amisit. Ipse verò captus multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Author Herodotus lib.7.

Pentiremis,huius pentirẽmis, pen.prod. (πεντήρης,) nauis quinquerem appellant.Hirtius siue Oppius de bello Alexãdrino lib.4.198,Capit ex eo prælio pentiremem vnam,triremes duas,&c. Latini quinque remem vocant. Idem lib.5.de bel.Africo, Incendit & pentiremes duas.

Penula,penulæ,penult.corr. (φαινόλη, μανδύη,) Vestis quæ nebulosis seu pluuiosis tempore sopra tunicam assumitur loco pallii ad arcendas à corpore pluuias. Pomponius in Penicea, Penulam in caput induce,ne te noscat. Quint.lib.6.cap.3.46,Galba penulam roganti respondit,Si non pluit,non est opus tibi si pluit,ipse vtar. Ibidem paulo antè,Galba penulam roganti dixit, Non possum cõmodare,domi maneo,quum cœnaculò è ius perpluerat. Iuuenalis Sat.5.8,
-fœmeræ sæua quum grandine vernat
Iuppiter, & multo stillaret penula nimbo. Vlpianus in L.Vestis.ff.de Auro & argento legatis,inter communia mestimenta quibus vir & mulier promiscuè vtuntur, penulas annumerat. Varro dicit non quærendam esse penulam hominis qui habet virtutem. Lampridius scribit Alexandrum constituisse vt senes penulis intra vrbem frigoris causa vterentur:quum id vestimentum,itinerarium,aut pluuiæ fuisset.
Quòd autem viatoria fuerit penula, Tullius ad Atticum, lib.12.288.3, probat: Sed ego,inquiens,ita egi,vt non scinderem penulam.Prouerbii vice vsurpauit Tullius,vt loquimur, Non sustinuit vt scinderẽ mantellum quo apud me remanseret. Et paulo pòst, Horum ego vix attigit penulam,& tamen remanserunt. Idem pro Milone,40, Quid minus promptum ad pugnam, quum penula irretitus, rheda impeditus, vxore penè constrictus esset? Hæc Bayfius. Horat.1.epist.11.4,
Incolumi Rhodos,& Mitylene pulchra facit,quod
Penula solstitio, campestre niualibus auris.
Reiecta penula desilire de aliquo loco. Cic.pro Milone,11.
Molionia penula. Cic.pro Sestio,70, Sensit rusticulus non incautus,&c. suum sanguinem queri ad restinguendam inuidiam facinoris Clodianũ,molionia penulam arripuit,cum qua primùm Romam ad comitia venerat:messoria se corbe contexit.
Erat & penula scortea. Scorta enim veteres pelles nominabant. Martialis libro 14.135,
Ingrediare viam cælo licet vsque sereno,
Ad subitas nusquam scortea desit aquas. Penula scortea vtuntur ii qui solenne habent vitere ædem D.Iacobi Calecl,vel voti, vel nummi causa, brodes vocamus. Vtuntur & pegasarii cursores, qui à Gallia Lugdunensi,quinto,aut sexto demum die Romam aduolant,subinde per stationes mutatis equis.Bayfius.
Penula gausapina erat crebra & villosa, qua hyberno tempore & frigido vterentur.Martialis lib.14.150,
Is mihi candor inest,villorum gratia tanta,
Vt me vel media sumere messe velis. Quidam his versiculis putauerunt penulam gausapinam inter theristra,id est æstiua vestimenta annumerari.Verum,ni fallor,falluntur. Sensus enim Martialis est,Penulæ dicit talem inesse candorem,tantam inesse villorum gratiam,vt etiam si hyberno vtiũ sit ascripta, tamen quis penulæ specie captus, eam vel media sumere messe velit.Bayfius.
Penula vrebantur & oratores. Tacitus in Oratorum dialogo, Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quibus astricti, & velut inclusi,cum iudicibus fabulamur?

Penulatus,pen.prod.(ἐφαινολόδης,) Adiectiuum, Penula tectus.Cic.pro Milone, 10, Cum vxore veheretur in rheda penulatus. Mart.lib.5.27.
Quòd alpha dixi Codre penulatorum
Te nuper,aliqua quum iocarer in charta. Idem libro 2.57,Non ipse Codrus alpha penulatorum.

Penularium,penulari,(φαινολοθήκη,) Quasi thæca & vagina penulæ,interprete Nonio. Nonius Fullonico,Nõ multo pòst sonoram accepit, abiecto,consequitur, penularium psilotrum petit.

Penus,peni,peno,(τεμάχος,βίοτος,)secundæ declinationis:vel Peni,huius penus,quartæ,Masculini vel fœminini generis est, appellaturque id omne quo vescimur. Lucilius, Magna penus paruo spatio consumpta peribit. In Digestis titulus est De penu legata. Plaut.Pseud.4.43,
-nam nisi penus annous hodie conuenerit,
Cras populo prostituam vos. Ibidem,4.91,
Nisi hodie ex fundis mihi tubrum amicorum omnis hunc penus
Affertur,cras Phœnicium Phœnicio corio inuises pergulam.
Penus locuples.Pers.Saty.3.8,

-neque inuideas quò multa fidelia putet
In locuplete penu.
Struere penum.Virg.1.Aeneid.142.
Ornare penum,Vide ORNO.
¶ Penus,penoris,penult.corr. neu.gen. Horat.1.epist.17.15. Annonæ prosit,portet frumenta penusque. Colum.lib.12.cap.4, Prius quàm penora contingant.
¶ Penum,peni, Idem. Terent.Eunu.2.5.18,Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Afranius, Vos quibus cordi est,intra tunicam manus læua,dextra in penum herile.
¶ Penus, Est omne esculentum & potulentum,quo homines vescuntur. Festus,Penora,res necessariæ ad victum quotidianum. Cic.2.de Nat. deor.98,Est enim omne quo vescuntur homines penus.
Verba sine penu & pecunia.Plaut.Capt.8.12,
Nihil morantur iam Lacones imi subsellii viros
Plagipatidas,quibus sunt verba sine penu & pecunia:
Eos requirunt,qui libenter quum ederint,reddant domi.
Penuarius.Sueton.in Augusto,cap.6, Locus permodicus,& cellæ penuariæ instar.

Penarius,penarii,(ταμίειον,)vt legit Festus,m.g.Vel,vt Varro de Lingua Latina,Penaria,penariæ: vt verò alii,Penarii,Locus vbi penus,id est res necessariæ ad victum quotidianum pertinentes,reponuntur.

Penarius,Adiectiuum,(ταμιευματικός,) Quod ad penum pertinet. vt Penaria cella, Idem quod penarium.Cic.4.Verr.4,Itaque ille M.Cato sapiens cellam penariam Reipub,nostræ, nutricem plebis Romanæ,Siciliam nominauit.

Penuria,penuriæ, (ἀπορία,) Omnis inopia rerum, & præsertim earum quæ in penu recondi solent. Penuria (inquit Festus) quòd penè minus fit,quàm necesse est. Terent.Adelph.3.3.88. -dii boni,
Næ illiusmodi iam nobis magna ciuium
Penuria est,homo antiqua virtute ac fide. Cic.7.Verr.20,Ne diutius in tanta penuria virorũ fortium talem imperatorem ignorare possitis. Idem de Claris Orat.2,Augebat etiam molestiam, quòd magna sapientium ciuium,bonorumque penuria,vir egregius,&c. Sic 5.Verr.107. Penuria aratorum.
Cibi penuria.Lucret.lib.5.201.
Edendi penuria.Virg.7.Aeneid.23.
Copia & Penuria,contraria.Cic.1.de Inuent.107,Facultates autem considerantur,quũ aliquod pecuniarum præmiũ postulatur,in quo vtrum copiane sit agri,vectigalium,pecuniæ,an penuria,considerãtur.
Firmorum,stabilium,& constantium amicorum magna est penuria.Cicero de Amicitia,55.
Penuria consilii, Plin.lib.8.cap.6.1,Verrius eos pugnasse in circo,interfectosque iaculis tradit,penuria consilii.De elephantis.
Penuria mulierum.Liu.1.ab Vrbe,35,Sed penuria mulierũ hominis ætatem duratura magnitudo erat.

Peplion,(πέπλιον,) herba quæ aliàs portulaca dicitur. Plin.lib.20. cap.20.1.

Peplos,(πέπλος,)inquit Plin.lib.27.cap.12.13.

Peplus,pepli,m.g.vel Peplum,pepli,(πέπλῳ,) Vestis solennis,quæ induitur vel viro vel fœminæ,vel deo deæve. Virg.1. Aeneid.97.Crinibus Iliades passis,peplumque ferebant. Vbi Seruius,Peplum propriè est palla picta fœminea, Minerua consecrata: vt Plautus,Nunquam ad ciuitatem veni,nisi quum infertur peplum Hodie tamen multi abutuntur hoc nomine.
Fluens peplum.Claud.de Nuptiis Honorii,25,
Et crines festina ligat,peplumque fluentem Allcuat.

Pepo,peponis,m.g.(πέπων,) Plin.lib.20.ca.2.3,Pepones qui vocantur,refrigerant maximè in cibo,& emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculorum,aut doloribus imponitur. Hactenus Plinius. Peponum multa sunt genera, ab ipsorum sapore & figuris petita. Est enim ventrosus pepo,qui vulgò dicitur Pompon. estque ab ipso pediculo vsqi ad oculum striatus. Est præterea alius paulo oblongior striarion vsque adeo prominentibus,quam fœminam appellant,atque hanc vulgus quoque peponam vocat.

Pepsis,f.g.(πέψις,) Latinè concoctio dicitur. Vnde Pepticæ medicamenta ad concoctionem, quæ foris adhibentur: ἀπὸ τοῦ πέπτειν,teste Hermolao.Plin.lib.20.ca.18.5,Podagris illinitur cum lacte mulierumisic & follis ipsis vtuntur.Item ad sacros ignes, & vulnera ex aceto. Ego tamen damnauerim collyriis addi: multoque magis quas vocant lexipyretas,quasque pepticas,& caluacas.

Per,(διά,ἀνά,)Præpositio,acculatiuo iungitur, Plaut.Amph.3.66,
-vt conquisitores singuli in subsellia.
Eant,per totam caucam spectatoribus. Idem Epid.5.15,Per omnem vrbem quem sum defessus quærere. Terent.in Prologo Eunuchi,39, Falli per seruum senem.
¶ Per cornu aliquid infundere.Colu.lib.6 ca.2.5,Ac vini singulos sextarios per cornu faucibus infundito. De bobus domandis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Per adoptionem pater, Qui me adoptauit. Plin. epist.103.b.lib.1, Anunculus meus, idemque per adoptionem pater, historias, & quidem religiosissimè scripsit.
Adiciriique per adoptionem à Tiberio iussit. Tacit.lib.1.
Per ætatem. Terent.Eunuch.1.2.33, - patriam & signa cætera
Neque iciebat, neque per ætatem etiam potuerat. Hoc est, quia iunior erat. Idem Adelph.1.2.28, - si esses homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quàm vbi te expectarsi eiecisset foras. Id est, Dum ætas adest, in qua potest facere. Plin. epist.190.2, Totum denique ordinem rei, cui per ætatē non interfuisti. Quasi dicat, Iunior eras. Idem epist.88, Quando mihi licebit? quando per ætatem honestum erit imitari istud pulcherrimæ quietis exemplum? Cicero Cornificio, lib.12.23.5, Nullam partem per ætatem sanæ & saluæ Reipub. gustare potuisti. Idem Planco, lib.13.30.2, Vt primum per ætatem iudicium facere potueritis. Et pro Lege Manil.1, Nam quum antea per ætatem nondum huius authoritatem loci contingere auderem. Liuius ab Vrbe cond. Qui per ætatem ac valetudinem poterant. Ibidem, Omnes qui per ætatem arma ferre possent.
Per multas ætates fuerunt antistites sacri eius ab Euandro edocti. Liuius 1.ab Vrbe,30.
Per alium ostendere suam sententiam, Alterius adminiculo. Terentius Heaut.2.1.7.
Per alium dare. Terent.Heaut.3.1.61.
Per alium transigam, recede de medio. Cic.pro Roscio Amer.66.
Per ambages. Liuius 5.ab Vrbe,71, Quisnam is esset, qui per ambages de lacu Albano iaceret.
Fatigare aliquem per ambages. Quintil.lib.3.cap.11.15.
Per amicitiam & gratiam impetrauì à patre. Plaut. Militc,17.1.
Per annonam iam caram natus. Plaut. Stichо,4.26.
Per eos annos, vel dies. Cic.7. Verr.16, Ac per eos dies quum iste cum pallio purpureo, talarique tunica versaretur in conuiuiis muliebribus, non offendebantur homines in eo, &c. Vulgus diceret, Duratibus his diebus. Ibidem,107. Et 2.30, Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atq; infamiam delere potestis. Aliter dicitur, Sunt iam aliquot annis. Idem ad Atticum, lib.2.23.1, Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re vtili & suaui venerat. Sic pro Lege Manil.11, Quam prouinciam tenuistis à prędonibus liberam per hosce annos?
Per viginti annos. Quintil.in Procem.lib.1.1, Post impetratā studiis meis quietem, quæ per viginti annos eruditendis iuuenibus impendera, &c.
Per quinque & viginti annos. Tacitus lib.20, Orsus à quæstu, periculisque, quæ per quinque & viginti annos in castris Romanis exhausisset. De Ciuil.
Per auaritiam aliquid appetere. Cic.pro Roscio Comœdo,12.
¶ Per beneficiū & gratiā aliquid aliquibus concedere. Cic.5.Verr.165.
¶ Per caligine perstrinxerat acie animi Bruti salus. Cic.12.in Philip.320.
Per summam castimoniam virorum ac mulierum per quæ sacra erant, stuprum & flagitium violare. Cic.6.Verr.91.
Per cauillationem ad aliquid perduci. Liuius lib.8.Decad.4, Et paulatim illiberali adiectione nunc per cauillationem, nunc precibus, & simulatis lachrymis ad centum talenta est perductus.
Per causam, Hoc est per simulationem, Dissimulando. Liuius lib.4, Vt quum appropinquaret ianuæ, rex per causam aliquam in angustiis sustineret à tergo agmen. Idem 2.ab Vrbe,135, Per causam renouati ab Aequis belli. Hoc est prætextu.
Per causam aliquam gratiā alicuius sibi conciliare. Cic.de Lege agrar.49.
Per cinerem alicuius mortui, per nomen propinquitatis, per coniugem ipsius & liberos aliquem obsecrare vt aliquando misericordiam capiat. Cic.pro Quintio,65.
Per comitatem omnia disperdidit. Plaut. Trinum.6.51.
Manat per compita rumor. Horat.2.Serm.saty.6.10.
Per compita supplicatum. Liuius 7.bel.Pun.135.
Per compositionem. Cic.pro Roscio Amer.20, Quos quia seruare per compositionem volebat, ipse ab his interemptus est. Quod vulgus dicit, Secundum quod composuerat.
Per contrarium. Vlpian.in L.Iulianus.Parag.Si venditor.ff.De acti. empt. & vend. Per contrarium quoque idem Iulianus scribit. Vlpian. in L.1.Parag. Quemadmodum. De agnos. vel al. Quemadmodum & per contrarium si maritus vxore, &c.
Per culpam venire in necessitatem. Author ad Herennium, lib.2.56.
¶ Per summum dedecus vitam amittere. Cic.pro Roscio Amer.18.
Per deos iurare. Vide IVRO.
Per deos, per dextram, per fortunas, per fidem, per homines, modus deprecandi elegantissimus. Terent. And.1.5.54.
Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,
Per tuam fidem, per que huius solitudinem
Te obtestor, ne, &c. Cic. Attico, Per fortunas, quoniam Romæ manes, primum illud perfice. Eidem, lib.5.98.1, Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quicquid prouideri potest, prouide. Idem Bruto, 14.4, Subueni igitur per deos, idque quamprimum tibi persuade. Barbari dicant, Rogo te per amorem Dei. Eidem, 15.18, Sed propera per deos, scis quantum sit in temporibus, quantum in celeritate. Et Attico, lib.7.12.1.3, Per fortunas, omnem tuum amorem, quo me es amplexus, omnemq; tuam prudentiā, quā me hercule in o genere iudico singulare, cōuerte ad eam curam, vt de omni statu meo cogites. Eidē lib.3.61.2, Ad quæ recuperāda per fortunas incūbe, vt facis. Cic.3.de Finib.111, Quæ per deos immortales nōnne mirari?
Per deūm immortalium fidem. Cic. ad Octauium,4, Nam per deūm immortalium fidem (nisi forte frustra eos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret) perque fortunam Pop. Rom. (quæ quanquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia, & vt spero futura est) quis tam expers humanitatis?
Per ego te, iura, deos, genua, præter cætera, interpositio elegans, & nescio quid ornatus habens in oratione. Liuius 3.bel.Pun.34, Per ego te, inquit, fili, quæcunque iura liberos iungunt parentibus, precor quesoq; ne ante oculos patris facere & pati omnia iubanda velis. Plaut. Menæch. Per ego vobis deos, atque homines dico. Ibidem, Per ego te hæc genua obtestor, ne, &c. Terent. And.5.1.15, Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere.
Per deridiculum verba dare alicui. Plaut. Pseud.18.7.
Per dilationes. Liuius 5.ab Vrbe,18, Cum his molliter, & per dilationes bellum geri oportet.
Per directum. Plin.lib.5.cap.22, Ambitus ad cacumen, XIX mil.pass. est, altitudo per directum IIII.
Per optimatium discordiam, dissensionemque, patribus principibusque cædes periculaque non crecntur. Cic.de Aruspicum respon.36.
Per dolum. Hirtius lib.5.bel.Africani,287, Qui per virtutem, non per dolum diuicare consueuerunt. De Gallis. Plaut. Bacchid.20.155, Vrbe capta per dolum.
Per doctos dolos auferre aliquid. Plaut. Pseud.7.70.
¶ Per fas, & fidem deceptus. Liuius 1.ab Vrbe,59, Turbato per merum ludicro, mœsti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hospitii fœdus, deumque inuocantes, cuius ad solenne ludosque per fas ac fidem decepti venissent. Plaut. Mostel.7.68, - per fidem
Deceptus sum: hospes hic me necauit.
Per fidem qui nos sæpenumero fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Cic.1.de Inuent.85.
Per figuram offerre iusiurādū. Suet.de Claris Rhet.3. Vide OFFERO.
Per flagitium famam perdere. Plaut. Trinum.10.18. Terentius Heaut. 5.1.56.
Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid. Cic. pro Quintio,33.
¶ Per gratiam abire. Plaut. Milit.13.32, Vin' tu illam actūtum amouere à te, vt abeat per gratiam? Ibidem,15.32,
Istuc caue faxis: quin potius per gratiam
Bonam abeat abs te, atque illæc quæ dixi dato.
Per gratiam absoluere. Cic.2.Verr.29, Vt nemo à vobis vt istum absoluatis per gratiam, conetur contendere.
¶ Per ignauiam in prælio sonum tubæ ferre non potes. Author ad Herennium, lib.4.166.
Per illos, Per me licet. Plaut. Pœnul.2.52,
- sin odio fit, dicam tamen:
Si quidem licebit per illos quibus est in manu. Idem Merc.24.29,
- per me sibi habeat licet
Semper ædepol. Terent. Hecy.5.2.7,
Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire,
Licet. Vbi Donatu, Per me, Me authore & permittente. Cic.4.Acad. 165, Per me vel sterras licet, inquit Carneades. non modò quiescas.
Per illa tempora, pro Illis temporibus. Liuius lib.6, Perraræ literæ per illa tempora fuere.
Per imprudentiam decipi. Cic.pro Roscio Comœdo,12.
Per alterius incommodum & calamitatem qui non ascendit, & sua virtute in altiorem locum peruenit, is mihi videtur amplissimus. Cic.pro Roscio Amer.50.
Per iniuriā. Cic.1.Verr.30, Ab hac prefectus Antonii quidā symphoniacos seruos abducebat per iniuriā, quibus se in classe vti velle dicebat.
Per summam iniuriam, Per summum dedecus. Cic.3.Verr.95, Ne per summā iniuriā pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Idē pro Roscio Amer.18, Vtri malit ceruices Roscio dare, an insutus in culeum supplicium paricidarū, per summum dedecus vitam amittere?
Per insidias. Cic.pro Domo sua,47, Quòd eum toties per insidias interficere voluistis?
Per interdicta crudelitatis alicuius aliqd alteri nō licere. Cic.in Pisonem.15.
Per interualla. Plin.lib.8.cap.42.10, Sed ad generandum paucis animalium fertilitas, qua de causa per interualla admissuræ dantur. De equis.
Per inuidiam depelli Tribunatu. Cic.3.de Orat.7.
Per iram aliquid facere quod nos pœniteat. Cic.4.Tuscul.129.

Per iram & leuitatem. Liui.6.bel.Pun.141. Pridie eum verberibus castigatum ab domiūs discessisse per iram ac leuitatem ex re fortuita crimen commentum.
Per ius & magistratum aliquem defendere. Cic.pro Quintio, 46.
¶ Per latrocinium imposita lex. Cic in Pisonem,23.
Per legem Cic.ad Saluitium, lib.2.16.4. Sed id vix mihi videris per legem Iuliam facere posse. Quintil.lib.7.cap.5. Si is, qui testamento iussus nō fecerit, dicat per leges id fieri non potuisse.
Per legem illam hoc mihi licet. Cic. Attico, lib.1.15.8.
Per literas. Cic.ad Attic.lib.10.194.3. Cæsar mihi ignoscit per literas. Cōpendium sermonis, pro eo quod est, Scribit se mihi ignoscere.
Per literas colloqui cum aliquo. Cic. Attico, lib.6.1.12.3.
Per vnam literam scriptum. Plin.de Claris Grammat.6. Et appellatione huius cognomen in plerisque iudicibus & titulis per vnam literam scriptum animaduerto.
Consulere aliquem per ludibrium. Tacit.lib.1. Abdusta Neronis vxor, & consulti per ludibrium Pontifices.
Per ludicrum, per iocum. Liu.4.bel.Pun.25. Qui quum sese ad renouandam societatem, quæ cum auo fuisset, venisse dicerent, per ludicrum auditi, dimissique sunt ab quærente per iocum Hieronymo, quæ fortuna eis pugnæ ad Cannas fuisset.
Per ludum & iocum. Cicero 3.Ver.110, Tantum dicam, paucos homines arrogantes hoc adiutore Qu. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertisse. Sic apud Plinium in epist.109.c, Per ludum & iocū occursum est rapinis.
Per ludum & negligentiam peruenire ad aliquid. Cic.7.Verr.142. Modò L. Fimbriam, C. Marium, C. Cælium vidimus non mediocribus inimicitiis ac laboribus conteudere, vt ad istos honores peruenirent, ad quos vos per ludum & per negligentiam peruenistis.
Per luxuriā effundere atque consumere, quod per scelus quis est adeptus. Cic.pro Rosc. Amerino,4.
¶ Per malitiam aliquid facere. Cic.pro Rosc. Comœdo,12.
Per manus prouinciam alteri tradere. Cic.de Prouinc. Consul.32.
Per maturitatem dehiscens. Plin.lib.12.cap.7.1. Paulatim verò dehiscentes per maturitatem, ostendunt candidum piper. Correctiora exemplaria legunt dehiscentes maturitate.
Per me nulla est mora. Terent. And.3.4.14. Vide paulo antè Per illos.
Per me percontatus sum, sineque indice aliquo. Hoc est, ex meipso, nullo alio suadente. Plaut. Merc.3.17.
Per medios ruit. Virg.4.Aeneid.135.
Per membranas oculorum vt cerni posset, fecit eas perlucidas natura. Cic. 2.de Nat.deor.113.
Per metum. Plaut. Aulul.6.12. Neque occultum id haberi, neque per metum mussari. Plin.epist.147.b, Inde inhabitantibus tristes, diræque notes per metum vigilabantur. Vide paulo antè Per fas.
Per momenta. Plin.epist.95.b, Ita est aliquid, quod huius fontis excursum per momenta repercutiat.
¶ Per naturam fas est, aut per leges licet. Cic.pro Milone,33.
Per nebulam aliquid scire. Plaut. Pseud.7.48. - quæ quasi
Per nebulam nosmet scimus, atque audiuimus.
Per necessitatem. Liu.1.ab Vrbe,19. Sed rem immaturam nisi aut per occasionem, aut per necessitatem aperiri noluerat.
Per vltimam necessitatem. Liu.2.ab Vrbe,184. Sed Sp. Licinius Trib. plebis venisse tempus ratus per vltimam necessitatem legis Agrariæ Patribus iniungendæ, susceperat rem militarem impediendam.
Per noctem cernuntur sidera. Plin.lib.2.cap.10.3.
Per nos. Pli.epist.315. Impetrandūque à bonitate tua per nos habet, qd' illi fortunæ malignitas denegauit. Quod Barbari dicūt Nostro medio. Hoc est, Nihil ei suppeditabimus.
Per notas nos certiores quàm scitè facit Iupiter. Cic.2.de Diuina.69.
¶ Per occasionem. Liu.10.bel.Pun.13. Hæc relata Scipioni spem fecerant castra hostium per occasionem incendendi. Ibidem, lib.4.86. Casilinum inter colloquia, cunctationemque perentium fidem, per occasionem captum est. Idem 1.ab Vrbe,45. Dum ea ibi Romani gerunt, Antennatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem fecit.
Subuertere aliquem per occultum. Tacit.lib.3. Quæ florentes priuignos quum per occultum subuertisset, &c.
Per officium. Tacit.lib.1. Drusio propinquanti, quasi per officium obuiæ fuere legiones.
Per omnia, In omnibus. Colu.lib.4.cap.2.2. Quare per omnia prætulerim duobus potius seminibus depositis, quàm vnico periclitari.
Per omnes dies. Plin.lib.6.ca.19.4. Regi eorum peditum sexcenta M. equitum, XXXM. elephantorum IXM. per omnes dies stipendiantur.
Per ordinem. Quintil.lib.4.cap.2.51. Contraria sunt omnia tribus filiis, qui mortem patris coniurarant, sortiti noctem singuli per ordinem, cū ferro cubiculum intrauerunt patre dormiente.
Per ordinem fungi honoribus. Plin.de Viris illust.67.
Per otium. Liuius 2.ab Vrbe,167, Si præda belli per otium frui velint, memorem se & ciuium iniuriæ, &c. Cic.1.de Inuent.6, Quare mihi videntur postea cætera studia recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis enituisse. Liu.7.bel. Pun.9, Vbi nemo hostium aduersus prodiit, spolia per otium legere.
¶ Per pacem. Plaut. Amph.4.134. Obsecro vt per pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem. Hoc est, te pacato, & non irato amplius.
Per partes emendare. Plin. epist.29.d, Et quædam ex his talia erunt, vt per partes emendari possint.
Per partes facere. Plin.epist.195, Faciam, per partes tamē, & quasi digesta.
Per potestatem auferre aliquid alicui. Cicero sexto, Verr.27, Quum iste ab sese hydriam Boeti manu factam præclaro opere, & grandi pondere per potestatem abstulisset, se sanè tristem & conturbatum domum reuertisse.
Per procuratores, aut per seipsum agere. Cic. Attico lib.4.86.7.
¶ Per quod effectum est vt te consulerem. Plin.epist.300. Et epist.143.
¶ Per hanc rationem aliquid alicui dare, pro Ad hunc modum, Hoc modo. Cic.4.Verr.88, Ita Iouis illud sacerdotium amplissimum per hanc rationem Theomnasto datur.
Per ridiculum. Plaut. Trucul.6.8.
Per risum & iocum aliquid contemnere. Cic.2.de Lege agr.94.
¶ Per scelus & latrocinium ex fanis religiosis auferre aliquid. Cicero tertio, Verr.38.
Pro se, pro, Quod ad se attinet. Cicero de Amicitia,61, Tanquam superiorem colebat, suosque omnes per se esse ampliores volebat
Per se, & Propter se, hoc est Propter excellentiam sui. Cic.de Amicit.68, Ita pulcherrima illa & maximè naturali carent amicitia, per se & propter se expetita. Idem ad Plancum, libro 10.3.1, Cum ipsum Furnium per se vidi libentissimè, tum hoc libentius, quòd illum audiens, te videbar audire.
Per se aliquid posse, Quasi nullo adiutore. Cæsar 2.bel. Ciuil.32, Reliqua vt poterant per te incommoda sustinebant. Cic.de Amicitia,16, Vt dandis recipiendisque meritis quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet. Idem pro Rosc. Comœdo, 17, Nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim æris.
Per se, Ex sese, sua natura, & quod dicitur Naturaliter. Cic.de Amici.68, Ipse enim se quisque diligit, non vt aliquam à seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quòd per se sibi quisque charus est.
Sua sponte, & per se. Cic.1.de Finib.38, Nam si concederetur, etiam si ad corpus nihil referatur, ista sua sponte & per se esse iucunda, per se esset & virtus & cognitio rerum, quod minimè ille vult, expetenda.
Per se ipse ac sua sponte ardor mouetur. Cic.2.de Natu.deorum,45.
Per se solus. Liu.1.ab Vrbe,116, Cognitiones capitalium rerum sine consilii per se solus exercebat.
Per se ipsa probitas parum tuta. Salust. in Iugurtha, Sed quando parum tuta per se ipsa probitas est, neque mihi in manum fuit Iugurtha qualis fuerat, ad vos confugi.
Per se splendet virtus semper, neque alienis vnquam sordibus obsolescit. Cic.pro Sestio,51.
Per semen. Cato cap.17. Vbi primùm incipiunt hiascere, tum legi oportet, tum primùm per semen incipiunt maturæ esse.
Per sententias aliquorum iusque iurandum aliquid allequi. Cicero pro Roscio Amer.5.
Per silentium adesse æquo animo, Tacite audire. Terent. in Prol. Phorm. 31. Et in Prol. Heaut.36. & in Prolog. Hecyræ,29.
Per silentium eō deducti. Liu.5.belli Punic.128.
Per simulationem. Cic.6.Verr.6. Non ablata ex vrbibus sociorum quatridui causa per simulationem Aedilitatis, domum deinde atque ad suas villas auferebant.
Per simulationem amicitiæ aliquem prodere. Cicero, Post red. ad Quirites,17.
Per somnium sensibus & curis vacuus animus. Cic.2.de Diuin.40.
Per longissimum spatium hoc receptaculo vtetur. Plin.epist.117.
Per speciem, Simulata occasione, per simulationem, fingendo. Liuius 1.ab Vrbe,183, Itaque per aliquot dies, quum iam expirasset Tarquinius, celata morte, per speciem alienæ fungendæ vicis, suas opes firmauit. Ibidem, 14, Fratris filiæ Rheæ Syluiæ per speciem honoris, quum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit. Idem 4.belli Puni.114, Equites CXII nobiles Campani per speciem prædandi ex hostium agro, permissu magistratuum ab Capua profecti. Idem, Hi postquam aliquid monerent, colloquendo cum Hannibale rati nocte per speciem venandi vrbe egressi, ad eum proficiscuntur.
Per stadia duo. Plin.lib.5.cap.29.3, Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit.
Per plures successiones traditæ. Plin.epist.225.
Per successiones sibi ius vendicare. Plin.lib.12.cap.14.3,
A suis, vel per suos inimicos aliquid ad te delatum esse, non sine magno

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem dolore, is mihi visus suspicari. Cic. Bruto, 1.1.
Per te stetit quominus hæ, fierent nuptiæ: id est, quod barbari dicunt, Tenuit per te. Terent. And. 4.1.16. Et Plinius epist. 1.20.
Per tempus, In tempore, siue tempestiuè, inquit Donatus, aut opportunè. Plaut. Pœn. 5.7.
Quibus pro benefactis fateor deberi tibi
Et libertatem, & multas gratas gratias.
M. Scitum est, per tempus: hoc est iam verbum vetus.
Per tempus aduenis. Plaut. Menæch. 4.28. & Terent. And. 4.4.44.
Per tempus egredi. Terent. Hecy. 4.3.15.
Per tempus subuenire alicui. Plaut. Trucul. 4.79.
Per tempus facies legere. Cato cap. 31. Item cap. 5.5. Et per tempus eam condito.
Per omne tempus quo fuimus vna. Plin. epist. 3.6.
Per id tempus. Liu. 1. ab Vrbe, 40. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data. Ci. pro Rosc. Amerino, 49. Per ista tempora.
Per triennium. Cic. 4. Verr. 21. Eiusdem modi omnis res iudiciaria fuit in Sicilia per triennium Verre Prætore. Ibidem, 2.8. Nulla res per triennium, nisi ad nutum istius iudicata est. Sic 4.04. & 1.2.
Per triumphum. Cicero. 3. Verr. 38. Ea Populo Roma. apportauit, per triumphum vexit.
¶ Per valetudinem quum posses venire, tamen noluisti. Cicero. Mario, libro 7.1.1.
Fulus sanguis per venas. Tacit. lib. 20.
Per Ver. Cato de Re rust. cap. 151. 1. Semen cupressi Tarentinæ per Ver legi oportet. Plin. lib. 17. cap. 18. 3. Siquis quærat quod tempus oleæ serendæ sit agro sicco per sementem, agro læto per Ver.
Per viam, In itinere. Plaut. Pseud. 11.70.
– si cor mihi nunc per viam est,
Omnes ordines sub signis ducam. Idem Cistell. 11. 1. Fabulantur per viam.
Per vices, Vicissim. Plinius epist. 3.2, Quid poplinæ? quid cubicula diurna, nocturnaque? possidentne te, & per vices partiuntur? Plinius auunculus libro 8. cap. 7.6. de elephantis, Ac velut imperio ac ratione per vices subeunt.
Per vices annorum. Plin. lib. 12. cap. 14.3. Quidam promiscuum ius iis populis esse tradunt in syluis, alii per vices annorum diuidi. Hoc est, per vicissitudines.
Per vim quod actum est, ratum esse non debet. Cic. 3. Offic. 149.
Per vim & scelus plurimum posse. Cic. pro Quintio, 46.
Per vim Consules creantur. Plin. in Paneg. 96.
Per vim vitium oblatum virgini. Terent. Adelph. 3.2.10.
Per vim lata lex. Plin. de Viris illust. 61.
Per vinum exortum dissidium: Hoc est, per ebrietatem. Plaut. Mil. 10.59. & Aulul. 30.65. Cic. 4. Act. 95. Omnium deinde inanium visorum vna depulsio est, siue illa cogitatione informantur, quod fieri solere concedimus: siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam.
Per visum. Cice. de Amicitia, 13. Quæ se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat.
Per vos, siue Per aliquem: Id est beneficio alicuius. Cicero pro Roscio Amerino, 19. Fieret tamen æquo animo Iudices, si per vos vitam & famam posset obtinere. Idem pro Fontelo, 4. Hunc per vos volunt, se per hunc incolumes existimant esse. Et ad Terentiam, libro 14. 18. 2. Mihi veniunt in mentem hæc, Romæ vos esse tutò posse per Dolabellam, eamque rem posse nobis adiumento esse, siquæ vis, aut siquæ rapi næ fieri cœperint.
¶ Per, Inter. Virg. 1. Georg 48.
Has inter, mediamque, duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuûm, & via secta per ambas,
Obliquus quâ se signorum verteret ordo. Vbi Seruius, Quû vitet vtrâ que temperatam, ipsa præpositio PER pro INTER accipienda est.
Per, pro eo quod nos Gallicè dicimus Au trauers. Plin. lib. 12. cap. 5. 3. Fructus per folia solubus coctus, prædulci sapore.
¶ Per, pro In. Virg. 5. Aeneid. 168. Sub remis fusi per dura sedilia nautæ. Id est, sedentes in duris sedibus.
¶ Per, pro Sub prætextu. Cic. pro Cecinna, 5. Qui per tutelam aut societatem, aut rem mandatam, aut fidociæ rationem fraudauit quempiam: in eo, quo delictum maius est, eo pœna est tardior.
¶ Per enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri & factum nostrum probari. Cic. Attico, lib. 10. 192. 1.
Per mihi mirum visum est Scæuola te hoc illi concedere, &c. Cicero. 1. de Oratore, 107.

Pera, pera, (πήρα,) Pellis à collo ad lumbos pendens. A quo pera, sac culi genus. Hinc Peram viatoriâ vocamus, qua panem & aliquid obsonii gestare viatores solent. Mart. lib. 14. 86.
Ne mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat & retico cum cane, pera rogat.

Pernla, perulæ, Diminutiuum (πηρίδιον,) Seneca epist. 91. Exemptû protinus è perula calicem fregit.

Perabsurdus, Adiectiuum, (λίαν ἄτοπος,) Valde absurdum significat. Cice. 4. Academ. 107. Illud verò perabsurdum quod dicitis, probabilia vos sequi, si re nulla impediremini. Idem 3. de Finib. 42. Illud autem perabsurdum, bonum esse aliquid, quod nû expetendum sit. Ibidem, 48.
Perabsurda verba. Cic. in Partit. 29.

Peracer, hæc peracris, hoc peracre, pen. prod. (πολυδήμους) Valde acre & vehemens. Cicero ad Papirium, libro 9. 16. 9. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre iudicium. Hoc est acerrimum & optimum & peracrum.

Peracerbus, Adiectiuum, (πολυστυφής,) Valde acerbus. Cice. de Senectu. 49. Primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. De vua.

Peracesco, peracescis, peracui, (μέγα ἐξιώσομαι,) peracescere, Valde acre & acidum fieri. Plaut. Bacchid. 22. 13.
– hoc hoc est quod peracescit, hoc demum est quod percucior,
Me hoc ætatis ludificari. Idem Aulul. 18. 10.
– mihi pectus peracuit
Capio fustem, obtrunco gallum furem manifestarium.

Peracidus, pen. corr. Adiectiuum (πολυεξής,) Valde acidum significat: vt Peracida poma, peracida pyra.

Peractio, Vide PERAGO.

Peracticum, Gummi genus, Vide PERATICVM.

Peracuo, peracuis, peracui, peracûtum, pen. prod. (μέγα ἐξιώσω,) peractiere, Valde acutum facere. Cato ca. 40. 1. Sumito tibi surculum durum, eum peracuito, falicem Græcam dicindito.
Peracûras, pen. prod. Adiectiuum, (ἱερόπωτος, ἐξυπνότης,) Valde acutum significat. Mart. lib. 5. 81. Vt citò testiculos peracuta falce secaret.
¶ Ingeniosus & peracutus homo. Cic. 4. Verr. 88.
Peracuta causa. Cic. pro Planc. 59 Fingenda fuit mihi Iudices causa peracuta, vt ei quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere diceré.
Peracutum, Ingeniosum. Cic. pro Cecin. 61. Non deieci, sed eiecit peracutum hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tuæ.
Peracûte, pen. prod. Aduerbium, (περιφανῶς,) Cice. 1. Acad. 50. Sed Zenonem Arcesilam anteiret ætate, valdeque subtiliter dissereret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam.

Peraedifico, peræ dificas, pen. corr. (τελείως οἰκοδομῶ,) perædificare, Ad inchoato domos extruunt, nec perædificatis cultum adhibent.

Peraequus, Adiectiuum, (πανισόνομος,) Valde æquum significat. Cic. 6. Verr. 41. Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.
Peræquè, Aduerbium, (ἐπιτρόπως, ἐξ ἴσου,) Admodum iustè. Cic. in Pisonem, 68. Quod cû peræquè omnes, tum acerbissimè Bœotii & Byzantii Cheronenses, Thessalonica sensit.
Cæsæ peræquè legiones Antonii. Asinius Pollio Cice. lib. 10. 33. 10.
Peræquè narrare. Cic. ad Atticum, lib. 2. 23. 2. Peræquè narrabat incensam esse iuuentutem.
Peræquè reperire. Cice. 5. Verr. 101. Atque hæc peræque in omni agro decumano reperietis.
Peræque florere. Cic. in Orato. 10. Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt, peræquè autem (id quod volumus) perpauci in omnibus.
Peræquo, peræquas, peræquare (ἐξισόω,) Æquum facere. Colu. lib. 3. cap. 3.4. Et apud me octogenæ stipes infitæ intra biennium septenos culeos peræquatent.

perago, peragis, pen. corr. peregi, pen. prod. peractum, (περαίνω, τελειόω, διαπραττόμενος, διανύω, ὁλοτελόω,) peragere, Perficere. Cice. de Senect. 59. Quibus qui splendidè vti sunt, hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse. Liuius 1. ab Vrbe, 123. Rex cætera vt ordinata erat peragit.
Aestates salubres peragere. Horat. 1. Serm. Iaty. 4.5.
Aeuum peregit. Ouid. 15. Metam. 97.
Bella peraguntur milite vitreo. Ouid. ad Pisonem, 39. De ludo scaechorum loquitor.
Busta peragere. Ouid. 1. Metam. 126.
Cibum peragere, pro Conficere. Plin. lib. 9. cap. 56. Huic tam igneum feruorem esse tradunt, vt omnia in mari contacta adurat, omnem cibum statim peragat.
Comitia peragere. Cice. 1. de Nat. deor. 15.
Concilium peragit Cæsar, equitesque imperat ciuitatibus. Cæsar 6. belli Gall. 13. & lib. 5. 87.
Cursum peregi quem dederat fortuna. Virg. 4. Aeneid. 131.
Dicta alicuius peragere. Ouid. 8. Metam. 165.
Donum peragere. Senec. Hippol. 8. 17. En perage donum triste regnatore freti. Virg. 5. Aeneid. 73. Post vbi, confecti cursus, & dona peregit.
Fabulam peragere. Cic. de Senect. 63.

Incœptum

Incœptum peragere. Virg. 4. Aeneid. 91.
Incœptum iter peragunt. Virg. 6. Aeneid. 77.
Peragere verum iudicium, pro Iudicium comprobare. Liuius libro 6. ab Vrbe.
Iussa peragere. Ouid. 2. Metam. 24.
Latus ense peregit. Ouid. epist. 4. 24. Hoc est penetrauit latus ense, ensem per latus egit, seu adegit.
Mandata peragere. Ouid. 7. Metam. 102.
Mortem peragere. Plin. epist. 58. a. lib. 3. Immobilis & extentus fidem peractæ mortis expleuit.
Nauem peregit in portum. Plautus. Id est perduxit.
Et multas noctes peregi insomnes. Apuleius.
Noctem peregi vacuus somno, Hoc est transegi. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 1.
Otia mollia peragebant gentes. Ouid. 1. Metam. 21.
Animo omnia secum peragere, Repurare apud se. Plin. epist. 190. 6, Ad hæc ego, Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi nec recuso si ita casus attulerit, lucre pœnas ob honestissimum factum. Virg. 6. Aeneid. Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi.
Opus peregit. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.10.
Partes suas peragere, Facere officium suum. Plin. lib. 7. epist. vltima, ad Tacitum, Respondi, Quum simus aduocati à Senatu dati, dispice nû peractas putes partes nostras, Senatus cognitione finitas.
Partes alicuius peragere. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 6.
Laboris pensum peragere. Col. li. 3. ca. 10. 6. Is porrò etiã siquam scientiã eligendi malleoli habet, eam propter infirmitatem dissimulat, ac superponit, & vt numerum quê villicus imperauit, explere possit, nihil curiosè, nihil religiosè administrat: vnumque est ei propositum, peragere laboris pensum. Id est tantum perfunctoriè facere id quod est imperatũ.
Postulata peragere. Liu. 1. ab Vrbe, 141. Ego sum publicus nuntius Popu. Rom. iussû, pieque legatus venio, verbisque meis fides sit. Peragit deinde postulata. Inde Iouem testem facit.
Res gestas peragere, Describere res gestas, scriptis declarare & perscribere. Liu. 2. ab Vrbe, 1. Liberi iam hinc Po. Ro. res pace, belloq; gestas, annuos magistratus, imperiaq; regũ potiora quàm hominum, peragam.
Sententiã suam alicui peragere. Liu. 7. ab Vrbe, 100. Q uò vbi, sicut edictũ erat, taciti conuenerunt: Hoc sententiũ milites, inquit, omisso militari assensu, in me audiendo seruandum est. Vbi sententiã meã vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dexteram partẽ taciti transibimus.
Seria nulla peraguntur fronte coronata. Ouid. 5. Fast. 69.
Sol duodena peregit signa. Ouid. 13. Metam. 135.
Fortuna grauis peragit incœptum tenorem. Ouid. epist. 21. 12.
Vita peragenda sub axe Boreo. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 9.
Volumina peragere. Plin. epist. 49. e. Nam perire omne tempus arbitrabar quod studiis nõ impartiret. Hac intentione tot ista volumina peregit.
Vota peragere. Ouid. in Ibin, 20.
Peragere, pro Fortiter agere. Senec. epist. 59 Hunc quem Græci œstrum vocant pecora peragentem, & totis saltibus dissipantem. Id est vrgentem ad continuum cursum.
¶ Peragere aliquem reum, Id est condemnare. Iurisconsult. Peregisse reũ non aliàs quis videtur, nisi à cõdemnauerit. Plin. epist. 53. a, Multique priuati reum peregerunt. Budæus. Peragi reus in criminibus, nõ res peragi dicitur. Est autem reum peragere, ita rei accusationem persequi, vt reus tandem damnetur. Paulus Iurisconsult. Desistitile autem is videtur, qui intra præfinitum accusationis à præside tempus reum suum non peregerit. Plin. in epist. Est lege cautum vt reus antè peragatur, tunc de præuaricatione quæratur. Hactenus Budæus. Liu. 4. ab Vrbe, 180, Vos autem si reum perago, quid acturi estis?
Reus peragor ore populi. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 5.
Peragere censuram. Plin. lib. 7. ca. 29. 1. Etenim insignibus iudiciis optimè, citraque inuidiam tam superba censura peragetur.
Peractus, Participium, (τετελειωμένος,) vt
Cædes ingens peracta. Virg. 9. Aeneid. 49.
Caula peracta. Ouid. 15. Metam. 8.
Consulatus peractus. Cic. in Pisonem, 4.
Peractis trilustrib æ initamentis, curiam ingreditur. Tacit. lib. 13.
Imperia peracta. Horat. 4. Carm. ode 14. 9.
Lux peracta. Ouid. epist. 20. 17.
Opus peractum. Stat. 1. Sylu. 1. 1.
Sacra peracta deo. Ouid. 5. Fast. 126.
Tempus melius peractum est. Ouid. 2. de Arte, 134.
Vita peracta sine labe. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 10.
Peractio, Verbale, (τελείωσις,) Cicero de Senectute, 78. Senectus autem, Peractio ætatis est.
Peragito, peragitas, pen. cor. peragitare, Frequentatiuum. Colum. lib. 12. cap. 19. 4. Et nihilominus subinde fœniculo paragitet, nequid subsede rit quod possit plumbeum perforare. Ibidẽ, ca. 34. 1. Et diligẽter lignea spatha, vel etiã manu peragitabimus, vt siquid inest vitii, eluatur. Cæsar 1. belli Ciuilis, 302. Milita enim progressi quatuor, vehementiusque peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt.

Peragro, péragras. pen. corr. (περιοδεύω, περιγωρέω) peragrare, Ex per, & ager, agri compositum, significat Inquirendo circuire, vt ait Seruius, siue Hue & illuc proficisci. Plin. lib. 30. cap. 1. 12, Planeque quod nemo dubitet, orbem terrarum peragrauit. Cicero 1. de Diuinat. 154, Arabes autem & Phryges, & Cilices, quòd pastu pecudum maximè vtuntur, campos & montes hyeme & æstate peragrantes, propterea facilius cantus animo & volatus notauerunt. Idem 6, Verr. 95, Orbem omnium peragrasse terrarum. Virg. 1. Aeneid. 78. Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro.
Agros & nemora peragrare. Cic. de Aruspicum resp. 21.
In labore militari peragrare Asiam. Cic. pro Murena, 10.
Belli diuersa peragrat. Valer. 6. Argon. 61.
Loca auia peragro, Lucret. lib. 4. 1.
Peragrare pedibus maria, classibus montes. Cic. 2. de Finib. 178.
Prouincias omnes peragrasse gloriatur Asellus. Cic. 1. de Orat. 143.
Regiones has arma Pop. Rom. peragrarunt. Cic. de Prou. Cons. 16.
Rura peragrare. Cic. 3. Offic. 3, Et ob eam causam vrbe relicta, rura peragrantes, sæpe soli sumus.
Saltus peragrat Dictæos. Virg. 4. Aeneid. 15.
¶ Fama peragrare dicitur. Cic. pro Mil. 75, Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii: & opinor vltra, quàm fines imperii Po. Rom. sunt, non solùm fama iam de illo, sed etiam lætitia peragrauit.
Mente innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, peragrare. Cic. 2. de Finib. 103.
Mente regiones peragrare. Cic. 2. de Finib. 163.
Mente, animoque peragrauit omne immensum. Lucret. lib. 1. 15.
Peragrare per animos hominum, per translationem. Cic. 1. de Orat. 112, Sed ita peragrat per animos hominum, ita sensus mentesque pertractat, vt non desyderet philosophorum descriptiones.
Latebras suspicionum peragrare. Cic. pro Cælio, 41, Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, non occultandi maleficii spes, non ratio vlla, non vestigium maximi facinoris repetietur.
Péragrans, pen. corr. Participium, (περιγωρῶν) vt
Mater saltus orbata peragrans. Lucret. lib. 2. 72.
Peragratus, pe. pr. (περιοδευμένος,) Aliud particip. Cic. 5. de Finib. 92, A quibus pp discendi cupiditatẽ videmus vltimas terras esse peragratas.
Montis peragrati saxa. Senecа Thebaid. 1. 3.
Peragratio, Verbale, (περιγωρήσις,) Cic. 2. Philip. 70, Quæ fuit eius peragratio itinerum, lustratio municipiorum.

Perambulo, perámbulas, pen. corr. (περιπολέω, διοδεύω,) perambulare. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 2, Vos qui multas perambulauistis terras.
Cubilia omnium perambolare. Catul. in Iulium Cæs. 27. 2.
Bos rura perambulat. Horat. 4. Carm. ode 5. 4.
Perambulabis astra sidus aureum. Horat. Epod. 17. 9.

Peramplus, Adiectiuum, (πολυπλατής,) Cicero, Sunt ea simulachra peramplà atque præclara, sed non ita antiqua. Idem, Simulachra duo peramplà & pulcherrima.

Peramo, péramas, pen. cor. (ὑπερφιλέω,) peramare, Valde, vel vsq; ad finem amare. Cic. 1. de Legib. 77, Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus peramatur toto pectore? Quædam exemplaria legunt, per se amatur.
Péramans, pen. cor. (ὑπερφιλῶν,) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. ad Atticum, lib. 4. 77. 5, Homo peramans semper nostri fuit, nec mihi vnquam odio.
Peramanter, Aduerbium, (πολυφίλως,) Plin. lib. 9. cap. 20. 7, Qui me quidem perofficiosè & peramanter obseruant.

Perangustus, Adiectiuum, (πολύστενος,) Admodum angustum significat. Cic. 7. Verr. 153, Vt ille in dolore, cruciatuque moriens, perangusto freto diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret.
Perangustè, Aduerbium, (πολυστενῶς,) Cic. 1. de Orat. 79, Sed tu hoc nobis de Scæuola & perfice, vt Crassus hæc, quæ coarctauit, & perangustè referit in oratione sua, dilatet, nobis, atque explicet.

Peranno, perannas, (ὑπετελεσφόρησε) perannare, Per integrum annum tempus viuere. Cõponitur enim ex per & anno, an, as, Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 12, scribit priscos Romanos mense Martio & publicè & priuatim ad Annam perennam sacrificatum ire solitos, vt annare, perannare eq; cõmodè liceret. Hoc est vitam degere incolumem per annum integrum. Quidam hic legunt perannam, per a primum vocalẽ, vt ab Anna derluatur, quæ mense Martio colebatur à Romanis, vt eis annare & perannare liceret: de qua sic Oui. li. 3. Fas. 30.
Nec mihi parua fides hinc annos isse priores,
Anna quòd hoc cœpta est mensa perannna coli. Et hîc legitur in quibusdam exemplaribus perenna, per e secundam vocalem. Sueton. in Ves. cap. 5, Ideoque puella nata non perannauit.

Perantiquus, pen. prod. (ἀρχαιότατος,) Adiectiuum. Cicero de Claris Orat. 20, Atq; hunc proximo seculo The-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mistocles inscecutos est, vt apud nos perantiquus, vt apud Athenienses, non ita sanè vetus. Sic 6.Verr.3.

Perappositus, pen.corr.Adiectiuum,(λίαν ἁρμό(ων,)Valde appositus.Cic.2.de Orat.152.Sunt etiam illa subabsurda,sed eo ipso nomine sæpe ridicula,non solùm mimis perapposita,sed etiam quodammodo nobis.

Perarduus, Adiectiuum,(πολυχαλεπός,)Cice.5.Verr.141.Mihi autem hoc perarduum est demonstrare.

Perarescо, perarescis,perarui,(παγξηραίνομαι,)perarescere,Prorsus aridum fieri. Colu.lib.11.cap.3.48. Sed nec patiendum est vt perarescat,aut totum decidat.Plin.lib.33.ca.6.8.Ac linteolo interposito in sole siccatur,non vt perarescat,

Perargutus, pen.prod.Adiectiuũ(πολυτερπνός,)Cic.de Clar. Orat.86.Quem studebat imitari L.Afranius poeta, homo perarguros,in fabulis quidem etiam(vt scitis)disertus.

Peraridus, pen.corr.Adiectiuum(παγξηρός,πολυκαρής,)Valde, vel prorsus aridum significat.Colum.lib.2.ca.19.1.Est autem modus in siccando,vt neque peraridam,neque rursus viride colligatur. Plin.lib.16.cap.24.4.Querna animalibus iubés dáti non peraridа.De foliis arborum.

Peraro, pératas,pen.corr.καταροτριόω,)peratâre,Ex per & aro cõpositum.Ouid.14.Metam.20,

– naresque à fronte remissas
Contudit,& rugis perarauit anilibus ora.

Pontum perarare. Senec.Medea,8.15.

Perarare carmina auro.Stat.4.Sylu.5.5.

– Huic mea carmina
Regina bellorum Virago
Cælareo perarauit auro.

Litera peraratur blandis verbis.Ouid.1.de Arte,92.

Pérarans,pen.corr.Participium,(καταροτριῶν,)Ouid.9. Metam.114.

Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cera manum Hoc est scribentem.

Peratus,pen.prod.Participium,(καταροτριωθός,)vt Tabellæ peratæ. Ouid.1.Amor.eleg.11.2.

Perasper, Adiectiuũ,(πολυτραχύς.)Valde asperum significat.Celsus lib.5 cap.28.de thymio,Ar thymió nominatur,quod super corpus quasi verrucula eminet,ad cutem tenue,suprà latiusiub, diuumi in summo,perasperum.

Perastutus, pen.prod.Adiectiuum(πολυμήχανος,Valdè astutus. à quo

Perastutè,Aduerbium.Plaut.Trucul.6.40.Vt perastutè eum iniiciatis in malam fraudem,& præmium.

Perattentus, Adiectiuum,(λίαν προσέχων,)Valde attentus. Cic. 5.Verr.9.Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus.

Perattentè,Aduerbium,(λίαν προσεχόντως,)Cicer. pro Cælio,18.Animaduerti enim ludices audiriâ vobis meum familiarem L. Herennium perattentè.

Perbacchor, perbacchâris(κωμάζω,)perbacchari,Perpotare & lusitare conuiuiis frequentandis, inquit Budæus. Cice.in Salust.6.Qui posteaquam ille suum annum in Rep.perbacchatus est:omniaque quæ commouerat,pace & otio resederunt,&c. Idem 2.Philip.102.At quàm multos dies in ea villa turpissimè es perbacchatus?ab hora tertia bibebatur,ludebatur,vomebatur.

Perbacchâtus,penul.prod.Participium,(κεκωμασμένος,)Claud.de bello Getico,49.

– passimque crematas
Perbacchata domos nullis incendia causis.

Perbeatus, pen.prod.Adiectiuum,(παμμάκαρος,)Valde beatus. Cic.1.de Orat.1.Cogitanti mihi sæpenumero, & memoria vetera repetenti,perbeati fuisse Quinte frater illi videri solent, qui in optima Rep.quum & honoribus,& rerum gestarum gloria floreant,cum vitæ cursum tenere potuerunt,&c.

Perbellus, Adiectiuum.(πολύκομψος,)A quo

Perbellè Aduerbium,(πολυκομψῶς,)Cic.Attico,lib.4.73.2. Perbellè feceris,si nos veneris. Idem ad Tironem,lib.16.18.2.Sed si me amas, quod quidem aut facis,aut perbellè simulas.Vide SIMVLAS.

Perbene, pen.corr.Aduerbium,(πολυκαλῶς,)Valde bene. Plaut. Menæch.14.82.Prandi perbene. Idem Aulul.7.9. Ain'tu valere te? B. pol ego haud à pecunia perbene.Cic. de Clar.Orato.55. Perbene loqui Latinè putabatur. Liu.4.bel.Pun.145.Perbene detectâ esse auaritiam.

Perbenigne, Aduerbium,(πολυφιλοφρόνως,)Valdè benignè.Terent.Adelph.4.5.69. – di me parent
Omnes oderint,si magis te,quàm oculos nunc amo meos.
M.Quid? quàm illam? A.B. æquè. M.perbenigne.Cic.ad Qu. fratrem, lib.3.10.2.Perbenignè mihi respondit.

Perbibo, pérbibis,pen.corr.pérbibi,perbibitum,pen.corr.(ἐκπίνω,)perbibere.Plaut.Sticho,6.16.At ego periti,cui metus lam lassitudo perbibit. Colu.lib.7. cap.4.8.Vbi per triduum deliburo tergore medicamina perbiberit. Cato cap.130. Perbibant bene.Hic ferè aliud non significat quàm Bibere.

Lachrymas perbibere.Ouid.6.Metam.80.

– terra caducas
Concepit lachrymas,ac venis perbibit imis.

Totas perbibit flammas.Senec.Herc Oetæo,4.65.

Perblandus, Adiectiuum,(πολυφίλτατος,)Valde blandus. Cice. pro Rab.Posthumo,13.Huic videlicet perblandus repetendus fuit,qui hominem,vt tu vis,auaritissimum exoraret. Idem ad Qu.fratrem,lib.1.2.13.Successorem habes perblandum,cætera valde illius aduentu tua requirentur.

Perblandè oratio.Liu.3.bel.Pun.19. Vbi prima eius oratio perblandè benigna fuit,qua gratias egit Campanis.

Perbonus, pen corr. Adiectiuum,(πολύκαλος,)Valde bonum significat.Plaut.Mostel.8.154.Non in loco emit perbono. Cic.pro Flacco,56.Agros habent & natura perbonos, & diligentia,culturaque meliores.

Perbono loco res erat,quoad,&c. Cic.Attico,lib.6.111.7. Quoad mecum rex fuit,perbono loco res erat:postea Pompeii procuratoribus sexcentis premi cœpitus est.

Perbreuis, & hoc pérbreue,pen.cor.(πολυβραχύς,)Valde breuis. Cic.de Claris Orato.81.Quodque difficile est,idem & peroornatus,& perbreuis.

Perbreuis ævi Carthago. Liuius 8.bel. Pun. 187. Si quidem Scipionem ducem in Africam mittant Romani,satis sperate perbreuis ævi Carthaginem esse.

Tempus perbreue.Ouid.3.Trist.eleg.2.13.

Aliquando interponitur dictio inter per,& breuis.Cic pro Cluent.1 Altera pars ea quæ propria est iudicii vestri,& legitimæ venefici quæstionis,per mihi breuis,& non magnæ in dicendo contentionis fore videtur.

Perbreuiter,pen.corr.Aduerbium(πολυβραχέως,)Valde breuiter.Cic.3. de Orat.130.Ac ne diutius vos demorer,de omni isto genere quid sentiam perbreuiter exponam.Idem pro Domo sua.32.Sed hæc de auspiciis,quæ ego nunc perbreuiter attingo,acta sunt à te.

Percа, percæ,(πέρκαι,)Pisces.Plin.lib.32.ca.10.12.Carcinomata percarum capita lassarum.

Percalefacio, (ὑπεκθερμαίνω)& Percalefio.Vnde Percalefactus, Participium Lucretius lib.6.36.

Mobilitate tua feruescit,vt omnia motu
Percalefacta vides ardescere.

Percalleo, percalles,percallui,(πάντως πεφεύμαι,)percallère,Iaduratum vel obduratum esse in re aliqua, vt iam callis contractis amplius nos non fastidiat.Tracta metaphora ab his qui diuturnis laboribus assueti, callum sam contraxerunt. Cicc. pro Milone, 56.Sed nescio quo modo iam vsu obduruerat,& percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

Vsum rei alicuius percallère.Cic.2.de Ora.80.Si modo vsum rerum percallueris,nihil te effugiet. Hoc est perfectè callueris,intellexeris.

Percandidus, pen.corr Adiectiuum,(πολυλευκός,)Valde candidus.Celsus lib.5.cap.19.de elephantino emplastro,Est autem ea percandida compositio.

Percantatrix, pen.pro.percantatrîcis,f.g.(γοητεύτρια,)Plaut. Milit.10.98.

– da quod dem Quinquatribus,
Percantatrici,collectrici,aruiolæ,atque haruspicæ.

Percautus, Adiectiuum,(πολύδολος,)Cic.ad Qu.fratrem,lib. 1.1.27.Delectus in familiaritatibus & prouinciarum hominum & Græcorum percautus & diligens.

Percelebro, percelebras,pen.corr.(ὑπερφημίζω,) percelebrare, Maximè diuulgare.Cice.7.Verr.65.De qua muliere plurimi versus qui in ifius cupiditatem facti sunt, tota Sicilia percelebrantur. Id est vulgò cantitur.

Audita & peruulgata & percelebrata sermonibus res est.Ci.pro Cælio,55.

Perceler, pen.corr.(πολυωκύς,)Admodũ celer.Cic.pro Cælio,46. Habuisse aiunt domi,vimque eius esse expertam in seruo quodam ad rem ipsam parato:euius perceleri interita esse ab hoc comprobatum venenum.

Percello, percellis,perculi,pen.corr.& perculsi,perculsum,(κατατείνω,πτερόω,πλήττω,)percellere,Euertere,percutere, inquit Nonius.Varro Parmenone,Alius teneram abietem solus percellit.Plaut.Persa.2.3.2.Peri,perculit me prope. Terent.Eunu.2.3.87.

– peri,quid ego egi miser?

Quò trudis? perculeris iam tu me.Vbi Donatus,Perculeris, peruertеris. Plaut.Epid.1.2.2.Periì,plausitum perculi. Virg.lib.4 Aeneid.74.

Perculit,& fulua moribundum extendit arena. Tacitus, Ingens rerum tumultus,perculsit ciuitates. Terè.And.1.1.98.Perculsit illico animum.

Vbi

Vbi quidam perculsit legont.Colum.Equus vngulâ testa acuta peculit.

Cuspide percolit. Ouid.2.Amor.eleg.9.2.

Ferro perculerat leænam.Stat.1.Achill.34.

Flectantem cornua stipite perculit Ouid.5.Metam.12.

Percellere & euertere.Cic.pro Milone,42.Adde casus,adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem: qui sæpe spoliantem iam & exultantem euertit & perculit ab abiecto.

Percellere & labefactare aliquem.Cic.pro Domo sua,22.Desinant desinant homines isdem machinis sperare me restitutum posse labefactari quibus antea stantem perculerunt.

Percelli & Recreari,contraria.Cice.Bruto,3.2.Timore quodam perculsa ciuitas tota ad te se cum cõiugibus & liberis effundebat: recreata ad XII Calend.Maii te huc venire,quàm se ad te ire malebat.Idem Attico,lib.7.14.1.

Perculit eum illud.Cice.3.de Leg.14.Quid enim illum aliud perculit,nisi quòd potestatem intercedendi Collegę abrogauit?

Perculit te dolor.Ci.1.Tusc.80.Si te fortè dolor aliquis perculerit,excelabia vt mulier? Quidam legunt peruellerit.

Percellere alicuius pectus pauore.Liu.1.ab Vrbe,245.

Vox perculit vrbem.Valer.1.Argon.19.

Perculit me,Id est afficit aut delectauit me.Horat.1.Carm.ode 7.3.

Me nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Larissæ perculsit campus opimæ,
Quàm domus Albuneæ resonantis.

Percelli peste.Colu.lib 7.cap.7.1. Quamobrem statim quum vnam vel alteram pestis perculit,omnibus sanguis detrahendus.

Repentina vi,ac tempestate populari percelli.Cic.pro Sest.123.

Vis Martis,non ita victoriæ,ciues,quos amisimus,perculit. Cice.pro Marcello,10.

¶ Percellere,Differre.Lucilius,Ad nouum hoc percellit annum.

Perculsus,Participium,(πεπλαγμένος,)vt

Perculsus literis. Cic.Pæto,lib.9.21.5.Repentè perculsus est atrocissimis literis,in quibus scriptum erat,fundum,&c. Alibi legitur Percussus.

Hæc te vox non perculit?non perturbauit?Cic.5.Verr.113.

Amore ingenti perculsus.Virg.2.Aeneid.96.

Magno laudum perculsus amore.Virg.9.Aeneid.40.

Casu perculsus iniquo.Virg.6.Aeneid.95.

Perculsus suspicione.Cic.pro Cluentio,85.Neque enim dubito quin tiales viri suspicione aliqua perculsi repentina, de statu suo dicturarent.

Timore perculsi membra.Lucret.lib.5.246.

Perculsus & abiectus.Cic.1.in Catil.16.iacet ille nunc prostratus Quirites, & se perculsum atque abiectum esse sentit.

Perculsus animos,& abiectus. Cic.Attico,lib.3.42.2.Id est perturbatus & timore concussus.

Obstupuit simul ipse,simul perculsus Achates.Virg.1.Aeneid,104.

Perculsa timore ciuitas. Cice.ad Brutum,3.2.

Perculsa & afflicta iandiu suis consiliis Græcia.Cic.pro Flacco,12.

Virgo perculsa.Catul.Argon.59.73.

Vulgus perculsum terrore.Lucan.lib.1.97.

Perculsa & prostrata excitare.Cicero pro Marcello,13.Omnia sunt excitanda tibi.C.Cæsar vni quæ iacère sentis,belli ipsius impetu (quod nesciebat fuit)perculsa atque prostrata.

Percenseo, percenses,percensui(κατεριθμοῦμαι,)percensère,Idem quod Recenseremisi quid perfectionis addat præpositio.Plin.li.29.cap.1.12. Etenim percensere insigna priscorum in his moribus conuenit.Cic.in Partit.70,Quo in genere percensere poterit plerosque inueniendi locos. Idem pro Lege agrar.54.Italiam percensuisti,perge in Siciliam.

Percensere beneficia numerando.Cic.Post reditum in Senatu,1. Quod tam diuinum atque incredibile genus orationis,quo quisquam posset vestra in nos vniuersa promerita,non dicam complecti orando, sed percensere numerando?

Percensuitque cursim numerum legionum.Tacit.lib.4.

Totum percensuit orbem. Ouidius 2.Metam.67. Id est peragrauit totum orbem.

Senium ævi percensere.Stat.1.Thebaid.54.

Percieo, pércies,percíui,percitũ,pen.corr.(ἐκκινέω,ἐκπαίω,)Valde cieo.Lucre.lib.3.37.Ocyus ergo animus,quàm res se percier vlla. Idem lib.3.61,percit,pro perciet,vt etiam in simplici cit pro ciet,à Percio,

At natura boum placido magis aere viuit:
Nec nimis irai fax vnquam subdita percit,
Fumida suffundens cæcæ caliginis vmbras.Idem lib.4.115.

Præterea edictum sæpe vnum perciet aures
Omnibus in populo missum præconis ab ore.

Percitus,pen.corr.Participium,(ἐκφορός,)Percussus,inquit Nonius,nimis incitatus,qui ira ac furore accensus est.Plaut.Cas.15.6.

– abscede Ab ista obsecro,nequid in te mali faxit ira percita. Idem Menæch.20.22. – quid cessas dare

Potionis aliquid,prius quàm percitus insania? Item Asin.14.13.

– ne illa existumet,
Amoris causa percitum id fecisse te
Magis,quàm sua causa. Idem Amphit. 8.93, Atra bili percita est.
Terent.Hecy.3.3.17, – & corripui illico
Me inde lachrymans incredibili re,atque atroci percitus. Cic. pro Tito Ann.Milone,46,Siue enim illud animo irato,ac percito fecisset, vt incensus odio,trucidaret inimicum,&c. Plancus ad Senatũ,lib.12. 15.10,Huius rei timore p.c. percitus,iniurias perpeti, & cum contumelia etiam,&c. Sic Liu.6.ab Vrbe,158.

Dolore percitam instigat furor.Sene.Hippol.12.1.

Magno furore percitus.Sene.Herc.fur.1.22.

Motu æterno percita femina.Lucret lib. 2.210.

Percingo, percingis,percinxi,percinctum,(περιζώννυμι,) percinge re,Omnino cingere. Colum.lib.10.32, Sæpe suas sedes percinxit vitibus albis.

Percipio, pércipis,pen.cor.percépi,pen.prod.perceptum,(καταλαμβάνω,)percipere,Ex per & capio compositum,Perfectè capere.Variis nominibus iungitur.

Percipere & consequi aliquid. Cic.1,Offic.86,Nec medici,nec imperatores,nec oratores, quanuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine vsu & exercitatione consequi possunt.

Diligenter percipere. Quint.lib.1.c.10.13, Nam Plato quì in aliis quibusdã,tum præcipuè in Timæo,ne intelligi quidẽ,nisi ab his hanc quoque partem disciplinæ diligenter perceperint,potest. De musice.

Diligenter quæ dicuntur percipere, & ea penitus animis nostris mandare.Cic.1.in Catil.19.

Facilè aliquid percipere.Quintil.lib.1.cap.3.1.

Animo percipere aliquid & memoria custodire.Cic.1.de Orat.63.

Attem percipere. Cic.ad Trebatium, lib.7.20.3,Sin tibi quædam videbantur obscuriora,cogitare debebis,nullam attem literis sine interprete,& sine aliqua exercitatione percipi posse.

Disciplinas singulas percipere si magnũ est, quanto maius omnes?Cic.1. de Nat.deor.18.

Doctrinam percipere.Cic.4.Acad.1, Tum omnis liberalis & digna homine nobili ab eo percepta doctrina.

Dolores percipere. Cic.ad Terẽtiam,lib.14.1.3, Acerbissimos dolores, miseriasque percepit.

Fames percipit ventris medullam.Plaut.Sticho,6.17, Quid ego cui misero medullam ventris percipit fames?

Serere,percipere,& condere fructus.Cic.de Senect.21.

Fructum ex arbore percipere.Plin.lib.15.cap.1.3,Hesiodus negauit oleę satorem fructum ex ea percepisse quenquam.

Fructum percepimus anni.Propert.lib.4.eleg.2.3.

Fructũ victorię percipere.Cic.7.Ver.61,At etiam qui triumphant,eoque diutius viuos hostium duces seruant,vt his per triumphum ductis,pulcherrimum spectaculum, fructumque victoriæ Pop.Romanus percipere possit. Cæsar 7.belli Gallici,113,Vt aliquando pro tantis laboribus fructum victoriæ perciperent.

Gaudia securа percepit.Ouid.7.Metam.91.

Iucunditatem vel lætitiã percipere.Cic.2.de Fin.22.Et Plin.in Paneg.36.

Luctus percipere.Cic.Terentiæ,lib.14.1.1.

Me odium percipit. Terent.Eunucho,5.6.2.

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi,
Neque agri,neque vrbis odium me vnquam percipit. Plaut.Truc.9.14,Si benefacere incœpit,eius enim citò odium percipit.

Memoria percipere,hoc est Memoria complecti,Cic.4.Acad.189,

Vnde memoria si nihil percipimus (sic enim quærebas) quod meminisse visa,nisi comprehensa non possumus?

Nomina omnium ciuium percipere,pro Mente cõplecti.Cic.de Senect.19, Themistocles omnium ciuium nomina perceperat.

Oculis aliquid percipere.Cic.6.Verr.56.

Odium vitæ percipit humanos.Lucret.lib.3.16.

Præmium percipere.Cæsar 2.bel.Ciuil.136.Quum uestri officii præmia percipere debeatis.

Sensibus percipere. Cic.1.de Finib.59, Non enim hanc solam sequimur, quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet, & cum iucunditate quædam percipitur sensibus.

Animo victoriam percipere.Cæsar 3.bel.Ciuil.345,Ac iam animo victoriam percipiebant, quòd de re tanta, & à tam perito imperatore nihil frustra confirmari videbatur. Fortasse legendum præcipiebant, pro antè capiebant.

Voluptatem percipere.Cic.1.de Finib.96, Nec maiorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse. Ibidem,lib.2.51,Eam autem ita persequitur,quæ palato percipiatur,quæ auribus.

Vsum alicuius rei percipere.Cæl.3.bel.Ciuil.308, Qui quotidiana consuetudine vsum quoque eius generis præliorum perciperent.

¶ Percipere,Intelligere,Cognoscere.Plaut.Cure.4.2, Ne,quod hîc agimus, herus percipiat fieri, mea Planesium. Cic. de Amicitia,23.Id si

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus intelligitur, quanta vis amicitiæ, concordiæque sit, ex dissensionibus, atque ex discordiis percipi potest.

Percipere & comprehendere aliquid. Cic. 4. Acad. 67. Conantur ostendere esse aliquid perspicui, verùm illud quidem impressum in animo atqui mente, neque tamen id percipi ac comprehendi posse.

Percipe quid dubitem. Virg. 9. Aeneid. 39.

Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi. Virg. 6. Aeneid. 21.

Caulam percipe. Ouid. 4. Fast. 189.

Animi percipiunt citò dicta. Horat. de Arte, 68.

Paucis percipe rerum exordia. Lucret. lib. 4. 23.

Verba mea percipe. Ouid. 5. Fast. 143.

Percipere opinione. Cæs. 7. bel. Gall. 19. At Cæsar biduum in his locis moratus, quòd hæc de Vercingetorige vsu ventura opinione perceperat, per causam supplementi, equitatusque cogendi, ab exercitu discedit.

Celeritas percipiendi. Quintil. lib. 1. cap. 10. 26.

Fructus percipiendus auribus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 14.

Philosophia oratori necessariò percipienda. Cic. 1. de Orat. 111.

Voluptas percipienda oculis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 8.

Perceptus, Participium, (κατειλημμένος,) vt

Voluptas percepta breuis. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 2. 11.

Perceptio, Verbale, (κατάληψις,) Colum. lib. 1. cap. 3. 1. Nam vbi sit ratio cum Orco ponenda, ibi non modò perceptionem fructuum, sed & vitâ colonorum esse dubiam. Cice. 1. Offic. 16. Neque agricultura, neque frugum, fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio sine hominum opera vlla esse potuisset.

Cognitio & perceptio. Cicero 1. Academ. 65. Neque hoc quicquam esset turpius, quàm cognitioni & perceptioni assertionem approbationemque præcurrere.

Perceptio animi. Cic. 4. Acad. 45. Ars verò quæ potest esse, nisi quæ nõ ex vna, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat?

Perclamo, perclamas, pen. prod. (καταβοάω,) perclamare, Vehementer clamare. Plaut. Trucul. 3. 6.

– quot illic blandiriè, quot illic
Iracundiæ sunt, quot sunt perclamanda?

Percognosco, percognoscis, percognoui, pe. prod. percognitũ, pe. corr. (πάνυ γιγνώσκω,) percognoscere, Perfectè cognoscere. Plaut. Truc. 4. 47. Sunt publicani. Dvtrosque percognoui probè. Idem. Plin. lib. 4. cap. 14. 1. Nam Germania multis postea annis nec tota percognita est. Idem lib. 37. cap. 3. 3. Percognitum nuper.

Percolo, percolis, pen. corr. percolui, percultum, (περικόνω,) percolere, Perfectè colere, Id est amare & venerari. Plaut. Trin. 6. 4.

– feceris par cæteris tuis factis, patrem Tuum si percoles.

Honore aliquem percolere. Tacit. lib. 18. Plerosque Senatorii ordinis honore percoluit.

Percolere, Culturam absoluere, perficere, polire, supremam manum addere, cõplere. Plin. epist. 101. lib. 4. Præterea indulsi amori meo: amo enim quæ maxima ex parte inchoaui, aut inchoata percolui.

Percultus, Participium, (κεκαλλωπισμένος,) Ornatus, Politus. Plaut. Pœn. 4. 17. Nam quæ lauta est, nisi perculta est, meo animo quasi in venusta est.

Percolo, percolas, pen. prod. percolaui, percolatum (διηθέω,) percolare, Totum colare. Colum. lib. 12. ca. 41, 3. Deinde quì fuerint decocta, vt non multum iuris superfit, refrigerantur, & percolantur, eaque quæ in colo subsederunt, diligenter contrita lauigantur. Cato cap. 108. Tum id percolato, polentam adiicito. Plin. lib. 17. cap. 7. 5. Et lib. 31. cap. 6. 13. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit. Colum. lib. 12. cap. 17. 2. Postea in iunceis fiscellis vel sparteis saccis percolant.

Humor percolatur per terras. Lucret. lib. 2. 96.

Virus percolatur. Lucret. lib. 5. 54. Seneca lib. 1. Natur. Quæst. eleganter dicit eos qui se ventri putant viuere, cibos & potiones percolare: quia ingerunt in ventrem quod mox velut colatum defluit.

Percomis, & hoc percõme, pen. prod. (πάνυ ἐυτράπελος,) Cice. de Claris Orat. 112.

Qui peritissimus iuris, idemque percomis est habitus.

Percommodus, pen. corr. Adiectiuũ, (πάνυ ἐπιτήδειος,) Valde commodus.

Percommode, Aduerbium, (λίαν ἐπιτηδείως,) Admodum cõmodè. Liu. 10. bel. Pun. 130. Percõtatusque, satin' percommodè omnia exploraſſent, datis qui persequerentur, retro ad Annibalem dimisit.

Percommodè accidere. Cic. pro Cecinna, 56. Hoc loco percommodè accidit, quòd non adest is qui paulo antè affuit.

Percommodè facit Cic. 2. de Orat. 190. Et quòd mihi nihil, aut quòd non multum relinquis, percommodè facis, estque mihi gratum.

Percommodè factum quòd. Cicero 4. Tuscul. 104. Itaque siue casu accidit, siue consilio, percommodè factum est, quòd eis de rebus, quæ maximè metuuntur, de morte & de dolore, primo & proximo die disputatum est.

Perconditus, penul. corr. (ἀπόκρυπτος,) Adiectiuum, ex per, & condo, condis compositum, significat Reconditũ, & abstrusum. Cice. 1. de Orato. 67. Exponam vobis non quandam aut perconditam, aut valde difficilem, aut magnificam, aut grauem rationem consuetudinis meæ. Alia exemplaria habent perreconditam.

Percontor, percontãris, (πύνομαι, ἱστορεύομαι,) percontari, (authore Donato) à conto, quo nautæ vtuntur ad loca inquirenda, nauibus opportuna. Plautus Amphit. 8. 76. Qui illuc in mente est tibi, mi vir, percontarier? Terent. Hecyra, 5. 3. 12. Tua quod nihil refert, percontari desinas. Idem Eunuch. 2. 3. 3. Vbi muestigemtiquem percontert. Cice. ad Trebatium, lib. 7. 16. 5. Qui istinc veniunt, superbiam tuam acculant, quòd negent te percontantibus respondere.

Percontari & interrogare. Cic. 2. de Finib. 3. Is enim percõtando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, vt ad ea quæ hi respondissent, liquid videretur, diceret. De Socrate.

Inter percontari & interrogare. Quintil. lib. 9. ca. 2. 1. Quid tam commune quàm interrogare vel percontari? nam vtroque vtimur indifferenter, quum alterum noscendi, alterum arguendi gratia videatur adhiberi.

Percontari & quærere. Cicero 1. de Oratore, 49. Quo in genere tu Antoni (verè loquar) nunquam mihi percontanti, aut quærenti aliquid defuisti.

Otiosè percontari, Vide O T I V M.

Vlrò aliquem percontari. Quintil. lib. 2. cap. 2. 4.

Doctos percontari. Horat. 1. epist. 19. 21.

Singulos percontari. Cælius Ciceroni, lib. 8. 7. 4.

Ab aliquo percontari. Cic. 4. Acad. 4. Itaque quum totum iter & nauigationem consumpsisset, partim in percontando à peritis, partim in rebus gestis legendis, &c.

Percontari de. Cic. in Somnio Scip. 3. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra Rep. percontatus est.

De nominibus alicuius percontari. Cic. Attico, lib. 6. 118. 1.

Percontari aliquid aliquem. Plaut. Aulul. 7. 33. Quæso quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.

Aliquid ex aliquo percontari. Plaut. Bacch. 4. 12. Istuc volebam ego ex te percontarier. Idem Perſa, 16. 43. Quia enim te ex puella prius percontari volo.

Disciplinam aliquam ex alio percontari. Cic. 2. de Diuin. 115.

Ex aliquo percontari, quanti aliquid vendat. Cic. de Clar. Orat. 69.

Aliquid insidiis hostilibus percontari. Plaut. Pseud. 17. 10.

Occasionem repperisti verbero,
Vbi percontêris me insidiis hostilibus?

Percontor quanti olus ac far. Horat. 1. Serm. saty. 6. 75.

¶ Percontari, Expectare. Terent. Phorm. 2. 4. 22.

– frater est expectandus mihi: is
Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar:
Percontatum ibo ad portum, quo ad se recipiat. Legitur & percũctari, in eadem tamen significatione.

Percontatio, Verbale, (πύσις,) Interrogatio, Inuestigatio, Inquisitio. Cic. de vniuers. 3. At primum quidem tempus salutationibus, reliquum percontatione consumpsimus.

Rogatio atque huic finitima quasi percontatio expositioque sententiæ suæ. Cic. 3. de Orat. 113.

Ducere sermonem percõtatione alicuius. Cic. de Claris Orat. 115. Omnis quæ ille sermo ductus è percontatione filii, quid in Senatu esset actum.

Altius repetita percontatio. Quintil. lib. 5. cap. 7. 19.

Quærere percontatione aliquid. Cic. pro Cluentio. 146. Post aliquid adiungere dictum de veneno, quod non percontatione quæsitum, sed dolore expressum videretur.

Percontator, pen. prod. (πύστης) Aliud verbale. Hora. 1. epist. 19. 14. Percontatorem fugito nam garrulus idem est.

Percontumax, pen. cor. percontumãcis, pe. prod. om. ge. (ἐπιτρόπευκός,) Valde contumax. Teren. Hecyra, 3. 5. 54. Percontumax redisti huc nobis Pamphile.

PERCOPE, Vide PERCOTE.

Percopiosus, pen. prod. Adiectiuum, (πάνυ ἐυπορος,) Plin. epist. 108. Quæ de me scripsistis quibus quidem percopiosus fuisti.

Percoquo, percoquis, penu. corr. percoxi, percoctum, (πανεψέω,) percoquere, Perfectè coquere. Plin. lib. 23. ca. 7. 12. Bubulas carnes, additi caules magno ligni compendio percoquunt. Idem lib. 20. cap. 9. 6. Biles detrahere non percoctam putant. Plaut. Merc. 11. 18. Coquum aliquem arripiamus, prandium qui percoquat.

Ardor terram percoxerat igni. Lucret. lib. 5. 252.

Mora percoquit vuas. Ouid. 1. de Remed. amor. 17.

Humorem percoquere. Lucret. lib. 6. 172.

Terra dicitur percoquere messem, dum ad maturitatem fouet. Plin. epist. 101. Colles optimam messem ferus tantùm, sed non minus percoquit.

Sol percoquit fructus. Senec. de Benefi. 7. Annum cursu suo temperat, aliis corpora,

corpora, sata euocat, percoquit fructus. De Sole.

Percoctus, Participium, (πανεψημένος,) vt Color percoctus, Lucret. lib. 6. 145.

¶ Percoctus, Perfectè maturus. Plin. lib. 15. cap. 19. 3. Succus maturescentibus laetis, percoctis mellis. De ficis.

PERCOTE, pen. prod. quæ & Percope dicta olim fuit, (περκότη,) vrbs est Troadis, vt ait Stephanus. Hinc

Percosius, (περκοσιος,) Qui vrbem illam inhabitat. Valer. 2. Argon. 126.

Iam inga Percotesi Pattamque infame fragosis
Exuperat, Phthiamque vadis. Idem 1. Argon. 6. Muneribus primas eõ iunx Percosia vestes Imposuit.

Percrebresco, percrebrescis, percrebui, (θρυλλοῦμαι,) percrebrescere, Crebrum fieri, diuulgari. Plin. in Paneg. 50. Percrebuerat antiquitus, vrbem nostram, nisi opibus Aegypti alitur, flentariique non posse. Cic. 3. Offi. 75. Quod quum percrebuisset. Idem 1. Verr. 7. De quo non præiudicium, sed planè iudicium iam factum putaturi quod ita percrebuit, Siculos omnes actorem suæ causæ contra illius iniurias quæsisse. Idem ad Atticum, lib. 11. 21. 7. 4. Ipsi enim illi putaui pernicosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisset.

Percrebuit omnium sermone. Cic. 2. Verr. 1. Inuetteruit enim iam opinio perniciosa Reipub. vobisque periculosa, quæ non modo Romæ, sed & apud exteras nationes omnium sermone percrebuit.

Percrebuit fama. Cic. 6. Verr. 60. Præsertim cum hæc omnino fama de nostrorum hominum auaritia & cupiditate percrebuerit. Cæsar 3. bel. Ciuil. 172. Quum fama per orbem terrarum percrebuisset, illum à Cæsare obsideri, &c. Cic. ad Plancum, lib. 10. 10. 2. Tamen ipsa fama quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus.

Vox illius nefarii percrebuit. Cic. pro Murena, 47.

Percrepo, percrepas, pen. corr. percrepui, percrẽpitum, penultim. corr. (ὑπηχέω,) percrepare, Valde crepare. Cicero 7. Verr. 18. Lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantique symphoniæ.

Percrescо, percrescis, percreui, percrẽtum, penul. produ. percrescere, icere. Quintil. libro 7. cap. 1. Nam vis quæstionum percrescere debet, & ad potentissima ab infimis peruenire. Legitur quidam semper crescere.

Percrucio, percruciãs, (δριμύω,) percruciare, Valde cruciare. Plaut. Bacchid. 22. 13.

– hoc hoc est quod peracescit, hoc demum est quod percrucior,
Me hoc ætatis ludificari.

Percrudus, pen. prod. Adiectiuum, (ὑπερωμός,) Valde crudum significat & immaturum. Colu. lib. 12. cap. 10. 3. Pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legeris, diligenter inspicito, vt sint integra sine vitio aut vermiculo.

Percudo, percũdis, percũdi, percũsum, pe. prod. (κατακαλάττω,) percudere, Idem quod simplex Cudo significat nisi forte aliquid addat præpositio, vt Totum cudere significet. Colum. lib. 8. cap. 5. 11. Die vndecimo animaduertat an pulli rostellis oua percuderint, & auscultetur si pipiant.

Percunctor, percunctãris, (πύνθομαι, ἱστορέω,) percunctari. Idem quod Percontari, Diligenter inquirere. Percũctari, inquit Donatus, ab eo quòd à cunctis inquiratur, dicitur. Plaut. Epid. 2. 32. Desiste percunctari. Idem Asin. 9. 95.

– atque etiam tu quoque ipse, si esses percunctatus
Me ex aliis, scio pol crederes nunc quod fers.

Aurem suam percunctari. Gel. libro. 13. cap. 19. Tum is qui quæsierat. Quonam modo vis, inquit, aurem meam interrogem? Et Probum ait respondisse, Quo suam Virgilius percunctatus est.

Percunctor, cum duplici accusatiuo. Liu. 9. bel. Macedon. Esse quæ eũ quoque percunctari vellet.

Percunctatio, Verbale, (ἱστορία,) Cæsar 5. bel. Gal. 53. Nos nihil de eo percunctationibus reperiebamus. Ibidem, lib. 1. 154. Liu. 3. bel. Punic. 178. Quum eodem ferè die literæ legatique Romam venissent, & percunctatione facta, dicta cum scriptis congruerent. Ibidem, lib. 7. 232. Ex captiuis percunctatio facta.

Percupio, percupis, pen. corr. percupiui, percupitum, pen. produ. (ἐπιθυμέω,) percupere, Valde cupere. Plautus Asin, Percupio obsequi gnato meo. Terent. Eunucho, 5. 2. 57.

– vsque interea, dum is venit,
Domi opperiamur, potius quàm hûc ante ostium? c. Imò percupio.

Percupidus, pen. corr. Adiectiuum (ὑπερπόθεος,) Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 6. Cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum.

Percuriosus, pen. prod. Adiectiuũ, (πολυπράγμων.) Cic. pro Cluentio, 139. Nicostratus quidam fidelis Oppianici seruulus percuriosus & minimè mendax, multa dicitur renuntiare domino solutus esse.

Percuro, percuras, pen. prod. (περιόδομαι,) percurare, Perfectè sanare. Curtius, Percurato vulnere, acrius obsidiõi institit. Plin. lib. 24. cap. 15. 10. Strumas impositæ ad suppurationẽ perducunt, deinde axungia adiecta percurant. Colum. lib. 4. cap. 24.

Percurro, percurris, percurri & percucurri, percursum, (διατρέχω, ἐπιτρέχομαι, διαθέω,) percurrere, Valde currere, vel currendo perseuerare. Terent. Andr. 2. 2. 18, Continuò ad te properans percurro ad forum. Vbi Donatus, Vide quantum properans, & percurro, vt continuationem cursus ostenderet. Idem Heaut. 4. 4. 11, Curriculo percurre apud eũ miles Dionysia agitat. Plaut. Men. 23. 8.

– tu, quantum potest,
Percurristi obuiam.

Citato equo Cales percurrit. Liu. 6. bel. Pun. 78.

Percurrit omnem agrum Picenum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 57.

Cursu percurrere aliquid. Lucret. lib. 1. 204.

Telas percurrere pectine. Virg. 1. Georg. 59.

Percurrere ad aliquem. Cælius ad Ciceronem in Epist. ad Atticum, libro 10. 101. 5, Nam nisi ita faceret, ego prius quàm ad vrbem accederem, vbicunque tu esses, ad te percurrissem. Eadem epistola est inter Epistolas familiares, lib. 8. 16. 10.

¶ Percurrere, Cursim pertransire, siue celeriter. Cic. 1. de Orat. 102, Sed pauca etiam requirimus, in primisque ea quæ valde breuiter à te Crasse de ipsa arte percursa sunt. Ibidem, 110, Sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo & cogitatione, multa etiã legendo percurrisse, neq; ea vt sua possedisse, vt aliena libasse. Idẽ pro Cecinna, 68, Et id tamen extra causam est, percurram tamen breui.

Percurrere & præterire aliquid. Cic. 3. de Orat. 29, Faciles enim inquit, Antoni partes eæ fuerunt duæ quas modò percucurri, vel potius pen. præterii, Latinè loquendi, planeque dicendi.

Apud doctos & semidoctos properans hæc percurro. Cic. 1. de Orat. 95.

Omnia percurrere nomina. Virg. 6. Aeneid. 136.

Locos omnes oratoris percurrere. Cic. in Orat. 27.

Percurrit oratio, & Percurrere orationẽ. Cic. 5. Verr. 83, Nam per omnes ciuitates, quæ decumas debent, percurrit oratio mea. Idem pro Cluentio, 133, Hoc ego si sic agerem tanquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus verbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. Et 2. de Diuinat. 144, Quas quidem percurrere orationẽ facile est.

Animo celeriter aliquid percurrere. Author ad Heren. lib. 3. 132.

Animo rotundum percurrisse polum. Horat, 1. Carm. ode 28. 1.

Murmura percurrunt cælum. Lucret. lib. 5. 146.

¶ Percurrere mensas dicitur mentra. Plin. lib. 19. cap. 8. 29, Grato mentra mensas odore percurrit in rusticis dapibus. Hoc est circumfertur, per mensas currit, frequens appenitur.

Luna percurrens fenestras. Propert. lib. 1. eleg. 3.

¶ Percũrritur, penult. corre. Imperſonale. Cicero secundo de Oratore. 178, Et multo apertius ad intelligendum est, si sic consistitur aliquando, ac non ista breuitate percurritur. Plin. lib. 13. cap. 11. 7, Percurritur iterum glutino.

Percursus Participium, (διαθεθρόος,) Cic. 2. de Orat. 76, Vt omnes eas diligentes & memores & sobrii oratores, percursas animo, & propè decantatas habere debeant.

Percursio, (διάθεσις,) Verbale. Cic. 4. Tusc. 48, Velocitas autem corporis celeritas appellatur: quæ eadem ingenii etiam laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore percursionem.

Percurso, percursas, percursare, Frequentat. Liu. 3. bel. Pun. 106, Iam ne manipulatim quidem, sed latronum modo percursant totis finibus nostris negligentius, quàm si in Romano vagarentur agro.

Percursatio, Verbale, (διαθεθρόμα,) Cic. 1 Philipp. 100, Præclaram illam percursationem tuam mense Aprili atque Maio. Ibidem, 73, Italiæ rursus percursatio eadem comite mima.

Percutio, percutis pen. corr. percussi, percussum, (πλήσσω, κόπτω, βάλλω, σύτάω, πατάσσω, ἀλοιάω,) percũtere, Ex per & quatio compositum, q, in c, mutata, & abiecta a, significat Ferio. Plaut. Amphit. 17. 21. Nũmnam hunc percussit luppiter? Cicero 7. Verr. 6, Quæsisse Domitium qui tantam bestiam percussisset: illum respondisse Venabulo.

Gladio percutere. Cæsar 8. bel. Gall. 87. Grauiter tamen primo ictu gladio caput percussit.

Gladio percuti. Cic. pro Milone, 48.

Lapide percutere aliquem. Cic. 1. de Orat. 107.

Appetere & percutere aliquẽ lapidibus. Cic. pro Domo sua, 10, Qui sint homines à Q. Metello fratre tuo Consule in Senatu palãm nuncupati, à quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dicit?

Manu aliquem percutere. Cic. pro Rosc. Amer. 59.

Securi illum percutere Cic. 1. de Finib. 35.

Fores percutere. Plin. lib. 7. cap. 30. 3, Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Posidonii sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit.

Fulmine percuti. Cic. 3. de Nat. deo. 77. Et Plin. lib. 28. cap. 4. 14.

Pectus percussit manu. Virg. 12. Aeneid. 31.

Puppis percutitur rapido Noto. Ouid. 3. Fast. 118.

Sidere percuti. Mart. lib. 11. 70.

¶ Animum percutere dicitur res aliqua. Cicero ad Atticum, lib. 4. 77. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Audiui ex Gaulo hoc Firmano, Romę esse hominem, & fuisse assiduum: percussit animum. Dicea, Tantulane de causa?
Spes laudis percussit meum cor acri thyrso. Lucret. lib. 1. 189.
Cogitatione inani aliquem percutere. Cic. pro Milone, 60. Quonam modo ille vos viuus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percussit?
Calamitate aliqua percuti. Cic. pro Murena, 47.
Literis atrocissimis percuti. Cic. Pæto, lib. 9. 25. 5. Is quum ad me Laodiceæ venisset, mecumque ego eum esse vellem, repentè percussus est atrocissimis litteris in quibus scriptum erat, &c.
Probabilitate animum alicuius percutere. Cic. 5. Tuscul. 42. Quodcunq; nostros animos probabilitate percussit, id dicimus.
Vulnere fortunæ grauissimo percuti. Cic. 1. Academ. 17.
¶ Percutere aliquem palpo, Verbis adulari, & verbis suadere. Plaut. Amphit. 6. 28. – nisi te amarem plurimùm,
Non facerem. M. facitne vt dixit? timidam palpo percutit. Idem Mere. 4. 41. – liberum
Caput tibi faciam, paucos menses. A. palpo me percutis.
Percutere animum suspicione religionis. Seneca epist. 41. Si quis specus saxis penitus excisis montem suspenderit, non manufactus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excauatus, animum tuum suspicione religionis percutiet.
Percutere fœdus, pro Ferire fœdus, vel facere. Plin. de Viris illust. 59. Martinus authore Tiberio Graccho Quæstore, in leges hostium fœdus percussit. Hirtius 4. bel. Alexandri. 183. Cum Barbaris fœdera percussisse.
Percutere fossam, pro Fodere. Plin. epist. 158. lib. 10. de lacu Nicomedensium, Ego per eadem loca inuenio fossam à rege percussam, sed incertum vtrum ad colligendum humorem circuiacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum.
Percutiendus, Participium, (πληκτέος,) vt
Terga percutienda dare. Ouid. 2. Fast. 90.
Percussus. Aliud participium, (πεπληγμένος,) vt
Virga percussus. Virg. 7. Aeneid. 38.
Vulnere percussus. Propert. lib. 1. eleg. 1. 3.
Icta fulminis percussa es. Ouid. ad Liuiam, 3.
Dolore extremo percussa Valer. 7. Argon. 96.
Percussus forma aliqua, Signatus, formatus: proprie de nummis dicitur. Seneca epist. 74. Omnia facta dictaque inter se congruunt: respondent sibi, ac vna forma percussa sunt. Idem lib. de Benefic. 5. Habere æs alienum dicitur & qui aureos debet, & qui coriū forma publica percussum, quale apud Lacedæmonios fuit.
Genu percusso claudicat. Ouid. 3. Fast. 152.
Littora percussa fluctu. Virg. 5. eclog. 13.
Lyra percussa. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 8.
Percussæ de cœlo turres, Id est fulminatæ. Cic. in Catil. 63.
Victima collum percussa securi. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 1.
Percussus, huius percussus, (πληγή,) Nomen verbale, pro Percussione. Plin. lib. 7. cap. 51. Verantum inæquabili aut formicante percussu.
Percussio, Aliud verbale, (βολή, πληγή,) Cic. 3. Tusc. 104. Ex hac opinione scat illa varia & detestabilia genera lugendi, pedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, femiuum, capitis percussiones.
Digitorum percussio. Cic. 3. Offic. 99.
¶ Percussio, pro Ictu, de dimensione temporum in pedibus aut musica. Quintil. lib. 9. cap. 4. Deinceps longiores fiunt percussiones. Ibidem, de trimetro, Sex enim pedes tres percussiones habent. Cicero. 3. de Oratore, 100. Sed fiunt insignes percussiones eorum numerorum, & minuti pedes.
Modi percussionum non sunt in oratione soluta tanquam tibicini. Cicero. 3. de Orat. 115.
Percussor, percussoris, (πληκτής,) Similiter Verbale, Qui percutit & occidit, & ad id faciendum conducitur. Cicero, pro Rosc. Amer. 56. Ea multitudo quę erat sententiæ, aut eorum qui in bonis erant occupati, aut eorum qui ab his conducebantur vt aliquem occiderent, si eos potuissent, qui alienum appetebantur es in eo numero, qui nostra pecunia diues es. Sic eos, quos, qui sciuit e nomine appellant, percussores vocāt quærere in cuius fide sint & clientela. Liu. 3. bel. Macedon. 41. Percussores pro[illegible]ma porta cuaferunt. Plin. lib. 8. cap. 16. 10. Vulneratus obseruationis, nira percussorem nouit. Iuuen. Saty. 8. 18. Inuenies aliquo cum percu[illegible]ore iacentem.
Deprehe[illegible]is cum sica percussor Cæsaris. Cic. 1. Philipp. 81.

Perdecorus, pen. prod. Adiectiuum, (πανυ ἐυκοσμος,) Valde decorus. Plin. epist. 9. lib. 3. Est alioqui perdecorum.

Perdensus, Adiectiuum, (πανυ πυκνος,) Valde densum significat. Columel. lib. 3. cap. 12. 2. Perdensam humum cælestes aquas non sorbere.

Perdespuo, (κατεπτυω) Catul. in Gellium, epigr. 69.
– patrui perdespuit ipsam Vxorem.

Perdicium, (σκόλυμος,) Herba. Plin. lib. 21. cap. 17. 2. Perdicium & aliæ gentes quàm Aegyptii edunt: nomen dedit auis, id maximè eruens. Ea est quæ & muralium etiam dicitur. vulgò paniستaria. Dicta perdicium, quòd ea perdices delectentur.

Perdifficilis, & hoc perdifficile, pen. corr. (πανυ χαλεπος,) Valde difficilis. Cic. Attico, libro 3. 48. 4. Sed & nunquam perdifficilis fuit. Cice. 1. de Natu. deorum 1. Tum perdifficile (quod tu minimè ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum. Idem in Partit. 45. Nam quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sæpe sunt, acsi effici non possint.
Perdifficiliter, pen. corr. vel vt alii volunt, (πανυ χαλεπως,) Perdifficulter. Cic. 4. Acad 88. Aut si ea quoque possit, cur illa non possit, quæ perdificiliter internoscantur tamen?

Perdignus, Adiectiuū, (πολλου ἄξιος,) Valde dignus. Cic. ad Valerium, lib. 13. 6. 9. Sed tamen suspicor ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia.

Perdiligens, pen. cor. Adiectiuum, (πανυ ἀκριβής,) Valde diligens. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 21. 8. Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.
Perdiligenter, (πανυ ἀκριβῶς,) Aduerbium, Cic. de Claris Orat. 78. Nępe cum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breuiter, & vt mihi quidem vitum est, perdiligenter complexus est! Idem ad Atticū, lib. 1. 7. 1. Et mea sponte faciebam antea, & post duabus epistolis tuis perdiligenter in eandem rationem scriptis, magnopere sum commotus.

Perdisco, perdiscis, perdidici, pen. cor. (κατα μανθανω,) perdiscere. Cicerone cum magno meo. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 16. Si ego nihil reseripsero, mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant.
Perdiscere & nosse. Cice. pro Corn. Balbo, 37. Omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisse.
Disciplinam iuris perdiscere. Colum. lib. 11. cap. 1. 6.
Iura beneuolentiæ perdiscere. Cic. ad Trebatium. li. 7. 14. 4. Quod certè ita fieret, si tu maluisses beneuolentiæ, quàm litium iura perdiscere.
Libros alicuius perdiscere. Cic. 1. de Orat. 129.
Mores naturæ perdiscere. Propert. lib. 3. eleg. 5. 5.
Literas perdiscere. Plin. lib. 19. cap. 1. 14.
Ortus obitusque signorum perdiscere. Cic. de Fato, 26.

Perdiu, Aduerbium (πανυ δηλα μακρον.) Admodum diu. Varro 1. de Re rust. cap. 58. Faba & legumina in olearis vasis oblita cinere perdiu incolumia seruantur. Cic. ad Atticū, lib. 3. 64. 1. Ego, quòd per Thessaliam fuerem in Epirum, per diu nihil eram auditurus. Idem 1. de Orat. 5. Quum boni per diu nulli, vix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inueniuntur.
Perdiuturnus, Adiectiuum, (πολυχρόνιος,) Quod valde diu durat. Cic. 2. de Natu. deor. 120. Quæ aut sempiterna sit necesse est, hoc eodem ornatu, quem videmus, aut certè perdiuturna permanens ad longinquum & immensum penè tempus. Idem pro Sestio, 49. Cum Armeniorum rege Tigrane graue bellum perdiuturnumque gessimus. Quædam eiusmodi plaria legunt Diuturnum, dempta præpositione per.

Perdiues, pen prod. perdiuitis, pen. cor. (πολυχρήματος,) Valde diues. Cic. ad Atti. lib. 6. 1. 1. 8. Amici regis duo trēve perdiuites, sed si suum tam diligenter tenent, quàm ego aut tu.

Perdius, perdii, m. g. (παμμέγεθος,) Ex per, & dius, quod est dies, id dicitur qui per diem vigilat sicut Pernox, qui per noctem. Gell. li. 2. ca. 1. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox, à summo lucis ortu ad solē alterū orientē inconuinens, immobilis, iisdemq; in vestigiis, & ore atque oculis in eundē locū directis cogitabundus, tanquā quodā secessu mētis, args animi facto à corporis huius perdicis, pen prod. fin gen. (πέρδιξ.) Auis nota. Plin. lib. 10. cap. 33. 7. Perdices spina & fruticē sic muniunt receptaculum, vt contra feras abundē vallentur. ouis stragulum molli pallure contumulant: nec in quo loco peperere, incubātuéve cui sit quē tior conuersado sit suspecta, transferunt alio. Illæ quidem & maritos suos fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt earum ouā, nec incubando detineantur. Perdix, masculinum esse probat Nonius ex Varrone, Perdices Bœotios dicente. Mar. lib. 13. 65. de perdice,
Ponitur Ausoniis auis hæc rarissima mensis,
Hanc in lautorum mandere sæpe soles.

Perditio, Perditor, Perditus, Vide PERDO.

Perdo, perdis, perdidi, perditum, pen. cor. (ἀπολλυω, ἀπολλυμι, ἀφανίζω, ἀφανίζομαι, ἀλλοτρίνω, ἀλίσκω) perdere, Ex Per & do compositum, significat Amittere: quasi nimis dare. Plaut. Amphit. 16. 5. Hunc non repperi, & illos perdidi.
Amittere & perdere Cic. Titio. lib. 5. 16. 7. Quum beatissimi sint qui libenter non susceperunt minus autem miseri qui his temporibus amiserint, quàm si eosdem, bona, aut denique aliqua Rep. perdidissent.
Amittere & Perdere, in aliquo videntur differre, ex his verbis Authoris ad Herennium, lib. 4. 221. Vade amisit vitam, & non perdidit: re enim vilissima & parua maximam redemitadedit vitam, accepit patriam, &c. De Decio.

Habere & Perdere aliquid, contraria. Cice. Post. red. ad Quirites, 16. Recuperata verò sua dignitate, se non commissurum, vt quum ea, quæ amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet quam nunquam perdidisset.
Perdere & Lucrari, contraria. Cice. 2. Offic, 123. Quamobrem ne sit æs alienum quod Reipublicæ noceat prouidendum est, quod multis rationibus cauēri potest: hoc si non fuerit, vt locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum.
Profundere & perdere. Cic. Antonio, li. 5. 5. 7. Quæ ego si non profundere, ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo.
Perdere & delere. Cic. pro Rosc. Amerino, 77. Sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, vibes deleuit, fruges perdidit, &c. De Ioue.
¶ Perdere aliquem, Corrumpere, malis moribus inficere. Terēt. Adelph. 1. 1. 36. Cur perdis adolescentem nobis? Ibidem, 3. 3. 19.
– di vestram fidem,
Vtrum studione id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum?
Male perdere aliquem. Catul. ad Calum, epigram. 14.
Amando perdere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 8. 1.
Perdere aliquem, Mortis periculo exponere. Terent. And. 3. 5. 1. Vbi illic scelus est qui me perdidit? Ibidem, 4. 1. 18. Charine, & me, & te impudens, nisi quid di respiciunt, perdidi. Idem Eunucho, 5. 5. 7. Perdidisti istum quem adduxti pro Eunucho adolescentulum.
Morte perdere aliquem. Ouid. 1. Meram. 46.
Bello perdere cunctos. Claud. 4. Panegy. 62.
Nutu minimo perdere aliquem. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 5.
Perdere aliquem, & affligere. Cicero 5. Verr. 19. Nam eos quidem iam superioribus edictis satis perdiderat atque afflixerat. Idem pro Roscio, Amerino, 10.
Perdere aliquem capitis. Plaut. Bacchid. 8. 86.
– egóne vt illam mulierem
Capitis non perdam? perire me malis malim modis. Idem Milit. 7. 19.
Ego verò stulta moror multum, quæ cum hoc insano fabulem,
Quem pol ego capitis perdam. Id est, vita priuabo, siue occidam.
Animum pudicum male perdere. Ouid. epist. 7. 1.
Annos bello perdidit. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 7.
Annos errando perdidit. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 7.
Aquam perdere. Quintil. lib. 11. Huic contrarium est vitium nimiæ tarditatis nam & difficultatem inueniēdi fatetur, & segnitia solut animos, & temporibus præfinitis aquam perdit. Id est, tempus datum frustra cōterit, quum ad clepsydram dicitur. Budeus.
Blanditias perdere. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 7.
Bona perdere. Sene. Hippol. 4. 17.
– perdere est dignus bona
Qui's nescit vti.
Aequo animo bona perdere. Cic. Parto, lib. 9. 16. 11.
Bona perdere in cicere atque faba. Horat. 2. Serm. saty. 3. 37.
Causam perdere. Cic. pro Rosc. Comœdo, 5. Hic tu si amplius H S. numo peristi, quàm tibi debitum est, causam perdidisti.
Famam perdere. Plautus Trinum. 10. 18.
Iraine tandem maiores famam tradiderunt tibi tui,
Vt, virtute eorum antè parta, per flagitium perderes?
Famam mali perdere. Ouid. epist. 7. 1.
Fidem & rem perdere. Plaut. Epid. 5. 37.
Quam tuos gnatus annos multos deamat, deperit,
Vbi fidemque, remque, seque, teque properat perdere. Idem Curcul. 10. 18. Eum rem fidemque perdere, tametsi nihil fecit, aiunt. Quintil. lib. 9. cap. 4. Perdit, amittitque & fidem, & affectus, motusque omnes.
Formam perdere. Plaut. Amph. 4. 302. Vbi ego perii? vbi immutatus sum? vbi ego formam perdidi?
Formam hominis perdere. Ouid. 13. Metam. 82.
Fructus omnes industriæ suæ & fortunæ perdere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 8.
Fugam perdere. Martial. lib. 1. 11.
Præceps sanguinea dum se rotat vrsus arena,
Implicitam visco perdidit ille fugam.
Gratiam perdere. Plaut. Epid. 2. 9.
Euge, corpulentior videre atque agilior. T. hac gratia.
E. Quam quidem te iandiu perdidisse oportuit. Quintilian. lib. 9. cap. 4. Perdidisset gratiam simplicis atque inaffectati coloris, perdidisset fidem quoque.
Laborem, ac tempora perdere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.
Libertatem perdere. Cic. pro Rab. Posth. 15.
Litem perdere. Plaut. Cas. 14. 6. Quem hercle ego adeò perdidisse gaudeo. Cic. 1. de Orat. 81. Neque intelligebat, si ita esset actum, litem aduersarium perditurum. Horat. 1. Serm. saty. 9. 8.
Locum perdere. Quintil. lib. 6. ca. 4. Tu inquit non times ne locū perdas?
Manum perdere. Plinius lib. 7. ca. 28. 4. Secundo stipendio dexteram manum perdidit.
Memoriam perdere, Apud Ciceronem de Senect. 19.
Mores perdere. Plaut. Trucul. 14. 6.
Nouos omnes mores habeo, veteres perdidi.
Nomen perdidi, pro Nomen excidit, non succurrit, & non memini. Terent. Phorm. 2. 3. 39. Peri hercle, nomen perdidi.
Oculos perdere. Cic. de Aruspic. resp. 34.
Oculos ambos perdidit. Iuuenal. Saty. 10. 23.
Operam perdere. Horat. 1. Serm. saty. 1. 18.
Operam perdere apud aliquem doctorem. Cic. 1. de Orato. 62. Qui quū mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud sese perdere.
Operam & oleum perdere, prouerbialiter dictum, pro In vanum laborare. tractum ab iis qui perdoctando multum olei consumunt. Plaut. Pœnulo, 4. 109. Tū pol ego & olei & operam perdidi. Idem Cistel. 5. 57. Postrenò, quando æqua lege pauperi cum diuite
Non licet, perdam operam potius, quàm carebo filia. Idē Epid. 3. 29.
Empta est ancilla, quod rute ad me litteras
Missitabas. S. perdidisti omnem operam. P. nam quī perdidi?
S. Quia meo neque chara cordi est, neque placet. Idem Rud. 2. 24.
Et operam & sumptum perdunt. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. 11. In quibus ipse Pompeius confitetur se & operam & oleum perdidisse. Idem 1. de Orat. 120. Veritus es, nisi illam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Et pro Murena, 20. Quod quidem ius Ciuile, didicisti, non dicam operam perdidisti. Idem in Parad. 42. Cur ego simulem me, siquid id his studiis operæ posueram, perdidisse?
Opes suas perdere in aliquo. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 11.
Perdere oppidum, & Recipere, contraria. Cic. 2. de Orat. 152.
Penissimè perdere, Vide PENE.
Parentes multi, multi amicos, nonnulli patriam, plerique seipsos penitus perdiderunt. Cic. 1. de Finib. 76.
Perditum perdere. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 11. Per fortunas miseras nostras vide ne puerum perditum perdamus.
Prandium perdere. Plaut. Menæch. 10. 13.
Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium.
Rem perdere. Plaut. Trinum. 2. 13. Perdidit rem paternam.
Se perdere. Plaut. Milit. 8. 19.
Non nosti? P. H. neutrum. S. C. metuo maximè. P. A. quid metuis?
S. C. Enim ne nosmet perdiderimus.
Spem perdere. Plaut. Rud. 6. 3.
Dein vitæ haud pareo, spem perdidi. Tacit. lib. 12.
Stomachum perdere. Cice. Lentulo, lib. 1. 9. 31. Non illi quidem vt mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed certè vt facere se arbitrarentur.
Talentum perdere, Exponere & consumere. Terent. Heaut. 3. 1. 65.
– & tibi perdere
Talentum hoc pacto satius est, quàm illo minam.
Tempus perdere. Cic. 3. de Orat. 81.
Tempora perdere precando. Ouid. 11. Metam. 58.
Verbum aliquod in omne tempus perdere. Cic. Lucceio, lib. 5. 15. 1. Dicerem iucundius, nisi id verbum in omne tempus perdidissem.
Verba perdere, pro Priuati loquela. Propert. lib. 1. eleg. 34. 2.
Quum te iussit habere puellam cornua Iuno,
Et pecoris duro perdere verba sono.
Loquitur de Io quæ in vaccam à Iunone conuersa est. Ouid. epist. 7. 2
Cinis perdit vires. Ouid. 1. de Remed. amor. 49.
Vitam perdere. Terent. Hecy. 3. 1. 2. Heu me infœlicem, hancine ego vitam parti perderet! Martial. lib. 1. 13.
Sus pariter vitam perdidit atque dedit.
Perduo, perduis, (δλλυμι,) perdūere, dixerunt antiqui, pro Perdo: vt Plautus Amph. 8. 214. perduis, pro perdas: Amphitruo es profectò, cauesis ne tute vtu perduis. Sic apud eundem maxime, vt apud Terentium.
Perduaxo, perduaxis, (ἀπόλλυμι,) antiquum verbum idem significans. Plaut. Mostel. 7. 13 Dite, dęæque omnes perduaxint cum isto omine.
Perdendus, Participium, (ὀλοφόλιτος,) vt
Genus mortale perdendum est. Ouid. 1. Metam. 38.
Feras perdendas præbeat sylua. Ouid. epist. 4. 14.
Perditus, pen. corr. (ὀλοέθριος, ἀτής, ἀφώλης, πανόλεθρος,) Participium, siue Nomen ex participio, dicitur qui ita alicui perturbationi aut vitio subiacet, vt inde se eximere non possit, & qui omni vitio contaminatus est, ita vt de eo nulla amplius spes habenda sit. Perditum enim id dicere solemus, quod interiit, ac recuperari non potest. Plaut. Pseud. 4. 15.
Verum ita vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo,
Officium vestrum vt vos malo cogatis commonerier. Cic. 5. Verr. 114.
Tu Apronium hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum, qui non modò animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset. Idem 2. de Legib. 67. Omnia tum perditorum ciuium scelere, discessu meo, religionum iura pulluta sunt.
Miseri & perditi. Cic. 7. Verr. 69.
Aere alieno perditus, & egens. Cic. 1. Philip. 85.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perditus egestate & fame.Cic.7.Verr.79.
Mœrore ac miseriis perditus.Cic.7.Verr.19.
Confectus morbo, pditus mœrore ac lachrymis.Cicero pro Murena, 78.
¶ Adolescens perditus, Vide ADOLEO.
Perditus & dissolutus adolescens.Cic.4.Tuscul.87.
Perditi animi homo.Plaut.Menæch.7.44.
Tu magnus amator mulierum es Messenio,
Ego autem homo iracundus, animi perditi.
Authoritate tam perdita, tam facinorosa nemo inuentus est vita, qui quũ de scelere fateretur, non tamen, &c.Cic. Anteq. iret in exilium, 11.
Dissoluta & perdita consilia. Cic.1.de Lege agrar.59.
Iura perdita.Claud.de bel.Gildon.81.
Mens perdita.Tibull.lib.1.eleg.7.11.
Nequitia perdita.Cic.pro Cluentio, 26. Quidam Larinas perdita nequitia, & summa egestate.
Res perdita.Terentius And.3.5.13.
Tu rem impeditam & perditam restituas?
Obtusæ & perditæ res.Cic.pro Cecin.65. Exoritur hũc iam obrutis rebus omnibus & perditis, illa defensio, cum deiici posse, &c.
Perdita valendo. Cic.8.Philipp.254. Quum esset summa senectute & perdita valetudine. Sic 5.Tuscul.43.
Quod peritisse vides, perditum ducas.Catul.ad seipsum, 8.1.
Perditior, (ἐξωλέστερος,) Horat.1.Sermo.satyr.2.3. Quanto perditior quisque est, tanto acrius vrget. Catul.de Acme, epigram.39.5.
– obitum lupanar,
Aut si perditius potest quid esse.
Perditius nihil, hoc est nequius & corruptius.Cic.ad Qu. fratrem, lib.3. 34.9. Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus. Idem ad Atticũ, lib.11.226.7. Sed hoc perditius in quo nũc sum, fieri nihil pōt.
Miserius, perditius ferellar, nihil fieri potest.Cic.Attico, lib.8.155.6.
Perditissimus homo, (ἐξωλέστατος,) Cic.pro Roscio Amerino, 66.
Profligatissimus & perditissimus omnium.Cic.5.Verr.53.
Perdite, pen.corr. Aduerbium, (ἀσεβῶς,) Corruptè.Cic.Attico, lib.9. 171.6. Qui hic potest se gerere non perdite?
Perditè, pro Vehementer aliquando dicitur.Terent.Heaut.1.1.45. Eius filiam ille amare cœpit perditè. Idem Phorm.1.2.32.
Continuò quandam nactus est puellulam
Catharistriam, hanc amare cœpit perditè. Catul.de Lesbia, 99.
Perditè conari.Quintil lib.7.cap.12.4. Illud quoque alterum, quod est in elocutione ipsa periculum, minus vitat, conaturque perdite.
Perditio, perditionis, Verbale, (ἀπολεσθέντος,) Plin.lib.9.ca.35.10. Subeũt Luxuriæ eius nomina & taedia, exquisita perditione portatu.
Perditor, pen.corr. Verbale, (ἀπολεσθήτης,) Cic.in Pisonem.67. Ita perpetuos defensores Macedoniæ vexatores, ac perditores effecisti.
Perditor, & Sernator Reip contraria.Cic.pro Plancio, 73. Committerem vt idem perditor Reipub.nominarer, qui seruator fuissem?

Perdoceo, perdoces, penul.corr. perdocui, perdoctum, (διδάσκω,) perdocere, Per secũ docere. Plau.Pseud.13.85.
Hem mane, quanti istuc vnum coquinare perdoces! Idem Capt.1.2.61.
Quid tu vna nocte postulauisti & dis,
Recens eptum hominem & nupertum, & nouitium
Te perdocere, vt melius consulerem tibi
Quàm illi? Terent.Heaut.1.1.120. Verùm illa nequid titubet.5. perdocta est probe. Cic.pro Sestio, 83. Rem quæris præclaram inuentuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum.
Deæ Pierides perdocuêre te.Ouid.3.de Ponto, eleg.12.6.
Perdocere suam stultitiam.Quintil.lib.1.cap.1.7. Imperiosi, atque interim senientes, stultitiam suam perdocent. De pædagogis imperitis.
Perdoctus, (πολυδιδάκτων,) Participium, siue Nomen ex participio. Cice pro Cotn.Balbio, 48. Ac si mea authoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me præsertim rerum varietate atque vsu ipso iam perdoctum viderent, etiam ab illis maioribus discordiis auocarent. Stat.5.Sylu.3.1.
– pulsumque sinistræ
Dagnitor perdocte lyræ.
Exitio vitiorum perdocti.Lucret.lib.3.96.
Perdoctũ Aduerbium, (πολυδιδακτως,) Plaut.Mostel.4.122.
Vt perdoctè emecta calleat: nihil hac docta doctius.

Perdoleo, perdoles, penul.corre. perdolui, perdolitum, pen.corr. (κατακλαίομαι,) perdolere, Vehementer dolere. Terentius Eunucho, 1.2.74. Heu noster, laudo, tandem perdoluit, vir es. Cæsar 2.bel Ciuil.58. Nam vbi tantos suos labores & apparatus male cecidisse viderunt, induciisque per scelus violatis suam virtutem irrisui fore, perdoluerunt.

Perdomo, perdomas, penul.corr. perdomui, perdomitum, penul. corr. (κατακυριεύω,) perdomare. Matt.lib.1.27.
Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.
Canes perdomare. Tibull.lib.1.eleg.2.11.

Prouinciam aliquam perdomare.Liu.9.ab Vrbe, 85. Quin eum parem destinãt animis magno Alexandro ducem, si arma Asia perdomita in Europam vertisset. Idem 8.ab Vrbe, 69. Placuit inde iam maiore conatu, animoque, ab vnius expugnatione vrbis ad perdomandum Latium victorem circunducere exercitum.
Tertam perdomare vel solum, hoc est subigere. Plin.epist.101.c. Campi, quos nonnisi ingentes boues, & fortissima aratra perfringunt, tantis glebis tenacissimum solum, quum primùm profecatur, assurgit, vt nono demum sulco perdometur.
Perdomitus, pen.corr. Participium, (κατακυριευθείς,) Liu.8. bel.Pun.66.
Perdomiti boues mox ad aratrum instituantur. Colum.lib.6.cap.2.6.
Hostis perdomitus.Claud.6.Panegy.7.
Ora Illyris perdomita armis.Silius lib.8.58.
Serpens perdomitus.Ouid.1.Metam.90.
Vrbes perdomitæ.Lucan.lib.2.127.

Perdormisco, perdormiscis, (κατακοιμάομαι,) perdormiscere, Id temporis dormire quod requiritur est ad perfectam dormitionem & concoctionem: vel etiã Diu dormire, & totam noctem vsque ad lucem.Plaut.Menæch.10.29. Perdormisci'n' vsque ad lucem? M. facilin' tu dormis curans?

Perduco, perdũcis, pen prod. perduxi, perductum, perducere, Vsque ad finem ducere.Cic.de Senect.56. M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimum annum vitam perduxisse. Plaut. Mostel.8.89. Ego enim dicam, cibo perduci potes quouis.
Tuba præmonitos perducat ad æquora nautas.Lucan.lib.2.137.
¶ Perducere ad aliud iudicium.Cic.3.Verr.7. Reperiemus, si istum vinũ ad aliud iudicium perducere potuerimus, quibus probemus, &c.
Perducere ad exitum, culmen, vel summum, pro Complere, absoluere.Cicero 2. de Inuent.247. Tamen his susceptis difficultatibus compleri, atque ad exitum perduci potest. Idem.1.de Finib.168. Nec enim absolui beata vita sapientis, neque ad exitum perduci poterit. Liu.5.bel. Maced.125. Si modò vos quæ inchoastis consilia, constanter perducetis ad exitum. Idem 1.ab Vrbe, 241. Itaque pampinæ manubiæ, quæ perducendo ad culmen operi destinatæ erant, vix in fundamenta suppeditauere. Cic.1.de Leg.37. Est autem virtus nihil aliud quàm in se perfecta, & ad summum perducta natura.
Ad summam operis libros perducere.Quintil.in Prooe.lib.1.6.
Ad liquidum confessumque aliquid perducere.Quintil.lib.5.cap.14.22.
Ad assum vitulinũ opera perducitur. Cic.Pæto, li.9.20.3. Integrã famem ad ouum affero: itaque vsque ad assum vitulinum opera perducitur.
Perducere vsque ad. Plinius libro 19.cap.1.15. Subiicit enim qua medicina, & se & coniugem vsque ad longam senectam perduxerit.
Opus perducere.Lucan.lib.3.77.
– à summis perduxit ad æquora castris
Longum Cæsar opus.
¶ Perducere aliquem, Inducere.Plaut.Mostel.4.41.
Postremò si dictis nequis perduci vt vera hæc credas
Mea dicta, ex factis nosce rem. Idem Pœnul.17.7.
Præstigiator hic quidem Pœnus probus est,
Perduxit omnes ad suam sententiam.
Perducere aliquem ad suam causam donis. Liuius 5. bel. Maced.46. Et alios principum donis ad suam causam perduxit: alios pertinaciter in societate Romana manentes occidit. Cæsar 6. bel. Gal.43. Eosque ad se magnis iacturis, pollicitationibusque perduxerat.
Perducere aliquem ad, vel in suam sententiam. Cice.ad Atticum, lib.10. 335.1. Colu.lib.3.cap.3.13. Et Cæsar 7.bel.Gall.11.
Perducere aliquem ad mendacium.Cic.pro Rosc.Comœ.27. Nam qui semel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quàm ad mendacium perduci consuetit.
Carmen adiratum dum tu perducis Achillem.Ouid.Amor.eleg.18.1.
Ad certam pecuniæ summam aliquos perducere.Cic.Attic.lib.5.110.15. Seducit me Scaptius: ait se nihil contradicere, sed illos putare talenta c c se debere: ea se velle accipere, debere autem illo paulo minus: rogat vt eos ad c c perducam.
In rem præsentem audientes perducere. Quintil.lib.4.cap.2.87.
Perducere in discrimen.Cic.3.de Legib.22. Phaleureus ille Demetrius, de quo supra feci mentionem, mirabiliter doctrinam ex vmbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque in pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. Quædam exemplaria legunt produxit.
Ad furorem mortemque perduxit ira Aiacem.Cic.4.Tuscul.80.
Ad amplissimos honores aliquem perducere.Cic.de Amic.63.
In odium perducere.Seneca de Benef.lib.2.cap.17. Vanam esse superbiæ magnitudinem, & quæ in odium etiam amanda perducat.
¶ Eò perduxit, vt.Liu.2.ab Vrbe, 4. Eoque nutriendo perduxit, vt bonã frugem libertatis maturi iam viribus ferre possent. Plãcus ad Ciceronem, lib.10.7.4. Sed vsque mihi temperaui, dum perducerem eò rem, vt dignum aliquid & Consulatu meo, & vestra expectatione efficerem. Virgil.1.eclog.15.
– en quò discordia ciues Perduxit miseros?

¶ Perducere

¶ Perducere ad, vel in mediam noctem.Liu.6.bel.Maced.98.
Inde cœpta oppugnatio ad mediam rursus noctem perducta est, inter missa deinde vique ad tertiam diei horam.
In serum perducere.Liu.8.bel.Maced.220. Plus crimina eo die quàm defensio valuissent, ni altercationem in serum perduxissent.
Noctes perducere.Propert.lib.1.eleg.3.8. O vtinam tales perducas improbe noctes.
¶ Perducere artem in magnitudinem.Plin.lib.9.cap.56. Cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta, vt LXXX quadrantes caperent singularum calices. De cochleis.
¶ Perducere fossas, vel murum in altitudinẽ. Cæsar 7. bel. Gal.187. Hoc intermisso spatio duas fossas quindecim pedes latas eadem altitudine perduxit. Ibidem, lib.1.30. Murum in altitudinem pedum sexdecim fossamque perduxit.
Perducere aquam ex aliquo loco.Plin.epist.254.
Perductus, Participium. Lucret.lib.1.220.
Hæc si pernosces parua perductus opella.
Perducto, perductas, perductare, Frequentatiuum. Plaut. Most.10.31. Vin' qui te perductet? T E. apage istum perductorem, non placet.5. Quid est? T E. errabo potius quàm perductet quispiam. Et paulo post, 47. Perductet quispiam per ædes dico.
Perductor, huius perductoris, m.g. (πρόξενος,) Verbale. Plau.Most.10.31.
Perductores, à Cicerone in Verrem (vt Asconius ait) in hoc differunt alenonibus, quòd lenones sunt scortorum, perductores etiam inuitarũ personarũ. Cic.3.Verr.21. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis lenonũ, aleatorum: perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipsius pertulit, prætereantur.

Perduellis, huius perduellis, m.g. (πολέμιος,) Qui (vt ait Festus) pertinaciter retinet bellum. Hostis, inquit Varro de Lingua Latina. Plautus Amphit.16.51.
Ego idẽ ille sum Amphitruo. Gorgophonis nepos. Iperator Thebanorũ,
Et Creontis vnicus, Teleboarum perduellis. Ibidem, 4.96. Perduelles penetrant se in fugam. ibi nostris animus additus est. Caius in L. Quos nos. ff. de Verborum & rer. significatione, Quos nos hostes appellamus, eos veteres, perduelles appellabant, per eã adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Cicero 1. Offic.56. Equidem illud etiam animaduerto, quòd quo proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Ibidem, lib.3.145. Nam pirata non est ex perduellium numero diffinitus, sed communis hostis omnium. Liu.9.bel.Pun.135. Saluos incolumesque victis perduellibus victores, &c.
Perduellio, huius perduelliõnis, m.g. (ἀσυγγενεία,) Crimen lęsæ maiestatis, aut Reip. seu is qui eius criminis est reus. Cic.pro C.Rab.perduel. 20,6. Nam de perduellionis iudicio, quòd à me sublatum esse crimi nari soles, meum crimen est, non Rabirii. Idem in Pisonem, 2. Ego in C.Rabir.perduellionis reo XL annis ante me Consulem, &c. Vipianus in L. Vltima. ff. Ad Legem Iuliam maiestatis, Qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus Rẽp. vel principem animatus est. Liu. 1.ab Vrbe, 109. Perduellionem iudicent secundum legem.
Actionem perduellionis alicui intendere.Cic.pro Milone, 28.
Iudicũ perduellionis ab aliquo tollere. Ci.pro Rabi.perduellionis reo.6.
Perduellionis patriam venditare. Author.ad Heren.lib.4.157.

Perduro, perdũras, pen.prod. (χρονίζω,) perdurare, Vsque ad finem durare. Plaut.Curcul.5.26.
– quin tu aliquos dies
Perdura, dum intestina exputrescunt tibi. Terent. Hecyra.2.2.17.
– tanctè adiurat,
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. Plin.lib.17.cap. 20.5. Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi pertinacia.
Honos augurii perdurat. Stat.8.Thebaid.18.
Probitas longum perdurat in ævum. Ouid.de Med.faciei, 10.
Perdurãtus, Adiectiuum, pen.pro. Seneca de Tranquilitate vitæ, Et quic quid imbecillum in animo nec perduratum exulcerat. Id est nondum confirmatum.
Perduraturus, pen pro. (χρονοφάγος,) Participium. Stat.1.Theba.29.
– hæc mora pugnæ,
Sola nec in regem perduratura secundum.

Peredo, peres vel peredis, pen.cor. (κατέδω,) peredi, peresum, pe. produ. peresse vel peredere, Edendo consumere. Cic.3. Tuscul.45. Lachrymę peredere humore exanguis genas. Ex poeta Virgil.6.Aeneid.89. Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.
Peresus, pen.prod. (κατεδηδόμενος,) Participium: vt
Languoribus multis peresus. Catull.in Camerium, epig.51.7.
Oculi media pars peresa est. Lucret.lib.3.84.
Saxa peresa sale. Lucret.lib.1.67.
Vellera peresa illuuie. Virgil.3.Georg.113.
Peredam & Bibesiam Plautus finxit sua consuetudine, quum intelligi vo luit cupiditatem edendi & bibendi. Festus.

Peregrinus, pen.prod. (ξένος, πρόσκλυτος, ἀλλοδαπός,) Adiectiuum, Aduena, & aliena loca peragrans, à Peragro, peragras. Varro de Verborũ origine, Et multa verba aliud nunc olten dunt, aliud antè significabant: vt hostis. nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus vteretur: nunc autem cum quem tum dicebãt perduellem. Plaut. Asin.9.57.
– credam fore, dum quidem ipse in manu habeo,
Peregrinus ego sum, Sauriam non noui.
Peregrinus ex alio oppido. Plaut.Pœnulo, 3.47.
Ei dabitur aurum vt ad Ienonem deferat,
Dicatque se peregrinum esse ex alio oppido.
Peregrinus & Hospes hoc differunt, quòd Peregrinus vocatur qui in ciuitate sua non est: Hospes, qui in aliena est. Vel peregrinus, qui ex nostra ciuitate oriundus non est: hospes qui in nostra est. Hactenus Valla lib. 4. Cic.pro Sylu.17. At si tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen & honos inueteraui, & huic vrbi & hominũ famæ ac sermonibus: quàm tibi illos cõpetitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecũ de honore & de omni dignitate cõtẽdũt?
Peregrinus & aduena, quibus opponitur Hospes. Cic.2. de Lege agraria. 92. Nos autem hinc Roma qui veneramus, iam non hospites sed peregrini atque aduenæ nominabamur.
Ciuis & Peregrinus, cõtraria. Cic.de Amic.18. Itaque ciues potiores sunt quàm peregrini, & propinqui quam alieni. Et 6.Verr.68.
Peregrini atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque esse in aliena Republica curiosi. Cic.1.Offic.175.
Hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Cic.1.Offic.57.
Eiicere Roma peregrinos Cic.1.de Lege agrar.7.
¶ Peregrinæ dicebantur olim meretrices, teste Donato. Terent.And.3. 1.11. Adeone est demens ex peregrina? Ibidem, 1.1.119.
Venit Chremes postridie ad me clamitans,
Indignum facinus, comperisse Pamphilum
Provxore habere hanc peregrinam.
¶ Peregrinus & hospes in agendo. Cic.1.de Orat.110. Fateor enim calli dum quendam hunc, & nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.
Peregrina & ignota. Iuuen. Saty.14.19.
– peregrina, ignotaque nobis
Ad scelus atque nefas quodcunque est purpura ducit.
Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus. Plautus Sticho, 1.2.17
¶ Amnes peregrini. Ouid.8.Metam.169.
Amore peregrino captus. Ouid.1.epist.16.
Arbores peregrinæ. Plin.li.12.ca.3 1. Peregrinæ & cerasi, perficæque, &c. dicentur inter fructiferas.
Ab armis peregrinis defendi. Ouid.2.Trist.84.
Aues peregrinæ. Plin.lib.10.cap.16.1.
Cœlum peregrinum. Ouid.4.Trist.eleg.7.5.
Diuitiæ peregrinæ. Horat.2.epist.1.42.
Facies peregrina. Plaut.Pseud.15.9.
Quis hic homo chlamydatus est? aut vnde est? aut quem quæritat?
Peregrina facies videtur hominis atque ignobilis.
Lapilli peregrini. Ouid.de Nuce, 29.
Orbem peregrinum vitere. Ouid.1.Metam.20.
¶ Peregrina sacra appellantur, quæ aut cuocatis diis in oppugnandis vrbibus Romam sunt delata: aut quæ ob quasdam religiones per pacem sunt petita, vt ex Phrygia, Matris magnæ: ex Græcia, Cereris: Epidauro, Aesculapii: quæ coluntur eorum more à quibus sunt accepta.
Sedes peregrina ac sordida. Lucan.lib.5.2.
Sonus peregrinus. Quintil.lib.1.cap.1.10.
Terra peregrina. Ouid.3.Metam.5.
Peregrinor, pen.prod. peregrinãris, (ἀποδημέω, ξενόομαι,) peregrinari, Per aliena loca peragrando proficisci. Cic.de Clar.Orat.15. Nam vt semel à Porrẽo eloquentia euecta est, omnes peragrauit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, vt se externis obligaret moribus. I. em pro Rabirio perduel. reo, 11. Adeone ignarus es, disciplinæ, consuetudinisque nostræ, vt hæc nescias: vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare? Et 1. Acad.13. Nam cõs in nostra vrbe peregrinantes, errantesque tanquã hospites, tui libri quasi domum deduxerunt.
Longè lateque peregrinari. Cic.1.de Nat.deor.74.
In aliena ciuitate peregrinari. Cic.pro Rab.perduel.reo, 11.
Peregrinari rem aliquam. Cice.5.Tuscul.160. Et quum alii sæpe quod ante pedes esset non viderent, ille infinitatem omnẽ peregrinabatur, vt nulla in extremitate consisteret,
Peregrinatur philosophia Romæ. Cic.3.de Finib.62. Itaque mihi videris Latinè docere philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare, quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur, nec efferẽ, sese nostris sermonib⁹.
Peregrinari dicuntur aures, Vide AVRIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peregrinatus, Participium, (ἀποδημήσας,) Cice.4.Academ. 7. Tamen diutius quàm vellem, tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata abfuit ab oculis & fori & curiæ.

Peregrinatio, Verbale, (ἀποδημία,) Cassius ad Ciceronem, lib. 15. 19.1. Non me Hercle in hac mea peregrinatione quicquam libentius facio, q̃ scribo ad te. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 7. Veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis cõmodius posse distribuere. Sic 1. Tus. 156.

Perpetua peregrinatio. Cic. 5. Tuscul. 150. Iam verò exilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt?

In peregrinatione omne tempus consumere. Cic. Attico. lib. 16. 333. 4.

Peregrinatio, pro secessu, qui fit peregre. Plin. epist. 19. lib. 3. Habet etiam multũ iucũditatis soli coeliq; mutatio, ipsaq; illa peregrinatio iterfita.

Peregrinatio & militia. Cic. Attico. lib. 6. 113. 7. In hac autem peregrinatione militiave nostra sæpe inceosum ira vidi, sæpe placatum.

Peregrinationes & rusticationes. Cic. de Amic. 85. Vna domus erat, idem victus, isque cõmunis, neque solùm militia, sed etiam peregrinationes rusticationesque communes. De Scipione & Lælio.

Cursu & peregrinatione lætantur tuttures. Cic. 2. de Finib. 175.

Blandita peregrinatio, Vide BLANDIOR.

Nobilem peregrinationem Antonii vocat per ironiam Cic. 2. Philip. 100.

Transmarina peregrinatio. Quintil lib. 7. cap. 4. 23.

Peregrinator, pen. prod. (ἀποδημητικός,) Aliud verbale, Qui solet peregrinari, fereque semper peregrinatur. Cice. ad Leptam lib. 6. 18. 9. Mehercule non tam sum peregrinator iam, quàm solebam.

Peregrinitas, penul. corr. peregrinitatis, (τὸ ξενικόν,) Alieni soli habitatio. Vlpian. to L. Sed si, De in ius vocando, Si per pœnam deportationis & peregrinitatem redactus sit patronus. Hoc est, sit relegatus in aliud solum. Correctiora exemplaria legunt peregrinationem.

Infusa est in vrbem nostram peregrinitas. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 5. Peregrinitas, Alio significatu apud Quintilianum lib. 11. cap. 3. Si fuerit os facile, explananatum, iucundum, vrbanum, id est in quo nulla neque rusticitas, neque peregrinitas resonet. Peregrinitatem vocauit oris vitiũ, quod te inquilinum & alienigenam, non in vrbe natum prodat.

Peregrinabundus, (ξενιτεύων,) Qui solitus est peregrinari. Liu. 8. bel. Pun. 90. Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem ducem Romanum, &c.

Peregre, pen. corr. Aduerbium, (ἐπὶ ξένης,) Peregrinando. Et est commune tam significantibus quietem, quàm motum: vt Peregre sum, Peregre venio, Peregre vado. Plaut. Amphit. 4. 6.

– ita peregre aduenies,
Hospitio publicitus accipiar. Terent. Phorm. 2. 1. 13. Pericla, damna, exilia, peregre, rediens semper cogitet. Hæc verba habet Cicero 3. Tuscul. 54. Plaut. Asin. 13. 16. Aut quod illæ dicat peregre allatam epistolam. Idem Amphit. 4. 108. Bene facit, quia nos eramus peregre, tu tatus est domum. Plaut. Trinum. 16. 2.

– is mihi dixit
Suum herum peregre huc aduenisse.

Peregre accire. Liu. 2. ab Vrbe. 24. Alios peregre in regnum Romam accitos ire regem augentem bello Romanum imperium à proximis scelerata conspiratione pulsum.

Peregre abire. Plin. li. 35. ca. 12. 1. Quæ capta amore iuuenis, illo abeũte peregre, vmbrã ex facie eius ad lucernã in pariete lineis circũscripsit.

Peregre depugnare. Cic. 5. Philipp. 186. Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregre depugnauit, familiam ducit.

Exite peregre. Horat. 1. Serm. saty. 6. 21.

Animus peregre est. Horat. 1. epist. 11. 3.

Perelegans, pen. corr. (πάνυ φιλόκαλος,) Valde elegans, om. g. Cic. 2. de Orat. 150. Genus est perelegãs, & cum gratiate falsum. Idem pro Plancio, 47. Et quoniam tua fuit perelegans ac perfubtilis oratio, digna Equitis Rom. vel studio vel pudore.

Pereleganter, Aduerbium. (πάνυ φιλοκαλῶς,) Cic. de Claris Orato. 101. Quæ quidem omnia cum perit & scienter, tum ita breuiter & pressè satis ornatè & pereleganter diceret, &c.

Pereloquens, pen. corr. (πολυφραστικός,) Valde eloquens, om. gen. Cic. de Claris Orato. 133. Cautem Lentulus Marcellinus nec vnquam indisertus, & in Consulatu pereloquens visus est, nõ tardus sententiis, nõ inops verbis, voce canora, facetus satis.

Peremptalia, fulgura dicuntur quæ superiora fulgura aut portenta perimunt, id est tollunt. Festus.

Peremptalia, fulmina, apud Senecam, 2. Nat. quæst. quibus tollunturpriorum fulminum minæ.

Peremptorius, Vide PERIMO.

Perendie, Aduerbium, (μετάριον,) Significat quod vulgò dicitur, Post cras vt ait Valla. Cic. ad Atticũ, lib. 11. 257. 5. Scies igitur fortasse cras summum perendie. Plaut. Merc. 7. 34. Cras agito, perendie agito. Idem Sticho, 9. 12.

Cras apud me eritis, & tu & ille cum vestris vxoribus.
P. Et apud me perendie. Idem Aulul. 6. 29. Quæ cras veniet, perendie foras feratur soror.

Perendinus, penul. corre. Adiectiuum, (μεταύριος,) Ab hinc tertius dies. Plaut. Trinum. 17. 63. Nunc quid causæ est quin vxorem cras domum ducat? C H. optumum est: Licet tu in perendinum paratus sis, vt ducas. Cic. pro L. Murena, 15. Iam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, vtrum diem tertium, an perendinum iudicem, an arbitrum: rem an litem dici oporteret. Cæsar belli Gall. lib. 5. Qui si per te liceat, perẽdino die cum proximis hybernis coniunctis communem cum reliquis casum belli sustineant.

In perendinum diem, Vide IN præpositionem.

Perennis, & hoc perenne, (ἀείδιος, διαιωνόβιος,) Ex per & annus compositum, mutatis literis, quasi per annos durãs.

Plaut. Amphit. 3. 14.
Hæc vt me vultis approbare adnitier,
Lucrum vt perenne vobis suppetat.

Adamas perennis, Vide ADAMAS.

Perennes & perpetui cursus stellarum. Cic. 2. de Natu. deor. 79.

Cursus luistrare perennes. Lucret. lib. 5. 16.

Perennis fama. Virgil. 9. Aeneid. 10.
Dicite, prisca fides facto, sed fama perennis.

Fama & laus perennis. Cic. 2. de Diuinat. 98.

Fides perennis. Plin. epist. 186. Sed tibi perennis fides, tantaque in amore constantia, vt finiri nisi tua morte non possit.

Fortuna perennis. Propert. lib. 3. eleg. 19. 12.

Monimentum perennius ære. Horat. 3. Carm. ode 30. 1.

Monimenta perennia facti. Ouid. 2. de Fast. 53.

Sermo perennis. Cic. in Somnio Scip. 27, Sermo autem omnis ille, & angustiis cingitur his regionũ, quas vides, nec vnquam de vllo perẽnis fuit, & obruitur hominũ interitu, & obliuione posteritatis extinguitur.

Perennis contestataque virtus maiorum. Cice. pro Flacco, 19, Quamquàm ab hac perenni contestataque virtute maiorum non modò non degenerauit L. Flaccus, sed id quod maximè, &c.

Perenne & proprium aliquid manere. Cic. Post red. in Senatu, 7, Si illud de duobus Consulibus, quod antè in Repu. non fuerat, perenne ac proprium manere potuisset.

¶ Aquæ perennes. Cic. 6. Ver. 93, Enna autem, vbi ea quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso atque edito: quo in summo est æquata agri planities & aquæ perennes. Ouid. 2. de Remed. amor. 52.

Fons perennis. Cæsar 8. bel. Gall. 152, Quo facto repentè fons perennis exhaustus. Sic Perennis fluuius. Plin. lib. 5. cap. 28, Amnis Numis Cybiratarum iugis ortus, recipit 1. X perennes fluuios, torrentes verò amplius c. Vlpianus in L. 1. ff. de Fluminibus, Flumiouin quædam sunt perennia, quædam torrentia. perenne est quod semper fluit, id est ἀένναον: torrens quod hyeme fluit, hoc est χειμαῤῥοῦς.

Latices manant perenner. Lucret. lib. 5. 53.

Perẽnis riuus. Plin. epist. 101. c. li. 5, Cuncta n. perẽnibus riuis nutriuntur.

¶ Perennis, pro Perpetuo & continuo. Cic. in Bruto, 186, Contine te in tuis perennibus studiis. Et de Prouinc. Consul. 18, Hic me meus in Rempub. animus prisinus ac perennis, cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Budæus.

Amor perennis. Seneca Octauia, 5. 19.

Perennis & profluens loquacitas. Cic. 3. de Orat. 103.

Perennia, perenniorum, Cæremoniæ in auspiciis obseruari solitæ. Cice. 2. de Natura deorum, 14. itaque maxime Reip. partes in iis bella, quibus Reip. salus continetur, nullis auspiciis administrantur, nulla perennia seruantur.

Perennè, Aduerbium, (ἀείδιον,) Perpetuò & continuò. Colu. lib. 12. cap. 18. 1. Si ager amplus, aut vineta, aut arbusta grandia sunt, perennè fabricandæ decimodiæ & trimodiæ, & siccellæ texendæ & picandæ.

Perenno, perennas (διαιωνίσμαι,) perennare. Per annos durare. Colu. li. 1. ca. 9. 2. Sed temperet vires clementia, quoniam & terribilior debet esse quàm sæuior, vt & obsequantur eius imperiis, & diutius perennent boues non confecti vexatione simul operum verberumque. Idem de Arbor. cap. 16. 5. Nam in ea fructus maximè vis consistit, diutiusque perẽnat. Ouid. 3. de Arte, 9. Defuit ars vobis: arte perennat amor.

Perẽnitas, pen. corr. huius perennitãtis, f. g. (ἀϊδιότης,) Ipsa duratio. Columel. lib. 1. cap. 6. 6. Nam ea cœli positio maximè frigida, & minimè humida est, quæ vtraque perennitatem conditis frumentis afferunt. Plaut. Persa, 10. 2.

Quæ res bene vortant mihi, & tibi, & ventri meo,
Perennitatisque adeò huic perpetuo cibo, vt mihi superfit. Columel. lib. 4. ca. 24. 1. Vt quam longissimam perennitatem stirpi acquirat. Cic. 2. de Natu. deor. 142. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium.

Perenniseruus, perenniserui, antiquum (ἀεράθοῦλος,) Qui perpetuò seruit vni domino. Plaut. Perf. 12. 16.

Compedum contritor, pistrinorum ciuitas,
Perenni seruo, furco, edax, furax.

Pereo, peris, periui, & per syncopam perii, péritum, penulc. correpta. (ἀπόλλυμι, ὄλλυμι, ὀλέκομαι, διέφθαρμαι, ἔῤῥωμαι,) perire, Notæ significationis. Plaut. Aulul. 10. 12.

– stultus & sine gratia es,
Tibi recte facere, quandò quod facias perit. Idem Trucul. 4. 50.
Illis perit quicquid datur, neque ipsis apparet quicquam.

Perire, pro Mori & deftrui accipitur, quasi in totum ire: quòd qui perit, prorsus abit. Plin. lib. 7. cap. 7. 1. Tu qui te deum credis, aliquio succesfu tumens, tanti perire potuisti. Plaut. Pœnul. 2. 30.

Ne & ipsæ sitiant, & pueri pereant fame. Terent. Eunuch. 1. 1. 18.

– & prudens, sciens,
Viuus, vidensque pereo, nec quid agam scio. Ibidem, 5. 3. 15. Postremo & qua in die parua periisset soror. Idem And. 1. 5. 9. Quod si fit pereo funditus. Cice. ad Atticum, lib. 3. 52. 2. Id si purat me posse sanari, cures velimsin periì planè, minus laboro.

¶ Certò, perii, Vide CERTVS.

Obnixè perire, Vide OMNITOR.

Ocyus perire. Lucret. lib. 3. 89.

Penitus perire. Lucret. lib. 1. 53.

Perpetuò perire, Vide PERPETVO.

Subitò perire. Lucret. lib. 2. 202.

¶ Perire à re, Vide A præpositionem.

Perire ab animo, & ab re. Plaut. Truc. 3. 19.

– si iratum scortum forte est amatori suo,
Bis periit amator, ab re, atque animo simul. Vide AB præposi.

Amore indigno perire. Virgil. 10. eclog. 2.

Animo perire. Plaut. Rud. 1. 3. 26. Perii animo, malefit: contine quæso caput. Id est, deficit me animus.

Ingenio perii qui miser ipse meo. Ouid. 2. Trist. 1.

Luistris perire. Lucret. lib. 4. 119.

Desidiosè agere ætatem, luistrisque perire.

Meo vitio pereo. Cic. Attico, lib. 11. 217. 2.

¶ Perierunt ædes. Plaut. Mostel. 3. 47. – non video mihi
Sarcire posse ædes meas quin totæ perpetuæ ruant,
Quin cum fundamento perierint.

Comæ formosæ periere. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 7.

Decor periit multo vulnere. Senec. Hippol. 10. 11.

Perit dies otio. Plin. lib. 11. cap. 6. 2. Nullus otio perit dies apibus.

Fabæ pereunt læso flore. Ouid. 5. Fast. 54.

Honos gentis perit. Ouid. ad Pisonem, 3.

Labor in ritus anni perit. Ouid. 1. Metam. 55.

Nites pereunt tepente sole. Ouid. 5. Fast. 48.

Nummi pereunt. Horat. 1. Serm. saty. 2. 27.

Opera & oleum philologiæ nostræ periit Cic. Attico, lib. 2. 32. 2.

Pecunia periit. Terentius Adelph. 4. 7. 25.

– nempe tua arte vigiliti minæ Pro psaltria periere.

Pecuniam tantam Populi Romani tam breui tempore perire potuisse, portenti simile videtur. Cic. 5. Philip. 171.

Pudor periit. Plaut. Bacchid. 8. 81. Nam ego illum periisse duco, cui quidem periit pudor. Horat. 1. epist. 1. 16.

Puppis hausta perit. Ouid. 3. Fast. 120.

Res & fides perit. Plaut. Trucul. 3. 18. – & ipsius
Perit & res & fides.

Telum pereat rubigine. Horat. 2. Serm. saty. 1. 9.

Tempora auxilii periernnt. Ouid. 1. de Remed. amor. 22.

Virtus perit fraude. Ouid. 2. Fast. 46.

Funditus pereunt vrbes. Horat. 1. Carm. ode 16. 4.

¶ Perire ab aliquo, Occidi. Plin. lib. 11. cap. 37. 59. M. Marcello circa mortem quum periit ab Annibale, defuit in extis caput. De iecore.

Conuolsi pereunt. Lucret. lib. 3. 69.

Inter arma & enses perit. Ouid. ad Liuiam, 46.

Crudelius perire. Quintil lib. 7. cap. 2. 21.

Fortiter perire. Horat. 2. Serm. saty. 3. 9. – hoc si erit in te
Solo, nil verbi, pereas quin fortiter, addam.

Generosius perire. Horat. 1. Carm. ode 37. 5.

Cruciatu summo perire. Cic. 3. de Nat. deorum, 117.

Letho præcipiti perire. Senec. Hippol. 3. 16.

Manibus hominum perire. Virgil. 3. Aeneid. 112.

¶ Minoris perire. Plin. lib. 7. ca. 7. 2. Tu qui corporis viribus fidis, tu, &c. tanti perire potuisti. Arqui etiam hodie minoris potes, quantulo ferpentis ictus dente aut etiam, vt Anacreon poeta, acino vuæ passæ.

Morbo perire. Cæsar 4. bel. Ciuil. 181. Horat. 2. Serm. saty. 3. 32.

Morte meritis perire. Virgil 4. Aeneid. 139.

Occisione perire ad rium, Vide Occisio in OCCIDO.

Telo perire. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 17.

¶ Peream, iurantis, vel imprecantis vox Ethnicis familiaris, quemadmodum & Dispeream. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 23. 3. Si frænum momorderis, peream si te omnes quot sunt, conantem loqui ferre potuerint. Cassius ad Ciceronem, lib. 15. 19. 7. Peream nisi solicitus sum, ac malo veterem & clementem dominum habere, quàm notũ & crudelẽ experiri. Varro 3. de Re rust. cap. 3. 7. Peream nisi piscem putaui esse.

Malì pereat Lesbia. Horat. Epod. 12. 4.

¶ Terminus pereundi. Silius lib. 3. 113.

Occurrunt animo pereundi mille figuræ. Ouid. epist. 10. 17.

Gramine Circæo pereundum est mihi. Propert. lib. 2. eleg. 1. 11.

Peritũrus, pen. prod. Participium: (ἀπολλυσόμενος,) vt
Amore periturus. Propert. lib. 1. eleg. 12. 7.

Corpus periturum. Stat. 5. Thebaid. 46.

Mœnia peritura flammis. Claud. 2. in Eutropium, 60.

Regna peritura. Virgil. 4. Georg. 100.

¶ Perire mulierem, ea forma dicimus qua Deperire, & amando vri. Plau. Trucul. 1. 1. Tres vnam pereunt adolescentes mulierem.

Périto, péritas, pen. corr. (πεφαπόλλυμαι,) peritare, Frequentatiuum. Plaut. Capt. 12. 32. Qui per virtutem peritat, non pol interit.

Perequito, perequitas, pen. corr. (διίππαζω,) perequitare, In omnes partes perequitant, & tela coniiciunt. Liu. 5. ab Vrbe, 134. Quum perequitasset aciem promissa repetens, tantum iecit ardoris, vt non vltra sustinuerint impetum Æqui. Idem 3. belli Pun. 218. Claudius qui ex via longè perequitasset, nullo obuio hoste in campum rursus euectus, increpans ignauiam hostis, &c.

Pererro, pererras, (διαπλανῶμαι,) pererrare, In omnem locũ vel huc atque illuc errare. Colum. in Præf. lib. 1. 7. Semperque ritu volucrum longinqui litoris peregrinus ignotum pererret orbem. Plin. lib. 8. cap. 45. 1 Conceptio vno initu peragitur. quæ si fortè pererrauit, x x post die marem fœmina repetit.

Aditus pererrare, Vide ADEO, adis.

Arua pererrantur liquentibus vndis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 1.

Aula pererrare more pecudum. Claud. 3. de rapta. Proser. 9.

Forum pererro. Horat. 1. Serm. saty. 6. 23.

Freta longa pererrare. Ouid. epist. 14. 11.

Locum omnem pererrat. Virg. 5. Aeneid. 89.

Cornua pererrauit labris. Silius lib. 4. 35.

Luminibus pererrare aliquem, Circumspicere. Virg. 4. Aeneid. 73.

Talia dicentem iandudum auersa tuetur,
Hæc illuc voluens oculos, totumque pererrat Luminibus tacitis.

Pererrãtus, pen. prod Participium, (διαπλανηθείς,) vt
Orbis pererratus. Ouid. 1. Fast. 47.

Terræ pererratæ. Ouid. 15. Metam. 11.

Pereruditus, pen prod. (πάνυ πεπαιδευμένος,) Adiectiuum, Valde, eruditus. Cic. ad Atticũ lib. 4. 84. 2. Sed vereor ne lepõre suo detineat diutius P. Clodius, & homo pereruditus, vt ait, & nunc quidem deditus Græcis literis pituanios.

Perexcrucio, perexercucias, (διαπαίω,) perexcruciare Vehemẽter cruciare. Plaut. Stieho, 7. 32. Meam culpam habeto nisi perexcruciauero.

Perexiguus, Adiectiuũ. (πολυμικρός,) Valde exiguus. Cæsar 5. bel. Gall. 60. Quum hæ intermisso perexiguo loci spatio inter se cõstitissent, nouo genere perterritis nostris, per medios audacissimè prorruperunt.

Perexigua & perminuta videntur. Cic. 2. Tusc. 54.

Aut nulla, aut perexigua pars Cic. ad Quintũ fratrem, lib. 1. 1. 7.

Dies perexigua. Cic. 2. Ver. 4. Itaque quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaiam bidoo breuiorem diem postularet.

Tempus perexiguum. Cic. 2. Verr. 15. Solicitabar rebus maximis vno, atque eo perexiguo tempore.

Factum perexiguum. Liu. 2. bel Pu. 217. Nam ad vescendum facto perexiguo vtique militantes vtebantur.

Perexilis & hoc perexile, pen. pro. (πάνυ λεπτός,) Valde exile significat. Colum. lib. 11. cap. 2. 45. Hoc eodem tempore prius quàm vineæ puluerentur, si perexilis est, vel rara ipsa vitis, lupini modii tres vel quatuor in singula iugera spargunturr.

Perexpeditus pen. prod. Adiectiuum, (ἐυπορώτατος,) Valde expeditus. Cic. 3. de Finib. 57. Sed hæc quidem est perfacilis & perexpedita defensio.

Perfabrico, perfabricas, pen. corr. (διατεχνῶμαι,) perfabricare, Fabricam absoluere. Plaut. Persa, 13. 4.

– perii interii: pessimus hic mihi dies
Hodie illuxit, corruptor ita me Toxillus perfabricauit, atque
Meam rem diuexauit. Per translationem.

Perfacetus, pen. prod. Adiectiuum. (πολυχαρίεις,) Admodum facetum significat. Cic. de Cla. Orat. 54. Atque eundem & vehementem & valde dulcem, & perfacetum fuisse dicebat. Idẽ pro Plancio, 18. Et quia (vt fit in multis) exit aliqũ aliquid, si nõ perfacetũ, attamẽ fortasse nõ rusticũ: quod quisq; dixit, ne id dixisset dicũ.

Perfacete, penultim. produc. Aduerbium, (πολυχαρίως,) Perincundẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cice.3.Verr.85.Neque enim perfacete dicta, neque porro hac seueritate digna sunt.

Perfacilis, & hoc perfacile, pen.corr. (πολυεύκολος,) Cic.4. Tuscul.11.Perfacilis cognitu. Idem 3.de Finib.56. Perfacilis defensio.

Perfacile est.Cæsar 1.bel. Gall. 7. Perfacile esse,quum virtute omnibus præstarent,totius Galliæ imperio potiri.Cicero 2.de Legib. 29. Nam sententias interpretari perfacile est.

Perfacile,penult. correp. Aduerbium, (πολυεύκολως,) Cice. pro Rosc. Amer.12.Demonstrant,quam pater huiusce Sext.Roscius homo tam splendidus & gratiosus,nullo negotio sit occisus,perfacile hunc hominem incautum & rusticum, & Romæ ignotum, de medio tolli possi. Idem ad Atticum,lib.13.28?-3.Video enim Curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse.

Perfacile sese Sicilia tuebatur, nequod in ipsa bellum posset existere. Cice.7.Verr.7.

Perfacile verò,apud,&c.Cic.3.Verr.19.

Perfacile apparet,&c.Cic.2.de Finib. 175.

Perfamiliaris, & perfamiliare, penul. prod. (πολυοικεῖος,) Valde familiaris.Cice.de Claris Orato.87.M.Gratidius M.Antonii perfamiliaris. Idem pro Quintio,12.Vident perfamiliarem Nævii qui ex Gallia pueros vænales isti adducebat L.Publicium. Item ad Quin.fratrem,lib.2.15.4.Ipse est enim veterator magnus & perfamiliaris Pisisto.

Perfatuus, Adiectiuum, (πολυμωρός,) Martial.lib.10.18.
Heu quàm perfatuæ sunt tibi Roma togæ.

Perfero, penul.correp.perfers,pertuli,penul.correp.pertlatum,penul. prod. (διακομίζω,διαφέρω,περιφέρω,) perferre, Vsque ad constitutum finem ferre.Virgil.12.Aeneid.182.
Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus,
Nec spatium euasit,totum nec pertulit ictum. Id est enaenatus est impetus ipsius spatio longiore. Seruius.

Opem perferre alicui.Valer.5.Argon.77.Perfer opem regina viris.

Diuisionem verò ad cogitationem & stylũ perferũt.Quintil.li.2.ca. 6.2.

Literas perferre,Ad eum cui missæ sunt ferre.Cic.Curioni,lib.2.5. 2.

Clamor perfertur Liu.7.ab Vrbe,175.Perfertur circa collem clamor,fugatque ex suis quenque præsidiis. Idem 8.ab Vrbe,161.Inde clamor per totam concionem est perlatus:alibi preces, alibi minæ audiebant.

Consilium perferre alicuius ad alterum.Cæs.4.bel.Gal.539. Interim consilio eius cognito,& per mercatores perlato ad Britannos,&c.

Fama perfertur.Liu.8.bel.Pun.67.Scipio quum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset,neque Romanis legionibus tantæ se parem magnitudini ratus,&c. Idem 3.ab Vrbe,260.Huius pugnæ fama perlata non in vrbem modò,sed in Sabinos ad alterum exercitum.&c.

Fructum perferre.Colum.lib. 3.cap.20. 2. At si varii genetis vineta seuerimus,aliquid ex iis inuiolatum erit quod fructum perferat.

Iusta omnia perferre.Propert.lib.1.eleg.17.5.

Laudem in vrbem perferre.Cic.2.Tuscul.7.Quamobrem hortor omnes qui facere id possunt,vt huius quoque generis laudem iam languenti Græciæ eripiant,& perferant in hanc vrbem.

Legem perferre.Cic.ad Attic.lib.1.14.4. Agraria lex à Flauio Tribuno plebis vehementer agitabatur authore Pompeio. Paulo pòst,Huic totirationi Agrariæ Senatus aduersabatur, suspicans Pompeio nouam quandam potentiam quæri.Pompeius verò ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. Et lib.6.112.5.Si Curio legem pertulerit. Liuius 1.Decad.lib.1.Ego hîc aut in conspectu vestro moriar, aut perferam legem. Paulo pòst, Lex silentio perfertur. Vide Suetonium in Augusto,cap. 34.

Perferre rogationem,est ita ferre vt plebs sciscat.Liu.6.bel. Maced. Patres rogationem ad populum ferri iusserunt, vellent, iuberentne eum Antiocho rege bellum iniri si ea prolata rogatio esset: si ita videretur Consulibus, rem integram ad Senatum referrent. P. Cornelius eam rogationem pertulit.

Mandata perferre.Cæs.4.bel.Gall.564.Hunc illè nauigio egressum, quum ad eos imperatoris mandata perferret,comprehenderant.Cic.ad Qu. fratrem,lib.3.17.23.Scripsique ad Cæsarem Vibulium Cæsaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse.Plaut.Capt.6.93.Quæ tua quæ tu iusseris mandata,ita vt velis perferat. Plin.epist.190.b,Perfert Antæia mandata:nec illæ morantur.Ouid.2.de Ponto, eleg.2.25.

Nuntium perferre.Liu.3.ab Vrbe,191.Iussi pergunt, citatisque equis nũtium ad patrem perferunt.Cic.ad Qu.frat.lib.1.1.1.Tamen existimaui à me quoque tibi huius molestiæ nuntium perferri oportere.

Et literis multorum, & sermone omnium perfertur ad me incredibilem tuam virtutem & fortitudinem esse.Cic.Terentiæ,lib.14.1.1.

Perfertur omnium nuntiis.Cic.ad Qu.fratrem,lib.2. 14. 5. Amor autem eius erga nos perfertur omnium nuntiis singularis.

Rumor pertulit hoc nobis.Ouid.2.de Ponto,eleg.1.10.

Perlata rumore,aut nuntiis.Cic.ad Atticũ,li.4.70.4.Nunc etsi omnia aut scripta esse à tuis arbitror,aut etiam nuntiis ac teræ perrumore perlata,tamen ea inscribam breui quæ,&c.

Sermones ac literæ perferuntur.Cic.pro Lege Manil.27.Iam verò quem admodum milites hibernent, quotidie sermones ac literæ ferũtur. Idem Appio lib.11.29.2.

Verba alicuius perferre ad aliquem.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.9.

¶ Perferre,Denuntiare.Plaut.Amphit.463.
Hæc vbi legati pertulere,Amphitruo è castris illico

Producit omnem exercitum.Cicero ad Cœlium,li.2.8.2.In his enim sum locis,quò & propter longinquitatem,& propter latrocinia, tardissimè omnia perferuntur. Plaut.Capt.7.17. –& quid fieri velim,
Patri meo ordine omnem rem illuc perferat. Cic.ad Cornificium,lib. 12.29.7.Non sustũ animum ac verba pertulit. Idem ad Cassiũ,li.12. 9.1.Nostras n. res in actis pferri ad te certò scio: tuas aũt ignoramus.

¶ Perferre,Pati,patienter ferre.(ὑπομένειν,διαφέρειν,περιφέρειν,)Plautus Amphit.8.13. –dum modo Laude parta domum reciplat se, feram & perferam vsque eius abitum. Terentius Adelph. 3.4.50. Paupertatem vnà pertulimus grauem. Idem And.1.1.35.Sic vita erat,facit ĕ omnes perferre ac pati. Cic. 2. pro Lege agrar. 71. Syllanus ager à certis hominibus latissimè continuatus tantam habet inuidiam, vt veri ac fortis Tribuni pleb.strictorem vnũ perferre nõ possit.Idem 5.Verr. 196.Iraque hęc Iudices,quæ pati nullo modo potuerunt,nõ pteuerũt.

Intrepidè pertuli omnia.Seneca Herc furente,6.17.

Deficere animo,& Perferre,contraria.Cic.pro Rosc.Amer.6.Sin à vobis (id quod non spero) deseram,tamen animo non deficiam: & id quod suscepi,quoad potero,perferam.

Ardorem perferre.Stat.5.Sylu.1.46.

Catenas perferre.Silius lib.17.75.

Contumelias perferre.Cæsar 2.bel.Gall.282.

Cruciatum perferre.Cic.4.Acad.48.

Crudelitatem inimicorum perferre.Cic.pro Sestio,128.

Dolorem perferre.Virgilius 9.Aeneid.86. Cicero 1.de Finibus52.Et pro Cluentio,134.

Perferre famem & sitim. Cic.5.de Finib.87.

Frigus,famem,sitim,ac vigilias perferre.Cic.2.in Catil.31.

Insomnia furibunda perferre.Silius lib.11.21.

Laborem perferre.Virgil.2.Georg.69.

Luxuriem,crudelitatem,auaritiam,superbiam alicuius perferre.Cicero 4. Verr.6.

Mala tot pertulimus. Ouid.5.Trist.eleg.1.7.

Monstra immania perferimus tecti sylusis.Virgil.3.Aeneid.117.

Niues perferre.Ouid.1.Amor.eleg.9.3.

Perpetior ac perfero facilè omnes. Cic.2.de Orat.43,Ac mihi quidẽ non ita molesti sunt,facilè omnes perpetior & perfero. Et 2,Tuscul.25.

Onus perferre.Ouid.ad Liuiam,70.

Pauperiem & duros perferre labores.Virgil.6.Aeneid.88.

Pericula multa pelago pertulerunt.Ouid.14.Metam.112.

Pœnarum satis perferre.Cic.pro Sestio,128.

Proinas ac niues perferre.Cic.2.in Catil.43.

Quietem solus perferre nequit.Silius lib.4.9.

Somnos aut dies perferre.Stat.3.Sylu.2.17.

Supplicium pro meritis perferre.Cic.ad Atticum,lib.8.159.10.

Timores pertulimus.Claud.de bello Getico,42.

Perferens,pen.corr.(ὑπομένων,)Nomen ex participio.Cic.2.de Orat.98. Horum igitur exprimere mores oratione,iustos,integros,religiosos,timidos,perferentes iniuriarum,mirum quiddam valet,&c.

Perferuidus, pen.corre. Adiectiuum, (πολύζεστος,)Vehementer feruidus:vt

Perferuida,æstas.Colum.lib.5.cap.5.1.

Perficio, perficis,pen.corr.perfeci,pe.prod.perfectum(συντέλω,ἀποτελέω,διαπονέω,ἀπαρτίζω,διαπτύω,ἐπιτελέω,περαίνω,τελειόω,κατεργάζομαι,)perficere,Absoluere,Complere quod inceptũ est. Terent.Hecyra,5.2.9.Quod si perficio,nõ pœnitet me famæ.Cæsar 1. bel.Ciuil.270.Ipsique perficiendi operis causa longius progrediuntur. Terent.Phorm.2.3.73. –haud desinam Donec perfecero hoc.

Absoluere & perficere aliquid.Cic.2.de Nat.deor.50.Sic in omni natura ac multo etiam magis necesse est absolui aliquid ac perfici.

Conari aliquid & perficere.Cic.in Orato.56.Vides profecto illum multa perficere,nos multa conari:illum posse,nos velle:quocũque modo eam postulet,dicere.

Cõflare & perficere.Cic.pro Cluent.12.Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius,nullum periculum mortis adiit,nihil mali timuit, quod non totum à matre esset conflatum & perfectum.

¶ Absolutionem alicuius rei perficere.Cice.de Vniuers.58.Tria genera nobis reliqua sunt,eaque mortalia,quibus prætermissis,cœli absolutio perfecta non erit.

Annos centum perficere.Horat.2.epist.1.8.

¶ Cibum perficere,Concoquere.Plin.lib.11.cap.53.6.Ideò athletæ malunt cibos ambulatione perficere.

Cogitata perficere.Cic.pro Deiotaro,13.

Cœpta perficere.Vide CORIVM.

Pelles perficere. Plinius lib.24. cap. 11. 8. Alia est erythrodanus, quam aliqui ereuthiodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelleique perficiuntur.

Instituta perficere. Cice.2.de Diuinat.8.Quod assequar profectò, si instituta perfecero.

Iussa alicuius perficere.Valer.7.Argonaut.13.

Maleficium perficere & occultare.Cic.pro Cœlio,42.

Susceptum perficere munus.Virgil.6.Aeneid.136.

Officium perficere funeris.Ouid.ad Liuiam,14.

Onus & munus perficere.Cecinna Ciceroni.lib.6.7.16.

Poema institutum perficere.Cic.Q.q.fratri,lib.3.24.4.

Promissa perficere, pro Implere quod promiseris. Terentius And.4.1.7.
Pòst vbi tempus promissa iam perfert,
Tum necessariò se aperiunt, & timent.

Scelus perficere.Cice.pro Cluentio,153.

Stamina pauca perfeci. Ouid.epist.18.10.

¶ Perficere,pro Obtinere,siue pro eo quod barbari dicunt, Tantum facere quod.Terent.in Prologo Hecyræ,10. Perfeci vt spectarentur. Idem in Prolog.Eun.21.
–postquam ædiles emerunt,
Perfecit,sibi vt inspiciundi esset copia. Ibidem,1.7.100.
–quam ioco
Rem voluisti à me tandem,quin perfecerim? Plaut.Asin.3.91.

Perficito argentum hodie vt habeat filius,
Amicæ quod det. Idem Milit.5.59.Nunquam hodie quiesset prius,quã id quod perit,perfecerit.Terent.Eunuch.5.9.24.
–perfice hoc

Precibus,pretio,vt hæc nam in parte aliqua tandem apud Thaidẽ. Cic. ad Matium,lib.11.27.1.Quod enim vehementer mihi vtile esse puta bas,nec inutile ipsi Cæsari,perfecisti,vt ille me diligeret,coleret,haberet in suis. Idem ad Atticum,lib.6.159.12.Perficiam profectò vt neque Rẽspub.eius à me animum,neque tu amici desyderes. Et 4.Academ.104.Perficies vt ego ista innumerabilia complectens, antequam labar,nihil opinerẽ? Sic pro Lege Manil.31.Et quisquam dubitabit quid virtute perfectum sit,qui tantum authoritate perfecerit? Quædam exemplaris legunt profecerit.

Calliide perficere vt.Cic.2.de Diuina.166.Calliide enim qui illa composuit perfecit,vt quodcunque accidisset,prædicũm videretur, hominũ & temporum definitione iublata.

¶ Perfici,passiuum.Plin.lib.11.ca.53.1.Difficulter aut perficiuntur omnia in cibis,acria,nimia,& auidè hausta.Id est,concoquuntur. Idem libro 33.cap.3.21.Quum cætera in metallis reperta igni perficiantur.

Actu perfici.Quintil.lib.2.cap.18.1.Aliæ in agendo,quarum in hoc finis est,& ipso actu perficitur.De artium diuisione.

Perficiendus,Participium:(ἀνυστός,)vt Voluptas perficienda tarda mora.Ouid.2.de Arte,144.

Perfectus,(τέλειος,τέλεος,τελεσφόρος,ἀτρέπτος,ἀνυστός,πανάριστος,ὁλόκληρος,ἀπαρτιστός,) Aliud participium, siue Nomen ex participio.Plaut. Persa,22.2.
–re placida, pacibus Perfectis.

Inchoata & Perfecta,contraria.Cic.de Claris Oratorib.65. Manus extrema non accessit operibus eius.præclarè inchoata multa, perfecta non planè.De Graccho. Idem in Topic.36.

Perfectum aliquid esse,& habere maturitatem suam quandam.Cic.de Claris Oratorib.122.Quum autem anno pòst è Sicilia me recepissem,iam videbatur illud in me,quicquid esset,esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam.

Extremum & perfectum.Cic.2.de Nat.deor.40.Neque enim dici potest in nulla rerum institutione esse aliquid extremum atque perfectum.

Inuentum simul & perfectum nihil est.Cic.de Claris Orat.35.

Perfectum omni ex parte in genere suo.Cic.de Amicitia,67.

Perfectum ex vtroque. Cice. 4.Tusculan.16. Erit enim hoc totum ex vtroque perfectius.

Aptum vndique,perfectum, expletumque omnibus suis partibus & numeris.Cic.2.de Nat.deor.52.

Ad summa atque in omni genere perfecta peruenire.Cic.2.de Orat.65. taque elegantia,abundum appellamus.

Absoluti & perfecti philosophi.Cic.2.de Diuinat.222.

Perfectus & consummatus.Quintil.lib.5. cap. 10. Ne siqui cognouerint ista,si cætera negligant,pfectos se protinus atque cõsummatos parẽt.

Summũ & perfectissimũ iudicat Cicero,illud cui nihil addi pòt.in Ora.2. Plenum atque perfectum oratorem esse eum dicam, qui de omnibus rebus posset varie copioseque dicere.Cic.1.de Orat.31.

Concinnus,perfectus,politus ad persuadẽdum homo. Cic.in Pisonẽ,47.

Perfectus in re aliqua.Cic.1.de Fini.31.Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito,in geometriaque perfecto.

Orator in omni genere sermonis atque humanitatis perfectus. Cic. 1.de Orato. 19.

Perfectus in dicendo homo & perpolitus.Cic.1.de Orate.31.

Perfectus ingenio.Cic.pro Lege Manil. 1. Nam quum antea per ætatem nondum eius authoritatem loci contingere auderem,staturemque nihil huc nisi perfectũ ingenio,elaboratũ industria afferri oportere,&c.

Literis Græcis perfectus Memmius.Cic.de Claris Orato.133.

Moribus perfectus.Quintil.in Procem.lib.1.14.

Scientia,& omni facultate dicendi perfectus.Quintil.in Procem. li.1.14.

Cumulatè perfectus,Vide CVMVLVS.

¶ Perfectus,completusque verborum ambitus.Cic.in Orat.96.

Augmen corporis perfectum,Lucret.lib.3.54.

Opera mirabili & clarissimis gẽmis perfectũ candelabrũ.Cic.6. Verr.55.

Cymbia perfecta argento. Virgil.5.Aeneid.54.

Eruditione pfecta,& ingenio pstanti ad hæc opus est.Cic.1.de Diu.195.

Exercitatione perfecta ingenii forma. Cice. de Claris Oratorib. 183. Et certè quòd & ingenii quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat, verborumque astricta comprehensio, summam hominum admirationem excitabat.

Expleta & perfecta forma honestatis.Cic.2.de Finibus,79.

Mens perfecta.Cic.5.Tuscul.56.Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata est vt ne cæcetur erroribus,fit perfecta mens,id est absoluta ratio,quod est idem virtus.De animo humano.

Curta sententia,Plena & perfecta,contraria.Cic.4. de Finib. 60. Eorum enim omnium multa prætermittentium dum eligant aliquid quod sequantur,quasi curta sententiaiat verò illa perfecta atque plena eorum qui quum de hominis summo bono quærerent,&c.

Sol perfectus,Diei transacta.Stat 5.Thebaid.36.

Templum perfectum.Cic.6.Verr.55.

Perfecta cumulataque virtus.Cic.pro Sestio,75.

Virtutis perfectæ qui perfecto functus est munere, non parum diu vixit. Cice.1.Tuscul.176.

Vota perfecta continuo ordine.Virgil.3.Aeneid.110.

¶ Perfectus. Horat.Epod.5.13.
Nardo perunctum,quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.

Perfectè, Aduerbium,(τελείως,ὁλοτελῶς,) Cice.4.de Finib.16.Quumque duæ sint artes,quibus perfectè ratio & oratio complectatur,vna inuenitè di,altera disserendi.

Absoluta est perfectè omnis honestas.Cic.4.de Finib.31.

Absolutus perfectè,Vide ABSOLVO.

Nimis infans,& Perfectè disserta oratio:contraria.Cic.de Claris Orat.52. Eius omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non inelegante scripta perspici potestique neque nimis est infans,neque perfectè disserta.

Perfectè planeque eruditus vir.Cic.de Claris Orat.154.

Nihil à Roscio, nisi perfectè, nihil nisi cum summa venustate fiebat. Cice.1.de Orato. 64.

Imitatur numquam perfectè veritatem casus.Cic.1.de Diuin.47.

Perfectio,Verbale, (τελείωσις,τελειότης,πλήρωσις,ἀπαρτισμός,ὁλοτελὲς χνος,) Plinius lib.11. cap. 2.1. In his tam paruis quàm inextricabilis perfectio! Cice.2.de Finib.65.Aut anteponet eam, quam cum honestate ornatissimam,tum etiam ipsis initiis naturæ,& totius perfectione vitæ locupletatam videbit.

Absolutio & perfectio. Cice.1.de Orato. 64. Hanc ego absolutionem perfectionemque in oratione desyderans,à qua ipse longè absum, facio impudenter.

Perfectio,Conatus & adumbratio,contraria.Cic.in Orato.55. Nulla est enim vllo in genere laus oratoris,cuius in nostris orationibus non sit aliqua,si non perfectio,at conatus tamen atque adumbratio.

Susceptio & Pefectio,contraria.Cic.3.de Finib. 51. Ea quæ proficiscuntur à virtute,susceptione prima, nõ perfectione recta sunt iudicanda.

Perfectio operum magnorum, & licere fundamenta,contraria. Cic. pro Marcello,15.Tantum abes à perfectione maximorum operum, vt fundamenta quæ cogitas,nondum iecerit.

Perfector,(ὑπαρτιστής,) Aliud verbale.Cic.1.de Orato.154. Ac stylus ille tuus quem tu verè dixisti perfectorem dicendi esse,ac magistrum, multi sudoris est. Idem ad Atticum, lib. 8. 155. 3. Huius enim operis maximi inter homines atque optimi illum esse perfectorem volo. Vbi alii legunt effectorem.

Perfector,Qui quod volebat,diligentia sua persecit.Terent.Eun. 6.9.5.
O Parmeno mi,ô meaũ voluptatũ omniũ Inuẽtor,incœptor,pfector.

Perfidelis, Cic.ad Atticum,li.2.34.8.Posthac autem ad te, si perfidelem habebo cui dem,scribam omnia planè.

Perfidus,pen.corr.Adiectiuum, (ἄπιστος,ἀγνώμων,) Qui fidem violat.à fide dedocitur.Virgil.10.Aeneid.47.
Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus,
Nunc pelagi Nymphæ,classis tua:perfidus vt nos
Præcipites ferto Rutulus flammaque premebat. Cice.3. Officio.79. Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulantes,perfidi,improbi,malitiosi sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amicus perfidus.Cic.Post red.ad Quirites,17.
Arma perfida iubes Ouid.4.Fast.76.
Bella perfida.Silius lib.15.162.
Caput perfidum obligasti votis.Horat.2.Carm.ode 8.2.
Corda perfida.Valer.5.Argon.58.
Hostes perfidi.Horat.3.Carm.ode 5.7.
Lumina perfida.Ouid.13.Metam.114.
–& digitos in perfida lumina condit.
Mulier perfida.Horat.3.Carm.ode 7.3.
Sacramentum perfidum.Horat.2.Carm.ode 17.2.
Serui perfidi.Horat.Epod.9.2.
Tela perfida.Ouid.2.Fast.46.
Turba perfida.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.13.
Vappa perfida.Martial.lib.12.44.
Imputet ipse deus nectar mihi,fiet acetum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.
Verba perfida.Ouid.5.Fast.136.

Perfidia,perfidiæ,(ἀπιστία,) Plaut.Amphit.3.76. –non Ambitione,neque perfidia. Idem Capt.10.7. Neque precatio perfidiis meis,neque malefactis fuga est.Cic.ad Qu.fratrem,li.2.7.6. Quũ illius in me perfidiam increparet, auditus est magno silentio maleuolorum.Plin.lib.29.ca.1.23. Quo deorũ perfidiam istam monstrante?
Infidelitas & perfidia.Cæsar 8.bel.Gal.85.Infidelitas eius sine vlla perfidia indicauit comprimi posse.
Perfidia & iniquitas hominum.Cic.Lentulo,lib.1.2.10.
Perfidia vnius in alium.Cic.2.Philip.55.
Cumulus perfidiæ.Ouid.11.Metam.42.
Offensio perfidiæ.Cic.2.de Orat.56.Ita nonnulli dum operam suam multi existimari volunt,&c. causas dicunt incognitas, in quo est illa quidẽ magna offensio,vel negligentiæ susceptis rebus:vel perfidiæ,receptis.
¶ Abuti perfidia,Vide ABVTOR.
Decipi perfidia alicuius.Cic.pro Rosc.Amer.65.
Exigere pœnas perfidiæ.Ouid.epist.7.11.
Perfidiam fugio.Silius lib.16.30.
Fugere suspicionem perfidiæ.Cic.Attico,lib.8.160.2.
Repent perfidia.Tacit.lib.10.Quum accursu tot prouinciarum extingui repens perfidia potuerit.
Perfidia & scelere violatæ sunt dextræ,quæ fidei testes esse solebant.Cice.11.Philipp.291.

Perfidiosus,pen.prod.Adiectiuum,Plenus perfidiæ.Plau.Cistel.2.63 Perfidiosus est amor.Cic.in Pisonem,52. Quòd fallax, quòd perfidiosus, quòd impudens,quòd audax esse videatur. Idem pro Cluentio,55.Et lib.3.de Natu.deor.116.Cor omnium perfidiissimus C. Marius Qu. Catulum præstantissima dignitate virum,mori potuit iubere?
Vanus,perfidiosus & impius.Cic.pro Quiotio,13.Etenim si veritate amicitia,fide societas,pietate propinquitas colitur:necesse est iste qui amicum,sociũ,affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se,& perfidiosum,& impium esse fateatur.

Perfidiosus,insidiosus,fallax. Cice.Appio,lib.3.10.24. Nihil in me non modò perfidiosum,& insidiosum,& fallax in Amicitia, sed ne humile quidem,aut ieiunum debes agnoscere.

Perfidiose,pen.prod.Aduerbium,(ἀπίστως,) Author ad Herenn. lib.1.Iniodium rapiemus,siquid eorum superbè,sperè, perfidiosè, crudeliter, confidenter,malitiosè,flagitiosè factum proferemus. Plautus Amph. 3.72.Siue adeò ædiles perfidiosè cui duint. Idem Curcul.15.41.Hercle istam rem indicasti perfidiosè Phædrome.

Perfixus,(διακατοφεκαμένος,) Participium à verbo Figo, & præpositione per,Significat transfixum.Lucret.lib.2.73.
–& crebra reuisit
Ad stabulum desyderio perfixa iuuenci. Idem lib.3.61.
Nec gelidis torpet telis perfixa pauoris.

Perflo,perflas,perflaui,perflatum,pen.prod.(κατανέμω,)perflare,Valde flare,siue multũ flando cõmouere. Virg.1.Aen.18.
–& terras turbine perflant. Colum.lib.2.cap.11.4. Ad eam rem Fauonius habetur eximius qui lenis,æqualisque æstiuis mensibus perflat. Plin.lib.2.cap.107.3.Perflantibus vndique procellis.
Venti perflant altissima.Ouid.1.de Remed.Amor.74.
Venti perflant nubila.Lucret.lib.6.27.

Perflatus,huius perflatus,pen.prod. (κατανέμησις,) Ipsa perflatio.Columel.lib.1.cap.5.7.Quantoque fuerit ædificii solum pronius Orienti,tanto & æstate liberius capere perflatus, & hyemis procellis minus infestari,& maturino regelari ortu poterit. Plinius lib.16.cap.40.15. Vlmus in perflatu firma.

Perflabilis,& hoc perflabile,pen. corr. (κατασβεστός,) Quod perflari potest.Cic.2.de Diuin.59.Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles,& habitantes tanquam inter duos lacos,sic inter duos mundos propter metum ruinarum.

Perfluo,pérfluis,penul.corr.perfluxi,perfluxum,(διαῤῥέω,) perfluere,Transmittere liquorem:vt Lagena malè compacta perfluit. Lucret.lib.3.191.Et non omnia pertusum congesta quasi in vas Commoda perfluxere.
Aquæ perfluunt Tybur.Horat.4.Carm.ode 3.2.
Vina per collum videmus perfluere.Lucret.lib.2.79.
¶ Perfluere,per translationem.Terent.Eunuch.1.2.25.Plenus rimarum sum,hac atque illac perfluo.Translatio sumpta ab aquario vase fictili,inquit Donatus.Quasi dicat,Non possum continere: siquid audio quod non sit verum,statim palàm est.

Perfluo,cum accusatiuo.Quintil.lib.2.ca.5.Nec quæ dicentur,perfluent aures.Sunt qui legant,præterfluent.
Perfluere voluptatibus.Cic.2.de Fin.186.Percontare ipse te,perpetuis ne malis voluptatibus perfluens in ea,quam sæpe vsurpabas,tranquillitate dẽgere omnem ætatem sine dolore,&c.
¶ Perfluere, pro Fluere aliquando ponitur. Liu.1.ab Vrbe,198. Infima valle perfluit Tybris.

Perfluctuare,(κατακυματίζειν,) Multum fluctuare.Lucret.lib.3.145.
Vnde cadauera rancenti iam viscere vermes
Expirant?atque vnde animantum copia tanta
Exos,& exanguis, tumidos perfluctuat artus? Hoc est fluctuat perfiue inundat.

Perfodio,pérfodis,pen.corr.perfódi,pen.prod.perfossum,(διορύσσω,) perfódere,Fodiendo excauare,rumpere, ferire, perforare. Colum.lib.11.cap.3.46.Mox bidentibus æqualiter perfossum in areas disponi deletis radicibus omnibus. Idem lib.2.cap.2.19. Et ideo minoribus aratris moliuntur, qui non valent altè perfossum noualium terram rescindere. Plinius lib.36.cap.13.5.Inde aliæ perfossis cuniculis subterraneæ domus.
Perfodere parietes,Plaut.Asin. Vbi parietes perfóderis. Cic. in Vatinium, 8,Licet impune per me parietes in adolescentia perfóderis, vicinos compilaris.
Perfodere montem. Varro 3.de Rust.cap. 17.8,Contra ad Neapolim L.Lucullus posteaquam perfodisset montem. Cic.2.de Finib.177.Vt si Xerxes cum tantis classibus,tantisque equestribus & pedestribus copiis,Hellespontò iuncto, Athóve perfosso, maria ambulauisset, terram nauigasset, &c.
Perfodi gladiis. Gellius lib.3. cap.7,Quadringenti omnes tum vnà perfossi gladiis,aut missilibus operti cadunt.
Perfossus,(διωρυγμένος,) Participium, vt Pectora perfossa patescunt. Stat.9.Theb.105.
Perfosse naues.Plin.lib.32.cap.1.5.
Thorax perfossus bis sex locis.Virg.11.Aeneid.2.

Perfore,penu.corr.(πάνυ ἔστεθαι,)Valde futurum esse.Cic.Appio Pulchro,lib.3.5.9,Tunc mihi ille dixit quòd classe tu velles decedere, perfore accommodatum tibi si ad illam maritimam partem prouinciæ nauibus accessissem. Hoc loco nonnullis magis placet prepositionem PER,ad ACCOMMODATVM referre,Per accõmodatum:vt FORE interponatur:vt Per mihi gratum.

Performidatus,pen.prod.(ὑποτρομένος,) Participium,Multum formidatus.Silius lib.3.123,Iam puer aut ricomo performidate Batauo.

Performo,performas,(διαμορφόω,)performare, Formam absoluere. Quintil.lib.2.cap.7,Performata materia.

Perforo,perforas,pen.cor.perforaui,perforatum,pen.prod. (διατρέω,τρόπτω,περιστρόω,) perforare. Col. li.5,Sed aliud est ferramentum, quo priores vitem perforabant. Liuius,Vna tamen perforata naui.Cice.1.Tusc.74.Viæ quasi quædam sunt ad oculos, ad nares,ad aures,à sede animi perforatæ. Plin.libro.9. cap. 36.3. Lingua purpuræ longitudine digitali,qua pascitur perforando reliqua cochylia,tanta duritia aculeo est.
Perforare & patefacere aliquid.Cic.Mario,lib.7.1.3.Neque tamen dubito quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti,& patefecisti Seianum, per eos dies,&c.
Sol perforat culmina radiis.Stat.1.Sylu.5.10.
Latus ense perforat.Ouid.3.Trist.eleg.9.6.
Ictu vno perforat duo pectora.Ouid.12.Metam.76.

Perforare,per tmesin à Lucretio dictum lib.5.255.Et terebrare etiam,ac pertundere,perque forare.

Perforatus,pen.prod.Participium:(τετρημένος,) vt Lumina duo ab animo ad oculos perforata.Cic.3.de Nat.deor.12.

Perfortiter,pen.corr.Aduerbium,(πολυπρέσβυς,)Valde fortiter.Terent.Adelph.4.2.29.
–miseram mulierem & me seruulum
Qui referire non audebam,vicit,hui perfortiter.

Perfremo,pérfremis,pen.corr.perfrémui,perfrémitum,pen. corr. (περιβρύχομαι,)perfrémere,Idem quod Vehemẽter fremere. Cic.2.de Nat.deor.130.Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt delphini. Ex Accio poeta.

Perfreto,pérfretas,pen.prod.perfretare.Solinus cap.40.Inter Iuuadosa classem Romanã impune accepimus perfretasse.

Perfrico,pérfricas,pe.cor.perfricui,perfrictũ,(περιτρίβω,)perfricare,Fortiter fricare. Cic.5.Verr.51, Quũ interea Apronius caput atque os suum vnguento perfricaret,Quid est Loli,inquit? Idem in Pisonem,49,Vt scriba ad ærarium, qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans commurmuratus sit,Ratio quidem hercle appãret,&c. Colum.lib.6.cap.2.4,Deinde nares perfricato, vt hominem discant odorari. Idem lib.7.cap.5.18,Nam ea mistura palatum,atque lingua,totumque os perfricatur. Varro 3.de Re rust.cap.9.9,Qui hæc volunt diutius seruare, perfricant sale minuto. Pli.li.20.ca.16.1,Vulnera ab his facta perfricantur.
Dentes perfricuisse.Ouid.3.de Arte,44.
¶ Perfricare faciem vel frontem.Mos est eorum,qui cum pudore aliquid agunt,vt faciem perfricent,vel frontem,natura ipsa ad id impellente, quasi ad abigendum sanguinem qui ex præcordiis ad faciei superficiẽ confluit.Hinc ortum est prouerbium, vt quoties dicere volumus nos pudorem deponere,dicamus Perfricui faciem vel frontem:id est Pudorem expulì.Plin.in Præfat.2,Perfricui faciem, nec tamen profeci. Mart.lib.11.78.Aut tum perfricuit frontem,posuitque pudorem.Erasmus,Frons habita est antiquitus pudori sacra, & facies item: id quod & prouerbio testatum est,quo dicunt pudorem esse in oculis.Inde frõtem aut faciem prouerbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt,velut abstersio manu à vultu pudore.Translatum apparet à gestu quorundam,qui dicturi,factúrve quidpiam apud ignotos, manu faciem perfricant:id quod rusticani cuiusdam pudoris iudicium est,quem coneris peruincere.Fabius lib.nono citat hęc ex Caluo,Perfrica frontem,& dic te digniorem qui Prætor fieres,quàm Catonem.
Perfricare os,Idem.Cic.3.Tusc.70, Quid tergiuersamur Epicure,nec fatemur eam nos dicere voluptatem,quam tu idem quum os perfricuisti, soles dicere?
Perfrictio,Verbale.(περιτρίβειν,)Plin.lib.20.cap.14.11.In rusticis perfrictione fricari ante balnea conuenit.Idem lib.28.cap.18.1,Sanat & vertigines,tremulos,opisthotonicos,lienes.lumbos perfrictiones.

Perfrigero,perfrigeras.pen.cor.(κατακρύχω,)perfrigerare,Idem quod Refrigerare. Plin.lib.25.cap.13.17, Omnium harum vis eadem perfrigerare & astringere.

Perfrigesco,perfrigescis,(κατακρύγομαι,)perfrigescere,Valde frigidũ fieri.Plin.lib.11.cap.6.10,Difficilius perfrigescunt marina calefacti. Sic Varro 2.de Re rust.cap.9.11.

Perfrigidus,penult.corr.Adiectiuum.(πολυψυχρος,)Cice.6.Verr.77, Erat hyems summa, tempestas, vt ipsum Sopatrum dicere audistis, perfrigida.

Perfrigeo,perfriges,pen.prod.perfrixi,(κατραγγιγόω,)perfrigêre Valde frigêre.Martialis lib.3.18,
Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces:
Quum te excusaris Maximè,quid recitas? Iuuenalis Saty.7.20.Et si perfrixit,cantat bene.

Perfringo,perfringis,perfrégi,pe.prod. perfractum,(κατάγνυμι, κατακλάω,κατακλόω,)perfringere,Valde, fine in totum frangere. Plinius epist.101.c.lib.5,Campi,quos monuisti,ingentes boues,& fortissima aratra perfringunt.Terent.Adelph.1.1.12,
–ne ant illic alferit,
Aut vspiam ceciderit, ac perfregerit aliquid. Cato cap.33.1. Vineas nouellas alligato crebrò,ne caules perfringantur. Liu.4.ab Vrbe,123, Ictus saxò,perfracto capite acie excessit.
Penitus perfringere.Liu.1.bel.Pun.135, Secabantur interdum etiam tũ infirmam ingredientia ninem: & prolapsa iactandis grauius in continendo vnguis penitus perfringebant.
Perfringere aciem tentem.Vide ACIES.
Angustias omnes,omnes altitudines,omniũ obiecta tela vi & virtute perfringere.Cic.de Aruisp.respon.46.
Colla perfringere bipenni.Valer.1.Argon.40.
Domos perfringere. Tacit.libro 20.
Fulmine perfregit Olympum Iuppiter.Ouid.1.Metam.32.
Perfingere phalangem hostium.Cæsar 1.bel.Gall.46.
Portas vi perfringere.Lucan.lib.3.69.
Tempora perfregit fuluo protecta capillo.Ouid.12.Metam.55.
¶ Perfringere aliquem,pro Corrumpere.Cic.ad Atticum,lib.3.65.8,Des operam vt vno impetu perfringatur.
Perfundere animos,non perfringere.Cic.de Clar.Orato.18,Et suauis,fi cutfuit,videri maluit, quam grauis: sed suauitate ea qua perfunderet animos,non qua perfringeret.
Perfringere & labefactare bonorum conspirationem.Cice.4.in Catil.94.
Perfringere decreta,leges,repagula iuris.Cice.pro Milone,67.Polluerat stupro sanctissimas religiones, Senatus grauissima decreta perfregerat. Idem 1.in Catil.13,Tu non solùm ad negligendas leges & quæstiones,verumetiam ad euertendas,perfringendasque valuisti. Sic 7. Verr.32,Vt earum rerum vi & authoritate omnia repagula iuris,pudoris,& officii perfringeres.
Perfregit ac proftrauit omnia cupiditate & furore.Cic.pro Cluentio,11.

Perfractus, Participium:(κατακλασθείς,)vt Axe perfracto voluitur. Silius lib.16.83.
Fores perfractæ.Tibull.lib.1.eleg.10.11.
Ossa perfracta trimodi claua.Ouid.epist.4.23.

Perfractè, Aduerbium.(αὐθαδῶς.)Obstinatè. Cice.3.Offic.118, Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi, nimis mihi perfractè videbatur ærarium vectigaliaque defendere. Emendatius exemplar præfractè legit.

Perfruor,perfruéris,pen.corr.perfruitus sum,(κατατρολοῦω,)perfrui,In totum frui,seu omnem fructum percipere. Plin. epist.4.Quod velim facias, primum vt perinde nostris rebus, ac nostris,perfruaris.Idem epist.19,Igitur vt te non Decurione solùm, verũ etiam Equite Romano perfruamur. Idem epist.106,Aequum est nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis Idem in Paneg.81,Sed quum rebus tuis vt participes perfruamur,quæ habemus ipsi,quàm propria,quam nostra sunt? Cice. 1.de Finib.87,Quum enim certè nihil homini possit melius esse,quam vacare omni dolore & molestia, perfruique maximis & animi & corporis voluptatibus. Idem in Catil.18,Hic tu qua lætitia perfruere. Et 5.de Finib.80,Sequamurque eam vitam quæ rebus ipsis perfruatur.
Pasci,delectari,perfrui aliquibus rebus.Cic.in Pisonem,35.
Amplexu alicuius perfrui.Ouid.epist.15.44.
Authoritate rerum gestarum,gloria, & sapientiæ laude perfrui. Cice.de Claris Orato.5.
Authoritate testimonii alicuius,vel iudicio beneuolentiæ, vel suauitate ingenii perfrui.Cic.Lucceio,lib.5.12.4.
Gaudiis perfrui.Cic.5.Tuscul.103.
Otio perfrui.Cic Mario,lib.7.1.2.
Vita modica & apta virtute perfrui.Cic.1.de Legibus,85.
Ad perfruendas voluptates,& ad vsus vitę necessarios expetuntur diuitiæ.Cic.1 Offic.57.
¶ Perfrui,in malam significationem.Ouid.epist.11.26,
Tu,rogo,proiectæ nimium mandata sororis
Perfer:mãdatis perfruar ipsa patris. Iusserat autẽ pater vt se interficeret.

Perfugio,pérfugis, pen.corr.perfúgi,pen.prod.perfúgitum, pen. corre. (κατασφίγω,) perfúgere, Auxilii gratia ad aliquem confugere.Liu.2.ab Vrbe,38, Iam Tarquinii ad Lartem Porsenam Clusinum regem perfugerant. Ibidem lib.1.34, Hò ex finitimis populis turba omnis sine discrimine liber an seruus esset, auida rerum nouarum perfugit.Cæsar 1.bel.Ciuil.286,Itaque magnus eorum quotidie numerus ad Cæsarem perfugiebat.Cice.7.Verr.98,Hic locus est igitur vnus quò perfugiant,hic portus hęc arx,hæc ara sociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt,vt antea in suis repetendis rebus solebant. Tacit.lib.1,Quum quidam ad Germanicum perfugissent.
Ad imperatores perfugere.Cic.pro Corn.Balbo,18.
In oppidum aliquod deuium perfugere.Cic.in Pisonem,71.
In Capitolium,aliaue vrbis templa perfugere.Tacit.lib.3.

Perfugium,(κατάφυγη,)Locus tutissimus quò nos in vexatione,aut calamitate recipere contendimus: quanuis id non minus apud homines fit.Plaut.Cas.15.3,
–nescio vnde auxilii,præsidii,
Perfugii mihi, aut opum nunc copiam comparem. Idem Cistell.4.13, Is vbi malam rem scit se meruisse,illico
Pedibus perfugium peperit. Liu.lib.2,Itaque in medio propè iam victores cæsi & vsti, pars perexigua duce amisso, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes & fortuna & spe supplicum delati sunt.Cic.Cassio,lib.12.8.2,In meo Bruto non solùm ad præsens perfugium,si(quod nolim)aduersi quid acciderit,sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Idem 7.Verr.103,Num tibi insultare in calamitate,num intercludere perfugium fortunæ,num casus bellicos exprobrare,aut obiicere videor? Tacit.lib.2,Neque aliud perfugium. Hoc est asylum.
Commune perfugium,Domus.Cic.4.in Catil.74.
Pararum nobis perfugium & portum putemus, quò vtinam passis velis prouehi liceat.Cic.1.Tusc.194.De morte.Legitur & profugium.
Perfugium & spes. Cice.pro Rosc.Amer.89, Vnum perfugium Iudices, vna spes reliqua est Sex.Roscio,eademque Reipublicæ, vestra pristina bonitas & misericordia.
Portus & perfugium miseræ fortunæ alicuius,multumque iactatæ. Cice. pro Cluentio,4.
Laborum omnium & solicitudinum perfugium somnus est. Cice.2.de Diuinat.222.
Perfugium & præsidium salutis.Cic.pro Rab.perduel.reo,2.
¶ Excludere aliquem à portu & perfugio.Cic.Lucceio,lib.5.15.6.
Habere sibi perfugium.Lucret.lib.5.234.
Intercludere perfugium fortunæ.Cic.7.Verr.103.
Perfugium ac solatium aduersis hæc studia præbent. Cic.pro Arch.11.
Vti perfugio,per translationem.Cic.3.Verr.57,Nolite per deos immortales cogere socios atque exteras nationes hoc vti perfugio, quò nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos vindicatis, vtentur necessario. Idem, Itaque vtor eodem perfugio quo tibi vtendum censeo, literulis nostris. Et 4. Verr. 70, Postremo illo desperatissimo perfugio vti posset, se imprudentem fecisse, existimasse id licere. Cæsar 4. bell. Gall. 597, Quo perfugio superiore anno fuerant vsi.

Perfuga, perfugæ, penult. corr. m. g. (κατεμόλης,) Festus, Perfugam Gallus Aelius ait, qui liber, aut seruus, aut hostis sui voluntate ad hostes transiit, qui idem dicitur trānsfuga. Quanquam sint qui credant perfugã esse non tam qui alios fugiat, quàm qui ob spem commodorum ad quẽpiam perfugiat. Cic. 3. Off. 115, Quomque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente, perfuga ab eo venit in castra Fabritii, Ibidem, lib. 1. 61, Quem à Pyrrho perfuga Senatui est pollicitus se venenum regi datum, & cum necaturum: Senatus & C. Fabritius perfugam Pyrrho dedit. Cæsar 7. bel. Gal. 177, Admiratus quærit ex perfugis causam, quorum magnus ad eum quotidie numerus confluebat.

Cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? Cic. in Orat. 130.

Perfulcio, perfulcis, (κατεστηρίζω,) perfulcire, Bene fulcire, & roborare. Ouidius ad Pisonem (aut quicunque sit ille tandem non indignus hoc nomine) 20, Eloquio sanctum modo perfulcire Senatum.

Perfundo, perfundis, perfudi, perfusum, pen. prod. (φέρω, φέρομαι, κατεβρέχω,) perfundere, Per omnes partes fundere, conspergere. Liu. 1. ab Vrbe, 198, Quidnam tu hospes paras inquit, incestè sacrificium Dianæ facere? quin tu antè viuo perfunderis flumine? Cice. 3. Verr. 46, Aqua denique ferueuti à Rubrio ipso Philodamus perfunditur.

Repulsum foribus perfundit gelida Horat. 2. Serm. Saty. 7. 19.

Flumiis perfundunt pecus magistri. Virgil. 3. Georg. 90.

Artus perfundere roro. Ouid. 1. Metam. 13.

Eosis perfuditur sanguine. Ouid. 7. Metam. 50.

Sanguine perfundis penates. Ouid. 3. Metam. 51.

Perfundi & tingi. Seneca epist. 36, Liberalia studia non illa quibus perfundi satis est sed hæc quibus tingendus est animus.

¶ Perfundere animum religione, per trāslationem, pro Imbuere. Liu. 10. ab Vrbe, 190, Erat cum alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum pollutum, &c.

Perfundere animos suauitate. Cic. de Cl. Orat. 18. Et suauis, sicut fair, vt deri maluit, quàm grauis, sed suauitate ea qua perfunderet animos, nõ qua perfringeret.

Animum perfundere voluptate. Cic. 4. Tuscul. 31.

Aceto quempiam perfundere. Vide ACETVM.

Perfundere recta auro, pro Deaurare. Seneca epist. 116, Quum recta auro perfundimus, quid aliud quàm mendacio gaudemus? Scimus enim sub illo auro fuda ligna latitare.

Perfundi iucunditate, lætitia, voluptatibus, pro Repleri Cice. 2. de Finib. 10. & lib. 5. 123. Item 1. de Nat. deorum, 154, Quos odores adhibebis ad deos, vt eos perfundas voluptatibus?

Oratione quasi voluptate quadam perfundi. Cic. de Cla. Orat. 97.

Perfundere aliquem iudicio, Cogere in iudicium subire, & causam dicere. Cic. pro Rosc. Amer. 40, Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res assequi velle, nos iudicio perfundere, accusare autẽ eos ipsos, à quibus mercedem accepisti.

Perfudit me horror. Cic. ad Atticum, lib. 8. 50. 2, Dii immortales qui me horror perfudit, quàm sum solicitus quidnam futurum sit.

Perfundens, Participium: (φέρων, ἐπιφέρων,) vt Sol omnia perfundens conuestit sua luce. Lucret. lib. 2. 39

Perfusus, pen. prod. Aliud Participium: (κατεβρεχεν,) vt

Multo perfusus tempora Baccho. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 1.

Perfusus cruore. Liu. 10. bel. Pun. 126, Perfusum millies cruore Romano. Id est aspersum cruore, hoc est cruentum.

Sanguine fratrum perfusi. Virgil. 2. Georg. 101.

Currus perfusi sanguine. Virgil. 1. Aeneid. 18.

Terra perfusa sanguine. Ouid. 1. Metam. 12.

Lachrymis perfusus Achilles. Ouid. 5. Fast. 83.

¶ Dulce, diue omni perfusi sensus mouentur. Cic. 2. de Finib. 181.

Corpus perfusum frigore lethi. Lucret. lib. 4. 187.

Gloria perfusa fuco. Ouid. 1. Fast. 61.

Lepore perfusa. Lucret. lib. 4. 17.

Metu & timore perfusus. Liuius 9. ab Vrbe, 85, Perfusumque vltimi supplicii metu multa dicta dimisit. Ibidem, lib. 2. 167, Et hostes quidem nihil aliud quàm perfusis vano timore Romanis citato agmine abeunt.

Tempestate belli perfusus pectora. Marc. Stat. 3. Thebaid. 46.

¶ Canities immunda puluere perfusa. Virgil. 12. Aeneid. 123.

Coloribus omnigenis perfusa. Lucret. lib. 2. 165.

Vestes perfusæ ostro. Virgil. 5. Aeneid. 13.

Perfusorie, Aduerbium, Confusorie, obscure, & non plenè exprimendo. Scæuol. in L. Qui libertatis. Parag. Sed & ff. de Euict. & dupl. Sed & siquis in venditione statu liberum perfusorie dixerit, conditione autẽ libertatis celauerit, empti iudicio tenebitur: si id nesciert emptor.

Perfusio, Verbale. (κατάβρεχοι,) Plin. lib. 18. cap. 7. 24, Italia sine perfusione tostum in subtilem formam molit.

Perfungor, perfungeris, pen. cor. perfunctus sum. (ἐπιτελῶ,) perfungi, Ad extremum obire munus, & strenuè operã nauare, vt ait Budæus Ci. pro Cluentio, 91, Aut quòd se perfunctos iã esse arbitrantur, quum de reo iudicauerunt, negligentius attendunt cætera. Terent Hecyra, 4. 2. 18,

Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satiãs me iam tenet Studiorum istorum.

Perpeti & perfungi. Cic Lentulo, lib. 1. 9. 17, Cum ipsa quasi Repub. sum collocutus, vt mihi tam multa pro se perpello, atque perfuncto concederet, vt officium meum, &c.

Perfungi cura. Liuius lib. 6. bell Pun. 87, Romani Proconsules perfuncti quod ad Capuam attinebat cura Claudio Neroni ex iis duobus legionibus, quas ad Capuam habuerant, sex millia peditum, & trecentos equites, &c. decernunt.

Molestia propria perfungi. Cic. Lucrio, lib. 5. 12. 16.

Munera quodam necessitatis & graui opere perfungimur, dum sumus inclusi in his compagibus corporis. Cic. de Senect. 70.

Periculis aliquibus perfungi. Cic. pro Murena, 1.

Perfunctus, Particip. (ἐπιτελέσας,) vt Perfunctus Consulatu, honoribus, &c. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 7, Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus. Liu. 8. bel. Pun. 214, Nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi atque æmulationes cum adolescente florentissimo proponam. Plin. lib. 5. cap. 1. 11, Nec solum Consula tu perfunctus, atque è Senatu ducibus, &c.

Bello miseto fatalique perfuncta est Resp. Cic. pro Marcello, 18.

Perfunctus fato. Liu. 9. ab Vrbe, 1, Authores belli quia viuos non potuimus, perfunctos iam fato dedidimus. Id est mortuos.

Perfunctus laboribus Ci. pro Domo sua, 103, Quis memoriæ proditum est ab ipso Hercule perfuncto iam laboribus, sacra didicisse.

Perfunctus à febri. Varro 1. de Re rust. cap. 4. 5, Quidam adiiciunt perfunctas esse à febri & à foria. Id est, liberatas.

Perfunctus, cum accusatiuo. Lucret. lib. 3. 195, Omnia perfunctus vitai præmia merces.

Perfunctio, Verbale. (ἐπιτελεσις,) Cic. 3. de Orat. 5, Qui autem et annus primus ab honorum perfunctione, aditum omnium concessit ad summam authoritatem dabat, &c. Idem 1. de Fin. 74, Nam neque laborum perfunctio, neque perpetuo dolorum per se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitas, &c.

Perfunctorie, Aduerb. Vlpianus, Neque quidem perfunctorie aut obscurè dicere, aut denuntiare debet. Id est, non bona fide, nec ex animo, nec iusta denuntiatione. Lingua vernacula per acquisitum dicitur, vt quum dicimus Rogatus rogo, hoc tantum laborantes vt orasse videamur nõ vt exorasse: quod facere ambitiosi homines solent ab omnibus gratiã inire volentes vel falsam, si ita res ferat, aut re aut verbis mentientes ea se amicitiæ gratia fecisse, quæ ne facere quidem conati sunt. Bud. Vlpian. in L. Et qui aliter. Parag. 2. ff. Quod vi aut clam. Vbi alia exemplaria legunt perfusorie.

Perfuro, perfuris, pen. corr. (κατεμαίνω,) perfurere. Lucretius libr. 1. 56, -ita perfurit acri

Cum fremitu. Id est, vehementer furit. De vi & impetu ventorum loquitur. Silius lib. 4. 49, Perfurit Ausonius turbata per æquora ductor, Idem lib. 8. 121, Nec non cum Venetis Aquileia perfurit armis. Virgilius 7. Aeneid. 69,

-incensus & ipse Perfurit

PERGAMVS, vel Pergamum, pe. cor. n. g. (πέργαμος,) Clarissima vrbs Asiæ, vel Troadis, quam Silenus fluuius inter meat, à qua Claudius Galenus ille insignis medicus ortum duxit. Hæc eadem vrbs Troia vocatur. Dicitur etiam pluraliter. Pergama, Pergamorum. Virgil. 1. Aeneid. 132, Pergama dum peteret. Pergama autem proprè sunt Troianæ arces vnde κατ' ἐξοχὴν arces omnes Pergama dicuntur: vt poetam dicimus, & intelligimus Virgilium. Hæc Seruius in illud. 2. Aeneid. 112,

-Troiam incensum & prolapsa videntem Pergama.

Mortuus Pergami P. Scipio vir clarissimus. Cic. pro Flacco, 59.

Euersa Pergama Virg. 2. Aeneid. 115.

Lauinia Pergama. Silius lib. 15. 13.

Iam Phryx condebat Lauinia Pergama victor,
Arinaque Laurenti figebat Troica luco. Sic uocat Lauinium oppidum ab Aenea conditum.

Neptunia Pergama. Ouid. epist. 3. 31.

Prolapsa Pergama. Virg. 2. Aeneid. 111.

Teucria Pergama. Silius lib. 13. 2.

Pergameus, pen. corr. Adiectiuum: (περγάμος,) vt Gens Pergamea. Virgil. 6. Aeneid. 13.

Arces Pergameæ. Virg. 3. Aeneid. 22.

Vates Pergamea, Cassandra. Propert. lib. 4. eleg. 1. 11.

Ruinæ Pergameæ. Virg. 3. Aeneid. 96.

Pergameus, pen. prod. Aliud adiect. (περγαμηνός,) Cic. pro Flacco, 55.

Num honestior est ciuitas Pergamena, quàm Smyrnæ? Et 55, Annos iam triginta in foro versaris, sed tamen Pergameno.

Pergaudeo, pergaudes, pergauisus sum, (κατεχαίρω,) pergaudẽre, Vehementer gaudere. Ci. ad Q. fratrem, li. 3. 17. 13, Trebonium meum à te amari, teque ab illo, pergaudeo.

Pergigno, pergignis, (κατεγεννάω,) pergignere, Idem quod simplex Gignere. Catul. Argon. 18, Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos.

Pergo, pergis, perrexi, perrectum, (πορεύομαι, διατελῶ,) pérgere, Iter facere, ire. Plaut. Capt. 3. 34, Nunc ad eum pergam. Terent. Adelph. 4. 2. 48, Sed cesso ad eum pergere? Ibidem, 39, Hac pergito. Idem Eunuch. 3. 5. 7, Quid gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam, vnde emergam.

Pergit huc. Terent. Eunuc. 2. 1. 22. Sed quis hic est, qui huc pergit? Idem Hecyra, 3. 4. 36,

-atat eccum Phidippum & patrem Video, horsum pergunt.

Pergere & peruenire Cic. ad Brutum, lib. 10. 6, Quanquam enim dolebã in eam me vrbem ire, à qua tu fugeres, qui eam liberauisses: quod mihi quoque quondam acciderat, periculo simili, casu tristiore: perrexi tamen, Romamque peruenì.

Pergere ire ad Phauorinum. Gel. lib. 14. cap. 2. Liu. 4. bel. Pun. 7, Ad Crotonem oppugnandum pergunt ire. Græcam & ipsam vrbem. Ibidem, lib. 2. 320, Pergit deinde ire, sequentibus paucis, in hospitium Metelli. Id est, incipit ire, inquit Budæus Cic. 1. de Diuin. 52, Qui quem ex itinere quodam proposito & cõstituto reuertisset, aquilæ admonitus volatu, conclaue illud vbi erat mansurus ire perrexisset, proxima nocte corruit. Et 1. Academ. 2.

Pergo tendere aliquò. Virg. 6. Aeneid. 40,

-sic effatus, vestigia pressit,
Obseruant quæ signa ferant, quò tendere pergant.

Obuiam pergere alicui. Author ad Heren. lib. 4. 233.

Pergere iter. Terent. Hecy. 1. 2. 119, Habes omnem rem, pergam quò cœpi hoc iter. Valer. 4. Argon. 137. Et lib. 5. 35.

Pergere iter ambitione ac periculis vacuum. Tacit. lib. 4.

Viam aliquorum dierum in Macedoniam locum ad Plancium perrexit. Cic. pro Plancio, 79.

Ad littora pergens. Silius lib. 7. 45.

Pergere per mare. Cic. 3. de Nat. deor. 87, Neptunum esse dicis animum cum intelligentia per mare pergentem. Aliàs pertinentem,

Pergunt domos eorum apud quem quisque seruierat. Liu. 2. ab Vrbe, 94.

¶ Pergere, pro Præterire. Cic. Attico, lib. 3. 55. 9, Cæci, cæci inquam fuimus in vestitu mutando, in populo rogando. quod nisi nominatim me agi cœptum esset, fieri perniciosum fuit: sed pergo præterita.

¶ Pergere, Prosequi, perseuerare, procedere. Plaut. Cistel. 10. 98,

-perge porrò dicere,
Quot annos nata dicitur? Idem Curcul. 12. 16, Sed dabo, mihi si pergis molestus esse. Teren. Adel. 2. 1. 17, Nam si molestus pergis esse, iam intrò arripiere. Idem Aud. 5. 4. 23, Itane verò? obturbat. CH. perge. CR. tum is mihi cognatus fuit. Cic. de Amicitia, 35, Tu verò perge Læli: pro hoc enim qui minor est natu, meo iure respondeo. Cic. 1. Academ. 17, Tu verò, inquit, perge Varro.

Pergam atque insequar longius. Cic. 5. Verr. 41.

Vt facitis pergite adolescentes. Cic. 1. de Orat. 18.

Eadem via pergere qua cæteri. Cic. 1. de Diuinat. 201.

Ordine perge quatuor mihi istas partes explicare. Cic. in Partit. 16.

Cuncta pergunt ordine suo. Valer. 1. Argon. 108.

Conficere iter reliquum pergas. Cic. 2. de Orat. 160.

Pergam disponere carmina. Lucret. lib. 3. 86.

Iuuenemque extinguere pergit. Valer. 1. Argon. 7.

Proficisci ad institutta pergemus. Author ad Heren. lib. 3. 91.

Scribere quæso perge. Cic. Attico, lib. 10. 208. 5.

Tenere viam quam instituisti perge. Q. Cic. de Petit. Consul. 36.

Si pergis, per parenthesim. Liu. 2. ab Vrb. 171, De his videris: quos (si pergis) aut immatura mors, aut longa seruitus manet.

Perge ad cætera Cic. 1. de Legib. 106, Nos verò frater, & copiosè quidẽ: sed perge ad cætera.

Pergere in maledicta. Cic. 13. Philipp. 277, Pergit in mea maledicta: quasi verò el pulcherrimi propria processerint.

Perge quò cœpisti. Cicero in Catil. 7, Quæ quum ita sint Catilina, perge quò cœpisti.

Perge porro hoc idem interdictum sequi. Cic. pro Cecinna, 43. Et 4. de Finib. 35, Perge porrò sequẽtur enim quæ tu scientissimè cõplexus es.

Perge reliqua: gestio scire ista omnia. Cic. ad Atticum, lib. 4. 80. 1.

Pergite animo forti Lacedæmonii, hodie apud inferos fortasse cœnabimus. Cic. 1. Tusc. 162.

¶ Pergere, Agere. Virg. 6. eclog. 3. Pergite Pierides. Festus.

¶ Pergere, Festinare. Terent. Phorm. 1. 4. 17,

-domum ire pergam, ibi plurimum est.

Cursum ad aliquos pergere. Cic. 5. Tuscul. 21.

Protinus pergere & properare Romam. Cic. Q. fratri, lib. 1. 6. 3.

Perge non dubio gradu. Seneca Thyeste, 5. 18.

¶ Pergere, Conari. Terent. Phorm. 5. 6. 27,

-hoc vbi ego audiui, ad fores
Suspensò gradu placidè ire perrexi.

Perge in virum. Plaut. Menæch. 14. 37.

Pergor, Passiuum. Tacitus de vita German. Eaque Germaniæ velut frons est, quateous Danubio pergitur. Quo tamen in loco patauerim potius verbum esse impersonale.

¶ Pergin', Conicum, pro Pergine? Plaut. Amph. 4. 195, Pergin' arguta rier? Quasi dicat, Non cessabis? Idem Mercatore, 24. 38.

Pergin' tu autem eia superbè innehere? Idem Pœnulo, 5. 24,

Pergin' verò pergere? Terent. Eunuch. 2. 3. 88,

Perculeris iam tu me tibi equidem dico, mane.

CH. Eamus. P. pergin'? CH. ceitum est,

Pergracilis, & hoc pergracile, pen. corre. (πολλὰ λεπτός,) Valde gracilis. Plin. libr. 25. cap. 13. 14, Longiore caule, sed pergracili.

Pergraecor, pergræcaris, (πολλὰ, ὑπερμαλῶ,) pergræcari, Epulis & potationibus inseruire, inquit Festus. Metaphora sumpta à Græcorum moribus. Plaut. Bacchid. 18. 15,

Propterea hoc facio, vt suadeas gnato meo
Vt pergræcetur secum, ter venefice. Idem Trucul. 3. 5. 1, Atque vt eũ solo pergræcetur militi. Titinius, Hominẽ impiũ nũc ruri pergræcatur.

Pergrandis, & hoc pergrande. Plaut. (πολυμέγεθες,) Persa. 15. 25, Nunc eam narrauero, vnde tu pergrande lucrum facias. Cic. 6. Verr. 14, Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi trulla excauata cum manubrio aureo.

Pergrande vectigal. Cicero pro Lege agraria, 5, Iubet eosdem Decemuiros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere.

Pergrandis natu. Liu. 9. bel. Pun. 146, Regnum ad fratres regis Defalcem pergrandem natu (mos ita apud Numidas est) peruenit.

Pergraphicus, pen. corr. Adiectiuum, (πάνυ γεγραμμένος,) Ad vnguem factum, absolutum, & quasi pictoris manu expolitum. Plaut. Trucul. 17. 15,

-modò mihi aduenienti nugator
Quidã accessit obuiã, nimis pergraphicus sycophãta. Hoc est, lepidus.

Pergratus, pen. prod. Adiect. (ἐπιχαρὴς, πολυεύμενής,) Admodum gratus. Cic. de Amic. 15, Sed quoniam amicitiæ mentionem fecisti, & sumus otiosi pergratum mihi feceris, spero item Sceuolæ, si (quemadmodum soles de cæteris rebus, quum ex te quæruntur) sic de amicitia disputaris quid sentias. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 17, Id mihi pergratum, perque iucundum erit. Idem ad Brutum, 8. 2, Pergratum mihi erit si eum ita tractaris, vt merito tuo mihi gratias agere possit. Et 5. de Finib. 164, Sed mehercule pergrata mihi oratio tua. Idem ad Titium Titi filium, lib. 13. 76. 4, Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaris vt Auianius quum se à me amari putat, me à te amari sciat, erit id mihi pergratum.

Inter Per & Gratum, interponitur aliquando dictio quod elegantem vim habet. Cice. ad Atticum, libr. 1. 15. 9, Per mihi, per inquam gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, &c. Hoc est, facies ex animi mei sententia. Eidem, lib. 5. 97. 5, Per mihi gratum erit si id curaris ad me perferendum.

Pergrauis, & hoc pérgraue, pe. cor. (πολυβαρὴς,) Valde grauem significat.

Pergrauiter, pen. cor. Aduerbium, (πολυβαρέως,) Admodum grauiter. Cicero ad Atticum, lib. 1. 6. 4, Hoc te intelligere volo, pergrauiter illum esse offensum. Idem 1. de Orat. 115, Idem Q. Seruium Galbam, quem hominem probè nosse & commeminisse se aiebat, pergrauiter reprehendere solebat.

Pergula, pergulę, pen. cor. (ῥοὴ,) Locus apertus à multis lateribus aerem excipiens aliquando extra parietem porrectus, & modò tectus, modo sub dio expositus. Dicta à pergendo quòd in ea deambulare soleamus: forumque, aut hortum, aut nemora, aut plateas, aut vias prospectare: vt ait Sipontinus. Budæus autem, Pergula, inquit, pars est domus exporrecta & propendens eius generis quas salientes artifices nostri appellant. Plin. lib. 35. cap. 10. 19, de Apelle, Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulã latens, vitia, quæ notarentur, auscultabat, vulgum diligentiorem iudicem, quàm se præferens. Idem lib. 21. cap. 3. 5, Cum corona rosacea interdiu è pergula sua in forum prospexisse dictus, &c.

¶ In pergula quoque mos est æstiuo tempore cœnare. Iuuen. Satyra 11, de cœnis diuitum loquens,

Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula. Calepinus pergulam hic interpretatur ordinem, & cœtum ministrorum obedientium structori.

¶ Pergula, omnino locus est accõmodatus exponendis venalibus rebus. Vlpianus in L. Hæres, De iudiciis, Ait siquo constitit non dico iure domicilii, sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, seu officinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

conducens, ibiq; de distraxit vel egit: defendere se ex loco debebit. Pli. li. 19. cap. 5. 6, de cucurbitis, Leui vmbra pergulas ac cameras operiés.
In pergulis præceptores discipulos erudiebant. Vnde Suetonius de Crassitio grammatico. Deinde in pergula docuit, donec, &c.
¶ Pergula, in naui, dicitur excursus per totam nauim, & alio nomine porticulus appellatur. Sipontinus.
¶ Pergula in vineis, topiarium opus significat. Colu. lib. 11. cap. 2. 13, Siquæ pergulæ vitium generosarum, à putatoribus relictæ sunt, ante Calendas Apriles vtique deputari debent. Plinius etiam vitium generosarum pergulas præcipit. Quinquatribus esse putandas lib. 17. cap. 24. 1. Colum. lib. 4. cap. 21. 2, Illa enim pergulæ magis quàm vineæ figuram obtinet, quæ supra hunc modum materiis distenditur. Idem lib. 11. cap. 2. 13, Nunc vltima parte Martii, sunt iteranda, & siquæ pergulæ vitium generosarum. Idem lib. 3. cap. 9. 2, Verùm ita fertiles vt in iugulo singulæ ternas vrnas præberent, in pergulis autè singulæ denas amphoras peræquarent.
Pergulanus, pen. prod. Adiectium: vt Pergulana vitis, Quæ pergulis adiungitur, & sustinetur. Colum. lib. 3. cap. 2. 17, Nam has nuper mihi coniugitas, pergulanam dico & irtiolam, fere olamque non facile asseuerem quo gradu habendæ sint.

Perhibeo, perhibes, pen. cor. perhibui, (φημί, λέγω,) perhibêre, Dicere & affirmare. Colu. lib. 4, India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Plaut. Epid. 1. 3. 22, -polino enim (Quod perhibent) prius venisset, quàm tu aduenisti mihi. Hoc est, Vt aiunt. Idem Menæch. 2. 37.
-tum mulieres meretrices,
Quæ usquam perhibentur blandiores gentium. Et Trinum. 10. 66,
-quis me improbior
Perhibeatur esse. Idem Truc. 9. 3,
-ædepol commentum male,
Quomque eã rẽ in corde agito, nimio minus perhibemur. Malo quàm sumus ingenio. Id est, non dicimur tam malæ, quàm sumus. Item Sticho, 2. 18, Persarum montes qui esse aurei perhibentur. Ibidem, 1. 1,
-vnice qui vnus ciuibus
Ex omnibus probus perhibetur. Terent. Adelph. 3. 4. 59,
Tam maximè vos æquo animo æqua noscere
Oporter, si vos vultis perhiberi probos. Hoc est, si vultis dici probi
Cæli nostri, Graii perhibêt æthera. Cic. 1. de Nat. deor. 1. 32. Ex Pacuuio.
Vt perhibent Cic. in Arato. 49, Cum quibus (vt perhibent) ausa est contendere forma. De Cassiopea. Idem pro Ligario, 15.
Claro nomine aliquem perhibere. Cic. 2. de Nat. deo. 155. Ex poeta.
Suo nomine aliquem perhibere. Cic. Attico, lib. 1. 1. 8, Nunc in causa vniuersorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum qui siue eo quem Cæcilius suo nomine perhiberet, faciè causam communem sustinerent, æquum esse eum, &c.
Optimum aliquem perhibere. Cic. 2. de Diuinat. 19, Bene qui coniicit, vatem hunc perhibebo optimum.
¶ Perhibere, Dare. Plaut. Pseud. 4. 49.
-cur ego vestem,
Aurum, atque ea quibus est vobis vsui, perhibeo? Ibidem, 5. 133,
-atque occidi quoque,
Potius, quàm cibum perhiberem. Idem Merc. 9. 46,
-diem vnum orauit,
Vt apud me perhiberem sibi locum.
Testimonium perhibere, quod & Ferre dicitur. Plin. in Pane. 121, Quod què apud principem perhibere testimonium merentibus gaudebamus perhibebatur à principe. Varro 1. de Re rust. cap. 1. 1, Tu verò Muriveni mihi aduocatus, dum asses soluo Palilibus, si postea à me repetat, vt testimonium perhibere possis. Pli. lib. 7. cap. 30. 2, Perhibuere & Romani proceres etiam exteris testimonia.
Verba perhibere. Plaut. Asin. 5. 36, Si ecastor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas. Hoc est, longè aliud diceres. Idem Rud. 4. 50,
Vt verba perhibes, me petisse prædicas. Id est, vt te audio loqui, vt dicis, quantum ex te audio.
Honoredi perhibere. Plin. li. 15. ca. 4. 10, Virgilio quoque confesso, quàm sit difficile verborum honorem tam paruis perhibere. Idem lib. 29. ca. 1. 17, Vt obiter rebus præcipais honos in primis perhibeatur.
¶ Perhiberi, passiuum. Cic. 1. Tusc. 45, Eademque famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui non modò adiutores in prælijs victoriæ Po. Ro. sed etiam nuntij fuisse perhibentur.
Tellus salsa quæ perhibetur amara. Virg. 1. Georg. 48.
Perhibere, pro Exhibere & offerre. Quintil. libro 1. cap. 1, Quia Latinus sermo, qui pluribus in vsu est, vel nolentibus nobis se perhibet. Alii legunt, se præbet.
Perhibendus, Participl. (φατέος,) Cice. Luceio, lib. 5. 12. 24, Nec minus est Spartiates Agesilaus dis perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quàm qui in eo genere laborarunt.

Perhonorificus, pen. corr. Adiectium, (πολυτίμητος,) Valde honorificum significat. Cic. ad Atticum, li. 2. 33. 2, Consalutatio forensis perhonorifica: signa præterea beneuolentiæ permulta à nobis impertiuntur. Idem ad Senatum, lib. 15. 2. 10, Quod est permagnum & honorificum videbatur.
Perhonorifice, pen. corr. Aduerb. (πολυτιμῶς,) Cice. ad Atticum, lib. 14. 305. 2, Hic Perhonorificè & amicè Octauius, quem quidem sui Cæsarem salutabant.

Perhorreo, perhorres, siue Perhorresco, perhorrescis. perhorrui, (μεγάλως φρίττω,) perhorrescere. Cic. ad Atticum, li. 9. 181. 4, Sed genus belli crudelissimi & maximi, quod nondum vident homines quale futurum sit, perhorrui. Eidem, lib. 13. 282. 3, Sed quid est tandem quod perhorrescas? Idem 6. Verr. 99, Quitandem illius animus est nunc in recognitione scelerum suorum, quum ego ipse in commemoratione eorum non solùm animo commouear, verùm etiam corpore perhorrescam? Sic pro Quintio, 48.
Aequor latum perhorruit. Ouid. 6. Metam. 141.
Clamore perhorruit Aetna. Ouid. 13. Metam. 186.
Commoueri animo, & toto corpore perhorrescere. Cice. 1. Verr. 22. Ibidem, 6. 99.
Recordatione rei alicuius perhorrescere. Cic. in Pisonem, 36, Qui vos nõ oculis fugiat, auribus relpuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa Consulatus vestri perhorrescat.
Inter pertimescere & perhorrescere. Cice. 6. Verr. 69, Hanc tu tantam religionem si tum in imperio propter cupiditatem atque audaciam nõ pertimescebas, ne nunc in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorrescis?
Nauita Bosphorum perhorrescit. Horat. 2. Carm. ode 13. 3.
Casus perhorrere. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 3, Quumque perhorreret casus pars maxima nostros.
Dissolutionem naturæ valde perhorrescere. Cic. 5. de Fin. 53.
Lamentationem matrum familiàs, tum fugam virginum ac puerorum perhorrescere. Cic. 4. in Catil. 84.
Memoriam alicuius diei perhorrescere. Cic. 13. Philip. 369.
Perhorridus, pen. cor. Adiectium. (πολυφρίκτατος,) Liu. 2. bel. Pun. 73, Pœnus contrà intra Formiana saxa ac Liternì arenas, stagnaque perhorrida situ hybernaturus esset.

Perhospitalis, penult. prod. Adiectium. (πολυξένος,) Cice. 6. Verr. 3, Huius domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima, maximèque perhospitalis.

Perhumanus, penul. produ. Adiectium. (πάνυ φιλανθρωπος,) Cice. ad Q. fratrem, libr. 2. 8. 4, Multumque is mecum sermonem habuit, & perhumanum de discordiis molierum nostrarum.

Perhyemo, perhyemas, pen. corr. (παραχειμάζω,) perhyemare, Totam hyemem durare. Colum. lib. 11. cap. 3. 2, Sed eos vacuos perhyemare patiemur. De fulcis loquitur.
PERIANDER, (περίανδρος,) Corinthiorum rex, vnus è septem sapientibus, Cypselo patri in regno successit: regnauit annos quadraginta. Rogatus cur in tyrannide perseueraret, quum esset sapiens: respondit, Et sponte, & inuicum cedere, periculosum. Crudeliter igitur & in magna suspicione agebat, stipatus semper militibus, otiosos in foro & oscitantes vsque formidans. Quapropter assiduè erat in bellis, nauali bus præsertim. Dicitur & filium voluisse perfodere, & vxorem adeò dilexisse, vt etiam cum mortua concubuerit. Scripsit ὑποθήκας, id est humanæ vitæ præcepta. Huius illud est, χάλεπον κράτει, id est. Iram compesce. Diogenes. Suidas.

Periboeton, pen prod. (περιβόητος,) Græci celebrem, famigeratumque dicunt. Plin. lib. 14. cap. 8. 21, de operibus ex ære, Item Catagusam, & Ebrietatem, & Liberum, patrem, nobilemque vna Satyron, quem Græci periboeton cognominant.

Peribolus, pen. cor. (περίβολος,) Latinè circuitus. Dicitur & peribolon, à περιβάλλω, circumeo: & capitur pro septo & corona domus, quæ fit nequis delabatur: quæ lorica, siue loricula alio nomine dicitur.
PERICLES, pen. corr. (περικλής,) Atheniensis claros authoritate & eloquentia, quem Olympium poetæ comici vocant, quòd tonare in concionibus ac fulmen ciere videretur. Habuit in administratione Reipublicæ aduersarium Thucydidem Milesium, virum nobilem ac potentem. Suggestum ascensurus, diis vota faciebat, ne verbum se imprudente, aut inulto effluueret, quod ad Rempublicam minus pertineret. Quòd Sophoclem haberet in magistratu collegam, ac simul aliquando nauigasset, collaudasseque Sophocles formam pueri præterentis inter graues sermones, Non solùm (inquit) ô Sophocles, magistratum decet manus, sed etiam oculos habere continentes. Thucydide quondam vociferante, quòd nimis multa ex publico pro ædificiis erogasset, ipse ad populum dixit, Si ita eis videretur, de suo erogaturum, modò eius nomen inscribi in operibus paterentur, Responderunt, sumptus omnino publicè fieri debere. Periclis etiam meminit Cicero in Bruto. Meminit & Quintilianus lib. 11. cap. 1. & lib. 1. cap. 16. Item lib. 12. cap. 6. 9. & 10. Et lib. 3. cap. 1. vbi multa de eo reperias.

Periclitor, Vide PERICVLVM.

Periclymenos, siue periclymenon, pe. cor. (περικλύμενος,) herba quæ Latinis volucrum maius appellatur, vulgò caprifolium siue matrissylua, aut matersylularum. Plin. lib. 27. cap. 12. 14, Periclymenos fruticat & ipsa, ex interuallo duo folia habent, subcandida, mollia.
PERICLYMENVS, penult. corr. (περικλύμενος,) filius Nelei, & frater Nestoris & Chromii, teste Homero lib. 11. Odysseæ, qui ab Hercule in bello interemptus fuit. Huic à Neptuno ano concessum omnia fieri: siue in vrsum, siue formicam, siue apem se vertere, vt Apollonius, & item Hesiodus poetæ testantur. Huius historiam apud Ouidium 12. Metam. 112,
Mira Periclymeni mors est, cui posse figuras
Sumere quas vellet, rursusque repouere sumptas
Neptunus dederat, Nelei sanguinis author. Hic Hercules in aquilam mutatum, interque nubes volantem sagitta transfixit.
Nelides Periclymenus. Valer. 1. Argon. 79.

Periculum, periculi, penult. corr. (κίνδυνος, κινδυνεύομαι,) à Pereo deducitur, & salutis discrimen significat. Virgi. 3. Aeneid. 74, Obscœnamque famem, quæ prima pericula, vito. Plaut. Trinum. 14. 78,
-ego miser meis
Periculis fum per maria maxima vectus capitali periculo
Periculum in. Terent. Hecyra, 3. 1. 46, Nam si periculum vllum in te est, periisse me vrà haud dubium est.
Periculo meo, tuo, suo. Plaut. Capt. 6. 99, Ne vereare meo periculo, huius ego experiar fidem. Idem Bacchid. 15. 103, Mea fiducia opus conduxi & meo periculo. Sic Perisa, 16. 115, Tuo periculo sexaginta hæc dantur argenti minæ. Teren. And. 3. 1. 22, Nunc huius periculo sit, ego in portu nauigo. Cic. 3. Verr. 10, Nihil est iam quod in hac causa peccare iudices quisquam, nisi vestro periculo possit. Idem 4. Acad. 140, Igitur semper authore habes, & eũ qui magno suo periculo causam agat. Idem ad Atticum, lib. 6. 111. 11, Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse.
Sine tuo periculo. Cic. 1. Verr. 13.
Scribere alicui rem aliquam, suo periculo esse. Cic. Att. lib. 6. 111. 11.
Versari periculo suo in aliqua re. Cic. 7. Verr. 49.
Casus periculorum. Catull. ad Furium, epigr. 10. 3.
Discriminum periculorumque comites dii. Ci. 2. de Nat. deo. 146.
Consors pericli. Senec. Agamemn. 13. 6. Vide CONSORS.
Metuens pericli. Virg. 5. Aeneid. 144.
Opportuna periculis. Celsus lib. 2. cap. 1, Sed antequam dico quibus præcedentibus morborum timor subsit, non alienum videtur exponere, quæ tempora anni, quæ tempestatum genera, quæ partes ætatis, qualia corpora maximè tuta, vel periculis opportuna sint.
Subiecta periculo. Celsus lib. 7. cap. 7, Quo magis autem necessaria pars erit, quæ tractabitur, hoc quoque maiori periculo subiecta est.
Subtrahere periculo. Celsus lib. 2. cap. 8, Quos lienis malè habet, si tormina præhêderunt, deinde inuersa sunt vel in aquam intercutem, vel intestinorum læuitatem: vix vlla medicina periculo subtrahit.
Tenere periculo. Celsus lib. 7. cap. 6, Quæ quanuis & in ceruice, & in alis, & in lateribus oriri solent: per se tamen non posui, quum ista omnia mediocres differentias habeant, ac neque periculo terreant, neque diuerso genere curentur.
Venire in periculum. Celsus lib. 8. cap. 10, Humerus vero quoque in periculum venit, si facilius conseruatur.
¶ Animosa pericula, Vide ANIMVS.
Aperta pericula, Vide APERIO.
Capitalis periculum. Vide Capitalis in CAPVT.
Dubia pericula. Lucret. lib. 3. 11.
Dulce periculum. Horat. 3. Carm. ode 25. 4.
Dura pericula. Horat. 1. Serm. saty. 2. 8.
Matura pericula. Claud. 2. in Ruffinum, 3.
Metuenda pericula. Horat. 2. epist. 1. 28.
¶ Abesse à periculo, Vide ABSVM.
Accedere periculum, & ad periculum, Vide ACCEDO.
Cum periculo accedere ad flammam, Vide CVM præpositionem.
Adducere in periculum. Cic. 7. Philipp. 217, Addocta est enim P. C. res in maximum periculum, & extremum penè discrimen.
Adire periculum, Vide ADEO, adis.
Afferre alicui periculum. Cice. 1. Offic. 216, Si est tractanti contemplantique res cognitione dignissimas, subitò fit allatum periculum, discrimenque patriæ.
In prouisis periculis animo affici. Cic. pro Murena, 51.
Amoliri periculum. Vide AMOLIOR.
Arcere aliquem periclis. Virg. 8. Aeneid. 15.
Arcessere in periculum. Vide Arcesso in ARCEO.
Cedere periculo, Vide CEDO.
Circunstant te pericula. Virg. 4. Aeneid. 112.
Committere se periculo mortis, Vide COMMITTO.
Communicare amici pericula, Vide COMMVNICO.
Comparare periculum, Vide COMPARO.
Conflare periculum, Vide CONFLO.
Contremere periculum. Horat. 2. Carm. ode 12. 2,
-domirosque Herculea manu
Telluris ituuenes, vnde periculum
Fulgens contremuit domus.
Creare periculum, pro In discrimen vocare. Cice. pro Flacco, 1, Etenim quibus authoribus & defensoribus omnium tum salus esset nõ ciuium solùm, verumetiam gentium defensa ac retenta, nemínem vnquam putaui per eos ipsos periculum huius fortunis, atque insidias creatum. Idem Attico, lib. 1. 37. 2.
Decedit de causa eius periculum, Vide DECEDO.
Deduci periculo, Vide DEDVCO.
Deducite rem in periculum, Vide DEDVCO.
Defendere à periculo, Vide DEFENDO.
Magnis pelagi defuncte periclis. Virg. 6. Aeneid. 17.
Discere pericula. Stat. 6. Thebaid. 5, Explorant remos, atque ipsa pericula discunt.
Nocturna pericula effugit. Lucan. lib. 1. 103.
Ereptus periculis. Virg. 3. Aeneid. 143.
Exhausta pericula maris & terræ. Virg. 10. Aeneid. 12.
Facere periculum alicui, pro Adducere in periculum. Tacit. lib. 13. Tanquam insons periculum fecissent. Idem libro 16, Fregitque annulum ne mox vsui esset ad faciendæ pericula. Celsus lib. 5. cap. 26. 4, Modo verò periculum facit quodcunque magnum. Loquitur de vulneribus quæ tutiorem curationem habeant. Vide FACIO.
Facere periculum, pro Adire discrimen. Tacit. libro 14, Eiusdem pecuniæ periculum facerent, cuius ii, qui imperatorem appellauere.
Facere periculum, Tentare, experiri, Vide FACIO.
Facessere periculum alicui. Tacitus lib. 1, Mox clarissimo cuique periculũ facessit. Item lib. 20, Qui perinde diues ac eloquentia clarus nulli vnquam sub Nerone periculum facessisset.
Facessere periculum innocenti. Cic. 1. Verr. 24.
Gliscunt pericula. Tacit. lib. 15, Vnde & gloria egregiis viris, & pericula gliscebant. Idem in eodem libro, Quo gliscentibus periculis etiam subsidii laus augeretur.
Iactatus periclis. Virg. 6. Aeneid. 139.
Periculum imminere sibi putat, Vide IMMINEO.
Importare periculum, Vide IMPORTO.
Cladem importare pericli. Lucret. lib. 3. 165.
Impetrare periculum, Vide IMPETRO.
Includi in periculum legis, Vide INCLVDO.
Inire pericula præliorum, Vide INEO, inis.
Inferre se in periculum alicui. Vide INFERO.
Inferre se in periculum capitis atque vitæ discrimen pro aliquo. Cice. pro Corn. Balbo, 18.
Iniicere alicui periculum mortis. Cice. pro Cecinna, 31. Quintil. lib. 7. cap. 4. 13, Non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum, vitamque peruenit, sed etiam multò maior ea, quæ periculo mortis iniecto, formidine animum, &c.
Instat periculum ab aliquo, Vide INSTO.
Intendere periculum alicui. Tacitus libro 3. Ob intenta Lepidæ pericula. Hoc est, intentata. Cicero Attico, lib. 2. 34. 1.
Intendere ad periculum iudicii, Vide INTENDO.
Intentare periculum. Quintilianus lib. 4. cap. 3. 5, Aut si varietatem criminum narratione demonstraueris, quantum ab ea periculum intentetur, ostendas.
Lassata periclis. Lucan. lib. 9. 179.
Liberare periculo. Co. Magnus Marcello in Epist. ad Atticum, lib. 8. 161. 2, Nam tot & tales viros periculo obsidionis liberare cupio.
Liberatus periculo. Quintil. lib. 2. cap. 15. 7.
Maner ingens periculum, Vide MANEO.
Mittere se in pericula. Virg. 9. Aeneid. 41.
Moliri periculum alicui. Cic. pro Sestio, 1.
Periculum fortunarum negligere. Cicero ad Terentiam, lib. 14. 14, Nos Brundusii apud M. Lenium Flaccum dies XIII. fuimus, virum optimũ qui periculum fortunarum & capitis sui præ mea salute neglexit. Vide NEGLIGO.
Obire periculum, Vide OBEO.
Caput obiectare periclis. Virg. 2. Aeneid. 151.
Offerre se periculis pro patria. Cic. 3. in Catil. 71.
Opponere pericula. Quintil. lib. 3. cap. 8. 21, Et illic, vbi manifestum periculum est, opponenda alia iunt pericula,
Ostentare periculum capitis, Vide OSTENDO.
Passus plurima pericula pelago terraque. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Priuata periclis natura diuûm. Lucret.lib.1.12.
Procreare periculum, Vide PROCREO.
Propulsare, periculum. Cic. pro Rosc. Amer. 4, Periculum quod in omnes intenditur, propulsetis.
Minimo periculo respondentur quæ consulantur. Cice. pro Murena. 26.
Spreto noctisque hostisque periclo. Ouid. 13. Metam. 49.
Subire periculum. Horat. Epod. 1. 1.
Subire periculum pro amico. Cic. in Partit. 35.
Subiicere aliquid periculo. Quintil. lib. 7. cap. 2. 37, Ne vniuersam domũ periculo subiiceret.
Periculum subterfugere. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 12.
In periculo esse. Liu. 8. bel. Pun. 13, In alios lupi superne ferrei iniecti, vt in periculo essent ne suspensi in murum extraherentur.
Periculo publico esse ab hostium vi. Liuius 3. bel. Pun. 214, Vt quæ in naues imposuissent, ab hostium tempestatisque vi, publico periculo essent.
Periculum esse à nobilitate, Vide A præpositionem.
Periculum est mihi. Terent. Phorm. 2. 2. 19, Aliis aliunde est periculum, vnde aliquid abradi potest. Idem Heaut. 5. 2. 27, Adeóne rem rediisse, vt periculum etiam famæ sit Syrescd est, ne perdam famam.
Periculum est ne. Plin. epist. 64. b, Est enim periculum ne tacitis suffragiis impudentia irrepat. Plaut. Asin. 3. 8, -periculum
Haud est, cardines ne foribus effringantur. Cic. 5. Tuscul. 166, Haud sanè periculum est, ne non mortem aut optandam, aut certè non timẽdam putet. Idem 2. Verr. 20, Sed in hac laude industriæ meæ, reus ne elabatur, summum periculum est. Sic ad Atticum, lib. 5. 110. 17.
Periculum est à, vel ex. Terent. Hecyra, 5. 1. 9, Si vera dicis, nihil tibi periculi est à me mulier. Idem Heaut. 3. 1. 6, Quum illi nihil pericli ex indicio fiet? Cic. 7. Verr. 91, Ad hominem accedit Timarchides, à securi negat esse ei periculum. Liu. 8. bell. Pun. 233, Tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne me cum æmuletur.
Sumere periculum. Tacit. lib. 19, Consilium ab omnibus datum est, periculum pauci sumpsere.
Suscipere pericula. Tacit. lib. 1.
Venit in periculum ne & ea quę relicta, & hæc quæ ab ipso parta sunt, amittat. Cic. pro Murena, 51.
Vocari in periculum ac discrimen. Cic. pro Lege Manil. 7.
¶ Periculum, Experimentum: quia raro aliquid tentamus sine periculo.
Audere periculum. Tacit. lib. 19, Neque periculum in aperto audebant.
Facere periculum, Experiri. Plaut. Asin. 12. 27, Qui pendet, multò est misserior. E R R. Scio, qui periculum feci. Terent. And. 3. 3. 35, Illud periculum in filia fieri graue est. Idem Eunuc. 3. 2. 23,
-fac periculum in literis,
Fac in palæstra, in musicis. Idem Heaut. 1. 2. 36, Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex vsu siet. Ibidem. 2. 1. 9.
Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi, &c. Cice. in Verrem? Tu verò qua in re specimen aliquod dedisti, quando tute tui periculum fecisti? Vide FACIO.
Facere periculum innocentiæ alicuius. Cic. 2. Verr. 21.
Periculosus, pen. prod. Adiect. (ἐπικίνδυνος, κινδυνώδης,) Cice. 1. Offic. 116, Grauioribus autẽ morbis periculosas curationes & ancipites habere coguntur. Cæs. 7. bel. Gall 25, Iutrare intra præsidia periculosum putabat. Cic. 5. Verr. 141, Turpis enim est & periculosa confessio.
Alea periculosa. Horat. 2. Carm. ode 1. 1.
Graue & periculosum bellum. Cic. pro Lege Manil. 2.
Consilium periculosum magis quàm tutum sequi, bonis omnibus accidere solet. Planeus Ciceroni, lib. 10. 18. 2.
Consuetudo periculosa. Cic. 3. de Nat. deor. 85.
Periculosa & lubrica assentiendi consuetudo. Cic. 4. Acad. 122.
Dimicatio periculosa. Liu. 1. ab Vrbe, 122.
Dissimulatio aliquibus periculosa. Cic Attico, lib. 14. 313. 2.
Locus periculosus. Cic. 4. Acad. 164.
Offensio periculosa. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 18.
Ratio rei gerendæ periculosa mihi videtur. Cicero Lentulo, lib. 1. 7. 19.
Periculosam vitam reddere. Cic. 3. Verr. 26.
Vulnera periculosa. Cic. 14. Philipp. 401.
Turbulenta, temeraria & periculosa ea sunt. Cic. pro Cecin. 24.
In semetipsum periculosum esse. Cice. Attico, lib. 13. 283. 1, Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos, si illum offensuri fuimus, pen. periculosi.
Periculose, penult. prod. Aduerbium. (ἐπικινδύνως,) Cic. ad Atticum, lib. 10. 192. 7, Aut vel periculosè cum bonis, &c.
Aegrotam periculosè quotannis homo. Cic. Attico, lib. 8. 146. 4.
Facere periculosè. Cic. pro Milone, 7, Facere enim probus adolescens periculosè, quàm perperi turpiter maluit.
Nauigatur periculosè hyeme. Cic. Tironi, lib. 16. 10. 3.
Periclitor, pen. corr. periclitaris, (κινδυνεύω, διακινδυνεύω, παρακινδυνεύω,) periclitari, Idem. vt Periclitor fama, hoc est periculũ est ne perdam famam. Periclitor siti, Periculum est ne moriar siti. Plin. lib. 17. c. 24. 3. Arbores gelu periclitantur. Martial. lib. 6. 16, de Sotade, Periclitatur capite Sotades noster.

Iura omnia periclitari, si similitudines accipiantur. Cic. 2. de Inuent. 134.
Periclitari cancro. Celsius lib. 5. ca. 26, quomodo vulnus ligari conueniat, Vulnus quod nimis astrictum est, periclitari cancro.
¶ Periclitari, Experiri, periculum facere. Plaut. Amphit. 10. 33,
Verum periclitatus fui animum tuum,
Quid faceres. Ibidem, 8. 54. -an periclitamini
Quid animi habeam? Cic. 1. de Orato. 76, Subeundus vsus omnium & periclitandæ vires ingenii. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 18. 6, Itaque potius periclitari volui, si possem mea præsentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri.
Tentare & periclitari. Cic. 7. Verr. 103, Homines enim in prælils, non in conuiuiis belli fortunam tentare ac periclitari solent.
Periclitari quid, &c. Cæsar 7. bel. Gall. 147, Neque vllum fere diem intermittebat, quin equestri prælio interiectis sagittariis, quid in quoque esset animi ac virtutis suorum periclitaretur.
Periclitari in. Cic. 3. Off. 95, Periclitemur si placet in iis quidem exẽplis, in quibus peccari vulgus hominum fortasse non putat.
Difficile non est periclitari. Cic. 3. de Orat. 81.
Periclitari omnia. Cice. pro Quintio, 64, Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est. C. Aquil.
Periclitari & experiri pueros. Cic. 2. de Diuin. 145, Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta millia annorum in periclitandis experiundisque pueris quicunque essent nati, Babylonios potuisse, fallunt.
Verba non periclitentur. Quintil lib. 7. cap. 4. 13.
Periclitari, cum infinitiuo. Quintil. lib. 11. cap. 3, Vox ima vim non habet: summa rumpi periclitatur. Eiusdem formæ est illud Plinii in Panegy. 139, Neque enim vnquam periclitabuntur esse priuatæ, quæ nunquam esse desierunt.
Periclitatur quis fieri inops. Triphon. in L. Ne ex liberalitate. ff. De re iudic. Ne ex iua liberalitate inops fieri periclitetur. Id est periculum sit eum inopem fieri.
Periclitandus. (κινδυνωδεύτεος,) Cicero in Catil. 8, Non est sæpius in vno homine summa salus periclitanda Reip.
Periclitãtus, pen. prod. Participium. (δεδοκιμασμένος,) Plinius lib. 7. cap. 44. 4, Quis hunc iure fœlicem dixerit, periclitatum ad libidinem iniuici, &c. Cic. de Amicitia, 56, Est igitur prudentis, sustinere vt cursum, sic imperum beneuolentiæ, quo vtamur, quasi aquis tentatus, sic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorum.
Periclitatio, Verbale, (δοκιμασία, ἐπιτρίβεσις,) Experimentum, vsus. Cice. 3. de Nat. deorum, 240, Quarum vtilitates longinqui temporis vsu & periclitatione temporis percepimus.

Peridoneus, Adiectiuum, (πάνυ ἐπιτήδειος,) Valde idoneum significat. Sueton. de Claris Grammat. 21. Peridoneus præceptor. Cæs. 2. bell. Ciuil. 101, Quòd is locus peridoneus castris habebatur.

Peridromis, pen. cor. huius peridrómidis, fœm. ge. (περιδρομίς,) Hypethra ambulatio ambiens palæstras, apud Vitruuium, teste Budæo.

Periergos, (περίεργος,) Græcè dicitur, qui Latinè curiosus, à nimia & inusitata cura agendarum rerum: propter quod in vitio ponitur Periérgia: id est auxietas & veluti diligentiæ redundantia.

PERILLVS, (Περίλλος,) Atheniensis fuit ingeniosus, qui vt placeret Phalaridi, venit Agrigentum, & ex ere taurum artificiosissimum fabricauit, cui iannam in latere posuit: vt cum inclusus reus subiectis ignibus torqueretur, mugitum, & non humanis vocem videretur emittere: pro quo inuento, quum munus à crudelissimo tyranno Phalaride, qui nouis hominum tormentis delectabatur, postulasset, in eo ipse includi à tyrãno iussus, ac suppositis ignibus exustus. Ouidius de Arte Amãdi,
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit infœlix imbuit author opus.

Perillẽus, pen. pro. Adiectiuum. (περίλλος,) Ouid. in Ibin, 85, Aere Perilleo veros imitẽre iuuencos. Idem 5. Trist. eleg. 1. 11,
Ipse Perilleo Phalaris permisit in ære,
Edere mugitus, & bouis ore queri.
¶ Perillus, nomen fœneratoris & iurisperiti apud Horatiũ 2. Ser. saty. 3. 15, Putidius multo cerebrum est (mihi crede) Perilli Dictantis quod tu nunquam rescribere possis.

Perilluſtris, & hoc perillustre, (πολύλαμπρος,) Admodum illustris. Cic. ad Atticum, lib. 5. 108. 2, Ibi morati biduũ perillustres fuimus, honorificisque verbis omnes iniurias reuellimus superiores.

Perimbecillus, vel Perimbecillis, & hoc perimbecille. (πολυαστενής,) Varro 3. de Re rust. cap. 10. 5, Perimbecillum enim id, vt caput molle. Cic. ad Atticum, lib. 10. 208. 4, Quod quidem est natum, perimbecillum est.

Perimo, périmis, pen. corr. perẽmi, pen. prod. (ἀναιρέω,) peremptũ, perimere, Adimere & tollere significat, teste Festo: sine etiam

etiam Interficere. ex per & ἐμῶ compositum. Plaut. Menæh. 17. 93,
Virum hunc ego perimam impurissimum,
Barbatum, tremulum.
Penitus perimere aliquid. Lucret. lib. 1. 46.
Perimere & omnino delere. Cice. 1. Tusc. 101, Si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius? finautè perimit ac deler omnino: quid melius, quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno?
De die mortis.
Causam publicam si mea mors peremisset, neminem vnquam fore qui auderet suscipere contra improbos ciues Reipublicæ salutem. Cice. pro Sestio, 40.
Consilium alicuius perimere. Cice. 3. Offic. 40, Eiusmodi igitur credo res Panætium persecuturum fuisse, nisi aliquis casus aut occupatio consilium eius peremisset.
Curas perimere. Plin. lib. 11. cap. 37. 60, Tunc enim perimit curas,
Perimere atque tollere ludos. Cic. de Aruspr. resp. 10.
Reditum alicui perimere. Cic. pro Plancio, 81, Si autem vitam mihi sors ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset.
Dolo perimere aliquem. Senec. Herc. Oetheo, 4. 41.
Peremptus. Participium. (ἀναιρεθείς,) Liu. lib. 2. ab Vrbe, 95, de nexis loquens, Obsita erat squallore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie peremptũ. Id est enecti, inquit Budæus.
Cædẽ peremptũ. Virg. 9. Aeneid. 91.
Fraude peremptus. Valer. 6. Argon. 150.
Morte indigna peremptus. Virg. 6. Aeneid. 29.
Plagis peremptus. Virg. l. 4. Georg. 61.
Animæ peremptæ bello. Lucan. lib. 1. 89.
Sensus peremptũ non potest esse miser. Cic. 1. Tuscul. 142.
Abdidit claram speciem luna, & stellanti nocte peremptũ est. Cice. 1. de Diuinat. 35. Ex poeta.
Peremptorius, Adiectiuum, (ἀναιρετικός,) Quod est mortiferum: à perimendo. vt Venenum peremptorium. Apuleio lib. 10. Et apud Vlpianum. ff. De iudiciis. L. Et tertium, Quibus propositis, tunc peremptorium impetret: quod inde hoc nomen sumpsit, quòd perimeret discẽptationem: hoc est non pateretur aduersarium tergiuersari.

Perincomodus, penult. correpta. Adiectiuum, (μεγαλόνιμος, πολύωφελος,) Liuius 7. bel. Mace. 167, Quæ nihil admodum Romanis, eadem pernincommoda regiis erant.

Perincommodè, Aduerbium, (μεγαλόνιμος,) Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 4. Sed accidit perincommodè, quòd eum nusquam vidisti.

Perinconſequens, penul. correpta. Adiectiuum, (μεγαλόνικος,) Gel. lib. 14. cap. 1, Per autem inquit, incõsequens ipsum quidem corpus, & habitum tam profundi aeris sub alto atque alto cœli curuamine non eundem manere. Hic inter positæ sunt duæ dictiones inter per, & inconsequens.

Perincertus, Adiectiuum. (πάνυ ἄδηλος,) Gellius lib. 18. cap. 4. ex Salustio, At Cn. Lentulus patriciæ gentis, Collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit. perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sylla emptoribus bonorum remiserat, exigenda promulgauit.

Perinde, Aduerbium, (ὅντως,) significat Ita: & flagitat post se AC SI, vel ATQVE SICũ negatiõe verò, etiam QVAM. Quod si nõ sequatur nec AC SI, nec negatio, accipietur pro Aeque. Hæc Valla lib. 2.
Perinde adeò. Plaut. Amphit. 11. 28.
Fac sis perinde adeò, vt me velle intelligis.
Perinde ac. Cic. Attico, lib. 13. 206. 2. Quod ego perinde tuebar, ac si vses essem. Idem pro Rosc. Comœdo, 8. Vt iudicem vnum vereri debeamus, perinde ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica, conclusa & comprehensa sint, perinde dicemus. Liu. 2. ab Vrbe, 251, Perinde ac deo antè fuerint. Cæsar 3. bel. Ciuil. 233. Perinde ac suis satisfacere, & fraudata re stituere vellent.
Perinde atq. Liu. ab Vrbe cond. Perinde atque capta vrbe. Cic. pro Marcello, 7. Vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.
Perinde, prout. Plin. in Panegy. 13. Meminerint perinde conlecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint. Quintil. lib. 9. cap. 4. Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diuerso pronuntiabuntur.
Perinde diu, quàm. Plaut. Trucul. 7. 2.
-si perinde amentur
Mulieres, diu quàm lauant, omnes amatores balneatores sient.
Perinde, quàm. Suetonius in Domit. cap. 15. Nulla tamen re perinde commotus est, quàm responso, calúque Asclepiadis mathematici. Tacit. lib. 11. Si perinde amorem inter populates, quàm metum apud hostes quæsuisset.
Perinde quasi. Plaurus Sticho, 3. 43.

Bonas vt æquum est facere facitis, quum tamen absentes viros
Perinde habetis quasi præsentes. Idem Amphit. 8. 51. Atque me nunc perinde appellas, quasi multo post videris. Cic. pro Quintio, 56. Atque hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, quom te Prætor iussisset ex edicto possidere. Ibidem, 25. Vt quod nunquam factum esse iudicio defendimus, id perinde quasi factum sit, nostro iudicio confirmemus. Idem pro Milone, 13. Hoc enim sæpe ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille cæcus viam munierit, &c. Et pro Cluentio, Perinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim. Sic pro eodem, Perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia, legibus vindicentur. Idem 5. Verr. 39. Atque hæc perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas eius reprehendenda. Ibidem, 3, 69.
Perinde quasi excribendi potestatem non haberet.
Perinde tanquam. Gellius lib. 15. cap. 29. Hoc perinde est tanquam si ego dicam, Est mihi nomen Iulium. Liuius Decad. 1. lib. 4. Et perinde hoc valet plebeius ne Consul fiat, tanquam seruum aut libertinum ali quis Consulem futurum dicat.
Perinde vt Plaut. Pseud. 8. 5. Nam omnes res perinde sunt, vt agas, vt eas magnifacias. Idem Capt. 6. 57.
Equidem si perinde vt ipse fui imperator familiæ,
Habeam dominum, haud verear ne iniustè aut graiter mihi imperet.
Et Mostel. 3. 9.
-atque hoc vos ipsi (scio) perinde vt nunc ego,
Esse autemo. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 4. 9. Quòd si perinde, vt ipse mereor, mihi successerit: certè & tibi, cui maxime cupio, & omnibus viris bonis satisfaciam. Cic. 3. de Oratore, 42. Non possum dicere me hæc, quæ nunc complector, perinde vt dicam, dicenda esse didicisse. Idem 3. Offic. 165, Habes à patre munus M. fili, mea quidem sentẽtia magnum, sed perinde erit vt acceperis. Idem pro Cluentio, 55, Perinde vt opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factũ, & non factum sit, existimari potest. Item 4. Acad. 63, Vt difficile sit de temeritate eorum, perinde vt causa postulat, dicere. Ibidem, 158, Non perinde mouebatur falsis, vt veris moueretur.
¶ Perinde, pro Ita. Liu. 7. bel. Pun. Ipse cum Mutinis equitatu prouinciã peragrabat, vt viseret agros, cultaque ab incultis notaret: & perinde dominos laudaret, castigaretque.
¶ Perinde Pariter, æque. Plin. Iunior epist. 1. li. 2. Funus Rufi clarissimi ciuis, & prinde fœlicis. Suet. in Iul. Cæs. ca. 56. Quæ siquis inuestigare & persequi vellet, quartam elementorum literam, id est d pro a & perinde reliquas commutet.
Viuendi ars tanta, tamque operosa, & perinde fructuosa. Cicero 1. de Finibus, 109.
¶ Non perinde, Id est nõ multum, seu valde, aut admodum. Suet. in Galba, cap. 13, Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Idem in Augusto, cap. 80, Coxendice & femore & crure sinistro non perinde valebat, vt sæpe etiam inde claudicaret. Plinius epist. 8. e, Quanto magis decuit publicè consulentem, vtilissimum munus, sed non perinde populare comitate orationis inducere?
¶ Perinde, Ad hunc modum, vel similiter. Terent. Phorm. 4. 3. 63, Sexcẽtas perinde potius scribito iam mihi dicas.
Perinde, sine relatione ac vel atque, in significatione comparatione. Liuius 7. bel. Punic. 1, Cultaque ab incultis notaret: ac perinde dominos laudaret castigaretque.

Perindulgens, Adiectiuum (πάνυ συγχωρῶν,) Cicero 3. Offic. 154, Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in fratrem.

Perinfamis, & hoc perinfame, pe. prod. (πάνυ ἄδοξος,) Valde infamem significat. Sueto. in Vitellio cap. 2, Curã quoque imperii sustinuit, absente eo, expeditione Britannica, vir innocens & industrius, sed amore libertinæ perinfamis.

Perinfirmus, Adiectiuum. (λιανόδυνος,) Cic. 7. de Fin. 85, Sunt enim leuia, & perinfirma quæ dicebantur à te.

Peringenioſus, pen. prod. Adiectiuum. (πάνυ δύφυής,) Cic. de Claris Oratoribus, 47, Alios quòd meliusputẽt dicere se posse quàm scribere, quod peringeniosis nominibus, neque Latis doctis plerunque contingit.

Periniquus, pen. pro. Adiect. (πάνυ ἄδικος,) Cic. pro Lege Marcendum. Liu. 7. bel. Pun. 204, Pœnus periniquo animo ferebat Gallis accitum se venisse ad liberandum eos dictitans.

Perinſignis, Cice. 1. de Legib. 75, An corporis prauitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit?

Perinteger, perintegra, perintegrum, pe. cor. (πάνυ ὁλόκληρος,) Gell. lib. 3. cap. 5, Castitatis perintegræ dicebatur.

PERINTHVS, (Πέρινθος,) clarà vrbs Thraciæ in Propontide, olim Thraciæ metropolis, quæ hodie dicitur Heraclea, ab Heraclio principe Constantinopolitano cognominata: in qua Vespasiani. Domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiani, Antoniniq̃ue palatia fuerunt ingentia, & amphiteatrum ex vno marmore magni & miradũ quod inter septẽ orbis miracula numerat.

Perinthius, Adiectiuum (περίνθιος,) vnde Perinthia fabula Menãdri. Terent. in Prol. And. 9. Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Periocha, periochæ, penult. corr. (περιοχή,) Argumentum, compendio totius rei breuior. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28 2. 6. At ego, ne Tironi quidem dictaui, qui totas periochas persequi solet, sed Spintorosyllabarim.

Periodus, huius periodi, pen. corr. f. g. (περίοδος,) Latinè clausula siue circuitus dicitur. Cic. de Claris Orat. 84, Quinetiã comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. Quinti. lib. 9. cap. 4, Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circunscriptionem. Genera eius sunt, alterũ simplex, quum sensus vnus longiore ambitu circunducitur: alterum quod constat membris & incisis, quæ plores sensus habent. Aderat ianitor carceris, & carnifex Prætoris, & reliqua. Habet periodos membra minimum duo. Et paulo post, Periodos apta proœmiis maiorum causarum, vbi solicitudine, commendatione, miseratione res eget. item communibus locis, & in omni amplificatione: sed poscitur tum austera, si accuses: tum fusa, si laudes.

Periodus, ex περὶ circum, & ὁδὸς via, componitur. est enim periodus vbi plena est sententia.

Circuitum orationis Græci περίοδον, nos tum ambitum tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circunscriptionem dicimus. Cic. in Orat. 118.

¶ Periodus, Genus certaminis apud Græcos. In gymnicis enim certaminibus periodo vicisse dicitur qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit. à circuitu eorum spectaculorum. & maximum decus erat vicisse periodo.

Periodicas, (περιοδικὰς,) febres vocant medici, quę certis temporis claudunturid est abeunt, & quodam quasi circuito facto rursus redeunt, vt sunt tertianæ & quartanæ. Plin. lib. 20. cap. 4. 3, Semina eius, si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur quas Græci periodicas vocant. De cucurbita.

PERIPATETICI, (περιπατητικοὶ,) Philosophi erãt Athenis, quorũ originem ita assignat Cicero 1. Academ. 14, Platonis autem authoritate, qui varius & multiplex & copiosus fuit, vna & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma institora est Academicorum & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam quum Speusippum sororis filium Plato philosophiæ quasi hæredem reliquisset, duos autem præstantissimos studio atque doctrina Xenocratem Chalcedonium & Aristotelem Stagiritem: qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycionilli autem qui Platonis instituto in Academiã, quod est alterum gymnasiũ, cœtus erant & sermones habere soliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam. Hactenus Cicero.

Peripatetici dicti sunt, à περιπατεῖν, hoc est à deambulando. Et περίπατον Græci vocant deambulationem. horum princeps fuit Aristoteles. Nam in Lycio inambulans docebat. Hinc commentationes vespertinas Aristoteles δεῖπνον περίπατον, id est pomeridianam ambulationem appellat.

Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare. Cic. 1. de Nat. deorum, 25.

Peripateticorum consuetudo dicendi non satis acuta propter ignorationem dialecticæ. Cic. 1. de Finibus, 64.

Peripatericis nihil est vberius, nihil eruditius, nihil grauius. Cicero 3. Tuscul. 37.

Peripetasma, peripetismatis, pen. cor. n. g. (περιπέτασμα,) Genus cortinæ, qua parietes & aulæ teguntur, seu tapetia Babylonici floris varietate perspicuaq̃ue à Lucretio Babylonica dicuntur ab aliis aulæa, & Attalica: à Capitolino stromata & peristromata à Varrone beluata, hoc est beluis variegata: à Plauto etiam peristromata. Cic. 6. Verr. 23, Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Hesio peripetasmata emere oblitus es?

Peripheria, peripheriæ, penult. prod. (περιφέρεια,) Circunferentia, circumlatio, rotatio, superficies. Est etiam hallucinatio, & vita errabunda.

Periphrasis, pen. corr. huius periphraseos, fœ. gen. (περίφρασις,) Latinè circuitio dicitur. Quintil. lib. 8. cap. 6, Pluribus autem verbis cum id quod vno aut potioribus certè dici potest explicatur, periphrasin vocant, circuitum loquendi, qui nonnunquam necessitatem habet quoties dictu deformia operit, vt Salustius, Ad requisita naturæ. Interim ornatum petit solùm, qui est apud poetas frequentissimus vt 1. Aeneid. 54,

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuũm gratissima serpit. Et apud Oratores non rarus:

semper tamen astrictior. Quicquid enim significari breuius potest, & cum ornatu latius ostenditur, periphrasis circui nomen Latinè datum est, non sanè oratoris aptum virtuti, circunlocutio. Verum hæc vt quũ decorem habet, periphrasis: ita quùm in vitium incidit, perissologia dicitur, Obstat enim quicquid non adiuuat. Hactenus Quintilianus. Vir. 1. eclog. 5, –teneros depellere fœtus. Vbi Seruius ait periphrasin esse agnorum. Ibidem, –& fuleis frumenti quæreret herbam. Vbi Seruius Frumenti herbam, periphrasis segetis. Idem 1. Aeneid. 14,
–nanque tibi diuũm pater atque hominum rex. Vbi Seruius, Periphrasis est, id est circunlocutio.

Peripneumonia, huius peripneumóniæ, pen. corr. (περιπνευμονία,) Morbus quum pulmo totus afficitur, & tussis subsequitur: pulmonis exulceratio. A Celso Peripneumaticus morbus dicitur lib. 4. cap. 7.

Peripneumónicus, pe. cor. A diectiuum, (περιπνευμονικὸς) Qui hunc morbum patitur: pulmonarius. Plin. lib. 23. cap. 24. 2, Mellis quidem ipsius natura talis est, vt putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atque non aspero, alia quàm salis natura. Faucibus, tonsillis, anginę, omnibusque oris desyderiis vtilissimum: arescentiq̃ue in febribus linguæ. Iam verò peripneumonicis, pleuriticis decoctum. Idem lib. 20. ca. 17. 2, Tussientibus quoque cum melle datur, & pleuriticis, & peripneumonicis.

Peripsema, pen. prod. huius periplématis, pen. cor. n. g. Latinè tergem & ramentum, & quicquid limando deteritur, significat. Antiqui vrbium expiationem anniuersarium facientes, quum sacros homines (hoc est qui peste expianda, aliòve quo morbo immolabantur diis) aluerant, in victimarum morem redimitos ex loco præcipiti in mare deiciebant, Neptuno immolantes: interque deiciendum solennia verba effari solebant, περίψημα ἡμῶν γενοῦ, Sis pro nobis periplema: ac si dixissent, Sis pro nobis piaculum: mesto luitio nostra, & seruatrix vrbis victima, id quod Suidas annotauit. Sententia igitur apud B. Paulum hæc est, capite quarto primæ ad Corinthios, Nos tanquam piacula mũdi facti sumus, & succidaneæ pro populo victimæ. ac si diceret, non minus apud gentium vulgus detestabiles, quàm illi qui diris execrationibus oneratí atque obruti, pro salute publica abiici olim solebant. Quæ sententia congruit iis quæ præcedunt. Peripsema enim ramenta vestigiorum significat, quæ vt sordida abiiciuntur. Hæc ex Budæo.

Periscelis, pen. cor. periscelidis, fœm. gen. Ornamentum pedis circa crura, teste Porphyrio. Horat. lib. 1. epist. 18. 12,

Qui queritur salebras, & acerbum frigus & imbres,
Aut ciffam effractam, & subducta viatica plorat,
Noxa refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis. Notandam (ait Cælius lib. 4. ca. 11.) periscelidas dici, quæ vulgò gremialia vel trauersias dicitur. Hieronymus in epistola ad Fabiolam, Quæ Græci, inquit περισκελίδας vocant, nostri femoralia dicunt, vel bracas vsque ad genua pertingentes. Sunt & codices in quibus periselidas scriptum comperias.

Perissologia, Latinè superflua locutio dicitur. Virgil. 1. Aeneid. 133, –faciem mutatus & ora Cupido. Vbi Seruius, Et ora, perissologia est. Idem 5. Aeneid. 94, –dixitque, & prælia voce diremit. Vbi Seruius, Vacat QVE, metri causa: & maluit perissologiam facere quàm vti communi syllaba, quę frequens vitiosa est. Vide PERIPHRASIS.

Perisson, inæquale & impar dicitur. Plinius lib. 11. cap. 31. 3, Hoc est venenum quòd innocentissimi authores simpliciter doryconion appellauere, ab eo quòd cuspides in prælijs tingerentur, illo passim nascente. Qui parcius spectaueranr, manicon cognomiuere: qui nequiter occultabant, erythron aut neurida. vt nonnulli perisson. De strychno.

Peristereos, peristerei, f. g. vel Peristereon, peristereõnis, penult. prod. m. g. vel Peristereum, peristerei, n. g. Herba columbis admodum familiaris, à nostris verbenaca, siue verbena dicitur. Plin. li. 25. ca. 10. 6, Peristereos vocatur caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodũ familiaris: vnde & nomen. Ibidem, ca. 9. 3, vel benacam à Latinis appellari tradit. Dioscorides vel benacã rectã vocat. Dicta peristereon quasi columbaris, vt quidã volunt, quòd circa hanc perquàm libenter versari soleant columbæ.

Peristerotrophium, peristerotrophii, pe. pro. Locus in quo columbæ habitant, Latinè columbarium, quanuis columbariũ proprie sit loculamẽtum in peristerotrophio, sin gulis columbarum paribus præparatum. Nam peristeris columba dicitur. Varro 3. de Re rust. ca. 7, Duo genera earũ in peristerotrophie esse solent. Vnum agreste, quod habetur in turribus ac culminibus villæ. Peristeron, Idem quod Peristerotrophium. Varro 3. de Re rust. ca. 7, Ex his duabus stirpibus sit miscellum tertiũ genus fructus causã, atque incedunt in locũ vnũ quod alii vocãt περιστερεῶνα, alii περιστερεῶν, sit vt rostra in quo vno sæpe vel quinque millia sunt inclusæ. περιστερεῶν, aut lãdo, magna camera tectus, vno ostio angusto, fenestris puncatis, aut latioribus, reticulatis, vtrinque, vt locus omnis sit illustris, &c.

Peristroma, pen. prod. peristrómatis, n. g. Quasi circunstratum, idem quod Peripetasma. Plaut. Sticho, 6. 54,

Tum Babylonica peristromata, sellas, & tapeta
Aduexit nimium bonæ rei. Idem Pseud. 4. 12,
Ita vestra ego latera loris faciam, vt validè varia sient,
Vt ne peristromata quidem æquè picta sint Campanica,
Neque Alexandrina bellua, consutaque taperia. Cic. 2. Philipp. 77. Vide CONCHYLIVM.

Peristylium, peristylii, vel Peristylum, peristyli, pen. cor. Locus clausus columnis, circumquaque porticum habens, vel saltem à tribus lateribus. Vitruuius libro 5. cap. 11. In palæstris peristylia quadrata siue oblonga ita sunt facienda, vti duorum stadiorũ habeant ambulationis circuitionem. Cicero pro Domo sua, 89. In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pauimentatam trecentũ pedum coocupierat, amplissimum peristylum, cætera eusimodi facile vt omnium domos & laxitate & dignitate superaret. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 5. 1, Igitur testudo (vt peristylum rectum tegulis, aut rete) sit magna, in qua mihi aliquot turdorum ac merularum includere possint.

Peristylium etiam est locus atrio proximus. Vitruuius libro. 6. cap. 7. Item aula, Ibidem, cap. 9. Budæus.

Perito, peritas, pen. corr. Vide PERITO.

Peritus, pen. prod. A diectiuum, (δεδαήμων, εἰδήμων, ἐπιστήμων,) Doctus, à Perio antiquo verbo, quod Aperio significabat. Nonius, Doctum & peritum quum simile videantur, à Tullio discretum est, vt sit peritus plus quàm quod doctum. Cicero 3. Offic. 19. Itaque quum sint docti à peritis, facile desistunt sententia.

Obsequi peritus. Tacit. in vita Agricolæ, Peritus obsequi, eruditusque vtilia honestis miscere.

Vati parcite perito. Ouid. 1. de Arte, 6.

Sapiens homo & multarum rerum peritus. Cic. pro Fonteio, 14.

Antiquitatis, veterumque scriptorum literatè peritus. L. Aelius. Cicero de Claris Orat. 108.

Vir fortis in prœlis, belli ac rei militaris peritus. Cic. in Pis. 42.

Honestorum ac turpium peritus. Quintil. lib. 7. cap. 10. 6.

Peritus operum, auguriorum, iuris. Tiranus lib. 10. ad Plinij epist. 259. Libratorem & ego hinc aliquem tibi peritum eiusmodi operum mittam. Item epist. 22. 2, Quòm peritus ille & priuati iuris, & publici. Idem de Viris illust. 6, Peritus auguriorum. Varro 2. de Re rust. cap. 4. 11, Attilius Hispaniensis minimè mendax, & multarum rerum peritus, in doctrina dicebat, &c. Cic. 1. de Oratore, 106, Sinautem quæreretur, quisnam Iurisconsultus verè nominaretur, cum diceremus, qui legum & consuetudinis eius qua priuati in ciuitate vterentur, & ad respondendum, & ad cauendum peritus esset. Idem de Claris Orat. 40, Fabius pictor, & iuris, & literarum, & antiquitatis bene peritus.

Iuris legũque peritus Horat. 1. Serm. saty. 1. 2.

Peritissimus homo belligerandi. Cic. pro Fonteio, 27.

Homo peritus definiendi. Cic. 5. Offic. 79.

Dicendi peritus, Vide Orator in o 2 o.

Docendi peritus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 1.

Cantare peritus. Virg. 10. eclog. 2.

Iure peritus. Cic. pro Cluentio, 86. Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior, iure peritior, &c.

Peritus vsu. Cic. 1. Offic. 105, Nec verò aliemm est ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam vsu peritos. Cæsar 3. bel. Gall. 362, Vsu peritis ac superioribus pugnis exercitatisque ciuilium rerum peritus. Tacitus lib. 18, Dispositu, prouisuque ciuilium rerum peritus.

Peritus vsu, &c. Apud Hirtium de bel. Alphric. iungitur cum ablatiuo rei.

Mirabili, inquit, peritus scientia bellandi.

Peritus ad. Cic. pro Fonteio, 28. Profectò Iudices virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad vsum ac disciplinam peritũ, ad consilia prudentem.

Facere aliquem peritum. Propert. lib. 1. eleg. 9. 5.

Peritum initium, Peritus sermo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Poema nemo dubitauerit perito quodam initio fulum. Alia exemplaria habent imperito. Idem lib. 8. cap. 6, Vario Marte pugnatum est: peritus est sermo. Alia exemplaria habent eruditus.

Nihil peritius. Cic. pro Corn. Balbo, 1, Nihil de memoria, de more, de exemplis acutius, nihil peritius de fœderibus, &c.

Peritissimus de. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 9. Qui de agricultura Romanus peritissimus existimatur.

Peritissimus homo & iuris & officii. Cic. 4. Verr. 10. Item lib. 2. de Leg. 75.

A patronis peritissimis causa hęc defensa est. Cic. pro Corn. Balbo, 1.

Peritè, pe. prod. A diuerbiũ, (εἰδότως,) Cic. 1. de Legib. 48, Quod institutum peritè à Noma, posteriorũ Pontificum negligentia dissolutũ est.

Peritè & callidè. Cic. 1. Verr. 62, Homo adolescens quum istius in inquirendo malta furta ac flagitia cognosceret, fecit perite & callidè, volumen eius rerum gestarum maximum isti ostendit.

Peritissimè & callidissimè istius literas venditabat. Cic. 4. Verr. 94.

Peritia, peritiæ. (δεξιότης,) Plin. lib. 14. cap. 1. 4, Aliæ, peritia domini amplo discursu atria media complentes.

Gratiæ ac voluptatis peritia. Quintil. lib. 2. cap. 15. 17.

Periucundus, pen. prod. (περιχαρής,) Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 9. Cui quidem literæ tuæ quas proximè miseras, quod facilè intellexerim, periucundæ fuerunt.

Periucundè, Aduerbium. (περιχαρῶς,) Cic. ad Atticum, lib. 13. 298. 2, Ob hospitem mihi tam grauem ἀμετακίνητον, fuit enim periucundè.

Periurus, pen. prod. (ἐπίορκος, ἐπιόρκος,) Qui iusiurandum violat, vel qui iurando ius peruertit. Virg. 2. Aeneid. 30,

Talibus insidiis, periurique arte Sinonis. Plaut. Pseud. 3. 129, Periurum caput. Cic. pro Rosc. Comœdo, 17, At quid inter periurum & mendacem? Vide MENDAX. Idem 1. de Nat. deorum, 87.

Corpus periurum. Propert. lib. 2. eleg. 5. 5.

Crimina periura. Stat. 10. Thebaid. 117.

Diadema periurum nocentis regni. Stat. 9. Thebaid. 11.

Domus periura. Horat. 3. Carm. Ode 3. 6.

Ense periuro superbus Hannibal. Stat. 4. Sylu. 6. 16.

Fides periura patris. Horat. 3. Carm. Ode 24. 12.

Gens periura. Silius lib. 16. 36.

Meretrix periura. Horat. 1. Carm. ode 35. 5.

Mœnia periura. Ouid. 11. Metam. 44.

Os periorum. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 7.

Pectora periura. Ouid. 1. Metam. 142.

Vir periurus. Ouid. epist. 16. 16.

Periurior hoc homine non est. Plaut. Mil. 3. 10.

Periurissimo hominum. Plaut. Pseud. 5. 116. Cic. pro Roscio Comœdo, 11, Nam Ballionem illum improbissimum & periurissimum lenonem quum agit, agit Chæream.

Periurium, periurii, (ἐπιορκία,) Falsum iuramentum. Cic. 3. Offic. 146, Regulus verò non debuit conditiones, pactionesque bellicas & hostiles perturbare piurio. Plaut. Rud. 2. 1. 1, Periurio caponifex. Cic. pro Cecina, 10, Cecinnã piurio suo læderet. Sic 1. de Fini. 77, Et 6. Verr. 17.

Pœna diuina periurii, exitium humana, dedecus. Cic. 2. de Legibus, 37. ex lege duodecim tabularum.

Scelerator ũ hominum periuria. Cic. pro Fonteio, 19.

Linguæ falsæ periuria. Ouid. epist. 7. 13.

¶ Deuotum periurium. Catull. Argon. epigr. 59. 27, –ah deuota domum periuria portas.

Illustre & insigne periurium Cic. de Aruspicum resp. 32.

Lasciua periuria. Claud. de Nuptiis Honorii, 17, Et lasciua volant leuibus periuria ventis.

Manifestum periurium iudicum. Cic. de Aruspicum resp. 32.

¶ Confirmate periurium, Vide CONFIRMO.

Nectere periuria blandiriis. Claud. 1. in Rufinum, 45.

Quæritur latebra periurio. Cic. 3. Offic. 144.

Reuocare periuria. Propert. lib. 1. eleg. 14. 5.

Vendere periuria Iuuen. Saty. 14. 22.

Quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est: non falsum iurare, peierare est, Cicero 3. Offic. 145.

Periuriósus, pen. prod. A diectiuum, (ἐπιορκητικός,) Idem quod Periurus. Plaut. Trucul. 4. 49, Procaciores estis vos, sed illi periuriosi.

Periuro, periúras, penult. prod. (ἐπιορκέω,) periurare, pro Peierare. Plaut. Bacch. 10. 116, Ne periurem cura. Idem Pseud. 5. 110. Periurasti sceleste. Et Asin. 11. 1 5, Vbi verbis conceptis sciens libenter periuraris. Horat. 2. Serm. saty. 3. –quare

Si quid vis satis est, periuras, surripis, aufers Vndique? Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 5, Et periuratos in mea damna deos.

Periuratiũcula, huius periuratiũculæ, pen. corr. Diminutiuum. (ἐπιορκίδιον,) Plaut. Sticho, 4. 76. Ac periuratiunculas parasiticas.

Perizoma, pen. prod. perizómatis, n. g. (περίζωμα,) dicitur omne quod circuncingit, pudendorum velamen, suffibulũ, vt verbo Varronis vtamur.

Perlabor, pen. prod. perláberis, pen. corr. perlapsus sum, (κατολισθαίνω) perlabi, Idem quod Labitisi celeritatem aliquã addat præpositio. Cicero ad Atticum, lib. 9. 180. 1, Assentio tibi vt in Formiano potissimum commorer, & iam de supero mari perlábor. Idem 2. de Nat. deorum, 207, Per quas lapsus cibus ex hoc ipso loco in eam venam quæ caua appellatur, confunditur: perque eam ad cor confectus iam coctusque perlabitur.

Neptunus perlabitur æquora curtu frænatis equis. Sil. lib. 3. 83.

Volucris perlabitur auras. Tibull. lib. 4. ad Messalam, 1. 26.

Campum perlabi. Sil. lib. 16, 79, –surge, vola, perlabere campum.

Rotis leuibus summas perlabitur vndas. Virg. 1. Aeneid. 31.

Perlabi per. Lucret. lib. 4. 50, Isque ita per nostras acies perlabitur oẽ

Ad imos animi perlapsa recessus Stat. 4. Sylu. 6. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perlaetus, Adiectiuum, (πολὺ χάρμα,) Vehementer lætum significat. Liu.10.ab Vrbe,99. Supplicatióque perlæta fuit.

Perlatus, pen.prod. Aliud adiectiuum, (πολυπλατὺς,) Valde latum significat.

Perlatè, Aduerbium, (πολυπλατῶς,) vt Perlatè patère. Cic.1.de Orat 10. Idque in sermonis nostri consuetudine perlatè patet.

Perlecebra, huius perlecebræ, pen.corr. (μεγάλη δόμυλος,) vt Illecebra. Plaut. Asin.4.7, - te perdam ego & filiam.

Perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium.

Perlecto, Vide PERLEGO.

Perlego, perlegis, pen.corr. perlégi, pen.prod. perlectum, (τελέως ἀναγινώσκω, διέρχομαι, ἐπιτρίβω,) perlegere, A principio ad finem vsque legere. Plaut. Asin. 1.3.1, Leges perlege. Quintil. Quod videre non est ἀστῶν, sed perlegendum erit. Cic.1.de Diuin.14, Perlegi, ille inquit, tuum paulo antè tertium de natura deorum. Martial lib.1.29, Sic Pedo, sic Getulicus, sic quicunque perlegitur.

Scripta perlegi Ouid.4.de Ponto, eleg.13.7.

Perlegere oculis, pro Diligenter intueri, vel contéplari. Virg.6.Aenei.7,
- quin protinus omnem
Perlegerent oculis. De pictura.

Vultu duro perlegere aliquid. Ouid.epist.15.3.

Perlegêre animis, oculisque sequacibus auras. Stat.3.Thebaid.100.

Perlepidus, pen.cor.Adiect. (πάνυ ἁβρός,) Plaut. Pœn.11.53, Euge perlepide Charine, me meo ludo iam beas.

Perleuis, & hoc perleue, pen. corr. (πάνυ κούφος.) Cic. pro Lege agrar.80, An ignoratis cætera illa magnifica Populi Romani vectigalia perleui sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendêre? Liu.4.bel.Pun.151, Quibus ea quæ hostes ingenti mole agerent, Ipse perleui momento iudicaretur. Idem 1.bel.Pun.160, Et inclyti populi regesque perleui momento victi sunt.

Perleuiter, pen.corr. Aduerbium, (πάνυ κούφως,) Cic. ad Qu. fratrem, lib.1.8.4, Quòd perleuiter commotus fuerat.

Perlibenter, Aduerbium, (πάνυ ἡδέως,) Cic. ad Atticum, lib.8.166.3, Sed vt suprà dixi, tecum perlibenter loquor. Idem de Vniuersit.3, Perlibenter & Nigidium vidi, & cognoui Cratippum.

Perliberalis, & hoc pliberále, pe.pro. (πάνυ ἐλευθέρως,) Admodú liberalis. Ter. Hecy.5.4.23, Perliberalis visa est.

Perliberaliter, pen.corr. Aduerbium, (πάνυ ἐλευθερίως,) Cic. ad Atticú, lib.9.195.4, Hoc loco multa perliberaliter.

Perlibro, perlibras, pen.prod. (κατασταθμάομαι,) perlibrare, Diligenter, ac perfectè mensurare, & ad libram æquare, siue æquale facere. Colum. lib.3.cap.13.12, Nam stella quam diximus Græcæ literæ faciem obtinere, pariter imæ fossæ solum metiunt, atqi perlibrat: quia siue pronum, siue resupinum est, positione machinæ deprehenditur. Et paulo pòst, Sic permensum, & perlibratum opus in similitudinem veruasti semper procedit. Idem lib.2.cap.2.1, Campum nõ æquissima situm planitie, nec perlibrata, sed exiguè prona.

Iaculum à tergo perlibrat ad ossa. Silius lib.15.137.

Perlicio, pérlicis, pen.corr. perlexi, perlectum, (ἐφέλκω,) perlicere, quod frequentius pellicio dicitur euphoniæ causa. Idem quod Allicere. Liuius 4.ab Vrbe, 70, Ciboque obiciendo ratum victorem finitimorum omnium popolum in seruitutem perlici posse. Ibidem, 108, Vt quòs quisque posset ex collegio Tribunorum ad intercessionem perlicerent. Vide PELLICIO.

Perlicere in amicitiam. Liuius 5.bel.Maced.162, Quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere. Tacit. lib.13, Necem, & arma perliceret.

Perlecto, perlectas, (ἐπαγίομαι,) perlectare, Frequentatiuum. Cic. pro Flacco, 14, Egentes & leues spe legationis, & viatico publico, priuata etiam benignitate perlectat.

Perligo, pérligas, pen. corr. (κατασφίγγω,) perligare, Constringere. Plaut. Bacchid. 2.28, O perligatum pectus!

Perlinio, pérlinis, pen. corr. perlinui, perliniitum, (ἐπαλείφω,) perlinire, Valde & perfectè ac omnino linire. Colum. lib.9.ca. 12.1. Protinus custos nouum loculamentum in hoc præparatum perliniat intus prædictis herbis.

Perlino, perlinis, pen. corr. perlini, perlini, vel perléui, perlitũ, pen. corr. (κατεχρίω,) perlinere, Multum linere, vel perfectè & vndique. Colum. lib.7.cap.5.15, Mox vlcera lauantur aceto, & rũpice liquida cum adipe suilla perlinuntur. Plaur. Casin. 5.15, Senecta ætate voguentis perlitus ignauè incedis!

Perlito, pérlitas, pen. corr. (καλλιερέω,) perlitare, Perfectè litare, sacrificio facto deos placare, votumque impetrare. Valerius Antias apud Gellium lib.1.cap.7, Si hæc res diuinæ factæ, iteque perlitatæ essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse. Liuius 7. ab Vrbe, 32, Dio non perlitatum tenuerat Dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset. Idem 6 bel.Maced.2, Ea omnia sacrificia læta fuerunt, primisque hostiis perlitatum est.

Perlongus, Adiectiuum, (δολιχός, πολυμόχθος,) Cic. ad Atticum, lib.5.108.11, Perlonga, & nõ satis tuta via. Idem pro Lege agrar.19, Perlongo internallo.

Perlongum est. Plaut. Trinum.11.12,
- nunc si opperiri vis aduentum Charmidis,
Perlongum est. Quasi dicat, diu tibi expectandũ est, aut lõgiùs distat.

Perlongè, Aduerbium, (πάνυ μακρὰν,) Terent. Eunuch.3.5.61, Perlongè effused tanto ocyus properemus. Id est, longius distat.

Perlonginquus, Adiectiuum, (πάνυ ἀπάτωρ,) Plaut. Bacchid.23,74, Non tibi venit in mentem amabosti dum vixas, tibi benefacias, Iam pol id quidem esse haud perlonginquum?

Perlubet, pen.corr. perlubébat, perlibuit, perlúbitum est, (κατεφίσκω,) Plaut. Capr. 13.64, Perlubet hunc hominem colloqui. Hoc est, vehementer cupio hunc alloqui.

Perlubens, pen. corr. (δεδεγμένος μόνος,) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. ad Qu. fratrem, lib.2.10.8, Sed hoc incommodum consolantur quotidie diminationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius alius est, cæteri conciduntur.

Perluceo, perlúces, pen. prod. perluxi, (κατασταλαγέω, διαφαίνομαι,) perlucere, Vehementer lucere, vel transluere, & lucem per medium sui transmittere. frequentius tamen dicitur pellucere euphoniæ causa. Plin. lib.10.cap.54.1, Si contra lumen cacumine ouorum apprehenso vna manu purus & vniuolmodi perluceat color, sterilis existimantur esse. Idem lib. 37.cap.9.4, Perlucent autem omnes violaceo colore, scalpturis faciles. Martial. lib.2.46, Sic tua suppositis perlucent præla lacernis. Vide PELLUCEO.

Littora natiuis perlucent picta lapillis. Propert. lib.1.eleg.2.3.

Perlucet ex. Cic. 1. Offic. 45, Etenim illud ipsum quod honestum, decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omniom natura & specie sua commouet, maximeque quasi perlucet ex iis quas commemorauì virtutibus.

Perlucere, siue Pellucere, aliquando ad mentem, sed figuratè referturve apud Ciceronem de Claris Orat. 149, Ita reconditas exquisitasque sententias mollis & pellucens vestiebat oratio.

Perlucens, pen. prod. Participium, (διαφαινόμενος,) vt

Amictu perlucenti circumdata Salmacis nympha. Ouid.4.Metam.63.

Fibras perlucentes numerare in pectore. Ouid.6.Metam.79.

Perlucidus, pen. corr. Adiectiuum, (διαφανὴς,) Per cuius medium oculos dimittimus atque videmus, vt aqua, lucerna, vitrum. Colum. lib.11. cap.2.50, Quidam quòm vidissent partem aliquam vnarum viticearum, crediderunt tempestiuam esse vindemiam. Quidam quòm coloratas & perlucidas vuas animaduertissent. Cic.7.Verr.22, In qua pulcinus erat perlucidus Melitensi rosa farctus. Martial. lib.12.54, Crine nitens, niger vnguento, perlucidus esto. Plin. lib.11.ca.15.2, Sequens probatio, vt sit odoratum ex dulci acre, glarinosum, perlucidum.

Amnis magis perlucidus vitro. Ouid. epist.21.37.

Bulla perlucida. Ouid. 10. Metam. 146.

Deos perlucidos & perflabiles Inducit Epicurus. Cic.1.de Diuinat.59.

Fons sonat à dextra tenui perlucidus vnda. Ouid.3.Metam.33.

Membranæ oculorum perlucidæ. Cic.1.de Nat.deorum, 113.

Stella illustris & perlucida. Cic.1.de Diuinat.111.

Vitro perlucidior prodiga arcani fides. Horat.1.Carm.ode 18.4.

Perlucidulus, pen.cor. Dimin. (ὑποδιαφανὴς,) Catul. in Rufum, epig.64,
Non si illam rarè labefactes munere vestis,
Aut perluciduli delitis lapidis.

Perluctuosus, penul. prod. Adiectiuum, (πενθοδὴς,) Valde luctuosum significat. Cic. ad Q.u. fratrẽ, lib.3.ep. 6, Serrani domestici filii funus perluctuosum.

Perludo, perlúdis, perlúsi, perlúsum, pen. prod. (παίζω,) perludere, Ex per & ludo, Idem quod simplex Ludo. Propert. lib.4.eleg.4.4,
Vidit arenosis Tacium perludere campis,
Pictaque per flammas arma leuare iubas.

Perluo, perluis, perlui, pen. corr. perlútum, pen. prod. (κατακλύω,) perluere, Diligenter lauare, & mundum facere. Colum. lib. 6.cap.8.1, Tum vino perluitur os. Idem lib.7.cap.4.9, Cæleftis aqua sub dio fabiis in hunc vsum durata, paulum decoquitur, eoque grex perluitur. Plin. lib.8. cap.27.1, Rostri aduncitate per eam partem se perluens qua reddi ciborum onera maximè salubre est.

Artus perluit fonte. Ouid.4.Metam.68.

Manus perluere fontana vnda. Ouid.5.Fast.67.

Lymphâ perlui. Ouid.3.Metam.35.

Vnda gelida perluor. Horat.1.epist.15.1.

Perlutus, pen. prod. Participium, (κατακλεμμένος.) Colum. lib.9.cap. 16.1, Expressæ fauorum reliquiæ, posteaquam diligenter aqua dulci perlutæ sunt, in vas æneum coniciuntur.

Perlustro, perlustras, (κατασκοπέω, περιτάνυω,) plustrare, Vbique lustrare, siue diligenter, & attente. Liu 7 ab Vrbe, 10, Hæc omnia fugulo gregali amictus, Centurionibus ité manipularibũ habitu militum ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustrauit: Ibidem, lib.8.186, Perlustrauitque hostium agros, nulla arma, nullam vim nec apertam, nec Insidiis expertus. Sic lib.1.26.

Perlustrare oculis. Liuius 5.belli Pun.43, Vt discurrerent circa vias, perlustrarentque omnia oculis, nequis, &c. Sic lib.1.212. Et lib.3.215. Idem 4.bel.Maced.62, Consul omnia oculis perlustrat, vt, &c.

Campos perlustrans oculis. Silius lib.7.108.

Perlustrare animo. Cic. in Partit.22, Huius igitur materiæ ad argumentum subiectæ perlustrandæ animo partes erunt omnes: & ad id quod agetur, ex iis omnibus coniectura capiendà.

Dicta alicuius perlustrare. Stat.4.Syluæ.3.29.

Permacer, permácra, permácrum, penul. prod. (κατάξηρος,) Plin. lib.16.cap.6.5, Omnis oleta coquit, nisi permacra.

Permadeo, permades, penult. cor. siue Permadesco, permadescis, pen. ultim. (κατυγραίνομαι,) permadescere, Valde madescere. Colum. lib.2.cap.19.1, Quòd si permaduit, inutile est vdum mouere. Martial. lib.5.16, - & effuso permaduisse croco.

Idem lib.6.44, Et solum multo permaduisse falo. Colum. lib.2.cap.4.3. Nisi si magnis (vt hi nõ nunquam) ac subitaneis imbribus, quasi hybernis pluuiis terra permaduerit.

Permagnus, Adiectiuum, (πολυμεγὴς,) Cic. 1.de Finib.85, Fieri non potest, vt ea non permagna accessio potest, si, &c. Ibidem, lib.2.10, Deinde vbi erubuit (vis enim est permagna naturæ) confugit illuc vt negat, &c.

Permagna res tua agitur. Cic. pro Roscio Amer.62, Vide ne tibi desis, tua quòque res Permagna agitur.

Permagnum existimare. Cic.1.Tusc.180, Iisque qui hæc Diagoræ dixit, permagnum existimans treis Olympionicas vna ex domo prodire.

Negotia permagna. Horat.1.Serm.laty.7.1.

Permagni æstimare vel vendere. Cic.1.Ver.76, At permagno decumas eiusmagni vendidisti. Ibidem, 6.11, Quid? tu ista permagno æstimas?

Permagni interest. Cic. in Partit.45, Quod enim permagni interest, pro necessario sæpe habetur. Idem ad Atticum, lib.2.38.4, Permagni nostra interest, to, si comitia non poterit, vt declarato illo, esse Romæ. Idem ad Brutum lib.1.16.1, Permagni interest quo tibi hæc tempore epistola tradita sit.

Permagni refert. Terent. Heaut.5.1.58, - si certum est tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror
Vt nescientem sentiat te id sibi dare. Lucret. lib.1.186.

Permaneo, permanes, pen. cor. permansi, permansum, (καταμένω, διαμένω, ἐπιμένω,) permanere, Vsque ad finem manere. Plin. Iunior, Tunc demum lenti, cunctanterque veniunt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt. Plin. lib.16.cap.22.3, Maximè nitorium vnitas in suo cuique genere permanet. Cic.1.de Finib, 119, Nam qui semel est suscepta beata vita, iam permanet, quàm ipsa efficitrix beatæ vitæ sapientia. Sic.2. Tusculã.24.

Innubo permanen. Ouid.14.Metam.29.

Mamillæ Aabinis iam à Cecrope permansit. Cic.2.de Leg.99.

Status hic permansit multos annos. Ouid 5.Fast.7.

Pudor ille permansit. Ouid.15.Metam.62.

Stabilem permanere. Cic. de Amicit.54, Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt.

¶ Permanere, Perseuerare, continuare, per transitionem. Terent. Hecy. 3.1.25, Vnde ira inter eos intercesiit, quæ tam permansit diu.

Permanere in amicitia. Cæsar 8.bel.Gall.55.

Permanere in armis. Cæsar 8.bel.Gal.155, Solusque ex Hedùis ad id tempus permanserat in armis.

In incepto permanere. Lucceius Ciceroni, lib.5.15.7.

Permanere in eadem mente. Cic. in Catil.33.

Permanere in officio. Cæsar 5.bel. Gall.16, Consolatus Induciomarum, noctamque ei vt in officio permanereet. Ibidem, lib.6.31.

Permanere in proposito suscepto que consilio. Cic.1.Offic.158.

Permanere in sententia. Cic.1.de Finib.161. Et Cæs.8.bel.Gall.81.

In omnibus meis sententiis de Republica politinis permanebam. Cicero Lentulo, lib.1.9.17.

Permanere in tristitia. Cæsar 1.bel.Gall.131.

In mea erga te voluntate etiam deterrus ab officiis tuis permanerem. Cic. F. Metello, lib.5.1.28.

Firmum & stabile illud permansurum est. Cic.2.de Finib.138.

Permanere, cum genitiuo. Seneca epist.77, Si vna indeprauata virtus est, & sola permanet tenoris sui, vnum bonum est virtus.

Permanitio, Verbale, (διαμονὴ,) Cicero Lentulo, libro 1.9.85, Nunquam enim præstantibus in Repub. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permanitio.

Permano, permanas, pen. prod. (κατακρύπτω, ἐπιρρέω,) permanare, Penitus manare. Et construitur cum ad vel in. Cic. 2. de Nat.deo.205, Ex intestinis autem & aliò secretis à reliquo cibo succus quo alimur, permanat ad iecur per vias qualdam à medio intestino vsq; ad portas iecoris. Idem pro Cluentio, 138, Celerius potuit eo mesium quàm eporũ in venas atq; in omnes partes corporis permanare? Plaut. Most.3.42, Is vsq; in pectus permanauit. Cic.2.de Orat.170, Vt ad eorum mentes apud quos agitur, mouendas permanare possint.

Ad animum permanat macula ex sanguine paterno aut materno concepta. Cic. pro Roscio Amerino, 40.

Ad mentes eorum, apud quos agitur mouendas, permanare vt possint principia & cæteræ partes orationis, habere hanc vim magnopere debent. Cic.1.de Orat.170.

Permanare per. Lucret. lib.3.141, Permanare animam nobis per membra solere.
Calor permanat argentum. Lucret. lib.1.103.
Malum acre permanat hoc. Lucret. lib.3.521.

¶ Permanare dicitur res aliqua, Vulgari. Plaut. Cap.5.28, Néve permãnet palàm hæc nostra fallacia. Terent. Adelph.2.4.19,
-ne si magis irritatus fiet,
Aliqua ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuò perierim.
Id est, ne resciscat pater.

Permanauit ad plures. Cæsar 2.bel. Ciuil.119, Hoc vbi vno authore ad plures permanauerat, atque alius alii tradiderat, plures authores eius rei videbantur.

Permanare ad aures. Cic. pro Domo sua, 95, Etsi effluunt multa ex vestra difficilioa, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant. Idem pro Corn. Balbo, 45, Vt aliqui sermones hominum alienis bonis mœrentium, etiam ad vestras aures permanarent.

Permanauit in hanc ciuitatem doctrina Pythagoræ. Cic.4. Tuscul.3, Pythagoræ autem doctrina quum longè, latèque fluereret, permanauisse mihi videtur in hanc ciuitatem.

Permiaans, pen. prod. Participium, (κατακρύπτων,) vt Conclusiunculæ non permanantes ad sensus. Cic.1.Tuscul 73.

Permanantes, Aduerbium, (κατακρυπτόντως,) Lucret. libro 6.184, Vsque adeò permanantes vis peruadet eius. De magnete lapide.

Parmanesco, permanescis, (κατακρυφθήσομαι,) permanescere. Plaut. Trinum. 4.87, Id solus solum per amicitiam, & per fidem flens obsecrauit, Suo ne quato crederem, néve cuiquam vnde ad eum id
Posset permanescere. Id est, vnde posset rescire.

Permaturesco, permaturescis, permatúrui, (κατασπουδάζομαι,) permaturescere, Prorsus maturi fieri. Colum. libro 3.cap.10.5, Et hoc quidem semen Ciliciæ, Syriæque regionibus ipse vidi mense Iunio Iulinque conseri, & per Autumnum quum permaturuerit rolli.

Pomum permaturuit. Ouid.4.Metam.35.

Permediocris, & hoc permediocre, penul. cor. (πολυμέτριος,) Cic.1.de Orat. 112, Partim qui tolerabiliores volunt esse, & veritatem vitæ propius accedere, permediocres ac potius lentes motus debere esse dicunt.

Permeo, pérmeas, (διαβαίνω, διαπορεύομαι,) permeare, Idem quod Meare, vel prætergredi. Plin. lib.11.cap.29.5, Immensos permeant tractus. Idem lib.8.cap.23, Perrumpit omnes difficultates, permeat spatia, nec nisi armibus arcetur, aut præceleri fuga. Cato cap.40.3, Insuper lingua bubula obtegito, si pluat, ne aqua librum permeet. Alii legunt in librum permãnet.

Permeare, & transire. Cic.4.Acad.114, Erit persuasum etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat.

Orbem permeare. Lucan. lib.2.24,
-dum permeat orbem Ister.

Tot maria & terras permeat. Ouid.4.de Ponto, eleg.11.4.

Permeare extra. Colum. lib.8.cap.15.4, Ita offendunt, si non sunt libera spatia qua permeent extra lacum.

Permeare sub. Plinius lib.31.cap.5.2, Quoniam Alpheus in ea insula sub ima maria permeet.

PERMESSVS, (πιερίδων ὕδωρ,) Fluuius Bœotiæ ex Helicone prouenies, Phœbo & Musis sacer. Virg. eclog.6.13, Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum. Declinatur etiam hic Permessus, huius Permessidis vel Permessidos. Martialis lib.1.7.1, ad Flaccum.
Quid tibi cum Cyrrha, quid cum Permessidos vnda? Strabo lib.9.

Permetior, permetiris, pen. prod. permensus sum, (κατατρέω,) permetiri. Idẽ quod simplex Metiri. Cic.4.Acad.128,
Vos ergo huius magnitudinem quasi decempeda, hunc me quasi malis architectis, mensuræ vestræ ego hoc permensi refertis. De solo. Plin. lib.2.cap.65.3, Permensus montes. Liu.5.bel.Pun.126, Simul altitudinem muri, quantum proxime coniectura poterat, permensus.

Oculis permensi sese. Stat.6. Thebaid.152.

Permetiri, Peragere, perlustrare, inquit Budæus. Cic. de Vniuers.42, Atta men illud perspici & intelligi potest, absoluto, perfectoq; numero temporis, absolutum perfectumque annum tunc compleri denique quum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerunt, quumque eos permensus est idem & semper sui similis orbis.

Permetiri æquor. Virgil.3. Aeneid.32, Nos tumidum sub te permensi

Universidad de Deusto
Biblioteca

clasibus æquor. Id est euecti, inquit Seruius.
Iter darum permensus. Stat. 1. Sylu. 2. 41.
Permensus, Passiuum, (κατεμετρήθης,) Colum. lib. 3. cap. 13. 11, Sic permensum & perlibratum in similitudinem verualli semper procedit.

Permetuo, permetuis, (περιφοβοῦμαι,) permetuere, Valde metuere. Virg. 2. Aeneid. 115,
Et pœnas Danaûm, & deferri coniugis iras Permetuens.

Perminutus, pen. prod. Adiectiuum, (πολυθραυσθ,) Cic. 2. Tuscul. 54, Vt omnia præterea quæ bona corporis & fortunæ putantur, perexigua & perminuta videantur.

Permirus, pen. prod. Adiectiuum, (πολυέκπληκτος,) Cic. ad Appium, lib. 3. 10. 13, Illud verò permirum mihi accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente. Idem 2. de Diuinat. 248, Vt mihi permirum videatur, quenquam extare qui etiam nunc credat iis, quorum prædicta quotidie videat. Et 3. de Orat. 28, Vt mihi permirum sæpe videatur, &c.

Permisceo, permisces, permiscui, permistum vel permixtũ, (κατακεράννυμι, κατεμιγνύω,) permiscere, Valde miscere. Cic. 4. Verr. 86, Non modò illa quæ erant ætatis, ordinis, quæstusque permiscuit: sed etiam in his duobus generibus, ciuium nouorum, veterumque delectum ordinemque turbauit.
Permiscere & confundere. Cic. in Orat. 113, Ego autem sentio omnes in oratione quasi permistos & confusos pedes.
Permiscere omnia. Cic. pro Plancio, 33, Omniaque potius permiscuerunt, quàm ei legi, conditionique parerent.
Permiscere Græciam. Cic. in Orat. 15, Qui si tenui genere vteretur, nonquam ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus esset. Id est perturbare & confundere, inquit Budæus.
Permisceri dulci aqua. Colum. lib. 2. cap. 2. 15.
Permisceri vino. Cic. 12. Philip. 338, Cuius acerbitas morum, immanitásque naturæ, ne vino quidem permista temperari solet.
Cœlum pelago permiscuit Eurus. Silius lib. 15. 141.
Sordes alienius cum splendore clarissimorum virorum permiscere. Cic. in Vatinium, 10.
Permiscere cum. Cic. de Vniuersit. 29, Et eius copulationis alienam permisceus cum materia. Idem 1. de Diuinat. 210, Cernunt ea quæ permisti cum corpore animi videre non possunt. Et 5. Verr. 153, Sed eius rationem cum damnatione Dolabellæ permiscuit.
Fortunam opinione excellentem cum laboribus & miseriis permiscere. Cic. 2. de Orat. 116.
Permiscere in. Plin. lib. 12 cap. 15. 1, Myrrham in iisdem syluis permistam arborem nasci tradidere aliqui, plures separatim.
Permisceri connubio. Plin. lib. 12. ca. 19. 1, Cinnamum nascitur in Aethiopia Troglodytis connubio permista.
Mortes permiscere. Lucan. lib. 7. 21.
Fides permiscenda ruinæ mundi. Lucan. lib. 2. 51.

Permistus, Participium, (κατεμιγμένος,) vt Anima permista toto corpore. Lucret. lib. 3. 71. Cic. 1. de Diuin. 219, Sic animi hominũ, quum aut somno soluti vacãt corpore, aut mẽte permoti per se ipsi liberi incitati mouẽtur, cernũt ea quæ permisti cũ corpore animi videre non pũt.
Corpora viua permista sepultis. Lucan. lib. 2. 31.
Fructus magna acerbitate permistos tuli. Cic. pro Plancio, 75.
Grege permisto pueri, innuptæque puellæ. Stat. 1. Sylu. 1. 3.
Moribus permistis esse. Lucret. lib. 3. 150.
Permista & temperata numeris oratio. Cic. in Orat. 113.
Ruinæ permistæ. Lucret. lib. 1. 218.
Sonitus tubæ permistus lituo. Horat. 1. Carm. ode 1. 5.

Permistè, Aduerbium, (κατεμεμιγμένως,) Cic. 1. de Inuent. 47, Paucitas in partitione seruatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neque permistè cum partibus implicantur. Idem in Partit. 14, Vt quum semel dictum sit directè, sicut natura ipsa tulerit, inuertatur ordo, & idem quasi sursum versus retroque dicatur, deinde idem intercise atque permistè.

Permistio, Verbale, (κατάμιξις,) Cic. de Vniuersit. 60, In qua omnem animum vniuersæ naturæ temperans permiscebat, superisque permistionis reliquias fundens æquabat.

Permitis, & hoc permite, pen. prod. (πολυπτίκτρ,) Valde mite & perfectè maturum significat. Colum. lib. 12 cap. 41. 2, Et integra mala dulcia granata, quæ Punica vocantur, & sorba non permitia diuisa exemptis seminibus.

Permitto, permittis, permisi, pen. prod. permissum, (παραπέμπω,) permittere, pro Mittere, vel transmittere aliquãdo accipitur. Colu. lib. 7. ca. 8. 5, Hoc genus casei pŏt etiã trãs maria permitti.
¶ Permittere, (ἱέναι,) Immittere, incitare: inquit Sipontinus. vt Permittere equum. Liuius 9. ab Vrbe, 115, In quem insignem inter suos cientem pugnam Magister equitum Romanus infesta cuspide ita permisit equum, vt vno ictu exanimem equo præcipitaret. Ibidem, lib. 8. 150, Atque ita concitatos calcaribus permisit, vt sustinere eos nulla vis posset. Et lib. 3. 259, Concitant equos, permittuntque in hostem. Et 9. bel. Pun. 12, Tribuno militum imperat, equites per patentes in hostium acie vias permittere equos iubeat. Sic ibidem, lib. 10. 47.
Carinas permittere turbinibus. Claud. de bel. Gildon. 102.
¶ Permittere, (διδόναι, ἐπιτρέπειν,) Dedere. vt Permittere sese militibus. Liuius 4. bel. Pun. 138.
Permittere se fidei, vel in fidem & potestatem alicuius. Cæsar 2. bel. Gal. 239, Ad eum legatos Iccium & Antebrogium primos ciuitatis suæ miserunt, qui dicerent, se, suaque omnia in fidem atque potestatem Populi Rom. permittere. Liuius 7. ab Vrbe, 201, Quin omissis ira & spe fallacibus authoribus, nos ipsos, nostraque omnia cognitæ permittimus fidei. Idem 6. bel. Macedo. 111, Hæc vna via omnibus ad salutem visa est, vt in fidem se permitterent Romanorum. Curtius lib. 1, Sexaginta dierum inducias pacti, vt nisi intra eos auxilium Darius ipse misisset, dederent vrbem: postquam nihil inde præsidii mittebatur ad præstitutum diem, permisere se regi.
Permittere se in deditionem alicuius. Liuius 8. ab Vrbe, 101, Alii prius quàm vltima adhiberetur vis, ipsum se in deditionem Consulis caducum præsentis permisisse, authores sunt.
¶ Permittere, (συγχωρεῖν, κελεύειν,) Concedere, Tolerare, Sinere. Cic. 1. Tuscul. 106, Præclarè id quidem, qui & amico permiserit, & se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare. Terent. Adelph. 5. 9. 38,
- tibi pater permittimus,
Plus scis quid facto opus est. Liuius 4. bel. Pun. 61, De eo permissum ipsi erat, faceret quod è Repub. duceret esse.

Cogere & Permittere, contraria. Author ad Herennium, lib. 2. 47, Deinde vtrum leges ita dissentiant, vt altera iubeat, altera vetet: an ita vt altera cogat, altera permittat.
Permittere aliquid liberum. Liuius 1. bel. Maced. 21, Neque enim liberum id vobis permittet Philippus.
Arma permittit populis. Lucan. lib. 7. 25.
Permisit Deus. Plin. lib. 12. cap. 19. 4, Metitur cinamomum non nisi permiserit Deus.
Permittere maribus fœminas. Colum. lib. 6. cap. 24. 1, Mense Iulio fœminæ maribus plerunque permittendæ.
Equo permittere habenas. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 1. 19.
Permittere aliquid iracũdiæ alicuius. Cic. pro Sylla, 34, Permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti.
Permittere omnia iudicio alterius, pro Alterum facere iudicem, & ex eius arbitrio omnia statuere. Terent. Phorm. 1. 9. 56,
- eius iudicio permitto omnia, Quod is iubebit, faciam.
Facere coniecturam sine mea argumentatione iudicibus ipsis permittam, quod hoc genus prædandi, &c. Cic. 7. Verr. 18.
Inimicitias cum aliquo suscepras Reip. permittere. Cic. pro Sestio, 26.
Lex iubet, aut permittit, aut vetat. Cic. 2. de Inuent. 230.
Licentiam permittere. Cic. 1. Tuscul. 11, Itaque suos libros ipsi legunt cum suis, nec quisquam attingit præter eos, qui eandem licentiam scribendi sibi permitti volunt. Idem 5. Verr. 23.
Quæ patria hunc permittit morem? Virg. 1. Aeneid. 109.
Totum negotium alicui permittere, Cic. 7. Verr. 81, Poteróne animaduertere in eos, quos dicto audientes esse iussi? missum facere eum cui imperii potestãtemque permisi? Idem pro Cluentio, 97, Ne in vnumquenque nostrum Censoribus in posterum potestatem regiam permittatis.
Potestatem infinitam innumerabilis pecuniæ conficiendæ permittere. Cic. 2. de Lege agraria, 44.
In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ Censori permittitur. Cic. 4. Verr. 91.
Vendendi potestas lege permittitur. Cic. 1. de Lege agraria, 4.
Committere fidei alicuius, & Permittere potestati aliquem. Cic. pro Fonteio, 25, Frugi igitur hominem, Iudices, &c. videtis positum in vestra fide ac potestate, atque ita, vt commissus sit fidei, permissus potestati.
Precibus alicuius permittere aliquid. Stat. 4. Sylu. 1. 7.
Regnum permittere. Cic. pro Sylla, 15, Quo in magistratu non institutum est à me Iudices regnum, sed non permissum.
Permittere vela ventis, Vide O R A.
Sententiis mõicum vitam alicuius permittere. Cic. pro Roscio Amer. 88.
Permittere ad aliquem. Seneca epist. 67.
¶ Permittere, Præcipitare. Silenna lib. 4, Multi præmissis armis ex fumo se permiserent. Nonius.
¶ Permittitur, pen. corr. Impersonale. Plin. lib. 4. cap. 14. 1, Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa traditæ.
Permissus, Partic. (ἀνεμιν θ, συγχωρηθείς,) Liu. 4. ab Vrbe, 129, Cognitionis eius rei L. Sergio & Q. Seruilio, & Manerco Aemylio permissa.
Potestas permissa illis. Lucan. 1. 118.
Permissum est lege. Cic. Plãco in Epist. ad Att. lib. 16. 342. 1, Quibus & lege & Senatusconsulto permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerẽt.
Vti permisso. Horat. 2. epist. 1. 9.

Permissus,

Permissus, huius permissus, (συγχώρησις,) in singulari numero, quartæ declinationis est: in plurali, secundæ, permissi, permissorum. Cicero 1. Offic. 63, Quum enim Annibalis permissu exisset è castris, rediit paulo post. Idem pro Cora. Balbo, 14, Controuersias sedarit, iura ipsorum permissu patuerit. Et 5. Verr. 159, Permissu tuo. Tacit. lib. 2. Veritis, nisi permissu, ingredi Senatoribus.
Permissurus, penul. prod. Participium, (συγχωρησόμενος,) Cic. Q. fratri, lib. 3. 16. 7, Vt facias quod vis, tibi permissurus sum.
Permissio, (συγχώρημα,) Verbale, Idem quod Permissus, nomen. Liu. 7. bel. Maced. 25, Aut ex summa pecuniæ demerent, aut permissionem extra ciuium corpora fieri iuberent.
Grata mansionis permissio. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 11.
Plus valet permissione sanctio. Author ad Heren. lib. 2. 48.
¶ Permissio, Figura est rhetorũ, quæ sic diffinitur ab authore ad Heren. lib. 4. 193, Permissio est, quũ ostendimus in dicendo nos aliquã rem totam tradere, & concedere alicuius voluntati, sic, Quoniã omnibus rebus surreptis tollam mihi superest animus & corpus, hæc ipsa quæ mihi de multis solã relicta sunt, vobis & vestræ condono potestati.

Permodestus, Adiectiuum, (πολυμέτριος,) Cic. ad Atticum, lib. 4. 77. 5, Satis enim acutus & permodestus, ac bonæ frugi. Idem in Catil. 13, Homo enim videlicet timidus & permodestus, vocem Consulis ferre non potuit.
Sensus permodestus. Tacit. libro 1, Verba edicti fuere pauca, & sensu permodesto.

Permodicus, penult. corr. (πολυπάνυστος,) Adiectiuum. A quo
Permodicè, Aduerbium. Colum. lib. 5. cap. 11, Permodicè fiudito. Hoc est valde parum.

Permolestus, Adiectiuum, (πολυαλγεινός,) Vehementer molestus. Cicero ad Atticum, lib. 1. 1 5. 4, Atque hi (nolo enim te permouẽri) non sunt permolesti, sed tamen insident & vrgent, & nullus amantis consilio aut sermone requiescunt.
Permolestè, (πολυαχθαιρόμενος,) Aduerbium. Cic. ad Atticum, lib. 15. 329. 3, De Pistorio vicino tuo permolestè tuli, quemquam prius audisse quàm me. Idem ad eundem, lib. 2. 23. 1. Et 6. Verr. 115.

Permoueo, permoues, penul. cor. permoui, permõtum, pen. prod. Cic. 5. Ver. 121, Quòd siquis sociorũ incõmodis minus mouetur, siquè aratorũ fugit, calamitates, exilia, suspendia denique non permouent.
Aures duras permouimus precibus. Claud. 4. Paneg. 74.
Ira, vel luctu permouere. Quintil. lib. 2. cap. 16. 6.
Adduci & permoueri re aliqua. Cæsar 1. bel. Gall. 11, His rebus adductũ, & authoritate Orgetorigis permoti, constituerunt ea quæ ad profiscendum pertinerent, comparare.
Vehementer permoueri. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 6, Qui imaxiti inter sui dissimiles & mœrentes sedebant, & contagione turpitudinis vehementer permouebantur.
Miseratione mentes iudicum permouendæ est. Cic. in Orat. 72.
In commouendis iudicibus, iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere volumus, permoueri. Cic. 7. de Orat. 102.
Permotus nescio qua animi diuinatione. Cic. Appio, lib. 3. 13 5.
Permotus iracundia, dolore, metu. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195. 9.
Lachrymis permotus. Stat. 12. Thebaid. 118.
Permotus metu. Cic. pro Cecina, 36, Quod si fuisset, & ex eo loco metu permotus fugisset, quum armatos vidisset, &c.
¶ Permotus mente, Quasi de mẽte remotus, pro Insano. Cic. 1. de Diuin. 209, Quòd maximè contingit aut dormientibus, aut mente permotis.
Mare permotum ventis. Lucret. lib. 6. 146.
Permotio, Verbale, (κατακίνησις.) Cic. 4. Acad. 245, Mediocritates illi probabãt, & in omni permotione naturalẽ volebant esse quendam modũ.
Idem 1. de Diuin. 147, Alterã mentis incitatione & permotione diuina?
Permotio & Conciliatio, contraria. Cicc. 2. de Orato. 119, Illa autem, quæ aut conciliationis caula leniter, aut permotionis vehemẽter agunt, contrariis commotionibus inferenda sunt, vt odio, beneuolentia, misericordia, inuidia tollatur.
Permotio animi. Cic. 4. Acad. 245, Atque illi quidem etiam vtiliter à natura dicebant permotiones ilas animis nostris datas ad metum, cauendi causã, misericordiam, ægritudinemque, clementiæ ipsam iracundiam, fortitudinis quasi cotem esse dicebant.
Metis permotione magis quàm natura hæc sentimus. Cic. 2. de Diuin. 13.

Permulceo, permulces, permulsi, permulsum & permulctum, (κατέχω, κηρίζω,) permulcere, Valde mulcere, lenire, mollire, mitigare, leniter attrectare. Cic. in Contentione Metelli, Permulsa atque vegetata. Varro in Satyris, Capite permulso. Salust. lib. 4. Hist. Dum lenita tum ira, postera die liberalibus verbis permulcti sunt. Gell. lib. 1. cap. 11, Nihil adeò in congrediendis hostibus, atque in principiis præliorum ad salutem virtutemque aptius vati, quàm si permulcti sonitus militoribus non immo dicè ferocirent. Cic. de Senect. 5, Præterita enim ætas quanuis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Idem 2. de Natu. deorum 169, Aram quam flatu permulcet spiritus Austri. Ex poeta.
Terque manu permulsit eum. Ouid. 4. Fast. 11.
Permulcere atque allicere. Cic. 2. de Orat. 173, Prima est enim quasi cogitatio & commendatio orationis in principio, quæ continuò eum qui audit, permulcere atque allicere debet.
Solatia vitæ permulcent animos. Lucrer. lib. 5. 5.
Arterias leni voce permulcere. Author ad Heren. lib. 3. 113.
Aures vacuas permulcere. Horat. 1. epist. 17. 5.
Prauis voluptatibus aures assistentiũ permulcere. Quint. lib. 2. ca. 12. 5.
Sonus & numerus permulcent aures. Cic. in Orat. 93.
Colla dracoinum permulsit. Ouid. 7. Metam. 45.
Corda furentum permulsit. Silius lib. 13. 69.
Permulcere iras, Liuius 7. ab Vrbe, 194.
Iucundirate permulcere. Quintil. lib. 2. cap. 5. 6.
Permulcere atque tractare plebem. Liu. 3, ab Vrbe, 63, Paulatim permulcendo tractandoque, mansuefecerant plebem.
Sensum voluptate qui permulcet, pellit. Cic. 2. de Finib. 56.
Permulceri voluptate lætissima. Colum. lib. 12. cap. 2. 4.
Permulcens, Participiũ, (κατακέλευω,) vt mẽbra permulcẽs. Sil. lib. 5. 29,
Candida permulcens liquidis vestigia lymphis. Catul. Arg. 69. 33.

Permultus, Adiectiuum, (πολυπολλός,) Cic. ad Atticum, lib. 14, Sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis causa in hæc loca veniant. Idem 4. Acad. 90. Ad has visiones inanes Antiochus quidem & permulta dicebat.
Imitatores principum permulti existunt. Cic. 3. de Legib. 46.
In faciem permulta iocatus. Horat. 1. Serm. saty. 5. 13.
Permultò, Aduerbiũ. (πολὺ πολλῶ,) Cic. 1. de Diuin. 189, Præsertim quum Chrysippus Academicos refellens, permultò clariora & certiora esse dicat, quæ vigilantibus videantur, quàm quæ somniantibus.
Permultum, Aliud aduerbiũ, (πολὺ πολλόν,) Plaut. Bacchid. 5. 85, Verùm haud permultũ attulit. Cic. ad Atticũ, lib. 14. 318. 6, Et prima illa actio, & hæc contra Antoniũ concio, mihi profecisse permultum videtur.
Permultum interest. Cic. 1. Offic. 10, Sed in omni iustitia permultum interest vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque breuis est, & ad tempus an consultò & cogitatò fiat iniuria.

Permundus, (πολυκοσμός.) Adiectiuũ. Varro 3. de Re rust. ca. 7. 4, Permũdæ sunt enim hæ volucres. De colibis.

Permunio, perminis, pen. prod. permunitui, permunitum, penult. prod. (κατεχυρόω,) permunire, Valde munire, aut absoluere quod munire incœperas. Liuius 10. belli. Pun. 72, Et quæ monumenta inchoauerat, permunit.
Locorumque opportuna permuniuit. Tacit. lib. 5.
Permunitus, penult. prod. (πολυδυνατός,) Participium. Liu. 7. ab Vrbe, 70, Priuernates quum ante mœnia sua castris permunitis consedisset, vocatis ad concionem militibus, &c. Sic lib. 5. bel. Pun. 76.

Permuto, permutas, pen. prod. (ἀλλασσέτω, ἐπιμιμνήσκω, & μεθίστω, παραπείθω, ἀλλάσσω,) permutare. Festus, Permutari id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transferturat cõmutatur, quum aliud pro alio substituitur. Martial. lib. 3. 69,
Permutatur onus, stipatáque tollitur altè.
Permutare cum. Plin. lib. 11. cap. 37. 72, Lien cum iecinore locum aliquando permutat.
Permutare inter. Plaut. Capt. 12. 19, -itaque nomina
Inter vos permutastis.
Permutare in contrarium. Plin. lib. 17. cap. 11. 5.
Permutare quædam ad. Cic. Attico, lib. 16. 331. 3, Quæ quo plus permutasti, quàm ad fructum insularum: id ille annus habeat, in quem itineris sumptus accessit.
Inuicè permutari. Quint. lib. 1. ca. 4. 17, Quid o, atq; u, permutare inuicè.
Figuræ permutantur. Lucret. lib. 2. 104.
Permutare pretio, vel merce. Plin. lib. 9. cap. 55. 1, Qui cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murænarum mutuo appendiranam permutare quidem pretio noluit, aliàue merce.
Permutare aliquid ære alieno alicuius, Commutare in alienum debitũm, & alieni debiti vice accipere. Plin. lib. 9. cap. 38. 2, Praxiteles marmore nobilitatus est, Gnidiaque Venere, præcipuè vetano amore cuiusdam inuenis insigni, & Nicomedis æstimatione regis, grandi Gnidiorum ære alieno permutare cam conati.
Dominos permutare. Horat. 2. epist. 2. 55,
Domos permutare. Claud. 1. in Eutropium, 12.
Fauorem permutare odiis. Claud. ad Adrianum, 1. 1.
Permutare pecuniam, est (inquit Budæus) per mensam mittendam curare. Cic. ad Salustium, lib. 2. 16. 15, Se ait curasse vt cum quæstu populi pecunia permutaretur.
¶ Permutare Rempub. pro Perturbare. Cic. 3. de Leg. 30, C. verò Gracchus ruinis & emissitiis, quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues, nonne omnem Reip. statum permutauit?
Idem de Aruſp. respons. 41, Id post disidium optimatum, de quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso nunc momentur, ita perturbatum, itaque permutatum est.
¶ Permutare, pro Emere. Plin. lib. 31. cap. 8. 1, Singulis millibus nummũ permutantibus congios penè binos. Idem lib. 33. ca. 4. 13, Quanquam auripigmenti libræ XIIII permutarentur. Et lib. 11. cap. 21. 1, Permutatur ea libras XVI. De sericharo. Budæus.

Permutatio, Verbale, (ἀντάλλαγή,) Cic. ad Atticum, lib. 5. 100. 3, Ego præterea rationem Philogeni, & permutationis eius quam tecum feci, edidi. Idem in Parad. 65, Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec surripi potest: neque naufragio, neque incendio amittitur: nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur?

Publica permutatio. Cic. Appio, lib. 3. 5. 11, Per paucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor.

Magna rerum permutatione impendente declinaui paululum. Cicero pro Sestio, 62.

Perturbare literas varia permutatione. Quintil. lib. 1. cap. 1. 19.

Perna, pernæ, (πέρνη,) A pede dicitur, vel à πτέρνα. Pernæ dicũtur tam priores quàm posteriores coxæ porcinæ salitæ cum toto pede, quos Martialis petasones appellat. Plaut. Capt. 13. 81,
Scis bene esse, si sit vnde. B R. pernam atque ophthalmiam,
Horæum, scombrum, &c. Idem Capt. 14. 3. Quanta pernis pestis venit, quanta labes larido! Et Persa, 4. 25, Pernam quidem ius est apponi frigidam postridie. Plin. lib. 8. cap. 51. 4, Castrantur fœminæ sic quoque vti cameli, post bidui inediam, suspensæ pernis prioribus, vulua recisa. Idem lib. 28. cap. 11. 16, Item ossa ex acetabulis pernarum. Cato cap. 162. 1, Pernas sic salire oportet.

Debilis perna. Stat. 4. Sylu. 9. 7.

Fumosa perna. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 24.

¶ Ab huius similitudine, perna etiam piscis dicitur ex concharum genere. Vide Plinium lib. 32. cap. 11. 17.

¶ Perna, etiam in arboribus dicitur. Plin. lib. 17. cap. 10. 5, Aut lisũ; arboribus stoloues vixere. Quo in genere & cũ perna sua auciliatur, partõ; aliquã è matris quoq; corpore auferũt secũ simbiato corpore.

Pernauigo, pernauigas, pen. corr. (περαναύω,) pernauigare, Totum aliquem locum nauigare. Plin. lib. 2. cap. 67. 2 Sub eodem sidere pars tota vergens in Caspium mare, pernauigata, est Macedonum armis.

Pernecessarius, Adiectiuum, (πολὺν ἀναγκαῖος,) Admodum necessarius: vt Tempus pernecessarium, quo maximè oportet aliquid fieri. Cic. ad Atticum, lib. 5. 109. 1, Non esse Romæ meo tempore pernecessario, submolestè fero. Idem ad Qu. fratrem, lib. 2. 15. 7.

Pernecessarius, Valde coniunctus & propinquus. Cic. pro Flacco, 11, Contendisse à Lælio paterno amico, ac pernecessario, vt hanc hoc iudicio arcesseret.

Pernego, pérnegas, pen. corr. (ἐξαρνέομαι,) pernegare, Vehementer, vel omnino negare. Plaut. Mostel. 3. 25, Etiam fatetur de hospite? T B. imò pernegat. Idem Aulul. 30. 35,
- neque id ædepol dixi, neque feci. B. negas?
L. Pernego. Et Menæh. 9. 56, Hercle opinor pernegati non potest. Terent. in Prologo Eunuch. 34, - sed eas fabulas factas prius
Latinas scisse sese, id verò pernegat. Cic. 3. Ver. 74, Sæpe appellari pernegauerũt. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 2. Sic etiam de me pernegat illa viro.

Traditum à se aliquid pernegare. Cic. pro Cœlio, 52.

¶ Pernegãtur, Imperiionale. Cic. 6. Verr. 67, Itaque illo tempore ac primo istius aduentu pernegatur.

Pernicies, perniciẽ, fœm. g. (ὄλεθρος, ὄλετρος, πανολετρία,) Mors, à Pérneco, pérnecas. Nonius, Pernicies, Periculum, exitiũ. Terent. Adelph. 2. 1. 34, Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium. Idem Heaut. 3. 1. 41, - nam vt tu scias
Quàm ea nunc instructa pulchrè ad perniciem sint,
Primùm iam ancillas secum adduxit plus decem. Cic. 3. Verr. 3, Neque tanta fortunis omnium pernicies poterit accedere, quàm opinione Populi Rom. rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari.

Pernicies, & tempestas barathrumque macelli. Horat. 1. epist. 16. 2.

Vini pernicies lymphæ. Catul. ad Puerum, epig. 24. 2.

Labes & pernicies prouinciæ. Cic. 2. Verr. 2.

Pernicies Reipub. & exitium vrbis. Cic. 4. in Catil. 82.

Citra pernicẽm, Vide C I T R A præpositionem.

Detrimentum & pernicies. Cic. 1. de Inuent. 8, Ne mali magno cum detrimento bonorum, & communi omnium periculo plurimum possint.

Pestis & pernicies. Cic. 1. in Catil. 24, Hisce omnibus Catilina cum summa Reipub. salute, & cum tua peste & pernicie, &c. proficiscere ad impium bellum ac nefarium.

Pernicies & Salus, contraria. Cic. 1. de Orat. 30, Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur.

Communis pernicies, Vide C O M M V N I S.

¶ Accessit fortunis pernicies, Vide A C C E D O.

Coniuncta cum magna calamitate Reip. pernicies. Cic. 1. in Catil. 8.

Depellere perniciem à patria. Cic. pro Domo sua, 72.

Facere perniciem alicui. Tacit. lib. 18, Quæ lata in præsens, mox perniciem ipsis fecere.

Ferre perniciem. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 27.

Gliscens pernicies. Tacit. lib. 12, Mox gliscente pernicie, quum arma militum interiecissent, cæsi milites.

Incumbere ad vel in perniciem alicuius, Vide I N C V M B O.

Instructus ad perniciem, Vide I N S T R V O.

Inuenire sibi perniciem. Tacit. lib. 1, Perniciem aliis, ac postremùm sibi inuenere.

Vertere in perniciem. Tacit. lib. 2, Astusque hostium in perniciem ipsis vertebat.

Perniciãlis, & hoc perniciãle, pen. prod. (ἐξώλης,) Quod perniciem affert. Plin. lib. 15. cap. 18. 6, Cato perniciali odio Carthaginis flagrans.

Perniciale disidium. Lucret. lib. 1. 92, - quod nunquam sine perniciali
Disidio potis est seiungi.

Perniciales morbi, Exitiales. Liuius 7. bel. Pun. 135, Eo anno pestilentia grauis incidit per vrbem, agrosque, quæ tamen magis in longos morbos, quàm perniciales euasit.

Perniciale odiũ. Plin. lib. 14. cap. 1. 2, Perniciali & brassicæ cũ vitæ odio.

Pernicialia prælia. Plin. lib. 8. cap. 5. 3.

Pernicibilis, & hoc perniciabile, pen. corr. (πανολέθρος,) Ad mortem omnia docens. Curtius lib. 7, Multos exanimauit rigor niuis insolitus, multorum adusit pedes, plurimorum oculis præcipuè perniciabilis fuit. Tacit. lib. 4, Id perniciabile reo.

Pernicioſus, pen. prod. Adiectiuum, (ὀλέθριος, ὄλεος, ὀυλος, ὀυλόμετος,) Damnum afferens. Cic. de Amicit. 80, Quanquam ista assentatio perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit. Ibidẽ, 70, Itaque in his perniciosus est error, qui existimant libidinum, peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. Idem 1. de Inuent. 2, Is inutilis sibi, perniciosus patriæ ciuis alitur. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 11, Obsequium ventris mihi perniciosius est cur?

Calamitosus & perniciosus. Cic. Antequam iret in exilium, 13, Quæ tamen omnia iam non sunt tam calamitosa, quòd mihi sunt subeundæ quàm perniciosa, quòd in Reip. sunt introducta.

Fœdũ & perniciosum iudicii exitũ lenissimè tuli. Cic. Qu. frat. li. 3. 4. 8.

Nefanda & perniciosa labes ciuitatis. Cic. pro Domo sua, 102.

Perniciosæ leges. Cæsar 1. bel. Ciuil. 29.

Numina cultori perniciosa suo. Ouid. 2. Trist. 3.

Scripta perniciosa authori suo. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 14.

Perniciosior morbus. Cic. 3. Tuscul. 8.

Hostis studiorum perniciosissima. Quintil. lib. 2. cap. 2. 6. De praua inimicem qualiacunque laudandi consuetudine.

Perniciosè, pen. prod Aduerbium, (ὀλετέως,) Damnosè, exitialiter. Cic 3. de Legib. 47, Quo perniciosius de Rep. merentur vitiosi principes, quòd non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. Ibidem, 39, Sapientis autem ciuis fuit causam nec perniciosam, & ita popularem vt non posset obsistì perniciosè, populari ciui non relinquere. Plin. li. 17. ca. 22. 11, Sic perniciosè luxuriat. Cic. ad Att. lib. 14. 309. 3, Quàm dissolutè, quàm turpiter, quamq; ita perniciosè, vt, &c.

Pernicitas, Vide P E R N I X.

Perniger, pen. corr. Adiectiuum, (πολυμέλας,) Valde nigrum significat. Plaut. Pœnul. 16. 150, Specie venusta, ore parvo, atque oculis pernigris.

Pernimium, Aduerbium, (πολὺ ἄγαν,) Terent. Adelp. 3. 3. 39,
- nimium inter vos Demea,
Ac non quia ades præsens dico hoc, pernimium interest.

Pernio, pernionis, m. g. (χίμετλον,) Morbus pedũ ex nimio frigore prouenienes, & calcaneum infestans præcipuè. Plin. lib. 20. cap. 3. 5, Est & rapo vis medica: perniones fermens impositum sanat.

Perniunculus, perniũculi, pen. corr. Diminutiuũ, (χιμέλιον,) Plin. lib. 26. ca. 11. 2, Perniunculos curat & cotyledon cũ axungia. Ibidẽ, Cyclaminos decocta in aqua perniũculos curat, omniaq; alia frigoris vitia.

Pernix, pernícis, pen. prod. à Pernitor, perniteris, (ὀκριβίνων,) Pernenans. Virg. 3. Georg. 47, de tauro ferociẽte, - & inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili. Seruius. Horat. Epod. 2. 39, Pernicis vxor Appuli.

¶ Pernix, (ὠκύπτερος,) Celer. Virg. 4. Aeneid. 36,
- pedibus celerè, & pernicibus alis. Plaut. Pseud. 20. 70, Pernix hic homo est. Idem Milit. 10. 36, Pernix sum manibus.

Pernix irrumpit in aulam. Silius lib. 1. 54.

Pernix fugit Maurus. Silius lib. 4. 76.

Alæ pernices. Virgil. 4. Aeneid. 36.

Pernix canis pecuarius. Colum. lib. 7. cap. 11. 7.

Chorea pernix. Lucretius lib. 2. 128.

Equus quammaximè pernix. Plin. lib. 8. cap. 18. 1.

Fera pernix. Seneca Herc. furente, 4. 4.

Plantæ pernices. Virgil. 11. Aeneid. 144.

Velocitas

Velocitas pernix. Plinius lib. 10. cap. 5. 6.

¶ Vento pernicior. Statius 4. Thebaid. 63.

Volaeri Mauro pernicior Astur. Silius lib. 15. 82.

Solito pernicior Iudex. Stat. 9. Thebaid. 7.

¶ Perniciſsimus. Colum. lib. 3. ca. 9. 5, Vnde sacerdũ certaminum studiosi perniciſsimas, quadrigarũ semina, diligenti obseruatione custodiunt.

Pernicitas, pen. corr. (ὠκύτης,) Velocitas. Plin. lib. 7. cap. 2. 21, Alibi causa villosa, hominem nasci pernicitatis eximiæ. Plautus Menæch. 17. 3, Pernicitas deficit, confitus sum senectute.

Pernicitas & velocitas. Cicero 5. Tuscul. 93.

Adempta equorum pernicitate. Tacit. lib. 16.

Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit. Liu. 9. ab Vrbe, 83. De Papyrio Cursore.

Electi milites ad pernicitatem. Cæsar 3. bel. Ciuil. 308.

Perniciter, pen. corr. Aduerbium, (ὠκέως,) Plin. lib. 8. cap. 14. 1, Vt superuolantes quanuis alte, perniciterque, altes haustia raptas absorbeant, Liu. 6. bel. Pun. 10, Et veni post sese, & desilire perniciter: vbi datum signum esset. Catul. in Carm. Nuptiali, 57. 2,
Nimirum Eoos ostendit noctifer ignes,
Sic certe videt vt perniciter exiluerit.

Pernobilis, & hoc pernobile, penult. cor. (πάνυ γνώριμος,) Cic. 6. Verr. 115. Nam tum ipsa fuit egregiè facta, tum epigramma Græcum pernobile iocisum habuit in basi.

Pernocto, pernoctas, pernoctare, Vide P E R N O X.

Pernosco, pernoscis, pernósci, pernósti, pen. prod. (κατανοέω,) pernóscere, Perfectè noscere. Plaut. Merc. 11. 10, Vbiq; amici qui infideles sint, nequeas pernoscere. Idem Aulul. 19. 30, Vt matronarum hic facta pernouit probè:
Moribus præfectum mulierum hunc fuisse velim. Terent. Andr. 1. 2. 15, Non satis me pernosti etiam qualis sim Sano. Colu. lib. 7, Itaque sicut vetereſ Romani præceperunt, ipse quoque censeo tam pecorum quàm agrorum cultum pernoscere. Cic. de Fato, 16, Qui se profitebatur hominum mores, naturasq; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. Idem 1. de Orat. 9. Penitus pernoscendi. Lucret. lib. 3. 57,
Hinc licet aduertas, animum vt pernoscere possis.

Naturam pernoscere iuris. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 13.

Pernotesco, pernotescis, pernótui, (κατανοέω πάσχω,) pernotéscere. Vnde Pernotuit, impersonale, pro Perfectè & certò cognitum est. Tacit. lib. 14. Atque vbi incolumem esse pernotuit.

Pernox, pernoctis, om. gen. (παννύχιος,) Totam noctem vigilans. Plinius de Luna sic inquit lib. 2. ca. 9, Crescens semper aut senescens. Et modò curuata in cornua, modò æqua portione diuisa, modò finita in orbem, maculosa, eademq; subitò præuitens, immensa orbe pleno, ac repentè nulla: aliàs pernox, aliàs sera, & parte diei solis lucem adiuuans, deficiens, & in deficiu tamen conspicua. Liu. 5. ab Vrbe, 123. Præeliamque: ante lucem (sed ima pernox erat) commissum est, & in mui incertius diutino præliũ fuit. Hoc est totam noctem lucens.

Phœbe pernox. Seneca Hippol. 6. 3.

Tenuis pernox. Seneca Medea, 10. 10.

Pernocto, pernoctas, (πανυχίζω,) pernoctare, Noctem integram vigilare, & insomnem agere. Apuleius, Quin frequens apud eum pernoctarem. Pomponius, Pernoctare extra vrbem dicitur, qui nulla parte nocti in vrbe sit. Terent. Adelph. 4. 1. 15, Sed finite pernocto, causæ quid dicam Syre? Idem Hæcyra, 4. 1. 25,
Nam negabas nuptam filiam tuam posse te pati
Cum eo qui mereticem amaret, qui pernoctaret foris. Plaut. Trucul. 6. 13, Quumq; ita noctem in stramentis pernoctare perpetè. Cic. pro Cluentio, 17, Qui esset adolescens apud mulierculam quandam, atq; ibi pernoctaret, & ibi diem posterum cõmoraretur. Idem pro Archia, 12, Adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugũ, ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Idem pro Domo sua, 63, Propter inopiam tecti in foro pernoctans. Id est dormiens. Et 2. Tuscul. 70, Pernoctant venatores in nine, in montibus vrsis patiuntur. Ouid. epist. 17. 44, Interea pro me pernoctet epistola tecum.

Pernoctare ad ostium carceris. Cic. 7. Verr. 92.

Pernoctare in publico. Cic. 6. Ver. 22, Senator Pop. Rom. quod in vobis fuit, in oppido vestro iacuit, & pernoctauit in publico.

Curis pernoctare. Cic. 5. Tuscu. 97, Quo tandem igitur gaudio affici necesse est sapientis animũ cum his habitantem pernoctantemque curis?

Pernumero, pernúmeras, pen. cor. (κατεριθμέω,) pernumerare, Numerum absoluere. Plaut. Epid. 13. 26.
Age age absolue, atque argentum numera, ne comites morer. S. Pernumeratũ est. Liu. 8. bel. Pun. 183, Paucos moratus dies dum impera tam pecuniam Illergetes pernumerarent. Idem 6. ab Vrbe. 70, Sorni hilo mea turba quàm vltius conspectior erit. Catul. ad Lesbiam, epigr. 7. 3, Quæ nec pernumerare curiosi possint.

Pero, perõnis, pen. prod. masc. g. Genus calceamenti rustici ex corio crudo, contra niues, imbresque & frigora: quòd peram veteres pellem dicebant pendentem à collo ad lumbos. Iuuen. Saty. 14. 19.
- quem non pudet alto
Per glaciem perone regi. Virgilius 7. Aeneid. 138, priscos Latinos perone in bellis vsos ostendit, quum inquit, - vestigia nuda sinistri
Instituere pedis, crudus tegit altera pero. Budæus, Perones tibialia sunt laxa quibus nostrates rustici vtuntur, sic dicta (vt arbitror) quòd peræ modo sint informia.

Peronatus, penul. prod. Adiectiuum, Qui peronibus calceatus est. Persius Saty. 5. 11, Nauim si poscat sibi peronatus arator.

Perobscurus, obscurus. Cic. 1. de Nat. deo. 1, Perobscura quæstio.

Perobscura fama. Liu. 1. ab Vrbe, 67, Manauit enim hæc quoque, sed perobscura fama.

Perodiosus, pen. prod. Adiectiuũ, (πολυμίσητος,) Valde odiosum significat. Cic. ad Atticum, lib. 10. 208. 2, Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

Peroleo, pérolet, penul cor. perolui vel peroleui, (πολυ ὄζω,) perolere. Val. de olere. Lucil. lib. 30, Quis totum sit corpus iam perolesse bifulcis.

Peropportunus, pen. prod. (πολυκαίριος,) Adiectiuum. Valde opportunus. Cic. 2. de Orat. 120, Sed tamen defessus iam labore, atque itinere disputationis meæ, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diuersorio.

Peropportuna victoria. Liu. 10. ab Vrbe, 222, Nec Populo Rom. magna solùm, sed peropportuna etiam ea victoria fuit iquia, &c.

Peropportune, pen. pro. Aduerbium, (πολυκαιρίως,) Liu. 1. ab Vrbe, 184, Peropportunè ad præsentis quietem status, &c.

Peropportunè venis. Cic. 1. de Nat. deorum, 35.

Peropportunè fortuna te obtulit. Cic. 7. Verr. 32.

Peropus, est, pro, Valde opus, (μεγάλως δεῖ.) Terẽt. And. 1. 5. 30, Sed nunc peropus est aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa adnersum hunc loqui.

Peroriga, perórigæ, penult. corr. quid significet, declarat Varro 2. de Re rusti. cap. 7. 7, de equis loquens his verbis, Perori ga enim appellatur quisquis admittit: eo enim adiutante, equa alligata celerius admittitur. Ibidem, cap. 8. 4, Eodem tempore quo equos adducentes, iidemque vt ineant equas perorigas curamus.

Perorno, perornas, (κατακοσμέω,) perornare, Valde oroare. Tacit. lib. 16, Detraheret, potius Senatui, quem peromauisset, infamium tanti flagitii.

Peroratus, pe. pr. (κατακοσμημένος,) Participiũ, siue Nomẽ ex participio. Cic. de Claris Orat. 81, Crassus in dicẽdo & peroratus & breuis.

Peroro, peroras, penu. prod. (ἀνακεφαλαιόω, τελειόω,) perorare, Finem orationis facere. Cic. 4. Acad. 263, Et quoniam satis multa dixi, est mihi perorandũ. Idem 4. de Finib. 3, Quam ego te hac noua lege videam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac mea causa tempus dilaturum putas? Et pro Quintio, 19, Hæc tria quum docuero, perorabo.

Cõcludere & perorare. Cic. 2. de Orat. 45, Alii iubẽt antequã peroretur, ornandi aut agendi causa digredi, deinde concludere ac perorare.

Breui perorare. Cic. 1. de Inuent. 102.

Ad arbitrium alicuius perorare. Cic. in Vatinium, 20.

Narrationem perorare. Author ad Herenn. lib. 1. 17.

Perorare causam aliquam, vel litem. Cic. pro Quintio, 51, Mihi perdifficile est contra tales oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. Idem 3. Offic. 57, Tantum dabit amicitiæ, vt verã amici causam esse malit, & vt perorandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Quædam exemplaria omittunt per.

Perorare in aliquem. Plin. lib. 29. cap. 1. 8, Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum transiliuit, delentem cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnis æui medicos perorantem. Quintilian. lib. 2. cap. 4. 17, De iis loquor, quibus citra personas in ipsa vitia moris est perorare. Idem lib. 11. cap. 1, Quid asperiorem habere frontem potest, aut quid aures hominum magis respuunt quàm quum est filio, litiue aduocatis in matrem perorandum?

¶ Perorare orationem, pro Finire alicuius libri sermonem, & eum vsque ad finem ducere sine vlla interruptione. Cic. 1. de Legibus, 107, Video enim Platonem idem fecisse, omnemque orationẽ eius de legibus, peroratum esse vno æstiuo die. Id est, dialogum peractum, ait Budæus.

Perorare certum aliquod crimen. Cic. 5. Verr. 130, de qua quum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo.

¶ Perorari, Passiuũ. Cic. pro Quint. 18, Queritur priore patrono cãm defendente, nunq; perorari potuisse. Hoc est orationem ad finẽ duci.

¶ Perorare, Affectus ipsos cõmouere. Quintil. Declamat. 6, At ista lege recitat, & in cadauer filii perorat. Id est, indignationem commouet.

¶ Locus perorandi, vbi plurimum pollet oratio. Cic. de Claris Orat. 99.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peroratus, pen. prod. Participium, (ἀνοπφαλαιωθείς,) Cic. 7. Verr. 2, Causa propè peroratà. Propert. lib. 4. eleg. 11. 11.
Peroratio, Verbale, (ἀνοπφαλαίωσις, ἐπίλογος,) Cic. de Claris Orat. 65, Extát eius peroratio, qui epilogus dicitur.
Conclusio orationis & peroratio. Cic. 2. de Orat. 45.
Incendit peroratio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 54, Peroratio incendit, & plenos dat conlaqueate
Inflammans & restinguens omnia peroratio. Cic. in Orat. 67.
Peti fletum perorationibus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 6, An quum ille, qui plerisq; perorationibus petitur, fletus crûpit, nó palàm dicta sententia est?

Perosus, pen. prod. Adiectiuum, (δυσμαστος,) Qui magno odio aliquem prosequitur. Liuius 3. ab Vrbe, 141, Iam plebs præter quàm quod COSS. nomen haud secus quàm regum perosa erat, ne Tribunitium quidem auxilium cedentibus inuicem appellatione Decemuiris quærebat.
Rex arma perosus. Ouid. 3. Fast. 116.
Commercia nostra perosus. Lucan. lib. 9. 173.
Exilium longum perosus. Ouid. 8. Metam. 37.
Fœmineum genus perosi. Virg. 9. Aeneid. 19.
Lucem perosi. Virg. 6. Aeneid. 87.

Perpaco, perpacas, pen. prod. (διηνεκεῶ,) perpacare, Pacatum, & tranquillum reddere. Liu. 6. bel Maced. 89, Paucosq; per dies omnibus perpacatis, sine vllius noxa vrbia, &c. Plin. de Viris illust. 33, Marcus Curius Dentatus primò de Samnitibus triumphauit, quos vsque ad mare supernum perpacauit.

Perparce, Aduerbium, (πάνυ φειδομένως,) Terent. And. 2. 6. 24, & quod dicendum hic fiet,
Tu quoque perparcè ninium.

Perparum, pen. corr. Aduerbiũ, (πολυολίγον,) Cic. 5. Verr. 111, Perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire.
Quidam legunt perparuum.

Perparuus, Adiectiuum, (πολυμικρος,) Plaut. Trucul. 2. 1, Perparuam partem postulat Plautus loqui de vestris magnis Atq; amœnis mœnibus. Cic. 1. de Legib. 77, Quæ & quũ adsunt, perparua sunt: & q̃diu affutura sint, certũ sciri nullo modo pót.
Semina perparua. Lucret. lib. 3. 44.
Perpáruulus, penult. corr. Diminutiuũ, (πάνυ σμικρος,) Cic. 6. Verr. 85, Duo tamen sigilla perparuula tollunt.

Perpaucus, Adiectiuum, (πολυπάνυ,) Terent. Eunu. 3. 1. 19, & imò sic homo est
Perpaucorum hominum. Cic. 4. Acad. 139, Erat quidem, si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis.
Exempla perpauca. Lucret. lib. 2. 1. 209.
Perpauculus, pen. corr. Diminutiuũ, (πάνυ σμικρος,) Cic. 1. de Legib. 81, Deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

Perpauefacio, perpauefacis, perpauefeci, perpauefactũ, (παντροίω,) perpauefacere, Valde pauefacere, & pauorem incutere. Plaut. Stícho, 3. 28, Perplexabiliter eatum hodie perpauefaciam pectora.

Perpaulum, (πολυτυτέω,) Aduerbium, ex per & paulum, quod à Parum derliuatur. Cic. 1. de Finib. 29, Declinare dixit atomum perpaullùm, quo nihil posset fieri minus.
Perpáululum, pen. corr. Diminutiuum, (πολυτυτέον,) Cic. 1. de Orat. 82, Inter ingenium quidem & diligentiam perpaululum loci reliquum est artí. Ibidem, 130, Nam te in viam simul ac perpaululum gustaui, extrudam & eiiciam.
Perpauxillum, Diminutiuum, (πολυτυτέον,) Plaut. Cape. 4. 74.
- sed si pauxillum potes Contentus esse. E. - nœ, perpauxillũ modo.

Perpauper, Adiectiuum, (πολυπένης,) Valde pauperem significat. Cic. ad Atticũ, lib. 6. 1 14. 7, Erat enim rex perpauper. De Ariobarzane.

Perpauxillum, Vide PERPAVLVM.

Perpello, perpellis, perpuli, penult. corr. perpulsum, (ἀνεγκαλέω,) perpellere, Inducere, obtrudere, cogere. Plaut. Epid. 2. 78, Ego primũ miser perpuli meis dólis sené. Idẽ Bacchid. 1. 5. 5, Callidis dólis cõpuli & perpuli, mihi omnia vt crederet. Teré. And. 4. 1. 38, Suadere, orare vsqueadeo donec perpulit. Ibidem, 5. 1. 9,
Perpulisti me vt homini adolescentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem in seditionem. Liuius lib. 1, Incensam multitudinem perpulit vt imperium regi abrogaret. Idem 2. ab Vrbe, 233, Nec tamen perpelli potuere vt acie dimicarent. Cic. pro Cœlio, 28, Candor huius te, & proceritas, vultus, oculique perpulerunt.
Aliquem perpellere. Cic. 1. de Orat. 11, Serg. Galbam memoria teneo diuinitũ hominẽ in dicendo, & M. Aemylium Porcinam, & Cn. ipsum Carbonem, quem tu adolescentulus perpulisti, ignarum legum, &c.
Perpellere ad deditionem. Liuius 2. bel. Maced. 52. Quum scalas ad mœnia erexisset, eodem metu perpulit ad deditionem.

Perpendiculum, perpendiculi, pen. corr. (κανόνιον, ἀλίμπα,) Instrumentum fabri materiarii, seu cæmentarii, quo plumbo à filo & gnomone pendente, rectitudo seu obliquitas operis perpenditur, id est examinatur. Asconius, Perpendiculum, linea, laterum æqualitatem à summo ad imum latitudine probans. Vitruuius lib. 7, de tectorio loquẽs, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. Plinius, Structuram ad normam & libellam fieri, ad perpendiculum respondere oportet. Cic. lib. 2. Acad. apud Nonium, Atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. Idem 3. Verr. 94, Tu Verres hic quod moliare, nihil habes: nisi fortè vis ad perpendiculum columnas exigere: homo omnium rerum imperitus, quæ rit, quid sit ad perpendiculum: dicunt ei, ferè nullam esse columnam, quæ ad perpendiculum esse possit. Idem ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 4, Columnas neque rectas, neque à regione Diphilus collocatas eas scilicet demolietur, & aliquando perpendiculo & linea discet vti.
Peruntur grauitate ad perpendiculũ atomi rectis lineis. Cic. de Fato, 15.
Ad perpendiculum facere. Plin. lib. 35. cap. 14. 4, Sunt enim æterni, si ad perpendiculum fiant. De parietibus lateritiis.
Perpendiculàris, & hoc perpendiculàre, pen. prod. (κατετικός,) Geometræ vocant quod rectè in aliquid incidit: vt radii solis rectè ex alto in aquam descendentes, perpendiculares appellantur: illos integros, hos confractos in aqua videmus apparere.

Perpendo, perpendis, perpendi, perpensum, (κατεφαιμάομαι,) perpendere, Diligenter considerare. Cic. de Amicitia, 80, Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpeditur? Idem 5. Verr. 184, Sed eius æquitas aratorum commodo & voluntate perpeditur.
Dirigere & perpendere aliquid ad. Cic. pro Mutena, 70, Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt: sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperientur prauissima.
Perpendere & iudicare. Cic. 3. de Orat. 83, Vulgò de oratoribus ab imperitis dici solet, bonis verbis, aut aliquis non bonis vtitur, non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu iudicatur. Et Qu. Cic. de Petit. Consul. 16.
Perpendere diligenter. Cic. pro Murena, 1, Et primum, M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Quintil. Tryphoni, 2.
Iudicio acri perpendere. Lucret. lib. 2. 208.
Perpensus, Participium, (κατεφαιμάομαι,) vt
Perpensum & exploratum habere. Colum. lib. 3. ca. 3. 1, Vt antè perpensum & exploratum habeamus an locupletet patremfamiliàs vinearum cultus.

Perpensa, (βάκχαρις,) herba. Plin. lib. 21. cap. 19. 9, Baccar in medicinæ vsu est: aliqui ex nostris perpensam vocant.

Perperam, pen. corr. Aduerb. (φάλως,) Prauè, peruersè. Plaut.
- Mil. 8. 24, Quæ te intemperiæ tenent, qui me perperam perplexo appelles Nomine? Idem Casin. 9. 15,
- atque adeò dum mihi cupio, perperam
Iam dudum hercle fabulor. Et Milite, 7. 38,
- ita me infimulatam perperam
Fuisse somniui Terent. Phorm. 5. 1. 18.
Conclusam hic habeo vxorem sæuam: verùm istoc de nomine
Eo, perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes foris Effutiretis.
Perperam pronuntiare, Corruptè, & vitiosè. Plin. epist. 49. 4, Meminì quendam ex amicis, quum lector quædam perperam pronuntiasset, reuocasse, & repeti coegisse.
Constitutæ perperam res. Cic. 1. de Inuent. 114.
Rectè & Perperam, contraria. Cic. pro Cecinna, 50, At est aliquando contrà iudicatum: primùm vtrum rectè an perperam. Liuius 1. ab Vrbe, 95, Rectè an perperam interpreter, fuerit ista eius deliberatio qui bellum suscepit. Idem pro Quintio, 16, Quemadmodum solent homines nobiles, seu rectè, seu perperam facere cœperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo nostro loco natus assequi posset.
Nequiter & perperam. Author ad Heren. lib. 2. 35, Deinde qui illud fecerit tam nequiter, eundem hoc tam perperam fecisse, non esse mirandũ.
Perperam iudicare. Cic. 4. Verr. 40.

Perpera, perperum, penult. corr. (πίππερος,) Indoctus, stultus, rudis, insulsus. Accius Pragmaticis, Describere eum miror perperos popularis. Nonius.
Perperos Græcè, dicitur instabilis, leuis, & mentis inops.

Perperitũdo, pen. prod. (περιπέρωτης,) Stultitia, insulsitas. Accius Pragmaticis, Et eo plectuntur poetæ, quàm suo vitio sæpius doctibilitate nimia vestra aut perperitudine.

Perpes, perpetis, pen. corr. o. g. (ἀείδιος,) Idem quod Perpetuus vt Noctem perpetem dormire. Plaut. Amphit. 4. 126,
Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo,
Nisi item vnam, verberatus quam perpendi perpetem. Ibidem, 2. 2. 1. Ibi

Ibi emaui, atque ibi quieui in naui noctem perpetem. Idem Trucul. 6. 13. Quumque ita noctem in stramentis pernoctare perpetem.
Perpetim, penul. corr. Aduerbium, (ἀεῖδιον,) Perpetuò. Plin. lib. 20. cap. 6. 1. Ita vocatur vicus aciem hebetans, & in angulo oculi, perpetim humor emanans.

Perpetior, perpeteris, pen. corr. perpessus sum, perpeti, pen. corr. (περιπάσχω, περιπατέω,) Idẽ quod Pati, aut fortiter pati. Plaut. Asina. 1. 5. 17. Verùm istam amo, aliam tecum esse equidem facile possum perpeti. Terent. Eunuch. 1. 1. 3.
- an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias? Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 10.
Nónne tibi affirmaui quiduis me potius perpessurum, quàm ex Italia ad bellum ciuile me exiturum? Catul. ad Mallium, epigram. 65. 2.
Quem neque sancta Venus molli requiescere somno
Desertum in lecto cœlibe perpetitur.
Nunquam perpetiar. Cicero 5. Verr. 10. Hæc tu, tametsi omnium hominum dissolutissimus, crudelissimusque semper fuisti, tamen nunquam perpeterêre.
Perpeti & perferre. Cic. 5. Verr. 112.
Perpeti & perferre facile omnes. Cic. 1. de Orat. 43.
Sufferre & perperi aliquid. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 10. Malim nisi hoc peius sit, hæc sit, hæc sufferre & perpeti.
Dolorem perpeti. Cic. 1. de Finib. 75. Idem etiam dolorem sæpe perpeiuntur: nisi id non faciant, incidant in maiorem.
Iram cælique marisque perpetimur. Ouid. 14. Metam. 95.
Mendicitatem multi perpetiuntur, vt viuant. Cic. 5. de Finib. 56.
Perpeti & perfungi multa pro aliquo. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 17. Vt mihi tam multa pro se perpesso, atque perfuncto concederet, vt, &c.
Omnia perpetiar. Propert. lib. 2. eleg. 27. 7.
Perperi quiduis. Cic. 5. Verr. 37. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de istius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent.
Vltima perpetior. Ouid. 2. Trist. 38.
Perpessu difficilis. (πῦ πάσχειν χαλεπός,) Cic. 4. de Finibus, 117. Fortioréque in patiendo dolore, si cum asperum & difficilem perpessu, & contra naturam, quàm si malum esse dixero. Idem 2. Tuscul. 30. O multa dictu grauia, perpessu aspera.
Perpetiens, Participium. (περιπάσχων,) Cic. 2. de Finib. 106. Qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluntarius.
Perpessus, Aliud participium, (περιπαθών,) vt Damna perpessus. Claud. 5. Paneg. 51.
Ventos perpessus & imbres. Virgil. 9. Aeneid. 12.
Vincla turpia perpessus. Propert. lib. 2. eleg. 3. 11.
Perpessio, Verbale, (περιπάθησις,) Actus iple perpetiendi. Ci. 2. de Inuẽt. 242. Patientia est honestatis aut vtilitatis causa rerum arduarum ac difficilium volũtaria ac diuturna perpessio. Sic pro Rab. perduel. reo, 11. Et 1. de Finib. 74. Item 2. Tuscul. 61.
Perpessitius, Adiectiuum, qui patiendo assuefactus est. Seneca epist. 54. Leuis moriuncula decipit: sed vbi creuerit, & vera febris exarserit, etiam duro & perpessitio confessionem accipit.

Perpetro, perpetras, pen. cor. (διαπεράτωμαι,) perpetrare, Ex per & patro, significat Perficere, authore festo. & plerunque in malam partem sumitur. Plaut. Casin. 16. 58. Nã cur non ego id perpetrem quod occœpi, vt nubat mihi? Idem Trucul. 9. 12.
Malè quod mulier incœpit, nisi efficere perpetrat,
Id illi morbo, id illi lento est. Idem Pseud. 2. 2. 19. Postquam opus meum vt volui, omne perpetraui, fugatis hostibus, &c.
Perpetrare cædem. Liu. 2. ab Vrbe, 11. Posteaquam iuuenes perpetrata cæde pergere ad se gratulantes vidit, extemplò, &c.
Iudicium perpetrare. Tacit. libro 13. Cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat.
Perpetrátus, pen. prod. Participium, (διαπεραιωθείς,) vt Perpetrato bello. Liu. 4. belli Pun. 205. Perpetrato bello, tum consultandum vtrum defectio prior plus merita sit pœnæ, an hic reditus veniæ.
Pugna perpetrata. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Sacrificio ritè perpetrato. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Perpetratis omnibus quæ ad pacem deùm pertinent. Liuius libro, 4. bel. Punici.

Perpetuus, Adiectiuum, (ἀείδιος,) Solidum, non concisum in fro spatio intermissum. Plautus Asina. 1. 2. 131. Opto annum hunc perpetuum mihi huius operas. Terent. Hecyra, 1. 2. 12. Biennium ibi perpetuum miserà illum tuli. Plautus Rud. 2. 0. 39.
- perpetuam noctem
Vix hodie ad littus pertulit nos ventus exanimatas. Terent. Adelph. 4. 1. 4. Triduo hoc perpetuo.
Perpetuus & Annuus, contraria. Ci. Post reditum in Senatu, 3. Respublica sine Consulibus esset, neque solùm parentibus perpetuis, verùmetiam tutoribus annuis esset orbata, sententias dicere prohiberemini.
Perpetuus & idem, Vide IDEM.
¶ Acies perpetua. Plinius libro octauo, cap. 30. 2, Acies ei perpetua in vtraque parte oris.
Affinitas perpetua. Terentius Hecyra, 2. 2. 10, Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc.
Aedes perpetuæ ruunt, Id est totum ædificium, Plaut. Mostel. 3. 46.
Aetas perpetua. Lucret. lib. 3. 201.
Aeuum perpetuum. Lucret. lib. 5. 33.
Agmen perpetuum totius Italiæ. Cicero in Pisonem, 40, At meus quidem is fuit, vt à Brundusio vsque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem.
Alimenta perpetua. Plin. lib. 7. cap. 36. 1, Quo miraculo matri salus donata filiæ pietate est, ambæque perpetuis alimentis. Subaudi, donatæ.
Firma & perpetua amicitia. Qu. Cic. de Petit. Consul. 18.
Amor perpetuus. Liuius, Modo sit perpetuus huius qua viuimus pacis amor.
Carmen perpetuum. Ouidius 1. Metam. 1,
- primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Cibus perpetuus. Plautus Persa, 10. 1,
Quæ res bene vortant mihi & tibi & ventri meo,
Perennitatisque adeò huic perpetuo cibo Vt mihi superfit.
Consuetudo alicuius perpetua. Cic. pro Milone, 38.
Assidua & perpetua cura. Cic. Ligario, lib. 6. 1 3. 4.
Perennes & perpetui cursus stellarum. Cic. 2. de Nat. deor. 79.
Cóstans & perpetua defensio salutis meæ. Cic. Post reditu in Senatu, 16.
Longior & perpetua disputatio. Cic. 2. de Orat. 10.
Febris perpetua, quam Cellsus continuam appellat. Plinius libro septimo, cap. 51. 2.
Festiuitatis perpetuæ genus. Cic. 1. de Orat. 121.
Fides solida & perpetua. Plautus Merc. Si quidem isti dicto solida & perpetua est fides. Cæsar in Commentariis, Pro vetere ac perpetua in me fide.
Flos æui perpetuus. Ouid. 9. Metam. 88.
Fœnore perpetuo vt dacerentur centesimæ, Senatusconsulto factum est. Cic. Attico, lib. 5. 110. 17.
Formido perpetua. Virgil. 4. eclog. 3.
Fossa perpetua. Cæsar in Comment. Perpetuæ fossæ quinos altæ pedes ducebantur.
Perpetui & vniuersi generis quæstio. Cic. 2. de Orat. 77.
Historiam rerum gestarum perpetuam complecti. Cicero Lucceio libro quinto, 12. 20.
Imbres perpetui. Horat. 1. Carm. ode 7. 4.
Ira perpetua. Ouid, 3. Trist. eleg. 5. 4.
Iuuenta perpetua. Virg. 4. Aeneid. 7.
Languor perpetuus. Ouid. 3. Trist. eleg 8. 6.
Perpetuæ & æternæ legis vis. Cic. 1. de Nat. deorum, 58.
Malum perpetuum. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 1.
Stabilis & perpetua mansio in ratione bene consyderata: est definitio perseuerantiæ Ciceroni 2. de Inuent. 242.
Montes perpetui, Multi & continui. Liuius, Saltus perpetuis montibus inter se iuncti.
Morbum perpetuum iurare. Cic. Attico, lib. 12. 240. 2, Quod si erit durius, veniam, & ipse perpetuum morbum iurabo.
Nox perpetua. Ouid. 7. Metam 1.
Oratio perpetua. Cic. Attico, lib. 1. 11. 14, Clodium præsentem fregi in Senatu cum oratione perpetua plenissima grauitatis, tum altercatiõe. Liu. de bello Macedonico, Perpetuis orationibus, die assumpto. Cic. 3. Verr. 16, Vtar oratione perpetua. Ibidem, 2. 33, Siquis erit qui perpetuam orationem, accusationemque defyderet, altera actione audiet.
Paludes perpetuæ. Cæsar in Comment. Erant perpetuæ paludes. Idem, Palus perpetua intercedebat.
Pax perpetua. Ouid. 4. Fast. 82.
In pace perpetua esse. Cic. 3. in Catil. 72.
Præda perpetua. Plautus Rud. 2. 3. 6 2, Euge salua res est, præda hæc perpetua est mea. Hoc est, tota est mea.
Quæstiones perpetuæ. Cic. de Claris Orat. 54, Nam & quæstiones perpetuæ, hoc adolescente constitutæ sunt, quæ antea nullæ fuerunt.
Risu perpetuo contendere illa. Ouid. 3. de Arte, 57.
Sacra perpetua. Cic. 1. de Legibus, 77.
Satio perpetua atque æquabilis. Cic. 5. Verr. 92.
Sermo perpetuus. Lucret. lib. 4. 1 10, Perpetuus sermo nigrai noctis ad vmbram.
Sitis perpetua. Ouid. 1. amor. eleg. 8. 23.
Sopor perpetuus, Mors. Horat. 1. Carm. ode 14. 1.
Studium perpetuum in aliquem. Cn. Magnus Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 8. 1 58. 1.
Sumptus perpetuos suppeditare. Cic. 2. Offic. 60.
Taciturnitas perpetua. Cic. 3, Verr. 56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trabes perpetuæ. Id est solidæ & non coagmentatæ inquit Budeus. Cesar lib. 6. Trabes directæ, perpetuæ in longitudinem.
Virginitas perpetua. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 3.
Vita perpetua. Lucretius lib. 3. 5.
Perpetuæ & contextæ voluptates. Cic. 5. Tuscul. 136.
¶ Non est perpetuum. Budæus, Perpetuum pro generali accipitur, & quē semper obtinet. Paulus in L. Quum hæreditas. ff. ad Senatusc. Tre bel. Quum hæreditas ex fidei commissi causa restituta est, si antè cum hærede compromissum sit, puto fidei commissarium cauere debere hæredi, nam quod dicitur retinere eum oportere, non est perpetuum. Id est non semper accidit. Celsus lib. 2. cap. 10. Antiqui primam vltimāque ætatem, sanguinis detractionem sustinere non posse iudicabāt. Postea verò vsus docuit, nihil ex his esse perpetuum. Interest enim non quæ ætas sit, sed quæ vires sint. Ibidem. Quum sit autem minime crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est. Id est non vsquequaque verum est.
Perpetuum & sempiternum. Cice. 4. in Catil. 90. Ignem Vestæ perpetuum ac sempiternum.
Vt sint humana, nihil est perpetuum datum. Plaut. Cistel 4. 45.
In perpetuum. Cic. pro Cn. Plancio, 73. Ego verò si tum illorum impiorū ferro ac manu concidissem, in perpetuum Resp. ciuile præsidium salutis suæ perdidisset. Idem ad Memnium, li. 13. 3. 2. Ipsum præterea summo officio & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris.
Paulisper & In perpetuum, contraria. Cice. 1. in Catil. 22. Hoc autem vno interfecto, intelligo hanc Reipub. pestē paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse.
In perpetuum res suas alienare. Cic. 2. de Lege agraria, 69.
Perpetuum, Aduerbialiter positum, (διηνεκῶς,) Assiduè, semper. Plaut. Epid. 2. 15. Quid agis? perpetuum valuisti? Terent. Adelph. 4. 1. 6. Misere nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere.
Perpetuò, Aduerbium, Idem, (διηνεκῶς,) Plaut. Merc. 7. 46. Vsquéne valuisti? c. perpetuò recté. Idem Menæch. 24. 89. Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuò vt siem. Teren. And. 3. 3. 33.
– at ego non posse arbitror,
Neque illum hanc perpetuò habere, neque me perpeti. Cic. 7. Ver. 67. Quid ciuitates, quæ in amicitia, fideque Populi Rom. perpetuò mansérant! Sic 4. Verr. 2. Et Cæsar 8. bel. Gall. 95.
Virens perpetuò bruxus. Ouid. 10. Metam. 20.
Perpetuò perii. Terent. Adelph. 2. 4. 19.
– ne si magis irritatus fiet,
Aliquid ad patrem hoc permānet, atque ego tunc perpetuò perierim.
Idem Eunuch. 5. 9. 13. Nunquid Gnato dubitas quin ego perpetuò perierim! Ibidem, 4. 11. Maturè vt quum cognorit, perpetuò oderit.
Perpetuo, perpetuas, pen. cor. perpetuare, Sine intermissione continuare. Plaut. Pseud. 5. 73. Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data. Cic. 3. de Oratore, 100. Vt si coi sit infinitus spiritus datus, tamē eum perpetuare verba nolimus. Idem pro P. Sylla, 48. Semper Cæcilius in calamitate fratris sui iudicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putauit.
Perpetuitas, pen. corr. perpetuitátis, fœ. g. (ἀϊδιότης,) Continuatio. Plin. in Panegy. 151. Ac te præcipuè Capitoline Iupiter precor, vt beneficiis tuis facias, tantisque addas muneribus perpetuitatem. Cic. 2. de Finibus. 138. Qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando amissis illis sit miser.
Sermonis perpetuitas. Cic. 2. de Orat. 121. Non enim ferè quisquam reperietur præter hunc, in vtroque genere excellens, & in illo quod in perpetuitate sermonis, & hoc quod in celeritate atque dicto est.
Perpetuitate & quasi connexione verborum vtendum non semper est. Cice. 3. de Orat. 105.
Perpetuitas laudis. Cic. ad Furnium, lib. 10. 25. 8. Cuius est hæc summa, vt omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione maioremque fructū ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate Præturæ.
Perpetuitas voluntatis. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 21. 4.
Fidelis ad perpetuitatem benevolentia. Cic. 2. Offic. 31.
Perpetuitas & constantia. Cic. 5. Tusc. 46. Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia.
Vitæ perpetuitas. Cicer. 1. Offic. 167. In tota vita constituenda, multo est maior rei cura adhibenda, vt cōstare in vitę perpetuitate possimus nobismet ipsis, nec in vllo officio claudicare.
Temporis et sequentis perpetuitas. Cic. 1. Tuscul. 155.
Causa perpetuitatis machinata est natura mares & fœminas. Cicero 2. de Natura deorum, 192.
¶ Perpetuitas, pro Immortalitate. Cic. de Vniuersi. 57. Neutiquam tamē dissoluemini, neque vos vlla mortis fata perimentnec fraus valentior quàm consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quàm illa quibus estis tum quum gignebamini, colligati.
Perpetuilis, & hoc perpetuile, pen. prod. (καθολικός,) Quintil. lib. 2. cap. 14. καθολικά, id est (vt dicamus quo modo possumus) vniuersalia vel perpetualia.

Perpetuárius, Adiectiuum, Budæus, In titulo De locatione prædiorum ciuilium vel fiscalium per totum titulum, hæc dictio perpetuarius cōductorem & colonum significat qui perpetuò rem conduxit, Prædia domus nostræ si semel iure perpetuo apud aliquem fuerunt, ad alium trāsferre perpetuarium non oportet. Et iubinde codē modo. Sunt etiam alibi fundi perpetuarii ad distinctionem, vt videtur, emphiteuticorum.
Perpetuarius multo dicitur Senecæ in ludo de morte Claudii, qui sine intermissione labori semper est intentus.

Perpictus, (πολυγραφής,) Pictione Per, augendi significationem habēte. Ouid. 10. Metam. 53. Lilia, perpictæque pilæ.

Perplaceo, perplaces, pen. corr. perplacui, perplacitum, penulti. corr. (καταρέσκομαι,) perplacere, Valde placere. Terent. Heaut. 5. 5. 22.
– egomet habeo propemodum
Quam volo. 5. nunc laudo gnate. c 2. Archonidis filiam.
5. Perplacet. Cic. Attico, lib. 3. 65. 7. Sed si est aliquid in spe, vide legē quam T. Fadio scripsit T. Vitellius: ea mihi perplacet.

Perplexus, Adiectiuum, (κατάπλεκτος,) Intricatus. Plautus Mitte, 8. 24.
Quis te intemperiæ tenent, qui me per eam perplexo appellas Nomine? Plinius lib. 9. cap. 2. 1. Perplexis, & in semet aliter atque aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis seminibus atque principiis. Liu. 4. bel. Maced. 107. Ex iis Menippus ignorare se dixit quidnam perplexi sua legatio haberet.
Responsum perplexum. Liu. 5. bel. Maced. 53.
Foramina perplexa. Lucret. lib. 4. 125.
Inde quod exprimimus, per caulas omne palati
Diditur, & raræ perplexa foramina linguæ.
Itet perplexum. Virgil. 9. Aeneid. 79.
– turbis perplexum iter omne reuoluens Fallacis syluæ.
Sermones perplexi, Dubii, ambigui. Liu. 10. bel. Maced. 16. Singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis instituit,
Figuris perplexis indoperdita. Lucret. lib. 2. 21.
Perplexior motus. Plin. lib. 2. cap. 15. 4. Hæc est luminum, occultariorumque ratio, perplexiore motu, multisque inuoluta miraculis.
Alia significatione vsus est Valerius lib. 3. cap. 49. De Tullio Seruio, Ad summam, vnde processerit, aut quò peruenerit statuę ipsius titulus abdit testator, Seruili cognomine, & regia appellatione perplexus.
Perplexè, Aduerbium, (ἐμπεπλεγμένως,) Implicitè, inordinatè. Terent. Eunuch. 5. 1. 1.
Pergin' scelestè mecum perplexè loqui?
Scio, nescio: abiit, audam: ego non adfui.
Perplexè agere. Liu. 8. ab Vrbe, 114. Quid perplexè agimus inquit?
Perplexè indicare. Liu. 6. ab Vrbe, 60.
Perplexè respondere. Liu. 10. bel. Pun. 196. De iis rebus interrogati Macedones, quum perplexè respondeerent, ipsi antè responsum tulerunt, Bellum quærere regem: & si pergat, propediem inuenturum.
Perplexè & Palàm, contraria. Liu. 10. bel. Pun. 94. Iam non perplexè, inquit, sed palàm reuocant, qui vetando supplementum & pecuniam miserti, tampridem retrahebant.
Perplexim, Aliud aduerbium, Idem, (κατεπλεγμένως,) Plaut. Sticho. 3. 18.
Vtrum ergo perplexim lacessam oratione ad hunc modum,
Quasi nunquam quicquam in eas simulem, quasi nihil audierim
Eas in se meruisse: an potius temptem leniter, An minaciter?
Perplexor, perplexáris. (κατεπλέκω,) perplexári, Valde ligare, & in dubio ponere. Plaut. Aulul. 7. 8. 1.
– at scio quo vos pacto soleatis perplexarier:
Pactum, non pactum est: non pactum, pactum est, quod vobis lebet.
Perplexabilis, & hoc perplexabile, pen. corr. (κατεπλεκτός,) Plaut. Asin. 1. 1. 47. Neque vllum verbum faciat perplexabile. Nonius, Perplexabile, figuratum, quòd aliud audiatur, aliud sentiatur.
Perplexabiliter, pen. corr. Aduerbium, (κατεπλεκτῶς,) Plaut. Sticho, 3. 28. Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.

Perplicatus, pen. prod. (κατεκαμπτός,) Interiecta coniunctione per tmesin extulit Lucretius lib. 2. 79. Aut magis hamatis inter se, perque plicatis.

Perpluo, pérpluis, pe. cor. pérplui, perplútū, pe. pro. (κατακλύζω,) perpluere, Transmittere pluuiam. Plaut. Mostel. 3. 20.
– venit imber, lauat parietes, perpluunt.
Tigna, putrefacitque operam fabri. Quintil. lib. 6. cap. 3. 44.
Quum cœnaculum eius perpluereet. Id est, per medium pluuiam admitteret. Cato cap. 155. In villa quum pluet, circuire oportet, sicubi perpluat: & vbi pluerit, tegulam signari carbone.
¶ Perpluit in pectus meum, per translationem. Plaut. Mostel. 4. 8.
Hæc illa est tempestas mea, mihi quæ modestiam omnem
Detexit, tectus qua fuitquam mihi amor & Cupido
In pectus perpluit meum.
Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant. Plautus Trinum. 6. 40.

Perplus, perplúris, pen. prod. om. g. (πολυπλεκτόν,) Plin. lib. 13. cap. 24. 2. Spondetque ingero eius, annuos perplures, vel mediocri solo relitura.
Alia exemplaria habent annua HS. MM.
Perplurimū, Aduerb. (πολυπλεκτόν) vt Perplurimū refert. Pli. li. 2. c. 54. 3.

Perpol, (μὰ τὸν πολυδεύκην,) Aduerbium esse iurandi quidam putauere, apud Plautum Casin. 9. 18. Perpol sæpe peccas: ita fit vbi quid tanto opere expetas. Et apud Terentium. Hecy. 1. 1. 1.
Perpol quàm paucos reperias mereticibus
Fideles cuenire amatores. Verum Donatus in hunc locum sic ait, Perpol quàm paucos. Ordo est, Pol perquam paucos reperias. nam PERPOL non est Latinum, sed κατὰ τμῆσιν perquam, id est nimio. Ex his Donati verbis videre est apud Plautum in exemplo præcedenti, ordinem esse talem, Pol, persæpe peccas.

Perpolio, perpolis, pen. corr. perpolíui, perpolītū, pen. prod. (περιέχω, ὑπερέχω,) perpelire, Valde polire, absoluere, & supremam manum addere. Cic. 1. de Orat. 19. Sed iste ipse Cœlius neque distinxit historiā varietate locorum, neque verborū collocatione, & tractu orationis leni & æquabili perpolire illud opus. Ide Atti. li. 14. 314. 8. Librum meū illum ἀνέκδοτον nōdum vt volui, perpolini. Idem pro Corn. Balbo, 12. Sed quoniam me recusante placuit ambobus adliberi hunc à me quasi perpolienti quendam operis extremum laborem, &c.
Æqualiter perpolire aliquid. Author ad Heren. lib. 4. 160.
Perpolire & absoluere. Cice. de Vniuers. 53. Id omne, & quæ sequentia essent, perpolirent, & absoluerent.
Instituta perpolire. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 35. Tu interea non cessabis, & ea quæ habes instituta perpolies, nosque diliges.
Præceptis artium perpolire aliquas partes orationis. Cic. 1. de Orat. 111.
Perpolitus, pen. prod. (περιεργός,) Participiū, sine Nomen ex participio.
Perpolitus literis. Cic. in Pisonem, 15. Est autem hic de quò loquor, non philosophia solùm, sed etiam literis, quod ferè cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus.
Perfecti in dicendo & perpoliti homines. Cic. 1. de Orat. 31.
Vita humanitate perpolita. Cic. pro Sestio, 79.
Ornata & perpolita oratio. Cic. 1. de Orat. 16.
Perpolitum tritu arrum. Plin. lib. 33. cap. 4. 1. Nec vllum absolutius aurū est, curtis ipso, trituque perpolitum.
Perpolitio, Verbale, (περιέργεια,) Author ad Heren. lib. 4. 161. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.

Perpopulor, pen. corr. perpopulāris, perpopulātus sum (κατεκλήρωσα,) perpopulari, Totū populari & vastare. Liu. 2. bel. Pun. 17. Annibal emissus è manibus perpopulatur Italiā, vastando & vrendo omnia, ad Romana mœnia peruenit. Idem 4. bel. Maced. 110. Inde quū perpopulatus omnia circuniecta vrbi frequentis & amœni agri loca esset. Tact. li. 14. Cædibus & incendiis perpopulatus.

Perpoto, perpotas, pen. prod. (κατεπίνω) perpotare, Totum tēpus in potationibus consumere. Cic. 7. Ver. 69. Similiter totos dies in litore tabernaculo posito, perpotabat. Ibidem, 70. Prætore tot dies cum mulierculis perpotante. Idem 2. Philipp. 84. Delituit in quadā cauponula, atque ibi ie occultans, perpotauit ad vespertum.
Laticem amarum perpotare. Lucret. lib. 1. 193.

Perpotatio, Verbale, (κατάπωσις,) Cic. in Pisonem, 16. Quid eum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prædicem? Plinius lib. 29. cap. 1. 25.

Perpruriſco, perpruriscis, (κατακνήσομαι,) perpruriscere. Idem quod Admodum prurire. Plaut. Sticho, 15. 20.
– & suauem cantationem aliquam occipio
Cinædicam, vbi perpruriscamus vsque ex vaguiculis.

Perpulcher, Adiectiuum, (πανύμορφος,) Valde pulchrum significat. Teren. Eunucho. 2. 2. 15. Perpulchra credo dona, haud nostris similia.

Perpurgo, perpurgas, (διακαθαίρω,) ppurgare, Totū, sine omni postridie perpurgabit sine periculo. Cic. 2. de Nat. deor. 190. Ceruæq; paulo ante partū perpurgant se quadam herbula, quæ selselis dicitur.
Perpurgatis auribus, per translationem dixit Plautus Milite, 10. 178.
– accipe à me rursum rationem doli,
Quam instituī. p 2. perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.
Perpurgare locum aliquem, per translationem, pro Expedire. Cic. pro Murena, 50. Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis qui ante me dixerūt. Idem 2. de Diuin. 2. Quūque fundamentum esset philosophiæ positum in finibus bonorum & malorum, perpurgatus est is locus à nobis quinque libris.

Perpuſillus, Adiectiuum. vt Perpusillus homo. A quo
Perpusillum, Aduerbium. Cice. 2. de Orato. 135. Hic ille, Non accusabis, perpusillum rogabo.

Perputo, perputas, pen. corr. (διακαθαίρω,) perputare, Perfectè putare, declarare, vel potius Proferre. Plaut. Cistel. 4. 7.
– nunc operam date,
Vt ego argumentum hoc vobis planè perputem.

Perquam, Aduerbiū, (ὡς σφόδρα,) Positiuis longitur & verbis & idē significat quē Quàm. Plaut. Rud. 17. 7. –propulit
Perquam indignis modis. Terent. Adelph. 4. 2. 18.
– næ ille continebit posthac, si sapiet manus.
D Fortiter. 5. perquamquia mileram mulierem, & me seruolum,
Qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter: Vbi Donatus, Perquam, id est Nimis. Plin. epist. 147. 2. Igitur perquam velim scire, an esse phantasmata, & habere propriam figuram, numenque aliquod putes. Cic. 2. de Finib. 142. Aut enim si vratur, sic, perquam hoc suauè dicturū. Quædam exēplaria legunt quàm suauè dempto PER. Plin. lib. 23. cap. 4. 14. Ruptis perquā vtile. Gell. libro 12. cap. 13. Ea omnia quum Apollinaris scitè perquam atque enucleatè disputauisset.
Perquā breuiter perstringere aliquid atq; attingere. Cic. 2. de Orat. 111.
Perquàm flebiliter lamentatur in vulnere Vlysses apud Pacuuium. Cicero. 2. Tuscul. 85.
Perquàm graue dictu, hic quàm ille dignior. Cic. pro Plancio, 13.
Perquàm optanda nobis varietas & incredibilis illa vis dicendi Carneadis. Cic. 2. de Orat. 88.
Perquàm puerile aliquid videri. Cic. 2. de Orat. 60.
Perquam, Superlatiuo aliquando iunctum legitur. Curtius libro 4, Perquam maximo potest exercitu comparato.

Perquiro, perquīris, penul. prod. perquisiui, perquisītum, penult. prod. (ἐπιζητέω, ἐξετάζω,) perquirere, Diligenter quærere. Cæsar 6. bel. Gall. 35, Aditus, viasque in Sueuos perquirit. Ouid. 1. Metam. 1.
Quum pater ignarus natam perquirere Cadmo Imperat.
Perquirere & inuestigare homines ex omni regione, &c. Q. Cicero de Petit. Consul. 10.
Cōtéplari & perquirere res. Cic. 5. de Fin. 87. Videmisne, vt pueri, ne verbibus quidem à contemplandis rebus perquirendisq; deterreantur?
Perquirere, pro Interrogare. Cicero pro Cælio, 41. Possum etiam illa & cæterorum patronorum & mea consuetudine ab accusatore perquirere. Idem 5. Verr. 113. Non persequeris? non persequeris? non perquiris cui dixerit Apronius, quis audierit, vnde hoc natum, quemadmodum prolatum sit?
¶ Perquiritur, Impersonale. Cic. pro Clu. 143. Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea scrutula ad Stratonem peruenisse.
Perquisitus, pen. pro. Participio. (ἐπιζητούμενος,) Plin. lib. 18. c. 2. 4. 1. Et postea inuentis omni cura perquisitis causaq; rerū & ratione simul eruta.
Perquisite, penul. prod. Aduerbium. (ἐξετασμένως,) Cic. 1. de Inuent. 91. Quæ pertinere autem ad dicendum putamus, ea nos cōmodius quàm cæteros attendisse non affirmamus, sed perquisitius & diligentius conscripsisse pollicemur.
Perquisitor, pen. prod. Verbale, (ἐξετασής,) Plaut. Sticho. 6. 61.
Iam non faciam auctionem, quando mihi obtigit hæreditas:
Maleuoli perquisitores auctionum perierint.

Perrarus, penult. prod. Adiectiuum, (πολυκοκκίνος,) Valde rarus. Plin. lib. 31. cap. 3. 8, Perrarum est vt Icuisor sit aliqua. Liu. 6. ab Vrbe, 1, Tum φ perraræ per eadem tempora literæ fuere.

Perraro, penult. prod. Aduerbium, (πολυκοκκίνως,) Cice. 2. de Finib. 84. Istorum enim verborum amore, quæ perrarò appellantur ab Epicuro, sapientiæ, fortitudinis, &c. Horat. 2. Serm. laty. 5. 11.
– perrarò hæc alea fallit.
Perrarò reperitur. Cic. pro Plancio, 2.
Perrarò venit in oppidum. Cic. pro Roscio Amerino, 31.

Perridiculus, penul. cor. Adiectiuum, (πολυγελάσιος,) Valde ridiculum significat. Cic. 3. de Orat. 43. Atque hos omnes qui artes rhetoricas exponunt, perridiculos. Idem 4. Verr. 12, Quid in prouincia facturus esset, perridiculi homines augurabantur. Et 2. de Orat. 43, Sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula.
Perridicule, penult. cor. Aduerbium, (πολυγελάσιος,) Cic. 2, de Orat. 132, In quo non modò illud præcipitur, nequid insulsè, sed etiam siquid perridiculè posit, vitandum est oratori vtrumque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Perrepo, perrépis, penul. prod. perrepsi, perreptum, (κατέρπω,) perrepere, Idem ferè quod simplex Repere, & vt de quocunque animali dicitur, ita etiam de rebus inanimatis. Colu. lib. 8. cap. 15. 2, Sed ea tota maceries opere tectorio leuigatur extra, intraque, ne feles, aut vipera perrepat. Idem lib. 4. cap. 24. 12, Ar si longius quàm ritus agricolarum permittit, & à capite vitis emicuerit, & brachiis in aliena iugorum compluuia perrepserit, &c. Et lib. 6. cap. 5. 1, Cauendum quoque est, ne ad prælepia sus aut gallina perrepat.
Tellorem genibus perrepere. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 18.

Perrepto, perreptas, (κατέρπω,) perreptare, Frequentatiuum, Diligenter conquirere, & vndique reptando disquirere. Plautus Rud. 6. 5.
–atque in latebris omnibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perreptaui quærere conseruam,voce,oculis,auribus Idem Amphi.13.3.Nam omnes plateas perreptaui,gymnasia,myropolia,Apud emporium,atque in macello. Terent.Adelph.4.6.5. Perreptaui vsque omne oppidum,ad portam,ad lacum Quò non?

Perrodo, perródis,pen.prod.perrosi,perrósum,pen.prod.(διαβιβρώσκω,) perrodere, Totũ,aut vehementer rodere.Plin. lib.34.cap.18.11.Valet pungare,fistere,excalfacere,perrodere. Idem lib.30.cap.16.3.Vngulas tantum mularum repertas, neque aliam villã materiam quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ.

Perrogo, perrogas,pen.corr.(κατηξιόω,)perrogare.Proprè dicebantur Consules,qui sententiam rogabant.Plin. in Paneg.101.Parum est vt in eu iam venias,nisi & conuocas:vt interfis Senatui,nisi & præsideas:vt censentes audias,nisi & perrogas. Idem epist. 87.2.Quum sententiæ perrogarentur,dixit Iunius Mauricus, non esse restituendam Viennensibus agonã.

Sententias perrogare. Tacit. libro 10. Quum perrogarent sententias Consules.

Perrogare sententias,Liuio significat omnes ad extremam vsque rogare, vt fiat Senatusconsultum.lib.9.bel.Pun.Perrogari eo die sententiæ non potuerunt,accensis pro Scipione & aduersus Scipionem studiis.

Perrumpo, perrumpis,perrũpi,pen.prod.perruptum,(κατάρρηγνυμι,)perrumpere,Valde rumpere.Colu.lib.2,Sic omnes radices herbarum perruptæ necantur. Cæsar 1.bel. Ciuil.103. Vrtates perrumperet,atque opera disturbaret.

Perrumpere,Irrumpere,Vi & violentia intrare.Cæs.6.bel.Gall.139.Perrumpere nituntur. Ibidem,lib.1.32.Sæpius noctu, si perrumpere possent,conati. Ibidem,lib.7.68.Vt si eam Paludem Romani perrumpere conarentur,hæsitantes premerent ex loco superiore.

Exercitu perrumpere.Cn. Magnus Domitio in Epistolis ad Atticum, libro 8.163.5. Exercitum firmũ habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse.

Perrumpere ad Liu.6.bel.Pun.34.Nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse. Idem 4.ab Vrbe,166. Qui quum sæpe conati nequissent perrumpere ad suos,tumulo quodam occupato,in urbẽ se turbantur.

Perrumpere in.Liu.5.ab Vrbe,78.Iam in vestibulum perruperant templi.

In arces Perrumpere.Silius lib.12.140.

Perrumpere per mediam hostium aciem. Liu.3.ab Vrbe,299.

¶ Aciem perrumpere. Virgil.9. Aeneid.103. Tacit.lib. 18.Et media acie perrupta, &c.

Aerem perrumpere.Cic. 1.Tusc.62.Accedit vt eò facilius animus euadat ex hoc aere,quem sæpe iam crassum appello,eumque perrumpat,quòd nihil est animo velocius.

Perrumpere & diuidere aerem.Cic.1.Tusc.67.

Agmen perrumpere.Claud.4 Paneg.92.

Castra & agmen perrumpere,Disturbare & confringere.Plin. de Viris illust.49.Hasdrubalis & Syphacis castra vna nocte perrupit. Liuius lib. 8.Qui aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen,detraxit frænos equis.

Corpus perrumpere introito.Lucret.lib.2.82.

Difficultates perrumpere. Plinius libro 8.cap.23.3.de aspide,Perrumpit omnes difficultates, permeat spatia,nec nisi amnibus arcetur,aut præcelari fuga.

Leges perrumpere,Violare,effringere.Cicero 3. Offic.47 Emolumenta enim rerum fallacibus indiciis vident: pœnam non dico legum, quas sæpe perrumpunt,sed ipsius turpitudinis, quæ acerbissima est, non videnr. Sic 1. de Legib.62.

Leges perrumpere milite.Lucan.lib.1.66.

Limina perrumpit bipenni.Virg.2. Aeneid.96.

Nodos validos perrumpere.Lucret.lib.4.231.

Periculum perrumpere.Cicer.in Parti.62. Aut si patefactum esset,depellendi criminis, vel perrumpendi periculi, vel in longinquum tempus differendi.

Aurum amat perrumpere saxa.Horat.3.Carm.ode 16.2.

¶ Affectu perrumpi Taci.lib.3.Ne quo affectu perrumperetur.

Perruptus, Participium, (κατεαγηκώς,) vt Moles perruptæ. Silius libro 14.149.

Persaepe, Aduerbium,(πολλάκις,)Cic.de Amicitia,64.Recte etiã præcipi potest in amicitiis,nequis intemperata quadam beneuolẽtia(quod persæpe fit)impediat magnas vtilitates amicorum. Idem 1.de Leg.18.Itaque pœnas Iunt non tam iudiciis quæ quondã nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt:vbi sunt tamen, persæpe falla sunt. Sic 1.de Diuinat.52. Horat. Epod.14.3. Qui persæpe cauta testudine fleuit amorem. Idem 1.Serm.saty.3.2.

–sæpe velut qui
Currebat fugiens hostem:persæpe velut qui
Iunonis sacra ferret.

Persalsus, Adiectiuum,(πολυαλσής,)Valde salsum significat.Cice. 1.de Oratore.154. Persalsum illud est apud Nævium,

Quid ploras pater?

Persalsè,Aduerbium,(πολυαλσῶς,)Cic.ad Qu.fratrẽ,lib.2.16.4.Trebatium 9 ad se miserim,persalsè & humaniter etiam mihi gratias agit.

Persaluto, persalutas,pen.prod.(κατασπάζομαι,) persalutare,Frequenter vel amicum & sæpius salutare.Cic.pro Flacco, 33.Et qui ita sit ambitiosus,vt omnes vos nosque quotidie persaluet.

Persancte, Aduerbiũ(πολυευσεβῶς,)pro Valde & religiosè. Terent. Heccy.5.2.5.Pudippe Bacchis deterat periancte.Plautus,Idque persancte iurauit se facturum.

Persano, persanas,pen.prod.(ἐξιάομαι)persanare, Omnino sanare. Plin.lib.20.cap.22.9.Vomicas rumpere, purgare,pernina re promittens.

Persapiens, om.g.(πάνσοφος,)Valde sapientem significat.Cic. de Prouinciis Consul 36.Quod magni cuiusdam hominis & persapientis videtur.

Persapienter,Aduerbium(λίαν σοφῶς.)Cic.pro Milone,7. Etsi persapiẽter,& quodam modo tacitè dat ipsa lex potestatem defendendi,&c.

Perscienter, Aduerbium,(πανεπιστημονικῶς,)Admodum scienter & industrie. Cic.de Claris Orat.100. Et vt ad infirmitatem laterum perfectè contentionem omnem remiserat: sic ad virium imbecillitatem, dicendi accommodabat genus.

Perscindo, perscindis,perscidi,pen.corr.perscissum,(κατασχίζω,) perscindere,Quasi per medii scindere.Liu.1.bel.Pun. 231 Nam nec explicare quicquam nec statuere poterant:nec quod ita tutum esset,manebat;omnia perscindente vento.

Vestem perscindere è membris. Tibul.lib.1.eleg.10.13.

Ventus perscidit nubem.Lucret.lib.6.32 Ergo fermidus hic nubem quam perscidit atram.

Perscissus,(κατασχιδής,)Participium:vt Carbasus perscissa petulantibus auris.Lucret.lib.6.22.

Perscitus, pen.prod.Adiect.(πάνσοφος,)Cic.Atti.lib.15.324.2. Epistolam tibi misi,vt tu de prouincia Bruti & Cassii perscita.Quædam exemplaria legunt,per s.c.ita scribit & Balbus, &c.

Perscribo, perscribis,pen.prod.perscripsi,perscriptũ(ἐπιγράφω,) perscribere,In totum scribere,inquit Sipontinus:vel amplissimè, & bene(vt ita dicam)ad longum scribere.Cice.ad Terentiam, lib.14.5.2.Omnes sunt redditæ,diligentissimèque à te perscripta omnia. Idem ad Cornificium,lib.12.23.1.Quod ni ita putarem, ipse perscribere. Cæsar 1.bel.Ciuil.103.Hæc Asinius Petreiusque & eorum amici pleniora etiam atque vberiora Romam ad suos perscribebant. Liu. in Præfat.ab Vrbe,1.Factu tuine operæ prerium fim,si à primordio vrbis res Populi Romani perscriptero. Cic.1.Tusc.17.Et quatridui quidem sermonem superioribus ad te perscriptum libris mihi misi.

De suis rebus ad aliquem perscribere.Metell.Cice.lib.5.3.2.

Blanditias perscribere vino.Ouid.1.de Arte,114.

Orationem mitissimam perscribere alicui.Cic.Metello,lib.5.43.

Rationes sentẽ & literatè perscribere.Cic.in Pisonem,48.

Versus puris perscribere verbis.Horat.1.Serm.saty.4.11.

Versu perscribere aliquid.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.7.

¶ Perscribere,est etiam in tabulas publicas,in actaque referre:quod in registro scribere vulgò dicunt,vocabulo à regestis corrupto. Cic.6.Ver. 123.Primùm mihi literas publicas,quas in ærario sanctiore cõditas habebant,proferunt:in quibus ostendunt omnia quæ dixi ablata,esse perscripta.Et paulo pòst,124.Vt quisque eis rebus tuendis,conseruandisque præfuerat,ita perscriptum erat quum rationem ex lege redderet, vt quæ acceperat,deberet reddere. Idem Planco,lib.10.13.1. Id ex ipso Senatusconsulto poteris cognoscere:ita enim est perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est. Idem pro Roscio Comœdo,1. Ingenue hanc manum plenam perfidiæ,& hos digitos meos impellere potui, vt falsum perscriberem nomen?

Dicta omnia iudicum perscribere.Cic.pro Sylla,31.

Falsum perscribere.Cic pro Roscio Comœdo,1.

Senatusconsultum perscribere.Cic.3.in Catil.58.

Perscribere in tabulas,vt Referre in tabulas.Cic.3.Verr.38.In tabulis publicas ad ærarium perscribendi curauit.

¶ Perscribere,pro Præscribere.Cic.1.Acad.34.Ex hac descriptione,agedi quoque aliquid in vita,& officii ipsius initiũ reperiebatur,quod erat in conseruatione earum rerum quas natura perscribet. Fortasse legendum præscribet,& melius.

¶ Perscribere pecuniam,pro Reddere creditori. Ter.Phor.5.8.30.

Sed transi sodes ad forum,atque illud mihi
Argentum iube rursum rescribi Phormio.
P. Quod tuæ ego perscripsi porrò illis quibus debui.Vbi Donatus, Perscripsi,Multis per scripturam reddidi,multis dedi.

Pecuniam in ædem sacram reficiendam perscribere,Cice.pro Flacco,15.

In monumentis perscribere.Cic.2.de Lege agrar. 86.

Perscriptum,(ἀναγεγραμμένον,)dicitur quod literis consignatum est, & monumentis antiquis continetur,apud Ciceronẽ semper:et de Aruspice resp.18.Quanquam hoc si minus Cituli iure perscriptum est, lege tamen naturæ,communi iure gentiũ sancitum est,vt nihil mortalẽ à diis immortalibus vsucapere possint. Budæus.

Perscriptio,Verbale,(ἀναγραφή,)Actus ipse perscribendi.Cic.ad Metellum,li.5.2.11.Iam illud Senatusconsultũ quod eo die factũ est,ea perscriptione est,vt dũ id extabit,officium meũ in te obscurum esse nõ possit.

Perscriptiones,pro Cõractibus & instrumentis pactorum posuit Cicero, quod registrum vulgus appellat,teste Budæo. Cic.5.Philip.170.Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est,per quã septies millies perscriptiõibus,donatiõibusque auertit. Idẽ pro Flacco, 57. Perscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti:tutor his rebus Græcorum legibus ascribendus fuit.

Perscriptor(ἀναγραφεύς,)Verbale,Tabellio siue Cautor,qui formulas cõcipit.Cic.5.Ver.143.Scribam tuum dicit Verres huius perscriptorem fœnerationis fuisse.Budæus.

Perscrutor, pen.prod.perscrutãris,(ἐξερεύνω,)perscrutãri,Diligẽter inquirere.Plaut.Aulul.24.25.

Id meum quicquid habes,redde.5 T.Insanis,perscrutatus es
Tuo arbitratu. Ibidem,18.13.
Ibo hinc intrò,perscrutabor phanum,si inuenlam vspiam
Aurum. Et Milite,8.30.
–perscrutari hic volo,Scelerde,nos nostri,
An aliẽ simus. Cic.2.Offic.34. Præmittebatque de stipatoribus suis qui perscrutarentur arculas muliebres& nequod in vestimentis telum occultaretur,exquirerent.

Inuestigare & perscrutari omnia.Cic.6.Ver.41.

Reperire ac perscrutari.Cic.6.Ver.25.Iam vt hæc omnia reperire ac perscrutari solitus sit Iudices,est operæpretium cognoscere.

Speculari & perscrutari.Cic.5.Tusc.83.Sic noctu ad eas vetitabat,vt omnia specularetur & perscrutaretur antẽ.

Literas legis perscrutari.Cic.1.de Inuent.83.Ergo in hoc quoque iudicio definite literas legis perscrutari, & legem(vt æquum est)ex vtilitate Reipub.considerate.

Naturam criminis penitus perscrutari.Cic.pro Flacco,15.Itaque perscrutamini penitus naturam,rationemque criminum:iam nihil præter speciem,nihil præter terrorem ac minas reperietis.

Voluntatem alicuius domestici suspicionibus perscrutari. Cicero 2.de Inuent.118.

Perseco, persecas,pen.cor.persecui,persectum,(κατατέμνω,)persecare,Perfectè secare,& diuidere.Cic.4.Acad.219.Eodẽ modo rerum naturas persecare,aperire, diuidere possumus, vt videamus terra penitùs defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat.

Persecare vitium aliquod ne serpat.Liu.10.bel.Macedo.83.Id persecare nouum Prætorem ne serperet iterum latius,Patres iusserunt.

Persecare & conficere.Cice.Attico, lib.13.281.3. Quare da te in sermonem, & perseca & confice,excita,compelle,loquere, vt te cum illo Scæuola loqui putes.

Persedeo, persedes,pen.cor.persẽdi,pe.prod.psedẽre.Sene.epist. 1.li.19.Quid ergo nõ nouimus quosdã qui multis apud philosophiã annis psederint,& ne colorẽ quidem duxerint! Liu.lib.5. Dec.5.Hoc quoq; quod rideris,in equo dies noctesq; psedẽdo habeo.

Persegnis, & hoc persegne(πολύαργος,)Valde segnem significat. Liu.5.bel.Pun.83.Pedestre prælium fuit persegne,paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

PERSEIS,fuit,teste Hesiodo in Theogonia,vna ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia.

Perseis quoque, Persea, & Perseia dicta est Hecate à patre Perse. Vide HECATE.

Perseides herbæ,Vide post PERSIA.

Persenex, Persenis,pen.cor.om.g.(πολυγήρων,)Sueton. de Claris Gramm.9.Nanque iam persenex pauperem se,& habita re sub tegulis quodam scripto fatetur.

Persentio, persentis,persensi,persensum,(αἰσθάνομαι,)persentire, Idẽ quod simplex Sentio.Virgil.4.Aeneid.90.
–magno persentit pectore curas. Ibidem,18.Quam simul ac tali persensit peste teneri.

Persentisco,persentisceis,persensi,persentiscere,Inchoatiuum, Percipere aliquid fieri.Plaut.Merc.13.21.
Quãm insipiens,quæ non poteras persentiscere
Illam esse amicam tui viri bellissim. Idem Aulul.4.24.Neu persentiscat,aurum vbi absconditum. Terent.Heaut.5.1.43.
Quot res dedẽre,vbi posiem persentiscere,
Nisi essem lapis,quæ vidi. Lucret.lib.3.51.Concutitur tum sanguis, viscera persentiscunt.Hic versus etiam sic legitur, Concutitur sanguis per venas,viscera viuunt.

PERSEPHONE,pen.cor.(περσεφόνη,)Ea est quæ à nostris Proserpina dicitur,quanquam & priori vocabulo nõnunquã nostri poetæ vtiuntur.Oui.4.Fast.119.At neque Persephone digna est prædone marito.

PERSEPOLIS,pen.cor.(περσεπόλις,)Vrbs Persidis à Perseo condita,vt est apud Strabonem lib.15.

Persequor, pen.cor.persẽqueris,persequũtus sum,(κατακολουθέω,) persequi,Insectari.Plaut.Menæch.13.8.Hãc abiit. P.si vis persequi vestigiis. Idem Curc.3.12,Hãc abiit,hãc persequar. Idem Casina,3,3,Decretum est mihi,quasi vmbra, quoquò ibis,te persequi. Terent.And.5.4.33, Meque in Asiam persequens. Idem Phorm.3.3.18,Quoquò hinc asportabitur terrarũ,certum est persequi. Cæsar 5. bel.Gall.39,Sed eos fugientes longius Cæsar persequi vetuit.

Bello persequi aliquẽ.Cæsar 1.bel.Gal.50,Sin bello persequi perseuerare,reminisceretur & veteris incõmodi,&c. Cic.ad Brutum,5.1,Ad V. Cal.Maii,quã de ita,qui hostes iudicati sunt,bello persequẽdis sententiæ dicerentur,dixit Seruilius etiam de Ventidio,&c. Idem 11.Phil.300, Nunc quoniam iudicatus est hostis Dolabella, bello est persequẽdus.

Armis furialibus persequi aliquem.Lucan.lib.1.41.

Persequi aliquem terra & mari.Cic.Attico,lib.7.140 2.

Vestigiis ipsius persequi aliquem. Cic. de Claris Orat.170, Brute posis (nam Attico hæc nota sunt) & videre quemadmodum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti.Per translationem.

Iudicio persequi aliquem. Cic.pro Flacco, 38, Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille persequitur.

Acrius aliquid persequi.Cic.1.de Orat.97.

¶ Academiam veterem persequamur, (διεξεχώμεθα,)Cic.1.Acad.11.

Antiqua persequi. Cic.1.de Finib.56, In quo enim maximè consuetuit facilare vestra se oratio,tua præsertim, qui studiosè antiqua persequeris claris & fortibus viris commemorandis,&c.

Artem aliquam persequi. Cic.1.de Finib.109, Eas ergo artes persequeretur, vivendi artem tantam, tamque operosam, & perinde fructuosam relinqueret?

Bona sua repetere ac persequi lite atque iudicio.Cic.5.Ver.26.

Cæremonias institutas persequi.Cic.pro Domo sua,109.

Consuetudine & celeritate scribendi facillimè, quæ dicerentur persequi. Cic.pro Sylla.31.

Diuerticula,flexiones,& solitudines persequi.Cic.in Pison.41.

Extrema si idem persequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta videbimus.Cic.de Prouin.Consul.16.

Factis persequi quod dicimus. Plaut. Merc.10. 11, Quo minus hoc,vt ego dico,factis persequar?Id est,Faciam quod dico.

Feras persequi.Ouid.epist.9.7.

Hereditates,aut syngraphas suas persequi.Cic.3.de Leg.26.

Imperium patris persequi,pro Facere.Plaut.Sticho,3.84.
Certũme est,neutram vestrarum persequi imperium patris?
P L. Persequimur:nam quò dedisti nuptum,abite volumus.
Idem Amphit.7.28,Herus quod imperauit,neglexi persequi.

Incœpta persequi.Liu.6.ab Vrbe,129,Finis certaminis fuit,postq; vtrisq; apparuit, nihil per alteros stare quominus incœpta persequerentur.

Inimicitias paternas magna cum gloria persequi.Cic.4.Acad.1.

Iniurias persequi,Vlcisci.Cicero pro Cecinna,23, Hanc puto me habere actionem,vt per interdictum,meum ius teneam, atque iniuriam tuam persequar. Idem 4.Verr.7,Granissima, atque honestissima quæque ciuitas vehementissimè suas iniurias persecuta est.

Instituta alicuius seruare & vestigiis persequi.Cic.4.Acad.7.

In eodem tanta prudentia fuit,in constituendis temperandisque ciuitatibus,tanta æquitas, vt hodie stet Asia Luculli institutis seruandis, & quasi vestigiis persequendis.

Ius suum persequi,Defendere. Plautus Capt.8.32.Et Teren.Adel.2.1.9.
–meum ius persequar,
Neq; tu verbis solues vnquam,quod mihi re malefeceris. Cic.1.Verr.12, Cur his non modò persequendi iuris sui, sed etiam deplorandæ calamitatis adimis potestatem? Idem ad Atticum,lib.16.330.4.Sed & illi turpe arbitror eo nomine,quòd satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere:& nostre grauitatis ius nostrum sine summa illius ignominia persequi.

Philosophiam Latinis literis persequi.Cic.1.Acad.18.

Mandata alicuius persequi & conficere. Cic. Q. frat.lib.2. 15.7, Facies scilicet vt mea mandata digeras,persequare,conficias.

Mores patris persequi.Plaut.Asi.3.59, Eos me decretum est persequi:mores patris.Hoc est,Tentare vt mores patris exprimam.

Mortem alicuius persequi. Cic.pro Domo sua,39.

Numeris cursus siderum persequi. Cic.2.de Diuin.25, Solis defectiones, itemque Lunæ prædicuntur in multos annos ab his qui siderum motus numeris persequuntur.

Odio persequitur omnes.Seneca Hippol.2.32.

Otium persequi.Horat.Epod.1.2.

Ad vltimam speciem persequi singulas causarum partes. Quintilianus libro 7 cap.2.45.

Pœnas alicuius persequi, pro Vlcisci. Cice. ad Atticum, libro 9.187.2, M.Bruti se pœnas persequi, omniumque eorum in quos Sylla crudelis hoc socio fuisset.

Pœnas à seditioso ciue per bonos viros iudicio persequi. Cice. Lentulo, lib.1.9.50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Promissi alterius persequi, Vt scilicet ille stet promissis. Plau. Merc. 3.85.
Sed mea promissa non neglexit persequi.
Quæstiones infinitas persequi. Cic. 4. Acad. 209. Non persequor quæstiones infinitas rantum de principiis rerum, è quibus omnia constant, videamus quam probet.
Rem suam persequi. Cic. pro Quintio, 24.
Commodissimè has res persecutus est Xenophon in eo libro qui, &c. Cic. 3. Offic. 128.
Diligentissimè res Annibalis persecutus Cœlius. Cic. 1. de Diuin. 88.
Scelus suum persequi. Ouid. 8. Metam. 157.
Scriptura persequi. Cic. ad Tiberium, lib. 15. ep. 8. Eaque scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potuerit.
Sectam aliquorum hominum persequi. Cic. 7. Ver. 142.
Stylum alicuius persequi. Cecilius Ciceroni, lib. 6. ep. 10.
Superstitio quocunque te verteris persequitur. Cic. 2. de Diui. 221.
Versibus aliqua persequi. Cic. de Senect. 5.
Vestigia alicuius persequi. Cic. 1. de Orat. 53. Cuius vestigia qui persequi cupiunt, eius sententiam scisciitantur.
Viam persequi. Terent. Hecy. 3. 5. 4. Certum est obstinare viam me, quâ decreui persequi.
Vitam inopem & vagam persequi. Cic. 13. Philipp. 329.
Vita persequi disciplinam rectè viuendi. Cice. 4. Tusc. 10. Hanc amplissimam omnium artium bene viuendi disciplinam vita magis, quàm literis persecuti sunt.
Vitem relictam persequitur attondens curuo dente. Virg. 2. Georg. 82.
Vitia aliquem persequantur ab institutione puerili. Quintil. lib. 1. ca. 1. 8. Siquidem Leonides Alexandri pædagogus, vt à Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum vitiis imbuit, quæ robustum quoque & maximum regem ab illa institutione puerili sunt persecuta.
Voce aliquid persequi. Cic. pro Plancio, 36. Sed quia neque necesse est me id persequi voce, quod vos mente videatis.
Voluptates cuiusque modi persequi. Cic. 1. de Finib. 38.
Nominatim voluptates omnes persequitur Epicurus. Cicero 1. de Natura deorum, 154.
Persiquens, pen. cor. (κατεπιδιώκων,) Nomen ex participio. vt
Persequens flagitii. Plaut. Cas. 4. 1. 1.
– faciam perinde vti dignus est,
Vitam colat, Acherontis pabulum, flagitii persequens.
Persequendus, Participium, (κατεπιδιωκτέος,) vt Suauitatis persequendæ in vocibus studium notandum est. Cic. in Orat. 32.
Persecutio, Verbale, (κατεπιδίωξις.) Cic. in Orat. 78. Quum in altera gratiæ, gloriæ, persecutio plurimum esset: in altera perfectionum, cautionisque præceptio. Vlpianus in L. Pecuniæ verbum. ff. de Verborum & rerum significatione. Persecutionis autem verbo extraordinarias persecutiones puto contineri: vt pura fideicommissorum, & siquæ aliæ sunt, quæ non habent iuris ordinarii executionem. Et paulo post, Sive cuiuslibet, siue honoraria, siue fideicommissaria fuit persecutio.
Persector, persectaris, (κατεπιδιωκόμαι,) persectari, Diligenter sectari, Persecutari. Lucret. li. 1. 34. Nec persectari primordia singula quæque.

Persero, perseris, pen. cor. perseui, persatum, (κατασπείρω,) persere, Totum serere. Plautus autem per translationem pro Dissiminare posuit, quum ait. Inde venisse perserit.

PERSEUS, (Περσεύς,) authore Herodoto lib. 7. filius fuit Persei Danaes filii ex Andromeda Cephei filia, à quo Persas originem duxisse scribit. Hic, teste Plin. lib. 7. cap. 5. primus sagittas reperit. Fuit item alter hoc nomine rex Macedonum, qui, vt ait Sabellicus, fractis opibus regni, iui militer & abiectè iacuit ad pedes Aemylii à quo ductus est in triumphum Romam cum filiis, periitque in carcere, mœrore animi cõfectus. Fuit & alius Perses pater Hecates, frater Aetæ. Vide HECATE.
Achæmenius Perses. Stat. 2. Sylu. 3. 38. Alter Achæmenium secludit Zeugmate Persen. Vide ACHAEMENIA.

Perseuero, perseueras, pe. prod. (διαπαντὸς, διαμένω, διαχρόνομαι, διαφαίω, ἐπιμένω, ἐγχρονίζω, περιλαμπρύνω, χρονίζω,) perseuerare, Cum constantia animi & quadam modestia continuare. Cic. de Amicitia, 4. Orestes autem ita vt erat, Orestem se esse perseueraret. Stat. 4. Sylu. 9. 1. Nam si ludere Grippe perseuerat, Non ledis.
Perseuerare & transigere aliquid. Cic. pro Quintio, 51. Vt necessariò conficere, neque eorum tam temerarium quenquam fuisse, neque teipsum id quod tu primùm suscepisse, perseuerare & transigere potuisse.
Constanter perseuerare. Curius ad Ciceronem, lib. 7. ep. 2. Quare Cicero mi perseuera constanter nos conseruare.
Ad vltimum perseuerare. Liuius ab Vrbe condita.
In aliquo perseuerare. Caes. 5. bel. Gal. 137. Cotta se ad armatum hostem iturum negat, atque in eo perseuerat. Idem 1. bel. Ciuil. 104. Tamè omnibus rebus in eo perseuerandum putabat.
Statuit ius dicere, & in eo perseuerauit. Cic. de Prouinc. Cons. 8.
In constantia perseuerare. Cic. 9 Philip. 161.
In errore perseuerare, nullius, nisi insipientis est: errare, cuiusuis hominis. Cic. 12. Philipp. 321.

In labore vno perseuerare. Quintil. lib. 1. cap. 12. 4.
In proposito perseuerare. Liu. 6. bel. Maced. 39.
In eadem sententia perseuerare. Cicc. 3. de Nat. deor. 150.
Perseuerare & permanere in sua vetere sententia. Cic. 3. de Legibus, 40.
In vitiis perseuerare. Cic. 2. de Iuuent. 125.
In proprium vsum perseuerare. Quintil. in Procem. lib. 6. 14. In nullum iam proprius vsum pseuerauimus: sed omnis hæc cura ad alienos spectat.
¶ Perseuerantia est, Imperfonale. Cic. 6. Ver. 76. Quod quum illis qui adeerant, indignum quiq audiebant, incredibile videretur, non est ab isto primo illo aduentu perseuerantum.
Perseuerans, pen. prod. (διαπαντὸς, διαμένων,) Nomen ex participio. Columã Præfat. lib. 1. 17. Isque mos dum seruatus est perseuerantissimo colendorum agrorum studio, &c.
Perseuerantiùs, (ἐπιμονέστερον,) perseuerantior, perseuerantissimè, Aduerb. Constanter. Colu. in Præf. lib. 1. 24. Nec si vel illa præstitis ingenii vis, vel inclytarum artium defecerit instrumentum, confestim debemus ad otium & inertiam deuolui: sed quod sapienter sperauimus, perseuerantiùs consectari. Liu. 4. ab Vrbe. 20 1. Patres bene cœptam rem perseuerantiùs tueri. Idem 1. bel. Pun. 36. Quo lenius agunt, segniùs incipiunt: eo quum cœperint, vereor ne perseuerantius sæuiant.
Perseuerantèr obtinere. Plin. lib. 13. ca. 14. Panathenaicon suum Athenæ perseuerantèr obtinuere.
Perseuerantia, huius perseuerantiæ, (ἐπιμονή,) Constantia. Cice. 5. Ver. 53. Cuius iste fidei, diligentiæ, perseuerantiæ nulla ratione eripi potest. Idem 2. Ver. 30. Vitam me hercule mihi prius, quàm vim, perseuerantiamque ad illorum improbitatem persequendam defuturam.
Perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio. Cice. 2. de Inuent. 242.
Nimia perseuerantia. Cic. pro Domo sua, 6.
Constantia, gratitas, perseuerantia retinenda est. Cice. 7. Philip. 225.
Retinere perseuerantiam sententiæ suæ. Cic. pro Plancio, 22.

Perseuerus, penu. prod. (πάνυ ἀστεῖος,) Adiect. vt Imperium perseuerum. Tacit. lib. 15.

PERSEVS, Perseis (Περσεύς,) vel Perses, Persis siue Persifieus Achilles, Achillis vel Achillis: Achilleus, Achillei. Vlti proprium, de quo multa præclara gesta narrantur. Hic fertur Cephei gener, quòd Andromedam cero expositam liberauam à periculo, vxorem duxerit, quo nobilitatis & virtutis causa ad sidera dicitur peruenisse. A quo Medusam (vt est in fabulis) harpe Vulcania, quæ ex adamante facta fuerat, interfectam esse constat. Cicero libro 2. de Natura deorum, 163. Minorem autem Septentrionem passis palmis subsequitur Cepheus: huic antecedit Cassiopea. Ad pedes Andromedæ Perseus describitur. Vide Herodotum lib. 7. & Ouidium 4. Metam.
Aerei Perseos plantaria. Valer. 1. Argon. 14. Hoc est planrarum seu pedũ calceamenta, quæ & talaria dicuntur.
Inachius Perseus. Claud. 1. in Ruffinum, 56.
Pennipes Perseus. Catul. in Camerium, epigr. 51. 6.
Perseis, pen. prod. (Περσηΐς,) Patronymicum à Perseo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 5. Trinactiusque suæ Perseidos author. & actor.

PERSIA, (Περσίς,) seu Persis, Persidis & Persida, Persidis, Orientalis regio, à Perse seu à Perseo rege sic dicta. Virg. 4. Georg. 58. Quoque pharetratæ vicinia Persidis vrget. Ouid. 1. Metam. 13.
Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit, Persidaque. Hæc regio (vt Ptolemæus scribit lib. 5.) à Septentrione Medis terminatur, ab Occasu Susiana, ab Ortu Solis duabus Carmaniis, à Meridie parte finus Persici. Eius oppida sunt Axim, Persepolis, Diespolis. Ibi primùm inuenta est ars magica. Ad eam Nimbrod gigas post confusionem linguarum abiit, Persasque ignem colere docuit. Primus in ea rex (sicut refert Iustinus lib. 1.) fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primũ Sibyllam in ea natam ferunt, quæ hæc de CHRISTO præcinuisse traditur, Panibus simul quinque & piscibus duobus, hominum millia in eremo quinque satiabit, & reliquias tollens, duodecim cophinos implebit in spem multorum.
Danaeis Persis. Ouid. 1. de Arte, 45. Danae mater fuit Persei, qui regioni nomen dedisse putatur.

Persæ, (Πέρσαι,) Populi Persiam incolentes. Propertius lib. 3. eleg. 11. 6. Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem. Lucan. lib. 10. 54. Et Pharis Persisque fuit Macedumque tyrannis.
Religio impia Persarum. Catullus in Gellium, epigr. 85. 2.
Infidi Persæ. Horat. 4. Carm. ode 15. 5.
Graues Persæ. Horat. 4. Carm. ode 2. 5. Ibidem, lib. 3. ode 5. 1.
Vescentur nasturtio Persæ. Cic. 2. de Finib. 146. Et. 5. Tusc. 159.
Persæ cera circunlitos mortuos condunt, vt quamiaximè permaneant diuturna corpora. Cic. 1. Tuscul. 174.
In Persis augurantur & diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi, Cic. 1. de Diuin. 149.
Reges Persarum plures vxores habere, his autem vxoribus ciuitates attribuere aiunt solere, hoc modo. Hæc ciuitas mulieri redimiculũ præbeat, hæc in collũ, hæc in crines, ita populos habent vniuersos non solùm cõfidos

scios libidinis suæ, verum etiam administros. Cic. 5. Verr. 64.
Rex Persarum quisquam esse non poteit, qui non antè Magorum disciplinam scientiamque perceperit. Cic. 1. de Diuin. 150.

Perseis, pen. prod. (Περσηΐς,) Patronymicum fœmininum vt Herbæ Persides, Magicæ. Ouid. 1. de Remed. amo. 53.
Quid tibi profuerunt Circe Persides herbæ,
Quum tibi Neritias abstulit aura rates?

Persicus, pen. cor. (Περσικός,) Adiectiuum, Quod ex Persia est: vt Regnũ Persicum. Iuuenalis Saty. 14. 33.
Nec Cræsi fortuna vnquam, nec Persica regna
Sufficerent animo.

Persicus sinus, Qui ab Oriente est maris Rubri. Plin. lib. 6. cap. 26. 1. Persæ Rubrum mare semper accolueré, propter quod is sinus Persicus vocatur. Meminit & Ptolemæus lib. 5. cap. 4. hodie mare de Balsera nõmẽ habet, in cuius ore insula Gulfar.
Libri Persici Cice. 1. de Diuin. 84.
Bracha Persica. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 7.
¶ Persicus, aliquando pro Opulento & diuite accipitur, à Persarum scilicet diuitiis, luxuque. Horatius 1. Carm. ode 38. 1. Persicos odi puer apparatus.

Ornatus Persicus. Cic. de Senect. 56.
¶ Persica mala, dicta sunt, quòd ex Persia primùm allata sunt. Plinius libro 13. cap. 9. Aegyptus & Persicam arborem sui generis habet, similem pyro, folia retinentem, fertilitas assidua ei, subnascente crastino fructu maturitas Erasiarum afflatu. Pomum longius pyro, inclusum amygdalæ putamine & corio: colore herbido, sed vbi nux illi, huic pomum, differens breuitate ac mollitie: & quanuis blandiatur prædulcis suauitas, innocuum.

Persideo, persides, pen. cor. persedi, pe. prod. persessum, (ἐφέζομαι,) persidére, Idem quod Permanere. Plin. lib. 17. cap. 24. 7.
Pruinæ pociosior natura, quoniam lapsa persidet, gelatque, ac ne aura quidem vlla depellitur.

Persido, perrides, pen. prod. persedi, persessum, (ἐπιζέομαι,) persidere, Ex Sido compositum. Lucret. lib. 1. 62.
At neque quo pacto persederit humor aquai Visum est. Id est Insederit, immissus sit, intrarit, penetrarit. Virg. 3. Georg. 89.
Turpis oues tentat scabies: vbi frigidus imber
Altius ad viuum persedit, & horrida cano
Bruma gela. Vbi Seruius. Persedit, Medullas & ossa penetrauit.

Perligno, perlignas, (ἐπιστρωνύω,) perlignare. Liuius. 5. bel. Puni. 35. Quibus creati sunt Quinquentiri muris turribusque reficiendis, & Trium viri binivni sacris conquirendis domisque perlignandis: alteri, &c.

Persimilis, & hoc persimile, penult. cor. (πολυόμοιος,) Plaut. Persila, 18. 16.
Haud male videor vidisse hic forma persimilem tui,
Eadem statura. Cic. in Partit. 15. Nihil sane præter memoriam quæ est germana literaturæ quod ammodo, & in dissimili genere persimilis. Horat. de Arte, 1.
Credite Pisones isti tabulæ fore librum
Persimilem, cuius velut ægri somnia, &c.

Persisto, persistis, persisti, persistum, penul. cor. (ἐμμένω,) persistere, Durare, perseuerare. Apuleius, Quum me rogassent, an in proposito persistérem. Liu. 8. bel. Maced. 17. Parum est non erubuisse abientem, quum per legatos frustraris nos, nisi præsens quoque in eadem impedentia persistas? quinque & viginti talenta tyrannidem tuam exhauriunt? Cice. 1. de Diuin. 172. Aut pertinacissimus fuerit si in eo persisteris, ad corpus ea quæ dixi referre, aut deseruerit totã Epicuri voluptatem, si negaueris.

PERSIVS, (Περσεύς,) doctissimus Romanorum, cuius Lucilius meminit. Cicero item 2. de Orato. 15. C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque ab doctissimis legi velle, quòd alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quàm ipse de sei quo etiam scripsit, Persium non curo legere: hic enim fuit, vt noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus: Lælium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. Hactenus Cicero. Persius Flaccus, Volaterris Hetruriæ oppido natus est. Constat eum claruisse iisdem temporibus, quibus Domitius Nero imperium vrbis Romæ suscepit. In grammatica præceptorem habuit Rhemnium Palæmonem Vincentinum, qui grauissimas inimicitias dicitur exercuisse cum M. Varrone. In Rhetorica Flauium Virginium. Annæum verò Cornutum, qui philosophiæ studio excelluit, magna diligentia, singulariqúe obseruatione coluit, cumque eo familiarissimè diu vixit, vt testatur ipse his versibus, Saty. 5.
Quumque iter ambiguum est, & vitæ nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes,
Me tibi suppositeneros tu suscipis annos
Socratico Cornute sinu. Vide Crinitum,

Persolido, persolidas, penul. cor. (κατασφόδω,) persolidáre, Idem quod simplex. Solido. Scat. 1. Theb. 70,
Diffunditque imbres: sicco quos asper niatu
Persolidat Boreas. Hoc est congelat.

Persolus, pen. prod. Adiectiuum, Persolæ nugæ. Plaut. Curc. 4. 37, Ebriola, persolæ nugæ. Quasi dicat, Meræ nugæ.

Persoluo, persoluis, persolui, persolutum, pen. pro. (ἐκτίω, ἐκτίνω,) persoluere, Perfectè, vel in totum soluere.
Ab aliquo persoluere, Vide A vel AB præpositiones.
Persoluere Amico, Propter eius beneficia & virtutes. Decius Brutus, Tãtum me vbi debere existimo, quantum persoluere difficile est.
Persolui primæ epistolæ, venio ad secundam, Id est Respondi ad ea quæ scripsisti in prima epistola. Cic. Attico, lib. 4. ep. 18. 2.
Grates persoluere dignas. Virgil. 1. Aeneid. 121. Ibidem, 2. 108.
Persolui gratia non poteit nec malo patri. Quintil. in Aegro redempto. Hoc est, Beneficium ne malo quidem patri reddi potest.
Honorem persoluere alicui. Virg. 8. Aeneid. 13.
Officium receptum persoluere. Cic. 7. Ver. 143, Qui & Populo Rom. satisfactum, & receptum officium Siculis necessarius meis erit persoluto.
Pœnas persoluere, Dare pœnas. Cic. de Amic. 36, Itaqi hac amentia quæstione noua perterritus, in Asiam profugit, ad hostes se contulit, pœnas Reipub. graues iustasque persoluit. Idem 7. Verr. 128. Et 11. Philipp. 311, Pœnas dis hominibusque meritas debitasque persoluat. Id est, Punitur ob peccatum suum in deos & homines. Sic ad Brutum, 5. 3. Catul. Argon. epig. 59. 60.
Pœnas persolues mihi sanguine. Virg. 9. Aeneid. 85.
Præmia promissa persoluere. Ouid. 3. Fast. 79.
Promissum persoluere. Cicero pro P. Sestio, Sinite me, quod vobis fretus hucusque sæpè promisi, id vobis ei persoluere. Casius ad Ciceronem, lib. 12. 12. 5, Habeo paululum moræ, dum promissa militibus persoluo.
Quæstionem persoluere. Cic. Attico, lib. 7. ep. 23. 5, Sed quoniam grãmaticus es, si hoc mihi (ἐτήσιον) persolueris, magna me molestia liberaris.
Rationem officii persoluere. Cic. 7. Verr. 139, Ego mei iam rationem officii confido esse omnibus inquisitinis meis persolutam.
Stipendium persoluere. Cic. Attico, lib. 5. ep. 21, Postremò seditio militum sedata ab Appio, stipendiumqi eis vlq; Idibus Quintil. Persolutum.
Vota persoluere. Propert. lib. 2. eleg. 26. 5. Plin. epist. 321.
Persoluendus, quinque syllabarum (ἐκτιστέος,) Ouidius ad Liuiam, 74,
Vita data est, vtenda, data est fine fœnore nobis
Mutua, nec certa persoluenda die.

Persona, personæ, pen. prod. (πρόσωπον, προσωπεῖον,) significat eam qualitatem qua homo differt ab homine, tum in animo, tum in corpore, tum in extrà positis: quæ à Rhetoricis enumerantur in attributis personæ: vt Hector ad Priamum, persona filii est, ad Astyanactem persona patris, ad Andromachen persona mariti, ad Paridem persona fratris, ad Sarpedonem amici, ad Achillem persona inimici. Sunt autem & personæ in diuinitate, & quidem qualitates, non substantiæ, si Vallæ credimus: Pater, Filius, Spiritus sanctus. Sed Qualitas est ea quæ posit abesse citra subiecti corruptionem: Falsa & Græcula est definitio. Calor enim & lux in Sole nunquam abest. Hæc ferè ex Valla libro 6.
Imposuit nobis ipsa natura personam magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquorum. Cic. 1. Offi. 157. & 161.
Naturam & personam alicuius ad aliquam rationem aptam esse. Cic. Cæsari in Epist. ad Atticum, lib. 9. 183. 2.
Digna tua persona quæ sunt, ea reminiscere. Seruius Ciceroni lib. 4. 5. 15.
¶ Persona, pro homine. Cic. Attico, libro 7. 160. 4, Velim deinde aliquid etiam in posterum prospicias, fingisque quem me esse deceat, & vbi me plurimũ prodesse Reipublicæ seorsiasecquæ pacifica persona desyderetur, an in bellatore sint omnia. Idẽ 1. de Finib. 3. Postremò aliquos futuros suspicor qui me ad alias literas vocant: genus hoc scribendi etsi sit elegans, personæ tamen & dignitatis esse negent. Idẽ 4. Acad. 10. At vereor interdum ne taliam personarum, quam amplificare velim, imminuam etiã gloriam. Cellur in Procemio lib. 1. Medicos nihil tentasse iudico: quia nemo in splendida persona periclitari voluerit coniectura suæ ne si seruasset, occidisse videretur.
Heroicæ personæ Medea & Atreus. Cicero 3. de Nat. deo. 101.
Obscuræ personæ. Cic. Appio, lib. 3. ep. 6. Neque enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur.
Contrahere personas ad aliquod negotium, Vide CONTRAHO.
¶ Persona, pro eo quod vulgò dicunt Nomen vel tuum vel meum. Cic. Attico, lib. 7. 189. 11. Subicere eisdem prælliis, vt mea persona semper ad improborum ciuium impetus aliquid videretur habere popularè. Id est, Vt ego semper essem expositus impetui improborum, etiã plaudente quodam modo plebe, inquit Budæus. Idem 12. Philip. 330. Quòd si habenda cum Antonii latrocinio pacis ratio fuit, mea tamen persona ad istam pacem conciliandam minimè fuit deligenda. Id est, Non debui mitti legatus. Itẽ pro Archia, 2, In eusmodi persona quæ propter otium ac studium minimè in iudiciis periculisque tractata est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic 6.Philip.214.Non alienum fuit personas quasdã à vobis recognosci, vt quibusnam bellum gereretur, possitis tacitè cogitare.
Hominum innumerabiles personæ.Cic.2.de Orato.79.
Colliduntur personæ inter se.Quintil.lib.7.cap.3.9.
Inuadere personas fauorabiles.Quintil.lib.7.cap.2.30.
¶ Persona, (μασκαλίων,) pro facie cõficta accipitur, quę à Græcis πρόσωπον vocatur. Hanc iuniores laruam vocant. Vnde in scenis histriones personas accipiunt, hoc est facies serui, aut ancillæ, aut mariti, aut patris. Plinius lib.12.cap.14.7.Persona adiicitur capiti, densóve reticulus. Idem lib.7.cap.53.6.de M.Osilio Hilaro histrione loquens, Personam eius dici acceptam intuens, coronam è capite suo in eam trãstulit. Martial.lib.14.181.
Sum figuli lusus Rufi persona Batani:
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.
Cerea persona.Lucret.lib.4.60.
Personæ sunt (vt dictum est) in scena qui exprimunt gestu vel habitu senem, vel amatorem, vel auarum, vel iactabundum, &c. Terent.in Prol. Eunuc.26.Paraliti personam inde ablatam vel militis.
Partes & persona.Cic.pro Murena,5.Ego autẽ has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter, illam verò gravitatis seueritatisque personam non appetiui.
Conuenientes personæ.Quintil.lib.4.cap. 2.38.
¶ Abiicere personam vna, & Sumere, contraria.Cic.pro Planc.81.Vi me inquam Plancius, & complexu suo retinuit, multosque menses à capite meo non discessit, abiecta Quæstoria persona, comitisque sumpta.
Adumbrare personam, Vide ADVMBRO.
Aptare personam Herculis infantibus.Quintil.lib.6.cap.1.28.
Capere personam, Vide CAPIO.
Tantam personam, tam grauem, tam seueram nõ capiunt angustiæ pectoris.Cic.in Pisonem,18.De dignitate & maiestate Consulis.
Constituere personas.Quintil.lib.4.cap.2.38.Si personas conuenientes iis, quæ facta credi volemus, constituerimus.
Alienam ferre personam.Liu.3.ab Vrbe,146.Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit.
Vtrauque personam ferre.Horat.1.epist.18.6.
Alter purpureum non expectabit amictum,
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Personamque feret non inconcinnus vtranque.
Nouam formare personam.Horat de Arte,76.
Illigare personas graues sermonibus, Vide ILLIGO.
Imponere alicui personam, Dare prouinciam.Cice.2.pro Lege agrar.55.
Et mihi quæso ignoscite, si appello talem virum sæpius.vos mihi Prætori biennio ante Quirites hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, vt quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vna tuerer.
Imponere alicui personam calumniæ.Cic.4.Verr.29.Ecquando his de rebus tales viros audituros existimasti? petatur hæreditas ea quæ nulla debetur in prædam Prætoris? interponatur nomen ciuitatis? imponatur honestæ ciuitati turpissima persona calumniæ?
Imponere personam, Rursum aliter.Cic.4.Verr.75.Dubitate etiamnum si potestis, quin eum ille potissimum ex omni numero delegerit, cui improbam personam imponeret?
Vehementem & acrem personam, quam mihi tempus & Resp. imposuit, iam voluntas & natura ipsa detraxit.Cic.pro Sylla,6.
Induere personam.Quintil.lib.3.cap.8.34.Aut eandem personam induit Cicero, cum Co, Pompeio. Vide INDVO.
Introducuntur personæ in dialogis, Vide INTRODVCO.
Serunt personæ.Cice.3.Offic.144.Nam illud quidem, neque dedi, neque do infidelt cuiquam: idcirco rectè à poeta, quia quũ tractaretur Atreus personæ seruiendum fuit.
Substituere personas.Quintil.lib.3.cap.8.37.
Suscipere personam alicuius.Quintil.lib.4.cap.1.68.
Sustineo vnus tres personas, meam, aduersarii, iudicis.Cic. 1.de Orat.57.
Grauissimam sustinet personam, qui philosophiam profitetur. Cicero.in Pisonem, 56.
Tenere aliquam personam.Cic.3.de Orato.30. Quare omnes istos me authore deridete, atque contemnite, qui se horum, qui nunc ita appellantur rhetorum præceptis omnem oratorum vim complexos esse arbitrantur, neque adhuc quam personam teneant, aut quid proficeãtur, intelligere potuerunt.
Tractare personam alicuius.Quintil.lib.4.cap.1.9.Ipsius autem litigatoris persona tractanda varia est.
Tueri personam principis, magnum est in Republica.Cic.9. Philipp.253.
Personas etiam dicimus figuras eminentes in ædificiis quæ aquas ore vel mentula funduntur, eoque varios vultus & gestus exprimunt: vt est apud Vlpianum in L.Fundi.ff.de Actionibus empti.
Personãtus, pen.prod.Adiectiuum, (μασκαλιωτός,) Qui est de comœdia.Horat.1.Serm.laty.4.12.
– quis stomachetur eodem
Quo personatus pacto pater? Hæc Budæus. Cic.3.de Orat.122.
Quo melius nosti illi senes qui personarum ne Roscium quidem magopere laudabant.
Personatus, Pertonis, siue laruis indutus.Cice.Attico, lib.15.321.5.Quid est hoc quid est autem cur ego personatus ambulem? pariuinne fuda persona est ipsius senectutis?
Personata fabula.Festus, Personata fabula quædam nunc inscribitur, quã putant quidam primum à personatis histrionibus, sed quam post multos annos comœdi personis vti cœpere, verisimilius est eam fabulam propter inopiam comœdorum actam nouam per Atellanos, qui proprie vocantur personati: quia ius est is non cogi in scenam ponere personam: quod cæteris histrionibus pati necesse est.
Personalis, & hoc personãle, pen.prod. (προσωπικός,) Quod ad personã pertinet. Vnde Personalis actio, quæ in personam fit. Personale verbũ, quod per personas distinguitur.
Personale munus. Vide Vigilantia & solicitudo animi, in VIGIL.
Personata, huius personatæ, pen.prod. (ἄφεσον,) Genus herbæ nascentis iuxta riuos & flumina. Plin.lib.25.ca.9.3. Quidam arction personatam vocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Colu.lib.6.cap.17. Venena viperæ depellit super scarificationem ferro factam herba, quam vocant personatam, trita, & eiusdem imposita. Petasites aliis dicitur, aliis prosopion.
Personata fundit folia longè maxima, quæ nonnunquam quosdam induerent qui personati ludis prodirent. Hinc inditum putauerim nomen. Ruel.lib.1.Arction prosopites personatiã in Latino sonat. Vulgus nostrum gleteronem, vel Bardamam: & Lappam maiorem officinæ vocãt.
Personо, personas, pen.corr.personui, (ἐξηχέομαι,) personare, Magnum sonum emittere, Magna voce clamare & efferre. Cicero M.Cælio, 37. Illæ verò non loquuntur solùm, verum etiam personant, hue vnius muliebris libidinem esse prolapsam, vt ea, &c. Idem pro Plancio, 70. Furialis illa vox nefariis stupris, religiosis altaribus effuminata, secum & illos & Consules facere acerbissimè personabat.
Per vrbem totam personat. Valer. 2. Argon. 55.
Auratã citharã personat Iopas. Virg. 1. Aeneid. 150.
Cerberus personat regna latratu. Virg. 6. Aeneid. 84.
Tibia personuit solemni cantu. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 3.
Aurem alicuius personare. Horat. 1. epist. 1. 2. Est mihi purgatam crebro qui personet aurem, &c.
Personare aures alicuius voce aliqua. Cic. ad Leptam, lib. 6. 18. 8. Tamen personare aures eius huiusmodi vocibus non est inutile.
Personare tumultu. Liu. 7. bel. Pun. 89. Postquam quæta omnia circa se vidit, alias partes eo tumultu personare, vt captæ vrbis interdum excitatus clamor. Ouidius 1. Trist. eleg. 2. 10. Quantus ab æthario personat axe fragor.
Domus personuit cantibus, Horat. 1. Serm. saty. 6. 23.
Personat domus cantu tibiarum. Cic. in Pisonem, 16. Quam Collegæ tui domus cantu & cimbalis personaret. Liui. 7. ab Vrbe, 15, His vocibus curia & forum personat. Cic. pro Roscio Amer. 79, Animi & aures iusta tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum & neruorũ, & tibiarum, nocturnisque conuiuiis tota vicinitas personet. Idem 2. Phili. 103. Personabant omnia vocibus ebriorum.
Saxa personuere dulci fistula. Horat. 1. Carm. ode 17. 3.
Vlulatus personant tota vrbe. Liu. 9. bel. Maced. 55. Non fama modò accepisse vos, sed crepitibus etiam, vlulatibusque nocturnis, qui personant tota vrbe, certum habeo.
Personus, penult. correp. Adiectiuum. Valerius 4. Argonaut. 84.
– hæc procul fo
Spectat ab arce poli iam diuis addita, iamque
Aspide cincta comas, & ouanti persona sistro.
Perforbeo, perforbes, perforbui vel perforpsi, perforptum, (ἐκπίω,) perforbere. Totum forbere. Plin. li. 31. ca. 11. 1.
Alias ex his mares existimauere, tenui fistula spissioreque, perforbentes, & quæ tingontur in deliciis aliquando & purpura.
Perspeculor, pen.corr. perspeculãris, (κατασκοπεύω,) perspeculãri, Diligẽter speculari. Plin. li. 8. ca. 16. Affidua nõque satietate obesus exit in litus, recentes arundinum cæsuras perspeculatus. Hirtius de bello Africano, lib. 5. 117. Quũ de vallo perspecularetur.
Perspergo, pergis, perspersi, perspersum (κατασκίδνημι,) perspergere, Idẽ quod Aspergere. Cic. 1. de Ora. 77. Libanotis est etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tãquam sale perspergatur omnis oratio. Cato ca. 130. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito.
Perspicio, perspicis, pen.corr. perspexi, perspectum, (σκέπτομαι,) perspicere, Intueri & diligenter animaduertere. Plaut. Menæch. 9. 79. Mulier hæc stulta atque inscita est, quantũ perspexi modò. Idem Cap. 15. 16. Aegritudo auctior est in animo, ad illũ modũ sublitum os esse Hodie mihi, neque id perspicere quiui. Terent. Phorm. 1. 2. 10. Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verère verba ei credere! Idem Eunuch. 5. 2. 61. Parum perspexisse eius videre audaciam. Plaut. Aulul. 5. 1. Postquam perspexi salua esse intus omnia. Cice. ad Lentulum, lib. 1. 2. 6. Perspiciebant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures iuros. Cæsar 1. bel. Gal. 171. Qua de causa discederent, nondum perspexerat. Horat. de Arte, 88.
– quem perspexisse laborent
An sit amicitia dignus.
Perspicere & penitus introspicere. Cic. pro Sylla, 57. Perspicite etiã atq; etiã Iudices: nihil est quẽ in hac causa dici possit vehementius. penitus introspicite Catilinæ, Antronii, Cethegi, Lẽtuli, cæterorũq; mẽtes, &c.
Perspicere vnde natus sit error. Cic. 1. de Finib. 49.
Non satis perspicio ista varietas quæ sit. Cic. 2. de Finib. 16.
In parua pecunia sæpe perspiciuntur quàm sint leues quidam amicitiquidam autem, quos parua mouere non potuit, cognoscuntur in magna. Cice. de Amicitia, 56.
Quid in quaque re verum syncerumque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo quæque gignantur, quæ cuiusque rei causa sit perspicere. Cic. 2. Offic. 24.
Ex re quod perspicitur, & verum esse intelligitur, nihil attinet approbari. Cic. 1. de Inuent. 80.
Cum consilio & cura rem aliquam perspicere. Cic. 2. de Inuent. 133.
Altius perspicere, Vide ALTVS.
Facillimè & optimè perspicere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 11.
Funditus perspicere omnes res gestas. Lucret. lib. 1. 97.
Rectius perspicere aliquid. Lucret. lib. 1. 37.
Perspicere & pertractare totam causam. Cic. 2. de Orat. 174.
Perspicere coniectura. Cic. pro Leg. Manil. 18. Multa præterea consulto, sed ea vos coniectura perspicitis.
Cura vigili perspexerat omnia Ouid. 15. Metam. 13.
Fidem alicuius perspicere. Cic. 4. Verr. 3. Ciues in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidem cæteri Siculi perspexerunt. Cæsar 5. bel. Gal. 20. Quorum in se fidem perspexerat.
Fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses. Cic. Attico, lib. 14. 311. 1.
Naturam loci perspicere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 246.
Videre frequentiam aliquorum, & studia perspicere. Cic. 1. Catil. 16.
Se perspicere, torumque tentare. Cic. 2. de Legib. 88. Quum se ipse perspexerit, torumque tentarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus ad vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendã adipiscendamque sapientiam. De homine.
Virtutem & integritatem alicuius perspicere. Cic. 5. Verr. 2.
Voluntatem alterius perspicere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 1. 6. Quum perspexero voluntates nobilui, scribã ad te. Sic 4. Verr. 93. Et 1. in Catil. 15.
Perspectus, Participium, (διαφανής,) Cæsar 2. bel. Gal. 290. Eorum diurnum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta.
Amicitia perspecta. Catul. de Cælio, epigram. 95. 2.
Perspectum, cognitum, iudicatum animũ alicuius habere. Cic Bruto, 1. 3.
Vita aliquorũ tu rebus honestis atq; magnis perspecta. Cic. 1. Offic. 207.
Audita virtus alicuius, Perspecta, præsens, experta, cõtraria. Cic. pro Cornel. Balbo, 11. Cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius præsens, experta atque perspecta obtrectatorum voce lædetur?
Perspecta & explorata omnia ad aliquẽ prescribere. Cic. Attic. lib. 3. 55. 14.
Perspectus, Nomen ex participio, (διόρατος,) Quod diligenter animaduersum est. Cic. Attico, lib. 11. 209. 1. Omnem autem spem habeo existimationis priuatarumque rerum in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia. Idem Qu. fratri, lib. 1. 1. 68. Vt hic tertius annus imperii tui, tanquam tertius actus perspectissimus atque ornatissimus esse videatur. Antiquum exemplar habet perfectissimus.
Perspectè, Aduerbium, (διόρατος,) Diligenter, doctè.
Perspectè sapere. Plaut. Mil. 10. 161. Fit pol illud ad illud exemplum: vt doctè & perspectè sapit?
Perspecto, perspectas, (σκοπέομαι,) perspectare, Frequentatiuum. Plaut. Mil. 10. 2. Simitè me prius perspectare ne vspiam insidiæ sient.
Perspectare, Ad finem vsque spectare. Sueton. in Augusto, Ludos quinquennales honori iuo destinatos perspectauit.
Perspicentia, perspicientiæ, (ἐνστασία,) Cic. 1. Off. 24. Sed omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliquarum enim id in perspicientia veri, solertiaque versatur. Id est, perfecta cognitione.
Perspicuus, Adiectiuum, (διάφανος,) Per cuius medium videmus: & magis ad incorporalia pertinet. Martial. lib. 4. 41. de vitro, Prodat perspicuus ne duo vina calix. Idem lib. 4. 22. Perspicua aqua.
Amnis perspicuus. Stat. 4. Thebaid. 184.
Liquor perspicuus. Ouid. 4. Metam. 60.
¶ Perspicuus, (ἐνεργής,) per translationem pro Claro, manifesto, & minimè dubio. Cic. pro Rosc. Amer. 23. Necesse est eam quoque iustam & magnam & perspicuam fuisse. Idem pro Quintio, 54. Est quædam tamen ita perspicua veritas, vt eam infirmare nulla res possit. Sic 1. de inuent. 79. Quæ perspicuam omnibus veritatem continet assumptio, nihil indiget approbationis.
Mors perspicua. Cic. pro Domo sua, 51. Legerũ clarissimos nostræ ciuitatis viros, se in medios hostes ad perspicuã mortẽ p salute exercit' iniecisse.
Non obscurum & perspicuum. Cic. 6. Verr. 90. Res quæ esset antea non obscura, sacerdotum testimonio perspicua esse cœpit.
Apertum & perspicuum. Cice. 3. Verr. 100. Omnia aperta, omnia perspicua reperientur.
Perspicuum facere. Cice. 2. Verr. 4. Nam vt apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicii perspicua sua consilia, conatusque omnibus fecit.
Perspicuum est omnibus. Cic. 4. Acad. 138. & 183. Idem pro Rosc. Amerin. 24. At perspicuum est multum fuisse.
Perspicuum hoc est, constarique inter omnes. Cic. 3. de Nat. deor. 14.
Perspicuitas, penul. corr. perspicuãtis, (διαφάνεια,) Euidentia. Cic. 4. Acad. 35. Propterea quòd nihil esset clarius ἐναργείᾳ, vt Græci perspicuitatem aut euidẽtiã nos, fi placet, nomine mutuabimur, si opus erit, verba. Ibidem, 84. Primũ igitur perspicuitas illa quam diximus satis, &c. Quintil. li. 1. ca. 3. 6. Nõ & prima est eloquẽtiæ virtus pspicuitas.
Perspicuè, Aduerbium, (διαφανῶς,) Euidenter. Plaut. Aul. 7. 11. Anus hercle hoc iudicium fecit de auro, perspicuè polàm est. Cic. 4. Acad. 67. Quo enim modo perspicuè dixeris, album esse aliquid, &c.
Dilucidè & perspicuè. Plinius lib. 18. cap. 28. 14. Quãm potero dilucidè atque perspicuè.
Planè & perspicuè expedire aliquid. Cic. 3. de Finib. 30.
Apertè & perspicuè nulla esse iudicia. Cic. 1. Verr. 13.
Perspicax, pen. cor. perspicãcis, pen. prod. om g. (πανόπτης, σωκερός, δίοπτικός, σωκεπτικός,) Consyderatus, acutus. Cic. 3. Offic. 132. Quod id Palamedis perspicax prudentia. Istius percepisset malitiosam audaciam. Ex poeta. Terent. Heaut. 1. 3. 129. Patrem nouisti, ad has res quã sit perspicax. Ibidem, 5. 1. 1. Ego me non tam astutum, neque ita perspicacem esse, id scio. Cicero 1. Offic. 141. acutum & perspicax coniunxit, Id quod acutum & perspicax natura est.
Perspicacia, huius perspicaciæ, (κοῦφος,) Consyderatio & acumen. Cicero ad Atticum, lib. 15. 329. 1. Tandem à Cicerone tabellarius, sed me hercule literæ πεπαμένοι, scriptæ, quod ipsum perspicaciam aliquam significaret.
Perspicacitas, penul. correp. Idem, (τὸ σωκεπτικόν,) Cic. ad Atticum, libro 1. 13. 10. Etsi ex iis quæ scripsimus, tanta es perspicacitate, etiam à me non scripta perspicis. In quibusdam exemplaribus desyderantur hæc verba, es perspicacitate.
Perspisso, Adusib (πολυδιαφθίνω,) significat Tardè. Plau. Quia quod bene promittũt aruspices, pspissũ euenit. Nonius.
Persterno, perspernis, perstrãui, perstrãtum, pen. prod. (κατασκόω, μνυμι,) persternere, Totum sternere. Liu. 10. ab Vrbe, 234. Eodem anno ab Aedilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis vi à Martis silice ad Bouillas perstrata est.
Perstimulo, perstimulas, pen. corr. (κατασυντόω,) perstimulare, Idem quod Stimulo. Tacit. lib. 4. Agrippinæ quoque proximi illicebantur: prauis sermonibus spiritus perstimulare.
Perstino, perstinas, pen. corr. (τιμάω,) perstinare, Taxare, siue pro pretio deputare. Apul. Et percontato pretio quòd cẽtũ nũmis indicaret, asperuatus, Viginti denariis, inquit perstinaui.
Persto, perstas, perstiti, perstitum, pen. corr. & perstãtum, pen. prod. (ἱμείνω,) perstare. Firmum & immobilem stare, Perseuerare. Plinius lib. 7. cap. 1. 12. Philosophos eorum quos gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis feruentibus harenis.
In limine perstat quidam. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 15.
Anima perstare. Stat. 11. Thebaid. 86.
Negare aliquid, & in eo perstare. Cic. 3. Offic. 51.
In causam damni perstat vterque sui. Ouid. 2. de Arte, 113.
In impudentia perstare. Cic. pro Roscio Comœdo, 16.
Perstare incœpto, vel in incœpto. Liu. 8. ab Vrbe, 166. Vbi quum deprecantibus primoribus Patrum, atque vniuerso Senatu perstaret incœpto immitis animus, tum pater M. Fabius, &c. Ibidem, 174. Se tamen perstaturum in incœpto, nec ei, &c. Ouid. 6. Met. 10.
Perstare in prauitate sua. Cic. 4. Acad. 51.
Perstare in sententia. Cic. pro Roscio Comœdo, 32. Cæsar. 7. bel. Gall. 110. Liu. 7. bel. Maced. 111.
In societate perstare. Liui. 3 belli Pun. 61. Senatus ac maximè primores eius societate Romana cum fide perstare.
Perstas certare. Ouid. 13. Metam. 16.
Perstat contendere. Silius lib. 1. 21.
Hyems perstat. Ouid epist. 17. 42.
Mens eadem perstat mihi. Virg. l. 5. Aeneid. 163.
Musa sola comes fugæ perstitit. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 4.
Me quoque musa leuat Ponti loca iussa petentem,
Sola comes nostræ perstitit illa fugæ.
Pudor in ore perstat. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 19.
Rabies perstat. Lucan. lib. 5. 42.
Perstans, Participium, (ἱμείνων,) vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dictis perstantem cernit in iisdem. Valer. 4. Argon. 30.

Perstratus, Vide PERSTERNO.

Perstropo, perstrepis, pen. corr. perstrépui, perstrépitum, pe. cor. (κατακλοφίω,) perstrépere, Valde strepere. Terentius Eunuc. 3. 5. 52. Abeút lauatũ, perstrepũt, ita vt fit domini vbi absunt.
Crebro pulsatus perstrepit ictu. Claud. 2. in Eutrop. 90.
Kunors in arcana tandudum perstrepit aula Stat. 2. Achil. 16.
Tellus perstrepit. Silius lib. 8. 86.

Perstringo, perstringis, pstrinxi, perstrictũ, (κατασφίγγω,) perstringere, est (inquit Nonius) Valde stringere, & claudere. Cato cap. 32. Vites bene nodentur per omnes ramos, diligentérque cauete ne vitem præcipites, & ne nimium perstringas.
Perstringere oculos splendore micanti, Offuscare, obnubilare, obscurare. Lucilius lib. 30. Perstringat oculorum aciem in acie hostibus splendore micanti.
Perstringere aciem, aut oculos mentis, & animorum, aut boni ingenii. Cic. 1. de Diuin. 108. Eaque parte animi quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti: quorum vtrunque perstringere aciem mentis solet. Idem 4. de Finib. 61. Aciem animorum nostrorum virtutis splendore perstringitis. Sic ad Brutum, 18. 4. Videtur enim esse indoles, sed flexibilis ætas: multique ad deprauandũ parati: qui splendore falsi honoris obiecto aciem boni ingenii perstringi posse confidunt. Item de Senect. 38. Voluptas rationi inimica, mentis (vt ita dicam) perstringit oculos. Lucan. lib. 1. 31.
– obliqua perstringens lumina flamma.
Murmure cornuum perstringis aures. Horat. 1. Carm. ode 1. 4.
Fulmineum perstrinxit iter. Claud. 1. Paneg. 40.
Terram aratro perstringere. Cic. pro Leg. agrar. 69. Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit?
Portam vrbis alicuius vomere aratri perstringere. Cicero 2. Philip. 101.
Horrore perstringi. Liuius 1. ab Vrbe, 103. Vt primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit: & neutro inclinata spe, torpebat vox spiritusque.
¶ Perstringere aliquem, Leuiter attingere, & interim taxare, & reprehendere, leuique dolore afficere. Cic. pro Sestio, 11. Vt eos quorum sceleris furore violatus essem, vocis libertate perstringerem? Idem Attico, lib. 1. 9. 5. de Crasso, Qui mihi laudem illam eo minus deberet, quòd in omnibus literis in Pompeiana laude perstrictus esset. Id est taxatus, vel inuidia & dolore affectus. Ex Budæo.
Celeriter cursum aliquem perstringere. Cic. 3. Philip. 63.
Leuiter Consulatus meus eum perstringit. Cic. de Clar. Orat. 180. Consulatusque meus qui illum primò leuiter perstrinxerat, idem nos rerum mearum gestarum, quas ille admirabatur laude coniunxerat.
Voluptatem alicuius asperioribus verbis impunè perstringere. Cic. pro Plancio, 28.
Suspicione perstringere. Cic. pro Sylla. 34. Nemo vnquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim.
¶ Perstringere, Summatim & breuiter dicere. Ci. pro Sextò Roscio, 55. Sed in animo est, quemadmodum antè dixi, leuiter transire, ac tãtùmodo perstringere vnamquanque rem: vt omnes intelligant, me non studio accusare, sed officio defendere. Idem de Amicitia, 42. Quẽ locum breuiter perstrinxi paulo antè. Quintil. lib. 11. cap. 1. Hunc locũ Cicero breuiter perstringit, neque tamen videri potest quicquam omisisse. Cic. 6. Verr. 94. Rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatem criminis non sinit. Sic 2. Philip. 93. Et Attico, lib. 16. 336. 1.
Perquàm breuiter aliquid perstringere & attingere. Cic. 2. de Orat. 111.
Perstrictus, Participium, (κατασφιγξάς,) Plinius libro 17. cap. 24. 3. Perstrictus gelu non potuit eò peruenire humor. Hoc est vehementer astrictus.

Perstudiosus, pen. prod. Adiectiuum, (πολυσπουδάστος,) Cic. 5. Tusc. 89. Musicorũ verò pstudiosũ accepimus, &c.

Persuadeo, persuades, pen. prod. persuasi, persuasum, pen. prod. (πείθω, ἀναπείθω, ἐπιπείθω, πείζηνμι,) persuadère, Suadendo inducere, Facere vt quis credat. Plaut. Epid. 8. 26.
Vno persuadebit modo, si illam quæ addocta est mecum,
Mihi adempsit Orcus. Idem Bacchid. 20. 101. Persuasum est facere enim, cuius nunc me facti pudet. Terent. Adelph. 3. 4. 14. Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia. Cæsar lib. 4. Cõment. Idoneum quendam hominem & callidum delegit, Gallum, ex illis quos auxilii causa secum habebat: huic magnis præmiis pollicitationibusque persuadet, vt ad hostes transeat: & quid fieri velit edocet. qui vbi ad eos venit, timorem Romanorum proponit. Cic. de Senect. 71. Mihi quidem non quam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, viuere. Idem 4. Academic. 106. Estne quisquam tanto inflatus errore, vt sibi se illa scire persuaserit? Et 7. Verr. 9. Neque enim me tuo ne hoc cuiquam persuadeatur.
Auditori aliquid persuadere. Cic. 1. de Inuent. 34.
Opinione non solùm, sed etiam ad veritatem sibi aliquid persuadere. Cicero. 1. de Natu. deorum, 84.
Te tibi persuadere volo, mihi neminem esse te chariorem. Cice. Attico, lib. 10. 198. 3.
Prorsus ita esse, alicui persuadere. Cic. Attico, lib. 7. 128. 1.
Confirmauit non solùm mihi, sed etiam persuasit. Cice. Attico, libro 16. 333. 13.
Verè persuades hoc tibi. Horat. 1. Serm. saty. 6. 2.
Quo modo mihi persuadeo, per parenthesin positũ. Cic. pro Rosc. Amerin. 4. Ego contra breuem postulationem affero, & (quo modo mihi persuadeo) aliquanto æquiorem.
Ita persuadeas. Cic. ad Brutum, li. 11. 5. 8. Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me cum Reip. causa, quæ mihi vita ipsa est charior, tum q?, &c.
Persuadere, pro Suadere. Terent. And. 3. 3. 46. Et is mihi persuadet, nuptias quantum queam vt maturem.
Persuadens, pen. prod. Participium, (πείθων,) vt
Verba persuadentia. Ouid. 1. de Arte, 75.
Persuasus, penul. prod. (ἀνάπειθος,) Aliud participium, siue Nomen ex participio. Cic. in Tuscul. Opinio mali, quo viso atque persuaso, ægritudo insequitur necessariò.
De tua fide mihi persuasum est. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. 2. 1.
Ita persuasum omnibus cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo, fugisse Antonium. Cic. ad Brutum, lib. 11. 12. 3.
Persuasissimum est mihi. Brutus Ciceroni, lib. 11. 9. 4. Sed quòd mihi persuasissimum est Lepidum rectè facturum nunquam, si fortè vobis id de hoc dubium est.
Persuasissimum habere. Columella lib. 11. cap. 1. 4. Ea porrò persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut certè plurimũ domi se morari oportere. De villica. Plin. 23. cap. 1. 26, Nos è diuerso sumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus. Plinius Iunior epist. 20. lib. 1, Persuasum habeo posse fieri vt sit actio bona, quæ non sit bona oratio. Suet. in Clau. Nerone, cap. 29, Ex nonnullis comperi, persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicum.

Persuasio, (πειθὼ, πεισμονή, πίστις,) Verbale, dicitur Credulitas & opinio firma, quam fidem appellamus. Cic. 2. de Inuent. 147, Aut persuasioni adolescentiæ, aut alicui non malitiosæ animi affectioni attribuentur. Plin. lib. 25. cap. 2. 7, Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi. Idem lib. 19. cap, 12. 4, Vt intelligatur vana ceu plerunque vitæ persuasio.
Arrogans de se persuasio innascitur. Quintil. lib. 2. cap. 4. 12.
Attonita persuasio, Vide ATTONITVS.
Falsa persuasio. Quintil. lib. 1. cap. 1. 7.
Inanis persuasio. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14.
Popularis persuasio. Quintil. lib. 2. cap. 15. 13.
Recepta publicè persuasio. Quintil. lib. 3. cap. 7. 16.
Induere sibi persuasionem. Quintil. lib. 1. ca. 1. 7, Nihil enim peius est iis, qui paulum aliquid vltra primas literas progressi, fallam sibi scientiæ persuasionem induerunt.
Tumescere inani persuasione. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14.
Persuasor, pen. prod. Aliud verbale, (πειθὼ,) Qui persuadet.
Persuasorius, Adiectiuum, (πειστικὸς,) Quod persuadet. Suet. in Domitiano, cap. 8, Recuperatores, ne se semper persuasoris assertionibus accommodarent, identidem admonuit.
Persuastrix, persuastrices, pen pro. Antiquum, fœm. ge. (πειστὶς,) Plaut. Bacch. 23. 46, –eccas tandem probri
Perlecebræ, & persuastrices.
Persuasibilis, & hoc persuasibile, pen. cor. (πειστὸς, πειστὸς,) Quod potest persuaderi. Quintil. lib. 3. cap. 16. Rhetorice est vis inueniendi omnia in oratione persuasibilia. Ibidem vim vocat inueniendi quod sit in oratione persuasibile.
Persuasibiliter, pen. cor. (πιθανῶς,) Aduerbium. Quintil. lib. 2. cap. 15. 10, Qui finem eius esse ait persuasibiliter dicere.

Persubtilis, & hoc persubtile, pen. prod. Valde subtile significat. Cice. pro Plancio, 47. Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio.
Animus persubtilis, atque minutis corporibus factus. Lucretius lib. 3. 37.

Persulto, tiuo verbi Salio, Saltando lætitiam animi ostẽdere. Liu. 4. bel. Maced. 78. Quorũ vbi arma signaque Lacetani cognouere: memores quàm sæpe in agro eorum impune persultassent. Tacit. li. 11. Simul Ibero exercitu campos persultante. Idem in vita Agricolæ, Simul ratiores syluas equitem persultare fussisset.
Equis leuibus persultare. Silius lib. 3. 78.
¶ Persultare, Ferarum proprium & pecudum. Lucret. li. 1. 3. Inde feræ pecudes persultant pabula læta. Id est, saltant per pabula.

Pertaedet, pertædet, pertæsum est, (ἐξαπαφέστατα,) pertedère, Valde tædere. Gell. lib. 11. ca. 10. Simul duas vxores habuerat, quum id decreto ab Athenienſibus facto ius esset, quarum matrimonii pertæ debat. De Euripide. Idem lib. 1. cap. 1. Verbisque eius defatigati pertæduissent.

Pertædescit,

Pertædescit, (ἀδημονέστατα,) pertædescere. Cato cap. 156. 5. Nolite multum dare, ne pertædescat.
Pertæsum est. Liu. 3. ab Vrbe, 161. Nec nominis homines tum pertæsum esse. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 7. Pertæsum est enim leuitatis, allentationis animorum, non officiis, sed temporibus seruientium. Virgil. 4. Aen. 4. Si non pertæsum thalami tedæque fuisset. Oui. 2. Amo. ele. 9. 6. Quum bene pertæsum est, animique reuauit ardor.
Incœpti magni pertæsum est illos. Virgil. 5. Aeneid. 143.
¶ Pertæsum quidam legi volunt pro Pertæsum: quod Cicero non probat in Orato. 9. Quid in verbis iunctis quàm scitè insipientem, non insapientem: iniquum, non inæquum? tricipitem, non tricapitem? cõcilium, non concæsum? ex quo quidam pertæsum etiam volunt: quod eadem consuetudo non probauit.
Pertæsus, (ἐξαπαφεστάμενος,) Participium sine verbo, inquit Seruius.
Pertæsus, cum genitiuo. Plaut. Mostel. 5. 3.
–nam illi vbi sunt, effugi foras:
Ita me ibi malè conuiuii sermonisque pertæsum.
Lentitudinis eorum pertæsa. Tacit. lib. 15. De Epichari muliere.
Pertæsus, cum accusatiuo. Suet. in Cæs. cap. 7. Et quasi pertæsus ignauiam suam, quod nihil dum à se memorabile actum esset. Iustinus, Priuatam, etsi opulentam, vitam pertæsus, in regnum fugam meditatur.
Pertæsus se aliqua re. Suetonius Tib. Cæsare, cap. 66. Postremò semetipse pertæsus talis epistolæ principio, tantum non summam malorum suorum professus est.

Pertego, pertegis, pen. corr. pertexi, pertectũ, (κατασκεπάζω,) pertegere, Perficere quod tegere cœperis. Plaut. Rud. 4. 55.
Quin tu in paludem is, exagitasque harundines,
Qui pertegamus villam, dum sudum est? Idem Trinum. 6. 40.
Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Pertendo, pertendis, pertendi, pertẽsum, (διατείνω, διήκω,) pertendere, Valde tendere, Extendere. Cato de Re rust. ca pi. 52. In arboribus, vbi radices capiant, culicem aut qualum pertenditoque: fundũ ramũ quẽ radicẽ capere voles, scarificato, transfodioque.
¶ Pertendere, Rectũ tendere & profiscì. Liuius 5. ab Vrbe, 40. Pars maxima, atque ipse Sergius Romam pertendebant. Hirtius de bello Alexandrino, lib. 4. Protinus victor ad regis castra pertendit.
¶ Pertendere, Contendere. Cice. pro Corn. Balbo, 8. Nos Cn Pompei decretum iudicium de consilii sententia pronuntiatum recognoscemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum acerbissima diligentia est, pertendemus?
¶ Pertendere, Ad finem perducere quod intẽdebamus, aut cœperamus. Terẽ. Heau. 5. 5. 9. Quod istuc? video nõ licere, vt cœperã hoc prãdẽ.
¶ Animo pertendere, Obstinatus. Propert. lib. 2. eleg. 16. 4.
Quòd si pertendent animo vestita cubaris,
Scissa veste meas experiere moras.

Pertento, pertentas, (κατεπιχειρέω,) pertentare, Diligenter tentare, Experiri, Probare. Terent. And. 3. 4. 9.
–sed ea gratia
Simulaui, vos vt pertentarem, Liuius 1. ab Vrbe, 15. Ambientes nobilium adolescentium animos pertentabant.
Perspicere & pertentare. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 4. 5. Sed tu, vt antè ad te scripsi, perspice rem, & pertenta.
Causam totam pertentare & perspicere. Cic. 2. de Orato. 174.
Dictis vatis pertentat pectora. Stat. 3. Thebaid. 76.
Pertentare administrationem alicuius rei. Cic. 2. de Inuent. 144. Si totius administratio negotii ex omnibus partibus pertentabitur.
¶ Pertentare, Sæpe tentare. Virgil. 3. Georg. 50.
Nonne vides vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Gaudia pertentant mentem. Virgil. 5. Aeneid. 166.
Gaudia pertentant tacitum pectus. Virgil. 1. Aeneid. 102.

Pertenuis, & hoc ptenue, (πολλὰ λεπτῶν,) Valde tenue significat. Plin. li. 16. ca. 43. 3. Secatur in laminas ptenues & ilex.
Pertenuis spes, per translationem. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 3. 4. Spes autem salutis pertenuis ostenditur.
Argumentum pertenue. Cic. 2. Verr. 11. Quæ res primò, Iudices, pertenui nobis argumento iudicioque patefacta est.
Discrimen pertenue. Cic. pro Lege agraria, 36. Sic vt terra claustra locorum teneret, & duo maria maximæ nauigationi diuersa, penè coniungeret, quum pertenui discrimine separarentur.
Suspicio pertenuis. Cic. pro Cluentio, 134. Quẽ propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentii cõstituere.
Vis pertenuis. Cice. pro Cecinna, 54. Quum de iure & legitimis hominũ controuersiis loquimur, & in his rebus vim nominamus, pertenuis vis intellegi debet.

Perterebro, perterebras, pen. corr. (διατρυπάω,) perterebrare, Cælius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Iunonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque vtrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebrauisse.

Pertergo, pertergis, pertersi, pertersum, (ἀπομάττω,) pertérgere, pen. corr. Diligenter tergere. Colum. lib. 12. cap. 9. 2. Sæpe suffundere ius debebit, nec pati sitire salgama, sed extrinsecus munda spongia vasa pertergere, & aqua fontana refrigerare.
Gausape purpureo mensam pertersit. Horat. 2. Serm. saty. 8. 3.

Pertero, perteris, pen. corr. pertriui, pertritum, pe. prod. (κατατρίβω,) pertérere, Terendo comminuere. Plaut. Menech. 3. 9.
Tum cõpediti tanuam lima perterunt. Columella libro 8. cap. 5. 16.
Vel eadem pertrita, & cum aqua potui data.

Perterreo, perterres, perterrui, perteritũ, pe. cor. (κατασπλάττω,) perterrére, Valde terrere. Terentius, Eunucho. 5. 3. 13. Pòst exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum. Cæsar 1. bel. Gall. 213. Quæ copiæ nostras perterrerent, & munitione prohiberent. Ibidem, li. 7. 16. Vt sint reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 4. Non modò non excitatũ esse ad scribendum, sed etiam plane perterritum.
Ferro aliquem reiicere & perterrere. Cic. pro Cecina, 18.
Obstupefieri & perterreri diligentia alicuius. Cic. 2. in Catili. 55.
Somnio perterreri. Cic. 1. de Diuinat. 101. Eum primo perterritum somnio surrexisse: dein quum se collegisset, &c. recubuisse.

Perterritus, pen. corr. Participium. (κατασπλαττόμενος,) Cic. pro Cælio, 55. An timebant, ne tot vnum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent?
Persequi perterritos, inermes, saucios. Cic. Bruto, 10. 3.
Perterritus conscientia. Cic. pro Cluentio, 28.
Perterritus metu. Cic. 7. Verr. 87.
Timore perterritus contremui. Cic. 1. de Diuinat. 103.
Cerua perterrita. Ouid. 11. Metam. 155.
Mœnia perterrita. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 4.

Perterreficio, perterrefacis, penul. correp. perterrefeci, penul. prod. perterrefactum, (ἐκπλήσσω,) perterreficere, Idem quod Perterreo. Terẽ. And. 1. 1. 142.
Nunc tum est officium, has bene vt ad simules nuptias,
Perterrefacias Dauum. Brutus ad Ciceronẽ, lib. 11. 20. 5. Sperare eos te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia.

Perterrepo, pen. corr. Adiectiuum, Quod terrorem crepat & incutit. Lucret. lib. 6. 16. de tonitru, Tu perterrepo sonitu dat missa fragorem. Cic. in Oratore, 93.
Imò vero ista sequamur, asperitatemque fugiamus,
Habeo istam ego perterrepam. Ex poeta.

Pertexo, pertexis, pen. prod. pertexui, pertextũ, (περαίνω,) pertẽxere, Peragere, perficere. Translatio sumpta à textoribus, qui primò telam ordiuntur, & orsum deinde texunt. Cic. lib. 2. de Orato. 79. Et pertexe modo, inquit, Antoni quod exorsus es. Idem ad Atticum, lib. 1. 9. 4. Totum hunc locum quem ego variẽ meis orationibus quarum tu Aristarchus es, soleo pingere de flamma, de ferro (nosti illas λαυτόνους,) valde grauiter pertexuit.

Pertica, tinius pérticæ, pen. corr. (κάμαξ,) Baculus oblongus. Plaut. Afin. 11. 43. Nimis vellem habere perticã. L. 1. cui rei? L. 2. quã verberarem Asinos, si fortè occœperint clamare hinc ex crumena. Varro 3. de Re rustica, cap. 5. 3. Præterea & perticas inclinatas ad parietem. Plin. lib. 15. cap. 3. 3. Qui medium temperamentum in hoc seruant, perticis decutiunt. Ouid. de Nuce, 14.
Pertica dat plenis immitia vulnera ramis.
Sæua pertica. Ouid. de Nuce, 14.
Tristis pertica. Propert. lib. 4. eleg. 1. 26.
Nam tua quum multi versarent rura iuuenci,
Abstulit exultas pertica tristis opes.
Vna & eadem pertica. Plin. epist. 1. lib. 8. Ex iis etiam quos non vna (vt dicitur) pertica: sed distinctũ, gradatimque tractaui: quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abiit. Id est quos non vna vna mensus sum, inquit Budæus. Erasmus, Vna pertica, pro Eadem opera. Sumptum videtur ab his qui metiuntur agros. Perticam potuit pro decempeda. Nam Seruius Sulpitius, vt indicat Festus, dixit perticam esse lineam qua diuiduntur agri.

Perticalis, & hoc perticale, pen. prod. (καμαικὸς,) Colum. lib. 4. cap. 31. 1. Perticalis ferè salix eundem agrum, quem viminalis, deflyderat. Id est ex qua fiunt perticæ. Plin. lib. 17. cap. 20. 2, Perticalis & virga & talea feritur fossura eadem.

Pertimeo, périmes, pen. corr. pertimui, (περιδείδω,) pertimere, Valde timere. Cic. 4. Verr. 129. Si nullius vim, nullius potentiam pertimuero. Idem pro Fonteio, 20. Ne quos ita afflictos à vestris patribus, maioribusque accepistis, vt contemnendi essent, eos pertimuisse, & eorum minis & terrore commoti esse videremini. Sic 4. Verr. 52. Et 1. de Finib. 36. At ille non pertimuit, taneque fidenter, istis quidem ipsis verbis inquit, Ouid. 2. Metamor. 99. Pertimuitque lupos. Tacit. lib. 1. Nihil in vulgo modicum terrere, ni paucent: vbi pertimuerint, impunè contemni. Idem libro 17. Sub Tiberio &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caio tantum pacis aduersa Reipub pertimuere.
Antoniti Mauri pertimuere manus. Ouid. 6. Fast. 49.
Pertimesco, pertimescis, pertimui, (περιφοβέομαι,) pertimescere, Idem quod Pertimere. Plaut. Curc 14.47.
– spectacula ibi ruunt:
Ego pertimesco. Idem Trucul. 16.57.
Pertimui, postquam
Vim cura cor meum mouit. Terent. Phorm 4.2.1. Pertimui autem bella? Cic 7. Verr. 11. Quis non pertimescat? Ibidem, 6.69. Hanc tu tantam religionem, si tum in imperio propter cupiditatem & audaciam non pertimescebas: ne nunc quidem in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorrescis? Ibidem, 5.66. Siculi Siculos non tam pertimescebant. Ouid. epist. 9.15.
Diceris & dominæ pertimuisse minas. Idem 1. de Arte, 3.
Creditur annosum pertimuisse senem.
Rotam fortunæ pertimescere Cic. in Pisonem, 16.
Non mediocriter aliquid pertimescere. Cic. pro Quinctio, 1.
Pertimescere de. Cic. 7. Verr. 90. De suis periculis, fortunisque omnibus pertimescunt. Ibidem, 1.39. Nulla salus Reipublicæ maior est, quàm eos qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua, quàm illos qui accusantur de capite ac fortunis suis pertimescere.
Pertimescitur, penul. correp. Passiuum, (περιφοβέομαι,) Cic. 2. de Lege agraria, 52. Grauis est enim nomen imperii, atque id etiam in leui persona pertimescitur.
Pertimescendus, Participium: (περιφοβητέος.) vt
Fama inconstantiæ pertimescenda. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 36.

Pertineo, pértines, penul corr. pertinui, pertentum, (κατέχειν,) pertinêre, Ex per & teneo compositum, significat Pertingere, pervenire & iungitur modò præpositioni IN modò AD. Vlpianus de Cloacis. L. Prætor ait, Quo minus illi cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto. Et paulo pòst. Quod ait Quod ait Prætor, pertinet: hoc significat, quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc est dirigitur, extenditur, peruenit. Cic. de Senect. 74. Tantra esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent. Idem 2. de Nat. deorum, 206. Vias quæ pertinent ad iecur, eique adhærent. Ibidem, 103. Eaque ad pulmones vsque pertineat. Idem 1. de Diuinat. 137. Quæ potest igitur contagio ex infinito pene interuallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram? Cæsar 1. bel Gall. 6. Et ad partem Oceani quæ ad Hispaniam pertinet. Ibidem, Pertinet ad infirorem partem Rheni.
Pertinere per Cic. 1. de Nat. deor. 52. Alii autem libris quandam rationem per omnium naturam rerum pertinentem, vt diuinam esse affectam putat. Ibidem, lib. 2. 36. Ex quo intelligi debet eam caloris naturalem vim habere in se vitalem per omnem mundum pertinentem. Ibidem, 105. Deus pertinens per naturam cuiusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus.
¶ Pertinere ad, pro Præstari & exhiberi. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 28. 4. Tantùm velim existimes, si negotia Lamiæ, procuratores, liberos, familiam, quibuscunque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quàm si ea tua liberalitas pertinisset ad rem familiarem meam.
¶ Pertinet, (προσήκει, τείνει, ἐπιβάλλει.) Impersonale. Idem quod Attinet. Pomponius de Verb. & rer. significat. L. Verbum aliud pertinere latissimè patet. nam & eis rebus petendis aptum est quæ domini nostri sint: & eis, quas iure aliquo possideamus, quanuis non nostri dominii sint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quę in nulla eorum causa sint, sed esse possint.
Pertinet ad te hæc malitia, suspicio maleficii, &c. Plaut. Trucul. 17.33.
– magis pol hæc malitia pertinet ad viros,
Quòm ad mulierem: vir eam, non mulier prægnantem fecit. Cicc. pro Roscio Amer. 11. Spero ex hoc ipso nõ esse obscurũ ad quem suspicio maleficii pertinet. Liu. 1. bel. Maced. 45. Nec ad quos pertineat facinus, vestigia vlla extare. Cicc. pro Cluentio, 146.
Pertinet ad rem. Hue spectat, è re est. Cic. ad Brutum, lib. 13. 14. 1. Bonus plane vir, & cum virtutibus, tum ea fortuna (siquid hoc ad rem pertinet) ornatus. Id est, siquid affert momenti. Idem ad Plancum, lib. 10. 12. Siquid etiam hoc ad rem pertinet. Et 2. de Diuin. 146. Et si ad rem pertinet, qũo certo affecto cõpositisque fideribus quodq; animal oriatur, valeat id necesse est nõ in hominibus solũ, verũ in bestiis etiã.
Pertinet ad Remp. pro Interest Reip. Cic. ad Brutũ, 2. 3. Id valde ptinuit, vt ego tum intelligebam, ad Remp vt nunc iudico ad dignitatem tuã. Idem pro Fõteio, 2. Et quũ ad Remp ptineret viam Domitiã munire.
Pertinet oratio mea ad. Cic. pro Cornelio Balbo, 16. Nec verò hæc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum Iudices pertinet.
Pertinet oratio mea ad plures. Cic pro Roscio Amer. 57.
Summa illuc pertinet, vt sciatis, &c. Cic. 7. Verr. 10.
Latè patet hæc ars, & ad multos pertinet Cic. 1. de Orato. 120.
Hoc cõ pertinet. Cic. de Claris Orat. 166. Quòd autem plures à nobis nominati sunt, cõ pertinuit (vt antè dixi) quòd intelligi voluì in eo. Idem Trebiano, li. 6. 10. 10. Hoc cõ pertinet, vt, &c. Caius in L. Si id, De duo

bus reis, Quæ sententia eò pertinet vt quanuis vel huic vel illi decem soluerit, vel Seio Stichum, nihilominus alteri obligatus maneat. Eò pertinet (inquit Budæus) id est huius sententiæ effectus eò vsque progreditur. vel, Hæc sententia eò tendit vt, &c. Cicero pro Quinctio, 14.
Pertinet eodem. Plin. lib. 12. cap. 28. 1. Eodem & bryon pertinet. Hoc est, illic de ea herba dicendum est. Cic. Attico, li. 8. 15. 2. Ea scripsi, quo in suadendo plus authoritatis haberé, eodéq; ptinet, q; causã eius probo.
Quorsum quidque pertinet. Cicc. 3. de Nat. deor. 82. Vestri autem non modò hæc non refellunt, verumetiam confirmant, interpretando quorsum quidque pertineat.
Pertinet ad id. Cic. 1. Acad. 32. Cætera autem ptinere ad id putat, aut ad augendum, aut ad tuendum, vt diuitias, vt opes, vt gloriam, vt gratiam.
Pertinet somnium ad hoc. Plautus Merc. 5. 28.
Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,
Nequeo inuenire.
Pertinet gemitus luctusq; punctiæ ad capitis tui periclũ. Cic. 5. Ver. 110.
Pertinent ad vsum nauium. Cæsar 3. bel. Gal. 384.
Ad vsus vestros pertinet. Ouid. 1. de Remed. amor. 11.
Ætas pertinet ad literas. Quintil. lib. 1. cap. 1, 12. Cur autem non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iam pertinet? De infantibus.
Pertinebat ad dandum ei argentum. Plin. epist. 159. d, Sed quũ princeps optimus, parensque publicus rogatus à Pallante, eam partem sententiæ, quæ pertinebat ad dandum ei ex ærario centies quinquagies sesterciũm, remitti voluisset, &c.
Pertinere ad me, accipimus pro eo quod est officium meum esse, siue onus mihi incumbere, & muneris mei esse. Cicc. de Amicitia, 58. Simplicem præterea & cõmunem & cõsentientem, & qui rebus iisdem moueatur, eligi par est: quæ omnia pertinet ad fidelitatem. Ibidem, 46. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinẽ pertinet. Ibidem, 12, Quod non fecissent profectò, si mihi ad eos pertinere arbitrarentur.
Pertinet ad officium meum. Cic. pro Roscio Amer. 11, Ideo quòd prima illa res ad meum officium pertinet: duas autem reliquas vobis Populus Romanus imposuit. Idem 6. Verr. 72, Si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, succedam ego vicarius tuo muneri. Quintil. in Procem lib. 1. 4.
Pertinere in. Cic. 2. de Orat. 4, Talem verò existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso & Antonio, non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerent, tantamque dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse confirmo.
Pertinet, Impersonale, &c. Sylua longè introrsus pertinet. Id est extenditur. Cæsar 6. bel. Gall. Sylua esse ibi infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis: hanc longè introrsus pertinere.
Pertinens, pen. corr. Participium, (κατέχων,) Cic. 1. de Natu. deorum, 109, Huic adde neruos, à quibus artus continentur, eorumque implicationem corpore toto pertinentem.
Pértinax, pen. corr. pertinácis, pen. prod. om. gen. (ἀνυπόδητος, ἀνυπόστατος,) Qui nimis tenax est. Plaut. Capt. 6. 39, Quid tu ais? tenaxne pater est eius? P. imò ædepol pertinax.
Cupidus, iratus, pertinax. Cic. pro Ligario, 11.
¶ Pertinax, Aliquando in bonam partem accipitur pro perseuerante. Valerius Max. lib. 1, Non mirum igitur si pro eo imperio augendo, custodiendoque pertinax corũ indulgentia deorum semper excubuit, quòd tam scrupulosa cura, paruula quoque momenta religionis examinari videntur. Liu. 5. bel Pun. 72, Vicit tamen omnia pertinax virtus.
Pertinax recti. Tacit. Tu opum contemptor, recti pertinax. Hoc est valde tenax.
Pertinax, Firmus in opinione. Cic. 1. de Finib. 43. Certè inquam, pertinax non ero, tibiique, si mihi probabis ea quæ dices, libenter assentiar.
Pertinax in rem aliquam. Seneca de Ira, lib. 1.
Pertinax in differendo vel disputando. Cic. 1. de. Finib. 42. Ibidem, 5. 162.
Ludere pertinax. Horat. 3. Carm. ode 29. 10.
Fortuna sæuo læta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax.
¶ Certamen pertinax, Durum, & difficile, ac diuturnum. Liu. 2. ab Vrbe, 173. Ibi fortuna Popu. Romani duos hostium exercitus haud minus pernicioso quàm pertinaci certamine confecit. Sic Pertinax prælium, Liu. 2. bel. Pun. 100.
Digito malè pertinaci direptum pignus. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.
Disputationes in disputando pertinaces. Cic. 1. de Finib. 41.
Dolor pertinax. Sene. Hercul. Oetæo, 14. 20.
Fama pertinax, Constans & firma. Plin. lib. 24. ca. 17. 3. Nec me fallit, hoc volumen eius à quibusdam Cleemporo medico ascribi: Pythagoræ pertinax fama, antiquitasque vendicant.
Odiũ pertinax. Plin. lib. 24. cap. 1. 1. Quercus & olea tam pertinaci odio dissident, vt altera in alterius scrobe depactæ moriantur.
Pietas pertinax. Mart. lib. 8. 35. Qui præstat pietate pertinaci.
Sermo lenis, minimeque pertinax. Cic. 1. Offic. 187.
Studium pertinax. Quintil. in Procem. lib. 1. 20. Hæc ipsa sine doctore pertinaci, studio pertinaci, scribendi, legendi, dicendi multa & cõtinua exercitatione,

citatione, per senihil prosunt. De dicendi præceptis.
Pertinacissimus, & pertinax. Cic. 2. de Finib. 172. Aut pertinacissimus fueris in eo peristeris, ad corpus ea quæ dixi referretaut deseueris totam Epicuri voluptatem, si negaueris.
Pertinacia, huius pertinaciæ, (ἀνυποστασία, φρόνημα,) Perseuerantiæ finitima est, inquit Cicc. 1. de Inuent. 144. & in bonum & malum accipitur. In bonum. Sueton. in Cæsare, Ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur.
Pertinacia & studium vincendi. Cic. 1. Acad. 63. Cum Zenone, inquam, vt accepimus, Arcesilas sibi omne certamẽ instituit, nõ pertinacia aut studio vincendi (vt mihi quidem videtur) sed earũ rerũ obscuritate, &c.
In malum. Terent. Hecyra, 3. 1. 46. Mane inquam, quò abis?
PH. quæ hæc est pertinacia? Ibidem, 2. 1. 5.
Itaque adeò vno animo omnes socius oderunt nuntii:
Viris esse aduersus æquè studium est, similis pertinacia est. Liu. 7. bel. Pun. 109. Affluentiae succedendi mũros, & pertinacia animi subiecisse primi. Cicero pro Plancio, 77. Libertatemque quam in me requiris, quam ego neque dimisi vnquam, neque dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo.
Quæ pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. Cic. pro Marcello, 18.
¶ Accenditur pertinacia, Vide ACCENDO.
Amittere sua pertinacia vitam. Cic. pro Marcello, 12.
Cum pertinacia & iracundia rectè disputari non potest. Cic. 1. de Fin. 42.
Pertinacia & nimia cupiditas principatus in elatione & magnitudine animi facillimè innascitur. Cic. 1. Offic. 91.
Refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Cicc. 2. Tusculan. 9.
Reprehenditur in minimis rebus pertinacia, calumnia etiam coercetur. Cic. 4. Academ. 117.
Pertinaciter, pen. corr. (ἀνυποστάτως,) Perseuerantèr, Obstinatè. Plin. In Panegy. 141. O rem memoriæ literisque mandandam, præsectum Prætorii non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere: eundemque otio, quem pertinaciter amet, reddere. Idem epist. 109. a, lib. 7. Monitum enim ne desyderio Senatoris non iam quasi de mundiis, sed quasi de gratia, fama, dignitate certantis tam pertinaciter, præsertim in Senatu repugnaret.
Pertinaciter defendere. Liu. 6. ab Vrbe, 82.
Hærere pertinaciter. Quintil. lib. 1. cap. 1. 4. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt.
Pertinaciter initum prælium Liu. 8. bel. Pun. 28. Nec fuga effusè petita, nec pertinaciter prælio inito.
Nimium pertinaciter alicui offensus. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 3. Nam si vno loco essem, verebar necui obtrectatorum videretur & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum.
Pertinaciter insequi. Liuius 2. ab Vrbe, 180. Adeò pertinaciter fusos insecuti sunt equites.
Pertinaciter manere. Varro 1. de Re rust. cap. 10. 3. Neque pertinaciter quem feceris dextrum in eo manendum.
Durare pertinacissimè. Quintil. lib. 1. ca. 1. 10. In diuersa quoque loquendi ratione pertinacissimè durant. De vitiis oris.

Pertingo, pertingis, pertigi, penu. corr. pertactum, (διικνέομαι, διικνοῦμαι,) pertingere, Peruenire. Plin. lib. 11. cap. 37. 55.
Venam ab oculis pertingere ad cerebrum petitillimi authores tradũt.
Lux oculos pertingit. Lucret. lib. 4. 56.
Post extraria lux oculos pertinget, & aer
Alter, & illa foris quæ verè tranpiciuntur.
Pertingere per. Cic. 2. de Natu. Deorum, 36. Ex quo intelligi debet eam caloris naturam vim habere in se vitalem per omnem mundum pertingentem. In veteri codice legitur pertinentem.

Pertolero, pertoleras, pen. corr. (καρτερέω,) pertolerare, Vsque ad finem tolerare, perferre. Plaut. Amphit. 15. 20.
Fata istæc me premunt, pertoleratem vim tantam, cladesque
Exantlarem impatibiles.

Pertorqueo, pertorques, (στρεβλόω,) pertorquêre, Ex per & torqueo compositum; Idem quod simplex Torqueo. Lucretius lib. 2. 81.
At contrà tetra absynthi natura, ferique
Centauri fœdo pertorquent ora sapore.

Pertracto, pertractas, (διικνέομαι,) pertractare, Manibus frequentius tractare, & tangere. Cic. in Parad. 49. Barbatulos mululos receptantem de piscina & pertractantem. Plin. lib. 15. cap. 6. 3. Centaurea curatus dicitur Chiron, quam Herculis excepti hospitio pertractanti, arma, sagitta excidisse in pedem.
Pertractare bestias manibus. Hirtius de bello Africo. lib. 5. 285.
¶ Pertractare, per translationem, Apud se reputare, & diligenter consyderare. Cic. 2. de Finib. 186. Tute introspice in mentem tuam ipse, eamque omni cogitatione pertractans percontare ipse te.
Diligenter & sæpe aliquid pertractare. Cic. 2. de Inuent. 152.

Diutur ratè pertractare. Cic. 1. de Diuinat. 108. Atque vt hi qui solis & lunæ, reliquorũque siderũ ortus, obitus motusq; cognorunt, quo quid quo tempore eorum futurum sit, multo antè prædicant: sic qui cursum rerum euentorumque consequentiam diutuinitate pertractata notauerunt, aut semper, aut (id difficile est) plerumque.
¶ Pertractare, differere, disputare de re aliqua. Cic. 4. Tusc. 35. Qua oratione prætermissa minimè necessaria, ea quæ rem continent pertractemus. Idem 1. de Orat. 112. Ita sentis, mentesque pertractat, vt non desyderet philosophorum descriptiones.
Philosophiam pertractare. Cic 1. de Nat. deorum, 14.
Pertractatas res habere. Cic. 3. Tusc. 53. Et nimirũ hæc illa præstans & diuina sapientia, & perceptas penitus, & pertractatas res humanas habere.
Pertractatio, Verbale. (διεξοδικὸν) Frequens reuolutio. Cic. 1. de Oratore, 92. In grammaticis poetarum pertractatio, historarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam modus. Ibidem, 25. Neque enim sine multa pertractatione omnium rerum publicarum, neque sine legum, moris iuris scientia, &c.

Pertraho, pertrahis, pen. cor. pertraxi, pertractũ, (κατέλκω,) pertrahere, Vi, & cum molimine trahere. Liu. 1. bel. Pun. 103. Ea exemplo resolutis quibus leuiter annexa erat vinculis, ab actuariis aliquot nauibus ad alteram ripam petrahitur. De rate.
Pertrahere aliquem in castra. Liuius 7, ab Vrbe, 191. Et 5. bel. Puni. 83. Et Carthaginiensium acies, de industria pedem referebat, vt ad tergo collis ab equite suo infesti hostem incautum pertraheret.
Pertrahere vitam, Prolongare. Plin lib. 28. cap. 1. 8. Vitam quidem non adeò extendendam censemus, vt quoquomodo pertrahenda sit.

Pertranseo, pertranis, pertransiui, pen. prod. pertransitum, pen. corr (διαβαίνω, διαπορεύομαι,) pertransire, Idem quod Transire. Plin. lib. 37. cap. 5. 7. Nobecula enim albicantis est vitium, quamviridis nõ pertranit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit intime visum candor.

Pertranslucidus, pen. correp. Adiectiuum, (πάνυ διαφανής,) Quod valde translucet. Plin. lib. 13. cap. 12. 5. Aliis indecoro visu pertranslucida.

Pertribuo, pertribuis pertribui, pertribũtum, penul. prod. (κατανέμω,) pertribuere, Dare. Plinius Traiano, epistol. 107. Apud eos & milites & paganì, à quibus iustitia eius, & humanitas penitus inspecta est, certatim ei, qua priuatim, qua publicè testimonium pertribuerunt.

Pertristis, & hoc pertriste, (περίλυπος,) Valde tristem significat. Cicero pro Cælio, 18. Et qui in reliqua vita mitis esset, & in hac suauitate humanitatis, qua propè iam delectantur homines, vertari periucundè soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, Cẽsor, magister. Idem 1. de Diuinat. 23. Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen. Ex poeta.

Pertumultuosus, pen. prod. Adiectiuum, (πολυθορυβώδης.) Quod magnum tumultum excitat. A quo
Pertumultuosè, pen. prod. Aduerbium, (πολυθορυβωδῶς,) Cicero ad Catonem, lib. 15. 4. 8. Interim quũ exercitu lustrato iter in Cilicium facere cœpissem. Caland. Septemb. legati à rege Commageno ad me missi, pertumultuosè, neque tamen non verè, Parthos in Siriam transisse nuntiauerunt.

Pertundo, pertundis, pertudi, pen. corr. pertũsũ, pe. pro. (κατακόπτω,) pertundere, Valde percutere, aut percuticendo frangere, perforare. Colum. lib. 6. cap. 15. 1. Si fortè sarculum calcauerit, aut acuta testa vel lapide vngulam pertuderit. Idem lib. 8. Sæpe euenit vt alius exitum non habeat: itaque pinna pertunditur, & iter digestis cibis præbetur. Plaut. Pseud. 4. 36. I puere præ ne quisquam pertundat crumenam, cautio est. Columel. lib. 12. cap. 19. 5. Quod nisi vitatum fuerit, vel vas ipsum quod aliquando contingit, pertundetur. Cato cap. 153. 2. Calicem pertusum sumito tibi. Idem cap. 41. 2. Terebra vitem quam inseres pertundito.
Guttæ pertundunt saxa. Lucret. lib. 4. 159.
Pertusus, penul. prod. Participium: (διάτρητος,) vt Pertusa sella. Cato cap. 157. 10.
In vas pertusum congesta omnia. Lucret. lib. 3. 191. Et paulo pòst, 205.
Hoc (vt opinor) id est, æuo florente puellas
Quod memorant, laticem pertusum congerere in vas:
Quod tamen expleri nulla ratione potestur. De filiabus Danai.
In pertusum dolium dicta ingerere, pro Operam perdere. Plautus Pseu. 4. 114. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.
Pertusæ margaritæ. Vide LINEA, in præcedentibus.

Perturbo, perturbas, (διατάττω,) perturbare, Valde turbare. Terent. And. 3. 4. 22. Nihil est preci loci relictum, iam pertubaui omnia.
Præcipitem aliquem ex ciuitate perturbare. Author ad Heren. lib. 4. 15. 7.
Percellere & perturbare. Cic. 5. Verr. 113. Hæc te vox non perculit noa perturbauit?
De Reipu. salute magis quàm de sua perturbari. Cicero pro Milone, 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perturbare animos & concitare. Cic. in Orat. 70.
Clamore aliquorum perturbari. Cic. pro Rab. perduel. reo, 12.
Corpus totum perturbatur. Lucret. lib. 4. 134.
Perturbari errore & inscitia. Cic. 1. de Finib. 71.
Domum perturbare. Seneca Thyeste, 1. 17.
Mentes & animos hominum perturbare Cæsar 1. bel. Gal. 156. Et Plaut. Amphit. 16. 75. Qui peruorsè adeò perturbauit familiæ mentem meq.
Magnos animi motu perturbari. Cic. Attico, lib. 8. 155. 1.
Otium perturbare Cic. 4. Acad. 30. Tum vt exortus est in optima Rep. Tiberius Gracches qui otium perturbaret, sic Arcesilas qui constitutam philosophiam euerteret.
Perturbare pactiones bellicas periurio. Cic. 3. Offi. 146. Regulus verò nõ debuit cõditiones, pactionesque bellicas & hostiles prurbare piurio.
Prouinciam aliquam perturbare Cic. pro Sylla, 42.
Rempublicam perturbare Cic. 4. Acad. 18.
Perturbatur omnis vitæ status. Cic. 1. de Finib. 75.
Præposterum, cõfusum perturbatum. Cic. 3. de Orat. 18. Nõ præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine.
Perturbata & confusa omnis cibo & vino cernimus. Cic. 1. de Diuin. 107.
Perturbatus, pen. prod. (διεταραγμένος,) Nomen ex participio. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 10. Sed enim ἀκουσίως, perturbatior est, tibi assigna to, Eidem, lib. 10. 205. 5. Nunquã vidi hominem perturbatiorẽ metu.
Acies perturbata, Vide ACIES.
Anima perturbata. Lucret. lib. 4. 187.
Seditionibus perturbata ciuitas. Cic. 1. de Lege agrar. 14.
Perturbata res res, pro Commista Seneca epist. 96.
Spondyli perturbati mullis, concoctisque ponantur.
Perturbate, pen. prod. Adiectiuum, (διεταραγμένως,) Cic. 1. de Inuent. 41.
Hic consyderandum erit, neqnid perturbatè, nequid cõrortè dicatur.
Perturbator, pen. prod. Verbale masc. (διεταραγκτής,) Qui perturbat.
Perturbatrix, pen. prod. Verbale fœm. (διεταραγκτρίς,) Cicero 1. de Legib. 57. Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc ab Arcesila & Carneade recentem exoremus vt sileat.
Perturbatio, Aliud verbale, (διεταράχεις,) Cic. 4. Tusc. 18. Est igitur Zenonis hæc definitio, vt perturbatio sit quod πάθος ille dicit, auersa à recta ratione contra naturam animi commotio.
Commersio rerum & perturbatio. Cic. pro Flacco, 73. Videtis quo in moto temporum, quanta in conuersione rerũ ac perturbatione versemur.
Perturbatio cœli, & Serenitas, contraria. Cic. 1. de Diuinat. 141.
Valentinis, alicuius perturbatio. Cic. Pæto, lib. 3. 15. 7. Ad hos lepores quum amor erga me tantus accedat, miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam graniter examinatum fuisse?
Perturbatio vitæ & magna confusio. Cic. 1. de Natu deor. 6.
Perturbatio animi, & Sedatio, contraria. Cic. 5. Tuscul. 61. Atqui quum perturbationes animi miseriam, sedationes autem efficiant vitam beatam: duplexque ratio perturbationis sit, &c.
Perturbatio animi, Tranquillitas & securitas contraria. Cic. 1. Offic. 99. Vacandum est omni animi perturbatione, &c. vt tranquillitas animi & securitas adsit, quæ affert cum constantiam, tum etiam dignitatem.
Turbidi animorum cõcitatique motus, prurbationes sunt. Cic. 4. Tus. 52.
Cognitio iudicis & Perturbatio, contraria. Cic. 2. de Orat. 118. Illud autẽ genus orationis nõ cognitionẽ iudicis, sed magis prurbationẽ requirit.
Nouæ perturbationes. Cic. de Fato, 3.
¶ Afferre perturbationem, Vide AFFERO.
Errorem animis perturbationemque afferre. Cic. 1. de Diuinat. 110.
Commoueri magna animi perturbatione. Cic. Attic. lib. 6. 111. 25.
Quæ fiunt cum aliqua perturbatione, ea neque constanter fieri possunt, nec iis qui adsunt probari. Cic. 1. Offic. 192.
Fugere, perturbationes, id est motus animi nimios rationi non obtemperantes. Cic. 1. Offic. 189.
Immittere perturbationes, Vide IMMITTO.
In perturbationes exanimationesque ne incidamus cauendum. Cice. 1. Offic. 183.
Ira, aut perturbatione incitatus, impetum infustè in eum fecit. Cice 1. Offic. 36.
Peccatur perturbatione rationis atque ordinis quicquid peccatur. Cice. in Parad. 31.
Impetu quodam animi & perturbatione, Consilio aut iudicio regi, contraria. Cic. 2. de Orat. 95.
Neque perturbationi animi, neque homini, neque fortunæ succumbere. Cic. 1. Offic. 95.

Perturpis, & hoc perturpe, (δυσκαλής,) Valde turpe. Cice. pro Cœlio, 19. Cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi perturpe aut flagitiosum esse videatur?

Pertussis, hatus pertussis, apud Senecam, vt ait Despauterius, tussis est quæ continue vexat.

Peruado, peruãdis, pen. prod. peruasi, peruasum, pen. prod. (διαβαδίζω,) peruadere, Pertransire. Tacit. lib. 4. Neque tamen peruasere hostes nisi admodum pauci. Idem lib. 2. Nisu tamen corporis & impetu equi peruasit.
Peruadere ad. Liuius 7. ab Vrbe, 171. Inter trepidationem, tumultumque Samnitum, præsidium Romanum obulis custodibus cæsis ad castra COS. peruadit.
Peruadere in. Cic. 2. de Nat. deor. 217. Similiter nares, quæ semper propter necessarias vtilitates patent, contractiores habent introitus, nequid in eas, quod noceat, possit peruadere. Idem 7. Verr. 5. Nequum in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars ciuis belli in Italiam vlla peruasit. Tacit. lib. 17. Piso in ædem Vestæ peruasit. Idem lib. 19. Nam peruasisse in Germanias Valẽtem, & veteres illic, nouosque exercitus ciere credebat.
Per agros quantum incendium peruaserit cernitis. Cic. 5. Ver. 54.
Peruasit fama, vel rumor. Liuius 5. ab Vrbe, 35. Quibus quum amplissimis verbis gratiæ ab Senatu actæ essent, famaque ea forum atque vrbem peruasisset, subitò ad curiam concursus fit plebis. Ibidem, 86. Quum peruasisset castra rumor, &c. Idem 4. bel. Pun. 140. Postquam Hippocratem atque Epidicem adesse puasit rumor fremitusque toto agmine. Tacit. lib. 5. 5. Quia peruaserat rumor, &c. Idem lib. 1. Peruaserat interim circumuenti exercitus fama.
Murmur, pauor, clamor, &c. peruasit. Liuius 6. bel. Pun. 79. Murmur à Tribunali totam concionem peruasit, deferri rem integram ad Patres de Campanis. Idem de bello Punico, Quum pauor ac trepidatio totam vrbem peruasisset. Idem, Vt clamor vrbem peruaderet, gratulantium saluos rediisse. Cice. 3. Verr. 30. Quacunque iter fecit, eusmodi fuit, non vt legatus Populi Romani, sed Vt quædam calamitas peruadere videretur. Ibidem, 68. Te tanquam aliquam calamitosam tempestatem, pestemque peruasisse demonstro. Ibidem, 5. 178. Locus intra Oceanum iam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quò non per hæc tempora nostrorum hominum libido iniquitasque peruaserit.
Peruasit opinio per animos hominum. Cic. pro Lege Manilia, 16. Erat etiam alia grauis atque ea vehemens opinio, quæ per animos gentium Barbararum peruaserat, fani locupletissimi & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum.
Peruasit morbus. Cicero pro Sylla, 40.
Pallor repentè peruasit ora. Silius lib. 7. 86.

Peruagor, pen. cor. peruagáris, (περιπολέω, περιφέρομαι,) peruagari & Peruago, peruagas, peruagare, Per aliquem locum vagari. Plin. epist. 317. Neque ciuitates tantùm, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio peruagata est, quæ videtur sisti & corrigi posse. Cic. 7. Ver. 77. Hic te Prætore prædonum naucilæ peruagatæ sunt. Plin. epist. 12. b. Iam enim dolor non pedibus solis, vt prius, insidebat: sed omnia membra peruagabatur. Liu. 1. ab Vrbe, 127. Rogitantesque alii alios, nunc in luminibus starent, nunc erraburi domos suas, vltimum illud visuri, peruagarentur.
Peruagantur molestiæ mentes omnium. Cic. 1. de Legib. 36. Molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores similiter omnium mentes peruagantur.
Honos peruagatur. Cicero secundo de Inuent. 206, Deinde ne is honos nimium peruagetur.
Cõmune & peruagatũ, Diuulgatum. Cic. 1. de Orat. 78, An tu, inquit ille, si de istis cõmunibus & peruagatis vix huic ætati audiendũ putas, ea ne illa negligere possumus, quæ tu Oratori cognoscenda esse dixisti?
Peruagatum & celebratum commemoratione alicuius. Cicero pro Plancio, 77. Nihil enim ex meis est temporibus, quod minus peruagatum, quodque minus aut mea commemoratione celebratum sit, aut hominibus auditum atque notum.
Peruagatus, pen. prod. (περιπολάκως,) Participiũ, siue Nomen ex participio. Liu. 8. bel. Maced. 64. Inter mitissimum genus hominum ferox natio peruagata bello propè orbem terrarum, sedem cepit.
Longè lateque peruagata bona, & Angusta, contraria. Cic. in Part. 36. Numero sic comparabuntur, vt plura bona paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona breuioribus, longè & latè peruagata angustis.
Causa hæc apud Græcos peruagata est. Cic. 1. de Inuent. 71.
Vulgaris & peruagata declamatio. Cic. pro Plancio, 38.
Illustris & peruagata fama alicuius rei. Cic. pro Marcello, 16.
Quotidiana & peruagata opera. Cic. 3. de Orat. 104.
Sermo ciuitatis peruagatus. Cic. pro Milone, 24.
¶ Peruagatior, & Peruagatissimus. Cice. 2. de Inuent. 154. Pars autem est peruagatior, & aut in omnes eiusdem generis, aut in pleraque causas accommodata. Idem in Orato. 82. Me autem siue peruagatissimus ille versus, qui vetat,
Artè pudere proloqui, q̃ factites, dissimilaẽ nõ sinit, quin delecter, &c.

Peruagus, pen. corr. Adiectiuum (πολυπλανής,) vt Puer peruagus vasto orbe. Ouid. 2. de Arte, 4.

Perualidus, pen. corr. Adiectiuum, (πολύῤῥωστος,) Admodum validus. Liuius 10. bel. Maced. 191. Donec ad peruali dam aliam vrbem (Certima appellant Celtiberi) peruenit. Alia exemplaria habent Præualidam.

Peruarius,

Peruarius, Adiectiuum, (πολυποικίλος.) Valde varius. A quo
Peruarii, Aduerbium, (πολυποικίλως,) Cic. 2. de Orat. 178. Reliqua peruarii iucundè narrantur.

Peruasto, peruastas, (καταλήζομαι,) peruastare, Prorsus vastare. Liu. 6. ab Vrbe, 10. Ad peruastandos fines, nequid ad noua consilia relinquerent virium, duxere. Tacit. lib. 15. Interea conferendis pecuniis, peruastata Italia prouinciæ euersæ.

Perueho, peruehis, penul. correp. peruexi, peruectum, (καταπορεύω,) peruehere, Vsque in aliquem locum portare. Plin. lib. 35. cap. 6. 10. Sed inde non peruehuntur ad nos. Idem lib. 12. ca. 1. 4. Platanus inter primas donata Italiæ, etiam ad Morinos vsque peruecta. Liu. 5. ab Vrbe, 183. Virgines sacraque in plaustrum imposuit: & Cære quò iter sacerdotibus erat, peruexit.
Nauigatione secunda peruehi. Tacit. lib. 2. Lacus inde, & Oceanum vsque ad Amisiam flumen secunda nauigatione peruehitur.
¶ Peruehi (κατάγομαι,) in portum, per transslationem. Cic. ad Atticum, lib. 14. 317. 2. Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus, in quem mallem equidem peruehi, florente Bruto nostro, constituamque Republica.
Velis passis aliquò peruehi. Cic. 1. Tuscul. 194. Portũ potius paratũ nobis & profugiũ putemus, quò vtinam velis passis peruehi liceat. De morte.
Peruehi ad exitus optatos. Cic. 2. Offic. 16. Nam & quum prospero flatu eius vtimur, ad exitus peruehimur optatos: & quum reflauit, affligitur. De fortuna.
¶ In Asiam, atque inde Romam peruectum est. Tacit. lib. 17.
Peruectus, Participiũ, κατακορηθείς, vt Peruectus in litus. Plin. lib. 9. ca. 8. 9.
Passu cito peruecta est ad littora. Silius lib. 8. 26.

Peruello, peruellis, peruelli & peruulsi, peruulsum, (κατατίλλω,) peruellere. Cic. lib. 3. Tusc. 61. Quid iaces, aut quid mœres? aut cur succumbis, cediaque fortunæ? quæ peruellere te forsitan poterit & pungere, non potuit certè vires frangere.
Peruellere stomachum. Horat. 1. Serm. saty. 8. 1.
Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum
Peruellellunt stomachum.
Peruellere ius. Cic. 1. de Orato. 30. Neque enim inquit, tam mihi molestus fuit, quod ius nostrum Ciuile peruellit, quàm iucundus, quòd se id nescire confessus est. Id est de iure nostro obtrectat, inquit Budæus.
Peruellere fidem alicuius, pro Cessantem excitare. Seneca de Benefic. 5.

Peruenio, peruenit, pen. corr. peruenì, pe. prod. peruentum, (ἱκνέομαι, ἵξομαι, πορεύομαι, ἀφικνέομαι,) peruenire, Ad cõstitutum locum venire, Venire eò quò ibamus. Pli. epist. 254. Ipse peruenì ad sõtẽ pariissimũ. Liu. 1. ab Vrbe, 253. Donec ad eos pueniat, qui, &c.
Maturè cum exercitu aliquò peruenire. Cic. pro Murena, 19.
Cum paucis ad aliquam portam peruenire. Cic. in Pisonem, 48.
In portum salua naue peruenire. Quintil. lib. 2. cap. 17. 15.
Peruenire prouinciam. Traianus ad Plinium, epist. 133. Pertinet enim ad animum meum, quali itinere prouinciam peruenias.
Peruenire quò volumus. Teren. Eunucho, 1. 2. 44. Ita est: sed sine me peruenire quò volo. Quasi dicat, Sine me dicere quod maximè cupio. Idẽ Phorm. 4. 3. 15. – quis te istæc iussit loqui?
C. Imò non potuit melius peruenirier
Eò, quò, nos volumus.
¶ Per summam iniuriam ad miseros aratores quid est in calamitate residui quod Prætore Verre non peruenerit? Cic. 5. Verr. 194.
Ad annum septuagesimum peruenit Cyrus. Cic. 1. de Diuin. 85.
Quæ ad corpus nostrum, vtramque pernenit, non ea sola vi est, sed etiam multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum loco sæpe, & certo de statu dimouet. Cic. pro Cecina, 31.
In crastinum peruenire. Quintil. lib. 5. cap. 10. 13. Eum, qui rectè valeat, in crastinum peruenturum. Subaudi, credibile est.
Peruenire ad desperationem. Cæsar 2. bel. Ciuil. 181. Tum verò ad summam desperationem nostri peruenient.
Ad eloquentiam peruenire. Quintil. lib. 1. cap. 1. 15.
Ad fortunæ suas aliquando peruenire sese posse spes fuit. Cicero pro Rab. Posthumo, 17.
Ad propositum mihi finem honoris nondũ perueneram Cic. pro Sylla, 8.
Ad fructus peruenire, Varro 1. de Re rustica, cap. 4. 2. Vide Cum Orcorationem habere in ORCVS.
Ad matuam frugem peruenire. Quintil. lib. 1. cap. 3. 3. Illud ingenium velut præcox genus, non temere vnquam peruenit ad frugem.
Peruenire ad improbitatem. Cic. 3. Verr. 73. Vtrum admonitus, an tentatus, an qua est iste sagacitate in his rebus, sine duce vllo, sine indice peruenerit ad hanc improbitatem, nescio.
Peruenire in maximam inuidiam. Cicero 4. Verr. 31. Populum quidem Syracusanum in maximam inuidiam sua infamia alieno ꝓmio puenisse.
Via aliqua ad aliquam laudem peruenire. Cicade Claris Orat. 140.
Peruenire ad manus. Cic. pro Sestio, 66. Vix serò & rarò ad manus puenit.
Peruenire in manus. Cic. ad Atticum, lib. 8. 149. 2. Eo autem ad te scripsi, vt si tibi fortè reddita esset, mihi curares referendam, ne in illius manus peruenirer.
Peruenire in notitiam. Colum. lib. 5. ca. 8. 2. Olearum, sicut vitium, plura genera esse arbitror: sed in meam notitiam decem modò peruenerunt.
Peruenire ad nummos. Cic. ad Brutum, lib. 13. 15. 3. Vt quam commodissima conditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat, ad nummosque peruenìat.
Peruenire in potestatem alicuius. Plautus Rud. 30. 51. Isque in potestatem meam peruenerit. Cic. pro Leg Manil. 21. Quum duodecim secures in prædonum potestatem peruenerint. Idem Catoni, lib. 15. 4. 30. Compulsi in potestatem meam peruenirent.
Peruenire ad primos, pro Inter primos & doctissimos annumerari. Cice. pro Roscio Comœdo, 18. Qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos.
In scripta alicuius peruenire. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 16.
Conditione vlla in Senatum peruenire non potuit. Cic. pro Flac. 33.
Ad alicuius rei summam peruenire. Quintil. in Procem. lib. 1. 5.
Peruenire ad summum. Cic. 5. de Finib. 73. Sic & extremum omnium appetendorum, atque ductum à prima cõmunitate naturę, multis gradibus ascendit, vt ad summum peruenìret, quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.
Peruenire in magnum timorem. Cæsar 1. bel. Ciuilis, 127. His penè effectis, magnum in timorem Afranius, Petreiusque peruenìunt, ne omnino frumento, pabuloque intercluderentur.
Peruenire in tutelam. Cic. pro Roscio Comœdo, 9. Et pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit.
¶ Peruenit ad me hæc res, Id est resciui, Dictũ est mihi. Plaut. Milit. 7. 49.
– si ad herum hæc res peruenit,
Periisti pulchre.
Ad aures alicuius nescio quomodo peruẽnit res hæc. Cic. 6. Verr. 56.
Clamor ad aures peruẽnit. Virgil. 9. Aeneid. 80.
Fama ad aures meas peruenit. Cic. pro Sylla, 9. Non modò enim nihil cõperi, sed vix ad aures meas istius suspicionis fama peruenit.
Fama peruenit huc. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 6.
Factio peruenit. Liuius 1. ab Vrbe, 69. Necdum à singulis, quia nemo magnopere eminebat, in nouo populo peruenerant factiones: inter ordines certabatur.
Hæreditas ad filiam peruenit. Cic. 1. de Finib. 88.
Humanitas ab isto ad illos peruenisse putatur. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 41.
Iniuria ad paucos ex alieno peccato peruenit. Author ad Herennium, libro 4. 152.
Ad vnum tanta licentia nunquam peruenisset, nisi multorum impunita scelera tulissemos. Cic. 1. Offic. 39.
Peruenit lucrum ad eum. Cic. 5. Ver. 111. Perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire, Prætorem esse socium.
Pecuniam morte alicuius ad quempiam peruenire. Cic. in Topic. 14.
Ad liberos qui nihil meruerunt, pœna parentum peruenit. Cicero Bruto, 15. 16.
Similitudo naturæ illius ad te, qui ab illo ortus es, peruenit. Cice. pro Murena, 61.
¶ Postquam peruentum est in tecta thalami. Virg. 4. Georg. 75. Idem 2. Aeneid. 127. sine verbo substantiuo,
Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis.
¶ Studia peruenìendi aliquò nihil prosunt, nisi illud quod eò quò intendas ferat deducatque, cognoris. Cic. 1. de Orat. 67.

Peruéniens, participium, (πορεύων,) vt
Verba refers aures non peruenientia nostras. Ouid. 3. Metam. 93.

Peruentũrus, pen. pro. Aliud participiũ, (πορεύσων,) Cic. pro Roscio Amerino, 91. Videte per deos immortales, quem in locũ Remp. puenturũ putetis.

Peruenor, pen. prod. peruenãris, (κατατείνω,) peruenari, Idem quod Diligenter venari: & per transslationem pro Quærere, & solertia quadam adhibita inuestigare. Plautus Merc. 17. 3. Defessos sum vrbem totam peruenarier.

Peruerto, peruertis, peruerti, peruersum, (διαστρέφω, καταστρέφω, παρατρέπω,) peruertere, Conuertere, Inuertere, Subuertere, Ad terram ruere. Plaut. Aulol. 18. 16.
Et rei dant operam ne cornet senex,
Aulas peruertunt, ignem restingunt aqua. Idem Sticho, 5. 14.
Cubitis depulsa de via, tranquillam viam concinnat
Si rex obstabit, obuiam regem peruertito ipsum.
Labefactare & peruertere. Cic. 3. de Finib. 107.
Arbusta, virgulta, tecta peruertere. Cic. 1. de Diuinat. 78.
Defensionem peruertere. Author ad Herennium, li. 1. 28. Orestes quum confiteatur se occidisse matrem, nisi attulerit facti rationem, peruertit defensionem.
Iura omnia diuina & humana peruertit C. Cæsar. Cic. 1. Offic. 30.
Officium peruertere. Cic. 1. Offic. 8. Sed sunt nonnullæ disciplinæ, quæ propositis bonorum & malorum finibus, officium omne peruertant.
Omnia peruertere rapinis, incendiis, cædibus. Hirtius ad Ciceronem in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistolis ad Atticum, lib. 15. 325. 2.
Res vetustate robusta peruertere Cic. 1. de Diuinat. 65. Quæ est igitur ista calliditas, res vetustate robustas, calumniando velle peruertere?
Sacra inauidia inexpiabili scelere peruertere. Cic. de Aruſp. resp. 54.
Senatum ipsum principem salutis, mentisque publicæ, vi, cæde incendiisque peruertere. Cic. de Aruſp. resp. 14.
Vectigalia peruertere, pro Subuertere. Cic. 5. Verr. 108. Quid enim erat quod vectigalibus prospiceret Metellus in decumis & in tota re frumentaria, si iste non vectigalia Populi Romani suo quæstu peruertisset?
Hostium vim se peruersurum putauit Cræsus, peruertit autem suam. Cic. 1. de Diuinat. 173.
Peruertere aliquem. Cicero pro Cluentio, 87. Itaque ipse, postquam Iunium peruertit, causam totam reliquit. Idem 1. Verr. 23. Nunquam ille me opprimet consilio, nunquam vllo artificio peruertet, nunquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur.
¶ Peruertere, solenne verbum Tacito, pro Perdere calumniis, siue subuertere. vt lib. 4. Volutare secum quonam modo Germanici liberos peruertereret. Idem lib. 12. Et Calpurnia illustris fœmina peruertitur. Idem de Agrippina Quæ Starillum Taurum opibus illustrem, hortis eius inhians, peruertit.
Peruersus, (κατεστραμμένος, στρεβλός, διεστραμμένος,) Nomen ex participio, dicitur (ie quit Valla lib. 5. cap. 31.) qui versatur in malo, & à bono versus est. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 1. Gratior est mihi te esse in te posse, quàm isti peruersi sunt in me, exploratum habes.
Præposterus & peruersus. Cice. pro Cluentio, 56. Itaque vt erat semper præposterus atque peruersus, initium facit à Bulbo.
Illic & hic peruersus est. Plaut. Trucul. 4. 48.
Prauum & peruersum. Cic. pro Rosc. Comœdo, 17. Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse arbitrabantur.
Cichinno peruersio distorquere ora. Ouid. 3. de Arte, 58.
Peruersus dies. Plautus Menæch. 5. 1.
Ad deos nae hic dies peruersus atque aduersus mihi
Obtigit. Id est Ineptus, incommodus, intempestiuus.
Deformati, inquinati, peruersi, contuberati ludi. Cicero de Aruſp. resp. 12.
Mentes peruersæ. Ouid. 1. Trist. 60.
More peruerso aliquid facere. Cic. pro Rosc. Com. 31. Nisi forte tu peruerso more, qd' huius, est ab alio extorquere nõ potes, huiceripere potes.
Præmia peruersa. Senec. Hippol. 9. 6.
Tristis virtus peruersa tulit
Præmia rectis: castos sequitur
Mala pauperta: vitioque potens
Regnat adulter.
Ratio peruersa. Lucret. lib. 4. 168.
Omnia peruersa præposterа sunt ratione.
Vota peruersa. Stat. 1. Thebaid. 12.
Annue Tisiphone, peruersaque vota secunda.
Quid peruersius? quid intolerabilius. Cic. 4. de Finib. 34.
¶ Peruersissimi oculi. Cice. 1. de Natu. deorum, 108. At erat, sicut hodie est, peruersissimis oculis.
Peruersè, Aduerbium, (στρεβλῶς, διεστραμμένως,) vt Peruersè abuti. Cicero 1. de Inuent. 8. Quare meo quidem animo nihilominus eloquentię studendum est: etsi ea quidam & priuatim & publicè peruersè abutuntur. Plaut. Amph. 16. 75. Qui peruersè adeò peruertit familiæ mentē meę. Idē Mostel. 13. 13. Senex hic cerebri esus est certe. Deinde peruersè parer.
Peruersè, ne dicam impudenter, plerique amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt: quæque ipsi non tribuunt amicis, hæc ab his desyderant. Cic. de Amic. 69.
Imitata peruersè fuit prudentiam stulta calliditas. Cic. 2. Offic. 156.
Peruersè videre. Plaut. Merc. 6. 20.
Quid ego tibi ætatis videor? L. Acheronticus
Senex, vietus, decrepitus. D. peruersè vides:
Puer sum Lysimache septennis.
Vtuntur peruersè deorum beneficio multi. Cic. 3. de Natu. deor. 98.
Peruersitas, pen. corr. peruersitatis, (διεστραμμένη, παρεστραμμένη,) Cic. in Ora. 16. Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugibus glande vescantur? Idem 2. de Finib. 129. Sit ista in Græcorũ leuitate peruersitas, qui maledictis insectantur eos à quibus de veritate dissentiũt. Idem 2. Off. 202. Sed ea quæ multũ ab humanitate discrepãt, vt siquis in foro cãtet, aut siqua è alia magna peuersitas, facile apparẽt.
Improbitas & peruersitas. Cic. Qu. fratri, li. 1. 1. 56. Sed quum te alicuius improbitas peruersitasque commouerit, sic te animo incitari vt ab omnibus tua desyderetur humanitas.
Incredibilis hominum peruersitas. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 12.
Ferre humanissimi alicuius peruersitatem. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 8. 1.
Molestissima diligentiæ peruersitas Quintil. lib. 1. cap. 6. 12.
Peruersitas opinionum. Cic. Tuscul. 3.

Peruestigo, peruestigas, pe. pro. (ἐξιχνεύω, ἐξετάζω, ἐξιχνεύω, ἐξιχνεύσω,) peruestigare, Quærẽdo inuenire. Plau. Merc. 22. 94.
certum est exequi
Operam vt sumam ad peruestigandum vbi sit illæc. Cic. 2. de Orato 80. Nosse regiones intra quas venias, vt peruestiges quid queras. Idem 6. Verr. 26. Mirandum in modum (canes venaticos dicerẽs) ita odorabantur omnia, & peruestigabant, vt vbi quicquid esset, &c. Idem ad Atticum, lib. 9. 181. 18. Misi tamẽ Puteolos pueros qui peruestigarẽt.
Peruestigata & cognita. Cic. 7. Verr. 137. Et illa quæ tentata iam & cœpta ab isto sunt, à me autem peruestigata & cognita, moneo vt extinguas, & longius progredi ne sinas.
Peruestigatio, Verbale, (ἐξιχνεύσεις,) Cice. 1. de Oratore, 5. Sed omnia quæcunque essent, vel scientiæ peruestigatione, vel differendi ratione comprehenderint.

Peruetus, penul. correp. huius peruẽteris, penul. correp. om. gen. (πολυετής,) Valde vel admodum vetus. Cic. 6. Verr. 6. Nullum inquam horum reliquit, neque aliud vllum tamen præter vasi peruetus ligneum, Bonam fortunam, vt opinor, &c. Idem de Claris Orato. 30. Eum nos vt peruetererem habemus, qui L. Martio, M. Manilio Consulibus, mortuus est, &c.
Peruetus epistola. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 18. Reddita etiam mihi est peruetus epistola, sed serò allata.
Peruetereres nuces. Plin. lib. 23. cap. 8. 7. Quæ peruetereres sunt nuces, gangrenis & carbunculis medentur.
Peruetustus, Adiectiuum, Idem, (πολυπαλαιός,) vt Peruetustus adeps. Plin. lib. 20. ca. 9. 11. Ad coxendicum dolores cum adipe peruetusto.
Peruetusta verba. Cic. 3. de Orato. 111. Vt translatis vtamur frequenter, interdumque factis, raròautem etiam peruetustis.

Peruicax, penul. correp. peruicacis, penul. prod. om. gen. (μονοτρόπος, σκληραύχην, ἰσχυρογνώμων,) Durus, contentiosus, nulli cedens, perseuerans cum quadam vi. Terent. Hecy. 4. 1. 18.
Adeóne peruicaci esse animo, vt puerum præoptares perire,
Ex quo firmiorem, inter nos fore amicitiam posthac scires?
Peruicax contra flatus. Plin. lib. 16. cap. 36. 4.
Iræ peruicax, Tacit. lib. 4. At Agrippina peruicax iræ.
Recti peruicax. Tacit. lib. 20.
Achilles peruicax, Vide ACHILLES.
Acies peruicax. Sene. Agamemn. 6. 14.
Et sam (quod vnum peruicax acies videt)
Iliacus atra fumus appãret nota.
Acies oculorum peruicax, Vide ACIES.
Contumacia peruicax. Colum. lib. 6. cap. 2. 9, Quoniam peruicax contumacia plerunque sæuientem fatigat.
Inimicus peruicax. Quintil. lib. 5. cap. 7. 12.
Thyades peruicaces. Horat. 2. Carm. ode 19. 2.
Peruicacia, peruicicie, (μονοτροπία,) Durities, Obstinatio. Cic. 4. Tusc. 39. Plin. lib. 17. cap. 20. 5, Perdurandi peruicacia.
Peruicacia & Pertinacia hoc distant, inquit Nonius: Peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantiae: Pertinacia semper malarum. Accius Myrmidonibus,
Tu pertinaciam esse Archiloche hanc prædicas,
Ego peruicaciam aio, & me vti volo:
Nam peruicacem dicis me esse, & vincere
Perfacile: pariori pertinacem nihil moror
Hæc fortes sequitur: illam indocti possident.
Tu addis quod vitio est: demis quod laudatur.
Peruico, siue peruicus, (μονοτρόπος,) dicitur pro peruicaci, teste Nonio. Accius, Sed peruico Aiax animo atque morabilioni. Plaut. Aulul. Hic quidam peruicus custodem addidit.

Peruideo, peruides, pen. cor. peruidi, peruisum, pen. prod. (σαφηνίζω,) peruidère, Diligenter & perfectè videre. Cicer. ad Atticum, lib. 7. 139. 4. Iuua me consilio si potes, & tamen ista quantum potes, peruide. In vetusto exemplari legitur prouide. Eidem, lib. 4. 81. 2. Ibi te igitur videbo, & peruidebo. Alii legunt promouebo. Idem 3. Offic. 98. Qui hoc non peruiderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Et hic quidam legunt præuiderit. Colu. li. 2. ca. 1. 5. Videt sine dubio quid euenat: sed cur id accidat, non peruidet. Quintil. lib. 1. cap. 1. Hora. 1. Ser. Saty. 3. 5. Quum tua peruideas oculis mala lippus inuidis.
peruiges, pen. corr. peruigui, (κατακμάζω,) peruigère, Valde vigere. Tacit. lib. 5. Et vterque opibus, atque honoribus peruiguère.

Peruigil penu. corr. peruigilis, penult. correp. om. gen. (παννύχιος, ὁ,) Valla libro, 5. cap. 30. Peruigil draco dictus est, non quòd pernox esset, sed quòd nunquam dormiret, semper vigilans. Plinius libro 33. cap. 4. 7. Eamque solus intelligit in cacumine montis eius peruigil.
Anguis peruigil. Ouid. 11, epist. 12.
Canis peruigil. Senec. Herc. fur. 9. 39.
Custodia peruigil. Lucan. lib. 4. 2.
Ignis peruigil. Stat. 2. Thebaid. 148. Intelligit ignem Vestalem.
Peruigilo, peruigilas, pen. corr. (καταγρυπνῶ,) peruigilare, Totam noctẽ insomnem ducere. Martialis lib. 9. 72. Nam vigilare leue est, peruigilare graue.

regraue. Plaut. Aulul. 4. 33. Peruigilat noctem totam. Idem Amphit. 4. 160, Nam continuas has tres noctes peruigilaui. Cicero pro Roscio Amer. 60. Non orat vt eam noctem peruigilet. Liu. 4. bel. Pu. 171, Peruigilando in armis.
Adignes hyberni luminis peruigilare. Virg. 1. Georg. 59.
Mero posito peruigilare. Ouid. 2. Fast. 148.
Peruigilatus, pen. prod. (κατακρυπνήσεις,) Ouid. 6. Fast. 66, In multo nox est peruigilata mero.
Peruigilatio, Verbale. (κατακρύπνωσις,) Cic. 2. de Legib. 60. Nouos verò deos, & in his colendis nocturnas peruigilationes, nic Aristophanes facetissimus poeta veteris comœdiæ vexat.
Peruigilium, huius peruigilii, (παννυχισμός,) Multa vigilatio. Plinius lib. 11. cap. 53. Peruigilio quidem præcipuè vincuntur cibi.
Peruigilium, Sacrum nocturnum quo vigiliæ indicuntur, vt per totam noctem vigiletur. Liuius 3. bel. Pun. 168, Castra Campana, vt in peruigilio neglecta, simul omnibus portis inuadit. Suetonius in Calig. cap. 54, Nec alia de causa videretur eo die quo perit, peruigilium indicaße, quàm vt mitium in cœnam prodeundi licentia temporis auspicaretur. Gellius lib. 1. cap. 23, Filia hominis pauperis in peruigilio vitiata est. Tacit. lib. 18, Apud vitellium omnia indisposita, temulẽta, peruigiliis, ac Bacchanalibus, quàm disciplinæ, & castris promptiora.

Peruilis, & hoc peruile, pen. prod. (πάνυ εὔωνος,) Admodum vile significat. Liu. 1. bel. Macedon. 199, An nona quoque eo anno peruilis fuit.

Peruinco, peruincis, peruici, pen. produ. peruictum, (νικῶ,) peruincere, Omnino vincere. Plaut. Curcul. 4. 68, Si me amas, eneme me rogites: facito vt pretio peruincas tuo. Plin. lib. 14. cap. 4. 10, Nec putari per se queunt, si non peruincat aqua. Cicero ad Atticum, lib. 12. 16. 15, Restitit, & peruicit Cato. Liuius 4. ab Vrbe, 54,
Neque vt de agris diuidendis plebi referrent Consules ad Senatũ, peruincere potuit. Tacit. lib. 12. Quod Patres odio delatoris contra ambitum Agrippinæ peruicere.
Dictis peruincere aliquid. Probare. Lucret. lib. 5. 10,
Nec me animi fallit, quàm res noua, mirãque menti
Accidit, exitium cæli, terræque futurum,
Et quàm difficile id mihi sit peruincere dictis.
Peruincere vox dicitur vocem, vel sonum quem exuperat. Horat. 2. epist. 1. 41, –nam quæ peruincere voces
Eualuere sonum, referunt quem nostra theatra?
Peruincendos. (νικητέος,) Catull. de Lesbia, epigr. 71. 3, Vna salus hæc est, hoc est tibi peruincendum.
Mores alicuius peruincere. Propert. lib. 1. eleg. 16. 3,
Nonne fuit melius dominæ peruincere mores?
Quanuis pura, tamen rara puella fuit.

Peruiridis, & hoc peruiride, penult. corr. (πολύχλωρος,) Valde viride. Plinius libro 6. cap. 12. 6, Mare id colore peruiridi, præterea fruticosum arboribus.

Peruiuo, peruiuis, pen. prod. peruixi, peruictum, (ἐπιζάω,) peruiuere, Vsque ad finem viuere. Plautus Pœn. 2. 13, Exercere vocem quam peruiuis & colis. Idem Capt. 12. 84,
Etsi peruiuo vsque ad summam ætatem, tamen
Breue spatium est perferendi quæ minitas mihi.

Peruius, Adiectiuum, (βατός, βάσιμος, πορεύσιμος,) Per quod facile est transitur. Plaut. Aulul. 16. 23,
–qui angulos omnes
Mearum ædium & conclauium mihi peruium facitis? Terentius Adelph. 4. 2. 40, Id quidem angiportum non est peruium. Ibidem, 5. 7. 14,
–euge, iam lepidus vocor,
Fratri ædes fient peruiæ, Vbi Donatus, Fratri elegantius quàm fratris.
Freta non sunt peruia nanti. Ouid. epist. 18. 42.
Loca non peruia equo. Ouid. 8. Metam. 76.
Peruiq naues. Liuius 6. bel. Pun. 198, Frontibus velut pedestris acies vrgebant: peruiæque naues pugnantibus erant.
Peruii saltus. Liuius 9. ab Vrbe, 229.
Peruiæ transitiones. Cic. 2. de Nat. deorum, 97, Ex quo transitiones peruiæ Iani, foresque in liminibus prophanarũ ædium, ianuæ nominãtur.
Vsus peruius tectorum. Virg. 1. Aeneid. 91.
¶ Peruia res ventis dicitur. Ouidius lib. 1. Metam. 153,
–domus est imis in vallibus huius
Abdita, sole carens, non vlli peruia vento.
Ora non sunt peruia verba. Ouid. 5. Metam. 39.
Pectora nulli culpæ peruia. Claud. de bello Getico. 27.

Perungo, perungis, perunxi, perunctum, (καταχρίω,) perungere, Valde vngere, circunquaque vngere. Columella lib. 11. cap. 3. 30, Si tamen per ignorãtiam nuda manu iuncaueris, & prurigo atque tumor incesserit, oleo subinde perungito. Cicero 1. Tusc. 183, Corpora oleo perunxerunt.
Ora perungere immunda manu. Ouid. 3. de Arte, 151.

Perunctus, Participium. (κατάχριστος,) vt
Fæcibus ora perunctũ. Horat. de Arte, 57.
Nardo perunctus adulter. Horat. Epod. 5. 13.
Perunctio, Verbale. (κατάχρισις,) Plin. lib. 24. cap. 15. 2, Excalfacit perunctione. Idem lib. 28. cap. 16. 8, Perunctione prodesse dicitur.

Peruolgo, peruolgas, peruolgare, (περιστρωφάω,) Peruagari. Lucret. lib. 2. 33,
Multiplexque loci spatium transcurrere eodem
Tempore, quo Solis peruolgant fulgura cælum. Ibidem, 70,
Et variæ volucres lætantia quæ loca aquarum
Concelebrant circum ripas, fontesque lacusque:
Et quæ peruolgant nemora aua peruolitantes:
Horum vnum quoduis generatim sumere perge.

Peruolo, pe. cor. perus, peruult, (πολυβούλομαι,) peruelle, Valde cupere. Plaut. Pœnul. 4. 74, Simul autem prohibet, facient aduorsum eos qui peruolunt. Idem Curcul. 3. 8,
–nam vbi tu profusus, ibi ego me
Peruelim sepultam. Et Epid. 11. 9, –peruelim
Mercedem dare qui monstret nunc eum mihi hominem, aut vbi habitet. Liuius, Peruelim scire vtrum qui descendunt, an qui retinentur, de me querantur. Cice. ad Atticum, lib. 1. 1. 6, Sed est quod abs te mihi ignosci peruelim. Eidem, lib. 12. 25. 2. 5, Othonem si Romæ est, cõuenias peruelim.

Peruolo, peruolas, penult. corr. (διαπέτομαι,) peruolare, Celeriter volare.
Corus peruolat aeriam iter. Ouid. 2. Fast. 51.
Hirundo peruolat ædes diuitis domini. Virg. 12. Aeneid. 95.
Peruolare per transitionem, pro Celeriter aduenire, & quasi volãdo perduci. Cic. in Somnio Scip. 32, Sunt autẽ optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus velocius in hanc sedem & domum suam peruolabit. Idem pro Roscio Amerino, 11, Primo diluculo nuntius hic Amersam venit, decem horis nocturnis sex & quinquaginta millia passuum citius peruolauit.
Vrbem totam peruolare. Iuue. Saty. 6. 40.
Rumor peruolat agitatis alis. Ouid. 6. Fast. 106.
Peruolito, peruolitas, pen. corr. (περιπέτομαι,) peruolitare, Frequentatiuum. Virgilius 8. Aeneid. 5, Omnia peruolitat latè loca.
Voces peruolitant per dissepta domorum. Lucret. lib. 6. 191.

Peruoluo, peruoluis, peruolui, peruolũtum, pen. pro. (κατακυλίω,) peruoluere, Magna vi voluere. Plinius libro 33. cap. 4. 10, Et repleto stagno, excussis obthuramentis erumpit torrens tanta vi, vt saxa peruoluat.
Membra celeres peruoluunt rotæ. Sene. Hippol. 10. 22.
Peruoluere librum, Diligenter legere. Catull. de Smyrna, (fuit hoc opus quoddam à Cinna poeta compositum) 90. 7, Smyrnam incana diu secula peruoluent. Vsus est diæresi.
Peruoluitur animus. Cicero 2. de Oratore, 81, Deinde vt in iis locis, quos proponam paulo pòst, peruoluatur animus, vt se penitus insinuet in causam, vt sit cura & cogitatione intentus, diligentia est.
Peruolũto, peruolũtas, pen. pro. (περιπτύσσω, ἀναπτύσσω,) peruolutare, Frequentatiuum.
Peruolutare libros, Omni adhibita diligentia euoluere. Cic. ad Atticum, lib. 5. 99. 2, Quoniam meos cũ Thallumeto nostro peruolutas libros. Idẽ 1. de Oratore, 76, Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & peruolutandi, & exercitationis causa laudandi.

Perurbanus, pen. prod. Adiectiuum, (πάνυ ἁστεῖος,) Valde vrbanum significat. Cicero ad Atticum, lib. 2. 30. 3, Denique si solus non potuero, cum rusticis potius, quàm cum iis perurbanis. Idem 2. de Oratore, 15, Homo doctus & perurbanus. Et de Claris Oratoribus, 129. Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, In existimãdo admodum prudens toto genere perurbanus.

Peruro, perũris, pen. prod. perussi, perustũ, (κατακαίω, κατακρύω,) perũrere, Valde vrere, & vrẽdo consumere. Plin. li. 7. epist. 1, Quinetiam quum perustus ardentissima febri, tandem remissus, vnctusque acciperem à medico potionem, porrexi manum. Plin. lib. 34. cap. 17. 6, Eadem in qua calculus æreus quadrans si addatur, vas perũri. Liuius 4. bel. Pun. 88, Caudinus Samnis grauius deuastatus: perusti populatique latè agri. Ibidem, lib. 1. 147, Adhæc, perusti artus, niue rigentes nerui.
Perurere cor alicuius. Mart. lib. 12. 45,
Et serues aliquando negligenter
Illos qui malè cor meum perurunt.
Aestu valido perurimur. Ouid. 3. de Arte, 108.
Perustus, Participium: vt
Coma perusta sole. Propert. lib. 4. eleg. 10. 10.
Flammis perusta. Sene. Medea. 12. 24.
Perustus homo. Cicero ad Cæsarem, li. 13. 16. 4, Etiam hominẽ perustum etiamnum gloria volunt incendere.
Ora perusta. Propert. lib. 3. eleg. 13. 5.
Ossa perusta. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pectus perustum.Sene.Medea,7.14.
Terra perusta astricto gelu.Ouid.3.Trist.eleg.4.10.
Perustus sine. Horat.Epod.4.1,Ibericis peruste funibus latus.
PERVSIA,(περουσία,)Tuscorum vrbs,authore Ptolemæo lib.3.ca.1. Perusium hodie,Vulgò Perugia,Peroule.
Perusinus,pen.prod.Adiectiuum(περουσιάτης,)vt
Perusina Perusina Lucan.lib.1.9.
Sepulchra Perusina,Propert.lib.1.eleg.21.1.

Perutilis,& hoc perútile.pe corr.(πολύχρηστος,) Valde vtile.Cicero ad Atticum,libro 9.190.2,In hac enim fortuna peutilis eius & opera & fidelitas esset.

Peruulgo,peruulgas,(διαδημοσιεύω,ὑποκαλύπτω,διαφημίζω,)peruulgare,Seminare in vulgus,diuulgare.Cic.5.Ver.109, Incredibile dicto est Iudices, sed & factu, & tota Sicilia peruulgatum.
Occultare,& continere domi aliquid,Dimidere passim,peruulgare atque edere populo contraria.Cic.pro Sylla,32.
Se omnibus peruulgat mulier.Cic.pro Cælio,30.
Communicari cum improbis,& peruulgari cum mediocribus hominibus præmia virtutis non oportet.Cic.2.de Inuent.207.
Peruulgare librum aliquem,quod & Diuulgare dicitur, hoc est in lucem emittere.Cic.ad Atticum,lib.12.258.1,Tu verò peruulga Hircium.In fine autem epistolæ ait,Hircii librum(vt facis) diuulga. Vt sese explicare videatur Cicero.
Peruulgatum in vulgus.Cic.2.de Finib.15,Nec de re obscura, vt Physicinaut artificiosa,vt Mathematicinsed de illustri & facili, etiam in vulgus peruulgata loquitur.De Epicuro.
Peruulgarum apud.Cic.4.Verr.59,Interea cupiditate iste illa sua nota,atque apud omnes peruulgata,quum signa quædam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vidisset,adamauit.
Peruulgatum est.Plaut.Bacchid.10.158,
–vos nunc ne miremini
Quòd non triumpho,peruulgatum est,nihil moror.
Peruulgatus,pen.prod.Nomen ex participio,Consuetum,& vulgo vsitatum significat.Terent.Heaut.1.1.49,
Vbi rem resciui,cœpi non humanitus,
Neque vt animum decuit ægrotum adolescentuli
Tractare,sed vi & via peruulgata patrum.
Notus & peruulgatus.Cic.4.Acad.211,Empedocles hæc peruulgata & nota quatuor. Ibidem,13,Gloriam verò non modò non minui,sed etiam augeri arbitramur eorum,quorum ad populares illustresque laudes,has etiam minus notas,minusque peruulgatas adiungimus.
Consolatio peruulgata quidem est illa maximè,quam semper in ore, atque in animo habere debemus,hommes nos vt esse meminerimus. Cicero Titio,lib.5.16.3.
Maledicta in omnes peruulgata.Cic.pro Cælio,4.
Clara,testata & peruulgata res.Cic.4.Verr.72.
Peruulgatùrus pen.prod.Participium (διαδημοσιεύων,)Silius lib.7.39,
Viticolæ nomen peruulgatura Falerni Munera.

Pes,pedis,m.g.(πούς,πέλμα,σκαμμός,)notæ significationis, Dicitur id totum quod est à femore ad calcem. Virgil.9.eclog.1, Quote Mœsi pedes?
Digiti pedum.Ouid.11.Metam.15. Ibidem,14.101.
Fiducia pedum.Ouid.9.Metam.25,
–quò te fiducia,clamat,
Vana pedum violente rapit?
Aptissima forma pedis.Ouid.3.Amor.eleg.3.2.
Ictus pedis.Ouid.5.Meta.45,Quæ mirata diu factas pedis ictibus vndas.
Mobilitas pedum.Ouid ad Pisonem,37.
Motu pedum melior.Virg.5.Aeneid.86.
Orba pedum portenta.Lucret.lib.5.168.
Sonitus creber pedum.Virg.2.Aeneid.47.
Animalia trunca pedum.Virg.4.Georg.62.
Vestigia duri pedis.Ouid.1.Metam.170.
¶Celer pedibus.Virg.4.Aeneid.16.
Duorum pedum officio contenta.Ouid.1.Metam.150.de Iside quæ paulo antè in vaccam mutata,quatuor pedibus incedebat.
Melior pedibus.Virg.9.Aeneid.111.
A pedibus,vel Seruus à pedibus,Vide A vel AB præposit.
Habiles & apti ad pedem calcei.Cic.1.de Orat.118.
Ante pedes,Vide ANTE præpositionem.
Circum pedes,Vide A pedibus in A vel AB præposit.
In pedem,siue pedes,Vide IN præpositionem.
Ad pedes,Vide A pedibus in A vel AB præposit.
¶Adunci pedes.Ouid.6.Metam.104.
Albi pedes,Gypsati.Iuuenalis Saty.1.12.
Aurati pedes.Ouid.3.Amor.eleg.12.6.
Aureolus pes.Catull.in Epithalam.Iulie,epigr.56.34.
Bifidi pedes.Ouid.14.Metam.61.
Bellus pes.Catul.in amicam Formiani,epig.40.1.
Bifulcus pes.Ouid.7.Metam.25. Lucret.lib.2.72.
Calidi pedes,Vide CALIDVS.
Candidus pes.Horat.4.Carm.ode 1.6.
Claudus pes.Horat.3,Carm.ode 2.7.
Curui pedes.Ouid.12.Metam.112.De aquila.
Dubius pes.Ouid.4.de Ponto,eleg.1.7.
Durus pes.Ouid.2.Metam.85.Cic.1.de Orat.15.
Equini pedes.Ouid.12.Metam.76.
Exiguus pes.Ouid.3.Amor.eleg.3.2.
Formosi pedes.Propertius lib.1.eleg.17.3.
Gypsatus pes.Ouid.1.Amor.eleg.8.13.
Imus pes,Vide IMVS.
Inimicus pes.Propert.lib.2.eleg.6.8.
Lacteus pes.Catul.in Epithal.Mallii,epigr.56.23.
Lesbius pes.Horat.4.Carm.ode 6.7,
Lesbium seruate pedem,meique
Pollicis ictum.Hoc est carmen lyricum.
Longus pes.Horat.1.Serm.saty.2.19.
Malus pes.Catull.ad Caluum, epigr.14.6, –abite
Illuc,vnde malum pedem attuliistis.
Secli incommoda pessimi poetæ.
Marmorei pedes,Candidi.Ouid.2.Amor.eleg.11.3.
Pallidulus pes.Catul.ad Ortalum,epig.60.2.
Recurui pedes.Ouid.2.Fast.51.De cotuo.
Saligni pedes.Ouid.8.Metam.132.
Segnis pes.Horat.3.Carm.ode 12.2.
Solidi pedes ære.Ouid.epist.12.9.
Tumentes pedes.Virg.2.Aeneid.55.
Turpis pes.Horat.1.Serm.saty.2.21.
Vacui pedes.Otiosi.Ouid.1.de Arte,99.
Varus pes.Persius Saty.4.2.
Vdus pes aqua.Ouid.epist.17.21.
Velox pes.Ouid.1.Metam.111.
Vnci pedes.Virg.3.Aeneid.47. Et lib.5.51.De aquila.
¶Tardo pede abire.Ouid.2.Amor.eleg.19.3.
Abiicere se ad pedes,Vide ABIICIO.
Accidere ad pedes omnium.Ci.Attico,lib.1.9.8,Quum decerneretur frequenti Senatu cõtrà pugnante Pisone,ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio,vt Consules populum cohortarentur,&c.
Aduolui pedibus. Tacit lib.1,Præceps & singulorum pedibus aduolutus.In eodem libro,Pedibusque Cecinnæ aduoluerentur.
Aduertere pedem ripæ,ire ad ripam.Virgil.6.Aeneid.78.
Afferre pedem,Vide AFFERO.
Alligare pedes.Ouid.4.Metam.73.
Amplecti pedes alicuius.Ouid.9.Metam.122.
Argutari pedibus,Vide Argutor,argutaris in ARGVO.
Carpere viam pede.Ouid.2.de Arte,46.
Alato pede carpere iter,Ouid.5.Fast.133.De Mercurio.
Obliquo pede claudicare.Ouid.2.Amor.eleg.17.4.
Neque pes,neque caput comparet.Plaut.Capt.11.82,
–nugas ludificabitur,
Garriet,quòd neque pes vnquam,neque caput compareat.
Complecti pedes alicuius.Lucan.lib.10.18.
Conculcare aliquem pedibus.Ouid.12.Metam.75.
Conferre pedem siue in pedes,Vide CONFERO.
Conferre pedem cum singulis aduersarii argumentis. Quintilianus libro 5.cap.13.10.
Congredi pede.Virg.12.Aeneid.93,Nec pede congressos,nec equo,nec tela ferentes Insequitur.
Conijcere se in pedes,Vide CONIICIO.
Connexæ pedibus apes.Virgil.4.Georg.52.
Consequi aliquem pedibus.Ouid.9.Metam.26.
Contendere pedibus cum aliquo.Ouid.10.Metam.113.
Siccis pedibus decurrere super æquora.Ouid.14.Metam.10.
Deducere pedes de lecto,Vide DEDVCO.
Gracili pede deducit aranea filum.Ouid.1.Amor.eleg.14.2.
Ad imos pedes defluxit vestis.Virgil.1.Aeneid.82.
Ad pedes desilire,Vide AD præpositionem.
Inoffensos dirigere pedes.Ouid.1.Amor.eleg.6.2.
Diriguere pedes.Ouid.2.Metam.70.
Discedere pedem ab aliquo.Cic.pro Deiotaro,19.
Dare pedem,pro Fauorem & auxilium præstare.Cic.ad Atticum.lib.2.16.10,Soror quæ tantum habeat Consularis loci,vnum mihi solum pedem dat. Noli inquam de vno pede sororis queri: licet etiam alteram tollas.Vbi interpres,Vnum pedẽ dat,id est Mediocrem fauorem præstat,non omnino fauet,vitio grauitate, deterrita. Contrarium est illi, Omni pede niti,quod est Vniuerso fauore & viribus.
Dolet pes.Lucret.lib.3.23.
Efferre pedem,Egredi.Cic.ad Atticum,lib.7.122.7,Qui pedem porta, quoad hostis eis Euphratem fuit,non extulerit. Eidem,lib.8.146.7, Qui quum triginta tyranni essent,pedẽ porta nõ extulit. De Socrate.
Pedibus ire in sententiam alicuius,Vide EO is.
Nudo pede errare.Ouid.3.Amor.eleg.5.10.
Vago pede errare.Ouid.epist.20.20.
Sonitus exeunt pedibus.Lucret.lib.2.66.
Ferire terram pede.Virgil.3.Georg.100.
Ferre pedem.Virg.3.Aeneid.3,Ferte sinul Faunique pedem Dryadesque puellæ.Id est accedite huc. Ibidem,2.152,Inde domum si forte pedem,si forte tulisset.
Huc ferri pedes,& illuc.Sene Medea,11.3.
Secum ferre pedem.Sene.Theb.1.3.De Oedipo qui cæcus erat.
Extensos ferre pedes.Ouid.3.de Arte,61.
Incerto pede ferri.Horat.Epod.11.4.
Equestri pede fracta tellus.Sene.Thebaid.2.16.
Virtute pedum freti.Lucret.lib.5.193.
Timido pede fugere.Ouid.4.Metam.20.
Turbato pede fugere.Ouid.epist.11.21.
Molli pede sulta.Horat.1.Serm.saty.2.18.
Iacere pedes,Vide IACIO.
Iacère ad pedes alicuius.Cic.7.Verr.101.
Implicare pedes.Virgil.11.Aeneid.151.
Teneros pedes imposuere graminibus.Ouid.epist.15.14.
Impressit pedem littori.Sene.Agamemn.6.2.
Incutere pedem terræ,Vide INCVTIO.
Induitur pedibus autum,Vide INDVO.
Inferre pedem in ædes,Vide INFERO.
Alterius pedibus insistere,Vide Alterius in ALTER.
Iuncti pedes Quintil.lib.2.cap.13.6,Neque enim aduersa sit facies,& demissa brachia,& iuncti pedes.De statuis,& picturis.
Celeri pede labi.Sene.Hippol.6.6.
Metiri pedibus quadringenta millia passuum.Cicero Q.fratri li.3.17.6.
Metiri suo pede,Id est sumptum facere pro modulo facultatum suarum. Horatius 1.epist.7.10, Metiri se quenque suo modulo ac pede verum est.
Mouere pedem à limine.Iuuenal.Satyr.10.3.
Impercussos nocte mouere pedes.Ouid.7.Amor.eleg.1.11.
Nasci equinis pedibus,Vide NASCOR.
Nasci in pedes,Vide NASCOR.
Obteritur pedibus religio. Lucret.lib.1.16.
Offensus pes in porta.Tibull.1.eleg.3.4.
Gloria parta pedibus.Silius lib.15.129.
Pellere terram duro pede.Lucret.lib.5.282.
Pendêre per pedes.Vide PENDEO.
Penetrare pedem aliquò,Vide PENETRO.
Persuadere pedes amictu,Vide PERFVNDO.
Plaudere choreas pedibus.Virgil.6.Aeneid.129.
Pouere pedem cum aliquo,Id est eodem modo incedere quo ille, nec citius nec tardius mouere pedes.Lucret.lib.4.73.
Pedem vbi ponat non habet:pro Ne tantillum quidem agri.in hominem insigniter tenuem & inopem conuenit, inquit Erasmus. Cicero 2.Philipp.64,Quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneres, præter vnum Misenum? Et pro Ligario,15, Prohibiti estis in prouincia vestra pedem ponere,vt perhibetis. Idem ad Atticum, libro 13.26.1.5,Pedem vbi ponat in suo,non habet:omnino cum Sestius noster parochus publicus occupauit.
Vestigia pedum ponere.Lucret.lib.3.1.
Cursu pedum præuertere ventos.Virgil.7.Aeneid.162.
Pes pedem premit.Silius lib.4.71.
Æquis pedibus procedere.Ouid.4.de Ponto,eleg.5.1.
Proferre pedem alicunde.Horat.de Arte,28.
Proferre pedes.Quintil.li.1.cap.11.9,Ne status indecorus,nequa in proferendis pedibus inscitia.
Ante pedes proiicere aliquid.Virgil.5.Aeneid.135.
Proiicere se ad pedes alicuius.Cic.pro Sestio,20.
Proruere aliquid pede iniurioso.Horat.1.Carm.ode 35.3.
Profubigit terram pede suo.Virg.3.Georg.52.
Pulsare humum pede.Ouid.1.de Arte,21.
Libero pede pulsanda tellus.Horat.1.Carm.ode 37.1.
Quatere humum pede candido.Horat.4.Carm.ode 1.6.
Alterno pede terram quatere.Horat.1.Carm.ode 4.2.
Rapiunt me pedes. Horat.3.Carm.ode 11.10,I, pedes quò te rapiunt, & auræ.
Illusi pedes recusant ferre vitiosum corpus.Hor.2.Ser.sat.7.22.
Referre pedem.Quintil.lib.6.cap.4.15,Ab iis quæ non adiuuant, quàm mollissimè pedem oportet referre. Ouid.2.Metam.88, Vnde pedem referens,penè est oblita pharetram Tollere.
Profugum pedem referre.Ouid.epist.21.38.
Reflectere pedem.Catull.Argon.epigr.59.23,Inde pedem sospes multorum laude reflexit.
Reportat pedem ex hoste.Virg.11.Aeneid.153.
Retro pedem reprimere.Virg.2.Aeneid.76.
Reuocare pedem,Virgil.9.Aeneid.26.
Sequi ducem propero pede.Catull.de Berecynth.epigr.58.7.
Signa pedum sequi,Vestigia.Ouid.4.Metam.9.
Signare littus pedibus,Imprimere vestigia, Obambulare in litore.Ouid.2.Amor.eleg.11.3,Littora marmoreis pedibus figuranda puellæ.
Sistere pedem in limine.Ouid.1.de Remed.amor.16.
Spargere arenam pedibus.Virg.5.eclog.18.
Sternere se ad pedes alicuius.Cic.Attico,lib.10.195.3.
Stare ante pedes alicuius.Virgil.5.Aeneid.77.
Struere pedem veteres,pro eo vsurparunt quod est Fugere.Festus.
Subiicere pedibus,pro Contemnere.Virg.2.Georg.99,
Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atque metus omnes,& inexorabile fatum
Subiecit pedibus,strepitumque Acherontis auari.
Supplodere pedem.Cic.1.de Orat.118,Quid multa?pedem nemo in illo iudicio supplosit,credo ne Stoicis renuntiaretur.
Pedem pede tangere.Ouid.1.de Arte,122.
Citato pede tetigit nemus.Catull.de Berecynth.epigr.58.1.
Fœlici pede tangere locum aliquem.Ouid.1.Fast.103.
Puellares pedes tardat alta arena.Ouid.epist.10.4.
Humili sub pede colla tenet.Ouid.epist.9.3.
Pedibus trahere,Est contemnere.Cic.ad Atticum, lib.4.85.14, Non recordor vnde ceciderim, sed vnde surrexerim: fratrem mecum & te si habebo,per me ista pedibus trahuntur. Idem Volumnio,lib.7.33.5, Nam de iudiciis quòd quereris,multo laboro minus:trahuntur per me pedibus omnes rei. Erasmus,Pedibus trahere, est Rem pro suo arbitratu versare.Liu.4.bel.Pun.100,Sed euocatum eum ab legatis Demarata vxor,filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu,admoneat sæpe vsurpatæ Dionysii tyranni vocis: qua pedibus tractum,non insidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere. Facile esse momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ:facere & parare eam difficile atque arduum esse. Ex his verbis liquet eos pedibus trahi,qui plane victi,sunt in potestate victoris.
Posita ante pedes transilire, & alia longè repetita sumere, specimen est ingenii.Cic.3.de Orat.88.
Pulsu pedum tremit excita tellus.Virgil.12.Aeneid.89.
Vertere pedem.Ouid.8.Metam.176,
–verso pede pressit arenam.Id est iterum discessit.
Vigescunt pedes læti studio.Catull.ad Seipsum,epigr.43.2.
Certamine pedum vincere.Ouid.12.Metam.61.
Pedum visa est via.Terent.Phorm.2.2.12,Factum est periculum:iam pedum visa est via.De negotio cuius aliquando periculum feceris.Sumptum à viatoribus.Erasmus.
Auersis pedibus volutare,Vide AVERTO.
Voluratus est ad pedes inimicorum frater.Cic.pro Sestio,128.
¶Pede presso,quod Galli dicunt A pied coy.Liu.8.ab Vrbe,40, Si hastati profligare hostem non possent,pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant.
¶Sub pedibus volgi,In contemptu vulgi.Lucret.lib.5.229,
Et capitis summi præclarum insigne cruentum
Sub pedibus volgi magnum lugebat honorem.
¶Pedes,aliquando velut aduerbialiter ponitur, pro eo qui suis pedibus itineque equi, aut alterius animalis ministerio vtitur. Curtius, Pedes agmen circuibat. Caue tamen putes accusatiuum esse pluralem à nominatiuo pes: alioqui vltimam syllabam produceret,quæ in his locutionibus corripitur,vt subiecta docent exempla. Itaque declinatur pedes,huius péditis.
Iret pedes in hostem.Virgil.6.Aeneid.176.
Seu campo pedes ire paras.Stat.4.Sylu.4.14.
Errat pedes in alta sylua.Ouid.14.Metam.73.
Incedit pedes. Virgil.10.Aeneid.153.
¶Pedibus,Idem.Suet.in Cæsare,In agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat. Cic.Curio,libro 7.29.3.Sed quod tu cui licebat, pedibus es consecutus.Idem in Vatinium,9,Quum illud iter Hispaniẽ se pedibus ferè confici soleat,aut siquis nauigare velit certa sit ratio nauigandi. Cæsar in Comment.Vno omnino loco flumen pedibus atque ægrè transiri potest.Ibidem,Tarracone discedit,pedibusque Narbonam,atque inde Massiliam peruenit.Liuius,Quum vident illas vehi per vrbem,se pedibus sequi.Idem,Per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam traiecit.
Pedibus ire,vel reuerti,aut iter facere.Plau.Stichо,5.19,Pedibus ite non queo.Cic ad Atticum, lib.5.96.1,Actio maluimus iter facere pedibus qui incommodissimè nauigassemus. Idem 3.Verr.61,Milites remigesque Miletum Mindo pedibus reuerti iubet.Item ad Atticum, li.3.48.1,Vt duo nuntii afferrentur,vnus classe fratrem Ephesо Athenas,alter pedibus per Macedoniam venire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambulare pedibus, Vide AMBVLO.
Obire pedibus regiones, Vide OBEO.
Transmittere pedibus aut equis aliquem locum. Cic. Attico, lib. 16. 333. 18, Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet, Pæstanus & Viboncnsis: vtrumque pedibus, equis transmissimus.
Merere pedibus, Vide MEREO.
Pedibus stipedia facere. Idem significat quod Pedibus merere. Liuius ab Vrbe con. 1. Qui tum stipendia pedibus propter pauperiatem fecissent. Idem de bello Punico, Consulum vt omnes is pedibus mererent.
Pedibus præliari. Cæsar 4. bell. Gall. 469, Equestribus prælis sæpe ex equis desiliant, ac pedibus prælientur.
¶ Pes, pro loco. Cic. ad Attic. lib. 7. 140. 1, Pedem in Italia video nullum esse, quinon in istius potestate sit.
¶ Pes mensæ. Plin. li. 12. cap. 1. 1, Antequam eodem ebore numinum ora spectarentur, & mensarum pedes.
Connisus pes acernæ mensæ. Ouid. 11. Metam. 51.
¶ Pes vinaceorum. Colum. lib. 12. cap. 43. 10, Tum vinaceorum pes bene prelo expressus, prorumpitur.
¶ Pes, Mensuræ genus. Plin. lib. 12. cap. 1. 6, Arbor est clara domicilii modo caua, LXXX atque vnius pedum specu.
Temo protentus in octo pedes. Virgil. 1. Georg. 55.
¶ Pes quoque in carmine, syllabarum & temporum certa dimensio. Quintil. lib. 11. cap. 3, Ne pes quidem otiosus certam legem temporum seruat.
Heroici pedes tres, dactylus, anapæstus, & spondeus. Cic. 3. de Orat. 100.
Citus pes, iambus. Horat. de Arte, 51.
Moderatione quadam certa numerorum & pedum adstrictus histrio. Cice. 1. de Orat. 131.
Claudere verba pedibus. Horat. 2. Serm. saty. 1. 6.
Certo pede differt sermoni sermo meus. Hor. 1. Ser. sat. 4. 10.
Incompósito pede currunt versus. Horat. 1. Serm. saty. 10. 1.
Musa per vndenos emodulanda pedes. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 7.
¶ Pes etiam dicitur fœdum capitis animal, à multitudine pedum. Plaut. Curcul. 10. 14,
Vt muscæ, culices, pedesque, pulicesque, cimices
Odio & malo & molestiæ, bono vsui estis nulli. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 9, E capite & è collo eorum crebrò eligendi pedes. De pullis. Paulo post, Quum perpurgarunt caput nequeos habeant pedes, rursus eas concludunt. De gallinis.
¶ Pes milui, Herba. Colum. lib. 12. cap. 7. 4, Cimam, catilem, capparim, pedem milui, puleium, digitellum complurbus diebus sub tecte siccari dum flaccescant & tum eodem modo condiri conuenit.
Miluinus pes, Vide MILVVS.
Pes gallinaceus, vel Pedes gallinacei, Herba. Plin. lib. 25. cap. 13. 11, Capnos prima, qua pedes gallinaceos vocant, nascens in parietinis & sepibus, ramis tenuissimis sparsisque, flore purpureo. Pedem autem gallinaceum Dioscorides à Græcis caticalidem appellari contendit, estque olus flore candido, & vmbellam gerens. quod à rusticis daucum sylue strem vocari asserit Galenus.
¶ Pes, Funis, quo in naui tenditur velum pro voluntate. Virg. 5. Aeneid. 166, Vnà omnes fecere pedem. Plin. lib. 2. cap. 47. 12, Iidem autem ventis in contrarium nauigatur prolatis pedibus, vt noctu plerunque vela concurrant.
Pediculus, pediculi, pe. cor. Diminut. m. g. (πεδίλιον,) Paruus pes. Plin. li. 9. cap. 12, Mollia sunt, loligo, sepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & ventrem, pediculi octoni omnibus.
¶ Pediculi vocantur quibus fungi, pyra, mala, & huiusmodi sustinentur. Plinius lib. 22. cap. 23, Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo pyri.
Ficorum pediculi. Colum. lib. 12. cap. 15, Quidam lecti ficis pediculos adimunt, & in sole expandunt.
Granatorum pediculi, siue punicorum. Colu. lib. 12. ca. 44, Quidam, vt à granatis incipiam, pediculos punicorum, sicuti sunt in arbore torquêt, ne pluuia mala, rumpantur, & hiantia dispereant. Paulo post, Deinde sereno cælo granata legunturcum suis pediculis.
Pomorum pediculi. Colum. lib. 12. cap. 45, Deinde substrata prædicta poma sic componi, vt flosculi sursum, pediculi deorsum spectent, quemadmodum etiam in arbore nata sunt.
Pyrorum pediculi. Plin. lib. 15. cap. 18. 6, Dependent alia pediculis, vt pyra. Alia racemis, vt vuæ, palmæ. Alia & pediculis & racemis, vt ederæ, sambuci.
Vuarum pediculi. Colum. lib. 12. cap. 43. 1, Vuas bumastos vel duracinas, vel purpureas quum desecueris à vite, continuò pediculos earum impicato dura pice. Ibidem paulo post semel & iterum.
¶ Pediculus, (φθείρ.) Vermis in capite hominis, item in cæteris animalibus. Colum. lib. 8. cap. 5. 2, Pluma omnis è capite, & sub alis atque cluni bus detergetur. Illic ne pediculum creet hinc ne stercore loca naturalia exulceret. De gallinis.
Pediculosus, siue pediculosus, pen. pro. (φθειριώδης,) Pediculis plenus. Plautus, Pediculosus, squalidus: vbi me vidit, scabit caput.
Pedicularis, & hoc pediculare, pen. pro. Quod ad pediculos pertinet. Vt de Pedicularis morbus, quo corpus pediculis scatet. Hûc morbû Græci phthiriasim appellant. nam phthira pediculum dicunt.
Herba pedicularis. Colum. lib. 6. cap. 30, Cunila bubula & herba pedicularis cum sale trita.
Pediolus, huius pediolli, pen. cor. m. g. (πεδίλλιον,) Paruus pes. Afranius, Atque adeò nolo nudo pediolo est pus.
Pedúsculus, pe. cor. (πεδίλιον,) Paruus pes. Plin. li. 11. cap. 10. 4, Si coortatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. Vetus exemplar legit, apprehensis pondusculo lapilli, &c.
Pedum, (ἴχνον,) (inquit Festus) vestigium hominum, præcipuè pedis, appellasse antiquos in commentariis quibusdam inuenirî tolet.
Pedális, & hoc pedále, pen. proc. (πεδιαῖος,) Quod est pedis: vt Pedale spatium, &c. Colum. lib. 3, Pedale quoque versus spatium sat erit inter semina relinqui. Idem, Scrobiculis pedalibus factis. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 12, In simo intra falere est stagnum cum margine pedali. Cesar 3. bel. Gall. 399, Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus cõfixa clauis ferreis digitis pollicis crassitudine. Idem 2. bel. Ciuil. 5, Itaque pedalibus lignis coniunctis inter se porticus integebantur. Colu. lib. 8. cap. 15. 9, Pedalia in quadratum cob lia. Cic. 4. Acad. 145, Quantulus nobis videtur mihi quidem quasi pedalis.
Pedúmen, pen. proc. pedúminis: & Pedamentum, pedamenti, (κάλαμος,) Sustentaculum quod alicui arbusculæ adhibetur, vel etiam vitibus ad eas muniendas & foliendas. Plinius lib. 17. cap. 20. 5, Castanea pedamentis omnibus præfertur, Colum. libro 4. cap. 30. 1, Pedaminum iugorum que & vimineum prospiciendorum tradenda ratio est. Varr. 1. de Re rust. cap. 8. 1, Quibus stat tecta vinea, pedamenta dicuntur. Colum. li. 1. cap. 2. 4. Et lib. 4. cap. 15. 1.
Pedaneus, Adiectiuum, Idem est quod Pedalis. Columel. lib. 5, Et idem in maritandis arboribus nemo minoré pedaneo terobem vitibus cõparat.
Pedaneus iudex, Qui à præside constituitur vt minora iudicia discernat: quódis magistratus non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum. Vlpianus L. 1. Parag. Item Senatusconsulto. ff. De postulando, Item Senatusconsulto etiam apud iudices pedaneos postulare pro hiberur, calumniæ causa publico iudicio damnatus.
Pedarius, huius pedarii. Pedarii dicuntur, qui in Senatu sententiam non dicunt, sed ab alio dictam comprobant, moneres se loco, & in partem eius qui dixit, ambulantes. propter quod qui ita faciunt, ire in sententiam pedibus dicuntur. & ab actu transeundi pedibus in aliena sedilia, pedarii sunt appellati. Cic. Attico, lib. 1. 14. 11, Est illud s. c. summa pedariorum voluntate, nullius nostrum authoritate factum. Et epistola sequente, 7, Et raptim in eam sententiam pedarii cucurrerunt. Festus, Pedarium Senatorem significat Lucilius quum ait, Agipes vocem mittere cœpit. Qui ita appellatur, quòd tacitus transeundo ad eum cuius sententiam probat, quid sentiat indicat. Gellius libro 3. ca. 18. Nõ pauci sunt qui opinantur pedarios Senatores appellatos, qui sententiam in Senatu non verbis dicerent, sed in alienam Sententiam pedibus irêt. Quod igitur quum s. c. per discessionem fiebat nonne voluerit Senatores sententiam pedibus ferebant? Atqui hęc etiam vocabuli istius ratio dicitur, quam C. Bassus in Commentariis suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in veterum ætate, qui Curulem magistratum gessissent, curru solitos honoris gratia in curiam veni, in quo curru sella esset, super quam considerent, quæ ob eam causam Curulis appellaretur. Sed eos Senatores qui magistratum Curulem nondum ceperant, pedibus iranisse in curiam, propterea Senatores nondum maioribus honoribus functos, pedarios nominatos. M. autem Varro in Satyra Menippea, quæ ὑπόπυθμον inscripta est, equites quosdam dicit pedarios appellatos: videturque eos significare qui nondum à CENSORIBVS in Senatũ lecti Senatores quidem non erãt, sed quia honoribus populi vti erãt, in Senatum veniebant, & sententiæ ius habebant. nam & Curulibus magistratibus functi, qui nondum à CENSORIBVS in Senatum lecti erant, Senatores non erant. Et quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias sed quas principes dixerant, in eas discedebant. Hoc significabat edictum quo nunc quoque CONSVL, quum Senatores in curiam vocabant, seruandæ consuetudinis causa, translatitio vtuntur. Verba edicti hæc sunt, Senatores, quibusque in Senatu sententiam dicere licet. Verum quoque Laberii in quo id vocabulum positum est: notari iussimus, quem legimus in Mimo qui Scriptura inscriptus est, Caput sine lingua, pedaria sententia est.
Pedat m. pen. pro. (κατὰ πόδας,) Aduerbium à Pedo, pedas. Plin. lib. 11. cap. 45. 5, Leo tantum & camelus pedatim gradiuntur. Hoc est, vt sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur.
Pedatum, pedati. Nonius, Pedato positum pro reperiri, vel accessu, Cato Originum lib. 1, Igitur tertio pedato bellum nobis fecere. Hoc est, tertio teuerit, inquit Sipontinus. Idẽ in Dissuasione de feneratione, Tertio autem pedato item ex fœnore discordia excreserbat.
Pedecosum (φειδωλός,) Pediculis obsitum appellat Titinnius, authore Festo, hoc modo, Rus detrudetur pedecosus, iguaiidus.

Pedepressim, Aduerbium, (βραδέως,) Id est, Nonio interprete, cautè, lenta & tarda stione.
Pedes, peditis, pen. corr. m. g. (πεζός,) Miles qui pedibus militiam exercet. Liu. 1. ab Vrbe, 60, Et quum velut inter pugnæ, fugæque consilium tre pidante equitatu pedes quoque referret gradum. Cæs. 8. bel. Gal. 127, Equitatum omnem Germanosque pedites summæ velocitatis omnes ad castra hostium præmittit.
Acies peditum. Tacit. lib. 4.
Cateruæ peditum. Horat. 2. epist. 1. 39.
Nimbus peditum, Densa multitudo. Virgil. 7. Aeneid. 159.
Armatus pedes. Virgil. 6. Aeneid. 104.
Peditum & equitum copias contrahere. Cn. Magnus Domitio in Epist. ad Atticum, lib. 8. 163. 2.
Peditem pedes obtruncat. Virgil. 10. Aeneid. 151.
Pedes viator. Plin. lib. 15, cap. 29. 7, Virgæ quoque eius gestatæ manu vi tori prosunt in longo itinere peditr.
Peditatus, huius peditatus, m. g. (τὸ πεζὸν,) Peditum copiæ. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 16, Quumque magnũ bellum in Cappadocia concitatur, si sacerdos armis se, quod factur? putabatur defenderet adolescẽs & equitatu & peditatu, & pecunia paratus, & omnino iis qui nouari aliquid volebant, perfeci vt è regno ille discederet. Idem 5. Phil 167, Tu ciuem sceleratũ & perditum Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instruesi? Idem ad Atti. li. 9. 185. 4.
Armatura varia pediratus & equitatus Cic. Mario, lib. 7. 1. 8.
Pedester, (πεζικός,) significat eum qui pedibus iter facit. Apuleius, Qui modò in exercitum profectus est pedester. Mart. lib. 1. 18, Abnuit in li quidis ire pedester aquis.
¶ Hic & hæc pedestris, & hoc pedestre, vt Pedestris exercitus, qui peditibus tantum constat, non etiam equitibus. Pedestria auguria dicebantur, quæ à lupo, vulpe, serpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus dabantur.
Acies pedestris, Vide ACIES.
Pedestres copiæ. Cic. 2. de Finib. 177. Silius lib. 11. 54.
Pugna pedestris. Virgil. 11. Aeneid. 142.
Pedestres, nauales ve pugnæ. Cic. de Senect.
Statua pedestris. Plin. lib. 34. cap. 6. 5, Pedestres statuæ sine dubio Romæ fuere in authoritate longo tempore.
Scutum pedestre. Liu. 7. ab Vrbe, 38, Armant inde iuuenem æquales, pedestre tantem capit, Hispano cingitur gladio, &c.
Statua æneæ pedestris vel equestris. Cic. 9. Philip. 265.
Pedestris oratio, dicitur numerosa, & secundum metricam rationem composita, quamis non sit carmen. Quintil. lib. 10. cap. 1, de Platone, Multum supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocãt, surgit.
Musa pedestris. Horat. 1. Serm. satyr. 6. 4.
Historiis pedestribus dicere prælia. Horat. 2. Carm. ode 12. 2.
Sermo pedestris. Horat. de Arte, 10.
Pedetentim. Aduerb. (βραδέως καὶ κατὰ πόδας,) compositum à pede, & tento, tentas: hoc est Passim, & per passus. Cic. 1. Offic. 60, Eam imitationem si tempora adiuuabunt, facilius commodiusque faciemus: sin minus, sensim erit, pedetentimque facienda. Idem 2. Tusc. 85, Pedetentim (inquit) ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor. Et 2. Verr. 12, Quæ tamen à me pedetẽtim, cautèque dicẽtur. Sic pro Quintio, 19, Quum Experiundi potestas non est, timidè tamen & pedetentim illuc descendunt. Sic Liu. 1. bel. Pun. 104. Terent. Phorm. 3. 3. 19, Di bene vertant quod agas, pedetentim tamen. Vbi Donatus, Pedetentim, Cautè, à pedibus tẽtando. Plaut. Milite, 14. 11, Pedetentim tu hæc scis tractari solere hasce huiusmodi maritis. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 16, Legi enim concionem tuam, nihil illa sapiẽtius tra pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus.
Accedere pedetentim ad aliquam causam. Author ad Heren. lib. 1. 9.
Cauè pedetentimque omnia dicere. Cic. pro Cluentio, 93.
Ingredi pedetentim in defensionem. Cic. 1. de Inuent. 35.
Progredientes pedetentim. Lucret. lib. 5. 292.
Pedica, pedicæ, pen. corr. (πεδοκόμη,) à pede, significat laqueum quo pedes illigantur. Virg. 1. Georg. 61, Tunc graibus pedicas, & retia ponere cerris. Liu. 1. bel. Pun. 135, Vt pleraque velut pedica capra hærerent indurata & altè concreta glacie. De iumentis.
Pedicinus, pedicini, pen. prod. (πεδόκομος,) Cato ca. 18. 3, Ibi foramen pedicinis duobus facito: ibique arbores pedicino in lapide statuito. Quid sit hoc loco pedicinus, ignoratur.
Pedicularis, Pedicosus, Pediculus, Pediolus, Vide supra post PES.
Pedisequus, huius pedisequi, pen. cor. (ἀκόλουθος, θεράπων,) Qui, dominũ sequitur. Plaut. Milite, 14. 18, Pedisequus tibi sum, Col. in Præfat. 1. 11, Sed siue fundum locuples mercatus est è turba pedisequorum, lectica rioruinque, referrissimum annis & viribus, in agrum relegat. Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 3, Quæ mihi videtur vna conciuncula, clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.
Conculcari hunc à pedisequis iussit. Cic. pro Domo sua, 85.
Pedisequa, huius pedisequæ, penul. corr. (θεράπαινα,) Quæ dominam sequitur. Terent. And. 1. 1. 96,
–accedo ad pedisequas:
Quæ sit rogo. Cice. 1. de Orat. 121, Sed quia sæpe vtitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istam iuris scientiam, eloquentiæ tanquam ancillulam, pedisequamque adiunxisti.
Puerorum pedisequa. Author ad Herennium, lib. 4. 135.
Virtutis pedisequæ sunt diuitiæ. Author ad Heren. lib. 4. 164.
Peditarus, Vide Pedes.
Pedo pedas, (βραδύζω,) pedare, veteres pro Ire dixerunt. Vnde & repedare, quasi pede iterare. Lucilius, Redisse ac repedasse, vt Romam vitet.
Pedare, (χαρακοῦν,) est etiam sustentaculum viti addere, aut alteri arbusculæ: ex quo vinetæ huiusmodi, pedatæ dicuntur. Colum. lib. 4. ca. 12. 1, Putationem sequitur iam pedandæ vineæ cura. Plin. lib. 17. cap. 21, 11, Aut pedaræ simplici iugo.
Pedatio, Verbale. (χαρακωσις,) Columel. libr. 4. cap. 11. 2, Idque iugum intra quartum pedem conueniet alleuari, dum se vinea corroboret in pedationem.
Pedum, huius pedi, (λαγόβολον, κεκλάβιον,) Iaculum incuruum quo pastores vtuntur ad comprehendendas oues aut capras pedibus, cuius etiam meminit Virgilius in Bucol. ecl. 5. 18, quum ait, At tu sume pedum. Sed in eo versu qui est in Iphigenia Ennii, Procede: gratum proferre pedum, nitere cessat: id ipsum iaculum significare, quum ait Verrius, Mirari satis non possum: quum sit ordo talis, & per eum significatio aperta, Gratum proferre pedum cessas, nitere. Festus.
Peduículus, Vide supra post PES.

Pessi,

(πεσσοί μικτά,) dicuntur medicamenta, quæ in vellere, naturalibus mulierum apponuntur, Græcè πεσσοὶ ἰατρικὰ dicuntur. Quæ enim per anum, clysteresi per collum matricis, pessi sunt pessari appellantur. Celsus lib. 5. cap. 21, Sed alia quoque vtilia sunt, vt ea quæ fœminis subiiciuntur: πεσσοὺς Græci vocant. Eorum hæc proprietas est: Medicamenta composita molli lana excipiuntur eaque lana naturalibus cõditur.

Pessime, Pessimus,

Vide MALVS adiectiuum.
PESSINVS, pen. prod. Pessinuntis, (πεσσινοῦς,) emporium Phrygiæ habens templum maximum (vt inquit Strabo lib. 12) magnæ veneratiõis Matris deûm, quam Angidistam vocãt. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est, & templo & porticibus ex albo lapide Romani celebre reddiderunt, accersita inde deæ statua, & Pessinuntia appellata. Pessinuntem Dindymenam & Cybelem vocant, ait Ptolemęus lib. 5. cap. 4. Ibi Gorgius nodus est ab Alexandro resecissus.
Sedem domiciliumque Matris deorum Pessinuntem vocat Cicero, de Aruspicum respon. 25.
Pessinuntius, (πεσσινουντιῆς,) Matris magnæ sacerdos. Cicero de Aruspicum respon. 47, Lege Tribunitia Matris magnæ Pessinuntius ille sacerdos expulsus & spoliatus sacerdotio est, &c.

Pessulus,

pessuli, pen. cor. (βαλανεῖον,) Paruus pes, instrumentũ quo ostium claditur. Plaut. Aulo. 5. 26, –occludite fis
Fores ambobus pessulisiam ego hic ero. Terent. Heaut. 2. 3. 37, Anus foribus obdit pessulum: ad lanam redit. Idem Eunuc. 3. 5. 55,
–& simul alia circumspecto,
Satin' explorata sint. video esse, pessulum ostio obdo. Vide OBDO.

Pessum,

Aduerbium, (κάτω,) Deorsum, quasi ad pedes, vel sub pedibus. Vnde Pessum, premere. Plaut. Mostel. 16. 50,
–facilius perferam
Quàm vt non isthunc ego suis pro factis pessumis
Pessum premam.
Pessum abire. Plaut. Aulul. 17. 12,
Eodem modo seruum ratem esse amanti hero æquum censeo,
Vt toleret, ne pessum abeat.
Tellus dedit pessum cacumina. Lucan. lib. 5. 124,
Ah quoties frustra pulsatos æquore montes
Obruit illa dies: quàm cessa cacumina pessum
Tellus victa dedit.
Pessum ire. Colum. lib. 12. cap. 6. 1, Nam vbi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit maturam. Ibidem, cap. 30. 1, Aut si vinum florere incipiet, sæpius curare oportebit, ne flos eius pessum eat, & saporem vitiet.
¶ Pessum eo, per translationem. Plaut. Cistel. 5. 11,
Frangit amantem animum: neque, nisi quia miser ne eo pessum, Mihi vlla abest iam perdito pernicies. Id est, perdar. Plin. li. 14. in Procemio, 5, Pessum iere vitæ pretia, omnesque à maximo bono liberales dictæ artes in cõtrarium cecidere. Hoc est, actũ est, iam in nullo sunt pretio.

Pessundo,

pessundas, pessũdedi, pen. corr. pessũdatum, (κατάω,) pessũdare, penult. corre. Pedibus calcare.
Terent. And. 1. 3. 3. Quæ si non ista prouidentur, me, aut herum pessũdabunt.
Cuncta pessũdare. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 9.
Pessũdare aliquem. Plaut. Bacchid. 2. 3,

Universidad de Deusto
Biblioteca

–quò te sequar? aut quò nunc me ducis? L. ad illam
Quæ tuum perdidit, pessundedit tibi filium vnicum. Idem Rud.13.
21, Pessum dessisti me blandimentis tuis.
Pessundare iracundiam. Plaut. Merc. 22.6,
–ira pessumas pessundedi,
Iram, inimicitiam, lachrymas, mœrorem, exilium.
Pessundare, dicitur mola excussoria, quæ sessorè deorsum excutit. Paulus in L. Bouem. ff. De Aedilit. æd. Bouē, qui eorum petit, vitiosum esse plerique dicunt. item molas quæ pessundant. Alii legunt, quæ cessim eunt.

Pestis, huius pestis, fœm.g. (λοιμός, λοιγός, κῆρ, νόσος.) Morbus notus. Plau. Amphit. 7.23, Pestis te tenet.
Pestes pluraliter. Plin. lib. 2. cap. 7. 2, Multis etiam pestibus.
¶ Pestis, aliquando de homine dicitur, qui alios corrumpit, & damna inferr. Terent. Adelph. 2.1.35,
Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Periurus, pestis. Cicero ad Licinium, lib. 5. 8. 4, Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium.
Pestis in amicitia. Cic. de Amicitia, 33, Pestem enim maiorem esse nullam in amicitiis, quàm in plerisque pecuniæ cupiditatem.
Amicitiæ nostræ pestis. Catull. ad Rufum, epigr. 72.2.
Pestis ac pernicies ciuitatis. Cicero pro Rabirio perduel. reo, 1. Et in Catilinam, 1.4, Summa Reipub. salute, & cum tua peste ac pernicie, cūque eorum exitio qui se tecum omni scelere, parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium.
Imperii pestes. Cic. de Aruſp. respon. 1, Cum his furiis & facibus, cum his inquam exitiosis prodigiis ac penè huius imperii pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse suscepturn.
Furia ac pestis patriæ. Cic. pro Sestio, 16, Iidem Consules, &c. pacto iam fœdere prouinciarum, producti in circo Flaminio in concionem ab illa furia ac peste patriæ, maximo cum gemitu, &c.
Funesta Reipub. pestis. Cic. pro Domo sua, 1.
Pestem, de incendio dixit Virgilius lib. 5. Aeneid. 140.
–semiusta madescunt
Roboraresinistus donec vapor omnis, & omnes,
Quatuor amissis, seruatæ à peste carinæ.
¶ Acerba pestis. Virgil. 3. Georg. 84.
Adulta pestis. Vide ADOLEO.
Blanda pestis luxuria. Sene. Octauia, 7.11.
Capitalis pestis, Vide CAPVT.
Corporeæ pestes. Virgil. 6. Aeneid. 148.
Floidæ contagio pestis. Lucan. lib. 6. 18.
Gelidæ pestes. Lucan. lib. 9. 170. De serpentibus.
Improuisior, grauiorque pestis fuit. Tacit. lib. 2.
Insolita, pestis. Sene. Here. Oetæo, 7.22.
Numerosa pestis. Sene. Here. Oetæo, 1.2.4.
Vulcania pestis, Incendium. Silius lib. 7. 73. Idem lib. 17. 102.
¶ IN oua pestis adest. Ouid. 9. Metam. 41.
Auertere pestem. Cicero 1. de Nat. deor. 141, Velut ibes maximam vim serpētum conficiunt, quum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo, proceroque rostro, auertunt pestem ab Aegypto. Virg. 3. Aenei. 124,
–dii talem terris auertite pestem.
Concepta æstu pestis. Vide CONCIPIO.
Conferre pestem, Vide CONFERO.
Consumptus à peste. Vide CONSVMO.
Depellere pestem, Mortem. Virgil. 9. Aeneid. 66.
Depulsi à communi peste fluctus in nosmetipsos redundarunt. Cice. 1. de Orato. 1.
Toto descendit corpore pestis. Virgil. 5. Aeneid. 137.
Rapidam pestem diffundunt ignes. Silius lib. 17. 19.
Belli pestem euadere. Virgil. 10. Aeneid. 11.
Illigatus peste interimor, Vide ILLIGO.
Importare pestem, Vide IMPORTO.
Incessit pestis. Colum. lib. 9. cap. 13. 3, Quum eiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim enectæ reperiuntur. De apibus.
Inuadere pestis in vitam hominum, Vide INVADO.
Latens ossibus pestis. Valer. 7. Argon. 51.
Pestem aliquam machinari in omnes, Vide MACHINA.
Machinari sibi nefariam pestem. Cic. 3. de Nat. deor. 90, Niobe parūmne ratiocinari videtur, & sibi ipsa nefariam pestem machinari?
Meditari pestem alicui. Virg. 5. Georg. 31.
Minitari pestem. Liu. 2. ab Vrbe, 215, Ibant vnius familiæ vtribus Veienti populo pestem minitantes.
Tam detestabilis pestis nulla est, quæ non homini ab homine nascatur. Cice. 1. Offic. 12.
Oppetere pestem, Vide OPPETO.
Pestilentia, pestilentiæ, Idem. (λοιμός.) Plin. lib. 7. cap. 50. 5, Qua in re obseruatum in Meridianis parribus, ad Occasum solis pestilentiam semper ire. Ibidem 4, Senes minimè sentire pestilentiam. Idem lib. 36. ca. 27. 2, Pestilentiæ quæ solis obscuratione contrahitur. Cæsar 2. bel. Ci-

uil. 91, Graui etiam pestilentia conflictati.
Salubritas & Pestilentia, contraria. Cic. 1. de Diuin. 112, Vt hostiarum immolatarum inspicerentur exta, quorum ex habitu atque ex colore cū salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi, nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura.
Annus infamis pestilentia, Vide INFAMIS.
Eluuionis, pestilentiæ, vastitatis causæ. Cic. 2. Offic. 22.
Vastus atque desertus propter pestilentiam ager, & propter sterilitatem incultus. Cic. 1. de Lege agraria, 71.
Possessores pestilentiæ & inuidiæ. Cic. 1. de Lege agrar. 9, Spoliemus orbē terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium: vt locupletatis aut inuidiæ aut pestilentiæ possessoribus, agri tamen emantur.
Oratio plena veneni & pestilentiæ. Catull. ad Fundum, 41.3.
¶ Abiit pestilentia, Vide ABEO.
Afferre pestilentiam, Vide AFFERO.
Coorta pestilentia, Vide COORIOR.
Pestilentiam facere valet quod egerit sus ægra. Colum lib. 6. cap. 5.
Incidit pestilentia grauis in vrbem, Vide INCIDO pen. cor.
Terrere animos pestilentiā. Cic. 2. de Nat. deor. 21.
Pestilens, pen. corr. huius pestilentis, o. g. (λοιμώδης.) Quod pestē infert. cui Salubre opponitur. Cic. de Fato, 11, Inter locorum naturas quantū interest, videmus alios esse salubres, alios pestilentes.
Pestilentes & Salubres partes agrorum, contraria. Ci. 1. de Diuin. 135, Et sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres.
Africus pestilens. Horat. 3. Carm. ode 21. 1.
Grauis & pestilens aspiratio. Cic. 1. de Diuin. 111, Nam si obscurior quasi caliginosa stella extiterit, pingue & concretum esse cælum, vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit.
Inuidia pestilens. Sene. Hippol. 4. 17.
Ventus horribilis atque pestilens. Catull. ad Furium, epigr. 23.
Pestifer, penult. corr. Adiectiuum. (ἰοφόρος, ἰοβόλος, λοφοποιός, φθορεύς, λοιγός.) vt Fulmen pestiferum, Quod mortem aut exilium ostendit, inquit Festus.
Pestifer potu. Pli. li. 11. ca. 38. 1, Taurorū sanguis pestifer potu maxime.
Aer pestifer. Claud. de bello Gildon. 103.
Amor pestifer. Sene. Thebaid. 1. 8.
Aquæ pestiferæ. Valer. 4. Argon. 118.
Arma pestifera. Sene. Here. furente, 11. 17.
Bellum pestiferum, Perniciosum, mortem afferens. Cice. ad Sulpitium, lib. 4. 3. 4. Et ad Atticum, lib 8. 1. 66. 4.
Calor pestifer. Plin. lib. 7. cap. 50. 4.
Canes pestiferi. Cic. 1. de Orat. 117.
Pestifera auibus exhalatio. Plin. lib. 4. in Præf. 2. Et lib. 11. cap. 19. 1, Papilio etiam ignauus & inhonoratus pestifer.
Fames pestifera. Ouid. 8. Metam 169.
Gaudium pestiferum. Liu. 1. ab Vrbe, 256.
Ignis pestifer. Ouid. 8. Metam. 96.
Manus pestifera. Ouid 4. Metam 99.
Crudelis & pestifer reditus alicuius. Cice. 3. Philipp. 126, Quum maximè furor arderet Antonii, quumque eius à Brundusio crudelis & pestifer reditus timeretur, &c.
A pestiferis & nocentibus rebus refugere. Cic. 2. de Nat. deo. 179.
Pestifer ac funestus Tribunatus. Cic pro Domo sua, 1.
Venter pestifer. Ouid. 1. Metam. 91. de pythone serpente.
Venenata & pestifera vipera. Cic. de Aruſp. respon. 47.
Virus pestiferum. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 3.
Vitia pestifera, luxuria, auaritia, crudelitas. Cic. 3. de Finib. 113.
Pestifere, pen. cor. Aduerbium. (λοιγίως.) Cic. 2. de Legib. 21, Quid quòd multa perniciosè, multa pestiferè sciscuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quàm si latores aliqua concessu suo sanxerunt.
Pestilitas, pen. cor. pestilitātis, fœm. g. (νόσος.) apud antiquos legebatur, teste Nonio, & idem est quod Pestis. Lucretius lib. 6. 227, Hæc igitur subitò clades noua, pestilitasque.

Petasio, Petasiōnis, m. g. Varro 2. de Re rust. cap. 4. 10, Optimarum signum, quòd etiam nunc quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ tomacinæ, & taniacæ, & petasiones.

Petaso, pen. corr. petasōnis, m. g. Caro porcina, quam alii coxam, alis incipit, & costas comprehendit, quibuidam veluti virgulis pinguibus diffincta. Martial. lib. 13. 54,
Musteos est, propera, charoine differ amicos.
Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.
Petasunculus, pen. corr. Diminutiuum. Iuuenalis Satyra 7. 13.
–siccus petasunculus, & vas Pelamidum.

Petasus, petasi, pen. corr. m. g. (πέτασος.) Capitis tegmen, galero perfimile, siue ipse galerus. Plaut. Amphit. 3. 143,
Ego has habebo vsque in petaso pinnulas.
Tum meo patri autem trochilus oberit aureus sub petaso.
Petasus, fit à Graeco πετάννυμι, quod est extendo: cuius acriftos est πέτα-

τασα, vnde petasus.
¶ Petasus, per translationem dicitur quod in galeri formam ædificiis superpositum, extensum, & explicatum est, in metæ formam se trahens. Plin. lib. 36. cap. 13. 10, Supra id quadratum pyramides stant quinque quatuor in angulis, & in medio vna, in imo latæ pedum sexagenum quinūm, altæ centum, quinquagenūm, ita fastigiatæ, vt in summo orbis ęneus & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pēdeant excepta catenis tintinnabula, quę vento agitata longè sonitus referant.
Petasatus, pen. prod. Adiectiuum, (πετασωμένος.) Qui galero & capitis ornamento vtitur. Suet. in Augusto, cap. 82, Aestate, apertis cubiculi foribus, ac sepe in peristylo saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat. Solis verò ne hyberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus sub die spatiabatur.
Petasatus etiam dicitur, vt aliqui volunt, qui cothurno aut socco calciatus est. Cicero ad Cassium, libro 15. 17. 2, Atque idipsum facerent commodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent: sed petasati veniunt, comites ad portam expectare dicunt.

Petaurum, huius petauri, (πέταυρον) Genus ludi, & machina quædam lignea. Quo quidem ludi genere homines per aera rotarum pulsu iactabantur. Martialis lib. 11. 22, in Lydiam, Quàm rota transmisso roties impacta petauro.
Petaurum dici etiam potest id supra quod homines agilitate corporū insignes ludunt, vt hastæ circa quas se voluunt: funes supra quos etiam reciproci ambulant: circuli, per quos se more piscium transmittunt: tabulæ è quibus in aera pendent, vno brachio se sustinentes.
Petaurum Graeci dicunt esse laqueum & asseres, quibus domus tegūtur. Iulius Pollux existimat caueam esse in quam se cortis alites cubitum ituræ conferunt.
Petaurista, petauristæ, m. g. (πεταυριστής.) Nonius, Petauristę à veteribus dicebantur qui saltibus vel schœnis leuioribus mouerentur. Var. lib. 2. de vita Populi Romani, Nec minus alio in genere sunt ludi velitis, Galli Germani petauristæ.
Petauristæ, siue petauri, ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι inquit Nonius, id est volare, dicuntur. Festus, Petauristas Lucilius à petauro appellatos existimare videtur, quando ait, Sicuti mechanici quum alio exiluere petauro. At Aelius Stilo, quòd in aere volent, quum ait, Petauristą propriè Graecè, ideo quòd ii πρὸς ἀέρα πετώνται.

Petisco, Petesso, Vide PETO petis.

Petigo, penult. prod. petiginis, fœm. ge. (λεπρόν.) Morbi genus, qui & impetigo dicitur, quòd vicina petat, sese latè summa cute diffundens, occupat plerunque totum vultum oculis exceptis. Lucilius libro 30, Illuuies, scabies oculos huc, denique petigo huc conscendere. Nonius.

PETILIA, (πετηλία.) oppidum Lucaniæ, conditum à Philoctete. Virgilius 3. Aeneid. 81, Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.

Petilius, Flos coloris albi. Plin. lib. 21. cap. 8. 4.

Petilus, Adiectiuum, (λεπτός.) Tenuis, & exilis. Lucilius lib. 11. Insignis varis cruribus, & petilis. Plautus Plotino, Nam coloratam frontem habet, petilis labris. Nonius.

Petiolus, pen. cor. (πόδιον.) Diminutiuum est à pede. Afranius, Atque adeò nolo nudo petiolo ambules. Nonius.
Petiolus, quo fructus pendet. Colum. lib. 12. ca. 47. 7, Oliuæ posiæ quum iam decolorantur, antè quàm mitescant, cum petiolo leguntur. Idem lib. de Arboribus, cap. 13. 2, Alio modo quum iam matura mala fuerint, antè quàm petioli rumpantur, quibus pendent, intorqueto.

Peto, petis, petiui, peritum, pen. prod. (αἰτέω, αἰτιάω, αἰτίζω, αἰτέω, ἐρεύνω, πρεσβεύω.) petere, Propriè est (authore Varrone) supplici-ter & precariò aliquid postulare. Valla, Petere dicimur, quum aliquid humiliter & precibus petimus. Virg. 8. Aene.
Mittitur & Magni Venulus Diomedis ab vrbem
Qui petat auxilium. Cice. Philipp. lib. 13. 74. 3, Te autem pro vetere nostra necessitudine etiam atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones. Plaut. Rud. 4. 45, –sem-per petunt Aquam hic, aut ignem, aut vascula. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 13. 5, Peto igitur à te vel si pateris, oro, vt, &c.
Petere ab aliquo & eum rogare. Cic. 6. Verr. 56, Iste petit à rege, & eū pluribus verbis rogat, vti ad se mittat.
Petere & contendere. Cice. Cluuio, libr. 13. 8. 11, Maiorem in modum peto atque contendo, vt quum fortunas agi eius municipii intellignas, quod sit mihi necessitudine, officiis, beneuolentia coniunctissimum, id mihi des.
Precibus omnibus petere. Cæsar 5. bell. Gall. 22, Ille primo omnibus precibus petere contendit vt in Gallia relinqueretur. Cice. pro Sylla, 41, At literæ sunt Faustì, per quas ille precibus à P. Sylla petit vt emat gladiatores.
Precariò aliquid petere. Liu. lib. 4. Decad. 4, Precariò ab se iter per eum ipsum agrum, tanquam haud dubiè Carthaginiensium iuris petisset.

Cupidè petere aliquid. Horat. 1. epist. 1. 20.
Cupidissimè aliquid petere, Vide CVPIO.
Cupienter petere, apud Plautum in Pseud. 10. 18.
Statim petere. Cic. pro Quintio, 22, Si debuisset Sexte, petisset, sed petisses statimsi non statim, paulo quidem pòst: si non paulo, at aliquando sex quidem illis mensibus profectò.
Supplex te peto. Virg. 6. Aeneid. 23.
Per amicitiam petere. Horat. 1. Serm. saty. 3. 1.
Habes tota quod mente petisti. Virg. 4. Aeneid. 20.
Aliquid apertè petere. Cic. pro Lege agr. 1, Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.
¶ Aequa. Ouid. 7. Metam. 35.
Auxilium petere. Terent. Phorm. 5. 1. 2, Aut vnde mihi nunc auxilium petam? Virg. 8. Aeneid. 2,
Petere auxilium ab aliquo per alterum. Cice. 1. Verr. 7, Auxilium sibi per me à vobis, atque à Populi Rom. legibus petunt.
Petere auxilium contra Cæsar 8. bel. Gall. 12, Ibi quum ius diceret, Bituriges ad eum legatos mittunt auxilium petitum contra Carnutes.
Petere auxilium & manus. Cic. 1. Tusc 65, O Patroclēs, inquit, ad vos ad uenienis auxilium & vestras manus peto. Ex poeta.
Beneuolentiam iudicis petere, Vide Beneuolentia in BONVS.
Colloquium petere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 318, Tandem omnibus rebus obsessi, quartū iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquæ, ligni, & frumenti inopia, colloquium petunt. Ouid. 13. Metam. 112, Vadit ad artificem diræ Polymnestora cædis,
Colloquiumque petit.
Fidei commissum petere. Quintil. lib. 3. cap. 6. 51, Non debes apud Prætorem petere fidei commissum: sed apud Consules.
Congressus alicuius petere. Virgil. 5. Aeneid. 147.
Consilium petere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 140. 2, Nullo modo quidem à te petam consilium, vt soleo. Idem in Vatinium, 1.
Petere diem colloquio. Liu. 6. bel. Pun. 89.
Exilium petere. Lucan. lib. 3. 23.
Fauorem propensum petit voce sollicita. Ouid. 14. Metam. 142.
Fidem pacis petiltque dedirque. Ouid. 3. Metam. 16.
Certum voto pete finem. Horat. 1. epist. 2. 12.
Gratiam petere. Cæsar 5. bel. Gall. 210, Gratiamque atque amicitiam publicè priuatimque peterent.
Hospitium requiemque peto. Ouid. 4. Metam. 129.
Mortem ardentiore studio petere, quàm Epicurus voluptatem petēdam putat. Cic. 2. de Finibus, 99.
Petere mutuum. Plaut. Curcul. 2. 68.
Opem petere. Cic. 5. Tuscul. 7, Ad te confugimus, à te opem petimus: tibi nos vt antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosque tradimus. Sic ad Atticum, lib. 14. 316. 2.
Oracula petere à deo. Cic. 1. de Diuinat. 147, Amphiaraum autem sic honorauit fama Graeciæ, deus vt haberetur, atque vt ab eius solo in quo est humatus, oracula peterentur.
Pacem passis manibus, & suppliciter petere. Cæsar 2. bell. Gall. 281. Et lib. 1. 105.
Præmiū petere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 138, Sed tamen sui laboris milites semper euentu belli præmia petiuerunt.
Præsidium ab aliquo petere. Cic. de Fato, 19.
Præsidium læsę petitote puellæ. Ouid. 3. de Arte, 42.
Requiem exiguam petit. Ouid. 4. Metam. 126.
Responsa petere à deo. Plin. lib. 31. cap. 2. 17, Responsa ab his petunt incolæ cibo, quem rapiunt annuentes.
Sanguinem & vitam alicuius petere. Cic. pro Rosc. Amer. 4.
Tempus inane peto. Virgil. 4. Aeneid. 87.
Veniam petere. Cæsar 8. bel. Gall. 172. Plin. lib. 28. cap. 4. 3, Veniam quoque à deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo. Cice. in Orat. 135. Et pro Cælio, 22.
Veniam petere & dare vicissim. Horat. de Arte, 3.
Veniam petere errato. Cic. pro Sylla, 48.
Virtutem petere. Horat. 1. epist. 6. 4.
¶ Petere alicui, pro Petere pro aliquo. Virgil. 9. Aeneid. 19,
O genitrix quò fata vocas? aut quid petis istis? Vbi Seruius, Petis istis id est pro istis, Nam sic dicimus peto tibi, id est pro te.
Petere alicui dispensationem. Suet. in Vespas. Vide Ordino in ORDO.
Missionem militibus petere. Tacit. lib. 1, Acclamauere, vt filius Blæsi Tribunus legatione ea fungeretur, peteretque militibus missionem ab sex decim annis.
Accusationem in aliquem petere. Quintil. lib. 5. cap. 13. 15, Petit accusationem in Verrem Quintus Cæcilius.
¶ Petere, Appetere, Ambire. Virgil. 8. Aeneid. 33,
–notumque petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem. Ita Nonius. Cicero de Amicitia, 10, Qui Consulatum petit nunquam, factus est Consul bis. Virgil. 2. Aeneid. 30,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quo molem hanc immanis equi statuêre? quis author?
Quidve petunt? Id est desyderant, inquit Nonius.
Modestè peti. Qui.epi.19.11, Aut esses formosa min°, peterêre modestè.
Bona petere. Lucilius lib.26, Si autem hoc vident bona semper petere, sapientem & putant. Ex Nonio.
Coniugium petere. Ouid.10.Metam.122.
Decus & pretium petere. Horat.1.epist.18.9.
Decus petere iaculo. Silius lib.16.112.
Gloriam petere. Plin.lib.12.cap.14.4, C.etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petiit. Pro adeptus est.
Gloria maior petitur. Silius lib.16.123.
Honores petere. Q.Cic.de Petit.Consul.37.
Imperium, ac summatum sibi petere. Lucret.lib.5.230.
Mortem petere. Virgil.4.Georg.44,
-pulchramque petunt per vulnera mortem.
Petit gemellus nuptias Maronillæ. Martial.lib.1.40.
Prætium petere. Cic.2.Verr.15.
Principatum eloquentiæ petere. Cic.in Ora.31, Volet igitur ille, qui eloquentiæ principatum petet, & contenta voce attrociter dicere, summissa leniter, & inclinata videri grauis, & inflexa miserabilis.
Thalamos alicuius petere. Coniugium. Ouid.6.Metam.140.
¶ Petere somnum. Quintil lib.9.cap.4. Quum somnum peterent, ad lyram prius lenire mentes, vt liquid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. De Pythagoreis. Virg.7.Aeneid.18, Mollibus incubuit stratis, somnosque petiuit.
Amplexum alicuius petere. Virgil.8.Aeneid.123.
Vultu tacito petit oscula. Lucan.lib.3.147.
Mortem petunt per vulnera. Virg.3.Georg.44. Idem 11.Aeneid.130.
Iam Horatius cæso hoste victor secundam pugnam petebat. Liui.1. ab Vrbe, 104.
¶ Petere pœnas ab aliquo, quod & Exigere dicitur. Cicero ad Atticum, li.1.11.13, Vt apertè victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem, &c. Idem 1.de Inuent.27, Vt ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Hæc eadem verba habet Quintilianus lib.3.cap.11.7, eandem rem tractans.
¶ Hæreditatem ex testamento petere. Cice.1.de Oratore, 124, Nonquis eo testamento quod paterfamilias antè fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit?
Pecuniam non ex tabulis tuis, sed aduersariis petere. Cice. pro Rosc. Comœdo, 3.
¶ Petere, Eligere, inquit Nonius vel capere. Virgil.4.Georg.2, Principio sedes apibus, statioque petenda.
Petere cibum. Terent. Heaut.5.2.25,
Abiit, ac rogasse vellem. o L.quide? vnde mihi peterem cibum. Ita nos abalienauit. Idem Eunucho, 3.2.38, & flamma te petere cibum posse arbitror.
Non vt ab iis medicinam perpetuam, sed vt exiguam doloris oblitionè petam. Cic. Lucceio, lib.5.15.7. De litteris.
Petere argumentum à Cic.2.de Fin.55, Nec tamen argumentum hoc Epicurus à parvis petiuit, aut etiam à bestiis.
Consilium à seipso petere. Quintil.lib.7.cap.1.5.
Delectatio sola ex his studiis petitur. Cic. pro Archia, 12.
Petere exempla ex Cicero de Prouinc.Consul.16, Præsertim quum ego omnium meorum consiliorum atque factorũ exempla semper ex summorum hominum factis mihi constituim petenda.
Longè petere exempla. Lucan.lib.1.19.
Exordium paulò longius petere. Cice. pro Cluentio, 7, Paulò longius exordium rei demonstrandæ petam: quod quæso Iudices ne molestè patiamini.
Initium à natura petere. Cic.5.de Fin.59. Et pro Cecinna, 7, Videbor altius initium rei demonstrandę petisse.
Laudem è macello petere. Cic.1.de Finib.82, Quæ est ista laus quæ possit è macello peti?
Originè summi boni à primo ortu animantiũ petere. Ci.2.de Finibus, 53.
A philosophorum scholis virtutis præcepta petere. Quintil. in Procem. lib.1.14.
Principia rei bene gerendæ à natura petere. Cic.4.de Fin.77.
Risum ex aliquo petere. Quintil.lib.6.cap 3.15, Aut enim ex aliis risum petimus, aut ex nobis, aut ex rebus mediis.
¶ Alte tui pirium petere. Plaut. Cistell.2.47.
¶ Iura Cordubam petere. Plin.lib.3.ca.1.13, Turduli qui Lusitaniam accolunt, iura Cordubam petunt.
Petere in Indos. Plin.lib.11.cap.7.3, de piper longo, Huic nec pomi, nec commendatio est aliqua: sola placere amaritudine, & hanc in Indos peti. Idem lib.12.cap.17.7, Petunt igitur in Elymeos arborem rutam cupresso fulæ similem. Ibidem, 8, Petunt & in Carmanos strobum. Id est à Carmanis. Idem, In hanc collem vimina petebantur. Badæus. Qui sensus per alias quoque præpositiones exprimitur. Plin.lib.12.in Procemio, Quo magis ac magis admirari subit, ab iis principiis cædi montes

in marmora, vestes ad Seras petis vnionem in Rubri maris profundo, smaragdum in ima tellure quæris. Ibidem, cap.1.4, Sed quis non iure miretur arborem vmbræ gratia rãtũm ex alieno petitam orbe? Ibidem cap.15.1, Conuehitur & ex syluis laudata, petuntque eam etiam ad Troglodytas. Sabæi transitu maris. Idem lib.19.ca.4.3, Ostrearum genera naufragio exquirãtur vltra Phasidem amnem peti. Ibidẽ, 9, Quæque trans maria petimus. Idem lib.21.cap.3.5, Sutilibus mox petitis ab India, aut vltra Indos. De coronis. Ibidem, cap.14.6, Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita. Sic lib.24.cap.1.5, Ex horto petuntur.
Petere ad Aethiopas vsque. Plin.lib.36.cap.6.8, Nam id quoque accessit, vt ad Aethiopas vsque peteretur quod faceret marmora, imò verò etiam in Indos, vnde margaritas quoque peti seueris moribus indi numerat.
Petere in sepulchrum: Hoc est, à sepulchro. Plin.lib.30.cap.1.10, Demo eritus Apollonicem Caprideuem & Dardanum à Phœnice illustrauit, voluminibus Dardani in sepulchrum eius peritis, suis verò ex disciplina eorum æditis.
Petere in nubila. Plin.lib.36.cap.1.3, Ad frigidos potus vas petitur in nubila, cæloque proximæ rupes cauantur, vt bibatur glacie.
¶ Petere, Commemorare, inquit Nonius. Virgil.lib.8.Aeneid.79, Quid causas petis ex alto?
¶ Petere aliquem dextrũ, Id est porrigere dextram alicui. Virgilius 1.Aeneid.124, -amicum
Ilionea petit dextra, lęuaque Serestum.
Petere blanditiis, Blandiri. Quintil. Nouercam blanditiis petit.
Aliquem literis petere. Cic.ad Atticum, lib.2.17.2, Si homo esset, cum potius legeret, quàm vnam literam scriberet, qui me epistola petiuit ad re vt video, cominus accessit.
Criminibus aliquem petere. Tacit.lib.3. Et Considius Aequus, & Cælius Cursor Equites Ro. quòd fictis maiestatis criminibus Magium Cæcilium Prætorẽ petiuissent, authore principe ac decreto Senatus punitis.
¶ Petere, Percutere, ferire. Virg.9.Aeneid.115, Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Hæc Nonius. Liu.li.22, Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem.
Petere, pro Appetere, & designare ictũ, vt solent gladiatores. Ci.in Orat. 133, Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus, nihil nec vitando facere cauti, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam. Cortius, Mulrisque eminus vulneratis, expositus ipse ad ictus, vndique petebatur.
Aera petere disco. Horat.1.Serm.satyr.2.3.
Capillos miseros vngue petis, Ouid.2.Amor.eleg.7.2.
Caput & collum petere. Cice. pro Murena, 49, Etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput & collum petere solere.
Corpus petere ferro. Tibull.lib.1.eleg.9.5.
Genas petere vngue. Ouid.2.de Arte, 91.
¶ Petere iugulum, pro Inferre mortem, teste Valla. Cice. pro Milone, 13.
Malo petere aliquem. Virgil.3.eclog.13.
Inuicem peritur manus iniectio, Vide INVICEM.
Pectora alicuius petere gladio. Ouid.5.Metam.37.
Saxis petor à populo. Ouid.de Nuce, 1.
Petere aliquem telis. Liuius 4.bel.Pun.155.
Sacrilegæ telis me petiere vnguibus. Ouid.3.Fast.140.
Vultus alicuius petere vnguibus. Horat.Epod.5.20.
¶ Petere aliquem, Violenter aggredi. Cic. pro Ligario, 5, Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat cuius latus ille mucro petebat? Salustius in Iugurtha, Ipse acer bellicosus: at is quẽ petebat, quietus, imbellis erat. Liu.1.bell Maced.139, Romano parmam gladiumque habenti, pariterque & ad se tuendum, & ad hostem petendum armato.
Bello petere vrbem aliquam. Virgil.3.Aeneid.121.
¶ Petere aliquem, Insidias illi tendere. Plancus Ciceroni, lib.10.25.12, In quo casu hanc capio voluptatem, quòd certè quo magis me petiuerũt, tanto maiorem his frustratio dolorem attulit.
Fraude petere aliquem. Virgil.4.Aeneid.135.
Petere fraude vel insidiis. Liu.10.belli Maced.213, Si scire verò omnia possis de filiis tuis, vter ab vtro peritus fraude & insidiis esset. Ibidem. 26, Iam non occultis à fratre petimur insidiis. Ouid.9.Metam.125.
Petere insidiis vitam alicuius. Plin.lib.7.cap.45.3.
Latrocinio vitam innocentissimi cuiusque, bonorum insidiatores petunt. Author ad Herenn.lib.4.166.
Veneficio aliquem petere. Author ad Herenn.lib.4.168.
¶ Petere, Manere, expectare. Virg.9.Aeneid.26, Troianos hæc monstra petunt. Ita Nonius. Seruius verò, appetunt interpretatur.
¶ Petere, Sequi. Virgil.5.Aeneid.46, Quem petit, & summis annixus viribus vrget. Lucilius lib.27, Rerum explicatorem mittam, miserum meadicam petam. Nonius.
¶ Petere, Abducere. Virgil.6.Aeneid.88, Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit. Ita Nonius.
In vincula aliquem peti. Quintil.lib.7.ca p.2.39, Facimus hoc sæpe in his controuersiis,

controuersiis, in quibus petuntur in vincula qui parentes suos nõ alũt.
¶ Petere locum aliquem, Proficisci. Suet.in Vesp. Et Cutilius ac Reatina rura vbi æstiuare quotannis solebat, petiit. Cic.3.Offic.166, Nauet onustas petentes Rhodum viderit, &c.
Accessum petere. Liu.9.belli Pun.137, Dare vela, & alium infrà nauibus accessum iubet petere.
Raptim petit æquora campi. Lucret.lib.3.104.
Altum petere. Liu.5.bel.Pun.158, Cuius primà classis petere altum vita est, quo facilius superaret promontorium.
Altum flamma petit. Ouid.1.Fast.22.
Antrum immane petit. Virgil.6.Aeneid.3.
Summam petit arduus arcem, Ouid.2.Metam.62.
Arcem petunt Tritonidis. Virgil.2.Aeneid.46.
Ardua petere, Ascendere montem aliquem. Stat.2.Achill.6.
Arua aliena petere. Virgil.4.Aeneid.63.
Parnassus petit astra duobus verticibus. Ouid.1.Metam.64.
Athenas petere. Cic.ad Atticum, lib.3.47.2.
Cælum petere. Plin.lib.10.cap.38.2, Anates euestigio cælum petunt.
Amnis volutus per saxa campum petit. Virg.3.Georg.105.
Classe petebat Lacedæmona. Ouid.epist.1.1.
Cursum alium petere. Cic.ad Atticum, lib.3.48.3, Sed & nauigatio perdifficilis fuit: & ille incertus vbi ego essem, fortasse aliũ cursum petiuit.
Cursu petere deserta. Virgil.6.eclog.16.
Contendunt cursu petere littora. Virgil.1.Aeneid.33.
Fugam petere. Liuius 8.bel.Pun.28, Macedonum præsidium conglobatum sub arcis muro stetit, nec fuga effusè petita, nec pertinaciter prælio iterato Virgil.12.Aeneid.53.
Fuga salutem petere. Cæs.4.bell.Gall.508, Vt copiasne aduersus hostem educere, an castra defendere, an fuga salutem petere, nesciret quid præstaret.
Ima petunt nebulæ. Virgil.1.Georg.81.
Locum vacuum petit aurxia. Ouid.11.Metam.95.
Loca secreta petere. Horat.de Arte, 61.
Montem petiui. Virgil.2.Aeneid.161.
Remis ventisque petere locum aliquem. Virgil.3.Aeneid.113.
Romam petit fons ille. Plin.libro 31.cap.3.11, Fons autem ipse Piconia vocabatur. Oritur in vltimis montibus Peliguorum, transit Marsos, & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens.
Secretum petere. Plin.epist.5.6. Id est secedere in locũ aliquẽ secretum.
Sublime petere. Plinius libro 10, cap.33.6, Corporis grauitate prohibitæ sublime petere.
Supera petere. Cic.1.Tusc.67, Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semp petũt. Id est capessunt, expetũt, captãt inquit Budæus.
Tecta diuersa petere per agros. Virgil.4.Aeneid.33.
Gressu petiuor tentoria. Silius lib.7.65.
Vento petere vrbem aliquam. Virg.2.Aeneid.5. De nauigantibus dicitur.
¶ Petere, Tenere. Virg.3.Aeneid.19, Submisi petimus terram, & voce fertur ad auras. Ita Nonius.
¶ Petis, pro petiit vel petiuit, syncopa poetis tãtũ in vsu. Oui.1.Fast.22.
Lucidus hic aer, & quæ tria corpora restant,
Ignis, aqua, & tellus, vnus acernus erant.
Vt semel hæc rerum secessit lite suarum,
Inque nouas abiit massa soluta domos:
Altam flamma petit: propior locus aera cepit:
Sederunt medio terra, fretumque loco.
Petens, Participium: (αἰτῶν,) vt
Venium in præterium petens, quòd ei, &c. Tacit.lib.11.
Lucra petens. Tibull.lib.3.eleg.9.2.
Turba saxis petens contundet vos. Horat.Epod.5.21,
Responsum dedit petenti. Virgil.1.eclog.9.
Reinere petentem. Ouid.9.Metam.103.
Petendus, Participi. (αἰτητέος,) vt Honos petẽdus. Prop.lib.3.eleg.22.8.
Gloria peccati nulla petenda tui est. Ouid.2.de Arte, 78.
Palma petenda mea est. Ouid.5.Amor.eleg.2.17.
Præda petenda est de magno grege. Tibull.lib.1.eleg.1.7.
Petitum, pen.prod. prius supinum: (πρὸς τὸ αἰτεῖν,) vt
Ire petitum alimude. Catull.in Epithal.Mallii, 56.51.
Petitus, pen.prod. Participium: (βεβαιούμενος,) vt
Dies petitus tanto ambitu. Senec.Medea, 6.5.
Bellua petita ferro. Horat.Epod.5.2.
Præmia peccato nulla petita mihi. Ouid.3.Trist.eleg.6.7.
Puella petita meis votis. Ouid.3.Amor.eleg.6.1.
Requies mihi petita est. Ouid.4.Trist.eleg.1.1.
Spiritos petitus imo latere. Horat.Epod.11.2.
Extra rem petita. Quintil.lib.4.cap.2.64, Nam quæ tota extra rem petita sunt, mentiendi licentiam produnt.
Petiturus, pen.pro.Parti. (αἰτήσων,) vt lucra Petiturus. Tibul.li.1.ele.9.1.
Petitum, pen. prod. Substantiuum: (αἴτημα,) vt Vtriusque petiti facta est copia. Catull.ad Mallium, epig.63.8.
Petitus, penul.prod. (αἴτημα,) Nomen substantiuum, pro Petitione. Gell. lib.18.cap.3, Iussitque eum consensu, petitúque omnium eandem illã sententiam disserti viri euiusmodi posset verbis dicere. Lucan.libro 3. 36, Attamen insequitur languor terræque peritus Suauis.
Petitio, Verbale, (αἴτησις,) Actus ipse petendi.
Concedere petitioni, Vide CONCEDO.
¶ Petitio, Actio priuata. Quintil.lib.4.cap.4, Recusatio quoque plures interim propositiones habet, vt contra petitionem pecuniæ, Malè petis: procuratori enim tibi esse non licuit. Cic.de Clar.Orat.9. At vero inquam, tibi ego Bruto non solaam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum.
¶ Petitio, Ambitus. Cic. pro Rosc.Com.32, Et tibi integram petitionem reliquit. Sic Petitio Consulatus, apud Q. Ciceronem de Petitione Consulatus, 5. Cicero Attico, lib.1, Fuit & mihi & Q. fratri magno vsui in nostris petitionibus.
Adornare petitionem Consulatus, vide ADORNO.
Implere petitionem dicitur actor, quum id quod petit, suum esse probat. Paulus in L.Ex sextante. Parag.Cum ergo.ff.De excep.rei iud.Si de proprietate fundi litigatum, & secundum actorem pronuntiatum fuisset: diceremus petenti ei, qui in priore iudicio victus est, obstaturam rei iudicatæ exceptionem: quoniam de eius quoque iure quæsitum videtur, quum actor petitionem implet.
¶ Petitio, pro Impetitione & aggressu gladiatorũ. Cicero 1.in Catil.11. Quot ego tuas petitiones ita conjectas, vt vitari posse nõ viderentur, parua quadã declinatione, &, vt aiunt, corpore effugi? Idẽ in Ora.134, Sic oratio nec plagam graue facit, nisi petitio fuerit apta: nec satis recte declinat impetũ, nisi etiã in cedẽdo, quid deceat intelligit Budęus.
Petitor, pen.prod. Aliud verbale, (αἰτητής,) Qui petit & litem intendit, Cic.in Partit.60, Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. Idem pro Cecinna, 6, Etenim si Prætor is qui iudicia dat, nunquam petitori præstitit qua actione illum vti velit. Quintil.libro 7.cap.7, Cogitabam quid primum petitor diceret. Cic.pro Quintio, 25, Possumus petitoris personam suscipere, accusatoris deponere? Liu.3.ab Vrbe, Notam iudici fabulam petitor, quippe apud ipsum authorẽ argumenti, peragit. Quintil.lib.6.cap.3.39, An petitorem calumniari, An rem inficiatorem esse, vel furem.
Petitor, reus, iudex. Cic.pro Rosc.Comœdo, 24. Quis erat petitor? Fannios. quis reos? Flauios. quis iudex? Cluuius.
Famæ petitor. Lucan.lib.1.27.
Petitorius, Adiectiuum, vt Iudicium petitorium. Caius in L.Qui petitorio iudicio vtitur.ff.De rei vendicatione.
Petisco, petisci, (αἰτίζω,) petiscere. Lucretius libro 3.130, Corpore cum reliquo pugnas, cædesque petiscit. Idem lib.5.162, -fugiens humorem, auraque petiscens.
Petesso, petessis, (αἰτιάομαι,) petessere, antiquum verbum, Idem significat quod Peto: sicut Impetrasso, Reconciliasso, Commonstrasso, qualia apud Plautum legunur plurima. Cic.5, Tuscul.105, Qui hanc gloriã petessunt, nullam fugiunt dolorem. Idem 1.de Diuinat.30, Menteque diuina cælum terrasque petessit? Ex poeta.

Petoritum, huius petoriti, pen.corr. (φορετρον,) Gallicum vocabulum, genus vehiculi apud Belgas Galliæ ciuitatem repertum, vt Varro scribit. Quamis sint qui ex Græco vocabulo & Latino compositum velint, dictúmque à voluendis rotis, vt Gellius testatur lib.15.cap.30. Horat.1.Serm.saty.6.21, -plures calones atque caballi Pascendi, ducenda petorita. Idem 2.epist.1.39. Esseda festinant, pilenta, petorita, naues. Plin.lib.34.cap.17.3.

PETOSIRIS, pen.prod. (πετοσίρις,) Aegyptius mathematicus insignis: de quo Plinius lib.7, cap.49.1, Durat & ea ratio quam Petosiris ac Necepsos tradiderunt, & tetartemorion appellant, à trium signorũ portione. Meminit idem lib.2.cap.23, rationis quam de lunari circulo habebant, quam & ipse vt inualidam reiicit: vnde Iuuenalis Saty.6.58,
-capiendo nulla videtur.
Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.

Petra, huius petræ, (πέτρα,) Lapis, rupes. Plinius libro 10, cap.32.5, Gauiæ in petris nidificant.

Petrarum, inquit Festus, genera sunt duo. Quorum alterum, naturale saxum prominens in mare, cuius Ennius meminit libro 11, Alte delata, cæterisque ingentibus tecta. Et Liuius in Centauris, Vbi ego sæpe petris. Alterum manufactum, vt docet Aelius Gallus, Petra est qui locus dextra ac sinistra fornicem expleturus aquæ ad libramentom summi fornicis.

Petrósus, pen.prod. Adiectiuum, (πετρώδης,) Petris plenum. Plin.lib.17. cap.27.5, Caprificorum laudantur maximè nigræ, & in petrosis. Idẽ lib.20.cap.5.3, Efficacior tamen syluestris, magisque in petrosis nata. Idem libro 9.cap.31.1, Viuunt petrosis locis, cancri mollibus.

Petricósus, pen.prod. Aliud adiectiuum (πετρώδης,) Idem. Martialis vel 10 lib.5.119, per translationem, -res petricosa est,
Cotile bellus homo. Hoc est difficilis & saxosa ac dura.

Petrónes, (πετρῶνες,) rustici (inquit Festus) ferè dicũtur propter vetusta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem,& q̃ deterrima quæq; ac prærupti iam agri petræ vocãtur, vt rupices iidẽ à rupis,aliter à petrarũ asperitate & duritia dicti.Hinc Plautus petronẽ verucce,duriorem eleganter dixit,vbi ait in Capt.13.51,
Qui petroni nomen indunt verueci sectario:
Eum ego si in via petronem publica conspexero,
Et petronem & dominum reddam mortales miserrimos.

PETRA,(πέτρα,) Siciliæ oppidum prope Hyblam. Petræ Sirenum, vrbs Lucaniæ, De qua Plinius lib.3.cap.4, Surrentum cum promontorio Mineruæ,Sirenum quondam sede. De eo Virgilius 5.Aen.175,
Iamque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat
Difficiles quondam,multorumque ossibus albos. Vbi multa de Sirenibus refert Seruius. Item Petra, Straboni lib.16, Arabiæ oppidum, Nabathæorum metropolis. vnde ea pars Arabiæ,Petræa nuncupatur.

PETRACORII, (πετροκόριοι,) Ptolemæo lib.2.cap.7, Galliæ populi,vulgò Perigert.

PETREIVS,(πετρεῖος,) Atinas, Cimbrico bello primipilus sub Q. Catulo, exclusam ab hoc legionem suam adhortatus, Tribunum suũ dubitantem per hostium castra erumpere,interfecit,legionemque eduxit:donatus propterea corona graminea ob seruatum exercitum.

Petreius, dux Pompeianus à Cæsare in Hispania superatus, vt in ipsius Commentariis scribitur.

PETRINVS, pen.prod. (πετρῖνος,) vicus olim in agro Phalerno, cuius meminit Hora.1.epist.5.1,Inter Minturnas Sinuessanũq; Petrinũ.

Petrones, Vide PETRA.

PETRONIA,(πετρώνια,) Amnis est in Tyberim profluens,quam magistratus auspicato trãsiens,quũ in capo qd agere volũt.quod genus auspicii perenne vocãt.amnẽ autẽ fœminine antiqui dicebant.Festus.

PETRONIVS, (πετρώνιος,) Aegypti præfectus, ab Augusto missus, Cornelio Gallo successit, aduersus Aethiopes bellum gessit. quibus regina Candace imperitabat, virili quidem animo mulier, sed altero capta oculo.De quo vide apud Strabonem lib.17.

Petroselinum, huius petroselini,penult.prod. (πετροσέλινον,)

Quasi petrarum apium. nam inter lapides melius nascitur. Plin.lib.20. cap.12, Alio genere petroselinum quidam appellant in saxis natum.

Petulans, pen corr.petulantis,om.g.(ἀκαλών,ἀσελγής,ὑβριστής,)

Improbus,qui per contumeliam alios petit. Festus, Petulantes & petulci etiam appellantur, qui proterno impetu & crebro petunt,lædendi alterius gratia. Cic.in Saluſt.13, Define bonos petulantissima coinfectari lingua. Idem lib.2.de Orat.163, Illud assequor, vt siquis mihi fortè maledicat,petulans, aut planè insanus esse videatur. Et 1.de Finib.91,Alii petulantes.

Petulans & audax homo Vatinius.Cic.Q.fratri,lib.2.8.3.
Audax,petulans,libidinosus.Cic.pro Sylla,53.
Turpis,cupidus,petulans.Cic.2.de Inuent.144, Et ex ea re non esse mirandum qui in illa re turpis,aut cupidus,aut petulans fuerit.
Petulans & improbus scurra.Cic.pro Cluentio,19.
Effusè petulans.Cic.in Pisonem,7,Nemo tam effusè petulãs conatus est.
¶ Amentia petulans.Claud.1.in Eutropium,48.
Audacia petulans.Claud.ad Alechium,7.2.
Auris petulantibus scissa carbasus.Lucret.lib.6.23.
Dictum petulans nullum in vita proferatur.Cic.pro Murena,12.
Vultu petulans elegia.Stat.1.Syla.2.2.
Peruidum,petulans,& furiosum genus dicendi.Cic.de Clar.Orat.130.
Illiberale,petulãs,flagitiosum & obscœnũ genus iocãdi.Cic.1.Off.145.
Iurgium petulans. Cic.pro Cœlio,22, Omnia sunt alia non crimina, sed maledicta iurgii petulantis magis,quàm publicæ quæstionis.
Iuuentus petulans.Claud.de Nupt.Honorii,17.
Verbis petulantibus vti.Ouid.epist.15.50.
Petulantissimis verbis lædere vnũ,laudare alium.Saluſt.in Ciceronẽ,5.
Petulantia,huius petulãtiæ,(ἀσελγεια,) Effrænatio immodica ad quodliber vitium.Cic.de Senect.33,Vt petulantia & libido magis est adolescentum quàm senum, nec tamen omnium adolescentũ, sed non proborũ.Idem lib.4.de Rep. A petendo, petulantia: à procando, id est poscendo,procacitas nominata est.Plaut. Menæch.16.43, Tuam qui postim perpeti petulantiam. Cic.1.Offic.178, Itaq; nec aperta actio rerum illarum petulantia vacat,nec orationis obscœnitas. Id est iniuria violenta. Quintil.lib.4.cap.2.10.
Pudor & Petulantia,contraria Cic.2.Catil.44,Ex hac enim parte pudor pugnat,illinc petulantia,hinc pudicitia,illinc stuprum.
Libido, & petulantia, audacia. Cice. pro Fonteio, 23, Nulla turpitudo, quæ à libidine,aut à petulantia,aut ab audacia nata esset,ab accusatore obiceretur,si non vera,aut ficta,&c.
Vxorem integram à petulantia alicuius conseruare.Cic.2.Verr.9,Quibus liberos, coniugesque suas integras ab istius petulantia conseruare non licitum est.
Furorem & petulantiam hominis fraugere.Cic.in Pisonem,14.
Incidere in petulantiam.Cecinna Ciceroni,lib.6.7.6,Solutum existimatur esse alteri maledicere:tamen cauendũ est ne in petulantiã incidas.
Linguæ petulantia.Propert.lib.1.eleg.15.8.
Comitia petulantiæ. Quintil.lib.4.cap.2.20, Nonne optimè patronus occurrat prius comitiis luxuriæ,petulantiæ,&c.
Petulantia pecoris.Colum lib.7.cap.6.3,Nam & omni regione maritos gregum mutilos esse oportebit: quoniam cornuti ferè perniciosi sunt propter petulantiam.
Petulantia rumorum.Plin.lib.16.cap.30.3,Præcipuè domibus expetitur rumorum petulantia.
Petulantia morbi. Gel.lib.12.ca.3, Itaque vidistis philosophum ratione decreti sui nixũ,cũ petulãtia morbi,doloris q; exultantia colluctantẽ.
Petulanter,Aduerbium,Lasciuè.Ouid.epist.15.50,
Quinetiam vt possem verbis petulantius vti,
Non semel ebrietas est simulata mihi. Alia exemplaria habent Petulantibus. Cic.Attico, lib.9.191.2, Quàm censeas acerba nunc esse, quum à perditis in ciuili nefario bello petulantissimè fiant?
Iactare petulantius aliquid.Cic.pro Cœlio,4, Maledictio autem nihil habet,propositi præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur,conuitium:si facetius,vrbanitas nominatur.
Petulanter inuehi in aliquem.Cic.Attico, lib.2.34.4.
Inuadere petulanter in filiam alicuius. Cic. in Saluſtiũ,5, Nam quòd ista inusitata rabie petulanter in vxorem, & in filiam meam inuasisti,&c.
Facimus petulanter,si matremfamiliãs, secus quàm matronarum sanctitas postulat,nominamus.Cic.pro Cœlio,23.
Viuere petulanter.Cic.pro Cœlio,30,Si vidua liberè proterua petulanter,diues effusè, libidinosa meretricio more viueret:adulterum ego putarem,siquis hanc paulo liberius salutasset?

Petuleus,Adiectiuum,(ἀσελγόκτεως,) Lasciuus.Virg.4.Georg.2,
–hædique petuleì. Vbi Seruius,Petulci,Lasciui,exultantes.Et petulci dicti ab appetendo: vnde & meretrices petulcas dicimus. Colum.lib.7.cap.3.4, Itaque capri vel arietis petulci fœuitiam pastores hac astutia repellunt.

Agni petulci.Lucret.lib.1.74.

Petus, petitiue pætus,cum diphthongo.Qui alterum oculum minorem habet.Plaut.Mil.16.127,

Aut varum, aut valgum, aut compernem,aut petum. Plin.lib.11. cap.37.26, Vni animalium homini oculi depraauantur, vnde cognomina ſtrabonum & petorum.Vide PARTVS. Horat.1.Serm.ſaty.3.9, –ſtrabonem
Appellat petum pater.

Petulus,pen.corr.Diminutiuum. Cic.1.de Nat.deorum,108, Redeo ad deos,ecquos ſi non tam ſtrabones, at petulos esse arbitramur, ecquos nævum habere,&c.

PETVSCVM, (πετοῦσκον,)Palatii dicta est ea regio vrbis quam Romulus obuersam posuit ea parte in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus:& quia mollissimè adibatur vrbs,quum Hetruscorum agrum à Romano Tyberis discluderet, cæteræ vicinæ ciuitates colles aliquos haberent oppositos.Festus.

PEVCE, (πεύκη,) insula Borealis in Istro, à qua vni ex Danubii ostiis nomen datum,vt Plinius docet lib.4. Et Lucanus lib.3.41,
–& barbara Cone
Sarmaticas vbi perdit aquas,ſparsamque profundo
Multifidi Peucen vnum caput alluit Istri.

Peucedanum, siue Peucẽdanus,pen.corr. (πευκήδανος,)

Herba,à pinu nomen inuenit,de qua sic Plinius lib.25. cap.9.13, Sed inter primas celebratur peucedanum laudatissimũ in Arcadia,mox Samothracei:caulis est ei tenuis, longus, fœniculo simili, iuxta terram foliosus, radice nigra, crassa, graui odore, succosa. Idem lib.26.cap.4,Peucedanum cum coagulo vituli marini æquis partibus. Id est æqua portione,ſub.ſumptum. Hoc est, vt crasſius loquamur,vt sit tantum de vno,quantum de altero. Lucan.lib.9.194,
Peucedanumque sonat flammis,Erycinaque tapsos.

PEVCETII, populi sunt circa mare Ionium,vt ait Stephanus.

Peucetii sinus. Ouid.14.Metam.103.

Pexatus, Vide PRETO. Pexatus pulchre rides mea Zoile trita. Martial.lib.2.58.

Pezitae, (πιζῖται,) Fungi qui sine radice aut pediculo nascuntur, teste Plinio lib.19.cap.3.2.

P H

PHABIRANVM, (φαβίρανον,) Ptolemæo libro 2.cap.11, Germaniæ vrbs,vulgò Bremen.

PHARACES, pen. prod. (φάλακες,) populi Corcyræ sub ditione Alcinoi.De quibus Virgilius 3.Aeneid.59.
Protinus aerias Phæacum abſcondimus arces. Phæacem, pro bene nutrito & in luxu pingefacto dixit Horatius lib.1.epist.15.6, Pinguis vt inde domum possim,Phæaxque reuerti.Luxus autem Phæacũ ex Homeri Odyssea notus est. Meminit & Cicero de Claris Orat.35.

Phæacus,pen.prod. (φαιακός,) Adiectitium.Propert.lib.3.eleg.2.3,
Nec mea Phæacas æquant pomaria ſyluas.

Phæacius,Aliud adiectiuum, (φαιακός,) vt

Tellus

Tellus Phæacia. Tibullus libro 4.ad Messalam, 1.16. Ouidius 3. Amor.eleg.8.10.

Phaecasius, (φαικάσιος,) Genus calcei. Hermolaus de ghe calceorũ loquens,Addi possunt iis & phæcasii,vnde & phæcasiatos & sacerdotes,& deos vocamus: vt qui deos ipsos aut sacerdotes non phæcasiatos,sed phæcasios dixere, coarguatur ab Appiano,Iuuenale,Seneca.

PHAEDON,(φαίδων,) Atheniensis,in comitio à triginta Atheniensiũ tyrannis necatus fuit. Huius filiæ virgines erant, quæ vt virginitatem seruarent morte,iniicem se complexæ,in puteum præcipitauere. Fuit & alius hoc nomine philosophus Elidensis, Socratis auditor, ingenio liberali. Qui(vt quidam scripserunt)seruiuit lenoni,perindè quasi meritorius puer, quæstuariumque mancipium. Eum Cebes Socraticus emisse dicitur,habuisseque in philosophorum disciplinis. Atque is postea philosophus illustris fuit, cuius nomini Plato librum de immortalitate animæ dedit,& alio nomine Phædõ inscribit.Vide Gellium & Laertium.

PHAEDRA, (φαίδρα,) fuit Regis Minois ex Pasiphae coniuge filia. Hæc vna cum Ariadne sorore Thesèum Aegei regis Athenarum filium secuta est: quum ille, relicta Ariadne,vxorem sibi copulauit,cui Demophoontem peperit & Antigonũ.Hæc Volaterranus. Vide Diodorum Siculum lib.5.cap.5.Vide etiam HIPPOLYTVS.

Notus amor Phædræ.Ouid.6.Fast.142.
Amor turpis Phædræ.Ouid.1.de Remed.amor.13.
Nouercæ pocula Phædræ.Propert.lib.2.eleg.1.11.

PHAEDRVS,(φαῖδρος,) fuit vnus ex discipulis Platonis, cuius nomine Plato nobilem librum edidit,qui inscribitur Phædrus.

PHAENIANA,(φαινιάνα,)apud Ptolemæũ lib.2.cap.12,Rhetiæ vrbs, alio nomine Phebiana castra:vulgò hodie Behenhalium.

PHAESTVM,(φαῖστον,) Vrbs in Creta,à qua Epimenides Phæstius dictus est:quem adiutorem Solonis legibus condendis fuisse tradit Plutarchus in vita Solonis,inclytum vaticinio & rerum diuinarũ peritia.

PHAETHON,(φαέθων,)trisyllabum,pen.corr.Ligurum rex fuit vetustissimus,cuius mulræ in Hetrusco littore colonæ fuerunt,vt Cato est author. De quo in dictione ERIDANVS. Fuit & alter Solis ex Clymene filius, qui quum à patre impetrasset vt eius currum vno die regeret:quum non modò terras,sed etiam cælum combureret.imperitus equos Solis gubernauit:Iouis fulmine in Padum fluuium præcipitatus est.Huius verò sorores quum finem lachrymis non imponerent, deorum miseratione in populos arbores,earũque lachrymæ in electrum conuersæ sunt.De hoc vide finem primi, & initium secundi libri Metamor.Ouidii.

Phaethonti filio Sol facturum se esse dixit quicquid optasset.optauit vt in currum patris tolleretur. ſublatus estque is antequam constitit, ictu fulminis deflagrauit.quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse seruatum! Cic.3.Offic.126.
Sole satus Phaethon.Ouid.1.Metam.151.
Ambustus Phaethon,Horat.4.Carm.ode 11.6,
Flammatus Phaethon.Catull.Argon.epigr.59.58.
Magnanimus Phaethon.Ouid.2.Metam.23.
¶ Phaethon,pro Sole,apud Virgilium lib.5.Aeneid.21.
–nonamque serena Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant.
Dictus sic est ἀπὸ τοῦ φαίνειν,id est à luce,& αἴθω, vro, vt ait Seruius. Frequenter hoc noie Solem appellant poetæ Græci. vide Ciceronem lib.2.de Nat.deor.110. Dicitur etiam stella Iouis,vt ait ibidẽ Cic.76.

Phaethontius,pen.corr.Adiectiuum:(φαεθόντιος,)vt
Amnis Phaethontius,Padus.Silius lib.7.30.
Stagna Phaethontia.Silius lib.17.101.

Phaethontêas,pen.prod.Aliud adiectiuum.(φαεθοντιάς,)vt
Ruina Phaethontea.Claud.de Phœnice,3.22.
Errores Phaethontei.Ouid.4.Metam.50.
Ignes Phaethontei.Ouid.4.Metam.50.

Phaethontias,huius Phaethontiadis,pen.corr.(φαεθοντιάς,)Patronymicum fœ.Virg.eclog.6.13.Tum Phaethontiades musco circundat amaritie Corticis.Intelligit sorores Phaethontis.

PHAETVSA,quadrisyllabum,penul.prod.(φαέθουσα,) Solis filia ex Nœara nympha,& soror Lampetiæ,quæ in Sicilia patris lui, id est Solis armenta custodiebant:de quibus socii Vlyssis contra Circes monitis degustantes,naufragium fecerant,vt in 12.Odysseæ monstrauit Homerus. Ouidius item Phaethusæ meminit libro 2.Metam.70,dum de transmutatione sororum Phaethontis loquitur,quum ait,
Illæ more suo(nam morem fecerat vsus)
Plangorem dederantque queis Phaethusa sororum
Diuiguisse pedes,&c.

Phagedaena, phagedænæ,Græci φαγεδαίνα,ἀπὸ τοῦ φάγειν, hoc est ab edendo.

Est exulceratio vsque ad ossa celeriter depascens, cum inflammatione sanies malè olentem emittens,& ad mortem perducens.Author Iulius Pollux. Plin.lib.20.cap. 4.6,Semen quoque ex aqua impositum sistit vlcera, quæ phagedænas vocant. Idem lib.23.cap.1.11,Vtique vlcerum phagedænis & gangrenis,tibiarũque tædio cum sale illinuntur.

Phagedæna, putarat esse morbus quem in iumentis vermem apellant, apud Columellam libro 9.cap.12,Sæpe etiam vitio,quod Græci φαγεδαίνα vocant,intereunt.

Phagedænicus,pen.corr. (φαγεδαινικός,)Plin.lib.24.cap.4.2, Paronychiis ex melle & vnguibus scabris, pterygiis, vlceribus, manantibus condylomatis quæ vlceribus phagedænica vocantur.

PHAGO,(φάγων,) vir adeò gulosus fuit & vorax, vt adhibitus mensæ Aureliani,aprum integrum,cẽtum panes,verueceẽ & porcellum vno die comederit,biberitque horcam vini.Author Flauius Vopiscus.

Phagus, Vide FAGVS.

Phalacron, pen.corr.(φαλακρόν,)Græci calum dicunt. Hinc

Phalacrocorax,pen.corr.)φαλακροκόραξ,)aquaticus coruus. Plin.lib.10. cap.48,Iam & in Gallia Hispaniaque capitur,& per Alpes etiam vbi & phalacrocoraces aues,Balearium insularum peculiares.

Phalae, turres sunt ligneæ,quæ apud veteres propter spectacula è lignis erigebantur,vt author est Nouius. Festus ait, Phalæ ligneæ turres sunt ob altitudinem dictæ à falando,quod apud Hetruscos significat cælum.

Ennius,Malos diffindunt, fiunt tabulata,phalæque.Iuuen.fat.6.59,Consulit ante phalas.Sunt qui scribãt Falæ p ſ.

Phalanga, huius phalangæ,(φαλαγγος.)Lignorum teretiũ forma & genus,qualia sunt quæ nauigiis,dum subducuntur ad litus,aut ad mare trahuntur,supponi solent. Scribit Herodotus Aethiopas vicenos dentes elephantorum,grandes, & è materia hebeni centenas phalanges tertio quoque anno tribuit vice,regibus pendere solitos.Plin.lib.7.cap.56.10,Prælium Afri contra Aegyptios primum fecere fustibus quos vocant phalangas. Cæsar 2.bell.Ciuil.42, Phalangis subiectis,ad turrim hostiũ admouẽt. Vide PALANGA.

Phalangæ(inquit Hermolaus)quibus baiuli ferundis oneribus vtuntur, quas σανιφορίας Plato nominat.

Phalangites, phalangitæ,pe.prod.(φαλαγγίτης,)Herba:de qua

Plinius lib.27.cap.12.18,Phalangites à quibusdam phalangium vocatur,ab alis leucanthemon,vel(vt in quibusdam exẽplaribus inuenio)leucacantha.

Phalangium, huius phalangii,(φαλάγγιον,)Genus aranei,quòd omnibus internodia terna sint in cruribus.Phalax

enim Græcis vocatur internodium in digitis. Plin.libro 29.cap.4.25. Phalangium est Italiæ ignotum,& plurium generum.Vnum simile formicæ,sed multo maius,ruffo capite,reliqua parte corporis nigra,albis intercursantibus respersum guttis.Acerbior huius quàm vespæ ictus. Vsuit maximè circa furnos & molas.

Phalangium etiam herba dicitur,Vide PHALANGITES.

PHALANTVS,(φάλαντος,)dux fuit eorum qui ex Lacedæmone eiecti,quòd spurii nati essent,Tarentum vrbem condiderunt. Vide Strabonem lib.6, Horat.2.Carm.ode 6.3,
Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen,& regnata petam Laconi Rura Phalanto.

Phalanx, phalangis,f.g.(φάλαγξ,) Agmen est militare,quo Macedones vtebantur,quemadmodum legione Romani. Continebat autem octo millia armatorũ:nullũque genus aciei apud Macedones validius erat. Dicta vel ἀπὸ τοῦ πελάσαι ἄγειν,hoc est à propius accedendo,vel ἀπὸ τοῦ φλοῦ,quod clarum significat. Plinius de Viris illust.37,Rhegium regressus,quinqueremem hostium copiis pedestribus cepit.phalangem in Siciliam traduxit. Liu.9.ab Vrbe, 105. Statarius vterque miles ordines seruans,sed illa phalanx immobilis,& vnius generis. Ibidem,lib.8.37.Et quòd antea phalanges similes Macedonicis,hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse. Idem 1. bel.Maced.154,Erant pleraque syluestria circà,incommoda phalangi maximè Macedonum.Cæsar 1.bel.Ciuil.95,Phalange facta sub primam nostram aciem successerunt. Virg.2.Aeneid.51,Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat. Idem 6.Aeneid.98,At Danaũm proceres,Agamemnoniæque phalanges.

Phalangem describit Curtius,lib.3.his verbis,Phalangem vocant peditũ stabile agmen,vir viro,armis arma conserta sunt, ad nutum monentis intenti sequi signa,ordines seruare didicerunt.

Animosa phalanx.Virg.12,Aeneid.56.
Iunctæ vmbone phalanges.Iuuen.Saty.2.5.
Mœsta phalanx.Virg.11.Aeneid.19.
Numerosa phalanx.Valer.1.Argon.89.
Perfringere hostium phalanges,Vide PERFRINGO.

Phalangarii,(φαλαγγίτης,)appellati sunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Magni Alexandri,Alexander Syrus Romanorum imperator,vt author est Lampridius.

Phalangitæ,pen.prod.phalangitarum. (φαλαγγῖται,) Liu.7.bel.Maced. 161, Decem & sex millia peditum more Macedonum armatifuere, qui phalangitæ appellabantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Phalarica, phalaricæ, pen.corr. (φαλάγγικα,) Machina bellica. A phalis, id est turribus, dicta est : quia turres defendit. Vel à Phalari Siculo tyranno, vt Antanus ait. Hæc (vt Vegetius scribit) ad modum hastæ valido præfigitur ferro, quod in longitudine habet pedes tres, vt cum armis corpus transfigat: inter cuius tubam & hastile sulphur, resina, bitumen, stupa conuoluuntur infusa oleo, quod incendiarium vocant, balistæ impetu destinata, præruptò munimine ardens, figitur ligno, turritamq; machinâ incendit. Est autē magna & pauua phalarica. Vnde Lucan. lib. 6. 39, dixit phalaricâ neruis mitti tortilibus. Virgilius verò ait Turnū manu iaculari potuisse. Vō 9. Aen. 141,

Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo. In quem locum sic Seruius, De hoc telo legitur, quòd est ingens torno factum, habens ferrum cubitale, & rotunditatē de plumbo in modum sphæræ. In ipsa summitate dicitur etiam ignem habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas phalas dici manifestum est. Iuuenal. Saty. 6. 59, Consulit antè phalas, delphinorumque columnas. Ergo à phalis dicta est phalarica: sicut à muro, muralis. Sanè phalaricam Lucanus lib. 6. 39, dixit neruis mitti tortilibus, & quadam machina. vt, Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis Obruat. Virgilius verò ait Turnum manu iaculari potuisse. vnde apparet aut à Lucano ad auxesim illius qui occidendus fuerat, esse dictum: aut à Virgilio ad laudem Turni, qui talem hastam manu iaculatus est. Haetenus Seruius.

PHALARIS, pen. corr. (φάλαρις,) Agrigentinorum in Sicilia tyrannus qui ob sæuitiam, à suis, tauro quo alios prius suffocauerat, inclusus & crematus est. Ouidius in Ibin, 89,

Vtque ferox Phalaris lingua prius ense resecta,
More bouis Phario clausus in ære gemas. De hoc diximus in dictione PERILLVS. Meminit huius Cicero lib. 2. Offic. 35, Phalaris præter cæteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit, sed in eum vniuersa Agrigentinorum multitudo impetum fecit.

Crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris taurum habuisse dicitur, quo vinos supplicii causa demittere homines ac subiicere flammam solebat Cic. 6. Verr. 65.

Phalaris, (φάλαρις,) Herba, tyrsum habet longum, tenuem, ceu calamum, in summo floce inclinatum: semen simile sesamæ. Plin. lib. 27. cap. 11. 20.

¶ Phalaris, Genus auis. Varro 3. de Re rust. cap 11. 3, Sunt item non dissimilia alia genera, vt querquedulæ, phalarides. sic perdices, quæ vt Archelaus scribit, voce maris audita concipiunt. De auibus. Plin. lib. 10. cap. 48. 1, Phalarides in Seleucia Parthorum, & in Asia aquaticarum laudatissimæ. Colum. lib. 8. cap. 15. 1.

Phalerae, pen. corr. phaleratum, f.g. pluralis numeri, (φάλαραι,) Ornamenta equorum, ἀπὸ τοῦ φαλοῦ Græco verbo, quod illustre significat. Virg. lib. 5. Aeneid. 62, Primus equum phaleris insignem victor habeto. Sic lib. 9. 16. Liuius 2. bel. Pun. 216, Præda ingens parta est, & præter equos virosque, & siquid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat, omnis cætera præda diripienda data est. Iuuenal. Saty. 11. 11, — frangebat pocula miles
Vt phaleris gauderet equus.

¶ Phalera, phaleræ, tam singularis, quàm pluralis numeri, Equitum nobilium ornamentum etiam dicitur. Liuius 9. ab Vrbe, 250, tradit comitia Flauii Aedilitia tantum habuisse indignitatis, vt pleriq; nobilium aureos annulos & phaleras deponerent. Plin. lib. 33. cap. 1. 13, Quo facto rāta Senatus indignatione exarsit, vt annulos ab eo abiectos fuisse, in antiquissimis reperiatur annalibus. Fallit plerosque qui tum & Equestrem ordinem id fecisse arbitrātur. Est enim adiectum hoc quoque: Sed & phalerā posita, propter quē nomen equitum adiectum est. Cic. Attico, lib. 15. 330. 8, Plancum se aiebant hunc Buthrotium pridie q̄ hoc scribebam, id est tertio Nonas audisse, demissum, sine phaleris.

Factæ pulcherrimè phaleræ. Cic. 6. Verr. 24.

Nobiles phaleræ. Cic. 6. Verr. 14, Tū te has phaleras à Philarcho Cēturipino abstulisse dicebant, q̄ alias item nobiles ab Aristo Panormitano.

Dorsere aliquem phaleris. Cic. 5. Verr. 160.

Phalerātus, pen. prod. Adiectiuū, (φαλαρωτός,) Phaleris ornatus. Suet. in Claud. Crassus frugi equo phalerato, & in veste palmata. Liu. 10. bel. Pun. 81, Munera quæ legati ferrent regi, decreuerūt, fagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, & latoclauo tunicis, equos duos phaleratos. Suetonius, Phalerato equo insigne. Id est, instrato magnifice.

Phalerata dicta, Donatus interpretatur honesta atque ornata, apud Terentium Phorm. 3. 1. 15,

Adeone te esse incogitantem, atque impudentem Phædria,
Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?

PHALISCI, (φαλίσκοι,) Populi Hetruriæ, quorum oppidum Phalerii vocabatur. Sunt qui arbitrantur Phaliscos vocari, quos nunc corruptè Montem Falconem appellant. Vide FALISCI.

Iunonicolæ Phalisci. Ouid. 6. Fast. 10.

Pomiferi Phalisci. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 1.

Herba Phalisca. Ouid. 1. Fast. 17.

PHALORA, (φαλόρα,) Vrbs Thessaliæ. Inde Phalorensis. Stephanus.

PHANAEVS, (φαναῖος,) mōs est in, pnōtorio Chil, vitib⁹ cōsitus: sic dictus à Phango rege. Author Seruius explicās illud Virgilii 2. Geor. 10.

Sunt & Aminæ vires, firmissima vina:
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.

Phanaticus, phanatici, pen. corr. (φανατικός, ἐνθουσιαστικός,) dicitur qui diuino spiritu afflatus est, vel cui multæ vanæ apparitiones & ludibria fiunt qualem insanientem Alacem poetæ finxerūt. Cic. 2. de Diuinat. 177, Sed nescio quo modo illi philosophi superstitiosi & penè phanatici, quiduis malle videntur, quàm se non ineptos. Idem pro Domo sua, 81, Quid tibi necesse fuit anili superstitione homo phanatice, sacrificium quod alienæ domi fieret, inuisere?

Phanaticus cursus. Liuius 4. ab Vrbe, 143.

Phanatico carmine vaticinari. Liuius 8. bel. Maced. 81.

Phanaticus error. Hor. de Ar. 92, Aut phanatic⁹ error, & iracūda Diana.

Senex phanaticus. Iuuenal. Saty. 2. 12. Vide FANATICVS.

Phantasia, phantasiæ, (φαντασία,) Imago rerum insidentiū animo. Cic. 1. Acad. 57, In qua primum de sensibus ipsis quædam dixit noua, quos iunctos esse centiit è quadā quasi impulsione oblata extrinsecus, quā ille phantasiā, nos visum appellemus licet. αἰχμῇ φαντασίας emergit. Cic. Attico, lib. 9. 173. 1. 1.

Excitare φαντασίας spectris. Cic. Casio, lib. 15. 16. 1, Qui putant etiam ἐνεργητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari.

Phantasma, huius phantasmatis, pen. corr. n. g. (φάντασμα,) differt à Phantasia quòd phantasma est imaginatio vel visio eius quod non est: phantasia autem solum eius quod est, authore Suida. Plin. lib. 7. epist. 27, ad Suram, Et mihi discendi, & tibi docendi facultatem otium præbet. Igitur perquam velim scire, esse aliquid phantasmata, & habere propriā figuram, numenque aliquod putes, an inanem & variam ex metu nostro imaginem accipere. Hīc pro spectro accipitur.

Phanum, huius phani, (φανόν,) Templum dicitur: φανὸν enim Græcis manifestum & apertum significat: quod omnibus adeuntibus aperta sint templa. Cic. 3. de Finib. 51, Nam vt peccatum est patriam prodere, parētes violare, phana depeculari, quæ sunt in effectu, &c. Cæsar 1. bel. Ciuil. 16, Pecuniæ à municipiis exiguntur, & è phanis tolluntur. Vide FANVM.

PHAON, (φάων,) Iuuenis mortaliū omnium formosissimus, à Sappho poetria impatientissimè adamatus. Vide Sapphus epistolam ad Phaonem apud Ouidium.

PHARAONES, pen. prod. (φαραώνες,) appellantur Aegypti reges, quod iis cognomen fuit dignitatis, vt scribit Eusebius. Et (vt docet Iosephus lib. 1. Antiquit.) Pharaonis nomen secundum Aegyptios significat regem. Et reges quum primùm peruenīebant ad imperium, hoc nomen accipiebant.

Pharetra, pharetræ, pen. corr. (φαρέτρα,) Instrumentum in quo sagittæ reponuntur. Virg. 1. Aeneid. 66,

Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis. A Græco φέρω.

Pharētra, pen. prod. Ouid. 2. Metam. 88,
Vnde pedem referens penè est oblita pharetram Tollere.

Capax pharetra. Ouid. 9. Metam. 46.

Grauida pharetra sagittis. Horat. 1. Carm. ode 22. 1.

Habilis ad terga pharetra. Valer. 3. Argon. 123.

Infontes pharetræ. Stat. 1. Achil. 23.

Leues pharetræ. Stat. 6. Thebaid. 186.

Picta pharetra. Ouid. 2. Metam. 85.

Plenæ pharetræ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 7.

Sæuæ pharetræ. Stat. 1. Achil. 34.

Sagittiferæ pharetræ. Stat. 1. Achil. 84.

Venatrices pharetræ. Claud. 7. Paneg. 53.

¶ Aptare pharetras humeris. Stat. 4. Thebaid. 52.

Sagittam deprompsit aurata pharetra. Virg. 11. Aen. 172

Euertam ferre pharetram. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 2.

Exhausta telis pharetra. Ouid. 1. Metam. 90.

Exuere pharetram humero. Ouid. 1. Metam. 84.

Fert pharetram humero. Virg. 1. Aeneid. 101.

Gestare pharetram. Virg. 1. Aeneid. 69.

Soluere pharetram, Aperire. Ouid. 5. Metam. 77.

Pharetrātus, pen. prod. Adiectiuum, (φαρετρωτός,) Qui fert pharetram, vt ait Sipontinus.

Dea pharetrata, Diana. Ouid. epist. 19. 40.

Miles pharetratus. Silius lib. 7. 128.

Persis pharetrata. Virg. 4. Georg. 58.

Plebs pharetrata. Claud. 1. Paneg. 11.

Puer pharetratus, Cupido. Ouid. 10. Metam. 104.

Susa pharetrata. Claud. de bel. Gildon. 7.

Virgo pharetrata. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 3. Intelligit Dianam.

PHARIA, (φαρία,) à Ptolemæo lib. 2. cap. 17, Plinioque: à Strabone verò Pharus insula contra Dalmatiam & Iaderam, quæ nūc vulgò Lesina Illyrico sermone dicitur. Est & vrbs in ea, à qua Phariensis populi.

Pharias,

Pharias, pharias, pen. prod. m. g. (φαρίας,) Serpens est, sulcum, dum fit pit, cauda in terra faciens, & super eam ferè ambulans. Lucanus libro 9. 145, Et contentus iter cauda sulcare pharias. Quidam legunt phareas.

PHARISAEVS, (φαρισαῖος,) hoc est separatus, ab Hebræo PHARAS, qd est diuidere. Inde Phariseorū secta dicta est, apud Iudæos, & qui ea colerent, ab aliis separati essent, & à publicanis secreti. A quo

Pharmacum, huius pharmaci, pen. cor. Græcis φάρμακον, mediū verbum, quod pro veneno & pro medicamento accipi potest. Vnde Caius Iureconf. Qui pharmacum dicit, debet addere bonum vel malum.

Pharmacopōla, pen. prod. (φαρμακοπώλης,) dici potest vnguētarius, qui pharmaca, id est venena vel medicinas vendīcat. Componitur ex φάρμακον, & πωλέω vendo. Horat. 1. Serm. saty. 2. 1, Ambubalarum collegia pharmacopolæ. Cic. pro Cluentio, 30. Cum repentè Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum Larinum venisset, aggreditur.

Pharmaceutice, pen. cor. (φαρμακευτική,) Dicit medicina quæ medicamētis curat, & morbos pellit, ad differētiā therapeutices & chirurgices.

PHARMACVSAE, (φαρμακοῦσαι,) teste Strabone lib. 9. duæ sunt insulæ exiles iuxta Atticam regionem, in mari Salaminiaco, è quibus maior sepulchrum Circes ostentat.

PHARNACES, penult. corr. Mithridatis Ponti In Asia regis filius, qui quum, vt ait Florus, magis discordiæ ciuilis inter Pompeium & Cæsarem fiducia, quàm virtutis suæ, infesto in Cappadociam agmine ueret, hunc Cæsar aggressus, vno & non toto prælio obtriuit more fulminis, quod vno eodemque momento venit, percussit ablēesit. vnde nec vana est prædicatio Cæsaris de se, ante victum esse hostem quàm visum. Inde est illud Suetonii in Cæsare, cap. 37, Pontico triumpho inter pompæ ferculatrium verborum prætulit titulum, Veni, Vidi, Vicit non acta belli significantem, sicut cæteris, sed celeriter confecti notā. Lucan. lib. 2. 128, Tigranēque meum, nec Pharnacis arma relinquas Admoneo. Sic lib. 10. 95, — non Pontus & impia signa
Pharnacis, & gelido, &c. Pharnax ab aliis vocatur. Meminit huius Cicero ad Cassium, lib. 15. 15. 7. Et Attico, lib. 11. 227. 2.

PHAROS, (φάρος,) olim parua Aegypti insula, Plinio libro 4. cap. 31. quondam diri naufragatione diffamis ab Aegypto, nunc Alexādriæ (quæ illi opposita iacet) ponte iuncta. Nili recessu siue exundatione, vt Mela lib. 2. & Plinius eodem lib. cap. 85, testantur. Lucan. lib. 10. 102,

Tunc claustrum pelagi cepit Pharon. Insula quondam
In medio steti: illa mari sub tempore vatis
Prorheosiat nunc est Pellæis proxima muris. In eadem insula Plinio lib. 36. cap. 13, & Strabone lib. 17. testibus, inter orbis miracula magnificatur turris, multis tabulatis excelsa, & albo lapide mirificè structa, eodem nomine quo insula appellata. Eam Sostratus Gnidius architectus, Ptolemæi regis impensis, ad nauigantium salutem struxit, nomēque suum in ea inscripsit. nam quum Alexandria insidiosis accessibus, fallacibus vadis, cæco mari, tribusque tantum canalibus admitterat nauigantes, Tegano, Posidonio, Tauro signum aliquod necessarium & clarum fuit, quo nauigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hinc igitur in portibus machinas, authore Solino, ad prælucendi ministerium fabricatas, pharos dicunt: quoniam in ea turri nocturnis facibus accensis dirigebatur nauigatio. In hac Alexander nouam vrbem condere voluit: sed quia magnæ sedis capax non esset, ex illius aduersō condidit Alexandriam. Eadem insula palmis abundat, teste Ouidio libro 2. Amor. eleg. 13.

Quæ colis & Memphim, palmiferāmque Pharon. Idē 15. Metam. 69.

Pluēbbus ambitæ fuerant, Antissa, Pharōsque,
Et Pœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

Pharius, (φάριος,) Adiectiuum, & Phariacus, pen. corr. vt Sistra Phariaca.

Acetum Pharium, Vide ACETVM.

Aequor Pharium. Lucan. lib. 4. 63.

Iuuenca Pharia, lin. Ouid. 3. de arte, 126,

Turba Pharia. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 7.

PHARSALIA, (φαρσαλία,) à Pharsalo oppido dicitur tota Thessalia. Lucanus libro 1. 8, — diros Pharsalia campos Impleat.

Pharsālius, pen. corr. Adiectiuum, (φαρσάλιος,) Catul. Argon. 59. 8, Pharsaliam coeunt, Pharsalia recta frequentant.

Rura Pharsalia. Claud. de Nup. Honorii, 59.

Pharsālicus. Aliud adiectiuum, (φαρσαλικός,) vt Pharsalici cāpi Thessaliæ, in quibus cladium bellorum detonuerunt procellæ, à Pharsalo dicti oppido, quod situm est in ripa fluminis Oenipei, à quo Pharsali dicti. Sunt qui Pharsaliam prouinciam dicant à Pharsalo duce, quæ primò Aemathia, ab Aemathio: postea Thessalia, à Thessalo: deinde à Macedone, Macedonia: postremò à Philippo rege, Cāpi Philippici.

Pharsalicum prælium. Cic. pro Deiotaro, 20.

Castra Pharsalica. Lucan. lib. 8. 3.

PHARVSII, vel Pharusi, (φαρουσιοι,) Plinio lib. 5. cap. 8, & Pomponio lib. 1, populi sunt Africæ vltra Mauritaniam, quondam Persæ, comites

fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis.

Phase, Vide PASCHA.

PHASELIS, pen. prod. (φάσηλις,) Pamphiliæ vrbs in monte sita, piratarum olim perfugium. Proinde Cicero 6. Verr. 18, Mamertinum Siciliæ oppidum Verri Prætori, prædoni & piratæ Siciliensi, Phaselim quandam fuisse ait, quòd omnes furtorum acerrimos illuc deportasset.

Phasellus, siue phaselus, penul. prod. (φάσελος,) Vide PASELVS. Mart. lib. 10. 30,

Nec languet æquor, vita sed quies Ponti
Pictam phaselon adiuuante fert ora. Virg. 4. Georg. 58,
Et circum pictis vehitur sua rura phaselis. Vbi Seruius, Phaselis, breuibus nauiculis quibus vtuntur quum stagnauerit Nilus. Cic. Attico, lib. 1. 8. 1, Tertiam quam (vt scribis) anchora soluta de phaselo dedisti.

Epicopus phaselus. Cic. Attico, lib. 14. 314. 1, Quinto Non. conscendens ab hortis Cluuianis in phaselum epicopum, his dedi literas, &c.

Fictiles phaseli. Iuuen. Satyra, 15. 13.
Paruula fictilibus solitum dare vela phaselis.

Fragilis phaselus. Horat. 3. Carm. ode 2. 6.

Picti phaseli. Ouid. 4. Georg. 58.

Phaseolus, phaseoli, pen. corr. (φάσηλος,) qui & phaselus, aut phasilus, pen. prod. siue paseolus vel pasilus dicitur: Genus est leguminis, de quo Columel. lib. 2. cap. 10. 4, Ab hoc rectè phaselus terræ mandabitur vel in vetusto, vel melius pingui & restibili agro. Ibidem, cap. 13. 3, Phaseoli modii quatuor obruuntur, totidem operis. Phaseolis vulgus antiquorum victitabat, quemadmodum nostrum vulgus fabis & pisis: vnde viles phaseolos vocat Virgilius 1. Georg. 46. Phaseoli autem nulli sunt apud Gallos: Italis tantùm noti.

Phaselinus, pen. corr. Adiectiuum, (φασηλινός,) Quod ex phaselo factū est. vt Phaselinum oleum. Plin. lib. 13. cap. 4. 16. Lirinon quod & phaselinum & Syrium vocauimus, tenibus vtilissimum est.

Phasianus, phasiani, penul. prod. m. g. (φασιανός,) Auis nota, A Phasi fluuio ad nos traducta ab Argonautis. nanque ex ea regione in Græciam transportatæ sunt. Mart. lib. 13. 72,

Argiua primùm sum transportata carina:
Ante mihi notum nil nisi phasis erat.

Phasiana, phasianæ, Idem, (φασιανή,) Plin. lib. 10. cap. 48, Rursus phasianæ in Colchis geminas ex pluma aures submittunt, subrigūntque. Nonnulli etiam phasianas gallinas vocant.

Phasianarius, phasianarii, (φασιανάριος,) Qui phasianos pascit. Paulus Iureconf. Phasianarii autē & pastores anserū non continentur.

PHASIS, huius Phasis, vel Phasidis, pen. corr. (φάσις,) Colchorum prægrandis fluuius, de quo Lucanus libro 3. 55, Colchorum qua rura secat ditissima Phasis. Plin. lib. 6. cap. 4, Nauigatur Phasis quanlibet magnis nauigiis XXXVIII M.D.P. Inde minoribus longo spatio pontibus centum viginti peruius. Colum. libro 8. cap. 8. 9, Quanquam vel hos magis rolarabiles putem, qui oblectamenta deliciarum posidendi, habendique causa, graui ære & argento pensant, quàm illos qui Ponticū Phasim & Scythica stagna Mæotidis eluant. Ex hoc fluuio ab Argonautis ad nos phasiani, aues notæ, traducuntur. Multa in vniuersum Strabo libro 11. Est & oppidum, authore Plinio lib. 6. cap. 4.

Asper. Claud. 2. in Ruffin. 76.

Barbarus, Valer. 1. Argo. 105.

Colchus. Seneca Hippol. 8. 9.

Gelidus. Claud. 3. in Eutrop. 115.

Horridus. Stat. 1. Syl. 6. 16.

Limosi Phasidos rapidæ vndæ. Ouid. 7. Metam. 2.

Niuosus Phasis. Stat. 12. Thebaid. 37.

Rapidi Phasidis amnis. Valer. 4. Argon. 123.

Scythicus Phasis. Valer. 1. Argon. 1.

Phasiacus, pen. corr. Adiect. (φασιακός,) vt Terra Phasiaca. Ouid. 1. de Remed. 53. Aqua Phasiaca. Ouid. epist. 12. 2.

Phasma, phasmatis, pen. corr. neu. g. (φάσμα,) Latinè apparitio dicitur, monstrum, visum. Est autē nomen fabulæ apud Menandrum Græcum Comicum. Phasma, etiam fabula fuit eiusdam Catulli, vt intelligere licet ex Iuuenale Saty. 8. 19.

Consumptis opibus vocem Damasippe locasti
Suppario, clamosum ageres vt phasma Catulli.

Phecassium, phecassii, Genus calceamenti. Senec. lib. 7. de beneficio. cap. 21, Pythagoricus quidam à sutore phecassia emerat, rem magnam, non præsentibus nummis.

PHEGEVS, (φηγεύς,) pater fuit Alphesiboeæ, Themonis, & Axionis: ad hunc confugit Alcmæon Amphiarai filius, posteaquā matrem Eriphylen patris nullu necauisset, & ob id furiis adactus esset, furiisque exagitatus, petens à Phegeo purgari quod quum impetrasset, Alphesiboeæ filiæ Phegei monile dono dedit, quod occisæ matri abstulerat, ipsāmque Alphesiboeam vxorem duxit. Mox verò quum ad Acheloum profectus esset, filiam eius Callirhoen adamare cœpit, quæ idē monile ab eo rogauit, quod Alphesiboeæ coniugi paulo antè dono

Universidad de Deusto
Biblioteca

dederat. qui vt expleret animum amicæ, ad Alphesibœam reuersus est, repetitorus montis quod donauerat. fratres autem Alphesibœæ quum hoc intellexissent, Alcmæonen occiderunt. Hanc fabulam vt breuiter, ita perobscuré refert Ouidius 9. Metam. 82, sic inquiens de Alcmæone,

- vltusque parente parentem
Natus, erit facto pius & scelerates eodem:
Attonitusque malis, exul mentisque, domusque,
Vultibus Eumenidum matrisque agitabitur vmbris:
Donec eum coniux fatale poposcerit aurum,
Cognatumque latus Phegeius hauserit ensis. Si tamen verbis Ouidii propius animum aduertes, intelliges nullam hic fieri mentionem Callirhoes, quum dicat, Donec eum coniux fatale poposcerit aurum. erat enim coniux Alphesibœa, non Callirhoe. Et, vt ego quidem conicio, sic voluit Ouidius Alphesibœam monile ab Alcmæone petisse, & quó fratres Alphesibœæ intellexissent monile habere Alcmæonem tam pretiosum, insidiis eum peremisse. Quoque hoc sit veri similius, constat Themonem & Axionem à sorore ipsa interfectos esse, dicente Propertio lib. 1. eleg. 14. 3,

Alphesibœa suos vlta est pro coniuge fratres:
Sanguinis & cari vincula rupit amor.

Phegeus, proprium serui, apud Virgilium lib. 5. Aeneid. 53,

Vix illam famuli Phegeus, Sagarisque ferebant.

Phegeius, penult. corr. Adiectiuum quadrisyllabum, (φηγεῖος,) vt Ensis, Phegeius. Ouid. 9. Metam. 8.

Phellus, (φελλὸς,) id videtur esse Græcis, quod Suber Latinis. Scribit Plutarchus in libro de Romanorum fortuna, Caium Pontium à Camillo transiturum in Capitolium quod à Gallis obsidebatur, dum Tybrim transmitteret, φελλοὺς πλεκτοὺς ὑποστρώσαντα, hoc est phellos latos pectori subiecisse. Suberis natura est, vt mergi nequeat, propterea Graeci ἀβάπτιστον φελλὸν vocant, quasi dicas immersibilem phellum. Hunc Phellopodas quosdam fingit Lucianus, qui per mare currentes non mergerentur, quoniam inquit phellinos haberent pedes. Ex phelli, id est suberis similitudine est apud Vitruuium lib. 9. cap. 9, in horologii aqualis ratione, phellos, siue tympanum, aut scaphum, quod ab aqua subleuatur. Phellum scribunt aliqui esse in Italia montem, in quo piceæ proceriores gignantur, ex quibus phellus siue suber conficiatur. Ex Cœlio lib. 7. cap. 17.

PHENEVM, (φενεός,) Plinio lib. 4. cap. 6, oppidum Arcadiæ: in quo, vt idem testatur lib. 25. cap. 4, nascitur illa herba contra omnia veneficia præsens remedium, quam Homerus à diis moly vocari putat.

Phenеatæ, (φενεᾶται,) populi qui incolunt Pheneum oppidum, & adorant Mercurium quintum. Cic. 3. de Nat. deo. 76, de Mercuriis, Quintus quem colunt Phenеatæ, qui & Argum dicitur interemisse, &c.

Pheneum, lacum Arcadiæ sic describit Ouidius 15. Metam. 67,

Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,
Ambiguis suspectus aquis: quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Phengites, pen. pro. (φεγγίτης,) Lapis de quo sic Plinius lib. 36. cap. 22. 7, Nerone principe in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, candidus atque translucens, etiá qua parte fuluę inciderãt venę, ex argumẽto phengites appellatus. Sanè φεγγῶ dicitur Latinè splendor. Sueton. in Domitiano, cap. 14, Tẽpore quoq; suspecti periculi appropinquante, solicitior in dies, porticum in qui bus spatiari consueuerat, parietes phengite lapide distinxit: è cuius splendore per imagines quicquid à tergo fieret, prouideret.

PHERAE, (φεραί,) Plinio lib. 4. cap. 8, & Cicerone 1. de Diuinat. 94, testibus, oppidum est Thessaliæ, quod crudeli dominatu tenuit Alexander quidam tyrannus, à quo & Pheræus vocitatus est. Huius Alexandri meminit Cicero lib. 2. de Inuent. 129 & 2. Offic. 14. Appellatur & Plinio lib. 4 cap. 5, locus & oppidum in Achaia. Eodem etiam libro, cap. 7, oppidum Atticæ inter Megaram & Thebas. Ouid. in Ibin, 65,

Inque tuo thalamo iugularis more Pheræi,
Qui datus est letho coniugis ense suæ. Quod carmen intelligit Egonatas de Iasone illo qui à Pheris Thessalicis, quas tyrannide oppressérat, dictus est Pherqus. Hic deploratus à medicis vomicę morbo, quó mortem in acie quæreret, vulnerato ab hoste pectore salutẽ inuenit. Ita illi hostilis gladius salutem attulit, quem medici sanare nulla ratione potuerãt. Hunc Thebe vxor adiuuãtibus cõsciis tandẽ interemit.

Pherę, ait Strabo lib. 9, Pelasgicorum camporum terminus ad Magnesiã, qui vsque ad Pelium montem porrigunturEmporium Pheræ habent Pagasas, quo ex loco Pelias Iasonem ac nauem Argo emisit. Vnde Pagaseus, & Pheræus appellatus. Fuit tamen alius Iason Pheræus tyrannus. Sed de Thessalo Iasone intellexit Cicero lib. 1. Offic. 15 1, quum dixit, Pheræum Iasonem cæteris anteponunt.

Campi Pheræi. Valer. 1. Argon. 90.

Pherætiades, pen. corr. (φεραιάδης,) Patronymicum pro gentili apud Ouidium, 8. Metam. 62, Cumque Pherætiade, & Hyantæo Iolao. Admerum intelligit Pherætiæ filium.

PHERECIDES, pen. prod. (φερεκύδης,) Syrius, præceptor fuit Pythagoræ. Ipse autem magistrum nullum habuit, sed per se plurimum doctrinæ est adsecutus, vt scribit Suidas. Diogenes autem Laertius Pittaci auditoré dicit fuisse, & pediculari morbo interisse, de quo Serenus,

Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi,
Qui nimio sudore fluens, animalia tetra
Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt? Floruit regnante Seruio Tullo apud Romanos, vt Cicero lib. 1. Tuscul. 59, refert. Hic primus dixit animos hominum esse sempiternos. Primus scripsit soluta oratione, vt Apuleius in Floridis author est, repudiato versuum nexu.

Magister Pythagoræ Pherecides potius diuinus habebitur, quàm physicus. Cic. 1. de Diuinat. 183.

Pherecides alter Diogeni, antiquior etiam superiore, Atheniensis & philosophus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsitque Theogoniam libris decem: item libellum De rerum principio. Pherecidem alium Lereum genere, historicum scripsit Suidas.

Pherecidens, Adiectiuum, (φερεκύδης,) Cic. 2. de Diuinat. 46, An hoc eiusdem modi est, quale Pherecidem illud quod est à te dictum?

PHERECLVS, pen. corr. (φερεκλῆς,) filius fuit Harmonidis, qui (vt Homerus ait) Paridi naues fabricauit, quibus ad rapiendã Helenam in Spartã naugauit. Ausonius, Meriones Pherecluũ vibrata peutit hasta.

Pherecleus, pen prod. Adiectiuum, (φερεκλῆς,) Ouid. epist. 15. 6,

Hac duce Sigæo dubias à littore feci
Longa Phereclea per freta puppe vias.

PHERECRATES, penul. corr. (φερεκράτης,) Atheniensis poeta comicus, militauit sub Alexandro Magno, docuitque fabulas XVII. Author Suidas.

Pherecrates quidam Phthiota à Deucalione ortus, inducitur differens à Dicæarcho in eo sermone, quem Corinthi habitum libris tribus exponit, vt ait Cicero 1. Tuscul. 34.

Pheretrum, (φέρετρον,) Vide Feretrũ in FERO, fers. Ouid. 14. Met. 150, Luridaq; arituro portabat mẽbra pheretro

Cruentum pheretrum. Silius lib. 5. 34.
Ingenti subiere pheretro. Virg. 6. Aeneid. 45.
Molle pheretrum. Virg. 11. Aeneid. 13.
Puerile pheretrum. Stat. 6. Thebaid. 11.

Phiala, huius phialæ, penult. corr. (φιάλη,) Vas vini vel aquæ, plerunque ex auro conflatum. Omnia enim vini vel aquæ vasa, phialæ dici possunt. Vnde Iuuenalis Saty. 5. 4, aureas vocat phialas, dicens, Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum. Hoc est vasa aurea quæ Varroni cõmendata sunt. Graeci ἀπὸ τοῦ πίνειν, πῶς φ, id est à bibendo. Martial. lib. 8. 45,

Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?
Mentoris hæc manus est, an Polyclete tua? De phiala aurea est epigramma apud eundem, lib. 14. 100.

PHIDIAS, (φιδίας,) primùm pictor, deinde statuarius. Cuius artis Iupiter Olympius testimonium exhibet, & Romæ in porticibus Octauiæ Venus. Author Plinius lib. 35. cap. 8. Mineruæ statuam Athenis egregiè fabricauit, amplitudine cubitorum XXVI, quæ ebore & auro constabat. In cuius scuto Amazonum prælium cælauit, & deorum gygantumque dimicationem, in soleis Lapitharum & Centaurorum. A Plinio dictus est artifex nunquam satis laudatus. De quo Quintilianus lib. 12, Phidias diis quàm hominibus efficiendis melior. Hic etiam statuam Nemesis deæ denum cubitorum, apud Rhamnuntem Atticæ oppidum fecit, quæ in manu mali ramum tenebat, ex quo parua surgebat complicatio: vbi, teste Antigono, inscriptum erat, Agoracritus Parius fecit. Hunc enim discipulum suum Phidias adeò dilexit, vt nomen eius suo inscripserit operi, ex quo prouerbium, Rhamnusia Nemesis. Ex libro prouerbiorum Græcorum.

Phidias speciem sui similẽ inclusit in clypeo Mineruæ. Cic. 1. Tuscul. 54.
Mineruæ signum ex ebore pulcherrimũ Phidiæ. Cic. de Claris Orat. 139.
Signum Phidiæ. Cic. de Clar. Orat. 121, Nam Q. Hortensii admodũ adolescẽtis ingenium, vt Phidiæ signum simul aspectum & probatum est.
Simulachris Phidiæ nihil in illo genere perfectius. Cic. in Orat. 5.

Phidiacus, pen. corr. Adiectiuum, (φιδιακός,) Propert. lib. 3. eleg. 9. 3,

Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno.

Manus Phidiaca. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 7. Stat. 2. Sylu. 2. 14.

Phiditia, phiditiorum, (φιδίτια,) cœnationes Lacedæmonii seu conuiuia nominabant. Siue quòd philias, id est amicitiæ causa instituta sint. Siue potius à parsimonia. φειδωμαι enim significat parco & abstineo. φειδὼ parcitas & parsimonia. φειδωλὸς parcus. Vnde phiditia, conuiuia parca & frugi. Cic. 5. Tuscul. 138, Quid, victum Lacedæmoniorum in phiditiis nonne videmus? Conueniebant enim ad phiditia conferentes singuli farinæ modium, vini choros octo, casei quinque minas, ficuum quinque semis minas.

PHILADELPHIA, (φιλαδελφία,) Nomen ciuitatis in Mysia regione Asiæ, terræ motibus concussa, cuius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex septem ecclesiis. Supra Philadelphiam Orientem versus exusta regio patet, stadiis longa quingentis, quadrigentis lata, vbi nullæ arbores præter vitem inueniuntur, quæ exustum vinum

vinum fert, ita elegans vt nulli cedat. Summa camporum facies cineruleuta est, montana, petrosa & nigra.

PHILADELPHVS, (φιλάδελφος,) Ptolemæus rex Aegypti bibliothecam fecit Alexandriæ, ferè quinquaginta millia librorum continẽtem. Idem libros Moysi curauit, per LXX interpretes ex Hebræo in Græcum sermonem verti.

PHILAE, Philarum, (φιλαί,) insula aspera, & vndique prærupta, adiacens Aegypto, duobus in vnum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Philæ autem Straboni lib. 17, infra Meroen sunt, ad quas ipse Strabo se ex Syene plaustro perplana aliquando vectum scribit. Meminit & Lucanus lib. 10. 26,

Rursus multifidas reuocat piger alueus vndas,
Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura,
Regni claustra Philæ.

Philantropos, pen. prod. (φιλάνθρωπος,) Latinè humanus, id est amans homines.

Philanthropos, Lappæ genus, quod vestibus hominũ adhærens eos amare videatur. Plin. lib. 24. cap. 19. 6, Philanthropon herbam Græci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhærescat. Dicitur hæc Dioscoridi Aparine, officinis Rebalus, cuius foliis pastores nostri pilos qui in lac exciderunt vice coli extrahunt.

Philanthropia, philanthropiæ, (φιλανθρωπία,) Humanitas, amor erga homines. Vide Humanitas in HVMANVS.

Philargyria, philargyriæ, pen. corr. (φιλαργυρία,) Auiditas argẽti, siue aquarria transferturi.

Philautia, philautiæ, pen. corr. (φιλαυτία,) Amor suiipsius. Cicero Attico, lib. 13. 27. 1, Libri quidem ita exierũt (nisi forte me communis φιλαυτία, decipit) vt in tali genere, ne apud Græcos quidem simile quicquam. De libris suis Academicis.

PHILEMON, pe. prod. (φιλήμων,) poeta Comicus quãuis (inquit Quintilianus lib. 10, cap. 1,) primis suis temporis iudicis, Menandro sæpe prælatus est: consensu tamen omnium meruit credi secundus.

PHILENI, pe. prod. (φιλαινοί,) duo fratres Carthaginienses, qui pro ampliatione suæ Reip. se viuos sepelici sustinuerunt. Nam quum Carthaginienses & Cyrenenses diu certassent inter se de finibus agrorum, tandem ita conuenerunt, vt certo tempore duo viri ex vtraque ciuitate exirent, & vbicunque illi sibi fierent obuii, ibi vtriusque ciuitatis fines essent. Igitur ex Carthagine missi Phileni, longè proceserunt in fines Cyrenensium, ante quàm illi redirent. Quimque venissent tandẽ Cyrenenses, & se esse prænẽtos vidissent, graauiter indignati propulserũt Philenis, vt nisi retrocederent, viui illic infoderentur. Quod postquam factũ esset, Carthaginiẽses illic Philenis aras fecerũt. Silius lib. 15. 139.

At Cauthus Lybicæ late possessor arenæ,
Qua celebre inuicti nomen poluere Phileni.

PHILETAS pe. pro. (φιλήτας,) Cous tẽporibus Philippi & Alexãdri Macedonũ grãmaticus, criticus & poeta, præceptor Ptolemæi Philadelphi, scripsit elegias, epigrãmata, & alia. Author Suidas. Quintil. lib. 10. ca. 1. Huic & elegiã vacabit in manus sumere, cuius princeps habet Callimachus: secũdas cõfessione plurimorũ Philetas occupauit. Huius meminit Prop. lib. 3. eleg. 1. 1, Callimachi manes, & Coi sacra Philetæ.

Philetẽus, pen. prod. Adiect. (φιλήτας,) Propert. lib. 3. eleg. 3. 11,

Talia Calliope lymphisque à fonte petitis
Ora Philetea nostra rigauit aqua.

PHILEVM, (φιλεῦν,) Ptolemæo lib. 2. cap. 11. ciuitas Germaniæ, in regione quæ hodie Frisia vocatur: vulgò Groningen.

PHILIPPEVS, Vide PHILIPPVS.

PHILIPPI, (φίλιπποι,) ciuitas est Thessaliæ (inquit Seruius) in qua primũ Cæsar & Pompeius, postea Augustus & Brutus cum Cassio dimicauerunt. Virgilius 1. Georg. 98,

Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi,
Emathii Philippi. Ouid. 15. Metam. 165.
Ciuilia busta Philippi. Propert. lib. 2. eleg. 1. 6.

PHILIPPICAE, Vide PHILIPPVS.

PHILIPPOPOLIS, pen. corr. (φιλιππόπολις,) Vrbs à Macedone, Philippo sita. Tacit. lib. 3, Plurimi ac maximè compositi regem, vrbemque Philippopolim à Macedone Philippo sitam circumciduntur.

PHILIPPVS, (φίλιππος,) Macedo, Amintæ filius, puer quõdã bis obliidæ pacis gratia. Quo tẽpore p triennũ in domo Epaminondæ summi ducis, pueritiæ rudimẽta exercuit. De hoc legito Diodorũ & Trogũ 7. 8. & 9. Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniæ à T. Quintio Flaminio victus, is, vt author est Liuius, quũ videret Annibalẽ fœlicitẽ in Italia res gerentẽ, legatos ad eũ de societate misit, qui in reditu à Marco Valerio Flacco præfecto classis, intercepti sunt cũ literis, misque agentẽ Apolloniæ incautũ, semique sopitũ noctẽ intẽpesta adorũt. Ille in Macedoniã cum exercitu terrestri itinere fugit, incẽtis prius, ne hostis potiretur, suis nauibus. Vide Liuiũ lib. 1. de bello Maced.

Philippum Macedonum regem, rebus gestis & gloria superatum à filio, facilitate & humanitate superiorem fuisse dicit Cicero 1. Offic. 117.

Philippus Aristotelem Alexandro filio doctórem accuit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta, & loquendi. Cic, 3. de Orat. 78. Quintil. lib. 1. cap. 1. 17. An Philippus Macedonum rex Alexãdro filio suo, prima literarum elementa, &c.

Clari monimenta Philippi. Ouid. 6. Fast. 161.

Pellæus Philippus. Lucan lib. 10. 4.

Terra regnata Philippo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 3.

Philippẽus, pe. prod. Adiectiuum (φιλίππειος,) vt Sãguis Philippeus. Propertius lib. 3. eleg. 11. 8,

Scilicet incæsti meretrix regina Canopi
Vna Philippeo sanguine adusta nota.

Philippeus, philippei, (φιλίππειος,) siue Philippus, philippi, Aureus nummus pretiosus, cuius apud Plautũ frequens mẽtio est. vt in Amphitryone, 16. 43. Quot philippei? A. duo millia. Et in Pœnulo, Hic sunt numerati aurei trecenti nũmi, qui vocantur philippei. Horat. 2. epist. 1. 48. philippos regale numisma nuncupauit. Liu. 7. bel. Maced. 153. Nummos aureos philippeos cẽtum quadraginta millia. Ibidem, lib. 4. 193. Et philippei nummi aurei quatuordecim millia.

Philippus, (φίλιππος,) medicus Alexandri, teste Curtio lib. 2. Huius etiã meminit Plutarchus in vita Alexandri. Philippos etiam Romanos viros claros legimus, inter quos L. Philippus orator, Crassi aduersarius, vt scribit Cicero libro 3. de Orat.

Clarus Philippus agendis causis. Horat. 1. epist. 7. 10,

Strenuus & fortis, causisque Philippus agendis Clarus, &c.

Philippicæ, pen. corr. Philippicarum, (φιλιππικοὶ λόγοι,) Orationes Demosthenis in Philippum regem: ad quarum imitationem Ciceronis orationes in Antonium, Philippicæ quoque dicuntur, quæ & Antonianæ dici poterant. Cic. Atti. lib. 2. 10. 1, Fuit enim mihi cõmodum, quòd in eis orationibus quæ Philippicæ nominãtur, emiuerat cluis ille tuus Demosthenes, & quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, &c.

PHILISTVS, (φίλιστος,) Historicus fuit, de quo sic Cic. lib. 1. de Orat. 31, Hunc consentus est Syracusius Philistus, qui quũ Dionysii tyrãni familarissimus esset, otiũ suũ cõsumpsit in historia scribenda, maximémque Thucydidẽ est, sicut mihi videtur, imitatus. Idem Q. fratri, lib. 2. 11. 4. Siculus ille capitalis, creber, acutus, breuis pene pusillus Thucydidesi sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an vtrosque, nescio. me magis de Dionysio delectat: ipse est enim veterator magnus & perfamiliaris Philisto. Quintil. lib. 10. cap. 1. Philistus quoque meretur qui turbæ quinis bonorum post hos authorum eximatur, imitator Thucydidis, & vt multo infirmior, ita aliquatenus lucidior.

PHILLYRA, pen. corr. (φιλλυρα,) mater Chironis Centauri, à qua Chiron Phillyrides dictus, authore Seruio apud Virgilium 3. Georg. 110,

- cessere magistri,

Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melãpus. Proper. lib. 2. eleg. 1. 12.

Phillyrius, Adiectiuum. (φιλλυρεῖος,) vt

Heros Phillyrius. Ouid. 2. Metam. 136.
Flebat, opemque tuam frustra Phillyrias heros
Delphice poscebat. Quædam exemplaria legunt Phillyreius.

Phillyreius, (φιλλυρεῖος,) Aliud adiectiuum. Ouid. 7. Metam. 71,

- superque Pelion vmbrosum, Phillyreia tecta, superque
Othryn. Detractum l, est alterũ, propter necessitatem carminis nisi partes in Philirides additum esse alterum.

PHILO, Academicus Chromachi discipulus, Romæ profitebatur, quo profugerat Mithridatico bello, teste Cicerone de Clar. Orat. 170, Eodem, ioquit, tempore quũ princeps Academiæ Philo cum Atheniensiũ optimatibus Mithridatico bello, Romam profugisset, Romanique venisset, totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiã studio cõcitatusim quo etiam commorabar attentius, etsi rerum ipsarum varietas & magnitudo summa me delectatione retinebat, &c. Et 3. de Oratore, 61. Sic 1. de Natura deor. 11, Philo Herennius, Byblius genere, grammaticus tempore Adriani, de cuius imperio scripsit: præterea de ciuitatibus & vitis claris libro XXX. Suidas.

Philo Iudæus, Alexandriæ natus, disciplinisque omnibus eruditus, in nostra & Græcorum philosophia bene versatus. Eloquentiæ Platonis adeò æmulator, vt prouerbium fuerit ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων Πλατωνίζει. id est, aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat. In diuinis autem legibus & patrijs institutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum suorum tradidit monimẽtis, palàm est. Igitur temporibus Caii quanta acciderint Iudæis mala, voluminibus absoluit, quibus, & suã legationem pro Iudæis apud ipsum imperatorem retulit. Sed & Iosephus huius legationis meminit lib. 18.

Philo alius, architectus fuit: qui Athenienſibus armamentarium fecit, vt ait Cicero 1. de Orat. 32.

Fuit & alius Philo Cælii libertus, vt ipse testatur in epistola eius ad Ciceronem, libro 8. 8. 32.

Philo item alius Pompeii libertus, vt scribit Cic. Attico, lib. 16. 3 3. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PHILOCTETES, pen. prod. (φιλοκτήτης,) Pæantis filius Herculis comes. De quo Propertius libro 2. eleg. 1. 12, Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon.

Philoctetes quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamẽ vitam aucupio sagittarũ. Cic. 5. de Finib. c. 6, Idem 2. Tuscul. 27. & 57.

Philoctetes serpentis morsu vlceratus, in insula Lemno relictus est. Cic. de Fato, 54.

Philoctetes iniuria accepta spectacula quærebat. Cic. Q. fratri, li. 2. 12. 5.

Philoctetèus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. 2. Tuscul. 95, Refutetur ac reiiciatur Philocteteus ille clamor.

Philograecus, (φιλέλλην,) Græcis. Varro 3. de Re rust. cap. 10. 1, Transi, inqt Axius, nisi in illud genus, quos vos philogrẽci vocatis ἐμμίβιον.

Philogynia, pen. prod. (φιλογυνία,) Amor mulierũ: Cicero mulierositatem appellat 4. Tuscul. 37, Similiterque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellẽ eam quẽ Græcè φιλογυνία dicitur, cæterique similiter morbi ægrotationesque morborum nascuntur.

PHILOLAVS, pen. prod. (φιλόλαος,) Corinthius, qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadum fuit: amicus Dioclis, qui Olympia vicit: sed vbi ille ciuitatem deseruit, commotus ob amorem mattis Alcinoæ, Thebas migrauit, atque ibi ambo defuncti sunt. Habitauit igitur ob huiusmodi causam apud Thebanos, legesque illis descripsit & de aliis quibusdam, & de sobole procreanda, quas illi proletarias appellant. Et hoc est præcipuè ab illo prouisum, vt numerus hæreditatum conseruetur. Aristoteles 2. Politicorum.

Philolaum instituit Architas Tarentinus. Cic. 3. de Orat. 77.

Philologia, philologiæ, pen. corr. (φιλολογία,) Loquacitas, aut Amor sermonis siue studii. Cic. F. Tironi, lib. 16. 21. 10, Cuius quum frugi seueraque est vita, tum etiam iucundissima conuictio. non est enim seiunctus locus à philologia, & cotidiana συζητήσει. Idem Attico, lib. 2. 31. 2, Non deflemus, ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit, sed conferamus tranquillo animo.

Philologus, pen. corr. (φιλόλογος,) Studiosus siue amator sermonis. Suetonius de Claris Grammat. vbi de Atteio, Philologi appellatione assumpsisse videtur, quia sicut Eratosthenes (qui primus hoc cognomen sibi vendicauit) multiplici variaque doctrina censebatur. Cic. ad Atticum, lib. 13. 369. 3, Ergo illam ἀκαδημειὰν in qua homines nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi, nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. Idem ad Qu. fratrem, lib. 2. 12. 4, Nos enim ita philologi sumus, vt vel cum fabris habitare possimus.

PHILOMELA, pen. prod. (φιλομήλη,) Pandionis Athenarum regis filia, & soror Prognes vxoris Terei regis Thracum. Quæ quum à Tereo compressa fuisset, tandem (vt est in fabulis) deorum miseratione in auem sui nominis conuersa fuit, quæ & Luscinia dicitur. Nec cessat deflere cantu dulcissimo iniuriã quam passa est. Et interpretatur amabilis. Fabulam huius vide apud Ouidium 6. Metam. Mart. lib. 14. 75,

Flet Philomela nefas incesti Tereos: & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Mœrens Philomela. Virg. 4. Georg. 103.

Philomusus, pen. prod. (φιλόμουσος,) Amator, siue amicus Musarum. Martial. lib. 7. 75,

Noluto nimium tibi placere,
Delectãs philomuse, non amaris. Sic lib. 3. 10.

PHILOPOEMENES, pen. corr. (φιλοποίμενης,) Megapolitanus, dux Achæorum præstantissimus, Lacedæmonios & Messenios multis cladibus afflixit, vt est author Plutarchus. Huius etiam meminit Liuius in bello Macedonico, lib. 5. sed ibi semper Philopœmen vocatur in recto, cuius genitiuus est Philopœmenis, penult. corr. Ausonius, Carcere in Argiuo Philopœmena lenta adiit mors.

Philosophia, philosophiæ, pen. corr. (φιλοσοφία,) Amor sapientiæ. Cic. 1. de Legib. 87, Ita fit mater omnium bonarum rerum sapientiã quoius amore Græco verbo φιλοσοφίας nomẽ inuenit. Idem 1. Tuscul. 2, Et quum omnium artium quæ ad rectãm viuendi viam pertinerent, ratio & disciplina studio sapientiæ quæ philosophia dicitur, contineretur.

Philosophia, nec quicquam aliud est, si interpretari velis, quãm studium sapientiæ. Cic. 2. Offic. 6.

Ars vitæ, philosophia est. Cic. 3. de Finib. 6.

Cognitio omnis optimarum rerum, atque in iis exercitatio, philosophia nominatur. Cic. 3. de Orat. 34.

Commentario mortis, philosophia. Cic. 1. Tuscul. 117.

Cultura animi, philosophia est, si extrahit vitia radicitus. Cic. 2. Tusc. 20.

Mater omnium artium, donum & inuentum deorum, philosophia. Cic. 1. Tuscul. 99.

Mater omnium benefactorum, beneque dictorum, philosophia. Cic. de Claris Orat. 170.

Medicina animi, philosophia. Cic. 3. Tuscul. 10.

Procreatrix omnium artium laudandarum & quasi parens, philosophia. Cic. 1. de Orat. 5.

Philosophia virtutis continet & officii & bene viuendi disciplinã: quam qui profitetur, grauissimam mihi sustinere personam videtur. Cic. in Pisonem, 56.

In philosophia nihil debet esse loci commentitiis fabulis. Cic. 2. de Diuinat. 120.

Distributa est in tres partes philosophia, in naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores. Cic. 1. de Orat. 35.

Fugiens consulto multitudinem philosophia, paucis contenta iudicibus. Cic. 2. Tuscul. 5.

¶ Frugifera & fructuosa philosophia. Cic. 3. Offic. 6.

Orba philosophia, Vide ORBVS.

Præpotens & gloriosa philosophia. Cic. 1. de Orat. 95.

¶ Nobiles in philosophia, Vide NOBILIS.

¶ Auocare philosophiam à rebus occultis, Vide AVOCO.

Auocare aliquem à philosophia. Cic. 1. Tuscul. 5.

Illustrare philosophiam Latinis literis, Vide ILLVSTRIS.

Inchoare philosophiam, Vide INCHOO.

Indicebat bellum philosophiæ Zethus Pacuuianus. Cic. 2. de Orat. 85.

Ingurgitare se in philosophiam, Vide INGVRGITO.

Insinuare se in philosophiam, Vide INSINVO.

Laudari satis dignè nunquam poterit philosophia, cui qui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere. Cic. de Senect. 2.

Profiteri philosophiam. Cic. in Pisonem, 56.

Versari in antiquissima & nobilissima philosophia. Cic. 2. Offic. 11.

Philosophus, philosophi, pen. corr. (φιλόσοφος,) Cic. 1. de Orat. 106, Philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapiẽtia vnus omnia penè profitetur, est tamen quædam descriptio, Vt is qui studeat omniũ rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, causasque nosse, & omnẽ bene viuendi rationem tenere & persequi, nomine hoc appelletur. Omnia sicut propria, sua esse, atque à se possideri volunt philosophi. Cic. 1. de Orat. 110.

Authores rerum, non fabularum philosophi. Cic. 3. de Nat. deor. 111.

Magistri virtutis philosophi. Cic 4. Tuscul. 114.

Genera philosophorum describit Cicero 3. de Orat. 35. & 36.

Scholæ philosophorum. Quintil. in Procem. lib. 1. 14.

Contemptissimi philosophi, Vide CONTEMNO.

Nobilissimus illius ætatis & clarissimus philosophus, Vide NOBILIS.

Nostrates philosophi, Vide NOSTER.

Philosophicus, pen. corr. Adiectiuum, (φιλοσοφικός,) Quod est philosophi. Cicero 5. Tuscul. 170, Ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus, à quo non modò impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verumetiam lacessiti.

Philosophaster, philosophastri, Philosophorum Imitator.

Philosophor, pen. corr. philosopharis, (φιλοσοφῶ,) philosophari, Philosophorum more disputare, & rerum naturas perscrutari. Cicero 1. de Natura deorum, 11, Et quum minimè videbamur, tum maximè philosophabamur. Plaut. Merc. 4. 36, Philosophari nunquam didici, neque scio. Idem Pseud. 10. 11,

Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc euenit,
In labore atque in dolore, vt mors obrepat interim.

Sed satis est philosophari: nimis diu & longum loquor. Cicero 13. Philip. 380, Sed iam se colligit, & ad extremum incipit philosophari. Idem 1. de Finib. 2, Nam quibusdam, & iis quidem non admodum indoctis totum hoc displicet philosophari. Ibidem, lib. 2. 162, Qui vnà secum philosophari sint.

Cum Græculis philosophari. Cic. Post red. in Senatu, 12.

Paucis philosophari, & Omnino, contraria. Cic. 2. de Orat. 85, Decreui philosophari potius, vt Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet.

PHILOSTRATVS, pen. corr. (φιλόστρατος,) Lemnius, temporibus Seueri principis, eiusq; vxoris Iuliæ epistolarũ magister, vt ipse planè monstrat in vita Apollonii Tyanei: scripsit vitas sophistarum ad Seuerum, de vita Apollonii libros octo, præterea heroica. Philostratus, huius pater, Athenis docuit Neronis tempore: scripsit panegyricos plures, & declamationes oratoribus valde probatas, complurasq; alia quæ à Suida commemorantur. Philostratus tertius, superioris filius, docuit Athenis: scripsit Panathenaicum, Troiam, Paraphrasim Homerici clypei, Iconasque huic multi referunt. Suidas.

Philotheoros, pen. prod. (φιλόθεος,) Speculationi deditus. Cic. Trebatio, lib 7. 16. 1, Deinde quòd in Britannia non nimis philotheoros te præbuisti, planè non reprehendo.

Philtra, philtrorum, (φίλτρα,) Latinè amatoria, Genus venenorum, amorem & vt plurimum insaniã ingerentis. φίλτρον enim, apud nos amatorium dicitur. Ouid. 1. de Arte, 21,

Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis, spemque furoris habent. Iuuenal. Saty. 6. 60,
Hic magicos affert cantus, hic Thessala vendit
Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti.

Philyra, philyræ, pen. corr. (φίλυρα,) Arbor quam Latini tiliam vocant, vt quibusdam placet. Quamuis alii dicant esse membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ. Ex hac arbore fiebant coronæ quæ in magno honore apud antiquos fuerunt. Horat. lib. 1. Carm. ode 38, 1. Displicent nexæ philyra coronæ. Plinius de tilia li. 16. cap. 14. Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorumque honore. Idem lib. 14. ca. 1. 13. Philyra coci & polline nimium salem cibis eximunt. Ouid. 5. Fast. 68. Ebrius incinctis philyra conuiua capillis.

In philyris siue philuris arborum antiqui scribebant. Martianus lib. de nuptiis Philologiæ, Libri in philyræ cortice subnotati. Plin. lib. 13. ca. 11. 7. Præparantur ex eo chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quàm latissimas philuræ. Idem lib. 11. cap. 3. 1. Celare eos primus instituit P. Claudius pulcher, bracteatque etiam philyræ dedit.

PHILYSTHENIS, pen. corr. (φιλόσθενης,) filius Thyestæ, quem Atreus, vnà cum Tantalo fratre interfectum Thyestæ patri epulandum apposuit. Vide Senecam in Thyeste. qui quodam loco Philisthenem est appellat, per echthlipsin.

PHINEVS, (φινεύς,) Rex Arcadiæ, qui quum filiis suis, vxoris secundæ impulsu oculos eruisset, ira diuina ipse etiam cæcus est factus, & Harpyiæ aues rapacissimæ cibos eius aut rapuerunt, aut fœdauerunt. Sed postea Zetus & Calais à Phineo humaniter tractati eas fugauerunt. Vide in dictione STROPHADES. Propert. lib. 3. eleg. 5. 9. Aut Alcmæoniæ furiæ, aut ieiunia Phinei.

Aues Phinei. Seneca Thyeste, 2. 7.

De Phineo cæco. Vide. Valerium lib. 4. Argonaut. 85. quo loco Phineum ipsum & genus, & fortunam suam enarrantem inducit.

Phineus, Adiectiuum, (φινήϊος,) vt Guttura Phineia. Ouid. 6. Fast. 27. Virgil. 3. Aeneid. 43.

– Phineia postquam Clausa domus.

¶ Phineus alius. Cephei frater, qui quum promissam sibi Andromedam filiam fratris, à Perseo, cui ex pacto postea nupserat repeteret, ab eodẽ Perseo in marmor mutatus fuit vila facie Medusæ. Vide Ouidium li. 5. Metamor. Fuit & alius Phineus Atheniensis in auem mutatus. vt idem refert Ouid. lib. 7. Metam. 60. quem iustissimum vocat.

PHISON, (φισών,) teste Iosepho lib. 1. cap. 2. Vna est è partibus illius magni fluminis, in omnẽ terram vndique profluentis, à quo paradisus rigatur: hic, vt idem testatur, eductus in Italiam, pelago latè diffunditur: Getha nuncupatur à Græcis. Aliqui inter pretantur Gangen, alii Nilum.

PHLANATES, penult. product. Plinio libro 3. cap. 11. Populi in Illyria, à quibus nomen sinui est inditum, quem modò nautæ Quernarium appellant, alii Carnarium, propter naufragia procelloso fermè semper transitu. In recessu eius, Senia vrbs est, cuius à tergo specus sunt, vnde vehementes nulla ferè non hora venti perflant: eaque res infamem sinum eum reddit. Per hæc fortè loca id genus tempestatis est, de qua Plinius libro 2. cap. 45. In Dalmatiæ (inquit) ora specus vasto in præceps hiatu, in quem deiecto leui pondere, quanuis tranquillo die, turbini similis emicat procella. Dicti autem Phlanates ab oppido Phlano, vnde sinus omnis hic Phlanoticus vocatur, qui à Pola colonia laderam vsque diffunditur.

Phlebs, (φλέψ,) Græcis dicitur vena, quòd sanguine feruea t.

Phlebotomia, huius phlebotomiæ, penultim. corre. (φλεβοτομία,) Venarum sectio.

Phlebotomon, pen. corr. (φλεβότομον,) Scalpellum quo vena secatur.

PHLEGETHON, pen. corr. huius Phlegetontis, (φλεγέων,) fluuius infernalis flãmis æstuantibus rapidus, à φλέγω, ardeo. Virg. 6. Aene. 111.

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartarcus Phlegethon, torquetque sonantia saxa. Ibidem, 6. 53. Et

Chaos & Phlegethon, loca nocte silentia latè.

Phlegethonteus, pen. produ. Adiectiuum, (φλεγεθόντειος,) vt Ripa Phlegethontea. Claud. 1. de rapta. Proserp. 18. Et Phlegethonteæ requierunt murmura ripæ.

Phlegethontis, Phlegethontidis, pen. corr. (φλεγεθοντίς,) Patronymicum fœmin. Ouid. 5. Metam. 109.

– sparsumque caput Phlegethontide lympha.

PHLEGIAE, & PHLEGIAS, Vide PHLEGYAE, & PHLEGYAS.

Phlegma, huius phlegmatis, pen. corr. n. g. (φλέγμα,) Latinè pituita dicitur.

Phlegmaticus, pe. cor. (φλεγματικός,) Qui phlegmate abõdat plurãtatis.

Phlegmone, phlegmones, pen. corr. (φλεγμονή,) Latinè inflammatio dicitur, siue collectio, quoties sanguis vitiis & mediocriter crassis, fertur subitus in aliquam corporis partem. Proprie autem quælibet incensio cũ tumore & vlcere, hoc nomine appellatur, vt ait Galenus de morborum differentiis. Celsus lib. 1. in Præfat. Et inflammationem quam Græci phlegmonen nominant, excitat: eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est, &c.

PHLEGRA, Phlegræ, vel Phlegre, Phlegres, (φλέγρα,) Vrbs est Macedoniæ, vt scribit Plinius lib. 4. ca. 10. in descriptione Macedoniæ, Propert. lib. 1. eleg. 19. 7, Hic erat Arganti Phlegræ sub vertice montis.

Tumidæ Phlegræ prælia. Stat. 10. Thebaid. 131.

Sparsa impio cruore Phlegra. Senec, Herc. furente, 6. 22.

Phlegræus, (φλεγραῖος,) campus quibusdam in Thessalia, aliis in Macedoniã: Plinio verò lib. 3. cap. 5. & Straboni libro 5, in Campania, iuxta Cumas, in quo Gigantes ab Hercule superati feruntur: illicque sepulti quoties anhelant, terram quatiunt. Silius lib. 12, 29,

Tradunt Herculea prostratos mole Gigantes
Tellurem iniectam quatere, & spiramine anhelo
Torreri latè campos, quotiesque minatur
Rumpere compagem impositam, expallescere cælum. Id autẽ ideò fictum est, quoniam ea regio tota sulphure plurima scatet. Hinc fit, vt ventorum impulsu excitetur passim ignis: qui quum exitum è cauernis naturã expetat, dum luctatur assiduè, terram tandem quatit & cõmouet, exuritque frequenter. vnde & nomen fortitur. φλέγω, enim Græcè, exurere ardereque significat. De hoc sic Strabo lib. 5, Superioribus annis formatus erat & campus nomine Phlegræus, in quo res à Gigantibus gestas fabulæ diuulgant, nullam aliam ob cautãm (vt credi fas est) quàm quòd terra ipsa suapte virtute præliorum concitatrix esset. Theagenes verò & Eudoxus qui ad historicam fidem pugnam hanc conantur reducere, Palleneo (inquiunt) quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & superbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Hercule, fulmina de cælo missa sunt, donec ii fugere coacti sunt, sicqueingenti victoria superati. Ex hac re rumor in vulgus ortus, vt Gigantes moueruntbellum diis.

Phlegræus item, Bocatio, vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius.

Ouidius 10. Metamor. 31, – Iouis est mihi fæpe potestas
Dicta: prius cecini plectro grauiore Gigantes,
Sparsaque Phlegræis victricia fulgura campis.

Campus Phlegræus. Propert. lib. 3. eleg. 11. 8,

Silent Phlegræo melius tua funera campo.

Castra Phlegræa. Statius 1. Achill. 97, Sic quum palantes Phlegræa in castra coirent Cælicolæ.

Iuga Phlegræa. Propert. lib. 3. eleg. 9. 10.

Prælia Phlegræa. Stat. 5. Sylu, 3. 40.

Tumultus Phlegræi. Propert. lib. 2. eleg. 1. 8.

Vertex Phlegræus. Silius lib. 8. 31.

PHLEGYAS, pen. corr. (φλέγυας,) Martis filius, rex Lapitharum Ixionis pater, habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiauit, vnde suscepit Aesculapium, quod pater dolens, incẽdit Apollinis templum, proinde eius sagittis est ad inferos trusus. Statius 1. Theb. 142,

– Phlegyam subter caua saxa iacentem
Æterno premit accubitu. Seruius.

PHLEGYAE, (φλέγυαι,) Populi sunt insulani Thessaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati. hi quum sacrilegi essent, deosque & homines spernerent, ab irato Neptuno immisso, diluuio submersi sunt: quorum apud inferos meminit Virgilius 6. Aeneid. 124,

– Phlegyasque miserrimus omnes Admonet, &c. Seruius.

PHLIAS, (φλίας,) vnus ex illis qui in naui Argo fuerunt, filius Bacchi, vt Valerius habet 1. Argon. 84.

Et quem fama genus non est mentita Lyæi,
Phlias immissus patrios de vertice crines.

PHLIVS, Phliuntis, (φλιοῦς,) Est vrbs in medio Sicyoniæ, Argiuæque & Cleonum, vbi religiosissimè colebatur Hebe. Castellum Phlium nominat Plinius lib. 4. cap. 5. Huius meminit Cicero 5. Tuscul. 12.

Phliasii, Phliasiorum, (φλιάσιοι,) Habitatores Phliuntis. Cicero 5. Tusc. 12. In primis Phliuntem ferunt venisse, eumque cum Leonte principe Phliasiorum doctè & copiosè disseruisse quædam.

Phliasius, Adiectiuum, (φλιάσιος,) Cic. 5. Philip. 15, Qui quum post hũc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornauit eam Græciam quã Magna dicta est. De Pythagora.

Phlox, phlogos, f. gen. (φλόξ,) Latinè flamma dicitur.

Phlox, genus floris, Plin. libro 21. cap. 10. 4. Colore tantummodo placet Iouis flos, odor abest, sicut & illi qui Græcè phlox vocatur.

PHOBETOR, pen. prod. huius Phobetoris, pen. corr. (φοβέτωρ,) filius Somni, apud Ouidium 11. Metam. 128, – at alter
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens:
Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus Nominat.
Dictus est Phobetor, à Græco φοβέω, quod est perterrefacere, Icelos autem, quia omnium animantium formam inducere possit: est enim ἰκελὸς similis.

Phoca, huius phocæ, Bos marinus, à sono mugitus. Virg. 4. Georg. 79. – & turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio rectus & pilis, parit in terra pecudum more: eamque modo coit. In somno mugit, à quo præcipuè vituli nomen accepit. Plin. lib. 9. cap. 7. 4, Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

vituli marini quos vocant phocas, spirant & dormiunt in terra.
Deformes phocæ. Ouid. 1. Metam. 51.
Magnæ phocæ. Ouid. epist. 10. 18.

PHOCAEA, (φώκαια,) Vrbs minor is Phrygiæ, Atheniensium (vt inquit Ptolemæus) colonia. Vnde profecti sunt, qui Massiliam apud Gallos, non procul à Rhodano, condidere. Dicta Phocæa, quòd vituli marini magno numero comparuissent vrbem cõdentibus. Et est in Caria Phocæa monti Mycalæ apposita. Ab hac Phocæenses, vt à Græcorum Phocide Phocenses. Ab vtraque

Phocaicus, pen. corr. Adiectiuum, (φωκαϊκός,) Vnde Muricem Phocaicũ Ouid. 6. Metam. 2. potuit, à Phocæa, non procul à Sardibus.
Manus Phocaicæ. Lucanus lib. 3. 35. Phocaicas Amphissa manus, scopulosaque Cyrrha.

Phocæus, Aliud adiectiuũ, (φωκαῖος,) vt Rura Phocæa. Ouid. 5. Meta. 56.
Daulia Threicio, Phocæaque milite rura.

Phocais, penult. correpta, huius Phocaidis, Patronymicum f. g. (φωκαΐς,) vt Iuuentus Phocais. Lucan. libro 3. 61. Phocais in dubiis ausa est seruare iuuentus.

PHOCENSES, Vide PHOCIS.

PHOCION, (φωκίων,) Vir Atheniensis, qui etsi sæpe exercitibus præfuit, summosque magistratus gessit: tamen multo notior fuit eius integritas vitæ, quàm rei militaris labor. fuit perpetuò pauper, quum propter delatos honores ditissimus esse potuisset: repudiauitque munera magnæ pecuniæ, quæ illi à rege Philippo dabantur. ad quæ recipiendã, quum legati regis hortarentur, simulque admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam tueri paternam gloriam. Quibus ille, Si mei similes erunt, nequaquam difficile erit: idem hic agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit. Sin dissimiles sunt futuri, nolo impensis meis illorum ali augerique luxuriam. De hoc vide Plutarchum in Phocione.

PHOCIS, huius Phocidis, penult. correpta, (φωκίς,) teste Liuio libro 2. de bello Maced. parua regio est Græcorum, Apollinis oraculo insignis, in qua est ciuitas Delphi. Est item Phocis Pomponio, Ioniæ ciuitas: quam Strabo Phocæam vocat, à qua Phocæenses cum diphthongo, vt à Phocide Phocenses sine diphthongo. Hi teste Herodoto primi Græcorum longis nauibus vsi feruntur. Nauigiis autem vtebantur non rostratis, sed penticonteris, hoc est lembis quinquagenũm remorum. Dicta autem Phocæa, teste eodem, quòd vituli marini magno numero comparuissent vrbem condentibus. Lucan. lib. 5. 11. Massiliæque fuæ donatur libera Phocis.

Phocis Curiana. Cicero Atti. lib. 2. 32. 3. Iacet enim ille sic vt Phocis Curiana stare videatur.
Sonoræ Phocidos arma. Stat. 11. Thebaid. 46.
Arx trifida Phocidos. Stat. 1. Thebaid. 13.
Exultæ Phocidos arces Lucanus lib. 3. 68.

Phocenses, (φωκαεῖς,) Qui Phocidem incolunt.

Phocides, & Phocæi dicti sunt, qui Massiliam cõdiderunt. Hos Varro scribit trilingues fuisse, quòd Græcè & Latinè & Gallicè loquerentur.
Ciuitas execrata Phocæorum. Horat. Epod. 16. 4.

PHOEBAS, Phœbadis, penult. correp. (φοιβάς,) Fatiloqua, quòd Phœbæi numinis concepto afflatu fuerent & agitarentur, in bacchantis imaginem. Sidonius,
Nec sic intortum violatæ Phœbados vltrix
In Danaos fulmen iecit. Lucanus lib. 5. 76.
Limine terrifico metuens consistere Phœbas. Et paulo pòst, 34.
– non vnquam plenior artus
Phœbados irrupit Pæan.

PHOEBE, huius Phœbes, (φοίβη,) dicitur Luna. Et venit ab eo quod est Phœbus. Virgil. 1. Georg. 87.
– vento semper rubet aurea Phœbe. Ouid. 2. Metam. 145. Et lib. 1. 3.
Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe.

Iaculatrix Phœbe. Ouid. epist. 19. 45. Hoc est Diana.
Innupta Phœbe. Ouid. 1. Metam. 96.
Nemoralis Phœbe. Statius 1. Sylu. 3. 16.

PHOEBVS. (φοῖβος,) Apollo, Iouis & Latonæ filius, eodem partu cum Diana genitus, quæ & ipsa Phœbe vocitata est. Diuinationis & sapientiæ deus à poetis existimatus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quasi φοιβάδος, à φως & βίος id est lux vitæ. A poetis enim pro Sole etiã accipitur. Vide APOLLO.

Phœbus Apollo. Virgil. 3. Aeneid. 51.
Chorus Phœbi. Virgil. ecloga 6. 14.
Cortina Phœbi. Virgil. 6. Aeneid. 70. Vide CORTINA.
Fax Phœbi tristis nuntia belli. Cic. 1. de Diuinat. 33. Ex poeta.
Interpres Phœbi. Virgil. 3. Aeneid. 95.
Repertor medicæ opis Phœbus. Ouid. 1. de Remed. amor, 16.
Sacerdos Phœbi. Virgil. 6. Aeneid. 126. De Sibylla.
Soror Phœbi, Diana. Virgil. 1. Aeneid. 67.
Ardens Phœbus. Valerius 8. Argonaut. 24.
Augur Phœbus. Horatius in Carm. secul. 13.
Candentis Phœbi niueum limen. Virgil. 8. Aeneid. 144.
Decorus Phœbus fulgente arcu. Horat. in Carm. secul. 13.
Fatidicus Phœbus. Claud. 2. in Eutropium, 10.
Fatidici penetralia Phœbi. Lucanus lib. 5. 15.
Inclytus Phœbus. Statius 6. Thebaid. 60.
Laurifer Phœbus. Ouidius 3. de Arte, 78.
Metuendus Phœbus certa sagitta. Horat. 1. Carm. ode 12. 5.
Occiduus Phœbus. Ouidius 14. Metam. 83.
Radiantis Phœbi ictus. Lucanus lib. 7. 43.
Rediens fugat astra Phœbus. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.
Serenatus Phœbus Silius lib. 5. 36.
Vterque Phœbus. Ouid. 1. Metam. 68. Littera voce replet sub vtroque latentia Phœbo. Id est Oriente & Occidente.
Plena Phœbo Phœmonoe. Lucanus lib. 5. 38.
Digna Phœbo loqui. Virgil. 6. Aeneid. 133.

Phœbeus, pen. prod. Adiectiuũ, (φοιβεῖος,) vt Arte Phœbea pellere morbos. Ouid. 3. Fast. 166. Hoc est arte medica.
Chelis Phœbea. Ouidius ad Pisonem, 55.
Flammæ Phœbeæ. Seneca Thyeste, 1. 10.
Ignes Phœbei. Ouidius 5. Metam. 78.
Lampas Phœbea. Virgilius 4. Aeneid. 2.
Laurus Phœbea. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 11.
Sortes Phœbeæ. Ouidius 3. Metam. 26.

Phœbeius, Aliud adiectiuum, (φοιβήϊος,) Ouid. 15. Metam. 129. Iuuenis Phœbeius. Id est Aesculapius.

PHOENICIA, vel Phœnice, pen. prod. (φοινίκη,) Asiæ regio: sic dicta à Phœnice, Neptuni & Libyes filio, vt Stephanus author est: ad quod accedit Silius lib. 1. 18. quum inquit,
Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix. Est autem Iudææ contermina. In ea sunt Tyros & Sidon vrbes: Carmelus & Libanus montes, in quo thura leguntur. Huius meminit Cic. 11. Phili. 315. Huius regionis incolæ, Phœnices dicuntur, quos Strabo lib. 16. arithmetica & astronomia insignes ferebat. Rufus ex Dionysio,
Phœnicum regio est hinc rubro gurgite quondam
Mutauere domum, primique per æquora vecti
Lustrauere salum, primi docuere carinis
Ferre canis orbis commercia fidera primi
Seruauere poli, &c. Lucanus item lib. 3. 45.
Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris. Hoc est, fuerunt primi literarum inuentores. Plin. lib. 5. cap. 12. 2. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis & siderum, nauiliumque ac bellicarũ artium. Ob Syrorum & Phœnicum nimis solertem vafritiem, adagio locus factus est, Aduersum Phœnicas Syri. quo vti sunt veteres, quoties versutus versuto imponere velle videbatur.

Phœnissus, Adiectiuum (φοινίσσος,) vt Agmina Phœnissa. Silius lib. 17. 30.
Classis Phœnissa. Silius lib. 7. 83.
Cohors Phœnissa. Stat. 9. Thebai. 106.
Dido Phœnissa. Virg. 6. Aeneid. 90.
Tyros Phœnissa. Ouid. 15. Metam. 58.

Phœniceus, Adiectiuum, (φοινίκεος,) Quod est purpureo coloris, à purpura, quæ prima cõmendatione in Tyro tingebatur apud Phœnices, quos mutatis syllabis Pœnos appellamus. Plin. lib. 21. ca. 5. 1. Aut enim phœniceum florem habet, quæ & copiosissima est, aut purpureum, aut lacteum. Idem lib. 25. cap. 13. 1. Et lib. 10. cap. 49. 2. Equidem & Tiraganadem, ferruginei coloris, tantum capite phœniceo.
Chlamys phœnicea. Ouid. 14. Metam. 69. Phœniceam fulso chlamydem compressus ab auro.
Color phœniceus. Lucret. libro 2. 166. Purpura, phœniceusque color clarissimus omnis.
Vestes phœniceæ. Ouid. 12. Metamorph. 21. Phœniceas vestes, telaque vulnera sentit.

Phoenicopterus, phœnicopteri, penu. corr. m. g. (φοινικόπτερος,) Auis rubentes pennas habens, Græci vocant φοινίκιον rubrum: & πτερὸν alam. Iuuenal. Saty. 11. 14. Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens. Plin. lib. 10. cap. 48. Numidicæ in parte Africæ Numidia, omnesque iam in Italia phœnicopteri linguam præcipui saporis esse.

PHOENIX, huius Phœnicis, pen. prod. (φοίνιξ,) vt nonnulli asserunt, filius fuit Agenoris regis, & frater Cadmi: vel, vt alii etiam ferũt, Agenoris pater, à quo regio in qua habitabat, Phœnicia dicta. Fuit & Phœnix, Amyntoris filius, teste Homero 8. Iliados. Ouid. 8. Metam. 62. Hippothusque, Dryasque, & cretus Amyntore Phœnix.
Reuerendus Achilli Phœnix. Stat. 3. Sylu. 2. 20.
Phœnix se à Peleo patre Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, vt illum efficeret oratorem verborum actoremque rerum. Cicero 3. de Oratore, 32.
Phœnix Homericus. Quinti. lib. 2. cap. 5. 9. Sit ergo tam eloquentia, quàm moribus

moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat.

Phoenix, phœnicis, dubii gen. (φοῖνιξ,) Auis in India, de qua sic Plinius lib. 10. cap. 2. 1. Aethiopes atque Indi, discolores maximè & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobile Arabia phœniceum: haud scio an fabulosè, vnum in toto orbe nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumeo apice honestante. Primus atque diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui viderit vescentem: sacrum in Arabia Soli esse, viuere annis DCLX. senescentem casia thuriscque furculis construere nidum, replere odoribus, & superemori. Ex ossibus deinde & medullis eius nasci primò ceu vermiculum, inde fieri pullum. principioque iusta funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis vrbem, & in ara ibi deponere. Ouid. 15. Metam. 79. Vna est quæ reparet, seque ipsa reseminet ales:
Assyrii phœnica vocant. Vide illic plura.
Viuax phœnix. Stat. 3. Sylu. 1. 23. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 11. Et viuax phœnix vnica semper auis.

PHOLOE, (φολόη,) Mons est Arcadiæ, vt scribit Pomponius. Luca. lib. 7. Scilicet ipse petet Pholoen, &c.
Vertex Pholoes. Stat. 10. Thebaid. 44.

PHOLVS, (φόλος,) Vnus fuit ex Centauris Ixionis ex Nube filius. Hic teste Seruio in 8. Aeneid. Herculem suscepit hospitio, quum ad expugnandos Centauros pergeret, dicente Lucano, Hospes & Alcidæ magni, Pholei: &c. Tandem in nuptiis Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit, dicente Virgilio lib. 2. Georg.
– letho domuit Rhœtumque Pholumque.

Phonascus, phonasci, (φωνασκός,) Vocis, pronũtiationisque magister & moderator. Dictio Græca. Quintilia. lib. 11.
Sed cura non eadem oratoribus quæ phonascis. Sueton. de Augusto, cap. 84. Pronuntiabat dulci & proprio quodam oris sono, dabatque assiduè phonasco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat. Facto nomine à verbo φωνέω quod significat loquor. Idem Sueton. in Nerone, cap. 25.

PHORBAS, huius Phorbantis, (φόρβας,) teste Seruio, pater Ilionei Troiani, Aeneæ in fuga comitis: Mercurio deo eloquentiæ fauente semper pugnauit. Vnde Virgilius 5. Aeneid. 169.
– puppique deus consedit in alta
Phorbanti similis, fuditque has ore querelas.

PHORCVS, (φόρκυς,) apud Græcos dicitur Phorcys: filius fuit Thesea Nymphæ & Neptuni, vt Seruius est author.
Chorus Phorci. Virgil. 5. Aeneid. 48.
Exercitus Phorci. Virgil. 5. Aeneid. 169.

PHORCYS, (φόρκυς,) Pater fuit Medusæ, vnde Phorcynis, nomine patronymico, ipsa dicitur. Ouid. 5. Metamorph. 46. Dixit: & in partem Phorcynida transtulit illam.

Phorcys, Phorcydos, (φόρκυς,) Aliud patronymicũ. Proper. li. 3. ele. 22. 2.
Sectaque Persea Phorcydos ora manu.

PHORMIO, philosophus, teste Cicerone 2. de Orato. 42. Peripateticus, quum Annibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exul: proque eo, quòd eius nomen erat magna apud omnes gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, vt eum si vellet, audiret: quumque is se non nolle dixisset: locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de Imperatoris officio, & de omni re militari: tum, quum cæteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Annibale quidnam ille ipse de illo philosopho iudicaret. Hic Pœnus, non optimè Græcè, sed tamen liberè respondisse fertur, Multos se deliros senes sæpe vidisse: sed qui magis quàm Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque me hercule iniurias quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quàm Annibal, qui tot annos de imperio cum Populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam denique minimam partem vllius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hactenus Cicero.

PHORONEVS, (φορωνεύς,) trium syllabarum, pen. prod. Primus Inachi fluuii filius: hic initio dispersos populos in vrbem coegit, appellauitque Phoronicon. Author Volaterranus. Alii dicunt Phoroneum Argiuorum regem, filium habuisse Inachum, qui à se fluuium Inachum denominarit: quem fluuium postea poetæ pro ipso filio Phoronei accipiunt.
Magnus Phoroneus. Statius 1. Thebaid. 51.

Phoronéus, penul. prod. Adiectiuum, (φορωνεῖος,) vt Matres Phoroneæ. Stat. 12. Theb. 93.
Antra Phoronea. Stat. 3. Sylu. 2. 20.
Ili Phoroneis quondam stabulata sub antris Nunc regina Phari.

A Phoroneo dicti sunt Achiui Phoronei.

Phoronides, penul. prod. (φορωνίδης,) Patronymicum masc. quo nomine vocatur Inachus fluuius apud Senecam Thyeste, 1. 23.

Phorónis, Phorónidos, (φορωνίς,) Patronymicum fœ. Ouid. 1. Meta. 134.
Nec superum rector mala tanta Phoronidos vltra
Ferre potest. Io puellam intelligit.

PHOSPHORVS, pen. corr. (φωσφόρος,) Veneris stella dicitur, quæ Latinè Lucifer, vt testatur Cicero 2. de Natu. deorum, 77. Martial. lib. 8. 22. Phosphore redde diem.

PHRAORTES, (φραόρτης,) Rex Indorum, ad quẽ Apollonius Tyaneus peruẽnit, quem quum de victu interrogaret, respondit, Tantum vini bibo, quantum Soli sacrifico: quæ autem venando acquiro, pascũtur aliunde: sic fuerit ipsa exercitatio. Cibus mihi olera & palmarũ fructus: multa mihi quoque ex arboribus nascentia, quas manus hæ plantauerunt. Author Philostratus in Vita Apollonii.

Phraortes, filius Herodis regis Persarum, occiso patre regnum occupauisse dicitur. Horat. 2. Carm. Ode 2. 4.
Redditum Cyri solio Phraorten
Dissidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus. Quidam tamen hoc loco Phraoten legunt, alii Phrahaten, vt nescias de quo loquatur Horatius. Idem 1. epist. 12. 6.
– ius, imperiumque Phraotes
Cæsaris accepit genibus minor.

Phrasis, huius phrasis, fœ. ge. (φράσις,) Eloquentiæ corpus, inquit Quintil lib. 10. cap. 1, & dicẽdi modus. Dicta ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod est fari & dilẽrere. Macer (inquit) & Lucretius legendi quidem, sed non vt phrasim, id est corpus eloquentiæ faciant.

Phratriae, de quibus meminit in Polyticis Aristoteles, sunt conuentus quidam hominum, aut etiam cõuenticula, quasi pagi, propria sibi sacra peculiariaque communiter habentium, ab eo dictæ phratriæ, quòd communi puteo vtantur, quod Græcè φρέαρ dicitur. Quo nomine primum quas confratrias hodie dicimus, id est communem quandam religionẽ, appellatas esse putant. nõ autẽ ab eo quòd fratres sint illi inter quos cultus ille sanctorum quorundam intercedit. φρατρία, scilicet conuenticulum, secta, sodalitas, tribus, contubernũ.

Phratores Græcè dicuntur, qui eiusdem sunt phratriæ: vt tribules, qui eiusdem sunt tribus.

Phrenes, (φρένες,) dicuntur à Græcis præcordia, quæ exta nuncupant. Galenus lib. 4. de interioribus, docet diaphragma dici phrenas: eo quòd propter apostema diaphragmatis, gignatur phrenitis. Aristoteles præcordia dici autumat phrenas, à mente & prudentia, quæ Græcè dicitur φρήν. Subtilitas enim mentis, vt ait Plinius, præcordiis accepta fertur.

Phrenítis, pen. prod. huius phrenitidis, (φρενῖτις,) Morbus lædens mentẽ, & ad insaniam, furorémque deducens. Morbus acutus in febre superueniens, quum ægrotantes desipiunt, & aliena loquuntur. Quidam volunt phrenetitidem appellari.

Phrenétis, huius phrenétis, pe. prod. f. g. (φρένητις,) Idem. Iuuen. saty. 14. 14, Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis. Mart. lib. 4. 36. Declamas in febre, Mathon: hanc esse phrenesim
Si nescis, non es sanus amice Mathon. Plin. lib. 14. cap. 9. 7.

Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phrenesi.

Phrenéticus, pen. corr. (φρενητικός,) Qui phrenesi laborat. Mart. lib. 11. 29, Inuasit medicus sica phrenetieus Eucli. Plin. lib. 20. ca. 2. 2, Sed & phreneticis in lacte mulieris. Cic. 1. de Diuin. 139, Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis.

Phronẽsis, huius phronẽsis, penult. prod f. g. (φρόνησις,) Prudentia. Cic. 1. Offic. 214, Princepsque omnium virtutum est illa sapientia, quam sophiam Græci vocant. Prudentiam enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarũmque scientia.

PHRYGIA, (φρυγία,) regio minoris Asiæ, à Phryge amne, qui eam à Caria diuidit. Vel à Phrygia Cecropis filia, vbi Dardania, à Dardano Iouis filio: Inde à Troe, Erichthonii Dardani filio, Troiam qua Ilion. Vel à Phrygio oppido Macedoniæ, siue Brygio: vnde colonos profectos aiunt in Phrygiam. Duæ tamen feruntur Phrygiæ, maior scilicet & minor, quæ Epictetus dicta fuit. Phryges Christianam fidem tenuerunt diu, sed emersit apud eos Montanus quidam, qui se paracletũ nominauit, gentémque illam infecit. Cum quo mulieres, Prisca & Maximilla, relictis viris suis, incedebant: & illius inspiratione prophetissæ dicebantur: multisque erroribus, & Phrygiam, & vicinas regiones impleuerunt. Phrygia ab Aquilonis parte est Galatiæ collimitata, à Meridie Lycaoniæ, Pisidiæ Mygdoniæque contermina. In ea est Ida mõs, & Tmolus, & Pactolus fluuius. Meminit Cicero in Orat. 15.
De Phrygia & Phrygibus scribit Plinius lib. 5. cap. 32.
Pinguis Phrygia. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.

Phryx, Phrygis, (φρύξ,) Qui ex Phrygia est. Dicitur & Phrygius.
Euersi Phryges, Seneca Troad. 6. 15.
Ruricolæ Phryges. Ouid. 11. Metam. 19.
Serò sapiunt Phryges, Hoc prouerbium ex vetustissima tragœdia Liuii Andronici mutuo sumptum est, quæ inscribitur Equus Troianus. Serò

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapiunt Phryges. Vsurpatur à Cicerone ad Trebatium, libro 6.7.16.1. In equo, inquit, Troiano scis esse in extremo, serò sapiunt. Conuenit in eos, quos stulti factorum serò pœnitet. Siquidem Troiani tot iam acceptis cladibus, vix decimo demum anno de restituenda Helena consultare cœperunt: quam si statim initio reposcenti Menelao reddidissent, innumerabilibus sese calamitatibus subduxissent. Erasmus.

Phryx plagis emendatur, In barbaros seruiliúque ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitis, sed verberibus redduntur meliores: quum contra generosus animus, vt ait Seneca, rectius ducatur, quò trahatur. Cic. pro Flac. 5 1. in testes Asiaticos, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrú igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Ex Erasmo.

Phrygio, phrygiónis, m. ge. (φρυγίων,) Qui acu pingit, vel qui vestes acu intexit. Phryges enim primi inuenere talem texturam. Plin. lib. 8. cap. 48. 5. Pictas vestes iam apud Homerum fuisse, vnde triumphales natæ. Acu facere, id Phryges inuenerũt: ideoque phrygiones appellati sunt. Plaut. Aulul. 19. 36. Srat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Phrygius, Adiectiuũ, (φρύγιος,) Qui ex Phrygia est. Ci. pro Rosc. Ame. 54.
Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio?
Aequor Phrygium. Virgil. 1. Aeneid. 77.
Arces Phrygiæ. Ouid. 13. Metam. 9.
Cantibus Phrigis incitari. Cic. 1. de Diuinat. 185.
Cateruæ Phrygiæ. Lucret. lib. 2. 124.
Clades Phrygia. Ouid. 13. Metam. 112.
Homo Phrygius. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 29.
Iudex Phrygius, Paris. Catull. in Epithal. 66. 4.
Lapis Phrygius, Marmor. Horat. 3. Carm. ode 1. 9.
Phrygius lapis gentis nomen habet: est autem gleba pumicosa. Plin. libro 36. cap. 19. 6.
Mater Phrygia, Cybele. Ouid. 2. Fast. 11.
Nemus Phrygium. Catul. de Berecynth. epigr. 58. 1.
Vrbes Phrygiæ. Virgil. 6. Aeneid. 157.

Phrygiánus, penulti product. (φρυγιανός,) Adiectiuum, vt Phrygianæ vestes: hoc est acu contextæ, & filis aureis decoræ. Plin. lib. 8. cap. 48. 6. Togas rasas, Phrygianasque, D. Augusti nouissimis temporibus cœpisse, scribit Fenestella.

PHRYNE, (φρύνη,) Nomen meretricis apud Athenas, de qua Quintilianus lib. 2. cap. 15. 6. Et Phrynen non Hyperidis actione quanquam admirabili, sed conspecta corporis, quod illa speciosissimũ alioqui diducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam.

Phryne, Puellæ nomen libertinæ, apud Horatium Epod. 14. 3.
– me libertina, neque vno
Contenta Phryne macerat.

PHRYNICVS, pen. corr. (φρύνιχος,) Atheniensis tragicus, Thespiadis discipulus, qui primus vultum fœmineum protulit in scenam, & tetrametrum reperit: filium habuit Polyphradmonem poetam, & ipsum tragicum: docuit tragœdias nouem.

PHRYXVS, (φρῦξος,) Athamantis regis Thebarũ filius, fraterque Helles, vt scribit Hesiodus: qui quum nouercales insidias ferre nõ possent, & consentiente patre aufugerent, in Asiamque traiicerent, vecti ariete cuius vellus erat aureum, Helle puellari more extertita, decidit in Pontum. Lucan. lib. 4. 11. – delapsæ portitor Helles. Phryxus autem incolumis euasit, Colchosque peruenit. De quo Iustinus lib. 42.
Aeolius Phryxus. Valer. 6. Argon. 109.
Aequoreus. Stat. 5. Theb. 95.
Graius. Valer. 1. Argon. 80.
Pius. Valer. 2. Argon. 121.
Profugus. Valer. 1. Argon. 106.

Phryxéus, penult. product. Adiectiuum, (φρυξεῖος,) vt Aries Phryxeus. Seneca Medea, 7. 9.
Mare Phryxeum. Seneca Herc. Oetæo, 7. 8.
Ouis Phryxea. Ouid. epist. 6. 21.
Vellera Phryxea. Ouid. 7. Metam. 2.

PHTHIA, (φθία,) Oppidum est Thessaliæ, Achillis patria, vt scribit Seruius in illud Virgilii 1. Aeneid. 58.
Quum domus Assaraci, Pthiam, clarasque Mycenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis. Cic. 1. de Diuin. 93.
Tertia te Pthiæ tempestas læta locabit. Ex Homero. Hinc

Pthius, (φθῖος,) gentile, vt Vir Pthius. Propert. lib. 2. eleg. 14. 8.
Achilles Pthius. Horat. 4. Carm. ode. 6. 1.

Pthiõta, pthiotæ, pen. prod. (φθιώτης,) Qui Pthiã habitat. Cic. 1. Tusc. 34. Primo libro loquentes multos facit, duobus Phereeratem quendam Pthiotam senem, quem ait à Deucalione ortum, &c.

Pthiothia, (φθιωτίς,) Straboni lib. 9. vna è quatuor partibus Thessaliæ.

Pthiõticus, pen. corr. Adiectiuum, (φθιωτικός,) Catu. Argon. epigr. 59. 7.
Deferitur Scyros, linquunt Pthiotica Tempe.

Phthiriasis, pe. cor. f. g. (φθειρίασις,) Latinis dicit morbus pedicularis, ἀπὸ τῶν φθειρῶν, quos & pedes & pediculos vocamus. Pli. li. 20. ca. 1. 5. Sic & contra phthiriasin bibitur, & hydropises.

PHTHIROPHAGI, pen. corr. (φθειροφάγοι,) Populi sunt iuxta Pontũ Euxinum, de quibus Strabo lib. 11.

Phthisis, huius phthisios, fœ. g. (φθίσις,) Tabes, morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita à capite distilante, ἀπὸ τοῦ φθίειν, quod est tabescere: vnde phthisici vocãtur. Sunt qui phthisin, phthonem quoque appellant: sed illud genus maximè quo sanguis reciditur. Quali morbo laborasse Theopompum, & ab Aesculapio curatũ tradunt. Colu. lib. 6. cap. 14. 1. Iuuenal. Saty. 13. 10. Et phthisis, & vomicæ putres, & dimidium crus.

Phthisis præterea, vt tradit Paulus Aeginera Medicinæ tertio, est pupillæ affectio angustioris factæ debilioris ique, ac etiam rugosioris: in qua paulo maiora sese ostentant obiecta. Differt autem ab atrophia: Siquidem arctat papillam phthisis: ast oculum totum atrophia: tum minorẽ præstat, tum humiliorem. Quòd si latior multo naturali habitu euadat pupilla, præpediatque omnino videndi actũ, aut parte plurima, vt minora etiam visantur obiecta, mydriasis appellatur morbi genus.

Phthongus, (φθόγγος,) sonus. Latinè dicitur: vnde Diphthõgus. Plin. de harmonia diapason, lib. 2. ca. 22. 2. In ea Saturnum dorio moueri, Mercurium phthongo, Iouem phrygio, & in reliquis similiũ iucunda magis quàm necessaria subtilitate.

Phthoria, sunt medicamenta quibus medici vtuntur abigendis infantibus in vtero enectis: quæ cebolia quoque dicuntur, id est eiectoria. Plinius de scammonite vino, lib. 14. ca. 16. 9. Hoc vinũ (inquit) phthorium vocãt, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu scriptis: licet in impressis ectromatium legatur verbum subdititium.

Phy, (φῦ,) interiectio mirantis, teste Donato. Terent. Adelph. 3. 3. 59.
Syre, præceptorum plenus istorũ ille.
3. Phy: domi habuit vnde disceret?

Phycos, (φῦκος,) Frutex. Plin. lib. 13. cap. 25. 1. Non habet lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex: folia lata colore viridi gignit, quod quidam prasion vocant, alii zostera. Alterum genus eiusde capillaceo folio, simile fœniculo, in saxis nascitur: Superius in vadis haud procul litore.

PHYCVS, Phycuntis, (φυκοῦς,) Cyrenarum promontoriũ, vt scribit Plinius lib. 4. cap. 12. Lucan. lib. 9. 8.
– tunc ausum classi præcludere portus,
Impulit, ac fœnas meritum Phycunta rapinas Spatsit.

Phygethlon, pen. corre. (φυγέθλον,) Tumor est (inquit Celsus) non altus, sed latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distensioque vehemens est, & maior quàm pro magnitudine tumoris, interdũ etiam febriculas: idque tardè maturescit, neque magnopere in pus conuertitur. Fit maximè aut in vertice, aut in alis, aut in inguinibus, Panem ad similitudinem figuræ nostri vocant. Hactenus Celsus. lib. 5. cap. 18.

Phylaca, phylacæ, pe. cor. (φυλακή,) Locus custodiæ, carcer. Plaut. Cap. 1 2. 93. Illic est abducũ recta in phylacã, vt dignus es.

Phylacista, phylacistæ, (φυλακιστής,) Custos carceris. Plaut. Aulul. 1 5. 45.
Trecenti constant phylacistæ in atriis.

Phylaceius, Adiectiuum (φυλακήϊος,) Ouid. 5. Trist. eleg. 15. 8. Vt viuat fama coniux Phylaceia, &c. Id est. Laodamia Protesilai vxor, qui ex patria erat Phylaca.

Phylacterium, (φυλακτήριον,) Græca vox, Latinis est conseruatoriũ, quòd in his seruatur memoria legis, à verbo φυλάττειν, Erasmus in Matthæum.

PHYLLIS, huius Phyllidis, pen. corr. (φυλλίς,) (inquit Seruius) regina Thracum fuit, & Lycurgi Thracũ regis filia. Hæc Demophoonte Thesei filium regem Atheniẽsũ redeuntem de Troiano bello dilexit, & in coniugũ suum rogauit. ille ait ante se ordinatorum rem suam, & sic ad eius nupcias reuertur ũ. Profectus itaque quum tardaret, Phyllis & amoris impatiẽtia, & doloris impulsu, q̃ se spretam esse credebat, laqueo vitam finiuit, & cõuersa est in arborẽ sui nominis, id est amygdalum sine foliis. Postea reuersus Demophoon, cognita re, eius amplexus est truncum, qui, velut sponsi sentiret aduentum, folia emisit. Vnde etiã phyllac

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis puerpera, supplicii causa carcere inclusa matre, quum impetrasset aditum, à lanifore semper excussa nequid inferret cibi, deprehensa est vberibus suis alens eam. Quo miraculo, matri salus donata filiæ pietate est, ambæque perpetuis alimentis. Cice. ad Lentulum, libro. 1. 9. 1.
Perluefidæ mihi fuerunt literæ tuæ, quibus intellexi te perspicere meã in te pietatem. Quid enim dicam beneuolentiam, quum illud ipsum sanctissimum & sanctissimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur? Virgil. 1. Aeneid. 31.
Tum pietate grauem, ac meritis, si forte virum quem
Conspexere, silent.
Iustitia erga parentes, pietas est. Cic. in Partit. 41.
Pietas, est voluntas grata in parentes. Cic. pro Plancio, 65.
Nimia pietas & summus amor in patriam. Cic. pro Flacco, 74.
¶ Pietas, Verus Dei cultus proprie intelligi solet. Cic. pro Domo sua, 82.
Nec est vlla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio: quum experti nihil ab iis, quod sit iniustum ac inhonestum, arbitrere &c. Virgil. 1. Aeneid. 3. de Aenea, Insignem pietate virum.
Pietas, sanctitas, religio pure & casse deo tribuendæ sunt. Cice. 1. de Natura deorum, 5.
Fundamentum virtutum omnium pietas est. Cic. pro Plancio, 23.
¶ Egregius pietate. Virgil. 6. Aeneid. 154.
Mira pietate egregius parens. Catul. ad Ianuam, epig. 62. 6.
Magnus pietate & armis. Virgil. 1. Aeneid. 110.
Potens pietate. Propert. lib. 3. eleg. 22. 5.
Nam quantum ferro, tantum pietate potentes Stamus.
¶ Abundans pietatis, Vide ABVNDO.
Honos pietatis. Virgil. 1. Aeneid. 53.
Imago pietatis. Virg. 6. Aeneid. 81. Si te nulla mouet tãtæ pietatis imago.
Solennia pietatis. Tacit. in vita Agricolæ, Igitur ad solennia pietatis profectus Agricola, nuntio, &c. Hoc est ad parentalia.
Notæ pietatis vir. Ouid. 14. Metam. 89.
Vmbra mendax pietatis. Ouid. 9. Metam. 93.
¶ Concors pietas. Ouid. ad Liuiam, 17.
Ficta pietas. Stat. 5. Sylu. 3. 49.
Hilaris pietas. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1, 2.
Di quoque vt à cunctis hilari pietate colantur,
Tristitiam poni per sua festa iubent.
Ignaua pietas. Statius 12. Thebaid. 77.
Mitis pietas. Ouidius 3. Trist. eleg. 4. 7.
Spectata pietas. Ouid. 4. Fast. 8.
Spreta pietas. Catul. Argonaut. epigr. 59. 77.
Trepida pietas. Seneca Medea, 7. 2.
Temeraria pietas. Statius 3. Sylu. 3. 39.
Velox pietas. Statius 3. Sylu. 1. 3.
¶ Adhibere pietatem, Vide ADHIBEO.
Canere pietatem, Vide CANEO.
Colere pietatem, Vide COLO.
Cole pietatem, quæ quum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. Cic. in Somnio Scipionis, 12.
Colitur pietate propinquitas. Cic. pro Quintio, 13.
Pietas & sanctitas deos placatos efficit. Cic. 2. Offic. 15.
Euertere pietatem. Lucret. lib. 3. 17.
Excidit pietas. Ouidius 1. Trist. eleg. 4. 3.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit, & in tepido deseret ossa rogo:
Quàm subeant animo meritorum obliuia nostro,
Et longa pietas excidat ista die.
Excirari pietate ad accusandum. Cic. pro Cluentio, 137.
Frangi pietate alicuius. Ouid. epist. 1. 17.
Ille tamen pietate mea precibusque pudicis Frangitur.
Victa iacet pietas. Ouid. 1. Metam. 31.
Læditur sæpe vultu pietas. Cic. pro Roscio Amer. 22. Etenim si id quod prælarè à sapientibus dicitur, Vultu sæpe læditur pietas: quod suppliciis satis acre reperietur in eum qui mortem obtulerit parẽti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura diuina atque humana cogebant?
Monet pietas erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine cõiunctos officium conseruare. Cic. 2. de Inuent. 170.
Præstanda pietas parentibus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 10.
Repletum pietate genus. Lucret. lib. 2. 234.
Officio omni ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Cicero Lentulo, lib. 1. 1. 1.
Victa pietas cupidine ventris. Ouid. 15. Metam. 35.
Victa metu pietas. Ouid. 13. Metam. 144.
Victa furore pietas. Horat. 3. Carm. ode 27. 8.
Pius, Adiectiuũ, (εὐσεβὴς, ὁσιος, θεοσεβὴς, ὁσιοθεὴς, θεοφιλὴς, μισοπόνηρος, εὐσυγκλὴς,)
Qui colit deum, qui deo fidens viuit secundum præcepta ipsius. Vnde Pietas ipse colus. Virg. 3. Georg. 103. Dii meliora piis. Cic. 3. de Finib. 111. Nec verò pietas aduersus deos, nec quanta his gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest.

Pius in parentes. Cice. 3. Offic. 121. Ipsi patriæ conducit, pios habere ciues in parentes.
Pii quidem sine scelere esse potuerunt. Cic. pro Rosc. Amer. 40.
Piorum & impiorum deos rationem habere, Vide IMPIVS.
Nemo pius est qui pietatem caret. Cic. 2. de Finib. 113.
¶ Pios, Misericors, benignus. Cicero, Non secus in me pius, quàm pater in filios. Terentius, Hecyra, 1. 2. 77. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
Pius & castus amor. Quintil. Et pios amores & castos.
¶ Animæ piæ. Horat. 1. Carm. ode 10. 4.
Aræ piæ. Seneca Hippol. 4. 29.
Causa pia coegit me. Ouid. 6. Metam. 100.
Dextra pia. Horat. 2. Serm. saty. 1. 11. Nil faciet sceleris pia dextera.
Dolor pius & iusta iracundia. Cic. pro Sestio, 1.
Duellum pium. Liu. 1. ab Vrbe, 143. Puro, pioque duello quærendas censeo, itaque consentio, conscisco que.
Fraus pia. Ouid. 9. Metam. 143. Intercepta pia mendacia fraude latebant.
Furtum pium. Seneca Agamem. 13. 3.
Gens pia. Horatius Epod. 16. 13.
Labor pius. Ouid. 2. Trist. 65.
Lachrymæ piæ. Ouid. 6. Metam. 107.
Lingua pia. Ouid. epist. 21. 14.
Manus pias scelerare. Virgil. 3. Aeneid. 9.
Mens pia. Ouid. 8. Metam. 155.
Militia pia. Ouid. 7. Metam. 97. Arma iuues oro pro nato sumpta, piæque
Pars sis militiæ.
Numina pia. Virg. 4. Aeneid. 77.
Officium pium. Ouid. 6. Metam. 50.
Ore pio reposcere aliquid. Virg. 6. Aeneid. 106.
Pax pia & æterna. Cic. pro Corn. Balbo, 28. Nihil est enim aliud in fœdere, nisi vt pia & æterna pax sit.
Populus pius. Lucret. lib. 6. 257.
Preces piæ. Liu. 4. bel. Maced. 12. Negastis hoc piis precibus eorum.
Rem piam præstare. Ouid. 5. Trist. eleg. 14. 3.
Sacra pia. Ouid. 2. Fast. 50.
Vota pia. Ouid. 1. Meta. 45.
– irridet primo pia vota Lycaon.
Fasto pius & sceleratus eodem. Ouid. 3. Metam. 1.
¶ Piissimus, penult. correp. Cicero 13. Philipp. 179. M. Antonium notans quòd verbum nouum protulisset, ita dicit, Tu porrò ne pios quidem, sed piissimos quæris: & quod verbum omnino nullum in Lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Curtius lib. 9. Vobis quidem ô fidissimi piissimique cinium atque amicorum, gratias ago habeoque.
Pie, (εὐσεβῶς, ὁσιοπρεπῶς,) Aduerbium aliquando Religiosè, & cum maxima in deum fiducia: aliquando Clementer. Plin. in Paneg. 125. Ciuitas religionibus dedita, semperque deorum indulgentiam pie merita. Terent. Adel. 3. 4. 13.
Ille tibi moriens nos commendauit senex:
Si deseris tu, perimus. H. caue dixeris:
Neque faciam, neque me satis pie posse arbitror.
Pie & humanè facere. Cic. ad Matium, lib. 11. 27. 16. Alia quæ defendam à te pie fieri & humanè.
Pie & amicè. Cic. 5. de Finib. 112. An obliuiscimur quantopere in audiendo, legendoque mouearmur, quum pie, quum amicè, quum magno animo aliquid factum cognoscimus?
Iustè & pie accusare. Cicero pro Cluentio, 32. Sed quum esset hæc illi proposita conditio, vt aut iustè, pieque accusaret, aut acerbè, indignè que moreretur.

Piger, pigra, pigrum, (ὀκνός, νωθρός, ἐκλυτικός, ἀργός, ἀκαιρός, ὀκνοδόκος,) Tardus.

Pigros, sine adiecto, vocat tardos pedes Seneca de Benefic. 2. quales sunt hominis delicati, Nisi, inquit, in os Senatoris ingessisset imperator pigros suos. Iusserat enim osculari pedem suum.
Mane piger surgis. Persius Saty. 5. 14.
Piger scribendi ferre laborem. Horat. 1. Serm. saty. 4. 3.
Piger ad Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 3. Hunc laborem alteri delegauis: non quin mihi suauissimum sit & occupato, & ad literas scribendas, vt tu nosti, pigerrimo, tuæ memoriæ dare operam.
Ad pœnas piger, ad præmia velox. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 11.
Piger ad nandum. Ouid. epist. 17. 43.
Piger in. Cic. Trebatio, lib. 8. 17. 2. Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare.
Piger frigore. Ouid. 2. Metam. 17.
Militiæ piger. Horat. 2. epist. 1. 26.
¶ Annus piger. Horat. 1. epist. 1. 5. –vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.
Bellum pigrum, Longum. Ouid. 2. Fast. 140.
Bos piger. Horat. 1. epist. 14. 9.

Campi pigri. Horat. 1. Carm. ode 22. 4.
Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æstiua recreatur aura.
Familia pigra. Plautus Mostel. 3. 16.
Frigus pigrum dicitur, quia pigros efficit. Author ad Herenn. lib. 4. 198.
Frigora pigra hybernæ noctis. Propert. lib. 1. eleg. 2. 7.
Gratia pigra. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 5.
Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus,
Nec mihi magnificas arca negauit opes.
Hyems pigra. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 19.
Humor piger, Lentus, maximè fluidus. Colum. lib. 2. cap. 2. 12. Nullũ enim temerè videmus locum, qui modò pigrum teneat humorem, &c. Idem lib. 7. cap. 8. 3. Quam ob causam rustici nec patiuntur quidem sua spõte pigro humore defluere. De caseo.
Piger lapsus. Colum. lib. 1. cap. 5. 2. Deterrima palustris pigro lapsu repit. De aqua.
Manus pigra. Ouidius epist. 20. 32.
Moles pigra, Claudian. 3. Paneg. 71.
Obliuia pigra. Statius 10. Thebaid. 18.
Palus pigra. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 13.
Quies pigra. Martial. lib. 12. 59. Sub quo pigra quies, nec labor vllus erat.
De Saturno. Stat. 1. Sylu. 6. 19.
Senectus pigra. Ouid. 10. Metam. 80.
Situs piger. Ouid. 7. Amor. eleg. 3. 3. Indigna est pigro forma perire situ.
Somno pigro torpere. Stat. 3. Sylu. 2. 15.
Vitia pigra. Claud. 2. in Eutropium, 42.
Vita pigra. Statius 1. Sylu. 4. 12.
Vultus piger. Martial. lib. 2. 11. Lugubre quiddã quod tacet piger vultus.
¶ Pigrior. Horat. 1. Serm. saty. 7. 4.
Aut si disparibus bellum incidat, vt Diomedi
Cum Lycio Glauco, discedet pigrior vltro Muneribus missis.
Arat pigerrimus. Silius lib. 15. 99.
Pigrè, Aduerbium, (ὀκνηρῶς,) Plin. lib. 10. cap. 34. 2. Pigrius intrante fœmina ad pullos.

Pigritia, pigritiæ, (ὀκνία, ἀκηδία, ἀργία,) Ignauia, lentitudo. Cicero 4. Tuscul. 29. Quæ autem subiecta sunt sub metu, ea sic definiunt, Pigritiam metum consequentis laboris. Liuius 1. ab Vrbe, 136. Vnde quum pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur à bellicoso rege.

Pigritia & ignauia. Cice. 1. Offic. 142. Efficiendum autem est vt appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant.
Negligentia, pigritia, Inertia, aut suis studiis quibusdam, occupationibusve sic impediantur, vt eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Cic. 1. Offic. 41.
Facere me pigritia noli putare, quòd non mea manu scribam. Cice. Attico, lib. 16. 339. 1.
Incutere pigritiam, Vide INCVTIO.
Pigrities, pigritici, fœ. g. Idem. (νωθρότης,)
Pigror, pigraris, (ὀκνέω,) pigrari, vt grauari. Cice. ad Atticũ, lib. 14. 299. 1.
Tu quæso quicquid noui (multa autem expecto) scribere ne pigrere. Id est ne moreris. Lucr. li. 1. 83. Quod si pigraris, paulúve recesseris ab re.
Pigrescо, pigrescis, (ἀποκνέω,) pigrescere, Pigrum fieri & lentum, Plinius libro 18. cap. 18. 2. Mox pigrescit, in Virginem transgresso. Sub. Sole. De Nilo.
Pigro, pigras, (βραδύνω,) pigrare, Antiquũ, Detinere ac tardare. Accius Chryn. Melius pigrasse, quàm properasse est nefas, Nonius.

Pigeo, piges, pigui, (ἀχθέω,) pigere, Dolere, seu molestum esse. Frequẽtius tamẽ impersonaliter in tertiis plonis. Plaut. Menæch. 24. 7.
Adolescens quæso loquere tuum mihi nomẽ, nisi piges. Idem Pseud. 5. 48. Nimio id quod pudet, facilius ferturquàm illud quod piget. Terent. Phorm. 3. 3. 21. –quare obsecro,
Ne quid plus, minúsve faxit quod nos postea pigeat. Idem in Prolo. Heaut. 19. Neque se id pigere.

Piget, (ἀλγεῖ,) Impersonale frequentius legitur. Donatus, Piget in his quæ cum damno ac malo: & ad dolorem refertur. Festus, Pigere interdum pro Tardare, interdum pro Pœnitere poni solet.
Piget quod dolet. Plaut. Pœn. 18. 39. Nisi piget, consistite. Idẽ Anlul. 7. 33.
Quæso quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui. Idem Persa, 18. 8. Nihil mihi tam parui est, quin me id pigeat perdere. Et Capt. 5. 9.
–at pigeat postea
Nostrum herum, si vos eximat vinculis. Terent. Heaut. 5. 4. 20.
Pudet dicere hac præsente verbum turpe: at te illud nullo modo
Facere piguit. Colum. lib. 6. cap. 1. De tam sapiente viro piguit dicere, quod eum quidam authores memorant asseuerasse. Plin. lib. 9. ca. 8.
Piget referre, ni res, &c. Martial. lib. 2. 5. Te tamen vt videam, duo millia non piget ire.
Quærere non piguit, cur ego, &c. Cic. in Salustium, 12.
Piget esse pium. Ouid. epist. 14. 3.

¶ Piget, aliquando accusatiuum rei patientis, cum genitiuo agentis regit. Terent. And. 5. 3. 6, –ô ingentem confidentiam! Num cogitat quid dicat? num facti piget? Idem Heaut. 3. 3. 15. Apud aliũ, prohibet dignitas apud alium, ipsius facti piget. Plaut. Trin. 4. 66. Dedistin' argentum? e. factum: neque facti piget. Cic. pro Domo sua, 23, Vt me non sollum pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat. Idem 1. de Diuin. 116, Mei piget. Ex poeta. Liu. 1, ab Vrbe, 54, Si affinitatis inter vos, si connubii piget.
Facti fortasse pigebit. Ouid. epist. 12. 41.
Incepti piget. Virgil. 5. Aeneid. 136.
Laborum actorum piget. Ouid. 2. Metam. 78.
Piguit sceleris. Lucanus lib. 4. 6.
Turpitudinis tuæ nonnullos pigẽret. Cic. in Salustium, 3.
¶ Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. Cicero de Claris Oratoribus, 97.
Pigendus, (ἀλγεινός,) vt Error nulla parte pigendus. Ouid. epist. 7. 22.

PIGMALION, (πυγμαλίων,) Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardentissima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichæi patruelis sui opes appulit, illúmque, spe potiundi auri ante aras, clàm & dolo interemit. Cuius cædis quum certior in somnis à marito Dido facta fuisset, sumptis secum thesauris fugit, & Carthaginem condidit. Moris autem erat, vt inquit Seruius, vt de pecunia publica Phœnices misso à rege auro de peregrinis frumenta coemerent. Dido autem à Pigmalione ad hunc vsum paratas naues abstulerat: quam fugientem à fratre missi persequerentur, aurum illa præcipitauit in mare. quà re visa, sequentes remeasse sunt. Meminit huius Virg. 1. Aeneid. 71.
–sed regna Tyri germanus habebat
Pigmalion, scelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medius venit furor: ille Sichæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore
Clàm ferro incautum superat.
Auari opes Pigmalionis. Virg. 1. Aeneid. 74.
Pigmalionẽus, pen. prod. Adiectiuum. (πυγμαλιώνειος,) Silius lib. 1. 5.
Pigmalioneis quondam per cærula terris, &c.

Pigmentum, pigmenti, (φάρμακον,) Vnguentum quo vtuntur puellæ ad venustandam faciem. Plaut. Mostell. 4. 105.
Non istanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere. Plinius lib. 16. cap. 43. 6, Nuper portentosis ingeniis principatu Neronis inuentum, vt pigmentis perderes se.
¶ Pigmenta aliquando dicuntur colores pictorum: de quibus Plinius lib. 35. cap. 5. 1. Item lib. 33. in Prooemio, 1, Alibi quæri delicijs gemmas, & parietum, digitorúmque pigmenta. Cic. 1. de Diuin. 46, Aspersa temerè pigmenta in tabula, oris lineamẽta efficere possunt. Plaut. Epid. 13. 20, Quem Apelles, Zeusisque duo pingent pigmentis vlmeis.
¶ Pigmenta, per translationem, pro coloribus rhetoricis. Cic. ad Atticũ, lib. 2. 16. 3, Meus autem liber totum Isocratis φαρμακόδικον, atque omnes eius discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit. Idem de Claris Orat. 165, Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse.
Pigmenta item per translationem dicuntur mendacia & fraudes: quia is qui pingitur, non est naturalis color, sed artificialis. Cicero libro 2. de Orat. 101, Tam integræ sententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam sine pigmentis, fucóque puerili, vt mihi, non solùm, tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris.
Pigmentarius, pigmentarii, (φαρμακοπώλης,) Qui pigmenta vendit.

Pignus, pignoris vel pigneris, pen. corr. n. g. (ἐνέχυρον, ἀρραβών, ὑπόθηκη, ὑπόστασις,) Quod pignori datur, vt quis sit securus. Plautus Casin. 2. 5. Id ni fit, mecum pignus fiquis volt, daro
In vrnam mulsi. Vlpian. de Pignoratitia actione vel contra, L. Si rẽ alienam, Propriè pignus dicimus, quod ad creditorem transit: Hypothecam, quum non transit, nec possessio ad creditorem. Mart. lib. 12. 25, Quum rogo te nummos sine pignore: Non habeo, inquis.
Dare pignus cum aliquo, Vide DO, das.
Ponere pignori. Plaut. Capt. 7. 74.
Sed te quæso cogitato, hinc te mea fide mitti domum
Aestimatum, & meam esse fidem hîc pro te positam pignori.
Pignus (inquit Budæus) est quod Græcè hypotheca, quasi obligationi suppositum dicitur, vel quasi ob fidem debiti suppositum, quod Latini Pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quàm de re mobili dicitur. Terent. Phorm. 4. 3. 56,
–ager oppositus est pignori ob decem minas,
Aediculæ item ob decem alias. Tacit. libro 19, Credebatur affectam eius fidem præiuisse domo agrisque pignori acceptis.
Pignus offerre. Cicero lib. 3. de Oratore, 3. de iurgio Philippi Consulis in Senatu, & L. Crasi magni illius oratoris loquens, Hic quum homini & vehementi & diserto, & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faces admouisset, nõ tulit ille, & grauiter exarsit, pignoribúsque ablatis Crassum institit coercere. Coercere pignori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus captis dixit Cicero, quod nos Cogere per bonorum captionem diciimus. Budæus.

Capere pignus, Vide CAPIO.

Ablatis pignoribus aliquem coercere. Cic. 3. de Orat. 3.

Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro. Claud. 6. Paneg. 3.

Oppanere pignori, Vide OPPONO.

¶ Pignus, A pugno dicitur (vt Caius ait de Verborum & rerum significatione, L. Plebs, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur.

¶ Pignus hoc modo sæpe dicitur, quum aut minus nostrum, aut aliquid simile, pignus esse amoris & beneuolentiæ volumus: id est indicium, siue documentum & argumentum idoneum: vel etiam signum certum. Virgil. 3 Aeneid. 122.

Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus,
Dat iuueni, atque animum præsenti pignore firmat. Id est securũ facit, vt qui dat pignus, inquit Valla lib. 6. Ibidem, 5. 108.
– monumentum & pignus amoris. Iuius 9. bel. Maced. 34. Hæc amoris pignora quum essent, nec quicquam secretum alter ab altero haberent. Curtius libro 9. Nullum ergò me beneuolentiæ pignus atque indicium omisistis.

Mutua pignora amoris. Silius lib. 17. 74.

Charitatis mutuæ pignus. Quintiã Procem. lib. 1. 6. Dignissimum hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus.

Fidei pignus. Ouidius 6. Metamorph. 102. Vt pignus fidei dextras vtrasque poposcit. Curtius lib. 6. Rex omissis sponsionum fideique pignoribus, venire eos iussit.

Communis filii pignus interceptum. Sueton. in Tiberio, cap. 7. Cum Iulia primò concorditer, & amore mutuo vixit; mox disiecit, & aliquãto grauius, vt etiam perpetuo secubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquileiæ natus infans extinctus est.

Hospitii pignora. Curtius lib. 6. Extulerat & hospitii pignora.

Pignus vocis. Ouid. epist. 19. 13.

Hac ego compulsus, non est mirabile, forma,
Si pignus voluí vocis habere tuæ.

Chara pignora. Virgil. ecloga 8. 19.

Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit
Pignora chara sui.

Miserabile pignus. Ouid. epist. 11. 23. Nate parum fausti miserabile pignus amoris.

Dare pignus. Ouid. 2. Metam. 8.

Pignora da genitor, per quæ tua vera propago Credar.

Petis certa pignora. Ouid. 2 Metam. 19.

Pignus tenemus fœderis. Seneca Hippol. 5. 29.

¶ Pignora aliquando pro filiis accipiuntur: quoniam filii videntur tanquam pignora inter virum & vxorẽ esse, cum vinculi, ne alioqui diuortium fiat: tum charitatis. Ouidius, Dulcia sollicitæ gestabant pignora matres. Liuius 2. ab Vrbe, 3. Et in aliena vrbe cum patribus serere certamina, priusquàm pignora coniugum ac liberorum, charitasque ipsius soli, cui longo tempore assuescitur, animos corũ cõsociallet? Quintil. lib. 6. cap. 1. Affert in iis momentum & ætas, & sexus, & pignora ablatri dico & parentes, & propinqui. Ibidem, cap. 2. Obsecratio illa iudicũ per charissima pignora, &c.

Charissima pignorum. Tacitus lib. 13.

Nepotes chara pignora. Ouid. 3. Metam. 27.

Adscita pignora, filii adoptiui. Stat. 2. Sylu. 1. 18.

Gemino natarum pignore fultus. Stat. 1. Thebaid. 79.

Inauspicatum pignus sanguinis mei. Seneca Oedipo, 14. 5.

¶ Pignora iniuriæ, vitam & fortunas Cicero vocat obnoxias iniuriẽ. 13. Philip. 347. Tu verò ita vitam corpusque seruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc posteriora libertate ducas, atque his vti velis, si liberare Rempub. possimus pro his libertatem, sed pro libertate hæc proiicias, tanquam pignora iniuriæ, &c. Budæus.

Pignus Reipub. Fiducia & securitas Reipub. Cicer. pro Sestio, 14. de Pisone, Nam quid ego de supercilio dicam, quod tum hominibus non Supercilium, sed pignus Reipub. videbatur! tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio. Hæc Budæus. Rursum Cicero ad Atticum, lib. 8. 153. 5. Sed me illorum sententiæ minus mouebant minus multa dederant illi Reipub. pignora.

Pignus, metaphoricos sumptum. Curtius, Rex omissis sponsionum fideique pignoribus, venire eos iussit, fortunam quam ipse dedisset, habituros. Cicero 13. Philipp. 348. Magnis & multis pignoribus M. Lepidum Respub. obligatam tenet. Id est fidei retinaculis: translatione à fœneratoribus ducta. Budæus.

Obses & pignus. Cic. pro Cælio, 67. Habet à M. Cælio Resp. Iudices, duas accusationes vel obsides periculi, vel pignora voluntatis.

Affinitatis coniunctionem pignori fore ad confirmandas inimicitias putauit. Cic. pro Cluentio, 112.

Mors mea pignus erit coniugii. Ouid. epist. 9. 30.

Pacis pignus. Ouid. 8. Metam. 10.

Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obside, me comitem, & me pacis pignus haberet.

Libertatis Pop. Rom. pignus D. Brutum vocat Cicero 11. Philipp. 334.

Salutem pro pignore tradere ad explendas cupiditates. Cicero de prouinc. Consul. 1.

¶ Pignus, Id quod deponitur ab iis qui simul decertant apud sequestrum. Virgil. eclog. 3. 7.
– tu dic mecum quo pignore certes.

Contendere pignore. Catul. ad Fundum, epig. 41. 1.

Pigneror, penultima correpta, pignerãris, (ἐνεχυρίζω, ἐνεχυριάζω, ἐγχυριάζω, τιματόω,) pignerari, Deponens, quod vulgò dicimus Per executionem capere, hoc est, pignora capere, inquit Budæus. Liuius, Potiea conscientia sibimet exilium conficientes: bona tantum quæ publicati poterant, pigneranda pœnæ præbebant. Iuuenal. Satyr. 7. 8. Coius & alueolos, & lænam pignerat Atreus. Arreus hic pro fœneratore ponitur. Cicero 14. Philippic 405. In fuga fœda mors: in victoria, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quenque pignerari solet. Pignerari dixit, pro eo quod est quasi Pignus accipere, & sibi asserere, quasique obnoxium sibi debitumque capere. Curtius dicti hic sensus est, Fortissimos enim quisque, primus in prælio occumbere solet. Suetonius, in Claud. cap. 10. Armatos pro concione in nomen suum iurare passus est, promisitque singulis quindena sestertia: primus Cæsarum, fidem militis etiam præmio pignerans. Id est, quasi pignore obligatam, obnoxiamque sibi & authoratam reddens. Budæus.

Pignerati animi, In pignus habiti. Liu. 4. bel. Puni. 4. Et quorum propinqui extra vrbem interclusi ab hostibus erant, velut obsidibus datis, pignerados haberent animos: pauci magis taciti probarent constantem fidem, quàm probatam tueri auderent. Quædam exemplaria habent pignoratos.

¶ Pignerare, Actiuum, Dare pignus. Suet. in Vitel. ca. 7. Satis constat extructo viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, vt vxore & liberis quos Romæ relinquebat, meritorio conuentio abditis, domum in reliquam partem anni ablocaretque ex aure matris detractum vnionẽ pignerauerit ad itineris expensas.

Pignerator, pen. prod. pignerãtoris, Verbale (ἐνεχυριαστής,) Qui pignus accipit. Cic. 4. Verr. 21. Cum in his inquam rebus omnibus publicanus peritior ac pignerator, non ereptor, neque possessor soleat esse tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, hoc est de aratoribus, ea iura constituebas, quæ omnibus alis essent contraria. Edixerat enim Verres, vt publicani possent iure suo ab aratoribus decumarũ nomine quantum vellent capere, nõ iudicis authoritate (vt assolet) pignora eorum capere. Budæus.

Pigneratitius, Adiectiuum, (ἐνεχυριαστικός,) Ex suplno verbi Pignero nomen deductum, significat quod pignori datum est, vt Res pigneratitia.

Pigneratitius creditor, Cui pignus capere licet. Vlpianus, Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur.

Pigresco, Pigro, pigras, & Pigror, pigrari, Vide PI-GER.

Pila, pilæ, priore prod. (πύελος,) A pinso, pinsis, Vas concauum, quo antiqui siccata frumenta pinsebant ac contundebant. Plinius libro 18. cap. 11. 9. Tunditur granum eius in pila ligna. Iterum libro eodem, cap. 7. 23. Cato cap. 14. 12. Paululum latam pilam, vbi triticum pinsant vnam. Idem cap. 10. 4. Pilam ligneam vnam. Similiter vasa illa concaua medicorum vsui apta in quibus ptisanæ fieri solent, pilæ dicuntur.

¶ Pila, Columna stans, quam Græci κίονα vocant à stando. Propriè autem stelas Græci appellant stantes columnas in monumentis. Apud libro 3. Metamorph. Pila media quæ stabuli trabes sustinebat. Festus, Pila, quæ parietem sustentat, ab opponendo dicitur. Plinius, libro 15. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar, interius à solo fornicatas, vt fiat aditus ad farciendum. Horat. 1. Serm. saty. 4. 15. Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos,
Quis manus insudet vulgi.

Pilæ lapideæ (inquit Budæus) in ædificiis sunt columnæ structiles, aut structuræ ex lapide cæso, quasi quædam ædificiorum femoraquibus mastuli (quos coruos vocant) incumbentes, trabes & epistylia sustinent. Vide COLVMNA.

¶ Pilæ etiam sunt opera informia quæ in aqua construuntur, cuiusmodi magnifica Genuæ visitur moles vulgò appellant. Earum vsus est ad tuendas à fluctibus naues intra portus & naualia. De quarum constructione Vitruuius lib. 5. sic inquit, Deinde super eam exæquationem pila quàm magna cõstituta fuerit, ibi struaturæque quum erit extructa, relinquatur ne minus duos menses vt siccescat. Tunc autem siccabitur margo, quæ sustinet ai enã: ita arena fluctibus subruta efficiet in mari pilæ præcipitationem. Huiusmodi pilam Virgilius lib. 9. Aene. 142. describit his verbis,

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè
Constructam iaciunt Ponto: sic illa ruinam

Prona

Prona trahit, penitusque vadis illisa recumbit. Huiusmodi autem fiebant ex puluere Puteolano qui in aqua lapidescit. Fiunt & alia ratione intra aquam, circundatis tabulationibus, quas areas Vitruuius appellat, ab arcendis aquis ab opere. Alii aquaria septa vocant. Nostra tes fabri & structores bastardellos dicunt. Budæus.

¶ Pila, (σφαῖρα,) priore correpta, instrumentum ludorum est, rotundũ ad similitudinem sphæræ, ab πιλέω, æquo: quod forma sphærica sit, quæ omni ex parte æqua est. Vel à pilo, quòd pilis impleri solet. Plaut. Capt. 2. 22. Di nos quasi pilas homines habent. Idem Bacchid. 8. 24. Ibi cursu, luctando, hasta, circo, pugillatu, pila,
Saliendo se exercebant magis. Quatuor pilarum genera sunt. Est pila trigonalis, omnium minima, prædura, firmo pilo plenata quo pila nomen habet. Fluentina nunc vulgò dicta, quòd Fluentiæ huiusmodi pilæ optimæ fiant. Trigonalis autem vocitata est à trigono, qui locus erat in thermis triquetra (hoc est triangulari figura, quam Græci τρίγωνον, vocant) ad huiusmodi pilæ lusum ædificatus, & paruo calore tepidus teneri per hyemem solitus: ne exuti ad ludendum homines, statim rigorem concipterent, neve ludendo exerciti nimis æstuarent. Mittitur pila ad vnum angulum, ita vt vtrunque parietem contingat, reditur non minus sinistra quàm dextra manu, miramque corporis agilitatem requirit. Martialis de pila trigonali, lib. 14. 51.
Si ne mobilibus scia expulsare sinistris,
Sum tuarũ nescis, rustice redde pilam. Plin. epistol. 45. c. Vbi hora balinei nuntiata est (est autem hyeme nona, æstate octaua) in sole, si caret vento, ambulat nudus: deinde mouetur pila vehementer, & diu. Est pila paganica, à pagis hoc est villis sita dicta, quòd pagani eaviteretur. Hæc crassior est, laxiorque, & plumis plena: nec ad lusum tam agilis, vt quæ nec tam leuis est, nec iactata facilè resilit. Martial. li. 14. 50. Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arcta pila. Quasi dicat, Est laxior quàm pila trigonalis, & arctior, firmiorque quàm follis. Nam follis tertium pilæ genus est: hic ex pelle fit, spiritusque inflatur: crassior cæteris, sed non multo grauior: pugno redditur, non palma, vt reliquæ pilæ. A flato nomen habet. Est præterea quartum pilæ genus, quod vocant harpastum, siue sphennidem: crassior est quàm pila paganica, tenuior quàm follis. E panno ferè fit, aliquando ex pelle, lana, tomentoue impletur: non repercutitur. Sed quum multi sint ludentes, & in duas partes diuisi, ita vt vtrinque è regione sibi inuicem oppositi sint, ad suos quisque transmittere pilam conatur, quam aduersarii nituntur arripere. Sic magno labore luditur: decidit sæpe in terram pila: ad quam cateruatim currentes, se inuicem prosternunt, puluereque & sudore infecti fiant. Laborioso ludi genus, & ideo grandioribus tantum cõuenens. Hæc ex Sipontino.

Terra pilæ similis. Ouid. 6. Fast. 54.

Iactus pilarum. Ouid. 2. Trist. 97.

Pila lusoria. Plin. lib. 7. cap. 56. 15.

Perpictæ pilæ. Ouid. 10. Metam. 53.

Velox pila. Horat. 2. Serm. saty. 2. 3.

Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras se conferunt homines labore assiduo & quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur. Cic. 3. de Orat. 33.

Pilam scitè ac diligenter excipere, & Aptè & expeditè remittere. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 32. Sicut in lusu, est aliquid scitè ac diligenter pilam excipere: sed non dicitur bonus lusor, nisi qui aptè & expeditè remisit, quam acceperat.

Pila se exercere. Celsi lib. 1. cap. 6. Quem verò frequenter cita alous exercet, huic opus est pila, similibusque superiores partes exercere.

Volantem pilam geminare. Ouid. ad Pisonem, 38.
Nec tibi mobilitas minor est, si fortè volantem
Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,
Et non sperato fugientem reddere gestu.

Pila ludere. Cice. 5. Tusculan. 84. Atque is quum pila ludere vellet (studiose, enim id factitabat) tunicamque poueret, adolescentulo quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Idem 1. de Orato. 37. & 3. 50. Horat. 1. Serm. saty. 5. 10.

Tollere, & mouere pilam. Ouid. 3. de Arte, 73.
Reticuloque pilæ læues fundantur aperto,
Nec, nisi quam tollas, vlla mouenda pila est.

Claudi more tenere pilam. Cicero in Pisonem, 54. scribit in hunc modum, Græcus primò distinguere atque diuidere illa, quemadmodũ dicerentur: iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere, quod accepérat testificari. Hactenus Cicero. Prouerbium conuenit in eos qui quicquid à præceptoribus acceperint, siue id doctum sit, siue indoctum, nullo delectu, nulloque iudicio tenere solent ac sequi. Sumpta metaphora à claudo diffidente suis pedibus, & ob id pertinaciter columnis innitente. Nisi si cui magis referendum videtur ad ludum pilæ, quam claudus ita demũ accipit, si cõmodè illi mittas: alioqui pedibus tardus nõ potest vtesique millam accipere. Generatim cõueniet in omnes qui de alterno pendent iudicio, alienęque inniturtur authoritati. Erasmus.

Mea pila est, si repudiatur miles. Plaut. Trucul. 1. 5. 6. Prouerbialiter hoc dictum est, id est in mea potestate est ludus: tanquam cuius est pila, arbitratu meo res geritur. Iam meæ erunt primę partes apud mulierem.

¶ Pila lanuginis, Lanugnosa quædam rotunditas in formam pilæ. Plin. libro 12. ca. 10. 2. Cucurbitæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.

Pilula, pilulæ, pen. corr. Diminutiuum, (σφαιρίον,) Globulus, & sphærũ quiddam ac rotundum. Plin. lib. 16. cap. 7. 12. Nascuntur in eo & pilulę, nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles lucernarum luminibus aptos. Idem lib. 30. cap. 11. 6. Scarabeus qui pilulas voluit. Quinetiam pharmaca illa in globulos conformata quæ hac forma sumuntur, vulgò pilulas nominamus. Plin lib. 28. ca. 9. 14. Vetus axungia phthisim in pilulis sumpta sanat. Hæc Græco vocabulo καταπότια, dicitur. Ab absurbẽdo n. cõminuẽdæ dẽtib°, aut gustãdę sunt pilulę.

Pilarius, pilarii, Dicuntur pilarii præstigiatores, qui leui agitatione pilulas, seu paruas pilas videntur emittere, aut in vas iniicere, quum secus faciant. Quintil lib. 10. cap. 7. Quo vsu constant miracula illa in scenis pilariorum ac ventilatorum, vt ea quæ emiserint, vltro venire in manus credas, & quæ iubentur decurrere.

Pilãcim, pen. prod. Aduerbiũ, (κλιθόν,) A pila columna: significat Per columnas, Vitruuius, Pilarim struuntur ædificia.

Pilicrepus, penul. correp (σφαιροκόκος,) apud Senecam lib. 8. epist. ad Lucilium, vbi noratur balneorum luxuria, intelligendus est is qui pilas, hoc est sphæras aut glomos pice illitos in ignem balneorum siue vaporarii coniceret, sicubi forte restingueretur. Quod manifestat Papinius Syluarum primo, in balneo Etrusci,
Quid nunc strata solo referam tabulata, crepantes
Auditura pilas, vbi languidus ignis inertat
Aedibus, & tenuem voluunt hypocausta vaporem? Meminit huiusmodi pilarum Vitruuius lib. 5. ca. 10. Suspensuræ, ait, caldariorum ita sunt faciendæ, vt primum sesquipedalibus tegulis solum sternatur inclinatum ad hypocaustum: vt pila quum immittatur, non possit intes resistere, sed rursus redeat ad præfurnium: ipsa per se ita flamma facilius peruagabitur sub suspensione.

Pilates, pilatæ, (πλατύς,) Genus lapidis candidissimi. Cato, Lapis candidior quàm pilates.

Pilatus, Vide PILVM.

Pilentum, pilenti, inquit Festus, (ὄχημα γυνῶν,) Vehiculi genus, quo matronæ ferebantur. Idem videtur esse quod petoritum, quod est quatuor rotarum ab Hispanis introductũ. Varro de Ling. Lati. in consuetudinem sua ætate primum venisse scribit. Estque eius formæ, qua nostri temporis principum Italiæ mulieres vectãtur, in librarum, vt confidentes, in puluinis in aere suspendi agitatæ videantur. Virg. lib. 8. Aeneid. 134.
– cassæ docebant sacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus. Id est, pensilibus. Liui. 5. ab Vrbe 116. Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: vt pilento ad sacra, ludosque, carpentis festo profestoque vterentur. Hora. 2. epist. 1. 39. Effeda festinant, pilenta, petorita, naues.

Sacra pilenta. Claud. de Nupt. Honorii, 58.
Ante fores iam pompa sonat, pilentaque sacra
Præradiant ductura nurum.

Pileus, pilei, m. g. vel pileum, n. g. (πίλος, πίλιον,) Tegmen capitis. Plaut. Amphit. 4. 308. Vt ego hodie raso capite caluos capiã pileum. Persi. Saty. 5. 9. – hæc nobis pilea donant.

Suta pilea de cæsis lacernis. Stat. 4. Sylu. 9. 5.

Clauatus pileus, Vide CLAVIS.

¶ Pileus, quandoque ponitur pro libertate. vnde legimus apud historicos ad pileum seruos fuisse vocatos: quod significat ad libertatem, cuius insigne est pileus. Liui. 4. bel. Pun. 148. Postero die serui ad pileum vocati & carcere vincti emissi. Sueton. in Tiberio, Seruisque ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit. Accipiebant enim serui pileum raso capite, qui manumittebantur. Plin. de Viris illust. 69. Primo Consulatu legem de exulibus reuocandis ferens, ab Octauio Collega prohibitus, & honore priuatus, vrbe profugit: vocatisque ad pileum seruis, aduersarios vicit.

Pileolus, Diminutiuum, vel pileolum, penul. correp. (πιλίον,) Horat. 1. epistol. 13. 3. Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis. Columel. de Arboribus, cap. 25. 2. Et quum Autumnus incesserit, antè quàm frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet: & ita crassis arundinibus quæ ab vna parte nodos habent, quasi pileolos induere, atque ita à frigore, &c. Ouid. 1. de Arte, 148. – nec turpe putaris
Pileolum nitidis imposuisse comis.

Pileatus, penul. prod. Adiectiuum, (πιλωτός,) Pileo tectus. Liu. 4. bel. Pun. 73. Pileati, aut lana alba velatis capitibus Volones epulati sunt. Martial. lib. 10. 72. Ad Partos procul ite pileatos.

Pileati serui. Gellius lib. 7. cap. 4. Pileatos seruos vænum ire solitos, quorum nomine venditor nihil præstaret, Cælius Sabinus Iurisperitus seri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum reliquit. Liui.5.bel.Maced.27. Cæterum magis in se conuertit oculos Cremonensium, Placentinorumque colonorum turba pileatorum, currum sequentium.

Frattes pileati, Catull.ad Contubernales, epigram.35.1.
Salax taberna, vosque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila.

Pilicrepus, Pilula, Vide PILA.

Pilum, pili, priore producta, (πίλος,) Armorum genus, hastile pedum quinque & semis, ferro triangulo vnciarum nouem: ad coiusictum præcipuè exercebantur milites: quod arte & virtute directum, & curatos pedites, & loricatos equites sæpe transuerberat. Hæc Vegetius, lib.2.cap.15. Generaliter, authore Varrone, pila tela Romana sunt. Plaut. Curcul. 15.11. Quia ex te hodie faciam pilum catapultarium. Plin. lib.15.ca.30.6. Romanis præcipuè lætitiæ, victoriatique nuntia additur literis, & militum lanceis pilisque. Cæsar 1. bel. Gall. 96. Milites è loco superiore pilis missis, facilè hostium phalangem perfregerunt. Cic. in Pisonem, 29. Vt semper Macedonibus imperatoribus idem fines prouinciæ fuerint, qui gladiorum atque pilorum. Plinius lib.7.cap.56.10. de rerum inuentoribus, Hastas velitares Tyrrhenum, pilumque. Lucan. lib.3.119.
Pila sed in medium venere trementia pectus.
Adusgilantia pila regum somnis. Stat. 1. Thebaid. 30.
Catapultarium pilum, Vide CATAPVLTA.
Excubiæ, & circumstantia pila. Claud. 7. Paneg. 57.
Curuata pila cuspide. Lucan. lib. 1. 50.
Exesa pila rubigine. Virg. 1. Georg. 100.
Agmina horrentia pilis. Horat. 2. Serm. saty. 1. 3.
Infixa tergis hostium pila, Vide INFIGO.
Pila minantia pilis. Lucan. lib. 1. 2.
Muralia pila, Vide MVRVS.
Sæua pila. Stat. 10. Thebaid. 30.
Torquere pila. Lucan. lib. 1. 74.
Et dum pila valent fortes torquere lacerti.
¶ Primum pilum vocabatur prima centuria in exercitu apud Romanos: quòd circa signa grauis armatura constituta esset, in qua inter cætera armorum genera, hastile erat pedum quinque semis (vt dictum est) quod pilum nominabant. Cæsar 5. bel. Gall. 33. Tum T. Balueno, qui superiore anno primum pilum duxerat, viro fortissimo, & magnæ auctoritatis, vtrumque femur tragula traiicitur.
¶ Pilum, Instrumentum quo aliquid pinsitur seu tunditur in pila. Plin. lib. 18. cap. 10. 7. Pultura omnium facilis. Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præterrato, fistula ferrata, & stella intus denticulata, vt nisi intenti pinsant, concidantur grana ferroque frangantur. Maior pars Italiæ ruido vtitur pilo, totis etiam quas aqua veriet obiter, & molat. De ipsa ratione pinsendi, Magonis proponetur sententia, Triticum ante perfundi aqua multa iubet, postea exalli, deinde sole siccatum pilo repeti. Cato de Re rustic. cap. 12. Pilum fabarium vnum, farrearium vnum, seminarium vnum, qui nucleos succernat vnũ. Pistillum etiam vocatur.

Pilatus, penul. prod. Adiectiuum, Pilo ornatus. Martial. lib. 10. 48.
Et pilata redit iamque, subitque cohors.

Pilanus, penul. prod. videtur significare aliquem qui ordinem aliquem dicebat in militia. Ouid. 3. Fastorum, 16.
Et totidem princeps, totidem pilanus habebat
Corpora, legitimo quique merebat equo.

PILVMNVS, (πίλουμνος,) Iouis fuit filius. Hic, teste Seruio, fratrem habuit Pithumnum, qui primus stercorandorum agrorum vsum inuenit, vnde & Sterquilinius dictus est: Pilumnus verò, pinsendi frumenti: vnde & à pistoribus colitur. Ab ipso etiam pilum dictum est.

Pilumnus, pater Turni. Virg. 9. Aeneid. 1.
– luco tunc fortè parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. Ibidem, lib. 10. 16.
– & patria Turnum consistere terra
Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.

Pilus pili, priore correpta, (νόγμα, ῥείς,) Nomen generale est. Plinius lib. 11. cap. 37. 9. In capite cunctorum animalium, hominum plurimus pilus. Idem libro 8. cap. 21. 3. Pilo in contrarium verso. De tauris.

Vallum pilorum. Cice. 2. de Natu. deorum, 114. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum, quibus & apertis oculis siquid incideret repelleretur, &c.
Inordinatissimi pili, Vide INORDINATVS.
Pilus frequens. Celsus lib. 6. ca. 4. Neque antè oportet desistere quàm frequentem pilum nasci apparuerit.
¶ Pruricante pilo neglecta & squalida crura. Iuuenal. Saty. 9. 2.
Ad pilum vlcera reducere, Vide AD præpositionem.
Vellere pilos cauda equinæ. Horat. 2. epist. 1. 9.
¶ Pili non facio, est Latinis hæc familiaris hyperbole, Non facio pili, Nepilo quidem melior: quum minimum quiddam momenti significant. Cice. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 15. Nihil est quod vereare: ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Catull. ad Coloniam, epigram. 17. 4.
Ludere hanc finit, nec pili facit vni. Idem de Varro, 10. 3.
– nec faceret pili cohortem.
Viri boni pilum vllum non habere. Cice. pro Rosc. Comœdo, 11. Qui id circo capite & superciliis semper est rasis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur.
Nullum esse pilum omnibus rebus talem qualis sit pilus alius,
Stoicum est quidem, nec admodum credibile. Cic. 4. Acad. 150.

Pilo, pilas, (πιλόω μαι,) pilare, Pilos emittere. Accius, Tum primùm pilabant genæ. Afranius, Meum præterea corpus nunc pilare primùm cœpit. Nonius.
¶ Pilare, Pilos detrahere. Martialis, Quòd pectus, quòd crura pilas. Idem lib. 6. 56.
Extirpa (mihi crede) pilos de corpore toto:
Teque pilare tuas tellificare nates.

Pilosus, penul. prod. Adiectiuum, (νόγματώδης,) Pilis abundans. Varro 2. de Re rust. cap. 5. 6. Oculis magnis & nigris, pilosis auribus. Cice. in Pisonem, 1. Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt. Catull. ad Vibennium, epigram. 31. 2.

Pilosiora folia, quæ in ipsa superficie exteriori vel interiori veluti adnatos quosdam pilos ostendere videntur. Plin. lib. 20. cap. 16. 3. Econtrario quæ mollis vocatur, pilosioribus foliis ac ramis, & aculeatis, trita mellis odorem habet.

PIMPLEA, (πίμπλεα,) Thraciæ mons est & locus, vt scribit Strabo lib. 10. Pieria, inquit, & Olympus, & Pimpla, & Libethrum, quondam loca fuere Thraciæ, & montes, quos nunc Macedones possidet: quique Musis Helicona cõsecrarũt, Thraces fuere, Bœotiæ, accolæ. Hæc Strabo.

Pimpleus, penult. prod. Adiectiuum. (πίμπλεος,) Mart. lib. 12. 12. Cuius
Pimpleo lyra clarior exit ab antro.
Mons Pimpleus. Catull. in Mentulam, epigr. 100.
Dulcis Pimplea. Horat. 1. Carm. ode 26. 2.

Pimpleis, pen. prod. Pimpleidis, pen. corr. Patronymicum, fœm. gen. (πιμπλεὶς,) vt Pimpleides Musæ. Mart. lib. 11. 4.
Non vrbana mea tanta Pimpleide gaudent
Otia, nec vacuis auribus ista damus.

Pina, piscis, Vide PINNA.

Pinacotheca, pen. prod. (πινακοθήκη,) Tablinum. In pinacotheca autem tabulæ pictæ, cælatum argentum, statuæ, signa & ornamenta reponebantur. Plin. lib. 35. cap. 2. 1. Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis consuunt, alienasque effigies colunt. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 9. Quum huius spectatum veniant villas, non vt apud Lucullum, vt videant pinacothecas, sed oporotheca. Ibidem, cap. 19. 2.

PINARIVS & Potitius, (πινάριος καὶ ποτίτιος,) duo senes, quibus qualiter coli vellet, ostẽdit Hercules. f. vt mane & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaq; matutino sacrificio, qui circa solis occasum essent sacra reperẽda, Potitius prior aduenit, Pinarius postea extis iã redditis. Vnde iratus Hercules statuit, vt Pinariorũ familia tantũ ministra esset epulãtibus Potitiis & complentibus sacra. Vnde & Pinarii dicti sunt, ἀπὸ τῆς πείνας, Id est à fame, Nam fenẽ illũ Pinariũ constat alio nomine nuncupatum. Hæc Seruius explicans illud Virgilii 8. Aeneid. 53.
– primusque Potitius author,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri. De his Fenestella.

Pinaster, Vide PINVS.

PINDARVS, penult. corre. (πινδάρος,) genere Thebanus, temporibus fuit Aeschyli poetæ, & Persarum expeditionis in Græciam. Duas suscepit filias: à patre tibiam primùm, mox ab Hermione lyram edoctus est. Eius gratia Lacedæmonii in reliquam Bœotiam fœuientes, Thebis pepercerunt. Alisimus fertur & verborum & sententiarum copia, vt ait Quintilianus: grauitate arduus, constructioneque ac ordine immensus ac prolixus. Quem etiam non imitabilem Horatius scribit 4. Carm. ode 2. 1.
Pindarum quisquis studet æmulari
Iule, cæratis ope Dædalea
Nititur pennis vitreo daturus
Nomina Ponto.
Immensus Pindarus profundo ruit ore. Horat. 4. Carm. ode 2. 2.

Pindáricus, pe. cor. Adiect. (πινδαρικός,) Propert. lib. 3. eleg. 17. 8. Qualis
Pindarico spiritus ore tonat.
Fons Pindaricus. Horatius 1. epist. 3. 2. Pindarici fontis qui non expaluit haustus.
Lyræ Pindaricæ fidicen. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 6.
Plectris Pindaricis contendere. Stat. 1. Sylu. 3. 21.

PINDVS, (πινδος,) Lapitharum sedes, mons Thessaliæ, Apollini Musisque sacer. Acarnaniam ab Aetolia diuidit, vt ait Solinus. In eo inuenitur lapis galactites. Sunt tamen qui hoc nomen cum y psilo scribunt. Est & nomen vrbis Thessalicæ, à Pindo monte appellatæ, iuxta quam est fiuius eiusdem nominis.

Iuga Pindi. Virg. 10. eclog. 3.
Vertex Pindi. Lucan. lib. 1. 134.
Ingens Pindus. Senec. Medea, 9. 11.
Niualis Pindus. Senec. Medea, 6. 1.
Perrhebi tremuere cacumina Pindi. Propert. lib. 3. eleg. 5. 7.

Pinetum, & Pineus, Vide PINVS.

Pingo, pingis, pinxi, pictũ, (γράφω, ζωγραφέω, ποικίλω, ὑπογράφω,) pingere. Formam alicuius rei ductis lineis repræsentare. Plin. lib. 35. ca. 8. 5. Adeò iam colorum vsus increbuerat, adeò ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxisse tradatur.

Pingere & fingere. Cice. Lucio, lib. 5. 12. 21. Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimũ pingi, & à Lysippo fingi volebat, sed quòd illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat.

Pingere formam hominis. Cic. 2. de Oratore, 38. Vt in pictura, qui hominis speciem pingere perdidicerit, posse eum cuiusuis vel formæ vel ætatis, etiam si non didicerit, pingere.
Moris sanguineis pingit frontem. Virgil. 6. eclog. 5.
Cultra pingere mero in mensa. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 7.
Pingere humum variis floribus: Est versicolorem florum varietatem humo aspergere. Plaut. Sticho, 6. 19.
– age tu ocyus pinge humum,
Conspege ante ædes.
Iuuenile decus mihi pingere malas Cœpit. Ouid. ad Pisonem, 53.
Membra pingere ferro. Claud. 1. in Ruffinum, 63.
Paloribus omnia pingunt. Lucret. lib. 4. 64.
Indiscreti pingere imaginum similitudines, Vide INDISCRETVS.
Tabulas pingere. Cic. 2. de Inuent. 122.
Tempora pingebant viridantes floribus herbas. Lucret. lib. 5. 280.
Tempora floribus pinguntur tecta coronis. Ouid. 5. Fast. 67.
Mollia lutheola pingit vacinia caltha. Virg. 2. eclog. 10.
Acu pingere. Ouid. 6. Metam. 5. Vide ACVS.
¶ Pingere, per translationem, pro Describere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 74. 4. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione.
¶ In verbis pingendis & illuminandis sententiis. Cic. de Claris Orat. 73.
¶ Pingere coloribus. Cice. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 3. Quoniam scribis poema ab eo nostrum probari, quadrigis poeticis modò mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo.

Pictus, Participium, (γραπτός, ποικτός,) vt Pictæ tabulæ. Cic. pro Rosc. Amerino, 29. Plaut. Menæch 4. 32.
Adonis pictus, Vide ADONIS.
Arma picta. Virgil. 8. Aeneid. 18.
Cauda picta. Horat. 2. Serm. saty. 2. 6.

Picta ad eximiam pulchritudinem forma. Plin. epist. 101. c, lib. 5. Neque enim terras tibi, sed formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam videberis cernere, ea varietate, ea descriptione, quocunque incideriut oculi, reficientur.
Frigora picta. Martial. lib. 1. 51.
Quisquam picta colit Spartani frigora saxi, &c.
Geloni picti, Vide GELONI.
Lacerti picti terga squalentia. Virg. 4. Georg. 3.
Pantheræ pictæ. Ouid. 3. Metam. 134.

Philosophus pictus. Cice. 5. de Finib. 139. Quæ quidem dicunt, qui nunquam philosophum, vt dicitur, pictum viderunt.
Prælia picta rubrica. Horat. 2. Serm. saty. 7. 20.
Purpura picta. Virg. 7. Aeneid. 51.
Stragulum textile magnificis operibus pictum. Cic. 5. Tuscul. 86.
Strata picta. Ouid. 8. Metam. 7.
Tabellæ pictæ. Horat. 1. Serm. saty. 1. 15.
Tapeta picta. Virgil. 7. Aeneid. 56.
Toga picta. Propert. lib. 4. eleg. 4. 11.
Vestes pictæ vnde triumphales natæ. Plin. lib. 8. cap. 48. 5.
Volucres pictæ. Virg. 3. Georg. 49.

¶ Pictus, Nomen, Ornatus. Cice. de Claris Oratorib. 162. Quo nihil potest esse pictius.

Pictura, huius picturæ, penul. prod. (ζωγραφία, ὑπογράμμος,) Actus vel ars ipsa pingendi. Plin. lib. 35. ca. 9. Quinimo certamen picturæ etiam florente eo institutum est Corinthi. Idem lib. 8. cap. 48. 6. Colores diuersos picturæ intexere, Babylon maximè celebrauit.
In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà, alios nitida, lætata, collustrata delectant. Cic. in Orat. 20.
Collustrata pictura, Vide COLLVSTRO.
Inanis pictura, Vide INANIS.
Textiles picturæ. Lucret. lib. 2. 7.
Textilis pictura, & in tabulis. Cice. 6. Verr. 1. Nego vllam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit, quòd placitum sit abstulerit.
¶ Inest pictura in hac tabula, Vide INSVM.
Inani pictura pascit animum. Virgil. 1. Aeneid. 94.
Tenentur pictura oculi, aures cantibus. Cic. 4. Acad. 41.
¶ Pictura, per metaphoram transfertur ad poetas. Cice. 3. Tuscul. 160. Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse, at eius picturam non poesim videmus.

Picturatus, pen. prod. Adiectiuum, (ποικιλόγραπτος,) vt
Opus picturatum metallis. Claud. 7. Paneg. 118.
Agger picturatus mortuis floribus. Stat. 6. Thebaid. 12.
Limbus picturatus. Stat. 1. Achill. 66.
Vestes picturatæ. Virgil. 3. Aeneid. 97.
Volucres picturatæ. Claud. ad Serenam, 17. 1.

Pictor, pictoris, Verbale, (γραφεύς, ζωγράφος,) Plin. lib. 13. cap. 11. 2. Fit & ex farcocolla gummi vtilissimum pictoribus ac medicis. Cic. 6. Verr. 25. Alterum esse pictorem. Horat. de Arte, 2.
– pictoribus atque poetis
Quidliber audendi semper fuit æqua potestas.
Videnr multa pictores in vmbris, & in eminentia, quæ nos non videmus. Cice. 4. Academ. 41.

Pinguis, & hoc pingue, (πίων, παχύς, παχελής, λιπώδης, λιπαρός, ἐυγόος, σκωτός,) Notæ significationis. Plin. lib. 10. ca. 50. 2. Fœminæ quidẽ ad fagina nõ oẽs eligunt, nec nisi in ceruice pingui cute.

Pingues & valentes Thebani. Cic. de Fato, 12.
¶ Pingue, Fœcundum. Virg. 4. Georg. 24. Et pingues hortos. Idem 3. eclog. 10. Heu heu quàm pinguis macer est mihi taurus in aruo.
Agri pingues. Lucret. lib. 5. 251.
Pinguis ager ac potris. Columel. lib. 2. cap. 2. 4.
Agni pingues. Virg. 1. Georg. 69.
Amnis pinguis. Valer. 5. Argon. 85.
Aruum pingue. Horat. 3. Carm. ode 4. 4. Virg. 5. eclog. 7.

Pingue & concretum cœlum, Tenue & purum, contraria. Cice. 1. de Diuinat. 21. 1. Nam si obscurior quasi caliginosa stella extiterit, pingue & concretum esse cœlum, vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit: sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cœlum esse tenue puramque, & propterea salubre.

Campus pinguis. Virg. 2. Georg. 55.
Campus pinguior sanguine. Horat. 2. Carm. ode 1. 6.
Corpus non pingue. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 11.
Culta pinguia. Virg. 4. Aeneid. 75.
Digiti pingues. Ouid. 3. de Arte, 56.
Equi pingues sanguine humano. Ouid. 9. Metam. 39.
Ferina pinguis. Virgil. 1. Aeneid. 44.
Fici pingues. Horat. 2. Serm. saty. 8. 18.
Fimo pingui saturare sola. Vir. 1. Geor. 16.
Flammæ pingues. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 3.
Flumen pingue Nili. Virg. 9. Aeneid. 7.
Fumus pinguis. Lucan. lib. 8. 143.
Horti pingues. Virg. 4. Georg. 24.
Humus pinguis. Virg. 2. Georg. 37.
Lardum pingue. Horat. 2. Serm. sat. 6. 13.
Mensæ pingues. Catul. in Car. Nupt. 57. 1.
Merum pingue. Horat. 2. Serm. saty. 4. 13.
Musta pinguia. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 2.
Oliuum pingue. Stat. 6. Thebaid. 116.
Omaso pingui tẽtus. Horat. 2. Ser. sat. 5. 9.
Oues pingues. Virg. eclog. 6. 1.
Pabula pinguia. Lucret. lib. 1. 52.
Rami pinguissimi. Horat. Epod. 2. 11.
Solum pingue. Virg. 1. Georg. 13.
Terræ pingues. Virg. 2. Georg. 19.

Toga pinguis, pro Crassa, apud Tranquillum, teste Budæo. vt
– pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ. Iuuen. saty. 9. 3.
Vapor pinguis. Senec. Herc. fur. 11. 4.
¶ Vitis pinguis. Horat. 2. Serm. saty. 2. 5.
¶ Pingui Minerua aliquid facere, Vide MINERVA. Colum. in Præfa. lib. 1. 18. Et lib. 11. cap. 1. 18.

Pinguiores rusticorum literæ. Colu. lib. 9. ca. 14. 10. Nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus (vt aiunt) rusticorum literis necessaria est.
Pinguis doctor. Quintil. lib. 1. cap. 10. Pexus, pinguisque doctor.
Ingenium pingue. Ouid. 11. Metam. 30.
Amor pinguis. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 6.
Pinguis amor, nimiumque potens, in tædia nobis Vertitur.

Pingue otium. Plin. epist. 101. p, Nam super illa quæ retuli, altius ibi otiũ & pinguius, eoque securius. Idem epist. 180. Certusque posteritatis cum futura gloria viuit, ac nihil nisi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud, altumque otium placeat.
Somni pingues. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Pingue, impeditum, & ineptũ, inquit Nonius. Cic. 4. Acad. 196. Quod ipsi Antiocho pingue videbatur, & sibi ipsi contrarium.

Pingue quiddam & peregrinum sonare. Cic. pro Archia, 19. Qui præsertim vsq; eo de suis rebus scribi caperet, vt etiam Cordubæ natis poetis pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamẽ aures suas dederet.

¶ Pingue, Substantiuum, n. g. dicitur quod inter carnem & cutem est, sue eo lugurdum. Author Plinius lib. 11. cap. 37. 79. Virgil. 3. Georg. 25.

– & omnes
Impendunt curas, denso distendere pingui. Plin. lib. 9. cap. 15. 4.
Vtilissima ex his quæ caudæ proxima, quia pingui carent. Idem libro 11. cap. 17. 4. Ladani pingue insidens. Et lib. 11 cap. 37. 80.
Omnibus animalibus est quoddam in oculis pingue.

Pinguiter, pen. corr. Aduerbium, (παχέως,) Columel. lib. 2. cap. 2. 4. Proximum deinde huic pinguiter densum. Sub. sólum. Plin. lib. 12. cap. 25. 10. Colos in quacunque natione præfertur ruffus, & pinguiter lentus. Idem lib. 34. cap. 12. 5. Cui maximum virus olfactu, trituque pinguiter nigrescens, & spongiosum. Sic lib. 37. cap. 5. 8.

Pinguis, Aduerbium, Comparat. pro Plenius & largius. Vlpian. in L. Et an eadem. Paragr. 1. ff. De except. rei iudic. Sed pinguius pro communi vtilitate accipitur. Paulus in L. Et exhæredatum. ff. De re iudic. Pinguius enim donatori succurrere debemus, quàm ei quiverum debitum persoluere compellitur.

Pinguẽdo, pen. prod. pinguẽdinis, f. gen. (παχυλότης, λίπος,) Substantia pinguis. Plinius, Omni pinguedine detracta, in olla caro decoquitur. Idem lib. 8. cap. 50. 1. Capræ pinguedine sterilescunt. Sic lib. 23. cap. 8. 8. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationem stomachi, & pinguedini corporis conferunt plus quàm sit verisimile.

Pinguitũdo, pen. prod. pinguitũdinis, (παχυότης,) Idem. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 14. Et lux pinguitudini inimica. De gallinis. Idem lib. 2. cap. 4. 5. Quæ res non modò pinguitudinem efficiunt, sed etiam carnis iucundum saporem. Sic Plinius lib. 11. cap. 37. 56. & 80. Et Columella lib. 2. cap. 15. Ea res admonet nos inelle tali materiæ naturalem pinguitudinem & succum.

Laborare nimia pinguitudine. Quintil. lib. 1. cap. 11. 3. Quarundam enim vel exilitate, vel pinguitudine nimia laboramus. De literis.

Literarum nimia pinguitudo. Quintil. lib. 1. cap. 11. 3.

Pinguiarius, (σιχεπίμαλος,) Qui pinguia amat. Martial. lib. 11. 94. Carnarius sum, pinguiarius non sum. Quod significat carnosam, hoc est corpulentam amicam opto, non nimis pinguem.

Pinguo, pingues, sine

Pinguesco, pinguescis, (παχύομαι,) pinguescere. Pinguem fieri. Colu. li. 2. cap. 11. 1. Omne emaciatum armentum ex medica pinguescit. Plin. li. 8. cap. 36. 2. Tunc mirum in modum veterpo pinguescunt. De vrsis. Martial lib. 5. 65. Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo.

Campi pinguescunt. Virgil. 1. Georg. 99. – bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Aemi pinguescere campos. Ouid. 15. Metam. 18.
Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestoque auidum pinguescere corpore corpus.

Pinguefacio, pinguefacis. pen. corr. pinguefeci, pen. prod. pinguefactum, (παχύνω,) pinguefacere. Plin. lib. 16. cap. 44. 11. Dein ea pinguefacit.

Pinna, pinnæ, (πτέλεα, πτερόν,) Propriè penna est, quæ pluma, idest mollior, & exigua penna non est. Pinnam pennæ generale nomen est ad plumas & pinnas. Hæc Sipontinus. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 7. 8. de columbis, Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquunt illius cruribus. Idem de gallinis, Eligat fiscundas plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis. Colum. lib. 8. cap. 4. Siccus etiam puluis & cinis vbicunque cohortem porticus vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus est, vt sit quo aues se perfundant. Nam his rebus plumam pinnasque emundant.

Breuibus insurgere pinnis. Valer. 7. Argonaut. 76.

Talaria pinnarum affingunt Minerua. Cic. 3. de Nat. deor. 81.

¶ Pinnæ, Quibus innatant pisces, & quarum adminiculis veluti remis in natando vruntur. Plin. lib. 9. cap. 13. 2. Pinnis quibus in mari vruntur, humi quoque vice pedum serpunt. Ibidem, cap. 20. 1. Pinnarum quoque fiunt discrimina, quæ pedum vice datæ sunt piscibus.

¶ Pinna, (ὀπαλίς,) Acutum quiddam significat. Vnde & Pinnæ murorum, id est summitates. Liu. 10. bel. Maced. 183. Muri pinnæ aliquot locis decussæ. Idem 8. ab Vrbe, 82. Quum per negligentiam custodum festo die vinculis iuptis per murum inter opera Romanorum religata ad pinnam muri reste suspẽsus manibus se demisisset. Virg. 7. Aen. 32.

– primasque in littore sedes
Castrorum in morem pinnis, atque aggere cingit. Lucan. lib. 3. 78.
– à summis perduxit ad æquora castris
Longum Cæsar opus: fontesque, & pabula campi
Amplexus fossa, densas tollentia pinnas
Cæspitibus, crudasque extruxit brachia terra.
Summas prensabat in aggere pinnas. Silius lib. 7. 122.
Virent pinnas. Silius lib. 8. 103.

¶ Pinna, Conchæ genus. Plin. lib. 9. cap. 42. 1. Concharum generis & pinna est. Nascitur in limosis subrecta semper, nec vnquam sine comite, quem pinnotheren vocant, alii pinnophylacem: is est squilla parua, alibi cancer dapis affectator. Pandit se pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piscibus præbens. Assultant illi protinus, & vbi licentia audacia creuit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morsu lenui significat: illa ore cõpresso quicquid inclusit, exanimat, partemque socio tribuit. Cic. 2. de Nat. deor. 183. Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi. Sic 3. de Finib. 97.

Pinnula, pinnulæ, penul. correp. Diminutiuum, (πτήλιον,) Summa pars auris, ab acuitate dicta.

¶ Pinnula, Qua innatant pisces. Plin. lib. 9. cap. 57. 1. Quosdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu.

¶ Pinnula, parua penna, vel pinna. Columel lib. 8. cap. 5. 4. Inhibeturque cupiditas incubandi, pinnula per nares traiecta. Plaut. Amphit. 3. 143.
Ego. Ego has habeo vsque in petaso pinnulas.

Pinniculum, pinniculi, pen. corr. (πτερύγιον,) Fastigium & summitas ẽdificii in acumen tendentis: siue quòd veteres pinnam acutum dicebant: siue quòd pinnaculis addi pinna consueuit, quæ facili motu ventorum indicet flatũ: quod genus nunc vulgò penniculum dicimus. Sipõtinus.

Pinnãtus, pen. prod. Adiectiuum, (πτηλωτός,) Quod pinnas habet.

Cauda pinnata. Cic. 2. Tuscul. 43. De Aquila. Ex poeta.

Pinnatus Cupido. Hoc est alatus. Cic. 3. de Nat. deorum 78. Dianæ item plures. Prima Iouis & Proserpinæ, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur. Idem 1. de Diuinat. 171. Hic Iouis altisoni subitò pinnata satellites. De aquila. Ex poeta.

Pinnata folia, Pinnarũ modo concisa. Plin. lib. 27. ca. 9. 7. Folia vtriusque lateribus pinnata. Idem lib. 16. cap. 10. 9. Folio pinnato densa.

Pinnatus fulgor. Plin. lib. 37. cap. 7. 2, Proximos illis carbunculos, quos vocant syritas, pinnato fulgore radiantes.

Pinniger, pen. corr. Adiect. vt Piscis pinniger. Ouid. 13. Metam. 204.

Pinnirapus, pen. corr. Retiarius, qui pinnam, id est galeæ summitatem aduersario rapiebat. Iuuenal. Saty. 3. 16.
Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes.

PINNA, (πίνναι,) Vestinorum, qui Prægutiis magis sunt Orientales, in Italia vrbs: hodie Penna. Inde Pinnenses populi, Plinio lib. 3. cap. 12.

Pinnotheres, pinnotheris, piscis. Vide PINNA pro concha.

Pinso, pinsis, pinsui, pistum & pinsitum, pen. corr. apud Columellam, & pinsum apud Vitruuium sæpius, teste Budæo, (μάσσω, μαμάσσω,) pinsere, Pilo tundere, vel molis frangere. Nã veteres vsu molarum carẽtes, frumenta torrebant, & ea in pilas missa, pistillis tundebant & terebant, Nunc accipimus pro Pané facere. Columel lib. 2. cap. 9. 17. Panicum pinsitum, & euolutum furfure, sed & millium quoque pultẽ, quauis inopia, maximè cum lacte non fastidiendam præbet. Pomponius, Quum neque molis molui, neque palmis pinsui. Persius Saty. 1. 6. O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit. Id est tundit & percutit: hoc est irridet. Cato cap. 136. Si communiter pinsunt, quæ ex parte pollinctori pars est.

Hordea pinsere. Ouid. ad Pisonem, 4.
Humida callosa quum pinseret hordea dextra.

Pistus, Participium. (μαμαχείς,) Plin. lib. 18. cap. 10. 4, Si pistæ serantur.

Pinso, pinsis, (μάσσομαι,) pinsare, Idẽ. Varro lib. 1. de Re rust. ca. 63. Pro mendo diem, vt in pistrino pinsetur, ac torreatur. Id est tundatur vel frangatur. Nunc verò sic legitur: Promendum hyeme, vt in pistrino pinsetur, ac torreatur.

Pinsito, pinsitas, peo. corr. (μαμάσσομαι,) pinsitare, Frequentatiuum à Pinso, pinsis, quidam probant ex Plauto in Asin. 3. 18. Qui polentam pinsitant. Id est contundunt: quum ibi legatur pransitant.

Pinsor, pinsõris, m. g. (μαμακτής,) quem nunc pistorẽ dicimus. Varro, Nec pinsorem vllũ nossent, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam.

Pistor, pistõris, (ἀρτοποιός, ἀρτοποιός,) Qui fruměta contundebat pilis.

Pistor nunc dicitur qui panem facit. Plin. lib. 18. cap. 11. 5. Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum vsque bellum, annis ab Vrbe condita super quingentos octoginta. Suetonius in Cæs. cap. 48. Domesticam disciplinam in paruis ac maioribus rebus diligẽter adeò, seuereque rexit, vt pistorem alium quàm sibi panem conuiuis subiicẽtem compedibus vinxerit. Varro in Saty. de eduliis, Si quantum operæ sumpsisti, vt tuus pistor bonum faceret panem. Plaut. Asin. 5. 49. Quum à pistore panem petimus. Cic. 2. de Finib. 40.

Coqui, pistores, lecticarii, artes vulgares, Ciceroni pro Rosc. Ameri. 79.

Pistor dulciarius. Mart. lib. 14. 228.

Pistóricus, pe. cor. Adiect. (ἀρτοποιικός,) Quod ad pistorẽ pertinet. Iureconsultus, Siquis seruos habuerit proprios, sed quorum operas locabat vel pistoricas vel histrionicas, seruorũ appellatione hos legasse videt.

Pistórius, aliud adiectiuũ, Idem: (ἀρτοποιικός,) vt Ars pistoria. Plin. lib. 18. cap. 11. 4 Ad operis pistorii genera transeunte cura.

Pistũra, pistũræ, penul. produ. (μαμακτική,) Pinsendi artificium & ratio. Plin. lib.

Plinius lib. 18. cap. 16. 6. Pistura non omnium facilis: quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula serrata, & stela intus denticulata, vt nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferroque frangantur. Ibidem, 8. Et ipsa autem quæ euallunturvariam pisturatum rationem habent.

Pistrinum, pistrini, & Pistrina, pistrinæ, penu. prod. (ἀρτοκοπεῖον μύλον, μυλοθρικον,) Locus in quo panis pinsitur & fit. Sueton. in Augusto, ca pi 4. Et modò vogentariam tabernam, modò pistrinum Ariciæ exercuisse obiicit. Plin. lib. 18. cap. 9. 1. E filigine lautissimus panis, pistrinarumque opera laudatissima.

In pistrinum autem antiquitus à dominis trudebantur serui ob noxam. Vnde Terentius in Heaut. 3. 2. 19. Pistrino dignus.

Dedere aliquem in pistrinum, Vide DEDO.

Detrudere & cõpingere aliquem in quoddam pistrinũ. Cic. 1. de Ora. 25.

Tradere aliquem in pistrinum. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2. 13.

Viuere in eodem pistrino cum aliquo. Cic. 2. de Orat. 79.

Pistrinensis, & hoc pistrinense, (ἀρτοκοπεῖον,) Quod ad pistrinum pertinet. A pulcius in alinum transformatus molas pistrinentes, per circumministri in pistrinensi contubernio. Suet. in Caligula, ca. 39. Quicquid instrumenti veteris aulæ erat, ab vrbe repetit, comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & pistrinensibus iumentis.

PINTIA, (πινία,) Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Vallis, Oletana alio nomine dicta, vrbs Hispaniæ, vulgò Valladolit.

Pinus, fœm. gen. tam quartæ quàm secundæ declinationis, (πίτυς,) Arbor nota. Plin. li. 16. ca. 10. 2. Ex is pinus atque pinaster folium habent capillamenti modo prætenue longumque, & mucrone aculeatum. Pinus fert minimum resinæ, interdum ex nucibus ipsis. Virgil. 7. eclog. 9. Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis.

Syluarum gloria pinus. Stat. 5. Sylu. 1. 31.

Pinus filia nobilis syluæ. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.

Acuta pinus, Vide ACVO.

Acuta pinu præcinctus caput Pan. Ouid. 1. Metam. 141.

Alta pinus. Virgil. 2. Georg. 78.

Annosam pinum reuellere domo. Ouid. 12. Metam. 72.

Cæsa pinus monibus. Ouid. 1. Metam. 20.

Eruta pinus radicibus. Virgil. 5. Aeneid. 90.

Flammifera pinus. Ouid. 1. Metam. 89.

Gallinaria pinus. Iuuenal. Saty. 3. 30.

Grata deum matri pinus. Ouid. 10. Metam. 21.

Ingens pinus. Horat. 2. Carm. ode 3. 2.

Pinus loquens. Virgil. 8. eclog. 4.
Mænalus, argutumque nemus, pinosque loquentes
Semper habet.

Nautica pinus. Virgil. 4. eclog. 8.

Sacra pendebit fistula pinu. Virg. 7. eclog. 4.

Succincta comas, hirsutaque vertice pinus. Ouid. 10. Metam. 21.

Tronca pinus. Virg. 3 Aeneid. 132.

Vberrima pinus. Virg. 4. Georg. 29.

¶ Syluis euertere pinum. Virg. 1. Georg. 52.

¶ Caua pinus, per synechdochen pro ipsa naui, quæ ex pinu constructa est. Valer. 1. Argonaut. 138.
– volat immissis caua pinus habenis,
Infunditque salum: & spumas vorat ære tridenti.

Operta pinus. Stat. 5. Sylu. 78.

Tarda pinus pondere. Virgil. 5. Aeneid. 31.

Pinea, pineæ, etiam dicitur, (πίνυς,) Columel. lib. 5. cap. 10. 10. Eodem tempore iuglandem, & castaneam serere oportet.

Pineus, Adiectiuum, (πιτυνός,) Quod ex pinu est. Plin. lib. 15. cap. 10. 2. Pinea corona victores apud Isthmum coronantur.

Ardor pineus. Virgil. 11. Aeneid. 158.

Claustra pinea. Virg. 1. Aeneid. 52.

Cortex pineus. Columel. lib. 6. cap. 16. 1.

Frondes pineæ. Columel. lib. 2. cap. 2. 8.

Robora pinea. Stat. 2. Thebaid. 124.

Sylua pinea. Virgil. 9. Aeneid. 18.

Tæda pinea. Ouid. 2. Fast. 112.

Tecta pinea vocat naues Ouidius, 14. Metam. 106.

Virga pinea. Ouid. 2. Fast. 6.

Pinaster, pinastri, m. g. (ἀγριοπίτυς,) Pinus syluestris, miræ altitudinis. Plinius lib. 16. cap. 10. 3. Pinaster nihil aliud est quàm pinus syluestris. Idẽ lib. 15. cap. 10. 1. Quartum Pityida vocant è pinastris.

Pinifer, pen. corr. Adiectiuũ: (πιτυόφορος,) vt Pinifer mons. Virg. 10. Aeneid. 142. Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit. Id est, in quo crescunt pinus.

Caput piniferum Atlantis. Virgil. 4. Aeneid. 50.

Mænalus pinifer. Virgil. 10. eclog. 3.

Ropes piniferæ. Lucan. lib. 2. 87.

Pinẽtum, pinẽti, pen. prod. (πιτυών,) Locus pinis consitus. Plin. lib. 27. ca. 8. 10. Chrysolachanum in pineto Lucinæ simile nascitur.

Succinẽta pineta. Ouid. 15. Metam. 121.

Pio, pias, piui, piãtum, (ἱερεύω, ἁγνίζω,) piare, Colere. Plautus Asin. 10. 3.
Vbi piem pietatem, si isto more moratam tibi
Postulem placere:

¶ Piare, aliquando pro Contaminare & polluere ponitur.

¶ Piare, Pie amare, inquit Nonius. Nævius, Nemo est qui magis suos piet liberos.

¶ Piare, (καθαίρειν, ἁγνίζειν, ἀφοσιοῦσθαι,) Purgare. Virg. 2. Aeneid. 28.
– & culpam miserorum morte piabunt. Plautus Menæch. 8. 17. Iube te piari de mea pecunia. Cice. pro Domo sua, 101. Siquid tibi aut piandum, aut instituendum fuisset religione domestica.

Arat piare thure. Propert. lib. 3. eleg. 10. 4.

Hostilia busta piasti. Ouid. 13. Metam. 105.

Clades piare. Propert. lib. 3. eleg. 4. 2.

Corpora piantur. Ouid. 1. Fast. 6.

Delicta piare. Silius lib. 17. 114.
– quis nostra faris delicta piabit
Tartareus torrens?

Delubra piantur cædibus. Silius lib. 4. 166.

Fontes piandi. Propert. lib. 4. eleg. 10. 5.

Fulgura atque ostenta piare. Cic. 1. de Legib. 35.

Iram piauit cæde. Propert. lib. 3. eleg. 19. 4.

Morsmorte pianda est. Ouid. 8. Metam. 97.

Nefas piare. Virgil. 1. Aeneid. 37.

Ossa piare. Virgil. 6. Aeneid. 76. Prodigiis acti cœlestibus ossa piabunt.

Ritum piandi tradere. Ouid. 3. Fast. 59.

Piatio, piationis, fœ. ge. Verbale. Plin. lib. 28. ca. 2. 17. Si Pontifici accidat Ditis causa epulãti, in mẽsa vtiq; id reponi adoleriq: ad Iaré, piatio est.

Piatrix, penul. prod. piatrĩcis, (καθαρτής,) Sacerdos quæ expiare solita erat, authore Festo.

Piãmen, penul. prod. seu Piamentum, (κάθαρσις, ἀφοσίωσις,) Erat id quo in expiando vtebantur, inquit Festus Dictio poetica magis, quàm oratoria. Plin. lib. 35. cap. 4. 4. Hac coulsa scrobem repleri vario genere frugum, religio est, ac terræ piamentum.

Februa Romani dixere piamina patres. Ouid. 2. Fast. 4.

Piãculum, piãculi, pen. corr. (ἀφοσιωτικόν,) Sacrificium, cultus, & quicquid agitur seu præbetur pro satisfactione peccati. Virgil. 6. Aene. 31.
– ea prima piacula sunto. Ibidem, 4. 127. Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat. Horat. 1. Carm. ode 28. 7. Teque piacula nulla resoluent. Hoc est nullis hostiis te expiabis. Ci. 1. de Legib. 90. C. Cotta censet habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum dare. Liui. 9. bel. Pun. 42. Qui cũ magno piaculo sacrilegii sui manubias retulit.

Inferr piacula manibus. Ouid. 6. Metam. 114.

Miseranda piacula spretæ pœnæ Silius lib. 1. 37.

¶ Piaculum, Aliquando dicitur peccatum, crimen, flagitium. Virg. lib. 6. Aeneid. 114. Distulit in seram commissa piacula mortem. Vbi Seruius, Piacula, commissa, propter quæ expiatio debetur. Plaut. True. 5. 12.
– piaculum est misereri nos hominum
Rem malè gerentium. Plin. lib. 7. cap. 30. 6. Sed quo te M. Tulli piaculo taceam?

Horrenda piacula. Stat. 1. Achill. 28.

Contrahere piaculum, Vide CONTRAHO.

Piaculãris, & hoc piaculãre, penul. prod. (ἀφοσιωματικός,) Quod ad satisfactionem peccati pertinet vel datur. Liu. 1. ab Vrbe, 11. Itaque vt cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri vt filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, &c. Plaut. Epid. 3. 36.
Mẽne piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum? Id est, oportetne tuam stultitiam meis scapulis expiari? Plin. epist. 53. c. Postremò, ac potentissimi, vilissimo quoque quasi piaculari dato, alienis pœnis elaberentur. Idem in Panegy. 55. Quum velut piaculares publicæ solicitudinis victimæ supra sanguinem noxiorum ad lenta supplicia, grauioresque pœnas ducerentur. Liu. 9. bel. Pun. 99. Duplamque pecuniam in thesauris reponi, & sacrum piaculare fieri.

Piacularia, Tristia, per quæ malum fieri opinabantur. Nam à superis fœliciratem, ab inferis diis infoliicia dari censebant.

Piacularia auspicia dicebantur quæ sacrificantibus tristia portendebant, quum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum reddidisset, aut in aliam partem corporis quàm oporteret cecidisset.

Piabilis, & hoc piabile, penu. corr. (ἀφοσιωτός,) Quod purgari potest.

Fulmen piabile. Ouid. 5. Fast. 58.

Piper, piperis, pen. corr. n. g. (πίπερι,) Arbor parum nobis nota, cuius fructus condimentis aptus & calidus ex Arabia ad nos affertur. Plin. lib. 12. cap. 7. Passim verò quæ piper gignunt, iuniperis nostris similes, quanquanquam in fronte Caucasi solibus opposita gigni

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum eas aliqui tradidere,&c. Persius Saty.5.6.
Rugosumque piper. Martial.lib.13.5.
Vt lapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quàm sæpe petit vina piperque coquus.
Album piper,Horat.2.Serm.saty.4.15. Ibidem,lib.2.saty.8.10.
Asperum piper,Vide ASPER.
Candidum piper,Vide Candidus in CANDEO.
Longum piper,Vide LONGVS.
Rugosum piper.Pers.Saty.5.6.
Piperatus.penul.prod. Adiectium, (πιπερίτης,) vt Piperatum vinum. Quod pipere & melle conditum est. Et Piperatum acetum,apud Columellam lib.12.cap.47.5.

Piperitis, huius piperitis,pen.prod.f.g.(πιπερίτις,) Herba,de qua Plinius lib.20.cap.17.1. Idem lib.19.cap.12.4.genitiuũ fecit piperitidis.Panax,inquit,piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum,ob id piperitidis nomine accepto.

Pipilo, pipilas,pen.corr. (πιπίλω,) pipilare,dicitur passer. Catullus de passere Lesbiæ,3.7.
Sed circumsilens modò huc,modò illuc,
Ad solam dominam vsque pipilabat.

Pipio, pipiônis,m.g. (πιπιστιδιόν,) Pullus columborum,apud Lampridium in Alexandri vita.

Pipio,pipis,pipiui,pipitum,pen. prod. (πιπίω,) pipître,Propriè dicuntur pulli gallinacei,& huiusmodi.Colu.li.8.ca.5.11.Diu vendere cæsino animaduertat an pulli rostellis oua percuderint, & auscultetur si pipiant.

Pipo, pipas,(πίπω,) pipare, dicuntur Gallinæ quum vocem emittunt.Varro in Originibus,Mugit bos,ouis balat,equi hinniunt, gallina pipat.Nonius.

Pipulum, penul.correp. (ἴγκλημα,) pro conuitio, à pipatu gallinarum,dixit Plautus in Aulularia,16.31.
Ita me bene amet Lanerna,te iam nisi reddi
Mihi vasa lubes,pipulo hic differam ante ædes. Nonius.

PIQVENTVM, (πικουέντον,) Ptolemæo lib.3.cap.1.Vrbs Istriæ.Vulgò Pinquento.

Pirata, piratæ,penul. prod.m. ge. (πειρατής,) Nomen latronis qui primus mare infestauit,à quo omnes spoliatores & prædones,piratæ dicti sunt. Alii piratam, à πειρῶ transeo deducunt, quia scilicet ex transuerso simul ac piratæ viderent insulam, in eam transeundo mare impetum facientes,illam deprædabantur. Pirata Græcè, Latinè prædo dicitur. Cice.7.Verr.51. Illum clam à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. Lucan.lib.2.115.
Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit.
Barbarus pirata,& nefarius prædo.Cic.pro Rosc.Amerino,87.

Piratica,piraticæ.pen.corr.(πειρατεία,) Ars ipsa:vnde Piraticam facere dicuntur prædones. Cice.Post red.in Senato, Profectò egestate & improbitate coactus,piraticam ipse fecisset,ac minore quidem cum Reipub. detrimento, quàm quòd intra mœnia nefarius hostis prædoque versatus est. Quintil lib.8.cap.3.Piraticam quoque vt mulicam & fabricam dici,adhuc dubitabant mei præceptores.

Piraticus,pen.corr.Adiectiuũ.(πειρατικός,) Quod ad piratam pertinet. vt Piraticum bellum. Cic. Post reditum in Senatu; Qui in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset. Idem 7.Verr.58. Myoparone piratico capto,dux liberatus,symphoniaci Romam missi.
Puppis piratica.Claud.4.Panegy. 27.
Nauis piratica.Quintil.lib.2.cap.14.2.

Piraterium, (πειρατήριον,) Habitaculum piratarum.

PIRAEVS, (πειραιεύς,) (inquit Strabo) Athenarum portus & emporium duorum millium passuum muro recedentibus Athenis iunctus, quadringentarum nauium capax. Multi priorem syllabam huius dictionis per y scribunt,sed per i Latinum potius scribendum esse Græca dictio indicat.Scribitur enim apud Græcos πειραιεὺς per ει diphthongum,quæ in i tertiam vocalem vertisolet. Vadianus in Pomponium Mela ita sic ait,Multi Pyrrhæum,plerique Piræeum pronuntiant, scribûntque,& Piræum,à quo Piræa & Piræea accusandi casu.Stat.12.Thebaid.123.in Catalogo copiarum,quæ Thesei secutæ sunt,
Qui gelidam Brannona viri,qui rura lacessunt
Munichia,& tepidis stabilem Piræea nautis. Et Piræa pluraliter,Ouidius 4.Fast.115.
Sunion expositum,Piræaque tota recessu Linquit. Illud notandũ, Piræum & portum esse & oppidum,de quo vide Gellium lib.2.ca.21. & lib.11.cap.1.Hasdeus Vadianus. Cice.ad Atticum lib.7.123.13. Venio ad Piræeam in quo magis reprehendendus sum,quòd homo Romanus Piræea scripserim,non Piræum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quàm quòd illa addiderim.Et paulo post, Quod si δήμους oppida volumus esse, tam est oppidum Sunium, quàm Piræeus. Idem de Claris Oratorib.28.Nam vt semel è Piræo eloquentia euecta est,omnes peragrauit insulas,&c.

Piræus,Adiectiuum,(πειραϊκός,) vt Littora Piræa.Ouid.6. Metam.90.
Portus Piræus,Propert.lib.3.eleg.21.5.

PIRITHOVS,pen.corr. (πειρίθους,) Ixionis filius non ex Nube, sed ex coniuge,fuit rex Lapitharum:qui quum ad inferos cum Theseo descendisset,à Cerbero cane tricipiti deuoratus poetis fingitur,vt scribit Seneca in Hercule furente. Alii dicunt quum ad inferos descendisset vt illinc raperet Proserpinam,cuius amore tenebatur, iussu Plutonis catenis alligatum fuisse in perpetuum supplicium.Horat.4.Carm.ode 7.6.
Non Lethæa valet Theseus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.
Ardor temerarius Pirithoi.Stat.8.Thebaid.11.
Fides Pirithoi.Ouid.2.de Ponto,eleg.6.6.
Amator Pirithous.Horat.3.Carm.ode 4.16.
– amatorem trecentæ Pirithoum cohibent catenæ.

Pirum, Vide PYRVM.

PISA, (πίσα,) Ciuitas in summo montis vertice condita, inter Ossam & Olympum,iuxta quam Ioui sacra dicta Olympia celebrantur. Est & hoc nomine oppidum Arcadiæ, prope Alpheum amnem: à qua hi qui Pisas in Italia condiderunt, venere:dictas à ciuitate pristina.Vnde Virgilius lib.10.Aeneid.36. – Alpheæ ab origine Pisæ
Vrbs Hetrusca solo. Hinc
Pisæus,Possessium,(πισαῖος,) vt Iuuentus Pisæa.Stat.6.Thebaid.111.
Manus Pisæa.Lucan.lib.3.36.

PISAE,Pisarum, (πίσαι,) ciuitas Tusciæ:à qua Pisani dicuntur. De hac Lucanus lib.2.81.Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ.
Meminit huius Cicero ad Qu.fratrem,lib.2.8.6.
Alpheæ Pisæ.Claud de bello Gildon.97. Virgil.10.Aeneid.36.

PISAVRVS,(πίσαυρος,) fluuius Piceni,à quo Pisaurum ciuitas ei superposita nominata est.Seruius vero scribit Pisaurũ dictum, quòd illic aurum pensatum sit.Nam quum Camillus Gallos interemisset,aurũque,quod Galli à Romanis acceperant pro Capitolio non euersio,recepisset, & signa ciuitati appendisset,ciuitati nomen dedit. Plin.libro 3. cap.14.Huius meminit Cicero ad Tironem,lib.16.11.4.
Sedes moribunda Pisauri.Catull.ad Iuuentium,epigr.76.1.

Pisaurensis,(πισαυρήνης,) Qui Pisaurum habitat,aut ex eo natus est. Cicero de Clar.Orat.147,T.Accium Pisaurensem,cuius accusationi respondi pro A.Cluentio,qui accuratè dicebat,& satis copiosè.

Piscis, huius piscis,m.g.(ἰχθύς,) Animal in aquis degens:propriè autẽ qui squamis tegitur,vt ex Plinio apparet,lib.9.cap.12, quum ait,Aquatilium tegmenta plura sunt,alia corio & pilis teguntur,vt vituli,hippopotami:alia corio tantum,vt delphini cortice,vt testudines: silicum duritia, vt ostreæ, & conchæ:crustis,vt loculæ: crustis & spinis,vt echinis squamis,vt pisces.
Aequorei pisces.Ouid.10.Metam.16.
Captiui pisces.Ouid.13.Metam,198.
Litoralis piscis,Vide LITVS.
Molles pisces,Vide MOLLIS.
Muti pisces.Horat.4.Carm.ode 3.4.
Nitidi pisces.Ouid.1.Metam.16.
Taciti pisces.Ouid.4.Metam.10.
Obscœnus piscis,Vide OBSCOENVS.
¶ Capiuntur hamo pisces.Cic.de Senect.40.
Capere pisces arundine.Ouid.8.Metam.44.
Corrumpere pisces,Vide CORRVMPO.
Ducere piscem hamo.Oui.epist.18.3.
Euocare esca piscem è penetralibus liquidis. Silius lib.7.101.
– sparsa per stagna profundi
Euocat è liquidis piscem penetralibus esca.
Generant oua pisces.Cic.2.de Nat.deor.194.
Ludit piscis in aqua,Vide LVDVS.
Nactus sum pisces ex sententia, hi ne corrumpantur cautio est, Vide NANCISCOR.
Suspendere piscem hamo.Ouid.15.Metam.21.
Extructa non conchyliis aut piscibus,sed multa carne subrancida mensa. Cic.in Pisonem,53.
Magis mutus quàm pisces.Prouerbialis metaphora de vehementer infantibus atque infacundis.Conueniet & in hominem immodicæ taciturnitatis.Horat.4.Carm.ode 3.4.
O mutis quoque piscibus
Donatura cygni si libeat,sonum.Pisces enim nullam edunt vocem,exceptis perpaucis,inter quos canis marinus. Erasmus.
Piscis nequam est nisi recens,manet in hunc vsque diem vulgo celebre. Dicitur autem peculiariter in hospitem aut vulgarem amicum,qui primo quidem aduentu non ingratus est, cæterum ante triduum exactum putet.Plautus, Quasi piscis itidem est amator lenæ:nequam est nisi recens. Erasmus.
¶ Pisces, pro signo cœlesti, frequentius pluraliter declinatur.Colum.lib. 11.cap.1.Quintodecimo Cal.Martii Sol in Pisces transitum facit.Cic. 2.de Natu.deorum,163.
Exin contortis Aries tum cornibus hæret. quam propter

Pisces,quorum alter paulum prælabitur antè. Ex poeta.Virg.4.Georgic.47.Aut eadem sidus fugiens vbi Pisces aquosi.
Piscis Aquilonius. Columel. lib. 11. cap. 2. Tertio Idus Martii Piscis Aquilonius desinit oriri.
Piscis Austrinus. Columel.lib.11.cap.2. Quarto Nonas Septembris Piscis Austrinus desinit occidere.

Pisciculus,piscículi, penult. correp. Diminutiuum, (ἰχθύδιον,) Terent. And.1.2.32.Varro 3.de Re rust.cap.5.13.
Piscículi parui.Cic.2.de Nat.deorum,185.

Piscor,piscaris, (ἁλιεύομαι,) piscari,Insidiari piscibus. Plin.lib.19. cap. 1.8.Retia in piscando dorantur. Cic.3.Offic.96.
Piscari in aere.Plaut.Asin.3.87.Prouerbium,pro Operam ludere.

Piscatus,huius piscatus,pen.prod.m.g. (ἁλιευτική,) Ipsa piscatio & ipse piscandi actus. Plinius, Quo venatus, aucupia, piscatusque alebant. Plaut.Rud.8.9. – hamatilem piscatum,
Et laxatilem aggredimur. Ibidem,12.5. – hic piscatus
Mihi lepidè euenit. Plin.lib.6.cap.22.11. Esse in piscatu voluptatem testudinum maximè. Sic Cicero 2.de Finib.40.
¶ Piscatus,per transllationem dixit Plautus in Bacchi.1.69.Piscatus meo animo hic tibi hodie euenit bonus.

Piscator,pen.prod.Verbale, (ἁλιεύς,ἰχθυοβολεύς,) Qui piscatur. Terẽ. Eunuc.2.2.26. Cic.3.Offic.76. Piscatores ad se conuocauit,& ab his peruiti vt ante suos hortulos postridie piscarentur. Ibidem,li.1.210. Ouid.14.Metam.130. Miles erat gladio, piscator arundine sumpta.

Piscatorius,Adiect.(ἁλιευτικός,) Quod ad piscatorem pertinet. vt Nauis piscatoria,& Luti piscatorii,qui fiebant pro quæstu piscantium.
Piscatoria nauis.Cæsar 2.bel.Ciuil.11. Et Liu.3.bel.Pun.4.
Piscatoria linea.Plin.lib 24.cap.9.8.
Piscatorium forum.Colum.lib 8.cap.17.13. Et Liu.6.bel.Pun.139.

Piscatrix,pen.prod.Verbale fœmininum, (ἁλιεύτρια,) Plin.lib.9.ca.42. 2.Nec minor solertia ranæ quæ in mari piscatrix vocatur.

Piscatorius,Adiectiuũ,(ἰχθυοβολικός,) Idem quod piscatorius:vt Hamus piscatorius.Plaut.Stich.5.16.Arcidinè ferr,sportulamõgi,& hamũ piscatorũ.
Piscaria copia,Abundantia piscium.Plaut.Casin.10.63.
Piscarium forum,Vbi pisces venduntur.Plaut.Curcul.9.13.

Piscarius,Substantiuum,(ἰχθυεμπόρος,) Qui pisces vendit. Varro, Inter piscatores nemo vendebat.

Piscaria,piscariæ,(ἰχθυοπωλεῖον,) Locus in quo pisces venduntur.Varro, Nullus in piscaria piscis erat.Vlpianus (teste Budæo) pro vulgari significatione vsus est in L. Inter publ.De verb. significo. Salinarum,metallorum,piscariarum,inquit.

Piscósus,pen.prod. (ἰχθυόδης,) vt Piscosus amnis, In quo piscari facile est.Ouid.3.Fast.117.Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes.

Piscosus,aliquando dicitur Piscibus plenus.Martial.lib.10.37.
Illic piscoso modò vix educta profundo.
Vada piscosa.Ouid.2.de Arte,17.

Pisculentus,Adiectiuum, (ἰχθυόεις,) Locus pisculentus, Vbi multi pisces morantur,vel in quo est facile piscari. Caro, Haurium magnum, pulchrum,pisculentum. Plautus Rud.12.2. – qui salsis
Locis insolit pisculentis.

Piscina,huius piscinæ,pen.prod. (ἰχθυοτροφεῖον,κολυμβήθρα,) Lacus vel stagnum in quo viui pisces conseruantur. Varro 3. de Re rust. cap. 3.12.Piscinas dico eas q̃ in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad vsum.Martial.Piscina thôbũ pascit,& lupos vernas.Cic.in Parad.49.
In Piscinis sunt multi barbati.Cic.Attico,lib.2.16.14.
Viuaria & piscinæ.Plin.lib.8.cap.16.Quibusque viuaria,armenta,aluearia,piscinæ,auiaria in cura erant. Idem lib.9.cap.17.4.de mulis, Nec in viuariis piscinisque crescunt.
Publica piscina.Cic.Qu fratri,lib.3.23.1.
¶ Piscinæ vocantur omnes aquæ siue frigidæ siue calidæ collectæ ad natandum:quòd in piscinis pisces natare soleant.Cic.Latiorem piscinam voluissem,vbi iactata brachia non offenderentur.Plinius Iunior epist. 6.lib.5.ad Apollinarem,Si natare latius aut tepidius velis,in area,piscina est: in proximo puteus,ex quo possis rursus abstergi,si pæniteat recio;ex qua natantes mare aspiciant.
¶ Piscinæ pecorum.Colum lib.1.cap.5.Hæc quoque si deficient,& spes arctior aquæ manantis coegerit,vastæ cisternæ hominibus,piscinæque pecoribus instruantur,colligendæ aquæ tandem pluuiali. Ibidem ca 6.Piscinas minimum duas: alteram quæ anseribus ac pecoribus seruiat: alteram in qua lupinum,vimina,& virgas,atque alia quæ sunt vsibus nostris apta,maceremus.
¶ Piscinæ,dicuntur etiam vasa lignea ampliora ad tenendam aquam.Plinius,Decoquitur in aqua,& in piscinas ligneas funditur.

Piscinalis,& hoc piscinale.pen.pro.(ἰχθυοτροφεῖος,) Quod est piscinæ, siue qd̃ ad piscina pertinet.Vnde apud Palladiũ Piscinales cellæ leguntur.

Piscinarius,piscinarii, (ἰχθυοτρόφος,) Qui loca piscibus referta habet, vel qui piscinis delectatur. Vnde Cicero Lucullum & Hortensium piscinarios appellat ad Atticum,lib.1.14.8. Tum autem beatos homines hos piscinarios (dico, amicos tuos) non obscurè nobis inuidere. Ibidem,15.5.Mihi verò vt inuideant piscinarii nostri, aut scribam ad te alias,aut in congressum nostrum reseruabo.

PISIDIA,Pisidiæ, (πισιδία,) Regio est in Asia Minoris de qua apud Ciceronem 1.de Diuinat.154.Eademque & Pisidiæ causa fuit,& huic nostræ Vmbriæ.

PISIDAE,pen.indiff. Pisidarum,(πισίδαι,) antea Solymi vocati, à Solymo Iouis & Chalenæ filio:populus est barbarus iuxta Aspendam & Siliciã habitans:vt ait Stephanus. Clau.2.in Eutropiũ,49.de Phrygia,
– vtrinque propinqui
Finibus obliquis Lydi,Pisidæque feroces
Continuant Australe latus. Pisicianus in Perihegesi corripuit, Post hos Pisidũm pinguissima rura coluntur.Pisidũm,pro Pisidarum.

Pisidæ,Phryges, Cilices & Arabum natio auium significationibus plurimum obtemperant.Cic.1.de Diuinat.117. Ibidem,51.

PISISTRATVS,pen.corr. (πεισίστρατος,) Athenensis tyrannus, clarus genere,eloquentia verò tanta,vt ea deliniti Athenienses, libertate qua nihil charius habebant,se sponte exuerent,illiusque facundiæ sanctitatem Solonis,qui nomen fuerat ciuitatis,posthabeerent. Artes liberales maximè fouit: bibliotheeam primus Athenis publicauit, quam Xerxes vrbe potitus,ad Persas transtulit. Eam deinde multis post annis Seleucus Nicanor restituendam curauit.Homeruscius iussu in eũ ordinem qui nunc est,redactus. Regnauit annos tringinta tres, quo tẽpore Seruius Tullus Romæ,vt author est Gellius.Plura de hoc,& quibus artibus tyrannidem adeptus sit, vide apud Trogum lib.2. Meminit & huius Cicero ad Atticum,lib.7.138.3.
Pisistratus alter, Laertiæus historicus commemoratur à Suida.

Piso, pisis, (πίσσω,) pisere.pen.corr. Id significare videtur Budæo, quod Græcis πίσσων,hoc est purgare,decorticare:quod pinsẽdo fit in ordeo & aliis frugibus.Plin.lib.18.cap.10.7. Vt nisi interi pisant,concidantur grana,ferroque frangantur. Legitur & pinsant.Varro de Re rust. Alii ficum & vuam passam quum piserunt, affundunt sapam. Legitur & hic pinserũt.Plin.li.18.ca.10.8.Lentẽ torreri prius iubet:deinde cum furfuribus leuiter pisi. Vbi quidã legunt pinsi.Budeus.

Piso,pisas, (πίσσω,) pisare,Idem,Varro 1.de Re rust.cap.63. Vt in pistrino piscrum ac torreatur.

Pisus,pisa,pisum.Plin.lib.20.cap.5.ad finem,Varro,quæ sale aut aceto pisa est arefactaque,vermiculis non infestari author est.

PISONES, (πίσωνες,) appellati sunt quidam Romani nobiles, quòd optimè pisa fererent:sicut à lente Lentuli.

Pisones,Calpurniorum è prosapia fuere,quæ à Numa rege descendit.Calpurnius enim Numæ filius fuit, vt ait Festus. Horatius item in Arte poetica ad Pisones, – vosq̃ Pompilius sanguis,&c.
Triumphi clari Pisonum.Ouid.ad Pisonem,8. Plinius tamen aliter lib. 18.cap.3.1.Cognomina,inquit,etiam prima inde: Pilumni, qui pilum pistrinis inuenerat:Pisones à pisendo. Sic etiam Ouidius in carmine ad Pisonem,4. – nam quid memorare necesse est
Vt domus à Calpo nomen Calphurnia ducat?
Claraque Pisonis tulerit cognomina prima,
Humida callosa quum pinserer hordea dextra?

Pissa, (πίσσα,) Latinè dicitur pix.

Pissasphaltus, (πισσάσφαλτος,) Pix mista bitumini,quæ in Apolloniatarum agro reperitur.Plin.lib.35.ca.15.6.Liquidum est & Apolloniaticum,quæ omnia Græci pissasphalton appellant ex argumento piscis & bituminis.De sulphure. Idem lib.24. cap. 7.4. Est & pissasphaltos mista bitumini pice naturaliter ex Apollontatarum agro.

Pissélæon, (πισσέλαιον,) Oleum quod ex pice fit. Plinius lib. 24.cap.5. 5.fit ex eo & oleum quod pisselæon vocant.De cedro.

Pissocéros,pe.prod. (πισσόκηρος,) Melliginis genus ex cera & pice,siue gummi,siue resina mistum.Plin.lib.11.ca.7.1. Prima fundamenta operis comosin vocant periti,secunda pissoceron,tertia propolin.

Pistacium, (πιστάκιον,) Nucis genus.Plinius lib.13.cap.5.1.In nucum genere pistacia nota.Vulgus pharmacopolæ iam vocat phisticorum.

Pistillum, pistilli, (ὑπτήρ,) Instrumentum quo in mortario quædam tunduntur.Plaut.Aulul.5.17.
Cultrum,securim,pistillum,mortarium,
Quæ vtenda vasa,semper vicini rogant. Colum.lib.12.cap.55.2.
Aut bene emundatum conicito,& pistillis contero.

Pistis, Latinè dicitur fides,& persuasio, πίστις.

Pistor, pistóris,Vide PINSO,pinsis.

PISTORIVM, (πιστόριον,) Italiæ ciuitas,quam Ptolemæus lib.3.cap.1. ponit inter Mediterraneas Tusciæ. Est enim inter Florentiam & Lucam,à qua Pistorienses dicti.Plinius lib.3.cap.4.

Pistrinum,Pistrix, Vide PINSO, pinsis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PISTRIS, huius Pistris, f.g. (πίστρις,) Nomen nauis apud Virgilium li. 5. Aeneid. 138. Parte prior, partem rostro premit æmula Pistris.

Pistris, (φάλαινα,) Sidus cœleste. Dicitur & Cetus, & Pistrix, vt paulo post. Germanicus in Arato.
Diuerso posita & Boreæ vicina legenti
Auster Pistris agit duo sidera, perlegit vnum.
Nanque Aries supra Pistrin Piscesque feruntur:
Bellua sed Ponti non mulcum præterit amnem.

Pistrix, pistrícis, f.g. (κῆτος,) Piscis marinus saliàs cetus. Cic. in Arato, 21. Spiniferam subter caudam pistrícis adhæsit.

Fera pistrix. Cic. in Arato, 45. —& fera pistrix
Labitur, horribiles epulas funesta requirens.

Neptunia pistrix. Cic. in Arato, 48.

¶ Pistrix, Sidus cœleste. Cic. in Arato, 18.
Hanc vna stella veruntur quam tacit ex se
Pistricis spinæ valida cum luce refulgens.
Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ
Inter pistricem fusæ sparsæque videntur.

Pisum, pisi, (πίσον,) Genus leguminis notum: cuius caules spargunturin terram, nisi habeant adminicula. Columel. lib. 2. Similis quoque est ratio pisi, quod tum facilem & solutam terram desyderat. Plin. lib. 18. cap. 12. 6. Pisum in apricis seri debet, frigorum impatientissimum. Ideò in Italia & in austeriore cœlo, nonnisi verno tempore, terra facili ac soluta.

PITANE, penul. correp. (πιτάνη,) Vrbs Aeolidis in Asia, quæ portus duos habuit. Ab hac Pitanei, & Pitanitæ nominantur. Fama est, apud Pitanam lateres inuentos esse, qui super aquas innatarent, quod & de aliis locis traditum est.

Aeolia Pitane. Ouid. 7. Metamor. 72.
Aeoliam Pitanen à læua parte reliquit.

Pithecus, pithéci, penul. prod. m. g. (πίθηκος,) simia Latinè dicitur. A quibus insulæ vbi earum maxima copia, Pithecinæ, siue Pithecusæ dictæ sunt. Vide PITHECVSA.

Pithecium, (πιθήκιον,) deformem mulierem vocat Plautus in Milit. 13. 42.
—ædepol equidem
Bellula est. PIA. pithecium hæc est præ illa & spinthurnicium.

PITHECVSA, penul. prod. (πιθηκοῦσα,) Insula est in mari Tusco, sinuque Campano sita, in cuius quodam colle oppidum fuit Pithecusæ, numero multitudinis. Hæc insula, Aenaria quoque dicta est ab statione nauium Aeneæ, & Homero Inarime dicta: hodie Ischia ab oppido, cui coxendicis similitudo, vt Hermolaus lib. 31. Plinii, cap. 2. Docet. Græcis verò Pithecusa (inquit Plinius) non à simiarum multitudine, vt aliqui existimauere, sed à figlinis doliariorum. Hæc Plinius lib. 3. cap. 6. Sanè πίθος Græcis, dolium significat Latinis. Ouidius tamen Pithecusas vrbem, non à doliis, sed à pithecis, id est simiis nomen habere putat. Sic enim ait lib. 14. Metamor. 18. in Cercopum fabula, quos tradit fuisse mutatos in simias,
Inarimen, Prochytenque legit, sterilique locatas
Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.
Quippe deûm genitor fraudem & periuria quondam
Cercopum exolus, gentisque admissa dolosæ,
In deforme vitos animal mutauit, vt iidem
Dissimiles homini possent, similesque videri,
Membraque contraxit, &c.

PITHEVS, (πιθεύς,) Filius Pelopis, qui cum Troezene fratre, vrbem Troezena condidit. Vnde Ouidius epist. 4. 22.
Hic tecum Troezena colam, Pitheia regna. Nonnulli habent Pytheus.

Pitheius, Adiectiuum, (πιθεῖος,) vt Regna Pitheia. Ouid. epist. 4. 22.

PITHO, (πιθώ,) Mulier flexanima illa dicendi præses, quam Ennius Suadam, Quintilianus Persuadendi deam. Horatius Suadelam, & poetica mella: Cicero, Lepórem. Plin. Colebatur & Diana cognomine Pitho Corinthi. Vna est ex Atlantidibus. Cic. de Claris Oratorib. 29. Pitho, quam vocant Græci, cuius effector est orator. hanc Suadam appellauit, Enniusteius autem Cethegi medullam fuisse vult, vt quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis festiuisse.

Pithoegia, (πιθοιγία,) inquit Proclus, festum veteribus erat, quo in vini participatum & seruos aduocabant & mercenarios. Relinebantur enim tunc primùm dolia. Proinde facta re diuina, vini communicatio omnibus patebat. Sic penè fit hoc tempore in die S. Martini. Comprecabantur verò, vt Plutarchus inquit, innoxiam salubremque ipsis fieri medicamenti potionem. Vndecima mensis die factitari hoc Athenis consueuisse, produnt authores. Aliubi etiam sexta eius qui Prostaterius vocaretur, bono Dæmoni diuina re peracta, desinêre iam Zephyri flatu, qui oblædere vinum ac cõmouere præcipuè creditur. Ioannes Grammaticus Hesiodi interpres Pithœgia tradit celebrari solita mense Ianuario. Dicitur autem à πίθος dolium & ἴγω aperio.

PITHOLEON, penul. correp. huius Pitholeontis, (πιθολέων,) Rhodius, Poeta triuialis & abiectus, qui quum in consinio vtriusque linguæ natus esset, confuso sermone epigrammata quædam futilia conscripsit, in quibus perquam ridiculè Græca Latinis miscuit, cuius meminit Horatius 1. Sermo. saty. 10. 5.

Pitisso, pitissas, (κατὰ μικρὸν γίνομαι,) pitissare, Paulatim degustare. Terent. Heaut. 3. 1. 48. —pitissando modo mihi
Quid vini absumpsit? sic hoc dicens, Asperum
Pater hoc est, aliud lenius.

Pittacum, pittacii, (πίττακος,) pro modico panno accipi solet, qui aliquo medicamento illitus, modò præcordiis, modò capiti dolenti imponi solet ad mitigandum cruciatum. Celsus lib. 3. cap. 10. Si capitis dolores sunt, rosam cum aceto miscere oportet, & in id ingerere: deinde habere duo pittacia, quæ latitudinem frontis, longitudinemque æquent. Ex his mucem, alterum in aceto & rosa habere, alterum in fronte, aut intinctam iisdem lanam succidam imponere.

PITTACVS, pen. corr. (πίττακος,) Mitylenæus, vnus è septem sapientibus tempore Cræsi regis. Huius illud, Prouidere ne casus veniant: si fortè venerint, æquo animo tolerare. Fuit alter Pittacus legislator (vt Fauorinus & Demetrius in homonymis meminere) qui minor est appellatus. Aelianus autem de Varia historia, Pittacum quendam commemorat, qui de mola pistrina Encomium conscripsit, vt in paruo argumento vim dicendi ostentaret. Idem de sapiente dicit, eum in templo Fortunæ scalam constituisse, vt eius exprimeret effectum, quum multi in vita mortales ascendant, descendantque.

Pituita, pituitæ, pen. prod. (φλέγμα,) tametsi quidam corripi contendant, sed falsò: idem significat (vt ait Valla in Raudensem) quod Græcè catarrhus: hoc est, quilibet humor redundans, qui ex ore, naribúsve fluit: vel etiam si non flueret, etiam si non redundaret. Est tamen pituita, ex quatuor corporis nostri humoribus, is potissimũ qui magis serosus est, & aqueus, ac magis fluxilis: vulgus medicorum cum Græcis phlegma appellat, Horat. 2. Serm. saty. 2. 16, Lenta feret pituita, vides vt pallidus omnis. Colum. lib. 6. cap. 7. 4. Si sæpius quàm consueuit, lachrymæ ab oculis, & pituita à naribus profluent, vsque ad ossa frons media vratur. Cic. 4. Tusc. 34, Quemadmodum quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi, ægrotatione nascuntur. Vide Celsum lib. 6. cap. 6, de pituita crassa, alba, molli, sicca & arida, calida, liuida, & alits generibus. Cic. 1. Tusc. 88. Nam sanguinem, bilem, pituitam, ossa, neruos, venas, omnem denique membrorum & totius corporis figuram videor posse dicere vnde concreta, & quomodo facta sint.

Lenta pituita stomacho fert tumultum. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 16.
Leues cursus pituitæ. Cels. lib. 7. cap. 7, de oculorum vitiis, Leuésque pituitæ cursus, sed assiduos in oculis mouent.
Mala pituita nasi. Catull. ad Furium epig. 4.
A te sudor abest, abest saliua,
Mucúsque, & mala pituita nasi. Duo sunt Phaleucii.
Molesta est pituita. Horat. 1. epist. 1. 22.
Extenuant pituitam omnia salia atque acria & arida. Cels. lib. 2. ca. 23.
Substitit pituita. Celsus lib. cap. 6. Deinde quum primum satis pituita substitit, iterum ad vsum balnei redire.
Sustinere pituitã. Cels. lib. 5, cap. 28, Idque oẽm pituitã vbique sustinet.
¶ Pituita, per synæresim vox est trisyllaba, apud Persium Saty. 2,
Somnia pituitã qui purgatissima mittunt. Alii tamen legunt,
Somnia qui pituitã purgatissima mittunt.
¶ Pituita in arboribus. Plin. lib. 17. cap. 27. 1, Defluẽs pituita abstergeat.
Pituita, in Gallinis. Columel. lib. 8. Sæpe etiam iam validioribus remediis factis, atque ipsis matribus etiam vitandæ pituitæ pernicies erit. Ibidem. cap. 15. 12.
Pituitosus, penul. prod. Adiectiuum, (φλεγματώδης,) Qui Græcè dicitur phlegmaticus. Cic. de Fato, 11. Inter locorum naturas quantum interfit videamus, alios esse salubres, alios pestilentes, in aliis pituitosos, & quasi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos.
Pituitaria, pituitariæ (φαρμὶς ἀγγεῖα,) herba quę & astaphisagria dicitur, hoc est vua agrestis: dicta pituitaria, quòd pituitam oris siccet, sed tamen fauces lædit. Plin. lib. 23. cap. 18. Quidam eam pituitariam vocant. Dioscorides astaphisagria loquitur.

Pityocampae, (πιτυοκάμπαι,) vermes siue eruca è pinu arborre nascentes. Plin. lib. 23. cap. 2. 4. Pityocampas eruca, quas pityocampas vocant.

Pityonices, pen. prod. (πιτυονίκαι,) dicitur qui est victor in ludis Græciæ, in quibus victores donabãtur pinu, qui in Archemori honorem celebrabantur.

Pix, picis, f.g. (πίσσα, πίττα,) nihil aliud est, inquit Ruellius, quàm fluxus in cõbustæ in tæda sua resinæ: de pinu ferè omnis, vt Theophrastus inquit. quanquam in Syria terebinthi quoque picem ferunt, quia desint ibi pinus. Cæterum pix liquida coquitur ad nauium, & ad multos alios vsus. Plinius libro 14. cap. 19. 3. Italiæ pars aliqua rabulana picei ac resina cõdire musta vulgare est ei, proumeiisque finitimis. Cæsar 7. bel. Gall. 87. Et apertos cuniculos præusta & præcuta materia, & pice feruefacta, & maximi ponderis saxis morabantur. Colu. lib. 6. cap. 32. 2. Atque ita factis vlceribus mederi liquida pice atque oleo.

De generibus

De generibus picis vide Plinium lib. 16. cap. 12.
Atræ picis massa. Virg. 1. Georg. 55.
Illyrica pice nigrior. Ouid. 2. de Arte, 132.
Cælum pice nigrius. Ouid. epist. 17. 2.
Induere postes pice, Vide INDVO.
Lentescit tellus in morem picis. Virg. 2. Georg. 50.
Arbores manantes picem, Vide MANO, manas.
Piceus, Adiectiuum. (πισσώδης,) Quod est ex pice, siue nigrum, & viscosum, ac tenax vt pix. Martialis lib. 2. 41,
Et tres sunt tibi Maximina dentes,
Sed planè piceique, buxeique.
Caligo picea. Virg. 1. Georg. 62.
Imber piceus. Plin. lib. 16. cap. 33. 45.
Lumen piceum. Virg. 9. Aeneid. 15.
Nimbus piceus. Stat. 1. Thebaid. 20.
Nubes piceæ. Ouid. 11. Metam. 110.
Nubila picea. Silius lib. 5. 8.
Turbo piceus. Virg. 3. Aeneid. 115.
Piceátus, pen. prod. Aliud adiectiuum, (πισσόχρους,) Pice illitum significat. Mart. lib. 8. 59, in furem,
Ne contemne caput, nihil est furacius illo:
Non fuit Autolyci tam piceata manus.
Pico, picas, (πισσόω,) picare, Pice inducere, vel illinere. Plin. lib. 11. cap. 7. 1, Pissoceros super eam venit picantium modo ceu dilutior. Colum. lib. 12. cap. 18, Cæteraque vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt. Paulo post, Et feruentissima pice infusa nouo alio rutabulo & scopula picatur.
Picatus, Participium. (πισσωθείς,) vt Picata dolia. Plin. lib. 15. cap. 17. 2, Picata vasa fictilia. Colum. li. 11. ca. 2. 5 2, Dolia partim picata, partim defricata. Plin. lib. 29. cap. 4. 35, Conduntur in calice fictili non picato.
Picatum etiam dicitur quod picem resipiens vt Picatum vinum. Plin. li. 23. cap. 1. 34, Ad omnia hæc vtilius id quod sponte naturæ suæ picem, resipit, picatumque appellatur. Idem lib. 14. cap. 4. 12, Viennenses solipicata sua, quorum genera plura diximus, pluris permutasse, sed inter sese amore patrio ceduntur. Martialis lib. 13. 107,
Hæc de vitifera venisse picata Vienna
Ne dubitemisit Romulus ipse mihi.

P I.

Placabilis, Placatus, Vide PLACO.

Placenta, placentę. (πλακοῦς,) Libum farinaceum, quod fit ex farina siligínea, caseo & melle. Dicta quòd nobis placeat: vel quòd ea solerent deos placare. Vel dicitur à Græco πλακοῦς. Plin. lib. 7. cap. 53. 4, de mortibus repentinis, Iam Manlius Torquatus Consularis quum in cœna placentam appeteret, &c. Martial. lib. 5. 40.
Mollitæ placentæ. Horat. 1. epist. 10. 3,
Absorbere totas placentas. Horat. 2. Serm. saty. 8. 5.

PLACENTIA, (πλακεντία,) vrbs Italiæ ad Trebiam amnem, nec procul à Pado, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 15.

Placentinus, penult. prod. (πλακεντῖνος,) Gentile nomen. Cice. de Claris Orato. 88.

Placeo, places, placui, placitum, pen. corr. (ἀρέσκω, ἀδέω, δοκέω, πρόσω πίω, ἀνδάνω,) placêre, Gratũ esse. Plautus Amphit. 4. 156, Apage, non placet mẽ hoc noctis esse, cœnaui modo. Colum. lib. 9. ca. 7. 1, Quoniam plerisque videtur operosum istud, qualiacunque vasa placuerint collocari. Ouid. 2. Metam. 95,
—adimam tibi nanque figuram,
Qua tibi, quæque places nostro importuna marito.
Placet amaritudine. Plin. lib. 12. cap. 7. 3, Mirum est, longum piper sola amaritudine placere.
Omni tibi dore placebam. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 12.
Facie placere. Ouid. epist. 6. 17.
Factis placere. Ouid. 11. Metam. 65.
Illa placet gestu. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 6.
Meritis placere. Ouid. epist. 6. 17.
Moribus placere. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 10.
Ratione aliqua placere. Claud. 1. in Eutropium, 16.
Placere, & Displicere, contraria. Cic. pro Domo sua, 42, Nonne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantinis displiceret?
Agam, sic vt ipsi authori huius disciplinæ placet. Cicero 1. de Finib. 44.
Plus iusto placere. Horat. 3. Carm. ode 7. 5.
Medico quid placeat videbis. Cic. Tironi, lib. 16. 1. 2.
Nec carmina nobis Ipsa placent. Virg. eclog. 10. 13.
Cœpta placent. Ouid. 8. Metam. 14.
Meum mihi placebat, illi suum. Cic. Attico, lib. 14. 318. 4.
Oria semper placuerunt meæ menti. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 2.
Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes. Virgil. 2. Georg. 97.
Sententia ista tibi placuit. Propert. lib. 2. eleg. 10. 8.

¶ Placet, ferè in tertiis personis, pro Videtur, censet, est eius opinionis, & quod vulgus dicit, melius visum est. Cic. 3. Philipp. 152. Et vt pro tantis eorum in Rempub. meritis honores eis habeantur, gratiæque referãtur, Senatui placere. Idem Lentulo, lib. 1. 2. 2, Itaque postridie placuit, vt breuiter sententias diceremus. Et pro Cluentio, 58, Placuit repentè Iudices pronuntiare. Sic 1. de Diuinatione, 180, Vt doctissimis sapiẽtissimisque placuit. Idem 4. Acad. 176, Duo placet esse Carneadi genera visorum. Item 1. de Finibus, 42, Vtrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet, an, &c. Budeus, Placere, verbum est censentis: verbum item apponi solitum in Senatusconsultis. Ci. 6. Philip. 205, Tu multum esse deceni, iussitium edici, saga sumi, dixi placere. Ibidem, 11. 312, Senatui placere, C. Cassium Proconsulem prouinciam Syriam obtinere, vt qui eam optimo iure prouinciam obtinuerit, cumque, &c. Ibidem, 14. 410, Senatui placere vt C. Pansa, A. Hircius Consules, Imperatores alter amboue, si his videatur, &c. Idem, Est'ne hæc vera contẽtio? placetne sic agi?
Non ita dis placuit. Ouid. 4. Trist. eleg. 11. 2.
Placet de. Cic. ad Atticum, lib. 13. 261. 3, Expecto quid istis placeat de epistola ad Cæsarem.
Placitum est mihi, vel Placitum est vt: hoc est, visum est. Cn. Magnus Marcello & Lentulo in Epist. ad Atticum, lib. 8. 161, 4. Quamobrem placitum est mihi (etiam video C. Marcello & cæteris nostri ordinis qui hîc sunt) vt Brundusium ducerem hanc copiam, Decius Brutus Bruto & Cassio, lib. 11. 1. 3, Quum in his angustiis versarer, placitum est mihi vt postularem legationem liberam mihi. Cælius Ciceroni, lib. 8. 4. 12, De prouinciis placitum est vt coram Pompeio ageretur.
Placuit & placitum est: sicut licuit & licitum est, dicimus, ait Seruius.
Sic placitum, Impersonale. Virg. 1. Aeneid. 58,
Consilia in melius referet, mecumque fouebit
Romanos rerum dominos, gentemque togatam.
Sic placitũ. Vbi Seruius. Placitũ, vel fatis, vel mihi nũ impersonale est.
¶ Placere sibi, Est efferri, gloriari. Quintilianus, Placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues, si mihi idem iuuidere non expedit, pares sumus. Cicero 2. de Orat. 9, Ego enim (vt quemadmodum sentio loquar) nunquam mihi minus, quàm hesterno die placui.
Cura placendi tibi est. Ouid. 13. Metam. 64.
Studiosa mulier placendi. Ouid. 3. de Arte, 85.

Placens, Participium. (ἀρέσκων,) vt Vxor placens. Horatius 2. Carm. ode 14. 5.

Plácitus, pen. corr. Aliud participium, (ἀρεσκόμενος,) Quod placuit. Terentius in Prologo Hecyræ, 11,
—vbi sunt cognitæ,
Placitæ sunt. Ibidem, 2. 1. 44, Et quæ vobis placita cõditio est, datur. Colum. in Præfatione lib. 1, Placita disciplina.
Bonis placitis abstinere. Ouidius epist. 16. 20, Est virtus placitis abstinuisse bonis.
Forma placita. Ouid. 2. Fast. 156.

Plácitum, placiti, pen. cor. (ἀρέσκον, ἀρεστὸν,) Decretum: quòd quæ decreta sunt, ea sic Senatui vel maioribus placuisse videntur. Plin. lib. 29. ca. 1. 8, Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum trãsiliuit delentè cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnes æui medicos perorantem. Idem lib. 14. cap. 22. 6, Medicorum placitis nouitate aliqua sese commendantium.
Ire per placitum. Ouidi. 1. de Arte, 49, Si tibi per tutum, placitumque negabitur ire.

Placere, pro Blãditi. Tacit. de Orat. Satis multos offendi qui si fortè hoc audirent, satis scio dicturos, me, dum iuris & philosophiæ scientiam tã quam oratori necessariam laudo, ineptiis meis placuisse:

Placitũrus, pen. prod. (ἀρέσων,) Similiter participium: vt
Dicta haud placitura referre. Virg. 12. Aeneid. 16.

Placendus, Adiectiuum, (ἀρεστέος,) Quod placere debet, & acceptum esse. Plautus Trinum. 17. 35,
—si illa tibi placet,
Placenda dos quoque est, quam dat tibi.

Plácito, plácitas, pen cor. placitare, Frequentatiuum. (ἀρέσκομαι,) Plaut. Bacchid. 11. 5, Neque placitant mores.

Placidus, pen. corr. Adiectiuum, (ἄρεσκος, ἀρεστός, ἀκακαστός, εὐμαρής, εὔθυμος, εὐπρόσωπος, ἱλαρός,) Mitis, sedatus: quòd illa quæ quieta sunt, omnibus placent. Donatus, Clemens, est circa rectè agentes: Placidus etiam circa delinquentes. Clemens, animo: Placidus, vultu. Terent. Adelph. 5. 4. 10, Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Plaut. Merc. 24. 4, Vxor tibi placida & placata est. Idem Pœnulo, 7. 21, Præsertim in re populi placida, atque interfectis hostibus. Idem Persa, 5. 10, Ego tibi istuc placidum vt sit, faciam. Ibidem, 22. 1,
Hostibus victis, ciuibus saluis, re placida, pacibus Perfectis.
Feruere, & Placidum esse, contraria. Terent. Adelph. 4. 1. 18, Quum feruit maximè, tam placidum, quàm ouem reddo.
Dare se placidum alicui. Ouid. 1. Fast. 4, Da mihi te placidum, dederis in

Universidad de Deusto
Biblioteca

carmine vires.
Placidum mollemque aliquem reddere.Cic.pro Cecinna,20.
Placida, & Immitia, contraria. Horat.in Arte,3. Sed non vt placidis cocant immitia.
¶ Acuum placidum degere.Lucret.lib.2.218.
Annis placidis.Ouid.1.Metam.141.
Amor placidus.Virg.4.Aeneid.8.
Gramina placida,quibus fera opponuntur. Plin.lib.8.cap.57,In omnibus quoque animalibus cuiuscunque generis vllum est placidum,eiusdem inuenitur & ferum.Hic placido ferum oppositum. Idem lib.28.ca.20.5,Hinc deinde reuertemur ad animalia sui generis,quæ aut placida non sunt,aut fera.
Arbor placida, cui Sylueſtris opponitur. Plin.lib.16.cap.5,1, Præterea sunt aliquæ sylueſtres,aliæ placidiores,quæ culta obtinent.
Aures placidæ.Virg.4.Aeneid.88.
Cœlum placidum.Silius lib.12.134,
–nec placido commota tonitrua cælo.
Canis placida.Plaut.Moſtell.10.51,Age,tam placida eſt,quàm fœta.
Subaudi,canis.
Caput placidum.Virg.1.Aeneid.27.
Columba placida.Ouid.7.Metam.74.
Placida & quieta conſtantia.Cic.4.Tuſc.17,In participe rationis poniſt tranquillitatem,id eſt placidam quietamque conſtantiam.
Deus placidus.Ouid.4.Triſt.eleg.5.4.
Dictis placidis miſcere fortia.Ouid.4.Metam.131.
Dies placidus.Ouid.11.Metam.150.
Dies placidus & ſerenus Plin.epiſt.101.d,Accipit ab hoc auras quamlibet ſereno & placido die.
Fœdus placidum.Virg.10.Aeneid.3.
Hyems placida.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.12.
Iter placidum.Plin.in Paneg.32.Iam te ciuium deſyderia reuocabant, amoremque caſtrorum ſuperabat charitas patriæ: iter inde placidum ac modeſtum,vt planè à pace redeuntis.
Lector placidus.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.2.
Lumen placidũ.Horat.4.Carm.ode 3.1,Naſcetè placido lumine videris.
Manum dare placidam alicui.Ouid.3.Triſt.eleg.1.1.
Mare ſtat placidum.Virg.eclog.2.6.
Mens placida & alta.Quintil.6 Procem.lib.6.7.
Mente placida ferre aliquid. Ouid.13.Metam.43.
Mores placidi.Columel lib.6.cap.20.1, Tauros maximè membris ampliſſimis, moribus placidis, media ætate probamus ceuleo. Claud. 3.Paneg.44.
Mors placida.Virg.6.Aeneid.105.
Placida,ſummiſſa,lenis oratio.Cic.1.de Orat.38.
Ore placido edere aliquid.Virg.7.Aeneid.39.Edere,loqui.
Oaia placida.Ouid.1.Faſt.73.
Palus placida.Virgil.8.Aeneid.18.
Pax placida.Virgil.11.Aeneid.51.
Placidiſſima pax in animo.Cic.5.Tuſc.69,An delectationis & otii conſumendi cauſa locuti ſumus,ſapientem ab omni concitatione animi,quâ perturbationem voco,ſemper vacare, ſemper in animo eius eſſe placidiſſimam pacem?
Pectus placidum.Virg.1.Aeneid.106.
Portus æterna placidos quiete.Sene.Agamemn.7.1.
Quies placida.Plin.lib.10.cap.75.1,Aquatilia ipſa quiete cernuntur placida ceu ſoporata. Poteſt & referri ad aquatilia: vt ſit, Ipſa aquatilia cernuntur placida,quum quieſcunt.Virg.1.Aeneid.140.
Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam.Virg.6.Aeneid.79.
Senectus placida.Horat.in Carm.ſeculari,10.
Placida & lenis ſenectus.Cic.de Senect.11.
Somnus placidus.Ouid.3.Faſt.37.
Somnus placidiſſimus deorum.Ouid.11.Metam.125.
Sopor placidus.Virgil.4.Aeneid.105.
Venti placidi.Virg.5.Aeneid.153.
Vitam placidam ac pacatam degere.Lucret.lib.5.232.
Vndis placidis natare.Ouid.13.Metam.190.
Vrbes placidæ,Experites tumultus bellici.Virgil.7.Aeneid.10.
Vultus placidi.Claud.5.Paneg.74.
Vultu placido videre aliquem.Propert.lib.2.eleg.4.11.
Nihil placidius.Liu.5.ab Vrbe,61,Medius diebus quibus Tribuni de lege non agerent,nihil eiſdem illis placidius aut quietius erat,benigne ſalutare,alloqui plebis homines,domum inuitare,&c.
Placide,pen.corr.Aduerbium,(ἀρεμῶς,εὐκρίνως,)Quietè, ſine tumultu.Plaut.Bacchid.18.58,
–ali,placide volo
Vnumquódque agamus. Idem Pſeud.5.14,Heus abiit, quin reuocas? P.quid properas?placidè.
Accepta eſt placidè orano.Liu.2.ab Vrbe,15.
Accubare placidè.Plaut.Moſtell.10.55, –ſanem
Iſtam à foribus face abducas,etſi non metuenda eſt.
T P. Quin tu iſtam aſpice quæſo,vt placidè accubat.
Agere aliquid placidè & otiosè.Plau.Pœnul.7.42,Siquid tu placidè,otioſeque agere vis,operam damus.
Ampleſti placidè aliquid.Virg.5.Aeneid.18.
Aperire placidè forem.Plaut.Bacchid.18.56.
Placidè pultare fores.Idem Menæh.4.63.
Currere placidè.Plaut.Rud.28.10.
Derogitare,placidè voumquodque. Idem Aſin.7.60.
Exquirere placidè.Plaut.Merc.4.53. Et Trin.13.36.Sic Placidè noſcitare.Plaut.Mlite,9.41.
Ferre placidè ſedateque dolorem.Cic.2.Tuſcul.99.
Ferre placidè iniuriam.Cice.4.Verr.59, Veruntamen dolorem ſuum nemini impertiebat: Prætoris iniurias tacitè, hoſpitis placidè ferendas arbitrabatur.
Loqui placidè ſedateque.Cic.in Orat.50.
Sequi placide aliquem.Plaut.Milite,18.5.
Regere ſeruidam mentem,& placidè tractare.Sene.Medea,7.26.
Viuere placidè.Ouid.2.Amor.eleg.9.5.
Placiditas,pen.corr.placiditatis.(πλαγιότης,)Gellius lib.13.cap.21,ex commentario Seruilii Claudii,Nerio dictum,quaſi Neirio,hoc eſt ſine ira,& cum placiditate:vt eo nomine mitem, tranquillumque fieri Martem precemur.
Placo,placas,(ἱλάσκω,ἱλασκόμαι,πραΰνω,ξυμνίζομαι,εὐνοιόω,)placare,Mitem ac placidum facere,ſedare, tranquilliorem facere. Plaut. Pſeud.5.95,Nolo victimas, agnuſs me extis placari volo. Idé Merc. 2.4.4,Vxor tibi placida & placata eſt. Terent.Heaut.5.4.21, Neque quod principium iniuriam ad placandum,ſcio.
Pacem animis affert,& eos quaſi concordia quadam placat ac lenit temperantia.Cic.1.de Finibus,72.
Sanare,& placare aliquos Reipublicæ.Cic.1.in Catil.37.De his qui diſſimulant,qui Romæ remanent,qui nobiſcum ſunt, nihil dicimus: quos quidem ego,ſi vllo modo fieri poſſet,non tam vlciſci ſtudeo, quàm ſanare,& ipſos placare Reipublicæ.
Placare,& lenire ſe alicui.Cic.7.Philipp.132,Iam verò ipſe ſe placabit & leniet prouinciæ Galliæ,à qua exclusus & repudiatus eſt.
Sibi aliquem placare.Cic.Memnio,lib.13.1.7.
¶ Aequora tumida placat Iuppiter.Virg.1.Aeneid.30.
Eſt honor & tumulis animas placare paternas.Ouid.2.Faſt.107.
Placare & mitigare animum.Cl.10.Philipp.272,Quamobrem collige te, placaque animum aliquando,& mitiga.
Animos iudicum placare.Cic.pro Fonteio,30.
Placare & lenire animos concordia.Cicero 1.de Finibus,72, Eademque ratione ne temperantiam quidem propter ſe expetendam eſſe dicimus:ſed quia pacem animis afferebat,& eos quaſi concordia quadam placet & leniat.
Tauro niueo placatur Cyllenius.Silius lib.3.45.
Carmine di ſuperi placantur.Horat.2.epiſt.1.18.
Deuotionibus deos placare.Cic.3.de Nat.deor.19, Tu autem etiam Deorum deuotionibus placatos deos eſſe cenſes.
Hoſtis humanis placant deos Galli.Cic.pro Fonteio,17.
Deos placare thure.Horat.1.Carm.ode 36.1.
Diuos placati ſanguine.Horat.2.Serm.ſaty.3.41.
Munera(crede mihi)placant hominesque,deosque. Oui.3.de Arte,130.
Iejunia venti is voracis placare,famem ſedare.Ouid.15.Metam.19.
Iram dei placare donis.Cic.2.de Legib.37,Impius ne audeto placare donis iram deorum.
Iram deũm ſacris placare.Ouid.10.Metam.80.
Iras diſcordiasque noſtras inter nos placare.Cic.de Aruſp.reſponſis,58.
Lares placare thure & horna fruge.Horat.3.Carm.ode 23.1.
Numina deorum placare.Ouid.1.Faſt.34.
Obiurgatores beneuolos placare.Cic.1.de Nat.deorum,9.
Odia improborum placare.Cic pro Domo ſua,35.
Eſca placauit iratum ventrem.Horat.2.Serm.ſaty.8.1.
Verbis ſupplicibus placare aliquem.Ouid.4.Faſt.31.
¶ Non eſt placandi ſpes mihi nulla dei.Ouid.5.Triſt.eleg.9.5.
Ira placanda iudicis.Tibull.lib.4.ad Meſſalam,1.10.
Placatus, pen.prod.(ἱλαρός,εὔλαρος,)Participium, ſiue Nomen ex participio.Plin.lib.12.cap.18.2, Nec minus propitii erant mola ſalſa ſupplicantibus,imò verò(vt palàm eſt)placatiores.
Aequus & placatus.Q Cice.de Petit.Conſul.30, Quibus enim propter aliquod officium neceſſitudinis affuturum negaris, tamen ſi poſſunt à te placati,æquique diſcedere.
Placatus & Ira incenſus,contraria.Cice.Attico,lib.6.1.13.2,In hac autem peregrinatione militiaue noſtra ſæpe incenſum ira vidi, ſæpe placatũ.
Placatum & mite.Cic.Attico,libro 5.88.3,Nihil tam vidi mire,nihil tam placatum,quàm tum meus frater erat in ſororem tuam.
Quietus & placatus.Cic.5.Tuſcul.16,Animi quietus & placatus ſtatus cernitur,quum perturbatio nulla eſt qua moueri queat.

Placatus & ſatiatus.Cic pro Marcello,10, Vt mihi quidem videantur dii immortales,etiam ſi pœnas à Pop.Rom.ob aliquod delictum expetiuerint, qui tantis bellum tantum & tam luctuoſum excitauerunt, vel placati iam,vel etiam ſatiati aliquando,omnem ſpem ſalutis, ad clemẽtiam victoris & ſapientiam contulerunt.
Deus placatus.Ouid.1.Triſt.eleg.3.9.
Deos placatos pietas efficit & ſanctitas.Cic.2.Offic.15.
Gurges placatur.Valer.4.Argon.68,
Profuſiſque ſacro placati gurgitis amne,
Gramine ſternuntur humo.
Matria placata.Virg.3.Aeneid.14.
Mens placata.Lucret.lib.5.247.
Ore placato annuit.Ouid.14.Metam.119.
Procella placata.Propert.lib.1.eleg.16.2.
Placatæ res & minimè turbulentæ.Cic.in Orat.34.
Sepulchra placata.Ouid.2.Faſt.7.
Vita placata Cic.1.de Finib.108,Vt omnes bene ſanos in viam placatæ, tranquillæ quietæ,beatæ vitæ deduceret?
Placatiſſima quies.Cic.1.Tuſc.155.
Placãte,pen.prod.Aduerbium,(ἀπαφλαστῶς,)Inturbatè.Cic.ad Torquatum,lib.6.1.4.1,Omnia humana placatè & humanè feramus. Idem ad Ligarium,lib.6.13.6,Sed hoc ipſum intelligimus eum quotidie remiſſius,& placatius ferre.
Placatio,Verbale.(ἱλασμός,)Cice.4.Tuſc.95,Sed omnis eiuſmodi perturbatio animi placatione abluatur.Idem 2.de Diuinat.54,Vbi igitur illæ minæ ſuperiorum extorum, aut quæ tam ſubito facta eſt deorum tanta placatio.
Deorum immortalium placatio.Cic.1.de Nat.deor.7.
Placabilis,& hoc placibile,pen.corr.(ἱλαστός,)Quod facilè placatur. Cic.4.Ver.66,Hic qui Romam veniſſet,ſatisque fuſciliter anni iam aduerſo tempore nauigaſſet, omnaque habuiſſet æquiora & placabiliora quàm animum Prætoris atque hoſpitis,rem ad amicos ſuos detulit.
Placabilis,& Irritabilis,contraria.Cice.ad Atticum,lib.1.12.5,Nam ſi ita ſtatueris,& irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles,&c.
Aequus & placabilis.Cice.in Orat.18, Vt eos ipſos quos contra ſtatuas, æquos,placabileſque dimittas.Legitur & placatos.
Placabilis,& inexorabilis,contraria.Author ad Herenn.lib.4.165, Inimicis te placabilem,amicis Inexorabilem præbes.Et 232.
Quo quiſque eſt maior,magis eſt placabilis iræ. Ouid.3.Triſt.eleg.5.7.
Præbere ſe placabilem alicui.Cic ad Atticum,lib.10.107.1.
Placabile ingenium ad preces. Liu.4.ab Vrbe,181, Nec pietas quatuor Tribunorum,quàm Horrẽſi tam placabile ad iuſtas preces ingenium, pariter plebi Patrubusque gratior fuit.
Ira deorum placabilis.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.5.
Numen ſolet fieri placabile.Ouid.2.Triſt.29.
Aequa & placabilia omnia habere.Cic.4.Ver.66.
Placabilius eſt.Terent.Phorm.5.8.65,
Nunc quod ipſa ex aliis auditura ſit Chreme,
Id noſmet indicate placabilius eſt.Idem Adelph.4.3.17,Quapropter teipſum purgare ipſis coram placabilius eſt. Hoc eſt,res erit placabilior.
Placabilitas,pen.corr.placabilitatis.(τὸ εὔλαστον,)Cice.1.Offic.124,Nihil enim laudabilius,nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.
Placamen,pen.prod.ſiue Placamentum,(ἱλασμός,)Quo quis placatur. Liu.7.ab Vrbe,5,Et quũ vis morbi nec humanis conſiliis,nec ope diuina leuaretur,victis ſuperſtitione animis,ludi quoque ſcenici,noua res bellicoſo populo(nã circi modo ſpectaculũ fuerat) inter alia cælestis ira placamina inſtitui dicuntur. Plin.lib.11.cap.7.6, Et foſſuli tribus antè menſibus nulla aqua circunſuli hoc veluti placamento terræ blandiuntur, circunſcripta mucrone gladii orbe triplici. Idem lib.8. cap.47.1,Magna & pecori gratia, vel in placamentis deorum, vel in placamentis decedebat infamia. Idem lib.17, Quæque alia placamenta hoſtilis iræ.

Plaga,61, plagæ,priore prod.(πληγή,)Percuſſio,vulnus. Virg.4.Geor.
–plagiſque peremptum
Tunſa per integrã ſoluuntur viſcera pellem.Teren.Eunucho,2.2.13,
–neque plagas pati Poſſum.
Nodi plagarum,Tubera ex plagis.Stat.4.Thebaid.15,de tauro,
–nam trunca vident de vulnere multo
Cornua,& ingentes plagarum in pectore nodos.
Dolor,crepitusque plagarum.Cic.7.Verr.126,Cædebatur virgis in medio foro Meſſanæ ciuis Romanus iudices, quum interea nullus gemitus, nulla vox alia iſtius miſeri inter dolorem crepitusque plagarum audiebatur,niſi hæc,Ciuis Romanus ſum.
Expertia plagarum corpora.Lucret.lib.3.163.
Plaga ab.Cic.in Tuſc.Hæc leuior eſt plaga ab amico,quàm à debitore.
Ex retuſo telo plaga.Celſus lib.5.cap.26.
¶ Altæ plagæ,Profundum vulnus.Senec.Oedipo,4.11,
Exigua plaga.Celſ.lib.5.cap.vlt.De phygethlo.
Luculenta plaga,Vide LVCVLENTVS.
Lunata plaga.Celſ.lib.7.cap.16,Quum iam eò venit, vt incidi ſuper veſicæ ceruicem ſuxta anum cutis plaga lunata vſque ad ceruicem veſicæ debeat,&c.
Odioſa plaga,Vide ODIVM.
Vehementior plaga.Cice.2.Tuſcul.96,Pugiles verò etiam quum ferunt aduerſarium,in iactandis cæſtibus ingemiſcunt:non quòd doleant,animo ſuccumbant,ſed quia profundenda voce omne corpus intenditur,venitque plaga vehementior.
¶ Accipere plagam.Cice.ad Tironem,lib.16.cap.11.10,Maximam autem plagam accepit,quòd is qui ſummam authoritatem in illius exercitu habebat Titus Labienus,ſocius ſceleris eſſe noluit. Idem 2.Tuſc. 70,Qui bene inſtituti ſunt, accipere plagam malunt, quàm turpiter vitare?Et 1.de Nat.deor.95,Grauiorem enim plagam accipiebat, vt leuiorem repelleret.Sic.7.Philipp.228,Luculentam tamen ipſe plagã accepit.Vide ACCIPIO.
Adhibere plagas,Vide ADHIBEO.
Conſumere hoſtem plagis.Horat.2.epiſt.2.20.
Diſſoluere corpora valida plaga.Lucret.lib.3.164.
Domare corpora plagis Lucret.lib.2.228.
Facere grauem plagam.Cic.in Orat.134,Sic oratio, nec plagam grauem facit,niſi,&c.
Facta plaga.Celſus,de inciſione inguinis vel ſcroti loquens, Plaga facta deorſum verſus ſubeſt.
Ferre plagam.Virg.10.Aeneid.160,
Iamque aſſurgentis dextræ,plagamque ferentis
Aeneæ ſubiit mucronem.
Fieri meliorem plagis Phrygem.Cic.pro Flacco,51, Vtrum igitur noſtrũ eſt,an veſtrum hoc vetus prouerbium.Phrygem plagis fieri ſolere meliorem!Vide Phryx in PHRYGIA.
Imponere plagam inſanabilem alicui.Cic.pro Seſtio,35.
Infligere plagam mortiferam alicui. Cice.in Vatinium,15, Si ad cætera vulnera quibus putaſti Remp. deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixiſſes.
Iniicere plagam.Cic. pro Murena,45, Illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ maxima.Vide INIICIO.
Effiantes plagas internectere.Stat.8.Thebaid.34,
–vix magna lauare
Vulnera,& effiantes libet internectere plagas.
Leuare plagam,Vide LEVIS.
Obducere plagam limo,Vide OBDVCO.
Perferre plagas.Cic.Præto,lib.9.16.12,Gladiatores,aut perditi homines aut barbari quas plagas perferunt?
Peremptus plagis vitulus.Virg.4.Georg.60.
Corpus plagis præbere.Ouid.de Nuce,35.
Plaga ſedere dicitur,apud Ouidium 3.Metam.18,
–plagamque ſedere
Cedendo arcebat,nec longius ire ſinebat.
Externis ſuccumbunt omnia plagis.Lucret.lib.2.228.
Suere plagam.Celſ.lib.5.cap.26,Nam ſi plaga in molli parte eſt, ſui debet maximeque ſi diſciſſa auris ima eſt, vel imus naſus, vel frons, vel bucca,vel palpebra,vel labrum,vel circa guttur cutis,vel venter.
¶ Plaga,Inciſio arboris.Plin.lib.12.cap.25.4,Succus è plaga manat.
¶ Plagæ priore cor.Retia dicuntur rariora,ad capiẽdas feras: quòd plagis,id eſt foraminibus plena ſint.Plaut.Pœn.9.35,
–hic hodie incedit venator domum:
Canes compellunt in plagas lepidè Lycum.Cic.3.Offic.89, Sũtne igitur inſidiæ,tendere plagas,etiam ſi excitaturus:non ſis nec agitaturus? Virg.4.Aeneid.26,Retia rara, plagæ, & lato venabula ferro. Seruius in hunc locum ſcribit,Plagas proprie illos funes dici quibus retia tendũtur circa imam & ſummam partem.
Denſæ plagæ. Horatius 3.Carm.ode 5.7, Sic pugnat extricata den ſæ, Cerua plagis.
Diſpoſitæ plagæ.Sene.Thyeſte,6.1,Plagis tenetur clauſa diſpoſitis fera.
Nodoſæ plagæ.Ouid.6.Faſt.27.
Rare plagæ.Senec.Hippol.1.9,
Alius raras ceruice graui portare plagas,
Alius teretes properet laqueos.
Teretes plagæ.Horat.1.Carm.ode 1.6.
¶ Plagis nexilibus ambire ſyluas.Ouid.1.Metam.98.
Cadere in plagas. Ouidius 3.de Arte,86, Inque plagas nullo ceruus agente cadit.
Sepire ſaltum plagis.Lucret.lib.5.252.
Tendere plagas,Diſponere retia.Ouid.1.de Arte,54.
Trudere apros in obſtantes plagas multa cane.Horat.Epod.2.7.
¶ Incidere in plagas,per tranſlationem,pro Incidere in periculum.Cice. in Verrem,Si mehercules(id quod fore intelligo non poſſe)ex his la-

Universidad de Deusto
Biblioteca

queis te exueris, ac te aliqua vi, ac ratione explicaristio illas tibi maiores plagas ingrediendum est, in quibus te ab eodem me, superiore ex loco conflici & concidi necesse est.

Iaci in plagas amoris. Lucret. lib. 4. 131,
Nam vitare plagas in amoris ne iaciamur,
Non ita difficile est, quàm captum retibus ipsis Exire.

Conficere se in plagas, Vide CONFICIO.

Texere plagas contra se. Cic. 4. Academ. 164. Quum plus vno verum esse non possit, iacere necesse sit tot, tam nobiles disciplinas, quàm de oculorum sensuúmque reliquorum mendacis, & de sorite, aut pseudomeno, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.

¶ Plaga, priore similiter correpta, (πλεκτόνιον, κλίμα,) Cæli vel terræ spatium amplissimum quod etiam tractus & clima à Græcis dicitur. Virgil. 7. Aeneid. 46, -& siquem extenta plagarum
Quartaor in medio dirimit plaga solis iniqui. Plin. lib. 16. cap. 2, In eadem Septentrionali plaga Hercyniæ syluæ.

Cœli plagas scrutari. Cic. 2. de Diuinat. Ex poeta.

Extra pondus & plagam motus. Cice. de Fato, 34. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, quùm declinat atomus interuallo minimo id appellat ἐλάχιστον.

Mundi plaga, Id est pars. Senec. Hercul. furente, 13. 1.

Aetheria plaga. Virg. 1. Aeneid. 80.

Ardens plaga, Regio ardentior Africæ. Claud. 1. in Eutrop. 36.

Cæleites plagæ. Ouid. 1. 2. Metam. 8.

Diuitis arua plagæ. Valer. 1. Argon. 104.

Feruida plaga. Sene. Herc. Oetæo, 9. 18, Intelligit Zonam torridam.

Lactea plaga cæli. Stat. 1. Sylu. 2. 11.

Marmorata plaga ingenti dorso. Sta. 4. Sylu. 3. 10. Intelligit viam stratam marmoribus. Loquitur enim de via Domitiana.

Mitis plaga. Silius lib. 14. 1, Fœlix quà pingues mitis plaga tẽperat agros.

Solifera plaga, Plaga Orientis. Sene. Herc. Oetæo, 1. 12.

¶ Plagæ, Tapetes, vel tapetia Græcè dicuntur, stragula Latinè. Varro de vita Pop. Romani. Chlamydes, plagæ, vasa aurea. Idem, Eburneis lectis & plagis sigillatis. Nonius.

Plagula, plagulæ, pen. corr. Diminutiuum, Stragulum. Plin. lib. 15. cap. 11, 3, docens quomodo fiant charte. Premitur deinde prelis, & siccantur inter se plagulæ, atque inter se iungũtur. Ita legit Bod. Liu. 9. bel. Mace. 23, Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Asiatico inuecta in vrbem est. Is primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, mensas & abacos, Romam aduexerunt.

Plagiarius, (ἀνδραποδιστής,) Qui liberum emit, vel vendit. Item qui seruo aut seruæ persuadet vt à domino dominaúe fugiat: vel eum eiúve inuito vel nesciente domino celat, vinctum habet, emit vel vendit. Dictus plagiarius, quòd lege Flauia plagis damnatus esset.

Lex ipsa, Plagiaria, (δουλοπαστασία,) crimen, Plagium vocatur. Martial. libro 1. 48,
Hoc si terque quaterque clamitatis,
Impones plagiario pudorem. Plagiarium vocat furem librorum suorum. Callistratus in L. Non statim. ff. Ad legem Flauiam, de Plagiariis. Seruos alienos qui sollicitauerit, aut intercesserit, crimine plagii quod illi intenditur, teneatur neene, facit quæstionem. Paulus in L. Lege Flauia. De manumissionibus, Lege Flauia prohibetur seruus, qui plagium admisit pro quo dominus pœnam tulit, intra decem annos manumiti. Vide titulum Ad legem Flauiam, de Plagiariis, lib. 48. Digest. Cice. Q. fratri, lib. 1. 2. 10.

Plagõsus, pen. prod. Adiectiuum. (πληγώδης,) Plagis plenus. Vt Plagosa crura, apud Apuleium. Ab Horatio plagosus dicitur, qui sæpe plagas infert, 1. epist. 1. 14.

Plagusia, Genus piscis. Plaut. Rudente, 5. 9,

Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam,
Musculos, plagusias, striatas, &c.

PLANARIA, Vna ex fortunatis insulis, à planitie dicta. Plin. li. 6. ca. 32.

Planca, plancæ. (πλαξ,) Tabula plana, à planitie ita appellata.

Plinius libr. 8. cap. 43. 3, Nec pontes asini transeant, per raritatem plancarum transluccntibus fluuiis. Legitur &, Per raritatem eorum, &c.

Planeus, planci, (πλάγκος,) inquit Festus, qui supra modum planis pedibus est, qui pedes imos graciles habet, planosque æqualiter, quasi tabellas quæ planciæ vocantur. Plin. libro 11. cap. 45. 6, Vola hominis tantum, exceptis quibusdam. Nanque & hinc cognomina inuenta Planci, Plauti, &c.

PLANCVS, (πλάγκος,) dictus est Romanus quidam cuius extant epistolæ loculenter scriptæ. Qui (teste Eusebio) quum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit: quæ ciuitas Senecæ temporibus de flagrauit incendio.

Planctus, Vide PLANGO.

Plane, Vide PLANVS.

Planeta, planetæ, pen. prod. m. g. ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι, id est ab errore.

πλανήτης, id est erraticus & vagus. Latini ab incessu vocant errantia, & erraticas stellas. Nigidius errones appellat. Vnde Virgilius 1. Georg. 68, de Mercurio, Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes. Sunt autem septem planetæ, Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Plango, plangis, planxi, planctum, (κόπτομαι,) pliangere, Tundere, vel percutere. Ouid. 2. Metam. 116, Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Idem 11. epist. 19,

-tum demum pectora planxi. Lucilius.
- plangunt littora fluctus.

Lacertos suos planxit. Ouid. 9. Metam. 118.

Pectora plangere manu. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. 12.

Humum pectore plangere. Percutere. Ouid. 1. Fast. 116.

Venti plangunt pestem per auras. Lucret. lib. 6. 24,
Aut vbi suspensam vestem, chartasque volantes
Verberibus venti versant, plangunteque per auras.

Fluctus plangentes saxa. Lucret. lib. 2. 231.

¶ Plangere, (ὀλοφύρεσθαι,) Plorare & deflere quia in ipso luctu pectora plangere solemus.

Carmine plangere aliquem. Stat. 5. Sylu. 3. 9.

Planguntlua damna coloni. Stat. 11. Thebaid. 24.

Magno planxit diuortia luctu. Claud. 1. in Eutropium, 15.

Funera alicuius plangere. Stat. 12. Thebaid. 77.

¶ Plangunt littora. Virg. 1. Georg. 67, Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt. Vbi Seruius, Plangunt, id est resonant.

Planctus, huius planctus, (κοπετός,) Percussio. Lucan. lib. 2. 5, Exigit ad signos famularum brachia planctus. Silius,
-liuentia planctu Brachia.

¶ Planctus, Lamentatio & luctus.

Peruigil planctus. Valer. 3. Argon. 72.

Tristes planctus. Claud. 2. in Eutropium, 61,
Dare planctus. Sen. Troade, 1. 13, Ferite palmis pectora, & plãctus date.
Ingentes iteralis pectore planctus. Stat. 3. Sylu. 5. 11.
Fœmineo cum planctu mistus clamor. Senec. Octau. 6. 10.
Mollem planctum pepulere brachia. Stat. 6. Thebaid. 44.
Ponere planctus, Linquere mœrorem. Senec. Herc. Oetæo, 16. 6.
Tympana reddunt planctum. Claud. 3. de raptu Proserp. 27.
Immensus planctus resonat per vrbes. Sene. Herc. Oetæo, 12. 6.
Vno planctu sonant tria regna. Senec. Herc. furente. 12. 13.
Vallantur planctibus aræ. Stat. 10. Thebaid. 112.

Plangor, plangõris. Verbale. (κόψις,) Percussio. Catullus Argon. 59. 55,
Procedunt, leuiterque sonant plangore cachinni.

Præcipiti plangore ruunt. Valer. 3. Argon. 55.

Somitus plangoris. Ouid. 3. Metam. 100.

¶ Plangor, (ὀλοφυρμός,) pro Planctu & vociferatione. Cic. 2. Philip. 89, Tum diadema imponebas cum plangore populi.

Plangor & lamentatio. Cice. in Orato. 72, Vt alia in causa excitato reo nobili, sublato etiam filio paruo, plangore & lamentatione complerem forum.

Sonus plangoris. Ouid. 14. Metam. 150.

Clarus plangor. Ouid. 4. Metam. 28.

Dare plangorem. Ouid. 2. Metam. 70.

Consonus plangor exit in auras. Ouid. 13. Metam. 124.

Magnis plangoribus æther resonat. Virg. 4. Aeneid. 134.

Domus plangore sonat. Ouid. ad Liuiam, 36.

Fœmineis plangoribus ædes vlulant. Virg. 2. Aeneid. 98.

Planipes, Planities, Vide PLANVS.

Planta, plantæ, (παχυτὸς, πέλμα,) Tota pars inferior pedum, digitique & vngues. Plin. lib. 7. cap. 2. 15, Eudoxus in Meridianis

Indiẽ viris plantas esse cubitales: fœminis adeò paruas vt struthopodes appellentur. Ouid. 2. Metam. 148,
-vt teris niteant talaria plantis.

Alatæ plantæ. Virgil. 4. Aeneid. 52. De Mercurio.

Anciptiti figens vestigia planta. Iuuen. Saty. 14. 28.

Auersæ plantæ, Vide AVERTO.

Ferratæ plantæ. Claud. 3. de raptu Proserp. 78.

Læua planta. Cic in Arato, 17, Hunc Orionis sub læua cernere planta,
Serpentem poteris.

Niueæ plantæ. Claud. de Nupt. Honorii, 31.

Pernices plantæ. Virg. 11. Aeneid. 144.

Timidæ plantæ. Ouid. 6. Metam. 22.

Tremulis insistere plantis. Iuuc. Saty. 6. 10.

Velocis gloria plantæ. Iuuc. Saty. 13. 19.

Volucris planta. Silius lib. 13. 39.

¶ Contingere sidera plantis. Propert. lib. 1. eleg. 8. 9.

Celeres

Celeres plantas tingere æquore. Virg. 7. Aeneid. 162. Id est mergere.

Aegra planta cuadere lubrica. Silius lib. 7. 113.

¶ Planta (φυτὸν, πτελέδορον,) de arboribus dicitur ea, quæ transferendi gratia, vel de arboribus rapta, vt ait Seruius, vel ex seminibus est orta: & de herbis quoque dicitur. Virg. 2. Georg. 5,
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum.

Deposuit sulcis. Plin. lib. 17. cap. 15. 3, Satiuæ plantæ syluestrium radicibus inseruntur natura ficcoribus. Colum. lib. 3. cap. 15. 3, De seminario transferre plantam diligenter exemptam & integram. Idem lib. 5. cap. 9, Plantæ autem in olineto optimè disponuntur. Cic. de Senect. 48, Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines nõnne ita efficiunt, vt quemuis cum admiratione delectent?

Feraces plantæ. Virg. 2. Georg. 16. & lib. 4. 25.

Teneræ plantæ. Virg. 10. eclog. 10. Quintil. lib. 2. cap. 4. 7.

Summas plantas defringere ex arbore. Virg. 6. Georg. 60.

Deponere sulcis plantas. Virg. 2. Georg. 5.

Euellere plantam cœno. Horat. 2. Serm. saty. 7. 6.

Plantãrium, plantãrii, (φυτοδοχεῖον,) Ipsa planta in terra nata quæ cum radicibus transfertur de vno loco ad aliũ: vt ait Serv. Virg. 2. Georg. 6,
Sylnarumque aliæ pressos propaginis arcus
Expectant, & vina sua plantaria terra.

¶ Plantarium, Plantarum locus. Plin. lib. 17, Quædam in plantario insita, eodem die transferuntur. Idem lib. 13. cap. 4. 8, Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, & iterum bimas. Gaudent enim mutatione sedis. Idem lib. 15. cap. 1. 3, At nunc etiam in plantariis ferunt oleæ, translatatumque altero anno decerpantur baccæ. Dicitur & Seminarium, teste Budæo.

Plantãrius, Adiectiuum. (φυτοδοχεῖος,) vt Plantaria arbuscula. Colu. lib. 5. cap. 9, Ipsæ autem arbusculæ hoc modo possunt transferri: antequã plantarias arbusculas effodias solo, rubrica notato parte eius, quæ Meridiẽ spectat. Nũc verò ex emendatis codicibus sic legitur, Antè quàm explantes arbusculam, rubrica notato, &c.

Plantãris, & hoc plantãre, pen. prod. (πελματικός,) Quod est plantæ pedis: siue quod pertinet ad plantam pedis. Statius lib. 1. Theb. 61. Summa pedum propere plantaribus alligat alis. De Mercurio. Pers. Saty. 4. 4. Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant.

Plantiger, pen. corr. Adiectiuum, (φυτοφόρος,) Plantas gerens: vt Plantigeræ arbores. Quæ ex se pullulando pláras emittunt. Plin. lib. 13. cap. 8. 1, Siliqua plantigera est in imis partibus.

Planto, plantas, (φυτεύω,) plantare. Plin. lib. 17. cap. 10. 9, Hoc modo plãtantur punicæ.

Plantatio, Verbale. (φυτεία,) Plin. lib. 21. cap. 4. 3, Vnde accolæ transferentes conserunt, insaúe plantatione proficiunt.

Plantãgo, pen. pro. plantãginis, f. g. (ἀρνόγλωσσον,) Plin. lib. 25. cap. 3. 1, Celebrauit & Themison medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam inuentor, volumine de ea edito. Duo eius genera. Minor angustioribus foliis & nigrioribus linguæ pecorum simillimis, caule angulo so, in terram incliuato, in pratis nascens. altera maior, foliis laterũ modo inclusa: quæ quia septena sunt, quidam eam heptapleuron vocauere. Huius & caulis cubitalis est, & napi similis. Nascitur in humidis multo efficacior. Vis misra in siccando, densandoque corpore, cauterii vicem obtinens.

Planus, plana, planum, priore producta. (ἐπίπεδος, ἰσοπέδος, πεδία νοῦς, ὁμαλός,) Cuius figura æqualis est. Vt Planũ solũ. Apud

Plinium epist. 161. a. & 170. a. Cic. de Vniuersitate, 18, Quòd si vniuersitatis corpus planum & æquabile explicaretur, neque in eo quicquã esset requisitũ. Mart. lib. 1. 170, Et planus modico tumore vertex.

Ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. Cic. 2. de Nat. deorum, 65, Quumque duæ formæ præstãtes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis.

Planior aditus: Hoc est facilior & patentior. Liu. 4. bel. Maced. 1123 Et Romani simul à portu vnde aditus planior erat, vt distenderent ab apertiore loco hostes, &c.

Area p'anissima campi. Ouid. 10. Metam. 18.

Campi plani æquora. Lucret. lib. 3. 204.

Planus & æquus locus. Cic. pro Cecinna, 37, Sed ne æquo quidem & plano loco.

Spatia plana. Horat. 1. epist. 7. 9.

Via palma. Ouid. 3. Fast. 168.

¶ Cadere in plano. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 4,
Qui cadit in plano (vix hoc tamen euenit ipsum)
Sic cadit, vt tacta surgere possit humo.

In planum rota versari dicitur à Vitruuio lib. 10. vt differat ab ea quæ in cultrum versatur. Ea autem rota in planum versatur, cuius axis perpendiculariter situs est: in cultrum verò versatur ea, cuius axis in porrectum collocatus est. Budæus.

Ad planum, Vide AD præpositionem.

Ad planum reducere cicatrices, Vide AD præpositionem.

Decurrunt in plana arbores, Vide DECVRRO.

De, vel è plano. Vlpianus in L. 1, de Constitutionibus principum, Vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est. Paulus de Quæstionibus, in L. Vnius, in fine. Custodiẽ non solũm pro Tribunali, sed & de plano audiri possunt, atque damnari. Suet. in Tiberio, Iudicesque aut è plano, aut è Quæstoris Tribunali admonebat. Id est è solo in quo populus stabat. Martianus in L. prima §. Abolitio. ff. Ad Senatusconsultũ Turpilianum, de Abolitionibus, Abolitio priuatim à præside postulari ac impetrari soleat: item pro Tribunali, non de plano. Papinianus, in L. Miles §. Quidam. ff. Ad Legẽ Iuliã, de Adulteriis, De plano quoque libellus dari potest. Id est iudice non sedẽte, & diebus feriatis. Budæus.

Plani pedis ædificium dicitur à Vitruuio, ad differentiam concamerationis & hypogeis lib. 6. cap. 10. Et plano pede ad differentiam contignationum, lib. 7. cap. 1. & 4. Vulgò vocant solagium & le rez de chaussée. Budæus.

¶ Planos pisces dicimus, Qui superficiem planam, non rotundam habẽt. Plinius lib. 9. cap. 24. 1, Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet, vt raiæ, &c. Ibidem, cap. 10. 2, Et è planis aliqua non habent pinnas, vt pastinacæ, &c.

Plani dentes piscium. Plin. lib. 11. cap. 37. 35, Piscium omnibus serrati dentes, præter scarum: huic vni aquatilium plani.

Planum & æquabile corpus. Cic. de Vniuersi. 18.

Venter planus, Non rugosus. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 5.

¶ Planus, pro Aperto & manifesto aliquando ponitur, quòd quæ plana sunt, nullum impedimentum habẽt quin vndecunque videri possint. Plaut. Milite, 7. 51,
-dudum ædepol planum est hoc quidem,
Quæ hucusque fuerit intus. Idem Persa, 6. 1, Satin' hæc tibi sunt plana & certa?

Narrationes planæ sint, breues, euidentes, credibiles, moderatæ, & cum dignitate. Cic. in Topic. 52.

¶ Planum facere, (δηλοῦν, ἐξομαλίζειν,) Declarare: & rem difficilẽ, aut dubiam soluere, & ante oculos verbis explanare & patefacere. Translatio à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. Cice. 2, Verr. 24, Hoc planum factum est. Ibidem. 5. 112, Quum planum fieret decumis contra instituta legis, consuetudinemque omnium venditis, &c. Idem pro Rabirio Posthumo, 23, In illo primo iudicio planum factum fit. Et pro Roscio Comœdo, 6, Hic nisi planũ fecit HS IDDD ad libellam sibi deberi causam perdit. Item pro P. Quinctio, 59, Id testibus me pollicitus sum planum facturum. Ibidem, 51, Vt hoc tibi planum fit faciendum. Idem pro Roscio Amerino, 35, Habebat pater in animo, planum fac. Et 3. Verr. 111, Nisi vobis id hominum honestissimorum tabulis planum fecero, fingi à me hoc totum temporis causa putatote. Sic ibidem. 7. 129

Facere planum atque probare aliquid. Lucret. lib. 2. 87.

¶ Præceps & lubrica via, Plana & stabilis, contraria. Cic. pro Flacco, 81, Quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, quam antè præcipitem & lubricam esse ducebat, huic planæ & stabili præponendam esse arbitretur?

Planam viam facere ad honores quærendos. Plaut. Trinum. 10. 20, Tibi paterque auosque facilem facit & planam viam

Ad quærendum honorem.

Planus, plani, priore correpta. (πλάνης,) Aulus Gellius lib. 16. cap. 7, commemorat inter verba inusitata, quibus vsus sit Mimus Laberius, aitque significare sycophantam. Budæus, Impostores à Græcis etiam plani dicuntur, sed certi cuiusdam generis impostores, insigni versuria præditique vocabulo potius quàm Latino Cicero pro Cluẽtio vsus est, 57, Hic ille planus (inquit) improbissimus, questu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ quam condiderat, spe iam atque animo incubaret, contrahit frontem (recordamini faciem, atque illos eius fictos, simulatosque vultus) queritur se ab Oppianico destitutum, & qui esset totus ex fraude & mendacio factus, quique ea vitia quę à natura habebat etiam studio atque artificio quodam malitiæ cõdiuisset, pulchrè asseuerat se ab Oppianico destitutum. Horat. lib. 1. epist. 18. 12,
Nec semel irrisus triuiis ataollere curat
Fracto crure planum, licet illi plurima manet
Lachryma, per sanctum iratus dicat Osirim
Credite, non ludo, crudeles tollite claudum.

Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat. Planus (vt in hunc locũ inquit Acron) nomen est hominis qui solebat multos sic fallere, in quorum vehicula voluisset tolli, vt fingeret se crus fregisse: qui qui postea vere genu fregisset, & idem rogasset, nõ est ei creditum. Eustathius Homeri interpres in Odysseam, sic inquit (interprete Budæo) Planus est qui artem quandam profitetur imponendi etiam spectantibus, quales fuerunt Ciphisodorus & Pantaleon, & Matreas apud Alexandriam, qui vt author est Athenæus historicus, huiusmodi ænigma propositabat, Alere se feram quãdam, quæ semet ipsa esitaret, ita vt nunc vsque Matreæ fera non inuenta sit. Fortasse autem (inquit) aut iram, aut inuidiam, aut animi ægritudinem significare voluit, aut huiusmodi aliquẽ affectum. Ex Budæo. Huiusmodi autem impostores in deliciis olim re

Universidad de Deusto
Biblioteca

gum fuisse, ex Plinii verbis coniicere licet, lib. 35. cap. 10. 23. Non fuerat (inquit) Apelli gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo, quo regnante Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato fraude eunuchorum plano regio inuitatus, ad regis cœnam venit: indignantique Ptolemæo, & vocatores suos ostendento, vt diceret à quo eorum inuitatus esset, arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delineauit, agnoscente vultum plani rege ex inchoato protinus. Budæus.

Planè, planius, planissimè, Aduerbium, (φανερῶς, προδήλως,) Clarè, apertè. Plaut. Cistell. 4. 5.

–quòd si tacuisset, tamen
Ego eram dicturus deus, qui poteram planius. Et paulo post, 7,
–nunc operam date
Vt ego argumentum hoc vobis planè perpetem. Idem Bacchid. 1. 5. 91. Planè adscribito. Et Menæch. 7. 27, Non potuit paucis Plura planè proloqui. Idem Capt. 3. 7,
Est'ne inuocatum, an non planissimè:
Verùm hercle, verùm nos parasiti planius,
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque inuocat. Idem Trin. 14. 63, Satin' ego oculis planè video testes ipsos, an non est?

Planè & aperte. Cicero 1. de Finib. 14, Epicurus autem, vt opinor, nec nõ vult si pollit planè & apertè loquinec de re obscura, vt physici. Idem pro Rosc. Amer. 32, Finge aliquid saltem commodè, vt ne planè videaris id facere quod apertè facis, huius miseri fortunis & horum virorum talium dignitati illudere.

Parum planè dicere aliquid. Cic. 2. de Finibus, 15, Meminì verò, inquam, sed tu istue dixti bene Latinè, parum planè.

Planè & perspicuè dicere aliquid. Cic. 3. de Finibus, 30.

Explicari mihi tuum consilium planè volo, vt penitus intelligam. Cic. Attico, lib. 8. 16. 2.

Intelligere planè aliquem Cic. Gallo, lib. 7. 14. 3.

Planè & dilucidè loqui. Cic. 1. de Orat. 70.

Planè & Latinè loqui. Cic. 7. Philipp. 128, Quem gladiatorem non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed vt appellant ii qui planè & Latinè loquuntur.

Planius commemorare. Cicero 3. Verr. 90. Non possum illa planius commemorare, quàm ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis.

Apertissimè & planissimè aliquid explicare. Cic. 4. Verr. 112.

Scribi quàm planissimè illa res potuit. Cic. Trebatio, lib. 7. 20. 3.

¶ Planè, Certè, Terent. Heaut. 5. 1. 24. Sed te miror qui alia tam planè scias. Idem Phorm. 5. 1. 6, –nonne id sat erat,
Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est vltro obiectum ei, Vt sit quì viuat, dum aliquid aliud flagitii conficiat.

G. Planissimè. D. his nunc præmium est qui recta praua faciunt. G. Verissime. Plautus Epidico, 9. 29, Hanc depol rem apparabat. A. planè Hercle hoc quidem est. Idem Milite, 8. 50, Visane ea esse? S. C. imò ædepol planè ea est.

¶ Planè, (πεζῶς, πεζοτέλως,) Omnino, Funditus & penitus. Terent. Heaut. 4. 3. 29, Satin' sanus es, aut sobrius? tu quidem illum planè prodis. Idem Phorm. 4. 4. 5, –opera tua
Ad restim mihi quidem res rediit planissimè. Cicero Trebatio, libro 7. 12. 5, Quare si planè à nobis deficis, molestè fero. Plau. Asin. 12. 67, Hic pone, hic istam colloca crumenam in collo planè. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4. 7, Vnum hoc scito, si te habebo, non mihi videbor planè peri isse. Idem ad Tironem, li. 16. 1. 2, Mihi placebat, si firmior esset, vt te Leucadem deportaret, vt ibi te planè confirmares. Et 1. Verr. 10; Nam iste eam profectò, nisi planè nihil sapit, nunquam proferet. Plin. epist. 5. 8, Rogo, inquit, manè videas Plinium domi, sed planè manè.

Planè & omnino. Cic. de Clar. Orat. 113, Nec verò Sulpitio, neque Cottæ dicere possumus, neque cuiquam bono oratori, rem vllam ex illis quinque partibus planè atque omnino defuisse.

Non planè. Author ad Herennium, lib. 4. 175, In hoc genere sæpe fieri potest, vt non planè par sit numerus syllabarum, & tamen esse videatur.

Perfectè planeque eruditus P. Crassus. Cic. de Clar. Orat. 154.

Penitùs cognitæ, planeque perspectæ res. Cic. 1. de Orat. 54.

Propemodum vel planè aliquid efficere. Cic. de Clar. Orat. 186, Contineto in tuis penitus studiis, & effice id quod iam propemodum vel planè potius effeceras.

Planiloquus, pen. corr. Adiectiuum, (φανεραλόγος,) Qui planè & apertè dicit quod sentit, & libere. Plaut. Truc. 18. 11, Planiloqua est paucis vtrem ipsam attigit

Planipes, pen. corr. planipedis, pen. corr. om. g. (γυμνόπους, ὁμαλόπους,) Qui pedes planos habet. Vnde Comœdiæ huc fabulæ genus dicitur Planipedia, Vbi nullo procedebatur cultu: quòd actores pedibus planis, id est nudis, proscenia introirent: quam rationem Diomedes scribit planipedem Græcè minum significare: quòd actores planis pedibus, id est nudis intrarent proscenium. Donatus, Planipedia dicta ob humilitatem argumenti eius, ac vilitatem actorum, qui non cothurno, aut socco vtuntur in scena aut pulpitosed plano pede. Vel ideo quòd non ea negotia continet quæ personarum in turribus aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano & humili loco. Gellius lib. 1. cap. 11, Quid enim foret ea re ineptius, si vt planipedi saltanti, ita & Graecho concionanti numeros & modos & frequentamenta quædam varia, tibicen incineret? Quintil. lib. 5. cap. 11. 19, Vt Gallus quis istam facit planipedis senis torquens.

Planities, planitiei, f. g. (ὁμαλότης, πεδιότης, πεδίον,) Loci æqualitas, sine complanatio. Cic. 1. de Diuin. 3, Principio Assyrii, vt ab vlrimis authoritatem reperam, propter planitiem, magnitudinemque regionis quas incolebant, &c. Liu. 7. ab Vrbe, 28, Duùm millium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat. Cæsar 7. bel. Gall. 104. Legiones vt primùm planitiem attigerunt, infestis contra hostes signis constiterunt. Salust. Nam vti planities erat inter sinistros montes, & dexteram rupem asperam, octo cohortes in fronte constituit. Plin. lib. 17. cap. 5. 5, Planitie in meridiem excurrente.

Aequata agri planities. Cic. 6. Verr. 95.

Aprica planities. Claud. 2. in Eutropium, 54.

Circuncisa planities, Vide CIRCVNCIDO.

Coruata paruo tumore planities. Claud. 2. de rapta. Proser. 21.

Pandatur planities, Vide PANDO.

Vincere cursu planitiem. Claud. 6. Paneg. 10.

Speculi planities. Lucret. lib. 4. 60.

Planitas, pen. corr. planitãtis. Tacit. de Orat. Is compositionis decor, sententiarum planitas. Fortasse legendum plenitas.

Plasma, plasmatis, pen. corr. n. g. & Plasmatum plasmati, (πλάσμα,) Figmentum, figlinum opus dicitur quod formatum est.

Plasma, Emplastrum, à πλάσσω, fingo, compono. Persius Satyr. 1. 2,
–liquido quum plasmate guttur
Mobile coluerit, Antiqui enim nonnulli emplastrum ex pluribus liquidioribus rebus commistis vocem adiuuantibus faciebant. Cato, De plasmatis ebibendis. Quintil. lib. 1. cap. 8. 2, Nec plasmate, vt nunc à plerisque fit, effœminata. De lectione, qualis esse debeat.

Plastes, plastæ, m. g. (πλάστης,) Fictor, qui figlinam artem exercet, qui & figulus dicitur. Plinius lib. 35. cap. 12. 4, Plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Gorgasus.

Plástice, plástices, pen. cor. f. g. (πλαστική) Pictoria vel figlina ars, qua fiunt imagines ex argilla. Plin. lib. 35. cap. 12. 1, De pictura satis superque. Contexuisse his & plasticen conueniat, eiusdem operæ ceteræ fingere ex argilla similitudines. Plura toto capite. Idem lib. 34. cap. 7. 3, Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen Græci vocant, dici conuenientius erit.

Platalea, aun quæ & Platea dicitur. Vide paulo post in PLATEA.

Platanus, platani, pen. cor. fœm. ge. aliquando quarte, sed frequentius secundæ declinationis. (πλάτανος) Arbor latè spargens ramos à πλάτος latum. Nomine apud nos caret, tarlor in Galia omnibus inusitata arboris speciem demirantibus, & nomen eius & naturam ignorantibus, alioqui peregrina est, & vmbræ duntaxat gratia expetitur. Hæc Ruellius. Virgil. in Culice, Nam primum prona surgebant valle patentes Aeriæ platanus. Idem 2. Georg. 14, Et steriles platani malos gessere valentes. De platano vide Plinium lib. 12. cap. 1. Cice. 1. de Orat. 15, Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, &c. Sic 2. de Legibus, 12.

Alta platanus. Ouid. 13. Metam. 170,
–platano conspectior alta. Horat. 2. Carm. ode 11. 3.

Genialis platanus. Ouid. 10. Metam. 19. Sic vocat illam, quòd sub ea conuiuari veteribus mos esset. Vnde etiam Virgilius 4. Georg. 30, tamque ministrantem platanum potantibus vmbram.

Nutans platanus. Catull. Argon. epig. 59. 58.

Vmbrifera platanus. Cic. 2. de Diuinat. 95. Ex Homero.

Platanẽtum, plataneti, pen. prod. (πλατανών,) Locus platanis consitus.

Platãnus. pen. corr. Adiectiuum, (πλατανινός,) Quod ex platano est. Colum. lib. 12. cap. 16. 3, Alii folis vitigineis, nonnulli plataninis seminiuetas vuas contegunt.

Platea, plateæ, pen. indiff. (πλατεῖα,) Via latior, tereque militaris, Prætoria, Consularisque dicitur. Plaut. Menæch. 18. 5, Qua platea hinc aufugerim. Terent. And. 4. 6. 1, In hac habitasse platea dictum est Chrysidem.

¶ Platea, (πτελέον,) Area in quam populus conuenire solet. Lampridius in Heliogabalo, Plateas in palatio fraui Lacedæmonius & porphireis saxis.

Concelebrare plateam hymenæo, Vide CONCELEBRO.

¶ Platea, (πελικών,) Auis de qua sic Plinius libro 10. cap. 40, Platea nominatur aduolans ad eas quæ se in mari mergunt, & capita illarũ morsu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem quum deuoratis se impleuit conchis, calore ventris coctas euomit, atque ita ex iis esculenta legit, testas excernens. Cicero plataleam vocat, 2. de Natura deorum, 185.

PLATEAE, pen. prod. numero plur. (πλατεῖαι,) ciuitas in Bœotia, vt ait Homerus lib. 1. Iliados, sub Citherone monte, non longè à Thebis dicta à latitudine teniorum, vt inquit Strabo lib. 9. Nam Græcè πλάτη temos, πλάτος latitudo. Iude platea, quia lata. Hic Pausanias & Aristides Mardoniam Xerxis ducem & consobrinum superauere. Hinc Plateenses, populi dicti. De Hac Statius lib. 7. Thebaid. Nuntiat excubiis vigilesque arsisse Plateas. Eodem nomine est insula in mari Libyco quasi opposita ad Cyrenen, vt scribit Herodotus lib. 4.

PLATO, (πλάτων,) philosophus, ab humerorum latitudine dictus. Hic aurea, ex auì paterni nomine, Aristocles vocabatur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæstra se exercuit apud Aristoneum palæstritam, à quo primùm cognominatus est Plato. Natus est Athenis eo die quo apud Delon Apollo. Studeit picturæ, & tragœdias poemataque edidit. Hic philosophus clarissimus Athenis primùm Socrati dedit operam. Deinde dum licuit per ætatem, in Italiam profectus est, vt Pythagoreos audiret, vbi Philolai Crotoniatæ libros de secta Pythagorea centum minis etiam in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum transtulit. In Aegyptum deinde profectus, vt audiret Gymnosophistas, oleum (ait Plutarchus) secum mercaturæ gratia vexit, vt viatico suppeditaret, vbi libros Moseos legisse creditur. Ter in Siciliam nauigauit, primùm Aetnæ flagrantis videndæ gratia, vt Apuleius ait. Reuerlius, apud Aeginam captus est à piratis, ac minis triginta vænundatus. Deinde à Nicete Cyrenæo redẽptus fuit. Iterum rediit sub iuniore Dionysio spe liberandi Siciliam. Sed paulo post expulso Dione, & ipse suspectus emigrauit. Tertio quum maximè nollet, rogatus ab Archita vt Dionem tyranno reconciliaret iter ingressus ab eodem Dionysio obuiam procedente quadrigis exceptus est. Demum in suspicionem veniens vix rogante & ipsodente proeo Archita dimissus. Dialogum primus illustrauit, licet prius, vt aiunt, inuentum à Zenone Eleate, vt Aristoteles tradit: vt Patrinius, ab Alexamene Teio. Decessit annos natus LXXXI, morbo vti fertur, pediculari. Adeò autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, vt diuinus Plato, & philosophorum Homerus vocatus sit. Cicero in libris Tuscul. quæst. Platonicæ maiestatis maximus est buccinator, adeò vt ipsum deum appellet, quem Labeo inter semideos commemorandum putauit, cui defunctò magi vti deo immolauerunt. Fuit varius, multiplex, & tantæ eloquentiæ, vt Iouem (si Græcè loqui voluisset) Platonicè loquuturum philosophi dicerẽt. De quo Quintilianus lib. 10. ca. 1, Quis dubitet Platonem esse præcipuum, siue acumine disserendi, siue loquendi facultate diuina quadam & Homerica? multum enim supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocant, surgit: vt mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus. Vita fuit cælebs, ac castus, vt scribit Augustinus. De quo plura vide apud Plutarchum.

Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suauitate orationis fore. Cicero 1. de Diuinatione, 133.

Virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem iniquitate Dionysii Siciliæ tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus, Cicero pro Rab. Postumo, 14.

Quasi deus quidam philosophorum Plato. Cicero 2. de Nat. deorum, 45.

Deus ille noster Plato. Cic. Attico, lib. 4. 85. 4.

Princeps ingenii & doctrinæ Plato. Cic. Q. fratri, lib. 1. 143.

Exagitator omnium rhetorum Plato. Cic. in Orat. 24.

Longè omnium, quicunque scripserunt aut locuti sunt, extitit & grauitate princeps Plato. Cic. in Orat. 34.

Vberior quis in dicendo Platone? Iouem siquidem, aiunt philosophi, si Græcè loquatur, sic loqui. Cic. de Claris Orat. 62.

Grauissimus author & magister intelligendi & dicendi Plato. Cicero in Orato. 6.

Diuinus author Plato. Cic. de Opt. gen. Orat. 149.

Doctus Plato. Horat. 2. Serm. saty. 4. 1.

Errare le malle cum Platone quàm cum aliis bene sentire, ait Cicero 1. Tuscul. 61.

¶ Plato alter, Atheniensis poeta priscæ Comœdiæ, tempore Aristophanis & Eupolis. Cuius fabulas Suidas & Athenæus commemorant in Dipnosophistis. Tres item alios Diogenes Laertius cõmemorat: vnũ Rhodium philosophum discipulum Panætii: Alium Peripateticum de Aristotelis lado: Tertium Praxiphanis discipulum.

Platónicus, pen. corr. Adiectiuum, (πλατωνικός,) Quod est Platonis.

Platyophthalmon, quid sit, declarat Plinius libro 33. cap. 6. 6, his verbis, In iisdem argenti metallis inuenitur, vt proprie dicamus spumæ lapis candidæ nitentisque nõ tamen translucentis, ilimmi appellant, alii stibium, alii alabastrum, alii larbason. Duo eius genera, mas & fœminina: magis probant, fœminã horridior est mas, scabriorque, & minus ponderosus, minutisque radians, & haemosior. Fœmina contrà niter, friabilis, hilarisque non globis dehiscens. Vis eius adstringere, ac refrigerare, principalis autem circa oculos. Nàque ideo etiam plerique platyophthalmon id appellauere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorum, exulcerationesque. Vulgus appellat Antimonium.

Plaudo, plaudis, plausi, plausum, (κρούω, ἐπιφορέω,) plaudere. Est derisionis causa fieri solet, quoties alicui pro re bene gesta congratulamur, lætitiamque ostendimus. Cicc. ad Q. fratrem, libr. 1. 2. 9, Te curaturum fumo vt combureretur tota plaudente prouincia. Plaut. Amphit. 3. 83,
Hoc quoque etiam mihi in mandatis dederat,
Vt conquisitores fierent histrionibus,
Qui sibi mandassent, delegati vt plauderent. Idem Asin. 16. 56, Pueri plaudite, & mihi ob iactum, cantharo mulsum date. Et Casina, 27. 6, Verum qui non manibus, clarè, quantum, poterit, plauserit, &c. Plin. li. 7. cap. 52. 5, Plaudendo concinuisse ministeria.

His in theatro plaudebatur. Cic. pro Sestio, 91.

Pennis plausit perdix. Ouid. 8. Metam. 48.

Ciconia sibi plaudit crepitante rostro. Ouid. 6. Metam. 20.

Pedibus plaudunt choreas. Virgil. 6. Aeneid. 129, Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Aquas plaudere natato. Stat. 1. Sylu. 3. 15.

Plaudere sibi, Sibi blandiri & placere, sua nimium amare. Plin. epist. 91
Nec ipse tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quàm de te scribo.

Domi sibi plaudere. Horat. 1. Serm. saty. 1. 14.

¶ Plaudite, Verbum addi solitum in fine Comœdiarum. Quintil. lib. 6. cap. 1, Tunc est commouendum theatrum, quum ventum est ad ipsum illud quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, plaudite. Horat. in Arte, 32,
Si plausoris eges aulæa manentis, & vsque
Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Budæus.

¶ Plaudere aliquem, Cum plausu laudare. Stat. 5. Sylu. 3. 28,
–non toties victorem Castora gyro,
Nec fratrem cæstu virides plaulere Terapnæ.

Plaudi, Passiuè. (κρουόμαι,) Cic. ad Atticum, Populum verò præclarum quod propter malum vicinum ne victoria quidè plauditur. Id est plausu excipitur propter imminens malum. Budæus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 10, Quaque ibi manibus circum plaudẽte tuorum.

Plauditur, pen. corr. Impersonale. (κρουόμαι,) Ouid. 2. Trist. 101,
Quinque fefellit amans aliqua nouitate maritum,
Plauditur, & magno palma fauore datur.

Plaudens, Participium. (κρουόμενος,) Oui. 3. Amor. ele. 12. 3. Plaudẽte populo.

Alis plaudens columba. Virg. 5. Aeneid. 104.

Chorus plaudens. Stat. 1. Sylu. 2. 51.

Plausus, Aliud participium: (κρουόμενος,) vt
Ceruicis plausæ sonitus. Virg. 3. Georg. 38.

Alis plausis circunuolat remos agmen volucrum. Ouid. 14. Metam. 101.

Colla plausa. Ouid. 1. de Arte, 127,
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,
Depexæque iubæ, plausaque colla iuuant.

Plausus, huius plausus, m. f. g. (κρότος,) Actus ipse plaudendi. Cicero 1. Philipp. 27, Equidem is sum qui istos plausus, quum à popularibus ciuibus tribuerentur, semper contempserim: idemque quum à summis, medìis, infimis, quum denique ab vniuersis hoc idem fit: quumque il, qui antè sequi populi consensum solebant, fagiunt: non plausum illum, sed iudicium puto. Idem de Senect. 59, Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus. Sic ad Atticum, libro 2. 33. 2, Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica.

Plausus, Sonora percussio. Plin. lib. 10. cap. 21. 1, de gallinaceis, Diemque venientem nuntiant cantu, ipsum verò cantũ plausu laterum. Hoc est, alarum concussu.

Plangor & Plausus, contraria. Cic. 2. Philipp. 89, Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu reiciebat.

Plausus & approbatio aliquorum. Ci. Attico, lib. 14. 3. 14. 2, Mihi quidem videtur Brutus noster iam vel coronam auream per forum ferre posse. quis enim audeat violare proposita cruce aut saxo? præsertim tantis plausibus, tanta approbatione infimorum?

Populi plausus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 6.

Ambitiosus in plausus. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 6, Musa nec in plausus ambitiosa mea est.

Aequabilis plausus, Vide AEQVO.

Clarus plausus, Vide CLARVS.

Lætifici plausus. Stat. 12. Thebaid. 105.

Mortuus plausus. Cicc. Attico, lib. 2. 14. 5, Cæsar quum venisset mortuo plauso, Curio filius est insecutus, huic ita plausum est, vt salua Republ. Pompeio plaudi solebat.

¶ Plausus acuunt equum. Stat. 5. Sylu. 2. 5.

Affectare plausum. Quintil. lib. 3. cap. 11. 19, Ne plausum affectantibus arma excidant.

Lętos attollant agmina plausus. Stat. 6. Thebaid. 179.

Captare plausus, Vide Capto in CAPIO.

Comprobare plausu & clamore aliquid. Cic. 1. de Diuinat. 106, Idque fre

Universidad de Deusto
Biblioteca

quentissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum.
Consonat nemus plausu, fremitúque virûm. Virg. 5. Aeneid. 30.
Dat plausum pennis columba. Virg. 5. Aeneid. 45.
Dare plausum. Cic. Attico, lib. 4. 70. 8, Quo S. C. recitato, continuò populus more hoc insulso & nouo, plausum eo nomine in recitando dedissset, habui concionem.
Dare plausum in theatro. Horat. 1. Carm. ode 20. 1.
Excipere aliquem plausu. Virg. 5. Aeneid. 115.
Exeitatus est ex omnibus spectaculis plausus tantus, vt, &c. Cicero pro Sestio, 108.
Impertiri plausus alicui. Cic. Att. lib. 2. 33. 2, Huic plausus maximi, consalutatio forensis per honorifica, signa præterea beneuolentiæ permulta à bonis impertiuntur.
Ingeminant plausum Tyrii. Virg. 1. Aeneid. 151.
Moritur plausus, Vide MORIOR.
Persequi plausu efferæuatos furores alicuius. Cic. de Aruſp. resp. 48.
Petere plausum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 53.
Quærere vel capere plausum. Cic. 2. Tusc. 108. Et lib. 5. 13.
Resonant spectacula plausu. Ouid. 10. Metam. 135.
Sonat æther plausibus. Stat. 9. Thebaid. 6.
Ingenti sonuerunt omnia plausu. Virg. 5. Aeneid. 102.
Plausibilis, & hoc plausibile, pen. corr. (κροτητός,) Iucundum, populare, quod plausu populi excipi potest. Cic. 5. Tusc. 87, Quoniam hæc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant.
Plausibile atque populare. Cic. 1. Verr. 5, Iudicum culpa atque dedecore etiam Censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc poscitur, id iam populare, atque plausibile factum est.
Lætus atque plausibilis locus. Quintil. lib. 4. cap. 31, In aliquem lætum atque plausibilem locum quammaximè possint fauorabiliter excurrere.
Plausor, Verbale. (κροτητής,) Quintil. Assiduus plausor. Horat. 2. epist. 2. 26. Et in Arte poet. 32.
Plausito, plausitas, pen. cor. (παλινῳδία,) Verbum fictitiũ à voce palũbis. Author Philomelæ, 5. Plausitat arborea clamás de fróde palũbes.
Plaustrum, plaustri (ἅμαξα) Currus. Plau. Epid. 1. 2. 22, Perii, plaustrum perculi. Vide PERCELLO. Cic. de Diuin. 101, Se interfectum, in Plaustrum à caupone esse coniectum. Liu. 4. ab Vrbe, 176, Eò missa plaustra, iumentaque alia, &c. Ouid. 1. Metam. 36, Quanuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.
Plaustrum erat matronarum vehiculum vt carpentũ. Liu. 5. ab Vrbe, 115, Honoremque matronis ob eam munificẽtiam habitum, vt plaustro ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque traherentur. Vetus exemplar habet pilento, non plaustro.
Vnda hospita plaustris. Virg. 3. Georg. 73.
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes:
Puppibus illa prius patolis, nunc hospita plaustris.
Grauia plaustra. Virg. 3. Georg. 18.
Lenia plaustra. Claud. 8. Paneg. 25.
Robusta plaustra. Horat. 2. epist. 1. 15.
Voluentia plaustra. Virg. 1. Georg. 33. Vide VOLVO.
¶ Decedunt domum plaustra ex æquore. Virgilius 2. Georg. 42. Ex æquore, ex agro.
Trementi plaustro fertur præda. Sene. Hippol. 1. 13.
Impellere plaustrum in terram, Vide IMPELLO.
Stridentia plaustra ceruice trahunt boues. Virgil. 3. Georg. 108.
Vehere plaustris. Quintil lib. 1. cap. 11. 32, Nam quum Scauri columnas per vrbem plaustris vectas esse dixit, &c.
Vehere poemata plaustris. Horatius in Arte, 56. Id est (inquit Acron) tam multa scribere, quę quis possit plaustris aduehere.
¶ Plaustrum, pro sidere cæleſti, nempe Visa maiore: vt
Geminum plaustrum, Sene. Oedip 5. 15.
Quasque despectat vertice summo
Sylus Arcadium, geminumque plaustrum. Idem Octau. 5. 3.
Quà Plaustra tardus noctis æternæ vice
Regit Bootes, frigido Arctoo rigens. Ouid. 10. Metam. 89.
Flexerat obliquo Plaustrum temone Bootes.
Plaustrarius. Qui plaustrum regit. Vlpian. in L. Si seruus Parag. Si cũ. ff. Ad legem Aquil. Si ex plaustro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit. Aquilia actione plaustrarium teneri placet.
Plautus, pluti, m. g. Idem quod Plancus. Festus, Plauti appellantur qui sunt planis pedibus: vnde & poeta Accius, quia Vmber Sarcinas erat, à pedum planitie initio plotus, postea plautus est dictus. Soleas quoque dimidiatas, quibus vtebátur in venado, quo planius pedẽ ponerẽt, semiplotia appellabãt. Vide Plãcus in PLANCA.
PLAVTVS, (πλαυτός,) poeta Comicus, siquãdo à mola asinaria vacabat cui addictũ ob paupertatẽ erat, fabulas cõponebat quas véditaret. Ponitur à Marco Varrone epigrãma huiusmodi à Plauto ipso factũ.
Postquam morte est captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta:
Deinde risus, ludusque, iocusque, & numeri,

Innumeri simul omnes collachrymauerunt. Legito Gellium lib. 1. cap. 24. Hic cæteris comicis præfertur, sententia multorum, præsertim Varronis, qui ait, Si Musæ Latinè loquerẽtur, Plautino sermone loquerẽtur.
Plautus vrbano, ingenioso, & faceto genere iocãdi refert. Ci. 1. Off. 145.
Plautus P. Claudio, L. Portio Cõsulibus mortuus est Ci. de Cla. Orat. 50.
Plautinus, pen. prod. Adiectiuum: (παλαυτινός,) vt
Numeri Plautini, Versus Plautini. Horat. in Arte, 55.
Plebs, plebis, f. g. vel Plebes, plebei, pen. corr. (λαὸς, πλῆθος, χυδαῖος, δῆμος,) Idem quod Vulgus hoc est vilior pars populi. Plinius
Tanta plebei consternatione, vt primò pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit. Salustius in oratione Marci ad plebem, Quid censes igitur aliquis vestrum subiecerit. Primum omnium omittendum morem hunc quem agitis, impigræ, linguæ, animi ignaui: non vltra concionis locum memores, libertatis deindeme vos ad virilia illa vocé, quò Tribuni plebei modò Patricium magistratum. Ibidem, Docendumque quas iniurias & quoties à Patribus armata plebes secessisset. Cicc. 3. de Legib. 13, Plebes quos pro se contra vim auxilii ergò, x creassit, Tribuni eius sunto. Liu. 2. ab Vrbe, 90, Eo nuntio erecti fratres, erecta plebes. Plebs ἀπὸ τῶν πλείονων, hoc est à pluribus dicitur: quòd plures, sint plebei, quàm patricii.
Plebem Capito seorsum à populo diuisit, quoniã in populo omnis pars ciuitatis, omnesque eius ordines contineantur. Plebs verò ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciæ non insunt. Hæc Gellius lib. 10. cap. 20. Institutionum quoque lib. 1. De iusti. & iure. Plebs à populo eo differt, quo species à genere: Nam appellatione populi, vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patriciis & Senatoribus. Plebis autem appellatione, sine patriciis & Senatoribus, cæteri ciues significantur.
Ab infima plebe, Vide INFERVS.
Accusator de plebe. Cic. de Claris Orat. 68.
Plebs & infima multitudo. Cic. pro Milone, 73.
¶ Antiqua plebs. Horat. 2. Serm. saty. 7. 5.
Anxia plebes. Stat. 2. Sylu. 1. 45.
Caducæ plebis interitus. Stat. 2. Sylu. 1. 43.
Confusa plebs. Ouid. 6. Fast. 77.
Humili de plebe parti. Claud. 2. in Eutropium, 69.
Iciuna plebes. Lucan lib. 3. 11.
Immensa ac ninia plebs. Iuuenalis Satyra 11. 20.
Infima plebs. Cic. Attico, lib. 4. 70. 6.
Ingenua plebs. Ouid. 9. Metam. 135.
Misera plebs. Horat. 1. Serm. sat. 8. 2.
Scelesta plebs. Horat. 2. Carm. ode 3 4.
Scenica plebs. Stat. 1. Sylu. 6. 15.
Ventosa plebs. Horat. 1. epist. 20. 8.
¶ Agere plebem, Vide AGO.
Amplecti plebem, Vide AMPLECTOR.
Concidere plebem, Vide CONCIDO.
Mansuefacere plebem, Vide MANSVETVS.
Permulcere & tractare plebem, Vide PERMVLCEO.
¶ Vos quoqi plebs superùm, Fauni, Satyrique, Laresque. Oui. in Ibin, 17.
¶ Plebs, de vno tantum. Horat. 1. epist. 1. 12,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesque
Plebs eris. Id est (inquit Acron) in duodecim ordinibus non sedebis.
Hoc est plebeius eris.
Plebécula, plebeculæ, pen. corr. Diminut. (λαΐδιον,) Cic. Attico, lib. 1. 11. 19. Et lib. 16. 335. 4. Persius Saty. 4. 1, Ergo vbi commota feruet plebecula bile. Horat. 2. epist. 1. 38,
-his nanque plebecula gaudet.
Plebiscitum, plebiscẽti, pen. pro. (τοῦ λαοῦ ψήφισμα,) Plebis statutum.
Sciscere enim, statuere est. Gel. lib. 5. cap. 27, Tribuni autem neque adiuocant patricios, neque ad eos referre de vlla re possunt. Ita ne leges quidem proprie, sed plebiscita appellantur, quæ Tribunis ferentibus accepta sunt: quibus rogationibus antè patricii nõ tenebantur, donec Hortensius Dictator eam legem tulit, vt eo iure quod plebes statuisset omnes Quirites tenerentur. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 230, Omnium primũ quum veluti in controuerso iure esset, tenerentúrne Patres plebiscitis: legem Centuriatis comitiis tulere, vt quod tributim plebes iussisset populum teneret: qua lege Tribunitiis rogationibus telum acerrimum datum est. Est igitur plebiscitum quod nulla authoritate Patrum constitutum est. Plau. Pscu. 1. 1. 58, Plebiscitum non equè scitum est. Gel. lib. 10. cap. 20, Plebiscitum est secundum Capitonem, lex quam plebes nõ populus accipit. Et paulo pòst, Et plebiscita & priuilegia transitorio nomine leges appellauerunt. Cice. Attico, lib. 3. 65. 5, Per leges, plebiscita sciscita. Quintil. lib. 2. cap. 14, Neque enim rogationibus, plebiscita sanctiora sunt ista præcepta. Lucan. lib. 1. 36,
-leges & plebiscita coactę.
Plebiscitum, lex, rogatio. Cic. pro Domo sua, 35.
Decreta est plebiscito à Senatu Consuli quæstio. Cicero 1. de Finib. 87.
Ex plebiscito vetari facere aliquid. Author ad Heren. lib. 1. 27, In rem cõ

tetur. De remotione criminis.
Minuere plebiscitis dignitatem Senatorum. Cic. 1. de Orat. 108.
Plebeius, Adiectiuum, (λαϊκὸς τῶν πολλῶν,) Quod est plebis. Liu. 6. ab Vrbe, 50, Crimináando Patres, allicendo ad se plebeiam auram, non cõsilio ferri &c. Correctior exemplaria legunt, allicendo ad se plebẽ, iam aura non, &c.
Plebeius fieri dicebatur patricius, qui se plebeio homini in adoptionem dabat. Cic. Attico, lib. 2. 1. 2, Sed videbatur mihi, siquid esset in eo popularę, quòd plebeius factus esset, id amitiatur.
¶ Plebeius, Vulgaris. Pli. li. 13. ca. 4. 17, Ex reliquo gñe plebciæ videnſ.
¶ Plebeius, sine plebeius, Pauper. Plaut. Pœnul. 7. 12,
Heus tu, quanquam nos videmur tibi plebei & pauperes,
Si nec recte dicis nobis diues de summo loco,
Dinitem audacter solemus mactare infortunio.
Amicitia plebeius. Propert. lib. 1. eleg. 16. 9.
Domus plebeia. Stat. 4. Sylu. 6. 18. Seneca Hippol. 11. 4.
Gẽnæ plebeiæ. Plinius. 37. ca. 12. 3, Indicatis mobilibus gẽnis etiã plebeiis.
Infra plebeia. Stat. 3. Sylu. 4. 8.
Olla plebeia. Martialis lib. 13. 2, Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas.
Philosophi plebeii. Cic. 1. Tusc. 86, Licet concurrant plebei omnes philosophi (sic enim ii qui à Platone & Socrate & ab ea familia dissident, appellandi videntur) &c.
Purpura plebeia. Cice. pro Sestio, 14, Vestitus asper nostra hac purpura plebeia, ac penè fusca.
Rogus plebeius. Ouid. in Ibin, 51, Et date plebeio corpus inane rogo.
Senex plebeius. Seneca Thyeste. 4. 13.
Sermo plebeius. Cic. Papyrio, lib. 9. 21. 2, Nunne plebeio sermone agere cecumenos enim semper eodem modo.
Vestis plebeia. Lucret. lib. 2. 8.
Plebicola, plebicolæ, pe. cor. (δημοτικός,) Qui plebem colit, & plebi seruit. Cic. pro Lege agraria 3, Totus enim ager Campanus colini, & pos-fidetur à plebe optima & modestissima quod genus hominum optime moratum, optimorum & aratorum & militum ab hoc plebicola Tribuno pleb. fundítus eiicitur. Cic. pro Sestio, 96, Qui (vt credo) nõ libidinis causa, sed vt plebicola videretur, libertinã duxit vxorẽ. Liu. 3. ab Vrbe, 149, Adeoque nouum sibi ingenii induerat, vt plebicola repente atque ois aurę popularis captator esta deret, qi truci dictatore plebis,
Plecto, plexui, plexum, plectere, à verbo Græco πλέκω deductum videtur, quod est Implico, Necto, Texo: quanuis Sipontinus contradicat. Ouid. ad Pisonem, 37,
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Plectis, & obliquis fugientem cursibus vrges. Hinc
Plexus, (πλεκτός,) Nomẽ participiale: vt Coronæ plexæ. Lucre. lib. 5. 287,
Tum caput atque humeros plexis redimire coronis.
Plexa, Colligata significat ex Græco, cui nos etiam præpositionem adiicimus quum dicimus perplexa. Festus.
Plecto, plectis, planè Græcum est, πλέκτω, inquit Budæus: plexi, plectam, secundum Priscianum: vel, vt alii volunt, plexui, plexũ, plectere, Punire, supplicio afficere. Plaut. Pœnu. 4. 155, Sed videlu, ne tu oratorem hunc pugnis plectas postea. Idem Menæch. 22. 27.
-quid me vobis tactis est?
Plecte illos pugnis. Terent. Phor. 1. 4, 40, -tu iam lites audies, Ego plectar pendens. Cic. de Amicitia, 71, Sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis & deligendis & colendis. Idẽ pro Cluentio, 3, Vt in iudiciis & sine iniuria culpa plectatur, & sine culpa insidiis ponatur.
Iisdem de causis alios plectere, & alios ne appellare quidem. Cic. 1. Offi. 125, Cauendum est etiam ne maior pœna quàm culpa sit, & ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem.
Plecti, Dare pœnas. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 6,
An ut pallaemin minimum de plebe Quiritem,
Plecterer? Horat. 1. Carm. ode 28. 6.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Horat. 1. epist. 2. 3.
Plecti capite. Cic. 3. de Legibus, 66.
Tergo plecti. Horat. 2. Serm. saty. 7. 21.
Iure plecti. Cic. 2. Offic. 39, Iure igitur plectimur nisi enim multorum impunita scelera fuissemus, nunquã ad vnum tanta peruenisset licentia.
Plectrum, plectri, (πλῆκτρον,) Instrumentũ quo citharœdi fides plectũt, id est percutiunt. Martial. lib. 14. 172,
Feruida ne trito tibi pollice pusula surgat,
Exornent docilem garrula plectra lyram. Cic. 2. de Natu. deo. 223.
Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere: chordarũ, dentes,
Aureo plectro sonans. Horat. 2. Carm. ode 13. 6.
Degenerum plectrum. Stat. 3. Sylu. 2. 9.
Eburnum plectrum. Tib. lib. 3. eleg. 4. 8.
Graue plectrum. Ouid. 10. Metam. 31.
Imbellę plectrum. Ouid. 1. Metam. 23.
Modulans plectrum. Seneca Medea, 8. 10.
Noua plectra mouere. Stat. 1. Sylu. 2. 1.

Smyrnea plectra. Silius lib. 8. 119.
Plectra linguæ titubantia. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 30,
Risus indecens, ira turpior, spumante rictu, humentibus naribus: plectra linguæ titubantia, capútque tum semper, tum in quantulocunque actu vel maximè tremulum.
¶ Plectrum etiam quandoque dicitur calcar gallinaceum, quod olim gallis galliaceis addebatur dum inter se pugnarent. Sipont.
PLEIAS, trium syllabarum, huius pleiadis, pen. corr. (πλειάς,) dicta est Maia septem Pleiadum splendidissima, de quibus infra dicemus.
Madida cadens Pleias. Claud. 7. Paneg. 88.
Imbrifera Pleias. Luc. lib. 8. 168.
Lucida Pleias. Ouid. 1. Metam. 135.
Occidua Pleias. Claud. de bello Get. 41. Vesqué sub occidua iactatis Pleiade nautis. Id est quum occidunt Pleiades.
Pleiades, pen. corr. (πλειάδες,) Pherecydes tradit septem sorores fuisse Lycurgi filias, ex Naxo insula. Et quia Liberum educauerunt, eas à Ioue inter sidera fuisse relatas. Harum nomina poetarum, Electra, Alcinoe, Celeno, Merope, Sterope, Taigeta, Maiaquarum septima (vt ait Aratus) vix cerni potest, propterea quidam existimant vocatam Electrã. Sunt qui pudore occultasse se dixerint, quòd quum aliis diis nupsissent, sola Electra nupsit mortali. Alii quòd Electra non tulerit spectare ruinas Troiæ, manumque ante oculos oppósuerit. Ouidius 4. Fast. 34.
Pleiades incipient humeros telenare paternos:
Quæ septem dici, sex tamen esse solent:
Seu quòd in amplexus sex hinc venere deorum,
Nam Steropen Marti concubuisse ferunt:
Neptuno Alcinoen, & te formosa Celaeno:
Matum, & Electram, Taigetámque Iouis:
Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit:
Pœnitet, & facti sola pudore latet.
Siue quòd Electra Troiæ spectare ruinas
Non tulit, ante oculos oppositque manum. Alii has Atlantis filias esse dixere, ex Pleione Nympha genitas, vnde sint Pleiades appellatæ. Seruius, Pleiades (inquit) signum est ante genua Tauri, quod ortu suo primæ nauigationis tempus ostendit. Vnde Græci Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν. Latinè Vergiliæ, à veri temporis significatione quo oriũtur. Hæc Seruius. Fit autem quandoque hæc dictio retrasyllaba. Propertius, Non hæc Pleiades faciunt, nec aquosus Orion. Aliquando abiicitur e, & dicimus Pliades. Stat. lib. 1. Sylu. 3. 19.
Nec per & Aegeas Hyades, Piladúmque nouosum
Sydus, & Olenii dignum petiisse sub astris.
Chorus Pleiadum. Horat. 4. Carm. ode 14. 5.
Densi latitant Pleiadum greges. Seneca Medea, 2. 9.
Signa Pleiadum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 17.
Aquosæ Pleiades. Stat. 4. Theb. 24, -neque enim violentior exit.
Amnis humo, quum Taurum, aut Pleiades hausit aquosas.
Athantæ Pleiades. Ouid. 3. Fast. 21.
Densæ Pleiades. Valer. 5. Argon. 83.
PLEIONE, pe. corr. (πλειόνη,) Nympha Oceani filia, & vxor Atlantis, ex qua Pleiades suscepit. Ouid. 5. Fast. 17.
Duxerat Oceanus quondam Tiramida Tethyn:
Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.
Hinc lata Pleione, cum cælifero Atlante
Iungitur, vt fama est, Pleiadásque patit.
Nepos Atlantis & Pleiones, Mercurius. Ouid. 1. Metam. 149.
Magnæ Pleiones nepos. Valer. 1. Argon. 148.
PLEMMIRIVM, (πλημμύριον,) Flumius est Siciliæ, quem Virgilius vndosum appellauit, verbum de verbo exprimens. Idem enim Vndosum, quod Plemyrium. Author Seruius enarrans illud Virgilii 3. Aen. 119.
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum: nomen dixere priores Ortygiam &c.
Plenus, (πλήρης, ἐκπλεὼς, κεκορεσμένος, ἐμπλεὼς, μεστός, πλέων, πλεῖος, βεβριθὼς, ἐμβριθὴς,) Adiectiuum, quod est Vacuo contrarium. Plau. Stic. 8. 16, Propino tibi salutem plenis faucibus. Idem Trucul. 16. 13,
Integrum & plenum adorta est thesaurum. Et Persa, 23. 41,
Mulsum bibite, vique plenis cantharis.
Cadus à summo plenus. Plaut. Milite, 11. 40.
Lacus plenus ad marginem. Plin. lib. 2. cap. 103. 3.
Plenus & Inanis, contraria. Cic. 1. de Orat. 20, Sed deinceps omnia, nonne plena consiliorum, inania verborum videmus? Idem. 4. Acad. 111.
Ieiunus & Plenus orator, contraria. Cic. 3. de Orat. 10, Quòd siquis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium ieiuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet, quàm quomodo, &c.
Plenus & exilis, contraria. Cic. 1. de Diuin. 46, Sed si eadem hora aliæ pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum & exile, quid est quod declarari possit habitu extorum & colore?
Plenum & imminutum verbum, contraria. Cic. in Orat. 88,
Quasi verò nesciamus in hoc genere & plenum verbum recte dici, & im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minorum vsitaté.
Plenus & Enectus, contraria. Cic. 2. de Diuinat. 110, Nam medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt: nonnullas etiam valetudinis significationes, vt hoc ipsum pleni enectiue sumus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicunt.
Plenus acceferus. Cic. 1. Acad. 25, Sed vtrique Platonis vberrtate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam. Idem pro Fonteio, 1.
Plenum cumulatumque, Id est copiosum. Liuius lib. 2. Decad. 5, Omnia quæ regia ira præparanda habuerant, plena cumulataque habere Macedonas. Gallicum vulgus dicit Plein a comble.
¶ Aerra plena. Virg. 5. Aeneid. 149.
Fluere pleno alueo. Quintil. lib. 2. cap. 1. 4.
Amator plenus. Horat. 1. epist. 11. 2. -& scis
In breue te cogi, quùm plenus languet amator.
Annus plenus. Horat. 3. Carm. ode 18. 1.
Annis plenis nubilis filia. Virg. 7. Aeneid. 11.
Plenum atque integrum annum habere ad Præturam gerendam. Cicero pro Milone, 18.
Perfecta & plena argumentatio ex quinque partibus constat. Author ad Herennium, lib. 2. 63.
Arcia plena rosarum. Ouid. 1. Metam. 23.
Auro pleno se proluit. Virg. 1. Aeneid. 149, -ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.
Campus plenus. Virg. 3 Georg. 78.
Canistri pleni. Virg 4. Georg. 56.
Graue & plenum carmen. Cic. 1. Tusc. 98, Mihi verò ne hæc notiora quidé & illustriora carere vi diuina videntur, vt ego aut poëta graue, plenúq; carmen sine cœlesti aliquo mētis instinctu putè fundere aut, &c.
Corpus plenum, Repletum cibo. Horat. 1. Serm. saty. 7. 7.
Flumina plena. Virg. 2. Georg. 29.
Perpetuis plenis juē gaudiis vita beata existit. Cic. 5. Tuscul. 95.
Gradu pleno ingredi. Trebonius Ciceroni, lib. 12. 16. 7, Nam illum paratum vt video, & ingressum pleno gradu cohortari non intermittemus. Erasmus, Qui letiter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contrà qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu dicuntur ingressi. Vide GRADVS.
Luna plena. Virg. 3. Aeneid. 30. Ouid. 7. Metam. 36.
Manu plena, pro eo quod est Ampliter, copiosè, prolixè, minimeque mali gue. Transitum ab iis qui non minutim & parcè, sed plena manu largiuntur. Cic. ad Atticum, lib. 2. ep. 2. 2. At hercule alter tuus familiaris Hortensius quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit! Erasmus.
Manibus plenis dare aliquid. Virg. 7. Aeneid. 177.
Merces plenior suo officio. Ouid. epist. 9. 28.
Obsequium plenius. Quintil. in Procem. lib. 1. 3.
Demereri plenori obsequio. Quintil. in Procem. lib. 1. 3, Simul vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei.
Orationem Latinam legendis nostris efficies pleniorem. Cic. 1. Offic. 4.
Plenus & perfectus orator. Cic. 1. de Orat. 31.
Ore pleniore laudare. Cic. 1. Offic. 89. Contraque in laudibus, quæ magno animo & fortiter excellenterque gesta sunt, ea nescio quomodo quasi plenore ore laudamus.
Pectus plenum. Horat. de Arte, 68,
Omne superuacuum pleno de pectore manat.
Pecunia plena. Cic. pro Roscio Amer. 4, Vt quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque præclaram nullo iure inuaserit.
Plagæ plenæ. Martial. lib. 1. 51,
Cui licet exigui nemoris, rurisque beati
Ante focum plenas explicuisse plagas.
Pocula plena. Virg. 4. Georg. 76.
Præsepia plena. Virg. 3. Georg. 99.
Curtæ sententiæ opponitur Perfecta atque plena. Cic. 4. de Finib. 60, Eorum enim omnium multa præterminentium dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia. At verò illa perfecta atque plena eorum qui quum de hominis summo bono, &c.
Testimonium plenissimum. Plin. epist. 125, Quodque ille mihi cum plenissimo testimonio indulserat, ego statim Decurionibus scripseram. Idem epist. 308, Quum præfectus cohortis plenissimum testimonium meruerit Iulii ferocis.
Vber plenum. Ouid. 15. Metam. 14,
-pleno quæ fertis in vbere nectar.
Velum plenum. Virg. 1. Aeneid. 81,
Aut portum tenet, aut pleno subit hostia velo.
Velis plenissimis nauigare. Cic. pro Domo sua, 10.
Viis plenissimis. Cæsar 7. bel Ciuil. 104, Simul animaduertit multa vndique portari atque agi plenissimis viis, quæ repentini tumultus timore ex agris in vrbem conferantur. Plautus Epid. 5. 25, Quia ego ire vidi milites plenis viis.
Villa plenissima Horat. 1. Serm. saty. 5. 10. Subauditur hominibus.
Voluptas plena. Cic. 1. de Finib. 22, Nam diligi & charum esse iucundum est, propterea quia tutiorem vitam, & voluptatem efficit pleniorem.
Votum plenum. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 5,
Non potuit votum plenius esse meum.
Grandiorem & pleniorem vocem subsellia desyderant. Cicero de Claris Orat. 160.
¶ Plenus, genitiuo iungitur aliquando, aliquando ablatiuo.
Aetatis plenus. Plaut. Merc. 11. 13, -tanto minus
Quum sit iam ætatis plenus, anima fœtida. Id est senex.
Plenum adhortatione. Liuius 6. bel. Pun. Literæ autem erant adhortatione plenæ.
Amoris plenus. Plautus Trinum. 11. 16,
Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem indomito,
Pleno amoris, ac lasciuiæ?
Animi plenus. Liuius 4. ab Vrbe, 141, Quum Hetrusci pleni animorum ac pristini diei meliore occasione quàm pugna in aciem processissent. Ouid. 5. Metam. 37, -animi plenissima magni
Pectora Lyncidæ.
Animorum & irarum plenus. Liuius 6. ab Vrbe, 80, Et Manlius aduocata domum plebe, cum principibus nouandarum rerum interdiu, noctúque conuiuia agitat, plenior aliquanto animorum irarumque quàm antea fuerat.
Annis plenus, plenus honoribus. Plin. epist. 25. c, Et ille quidé plenus annis obiit, plenus honoribus. Valer. 1. Argon. 77,
-at frater plenior annis, &c.
Apparatu bellico plena vrbs. Liuius 6. bel. Pun. 1, Carthaginem nouam interim oppugnare statuit, vrbem tum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam.
Spongia plena aquæ. Lucret. lib. 4. 125.
Argenti cælati optimi multæque stragulæ vestis, pretiosissimorumque mancipiorum domus plena. Cic. 4. Verr. 24.
Artis plenum & peracutum genus orationis. Cic. de Claris Orat. 59.
Plenus corporis & externis bonis. Cic. 3. de Finib. 67, Eo beatior quisque sit, quo sit corporis, aut externis bonis plenior.
Consilii plenus. Plaut. Epid. 3. 49, Plenus consilii es, noui ego te.
Copia plenior iusto. Horat. 1. Serm. saty. 1. 12.
Crapulæ plenus. Liu. 9. ab Vrbe, 157, Plenos crapulæ eos lux oppressit.
Dedecore plenus. Plaut. Amphit. 15. 19, Tum verò vxor vino, stupro, dedecore me plena enicat.
Expectatione plenus. Cic. Attico, lib. 3. ep. 4. 1, Ex tuis literis plenus sum expectatione de Pompeio quidnam de nobis velit aut ostendat.
Festinationis plena epistola. Cic. Attico, lib. 5. ep. 10. 3.
Fidei plenus. Cic. de Senect. 1.
Frigoris domus plenissima. Ouid. 1. Metam. 76.
Gaudiorum plena omnia honesta sunt. Cic. 5. Tuscul. 95.
Gloriarum plenus. Plaut. Milit. 3. 22,
Periuriorem hoc homine siquis viderit,
Aut gloriarum pleniorem, quàm illic est. Id est gloriosiorem.
Ingenii plenus. Cic. pro L. Flacco, 11, Sic adolescens ingenii plenus, locupletes metu, tenues præmio, stultos errore permouit.
Inimicorum plenus. Cic. de Prouinc. Consul. 15, Quis plenior inimicorum fuit C. Mario?
Iræ plenus. Liu. 3. ab Vrbe, 198, Quum hæc intonuisset plenus iræ, multitudo ipsa se sua sponte dimouit. Ibidem 2. 198, Irarum, speiq; pleni.
Laboris immensi plenus. Plin. lib. 6. cap. 19. 2.
Regio plena laboris. Virg. 1. Aeneid. 93.
Lachrymarum plenus. Liuius 10. bel. Pun. 27, Quum vxor iam, non vt ante blanditiis satis potentibus ad animum amantis, sed precibus & misericordia valuisset, plena lachrymarum, obtestans, ne patrem suū, patriamque proderet.
Lætitiæ plenus. Horat. de Arte, 87.
Litiū plenus. Plaut. Menęch. 14. 9, Litiū pleni, rapaces, fraudulēti sunt viri.
Loca plena metus. Ouid. 4. Metam. 23.
Verba plena minarum. Horat. de Arte, 12.
Nauium plenissimus portus. Cic. pro Lege Manil. 23.
Negotii plenus, Valde occupatus. Plaut. Pseud. 5. 145, Negotii sum plenus. Cic. 1. de Nat. deor. 79, Curiosum, & plenum negotii dem? Vide NEGOTIVM.
Officii plenus. Cic. Attico, lib. 7. ep. 4. 1, Quem quidem cognoui cum doctum, tum sanctum, plenum officii, studiosum etiam meæ laudis. Idem ad Mattium, lib. 11. 27. 1.
Persuasionis plenus. Sueton. in Tiberio Cæsare, cap. 69, Circa deos ac religiones negligentior: quippe addictus mathematicæ, persuasionisque plenus cuncta fato agi.
Piscium plenissimus fons Arethusa. Cic. 6. Verr. 105.
Præceptorum plenus. Terent. Adelph. 3. 3. 58, Syre præceptorum plenus istorum ille.
Nauis plena puellarum. Ouid. 2. de Remed. amor. 19.

Salutis plena Lucret. lib. 3. 167.
Sanguinis plenus, Homicida. Plaut. Bacch. 2. 45.
Magistrō' quenquam discipulum minitariter?
Nil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis.
Sceleris plenum consilium. Cic. pro Rosc. Amerino, 16.
Somni plenus. Cic. ad Atticum, lib. 1. ep. 10, Ille alter vno minus vitio vitiosus, quòd iners, quòd somni plenus, quòd imperitus. Idem 7. Verr. 74. Incebat iam ferè procedit in medium, vini, somni, stupri plenus.
Aures plenæ sonoribus. Lucret. lib. 6. 130.
Spei plenus. Cic. pro Cœlio, 63, Ne aut senectutem iam propè desperatam contempsisse, aut adolescentiam plenam spei maximæ, non modò non aluisse vos, sed etiam perculisse atque afflixisse videamini. Liu. 3. ab Vrbe, 154. Et Romani quidem spei pleni corpora curabant. Ibidem, 2. 198, Iuratis datur signum, arma capiant, eunt in pugnam, irarum speique pleni.
Splendore plenum cœlum. Plaut. Merc. 22. 30.
Stultorum plena sunt omnia. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 22. 14.
Temeritatis plenissimus. Cic. 4. Acad. 203, Isique turpissimum esse dicat, & plenissimum temeritatis.
Amor, res timoris plena. Ouid. epist. 1. 5.
Noctem timoribus plenam habui. Cic. Tironi, lib. 16. 14. 1.
Oratio plena veneni. Catul. ad Fundum, epigr. 41. 3.
Venustatis plenior. Terent. Heey. 5. 4. 3, Quis me est fortunatior, venustatisque adeò plenior?
Vini plenus. Terent. Heey. 5. 3. 28.
Nam memini abhinc menses decem fere ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, sine comite, vini plenum.
Vini, somni, stupri plenus in medium procedit. Cic. 7. Ver. 74.
Vitæ plenus. Lucret. lib. 3. 191.
Nam si grata fuit tibi vita anteacta, priòreque, &c.
Cur non vt plenus vitæ conuiua recedis?
Vita voluptatibus referta & plena. Cic. pro Sestio, 17.
Voce pleniorem aut suauiorem audisse mihi videor neminem. Cic. 1. de Oratore, 65.
¶ Plenus, pro Referto siue diuitiis onusto. Cic. 4. Verr. 8, Prætorem verò cohortémque totam sic studiosam, vt facile appareret non tam illis Siciliam, quam inanem offendeant, quàm Vetrem ipsum, qui plenus decesserat, prouinciam fuisse. Horat. 2. epist. 2. 31,
-audietas cui
Rem di donarent, illi decedere prauam
Stultitiam: & quum sis nihilo sapientior, ex quo
Plenior es, tamen vtēris monitoribus isdem.
Domus plena, Diues, referta opibus. Hor. 1. Carm. Ode 12. 5.
Num te, quæ tenuit diues Achemenes,
Aut pinguis Phrygiæ Mygdoniaa opes
Permutare velis crine Lycinae?
Plenas aut Arabum domos?
Plenior & vberior ad dicendum nemo fuit. Cice. de Clar. Orat. 64. Noli putare quenquam Brute pleniorem & vberiorem ad dicendum fuisse. De C. Graccho.
¶ Plena proprietas, Hoc est qua vsufructus continetur. in L. Si ita stipulatus. De verb. oblig. Et ibidem, Fundum pleno iure promittere, hoc est nō detracto vsufr. & pleno iure stipulatoris fundū efficere. Budęus.
¶ Plenum, pro Integro & iusto. Quintil. lib. 1. cap. 2, Nec sum adeò ætatum imprudens, vt instandum teneris protinus acerbè putem, exigendámque plenam operam. Budæus.
¶ In plenum dicere. Plin. lib. 13. cap. 4. 4, Quod in plenum satis sit dixisse hoc in loco.
Ad plenum, Vide AD præpositionem.
Ad plenum manare. Hora. 1. Carm. ode 17. 3, -hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
Calcare vndas à fontibus ad plenum. Virg. 3. Georg. 49.
Plenè, Adverbium, (ἀφθόνως, ἱκανῶς,) Plaut. perfectè, cumulatè. Horat. 1. epist. 11. 3. -furnos & balnea laudat
Vt fortunatam plenè præstantia vitam.
Alere plenius. Quintil. lib. 2. cap. 2. 5, Vox alit plenius.
Plenissimè dicere, Hoc est amplissimè & abundanter. Cic. 4. de Fin. 23, Quum enim superiores, è quibus plenissimè Polemo, secundum naturam viuere, summum bonum esse dixisset.
Plene facere. Plin. epist. 243. Illud vnum, quod propter charitatem eius nondum mihi videor satis plenè fecisse, etiam atque etiam facio.
Laudare aliquid plenius æquo. Horat. 1. epist. 2. 2.
Plenè & cumulatè perfectum. Cic. 1. de Diuinat. 4, Quæ vt plenè, cumulatéque perfecta, de diuinatione ingressi sumus his libris scribere.
Referre gratiam plenius. Quintil. lib. 2. cap. 16. 11, Eo quidé magis quòd nulla in parte plenius labor gratiam refert. De eloquentia.
Perfecti homines plenéque sapientes. Cic. 1. Offic. 70.
Plenè scribere. Cic. ad Atticum, lib. 3. ep. 2. 1, Te oro, vt siquid erit quod prospicias quancunque in partem, quàm plenissimè ad me scribas.
Vitare plenè aliquid. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 15, Sed te illud admoneo, vt si hoc plenè vitare non potes, quòd antè occupatur animus ab iracúdia, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur, vt te antè compares, &c.
Plenissimè & Restrictissimè, contraria. Plin. epist. 103, Quamuis illud plenissimè, hoc restrictissimè fecerit.
Plenitudo, pe. pro. plenitūdinis. (πλήρωμα, πληρωτόμμα, ἀδρότης, ἀδρόσωσις,) Plin. lib. 11. cap. 37. 82, Homo crescit in longitudinem ad annos vsque ter septenos, tum deinde ad plenitudinem. Author ad Herēnium, lib. 4. 175. In altero longior aut longiores, plenior aut pleniores syllabæ erunt, vt longitudo aut plenitudo harum, multitudinem alterius assequatur & exequet.
Plenitudo & Crassitudo, pro eodem. Colum. lib. 4. cap. 30. 3, Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant, optimè panguntur.
Crescere ad plenitudinem, vide CRESCO.
Plenilūnium, huius plenilūnii. (πανσελήνη, πλησιφαής,) Plin. lib. 18. ca. 32. 1, Quum verò occidente Sole oriente Luna ex aduersio, ita vt pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium. Idem lib. 7. cap. 6. 1, Sed plurimum languoris in vtroque sexu, capillum germinante parto, & in plenilunio, quod tempus, editos quoque infantes præcipuè infestat. Ibidē, cap. 5. 1, Septimo mense, non nisi pridie posteróve plenilunii die aut interlunio conceptinascuntur. Colum. lib. 11. cap. 2. 65, Sed & propriè, hoc obseruabis, vt pridie quàm plenilunii fit, ita minus, certè ipso plenilunio, omnem quam saturus es fabam, vno die spargas.

Pleonasmos, (πλεονασμός,) Est (inquit Donatus) adiectio superuacua ad plenam significationem vt Sic ore locuta est. Teren. Phorm. 2. 2. 26, Otiosum ab animo. Vbi Donatus, Pleonasmos nostram addidit AB, quum sufficeret ANIMO.

Plerique, pleræque, pen. prod. pleraque, penul. corre. (πλεῖστοι,) A Plus deducitur, quod authores vsurpant aliquando pro eo quod est Plures, & maxima ex parte. Salustius, In diuisione orbis terræ plerique in tertia parte Africam posuere: pauci tantummodo Asiā & Europam. Cic. 1. Acad. 65, Vt contra omnium sententias dies iam plerosque dedoceret. Idem de Inuentione, Nec ratione animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant.
Plerique, Id est Nonnulli. Quintil. li. 6. ca. 5, Videas plerosque ira percitos. Ferè plerique, Vide FERE.
Plerique omnes, Particula est, teste Donato, idem significans quod Plerique, siue pleraque, hoc est Maxima ex parte. Sic autem ait, Plerique omnes, ἀγχιστόμυς est: nam errant qui plerique πολύλογοι intelligunt, aut qui subdistinguunt PLERIQVE I & sic inferunt OMNES. hoc enim pro vna parte orationis dicere veteres. Idem super Hecyram Terentii, Plus satis. Nouè, sed intelligitur, Plus quàm satis. Hoc quidam putant, at mihi de his videtur esse quæ à veteribus geminabantur, vt Plerique omnes, id est Omnes: & Pleraque omnia, id est Omnia: sic & Plus satis, pro Satis. Terent. And. 1. 1. 18,
Quod plerique omnes facunt adolescentuli,
Vt animum ad aliquod studium adiungant. Idem Phorm. 1. 3. 20, Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nolmet pœnitet. Et Heau. 4. 7. 1,
Quid rei esset, dixi huicis, dixi pleraque omnia.
¶ Plera dixisse antiquos testis est Pacuuius, quum ait, Peciere
Danai, plera pars pessundata est. Festus.
Plerique, παρὰ τὸ πλεῖστοι fit, quod Plenum significat.
Plerunque, Aduerbium, (ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τὰ πλείονα,) fierè semper. Terent. And. 1. 1. 19.
-tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.
Cic. 3. de Diuinat. 65, Quid enim proficit, quum in medium mare fulmen iecit? Quid, quum in altissimos montes, quod plerunque fit?
Plerunque non semper quæ euenium, fortuita sunt. Cic. 1. de Diuina. 11.
Feruentior plerunque est animus fortis & magnus in homine non perfecto nec sapiente. Cic. 1. Offic. 71.
Frigoribus parto agricolæ plerunque fruuntur. Virgil. 1. Georg. 60.
Manere plerunque in aliquo loco. Cic. Attico, lib. 5. ep. 104. 3.
Semper aut plerunque quid futurum sit multo antè prædicunt, qui cursum rerum euentorumque consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt. Cic. 1. de Diuin. 108.
¶ Plerunque, aliquando significat Nonnunquam, sed rarissimè. Quintil. Declamat. 15, Excussa sunt plerunque vitia verberibus.
¶ Plerúque omnes. Plaut. Trin. 3. 6, -nam hic nimium morbus
Mores inuasit bonos, ita plerunque omnes iam sunt intermortui.
Plerunque noctis. Salust. in Iugurtha, Sed vbi plerunque noctis processit: obscuro etiam tum lumine milites Iugurthini signo dato, castra hostiū inuadunt.

Plethrum, (πλέθρον,) mensura est centum pedum, vt ait Suidas. Laurentius iugerum ex Herodoto vertit.

Pleuitas, (πενία,) pro ignobilitate, legitur apud veteres. Cato pro Vetario, Propter tenuitatem & pleuitatem. Hem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na in Annulibus, Quicunque propter pleuitatem agro publico eiecti sunt. Hæc Nonius.

Pleuritis, pen. prod. pleuritidis, fœm. pen. (πλευρῖτις,) Dolor laterum. nam ἡ πλευρά, τῆς πλευρᾶς, appellatur tunica sue cingens costas, inter quam & ipsas costas dum fauces colligitur, & apostema generatur, pleuritis appellatur morbus.

Pleuriticus, pen. corr. Adiectiuum, (πλευριτικός,) Qui laterum dolorem patitur. Plin. lib. 20. cap. 17. 2, Origanum rusticum quoq; cum melle datur, & pleuriticis, & peripneumonicis. Sic ibidem, cap. 5. 2.

PLEVRON, huius Pleuronis, pen. prod. (πλευρών,) Vrbs est Aetoliæ, vt ait Plinius lib. 4. cap. 2, in qua vrbe Combe, quum Phalnei filii occiderentur, deorum misericordia in auem mutata est, dicente Ouidio lib. 7. Metam. 77,

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe. Meminit & Plinius lib. 2. cap. 4. Stat. 8. Thebaid. 97, de Tydeo,
– nunc torua Pylenes
Agmina, nunc mœstæ fundens Pleuronis alumnos.

Pleuronius, Adiectiuum: vt Pleuronius Agmon. Ouid. 14. Metam. 99.

Plexa, Vide PLECTO.

Plico, plicas, plicaui, plicatum, pen. prod. & pleui, pleitum, pen. cor. πλέκω, quod est Necto.

Plicari. Lucret lib. 4. 167, – ideo fastigia posse
Suratum, at feminum pedibus fundata plicari.

Plicatilis, & hoc plicatile, pen. corr. (πλεκτός,) Quod plicari facile potest: vt Nauis plicatilis, quum facta est ex corio. Plicatilis crista vpupæ. Plin. lib. 5. cap. 9. 17, Ibi Aethiopiæ conueniunt naues. Nanque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum est. Idem lib. 10. cap. 29. 10, Vpupa crista vifenda plicatili, contrahens eam, subrigensque per longitudinem capitis.

Plicatura, Ipse plicandi actus. Plin. lib. 7. cap. 51, Iam fimbriarum curam, & stragulæ vestis plicaturas. Loquitur de signis mortis.

PLINIVS, (πλίνιος,) Secundus Veronensis, temporibus Vespasiani vixit, cuius negotia administrabat: noctibus verò & sucessuis (vt ipse inquit) temporibus, opus De rerum natura conscripsit, vnus omnium parcissimus temporis. Periit in montis Vesuui incendio, dum eios cauſam indagare cupit. Eius vitam diligentius narrat nepos eius ex sorore, Cæcilius Plinius, cuius extat liber Epistolarum, & Panegyricus Traiano Cæsari dictus, quo gratias agit Consul ab eo factus: qui & Quintiliani filiam dote iuuit, & Martialem poetam secedentem viatico prosecutus est, vt testatur ipse in Epistolis.

PLISTHENES, (πλισθένης,) impudicus à poetis dicitur. Quintil. lib. 3. ca. 7. 14. Vnde Plisthenius vir Agamemnon. Ouid. 1. de Remed. 77.

Plodo, plodis, plosi, plosum, (πλοτίω,) plodere, Idem quod Plaudere, Quatere, siue collidere, & manibus pedibusve sonum aliquem facere. Hinc composita, Applodo, Complodo, Explodo. Vide PLAVDO.

Ploro, ploras, (γοάομαι, κλαίω, οἰμώζω,) plorare, Notæ significationis. Festus, Plorare, flere, inclamare. Plaut. Aulul. 9. 19,

Aquam hercle plorat quum lauat profundere. Quintil. lib. 6. cap. 2,
Date puero panem, ne ploret.

In funere plorare. Horat. in Arte, 87.
Prohibere aliquem pro alio plorare. Cic. pro Domo sua, 45.
Plorare aliquid. Horat. 4. Carm. ode 2. 5, Flebilis sponsæ iuuenemve raptum Plorat.
Funera sua plorare. Stat. 5. Syla. 3. 49.
Plorare, cum infinitiuo. Horat. 3. Carm. ode 10. 1, – me tamen asperas
Porrectum ante fores obiicere incolis Plorares Aquilonibus.
Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis. Horat 2. epist. 1. 2.
Amore sollicitus plorat. Horat. 1 2. Serm. saty. 3. 51.
Fessus sum plorando. Cic. Attico, lib. 15. 3. 5. 8.
Plorare, maius est quàm lachrymari. Seneca epist. 64, Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant. lachrymandum est, non plorandum.
Plorandus, Participium: vt Bella plorandа. Stat. 1. Thebaid. 9.
Ploratus, pe. pro. Nomẽ ex participio. vt Dom° plorata. Stat. 5. Syl. 3. 33.
A Ionis ploratus, Vide ADONIS.
Rogus ploratus. Ouid. 4. Fast. 172.
Ploratus, huius ploratus, pen. prod. masc gen. (οἰμωγή, κλαυθμός, κωκυμός,) Actus ipse plorandi. Liuius 5. ab Vrbe, 99, Clamor omnia variis terrentium ac pauentium vocibus, misto mulierum ac puerorum ploratu, complet. Cic. 1. Tusc. 35, Heu virginalẽ me ore ploratũ edere. Ex poeta. Idem ad Att. lib. 5. 104. 2, Ciuitatum gemitus, ploratus, &c.
Misti ploratus ægris vagitibus. Lucret. lib. 2. 117.
Plorator, pen. prod. Verbale, (οἰμωκτής,) Martial. lib. 14. 59,
Siquis plorator collo tibi vernula pendet.
Plorabundus, (κλαυθμώδης,) Qui multum plorat. Plaut. Aulul. 9. 38,
Homo ad Prætorem plorabundus deuenit.
Infit ibi postulare, plorans, eiulans, &c.

Ploſtrum, ploſtri, (ἅμαξα,) Idem quod Plaustrum. Cato de Re rust. cap. 62, Quot iuga boum, mulorum, asinorum habebis, totidem ploſtra esse oportet. Idem cap. 2. 4, Vendat boues vetulos, armenta reticula, oues reticulas, lanam, pelles, ploſtrum vetus. Colum. lib. 6. cap. 2. 6, Post eiusmodi experimenta vacuo ploſtro subiungendi. Cic. 3. Verr. 36, Omnia ex fanis, ex locis publicis, palàm spectantibus omnibus, ploſtris euecta, asportataque esse.

Ploſtrarius, Adiectiuum, (ἁμαξικός,) Quod pertinet ad plaustrum: vt Asinus ploſtrarius.

Ploſtellum, ploſtelli, Diminutiuum, (ἁμαξίδιον,)

Ploſtellum, Paruum plaustrũ, quo pueri ludũt. Horat. 2. Serm. saty. 3. 50,
Aedificare casas, ploſtello adiungere mures
Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Ploſtellum Pœnicum quid sit, Varro declarat his verbis lib. 1. de Re rust. cap. 52. 1, E spicis in areàm excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit è tabula, lapidibus, aut ferro exasperata, quæ imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt discutiat è spica granaiaut fit ex asibus dentatis cum orbiculis, quod vocant ploſtellum Pœnicum.

PLOTAE, (πλῶτα,) Insulæ duæ sunt Aeoliæ, alio nomine Strophades dictæ, supra Zacynthum in meridiem sitæ. Plin. lib. 4. cap. 12.

PLOTINA, pen. prod. (πλωτίνη,) Traiani Cæsaris vxor, sanctitate, probitate, & omnibus quæ in muliebrem sexum cadunt virtutibus celebrata. Hæc tonso capillo virum mentita, coniugem comitata in exilium exeuntem, imperterrita, & quasi quædam virago, tolerans ærumnas acerbas.

PLOTINVS, pen. prod. (πλωτῖνος,) Philosophus Platonicus, Aegyptius natione, fuit è ciuitate Lyco, discipulus Ammonii, præceptor Porphyrii, Galeni, Tacitri, & Probi temporibus. Fuit corpore gracili, tenuique valetudine, morboque sacro obnoxius. Hæc Suidas.

PLOTIVS, (πλώτιος,) Gallus, patria Lugdunensis, dicendi præceptor, Romæ profitebatur, à quo se Cicero in libro de Oratore vna cum Qu. fratre Latinas literas edoctum fuisse testatur: à Tranquillo autem inter rhetores ponitur.

Plotius insignis dicendi præceptor. Quintil. lib. 2. cap. 4. 30.

Ploxemus, pen. corr. (πλοξεμός,) aliis est viri proprium, aliis de Aemylio. epig. 92. 2,
– hoc dentes sesquipedales,
Gingiuas verò Ploxemi habet veteris.

Pluma, plumæ, (πτίλον,) Mollior & exigua penna. Plautus Menæch. 11. 23.

Pluma leuior. Martial. lib. 14. 166,
Lassus Amyclea poteris requiescere pluma.
Auium plumæ. Lucret. lib. 3. 79.
Albæ plumæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 1.
Canæ plumæ. Ouid. 2. Metam. 75.
Horrida pluma. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 1.
Leuibus plumis velari corpora. Ouid. 15. Metam. 72.
Mollis pluma. Virg. 10. Aeneid. 39.
Pensilibus plumis vehi Iuuenal. Saty. 1. 2.
Rutila pluma fulgens præteruolat ales. Cic. in Arato, 45.
Variæ plumæ. Horat. de Arte, 1.
Versicolores plumæ columbis ad ornatum sunt. Cic. 3. de Finib. 29.
Verficolore pluma sultum caput. Propert. lib. 3. eleg. 7. 10.
Volucres plumæ. Seneca Herc. Oetæo, 3. 6.
Vuliæ plumæ. Virg. 11. Aeneid. 145.
Moueri facilius pluma aut folio. Cic. Attico, lib. 8. 167. 3.
Nantes plumæ colludunt in aqua. Virg. 1. Georg. 74.
Obductæ plumis quædam animantes. Cic. 2. de Nat. deorum, 180.
¶ Insperata pluma superbiæ. Horat. 4. Carm. ode 10. 1, Insperata tuæ quum venier pluma superbiæ. Id est Quum euolarint aut effluxerint ea bona tibi, propter quæ nunc superbis.

Plúmula, plúmulæ, pen. corr. Diminutiuum, (πτίλιον,) Columella lib. 8. cap. 5. 15, Plumulæque sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant, & naturalia præcludant. Sic Varro 3. de Re rust. cap. 5. 9.

Plúmeus, Adiectiuum, (πτιλινός,) Quod est ex pluma. vt Plumea culcitra. Cic. 3. Tuscul. 79. Plin. lib. 10. cap. 2. 1, Plumeus apex.
Pectora plumea. Stat. 3. Thebaid. 102.
Torus plumeus. Ouid. 11. Metam. 123.

Plumárius, Aliud adiectiuum, Idem, (πτιλινός,) Vnde Plumarium culcitram dicimus, quæ pluma plena est. Plumariũ dicitur opus acu factũ, quod Græci à licorum varietate multiplici, polymitarũ appellant.

Plúmiger, pen. corr. plumígera, plumígerum, pen. corr. Plin. lib. 10. cap. 22. 3, Velluntur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri vestiuntur. De anseribus.

Plumarius,

Plumárius, plumarii, (πτιλουργός,) Qui acu aliquid depingit super culcitis plumeis, aut puluinaribus plagis. Cato de liberis educãdis. Etenim nulla quæ non discitet pingere, poteit bene iudicare, quid sit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

Plumátilis, & hoc plumátile, pen. corr. n. ge. (πτιλωτός,) Quod ex plumis factum est. Plaut. Epid. 5. 10, Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. Nonius clauatum inter prætatur, aut ex pluma factum.

Plumo, plumas, (πτιλόω) plumare, Plumas emittere: vnde Plumatum esse,

Pennatum dicimus. Gell. lib. 2. cap. 29. Auicula est parua, nomen est cassita; habitat nidulatiúrque in segetibus id fermè temporis vt appetat mellis pullis idium plumantibus. Cic. 2. de Nat. deor. 171, – nitens plumato corpore cornus. Ex poeta. Plin. lib. 8. cap. 32. 6, Eadem teneris cresciit ferula arundineas i paniculat, molli plumata lanugine.

Plumare, Aca pingere. Flauius Vopiscus, Lancas tunicas purpura micantes, & plumanti difficultate pernobiles.

Pars auro plumata nitet. Luc. Lib. 10. 25.

Plumesco, plumescis, (πτιλοῦμαι,) plumescere, Pennatum fieri. Plin. li. 10. cap. 53. 3. Pullus ab eodem tempore plumescit.

Plumósus, pen. prod. (πτιλώδης,) Adiectiuum. vt

Pectora plumosa plangere pennis. Ouid. ad Liuiam, 22.

Aucupium plumosum. Proper. lib. 4. eleg. 2. 7.

Plumipes, pen. corr. Adiect. (πτιλόπους) Catull. in Camerium, epig. 51. 6,

Adde huc plumipedes, volatilesque. Antea dixerat Pénipesve Perseus.

Plumbum, plumbi, (μόλυβδος.) Metalli genus notissimum. Plin. lib. 34. cap. 16, Sequitur natura plumbi. Eius duo sunt genera, nigrum atque candidum, pretiosissimum candidum, à Græcis appellatum est cassiteron. Et in sine capitis, Plumbi nigri origo duplex est, Aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Ibidem, cap. 17. 1, Nunc adulteratur stannum, addita æris tertia portione candidi in plumbum album. Id autem vulgus nostrum vocat Potam. Horat. 1. epist. 19. 4.

Porior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quàm quæ per pronum trepidat cum murmure riuum? Intelligit fistulam plumbeam.

Liquidum plumbum. Horat. 1. Carm. ode. 35. 4.
Vitiatum plumbum. Ouid. 4. Metam. 25, – cruor emicat alte,
Non aliter, quàm quum vitiato fistula plumbo Scinditur.

¶ Plumbum, pro Pila plumbea. Ouid. 2. Metam. 146.
– quàm quum balearica plumbum Fida iacit. Virg. 5. Aeneid. 81.
Terga boum plumbo insuto, ferróque rigebant.

Audax plumbũ. Stat. 1. Sylo. 3. 14,
– & audaci transcurris flumina plumbo.

Vulnificum plumbum. Valer. 1. Argon. 8. 5.
Taurea vulnifico portat celer inuita plumbo Terga Lacon.

¶ Plumbum, Genus vitii in oculis. Plin. lib. 25. cap. 13. 11, Hac cõmiducata, si oculus subinde liniatur, plumbum quod est genus vitii, ex oculo tollitur.

Plumbeus, Adiectiuum, (μολυβδινος,) Quod est ex plumbo. Plaut. Trin. 13. 117, Cui si capiti res fiet, nummum nunquam credam plumbeum. In quem locum sic Erasmus, Nummum plumbeum hyperbola prouerbiali pro minimo pecuniæ posuit. Et Casina, 6. 42.

Canalis plumbeus. Colum. lib. 8. cap. 3. 7, Suot autem qui aut aqua repleantur, aut cibo, plumbei canales, quos magis vtiles esse ligneos aut fictiles compertum est.

Color plumbeus. Plin. lib. 11. cap. 52. 2, Igitur vitæ breuis signa ponit Aristoteles raros dentes, plumbeum colorem. Hoc est plumbum referentem, qualis apparet in iis qui ictero nigro laborant.

Glans plumbea. Lucret. lib. 6. 36. Ouid. 14. Metam. 166.

Mortarium plumbeum, apud Plinium lib. 34. cap. 18. 3.

Popdera plumbea. Propert. lib. 4. eleg. 3. 13.

Plumbeus thorax. Plin. lib. 7. cap. 20. 3.

Auster plumbeus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 4. Hoc est grauis, vtique ab effectu. Mortales enim aggrauat more plumbi.

Plumbeo iugulare gladio, est futili leuique argumento conuincere quempiam. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 4, Quum illum plumbeo gladio iugulasti tamen diceret. Idem 4. de Finib. 79. frigidum argumẽtum, plumbeum vocat pugionem.

Plumbeum hominem Plautus appellat liuidum. Terentius verò obtusum & stupidum in Heaut. 5. 1. 4.

In me quidvis harum rerum conuenit,
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.

Plumbeæ iræ. Plaut. Pœnulo, 1. 2. 18,
Verbum ita sunt omnes isti nostri diuites,
Siquid beneficias, leuior pluma est gratia:
Siquid peccatum est, plumbeas iras gerunt. Id est, grauissimas, & quæ diu insident pectoribus.

Plumbeum ingenium, per translationem, dicitur obtusum, & quod cogitando penetrare non potest.

Plumbeum esse in re aliqua. Cic. 1. de Finib. 111, In animi autem cognitione dubitare non possumus, nisi planè in physicis plumbei simus, quin nihil sit animis admistum.

Plumbágo, pen. prod. plumbáginis, fœm. gen. (μολυβδαινα,) Vitium gemmarum. Plin. lib. 37. cap. 5. 7. Hæc coloris vitiatilla corporis, cap. Ilmẽtum, sal, plumbago. Paulo pòst, 9, Frequẽs & iis plumbago, hoc est vt in sole plumbei videantur. De imaragdis. Idem lib. 34. cap. 18. 3. Quidam limatum plumbum sic teruont: quidam etiam plumbaginem admiscent.

¶ Plumbago, Herba: de qua sic Plinius lib. 25. cap. 13. 11,

Plumbárius, Adiectiuum, (μολυβδικός,) Quod ad plumbum pertinet: vt Plumbaria officina. Plin. lib. 34. cap. 18. 9. Plumbaithium quoque, hoc est cerusam, plumbariæ dant officinæ.

Plumbarius, (μολυβδουργος,) Qui facit opera ex plumbo.

Plumbósus, pen. prod. Adiectiuum, (μολυβδωδης,) Quod plurimum plumbi habet admistum. Plin. lib. 34. cap. 18. 7. Est & molybdena quam alibi galenam vocauimus, plumbi & argenti vena communis. Melior hęc, quanto magis aurei coloris, quantóque minus plumbosa, friabilis, & modicè grauis. Idem lib. 33. cap. 6. 8, Fex eius intelligitur plumbosissima.

Plumbo, plumbas, (μολυβδόω,) plumbare. Ferruminare, vel plumbo conglutinare. Plin. lib. 34. cap. 17. 2. Albi plumbi natura plus aridi habet, contraque, nigri tota humida est: ideo album nulli rei sine mistura vtile est, neque argentum ex eo plumbatur, quoniam prius liquescit argentum. Idem lib. 10. cap. 35. 5, Plumbatis eos sagittis decutiunt indigenæ. Cato cap. 21. 3, Plumbet operas fabri dantaxat octo.

Plumbatura, plumbatúræ, penul. prod. (μολυβδωσις,) Ferruminatio, & quæcunque coniunctura plumbo facta. Cassius apud Paulum in L. In rem actio. Item quæcunque. ff. De rei vendicatione, Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem: plumbatura non efficit.

Plumbata, plumbatæ. (μολυβδωτη,) inquit Siponinus, Pila plumbea, quam veteres peregrino vocabulo martiobarbulum vocabant. A quo & milites qui his vtebantur, martiobarbuli appellati sunt. Vegetius de Re militari lib. 1. cap. 17, Plumbatarum quoque exercitatio, quas martiobarbulos vocant, est tradenda iunioribus. Nam in Illyrico dudum duæ legiones fuerunt, quæ sena millia militum habuerunt: quæ, quòd his telis ictenter vtebantur & fortiter, martiobarbuli vocabantur. Per hos longo tempore strenuissimè conflat omnia bella confecta, vsque eo, vt dum Diocletianus et Maximianus ad imperium venissent, pro merito virtutis hos Martiobarbulos, Ioiiarios, atque Herculianos censuerint appellandos: eósque cunctis legionibus præstiisse docentur. Quinos autem martiobarbulos insertos scutis portare consuetuerunt. quos si opportunè milites iacerent, propè saggittariorum scutati imitari videntur officium. Nam hostes equóque consauciant, priusquam non modo manu ad manum, sed ad ictum missilium peruenerit perueniri. Hactenus ille. Alciatus verò, Plumbatæ, inquit, sunt iaculi genus, quum directa virga in capite ferrum apponitur, dein vndique tribuli plumbo affixi, vnde nomen datum. Iaciuntur manu. Earum duo genera, tribulatæ, & mamillatæ: quarum formam diffusius leges in Theodosii officiis.

Pluo, pluis, pluui, & plui, plutum, (ὕω, ὀμβρέω, βρέχω) pluere, dicitur Deus. Cicc. 2. de Natu. deorum, 161, Has Græci stellas Hiadas vocitare fuerunt à pluendo: ὕειν enim est pluere. Plinius lib. 16. cap. 26. 5, Etiam si non pluat.

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Virg. 4. Geor. 16.
In terris pluere. Virg. 10. Aenei. 162.

Aliquádo id quod Deus pluit, ponitur in accusatiuo. Valerius Maximus, in Piceno agro lapides pluisse ait.

Aliquádo in ablatiuo. Liuius lib. 6. de bello Maced. Tarracinę & Amiternì nunciatum est aliquando Lapidibus pluisse. Idem 1. ab Vrbe, 134. Nuntiatum regi, patribusque est in monte Albano lapidibus pluuisse. Et 4. bel. Pun. 46, In foro boario sanguine pluuisse. Sic Cicero 2. de Diuinat. 85. Sanguine pluuisse Senatui nuntiatum est. Alia exemplari legunt i sanguinem.

Pluit terra. Liu. 10. ab Vrbe, 153. Nam & terra multifariam pluuisse, & in exercitu Appii Claudii plerosque fulminibus ictos nuntiatum est.

Pluuia, pluuiæ, (ὕα, ὑετός, βρεχή,) Notum.
Vis & incursus pluuiarum, vide INCVRRO.
Ingens pluuia. Virg. 1. Geor. 66.
Tenues pluuiæ. Virg. 1. Geor. 19,
¶ Nox pluuiam colligit. Virg. 9. eclog. 12.
Cæruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros. Virg. 1. Geor. 91.
De Sole.
Fiunt pluuiæ. Lucret. lib. 6. 147.
Grauari pluuia. Virg. 9. Aeneid. 87.
Impendet pluuia. Virg. 4. Geor. 39.
Metuere pluuias. Cicc. Attico, lib. 15. 329. 2.
Nubila rarescunt pluuiis Stat. 1. Sylu. 2. 38.

Pluuius, Adiectiuum, (ὄμβριος,) vt Aqua pluuia, quæ pluta est. Plinius, Teritúrque in mortariis admista aqua pluuia. Idem lib. 10. ca. 43. 5. In

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua pluuia æqua durabat. Q Hortil.lib.16.ca.1, Pluuias aquas colligit.
Aquæ pluuiæ arcentur.Cic.pro Murena,19.
Aer pluuius.Hoc est pluuiosus.Stat.5.Sylu.1.21.
Arcus pluuius,Iris.Horat.de Arte,4.
Aestiferi pluuius,Pluuium inferens.Ouid.1.Metam.14.
Cœlum pluuium.Varro 1.de Re rust.cap.13.2.
Frigus pluuium.Colum.lib.6.cap.17.6. Virg.3.Georg.56,
Nascitur,& pluuio contristat frigore cœlum.
Hyades pluuæ.Virg.1.Aeneid.150, Arcturum,pluuiasque Hyadas,&c.
Imber pluuius.Ouid.6.Fast.57.
Rores pluuii.Horat.3.Carm.ode 3.14.
Status cœli pluuius.Colum.lib.2.cap.10.17.
Ventos pluuios vocat Horatius 1.Carm.ode 17.1, hoc est pluuiam inducentes. Columella Ver pluuium nominat, in quo sæpe fit pluuia: in Præfat.lib.1.20.
Pluuiâlis,& hoc pluuiâle,pen.prod. Idem, (ὑετιός,ὀμβροφόρος.)
Aqua pluuialis. Colum.lib.1.cap.5.1, Vastæ cisternæ hominibus, piscinæque pecoribus instruantur colligendæ aquæ tandem pluuiali, quæ salubritati corporis est accommodatissima.Idem lib.7.cap.7.2.Ouid, 8.Metam.68.
Austri pluuiales.Virg.3.Georg.86.
Dies pluuiales.Colum.lib.2.cap.13.7,Pluuiales quoque & feriarum computantur,quibus non aratur,dies quinque & quadraginta.
Frigus pluuiale.Claud.de Nilo,6.1.
Fungi pluuiales.Ouid.7.Metam.79.
Signum pluuiale Capellæ.Ouid.5.Fast.13.
Vndis pluuialibus auctus torrens.Ouid.2.Fast.44.
¶ Hœdi pluuiales, Stellæ duæ sunt, quas Auriga (quod signum cœleste est super cornua Tauri) in manu tenet.Virg.9.Aeneid.136,
Quantus ab Occasu veniens pluuialibus hœdis
Verberat imber humum. Dicti sunt autem pluuiales, quòd eorum ortus & occasus tempestates grauissimas facit.
Pluuiatilis,& hoc pluuiatile,pen.corr Idem, (ὑδρηνός.) Colum.lib.9.ca.1.1.Infosti lacus signino cõstruuntur,qui receptâ pluuiatilê cõtineãt.
Pluuiôsus, pen. prod. Adiectiuum, (ὑετώδης,) vt Annus pluuiosus, In quo fuerunt frequentes pluuiæ.Plin.lib.18.cap.25.15, Nubilo occasu pluuiosam hyemem denuntiat.

Plus, cum compositis,Vide MVLTVS.

PLVTARCHVS, (πλουτάρχος,) Chæroneus,Traiani temporibus,à quo in Illyricum missus Consulari potestate, iussumque omnibus Illyricis magistratibus vt absque eo nihil agerent. multis libris editis notissimus est.Plutarchus alter,Nestorii filius,Athenienfis sophista,præceptor Syriani, qui scholæ præsidebat Athenienfi sub Iuliano principe. Author vtriusque Suidas.

Pluteus, plutei, m.g. Machina ad expugnandos muros ad similitudinem casidis factat contegiturque vimine, & coriis protegitur,ternisque rotulis,quarum vna in medio,duæ in capitibus apponuntur:in quancunque partem volueris,admouetur.Hos obsidentes muris admouent, applicantque, & eorum munitione sagittis seu aliis missilibus defensores de propugnaculis exturbant,vt scalis ascendendi præsletur occasio, vt ait Vegetius. Cæsar, Semperque hostibus spes victoriæ redintegrabatur, eò magis quòd deustos pluteos turriũ videbant, nec facile adire apertos ad auxiliandum animaduertebant. Plaut.Milit.5.111, - ad eum
Vineas pluteosque agam. Cæsar 1.bel.Ciuil.101,Has terra atque aggere contegebat, ne aditus, atque incursus ad defendendum impediretur: à fronte atque ab vtroque latere cratibus ac pluteis protegebat.Sic lib.1.30.Iuius 1.bel.Pun.244,Per quos rarò vnquam nix minus quatuor pedes alta iacuit: adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat. Idem 4.bel. Maced.70, Segesticam tantum grauem atque opulentam ciuitatem vineis & pluteis cepit.
Expedire pluteos. Tacit.lib.18,Vitelliani pluteos,cratesque, & vineas: Orhomani sudes,& immẽsas lapidũ, ac plũbi, æriq; moles expediũt.
¶ Plutei, etiam tabulæ quibus aliquid præsepiretur, dictæ sunt inquit Festus.Liuius,Craribus,pluteisque,& linteis contectus.
¶ Pluteum, Suetonius in Caligula, cap.16, accipere videtur pro fulcro tori discubitorii, quum inquit, Quosdam summis honoribus functos, ad esledum sibi occurrere togatos per aliquot passuum milliat & cœnanti, modò ad pluteum, modò ad pedes stare succinctos linteo, passus est. Martial.lib.1.49,
Exciduntque senem,spondæ qui parte iacebat:
Nanque puer pluteo vindice tutus erat.
¶ Plutei,Librorum & tabularũ,signorumq; repositoria.Iuuen.Saty.2.1,
Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas.
¶ Pluteus, Tabula qua vtuntur ii qui literis dant operam, & scribunt. Persius Saty.1, Nec pluteum cædit, nec demorlos sapit vogues. Vbi interpres, Qui moram stylo, iudiciumque adhibent, in ipso limæ labore irati interdum,aut solicitè cogitabundi vel pluteum cædunt,vel vngues arrodunt,vel caput scabunt.
¶ Pluteum etiam dicebant spatium id quod inferiores columnas à superioribus,pro longitudine in fronte discerneba.Vlpian. in L.Fundi nihil. Parag.Quæ pictæ.ff.De actionib.empt. Reticuli circa colũnas, plutei circa parietes,item cilicia vela,ædium non sunt.
Plutealis,& hoc pluteale,penul.prod. Vnde à Cicerone sigilla plutealia Imaunculæ plutei,id est tabulis inclusæ dicebantur ad Attic.lib.16.3,Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli posim includere,& plutealia sigilla duo.Legitur & Putealia.
PLVTO vel Pluton,huius Plutõnis,pen.prod. (πλούτων,ἀΐδης,ἀΐδωνεύς,) Saturni filius ex Ope coniuge, & frater Iouis atque Neptunis ab opibus nomen habet. Græcè enim πλοῦτος opulentia est. Qui quum ad regni diuisionẽ venissent, Plutoni qui natu minor erat, & Agesilaus vocabatur,pars Occidentis obtigit,secus inferum mare: Ioui plaga Orientalis: Neptuno insulæ. Hinc datus est locus fabulæ, vt Ioui imperium cœli,Neptuno maris,Plutoni inferorum obtigerit, Statio teste.
Sorte sedena media regni infœlicis in arce
Dux Erebi,populos poscebat crimina vitæ. Pluto autem, Sumanus, Dis,Orcus,Vragus ab vrgẽdo,Vedius Iupiter dictus fuit.Idem Quietalis est appellatus, quasi mors quies sit ærumnarum. Huius vxorem fuisse Proserpinam Cereris filiam ex Claudiano poeta satis constat.
Dis quare Pluton dictus, notat Cicero 2.de Natura deorum,96, Terrena autẽ vis omnis atq; natura Diti patri dedicata est,q diues, vt apud Græcos πλοῦτον,quia & recidat omnia in terras,& oriatur è terris.
Illachrymabilem Plutona placare.Horat.2.Carm.ode 14.2.
Superbus Pluton.Seneca Herc.Oetæo,9.3.
Torues Pluton.Iuuenal.Saty.13.5.

Pluuia, Pluuialis, Vide FLVO.

PLVVIALIA, Pluuialiæ,f.g. Vna ex insulis fortunatis. Plin.lib.6.cap.32.1,Ab ea tantundem ad Occasum versus, Pluuialiam Capratiamq; in Pluuialia non esse aquam nisi ex imbribus.

P N

Pneuma, pneumatis,penult.correp.neut.gen. (πνεῦμα,) Spiritus, flatus.

Pneumáticus, pen. corr. Adiectiuum, (πνευματικός,) vt Organa pneumatica,Id est spiritualia,vel spiritalia: hoc est quæ vi flatus vel spiritus aliquid hauriunt & attrahunt. Plin.lib.19.cap.4, E puteo pertica, organisue pneumaticis, vel tollenonum haustu rigandos. Dicitur & in Musica,Ratio pneumatica.Idem lib.7.ca.37.4.Ctesibius laudatus, pneumatica ratione & hydriaulicis organis repertis.

Pneumon, pneumonis, m.g. (πνεύμων,) Latinè pulmo dicitur, à πνέω spiro.Vnde pneumonia,quę & peripneumonia, inflammatio pulmonis,cum ex aliis causis,tum ex distillatione vehementi vel synanchia,vel suspitio,vel pleuritide prouenies, vt sanguis inde copiosus excreari soleat.Hunc morbũ & περιπνευμονικὸν Græci appellant, teste Celso lib.4.cap.7. Hinc pneumonici, qui laborant ex pulmone, qui Latinè dici possunt pulmonarii: sicut à Columella Ouis pulmonaria dicta est,cuius pulmo afficitur.

P O

Pocoenium, (μετάθεσις,) ab Hermelao Barbaro eleganter fictum nomẽ,pro comessatione quæ fit post cœnã.

Poculum, poculi, pen.corr. (πῶμα,ἄκρατον,ποτήριον,κύλιξ.) Vas in quo bibitur.Plin.lib.34.cap.7.13, Statorum Auernum quum faceret, prouinciæ Vibio Anito præsidente, duo pocula Calamidis manu cælata, quæ Cassio Syllano auunculo eius præceptori suo Germanicus Cæsar adamata donauerat, æmulatus est, vt vix vlla differentia esset artis.Cic.6.Verr.34, In his pocula duo quædam,quæ Heraclia nominãtur, Mentoris manu summo artificio facta. Idem pro Cluentio,134, Quæ deinde interceptio poculi? Idem 5. de Finib.6.
Mensæ plenæ pocula.Virg.11.Aeneid.148.
¶ Poculum, Quandoque sumitur pro eo quod bibimus. Plaut.Trucul. 3.16, - interim ille
Hamum vorat: si semel amoris poculum accepit mere, &c. Virg.1. Georg.26, Pocula siquando sæuæ infecere nouercæ. Plaut.Asin.13.26, Tecum vna postea æquè pocula potitet. Cic.7.Verr.23, Illis diligenter legibus quæ in poculis ponebantur obtemperabat. Sic Columella lib.7.cap.10,de suibus. Virg.3.Georg.106,
Pocula sunt fontes liquidi,atque exercita cursu Flumina.
Et sedare sitim prius est,quàm pocula,natum.Lucret.lib.4.171.
Amoris poculum,Philtron.Horat.Epod.5.8.
Desyderii poculum,Philtron.Horat.Epod.17.17,
Possum crematos excitare mortuos,
Desyderiúque temperare poculum.
¶ Aurea pocula.Horat.1.Serm.saty.2.23.
Blanda pocula.Valer.2.Argon.84.
Ducentia somnos pocula.Horat.Epod.14.1.

Fagina

Fagina pocula.Virg.3.eclog.8.
Fictilia pocula.Tibul.lib.1.eleg.1.8.
Immania pocula.Cic.2.Philipp.74.
Insidiosa Circes pocula.Ouid.14.Metam.59.
Lactea pocula,Repleta lacte.Stat.1.Achill.62.
Læuia pocula.Virg.5.Aeneid.19,
Tandem inter pateras,& læuia pocula serpens.
Marcentia pocula.Stat.4.Sylu.6.11.
Medicata pocula,Vide MEDICOR.
Plena pocula.Virg.4.Georg.76.
Plena meri pocula.Ouid.9.Metam.48.
Sobria pocula supposita aqua.Tibul.lib.1.eleg.6.6.
Vitea pocula,Virg.3.Georg.76, - & pocula læti
Fermento,atque acidis imitantur vitea sorbis.
¶ Administrare pocula Vide ADMINISTRO.
Colluent pocula mensæ.Catul.Argon.epigr.599.
Componere pocula de luto.Tibul.lib.1.eleg.1.8.
Oras circum pocula contingere liquore aliquo,Imbuere.Lucret.lib.4,3.
Fabricata fago pocula.Ouid.8.Metam.135.
Funguntur pocula de humo.Ouid.2.Trist.98.
Dare poculum alicui.Cic.pro Cluentio,12.
Ducere pocula,Exhaurire.Horat.1.Carm.Ode 17.5.
Hic innocentis pocula Lesbii. Duces sub vmbra.
Exhaurire poculum mortis.Cic.pro Cluentio,13.
Inficere pocula veneno,Vide INFICIO.
Infundere poculum.Horat.Epod.5.17,
Maius parabo,maius infundam tibi
Fastidienti poculum.
Inuitare aliquem poculis,Vide INVITO.
Poculique Eoa loxum irritantia gemma.Silius lib.13.71,
Aulai in medio libabant pocula Bacchi.Virg.3.Aeneid.71.
Ministrare pocula,Vide MINISTRO.
Miscere pocula,Ministrare.Ouid.10.Metam.32.
Lactis pocula mista mero.Tibul.lib.3.eleg.5.7.
Negare porrecta pocula.Horat.1.epist.19.11.
Perfecta argento,atque aspera signis pocula.Virg.9.Aeneid.53.
Ponere pocula.Virg.1.Aeneid.143.
totidemque pates ætate ministri
Qui dapibus mensas onerant,& pocula ponunt.
Poscunt maioribus poculis.Cic.3.Verr.45, Discumbitur:fit sermo inter eos,& inuitatio vt Græco more bibertur: hospes hortatur: poscunt maioribus poculis:celebratur omnium sermone lætitiaque cõuiuium.
Reponere pocula mensis.Virg.4.Georg.76.
Restinguere pocula ardentis Falerni lympha. Horat.1.Carm.ode 11.4.
Spumantia lacte pocula.Virg.eclog.5.14.
Sumere pocula.Ouid.1.Amor.eleg.4.7.
Magnitudine poculorum bibendoque superare.Cic.pro Flacco,71.
Tangere labellis pocula.Ouid.1.de Arte,116.
Temperare pocula.Horat.1.Carm.ode 20.3, - mea nec Falernæ
Temperant vites,neque Formiani Pocula colles.
Tinguere aliquem poculis, Irrigare aliquem mero. Horat.4.Carm,ode 12.5, - non ego te meis
Immanem meditor tinguere poculis,
Plena diues vt in domo.
Confer & hos veteris qui tollunt grandia templi
Pocula adoranda Rubiginis.Iuuenalis Saty.13.15.
Torquere pocula,Prouocare in aliquem.Iuuen.Saty.5.3.
Trahere pocula arenti fauce.Horat.Epod.14.1.
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.Virg.8.eclo 6.
Pocillum,pocilli,Diminutiuum,(κυλίσκος,)Paruum poculum. Plin.libro 14.ca.13.1.l.Papyrius Imperator aduersus Samnites dimicaturus votum fecit si vicisset,Ioui pocillum vini. Cato cap.156,1, Per linteum 213,Vouerat Ioui victori,si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi prius quàm temetum biberet.
Pocillator, penult.prod.(οἰνοχόος,) aliàs dicitur A cyathis, qui pocula mensæ ingerit.
Poculentus,Adiectiuum,(πόσιμος.) Quicquid potari potest. Quidam dicunt potulentum scribendum esse. Cic.1.de Nat.deor.112, Habitat in ea parte oris quam esculentis & poculentis iter natura patefecit. Legitur & potulentis. De gustatu.Gell.lib.4.ca.1,Penus est,inquit,quod deducit,delabique in stomachum esculenta omnia & poculenta.

Podagra, podagræ pen.corr.(ποδάγρα,)Pedum dolor,πους,pes Diodorus Flacce laborat. Ouidius 1.de Ponto,eleg.4.5,Soluere nodosam nescit medicina podagram. Plinius lib.16.cap.10.6, Podagræ morbus rarior solebat esse, non modò patrum auorumque memoria, verum etiã nostra,peregrinus & ipse. Nam si Italiæ fuisset antiquitus, Latinum nomen inuenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quando in multis & sponte desinit, & in pluribus curatur. Cicero 5. de Finib.161,Quum arderet podagræ doloribus, visitassetque hominem Carneades,&c.
Corpora fœda podagrâ.Tibull.lib.1.eleg.9.15.
Locuples podagra.Iuuenalis 13.Saty.10.
Nodosa podagra.Ouid.1.de Ponto,eleg.4,5.
Tarda podagra.Horat.1.Serm.saty.9.7.
Turpes podagræ.Virg.3.Georg.60.
¶ Ardere podagræ doloribus,Vide ARDEO.
Doloribus podagræ complures annos cruciari.Cic.Tusc.78.
Fomenta iuuant podagram.Horat.1.epist.2.11.
Podagricus, penult.corr.Adiectiuum, (ποδάγρικος,)Qui podagra laborat. Plinius libro 20.cap.8.7, Omnes hæ & podagricis vtiles, & sanguinem reiicientibus.
Podagrôsus,pen.prod.(ποδαγρώδης,)Aliud adiectiuum, Idem.Plautus Mere.1.2.8,Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutycus,
Iam à portu redisse potuit.
Podager,pen.corr.(ποδάγρων,)Aliud similiter adiectiuum,Idem.
Atque mihi prorsus stare putat podager.Claud.epigr.39.2.
PODALIRIVS, (ποδαλείριος,) teste Homero libro 2.Iliados,Filius fuit Aesculapii & frater Machaonis, qui ob solertiam medicinæ artis vnà cum fratre ex Creta ad Troianum bellum conuocatus fuit. De quo Ouidius 2.de Arte amandi,
Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,
Antomedon curru,tantus amator ero.

Poderis, pen.prod.huius podereos.(ποδήρης,) Tunica talaris,vestis ad pedes vsque demissa.

Podex, huius podicis,pen.corr.m.g.(πρωκτός,)Posterior pars corporis pudenda.Iuuenal.Satyr.2, - sed podice læui,
Cæduntur tumidæ,medico ridente,marisca.
Turpis podex.Horat.Epod.8.1.

Podium, podii, Locus ad spectandum habilis, à Pede nomen habens:siue quia pedis modo proiectura illa, quæ podium facit,procedat:siue quòd ad pedes ædificiorum strui consueuisset,siue quòd in eo pedibus hæreamus. Nunc vulgò dicitur meniaum. Solet enim fieri extra domus parietem,locus porrectus instar pulpiti,mutilis & marmore suppositis.Iuuenalis Satyra,2.15, Omnibus ad podium spectantibus. Sueton.de Nerone, cap.12, Cæterum accubans primùm paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueuerat. Plinius epist.101.l.lib.5, Est & aliud cubiculum à proxima platano, viride & vmbrosum, marmore excultum podio tenus. Plinius libro 37.cap.3.4.
POECILASIVM,(ποικιλάσιον,)vrbs Cretæ, Ptolemæo lib.3.cap.17, vulgò Peulalo.

POECILE, huius Poëciles,pen.corr.fœ.ge.(ποικίλη,) Fuit porticus Athenis,in qua Stoici philosophabantur, Latine dici potest Varia, siue Variegata,à multiplici pictura.Græci enim ποικίλον,varium dicũt,ποικίλλω,varietatem.Vnde & lapis Simites vocatus est Pyrrhopœcilos,à varietate rubentium maculaum.In hac autem portico Zenon philosophus discipulos docebat.Vnde & Stoica secta nomen accepit,& philosophi Stoici nuncupati,qui antea Zenonii ab ipso doctore appellabantur. ποὰ,enim Græcè,porticus vocatur. Plin.lib.35.cap.9.1,Hic & Athenis pinxit porticum,quæ Pœcile vocatur,gratuitò, quum partem eius Mycon mercede pingeret.De Polygnoto Thasio. Fuit & in Helide porticus Pœcile,quæ à Plinio Heptaphonos appellatur,quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.

Poema, Vide POETA.

POEMENIS.pen.corr.(ποιμενίς,)Nomen canis apud Ouidium.5.Metamor. - pecudésque secuta
Pœmenis,& natis comitata Harpyia duobus. Dicta est Pœmenis,quod oues seruet.ποίμνη enim ouile significat aut gregẽ vnde ποιμὴν pastor.

Poena, pœnæ,(ποινή,τίσις,τιμή,πρόστιμον,ὑπτέμιον,πόινωμα,)Supplicium,à pendendo,vt inquit Varro, quo quis ob delictum afficitur.Vlpianus in L.Siquis forte.ff.De pœnis, Et sunt pœnæ, quæ quidem vitam aut adimant, aut seruitutem adiungant, aut ciuitatem auferant,aut exilium,aut coercitionem corporis contineant.
Animaduersio & pœna.Cic.Bruto,154,Tu hoc:fortasse quòd in animaduersione pœnaque durior,nisi fortasse vtrunque tu.
Mulcta pœna. Cic.3.de Legib.8, Quum magistratus iudicasit,interrogasitve,per populum mulctæ pœnæ certatio esto.
Ne maior pœna quàm culpa sit,cauendum est.Cic.1.Offic.125.
Periurii pœna diuina,exitium:humana,dedecus.Cic.2.de Legib.37.
Mors naturæ pœna est: itacundiæ tormentum atque cruciatus. Cicero 11.Philipp.190.
Scelerum pœnæ.Virg.8.Aeneid.134.
Arbiter pœnarum alicuius.Senec.Theb.1.34.
Causa pœnæ cruentæ.Ouid.3.Trist.eleg.5.9,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Denique non possum nullam sperare salutem,
Quum non sit pœnæ cauta cruenta meæ.
Imago pœnæ. Silius lib.16.14,
Nec pœnæ species, sed pœnæ tristis imago Illa erat.
Luere pœnas, Vide INTER præpositionem.
Amara pœna Iuuenal. Saty. 13.26.
Crudeles pœnæ, Vide CRVDELIS.
Debitæ pœnæ. Senec. Herc. fur. 9.6.
Grauissimæ legum pœnæ. Cic. in Pisonem, 40.
Ingens pœna. Senec. Thyeste, 1.19.
Lætæ pœnæ. Ouid. epist. 12.16.
Leuis pœna. Quintil. lib. 7. cap. 3.33. Ouid. 10. Metam. 139.
Meritæ pœnæ. Ouid. 4. Fast. 48.
Pœna minor merito, nocuit mala lingua duobus. Ouidius 2. Amorum, eleg. 2.10.
Mitior pœna. Quintil. lib. 6. cap. 4.13, Mitior solet irrogari pœna verecundiæ.
Præsens pœna. Senec. Hippoly. 2.16.
Tardior pœna. Quintil. lib. 7. cap. 3.33.
Tristis pœna. Ouid. 2. Trist. 99. Senec. Octauia, 17.20.
Vehemens pœna. Iuuenal. Saty. 13.20.
Accipere pœnas, Vide ACCIPIO.
Accipe quas merui pœnas: en ora fatiscunt, &c. Claudian. 3. de raptu Proserp. 85.
Addere pœnam, Vide ADDO.
Afficere pœna. Cic. 2. Offic. 25, Tantaque pœna afficiamur, quantum æquitas humanitasque patitur.
Agere pœnam, Vide AGO.
Ascribere pœnam, Vide ASCRIBO.
Audere pœnam. Tacit. lib. 2, Nec Tiberius pœnam eius pallui ausus, in secreta palatii parte interfici iussit. De Clemente seruo Agrippæ.
Capere pœnam, Vide CAPIO.
Capere pœnas. Salustius in Iugurtha, Ibi milites fessos itineris magnitudine, & iam abnuentes omnia, educet oppidum Vaccam non amplius mille passuum abesse, decere illos æquo animo pati reliquum laborem, dum pro ciuibus suis viris fortissimis atque miserrimis pœnas caperent. præterea prædam benignè ostentat. Caperent, id est ferrent, subirent.
Capere pœnas verborum. Ouid. 2. Metam. 167,
Has vbi verborum pœnas, mentisque profanæ
Cepit Atlantiades. Hoc est postquam hoc supplicio affecit Aglauron, quam mutauerat in saxum.
Capere pœnam in hostem, Hoc est hostem afficere supplicio. Curtius lib. 4. Per talos enim spiramentis lora traiecta sunt, religatumque ad currum traxere circa vrbem equi, gloriante rege Achillem à quo genus ipse deduceret, imitatum se esse pœna in hostem capienda.
Cogere in pœnam. Plin. lib. 8. cap. 16.8, Quippe vbi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in pœnam.
Commemisse pœnam. Ouid. 2. Trist. 1.
Committere pœnam. Quintil. lib. 7. cap. 5, Nos ita causam partimur, an commissa sit pœna, an exigi debeat.
Compescere aliquem pœnis. Horat. 1. Serm. saty. 8.7.
Conscripserunt edictum Prætores cum pœna & iudicio. Cic. 3. Off. 105.
Constituere pœnam, Vide CONSTITVO.
Reticentiæ pœna etiam est à iurisconsultis constituta. Cic. 3. Offic. 84.
Consurgere in pœnam. Plin. lib. 8. cap. 16.2, Odore pardi coitum sentit in adultera leo, totaque vi consurgit in pœnam.
Præmio & pœna contineri Rempub. dixit Solon. Cic. Bruto, 15.5.
Contrahere pœnam, Vide CONTRAHO.
Decentiri potuit pœna decentior. Senec. Thyeste, 1.6.
Dependere pœnas. Cic. pro Sestio, 123, Omnes fere Reipub. pœnas aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerunt.
Differre pœnas. Ouid. 2. Metam. 94,
Distuleratque graues in idonea tempora pœnas.
Dare pœnas. Cic. Antequam iret in exilium, 12, Itaque illi in dies non meis insidiis, quæ nullæ à me parantur, sed suorum scelerum conscientia cruciati, mihi abiienti & Populo Romano pœnas dabunt. Idem de Aruip. respon. 35, Quum das eas pœnas quæ sunt solæ hominum scelerì à diis immortalibus constitutæ. Et pro Sestio, 22, Equites Romanos daturos illius diei pœnas, quo, &c. Item de Claris Orat. 130, Nisi in facinore manifesto deprehensus, pœnas legibus & iudicio dedisset. Virg. 8. Aeneid. 108,
Quas pœnas mihi Turne dabis? Vide DO.
Crudeles pœnas dare. Virg. 6. Aeneid. 117.
Dare pœnas meritas sanguine. Ouid. lib. 4. Fast. 48.
Morte dare pœnas alicui. Ouid. 9. Metam. 117.
Dare pœnas temeritatis suæ. Cic. Attico, lib. 9. 181.3.
Dare pœnas quas pati meruimus. Ouid. 1. Metam. 49.
Dedi satis superque pœnarum tibi. Horat. Epod. 17.4.

Heu quantum pœnæ misero mens conscia donat. Lucan. lib. 7. 159.
Effugere pœnam. Cic. Tironi, lib. 16. 16.1, Non potes effugere huius culpæ pœnam.
Ire in pœnas. Ouid. 5. Metam. 134,
Ibimus in pœnas, & qua vocat ira, sequemur.
Exercere pœnis. Virg. 6. Aeneid. 142.
Exhaustum est satis pœnarum. Virg. 9. Aeneid. 72.
Exigere pœnas de aliquo. Ouid. 8. Metam. 107.
Exigere pœnam. Plin. lib. 7. cap. 44.3, Tanquam parum esset, fauciũ certè introtarum, expressique per aures sanguinis pœnam exactam esse.
Exoluere pœnas. Catul. Argon. epig. 59.16.
Exoluere aliquẽ pœna. Tacit. lib. 14, Tirorũ & Caluisiũ pœna exoluit.
Expendere pœnas alicui. Cic. 2. Tuscul. 40. Silius lib. 13.141,
Dii quæso, vt merita est, dignas pro talibus ausis
Carthago expendat pœnas.
Experere domestici sanguinis pœnam. Cic. de Aruip. respon. 40, C. autẽ Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis pœnas excitauit.
Ferre pœnam. Cic. pro Domo sua, 103, Pœnam hanc maternæ temeritatis tulit, vt, &c.
Finire pœnas. Ouid. 1. Metam. 148.
Grauior fit pœna longa mora. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.8.
Frangere pœnas, Mitigare. Lucret. lib. 4. 218,
Sed leuiter pœnas frangit Venus inter amorem,
Blandaque refrænat morsus admista voluptas.
Habere pœnas. Cic. 1. de Legib. 71, Plus pœnarum habeo, quàm petiui.
Imponere pœnas sontibus. Ouid. 2. Metam. 102.
Inire pœnam. Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 7.5,
Et potui pœnam fortis inire meam.
Factorum pœnæ instant. Ouid. 8. Metam. 156.
Interponere pœnas, Vide INTERPONO.
Irrogare pœnam alicui. Quintil. lib. 6. cap. 4 13. Vide IRROGO.
Nemo nocens sibi ipse pœnas irrogat. Senec. Herc. Oetæo, 7.52.
Irrogare pœnas æquas peccatis. Horat. 1. Serm. saty. 3.24.
Leuari à pœna, Vide LEVIS.
Liberare pœna iudicio: ut innocentiam. Cic. 1. de Orat. 101.
Luere pœnas, Puniri. Suet. in Vesp. Augusto, cap. 1, Cõstet licet Domitianũ cupiditatis ac sæuitiæ meritò pœnas luisse. Cic. 3. de Nat. deo. 135,
Luere pœnas iustas. Horat. Epod. 17.8.
Luere pœnas facinorum. Senec. Octauia, 5.6.
Manet cunctos generis pœna vna. Claud. 2. in Eutroplum, 96.
Meditari pœnam in fratrem, Vide MEDITOR.
Mouere pœnas immeritas. Claud. 2. de raptu Proserp. 28,
Immeritasque mouens alterno verbere pœnas
Sicaniam quærit, &c.
Multare aliquem multa & pœna. Cic. pro Corn. Balbo, 33.
Offerre pœnam. Liu. lib. 6. Decad. 1, Pœnam oblatam oculis deorum.
Omitte pœnas languidas longæ moræ. Senec. Thebaid. 1.10.
Patior sine crimine pœnam. Ouid. 9. Metam. 75.
Pati pœnam culpa. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6.6.
Genus nouum pœnæ pati. Ouid. in libio, 98.
Pendere pœnas, Multam soluere. Cic. in Pisonem, 39, Nisi pœnas patriæ diuique immortalibus eas quæ grauissimæ sunt, furore atque insania penderet. Vide PENDO.
Haud mediocres pœnas pendere. Vide Mediocris in MEDIVS.
Pendere pœnam exilio. Ouid. 10 Metam. 47.
Pendere pœnas pro scelere. Lucret. lib. 5. 24.
Pendere pœnas grauissimas stultitiæ suæ. Cic. ad Atticum, lib. 11. ep. 2.
Perferre pœnam. Cice. pro Sestio, 128, Si scelestum est amare patriam, pertuli pœnatum satis.
Perferre omnes acerbissimas pœnas impiorum. Cic. 2. de Lege agrar. 99.
Perpeti pœnas pro crimine. Valer. 4. Argon. 85.
Persequi pœnas alicuius, pro Vlcisci. Cic. Attico, lib. 9. 187. 2. Et 5. Verr. 24, Pœnã octupli sine vlla dubitatione cõmissam non persequebatur.
Persoluere pœnas sceleris. Cic. Bruto, 5.3. Et in Orat. 124, Quicũque eam violassent, ab omnibus esse ei pœnas persolutas. Idem 11. Philip. 311, Pœnas dis hominibusque meritas, debitasque persoluat. Sic 7. Verr. 128, Etenim verebatur ne Pop. Rom. ab isto eas pœnas vi repetiisse videretur, quas veritus esset ne istis legibus & vestro iudicio non esset persoluturus. Virg. 9. Aeneid. 86.
Iustas & graues pœnas Reip. is persoluit. Cic. de Amicit. 36.
Persoluere pœnas capite suo. Senec. Agamem. 13.10.
Petere pœnas in imperatorem, pro Exigere pœnas de imperatore. Salust. in Iugurtha, Hunc Marius anxium aggreditur, atque hortatur vt contumeliarum in imperatore cum suo auxilio pœnas petat. De Gada loquitur, qui se contumelis affectum ab imperatore Metello ægre ferebat. Quintil. lib. 3. cap. 11.9. Senec. Herc. furen. 4.15.
Petere pœnam ab aliquo. Cic. 1. de Inuent. 27.
Placere pœnæ. Senec. Troade, 11.2,

Gaudet in multos sua fata mittit:
Seque non sollum placuisse pœnæ. Id est vt cruciaretur à pœna.
Pœnitere crudelis pœnæ. Ouid. 2. Metamorph. 120. Pœnitet heu sero pœnæ crudelis amantem.
Poscere pœnas. Virgil. 2. Aeneid. 15. Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.
Magnas pœnas præcepit. Silius lib. 6. 63.
Culpam pœna premit comes. Horat. 4. Carm. ode 5.5.
Proponere pœnam. Ouid. 1. Tristium, eleg. 2.13.
Proponere pœnam alicui. Catul. epig. 94.3.
Nouamque pœnam sceleribus quærit parem. Senec. Theb. 1.49.
Recipere pœnas ab aliquo. Virgil. 4. Aeneid. 131.
Recusare pœnam. Quintil. lib. 4. cap. 2.51. Nihil attinet id defendere, cuius pœnam non recusamus.
Reddere pœnas. Salust. in Iugurt. Vt ille qui nunc sceleribus suis ferox atque præclarus est, omnibus malis exercitatus, fratris mei necis, mearisque miserarum graues pœnas reddat. Id est, grauissimè puniatur quòd occidit fratrem meum.
Reddere aliquem pœnæ, Vide REDDO.
Relictus pœnæ. Ouidius 14. Metamorph. 44. Solus, inops, expes, leto pœnæque relictus.
Remanet pœna. Cic. in Pisonem, 75. Non in eo cui facta est iniuria, sed in iis qui fecerunt, sceleris ac conscientiæ pœna remansit.
Remittere pœnam. Quintil. lib. 7. ca. 2.43. Quæ res aduocati quoque pœnam tanquam is non affuisset remisit.
Repetere pœnas ab aliquo. Cic. 7. Verr. 118. Et pro Rosc. Ameri. 40. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas à conscelerati filiis repetant. Idem Antequam iret in exilium, 12. Si luxuries & stupra Cassii pœnas repetunt.
Reposcere aliquem ad pœnas. Virg. 2. Aeneid. 18.
Pœna reuersura est in caput ista tuum. Ouid. 1. de Arte, 69.
Ruere in pœnam suam. Senec. Octauia. 17.14.
Veterum malorum pœnas sancire aliquibus. Stat. 3. Thebaid. 49.
Sancire pœna obseruantiam. Cic. pro Plancio, 37.
Sequitur pœna scelus. Cic. de Aruip. respons. 34.
Seruare pœnam. Ouid. lib. 1. de Arte, 58.
Soluere pœnas. Ouid. 1. Metam. 43.
Soluere pœnas breues tam magnis sceleribus. Senec. Oedip. 12.5.
–magnis iniuria pœnis
Soluitur. Ouidius 5. Fast. 61.
Seræ, sed tamen iustæ & debitæ pœnæ solutæ sunt. Cice. pro Milone, 65.
Subire pœnam. Cic. in Pisonem, 72. Neque vllam pœnam, quæ tanto facinori deberetur, non maluisti subire, quàm, &c. Idem 3. Offic. 84. Quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret. Quintil. lib. 7. cap. 3.13.
Sufferre pœnam. Cicero pro Flacco, 74. Summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita dis placet, sufferamus. Idem Anteq. iret in exil. 17. Si malui inimicorum cupiditati quàm Reipub. & legitimæ authoritati pœnas sufferre.
Esse in pœna. Cicero pro Ligario, 8. Vt ea pœna in qua adhuc Qu. Ligarius sit, non videamur esse contenti.
In pœnas non satis vnus eris. Ouid. epist. 2.9.
Pœna est. Cic. pro Flacco, 30. Pœna est, vt opinor, Dorylensium grauior, quàm apud alios, falsarum & corruptarum literarum. si veras protulissent, criminis nihil erat si falsas, erat pœna.
Sumere pœnas. Cic. 2. de Inuent. 183. Virg. 2. Aeneid. 21.
Sumere merentes pœnas. Virgil. 2. Aeneid. 118.
Sceleratas pœnas sumere, Ob perpetratum scelus commeritas. Virgil. 2. Aeneid. 116. Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Suscipere pœnam. Cic. pro Lege Manil. 4. Non modo adhuc pœnam nullam sui dignam scelere suscepit.
Suscitare pœnas alicui. Virg. 4. Georg. 91.
Sustinere pœnam. Cic. pro Domo sua, 104. Et grauissimas pœnas affinitatis impuissimæ sustinere. Ibidem, 6. Ne ego indemnatus atque optimè de Reipub. meritus, damnatorum pœnam sustinerem?
Sempiternam pœnam sustinerem mea voluntate susceptam. Cic. Post. red. ad Quirites, 1.
Trahere aliquem per omnem pœnam. Virg. 5. Aeneid. 158.
Non media de gente Phrygum exediisse nefandis
Vrbem odiis satis est, pœnam traxisse per omnem Reliquias Troiæ.
Transigere aliquod scelus leui pœna. Quintil. lib. 7. cap. 3.33. An credibile sit rem sperare id à se scelus effici posse, an ignorari, quum fecisset: an et si ignorari non esset, absolui, vel pœna leui transigi, vel tardiore. Quæ venit indignè pœna, dolenda venit. Ouid. epist. 5.2.
Viuere in pœnas alicuius. Seneca Troade, 10.19.
Vrgeri pœnis. Virg. 6. Aeneid. 113.
Possitis, & hinc pœnule, pen. prod. vt Pœnalis opera, Quæ ad pœnã pertinet. Plin. lib. 18. cap. 11.9. Pilo vinctorum pœnali opera.
Pœnarius, Adiectiuum, (ποινικός,) vt Pœnaria actio. Quintil. lib. 4. cap. 3.6. Si legem aliquam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus,

Idem lib. 7. cap. 5, Sed etiam in formulis, quum pœnariæ sunt actiones, nos ira causam partimur, An commissa sit pœna, an exigi debeat.

Poenitet, pœnul. corr. pœnitebat, pœnituit. (μετανοέω, μετανοίας, μεταμέλομαι,) Pœnitere dicimur, quum quæ ipsi fecimus, ea nobis pòst displicere incipiunt, & molesta esse. Et regit accusatiuum patientis rei cum genitiuo agentis. Plaut. Trinum. 6. 29, Is probus est, quem non pœniteat quàm probus sit, & frugi bonæ. Cic. ad Atti. lib. 3. 47.3. Alterum non potes, vt me non nostri consilii vitæq; pœniteat.
Pœnitet. Aliquando pro Tædet, puder, seu dolet accipitur, & tunc interdum præsenti infinitiui iungitur. Plaut. Aulul. 16.19.
Vtinam mea mihi modò auferam, quæ attuli, salua.
P. Me haud pœnitet mihi me expetam? Hoc est, non ægre fero.
Idẽ Pœnul. 4.62, – heu ecastor, quum ornatum nostrum aspicio,
Pœniteat ambarum, ornatæ vt sumus. Id est pudet nos sic ornatas esse.
Et Sticho, 14.31, - nimis vellem aliquid
Pulpamenti. S A. si horum quæ adsunt pœniteat, nihil est,
Tene aquam. Hoc est. si non placet, si displicet. Cicero pro Cælio, 4, Nam quod obiectum est de pudicitia, quódque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id nunquã tam acerbè feret M. Cælius, vt eum pœniteat non deformem esse natum. Terent. Phorm. 1.3.20, Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet. Id est, nostra contemnimus, inquit Donatus.
Idem Hecyra, 5.2.9, Quod si perficio, non pœnitet me famæ.
Virgilius eclog. 2.7, Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.
Cicero, Pœnitet defendere. Quintilianus, Pœnitet respicere plura testimonia. Cicero de Senect. 17, Num igitur si ad centesimum annum vixisset, senectutis cum suæ pœniteret? Id est tæderet. Cicero 1. Offic. 3. Tam diu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit.
Tædet & pœnitet. Cic. Attico, lib. 2.37.6, Sed quod facilè sentias, tædet ipsum Pompeium, vehementerque pœnitet.
Nihil pœnitet. Cicero 5. Tusc. 75, Satis est enim in virtute vt fortiter viuamus: si fortiter, etiam & magno animo, & quidem vt nulla re vnquã terreamur, semperque simus inuicti: sequitur vt nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet.
Quod te offenderim, me pœniteat. Cic. Attico, lib. 11. 121.3.
Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re fallì, sententiam mutare nunquam. Cicero pro Murena, 57.
Sapientis proprium est, nihil, quod pœnitere possit, facere. Cicero 5. Tuscul. 117.
Facinus pœnitere. Cicero 1. de Inuent. 150, Deinde vtrum id facinus sit, quod pœnitere fuerit necesse.
Me haud pœniteat eorum sententiæ esse, quibus & apparitores, &c. Liu. 1. ab Vrbe, 32. Id est, Non nolo, inquit Budæus.
Ne supplicii quidem moueri, viri fortis est, vt fortiter fecisse pœniteat. Cicero pro Milone, 63.
Iurasse pœnitet. Ouid. 1. Metam. 10.
Pœnituit eum illa tenisse. Cic. 4. Acad. 125.
Pœnitet. Cic. pro Cluent. 64, Neque me pœnitet hoc potius tempore, quàm illo causam A. Cluentii defendere. causa enim manet eadem. Id est, non minus commodè nunc & opportunè agere puto, quàm si in re recenti egissem. Budæus.
Acti vos pœnitet. Valer. 5. Argon, 135.
Authoritatis alicuius pœnitere. Cicero de Aruip. resp. 42, Et eo feciße authore se diceret, cuius authoritatis neminem posset pœnitere.
Belli tuisti pœnitet. Ouid. 5. Metam. 42.
Conuiuorum pœnitet. Horat. Epod. 11.2.
Dignitatis tuæ non me pœnitet. Cic. 3. Philip. 135.
Facti pœnitere aliquem. Catullus epigr. 78.3.
Fortunæ, amplitudinis, claritatis, gloriæ nõ pœnitebat? Cic. 1. Philip. 24.
Fortunæ pœnitet me. Curtius, Malo me fortunæ pœniteat, quàm victoriæ pudeat. Id est, malo pœnitendum & calamitosum esse pugnæ exitum, quàm pudendum. vel, Malo me dolore affici propter calamitosam offensionem, quàm pudore ob victoriam. Budæus.
Meæ fortunæ pœnitet me. Cicero ad Torquatum, lib. 6. 1.1, Etsi ea perturbatio est omniũ rerum vt suæ quenque fortunæ maximè pœniteat: nemóque sit, quin vbiuis, quàm ibi vbi est, esse malit tamen, &c.
Pœnitet me hominis, Id est non magnifacio hominem. Cic. 4. Acad. 125,
Quid eum Mnesarchi pœnitebat, quid Dardani, qui erant Athenis tum principes Stoicorum? Budæus.
Imperii pœnitere. Cic. in Somn. Scip. 13, Iã ipsa terra ita parua mihi visa est, vt me imperii nostri, quo quasi puncto eius attigimus, pœniteret.
Industriæ nostræ neque eos, neque alios pœnitebit. Cic. 2. de Inuentione.
Ineptiarum suarum eos pœnitet. Cic. Cælio, lib. 2.8.7.
Instituti pœnitet. Cic. 1. Verr. 38, Cuius consuetudinis atque instituti patres maiorésque nostros non pœnitebat.
Laudis me meæ pœnitet. Cic. ad Lentulum, lib. 1.7.27, Multum interest vtrum laus imminuatur, an salus deseratur: me meæ tamen ne nimis pœniteret, tua virtute perfectum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Memæt mei pœnitet. Cic. 3. de Orat. 18.
Muneris sui pœnitere. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 1. Quos paulo pòst sui muneris pœnitear.
Pacis pœnitet. Liu. 5. bel. Maced. 90. Vt quantum in consilio humano positum fuit, nec pacis eos pœniteret, nec belli.
Pœnitet me pecoris. Virgil. 10. eclog. 3. Nec te pœniteat pecoris diuine poeta.
Pœnitere rei, pro Nolle ita rem euenisse, & ob id dolere. Cicero pro Domo sua, 15. Quarum rerum siquem pœnitet, eum victoriæ Populi Romani pœnitere. Id est, quas res siquis non euenisse velit, & ob id dolore afficitur. Budæus.
Scelerum pœnitet. Horat. 3. Carm. ode 24. 10.
Vehementer sui flatus pœnitet. Cic. Attico, lib. 2. 38. 1.
Pœnitet me verbi tui. Cic. pro Plancio, 61. Vide quàm me verbi tui pœniteat. Id est quàm mihi non satis sit hoc verbum. Budæus.
Virium pœnitet. Liu. 1. ab Vrbe, 34. Quum iam virium haud pœniteret, consilium deinde viribus parat.
¶ Pœnitet, Parum videtur. Terentius. Heauton. 1. 1. 20, At enim dices, Me quantum hîc operis fiat, pœnitet. Idem Eunucho, 5. 7. 11.
An pœnitebat flagitii, te authore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Donatus. Liu. 1. ab Vrbe, Quum iam virium haud pœniteret. Id est, Quum viderentur sibi habere satis magnas vires. Item apud Cæsarem lib. 2. bel. Cuil. An pœniteat vos, quòd saluum atque incolumem exercitum nulla naue desyderata traduxerim, &c. Id est parum vobis videtur.
Pœnitens, pen. corr. pœnitentis, om. g. (μετανοῶν,) Sueton. in Vitel. ca. 15. Non multo pòst pœnitens facti.
Portus optimus pœnitenti, mutatio consilii. Cic. 12. Philipp. 312.
Pœnitens de. Sueto. in Claudia. Cæsare, cap. 43. Pœnitentis de matrimonio Agrippinæ.
Pœnitendus, (μεταμελητός,) Adiectiuum nomen, à Pœnitet verbo, id est Pudendus, & parui æstimandus. Liuius 1. ab Vrbe, 159. Sub haud pœnitendo magistro. Colum. lib. 2. cap. 2. 5. Itaque hic ager siue exercetur, seu cessat, colono est pœnitendus, ac tanquam pestilens refugiendus. Sueton. in Vesp. Augusto, cap. 1. Firmauitque tandem gens Flauia, obscura illa quidem, ac sine vllis maiorum imaginibus, sed tamẽ Reipub. nequaquam pœnitenda: constet licet Domitianum cupiditatis ac sæuitiæ merito pœnas luisse.
Pœnitendum. (μεταμελητέον.) Gerundium legitur. vt, Non est eius præceptoris pœnitendum. Salustius in Iugurtha, Num eorum pœnitendum sit.
Ad pœnitendũ. Tacit. lib. 3. Sed non Senatui libertas ad pœnitendũ erat.
Pœnitendi, Aliud gerundiũ (τοῦ μεταμελόντος,) Cic. 4. Tusc. 129. Alexãdrum regem videmus: qui quum intermisset Clytum familiarem suum, vix à se manus abstinuit, tanta vis fuit pœnitendi.
Pœniturus. pen. prod. (μετανοήσων,) Accius, Quod si procedit, neque te, neque quenquã arbitror pœniturum laudisquã vt ferues vide. Quintil. lib. 9. cap. 3. Eousque processum est, vt non pœniturum, pro nõ actum pœnitentiam: & visuros, ad videndum missos, Salustius dixerit.
Pœnitentia (μετάνοια, μεταμέλεια,) Actus ipse pœnitendi, quum aliquem fasti pœnitet, & pudet, eique dolet. Plin. epist. 130. lib. 7. ad Marinum, Superest, ne rursus prouinciæ, quod damnasse dicitur, placeat, agatque pœnitentiam pœnitentiæ suæ. Plin. auunculus lib 17. cap. 12. 6. Nihil est fœdius agricolis, quàm pœnitæ rei pœnitentia. Idem lib. 7. cap. 15. Cæsari proprium & peculiare fuit clementiæ insigne, quà vsque ad pœnitẽtiam omnes superauit. Et lib. 9. cap 41. Pœnitentia hoc primum debet inuenisse, artifice mutante quod damnabat. Liu. 1. bel. Maced. Celerem enim pœnitentiam, sed tandem seram & inutilem sequi.
Agere pœnitentiam, Vide AGO.
¶ Pœnitentia, pro Contemptu & aspernatione. Plin. lib. 5. cap. 17. 1. de Essenis, Gens æterna in qua nemo nascitur, tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia est. Budæus.
POENVS, (λίβυς,) Carthaginiensis, à Phœnix, sed aspiratio detrahitur: & œ in u mutatur in deriuatiuo, Punicus, Punica, Punicũ, non Pœnicus. Vide infrà in dictione PVNICVS.
Pœni, (λίβυες,) (inquit Seruius) ἀντίφρασις χρῆται est, quasi Phœni quia à Phœnicibus orti. Virgil. 1. Aeneid. 62.
–ponuntque ferocia Pœni
Corda volente deo.
Calliditate Pœnos Romani non superarunt. Cic. de Aruſp. resp 17.
Acutus vt Pœnus, & valde studiosus ac diligens Clitomachus. Cicero 4. Academ. 178.
Crudelitati Pœnorum corpus Reguli præbitum. Cicero 3. de Natura deorum, 115.
Ductor Pœnorum, Hannibal. Silius lib. 7. 107.
Ferox Pœnus. Claud. 5. Paneg. 30.
Fulmineus Pœnus. Claud. de bel. Getico, 28.
Pœnus, ã diectiuũ, (λιβυκός,) Stat. libro 4. Sylu. 3. 19. Pœnos Bagrada serpit inter agros.
Leones Pœni. Virg. 5. eclog. 6.
Sermo Pœnus. Stat. 4. Sylu. 4. 9.
Poeta, poetæ, pen. prod. m. g. (ποιητής,) ἀπὸ τοῦ ποιέω, quod est facio, effingo, quasi fictor. Est enim qui elegãtia carmina fingit.
Horat. in Arte, 2. –pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Virg. 9. eclog. 6.
–& me fecere poetam Pierides.
Manus multa poetarum. Horat. 1. Serm. saty. 4. 29.
Antiquissimum è doctis apud Græcos est genus poetarum. Cic. 1. Tusc. 5.
Finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia huberior. Cic. 1. de Orat. 36.
Neminem adhuc cognoui poetam qui sibi non optimus videretur. Cicero 5. Tuscul. 90.
¶ Arguti poetæ. Horat. 2. epist. 2. 18.
Astrictior versu poeta, oratoris virtutes persequitur. Cic. in Orat. 37.
Bonus poeta nemo sine inflammatione animorum existere potest, & sine quodam afflatu quasi furoris. Cic. 2. de Orat. 105.
Castum esse decet pium poetam. Catull. ad Aurelium, epigr. 16. 1.
Clarissimi poetæ. Quintil. lib. 1. cap. 10. 11.
Crescens poeta. Virgilius 7. eclog. 5. Pastores hedera crescentem ornate poetam.
Dissecti membra poetæ. Horat. 1. Serm. satyr. 4. 13.
Diuinus poeta. Virg. eclog. 5. 9.
Docti veteres poetæ Graium. Lucret. lib. 2. 121.
Græci poetæ. Cic. 2. de Oratore, 33.
Grauis & ingeniosus poeta. Cic. pro Plancio, 48.
Illustres poetæ. Quintil. lib. 5. cap. 11. 28.
Magnum poetam quenquam sine furore esse posse negat Democritus. Cic. 1. de Diuin 137.
Secli incommoda pestiferi poetæ. Catul. ad Calnum, epigr. 14. 5.
Sãctos poetas suo iure appellat Ennius, quòd quasi decorum aliquo dono & munere commendati nobis esse videantur. Cic. pro Archia, 14.
Seniorum poetarum turba. Horat. 1. Serm. saty. 10. 14.
Tener poeta. Catul. ad Libellum, epigr. 35. 1.
Vesanus poeta. Horat. de Arte, 91.
¶ Alere & formare poetam. Horat. de Arte, 62.
Canunt poetæ, Vide CANO.
Confingunt hæc poetæ. Cic. pro Rosc. Amerino, 27.
Valet natura ipsa poeta, & mentis viribus excitatur, & quasi diuino quodam spiritu afflatur. Cic. pro Archia, 14.
Poëma, pen. prod. poematis, pen. corr. n. g. (ποίημα,) Poetarum opus, hoc est figmentum seu fictio. Plin. lib. 7. cap. 56. De poematum origine magna quæstio est. Plaut. Asin. 5. 2. 1. Nam neque fictũ vnquam, neque pictum, neque scriptum in poematis. Cicero. 2. de Finib. 171. Hæc leuiora ponam, poema, orationem quum aut scribis, aut legis, &c. Ibidem, 16. Et de Claris Orato. 99.
Austera poemata. Horat. de Arte, 69.
Dulcia poemata. Horat. de Arte, 21.
Egregium poema. Cic. 1. de Orato. 109.
Festiuum, concinnum, & elegans poema. Cic. in Pisonem, 5.
Immodulata poemata. Horat. de Arte, 54.
Lachrymosa poemata. Horat. 1. epist. 1. 14.
Pulchra poemata. Horat. de Arte, 21.
Ridenda poemata. Iuuen. Saty. 10. 13.
Ridiculum poema. Horat. 2. epist. 1. 48.
Sanctum poema. Horat. 2. epist. 1. 11.
Tenerum, moratum, atque molle poema. Cice. 1. de Diuin. 117.
Tragicum, comicum, epicum, melicum ac dithyrambicum poema. Cic. de Opt. gen. Orat. 141.
¶ Attingere poemata. Catul. ad Varum, epigr. 19. 3.
Componere poemata, Vide COMPONO.
Componere poema ad aliquem. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 16.
Condere poema, Vide CONDO.
Condere poema Græcum. Cic. Attico, lib. 1. 11. 14.
Tenui deducta poemata filo. Horat. 2. epist. 1. 46.
Facere bona poemata. Horat. de Arte, 62.
Varium & elegans omni ferè numero poema fecisti. Cice. 1. Academ. 15.
Legere libentius poemata. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 12. 2.
Natum inuentumque poema iuuandis animis. Horat. de Arte, 76.
Mira poemata pangere. Horat. de Arte, 84.
Poësis, huius poësis, pen. prodo. f. g. Nonius, Poesis & Poema hanc habent distantiã: Poesis est textus scriptorum: Poema inuentio parua, quę paucis verbis expeditur. Lucilius Satyr. lib. 8.
Non hoc quod valeat, quid ve hoc, quàm interfiet illud
Cognoscis, primum hoc quod diximus esse poema,
Pars est parua. Idem epistola, Item quæuis non magna pars, poema est:
Poesis, opus totum, totaque illa summa est vna. Hactenus Nonius. Cice. 4. Tuscul. 117. Anacreontis quidem tota poesis est amatoria. Idem 3. de Orat. 56. Quanuis claris sit coloribus picta vel poesis vel oratio.

Horat. de Arte, 73.
Vt pictura poesis erit quæ, si propius stes,
Te capiet magis, & quædam si longius abstes.
Homeri picturam, non poesim videmus. Cic. 5. Tusc. 160.
Poëticus, pen. corr. Adiectiuum, (ποιητικός,) Quod ad poetam pertinet: vt Ars poetica, & Verba poetica. Cice. 3. de Orato. 84. Sed tamen raro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem. Quintil. libro 1. Ar in eadem vitiõ geminatione Metier, Sufficier, dicens Ennius, poetico iure defenditur, Id est, authoritate poetica. Cic. 1. de Orato. 73. Poeticus numerus.
Poetici dii. Cic. 3. de Natu. deor. 111.
Licentia poetica. Quintil. lib. 2. cap. 4. 3.
Mella poetica manare. Horat. 1. epist. 20. 9.
Themata poetica. Quintil. li. 2. cap. 10. 4. Et poetica (vt verè dixerim) themata inuenibus pertractare permittemus.
Voluptates poeticæ. Quinti. lib. 2. cap. 8. 8. Quum poeticis voluptatibus aures à forensi asperitate respirent.
Poetice, pen. corr. Aduerbium, (ποιητικῶς,) More poetico. Cice. 5. de Finib. 16. Vt poetice loquar.
Poëtica, poëticæ, & Poëtice, poëtices, pen. corr. (ποιητική,) Ars ipsa conscribendorum versuum. Cic. 1. Tusc. 5. Serius poeticam nos accepimus. Ibidem, lib. 4. 113. O præclaram emẽdatricem vitæ poeticam! Idem 3. de Orato. 96. Hæc igitur duo, vocis dico moderationem, & verborum conclusionem, quoad orationis seueritas pati posset, à poetica ad eloquentiam traducenda duxerunt. Sic in Oratore, 103.
Poëtor, pen. produ. poëtãris, (ποιέω,) poetari, In poetica se exercere, siue poetam agere. Ennius, Nunquam poetor nisi podager.
Poëtria, poëtriæ, pen. corr. & Poëtra, pen. prod. poëtridis, (ποιήτρια,) Id est mulier poetices perita. Cice. pro M. Cœlio, 51. Verum hæc tota fabella veteris, & plurimarum fabularum poetriæ, quàm est sine argumento, quàm nullum inuenire exitum potest? Persius in Procem. 3.
Coruos poetas, & poetrias picas
Cantare credas Pegasæum melos.
Poëticus, pen. corr. (ποιητικός,) Adiectiuum quo vsus est Ennius, qui Caballinum fontem poëticum nominauit.
Pogonia, vel Pogonias, pogoniæ, pen. corr. (πωγωνία,) Dici potest barbata, Genus cometæ. πώγων enim barba Græcis dicitur. Plin. lib. 2. cap. 25. Pogonias vocant, quibus inferiore ex parte in speciem barbæ longæ promittitur iuba.
Pol, Aduerbium iurantis, (νὴ τὸν Πολυδεύκην,) per Pollucem. Plautus Amphit. 8. 128.
Neque pol dedi, neque dixi, verùm ita animatus fui,
Itaque nunc sum, vt, &c. Cice. 3. Tuscul. 74. Pol mi fortuna magis nũc defit, quàm genus. Ex poeta. Horatius 1. epist. 7. 19.
–pol me miserum patrone vocares. Idem 2. epist. 2. 28.
–pol me occidistis amici.
Certè pol. Terent. Eunucho, 4. 5. 5.
–etiam Pythias, vah quanto nunc formosior
Vidêre mihi quam dudum. PY. certè tu quidem pol multò hilarior.
POLA, (πόλα) Istriæ ciuitas, quondam à Colchis condita. Pietas Iulia Plinio dicitur lib. 3. cap. 19. in descriptione Istriæ.
Polea, (πόλεον,) simus palli asinini quę cum initio partionis ante fœtum effundit, vt ait Aristoteles, qui polion: Plinius verò li. 28. cap. 13. 5. polean vocat.
POLEMON, pen. corr. (πολέμων,) Atheniẽsis philosophus, prima adolescentia lasciuus, & voluptatibus deditus, quum patentem Xenocratis scholam intrasset, deque modestia & moribus sermo haberetur, ita demum ad eum flexit animũ, vt relecta incontinẽtia, se totũ philosophiæ addixerit: ex quo postea eius scholæ successit. Author Gellius. Diogenes eum multa scripsisse testatur. Suidas nihil scriptũ reliquisse asserit.
Polemonia, polemoniæ, pen. cor. (πολεμώνιον,) Herba de qua Plinius lib. 25. ca. 6. 2. Polemouiam, alii philetæriam, à certamine regum inuentionis appellant.
POLEMONIVM, (πολεμώνιον,) Ptolemæo, libro. 5. cap. 6. Cappadociæ vrbs: vulgò Leona.
Polenta, polentæ, (ἄλφιτον,) Dicitur & puléta. Sic fiebat. Persusum deinde molis frangebant, seruabãtque in multos dies. Cato de Re rust. cap. 102. Tum id percolato, poleutam adiicito. Varro de Re rust. li. 3. ca. 9. Obiiciendum pullis diebus quindecim primis mane subiecto pulmente (ne rostris noceat terra dura) polẽtam mistam cum nasturtii semine. Plaut. Asin. 3. 18. Vbi fleunt nequam homines, qui polentam pransitant. Colum. lib. 6. cap. 17. Epiphoram supprimit polenta cõspersa mulsa aqua, & in supercilia, genaque imposita. Ouid. 5. Metam. 91
–neque adhuc epota parte, loquentem
Cum liquido mista perfudit diua polenta.
Grandis polenta. Persius Satyr. 5. 6.
Polentarius, Adiect. (ἀλφιτικός,) Quod pertinet ad polentam, seu quod est ex polenta. Plaut, Curcul. 7. 11. Efficiam crepitum polentarium.
POLENTIA, (πολεντία,) vrbs Liguriæ Ptolemæo libro 3. cap. 1. vulgò Polanza.
Polimenta, polimentorum, (ὀσχεόκηλος,) Testiculi porcorum dicuntur, quum castrantur à politione vestimentorum quòd similiter vt illa curantur, inquit Festus. Plaut. Menæch. 5. 29,
–pernam itidem, aut sinciput,
Aut polimenta porcina.
Polio, polis, polui politum, pe. prod. (ξέω, ξύω, ἀποξέω, ἀποξύω, λαβύνω,) polire, Colere, ornare, & quasi vrbano & politico more (qui rustico contrarius est) cõponere, vt ait Sipontinus. Plau. Pœn. 4. 9.
Postquam illuxit aurora, nunquam cessauimus ex industria
Ambæ lauari atque fricari, aut tergeri, aut ornarier,
Poliri expolirí, pingi, fingi. Idem Epid. 3. 3. Nisi quid tibi hinc in spem referas, hoc oppidò politum est. Virg. 2. Aeneid. 88. Certatim squamis serpentum, aureique volbant. Cic. 2. de Legib. 93, Hoc plus, inquit, ne facito rogum, ascia ne polito. Plin. lib. 9. cap. 12, Aspera cute, vt squatina, qua lignum & ebora poliuntur.
Arma polire deorum. Stat. 4. Sylu. 6. 10.
Signa Dædala polire. Lucret. lib. 5. 281.
Tigna polire. Claud. 3, Paneg. 65.
Pumice poliantur geminæ frontes. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 2.
Carmina polire sollicita cura. Ouid 1. de Ponto, eleg. 6. 13.
Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. Cic. 1. de Orat. 33.
Politus, pen. prod. (ξεστός, ἐξεσμένος, ἐξεσμένος, λαβύνος, γλαφυρός,) politior, politissimus. Plin. lib. 13. cap. 4. 11, Fructifera arum palmarum aliis breuius lignum in pomo, aliis longius: his mollius, illis durius: quibusdam osseum lunatúmque, dente contra falcinantes religione politum.
Fronte politus. Persius Satyr. 5. 12,
Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Astutam rapido seruas sub pectore vulpem.
Politus, vrbanus, elegans. Cic. de Clar. Orat. 156. Sinautem ieiunitatem & siccitatem & inopiam, dummodo sit polita, dum vrbana, dum elegãs, in Attico genere ponit, hoc rectè dundaxat.
Politus è schola. Cic. in Pisonem, 47, Dices enim, vt es homo facetus, ad persuadendum concinnus, perfectus, politus, è schola, Quid est Cæsar, &c.
Politus artibus. Cic 1. de Finibus, 39. Et ad Memmium, libro 13. 1. 13, Est enim omni liberali doctrina politissimus.
Pictus & politus omnibus artis coloribus. Cic. Attico, libro 2. 36. 5, Sic hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus subitò deformatum, non sine magno dolore vidi.
Doctrina politos constituit quosdam pariter. Lucret. lib. 3. 62.
Politus omnibus virtutibus. Varro 1. de Re rust. cap. 2, 9, Video huc venire Co. Tremulum Scrofam, virum omnibus virtutibus politum.
Politum quid & perfectum proferre, Cic. 1. de Orat. 3.
Nihil acutius, nihil politius Aristotele. Cic. 4. Acad. 257.
Arte politissima perfecit caput Veneris Appelles. Cic. Lent. lib. 1. 9. 53.
Politæ columnæ. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 2, Quod mihi nũc denique apparuit, posteaquam & ipsa tota patet, & colũnæ politæ sunt.
Politior elegantia. Cic. 3. de Finib. 6. Quinetiam agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia, &c.
Politæ facetiæ, Elegantes & ornatæ. Cic. 1. de Orat. 125, Multo maiorem partem sententiarũ sale tuo & lepore & politissimis facetiis pellexisti.
Politioris humanitatis expers. Cic. 2. de Orat. 40.
Accurata & polita oratio. Cic. de Clar. Orat. 182.
Politissimus & acutissimus nostræ memoriæ philosophus. Cicero 4. Acad. 201. De Antiocho.
Sermo politus. Claud. 8. Paneg. 50.
Politulus, pen. corr. (ὑπογλάφυρος,) Adiectiuum. diminutiuum. Cic. ad Volumnũ, lib. 7. 34. 5, Opus est huc limatulo & politulo tuo iudicio.
Polite, pen. prod. Aduerbium, (γλαφυρῶς,) Cic. 1. Acad. 4, Quæ & sunt magna sanè, & limantur à me politius.
Polite & subtiliter. Cic. 4. Acad. 216, Negatis hæc tã politè, tãque subtiliter effici potuisse, sine diuina aliqua solertia.
Ornatè politéque dicere. Cic. pro Cœlio, 5.
Eloqui politè. Cic. 1. Tusc. 10, Fieri autem potest vt rectè quis sentiat, & id quod sentit, politè eloqui non possit.
Scribere politè. Cic. de Clar. Orat. 37, Et luculentè quidem scripserunt, etiam si minus quàm tu, politè.
Politura, politúræ, pen. prod. (λαβύνος,) Plin. lib. 11. cap. 24. 3, Quàm nõ adhuc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam politura arte, ipsa per se tenax ratio tramæ? Idem libro 36. cap. 6. 9. Thebaica politura accommodatur.
Ad polituram sarcire, Vide AD præpositionem.
Polio, poliõnis, m. g. Qui arma polit. Firmicus lib. 1, Mars & Mercurius in decimo ab horoscopo loco poliones faciunt. Meminit Calliſtratus libro 10. ff. de Iure immunit. L. Quibusdam.
Polion, (πόλιον,) Vide POLEA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pollen, siue pollum, est etiam herbæ nomen, quam Plinius describit li.21. cap.7.8. Sic & apud Græcos polion herbam, inclytam Musæi & Hesiodi laudibus, ad omnia vtilem prædicantium, superque cætera ad famã etiam dignitatis prorsusque iniram, si modò (vt tradunt) folia eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur. Et libro 25.cap.2.10. Post eum Musæus & Hesiodus polium herbam inquantum mirati sunt, diximus. Idem libro 11.cap.10.8. Polio Musæus & Hesiodus perungi iubent dignationis gratia, gloriæque auidos polium tractare, colere.

Polis, huius polis, fœm.gen. (πόλις,) Latinè dicitur ciuitas & vrbs.

Politia, politiæ, Respublica: quo nomine inscriptus est liber Platonis. Cic. 1. de Diuinat. 107.

Politicus, pen.corr. Adiectiuum (πολιτικός,) Quod est ciuile. Cic. Mario, lib.7.1.11. Sed quæ potest esse homini politico delectatio, quũ autho mo imbecillis à valentissima bestia laniatur? Quædam exemplaria legunt polito. Idem ad Atticum, lib.9.17.4. Sumpsi mihi quasdam tanquam thesei, quæ & politicæ sunt, & temporum horum.

POLLA, (πόλλαι,) vxor Lucani poetæ, cuius meminit Stat.2.Sylu.7.11.
Tu castæ titulum, decusque Pollæ
Iucunda dabis allocutione. Paulo q; infra eam cõmẽdat ab eruditione.

Pollen, pollinis, pen.corr.n.g. vel Pollis, pollinis, m.g. (γύρις, παιπάλη,) A polleo deduci videtur, Flos tritici. Plin. libro 18.cap. 10.1. Ex Africo iustum est è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinque: ita enim appellant in tritico, quod florem in filigine. Terens. Adelph. 5.3.60.
– ego istuc videro:
Atque illa, fauillæ plena, fumi, ac pollinis
Coquendo sit saxo, & molendo. Marcellus Dioscoridis interpres dicit esse pollinem, tenuissimum puluerem magis quàm farinam, qualis circa molas plerumque, & loca in quibus panis pinsitur, parietibus hæreus, inuenitur, vnde fit panis omnium infirmissimus. Columella, libro 6.cap.30.5. Et thuris polline cum eo qui profluit, sanguine immisto, armi linantur.

Pollis polentæ. Cato ca.157.8. Eo addito oleum bene & satis paulum, & cominum, & pollinem polentæ.

Pollinarius. Adiect. (γυρευτικός,) Quod ad pollinem pertinet: vt Cribrũ pollinarium, Quod lino, non setis equorum fit ad pollinem purgandũ. nam cribra quæ ad excutiendam farinã fiunt, exculiorra dicuntur. Plin. lib.18.cap.11.6. Cribrorum genera Galliæ setis equorum inuenere, Hispaniæ lino excassoria & pollinaria. Plau. Pœn.7.10. Nam iste quidem gradus fuccreros est cribro pollinario.

Pollintor, pollintoris, m.g. (πιπτοφόρος,) Curator pistrini, qui farinã facit, & pollinem, quique pollinario cribro pollinem excutit. Cato.cap.5.3. Operarium mercenarium, pollintorem, diutius eũdem ne habeat die.

Pollinceo, pollinces, pollincui, pollincère, Farinam in pistrino lucrifactã diuidere, inquit Sipontinus.

Pollintio, Verbale. Cato cap.136. Pollintionem in agro Casinate & Venafro sic dare oportet. In loco bono parte octaua corbi diuidat, satis bona septima, tertio loco sexta, si granum modio diuidet, parti quinta in Venafro ager optimus, 1x. parti corbi diuidat. Si communiter pisunt, quæ ex parte pollintori pars est, eam partem in pistrinum pollintor ordeum, V modio fabam quinta modio diuidat. Alii legũt politionem, & politor.

Polleo, polles, (ἰσχύω, δύνω, δυνάμαι,) pollère, Posse, valere. Plautus Afinaria, 1.2.46.
Videtin' viginti minæ quid pollent, quidve possant? Cice. in Parad. 43. Nec est vlla res quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius voluntas atque iudicium. Liuius, Multum illi terra, plurimum mari pollent. Cæsar 8.belli Gall.82. Neminem verò tantum pollere, vt inuitis principibus, resistente Senatu, omnibus bonis repugnantibus, infirma manu plebis bellum concitare, & gerere posset.

Pollere moderatione & constantia. Cice.4.Tuscul.36. Ergo is quisquis est qui moderatione & constantia polleat, quietus animo est, sibique ipse placatus, vt nec tabescat molestiis, &c. In quibusdam exemplaribus desideratur polleat.

Pollere quæstu dicitur, quod est pretiosum. Plin.li.19.ca.3.9. Sunt etiãnũ duo genera, nonnisi sordido nota vulgo, quum quæstu nullo polleant. Scientia pollet virtus. Cic. in Partit.40.

Posse & pollere. Liu.1.ab Vrbe, 100. Si prior defecerit publico cõsilio, dolo malo, tu illo die Iupiter Pop.Rom. sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes, pollesque.

Pollere ad, vel aduersum. Plin.lib.16.cap.22.1. Cur ergo non eadem causa aduersum omnes polleat, iure miremur. Cic.2.Offic.47. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet. Varro 1.de Re rustica, cap.37.2. Et quid est diuisio ad agros pollet?

Pollet contra. Plin.lib.24.cap.19.2. Herba quæ gignitur supra fimeta ruris, contra anginas efficacissimè pollet ex aqua pota.

Pollere in remediis. Plinius libro 33.cap.4.17. Auro plurimis modis pollet in remediis.

Pollere in Rep. Cæsar 1.bel.Ciuilis, 14. Qui in Rep. iudiciisque tum plurimum pollebant.

Pollet eius authoritas, Id est valet, in pretio est, & magni est ponderis. Salust. in Iugurtha, Quorum authoritatem Romæ pollere audierat. Id est, plurimum valere.

Facundia pollet tuis ingeniis. Claud.4.Paneg.99.

Pollet plurimum. Colu.lib.6.cap.24.3. Adeò vltra naturæ terminos etiam in pecudibus plurimum pollent blandæ voluptatis illecebræ.

Plurimum pollet oratio in peroratione. Cic. de Clar.Orat.99.

¶ Pollere, Præstare, vtilius esse. Plin.lib.36.cap.22.8. de cotibus, Ex oleo & aqua Ciliciæ pollent: ex aqua Atrinoeticæ. Hoc est quod vulgus dicit, Melius valent, vel Bene valent.

Plus pollet potiorque est filius patre. Cic.4.Tusc.114.

Polleus, pollentis, (δυνάμενος.) Participium, siue Nomen ex participio. Plautus Capt.6.28. Quod genus illic vnum est pollens, atque honoratissimum.

Auis pollens. Silius lib.8.76.

Hostis equo pollens. Ouid.3.Trist.eleg.10.11.

Fulmine pollens regia Iouis. Ouid. ad Liuiam, 43.

Opibus pollens. Lucret. lib.1.12.

Venenis gelidis pollens Ophiusa. Valer.6 Argon.18.

Matrona pollens. Ouid.5.Metam.102.

Herbæ pollentes. Ouid.7.Metam.40.

Pollens vini. Plaut. Curcul.3.20.
Vini pollens lepidus Liber, qui screanti tibi
Siccæ semisomnæ potionem affert.

Pollentia, pollentiæ, (δυνάμις,) Potentia. Plaut. Rud.16.4. Vindicate, ne impiorum potior sit pollentia. Idem Casina, 21.3.
– vt viro tuo semper sis superstes,
Atque vt potior pollentia, vt vincasque virum, victrixque sies.

POLLENTIA, (πολλαντία,) Plinio authore, oppidum fuit in maiore Balearium insula. Fuit & altera Pollentia iuxta Alpes inclyta lanarum nobilitate: de qua Silius lib.8.119.
– fulsique ferax Pollentia villi.

Pollentinus, pen.prod. Adiectiuum, (πολλαντίνος,) vt Campus Pollentinus. Claud.4.Paneg.16.

¶ Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multum distantes à Tolentinatibus, vt indicat Plin.lib.3.

Pollex, pollicis, penu.corr.m.g. (ἀντίχειρ,) Primus in manu digitus: sic vocatus quòd cæteris potentior sit. Plin.libro 11.cap.43.
1. Hominis pollex articulos habet binos. Cice.3.Offic.60. Duriosetiã Athenienses, qui sciuerunt vt Aeginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur, hoc visum est vtile.

Ictus pollicis. Hora.4.Carm.ode 6.8.
Lesbium seruate pedem, meique
Pollicis ictum.

Festiuus pollex. Claudianus in Præfatione lib.2. de raptu Proserpinæ, 3.

Honestus pollex. Persius Satyr.6.1.
– & pollice honesto
Egregios lusisse senes.

Ignauus pollex. Stat.4.Sylu.4.11.

Sollicitus pollex. Claud.8.Paneg.16.

Tener pollex. Ouid.1.Amor.eleg.4.5.

¶ Leui deducens pollice filum. Ouid.4.Metam.8.

Et reliquum nitido detersit pollice somnum. Claudia. in Epithalamio Palladii, 6.

Attricemque tuo ducit sub pollice vultum. Persius Saty.5.4.

Pollice primo metere. Mart.lib.10.92.
Vtrola delectat, metitur quæ pollice primo:
Sic noua nec mento sordida quarta iuuat.

Mouere chordas pollice. Stat.1.Achil.38.

Impresso pollice nentes stamina. Ouid.8.Metam.91.

Habili pollice prætentat chordas. Ouid.2.Amor.eleg.4.6.

Ire secũtum pollicem dente rodere. Horat.Epod.5.10.

Tremulo pollice siccare lachrymas. Ouid.epist.18.6.

Docto pollice sollicitat stamina. Ouid.11.Metam.35.

Tentauit impulsas chordas pollice. Ouid.10.Metam.29.

¶ Pollex, etiam in pede. Plin.lib.7.cap.53.3. Qu. Aemylius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi.

Premere pollicem, cõuertere pollicem. Antiquitus in pollice fauoris erat, studiaque significatio. Qui faueret, pollicem premebat: qui minus fauret, pollicem conuertebat. Qui gestus in prouerbium abierunt, vt iam premere pollicẽ dicatur, qui quoquo pacto faueri conuertere, qui malit: vult. Plin.lib.28.cap.2.15. Pollices quum faueamus, premere etiã prouerbio iubemur. Iuuen.Sat.3.4. – & verso pollice vulgi,
Quemlibet occidunt populariter. Horatius vtroque pollice dixit, pro summo fauore, 1.epist.19.14.

Consentire suis studiis, qui crediderit te,

Fautor

Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludũ. Porphyrion enarrat hunc ad modũ: Vtroque pollice, id est vtraque manu, συνεκδοχικῶς. Synecdoche à parte totum. An qui vehementius laudat, manus iungens, iungit pollicem cum proximo? Acron hoc pacto, vtroque pollice, συνεκδοχικῶς, manu vtraque, sublataque pariter ac sæpius mota. Hic enim gestus valde laudantiũ est. Sanè vtrunque, sicut ex iis conlici licet, prouerbii origo fugit. Erasmus.

¶ Pollex, in arborum corticibus. Plinius libro 13.cap.4.3. de palmis arboribus, Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisque corticum pollicibus vt orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, vt ilem sibi arborisque induuis, circulum mira pernicitate homine subeunte.

Pollicãris, & hoc pollicare, penult product. (ἀντιχειρίζω,) Quod pollicis latitudinem siue crassitudinem habet. Plinius libro 15.cap.14.1. Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata pollicari latitudine. Idem libro 13.cap.13.1. Circa Nilum nascens duorum cubitorum altitudine, pollicari crassitudine. Est autem pollex duodecima pars pedis, digitus sextadecima. Vide VNCIA.

Polliceor, pollicẽris, pen. prod. pollicitus sum, pen.corr. (ὑπισχνέομαι, καταπείθω, καταχειρίζω,) polliceri, Promittere, Verbum commune secundum Priscianum: nam in significatione passiua vsus est Ouid.1.de Arte, 89. Pollicitis diues quilibet esse potest. Pollicerisgitur, est Vltro, seu ex pactione aliquid promittere. Plaut. Aulul. 14.11. Credo ego ædepol illi mercedem gallo pollicitos coquos. Idẽ Bacchid.4.8. Holpitiũ & cœnam pollicere, &c. Terent. And.3.5.7. Negabon' velle me, modo qui sum pollicitus ducere?

Polliceri & promittere. Cic. pro Plancio, 81. Nihil tibi ego tũ de meis opibus pollicebar, sed horum ergo me beneuolentiam promittebam.

Benigne polliceri aliquid. Cic. Pignlo, lib.4.13.100.

Liberalissimè polliceri. Vide LIBER, liberi.

Prolixè aliquid polliceri. Cic. pro Domo sua, 23. Neque ille tot suspicionibus certorum hominum exulceratus, quæ meum tempus postularet, satis prolixè mihi polliceretur.

Vltro polliceri. Cicero 4.Verri.4. Quando id quod opus esse putaret, non vltro pollicita est? Cæsar 1.bel. Gall. 176. Iamque eum ad sanitatem reuerti arbitrabatur, quum id quod antea petenti denegasset, vltro polliceretur.

Offerre se, & vltro polliceri. Cic. pro Plancio, 19.

Alicui operam suam polliceri. Plaut. Casin. 12.21. Et Trinum.4.113. Cic. 1.Verr.11. Tamen his operam tuã pollicebere, qui te neque velle sua causa, nec id capias, posse arbitrantur. Idem 1.de Leg.79. Et simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos aliquid conuenire. Sic pro Roscio Amer.12. Ad eam rem operam suam pollicentur.

Præsidium suum alicui polliceri. Cic.10.Philipp.275.

Profiteri alicui & polliceri studium suũ singulare. Cic. Licinio, lib.5.8.11.

Se memorem alicuius facti polliceri. Cæsar 1.bel. Ciuil.52.

Te buccinatorem fore existimationis meæ polliceris. Cicero ad Tironem, lib.16.21.4.

Quãtum velit quis polliceri. Cic.2.Verr.15. Deinde esse pollicitum quãtum vellent pecuniæ, si me Aedilitate eiecissent.

Tantum vobis quantum facere possum polliceor. Cicero Post reditum ad Quirites, 15.

Reduci aliquid polliceri. Virg.9.Aeneid.61.

Pro certo hoc vobis polliceor atque confirmo. Cicero 2. de Lege agraria, 100.

Per alium alicui polliceri. Cic. Attico, lib.13.296.2. Erat enim, si meministi, in Consulatus petitione per te mihi pollicitus, siquid opus esset. Quod nos de eo pollicemur, ille summa fide perficiet. Cicero pro Domo sua, 13.

Bene polliceri. Salust. in Catilin. Cicero per Sangam consilio cognito, legatis præcepit vt studium coniurationis vehementer simulent, cæteros adeant, bene polliceantur, dentque operam, &c.

¶ Polliceri pro Affirmare aliquando accipitur.

Tantum tibi polliceor de. Cicero ad Curionem, libro 2.5.13. De ipso Tito Antonio tantum tibi polliceor, te maioris animi, gratitatis, constantiæ, beneuolentiæque erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem.

Illud tibi polliceor. Cælius ad Ciceronem, lib.8.10.13. Quod ad tuũ decessum attinet, illud tibi non possum polliceri me curaturum vt tibi succedatur: illud certè præstabo, ne amplius prorogetur.

Habeo polliceri, Id est, hoc polliceendum est mihi, vt ait Valla. Cic. Lẽtulo, lib.1.5.5. De Alexandrina re, causaque regia tantum habeo polliceri: me tibi absenti, tuisque præsentibus cumulatè satisfaciturum.

Pollicitus, pen.corr. Participium, (ὑποσχόμενος.) vt
Fidem pollicitam dictis addere. Ouid.3.Fast.74.
Totus pollicitus. Ouid.epist.20.28. Exige polliciti debita iura tori.
Pollicitum, polliciti, pen.corr. (ὑπισχνούμενον,) Promissio. Colo.lib.11.cap. 3. Memores polliciti nostri, subiungemus cultus hortorum.
Diues pollicitus. Ouid.1.de Arte, 89.
Pignora polliciti dare. Ouid.epist.17.39.

Pollicitor, pen.cor. pollicitãris, (καταχειρίζω,) pollicitari, Frequentatiuũ. Plautus Milit.12.6. – in sapientia, non fallacia hæc sit,
Metre in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari. Ibidem, 14.65. Teren. And.5.4.9 Sollicitando & pollicitando, eorum animos lactas? Idem Phorm.3.2.36.
Ego te complures aduorsum ingenium meum mensem tuli,
Pollicitantem, & nihil ferentem, flentem. Liu.1.ab Vrbe, 107.
Tum de sententia pollicitando, tum regis criminibus omnibus locis crescere. Alia exemplaria hic legunt Pollicendo.

Pauxillatim pollicitari. Vide Pauxillatim in PAVCVS.

Pollicitatio, pollicitationis, Verbale. (ὑπόσχεσις,) Plinius libro 7.cap.37. 2, Condita noua secta, spretis legatis & pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua vinum ægris medetur. Budæus, Pollicitatio, offerentis solius promissum. Plinius ad Traianum in libris integris, Huic theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debentur, vt basilicæ circa, vt porticus supra caueam. De iis verò quæ in contractibus promittuntur, pollicitationem dici, vel promissorem pollicitatorem vocari, nusquam lectum est: liceat polliceri verbum ad omnia promiscuum sit. Cæsar in fine Comment. Hunc incitatum suis, & regis inflatum pollicitationibus, quæ fieri vellet Photinus, nuntiis literisque edocuit. Vlpianus in Lege Pactum. ff. de Pollicitat. Pactum est duorũ consensus, atque conuentio. Pollicitatio verò offerentis solius promissum. & ideo illud est constitutum, vt si ob honorem pollicitatio fuerit facta, quasi debitum exigatur.

Arcessere ad se aliquos pollicitatione aliqua. A finius Pollio Ciceroni, li. 10.32.10, Quarum vnam XXVIII, quum ad se initio belli arcessisset Antonius nac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios quingenos singulis militibus daturum, &c.

Auferre pollicitationes. Vide AVFERO.

Pollinarius, Vide POLLEN.

Pollincio, pollincis, pollinxi, pollictum, (νιφοκομέω.) pollincere, pen.cor. Est curare, vngereque cadauera. Plaut. in Prologo Pœnuli, 63.
Eorum alter viuit, alter est mortuus.
Propterea apud vos dico confidentius,
Quod mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Pollinctor, pollinctõris, (νιφοκόμος, νεοκηδής,) Curator funerum, & vnctor cadauerum. Apud Pollinctor eius funeri dum vnctionem parauit. Plau. Asi. 16.60. Ecquis currit pollinctorem accersere? Et in Prol. Pœn.63. Mart. lib.10.96. Iam ferobe, iã lecto, iam pollinctore parato.

Pollinctura, pollinctũræ, pen. pro. Ipsa curatio. Plau. Sticho, 14.6.
– nam hinc quidem. Hodie pollinctura, præter, &c.

POLLIO, (πολλίων,) Vide in dictione ASINIVS. Constat ex Seruio hunc Virgilii fuisse patronum: cuius ipse Virgilius meminit sæpius eclõga 3. Horatius quoque 2.Carm.ode 1.1, hunc tragœdiarum & historiarum fuisse scriptorem testatur his verbis,
Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas: & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.
Paulum seueræ Musa tragœdiæ
Desit Theatris. Idem 1.Serm.sat.10.9. Pollio regum
Facta canit, pede ter percusso.

Polluceo, polluces, penul. prod. polluxi, pollictum, (ἀποδίδωμι, ἀνατίθω,) pollucere, pen. pro. Verbũ ad sacra pertinens. Plaut. Sticho, 4.80,
Hæc venisse mihi iam est opus, quantum potest,
Vt decumam partem ex voto Herculi polluceam. Cato cap. 132.
Ioui dapali culignam vini quantũuis polluceto. Ibidem, Quum pollucere oportebit, sic facies. Ibidem, Dapes pollucenda.

Pollucere, pro Pellucere Nitidum, lucidum & splendidum ac politum esse, posuisse videtur Columella lib.10.28, Quàm nitidis hilares pollucent fœtibus horti. Exemplaria castigata habent, collucent.

Pollucere, Opipare apparare conuiuium & lautè: quia lautè fieri solebat sacrificium Herculi.

Pollucibilis, & hoc pollucibile, pen.cor. (πολυτελής,) Pollucibilis cœna à Macrobio pro opipara & splendida vsurpatur.

Pollictum, pollicti, Cœna est pollucibilis & opipara. Plin.lib.32.cap.2. 9, Numa constituit vt pisces qui squamosi non essent, ni pollucerent patrimonia, commentus, vt conuiuia publica & priuata, cœnæque ad puluinaria facilius compararentur, ni qui ad pollictum emerent, pretio minus parcerent, eique præ mercarentur. Hunc locum ita restituit Budæus, vbi corruptè legebatur, pollincerent, & pollinctum. Plaut. Rud. Spectatores vos quoque ad cœnam vocem, ni daturus nihil sum, neque sit quicquam pollucti domi. Id est, si nobis esset cœna tam lautè apparata, quàm esse solet eorum qui votiuum epulum facinut, hoc est pollictum ad cœnam vos vocassem. Ex Budæo.

Pollucibiliter, pe.cor. Aduerbium, (πολυτελῶς,) Lautè & splẽdidè. Plau.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mostel.2.14. – pascite Parasitos, opsonate pollucibiliter.

Polluo, polui, pollui, pollutum, pen. prod. (χρόνιος, πολύω, μολύνω,) polluere. Quasi porrò lauareised per contrarisi sæpenume-ro ponitur pro Inquinare. Plaut. Curcul. 4. 38. Quod quidem mihi pol Iuiure virgis ferous sermonem serat?

Polluere afflatu. Ouid. 1. Metam. 79. Afflatuque suo populos, vrbesque, domosque Pollui.

Aquas castas polluere. Ouid. 1. Fast. 55.

Cæremonias incesto stupro & flagitio polluere. Cic. pro Domo sua, 81.

Dapes ore polluere. Virgil. 3. Aeneid. 47.

Domus casta polluitur stupris. Horat. 4. Carm. ode 5. 5.

Fœdas natura polluere concubitu vetito. Ouid. 10. Metam. 70.

Formam polluere auro. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 4.

Iura scelere nefario polluere. Cic. pro Rosc. Amer. 39. Nemo enim putabat quenquam esse, qui quum omnia diuina atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset. Sic 2. de Legib. 68.

Inexpiabili scelere omnia iura deorum hominumque polluere. Cicero 11. Philipp. 311.

Flagitio omni ludos polluere. Cic. de Aruſp. resp. 24.

Lues impura ludos pollut. Cic. de Aruſp. resp. 21.

Macula pollui. Claud. 1. Panegy. 60.

Ora cruore polluit. Ouid. 15. Metam. 20.

Sacra polluere. Cice. 6. Verr. 88.

Sacra marita polluere nouo toro. Propert. lib. 3. eleg. 20. 6.

Pollûrus, pen. prod. (μελανόεις, μιανθείς,) Participium, vt Sanguine pollutos. Luca. lib. 1. 86.

Amor pollutus. Virg. 5. Aeneid. 1.

Corpus pollutum. Catull. in Carm. Nupt. 57. 10.

Sic virgo dum intacta manet, dum charisuis, sed
Quum castum amisit polluto corpore florem, &c.

Dextra polluta. Luca. lib. 2. 23.

Domus polluta. Luca. lib. 2. 51.

Enses polluti. Lucan. lib. 2. 107.

Fœdera polluta dolis. Silius lib. 11. 65.

Hospitium pollutum. Virg. 3. Aeneid. 13.

Licentia pollura. Saluſt. in Iugurtha, Is postquam vidit regis largitionem famosam, impudentemque, veritus (quod in Italia referri solet) ne polluta licentia inuidiam accenderet, animum à cõsueta libidine cõtinuit.

Mensa nullo cruore pollura. Silius lib. 7. 37.

Polluta & violata sacra. Cice. 7. Verr. 147.

¶ Pollutus, Absolute. Saluſt. in Iugurtha. Et iam tum alios magistratus plebs, Consulatum nobilitas, inter se per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus, neque tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore & quasi pollutus haberetur.

POLLVX, (πολυδεύκης,) Iulius Naucratita grammaticus sub Commodo principe præcipiebat Athenis. Decessit annos natus LVIII. Scripsit ad Commodum Onomasticõ libris decem: scripsit & alia quædam, quæ non extant, vt author est Suidas.

Pollux, Castoris frater, Vide CASTOR. Horatius 2. episto. 1. 1.

Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,
Post ingentia facta, deorum in templa recepti.

Amycleus Pollux. Virg. 3. Georg. 12.

Aptior cæstibus Pollux. Senec. Medea. 2. 7.

Polubrum, polubri, (πολύπιστρον,) Vas pellunium, quod nos pelium vocamus, inquit Festus. Lionis, Argenteo polubro, & aureo gutto. Fabius pictor lib. 16. Aquam manibus, pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua.

Polulus, pen. corr. Adiect. pro Paululus, vel parnulus antiquum. Cato ca. 16. 1. Vrceos tres, labellum polulum, amphoras olearias duas. Idem cap. 21. 2. Sublaminas polulas minutas supponito.

Polus, poli, masc. gen. (πόλος) Quasi cœli cardo. Duo autẽ sunt poli, scilicet arcticus, id est septentrionalis: & antarcticus, Australis. Et ab altero in alterum protenditur axis à quibus sustinetur. Borealis altissimus his qui sunt in nostro hemisphærio: Australis, imus & depressus, & qui à nobis videri non possit. Plin. lib. 2. cap. 15. 6. Quoniam terra à verticibus duobus, quos appellauerunt polos, centrum cœli est, necnõ figuifer, obliquè inter eos iti. Cicero 2. de Nat. deor. 150.

Regna poli. Senec. Octauia, 7. 4.

Ardens flammis. Luca. lib. 1. 105.

Ater. Senec. Herc. furen. 13. 9.

Australis. Ouid. 2. Metam. 27.

Calidus. Lucan. lib. 1. 11.

Deuius. Senec. Hippol. 10. 11.

Extremi poli. Senec. Agam. 6. 15.

Gelidus. Ouid. epist. 17. 31.

Glacialis. Ouid. 2. Metam. 35.

Lucidus. Virg. 3. Aeneid. 118.

Nigrans. Senec. Agam. 8. 34.

Nitidus. Senec. Herc. furen. 9. 41.

Niualis. Senec. Agamemn. 2. 3.

Occultus & conspicuus polus. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 22.

Totque tuli pœnas terra, pelagoque, quot inter
Occultum stellæ conspicuumque polum. Intelligit Arcticum polũ & Antarcticum. de quibus Virgilius 1. Georg. 49.

Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra videt, Manesque profundi.

Rotati poli. Ouid. 1. Metam. 15.

Rotundus polus. Horat. 1. Carm. ode 28. 2.

Signifer polus, Plaga circuli Zodiaci. Lucan. lib. 3. 51.

Aethiopumque solum, quod non premeretur ab vlla
Signiferi regione poli, nisi poplite ipso
Vltima curuari procederet vngula Tauri.

Stellifer polus. Senec. Hippol. 6. 10.

Stelligeri iubar poli. Stat. 1. 2. Thebaid. 113.

Sidereus polus. Valer. 3. Argon. 128.

Vmbram polus. Senec. Hippol. 7. 1.

¶ Humentemque Aurora polo dimouerat vmbram. Virg. 3. Aene. 118.

Picei fulsere poli. Valer. 1. Argon. 115.

Inhorrescit polus atra nube. Senec. Herc. Oetæo, 3. 1.

Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther. Virg. 1. Aeneid. 19.

Inoluens vmbra magna, terramque, polumque. Virg. 1. Aeneid. 51.

Nube polum pater occupato. Horat. 3. Carm. ode 29. 9.

Pascit sidera conuexa polus. Virg. 1. Aeneid. 123.

Percurrere polum animo. Horat. 1. Carm. ode 28. 2.

Subtexit nox atra polos. Stat. 1. Thebaid. 68.

Et nox atra polum bigis subuecta tenebat. Virg. 5. Aeneid. 145.

Polus interdum pro cœlo ipso sumitur.

Austrinum polum Indi Dramasa vocant. Plin. lib. 6. cap. 19. 5.

Polyanthemum, polyanthemi, pen. corr. (πολυνάνθεμον,) Herba. Plin. lib. 27. cap. 12. 7.

Polyarna, polyarnæ, mas. gen. (πολύαρνος,) Multorum agnorum, Qui possidet multos agnos. Varro de Re rust. lib. 2. ca. 1. Origo quam dixi & dignitas quam dicam, de antiquis illustrissimus quisque pastor erat, vt ostendit Græca & Latina lingua, & veteres poetæ, qui alios vocant πολυκριοὺς, alios πολυμήλους, alios πολυβοτῆρας, qui ipsas pecudes, propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderũt, vt Argis Atreus.

POLYBIVS, (πολύβιος,) à Megalopoli ciuitate Arcadiæ, præceptor Scipionis Africani, Ptolemæo Euergetæ apud Aegyptũ regnante, scripsit Romanam historiam libris quadraginta. Incipit à fuga Cleomenis Spartiatæ, & Persei Philippi filii Macedonum regis. Posthæc Romam artigit. Author Suidas. Meminit huius Cic. 3. Offic. 155.

POLYCLETVS, pen. prod. (πολύκλειτος,) Statuarius eximius, diligentia & decore supra cæteros, vt ait Quintilianus. Nã ex ære signa fecit, nobilitata scriptorum præconio. Cum primis fecit astragalizõtes, hoc est, talis ludentes, quo opere nullum absolutius iudicãt. Fuit Sithonius, & discipulus Ageladæ. Meminit huius Cic. 2. de Orat. 38. Icẽ de Clar. Orat. 35. Et 6. Verr. 1. Hic duas eodem argumento statuas fecit, alterã arte sua, alteram verò de vulgi opinione, quã de sententia cuiusuis prætereuntis cælauerat. Quibus perfectis rursum admittitur primum sua ostensa magnopere laudatur. Altera deinde non æque. Atqui scitote eam quam tantopere laudatis, ego fecisse quam verò vituperatis, vos fecisse. Author Achanus de Varia historia.

Polycleteus, pen. prod. Adiectiuum, (πολυκλείτειος,) Stat. 2. Sylu. 2. 14.

– quod ab arte Myronis,
Aut Polycleteo iussum est quod viuere cœlo. Idem 4. Sylu. 6. 6.

Quod Polycleteis visum est spirare caminis.

Polycnemon, pen. produ. (πολύκνημον,) Herba: nomen de qua Plin. lib. 26. cap. 14. 8.

POLYCRATES, pen. corr. (πολυκράτης) & Syloſontes, fratres, Samiorum tyranni. Quorum alter Polycrates, fortuna opibusque clarus perpetua vsus fœlicitate, præterquam ad extremum, quam vti temperaret, annulum sibi charissimum in mare proiecit, quẽ deinde à piscatore recepit capto pisce qui eum deuorauerat. Ad postremum à Persarum satrape Oronte dolo captus ac suspensus est. Ex Strabonis lib. 14. Huius item meminit Cic. 5. de Finib. 158. Polycratem Samium fœliceum appellans, nihil acciderat ei quod nollemus quòd annulum quo delectabatur, in mare abiecit. ergo infœlix vnã molestia fœlix rursus, quum is ipse annulus in præcordiis piscis inuentus est. Fuere hoc tempore Pythagoras & Anacreon. Fuit & Polycrates, Ephesiorum Præsul temporibus Seueri principis, vt scribit Hieronymus.

POLYDAMAS, pen. corr. huius Polydamantis, (πολυδάμας,) pancratiastes, æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus superauit: taurum ingentem apprehensis extremis pedibus retro tenebat: currum agitatum sese opponendo altera manu apprehẽsum ex cursu retrahebat, in equosque insiliebat detecto auriga, Accersitus a Dario Artaxerxis Magni filio, ter apud eum ex pronocatione victor fuit. Postremò post cœnam in cauerna, quũ saxum à vertice ruinã minaretur, diffugientibus conuiuis,

conuiuis, confisus ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere, oppressus est. Author Pausanias.

Polydamas Troianus, Panthoi filius, socius & magister, & æqualis Hectoris, vt est author Aelianus. Homerus scribit Iliados lib. 18. hunc eloquẽtia, Hectorem armis valuisse. Dares historicus hunc dicit ad castra Græcorum noctu profectum Troiam prodidisse. Ouid. 13. Metam. 110.

Sed neque Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipsum
Hectora laudamus, quis enim laudauerit hostem? Verba Nestoris.

POLYDECTES, (πολυδέκτης,) Magnetis filius, rex Scripli insulæ. Hic Persem Iouis & Danaes filium educauit. Cuius tandem ingenium veritus, audacumque & fœlicitatem, sub prætextu æternæ gloriæ illũ ad superandum Gorgonem Medusam compulit: quæ deuitã, redeunti Perseo quum semper detrahereret, conuersus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ, vt ostendit Ouidius lib. 5. Metamorph.

POLYDORVS, pen. prod. (πολύδωρος,) Priami filius, nullus à patre initio belli cum magna vi auri, ad Polymnestorem Thracie regem conseruandus nutriendusque vt si contingeret Troiam capi, ipse genus & vrbem instaurare posset. Sed destructa Troia, auri cupiditate Polydorũ interfecit, vt testatur Virg. 3. Aeneid. 10.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infœlix Priamus, furtim mandarat alendum
Threicio regi, quum iam diffideret armis
Dardaniæ, cingique vrbem obsidione videret:
Ille, vt opes fractæ Teucrũm, & fortuna recessit,
Res Agamemnonias, victriciaque arma secutus,
Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur, &c.

Polydorus, pen. prod. Adiectiuum, (πολυδώρειος,) Ouid. 13. Meta. 117.

Et Polydoreo manantem sanguine terram.

POLYGNOTVS, pen. prod. (πολύγνωτος,) pictor antiquissimus, cuius meminit Quintil. lib. 12. de Institut. orator. & Plin. lib. 7. & lib. 35. cap. 6. 12. Is in picturæ temitate valebat, plicas vestũ, mollitiasque signorum imitabatur, vt est author Aelianus. Pausanias lib. 10. de eodem sic scribit, Polygnotus pinxit Oenũ torquentem spartũ, & asinã propẽdentem. Quod sane ænigma est eius, qui frustra laborat, si vxore habet prodigam. Vide Erasmum in prouerbio, Oenus torquet spartum. Meminit & huius Plin. lib. 35. cap. 9. 1. Vide in dictione POECILE.

Polygonaton, pen. corr. (πολυγόνατον,) Herba sine foliis, aspa ragi caule, in cacumine aculeum habens, eadem quæ polygonum, à frequentia geniculorum, teste Plin. lib. 27. ca. 12. 8. Aliam tamen videbis polygonati descriptionem in Dioscoride li. 4. ca. 7. atque ea est quam vulgus nostrum vocat sigillum Salomonis.

Polygonum, polygoni, pen. corr. (πολύγονον,) Herba quam nos anguinariam dicimus, & geniculatam à multis geniculis, & seminalem à multo semine. Plin. lib. 27. cap. 12. 7. Polygonõ Græci vocant, quam nos sanguinariam: non attolitur à terra, foliis tutæ semine graminis. succus eius infusus naribus, supprimit sanguine, & potus cum vino, cuiuslibet partis profluuium, excretionesq; cruentas inhibet. Colum lib. 7. Sanguinalis herba, quam Græci polygona appellãt.

Polygynaecon, Mulierum frequentia (πολυγύναικον,) Plin. lib. 35. cap. 11. 12. Pinxit in templo Eleusinæ Phylarchum, Athenis frequentiam quam vocauere polygynæcon. Alii tamen leguntgynæconitis: hoc est, senatulum mulierum.

Polymitus, pen. corr. (πολύμιτος,) Adiectiuum, à πολύ, & μίτος, filum, quod uos licium dicimus, à liciorum multiplici varietate. Vide Festis polymita, quæ versicoloribus liciis contexta est. Plin. lib. 8. ca. 48. 7. Plurimis verò liciis texere, quæ polymita appellãt, Alexandria instituit. De polymita cubicularia est epigramma Martialis huiusmodi, lib. 14. 155.

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera, victa est
Pestine Niliaco iam Babylonis acus.

POLYMNESTOR, huius Polymnestoris, pen. corr. (πολυμνήστωρ) rex Thracum tempore belli Troiani, ad quem Priamus dubitans de statu Troiæ & belli euentu, filiũ Polydorum cum magno auri pondere conseruandum, nutriendumque misit: vt si contingeret Troiam capi, ipse genus & vrbem instaurare posset. Sed destructa Troia, auri cupiditate Polydorum interfecit. Quod quum cognouisset Hecuba, finxit se illi aliud auri pondus velle secretò indicare. Quæ auarus rex vera esse credens, & in conspectum Hecubæ veniens, ab illo vnguibus oculis cæcatus est, vt elegantissimè scribit Euripides in Hecuba: & Ouidius tetigit lib. 13. Metam.

Regna diues Polymnestoris. Ouid. 13. Metam. 87.

Thrax Polymnestor. Propert. lib. 3. eleg. 13. 12.

Polymyxos, (πολύμυξος,) Lucerna quæ multos habet angulos data. Mart. lib. 14. 41.

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos, vna lucerna vocor.

POLYMNIA, penult. indiff. siue Polymneia, (πολύμνια,) Horatius 1. Carm. ode 1. 7, diuisit diphthongum, Euterpe cohibet nec Polymnia. Vbi etiam y sequentibus m & n more Græco corripitur. Fuit vna ex Musis sic dicta, quia cantus suauitate poetas reddit gloria immortales. Vel à πολὺ multum, μνήμη memoria. Vnde præsesse rhetoribus dicitur, quibus opus est multa memoria. Sunt qui à πολὺ & hymnos deducunt, quod est laudatio, quia laudationibus præsit, & scribunt Polyhymnian vt apud Ouidium lib. 5. Fast. Dissentere Deæ, quarum Polyhymnia cœpit.

POLYNICES, penul. prod. (πολυνείκης,) Oedipi Thebanorum regis filius, & Eteocli frater, qui Oedipo mortuo, de hæreditate & ditione dissidentes, contractis vtrinque copiis, ambo ic mutuis vulneribus interfecerunt. id quod testatur Virgilius in Culice,

At discordantes Cadmeo sanguine fratres,
Iam truculenta ferunt, infestaque lumina corpus
Alter in alterius: iamque aduersatus vterque
Impia germani manat quod sanguine dextra.

POLYPHEMVS, penul. prod. (πολύφημος,) iteste Homero in Odyssea, Neptuni filius, Cyclops. De quo Seruius sic scribit. Multi Polyphemum dicunt vnum habuisse oculum, alii duos, alii tres: sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur: id est iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verum Vlysses cum prudentia superauit, & ob hoc eum cæcasse fingitur. Hæc Seruius in illud Virgilii 3. Aeneid. 128.

– & telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,

Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar. Cicero quoque de Polyphemo libro 5. Tuscul. quæst. 162, sic scribit, At verò Polyphemum Homerus, quum immanem ferũque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, eiusque laudare fortunas: quòd quò vellet ingredi posset, & quę vellet attingeret. Rectè hic quidem: nihilo enim erat ipse Cyclops, quàm aries ille prudentior. Hæc Cicero.

Pastor Polyphemus. Virg. 3. Aeneid. 132.

Polyplusios, πολυπλούσιος,) Latinè bene nummatus dicitur, siue diues. nam πολὺς, multus: & πλούσιος, diues. Plaut. Capt. 6. 27.

Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polyplusio.

Polypodium, polypodii, (πολυπόδιον,) Herba, de qua sic Plinius lib. 26. cap. 8. 14, Detrahit bilem polypodion quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix lu vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa ceu polyporum cirri subdulcis, & in petris nascens, aut sub arboribus vetustis.

Polyptoton, pen. prod. (πολύπτωτον,) dicitur quod multiplicẽ habet casum: ex πολὺ quod est multiplex, & πτῶσις casus. vt dominus, domini, domino, dominum, domine.

Polyptoton, Figura ex pluribus casibus. Hanc figuram vulgò nominauerunt, quòd quum sæpius mitio ab eadem parte orationis stat, illa ipsa pars declinationibus casuum, aut generibus, aut numeris immutatur. Casuum declinationibus hoc modo, Senatus est summi imperii consilium: Senatui Reip. cura mandatur: Ad Senatum in dubiis, periculosisque rebus omnis ciuitas respicit. Generibus autem hoc modo, Pulchra autẽ hæc fama contigit ciuitati, si optimè meritum ciuẽ damnauerimus: pulchrum erat exteras natiões existimare infestiores nos esse bonis quàm malis: pulchre communibus vtilitatibus consulemus, si quos oppressos & hostes cupiere, nos circumuenerimus. Numeris autem sic, Grata sem per singulis fuerant, quæ cõmodi eorum causa cõstituta sunt. Gratum ille superior Africanus Senatoribus fecit, qui primus eius ordinis subsellia à populo liberauit. Hæc Aquila Romanus in libro de figurarum nominibus.

Polypos, polypi, pen. cor. vel polypodis, pen. corr. ma. ge. (πολύπους,) Piscis est, ex mollium genere, à multis pedibus sic appellatus. Plin. libro. 9. cap. 29. 1, Polyporum multa genera. Terreni maiores quàm pelagi, omnes brachiis vt pedibus ac manibus vtitur: cauda verò, quæ est bisulca, & acuta, in coitu. Est polypis fistula in dorso, qua transmittunt mare, eam modò in dexteram partem, modò in sinistram transferunt. Natant obliqui in caput: quod prædurum est inflatione viuentibus. Cæterùm per brachia velut acetabulis dispersis, eo hausto quodãmodo cui adhærescunt, tenent supini, vt auelli nõ queãt. Et paulo pòst, Omnia in domum comportat, dein putamina rosa carne egerit, adnatantesque pisciculos ad ea venatur. Colorem mutat ad similitudinem loci, & maximè in metu.

¶ Polypi prouerbio dicebãtur olim, vel stupidi, stolidique, vel rapaces & vncis vnguibus homines. Erasmus.

¶ Polypus, Genus morbi. Celsus lib. 6. cap. 8, Polypus est caruncula modò alba, modò subrubra quæ narium ossi inhæret, & modò ad labra pẽdens, narem implet, modò retro per id foramen quo spiritus à naribus ad fauces descendit, adeo increscit, vti post vsum conspici possit, strangulatque hominem, maximè Austro aut Euro flante: fereque mollis est, rarò durateique magis spiritum impedit, & nares dilatat, quæ ferè

Universidad de Deusto
Biblioteca

πολυπόδης est, itaque attingi non debet. Horat. Epod. 12. 1. Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis. Idem 1. Serm. saty. 3. 8.
– amatorem quòd amicæ
Turpia decipiant cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc
Delectant: veluti Balbinum polypus Agnæ.

Polypodius, pen. prod. Adiectiuum, (πολυπόδιος,) Qui eo morbo laborat. Mart. libro 11. 33.
Nasutus nimium cupis videri:
Nasutum volo, nolo polypodum.

Polysyndeton, pen. corr. (πολυσύνδετον,) à πολὺς, multus, & σύνδεσμος, coniunctum, quasi multipliciter coniunctum. Figura, quam sermo multis coniunctionibus concatenatur. Virgilius 3. Georg. 70.
– tectumque, laremque,
Armaque, Amycleumque canem, Cretamque pharetram.

Polysyntheton, penul. correp. (πολυσυνθετον,) Figura, quum sententiæ multorum articulorum conuenienti copia continentur: vt, Ille hunc pœna constrictum trahebat, hic autem vociferabatur. concursus verò non mediocris, quum tandem omnes opitulari vellent, sed nemo auderet, neque ibi magistratus aderat: neque circumspicientes quò potissimum confugeremus, reperiebamus. Rutilius Lupus.

Polytrichon, (πολύτριχον) Herba sic dicta, quòd multitudinem capillorum facit. Plin. lib. 22. cap. 21. 11. Dicitur etiam polytrix. Plin. lib. 26. cap. 12. 3. Polytrix in vino data. Ibidé, cap. 14. 8. Polytrix inueteratis usdem vtilior. Polytrix etiam nomen est gêmæ, Plinio lib. 37. cap. 11. 5.

POLYXENA, pen. corr. (πολυξένη,) Priami regis filia ex Hecuba coniuge, quæ à Pyrrho ad Achillis tumulum iugulata est. Achilles enim, vt scribit Seruius, dum circa muros Troiæ bellum gereret, Polyxenam visam adamauit, & conditione pacis in matrimonium postulauit. Quam quum Troiani fraude promisissem, Paris post Tymbræi Apollinis simulacrum latuit, & venientem Achillem ad fœdus missa sagitta vulnerauit. Tum Achilles moriés petiit vt eniêta Troia ad eius sepulchrum Polyxena immolaretur. quod Pyrrhus impleuit. Hæc Seruius illud Virgilii 3. Aeneid. 65. enarrans, O felix vna ante alias Priameia virgo
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit vllos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile. Ouid. 13. Metamorph. 90.
Placet Achilleos mactata Polyxena manes. Græcè dicitur multorũ peregrina, seu quòd amor peregrinati faciat mentes ab ingenio suo: seu quòd apud multos libido vt peregrinabunda vagetur.

Polyxenius, Adiect. (πολυξένιος) vt Cædes Polyxenia. Catu. Argõ. 59. 74.
Nam simulac fessis dederit fors copiam Achiuis
Vrbis Dardaniæ Neptunia soluere vincla,
Alta Polyxenia madefient cæde sepulchra:
Quæ velut ancipiti succumbens victima ferro,
Proiiciet truncum submisso poplite corpus.

POLYXO, Polyxûs, (πολυξώ,) vna Amazonum, & Apollinis vates, quæ Lemniaci sceleris dux & hortatrix extitit. Quum enim Lemniadæ mulieres ob spretam Venerem hircum olerent, mariti earum tantam odoris fœditatem execrantes, Lemno deserta, Thracas peruenerunt: ibique filias eorum sibi coniugio asciuerunt. Quod vbi Lemniadibus cõpertũ est, Polyxus impulsu & Venere stimulante in omne genus virile coniurauit: tremeantesque ex Thracia viros omnes peremerunt: inter quas Polyxo ducem fingit Statius 5. Thebaid. 18.
Quum subitò horrendas æui matura Polyxo
Tollitur in furias, thalamisque insueta relictis
Euolat, &c. Valer. 1. Argo. 64. Tunc etiã vates Phœbo dilecta Polyxo.

Pomarium, Vide POMVM.

Pomeridianus, penul. prod. (μεταμεσημέριος,) Adiectiuum, A post & meridie: quod post meridiem fit vt: Pomeridiana ambulatio. Cicero 5. de Finib. 1. Et 3. de Orato. 66. Atque huius ambulationis antemeridianæ, aut nostræ pomeridianæ sectionis. Vide MERIDIANVS.

Scholæ pomeridianæ. Quintil. lib. 3. cap. 1. 10. Pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit.

Pomiferus, Vide POMVM.

Pomilio, Pomiliõnis, m. g. vel Pomilius, pomilii, (νάνος,) Nanus, id est homo paruæ staturæ, paulum supra terram extans. Habet quandoque membra enormia, qualem Martialis describit in illo dístícho, cui est nomen Pomilio, lib. 14. 211.
Si tantum spectes hominis caput, Hectora credas:
Si stantem videas, Aiax vasta putes. Plin. lib. 11. cap. 49. Pomilionum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter volucres. Pumilio à quibusdam scribitur, o in u conuersa.

¶ Pomilius, Adiectiuè dixit Martialis, quum titulum fecit epigrammati, Pomiliæ mulæ, lib. 14. 202.
His tibi de multis non est metuenda ruina,
Altus in terra penè sedere soles.

Pomoerium, pomœrii, Tam intra quàm extra murum est. dictũ Varro de Ling. Lati. De quo Liuius ita scribit 1. ab Vrbe, 194. Pomœrium verbi vim solam intuentes, postmœnium interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quem in condendis vrbibus quondam Hetrusci, quà murum ducturi erant, certis circà terminis inaugurato consecrabant. Et paulo post, Hoc spatium quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quòd post murum esset, quàm quòd murus post id, pomœrium Romani appellarunt, & in vrbis incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. Hactenus Liuius. Festus pomœrium dictum esse vult, quasi promurum, id est proximum muro. Gellius libro 13. cap. 14. Pomœrium quid esset, augures Populi Romani qui libros de auspiciis scripserunt, ita huiusmodi sententia definierunt. Pomœrium est locus intra agrum effatum, per totius vrbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem vrbani auspicii. Antiquissimum autem pomœrium, quod ab Romulo institutum est. Palatini montis radicibus terminabatur. Sed id pomœrium pro incrementis Reipu. aliquoties prolatum est, & multos editosque colles circumplexum est. Hactenus Gellius. Cicero 1. de Natu. deorum, 17. Quod quum pomœrium postea intrasset habendi Senatus causa, in redeundo, qui idem pomœrium transiret, auspicari esset oblitus. Tacit. libro 12. Et pomœrium vrbis auxit Cæsar more prisco, quo iis qui protulere imperium, etiam terminos propagare datur. Lucan. lib. 1. 118.
Longa per ora emos pomœria cingere fines
Et salibus vehemens intra pomœria natis. Iuuen. Saty. 9. 2.
Ius pomœrii. Cic. 3. de Diuinat. 114. Quid enim scire Hetrusci aruspices, aut de tabernaculo rectè capto, aut de pomœrii iure potuerunt?

POMONA, (πομώνη,) Pomorum dea. Vide Ouid. 14. Meta. 125.

Pompa, pompæ, (πομπή.) Omne spectaculum & apparatus solennis, cum ostentatione & specie quadam triumphi, tam in adiectis, quàm in prosperis & lætis. à Græco πέμπω, mitto. Ex Valla libr. 4. Plaut. Bacchid. 2. 6. Quò nunc capessis tu te hinc adoorsa via cum ista pompa? Idem Casin. 16. 67. – redit
Eccũ tandẽ optonatu eius adiutor, pompã ducit. Terent. Heau. 4. 4. 17.
Transeundum est nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa
Eò traducenda est. Cic. 5. de Finib. 87. Vt pompa ludia, atque eiusmodi spectacula teneantur, ob eamque rem vel famem & sitim perferat. De poeris. Idem 1. Offic. 128. Cauendũ est autem ne aut tardioribus videamur in gressu mollioribus, vt pomparũ ferculis similes esse videamur.

Pompa, Longus incedentium ordo in supplicatione, quam nos processionem appellamus.

Lictorum pompa. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 5. Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum.

Rhetorum pompa. Cic. 4. Tusc. 7. 2. Illa quidem ex rhetorum pompa, ornatores annorum, cotesque virtutum.

Bellorum pompa. Iuuen. Saty. 10. 29.

Pompa nuptiarum dicitur, Pompa sacrorum, Pompa funerum. Cicer. Sed iam è pompa in veram aciem descendamus.

Circus erit pompa celebris, numeroque deorum. Ouid. 4. Fast. 79.

Decus pompæ. Ouid. 1. Metam. 140.

¶ Aurea pompa. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2. 9.

Eximiæ pompæ. Ouid. epist. 9. 17.

Fetalis pompa, Pinus. Lucan. lib. 8. 144.

Flebilis pompa. Ouid. 14. Metam. 150.

Nigræ solennia pompę. Stat. 2. Sylu. 1, 4.

Solennes pompæ. Virgil. 3. Georg. 5.

¶ Ducere pompam. Ouid. epist. 12. 31. Et 13. Metam. 152.

Exequi ordine solennes pompas. Virg. 6. Aeneid. 11.

Parare pompam triumphis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 19.

Spoliatum exequiis & pompa cadauer. Cic. pro Milone, 25.

In pompa partim eorum, partim in acie illustres esse voluerunt. Cicero 2. de Orato. 52.

¶ Adhibere pompam in dicendo. Cic. 2. de Orat. Sed adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam.

Pompæ plena petitio, Hoc est fastus. Qu. Cic. de Petit. Consul. 34. Postremo tota petitio cura vt pompæ plena sit, vt illustris, vt splendida, vt popularis, vt habeat summam spem ac dignitatem.

Detrahere pompam muneri suo, Absque fastu dare. Senec. de Beneficio libro 2. cap. 12.

POMPEIUS, (πομπήϊος,) Qu. Pompeius contra Numantinos missus, ab eisque superatus, turpem & ignominiosam pacem fecit. Author Florus libro 2. Huius filius, siue nepos Cn. Pompeius Strabo Magni Pompeii pater, Nouocomum Coloniã deduxit: in bello sociali imperator creatus, de Picentibus triumphauit: vir admodum duræ disciplinæ. Cn. Pompeius huius filius, Syllæ partes secutus est, ab eoiq; ad vlciscendos inimicos in

Africam missus. Domitium prius expugnauit, Iarbam regem cepit, de quo triumphauit ante legitimam ætatem: quare ab exercitu Syllæ, Magnus est salutatus. Inde contra Sertorium in Hispaniam profectus, Metelli copiis sese coniungens, eum cum tota factione sustulit. Mox delectus imperator ad bellum piraticum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphauit, Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem, in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Aristobulo. Extincta vxore Iulia Cæsaris filia, Corneliam Scipionis filiam viduam à P. Crasso, M. filio vidoam relictam duxit. Neapoli demum acutissima febre correptus, partim absuit à morteque si contigisset, melius cum eo actum fuisset, ob insequentis belli ciuilis calamitatem. Nam Pharsalica pugna à Cæsare copiis longè inferiore superatus, & in Aegyptum fugiens, regis perfidia ab Achila prefecto interfectus est. Triumphum, quum ex Oriente olim rediisset, biduo egit, prænotatis gentium titulis victarum, quæ à Plinio lib. 10. item à Plutarcho ordine adnotantur. Pompeii eius liberi, alter apud Mundam à Cæsare in Hispania, alter in Sicilia ab Augusto postea victi: ex quibus Sex Pompeius piraticam exercuit, vt est author Lucanus lib. 6. 84.
– turbæ sed mistus inerti
Sextus erat magno proles indigna parente,
Qui mox Scyllæis exul grassatus in vndis,
Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.

Pompeius, Adiectiuum, (πομπήϊος,) vt Vmbra Pompeia. Propert. lib. 4. eleg. 9. 10. Tu neque Pompeia spatiabere cultus in vmbra. Apud Ouidium lib. 4. de Ponto, eleg. 5. 2. Domus Pompeia.

Pompeiãnus, pen. prod. Aliud adiectiuum, (πομπηϊανός,) vt Triumphi Pompeiani. Lucan. lib. 3. 34.

Signa Pompeiana. Lucan. lib. 1. 66.

POMPEII, (πομπήϊοι,) oppidum Campaniæ, non procul à Puteolis & Neapoli, vt scribit Pomponius Mela lib. 2.
Pompeianum, id est prædium circa Pompeios.

Pompeiana vitis, ab insitore dicta. Columel. lib. 3. cap. 2. 17.

POMPEIOPOLIS, penul. corr. (πομπηϊόπολις,) Ciliciæ vrbs, dicente Pomponio Mela lib. 1. in descriptione Ciliciæ, Deinde vrbs est à Rhodiis, Arguisque, post Piratis, Pompeio assignante possessa: nunc Pompeiopolis, tunc Soloe. Quæ etiam, Solino teste, postea Traianopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato cedere Traianus coactus est. Sic alia quoque ingentia passim oppida, principum nomina non ratò odiosa sustinere iussa sunt, vt scribit Vadianus.

POMPELON, (πομπελών, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Martua dicta: Pampilona, Hispanicè Pamplona, Pompeiopolis: caput regni Nauarræ.

POMPILIVS, (πομπίλιος,) secũdus Romanorũ rex, de quo, Vide NV Regnum quietum Pompili. Horat. 1. Carm. ode 12. 7. (MA.

Pompilius, Adiectiuum, (πομπίλιος,) vt Sanguis Pompilius. Horat. de Arte, 59. – vos ô
Pompilius sanguis carmen reprehendite. Hoc est, O Pisones qui à Numa Pompilio ducitis originem, &c.

POMPONIA, (πομπωνία,) mater Scipionis, à Ioue in angueu mutato compressa. Vide Silium lib. 13. 124.

POMPONIVS, (πομπώνιος,) Atticus à Cornelio Nepote elegantissime scribitur. Is nobiles Eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: vnde Atticus Ciceronis est appellatus. Qui postquam vidit Cinnæ tumultu Rempublicam esse turbatam, secessit Athenas, vbi longo tempore moratus, & ciuitatem & omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit: linguam ita probè didicit, vt Attici nomen adiequeretur. Humanitate diuitiisque simul præditus fuit, quibus amicos libenter impertiebat. Nam & Ciceronem ab Vrbe pulsum H-S CC & quinquaginta millibus donauit: & Bruto abiecto, Italiaque cedenti H-S C Millia muneri misit. Erat alioqui grauissimus, vt quæ religiosè polliceretur, præstare niteretur. Mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Nepos.

Pomponius Iuris consultus ex Pandectarum libris notissimus.

Præter hos Pomponius Mela insigni opere de situ orbis clarissimus.

Pomum, pomi, (ὁπωρικὰ, καρπὸς δένδρου,) Generale nomen est omnium fructuum, qui ex arboribus esui apti proueniũt, siue mollium, siue durorum. Plin. lib. 15. cap. 16. In vniuersum verò de pomis seruandis præcipitur, &c. Idem lib. 15. cap. 22. nuces pomorum genere comprehendit. Solum, inquit, hoc pomũ natura cõpactili operimento clausit. De nuce iuglande. Tale est illud Ouidii in libello de Nuce.
Poma cadunt mensis non interdicta secundis,
Et condit lectas parca colona nuces.

Nuces quoque pineæ sic loquuntur apud Martialem lib. 13. 25.
Poma sumus Cybeles: procul hinc discede viator,
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

Mora etiam Plinius appellat poma libro 15. cap. 24. 2. glandes non item. Sic enim ait ibidem, Glandes inter poma numerari nõ possunt: quamobrem in sua natura dicentur. Quod autem vulgus Gallorum pomum vocat, id Latini malum appellant.

Mitibus pomis decorum caput Autumni. Horat. Epod. 2. 4.

Arbor fertilis pomis aureis. Senec. Agamemn. 9. 9.

Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos. Virgil. 2. Georg. 30.

¶ Acerba poma. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 5.

Agrestia poma. Virgil. 7. Aeneid. 23.

Annua poma. Ouid. de Nuce, 2.

Cadua poma, Vide Cadiuus in CADO.

Conditiua poma, Vide Conditiuus in CONDO.

Cruda poma, Vide CRVDVS.

Decerpta poma. Ouid. 10. Metam. 129.

Diuitia poma. Senec. Here. furente, 7. 2.

Dulcia poma. Horat. 2. Serm. saty. 5. 3.

Fœlicia poma. Ouid. 9. Metam. 19.
– & mensas fœlicia poma secundas. Subaudi, tulit.

Generosissimum pomum. Quintil. lib. 5. cap. 11. 3. Quod est pomum generosissimum? nonne quod optimum?

Gregalia poma. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 12. Sicut gregalia quoque poma, etiamsi post paucos dies itura in fastidium, delectant, si prouenere maturius.

Immitia poma, Vide IMMITIS.

Intactum omnibus pomum propter asperitatem, Vide INTACTVS.

Lapidosa poma, Vide LAPIS.

Mitia poma Horat. Epod. 2. 4. Virgil. 1. eclog. 16.

Nitidum pomum. Ouid. 10. Metam. 132.

Punica poma. Ouid. 4. Fast. 122.

Putria poma. Ouid. 7. Metam. 120.

Rubens pomum. Ouid. 10. Metam. 21.

Vigilia poma. Virgil. 1. Georg. 55.

¶ Poma cadunt mensis non interdicta secundis. Ouid. de Nuce, 15.

Carpere poma. Virgil. 9. eclog. 9.
Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.

Puniceum cutus decerpserat arbore pomum. Ouid. 5. Metam. 108.

Demptum pomum arbore. Ouid. 11. Metam. 23.

Detrahere poma arboribus. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 7.

Excussa sylvis poma. Senec. Hippol. 4. 32.

Annus exuberat pomis. Virgil. 2. Georg. 104.

Grauantia poma ramos. Ouid. 13. Metam. 174.

Arbos induit se pomis. Virgil. 4. Georg. 19.

Nascentia poma & florentia. Ouid. 14. Metam. 3.

Rubenti pomo onerata arbutus. Ouid. 10. Metam. 21.

Cui pendere sua patereris in arbore poma. Virgil. 2. eclog. 8.

Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma. Virg. 7. eclog. 11.

¶ Pomum dictum est, vt docet Varro lib. 1. de Re rust. cap. 31. 5. Item poma quæ insita erunt siccitatibus, aquam addi quotidie vel periò quo quòd indigent potu, poma dicta esse possunt.

¶ Pomum, p o ficu. Columel. lib. 8. cap. 17. Facit etiam ex pomis viridibus adaperta ficus.

Pomus, pomi, fœm. gen. Arbor pomifera. Plin. lib. 17. cap. 1. 7. Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nummũm, maiore singularum reditu, quàm erat apud antiquos prædiorum.

Consita pomus. Tibull. lib 1. eleg. 1. 9.
Tunc victus abiere feri, tunc consita pomus,
Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Pomãrium, pomarii, Locus arboribus pomiferis consitus. Græci paradisum vocant. Propertius lib. 3. eleg. 2. 3. Nec mea Phæacas æquant pomaria syluas. Ouidius lib. 4. Metamor. 130.
Id metuens, solidis pomaria clauserat Atlas
Montibus. Columel. lib 1. cap. 6. 10. Pomaria quoque & hortos oportet septo circundari, & esse in propinquo, atque in ea parte, quò possit omnis stercorata colluuies cortis, balineorumque, & oleis expressa amurcæ sanies influere.

Locum pomarii, priusquam semina seras, circummunire maceriis oportet, vel sepe, vel fossa præcipiti. Colum. lib. 5. cap. 10. 1.

Horti & pomaria. Cic. de Senect. 50. Nec verò segetibus solum, & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed etiam hortis & pomariis, tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florũ omniũ varietate.

Vda pomaria mobilibus riuis. Horat. 1. Carm. ode 7. 3.

Est aliquid plenis pomaria carpere ramis. Ouid. epist. 4. 6.

Pomarium oleagineum. Cato cap. 48. 1. Pomarium seminarium ad eundem modum atque oleagineum facito.

Ponere pomaria. Plin. li. 34. ca. 14. 1. Serimus arbusta, ponimus pomaria.

¶ Pomarium, Locus in quo poma reponuntur. Plinius lib. 15. cap. 16. In vniuersum verò de pomis seruandis præcipitur: pomaria in loco frigido ac sicco contabulari, Septentrionalibus fenestris sereno die patere, Austros specularibus arcere.

Pomifer, pen. corr. Adiectiuum, Ferens poma. vt Arbor pomifera. Columel. lib. 5. cap. 9. 15. Superest ratio pomiferarum arborum. Plinius, Tum loca subigenda sunt, in quibus pomiferæ arbores inserendæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Annus pomifer.Horat.3.Carm.ode 23.2.
Autumnus pomifer.Ouid.ad Pisonem,31.
Montes pomiferi.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.9.
Rami pomiferi.Senec.Here.furen.9.17.
Pomosus,pen.prod.Adiectiui,vt Pomosa corona. Propert.li.3.eleg.2.4.
Insitor hic soluit pomosa vota corona,
Quum pyrus multo stipite mala tulit.

Pondero, Ponderosus, Vide PONDVS.

Pondo, indeclinabile,n.gen. (μνᾶ, Ἀττικὴ, λίτρα,) Idem quod Libra. Plaut.Asin.7.33.Quot pondo te esse censes nudum? Dicimus Duo millia pondo,ibi est genitiui casus.Mille pondo: nominatiui est.Bis mille pondo,nominatiuus est,quia mille adiectiuum est. Tamen non dicimus,bina,terna pondo sed duo,tria.
In numerato pondo sexcenta millia.Vide NVMERO.
Auri quinque pondo abstulit Cic.pro Cluentio,143.
Duo pondo.Liuius quinta Decade,lib.4.53.Gratiæ ab Senatu actæ, muneraque missa, torquis aureus duo pondo, & pateræ aureæ quatuor pondo. Quintil.lib.6.cap.4.Torquem aureum centum pondo.
Decem pondo auri.Cic.in Parad.25. An virum bonum dices qui depositum nullo teste,quum lucrari impune posset,auri pondo decem reddiderit,si idem in decem millibus pondo auri non idem fecerit?
Centum pondo vasorum argenteorum.Cic.2.de Inuent.209.
Pependere pondo DCC. Plinius lib.9.cap.30.5.Reliquiæ asseruatæ miraculo,pependere pondo DCC.
Mellis pondo.Columel.lib.12.cap.41.Conficies in vnam musti mellis optimi pondo decem. Ibidem,cap.51.Cum olei pondo octoginta.
¶ Pondo, Pondus duodecim librarum. Liuius, Argenti pondo bina,& sex libras in militem præstaret.Sic docet Calepinus: sed toto (quod aiunt) errat cælo.Legendum est enim librarum: illic pondo aliud significat quam libram.Locus Liuii est Dec.3.lib.2.
¶ Pondo,Idem quod pondus.Apud Liuium 4.ab Vrbe,86.Scribitur coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuisse.Plaut. Menæch.1.2.18.
– inaures da mihi
Facienda pondo duùm nummùm stalagmia. Idem Rud.2.2.6.
– neque piscium vllam vnciam pondo hodie
Cepi,nisi hoc quod nunc fero in rete.
Pondo ducentùm,nouē. Varro de vita Populi Rom. Delphos Apollini munera missa,cornua aurea pondo ducentùm. Idem lib.4. Itaque retulit auri pondo mille octingentùm septuagintaquinque. Græci enim herona mille dixerunt. Nonius.
Dodrans pondo,quadrans pondo,libra pondo.Columel.lib.12.cap.12. Sextarium atque cum dodrante pondo mellis diluunt. Ibidem, cap. 20.Calami pondo libra. Ibidem, Amomi pondo quadrans. Ibidem, cap.33.Adde pondo libram.
Plus pondo.Gellius lib.2.cap.24.Neque argenti in contiuio plus pondo quàm libras centum illaturos.

Pondus, ponderis,penu.corr.n.g. (βάρος, ἄχθος, μνᾶς, τάλαντον,) Quod graue est.Plaut.Amphit.4.158. Haud malum pondus est huic pugno. Cic.in Som.Scip.16.In terram ferantur omnia nutu suo pondera. Plin.lib.12.cap.5.1.Ficus ramis diffunditur vastis, quorum pondera in terram curuantur.
Saxi pondus.Lucret.lib.1.92.
¶ Pondus,pro Onere.Virgil.6.Aeneid.83.
– gemuit sub pondere cymba.
Pinus tarda pondere.Virgil.5.Aeneid.32.
Extra pondus & plagam motus oritur.Cic.de Fato,34.Sed Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat: itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam:quum declinat atomus interuallo minimo,id appellat ἐλάχιστον.
¶ Breue pondus.Horat.1.Serm.saty.2.8.
Flagellata pondera.Stat.3.Thebaid.7.
Ima flagellatis signum lugubre malorum
Ponderibus trepidauit humus. Physici dicunt quòd suis fixa ponderibus in aere librata pendeat tellus:& omne graue quum pendet,si motum habeat,flagellatur:flagellatur ergo terra,quū enim in medio fuerat aere librata,motum passa est,suis flagellata ponderibus.
Graue pondus. Ouid.7.Metam.24.
Iaculabile pondus.Stat.6.Thebaid.152.
Immane pondus,Vide IMMANIS.
Immensum pondus.Horat.1.Serm.saty.1.9.
Iners pondus.Ouid.1.Metam.2.
Ingens pondus.Ouid.13.Metam.18.
Iniquum pondus.Virgil.1.Georg.33.
Irreuocabile pondus anchoræ,Vide IRREVOCABILIS.
Iustum pondus.Ouid.1.Metam.32.
– iusto sine pondere naues.
Leue pondus.Ouid.2.Metam.33.
Magnum pondus,Vide MAGNVS.
Maturo pondere grauis venter.Ouid.9.Metam.138.
Muralia pondera vasti saxi.Lucan.lib.6.39.
Renolubile pondus.Ouid.in Ibin,39.
Ruitura pondera.Claud.7.Panegy.13.
Solida pondera.Lucret.lib.1.100.
Vix tractabile pondus.Stat.5.Sylu.1.17.
¶ Aggrauare pondus,Vide AGGRAVO.
Nam cadere aut bruto deberent pondere pressæ.Lucret.lib.6.22. Quidam legunt abrupto,& presli.
Cedere ponderi,Vide CEDO.
Vasto pondere ad terram concidit. Virgil.5.Aeneid.90.
Deducere pondera deorsum.Lucret.lib.2.42.
Rostrata ora nauiū graui pōdeē ducitur cōtra latrones.Hora.Epod.4.4.
Pondera cælesti mente paterna feret.Ouid.1.Fast.107.Id est patrem ipsum.de Aenea qui patrem tulit.
Aequis ponderibus ferri.Lucret.lib.2.48.
Concita ponderibus suis feruntur.Lucret.lib.5.38.
Feruntur in terram omnia suo nutu pondera.Cic.in Somnio Scip. 16.
Et grauius iusto pallia pondus habent.Ouid.10.epist.35.
Moueatur,& feratur nulla re impediente omne pondus necesse est. Cice.de Fato,71.
Niti valido sub pondere.Virgil.3.Georg.35.
Aspice conuexo nutantem pondere mundum.Virgil.4.eclog.10.
Subito pondere procubuit turris.Virgil.9.Aeneid.108.
Ictaque insbedit pondere mollis humus.Ouid.1.Fast.114.
Tolerare pondus tauri reuentis in venerem.Horat.2.Carm.ode 5.1.
Saxa quoque infesto voluebant pondere.Virgil.9.Aeneid.103.
Grauitas & pondus.Cic.de Fato, 38, Ita dicendum ipsius indiuidui hanc esse naturam,vt pondere & grauitate moueatur.
¶ Pondus,Quod librando ad stateram pōderatur.Cicero de Senect.51, Magnum auri pondus Et de Nat.deorum,Aureum amiculum grandi pondere. Idē in Offic.Non enim numero hæc iudicantur,sed pōdere.
Grande pondus argenti.Cic.de Senect.9.
Magnum optimi argenti pondus.Cic.2.Philipp.76.
Magnum pondus auri. Virgil.3.Aeneid.10.
Ignotum pondus argenti.Virgil.1.Aeneid.73.
¶ Pondus,pro numero aliquādo ponitur,Nonio teste. Varro de vita Populi Romani,E Græcia comportasse magnum pondus oium artificū.
¶ Pondus,pro Libra.Cic.pro Cn.Plancio,64,Vt eodem tempore in omnes vereat ne vix possim gratus videri. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo,non solùm quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusque interfit,& quid à me cuiusque tempus poscat. Idem 1. Tuscul.69, Quum enim sui similem & leuitatem & calorem adeptus,tanquam paribus examinatus ponderibus,nullam in partem mouetur.
Nec circumfuso pendebat in aere tellus
Ponderibus librata suis. Ouid.1.Metam.3.
¶ Senectæ amara pondera.Ouid.9. Metam. 69.
Et pondus veteris triste supercili Senec.Hippol.613.
Pondus conscientiæ.Cic.3.de Nat.Deorum,123,Graue ipsius conscientiæ pondus esset.
¶ Imponere pondus alicui. Ouid.2.Fast.25, Quid volui demens elegis imponere tantum Ponderis?
Nec potui cœpti pondera ferre mei.Ouid.2.de Ponto,ele.5.6.
¶ Pondus,pro Authoritate siue existimatione.
Grauior omi pondere habenda est honestas,quàm cætera omnia. Cicero,3. Offic.45.
Dulce loquendi pondus.Claud.8.Paneg.4.
Amabile pondus mentis.Silius lib.8.122.de Bruto,
Læta viro grauitas,& mentis amabile pondus,
Et sine tristitia virtus.
Testimonii pondus.Cice.in Topic.38.Persona autem non qualiscunque testimonii pondus habet:ad faciendam enim fidem authoritas quærit.
Pondera verborum.Cic.2.de Orat.40.Omnium sententiarum grauitate, omnium verborum ponderibus est vtendum.
¶ Accedit magnum pōdus ad tollendam dubitationē,Vide ACCEDO.
Addere pondus nugis.Horat.1.epist.20.9.
Afferre pondus,Vide AFFERO.
Habere pondus,pro Grauem esse,& non leuem.Cice.ad Atticum,lib.11. 214.2.Addis etiam,cæteris quoque,id est qui pondus habeant,factum nostrum probari. Idem 1.Offic.70.Plures cauæ,maioresque ponderis plus habebunt.Hoc est plus grauitatis.
Habere pondus apud aliquem.Cic.3.Ver.102.M.Marcelli tutoris authoritas apud te ponderis nihil habebat. Idem Lentulo,lib.1.9.41.Quum sententiæ nostræ magnū in Senatu pōdus haberent,&c. Et pro Corn. Balbo,Si mea authoritas saris apud illos in hac re ponderis haberet.
Immutabile & graue pondus inest sanctis verbis.Statius 1. Thebaid.45.
Eodem esse pondere apud. Cicero ad Atticum,libro 10. 192.2.Eius igitur mihi viuit authoritas,& simillimus eius filius codē est apud me pondere quo fuit ille.

Magni

Magni ponderis esse. Cic pro Plancio,3. Negarent ea tamen ita magni, vt ego putarem,ponderis apud vos esse debere. Idem Cælio,lib.2.18. 7.Sed tuæ literæ maximi sunt apud me ponderis.
Momentum & pondus.Cice.in Vatinium,7. Quid quisque nostrum de se ipse loquatur, non est sane requirendum:boni viri iudicent: id est, maximi momenti & ponderis.
Pondusculum,pondusculi,penul.correp. Diminutiuum, (βαρύδιον.) Columel.lib.12.cap.51.2.Tum aromata non cribrata,sed ne minuti quidem contusa, verùm leuiter confracta in reticulum tenuem, aut lineum,adiici,& ita cum saxi pondusculo in olei atque musti partem demiti. Plin.lib.14.cap.16.6.Inter flores ex rosæ foliis tusis in linteolo in mustum colatis cum pondusculo vt sidat, &c.
Ponderosus,penul.produ.Adiectiuum, (βαρύς, ὑπερβριθής,) Quod est grauis ponderis.Plin.lib 12.cap.14.7.Putius illo modo, sed hoc ponderosius. Varro 1.de Re rust.cap.11.7.Ex sudore eius lana fit mollior & ponderosior,& colore meliore.
Ponderosa epistola,pro Longa & multa continente.Cic.ad Atticum,lib. 2.16.2.Quare quanquam tam te ipsum expecto,tamen illi puero,quē ad me statim iussi decurrere,da ponderosam aliquam epistolam, plenā omnium non modò actorum,sed etiam opinionum tuarum.
Pondero,ponderas,penul.correp. (ἐξάω, ἐξάομαι, ἐξαμάω, ἐξαμάζω,) ponderare,Librare.Plaut.Dum nummularius ponderat argentum.Plin.li. 18.cap.7.17.Siquis granum ipsum ponderet.
Sinus ponderare. Propert.libro 2.eleg.17.3. Semper amatorum ponderat illa sinus.
¶ Ponderare,per translationem,pro Considerare & examinare. Cic.2. Offic.63.Grauiverò homini,& ea quæ hunt,iudicio certo ponderanti,probari posse nullo modo. Ibidem,lib.1.25.In quo tamen in primis quo quisque animi studio,beneuolentia fecerit,ponderandum est.
Aestimare, & suo momento ponderare vnamquanque rem. Cice. pro Ponteio, 10. Sinautem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnamquamque rem æstimandam, momentoque suo pondetandam sapientia iudicis tenet,&c.
Iudex non solùm quid possit, sed etiam quid deceat, ponderare debet. Cic.pro Rab.Posthumo,8.
Causas ponderare.Cic.pro Plancio,68.
Causas ponderare vocibus,non ratione.Cic.pro Cecinna,45.
Consilia euentis ponderare Cic.pro Rab.Posthu.1.Quanquam hoc plerunque facimus,vt consilia euentis ponderemus:& cui bene quid processerit,multum illum prouidisse:cui secus,nihil sensisse dicamus.
Crimina ponderare magnitudine rerum ipsarum.Cic.3.Verr.29.
Fidem ex fortuna ponderare.Cic.in Parti.63.Atque etiā si obscuri testes erunt,& tenues,dicendum erit non esse ex fortuna fidem ponderandā.
Fortunam cuiusque non euentis,sed factis ponderari.Cic.in Pisonem,78.
Officia alicuius ponderare.Cic.ad Curionem,lib.2.5.3. Ego si mea in re essent officia solùm Curio tanta, quanta magis à te ipso prædicari, quàm à me ponderari solent? verecundius à te, siqua magna res mihi petenda esset,contenderem.
Re,non verbis ponderantur diuitiæ, bona valetudo,cæteraque generis eiusdem.Cic.5.Tuscul.168.
Voluptatibus & doloribus omnia ponderant Epicurei.Cic.1.de Leg.56.
Non quantum quisque profit, sed quanti quisque sit, ponderandum est. Cic.de Claris Oratorib.139.
In hoc verborum genere propriorum delectus est quidam habendus, atque is aurium quodam iudicio ponderandus.Cic.3.de Orat.83.

Pone, præpositio antiqua,(ὄπισθα,) pro Post accusatiuo iungitur,cōtrarium habet Ante.Plaut.Curc.9.10. Pone ædem Castoris ibi sunt quibus credas male. Idem Pœn.8.34.Pone nos recede. Cato,ca. 18.1.Qui pone arbores est.Liu.10.bel.Mace.125. Pone castra vtrique pabulatum & lignatum ibant.
Pone & ante.Cic.de Vniuers.47.Quumque inter se pene contingant,eos qui prope copulentur,contrariaque regione, aut pone quos, aut ante labantur,quilque temporibus à nostro aspectu oblitescunt.
Pone,Aduerbium, (ὄπισθεν,) Retro significat,siue à tergo,cum accentu in vltima.Virgil.2.Aeneid.145. Pone subit coniunx,ferimur per opaca locorum. Vbi Seruius,Pone aduerbium esthatque ideò vltima syllaba habet accentum. Valerius Max.lib.1.Mox humani ingenii prona voluntate vetita scrutandi,pone respiciens animaduertit immensæ magnitudinis serpentem, concitato impetu omne quicquid obuiam fuerat proterentem.

Pono, ponis,posui,positum,penul.corr. (τίθημι, κείω,) ponere.Collocare & constituere.Variat autem significationem pro sibi adiuncto nomine,aut pro varia constructione.
Accusatorem ponere. Cælius ad Ciceronem,lib.8.12.6. Quibus quum parum procederet,vt vlla lege mihi poneret accusatorem.
Posita ad fores arbor.Plin.lib.16.cap.10.4.
Ponere ante.Plin.lib.9.cap.35.17. Ex præcepto ministri vnum tantum vas ante eam posuere aceti.
Contra legem loquendi sunt posita. Quintil.lib.1.cap.8.9. De iis quæ barbara sunt,& impropria.
Collocare & ponere.Cic.7.Verr.30.Sed quia sic oportuerit, rectè collocata,& iudicio populi digno in loco posita esse videatur.
Ponere & defigere. Cic.pro Placco, 2. Totum statum ciuitatis, omnem memoriam temporum præteritorum,salutem præsentium, spem reliquorum,in vestra potestate,in vestris sententiis in hoc vno iudicio positam esse & defixam putetis.
Ponere in admirandis,pro Inter admiranda.Plin.lib.31.cap.2.11.
Ponere aliquid in admiratione,pro Admirari.Plin.lib.28.ca.8.5. Hyænā magi ex omnibus animalibus in maxima admiratione posuerunt.
Ponere in æqualitate.Cic.1.de Legib.56.Vt virtutibus exceptis atque vitiis,cætera in summa æqualitate ponerent.
Ponere aliquem in æquo duobus summis.Liu.9.bel.Maced.106.Adeò in æquo eum duarum potentissimarum gentium summis imperatoribus posuerunt De P.Scipione.
Positus extra omnem ingenii aleam Cicero.Plin.in Præf.lib.3.
Amplitudo ac dignitas omnis in virtute posita est Cic.Lētulo,lib.1.5.6.
Animum,curam,cogitationemque suam in omnium laude vndique collegenda ponere Cic.Qu.fratri,lib.1.1.61.
Aras ponere.Virgil.3.Aeneid.81.
Argumentum ponere.Cic.2.de Orat.118.
Et tale tabentes artus in littore ponunt.Virgil.1.Aeneid.36.
Posita in auribus omnium virtus alicuius.Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.1.13. Quid autem reperiri tam eximium,aut tam expetendū potest, quàm istam virtutem,moderationem animi, temperantiam non latēre in tenebris,neque esse abditam,sed in luce Asiæ,in oculis clarissimæ prouinciæ,atque in auribus omnium gentium ac nationum esse positam?
Beneficium apud aliquem bene ponere,quod & Collocare dicitur.Cice. ad Sulpitium,lib.13.27.8. Scriberem quàm id beneficium bene apud Meschinium positurus esset nisi & te scire considerem. Idem ad Thermum,lib.13.55.2.Quare quod reliquum est,à te pero,quum apud gratos homines beneficium ponis,vt eo libentius his commodes.
Præclarissimè apud aliquem ponere. Cic. Sillo,lib.13.65.7.Hoc in genere,si eum à tuueris eo studio quo ostendisti,apud ipsum præclarissimè posueris,sed mihi etiam gratissimum feceris.
Ponere beneficium in Repu. Cic.pro Sylla,19.Ego tantis à me beneficiis in Repub. positis, si nullum aliud mihi præmium à Senatu Populoque Rom.nisi honestum otium postularem,quis non concederet?
Calculum ponere.Columel.lib.3.cap.3.7.Quippe vt diligens rationator calculo posito videt id genus agricolationis maximè rei familiari conducere.Vide CALCVLVS.Plin.epist.97.
Capillos ponere sine arte.Ouid.4.epist.4.16.
Caput ponere.Virgil.5.Aeneid.168.Id est Componere ad quiescendū.
Carinas ponere.Curtius lib.10.Igitur Mesopotamiæ Prætoribus imperauit,vt materia in Libano cæsa, deuectaque ad vrbem Syriæ Capsagab,ingentium carinas nauium ponerent.Hoc est extruerent.
Castella ponere.Cæs.3.bel.Ciuil.122.Castellaque his locis posuit.
Castra ponere,Castrametari.Cæsar 1.bel.Gall.90. Et millia passuum tria ab eorum castris castra posuit. Cic.Octauiano,2.in vrbe milites vagātur,in campo castra ponuntur.Virgil.3.Georg.70.Silius lib.5.111.
Ponere castra apud Corsinium.Cic.ad Atticum,lib.8.164.1.
Ponere castra in aperto.Liu.6.bel.Maced.75.
Ponere castra in plano.Liu.1.ab Vrbe,132.
Ponere castra ad murum.Cic.Attico,lib.9.186.1.
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo.Virgil.3.Georg.106.
Pro certo ponere. Liu.10.ab Vrbe, 39. Id ne pro certo ponerem, vetustior annalium author Piso effecit. Idem 3.bel.Pun.25.Ponere pro certo sum veritus.
Ceruicem inflexam ponere.Virgil.3.Aeneid.126.
Collum posuit pulcere.Horat.4.Carm.ode 6.3.
Comas suas ponere in statione.Ouid.3.de Arte,87.
Posita in coniectura. Cice.ad Lentulum,lib.1.5.10. Quæ autem posita sunt in coniectura, quæque mihi videntur fore, ea puto tibi à me scribi oportere.
Consilium in fortuna positum. Cic.ad Atticum,lib.14.314.6.Vt omne consilium in fortuna positum videretur.
Ponere in conspectu.Cic.4.Tuscul.101.Continet autem sedationem omnem animi humana in conspectu posita natura. Idem 5. de Finib.3. Cuius etiam illi hortuli propinqui non memoriam solum mihi afferūt, sed ipsum videntur in conspectu meo ponere.
In conspectu animi aliqua ponere.Cic.3.de Orat.88.Illa verò oculorum multo acriora,quæ ponunt pene in conspectu animi quæ cernere & videre non possimus.
Ponere in contentione rem aliquam.Cic.pro Cælio,44.Vt res minimè dubitanda in contentione ponatur,vtrum temeraria,procax, irata mulier finxisse crimen:an grauis,sapiens,&c.
Ponere in caput vel in capite coronam. Gellius lib. 3.cap.15. Coronis suis in caput patris positis. Idem lib.5.cap.14.Pede in manibus posito,recubuit & requieuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ingenuum dura ponere corpus humo. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 2.
Crimen in testibus positum. Cic. 4. Verr. 82. De quo crimine quid ego disputem, quum totum positum sit in testibus?
Ponere in crimen. Plaut. Trinum. 1 1. 8.
–verum hoc ego vereor, ne istæc pollicitatio
Te in crimen populo ponat, atque infamiam.
In nefario crimine, atque fraude capitali aliquid alicui ponere. Cice. 2. de Orat. 109. Non continuò siquis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine, atque in fraude capitali esse ponendum.
Cubilia ponere. Lucan. lib. 1. 111.
–sylusque feras sub nocte relictis
Audaces media posuisse cubilia Roma. Virgil. 6. Aeneid. 55.
Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci,
Luctus, & vltrices posuere cubilia curæ.
Ponere in culpa & suspicione. Cic. pro Cluentio, 100. Omnes qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt ac suspicione ponendi. Plaut. Amphit. 5. 27. Et ne in suspicione ponatur stupri.
Extra omnem culpam caufamque se ponere. Cic. de Vniuersi. 52.
Curam in re aliqua ponere. Cic. 1. Offic. 19. Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæque ponetur, id iure laudabitur: Idem 1. de Diuinat. 152. Omnem curam in siderum cognitione posuerunt.
Custodes & limina ponere alicui. Propert. lib. 2. eleg. 6. 8.
Custodias portis ponere. Hirtius lib. 5. bel. Africani, 566.
Positus custos in. Cice. pro Flacco, 35. Custos T. Aufidio Prætore in frumento publico est positus.
Custodia posita est nostræ puellæ. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 1.
Diem tecum libentius posuerim, quàm omne tempus cum plerisque eorum quibuscum viuo necessario. Cic. Mescino, lib. 5. 21. 3.
Diem totum in consideranda aliqua re ponere. Cic. de Claris Orat. 44.
Dies multos ponere in rem aliquam. Cice. ad Atticum, lib. 11. 228. 3. Ergo ille huc venier, quod non putabant: tardè quidem. itinera enim ita facit, vt multos dies in oppidum ponat.
Domos ponere sub terris. Virgil. 1. Georg. 57.
In dubio ponere. Liuius 4. bel. Maced. 22. Et quidem vt in dubio poneret: vtrum id quod reprehenderet, matronæ sua sponte, an nobis authoribus fecissent.
Eloquentiam in orationis celeritate ponunt quidam. Cic. in Orat. 29.
Epulas ponere. Ouid. 4. Fast. 109.
Exemplum ponere. Cic. pro Cluentio, 94. Neque in re nota consumam tempus exemplis: ponam illud vnum, &c. Idem 1. de Inuentione, 100.
In extremo ponere. Cice. ad Brutum, lib. 11. 16. 7. Ponam in extremo, quod sentio.
Positus in excelsissimo fastigio humani generis. Plin. in Præf. 4.
Fidem pignori ponere. Plautus Capt. Et meam esse fidem hîc pro te positam pignori. Hoc est fidem meam propter te obligatam esse.
Finem ponere scelerum. Lucan. lib. 5. 63.
Finem vitæ sibi posuit. Tacit. lib. 5. De Tiberio.
Fœdera sunt ponenda prius, signandaque iura. Propert. lib. 3. eleg. 20. 3.
Formidinem improbis ponere. Cic. 4. in Catil. 80.
In fortuna positæ res. Cic. 2. de Diuin. 22.
Fructum ponere. Cice. ad Furnium, lib. 10. 158. Cuius est hæc summa, vt omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione: maioremque fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate Prætureæ.
Fundamenta ponere. Cic. in Pisonem, 6. Ergo his fundamentis positis Cõsulatus tui, triduo pòst inspectante & tacente te, &c. Columel. lib. 4. cap. 3. 4. Igitur summa cura ponenda sunt quasi fundamenta.
Ponere fundamenta alicuius rei in voluptate. Cic. 2. de Finib. 14. Quatũ omnium fundamenta vos in voluptate, tanquam in aqua ponitis.
Fundamina prima fauis ponere. Virgil. 4. Georg. 33.
Positi in extremis & vltimis gentibus. Cice. 7. Verr. 130. Apud ignotos, apud Barbaros, apud homines in extremis atque vltimis gentibus positos nobile & illustre apud omnes nomen tuæ ciuitatis profuisset.
Suppliciter posito procubuere genu. Ouid. 1. Fast. 88.
Ponere in gloria, Ad gloriam, vel pro gloria referre. Plin. lib. 7. cap. 25. 2. Nàm præter ciuiles victorias vndecies C & XCII M. hominum occisa prælijs ab eo, non equidem in gloria posuerim. Liu. 6. bel. Pun. 187. Et vt ad mœnia vrbis Romæ nullo prohibente se peruenisse in gloria ponebant, ita pigebat irritis incœpti.
Ponere in gloriam. Salust. contra Ciceronem, 2. Qui ciuitatis incommodum in gloriam suam ponit. Id est, conuertit: hoc est, ex incommodo ciuitatis parit sibi gloriam.
Ponere aliquem in gratia, vel gratiam apud alterum. Cic. ad Atticum, lib. 5. 90. 2. Apud Lentulum ponam te in gratiam. Ibidem, 98. 5. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui.
Hastam in foro ponere. Cic. 1. Offic. 122. Sic par est agere cum ciuibus, non vt bis iam vidimus, hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subiicere præconis. Ibidem, 38. Est enim auctus dicere hasta posita, quum bona in foro venderet, &c.
Posita in oculis gratia. Cice. pro Murena, 18. Mihi quidem vehementer expedit, positam in oculis esse gratiam.
Humi positus. Ouid. 3. Metam. 84.
Intelligentiam in audiendi fastidio ponere. Cic. de Opt. gen. Orat. 248.
Initia vt malè posuimus, sic cætera sequentur. Cic. Attico, lib. 10. 208. 5.
Insidias ponere. Cic. pro Rosc. Amer. 60. Non illum miserum, ignarum casus sui, redeuntem à cœna videtis? non positas insidias? non impetum repentinum?
Insidias ponere contra aliquem. Cice. 2. pro Lege agraria, 54. Dum patefacio vobis quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem.
Hic iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt. Virg. 11. Aeneid. 14.
Ius in natura positum est. Cic. 1. de Legib. 51.
Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi & voluntate. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 48.
Latus saxo ponere. Valer. 4. Argonaut. 76.
Ponere in æqua vel pari laude alicuius. Cic. 5. Verr. 182. Nam quæ in tuo imperio pecuniæ cellæ nomine coactæ sunt neque ego hoc in tua laude ponoralia sunt tua facta, atque consilia summa laude digna.
Ponere in pari laude. Cic. pro Murena, 18. Summa in vtroque est honestas, summa dignitas: quam ego, si mihi per Seruium liceat, pari atque in eodem laude ponam. Idem in Topicis, 37. Si consilio iuuare ciues & auxilio, æqua in laude ponendum est, pari gloria debent esse ii qui consulunt, & ii qui defendunt.
Leges ponere, Condere. Horat. 1. Sermonum, saty. 3. 21.
Ponere in legibus, pro Statuere. Cato de Re rust. in Procœmio, 1. Maiores enim nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.
Legiones ponere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 188. 1. Legiones singulas posuit Brundusii, Tarenti, Siponti.
Libertatem in aliqua re ponere. Cic. pro Plancio, 75.
Limina ponere. Martial. lib. 9. 49.
Gellius ædificat semper, modò limina ponit:
Nunc foribus claues aptat, emitque seras.
Loco alterius poni. Cic. Octauio, 9, Cui hostis relinquitur? ciuis hostis loco ponitur?
Ponere loco contumeliæ, vel criminis aliquid alteri. Cic. in Pisonem, 24. Tùne etiam immanissimum ac fœdissimum monstrum ausus es meum discessum illum testem sceleris & crudelitatis tuæ, maledicti & contumeliæ loco ponere? Idem pro Cælio, 2, Equitis Rom. autem esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicãtibus oportuit, neque defendentibus nobis.
Ponere in beneficii loco. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 36, A me autem hæc sunt profecta, quæ ego in beneficii loco non pono, sed in veri testimonii atque iudicii.
Ponere celebri loco. Plin. epist. 6. lib. 3, In patria mea celebri loco ponere, ac potissimum in Iouis templo.
Ponere primo loco. Quintil. lib. 15. cap. 13, Primòne ponenda sint loco.
Ponere in lucro, Modus loquendi, quum aliquid boni præter spem euenit. Cic. Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Idem Fabio Gallo, lib. 7. 25. 3, Id ego in lucris pono, nõ ferre hominem pestilentiorem patria sua.
Ponere in manu alicuius. Liu. 8. ab Vrbe, 71, Dii immortales ita vos potentes huius consilii fecerunt, vt sit Latium: deinde an non sit, in vestra manu posuerint.
Ponere in medio. Cic. 1. de Nat. deor. 20. Sed iam vt omni me inuidia liberem, ponam in medio sententias philosophorum de natura deorum. Idẽ 7. Verr. 124. Rem in medio ponam.
Posita in medio, pro Manifesta, Cic. 1. Verr. 18. Atque ego hęc quæ in medio posita sunt, commemoro: sunt alia magis occulta furta, quę ille, &c.
Mensam poni iubet. Horat. 1. Serm. satyr. 3. 30.
Merũ ponere in gemma. Oui. 8. Meta. 115. Id est in poculo gẽmis ornato.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Virg. 1. Aeneid. 56.
Ponere aliquid in metu. Cic. ad Atticum, lib. 12. 260. 4. Hoc metuere, alterum in metu non ponere. Eidem, lib. 14. 319. 3. Quid autem absurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere? Idem in Topicis, 18. Eius generis hęc sint, Hunc metuere, alterum in meru non ponere.
Ponere res suas in minimis, Id est, In minimis rebus habere, vel minimi æstimare. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 111. At erat tuæ virtutis, in minimis tuas res ponere, de Repub. vehementius laborare.
Modum crescendi ponere. Lucan. lib. 1. 17.
–lætis hunc numina rebus Crescendi posuere modum.
Modum ponere exitiis. Virgil. 7. Aeneid. 26.
Modum orationi ponere. Tacit. lib. 4.
Moresque viris, & mœnia ponet. Virgil. 1. Aeneid. 54.
Positum in more & instituto maiorũ. Cic. 2. pro Lege agra. 17. Etsi hoc in mor̃ positũ Quirites, institutoq; maiorũ, vt ii qui beneficio vestro, &c.
Mortem in malis ponere. Cic. 3. de Finibus, 44.
Multum ponere in arte. Cic. 4. Acad. 163, Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte ne contra vos tota nata sit.

Ponere multum in fortuna. Cic. 5. de Finib. 131. Qui multum in fortuna secunda aut aduersa, multum in bonis aut malis corporis ponerent.
Ponere multum in fide alicuius. Cice. ad Atticum, libro 2. 38. 4. Credibile non est quantum ego in consiliis & prudentia tua, quod maximũ est, quantum in amore & fide ponam.
Multum quoque in tua fide ac diligẽtia positũ est. Quintil. Tryphoni, 3.
Multum ponere in alicuius misericordia. Curtius lib. 5. Nam qui multum in suorum misericordia ponunt, ignorant quàm celeriter lachrymæ inarescant.
Mouus ponere. Liu. 4. bel. Maced. 155. Vt Popu. Romanus dignis datam libertatem ac munus suum bene positum sciret.
Dum bene ponendi munera tempus habes. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 4.
Bruma posuit niues. Seneca Thebaid. 2. 11.
Niues positæ. Horat. 3. Carm. ode 10. 2.
–& positas vt glacies niues
Puto numine Iuppiter! Id est (inquit Aeron) deorsum missas. post niues enim missas si flat Aquilo, eius frigore solidantur.
Nomen alicuius ponere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 1.
Conquerar, an taceam? ponam sine crimine nomen!
Nomen ponere alicui. Virgil. 7. Aeneid. 13.
Nomen alicui ponere insano, Quendam nomine insani appellare. Horat. 2. Sermo. saty. 3. 10.
Nomina rebus ponere. Cic. 1. de Nat. deorum, 64. Sunt enim rebus nouis noua ponenda nomina. Idem 3. Tusc. 15. Ex quo intelligendum est, eos qui hæc rebus nomina posuerunt, sensisse hoc idem quod, &c.
In numero oratorum aliquem ponere. Cic. de Claris Oratorib. 85.
Nummos in fœnore ponere. Horat. 1. Serm. saty. 2. 1.
Ante oculos ponere rem aliquam. Cæsar 6. bel. Gall. 139. Cottæque & & Tituri calamitatem, qui in eodem occiderint castello, ante oculos ponunt. Cic. in Parad. 11. Ponite ante oculos vnunquenque regum: vultis à Romulo? Quintil. lib. 1. cap. 11. 12. Ouid. epist. 15. 46.
De rebus ante oculos positis. dii putare. Cic. 1. Acad. 7.
Ante oculos positum. Cic. 7. Verr. 61. Præsertim quum statuisses, vt ais, tibi causam esse dicendam, vt ille Archipirata non potius secuti ferretur, quàm quod erat ante oculos positum, suo periculo viueret.
Ante oculos ponere sibi, Id est consyderare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 22.
Hyphias ante oculos tibi erit ponenda, volenti
Corpus in accessos mittere forte rogos.
Positum in oculis & aspectu. Cic. 3. Verr. 92. Quod templum in oculis, quotidianoque aspectu Populi Romæ positum.
Omnia in voluptate ponere. Cic. 2. de Finib. 43.
Operam ponere. Plaut. Mostel. 4. 136. Operam nusquam melius potui ponere. Cic. Primum enim stante Rep. facere solebamus, vt in agendo, plus quàm in scribendo operæ poneremus.
Ponere operam & studium. Cic. 1. de Finib. 2. Quidam autem nõ id tam reprehendunt, si remissius agatur: sed tantum studium, tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur. Idem 1. Offic. 30. Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæque ponetur, id iure laudabitur. Et ad Qu. fratrem, lib. 2. 15. 6. Scribebam illa quæ dixeram non tam ut ipsum sane opus, & operosum. Sed si ex sententia successerit, bene erit opera posita. Item in Parad. 42. Cur ego simulem me, siquid in his studiis operæ posuerim, perdidisse?
Ponere operam alicui. Cice. ad Atticum, lib. 13. 183. 4. Quicquid erit, operam Faberio ponamus.
Opus aliquod ponere, Conficere. Horat. de Arte, 7.
Aemilium circa ludum faber Imus & vngues
Exprimet, & molles imitabitur æra capillos.
Infelix operis summa, quia ponere totum Nesciet.
Opus ponere, Extruere. Ouid. 8. Metam. 32.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus.
Orationem longam in aliqua re ponere. Cic. de Vniuersitate, 38. Reliquorum siderum quæ causa collocandi fuerit, quæque eorum sit collocatio, in sermonem alium differendum est, ne in eo quod attingendũ fuit, quàm in eo cuius causa id attingimus, longior ponatur oratio.
Ponere in oratione sua aliquid, pro Scribere & dicere. Cic. 1. Verr. 14. Inque ego quid enim, aut quid efficere possim, malo in aliorum spe relinquere, quàm in oratione mea ponere. Ibidem, 9. Verum id mihi non sumo Iudices, & hoc non modò in oratione mea nõ pono, sed ne in opinione quidem cuiusq; relinquo, me omnibus patronis esse præpositum.
Ponere ordine, Vide ORDO.
Procul ab ostentatione positum. Quintil. in Procem. lib. 1. 4.
Ponere in ordinem. Varro. 3. de Re. rust. cap. 13. 1. Quum in ordinem sint positæ, sic iterum allo inter posito, alterũ & tertiũ ordinẽ ifra faciũt.
Otia ponere. Horat. 2. Serm. satyr. 7, 23.
Oua ponere dicitur gallina. Colum. lib. 8. cap. 2. 9. Quum pauca oua posuerunt, inertes ad incubandum, multoque magis ad excludendum, rarò fœtus suos educant. Ouid. 8. Metam. 52.
Propter humum volitat, ponitque in sepibus oua.
Partem deo ponere. Plin. lib. 12. ca. 19. 5. Sacerdos deo partem ponit, reliquam mercator in nassas condit.
In patria omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus. Cice. 2. de Legibus, 9.
Pecuniam in aliquo oppido ponere. Cice. pro Flacco, 44. Delectum est oppidum, quo in oppido vno pecunia à tota Asia ad honores L. Flacci poneretur.
Pecuniam ponere, Dare fœnori. Horat. Epod. 2. 14.
–fœnerator Alphius
Iam iam futurus rusticus,
Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Calendis ponere. Quintil. Declamat. 9. Nusquam melius ponitur pecunia, quàm vbi fœnus bonitatis extendimus.
Tunc gruibus pedicas, & ponere retia cervis. Virgil. 1. Georg. 62.
Pedem ponere. Cice. 3. Verr. 42. Ecquo in oppido pedem posuit, vbi, &c. Idem pro Cæcinna, 13. Vt intelligeres, si in fundo pedem posuisses, statim tibi esse pereundum.
Pedem ponere in possessionem libertatis. Cic. 3. Philip. 143. Hodierno die primũ post longo internallo in possessionem liberratis pedẽ ponimus.
Pedem vbi ponat, in suo non habet. Cic. ad Atticum, lib. 13. 261. 5. Vide PES. Idem 4. de Finib. 112. Sapientia pedem vbi poneret, non habebat, sublatis officiis omnibus.
Ante pedes ponere. Propert. lib. 2. eleg. 11. 4.
Poni post aliquem, Posthaberi alicui. Ouid. 2. Metam. 110.
Et ponar post noctis auem. Id est postponar nocturæ.
Potestatem dicendi in honore atque in beneficio ponere. Cic. pro Cluentio, 44. Itaque tum ille inopia & necessitate coactus, in causa eiusmodi ad Cepaños fratres confugit, homines industrios, atque eo animo, vt quæcunque dicendi potestas esset data, in honore atque in beneficio ponerent.
Positus in potestate illius. Cic. pro Lege Manil. 13. Non vt in illius potestate fortunam positam esse dicam.
In potestate sapientis totum ponere. Cic. 2. de Finib. 117.
Inuitat pretiis animos, & præmia ponit. Virgil. 3. Aeneid. 58.
Præmia ponere circum compita. Virgil. 2. Georg. 77.
Præmiaque ingentes pagos & compita circum
Thesidæ posuere.
Præsidium in loco aliquo ponere. Cæsar 2. bel. Gall. 153. In eo flumine pons erat, ibi præsidium ponit. Idem 1. bel. Ciuil. 186. Præsidiumque ibi posuerunt.
Principem aliquem ponere. Cice. 4. Academic. 4. Quem facili Græciæ principem ponimus. De Themistocle.
Ponere in promptu, & Contegere siue abdere, contraria. Cic. 1. Off. 176. Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ atque formam, eas contexit atque abdidit.
Quantum in prudentia tua & fide ponam, credibile non est. Cice. Attico, libro 2. 38. 4.
In publico tabulas obsignatas lex poni voluit. Cic pro Flac. 16.
Rationem ponere cum Orco, Vide OROVS. Colum. lib. 1. cap. 3. 1.
Retia ponere. Ouid. lib. 1. de Arte, 53.
Hactenus vnde legas, quod ames, vbi retia ponas.
Salutem in pecunia ponere. Cic. 2. Verr. 6. Ea spe istum fuisse præditum, vt omnem rationem salutis in pecunia poneret.
Salus nostra in vno te posita est. Ouid. 3. Metam. 130.
Bene se ponere. Qu. Cice. de Petit. Consul. 18. Modò intelligite magni æstimare, ex animo agere, bene se ponere, fore ex eo non breuem & suffragatoriam, sed firmam & perpetuam amicitiam.
Se extra culpam ponere. Cic. de Vniuersi. 52. Quæ quum ita designasset, seseque siquid postea fraudis aut vitii euenisset, extra omnem culpam, caulamque posuisset, alios, &c.
Se totum in re aliqua ponere. Cic. 1 Tuscul. 71. Totosque nos in contemplandis rebus, perspiciendisque ponemus.
Toto se ponere. Ouid. 11. Metam. 95.
Semina ponere humo. Propert. lib. 2. eleg. 12. 1.
Sententiam suam ponere. Quintil. lib. 3. cap. 1. 16. Non tamen post tot ac tantos scriptores pigebit meam quibusdam locis posuisse sententiam.
Positus in sententiis hominum. Plaut. Epid. 10. 80.
Quid nunc, qui in tantis positus sum sententiis,
Eúmne ego finam impune!
Signa ponere nouis præceptis, Scribere & consignare. Horatius 2. Sermo. saty. 4. 4. 1.
In solem ponere. Cato cap. 7. 3. In solem ponito biduum, vel sine sale in defrutum condito.
Sortes ponere, pro Facere sortem. Plaut. Casin. 9. 22.
Dicam enim mea mulsa, de istac Casina, huic nostro villico
Gratiam facias, cæ. at pol ego neque facio neque censeo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5. Tum igitur ego forteis vtrinque ponam.
Spem ponere, Sperare. Plaut. Capt. 18.4.
– neque spem ponas me bonæ frugi fore.
Spem ponere in. Cæsar 5. bel. Gall. 129. Tametsi à duce & à fortuna desertebantur, tamen omnem spem salutis in virtute ponebant. Cic. ad Atticum, lib. 6. 1. 11. 20. In Pompeio te spem omnem otii ponere non miror. Eidem, lib. 1. 4. 3. Et Liuius 2. ab Vrbe, 165.
Spem ponere in armis. Virg. 2. Aeneid. 136.
Ponere sibi aliquid in spe optima. Cic. ad Atticum, lib. 13. 280. 4. Sed id quidem mihi in optima spe pono.
Studium suum & officium apud aliquem ponere, Collocare & conferre. Cic. Thermo libro 13. 56. 8. Iam apud ipsum gratissimum hominem atque optimum virum quàm bene positurus sis studium tuum atque officium, dubitare te non existimo.
Studium ponere in Cic. 1. de Fin. 2. Sed tantum studium, tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.
Studium suum omne in aliquibus artibus cognoscendis atque tractandis ponere. Cic. 1. de Orat. 31.
Subsidium ponere in. Cæsar 2. bel. Gal. 174. Omnes in fuga sibi subsidium posuerunt. Cic. 1. de Orat. 133. Vt non modò non arbitrer subsidium senectutis in eorum qui consultum veniant, multitudine esse ponendum, sed, &c.
Summum bonum in animo ponere. Cic. 3. de Finib. 45.
Ponere summum bonum in virtute. Cic. de Amicit. 19. Qui autem in virtute summum bonum ponunt, præclarè illi quidem. Id est qui asserunt virtutem esse summum bonum. Sic 4. Acad. 233.
Sumptum ponere, quod & Facere dicitur. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 7. Sed præstabo, iumptum nusquam melius posse poni.
Templum ponere, Condere. Virg. 3. Georg. 2.
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam.
Templa, statuas ponere alicui. Virg. 6. Aeneid. 4.
– posuitque immania templa. Vnde in antiquis marmoribus legimus.
BENEMERENTI POSVIT. Plin. epist. 93. li. 4. Herennius Seuerus vir doctissimus magis æstimat in bibliotheca sua ponere imagines municipum suorum Cornelii Nepotis, & Titi Cassii. Idem epist. 17. 2. Neque enim magis decorum & insigne est, statuam in foro Populi Romani habere, quàm ponere. Plin. lib. 7. cap. 30. 5. Vnius viuentis posita imago est. Cic. pro Domo sua, 63. Qui Titi ob eam legem statuã in ædibus meis posuit. Plin. lib. 34. cap. 4. 2. Athenienses nescio an primi omnium Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publicè posuerũt statuas. Tacit. lib. 15. Reperio in commentarius Senatus Cerialẽ Anicium Consulem designatum pro sententia dixisse, vt templum diuo Neroni quàm maturrimè publica pecunia poneretur.
Tempus ponere in re aliqua. Cic. Senarui, lib. 15. 2. 7. Tempus eius tridui quod in his castris morabar, in magno officio & necessario mihi ponendum putaui.
Tempus in aliqua cogitatione ponere. Cic. 3. de Orato. 10.
Tempus & diem ponere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 13.
Te modò campus haber, densa modò porticus vmbra,
nunc, in quo ponis tempora rara, forum. Cic. Mescino, lib. 5. 11. 3. Vnum mediusfidius diem tecum libentius posuerim, quàm hoc omne tempus cum plerisque eorum quibuscum viuo necessario.
Ponere multum temporis in aliquo loco. Cic. ad Atticum, lib. 1. 2. 1. Neque tamen id ipsum certum habeo, quando ad Antonium proficiscare, aut quid in Epiro temporis ponas.
Posita sub niue terra later. Ouid. 1. Fast. 15.
Tumulo in eodem poni. Ouid. ad Liuiam, 33.
Tyrocinium ponere. Liu. Decad. 5. lib. 5. 160. Si in L. Paulo accusando tyrocinium ponere & documentum eloquentiæ dare voluit, non triũphum impedire debuit.
Venenum ponere alicui cum cibo. Liu. 6. ab Vrbe, 171. Vt siquis ei, quem vegeat fames, venenum ponat cum cibo.
Verbum aliquod in oratione ponere. Cic. in Orat. 45. & 14.
Verba in vsu quotidiano posita minus timeremus. Quintil. lib. 2. ca. 10. 7.
Verbum diuitis in aliquo ponere. Cic. in Parad. 54. Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus?
Ponere verba alicuius in re aliqua, pro Adducere in testimonium. Plin. lib. 13. ca. 13. 2. Quapropter in re tanta ipsius Heminæ verba ponam.
Nunc itaque & versus & cætera ludicra pono. Horat. 1. epist. 1. 2.
Vestigia ponere. Horat. 1. epist. 10. 5.
Libera per vacuum posui vestigia princeps:
Non aliena meo pressi pede. Virgil. 3. Georg. 39. Cic. 3. Philipp 146.
Quas fecit strages, vbicunque posuit vestigia!
Ponere vestigium in aliquam historiam. Cic. 5. de Finib. 9. Quacunque enim ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus.
In vi & armis posita est potentia. Cic. Bruto, 10. 5.
Vim omnem dicendi in arte ponere. Cic. 1. de Orato. 55.
Vitam ponere in administratione Reipub. Cic. ad Papirium, lib. 9. 24. 12.

Hoc denique animo sum, si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit, præclarè actum mecum putem, etiam atque etiam.
Posita vita in manu alterius. Cic. pro Quintio, 3.
Vitem ponere, Id est deponere, & depangere. Colum. lib. 4. cap. 1. Altius pastinare tam humili mensura vitem posituri.
Vites ordine ponere. Virgil. eclog. 2. 15.
Ponere in vitio dictionem aliquam. Cicc. 3. Tuscul. 23. Quoniam CONFIDENS, mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum à confidendo, quod laudis est.
Grauius vituperationem ponere: cui Leuius opponitur. Quintil. lib. 6. cap. 3. 25. Intra hæc enim est omnis vituperatio: quæ si grauius posita sit, seria sitsi leuius, ridicula.
In vltimis ponere. Plin. lib. 17. cap. 12. 4. Non fastidienda hæc quoque scientia, atque non in vltimis ponenda.
Vrbem ponere. Ouid. 3. Metam. 26.
Quum posuit iustam Phœbeis fortibus vrbem.
Vrbem ponere in montibus. Virgil. 8. Aeneid. 11.
In vsu positum. Cicc. pro L. Manil. 10. Nullam rem esse declarant in vsu militari positam, quæ huius viri scientiam fugere possit.
Positus extra vulgarem vsum. Quintil. lib. 9. cap. 3. Secretæ, & extra vulgarem vsum positæ.
Ponere in transuersum. Plin. lib. 16. cap. 42. 1. Pondus sustinere validæ abies, larix, etiam in transuersum positæ.
Ponere in discrimine, pro Alicuius momenti facere. Liu. in Præfat. lib. 1. ab Vrbe, 5. Sed hæc & his similia, vtcunque animadueria aut existimata erunt, haud in magno quidem ponam discrimine.
Ponere sub conspectu. Senec. de Benefic. 7. Volo sub conspectu meo ponere, quæ gentium oculos regumque perstringunt.
Medicinam in vsu & experimentis ponere. Cels. lib. 1. in Proœm. Post quos Serapion primus omnium nihil hanc rationalem disciplinã pertinere ad medicinam professus, in vsu & experimentis eam posuit.
Pacem sumere & ponere. Propert. lib. 2. eleg. 1. 8. Et sumpta, & posita pace fidele caput.
Pretium ponere alicui rei. Seneca epist. 1, Quem dabis, qui pretium aliquod ipsi ponat. Item in Consol. ad Albinam, Ponere magna pretia virtutibus & vitiis.
Quæstionem ponere, Id est proponere. Seneca epist. 50, Sederem otiosus, & eiusmodi quæstiones ponerem.
Rudimenta virtutis ponere. Quintil. Declamat. 3. Festinarunt parentes ad nomen liberos mittere, quanuis asperrimo bello, vt sub te virtutis rudimenta ponere contingeret.
¶ Ponere, pro Proponere. Cic. 1. Tusc. 13, Ponere iubebam de quo quis audire vellet, & id aut sedens aut ambulans disputabam.
Breuiter, quæ erunt satis aperta, ponemus. Cic. in Partit. 26.
Exempli causã ponere aliquid. Cic. 3. Offic. 23.
Sub vno aspectu ratione & distributione omnia quæ in re dispersa atque infinita videntur esse ponere. Cic. de Petit. Consul. 1.
Ad scribendum poni. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 10, Et quidem quum in mentem venit, ponor ad scribendum: & ante audio, 5. c. &c.
Ponere quæstiunculam, pro Proponere, vel opponere. Cic. 1. de Oratore, 51, Quid mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso & loquaci, & fortasse docto atque erudito, quæstiunculã, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Idem Papyrio, lib. 9. 26. 3. A quibus quò discessi, etsi minimum mihi est in cœna, quod tu vnũ mihi ζώπυρα Dionis philosopho posuisti.
¶ Ponere, Desinere: quoniã quum cessamus ab opere, collocare quodam modo ac reponere videmur id quod agebamus. Virg. li. 7. Aene. 6. Quã venti posuere, omnisq; repètè resedit Flatus. Hoc est quieuere. Seruius.
¶ Ponere, Deponere. Virg. 1. Aene. 61.
– ponuntque ferocia Pœni
Corda volente deo. Plaut. Casina, 16. 61. – verùm obsecro,
Dic me vxorem orare vt exoret illam gladium vt ponat, &
Redire me intrò vt liceat. Idem Cistel. 12. 3. Vbi id erit factum, ornamẽta ponent. Et Milite, 13. 7.
Quin tu rem tuam cura potius quàm Seleuci, quæ tibi
Conditio noua, & luculenta fertur per me interpretem.
PY. Imò omnes res posteriores pono, atque operam do tibi. Itẽ Persa, 10. 35. Herus si minatus est malum seruo suo:
Tametsi id futurum non est, vbi captum est flagrum,
Dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria?
Ponere de manibus. Cicc. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 34 Quos quidem libros non sine causã noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. Horat. 1. Serm. satyr. 3. 3.
– aut quicquid vita meliore parasti,
Ponendum æquo animo.
Ambages ponere. Ouid. 10. Metam. 4.
Si licet, & falsi positis ambagibus oris
Vera loqui finitis.
Amorem ponere, Omittere. Ouid. 1. de Remedio amor. 13.

Feroces animos ponere. Liu. 8. ab Vrbe, 3.
Arma poni iubet, fatentes se victos. Liuius 4. ab Vrbe, 47. Et Cæsar 4. bel. Gall. 104.
Armis positis subsistit pars vtraque. Ouid. 12. Metam. 30.
Barbam ponere. Sueton. in Calig. cap. 5. Regulos quosdam barbam posuisse, & vxorum capita rasisse, ad iudicium maximi luctus.
Barbam & vngues ponere. Horat. in Arte, 60.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis. Virg. 1. Aeneid. 59.
Ponere caput, Deuittere. Horat. 2. Serm. saty. 8. 12.
Muli ponunt clitellas. Horat. 1. Serm. saty. 5. 10.
Colorem nigrum ponere. Ouid. 7. Metam. 131.
Et maciem, numerumque pedum, nigrumque colorem
Ponere, & humanam membris inducere formam.
Comas ponere. Virg. 12. Aeneid. 42.
Consilium ponere, Desistere à consilio. Plin. epist. 22. d, Nam impetu quodam & instinctu præcurrere ad mortem, cõmune cũ multis: deliberare verò, & causas eius expendere: vtque suaserit ratio, vitæ, mortisque cõsilium vel suscipere vel ponere, ingentis animi est.
Corda ferocia ponere. Virg. 1. Aeneid. 62.
Coronam ponere, luctus gratia. Cic. ad Atticum, lib. 14. 317. 3.
Curam ponere, pro Deponere. Liuius 1. ab Vrbe, 79. Positis externorum periculorum curis.
Curas graues ponere. Ouid. 9. Metam. 140.
Curæ positæ pectore. Silius lib. 11. 58.
Decorem ponere. Ouid. 2. de Arte, 76.
– positoque decore
Fertur, vt Aoni cornibus icta dei.
Dolorem ponere. Cicc. 3. Tusculan. 113. Quid est autem quod plus valeat ad ponendum dolorem, quàm quum est intellectum, nihil profici, & frustra esse susceptum?
Exuuias ponere. Virg. 3. Georg. 88.
Fastus ponere. Ouid. 14. Metam. 153.
Et varios ponit fœtus Autumnus. Virg. 2. Georg. 105.
Et iam olim seras posuit quum vinea frondes. Virg. 2. Georg. 81.
Grauitatem ponere. Ouid. ad Pisonem, 17.
Quare age Calliope posita grauitate forensi
Limina Pisonis mecum pete.
Imaginem alicuius ponere. Ouid. 3. Metam. 1.
Iamque deus posita fallacis imagine tauri.
Imperium ponere. Martial. lib. 11. 6. – tibi Sylla cruentus
Imperium tradet quum posituru erit. Id est depositurus, & se imperio abdicaturus.
Inuidiam ponere. Cic. pro Cluentio, 3. Vt in iudiciis & fine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur.
Iras ponere fideliter. Ouid. 6. Fast. 9.
Equi posuere iubas. Stat. 3. Thebaid. 53.
Labores ponere. Ouid. 6. Fast. 110.
Librum ponere. Cic. 1. Tuscul. 41. Et apud Martialem lib. 3. 26.
– ponebas lassa libellum.
Metum ponere. Plin. epistol. 101. a, lib. 5. Atque adeò vt omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cœli, regionis situm, villæ amœnitatem. Ouid. epist. 19. 1. Pone metum, &c.
Minax ponit mare Lucret. lib. 5. 261.
Verùm pone moras, & studium lucri. Horat. 4. Carm. ode 12. 5.
Odium ponere. Cic. in Pisonem, 63. Tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna, armisque ponant.
Odia aspera ponere. Silius lib. 17. 94.
Onus veteri positum est, pro Peperit. Ouid. epist. 11. 13.
Dracones posuere pellem senectæ. Ouid. 7. Metam. 48.
Personam amici ponere. Cicc. 3. Offic. 57. Ponit enim personam amici, quum induit iudicis.
Pudorem ponere. Martial. lib. 11. 28. Aut quum perfricuit frontem, positisque pudorem. Stat. 10. Thebaid. 13.
Querelis positis requiescunt ora. Propert. lib. 3. eleg. 10. 1.
Questus ponere. Ouid. 9. Metam. 56.
– at longis anxia curis
Argolis Alcmene questus vbi ponat anilis,
Cui referat nati testatos orbe labores,
Cuive suos casus, solen habet.
Sensum ponere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 7.
Fœlicem Nioben, quanuis tot funera vidit,
Quæ posuit sensum saxea facta malis.
Spem ponere, Desinere sperare. Ouid. ad Liuiam, 8.
Studium lucri ponere. Horat. 4. Carm. ode 12. 5.
Superbiam ponere, Exuere. Horat. 3. Carm. ode 10. 5.
Timorem ponere. Ouid. 10. Metam. 82.
Tunicam ponere. Cic. 5. Tuscul. 84.
Velamina ponere. Ouid. 2. Fast. 34.
– Nymphæ velamina ponunt.

Verecundiam ponere. Plinius epistol. 136. Proinde nimiam istam verecundiam pone.
Veste posita, nuda ferunt corpora. Ouid. 2. Fast. 57.
Incuiua posuêre vires indomitas. Virg. 5. Aeneid. 137.
Virginitas posita. Ouid. 6. Fast. 26.
Ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto,
Hoc pretium positæ virginitatis habe.
Vitam ponere, Mori. Propert. lib. 2. eleg. 17. 1. Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno!
Vitia ponere Cice. 3. de Orato. 26. Idque si feceris, multa (vt arbitror) hò chodie vitia ponemus.
¶ Ponere, pro Componere & temperare. Horat. 1. Carm. ode 3. 3.
– quo non arbiter Adriæ
Maior, tollere seu ponere vult freta.
¶ Ponere, Apponere. Martial. lib. 8. 23. Inuitas ad aprum, ponis mihi Gallice porcum. Sic lib. 1. 127. Hinc poetæ fabulas & scripta sua ponere dicebantur, quòd ea in scena spectatoribus, quasi in commio apponebant. Iuuenal. Saty. 1. 16. Pone Tigillinum. Id est affer in scenam aliquid de Tigillino scriptum.
¶ Ponere, Pingere. Horat. 4. Carm. ode 8. 2.
Hic saxo, liquidis ille coloribus
Solers nunc hominũ ponere, nũc deũ. Id est formare, pingere. Acron.
¶ Ponere, pallium, aut aliquid aliud, quod & Deponere dicitur. Plautus Curcul. 2. 76. – pono pallium:
Ille suum annulum opposuit.
Ponere fagina pocula. Id est Deponere in sponsionem. Virg. 3. eclog. 8.
¶ Pone cum esse victum, pro eo quod barbari dicunt, Pone casum quod. Terent. Phorm. 4. 1. 25. Verùm pone esse victum eum: at tandem tamen Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.
¶ Ponunt philosophi, Id est statuunt, censent, decernunt, scribunt. Plinius lib. 11. cap. 62. 2. Aristotel 2 vitæ breuis figura posuit raros dentes. Cice. 4. de Finib. 42. Sed primùm positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis.
¶ Longè & retro ponenda omnia, quæ sine honestate sunt. Cicero 5. Tusculan. 126.
¶ Positum est in te vt, &c. Id est In te situm est. Cic. Attico, lib. 12. 245. 2. Sed si perficitur de hortis Silii, hoc est, si perficis (est enim totum positum in te) nihil est scilicet quod de Cotta cogitemus. Eidem lib. 16. 342. 2. In te positum est, vt nostræ solicitudinis finem quamprimum facere possimus. Idem Pæto, lib. 9. 25. 8. Id ille in te positum esse putat, mihique persuadet. Et ad Atticum, lib. 13. 287. 1. In eo enim totum est positum id quod cogitamus.
Pósitus, penul. corr. Participium, (τεθέις,) vt
Positis omnium aliarum rerum curis. Liu. 7. ab Vrbe, 147.
¶ Positus, Exanimatus. Virgil. 4. Aeneid. 137.
– sic te vt posita, crudelis abessem! Seruius.
¶ Positus super armamentarium, Prefectus armamentario. Curtius lib. 6. Itaque non vltra interpolandum ratus, nobili iuueni (Metron erat nomen ei) super armamentarium posito, quod scelus pararetur indicat.
¶ Posita, pro Posita. Lucret. lib. 3. 176.
Semina sæpe in eodem, vt nunc sunt ordine posita.
Positúrus, penul. prod. (θέσων,) Ouid. 3. Metam. 95.
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
Pósitor, pen. corr. (κτίστης,) Ouid. 9. Metam. 91.
– & in Aside terra
Mœnia constituis, positoris habentia nomen.
Templorum positor. Ouid. 2. Fast. 13.
Pósitus, huius pósitus, pen. corr. m. g. (θέσις,) Id est positio, siue situs. Ouidius 4. Fast. 84.
Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor
Trinacria, à positu nomen adepta loci. Cellus in principio libri 8.
Prius positus ostium, figuraque indicabo.
Locorum positus. Stat. 5. Sylu. 3. 48. Tacit lib. 4. Quæ positu regionis à tergo illis. Idem lib. 5. ille positus siderum, ac spatia dimensus.
Vrbs melius defensa positu. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 1.
Mœnibus, & positu vix adeunda loci. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 3.
Variare capillos positu. Ouid. de Medicamine faciei, 4.
Variare comas positu. Ouid. 1. Metam. 83.
Positiuus, pen. pro. Adiectiuum. (κατικός,) Quod primò positum est, nec aliunde deriuatum, à quo Grammatici Positiuum à comparatiuo & superlatiuo distinguntur, quòd illud sit quasi fundamentum istorum.
Positúra, positúræ. pen. prod. (θέμα,) Nota qua sensus in oratione distinguitur. Lucret. lib. 1. 168.
Dissoluuntur enim posituræ principiorum. Lucret. lib. 2. 190.
Positura, Situs siue positio. Gellius lib. 14. cap. 1. Vt animaduerteretur quo habitu, quaque forma, quaque positura stellarum aliquis nascerentur. Idem lib. 5. cap. 3. Iuncturam, posituramque ligni, scitè peritèque factam considerat. Sic syllabam esse longam positura dicimus.
Positio, Verbale. (θέσις, θέμα,) Pli. li. 18. ca. 5. 3. Vt solũ sua virtute valeat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua dictum est, positione. Id est, vt vulgus loquitur, situatione. Idem lib. 50. cap. 13. 3. de Labyrintho Aegyptio, Positionem operis eius, singulasque partes enarrare non est, quum sit in regiones diuisum, atque in præfecturas (quas vocant nomos) sedecim, nominibus earum totidem vastis domibus attributis.

Loci positio. Quintil. lib. 3. cap. 7. 19. Illa propria, quæ ex loci positione, aut mutatione sunt. De vrbium laudibus.

Positio cœli, pro Situ, vel status alicuius rei ad aliquam cœli vel solis partem: quidam aspectum vocant. Columel. lib. 1. cap. 6. 12. Naturalis calor contingit positione cœli, & declinatione.

Positio vrbis. Cic. pro Flacco, 48. De quorũ vrbis positione propter pulchritudinem retam inter deos certamen fuisse proditũ est. De Athenis.

Positio campestris. Columel. lib. 1. cap. 2. 4. Ideoque etiam celsiores agri frumentarii planities habere, & quàm mollissimè deuexi, ac similimi debent esse campestri positioni.

Positions arbustiuæ exemplo. Colu. lib. 4. cap. 1. Vide ARBVSTVM.

¶ Positio, apud Oratores. Quintil. lib. 9. cap. 4. Tempus enim solum metitur, vt à sublatione ad positionem iisdem sit spatiis pedum.

Vitia positionum. Quintil. lib. 1. cap. 10. 10. Quin, aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum vitiis ducimus.

Inconueniens positio. Quintilian. lib. 1. cap. 5. 33. Est enim Soloecismus, in oratione comprehensionis vnius sequentium ac priorum inter se inconueniens positio.

Positio dictionis. Quintilian. lib. 1. cap. 5. 40. Simplices voces positione, id est natura sua constant. compositæ autem præpositionibus subiunguntur: vt innocens, &c. Ibidem, cap. 10. positionem principium esse flexus docet, Quid verò, quæ tota positionis eiusdem in diuersos flexus exeunt? quum Alba facit Albanus, & Albensis: Volo volui & volui, &c. Pindæus.

Fœminina positio. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18. Aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant. De nominum generibus.

¶ Positio, pro Thesi seu argumento, Quintil. lib. 1. cap. 3. Taceo de positionibus & declamationibus rhetorum. Hac ratione docet lib. 3. cap. 5. positionibus mutari quæstiones secundum diuersitatem casuum, vt vulgò loquuntur.

Pons, pontis, m. g. (γέφυρα.) Per quod super aquas transimus. A pendeo dicitur quòd veluti in aere pendeat. Plin. lib. 8. ca. 3. 2. Territos spatio procul pontis à continente porrecti, vt sese longinquitatis æstimatione fallerent, auersos retrorsum fuisse.

Ignotus pons. Virg. 3. Georg. 16.

Naumachiarius pons, Vide NAVIS.

Saxeus pons. Lucan. lib. 4. 3.

– placidis prælabitur vndis
Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes,
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu.

Solutus pons. Claud. 7. Panegy. 81.

¶ Angusto ponte pars oppidi adiungitur & cõtinetur. Cic. 6. Verr. 105.

Crebri pontibus consistere. Virg. 4. Georg. 6.

Deiicere de ponte in Tyberim aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 61.

Distendere pontem in agros. Lucan. lib. 4. 18.

Disturbare pontes. Author ad Herenn. lib. 1. 21.

Facere pontem. Cic. in Vatinium, 16.

Indere pontes. Tacit. lib. 12. Gladiatorum spectaculum editur, inditis põtibus pedestrem ad pugnam.

Iniicere pontem, Vide INIICIO.

Interrupi pontes quos feceram. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 8.

Interscindere pontem à tergo. Cic. 2. de Legibus, 17.

Iungere ponte fluuium, Fluuio pontem imponere. Curtius lib. 4. Hic commeatuum farcinarumque maiore parte deposita, Lycum amnem ponte iunxit, & per dies quinque sicut antè Euphratem traiecit exercitũ.

Ludere ponte magno. Catul. ad Coloniam, epigram. 17. 1.

O Colonia quæ cupis ponte ludere magno.

Reuellere pontes. Claud. lib. 1. in Ruffinum, 55.

Rupti torrentibus pontes. Quintil. lib. 2. cap. 13. 11. Et si rectum limitem rupti torrentibus pontes mociderint, circuire cogemur.

Vellere pontem. Virgil. 8. Aeneid. 130.

¶ Pons, pro Scala nauium. Virgil. 10. Aeneid. 58.

Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.

¶ De ponte deiicere sexagenarios solebant antiquitus, teste Festo, in integris codicibus. Cic. pro Roscio Amerino, 61. Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis sexaginta de ponte in Tyberim deiecerit. Budæus.

¶ Sic tibi bonus ex tuo pons libidine fiat. Catul. epigram. 17. 1.

Ponticulus, pontículi, penul. correp. masc. gen. Diminutiuum, (γεφυρίδιον.) Cic. lib. 5. Tusc. 23. Et quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossæ transitũ põticulo ligneo cõiunxisset: &c. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 2. Sum enim ipse mensus ab eo ponticulo qui est ad Furfanæ Satricum versus.

Ponto, pontõnis, penul. prod. m. g. (πόρθμειον.) Pontones, naues quibus in traiiciendis amnibus loco pontium vtimur. Papinian. Quia via confirmari solet, vel ciuitate tenus, vel vsque ad viam publicam, vel vsque ad flumen, in quo pontonibus traiiciatur. Apuleius, Et si vado non poterunt, pontonibus transibunt. Cæsar 3. bel. Ciuil. 114. Pontones, quod est genus nauium Gallicarum, Lysi relinquit.

PONTIA, (πονπία,) Insula Tyrrheni maris, teste Ptolemæo lib. 3. capi. 1. Vulgò Ponce. Ex hac fuit Pontius Pilatus. Pontiæ item, insulæ sunt in mari Tusco, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 6. Ab his vltra Tiberina ostia in Antiano, Astura, mox Palmaria, Sinonia, & aduersum Formias Pontiæ.

PONTICVS, Vide PONS.

PONTICVS, (πονπικός,) Poeta quidam qui de bello Thebano scripsit, vt inquit Propertius lib. 1. eleg. 7. 1.

Quum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ,
Armaque fraternæ tristia militiæ, &c. Ouidius quoque li. 4. Trist. eleg. 9. 10. huius meminit, dicitque hunc in heroico genere excellisse, fesque ipsius vsum consuetudine,

Ponticus heroo, Battus quoque clarus iambis,
Dulcia conuictus membra fuere mei.

Pontifex, penul. correp. pontificis, penul. corrept. masc. gen. (γεφυροποιός, ἀρχιερεύς, ἱερόφαντος,) Sacer magistratus, vt ait Seguola. A posse & facere dictus: vel vt ait Varro, à ponte: quia sublicius pons à pontificibus factus est primùm, & deinde restitutus. Cic. Artico, li. 4. 71. 5. Calendis Octobris habetur Senatus frequens, adhibentur omnes pontifices qui erant Senatores: à quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, quæ fuit quid esset in decernendo secuti. Tum Lucullus de omniũ Collegarum sententia respondit, Religionis iudices, pontifices fuisse legis: Senatum, se & Collegas suos de religione statuisse in Senatu de lege.

Præsunt sacris pontifices, auspiciis augures. Cic. 1. de Nat. deor. 169.

Sacerdotes alii diuis aliis, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. Cicero 1. de Legib. 33.

In pontificum libris & in XII tabulis plurima est antiquitatis effigies. Cicero in Orat. 95.

Cœnæ pontificum. Horat. lib. 2. Carm. Ode 14. 6.

Libri pontificum. Horat. 2. epist. 1. 5.

Religio pontificum. Cic. pro Domo sua, 15. Si cuius fortè pontificis animum (quod certò scio aliter esse) mea sententia offendit, alio modo sit constituturus aut de religione pontificum, aut de Rep. &c.

Secures pontificum. Horat. 3. Carm. ode 23. 3.

Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum? Pers. Satyra, 2. 7.

¶ Erant maiores & minores pontifices: Inter quos summus, qui pontifex maximus dictus est: quòd maximarum rerum, quæ ad sacra & religionem pertinent, iudex sit, vindex contumaciæ priuatorum magistratuum. Noma enim pontificè fecit, eique sacra omnia attribuit: eiusque scitis sacra omnia priuata & publica subiecit: instituitque vt idem põtifex non cælestes modò cæremonias, sed iusta quoque funebria, placandósque mãnes edoceret. Author Liuius.

Maximus pontifex Metellus viginti & duos annos ei sacerdotio præfuit. Cicero de Senect. 17.

Minores pontifices, Vide Minor in PARVVS.

Pontificatus, huius pontificatus, pen. prod. (ἀρχιερωσύνη,) Põtificis dignitas, sicut Consulatus. Cic. de Aruspi. resp. 16. Qui statas solennesque cæremonias, pontificatui rerum bene gerendũ authoritates, augurio, &c. contineri putauerunt.

Pontificius, Adiectiuum, Quod est pontificis. Cic. 3. de Nat. deor. 57. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio & more maiorum. Sic 1. Tusc. 43.

Pontificia, pontificiorum, plu. n. Libri pontificii. Cic. 1. de Natu. deor. 14.

Deinde nominum non magnus numerus ne in pontificiis quidem nostris, deorum autem innumerabilis.

Pontificium, Substantiuè. Gellius lib. 1. cap. 13. Sunt enim non pauci qui sententiam suam in vna parte defixerint, & re semel statuta, deliberataque ab eo, cuius negotium id, pontificiumque esset, nequaquam putauerint contra dictum eius faciendum esse.

Pontificalis, & hoc pontificale, pen. prod. Quod ad pontificem pertinet. Vnde Pontificales libri, in quibus sacræ cæremoniæ continentur.

Pontificalis authoritas. Cic. 2. de Legib. 83.

Caput pontificale. Ouid. 3. Fast. 142.

Pontificales cœnas, olim appellabant cœnas sumptuosas, opiparasque. Ad quod alludit Horatius 2. Carm. ode 14. 6.

Absumet hæres Cecuba dignior
Seruata centum clauibus: & mero
Tinget pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis. Quo quidem in loco Interpres admonet prælautas cœnas prouerbio pontificales appellari solitas. Macrobius libro Saturnaliũ tertio, vetustissimam quandam põtificis cœnam describit, summo apparatu, & omnigenis lautitiis affatim instructam. Id indebit, summo apparatu, & omnigenis lautitiis affatim instructam. Id inde

natum apparet, quòd solennes, sacræque cœnæ exquisitissimis epulis solebant instrui. Erasmus.

Honor pontificalis. Ouid. 5. Fast. 84.

Pontificalia atque auguralia insignia. Lin. 10. ab Vrbe, 29.

Ius pontificale. Cic. 1. de Legibus, 86. & 89.

Sacrum pontificale. Ouid. 2. Fast. 92.

PONTINA, pen. prod. (πονπίνα,) palus Volscorum est iuxta viam Appiam, quam Plinius lib. 5. cap. 5, non longè fuisse à Circeis dicit, quem locum XXIIII vrbium fuisse Mutianus ter Consul prodidit. Exiccata est à Cor. Cethego COS. cui ea prouincia obuenerat: ageréque ex ea factus, vt ait Liuius lib. 47. Insequentibus deinde seculis iterum exsiccata à Theodorico Gothorum rege, vt ex eius inscriptione in eo loco cernitur. Latrunculorum autem fuisse sedem ait Iuuen. Saty. 3. 30,

Interdum & ferro subitus grassator agit rem:
Armato quotiies tutæ custode tenentur
Et Pontina palus, & Gallinaria pinus. Lucan. lib. 5. 17. Quintil. lib. 3. cap. 8. 12.

PONTINVS, pen. pro. (πονπίνος,) Vir fortissimus: laborum, periculorum, consiliorum Ciceronis socius: vt ipse testatur de Prouinc. Consul. 26. Modò ille meorum laborum, periculorum, consiliorum socius C. Põtinus fortissimus vir, ortum repente bellum Allobrogum, atque hac scelerata coniuratione excitatum, prælio fregit, eosque domuit qui la cessiserant: & ea victoria contentus, Rep. metu liberata quieuit.

Pontones, Vide PONS.

PONTVS, (πόντος,) insula est, de qua Virgilius 1. Georg. 12, –vitisque Pontus Castorea. Est & prouincia Asiæ Minoris, à Ponto rege sic cognominata, nobilis crudelitate Medeæ. Hæc (vt Strabo refert libro 1. 2. 8. 9. 11.) ab Occidente Halì flumine clauditur ab Oriẽte Colchide, à Meridie Minori Armenia. Ptolemæus verò aliter libro 5. ait enim, Pontus ab Oceasu ore Ponti & Thracio Bosphoro à Meridie, regione quæ proprè Asia dicitur: à Septentrione parte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates insignes sunt, Chalcedon, Nicomedia, Nicea. Hic regnauit Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila, veteris testamenti translator & interpres, & Martion hæresiarches, qui quanuis Christianus videri vellet, alium tamen creatorem omnium rerum dicebat, quàm CHRISTI patrem, illumque maiorem aiebat.

Pontus, Nerei filius & Neptuni, vt Eusebius libro 1. Præparat. scribit. Vnde Pontus mare dici viderur. Alii Pontum dici existimant mare, ab πονέομαι, quod est mergo. Vel à πόνος, id est labor, quia sit laboribus plenus. Ridiculè per contrarium dici arbitrantur, quòd careat ponte. Proprìè autem id mare Pontus appellatur, quod à palude Mæotidis vsque in Tenedum protenditur: sed vbi primùm se arctat, à Tenedo incipiens, post Helles casum, Hellespontus vocatur: vbi expandit, Propontis: vbi iterum premit, Thracius Bosphorus: vbi iterum effundit, Pontus Euxinus, qui paludi committitur. Palus ipsa, Mæotis in Põto iuxta Phasidis ostium: Tomos ei loco proxima insula est, Medeæ crudelitate memoranda, quæ ibi fratrem suum Absyrtum interfecit, nec minus Nasonis exilio nota. Cor autem Tomos dicta sit vrbs ipsa & insula, exponit Ouidius Tristium libro 1. his verbibus.

Inde Tomos locus est dictus, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

Freta Ponti. Virg. 1. Georg. 72.

Gurges Ponti. Cicero ale Diuinat. 23. Ex poeta.

Hyems aspera Ponti. Virg. 7. Aeneid. 22.

Imago tristis Ponti. Ouid. 11. Metam. 86.

Os Ponti & angustiæ. Cic. 6. Verr. 114.

¶ Angustos Pontus Nepheleidos Helles. Ouid. 11. Metam. 40.

Apertus Pontus, Id est latus, latè patens. Ouid. 11. Metam. 80.

Arduus pontus. Valer. 5. Argon. 68.

Cæruleus Pontus. Virgil. 12. Aeneid. 37. Catull. in Annales Volusii, epigram. 34. 3.

Curuati Ponti littora. Sene. Hippol. 1. 5.

Euxinus Pontus. Cic. 1. de Orat. 85.

Ingens Pontus. Virg. 1. Aeneid. 24.

Mobilis Ponti vaga vnda. Senec. Hercifur. 12. 1.

Niger Pontus. Valer. 1. Argonaut. 116.

Niualis Pontus. Stat. 12. Thebaid. 119.

Profundus Pontus. Virg. 5. Aeneid. 123.

Tranquillus Pontus. Stat. 6. Thebaid. 116.

Vastus Pontus. Virg. 4. Georg. 86. Sil. lib. 4. 16.

Ventosi mulcere pericula Ponti. Stat. 3. Sylu. 2. 1.

¶ Bruma astringit Pontum frigore. Lucan. lib. 1. 4.

Consistit glacie Pontus. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 8.

Credere se Ponto. Ouid. 13. Metam. 191.

Nomina dare Ponto. Horat. 4. Carm. ode 2. 1.

Ferri Ponto. Virg. 9. Aeneid. 25.

Arctatus rapido feruet quà gurgite Pontus. Lucan. lib. 5. 47.

Feruet vertigine Pontus. Ouid. 11. Metam. 110.

Legere pontum pone. Virg. 2. Aeneid. 42. Id est Transire. Seruius.

Mergere Ponto, Vide MERGO.

Miscetur Pontus magno marmure. Virg. 1. Aeneid. 26.

Obruerat tumulos immensa licentia Ponti. Ouid. 1. Metam. 63.

Pererrare Pontum. Senec. Medea, 8. 15.

Subdola quum rider Placidi pellacia Ponti. Lucret. lib. 2. 113.

Sæuit Pontus. Horat. lib. 3. Carm. ode 3. 8.

Sæuit Pontus minaci murmure. Lucret. lib. 1. 56.

Transire Pontum per vada. Lucret. lib. 1. 40.

Transcurrere Pontum. Stat. 3. Sylu 4. 1,

Crastina nanque dies trucis ad confinia Ponti
Cyaneasque vocat. Valer. 8. Argonaut. 35.

Vstus Pontus ab assiduo frigore. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 1.

Ponticus, penult. corrept. Adiectiuum. (πονπικός.) Vnde Ponticum absynthium, apud Columellam lib. 12. cap. 35, Pontici absynthii pondo libram, &c.

Freti Pontici fauces. Senec. Medea, 7. 5.

Humus Pontica. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 12.

Mare Ponticum. Horat. 3. Carm. ode 24. 1.

Prælia Pontica. Lucan. lib. 1. 69.

Terra Pontica. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 19, Aspiciat vultus Pontica terra meos. Et 1. de Ponto, eleg. 7. 14.

Verba Pontica. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 10.

Popa, popæ, Popæ dicebãtur qui victimas habebant vænales, & qui ligabant eas ad altare, feriebantque. Propert. lib. 4. eleg. 3. 13,

Succinctæque calent ad noua lucra popæ. Spartianus in vita Geтæ, Per cultis hostium popa nomine Antonius. Suetonius in Caligula, cap. 32, Admota altaribus victima, succinctus Caligula poparum habitu, elato alte malleo, cultrarium mactauit. Vbi memlose legitur pomparum.

Venter popa. Persius Saty. 6. 9,

–nihil tranna figuræ
Sit reliquum? sit illi tremat omento popa venter. Id est, phago & gulosus, quales erant popæ victimarii.

Popanum, pópani, pe. cor. (πόπανον,) Placenta lata, tenuis, rotunda, quam diis veteres offerebant: sed & pro quocunque libo capitur. Iuuenalis Satyra 6. 54, Scilicet & tenui popano corruptus Osiris. Iulius autem Pollox ait placentam esse, qua in sacrificiis antiqui vtebantur. cuius dictionis frequens est vsus apud Aristophanem.

Popellus, Vide POPVLVS, m. g.

POPILII, à Pompilii diuersi leguntur, quorum princeps M. Popilius, qui quum COS. esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat Flamen Carmentalis: plebis contra Patres concitatione & seditione nuntiata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemque cũ authoritate, tum oratione sedauit. Author Cicero in Bruto. Hic etiam secundùm Consul cum M. Fabio Ambusto factus, Tyburtes bello vicit, agris eorum vastatis, teste Liuio. M. Popilius à Numantinis, cum quibus pacem factam irritam censuerat, cum exercitu fusus fugatusque est, vt etiam author est Liuius lib. 55. Hic de inde ob rem sua culpa male gestam, in exilium est actus.

Popilius, legatus ad Antiochum, qui Ptolemæum regem, amicum Populo Romano obsederat, missus nuntiatum vt à socius Populi Romani abstineret: cunctantem, responsumque differentem, virga circunscripsit, ne vltra spatium illud differendo exiret: ex quo territus Antiochus bellum omisit. Liuius lib. 45. & Valerius.

Popilius Lanatus, siue Lænas, qui Ciceronem occidit patronum suum in causa capitis. Author Valerius.

Popina, popinæ, pen. prod. à Popa, (ἑστιατόριον, ὀψοπωλεῖον,) Locus vbi publicè opsonia, caroque cocta, ac delicatè confecta venditatur, comeditúrque vel priuatim vbi gulosa familia extraordinarie ligurire & helluari consuetit, authore Valla in Raudensem. Plaut. Amphit. 16. 10,

Interea dum isti certant, in popinam diuortundum est mihi:
Lances detergam omnes, omnesque trullas hauriam. Plin. epist. 3. 2,

Quid illa mollis, & tamen solida gestatio: quid balineum illud, quod plurimus sol implet, & circumit: quid triclinia illa popularia? illa paucorum: quid popinæ? quid cubicula diurna noctumaque? Cic. 3. Philip. 137, Sed quum tam atroci edicto nos cõcitauisset, cur ipse non affuit? num putatis aliquæ re tristi & seuera? vino & epulis retentus, & alea est? si epulæ potius, quàm popinæ nominandæ sunt. Hic pro epulis ganeæ accipitur. Horatius 1. epist. 14. 5,

–fornix tibi & vncta popina
Incutiunt vrbis desyderium. Cic. 2. in Catil. 17, Quorum æs alienum contractum in popinam, nullum Reip. motum afferre poterat. Sueton. in Nerone, cap. 16, Interdictum, nequid in popinis cocti, præter legumina aut holera, væniret: quum antea nullum non opsonii genus proponeretur.

Arcana popina, Vide ARCANVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Protrictinis popinæ, pro cubiculis stabula in sedibus huius sunt. Cice. 2. Philipp. 78.
Calida popina. Iuuenalis Satyra 11. 9.
Diues popina. Mart. lib. 5. 45.
Quum fastidierit popina diues,
Antique venies ad olla cœnæ.
Immundæ popinæ. Horat. 1. Serm. saty. 4. 13.
Nigra popina. Martialis lib. 7. 60, Occupat aut totas nigra popina vias.
Tenebricosa popina. Cic. in Pisonem, 13, Tu ex tenebricosa popina Cõsul extractus, cum illa saltatrice tonsa, Senatum Reipublicæ occasum atque interitum lugere vetuisti.
Tepidæ popinæ. Mart. lib. 1. 125.
Inhalare popinam. Cic in Pisonem, 9, Et quum isto ore fœtido teterrimã nobis popinam inhalasses.
Popino, penult. prod popinõnis, m. g. (καφενεῖον, ἀστωτῆρ,) Qui in popinis versatur, & helluatur. Sueton. de Claris Grammat 15, Turconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita scriptisque monstrosum. Horat. 1. Serm. satyr. 7. 8, Imbecillus, iners: sim quidtuis, adde popino.
Popinor, pen. prod. popinãris, (καφενοῦσω, ἀστωτεύομαι,) popinari, Helluari & indulgere popinis. Iulius Capitol. Dum Galienus popinatur, & balneis ac leenonibus reputat vitam.
Popinatio, popinatiõnis, (ἀστωτία,) Nuncupata est à Gellio, quæ alio nomine dicitur helluatio, quam Græci asotiam vocant.
Popinãlis, & hoc popinãle, pen. prod. (καπηλικός,) Quod ad popinã spectat. Colum. lib. 8. cap. 16. 4. Iam enim celebres erant deliciæ popinales, quum ab mari deferrentur viuaria.

Poples, poplitis, pen. corr. m. g. (ἰγνύς, ἰγνύα,) Pars opposita genu. Dicta quòd plicetur & curuetur. Colum. lib. 6. cap. 12, Si dolore neruorum claudicat, oleo & sale genua, poplitesque, & crura confricandæ sunt, donec sanetur. Liu. lib. 2, Quosdam & iacentes viuos succisis femoribus poplitibusque inuenerunt. Idem 2. bel. Pun. 199, Tergaque ferientes ac poplites cædentes, stragem ingentem dederunt. Cic. 1. de Nat. deorum, 138. Et Plin. lib. 28. cap. 4. 5.
Defectus poples. Ouid. 13. Metam. 96.
Firmus poples. Ouid. 15. Metam. 45.
Lapsus poples. Lucan. lib. 3. 61.
Mollia nodosis facit internodia poples. Ouid. 6. Metam. 52.
Succidus poples. Ouid. 10. Metam. 91.
Suspensus poples. Stat. 5. Sylu. 4. 4.
Tensus poples. Stat. 9. Thebaid. 96.
¶ Contendere poplitem, Vide CONTENDO.
Deposito victum præbebat poplite collum. Lucan. lib. 1. 122.
Duplicato poplite ad terram incidit. Virg. 12. Aeneid. 186.
Excipere se poplitibus. Curtius lib. 6, Posteaquam deficere se sensit, poplitibus semet excepit. Idẽ lib. 9, Ille ad omnes ictus expositus, ægre iam exceptum poplitibus corpus niebatur, donec, &c.
Flexo poplite sidunt. Stat. 6. Thebaid. 118.
Brachia, palpebræque cadunt: poplitesque cubanti
Sæpe etiam summittuntur. Lucret. lib. 4. 193.
Proiicit truncum submisso poplite corpus. Catul. Argon. 59. 74.

POPPEA, Poppeæ, (Ποππαία,) Secunda Neronis Claudii Cæsar. vxor. Suet. in Nerone, cap. 35, Vxores præter Octauiam duas postea duxit. Poppeam Sabinam Quæstorio patre natam, & Equiti Romano antè nuptam, &c.

Poppeãnus, penul. prod. A diectiuum. (Ποππαιανός,) Quod ad Poppeam spectat, vel quo Poppea vti solebat. Iuuen. Saty. 6. 47,
–ridendaque multo
Pane tumet facies, aut pinguia poppeana
Spirãt, & hinc miseri viscantur labra mariti. Sic legendum, nõ vt eorrupte Calepinus popana: & sunt vnguenta ex afinæ lacte composita ad conciliandum faciei decorem, quibus Poppea vxor Neronis, vt inquit Plinius lib. 11. cap. 41. 2, vtebatur, quingentas asinas per omnia secum fœtas trahens, balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens.

Poppysma, poppysmatis, pen. cor. n. g. (πόππυσμα,) Dicitur vocis blandimentum: quod fit equis mitibus, cum tractatione manuum. Vnde & quæ fit manibus palpatio interpretari potest, vt apud Iuuenalem Saty. 6. 59, Præbebit vari crebrum poppysma roganti. Id est, crebram manum tractationem cum quadam voce adulatione. Nam fit ἀποπυπύζω, quod est sibilo vel adulor.

Poppysmus, poppysmi, (ποππυσμός,) ἀποπυπύζων, quod est illisis manibus inter se, & palma cum palma collata plausum edere. Plin. lib. 28. ca. 2. 15, Fulgetras poppysmis adorare, consensus gentium est.

Poppyzon, poppyzontis. Demulcens, blandè attrectans, sibilans. Plin. li. 35. cap. 10. 37, Quum pinget et poppyzonta retinentem equum.

Populnus, Vide POPVLVS, f. g.

POPVLONIA, (Ποπλώνιον,) Hetruriæ ciuitas iuxta Pisas, authore Põponio Mela lib. 2. Hodie Plumbinum.

POPVLONIVM, (Ποπλώνιον,) Tuscorum promontorium, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Baractus portus hodie.

Populus, populi, prima corr. m. g. (δῆμος, λαός, λεώς, λεῖτος,) Singulari numero vnius ciuitatis multitudinem significat. Virgil. 1. Aeneid. 5, Hinc populum latè regem, belloque superbum.
Populus, Multitudo hominum, iuris consensu & concordi communione sociata.
Populus, princeps terrarum, Romani dicuntur. Plin. lib. 22. cap. 3.
Populi in plurali, diuersarum ciuitatum multitudo. Virgil. 1. Aeneid. 46,
Littoraque & latos populos.
Populi Aethiopum. Ouid. 2. Metam. 46.
Stultorum regum, & populorum continet æstus. Horat. 1. epist. 2. 2.
Fauor populi. Ouid. 4. Fast. 175.
Stultaque pars populi quæ sit sua curia nescit. Ouid. 2. Fast. 107.
Rector populorum. Ouid. 7. Metam. 97.
Regnator populorum. Horat. 3. Carm. ode 30. 3.
¶ Acres populi. Silius lib. 13. 141.
Arinati populi. Claud. de bello Gildon. 10
Aeger. Senec. Oedipo, 106.
Audax. Virg. 4. Aeneid. 123.
Auritus, Vide AVRIS.
Contumax. Senec. Thyest. 8. 5.
Degener. Lucan. lib. 1. 74.
Exanguis. Stat. 11. Thebaid. 5.
Frequens. Horat. 1. Carm. ode 35. 3.
Furens. Lucan. lib. 1. 14.
Hilaris. Ouid. 3. de Arte, 103.
Indomiti populi. Lucan. lib. 4. 30.
Innumerus. Silius lib. 13. 106.
Integerrimi diuturna pace populi, Vide INTEGER.
Lati populi. Virgil. 1. Aeneid. 46.
Leuis populus. Horat. 2. epist. 1. 22. Valer. 1. Argon. 15.
Magnus, Vide MAGNVS.
Nobilis. Iuuen. Satyr. 15. 12.
Potens. Lucan. lib. 1. 1.
Præceps. Lucan. lib. 1. 98.
Rudis. Ouid. 1. Fast. 8.
Silens populus, Inferi. Claud. 2. de raptu Proserp. 48.
Trux. Stat. 10. Thebaid. 15.
¶ Primores populi arripuit, populõque tributim. Horat. 2. Ser. saty. 1. 14.
Compescere populos tumentes, Vide COMPESCO.
Concedere populo vsum loquendi. Cic. in Orat. 91.
Concionari apud populum, Vide Concionor in CONCIO, concionis.
Conscribere populum, Vide CONSCRIBO.
Voces populi contemnere. Horat. 1. Serm. saty. 1. 13.
Contundere populos feroces. Virg. 1. Aeneid. 15.
Conuocare populum in tribus, Vide CONVOCO.
Damnari populo. Horat. 2. Serm. saty. 3. 18.
Inspectante populo, Vide INSPECTO.
Feroces populos lenire. Claud. 7. Panег. 88.
Pascere populum frumenti copia. Horat. 1. epist. 15. 4.
Profectus ad bella populus. Ouid. 1. Fast. 54.
Regere populos imperio. Virg. 6. Aeneid. 171.
Spectaret populum ludis attentius ipsis. Horat. 2. epist. 1. 40.
Tueri populum sub religione. Virg. 2. Aeneid. 37.
Tene magis saluum populus velit, an populum tu. Horat. 1. epist. 17. 6.
Integros atque florentes populos vici, Vide INTEGER.
¶ Populus, de apibus. Colum lib. 9. cap. 13. 9, de remediis apum laborantium morbo, Id ne fiat, duo populi coniungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere.
Popellus, popelli, Diminutiuum, (δημίδιον,) Parnus populus. Persius Satyra, 4. 7, Ante diem blando caudam iactare popello. Horat. 1. epist. 7. 13, –Vulteius mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello Occupat.

Populãris, & hoc populãre, penult. prod. (δημοτικός, δήμοτικός, λαϊκός, δημοχαρής,) Quod est populi. Horat. de Arte, 17, –& populares
Vincentem strepitus, & natus rebus agendis.
Animus verè popularis, & saluti populi consulens. Cic. 4. Catil. 81.
Ars popularis. Cic. 3. de Fin. 6, Item ipsæ rhetorum artes, quæ sunt totæ sordentes atque populares.
Aura popularis. Horat. 3. Carm. ode 2. 4. Cicero de Aruspicum resp. 40, Sulpitium ab optima causa profectum, Caioque Tuscio Consulatum contra leges petenti resistentem, longius quàm voluit, popularis aura processit.
Auris popularibus gaudens. Virg. 6. Aeneid. 164.
Auris popularibus impelli. Lucan. lib. 1. 27.
Cædes popularis. Ouid. 12. Metam. 23.
Cœtus popularis & forensis. Cic. 4. Acad. 12.
Commemoratio popularis. Quintil. lib. 4. cap. 3. 9, Popularis illa virtutum. Cn.

Pompeii commemoratio.
Delectatio popularis. Quintil. lib. 2. cap. 10. 8, Sed sunt ad popularem aptatæ delectationem. De actionibus.
Fama popularis. Cic. 2. de Finib. 20, Vt enim consuetudo loquitur, id solũ dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum.
Flumen populare. Ouid. 11. Metam. 11.
Iactatio popularis, Vide IACTO.
Imperium populare & semper extraordinarium atque ventosum est. Cice. 11. Philipp. 301.
Ingenium populare. Liuius 2. ab Vrbe, 102, Cui ingenium magis populare erat.
Lex popularis, Id est quam populus sanxit. Cic. 2. de Legib. 15.
Loca popularia erant, in quibus populus sedebat in theatro. Suet. in Domit. cap. 4, Et quia pars maior intra popularia deciderat quinquagenas tesseras in singulos cuneos Equestris ac Senatorii ordinis pronũtiauit.
Nomine populari appellari. Plin. li. 13. cap. 4. 18, Nam in alia parte Phoenices, Ciliciæque populari etiam nomine à nobis appellantur balani, Id est nomine vulgò vsurpato à populo.
Persuasio popularis. Quintil. lib. 2. cap. 15. 13.
Ratio popularis. Cic. 1. de Legibus, 18.
Sacra popularia, vt Labeo ait, sunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familiis attributa sunt, vt Fornacalia, Palilia. Hęc Festus. Sic dicta, quòd populo grata essent, quum in populum missio fieret ab iis qui gratiam plebis quærebant: & hoc duplici modorum de Rep. bene sentiendo: & ea quæ ad populi salutem spectant, recta cum ratione agendo: aut largiendo & adulando, vel aliis corruptelis beneuolentiam captando.
Ad vulgarem popularemque sensum accommodata oratio. Cicero 1. de Orato. 54.
Sermo popularis. Senec. Herc. furen. 6. 4.
Studiis popularibus munitus. Claud. 3. Paneg. 10.
Turbæ populares. Quintil. lib. 1. cap. 16. 2, Nec seditiones modò, turbæque populares, sed bella etiam inexpiabilia excitentur.

Popularis & ciuilis vsus. Cic. 5. de Legib. Non ad hunc vsum popularem atque ciuilem de Repub. disserebant.

¶ Popularis, (δημόδημος, δημότης,) Ciuis, & vnus ex populo. Plaut. Amphit. 4. 39, Qui præda, atque agro, adoreaque affecit populares suos. Terent. Adelph. 2. 1. 1, Obsecro populares certe misero atque innocenti auxilium. Plaut. Penul. 16. 76,
Carthagini ego sum gnatus olim, vt sis sciens
P. O mihi popularis salue. Idem Rud. 15. 13, Ago cum illa, nequid nocet meis popularibus. Cic. 4. Acad. 210, At hoc Anaximandro populari, & sodali suo non persuasit. Idem ad Atticum, lib. 10. 192. 3, Ego verò Solonis popularis tui, vt puto, etiam mei, legem negligam.
Idem 2. de Legib. 91, Seseque non vnis circundatum mœnibus popularem alicuius definiti loci, sed ciuem totius mundi, quasi vnius orbis agnouerit.
Impleuit populares laudibus & meritis Scipionis. Vide IMPLEO.
Popularis ciuis Cic. 3. de legib. 39, Sapientis autem ciuis fuit, causam nec perniciosam, & ita popularem, vt nõ posset obsisti perniciosè, populari, cui non relinquere.
Fieri popularem. Cic. de Aruspicum resp. 40, Saturninum quòd in annonæ caritate Quæstorem à sua frumentaria procuratione Senatus amouit, eique rei M. Scaurum præfecit, scimus dolore factum esse popularem. Id est quod prius dixerat, A grauitate patrum desciscere.

¶ Popularis, de gliribus. Plinius lib. 8. cap. 57, Qua in re notatum, non congregari, nisi populares eiusdem syluæ: & si misceantur alienigenæ, nisi amne vel monte discreti, interire dimicando.

¶ Popularis, pro Subdito. Liuius, Tentando nunc sociorum, nunc popularium animos. Id est suorum subditorum. De Philippo loquens. Salustius, Dubitare virtuti an fidei popularium minus crederet. De Iugurtha. Budæus.

¶ Popularis, inquit Donatus, A fortuna eiusdem conditionis, gentisque, sortis, & fortunæ. Terent. Phorm. 1. 1. 1, Amicus summus meus & popularis Geta.

¶ Popularis, pro Conscio, vel participe, vel fautore. Salust. in Catili. Itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos: videlicet timens ne si Romæ sint, aut à popularibus cõiurationis, aut à multitudine conducta per vim eripiantur. Iterum, Igitur comitis habitis Consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Quod factum primò populares coniurationis cõcusserat. Paulo antè, Fuere ea tempestate qui dicerent Catilinam oratione habita quum adiurasset populares sceleris sui conscios addiceret, humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse, &c.

¶ Popularis, Populo amatus & charus, authore Donato. Cic. Nihil tam populare, quàm bonitas. Liuius, Et quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat.
Popularis atque plausibile nomen Censorium factum est. Cice. 1. Verr. 5.
Maximè popularis homo Quintius, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere consuesset. Cic. pro Cluentio, 61.
Popularis, id est assentator, & leuis ciuis: Constans, seuerus & grauis contraria. Cic. de Amicit. 78.
¶ Popularis, humilis, vilis, è populoque factus, interpretatur Donatus. Plautus, Præstat dimitem esse ac popularem, quàm nobilè & mẽdicum.
¶ Popularia, Nugatoria, puerilia. Laberius, Popularia agimus per ludum. Nonius.

Populãritas, penult. corre. populãritãtis, (δημότης,) Populi coniunctio, Amicitia quæ eiusdẽ patriæ habitatione cõtrahitur. Plau. Pœn. 16. 78,
O mihi popularis salue. A. & tu ædepol, quisquis es:
Et siquid opus est, quæso dic, atque impera
Popularitatis cauta. Plin. lib. 33. cap. 2. 4, Iudicum autem appellatione separari eum ordinem primi omnium instituêre Gracchi, dilcordi popularitate in contumeliam Senatus. Quintil. libr. 5. cap. 9. 8, Vnde Spurii Melii, Marciique Manlii popularitas signum affectati regni fuit existimatum.

¶ Popularitas, (δημαγωγία,) gratia in populo. Plin. epist. 117. 2, Dixit causam Claudius Aristion princeps Ephesiorum, homo munificus, & innoxiæ popularitatis.

Populãriter, pen. corr. A diuerbium, Affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. Iuuen. Satyr. 3. 4,
–& verso pollice vulgi,
Quemlibet occidunt populariter.

Populariter & Moderatè, contraria. Cicero pro Sestio, 30, Res erat cum L. Saturnino iterum Tribuno plebis, vigilante homine, & in causa populari si non moderatè, at certè populariter abstinenterque versato.
Populariter, More populi. Cic. in Somnio Scip. 25, Homines enim populariter annum tantummodo Solis, id est vnius astri reditum metiuntur.
Populariter agere. Cic. 3. Verr. 107, Et me populariter agere, atque multitudinem commouere, quòd puerum producerem, clamitauit.
Populariter loqui. Cic. 2. de Finib. 29, Sed hæc rhetorica philosophorum non nostra illa forensi, quam necesse est quum populariter loquatur, esse, interdum paulò hebetiorem.
Populariter, & Limati scriptum, contraria. Cic. 5. de Finib. 20, Quia duo genera librorum sunt, vnum populariter scriptũ, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius.
Populãtim, pen. prod. A diuerbium, (κατὰ δῆμους,) Per populos. A puleius, Populatim ab omni prouincia reuocatus. Põponius, Magnus poeta placuit populatim omnibus. Nonius.
Populatim, Cateruatim & in vniuersum. Cæcilius, Ego perdidi te, qui omnes seruos perdo populatim, quę ne ad malũ, hoc addas malũ. Nonius.

Põpulo, põpulas, pen. corr. (δημαγωγέω,) populãre, Amorem populi cõciliare. Pacuuius, Chryse, Atque vt promeruit, pater mihi patriam populauit meam. Nonius.

Põpulo, põpulas: vel Populor, populãris, (δηϊόω, δηϊάω, πτόλεω, πτολεῖω, ἐξαλαπάζω, λεηλατέω,) populari, Prædari. Virg. 12. Aenei. 105, Quique suum populatus iter. Idem 1. Georg. 37, –populatque ingentem farris acernum. Cæsar 1. bel. Gal. 40, In Heduorum fines peruenerant, eorumque agros populabantur. Cice. 1. Offic. 49, Noctu populabatur agros, quòd diurum essent pactæ, non noctium induciæ. Liu. 1. ab Vrbe, 58, Inde ad Iæuam versi, quia dextra Tyberis arcebat, cum magna trepidatione agrestium populantur.
Hic olim ignaros luctus populauit Achiuos. Propert. lib. 3. eleg. 18. 6.
Agros populari. Cic. 5. Verr. 111.
Cura populatur artus. Senec. Hippol. 4. 4.
Formam populabitur ætas. Ouid. de Medicamine faciei, 9.
Ferro populari & igni. Lucan. lib. 2. 90.
Mœnia populari deiecto vallo. Ouid. ad Pisonem, 41.
Lapis durus pulchra populatur ora. Senec. Hippol. 10. 21.
Ferro populare penates. Virg. 1. Aeneid. 107.
Vi populare. Virg. 11. Aeneid. 53.
Populatus vrbes cædibus. Stat. 3. Thebaid. 44.
Populans, pen. corr. Participium: (δηϊῶν,) vt
Flamma populante capillos. Ouid. 1. Metam. 32.
Igne furtiuo populante venas. Senec. Hippol. 3. 2.
Populandus, Aliud participium: (δηϊωτέος,) vt
Tradere terras populandas. Ouid. 1. Metam. 50.

Populãtus, penult. produ. Similiter participium. (πορθηθείς,) Cice. 5. Verr. 103, Eiectos aratores esse dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos à Verre: populatam, vexatamque prouinciam. Ibidem, 2. 28, Populatas vexatasque prouincias. Et apud Plinium lib. 8. cap. 55. 1, Populatæ messes.
Agmina populata alueum gurgitis Stat. 5. Thebaid. 1.
Arua populata nostro Marte. Horat. 3. Carm. ode 5. 5.
Tempora populata. Virg. 6. Aeneid. 100.

Populãtus, huius populatus, pen. prod. (δηϊώστις,) Lucan. lib. 2. 106, Ardent Hesperii sceuis populatibus agri.

Populatio, Verbale. (πόρθησις,) Liu. 3. ab Vrbe, 8, Æquos populationibus incursionibusque meliores esse.
Populatio murum, & volucrum. Colum. lib. 2. cap. 20. 1, Nam ea res à po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulatione murum, formicarumque frumenta defendit. Idem lib.3.cap. 21.5, Aut si maturitatem serotini expecter, amittat vindemiam præcoce, quæ pluvinque populationibus volucrum, pluuiisque aut ventis lacessita, dilabitur.

Populatio morum. Plin.lib.9.cap.34, Quum populatio morum atque luxuriatio aliunde maior quàm è concharum genere prouenitat.

Populator, penul.prod. Aliud verbale (πορθητής,) vt Troiæ populator. Ouid.13.Metam.132.

Sensit Arcadii populator agri Senec. Agamem.9.5.

Luxus populator opum Claud.1.in Ruffinum,7.

Vinit adhuc operis nostri populator Achilles. Ouid.13.Metam.119.

Populatrix, pen.prod. (πορθητρὶς,) Verbale fœm. Mart.lib.13.104,

Hæc tibi Thelei populatrix misit Hymetti,

Pallados à lyluis nobile nectar apis. Stat.3.Sylu.2.18.

-aut Siculi populatrix virgo profundi.

Cæteræ populatrices. Claud.3.de raptu Proserp.34.

Populabundus, Adiectiuum. (ἐξαλαπάξων,) Qui populatur. Liu.3,ab Vrbe,12, Consul quum aliquoties per omne hostium agrum infesto agmine populabundus isset, cum ingenti laude prædaque Romam rediit. Ibidem,1.62, In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quàm iusti more belli.

Populabilis, & hoc populabile, pen.cor. (πορθητός,) Ouid.9.Metam.53, Interea quodcunque fuit populabile flamma.

Populus, pópuli, pen.corr.f.g. prima prod. (ἄρπυια, λεύκη, ἀχτή, ἐλάτη,) Arbor, à frondium multitudine sic appellata. Virgil.eclog.9.8,

-hic candida populus antro Imminet. Plin.lib.34, Virgam populi in manu tenentibus interstrigo non metuatur. Idem lib.17.cap.11.34, Populos & fraxinos, quia festinantius germinant, disponi quoque maturius conuenit. Colu.lib.1, Cui rei maximè videtur idonea populus: & est arbor cerro similis. Cicero 1.de Legib.22, Sic nos inter has procerissimas populos in viridi, opacaque ripa inambulantes.

Populi duo genera sicut enim alba populus, quæ Græcis λεύκη, Gallis trambala appellatur: fertque vuas vinguentis dicatas, quas bryas appellant. Est & populus nigra, Græcis ἄιγειρος dicta, fronde angustiori, scabrio re cortice, in totum strigosior, nullum fructum ferens. Ruellius.

Populus in fauilis, abies in montibus altis. Virg.eclog.7.14.

Alba populus. Horat.1.Carm.ode 3.2.

Alta populus. Tibull.lib.1.eleg.4.6.

Ardua populus. Claud.in Præfat.lib.2.de raptu Pros.5.

Candida populus. Virg.eclog.9.8.

Populeus, penult.corr. Adiectiuum. (αἰγείρινος,) Quod est populi arboris, aut ex ea factum. Virg.4.Georg.103, Qualis populea mœrens philomela sub vmbra.

Frondes populeæ. Virg.8.Aeneid 7.

Vmbra populea. Virg.4.Georg.103.

Populeus, Aliud adiectiuum, Idem. (αἰγείρινος, λεύκινος,) Plaut.Casina,9.3.1, Nam ista aut populina sors, aut abiegna est tua?

Populneus, Adiectiuum. Idem, (αἰγείρινος,) Columel lib.6.cap.3.6, Probatusque maximè vlmea, post fraxinea, & ab hac populnea frons.

Idem libro 11.cap.2.76, Frondem querneam & populneam. Et lib. 12.cap.43.4.

Populifer, pen.corr. (αἰγειροφόρος,) Similiter adiectiuum. vt Padus populifer. Ouidius 2.Amor.eleg.17.7.

Populetum, penult.prodn. (αἰγειρών,) Locus populis consitus. Plin.lib. 14.cap.6.2, Antea cæcubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis.

Porca, Porcellus, Vide PORCVS.

Porcere, pen.prod. (μαιεῖν ἱλαύνειν,) pro Porrò arcere, dictum ab antiquis, teste Festo: siue Prohibere, vt ait Nonius. Lucilius lib.6, Non te porrò procedere porcent. Obsoletum verbum syncopatum ex porrò & arceo.

PORCIA, (πορκία,) Nomen mulieris Romanæ. Fuerunt autem duæ, maior & minor. Porcia minor quam laudaretur apud eam quædam bene morata, quæ secundum habebat virum, respondit, Fœlix & pudica matrona nunquam præter semel nupsit.

PORCIVS, (πόρκιος,) cognomen fuit Catonis Censorini. Tractum à porco: cognomina enim (vt inquit Varro) habêtur à maiori & à minori pecore. A maiori, vt Equitius, Taurus. A minori, vt Porcæ, Capriliæ.

Porculetum, porculeti, pen.prod. Plin.lib.17.cap.22.4, de fulco & vinearum putatione, Quiescere ventos satio nis die vridissimum. Plerique Austros optant, Cato abdicat: interesse medio temperamento inter binas vites oportet pedes quinos. Minimum autem lato solo, pedes quaternos, tenui plurimum octonos. Vmbri & Marsi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his quæ vocant porculeta. Hermolaus porculetum ait idem significare quod porca, hoc est pulvinum, siue hortum, in quo veluti sulcatim sua cuiusque generis holera seruntur.

Porculum, pórculi, pen.corr. Cato cap.19.1, Foramen quod primum facies, semipedem ab cardine facito: cætera diuidito quàm rectissimè: porculum in media sucula facito: inter arbores medium quod erit, in medium collibrato, vbi porculo figere oportebit, vti in medio prelum rectè situm sit.

Porcus, porci, masc.gen. (χοῖρος,) Notum animal. Martialis libro 14.70,

Iste tibi faciat bona Saturnalia porcus,

Inter spumantes ilice pastus apros. Porcus (inquit Varro lib.2.de Re rust.cap.4.16.) Græcè nomen est antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον.

Porcus dictus est, quòd pórrecto rictu pascatur, & terram dum herbarum radices rimatur, latius porrigat.

Bimestris porcus. Horat.3.Carm.ode 17.3.

Saginatus porcus. Propert.lib.4.eleg.1.5.

Abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle villa locuples. Cic.de Senect.52.

Dare piaculum porco fœmina. Cic.1.de Legib.90.

Immolare porcum. Horat.2.Serm.saty.2.33.

¶ Porcus, (χοῖρον,) pro porculo, & lacteate. Columel.lib.7.cap.9.3, Quum iam herbæ solidiores sunt, vt & sicma lactis maturitas porcis contingat: & quum desierint holeribus ali, stipula pascantur. Et paulo pòst, Porcus lactens.

Candidulus porcus. Iuuen.Saty.10.36.

Lactens porcus, Vide LAC.

¶ Epicuri, de grege porcus. Horat.1.epist 4.4.

Porca, porcę, (χοῖρος,) Fœmininum est à Porcus: cuius exéplum est apud Catonem.cap.134, Prius quàm porcam fœminam immolabis. Vetus exemplar habet porcum fœminam. & ibidem paulo antè, Porco fœmina. Quam puto veram lectionem. Si enim porca dixisset, quid opus erat addere fœmina? Virg.8.Aeneid.129,

Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

¶ Porca, in agro dicitur terra elata. Varro de Re rust.lib.1.cap.29.2, Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quòd ea legere frumentum porrigat. Hæc Varro. Vel dicitur à Porcendo antiquo verbo, quòd vltra se faci semina prohibeat. Columella lib.2.cap.4, Latas rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est vt inter duos latius distantes sulcos, medius cumulus ficcè sedem frumentis præbeat. Sed & triginta pedum latitudinem, CXXV longitudinem, porcam vocabant, eodem authore lib.3.cap.2.6. Campani (inquit Hermolaus Barbarus) hodie porcas vocant paluinos siue ostolos, in quibus veluti sulcatim sua cuiusque generis holera seruntur. Id genus & areæ dicuntur apud Columellam. Festus, Porcæ appellantur rari sulci qui ducuntur aquæ deriuandæ gratia: dictæ quòd porcant, id est prohibeant aquâ frumentis nocere. Nam crebriores sulci, limi vocantur. Porcæ quæ inter duos sulcos fiunt, ait Varro dici quòd porrigant frumentum. Hæc Festus. Cic.2.de Legib.82, Quem adeò dum os reiectum terræ obtegatur, quæque in porca confracta iura sint, quo tempore in ea pius sepulchrum esse, & religione teneatur.

Auida porca, Horat.3.Carm.ode 23.1. Ouid.1.Fast.70, Prima Ceres auide gaulsa est sanguine porcæ.

Lactens porca. Ouid.2.Fast.132.

Præcidanea porca. Cato de Re rust.cap.141. Virgilius porcam fœminino genere, pro porco dixit: vt & Seruius adnotauit, & meminit Quintilianus lib.8.cap.3.

Porculus, porculi, pen.cor. Diminutiuum. (δελφάκιον,) Plaut.Menæch.8.40.

Porculus marinus, apud Plinium lib.9.cap.15.2.

Porcellus, porcelli, Idem. (δελφάκιον,) Suet.in Nerone.cap.33, Iterum ac sæpius recoctum porcello obiecit: Varro 1.de Re rust.cap.4.14, Subalcus facili delipicere possit, nequis porcellus à matre opprimatur.

Porcinus, pen.prod. (χοιρῶν,) Quod est ex porco. Plaut.Capt.13.50.

Porcinarius, porcinarii, (χοιροπώλης,) Qui carnes porcinas vendit. Plaut. Capt.14.5, Quanta lassitudo, quanta porcinarius!

Porcarius, Adiectiuum, (χοιρῶν,) Idem quod Porcinus, vt Porcaria vulua. Plin.lib.11.cap.37.77.

Porcarius, Substantiuum, (χοιροβότης,) Porcorum custos.

Porculatio, porculationis, (χοιροτροφία,) Antiquis porcorum nutricatio dicebatur. Varro lib.2.de Re rust.cap.4.12, In nutricatu, quam porculationem appellabat, binis mensibus porcos sinunt cum matribus: sed eos quum pasci iam possunt, secernunt.

Porculator, pen.prod. porculatóris, (χοιροτρόφος,) Qui porcos nutrit vt pinguescant. Colum.lib.7.cap.9.9, Iraque porculatoris maximum officium est, vt vnamquanque cum prole claudat. Sic lib.1.in Præf.22.

Porocela, Vide ENTEROCELA.

Porphyra, porphyræ, Latinè, dicitur purpura. πορφύρα.

Porphyrio, morsu bibit, cuius crura picelóga rubent, & rostrum. Hæc à

Hæc à nonnullis pelicanus dicitur. Vide Plinium lib.10.cap.46.

PORPHYRION, (πορφυρίων,) vnus ex gigantibus. Horatius 3.Carm. ode 4.11,

Sed quid Typhoeus, & validus Minas,

Aut quid minaci Porphyrion statu, &c. Martialis lib.13.78,

Nomen habet magni volucris tam parua gigantis,

Et nomen Fratini Porphyrionis habet.

Porphyrites, porphyritis, pen.prod. m.g. (πορφυρίτης,) Lapis ex Ægypto rubens, candidis intercurientibus pusilis, vt ait Plinius lib.36.cap.7.4. Propterea leucostictos appellatus, quod λευκὸς album dicimus, στίζειν pungere.

PORPHYRIVS, (πορφύριος,) philosophus, Tyrius genere clara ortus prosapia, puero vsus est præceptore Longino, viro doctissimo: prius Malchus vocabatur: deinde ob vestem regiam purpuream, quæ ob nobilitatem vrebatur, Porphyrius appellari cœpitus est. Romam postea profectus. Plotinum audiuit, vnà cum Origene & Amelio condiscipulis. Inde in Siciliam nauigans, apud Lilybæum morbo correptus, à Plotino magistro, qui eò se contulerat; & præsentia, & philosophica oratione recreatus, adeò vt statim conualuerit: mox que Romam simul repetens, ibidem diem obiit, relictis operibus, in quibus contraria & pugnantia inter se videtur asserere. Causa putâda est, quòd quæ prius probauerit, ea postea retractauerit. Eius opera sunt, De diuinis nominibus liber vnus. De principiis, duo. De materia sex. De anima, quinque. De animalium abstinentia, quatuor: De cognoscendo seipsum, quatuor. Quòd vna fuerit Platonis Aristotelisque secta libri septem. In historiam Iuliani Chaldæi philosophi libri quatuor. Contra Christianos libri quindecim. In dialectica Isagoge, aliaque complura. Floruit Aureliani Cæsaris temporibus, vsque ad Tacitum & Probum principes. Hæc ex Suida. Aduersus autem libros quos contra nos edidit, Methodius, Eusebius & Apollinaris, XXX voluminibus apologiâ dedere, vt est author Hieronymus.

Porphyreticus. Suet.in Nerone, cap.50, In eo monumento solium porphyretici marmoris superstati Linesi ara circumsepti est lapide Tiburtino.

Porraceus, Vide PORRVM.

Porricio, pórricit, penul.corr. porricere, (μαιεῖν ἐρίγειν,) Porrò iacere, ait Festus: id est valde porrigere. Quod verbum solenne sacrificantibus erat. Nam exta porrici dicuntur, quando porriguntur diis. Vnde apud Macrobium, Hostia porrecta, quasi sacrificata. Plaut.Pseud.5.3,

-nam si sacruficem summo Ioui,

Atque in manibus exta teneam, vt porriceam: interea Joci

Si lucri quid detur, potius rem diuinam deseram. Liu.9.bel.Pun.136,

Secundũ has preces cruda exta cæsa, victima (vti mos est) in mare porricit. Alia exemplaria habent proiecit. Virg.5.Aeneid.47,

Di quibus imperium est pelagi, quorum æquora curro,

Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum

Constituam ante aras, voti reus, extaque fallos

Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam. Vbi quidam proiiciam legunt, sed malè, vt pluribus contendit Macrobius lib.3.Saturnal.cap. 2. Virgil. Ibidem, 156,

-extaque fallos Porricit in fluctus.

Porrigo, pórrigis, pen.corr. porrexi, porrectum, (ὀρέγω, πρεκτέω, πρεκτάνω,) porrigere Extendere. Plinius, Facilius quippe radices porrigunt solo subacto. Plin.Iunior epist.101.lib.5, Sub his per latus omne vineæ porriguntur, vnamque faciem longe, lateque contexunt. Plaut.Merc.22.42, Porrige brachium, prehende, iam tenes? Idem Pseud.20.41, Argentum accipias. n. iam si dudum des, porrexi manum. Et Casin.9.5.2, Compressa palma an porrecta fecisti? Plin.lib.11.cap.45.4, Dextra in fide porrigitur. Oui.4.Meta.116, Ipse precor serpens in longam porrigar aluum.

Porrigere in longitudinem. Liu.5.bel.Pun.115, Prima legio & sinistra ala primò instructæ, in longitudinem porrectæ aciei: clamantibus Tribunis, nihil introrsus roboris ac virtũ esse, &c. Plin.lib.11.cap.47.1, Lynx linguam serpentium similem in magnam longitudinem porrigit.

Porrigere in rectum. Plin.lib.11.cap.52.3, Supercilia quibus porrigunturin rectum, mollea significant.

Porrigere se in ordinem. Plin.lib.17.cap.11.3.

Porrigere latius aciem, Vide ACIES. Ouid.epist.2.26, Mobile qua primas porrigit æquor aquas.

Porrigere bellum in. Liu.9.ab Vrbe,109, Apulia perdomita (nã Tarento quoq; valido oppido Iunius potitus erat) in Lucanos bellũ porrectũ.

Porrigere & dare bona. Cic.3.de Nat.deo.121, Esse enim stultitiã à quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle sumere.

Brachia porrexit cælo. Ouid.1.Metam.154.

Collum longè porrigitur à pectore. Ouid.2.Metam.75. De Cycno Ligurum rege in auem mutato.

Corpus porrigitur per nouem iugera. Virg.6.Aeneid.120.

Dextram porrigere alicui. Cic.pro Deiotaro,4.

Ne digitum quidem porrigere in rem aliquam. Cic.3.de Fin.86, Chrysippus quidem & Diogenes detracta vtilitate, ne digitum quidem porrigendum in eam esse dicebant. De bona fama loquitur.

Afflicto & incenti fidẽ dextrãque porrigere. Cic. Post reditum in Sen.21.

Porrigere fidem dicitur manus. Cic.7.Verr.119, Cui ciui supplicì nõ illa dextra inuicta, & fidem porrexit, & spem salutis ostendit?

Flores ad candida porrigit ora. Ouid.2.Metam.173.

Scopulus porrigit frontem in apertum æquor. Ouid.4.Metam.6.

Gladius nobis ad occidendum hominem aliquando ab ipsis porrigitur legibus. Cic.pro Milone,6.

Herbam porrigere, Victum se fateri. Plin.lib.22.cap.4.2, Summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere. Vide HERBA.

Sol porrigit horas, Id est producit. Ouid.4.Metam.40. Horat.2.Ser.saty. 8.6, Iugulata mihi porrexerit ilia thombi.

Lacertos æquales porrigit. Ouid.15.Metam.149.

Porrigere atque tendere lucem ingenii & consilii sui cunctis propè ciuibus. Cic.1.de Orat.91.

Manum porrigere, Opem ferre. Cic.pro Flacco,11, Sic sunt expressa ista præclara quæ recitantur: plepluinata, non sententiis, neque authoritatibus declarata, nec iureiurando constrictatised porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ.

Porrigere manum ad aliquid faciendum. Cic.pro Cælio,50, Licinium autem, quum iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse.

Manus porrigere aliquã. Ouid.4.Trist.eleg.8.2.

Manum in mensam porrigere. Cic.5.Tusc.87.

Gratulãtibus manum porrigere. Author ad Heren.lib.4.242. Mẽbra quò vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit animal. Cic.1.de Diui.196.

Membra in spatium porrigere. Ouid.2.Metamor.40, Porrigit in spatium signorum membra duorum.

Munera porrexit dextrã. Ouid.8.Metam.19.

Oscula porrigere alicui. Ouid.1.Metam.91.

Pedem sinistrum porrigere ad osculandum. Sen.de Benef.lib.1.cap.10.

Pocula porrigere. Ouid.2.de Arte,68.

Porrigi in tempus aliquod. Celf.lib.2.cap.5, Neque vitæ alia spes in malis magnis est, quàm vi impetum morbi trahendo aliquis effugiat: porrigatque in id tempus quod curationi locum præstet.

Campus porrigit vmbras murorum. Stat.12.Thebaid.51.

Porrectus, Particip. (πρεστεταμένος,) Extensus. Plin.lib.10.cap.35.2. Hirundines faucibus porrectis in angustum. Hora.4.Carm.ode 15.3,

-famaque, & imperi

Porrecta maiestas ad ortum

Solis, ab Hesperio cubili.

Ante fores porrectus. Horat.3.Carm.ode 10.5.

Tityus porrectus per nouem iugera terræ. Tibull.lib.1.eleg.3.15.

Arenã porrectus. Propert.lib.2.eleg.9.7, Viderat informem multa Patroclon arena Porrectum.

Hostis porrectus somno sub frondibus. Stat.2.Achill.15.

Iugulum porrectum. Horat.1.Serm.saty.3.18.

Littora porrecta. Ouid.epist.10.19.

Statua est in Ceramico Chrysippi sedentis, porrecta manu. Cicero.1.de Finib.60.

Mora porrecta. Ouid.4.de Ponto,eleg.12.3.

Longè series porrecta viarum. Stat.3.Sylu.3.21.

Porrecta in latitudinem fabula. Colum.lib.7.cap.3.6.

Tellus porrecta. Horat.Epod.5.17.

¶ Porrectus, aliquando nomen est: vt Porrectiore fronte loqui: hoc est hilariore. Plaut.Casina,7.3, -eloquere quid velis.

5. Primùm ego te porrectiore fronte volo mecum loqui:

Stultitia est, ei te esse tristem, cuius potestas plus potest.

Acies porrectior, Vide ACIES.

Porrectio, Verbale. (ἐπόκτασις, πρεμήκυνσις,) Cice.2.de Natu.deor.214, Digitorum enim contractio facilis, facilisque porrectio, propter molles commissuras, & artus nullo in mora laborat.

Brachii porrectio. Author ad Herenn.lib.3.120.

Porrigo, pen.prod. porriginis, pen.corr. fœ ge. (λεπίς,) Genus morbi, vbi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt: eæque à cute resoluuntur, & interdum madent, multo sæpius siccæ sunt. Sæpius fit in capillo, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio, vt ait Celsus lib.6.cap.2. Iuuen.Saty.2.8,

-dedit hanc contagio labem,

Et dabit in plures: sicut grex totus in agris

Vnius scabie cadit, & porrigine porci,

Vuaque conspecta inuisam ducit ab vua. Plin.lib.20.cap.9.20, Per se verò triti bulli neruorum contractioni, & ex vino porrigini medẽtur.

Idem lib.29, Porrigines felle ouillo illito capiti tolluntur.

Impexa porrigine fœdum caput. Horat.2.Serm.saty.3.26.

PORRIMA, pen.corr. (πόρριμα,) soror siue comes Carmentæ matris Euandri. Ouidius 1.Fast.127,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Porrima placatur, Postuentaque, siue sorores,
Siue fugæ comites Mænali diua tuæ.
Altera quod porrò fuerat, cecinisse putatur:
Altera venturum postmodo quicquid erat.

Porrò, Aduerbium, (ἀπώτερον, γέμπροσθεν,) significat Certè. Cice. pro Plancio, 66. Nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere vt beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare.

¶ Porrò, Hortantis. Virg. 9 Aeneid. 39, –percipe porrò
Quid dubitem. Seruius.

Perge porrò nam de isto magna dissensio est. Cic. 4. de Fin. 121.

¶ Porrò, Aduerbium temporis. Virg. 5. Aeneid. 120,
–hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem. Vbi Seruius, Porrò per longum interuallum: & est aduerbium temporis. Sic dicimus, Lycurgus non porrò ab Homeri temporibus fuit.

Porrò, vt sit aduerbium loci. Liuius lib. 2, Et haud eadem qua te insinuaueris retro via repetendaturus si ire porrò pergas, per alium saltum actiorem, impeditioremque enadendum. Porrò, id est vltra.

Porrò, longè remotum. Virg. 6. Aeneid. 143,
–quæ sint ea flumina porrò Seruius.

¶ Porrò, (ἑξῆς,) Aduerbium ordinis. Teren. And. 4. 4. 16, Moue ocyus te, vt quid agam porrò intelligas.

Porrò, (ὕστερον,) Postea, deinde in futurum. Cice. Marcello, lib. 4. 9. 4, Non est porrò tuum vno sensu solum oculorum moueri. Terent. in Prolog. And. 11, Dehinc vt quiescant porrò moneo Idé Hecyra. 3. 1. 18, Vixque huc contuleram, hem noua res orta est, porrò ab hac, quæ me abstrahat. Id est, deinde, inquit Donatus. Ibidem, 20, Quod quoniam ita esse inuenero, quid restat, nisi porrò vt sim miser? Porrò hoc loco, id est Postea, vel in posterum, authore Donato. Idem Eunucho, 1. 2. 87,
–eunuchum porrò dixi velle te,
Quia solet vomitat his regiæ: reperi. Id est deinde, postea, vel multo post. Ibidem, 1. 5. 65,
–& de istac simul quo pacto porrò possim
Potiri, consilium volo capere vna tecum. Id est deinceps, inquit Donatus. Idem Adelph. 1. 1. 37, Hera, lachrymas mitte: ac potius quod ad hanc rem opus est, porrò consule. In futurum, inquit Donatus, in reliquum. Plaut. Asin. 16. 54, Iace pater talos, vt porrò nos iaciamus. Idem Bacchid. 2. 40, Sed nunc est quid porrò? Et Epid. 4. 61, Quid deinde porrò? Item Cistell. 10. 98, Perge porrò dicere.

¶ Porrò, Coniunctio, (δέ,) pro AVTEM ponitur, locutaque in principio orationis. Quintilianus in Apibus pauperis, Porrò, qui confessum, defendit, non absolutionem sceleris petit, sed licentiam. Terent. Heaut. 1. 1. 107,
Mæredone, at porrò rectè spero illum tibi
Salium affuturum esse. Cice. pro Milone, 18. Occurrebat mancam, ac debilem Præturam suam futuram Consule Milone, cum porrò summo consensu Pop. Romani Consulem fieri videbat.

¶ Porrò, pro Coniunctione explicitiua aliquando ponitur, authore Donato. Terent. Aud. 1. 5. 45,
–adeón' me iguauam putas,
Adeó' porrò iagratum, aut inhumanum, aut ferum,
Vt me neque consuetudo, neque amor, neque pudor, &c.

¶ Porrò, πρόσω.

¶ Age porrò tu qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem, fœderum, cur Tauromenitanis, &c. Cic. 7. Verr. 45.

Iam porrò videte cætera Iudices. Cic. pro Rosc. Am. 1. 68.

Mihi porrò, vt ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit quàm longè progredi sit necesse? Cic. 7. Verr. 140.

Porrò autem, pro Et verò, & porrò. Cic. 3. Verr. 56, Hominibus & natura, & consuetudine, & disciplina leuissimis: porrò autem Populi Ro. conditione fociis, fortuna seruis. Terent. Phorm. 1. 1. 11,
–porrò autem Geta
Ferietur alio munere vbi hera pepererit.
Porrò alio autem vbi erit puero natalis dies. Budæus.

Porrò autem, pro Sed. Salust. in Catilin. At illum ingens cura atque lætitia simul occupauere. Nam lætabatur, intelligens coniuratione patefacta ciuitatem periculis ereptam esse. Porrò autem anxius erat, dubitans in maximo scelere tantis ciuibus deprehensis quid facto opus esset.

Catoni porrò assensus est Fauonius. Cic. Attico, lib. 7. 11. 11.

Sequitur porrò nihil deos ignorare. Cic. 1. de Diuinat. 157.

Neque porrò, pro Neque etiam. Cic. 3. Verr. 85, Neque enim perfacetè dicta, neque porrò hac seueritate digna sunt. Idem 2. de Finib. 99, Quod quidem factum, nisi esset iore laudatum, non esset imitatus quarto Consulatu suo filium: neque porrò ex eo natus, &c. De Decio. Budæus.

Porrò minima, pro Et etiam, vel Longè minima potius. Cic. 5. de Fin. 136, Ea nos mala dicimus, sed exigua & porrò minima. Budæus.

¶ Porrò, pro Valde. Cic. de Senect. 39, Sæpe à maioribus natu audiui, qui se porrò pueros à senibus audiuisse dicebant.

Porrus, vel Porrum, porri, (πράσον,) Genus oleris noti. Celsus lib. 4. cap. 6, Verbis sit quàm maximè tenuis, & lenis, præcipuéque sorbitio, eáque ex ptisana potissimum, aut ius in quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus sit. Martialis lib. 13. 19,
Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros,
In medio virides stipite cerne comas. Plin. lib. 19. cap. 6. 9, porrum seritur semine ab æquinoctio Autumno, si lectium facere laborerit, densius in eadé area secatur donec deficiat, stercoraturque semper, si nutritur in capita antè quàm secetur. Quum increuit, iu aliam aréa transfertur, summis foliis leuiter recisis ante medullam, & capitibus retractis, tunicis ve extremis. Et paulo post, Sectiui duo genera, Herbaceum folio incisuris eius euidentibus, quo vtuntur medicamentarii. Alterum genus suauioris folii, rotundioriséque, incisuris leuioribus Hora. 1. epist. 12. 5, Verum seu pisces, seu porrum, & cæpe trucidas.

Cattinus porri & ciceris. Horat. 1. Serm. saty. 6. 23.

Sectile porrum. Iuuen. Saty. 3. 29.

Sectiui porri fila Iuuen. Saty. 14. 14.

De porris capitatis est epigramma Martialis lib. 13. 19. De porris item sectiuis, ibidem, 18.

Porraceus, pen. cor. Adiectiuum, (πρασόειος,) Quod est porri. Plin. lib. 11. cap. 18. 5, Folia ima porraceis exiliora. Sic lib. 20. cap. 9. 23.

Porraceus color, Porri colorem referens. Plinius lib. 37. ca. 10. 24, Heliotropium nascitur in Aethiopia, Africa, Cypro, porracei coloris.

PORSENA, penult. corr. (πορσένα,) rex Tusciæ qui Vibem Romam obsedit. Martialis lib. 1. 106,
Vrere quem potuit contempto Mutius igne.
Hanc spectare manum Porsena non potuit. Additur etiam nonnunquam N, Porsenna, vt producatur. Virg. lib. 8. Aeneid. 130,
Necnon Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
Accipere, ingentíque vrbem obsidione premebat.

Minax Porsena. Horat. Epod. 16. 1.

Porta, portæ, (πύλη,) Omnis exitus, quo potest importari vel exportari aliquid, vnde etiam à portando dicta est, vel ab aratri portatione, inquit Donatus: quia in designatione vrbium, subiunctis vacca & tauro, qui vrbem designabat, arátrum manu suspendebat, ne lira cum quem primogenitum dicunt, faceret, vbi aditus ciuitatis erant relinquendi. Cæsar 6. bel. Gall. 141, Capit arma à proximis, atque in porta consistit. Ibidem, lib. 8. 181, Nihil relinquebatur quod ad omnium portarum, itinerum, locorumque omnium, quà Cæsar iturus erat, excogitari posset. Plin. lib. 12. cap. 14. 10, Thus collectum Sabotam carmelis conuchim, porta ad id vna patente.

Claustra ingentia portarum. Virg. 7. Aeneid. 37.

Moræ portarum. Stat. 11. Thebaid. 49.

Vigiles portarum. Virg. 2. Aeneid. 67.

Foraies aduersa portæ. Virg. 6. Aeneid. 127.

Aeratæ portæ. Ouid. 8. Metam. 9.

Aherna porta. Stat. 10. Thebaid. 52.

Bipatens. Virg. 2. Aeneid. 66.

Cornea. Stat. 5, Sylu. 3. 58.

Decumana, Vide Decumanus in DECEM.

Eburna. Virgil. 6. Aeneid. 180. & Horat. 3. Carm. ode 27. 9.

Ferrata. Stat. 10. Thebaid. 101.

Laxata Claud. 2. Paneg. 39.

Reclusa. Stat. 11. Theb. 84.

Rudis. Ouid. epist. 7. 14.

Stabiles portæ Claud. 1. de rapta Proserp. 29.

Porta tenus. Tacit lib. 3, Non fratrem nisi vnius diei via, non patruum saltem porta tenus obuium.

Vrbanæ portæ. Ouid. de Nuce, 28.

¶ Arietare in portam Vide, ARIETO.

Sublimibus portis astant. Virg. 12. Aeneid. 27.

Portæ non clausæ. Horat. 3. Carm. ode 5. 5.

Diffindere portas vrbium. Horat 3. Carm ode 16. 3.

Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant. Virg. 1. Aeneid. 15.

Efferre sese portis. Virg. 12. Aeneid. 88.

Efferre pedem porta. Cice. Attico, libro 8. 146. 7. Et lib. 7. 122. 7, Nunc illum qui pedem porta, quoad hostis eis Euphratem fuit non extulerit, honore augeri.

Erumpunt portis, concurritur. Virg. 4. Georg. 16.

Exterat portis equitatus apertis. Virg 8. Aeneid. 117.

Ad portam comites expectare. Cic. Cassio, lib. 15. 17. 2.

Explorare portas. Virg. 9. Aeneid. 34.

Imponere portam in aliquam regionem, Vide IMPONO.

Insiant Rutuli sternere cæde vires portis circùm omnibus. Virgilius 10. Aeneid. 23.

Introire porta. Cic. in Pisonem, 43.

Irrumpere portas patentes. Virg. 11. Aeneid. 176.

Moliri portas. Tac. li. 18, Subruit muros: instruit aggerém: molitur portas.

Obicere portas. Virg. 9. Aeneid. 9.

Obsidere portas. Stat. 10. Thebaid. 53.

Obstrepere portis, Vide OBSTREPO.

Obstructas portas præbere reliquas. Sil. lib. 11. 40.

Occupare portas vrbis. Cic. 14. Philipp. 394.

Panduntur portæ sacræ. Virg. 6. Aeneid. 115.

Pandere portas alicui. Virg. 12. Aeneid. 17.

Pater porta aliquibus. Cic. in Pisonem, 43.

Perfringere portas vi. Lucan. lib. 3. 6. 9.

Recludere portas. Ouid. 8. Metam. 9.

Perfringere portas. Ouid. 6. Metam. 120.

Referare portas alicui. Ouid. 3. de Arte, 115.

Ruere portis. Virg. 4. Georg. 57.

Substare in ipso limine portæ. Virg. 2. Aeneid. 49.

Ad portam præsto esse lictores. Cicin Pisonem, 43.

Tenere limina portarum obsessa. Virg. 2. Aeneid. 161.

Porta tonat cæli. Virg. 3. Georg. 53.

¶ Belli portæ diræ. Virg. 1. Aeneid. 60.

Portæ iecoris. Cic. 2. de Nat. deo. 206, Per vias quasdam à medio intestino vsqi ad portas iecoris. Venâ à porta vulgò vocat, vel venas portas.

Portula, portule, pen. cor. Diminut. (πυλίς,) Liu. 5. bel. Pun. 46, Conuenerat autem vt Philomenes portula assueta venationem inferens, armatos induceret, parte alia portam Temenitida adiret Annibal.

PORTA Augusta, (πύλη καισαρεία,) Hispaniæ vrbs Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Torquemada vulgò.

Portendo, portendis, portendi, portentum, portendere, (προσημαίνω, ἐπισημαίνω, προφαίνω,) Porrò, hoc est ante tendere, prædicere, præmonstrare. Virg. 7. Aeneid. 51,
Hunc illum fatis externa à sede profectum
Portendi generum. Plaut. Pœn. 6. 18,
–aruspex, non homo trioboli, Omnibus in extis aiebat portendi mihi
Malum. Idé Asin. 10. 17, Ecastor nobis periculum & familiæ portenditur. Plin. lib. 7. cap. 5. 1, Famem quæ conciecuta est, portendit haud dubie. Cice. 1. de Natu. deor. 10, Prædictiones verò & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sint ostendi, monstrari, portendi, prædici; ex quo illa ostenta, monstra prodigia dicuntur? Claud. 3. de rapta Proserp. 27, Ah vereor ne quid portendant omina veri

Cladem portendere alicui. Silius lib. 4. 21.

Commutationem rerum populo portendere. Cic. 1. de Diuin. 81.

Gener alicui portenditur. Virg. 7. Aeneid. 51.

Læta omnia prosperaque portendere. Liu. 1. ab Vrbe, 32.

Nox portendit metus. Stat. 9. Thebaid. 117.

Ex ostentis metus magnorum periculorum portenditur. Cic. 6. Ver. 97.

Superi portendant noua. Claud. 1. in Eutropium, 3.

Periculum principibus dii portendant. Cic. de Aruisp. resp. 49. Et 23.

Significationes rerum futurarum vigilantibus & dormientibus portendantur. Cic. 2. de Nat. deor. 247.

Spem portendere. Liu. 9. belli Pun. 53, Legati Asiam petentes protinus Delphos quum exscendissent, oraculum adierunt consolères ad quod negotium domo missi essent, perficiundi eius quam sibi spem, Populoque Ro. portenderet.

¶ Portentum, malum, in significatione passiua vsus est Plautus in Curculione, 6. 21, Pacem ab Aesculapio petasi ne forte tibi euenat magnum malum, quod in quiete tibi portentum est. Id est, præmonstratum est.

Portentum, portenti, (τέρας, τερατολογία,) Quod portendit & præmonstrat aliquid futurum. Varro, in cælo inquit memorabile extitit portétum. Portenta autem ex augurijs & auspicijs significationem accipiebant. Vide apud Ciceronem lib. 2. de Nat. deorum, 10.

Portenta, ostenta, monstra, prodigia dicuntur, quia ostendunt, portendũt monstrant, prædicunt. Cic. 1. de Diuinat. 154.

Hominum pecudumque portenta præter naturam. Cicero 2. de Natura deorum, 11.

Explanationes portentorum, Hetruscorum disciplina continentur. Cice. de Aruisp. respon. 16.

Interpres portentorum. Cic. 2. de Diuinatione, 90.

Portentum Reip. Cl. de Prou. Cõs. 15, Quod si ille, & paulò antè & quotiescunque ei locus dicẽdi ac potestas fuit, Gabinium & Pisonem duo Reip. portenta ac penè funera, cum propter alias causas, tum maximè propter illud insigne scelus eorum, &c.

Fatale portentum, prodigiumque Reipub. P. Clodium vocat Cicero in Pisonem, 6.

Magica portenta, Vide MAGVS.

¶ Casum aliquem portenta ferunt. Virgil. 8. Aeneid. 107.

Loqui monstra ac portenta. Lucret. lib. 4. 119.

Sed varijs portenta deûm terroribus obstant. Virg. 7. Aeneid. 11.

¶ Portentum, pro Bono omine poluit Virgilius 8. Aeneid. 107,
–ne quære profectò Quem casum portenta ferant. Id est, bona omina, quæ victoriam portendunt.

¶ Portentum, Inane quidpiam & irridendum. Cice. 1. Tusc. 17, Aut quid

negotii est hæc poetarum & pictorum portenta conuincere?

Portentosus, pen. prod. Adiectiuum, (τερατώδης,) Quod portentum facit. Plin. lib. 22. cap. 8. 1, Portentosum est quod de ea traditur. Cic. 2. de Diuin. 88, An verò illa nos terrent, siquando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur?

Portentosa Græciæ mendacia. Plin. lib. 1. cap. 1. 3.

Portentosissimum opus. Plin. lib. 36. cap. 15. 1, Dicamus & labyrinthos, vel portentosissimum humani ingenii opus.

Portentosus, pen. pro. Idem Suet. in Domit. cap. 4, Ante pedes eius stabat puerulus coccinatus, portentuoso paruoque capite.

Portentificus, pen. corr. Adiectiuum. (τερατοποιός,) vt Venena portentifica, Portenta ac monstra facientia. Ouid. 14. Metam. 11,
Hunc dea præuitiat, portentificisque venenis Inquinat.

Porthmeus, porthmei, penult. corre. (πορθμεύς,) Latinè dicitur transfretator, qui nauigio velut, & qui exigit portorium. πορθμὸς enim, Latinè dicitur fretum. Iuuenalis Saty. 3. 26,
Iam sedet in ripa, tetrumque nouitius horret
Porthmea. Plinius lib. 3. cap. 5. 38, Quã intrat, porthmos à Græcis, à nobis Gaditanum fretum.

Porticus, huius porticus, pen. cor. f. g. (στοά, παστὰς, περιστῶος,) Egregium aduersus tempestates, ac feruorem solis receptaculum, quo includi areæ solentquæ propter repentinos imbres, & vmbrarum ac deambulationis gratia ædificatur. Ouid. 1. de Arte, 14, de porticu Pompeiana,
Tu modò Pompeia lentus spatiare sub vmbra,
Quum sol Herculei terga Leonis adit. Plaut. Mostel. 9. 60,
Sed senex Gymnæcium ædificare volt hic in suis,
Et balneas, & ambulacrum & porticum. Cice. pro Domo sua, 89, Vix pars ædium mearum decima ad Catuli porticum accessit, causa fuit ambulatio, & monimentum, & ista Tanagræa oppressa libertate libertas. In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus paui-mentatum trecentùm pedum concupierat. Colum. lib. 7. cap. 9, de suibus, Nec vt cõcisti greges, vniuersi claudi debent, sed per porticus haræ faciendæ. Idem lib. 9. cap. 7, Propter quod conuenit aluearia porticibus supermuniri. Cice. ad Atticum, lib. 4. 86. 5, In campo Martio septa tributis comitiis marmorea sumus & tecta facturi, eáque cingemus excelsa porticu.

Amplæ porticus. Virgil. 3. Aeneid. 71.

Longæ porticus. Virgil. 2. Aeneid. 106.

Perfusa luto porticus. Iuuenalis Saty. 14. 7.

Spatiosa porticus. Ouid. 1. de Arte, 99.

Vacuæ porticus. Virgil. 2. Aeneid. 151.

¶ Coire in porticum, Vide CORO.

In porticibus deambulantes disputabant philosophi. Cice. 2. de Oratore, 12, Porticus hæc ipsa vbi inambulamus. Idem 4. Academ. 134, Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?

Integebantur porticus lignis coniunctis inter se, Vide INTEGO,

Spatiari porticibus. Ouid. epist. 20. 20.

¶ Porticus Octauii. Suet. de Cla. Gram. 21. Vide Ordino in ORDO.

¶ Porticus Pompeii, amphitheatrum erat Romæ amplissimum, cuius meminit Plinius lib. 36. cap. 15. 15, Caueá ipsa cœpit hominũ LXXX milia: quum Pompeii amphitheatri tories multiplicata vrbe, tãtoque maiore populo sufficiat XLM. Meminit & huius Plutarchus in vita Bruti quum inquit, Porticus enim erat vnius gradus ordinem ad theatri similitudinem habens: in qua erat imago ipsa Pompeii populi iussu erectas quum inter cęteras porticus atque theatra locus iste exornaretur. Plinius interdum theatrum, interdum ædem Pompeii nominat.

Porticario. Macer in L. Funeris sumptus. ff. De religiosis & sumpt. fun. Itaque si amplum quid ędificari testator iusserit (veluti in circuitu porticationes) eos sumptus funeris causa non esse.

Porticulas, pen. corr. à porticu. (παστάδια,) Varro dixit teste Budæo: & Cicero Fabio Gallo, lib. 7. 24. 10, In porticula Tusculani.

Portio, portiõnis, f. ge. (συμμερίς,) Quasi partio. significat partem. Plaut. Rud. 14. 71, Tu pol pro portione nec vir nec mulier mihi es. Plin. epist. 96. 2. lib. 5, Curianus orabat, vt sibi donarem portionem meam, seque præiudicio iuuarem: eandem tacita conuentione saluam mihi pollicebatur. Cic. 7. Verr. 44, Nunquam in Sicilia frumentũ publicè est emptũ, quin Mamertinis pro portione imperaretur.

Breuissima vitæ portio. Iuuen. Saty. 9. 13.

Portionem seruare. Curtius lib. 7, Euadite in cacumen, &c. Præmium erit ei qui primus occupauerit verticem, talenta decem. Vno minus accipiet, qui proximus ei venerit, eademque ad decem homines seruabitur portio.

Ad portionem, Vide AD prepositionem.

Portio ex. Plin. lib. 12. cap. 18. 3, Quota enim portio ex illis ad deos quæ so iam vti ad inferos pertinet?

Portio, pro Parte. Plinius lib. 8. cap. 28. 1, Siquidem & pericula præmonent non fibris modò extisque, circa quod magna mortalium portio

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæret, sed, &c. Idem lib.9.cap.35, Sed quota hæc portio est? Quintil. lib.6.cap.1.21, Quanto essent miserabiliora, si ea dicerent ipsi, tanto sunt quadam portione ad efficiendum potentiora.

Pro portione. Cicc. 2. de Orat. 175, Sed oportet, vt in ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum proponere. Curtius, Cæteris quoque pro portione aut gradus, quem in amicitia obtinebant, aut natatæ operæ honos habitus. Budæus. Vide Ad portionem in præpositione AD.

Pro rata portione aliquid distinguere. Cic. in Somnio Scip. 17.

Pro virili portione. Tacitus in vita Agricolæ, Constans & libens fatum excepisti, tanquam pro virili portione innocentiam principi donares.

Supra portionem respondere. Colum. lib. 7. cap. 1, de asinis loquens, Huius animalis tam exiguæ tutelæ plurima & necessaria opera supra portionem respondent Id est maiorem vtilitatem præbent, quàm pro cura & tutela sui. Budæus.

Portione, ablatiuus. Plin. lib. 11. cap. 37. 10, Cerebrum omnia habent animalia quæ sanguinem. Sed homo portione maximum. Idem lib. 11. ca. 37. 59, Pulmo chamæleoni portione maximus. Idem de culice, Vocem habet portione maximam.

Portiúncula, portiúnculæ, pen corr. Diminutiuum. (συμμορίδιον,) Apuleius, Qui quum à me portiunculam posceret.

Portisculus, portisculi, pen cor. m. g. Propriè (inquit Nonius) hortator remigum, qui eam perticam tenet, quæ portisculus dicitur, qua excursum & exhortamenta moderatur. Plaut. Afin. 10.15, Et meam partem loquendi & tuam trado tibi ad loquendum atque tacendum tute habeas portisculum. Festus, Portisculus, vt scribit Aelius Stilo, qui in porro modum dat classi.

Portitor, pen. corr. portitôris (πορθμεύς, πορθμευτὴς,) Ille dicitur qui traducit homines, ac vehit nauigio vel ad nauem de litore, vel de naui ad litus, vel ad vlteriorè fluminis, lacus, stagni ve seu ripam, seu litus. Potest etiam accipi pro eo qui portorium conduxit, id est qui fructus pecuniarios ex portu conduxit: & à venientibus illos exigit. Hæc Valla lib. 1. Virg. 6. Aeneid. 60,

Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squalore Charon. Cic. pro Lege agraria, 64. Si turpe, si intolerandum, hos Decemuiros portitores omnibus omnium pecuniis constitui. Idem ad Q. fratrem, ll. 1. 1. 48. Qui nuper in portoriis Italiæ tollendis non tam de portorio, quàm de nonullis iniuriis portitorum quærebantur. Sic 1. Offic. 208. Primum improbantur ii quæstus qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt fœneratorum. Plaut. Trinum. 15. 11, Et tu ito simul, solutum est portitori iam portorium. Idé Asin. 5. 7, Ego pol istum portitorem priùs bo portorio. Ibidem, 88,
Portitorum similimæ sunt sanuæ lenoniæ:
Si affers, tum patent: si non est quod des, ædes non patent. Terent. Phorm. 1. 2. 100, Et ad portitores esse delatam hanc petam.

Amnis lethæi portitor. Stat. 12. Thebaid. 112.
Orci portitor. Virg. 4. Georg. 100.
Auarus portitor. Ouid ad Liuiam, 72.
Niger portitor. Valer. 1. Argon. 158.

¶ Portitor, Qui aliquid portat. Stat. lib. 1. Theb. Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vriæ. Seruius, Portitor proprè qui portat: abusiuè etiam qui portatur, portitor dicitur, sicut vector.

Portorium, portorii, (κῶλον, πόρισμον, ἐλαμόριον,) Merces quæ portitoribus datur. Item vectigal quod soluitur portitori, vt ait Nonius, Lucilius lib. 27, Facit idem quod illi, qui inscriptum ex portu exportant, ne portorium dent. Cic in Pisonem, 69, Vectigalem prouinciam singulis rebus, quæcunque venirent, certo portorio impositio, seruis tuis publicanis à te factam esse meministi? Idem lib. 1. de Inuent. 60, Nã si Rhodiis turpe non est portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe est conducere.

Circunuectionis portorium. Ci. Attico, lib. 2. 31. 7, Illud tamen quod scribis, animaduertas velim, de portorio circunuectionis: aut se de consilii sententia rem ad Senatum reiecisse.

De portorio & nonnullis iniuriis portitorum conqueri. Cicero Qu. fratri, lib. 1. 1. 48.

Portorium dare de re aliqua. Cic. 4. Verr. 128, His pro rebus quòd portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium.

Magnis portoriis illò mercatores ire cõsueuerunt. Cæsar 3, bel Gall. 354.

Nomine portorii in singulas amphoras vini quatuor denarios exigere. Cic. pro Fonteio, 8.

Exportare aliquid sine portorio. Cic. 4. Verr. 132.
Portorium vini instituere. Cic. pro Fonteio. 8.
Locarunt portorium fruendum. Liu. 2. bel. Maced. 21.
Locare & conducere portorium. Cice. 1. de Inuent. 63. Quintil. libr. 5. cap. 10. 56.
Portoria Italiæ sublata. Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 2.
Tollere portoria Italiæ. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 48.
Vectigal, & Portorium, pro eodem dixit. Plinius de macello loquens, & rebus hortensibus, lib. 19. cap. 4, Itaque hercule nullum macelli vectigal maius fuit Romæ clamore plebis incusantis apud omnes principes donec remissum est portorium mercis huius.

Imponere portorium singulis rebus quæcunque venirent. Cicero in Pisonem, 69.

Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum. Cic. de Prouinc. Consul.

Porto, portas, (φέρω, βαστάζω, κομίζω, δχμάζω, ἄγομαι,) portare, Est baiulare corpore iumenti, aut suo, vel etiam interdum animo ferre & pati, vt in sequentibus exemplis patet. Plaut. Aulul. 2. 13. Vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego asinus in luto.

Portare ad. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 12. 3, Memini enim quum hominem portarem ad Baias, Neapoli octophoro Anitiano machærophoris cetum sequentibus miros risus nos edere. Idem pro Domo sua, 49, Coliræ marmoreæ ex ædibus meis inspectante Popu. Rom. ad socerum Consulis portabantur.

Portare ad & in. Plin. lib. 12. cap. 17. 9, Mihi & ad Persas etiam prius ista portasse, quàm in Syriam aut Aegyptum videntur.

Portare ex toto. Plin. lib. 11. cap. 17. 3, Apes sessum regem humeris subiluant, validius fatigatum ex toto portant.

Naues portabant legatos Romam. Liu. 3. bel. Pun. 177.

Exercitum portare. Salust. in Iugurth. Deinde exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur.

Fasciculum librorum portare sub ala. Horat. 1. epist. 13. 3.

Frumenta portare. Horat. 1. epist. 17. 15

Frumentum domum ad aliquem portare. Cic. Attico, lib. 14. 301. 1.

Fustes portare. Horat. 3. Carm ode 6. 9.

Humeris portare aliquid. Horat. 1. Serm. saty. 5. 18.

Portare dicimur, quum iumentis aliquid nobiscum ducimus. Hinc Verrem legimus amicam è prouincia portasse, & Pompeium deportasse triumphum.

In triumpho Massiliam portari ad exemplum amissi imperii vidimus. Cice. 2. Offic. 34.

Collo portare. Colum. lib. 9. cap. 8. 2. Curabimus ne latebris solicitentur, optimeque noctibus collo portabuntur.

Lectica portari. Cic. ad Atticum, lib. 10. 207. 6.

Pelago portare opes. Virgil. 1. Aeneid. 74.

Venti portant nubila per cælum. Lucret. lib. 4. 91.

¶ Auxilium portare alicui, Adiuuare. Salust. in Catil. Post vbi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant.

Bellum portare. Virgil. 3. Aeneid. 108,
–bellum ô terra hospita portas,
Bello armantur equi, bellum hęc armenta minantur.

Bonum portare. Plaut. Capt. 13. 100,
–te hercle mihi æquum est gratias
Agere ob nũtium: tantum ego nunc porto à portu tibi boni, Terent. And. 2. 2. 1. Dii boni, boni quid porto.

Dolorem portare secum. Stat. 11. Thebaid. 102.

Fallaciam portare alicui. Terent. And. 1. 6. 2,
Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare: & ea me hîc reitiisse gratia.

Insidias portare. Ouid. 2. Trist. 55,
Et latro, & cautus præcingitur ense viator:
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

Quum saris vna tuis insomnia portet ocellis. Propert. lib. 2. eleg. 16. 19.

Iurgium portare. Terent. Hecyra, 3. 5. 63. –porto hoc iurgium
Ad vxorem, cuius fiunt hæc consilio omnia:
Atque in eam hoc omne, quod mihi egre est, euomam.

Mandata portare. Virg. 9. Aenei. 63, Multa patri portãda dabat mãdata.

Nuntium portare, Plin. lib. 9. cap. 25. 2, Quibus inherentibus plenam ventis sterile o.aurem portantem nuntios à Periandro.

Omnia mea mecum porto, inquit Bias. Cic. in Parad. 9.

Onus molestum portare. Horat. 1. Serm. saty. 6. 20.

Peccatum portare. Terent. Heaut. 4. 1. 12, Nescio quid peccati portet hæc purgatio.

Preces portare ad aliquem Valer. 2. Argon. 65.

Rogas portare in vertice frontis. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 9.

Verba iussa portare. Ouid. 2. Metam. 149.
–ego sum qui iussa per auras Verba patris porto.

Nequa tibi insolitos portarent visa timores. Propert. lib. 1. eleg. 3. 6.

Portãtum, portãtu, pen. prod. Supina, Plin. lib. 23. cap. 7. 2, Mala pyraque portatu iumentis mirè grauia sunt, vel pauca. Idem lib. 9. cap. 35. 10.

Portans, Particip. (κομίζων,) vt Verba portantia salutem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 1.

Portandus, Aliud participium. (κομιστέος,) vt Cadauera portanda in area vili. Horat. 1. Serm. saty. 8. 2.

Mandata portanda alicui dare. Virgil. 9. Aeneid. 64.

Pórtito, pórtitas, pen. corr. (συνχωῶ κομίζω,) portitare, Frequentatiuum. Gell. lib. 20. cap. 1, Cromenam plenam affium portitas.

Portulaca, portulácæ, pen. prod. (ἀνδράχνη,) Est (inquit Plinius lib. 20. cap. 20) quam peplion vocant, non malum iucundam

tiua, efficacior. Cuius memorabiles vsus traduntur. Sagittarium venena, & serpentium hemorrhoidum & præsterum restringit, pro cibo sumpta, & plagis imposita extrahit.

PORTVNVS, pen. produ. (πελάγιος,) Deus marinus, vide in dictione PALAEMON.

Portunus à portu, sicut Neptunus à nando, paulum primis literis immutatis dicitur. Cic. 3. de Nat. deorum, 95.

Pater Portunus. Virgil. 5. Aeneid. 49, Et pater ipse manu magna Portunus euantem Impulit. Quem locum explanans Seruius sic ait, Portunus, deus marinus qui portubus præest.

Portus, huius portus, masculi. ge. ablatiuo portubus & portibus, (λιμήν.) Dicitur locus conclusus quò importantur merces, & inde exportantur, vt ait Vlpianus in l. Portus. ff. de Verborum, & rerum significatione: & vbi naues hyemant. Cice. 7. Verr. 76, Quem postea quàm inanem locum offenderunt, & Prætorem commouisse ex eo loco castra sensérunt, statim sine vllo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Quum in portum dico Iudices (explanandum est enim illis gentius eorum causa qui locum ignorant) in vrbem dico atque in vrbis intimam partem venisse piratas. Non enim portu illud oppidum clauditur, sed vrbe portus ipse cingitur & concluditur: non vt alluantur à mari mœnia extrema, sed influat in vrbis sinum portus.

Propter portus suos, multis & variis mercatorum sermonibus ad studium fallendi vocabantur Carthaginienses fraudulenti & mendaces. Cic. de Aditus portus, Vide ADEO, adis. (Lege agrar. 92.

Ostium & aditus portus. Cic. 6. Verr. 105.

Aditus & os portus. Cic. 7. Verr. 24, Nam in ipso aditu atque ore portus, vbi primùm ex alto sinus ad vrbem ab litore inflectitur, tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. vide OS, oris

¶ Altus portus. Virg. 5. Aeneid. 49.
Amænus portus, Stat. 4. Sylu. 7. 4.
Celeberrimus portus, vide CELEBRIS.
Celeberrimus & plenissimus nauium portus. Cic. pro Leg. Mani. 23.
Plumineí portus. Claud. 4. Paneg. 99.
Immotus portus ab accessu ventorum. Virg. 3. Aeneid. 114.
Infidi portus. Ouid. 13. Metam. 153.
Manufacti portus. Cic. 1. Offic. 18.
Rodii vastarum portus. Stat. 3. Thebaid. 1. 5.
Tranquillus & tutus portus. Cic. pro Plancio, 76.
Tutus & clausus portus. Cic. de Prouinc. Consul. 24.
Vacui sine remige portus. Virg. 4. Aeneid. 118.

¶ Accipere aliquos portu tuto. Virg. 3. Aeneid. 16.
Capere portum, Vide CAPIO.
Cincta portubus duobus insula. Cic. 6. Verr. 105.
Committere portibus, Vide COMMITTO.
Inerti portu condita ratis. Ouid. ad Pisonem, 46.
Deferre in portum, Vide DEFERO.
Deferri in portus. Virg. 7. Aeneid 5.
Distincta portubus regio. Cic. pro Flacco, 11.
Insula efficit portum obiectu laterum. Virgil. 1. Aeneid. 33.
Effodere portus. Virg. 1. Aeneid. 87.
Facere portum Quintil. lib 2. cap 11. 11. Ergo quum de faciendo portu Hostiensi deliberatum est, non debuit dicere sententiam Orator?
Intrare portus. Virg. 3. Aeneí. 51.
Antron portus intramus. Virg. 5. Aeneí. 12.
Inuehi ex alto in portum. Vide INVEHO.
Inuectio portum, Vide INVEHO.
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris. Virg. 3. Aeneid. 58.
Patefecit portus propior. Virg. 3. Aeneid. 106.
Penetrare in portum, Vide PENETRO.
Petere portum. Virg. 1. Aeneid. 40.
Præcludere. portus classi. Lucanus lib. 9. 8.
Classis premit portus. Ouid. epist. 2. 19.
Progredi porto. Virg. 3. Aeneid. 60.
Relinquere portus. Virgil. 1. Aeneid. 2.
Soluere è porto, Cic. pro Murena, 3.
Tangere portus. Virg. 4. Aeneid. 173.
Ceu pressæ portum quum iam tetigere carinæ. Virgil. 1. Georg. 61.
Tenere portum si nequeas, nauigando tempestati obsequi artis est. Cice. Lentulo, lib. 1. 9. 85. Virg. 1. Aeneí. 81.

¶ In porto impingere. Est apud Quintilianum in Institutionibus, In portu impingere, pro eo quod est, statim in ipso operis ingressu peccare.

Portus & aura. Metaphoricũs. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 14.
Vos estis nostræ portus & aura fugæ.

Portus & perfugium. Cic. Lucceio, lib. 5. 15. 6. Sed nescio quo modo ipsæ illæ excludere me à portu & perfugio videntur.

Portus fugæ. Cic. ad Brutum. 5. 3. Quanquam tum & fugæ portus erat in tuis castris, & subsidium salutis in tuo exercitu.

Portus & refugium nationum Senatus. Cic. 2. Offic. 37.

Portus otii. Cic. ad Atticum, lib. 4. 75. 2, Quid si cessare libet, & in otii portum confugere.

Portus philosophiæ, Cic. ad Curium, lib. 7. 31. 6. Sunt enim innumerabilia generis eiusdem, quæ quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiæ portum contulissem.

Perfugium portúsque supplicii exilium. Cic. pro Cecinna, 72.

Placidus portus æterna quiete, Mors. Seneca. Agamem. 71.

¶ Res est in portu, id est in tuto, Prouerbialis locutio. Plaut. Merc. 19. 49, Quoi data est? P. seni cuidam in hac amico vicinia.
Credo hîc alium, præter tuum, amicum habere neminem.
D. Ea quidem est. quid filius? P. vrbem hanc se deserturum autumat.
D. In portu res est.

Expectare tanquam portum solitudinem. Cic. 1. de Orat. 133.

Io portu nauigare, Est à periculo abesse, prouerbialis locutio propterea q. qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorũ, & æstus arbitrio nauigant: contrà, qui iam intra portum sunt, nihil habent negotii cum vndis ac ventis. Terent. And. 3. 1. 22, Nunc huius periculo lit, ego in portu nauigo. Virg. 7. Aeneid. 120, Nunc mihi parta quies, omnisque in limine portus. Vide NAVIS.

Paratum nobis portum & perfugium mortem putemus, quo vtinam velis passis proueli liceat Cic. 1. Tusculan. 194.

Venire in portum aliquando ex longa nauigatione. Cic. de Sen. 65.

Portuosus, penultima product. Adiect. (λιμενώδης,) vt portuosus locus, Portuosum mare, Multos portus habens. Salustius in Iugurth. In diuisione regni, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agris virisque opulentior, Iugurthæ tradituri illam alteram specie quàm vsu potiorem, quæ portuosior, & ædificiis magis exornata erat, Adherbal possedit. Cic. 3. de Orat. 40, Vt philosophi tanquam in superum mare Ionium defluerent, Græcum quiddam & portuosum. Sic Plin. lib. 37. cap. 13. 4, Portuosum litus. Et lib. 4. cap. 12. 26, Portuosissima olum.

Nauigatio minimè portuosa. Cic. Toranio. lib. 6. 70. 2.

PORVS, (πόρος,) Rex Indiæ fuit, non tam ingentis corporis, quàm animi magnitudine præditus, quem Alexander deuicit. Vide Curtium libro 8. circa finem.

Eous Porus. Claud. 7. Paneg. 75.
Nigri Pori regia. Claud. 8. Paneg. 7.

Pos, videtur potius significare pontem, quàm potentem, inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina.

Posca, poscæ, (ὀξύκρατον,) Vinum in torculari aquatum, quod apud Plinium. Varronémque, & alios Lora dicitur. Plaut. Trucul. 11. 48, –tum tantuli doui causa,
Holerum atque escarum, & poscarum, nœcum malacum,

Cincinnatum, vmbratilocum, tympanotribam amas. Quidam potionis genus esse dicunt, quã græci oxycraton vocant, quæ ex aquæ acetique mistura fit. Plin. lib. 30, Tormina sanat palumbus ferus ex posca decoctus. Celsus, Alumen astringunt merulæ, palumbus, magúsque si in posca decoctus est. Posca per quintam vocalem vbique legitur apud Celsum. Sueton in Vitellio, cap. 12, Quum Puteolis poscam vendentem deprehendisset.

Posco, poscis, popósci, poscitum, pe. cor. (αἰτιάομαι, ἐρέω,) poscere Rem debitam & honestam petere. Varro, Poscere, est quoties aliquid pro merito nostro deposcimus. Donatus, Poscimus imperiosè: Postulamus iure. Hæc tamen differentia sæpe confunditur, nam pro Petere etiam Posco accipitur. Plautus Aulul. 10. 10.
Hucine detrusisti me ad senem parcissimum,
Vbi siquid poscamus, ad rauim poscamos prius,

Quàm quicquam detur? Ibidem, 7. 42, Filiam tuam mihi vxorem posco. Idem Curcul. 8. 8,
Habent hunc morem plerique argentarii
Vt alius alium poscant, reddant neminí:

Pugnis rem soluant, siquis poscat durius. Idem Aulul. 6. 33.

Eam si iubes frater tibi me poscere, poscam. Idem Mostel. 3. 15.

Aedes probant: sibi quisque inde exemplum expetunt,
Sibi quisque simile sumit: sumptu suo operam poscunt suam.
Cice. 6. Verr. 39, Nemo tam audax qui posceret, nemo tam impudens qui postularet vt venderet.

Ne poposcisses, ego me tibi non offerebam. Cic. Attico, lib. 2. 16. 7.

Poscere verbo. Cic. 1. Verr. 37. Quam quam poscebat, verbo illam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat.

Poscere inspiciendum. Cic. 6. Verr. 40, Qui pro testimonio dixit, te, quum inspiciendum poposcisses, aulso emblemate remisisse.

Poscere ad rauim. Plaut. Aulul. 10. 10.

Poscere & flagitare. Cic. 7. Verr. 57, Et reliquos non desyderaret solum, sed etiam posceret & flagitaret.

Causis vendendi poscere. Virgil. 1. Aeneid. 84.

Deos poscere. Horat. 1. Carm. ode. 34. 3.

Honorem deũm sibi poscere. Virgil. 6. Aeneí. 118. Ibat ouans, diuúmque sibi poscebat honorem. De Salmoneo qui honorem Ioui debitum sibi volebat tribui.

Poscere ab aliquo munus. Cicero. 4. Verr. 80. Si hoc à me muneris, nor

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersa prouincia poposcisset.
Ad te confugio, & supplex tua numina posco. Virg. 1. Aeneid. 135.
Opem poscere. Horat. in Arte, 83.
Oracula precibus poscere. Virg. 3. Aeneid. 92.
Audaciæ partes poscere. Cic pro Roscio Amer. 21.
Pœnas cum sanguine poscere. Virg. 2. Aeneid. 15, –insuper ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.
Pretium pro sepultura aliquorum poscere. Cic. 3. Verr. 4.
Pugnam poscere. Liuius 1. ab Vrbe, 195, Frequentes in Prætorium conuenunt, poscunt pugnam, postulant vt signum detur.
Quæstionem poscere. Cic. 2. de Finib. 2, Quorum è numero primos est auius Leontinus Gorgias in conuentu poscere quæstionem: id est iubere dicere, qua de re quis vellet audire. Idem 3. Tuscul. 11, Vt enim in Academiam nostram descendimus, inclinato iam in postmeridianũ tempos die, popoſci eorum aliquem qui aderant, cautam differendi tum res acta fic est.
Rationem cuiuscunque tribus poposceris, me redditurum contendo. Cic. pro Plancio, 38.
Reum poscere. Liuius 1. ab Vrbe, 130, Et priuatis Dictatorem reum poscere, verecundiæ non fuit. Hoc est accusare.
Sumptum ad aliquid poscere. Cic. ad Atticum, lib. 6. 113. 15, Sumptum hinc poscet ad id Scaptius? Alia exemplaria legunt, Sumptu iam nepos euadat Scaptius?
Veniam peccatis poscere. Horat. 1. Serm. saty. 3. 15.
Vitam poscere. Ouid. 9. Metam. 122,
Amplectitque pedes, affatusque poscere vitam.
¶ Poscere, duobus accusatiuis iunctum. Plaut. Curc. 2. 63,
Abàs me poscit pro illa triginta minas,
Abàs ridentem magnum. Idem Aubul. 3. 34,
Et hic qui poscet eam sibi vxorem senex,
Is adolescentis illius est auunculus. Cic. 3. Verr. 4. Rapiunt eum ad supplicium diu patrii, quòd ille iuuentus est, qui è complexu parentũ abreptos filios ad necem duceret, & parentes pretium pro sepultura liberũ posceret. Ibidem 6. 18, Ne multa: H-S M. me inquit, dixi daturum, vocat interea Prætor: scyphos poscit. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 16, Epistolam quam Balbo quum etiam nunc in prouincia esset, scripsi, legendam tibi misiream prætextam si voles legere, Gallum Cornelium familiarem meum poscito.
Puerum poscere aliquid. A puero. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 6,
Tu puerum leuiter posce, quod ipsa voles.
Munus amantem poscere. Ouid. 3. de Arte. 161.
Nummos magistratum Sicyonium popoſcit. Cic. 3. Verr. 30.
Ventum deos poscere. Virg. 4. Aeneid. 10.
¶ Poscere, Pronocare. Plaut. Casin. 2. 26,
Ludi sunt, ludus datus est argentariis,
Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum,
Ratione vtuntur, ludis neminem poscunt. Virg. 8. Aeneid. 123,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.
Poscere maioribus poculis, Vide P O C V L V M.
Poscere aliquem clamore. Plaut. Curcul. 1. 5,
Malè creditur, qui nunquam reddunt, sed prorsus perit:
Velut hic, decem minas dum soluit, omnis mensis transiit.
Postquam nihil fit, clamore hominem poscor: ille me in ius vocat. Barbarus dicerat, Clamaui post eum.
Posci in certamen. Virg. 11. Aeneid. 45, –solumque vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Posci Olympo. Virg. 8. Aeneid. 107, –ego poscor Olympo.
Hoc est, Aut de Olympo poscor aut certè in Olympũ poscor. Seruius.
¶ Poscere, Accipere. Varro Parmenone, In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesia Terentius, in sermonibus Plautus. Nonius.
¶ Poscere, Requirere, aut exigere. Plin. lib. 18. cap. 10. 1, Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur, vbi res poscit. Idem lib. 11. cap. 37. 83, Vt in vnioquoque poscit figuratio.
Vbicunque causæ, locusque poscebant. Plin. lib. 30. cap. 1. 1.
Poscit vias. Cæsar 4. bel. Gal. 470, Ad quos se celeriter, quum vsus poscit, recipiunt.
¶ Nulla est poscendi, nulla est reuerẽtia dandi. Propert. lib. 3. eleg. 13. 3.
Poscens, Participium, (αἰτῶν,) vt Negare aliquid poscenti. Ouidius 1. Amor. eleg. 10. 15.
P O S I D I V M, (ποσείδιον,) Syriæ vrbs, authore Ptolemæo, lib. 5. cap. 2. Vulgò Piualo.
P O S I D O N I V S, (ποσειδώνιος,) Philosophus Apamiensis ex Syria (vt Strabo lib. 14. author est: sicut & Apollonius Molo dictus est Rhodius, quum esset Alabandensis. Fuit admodum familiaris Ciceroni, vt idem testatur 2. de Natura deorum, 125, Philosophus Stoicus, discipulus & successor Panætii. Venit etiam Romam M. Marcelli tempore, scripsitque multa. Author Plutarchus. Hic quum aliquando morbo articulari laboraret grauissimè, fertur sæpe dixisse: Nihil agis dolor, quanuis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum.

Possessio, Possessor, Vide P O S S I D E O.

Possibilis, Vide P O S S V M.

Possideo, (κατέχω, κατείλω, κέκτημαι, κατέχω, κτῶ, κέκτημαι,) possidere, In posse, id est potestate sua habere. Terent. And. 4. 6. 15, Quæ illius fuerunt, possidet. Idem Adelp. 2. 1. 21, Quid hoc rei est? regnumne Aeschine hic tu possides? Et And. 5. 4. 47, –ô lepidum patrem,
De vxore ita vt possedi, nihil mutat.
Tenere & possidere. Cic. pro Quintio, 61, Omnia autem bona possessa non esse constitui, quòd bonorum possessio spectetur, non in aliqua parte, sed in vniuersis quæ teneri ac possideri possint.
Sua esse omnia, atque à se possideri sicut propria volunt philosophi. Cic. 1. de Orat. 110.
Aequor sub pectore possidere. Ouid. 4. Metam. 138, Imminet, & latum sub pectore possidet æquor. De bellua cui Andromeda fuit exposita, ellque emphasis qua bellua magnitudo monstratur.
Agros possidere. Cic. 1. de Lege agraria, 6.
Bona ex edicto possidere. Cic. pro Quintio, 17, Antequam doceo id factum non esse: libet mihi C. Aquili ex officii ratione, atq; ex omnium consuetudine rem ipsam & factum simul Sexti Naeui considerare. Ad vadimonium non venerat, vt ais, is quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ & necessitudines veteres intercedebant illicòne ad Prætorem ire conuenit? continuòne verum fuit postulare vt ex edicto bona possidere liceret? ad hęc extrema & inimicissima iura tam cupidè decurrebas, vt tibi nihil in posterum, quod graium atque crudelius facere posses, reseruares? nam quid homini potest turpius, quid verò miserius, aut acerbius vsu venire? quod tantum euenire dedecus? quę tanta calamitas inueniri potest? Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut si alicuius eripuit iniuriàtamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. at non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis quidem suis vtitur: alterius opes, id quod miserrimum est, non expectat: hoc tamen in miseriæ adiumento & solatio subleuatur.
Bona publicè possidere, id est quod In manum regiam ponere dicimus. Cic. 11. Philip. 300, Itaque non assentior sollum, sed etiam gratias ago Q. Fufio. dixit enim seueram, gravem, Republica dignam sententiam: iudicauit hostem Dolabellam, bona eius censuit publicè possidenda. quò quum addi nihil posset (quid enim atrocius potuit, quid seuerius decernere?) dixit tamen, siquis eorum qui post se rogati essent, graiorem sententiã dixisset, in eam se iturum. Hactenus Budeus. Cic. ad Acilium, lib. 13. 38. 1, Eius bona quemadmodum ad me delata res est, publicè possidentur alieno nomine contra leges Calatmorũ.
Bona possidere sine diminutione. Plin. in Paneg. 61, Bona filii pater sine diminutione possideat: nec socium hæreditatis accipiat, qui non habet luctus.
Possidere aliquid communiter cum aliquo. Cicero pro Roscio Amer. 64, Cur quæ reliqua sunt, iste Roscius omnia cum Chrysogono communiter possidet?
Domum alterius possidere. Cic. pro Domo sua, 85.
Fiduciam sibi commissam tenere ac possidere. Cic. pro Flacco, 40.
Forum armatis cateruis hominum perditorum possidere. Cicero pro Domo sua, 83.
Hominem possidere. Cic. 5. Verr. 135, Quibus rebus non sensim, atque moderatè ad istius amicitiam arrepserat, sed breui tempore totum hominem, totamque eius Præturam possederat.
Imaginem vel nomen alterius possidere. Plaut. Amphit. 4. 504, Nam hic quidem omnem imaginem meam quæ antehac fuerat, possidet. Idem Bacchid. 7. 1,
Homini amico, qui est amicus ita vti nomen possidet,
Nisi deos nihil præstare. Et Milite, 8. 17,
–falsum nomen possidere Philocomasium Postulas?
Inuerecundum animi ingenium possidere. Cic. 1. de Inuent. 96.
Me triclinia possident. Plin. epist. 3. 2, Quid balineum illud, quod placimus sol implet, & circumit: quid triclinia illa popularia? illa paucorum? quid popinæ? quid cubicula diurna, noctурnaque? possidentne te, & per vices partiuntur?
Mores possidere. Plau. True. 2. 11, Hæc huius seculi mores ipse possidet.
Multa possidere. Horat. 4. Carm. ode 9. 9.
Opes possidere. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 10.
Palmam possidere. Plaut. Mostel. 2. 31,
Antehac est habitus parcus, nec magis continens:
Is nunc in aliam partem palmam possidet.
Plus fidei quàm artis, plus veritatis quàm disciplinę possidet in se. Cicero pro Roscio Comœdo, 10.
Regnum possidere. Ouid. 3. Fast. 127,
Orta Tyro est, regnum Libyca possedit in ora.

Veritatem possidere. Cic. pro Rosc. Comœdo, 10.
Magnam vim, magnam necessitatem, magnam religionem possidet paternus maternusque sanguis. Cic pro Roscio Amerino, 40.
¶ Possideri, Passiuum. Cic. ad Atticum, lib. 1. 33. 3. Habet etiam Campana lex execrationem in concione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur.
¶ Vtenda ac possidenda bona alicui tradere. Cic. 4. Verr. 32. Quæ bona, is qui testamentum fecit, huic Heraclio, antequam est mortuus, omnia vtenda ac possidenda tradiderat.
¶ Possessum publicè in bona alicuius mittere. Liu. 8. bel. Mac. 264. In bona deinde L. Scipionis possessum publicè Quæstor misit.
Possessus, Participium. (κεκτημένος,) Lucret. lib. 2. 112, Vrbs est Dicteis olim possessa colonis.
Et possessa furus pectora versat amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 2.
Possessio, possessionis, Verbale, (κατοικία, κατοίκησις, κατοχή, κατάσχεσις, περιουσία, ὑφέσις, κάρπωσις.) Proprietas & vsus, siue actus possidendi agri aut ædificii, non ipse fundus aut ager. Cic. in Paradoxis, 65. Etenim si isti callidi rerum æstimatores prata & areas quasi magno æstimant, quòd ei generi possessionum minime quasi nocere potest.
Caduca & vacua possessio. Cic. 3. de Orat. 67, Nostra est, inquam, omnis ista prudentiæ doctrinęque possessio, in quam homines quasi caducam, & quasi vacuam abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt.
¶ Voluptariæ possessiones. Cic. Attico, lib. 12. 244. 4, Voluptariae enim possessiones nolet Silius.
¶ Consistere in possessione iudicii & defensionis. Cic. 2. de Orat. 109.
Occupare possessionem Iudis. Plancus Cicè. lib. 10. 7. 4.
Permanebit in possessione victoriæ Respublica. Plancus Ciceroni, libro 10. 21. 14.
Certa & stabilis sua cuique possessio amicitiarum permanet. Cic. de Amicitia, 50.
In libertatis possessionem pedem ponere. Cic. 5. Philip. 145.
Retinuerunt in possessione sua iuris Ciuilis cognitionem atque interpretationem principes. Cic. 2. Offic. 96.
Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in vniuersis quæ teneri & possideri possunt. Cic. pro Quintio, 61.
Esse in possessione bonorum. Cic. pro Cecina, 13.
Mittere in possessionem, Vide M I T T O.
Mittere in bonorum alicuius possessionem. Cic. 1. Verr. 30.
¶ Possessio, pro ipsis bonis immobilibus aliquando sumitur, siue pro fundo. Cice. ad Valerium, lib. 13. 5. 4, Is habet in Volaterrano possessionẽ. Idem pro Cecinna, 18, Etenim cui perspicuum non sit, ad incertum reuocari bona, fortunas, possessiones omnium, &c. Idem 1. de Diuina. 118, Antiquiorem eius sibi fuisse fidem & gloriam, quàm regnũ & possessiones suas.
Cui tanta possessio est, vt liberaliter possit viuere, diues est. Cicero in parad. 54.
Possessio fiduciaria, quam sub manu regis possidere vocant quasi fide data acceptam. Liu. lib. 2. de bello Macedonico, Nabidi cum tyranno velut fiduciariam dare optimum visum, vt victori sibi restituere, si quid aduersi accidisset, vt ipse haberet. De Corintho loquens, quam Philippus Nabidi ea lege dederat, vt si victor ex bello redisset, Nabis ei restitueret. Budæus.
Incerta possessio, vide I N C E R T V S.
Priuatæ possessiones. Cic. 2. de Lege agraria, 81.
Relictæ possessiones. Cic. 1. de Lege agraria, 1, Vtrum tandem hanc Syllam in relictis possessionibus, an in Censorum pascuis inuenisti?
Vacua possessio. Cæsar, 3. bel. Ciuil. 448, Interim filia minor Ptolemæi regis vacuam possessionem sperans, ad Achillem se ex regia traiecit. Cic in Paradox. 59.
Cedere possessione, Vide C E D O.
Decedere de possessione. Cic. 2. de Lege agraria, 69.
Depelli possessione sua. Cic. 5. de Orat. 69.
Detrahere aliquid de possessione, ac fidem acquirere. Cic. 2. Catil. 38.
Detorbari non solùm spe, sed certare & possessione. Cicero Cornificio, lib. 12. 15. 6.
Dimouere & deiicere aliquem de possessione. Cice. 2. de Lege agra. 80.
Dare possessionem secundum tabulas. Cic. in Topicis, 14. Si statuissemus ex edicto Prætoris secundum eas tabulas possessionem dari, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset.
Ex edicto possessionem bonorum alicuius dare. Cic. Trebel. lib. 7. 22. 1.
Hæreditatum possessiones dare. Cice. 2. Philip. 73.
Extorbare è possessione aliquem. Cice. pro Sylla, 53.
Irruere temerè in alienas possessiones. Cic. 1. de Orat. 22.
Mouere possessione, Vide M O V E O.
Vibanas & rusticas possessiones notare, & aliorum pecunias æstimare. Cice 1. Philip. 178.
Pellere aliquem possessione. Cicero pro Milone, 55.
Recuperare possessionem amissam. Cic. 5. de Orat. 61.
Proficisci in possessionem. Cice. pro Quintio, 57.
Retinere aliquem in sua possessione. Cic. Attico, lib. 1. 14. 5.
Tenere possessiones paternas. Cic. Trebatio, lib. 7. 21. 3.
Latitudinem possessionum tueri. Cic. 1. de Lege agraria, 70.
Venire in suam possessionem. Cic. 1. Offi. 187. Nec verò tanquam in possessionem suam veuerit, excludat alios, fed cum reliquis in rebus, &c.
Vsurpare possessionem. Cice. 3. de Orat. 61.
¶ Possessio, per translationem. Cice. 4. Acad. 139. Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio.
Possessiuncula, penul. cor. Diminut. (κτῆσίδιον,) Cic. ad Atticum, lib. 13. 281. 3. Omni enim asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensioni esse quàm delectationi possessiunculas meas.
Possessor, Verbale, (κτήτωρ,) Cice. 2. Offic. 116. Aut agrariam rem tentant, vt possessores pellantur suis sedibus: aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant. Liu. 3. ab vrbe, 2, Ita sine querelis possessorum plebem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. Horat. 1. Epist. 2. 10.
–valeat possessor oportet,
Si comportaris rebus bene cogitat vti.
Agelli possessor. Virgil. 9. eclog. 1.
Acerrimus bonorum possessor, expulsor ereptor. Cice. pro Quint. 15.
Habebat tantum quisque possessor, quantum diuisor reliquerat Antonius. Cice. 5. Philipp. 178.
Possessiuus, penul. prod. Adiect. (κτητικός,) Quod possidetur, quo vtuntur grammatici.

Possum, potes, pótui, (δύναμαι, ἰσχύω, κρατῶ, ἰσχύω, ἐξίσχυω, κρατεῖν, ἐξουσιάζω, οἷός τε εἰμί,) posse, Notæ significationis. Plaut. Casina. 7. 4, Stultitia est ei te esse tristem, cuius potestas plus potest. Idem Trucul. 17. 35, –plus potest qui plus. Valet. Terent. in Prologo Heauton. 17,
–quamobrem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquùm possit, quam æquùm oratio.
Assequi nullis literis possum vt exprimam, Cice. Bruto, 15. 1.
Posse ad. Cic. pro Rosc. Amer. 83, Verum quòd ausus est, quòd sperauit se apud tales viros aliquid ad pernitiem posse innocentis, idipsum queror. Idem pro Quintio, 61, Vt quum veritas cum hoc faciat, plus huius inopia possit ad misericordiam, quàm illius opes ad crudelitatem. Et 1. de Diuinatio. 27, Quid scamoniæ radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentium possit.
Plurimum posse ad. Cice. in Orat. 38, Is qui in foro causisque ciuilibus ita dicet, vt probet, vt delectet, vt flectat: probare necessitatis est: delectare suauitatis, flectere victoriæ. nam id vnum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum.
Posse plurimum apud aliquem. Cic. 5, Verr. 111, Loquebantur enim decumani palàm, & præter ceteros is qui apud istum plurimum poterat, maximòque agros populabatur, Apronius.
Amicitia, beneficiis, dignitate apud aliquem plurimum posse. Cicero pro Roscio Amerino.
Pótcorradi. Plaut. Pœnulo. 20. 16, Trecentos nummos credo, corradi pót.
Sed tamen quod fieri poterit, non negligam. Cic. Q. fratri, lib. 3. 21. 8.
Fieri nihil potest, nihil accidere, nihil euenire, niũ, &c. Cic. 2. de Diui. 28.
Potest fieri vt. Terentius Andria, 4. 2. 16.
Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hæc fierent nuptiæ, volo.
Fieri potest vt fallar. Cic. Philippo, lib. 13. 74. 4.
Possum nominare ex agro Sabino rusticos vicinos & familiares meos, quibus absentibus nunquam ferè vlla in agro maiora opera fiunt, non serendis, &c. Cic. de senect. 21.
Nescire non possum diutius quomodo iam se habeat tota res Brundusina. Cice. Attico, lib. 9. 172. 3.
Non possum quin exclamem. Cic. 2. de Orat. 22.
Non poterit quin. Cic. 2. de Orat. 36, De musicis rebus non poterit, quia dicat, hoc onere suscepto, recusare.
Non potuit quin suo sermone aliquem familiarium participauerit. Subcontinere se. Plaut. Milit. 5. 10.
Non potest, pro Non est possibile. Terent. Phorm. 2. 1. 72,
–Non sic futurum est: non potest. Budæus.
Non omnia possumus omnes. Virg. 8. eclog. 11.
Potest per se. Cic. de Amicitia, 26, Quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet.
Minus per se posse, Vide Minor in P A R V V S.
Posse per vim. Cic. pro Quintio, 46, Qui tum & poterant per vim, & scelus plurimum.
Quàm maximè potero, dabo operam vt breue id faciam. Cice. in Salu. 2.
Quàm possum maxima voce dico. Cic. pro domo sua. 73.
Quàm possunt mollissimè substernunt nidos aues. Cicero 2. de Natura Deorum, 195.
Quoad possem & mihi liceret, à senis latere nunquam discederem. Cice. de Amicitia, 1.
Quoad, vel quantum potest: pro Quoad possibile est. Cice. ad Atticum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib. 7.12.4, Incende hominem amabo te, quoad potes. Terent. Eunuc. 5.1.10, Comprehendi iube quantum potest. Budæus.
Quantum potui per ætatem, audisisimè contuli. Plin. epist. 16. lib. 2.
Possum scire quò profectus, cuius sis, aut quid veneris? Plaut. Amph. 4.192.
Si potes tua me consilio, & tamen ista quantum potes prouide. Cic. Attico, lib. 7.139.4.
Siquid poteris. Terē. And. 4.2.19, Huc face, ad me vt venias, sigd poteris.
Dignitatem nostram, vt potest in tanta hominum perfidia, retinebimus. Cic. Lentulo, lib. 1.2.10.
Sic tuor, vt possum, concordiam. Cic. Attico, lib. 1.12.14.
Diligentissimè grauissimeque vt potui, sic te Cæsari commendaui & tradidi. Cic. Trebatio, lib 7.17.7.
¶ Potest, cum ablatiuo. Plin. de Viris illust. 72, Tantumque authoritate potuit, vt Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauceam, & Saturnium priuato consilio armaret. Cæsar 1. bel. Gal. 34, Gratia & largitione apud Sequanos plurimũ poterat. Liuius lib. 10, Pecunia deinde, qui multum poterant, freti, socios ex hostibus facere Gallos conatur. Nonnunquam cum prepositione: vt Terent. in Prolog. Heaut. 13,
Sed hic actor tantum potuit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commodè.
Posse ingenio. Cice. pro Quintio, 1, Qui neque vsu satis, & ingenio parum possum.
¶ Possum, geminatum. Quintil. lib. 10. cap. 5, Nobiscum contendere possumus, cum alis non possumus. Ibidem, cap. 6, Cogitatio in hoc præparetur vt fortuna decipere non possit, adiuuare possit. Idem lib. 7. cap. 5, Quod sub extratio accusatore & legibus agente prodesse nõ potest, in domesticis disceptationibus potest.
Tantum potest in dicendo hæc res, vt ad vincendum nulla plus possit. Cic. in Orat. 96.
Minimum quidem nunc potest Resp. sed possit necesse est. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 16.
¶ Potest, pro Potest fieri. Plaut. Pseud. 9.40, Potest vt alii ita arbitrentur, ego vt ne credam tibi.
Poterat vtrumque præclarè, pro, Vtrumque fieri poterat. Cic. ad Lentulo, lib. 1.7.25, Poterat vtrumque præclarè, si esset fides, si grauitas in hominibus Consularibus. Budæus.
¶ Posse, pro Valere & bene habere. Cic. 2. Tuscul. 77, Nihil enim dolet nisi pes: possunt oculi, potest caput, latera, pulmones, possunt omnia.
Potin' (μὴν δύνασαι) pro Potesne. Plaut. Amphit. 10.22, Potin' es vt abstineas manũs? Idem Epid. 1.61, Potin' vt molestus ne fies? Terent. And. 1.6.6, Potin' es mihi verum dicere? Idem, Potin' es vt desinas?
Possum, (δύναμαι,) pro Possum. Terent. Eunuch. 4.3.23, At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos. Sed nihil possie.
Quædam exemplaria legunt hoc loco, posse. Plaut. Cistel. 2.24,
Cum inuidia summa opum suarum nos illæ volunt
Esse indigentes, nostra copia nihil possie. Idem Aulul. 9.30,
Censẽn' talentum magnum exorari possie Ab isto sene?
Potestur, (δύναται,) pro Potest, frequens apud antiquos, teste Nonio? Pacuius, Si qua potestur inuestigari via. Lucret. lib. 3.205, Quod tamen expleri nulla ratione potestur.
Potens, potentis, (δυνάμενος,) Participium, tempus significat: & accusatiuo iungitur nomium, vel infinito, nec comparationem accipit. vt Potens pugnare, vel bella facere. De hoc tamen apud authores nullum exemplum.
Potens, (δυνατὸς, δυνάστης, ἰσχυρὸς, κραταιὸς, δυνάμενος,) Nomen, caret tempore, & genitiuo iungitur: vt Potens maris. & comparationem accipit. Terent. Adelph. 3.4.57,
Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites,
Quàm vos facillimè agitis, quàm estis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles. Idem Eunuc. 1.3.61, Quis is est tam potens, cum tanto munere hoc? Cic. pro Quintio, 47, Si propter partũ an studium potens erat Alphenus.
Potens corporis. Curtius lib. 9, Ille vt antequam vltimus spiritus deficeret, dimicans iam extingueretur, clypeo se alleuare conatus est. & posteaquam ad conniteudum nihil supererat virium, dextra impendentes ramos complexus, tentabat assurgere. Sed ne sic quidem potens corporis, rursus in genua procumbit.
Potens deorum. Plin. in Paneg. 131, Annuas Cæsar optantibus: quibusqs apud deos esse consuesti, quorum potens es, votorum cõpotes facias.
Frugum potens Ceres. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.7.
Imperii potens, Qui imperium obtinet. Tacitus, Vt identidem interrogaret an ipse imperii potens, an Silius priuatus esset. Budæus.
Nec potens mentis truculentus Atreus. Seneca Thyest. 7.1.
Nemorum potens virgo. Stat. 9. Thebaid. 122. epitheton Dianæ.
Pugnæ & fugæ potens. Liuius 8. ab Vrbe, Inter latrinas obsidentes, neque pugnæ, neque fugæ satis potentes cæduntur.
Regni potens, Id est Regno maturus. Liuius, Iuuenem iam esse dictitans, ac regni potentem. Budæus.
Scelerum potens. Stat. 11. Thebaid. 12.

Sui potens Liuius 6. bel. Pun. 69, Quum mortem ne recusare quidem debeamus cruciatus contumeliasq; quas sperat hostis, dum liber, dum me potens sum, effugere morte præterquà honesta, etiã leni possum, &c.
Potens tempestatum. Virg. 1. Georg. 3, - & te maximus orbis
Authorem frugum, tempestatumque potentem Accipiat.
Voti aliquem potentem facere. Ouid. 8. Metam. 16.
Diua potens vteri. Ouid. 9. Metam. 64. Ilithyam intelligit, quam Latinè Lucinam vocant.
¶ Potens, ablatiuo iunctum: vt Armis potens. Virg. 1. Aeneid. 108.
Classe vtrisque potens. Ouid. epist. 13.12.
Ferro potentes. Propert. lib. 3. eleg. 22.5.
Muneribus veneris potens. Horat. 4. Carm. ode 10.1.
Nobilitate potens. Ouid. 13. Metam. 5.
Opibus potens Roma. Ouid. 4. Fast. 51.
Oppidis centum potens Crete. Horat. 3. Carm. ode 27.7.
Pietate potentes. Propert. lib. 3. eleg. 22.5.
Proditione potens. Ouid. 8. Metam. 12.
Turpi Venere potens libido. Seneca Oetau. 7.12.
¶ Ciuis potens. Horat. Epod. 1.2.
Ampla & potens ciuitas. Cic. 2. de Inuent. 246.
Dextra potens. Virg. 7. Aeneid. 47.
Dominator potens. Seneca Herc. fur. 13.9.
Dominus potens. Virg. 6. Aeneid. 125.
Factum potens. Claud. 7. Paneg. 46.
Herbæ potentes. Virg. 7. Aeneid. 4,
Quos hominum ex facie, dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus.
Ignis sacer, nimiumque potens. Seneca Hippoly. 3.12. De igne amoris.
Iustitia potens. Horat. 2. Carm. ode 17.3, Intelligit fatum.
Manus potentes terra mariúque. Horat. in Carm. secul. 11.
Nomen potens matris. Seneca Hippoly. 5.4, Matris superbum est nomen, & nimium potens.
Populus potens. Ouid. 6. Fast. 146, Nec te præterea populi Fortuna potentis Publica. Romanum populum intelligit.
Regna potentia. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.4.
Tactus potens. Ouid. 11. Metam. 62.
¶ Potens, Substantiuum. Lucan. lib. 1.56, - libertatemque tueri
Ausus, & armatos plebi miscere potentes.
Matrona potens. Horat. de Arte, 24.
Ex humili potens. Horat. 3. Carm. ode 30.3.
Florens & potens. Cic. pro Domo sua, 39, Itaque quum tu florens & potens per medium forum popularis volitares, &c.
Inops vir, Fortunatus & potens, contraria. Cic. 2. Offic. 101, Sed quis est tandem, qui inopis & optimi viri causæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis?
Potens & factiosus. Ad Herennium, lib. 2.77, Vt siquis potens ac factiosus in concione dixerit, Satius est vti regibus quàm malis legibus.
Potens, gratiosus, disertus homo. Cic. pro Cælio, 15.
Contra potentes nequid stultè, nequid temerè dicam aut faciam reliquũ est. Cic. Præto, lib. 9. 16. 14.
Tribuere infinita potentibus. Brutus Ciceroni, 4.3.
Maximè potens, Vide MAGIS.
Fortuna potentem me fecit. Ouid. 10. Metam. 120.
¶ Tanto potentior. Ouid. 14. Metam. 131, Pomaque mirata est, tantoque potentior, inquit, Omnibus es Nymphis.
Armis potentior. Ouid. 6. Metam. 136.
Potentiora ad. Quintil. lib. 6. cap. 1.21, Tanto sunt quadam portione ad efficiendum potentiora, quum velut ipsorum ore dicuntur.
Auro nihil potentius. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.6.
¶ In affectibus potentissimus. Quintil. lib. 6. cap. 2.24.
Argumenta potentissima. Quintil. lib. 6. cap. 4.17.
Potentissimus odor. Plin lib. 13. cap. 2.2, Inter omnes potẽtissimus odor, quisquis nouissimè additur.
Potentissima in toto orbe terrarum Græcia. Plin. lib. 18. cap. 7.15.
Contumaciam potentissimorũ virorũ nunquã tuli. Cic. Att. lib. 6.14.10.
Potenter, Aduerbiũ, (ἰσχυρῶς,) vt Res potenter lecta Horat. de Arte, 8.
Fieri potẽtius. Quintil. lib. 6. ca. 4.14, Quod in altercatione fit potẽtius.
Potentia, potentiæ, (δύναμις, ἰσχὺς, ἐπικράτεια, κράτος, ῥώμη, δῦναμις,) contrarium habet Impotentia. Virg. 1. Georg. 19.
Ne tenues pluuiæ, rapidiúe potentia Solis Acrior.
Inque feris subiti deprensa potentia morbi est. Ouid. 7. Metam. 109.
Ventosa potentia Neptuni. Ouid. 2. Amor. eleg. 16.6.
¶ Potentia, pro Authoritate & opibus ciuilibus. Cic. 2. de Inuent. 246,
Potentia est ad sua conseruanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas.
Cupido potentiæ. Tacit. lib. 18.
Prompta potentia. Tacit. lib. 12, Igitur Pharasmanes iuuenem potentiæ promptæ, & studio popularium accinctum, &c.
Subiecta inuidiæ potentia. Iuuenal. Saty. 10.6.

Sempiterna

Sempiterna potentia. Tacit. lib. 3, Idque & Mecœnati acciderat, fato potentiæ raro sempiternæ.
Vasta potentia, Ouid. 2. Metam. 104.
Potentia in vi posita est & armis. Cic. Bruto, 10.5.
Potentiæ opõ. Cic. 3. Offic. 46, Hinc opũ nimiarũ potentiẽ non ferendæ.
¶ Consequi potentiam. Cic. 3. Offic. 109. Qui omnia certa & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur.
Concupiscere opes violentas, & minimè ferendam potentiam. Cic. 1. Philipp. 21.
Criminari inuidiosè potentiam alienius. Cicero pro Milone, 9.
Dimicant de sua potentia homines. Cic. Attico, lib. 7.123.6.
Dominatur potentia. Cic. pro Cecinna, 52, Nimia ista quæ dominatur in ciuitate potentia.
Vis, potentia, potestas. Cice. pro Domo sua, 63, Quæ nec vis temporum, nec potẽtia magistratuum, nec res tum iudicata, nec denique vniuersi Populi Rom. potestas quæ cæteris in rebus est maxima, labefactare potest.
In magna potentia esse. Cic. pro Murena, 22, Erant in magna potẽtia qui consolebantur: à quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur. Id est in authoritate magna in Repub.
Sine potentia esse. Plin. epist. 7. lib. 3, Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia.
Potentatus, huius potentatus, penu. prod. (δυναστεία,) Idem Cæsar 1. bel. Gall. 119, Hic quum tantopere de potentatu inter se multos annos cõtenderent, factum esse, &c. Liu. 6. bel. Pun. 191, At ille cum ab re auersus, tum æmulo potentatus inimicus, rem Annibali aperit.
Potestas, potestãtis, pro vi accipitur. (δύναμις, ἰσχὺς, ἐξουσία, κράτος.) Potestas, inquit Sipontinus ex Paulo Iurec. De verb. signi. L. Potestatis plura significat. In persona magistratuum, imperium: in persona liberorũ, patriam authoritatem: in persona seruorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione cum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam & facultatem.
¶ Potestates, Principes potentes dicuntur, quos Græci dynastas vocant, & ii qui magistratus gerunt, & iudiciis præsunt. Plin. lib. 19. cap. 4.10, Pingue draconis in pelle dorcadum, nerais ceruium ad alligatum in lacerto, conferre iudiciorum victoriam. Primum spondylum adimus potestatum mulcere. Dentes eias illigatos pellibus capreartũ ceruinis nec uis, mites præstare dominos potestatẽque exorabiles. Apul. Sed iussit potestas officialem suum magna seuerimdine coerceri. Sueto. in Claud. cap. 23, Iurisdictionem de fideicommissis quotannis & tantùm in vrbe delegari magistratus solitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias potestatibus demandauit.
Magistratus & misericors in potestatibus fuit. Ad Heren. lib. 2.59.
¶ Potestas, & facultas. Cic. 2. de Inuent. 137, Sin fuisse alis quoque causã faciendi videbitur, aut potestas alis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluptas. Potestas, si aut nescisse, aut non affuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicetur. Facultas, si ratio, adiutores, adimenta, & cætera quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabitur.
Potestas adipiscendi, &c. Plau. Epid. 2.13.
Nam vt apud portum te conspexi, curriculo occœpi sequi?
Vix adipiscendi potestas modò fuit.
Potestas tui præsentis. Cic. Lentulo, lib. 1.9.93, Quocunque tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris, &c.
Quidlibet audendi æqua poetis & pictoribus potestas. Horat. de Arte. 2.
Nutes atque potestas. Cic. 3. in Catil. 63, Hanc vrbem deorum immortalium nutu atque potestate administrari.
Optio & potestas. Cic. in Vatinium, 31, An erit hæc optio & potestas tua, vt, &c.
Vis omnis ac potestas deorum. Cic. 3. de Nat. deorum, 137.
¶ Potestas & dominatus. Cic. 2. de Natu. deo. 43. Itaque necesse est illud etiam in quo sit totius naturæ principatus, esse omnium optimum, omnimque rerum potestate dominatúque dignissimum.
Dominatio & potestas. Cic. 2. de Lege agraria, 38, Hoc paruum argumentum vobis erit, à certis hominibus dominationem potestatemque omnium rerum quæri, quam videatis eum, &c.
Imperium & potestas. Cic. 2. de Lege Agraria, 40, Si hoc fieri potest, vt in hac ciuitate, quæ lõge iure libertatis cæteris ciuitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem alicui possit quid, &c.
Magistratus & potestas. Cicero 1. Tuscul. 117, Sed tanquam à magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus atque emissus exierit. De Catone.
Præditus summa potestate homo. Cic. pro Domo sua, 85.
¶ Compacta potestas Centaurorum ex membris alienigenis, Lucretius lib. 5. 876.
Decemuiralis potestas. Tacit. lib. 1.
Extraordinariæ potestates. Cice. pro Domo sua, 18.
Firma rerum potestas. Val. 4. Argon. 3.
Prædita potestas & penè translata. Claud. 3. Paneg. 25.
Immensa potestas deûm. Lucret. lib. 5. 243.

Inuidiosa potest. Claud. 1. Paneg. 111.
Iusta potestas est illi in ambos. Horat. 2. Serm. saty. 7.13.
Iusta & legitima potestas, Vide LEX.
Lenis potestas. Claud. 2. Paneg. 34.
Regia potestas. Cic. 3. de Legibus. 5.
Summa potestas. Seneca Thyeste. 5.8.
Tranquilla potestas. Claud. 8. Paneg. 48.
Violenta potestas. Claud. 8. Paneg. 48.
Vinata potestas corporis atque animi. Lucret. lib. 3.115.
¶ Abrogare potestatem, Vide ABROGO.
Accipere potestatem, vide ACCIPIO.
Adimere potestatem, Vide ADIMO.
Per potestatem auferre aliquid alicui. Cic. 6. Verr. 27.
Cadere in potestatem, Vide CADO.
Peccandi potestatem alicui concedere. Cic. 11. Philip. 330.
Continere in sua potestate aliquos. Cice. 1. in Catil. 45.
Respirandi potestatem dare. Cic. pro Quintio. 59.
Deducere alicuius potestatem, Vide DEDVCO.
Deferre potestatem alicui tribuendorum beneficiorum. Cice. pro Corn. Balbo, 30, Potest esse vlla denique maiestas, si impedimur, quo minus per Pop. Rom. beneficiorum virtutis causã tribuendorum potestatem Imperatoribus nostris deferamus?
Spatio diuisa potestas. Lucret. lib. 3.54.
Dare potestatem. Colum. lib. 7. ca. 5.12, Vaporibus omni quadrupedi largius bibendi potestas danda est. Quintil. lib. 7. cap. 8, Vtique data potendi quod velit, potestate. Cic. Planco, lib. 10.15.1, Vt primùm potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi, &c. Idem 3. Verr. 94, Simulac potestas primùm data est, adeunt. Et 2. de Lege agraria, 3, Si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data.
Eligendi potestatem dare. Cic. 2. de Inuent. 123.
Exisse de potestate proprietatis dicimus, id est de consilio de ratione, de mente. Cic. 4. Tuscul. 127.
Facere potestatem. Colum. lib. 6. cap. 7. Nec potestas aquę nisi quàm parcissimè faciẽda est. Idem lib. 6. ca. 27, Admissariis de ydeantibus coeundi fiat potestas. Cic. 3. in Catil. 55, Siquid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Idem 3. Verr. 10, Non modò deferendi nominis, sed ne subscribendi quidem, quum id postularet, facerent potestatem. Vide FACIO.
Conueniendi sui potestatem omnibus facere. Cic. 8. Philip. 254.
Interpellandi facio tibi potestatem. Cic. pro Rosc. Amer. 44.
Libera facta est mihi potestas loquendi. Cic. Anteq. iret in exil. 17.
Potestatem sui facere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2.24, Quod quum Gabinium de ambitu vellet postulare, neque Prætores diebus aliquot adiri possent, vel potestatem sui facerent, in concionem ascendit.
Gerere potestates. Author ad Herennium, lib. 3. 106, In diuitiis qualis, aut paupertate cuiusmodi fuerit, quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. Cice. pro Fonteio. 22,
Clissit potestas. Tacitus lib. 3.
Habere potestatem. Cicero pro Corne. Balbo, 30, Si præmii tribuendi potestatem nullam haberemus. Et Cupiẽnio in Epistolis ad Atticum, lib. 16. 34.1, Cum & lege & s. c. statuendi potestatem haberent.
Regalem habuit potestatem. Cic. de Arusp. resp. 40. De Sylla.
Habere summam potestatem in aliquo loco. Cic. Q. frat. lib. 1.1.14.
Habere potestatem alicuius. Cice. in Salust. 8, Qui eo tempore summam tui potestatem habuit.
Habere aliquem in sua potestate. Brutus Ciceroni, 4.3. Et 4. Verr. 94. Quadrupliatorum quicquid erat, habebat in potestate. Et pro Sylla, 45, Vt hoc diffidio ac dissensione facta oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere.
Vitæ necisque potestatem habere in aliquem. Cic. pro Domo sua, 61.
Ducendi liberum spiritum nullam habeo potestatem. Cicero Antequam iret in exilium, 17.
Ius potestatemque imperandi habere. Cic. 11. Philip. 312.
Nacti summam potestatem, Vide NANCISCOR.
Obsidere potestatem. Cic. 1. Philipp. 2, Dictatura quæ vim iam regiæ potestatis obsederat, funditus ex Repub. sustulit.
Ostendere suam potestatem in aliquem, Vide OSTENDO.
Patet latè potestas eius. Cic. Marcello, lib. 4, 7.9.
Permittere potestatem. Cicero 2. de Lege agrar. 47, Audaciæ Decemuirali corrumpendarum tabularum publicarum magna potestas permittitur. Idem Q. fratri, lib. 1.1.16, Vt ea potestate quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum vteretur.
Decernendi potestatem aliquibus permittere. Cicero post reditum in Senatu, 2.
Permissa potestas, Valer. 8. Argon. 85. Lucret. lib. 1.119.
Peruenire in potestatem alicuius. Cic. pro Lege Manilia, 22, Quum duodecim secures in prædonum potestatem peruenerint.
Poni in potestate alicuius. Cic. 2. de Finib. 137, Si modò sit aliquid esse beatum, id oporteret totum poni in potestate sapientis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primare aliquem potestate faciendi aliquid.Cic.Metello,lib.5.2.17.
Cum potestate proficisci in prouinciam. Cic.6.Verr.8. Neminem qui cũ potestate aut legatione in prouinciam esset profectus, tam amentem fore putauerunt.
Fortunæ potestas in nos prorogata.Cic.Qu.fratri,lib.1.1.7.
Recisa arandi potestas.Quintil lib.2.cap.16.3.
Redigere potestatem certaminis victo. Quintil.lib.1.cap.2.17,Tricesimus dies reddebat victo certaminis potestatem.
Redigere aliquos in suam potestatem. Cic.5.Philip.197, Equites, sagittarios,elephantos in suam Populique Rom.potestatem redegerit.
Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatẽ. Cic.2.de Lege agr.74.
Redire in suam potestatem dicitur,qui è potestate exierat: apud Gellũ lib.7. cap.3, ex Catonis oratione ita legitur, Suadetque vti hæc res dies aliquot proferatur, dum tanto ex interuallo in potestatem nostram redeamus.
In potestate alicujus esse.Plaut.Mostel.1.36,Nam ego ad id frugi vsque & probus fui,in fabrorum potestate dum fui.
In ditione ac potestate alicuius esse.Cic.pro Quinctio,4.Omnes quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant quid possit is, in cuius ditione ac potestate sunt,facere,quàm,&c.
In potestate alicuius esse, Ex eius consilio pendere,ei obtemperare. Cic. ad Qu. fratrem, lib.2.10.2, Totum ei negotium permisi, meque in eius potestate dixi fore.
In potestate tua est. Cic.4.Verr.105, Petis à me quod in tua potestate est,vt id tibi facere ne liceat?
In potestatem esse,Vide IN præpositionem.
Cum potestate esse,Vide CVM præpositionem.
Sub potestate alicuius esse. Liuius 4.bel.Pun.194, Octauum iam annum sub hostium potestate esse.
Malefaciendi est mihi potestas.Plaut.Stich.3.60.
Potestas tibi est seruandi illum.Terent.And.3.3.10,Cuius tibi potestas summa seruandi datur.
Potestas fuit liberius viuendi.Terent.And.1.1.25.
Potestas tibi fuit quotidie hominis admonendi.Cic.pro Quintio,22.
Quòd potestas mittendi non fuit.Cic.ad Atticum,lib.11.2.10.4.
Potestas certorum hominum est, hoc est. Habeo certos homines ad manum. Cic.ad Lentulum, lib.1.7.3, Quoties mihi certorum hominum potestas erit,quibus rectè dem,non prætermittam,&c.
Integra nobis est iudicandi potestas.Cic.4.Acad.16.
Sita est in eorum potestate nostra salus.Cic.Anteq.iret in exilium,7.
Potestas ea tua est,pro Potes. Terent.Heaut.4.3.42,
Metuo quid agam. S. metuis?quasi non ea potestas sit tua,
Quo velis in tempore vt te exoluas,rem facias palàm. Cic.ad Atticũ, lib.16.345.5,Præsertim quum tota potestas huius rei tua sit. Idem 1. Verr.18, Ex qua etiam si cuperet Prætor, tamen nequa deductio fieret,magna ex parte tua potestas erat.
Quæ tum erat potestas:Id est quod tum fieri poterat.Cic.pro Cluentio, 59,Consurgitur in consilium, quum sententias Oppianicus, quæ tum erat potestas, palàm ferri velle dixisset, vt Stalenus scire posset, quid cuique deberetur.
Summa omnium rerum potestas Populi Rom.est.Cic.de Arusp.resp.9.
Suscipere in potestatem,& Dimittere ex potestate.Cic.pro Cecinna,71, Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit.
Tenere aliquem in sua potestate & ditione. Cic.3.Verr.68, Et ad Qu. fratrem,lib.1.1.59,Tenere motum animi in sua potestate.
Tradere potestatem alicui.Cic.1.de Orat.115,Cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem quasi quasdã habenas tradidit. Idem pro Flacco,3,An Populum Romanum?at is quidem omnem potestatem suam de bonis tradit vobis.
Venire in arbitrium ac potestatem alicuius. Cic.3.Verr.106,Cæsar Opp?p in Epist. ad Atticum,lib.9.177.2, Duo præfecti fabrũm Pompeii in meam potestatem venerunt,& à me missi sunt.
Versari cum imperio & potestate in Repub.Cic.1.Philip.13.
Possibilis,& hoc possibile,penult.corr. (δυνατός,) Quod fieri potest. Plautus Sticho,16.1, - possibile est tandem,
Stantem stanti sanium dare amicum amicæ? Quintil.lib.3.cap.8.18, Melius ergo qui tertiam partem fecerunt δυνατόν. Nostri possibile nominant,quæ vt dura videatur appellatio,sola tamen est.

Post, (ἐπί, & ἐξ, κατόπιν, ὕστερον,) Præpositio,accusatiuo casui iungitur.Horat.1.epist.1.11,
O cives cives,quærenda pecunia primùm est,
Virtus post nummos. Virg.1.eclog.14,
Post aliquot,mea regna videns,mirabor,aristas.
Annum post quintumdecimum creati Consules: Id est, cum interuallo XV annorum fuissent Tribuni militum Consulari potestate.Liuius 5. ab Vrbe. Budæus.
Post hunc diem.Plaut.Rud.31.60,Nunquam hercle iterum defraudabis me quidem post hunc diem.
Post diem quartum quàm.Cic.ad Atticum,lib.9.181.8, Hoc scribis post diem quartum,quàm ab vrbe discessimus.
Castra paucos post dies habuimus. Cic.ad Atticum, lib.5.108.5. Quædam exemplaria hoc loco omittunt POST.
Post genus humanũ natum pauci reperti sunt,qui nullis præmiis propositis vitã suã hostili telis pro patria obiecerint.Cic.pro Corn.Balbo,19.
Post id locorum,pro Postea.Plaut.Trucul.13.12. - eradicare est
Certum cum primis patremque post id locorum matrem.
Post iudicia hæc constituta. Id est,ex quo iudicia constituta sunt. Cic.in Vetrem. Ex Budæo.
Prætereo,atq; alia post me memoranda relinquo.Virg.4.Aeneid.30.
Post hominum memoriam,Ab hominum recordatione. Cic.in Pisonem, 51, Instant post hominum memoriam paratissimi, magnificentissimique ludi. Idem 2.in Catil.46,Bellum intestinum, ac domesticum post hominum memoriam crudelissimũ & maximum.Et 5.Verr.25,Quod hominum memoriam crudelissimũ & maximum fecit. Ibidem,Nemo vnquam post hominum memoriam paratior,vigilantior,copiosior. Idem Post red.in Senatu,8, Qui me duo sceleratissimi post hominum memoriã non Consules,sed latrones,non modò deleruerunt,&c.
Post homines natos,Idem.Cic.de Optimo genere Oratorum,15, Optimus longè post homines natos.Et 11.Philip.288,Duo hæc capita nata sunt post homines natos,teterrima & spurcissima Dolabella & Antonius.Idem de Claris Orat.119,Longè autem post natos homines improbissimus C.Seruilius Glaucia.Sic pro Domo sua,18,Quis prouiam homini post homines natos turpissimo,sceleratissimo, contaminatissimo,quis illam optimam, &c. Idem pro Milone,52, Vnius post homines natos fortissimi viri.
Aliquot post menses is occisus est.Cic.pro Roscio Amer.76.
Postque breuem rescribe moram.Ouid.3.de Arte,94.
Post omnia orationem concludere.Cic.in Orat.67.
Post tempus.Plaut.Capt.Serò post tempus venis.Cic.pro P.Quintio,31, Ego pro te nunc hoc consolo,post tempus,in aliena re,quod tu in tua re,quum tempus erat,consulere oblitus es.
Post terga.Virg.11.Aeneid.17,Vinxerat & post terga manus.
¶ Post,pro Pone.Galli dicunt Derriere.Virg.eclog.3.4,
- tu post carecta latebas.
Post tergum,A tergo. Cæsar 7.bel.Gal.351, Repentè post tergum equitatus cernitur. Idem 3.bel Ciuil.176, Ne loco erumperent Pompeiani,& nostros post tergum adorirentur,timebant.
¶ Post, suo casui non serviens, Aduerbium est. Plaut. Persa,6.35, Quò abis? P. quò tu? S. dic tu,prior rogaui. P. at post scies. Terent.Adel. 4.2.13, - non tu eum
Rus hinc modo produxe aiebas? D. factum: verùm venit post insaniens. Idem Hecyra,4.4.72, In culpa non est: post de matre videro. Virg.1.Aeneid.28,Post mihi non simili,&c.
Post vbi confecti cursus,& dona peregit.Virg.5.Aeneid.73.
Respexit tamen,& longo post tempore venit.Virg.2.eclog.6.
Post viderimus de Capitone,6,&c.Cic.pro Roscio Amer.51.
Consequens est,& post oritur.Cic.3.de Finib.34,Non inest in primis naturæ cõciliationibus honesta actio, cõsequens enim est, & post oritur.
Initio & post.Cicero Cæsari,lib.7.5.6, Mitto igitur ad te Trebatium,atque ita mitto, vt initio mea sponte, post autem mutata tuo mittendum duxerim.
Primò & post.Cic.2.Verr.13,Quæ res primò Iudices pertenui nobis argumento,indicioque patefacta est:post aperto suspicionis,&c.
Post aliquanto. Liuius 2.ab Vrbe,131,Cum Aequis post aliquanto pugnatum est. Cic.in Orat.57, Quæ nequaquam satis deferbuisse post aliquanto sentire cœpimus.Idem 3.in Catil.56.
Anno post,& deinceps reliquis annis.Cic.de Claris Orat.115,Reprehendit eas res, quas idem Cæsar anno post, & deinceps singulis annis administrauisset in Gallia.
Multis post annis pecunia recuperata est.Cic.pro Flacco,44.
Post deinde.Terent.And.3.2.23,
Nunc primùm fac istæc vt lanet:post deinde
Quod iussi ei dare bibere,& quantum imperaui
Dato mox ego huc reuertar. Virg.5.Aeneid.65,
- spatio post deinde relicto Tertius Eurytalus.
Post demum.Plaut.Asin.16.65,
Atque interea vt decumbamus suadebo,hi dum litigant.
Post demum huc eras adducam ad lenam,vt viginti minas Ei det.
Paucis post diebus.Plaut.Menæch.2.34,Paucis diebus post Tarẽti emortuus est.Virg.6.Aeneid.82,
- ille admirans venerabile donum
Fatalis virgæ,longo post tempore visum.
Paucis post diebus quàm Luca discesserat.Cic.Lentulo,lib.1.9.24.
Hora post,Antonium Gabinium nescio quem,&c. condemnarunt. Cicero ad Atticum,lib.4.15.16.
Multo post,& Post multo. Plautus Merc.5.10, Ea simia adeò post haud multo ad me venit. Cicero 1.in Catil.11, Ac tam illa omitto: neque eam

enim sunt,aut obscura,aut nõ multo post cõmissa. Vide MVLTVS.
Non ita multo post,Vide NON aduerbium.
Post paulo,Cæsar 1.bel.Ciuil.77,Post paulo tamen interuentis vltro citroque missis,quæ,&c.
Post paulo fugiens in iudex.Horat.3.Carm. ode 20.1.
Post principio deniques.Plaut.Persa, 13.4,
Siquam rem accures sobrie aut frugaliter,
Solet illa recte sub manus succedere:
Atque ædepol sirmè vt quisque rem accurat suam,
Sic et procedit:post principio denique
Si malus aut nequam est,male res vertunt quas agit.
Tanto post cur potius quàm continuo queri maluit? Cic. pro Cælio,14.
Postea,penult.corr.(μετὰ ταῦτα,μετέπειτα,μετὰ ταῦτα,) compositum ex post,& ea.Aduerbium est idẽ significãs quod Exinde. Salustius,Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor Proprætor missus est. Plaut. Merc.7.10,
- nescio quid animo meo ægre est pater,
Postea nocte hac quicui non satis ex sententia. Idem Mil.10.138.
Et minus audacter sceleste facerent factam & postea
Qui homines probi essent,esset his annona vilior. Idem Epid. 12.30,
Vt primùm vidi,nunquam vidi postea. Terent. Eunu.3.1.40.
- hos prius introducam,& quæ volo,
Simul imperabo:postea continuò exeo. Idem Adel.4.1.13,
Cliens,amicus,hospes nemo est vobis? C.sunt,quid postea?
2.Hisce opera vt data sit.Sub.dicito. Sic Hecyra,4.1.37,
Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisset eum diceret
Exeuntem,aut introeuntem ad amicam: quid tum postea,
Si modestè ac rarò hoc fecit? Item Adelph.4.5.26, Eho nonne hæc iusta tibi videntur postea?Hoc loco abũdat POSTEA, authore Donato.
Primum,& postea deinceps.Cice.de Clar.Ora.6, Post Cannensem illam calamitatem primùm Marcelli ad Nolam prælio Populus se Romanus erexit,postea que prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt.
Postea aliquanto,pro Aliquanto post.Cic.2.de Innen.136, Misericordia commoti,nauim ad eam applicuerunt,hominẽ ad se sustulerunt, postea aliquanto ipsos quoque tempestas vehementius iactare cœpit.
Postea verò quàm profectus es, velim recordere quæ ego de te in Senatu egerim.C.F.Metello,lib.5.1.12.
Quid postea? & quid tum inde?Cic. pro Murena,12, Cedo, quid postea? Iam ego ex iure meum esse aio. Quid tum inde? Inde ego te ex iure manum conserum voco.
Quid postea si Romæ fui?Cic.pro Rosc. Amer.56.

Posteaquam, (ἐπειδὴ, ἐπεὶν, ἐπειδὰν, ἐπεὶ δὲ, ἐπεὶ δὴ, ἐπεὶ, ἐπεάν,) pe.corficam quod Postquam.Cic.Planco,lib.10.1.1, Et abfui proficiscens in Græciam& posteaquam de meo cursu Reip.sum voce reuocatus, nunquam per M.Antonium quietus fui. Idem 6. Verr. 29, Posteaquam est comperendinatus. Et 1.Acad.5,Sed nunc posteaquam sum ingressus res eas,&c. Sic 4.Verr.31,Posteaquam damnatus est absens.
Posteaquam ego inquirendi causa in Siciliam veni,repentè Letilii aduenio,filius non modò amicus,verùmetiam cognatus factus est. Cicero 4. Verr.96.
Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, sanequàm pro eo ac debui,grauiter ac molestè tuli.Seruius Ciceroni,lib.4.5.1.
Aliquando inter POSTEA & QVAM, interponitur VERBO,& significat Sed posteaquam.Cice. Appio,lib.3.7.14, Postea verò quàm ita & cœpi.

Posterus, pen.corr.(ἐπιούσιος,ὕστερος,ἐπιών,) Adiect. Quod aliquid sequitur:vt Postera dies.Virg.4.Aeneid. 1, Postera Phœbea lustrabat lampade terras.Liu.1.ab Vrbe,120, Sacrificium luit in mentem,& lege Rupilia sortiri dicas oportere. Plin.lib.7.cap.24. 1.Postero die quàm adueneratㄴ
Annus posterus.Cic.4.Verr.97,Postero anno L.Metellus mentionem tui cenius fieri vetat.
Postera iamque dies primo surgebat Eoo Virgil.3.Aeneid.118.
Postero iduum die.Tacit.lib.1.7.
Diem posterum commorari alicubi Cic. pro Cluentio, 27.
Laude postera crescere,Id est in posteritatem propagata.Horat.3.Carm. ode. 30.1.
Secla postera.Lucr.li.3.197,Materies opus est vt crescant postera secla.
Temporis posteri prouisio,Cic.in Partit.37.
In posterum tempus,vide IN præpositionem.
Posterum & consequens.Cic.1.de Fin.102,Quibus non solùm præsentibus fruuntur,sed etiam spe eriguntur consequentis ac posteri temporis. Ibidem,lib.3.50, Sed in ceteris artibus quum dicitur artificiosè, posterum quod ammodo & consequens putandum est, quod illi ἐπιγενηματικὸν appellant.
In posterum differre.Cic.pro Deiotaro,13,In posterum, inquit, diem distulit. Et ad Atticum,lib.10.205.7. Distulimus omnino sermonem in posterum. Sic Planco,lib.10.12.9.Contrarium est illi In præsens.
Pugna in posterum extracta.Tacit.lib.14.
In posterum prospicere,Sub.tempus.Cic.ad Cælium,li.2.7.4,Quare ego nec præterita,nec præsentia abs te, sed vt ab homine longè in posterũ prospiciente,futura expecto.Idem 3.Philip.150,Multum in posterum promendibus. Et pro Murena,54,Sapiẽtes, ac multum in posterum prospicientes iudices resisterunt.
Hæc in posterum gratiora,theatra,porticus,noua templa.Cicero.
Valescit labor in posterum.Tacitus lib.4.Vtique aliorum meditatio & labor in posterum valescit, sic Haterii canorum illud & profluens, cum ipso simul extinctum est.
¶ Postero absolutè, pro Postero die.Taci.lib.4.Idemque quum postero ad quæstionem traheretur.
¶ Posteri,posterõrũ,(ἔκγονοι, μεταγενέστεροι,)qui etiã minores appellãtur,sunt quicũque ex nobis & post nos nati sunt:vt filius,nepos,pronepos,atnepos,trinepos,& cæteri qui nomine carent,posteriores seu minores vocantur.Cic.3.de Nat.deo.150, Vt etiam siquis morte poenas sceleris effugerit,expetantur hæ pœnæ à liberis,à nepotibus ac posteris. Plin.lib.12.cap.1.7, Saxea intus crepidinis corona musculosos cõplexa pumicesitam digna miraculo,vt Licinius Mutianus ter COS, &c.prodendum etiam posteris putarit.
Degenerantur horum posteri. Cic.5.de Fin.22.
Apud posteros nostros non vt extinctor coniurationis & sceleris, sed author & dux fuisse videar.Cic.pro Domo sua.72.
Indicare posteris aliquid.Cic.de Claris Orat.181.
Posterior,Comparatiuum,cuius Superlatiuum est Postrẽmus,pen. prod. (ὕστερος,ἐπιόντερος,μεταγενέστερος,)Cic.4.Acad.177,Itaque quę contra sensus,contraque perspicuitatem dicantur,ea pertinere ad superiorem diuisionem,contra posteriorem nihil dici oportere.
Non posteriores feram.Terent.Adel.5.4.26,Si id fit dando atque obsequendo,non posteriores feram Vbi Donatus Non posteriores feram. Subauditur PARTES.aut,Non paruifaciam,id est Nõ vincar à Mitione.Et translatio est à partibus histrionum in fabula.
Posterior ætate.Cic.de Claris Orat.11, Nam quem Thucydides, qui & Atheniensis erat,& summo loco natus,summúque vir, & paulo ætate posterior,tantum mortuum scripsit.
Posteriores cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse. Cicero 12. Philipp. 321.
Omnes res posteriores ponere.Plautus Milite,13.7, Imò omnes rẽs posteriores pono, atque operam tibi do. Idem significat quod Posthabere omnes res.
Salus patrię posterior illi suis commodis.Cic.ad Attic.li.10.195.5,Quoniam vt ipse semper patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione,& domesticis commodis fuit.Hoc est sua commoda præposuit saluti Reipublicæ.
Suam salutem posteriorem salute cõmuni dicere. Cic.pro Rab. perduel. reo,2.Id est posthabere.
Posteriora & superiora.Cic.3.de Orat. 103, Paria esse debent posteriora superioribus. Idem 4.Acad.83,Ita priori posterius, posteriori superius coniungitur.
Vitam,corpus,fortunas,rem familiarem posteriora libertate dicere.Cic. 13.Philip.346, Tu verò ita vitam, corpúsque seruato, ita rem familiarem,vt hęc posteriora libertate ducas.Hoc est posthabeas.
Pars prior apparet,posteriora latent.Ouid.4.Fast.139.
Non conuenit posterius priori,Vide CONVENIO.
Facere posterius quod prius est ordine. Horat.1.Serm.sat.4.12.
¶ Posterius & nequius isto nihil est.Cic.in Pisonem, 52.

Postrẽmus,penul prod.(ὕστατος, ἔσχατος,) Superlatiuum à Posterior.Salust.in Oratione Philippi,ad Senatum,Marcus Aemylius omnium filiorum postremus, qui peior an ignauior, deliberari non potest. Item in epistola Mithridatis,Et Græciæ dempsi graue seruitium; ipsa pta mea postremus seruorum Archelaus exercitu prodito impediuit. Plaut.Merc. 21.2, Nunc hodie postremum extollo mea domo patria pedem. Potest hîc & aduerbium esse. Terentius in Phorm.4.3.44. Hæc denique eius fuit postrema oratio,
Ego,inquit,&c. Cic.Attico,lib.6.1.12.1,Respondebo primum postremæ tuę paginæ. Idem 1.Philipp.109. Seruitos postremũ malorũ omniũ.
Primus & postremus.Cic.in Oratore,18,De firmissimis alia prima ponet, alia postrema,inculcabitque leuiora.
Non in postremis esse.Cic.Lentulo,lib.1.9.61,Ego autem cũ illa sequor quæ paulo antè proposui,tum hoc non in postremis,de quo cœperam exponere.
Postremi homines,pro Nequissimis.Brutus Ciceroni in Epistolis ad Brutum,16.6,Quòd si Romanos nos esse meminissemus, non audacius dominari cuperent postremi homines,quàm id nos prohiberemus. Cic. pro Roscio Amerino,81, Sint autem id actum est,& idcirco arma sumpta sunt,vt homines postremi pecuniis alienis locupletarẽtur,& in fortunas vnuiscuiusque impetum facerent,&c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Munus postremum mortis. Catul. epig. 96. 1.
Ad postremum, Vide AD præpositionem.
Postremus io, Cic. 7. Verr. 71, Tum vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat. Princeps, id est primus.
Posterius, Aduerbium comparatiuum, (ὕστερον,) Plaut. Epid. 5. 77,
Vos priores esse oportet, nos posterius dicere,
Quod plus sapitis. Ibidem, 13. 49,
- abi intro, ac iube huic aquam calefieri:
Cætera ego posterius faxo scibis, quum erit otiũ. Idem Amph. 8. 154,
- vide sis signũ quid sier,
Ne posterius in me culpam transferas. Et Persa, 4. 157, Posterius istuc tamen potest. Terent. And. 3. 2. 29,
Renuntio here futurum vt scis sciens,
Ne tu posterius dicas, Daui factum consilio aut dolis. Idem Adelph. 2. 1. 8, Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle
Factam esse, huius non faciam. Cic. 6. Verr. 57, Tum mittit rex ad istum: si sibi videatur, vt reddat. iubet iste posterius ad se reuerti.
Quæ tibi posterius Memmi faciemus aperta. Lucret. lib. 2. 37.
Non posterius esse. Cic. de Claris Orat. 159, Ipse enim Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset & mitior.
¶ Posterius, pro Minus, interprete Nonio. Plaut. Asin. 3. 49,
Posterius istuc dicis, quàm credo tibi.
Postrêmum, pen. prod. (ὕστατα,) Superlatiuum aduerbium, vt Vltimum. Terent. And. 2. 1. 24, Si id facis, hodie postremùm me vides. Dicitur pro eodem & postremò. Vtitur & hoc Cicero in Verrem, & pro Cluẽtio. Et 3. de Oratore, 4, Vt vestigium illud ipsum in quo ille postremùm institisset, contuerentur. Tacit. lib. 1, Dein cupido augendi pecuniam, postremùm obliuio patriæ. Idem lib. 3, Postremùm eo anno obiere viri illustres.
Postrêmo, pen. prod. Aduerbium, (ὕστατον, ἐπὶ τέλει, τὸ πέρας, τὸ ὕστατον,) Finaliter vulgo dicitur. Terent. Eunuch. 2. 2. 21,
Negat quis, negotiũ ait. postremò imperaui egomet mihi
Omnia assentari. Idem And. 3. 2. 40,
Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem
Scimus quàm misere hanc amarit, nunc sibi vxorem expetit.
Postremò id mihi da negotii. Et Adelph. 3. 2. 50,
Primum indotata est. tum præterea quæ secunda ei dos erat,
Periit: pro virgine dari nuptum non potest. hoc reliquum est,
Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat.
Postremò, quando ego conscia mihi sum à me culpâ esse hanc procul,
Neque pretium, &c. Plaut. Trinum. 10. 36,
Ar operam perire meam sic, & te hæc dicta corde spernere,
Perperi neque os simul me piget parum pudere te:
Et postremò, nisi me auscultas, atque hoc vt dico facis,
Tute pone te latebis facilè, ne inueniat te honor. Idem Merc. 10. 15,
Vxor me expectat iam dudum esuriens domi:
Iam turgio enicabit, si intrò rediero.
Verùm herele postremò vtve est, non ibo tamen. Salustius in Iugurtha, non procul ab initio, Igitur præclara facies, magnę diuitiæ, adhoc vis corporis, & alia huiusmodi omnia, breui dilabuntur. At ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremò, corporis & fortunæ bonorum, vti initium, sic finis est: omniaque orta occidunt, & aucta senescunt. Animus incorruptus, æternus, rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Ibidem, post varia enarrata inquit: Postremò, de omnibus rebus legatos Romam breui se esse missurum.
Posteritas, pen. corr. posteritatis, (ὀλίγονον, ὀλίγονος, ὑστέρημα,) Posterum seculum, siue homines qui post nos nascentur. Cic. de Amicit. 14, Quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lælii, notam posteritati fore. Idem ad Lentulum, lib. 1. 9. 104, Idque me, non modò vt tu sentias: sed omnes gentes, etiam vt posteritas omnis intelligat essi factum. Sic 1. Tuscul. 55, Quum optimus quisque maximè posteritati seruiat.
Omnium seculorũ posteritas huius rei immemor nõ erit. Cic. 2. Philip. 68.
Memoria posteritatis. Quintil. lib. 6. cap. 1. 17.
Infinita posteritas. Cic. Attico, lib. 12. 241. 16, Sed iucunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles heri possunt, in infinita posteritate (si modò hæ stabunt) illud quasi conseratum remanere possit.
Memor posteritas. Ouid. 6. Fast. 16.
Sera posteritas. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 5,
Quam laudem à sera posteritate ferat.
Crescere posteritate. Propert. lib. 3. eleg. 1. 7,
Necnon ille tui casus memorator Homerus,
Posteritate suum crescere sensit opus.
Spe & fructu posteritatis duci. Cic. pro Rab. perduel. reo, 22.
In posteritatem, Vide IN præpositionem.
Posteros, posteras, pen. corr. (ὑστέρους,) posterare. Palladius, Oliua quum varia cœpit esse, colligitur. nam quum tota nigrescet, quod specie merito posterauit, fundendi vbertate compensat. Ex Calepino.

Postfero, pen. corr. postfers, postfuli, postlàtum, (ὑστερον τίθεμαι,) postferre, Postponere. Plin. lib. 3. cap. 4. 1, Gehenna & Iura, agrorum cultu, virorum morumq; dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarum postferenda. Idem lib. 4. cap. 4. 1. Haud vlli terræ nobilitate postferenda. Liuius 3. ab Vrbe, 271, Qui libertati plebis suas opes postferrent.

Postfuit, (ὕστερον ἐτέθη.) Posthabitum est. Saluft. in Catil. Sed vbi periculum aduenit, inuidia atqi superbia postfuere. Bud.

Postgeniti, pen. corr. (ἐπίγονοι,) Posteri.
Clarus postgenitis. Horat. 3. Carm. ode 24. 6.

Posthabeo, pen. corr. (ὕστερον ποιοῦμαι,) posthabêre, Postponere. Terent. Phorm. 5. 8. 15,
Nam omnes posthabui mihi res, ita vti par fuit,
Postquam tantopere id vos velle animum aduerteram. Cic. de Lege agrar. 20, Quòd hoc honore ex nouis hominibus primum me multis posthabitis, affecistis, &c. Idem 5. Tuscul. 3, Vt omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent.
Seria ludo posthabere. Virg. 7. eclog. 4,
Posthabui tamen illoru mea seria ludo.
Samus posthabita. Virg. 1. Aeneid. 3.
Colere aliquem posthabito altero. Stat. 4. Sylu. 4. 12.

Posthac, Aduerbium, (εἰς ὕστερον, τὸ λοιπόν, μετὰ ταῦτα,) Deinceps, In futurum, Post hoc tẽpus, vt ait Valla lib. 1. Plaut. Persa, 10. 1, Qui sunt, qui fuerunt, quique futuri sunt posthac, ego
Solus omnibus antideo. Idem Trinum. 17. 61, Et iam posthac temperabo. Terent. Hecy. 3. 3. 45,
Lachrymo, quæ posthac futura est vita quum in mentem venit,
Solitudoque. Idem Eunuch. 5. 2. 59,
- hunc tu in ædes cogitas
Recipere posthac? Cic. Gallo, lib. 7. 17. 6, Posthac igitur erimus cautiores. Idem 6. Verr. 87, Hostium spolia, monimenta imperatorũ, decora atque ornamenta fanorum, posthac his præclaris nominibus amissis, in instrumento ac supellectili C. Verris numerabuntur. Sic 2. de Legib. 7.
Posthac & Antea, contraria. Cic. Attico, lib. 7. 123. 11, Sed in hoc genere, si modò per Rempublicam licebit, non accusabitur posthac: neque herele antea negligentes fuimus, sed amicorũ multitudine occupati.
Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas. Virg. 3. eclog. 10.
Scribam posthac ad te planius. Cic. Attico, lib. 1. 34. 8.

Posthinc, Aduerbium, (ἑξῆς,) Deinceps. Virg. 3. Georg. 60,
Posthinc digressus, iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere. Id est, quum hoc feceris. Idem 8. Aeneid. 108,
Posthinc ad naues graditur, sociosq; reuisit. Vbi Seruius, Vnũ vacat, aut POST, aut HINC: vt Posthinc digressus iubeo frondẽtia capris.

POSTHVMIA, (πρόθυμία,) mulier bibacissima, cuius meminit Catullus, ad puerum suum, epig. 24. 1,
Vt lex Posthumiæ iubet magistræ
Ebriosa acina ebriosioris. Vide ACINVS.

Posthumus, posthumi, pen. corr. m. g. Ex post & humus compositum, Qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum patrem. Plaut. Aulul. 6. 37,
Post mediam ætatem qui mediam duxit vxorem domum,
Si eam senex anum prægnantem fecerit fortuito,
Quid dubitas quin fiet paratum nomen puero posthumus? Cic. 2. de Orat. 76, Nisi fortè existimatis à M. Curio causam didicisse L. Crassum, & ea re multum attulisse, quamobrem posthumo non nato Curium tamen hæredem Coponii esse oporteret. Idem 3. de Finib. 87, Dicuntq; vt liberis consultum velimus, etiam si posthumi futuri sint.
Posthumus, pen. corr. Adiectiuum: pro futuro, sequenti, & postero. Apuleius, Posthumam spem dixit. Virg. 6. Aeneid. 153,
- tua posthuma proles
Filius posthumus. Cic. pro Cecinna, 39.

POSTHVMVS, (πρόθυμος,) qui & Syluius, filius fuit Aeneæ ex Lauinia, quæ vt inquit Seruius, Aenea mortuo, Ascanii timens insidias, grauida confugit ad syluas, & illic enixa est Syluium, qui Posthumus quòd patre mortuo natus esset, dictus est. Sed quum Ascanius flagraret inuidia, euocauit nouercam, & ei concessit Laurolauinium: sibi verò Albam constituit: qui quoniam sine liberis periit, Syluio, qui & ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperium. Vnde apud Liuium est error, quia Ascanius Albam condidit. Hactenus ex Seruio. Liuius quoque hunc Syluium non Aeneæ, sed Ascanii filium asserit, inquiens lib. 1. ab Vrbe, 12, Syluius deinde regnat Ascanii filius, casu quodam in syluis natus, & Meminit eriam huius Ouidius 4. Fast. 9,
Posthumus hinc, qui quòd syluis fuit ortus in altis,
Syluius in Latia gente vocatus erat. Vide in dictione SYLVIVS.

Posticum, postici, pen. produ. (ὀπισθόθυρον,) A post, & stando, Ostium in posteriori parte ædium. Plaut. Mostel. 11, 27. Nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferam. Idem Sticho, 7. 41.
- sed quum cogito,
Potius quàm in diuidiam veniam, est etiam hîc ostium,
Aliud autem posticum nostrarum harum ædium:
Eâ ibo oplonatum, eâdem referam oplonium
Per ortum: vtroque commeatus continet.
Postico recedere dicitur qui furtim abit, aliis insciis sese subducens. Sic Horatius 1. epist. 5. 6.
- postico falle clientem,
Postica, posticæ, (ὀπισθόθυρα,) Idem. Varro, Perrexit inferioris partis domus posticæ (vt ait Plautus) penitissimæ. Nonius.
Posticuli, posticuli, pen. cor. (θυρίδιον,) Diminutiuũ. Plaut. Trin. 14. 75.
- vbi nunc filius meus habitat? 5. hic in hoc posticulo. Ibidem, 4. 115.
- vbi nunc adolescens habet? c. posticulum
Hoc recepit, quum ædes vendidit.
Posticus, pen. prod. Adiectiuum, (ὀπίσθιος,) Posticum (inquit Festus) vicinum habitantem ad posteriorem partem ædium appellarunt. Denique & quę ante nos sunt, antica: & post nos sunt, postica dicũtur. Et dextrã, anticam sinistram, posticam dicimus. Sic etiam ea cœli pars, quæ sole illustratur ad Meridiem, antica nominatur: quæ ad Septentrionem est, postica. Rursum quæ diuiduntur in duas, partem Orientem, atque Occidentem. Hactenus Festus. Liu. 3. bel. Pun. 33. Hortus erat posticis ædium partibus. Sueton. in Othone, ca. 6. Proripuitque se postica parte palatii. Sic Plinius, Postica pars mundi.
Postica sanna. Persius Satyr. 1. Posticam sannam prouerbialiter appellat clancularium irrisionem, à gestu ridentium aliquem à tergo.
- posticæ occurrite sannæ. Erasmus.

Postilena, postilenæ, pen. produ. (ὕπουρις,) A post, & stando: quòd iter à parte posteriori. Est enim incurtum lignum, siue crassius lorum, quod sub iumenti cauda ponitur. Plaut. Casin. 3. 36.
Ita te aggerunda curtum aqua faciam probè,
Vt ex te postilena possiet fieri. Hinc per contrarium, Antilena, qua pectus cingitur.

Postilla, (μετὰ ταῦτα,) Duæ dictiones in vnam coniunctæ per subiunctionem, Aduerbiũ est significãs Postea, authore Donato. Plan. Pœn. 1. 5. Iis explicaui meã rem post illa lucro. Idẽ Sticho, 9. 14.
- quid tu quàm dudum in portum hûc venis?
P. Longissimẽ. 8. post illa, iam iste est tranquillus tibi? Idem Capt. 4. 9.
Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est, nunquam post illa possis prendere. Et Curcul. 10. 43.
Sed cum qui mihi vendidit illam, nunquam post illa vidi. Terentius Andr. 5. 4. 34.
Tum illam hic relinquere est veritus. post illa nunc primum audio
Quid illo sit factum. Idem Eunucho, 1. 2. 47.
Interea miles, qui me amare occeperat,
In Cariam est profectus: interea loci
Cognouiture scis, post illa quàm intimum Habeam te.

Postidea, (ὕστερα,) pro Post id, siue deinde, seu postea, legit apud Plautum in Sticho, 3. 40.
Quom æquius est nos potiorem habere te, postidea viros
Nostros, quibus voluisti nos esse matres familiãs. Ibidem, 15. 18.
- tene tibicen primum:
Postidea loci si hoc eduxerit, perinde vt consuetus ante hac, &c.

Postis, huius postis, m. g. (πρόθυρον,) A post, & stando deducitur: & significat valuam ostii, siue latus portæ. Dictus quòd post fores ster. Virgil. 2. Aeneid. 89.
Hærent parietibus scalæ: postesque sub ipsos
Nituntur gradibus. Cicer. Attico, lib. 3. 55. 10. Aſt tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, ꝓ ve dici liceret. Liui. 2. ab Vrbe, 37, Postem iam tenenti COS. fœdum inter precationem deũm nuntium incutiunt. Sic Plinius lib. 28. cap. 7. 15.
Aurati postes. Ouid. 15. Metam. 125.
Crassi, Vide CRASSVS.
Ferrati. Horat. 1. Serm. saty. 4. 13.
Fumosi. Silius lib. 7. 35.
Humiles. Ouid. 8. Metam. 129.
Improbi, Vide IMPROBVS.
Inuidendi postes, Id est nimis ornati. Horat. 3. Carm. ode 1. 9.
Laureati, Vide LAVREA.
Nigri fuligine. Virg. 7. ecl. 10.
Relucinati. Cla. 3. de rap. Proserp. 30.
Saligni. Claud. 7. Paneg. 84.
Superbi. Virg. 8. Aeneid. 145.
¶ Altos discrepit postes. Silius lib. 7. 115.
Excutere seram poste. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 5.
Frangere postes. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 15.
Parietibus, tectis & postibus meis bellum intulisti. Cic. pro Domo sua, 47.
Emoti procumbunt cardine postes. Virg. 2. Aeneid. 99.
Pulsare postes. Ouid. 2. Metam. 154.
Clauso poste se recepit. Stat. 3. Sylu. 1. 9.
Requiescunt postes. Proper. lib. 1. eleg. 15. 3, Ille meos nunquam patitur requiescere postes. Verba sunt ianuæ conquerentis.
Rumpere postes. Senec. Hercfur. 11. 22.
Tenere postem. Cic. pro Domo sua, 91, Verbóne Pontifices putatis, si is postẽ tenuerit, & aliquid dixerit, domũ vniuscuiusque cõsecrare posse?
Vellere postes à cardine. Virg. 2. Aeneid. 96.

Postliminium, postliminii, (ὑπὸ θρόφῃ,) Ex post & limen compositum. Quum enim quę à nobis alienata ad hostem peruenium, quum à nobis limine exierint, si post ad idem limẽ reuertantur, postliminio redeunt. Festus, Postliminio receptus est, siqui extra limina, hoc est terminos prouinciæ captus fuerat, rursus ad propria reuertitur. Paulus, De capiuis, & De postliminio, L. Postliminii, Postliminium est ius amissę rei recipiendę ab extraneo, & in statum pristinũ restituendę, inter nos ac liberos popolos, regęque, legibus ac moribus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: idque naturali æquitate stroductum est, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines suos redisset, pristinum ius suum reciperet. Cic. pro Cornelio Balbo, 11, Quòd si ciui Romano licet esse Gaditanum siue exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis, vt iam ad fœdus veniam, quod ad causam nihil pertinet (de ciuitatis enim iure, non de fœderibus disceptamus) quid est, quãobrem ciui Gaditano, in hanc ciuitatem venire non liceat? Idem in Topic. 18, Sed quum ipsius postliminii vis quæritur, & verbum ipsum notatur. In quo Seruius noster (vt opinor) nihil putat esse notandum, nisi post, & liminium illud productionem esse verbi vulr, vt in finitimo, legitimo, æstimo, non plus in esse timum, quàm in meditullio tullium. Scæuola autem P. filius iunctũ putat esse verbum, vt sit in eo & post, & limenve quæ à nobis alienata sunt, quum ad hostem peruenerint, & ex suo tanquam limine exierint, hinc quum redierint post ad idem limẽ, postliminio videãtur rediisse. redeunt postliminio hæc, homo, naus, mulus clitellarius, equus, equa quę freno recipere solet. Cic. in Top. 18.

Postmeridianus, pen. prod. (μετεμμεσημβρίνος,) A diectiuum, quod & pomeridianus dicitur, Quod post meridiem fit. Cic. ad Atticum, lib. 12. 160. 6, Hodie tuas literas expectabamus matutinas, erunt fortasse alteræ postmeridianæ. Quintil. lib. 3. cap. 1, Postmeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Alii legunt pomeridianis.
Tempus postmeridianum. Cic. 3. de Orat. 11, Deinde quum omnes inclinato iam in postmeridianum tempus die venissent ad Crassum, &c.

Postmodum, pe. cor. Aduerbium, (μετέπειτα,) Ex post & modum, significat Postea, siue postremo, Quasi post modum rei datum. Terent. Hecy. 2. 1. 11, Meque abste immeritò esse accusatam postmodum resciscet. Liu. 1. ab Vrbe, 40, Sæpe ex iniuria postmodum gratiam ortam. Plin. de Viris illust. 23, Postmodum criminis datum, quòd albis equis triumphasset, & prædam inque diuisisset. Liu. 2. ab Vrbe, 5, Ne postmodum flecti precibus aut donis regis posset. Ibidem, 41, Itaque hæc indulgentia Patrum asperis postmodũ rebus in obsidione ac fame, adeò concordem ciuitatem tenuit. Idem 5. bel. Pun. 21 2, Sed differre in maiorem gloriam atque opportunitatem voluit vt postmodum præparati incautos, armati inermes, atque etiam sopitos, per occasionem aggredi possetis.
Póstmodo, pe, cor. Idem. (μετὰ ταῦτα,) Liu. lib. 4, Si Ardeates sua tempora expectare velint, arbitriũque Senatui laudandæ iniuriæ suæ permittant, fore vt postmodo gaudeãt se iræ moderatos. Idem 2, ab Vrbe, 186 Nec illos etiã non adhortatio inuisi ducis, suum fratrem flagitium, & publicum in præsentia dedecus, postmodo periculum si animus hostis ꝓdisset, cogere potuit gradum accelerare. Ouid. de Arte, lib. 3, Postmodo ritualem, partitique fœdera lecti Sentiat. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 6, Postmodo, quod mi obsit clarè, certúmque locuto.

Postomis, Vide PASTOMIS, Variant enim exemplaria.

Postpono, postpônis, pe. pro. postpósui, postpósitũ, pe. cor. (ὑστερον τίθεμαι,) postponere, Retro ponere, posthabere.
Natis suis postponere aliquos. Ouid. 6. Metam. 43.
Postponere honestum officium scorto. Horat. 1. epist. 19. 7.
Pudore postposito referre aliquid. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 5.
Postponere, Omittere. Cic. F. ad Tironem, lib. 16. 21. 12, Omnia postposui, dummodo præceptis patris parẽrem. Plin. lib. 13, cap. 19. 1, Cyrenaica regio loton siue postponit palmro. Cæsar 6. bel. Gall. 9, Vt omnia postponere videretur, concilium in Lutetiã Parrhisiorũ transfert.

Postprincipium, (μετὰ τὴν ἀρχήν,) Verbum quo Varro apud Gellium vtitur lib. 16. cap. 18, pro progressu vel absolutione rei quod principio opponitur: ipse tamẽ in plurali vtitur In postprincipiis, quum ait, Voluptas autem, vel vtilitas talium di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſciplinarum in poſt principiis exiſtit, quum perfectè abſolutæque ſunt: in principiis verò ipſis ineptæ, & inſtaues videntur.

Poſtquam, Aduerb. (ἐπεί, ἐπεὰν, ἐπεὰν δή, ἐπεὶ, ἐπεὰ δ' ἄν, ἐπεὶ δ' ἄν) Connexiua particula eſt. Plaut. Epid. 1.1.36.

– nam poſtquam audui illicò
Ego ſeruo illam eſſe captam, continuò argentum dedi, vt emeret.
Idem Trinum 1.3.130. Poſtquam ego me aurum ferre dixi, pòſt tu factus Charmides. Terent. And. 3.1.16.
Hui tam citò ridiculum, poſtquam ante oſtium
Me auduit ſtare, approperat. Idem Heaut. 4.1.48.
– non aduorti primò: ſed poſtquam aſpexi, illico
Cognoui. Liu. 1. ab Vrbe, 25. Poſtquam in agrum Romanum ventum eſt, obuiam hoſti COSS. cunt. Cic. de Prouinc. Conſ. 4. Quò ille, poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi à miſeris extorquere potuit, cohortes in hyberna miſit. Virgil. 3. Georg. 87. Poſtquam exhauſta palus, terræque ardore deſiccant.

Multo poſtquam, Vide MVLTVS.

¶ Poſtquã, pro eo quod barbari dicunt Depoſtquam. Plaut. Amph. 7.47.
Huic homini neſcio quid eſt mali, mala obiectum manu,
Poſtquam à me abiit. Idem Caſin. 6.10, – qui poſtquam amo
Caſinam, magis initio munditiis munditianti deo. Et Tuncul. 14.9.
– heus tu, iam poſtquam
In vrbem crebrò conuenio, hic factus iam ſum cauillator
Probus. Item Epid. 10.68.
– poſtquam libera eſt,
Vbi habitet dum, incerto ſcio. Et Sticho, 3.51. Pol ego vxorem quæro, poſtquam veſtra mater mortua eſt. Ibidem, 4.2. Nam poſtquam natus ſum, ſatur nunquam fui. Sic Menæch. 9.43.
– neque huc vnquam
Poſtquã ſum natus, intra portã penetraui pedem. Terent. Adel. 5.1.3.
– ſed quoſtquam intus ſum omnium rerum ſatur,
Prodeambulare huc libitum eſt. Cic. Mario, lib. 7.3.16. Me voluiſſe et, reliquis omnibus poſtquam non potuerim, mihi ipſe finem feciſſe belli.

Biennio poſtquam. Plaut. Bacch. 3.2.
– quam ego biennio
Poſtquam hinc in Epheſum abii, nunc conſpicio lubens. Cice. Attico, lib. 12.23.1. Vndecimo die poſtquam à te diſceſſeram, hoc literularũ exaraui egrediens è villa.

Biennium factum poſtquam. Plaut. Merc. 3.12. Biennium iam factum eſt, poſtquam abii domo.

Annus ſextus eſt poſtquam. Plaut. Menæch. 7.9. Hic annus ſextus eſt poſt quam rei huic operam damus.

Menſis agitur ſeptimus poſtquam. Terent. Hecy. 3.3.34. Tum poſtquam ad te venit, menſis hic agitur iam ſeptimus.

Inter POST & QVAM, dictiones aliquando interponuntur. Cic. ad Attic. Nil ſanè habebam noui quod pòſt accidiſſet, quàm dediſſem ad te Philogeni liberto tuo literas.

¶ Poſtquam, pro Quoniam apud Terentium, interprete Donato, in Prologo Adelph. 1.
Poſtquam poeta ſenſit ſcripturam ſuam
Ab iniquis obtreuari, & aduerſarios
Rapere in peiorem partem, quam aſturi ſumus.

Poſtremus, Adeuerbiũ, Vide **Poſtremo,** POSTERVS.

Poſtridie, Adeuerbium, (τῇ ὑστεραίᾳ,) Idem quod Poſtero die ſignificat. Valla, Poſtridie, quaſi eras, non præſentis diei, ſed cuiuſdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Plaut. Sticho, 3.65.
Qui poteſt mulieres vitare, vitetur quotidie
Pridie caueat, ne faciat quod ſe pigeat poſtridie. Cato de Re ruſt. cap. 65. Oleum viride ſic facito, oleam quam primùm ex terra tollito: ſi inquipara erit, lanitò foliis, & ſtercore purgato: poſtridie, aut poſt diem tertium quam lecta erit, facito. Terent. And. 1.1.117. Venit Chremes poſtridie ad me clamitans, &c. Cic. 3. Offic. 77. Inuitat Cannius poſtridie familiares ſuos. Idem 1. de Finib. 40. Et qui de conuiuiis auferantur, crudique poſtridie ſe ruſus ingurgitent.
Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet poſtridie vomere. Cice. 2. Philipp. 74.

¶ Poſtridie, aliquando genitiuo iungitur. Cæſar 1. bel. Gal. 118. Poſtridie eius diei Cæſar præſidio vtriſque caſtris, quod ſatis eſſe viſum eſt, reliquit, Cato cap. 2.1. Poſtridie eius diei villicum vocet. Seruius Sulpitius Ciceroni, libro 4.12.3. Poſtridie eius diei quum ab Athenis proficiſci in animo haberem. Vetuſtiora exemplaria legunt, Poſt diem tertium eius diei.

Poſtridie eius abſolutionis in theatrum Curionis Hortenſius introiit. Cæſius Ciceroni, lib. 8.2.4.

¶ Accuſatiuo. Luius, Poſtridie Idus, rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. Cice. Attico, lib. 16.334.2. Itaque ſele ſcripturam aiebat, vt venationem etiam, quæ poſtridie Iudos Apollinares futura eſt, proſcriberent. Suetonius, Poſtridie nundinas.

¶ Poſtridie, quàm. Cic. ad Terentiã, lib. 14.7.1. Quid cauſæ autem fuerit poſtridie intellexi quàm à vobis diceſſi. Idem Q. fratri, li. 2.10.1. Poſtridie quàm tu es profectus, multa nocte eſt Vibullio veni ad Pompeiũ.

Poſtriduo, (τῇ ὑστέρᾳ,) dixit Plautus, pro Poſtridie, in Milite, 14.89. Poſtriduo natus ſum ego mulier, quàm Iuppiter ex Ope natus eſt.

Poſtuenio, poſtuenis, pen. corr. poſtuenì, pen. prod. poſtuentum, (ὑστερίζω,) poſtuenire, contrarium habet Anteuenire. Plin. lib. 15. cap. 25.1. Accedit confeſſa rerum obſcuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempeſtatum ſignificatione, quod prochemaſin Græci vocant: nunc poſtueniente, quod epichemaſin.

Poſtulo, poſtulas, pen. cor. (αἰτέω, ἀξιόω,) poſtulare. Requirere: quemadmodum dicimus, Rem, locum, perſonam, tempus, cauſam poſtulare. Terent. Eunuch. 1.1.19.
– incerta hæc, ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas
Quàm, &c. Idem And. 2.1.33.
– neutiquam officium eſſe liberi puto,
Quum ſi nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Ibidem, 1.2.18. Nunc hæc dies aliam vitam aſſert, alios mores poſtulat.

Poſtulamus iure, inquit Donatus. Cic. pro P. Quintio, 7. Verum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare, tametſi cauſa poſtulat: tamen quia poſtulat, non flagitat, præteribo. Vide Vallam lib. 5. cap. 18.

Vis ingenii & copia dicendi poſtulatur. Quintil. in Procem. lib. 1. cap. 10.

Poſtulare, Cupere, Velle, Expectare. Teren. Adel. 2.2.30. Per oppreſſionẽ vt hanc mihi eripere poſtulet? Id eſt velit, aut ſperet, inquit Donatus.

Poſtulare & petere. Cic. Anteq. iret in exil. 14. Illud ab vniuerſis poſtulo patroque, ſi dum in ciuitate manere licitum eſt, &c.

Poſtulare & expectare omnia ab aliquo. Cicer. Appio, lib. 3. 10.6. Omnia volo à me & poſtules & expectes.

Familiariter poſtulare. Quintil. in Proœ. lib. 1.1. Quum à me quidã ſaniliariter poſtulare eſt, vt aliquid de ratione dicendi cõponerem: id eſt, &c.

Poſtulo abs te, Pero abs te vehementer. Plaut. Capt. 16.16.
Poſtulo abs te vt mihi illum reddas ſeruum, quem hic reliqueram
Pignus pro me. Terent. And. 5.1.9.
Imò enim quam maximè abs te poſtulo, atque oro Clireme,
Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. Cicero de Amic. 69. Neque quicquam vnquam niſi honeſtum, & rectum alter ab altero poſtulabit. Cæſar 1. bel. Gall. 137. Qui ab eo poſtularent, vt ali quem locum medium vtriuſque colloquio delegeret.

Cũ ſolo accuſatiuo. Cic. pro Ligario 23. Longiore oratione cauſa forſitan poſtulat, tua certè natura breuiorem. Cæſar 1. bel. Gall. 123. Roma ad Senatum veniſſe auxiliũ poſtulatũ. Lucelus Ciceroni F. lib. 5.14.5. Nõ intelliges duplicari ſollicitudines, quas eleuaſ tua te prudẽtia poſtulat.

Cum duobus accuſatiuis. Plin. epiſt. 48. b. Iterum me iam præſentem adiuuarum poſtulauerunt, implorantes fidem meam, quàm eſſent contra Maſſam Bæbium experti.

Poſtulare de. Cæſ. 1. bel. Gal. 135. Arioviſtus legatos ad Cæſarem miſit, quod antea de colloquio poſtulaſſet, id per ſe fieri licere.

Poſtulare iudicium in aliquem. Cic. 5. Ver. 30. Vt enim quiſque cõtra voluntatem eius dixerat, ita in eũ iudiciũ de profeſſione iugerii poſtulabat.

Animam poſtulare. Ouid. 3. Faſtorum, 69.

Poſtulare fidem publicam. Cic. ad Atticum, lib. 2.39.3. Nam ſtatim fidem publicam poſtulauit, reclamatum eſt.

Poſco & poſtulo. Cic. 6. Verr. 39. Nemo tam audax qui poſceret: nemo tã imprudens, qui poſtularet vt venderet. Idem 5. Verr. 66. Incipiunt poſtulare, poſcere, minari.

Efflagitare, poſtulare, poſcere. Cic. 1. Verr. 5. Iudiciorũ deſyderio Tribunitia poteſtas efflagitata eſt: iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas poſtulatur, iudicum culpa atque dedecore etiam Cenſorum nomen quod aſperius antea videri ſoleb at, id nunc poſcitur.

Amicitia & fides poſtulat. Cic. Cælio, lib. 2.15.20. Te tamen oramus, quibuſcunque erimus in terris, vt nos, liberoſque noſtros ita tueare, vt amicitiæ noſtra, & tua fides poſtulabit.

Vt cauſæ natura & temporis ratio poſtulabit, aliquid facere. Cicero in Oratore, 68.

Ratio poſtulat. Cæſar 2. bel. Gall. 308. Inſtructo exercitu, magis vt loci natura, deiectuſque collis & neceſſitas temporis, quàm vt rei militaris ratio atque ordo poſtulabat.

Ratio & opinio hominum aliquem poſtulat. Ci. Attico, lib. 6.114.2. Quẽ relinquam qui prouinciæ præſitt ratio quidem & opinio hominum poſtulat fratrem primùm quòd, &c.

Longius, quàm res poſtulat, repetita eſt. Cic. 1. de Inuent. 103.

Tempus poſtulat & neceſſitas. Cice. 1. Offic. 114. Sed quum tempus, neceſſitaſque poſtulat, decertandum manu eſt, & mors ſemper, cui piaculi dinique anteponenda. Idem 2. de Finib. 74. Itaque eo quale ſit breuiter vt tempus poſtulat, conſtituto, &c.

¶ Poſtulare, Accuſare, ſeu querelam dicere de altero apud alterum, vt ait Donatus: & modò genitiuo, modò ablatiuo cõ præpoſitione iungitur. Plin.

Plin. epiſt. 253. b. Impietatis reum poſtulat. Suet. in Cæſare, cap. 4. Cæterum Cornelium Dolabellam Conſularem & triumphalem virum repetundarum poſtulauit. Idem de Auguſto, cap. 56. Adfuit & clientibus, ſicut ſeruiario cuidam euocato quondam ſuo, qui poſtulabatur iniuriarum. Tacit. lib. 3. Falcinius Trio Pilonem apud Conſules poſtulauit. Idem lib. 5. Mamercus dein Scaurus rurſum poſtulatur.

Gabinium tres adhuc factiones poſtulant. Cice. Q. fratri, lib. 3.17.10.

Lege aliquem poſtulare. Cælius Ciceroni, libro 8.12.7. Inſolentiſſimi homines laumtã Cicerõiſbus laudis meis poſtulandum me lege Scantinia curant.

Repetundis aliquem poſtulare. Tacit. lib. 3. Et Ancharius Priſcus Cæſium Cordum Proconſulem Cretæ poſtulauerat repetundis.

Poſtulare de. Cic. Q. fratri, li. 1.1.24. Quòd quum Gabinium de ambitu velles poſtulare, neque Prætores diebus aliquot adiri poſſent, vel potiſtatẽ ſui faceremus, in concionẽ aſcendit. Eidem, lib. 2.7.8. Ad IIII Idus Feb. Seſtius ab iudice Cn. Nerio Pupinia de ambitu eſt poſtulatus.

Reum poſtulare, Accuſare. Plinius Iunior, Reum poſtulauit, tanquam in cauſa prænaricaretur. Idem li. 7. epiſtola vltima ad Tacitum, Impietatiſque reum poſtulat. Ibidem, Quòd non & me reum poſtulauit. Plin. lib. 55. cap. 2.4. Vt apud C. Cæſarem in Cẽſura eius vnus ex Equitibus Flauius Proculus CCCC ex ea cauſa reos poſtularet.

¶ Poſtulare quæſtionem, eius eſt qui iniuriam ſibi factam queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat. Liuius 2. ab Vrbe, Senatus tumultuosè vocatus, tumultuoſus conſilitur, quæſtionem poſtulantibus iis qui pulſati fuerant: decernente ferocõſiuno quoque non ſententiis magis, quàm clamore & itrepitu. tandem quum iræ reiediſſent, ordine conſuli cœpit. Budæus.

Poſtulare ſeruos in quæſtionem. Cic. pro Milone, 43. Sed quæſtiones vrgẽt Milonem, quæ tunt habitæ nunc in atrio Libertatis. quibuſnam de ſeruis rogas? de P. Clodii. quis eos poſtulauit? Appius. quis produxit? Appius. Idem pro Cluentio, 140. Præterea ſeruum illum Nicoſtratum, quem nimium loquacem fuiſſe, ac nimium domino fidelem arbitrabat, ab hoc adoleſcente Oppianico in quæſtionem poſtulauit.

Delationem nominis in aliquem poſtulare. Cice. 1. Verr. 35. Nuper quum in P. Gabinium vir fortiſſimus & innocentiſſimus L. Piſo delationem nominis poſtularet.

Iudicem poſtulare. Cic. 5. Verr. 115. Cœpit Scandilius Recuperatores aut iudicem poſtulare.

Iudicium poſtulare. Cic. Attico, lib. 2.39.7. Et quum eſſet damnatus, erat iudicium poſtulatum.

¶ Poſtulati, Paſſiuum. Vlpian. in L. 1. ff. De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus, Primũ igitur tractemus vnde deſcendat ſuſpecti crimen, & apud quos poſtulari quis poſſit ſuſpectus tutor, vel curator.

¶ Poſtulare, inquit Vlpianus in L. 1. ff. De poſtulando, Eſt deſyderium ſuum vel amici ſui in iure, apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere vel alterius deſyderio contradicere.

Poſtulo pro re. Gell. lib. 7. cap. 19. P. Scipio Africanus poſtulauit pro L. Scipione Aſiatico, fratre, quum contra leges, contraque morem maiorum Trib. pleb. hominibus accitis per vim inauſpicato ſententiam de eo tulerit. Vbi, Poſtulauit pro fratre, id eſt Pro fratre in iudicio intercelſit. Nam paulò antè legitur, Scipio Africanus fratris nomine ad collegium Tribunorum prouocabat.

De fœdere ab aliquo poſtulare. Cicer. pro Corn. Balbo, 23. Quod quum magis fide illius populi, iuſtitia veſtra, vetoſtate denique ipſa, quàm aliquo publico vinculo religionis teneretur, ſapientes homines & publici iuris periti Gaditani M. Lepido, Qu. Catulo COSS. à Senatu de fœdere poſtulauerunt.

¶ Poſtulatum eſt vt Bibuli ſententia diuideretur. Cic. Lentulo, lib. 1.3.4.

Poſtulatus, pen. prod. Participium vſitatiſſimum. (αἰτηθείς.)

Poſtulatus, huius poſtulatus, pen. prod. (αἴτησις,) Ipſe poſtulandi actus. Liu. 4. ab Vrbe, 43. Poſtulatu audito matris, tutorumque, magiſtratus ſecundum parentis arbitrium dant ius nuptiarum.

Poſtulatum, poſtulati, penul. prod. (αἴτημα,) Ipſa poſtulatio. Cæſar 4. bel. Gall. 497. Hoc poſtero die quàm frequentiſſimi conuenirent, vt de eorum poſtulatis cognoſceret. Cice. Attico, lib. 7.134.3. Plerique negant ea eſſe, quo minus quod opus eſſet ad bellum, à nobis paratetur. Cæſar 1. bel. Galli. 162. Cur iunc tam tenere quiſquam ab officio diſceſſurum iudicaret? ſibi quidem perſuaderi, cognitis ſuis poſtulatis, atque æquitate conditionis perſpecta, eum neque inam, neque Pop. Romani gratiam repudiaturum.

Accipere & remittere poſtulata. Cic. 12. Philipp. 339.

Poſtulata interponere, Vide INTERPONO.

¶ Poſtulatum, Accuſatiuo. Ci. 4. Ver. 7. Hoc animo toties apud patronos de ſuis miſeris deplorarunt. hoc cõmoti dolore, poſtulata Conſulibus, quæ non poſtulata, ſed in iſtum crimina videntur eſſe, ediderunt.

Intolerabilia poſtulata referre. Cice. Caſſio, lib. 12.4.3. Quum eſſent miſſi vt Antonio ex Senatus ſententia certa res nuntiarẽt, quum ille earũ rerũ nulli paruiſſet, vltro ab illo ad nos intolerabilia poſtulata retulerũt.

Poſtulatio, Verbale, Idem, (αἴτησις,) Cæſar 8. bel. Gall. 172, Quam poſtulationem Antonius quum iudicaret ab iuſto naſci timore, veniam petenti dedit, obſides accepit.

Aequa poſtulatio. Quintil. lib. 7. cap. 2.33.

Aequa & honeſta poſtulatio. Cic. pro Roſc. Amer. 4.
Impudens poſtulatio, Vide IMPVDENS.

¶ Abiicere poſtulationem triumphi, Vide ABIICIO.

Conceſſit poſtulationi tuæ Senatus. Cic. pro Murena, 44.

¶ Poſtulatio, pro ſupplicatione, vt vulgò dicunt. Cic. de Aruſp. reſp. 18. De ea reſcriptum eſt, poſtulationes decretas eſſe Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, diis cæleſtibus.

¶ Poſtulationibus vacare, pro eo quod Expedire requeſtas dicimus. Pli. lib. 7. epiſtola vltima ad Tacitum, Seneclo quum explorãſſet Conſules poſtulationibus vacaturos, conuenit me, &c. Adeamus, inquit, Conſules, petamúſque, &c. Budæus.

Reſpondere poſtulationibus, Idem. Sueton. in Nerone, cap. 15, In iuriſdictione poſtulationibus, niſi ſequenti die, ac per libellos non temere reſpondit. Alia exemplaria habent poſtulatoribus.

¶ Poſtulatio. Donatus, Proprè expoſtulatio eſt apud illum ipſum qui peccauerit: poſtulatio, de illo apud alterum. Item poſtulatio, querela & quaſi iuſta interpoſitio querelarum. Plaut. Bacch. 8.45, Acris poſtulatio hæc eſt, quum huius dicta intelligo. Idem Caſina, 13.26.
– veri autem altrouerſum quum eam mecum Rationem puto, eius eſſet mecum poſtulatio. Terent. Hecyra, 1.2.105, Neque lites vllæ inter eas, poſtulatio Nunquam.

¶ Poſtulationes, adiuocatorum ſunt & patronorum in foro. Suetonius in Nerone, Celeberrimis patronis nõ tranſlatitiis & breues, vt aſſolet, ſed maximas, plurimaſque poſtulationes certatim ingerentibus.

Reſiſtere poſtulationi alicuius. Cic. Q. fratri, lib. 2.1 3.2.

Poſtulator, pe. pro. (αἰτητής,) Verbale maſc. Sueto in Nerone, cap. 15, In iuriſdictione poſtulatoribus niſi ſequenti die, &c. legitur & poſtulationibus.

Poſtularia, (αἰτητικά,) ſulgura, inquit Feſtus, quę votorum aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant. Apud Senecam 2. Natu. quæſt. vocantur poſtulatoria.

Poſtulatitius, (αἰτητικός,) Seneca epiſt. 7, Hæc plerique ordinariis paribus & poſtulatitiis præferunt.

Pote, Vide POTIS.

Potens, Potenter, Potentatus, Potentia, Vide POSSVM.

POTENTIA, (ποτυτία,) Vrbs in agro Piceno, Ciceroni de Aruſpic. reſp. 18, Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus horribilis cum quibuſdam multis metuendiſque rebus. Plin. lib. 3. cap. 1. Vulg. S. Maria de Loret.

Poterium, poterii, (ποτήριον,) dicitur à Græcis, quod nos Poculũ dicimus. Plaut. Sticho, 14.12.
– quibus diuitiæ domi ſunt, ſcaphio, cantharis, batiocis
Bibunt: nos noſtro ſamiolo poterio, tamen viuimus.

Poteſſe, Poteſſum, Vide POSSVM.

Poteſtas, Poteſtur, Vide POSSVM.

POTIDAEA, (ποτίδαια,) Macedoniæ vrbs, antè Caſſandria dicta, vt ſcribit Plinius lib. 2. cap. 58. & lib. 4. cap. 10.

Potio, potionis, f. g. Vide POTO.

Potior, & hoc potius, (κρείττων,) Comparatiua, pro Melior & melius: quaſi potentior & potentius. Vide POTIS.

Potior, potiris, pe. prod. potitus ſum vel ſui, (τυγχάνω, ἐπιτυγχάνω) potiri, à Potis deducitur, vt ait Valla li. 3. Eſt tenere, & quaſi in poteſtate habere. Item obtiuere, & in poteſtatem vendicare. Apud poetas in quibuſdam perſonis interdum inuenitur tertiæ coniugationis. Virg. 3. Aeneid. 11, – fas omne abrumpit, & auro
Vi potitur. Ouid. 13. Metam. 26, apud Priſcianũ Tuque tuis armis, nos te poteremur Achille.

Tenere & potiri. Cic. Attico, lib. 7.141.4, An cuncter & tergiuerſer, & iis me dem qui tenent, qui potiuntur?

Potiri in tempore. Lucret. lib. 4. 217.

¶ Genitiuo aliquando iungitur: vt Potiri hoſtium: quod aliquando ſignificat Venire in hoſtium poteſtatem, aliquãdo Redigere in poteſtatem. Plaut. Capt. 3.24. Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium. Hoc eſt Vicit hoſtes. Idem Epid. 11.34, Atque hoſtium eſt potita. Hirtius de bello Africano, lib. 5.61, Equitibus circumdatis imperat vt vno ictu cõtenderent, neque remitterent, donec vltra vltimos colles hoſtes repulſent, atque eorum eſſent potiti. Saluſtius, Cui fatũ foret vrbis potiri.

Potiri voluptatum. Cic. 1. de Fin. 92, Nullas enim cõſequuntur voluptates, quarũ potiendi ſpe inflãmati, multos labores magnoſque ſuſceperant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hostium potiri. Papinianus in L. Quod si filius. ff. De captiuis, & de postli minio, Sine quorum viuo patre filiusfamilias mori intelligitur, siue quo niam non reuerso eo exinde sui iuris nõ euiterur fuisse, ex quo pater ho stium potitus est. Id est ab hostibus captus.
Athenienium potiti sunt Spartanæ. Author ad Heren. lib. 4. 184.
Potiri rerum. Cicero Lentulo, libro 1. 7. 17. Si exploratum tibi sit, posse il- lum regni potiri.
Potiri rerum, imperium tenere, inquit Valla. Cic. Lentulo, li. 1. 8. 9. Orium nobis exoptandum est, quod ii, qui potiuntur rerum, præstaturi vide ntur. Idem 4. Acad. 128. Cleantes qui quasi maiorum est gentium, Stoi cus Zenonis auditor, solem dominari, & rerum potiri putat. Sic ad Atti cum, lib. 10. 197. 5. Et in Catil. 39. Alterum genus est eorum, qui quan quam premuntur ære alieno, dominationem tamẽ expetunt, rerum po tiri volunt. Plin. lib. 6. cap. 29. 23. Quum potirentur rerum Aethiopes, insula ea magnæ claritatis fuit. Lucret. lib. 2. 3.
Dominari & rerum potiri. Cic. 4. Acad. 227.
In aliis nominibus (inquit Valla) quàm in hoc REBVM, significatio ma gis exponitur per OBTINVERVNT, quã PTENVERVNT: vt Potitus sum victoria. Sum potitus amicaid est, Pugnando vel labo rando obtinui victoriam, vel amicam.
Accusatiuo: Potiri bonum, laborem, legiones, &c. Plautus Asin. 7. 48. For titer malum qui patitur, idem pôst potitur bonum. Idem Rud. 5. 5. Nam hoc mihi haud laboris est, laborem hunc potiri, si erga parentem Aut deos me implaui. Idem Asin. 1. 1. 9.
Eas nunc legiones, copias, exercitusque furum,
Vi pugnando, periuriis nostris euge potiti. Cic. 13. Philip. 347. Itaque si receptis illis, possumus esse liberi, vincamus odium, pacẽque potiamur. Legitur & pace, in ablatiuo. Terent. Adel. 5. 4. 17. Ille alter sine labore patria potitur commoda. Ibidem 22. Miseriam omnem capio, hic potit gaudia. Lucret. lib. 2. 131. Et quia multarum potitur primordia rerũ.
¶ Ablatiuo. Virgil. 1. Aeneid. Egressi optata potiuntur Troes arena. Lu- cret. lib. 1. Deficit ægra Ceres: nec plebes pane potitur. Id est, nec habet panem. Cic. 1. Offic. 33. Sunt autem priuata natura nulla, sed aut vete re occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt: aut victoria, vt illi qui bello potiti sunt. Idem 1. de Fin. 95. Nam & præterita gratè memi nis, & præsentibus ita potitur, vt animaduertat quãta sint ea, quamque iucunda. Sic. Liuius 5. ab Vrbe, 90.
Amore potiri. Ouid. 10. Metam. 85.
Ausu potiri. Virg. 6. Aenei. 125. Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.
Corpore & armis potiri. Virg. 12. Aeneid. 129.
Et potitur capra Mauros barba domo. Ouid. 3. Fast. 111.
Gaza omni Macedonum, quæ fuit maxima, potitus est Paulus. Cicero 2. Offic. 113.
Lachrymis alicuius potiri. Stat. 11. Theb. 54.
Optatis potitur. Valer. 6. Argon. 94.
Sceptris potiri. Virg. 9. Aeneid. 54.
Spoliis potiri. Virg. 9. Aeneid. 91.
Thalamis petitis potiri. Ouid. 11. Metam. 51.
Vellere Graio vi potitur. Valer. 1. Argon. 105.
Voto potiri. Ouid. 9. Metam. 64.
¶ Potior, in præsenti tempore, plerunque pro Fruor. Cice. de Senect. 44. Quòd si illis ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primùm paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis quibus senectus, etiam si non abundè potitur, non omnino caret. Pro eodem posuit Fruitur & Potitur. Hæc Valla lib. 3.
¶ In potiundo, Vide IN præpositionem.
¶ Ad potiundum temerè & effrænatè incitantur auidæ voluptatis libidi nes. Cic. de senect. 36. Nullam capitaliorem pestem quàm voluptatem corporis dicebat à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines teme rè & effrænatè ad potiundum incitarentur.
Potiens, Participium, (ἐπιτυγχάνων,) Cic. 3. Tusc. 71. Natura iis potiens.

Potis, & hoc pote, (ὁποῖος πέφυκε τί,) potior, potillimus, Integrum est, authore Donato, pro Bonus, melior, optimus, & quasi Po tens, potentior, potentissimus. Virgil. 3. Aeneid. 135. Nec potis Io nios fluctus æquare secando. Plaut. Amph. 7. 68. Qui (mallum) intel ligere quisquam potis est? Id est potest vt alit Donatus. Terentius, Phorm. 2. 3. 32. Si tibi placere potis est, mihi vt respondeas, &c. Idem Heauton. 2. 3. 80. Multis modis iniurius Clitipho est, neque ferri po tis est. Cicero 2. Tusc. 66. Neque sanguis vllo potis est pacto profluẽs consistere. Ex poeta.
Cur non diuitiis Croesum superare potis sit. Catul. in Mentulam, 110. 1.
Nec potis est dulces naturã exprimere fontis. Catul. ad Ortalũ, epi. 60. 1.
Potior, (κρείττων,) & hoc potius, potissimum, Melior, præstantior. Plaut. Truculen. 3. 19. Sin alter alteri potior est (subaudi amator) idem perit. Idem Stichus, 3. 40.
Quum æquius est nos potiorem habere te. postidea viros
Nostros. Terent. Phorm. 3. 1. 48. Mea lege vtar, vt potior sit, qui prior ad dandum est. Cicer. de Amicit. 18. Itaque ciues potiores sunt quàm peregrini & propinqui quàm alieni.

Potior ad legendum. Cic. 1. de Finib. 18. Et tamen qui diligenter hæc quæ de philosophia literis mandamus, legere assueuerit, iudicabit nulla ad legendum his esse potiora.
Plus pollere & potiorem esse. Cic. 4. Tuscul. 114.
Patri dicere auder, se coniugem habuisse
Illum, amor quẽ dederat, qui plus poller potiorque est patre. Ex poeta.
Aera potiora auro. Stat. 2. Sylu. 2. 14. Aeraque ab Isthmiacis auro po tiora fauilla.
Merum potius cœnis Pontificum. Horat. 2. Carm. ode 14. 6.
Mors claibus Romanis semper fuit seruitute potior. Cic. 10. Philip. 283.
Honesta mors turpi vita potior. Tacitus vita Agricolæ.
Pars potior. Quintil. in Proœm. lib. 1. 11.
Prudentia potior acri dextra. Valer. 4. Argon. 125.
Res oratione potior. Mattius Cicerõi, lib. 11. 28. 12. Quare maiorem in modum te rogo, vt tem potiorem orationẽ ducassimiũ; si tenuis expe dire, rectè fieri, credas nullam communionem cũ improbis esse posse.
Sententia potior. Horat. 1. epist. 18. 4.
Hæc alternanti potior sententia visa est. Virg. 4. Aeneid. 58.
Nihil mihi potius quàm, hoc est Nihil exoptatius, charius. Cicero in Som nio Scip. 1. Quum in Africam venissem, &c. nihil mihi potius fuit, quàm vt Mahinissam conuenirem.
Ducere potiora, quæ ad sapientiam spectarent. Cic. 3. de Orat. 46.
Cura potissima. Stat. 4. Sylu. 4. 4.
Potissima nobilitas. Plin. libro. 14. cap. 2. 4. Et hactenus potissima nobilitas datur peculiaribus atque vernaculis Italiæ.
Potissima oratio. Cic. ad Atticum, lib. 1. 14. 1. Vt sciat hic noster Ierosoly- mitanus traductor ad plebem quàm bonã meis potissimis orationibus gratiam retulerit. Vetusta exemplaria legunt putissimus.
Potissimum opus, Præcipuum, exquisitum. Plinius epist. 79. c. Nam si hoc opusculum nostrum aut potissimum esset, aut solum: fortasse esset du rum videri dicere.
Quod est potissimum. Quintil. libro 10. cap. 3. Denique vt semel quod est potissimum, dicam. Idem libro 11. cap. 3. Multa edíscere, multa cogitare, & si fieri potest, quotidie, potissimum est. Ibidem, Verum etiam in iis quæ scripsimus complectendis multum valent, & in iis quæ cogitamus continendis propè solæ, excepta quæ potissima est, exercita tione, diuisio & compositio.
¶ Pote, pro Potis, id est possibile, accipitur metri causa. Proper. li. 2. eleg. 1. 10. Qua pote quisque, in ea concerat ai te diem. Id est, quantum quis que potest. Terent. Adelph. 1. 3. 11.
Maledictis, famam, meum amorem, & peccatũ in se transtulit, Nihil po te supra. Pote pro Potis inquit Donatus. Plaut. Cistell. 5. 1. Nec pote quicquam commemorari. Apud eundem in Pœnulo, 4. 14. legitur Po tes sunt dare. Cic. de Claris Orato. 89. Hospes non pote minoris. Catul lus de Lesbia, epig. 71. 4.
Vna salus hæc est: hoc est tibi pertinendum:
Hoc facies, siue id non pote, siue pote.
Potius, (μᾶλλον, ἢ μᾶλλον,) potissimùm, vel potissimè, Aduerbia. Plaut. Amph. 4. 301.
Nam si me fritassis, hodiernum bifragium hinc auferes.
5. Abeo potius. Hoc est, Abire satius doco. Idem Merc. 7. 117.
Nunquam edepol quisquam illam habebit, potius quàm ille quem ego Volo. Hoc est, ante illũ, vel præ illo. Terẽ. Eun. 2. 3. 94. An potius hæc parum æquum est fieri, vt à me ludatur dolis? Idẽ in Prologo Andriæ, 21.
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm istorũ obscuram diligentiam, &c. Idem Heaut. 5. 3. 7. Imò scis potius quã quidẽ redeat ad integrũ hæc eadẽ oratio. Et And. 4. 5. 3.
Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias
Potius, quàm in patria honestè pauper viuere. Plaut. Merc. 8. 18.
Vin' eam ad portum? o, quid? potius quàm voles.
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vius, &c. Virg. 2. eclo. 16.
Depugna potius quàm seruitas. Cic. Attico, lib. 7. 117. 7.
Perpessus est omnia potius Zeno Eleates, quàm conscios delendæ tyran nidis indicaret. Cic. 2. Tusc. 90.
Vtrum potius, aut quid potissimum in comparatione quæritur. Cicero 1. de Inuent. 24.
Munus potius centum signis. Horat 4. Carm. ode 2. 4.
¶ Potissimum, (μᾶλλον,) pro eo quod vulgò dicit Et principaliter. Plaut. Asin. 10. 53. – nam si domum
Redierit hodie, osculãdo ego vlciscar potissimum. Idem Trinũ. 13. 35.
– multa simul
Rogitas: nescio quid expediam potissimũ. Teren. And. 5. 5. 6. Sed quẽ ego potissimum exoptẽ nunc mihi, cui hæc narrem, dari? Ibidẽ. 2. 6. 23.
Quem inquit vocabo ad cœnam meorum æqualium potissimum nisi? Cic. 4. Acad. 109. Næ ille longè aberit, vt argumẽtis credat philosopho rum: aut si est ereditures, quorum potissimum? Idem 4. Verr. 102. Syra cusana ciuitas (vt eam potissimum nominem) dedit ipsi statuam. Idem Figulo, lib. 4. 13. 1. Quærenti iandiu mihi quid ad te potissimum scribe rem. Et pro Milone, 17. Ex Consularibus te creauit potissimum.

Ordinda

Ordienda est nobis potissimum causa à Deo. Cic. 1. de Leg. 51.
Potissimè, (μάλιστα,) Idem. Plaut. Pseud. 22. 18.
– hoc ego modo, atque herus minor
Hunc diem sumpsimus potissimè. Cic. lib. 2. de Oratore. Non potissimè confirmo. Sic apud eundem sæpius mueniest tametsi sint qui mendum putent esse, legendumque dicant potissimũ. Idem de Amicitia, 24. Ha ctenus mihi videor de amicitia quid sentirem, potissimè dixisse. Quoddã exemplaria legunt, potuisse dicere. sit pro Murena, 3. Is potissimè no nore affecto defensor daretur, qui, &c. Sic ad Atticum, li. 3. 62. 1. Mihi autem erat in animo iam, vt antea ad te scripsi, ire in Epirum, & ibi om nem casum potissimè expectare. Vetus exemplar legit potissimum.
POTITVS, (ποτίστρος,) à potando cognominatus est, qui Herculi sa cra faciebat. A quo Potitia familia. Erat & altera familia Pinariorum, quæ Herculi semper sacrificaret. Vide PINARIVS.

Potito, Vide POTO.

POTNIA, (πότνια,) Vrbs in Bœotia, non longè à Thebit, vbi Glaucus Sisyphi filius & Meropes habuit equas, quas cõsueuerat humana carne alere, quo cupidius in hostem irrucrent. Iplum antè, quã altiũ defecis sent, deuoranerunt, Itẽ quadrigæ quibus vtebat, ποτνιάδες, dictæ sunt. Equæ Potniades. Ouid. in Ibin, 112.

Poto, potas, potaui, potãtum vel potus sum, potum, (πίνω,) potare, Bi bere. Virg. 7. eclog. 3. Hucipsi potum venient per prata iuuéci. Lucanus lib. 5. 143. Potuæ te Nile grues. Terent. Phorm. Nam apud me potaturus est. Plaut. Rud. 14. 29.
– vt edormiscam hanc crapulam,
Quam potaui præter animi quam libuit sententiã? Cic. 2. de Fini. 105.
Tum ipsum quum vigilis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse, quàm potantem in rosa Thorium. De Regulo.
Acetum acre potare. Horat. 2. Serm. saty. 3. 14.
Aquam potare galea. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 1.
Plumina limosa potat. Ouid. 1. Metam. 128.
Et lac concretum cum sanguine potat equino. Virg. 3. Georg. 93.
Merum potare. Martial lib. 1. 41.
Totos dies potare. Cic. 2. Philipp. 77.
De medio potare die. Horat. 2. Serm. saty. 8. 3.
Arbores vina potare docuimus, inquit Plinius lib. 12. cap. 1. 5.
Lanæ potant. Plin. lib. 9. ca. 38. 2. Quinis lana potat horis, rursusque mer gitur carminata, donec omnem ebibat saniem.
¶ Potor, potaris, Passiuum. Plin. lib. 11. ca. 37. 50. Guttur homini tantum & suibus intumescit, aquarum quæ potantur, plerunque vitio.
¶ Dare potatum. Colu. lib. 12. ca. 51. Dabitur potatum imbecillis bobus.
¶ Voluptate potandi fruatur aliquis pariter cum aliis: aut ne fobrius in violentiam vinolentorum incidat, autè discedat. Cic. 5. Tuscul. 106.
Potans, Participium, (πίνων,) Cic. 2. de Finib. 105.
Vellera potantia succum Aquinatem. Horat. 1. epist. 10. 5.
Non qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatẽ potantia vellere succum. Intelligit de Aquinatibus pur puris, quæ similes sunt Tyriis.
Potandus, pen. prod. Aliud participium (ποτέος,) Ouid. 2. Fast. 64. Dum que parant epulas potandaque vina ministri.
Nectar potandum. Ouid. epist. 15. 40.
Potãtus, pe. pro. Aliud partici. (ποθεός,) vt Potata aqua. Pli. li. 1. ca. 103. 8.
Potãtor, pen. prod. potatõris, (φιλοπότης,) Qui potationibus indulget. Plautus Menæh. 7. 34.
Nanque Epidamnea natio est hæc ita hominum,
Voluptarii, atq; potatores maximi. Plin. li. 20. ca. 23. 10. Radix cuiusq; ex aqua decocta, potatoribus sitim facere narratur. Legit & potoribus.
Potatio, potationis, Verbale (πόσις) Actus ipse potãdi. Plau. Stichus, 4. 60.
Quot adeò cœnæ, quas defleui mortuæ?
Quot potationes multi, quot autem prandia,
Quæ inter continuum perdidi tiennium? Cic. 1. de Diuin. 188. Si mo dò temperatis escis, modicisque potationibus ita est affectus, vt sopito corpore ipse vigilet. Correctiora exemplaria legunt potionibus.
Potus, Participium, (πεπωκώς,) actiuè & passiuè accipitur.
Actiuè. Terent. Hecyra, 1. 2. 64.
Quid ais? cum virgine vnã adolescens cubuerit
Plus potus, sese illã abstinere vt potuerit? Ouid. 3. Fast. 109.
Pompa: senem potum pota trahebat anus. Cice. Trebatio, lib. 7. 13. 1. Ita que etsi domum bene potus, feroque redieram, tamen id caput vbi hæc controuersia est, notaui. Idem pro Milone, 42. Adde inscitiam pransi, poti, obscitantis ducis.
¶ Passiuè, (πεπωμένος,) Ouid. 15. Met. 67. Nocte nocẽt potæ, sine noxa luce biboutur. Idem 1. Fast. 44. Quo plus sunt potæ, plus sitiunt aquæ.
Cadus potus. Horat. 3. Carm. ode 15. 3.
Flumina pota Getis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 10.
Sãguine tauri poto mortuus cõcidit Themistocles. Ci. de Claris Ora. 21.
Vnda pota. Valer. 6. Argon. 14.

Porũrus, penul. prõ. Aliud parti, (πεπόσεται,) vt Terra potura cruores. Stat. 11, The. 144.
Oues poturæ. Proper. lib. 4. eleg. 4. 2.
Potus, huius potus, (πότιμος, πότιμος, ἀφεδρόμος, πόσιμος,) Plin. lib. 10. ca. 72. 2, Serpentes exiguo indigent potu. Hoc est potatione.
Immoderatus potus, Vide IMMODERATVS.
Inexplebilis potu, Vide INEXPLEBILIS.
Obstupefieri potu & pastu. Cic. 1. de Diuinat. 107. Dicit enim quum dor mientibus ea pars animi quæ mentis & rationis sit particeps, sopita lan gueat, illa autem in qua feritas quædam atque agrestis immanitas, quã sit immoderato obstupefacta potu atque pastu, exultare eam in somno, immoderateque iactari.
In medio potu, Vide MEDIVS.
Potui dare medicamentum. Celsus lib. 1. cap. 13, Illud scire oportet, omne eiusmodi medicamentum quod potui datur, non semper ægris pro desse: semper sanis nocere.
Potus lactis herbidus. Plin. lib. 14. cap. 6. 7.
Potio, potionis, (πόσις, πόμα, πότης, ἠνοῦς,) pro potu & potatione. Valer. Maxi. lib. 9. Cibo & potione infœliceim spiritum prorogant. Cic. 5. Tusc. 141. Quid, quod ne mente quidem rectè vti possumus, multo ci bo & potione completi? Idem de Senect. 32, Tantum cibi & potio nis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimãtur. Plaut. Stichus, 10. 56, Nam iotus mihi iam potione vinacea onerabo gulam. Colu mel. lib. 11. cap. 51, Eorum verò qui rectè valebunt, non minor adhi benda erit ratio, vt cibus & potio sine fraude à cellariis præbeatur. Sic Cicero 1. de Finibus, 58, Quum cibo, potione que, fames, sitisque de pulsa est.
Sumere magnam potionem. Cels. lib. 1. cap. 9. Prodest etiam aduersus tar dam concoctionem, clarè legere, deinde ambulare, tum vel vngi vel lauari assiduè, vinum frigidum bibere, & post cibum magnam potio nem sumere, sed vt supra dixi, per siphonem, deinde omnes potiones aqua frigida includere.
Poculum & potio. Cic. pro Cluentio, 157. Quãm nouum, in pane datum venenum facilũsne potuit, quam in poculo? Iarentius potuit abditum aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactum in potione esset?
Vsitatæ potiones. Horat. Epod. 5. 16.
Dulciculæ potionis scutelam dare. Cic. 3. Tusc. 79. Collocemus in culci tra plumea, psaltriam abducamus, hedychrum incendamus, demus scu telam dulciculæ potionis, aliquid videamus & cibi.
Potio medicorum, Sorbitiunculã est quæ ægrotis datur, Græci pharma cum vocant. Plaut. Menæh. 20. 22.
Audin' tu vt deliramenta loquitur? quid cessas dare
Potionis aliquid, prius quàm percitus insania?
Efficaces potiones ad id. Celsus lib. 4. cap. 8.
Mortifera potio. Quintil. lib. 7. cap. 4. 6.
¶ Accipere potionem. Quintil. lib. 7. cap. 5. 14.
Adhibere potioni, Vide ADHIBEO.
Bibere potionem. Quintil. lib. 7. cap. 3. 14.
Dare potionem. Quintil. lib. 7. cap. 3. 17.
Sustulit mulierem prima potione medicus. Cic. pro Cluen. 30.
Potor, potõris, penul. pro. (πότης,) Idem quod Potator. Titulus est apud Martialem, ad Sextilianum potorem, lib. 1. 41. Plin. lib. 33. cap. 8. 4,
Aiunt quinis fere præsumptis, ebrietatem non sentire potores.
Aquæ potores. Horat. 1. epist. 20. 1,
Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt
Quæ scribuntur aquæ potoribus.
Acer potor, Vide ACER adiectiuum.
Potorius, Adiect. (ποτητικός,) Quod ad potandum pertinet. vt Ampulla potoria, apud Martialem, lib. 14. 115. Plin. lib. 33. cap. 10. 4, Prole mæum Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudæam octõna millia equitum sua pecunia toleraniste: mille conuiuas totidem aureis poto riis mutantem vasa cum ferculis sagmasse.
Potulentus, (ποτός,) Sueton. in Othone, cap. 1, Fertur & noctibus vagari solitusque inualidum quenque obuiorum aut potulentũ corripere.
Potito, potitas, pen. cor. (πινόμαι,) potitare, Frequentatiuum. Plaut. Asin. 13. 26, Tecum vnã postea æquè pocula potitet. Idem Amphi. 4. 265, Prerela rex, qui potitare solitus est patera aurea.
Potiõnor, pen. prod. potionaris, (πατεῖσθαι ἐπιποσιόω,) potionari, Passiuum. Suetonius in Cæsare Caligula, cap. 50, Creditur potionatus à Cæsonia vxore, amatorio quidem medicamento: sed quod in furorem verterit, Id est veneno affectus.

P R

Practicus, Adiectiuum, Vide PRAXIS.

Prae, Præpositio, ablatiuo casui seruit, significat Ante. (πρό) Liu. lib. 1. ab Vrb. Prope Tyberim fluuium, qua præ se armenum agens nando traiecerat. Aliquando absolutè ponitur. Terent. And. 1. 1. 144, I præ, sequar. Plautus datiuo iunxit, in Pœnulo, 9. 57, Trecentos nummos philippeos portat præ sibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Præ, (πρός,) comparationem aliquando inducit. Plaut. Most. 4. 87. Video te nihil pendere omnes homines præ Philolache. Id est ad comparationem. Idem Epid. 10. 85. Atque me minoris factum præ illo. Cicero. Sermo Sulp. libro 4. 4. 6. Non tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus. Hoc est, respectu nostri, vel plus quam nos, quod vulgò dicitur. Terentius Eunuch. 2. 2. 8. Hic ego illum contempsi præ me. Idem Adelph. 2. 3. 9.

– illius opera Syre nunc viuo festinum caput,
Qui omnia sibi post putarit esse præ meo commodo. Id est, mei commodi comparatione, inquit Donatus. Hoc est, Nihil pluris illi esse curã dum putat, quàm meum commodum. Cic. 4. Ver. 111. Omnium minas, atque omnia pericula præ salute sua leuia duxerunt. Ibidẽ, 5. 108. Atque vt intelligatis ab isto, præ lucro, præsaque præsenti, nec vectigalium, nec posteritatis habitam esse rationem. Sic pro Rab. perduel. reo, 9. Quæ si in illo minima fuissent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur. Hoc est, Si cum tuis facultatibus conferantur. Item de Claris Orato. 157. Isqi se ita putat Atticum, vt veros illos præ se penè agrestes putet. Cæsar in Commentariis, Quod omnibus Gallis præmagnitudine corporum suorum breuitas nostra contemptui est. Liuius ab Vrbe condita, Qui omnia præ diuitiis humana spernunt. Idem de bello Macedonico, Sed quid ista præ iis quæ à te, tuisque quotidie alia super alia facinora eduntur? Terent. Hecy. 3. 5. 33.

Pamphile, ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus,
Quum te post putasse omnes res præ parente intelligo. Liuius, Patuam Albam præ ea vrbe quæ conderetur fore. Cic. pro Roscio Amerino. 80. Etiam videtis Iudices, vt omnes despiciat, vt hominem præ se neminem putet. Idem 2. Verr. 23. Vt ipse Consul in hac causa, præ me minus etiã si fieri possit, quàm priuatus esse videatur.

¶ Præ, (πρός, ἀντικ.) nonnunquam abundantiam notat: vt Præ multitudine. Cic. Attico, lib. 2. 36. 5. Quidam dicunt significare Propter, in huiusmodi exemplis: vt paulò post videbis.

Præ ira. Liu. 1. bel. Maced. 93. Nec diuini, humanive iuris quicquam præ impotenti ira est seruatum.

Præ lachrymis. Cic. Attico, lib. 9. 184. 1. Non mediusfidius præ lachrymis possem reliqua nec cogitare nec scribere.

¶ Præ se ferre, Est dicto, factoue, & ipsa statim fronte, qualem opinionem de aliqua re aut homine habeas, confiteri. Quintilianus lib. 5. ca. 13. Fiduciam igitur præ se ferat orator, semperque ita dicat, tanquam de causa optimè sentiat. Id est, Ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa voce, ex ipsa tota oratione elucerat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi sunt, in vultu & gestu indicant tacitam vel formidinem, vel fiduciã, hoc est Præ se ferunt fiduciam vel formidinem. Cicero, Nam ille qui accipit iniuriam, meminit, & præ se fert. Id est, Se accepisse iniuriam, mentemve se habere persequendæ iniuriæ ostendit. Iterum, At beneficio sum vsus tuo, quod quanquam illud ipsum, quod commemoras, præ me semper tulimalui tamen me tibi debere confiteri, quàm cuiquam minus prudẽti non satis gratus videri. Præ se ferre & Confiteri, pro eodem posuit. Hæc Valla lib. 5. Cicero pro Rabirio perduel. reo, 11. Quamobrem fateor, atque etiam Tite Labiene profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, non Tribunitia actione, sed regia, meo consilio, virtute, authoritate, esse depulsum. Idem 2. de Leg. agrar. 20. Quod meis comitiis non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed vocem vinam pro vobis, iudicem vestrarum erga me voluntatum, ac studiorum tulistis. Item Cn. Magno in Epist. ad Atticum, lib. 8. 159. 9. Primùm enim præ me tuli, me nihil malle, quàm pacem.

Fiduciam igitur orator præ se ferat. Quintil. lib. 5. cap. 13. 41.

¶ Præ te, pro Quàm te. Plaut. Merc. 8. 21. Sanus si sim, præ te medicum mihi expetam.

¶ Præ quod. Plautus. Sticho, 6. 38. Imò res omnes relictas habeo præ quod tu velis.

Præ quàm. Plaut Amphit. 8. 2.

– parua res est voluptatum in vita, atque in ætate
Agunda præ quàm quod molestum est. Idem Aul. 19. 35.

– sed hoc etiam pulchrum est
Præ quàm vbi sumptus petunt. Gell. lib. 16. cap. 1. Quæ etsi laxioribus paulò, longioribusque verbis comprehensa est, præ quàm illud Græcũ quod diximus: quoniam tamen prior temporis, antiquior que est, venerabilior videri debet.

Præ vt. Plautus Milite, Nihil hercle hoc quidem præ vt alia dicam. Idem Menæch. Modestior nunc quidem est de verbis præ vt dudum fuit.

¶ Præ, Propter. vt Præ formidine. Plaut. Amphit. 4. 183. Neque miser me commouere possum præ formidine. Terent. Eunuc. 1. 2. 18. Credo, vt fit, misera præ amore exclusit hunc foras. Idem Heaut. 2. 2. 67.

Præ gaudio (ita me di ament) vbi sim, nescio:
Ita timui. Vide paulo antè Præ ira.

Præ manu, vel Præ manibus, Vide MANVS.

Praeacutus, pen. prod. Adiectiuũ, (πολυοξύς,) Valde acutum significat. Cæsar 2. bel. Gall. 334. Tum magni põderis saxa, & præacutas trabes in muro collocarant.

Præacuta asperitas. Plin. lib. 11. cap. 26. 2. Asperitas præacuta in dorso.

Præacuta bipennis. Plin. lib. 8. cap. 8. 3.

Cuspis præacuta. Ouid. 7. Metam. 16.

Præacutus scopulus. Plin. lib. 9. cap. 10. 4.

Praealtus, (λίαν ὑψηλός,) Valde altus. Liuius 10. ab Vrbe, 6. Ostiũ fluminis præalti quo circumagi naues in stationem tutam possint.

Præaltus alueos. Liuius 5. ab Vrbe, 168.

Præalta rupes, Liu. 10. bel. Maced. 225.

Praebeo, (παρέχω, χορηγέω, πόρω, παρείω, ἐγχορηγέω, ἐπαρκέω, ἐγγυαλίζω,) præbere, Ex præ & habeo compositum, abiectis a & h, significat Dare, exhibere.

Nã qui aliquid præbet, id præhabere ratione dicit. Plaut. Menæ. 4. 10.

– quando ego tibi ancillas, penum,
Lanam, aurum, vestem, purpuram bene præbeo. Cic. 6. Verr. 8. Neminẽ qui cum potestate, & legatione in prouinciam esset profectus, tam amẽtem fore putauerunt, vt emeret argentum, (dabatur enim de publico) vt vestem (præbebatur enim legibus) mancipium putauerunt.

Præbere & impertire se. Cic. pro Roscio Amer. 7. Te quoque magnopere M. Fanni quæso vt qualem te iam antea Populo Rom. præbuisti, quum huic quæstioni iudex præesses, talem te & nobis & Popu. Rom. hoc tempore impertias.

Præbere de manu cibos, Manu ipsa cibum in os ingerere. Colum. lib. 9. ca. 11. Munire viam, semperque de manu cibos & aquam præbere.

Accessum præbere. Liu. 10. bel. Punic. 38. Aut ita appullæ muris, vt proaggere ac pontibus præbere accessum possent.

Alimenta furori præbere. Ouid. 3. Metam. 96.

Animum ad perniciem alicuius moderatum, & ad rerum euentum lenissimum præbere. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 19. 5.

Appetitum rationi obedientem præbeamus. Cic. 1. Offic. 184.

Aure, Auscultare, Pli. epist. 14. li. 2. Nihil quod ipsi bas aure, Vide AVRIS.

Aures præbere ambagibus. Ouid. 3. Metam. 139.

Aures conuitiis. Liuius 8. bel. Macedo. 233. Vt sub Rostris reum stare: & præbere aures adolescentium conuitiis Populo Romano magis deforme, quàm ipsi sit.

Aures non obtusas criminatione, sed vacuas præbere. Cicero Ante quàm iret in exilium, 7.

Auxilium. Plinius lib. 21. cap. 32. 1.

Præbueram sceleri brachia nostra tuo. Ouid. epist. 7. 25.

Casum pugnæ. Tacit. libro 12. Si Catti cupidine vlciscendi casum pugnæ præberent.

Causam. Liu. 10. bel. Pun. 16. Quæ peropportunè cupienti tollere induciis, Scipioni causam præbuere.

Causam necis. Ouid. epist. 2. 30. Ille necis causam præbuit, ipsa manum.

Ceruices. Cic. Ante quàm iret in exilium, 13. Crimen diluere non licere: ore oppresso ceruices esse præbendas.

Cibum alicui. Lucret. lib. 3. 202.

Collum cultris. Iuue. Saty. 10. 27.

Copiam verborum populo cum multa concursatione, magnoque clamore præbebat. Cic. de Clar. Orat. 131.

Corpora præbemus plagis, vt sæpe sagittis. Ouid. de Nuce, 35.

Crudelitati Pœnorum corpus Regulí præbitum est. Cicero 3. de Natura deorum, 115.

Curam præbere, pro Solicitum habere vel solicitudinem afferre. Liui. lib. 3. Decad. 5. Macedonia maximè curam præbebat.

Domum alicui. Horat. 3. Carm. ode 19. 2.

Errorem. Liu. 4. ab Vrbe, 266. Præbet errorem, quòd eiusdẽ nominis vrbs inter Cære atque Veios fuit.

Honorem. Plin. lib. 35. cap. 10. 10. Alexander ei honorem clarissimo præbuit exemplo. Sic lib. 15. cap. 4. 1.

Imaginem antiquitatis Senatus præbebat. Tacit. lib. 3.

Indignationem. Liu. 6. belli Punici, 188.

Iter. Colum. lib. 3. cap. 16. 2. Ordinariis seminibus modicè vacuum solum ad culturam præbebit iter.

Iusta. Cic. 1. Offic. 64. Est autem infima conditio & fortuna seruorũ, quibus non malè præcipiunt qui ita iubent vti vt mercenariis, operam exigendam, iusta præbenda.

Iusiurandum alteri. Plin. in Paneg. 109. Quinetiam sedem præbuit iusiurandum, & ille iurauit, expressit, explanauitque verba.

Creta serpentibus præbet latebras. Virg. 2. Georg. 43.

Locum peccandi. Colum. lib. 11. cap. 1. 19. Frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet.

Ludos. Terentius Eunucho, 5. 7. 9. Non possum satis narrare quos ludos præbueris iratus.

Lumen præbere dicitur fenestra. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 5. Vtrisque fenestræ latitudine tripedali, & eo pede altiores è viminibus factæ rariora vt lumen præbeant multum.

Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti. Ouid. epist. 17. 12.

Manus verberibus. Ouid. 1. de Arte, 4.

Materiam.

Materiam. Liu. 3. ab Vrbe, 190. Quum Appius non Virgilium defendi ab Icilio, sed inquietum hominem, & Tribunatum etiam nunc spirantem, locũ seditionis quærere diceret: non præbituram se illi eo die materiã.

Materiam præbere suo damno. Ouid. 2. Meta. 43. Materiamque suo præbet leges arida damno.

Materiam igni præbere. Liu. 1. bel. Punici, 35.

Metum. Liu. 5. bel. Punic. 106. Vtrique parti parem metum præbuit, ne hostes noui aduentarent.

Metus præbere. Ouid. 1. de Arte, 152.

Miraculum. Plin lib. 28. ca. 3. 2. A Consulibus Romę in doliũ serpentiũ cõiectus, experimenti causa, circumuicentibus linguis miraculũ præbuit.

Munimenta. Cæsar 2. bel. Gall. 294. Vt instar muri hæ sepes munimenta præberent.

Nomen. Tacit. lib. 13. Præbueratque nomen, vt quæ princeps furtim mulierculæ tribuebat, ille palàm largiretur. De Anneo Sereno.

Notitiam. Lucret. lib. 5. 25.

Præberi alicui nudam. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 7. Fige puer, positis nudus tibi præbeor armis.

Operam præbere, Iuuare. Plaut. Milite, 9. 108. Nimiũ festiua mulier operam præbuit.

Operam Reip. Liuius 5. ab Vrbe, 14. Molestè antea ferebat miles se suo sumptu operam Reip. præbere.

Orationem. Plaut. Asin. 5. 53.

Aliam nunc mihi orationem despoliato prædicas:
Longè aliam inquam præbes nunc, atque olim quum dabã. Idem Pœnulo, 18. 50. Vt modestè orationem præbuit.

Os. Terent. Adelp. 1. 2. 7. Quid potui melius, qui hodie vsque os præbui? Cic. 5. Verr. 33. Qui testes interrogari priore actione nolueris, & is tacitum os tuum præbere malueris, quanuis & te & patronos tuos ingeniosos esse dicito. Vide os, oris.

Os præbere ad contumeliam. Liu 4. ab. Vrbe, 156. Desisse postremò præbere ad contumeliam os.

Os præbere ad malè audiendum. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 8. Quàm diguus qui Palicano, sicut fecit, os ad malè audiendum cotidie præbeat.

Pabula præbere. Lucret. lib. 2. 190. Lucan. lib. 6. 17.

Pectora præbent ferro. Stat. 9. Thebaid. 135.

Perfugium & solatium aduersis rebus præbet studia. Cic. pro Archia, 12.

Pigneranda pœnæ præbere bona. Liu. 9. bel. Puni. 184. Postea conscientia sibimetipsi exilium cõscisscentes, quum absentes damnati essent, corporibus subtractis, bona tantùm quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ præbebant.

Prandium alicui. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 88. 4. Quòd antecesserat Statius, vt prandium nobis præberet. Quædam exemplaria legunt videret.

Quàm se præbuerant ferro patienter & igni. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 5.

Se præbere. Est se ostendere. Teren. Phorm. 3. 1. 12. Tum Phormio itidem hac re, vt in aliis, strenuum hominem præbuit. Idẽ Adelph. 5. 3. 5. Quid agitur? seruum haud illiberalem præbere te.

Se æquum præbere. Cic. ad Curionem, lib. 2. 1. 4. Sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis.

Se æquabilem. Cic. 1. Tuscu. 109. Atque in primis meditemur illud, vt hec patientia dolorum, quam sepe iam animi intentione dixi esse firmandã in omni genere se æquabilem præbeat.

Se attentum auditorem. Cic. 3. de Natu. deorum, 2.

Authorem se alicui rei præbere, Tacit. lib. 19. Tum progressus Lucilius authorem se præbet palàm classi. Hoc est ducem.

Se credulum. Cic. ad Atticum, lib. 15. 329. 1. Vel verba dari mihi facilè patior in hoc, meque libenter præbeo credulum.

Dignum se suis maioribus præbere. Cice. Thermo, lib. 2. 17. 6.

Se docilem. Cice. 1. Tuscul. 23.

Se duriorem alicuius afflictæ fortunę. Cicero ad Atticum, lib. 14. 310. 2. Quòd si duriorem te eius miseræ & afflictę fortunę præbes, non contẽdam ego aduersus te.

Nimium se exorabilem præbere. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2. 13.

Se facilem præbere dicitur res aliqua. Plin. lib. 13. ca. 4. 3. Faciles se ad scãdendum Orientis populis præbent. Cic. ad Atticum, lib. 14. 309. 4. Ego autem Antonio facillimum me præbui.

Se facilem præbere in hominibus audiendis, admittendisque. Cice. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 48.

Gratum se de bene meritis præbere. Cic. pro Plancio, 74.

Se iudicem acrem. Cic. 1. Offic. 159. Suum igitur quisque noscat ingeniũ, acremque se & bonorum & vitiorum suorum iudicem præbeat.

Lenissimum se præbere. Cęsar Oppio in Epist. ad Atticum, lib. 9. 177. 1.

Ministros se præbent oratoribus infimi homines apud Græcos mercedula adductũ. Cic. 1. de Orat. 98.

Misericordẽ in re, in testimonio religiosum se præbere. Cic. pro Cecin. 19.

Moderatum se in aliqua re præbere. Cic. 2. Offic. 107.

Obsequentem se præbere. Senec. Hippol. 2. 10.

Patientem & impigrum se præbere. Cic. 7. Verr. 22.

Placabilem se alicui præbere. Cic. Attico, lib. 10. 107. 1.

Se quoquomodo in re aliqua præbere. Cic. 4. Verr. 50. Atqui eo etiam magis, quòd iste quoquomodo se in ea quæstione præbebat, tamen in cõsilio habebat homines honestos è conuentu Siracusano.

Spectatores se otiosos præbere alicuius calamitatis. Cice. 2. Officio. 36.

Se superbum in. Cic. ad Atticum, lib. 8. 148. 1. Superbum se præbuit in fortuna, quam putant nostram fore.

Vegetum acremque ad aliquid agendum se præbere. Cic. 1. de Diui. 109.

Se virum præbere in re aliqua. Cice. ad Cassium, lib. 15. 17. 6. Quòd se in his malis virum præbuit. Quædam exemplaria habent hominem. Idẽ Fadio, li. 5. 18. 1. Pro amore nostro rogo atque oro, te colligas, virtúmque præbeas.

Silentia præbent somnum. Ouid. 5. Fast. 86.

Sonitum. Liuius 7. ab Vrbe, 170. Iam euaserãt media castra, quum superscandens vigilum strata somno corpora miles offenso scuto præbuit sonitum, quo excitatus vigil, quum proximum mouisset, &c.

Speciem. Plin. lib. 24. cap. 15. 7. Nascitur in petrosis, orbiculato floris ambitu, speciem lecti pedum præbens. Idem lib. 25. ca. 11. 5. Gladii speciem præbet caule duũm cubitorum.

Speciem extinctæ animæ. Plin. lib. 20. ca. 9. 17. Sed tanta vis est, vt auidius haustum, extinctæ animæ momento aliquo speciem præbeat.

Speciem erroris. Liu. 4. bel. Puni. 136. Erroris speciem haud vanam mendacio præbuerant verberati, ac securi percussi transfuge ad duo millia hominum.

Speciem triumpho. Liuius 4. bel. Maced. 194. Præbuerunt speciem triumpho, capitibus rasis secuti, qui seruitute exempti fuerant.

Spectaculum lætum. Liuius 10. bel. Pun. 49. Et viuus lætum ante omnes Masinissæ præbiturus spectaculum, ad Lælium attrahitur.

Spem. Liuius 4. bel. Pun. 109. Nec Hippocrati & Epicidi solùm spem nouandarum rerum, sed Andronodoro etiam præbebat.

Spiritum vitalem & salutarem præbet animantibus aer temperatus. Cic. 2. de Natu. deorum, 175.

Sponsalia alicui præbere pro Celebrare sponsalia, & despondere filiam. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 8. 4. Ad VIII Idus Aprilis sponsalia Crassipedi præbui. Id est celebraui conuiuium sponsaliorum. Sequitur enim, Huic conuiuio puer optimus.

Sumptus præbetur mihi ex re auita. Horat. 1. Serm. saty. 6. 16.

Præbuit illa arbor misero suspendia collo. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 4.

Suspicionẽ præbere. Taci. lib. 17. Præbuit plerique suspicionẽ cõscietię.

Tempora mollia præbuerunt mihi. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 7.

Terga præbere. Tacit. lib. 14. Cæteri terga præbuere difficili effugio.

Terrorem. Liuius 3. ab Vrbe, 34. Vrbi quoque Romę ingens præbitus terror, magis in re subita, quàm quòd ad arcendam vim parũ vlrium esset.

Tyrannum, aut alium quemuis præbere. Cic. 3. Verr. 58. Quum in oppidis & ciuitatibus amicorum non legatum Populi Roma. sed tyrannum libidinosum, crudelémque præbueris. Id est, gesteris te non tanquam legatus, sed potius vt solent se gerere tyranni libidinosi. Idem ad Trebatium, lib. 7. 16. 5. Deinde quòd in Britannia non minus quàm Philotheorom te præbuisti.

Rima patet, præbętque viam lethalibus vndis. Ouid. 11. Metam. 104.

Vicem Plin. lib. 16. cap. 36. 5. Quando & hastarum vicem præbent additis cuspidibus.

Vim Plin. lib. 13. cap. 11. 3. Turbidus liquor vim glutini præbet.

Hyems præbebat vires fluuio. Luc. lib. 1. 44.

Vsum. Plin. lib. 13. cap. 11. 5. Nulli fruticum leuitas maiorrob id gestata facilius baculorum vsum senectuti præbet. Horat. 1. Serm. saty. 1. 15.

Præbitus, pen. corr. Participium, (ἐπιχορηγούμενος,) Colum. lib. 1. cap. 8. 13. Tantóque curiosior inquisitio patrisfamiliãs debet esse pro tali genere seruorũ, ne aut in vestiariis, aut in cæteris sibitis iniuriose tractẽtur.

Præbenda, præbendorum, (πρόσοδος,) Gellius lib. 15. cap. 4. Comparandis mulis & vehiculis magistratibus, qui sortiti prouincias forent, præbenda publicè conduxisse. Vbi interpres, Præbenda publicè conduxisse: Id est ea quæ à parochis præbenda erant, de quibus Horat. 1. Serm. saty. 5. 10. Præbuit, & parochi quæ debent, ligna, salémque. Erant autem in exercitu copiarii, quibus erat præceptum, vt præbenda, id est salem & ligna publicè missis exhiberent. Vt verò annotauit Bebelius, in plurali tantùm legimus, idque in neutro genere. Canonici etiam panem recipiunt, sed præbendæ nomine quo vocabulo abstineas. Hactenus ille.

Præbitor, pen. cor. præbitóris, Verbale, (πρόσοδος,) Cice. 2. Offi. 76. An tu id agis vt Macedones non re regẽ suũ, sed ministrum & sibitorẽ putẽt?

Praebitere, (ἀναιρέω,) pro Perimere, vsurpauit Plautus Pseud. 12. 13.

Interminatus est à minimo ad maximum,
Siquis non hodie munus misisset sibi,
Eum eras cruciatu maximo se præbitere.

Præbitere item dixit Plautus pro Prętérire, in Pœnulo, 17. 43.

Quid si eamus illis obuiam? p. at ne inter vias
Præbiteramus eas metuo.

Praecaluus, (περιφάλακρος,) Caluus in anteriore capitis parte. Suet. d. Galba, c. 21. Statura fuit iusta, capite præcaluo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Praecantatio, praecantationis, (προεπᾴδή,) Verbale à Praecantando. Quintil. Declamat. 14. Diris vtique carminibus, & ferarum praecantationum terrore permistum.

Praecantrix, praecantricis, penult. prod f.g. (προεπῳδός,) Varro de liberis educandis, Vt faciunt plerique, vt adhibeant praecantrices, nec medico offendunt.

Praecanus, pen. prod Adiectiuum, (προεσλός,) Qui ante annos mistos canus esse incipit. Hora. 1. epist. 21. 5. Corporis exigui, praecanum, solibus aptum.

Praecarus, pen. prod Adiectiuum, Nimis, siue multum carus. Terent. Phorm. 3. 3. 25.

Quantò opus est tibi argenti? eloquere. P. solae triginta minę. C. Triginta? hui, praecara est. P. istaec verò vilis est. Quaedam exemplaria percara legunt.

Praecaueo, praecaues, pe. corr. praecaui. pen. prod. praecauti (προφυλάττομαι,) praecauere, Antè cauere. Plaut. Amphi. 16. 24. Vę misero mihi. I v. an id praecauisse oportuit? Idē Meng. 17. 99. Enimuero illud praecauendum, atque accurandum mihi. Terent. And. 3. 5. 18. Nanque hocce tēpus praecauere mihi me, haud te vlcisci sinit. Cæsar 1. bel. Gall. 151. Id ne accideret, pecauēdū sibi Cęsar existimabat.

Praecauere ab. Liu. 9. ab Vrbe, 91. Castris locū caperet, commeatus expediret, ab insidiis praecauereat, tempus pugnę eligeret. Ibidem, lib. 3. 220. Decemuiris quoque ab ira & impetu multitudinis praecauere iubētur.

Praecauere peccata. Cic. pro Rosc. Amer. 68. Atqui ea sunt animaduertenda peccata maximè quae difficillimè praecauentur.

Praecautum est à me. Cic. ad Attic. lib. 2. 16. 12. Quōd à me ita pecautum, atqui ita prouisum est, non vt ego de optima illa mea ratione decederē.

Astutia intelligendi ad praecauendum quibus abest, sibi iniecto terrore mortis, horrescunt. Cic. 5. de Finib. 55. Ex Pacuuio.

Praecauens, pen. corr. Participium, (προφυλάττων,) Cicer. pro Plancio, 43. Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidentem antè & praecauentem nunquam certè mouebunt.

Praecautus, Participium, (προφυλαχθείς,) vt Prouisa, & praecauta res. Cic. 6. Verr. 81. Verumtamē ita res mihi tota prouisa atque praecauta est, vti si maximè esset inuentus, qui, &c.

Praecauto opus est. Plaut. Merc. 6. 61. Nū ei dono adducxe audiuisse? praecauto opu'st.

Praecautor, praecautoris, Verbale, (προφυλακτής,) Plaut. Pseud. 9. 14.

Quisquis es, compendium ego te facere pulrandi volo.
Nam ego praecautor, & patronus foribus processi foras.

Praecedo, praecedis, pen. prod. praecessi, praecessum, (προάγω, προείχομαι,) praecedere, Antecedere. Plin. li. 11. cap. 37. 15. Nulla praecedente iniuria.

Agmen praecedere. Virg. 9. Aeneid. 10.

Praecedere, per translationem, pro Praecellere. Plaut. Asin, 12. 39.

Vt veltræ fortunæ meis praecedunt Litane longè,
Qui hodie nunquam ad vesperum viuam.

Praecedere authoritate, sapore, suauitate, & similibus. Plin. lib. 29. ca. 1. 9. Ad siderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando, horasq; obseruando, authoritate eum praecessit. Idem lib. 14. cap. 6. 1. Vinum aliud alterum germanitate praecedit. Colum. lib 3. cap. 2. Cunctas omnes sapore praecedere.

Armorum decus praecedere actis forensibus. Ouid. ad Pisonem, 7.

Famę prisce titulos praecedere. Stat. 2. Sylu. 2. 50.

Praecedere in re aliqua Plin. lib. 18. cap. 3. 12. In quo praecessit omnis vir clarissimę familię D. Syllanus.

Longè praecedere, Vide LONGVS.

Praecedens, pen. prod. Participium, (προείχομενος,) vt Instare praecedentibus. Horat. 1. epist. 2. 14.

Praeceler, pen. corr. praeceleris, & hoc praecelere, pen. cor. (πολυτάχυς,) Valde celerem significat. Plin. lib. 9. cap. 46. 3.

Veprope carinam ventum est, nisi praeceleri vi repente rapiant, absumi pectant. Idem lib. 8. cap. 8. 3. Alterius poplitis neruos ferit, cuncta praeceleri pernicitate peragens.

Viri praeceleres. Stat. 6. Thebaid. 111.

Praecelero, pceleras, pen. corr. (προτρέχω,) Praecelerare, Praecurrere. Stat. 4. Thebaid. 160. – pars arcta plebe sequuntur,
Praecelerantque ducem, medium subit illa per agmen.

Praecello, praecellis, praecellui, praecellum, (προέχω, ὑπερφέρω,) praecellere, Praecedere & superare. Plin. lib. 12. cap. 3. 1. Malus Assyria odore praecellit foliorum.

Mobilitate praecellere. Lucret. lib. 2. 33.

Robore mentis praecellere. Silius lib. 3. 122.

Praecellere alicui, pro Imperare, & dominari. Tacit. lib. 12. Missis legatis ad Eunonem, qui Adorsum genti praecellebat.

Praecellens, Adiectiuum, (πρόκριτος,) Plin. lib. 12. cap. 1. 1. Prisco ritu simplicia rura etiam nunc deo praecellentem arborem dicant. Ibidem, cap. 6. 1. Maior alia pomo & suauitate praecellentior, quo sapientes Indorum viuunt. Idem lib. 14. in Proœmio. 6. Videmus Virgilium praecellentissimū

vatem, eadem causa hortorum dotes fugisse.

Omnibus rebus praecellentissimus vir. Cic. 6. Verr. 87.

Praecelsus, Adiectiuum, (ὑπερυψηλός,) Valde excelsum significat. Cice. 6. Verr. 95. Enna autem vbi ea quae dico gesta esse memorantur, est loco praecelso atque edito.

Moles praecelsae Stat. 1. Sylu. 1. 6.

Rupes praecelsa. Virg. 5. Aeneid. 49.

Fortuna praecelsa. Stat. 3. Sylu. 3. 18.

Praecentio, praecentionis, Vide PRAECINO.

Praeceps, praecipitis, pen. corre. om. g. (πρανής, ἀπότομος, κρημνώδης, ἀπόκρημνος,) A prae & capio componitur, significatque proprie eum, qui sine consideratione aliqua, aut modo quid agit, & quasi rem & tempus praeoccupat. vt apud Martialem, cum de viso loquitur, lib. 1. 11, Praeceps sanguinea dum se rotat vrsus arena. Plaut. Rud. 17. 6.

Qui sacram scelestus sacerdotem anum praeceps reppulit, propulit,
Perquam indignis modis. Virgilius 3. Aeneid.
– mox sese ad littora praeceps
Cū fletu, precibusque tulit. Hoc est, sine respectu salutis, inquit Seruius.

Praeceps in auaritiam & crudelitatem animus. Liuius 6. bel. Pun. 189. Hoc est, promptus & proclinis.

Praeceps ingenio in iram. Liuius 3. bel. Pun. 30.

Amentiā praeceps aliquis. Cicero pro Milone, 65. Albanorum obtutae arę sacrorum Populi Romani sociae & aequales: quas ille praeceps amentia, cæsis prostratisque sanctissimis lucis, subitructionū insanis molibus oppresserat, &c.

Consilis omnibus praeceps & deuius homo. Cic. 5. Philipp. 191.

Praeceps animi, Figurate. Virg. 9. Aeneid. 137. Et praeceps animi Tmarus.

¶ Praeceps, Nimis festinus. Virgil. 2. Aeneid. Praecipites atra ceu tempestate columbae. Terent. And. 1. 3. 9. Quo iure, quaque iniuria, praecipitem me in pistrinum dabit. Virgil. 4. Aeneid. Non fugis hinc praeceps cum praecipitare potestas? Idem 4. Georg. 92.

Illa quidem dum te fugeret per flumina praeceps.

In praeceps, pro Deorsum. Virgil. 1. Georg. 41. Atque illū in praeceps prono rapit alueus amni.

Ad praeni exitiumque praeceps. Cic. de Arusp. resp. 47. An ille demens, & iam prodem ad poenā, exitiumque praeceps, foedior atq; inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quàm in vniuerso Senatu vituperando fuit?

In omnia praeceps. Lucan lib. 2. 130.

– sed Cæsar in omnia praeceps,
Nil actum credens quum quid superesset agendum.

Ex praecipiti, E magno periculo. Horat. 2. Serm. saty. 3. 59.

– casus, medicinive leuarit Aegrum ex praecipiti.

Petere aliquid ex praecipiti. Ouid. 13. Metam. 76. Siquid adhoc audax, ex praecipitique petendum est.

In praecipiti est egiotus. Celsus lib. 2. cap. 6. de indiciis mortis quae ex alto sumuntur, Sed haec quidem potest paulo diutius trahere. In praecipiti verò iam esse denuntiat, quae liquida, eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis est.

¶ Praeceps, Locus altus, vnde quis se praecipitem dare facile possit. Plin. Paneg. 29. Nę ille siue interfuso mari, seu fluminibus immensis, seu praecipiti monte defenditur. Virg. 2. Aeneid. 92. Turrim in praecipiti stantem. Vbi Serrius, In praecipiti, In alto, vnde quis potest praeceps dari.

¶ Alea praeceps. Horat. 1. epist. 19. 5. Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat. Hoc est subita.

Amentia praeceps. Stat. 12. Thebaid. 155.

Annus praeceps. Sene. Here. furen. 3. 4.

Audacia praeceps. Claud. 1. in Ruffinum, 7.

Celeritate quadam dicendi praecipiti volubilis homo. Cic. pro Flacco, 38.

Certamen praeceps. Virg. 3. Georg. 21.

Currus praeceps. Virg. 3. Georg. 72. – nec quum
Praecipitem Oceani rubro lauit aequore currum.

Cursus praeceps. Lucan lib. 3. 59.

Praeceps dies. Liuius 4. ab Vrbe, 45. Praecipitiq; iam die curare corpora milites iubet. Id est ad Occasum proximo, seu vergēti. Senec. Agam. 6. 14.

Praeceps in noctem diei tempus causatus est. Curtius libro 4. non procul à fine.

Praecipites fossę. In quas quis potest praecipitari, Profundę. Virg. 11. Aeneid.
Pars in praecipites fossas vrgente ruina Voluitur.

Nondum praecipites cingebant oppida fossę. Ouid. 1. Metam. 20.

Fragor praeceps. Valer. 3. Argon. 81.

Furor praeceps. Cic. pro Domo sua, 70. Nullo labore, tuo praecipiti furori atque impio sceleri restitissem. Sene. Hippol. 6. 18.

Gloria praeceps. Stat. 10. Thebaid. 166.

Gradu praecipiti secreta mentis exercere. Sene. Here. Oeth. 4. 5.

Ira praeceps. Sene. Hippol. 4. 37. Stat. 10. Thebaid. 81.

Ardua per praeceps gloria vadit iter. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 15.

Lethum praeceps. Senec Hippol. 2. 36.

Locus praeceps. Cels. lib. 3. cap. 23. Cum quibus fugere oportet solem, balneum, venerem, loci praecipitis conspectum.

Decliuis & praeceps locus. Cæsar 4. bel. Gall. 584. Tantum vsu quotidiano & exercitatione efficiunt, vt in decliui ac praecipiti loco equos sustinere, & breui moderari ac flectere, &c.

In praecipitem locum se committere. Cic. 4. Acad. 123. Vt tamen in praecipitem locum non debeat se sapiens committere.

Locos praecipites vitare. Lucret. lib. 4. 104.

Praeceps in salum murus pedestre interceperat iter. Curtius lib. 4.

Nimbus praeceps. Valer. 1. Argonaut. 17.

Nox fuit praeceps. Ouid. 9. Metam. 98.

Palmites praecipites (inquit Columel. lib. 5. ca. 6. 27.) dicuntur qui de hortorinis virgis enati, in duro alligantur. hi plurimum fructus afferunt, sed plurimum matri nocent. Itaque, nisi extremis ramis, aut si vitis arboris cacumen superauerit, praecipitari palmitem non oportet.

Periculum praeceps. Celsus lib. 2. cap. 11. Ideoque vbi sanguinem mitti opus est, si incisa vena, praeceps periculum est.

Procellae praecipites. Stat. 5. Thebaid. 84.

Subitus discessus, & praeceps profectio. Cice. Attico, lib. 9. 181. 11. Ex epistola Attici.

Saxum praeceps. Ouid. in Ibin, 99.

Senectus praeceps. Id est decrepita. Curtius lib. 6. Ego cæteris lætus hoc vno torqueor, quōd praecipiti senectute diu fruitoa benignitate non possum. Nonagesimum & quintum annum agebat. Cic. Octauiano, 10.

O meam calamitosam & praecipitem senectutem!

Sententiae praecipites. Quintil. lib. 7. cap. 2. 31. In hac quaerentur sententiae, si fieri poterit, praecipites, vel obscuraę.

Praeceps in Occasum tol. Liuius 10. ab Vrbe, 110.

In tam praecipiti tempore ferret opem. Ouid. 2. Fast. 80.

Via praeceps. Quintil. in Proœm. lib. 6. 6.

Praeceps & lubrica via, Plana & stabilis, contraria. Cicero pro Flacco, 81. Quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitae, quam antè praecipitem & lubricam esse ducebat, huic planae & stabili praeponendam esse arbitretur?

Vnda praeceps. Stat. 6. Thebaid. 155.

¶ Abire praecipitem. Salustius in Catil. Sed ea sepe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat, cædis consciа fuerat, luxuria atque inopia praeceps abierat.

Adigere praecipitem. Virgil. 6. Aeneid. 119. – nec fumea tædis
Lumina, praecipitemque immani turbine adegit.

Praecipitem agere. Cice. 3. Verr. 4. Agunt eum praecipitem poenae ciuium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit. Vide AGO. Catull. ad Rauidum, 38. 1.

Quaenam te mala mens miselle Rauide
Agit praecipitem in meos iambos? Senec. Thebaid. 2. 60.

Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto. Virgil. 5. Aeneid. 92.

Agere aliquem de fundo praecipitem. Cic. pro Cecinna, 44.

Apes praecipites cadunt. Virg. 4. Georg. 16.

Capessere se praecipitem ad malos viros, Vide Capesso in CAPIO.

Curtimus praecipites. Iuuenal. Saty. 10. 9.

Decidere in praeceps. Ouid. 12. Metam. 68.

Deferor praeceps. Virgil. 10. eclog. 12.

Praeceps aerii specula de montis in vndas
Deferar. Vide DEFERO.

In mare praecipitem puppi deturbat ab alta. Virg. 5. Aeneid. 35.

Praecipitem dare, pro Eiicere & excludere. Terent. Phorm. 4. 3. 20.

Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò
Vno ore authores fuere, vt praecipitem hanc daret.

Praecipitem in terrā dare. Liu. 1. bel. Maced. 147. Nā ruentes saucio equo praeceps in terram datus, haud multum abfuit quin iacens opprimeret.

Dare aliquem praecipitem. Tacit. lib. 1. Reus in suggestu per Tribunum ostendebatur, si nocentem accusauerāt, praeceps datus trucidabatur.

Dare praecipitem è turre. Seneca Troade, 6. 43.

Dedit se praecipitem tecto. Horat. 1. Serm. saty. 2. 9.

Deiicere praecipitem. Cic. 6. Verr. 77. Quum iste imperat lictoribus vt Sopatrum de portico, in qua ipse sedebat, praecipitem in forum deiiciant.

Ire praecipitem. Catull. ad Coloniam, epigram. 17. 2.

Quendam municipem meum de tuo volo ponte
Ire praecipitem in lutum per caputque, pedesque.

Imus praecipites. Persius Saty. 3. 5.

Exturbatus è prouincia, praeceps. Cic. 6. Verr. 59.

Praecipitem ferri. Plin. lib. 8. cap. 18. 1. At vbi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim cura non est sobolis) fertur praeceps, odore vestigans. Cice. de Amicitia, 75. Obsequium multo molestius, quōd peccatis indulgens, praecipitem amicum ferri sinit.

Fertur praeceps in hostem. Virg. 3. Georg. 48.

Signa mouet, praecepsque oblitum fertur in hostem.

Cęcum & praecipitem me ferri confitear in causa. Cicero pro Plancio, 4.

Praecipitem amentia ferri. Cic. 7. Verr. 94. Errabas Verres, & vehementer

errabas, quum te maculas fortorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare, praeceps amentia ferebate, qui te existimares auaritię vulnera crudelitatis remediis posse sanare.

Fugit praeceps in exilium. Iuuenal. Saty. 10. 16.

Iacere aliquem in praeceps. Tacit. lib. 4. Per idem tempus Plautius Siluanus Prętor incertis causis, Aproniam coniugem in praeceps iecit.

Stellę praecipites cœlo labuntur. Virgil. 1. Georg. 73.

Sepe etiam stellas vento impendente videbis
Praecipites cœlo labi.

Mittere praecipitem de muro, Vide MITTO.

Mittere se toto corpore praecipitem ad vndas. Virg. 4. Aeneid. 51.

Patet in praeceps. Virgil. 6. Aeneid.

Bis patet in praeceps tantum, tenditque sub vmbras,
Quantus ad aetherium cœli suspectus Olympum.

Perturbare aliquem praecipitem ex ciuitate. Author ad Heren. lib. 4. 152.

Proiicere praecipitem in vndas. Virg. 5. Aeneid. 172.

Rapere aliquem praecipitem. Ouid. 3. Metam. 139.

Praecipites pariterque ruunt. Virg. 11. Aeneid. 135.

In praecipiti esse, pro In summo discrimine, apud Celsum lib. 2. cap. 6.

Praecipitem trahere. Virgil. 1. Aeneid. 62. Praecipitesque trahit syluas. Id est secum deorsum rapit arbores.

In praeceps volui. Ouid. 1. Metam. 64. Voluitur in praeceps.

Populum praecipitem vrgere. Lucan. lib. 1. 98.

Praecipito, praecipitas, penul. corp. (κρημνίζω, κατακρημνίζω, καταβροχίζω,) praecipitare, In praeceps deiicere. Terent. Adelph. 4. 2. 37.

– vbi eò veneris,
Cliuos deorsum vorsum est, hac te praecipitato. Cic. 5. de Finib. 55. In paruis enim sepe qui nihil eorum cogitant, siquando his ludentes minamur praecipitaturos alicunde, extimescunt. Plin. lib. 24. cap. 16. 9. Cum aceto bibitur ad difficultates vrinę & vesicę, & suspiria, praecipitatisq; ex alto. Cic. pro Cecinna, 37. Praecipitatus ex locis superioribus.

Pondera praecipitant ex supero. Lucret. lib. 2. 50.

Pondera quantum in se est, non posse obliqua meare,
Ex supero quum praecipitant: Hoc est praecipitanter ruunt.

Imbres praecipitare in gremium matris Terrę. Lucret. lib. 1. 51.

Quum verò deorsum per fauces praecipitauit. Lucret. lib. 4. 127. De cibo.

Viuus in occultas praecipitēris aquas. Ouid. in Ibin, 66.

Cedentem iuuenem retro praecipitat. Stat. 6. Thebaid. 158.

Ad terram se praecipitare de montibus. Lucret. lib. 4. 206.

Praecipitare sese de turri. Liu. 3. bel. Pun. 173.

Praecipitare se ex aliqua rupe. Plin. lib. 8. cap. 36. 4.

Praecipitare se in flumen. Cesar 4. bel. Gall. 111.

¶ Praecipitare palmitem, flagellum, & huiusmodi, pro Deorsum reflectere. Colum. lib. 4. cap. 24. Tum vnum flagellum si macrior humus erit, vel duo, & plenior, brachio cuique summittito, ea iugo superposita praecipitato. Id est, deorsum reflectito. Ibidem, Vt curuata & praecipitata per iugum nequeat terram contingere. Idem lib. 5. ca. 6. Quae pars palmitis praecipitata est, fructu induitur: at quae vinculo annexa sursum rendit, ea materias sequente anno praebet. Idem lib. 4. cap. 17. & 20. Cato cap. 32. Vites bene nodentur per omnes ramos, diligentérque caueto, ne vitem praecipites, & ne nimium perstringas.

¶ Praecipitare, Praecipitem agere. Celsus, Aurium dolores, inflammationes, interdum ad dementiam, mortemque praecipitant. Budaeus.

Ex altissimo dignitatis gradu praecipitari. Cicero pro Domo sua, 75.

Praecipitare ad exitium. Cice. ad Atticum, lib. 3. 55. 14. Quod si fuisset, fidem eandem, curam maiorem adhibuisses: me certè ad exitium praecipitantem retinuisses.

Praecipitari in insidias. Liuius 5. bel. Pun. 92. Gracchus fraudem & sermoni & rei abesse ratus, ac similitudine veri captus, cum lictoribus ac turma equitum è castris profectus, duce hospite in insidias praecipitatus. Sic 3. ab Vrbe, 179.

Praecipitant curae. Virg. 11. Aeneid.

– quanquam & sociis dare tempus humandis
Praecipitant curae, turbataque funere mens est. Id est, vrgent. longam enim dilationem sepultura non patitur.

Cursum praecipitare. Iuuenal. Saty. 15. 8.

Fata sua praecipitare. Lucan. lib. 7. 11.

Dira subit rabies, sua quisque, ac publica fata
Praecipitare cupit.

Ira & furor mentem praecipitant. Virgil. 2. Aeneid. 64.

Praecipitare moras. Virgil. 8. Aeneid. Praecipitate moras. Praecipitanter, id est festinanter abiicite. Seruius.

Spem praecipitare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 28. – caueque
Spem festinando praecipitare meam.

¶ Praecipitat hyems. Cæsar 3. bel. Ciuil. Multi iam menses transierant, & hyems iam praecipitauerat, neque Brundusio naues legionesque ad Cęsarem veniebant. Hoc est ad finem vergebat.

Lux praecipitatur aquis. Ouid. 4. Metam. 19.

Praecipitat Nilus, Praeceps ruit, & ex alto dilabitur. Cic. in Somnio, 19. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

auditu loquens, Nec est vllus hebetior sensus in vobis, sicut vbi Nilos ad illa quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus, ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. Hoc est, præcipitanter & festinanter cadit: vt est apud Virgilium 2. Aeneid.

– & iam nox humida cælo
Præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos.

¶ Præcipitare, Inconsyderate agere. Plaut. Trinũ. 5. 31. Nam qui in amore præcipitauit, peius perit, quàm si saxo saliat.

Præcipitare, cum infinitiuo. Silius lib. 3. 34.

– priscosque referre labores
Præcipitat. Hoc est festinat.

Præcipitans, penul. corre. præcipitantis, (κρημνίζων,) Participium, siue Nomen ex participio.

Discrimine nullo se præcipitans. Valer. 4. Argonaut. 60.

Impellere præcipitantes, aut vrgere iacentes, certè est inhumanum. Cice. pro Rab. Posth. 1. Idem pro Cluentio, 55. Hoc est ruentes in præceps.

Amnis præcipitans. Cice. 3. de Orato. 103. Quem in cadentibus guttis, quòd interuallis distinguuntur, notare possumus, in amni præcipitante non possumus. De Numero.

Præcipitante Repub. Cic. pro P. Sylla, Improbi ac perditi ciues, re domiti ac victi, præcipitante Repub. vehementem me fuisse atque fortem: cõseruata mitem ac misericordem fateretur. Id est corruente.

Præcipitans iam & debilitatus Tribunatus. Cicero pro Domo sua, 32. Tu tuo præcipitante iam & debilitato Tribunatu, auspiciorum patronus subitò extitisti.

Præcipitandus, Participium, (κατραβρυχιζόμενος,) vt Dare pectora præcipitanda saxis. Ouid. epist. 21. 39.

Præcipitanter, Aduerbium, (κρημνωδῶς,) Temerè, inconsyderatè. Lucret. lib. 3. 216. Currit agens mannos ad villam hic præcipitanter.

Præcipitantia, huius præcipitantiæ, (κατραβρυχισις,) Gellius lib. 6. cap. 2. Sicut lapidem cylindrum si per spatia terræ prona atque deruptaiacias, causam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps voluitur.

Præcipitatus, pen. pro. Participiũ, (κατακρημνισθείς,) vt Præcipitata ætas, Nutata & ad senium inclinata. C. Mattius ad Ciceronem, li. 11. 28. 13. An quod adolescẽs præstiti, quũ etiam errare cũ excusatione possem, id nũc ætate præcipitata cõmunem, ac me ipse retexã? Id est decrepita.

Iamque moræ spatium nox præcipitata negabat. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 10.

Præcipitatio, Verbale, (κατακρημνισις,) Seneca lib. 1. de Ira, Sed consilium amne & pœnitentiam irrenocabilis præcipitatio abscondit.

Præcipitium, præcipitii, (κρημνός,) Locus præruptus vnde præcipitari facilè potest.

Deferri per præcipitia. Quintil. lib. 1. cap. 10. 16. Est etiam non ineruditè ad declamandum ficta materia, in qua ponitur tibicen, qui sacrificanti Phrygium cecinerat, acto illo in insaniam, & per præcipitia delato, accusuri, quòd causa mortis extiterit.

Praecerpo, præcerpis, præcerpsi, præcerptum, (περιδρέπω,) præcérpere, Antè carpere. Plin. in Paneg. 98. Sũmumque illud purpuræ decus nonnisi præcerptum, præfloratumque transmittere. Hic per translationem. Plinius lib. 18. cap. 19. 3. Ne germinum tenera præcerpant. Valer. lib. 2. cap. 3. Nimirum non plura præcerpens quàm acciderant.

Præcerpunt iubas leoni. Stat. 9. Thebaid. 39.

Præcerpere fructum. Cice. 6. Verr. 72. Non præcerpo fructum officii tui, non alienam mihi laudem appero.

Praecertatio, (προτρόπη,) Verbale, à Præcerto, Author ad Herennium, lib. 4. 94. Mihi tecum præcertatio nõ est, ideo quòd Pop. Rom. me, nolo dicere ne cui fortè arrogans videar: te autem sæpe ignominia dignum putauit.

Praecido, præcídis, præcidi, præcísum, penul. prod. (ὑποτέμνω, ἀποτέμνω, ἐκκόπτω,) præcidere, Antè cædere, ante immolare, inquit Festus. Amputare, obtruncare. Plinius lib. 16. cap. 30. 3. Etsi infra quàm ramifuere, præcidatur, quod superest, viuit. Cicero pro Rabirio perduel. reo, 24. Etsi C. Marius quòd fistulas quibus aqua suppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac sedibus præcidi imperarat, &c. Idem 5. Tuscul. 77. At Cinna Collegæ sui Consulis Cn. Octauii præcidi caput iussit.

Anchoras præcidi imperat Cleomenes. Cic. 7. Verr. 70.

Cotem nouacula præcidere. Cic. 1. de Diuinat. 61.

Matum alicuius gladio præcidere. Cic. 2. de Inuent. 164.

Præcidere aliquem medium. Lucret. lib. 3. 128.

Præcidere amicitias, per translationem. Cice. 1. Offic. 169. Vt amicitias, quæ minus delectent & minus probentur, magis decere censent sapientes sensim diffluere, quàm repentè præcidere.

Causam belli præcidere. Horat. 1. epist. 2. 2.

Antenor censet belli præcidere causam.

Defensionem alicui præcidere. Cice. 5. Verr. 137. Postremò illa quidem certè tibi præcisa defensio est, in qua tu semper omnia tua furta, atque flagitia latere posse arbitratus es.

Dubitationem præcidere. Cic. 2. de Orat. 16. Et simul præcisa, inquis, mihi quidem dubitatio est, quoniam neque domi imperaram, &c.

Securi præcidere libertatem. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 13. 1. Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia præcisa est, quum eos præter me & Bibulũ, & Callidium, & fauonium nemo defenderet.

Licentiam libertatemque viuendi sibi præcidere. Cic. 5. Verr. 3.

Partem maximam defensionis alicui præcidere. Cic. 4. Verr. 107. Da mihi hoc, iam tibi maximam partem defensionis præcideris.

Spem alicuius rei præcidere, Auferre. Cicero 3. Verr. 13. Id sum assecutus, vt vna hora, qua cœpi dicere, reo audaci, pecuniosio, profuso, perdito, spem iudicii corrumpendi præciderem. Liu. 5. Decade, lib. 2. 186. Postquam legati ab Roma reuersi præciderant spem pacis. Idẽ 4. bel. Pun. 143. Ne spem reditus præciderent sibi. Cice. in Pisonem, 40. De reditu Gabinii omittamus: quem, etsi sibi præcidit, ego tamen, os vt videam hominis expecto. Liu. 4. ab Vrbe, 12. Et non præciditur spes plebeio quoque, si dignus summo honore erit, adipiscẽdi summi honoris.

¶ Præcidere, Id significat quod vulgus Quottare appellat, id est designare quotum quenque articulum, quotum quodque caput oppugnare velit litigator, ne in vniuersum admissus licenter tergiuersari, & idem euariare possit. Cicero 4. Academic. 141. Placet Stoicis omnia peccata esse paria: at hoc Antiocho vehementissimè displicet. Liceat tandem mihi consyderare vtram sententiam sequar. Præcide, inquit, statue aliquando quid libet. Id est signanter & præcisè desume. Translatio sumpta à fabrili more: nam fabri quod delecare serra volunt, prius linea ducta signant & præcidunt. Vel à more vestem lineam seri cimve venditantium, quod enim emptori addixerunt & admensi sunt, prius leuiter incidunt, quatenus mensura procedit, deinde abrũpunt: quando ita fert natura vestis, vt secundum præcisuram rectis lineis dirumpatur. Præcidere igitur non est simpliciter & in vniuersum aliquid dicere: sed designatè & præcisè: quod Græci ἀφορίσειν, dicũt. Budeus.

Præcidere sua authoritate aliquid ex oratione alterius. Cice. 4. Verr. 119. Velim quærere nunc ex ipso Metello quidnam sua vi & authoritate mihi ex hac oratione præciderit.

Præcidere. Cicero Attico, lib. 10. 207. 2. Quod quia planè quum in Formianum venisset præciderat, asperius ad te de eo scribere solebam.

Præcisus, pe. prod. Particip. (ἀποτετμημένος, ἀπότομος,) vt Præcisum caput. Plin. lib. 11. cap. 37. 65.

Cornu præcisum. Claud. de bello Get. 120.

Morte viri turbatus eques flectebat habenas:
Totique præciso mutassent agmina cornu,
Ni celer, &c.

Præcisa narratio, Concisa, & quod vulgus dicit abbreuiata. Quintilianus lib. 4. cap. 2. Simplex & vndique præcisa non tam narratio vocari potest, quàm confusio. Id est, Nihil habens non necessarium, præciso omni verborum ornatu.

Præcisa opitulandi potestas. Cic. ad Brutum, 15. 7, Oppressa ab impiis ciuitas opitulandi potestate præcisa.

¶ Præcisum, abruptum, & abscissum. Quintilianus lib. 10, Qui præcisis conclusionibus obscuri, Salustium atque Thucydidem superant. Et li. 7. Præcisam verborum comprehensionem appellant diffinitionem dialecticam, quæ difficilior est tractatu oratoria finitione. Metaphora inde tracta, quòd quę ꝓcisa sunt, ea sunt iusto concisiora & breuiora, indeque obscuriora. Vel à saxis præruptis, quæ ἀπόκρημνα dicuntur, vnde descensus durior est. Budeus.

¶ Præcisum. Dicitur pars carnis viscerum, hoc est circa quod viscera involuta sunt, quòd oras circuncisas habeat. Lucilius lib. 20. Illi præcisa atque epulis capiuntur opimis. Nam omasum dicitur intestinum pingue. Sipontinus ex Nonio.

¶ Præcisus, etiam dicitur mulierbria patiens. Seneca de Prouidẽtia. Quid porrò, non est iniquum, fortes arma sumere & in castris pernoctare, & pro vallo obligatis stare vulneribus: interim in vrbe securos esse præcisos, & professos impudicitiam? In quo sensu & verbum Præcido frequẽter vsurpatur Martiali, vt lib. 7. 61.

Reclusus foribus grandes præcidis Amillet
Et te deprendi, quum facis ista, cupis.

Præcise, pen. prod. (ἀποτόμως,) Aduerbium, Abruptè & abscissè. Gellius. Obscurè hoc & præcisè dictum.

Præcisè, Durè. Cicero ad Atticum, libro 8. 148. 3. Quibus literis ita respondit, vt ego nemini, cuius causam non reciperem, nunquam reo cui quam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcisè negaui, quàm hic mihi, planè sine vlla exceptione præcidit, nihil cognoui ingratius. Budeus.

Præcisè dicere, Id est compendio sermonis & per defectum & aliquid subintelligendum, inquit Budeus. Cicero 2. de Natura deorum, 100. Sed id præcisè dicitur, vt siquis dicat Athenienſium Rempub. consilio regi, desit illud Areopagi.

Præcisio, Verbale (ἀποτομή, ὑποτομή,) Cic. 3. de Ora. 112. Et huic cõtrariaſæpe præcisio est, & plus ad intelligendum, quàm dixeris, significatio, & distinctè concisa breuitas.

Præcitio est, quum dictis quibusdam, reliquũm quod cœptum est dici, relinquitur inchoatum, sic: Mihi tecum præcertatio non est, ideo quòd Pop. Rom. me nolo dicere, ne cui fortè arrogans videar: te autem semper ignominia dignum putauit. Author ad Herennium, lib. 4. 194.

Præcidineus, Adiectiuum, Præcidendũ, inquit Nonius. Varro de vita Populi Rom. li. 3. Quod humatus non sit, hæredi porca præcidanea suscipienda Telluri, & Cereri, aliter familia pura non est. Festus, Præcidaneam porcam dicebant veteres, quam immolare erant soliti antea, quàm nouam frugem incíderent. Cato de Re rust. cap. 141. Prius quàm messim facias, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet, Cereri, &c.

Praecingo, præcingis, præcinxi, præcinctum, (ὑποζωννύω, περιζωννύω,) præcingere, Cingere, vel anteriora cingere. Plautus Bacchid. 8. 28.

Inde ab hippodromo, & palestria, vbi reneniſſes domum
Cincticulo præcinctus, in sella apud magistrum assideres, &c. Sueton. in Cesare, cap. 45. Vsus fertur latoclauo ad manus fimbriato, nec vt vnquam aliter quàm super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Vnde emanasse Syllę dictum constat, optimates sępius admonentis, vt malè præcinctum puerum cauerent.

Ense præcingi. Ouid. 2. Trist. 54.

Auro fuluo præcingitur cetrix. Ouid. 14. Metam. 79.

Castris præcingere fluuium. Claud. de bello Get. 60.

Littora muro præcingere. Silius lib. 3. 40.

¶ Præcingere, Præparare. Plaut. Milite, 16. 44.

Idem & connexo in humero, lęuo expapillaro brachio,
Præcinctus aliquid simulato, quasi gubernator ſies.

Præcinctus, Participium. (περιζωσμένος,) Horat. 1. Serm. saty. 5. 7.

Hoc iter ignaui diuisimus, altius ac nos
Præcinctis vnum, minus est grauis Appia nobis.

Capilli præcincti flore. Ouid. epist. 4. 15.

Hic est Euphrates præcinctus arundine frontem. Ouid. 1. de Arte, 46.

Præcincti parietes opere testaceo, Obducti. Plini. epist. 256. Præterea architectus sanè æmulus eius, à quo opus inchoatum est, affirmat parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) impolita onera sustinere non posse, quia sint cemento medii farti, nec testaceo opere præcincti.

Pueri præcincti. Horat. 1. Serm. saty. 8. 14. – vt omnes
Præcincti rectè pueri, comptique ministrent?

Praecino, præcinis, pen. corr. præcinui, præcentũ, (προᾴδω,) præcinere, Antè canere, prædicere, prediuinare. Plin lib. 8. ca. 46. 2. Hi greges repentè lymphati futura præcinunt. Idem lib. 25. cap. 9. 5. Vtraque fortiuntur Galli, & præcinunt responsa. Cic. 4. Tuscul. 7. Nec verò illud non eruditorum temporum argumentum est, quòd & deorum puluinaribus, & epulis magistratuum fides præcinũt. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 3. Carmine quum magico præcinuisset anus.

Gemitum præcinere. Stat. 5. Sylu. 3. 12.

Ipse madens oculis, vmbratum, animęque sacerdos
Præcinerem gemitum.

Præmonstrare & præcinere. Cic. de Aruſp. respon. 18. Quis est ex gigantibus illis quos poetæ ferunt bellum diis immortalibus intulisse, tam impius, qui hoc tam nouo tantoque motu non magnum aliquid deos Populo Romano promonstrare & præcinere fateatur?

Præcentio, Verbale, (προᾴσμα,) Modulatio illa vocum quæ ante initiũ cantus fieri solet, quasi præludium. Cic. de Aruſp. resp. 19. Tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, procentio, ludi, libationes, epulęque ludorum. Gellius lib. 1. cap. 11. Tibicines inter exercitum politi canere incœpta bant. Ea illi præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam vis & impetus militum, ne sparsi dispalatique prouerent, cohibebatur, Quapropter & exordium, siue initium siue principium, siue proloquium, siue antiloquium, quidam prælodiũ, alii præcentionem ad similitudinem Græcorum, qui id prœmium nominant: propter ea quod ὕμνα cantus est.

Praecipitium, Vide PRAECEPS.

Praecipio, præcipis, penult. correp. præcípi, penult. prod. præcepitum, (προλαμβάνω, præcipere, Antè capere, præuenire, præoccupare. Virgil. in Buc. 3, eclog. 20.

Cogite oues pueri: si lac præceperit æstus,
Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis. Idem 9. Aeneid.

Exultatque animis, & spe iam præcipit hostem. Vbi Seruius, Præcipit, mente præoccupat hostis aduentum. Columel. de Arboribus, ca. 6. 1. Quamobrem neque fructum huberem præcipies, & nihilominus celeriter consenescet. Tacit. lib. 19. Simul ingens Germanorum vis per Rhætiam timebatur, & c. ni Antonius ipsum metuens festinato prelio victoriam præcepisset.

Iter præcipere. Lucan. li. 6. 3. Hoc iter æquoreo præcepit limite Magnus.

Pœnas præcipere. Silius lib. 6. 60.

Tunc sentor, magnas, inquit, de sanguine pœnas
Præcepit Tyrio, & præsumpta piacula mortis.

Gaudia præcipere. Cic. 13. Philipp. 381. Præcipias licet gaudia: non enim cum Pompeianis, sed cum vniuersa Republica bellum est: omnes te dii, homines, summi, medii, infimi, ciues peregrini, viri, mulieres, liberi, serui oderunt. Tacit. lib. 1. Quia speciem libertatis Piso præceperat.

Præcipere antè. Lucret. lib. 6. 161.

Carbonumque grauis vis, atque odor insinuatur
Quàm facilè in cerebrum, nisi aquam præcepimus antè?

¶ Præcipere, Antè videre. Virg. 6. Aeneid. 22. Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi. Legitur & percepi.

Præcipere animo, vel animis. Liu. 8. bel. Maced. 85. Consul quia non comminus pugnam, sed procul locis oppugnandis futuram præceperat animo. Ibidem, 1. 198. Non id quod animis præceperat: quæstus est non expectatum se ab Senatu, &c. Sic 7. ab Vrbe, 118. Adeò duorum militum euentum, inter quos pugnatum erat, vtraque acies animis præceperat. Ibidem, lib. 9. 25. Hæc frementibus hora fatalis ignominię adhuc nit, omnia tristiora experiundo factura, quàm quæ præceperant animis. Tacit. lib. 3. Præceperat animis orationem Patres.

Præcipere cogitatione futura. Cicero 1. Offic. 114. Quanquam hoc animi, illud etiam ingenii magni est, præcipere cogitatione futura, & aliquanto antè constituere quid accidere possit in vtranque partem.

¶ Præcipere, (ἐντέλλεσθαι, παραγγέλλειν,) est tum magistrorum, quod est præcepta tradere: tum magistratuum, & superiorum personarum. Salust. in Catil. Iudices rerum capitalium quibus præceptum erat. Idem in Iugurth. Micipsa pater meus moriens mihi præcipit. Teren. Adel. 3. 3. 70. Consentis ad eundem illis præcipio modum. Plaut. Pœnulo, 8. 17. Nos curabimus satis præceptum.

Præcipere atque interdicere. Cæsar 5. bel. Gall. 219. Præcipit atque interdicit, perterritis hostibus, atque in fugam coniectis (quod fore, sicut accidit, videbant) omnes vnum peterent Induciomarum.

¶ Præcipere, (κελεύειν,) Præmonere, instruere, docere. Vnde Præceptores, artiũ magistri, quorũ præcepta & præceptiones dicuntur. Plin. lib. 18. cap. 24. 6. Hesiodus qui princeps omnium de agricultura præcepit. Cic. pro Murena, 3. Quod si è portu soluentibus, si qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent, & tempestatum rationem & præsonum & locorum.

Facilè de aliqua re præcipere. Cic. 1. de Orato. 65.

Præcipere aliquid operosè. Vide Operosus in OPVS.

Præcipere artem. Quintil. lib. 3. cap. 1. Pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit.

Hic artem nandi præcipit, ille trochilo est docet. Ouid. 2. Trist. 97.

Hortari & præcipere. Cic. Luceio, li. 5. 13. 10. Nos erimus etiam in omni desperatione fortes, vt tu tamen idem & hortaris & præcipis.

Præcipere ne. Cic. de Amicitia, 64. Rectè etiam præcipi potest in amicitiis nequis intemperata quadam beneuolentia (quod persæpe fit) impediat magnas vtilitates amicorum.

Præcipere vt. Cic. de Amicitia, 54. Illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, vt nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus.

¶ Præcipitur, penul. correp. Impersonale. Plinius lib. 15. cap. 16. 1. In vniuersum de pomis seruandis præcipitur. Idem lib. 21. cap. 7. 7. Præcipitur ante omnia vt casti legant.

Præcepto, præceptas, (ἐντέλλομαι,) præceptare, Frequentatiuum, Sæpe præcipere. Festus, Præceptat in Saliari carmine. Id est sæpe præcipit.

Præceptus, Participium, (προλαμφθείς,) Ante captum, præuentum. Liu. lib. 1. Tempore illi præcepto. Cice. lib. 3. Tusc. Hæc cogitantem fore beatum, præsertim si & antè præceptis bonis contentus esset, nec mortem, nec deos extimesceret. Id est prægustatis, & antè captis.

Præceptum, huius præcepti, (παραγγελμα, ἐφετμοί, ἐφημοσυνή, ἐντολή,) Substantiuum, Monitum, admonitio, institutum, via, ratio. Cice. 1. Offic. 10. Neque vlla officii præcepta firma, stabilia, &c.

Monita & præcepta. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 9. Tuis monitis, præceptisque omnis est abiiciendus dolor.

Arcana præcepta, Vide ARCANVS.

Mira præcepta. Horat. 2. Serm. saty. 3. 7.

Patria præcepta. Lucret. lib. 3. 2. Id est paterna.

Ratio & præceptum. Cic. de Claris Oratorib. 143. Hermagoræ disciplina ea dat rationes certas, & præcepta dicendi: quæ si minorẽ habent apparatum (sunt enim exilia) tamen habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patientes vias.

Præcepta & instituta philosophiæ. Cic. 1. Offic. 1. Abundare oportet præceptis & institutis philosophiæ.

Periculosissimum præceptum. Quintil. lib. 1. cap. 6. 19.

Vniuersalia, vel perpetualia præcepta. Quintil. lib. 2. ca. 13. 10. Propter q̃ mihi semper moris fuit q̃ minimũ alligare me ad ꝓcepta, q̃ κατὰ λόγον vocantur est (vt dicamus quo possumus) vniuersalia, vel perpetualia.

Contrita præcepta, Vide CONTERO.

Præcepta artium. Cicero de Fato, Etenim si est diuinatio quælibet natura, à præceptis artis proficiscitur. Præcepta appello quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Sunt igitur astrologorum præcepta huiusmodi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

siquis, verbi gratia, oriente Canicula natus est, in mari non morietur, Alia exemplaria legunt percepta.

¶ Abundare præceptis & institutis philosophiæ, Vide ABVNDO.

Accelerare præcepta, Vide ACCELERO.

Accipere præcepta, Vide ACCIPIO.

Adimere nequitiam præceptis. Quintil. lib. 2. cap. 15. 22.

Agere præcepta, Vide Agito in AGO.

Alligare præceptis. Quintil. lib. 5. ca. 13. 46. Certis non inueniendorum modò argumentorum lecis, sed concludendorum quoque nos præceptis alligauerunt.

Amplecti præcepta. Claud. de bello Gildon. 65.

Contrahere præcepta in vnum. Ouid lib. 2. de Remed. amor. 6.
Tu tantùm numero pugna, præceptaque in vnum Contrahe.

Curare præcepta, Vide CVRO.

Demonstrare, aliquid præceptis. Quintil. lib. 6. cap. 5. 5.

Contrita & communia præcepta discere. Cic. 1. de Orat. 68.

Dare præcepta. Virg 4. Georg. 80.

Dare præcepta alicuius rei. Quintil. 3. cap. 3. 3. Quarum nos præcepta suo loco dabimus.

Dare præcepta de aliqua re. Cic. 2. Tusc. 98. Et 2. de Oratore, 43.

Viuendi præcepta dare. Cic. pro Flacco, 81.

Edocere præcepta. Virg. 5. Aeneid. 150.

Exequi præcepta alicuius. Virg. 6. Aeneid. 48.

Facessere præcepta alicuius, Facere, Frequentatiuè pro principali. Virg. 4. Georg. 110. Haud moratus continò matris præcepta facessit.

Amicis præcepta formare pectus alicuius. Hor. 2. epi. 1. 16.

Horrere præcepta alicuius. Catul. Argonaut. epigr. 59. 32. Sæua quòd horrebas prisci præcepta parentis.

Instillare præceptum auriculis. Horat. 1. epist. 8. 4.

Ponere signa nouis præceptis. Horat. 2. Serm. saty. 4. 1.

Veterum præcepta referre. Virg. 1. Georg. 35.

Respuere præcepta alicuius. Claud. 4. Paneg. 12.

Sancire præcepta. Quintil. lib. 2. cap. 13. 4. Neque enim rogationibus, plebiue scitis sancta sunt ista præcepta.

Sequi præcepta deùm. Virg. 4. Georg. 90.

Suppeditare præcepta. Lucan. lib. 3. 2.

Tenendum est hoc officii præceptum, nequem vnquam innocentem iudicio capitis accersas. Cic. 2. Offic. 51.

Tradere præcepta. Cicero in Ora. 62. Aristoteles tradidit præcepta plurima disserendi. Et 2. de Orat. 42. Qui dicendi præcepta traderent.

Præcepta & quasi vias quæ ad eloquētiā ferrent, tradere. Cic. in Ora. 78.

Tradere præcepta volandi. Ouid. 8. Metam. 42.

Vti præceptis alicuius. Ouid. 3. de Arte, 88.

Præceptio, præceptionis, (ὑποθήκη,) pro Præcepto. Cic. 3. Offic. 10. Itaque propria est ea præceptio Stoicorum, &c.

Præceptor, Verbale, (διδάσκαλος, διδάσκων,) Doctor, institutor. Cic. 3. de Oratore, 32. Neque disiuncti doctores, sed iidem erant viuendi præceptores atque dicendi. Idem 2. Philip. 39. Hunc tu eum authorē & præceptorem omnium consiliorum, totiusque vitæ debuisses habere. Et Lucceio, lib. 5. 13. 5. Hoc etiam fortiorem me puto quàm te ipsum præceptorem fortitudinis. Ouid. 1. de Arte, 4.
Aeacidæ Chiron, ego sum præceptor Amoris.

Arandi præceptor. Ouid. 6. Fast. 3.
Ecce deas vidi, non quas præceptor arandi
Viderat, Aeræus quum sequeretur oues. Hesiodum intelligit.

Magistros artium liberalium & viuendi præceptores habere. Cice. 1. de Inuentione. 52.

Authorem & præceptorem omnium consiliorum aliquem habere. Cicero 2. Philipp. 39.

Eloquentiæ præceptor. Quintil. lib. 2. cap. 8. 3.

¶ Acer & subtilis præceptor. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18.

Assiduus potius, quàm immodicus præceptor. Quintilianus lib. 1. cap. 24.

Egomesticus præceptor. Quintil. lib. 1. cap 2. 4.

Effusus præceptor. Quintil. lib. 2. cap. 2. 4. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus.

Latini dicendi præceptores. Quintil. lib. 2. cap. 4. 30.

Malignus præceptor. Quintil. lib. 2. cap. 2. 4.

Peridoneus præceptor, Vide PERIDONEVS.

Publici præceptores. Quintil. lib. 1. cap. 2. 1.

Sanctissimus præceptor. Quintil. lib. 1. cap. 2. 5.

Turpis præceptor, hoc est flagitiosus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.
Nam & esse potest turpis domesticus ille præceptor.

Abducere discipulum à præceptore, Vide ABDVCO.

Præceptrix, Verbale, fœm. ge. (διδάσκαλος,) Cice. 1. de Finib 68. Sapientia enim est vna, quæ mœstitiam pellat ex animis, quæ nos exhorteſcere metu non sinat, qua præceptrice in tranquillitate viui potest.

Præcipuus, Adiectiuum, (ἐξαίρετος, ἀμφοτέρων, ἀμφοτέρων,) Quod antè captum est, inquit Festus. Sumitur etiam pro magno & singulari, & non communi cum alis. Plautus Trinum. 15. 17.
Hic homo est omnium hominum præcipuus, voluptatibus, gaudiisque Anteponendus. Idem Rud. 5. 4. Hancine ego partem capio ob pietatem præcipuam? Terent. Adelph. 2. 3. 5.
Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, Fratrem homini neminem esse primarum artium magis principem.

Vir in eloquentia præcipuus. Quintil. lib. 6. cap. 3. 2. De Cicerone.

Circunueniendi præcipuus. Tacit. lib. 5. Præcipuus olim circunueniendi Titii Sabini, & tunc luendæ pœnæ primus fuit.

Præpositum, vel præcipuum. Cic. 5. de Finib. 21. Quoniam autem omne quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est nec bonū esse nec malum, hoc quod præpositum vel præcipuum nominamus.

Commune & Præcipuum, contraria. Cic. 5. Verr. 111. Quum ab omnibus non solùm id quod commune est, propter imperium, sed etiam (id quod istius præcipuum est) propter crudelitatem metueretur. Idem Attico, lib. 11. 222. 1. Non me offendit veritas literarum tuarum, quòd me cum communibus, tum præcipuis malis oppressum, ne incipis quidem, vt solebas, consolari.

Præter cæteros præcipuum quod mihi Consuli fuit, priuato cum cæteris commune est. Cic. pro Sylla, 6.

Par aliquid cum alio esse, & præcipuum, contraria. Cic. pro Ligario, 16. Vt enim cætera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium (quæ nequaquam fuerunt) hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, q. iusto cum imperio, ex s. c. in prouinciam suam venerat. Cice. 1. Offic. 20.

Artis præcipuæ opus. Ouid. 1. de Arte, 53.

Bonitas præcipua, Singularis. Plinius lib. 17. cap. 19. 5. Præcipua bonitas virgultorum tenuissimis partibus ad longitudinem palmi.

Præcipua cœnationum, id est Pręcipua cœnatio. Sueton. in Nerone, cap. 31, Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circunageretur.

Decus præcipuum. Ouid. 14. Metam. 167.

Dolor in hoc casu præcipuus est. Celsus lib. 8. cap. 10.

Dolore quodam præcipuo angi. Cic. Seruio, lib. 4. 3. 1.

Incommodum præcipuum. Cicero ad Atticum, lib. 11. 211. 1. Quod negas præcipuum mihi vllum incommodum impendēre, etsi ista res nullū habet consolationis, tamen etiam pręcipua multa sunt quę tu profectò vides & grauissima esse.

Idem ius cum cęteris, & Pręcipuum, contraria Cicero ad Atticum, lib. 6. 113. 12, Decreuit igitur Senatus vt ius diceretur ista lynagrapha, nunc ista habet iuris idem quod cętęrę, nihil pręcipui.

Pręcipuum venię ius habet ille liber. Ouidius 3. de Ponto, elegia 4. 4.

Laborem pręcipuum impendere. Virg. 3. Georg. 15.

Obses pręcipeus animi. Cic. Ante quàm iret in exilium, 18, Neque verò M. Tullius suum animum à vestra abalienauit potestate, quum pręcipuum vobis obsidem animi sui vestram reliquerit libertatem.

Singularis & pręcipua opera, Plancus Ciceroni, lib. 10. 9. 3.

Partes meę in ea causa pręcipuę fuerunt. Cic. pro Domo sua, 8.

Pręcipua remedia, Omnium longè vtilissima. Plin. lib. 11. cap. 49. 1.

Ossea sunt lupis, vulpibus, mustelis, viuerris, vnde etiam calculo humano remedia pręcipua. De genitalibus.

Pręcipuus & proprius sensus. Cic. de Prouinc. Consul. 1, Pręcipuum illum & proprium sensum dolorismei, &c. ad vlciscendi tempora reseruabo.

Præcipuum ad, Optimum. Plin. lib. 8. cap. 27. 1. Est & ad serpentis ictum præcipua.

Præcipuum contra, Saluberrimum. Plin. lib. 8. cap. 32. 7. Contra morsus verò præcipuum remedium ex coagulo hinuli in vtero occisi.
Rerum præcipua. Tacit. li. 4. Quibus præcipua rerū ad famā dirigēda.

Pręcipuè, Aduerbium, (ἐξαιρέτως, πρόσεστιν,) Ante alia, potissimum. Cic. ad Curionē, lib. 2. 5. 16. Non enim mihi tam mea salus chara fuit, in qua pręcipuè sum ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iuuanda. Idem de Oratore, Hæc vna res in omni libero populo maximęque in pacatis tranquillisque ciuitatibus pręcipuè semper floruit, semperq; dominata est. Virgil. 2. Georg. 75. Pręcipuè dum frons tenera, impraudensque laborum.

Decorus pręcipuè est deo color albus. Cic. 2. de Legibus, 72.

Infœlix pręcipuè. Virg. 1. Aeneid. 144.

Diligentia pręcipuè nobis colenda est. Cic. 2. de Orat. 81.

Commendare pręcipuè quosdam alicui. Cic. Acilio, lib. 13. 33. 1.

Nihil datū pręcipuè esse homini à natura dicemus. Cice. 2. de Finib. 176.

Debere pręcipuè isti generi hominū videmur. Cic. Qu. fratri, lib. 11. 4. 2.

Obseruare pręcipuè aliquem. Brutus Ciceroni, lib. 11. 19. 2.

Vnum illud te pręcipuè rogo. Cic. Appio, lib. 3. 8. 33.

Nequid tibi pręcipuè timendum putes, eo animo sis velim. Cicero Plancio, lib. 4. 14. 10.

Pręcipuè aliquid appetere, & In communi iure viuere, contraria. Cicero 2. de Lege agra. 64. Nihil sibi apperit pręcipuè Pompeius, nihil vult se in communi, atque eodem, quo cęteri, iure versari. Idem pro Rabirio perduel. 10, 2. Labor in hoc defendendo pręcipuè meus est, fluctium

ctium verò conseruandi hominis cōmune mihi vobiscum esse debebit.

Praecisus, Vide PRAECIDO.

Praeclamitatores, dicebantur qui flammineum Dialem antecedebant clamitantes, vt homines ab operibus abstinerent, quia ei opus facientem videre irreligiosum erat. Hęc Sipontinus ex Festo apud quem corruptè legitur prætiamitatores.

Praeclarus, pen. prod. A die clituum, (πεφανερωμένος, πολυτίμητος,) Vahis clarum significat.

Clarus & præclarus, figuratè accipiūtur pro eo qui tanquam fulgore quodam famæ & gloriæ resplendet. vnde Clarissima & præclarissima gesta dicimus. Sed præclarus nonnunquam pro bono reperitur apud Ciceronem, sicut apud eundem Luculentus pro Magnus: vt 7. Philip. 228. Luculentam tamen ipse plagam accepit. Ibidem, 3. 143. O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum! Non claritas in custode desyderatur, sed probitas. Ergo præclarum pro bono posuit. Idem de Amicitia, 9. Cum illo vero quis neget actum esse præclarè? Et paulo pōst, 14. Cum illo quidem (vt suprà dixi) actum est optimè, mecum incommodius. Nam non suprà dixerat, actum cum illo optimè, sed præclarè. Verum ideo sic dixit, quia præclarè & optimè idem roboris & virium in significatione obtinent. Hæc Valla lib. 4.

Commemorandus & præclarus. Cic. 1. Verr. 26. O commemoranda iudicia, præclaram que existimationem nostri ordinis.

Præclarus & luculentus. Cic. 4. Philip. 155. Præclara & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobauistis.

Præclari & nobiles in philosophia. Cic. 1. de Orat. 24.

Armis præclari. Stat. 3. Thebaid. 57.

Eloquentiæ, ac fidei præclarus. Tacit. lib. 4. Titus Liuius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis, Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, vt Pompeianum eum Augustus appellaret.

Eximia plerisque & præclara, parua ducere, eaque ratione stabili firmique contemnere, fortis animi magnique ducendum est. Cic. 1. Off. 96.

Præclarus ad. Cic. 6. Verr. 104. Nam & situ est cum munito, tum ex omni aditu vel terra vel mari præclaro ad aspectum.

¶ Conscientia præclara. Cice. ad Atticum, lib. 10. 105. 5. Præclara igitur conscientia fuistentor, quum cogito me de Repub. aut meruisse optimè, quum potuerim, &c.

Defensio præclara. Cic. 6. Verr. 7. O dii immortales præclarā defensionē?

Facies præclara. Lucret. lib. 5. 136.

Fama præclara. Claud. de Nupt. Honorii, 74.

Fama præclara de Afranio. Cic. ad Atticum, lib. 7. 144. 2.

Funus præclarum. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 8.

Magnificum & præclarum genus dicendi. Cic. 1. de Orat. 50. Et in Ora. 8.

Egregia quædam & pręclara indoles. Cic. 1. de Orato. 65.

Indole præclara iuuenis, admirabilique cōstantia. Cic. ad Brutū, lib. 10. 3.

Laudātio præclara. Cic. 4. Verr. 9.

Lux præclara. Lucret. lib. 2. 106.

Nomen præclarum. Lucret. lib. 6. 1.

Operibus suis præclaris lætari. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 21.

Plena & præclara pecunia. Cic. pro Rosc. Amer. 4. Is à vobis Iudices, hoc postulat, vt quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque pręclaram nullo iure inuaserit, quoniamque ei pecuniæ vita, &c.

Opima & pręclara prædā. Cic. pro Rosc. Amer. 5.

Prædium præclarum & propinquum. Cic. pro Rosc. Amer. 79. Plura pręterea prædia, neque tamen vllum nisi præclarum & propinquum.

Proles præclara. Valer. 2. Argonaut. 30.

Res præclara. Horat. 1. Serm. saty. 2. 2.
– sui cur atque parentis
Præclaram ingrata stringat malus ingluuie rem.

Ad discendum iuuentuti præclara res. Cic. pro Sestio, 83.

Senator præclarus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 22.

Sol præclarus. Lucret. lib. 5. 25.

Stirps pręclara. Virgil. 4. Georg. 64.

Triumphus præclarus. Claud. 3. de raptu Proserp. 66.

Vrbem præclaram statuere. Virgil. 4. Aeneid. 131.

Vultus præclarus. Lucret. lib. 4. 203.

Pręclare, pen. prod. Aduerbium, (ἀξιοφανῶς,) Cic. 6. Verr. 86. In eo Chrysae est simulacrum, pręclarè factum è marmore.

Pręclarè actum nobiscum. Cic. 5. Verr. 6. Quis hoc non perspicit, præclarè nobiscum actum iri, si Populus Rom. istius vnius supplicio contentus erit? Ibidem, 5. 58. Vt secum pręclarè agi arbitrarentur, si, &c. Idē 4. Acad. 136. Pręclarèque agi secum putet, si, &c.

Dicitur pręclarè à sapientibus, Vultu sępe lędi tur pietas. Cicero pro Rosc. Amer. 22.

Pręclarè datur, Præclarè medetur. Hoc est commodè, optimè. Plin. li. 26. ca. 15. 10. Diftami folia præclarè dantur ex aqua. Idē lib. 20. ca. 13. 3.

Cum lomento ifrumis illitum, opertumque brassica præclarè medetur.

Præclare explicare. Cic. 1. Academ. 48.

Præclarè facere. Cic. 3. de Finib. 13. Pręclarè, inquit, facis, quum & eorum memoriam tenes, quorum vtrque tibi testamento liberos suos commendauit. Idem 3. Philip. 141. Pręclarè igitur fecitis Trib. plebis, qui de præstitio Consulum, Senatusque referatis.

Præclare gesse suum negotium. Cic. pro Rosc. Comœdo, 20.

Præclarè se habere. Cic. 4. Verr. 106. Omnino præclarè te habes, quum is ordo, atque id genus hominum quod optimum atque honestissimum est, & quo vno & summa Reipub. &c.

Præclarè intelligere aliquid. Cicero Cluuio, lib. 13. 8. 2. Etsi non sum nescius & quę temporum ratio, & quę tua potestas sit, tibiique negotium datum esse à Cæsare, non iudicium præclarè intelligo.

Meminisse præclarè. Cic Marcello, lib. 4. 7. 2. Ego eum te esse, qui horum malorum initia multo antè videris. Consulatum magnificentissimè atque optimè gesseris, pręclarè memini.

¶ Pręclare, Approbantis vocabulum, & annuentis. Cicero 8. Philip. 249. de M. Pompilio, Dixitque se non antea renuntiaturū Senatui, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset, quàm ex illa circunscriptione excederet. Præclarè: Senatus enim faciem secum attulerat. Idem 13. Philip. 249. Pacem velit M. Lepidus. Pręclarè: si talem potest efficere, qualem nuper effecit.

Praeclauum, (κεφαλαντόνιμον,) pars vestis, quæ ante clauum vnum texere. Nonius.

Praecludo, præclūdis. penult. prod pręclū, pręclūsum, penult. prod. (ἀποκλείω,) pręcludere, Antè cludere. Cicero pro Plancio. 78. Nam maritimos cursus pręcludebat hyemis magnitudo. Cęsar 2. bel Ciuil. 70. Deductis tribus in arcem oppidi cohortibus à Varrone prędiū, per se cohortes eiecit, portasque pręclusit.

Aditum custodi patriæ pręcludere. Cicero Ante quàm iret in exilium, 5.

Animus ad exponendam rei indignitatem pręcluditur. Cice. Ante quàm iret in exilium, 9.

Pręcludere sibi curiam. Cic. in Pisonem, 51. Quòd si non tuis nefariis in hunc omnem contumelias in perpetuum tibi curiam pręclusisses, &c.

Iter pręcludere. Ouid. 14. Metam. 158.

Omnia pręcludere effugio. Ouid. 1. de Arte, 5.
Hospitis effugio pręclusserat omnia Minos:
Audacem pennis repperit ille viam. De Dedalo.

Pręcludere omnem orbem terrarum alicui. Cic. 7. Verr. 112. Iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè patuit, ciuibus Romanis ista defensione pręclusseris.

Portus pręcludere classi. Lucan. lib. 9. 8.

Speciem videndi pręcludere. Lucret. lib. 1. 66.
Inuida pręclusit speciem natura videndi.

Transitum pręcludere. Columella lib. 6. cap. 18. 1. Incremento suo transitum cibis pręcludit.

Vsus vocis pręcluditur. Ouid. 2. Metam. 132.

Pręclusus, penul. prod. Participium, (ἀποκλεισθείς,) vt Fores pręclusę. Propert. libro 2. eleg. 2. 5.

Pręclusos esse alicui aditus misericordiæ iudicum. Per translationem. Cice. 7. Verr. 17. Facile ostendam tua crudelitate in alios, omnes tibi aditus misericordię iudicum tam pridem esse pręclusos.

Pręclusa ciuibus expectatio incolumitatis. Cicero Ante quàm iret in exilium, 5.

Foramina pręclusa. Quintil. lib. 1. cap. 11. 4. Sic appellatur cantus tibiarum, quę pręcluūs, quibus clarescunt, foraminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum reddunt.

Ianua pręclusa. Ouid. 1. Metam. 133.

Vox pręclusa. Claud. 4. Panegy. 55.

Praeco, præcōnis, masculi gen. (κῆρυξ, ἀγορανόμος,) Pręcones à pręcinendo dicti sunt, quasi pręcanes, quòd ante canant & annuntient quod est faciendum. Vel, vt ait Priscianus, à pręcinendo, id est valde canendo. Sunt enim qui iussu magistratus publicè aliquid ore denuntiant, qui auctionem faciebant, & qui audientiam in theatris indicebant. Plautus Pœnulo, 2. 11. Exurge pręco, fac populo audientiam. Idem Stichо, 4. 40. Hęc verba subigunt nunc me, vt mores barbaros Discam, atque vt faciam pręconi compendium. Cęsar 5. bel. Gall. 189. Pręconibusque circumiussis, pronuntiari iubeat, seu quis Gallus, seu quis Romanus velit ante horam tertiam ad se transire. Cic. 3. Verr. 53. Tum repentè ille testes citari iubet, dicit vnus & alter breuiter, nihil interrogantur, pręco dixisse pronuntiat. Sic Quintil. lib. 11. cap. vltimo, Ergo quum iudex in priuatis, aut pręco in publicis dicere de causa iusserit, leniter consurgendum.

Citat pręco maxima voce legatos Aemonenses. Cic. pro Flacco, 16.

Declarare victorem voce pręconis. Virgil. 5. Aeneid. 49.
Victorem magna pręconis voce Cloanthum
Declarat.

Pręco prędicat. Cic. 1. Verr. 32. Si palām pręco iussu tuo prędicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire partes, &c. Idem pro Quintio, 29. De quo homine pręconis vox prędicat, & pretium conficit.

Sub pręcone subiici. Cice. pro Domo sua, 42. Vt Cyprius rex, &c. cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus bonis sub præcone subiiceretur. Et pro Sestio,48. Præconi publico subiiceretur.
Subiicere sub præcone nõ solùm fortunas, sed etiam victum vestitumque necessarium alicuius. Cic. pro Quintio, 18.
Voci præconis bona ciuium subiicere, & hastam in foro ponere. Cice. 2. Offic. 122.
Per præconem vendere aliquid. Cic. 3. de Nat. deorum, 122.
Actionum præco Iurisconsultus. Cic. 1. de Orato. 121.
Ludorum præcones. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 31. Multi denique reprehendant, & dicant verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui quum cæteris coronas impositurint victoribus, &c.
Preco virtutum alicuius. Cic. pro Archia, 18. O fortunate, inquit, adolescens, qui tuę virtutis preconem Homerum inueneris.
Præconium, præconii, (κήρυγμα, κλεοφήμη,) Præconis vox. Suetoni. de Nerone, Et preconio vbique contendit. Plautus Mengh. 24. 94.
– scitin' quid ego vos rogo?
S. Quid? MB. S. preconium vt mihi detis. MB. N. dabitur ergo nũc iã, MB. S. Vis conclamari auctionem fore quidem? Cice. Lepte, lib. 6. 18. 1. Rescripsit eos, qui facerent preconium, vetari esse in Decurionibus: qui fecissent, non vetari. Et paulo pòst, 2. Eos qui aliquando preconium fecissent, in municipiis Decurionesse non licere.
Acerbum præconium. Cicero pro Rabirio Posthumo, 18.
Deferre alicui præconium. Cic. ad Atticũ, lib. 13. 269. 1. Ligatianam preclarè vendidisti posthac quicquid scripsero, tibi preconium deferam.
Præconium laudum. Cic. pro Archia, Qui non mandari versibus æternũ suorum laborum facile præconium patiatur.
Domestico præconio stultitiæ suę quamplurimos testes colligere. Cice. 2. de Orato. 48.
Magna quidem de te rumor præconia fecit. Ouid. epist. 15. 28.
Homeri præconio Achillis hasta nobilitata. Plin. lib. 16. cap. 13. 1.
Carmina vestrarũ peragunt preconia laudum. Ouid. 4. de Póto, eleg. 8. 9.
Tribuere præconium. Cicero Lucceio, lib. 5. 12. 28. Vt mihi nõ solùm preconium quod quum in Siggum venisset Alexander, ab Homero Achilli tributum esse dixit: sed etiam graue testimonium impertitum clari hominis magnique videatur.

Praecognosco, precognoscis, præcognoui, penul. prod. præcognitum, penul. correp. (προγινώσκω,) præcognoscere, Ante cognoscere. Rarum est. A quo
Præcognitus, penul. correp. Adiectiuum. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 15. 9. Quòd si latro præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei.

Praecolo, præcolis, penul. correp. præcolui, præcultum, (προγυμνάζω,) præcolere. Ante colere, preparare. Cic. in Partit. 42. Sunt autem alii quidam perfecti animi habitus ad virtutem quasi præculti & præparati rectis studiis & artibus. Quintil. lib. 11. cap. 1. Ipsum etiam eloquentiæ genus alios aliud decet. Nam neque tam plenum & erectum & audax & præcultum senibus conuenerit, quàm præsum & mite & limatum.

Praecompositus, penul. correp. (προκατασκευάζω,) Participium, siue Nomen ex participio, Præparatus. vt Præcompositum os. Ouid. 6. Fast. 135.
Nox erat, & vinis oculique, animique natabant,
Quum præcomposito nuntius ore venit.

Praeconceptus, Adiectiuum, (προσυλλαμβάνω,) Ante conceptus. Plin. lib. 7. cap. 82. 1. de specubus, Præconceptum enim spiritum exhalant, quod, &c.

Praeconsumo, præconsumis, penul. prod. (προκαταναλίσκω,) præconsumere, Ante consumere. Ouidius pro Consumere posuit, lib. 7. Metam. 99.
– vtilius bellum putat esse minari,
Quàm gerere, atque suas ibi præconsumere vires:
Preconsumptus, Participium, (προκαταναλωθείς,) Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 13.
Et quoque non minimum vires afferre recentes,
Nec præconsumptum temporis esse malis.

Praecontrecto, præcontrectas, (προψηλαφάω,) præcontrectare, Ante contrectare. Ouid. 6. Metam. 96.
Spectat eam Tereus: præcontrectatque videndo.

Praecoquo, præcoquis, penul. correp. præcoxi, præcoctum, (πρόψω,) præcoquere, Ante coquere, seu maturare. Pli. lib. 18. ca. 29. 7. A cinique præcoquitur in callum. Idem lib. 14. ca. 9. 2. Quidam è quacũque dulci, dum præcocta alba faciunt siccantes sole.

Praecordia, præcordiorum, n. g. pluralis numeri, (πρεμνοφρόνια,) Membranæ quæ exta separant ab inferiore viscerum parte. Dicta quia cordi prætenduntur. Plin. lib. 11. ca. 37. 95. Exta hominis ab inferiore viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur, quod Græci appellauerunt phrenas. Omnia quidem principalia viscera membranis propriis, ac velut vaginis inclusit prouidens natura. Cic. 5. de Finib. 158. Fœlix rursus quum is ipse annulus in præcordiis piscis inuentus est. De Polycrate.

Præcordia (inquit Plinius lib. 30. ca. 5. 6.) vocamus vno nomine exta in homine, quorum in dolore cuiusquòque partis si catulus lactens admoueatur, apprimaturque his partibus, transire in eum morbus dicitur.
Subter præcordia cupiditatem locauit Plato. Cic. 1. Tuscul. 34.
Ferrea præcordia. Ouid. epist. 10. 22.
Flagrantia præcordia. Iuuenal. Saty. 13. 19. Id est commota, & irata.
Inquieta præcordia. Horat. Epod. 5. 20.
Mollia præcordia. Ouid. 1. Metam. 111.
¶ Aperit præcordia Liber. Horat. 1. Serm. saty. 4. 18.
Excutiendà dare alicui sua præcordia. Pers. Saty. 5. 3.
Intima mouere præcordia. Ouid. 4. Metam. 102.
Mutare præcordia, Mutare animum. Propert. lib. 2. eleg. 4. 5. Alter sæpe vno mutat præcordia verbo.
Genibus premere præcordia alicuius. Ouid. 12. Metam. 28.
Virtus redit in præcordia. Virgil. 2. Aeneid. 74.
Stertere totis præcordiis. Quintil. lib. 4. cap. 2. 87.
Ligno fisso transit præcordia. Virgil. 9. Aeneid. 83.
Vincta præcordia duro ferro. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 13.

Praecorrumpo, præcorrumpis, (προφθείρω,) præcorrumpere, Antea corrumpere. Ouid. 14. Metam. 27.
Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit, &c.
Præcorruptus, (προφθαρτός,) Participium, vel Nomen ex participio. Ouid. 9. Metam. 60.
Illa quidem venit sed præcorrupta, meumque
Quæ donare caput Iunoni vellet iniquæ.

Praecox, præcocis, penul. prod. & vt in quibusdam legitur exemplaribus, præcoquis, penul. correp. om. generis, (πρωϊμος,) Præcox ficus. Præcocia poma, quæ ante solitum tempus maturescunt. Valla, Præcox fructus, præter morem cæterorum coctus, siue ante cæteros. Plin. lib. 15. cap. 12, post Autumnum maturescunt perficiæstate præcocia intra triginta annos reperta, & primò denariis singula vænundata. Colum. lib. 3. cap. 21, Præcoques vites. Ibidem, cap. 9. 6, Ex vna precoque vite.
Præcoquem maturitatem contrahere. Colum. lib. 1. cap. 6. 13.
Quæ sumi quodam tenore præcoquem maturitatem trahunt.
Fatum præcox. Senec. Thebaid. 1. 50.
Ingenium præcox, Quod numis citò maturitatem consecutum est, nimisque citò videtur adoleuisse. Quintil. lib. 1. cap. 3. 3. Illud ingeniorum velut præcox genus, haud temere vnquam peruenit ad frugem.
Modestia præcox. Stat. 2. Sylu. 1. 8. Hinc me forma rapit, rapit inde modestia præcox.
Risus præcox. Plin. lib. 7. in Præf. 3, At hercule risus præcox ille & celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur.
¶ Præcox, Immaturus. Ennius Annalium lib. 8, Præcox pugna est.
Varro Synepheba, Verere ne manu nõ mittat quum octo medicarios honestos audiselmus dare posse. mittet. quòd si non mittet, fugies, si me aut dies: quum tempus reuocat, ea est præcox fuga.
Præcõquus, pe. cor. Idem (πρώϊος,) Martial. lib. 13. 46.
Vilia maternis fueramus præcoqua ramis,
Nunc in adoptiuis persica cara sumus. Colum. lib. 12. cap. 37.
Vuas præcoquas quàm maturissimas legito.

Praecrassus, Adiectiuum, (πολυπαχύς,) Valde crassum significat. Pli. lib. 16. cap. 8. 4. Cortex præcrassus ac renascens.

Praecurro, præcurris, præcurri, præcursum, (προτρέχω, προθέω,) præcurrere, Antè currere, siue Citò antè ire. Terent. Eunuch. 3. 2. 46. – abi, præcurre, vt sint domi
Parata omnia. Plautus Amph. Me captas: quia tute ab naui clanculò alia via præcurristi. Cæsar 6. bel. Gall. 142. Præcurrunt equites: quàro res sit in periculo cognoscunt.
¶ Præcurrere, Præcedere, antegredi. Cicero 1. de Diuinat. 192, Sed ita à principio inchoatum esse mundum, vt certis rebus certa signa præcurrerent. Budæus.
Appetitus ne præcurrant rationem. Cic. 1. Offic. 143. Efficiendum est autem vt appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant.
Neque hoc quicquam esset turpius, quàm cognitioni & perceptioni assertionem approbationemque præcurrere. Cic. 1. Academ. 65.
Præcurrit hyemem maturitas eius. Colum. lib. 3. cap. 1. 6. Præcoques quarum maturitas frugum præcurrat hyemem.
Aetate aliquem præcurrere. Cic. in Orat. 101. Horum vterque Isocratem ætate præcurrit, vt eos moderatione, non inuentione vicerit.
Albis equis præcurrere aliquem. Horat. 1. Serm. saty. 7. 2.
Vitâ præcurrere aliquem, Id est vitam, quàm alius, meliorem & feliciorẽ agere. Horat. 1. epist. 10. 7.
– licet sub paupere tecto
Reges, & regum vita præcurrere amicos.
¶ Præcurrere alicui, pro Anteuertere, occupare. Cicero in Catil. 91. Atque hæc, nõ vt vos, qui mihi studio penè præcurritis, excitarẽ, locutus sum.

sum. Idem 3. de Orato. 137. Vobis verò illum tanto minorem præcurrere vix honestum est. Budæus.
Hominem plurimorum studio, atque omnium bona existimatione munitum, vt homo iners sine officio, sine ingenio, cum infamia, nullis amicis septus præcurrat, sine magna culpa negligentiæ fieri non potest. Qu. Cic. de Petit Consul. 19.
Amor votis suis plerunque præcurrit, Id est vota sua spe & festinatione præuenit. Plin. in epist. Budæus.
Iudicium præcurrit amicitia, tollitque experiendi potestatem. Cicero de Amicit. 56.
Præcurrere aduentum alicuius in aliquem locũ. Plin. epist. 114. Scio, quæ tibi causa fuerit impedimento, quo minus præcurrere aduentum meũ in Campaniam posses. Hoc est præcedere me in Campaniam.
Præcurrens, huius præcurrentis, (προτρέχων,) Præcursio quam Boetius Præcursoriam causam vocat. Cice. in Partit. 5. Vt primordia rerum & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti.
Præcursus, huius præcursus, (προθέωμα,) Plin. lib. 16. cap. 25. 10. Omnia intra VIII Idus Iduum Eteriarum præcursu.
Præcursio. Verbale, Idem, (προθέωμα,) Cic. de Fato, 66. Itemque illi qui ab hoc dissentiũt, cõtentea nõ fieri assensiones sine præcursione visorũ.
Præcursio, pro Præcursoria causa, & præcurrente. Cice. in Topic. 30. Alia autem præcursionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per se adiumenta, &c.
Præcursor, (προθέωρος,) Aliud verbale. Cic. 7. Verr. 82. Quem ille in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat & emissarium. Idem Cice. 4. Verr. 4. excursorem vocat.

Praeda, huius prædæ, (λεία, λάφυρα, ἐκβολεία, ἐκβολεία, πτεινομή, πρόνομαι,) Dicitur à pariendo, vt ait Varro, quasi parida, quòd manu parta sit. Præda, inquit Gellius libro 13. cap. 23. propriè dicitur corpora ipsa rerum quæ capta sunt.
Victor erat prædæ, præda pudenda suæ. Ouid. 2. de Arte, 82.
Ceruos præda est canum. Ouid. 11. Metam. 6.
Præda & rapinæ. Cassius Ciceroni, lib. 12. 12. 8. Quas ob res milites tuere, si eos mirificè de Repub. meritos esse animaduertis & effice, ne quem pœniteat, Rempub. quàm spem prædæ & rapinarum, sequi maluisse.
Copia prædæ. Ouid. 1. Fastorum, 137.
Cupido cæca prædæ. Ouid. 3. Metam. 124.
¶ Captiua præda. Claud. 3. de raptu Proserp. 68.
Facilis præda. Claud. 2. in Eutropium, 113.
Fera præda. Ouid. 7. Metam. 6.
Hostibus, aut auido dabitur fera præda draconi.
Feralis præda. Claud. de bello Getico, 123.
Genialis præda. Ouid. 1. de Arte, 25.
Ducuntur raptæ genialis præda, puellæ.
Humiles prædæ. Claud. 1. Panegy. 5.
Ingens præda. Stat. 10. Thebaid. 51.
Nefanda præda. Ouid. 8. Metam. 18.
– fatali natã parentem
Crine suum spoliat, prædaque potita nefanda,
Fert secum spolium.
Opima præda. Horat. Epod. 10. 5.
Onerosa præda, Vide Onerosus in ONVS.
Perpetua præda, Vide PERPETVVS.
Recens præda. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 6.
Ipse ego præda recens, factum modò vulnus habebo.
Tenera præda. Horat. 3. Carm. ode 27. 11.
¶ Accingere se prædæ, Id est ad prædam. Virgil. 1. Aeneid. 43. Illi se prædæ accingunt, dapibusque futuris. Id est studiosè parant. Seruius.
Spe prædæ adduci. Cæsar 4. bel. Gall. 594.
Adseruare prædam. Stat. 10. Thebaid. 7.
Agere prædam, Vide AGO.
Amittere prædam, Vide AMITTO.
Ardere amore prædæ & spoliorum. Virgil. 11. Aeneid. 107.
Auertere prædam, Vide AVERTO.
Auctus præda, Vide AVGEO.
Capta crudelissimè ex fortunis alicuius præda. Cic. pro Domo sua, 113.
Conuectare prædas, Vide Conuecto in CONVEHO.
Corrumpere prædam, Vide CORRVMPO.
Diteffere prædã. Lucret. lib. 5. 251.
Diuisa præda est. Senec. Agamemn. 6. 7.
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis, Alitibusque iaces. Virgil. 9. Aeneid. 98. De Euryalo.
Sortem ducere prædæ. Virgil. 9. Aeneid. 54.
Facere prædam. Salust. in Iugurtha, Atque eodem propinquo suo interfecto, primum regnum eius sceleris sui prædam fecit. Cicero 5. Verr. 99. Maximos quæstus, prædasque fecisse.
Frui præda. Valer. 4. Argonaut. 152.
Habere prædam cum cura. Tacit. lib. 15. Si aut gloriam cum modo, aut prædam cum cura habuisset.
Non habet euentus sordida præda bonos. Ouid. 1. Amor, eleg. 10. 10.
Munificè largiri prædam, Vide MVNVS.
Nancisci prædam, Vide NANCISCOR.
Nactus prædam. Ouid. 3. Metam. 122.
Parta præda. Cic. 1. de Finib. 79. Quas nulla præda vnquam improbè parta minuit, sed auget potius atque inflammat. Idem de Prouinciis Consul. 22. Illum enim arbitrabar etiam sine hoc subsidio pecuniæ retinere exercitum prædæ antè parta.
Ex præda, ex manubiis aurum & argentum ad eos peruenit. Cice. 2. de Lege agraria, 62.
Potiri præda. Virgil. 9. Aeneid. 73. Ouid. 8. Metam. 18.
Victores præda, spoliisque potiti. Virgil. 9. Aeneid. 91.
Proponere ad prædam vrbem, bona, & fortunas ciuiũ. Cic. 4. Philip. 158.
Quærunt prædam sanguine. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 12.
Raptæ prædæ. Virgil. 1. Aeneid. 107.
– aut raptas ad littora vertere prædas.
Prædæ esse. Salust. in Catilinam, Admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suæ, complures periculi aut ignominiæ, multos Syllanæ victoriæ, quibus ea prædæ fuerat. Idem 7. Verr. 64. Quum ea res non solùm prouinciæ saluti, verumetiam ipsi prædæ esse posset. Sic Liuius 3. ab Vrbe, 123. Et 4. belli Pun. 164. Prædę futura legio.
Prędaceus, Adiectiuum. (λήϊος, vt) Pecunia prædacea. Gellius lib. 4. Aegre passus, quòd cui salus imperii ac Reipub. accepta ferri deberet, ratione pecuniæ prædaceæ posceretur.
Prædatitius, Aliud adiectiuum, Idem, (λήϊστος,) Gellius lib. 13. cap. 23. Ex manubiis non res corporaque ipsa prædæ demonstrat (nihil enim captum est horum à Troiano ex hostibus) sed facta esse hæc comparatàque ex manubiis, id est pecunia prædatitia, declarat. Manubiæ enim sunt, sicuti iam dixi, non præda, sed pecunia per quæst. Populo Rom. ex præda vendita contracta.
Prædor, prædaris, (λῃζόμαι, λεηλατέω, λοιποδυτέω, προνομεύω, κατατρέχω, συλάω,) prædari, à Præda, vt ait Varro, Diripere, & vi auferre, quemadmodum prædæ in bello solent. Cic. 3. Offic. 94. Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, vt ex alterius prædetur inscitia. Idem 3. Verr. 93. Verum tamen cum esset omnibus in rebus apertissimè, impudentissimeque prædatus. Ibidem, 156. Tuus apparitor parua mercede populi conductus, de aratorum bonis prædabitur? Et 4. Philipp. 158. Sed spes rapiendi atque prædandi occæcat animos eorum.
Ad multas lupa tendit oues prædetur vt vnam. Ouid, 3, de Arte, 84.
Arces prædari. Valer. 5. Argonau. 129.
Dapes prædantur ab ore. Valer. 4. Argonaut. 86.
Pisces calamo prædabor. Propert. lib. 4. eleg. 2. 8.
Puella est me prædata. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 1.
Prædãtor, penul prod. Verbale, (λῃστής,) Cice. 2. in Catil. 40. Quos ego vtrosque Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumque pono. Liuius 3. ab Vrbe, 22. Romanos cecidisse in Hernico agro V mill. ac CCC ex prædatoribus Aequorum, qui populabundi in finibus Romanis vagabantur.
Ioui deprædatori templum fuisse legimus, non quòd prædæ, sed quòd ei aliquid ex præda in partem prædæ debebatur. Nam mos Romanorum fuit, vt bella gesturi, de parte prædę, aliquid numinibus pollicerentur.
Aprorum prædator. Ouid. 11. Metamor. 62.
Prædãtrix, pen. prod. Verbale fœmininum: (λῃστίς,) vt
Herculei alumni prædatrix. Stat. lib. 1. Sylu. 5. 5.
– Herculei prædatrix cædat alumni. Driopen Nymphã intelligit quę Herculis puerum Hylam dum in fonte aquam haurirer, prædata est.
Prædatorius, Adiectiuum, (λῃστικός,) vt Naues prædatoriæ. Liui. 9. bel. Pun. 141. Annis prope quinquaginta nullum Romanum exercitum vidérant præter prædatorias classes. Sic 4. bel. Maced. 143. Fuerat autẽ ei magno fructui mare, omnem oram à Malea prædatoriis nauibus infestam habenti. Et apud Plautum Menæh. 9. 81.
Prædabundus, Aliud Adiectiuum, Qui prædatur. Salust. in Iugurtha, Vbi stipendium & commeatum locauerat, ire iubet: datque se prædabundum post paucos dies eodem venturum.
Prædo, prædõnis, penul. prod. (λῃστής,) Qui prædatur. Plinius lib. 16. cap. 40. 4. Germaniæ prædones singulis arboribus cauatis nauigant. Cicero 6. Verr. 18. Et 3. Tuscul. 112.
Templorum omnium atque tectorum totiusque vrbis prædo. Cic. pro Domo sua, 108.
Liber à prædonibus, Vide LIBER, liberi.
Acerbus prædo. Claud. 7. Panegy. 72.
Decidere prædonum in turbam. Horat. 1. Serm. saty. 2. 9.
Nefarius prædo. Cic. 3. de Orato. 2.
¶ Prædo. Vlpian. in L. Sed et si. De petitione hæreditatis, Quod autem ait Senatus eos qui bona inuasissent: loquitur de prædonibus, id est de iis qui qui sciirent ad se non pertinere hæreditatem, inuaserunt bona, scilicet quum nullam causam haberent possidendi. Et paulo pòst, De eo autem loquitur Senatus, qui ab initio mente prædonis res hæreditatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

rias apprehendit.Budæus.
Prædonculus, prædónculi, pen.corre. (λῃστάριον,) Diminutiuum à Catone vsurpatum.

Praedamno, prædamnas, (προκαταδικάζω,) prædamnare, Prius damnare, siue iudicare, aut condemnare. Liui.4.ab Vrbe.377. Totam culpam eius temporis in prædamnatum Collegam transferentem, omnes tribus absoluerunt. Suet.in Augusto, ca.56. Sin deesset: destituere ac prædamnare amicum existimaretur.
Prædamnata spe dimicandi, Id est præcisa. Liu.7.bel.Pun.106.
Scipio circumuectus ordines signaque, ostendebat hostem, prædamnata spe dimicandi æquo campo, capientem tumulos.

Praedelasso, prædelassas, (προκαταπονέω,) prædelassare, Antè delassare. Ouid.11.Metamorph.147.

– adiacet vndis
Facta manu moles, quæ primas æquoris vndas
Frangit, & incursus quæ prædelassat aquarum.

Praedensus, Adiectiuum. (πολυπυκνός,) Valde densus. Plin.lib. 18.cap.18.4. Culter vocatur, prædensam prius quã proscindatur, terram secans.

Praedes, Vide PRAES.

Praedestino, prædestinas, pen.corre. (προορίζω,) prædestinare, Præordinare, Verbum est quo soli ecclesiastici doctores vtuntur.
Prædestinatio, prædestinationis, authore beato Augustino, à præmittendo, & præuenendo, & præordinando futurum dicitur.

Praedico, prædicas, pen.cor. (καταγορεύω, ἀναγορεύω, ἐξαγορεύω,) prædicare, Apertè seu publice dicere, celebrare, vulgare, palã commemorare, laudare. Plaut. Afin.13.1.3. Aut quòd illa amica amatorem prædicet. Idem Pseud.15.39. Prædicas notis. Hoc est dicis iis qui maximè nouerunt. Et Amphit.4.248. Quod mihi prædicas vitium, id tibi est. Terent.And.3.1.7. Actum est, si quidem hæc vera prædicat. Prædicat suas pugnas apud Plautum in Epid.10.10. Prædicare auctionem, apud eundem in Sticho, 4.90. Salust. Ipsum Crassum ego postea prædicãtem audiui, tantam illam contumeliam, sibi à Cicerone impositam. Cæsar.4.bel.Gal.588. Paucitatemque nostrorum militũ suis prædicauerunt. Cic.pro Lege Manil.15. Quam prædicãt in fuga, fratris sui membra in his locis, qua se parens persequeretur, dissipauisse. De medea.
Prædicare palãm. Cice.ad Atticum lib.9.180.6. Prædicat enim palãm, & militibus ostendit, se largitione ipse superiorem, quàm hunc fore.
Prædicat præco, dum aliquid palãm promulgat & pronuntiat ex Senatusconsulto. Vide PRAECO.
Prædicare ex Tribunali. Cæs.1.bel.Ciuil.73. Sæpe ex tribunali prædicauit, aduersa Cæsarem prælia fecisse.
Victores se sua voce prædicare. Cic. Lucceio, lib.5.12.32.
Repulsam alicuius alteri prædicare. Cic.pro. Plancio, 41.
Monere & prædicare. Liuius libro 1. Itaque monere, prædicare, vt pontẽ igni, ferro, quacunque vi possent interrumperent.
Ferre & prædicare. Cic.pro Archia, 16. Nostra semper feretur & prædicabitur L.Lucullo dimicante cum interfectis ducibus deprelsa hostiũ classis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa nauali.
Prædicari & nominari Cicero pro Archia, 20. Et in eo ipso, In quo prædicationẽ, nobilitatẽque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt.
Dicere & prædicare. Cic pro Cecinna, 18. In Ebutium hoc dicit, armatos homines fuisse: de se autem hoc prædicat, Antiocho Ebutii seruo imperasse, vt, &c.
Prædicare de aliquo. Cic.1.Off.102. Deforme etiam est, de seipso prædicare falsa præsertim, & cũ irrisione audientiũ imitari militẽ gloriosũ.
Gloriosius de seipso prædicare. Cic.pro Domo sua, 72.
De se vera cum gloria aliquid prædicare. Cic.in Pisonem, 1.
Honestè, & honorificè, & grauiter multa de aliquo prædicare. Cic.11. Philipp.314.
Virtutem alicuius optimè prædicare. Cic.pro Archia, 15.
Prædicare miris laudibus. Plin.lib.25.cap.5.3. Hippocrates miris laudibus in mulierum vsu prædicat illas herbas.
Glorianda, prædicanda, & præ se ferenda beata vita. Cic.5.Tusc.71.
Prædicatus, penult. prod. Participium: (κατηγορούμενος,) vt Arbor historiis alicuius prædicata. Plin.libro 12.cap.17.7. Petunt igitur in Helimæos arborem brutã cupresso fulse similem, ex albidis ramis, iucundi odoris accensum, & cum miraculo historiis Claudii Cæsaris prædicatã.
Prædicatio, Verbale. Plin.lib.35.cap.3.4. Affirmant vana prædicatione, vt palãm est. Idem lib.20.cap.10.2. Radix quoque plurimorum prædicatione trita, &c. Sic Curius ad Ciceronem, lib.7.30.2.
Factum est tua prædicatione, vt tantum ei debere videreris. Cic. Attico, lib.9.185.2.
Prædicatio, Palãm commemoratio facta. Cic.2.Verr.2. Homo vita atque factis, omnium iam hominum opinione damnatus, pecuniæ magnitudine, sua spe, ac prædicatione absolutus. Budæus.

Beneficiorum alicuius prædicatio non grata potius quàm arrogans. Cic. de Aruspic.respon.14.
Societatis nefariæ prædicatio. Cic.5.Verr.119. Cogit Scandilitã Apronio ob singularem inprobitatem atque audaciam, prædicationemque nefariæ societatis, H-S V millia mercedis nomine, ac præmii dare.
In statu mediocri sermonis ac prædicationis res alicuius esse. Cice. Quintfratri, lib.1.1.61. Quod si in mediocri statu sermonis ac prædicationis nostræ res essent, nihil abs te eximium, nihil præter aliorum consuetudinem postularetur.
Acerba prædicatio præconi futura est. Cic.2.de Lege agr.54.
Despicitur prædicationẽ nobilitatemque philosophi. Cic.pro Archia, 10.
Prædicator, penul.prod. (κηρυκτός,) Aliud verbale. Cic.pro Corn.Balbo, 2. Qui sui facti, sui iudicii, sui beneficii voluit me esse, vt apud eosdem vos iudices nuper in alia causa fuerim, & prædicatorem, & authorem. Sic Plancus ad Ciceronẽm, lib.10.7.2.
Te prædicatore & teste. Cic. Lentulo, lib.1.9.16. Itaque quanquam & Pompeio plurimum te quidem ipso prædicatore ac teste debebam, &c.
Prædicabilis, & hoc prædicabile, pen.corr. (κηρυκτός,) Palãm dicendum & gloriandum. Cic.5.Tusc.70. Nec in misera vita quicquam est prædicabile, aut gloriandum, nec in ea quæ nec misera sit, nec beata.
Prædicamenta, (κατηγορέω,) vulgò vocantur, quæ Quintilianus elementa decem appellat, circa quæ versari videtur omnis quæstio: lib.3.ca.7.

Praedico, prædicis, penult. produc. prædixi, prædictum, (προαγορεύω, προλέγω, προφημι, προειρέω,) prædicere, Antè, siue prius dicere. Terent.And.1.1.19.

– hoc primum in hac re prædico tibi,
Quas credis esse has non sunt veræ nuptiæ. Cic.2.Verr.23. Monco, prædico, antè denuntio, &c.

Id temporis illos ad mè venturos aliquibus prædixeram. Cicero 1.in Catilinam, 7.
Prædicere aliquid præ omnibus. Virg.3.Aeneid.87,

–præque omnibus vnum
Prædicam & repetens iterúmque iterúmque monebo.

Prædicere & respondere. Cic.de Aruspicum respon.27, Quis est qui id non totum in istius ludos prædictum, & respondum esse fateatur?
Monere, prædicere, portendere. Cic.de Aruspicum resp. 49, Quare quum dii immortales monẽt de optimatium discordia, de clarissimorum, & optimè meritorum ciuium dissensione prædicunt: quum principibus periculum cædémque portendunt, in tuto locant, &c. Virg. 1. eclog.4.

Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De cælo tactas memini prædicere quercus.

Bellum non obscurè nobis paulo antè prædixerũt aruspices. Cic.de Aruspic.respon. 16.
In multos annos solis defectiones prædicuntur. Cic.2.de Diui.25.
Futura prædicere & intelligere. Cic.1.de Diuinat.3.
Hos mihi prædixit luctus. Virg.3.Aeneid. 143.
Necem prædico tibi. Tibul.lib.1. eleg. 6. 2.
Genus prædicendi Chaldaicum repudiauit Scylax. Cic.2.de Diuin.135.
Prædicens, pen.prod. Participium, (προλέγων,) Cicero Cecinnæ, lib. 6.6. 14, Quo in bello nihil aduersi accidit non prædicente me.
Prædictus, Participium, (προρρηθείς,) vt Defectiones solis & lunæ in omne posterũ tẽpus cognitæ prædictæque sunt. Cic. 2.de Nat.deor.229.
Prædictus, pro Suprà dicto. Quintil.lib. 10, Theopompus his proximus vt in historia prædictis minor, ita oratori magis similis. Cic.4.Acad.84. Quæque ab iis dicuntur, sic persequamur, vt nihil in prædictis relinquamus. Alia exemplaria legunt præteritis.
Prædicta cœnæ hora, Hoc est præstituta. Suet.in Claudio Cæsare, cap.6. Nec co minus contumeliis obnoxius vixit. Nam & si paulo seriùs ad prædictam cœnæ horam occurrisset, non nisi ægre, & circuito denuntriclinio recipiebatur.
Prædicto, absolutè. Tacit.lib.16. Montanus patri concessus est, prædicto, ne in Repu.haberetur. Subauditur existente: hoc est Quum prædictũ esset. Sic dixit Liuius belli Macedi.lib.1. Profectus neque explorato circa, nec stationibus satis firmis. Item, Satis comperto Erduæam petituros Romanos. Et Tacit.lib.20. Nec diu certato, Tungrorum cohors signa ad Ciuilem transtulit.
Prædictum, prædicti, (προρρήσεις,) pro Prædictione. Cice.2. de Legib.54. Augurum prædictis multa incredibiliter vera cecidisse. Idem 2.de Diuinat.131. Nominat etiam Panætius, qui vnus è Stoicis astrologorum prædicta reiecit. Sueton.in Othone, cap.6. Etiam sacrificanti interfuit, audiuitque prædicta aruspicis.
Vatum prædicta interpretari. Cic.2. de Legibus, 50.
Vatum prædicta terribili monitu horrificant. Virg.4.Aeneid.93.
Prædictio, prædictiõnis, Verbale, (προρρήσεις, προεκφώνησις,) Quod prædicitur, siue prænuntiatur, vel prædiuinatur. Cic.lib.1. de Diuin.7. Ex quo genere sæpe hariolorum etiam & vatum furibũdas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelii Cullcoli audiendas putauerunt. Idem 2. de Natu.deorum, 10. Prædictiones verò & præsensiones rerum futarũ, quid aliud declarant, &c.

Prædictio

Prædictio & notatio cuiusque vitæ ex natali die. Cic.2.de Diuin.131.
Mali prædictio tum probatur quum ad prædictionem cautio adiungitur. Cic.2.de Diuinat.81.
Fatorum veteres prædictiones. Cic.de Aruspicum resp.16.
Prædictiones diuinæ. Plin.lib.7.cap.37.1.
Diuina prædictione qui non vteretur, quis rex vnquam fuit? Cice.1. de Diuinat.155.
Habet fidem nostra prædictio. Cic.Cecinnæ, lib.6.6.15.

Praediscо, prædiscis, prædidici, pen.corr. (προμανθάνω,) prædiscere, Antè discere. Plin.lib.18.cap.24.10, Ita his nullis naturæ cura est, illis nimia: & ideo cæca subtilitas quum res inter rusticos geratur, literarumque expertes, non modo siderum. Et confitendum est cælo maximè constare ea, quippe Virgilio iubente prædisci ventos antè omnia, ac siderum mores, neque aliter quàm nauigantibus seruari. Virg.1.Georg.11,

Ventos & varium cæli prædiscere morem,
Cura sit. Hos versus citat Columella lib.1.cap.4.3.

Prædiscere & ineditari aliqua. Cic.1.de Orat.91, Qui ingrediuntur ad studium, quisque ea quæ agenda sunt in foro tanquam in acie, possunt etiã nunc exercitatione quasi ludiera prædiscere & meditari.

Praeditus, pen.cor. Id est habeo. Quãsi affectus ide quo sic Valla, malosicut Affectus sum malo, & affectus sum bono, id est (vt breuiter magis, quàm optimè dicam) habeo bonum, & habeo malum. vt Prædito sum humanitate, virtute, diuitiis, dignitate, viribus: qui sermo est vsitatissimus. Nunquam tamen cum ablatiuo & præpositione a vel ab vt fit in Affectus. veluti, Ego sum à rege magnis honoribus affectus: nõ autem, Sum præditus à deo magnis viribus. De malo ratius. Cice.pro Sylla, 5, Nisi verò me vnum vis ferum præter cæteros, me asperum, me inhumanum existimari, me singulari immanitate, & crudelitate prædituum. Idem pro Rabirio perduel.reo, 13. Confectus senectute, morbo præditus. Correctiora autem exemplaria habent præpeditus. Hactenus Valla lib.5.
Aetate præditus. Cic.5.Verr.51, Homo quid ageret, taceret, responderet quid faceret denique illa authoritate, & ætate præditus nesciebat.
Amentia & audacia præditus. Cic.4.Verr.72.
Animo & sensibus præditus mundus. Cic.1.de Nat.deor.28.
Nulla, aut humili aliqua arte præditus, & mediocris homo. Cicero pro Cluentio, 7.
Audacia præditus. Cic.pro Roscio Comœdo, 2.
Authoritate præditus & miseria. Cic.7, Verr.85.
Præditus authoritate & potestate. Cic.pro Rosc.Amer.91.
Beneficiis summis maximisque rebus gestis, summo ingenio & prudentia præditus C.Curio. Cic.pro Lege Manilia, 48.
Bonitate singulari & modestia præditus. Cic.pro Domo sua, 85.
Cupiditate singulari, audacia, scelere præditus homo. Cic.1.Verr.4.
Dignitate magna præditus puer. Cic.2.de Inuent.122.
Diuinitate præditæ imagines. Cic.1.de Nat.deorum, 164.
Gloria ingenii summa præditus. Cic.pro Archia, 7.
Luctu præditus miser. Cic.pro Roscio Amer.13.
Leuitate præditus, egestate, perfidia. Cic.pro Flacco, 5.
Magistratu summo præditus vir. Cic.6.Verr.78.
Medicamentis præditum cornu. Plinius lib.8.cap.32.5, de cornu cerui,

Dextrum cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo præditum.

Mente præditus. Cic.4.Acad.227.
Diuina mente & consilio præditi homines. Cic.2.de Lege agraria, 88.
Sapiens & alta mente præditus homo. Cic.pro Milone, 15.
Metu paruo præditus. Cic.5.Tuscul.58.
Multitudine infinita, varietate admirabili præditi siderum errores. Cice.de Vniuers.42.
Natura immortali præditus. Lucret.lib.1.48.
Paruis opibus ac facultatibus præditus. Cic.1.Verr.38.
Ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus vir. Cice.pro Lege Manilia, 35.
Potestate summa præditus vir. Cic.pro Domo sua, 85.
Prudentia & exercitatione præditus vir. Cic.pro Cluentio, 68.
Religione summa & authoritate præditus homo. Cic.pro Cluentio, 41.
Sacerdotio amplissimo præditus. Cic.ad Atticum, li.8.147.3. Tacit.li.11, Iisque intẽtus assui sacerdotio Quindecimuirali præditus. De seipso.
Sapientia præditus propè singulari. Cic.Seruio, lib.4.3.1.
Sensu diuino præditus. Lucret.lib.5.20.
Spe optima præditus. Cic.pro Flacco, 1. Et 2.Verr.6, Vnum illud intelligo, quod Prætor in reiectione iudicum iudicauit, ea spe iltum fuisse præditum, vt omnem rationem salutis in pecunia poneret.
Spe summa & animi & ingenii præditus adolescens. Cic.2.Philip.62.
Studio optimo, iudicio minus firmo præditos docere, non alienum est. Cice.in Orato.13.
Rectissimis studiis atque optimis artibus præditus adolescens. Cicero pro Cælio, 17.
Studio venandi vel pilæ præditus. Cic.de Amicitia, 64.
Studiis literarum doctrinaque præditus. Cic.Acilio, lib.13.31.3.
Tumore præditum, deformatum & decoloratum corpore mortuum constat esse Author ad Herenn.lib.2.81.
Singulari virtute, constãtia, grauitate præditus vir. Ci. pro Domo sua, 31.
Vitio perspicuo & grandi præditum posuimus exemplum. Cicero 1.de Inuentione, 100.

Praediues, pen.pro. prædiuitis, pen.cor.om.g. (πολυπλουσιος,) Valde diues Suetonius de Claris grammat.3, L. Apuleium ab Eficio Calcino Equite Romano prædiuite quadringentis annuis conductum, multos edocuisse. Plinius lib.34.cap.3.2, Prædiues numinum vice illud candelabrum coluit.
Aula prædiues. Claud.1.in Ruffinum.29.
Cornu prædiues. Ouid.9.Metam.19,

–torumque tulit prædiuite cornu
Autumnum, & mensas fœlicia poma secundas.

Praediuino, prædiuinas, penult.produ. (προμαντεύομαι,) prædiuinare. Plin.lib.11.cap.10.1, Prædiuinant enim apes ventos, imbresque.
Prædiuinatio, Verbale. (προμάντευσις,) Plin.lib.8.cap.15, de Nilo, Parit oua quanta anseres, eaque extra eum locum transferens semper incubat prædiuinatione quadam, ad quem summo auctu eo anno egressurus est Nilus.
Prædiuinus, pen.prod. Adiectiuum, (θεῖος,) Valde diuinum significat. Plin.lib.37.cap.10.27, Promittitur prædiuina somnia repræsentare.

Praedium, huius prædii, (κτῆσις, κτῆσις,) A præda: eo quòd capti ab hostibus agri militibus distribuebantur. Vel dicitur à præstando, vt ait Varro. Alii à prius, seu valde dando. Est rustica & vrbana possessio. Cicero 3.Off.84. Ac de iure quidem prædiorum sanctum est apud nos iure Ciuili, vt in his vendendis vitia dicerentur quæ nota essent venditori.
Continentia prædia fondo, Vide CONTINEO.
Culta prædia. Claud.1.in Ruffinum, 38.
Dotalia prædia. Cic.Attico, lib.15.329.14.
Libera prædia, Vide LIBER liberi.
Paterna prædia. Quintil.lib.6.cap.3.31.
Rustica prædia. Cic.pro Rosc.Amer.24.
Triquetra prædia. Horat.2.Serm.saty.6.11,

–quid? militibus promissa triquetra Prædia. Triquetra (inquit Acron) Græcè Trinacria dicitur. Porphyrio verò dicit Triquetra prædia Sicula dici, quòd in tres partes, id est promõtoria diducta sit, vel quadras.

Vrbana prædia. Cic.5.Verr.172.
¶ Accipere prædia in æstimationem ab aliquo, Vide ACCIPIO.
Fructus prædiorum abeunt in sumptus. Cic.Attico, lib.11.210.2.
Aedificare prædia, Vide AEDIFICO.
Fructuosa prædia colenda ac tuenda pater filio tradiderat. Cice.pro Rosc.Amer.24.
Diuidere prædia. Horat.1.Serm.saty.3.34.
Emere prædia ab aliquo. Cic.Rutilio, lib.13.9.4.
Mancipare paterna prædia. Quinti.lib.6.cap.3.31, Et quum paterna mãciparet prædia, turpis habebatur. De Bruto.
Vendere prædia. Cic.3.Verr.100.
Prædiolum, huius prædioli, pen.corr. Diminutiuum. (κτηματίδιον,) Cicero M.Cælio, lib.2.15.7, Sed mea prædiola tibi nota sunt. In his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. Sic ad Atticum, lib.12.255.2.
Aedificata bellè prædiola nostra, & satis amœna. Cic.Attico, li.16.333.4.
Prædiãtus, pen.prod. Adiectiuum, Prædiis munitus. Apul.lib.Flo. Ipse bene vestitus, bene prædiatus.
Prædiatorius, Adiectiuum. (κτηματικός,) Quod ad prædium pertinet. vt Prædiatorium ius. Cice.pro Cornelio Balbo, 35, Etenim si Quintus Scæuola ille augur, quum de iure prædiatorio consuleretur, homo lyrisperitissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Cassium prædiatores reiiciebat.
Prædiatores, (κτηματοπόλαι,) Homines in iure prædiatorio periti. Cic. Attico, li.12.241.8, Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis XXV spopondisse dicit Flauius, etsi reus locuples, est & Apuleius prædiator liberalis: tamen velim des operam vt inuestiges ex consponsorum tabulis sit ne ita. Ibidem, 241.8. & 2, Procuratores Cornificii & Apuleium prædiatorem videbis. Budæus.

Praedo, prædonis, Vide PRAEDA.

Praedomo, prædomas, pen.cor. (προδαμάω,) prædomare, Antè domare, sedare, comprimere. Scne.epist.114, Et omnes casus antequam exciperet, prædomuit meditando.

Praeduco, prædũcis, pen.prod. prædũxi, prædũctum, (ὑποπροσάγω,) prædũcere, Antè ducere. Plin.lib.35.cap.16.2, Probatur mollitie, & quòd si æra prædũcantur, violaceum reddit colorem. Ibidem, cap.17.4, Est & vilissima, qua circum prædũcere ad victoriæ notam, pedesque vænalium transmare adiectorum denotare insti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruerunt maiores.
Fossam prædueere.Tacit.hib.14.
Prædicere fossam homini obsesso, pro Fossa circunuallare. Seneca libro 2.de Ira
Vallum prædocere.Tacit.lib.14,Neque fossam,aut vallum preduxerunt.

Praedulcis, & hoc prædulce,(πολυγλυκύς,)Valde dulcis.Plinius lib.12.cap.5.3,Fructus per folia solibus coctus præ dulci sapore.Sic libro 11.cap.17.4.
Luxuries prædulce malum.Claud.2.Paneg.27.
Tyrrhenæ volucres nautis prædulce minantur.Stat.5.Sylu.5.17.

Praeduro, prædūrat,pen.prod.(ἐπισκληρόω,)prædurare, Valde durum Facere.Colum.lib.3.cap.11, ad finem,de rubrica,Verùm,est in opere difficilior,quòd neque humentem fodere possis quòd fit glutinosissima:nec nimium siccam, quia nimium præduratur. Vetus exemplar habet prædura. Plin.lib.23.cap.7.24, Aliqui myrrha adiecta & cupresso prædurarum vas sole torrebant.
Prædūrus,pen.prod.&diectiuum.(ἐπίσκληρος,)Valde durus:vt
Prędura gemma.Plin.lib.37.cap.10.27. Sic lib.18.cap.12.4.
Viribus prędurus.Virg.10.Aeneid.150.
Corpora prędura.Virg.2.Georg.107.
Labor prędurus.Valer.1.Argon.48.
Tempora prędura fregit nodoso robore.Ouid.12.Metam.70.
Prædura ætas:cui opponitur Tenera. Colu.lib.6.ca.2.1,Illa ætas adhuc tenera est,hæc iam prædura.

Praeeo, præis,præiui,pen.prod.præitum,pen.corr.(πρόειμι,πρόεισι,χόμαι,πρόειμι,)præire,Ante ire.Liu.2.ab Vrbe,16,Præierat Arunis Tarquinius filius regis, rex ipse cum legionibus sequebatur.Stat.6.Thebaid.104,
–quum vacuus domino præiret Arion.
Præi verbis quod vis,Id est dic primùm verba quæ vis me referre. Plaut. Rud.30.47.
Mihi præire digneris quid me putes obseruare debere.Plinius epist.264.
Præire verba dicebant veteres,quum carmen aliquod canédú antè quàm vel fœdus feriretur,aut execratio piaculi gratia per Pontificem, vel sacrificium,aut alium magistratum fieret,magistratus primò pronuntiabat.Budęus,Præire,est verba præfari,& subiequi,& dictata verba pronuntiare.Liu.8.ab Vrbe,45,Agedum Pontifex publicus Populi Rom. præi verba,quibus me pro legionibus deuoueam.Idem de bel.Maced. Præeuntibus execrabile carmen sacer dotibus.
Præire obsecrationem,pro Dictare.Suet.in Claudio Cæs.cap.22,Obseruanitque sedulò, vt quoties terra in Vrbe mouisset,ferias adiocata cõcione Prætor indiceret:vtque ob dira aut in Vrbe,aut in Capitolio visa,obsecratio haberetur,eamque ipse iure Maximi Pontificis commonito pro Rostris populo præiret.
Præire voce.Cic.pro Milone,2,Qui hesterna etiam cõcione incitati sunt vt vobis voce præirent quid iudicaretis.
Præire de scripto.Budæus,Præire hodie verba damnationis actuarii, aut eorum vicarii carnifici solent, quum damnati facinorosi ad supplicia trahuntur,sed de scripto id faciunt.Id enim De scripto præire dicitur. Plin.lib.28.cap.2.2,Vidimus certis precationibus obiecrasse summos magistratus,& nequid verborum prætereatur, aut prępostèrum dicatur,de scripto præire aliquem.Budæus.
Præire alicui de re aliqua.Gel.li.14,cap.2,Si de omni officio iudicis præire tibi me vis.Id est,pronuntiare quod sequaris.
Præeunt discipulis præceptores. Quintil. libr.2.cap.5, Non videntur suffectura tempora,si legentibus singulis præire semper ipsi velint.
Hoc est,antè pronuntiare,& prædictare & prælegere. Nam statim sequitur,Et hercle prælectio.
Prędeos,præeuntis,(πρόεις,χόμενος,πρόειμι,)Participium. Ouid.8. Metamor.140,
–& dis præeuntibus ambo
Menisca letant baculis. Idem ad Liuiam,85,
Et venit stella non præeunte dies. Virgil.5.Aeneid.38,
Nec tota tamen ille prior præeunte carina.
Præeunte natura.Cic.5.de Finib.104.Ad quorum etiam cognitionem,& viam corroborati,natura ipsa præeunte deducimur.

Praefacilis, & hoc præfacile, penult.corre.(πανεύκολος,)Valde facile.Plaut.Epid.14.21,
–te profecto Apocides
Nihil moror mihi.p.de præfacili Epidice.

Praefaris, vel prędfare,pe.pro.præfatus sum,(προλογίζω,προαιδίζω, πρόομιλίζω,)præfari,Ante fari,proloqui.Colum.in Præfat.28,Quas ordine suo tunc demum persequar,quum præfatus fuero quæ reor ad vniuersam disciplinã maximè pertinere.Cic.de Vniuers. 47,Sed hæc satis sunt dicta nobis,quæ de deorum qui cernuntur, quique sunt orti,natura præfati sumus,habeant hunc terminum. Hic pro simplici videtur positum,id est fati & locuti.
Præfari honorem, Est quum quid turpe dicturi, solemus duobus aut tribus verbis prędfari, hoc pacto.Si commemorate fas sit, Honore dicto,

Honor sit auribus,& huiusmodi.Cicero Papyrio Pæto, lib.9.22.13, Nos autem ridiculè si dicimus,ille patrem strangulauit, honorem non præfamur.sin de Aurelia aliquid,aut Lolia,honos præfandus est.Idem 2.de Fini.51,Eam autem ita persequitur,quæ palato percipiatur, quæ auribus:cætera addit,quæ si appelles,honos præfandus sit.
Pacem præfari.Stat.2.Achill.11,
–atque ipso portarum in limine,regem
Cernit,& ostensa pacem prefatur olina.
Præfari Africam,Prędfari quod bonum faustumque sit.Plin.lib.28.cap.2.14,Attalus affirmat scorpione viso,siquis dicat duo , cohiberi nec vibrare ictus.Et quoniam scorpio admonuit,in Africa nemo destinat aliquid,nisi præfatus Africam . In cæteris verò gentibus deos antè obtestatur vt velint.His postremis verbis declarat seipsum Plinius.Cic.1. de Diuinat.165,Neque solùm deorum voces Pythagorei obseruitauerunt,sed etiam hominum quæ vocant ominaque maiores nostri quia valere censebant,idcirco omnibus rebus agendis,quod bonum,faustũ, fœlix,fortunatumque esset,præfabantur.
Præfari carmen . Liuius 5,ab Vrbe, 184. Sunt qui M. Fabio Pont. Max. præfante carmen deuouisse eos se pro patria , Quiritibusque Romanis tradant.
Præfari diuos.Virg.11.Aeneid.61,Præfatus diuos solio rex infirmab alto, Vbi Seruius,Præfatus diuos,more antiquo:nam maiores nullam orationem,nisi inuocatis numinibus,inchoabant.
Præfari aliquem in scribendo opere.Plin.lib.8.cap.16.2,Aristoteles diuersa tradit,vir quem in iis magna secuturus in parte, præfandũ reor.
Præfans,Participium.(προλογίζων,)Catull.Argon.epigr.59.77.
Talia præfantes quondam fœlicia Pelei.
Carmina,diuino cecinerunt pectore Parcæ.
Præfatio , Verbale , (πρόλογος , πρόοιμιον,) Id quod præloquimur antè quàm ad rem veniamus.Plin.lib.25.cap.2.1,Inchoata etiam præfatione religiosa.Mart.lib.3.18, Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces. Cic.5.Verr.162,Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit?
Adhibere præfationem.Suet.in Claudio Cæsare,cap.25,Cum regibus fœdus in foro icit, porca cæsa, ac vetere Fecialium præfatione adhibita.
Dare prefationem.Quinti.lib.4.cap.1.52,Vtique si multiplex causa est, sua quibusque partibus danda præfatio est, vt Audite nunc reliqua: & Transeo nunc illud.

Praefectus, Vide PRAEFICIO.

Praefero, pen.corr.præfers,prætuli,pen.corr.prælatum, pen.prod.(προφέρω,)præferre,Ante ferre. Ouid.2.Fastorum,66, Et præfert cautas,subsequiturque manus,Id est, ante se manus fert,vt solent ii qui in tenebris ambulant.
Facem præferre.Cic.6.Verr.66,Sinistra manu retinebat arcum,dextra ardentem facem præferebat.
Præferre facem ad.Cic.1.in Catil.9,Cui tu adolescentulo quem corruptelarum illecebris irretisses, num ad audaciam ferrum,ad libidinem facem prætulisti?
Tædas præferre.Cic.6.Verr.95.
Præferre lumen.Cice.Anteq.iret in exilium.5,Vos vos obtestor dii immortales,qui meæ menti lumina prætulistis, quum consensum extinxi coniurationis. Idem pro Sylla,30,Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. Pli.epist. 112.b.lib.5,Ne plura,quæquæ libet plura,quo sunt pulchriora de iouene,rariora de nobili recitatione fiuita,multum ac diu exoscolatas adolescentem,qui est accrimos stimulus monendi, laudibus incitaui,pergeret quà cœpisset:lumenque quod sibi maiores sui prætulissent,posteris præferret.
Sensus apertè præferre.Plancus Cice.lib.10.8.9,Muniendi verò nosmet ipsi fumus aucto exercitu auxiliisque multiplicatis vt quum præferemus sensus apertè,tum etiam inuitis quibusdam, sciri quid defensuri essemus non esset periculosum.
Opem præferre.Stat.6.Thebaid.95,
–nec prætulit vllam
Frater opẽ.PRAE hoc loco nihil significare videtur, sed augere tãtũ.
Præfertur opinio,pro Iactatur. Cæsar 1.bel.Ciuil.183, Sed hæc eius dicta præfertur opinio,vt se vtrique superiores discessisse existimarent.
Præferre,(προτιμᾶν,προκρίνειν,προτάσσειν,)Preponere.Plin.Iunior, Quòd hominẽ rudẽ,atque ignarũ sibi præferret.Li.1.ab Vrbe,7, Tarquinus rex Rutulorũ,cui pacta Lauinia ante aduentũ Aeneæ fuerat:præferat.Cic.pro Rosc.Amer.52,Auaritiam præfers,qui societatem coier

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præfectorius, Adiectium: (ἐπαρχικός,) vt Præfectorius vir. Vlpianus de Senatoribus L. prima, Consulari fœminæ vtique Consularem virum præferendum esse nemo ambigit. Sed vir præfectorius an fœminæ Consularis præferatur, videndum est.

Praefido, præfidis, pen. prod. præfidi, præfisum, pen. prod. (μεγάλα πιστεύω,) præsidere, Valde fidere. Cic. 3. de Ora. 91, Erro, errasnam exultantem te, & præfidentem tibi
Repriment validę legum habenæ, atque imperii insistent iugo. Ex poeta. Idem 1. Offic. 128, Sic homines secundis rebus efferanatos, sibique præfidentes, tanquam in gyrum carionis & doctrinæ duci oportere.

Praefigo, præfigis, penult. prod. præfixi, præfixum, (προπηγνύω,) præfigere, Antè figere. Plin. lib. 33. cap. 4. 9, Lineas itineri præfigunt.
Armis præfigere puppibus. Virg. 12. Aeneid. 16.
Capita in hastis præfigere. Virg. 9. Aeneid. 97,
Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis Præfigunt capita.
¶ Præfigere, Præcludere. Virg. 3. Georg. 80,
Multis iam excretos prohibent à matribus hædos,
Primaque ferratis præfigunt ora capistris.

Præfixus, Participium. (προπαγής,) Plin. lib. 25. cap 4. 2, Antea rostra navium Tribunali præfixa foro decus erant. Gellius lib. 6. cap. 4, In armario muricibus præfixo inclusos.
Veru præfixa latus. Tibull lib. 1. eleg. 6. 10.
Hastilia præfixa ferro. Virgil. 5. Aeneid. 112.
Præfixa ferro iacula, Quibus affixum est ferrum acutum. Liu. 6. bel. Punici, 18, Eis parmę breviores, quàm equestres, & septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale hastis veliteribus inest.

Praefinio, præfinis, pen. prod. præfinui, præfinitum, pen. pro. (προορίζω,) præfinire, Præscribere, præstituere. Cicero ad Marium lib. 7. 1. 1, Sed eo vidi tempus eum, quòd præfinisti, quo ne plurimi venerem. Idem pro Roscio Amer. 77, Quæ dies in lege præfinita est. Item 5. Tusc. 32, Tu verò vt videtur. Nam præfinire nō est meū.
Præfinire aliquid de aliquo. Cicero 7. Verr. 137, Neque de illo quicquam tibi præfinio, quo minus ingenio meum atque omni dicendi facultate contendas.
Præfinire diem. Cic. de Prouinc. Consul. 30, Legem quam non putat, eam quoque seruat: præfinit enim successori diem.
Præfinire restricte. Cice. 1. de Leg. 73, Sed ego cætera non tam restricte præfinio, vel hominum vitiis, vel subsidiis temporum victus.
Præfinire sumptum funerum ex conibus. Cic. 2. de Legib 106.
Præfinitum & Infinitum, contraria. Cic. 1. de Lege agraria, 1, Etenim quod superiore parte legis præfinitum fuit, Sylla & Pompeio Consulibus, id rursus liberum infinitumque fecerunt.

Præfinito, pen. prod. Adverbium (προοιμιάζων,) vt Præfinito loqui. Donatus dicit deesse TEMPORE: vt dicamus Præfinito tempore. Plautus, Haud licebat loqui nisi præfinito. Terent. Heeyra, 1. 2. 19, Nam illic haud licebat, nisi præfinito loqui. Vbi Donatus, Præfinito, deest TEMPORE, aut quid tale. Nisi præfinito loqui, quę illi placerent.
Duo dixit, & præfinito, & quæ illi placerent, vt neque quantum velles, neque quod velles diceres.

Praefloreo, præflores, pen. prod. præflorui, (προανθέω,) præflorêre, Antè florere. Plin. lib. 16. cap. 29. 1, Ideoque & præflorent talia, & pregerminant.

Praefloro, præfloras, pen. pro. (προδόω,) præflorare, Quasi prę libare, vt ait Budęus. Gellius, Et futuri gaudii fructum spes tibi iam præflorauerit. Plin. in Paneg. 98, Sic olim ieruitus pulla, priuata fastis nomina induxit. Miseros ambitiosos, qui ita Consules semper, vt semper principes erant (quanquam non ambitio magis, quàm furor & malignitas videri potest) omnes annos possidere summumque illud purpurę decus nonnisi præcerptum, præfloratumque transmittere.

Praefluo, præfluis, præfluxi, præfluxum, (προρρέω,) præfluere, Antè fluere. Plin. lib. 4. cap. 5. 3, Præfluente Alpheo amne.
Idem libro 5. cap. 26. 1. Et parte Iena in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam, circaque eam præfluenti insulas Tigri. Horat. 4. Carmmum. ode 14. 6,
Sic taur formis voluitur Aufidus,
Qui regni Dauni præfluit Appuli. Quidam legunt perfluit. Rursum cap. 30. 7, Pergamum quod intermeat Silenus, præfluit Cetius profusus Pindaso monte. Et lib. 6. cap. 3. 1, Archelaidem quam præfluit Halys. Et cap. 23. 1, Arius amnis qui præfluit Alexandriam.

Praefoco, præfocas, penult. prod. (ἀγχόω,) præfocare, Spiritum faucibus claudere. Ouid. in Ibin, 112, Præfocent animę Gnosia mella viam.

Praefodio, præfodis, pen. corr. præfodi, pen. pro præfossum, (προορύσσω,) præfodere, Idem quod Fodere figificat, sine alte fodere. Plin. lib. 17. cap. 11. 4, Præfodere seroboes ante.
Præfodere portas. Virgil. 11. Aeneid.
Præfodiant alii portas, aut saxa fudesque
Subiciunt. Vbi Seruius, Præfodiunt, Id est ante portas, fossas faciunt, quę res nimiam indicat desperationem. Ouidius 13. Metam. 12,
-fictumque probauit
Crimen, & ostendit quod iam præfoderat aurum. id est quod iam antea absconderat, seu defoderat.

Praefoecundus, Adiect. (πολυγόνιμος,) Valde fœcundum significat. Plin. lib. 16. cap. 27. 4, Omnia autem celerius senescunt præfœcunda.

Praefor, non dicimus, Vide PRAEFARI.

Praeformido, præformidas, pen. prod. (κατατρομέω,) præformidare, Valde formidare. Quintil. lib. 4. cap. 5,
Quam iudex si prouidet, non aliter præformidat, quàm qui ferrum medicianti quam curetur, aspexit.

Praeformo, præformas, (προμορφόω) præformare, Antè vel prius formare. Quintilianus lib. 1. cap. 7, Nanque incipientibus danda erit velut præformata materia secundum cuiusque vires. Id est declamationis formam dare debet præceptor, diuidendo, & dictionem incipiendo. Idem lib. 5. cap. 14. 14, Nam quid miserius lege velut præformatas literas imitantibus prosequentibus? Silius lib. 7. 78, Atque his præformat dictis, fingique monendo.

Praefrigidus, penult. corre. Adiectiuum. (πολύψυχος,) Valde frigidus. Plin. lib. 17. cap. 20. 5, Septentrionali & præfrigido situ.
Auster præfrigidus. Ouid 4. de Ponto, eleg. 12. 7.

Praefringo, præfringis, præfregi, pen. prod. præfractum. (προκατάγνυμι,) præfringere, Prius frangere. Colum. lib. 5. 11, Et præfractis surpes, summasque radices, quibus ager arbusto consitus implicatur, omnis refodiatur ac persequatur.
¶ Præfringere, Frangere, vel effringere. Plaut. Milit. 3. 26,
-elephanto in India
Quo pacto pugno præfregi sibi brachium. Liu. 8. ab Vrbe, 50,
Et hastas aut præfregissent, aut hebetassent.

Præfractus, (προκατάγνυμι,) Participium, siue Nomen ex participio. Celsus lib. 5, Surculus corpori infixus si præfractus est, vel altius descedit quàm vt manu aut ferro eici possit, medicamēto enocāt̄ est.
Fin is præfracta. Ouid. 12. Metam. 72.

Præfractus, Durus & inflexibilis. Valerius Maximus lib. 6, Sed aliquanto Chirondę Tyrii præfractior & abscissior iustitia ad vim & eruorem vsque. Cicero Orato. 23, Thucydides autem præfractior, nec satis (vt ita dicam) rotundus.

Præfractè, Adverbium, (αὐθαδῶς,) Obstinatè. Cic. 3. Offic. 118, Ego etiam cum Catone meo dulcissimis mihi præfractè videbatur erarium vectigalia defendere.

Praefulcio, præfulcis, præfulsi, præfultum, (προστηρίζω,) præfulcire, Præmunire, fortificare, sustentare. Plau. Pœn. 12. 6,
-vbi ego omnibus
Partis, magnisque miseriis præfulcior. Idem Persa, 2. 13.
Sed quasi lippo oculo me meus herus vtitur: manum
Abstinere haud quit tamen, qui mihi imperet, quin me suis
Negotiis præfulciat. Id est, præsistat, ita vt fulcimen habeat.

Præfulcire, & præmunire, per translationem. Cicero ad Atticum, li. 5. epist. 3, Per fortunas (quoniam Romę manes) primum illud præfulci atque præmuni quęso, vt si non annu, ne mercaletur quidem.

Praefulgeo, præfulges, præfulsi, (περιλαμπρύνω,) prælucere, Præmodo fulgere. Author ad Herennium, lib. 3. 20,
Tum nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos habere oportet, ne aut obtecentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant.

Præfulgens, Participium, (περιλαμπρύνων,) vt
Murice aurato præfulgens. Silius lib. 4. 66.
Pellis præfulgens vnguibus aureis. Virgil. 8. Aeneid. 111.

Praefulguro, præfulguras, pen. corr. (περιλαμπρύνω,) præfulgurare, Valde fulgurare. Valer. 1. Argon. 24,
-strictoque vias præfulgurat ense. Hoc est corruscare facit.

Praefurnium, præfurnii, (προκάπνιον,) Os patens fornacis, quo ligna in fornacem inditur, & deinde obstruitur, vt ait Budęus. Cato cap. 38. 2, Ventus ad præfurnium caueto ne accedat. Sic cap. 38. 1.

Praegelidus, pen. corr. Adiect. (πολυκρυμόδης,) Qui multum aut nimis frigidus est. Colum. lib. 2, Ea locis prægelidis aut niuosis, vbi æstas humida & sine vaporibus, rectè committitur. Idem lib. 11. cap. 1. 31, Prægelidum & pluuium cælum. Liu. 1. bell. Pun. 214, Loci prægelidi.
Riui prægelidi. Silius lib. 4. 46.

Praegermino, prægerminas, pen. corr. (προβλαστάνω,) prægerminare, Antè germinare. Plinius lib. 16. cap. 29. 1, Ideoque & præflorent talia, & prægerminant.

Praegestio, prægestis, prægestiui, prægestitum, pen. prod. (ὑπερχαίρω,) prægestire, Valde gestire. Cicero, Cœlio, 53, Prægestit animus iam videre, primùm laptos iuuenes mulieris beatæ ac nobis familiares.
Animus prægestit apisci aliquid. Catull. Argon. epig. 59. 29,
Qui, dum aliquid cupient, animus prægestit apisci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.

Prægestiens, Participium. (ὑπερχαιρόμενος,) Horat. 2. Carm. ode 5. 2,
-nunc in vado
Fudere cum vitulis salisti
Prægestientis. De puella iuuenili, quam iuuencæ comparat.
Porphyrio Prægestientis, inter præratur Properantis, crescentis.

Praegigno, prægignis, prægenui, prægenitū, pe. cor. (προγεννάω,)
-cur non rescisti? loquar. Quia nolebam ex memorem prægignimalum. Id est, nolebam esse author mali moris.

Praegnans, (ἐγκυος, ἐγκύμων, ἐγκύων,) Quæ iam occupata est in generando quod conceperit. Plaut. True. 4. 00, Quę nunquam fuit prægnans, qui parere potuit? Plin. epist. 16 3, Se prægnatem esse nescit. Cic. 1. de Diuin. 71, Quum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse satyriscum.
Vxor prægnans. Cic. pro Cluentio, 25.
Canis prægnans. Horat. 3. Carm. ode 27. 1.
Folia prægnantia. Plin. lib. 25. cap. 13. 3, Exprimitur hic è caule foliisque prægnantibus. De succo euphorbii.
Nitrariæ prægnantes, sed nondum parientes. Plin. lib. 31. cap. 10 6.
Sus prægnans. Varro 2. de Re rust. ca. 4. 7, Quatuor enim menses est prægnans, & tunc parit, quum paboli est plena terra.
Prægnans arbor, quæ etiam fœta dicitur, tunc scilicet quum humorem & succum sibi familiarem exuxit, necdum in folia aut flores propagauit. Plin. lib. 12. cap. 14. 6, Prior atque naturalis vindemia circa Canis ortū flagrantissimo æstu, incidentibus quā maximè videatur esse prægnās, &c.
Prægnatio, prægnationis, Denominatiuum. (ἐγκύησις,) Var. de Re rust. Hi enim primi prægnationis, & extremi fines. Plin. lib. 8. epist. 10, ad Fabatum, Dum se prægnantem esse puellariter nescit, ac per hoc quædam custodienda prægnationibus omittit, facit omittenda. Castigatiora exemplaria habent prægnantibus.

Praegrandis, & hoc prægrande, (πολυμέγεθες) Valde grandis. Cice. 6. Verr. 54, Etarectum vas vitrium ex vna gemma prægrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. Legitur &, pergrandi. Sic Plin. lib. 4. cap. 13. 5.

Praegrauis, & hoc prægraue, pen. corr. (πολυβριθής,) Valde grauis. Plin. lib. 10. cap. 35. 10, Perdix procurrit ad pedes aucupis fœta, prægrauem aut delumbem sese sinuans.
Prægraue caput. Plin. lib. 8. cap. 21. 5, Caput tantum prægraue ægrè ferens id deiectum semper in terram.
Prægraue seruitium. Plin. lib. 7. cap. 8. 1.

Prægrauo, prægrauas, pen. corr. (καταβρίθω,) prægrauare, Grauem admodum facere valde grauare, & molestum esse. Plin. lib. 17. cap. 22. 16, Ne prægrauet fructus parte aliqua. Liu. 8. bell. Maced. 111, Primo constanter initium pugnæ accepit, nec cessit. Dein quum prægrauaret multitudo, cedere sensim, nihil confusis turmarum ordinibus, cœpit. Sic 5. ab Vrbe, 154, Pregrauante turba, &c. Ibidem, lib. 7. 103, Onerata & prægrauata corpora.
Artes prægrauare. Horat. 2 epist. 1. 2,
Vrit enim fulgore suo qui prægrauat artes Infra se positas.
Corpus prægrauat animem vitiis. Horat. 2. Serm. saty. 2. 16,
-quin corpus onustum
Hesternis vitiis, animum quoque prægrauat vna.
Prægrauatum caput. Colum. lib. 6. cap. 7. 3, Idem lib. 7, cap. 6, Flaccidis & prægrauantibus auribus.
¶ Prægrauare. (προβρίθειν,) Id est præponderare. Senec. 1. de Clementia, Citò apparebit pars deterior ciuitatis quanto prægrauet. Idem de Tranquil. vitæ. Hæc pars multum prægrauabit. Sueto. in Cæsare, cap. 76, Prægrauant tamen cætera facta dictaque eius, vt & abusus dominatione & iure cæsus existimetur.

Praegredior, prægrederis, penul. corr. prægressus sum, (προπορεύομαι,) dictum à gradu. Pacuuius, Extremum intra canterem ipsum prægrediar Parthenorem. Liu. 10. ab Vrbe, 118, Qui vt lictores prægredi viderunt, Fabiumque esse Cōsulem accepere: lęti atque alacres diis Populoque Rom. grarias agunt.
Sequi & Prægredi, contraria. Cice. 13. Philipp. 346, Ora vobis eorum ponite p. c. ante oculos, & maximè Antoniorum, incessum, aspectum, vultum, spiritum, latera tegentes alios, sequentes alios, alios, prægredientes amicos.
Prægredi ad vrbem. Liu. 5. bel. Pun. 182.
Prægredi gregi. Varro 2. de Rust. cap. 7. 6. Quo potior sit, si quum flumē traiiciendum est, gregi in primis prægreditur.
¶ Prægredi, Prætergredi. Plinius libr. 28. cap. 8. 6, Quum fugiant venantem declinare ad dextram, vt prægressi hominis vestigia occupent.

De pantheris.
Prægredi nuntios & famam aduentus sui in aliquem locum, hoc est Anteuertere. Liu. 8. belli Pun. 1, Tamen non solùm nuntios, sed etiam famā aduentus sui prægressus, ducibus indidem ex Celtiberia transfugis, ad hostem peruenit.
Prægredi alios, Antecellere. Salust. in Oratione ad Cæsarem de Repub. ordinanda, Qui tantum alios prægressus es, vt prius defessi sint homines laudando facta tua, quàm tu laude digna faciendo.

Prægrédiens, Participium. (προπορεύων,) Prægcedens. Suet. in Tiberio, ca. 7, Drusum in Germania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam vsque peruexit.

Prægressus, (προπορεύσας,) Aliud particip. vt Fama prægressa diem. Stat. 5. Sylu. 1. 27.

Prægressio, Verbale. (προπόρευσις,) Cicero de Fato, 66, Dicent, si omnia fato fierent eiusmodi, vt nihil fieret nisi prægressione causæ, confitendum esse fato fieri omnia.

Praegusto, prægustas, (προγεύομαι,) prægustare, Ante gustare. Plin. lib. 21. cap. 3. 7, Gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, &c.
Cibos prægustauit ipse. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 7.
Timidus prægustet pocula papas. Iuuen. Saty. 6. non procul à fine.

Prægustátor, pen. prod. Verbale. (προγεύστης,) Qui cibos principis prægustat. Suet. in Claud. Cæsare, cap. 44.

Prægustator libidinum. Cic. pro Domo sua, 10, Scilicet tu helloni spurcissimo, prægustatori libidinum tuarum, homini egentissimo & facinorosissimo Sex. Clodio, &c.

PRAEGVTII, (πραιγουήσιοι,) Italiæ populi, qui Marsis magis Orientales sunt, Ptolemæo authore lib. 3. ca. 1. hodie Pręcutini, Abruzi vulgò.

Praeiaceo, præiaces, pen. corr. præiacui, (προεξαλλόομαι,) præiacēre, Ante iacēre. Plin. lib. 3. cap. 4. 2, Oppida de cætera, præiacentibus stagnis. Idem lib. 4. cap. 10. 3, Deinde præiacente gremio terrarum Arethusii, &c. Ibidem, cap. 12. 27, Vasium mare præiacens Asiæ, & ab Europa porrecto Cheronesi litore expulsum, &c.
Castra præiacēre. Tacit lib. 12, Campo qui castra prejacet.

Praeiudico, præiudicas, pen. corr. (προδιαγινώσκω,) prejudicare, Ante tempus iudicare, inquit Budęus. Brutus ad Ciceronem, 4. 2, Quod enim nōdum Senatus censuit, nec Populo Ro. iussit, id arroganter non præiudico, nec reuoco ad arbitrium meum.
¶ Præiudicare, Prejudicium facere. Cic. 3. de Leg. 67, Apud eosdem qui magistratu abierint, edant & exponant quid in magistratu gesserint, deque iis Censores præiudicent. Idem pro Cluentio, 3, Quamobrem à vobis Iudices, antè quàm de ipsa causa dicere incipio, hoc postulo: Primùm id quod equissimum est, vt nequid huic præiudicati afferatis. etenim non modò authoritatem, sed etiam nomen iudicum amittemus, nisi hīc ex ipsis causis iudicabimus, ac si ad causas iudicia iam facta domo deferemus. Deinde siquam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio conuellet, si ratio labefactabit, si denique veritas extorquebitur repugnetis, eamque animis vestris aut libentibus aut æquis remittatis. Hoc dicit Cicero, volens conuellere opinionem insitam & vulgatam, & in concionibus, vt ipse inquit, & iudiciis iactatam de corrupto iudicio à Cluentio, quam ipse inuidiosè disseminatam esse contendit. Budęus.
Prejudicari de re aliqua. Cice. pro Cluentio, 137, Cur nō Habiti exemplo vsus es, vt per illum qui attulisset venenum, de hoc præiudicaretur? Id est prejudicium fieret, hoc est. Vt si indicatum esset venenum esse hoc cuturam. Budęus. Idem 5. Verr. 129, De hoc ipso non modò prejudicarit, verùm grauissimè ac vehementissimè iudicarit.
De aliquo maleficio præiudicare. Cice. 2. de Inuent. 165, Quare dum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum sit, prejudicatur.
Præiudicare alicui, pro Nocere. Vlpian. in L. 1. Parag. Si inter. ff. De magist. conuent. & eor. &c. Si inter magistratus hoc conuenisset, vt sisteretur tantùm periculo tutores darentur: conuentiones pupillo non præiudicare, diuus Adrianus rescripsit.

Præiudicátus, pen. prod. Participium (προδιαγινωσθείς,) vt Euentus belli præiudicatus, apud Liuium lib. 2. Decad. 5.
Semel atque iterum præiudicata res. Cice. pro Cluentio, 37, Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, vt re semel, atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium venerit.
Opinio præiudicata. Cic. 1. de Nat. deo. 16, Tantum opinio prejudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret authoritas. De Pithagoreis.

Præiudicatio, Verbale (προδιάγνωσις,) vt
Damnari prejudicatione Senatus. Quintil. lib. 4. ca. 2. 18, Aut si iam præiudicatione Senatus damnatus esset Milo.

Præiudicium, præiudicii, (πρόκριμα,) Quod iudicibus exemplum postea præbet ad iudicandum in eadem causa, vel paribus causis: vt clarè in Oratione Ciceronis pro Cluentio, 53, colligitur: qui duobus prejudiciis, vno in Scamandrum, altero in Fabritium eadem veneficii causa fi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis, Oppianicum damnatum esse demonstrat. Eius hæc sunt verba, Quum Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatum prejudiciis videret. Ibidem, 46. Quū iis duobus prejudiciis iam dānatus esset. Idē 1. Verr. 7. De quo non præiudicium, sed planè iudicium iam factum putatur. Liuius ab Vrbe cōd. Prejudicium iam de reis & à Senatu & à Populo Rom. & ab ipsorum Collegis factum esse. Præiudicium (inquit Asconius) dicitur res, quę quum statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quod sequantur. Cic. 5. Verr. 1 28, Aditum est ad Metellum, eductus est Apronius: deuxit vir primarius C. Galius Senator à L. Metello, vt ex edicto suo iudicium daret in Apronium, quod per vim aut metum abstulisset: quam formulam Octauianam & Romæ Metellus habuerat, & habebat in prouincia, non impetrat: quum hoc diceret Metellus præiudicium se de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri. Curtius lib. 6. Sine præiudicio dicimus causam liberis corporibus, animisque: habitum etiam in quo te comitari solemus, reddidisti. Verba sunt Amyntæ (inquit Budæus) causam dicentis: ac si diceret, Si ex vinculis causam diceremus, prejudicatum quodammodo videretur nos esse compertos & conuictos sceleris. Quum verò vinculis exēptos nos voluisti, significasti te liberū iudicium integrumque suspendere voluisse, quoad defensionem nostram audieris. Nam aliosqui iudex æquus esse non posset, & in æquilibrio positus absoluendi aut condemnandi, quum causæ iura cognoscit. Cic. ad Atticum, lib. 6. 1 1. 25, De Bibuli edicto nihil noui præter illam exceptionem de qua tu ad me scripseras, nimis graui prejudicio in ordinem nostrum.

Præiudicium dicitur etiam quasi sententia quædam ante iudicium, ac sententiæ latione, siue pro me, siue contra me. Vt ti essent duo de officio aliquo cōtendētes, quia lis in lōgū procedit, magistratus iubet interea dum sententiam ferat, alterum officio fungi: quasi iudicans iam nunc se pro ea parte sentire penes quam vult esse rem de qua litigatur. Et hoc præiudicium dicitur quod possidentem adiuuat, & obest excluso. Hæc ex Valla in Raudensem. Plin. epist. 96. a. libro 5, Pomponio Galla exhęredato filio Assidio Curiano, hæredem reliquerat me, dederat cohæredes Sertorium Senerum Prætorium virum, aliosque splendidos Equites Romanos. Curianus orabat vt sibi donarem portionem meam, seque præiudicio iuuarem: eandem tacita conuentione saluam mihi pollicebatur.

Facere præiudicia. Quintil. lib. 4. cap 5. 9, Deinde, prejudicia esse facta ab his ipsis iudicibus, à quibus damnatus sit.

Præiudicia sunt animadnetiones Censorū, & primæ assertiones: itē prioris Cētumviralium iudicum partis sententia, posterioris verò iudicū.

Præiudicium dicitur pronuntiatum secundum Claudium Cantunculam in locis legalib. Quid autem sit pronuntiatum, habes apud Rodolphū Agric. lib. 1. cap. 4.

Præiudicium, pro Damno & iactura. Vlpian in L. 1. Paragr. Quemadmodum. ff. De agnoscendis vel alendis lib. Si maritus vxore denuntiante custodes miserit, nullum præiudicium facit.

Praeiuro, praiūras, penult. produ. (πρόμνυμι,) præiurare, Ante alios iurare.

Prejuratio, (πρόμοσις,) inquit Festus, quam ii facere dicuntur, qui ante alios conceptis verbis iurant.

Praeiuuo, praiuuas, pen. corr. praiiui, penul. prod. (προωφελέω,) Prælauare, Antè iuuare. Tacit. lib. 1 1, Et credebatur affectam eius fidem præiuuisse, domo, agrisque pignori acceptis.

Praelabor, pen. prod. prælaberis, prelabi, (προολισθάνω,) Antè labi. Colum. lib. 1 1. cap. 1. 24, Prælabentis verò temporis fuga, quàm sit irreparabilis, quis dubitet? Cic. 2. de Natu. deor. 163, Pisces quorum alter paullum prælabitur antè. Ex poeta.

Tybris prælapsus mœnia Romæ. Lucan. lib. 6. 16.

Praelambo, prælambis, (προλιγμαίνω,) prælambere, Idem quod Antè lambere. Horat. 2. Serm. saty. 6. 22,

Continuatque dapes, nec non vernaliter ipsis
Fungitur officiis, prælambens omne quod affert.

Praeiego, prelegis, pen. cor. prælegi, pen. prod. prælectum, (προανάγνωσις,) prælegere, Antè legere: vt solēt præceptores pueris suis. Quintil. lib. 1. cap. 14, Sed pueris quæ maximè ingenia alant, prælegenda, atque animum augeant.

Prælegere, Præterire. Tacit. lib. 5, Campaniam prælegebat, ambiguus an vrbem intraret. De Cæsare.

Prælectio, Verbale. (προαναγνωσις,) Quintil. libr. 1. cap. 3, Attamen emendationi, prælectionique numerus obstat. Idem libro 2, Prælectio in hoc adhibetur, vt facilè atque distinctè pueri scripta oculis sequantur.

Prælector, Aliud verbale. (προαναγνώστης,) Gellius lib. 18. cap. 5, Si magistrum, prælectoremque habuisset alicuius æris.

Praelibo, prælibas, pen. prod. (προγεύομαι,) prælibare, Ante libare & degustare. Stat. 3. Sylu. 4. 12,

Chare puer, superis qui prælibare verendum
Nectar, & ingentem, &c.

Vultus ac pectora alicuius, prælibare visu. Stat. 3. Achill. 18.

Praelicenter, Aduerbium, (πολλαχῶς,) Nimis licenter. Gellius libro 14. cap. 7, Oppido quàm verba finxit prælicenter.

Praeliganeum, quod vel præmaturum est, vel præ omnibus legitur: quod & pretium Virgilio dicitur. Cato de Re rust. cap. 23, Vuas miscellas ad vinum prælianeum, quod operarii bibant, vbi tempus erit, legito: succum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito.

Praeligo, prælīgas, pen. corr. (προσυμβάλλω,) prælīgare, Antè vel ab anteriori parte ligare. Liu. 2. bel. Pun. 74, Falcesque virgarum, atque arida sarmenta prælīgantur cornibus boum. Cic. 2. de Inuent. 232, Os autem obuolutum est folliculo, & prælīgatum.

Praelium, prælii, (μάχη, ἔλκη, συμβολή,) Cōflictus in bello. Plaut. Menæch. 1. 4. 16, Prælīis factis plurimis. Descriptionem prælii vide apud Plautum in Amphitryone, 4. 7 3.

Prælium, bellum, excursus, & pugna. Tacit. de Morib. German. Alios ad prælium ire videas, Cattos ad bellum, rari excursus & fortuita pugna.

Prælium & Bellum, quid inter se differant. Liu. 10. bel. Pun. Fassus in curia est non prælio modo se esse, sed bello victum.

Bellum & prælium. Cic. in Orat. 16, Thucydides autem res gestas & bella narrat & prælia, grauiter & probè.

Certamen & prælium. Cic. 1. in Catil. 44, In huiusmodi certamine ac prælio nonne, etiam si hominum studia deficiant, dii ipsi immortales cogent ab iis prēclarissimis virtutibus tot, & tanta vitia superari?

Exitus prælionum sunt incerti, Cic. Torquato, lib. 6. 4. 3.

¶ Audax prælīis Liber. Horat. 1. Carm. ode 12. 5.

¶ Aduersum prælium, Vide ADVERTO.

Cruda prælia. Stat. 1 2. Thebaid. 1 5 3.

Dubium prælium. Liu. lib. 5. Decad. 4. Martē incertū vocat Tacit. lib. 20.

Fatale prælium. Cic. Cassio, lib. 15. 15. 5, Equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, vt illo quasi quodam fatali prælio facto, & victores cōmuni saluti consuli vellent, & victi suæ.

Feruida prælia. Claud. in Gigantomachia, 3.

Impia prælia. Horat. 2. Carm. ode 5. 6.

Iustum prælium, Vide IVSTVS.

Maritimum prælium, Vide MARE.

Modicum prælium, Vide MODICVS.

Nuualia prælia. Quintil. lib. 2. cap. 17. 21.

Scelerata prælia. Lucan. lib. 7. 51.

Secundum prælium. Tacit. lib. 20. Et Liu. lib. 8. Decad. 4.

Vlulata prælia. Stat. 9. Thebaid. 145.

¶ Abstinere prælio, vel pugna: Vide ABSTINEO.

Audere prælium. Tacitus lib. 4, Si Barbari successu noctis alacres prælium auderent.

Audere in prælia. Virgil. 2. Aeneid. 70, Quos vbi confertos audere in prælia vidi.

Cessare à prælīis, Vide CESSO.

Ciere prælium, Vide CIEO.

Committere prælium, Vide COMMITTO.

Concurrunt prælia ventorum. Virg. 1. Georg. 64.

Conserere prælia. Virg. 1. Aeneid. 80.

Decertare prælio, Vide DECERTO.

Detrectare prælia. Silius lib. 7. 130.

Differre prælia. Silius lib. 7. 67.

Dimicare prælio cum aliquo. Cic. 2. de Nat. deor. 8.

Dirimere prælia. Virg. 5. Aeneid. 94.

Dare prælia. Virg. 3. Georg. 63,

–imbelles dant prælia cerui.

Edere prælia & pugnas æterno certamine. Lucret. lib. 2. 24.

Manibus prælium facere, Vide MANVS.

Præclara prælia facere. Cic. 2. de Orat. 151, Quum Tarento amisso arcē tamen Liuius retinuisset, multaque ex ea prælia præclara fecisset, quū aliquot post annos, &c.

Facere secundum prælium. Tacit. lib. 20, Secundum prælium fecit. Liu. lib. 8. Decad. 4, In agro eorum pluribus prælīis secundis factis.

Frangere prælīis aliquos. Cic. de Prouinc. Consul. 36.

Incessitque itineri & prelio. Tacitus libro 1. Hoc est, Ad iter, & prælium.

Inducere in prælium cohortes, Vide INDVCO.

Inire prælium. Quintil. libro 3. cap. 8. 14. Virg. 4. Georg. 63, Prima leues ineunt siquando prelia Parthi.

Inire & haire prælium, Vide INEO.

Hispida prælia incunt vrsi. Stat. 6. Thebaid. 174.

Inferre prelium in castra, Vide INFERO.

Instaurare prælia. Lucan. lib. 3. 122.

Instaurata prælia. Virg. 1. Aeneid. 134.

Intermittere prælium, Vide INTERMITTO.

Inuadere prelium, Vide INVADO.

Ludere prælia. Stat. 9. Thebaid. 158.

Horrida miscere prælia. Virg. 1. Georg. 57.

Miscere

Miscere prelia multa vi. Virg. 3. Georg. 44.

Mollīi prælia. Silius lib. 13. 40.

Obire prælia. Lucret. lib. 4. 196.

Dura prelia pati, Virg. 7. Aeneid. 162.

Profligare prælia. Tacit. lib. 14, Etiam in multis legionibus paucos esse, qui prælia profligarent.

Mutuis prælīis inter se pugnare, Vide MVTVVM.

Scrutari prelia. Silius lib. 7. 55,

Donec reptantem, & nequicquam sepe trahendo
Hac illuc castra, & scrutantem prælia Pœnum, &c.

Serere prælia. Tacit. lib. 21, Et sequentibus diebus crebra portis prelia ferebant. Liuius modò Certamina, modò bella serere, nunc Pugnam, nunc certamen conserere dixit.

Serere prælia cum aliquo. Silius lib. 8. 8.

Sumere prelium. Tacit. lib. 20, Incompositi festisque prelium sumpsere.

Sustinere alicuius causa prelia. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 1 14.

Tentare prælia. Virg. 2. Aeneid. 67.

Texunt fugas & prælia ludo. Virg. 5. Aeneid. 119.

Caput altum in prælia tollit. Virg. 5. Aeneid. 75.

Tractare prelia. Silius lib. 15. 92.

Ventum est ad prelia. Virg. 3. Georg. 20.

Secundis prelīis vti. Cic. pro Lege Manilia, 16.

¶ Prælium à prelo quidam deducūtquia sicut in prelo humor vuarum, ita in prælio sanguis hominis fluit.

Prelior, prælīris, prelīiri, (μάχομαι, ἐλαμαχέω,) Dimicare. Cæsar lib. 5. bel. Gall. Equestribus prælīis sepe ex equis desiliunt, ac pedibus prelīantur, equosque eodem manere vestigio assuefecerunt. Idem 1. bell. Gal. 312, Ex loco superiore in ipsis fluminis ripis prælīabantur.

Prelīari cum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 288, Nullum intercedebat tempus quin extremi cum Equitibus prelīarentur.

¶ Prælīari, per translationem, pro Dimicare, & contendere verbis. Cice. ad Atticum, lib. 1. 11. 1, Ego enim, quandiu Senatus authoritas mihi defendenda fuit, sic acriter & vehementer prælīatus sum, vt clamor concursusque maxima cum mea laude fierent.

Prelians, Participium: (μαχόμενος,) vt Eudemus prælians ad Syracusas occidit. Cic. 1. de Diuinat. 95.

Prælīris, & hoc prælīire, pen. prod. (μαχοῦς,) Ad prælium pertinens: vt Prælīares pugnę, apud Plautum in Curc. 1 2. 17.

Praelongus, Adiectiuum. (ἐξαίσιος,) Valde longum significat. Liu. 2. bell. Pun. 192, Dispares ac dissimiles gladii: Gallis prælongi, ac sine mucronibus. Plin. lib. 10. cap. 46. 1, Rostra porphyrionibus & prelonga crura rubent.

Cornua prelonga. Lucret. lib. 3. 1 36.

Homo prælongus. Quintil. lib. 6. cap. 4, Quale refert Cicero de homine prælongo.

Prælongo, prælongas, (περιμηκύνω,) prælongare, Longum facere. nam Longo non dicitur. Plin. lib. 1 1. cap. 2. 1, Qua subtilitate pedum crura prælongauit?

Praeloquor, pen. corr. prelōqueris, prælōquūtus sum, (προφέγγομαι,) prælōqui, Prefari. Plin. epist. 174. a, Fortè accidit vt eo die mane in aduocationem subitam rogarer: quod mihi causam prelōquendi dedit. Cælius Ciceroni, lib. 8. 1 2. 7, Vix hoc erat prælōquutus, quum ego Appium Censorem eadem lege postulaui.

Praeluceo, prælūces, pen. prod. prælūxi, (περιστέλλω,) prelucere, Valde lucere. Matt. lib. 1 2. 38, Prælūxere faces, velarunt flamea vultus. Plin. lib. 32. cap. 10. 27, Polmone marino si confricetur lignum, ardere videtur adeò vt baculum ita prelūceat.

Alicui prælūcere, Præferre facem. Sueton. in Octauio Augusto, cap. 29, Tonanti Ioui ædem consecrauit, liberatus periculo, quum expeditione Cantabrica, per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, ferumque prælūcentem exanimasset. Plin. de Viris illust. 38, Duilio concessum est, vt prælūcente funali, & precinente, tibicine, à cœna publicè rediret.

Maioribus suis prelūcere virtute sua. Cic. in Sallustium, 3, Ego meis maioribus virtute mea prælūxi vt si prius noti non fuerunt, à me accipiant initium memorię lux.

Bona spe prelūcere in posterum. Cic. de Amicit. 22, Quumque plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum prestat omnibus, qp bona spe prælūcet in posterum.

Pectora prælūcent filo Sidonio. Lucan. lib. 10. 28. Vbi rectius legendum est, perluceor.

Nullus in orbe locus Balis prælūceat amœnis. Horat. 1. epist. 1. 17. Hoc est præpollet, siue amœnior est.

Prælūcidus, pen. cor. Adiectiuum. (πολυφεγγής,) Plin. lib. 37. cap. 6. 8, Arabicæ excellunt candore circuli prelūcidi, atque non graciles.

Praeludo, prelūdis, penult. prod. prælūsi, prelūsum, penult. prod. gil. lib. 3. Georg. 47, –& sparsa ad pugnam prelūdit arena. Legitur & proludit.

Prelūdere, cum datiuo. Seneca epist. 103, Illi meliori vitę longiorique prelūditur.

Prelūdium, prelūdii. (πρόαυλον,) Dicitur illa modulatio vocum quę ante initium cantus fieri solet, quę & precentio dicitur.

Præludium, & portentum, metaphoricè & in malam partem. Cicero 14. Philipp. 390, Quęque esset facturus in hac vrbe, nisi eum hunc ipse Iupiter ab his mœnibus repulisset, declarauit in Parmensium calamitate: quos optimos viros, honestissimosque homines, maximè cum authoritate huius ordinis, populique Rom. dignitate coniunctos, crudelissimè interfecit, prelūdium illud & portentum L. Antonius, insigne odium omnium hominum, vel si etiam dii oderint quos oportet, omnium deorum.

Prelūsio, prælusiōnis, Verbale, Idem. (ἀκροβολισμός,) Plinius epist. 99. libro 6, Tu tamen existima quantum nos in ipsa pugna prelii & certaminis maneat, cuius quasi prelūsio atque precursio has contentiones excitauit.

Praelum, prēli. (πιεστήρ) Sunt proprie prela, trabes in torculari, quibus vua calcata premitur. Vide Catonem & Varronem de Re rustica. Sunt qui absque diphthongo scribant, & à premendo deducant. Vide PRELVM.

Falerna præla. Stat. 2. Sylu. 2. 1.

Praelumbo, prelumbas, prelumbare, Lumbos prefringere. Nonius. Cœpit vnūquēque prælūbare fustibus. Noni.

Praelustris, Adiectiuum. (πολύλαμπρος,) vt Arx prelustris. Ouidius 3. Trist. eleg. 4. 2,

Viue tibi: quantumque potes, prælustria vita:
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

Praemando, premandas, (προπαραγγέλλω,) præmandare, Arcere, siue prius mandare, & mittere. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 9. 6, Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus Vardęis esse, de quo tu mihi nihil mandasti: ego tamen terra marique vt cōquireretur, præmandaui. Plaut. Trucul. 6. 36, –mater

Ancillas iubet, quoniam tam decumus mensis aduentat propè,
Aliam aliorsum ire, premandare & quærere puerum, aut
Puellam qui supponantur mihi.

Praematurus, pe. pro. Adiect. (πρόωρος,) Nōdū maturus. vt Segetes præmaturæ, Pruna pmatura. Valla lib. 4.

Præmaturus fructus, Antè alios maturus. Colum. li. 1 1. cap. 3. 42, Sed qui prematurum fructum cucumeris habere volet, confecta bruma sterco ratam terram inditam cophinis obserat. Id est ante tempus matura.

¶ Præmaturus, per translationem, dicitur pro immaturo, & quod ante tempus venit, aut accidit: vt Prematura mors. Plin. lib. 7. cap. 51. 2, Quum Censorius Cato ad filium de validis quoque obseruationem, vt ex oraculo aliquo prodiderit, senilem inuentam præmaturę mortis esse signum.

Hyems prematura. Tacit. li. 1, Auxerat militum curas prematura hyems imbribus continuis.

Prematurum & Serum, contraria, Plin. lib. 8. cap. 48. 8, Castrari agnos nisi quinquemestres, prematurum existimatur. Ibidem cap. 45. 6, Domitura boum in trimatu, postea sera, antè prematura.

Præmatura denuntiatio. Plancus ad Senatum, lib. 10. 8. 10, Itaque nunquam diffitebor multa me, vt ad effectum horum consiliorum perueniret, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore: quòd præmatura denuntiatio boni ciuis imparati, quàm periculosa esset, ex casu College videbam.

Labor præmaturus. Silius lib. 15. 70.

Præmatūre, penult. produ. Aduerbium, (πρόωρως,) Immaturè. Plautus Mostel. 7. 68,

Nam me in Acherontem recipere Orcus noluit:
Quia præmaturè vita careo. Hoc est, Quia mortuus sum ante tēpus.

Gellius lib. 10. ca. 11, Sicut Afranius dixit in Togata, cui titulus νόμῳ est Appetis dominatum demens prematurè præcocem.

Praemedicatus, pen. prod. Participium, (προφαρμακωθείς,) siue Nomen ex participio. Ouid. epist. 12. 3,

Isset anhelatos non præmedicatus in ignes
Immemor Aesonides, oraque adunca boum. Id est non isset Iason ad domandos tauros qui naribus ignem efflabant, antè à me, Medea scilicet, instructus medicamentis quibus hi possent vinci.

Praemeditor, pen. corr. præmeditāris, præmeditātus sum, (προμελετάω,) premeditari, Antè meditari, Præcogitare. Plautus Epid. 8. 39, –vt paratè

Eam premeditatam meis dolis, astutisque
Onustam mittam. Cic. ad Atticum, lib. 6. 1 14. 6, Ex qua me fingere possim, & premeditari quo animo accedam ad vrbē. Idem 11. Philip. 293, Est enim sapiētis, quicquid homini accidere possit, id premeditari.

Quid sibi vsu venturum sit præmeditari. Author ad Heren. lib. 2. 40.

Premeditatio, Verbale. (προμελέτημα,) Cic. 3. Tuscul. 50, Hęc igitur præmeditatio futurorum malorum, lenit eorum aduentum, quę vententia longè antè videris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Praemercor, premercâris, (προεμπορεύομαι,) premercâri, Prius mercari, siue, vt ait Budęus, In emptione præuenire, & licitando prępripere. Plautus Epid. 9. 27,
Aedepol nisi tam tempore suo gnato tuo
Sumus premercati. Idem Merc. 2. 10, Premercatur ancillam senex. Plin. lib. 33. cap. 2. 9. Ni qui ad pollictum emerent, pretio minus parce ceuit, eaque premercarentur.

Praemessum, premessi, (προθύσιον,) Sacrificii genus, quòd de spicis quas primum messuissent, sacrificabant Cereri. Hęc Festus. Quidam legunt Premessium.

Praemetior, premetîris, (προμετρέω,) premetiri, pen. prod. Antè metiri: Vnde participium Premensus: ut
Lucis premensę tempora. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 2.
Tunc quum premensę defunctus tempora lucis
Nudus Letheą cogerer ire rate. Portionem vitę appellat Iuuenalis Saty. 9. 13, –miseręque breuissima vitę Portio.

Praemetuo, premetuis, (προφοβοῦμαι) premetuere, Antè metuere. Lucret. lib. 3. 207, –at mens sibi conscia facti. Premetuens adhibet stimulos, torretque flagellis.

Praemigro, premigras, pen. corr. (προαποικέω,) premigrare, Antè migrare. Plin. lib. 8. cap. 28. 1, Ruinis imminentibus musculi premigrant.

Praemitto, premittis, premisi, pen. pro. premissum, (προπέμπω,) premittere, Antè mittere. Costruitur ferè cum ad vel in prepositionibus. Plau. Casina, 11. 1. 2, Hunc ad Acherontem premittam. Idem Amphi. 4. 41, Me à portu premisit domum, vt hęc nuntiem vxori suę. Ci. 2. Offic. 34, Premittebatque de stipatoribus suis qui seruarentur arcuias multiebres. Cęsar 4. bel. Gal. 495, Quum id non impetrassent, petebant vti ad eos, equites qui agmen antecessissent, premitteret. Virg. 1. Aeneid. 150, –rapidum ad naues, premittit Achatem. Literas odiosas premittere. Cic. Attico, lib. 10. 197. 15. Cum equitatu in aliquem locũ premittere aliquẽ. Brutus Ciceroni, 15. 5. Premiserat in Hispaniam legiones. Cęsar 1. bel. Ciuil. 151. Premittitur in Siciliam cum imperio. Cic. ad Atticum, lib. 7. 134. 3. Premittere edictum. Cęsar 2. bel. Ciuil. 76, Edictumque premittit, ad quã diem magistratus, principesque omnium ciuitatum sibi esse prestò Cordubę vellet.
Premissus, Participium: (προπεμφθείς,) vt
Equites premissi ibant. Virg. 9. Aeneid. 74.

Praemium, premii, (γέρας, τίμιον, ἐπιτίμιον, ἆθλον, ἀγώνισμα, γέκορον,) Quod in ludis proponitur iis qui se strenuè gesserint, & victores euaserint. Plaut. Amphit. 8. 16, Virtus præmium est optimum. Terent. Eunucho, 5. 9. 27, Quod vis domum & premiũ à me optato, id optatum feres. Cic. 4. de Finibus, 96, Sed tamen tantam vim esse honestatis, tantamque eam rebus omnibus præstare & excellere, vt nullis nec suppliciis, nec præmiis demoueri possit ex eo quod rectum esse decreuerit.
Pro euersę Reipab. premiis prouincias aliquas occuparunt. Cicero de Prouinc. Consul. 1.
¶ Ampla premia. Stat. 6. Theb. 110.
Amplissimum premium ex omnibus premiis virtutis, si esset habenda ratio premiorum, gloria est. Cic. pro Milone, 47.
Exitialia premia. Stat. 2. Achil. 69.
Frondentia præmia varum laurus vel edera. Stat. 5. Sylu. 3. 12.
Opimum premium. Plin. lib. 14. cap. 1. 9.
¶ Accipere premia. Virg. 5. Aeneid. 62.
Affici premio. Quintil. lib. 3. cap. 6. 31. Vide AFFICIO.
Auferre premium, Vide AVFERO.
Capere premia. Virg. 5. Aeneid. 47.
Commoueri amplis premiis ad perdiscendum. Cic. 1. de Orat. 17.
Periculorũ premia & laborum fructum contemnere. Cic. in Pisonem, 50.
Pręsio & pœna Rempublicam contineri Solon dixit. Cic. ad Brut. 15. 5.
Decorãtur honoribus, premiis, atque splendore verus, iustus, & honestus labor. Cic. 1. de Orat. 96.
Dignitatis premium alicui deferre, alteri denegare. Cicero pro Flacco, 1.
Amplissima premia alicui dare. Cic. 4. in Catil. 77.
Data sunt mihi pro hac industria premia tanta, quanta antea nemini. Cic. pro Murena, 7.
Donare aliquem premiis. Cic. pro Archia, 3.
Donari premio studii sui. Quintil. lib. 2. cap 7. 4.
Elicere aliquem premiis ad faciendum aliquid. Cic. pro Corn. Balbo, 19.
Euocati premiis. Quintil. lib. 1. cap. 1. 15, Premiis etiam, quæ cupit illa ętas, euocetur. De infantia.
Expectare premia meritæ palmæ. Virg. 5. Aeneid. 14.
Exiant rectè factis premia, peccatis supplicia. Cic. 3. de Nat. deor. 114.
Ferre premia multa laborum. Horat. 1. Serm. satyr. 1. 3.
Ferre grandia premia meritorum. Horat. 2. epist. 2. 8.
Digna premia ferre. Virg. 1. Aeneid. 122.
Improba præmia fert dira libido. Sene. Octau. 6. 6.

Peruersa premia tulit tristis virtus. Sene. Hippol. 9. 6.
Inuitare aliquem premiis ad aliquid agendum. Cic. pro Ligario, 7.
Legis premio licet, Id est beneficio legis. Cic. 4. Acad. 1, Deinde absens factus Aedilis, cõtinuò Prætor (licebat enim celerius legis præmio) post in Africam, &c.
Quæsita premia linquere alicui. Lucret. lib. 5. 1.
Metus pœnarum maculat vitæ premia. Lucret. lib. 5. 232.
Merere premia, Vide MEREO.
Oppugnare aliquem suis præmiis. Cic. Anteq. iret in exil. 7, Non satis est, necui iniuriam facias, prouideres si tamen sunt voluntarii inimici, qui tuis præmiis te oppugnent.
Pensare præmia. Stat. 1. Achil. 14.
Persoluere præmium alicui. Cicero pro Cælio, 55. Et pro Milone, 43.
Persoluit præmia morum. Stat. 1. Sylu. 4. 8.
Præmia magna quidem, sed non indebita posco. Ouid. epist. 15. 4.
Postulare præmium. Cic. pro Rab. perd. reo, 23.
Virtutis premium, insigne honoris, monimentum laudis pro tantis rebus nullum postulo. Cic. 3. in Catil. 69.
Proposuit præmiũ Xerxes qui inuenisset nouã voluptatẽ. Cic. 5. Tusc. 31.
Proposita virtutibus sunt præmia, & supplicia vitiis. Cic. 1. de Orat. 128.
Reddere præmia. Catul. Argonaut. epigr. 59.
Referens præmia seruati ciuis. Lucan. lib. 1. 73.
Rependere digna præmia. Stat. 9. Thebaid. 10.
Præmium & fructum officii repetere. Cic. Antequam iret in exilium, 1.
Soluere premia digna. Virg. 9. Aeneid. 51.
Inuidiosa trahunt victores premia Graii. Ouid. 13. Metam. 84.
Tribuere alicui premium sub aliqua conditione. Cicero pro Archia, 19.
Vendere premio prouincię totam Remp. Cic. in Pisonem, 10.
Venire frustra ad premia. Virg. 5. Aeneid. 70.
Venire ad premia legis. Cic. pro Cluentio, 79, Sed quòd iudicibus probarisit, quòd in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, le ad premia legis venire oportere.
¶ Premium, pro mercede ob vię laborem. Plin. epist. 17. lib. 3. Ego viaticum, ego etiam præmium dabo. Id est mercedem pręter viaticum.
¶ Premium, pro Pecunia poluit Nævius, Sine premio sum, marsupium reliqui domum. Nonius.

Premior, premiâris, (γεραίρω,) premiâri. Sueto. in Tit. Vesp. cap. 7, Suspecta & rapacitas, quòd constabat in conciombus patris nundinari, premiarique solitum: deinde propalãm alium Neronem & opinabatur & prædicabant. Premiari, inquit Budęus, hoc loco Lucrari significat.
Premiosus, pen. prod. Adiectiuum, (χρηματώδης,) Pecuniosus, interpretibus Nonio & Festo. Accius, Diutem ac præmiosum aurum.
Premiũtor, pen. prod. (γεραιφόρος,) premiatôris, Qui premia soluit.
Premiatorem, pro prędone dixit Nævius, authore Nonio. In scena vos nocturnos cœpit premiatores tollere.

Praemodum, pen. corr. Aduerbium, (ὑπερμέτρως,) Id est supra, vel præter modum. Gellius lib. 7. cap. 27, Liuius in Odyssea, premodum dicit quasi admodum, Parcentes, inquit, premodum. Quod significat Supra modum: dictumque est quasi pręter modum, in quo scilicet prima syllaba acui debet.

Praemoderor, pen. corr. præmoderâris, (προσωποιέω,) premoderâti, Antè moderari. Gell. lib. 1. cap. 11, Cretenses quoque prælia ingredi solitos memorię datum est præcinente ac præmoderante cithara gressibus.

Praemolestia, præmolestiæ. (προσδυσχέρεια,) Cic. 4. Tusc. 103, quasi dux consequentis molestiæ.

Praemolior, premoliris, pe. pr. præmolitus sum, (προεκπορεύω,) præmoliri, Antè moliri, præparare, inquit Budęus. Liuius 8. bel. Pun. 89, Itaque premoliendas ibi ratus iam res, conciliandosque regũ, gentiũque animos, Syphacę primum regẽ statuit tentare.

Praemollis, & hoc præmolle, (πολυμαλακός,) Valde mollis. Ten. Adel. 5. 6. 10, Paulatim plebem præmollem facio meam. Donatus legit, & cum eo omnia ferè exẹplaria, PRIMVLVM non PRAEMOLLEM. Plin. lib. 11. cap. 37. 51, Cor palpitat certè, & quasi alterũ mouetur animal, intrà præmolli firmoque opertum membranę inuolucro. Idem lib. 9. cap. 51. 6, Intra se parit oua præmollia.

Praemollio, premollis, (προμαλάττω,) præmollire, Antè mollire. Vnde Premollitus, pen. prod. (προμαλακτός,) Participium, siue Nomen ex participio, Quintil. lib. 1. cap. 9. 1, Et frustra sparseris semina, nisi illa præmollitus fouerit sulcus.
Mentes premollitę. Quintil. lib. 6. cap. 5. 7, Quo genere defensionis etiã offendisset nondum præmollitas iudicum mentes.

Praemoneo, præmones, pen. corr. premoniui. premonitum, pen. cor. (προπαραγγέλλω, προεπιπλήττω,) præmonere. Cicero, Antè monere: prius quàm aliquid fiat, & ante periculum monere. Cicero, Ideò premoneo, ne vilicum ex eo genere seruorũ qui corpore placuerunt, instituamus. Plin. in Paneg. 88, Quod licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros sub exẹplo premonere,

premonere, nullam locum, &c. Liu. i. bel. Pun. 167, Nihil vnquam satis dictum præmonitúmque ad cohortandos milites ratus, vocatis ad concionem certa præmia pronuntiat. Ibidem, 5. 88, Cum aruspices ad imperatorem id pertinere prodigium præmonuissent.
Animo tanẹ benęuolo, vt magnopere cauerem, præmonebat. Cicero 2. Verri, 15.
Ab impudentibus periculis maximis voce alicuius premoneri. Cicero de Arusp. resp. 8.
Nefas præmonere. Ouid. 15. Metam. 157.
Pericula præmonent. Plin. lib. 8. cap. 28. 1, Siquidem & pericula præmonent, nõ fibris modò extĩsque, circa quod magna mortalium portio hæret, sed alia quadam significatione.
Præmonitus, pe. cor. Participiũ, (προπαραγγελθείς,) vt Vrbs præmonita oraculo. Plin. lib. 16. cap. 39. 10. Fuitque arbor illa fatalis excidio vrbis præmonitæ oraculo, quum arbor arma peperisset.
Præmonitus, huius præmonitus, pen. cor. Verbale, (προπαραγγέλμα.) pro Prędictione. Valer. lib. 1. cap. 6, Sic deorum spreti præmonitus excandescunt. Ouid. 15. Metam. 160,
Non tamen insidias, venturáque vincere fata
Præmonitus potuere deũm.

Præmonstro, præmonstras, (ὑποδείκνυμι,) præmonstrare, Antè mõstrare, Docere, Ostẽdere, Plaut. Persa, 4. 67,
Permonstra docte: præcipe astu filię
Quid fabuletur, vbi se natam prædicet. Idem Milite, 5. 101.
–atque hoc ei præmonstra, & pręcipe
Vt teneat consilia nostra. Sic Merc. 11. 16, Scio pol te amare, quum istec premonstras mihi. Et Epid. 6. 17.
Ea conducetur, arque ei præmonstrabitur
Quo pacto fiat subdola aduersus senem. Cice. 1. de Diuinat. 21.
Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare. Ex poeta. Idem de Arusp. resp. 18. Lucret. lib. 6. 19.
Currenti spatium premonstra callida Musa.
Premonstrans, Participium, (ὑποδεικνύων,) Stat. 1. Thebai. 14.
–si Sphyngos iniquæ
Callidos ambages te præmonstrante resolui.
Premonstrator, pe. prod. premonstrâtoris, Verbale, (ὑποδεικτής,) Qui premonstrat, & docet quid faciendum sit ante periculum. Terent. Heaut. 5. 1. 1. Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonstrator Chremes, Hoc mihi prestat.

Præmordeo, premordes, premordi, premorsum, (προδάκνω.) premordêre. Gellius, Plautus in Trinummo neque premordisset dixit, sed præmorsisset: Ni fugissem, inquit, medium credo premorsisset.

Praemorior, premorîris, pe. pro. vel præmoreris, pe. cor. (προτεθνήκω,) præmori, pen. corre. Quasi ante tempus mori. Ouid. epist. 8. 25,
Aut ego præmoriar, primóque extinguar in euo,
Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero. Suet. de Claris Gramma. 3, In podagræ morbum incidit: eamque impatiens, veneno sibi perfixit pedes, & enecuit ita vt parte ea corporis quasi præmortui vixerit. Plin. lib. 19. cap. 2. 9, Tradũntque quod extra nodum sit, è cauda præmori. Idem lib. 7. cap. 50. 3. Præmoritur vitus, auditus, incessus.
Membra præmortua Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 13.
Premortuus pudor. Liuius 1. ab Vrbe, 3, ad finem, Scaptium ipsum id quidem, etsi premortui iam sit pudoris, non facturum. Sic autem forte vocat, vt notet in sene decrepito paulo antè vitam extinctũ esse pudorẽ.

Præmunio, premũnis, penulti. produ. premuniui vel premunii, premunîre. Prius munire. Cęsar 3. belli Ciuilis, 214, Isthmum præmunire instituit.
¶ Præmunire, per translationem. Cice. pro Cælio, 13. Quamobrem illa quæ ex accusatorum oratione præmuniri iam & fingi intelligebam, fretus vestra prudentia Iudices non pertimeſco. Idem 1. de Legibus, 51, Quæ premuniuntur omnia reliquo sermoni, disputationique nostræ, quo facilius ius in natura esse positum intelligi possit.
Antè præmunire. Cice. in Orat. 76, Vt diuidat in partes, vt aliquid relinquat ac negligat, vt antè præmuniat, vt in eo ipso in quo reprehendatur, culpam in aduersarium transferat.
Prefulcire & præmunire. Cic. Attico, lib. 5. 100. 3, Primum illud prefulci atque premuni quæso, vt simus annui, ne intercalerur quidem.
Præmunitio, Verbale, (προοχύρωμα.) Cic. 2. de Oratore, 167, Quid? si in homines charos, iudicibusque iucundos, sine vlla premunitione orationis acerbius, & contumeliosius inuehãre, nonne abs te iudices ab alienes? Ibidem, lib. 3. 113, Præmunitio est etiam ad id quod aggrediare, & reiectio in alium.

Praenarro, prenarras, (προδιηγέομαι,) prenarrare, Antè narrare, rectè sane interrogasti, oportuit.
Rem prænarrasse me.

Praenato, prænatas, pe. cor. (προνήχομαι.) prenatare. ante natare Pli. li. 9. cap. 45. 1, Prenatante piscículo frondem suam (spargit.
Interea videt Aeneas in valle reducta
Secluſum nemus, & virgulta sonantia syluæ.
Lethæúmque, domos placidas qui prænatat, amnem. Vbi Seruius, Prænatat, pręter fluit. Et contrarè dictum est: nam non natant aquę, sed nos in ipsis natamus. Eamum igitur sequutus est, qui ait,
–fluctúque natantes.

Praenauigo, prenauigas, pe. co. (προνταύω,) prenauigare, Pręter nauigare, vel vltra nauigare. Plin. lib. 6. ca. 23. 7. Deinde Ichthyophaghi tam longo tractu, vt x x dierum spatio prænauigauerint.
Prenauigatio, Verbale fœ. gene. Plin. lib. 6. cap. 31. 4. A. Gorgonum insulis prenauigatione Atlantis dierum quadraginta, &c.
PRAENESTE, gene. neu. & hęc Prænestis, (πρώνεστον,) nomen vrbis in Latio, non longè ab Vrbe, quòd locus in quo sita est, montibus præstet. Et sic cum diphthongo scribitur. Seruius ἀπὸ τοῦ πρίνου. hoc est ab ilice, quæ ibi abundat, deducit. Solinus, à Prænestę Vlyssis nepote, & Latini regis filio. Olim Polystephanos dicta: id est multarum coronarum. Lege Plutarchum. Quidam à Cęculo Vulcani filio conditam ferunt super Aretino monte. quod sequitur Virgilius. Vide CAECVLVS. In hac fuit fortunæ templum illustre: vnde certa edebantur oracula. Silius, –facrisque dicatum
Fortunæ Prænestę iugis. Huius meminit Cic. 2. de Diuina. 131, Quod Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se fortunatiorem, quàm Prænestę, vidisse Fortunam.
Altum Prænestę. Virg. 7. Aeneid. 137.
Frigidum Prænestę. Horat. 3. Carm. ode. 4. 5.
Sacrum Prænestę. Stat. 4. Sylu. 4. 3.
Prænestini, penul. produ. Prænestinorum, (πρωνεστινοί,) Habitatores Prænestę. Cicero 2. de Diuinat. 128, Nomerium Suffustium Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem & nobilem somniis crebris, &c.
Prænestinus, penul. produ. (πρωνεστινός,) Possessium: vt Prænestinæ bracteæ. Plinius lib. 33. cap. 3. 20, Crassissimæ ex his prænestinæ vocantur. etiamnum retinentes nomen, Fortunæ inaurato ibi fidelissimè simulacro,
Dea Prænestina. Ouid. 6. Fast. 6.
Fortuna Prænestina. Lucan. lib. 2. 39.
Montes Prænestini. Liu. 3. ab Vrbe, 35.
Nucum Prænestinarum meminit Cato sæpius, 34. 143. 2. & cap. 8.
Sorores Prænestinæ. Stat. 1. Sylu. 3. 16.
Sortes Prænestinæ. Cicero 1. de Diuinatio. 130, Fani pulchritudo & vetustas Prænestinarum etiãnũ retinet sortium nomen, atque id in vulgus.
Vrbs Prænestina. Virg. 7. Aeneid. 136.

Praenimis, penul. cor. (μέγα λίαν,) quasi dicas Valde nimis. Gell. lib. 19. cap. 10. Hoc prænimis plebeium est.

Praeniteo, prænites, pe. cor. ſpnitui, (περιλαμπρύνω) ſpnitêre, Valde nitere & resplendere: vt prænitens Iuna. Pli. lib. 2. ca. 9. 1.

Praenomen, penul. produc. prænominis, penul. corre. (πρώτον ὄνομα,) Quod honoris causa præponit nomini, vt Marcus, Publius, Titus, Quintius. Et raro plenè scribitur, sed aut vnica litera, vt A, id est Aulus. C, id est Caius: vbi scribitur C, & pronuntiatur Gnvt in Cn, duabus literis, id est Cneus. Sic Sex. id est Sextus. Cicero ad Volumnium, lib. 7. 33. 1, Quod sine prænomine familiariter, vt debebas, epistolam misisti ad me, primùm addubitaui, num à, &c. Idem ad Atticum, lib. 4. 84. 1, De Eutychide gratum, qui vetere prænomine, nouo nomine T. erit Cæcilius, Et 13. Philipp. 366, Omnes tamen tantam habent similitudinem inter se, vt in eorum prænominibus errem. Liuius 10. belli Pun. 84, Quintilius Prætor cum filio, cui Marco prænomen erat, impigro iuuene ad Equites pergit.
Eximere prænomen alicuius è familia. Quintilianus lib. 3. cap. 7. 15, Et post mortem adiecta quibusdam ignominia est, vt Melio, cuius domus solo æquata, Marcóque Manlio, cuius prænomẽ è familia in posterum exemptum est.
Gaudere prænomine. Horat. 2. Serm. saty. 5. 7.
–gaudent prænomine molles Auriculæ.
Mutare prænomen. Tacit. lib. 3. Nomen Pisonis radendum fastis censuit, partem bonorum publicandam, pars vt Cn. Pisoni filio concederetur, isque prænomen mutaret.

Praenosco, prænoscis, prænoui, prænôtum, penul. præduc. (προγιγνώσκω,) prænoscere, Antè noscere. Plaut. Asin. 3. 47.
Verùm meam vxorem nescis qualis siet?
L. Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus. Cicero 1. de Diuinat. 141, Neque non possunt futura prænoscere. Sic ibidem, 2. 151. Pliuius lib. 19. cap. 12. 6, Vera autem cuiusque natura nonnisi medico affectu prænosci potest. Idem lib. 18. cap. 24. 11, Quæ futura prænosci non possunt. Vetera exemplaria in his duobus Pliniĭ

Universidad de Deusto
Biblioteca

exemplis pernosci habent.
Laborem venturum prænosse.Stat.3.Thebaid.98.
Signum hoc veniens poterunt prænoscere nautę.Cic.in Arato,8.
Omnia prænoscens mater Silius lib.16.25.
Prænotio, Verbale, (πρόγνωσις,) Cicc.1.de Nat.deorum,64, Fateamur constare illud etiam,hanc nos habere sive anticipationem,vt antè diximus prænotionem deorum.

Prænubilus, pen.corr.Adiectiuum, (συνοφής,) significat idem quod Nubilus.Ouid.3.Amor.eleg.12.2,
Stat vetus,& densa prænubilus arbore lucus.

Prænuntio, prænuntias, (προαγγέλλω,) prænuntiare,Antè nuntiare Terent. Phorm.5.2.12, Geta, abi, prænuntia hanc venturam. Cic.1.de Diuinat.19,Est enim vis & natura quędam, quę cum obseruatis longo tempore significationibus, tum aliquo instinctu, inflatuque diuino futura prænuntiat. Plin.lib.16.cap.42.2, Frangique se prænuntiat strepitu.
Prænuntius, Adiectiuum, (προαγγελτικός,) Cic.2.de Natu. deorum,21, Quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænuntię. De cometis. Idem pro Murenâ,41, Non placet mihi inquisitio candidati prænuntia repulsę. Plin.lib.2.cap.27.2, Quippe ingentium malorum fuere prænuntia.
Ales lucis prænuntius,gallus.Ouid.2.Fast.154.
Solis prænuntia Aurora.Cic.in Arato,7.
Clamor prænuntius.Plin.in Paneg.104,Prænuntius clamor auribus nostris insederat.
Hirundo Veris prænuntia.Ouid.2.Fast.171.
Ortus prænuntius solis.Ouid.3.Trist.eleg.5.11.
Verba prænuntia cladis futurę.Ouid.3.Metam.39.

Præoccido, præóccidis,pen.corr.præóccidi,præóccasum,(προκτείνω,) præoccidere , Antè occidere. Plin.lib.18. cap.29.5,Cui præoccidere Caniculam necesse sit.

Præoccupo, præóccupas, pen.corr. (προφθάνω,προκαταλαμβάνω,) præoccupare, Prævenire . Cęsar 2.bel.Ciuil 65, Præoccupatum sese legatione ab Cn. Pompeio teneri obstrictum fide.Est autem in hoc Cęsaris exemplo, Hominem beneficio irretire.Loquitur de Varrone,quem Pompeius sibi per eam legationem obligauerat, antequam bellum foret. Liuius 4. ab Vrbe,107, Vbi videant Collegas principes agendę rei gratiam omnem ad plebem præoccupauisse,nec locum in ea relictum sibi.
Præoccupauit animos timor.Cęsar 6.bel.Gal.151.
Præoccupare partes alterius. Cic.10.Philip.269,Quas enim partes ipse mihi sumpseramteas præoccupauit oratio tua.
Præoccupauit ferre legem. Liuius 4.ab Vrbe,128, Legem de multarum æstimatione pergratam populo , quum ab Tribunis parari COSS. vnius ex collegio proditione excepissent, ipsi prœoccupauerũt ferre.
Præoccupari vlceribus . Colum.lib.7.cap.12, Si vlceribus iam præoccupatę fuerint.
Præoccupatus,pen.prod.cum infinitiuo, (προλαβής,) Seneca epist.51, omnes prœoccupati sumus virtutes discere,vitia dedicere.
Præoccupatio,præoccupationis, (πρόληψις,) Verbale, apud Rhetores schema quoddam , quum aliquid nos reticere dicimus , & tamen tacitum intelligitur . quod fit vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum sui picionem excitare maiorem reticendo volumus: à Grœcis dicitur Aposiopesis.

Præopto, præoptas, (μᾶλλον αἱρέομαι,) præoptare, Potius optare,re,vel valde optare.Terent.Hecy.4.1.18,Adeón' pertinaci esse animo,vt puerum præoptares perire ? Liu.9.ab Vrbe,244, Quod quantopere oprandum foret, Hernicos docuisse : cum quibus licuerit , suas leges Romanę ciuitati præoptauerint : quibus legendi quid mallent copia non fuerit, pro pœna necessariam ciuitatem fore. Idem 3.bel. Pun.102, Punicam Romanę societatem atque amicitiam prœoptandam esse.
Præoptare, quàm. Liuius 8.bel.Pun. Mortem in certamine, quàm vt alter alterius subigeretur imperio,præoptantes.

Praepando, præpandis, præpandi, præpassum , (προπετάλω,) præpandere,Prętendere. Plin.lib.11.ca.24.2.Maiores aranei in terra cauerna ũ exigua vestibula prępandũt. Budęus.
Præpandere,Præaperire.Lucret.lib.1.30, -quo carmine demum
Clara tuæ possim præpandere lumina menti,
Res quibus occultas penitus conuisere possis.

Praeparcus, Adiectiuum,(πάνυ φειδωλός,) Valde parcus.Plin. lib.11.cap.19,Aliquando & ipsę contrahunt mortis sibi causas,quum seuere eximi mella,auide vorantes.Cętero præparcæ,& quæ alioquin prodigas atque edaces, non secus ac pigras, & ignauas proturbent.

Praeparo, præparas, pen.corr. (κατασκευάζω,κατασκευάζω,παρασκευάζω,παρασκευάζω,προκατασκευάζω,προετοιμάζω,) præparare,Antè parare quæ nobis vtilia credimus.Cic.lib.1.Offic.19, Facilè totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparet necessarias.
Causa aliorum alia præparare. Cic.1.de Legib.42, Sunt enim hæc maiora , quæ aliorum causa fortasse complecteris , quàm illa ipsa , quorum hæc causa præparantur.
Amicitias præparare.Cic.de Amicit.54.
Animos præparare ad aliquid. Cic.2.Tuscul.10, Cultura autem animi philosophia est , quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos.
Arma præparare.Claud.6.Paneg.39.
Hyem præparare cibos.Plin.lib.8.cap.37.2.
Hortos certo loco diligenter præparare.Cic.pro Cœlio,28.
Puppes præparare.Lucan.lib.3.4.
Vlmos preparare.Horat.1.epist.7.17, -atque
Sulcos & vineta crepat mera,preparat vlmos.
Preparo te huic. Quintil.lib.7.cap.1, Omnia ante ius posuit,quibus iudicem quęstioni legum preparat.
Victu atque cultu preparari.Cic.2.de Diuinat.179,Pythagoras & Plato lecupletissimi authores,quo in somnis certiora videamus, preparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent.
Præparatus, penult. prod. Participium, (παρασκευασθείς, παρασκευασμένος,) vt
Pectus bene præparatum.Horat.3.Carm.ode 10.3.
Animo cum bonis cogitationibus,tum rebus ad tranquillitatem accommodatis præparato,qui se ita quieti tradet,certa & vera cernit in somnis.Cic.1.de Diuinat.198.
Auribus non præparatis qui inflammare rem cœpit,furere videtur. Cic. in Orat.53.
Otio nisi præparato institui historia nec potest , nec exiguo tempore absolui.Cic.1.de Legib.14.
Pœnæ apud inferos sunt impiis præparatæ.Cic.1.de Inuent.62.
Præparato,Ablatiuus:vt Preparato facere.Quint.li.4.ca.42.2, Quàm'nihil præparato,nihil festinato fecisse videri[Milo:]Id est,ex ſiparatione.
Præparatus, huius præparatus, pen.prod. Substantiuum, (παρασκευή,) Gel.lib.10. cap.11, Nanque in præparatu rei rusticæ , per tempestates pluuiasque , quum otium est, maturari potest : per serenas, quum tempus instat,properari necesse est.
Præparatio, Verbale, (παρασκευασθή,) Quintil.lib.4.cap.2, Narrabimus cum præparatione quadam.
Diligens præparatio in omnibus negotiis , priusquam aggrediare, adhibenda est.Cic.1.Offic.105.
Prouisio animi & præparatio multum potest ad minuendum dolorem. Cic.3.Tuscul.53.

Praepedio, præpedis,pen.corr.præpediui, præpedítum,penult. prod. (πεδήω,ἐμποδίζω,) præpedire,Ex præ & pedio compositum, significat Prius pedibus deuincire . Per translationẽ verò,quasi pedibus vehementer obligare,Impedire. Plaut. Casin.15. 24,Prępedit timor dicta linguæ.Terent.Heaut.3.1.101,
-an eo fit,quia in re nostra aut gaudio
Sumus præpediti nimio , aut ægritudine ? Præpeditus latera ferri ferro, apud Plautum in Pœnulo. Liuius 8. ab Vrbe,197, Sine modo inquit sese prædą præpediant.
Cruta præpediuntur vacillanti.Lucret.lib.3.97.
Tremor subitus præpedit ossa.Ouid.epist.14.4.
Morbo præpeditus. Cic. pro Rab.15, Confectus senectute, præpeditus morbo,&c.
Mentes præpedire timore.Apud Hirtium lib.6.bel.Hisp.132.
Præpedimentum, præpedimenti, (ἐμποδισμός,) Impedimentum . Plautus,Ne fallaciæ præpedimentum obiiciatur.

Praependeo, præpendes, præpendi, præpensum, (προκρεμάννυμι,) præpendere, Antè pendere. Properr.lib.2. eleg.34.7,Quum tua prępendent demissa in pocula serta.Mart.lib.9. 50,Præpendet mento nec tibi barba minor.Cæsar 2.bel.Ciuil.34,Cir cum turrem prępendentes.Veruntamen,Præpendere,apud Cæsarem videtur esse tertiæ coniugationis,& actiuæ significationis. sic enim habet locus:Storias ex tribus partibus,quæ ad hostes vergebant,eminentibus trabibus circum turrem prępendentes religauerunt. Dixerat paulo ante,Vt effet vbi tegumenta prępendere possent,ad defendendos ictus ac repellendos,id est obtendere.Nihil tamen vetat quinetiã apud Cæsarem secundę coniugationis esse censeatur.

Praepes, præpetis,pen.corr.om.g. (ὀκυπέτης,) Velox. Cic.1.de Diuin.173, -præpetibus pęnis,lapsuq; volatũ.Ex poeta.
Alæ præpetis plausus.Stat.2.Thebaid.8.
Adunca præpes Iouis,Aquila.Ouid.6.Fast.40.Hic pro aue.
Auis præpes.Cic.1.de Diuinat.177,
Et simul ex alto longè pulcherrima præpes
Læua volauit auis. Ex poeta.
Præpetes aues(inquit Festus)quidam dici aiunt, quia secundum auspicia faciant. Alii,quòd antea q̃ petamus,indicent: aut quòd præuoleant. Aut ex Græco tractum putant,quòd antè conspectũ volent nostrum inepte

inepte scilicet,ex præpositione Latina componentes , & Græco vocabulo.Cæterum poetæ promiscuè omnes aues ita appellant.
Cursus præpes.Claud.1.in Ruffinum,55.
Subitæ præpetes.Ouid.13. Metam. 125.
Pennæ præpetes,Virg.6.Aeneid. 30.
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo.

Præpeto, præpetis,prępetui,præpetítum,pe.pro.(πρεσβεύω,)præpétere. Ante,vel prius petere,id est ire. Festus,Præpetere dicebant veteres pro anteire.

Præpilatus, pen.produ. Adiectiuum. Præpilatæ hastæ sunt quæ ferreas habent cuspides , quasi præferratæ . Præpilatum etiam dicitur vbi non est ferrum , si modò in mucronem acutum sit,vt cornua locustarum quibus nataut.Pli.lib.8.cap.6.2,Ab operariis hastas præpilatas habentibus per circum totum actos. Liu.6.bel.Punico,161,Tertio die fudibus inter se in modum hastæ cõcurrunt,præpilatisque missilibus iaculati sunt. Plin.lib.9,cap.30.8,de locustis,Si nullus ingruat metus,recto meatu cornibus,quæ sunt propria rotundi tate præpilata,ad latera porrectis, &c.
Exercerí præpilatis.Quintil lib.5.cap.12.13,Quod eò diligentius facíẽdum fuit,quia declamationes,quibus ad pugnam forensem velut ſpilatis exercerí solebamus,olim iam ab illa vera imagine oráti recesserit.

Præpinguis, & hoc præpingue,(πολυπίων,) Valde pingeis.Col. lib.1.Itaque non est vincis aptaravix etiam arbusto, nisi præpingui & vitida terra. Plin.lib.8.ca.32.2, de cervis,Vbi se ꝓpiogues sentere,latebras quærunt,latentes incommodum pondus.
Solum præpingue.Virg.1.Aeneid.140.

Præpolleo, præpolles,præpollui,(πολὺν δύναμαι,)præpollère, Ante alios vel plurimũ pollere. Liu.1.ab Vrbe, 149, Ardeam Rutuli habebant,gens vt in ea regione,atque in ea ætate diuitiis præpollens Hoc est,vltra alias potens diuitiis. Ibidem,lib.5.154. Virtute,fortunique tum sua,tum publica præpollens.

Præpondero, præponderas,pe.cor.(πρεσκαλίμβω,)præpondera re,Prius ponderare,seu examinare. Stat.8. Thebaid.133.
-quemnam hoc certamine victum,
Quem vicisse velint tacitè præponderat exul.
¶ Præponderare,per translationem.Pluris esse,siue pluris æstimari debere.Gell.lib.1.cap.3.Nam quum in rebus aut paribus,aut non longè secus,vtilitas amici,aut honestas nostra consistit , honestas proculdubio præponderat. Cic.3.Offic.22 Qui autem omnia metiuntur emolumentis & commodis,neque ea volunt præponderari honestate,is solet in deliberando honestum cum eo quod vtile putant,comparare. Accipitur & pro Anteferre.Quinti.Declamat.8,Inter duos filios pari desperatione languentes da bonum patrem : non præponderabit alterutrum,non eliget.Alia constructione apud Sene.1.de Elementis,Quicquid plus æquo futurum est,in partem humaniorem præponderet.

Præpono, præpónis,pe.prod.præposui,præpósitum,pe.cor.(προ τίθημι,) præponere, Ponere ante.Salust. in Iugurtha, Vbicunque res postulabat,præsidium est præpositum.
Aditus ædibus præponere,Vide Aditus in ADEO ; adis.
Seruitium scenæ præpositum.Cic.de Aruisp.resp.22, Quid magis inquinatum,deformatum,peruersum,cõturbatum dici potest, quàm omne seruitium permissa magistratus liberatum in alteram scenam immissum, alteri præpositum,&c.
Vltima primis præponere.Horat.1.Serm.saty.4.12.
Via præposita.Ouid.1.Trist.eleg.3.11.
Ah quoties certam me sum mentitus habere
Horam,præpositæ quæ foret apta viæ.
Verbum præpositum,appellatum ex eo credo,quòd præponatur aliis. Cicero 4.de Finib. 118.
¶ Præponere,(προκρίνω,προτιμῶ,προίσταμαι,) Anteponere, Præferre.Plaut,Rud.22.2.
-nam vt de nocte multa
Impigreque exurrexi,lucrum præposui sopori & quieti. Teren.And.1. 1.32.Nunquam præponens se aliis. Idem Eun.1.2.59.
Ait,si fidem habeat,se iri præpositum tibi.
Apud me. Cic.2.de Finibus,180.Quid si in ipso corpore multa voluptati præponenda sunt,vt vires,valetudo,velocitas,&c.Idem 2. de Lege agraria,25,Vt nobilissimis hominibus longè præponeter.
Amicitiam patriæ præponere.Cic.pro Rab.perduel.10,17.
Multos sibi præponere.Ouid.4.Trist.eleg.9.26.
Hominem Iouí præponere.Ouid.2. Fast. 136.
Vis tu homines,vrbemque felis præponere sylvis. Hor.2. Serm.sat.6.19.
Salutem Populi Rom.vitæ suæ præposuit.Cic.9.Philipp.167.
¶ Præponere aliquem negotio,pro Præficere. Cice.ad Catonem, lib.15. 4.10,Q.fratrem negotio præposui,vt in vicis aut captis, aut malè paratis exercitus collocaretur. Sic pro Cecin.43.
Præpositus bello imperator.Cic.pro Lege Manil.51.
Imperatorem sapientem & callidũ exercitui ꝓponere, Cic.1.de Inuẽ.74.
Muneri alicui quendam præponere.Cic.2.de Orat.23.
Nauibus aliquem præponere.Cic.7.Verr.79.
Publico negotio præponi.Cælius Ciceroni,lib.8.ca.4.
Oraculo præposita sacerdos,Cice.1.de Diuin.129.
Quæstioni præpositus qui hæc iustè sapienterque disceptet. Cicero pro Milone,17.
Præpositio,Verbale (πρόθεσις,)Actus ipse prępónendi.
Præpositio,pars orationis apud Grammaticos:de qua abundè apud Priscianum & alios.Cicero in Top.34,Præpositio enim IN,priuat verbũ ea vi quam haberet,si IN præpositum non fuisset.
Abi præpositio vna est, eáque nunc tantùm in accepti tabulis manet , ne his quidem omnium:in reliquo sermone mutata est.Cic. in Orat. 89.
Corrumpere præpositiones. Quintil.lib.1.cap.5.43, Prequenter autem præpositiones quoque copulatio ista corrumpit:Inde abstulit,aufugit, amisit:quum præpositio sit, A B, sola.

Præporto, præportas,(προφέρω,)præportare , Ante se ferre vel portare,Cicero in Arato,47,
E quibus ingenti exsiltit cum corpore præ se
Scorpios,infesta præportans flebile acumen.Lucret.lib.2.126.
Telaque præportant violenti signa furoris.Catul.Argonau.59.39.
-quibus anguineo redimita capillo
Frons expiratis præportat pectoris iras.

Præposſum, præpotes,pe.cor.præpóui,(πρεσβεύω,) præposse, Præpollère,Præualère.Tacit.lib.21,Postquam Macedones præpotuere,rex Antiochus demere superstitionem & mores Grœcorum dare adnixus.
Præpotens,pe.cor.om.gen.(πολὺ δυνάμενος,)Valde potens. vt Præpotens Deus.Cic.2.de Nat.deorum 6.Et 1.de Legib.34.
Præpotens & gloriosa philosophia.Cic.1.de Orat.95.
Præpotens,Diues.Cic.2.de Finib.93,Præpotentem vt M. Crassus fuit. Idem de Amicit.49,Sic multorum opes prępotentium excludunt amicitias fideles.
Domus præpotens.Senec. Octau.2.1.
Opibus prępotens.Plin.lib.36.cap.5.29,Quidam & opibus eos præpotentes fuisse dicunt.
Terra præpotens,marique Carthago,Cic.pro Corn.Balbo.17.

Præposterus, pe.cor,Adiectiuum.(ὑστεροπρεπής.)Quasi puersus & inuersus.Cic.ad Cassium, lib.15.17.1,
Præposteros habes tabellarios,etsi me quidem non offendunt , sed tamen quum à me discedunt,flagitant literas. Quintilianus,Præposterata res occidere,deinde erubescere.
Præposterus.confusus,perturbatus.Cic.3.de Orat.28.Non discerptis sententiis,non præposteris temporibus,non confusis personis , non perturbato ordine.
Prępósterus atque peruersus.Cice.pro Cluentio,56, Itaque vt erat semper præposterus & peruersus,initium facit à Bulbo.
Peruersum & prępósterum.Cice.pro Rab.posth.13, Quid tam insolens, tam peruersum præposterúmve dici,aut excogitari potest.
Omnia peruersa præposterasunt ratione.Lucret.lib.4.168.
Perturbatum ac discrepans,aut præposterum nequid fit conseruemus.Cic 3.de Orat.23.De ordine orationis.
Ambitio præposterá.Tacitus lib.16,Petitione honorum abstinuerat per ambitionem præposteram,vt Eques Rom. Consularibus æquaretur.
Consilia præposterá Quæ ad tempus non dantur.Cic.de Amicit.71,Sed cum multis in rebus negligentia plectimur,tum maximè in amicis & deligendis & colendis.præposteris enim vtimur consiliis, & acta agimus, quod vetamur vetere prouerbio.
Gratulatio præposterá.Cic.pro Sylla,68,O præposteram gratulationem: quàm cito illa omnia ex lætitia & voluptate ad luctum & lachrymas reciderunt!
Imperator præposterus Cic.in Pisonem. 73. Quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes insignia & monimenta esse voluerunt,noster hic præposterus imperator amissorum oppidorum , Cæsarum legionum, prouinciæ præsidio & reliquis militibus orbatę ad sempiternum dedecus sui generis & nominis indicia constituit.
Obsequium præposterum.Tacitus,Prępostero obsequio crimen meruit. Id est importuno & exitioso. Budęus.
Ordo præposterus.Lucre.lib.3.125.
Verbis præposteris quædam pronantiare.Cic.pro Domo sua, 108.
Præposterus,Contrarius,vel aduersus.Ouid.1.Trist. eleg.7.1,
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt.
Præpostere,pe cor.Aduerbium,(ὑστεροπρεπῶς.)Ordine contrario.Cice.4.Acade. 121, Quod quoniam à te probatur,vt prępostere tecum agamam enim referam me ad ordinem.
Prępostere & Ordine,contraria inter se.Cic.ad Atticum,li.7. 135.1,Omnis arbitror mihi tuas literas redditas esse,sed primas prępostere , reliquas ordine quo sunt missę per Terentiam.
Prępostere & monstrosè.Cic.2.de Diuina. 116, Nihil tam prępostere,tã incondìtè,tã monstrosè cogitari potest, quod non possimus somniare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præpostere inducere calcem. Plin. lib. 2. cap. 7. 9.

Præproperus, pen. corr. Adiectiuum, (μάλα ἐπιπροπέρης,) Valgus, de celer. Cic. ad Trebatium. lib. 7. 8. 2, Sed ex tuis litteris cognoui præproperam quandam festinationem tuam. Idem ad Atticum, lib. 1. 1. 2, Fuit illius hæc præpropera prensatio.

Celeritas præpropera. Liuius 1. bel. Maced. 166, Fatigatos enim equos virosque non tam prælio, quàm itineris simul longitudine, simul præpropera celeritate habebat.

Hastam præpropero nisu iacit. Silius lib. 15. 149.

Præproperum ingenium. Liuius 2. bel. Pun. Cæterum temeritati Consulis ac præpropero ingenio materiam etiam fortuna dedit.

Præpropera ac feruida ingenia. Liuius 7. bel. Pun. 135, Quū toto eo bello damnosa, præpropera, ac feruida ingenia imperatorum fuissent.

Præpropere, pen. corr. Aduerbium, (λίαν ἐπιπροπέρως,) Nimium celeriter. Liuius 7. bel. Maced. 96, Et festinans ipse præproperè cum quinque solis nauibus Annibali occurrit. Idem 2. bel. Pun. 14, Itaq; satis apparebat, nec deos, nec homines consulentem, ferociter omnia ac præproperè acturum.

Præputium, præpútii, (ἀκροβυσία, πόσθη,) Pellis quæ glandē, hoc est summam colis partem tegit. Dictum quòd membris pudentibus præmineat. Vel à præputando: nam illam Iudæi præputantiquam quia retinebant Gentiles, præputium dicebantur, quasi præputiati. Iuuenal. Saty. 14. 10, de Iudæis loquens,

Nil præter nubes, & cœli numen adorant,
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt. Idem Saty. 6. 14,
Impatiensque moræ pater, & præputia ducit.

Præradio, prærádias, (περιστιλβόω,) præradiare. Ouid. epist. 6. 24, Præradiant stellis signa minora suis. Id est prælucent. Budæus.

Praerado, prærádis, penul. prod. præráſi, præráſum, penul. prod. (ἀποξύω,) præradere, Idem quod Radere significat: nisi quid addat prepositio. Cato cap. 41. 1, Si vitis vitem contingat, vitis vtriusque latus alterum præradito obliquè, & inter sese medullam cum medulla libro colligato.

Praerancidus, pen. corr. Adiectiuum, (πολυκαπνός,) Valde rancidum significat. vt Præraucida caro.

Præraucidus, per translationem, pro Exoleto & iam ingrato. Gellius lib. 13. cap. 19, Non finitiones illas præraucidas, neque fæcutinas grammaticas spectaueris. Budæus.

Praerapidus, pen. corr. Adiectiuum, (πάνυ θοός,) Valde celer: vt Fuga prærapida. Silius lib. 16. 113,

Et cuius nunquam fugisse hastilia cerui
Prærapida potuere fuga.

Praeripio, præripis, pen. corr. præripui, præreptum, (περιαιρέω, περιαμβάνω,) preripere, Antè capere, Præoccupare. Plautus Casina, Hac venisti sponsam præreptum meam: Idem Milit. 10. 58, Neque præripio pulpamentum, neque præuorto poculum. Et Trinum. 8. 59,

–at pol ego etiam si veter edam, atque ambabus
Malis expletis vorem, & quod illi placeat, præripiam potissimum.

Præripere alicui ne sit primus. Valla, Qui aliquid alteri eripit, potest in non in suos vsus cripere: vt, Eripuit illi vitam. Qui verò præripit, in suos proprios vsus rapit: neque præpositio illa antecessionem temporis declarat. Cic. pro Gallo, Demosthenes tibi præripuit ne esses primus orator: tu illi, ne solus. Non hoc intelligit Cicero, quòd Demosthenes huic aut aliquid eripuerit (vt qui auferre nihil posset nondum nato) aut priorem se fecerit. Non enim Demosthenes primus oratorum antiquitate temporis dicitur, sed facultate: neque hunc solus Demosthenes ætate antecessit, eo quidem magis, quòd hic ipse æqualis Ciceroni non potuisset inuicem antiquissimo illi aliquid auferre. Ergò ille præripuit tibi, id est rapuit sibi istam dignitatem, vt summus orator esse videatur: futurus etiam solus, nisi tu partem in te illius laudis transtulisses, essesq; tu dignus nomine oratoris, quàuis non æquandus Demosthenis: quo nomine adhuc post illum præter te dignum vidimus neminem. Hactenus Valla lib. 5. cap. 83.

Coniugem præripere. Virg. 9. Aeneid. 28.

Consilia hostium præripere. Cic. 1. Offic. 152, Facilè celare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere hostium consilia. Id est, præoccupare, siue præsciscere, aut præuenire.

Alicui præripere popularem gratiam. Cic. 3. Offic. 106, Vt Mario præripere Collegis & Trib. pleb. popularem gratiam, non ita turpe.

Iter præripere, Præoccupare. Liuius 3. ab Vrbe, 192, Sedulò tempus terens, dum præripertent iter nuntii missi in castra. Idem 1. bel. Maced. 152, Nox dieique insequentis pars ad præripiendum iter Philippo data est. In his duobus Liuii locis ex vetusto exemplari legendum Præcipere, à Capio.

Laudem præripere alteri. Cic. de Aruſp. respon. 4, Cui me præripere desponsam iam, & destinatam laudem, quum ipse eius opera & dignitatem & salutem recuperarim, valde est iniquum. Silius lib. 15. 118.

Osculà præripere. Lucret. lib. 3. 184.

Viaticum præripere alicui. Cicc. Attico, lib. 4. 74. 4, Viaticum Craſipes præripit, ta de via recta in hortos.

Præreptus, Participium, (πρόωρος, πρόωθεν,) vt Præreptus immatura morte. Plin. de Viris illust. Immatura morte præreptus, non potuit præstare qualem promiserat regem.

Virtus præreptæ. Silius lib. 4. 162.

Praerodo, prerôdis, pen. prod. prerôsi, prerôsum, pen. prod. (παραβρώσκω,) prærodere, Vehementer rodere, aut etiā rodere tantùm. Colum. lib. 2, Nam si sepius cacumina manu præfracta, aut à pecore prærosa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. Plautus Pseud. 13. 94,

Nam ego ita conuiuis cœnam condītam dabo
Hodie, atque ita suauiter conditam,
Vt quisque quicquid conditum gustauerit,
Ipsos sibi faciā vt digitos prærodat suos. Colum. de Arboribus, cap. 15, Genus est animalis, volucra appellatur, id ferè prerodit teneros adhuc pampinos & vuas. Idem lib. 5. cap. 6. 5, Ne prodeuntia cacumina seminum ab auibus prærodantur. Ibidem, cap. 10. 1, Si sepius cacumina hominis manu tractata, aut à pecoribus prærosa sunt.

Prærôsus, pen. prod. Participium, (κατεσθιόμενος,) vt Hamus prærosus. Horat. 2. Serm. saty. 5. 5, –neu si vafer vnus & alter
Insidiatorem prærosо fugerit hamo.

Praerogo, prærogas, pen. corr. (προερωτάω,) prærogare, Notæ significationis.

Prærogare, pro Repræsentare aliquando accipitur, & Ante tempus soluere. Vlpianus, Locati & conducti. L. Sed addes, Nam inter eum qui per errorem soluit, & cum qui pensionem integram prærogauit, multum interest. Budæus.

Prærogatiuus, pen. prod. Adiectiuum: vt Prærogatiua tribus dicebatur, quæ prima ferebat suffragia: & Prærogatiua centuria, itidem. Liuius 6. bel. Pun. Authoritatem prærogatiuæ omnes secutæ. Vbi subintelligitur centuriæ. Cic. pro Plancio, 39, An tandē vna centuria prærogatiua tantum habet authoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit?

Dicuntur & comitia comitiis prærogatiua. Cic. pro Plancio, 39, Cuius in honore non vnius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerunt prerogatiua? Et datiuo iunxit, hoc est præiudicatam opinionem authoritatemque afferentia: quod ideo dixit, quia populus aliis comitiis suam voluntatem erga Plancium declarauerat. Budæus.

Omen prærogatiuum. Cic. pro Murena, 37, Etenim si tanta in illis comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit prærogatiui: quid mirum est in hoc felicitatis fatum, sermonemq; valuisse? Vide OMEN.

¶ Prærogatiua, pen. prod. Substantiuè etiam dicitur, pro authoritate & præiudicio quodam: quia plerūq; reliquæ centuriæ, & tribus authoritate sequebantur prærogatiuæ. Liu. 3. ab Vrbe, Icilius vbi audiuit Tribunos militū in Auentino creatos, ne comitiorū militariū prærogatiuam vrbana comitia iisdem Tribuni plebis creandis sequerentur, & ipse prius q̄ iretur ad vrbem, pari potestate eiusdem numerum ab suis creandum curauit. Cicero vtiunque eleganter coniunxit, 2. Verr. 17, Q. autē Metellus q̄ isti sit amicus, attendite. Dedit enim prærogatiuā suæ voluntatis eiusmodi, vt isti pro prærogatiuis eam reddidisse videatur. Id est apertè fauere se ostendit Verri, vt hoc beneficiū rependere videatur pro pecunia à Verre accepta, ex qua tribus corrupit vt Consul crearetur ambitu. Locus autē est Ciceronis à dilogia ductus, id est ab ambigua significatione prærogatiuæ. Ac si diceret, Dedit enim præiudicium suum pro pretio à Verre dato ad redimenda prærogatiuarum tribuum suffragia, quibus Consul Metellus erat factus. Sequitur enim, An me taciturum tantis de rebus existimauistis? Prærogatiua in superiore loco, pro Præmidicio suffragiario ponitur: at in posteriore, est nomen adiectiuum: subintelligitur enim centuria. Budæus.

Sortio prærogatiuæ. Cic. 2. Philip. 87.

Comitiorum iustorum prærogatiua. Cic. 1. de Diuinat. 166, Prærogatiuam etiam maiores omnes iustorum comitiorum esse voluerunt.

Prærogatiua triumphi. Cato ad Ciceronem, lib. 15. 5. 4, Quòd si triumphi prærogatiuam putas supplicationem, & idcirco casum potius, quàm te laudari mauis: neque supplicationem sequitur semper triumphus, & triumpho multo clarius est Senatum iudicare potiùs mansuetudine & innocentia imperatoris prouinciam, quàm vi militum, aut benignitate deorum, retentam atque conseruatam esse, quod ego mea sententia censebam.

Custodem prærogatiuæ comitiis preficere. Cic. Post reditū in Senatu, 15.

Referre prærogatiuam. Cic. 2. de Diuinat. 113, At aruspices diuini, quos quum Tib. Gracchus propter mortem repentinam eius qui in prærogatiua referenda subitò concidisset, in Senatum introduxisset, &c.

¶ Prærogatiua, pro Eminentia ponitur, inquit Budæus, siue excellentia & antelatione, vt ait Sipontinus. Vlpianus in L. Obseruare. de Offic. Procon. Magni enim faciunt prouinciales seruari sibi consuetudinem istam,

istam, & huiusmodi prerogatiuas. Arrius Iurec. in L. 1. ff. de Veteranis, L. Veteranorum, Priuilegium meer cætera etiā in delictis habet & prærogatiuam, vt separentur à cæteris in pœnis. nec ad bestias itaque veteranus datur, nec fustibus cæditur. Plin. lib. 7. cap. 17. 1, Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis suis infici.

Praerumpo, prærumpis, præripi, pe. pro. præruptum. (κατάρρηγνυμι,) prærumpere, Corrumpere, disrumpere. Ouidius, 14. Metam. 110.

Stupea præruptit Phrygiæ retinacula puppis.

Præruptus, Adiectiuum, (κρημνώδης, ἀπόκρημνος,) Virg. 2. Georg. 40.

Adde tot egregias vrbes, operumque laborem,
Tot congesta manu præruptis oppida saxis. Colum. lib. 3. Præruptior verò collis, vel in quatuor pedes vertendus. Cæsar. 8. bel. Gal. 140, In quo pusitum erat præruptum vndique oppidum Vxello dunum.

Cæli præruptī vertex. Valer. 2. Argon. 18.

Ad possessa venis, præruptaque gaudia ferus. Ouid. epist. 16. 22.

Imber præruptus. Claud. 2. Paneg. 93.

Moles prerupta. Ouid. epist. 2. 27.

Montes prerupti. Catul. Argonaut. epigr. 59. 25.

Mons aquæ præruptus. Virg. 1. Aeneid. 22.

Rupes prerupta. Ouid. 1. Metam. 146.

Saxum prerupturn. Liu. 5. ab Vrbe, 205, Inde qua proximum fuit à ripa præruptum, eoque neglectum hostium custodiæ saxum in Capitolio conscendit. Cic. 7. Verr. 113. Sinus quoddam obsessile maritimos, aut aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. Præruptum hoc loco arduum significat, non sensim acclive, quod ἀπότομον Græcè dicitur. Budæus.

Vertices præruptī. Catul. Argonaut. epigr. 59. 60.

Præruptissima vrbis pars. Cæsar 2. bel. Gal. 117.

Prerupta, pro ripis, Plin. lib. 2. cap. 32. 2, Ad prerupta ducunt, saltūque demonstrant.

Præruptè. Aduerbium. (κρημνώδως,) Abruptè, & sine cliuo. Pli. lib. 34. ca. 14. 10, Mons prupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materie est.

Praes, prædis, m. ge. (ἐγγυητής,) Est, inquit Festus, qui populo se obligat. Interrogatus à magistratu. Idem alibi magis pem etiam prædem dici ait, quia tam debet (inquit) populo præstare, quod promisit, quàm is qui pro eo præs factus est. Gic. Caninio, lib. 2. 16. 7, Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi, & populo cautum sit sine vestione periculo. Gell. lib. 7, Si Lucius Coroculus Scipio Asiaticus College arbitri atq; prædes dabit, Collega ne eum in vincula, ducat intercedemus. Liu. lib. 2. bel. Pun. de Cannensibus captinis loquens, ibi quum sententiis variaretur, & alii redimendos de publico, alii nullam publicam impensam faciendam censerent, nec pro hibendos ex priuato reduni, si quibus argentum in præsentia esset, alii dandam ex eratio mutuam pecuniam, prædiis prædibúsque cauendū populo censerent, & reliqua. Varro. Sponsor, inquit, & præs, & vas, neque quibus insidere sunt les. Itaque præs est qui à magistratu interrogatur in publicum vt præstet, à quo quum responderirit dicitur præs. Vas appellatus est qui pro altero vadimonium promittebat. Hæc Budæus. Cic. ad Rufum, lib. 5. 10. 14, Nam & Volupi liberandi meum fuit consilium: & vt multa tam grauis à Valerianis prædibus ipsique T. Matii depelleretur, à me inita ratio est.

¶ Prædes hodie sunt, qui sponsores Reipubli. vel principi facti sunt pro iis qui pecuniam publicam dispensant, quos Receptores vocant. Bonaque bona, prædia dici possunt: id est, vt Græci dicunt, ὑπάγυα. Ii etiam qui publicanos in locationibus vectigalium, aut eorum fideiussores locupletes affirmant (quod idoneos & sufficientes tellificari vocant) prædes dici propterea possunt, quòd locupletes eos esse ipsi præstare debent. Budæus.

Cautum est populo prædibus & prædiis. Vide CAVEO.

Accipere prædes. Cice. 3. Verr. 100.

Dare per prædem aliquid Cic. Atti. li. 9. 180. 19, Egi, per prædē ille daret.

Factus aliquando præs in quibusda tabulis ille est. Cic. Atti. lib. 13. 161. 2.

Prædes etiam, interdum pro bonis prædiis accipiuntur. Cic. 2. Philip. 85, Et domi quidem caulam amoris habuit, foris etiam turpiorem ne Lucius Plancus prædes tuos venderet. Id est bona tua sponsioni obnoxia. Liuius etiam vsus est libro 5. ab Vrbe, 247. Possumus etiam hic prædes pro sponsoribus intelligere, quodam loquendi schemate non inuenusto: vt, Prædes vendere, Sponsorum bona prædia auctioni addicere. Idem Cice. ad Atti. lib. 6. 1. 11. 16, μετωφορικῶς vsus est: Itaque, inquit, irascatur qui volet, patiar. τὸ γὰρ ἐν μέτρῳ, præsertim quum sex libris tāquam prædibus meipsum obstrinxerim, quos tibi tam valde probari gaudeo. Bene, inquit Cicero, mecum agitur. Itaque semel statui nihil contra honestatem agere, ad quam perpetuò amplectendam, sex illis libris de Republica scriptis me obstrinxi Reipublicę, tanquam sponsoribus datis. Budæus. Vide OBSTRINGO.

Praesagio, præsagis, pen. pro. præsagiui, præsagitum, pen. produ. (προαισθάνομαι, προμαντεύω,) præsagire, Ex præ & sagio, significat Futura antè sentire. Cic. 1. de Diuina. 114, Præsagibat animus frustra à me ire, quum exirem domo. Plin. Aulu. 7. 1, Præsagibat mihi animus frustra ire me. Teren. Heaut. 2. 1. 7, Sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali. Sic Liuius 6. bel. Pun. 217.

Præsagire quid significet, & eius etymologiam dat Cice. 1. de Diuin. 114, Sagire enim, inquit, sentire acutè est, ex quo sagacanus, quia multa scire volunt: & sagaces dicti canes. Is igitur qui antè sagit quàm oblata res est, dicitur præsagire, id est futura antè sentire.

Dicimus, Præsagit animus, vt ex superioribus exemplis ostenditur: & Præsagio animo. Liu. 10. bel. Pun. 95, Iam hoc ipsum præsagiens animo, præparauerat antè naues.

Animus præsagit magna mala. Senec. Thebaid. 1. 56.

Corpus præsagit gaudia. Lucret. lib. 4. 123.

Voluptatem præsagit multa cupido. Lucan. lib. 4. 211.

Exiguitas copiarū, recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Cælius Ciceroni, lib. 8. 10. 3.

Venturam melius præsagit nauita mortem. Proper. lib. 3. eleg. 11. 1.

Præsagior, præsagiris, pe. pro (προμαντεύομαι.) Deponens, legitur apud Plautum in Bacchid. 18. 30, Occidiriam animus istoc dicto plus præsagitur mali.

Præsagitio, Verbale. (προμαντεία,) Cic. 1. de Diuin. 115, Inest igitur animis præsagitio, tot insceus iniecta, atque inclusa diuinitas.

Diuina præsagitio. Cic. 1. de Diuin. 100. Non enim paruisti mihi reuocanti quum vterer qua saleo præsagitione diuina.

Præsagium, præsagii, (πρόαισθησις,) Præsensio, diuinatio. Colu. lib. 11. ca. 1. 28, Quantumuis vtile contingat vilbeo tempestatis futuræ præsagium. Plin. lib. 18. cap. 12. 1, His quæ sunt necessaria adiicientur de luna ventisque, & præsagiis.

Mentis præsagia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 15.

Somni præsagia. Stat. 2. Achill. 5.

Irrita præsagia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 18.

¶ Noctes canunt præsagia. Claud. de bello Gildon. 71.

Docta spirant præsagia rupes. Claud. 4. Paneg. 7.

Præsagus, pen pro (προαισθανόμενος,) Qui præsagire nouit. Claudianus.

–hen mens præsaga futuri.

Malorum præsagos. Lucan. lib. 1. 25.

Ars præsaga. Valer. 6. Argon. 87.

Fulmina præsaga. Valer. 3. Argon. 71.

Mens mali præsaga. Virg. 10. Aeneida 63, Agnouit longè gemitum præsaga mali mens.

Pectora præsaga mœrent. Ouid. 10. Metam. 88.

Quies præsaga, Somnium. Stat. 10. Thebaid. 05.

Suspiria præsaga luctus. Ouid. 1. Metam. 15.

Praesanatus, pro. pro. (πρόσαρκος.) Adiectiuum. Pli. 26. cap. 14. 18, Vulneribus præsanatis asphodeli radix decocta esse acissima est. Ita legit Hermolaus: licet vulgò Præsanatus legatur, & ita in aut quo leguntur, inquit Budæus.

Præsanasco, præsanascis, (πρόσαρκος γίνομαι,) præsuppurare, Ante sanum fieri. Plinius lib. 24. cap. 10. 1, Cortex eius interior cicatrices quę præsanauere, aperit. Budæus.

Praescateo, præscates, pe. cor. præscatui, (περιβρύω,) præscatere.

Gell. lib. 14. cap. 6, Et simul date mihi librum gradi volumine, doctrinis omnigenis, vt ipse dicebat, præscatentem.

Praescio, præscis, præscui, præscitum, (προγινώσκω,) præscire, pe. pro. Antescire. Terent. And. 1. 1. 4. 1 –nonne oportuit
Præscisse me antè? nonne prius communicatum oportuit?

Præscisco, præscisces, (πρόσκαιρος,) præscisceere. Liuius, 7. bel. Pun. 191.

Quamprimum eos sortiri prouinciam, & præscisceere quam quisque eorum prouinciam, quem hostem haberet, volebant. Columel. lib. 9. ca. 9. 3, Poterit exploratam fugam præscisceere, vespertinis temporibus autem singulis alueis admouendo.

Longè præscisceere. Virg. 4. Georg. 14.

Continuò que animos vulgi ac trepidantia bello
Corda, licet longè præscisceere.

Præscitia, pe. pro. Plinius idēti lē vocant. ¶ Græci (πρόγνωσις,) inquit Budeus. Pli. li. ca. 18. Vnū eorū ppsitū traiire non queo. Id est augurium & ostentū. Ibidem, cap. 75. 5. Vtrūne sint aliqua præscita animi quiescētis. Idē lib. 11. ca. 10. 1, de apibus, Itaque tēpestē cæli (& hoc inter pscita habent) cū agmē ad opera procellit, alias, &c. Ibidē, ca. 1. 1. Mirror quidē Aristotelē non modò credidisse præscita vitæ esse aliqua in corporibus ipsis, verūetiā prodidisse. Ipse ibidem auguria pro eodem accipit.

Præscius, præscia, præscium, pe. cor. Adiect. (προγνωστικός, προνοητικός,) vt

Præscia venturi vates. Virg. 6. Aenei. 14. –tique ô sanctissima vates

Præscia venturi. Claud. 1. Paneg. 16, Romique gaudebat venturā piscia fati.

Cęli venturi præscius. Valer. 5. Argon. 11.

Lingua præscia. Ouid. 1. Fast. 198.

Mens præscia. Silius lib. 16. 18.

Vox præscia. Valer. 5. Argon. 196.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præscribo, præscribis, pen. prod. præscripsi, præscriptum, (προγράφειν,) præscribere, Ante, siue prius scribere. Cic. ad Seruium, lib. 13. 28. 4, Sic enim præscripsimus iis quibus ea negotia mandauimus.

Præscribere. Inscribere. Virg. 6. eclog. 3,
– nec Phœbo gratior vlla est,
Quàm sibi quę Vari præscripsit pagina nomen. Gel. lib. 11. cap. 16, Nomen ipsius virtutis de qua loculturus esset, libro ipsi, sicuti dicis, nó incommodè præscripsit.

¶ Præscribere, (ὑπογράφω,) Præcipere, determinare, legę ponere. Cic. 3. Offic. 33. Atquè si etiam hoc natura prescribit, vt homo homini qui cunque sit, ob eam causam, quòd is homo sit, consultum velit necesse est secundum eandem naturam, omnium vtilitatem esse communem. Varro, Quoniam præscriptũ erat, nequis angiportũ transgrederetur.

Præscribere quæ sunt gerenda. Cice. de Senect. 17, At Senatui quæ sunt gerenda prescribo: & quomodo Carthagini malè iam diu cogitanti, bellum inferatur, multo antè denuntio.

Quid faciam præscribe. Horat. 2. Serm. saty. 1. 1.

Quemadmodũ ius suũ persequatur, alicui præscribere. Cic pro Cecin, 6.

Qualis debeat esse ciuis, alicui prescribere. Cic. pro Flacco, 82.

Aliquid prescribere necessitudine. Ad Herennium, lib. 2. 58, Eadem omnia videntur consyderanda, quæ necessitudine præscripta sunt.

Constituere & præscribere aliquid. Cic. pro Cecinna, 53, Vestra authoritate hoc constituetur, hoc præscribetur.

Iudicare & præscribere. Cic. pro Lege Manil. 1, Facilè intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid alijs præscriberetis.

Præscribere & imperare. Cic. 4. Acad. 16, Nec vt omnia quæ prescripta & quasi imperata sint, defendamus, necessitate vlla cogimur.

Curationem valetudinis per somnũ prescribere an potest Aesculapius? Cic. 1. de Diuinat. 184.

Præscribere finem rei alicui, quod limitare vulgò dicitur. Terent. And. 1. 1. 124,
Tute his rebus finem præscripsisti pater:
Propè adest quum alieno more viuendum est mihi.

Gyro præscripto seuecta est pagina. Propert. lib. 3. eleg. 3. 5.

Iura ciuitatibus præscribere. Cic. de Senect. 25.

Iura moresque maiorum præscribunt. Cic. pro Fonteio, 10, Denique vt oportet bello Gallico, vt maiorum iura moresque præscribunt, nemo est ciuis Rom. qui sibi vlla excusatione vtendum putet.

Præscribere leges & institutą. Cic. 4. de Finib. 100, Omniumque rerum publicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam & institutą ac mores ciuitatum præscripsimus.

Lege præscribitur. Cic. 2. de Legib. 61, Dummodo ea moderata sint, vt lege præscribitur.

Lege & officio præscriptum est, testibus credere. Cic. pro Fonteio, 11.

Modum præscribere. Quintil. lib. 4. cap. 1. 22.

Munia prescripta. Horat. 1. Serm. saty. 2. 17.

Natura præscripsit homini, vt nihil pulchrius quàm hominem putaret. Cic. 1. de Nat. deor. 105.

Ratio & doctrina præscribit. Cic. 1. de Nat. deorum, 13, Arbitramur nos & publicis & priuatis in rebus ea præstitisse quæ ratio & doctrina præscripserit.

Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præscribit. Cicero Torquato, lib. 6. 1. 12.

¶ Præscribere, Prænuntiare, siue prædicere. Cic. in Vatinium, 10, At ibi idem præscribo, ne suas sordes cum clarissimorum virorum splendore permiscent.

¶ Prescribere, pro Excipere, exceptionem summotoriam obiicere agentiũ datiuo iungitur. Quintil. lib. 7, Quum ex prescriptione lis pendeat, de ipsa re quæri non est necesse. Ignominioso patri filius prescribit: de eo solo iudicatio est, an liceat, Marcellus Lege tertia, De prœuaricatoribus, Nam si reus accusatori ideo prescribit, quòd dicat se ab eo accusatum & absolutum. Budęus.

Præscriptio, Verbale, (ὑπογραφή,) Cic. 1. Offic. 33, Ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatum dicatur: Tusculanus, Tusculanorum, similisque priuatarum possessionum prescriptio: ex quo quia suum cuique fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique contigit, id quisque teneat. Quædam exemplaria hic legunt descriptio.

Preseriptio, (ὑπογραφή, πρόσκυμα,) Præceptum, ordo, lex, forma, regula. Cic 4. Tuscul. 33, Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quę est à rota mente, ac recta ratione defectio: hic auersa à prescriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.

Norma, regula, prescriptio. Cic. 4. Acad. 154, Hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. Hoc loco, inquit Budæus, præscriptio non quidem significat quod Græci προγραφήν, hoc est translationem: sed quod illi ὑπογραφὴν, hoc est formam, siue informationem vocant.

Prescriptio & moderatio. Cic. pro Cęlio, 33, Dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur.

Legis præscriptio. Cic. 2. de Lege agrar. 36.

¶ Prescriptio, (παραγραφή,) Exceptio, & Translatio, idem significant. Cic. ad Atticum, lib. 4. 87. 3, Hęc pactio non verbis, sed nominibus, & prescriptionibus, multorum tabulis, quum esse facta dicerentur, &c. Prescriptio, exceptio, & translatio (inquit Budæus) vnum & idem in re forensi significant. Præscribere etiam, perscribere, subscribere, verba sunt propria fori & iudiciaria, vnde hoc verbum vtraque lingua tractum est. Cic. 2 de Inuent. 163, Vt in quodam iudicio, quum venefici cuiusdam nomen esset delatum, & quia parricidii causa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum, &c. Quintil. lib. 7, de questione actionis loquens, Est enim duplex eius disceptationis conditio, quòd aut intentio, aut præscriptio habet cõtrouersiam: ac fuerunt qui prescriptionis statum facerent, tanquam non iisdem quibus cæteræ leges quæstionibus continerentur. Quum ex prescriptione lis pendet, de ipsa re queri non est necesse. Ignominioso patri filius præscribitide eo solo iudicatio est, an liceat. Actionis quæstionem eo loco & prescriptionis litem Quintilianus vocat, quam lib. 3. cap. 6. 61, translationẽ vocauerat. Sic enim inquit, An non prescriptiones, etiam in quibus maximè videtur manifesta translatio, easdem omnes species habent, quas eæ leges, quibus agitur? Iurisconsulti in Pandectis promiscuè excipiendi verbo & præscribendi vsi sunt: licet præscriptionis vocabulũ apud recentiores legum interpretes, & apud iuris Pontificii conditores, ad præscriptionis exceptionisque temporis significationem coarctatum sit & præfinitum. Hactenus Budæus.

Inducere præscriptionem. Cic. 1. de Inuent. 47, Hęc ideo diligentius inducitur præscriptio, vt apertè intellecta generali partitione, paucitas generum in partitione seruari possit.

Præscriptionem à translatione differre ait Fortunatianus: quòd illa excludat actionem, hæc differat. Quibus verbis ostenditur latius patere exceptionis quàm præscriptionis nomen. Nam prescriptio ad peremptorias tantùm, exceptio verò etiam ad dilatorias refertur. Et ita sumi debet in Rub. ff. De exceptionib. & prescript. vt sit differentia inter hęc duo: licet vulgò doctores aliter sentiant.

¶ Prescriptio, Prætextus. Cæsar 3. bel. Ciuil. Vt honesta præscriptione rem turpissimam tegerent.

Præscriptum, prescripti, (ὑπόγραμμα,) Cicero 2. de Orat. 95, Plura enim multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lętitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis: quàm veritate, aut prescripto, aut iuris normâ aliqua, aut iudicti formula, aut legibus. Idem pro Cluentio, 117, Circumspicite omnes Reipub. partes, omnia legum imperio & prescripto fieri videbitis. Quintil. lib. 1. cap. 14, Erat enim rhetorice, res prorsus facilis ac parua, si vno breui prescripto contineretur.

Prescriptum & formula. Cic. in Orat. 20, Quid est quo prescriptum aliquod, aut formulam exprimas, quum in suo quodque genere prestet, & genere prestet, & genera plura sint?

Certum prescriptum. Quintil. lib. 4. cap. 2. 60, Nec enim est vna lex defensionis, certumque est præscriptum.

Ad prescriptum agere, Vide in prepositione AD.

Communi ex prescripto ciuitatis vnamquanque rem administrare. Cic 2. de Inuent. 210.

Dare certum quiddam præscriptum alicuius reiin perpetuum. Cic. 2. de Inuent. 260.

Seruare prescripta. Cic. 1. Offic. 131.

Præseco, presecas, pennult. corr. prescui, presectum, (ὑποτέμνω, ἀποκόπτω,) presecare, Precidere. Colum. de Arboribus, cap. 29, Radicem arundinis acuta falce presectam impendenti pluuia disponito. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 27, Fauorum qui eximuntur, siqua pars mellis nihil habet, aut habet inquinatum, cultello præsecatur. Cæsar 3. bel. Ciuil. 30, Prefectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt.

Manu celeri aliquid presecare. Ouid. 1. de Remed. amor. 23,
Quà Iesus fuerat, partem Pęantius heros
Debuerat celeri presecuisse manu.

¶ Presecare, accommodatur aliquando immolationi. Liuius lib. 5, Inseritur huic loco fabula immolante rege Velientium, vocem aruspicis dicentis, Qui eius hostię exta presecuisset, ei victoriam dari, exauditũ. Sueton. in Augusto, Nuntiata repentè hostis incursione, semiermia exta rapto foco presecuit, atque ita prelium ingressus, victor rediit.

Præsegmen, presegminis, pennult. corr. neut. gen. (ἀποκόψιμα,) Pars corporis incisa, amputatio rerum superfluarum. Vnde quę ex vngues sciduntur, presegmina dicuntur. Plaut. Aulul. 9. 34,
Quin ipsi pridem tonsor vngues demplerat,
Collegit, omnia abstulit presegmina.

Præsens, Præsento, Vide PRAESVM.

Præsentio, presentis, presensi, presensum, (προαισθάνομαι,) presentire, Antè, vel prius sentire. Plaut. Trinum. 4. 99, – fecisset

– fecisset ædepol.
Ni hæc præsensissent canes.

Præsentire, per transllationem. Plaut. Pseud. 6. 15.
At volui iniicere tragulam in nostrum senem:
Verùm is nescio quo pacto præsensit prius. Terent. And. 5. 1. 10, Quũ ibi me adesse neuter tum præsenserat. Cic. Verr. 38, Qui statim quũ præsensisset, iubet cuidam suorum amicorum numerari HS. LXXX. Cæsar 5. belli Gall. 103, Quum ille præsensisset, ac profugisset, vsque ad fines insecuti, regno domoque expulerunt.

Animo aliquid præsentire. Ouid. epist. 11. 7, Prima malum nutrix animo præsensit anili.

Animo prouidere, & præsentire. Cæsar 7. bel. Gall. 122, Plusque animo prouidere, & præsentire existimabatur.

Certa notione animi presentire deum esse. Cic. 2. de Natu. deo. 64.

Dolos prælentire. Virg. 4. Aeneid. 59.
At regina dolos (quis fallere possit amantem?) Præsensit.

Futura præsentire. Cic. 2. de Diuin. 150, Censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præsentiant.

Præsentire sermones de se aurium tinnitu. Plin. lib. 28. cap. 2. 15.

Præsentire in posterum. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 22, Optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum, vt nihil nisi sempiternum spectare videatur. Idem pro Archia, 11, Certè si nihil animus præsentiret in posterum, & si quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, &c.

Præsentisco, presentisciis, (προαισθάνομαι,) presentiscere. Idem. Plaut. Amphit. 9. 10, Nubo ne legio presentiscat, clàm illuc redeundum est mihi. Terent. Heaut. Et ea gratia secum adduxisse ne id tu præsentiscere.

Præsens, (προαισθανόμενος,) Participium, vel Nomen ex participio. Cice. 1. de Diuinat. 103. Satis est non modò plura, sed etiam pauciora diuinè presensa & prædicta reperiri.

Presensio, Verbale, (προαίσθησις,) Cic. in Topicis, 41, Multarũque rerum in terra portenta atque etiam per exta inuenta presensio. Idẽ 2. de Natu. deorum, 10. Prædictiones verò & presensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi, &c.

Præsepe, vide PRAESEPIO.

Præsepelio, Præsepelis, pe. cor. præsepeliui, præsepultum, (κρύπτω, θάπτω,) præsepelire. Quintil. Declamat. 9, Video se nem meliore sui parte præsepultum.

Præsepio, præsepis, pen. prod. præsepiui, præsepitum, (περιφράττω,) præsepire. Circũdare, circũmunire septis, vel circũsepire. Cæsar 1. bel. Ciuil. 110, Aditus aut, atque itinera duo, quæ extra murum ad portam ferebant, maximis defixis trabibus, atque eis præacutis præsepit.

Præsepe, præsepis, pe. pro neu. gene. (φάτνη) Stabulum dicitur equorum, mularum, & cæterorum animalium. Virgil. 4. Geor. 34, Igauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Alta presepia. Virg. 7. Aeneid. 55, Stabant tercentum nitidi in presepibus alti. De equis. Ouid. 1. Metam. 14.

Olida præsepia. Iuuenalis Saty. 8. 16.

Vipera delituit sub præsepibus. Virg. 3. Georg. 84.

Pecre herbas præsepibus. Virgil. 3. Geor. 79,
At cui lactis amor, cytisum, lotosque frequentes
Ipse manu, saltusque ferat præsepibus herbas.

Quum primùm pasti repetent presepia tauri. Virg. eclog. 7. 8.

Saxiuum vesi in præsepibus. Virg. 7. Aeneid. 4.

¶ Præsepe, Lupanar. Cic. in Pisonem, 32, Verùm audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo & vino. Horatius lib. 1. epist. 16. 1, Scurra vagus non qui certum præsepe teneret
Impransus. Iuuenalis Saty. 1. 6,
Quum fas esse putet curam sperare cohortis
Qui bona donauit præsepibus.

¶ Præsepes, præsepis, penul. prod fe. gene. Idem. Plaut. Casina, 2. 56,
– scit si id imperet,
Futurum quod amat, intra præsepes suas. Idem Rud. 23. 93. Ad meum herum abitrum vocat me hic intra præsepes meas. Varro, 1. de Re rusti. cap. 13. 2, Illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam bonam & præsepes laxas. Ex antiquo codice legitur præsepias. Cato cap. 14. 7, Præsepes bobus hybernas, & æstiuas falicas, equile, &c.

Præsepium, præsepii, (φάτνη, αὐχμὼν,) Locus in quo pabulũ animalibus porrigitur. Apuleius lib. 6. Metam. Præsepium meum hordeo passim repleri iubet. Fœnumque Bactriano Camelo sufficiens apponi. Columella, In stabulo sint ampla præsepia.

Plina præsepia. Virgil. 3. Geor. 99.

Satura præsepia. Virgil. 3. Georg. 43.

Boues stant ad præsepia. T. bullus lib. 2. eleg. 1. 2.

Præsero, præseris, pe. cor. præseui. præsitum, pen. cor. (προσπείρω,) præserere. Prius serere. Cola. lib. 7. ca. 9. 5, At vbi penuria est arborum, terrenum pabulum consectabimur, & sicco humoium præseremus, vt palodem rimentur. Castigata exemplaria rectè habent Præferemus. Hoc est pluris faciemus.

Præsertim, (καὶ ταῦτα, ἐξαιρέτως, περιουσίως,) Aduerbium significat Præcipuè, ante alia. Plaut. Pœn. 3. 21, Egone illuc ausim facere, psertim tibi? Idem Pseud. 7. 90, Nam hinc quidem à me non potest argentũ auferri, qui præsertim senserim. Cic. ad Lentulum, li. 1. 8. 4, Sed te non præterit quàm sit difficile sensum in Repu. præsertim rectum, & confirmatum deponere. Virgi. 1. Geor. 23. Præsertim incertis si mensibus amnis abundans. Exit.

Tantam fuisse obliuionem, in scripto præsertim, admirati. Cice. de Claris Oratoribus, 115.

Hac præsertim imbecillitate magistratuum, præstare nihil possum. Cice. Lentulo, lib. 1. 4. 7.

Præsertim qui, Id est hac de causa potissimũ. Ter. Eunu. 5. 2. 24. -debeã
Credo isti quicquam furcifero, si id fecerim.

Præsertim quum se seruum fateatur tuum? Cic. 4. Acad. 126, Quæ tu vide ne impudenter etiam postules, non solum arroganter, præsertim quum ista tua mihi ne probabilia quidem videantur. Ibidem, 89. Cur non vt planè nihil interfit: præsertim quum ipsi dicatis sapientem in furore sustinere se ab omni assensu, quia nulla in visis distinctio appareat. Cæsar 7. bel. Gal. 18 Obiecerant vt suis fortunis consulat. neu se ab hostibus diripi patiatur: præsertim quum videat omne ad se bellum translatum. Sic Cicero pro Ponteio, 15. Et 6. Verr. 38.

Præsertim quòd Cice. pro Flacco, 32. Facis iniustè Læli, si putas periculo nostro viuere tuos contubernales, præsertim quòd tua negligentia factum arbitremur.

Præsertim si, cum indicatiuo. Cic. Curioni, li. 66. 3. Sera gratulatio reprehendi non solet: præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Id est. per aliquam negligentiam.

Præsertim vt, Terent. Phorm. 1. 2. 5, -accipe, hem
Lectum est: conueniet numerus quantum debui.
G. Amo te: & non neglexisse habeo gratiam.
D. Præsertim vt nunc sunt omnes mores, adeò res rediit.
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.

Præseruio, præseruis, præseruiui, præseruitum, (προυπηρετέω,) præseruire, pen. prod. Inseruire. Plautus Amphitry. 3. 126, Vt preseruire amanti meo possem patri.

Præseruo, præseruas, (προφυλάττω,) præseruare. Huius nullum exemplum tepperi apud idoneos authores.

Præses, Video PRAESIDEO.

Præsideo, præsides, pen. cor. præsedi, pe. prod. præsessum, (πρόεδρος μι, προστάτης εἰμι, ἐφεδρεύω, προεστάναι,) præsidere, Ad opem præstandam præsse, quam præstant proprie vel dii precãtibus hominibus, vel homines ipsi aliis hominibus iniuriam patientibus, vel in discrimen adductis, vt ait Valla lib. 5. Cic. pro Sylla, 65, Quamobrẽ vos du patrii ac penates, qui huic vrbi atque huic pro imperio præsidetis. Quintil. lib. 10. ca. 1, Nam beneuolum auditorem inuocatione deorum, quas præsidere vtibus creditum est, & intentum propositarẽ rum magnitudine, & docilem summa rerum celeritate comprehensa facit. Idem, Quem præsidentes studiis deæ propius audirent. Cice. 7. Verr. 148, Vos etiam atque etiam imploro sanctissimę deæ, quę illos Ennenses lacus lucosque colitis: teneatẽ Siciliæ, quæ mihi defendendã tradita est, præsideris. Idem 13. Philipp. 358, Testor & vos & Populum Rom. & omnes deos, qui huic vrbi president.

Præsidere, Præesse. Sueto. in Tibe. ca. 6. Presedit & Acciacis ludis. Hoc est præfuit. Plaut. Mostel. 1. 5. 46, Hic ego tibi præsidebo, ne vlla interbiet quęstio. Tacit. li. 3, Præsedisse nuper fœminã exercitio cohortiũ.

Aruis presidet Iupiter. Virg. 7. Aeneid. 160.

Foribus cęli presidet Ianus. Ouid. 1. Fast. 15.

Imperio huic & libertati cõi psidet atque psedit Gallia. Cic. 5. Phili. 191.

Iudicio alicui presidere. Cic. pro Milone, 78.

Orbi terrarum presidere. Cic. 2. Philip. 40.

Præsidere rebus vrbanis. Cæsar 1. bel. Ciuil. 327, Omnia hæc iam pridem contra se parari, inter se noui generis imperia constitui, vt idem ad portas vrbanis præsideat rebus.

Templo præsident dii. Cic. pro Lege Manilia, 49.

¶ Præsideo, cum acculatiuo. Tacit. lib. 3. Quę vbi cognita P. Vellæo (is proximum exercitum præsidebat) alarios equites ac leuis cohortium mittit in eos. Idem lib. 4, Et haud spernẽda illic ciuium, sociorũque manus litora Oceani præsidebat.

Præses, psidis. pe. cor. cõ. g (πρόεδρος, ἐφεδρεύων, ἐπιστάτης, ὑπηρετῶν,) Tãdiu quàm hoses psides dicti sunt illi, in suo quisque numine, suaque vi: hi verò, in sua quisque patrocia, aut ab rege, aut à populo sibi cõmissa, vt ait Valla. Quintil. lib. 3. cap. 9. Quòd omnia hic egerit, vt genitum preside bellorum deo incredibile non sit. Vlpianus in L. 4. ff. de Officio presidis, Præses prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principem. Hæc ex Valla lib. 5. Liu. 3. ab Vrbe, 27, Deserta oia sine capite, sine viribus, dii præsides ac fortuna vrbis tota est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rerum præses Cæsar.Ouid.15.Metam.152.
Custos & præses iuuentutis Mercurius.Cic.7.Verr.145.
Dea præsiis terræ Seneca Hippoly.2.5.
Libertatis præses & custos Tribunus plebis.Cic.2.de Lege agrar.30.
Vrbi & Reipublicæ præsides sunt penates patrii.Cic.pro Domo sua,111.
Senatus Reipublicæ custos, præses & propugnator. Cic.pro Sestio,102.
Caruerunt præside Delphi.Ouid.10.Metam.34.
¶ Præses,pro Auxiliature.Liuius lib.6.ab Vrbe, Dii,deæque,qui Capitolium arcemque incolitis, siccine vestrum militem ac præsidem suuitis vexari ab inimicis?
¶ Præses locus,pro Tuto.Plaut.Casin.21.9,
– nec vllum quidem
Nequiorem arbitror esse,qui locum præbet illi nunc præsidem.
¶ Præsides,qui vulgò patriarum gubernatores dicuntur inter eos etiam sunt legati regis,qui & vicarii dici possunt.Ex Budæo.
Præsidium,præsidii, (ἀλκή, φρουρά, φρούριον,) Dicitur principale auxilium:vt milites qui in tutela alicuius oppidi collocati sunt,præsidium esse dicuntur:vt ait Valla lib.5.Cæsar,Eo opere facto præsidia disponit, castella communit, quo facilius si se inuito transire conarentur, prohibere posit.Iureconsul.Qui relinquit præsidium, peccatum desertionis incurrit. Cæsar 6.bel.Gal.139, Confirmatur opinio barris,vt ex captiuo audierant,nullum esse intus præsidium.
¶ Præsidia,pro Castris. Cic.pro Ligario,17, Tantummodo in præsidiis eratis,animi verò à causa abhorrebant. Et 18, Dic te Cæsar de facto Ligarii iudicem esse:quibus in præsidiis fuerit,quere.
Collocare armatos in præsidiis.Cic.1.Philip.19.
Castra & præsidia.Cic.1.de Orat.167,Quid?illud quod suprà dixi,solere me cedere,& (vt planius dicam)fugere ea quæ etiam valde causam meam premerent? quum id non faciunt alii, vel santurque in hostium castris,ac sua præsidia dimittunt, mediocriterne causis nocent, quum aduersariorum adiumenta confirmant?
Propugnaculum & præsidium prouinciæ. Cic.5.Verr.161,Classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præsidiumque prouinciæ piratarum manibus incensa est.
Nocturnum præsidium palatii.Cic.1.in Catil.1.
Cassa præsidia.Seneca Troade,8.12.
Præsidium statiuum,quod datur vt aliquis stet in loco aliquo.Cic.12.Philip.335.Hæc mea sedes est,hæc vigilia,hoc præsidium statiuum.
¶ Agitare præsidium. Tacit.lib.1, At in Chauois cœptauere seditionē, præsidium agitantes vexillarii.Vide Agito in A G O.
Cingere aliquem præsidiis.Claud.1.Paneg.42,
– cinguntque superi concordibus vnum Præsidiis.
Collocare præsidium,Vide C O L L O C O.
Comparare vel quærere præsidium. Cicero pro Sestio,78. Et 12.Philipp.337.
Confirmare præsidiis aliquam prouinciam.Cic.pro Lege Manil.24.
Contrahere præsidia. Cn. Magnus Domitio in Epist. ad Atticum, lib.8.163.3.
Constituere præsidia in arce,Vide C O N S T I T V O.
Decedere de præsidio & statione vitæ iniussu imperatoris, hoc est Dei, verat Pythagoras.Cic.de Senect.66.
Deducere præsidia in aliquem locum.Cn.Mag.Domit.lib.8.163.5.
De locis deducere præsidia,Vide D E D V C O.
Præsidio & copiis vitam defendere.Cic.pro Sestio,74.
Deiici de præsidio vrbis, & de custodia ciuitatis deturbari. Cicero pro Murena,71.
Inutile præsidium ferri.Claud.3.Paneg.45.
Firmare præsidiis aliquem locum.Cic.Lentulo,lib.1.7.14.
Gerere præsidium, Ferre. Plin.lib.22.cap.12.2,Locupleti diuinitate ad gerenda præsidia.
Habet firmum præsidium locus ille.Cic.pro Lege Manil.21.
Imponere præsidium ciuitati,Vide I M P O N O.
Introducere præsidium in oppidum,Vide I N T R O D V C O.
Locatus in præsidio,Vide Locatus in L O C V S.
Munire se præsidio.Cic.pro Sestio,67.
Munire frumentaria subsidia Reipublicæ firmissimis præsidiis classibusque.Cic.pro Lege Manil.14.
Nudata vrbs præsidio,Vide N V D V S.
Obsidere & occupare Italiam præsidiis.Cic.2.de Lege agrar.74.
Occupare præsidia.Seneca Troade,6.18.
Opponere præsidium,Vide O P P O N O.
Parare præsidia,& Dimittere, contraria. Cic.Salustio, lib.2.16.5, Itaque omnia præsidia,quæ magna & firma parauerant,commotus hominum non dubio sermone,dimisi.
Præponere præsidium alicui vrbi,& Opponere. Cic.pro Lege agrar.12, Si præsidium non præponitur huic vrbi ista colonia,sed opponitur?
Interclusum præsidiis Italiam tenere.Cic.1.de Lege agrar.76.
Tenetur armis præsidiisque tota Italia.Cic.Attico,lib.9.172.2.
Tutari aliquo præsidio caput,ceruices,& iugulum.Cic.pro Sestio,78.
Venire ad iudicium cum præsidio.Cic.pro Roscio Amer.8.
¶ In præsidiis meis versaris. Cic.pro Cecinna,60, In meis castris, præsidiisque versaris,mea est ista defensio.
¶ Præsidium, per translationem, omne auxilium dicimus & salutis propugnaculum.Terent.And.5.2.2,
– hem Dauum tibi.
S. Vnde egreditur? D. præsidio meo atque hospitis.Plaut.Rud.17.1,
Nunc demum est quum omnium copiarum atque opum auxilii, præsidii Vidutas nos tenet.
Naturæ vel doctrinæ præsidiis omnibus ad dicendum parati viri.Cic.1.de Orat.20.
Perfugium & præsidiū salutis.Cic pro Rab.perduel.reo,2, Agitur enim nihil aliud in hac causa Quirites, nisi vt nullum sit posthac in Repub. publicum consilium,&c. nullum extremis Reipub.temporibus perfugium & præsidium salutis.
Tutela & præsidium bellicæ virtutis. Cice.pro Murena,29, Omnes vrbanæ res,omnia hæc nostra præclara studia,& hęc forensis laus & industria,latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis.
Innocentiæ leue est præsidium,vbi lubido dominatur. Cic in Orat.127.
Fortissimum præsidium pudoris. Cicero pro Sylla,58. Idem 7.Verr.18, Quot præsidia quàm munita pudoris & pudicitiæ vi & audacia ceperit,quid me attinet dicere, aut coniungere cum istius flagitio cuiusquam præterea dedecus?
Præsidium contra. Cic.1.Tuscul.96,Omnes magni etiam superiores,qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia contra feras inuenerunt.
Fida præsidia amici.Seneca Agamem.11.2.
Grande præsidium.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.3.
Insigne præsidium mœstis reis.Horat.2.Carm.ode 1.3.
Magnum in pecunia præsidium. Cice.2.Verr.5, Vt hoc palàm dictitet, non sine causa se cupidum pecuniæ fuisse , quoniam tantum in pecunia præsidium experiatur esse.
¶ Vltima præsidia discriminis afferre.Iuuenal.Saty.12.6.
Comparat magnum is sibi præsidium ad beatam vitam, qui mortem non timet.Cic.2.Tuscul.3.
Firmo præsidio aliquem defendere.Cic.pro Roscio Amer.3.
Ferre præsidium labenti & inclinatæ penè Reip.Cic.Bruto,18.2.
Munire præsidia Reipublicæ.Cic.pro Rab.perduel.reo,2.
Oppugnat omnium commune præsidium, qui fidem lædit. Cic.pro Roscio Amer.65.
Petere sibi præsidium ex aliqua honesta re, quam ne inimici quidem criminari possint.Author ad Herennium,lib.4.182.
Præsidia periculis, aut adiumenta honoribus ex cuiusquam amplitudine sibi quærere.Cic.pro Lege Manil.49.
Præsidium esse alicui.Terent.Hecy.1.2.44,
– illum autem esse vnicum
Præsidium velle se senescuti suæ. Idem Heaut.5.2.14, Ibi tuę stultitiæ semper erit præsidium Clitipho. Ibidem,4.1.33, Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.
Præsidio esse. Cice.7.Verr.131, Sed quocunque venerint, hanc sibi rem præsidio sperant esse futuram.
Parentibus esse præsidio & decori.Lucret.lib.2.129.
Esse præsidio solitudini atque inopiæ contra vim & gratiam. Cicero pro Quintio,3.
Tegi firmo præsidio amicorum.Cic.pro Sylla,38.
Præsidiarius, Adiectiuum, (φρουρικός,) Quod paratum est vt præsidio sit.vt Præsidiarii milites,apud Liuium lib.9.bel.Punici.
Præsidiarii,in vitibus,qui & custodes.Colum.lib.4.cap.15.1,Et præsidiarii malleoli propagandi sunt. Ibidem, cap.21.3, Sed nouellis palmis semper vitis renouetur:quæ si satis excreuerint,iugo superponantur: sin aliqua earum vel præfracta,vel parum procera fuerit,locumq; idoneum obtinebit, vnde vitis anno sequenti renouari debeat, in pollicē tondetur, quem quidam custodem, alii resecem,nonnulli præsidiariū appellant,id est armentum gemmarum duarum vel trium.

Præsignifico, præsignificas, penul.corr. (σημαίνω,) præsignificare,Prædicere,Præostendere.Cic.2.de Diuinat.152, Aut non censent esse suæ maiestatis præsignificare hominibus quæ sunt futura.Ibidem,lib.1.140,eadem verba leguntur.

Præsignis, & hoc præsigne, (σημεῖον,) vt Insignis. Ouid.1.Fast.122, Præsignis facie Corniculana fuit.Id est præstans,vel præ aliis insignis.Budæus.
Gaudeat & Lybica præsignis auunculus hasta.Stat.4.Sylu.8.3.
Facie præsignis mulier.Ouid.6.Fast.136.
Vertice præsignis.Stat.4.Sylu.4.2.
Draco præsignis tribus linguis.Ouid.7.Metam.30.

Præsigno, præsignas, (σημειοῦμαι,) præsignare, Prius signare. Cato cap.154, Et ad summum,qua fini culeum capiet, præsignato. Plin. lib.28. cap.4.4, Incipientes furunculos ter præsignare icuna salina.

Præsilio,

Praesilio, præsilis,pen.corr.præsilui,præsultum,(πηδάω,) prę silire, Antè salire.Plau.Sticho,8.13.Vt pre lętitia lachrymæ præsiliunt mihi?

Praespargo, præspargis,præspargere.Antè spargere. Lucretius lib.5.148.
Flora quibus mater præspargens ante viai
Cuncta coloribus egregis,& odoribus opplet.

Praestabilis,Praestantia, Vide P R A E S T O.

Praestega, præstegæ,pen.corr.(πρόστεγον,) Locus vbi otii causa sub porticu.Plautus Pseud.4.30.
– facite vt offendam parata omnia,
Vorsa præstega,strata,lautaque,coctaque omnia vti sint.

Praesterno, præsternis,præstraui,præstratum,pe.pro.(προστρωννύω,) præsternere,Antè sternere.Stat.3. Sylu. 2.23.
Quæ sibi præsternat vinax altaria phœnix.
Præsternere,i.præparare.Plin.epist.103.c.lib.5.ad Capitonem , Illud peto præsternas ad quod hortaris,eligaque materiam,ne mihi iam scribere parato,alia rursus cunctationis & moræ iusta ratio nascatur.

Praestes, præstitis,pen.corr.m.g.(προστάτης,) Idem quod Præstites,inquit Festus.
Præstites Lares,dicti fuerunt inquit Ouidius 5.Fastorum, 27. quòd præstent oculis omnia tuta suis.Id est quòd res omnes conseruent,& tueantur in ædibus. His ara constituta fuit Calēdis Maii. Vide Ouidium eo loco quem modò allegauimus.

Praestigiator, pen.produ.præstigiatoris,m.ge. (ἀγύρτης,) Qui circumfantibus ita oculorum aciem, præstringit,vt non aduertant dolum.Plautus Pœnulo,17.6.
Præstigiator hic quidem Pœnus probus est,
Perduxit omnes ad suam sententiam.
Præstigiatrix,penul.product.præstigiatricis,fœm.g.(γοητεύτρια,)Plaut Amphi.8.148.
Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxima est,
Aut pateram hic incisle oportet.
Præstigiæ,præstigiarum,(γοητεία,γόητευμα,ἀγυρτοπολία,) Incantationes,delusiones:quæ quadam manuum dexteritate aliæ apparēt,quàm re vera sint. Plautus Capt.10.9. Operta quæ fuere,aperta sunt,patent præstigiæ. Cicero 6.Verr.47. Qui præteriens, leĉtica paulisper deposita, non per præstigias,sed palàm per potestatē,vno imperio ostiatim totum oppidum compilarit. Quædam exemplaria hic legunt prestigia,neutro genere.
Præstigiæ & fallacię.Cic.pro Rabirio Posth.22.Illinc omnes præstigiæ,illinc inquam omnes fallaciæ:omnia denique ab his nummorum argumenta nata sunt. Idē 3.de Nat.deor.104.Quid ergo isti doli,quid machinæ,quid fallaciæ,præstigiæque,num sine ratione esse poterant?
Præstigiæ & captiones.Cice.4.Acad.84.Ne ab iis quæ clara sint ipsa per se te,quasi præstigiis quibusdam & captionibus depellamur.
Præstigiæ verborum.Cic.4.de Finibus,119.
Petere plausum præstigiæ.Quintil.lib.4.ca.1.53.Illa verò frigida, & puerilis est in scholis affectatio,vt ipse transitus efficiat aliquam vtique sententiam,& huius velut præstigiæ plausum petat.

Praestino, præstinas,pen.corr.(πρίαμαι,)præstinare,A præ & stino,Emere est,inquit Festus,id est emendo tenere.Plau. Pseud.4.35.Ego eo in macellum,vt piscium quicquid est,pretio præstinem. Idem Capt.13.79.Alium pisces præstinatum abire?

Praestituo, præstituis,præstitui,præstitutū,pe.prod. (προορίζω,) præstituēre,Prius statuere,prescribere.Plau.Pseu.5.138.
Nisi mihi attulerit miles quinque,quas debet,minas,
Sicut hæc est præstituta summæ argentariæ dies. Ibidem,9.31.
– nam olim quum abiit,argento hic dies
Præstituta est,quoad referret nobis. Ibidem,3.57. – ei rei dies
Hæc præstituta est proxima Dionysia,
Cras ea quidem sunt. Terent. Phorm.3.2.39.
Certè hercle si satis commemini, tibi quidem olim est dies
Quam ad dares huic præstituta. Cic.3.Verr.105. Die præstituit operi faciundo Calendis Decembris. Idem pro Cecinna,6.Etenim Prætor is qui iudicia dat,nūquam petitori præstituit qua actione illū vti velit. Tempus quandiu dicat,alicui præstituere.Cic.pro Quintio,18.
Diem præstituere. Cicero 1.Tusenl.148. Quod tempus? naturæne? at ea quidem dedit vsuram vitæ tanquam pecuniæ,nulla præstituta die. Et Attico,lib.13.296.3.

Praesto, præstas,præstiti,præstitum,pen.corr.& præstitum,penul. prod.(παρέχω, ἐπιτελῶ,)præstare,significat Exhibere,vel dare. Datiuum cum accusatiuo regit.Plin.Plura hic mihi præstitit, quā parentes.Id est fecit.
Per seipsum præstare aliquid.Cic.4.in Catil.96.Habetis enim Consulem, qui & parere vestris decretis non dubitet,& ea quæ statueritis, quoad viuet,defendere,& per seipsum præstare possit.
Ad quendam modum aliquid præstare. Quintil.lib.1.ca.11.2.Ne gestus quidem omnis, ac motus à Comœdis petendus est.quaquā enim vtrúque eorum ad quendā modū pstare debet orator, plurimum tū, &c.
¶ Amorem pstare.Prebere amoris occasionem.Ouid.3.Trist.eleg.4.13.
Animum debitum præstare.Cic. Lentulo. lib.1.9.12.
Beneuolentiam pstare.Cic.ad Atticum.lib.9.178.5, Nam non mediocriter laboro,vtrique vt vis,tuam beneuolentiam pstare possis, quam me herculetē pstaturum confido. Idem ad Cassium,lib.12.2.11, Siue ad me referent,siue non, mea tibi tamen beneuolentia fideque pstabit.
Beneuolentiam memorisque,quam debet,tibi præstat Pontinus.Cic.Appio,lib.3.10.9.
Fulminibus & ruinæ præstare caput.Lucanus lib.5.155.
Consilium suum fidemque in Senatu,& apud populum, & in causis amicorum,& domi & militię præstare.Cic.3.de Orato.74.
Dignum præstabo me etiam pro laude merentis. Horat.1.epist.7.5.
Diligentiam alicui præstare.Cic.ad Terentia,lib.14. 3.3, Pudet enim me vxori meæ optimæ,suauissimis liberis,virtutē & diligētiā nō pstitisse.
Fauorem præstare & voce & mente. Ouid.15.Metam.137.
Fidem præstare.Ouid.3.Fast.100.
Fidem suam negotiis alicuius præstare. Cice. ad Atticum, lib. 9. 178. 3, Itaque nunc Romæ omnia negotia Lētuli procuro sustineo,munūque officium,fidem,pietatem iis præsto.
Honorem præstare alicui.Ouid.6.Fast.12.
Debitum honorem patri præstare.Cic.9. Philip. 264.
Iter tutum alicui præstare.Cic.pro Plancio.78.
Iusiurandum præstare. Plinius epsto.169, Præsumus & commilitonibus, iusiurandum more solenni præstantibus & prouincialibus, qui eadem certarunt pietate iurantibus.
Mare tutum præstare,Cic.pro Flacco. 24, Qui quum prædonem nullum cepissent,mare tamen tutum præstiterunt.
Munus suum præstare.Cic.in Orat.12.
Officium præstare.Cicero Terentiæ,lib. 14.4.5, Neque legis improbissimæ pœna deductus est,quo minus hospitii & amicitiæ ius,officiúmque præstaret. Cęsar 8.bel.Gall.179,Non minus iustam causam, sibi municipia & colonias adeundi existimauit,vt is gratias ageret,quòd frequentiam atque officium Antonio præstitissent. Ibidem, lib. 4.558, Ego certè meum Reipub.atque imperatori officium præstitero. Sic lib.3.bel.Ciuil.408. Ouid.7.Metam.68.
Mors omnia præstat.Lucret.lib.3.44.
Operam in re militari præstare.Cic.3.bel. Ciuil.303, Qui Romę remansissent,neque inter prędia Pompei fuissent,neque operam in re militari prędstitissent.
Otia pstare.Ouid.2.Trist.4.Nō tibi contingunt quę gentibus otia pstas.
Pacem præstare.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.14.
Pietatem non tam fratri quàm patrię præstare. Cicero de Claris Oratoribus,64.
Principem præstare. Facere quæ sunt principis, exhibere se principem, Sueto.in Tibertio, cap.33,Paulatim principem exercuit præstititque, etsi varium diu, commodiorem tamen sæpius, ad vtilitates publicas proniorem.
Quæstum præstare dicitur res aliqua. Cic. pro Quintio,64, Funestum est à forti atque honesto viro iugulari:funestius ab eo cuius vox in prę conio quæstum præstitit.
Quæ ratio & doctrina prędstiterit, ab ea nos præstitisse.Cice. 1.de Natu.deorum.12.
Quod petebat prestiti.Plin.epist. 205.
Quod promisi,vix videor prestare posse.Cic.Bruto, 18.3.
Prestare quod factum est impensę in bellum. Liuius 2.ab Vrbe,79. Actū tamen est de pace impetratique foret,si quod impensę factum in bellum erat,pstare Sabini(id enim postulatum erat)in animū induxissent.
Satis id magnum est quod potes præstare.Cic.1.de Orat.13.
Reuerentiam marito præstare,Reuereri maritum.Plinius episto. 8.
Robur præstare alicui.Claud.8.Paneg.31.
Spartanis potuit robur præstare Licurgus
Matribus,& sexum leges vicere seueræ.
Salutem præstare.Lucret.lib.4.31.
Salutem integram in periculo alterius communem præstare. Cic. Anteq. iret in exilium,11.
Sapientiam & grauitatem præstare.Cic.Titio,lib.5.16.12,In qua non est iam grauitatis & sapientiæ tuæ,quam tu à puero prestitisti,ferre immoderatius casum incommodorum tuorum,&c.
Non se vnum,sed omnes ministros imperii sui,sociis & ciuibus,& Reipu. præstare.Cic.Q.fratri,lib.1.1.14.
Se incolumem præstare.Cice.ad Tironam, lib. 16.9.10,In hoc omnem diligentiam si adhibueris, téque nobis incolumem prestiteris,omnia à te habebo. Lucret.lib.3.45.
Præstare se propugnatorem acerrimum.Brutus ad Ciceronem,11.1,Veteris Antistii talis animus est in Rempub.vt nō dubitem quin & in Cæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sare & Antonio se præstaturus fuerit acerrimum propugnatorem cõmunis libertatis.
Sedulitatem præstare alicui, Sedulò aliculus negotium agere. Plinius epist. 6.7.b.
Sententiam suam Senatui præstare.Cic.in Pisonem,62.
Silentium præstare.Liuius,9.bel.Pun.130. Tum edixit militibus vt silentium quieti nantis sine certamine ad ministeria exequenda bene obedientes præstarent.
Eximia est virtus præstare silentia rebus.Ouid.2.de Arte,121.
Saluos socios suos authoritate nominis sui præstabant Romani. Cicero pro Lege Manilia,38.
Solicitudinem præstare.Plin.epist.29.a.
Spem suam præstare deis.Lucan.lib.5.9.
Præsta te eum qui mihi à teneris(vt Græci dicunt)vnguiculis es cognitus. Cic.ad Lentulum, lib.1.6.4.
Vicem alicuius rei præstare, pro Esse vice aliculus rei. Plin. libro 20.cap. 17.10.Hoc ligustici vicem præstat in condimentis.Idem libro 23.cap. 3.3.Vruntur & cauliculi florescentes, vt spodii vicem cinis præstet. Et lib.13.cap.4.2.Tectorii vicem hic parietibus plerisque in locis præstat contra aspergines.
Vires præstare Ouid.1.de Ponto,eleg.8.8.
Vitam præstare.Ouid.1.epist.11.3.
– furnos & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè præstantia vitam.
Vltima præstare iucunda.Cic.ad Trebatium,lib.7.17.8.Perferto,& vltima expectato,que ego tibi & iucũda & honesta præstabo.Id est efficiã.
Voluntatem suam alicui rei præstare.Cic. Lentulo,lib.1.9.16.
Voluptatem illam quis potest præstare sapienti?Cic.2.de Finib.142.
¶ Præstare plus significat quàm Dare.Seneca 1.de Clement.2.Sic est salutem non tantum dare,sed præstare.
¶ Præstare aliquem ante ædes.Plaut.Mostel.15.8.Ego illum ante ędes præstabo ludificatorem meum.Id est adducam ante ostium.
Præstare aliquem alicui negotio,Præficere.Cice.ad Qu.fratrem,lib.1.1. 16.Sed quanta sit in quoque fides,tantum cuique committere. Atque inter hos eos quos tibi comites & adiutores, negotiorum publicorum dedit ipsa Respu.duntaxat finibus his præstabis,quos antè præscripsi.
¶ Præstare,(ἀναδέχεσθαι,ἐγγυᾶσθαι,) interdum accipitur à Iurisperitis pro Exitum rei in se recipere,vel alienæ culpæ dispẽdium velle luere: vt Præstare euentum,Præstare promissum alienum.Valla li. 6.cap.16 Præstare,est prohibere ne alicui fiat aliquid incommodi: & si non prohiberint,satisfacere:vt venditor debet præstare vitium rei quam vendit,id est prohibere atque efficere ne emptor dãni quid faciat, alioqui satisfacere.Cic.ad Vatinium,lib.5.11.5.De Dionysio, si me amas,conficie:quancunque ei fidem dederis,præstabo.Id est ego in me recipio. Hoc est,Quacunque fide ad te venire eum iusseris,id totum in me recipiam,& efficiam vt tibi satisfiat. Idem 1.de Orato.87.Defendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio,id si vẽditor scisset,neque declarasset,præstare debere. Et 3.Offic.72.Sin autem dictum non omne præstandum est:quod dictum non est,id præstandum putas?
Præstare periculum.Cæsar in Commentariis, Neque periculum præstare eorum,sed totam rem ad Pompeium reicere. Cicero ad Qu.fratrem,lib.1.1.17. Quos verò aut ex domesticis conuictionibus, aut ex necessariis apparitionibus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte Prætoris appellari solent,horum non modò facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. Id est culpam eorum in nobis recipere debemus,seu opere seu verbo peccauerint, eorumque nomine pœnam luere,aut damnum sarcire. Idem 3.Offic.86.Is igitur iudex ita pronuntiauit,quum in vendendo rem eam scisset & non pronuntiasset,emptori damnum præstari oportere. Idem pro P. Sestio, 30. Ea conditione gesseram, vt meum factum semper omnes præstare, tuerique deberent. Et 2.de Oratore,68.Demonstrare grauissimis verbis, multos sæpe impetus populi non iniustos esse, quos præstare nemo possit. Idem, Emptorem indemnem præstare oportet. Sic 3. Tuscul.61.Culpam autem nullam esse,qui id quod ab homine non potuerit præstari,euenerit. Id est caueri & prohiberi.
Communem & incertum casum neque vitare quisquam nostrum, neque præstare vllo pacto potest. Cic.Sestio,lib.5.17.7.
Præstare culpam, Hoc est alienam culpam in sese recipere,& rei euentum suo periculo esse velle,& fide sua esse iubere rei futuræ euentum.Cice. 1.de Orato.56.Porro verò Crasse,inquit Mutius. Istam enim culpam quam vereris,ego præstabo. Id est ad me recipiam,inquit Budæus. Ibidem,87. Quum ædes L.Fusio venderet, in mancipio lumina vti tum essent,ita recepit, id est præstaturum promisit. Idem Pæto,libro.9.16. 13.Sic video philosophis placuisse in,qui mihi soli videntur vim virtutis tenere:nihil esse sapientis præstare,nisi culpam. Et Torquato,lib.6. 1.12.Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præcribit,vt nihil in vita nobis præstandũ præter culpam putemus:eaque quum careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus.
Damnum præstare.Cic.3.Offic.86.
Fidem præstare.Cice.2.de Diuina.119.Virtutis auspiciis video esse vium Deiotarum,quæ veratspectare fortunam,dum præsterur fides.
Fidem promissi præstare.Liu.10.bel.Pun.55.Institit deinde reputare secum ipse,quemadmodum promissi fidem præstaret. Ibidem,lib.5.231. Gens fallax,promissi fidem præstitit.
Fidem præstare publicam.Liu.2.ab Vrbe,118. Nunquam vnum militem habituros,ni præstaretur fides publica.
Fœlicitatem de se præstare nemo potest.Cic.pro Lege Manil.33.
Periculũ iudicii præstare debet,qui se nexu obligauit.Cice. pro Mure.3.
Promissum præstare.Liui.3.bel.Maced.109.Et 7.ab Vrbe,71. Aspice imperator,inquit,quemadmodum exercitus tuus tibi promissa præstet.
Sumptum nusquam melius posse poni præstabo.Cic.Qu.fratri,li.3.17.6.
Præstare vsuram.Iuuenalis.
Non possum præstare quid quisque nos dixisse dicat. Cicero ad Pætum, lib.9.16.15.Cætera verò quid quisque me dixisse dicat, aut quomodo ille accipiat,aut qua fide mecum viuant ii qui me assidũ colunt & obseruant,præstare non possum.
Prædones nullos fore quis præstare poterat?Cic.pro Flac.21.
Me non ingratum esse præstabo.Cic.de Prouinc. Consul.30.
Quod de te sperare,de me præstare possum.Cic.Plan.lib.5.15.4.
Præstare nihil debeo,Id est culpa non est mea.Cice.ad Qu.fratrem,lib.3. 17.13.Ego Trebatium ad Cæsarem misi,qui mihi iam satisfecit: si ipsi minus,præstare nihil debeo.
Messalam Cæsari præstabo,Quasi fide iubebo pro Messala.Cice.ad Qu. fratrem,lib.3.24.5.
Præstare Rempub.Id est in columen ab omni incommodo conseruare. Cic.ad Atticem,lib.10.195.6.Hac igitur conscientia comite proficiscar magno equidem cum dolore, nec tam id propter me aut propter fratrem meum,quorum iam acta ætas,quàm propter pueros quibus interdum videmur præstare etiam Rempub.debuisse.
¶ Præstare,(διαφέρειν,ὑπερέχειν,κρατεῖν,κρατίστευειν,προέχειν,) cum solo datiuo,Melius esse,vel antecellere significat.Terent.Eunu.2.2.1. Di immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens Quid interest? Idem Phorm.5.3.7.Hem vir viro quid præstat. Cice. de Amicitia,22. Tum illa nimirum præstat omnibus,quòd bona spe prælucet in posterum.Salust. in bello Catil. Omnes homines qui sese student præstare cæteris animantibus. Cice.2,de Finib.176.Qui cæteris animantibus plurimum præstat.
Virtus præstat cæteris rebus.Cic.4.de Finib.83.
Cultu incultis præstant.Lucretius lib.1.42.
Intelligens præstat imperito.Cic.de Claris Orat.103.
Imperatoribus minutis præstat orator.Cic.de Claris Orat. 138.
Contemplatio rerum cogitatioque longè omnibus studiis in vita præstat. Cic.5.Tuscul.14.
Doctus auditor indocto præstat.Cic.de Claris Orato.104.
¶ Datiuum aliquando regit rei quæ superatur,& ablatiuũ rei in qua quis excellit:vt Præsto tibi icientia.Cice.pro Deiotaro,7.Tanto ille superiores gloria vicerat,quanto tu omnibus præstitisti. Quintil.lib.1.Eloquentia cæteris præstet. Cice.1.de Inuent.8.Ac mihi quidem videntur homines,quum multis rebus humiliores & minimiores sint,hac re maximè bestiis præstare,quòd loqui possunt. Idem de Amicit.18.Nanque hoc præstat amicitia propinquitati,quòd ex propinquitate,&c.Et 1.de Diui.8 Quare præclare mihi quiddam videtur adeptus is, qui quare homines bestiis præstent,ea in re hominibus ipsis antecellat.
Aetate altei præstare.Cic.de Claris Orat.83.Sed hæc Crassi quum edita oratio est,quam te sæpe legisse certò scio,quatuor & triginta tum habebat annos,totidemque annis mihi ætate præstabat.
Lepore & humanitate omnibus præstitit Socrates.Cic.2.de Orator.150.
Prudentia cæteris præstare.Cic. 1.de Orat.97.
Suauitate & breuitate dicẽdi aliis præstitit Aristoteles. Ci.2.de Inuẽ.125.
¶ Ablatiuus aliquando omittitur. Cicero 1. Offic.92. Difficile autem est quum præstare omnibus concupieris, seruare æquitatem,quæ est iustitia maximè propria.Hoc loco,pro Præesse vel præsidere nonnulli interpretantur.Plaut. Bacch. 20.48.Sed Priamus hic multo illi præstat. Idem Casina,6.5.
– coquos equidem nimis
Demiror,qui tot vtuntur condimentis:eos eo
Condimento vno non vtier,quod præstat omnibus.
¶ Datiuus nonnunquam tacetur.Salustius,Primum omnium qui vbique probro atque petulantia præstabant.Columel.Quanuis candore præstet,pondere tamen vincitur. Cice.1.Offic.162. Quorum verò patres aut maiores aliqua gloria præstiterunt, ii student plerunque eodẽ in genere laudis excellere. Idem Torquato,lib.6.161.1.His enim rebus præstabamus quæ non prodeunt in aciem: vsu autem armorum & militum robore inferiores eramos. Plin.epist.46.2,Nam plurimum fide,plurimum veritate,plurimum intelligentia præstat.
Arte bellandi præstabat Claudius.Silius lib.13.30.
Patria charitate præstat.Cic.2.de Legibus,9.
Facie præstare.Horat.2.Serm.laty.4.15.

Gloria aliis præstare.Cice.3.de Orat.5.
Honore & ætate præstare.Cic.Qu.fratri,lib.1.1.14.
Ingenio præstare.Lucret.lib.5.223.
Iuris Ciuilis intelligentia,atque omni prudentiæ genere Mutius præstitit. Cice.de Claris Orato.52.
Literis doctrinaque præstare.Cic.3.de Orato.76.
Mobilitate præstare.Lucret.lib.3.87.
Præstabant numero militum. Cæsar 3.bel.Ciuil.177.
Accusatiuum cum ablatiuo aliquando regit. Quintil.libro 1.cap.1.3. Præstat tamen ingenio alius alium.Gellius lib.13.cap.5.Erant tunc in eius ludo boni multi,sed præcipui duo,Theophrastus & Menedemus, ingenio ii atque doctrinis cæteros præstabant. Liu.5.ab Vrbe,162.Vt nuntiare domũ possint,quantũ Galli virtute cæteros mortales præstarẽt.
Ablatiuum subiicuit Virgilius,11.Aeneid.88.dicens,Ibo animis contrà, vel magnum præstet Achillem,Id est antecellat:vel,vt quidam volunt, repræsentet,exhibeat,vel æqualis sit.
In arte aliqua præstare.Lucret.lib.5.272.
Præstat inter.Cæsar 1.bel.Gall.284.Quòd ciuitas magna & inter Belgas authoritate,ac hominum multitudine præstabat.
Inter suos æquales longè præstare.Cic.de Claris Orat.133.
Longè multumque præstat mens atque ratio. Cice.5.de Finib.72.
¶ Præstat,(κρείττων,) Impersonaliter,pro Melius est,& datiuo construitur vt,Præstat furi hic suspendi,quàm apud inferos ardere. Cice.pro P.Sestio,129.Si hoc non est satis quòd hæc omnia deleta videntur reditto meo,multò mihi, multo inquam Iudices præstat,in eandem illam recidere fortunam,quàm tantam importare meis defensoribus & conseruatoribus calamitatem.Datiuus raro exprimitur.Salustius. Quoulque patiemini tandem ô fortissimi viri?nonne emori per virtutem præstat,quàm hanc vitam miseram atque inhonestam,vbi alienæ superbiæ ludibrio fuerimus,per dedecus amittere?Virgil.1.Aeneid.28.
– sed motos præstat componere fluctus.
Emori potius,quàm seruire præstat.Cic.in Pisonem,11.
Mori millies præstitit quàm hæc pati.Cice.Attico,lib.14.305.5.
Tacere præstat philosophis,quàm loqui.Cic.3.de Nat.deor.113.
Longè multumque præstat,Vide LONGVS.
Multò præstat,Vide MVLTVS.
¶ Vires præstandi habere.Ouid.1.de Ponto,eleg.8.8.
Præstandus,Participium vt Amor præstãdus.Ouid.4.de Ponto,eleg.10. 17.Sed præstandus amor,res non onerosa voleuti.
Inuidia capitis periculo præstanda. Cic.pro Sestio,52.Designatus Tribunus plebis obtulit in discrimen vitam suam:dixit eam sententiam cuius inuidiam capitis periculo sibi præstandam videbat.
Præstans, Participium,(ὑπερέχων,) vt Præstans virtute homo. Virgil. 8.Aeneid.
Corpore & armis præstans.Silius lib.5.35.
Grauitate & prudentia præstans homo.Cic.pro Corn.Balb.40.
Longè præstans omnibus ingenio & doctrina.Cic.1.Tusc.35.
Ingenio,iustitia,integritate omnibus præstans vir.Cic.pro Plancio,27.
Literis doctrinaque præstans vir.Cice.3. de Orat.70.
Præstans valetudine.Cic.5.Tuscul.63.An dubitas quin præstans valetudine,viribus,forma,acerrimis,&c.
In oculis præstans,Vide OCVLVS.
Præstans.Nomen,(ἄριστος,ὑπέροχος,)Præstans animi,Cui est animi præstantia.Virg.12.Aene.4.O præstans animi iuuenis.Statius 1.Thebaid. Haud tulit armorum præstans,animique Choræbus.Virg.6.Aenei.33. – quo non præstantior alter
Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.
Sapientiæ præstantissimus.Tacit.lib.5.
Præstantissimus ingenio.Cice.de Amicitia.1.Quo mortuo,me ad Pontificem Scæuolam contuli,quem vnum nostrę ciuitatis & ingenio & industria præstantissimum audeo dicere.
Numero præstantior omni.Stat.1.Achil.104.
Studio ac doctrina præstantissimi Xenocrates & Aristoteles. Cicero 1. Academ.34.
Victoria & fide præstans alicuius manus.Cic.Cesari,lib.7.5.10.
Virginibus præstantior omnibus Herse.Ouid.2.Metam.145.
Præstantissima fœminarum.Cic.ad Licinium,lib.5.8.6, Itaque & præstantissima omnium fœminarum vxor tua, & eximia pietate,&c.
Hoc certè præstantioribus, quo nihil nouere nisi commune. Plinius libro 11.cap.5.2.
Nihil præstantius.Cic.3.de Finibus,5.
Aliis aliud præstantius.Lucret.lib.2.102.
Solidè laudis ac verè dignitatis præstantius quid mihi potuit accidere?Cicero in Vatinium,6.
Præstantia debent ea dici quæ habent aliquam comparationem. Cicero 5.Tuscul.55.
¶ Amor præstantior.Ouid.13.Metam.163.
Virtute & consilio præstanti extiterunt.Cice.pro Sestio,79.
Corpore præstanti Nymphę.Virgil.1.Aeneid.15.
Labor præstans. Lucretius lib.2.3.
Munere præstanti donare aliquem.Virg.5.Aeneid.73.
Excellens & præstans natura.Cic.1.de Nat.deorum,77.
Nomina præstantia Ouid.2.Trist.93.
Odium præstans.Ouid.13.Metam.163.
Nec si quæteris odium Cyclopis, amorue
Acidis in nobis fuerit præstantior, ædam.
Ordo præstantior.Statius 5.Sylu.1.20.
Victima labe carens,& præstantissima formũ. Ouid.15. Metamor.27.
Viri præstantes.Stat.6. Thebaid.59.
Præstantia,præstantiæ,(ἀρετή,ὑπεροχή,)Excellentia, A præstans fit. Cic. de Amicitia,62,Fructus enim ingenii & virtutis omnisque præstantiæ, tum maximus accipitur,quum in proximum quenque confertur. Gellius lib.1.cap.1,Plutarchus scite,subtiliterque ratiocinatum Pythagoram Philosophum dicit in reperienda, modulandaque status longitudinisque eius præstantia.
Excellentia & præstantia.Cic.1. Offic.137, Nobis autem personam imposuit ipsa natura,magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquorum.
Excellens in animorum laude præstantia. Cic.5.de Finibus. 64.
Animi præstantia.Quintil.lib.6.cap.1.19.
Dignitatis aut fortunæ suæ præstantia æquabilitatem cõmunis iuris transeunt quidam,& intolerantius se iactant.Cic.2.de Oratore,115.
Ingenii præstantia,Cic.4.de Finib.87,Quùm que summum bonum posuisset in ingenii præstantia,quam virtutem vocamus.
Mentis præstantiam habet homo,cui tota illius natura pareat. Cice.5.de Finibus,59.
Partium præstantia.Cic.1.Academ.29, Valetudinem, vires,pulchritudinem in totoin partibus autem,sensus integros & præstantiam aliquã partium singularum,vt in pedibus celeritatem,&c.
Præstantia remedii.Plin.lib.12.cap.5.2,Tentauere gentes ad se transferre,propter remedii præstantiam.
Excellentes rerũ omnium præstantia dii immortales.Cic.2.de Diui.193.
Virtutis,ingenii,fortunæ præstantiam consequi.Cic.de Amic.61.
Præstatio,Verbale,(πρεσβεία,)Paulus de legatis 3. L.Si plures gradus sint hæredum,& scriptum sit,Hæres meus dato: ad omnes gradus hic sermo pertinet:sicuti hæc verba, Quisquis mihi hæres erit. Itaque siquis velit,non omnes hæredes onerare legatorum præstatione, sed aliquot ex his,nominatim damnare debet.
Familiæ erciscundæ iudicium ex duobus constat,id est rebus, atque præstationibus:quæ sunt personales actiones.Vlpianus in L. Item Labeo. Parag.Famil.ercis.ff.Familię erciscundæ.
Præstabilis,& hoc præstibile,penul.cor.(ἄξιος,) Excellens, Cic.de Amicit.86,Vos autem hortor,vt ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest,vt ea excepta nihil amicitia præstabilius esse putetis. Gellius,Chilo præstabilis homo sapientiæ. Cice.1.de Finib.62, Quem tandem hoc statu præstabiliorem,aut magis expetendum possumus dicere? Terent. Hecyra,5.1.4.
Cui quanto fuerat præstabilius,vbiuis gentium agere ætatem,
Quàm hoc redire?
Nil melius mundo,nihil præstabilius, nihil pulchrius. Cicero 2.de Natu. deorum, 28.
Dignitas præstabilis.Cic.de Prouinc.Consul. 31.
Præstabiles,primę,& singulares res, quibus paruę vsitatę & vulgares opponuntur.Cic.2.de Orat.189,Sumendę autem res erunt, aut magnitudine præstabiles,aut nouitate primę,aut genere ipso singulares.neque enim paruę,neque vsitatę,neque vulgares admiratiõe aut omnino laude dignæ videri solent.
Præstabilis & insignis alicuius virtus.Cic.de Aruisp.resp. 37.
Nil mente præstabilius naturã homini dedit. Cic. de Senect.30.
¶ Præstabile,Quod præstari potest,aliquando significare, dicit Sipontinus.

Præsto, Aduerbium,vt vult Sipontinus: alii nomen indeclinab.de omnis generis esse volunt:significat præsens sum (παρεῖναι μι.)Verbo SVM,ES,EST iungitur,Plaut. Epid. 13.46, Tibi quidem quod ames,domi præsto est. Idem Asin,7.99, Ego me dixeram adducturum, & me domi præsto fore. Idem Rud.10.26,
Equidem tibi me dixeram præsto fore
Apud Veneris phanum. Barbari dicunt, Quod me inuenirem illic,
Idem Menæch.21.15,
–metum comitem mihi adhibeam
Vt culpam abstineam:hero vt omnibus In locis præsto siem.
Cice.ad Appium Pulchrum,lib.3.5.1,Tralleis veni ad V 1. Calend. Sextilis:tibi mihi præsto fuit L. Lucilius cum literis mandatisque tuis. Id est mihi occurrit. Eidem lib. 3.3.1, Ad X 1. Calendas Iunias Brundusium quum venissem, Q. Fabianus legatus tuus mihi præsto fuit Et ad Atticum, lib.3.48.3, Vento reiectus in Macedoniam Pellæ mihi præsto fuit. Terent.Phorm.3.3.29.
Sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.
A.Præsto est. Ibidem,1.2.1,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si quis me quæret, rufus. D. præstò est, desine. G. oh,
At ego obuiam conabar tibi Daue.
Adire præsto, Vide ADIRO, adis.
Præsto adesse, Terent. Eunuc. 5. 9. 10. Sed vbi est frater? c. præsto adest. Poenul. pro Præsto est.
Præsto domi. Terent. Heaut. 1. 1. 120. – iandudum domi
Præsto apud me esse aiunt.
Præsto esse alicui, Præsidio esse, fauere, iuuare. Cicero pro Murena, 17. Ius Ciuile didicit multum vigilauit, laborauit, præsto multis fuit. Ibidem, 40. Tu interea Romæ scilicet amicis præsto fuisti: fateor. Id est forensem operam, vrbanaque officia præstitisti, Inquit Budæus. Plaut. Trin. 1. 1. 18. Ni mia pax propitia foret præsto. Cice. pro Quintio, 30. Is qui tibi præsto semper fuit.
Præsto esse, Aduenire, compaere. Author ad Heren. lib. 4. 127. Hirundines æstiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt.
Præsto esse ad. Cic. 4. Verr. 64. Iste homo certus, & diligens ad horã octauam præsto est. Idem 5. Tuscul. 89. Præsto fuisset ad horam morti destinatam. Sic 4. Verr. 13. Et Liu. 1. ab Vrbe, 30.
Præsto est ad nutum, & paret. Cic. 3. Ver. 54. Tũne quod videris, quod audieris, quod concipieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum præsto fuerit, nisi libidini tuæ cupiditatique paruerit, immittentur homines?
Locus est præsto. Lucret. lib. 3. 113.
Præsto est vt ancillula. Cic. 2. de Finibus, 110. Præsto esse virtutes vt ancillulas, quæ nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi vt voluptati ministrarent.

Praestolor, pen. prod. præstolãris, (ὑπομένω, περιμένω.) præstolari, Manere, expectare. Festus, Præstolari is dicitur, qui antè stando ibi, quò venturũ excipere vult, moratur. Plaut. Trucul. 7. 10. Sed quid hæc hîc autem tandiu ante ædes sterit? nescio quem præstolata est. Idem Casina, 14. 15.
– quid agis mea festiuitas?
C. Te ecastor præstolabar. Teren. Eunu. 5. 6. 5. Quem præstolare Parmeno hîc ante ostium? Sic Cæsar 2. belli Ciuil. 98. Huius aduentum L. Cæsar filius cum decem longis nauibus præstolans, &c.
Præstolor, Datiuo iunxit Cic. 1. in Catil. 17. Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati. Idem ad Atticum, lib. 2. 30. 3. In Formiano tibi præstoler vsque 111. Non. Mai.
Præstolari (inquit Donatus) Præsto esse, & apparere, hoc est obsequi.

Praestringo, præstringis, præstrinxi, præstrictum, (ἀποτυφλόω, περιφλόω.) præstringere, Valde stringere, & aliquando leuiter lædere, attingere. Plin. lib. 18. cap. 34. 3. Præstringit enim atque percellit hic radices arborum. De Borea vento loquitur.
Tempora præstrinxit fetus. Stat. 5. Sylu. 3. 23.
Fauce præstricta laqueo. Ouid. in Ibin, 110.
¶ Præstringere, (περιφοιβάζειν.) Obtenebrare. Vnde Præstigiæ, & Præstigiatores, qui celeritate lusitandi, & ludibria illa oculorum facitandi, præstringunt visum intuentium, vt miracula facere credãtur, inquit Budæus. Plaut. Milite, 3. 4.
Vt vbi vsus veniat, contrà conserta manu
Oculorum præstringat aciem in acie hostibus. Idem Merc. 23. 7.
– sed in amorem coniecit fortius,
Quò te consiliumque tuum atque mentem perdit funditus, Atque oculorum tibi præstringit aciem. Liuius 10. bel. Maced. 224. Cum ingenti fragore cœli tonitribusque & fulgoribus præstringẽtibus aciem oculorum. Cice. in Vatinium, 19. Cuius dignitas & splendor præstringebat credo oculos Vatinii.
Lux ahena præstringit oculos. Claud. 6. Paneg. 27.
Præstringere præstigias. Cic. 3. de Natu. deor. 104.
– ita omnes meos dolos, fallacias.
Præstigias præstrinxit commoditas patris. Ex poeta.
Aciem oculorum vel ingenii præstringere, Vide ACIES.
Præstringere aciem ingenii, per translationem, pro imponere. Cicero 1. Verr. 7. Mihi enim videtur periculum fore ne ille nõ modo verbis te obruat, sed gestu ipso ac motu corporis præstringat aciem ingenii tui, teque ab institutis tuis cogitationibusque abducat.
Aciem mentis præstringere. Cic. 1. de Diuinat. 108.
Præstringitur acies ferri, chorisque nitor. Plin. lib. 7. ca. 15. 2. De mestruis. Id est obtunditur & hebetatur. Idem lib. 15. cap. 14. 5. de pomis acerbis, Vis, inquit, tanta, vt aciem gladii præstringat.

Praestruo, præstruis, præstruxi, præstructum, (προοικοδομῶ, προκατασκευάζω.) præstruere, Prius ordinare, ædificare. Colum. lib. 1. cap. 5. 8. Quippe ab imo præstructa, valenter resistent cõtra ea quæ postmodum superposita incumbent. Liu. 8. bel. Puni. 214. Nõ semper temeritas est fœlix: & fraus fidem in paruis sibi præstruit, vt quum operæ pretium sit, cum mercede magna fallat.
¶ Præstruo, pro Obstruo. vt Aditum montis præstruere obiice. Ouid. 1. Fastorum, 113.
Ille aditum fracti præstruxerat obiice montis.
Vix iuga mouissent quinque bis illud onus. Hoc est obstruxerat, claudere. De Caco.
Præstructus, Participium, (προκατασκευασθείς,) vt Hostis præstructus belli ciuilibus. Claud. de bello Getico, 58.
Præstructus, Arte præparatus, & ex composito siue ex industria factus. Sueton. In Tiberio, cap. 53. Quendam verò inter cœnam porrecta à se pocula gustare non aulam, etiam vocare desiit, simulãs se veneni crimine accersitum: quum præstructum vtrunque consulto esset, vt & ipse tẽtandi gratia offerret, & illa quasi certissimum exitium caueret.

Praesudo, præsudas, pen. prod. (προαιφέω,) præsudare, Ante sudare, antè exercere se. Stat. 6. Thebaid. 1.
– ludumque super quo Martia bellis
Præsudare paret, seleque accendere virtus.

Praesul, præsulis, pen. con. m. g. (προχορευτής) teste Phoca. A Præsilio, præsilis fit, quod est Antè salio: Is appellabatur apud antiquos qui primus erat inter Salios Martis sacerdotes. A saliendo dicti, in portandis ancilibus. Valla lib. 5.
Præsultor, præsultoris, m. g. (κορυφαῖος.) pro Præsule. Cic. 1. de Diuina. 97. Exin quidam rusticus Romano dormienti visus est venire qui diceret, præsultorem sibi non placuisse ludis, &c.
Præsulto, præsultas, (προορχεῖσθαι,) præsultare, Antè saltare. Liu. 7. ab Vrbe, 37. Si tu permittis, volo ego illi bellæ ostendere, quando adeò ferox præsultat hostium signa, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.

Praesulsus, Adiectiuum, (πολυανθής.) Valde salsus, vel antè salsus. Colum. lib. 6. cap. 2. Libraleque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas.

Praesum, præes, præest, præfui, (προΐστημι, ἐφίστημι,) præesse, Præfectum esse. Cicero, Hi qui portui faciundo præerant, ab eo subornati fuêre. Salustius, Et pro cuiusque opibus Romę per totam vrbem vigiliæ habebantur, hisque maiores magistratus præesset. Calsus ad Ciceronem, li. 12. 13. 9. Secuti sumus classem Dolabellæ, cui Lucilius præerat. Cic. 4. Acad. 2 In Asiam Quæstor profectus, ibi per multos annos admirabili quadã laude prouinciæ præfuit. Sic Cæsar 2. bel. Gall. 256. Cic. 4. de Finib. 124. Omnibus enim artibus volumus attributam esse eam quæ communis appellatur prudentia, quã omnes qui cuique artificio præsunt, debent habere.
Præesse agro colendo. Cice pro Rosc. Amer. 29. Etenim qui præesse agro colendo flagitium putes, &c. Sic ibidem, 15.
Faciendæ alicui rei publicæ præesse. Cicc. 7. Verr. 38.
Interesse alicui rei & præesse. Cice. Lentulo, lib. 1. 8. 1.
¶ Exercitui præesse. Plancus Senatui. lib. 10. 8. 8.
Ignibus æternis præesse. Ouid. 1. Fast. 81.
Imperio Prætorio præesse. Cic. 1. de Diuinat. 119.
Magistratibus leges, populo magistratus præsunt. Cic. 3. de Legibus, 3.
Nauibus & classi præesse. Cic. 7. Verr. 66.
Officii alicuius præesse. Ouid. 4. Fast. 77.
– sub quo meruisse Tribuno
Glorior, officiis præfuit ille meis.
Prouinciæ præesse. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 107.
Præesse quæstioni dicitur iudex. Cic. pro Rosc. Amer. 17. Quum huic idẽ quæstioni iudex præesses.
Reipublicæ præesse. Cic. 1. Offic. 111.
Sacerdotiis præesse. Cic. pro Domo sua, 81.
Sacris præesse. Cic. de Aruisp. respon. 12.
Studio alicui præesse. Cic. 1. de Orat. 110.
Temeritati alicuius præesse. Cicer. de Amicit. 35. Non enim parui ille T. Gracchi temeritati, sed præfuit.
Templo præesse. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 13.
Præsens, præsentis, om. gene. (παρών, παρεστώς.) Qui adest. Plaut. Agite si vultis, præda erit præsentium. Id est eorum qui hîc adsunt.
Præsens & absens, contraria. Plin. pers. 1. 9. Quæ hero placere præsenti atque absenti censeat. Terent. Eunuc. 1. 2. 113. Cum milite isto præsens absens vt sies. Hoc est, siue adsis, siue absis. Idem Adelph. 1. 1. 48. Præsens absensque idem erit. Id est, te absente aut præsente.
Præsens præsenti adsum. Plautus Mostel. 5. 17. Si quidem pol me quæris, adsum præsens præsenti tibi. Terent. Adelph. 4. 5. 34.
Quum hanc sibi videbit præsens præsenti eripi,
Abduci ab oculis.
Præsente absente. Terent. Eunuc. 5. 9. 29.
– postulo vt mihi tua domus
Te præsente absente pateat.
Facultas optabilis tui præsentis si mihi esset, nunquã à tuis consiliis discesserem. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4. 7.
Cognoscent omnes tui præsentes, tui absentis amorem, Cicero Lentulo, libro 1. 1. 13.
Præsentem atque audientẽ, vita priuandum esse dixit. Cic. 4. in Catil. 8.
Viui & præsentes. Cic. 1. Offi. 118. Neque solùm viui atque præsentes studiosos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortẽ monumentis literarum assequuntur.

Memoria

Memoria viuorum & præsentium teste. Cic. 2. de Orato. 6. Duos summos viros, his qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores cogniti sint, viuorum & præsentium memoria teste, commẽdemus.
Præsente hoc, nolebam dicere. Terent. Hecy. 4. 4. 90. Præsente populo datum est. Plaut. Bacch. 5. 101. Præsente te huic apologum agere vnum volo, Idem Stich. 9. 32. Præsente me, in Amphit. 8. 116. Præsentibus illis, Idem Bacchid. 2. 34. & 5. 66.
Dicerem de eius virtute eo præsente timidius. Cic. pro Cecin. 56.
Agere gestum præsente Roscio. Cicer. pro Quintio, 52. Quum cupidius instaret, homini pro amicitia familiarius dixi, mihi videri ore durissimo esse, qui præsente eo gestum agere conaretur. De Roscio loquitur. Prouerbialis locutio, in eos qui doctiore se præsente docere volunt. Quorum impudentiam idem miratur 2. de Oratore 129. Quanquam soles, inquit, sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectante Roscio.
Hic est vnus homo ex omnibus, quo præsente minimè ineptus esse vellẽ. Cice. 1. de Oratore, 55.
Præsente nobis, pro Præsentibus dixerunt veteres. Plaut. Amphit. 8. 191.
Nec nobis præsente, aliquis, nisi seruos Africanus adest. Pomponius,
Qui apud forum præsente testibus mihi vendidit. Idem, Siue ergo istuc præsente amicis inter cœnam. Varro in Marcellun, Id præsente legatis omnibus, exercitu pronuntiat. Ex Donato.
Adesse, & præsentem esse. Cic. 1. Offic. 19. Ad id solum quod adest, quodq; præsens est, se accommodat. De bello. 2. Et 1. de Finib. 85.
Adest præsens, Vide ADSVM.
Præsens non adest. Plaut. Amphit. 11. 23. Terent. Adelph. 3. 3. 39.
– nimium inter vos Demea,
Ac non quia ades præsens dico hoc, pernimium interest.
Præsens tecum egi, itemque petiui sæpe per literas. Cicero Curioni, libro 2. 6. 9.
Exponere commodius aliquid præsenti. Cice. Attico, lib. 1. 12. 5.
Interfuit, & præsens vidit. Cic. 1. de Inuent. 116.
Præsens inuisit. Liu. 1. ab Vrbe, 151. Quin si vigor iuuentæ inest, conscendimus equos, inuisimusque præsentes nostrarum ingenia?
Præsens succurre. Virgilius 9. Aeneid. 82.
Tu dea, tu præsens nostro succurre labori. Vbi Seruius, Non dicit quæ præsens es, sed præsens succurre id est ilico, statim.
Præsens tanquam in manum. Cic. 2. Offic. 88. Quanquã quod præsens tãquam in manum datur, iucundius est: tamen hęc in posterum gratiora.
Præsens ingenio. Plin. li. 17. ca. 1. 4. Et Crassus vt præsens ingenio semper, & faceto lepõre solers, addicere se respondit exceptis sex arboribus.
¶ Aetas præsens. Horat. 2. epist. 1. 9.
Animus præsens, (παρεόν νοῦς.) Terent. Phormione, 5. 8. 64.
Animo virili præsentique vt sis, para. Virgil. 5. Aeneid. 73.
Nunc sicui virtus, animusque in pectore præsens. Vbi Seruius, Præsens, fortis ac si diceret, si adest quis plenus animi. Ci. 2. de Ora. 47. Sed animus acer & præsens, & acutus, idem atque vetustus inuictos viros efficit. Idem ad Atticum, libr. 1. 13. 4. In Repub. verò quanquam animus est præsens, tamen voluntas etiam atque etiam ipsa me deficit.
Præsenti animo vti. Cice. 1. Offic. 113. Fortis verò animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicatur, sed præsenti animo vti & consilio, &c.
Præsenti animo dicere. Terent. Eunuch. 4. 6. 31. Fac animo hæc præsenti dicas. Hoc est confidenti.
Præsenti argento, vel pecunia mercari vel vendere. Plaut. Pœn. 1. 89. Venditque has omnes & nutricem, & virgines
Præsenti argento homini. Idem Menæch. 14. 99. Omnia vænibunt, quique licebunt præsenti pecunia. Et Capt. 6. 8. Præsenti pecunia mercari.
Casus præsentis immemor. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 8.
Dolor præsens. Lucret. lib. 6. 257.
Forma dei præsens. Statius 1. Sylu. 1. 13.
Gratiam præsentem refero. Cic. pro Plancio, 81.
Hora præsens. Horat. 3. Carm. ode 8. 6.
Præsens malum. Terent. Phorm. 5. 2. 16.
– præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescunt,
Nili prospicis. Plaut. Pseud. 7. 88.
Non à me scibas pistrinum iucundum tibi,
Quòm ea mulsitabas? s. cur non dictum est mihi?
P. Quia aliud malum aderat, istuc aberat longius:
Illud erat præsens, huic erant dieculæ.
Mors præsens. Virgil. 1. Aeneid. 19.
Ad præsentem pastum medicitatis suę agros populari. Cic. 11. Philip. 191.
Præsentem pecuniam soluere. Cic. ad Atticum, lib. 2. 19. 1. Pro eo tibi præsentem pecuniam solui imperaui, ne tu expensum muneribus ferres.
Pecuniam præsentem non debitam soluit mulieri. Cic. pro Cluent. 25.
Pestis præsens. Cice. 3. Philipp. 363. Nimirum rectè venificum appellas à quo tibi præsentem pestem vides comparatam.
Pœna præsens. Cice. 2. de Diuin. 184. Atqui ne si nauigare quidẽ velim, ita gubernatorem, vt somnianetim: præsens enim pœna sit.
In re præsenti, Vide IN præpositionem. Liu. 10. bel. Mace. 73.
Venire in rem præsentem. Cice. 1. de Orat. 130. Au verò si de re ipsa, si de finibus, quum in rem præsentem non venimus, si de tabulis & præscriptionibus controuersia est, &c.
In præsens tempus, vel in posteritatem hęc impendent. Cic. 1. in Catil. 16. Quanta tempestas inuidiæ nobis, si minus in præsens tempus recenti memoria scelera tuorum, at in posteritatem impendeat.
Testibus præsentibus liberam cretionem cognoscere. Cicero. Attico lib. 13. 294. 2.
Vires ad nocendum præsentes habere. Cic. Attico, lib. 15. 325. 2.
¶ Præsens, & Futurus, (ἐνεστὼς καὶ μέλλων,) contraria. Cice. pro Domo sua, 9. Erat igitur & præsens caritas, & futura fames.
Præteritorum meminit, præsentia cernit, futura præuider animus. Cice. 1. de Diuinat. 111.
In præsens, In præsenti, Ad præsens, Vide IN & AD præpos.
¶ Præsens, non in præteritum modò accipitur, verumetiam in futurum. vt Horatius in Arte, 9.
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat:
Hoc amet, hoc spernat, promissi carminis author. In præsens, id est in suũ tempus, & quando tempus dicendæ rei aderit: nisi accipiatur pro impræsentiarum: vt idem 2. Carm. ode 16. 6.
Lætus in præsens animus, quod vltra est
Oderit curare, & amara lento
Temperet risu. nihil est ab omni
Parte beatum. Valla lib. 4.
Constituere se copiam aduocatum in rem præsentem esse venturum. Cic. 1. Offic. 48.
Præsens quandoque dicitur, non quod nunc fit, sed quod tunc fiebat: id est tempore illo tunc præsenti Cicero, Ego incolumitati ciuis primùm & postea dignitatis illę præsenti potius, quàm futurę dignitati consulebat. De mortuo loquitur. Hęc Sipotius ex Valla lib. 4. Cicero ad. Q. fratrem, lib. 2. 9. 1. Sed cętera (vt tu scribis) præsenti sermoni reseruantur: hoc tamen non deferre. Id est, coràm quum erimus.
Præsens iracundia. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 77, Exarsi non solùm præsenti credo iracundia. Hoc est, quę mihi tunc ex re præsenti obuenerat.
¶ Præsens, Paratus. Horat. 1. Carm. ode. 35. 1, de Fortunę potentia.
O diua, gratum quę colis Antium,
Præsens vel imo tollere de grada
Mortale corpus: vel superbos
Vertere funeribus triumphos. Præsens, parata: potens mutare status hominum. Acron.
¶ Præsens, (ἵλεως,) Propitius: quoniam is qui præsens est nobis, propitiatur facile, si inuocetur, & citius quàm is qui præsens non est. Virg. 1. Geor. 2, Et vos agrestum præsentia numina Fauni. Id est propitia, quorum præsentia fauor est, inquit Seruius. Terent. Phor. 2. 2. 31, Hæc cum ratione ineas, quàm sint suauia, & quàm cara sint: Ea qui prębet, non tu hunc habeas plane præsentem deũ? Vbi Donatus, Præsentes dii sunt vel qui statim præstant: vel qui coluntur, & videntur, vt Sol & Luna.
Alii præsentem pro potentissimo accipiunt: vt Virg. 2. Geor. 26. & 12. Aeneid. 50, –quo non præsentius vllum. Hactenus Donatus.
Idem Virg. 3. Georg. 89, Non tamen vlla magis præsens fortuna laborũ est. Vbi Seruius, Præsens, efficax, vtilis profutura. Et 12. Aeneid. 31,
Tu pro germano siquid præsentius audes,
Perge. Id est efficacius, vehementius, inquit Seruius.
Auxilium præsens. Cic. 6. Verr. 96, Multis sępe in difficillimis rebus præsens auxilium eius oblatum est.
Auxilium præsentius. Virg. 2. Georg. 26.
Præsens ac prępotens deus. Cic. 1. de Natu. deorum, 6.
Deos præsentes videre. Cic. 3. de Nat. deorum, 15.
Numen præsentius. Quintil in Prooem. lib. 4. 4.
Præsentior. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 4.
At quanto, si forte refert, præsentior ipse
Per Veneris feci numina magna fidem?
Præsentissimum, Præstantissimum, vt apud Virgilium 12. Aeneid. 50.
Dat signum cęlo, quo non præsentius vllum
Turbauit mentes Italas. Id est efficacius. Vnde præsentissimum periculum, Præsentissima medicina, Præsentissimum venenum, id est potens, & in primis efficax.
Præsens medicina: hoc est, quæ præsens & festinum remedium adfert. Columel. lib. 2. ca. 14. 5. Omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus satiscit, vna præsens medicina est, vt stercore adiuues.
Præsentissimum remedium, sanguis de aure emissus. Columel. lib. 6. cap. 14. 2. Et lib. 7. cap. 5. 2. Sic Plin. lib. 21. cap. 20. 11, Præsentissimum contra ictus apum.
Præsentia, præsentiæ. (παρουσία,) Teren. Hecyra, 4. 2. 11,
Ego rus abiturum hinc cum tuo me esse certò decreui patre,
Ne mea præsentia obstet. Idẽ Heaut. 3. 3. 12, Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia. Salust. Tum M. Tul. Consul, siue, sententia eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

timens, siue ira commotus, orationem habuit luculentam atque perutilem Reip. quam postea scriptam edidit.
In præsentia. Vide IN præpositionem.
In præsentia, sed post, Vide IN præpositionem.
In, præsentia & ante oculos proponere periculum. Cic. pro Domo sua, 9.
Deiderium præsentiæ tuæ meo labore minuam. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 17.
Deorum præsentiæ. Cic. 2. de Nat. deor. 146.
Declarant præsentiam suam sæpe diui. Cice. 1. de Nat. deor. 8.
Formæ aberat præsentia. Ouid. 2. Fast. 156.
Præsentia animi, (παρόυσια,) Plin. lib. 8. cap. 25. 5. Mensura eorum paruaised præsentia animi in hoc tantum vsu mira. De delphinis. Græci παρόυσιμα, vocant: Latini præfidentiam, & robur animi. Cic. pro Milone, 46. Neque verò sine ratione certa causa Milonis tempet à Senatu probata est. videbant enim sapientissimi homines, facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam.
Præsento, præsentas, (παρίστημι, παρόβαλλω,) præsentare, Quasi præsens facere. Quintil. lib. 11. ca. 1. 1. Frustra docemur, si quicquid audiuimus, præterfluat: & exemplorum, legum, responsorum, dictorũ, beneque factorum velut qualdam copias, quibus abundare, quasque in promptu semper habere debet Orator, eadem illa vis non præsentat. Alii legunt repræsentat: nec adhibent negationem NON. Plin. de Viris illust. 77. Caput ab Achilla Ptolemęi satellite, Aegyptio velamine inuolutum, cũ annulo Cæsari præsentatum est.
¶ Præsentare, Referre, speciem præbere, & quod repræsentare dicitur. Plin. lib. 37. cap. 10. 30. Sarcites bubulas carnes pręsentat. Idem lib. 20. ca. 19. 3. Alterũ è sylaestribus genus heraclion vocatur, ab alis aphrõ, foliis (si procul intuearis) speciem passerum præsentantibus.
Præsentaneus, Adiectiuum, (παρόυσιακός.) Quod in præsens subitò fit: seu potius quod presentè habet efficaciam. vt Pręsentanei boleti, apud Senecam epist. lib. 15. qui citò enecant.
Remedium præsentaneum. Plin. lib. 20. cap. 1. 1. Iidem podagris cum articulorum morbis decoctum in aceto illinunt, præsentaneo remedio. Sic lib. 21. cap. 31. 4. Præsentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos. Item lib. 24. cap. 1. 3. Præsentaneum venenum.
Præsentarius, Aliud adiect. Præsentarium argentum. Plaut. Mostel. 6. 14. Vbi id erit factũ, à me argentum petito præsentariũ. Idẽ Trin. 4. 7. 2.
– vendidit tuus gnatus ædes. C. Petii. 5. præsentariis
Argenti minis numeratis. Et Pœn. 9. 92.
Sed hæc latrocinantur, quæ dixi ego omnia.
C. Quid ita? L. quia aurum poscunt præsentarium.

Praesumo, (προλαμβάνω,) præsumere, Prius sumere. Plin. lib. 18. cap. 11. 7. Theophrastus author est, potores in certamine bibendi præsumere farinam eius. Scilicet lapidis. Idem lib. 25. cap. 4. 17. Pugnatores certaturi præsumunt ex eo cyathum vnum.
Dapes præsumere. Ouid. 3. de Arte, 151.
¶ Præsumere animo, Præsagire. Valerius lib. 1. Armis cũ Collega suo Cinna dissidens, præsumpsit animo ea re significari exitum suum.
Præsumere spe bellum. Virg. 11. Aeneid. 4. Arma parate animis, & spe præsumite bellũ. Vbi Seruius, Aut hypallage est, pro Armis parate animos. aut certè est mutanda distinctio, vt sit,
– animis & spe præsumite bellum, mente præoccupate: vt suprà Turnus,
– & pugnam sperate parari.
Fortuna præsumere. Tacit. h. 1. 2. Ac perinde fortunã vtriusq; præsumeret.
Gaudium præsumere. Plin. epist. 10. lib. 2. Vt tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te nõ temerè præsumo. Id est quibusdam signis intelligo ante tempus. Imaginor enim qui concursus, quæ admiratio, qui clamor, quod etiam silentium maneat.
Ingenium iudicio præsumi. Quintil. lib. 1. cap. 4. 5. Illa mihi in pueris natura minimum spei dederit, in qua ingenium iudicio præsumitur.
Lætitiam præsumere. Plin. in Paneg. 13. 2. Equidem incognitam quandam, proximamque maiorem præsumo lætitiam.
Mollitiem præsumere. Horat. 2. Serm. fary. 3. 18.
Officia hæredum præsumere: pro Agere, dum superstites sumus, quod hæredum est. Plin. epist. 96.
Remedia præsumere Tacit. libro 14. Atque ipsa præsumendo remedia, munierat corpus.
Supplicium in aliquem præsumere. Tacit. lib. 1. Ac ne supplicium in malos præsumant, &c. Hoc est antè sumant.
Præsumptus, Participium, (προλαβών,) vt
Pracola præsumpta. Sillus libro 5. 42. Ipsa suis manibus præsumpta placula mittens.
Præsumpta opinio, Est quæ vulgò dicitur præsumptio. Quintil. lib. 2. ca. 17. 18. Nihil muldia valeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta. Apud Tacitum, Præsumpta suspicio, pro eodem dicitur, teste Budæo.
Quies præsumpta. Tacitus in vita Agricolæ, Præsumpta apud militem illius anni quies.
Spes præsumpta. Tacit. libro 3. Etsi præsumpta spes hortandi causas exemerat.

Præsumptio, præsumptiõnis, Verbale, (πρόληψις,) Ante sumptio, vel anticipatio. Plin. epist. 180. lib. 9. ad Paulinum, Alius aliunde ego beatissimũ existimo, qui bonæ, mansuręque famæ præsumptione perfruitur, certosque posteritatis cum futura gloria viuit.
Præsumptio, apud Rhetores, dicitur quum id quod in aduersarii causa, vel in iudicis opinione contrarium nobis esse aut fore arbitramur, præoccupamus dicere, & cum ratione dissoluere. Quintil. lib. 9. Mitè verò in causis valet præsumptio, quæ πρόληψις dicitur, quum id quod obiici potest occupamus, quæ præcipui proœmio conuenit.

Praesuo, præsuis, præsui, præsutum, pen. prod. (περιράπτω,) præsuere, Ante suere. Plin. lib. 12. cap. 19. 9. Conicant turcados longitudine bipũs cubitorũ. Mox præsuunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemptorum, vt iis putrescentibus vermiculi lignũ erodant, & exeuent corticem tutum amaritudine.
Hasta præsuta foliis. Ouid. 11. Metam. 2. Quæ foliis præsuta, notam fine vulnere fecit.

Praetego, prætegis, pen. corr. prætexi, prætectum, (περιστέλλω,) prætegere, Idem quod Tegere. Plin. in Panc. 27. Venit ergo tempus, quo posteri visure, vtendumque tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus, quæ resectiones tuas arbores, quæ somnum saxa prætexerint, quod denique tectum magnus hospes impleuerit.

Praetendo, prætendis, prætendi, prætentum & prætensum, (περιβάλλω, προβάλλω,) prætendere, Antè tendere, opponere. Suet. in Claud. Cæsare, cap. 10. Neque multo post rumore cædis exterritus, proreprit ad solarium proximum: interque prætenta foribus vela se abdidit. Virgil. 9. Aeneid.
– & marti prætendere muros.
Vestem prætendere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 16.
Prætendere auribus. Plin. epist. 147. d. lib. 7. ad Suram, Initio quale vbique silentium noctis, deinde conentl ferrum, vincula mouerit: ille non tollere oculos, non remittere stylum, sed offirmare animũ, auribusque prętendere, tum crebescere fragor, adeontare, & iam, &c.
Pretendere retia Plin. lib. 9. ca. 8. 10. Qua de causa prætendi non queunt retia, quæ molem ponderis vllo modo tolerẽt. Colu. lib. 8. ca. 9. 1. Tegeticulat canabinas accipiũt prentis retibus, quibus prohibeant volare.
Prætendere sepem legeti. Virg. 1. Georg. 54.
– riuos deducere nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem. Vbi Seruius, Prætendere sepem, Circundare, & opponere.
¶ Prætendo, pro Obtendo, & prætexo: datiuo aliquando iungitur, nonnunquam accusatiuo cum præpositione Aduersus. Plin. epist. 8. 1. lib. 4. ad Valerium Paulinum, Studeamus ergo: nec desidiæ nostræ prætendamus alienam. Tacitus, Vt Consulare nomen surgentibus tum maximis partibus prætenderetur. Quintil. in Præf. li. 1. 13. de falsis philosophis, Sed vultum & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitũ pessimis moribus prætendebant. Liu. 7. bel. Macedo. 219. Licebit vobis meminisse quem titulum prætenderitis aduersus Philippum, nisi, &c. Ibidem, lib. 4. 12. Quid honestum dictu saltem solutioni prætenditur muliebri: Idẽ 3. ab Vrbe, 196. Quem decreto sermonem prętenderit, fortasse aliquem verum authores antiqui tradiderunt.
Ignorantia prætendi non potest. Quintil. lib. 7. cap. 3. 24.
Nomen alicuius prætendere. Cice. in Vatinium, 10. Volo vt mihi respondeas to, qui te Pythagoricum soles dicere, & hominis nomẽ tuis immanibus & barbaris moribus prætendere, quæ te tanta, &c.
Speciem lætam prætendere fraudi. Claud. 2. Paneg. 7.
Verba culpæ prætendere. Ouid. 2. de Remed. amor. 48.
¶ Prætendere, Præmonstrare, exhibere. Quintil. lib. 8. cap. 3. Qui quum loricatus in foro ambularet, prætendebat se id metu facere.
Amicitiam, ac studum alicuius prætendere. Tact. lib. 20. Vespasiani amicitiam, studiumque partium prætendit. De Ciuili.
¶ Prætendere, Præferre. Virg. 4. Georg. 46.
– simosque manu prætende sequaces. Seruius.
Prætentus, Particip. (περιβαλών,) vt Cuspis prętenta. Ouid. 3. Metam. 17.
– instantiaque ora retardat Cuspide prætenta.
Veste prætenta lachrymas coortas obtegit. Sene. Hippol. 8. 5.
Locus prætentus aquis. Claud. 1. in Ruffinum, 25.

Praetener, pen. cor. ptenera, prætenerum, pen. corr. (πολυτίμητος,) Valde tenerũ. Plin. li. 25. ca. 13. 1. Similis & nomine & effectu, sed alia est capnos, fruticosa, prætenera, foliis coriandri.

Praetento, prætentas, (περιπτύσσομαι,) ptentare, Prius tentare. Plin. lib. 11. ca. 37. 5. Cornua sunt cochleis ad ptentandum iter. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 16. Et pedibus prætentat iter suspensa timore.
Calliope querulas prætentat pollice chordas. Ouid. 5. Metam. 68.
Vires prætentare. Ouid. 8. Metam. 2.
Interea Minos Lelegeia littora vastat,
Prætentatque sui vires Mauortis in vrbe Alcathoe.
Misericordiam iudicis prætentare. Quintil. libro 4. cap. 1. 19. Sed quòd in ingressu parcius & modestius prætentanda est iudicis misericordia: in epilogo

in epilogo verò, &c.
Prætentata & perspecta causa. Cic. 2. de Orat. 174. Ideirco tota causa prętentata atque perspecta, locis omnibus inuentis atque instructis, conlyderandum est quo principio sit vtendum.
Prætentatus, huius prætentatus, pen. prod. (περιπτύσσομαι,) Ipse prætentãdi actus. Plin. lib. 11. cap. 37. 17. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent.

Praetenuis, & hoc prætenue, (πολυλεπτός,) Valde tenue significatu prætenuia fila mittit. Idem lib. 8. cap. 50. 2. Solertiam eius animalis Mutianus visam sibi prodidit, in põte prætenui, duabus obuiis ediuerso. De capris.

Praetepeo, prætepes, pen. corr. prætępui, (περιχλαύνομαι,) prætepere, Idem quod Antè repere. Ouid. 2. Amor. ele. 3. 2.
Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esses,
Si tuus in quauis prætepuisset amor.

Praeter, Præpositio, (πλήν, ἐκτός, παρά, παρέξ,) accusatiuo semper iungitur, & excipiendi vim habet. Plaut. Ampl. 4. 246. Nec nobis, præter me, alius quisquam est seruus Sosia. Ibidem, 8. 224. Nunc quidem, præter nos, nemo est, die mihi verum serio. Idẽ Sticho, 14. 6.
– nam hinc quidem Hodie pollinctura præter nos iactura nemini dabitur. Ibidem, 3. 46. Nunquis hic est alienus nostris dictis auceprauribus? PA. Nullus præter nos, teque. Cic. ad Atticũ, lib. 7. 123. 16. Qui omnes præter eum de quo per te egimus, rem me facere rentur.
Ante, & Præter, contraria. Author ad Heren. lib. 4. 130. In superioribus libris nihil, neque ante rem, neque præter rem locuti sumus.
¶ Præter, Vltra. Quintil. Multa erant præter hæc, quę obiici meritò potuisent. Plin. lib. 10. Præter hominem somniare equos, canes, boues, pecora, capras, palam est. Terent. Adelph. 2. 3. 5. Itaque vnam hanc rem me habere præter alios precipuam arbitror. Plaut. Amph. 8. 9. Quem ego amo præter omnes. Idem Mostel. 10. 38. Tres minas pro istis duobus dedi præter vectoram. Cic. 5. Verr. 111. 1. loquebantur enim Decumani palam, & præter cęteros is qui apud istum plurimum poterat.
Præter ripam. Liu. 8. bel. Maced. 80. Transgressis ponte perfecto flumen, præter ripam eunibus, Galli Mattis magnæ à Pessinunte occurrẽre cũ insignibus suis vaticinantes phanatico carmine.
Præter mœnia ipsa fluere, Præter Caralliten paludem agmẽ ductum, præter Thebas Demetriadem cursum dirigerent, Præter oram Hetruscí maris Neapolim transmisit, dixit Liuius Decad. 4.
¶ Præter æquum. Terent. Hecyra, 2. 1. 29. Meo labori haud parcens præter æquum atque ætatem meam.
Præter æquum & bonum. Terent. Adelph. 1. 1. 39. Nimium ipse durus est præter æquumque & bonum.
Præter ætatem, Id est Contra, vt alt Donatus. Plaut. Epid. 3. 3. Præter ætatem & virtutem stultus es. Hoc est, Dedecet ætatem tuam te stultũ esse, Non conuenit ætati tuę, Contra ætatem facis. Idem Heaut. 1. 1. 7.
Quod mihi vidêre præter ætatem tuam
Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.
Præter cætera, Plus quàm cætera. Terent. And. 1. 1. 31.
Horum ille nihil egregiè præter cætera Studebat. Plautus Asin. 16. 6.
Ah scelesta ego præter alios meum virum fuit rata
Siccum, frugi. Terent. And. 1. 1. 95.
– & quia erat forma præter cæteras
Honesta ac liberali, accedo ad pedisequas. Cic. 1. Tuscul. 185. Et eum quidem deum, cui reliqui dii concessissent, vt præter cæteros diuinaret mortem esse optimum homini. Idem 1. Acad. 67. Vnum præter cæteros mirabatur. Et 2. Offic. Testis est Phalaris: cuius est, præter cæteros, crudelitas nobilitata. Pro eo quod est, præter cæterorum crudelitatẽ. Hoc mihi præcipuum est præter cæteros. Cic. pro Sylla, 6.
Præter consuetudinem. Cic. ad Atticum, lib. 3. 65. 1. In altera epistola, præter consuetudinem tuam, diem non adscribis, sed satis significas rẽpus.
Præter consuetudinem si acciderit aliquid, præter naturam tamen nõ possit existere. Cic. 1. de Diuinat. 88.
Nihil magis ridetur, quàm quod est præter expectationem. Cicero 2. de Oratore 156.
Præter communem fidem quę omnibus debetur, prętera nos isti hominũ generi precipuè debemus. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 42.
Præter hęc, Id est Vltra, Amplius. Plaut. Sticho, 6. 21.
Præter hęc si me irritassis. D. ędepol esuries malè.
6. Animum inducam vt istuc verum te elocutum esse arbitrêre.
– si præter hac
Tu verbũ faxis hodie, ego tibi comminuam caput. Idẽ Menęch. 16. 25.
– non inquam patiat præter hac,
Quin vidua viuam, quàm tuos mores perferam. Ibidem, 4. 1.
– præter hæc si mihi
Tale post hunc diem faxis, faxo foris vidua visas patrem.
Præter libidinem. Terent. Heaut. 1. 2. 27. Fortasse aliquanto iniquior erat præter eius libidinem.

Præter modum. Cic. pro Plancio, 66. Quem qui reprehenderit, in eo reprehendit, quòd gratum præter modum dicat esse.
Præter modum iustus. Cic. 5. Tuscu. 148. Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quòd præter modum iustus esset?
Præter modum crenit lacus Albanus. Cic. 1. de Diuinat. 161.
Præter modum exterreri. Cic. 2. Offic. 5 1. Voluptates blandissimædomine, maiores partes animi à virtute detorquent: & dolorum quum admonuntur faces, præter modum plerique exterrentur.
Præter morem, Contra consuetudinẽ, inquit Donatus. Terẽ. And. 5. 3. 8.
Adeóne' impotenti esse animo, vt præter ciuium
Morem atque legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere studeat cum summo probro?
Præter naturam. Cice. 1. Philip. 7, Multa autem impendêre videbantur præter naturam etiam, prætérque fatum, Id est violenta morte & inopinata. Vide Gellium in hæc verba, lib. 13. cap. 1.
Præter opinionem, Contra, inquit Donatus. Teren. Heey. 5. 1. 37,
Nunc quum ego te esse præter nostram opinionem comperi:
Fac eadem vt sis porrò. Id est aliam quàm credebamus. Cice. ad Cælium lib. 2. 8. 4, Quod quia præter opinionem mihi accideret, referebã me ad illud, Incredibile factum obiicitur. Sic ad Atticum, lib. 8. 154. 1, Quũ ad me præter opinionem venisset. Eidem, lib. 1. 11. 1, Quæris ex me quid acciderit de iudicio, quod tam præter opinionem omnũ factũ sit.
Præter opinionem aliquid accidere. Cic. pro Plancio, 12.
Præter optatum. Cicero in Pisonem, 36, Nam vt amitteretis exercitum, nũ quàm me hercule optaui: illud etiam accidit, præter optatum meum, sed valde ex voluntate.
Præter sententiam. Plaut. Merc. 19. 20, Omnia mihi hodie euenunt præter sententiam. Id est contrà quàm volo.
Præter solitum lætus. Virg. 1. Geor. 83.
Præter spem, Plautus Merc. 19. 50, Præter spem saluæ sumus, ne dubita apud me ea est. Terent. And. 2. 6. 5, Præter spem euenit, sentio: hoc malè habet virum. Idem Heaut. 4. 1. 51, Vt præter spem euenit? quàm timui malè? Et Phorm. 2. 1. 9, Incertum est quid agam: quia præter spem, atque incredibile hoc mihi obtigit. Cic. ad Brutum, lib. 11. 14. 5. Sed bellum istic renatum mirantur homines: mirantur præter spem vniuersi.
Præter spem si quid erit, facies vt sciam. Cic. Attico, lib. 15. 327. 6.
Præter spem aliquid dicere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 9.
¶ Præter, Anteiv t Præter oculos. Cic. 5. Verr. 51, Serui autem eius qui & moribus iisdem essent, quibus dominus, & eodem genere ac loco nati, præter oculos Lolii hæc omnia ferebant. Plin. epist. 31. 6, Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere, præter hanc commeare. Liu. 2. bel. Maced. 258, An non præter omnium oculos, tantum auri argentiqúe in triumpho L. Scipionis, quantum, &c.
Præter ora. Tacit. lib. 10, Præter suorum ora, &c. in castra effundebant.
¶ Præter, Aduerbium, pro Prętérquam. Columel. lib. 3. cap. 2, Omnis incommodi patientes præter caloris. Cice. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 24, Atqui etiam è Græcis ipsis diligenter cauendæ sunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorum, siqui sunt vetere Græcia digni. Idem ad Atticum, lib. 5. 90. 2, Ad quas literas tibi rescribi velis, nescio: nullas enim adhuc acceperam: præterque mihi binæ semel in Tribulano redditæ sunt. Hæc Budæus. Varro 1. de Re rust. cap. 41. 4, Quare ex terra potius in seminariis surculos de ficeto, quam grana de fico expedit obruere, præter si aliter queas.
¶ Præter insuper Plin. li. 8. ca. 42. ad finem, Equo ferè qui homini morbi, præterque vesicæ conuersio. Idem lib. 9. cap. 2. Et vera fiat vulgi opinio quicquid nascatur in parte naturæ vila, & in mari esse, prætérque multa qui ænusquam alibi. Idem lib. 11. cap. 4. ad finem, Habent autem oculos, prętérque è sensibus tactum atque gustatum.

Prateragere, (περιανάγειν,) vt Circumagere. Horatius, 1. epist. 15. 3.
Mutandus locus est, & diuersoria nota
Præteragendus equus. Id est, inquit interpres, agendus est equus præter diuersoria nota, id est vltra: quod equi inuisissimi solent facere.

Praeterbito, præterbitas, vide PRAETHEO.

Praeterduco, præterdũcis, pen. pro. præterduxi, præterductum (περιάγω,) præterducere, Ducere, vel anteducere. Plaut. Mil. 3. 68.
-quæme ambæ obsecrauerint
Vt te hodie quasi pompam illàc prętérducerem.

Praeterea, Aduerbium, (παρὸ πρόσθεν,) Id est præter hæc quæ dicta sunt. Plaut. Truc. 16. 27.
-dedit equidem hodie ei quinque argenti deferri
Minas, præterea vnam in oplonatum. Teren. Adelph. 2. 2. 16,
Age, noui tuum animum, quasi iam vsquam tibi sint viginti minæ,
Dum huic obsequare, præterea autem te aiunt proficisci Cyprum.
Vbi Donatus, Præterea autem ἀρχαιόμος figura. nam veteres libenter conjunctiones multiplicabant. Virg. 1. Aeneid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

– & quisquam numen Iunonis adoret
Præterea? aut supplex aris imponat honorem? Hoc est postea, ait Serui. Cic. 4. Acad. 140. Deinde nihilne præterea diximus?
Addebant præterea Rempublicam conuenturam Calendis Sextilibus. Cice. 1. Philipp. 6.
Prudentiam tuam mihi exposuit, & præterea mihi non ignotam, in consuetudine & familiaritate suauitatem tuam adiunxit: præterea summa erga se liberalitatem. Cic. Planco, lib. 10. 3. 2.
Lysiadem Atheniensem plerique nouimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festiuus. Cic. 5. Philip. 173.
¶ Præterea, interdum habet pronomen tam singularis quàm pluralis numeri inclusum.
De singulari. Virg. 11. Aeneid. 57.
Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros. Id est, præter eum Aeneã. Cic. Seruio Sulpitio, lib. 4. 3. 16.
A me verò sic diligitur, vt tibi vni concedam, præterea nemini. Id est, præter te. Idem 1. Philipp. 22. Nihil tum, nisi quod erat notũ omnibus, in C. Cæsaris commentariis reperiebatur. Num qui exules restituti vnũ aiebat, præterea neminem. Terent. Phorm. 3. 2. 29. Si non tum dedero, vnam præterea horam ne opertus ies. Cic. pro Lege Manilia, 3. Eundem hunc vnum ab hostibus metui, præterea neminem.
Sic Populus Romanus deligit magistratus, quasi Reipu. villicos, in quibus siqua præterea est ars, facile patitur. Cic. pro Plancio, 51.
Non possumus huius ciuitatis & cuiusuis præterea esse ciues. Cicero pro Cornelio Balbo, 22.
Expedito homine nobis opus est, & eo qui imperium legitimum habeat, qui præterea authoritatem, nomen, exercitum, &c. Cic. 1. Philip. 308.
Nihilne vobis in mentem venit, quod præterea à Crasso requiratis? Cice. 1. de Orato. 77.
De plurali. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 7. Præterea quidem de Consularibus, nemini possum aut studii animi erga te, aut officii, aut amici esse testis. Id est, præter eos.
Duo præterea testes nihil dixerunt. Cic. pro Cecinna, 20.

Praetereo, praeteris, pen. corr. præteriui vel præterii, præteritum, pen. corr. (παρέρχομαι, μετέρχομαι, παραβαίνω, παρελαύω, παρείχομαι, παρεισέρχομαι,) præterire, Vltra ire vel Præterire villam. Plautus Aulul. 18. 15. Iam hunc non ausim præterire quin consistam, & colloquar. Idem Trinum. 14. 28. Strenuos præterire, more sit. Terent. Eunucho, 4. 2. 5. – dum hæc puto,
Præterii imprudens villam. Idem Adelph. 4. 2. 36. Præterito hac recta platea sui sum.
Præterire per. Plaut. Merc. 14. 46.
– non vtibile hic locus factis tuis,
Dum memoramus arbitri vt sint qui prætereant per vias.
In platea modò huc, modò illuc præterire. Catul. ad Aurel. 15. 2.
Aestas præterit. Virg. 2. Georg. 65.
Aetas præteriit. Terent. Phorm. 2. 3. 76, – nam tua
Præterierat iam ad ducendum ætas.
Dies præteriit. Terent. Phorm. 3. 2. 40.
– tibi quidem olim est dies
Quam ad dares huic, præstituta. P. factum. D. num ego istue nego? A. Iamne ea præteriit? Idem Eunuch. 2. 2. 52. Sine biduum hoc præterea. Ibidem, 3. 4. 4.
– locus, tempus constitutum est:
Præteriit tempus. Cæsar 7. bel. Gall. 306. At ii, qui Alexiæ obsidebãtur, præterita die, qua suorum auxilia expectauerant.
Tempus non legis, sed libidinis tuæ præteriit. Cic. Attico, lib. 7. 118. 12.
Vnda præteriit. Ouid. 5. de Arte, 13.
¶ Præterire malum, Effugere, vitare. Terent. Hecy. 3. 4. 5. Nescis quid mali prætereris, qui nunquam es ingressus mare.
¶ Præterire aliquid, Nullam de re aliqua facere mentionem, & quasi obliuisci. Terent. in Prolog. Adelph. 14. – pernoscite,
Furtiuum factum existimetis, an locum
Reprehensum, qui præteritus negligentia est. Cicero 3. Verr. 22. Damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipsius pertulit, prætereantur. Idẽ 4. Acade. 116. Me Catule oratio Luculli de ipsa re ita mouit, vt docti hominis & copiosi & parati, & nihil prætereuntis eorum quæ pro illa causa dici possent.
Omittere, relinquere, præterire. Cice. de Prouinc. Consul. 5. Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges, Senatusque consulta, cædes relinquo, libidines prætereo, &c.
Et, quod penè præterii, Bruti tui causa feci omnia. Cic. Attico. li. 6. 114. 6.
Non prætereundum est ne id quidem. Cic. 3. Verr. 110.
De hoc iure nulla prætereo. Cic. pro Cecinna, 73. Ouid. 6. Fast. 84. Non tamen idcirco prætereunda mihi.
Præterii e silentio. Cic. ad Brutum, 15. 11. Tãtam omnium laudem excellentiam non quco silentio præterire. Idem ad Licinium, libr. 5. 8. 2. Non enim fuit aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi quod silentio posset præteriri. Sic. 1. de Legib. 94.

Præterire non potui quin. Cic. ad Atticum, lib. 9. 174. 1. Præterire tamen non potui quin & scriberem ad te, & illum mitterem.
Præteriit me hæc res. Terent. Hecyr. 5. 4. 37. An temere quicquã Parmenonem prætereat quod facto vsus sit? Cic. 1. Verr. 29. Et hoc te præterit, non id solum spectari solere, &c.
Non te præterit, Hoc est scis. Cice. ad Atticum, lib. 8. 164. 3. Etsi conuenirent, quantum iis committendum sit, quòd inter se ne noti sint, contra legiones, non te præterit. Idem ad Silium, lib. 13. 66. 2. Nõ me præterit, nos eam rem Ephesi expertos esse. Plancus ad Senatum, lib. 10. 8. 2. Nõ me præteribat in tanta solicitudine hominum, & tam perturbato statu ciuitatis, fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis. Idẽ pro Cecinna, 73. Non me præterit Recuperatores, &c.
Animo præterire suos annos. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 15.
¶ Suffragiis præteriri, & repulsam ferre. Cic. 5. Tusc. 76. Sed quũ sapiens, & bonus vir, qualis fuit ille, suffragiis præteritur, non populus à bono Cõsule poti?, quã ille à bono populo repulsam fert, suffragiis pteritur?
Dignos præterire nonnunquam populus solet. Cic. pro Plancio, 5.
Filium fratris præterire, pro Nihil ei in testamento relinquere. Cicero 2. Philipp. 59. Vide quàm te amarit is, qui albus aterve fueris ignorans, fratris filium præteriit Qu. Furii honestissimi Equitis Romani suique amicissimi: quem palàm hæredem semper fãctitarat, ne nomen quidem perscripsit: quem nunquam viderat, ac nunquam salutauerat, fecit hæredem.
¶ Præterire, pro Antecellere, Vincere. Varro 1. de Re rust. ca. 1. 8. Hos nobilitate Mago Carthaginiensis præteriit Pœnica lingua. Ci. in Sallust. 1. Neque ab alio vinci potest, neq; ipse se omnino reliqua ætate pteritet.
¶ Prætereor, Passiuum. Plin. lib. 28. cap. 2. 2. Nequid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur. Idem lib. 16. cap. 10. 11. Nequid prætereatur. Cicero 2. de Legib. 95. Ne sumptuosa respersione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.
Præteriit, pro Præteriit vel præteriuit, syncopa poetica. Ouid. 1. Fast. 9.
At Numa nec lauum, nec auitas præteriit vmbras:
Mensibus antiquis præposuitque duos. Præterit, id est prætermisit.
Præteriens, prætereuntis, (παρερχόμενος,) Participium. Cice. 1. Verr. 17. Si breuiter, quoniam non consulto, sed casu in eorum mentionem incidit quasi prætériens satisfaciam vniuersis.
Vno aspectu, & prætériens de aliquo iudicare. Cic. de Claris Orat. 104.
Populus prætériens. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 11.
Currus prætériens. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 17.
Prætéritus, pen. corr. (παρελαυνόμενος,) Aliud participium.
Aetas prætérita quamuis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Cic. de Senect. 5.
O mihi prætéritos referat si Iuppiter annos, Virgil. 8. Aeneid. 112.
Labores prætéritos meminisse. Sulius lib. 3. 97.
Opus prætéritum retexere. Ouid. 1. de Remed. amor. 3.
Spatium temporis prætéritum. Lucret. lib. 3. 175.
Tempus prætéritum nunquam reuertitur. Cic. de Senect. 65.
Nihil relinquere in prætéritis. Cic. 4. Acad. 84. Quæque ab his dicuntur sic persequamur, vt nihil in prætéritis relinquamus.
¶ Prætériti dicuntur etiam extincti. Propertius lib. 2. eleg. 14. 11. Fas est prætéritos semper amare viros.
¶ Prætériti, (ἀπεσβεσμένοι ὄντες, ἐκμεμένηκότες,) Qui in petitione magistratuum repulsam habuerunt, vt sæpe apud Ciceronem inuenies. Festus, Prætériti Senatores quondam in opprobrio non erant, quòd vt reges sibi legebant, sublegebantque quos in consilio publico haberent: ita post exactos eos, Consules quoque, & Tribunos militum Consulari potestate coniunctissimos, sibi quotque patriciorum & deinde plebeiorum legebant donec, potestas Tribunitia intervenit, quã sanctum est vt Censores ex omni ordine optimum quenque curiatim in Senatu legerent: quo factum est, vt qui prætériti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi.
Aedilitate prætéritos scimus Consules esse factos. Cic. pro Plancio, 41.
Prætérita & futura. Cic. 1. de Diuinat. 111. Quum est ergo somno feuocatus animus à societate & à contagione corporis, tum meminit prætéritorum, præsentia cernit, futura præuidet.
Memoria prætéritorum, futurorum prudentia. Cice. de Senect. 71.
Conuerti prætérita in falsum è vero non possunt. Cic. de Fato, 22.
Mutare prætérita non possumus. Cic. in Pisonem, 46.
In prætéritum, Vide IN præpositionem.
Prætéritus dolus est ante litem contra commissus: Præsens verò est post litem commissus. Vlpian. in L. Apud Celsum, Parag. Quæsitum est an sit. De doli mali & metus excep.
Prætéritus venter, Vide VENTER, in sequentibus.
Prætériturus, pe. prod. Partic. (παρελευσόμενος) Oui. 3. de Arte amã. 122.
Quaque vigil custos prætériturus eram.
Prætérbito, prætérbitas, pen. cor. (παραμείβομαι,) pterbitare, Frequẽtat. Prequẽter ire. Interponit b, quasi prætérito, pteritas. Plaut. Epid. 10. 1.
Caue prætérbites illas ædes, quin roges,
Senex hic vbi habitat Periphanes Plateuius?

Præterequito,

Praeterquito, præterequitas, pe. cor. (παραπτέομαι,) præterequitare, Equitando prætergredi, vel currere. Liu. 3. ab Vrbe, 260. Prætérequitantesque abstérent.

Praeterferor, penul. correp. prætérferris, prætérlatus sum, (παραφέρομαι,) prætérferri, Prætergredi. Liu. 1. bel. Pun. 216. Sed & Baleares pulso equite iaculabantur in latera, & elephãti iam in mediam peditum aciem sese tulerant: & Mago Numidæque, simul latebras eorum imptouida prætérlata acies est, exorti, à tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere.
Prætérlatus, penul. prod. Participium, (παραφερόμενος,) vt Vox prætérlata. Lucret. lib. 4. 115.
At quæ pars vocum non aures incidit ipsas,
Prætérlata perit, frustra diffusa per auras.

Praeterfluo, prætérfluis, prætérfluxi, prætérfluxũ, (παραρρέω, παρέρρυν,) prætérfluere, Vltra, vel iuxta fluere. Liui. 1. bel. Pun. 11. Flumen quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca prætérfluebat muros procul iis qui inhabitabantur. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 20. Cibi pars quod potio, & ea iis aqua liquida, vndebibant, esse oportet: eamque propinquam, quæ prætérfluat, aut in aliquem locum influat.
¶ Prætérfluere, per metaphoram, pro Elabi, pertransire. Cic. 5. Tuscul. 136. Quocirca corpus gaudere tandiu, dum prælentem sentiret voluptatem animum & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere venientem, nec prætéritam prætérfluere sinere. Id est Non negligere prætéritam. Plin. in Præfat. 13. Scio ego quæ scripta sunt, si palàm proferantur, multos fore qui vitilitigent, sed il potissimum qui veræ laudis expertes sunt. Eorum ego orationes suo prætérfluere.

Prætergredior, prætergrederis, pen. corr. prætergressus sum, (παραβαίνω,) prætergredi, pen. corr. Vltra transire. Cic. ad Appium Pulchrũ, lib. 3. 7. 10. Currens Lepta venit, mihique nuntiauit, te iam castra prætergressum esse. Apuleius, Quumque stabulum prætergressus fuissem, te cognita cœpit retroducere.

Prætérlabor, pen. prod. prætérlaberis, penul. corr. prætérlapsus sum, (παραλαβαίνω,) prætérlabi, Iuxta labi. Cice. 2. de Orato. 60. Tum & in sensum & in mentem iudicis intrare non potestant: enim prætérlabitur quàm percepta est. Virgil. 3. Aeneid.
Et tamen hanc pelago prætérlabare necesse est. Stat. 1. Thebaid. 54.
– fluctuaga qua prætérlabitur vnda,
Sicanios longè relegens Alpheus amores.
Tumulum prætérlabi. Virgil. 6. Aeneid. 175.
– vel quæ Tyberine videbis
Ostia, quum tumulum prætérlabêre recentem.

Prætermeo, prætérmeas, (παραπορεύομαι,) prætermeare, Iuxta ire. Lucretius. Sepe salutantum tactu, prætérque meantum. Pro prætermeantium, causa metri.

Prætermitto, prætermittis, prætermisi, penul. prod. prætermissum, (παραλιμπάνω, παραλείπω,) prætermittere, Intactum relinquere, omittere, prætérire. Teren. Adelph. 3. 3. 60. Nihil prætermitto: consuefacio, &c. Idem Eunuch. 5. 9. 64. Nihil prætermissum: ne hæc omnes vos, valete & plaudite. Cice. de Aruip. respon. 10. Siquid est prætermissum aut commissum afferunt. Idẽ 7. Verr. 10. Certè nihil sciens prætermisi. Ibidem, 1. 10. Vt nihil magis timendum sit, ne multa crimina prætermittere, quàm nequa in istum fingere existimer. Idem 4. Acad. 15. Sed ea pars quæ contra Philonem erat, prætermittenda est. Et 1. 6.
Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut obliuione, aut negligentia prætéritur. Omitti verò, quod de industria relinquitur. Cic. 3. Offi. 11. Minime verò assentior iis, qui negant eum locum à Panætio prætermissum, sed consulto relictum. Ibidem, Hac diuisione (quum prætérire aliquid maximum vitium in diuidendo sit) duo prætermissa sunt.
Prætermittere, relinquere. Cic. 2. de Orat. 69. Quare Crasse neque tu tua suauitate nos priuabis, vt siquid ab Antonio aut prætermissum, aut relictum sit, non explices.
Prætermittere silentio, quod & Prætérire dicitur. Cic. 13. Philip. 352. Ac ne illud quidem silentio p. c. prætermittendum puto, quod, &c.
Sine nefario scelere quædam prætermitti non possunt. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 1. De studiis erga amicum.
Nihil quod ad rem pertinet, prætermittere. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 14.
Ne hoc quidem prætermittendum duxi, te vt hortarer, vt, &c. Cice. Sestio, lib. 5. 17. 6.
Prætermittere & deserere. Cic. 1. Offic. 41. Prætermittendæ autem defensionis, deferendique officii plures solent esse causæ.
Ne illud quidem prætermittam, Hortensius filius fuit, &c. Cicero Attico, libro 6. 114. 13.
Hæreditatem prætermittere. Neratius in L. Qui patri. ff. De acquiren. vel omit. hæred. Qui patri hæres extitit, si idem filio impuberi substitutus est, non potest hæreditatem eius prætermittere.
Nullum locum laudandi tui prætermitto. Cic. Cornificio, lib. 12. 24. 1.
Neminem prætermittere cui, &c. Cic. ad Brutum, lib. 11. 21. 1. Quid? tu illum tecum solum, aut cum Cæsare, qui neminem prætermiserit, quicũ loqui potuerit, cui non eadem ista dixeris? Idem ad Tironem, lib. 16. 1. 4. Equidem Patras cuntem neminem prætermittam. Sub. cui non dem ad te literas. Sic ad Curionem, lib. 2. 1. 2.
Nihil prætermisi in. Cic. ad Plancum, lib. 10. 13. 1. Vt primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positum est aut in præmio virtutis, aut honore verborum.
Nil prætermisi, quantum eniti potui, quin Pompeium à Cæsaris coniunctione auocarem. Cic. 2. Philipp. 45.
Occasionem prætermittere. Liu. 5. bel. Pun. 163. Si occasionem reconciliandi se Romanis non prætermisissent.
Neque vllum officium erga te hominis amantissimi prætermisit. Cice. Lentulo, lib. 1. 8. 1.
Pœnam prætermittere, Ignoscere. Cice. ad Brutum, 15. 14. Sed sceleris pœnam prætermittere, (id enim est quod vocatur ignoscere) etiam si in rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto. Hic Cicero seipsum interpretatur.
Prætermittere scelus. Cice. ad Atticum, lib. 9. 182. 1. Quid enim tu illuc Scipionem, quid Faustum, quid Libonem prætermissurum sceleris putas? quorum creditores conuenire dicuntur. quid eos autem quum vicerint, in ciues effecturos?
Vitia animi prætermittere. Lucret. lib. 4. 232.
Voluptates prætermittere. Cic. 3. de Natu. deor. 51. Stat. 3. Sylu. 2. 17.
– an facilè prætermiserit vnda
Lucani rabida ora maris?
Prætermissio, Verbale, (παραλλαγή,) Cic. in Topicis, 16. Formæ igitur sunt hæ, in quas genus, sine vllius prætermissione diuiditur: vt siquis ius in legem, morem, æquitatem diuidat. Idem 2. Offic. 81. Mamerco homini ditissimo Aedilitatis prætermissio, Cõsulatus repulsam attulit.

Praeternauigo, prætérnauigas, pen. corr. (παραπλέω,) prætérnauigare, Iuxta, vel vltra nauigare.
Prætérnauigatio, Verbale, (παράπλους,) Pli. li. 4. ca. 12. 6. Ab hac Aegina liberæ cõditionis XVII M. P. cuius XX M. P. prætérnauigatio est.

Praeterpropter, vna dictio est, significans Prætérquam propter eam de qua loquimur: vt, Prætérpropter vitã viuitur, hoc est propter aliam causam viuitur quàm vt viuatur, vt potu propter laudem, propter virtutem, propter gloriam. Ennius initio Iphigeniæ.
Otio qui nescit vti, plus negotii habet
Quàm quum est negotium in negotio.
Nam cui quod agat, institutum est, nullo negotio
Id agit: studet ibiimentem atque animum delectat suum.
Otioso initio animus nescit quid velit.
Hoc idem est, neque domi nunc nos, nec militiæ sumus.
Imus huc, hinc illucquum illuc ventum est, ire illinc lubet.
Iucertè errat animus, prætérpropter vitam viuitur. Sipontinus ex Gellio lib. 19. cap. 10.

Praeterquam, (πλὴν πλὴν ἄλλως ἢ,) Vnica dictio, est quæ requirit semper præcedentem casum, quia idem verbum subintelligitur. vt, Nemo id dixit prætérquam Cicero. Nullius id interest prætérquam patris. Nulli id placuit, prætérquam Cæsari. Neminem prætérquam Prætorem timeo. O vos omnes prætérquam Plato, legite. A nemine, prætérquam à Socrate didici. Plau. Merc. 3. 94.
Lucrum ingens facio, prætérquam mihi meus pater
Dedit æstimatas merces. Ibidem, 23.
Nec pol profectò quisquam sine grandi malo,
Prætérquam res patitur, studet elegantiæ. Terent. And. 4. 5. 14.
– verbum si mihi
Vnum prætérquam quod te rogo, faxisicaue.
Nullas iis prætérquam ad te dedi literas. Cice. Appio, lib. 5. 7. 1.
Pro tantis rebus nullum à vobis præmiũ postulo, prætérquam huius diei memoriam sempiternam. Cic. 3. in Catil. 70.
Prætérquam, Aliter quàm. Liuius lib. 1. Vocata ad consilium multitudine, quæ coalescere in populi vnius corpus nulla re prætérquam legibus poterat, iura dedit.
Prætér quã disiunxit Plautus, interposita altera dictione, in Persa, 10. 38.
Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,
Quæ prætér sapiet, quàm placet parentibus.
Prætérquam quòd, nonnulli vnam dictionem existimant esse, significatq; Nisi quòd. Terent. Heaut. 2. 4. 10.
Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi leues:
Prætérquam tui carendum quòd erat. Plinius, Omnia nobis ex voto successerunt, prætérquam quòd in itinere defunctam matrem audiuimus. Liu. 1. ab Vrbe, 165. Sed prætérquam quòd viribus creuerat Romanus exercitus, ex occulto etiam additur dolus. Cic. de Aruip. resp. 37. Prætérquam quòd à Senatu desciuerat. Idem pro Domo sua, 41. Prætérquam quòd ne id quidem per legem Liciniam, vt ipse tibi curationẽ ferres, facere potuisti? Et ad Q. fratrẽ, li. 2. 15. 5. Ego me in Cumano & Pompeiano, prætérquam quòd sine te, cæterũ satis cõmode oblectabar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præterquam quòd Reipublicæ consulere debemus, tamen tuæ dignitatis ita fauemus, vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. Cice. Planco, lib. 10. 1. 7.

Præterquam quòd, & præterea. Cic. 5. de Finib. 109. Hoc autem loco tantum explicemus, hæc honesta quæ dico, præterquam quòd nosmetipsos diligamus: præterea suapte natura per se esse expetenda indicant pueri, in quibus vt in speculis natura cernitur. Idem Attico, li. 9. 188, 6. Te mediusfidius hanc rem grauius putaui latarum esse, quàm me: nam præterquam quòd te moueri arbitror oportere iniuria quæ mihi à quoquam facta sit, præterea teipsum quodammodo hic violauit, quum in me tam improbus fuit.

Præterquam si. Plinius lib. 8. cap. 23. 2. Colla aspidum intumescere nullo ictus remedio, præterquam si confestim partes contactæ amputentur. Ibidem, cap. 16. 7. Tergoris ad scuta, galeasque impenetrabilis, præterquam si humore madeat.

Præterquam semper, pro Quum semper. Gellius lib. 15. cap. 1. Declamaturat Antonius Iulianus rhetor, præterquam semper aliàs, tum verò minimum quàm delectabiliter & fœliciter.

Præterquam, sequente Etiam. Celsus, Aqua verò frigida infusa, præterquam capiti, etiam stomacho prodest. Id est, nõ tantũ capiti, sed etiam, vel præterquam quòd capiti prodest. Liuius, Præterquam maiestate pertentum, religione etiam attoniti homines, patricios omnes creauere. Idem 4. belli Pun. Quum maximè Capua circumuallaretur, Syracusarum quoque oppugnatio ad finem venit, præterquam vi, ac virtute duces exercitusque interstina etiam proditione adiuta.

Prætero, præteris, penul. correp. præterui, præteritum, penul. prod. præterere. Plin. lib. 11. ca. 37. 40. Timarchus, Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarum. Præter eius non mutauit primores, ideòque præterijt.

Præterrado, præterrãdis, præterrasi, penul. prod. (παρεκφύω,) præterradere, Idem quod Radere simplex. Lucretius lib. 4. 108. Præterradit enim vox fauces sæpe. Legitur & Præterea radit vox, &c.

Præteruehо, præteruehis, pen. corr. præteruexi, præteruectum, (παρελαύνω,) præteruehere, Trans, vel vltra vehere. Cice. 7. Verr. 69. Tãdiu in imperio suo classem iste Prætor diligens vidit, quandiu conuium eius flagitosissimum præteruecta est. Liu. 6. bel. Pun. 194. Qui vt tutò pteruehterentur oram Italiæ, classis viginti fermè nauium Rhegyi stabat. Ibidem, lib. 1. 149. Tamen quum præteruehererer nauibus Galliæ oram, ad famam, &c. Ibidem, li. 5. 158. Iste Siciliam præteruectus, Tarentum petit. Sic 4. bel. Maced. 40. Præteruecti Ligusticos montes. Cic. 5. de Fini. 89. Neque enim vocũ suauitate videntur, aut nouitate quadam & varietate cantandi reuocare eos solitæ, qui præteruehebantur sed quia multa se scire profitebãtur. De Sirenum cantibus. Idem 7. Verr. 77. Insulam totam præteruectus est.

Littora præteruectus aquis. Stat. 5. Thebaid. 95.

Ostia præteruehi. Virgil. 4. Aeneid. 138.

– viuo præteruehor ostia saxo Pantagiæ.

Præteruehere, pro Præteruehi. Suetonius In Cesare, cap. 78. Idque factum eius tanto intolerabilius est visum, quòd ipse sibi triumphanti, & subsellia Tribunitia præteruehenti sibi vnum è collegio Pontium Aquilam non assurexisse, adeò indignatus sit, vt, &c. Idem in Augusto, cap. 53. C. Nepotem, quòd Iudæam præteruehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit.

Præteruecta scopulos oratio, per translationem, pro Difficiliora explicauit, & peruerrit. Cice. pro Cœlio, 19. Sed quoniam emersisse iam è vadis, & scopulos præteruecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.

Præteruecta est oratio mea aures vestras. Cic. pro Corn. Balbo, 1. Etenim ei succedo orationi, quæ non præteruecta sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit.

Præteruehere aliquid silentio, Idem quod Præterire silentio. Cic. 7. Philippic. 123. Magna spe ingredior in reliquam orationem, P. C. quoniam periculosissimum locum silentio sum præteruectus.

Præteruectio, Verbale. Cic. 7. Ver. 134 Monimentum sceleris audaciæq; suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, præteruectione omnium, qui vltro citroque nauigarent.

Præteruerto, præteruertis, præteruerti, præteruersum, præterterere, Anti vertere & per translationem, pro Prius dicere. Cice. 1. de Diuin. 17. De quibus quid ipse sentiã, si placet, exponamus tamen si vacas animo, neque habes aliquid quod huic seruoni præteruertendum putes. Quidam hic legunt præuertendum.

Præteruolo, præteruolas, penul. correp. (παρίπταμαι,) præteruolare, Celeriter præterire, & quasi vltra volando efficere. Cic. 3. de Orato. 124. Sententiæque sæpe notæ, non acutorum hominum ieiunæ, præteruolant. Idem 5. de Finib. 134. Illud mihi à te nimium festinanter dictum videtur, sapientes omnes semper esse beatos, nescio quò præteruolauit oratio. Idem 4. Acad. 98. Hæc duo proposita non præteruolant, sed ita dilatant, vt non mediocrem caram adhibeant & diligentiam.

Ales præteruolat. Cice. in Arato, 45.

Hic se iam totum cæcas Equus abdit in vmbras,
Quem rutila fulgens pluma præteruolat Ales.

Parua puppe lacum præteruolat ocyus. Claud. de bel. Get. 65.

Hasta præteruolat auras Silius lib. 10. 23.

Praetexo, πάω,) prætexis, prætexui, prætextum, (περιελαύπτομαι, σκέπω,) prætexere, vsurpatur à probatis authoribus, pro eo quod vulgò dicimus Bordare, & cooperire bordum. Ausonius, Tu Auguste venerabilis, districtus maximo bello, affluentibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubii ora prætexitur. Id est cooperta bordata. Ouidius quoque prætexta pro bordata vsus est isto versu, 1. de Arte, 51. Quid referam Baias, prætextaque littora velis? Plinius quoque prætexta tugurorum posuit in X V I. Cortex è fago, tilia, abiete, picea in magno vsu agrestium, vasa corbesque, ac patentiora quædam, messibus conuehendis, vindemiisque faciunt, atque prætexta tugurorum. Hoc est, brota tecti ipsorum tugurorum. Bayfius.

Littora prætexere. Virgil. 6. Aeneid. 1. – & littora curuæ
Prætexunt puppes.

¶ Prætexere, (περιφαίνειν,) Prius ordinare & componere. Cic. 1. de Orato. 174. Sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrime leuioribus principiis natura ipsa prætexunt. Idem 1. de Diuinat. 167. Atque in Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiæ, primis literis illius sententiæ carmen ordine prætexitur.

Prætexere retia. Plinius lib. 16. cap. 1. 2. Vlua & palustri iunco funes nectunt ad prętexenda piscibus retia.

¶ Prætexere, Cooperire. Pli lib. 6. cap. 15. 3. Semper fuit Parthia in radicibus montium sepius dictorum, qui omnes eas gentes prętexunt.

¶ Prętexere authores quos sequamur, pro nominatim & ordine nominare. Pli. lib. 18. ca. 3. 12. Quos sequeremur, ptexuimus in hoc volumine.

¶ Prętexere, (περοφασίζειν.) Obtendere, colorem quęrere, inquit Budęus. Virg. 4. Aeneid. 100.

Non tamen Anna nouis prętexere funera sacris.

Germanam credit. Vbi Seruius, Prętexere, Pręuelare, abscondere. Ibidẽ, 34, Coniugium vocat: hoc prętexit nomine culpam. Cic. in Pisonem, 44. Neque enim quisquam potest exercitum cupere, apertéque, vt non prętexat cupiditatem triumphi. Quintil. lib. 1. cap. 20, Difficultatis patrocinia pręteximus segnitię.

Prætexens, Participium. (περοφασιζόμενος,) Tibul. lib. 1. eleg. 4. 9, Quæ uis prætexens picta ferrugine cœlum.

Prætextus, Aliud participium, (περοκαλυφθεὶς,) vt templum prætextum. Ouid. 5. Fast. 113.

Calumnia prętexta. Cice. 1 in Catil. 27, Tongillum mihi eduxit, quem amare in prętexta calumnia cœperat.

Prętextus, huius prętextus (περόφασμα,) pro obtentu ponitur, quod Cicero Per causam, & similationem dicere solet. Marcellus in tractatu de Adult. Tunc autem puniendus est maritus, quum excusare ignorantiam non potest, aut adumbrare patientiam prętextu incredulitatis. Suetonius in Tiberio, cap. 28, Omnium inimicitię hoc prętextu ad vos deferentur.

Prętextum etiam neutro genere dicitur. Tacitus, Cupido auri immensa prętextum habebat, quasi subsidium regno paratetur. Suet. de Cęsare, cap. 30. Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur. Seneca epist. 72. Sed illud pulcherrimũ capi prætextum optimates, &c.

Prætextum tugurii. Plin. lib. 16. cap. 9. Cortex & fagis, tiliæ, abieti, piceæ, in magno vsu agrestium. Vasa, corbesque, ac patentiora quędam messibus conuehendis, vindemiisque faciunt, atque prætexta tugurorum.

Prætexta, prætextæ, (περετέφυφος,) Substantiũ est, siue Prætexta toga, Genus vestimenti oblongum ac talare, quo pueri vtebantur vsque ad annum decimumseptimum: quo tempore togam virilem sumebant, deposita prætexta puerili. Oui. 4. de Ponto, ele. 9. 9. Hora. 1. Ser. sat. 5. 8.

Prætexta toga. Cic. 3. Verr. 108. Neque te tam commouebat, quòd ille cũ toga prætexta, quàm quòd sine bulla venerat. Idem ad Qu. fratrem, li. 2. 14. 2. Sed præterea togam sum eius prætextam, quam erat adeptus Cæsare Consule, magno hominum risu cauillatus.

Facibus cęlsis prætexta. Propert. lib. 4. eleg. 1 2. 7.

Demissa prætexta ad talos. Quintil. lib. 5. cap. 13. 31.

Mutare prætextam paludamento, Vide MVTO.

Prætextæ actiones seu comœdiæ, dictæ à prætexta. In his imperatorum negotia agebantur & publicas regesque Romani vel duces inducebantur personarum dignitate penè simili. Prætextæ dictæ, quòd in his fere regum aut magistratuum acta comprehenduntur, qui principio prætexta toga vtebantur.

Docere prætextas. Horati. in Arte, 59. Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Id est, inquit Acron, Et qui prætextatas fabulas fecerũt, vel togatas, meruerunt minimum decus. Prætextam dicunt Tragœdiam, Comœdiam togatam. Alii autem dicunt prætextatam & togatam Comœdias esse, sed togatas in quibus Græca argumenta sunt in quibus Latius prętextatas. Hactenus Acron.

Insectari prætextam. Quintil. lib. 5. cap. 13. 11. Habitus rectè incusari solet. Vt aduersus Quintium Cicero, non hoc solum, sed ipsam & prętextam demissam ad talos insectatus est.

Prętexta dicta est, quòd purpura circuitexta erat. Pædianus In Prætura Verbanam, autho est, prætextam nobilium fuisse tam mulierum quàm virorum. Cice. 3. Verr. 79. Erpies igitur pupillæ togam prætextam detrahes ornamenta non solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis? Prætextam Cicero pupillæ tribuit, quam nubentes deponebant, inquit Festus. Rufus Cicero 3. Verr. 108. de pupillo quodam, Neque te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd sine bulla venerat. Vestitus enim neminem commouebat, quem illi mos & ius ingenuitatis dabat: quod ornamentum puerilitiæ pater dederat, indicium atque insigne fortunę, hoc ab isto prædone ereptum esse grauiter homines ferebant. Ex Budæo.

Erat sua magistratuum prætexta. Liu. lib. 7. ab Vrbe condita, Non patiebatur Tacitus Tribunos, pro Consule vno plebeio tres patricios magistratus curulibus sellis prætextatos tanquam Consules sedentes nobilitatem sibi sumpsisse. Tacitus lib. 10. Sed vbi Cecinna prætexta & lictoribus insignis dimota turba Consul incessit, exarsere victores. Sic apud Ciceronem pro Domo sua, 75. Videre prætextatos inimicos. Id est, in magistratu positos. Et apud Plinium lib. 13. de Petronio, Prætextatum immolasse ad nibicinem. Ad ea quæ dicta sunt, pertinet illud Plinianum in nono, de purpura loquentis. Hinc fasces, securesque Romanæ vlam faciunt: idemque pro maiestate in pueritia est: distinguit ab equite curiosiuadiis adoueatur placandis, omnemque velkem illuminat triumphali miscetur auro. Allusit enim his verbis Plinius ad purpuram magistratuum: & ad eam quæ pudor ingenuitatis significatur, vt inquit Macrobius, & ad sacerdotalem prętextam, qua sacris operantes vtebantur, & ad triumphalem, & ad latum clauum quod insigne est Senatoriæ dignitatis, discriminans Senatum ab Equestri ordine: eratque non toga, sed tunica. De triumphali Suetonius in Tiberio, cap. 17. Triumphum, inquit, ipse distulit, mœsta ciuitate clade Varianaquilo minus vt bem prætextatus & laurea coronatus iterauit. Lucius Valerius apud Liuium libro 4. de bello Macedonico, in oratione quam habuit pro fœminis ius aurium ac purpuræ postulantibus à Senatu, M. Catone reclamante, 13. Purpura, inquit, vti vtemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostris prætextis purpura togis vtentur: magistratibus in coloniis, municipiisque, hic Romæ infimo genere magistris virorum, togæ prætextæ habendæ ius permittemus: nec id vt vini solùm habeant tantum insigne, sed etiam vt cum eo eremenur mortui: fœminis dunta axat pur puræ vsum interdicemus? Quibus verbis omnem prætextæ vsum Liuius complexus, eo etiam amplius docuit eos, qui in magistratu moriebantur, prætextatos in rogum ferri, cũ prætextaque cremari solitos esse Romæ. Ex Valerio autem intelligere datur hunc morem fuisse, vt Prætor qui iudex quæstionis, & quæsitor rerum capitalium dicebatur, non aut sententiam in reum noxæ capitalis pronuntiare, quàm prætexta exuta. Sic enim inquit libro 9. Consimili impetu mortis C. Lucinius Macer, vir Prætorius, Repetundarum reus: dum sententiæ dicerentur, in Menianum conscendit: qui dem quum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidisset: misit ad eum qui diceret se non damnatum, sed reum peresse, nec sua bona hastæ posse subiici. ac protinus sudario, quòd forte in manu tenebat, ore & faucibus suis coarctatis, incluso spiritu, morte pœnam præcurrit. Ex Budæo.

Prætextatus, penul. produc. Adiectiuum, (περεπεφυφωτός,) Prætextati pueri dicebantur, qui prętexta adhuc & bulla vtebantur, quod fiebat vsque ad annum decimumseptimum: quo tempore togam virilem sumebant, deposita prætexta puerili, vt meminit Cicero de Amic. 1. Ego autem, inquit, à patre ita eram deductus ad Scęuolã, sumpta virili toga, vt quoad posset, & liceret, à senis latere nunquam discederẽ. Budęus. Filii triumphantium prętextati. Cic. pro Murena, 10.

Prætextati & prętextatæ, Pueri & puellæ, Ingenui & ingenuæ: qua dictione vsus est author Institutionum iuris tractatu De iniuriis, Siue quis mater familias, aut prætextatum, prętextatamve affectatus fuerit. Iuuenal. Saty. 10. 11. Nec prętextatum rapuit Nero lorripedem, vel Strumosum. Sueton in Augusto, cap. 44. Maritis è plebe proprios ordines assignauit: prętextatis coneum suum, & proximũ pædagogis. Budęus. Prætextatę puellæ dicebantur à prætextis quas nubentes deponebant. Budęus. Catul. epigr. 56. 37.

– mitte brachiolum teres
Prętextatę puellulę.

Pupillas prętextatas. Cic. 3. Verr. 107.

Prætextati anni à Plinio dicuntur lib. 33. pro Annis pueritię. Et Aetas prętextata, Gellio lib. 1. Noctium Atticarum dicitur. Budæus

Prætextati mores, etiam Festo dicuntur, in integris codicibus, & Macrobio & Iuuenali Saty. 2. 17.

Sic prætextatos referunt Artaxata mores. Budæus.

Prætextatus sermo. Festus in integris codicibus, Prętextatum sermonem ab eo dictum putant, quòd prętextatis nefas sit obscœno verbo vti. Alii dici putant, quòd nubentibus depositis prætextis, à multitudine puerorum obscœna clamentur. Ideòque prętextatum sermonem appellabant, qui nihil obscœnitatis haberet. Contra hanc tamen festi opinionem Suetonius, Gellius: Macrobius prętextatum sermonem acceperunt, pro eo qui apertè rem obscœnam significat. Sueton. in Vespasiano, cap. 22. Præterea dicacitatis plurimę, & sic sordidæ, vt ne prætextatis quidem verbis abstineret. Macrobius lib. 2. Saturnal. Hæc nobis sic literata lætitia, & docta cauillatio vice planipedis & iubulonis impudici, & prætextata verba iacientis. Ex Budæo.

Affectari prętextatum aut prętextatam à Iustiniano dictum est, pro eo quod est, Pudorem pueri ingenui, aut puellæ suggillare: & notam infamię, tanquam scorto masculo, fœminiue inurere. Budęus. Vide ASSECTOR.

Praetimeo, prætimes, penul. correp. prętimui, (περοφοβέομαι,) præ timere, Valde timere. Plau. Amphit. 3. 19. Mirari non est æquum si sibi prętimet.

Praetor, Prætoris, (πραιτωρεύς, πραιτωρικός,) Omnis magistratus appellabatur, cui parẽt exercitus. Victorinus, Notare debemus, omnes magistratus Prætores appellatos: sed Patres, quo tempore L. Sextius primus ex plebe Consul creatus, Furium Camilli primum Prætorem vrbanum, qui ius in vrbe diceret, creauerunt Moxqui eo Prætore non sufficiente, quòd multi peregrini in ciuitatem venirent, alius creatus est peregrinus: eo quòd plerunque inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, aliisque prouinciis, rotidem Prætores quot prouinciæ in ditionem venerant, creati sunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præssent. Hactenus Victorinus, quę omnia delumpsisse videtur ex Pomponio Iureconf. De origine iuris, L. Necessarium, quum ait, Quum Consules auocarentur bellis finitimis, neque esset qui in ciuitate ius reddere posset, factum est vt Prętor quoque crearetur, qui vrbanus appellatus est, quòd iurbe ius diceret. Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo Prętore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alius Prætor qui peregrinus appellatus est, ab eo quòd plerunque inter peregrinos ius dicebat. Et paulo post §. Capta deinde Sardinia, Totidem Prętores, quot prouinciæ in ditiones venerant, creati sunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus prælessent. Hactenus Pomponius. Liuius lib. 5. scribit primum Prętorem ex Patribus, qui ius in vrbe diceret, creatum fuisse: penes quem magistratum omnis publici priuatique iuris potestas, vt & nouum ius condere, & vetera abrogare facultas esset. Idque ob magistratus honorem, ius honorarium appellatum est: quum tamen regia illi essent insignia, vt apparatu Consulibus penè par videretur. Creatus, quum Consules auocarentur bellis finitimis, nec esset qui in ciuitate ius diceret. Cic. ad Atticum, lib. 9. 184. 3. Prętores ius dicunt? Aediles ludos partant? Idem pro Murena, 39. Si penes Prętor, qualis his fuit, offensionem vitat æqualitate decernendi, benevolentiam adiungit lenitate audiendi. Et pro Cecinna, 26. Prętor interea Piso tanta de re tacebit? quemadmodum te restituat in ædes tuas non habebit? qui liberos, aut vim fieri vetat aut restitui factam iubet, qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itineremque controuersiis interdicit. Item pro Lege Manil. 13. Prętor primus centuriis cunctis renuntiatus sum.

Prętor dicitur, vt Liuius inquit, à præeundo: vt Varro, à pręcundo, quasi Prętor quòd prętiret iure & exercitu. Idem sentit Cicero 3. de Legibus, 11. ex leg. XII. Tab. Nonius, Consulum & Prętorum proprietas, quòd consulant, & præeant populo, authoritate Varronis ostenditur de vita Pop. Romani lib. 2. Quod idem dicebantur Cõsules, & Prętores: quòd prærirent populo. Prętores: qõ cõsulerent Senatui, Cõsules.

Honoratus Prętor. Ouid. 1. Fast. 11.

Iustissimus Prętor. Cic. pro Flacco, 6.

Magnus, vel Maximus Prętor, Vide MAGNVS.

Mercenarii Prętoris decretum, Vide MERCES.

Palęstricus Prętor, Vide Palęstricus in PALAESTRA.

Vrbani Prętores iurati debent optimum quenque in selectos iudices referre. Cic. pro Cluentio, 96.

Per Prętorem citare, Vide CITO.

Prętorius, Adiectiuum, (πραιτωρικός,) Quod est Prętoris, seu quod ad Prętorem pertinet: vt Prętorium ius, Prętoria cohors, quæ à Prętore nõ discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quenque delegit, qui ab eo in bello non discederent, & certo munere militiæ vacarent, & sesquiplex stipendium acciperent. Festus.

Author Prętorius. Horat. 1. Serm. saty. 1. 10. Donec vos author docuit Prętorius. Rufus Prętorius, inquit Porphyrio, institutiũ creditur, vt vt ciconiarum pulli manducarentur: isque quum in Prætura repulsam retulisset, tale epigramma meruit,

Ciconiarum Rufus ille conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit septem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ciconiarum populus vlrus est mortem. Aeron Asellisi vocat, dicitq; alios Semper onium velle, qui post multa etiam ex ciconiis docuit.
Candidatus Prætorius. Vide CANDID.
Classica Prætoria. Propert. lib. 3. eleg. 3. 9.
Nil tibi sit rauco Prætoria classica cornu Flere.
Cognitio Prætoria. Quintil. lib. 3. cap. 6. 51.
Cohors Prætoria Cic. 1. in Catil. 43. Tacit. lib. 11.
Collegium Prætorium. Cic. 3. Offic. 105. Legunt & hic alii Prætorum.
Domus Prætoria. Cic. 7. Verr. 113.
Imperium Prætorium. Cic. 7. Verr. 32. Vt quum penes te Prætorium imperium ac nomen esset, ad illam paruam manum extinguendam, ducem te principemque præberes. Idem 1. de Diuin. 119.
Ius prætorium. Cic. 1. Offic. 48.
Nauis Prætoria, qua dux belli siue imperator vehebatur. Liu. lib. 7. bel. Pun. Hinc cæteris terror iniectus, vt Prætoriam nauē captam viderit.
Vir Prætorius, Qui Præturam gessit. Cic. pro Plancio, 2. Cedat Consulari generi Prætorium, nec contendat cum Prætorio Equester locus.
Viri Consulares & Prætorii. Cic. Attico, lib. 16. 334. 2.
Prætoria porta. Qua exercitus in prælium educitur: quia initio Prætores erant, qui nunc Consules, & ii bella administrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur Prætorium. Festus.
Prætorium, Prætorii, (πραιτώριον, πραιτώριον,) Domus in qua Prætor habitat, siue dux: quia (vt dictum est) omnis magistratus cui parēret exercitus, Prætor dictus est. Liuius lib. 3. Quercus, ingens arbor, Prætorio imminebat: cuius vmbra opaca sedes erat. Hoc alio nomine à Quintiliano dicitur Augustale.
Prætorium, Magnifica & amopla domus in agro & ruri extructa: in quæ ædificia, pecunias ingentes effundebant. Sueton. de Caligula, cap. 37. In extructionibus Prætoriorum atque villarum omni posthabita ratione, nihil tam efficere cōcupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Idem in Augusto, cap. 72. Ampla & operosa Prætoria grauabatur. Id est iniquo animo ferebat Augustus villas quasdam elegantius & sumptuosius extructas Palladius lib. 1. Ipsius etiam Prætorii situs sit loco aliquatenus erectiore & sicciore, quàm cætera, propter iniuriam fundamentorum, & vt læto fruatur aspectu. Vlpianus in L. Plenum autem. ff. De vsu & habitatione. Plenum autem vsum habere debet, si & villæ & Prætorii relictus est.
¶ Prætorium, Locus in quo Prætor ius dicit. Vnde dicimus Dimiti Prætorium, sicut Dimiti Senatum. Liuius, Fuluius ne id ipsum impedimento incepto foret, dimittens Prætorium, Tribunis militum ac præfectis sociorum imperauit, &c. Ponitur enim continens pro contento, vt sæpe fieri solet. Cice. 7. Verr. 73. Curritur ad Prætorium. Ibidem, 83. Procedit iste repentè è Prætorio inflammatus scelere, furore, crudelitate in forum venit.
Deferre aliquid in Prætorium. Cic. 6. Verr. 46.
Prætoriānus, pe. p. Adiectiuū, Qui apud Prætorē, seu in Prętorio versat.
Prætoriani milites, honoratiores erant, qui Romæ habebant castra, quę Prætoria dicebantur. Ex Prætoriano exercitu Otho factus est imperator. Plin. lib. 8. ca. 19. 18. Nuper renuntiauēre principi Neroni, missi ab eo milites Prætoriani cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua bella & Aethiopicum cogitanti.
Prætoriana comitia. Liu. 1. bel. Pun. 150. Inde Prætoriana comitia habita creati M. Pomponius Matho, & P. Furius Philus. Alia exemplaria habent Prętoria comitia.
Prętoritios, Aliud adiectiuum. Martial. lib. 8. 34.
De Prętoritia folium mihi Paule corona
Mittis, & hoc phialæ nomen habere iubes.
Prętura, Prętúre, pen. prod. (πραιτωρία,) Ipsa Prętoris dignitas. Plin. lib. 14. cap. 12. 6. Ad Proconsulatum vsque à Prętura honoribus gestis.
Calamitosa Prętura, Vide CALAMITAS.
Continua Prætura, Vide CONTINVVS.
Manca & debilis Prętura, Vide MANCVS.
Probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia Prętura Murenæ. Cice. pro Murena, 50.
¶ Abdicare se Prętura, Vide ABDICO.
Consequi aliquem in Prętura, Vide CONSEQVOR.
Egredi Pręturam. Tacit. libro 3. Volusio vetus familia, neque tamen Præturam egressa.

Praetortus, Adiectiuum, (πολυστρεβλός,) Valde tortum significat. Columel. lib. 3. cap. 18. 1. Iulius Atticus prætorto capite & recurnato.

Praetrepidans, pen. corr. Participium. (πολυτρείμων,) Catul. epig. 43. 1. Iam mēs prætrepidans auet vagari.

Praetrunco, prætruncas, (κατακόπτω,) prætrūcare, Idem quod simplex Trunco. Plaut. Capt. 15. 7. Arripuit gladiū, prætruncauit tribus tergoribus glandia. Idem Milit. 6. 47. Nónne tibi istam prætruncari lingoam largiloquam iubes?

Praetumidus, penultima correpta, Adiectiuum, (πολυογκώδης,) vt Furor prætumidus. Claud. 1. in Ruffinum, 46.
PRAETVTIVM, Ptolemæo, oppidum est in Piceno. Sil. lib. 15. 111.
Tum quā vitiferos domitat Prętutia pubes
Læta laboris agros.
Prętutiana regio, Plinio lib. 3. cap. 13.

Praeualeo, præuales, pen. cor. prequilni, (ὑπερισχύω,) prequalēre, Antecellere, & quasi in maiori pretio esse, vel meliorē esse. Plinius, Vtreque in pretio sunt, sed tamen prequalent margaritę. Idem lib. 10. cap. 6. 1. Vulturum prequalent nigri.
Arcu prequalere. Stat. 2. Achill. 15.
Quisquis equo, iaculoque potens, qui prequalet arcu.
Prequalet, penult. correp. Impersonale. Catul. epigram. 6. 3. Nam mi prequalet ista nil tacere.
Prequalesco, prequalescis, prequalescere, pro Inualescere. Colu. lib. 5. ca. 6. 15. Vitem quoq; antè quàm ex toto prequalescat arbor, cōserere cōuenit.
Præuilidus, penul. correp. Adiectiuum. vt Prævalida vrbs, quæ & præpotens dicitur. Liuius 6. bel. Pun. 84. Et lib. 7. 213. Duas prævalidas vrbes, magno inter se maris, terrarumque spatio disceretas. Idem 3. ab Vrbe, 179. Nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere, qui ipse se prequalidos pari viribus animo circumuentus tutaretur. Sic libro 7. 18. Prævalidus iuuenis.
Manus prequalidæ. Ouid. epistol. 9. 16.
Tellus prequalida. Virgil. 2. Georg. 51.
Vites prequalidæ. Virgil. 2. Georg. 39.
Vitis prævalida & adulta. Tacit. lib. 3.
Prequalidi prouincialium, pro Prævalidi prouinciales. Tacit. lib. 15. Vt solent prequalidi prouincialium.
Prævalide, pe. cor. Aduerbium. (πολυκρατερῶς,) Plin. lib. 17. ca. 14. 9. Hoc maximè præcauendum vt prævalidè accipientis trunco in media fissura relinquatur.

Praeuaricor, pe. cor. prævaricāris, (κακεύω, ἐξαλλακτίω, ὑποπολλαπλασιάζω,) prævaricari, Ex pre & varicor cōstitum. Varicari autem à varicibus dicitur, quæ (teste Nonio) sunt venæ in suris inflexæ & obtortæ. Prævaricari autem, est à recto discedere. Plin. lib. 18. cap. 19. 5, Arator, nisi incurrus, prævaricatur.
Prævaricari, Quocunque modo à præscripto officii sui deflectere, vt ait Valla lib. 9, Et in litibus forensibus est Colludere. Vlpianus. De iis qui notantur infamia, L. Athletas, Qui prævaricatur, ex vtraque parte consistit, quinimo ex aduersa. Cic. de Aruisp. respon. 39, A Catilina pecuniam accepit, vt turpissimè prævaricaretur. Idem pro Cluentio, 69, Qui enim poterat tū in gratiam redire cum Oppianico Cluentius: quē cum matre habebat simultates, hærebat in tabulis publicis reus & accusator: condēnati erant Fabritii: nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calumniæ relinquere accusationem Cluētius? an vt prævaricaretur iam id quoque ad corrompendum iudicium pertinet. Idem 3. Tuscula. 89, Deinde quum videtur prævaricari potuisse, si prouisum esset, quasi culpa contractum malum, ægritudinem acriorem facit. Et ad Atticum, lib. 4. 85. 11, Omnino accusatorum incredibilis infantia, id est L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes prævaricatum.
Prævaricari accusatori. Cic. pro Cluentio, 45, Hoc quanquam sedulò faciebat, tamen interdum non defendere, sed prævaricari accusatori videbatur. Id est, prævaricando subseruire, inquit Budæus.
Prequaricator, pen. prod. prequaricatōris, (κακοφερής, ἐξαλλάκτης,) Qui ab officii sui prescripto deflectit atque aberrat. Martianus, ff. Ad 5. c. Turpilianum, L. 1. Prequaricatorem esse eum ostendimus, inquit, qui colludit cum reo, & translatitiè munere accusandi defungitur, eo quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas verò rei excusatiōes admitteret. Vlpianus in L. Athletas. ff. De his qui notantur infamia, sic definit, Prequaricator autem est quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa suaallegatque Labeonem qui hoc nomen à varia certatione tractum sensit. Cic in Vatinium, 2. In quorum altero es confessus, à te accusatores esse instructos & subornatos: in altero, incōstantiam tuam cum leuitate, tum etiam periurio implicatam refellisti: quum quem alienissimum à te esse dixisses, eum domi tuę fuisse: quem prequaricatorem ab initio iudicasses, eite, quos rogasset, ad accusandum libros dixeris dedisse. Idem 1. Verr. 32. Vtrum te perfidiosum, an prequaricatorem existimari mauis?
Prequaricator publicę cause Cęlius ad Ciceronem, lib. 8. 11. 2. Ne quod furore Pauli adeptus esset boni, sua culpa videretur amisisse, & prequaricator cause publicę existimaretur.
Apponere sibi prequaricatorem dicebant antiqui, pro eo quod dicimus, Curauit se per tertium adornandum, vt colluderet scilicet. Cic. 2. Philipp. 47. Iam vereor Patres Conscripti, ne (quod turpissimum est) prequaricatorem mihi apposuisse videar. Budęus.
Prequaricatio, prequaricationis, Verbale, (κακόφατις,) Plin. Iunior ad Cor. Tacitum lib. 1. epist. 20. Alioqui prequaricatio est transire dicendar prequaricatio etiam cursim & breuiter attingere, quę sint inculcanda, infigenda, repetenda.

Prequaricatio,

Præuaricatio in iure. Cic. 10 Partit. 68. Vt si in reo pecunia absoluto, rursusque reuocato, præuaricationem accusator esse definiat omnem iudicii corruptelam ab reo: defensor autem, non omnem, sed tantùmodo accusatoris corruptelam ab reo. Idem ad Quintum fratrē, li. 2. 16. 1. Quo die hæc scripsi, Drusus erat de prævaricatione à Trib. ærarii absolutus.
Prævaricationis nomen, significat eum qui in cōtrariis causis, quasi varie est positus videatur. Cic in Partit. 69.
Crimina prævaricationum. Quintil. lib. 7. cap. 2. 12. Vt in prævaricationū criminibus, vt absoluatur reus.
Absoluere de prævaricatione, Vide ABSOLVO.
Concedere quadam prævaricatione aliquid quibusdam. Cic. 2. de Diuin. 136. At ego idipsum quod vir optimus Diogenes Chaldæis quasi qua dam prævaricatione concedit, nego posse intelligi.
Damnare aliquem prævaricationis, Vide DAMNO.
Caulam prævaricationis dicere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 7.
Liberari prævaricatione. Cice. pro Cælio, 17. At prævaricatione est Accusatio liberatus.

Praueho, prauehis, prauexi, prauectum, (πρόσκομιζω,) prauēhere, prauectū per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent. Idem 10. bel Maced. 55. Duo soli tua regentes latera pater prauectū sumes, & secutus est Macedonum agmen.
Equo prauectus. Silius lib. 7. 241. Liu. 4. bel. Pun. 301.

Prauelo, prauelis, pen. prod. (πρόσκαιρος,) prauelare, Prius operire. Claudianus 2. de raptu Proserpinæ, 05.
Et sparsos religant crines, & vultibus addunt,
Flammea sollicitum prauelatura pudorem.

Prauenio, prauenis, pen. corr. prauēni, penul. prod. prauentum, (φθάνω, προφθάνω, ὑποφθάνω, ὑποστίμω, πρόλαμβάνω,) prauenire, Ante venire. Liuius 4. bel. Pun. 94. Cæterum prauenerat non fama solum, qua nihil in talibus rebus est celerius, sed nuntius etiam ex regis seruis.
Prauenire desiderium alicuius. Liu. 8. ab Vrbe, 85. Tamen vt beneficio prauenirent desiderū plebis, de colonia deducenda Cales retulerūt.
Prauenit germinatione dicitur arbor. Plin. lib. 16. ca. 26. 2. Pinus autem & picea prauenium germinatione XV fere diebus.
Prauenire nota malitiæ. Plinius lib. 11. cap. 54. Oculi quibuscunque sunt longi, malefici esse indicant. Qui carnosa à naribus angulos habent, malitiæ nota prauenti. Candidi pars extrema notam impudentiæ habet. Prioribus & posterioribus verbis declarat Plinius, quid sit prauenire nota malitiæ. Correctiora tamen exemplaria habent, nuntiatiæ notam præbent.
¶ Prauenio, interposita dictione. Virgil. 8. eclog. 3.
Nascere, præque diem veniens age Lucifer, aimum.
Prauentus. Tacit. lib. 17. Prauentamque gratiam intelligit. Infra, Atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniæ prauentus erat.

Prauelox, pen. prod. puelōcis, om. gen. Valde velocem significat. Plinius lib. 11. cap. 36. 1. Formicæ odore toleritatæ prouolant, crebrosque lacerant, quamis prauelocibus camelis fugiēs.

Prauerto, prauertis, prauerti, prauertum, prauertere, Actiuum, & prauertor, prauertēris, prauerti, Deponens, Praeterire, præcedere. Virg. 1. Aeneid. 65.
– Voluiteremque fuga prauertitur Hebrum. Pro Prauertit, id est Transit, vt ait Seruius. Plaut. Capt. 9. 7. Inde illico prauertor domum. Tacit. lib. 4. Aut figuando ad inferna prauertēret. Item in eodem libro, Et Silius imminentem damnationem voluntario fine prauertit.
Prauerti foras. Plaut. Amphit. 15. 24.
– famem expectat obambulans. 5. curiosè quidem: for ōs enim Clausit, ne prauoterteretur foras.
Aliquem prauertere. Cic. pro Sylla, 34. Nemo vnquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non prauerterim.
Prauertere aliquem pro Repub. Plaut. Amphit. 6. 30.
Nunc ne legio præsentiscat, clàm illuc redeundum est mihi:
Nec me vxorem prauortisse dicant præ Republica. Hoc est, ne dicant me vxorem prauertisse Reipub.
Cursu pedum prauertere ventos. Virg. 7. Aeneid. 162.
Ipse pedes prauertit volantem equum. Silius lib. 8. 111.
Fata prauertunt me. Ouid. 1. Metam. 133.
Prauertere alicui poculum. Plaut. Mil. 10. 58.
Neque præcipio pulpamentum, neque prauorto poculum.
Prauertere animos amore, Præoccupare. Virgil. 1. Aeneid. 140.
– paulatim abolere Sichęum
Iocipi, & viuo tentat prauertere amore
Iampridem resides animos, desuetaque corda. Seruius.
Prauertere metum supplicii, fuga. Liu. 4. bel. Pun. Itaque tantus omnes terror inuaserat, vt quidam ex tutoribus aut morte voluntaria, aut fuga prauerterent metum supplicorum.
Luctum metus prauertit. Ouid. ad Liuiam, 80.
Nefas prauertere morte. Senec. Hippol. 2. 38.

¶ Prauerti aliquid rebus omnibus. Plaut. Castel. 11. 8. Abi cito. D. prauorti hoc certum est rebus alis omnibus. Idem Mercatore, 7. 33.
Ergo ædepol, si sapias, ea, ac decumbas domi.
C. Otium non est: mandatis rebus prauorti volo. Id est, Transigere volo prius quæ mihi mandata sunt, quàm vt meum procurem corpus. Idem Capt. 2. 100.
Eadem per contabor ecquis hunc adolescentem nouerit
Sequere, te vt monstrem rei rei primum prauorti volo. Et Capt. 10. 19. Certum est principium: id prauortier. Id est, ante omnia fieri. Familiare est Plauto verbum. Significat autem prauertere, aliquid cæteris rebus anteponere, vel magis alicui rei operam dare. Hadrianus Cardinalis, Prauertere & prauerti, non id significat quod præcedere, sed id quod præponere, præuenire, sed non suo, imò potius præpostero ac peruerso ordine id est vt quod erat in animo, vt postea fieret, fiat antea: & cō tra, quod antè erat faciendum, postea fiat. Sed id quoque præcipiendum tandum est, datium post se plerunque trahere, ac deponens idem verbum etiam fieri. Liuius 2. ab Vrbe, 103. Nec posse, quim hostes propè ad portas essent, bello prauertisse quicquam. Ibidem, Ægre impetratum à Tribunis, vt bellum prauerti sinerent. Ibidem, Nec aliam rem prauerti censere. Idem de bello Punico, Aut morte voluntaria, aut fuga prauertēretent metum supplicorum. Idem de bello Macedonico, Aliud in præsentia, quod magis instaret, prauertendum sibi esse dixit. Ibidem, Prauertendos animos à suspicione talium cōsiliorum ratus. Idem ab Vrbe condita, Si Punicum Romano prauertisset bellum. Cæsar 7. bel. Gall. Cæsar huic rei prauertendum existimauit. Id est occurrendum.
Prauertere ioco quod dictum est ioco. Plaut. Amphit. 10. 40.
– siquid dictum est per iocum:
Non æquū est id te serio prauortier. Id est, existimare dictū esse serio.
Prauorti pigritiæ. Plaut. Merc. 4. 3.
Abige abs te lassitudinem, cauē pigritiæ prauortier.
Illuc prauertamur dixit Horatius, quōvellet notare, vitia amicorū corrū pere, amatores, ac si dixisset, Prius erat notadū amatores decipere amicos: sed ppostere dicam de vitiis amicarum. ait enim li. 1. Serm. sat. 3. 8.
Illuc prauertamur amatorem quōd amicæ
Turpia decipiant cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc
Delectant. Colum. lib. 1. cap. 7. Non intempestiuum est nos ad ea prauerti, quæ videntur hunc publicum errorem corrigere posse.
¶ Prauertere, Præponere. Gell. lib. 4. cap. 5. Iusiurandi religionem animo atque amori prauertisse, quōd iurare à Censoribus coactus esset, vxorem se liberorum quærendorum gratia habiturum.
Sermoni aliquid prauertere. Cic. 1. de Diuin. 17. De quibus quid ipse sentiam, si placet, expōnam: nunc tamen si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni prauertendum putes.
Prauertisum fulgur (inquit Festus) qd̄ ignorat, noctu, an interdiu sit factū.

Praeuideo, prauides, penult. correpta. prauidi, prauisum, penul. prod. (προορῶ,) prauidere, Antè videre. Terent. And. 1. 2. 12. Herus est, neque prauideram. Plin. Id nos futurum prauideramus. Cice. 1. de Diuinat. 111. Tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prauidet.
Aliquem prauidere. Horat. 1. epist. 7. 14.
Ictum venientem prauidit. Virgil. 5. Aeneid. 89.
Eloquentiam futuram in infante prauidere. Cic. 1. de Diuin. 133. At Platonī quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, respōsum est singulari illum suauitate orationis forcsita futura eloquentia prauisa in infante est. In quibusdam exemplaribus legitur prouisa.
Cunctaque mens oculis prauidet illa suis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 7.
Prauisus, pen. prod Participium, (προοιδόεις,) vt
Cultros prauisos timet hostia. Ouid. 1. Fast. 65.

Praeuincio, prauincis, prauinxi, prauinctum, (προεμδάω,) prauincire. Gell. lib. 15. cap. 10. Cum eodem laqueo, qui essent prauincti, efferretur.

Praeuitio, prauitias, (προκαταυχένω,) prauitiare, Antè vitiare. Ouid. 14. Metam. 11.
Hunc dea prauitiat, portentificisque venenis
Inquinat. Hoc est, Circe gurgitem venenis inficit antè quàm Scylla in eum sese lotura descendat.

Praeuius, Adiectiuum, (πρόοδος,) Quod antecedit. Cicero,
Alcion genuit claris delapsus ab astris,
Prauius Auroræ, Solis, Noctisq; satelles. Ex poeta. Oui. 11. Meta. 14.
Nunc præcedentem sequitur, nunc prauius anteit.
Agmina prauia. Stat. 2. Sylu. 1. 36.
Turba prauia. Ouid. 1. de Arte, 109.

Praeumbro, prauumbras, (προσκιάζω,) prauumbrare, Tegere, caligine offundere, & inuoluere, inquit Budæus. Tacitus, Fama, inquantum prauumbrante imperatoris fastigio datur, clarus. Hic prauumbrare dicitur imperatoris fastigium: quia primatum magnitudine superius, splendorem eius obfuscat; quemadmodum præcelsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

arborés fulgore. In secreto, alias obscurant inferiores.

Præuro, præssi, penul. prod. præussi, præustum, (προκαταφλέω,) præurere. Antè, vel prius vrere. Plin. lib. 3. cap. 20. 2. Cereri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credit, præustis intra sinos Alpium niue membris. Hoc est, valde vel admodum vsti: vel quorum primores partes erant vstæ.

Præustum, (προκαυσής,) Antè vstum. Liu. 1. ab Vrbe, 145. Bellum erat consensu fieri solitum: vt Fæcialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines corti ferret. Hoc est, cuius extremitas erat vstulata.

Præuolo, præuolas, pen. corr. (προπέτομαι,) præuolare, Antè volare. Plautus Milite, 1. 41.

Nouisse mores me tuos meditatè decet,
Curamque adhibere vt præuolet mihi quò tu velis. Cicero 2. de Natu. deorum, 188. Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea ran quam à puppi ventis adiuuatur, eæque in tergo præuolantium colla & capita reponunt.

Pragma, pragmatis, pen. corr. n. g. (πράγμα,) Latinè dicitur actio, siue negotiatio.

Pragmaticus, pragmatica, penul. corr. (πραγματικός,) Negotialis dicitur. Pragmatici erant homines quidam ferentis professionis, qui causarum actores, interdum iuris ignaros monebant, iuris responsa, formulasque actionum subministrantes, quasi admonitores postici, dicendorum ue suggestores, quum ad iuris disceptationem ventum erat. Quintil. lib. 12. Quid si fortè peritus iuris non aderit? neque ego sum nostri moris ignarus, oblitusve eorum, qui velut ad arcilas sedent, & tela agentibus subministrant, neque idem quoque Græcos nescio facitasse, vnde nomen iis pragmaticorum datum est. Cice. 1. de Orato. 98. Itaque non vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros le præbent in iudiciis oratoribus, il qui apud illos πραγματικοὶ vocantur: sic in nostra ciuitate, &c. Inde illud Iuuenalis Saty. 7. 13.

– si contigit aureus vnus:
Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum. Olim igitur pragmaticis forum Romanum non vetebatur: postea vri cœpit: vt ex Satyrici dicto ostenditur. Hactenus Budæus. Martial. lib. 11. 69.

Frumentum, mihi, ptisanamque, fabamque solebas
Vendere pragmaticus, nunc emis agricola. Cic. 1. de Oratore, 132. Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis Iurisperitos, quorum ipsi sunt peritissimi, qui vt abs te paulò antè dictum est, pragmatici vocantur. Idem ad Atticum, lib. 2. 35. 1. Sed quia, vt video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, verbisque denique caueré iubent, & vetant credere.

Pragmaticum, pragmatici, (πραγματικόν,) Cice. ad Atticum, lib. 14. 301. 2. Tu liquid pragmaticon habes, scribe. Hoc est, quod in Repub. gestum sit, inquit Budæus.

Prandium, prandii, (ἄριστον,) Ab edendo dicitur, quasi peredium: Cibus qui ante meridiem sumitur. Vel dicitur quasi parandium, quia debemus accipere quod paratum est. Plaut. Pœnul. 19. 6. Partem prandii pignus cepi, abiit foras. Cice. ad Atticum, lib. 5. 88. 4. Quod antecesserat Seathius, vt prandium nobis videret. Sueton. in Vitellio, cap. 13. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, mientacula, & prandia, & cœnas, comessationesque.

Apparatus prandiorum. Cic. 2. Philipp. 100.
Prandium abstemium, in quo nihil vini potatur. Gellius lib. 13. cap. 29.
Caminum prandium, Vide CANIS.
Plebeia prandia. Peri. Saty. 51.
¶ Accurare prandium, Vide ACCVRO.
Adducere ad prandium, Vide ADDVCO.
Prandia & cœnas alicuius commemorare. Cic. 3. Verr. 33.
Conficere prandium, Vide CONFICIO.
Curare prandium, Vide CVRO.
Fingere prandia nigris moris. Horat. 1. Serm. saty. 4. 5.
Opsonare prandium, Vide OPSONO.
Ornare prandium, Vide ORNO.
Calidum prandere prandium, Vide CALIDVS.
Magno honori prandia Oresti fuerunt. Cic. 2. Offic. 85.
Vocare vulgò ad prandium aliquos. Cic. pro Murena, 65.
¶ Prandium, non fuisse præcipuum cibum antiquis, ex sequentibus apparet. Celsus lib. 4. Famem facilius fert adolescens quàm puer, & vno cibo quàm prandio quoque assuetus. Eodem pertinet id quod dicit lib. 7. de hyeme loquens, Si prandet aliquis, vtilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Idem, Aestate verò & potione & cibo corpus sæpius eget, ideò prandere quoque commodium est. Plinius lib. 18. cap. 5. Hippocrates tradit non prandentium exta celerius senescere. Budæus.
Prandiolum, prandioli, pen. corr. Diminutiuum. (ἀρίστιον,)
Prandiculum, prandiculi, penul. corr. (ἀριστίδιον,) Festus, Prandicula antiqui dicebant, quæ nunc ientacula.
Prandeo, prandes, prandi, & pransus sum, (ἀριστάω,) prandère, Prandium sumere. Paut. Menæh. 1. 1. 1. Prandi, potaui, secretum accubui. Idem

Amphit. 1. 1. 13. Vere diuina facta mecum prandeat. Et Menæh. 9. 44. Prandi in mani. Item Rud. 2. 2. 29. Sed hic rex cum aceto pransurus est atque sale. Cice. pro Cluentio, 133. Quum eius in nuptiis more Latinarum multitudo hominum prandereet. Idem ad Atticum, lib. 5. 88. 3. Sed prandimus in Arcano. Sic 3. Verr. 33.
Luscinias soliti impenso prandère coemptas. Horat. 2. Serm. saty. 3. 49.
Olus prandere. Horat. 1. epist. 18. 3.
Pransus, (ἀριστήσας,) Horat. 1. Serm. saty. 6. 26. Pransus non auide.
Ducis pransi, poti, oscitantis inscitia. Cic. pro Milone, 41.
¶ Pransi (inquit Nonius) non solùm qui prandérent, dicuntur, sed etiam quibus nihil desit. Varro, Quare ô Marce, pransum, ac paratum esse hoc minimè oportet.
Pransito, pransitas, pe. corr. (ἀριστάω,) pransitare, Frequentatiuè. Plaut. Asin. 3. 18. Vbi flent nequam homines qui polentam pransitant.
Pransor, pransoris, (ἀριστητής,) Qui prandet, aut qui inuitatus est ad prandium. Plaut. Menæh. 8. 2. Bonum autem nam prandium pransoribus.
Pransorius, Adiectiuum, (ἀριστητήριος,) Vnde Pransorium candelabrum, apud Quintilianum lib. 6. ca. 3. Mirantibus quòd humile candelabrum emisset, Pransorium erit, inquit.

Prasinus, pen. corr. Adiectiuum, (πρασινος,) vt Prasinus color, vt fidis ad similitudinem porri. Nam πράσον, Latinè porri dicitur. Hinc vestes è viridi lana, prasinæ dicuntur. Mart. lib. 10. 79. De nostra prasina est synthesis empta toga. Plaut. Prasina, coccina, tyria, focale, locos, monili amisit. Plin. lib. 37. cap. 10. 38. Prasinus color.
Prasius, (πράσιος,) Gemma quædam è viridantium genere. Plinius libro 37. cap. 8. 6.

Pratum, prati, (λειμών.) dicitur (authore Vlpiano, de verb signifi.) In quo ad frectum percipiendum falce dútaxat opus est: ex eo quòd paratum sit ad fructum capiendum. Columel. lib. 2. ca. 17. 3. Et ideo necessarius ei coltus est agri, cui veteres Romam primas in agricolatione tribuerunt partes: nomen quoque indiderunt ab eo, qr protinus esset paratum, nec magnum laborem desyderaret. Idem sentit Varro 1. de Re rusti. cap. 7. 6. & Plin. lib. 18. cap. 5. 4. Virg. 8. eclog. 13. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Prata etiam dicuntur quæ nunc viridia, vt plurimùm buxo & lauro frequentata.
Viriditas pratorum. Cic. de Senect. 53.
Floridior prato. Ouid. 13. Metam. 170.
Instar triginta iugera prati. Catul. epig. 110. 1.
¶ Arida prata, Vide ARIDVS.
Asia. Virgil. 1. Georg. 77.
Crocea. Claud. 5. Paneg. 54.
Mollia. Virg. 2. Geor. 77.
Nouella. Ouid. 2. de Arte, 140.
Viride pratum. Ouid. 1. Metam. 60.
¶ Nec prata canis albicant pruinis. Horat. 1. Carm. ode, 4. 1.
Carpere prata fuga, Vide CARPO.
Conuestiuntur herbis prata, Vide CONVESTIO.
Non prata viridi facie læta germinant. Senec. Herc. fur. 9. 17.
Iugera prati irrigare. C. Q. fratri, lib. 3. 17. 5.
Aperto prato lodere. Senec. Herc. fur. 2. 4.
Obducta situ vetustatis prata, Vide OBDVCO.
Ouis pascit pratum. Ouid. 1. Fast. 77.
Rigent prata. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.
Antè nouis rubeant quàm prata coloribus. Virg. 4. Georg. 61.
Area gramineo suberat viridissima prato. Ouid. in Fragmento.
Subsecare prata tenerrima. Ouid. 1. de Arte, 60.
Verrere pratum pectine. Ouid. 4. Fast. 140. Hæc modò verrebat cum raro pectine pratum. Aldinum exemplar legit, Hæc modò verrebat stantem tibicine villam.
Prátulum, prátuli, pen. corr. (λειμώνιον,) Diminutiuum, apud Plinium epistola 101. l. Cic. ad Atticum, lib. 12. 236. 3. Pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo. Sic de Claris Oratoribus, 12.
Pratensis, & hoc pratense, (λειμώνιος,) Quod est ex prato. Colum. lib. 6. cap. 3. 3. Ad præsepia boues alendi sunt, quibus pro conditione regionum cibi præbentur: eosque nemo dubitat quin optimi sint, vicia in fascem ligata & cicercula, itemque pratense fœnum. Plin. lib. 21. cap. 8. 5. Pratenses flores.
Fungi pratenses. Horat. 2. Serm. saty. 4. 4.

Prauus, Adiectiuum, (πονηρός, σκολιός,) Quod non est rectum.

Rectum & Prauum, contraria. Cicero 1. Academ. 28. Quid rectum in oratione, prauúmve.
Distortum & prauum. Cicero 4. Tuscul. 44. Non enim omne vitium partes habet dissentientes: vt eorum qui non longè à sapientia absunt, affectio est: illa quidem discrepans sibi ipsa dum est insipiens, sed non distorta, nec prauá.
Talis prauis fultus. Horat. 1. Serm. saty. 3. 10.
Prauo naso viuere. Horat. in Arte, 8.

Regula

Regula prauá. Lucret. lib. 4. 105.
Denique vt in fabrica si praua fuit regula prima.
¶ Prauus, ad animum refertur, Prauí mores. Terent. Adelph. 5. 8. 22. Etsi hoc mihi prauum, ineptum, absurdúmque atque alienú à vita mea Videatur. Malus, prauusque. Plin. epistol. 9. lib. 3.
Prauus & peruersus. Cic. pro Rosc. Com. 17. Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse arbitrabantur.
Ambitio prauá. Horat. 1. Serm. saty. 6. 17.
Stultitia prauá. Horat. 1. Serm. saty. 3. 44.
Prauus homo, dicitur Senecæ non improbus, nec malus: sed præfractus: lib. 1. de Ira, Cn. Piso vir fuit memoria nostra integer: sed prauus, & cui placebat pro constantia rigor.
Prauus minus est quàm Deprauatus, vt videtur ex verbis Ciceronis 2. de Finib. 60. Bellum verò nullum iudicium puto, quanula enim deprauatæ non sint, prauæ tamen esse possunt. Deprauatus enim est tantum animi, quo bellæ carent: Prauus autem & corporis & animi.
Tenax prauí. Virgil. 4. Aeneid. 38.
Prauá iubens ardor cluuium. Horat. 3. Carm. ode 3. 1.
Obnoxius prauis. Horat. 2. Serm. saty. 7. 1.
Prauè, Aduerbium, (πονηρῶς, σκολιῶς,) cui Rectè opponitur. Cicero 1. de Finib. 45. Quia quod bene, id recte, frugaliter, honestè: ille porrò malè, prauè nequiter, furpiter cœnabat. Horatius Arte, 18.

Cur nescire pudens prauè, quàm discere malè?

Prauè colere religiones. Liu. 1. ab Vrbe, 139. Ab vna parte haud satis prosperum fuerat, aut neglectis religionibus, aut prauè cultis.
Prauè facta, Peccata. Cic. 1. Acad. 13. Rectè facta sola in bonis actionibus ponenda: prauè, id est peccata, in malis.
Prauitas, pen. corr. prauitátis, g. g. (πονηρία, σκολιότης,) Obliquitas, mala & peruersa alicuius rei constitutio & compositio. Colum. lib. 4. ca. 10. Prauitas staminum. Cic. 4. Tuscul. 43. Vitium, quum partes corporis inter se dissident: ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas.
Corporis prauitates si erunt perinsignes, an habebunt aliquid offensionis animi deformitas non habebit? Cic. 1. de Legib. 75.
Prauitas & imminutio corporis. Cic. 1. de Finib. 45. Natu si prauitatem imminutionemque corporis propter se fugiendam putamus, cur nó et à ac fortasse magis propter se formæ dignitatem sequamur?
Deformitas & prauitas. Cice. 1. de Orato. 76. Intuendi nobis sunt non solùm oratores, sed etiam actoreaque: mala consuetudine ad aliquam deformitatem prauitatemque veniamus.
Prauitatem oris alicuius imitari. Cic. 3. de Orato. 61. Fusius neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non assequitur: oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur.
Inemendabilis prauitas. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27.
¶ Prauitas, (κακία,) pro Malitia. Cice. 4. Academic. 52. Tamenne in ista prauitate perst. bitis?
Animi prauitas. Qu. Cic. de Petit. Consul. 27. Qui sine causa non amant, eos aut beneficio, aut spe, aut significando tua erga illos studia, futura delinies, dans operam vt de illa animi prauitate deducas.
Animi prauitates rectè vitia dicuntur. Cic. in Parad. 263.
Afferre prauitati interitum. Cice. 2. de Finibus, 42. Qualis ista philosophia est, quæ non interitum affert prauitati, sed fit contenta mediocritate vitiorum?
Erroribus prauitatis mentes Aegyptiorum imbutæ. Cicero. 5. Tusc. 114.
Peristare in prauitate sua, Vide PERSTO.

Praxis, Praxeos, (πράξις πράξεως,) fœmina gen. Actionem significat: Vnde Practicus, Adiectiuum, quasi actiuus, & qui actui ipso aliquid perficit. Hinc artes dictæ sunt quædam practicæ, quæ in exercitatione & ipsa actione consistunt, diuersæ ab illis quæ theoricæ, id est speculatiuæ dicuntur. De vtrique Quintilianus lib. 1. cap. 12. 12. Quum sint autem artium aliæ positæ in inspectione, id est cognitione & æstimatione rerum, qualis est astrologia, nullum exigens actú, sed ipso rei cuiusque studium habet, intellectu contenta: quæ λεωρικὰ vocantur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit, quæ πρακτικὰ dicitur, qualis est saltatio. Aliæ in effectu, &c.

PRAXITELES, pen. corr. (πραξιτέλης,) statuarius, marmore nobilitatus duplici Venere, Gnidia & Coaziea Gnidia, velano amor iuuenis, ingenuis, qui delituit in templo, simulacroque cohæsit: tum Nicomedis æstimatione regis, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conatus. Natus est in Græcia Italiæ oræ ciuitate Romana donatus. Scripsit, teste Varrone, quinque volumina nobilium operum in toto orbe. Eius Bacchæ opsa, Triptolemus, Flora, Ceres in hortis Sermilianis, Boni euentus, & Bonæ fortunæ simulacra in Capitolio: item & Mænades, & quas Thyadas vocant, & Caryatidas, & Saleni in Asinii Pollionis monumentis, & Apollo, & Neptunus. Ex Plinio lib. 36. cap. 5. Propert. lib. 3. eleg. 9. 1. Praxitelem Parius vindicat arte lapis.

Laborifici viuant quæ marmora cœlo Praxitelis.

Praxitelius, Adiectiuum, (πραξιτέλειος,) Cic. 2. de Diuinat. 71. Quasi nó

potuerit id euenire casu, & non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita: illa enim ipsa efficiuntur detractione, neque quidquam illuc affertur à Praxitele, &c.

Preciae, (πρέκαι σφυραὶ,) vuę, apud Virgilium leguntur, 2. Georgic. 20.

Et passo Psithia vultior, tenuisque Lageos
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam:
Purpureæ preciæque, & quo te carmine dicam
Rhetica? Vbi Sermus, Preciæque hæc citò maturescunt: vnde & preciæ dictæ sunt, quasi præcoquæ, quòd ante alias coquantur.

Precor, precáris, (δέομαι, λίσσομαι, ἱκετεύω, καταντιβολέω,) precari, accusatiuo iunctum, significat Orare. Plin. in Paneg. 124.

Atque hoc magis incensi sumus vt precaremur, nequando tibi non eadem causa lachrymarum.

Colere, precari, venerárique deos solemus. Cic. 1. de Nat. deor. 162.
Deos precari, atque ab eis auxilium petere. Cic. 6. Verr. 62.
Precari, implorare, & venerari deos vt vrbé defendant. Cic. 2. in Catil. 47.
Numen cæleste precari. Ouid. 1. Metam. 78.
Nomina Palladis precari. Virgil. 3. Aeneid. 109.
Precor, quæso, & obtestor vos. Cic. pro Domo sua, 111.
Precari bonas preces. Cato cap. 134. 1. Iane pater te hac strue cõmouenda bonas preces precor.
Parce precor precor. Horat. 4 Carm. ode 1. 1.
Pro aliquo precati. Ouid. 1. Metam. 133.
Precari ad deos. Liu. 8. bel. Maced. 187. Quos adorent, ad quos precentur & supplicent, Ambracienses superesse.
Animo & voce precari. Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 6. 4.
Scientia peregrina & externa, mente domestica & ciuili deos precari. Cice. pro Corn. Balbo, 44. Tamen sacra pro ciuibus emem facere voluerunt, vt deos immortales scientia peregrina & externa, mente domestica & ciuili precaretur. De sacris Cereris.
Somis blandis precari. Ouid. 1. de Remedio amor. 67.
Voce grata precari. Senec. Agamem. 6. 17.
Voce timida precari. Ouid. epistol. 18. 11.
Vultu pro verbis precari, id est, signis & indiciis. Ouid. 2. Fast. 123.
Expetere de aliquo, optare, precari aliqua. Cic. in Pisonem, 36. Hæc ego semper de vobis expetiui, hæc optaui, hæc precatus sum.
Bono à quibus precamur, ab iis damnibus nolle sumere, stultitia est. Cicero 3. de Natu. deorum, 131.
Precari ab aliquo. Cicero de Amicitia, 51. Quàm multa enim quæ nostra causa nunq; faceremus, facimus causa amicorũ: precari amicis ab indigno, supplicare, tũ acerbius in aliquem inuehi inlectarique vehemẽtius.
Vt res aliqua fausté, fœlicitér, prospereque euenirét, precari. Cicero pro Murena, 1.
Veniam precari. Virgil. 3. Aeneid. 29.
Mortem precari, Optare. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 12.

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

Salutem, incolumitatem, & reditum precari. Cic. in Pisonem, 25. Vtrum tandem bono viro & sapienti optabilius putas, sic exire à patria, vt omnes sui ciues salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit: an, &c.
Precari alicui bonam vel malam fortunam. Quintil. in epistola ad Tryphonem, Eorum soluentibus bene precemur. Hora. 2. Serm. saty. 7. 8. Malitus & scurræ tibi non referenda precati Discedunt.
Dira precari alicui. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 4.
Mala precari alicui. Cic. in Pisonem, 33.
Malè precari alicui, Vide MALVS.
Execrari & malè precari. Cic. in Pisonem, 25. An quod tibi proficiscenti euenit, vt omnes execrarentur, malè precarentur, vnam tibi illam viá & perpetuam esse vellent?
¶ Tentare iterum precando. Virg. 4. Aeneid. 53.
Precans, Participium, (δεόμενος,) vt
Mitis precanti. Stat. 11. Thebaid. 38.
Dextra precans. Virgil. 12. Aeneid, 186.
Verba precantia. Ouid. 7. Metam. 120.
Precandus, Aliud participium, (δεητέος,) vt
Modestia precanda. Tacit. lib. 4.

Precandam posthæc modestiam, vt contentus esset.

Precatúrus, pe. pro (δεόμενος,) Similiter participiú. Oui. ad Liuiá, 39.
Larga precaturi sumite vina manu. Ouid. 1. Fast. 128.
Precatio, Verbale, (δέησις, ἱκεσία,) Plin. lib. 25. cap. 5. 11. Cum precatione soleant hoc & religiosius colligitur. Cic. pro Murena, 1. Quòd si illa solennis comitiorum precatio Consularibus auspiciis cõsecrata tantam habet in se vim & religionem, &c. Idem 2. de Nat. deor. 98. Itaque in ea dea, quòd est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio externa est. Liu. 1. bel. Maced. 16. Secundum rem diuinam precationemque, vt de Repub. deque prouinciis Senatum consulerent.
Vti noua precatione. Quintil. in Precam. lib. 4. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Precatione rem transigere. Liu.9.ab Vrbe,22.Quid enim aut sponsoribus in fidere opus esset,aut obsidibus,vbi precatione res transigitur?
Precátor,pen.prod.precatóris,(δεητής,ἱκέτης,) Aliud verbale,Qui pro altero intercedit,vel postulat. Terent.Heaut.5.2.23. Nemo accusat Syre te, nec tu aram tibi, neque precatorem pararis. Ibidem,49.
Miror non iussisse me arripi ad Menedemum hinc pergam.
Eum precatorem mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo. Idem Phorm. 1.2.90.
In me omnis spes est mihi. D. laudo. G. ad precatorem abeam credo, qui mihi sic oret,
Nunc omitte quæso hunc:cæterum posthac si quicquam,nihil precor.
Preci,preci,precem,preces:(δέησις,ἱκετεία,) Pluraliter preces, precum, précibus.Plinius lib.8.ca.16.7.Credit Libya intellectum peruenire ad eos precum. Quintil.lib. 3. cap. 10. Hac illi opus est occasione, ne cum talium precum pudeat.
Nollus locus preci.Terent.Phorm.3.3.14.
Sed parúmne est quód omnibus nunc nobis succenset senex,
Ni instigemus etiam vt nullus locus relinquatur preci? Idem And. 3.4.22.Nihil est preci loci relictum:iam perturbaui omnia.
Tempus aptum precibus.Ouid.2 de Ponto,eleg.2.14.
Preces & vota.Cic.pro Plancio,79. Eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens,Dyrrhachium,quod erat in fide mea, petere contendi.
Preces & gratulationes.Cic.6.Verr.84.In precibus & gratulationibus nõ solũ id venerari,verumetiã id osculari solent. De simulacro Herculis.
¶ Blandæ innenum preces.Horat.4.Carm.ode 1.2.
Docta prece blandus.Horat.2.epistol.1.28.
Exiguę preces. Ouid.1.de Arte,89.
Graues preces.Propert.lib.1.eleg.6.2.
Humiles preces.Claud.3.de raptu Proserp.59.
Infructuosæ preces,Vide INFRVCTVOSVS.
Irritæ preces,Vide IRRITVS.
Longæ preces.Brutus Ciceroni,13.3.Quare noli expectare longas preces,intuere meipsum,qui,&c.
Omnibus precibus aliquid petere,Vide OMNIS.
Pudicæ preces.Ouid.epistol.1.17.
Sacrificæ preces.Senec.Medea,2.8.
Spretæ preces.Ouid. 1.Metam.141.
¶ Accipere preces,Vide ACCIPIO
Accipere superbius alicuius preces.Tacit.lib.2.
Accurare preces,Vide ACCVRO.
Addere precibus lachrymas. Ouid.epistol.4.35.
Addere minas precibus.Ouid.1.Metam.80.
Adduci precibus, Vide ADDVCO.
Castis precibus adire templa.Senec.Hippol.2.5.
Adhibere preces,Vide ADHIBEO.
Admittere preces,Vide ADMITTO.
Admouere preces,Vide ADMOVEO.
Agitare animum precibus.Quintil. lib.4.cap.1.23.Cuius animus spe,metu,admonitione,precibus, vanitate denique, si id profuturum credimus,agitandus est. De iudice.
Sollicita prece ambire aliquem.Horat.1.Carm.ode 35.1.
Annuere precibus.Ouid.8.Metam.71.
Iustis precibus assentire.Ouid.3.Metam.82.
Audiere preces.Cic.in Pisonem,33.In quo dii immortales meas preces audiuerunt. Et Qu.fratri,lib.1.3.13.
Auersari preces.Vide AVERSOR.
Blandiri alicui precibus.Ouid.2.de Arte,106.
Vanæ preces sine carent. Ouid.3.de Ponto,eleg.7.1.
Cedere precibus alicuius,Vide CEDO.
Cogere aliquem prece.Horat.1.epistol.9.1.
Complecti preces.Ouid.10.Metam.96.
Atque inter mortisque metus,& tædia vitæ,
Est tales complexa preces:O si qua patetis,&c.
Concipere preces.Ouid.14.Metam.73.
Concipit illa preces,& verba precantia dicit.
Concipere preces per noua vota.Ouid.3.Amorum,eleg.6.9.
Caducas preces concipere.Ouid.1.Fast.37.
Consumptis precibus violentam transit in iram.Ouid.8.Metam.32.
Decurrere ad miseras preces Horat.3.Carm.ode 29.12.
Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate à via recta ostendimus oportere deduci.Author ad Herennium,lib.3.95.
Demittere se in preces humiles.Claud.3.de raptu Proserp.59.
Descendere ad preces.Seneca Hippol.5.16.
Descendere in preces.Virgil.5.Aeneid.157.
Despuere preces alicuius,Contemnere Catul.ad Licinium,47.4.
Hostili prece detestari aliquem.Ouid.15.Metam.101.
Dare preces.Valer.1.Argonaut.67. – date vina precesque.
Dare preces alicui.Quintil.lib.6.ca.1.21.Itaque Cicero quanquam preces non dat Miloni,cumque potius,&c.
Dare manus precibus.Ouid.3.Fast.138.
Erubescere preces,dicitur quem pudet precari.Claudian.1.de raptu Proserpinæ, 14.
Posce Iouem,dabitur coniux.Vix ille pepercit,
Erubuitque preces:animusque relanguit atrox.
Excipere preces blandas molliter.Ouid.1.de Arte,17.
Pacem precibus exposcere.Virg.3.Aeneid.53.
Fallere preces voce.Ouidius 5.Fast.136.
Et peragit solita fallere voce preces.
Fatigare aliquem prece.Horat.1.Carm.ode 2.6.
Ferre preces alicui,Precari aliquem.Virg.8.Aeneid.12.
Supplici prece flectere.Seneca Hercul.furen.7.10.
Flecti precibus.Virgil.2.Aeneid.138.
Frangi precibus.Ouid.epistol.1.18.
Fundere preces.Virgil.5.Aeneid.47. & lib.6.11.
Immiscere preces.Virgil.10.Aeneid.31.
– humanis quæ sit fiducia rebus
Admonet,immiscetque preces.
Impetrare precibus salutem alicui.Brutus Ciceroni,16.5.
Implorata prece Pollucis. Catull.ad Mallium,epigram.63.13.
Indulgere precibus,Vide INDVLGEO.
Solennes satis est voce mouere preces.Ouid.6.Fast.125.
Moueri prece.Ouid.epistol.7.1.
Obliquare preces,Est per ambages aliquid rogare, vt solent qui rem vel inhonestam,vel factu difficilem impetrare volunt.Stat.3. Thebai.76.
– sic variis pertentat pectora dictis,
Obliquatque preces.
In precibus non occurrit hominibus Iupiter.Cic.1. de Natu.deorum,53.
Nihil sentiens deus,qui nũquam nobis occurrit neque in precibus, neque in optatis, neque in votis.
Per precem orare. Plaut.Capt.5.50,Quod ante hac pro iure imperitabam meo,te oro nunc per precem.
Petere precibus.Cic.pro Sylla,41,At literæ sunt Fausti,per quas ille precibus à Sylla petit vt emat gladiatores.
Infimis precibus aliquid petere,vide INFERVS.
Tacita prece petere aliquid.Horat.1.epist.14.3.
Placare prece cælites.Senec.Agamemn.7.22.
Placare precibus diuinũ numẽ scelere violatum.Cic.pro Domo sua,108.
Emaci prece poscere aliquid.Pers.Saty.2.1.
Protequi aliquem prece.Horat.4.Carm.ode 5.7.
Repugnare precibus.Ouid.11.Metam.48.
Resistere precibus.Senec.Hippol.8.6,Tentata precibus restiti.
Retentare preces,Iterum precari.Ouid.14.Metam.76.
Sæpe retentatis precibus Titania frustra,
Non impune feres,ait.
Cum magna prece scribere.Cic.ad Atticum,lib.11. 23.2, Quintus non modò non cum magna prece ad me,sed acerbissimè scripsit.
Succumbere precibus.Ouid.epist.3.19.
Totus est in prece.Ouid.6.Fast.51.
Tentare precibus.Ouid.1.Amorum,eleg.3.3.
Tollere preces,Desinere precari.Ouid.3.Fast.40.
Vinci precibus.Senec.Hippol.2.32.
Vocare aliquem precibus.Virg. 7. Aeneid.27.
Iratis precibus vrgere.Horat.2.Serm.saty.6.6.
Prece vti. Cicero 1.de Inuent.32.Si prece & obseruatione humili ac supplici vtemur.
Precárius;Adiectiuũ,(δεητικός,) Est (vt ait Vlpianus de Verb. signif. L.Pratum)quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu, quandiu is qui concessit,patitur.
Anima precaria. Tacit. libro 1.Meque precariam animam inter infensos trahere.
Auxilium precarium,non iustum ferre.Liu. 8. ab Vrbe,Non noxę exemptus,sed noxę damnatus donatur Populo Rom. donatur Tribunitiæ potestati precarium non iustum auxilium ferenti.
Forma precaria,Vide FORMA.
Imperium precarium.Tacit.lib.17.Precarium seni imperium,& breui futurum.Curtius,Sed precarium spernebatur imperium.
Ius precarium.Tacit.de Germanis,Eoque vnus imperitat,nullis iam exceptionibus non precario iure parendi.
Libertas precaria.Liu.lib.9.belli Maced.
Opem orare precariam.Liuius 3.ab Vrbe.194.
Quæstus precarius.Cic.Octauiano,14.Cuius auus fuerit argẽtarius,astipulator pater,vterque verò precarium fecerit quæstum.
Salus precaria.Brutus ad Ciceronem.16.7.Nempe quia postulabat hæc, salutem abs se peti precariaminos,&c.
Vita precaria.Tacit.lib.20.
Precario,(τῷ δείματι,)nomen ipsa terminatione ablatiui,pro aduerbio accipitur.Paulus Iureconsul. Precario habere videtur, qui possessionem corporis vel iuris adeptus, ex hac solum modò causa,q̃ adhibuit

preces,& impetrauit,quod sibi possidere aut vti liceat veloti si me precario rogauerit per fundum meum ire,vel agere liceat: vel vt in rectiũ meum fullicidium,vel tignum in parietem immissum habeas.Pli. de Viris illust.7.2,Seruius Tullius quasi precario regnare cœpit: sed rectè imperium administrauit.Apud Curtium li.10,ait Alexander, Mori præstat,quàm precario Imperatorem esse.Plin.epist.150, Quibus ex causis precario studeo:studeo tamen.Plaut.Trucul.15.12, Quia nihil habeo,vnum animus monuit mihi,omnia agam precario. Terent.Eunucho,2.3.27,Hanc tu mihi vel vi,vel clàm,vel precario fac tradas. Cic. pro A.Cecin.67,Ne id quidẽ satis est,nisi docet ita se possedisse,vt nec vi,nec clàm,nec precario possederit. Idem 3.de Oratore,90,Etenim verecunda debet esse translatio,vt deducta esse in alienum locum,nõ irrisisse:atque vt precario,non vi venisse videatur.Tacit.in vita Agricolæ.Precario mox præfuit.
Precario rogare.Cic.7.Verr.48, Quo tempore in tanta inopia nauium, tantaque calamitate prouinciæ, etiam si precario essent rogandi, tamen ab his impetraretur.

Prehendo, prehendis,prehendi,prehensum,(λαμβάνομαι,πιάζω,) Plaut.Pseud.11.35,Callidũ, doctũ, qui qñ principũ prehẽderit porcorum demũ tibi. Cice.pro Quintio,14, Seruulum vnum quem iste prehenderat,abducit.Idem 1.de Legibus,91,Quid diuinum æternumque sit viderit,ipsumque ea moderantem & regentem penè prehendit.Et pro Cluentio,50.Ouid.de Medicam.faciei,19, Arcutisque rosæ quantum manus vna prehendat.Cic.ad Atticum, lib.12.40.2,Pro de C.Septimium, L.Statilium: denique nemo negabit se iuraturum quem rogaris. Cato cap.160,Arundinem prende tibi viridem, pedes IIII aut V longam.Et paulo pòst,Id manu prende dextera.Cic.1.Acad.58,Sed quum acceptum sam & approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus quę manu prenderentur:ex quo etiam nomen hoc duxerat.
Prehendere tribus digitis. Plinius lib.10.cap.17.16, Et orthopnoicis, quod ternis digitis prehenderit seminis, tantundem hyoscyami cum lacte atrimino.
Prehendere dexteram.Cic.1.de Diuinat.105,Quumque te tua patria vipulsum esse dixisses,prehendisse eum dextram tuam,& bono animo tetulisse esse.Cæsar 1.bel Gall.82,Cæsar eius dexteram prehendit: consolatus rogat,finem rogandi faciat.Ouid.7.Metam.18.
Manu prehendere aliquem.Cic.1.de Orat.123.
Fugientia prendere poma.Ouid.epist.17.37.
Stirpes tellus amplexa prehendit.Cic.in Arato,14.
Oras prendimus fugientis Italiæ.Virg.6 Aeneid.15.
Stylum prehendere.Cic.de Cla.Orat.47, Dein quum otiosus stylum prehenderat,motusque omnis animi,tanquam ventus hominem defecerat flaccescebat oratio.
Prendo amicos,supplico,ambio domos. Plin.epist.9.libro 7. Sic Terentius Phorm.4.3.15,Visum est mihi vt eius tentarem sententiam.
Prehendo hominem solum.Hic prehendo, significat Hominem accipio, colloqui cauta.
Prẽdendus,Participium.(λαφυσσόμενος,)Ouid.2.de Ponto,ele.6.3,Brachia da lassa potius prendenda natanti.
Prensus,sine Prehensus, Aliud participium.(λαφὼς,)Sene.Troade,12.9,Sic ille dextera prensus hostili puer ferox.
Prehensus manifesto furto. Gellius lib.11.cap.18, Nam furem quum manifesto furto prehensus esset, tum demum occidi permiserunt si aut quum faceret fortum nox esset, aut interdiu se telo quum comprehenderetur,defenderet.
Prehensus furti manifesti.Gellius lib.11.cap.18,Seruos item furti manifesti prehensos verberibus affici.
Corpora prensa manu.Virg.5.Aeneid.115.
Prensurus,pen.prod.(λαβεῖν,)Similiter participium.Ouid.epi.10.2, Incertum vigilans,an somno languida,moui
Thesea prensuras semisopita manus.
Prehensio,prehensas,prehensare:sicè Prensio, prensas, prensare, per syncopam, frequentatiuum. Liuius 3.ab Vrbe,52,Tum demum coactus cum multa indignitate prehensabat singulos. Ibidem, lib.1.207,His muliebribus instinctus furiis Tarquinius,circumire,& prehensare minorum maximè gentium patres admonere paterni beneficii.Sic lib.5.763,Aut supplex prehensaret homines.Cicero ad Atticum, lib.1.1.1, Prensar vnus P.Galba,sine fuco ac fallaciis more maiorum.In his prehensare est ambitiosè petere:quia pre studio, manus cuiusque suffragatoris prehendebatur à candidatis.
Manus prensare brachia.Horat.1.Serm.saty.9.13.
Gentes circumstantium prensare.Tacit.lib.1.
Prensant fastigia dexteris.Virg.2.Aeneid.89.
Prensare consilium. Liuius 2.bell.Pun.212, Ad consilium prensandum tempus opus esse.
¶ Prensare significat etiam id quod nos corpore prehendere dicimus, teste Budæo.
Initium prensandi.Cic.Attico,lib.1.1.2,Nos autem initium prensandi facere cogitabamus eo ipso tempore, quo tuum puerum cum his literis proficisci Cincius dicebat.
Prensans, Participium. Virgilius 4.Georgic.101. Prensantem nequicquam vmbras.
Tumules prensans.Ouid.13.Metam.85.
Lubrica prensantes effugit vmbra manus.Ouid.5.Fast.95.
Prensatio,Verbale. Cice.ad Atticum,lib.1.1.1, Fuit illius hæc præpropera prensatio.

Prelum, preli,(πιεστής,πιεστήριον,πιεστήρ,) Trabs est qua vua vel oliua premitur,authore Seruio,à premendo dictum. Virgil. 2.Georg.49,
– to spisso vimine quallos,
Colaque prelorum. & reliqua. Nostri hodie in torcularibus cochleis vtũtur,per quarum capreolatos anfractus tollitur, demittiturque prelum,aut suculæ,aut totæ versatione.Hæc Budæus. Columella lib.12. cap.19.3,Mustum quod defluxerit antè quàm per prelo eximatur,satis de lacu in vasa defrutaria deferemos.Mart.lib.1.110, Non hæc pelignis agitur vindemia prelis.
Prela,etiam dicuntur instrumenta pressoria, quibus pannarii, chartarii, & librorum impressores vtuntur. Plin.lib.13.cap.12.3, de chartis loquens,Premitur deinde prelis, & siccantur sole plagulę, atque inter se iunguntur. Hæc Budæus. Martial.lib.2.46,Sic tua suppositis prælucent prela,lacernis.

Premo, premis, pressi, pressum,(πιέζω, θλίβω,) premere,Calcare, & alicui rei inniti cum pondere: vt ait Nonius. Plautus Mostel.16.50,
– vt non istunc ego suis pro factis pessumis
Pessum premam. Idem Asin.13.30, Neque illæc vlli pede pedem homini premat.Virg.4.Georg.29,
– & spumantia cogere pressis
Mella fauis. Idem 10.Aeneid.100,
– & leuo pressit pede talia fatus,
Exanimum tapiens immania pondera baltei. Ibidem,lib.2.76,
– veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens. Plin.li.28.cap.2.14, Pollices,quum faucamus,premere etiam prouerbio iubemur. Colum. lib.12.cap.39.2,Prelo premere.
Arctè premere.Lucret.lib.4.217.
Premere & vrgere.Cic.1 de Lege agrar.10,Ne vrbem hanc vrbe alia premere,atque vrgere possitis.
Premo & defendo,contraria. Quintil.Ex aduerso vnum est quo defendimur,reliquum est quo premimur.
¶ Premere,Aduersari.Virg.10.Aeneid.75,
Numina nulla premunt,mortali vrgemur ab hoste
Mortales. Plaut.Amphit.15.20,
Fata istæc me premunt,pertolerarem vim tantam,cladesque Exantlarem impatibiles.
¶ Premere.Cincius in libro de Verbis priscis, ait significari idem quod Prohibere. At Cato lib.qui est de Re militari,pro Vitiare vsus est,qui ait, Quum magistratus nihil audeat imperare, nequid Consul auspicii premat.Festus.
¶ Premere,pro Instare, & dicendo immorari. Plin.epist.9.lib.3, Quum Castam accusarem,nihil magis pressi,quàm quòd accusator eius, præuaricationis crimine corruisset.
¶ Premere,Insequi,fugare.Virgil.1.Aeneid.95,Hac fugerent Graii, premeret Troiana iuuentus.
¶ Premere,pro Reprehendere,maledicere.Quintil.lib.12,de Cicerone Præcipuè verò pressérunt eum qui videri Atticorum imitatores concupiebant.Budęus.
¶ Pressa est insignis gloria facti,Id est author ignoratur, vt ait Budęus. Virg.12.Aeneid.65,
Quis tantum Rutulis laudem,cassíne,deúsne,
Attulerit,pressa est insignis gloria facti.
Premere aliquid in annum nonum vel decimum.Horat.de Arte,79,
– siquid tamen olim
Scripseris,in Metii descendat iudicis aures,
Et patris,& nostras,nonumque premator in annum.
Aliquem ab ędibus premere.Varro,Inuitamque pressit ab ædibus.
Aere alieno premi.Cice.ad Atticum, lib.7.123.8,Omnes qui ære alieno premantur. Idem in Catil.39,Qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamen experunt.
Alas premunt cantu plausoque galli.Cic.2.de Diuinat.85.
Facta premunt annos,Id est Superant.Ouid.7.Metam.90,
Si titulos,annosque tuos numerare velimus,
Facta prement annos. Id est plura erunt facta quàm anni, aut maiora quàm pro ætate.
Angustiis premi.Cęsar 3.bel.Gall.420, Quibus angustiis Cæsar à Venetis prematur,docet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arte sua premi. Ouid. 1. Trist. 90. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 2.
Arua alnina iugo premere. Virg. 10. Aeneid. 136.
Arua premere dicitur pelagus. Virg. 1. Aeneid. 50. Et mare proruptum, & pelago premit arua sonanti. Id est aquatum abundantia populatur & vastat. Seruius.
Bello premi. Cicero pro Lege Manil. 21, Testis est iterum, & sæpius Italia, quæ quum se in bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium obtenuit. Sic Cæsar 4. bel. Gall. 46.
Calcibus plaguis premitur, vt ingratæ. Virg. eclog. 1. 7.
Causam ipsa facie premi. Quintil. lib. 4. cap. 1. 29, Insinuatio surrepat animis, ne ipsa causæ non satis honesta est, vel quia res sit improba vel quia ab hominibus parum probetur: tunc si facie ipsa quoque premitur, vel inuidia, &c.
Causam premere testibus. Cic. pro Cluentio, 41, Denique hoc loco causa testibus honestissimis hominibus premebatur.
Certum ad retia premere. Virgil. 3. Georg. 83, Iugentem clamore premes ad retia cervum.
Collum liqueo premere. Horat. 1. epist. 17. 8.
Confessionem premere. Quintil. lib. 7. cap. 2. 20, Solebam & excerpere quid mihi cum aduersario conueniret, id modò id pro me erat: nec solum premere confessionem, sed partiendo multiplicare.
Corticem premere, Contundere, & succum ex cortice exprimere. Plin. li. 12. cap. 11. 3, Vnguentarii tantum cortices Arabicæ glandis premunt.
Crimen eleuare & Premere, contraria. Quintil. lib. 7. cap. 3, Ebrietas & ignorantia vetis qualitate crimen eleuant, ita in coniectura premunt.
Fronde crimen premere. Virg. 4. Aeneid. 50.
Cursum apri clamore premens. Virg. 1. Aeneid. 66.
Cursum ingenii premit hæc importuna clades ciuitatis. Cicero de Claris Orato. 180.
Deprec. in vite premere. Ouid. 1. Fast. 72.
Desyderio rerum omnium & loco premi. Cic. Atr. lib. 3. 63. 3.
Dolorem premere. Virgil. 1. Aeneid. 43, Spem vultu simulat; premit altum corde dolorem.
Doloribus premi. Cice. 2. Tuscul. 29, Quis autem non miser non modò tunc quum premetur summis doloribus, si in his est summum malum: sed etiam quum sciet id sibi posse euenire?
Famam alicuius premere. Tacit. lib. 15, Lucanum propriæ causæ accendebant, quòd famam carminum eius premebat Nero.
Fame premi & tempestate. Plin. lib. 37. cap. 8. 1, Quum diutius fame & tempestate pressi herbas radices, ne effoderent.
Lingua aspera premit fauces obstrictas. Virg. 3. Georg. 102.
Fauces deffensionis alicuius premere, per translationem, pro Corrumpere, & quasi singulare ac infirmare. Cic. 5. Ver. 151, Timarchides autem columen familiæ vestræ premit fauces defensionis tuæ.
Premi faucibus, Ita premi, vt elabendi locus nullus sit. Cicero pro Cluentio, 68, Illam conciliationem gratiæ Staleuus tum recenti re, quum faucibus premeretur, excogitauit.
Frigoribus premimur. Ouid. 2. de Arte, 64.
Gradum pressere attoniti. Valerius 2. Argon. 91. Hoc est repressere, aut.
Grana presserat ore. Ouid. 5. Metam. 108.
Hastâ aliquem premere. Virg. 2. Aeneid. 106.
Imperio ventos premere. Virg. 1. Aeneid. 11,
Luctantes ventos tempestatesque sonoras,
Imperio premit ac vinclis & carcere frænat. Ibidem, 14, Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.
Impetu hostium premi. Liu. 7. bel. Maced. 105, Et ex omnibus oppidis partibus, relictis suis quisque stationibus, in eum qui premebatur impetu hostium, locum concurrerunt.
Inopia premi. Columella lib. 5. cap. 11. 1.
Intuidia & odio premi. Cicero 1. de Orato. 116, Itaque quum & inuidia & odio populi tum Galba premeretur, his quoque cum tragœdiis liberatum ferebat.
Iras premere. Tacit. lib. 10, Cerialis à metu infamiæ, si licentia, lenitiaque imbuere militem crederetur, pressit iras.
Iras graues premere. Lucan. lib. 1. 105.
Paonia premunt te sulla parentis. Virg. 7. Aeneid. 73.
Luxuriem premere. Ouid. 14. Metam. 126,
Nec iaculo grauis est, sed alunca dextera falce.
Qua modò luxuriem premit, & spatiantia palmis
Brachia compescit.
Mammam premere. Plinius li. 11. cap. 40. 7, Primis genitis in quoque parte sues primas premunt mammas. Alia exemplaria habent Prebent.
Manu premere. Lucret. lib. 4. 125.
Necessitas te tanta premebat. Cic. pro Roscio Amer. 59.
Nec sinis ingenium nobilitate premi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 1.
Noste premi. Virg. 6. Aeneid. 166.
Obsidione premi. Ouid. 6. Fast. 74.
Vibem obsidione premebat. Virg. 8. Aeneid. 130.
Oppugnationibus premere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 31, Vno tempore obsidione & oppugnationibus eos premere cœpit.

Oculos premere. Virg. 9. Aeneid. 101,
–pressive oculos, aut vulnera laui Vestæ regent. Nonius.
Quies pressit oculos. Virg. 12. Aeneid. 183.
Odium premere. Plin. in Paneg. 106, Non iam dissimulandus est amor, ne noceat: non premendum odium, ne prosit.
Odio premi. Cic. Ante quàm iret in exil. 3, Non odio bonorum, sed inuidia premor malorum. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 19. 4, Quo quidem in iudicio odio premuntur omnium generum.
Onere premi, Vide ONVS.
Pedem premere, Figere. Liuius 8. ab Vrbe, 39, Si hastati profligare hostes non possent, pede pressio eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant.
Propositum premere, Non desistere ab incœpto, Ouid. 2. Metam. 21,
–dictis tamen ille repugnat. Propositumque premit.
Sedilia premere, Sedere. Ouid. 5. Metam. 64, Factaque de viuo pressere sedilia saxo. Idem de Medicam. faciei, 3.
Seruitio premere vrbem. Virg. 1. Aeneid. 18.
Seruitute premi. Cic. 4. Philipp. 154, Qui quum seruitute premeremur, & Iudex malum crescereet, præsidii nihil haberemus.
Silentia pressere. Sil. lib. 12. 129, Sic adeò orantes pressere silentia.
Sonus remorum premitur clamore, Id est præ clamore remorum sonus non auditur. Lucan. lib. 3. 109.
Sulcum premere dicitur carina. Virg. 10. Aeneid. 60,
–sulcumque sibi premat ipsa carina.
Tumentia premere, humilia extollere, luxuriantia astringere, inordinata digerere, soluta componere, exultantia coercere, &c. Quintilianus lib. 10. cap. 4.
Verbo premere. Cic. 1. Tuscul. 22, Quoniam me verbo premis, possum non ita dicta miseros esse, sed tantum miseros ob id ipsum quia id sunt.
Vestigia premere, pro Consultare, hinc pedem figere. Virgil. 6. Aeneid. 4.
–hic eliatus vestigia pressit. Poeticum est.
Vestigia premere, Proxime sequi. Tacit. lib. 2, Modò se patris patruique vestigia prementem, iisdem in terris victorem sisterent.
Virgulta per agros premere. Virg. 2. Georg. Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros. Alio hoc loco exponit Demetrius, infodere.
Vi premi. Lucret. lib. 6. 142.
Vitem premere falce. Horat. 1. Carm. ode 31. 2.
Vitio premi. Cf. 4. de Finib. 125, Hoc vno vitio maximè mihi premi videtur tui Stoici, quòd se posse putant duas contrarias sententias obtinere.
Vmbras premere falce, Id est relecare frondes, vel herbas, aut frutices vmbram facientes. Virg. 1. Georg. 32.
Vocem premere, Tacere. Virgil. 9. Aeneid. 65.
Pressus, ὑπόμαστος, ἀπόμαστος, Participium, siue Nomen ex participio. vt Pressus manu casseus. Colum. lib. 7. cap. 8. 6.
Humi pressus vtroque genu. Stat. 6. Thebaid. 130.
Grauis, aut soporis pressus. Ouid. 15. Metam. 5.
Mentem formidine pressus. Virg. 3. Aeneid. 10.
Bello iniquo pressus. Valer. 5. Argon. 111.
Pressus & Redundans, contraria. Cic. de Clar. Orat. 15, Asiatici Oratores non contemnendi quidem nec celeritate, nec copia, sed parum pressi & nimis redundantes.
Presla & tenuia. Quintil. lib. 10. cap. 1, Alii pressa demum & tenuia: atque quæ nimium ab vsu quotidiano recedant, sana & verè Attica putant.
Pressus ac lentus. Quintil. lib. 10. cap. 1, de Homero, Lætus ac pressus, iucundus & grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis.
Iliones presli detrectant iuga. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 3.
Clamor pressus subsistit. Ouid. 1. Metam. 42.
Coma presla sustinere galeam. Quint. epist. 3. 24.
Cubito presso remanere. Horat. 1. Carm. ode 27. 2.
Pressus cultus orationis. Quintil. lib. 4. cap. 2, Plurimum refert, quæ sit natura eius rei quæ exponimus. In parvis ergo, quales sunt fere priuatæ, sit ille pressus & velut applicitus rei cultus: in verbis summa diligentia.
Dolor pressus sub corde. Stat. 9. Thebaid. 165.
Plenum eloquentiæ genus, & Pressum: oratoria. Quintil. lib. 11. cap. 1, Ipsum eloquentiæ genus alios aliud decet: nam neque tam plenum & erectum & audax & præcultum lenibus conueniet, quàm pressum & mite & limatum.
Presso gradu incedere, hoc est firmo, nec tamen celeri: sed quo cautos incedere videmus. Liuius 3. bel. Pun. 76, Inde vbi in pirande iam pugnæ tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) presso gradu incedere iubet.
Pressus homo in explicanda re aliqua. Cice. in Hortensio, Quis se autem est, aut fuit vnquam in partiendis rebus, in deliniendis & explicandis sententiis pressior? Id est, contractior & breuior: vt presla oratio, in qua nihil redundat.
Lactis presli copia. Virg. eclog. 1. 17.
Mammis pressis manabunt flumina. Virg. 3. Georg. 62.
Pressis & flebilibus modis conciuere. Cic. 1. Tuscul. 170, Hæc quum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, concinuntur, difficile

tur, difficile est non eos qui inhumati sunt, miseros iudicare.
Pressa narratio. Quintil. lib. 9. cap. 4, Narratio fit tardiores, atque vt sic dixerim, modestiores desyderat pedes, & nominibus maximè mistos. Nam & verbis, vt sæpius pressa est, ita interim insurgit.
Pressa narrationis gracilitas. Quintil. lib. 4. cap. 3, Ne si pressæ illi narrationis gracilitati commissa argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi voluptatibus oratio refrigescat.
Oratio pressa, & In qua incit luxuries quædam, contraria. Cicero 2. de Orato. 64.
Ornatus pressus & seuerus. Quintil. lib. 8. cap. 3, Neque hoc eò pertinet, vt in iis nullus sit ornatus: sed vti prestior & seuerior, eò minus confessus, precipuè ad materiam accommodatus.
Os presso obmutuit. Virg. 6. Aeneid. 31.
Osculo presla iungere. Ouid. epist. 2. 19.
Ponere vestigia pressis signis. Lucret. lib. 5. 2.
Solo presso tenuit vestigia. Virg. 5. Aeneid. 67.
Sonus pressus. Cic. 2. de Nat. deorum, 223, Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus, & ea vocem immoderatè profusam fingit & terminat quę sonos vocis distinctos & pressos efficit.
Verba presla. Plin. epist. 29. lib. 2, Quem non potius dulcia hęc & sonantia, quàm austera & pressa delectent? Vbi interpres, pressa, id est astricta, remissa, rebus tamen minoribus apta.
Verbis aptus & pressus Thucydides. Cic. 2. de Orat. 30.
Vina pressa Torquato Consule. Horat. Epod. 13. 2.
Pressum vocat Ouidius, quod est quasi impressa nota signatum, lib. 6. Fast. 123,
(Certa fides facti est) dictus sceleratus ab illa
Vicus, & æterna res ea pressa nota est.
Pressus huius, pressus, (πιεστὸς,) Ipse premendi actus. Cice. 3. de Orat. 25, Nemo est quin literatissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipso oris pressu & sono facile vincat. Idem 2. Tusc. 94, Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: similimè animus intentione sua pressum depellit omnem pondus: remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere.
Pressura, pressure, penult. prod. (πιεστὸς,) Plin. lib. 18. cap. 31. 7, Pressura vna culeos xx implere debet. Columel. lib. 12. cap. 36, Mustum torde exprimitur.
Pressi. Aduerbium, (πιεστοῦ,) contrarium habet Abundanter. Quintil. lib. 8. cap. 3, Primum est, vt liqueat augere quod velimus, an minuere: concitatè dicere, an moderatè late, an seuerè: abundanter, an pressè: asperè, an leniter.
Pressè & angustè definire aliquid. Cice. in Orat. 63.
Pressè & æquabiliter loqui. Cic. 3. de Oratore, 26, Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non asperè, vt ille quem dixi: non vastè, non rusticè, non hiulcè, sed pressè & æquabiliter, & leniter.
Pressè & leniter loqui. Cice. 1. Offic. 185, In voce autem duo sequamur, vt clara sit, vt suauis: vtrunque omnino à natura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio pressè loquentium & leniter.
Pressius agere. Cic. 4. de Finib. 41, Sed vt propius ad ea Cato accedam, quæ à te dicta sunt, pressius agamus: eaque quæ modò dixisti, cum his conferamus, quę tuis antepono.
Presso, pressis, (πιέζειν,) premere, Frequentatiuum. Virg. eclog. 3. 18,
–frustra pressabimus vbera palmis. Plinius lib. 28. cap. 6. 5, In stomachi solutione pedes pressare, aut manus in feruentem aquam dimittere salutare est. Stat. 6. Thebaid. 57,
–pressatque rotas auriga natantes. Propertius lib. 3. eleg. 17. 4, Et noua pressantes inquiner vua pedes.
Ora dentibus pressare. Lucretius lib. 4. 223,
–iunguntque salinas
Oris & inspirant pressantes dentibus ora.
Parce pressare, Id est Vide ne premas. Plautus Persa, 9. 11, Vomica est, pressare parce.
Pressius, pen. prod. Participium. (πιεστὸς,) Plaut. Asin. 12. 71, Quin tradis hæc crumena pressatum herum?
Pressorius. Adiectiuum (πιεστικός,) vt Pressorium vas, in quo quid premitur. Colum. lib. 12. cap. 18, 2, Tum sacrificia Libero, Liberæque, & vasis pressorijs quàm sanctissimè castissimeque facienda.

Prendo, prendis, prendi, prensum, (πιάνω,) prendere, per syncopam dicitur pro Prehendere, Vide PREHENDO.

Presbyter, pen. prod. presbyteri, pen. corr. (πρεσβύτερος,) Latinè dicitur senior, ætate maior.

Prester, presteris, pen. prod. m. g. (πρηστὴς,) Serpentis venenati genus, qui alio nomine dicitur diplas. Plinius lib. 20. cap. 20. Sagittarum venena & serpentium hemorroidum & presterum restringi. Lucanus lib. 9. 145,
Oraque distendens auidus spumantia prester.

¶ Prester genus vorticis, quem typhon, id est vibratum ecnephias vocant. Idem ardentior accensiusque dum furit, prester vocatur, amburens contacta pariter & proterens, vt author est Plinius lib. 2. cap. 48. Sequenti autem capite tradit eum à fulmine differre, vt ignem à flamma. Meminit huius Lucretius lib. 6. 85, πρηστῆρας Graii, quos ab re nominarunt:
In mare qua milli veniant ratione superne. Et paulo post,
Et quasi demissum cælo prestera imitetur.
Hic vbi se in terras demisit dissoluitque,
Turbinis immanem vim prouomit atque procellæ.

Pretium, pretii, (τιμή,) 18. 46, Quod datur pro re empta. Plaut. Pœnul.
Isto pretio tuas nos facile feceris. Terent. Heaut. 1. 1. 12.
–agrum in his regionibus
Meliorem neque preti maioris nemo habet.
Pretium in libras sex. Sub. denariorum. Plin. lib. 12. cap. 24. 1. Quod genitium DENARIORVM subintelligêdus sit, manifestum est ex lib. 12. cap. 12. & 13.
Emitur X. LX, Id est denarijs LX. Et Pretium vuæ in libras X. & X. Vbi notabis per X literam, denarios significari.
Pretia eiâ XXXV, ad X. CCC. Plin. lib. 13. cap. 1. 11.
Pretium, Merces, præmium. Terent. And. 3. 5. 4, Ergo pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam auferet. Ibidem, 1. 1. 12, Quod habui summum pretium, persolui tibi. Plaut. Menæch. 21. 8, Hæc pretia sunt ignauiæ.
Pretium & merces. Cic. 7. Ver. 40, Pretio atque mercede minuisti maiestatem Reip. Ibidem, 5. 64, Merces operæ, pretiumque impudentiæ.
Mors pretium tardis. Ouid. 10. Metam. 114.
Deforme pretium moræ. Stat. 11. Thebaid. 16.
Iniquum pretium pietatis. Ouid. epist. 14. 16.
Pugnæ pretium, coniux. Ouid. 9. Metam. 16.
Sceleris pretium crux. Iuuen. Saty. 13. 11.
Copiosum pretium, Vide COPIA.
Grande pretium. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 13.
Immensum pretium, Vide IMMENSVS.
Leuius pretium. Ouid. 3. de Arte, 35.
Pretii magni homo, vel pretii parui. Terent. Adel. 5. 6. 4,
–Geta hominem maxumi
Pretii esse hodie te iudicaui animo meo. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 23, Noli spectare quanti homo sit: parui enim pretii est, qui id nihil sit.
Maximo pretio, Vide MAGNVS.
Minimi pretii, Vide Minor in PARVVS.
Par pretium, Vide PAR. Senec. Thyeste, 6. 8.
Pretium non vile. Martial. lib. 1. 72, ad Flaccum, O mihi curarum pretiũ non vile mearum.
¶ Pretium, pro Periculo, nonnulli interpretantur, teste Donato Terent. in Prologo Hecyræ, 57,
Mea causa causam hanc accipite, & date silentium,
Vt libeat scribere aliis, mihique vt discere
Nouas expediat posthac, pretio emptas meo.
¶ Abiit pretium, Vide ABEO.
Accendere pretium rei alicuius, Vide ACCENDO.
Adduci pretio. Cic. pro Cicenna, 11.
Addicere pretio, Vide ADDICO.
Aequare pretium, Vide AEQVO.
Aestimare pretium, Vide AESTIMO.
Amplificare pretium, Vide AMPLIFICO.
Antecedere pretio, Vide ANTECEDO.
Auellere pretium antè, quàm mercem ostendere. Horat. 1. Ser. saty. 2. 21,
–an tibi mauis
Insidias fieri, pretiumque auellier antè,
Quam mercem ostendi?
Augere pretium, Vide AVGEO.
Nefandum pretium augere. Claud. 1. in Eutropium, 10.
Capi pretio. Tibull. lib. 3. eleg. 1. 2,
–pretio capiuntur auaræ.
Coemere pretio. Cic. 2. de Lege agrar. 71, Hic ager omnis quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.
Componere pretio, Vide COMPONO.
Concedere partem pretii, Vide CONCEDO.
Constituere certum pretium. Cic. ad Atticum, lib. 14. 309. 1.
Corrumpere pretio, Vide CORRVMPO.
Deduci à recta via nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate oportet. Author ad Herennium, lib. 3. 95.
Dicere pretium muneri. Horat. 4. Carm. ode 8. 3. Id est, ostendere quàm pretiosum sit munus. Porphyr.
Dare pretium. Cic. pro Fonteio, 6, Falsum est, & ob vacationem pretium datum, quum immunis nemo fuerit. Idem pro Rosc. Amer. 45, Quomodo persuasit? pretium dedit: cui dedit?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pretio & mercede duci ad aliquid faciendum.Cic.1.Offic.29.
Emere aliquid pretio.Propert.lib.3.eleg.16.5.
Magno pretio empitus, Vide MEVS.
Pretium facere alicui rei, pro Imponere & ſtatuere.Plin.lib.9.cap.35.21, Quibus eadem mater luxuria paria penè etiam margaritis pretia fecit.
Facere finem pretio difficile eſt, niſi libidini fecerit. Cic.6. Ver.12.
Flagitare pretium.Tibull.lib.1.eleg.4.3.
Annona pretium, niſi in calamitate fructuum, non habet.Cic.5.Ver.195.
Licent pretia prædorum.Cic.pro Q.Roſcio,19.
Impendere pretium, Vide Impenſus in IMPENDO.
Imponere pretium, Vide IMPONO.
Inficiari pretium.Ouid.11.Metam.42.
Largiri pretium alicui.Ouid.ad Piſonem,25.
Mercari pretio.Cic.4 Verr.85, Ab iſto & præco qui voluit, iſtum ordinem pretio mercatus eſt. Vide MERCOR.
Mercari aliquid tanto pretio.Cic.pro Sext.Roſcio,74.
Mercari minori pretio, Vide MERCOR.
Metiri pretio, Aeſtimare pretio.Iouen.Saty.9.8, –quanto
Metiris pretio, quod in tibi deditus eſſem,
Denotuque clienis, vxor tua virgo maneret?
Pactum pretium.Cic.3.Offic.145, Vt ſi prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris.
Parcere pretio, Vide PARCO.
Perimere pretium alicuius rei. Cicero Attico, libro 12.epiſt.1. Nec tamen iſta pretia horrorum pertimuerim nec mihi iam argento, nec veſte opus eſt.
Poſcere pretium. Ouid.1.Amor.eleg.10.13, Non dare, ſed pretium poſci dedignor, & odi.
Vrbem exiguum pretio poſuit.Virg.4.Aeneid.43.
Proſtare pretio.Ouid.1.Amor.eleg.10.4.
Redimere pretio.Virg.9.Aeneid.43.
Sarcire pretium.Claud.2.in Eutropium,118.
Pretium ſtatuere arti ſuæ Terentius in Prologo Hecyr.5.43, Si nunquam auarè ſtatui pretium arti meæ.
Magno pretio ſtare.Horat.1.Serm.ſaty.2.25.Stare, Conſtare.
Edicta pretio. Vide IN prepoſitionem.
Io pretio pretium nunc eſt.Ouid.1.Faſt.44.
Pretium eſt.Plin.lib.12.cap.18.5, Corticis ad medicamenta pretium eſt. Id eſt, valet cortex ad medicamenta, & eſt in pretio. Idem libro 12.cap.19.2, Caſiæ corticem contra atque in cinnamomo leuari, & exinanire, pretium eſt.
Vendere aliquid paruo pretio Cic.6.Verr.18.
¶ Pretium, pro Opere pretium.Tacit.lib.1. Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn.Piſonis & Aiacii Galli ſuper eo negotio diuerſas ſententias noſcere. Idem lib.1, Germanico pretium fuit conuertere agmen.
Pretium operæ, & Pretium curæ, adnotatu digno locutiones. Poſterior apud Plinium epiſt.159.lib.8, ad Montanum. Poſtea mihi viſum eſt pretium curæ, ipſum Senatuſconſulti quærere. Inuenitam copioſum, &c.
Operæ pretium. Iuuen.Saty.9.3,
–at mihi nullum
Inde operæ pretium, Vide OPERA.
Exitus pretium. Tacit.lib.20, Neque aliud pretium exitus, quàm fides fumaque.
Conſcientiæ pretium.Tacit.in vita Agricolæ, Bono tantùm conſcientiæ pretio ducebantur.
Pretioſus, pen.pro Adiectiuum, (τίμιος, τιμάνης, ἄξιος,) Quod eſt multi pretii.Plautus Bacch.1.41, Iniquidem tibi dabo hanc operam. Parui mium pretioſa operatur es. Idem Epid.3.17, Sed operam Epidici nunc me emere pretio pretioſo velim.
Pretioſum & Vile, contraria. Cic.lib.3.Offic.119. Querit ſi in mari iactura faciendæ ſit, equine pretioſi potius iacturam faciat, an ſerui vilis.
Aera pretioſa Corinthi.Seneca Medea,10.22.
Dona pretioſa Senecæ Medea,10.22.
Emptor pretioſus, Sumptuoſus, qui magno pretio aliquid emit.Horat.3. Carm.ode 6.7,
Seu nauis Hiſpanæ magiſter
Dedecorum pretioſus emptor.
Ingenium quondam fuerat pretioſius auro.Ouid.3.Amor.eleg.7.1.
Pretioſo lutco veſtes.Plin.lib.12.cap.10.2.
Loca pretioſa metallo.Ouid.3.de Ponto,eleg.8.1.
Nox pretioſa, Quæ emitur pretio.Propert.lib.3.eleg.13.1.
Pretioſum ſapor.Columella lib.1.cap.7.1, Sint pretioſi ſaporis, velut amiraei. vel certè noua procul ab eo guſtu. Ibidem,cap.2.11, Pretioſi guſtus apianæ.
Texta pretioſa.Ouid.epiſt.16.45.
Veſtis pretioſa.Lucan.lib.1.78.
Veſtimenta pretioſa.Horat.1.epiſt.19.7.
¶ Pretioſior.Ouid.1.Metam.24,
–ſubiitque argentea proles
Auro deterior, ſuluo pretioſior ere.
Pretioſe, pen.prod.(τιμίως,) Delicatè, eleganter. Cic.2.de Inuent.201, Vaſa magnifica, & pretioſè celata. Et apud Gellium lib.5.cap.5, Pretioſè armatum exercitum.
PRIAMVS, penultima correp.(πρίαμος,) fuit Laomedontis Troiani regis filius, ſic παρὰ τοῦ πρίαμαι ennio, dictus, authore Seruio. Na puer ab Hercule captus cũ Heſiona ſorore ſolus pecunia redimi potuit. Eſt à Ioue originem traxiſſe ferunt. Dardanus filius fuit Iouis Ex electra, cuius filius fuit Erichthonius. Hic filiũ habuit Troem, qui regionũ quę à Dardano Dardania dicebatur, Troiam à ſe dixit. Huius filii fuerunt Aſſaracus, & Ilus, qui vrbem ipſam Ilion à ſe vocauit. Hic filium habuit Laomedontem, qui pater fuit Priami at Priamus ipſe patre ab Hercule interfecto, & auro redemptus, Ilion reformauit & exornauit. Habuitque teſte Cicerone 1.Tuſculan.132, filios quinquaginta: quorum decem & ſeptem ex iuſta vxore ſunt nati. At verò ex altero lacete Aſſaracus Capyn genuit, ex quo Anchiſes, & ex illo Aeneas. Quam ſanè genealogiam Ouidius lib.4. Faſtorum pulcherrimè expreſſit, his verbis,
Dardanum Electra quis neſcit Atlantide natum?
Scilicet Electram concubuiſſe Iouì?
Huius Erichthonius: Tros eſt generatus ab illoc
Aſſaracum creat, hic Aſſaracusque Capyn.
Proximus Anchiſes: cum quo commune parentis
Non dedignata eſt nomen habere Venus.
Hinc ſatus Aeneas, &c.
Priamum tota progenie orbatum, quum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit.Cic.1.Tuſcul.133.
Regna Priami.Virgil.2.Aeneid.5.
Dux Priamus.Horat.1.Carm.ode 10.3.
Priameius, Adiectiuum quinque ſyllabarum.(πριαμήϊος,) Virg.7.Aeneid.51, Scepira Priameia.
Coniux Priameia, Hecuba Ouid.13.Metam.81.
Priamides, pe.cor.(πριαμίδης,) Patronymicũ maſc.Virg.6.Aeneid.494. Atque hic Priamides laniatum corpore toto
Deiphobum vidit.
PRIAPVS, pen.prod.(πρίαπος, φαλλός,)(inquit Seruius) Dionyſi ac Veneris filius, deus Lampſacenus Helleſponti, qui hortos tuetur. Is ob membri virilis magnitudinem immoderatam ex Helleſponto primùm eiectus, deinde pro deo habitus eſt. Vade Virgilius lib.4.Georgic.135, Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. Aſſerunt etiam nonnulli priſcos illos quum vellent hominum pudenda occultius nominare, priapum dixiſſe. Author Diodorus lib.5.
At rubor hortorum deus, & tutela Priapus.Ouid.1.Faſt.83.
¶ Eſt & Priapus, Helleſponti vrbs, teſte Plinio lib.5. cap.32. à Priapo ſuperiore, Liberi & Veneris filio conditat: cœpitus eſt enim ibi coli obuinea hubertrima, quæ iuxta in Pariana & Lampſacena regione ſunt, authore Strabone.

Pridem, Aduerbium, (πάλαι,) Quaſi prius diende longiori tempore, dicitur, decem aut viginti dierum, aut menſis, menſiumve, & nonnunquam annorum pro conditione materię, inquit Valla.Plin.lib.17.cap.16.9, Ipſi nos pridem vidimus eadem ferè omnia præter puberitatem in filio Cornelii Tacit, Equitis Romani. Plautus Pſeud.5.1.67, Non edepol habeo profectò inam eam pridem vendidi. Apuleius, Quod pridem Plato affirmauerat. Cicero Seſtio, lib.5.6.4, Quòd ad me pridem ſcripſeras.
Quàm pridem hoc nomen Fanni in aduerſaria retuliſti? Cicero pro Q.Roſcio,4.
Non pridem. Terent.Heaut.2.1.17, Hoc ego mali non pridem inuenit neque etiandum ſcit pater. Plin.lib.5, Medica non pridem venit in Italiam. Vide NON aduerbium.
Non ita pridem. Cicero in Bruto,20, de Themiſtocle loquens, Fuit enim regnante iam Græci, noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. Id eſt, Non multo ante id tempus, Inquit Budęus. Horat.in Arte,62.

Pridie, Aduerbium. (τῇ προτεραίᾳ,) Id eſt priori ſiue præcedenti die. Plaut.Sticho,3.65, Qui poteſt mulieres vitare, vitet vt quotidie
Pridie caueat, ne faciat quod ſe pigeat poſtridie. Idem Pœnul.7.23, –ſed ſi properabas, magis
Pridie nos te aduocatos huc duxiſſe oportuit. Cato de Re ruſtica, Siquem purgare voles, pridie ne comet.Cic.Attico,lib.12.epiſt.10, De Terentia autem ſcripſi ad te eis literis quas dederam pridie.
Pridie & Poſtridie, contraria. Cice.7.Philipp.125, Cui quum pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem paci deuolutus. Plaut.Sticho,3.65.
Vſque ad pridie Calendas.Cice.ad Atticum,lib.2.epiſt.6, Ibi eſſe vſque ad pridie Cal.Maias volo.
A pridie Idus, Septembres gignitur.Plin.li.11.ca.16.1. Vide A prepoſitio.
¶ Pridie

¶ Pridie, cum genitiuo.Cicero ad Lentulum,lib.1.epiſt.1, Ad XVI Cal.Februarii, cum in Senatu pulcherrimè ſtaremus, quòd iam illam ſententiam ſibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.
Pridie eius diei venit.Cic.Attico,lib.11.epiſt.9.1.
¶ Accuſatiuo etiam iungitur. Cic.Appio,lib.3.epiſt.1, Pridie Nonas Iunias quum eſſem Brundeuſii. Idem Attico, Pridie Compitalia memento.
Pridie quàm. Plaut.Milite,14.90,
Poſtriduo natus ſum ego mulier, quàm Iuppiter ex Ope natus eſt.
PRA. Si hic pridie foret, quàm ille eſt, hic regnum haberet in cælo. Liu. 2.ab Vrbe,17, Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficiſcerentur, & cœnatum fortè apud Vitellios eſſet, coniuratique ibi remotis arbitris multa inter ſe de nouo (vt fit) conſilio egiſſent, ſermonem eorum ex ſeruis vnus excepit, qui iam antea id ſenſerat agi. Suet. in Cęſare, cap.87, Et pridie quàm occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam apud M.Lepidum quiſnam eſſet finis vitę commodiſſimus, repentinum inopinatumque prętulerat. Cicero de Amicitia.11, Pridie quàm excesſit è vita. Idem ad Leotulam.lib.1.epiſt.12. De his rebus pridie quàm hęc ſcripſi, Senatus authoritas grauiſſima interceſſerat. Sic ad Atticum,lib.5.epiſt.8.6. Et Cato cap.113, Hoc facito pridie quàm vinum infundere voles.
Pridiânus, pen.prod.(πρωϊνός,) Adiectiuum, pro Heſterno. Tranquil. in Caligula,cap.18, Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere. Hæc Budæus. Plin.lib.28.cap.19.3, Cauentur pridiana balinea. Vide Vallam libro 2.
PRIENE, pen.prod.(πριήνη) Ioniæ vrbs, Biante alumno nobilis: qui patria aliquãdo ab hoſtibus capta, quum reliqui omnes fugientes, quidpiam rerum ſuarum aſportaſſent, interrogatus ipſe cur adeò nil efferret, Omnia (inquit) mea mecũ fero. ſummas diuitias in animo ſtatuens. Meminit huius Cicero in Paradoxis. Priſcianus in Perihegeſi,
Per quas Mæander pinguis deſcendit in æquor,
Inter Miletum currens, latamque Prienem. Hinc
Prienęus, pen.prod. Adiectiuum. (πριηνεύς,) Sidonius 1.Panegyr. Prienee Bia, quòd plus tibi turba malorum eſt.

Primarius, Primates, Primitiæ, Primipilus,

Vide PRIMVS,

Primus, Adiectiuum, (πρῶτος, πρόμος, πρώτιστος) Quandoque ad numerum, ſeu ordinem refertur. Terent.Phorm.2.3.47, At si talentũm rem reliquiſſet decem.
D. Di tibi malefaciant. P. primus eſſes memoriter
Progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferés. Idem Adel. 5.9.18, –& quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc. Hoc eſt, ipſa prima dedit mammam. Plaut.Bacchid.8.18,
Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiam
Digitum longè à pedagogo pedem vt efferres ex ædibus. Terent. Adelph.4.2.8, Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia.
Extremi primorum. Horat.2.epiſt.2.41,
Viribus, ingenio, ſpecie, virtute, loco, re
Extremi primorum, extremis vſque priores.
Primus ante omnes. Virg.2.Aeneid.8.
Primus ad extremum ſimilis ſibi. Horatius in Arte,52, de pede Iambo.
Decem primi viri. Cic.pro Sex.Roſc.Amer.14, Itaque Decurionum decretum ſtatim fit, vt Decemprimi proficiſcantur ad L.Syllam.
Prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. Cicero Appio, lib.3.8.2.
Primæ & poſteriores ſententiæ. Plancus Ciceroni, lib.10.11.2, Primæque ſententiæ infinitis cum muneribus poſteriores ad tempus arbitrium que amicorum meorum compoſitę.
¶ Primus, de duobus.Cic.2.de Inuent.129, Quo pacto tractari conueniret argumentationes, in libro primo non ſudiligenter expoſitum eſt. Primus & alter libellus. Cicero 4.Verr.132, Recita mihi quæſo hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleii.
¶ Primus, Princeps. Virgil.1.Aeneid.6, Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.
Ciuitatis primus Dyrrachinus. Cic.5.Verr.110.
Genere & nobilitate ſui municipii facilè primus. Cicero pro Roſcio Amerino,9.
¶ Primus, Optimus. Virg. –primos iuuenum tot miſerit Orco. Teren. Adelph.5.4.4,
Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apporter noui,
Aliquid moneat vt illa quę te ſcire credas, neſcias.
Et quę tibi putaris prima, in experiundo repudies. Vbi Donatus, Prima, ante alia eligenda, quę & primo loco ponenda, ac per hoc optima. Idem Eunucho,5.9.51,
–preterea hoc etiam quod ego vel primum puto,
Accipit hominem nemo melius prorſus, neque prolixius. Saluſtius in Catil. Cui quum ad Occaſum ab Ortu Solis omnia domita armis parerent, domi otium atque diuitiæ, quę prima mortales putant aſſuerent, &c. Cato cap.1.3, Prædium quod primum ſiet, ſi me rogabis, ſic dicam, &c.
Prima & ſumma, habentur vtilia. Cice.3.Offic.138, Sed quia nuſquam poſſimus, niſi in laude, decore, honeſtate, vtilia reperire: ipſa propterea illa prima & ſumma habemus.
Homo primus. Cicero 6.Verr.13, A Liſone verò Lilybitano primo homine, apud quem diuerſatus es, Apollinis ſignum ablatum certè eſſe non oportuit.
Primus apud te eſt. Terent.Eunucho,1.2.10,
Saoè quia verò hę mihi patent ſemper fores,
Aut quia ſum apud te primus. Hoc eſt, Supra alios amas me. Ibidem,1.2.17, Eſt genus hominum qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec ſunt.
Primam dices, ſcio, ſi videris: Hoc eſt, pulchriorem cęteris omnibus. Terent.Eunucho,3.5.10,
–quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho, Quiſ ipſum me noris quàm elegans formarum ſpectator ſiem? In hac commotus ſum. A. Ain' tu? C. primam dices ſcio, ſi videris.
Laus prima illa eſt. Plinius libro 12.cap.13.2. Laus prima candidiſſimis ſpagnis atque altiſſimis, ſecunda rutilis, nulla nigris. Id eſt, pluris æſtimantur.
Honos primus virtutis. Horat.1.Serm.ſaty.6.17.
¶ Primus de. Cic.ad Q.fratrem, lib.2.5.5, Poſtea Racilius de priuatis me primum ſententiam rogauit.
Primus ex. Cice.4.de Finib.28, Primiſque ex omnibus philoſophis natura tributum eſſe docuerunt, vt hi qui procreati eſſent, à procreatoribus amarentur.
¶ Prima, plurali numero, pro principiis. Liu.lib.8, Quod bellum ſi prima fatis proſpera fuiſſent, haud dubiè peruenſſet ad Romanos. Curtius lib.4, Adeoque aciem verſatilem poſuit, vt qui vltimi ſtabant, ne circumirentur, verti tamen, & frontem circumagi poſſent. Itaque non prima quàm latera, non latera, munitiora fuere quàm terga.
Prima conſiliorum, Hoc eſt prima conſilia. Tacit.lib.18, Quoniam prima conſiliorum fruſtra ceciderunt.
¶ Primus, dicitur aliquando pro eo ante quem nullus eſt. Virgi.1.eclog. 9, Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Saluſt. in Iugurtha, Adhoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, & minimum ipſe de ſe loqui.
¶ Primo acceſſu. Liu.8.bel.Pun.138, M.Attilium captum in Africa commemorat, tanquam M.Attilius primo acceſſu ad Africam offenderit.
Aditus primi difficiles. Horat.1.Serm.ſaty.9.12.
Prima adoleſcentia, Vide ADOLEO.
Primo ſtatim aduentu. Liu.4.ab Vrbe,230, Impigre primo ſtatim aduentu deiectis qui in præſidio erant, arcem recepit. Idem 1.bell.Pun.11, Miſſus Annibal in Hiſpaniam primo ſtatim aduentu omnem exercitum in ſe conuertit.
Aetas prima incœperat. Virg.3.Aeneid.2.
Aetas prima. Virg.2.Georg.73.
Anni primi. Virg.2.Aeneid.13.
Annus primus. Cice.3.de Orato.5, Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium, conceſſu ad ſummam authoritatem dabat.
Aſpectu primo. Liu.5.bel.Maced.37, Nihil primo aſpectu contemptius, equi homineſque paululi & graciles.
Aſpectu primo obſtupuit. Virg.1.Aeneid.124.
Barba prima. Senec.Hippol.5.12.
Corpora prima, & ſemina rerum vocat Lucretius elementa, libro 1.11.
Primo quoque die. Colum.lib.8.ca.5, Transferri, ſed primo quoque die. Pompeius ad L.Domitiũ, Vt primo quoque die Luceriam aduenires.
Primo diluculo, apud Suetonium in Vitellio, cap.15.
Prima ab infantia. Tacit.lib.1.
Prima facie. Caius in L.Aliquando.ff.ad 5.c. Velle iaunum. Quod tum accidit, quum prima facie quidem alienam, reuera autem, &c.
Primo introitu. Plin.lib.12.ca.8.2, Odore equos inuitante qui penè equitatu orbauit Alexandrum primo introitu.
Prima iuuenta. Plin.lib.10.cap.55.1, Iulia Auguſta prima ſua iuuenta Tiberio Cęſare ex Nerone grauida, quum parem virilem ſexum admodum cuperet, &c.
Labes prima mali. Virg.2.Aeneid.20.
Primis labris aliquid guſtare. Cic.1.de Nat.deor.30, Hunc cenſes primis, vt dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam, id eſt naturę rationę, qui quicquam quod ortum ſit, putet ęternum eſſe poſſe? Primis labris guſtare, Eſt (inquit Eraſmus) breuiter quippiam attingere, ductum ab iis qui cibum aut potum tenuiter prægustant, nihil inde in ſtomachum transmittentes.
Prima lux, pro Summo diluculo. Suet.in Octauio Auguſto,cap.78, Si interruptum ſomnum recuperare (vt euenit) non poſſet, lectoribus aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

fabularum ioca accersitis, resumebat, producebatque vitra primam sepe lucem. Sulpitius Ciceroni, lib.4.12.5, Eò sum profectus prima luce. Sic Cic. Attico, lib.4, 7.8. Cæsar 1.bel.Gall.86. Et Liu.9.ab Vrbe, 100. Tacit.lib.19.

A prima luce, Vide A præpositionem.

Primo mane cum familia prodeundum est. Colum.lib.12.cap.1.3.dicitur & Summo mane.

Prima quaque occasione. Plin. Iunior, Proinde prima quaque occasione mitte.

Primo progressu. Cic.4.Acad.163, Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videre ne contra vos tota nata sit, quæ primo progressu festinò tradit elementa loquendi.

Prima specie, Idem. Liu.5.bell Macedo.126, Consilia callida & audacia prima specie læta, tractatu dura, eventu tristia esse. Cic.4.de Finib.93, Nonnulli viderentur his quæ prima specie admirationem, re explicata risum mouerent.

Primo quoque tempore, Idem. Statim, siue quum dabitur occasio. Liuius ab Vrbe cond. Vt primo quoque tempore in Italiam transgressus impugnaret se Hannibal. Ibidem, Primo quoque tempore redire in Hispaniam iussit. Ibidem, Decreuerant vt primo quoque tempore de ea re ad populum referretur. Sic lib.2.203.& lib.3.170. Cic.6.Verr.51, Primo quoque tempore afferretur. Idem Attico, lib.8.159.3, Omnes copias primo quoque tempore in vnum locum conuenire. Cæsar 6.bell. Gall.13, Cupiebat Cæsar si qua conditione posset, aduersarios in æquò locum deducere, & primo quoque tempore de bello decernere.

Primis tenebris mouit. Hoc est cœpta nocte. Liu.1.bel Mace.

Prima vespera. Sueto.in Tiber. Cæsare, cap.74, Ac Misenì cinis è fauilla & carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus, extinctus, & iandiu frigidus exanlit repente: prima vespera, atque in multam noctem pertinaciter luxit. Liu.lib.4.bel Macedo. Tabellis conferptas celebertimo loco supra sedem quotidianam magistratuì prima vespera suspendit.

Primo vespere. Tacit.lib.1, Primo vespere vt lumina in castris hostium conspexere, &c.

¶ Primas aduentu. Plin.lib.11.cap.14, ad finem, de variis maiorum generibus, Dacis fermè vilissimis nomen, quanquam primas aduentu, decerpique properantibus.

¶ A primo, pro Ab initio. Cic. Attico, lib.8.155.3, Hoc à primo cogitauit, omnes terras, omnia maria mouere. De Pompeio. Eidem, li.9.173.11, Tuas nunc epistolas à primo lego. Idem lib.16.334.6, Vtinam à primo ita tibi esset visum. Terent. Phorm.4.3.37, A primo homo insa nibat. Vide A præpositionem.

A primo, deinde, post. Cic. in Orato.14, In illa pro Ctesiphonte oratione longè optima, summissius à primo: deinde dum de legibus disputat, pressius: post sensim incedens, iudices vt vidit ardentes, in reliquis exultauit audacius.

A primo lucis, Vide A præpositionem.

In primo viger, tacet in extremo. Cic. in Orat.125.

Cum primis, Vide C V M præpositionem.

Cum primis domi fœ locuples & honestus homo Sopater. Cl.4.Ver.47.

Sapiens cum primis nostræ ciuitatis homo. Cic.2.de Orat.123.

In primis, Vide I N præpositionem.

Clarum & ornatum in primis Siciliæ oppidum Himera. Cic.4.Verr.60.

Homo in primis improbissimus. Cic.5.Verr.55.

In primis splendidus Minutius Eques Romanus. Cic.4.Verr.48.

¶ Primas dare alicui, Suaboudi partes. Vide O O. Item Primas ferre, aut tenere. Et Primas ferre alicui. Cic.8.Philippi.143, Pater tuus, quo verbar sene authore adolescès, homo senatus & prudens, primas omnium ciuium P. Naticæ, qui Tiberium Gracchum interfecit, dare solebat. Idem de Claris Orat.95, Ex his Cotta & Sulpitius, cum meo iudicio, tum omnium facilè primas tulerunt. id est sapientissimi & doctissimi habiti sunt. Ibidem, 151, Erat excellens iudicio vulgi, & facilè primas tenebat adolescens. Idem in Oratore, Cui primę sine controuersia deferebantur.

Agere primas, Vide A G O.

Agebat primas in causis Hortensius. Cic. de Cla. Orat.171.

Concedere alicui primas, Vide C O N C E D O.

Concedere ingenio primas. Cic.2.de Orat.81.

Primas deferre alicui, Palmam & primum locum tribuere. Cic. ad Atticũ, lib.1.12.6, Amoris erga me, quum à fraterno amore domesticoque discessi, tibi primas defero. Id est, post eos ille es quem magis amem.

Primatum partium esse, Vide P A R S.

Primum. Aduerbium, (πρῶτον, πρῶτα, πρῶτα, πρωΐ, πρωΐζα,) ferè sequitur Præterea, vel Deinde. Terent. Adelph.4.2.1,

Næ ego homo sum infelix! primum fratrem nusquam inuenio gẽtiũ.
Præterea autem dum illum quæro, à villa mercenarium
Vidi. Idem in Prologo Heaut.3, Id primum dicam: deinde quod veni, eloquar. Plaut. Rud.50.28,
Nummi octingenti auri in marsupio primùm insuerunt,
Præterea centum minæ philippicæ. Cic.1.Verr.30, Primum ab diis immortalibus quos sperare mihi videor, hoc idem Iudices peto, &c. Et paulò pòst, Deinde, si plures improbi fuerint, &c.

Nunc primùm, Vide N V N C.

Primùm deinde. Quintil.lib.11.cap.1, Duo tamen quæ sola supererant, diuini Cicero seruauit: primùm ne oblitus iceretur reuerentię quæ parentibus debetur deinde, vt repetitis altius causis diligentiùs ostenderet, quàm id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modò fieri, sed etiam necesse esset.

Primùm, deinde, postremò. Cic.5.Verr.141, Primùm eam, quum posita esset apud eas societates, vnde erat attributa, binis centesimis fœneratus est. deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino. postremò sicut ciuitati soluit, tantum detraxit, quantum commodum fuit. Cic pro Sylla, 32, Multa diuisutus, ita vt dixi, non mea sponte prouidi. Primùm nequi posset tantum aut de Reipublicæ, aut de alicuius periculo meminisse quantum vellet. deinde ne cui liceret vnquam reprehendere illud iudicium, aut temere creditum criminari. postremò nequid iam à me, nequid ex meis commentariis quæreretur.

Primùm, deinde, deinde. Cic.4.Ver.101, Primùm auerti pecuniam domi non placeret: deinde ipsarum statuarum modum quendam esse oportere: deinde illud certè, ab inuitis exigi non oportere.

¶ Primùm. Plautus Capt.7.100, Sequere, te vt amittam: ei rei primùm præuorti volo. Idem Asin.10.37, Cenien' tu illum hodie primùm ire assuetum in ganeum?

¶ Primùm omnium. Plautus Capt.7.29,

-nunc animum aduortas volo,
Omnium primùm salutem dicito matri & patri. Idem Most.16.32,
Omnium primùm sedulem me esse scis gnato tuo. Et Pseud.16.9,
-nunc in metu sum maximo
Triplici modò primùm omnium iam hunc comparem
Metuo meum. Terent. Heaut.2.3.33,
Mane, hoc quod cœpi primùm, enatrem, ô Clitipho:
Pòst istuc veniam. C L I T. propera. S. iam primùm omnium
Vbi ventum ad ædes est, Dromo pultat fores:
Anus quædam prodit, &c.

¶ Vt primùm illam vidi, nunquam vidi postea. Hoc est, Nunquam nisi semel vidi. Plaut. Epid.1.2.30. Cice. Attico, lib.1.3.3, De Antuliano autem negotium quod mihi mãdaueras, vt primùm à tuo digressu Romam veni, confeceram.

Vt primùm potestas data est augendę dignitatis tuę, nihil prætermisi in te ornando, quod positum est in præmio virtutis, aut in honore verborum. Cic. Planco, lib.10.23.1.

Vt primùm forum attigi, spectaui semper vt tibi possem quammaximè esse coniunctus. Cic. Lentulo, lib.5.8.8.

¶ Primum, pro Præcipuè. Plin.lib.15.cap.18.7, Quid primùm in eo mirentur? curam ingenii, an occasionem fortuitam? celeritatemque cursus, an vehementiam viri?

Primò, Aduerbium, (πρῶτον,) Hoc est: Prima fronte, prima specie, primo aditu. Terent. Eunuch.5.7.10, At etiã primò callidum & disertum credidi hominem. Idem And.4.1.47,

Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum. Sic Phorm.1.2.26,
Cœpi aduersari primò. Et paulò pòst, 30, Noster mali nihil quicquam primò, &c. Oui.1.Metam.80, Et timuit primò ne Iuppiter esset in illa.

Primò & mox. Plin.lib.19.cap.3.6, Velci pecora solita, primoque purgare, mox pinguescere.

Primulus, pen.corr. Adiectiuum, diminutiuum à Primus. Plautus Amphit. 8.104, Primulo diluculo abibili ad legiones.

Primulum, pen cor. Aduerb. diminut. Plaut. Milit.14.13, Hercle verò iam mihi adlubescit primulum Palestrio. Idem Menæch.24.59, Nam tuus dentes mihi cadebant primulùm. Et Pœnul.18.93,

-nam vostra nutrix primulùm Me cognouit. Sic Menæch.20.18, Iam hercle occœpitat infanire primulùm. Terent. Adelp.5.6.10, Paulatim plebem primulùm facio meam. Ibidem, 3.1.2, Modò dolores mea tu occipiunt primulùm. Vbi Donatus initium & ipsa origo dolorum diminutiuè demonstrata est. Non enim primùm, sed primulùm dicit.

Primarius, Adiectiuũ, (πρωτεύων, ἀρχικός, πρόβουλος, ἀρχοειδής,) Quod aliunde originem non habet. Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificii fundamento ponitur. Primarius vir, primus in ciuitate. Cic. de Senect.57, Apex est autem senectutis authoritas, quanta fuit in L. Cæcilio Metello, quanta in Attilio Calatino! In quem illud elogium vnum plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. Hoc est, primum inter populum & veluti eminentiorem. Plaut. Rud.24.2,

-quid tu ais?
T. Quod primarius vir dicat, comprime hunc sis, si tuus est. Idem Milite, 10.77,
Vel hilarissimum conuiuam me extimandum exprimam tibi,
Vel primarium parasitum, atque opsonatorem optimum. Cice. pro Rosc. Comœ.29, Obliuiscor enim Roscium & Cluuiem viros esse primarios. Idem 7.Verr.93, Vir primarius, homo nobilissimus, dicit. Et 2.de

2.de Finib.184, Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portum, vno ore cui plurimę consentiunt gẽtes, populi primarium fuisse virum. Idne consensisse de Calatino plurimas gentes arbitramur primarium populi fuisse, quòd præstantissimus fuisset in conficiendis voluptatibus? Item 5.Verr.103, Hæc omnia doceo ciuitatum, & primarius primariorum virorum testimonis. Sic ibidem, 3.95. Et pro Rosc. Comœ.11.

Adolescens primarius, Vide A D O L E S.

Bellator primarius. Plin.lib.7.cap.43.5, Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum imperatorem, &c.

Conditio primaria. Plaut. Stic.3.81, Quin vos capitis conditionem ex pessima primariam?

Fœmina primaria. Terent. Phorm.5.8.78,

Neque huius sis veritus fœminæ primariæ,
Quin tu nouo modo ei faceres contumelias. Cic.3.Verr.109, Scilicet magno præsidio fuit Antiæ pupillæ mater fœmina primaria.

Senator vir primarius. Cic. pro Flacco, 40.

Primario loco esse, & Secundum locum obtinere, contraria. Cic.3.de Finibus, 81, Sic in vita non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundũ locum obtinent, παρεμφάσεα, id est producta nominentur.

Primas, primates, pen. prod. (κύριος) Primates dicti sunt, qui & summates sine optimates, hoc est primi in ciuitate.

Primatus, huius primatos, pen. prod. m. g. (πρωτεῖον, πρωτεῖον) Ipsa authoritas primatum. Plin.lib.13.cap.12.4, Primatum mutauit Cęsar. Idem lib.8.cap.5.2, Ob id phaleris argenteis quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit.

Primatum dare alicui rei. Varro 1.de Re rust.cap.7, Alii dant primatum bonis pratis, vt ego quoqueà quo antiqui prata parata appellarunt.

Primanus, primani, (πρωτοστάτης) Tribunus qui prime legioni tributum ferebat, vt apud Catonem, in ea quæ est contra Thermum de suis virtutibus. Hæc Festus. Tacit.lib.18, Primani stratis vnà & vicesimanorum principibus Aquilam abstulère.

Primòris, pen. prod. (κύριος), genitiuus, cuius nominatiuus non reperitur. Pluraliter, Primores, primorum, &c.

Primores. Dicuntur summæ quęque res, inquit Nonius. Lucilius, Quum gallus digitos, primoresque erigit vngues. Plaut. Pœn.7.63, Vix quidem herclesita pauxilla est digitulis primoribus. Idem Bacchi.15.26, Sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus? Et Trinum.13.62, Attollos in terram deprimito, extollitoque primorem partem.

Nasi primoris acumen. Lucret.lib.6.240.

Primoribus labris gustare, Est leuiter quidpiam attingere, & quod barbarè dicitur superficialiter. Ductum ab iis qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes. Cic. pro Cælio, 20, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui nõ modò qui primoribus labris gustarent genus hoc vitæ, & extremis, vt dicitur, digitis attigissent: sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersissent aliquando. Idem 1.de Orato.44, Hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quę isti rhetores ne primoribus qui dem labris attigissent.

¶ Primores, pro Primis accipitur: vt Primores imbres. Varro 2.de Re rustica, ca.2.11, Primus oritur herba imbribus primoribus reuocata.

Anni primores. Silius lib,15.130,

-primoribus annis
Excepi nubem belli.

Primores dentes, Qui primi patent. Plin.lib.11.cap.37.7, Bisulcis bina tribuit, nulli supernè primores habenti dentes.

Partem domus primorem esse atrium. Gell.lib.16.cap.5, Animaduerti quosdam haudquaquam indoctos viros opinari vestibulum esse partẽ domus primorem, quam vulgus atrium vocat.

Primori in acie versabantur. Tacit.lib.19.

¶ Primores, (ἄριστοι,) pro Optimatibus. Liuius 1.ab Vrbe, 51, Restitêre Romani, tanquam cælesti voce iussi, ipse ad primores Romulus prouolat. Virg.9.Aeneid.65,

Proximus armati incedunt: quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuuenumque senumque
Prosequitur votis. Vbi Seruius, Primorum, genitiuus hic venit ab eo quod est, hi primores, sicut hi proceres: quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus huius primoris.

Populi primores. Horat.2.Serm.saty.1.14.

Sociũ primores. Silius lib.13.2.

Primæ ætis, pen. prod. Adiectiuum, (πρωτῆλιξ.) Quod est primæ ætatis: vt Grandæuus, grandioris ætatis. Virgil.9.Aeneid.109,

-vix vnus Helenor Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor, &c.

Idem lib.10.69, -primæuo corpore Lausus.

Conlex primæuus. Stat.5.Sylu.3.14.

Natus primæuus. Catul. Argon.epig.59.80.

Primæuo flores iuuentus. Virg.7.Aeneid.33.

Primicerium existimat Accursius dictum, (πρωτοκήρειον,) quòd primus ferat cereum. Quæ etymologia planè ridicula est. Nam Primicerius, notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus: sicut sequens dicitur Secundicerius. κήρειον enim ceram significat τὸ κήρινον tabulam ceratam, in qua antiqui scribebãt. Ab huiusmodi igitur tabulis dicti sunt primicerii. Vegetius libro secundo, Primicerius inquit in officio prefectorum Prętorio, ad honestum quęstuosumque militiæ peruenit finem. Dicitur autem Primicerius non solùm notariorum, sed etiam Prętorium Frigiridum in historia Honorii & Theodosii: Rusticus Agretinus ex primicerio notariorum Iouini, multique nobiles apud Aruernos captis sed etiam primos aliarũ dignitatum. Hieronymus in Chron. Eusebii, Iouinianus ex primicerio domesticorum, imperator est factus. Amianus Marcel.lib.18, Inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorum, Tribunus. Quę autem huius officii sit dignitas, ostendit Cassiodorus Epistolarum lib.6, in forma comitiuę sacrarum & primiceriatus, vbi Ad publicę, inquit, festiuitatis indicium, locum quoque primiceriatus adiungimus. Parum est autem, quòd prouinciarum iudices tuæ subiaceant dignitati: ipsis quoque proceribus chartarum confirmas officium: dum perfectum non creditur, nisi à te fuerit pro solennitate completum. Vestis quoque sacra tibi antiquitus noscitur fuisse commissa. Curas quoque litorum, aduentitia lucri, prouisionem Comitis, negotiatores, quos humanæ vitę constat esse necessarios, huic potestati constat esse subiectos. Nam quicquid in vestibus, quicquid in ære, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana potest habere pretiosum, tuis ordinationibus obsecundat. Hæc Cassiodorus. Ex Alciato.

Primigenius, Adiect. (ἀρχαῖος, πρωτογόνος, ἀρχοειδής, πρωτόκτιστος, πρωτόπλαστος.) Idem quod Primitiuus, Quod aliunde non habet originem. Et propriè Primigenia semina, quæ dedit natura: quę Cicero, prima naturę: & Græci τὰ πρώτα φύσει appellant. In his numerant incolumitatem conseruationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cęteraque huiusmodi.

Verba primigenia, vt lego, scribo, quę non sunt ab alio verbo, sed suas habent radices.

Primigenius sulcus (inquit Festus) dicitur qui in condenda noua vrbe, tauro & vacca, designationis causa imprimitur.

Primigenia fortuna. Cice.2.de Legibus, 47, Fortunaque sit vel huiusce diei iam valet in omnes dies, vel respiciens ad opem ferendam: vel forum, in quo incerti casus significantur magis: vel primigeniam à gignendo. Liu.4.bel.Maced.195, Et ędem Fortunæ primigenię in colle Quirinali dedicauit Q. Martius Ralla Duõuir ad idipsum creatus.

Semina primigenia. Varro 1.de Re rust.cap.40.1, In his intus primigenia semina dedit natura.

Primigenia pecuaria. Varro 2.de Re rust.cap.1.1, Dicam de primigenia pecuaria. Id est, de ouibus quales sint ad fœturam vtiles.

Primigenus, pen.cor. Aliud adiectiuum. (πρωτογόνος) Lucret.lib.2.211, Multaque post mundi tempus genitale, diemque
Primigenum maris & terrę, soliique coortum, &c.

Primitiuus, pen. pro. Similiter adiect. (πρωτότυπος) Quod aliunde non habet originem, siue quod per se inuentum est. Vnde & Primitiua verba, quę per se inuenta sunt, nec aliunde deriuantur: vt Amo.

Primitiui anni. Col. de Arboribus, cap.13, Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuos annos, fructum vinosum, postea vero etiam dulcẽ, & apyrenum. Fortasse legendum, primitiuis annis, siue primis: vt idem li.5.cap.10.10, Ea res & fertilem arborem reddit, & primis annis fructũ vinosum, & post quinquennium dulcem & apyrenum facit.

Primipara, primiparæ, pen. corr. (πρωτοτόκος,) Primiparę dicuntur matres quę primo genuerunt. Plin.li.8.cap.40.10, Et ab ea quæ fœmina sit ex primipara genita citius cerni. Ibidem, cap.47.1, Generatio bimis vtrinque ad nouenos annos, quibusdam & ad decem, primiparis minores fœtus. De ouibus.

Primipilus, primipili, pe. pro. (πρωτόπιλος, Centurio primę cohortis, vt Liuius scribit lib.7, Nam ordo, partes tres habebat: quarum vnamquamque primipilum vocabant. Ibidem, Id propter P. Solonium postulatũ est à coniuratis, qui alternis propè annis & Tribunus militum & primus Centurio erat: quem nunc primipilum appellant. Vegetius lib.2. cap.8, Vetus & consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis, promoueretur Centurio primipilique non solùm aquilę pręerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur & commoda. Suidas, Primipilarius, inquit, maiorem dignitatem inter milites habens, à Romanis appellatur. Innominatus Græcè legum interpres, primipilum tradit militarem annonam esse. Id quod non omnino absurdum putat Alciatus. nam quum primipilus in legione primus esset, consequebatur omnia legionis commoda, vt docet. Vegetius. Proinde annona quoque militaris illi concedebatur diuidẽda per capita militum. Vide A N T E P I L A N I. Sueton. in Caligula, cap.44, At in exercitu recensendo, plerisque Centurionum maturis tam, & nõ mollis ante pauciissimos quàm consummaturi essent dies, primos pilos

Universidad de Deusto
Biblioteca

ademit, causatus senium cuiusque & imbecillitatem. Cesar 2.bel.Gal. 3.19. In his primipilo P.Sextio Baculo fortissimo viro, multis, grauibus que vulneribus confecto. Cic. Attico, lib. 5. 108. 6, At ille cohortem illam primam totam perdidit, Centurionemque primipili nobilem sui generis. Idem pro Corn Balbo, 27, L. Martius primipili Centurio cum Gaditanis fœdus fecisse dicitur.

Aquila primipili. Cic. 12. Philipp. 332.

Primipilum ducere. Cesar 5. bel. Gall. 133.

Primipilaris, huius primipilaris, pen. prod. (πρωτοπλοῦς,) Dici videtur non tam miles qui fuerat sub Centurione primipili, quàm ipse Centurio qui olim præditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicitur primipilarem, qua Consularis. Quintil. lib. 6. cap. 3. 63, An primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia.

Primiter, Aduerbium, (πρώτως,) Id est primò. Pomponius Macchis gemini, Quin bono animo es video, eripis primiter dapes. Nonius.

Primitus, pen. cor. Aliud Aduerb. (πρωτίστως,) Idem. Lucilius lib. 5, Sicuti quum primiter ficos populare sentis, item pretio ingenti ad primitus paucos. Ita Nonius. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 11, Primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Idem lib. 1. cap. 31. 2, In vitiario primitus quum exit viris, tota resecari solet.

Insinuari primitus. Lucret. libr. 4. 207, Tum quibus ætatis freta primitus insinuantur.

Primitius, Adiectiuum, Quod in aliqua re primum & principale est. Ouidius 12. Metam. 55.

Ecce rapit medius flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.

Primitiæ, primitiarum, fœm. gen plur. numeri, (ἀρχαὶ, ἀπαρχαὶ, κατάρχμα τα,) Primi fructus ex agro suscepti, qui Deo offeruntur. Plinius lib. 18. cap. 3, Romanorum abstinentiam commendans inquit, non degustasse eos vina aut nouas fruges, prius quam sacerdotes primitias libassent. Idem lib. 4. cap. 12. 48, Frugum primitias solitos Delon mittere Apollini.

Frugum primitiæ Ouid. 10. Metam. 86.

Operum primitiæ Stat. 2. Thebaid. 149.

Primitias vitis resecare cœpuerũt. Id est prima flagella. Colu. li. 4. ca. 10.

Armorum primitiæ. Stat. 11. Thebaid. 57.

Lachrymarum primitiæ Stat. 6. Thebaid. 30.

Primodum, pro Primò. Plaut. Capt. 45, 7, Primodũ opus est pistoribus.

Primogenitus, primogeniti, pen. corr. (πρωτότοκος,) Qui primò genitus est, etiam si alii non sint geniti. Plin. lib. 11. cap 46. 2, Primogeniti in quacunque parte fuere primas premunt. Vetus codex habet Primigenitis in quoque partu fuere primas præbent. Subaudi mammas.

Primordium primordii, (ἀρχαιογονία, προυφεστηκότα,) Principium, inquit Festus, quòd primò ordiatur. Plin. lib. 13. in Proœmio, 3, Quamobrem sequi par est ordinem vitæ, & arbores ante alia dicere, ac moribus prisemordia ingerere. Cic. in Parti. 15, Vt primordia rerum & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti. Idem 2. de Legib. 13, Ordire igitur mihi hunc tibi totum dicamus diem. M. A Ioue Musarum primordia, sicut in Aratio carmine orsi sumus.

Beli primordia. Stat. 2. Achil. 67.

Dicendi primordia. Quintil. lib. 1. cap. 9. 1.

Gentis primordia. Ouid. 5. Metam. 38.

Mundi primordia. Ouid. 15. Metam. 14.

Operum primordium. Curtius li. 9. Se totius orbis imperium mente complexum, adhuc in operum suorum primordio stare.

Principiorum primordia. Lucret. lib. 3. 53.

Prima primordia rerum. Lucret. lib. 2. 27.

A primordio sui, Vide A præpositionem.

Capere primordia, Vide CAPIO.

Ducere primordia generis ex aliis. Ouid. 15. Metam. 99.

Princeps, principis, pen. corr. communis generis, (ἀρχός, ἀρχηγός, ἀρχηγέτης, ἀρχάμος, πρόμαχος,) Qui vel quæ principatum tenet, quasi primum caput. Virg. 9. Aen. 107, Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Cic. 8. Philip. 253, O dii immortales, quàm magnum est personã in Republica tueri principis: quæ non animis hominum debet, sed oculis seruire ciuium. Idem 5. de Finib. 110, Quos illi labores non ferunt, vt æqualium principes sint?

Princeps, Primus. Cice. 2. de Orato. 30, Nanque & Herodotum illum qui princeps genus hoc ornauit. Luius. Princeps prælium inibat. Idem, Principes vtrinque pugnam ciebant, ab Sabinis Metius, ab Romanis Hostilius. Cic. 4. Verr. 2, Primùm, quòd omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam Pop. Romani applicuit. Budæus.

Postremus & Princeps, contraria. Cic. 7. Verr. 71, Vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps.

Ad pericula princeps. Plancus Ciceroni, lib. 10. 17. 3, Ad omnia pericula princeps esse non recusabat.

Exordium princeps omnium debet esse. Cic. 1. de Inuent. 19.

In principibus, Vide IN præpositionem.

¶ Princeps, pro Ordine inter principes, id est qui sunt in principiis aciei. Cic. ad Brutum, 8. 2, Cretensi bello Metello imperatore octauum principem duxit. Id est octauum ordinem inter principes. Budæus.

¶ Princeps in. Ci. 7. Ver. 100, Totum enim tua libidine & scelere, ex sua patria, in qua multis virtutibus & beneficiis floruit princeps, sustulisti.

In astrologia princeps. Cic. 2. de Diuin. 131, De quibus. Eudoxus Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facile princeps, hic opinatur, &c.

In iure Ciuili longè omnũ princeps Seruius. Ci. de Clar. Oratoribus, 78.

Longè princeps, Vide LONGVS.

Cõsili publici princeps plurimos annos fuit Pericles. Ci. 1. de Ora. 109.

Author consilii publici, dux regendæ ciuitatis, sententiæ atque eloquentiæ princeps in Senatu. Cic 3. de Orat. 36. Idem Planco, lib. 10. 6. 7.

Princeps tragici cothurni. Plin. lib. 7. cap. 29. 3.

Dearum princeps Iuno. Ouid. 6. Fast. 8.

Ingenii & doctrinæ princeps Plato. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 43.

Nunc iuuenum princeps, deinde future senum. Ouid. 1. de Arte, 39.

Princeps legis Agrariæ P. Rullus, Id est author. Ci. 2. pro Leg. agraria, 27.

Princeps Latini nominis. Liu. 1. ab Vrb. 318. Vide Oriũdus in ORIOR.

Philosophorum princeps Socrates Cic. 2. de Nat. deor. 248.

Princeps philosophorum & authoritate & antiquitate Socraticus Aristippus. Cice. 2. Tusc. 22.

Salutis mentisque publicæ princeps, Senatus. Cic. de Aruſp. resp. 54.

Princeps atque architectus sceleris. Ci. pro Cluẽtio, 47. Et 2. de Legi. 69.

Princeps sceleris & concitator belli. Cæsar 8. bel. Gall. 134.

Princeps sceleris & concitator belli. Cæsar 8. bel. Gall. 134.

Princeps sermonis ordiendi fuit, Id est author. Cice. 1. de Orato. 48. Et quoniam princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam, vt ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini.

Stoicorum princeps Zeno. Cic 4. Acad. 232.

Princeps terrarum Populus Romanus. Plin. lib. 22. cap. 3. 1.

Consilio & lingua princeps aliquis. Cic. 1. de Orat. 49.

Longè omnium quicunque fuerunt grauitate dicendi princeps Plato. Cic. in Orat. 34.

Studiis doctrinæ, & regẽda ciuitate princeps Demetrius. Ci. 3. de Leg. 22.

¶ Princeps, Vir primarius. Plin. epist. 7. lib. 3, Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia.

Quales in Republica principes essent, tales reliquos solere esse ciues. Ci. Lentulo, lib. 1. 9. 40.

Ciuitatis longè princeps Pompeius. Cic. pro Domo sua, 52.

Orbis terræ princeps. Cic. pro Domo sua, 85.

Principum princeps. Cic. pro Flacco, 43, Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Meandrius.

¶ Altissimus princeps. Claud. de muneribus Honorio imperatori à Stilicone missis, 20. 3,

At tibi diuersis princeps altissime certant Muneribus.

Egregius princeps. Claud. 3. Paneg. 23.

Honoratus homo & princeps. Cic. 1. Offic. 192.

Immensus princeps. Claud. 7. Paneg. 5.

Iustus princeps. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 3.

Nefandus princeps. Seneca Octauia, 5. 2.

Venerandus princeps. Claud. 4. Paneg. 11.

¶ Colere principem donis, Vide COLO.

Exercere principem, & præstare. Sueto. in Tiberio, cap. 33. Vide PRAESTO, præstas.

Principibus placuisse viris non vltima laus est. Horat. 1. epist. 18. 7.

Profiteri se principem in Senatu. Cic. Cornificio, lib. 12. 24. 4.

Personam principis in Rep. tueri, magnum est. Cic. 8. Philip. 253.

Seruire principi. Cic. Pæto, lib. 9. 17. 7.

¶ Princeps, fœ. g. Plin. lib. 8. cap. 32. 9, Quasdam nos principes fœminas scimus omnibus diebus matutinis carne meam degustare solitas, & longo æuo caruisse febribus.

¶ Princeps, Adiectiuum, Primum significat, & aliquando præcipuum. Suet. de Claris Grammat. 23, Principem locum inter grammaticos tenuit. Macrobius, Qui gradus inter eos princeps habebatur. Terent. Adelph. 2. 3. 6,

Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, Fratrem homini neminem esse primarum artium magis principem.

Amor princeps ad beneuolentiam coniungendam. Cic. de Ami. 26.

Ciuem principem se putat. Cic. 2. de Nat. deor. 248.

Dies imperii princeps, vitæ supremus. Tacit. lib. 1.

Locum principem authoritatemque in salute mea tenuistis. Cicero pro Domo sua, 114.

Princeps mensis, Ianuarius. Colum. lib. 11. cap. 2. 2.

Natura princeps huius boni. Cice. 2. de Orato. 193. De his qui memoria vigent.

Patroni principes. Cicero de Claris Orato. 177. Quum igitur essem in plurimis causis, & in principibus patronis quinquennium ferè versatus, tum, &c.

Qualitatum aliæ sunt principes, aliæ ex iis ortæ. Cic. 1. Acad. 39.

Roma princeps vrbium. Horat. 4. Carm. ode 3. 3.

Princeps vox in Rep. Cice. in Cati. 91, Sed vt mea vox, quæ debet esse in Rep. princeps, officio functa Consulari videretur.

Principem habere aliquem. Cic. Ampio, lib. 6. 12. 5, Principem tamen habuimus Pansam tui studiosissimum, mei cupidum, qui valeret apud illũ non minus authoritate quàm gratia. Id est præcipuũ adiutorẽ. Budæus.

Principatus, huius principatus, pen. prod. masc. gen. Imperium. (ἀρχή, πρωτεῖον, ἡγεμονία,) Cæsar 5. bel. Gal. 10, In ea ciuitate de principatu inter se contendebant.

Principatu Claudii. Plin. lib. 3. cap. 16. 12, Principatu Claudii casus rationem docuit. Idem lib. 9. cap. 39. 1, Diui Augusti principatu obiit. Sic lib. 7. cap. 3. 3.

Principatus est apibus, Plin. lib. 11. cap. 5. 1.

Regnũ principatus. Cice. 3. de Finib. 80, Quorum ordo proximè accedit vt secundus sit ad regium principatum.

Appetitio quædam principatus cupiditati veri videndi adiuncta est. Cic. 1. Offic. 22.

Deferre principatum alicui. Cice. 2. Philip. 32.

Delere principatum, Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 84.

Dare principatum homini. Cice. 11. Philip. 325, Animaduerti P. C. dici iã à quibusdam, exornari etiam nimium à me Brutum, nimium Cassium ornari: Cassio verò sententia mea dominatum & principatum dari.

Dare principatum alicui rei, pro Eam præferre aliis. Plin. lib. 9. cap. 17. 3. Nunc scaro datur principatus.

Penes ipsum est principatus. Cice. ad Atticum, lib. 13, 176. 4, Quæ autem his temporibus scripsi, ἀέριον ἀλεωρον morem habent, in quo sermo ita inducitur cæterorum, vt penes ipsum sit principatus.

Ferre principatum alicuius belli, Moderari, administrare. Cicero in Philip. Qui huius belli ferat principatum.

Pertinacia & nimia cupiditas principatus facillimè in elatione animi innascitur. Cic. 1. Offic. 92.

Tenere principatum. Cice. de Senect. 59, Multa in nostro collegio præclara sunt: sed hoc de quo agimus in primis, quòd vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. Idem 12. Philipp. 326, Illa enim huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet.

Diuinum tribuit principatum menti Theophrastus, Cice. 1. de Natura deorum, 11.

Principalis, & hoc principãle, penul. prod. (ἀρχικός, ἡγεμονικός,) Quod primũ & præcipuum est: aut quod principia est. Plin. in Paneg. 135. Nec verò laudauerim per se magnopere duritiem corporis ac lacertorum: sed si his validior toto corpore animus imperiter, quem non fortunæ indulgentiæ molliant, non copiæ principales ad segnitiem, luxúmque deteorquẽant. Ibidem, 83, Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, vt ille nos principalibus rebus existimet dignos. Idem epist. 15. 9. c, Adstruitur his, quum Senatui, populoque Romano libertatis gratior repræsentari nulla materia posset, quam si abstinentissimi, fidelissimique custodis principalium opum facultates adiuuare cõtigisset. Sueto. in Caligula, cap. 33, Pœnitentiam simulans, quòd principalium rerum potestatis copiam fecerat. Liu. 4. ab Vrbe, 85, Intentos deinde hostes in vallum, egressus dextera principali cum tertiis repẽte inuasit. Quintil. lib. 9. cap. 1, Est igitur tropus, sermo à naturali & principali significatione translatus ad aliam, ornãdæ orationis gratia. Id est præcipua, Idem lib. 3. cap. 13, Hanc quæstionem veteres principalem vocant ζήτημα. Plin. lib. 12. cap. 12. 1, De folio nardi plura dicere par est, vt principali in vnguentis. Ibidem, cap. 13. 4, Principalia ergo in illa, thus, & myrrha. De Arabia. Idem lib. 18. ca. 3. 11, Igitur de cultura agri præcipere, principale fuit & apud exteros. Liuius 4. bel. Macced. 175, Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre iussi.

Principales & perfectæ causæ. Adiuuantes & proximæ. Cice. de Fato, 61, Si omnia fato fiant, sequi illud quidem, vt omnia causis fiant antepositis: verũm non principalibus causis & perfectis, sed adiuuantibus & proximis.

Paratus principalis, Tacit. lib. 18, Nullo principali paratu, sed vetere egestate conspicuus.

Principalis porta (inquit Festus) Castrorum nominatur, quòd in eo loco est, in quo principes ordines tendunt.

Principaliter, pen. correp. Aduer. (ἡγεμονικῶς, πρωτευουσίως,) Præcipuè: vel Vt decet principem. Plin. in Paneg. 75, Quid vitã, quid mores iuuẽtutis, quàm principaliter formasque honorem discẽdi magistris, quã dignitatem sapientiæ doctoribus habes? Sic Seneca, de Consolatione fratris ad Polybium, Ille qui non magis dolere, quàm gaudere principaliter posset. De Caligula.

Principium, principii, (ἀρχή,) Initium alicuius rei: & modò ad naturam, modò ad tempus, modò ad fundamentum referitur. Terent. Phorm. 1. 1. 6, Neu me cupidum cò compulisset, quod mihi principiũ est mali. Ibidẽ, 1. 3. 81, Bene habent tibi principia Rur. sum ibidẽ. 3. 1. 15, sic hũc principia sese vt dicor adhuc tranquilla res est. Et Heaut. 5. 4. 21, Neque quod principium inuentũ ad placãdum, scio. Origo principii nulla est: nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Cic. 1. Tuscul 84.

Principium & Extremum, contraria, Cic. 1. de Natu. deorum. 30. Quid est cuius principium aliquod sit, nihil sit extremum?

Principium & exitus, contraria. Cice. pro Cælio, 44, Reliquum est igitur crimen de veneno, cuius ego neque principium inuenire, neque coaluere exitum possum. Idem pro Leg. Manil. 2.

Principium & finis, contraria. Cic. de Senec. 71, Quúmque animus semper agitetur, nec principium motus habeat, quia ipse se mouet, ne finem quidem habiturum esse motus qui nunquam se ipse sit relictũrus.

Data à natura principia. Cic. 4. de Finib. 19.

Ex albis principiis alba esse. Lucret. lib. 4. 147.

Corporea principia. Lucre. lib. 4. 109.

Bellorum & imperiorum principium. Cice pro Corn. Balbo, 6. Causarum omnium vnum est naturale principium. Cicero de Claris Orat. 109.

Iuris principia Cic. 1. de Leg. 16.

Lucis principium Lucina habet. Ouid. 2. Fast. 90.

Fons & principium mouendi. Cice. in Somnio Scip. 30.

Parẽre principiis naturæ debemus. Cic. 3. Offic. 68.

Philosophiæ principium est scientia. Cice. 1. de Natu. deorum. 2.

Pugnæ principium. Virg. 9. Aeneid. 11.

¶ Rerum omnium principia parua, sed suis progressionibus vsu augentur. Cic. 5. de Finib. 105.

Capessere principiũ. Tacit. lib. 15, At Flauius Sceuinus, & Afranius Quintilianus, vterque Senatorii ordinis, contra famam sui, principium tanti facinoris capessiuẽre.

Constant ex principiis rerum omnia. Cice. 4. Acad. 109.

Cognitis principiis multo facilius extrema intelliguntur. Cice. pro Cluentio, 7.

Ducenda sunt omnium rerum magnarum principia à diis immortalibus. Cice. in Vatinium. 10.

Ducere principium à sanguine Teucri. Ouid. 13. Metam. 152.

Flebile principium melior fortuna secuta est. Ouid. 7. Meta. 105.

Fœdum anni principium incessit. Tacit. lib. 4.

¶ Abrupta principia. Quintil. lib. 3. cap. 8. 40.

Acutum principium, Vide ACVO.

Exalbescere in principiis dicendi. Cic. 1. de Orat. 60.

Ferri à principio ad exitum, & à capite ita fluere vt ad extremũ veniens consultas. Cic. in Orat 116.

Prouisa & diligenter explorata principia ponere. Cice. 1. de Legibus, 54.

Tarda principia in omni genere dicendi sunt, exitus spissi & producti esse debent. Cic. 2. de Orat. 118.

¶ Principia, principiorum, plur. nume. Locus in castris, à principibus militibus sic appellatus, vt est apud Columellam lib. 2. Inde Post principia esse, id est loco tuto, citráque periculum. Sumptum à bellis in quibus cautissimus locus est post principia: siquidem in prima acie stabant hastati, in secunda principes, robustior ætas: hos sequebantur scutati omnes, maximè insignes armis. Post hos triarii & rorarii, quemadmodum indicat Liuius Decadis primæ lib. 8, Itaque nullus in acie locus tutior quàm post principia. Terent. Eunucho, 4. 7. 11.

Tu hosce instrue, hic ego ero post principia.

Inde omnibus signum dabo. Erat autem hic locus timido nebuloni conueniens: id quod ridens Gnato, Illuc (inquit) est sapere vt hosce instruxit, ipses sibi cauit loco. Donatus admonet eum vlum verbo militari. Porrò Veget. lib. de Re militari secundo testatur, principales in acie milites, propriè dici Principia: sic enim ait, Antiqua ordinatione legionis exposita, principalium militum, & vt proprio verbo vtar, principiorũ nomina, ac dignitates, secundum prælentes matriculas indicabo. Accius apud Varronem, Ego verò, vt aiunt, post principia in castris. Hac Erasmus. Liu. 2. ab Vrbe, 174, Quia ab tergo erant clui, in quos post principia, integris ordinibus tutus receptus fuit.

Principia in acie, pro Principibus: sæpe apud Liuium. Cice. ad Brutum Spes libertatis nulquam nisi in nostrorum castrorum principiis est.

¶ A principio. Terent. Andr. 1. 1. 21, Rem omnem à principio audies. Cic. Attico, lib. 7. 111. 4, Ac vellem te à principio audisse.

Audire à principio admonentem. Cic. Attico, lib. 7. 121. 4.

In principio, Vide IN præpositionem.

¶ Principio, pro In principio. Cic. 1. Offic. 18, Principio generi animantium omni est à natura tributum. Virg. 6. Aeneid. 145, Principio cœlum & terras, campósque liquentes. In his subauditur præpositio IN.

Principio lucis. Tacit. lib. 19.

Principiò, Aduerb. Id est, primùm. Terent. Eunucho, 5. 9. 39.

Principiò ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim Me, &c. Ibidem, 4. 7. 35.

Quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi est?

CH. Scibis. principiò eam esse dico liberam. Plaut. Amphit. 4. 49.

Principiò, vt illò aduenimus, &c. Cic. 3. Verr. 73, Qui principiò qualis in edicto constituendo fuerit cognoscite.

Principiò & postea. Cice. 1. de Diuinat. 114, Existimóque ius augurum, etsi diuinationis principio opinione constitutũ sit, tamen postea Reip.

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa conseruatum ac retentum.
Principiò & primum. Cic.1.de Finib.26, Principiò, inquam, in physicis, quibus maximè gloriatur, primum totus est alienus. De Epicuro.
Principiò atque. Plaut. Merc. 3.40,
Principiò atque animus ephebis ætate exiit,
Atque animos studio amoris puerili est meus. Id est, Quum primum, vel statim postquam.
Principiâlis, & hoc principiâle, pen. prod. (ἀρχικός,) Quod primum est. Lucret. lib. 2.85, Aut sine principiali aliquo leuiore creata est. Legitur & hæuore. Idem lib. 5.50,
Scire licet cœli quoque idem, terræque fuisse
Principiale aliquod tempus, clademque futuram. Id est in quo principium habuit.

Prior & hoc prius, (πρότερος,) Comparatiuum, non solùm ad duos, sed etiam ad plures referri potest. Plaut. Pseud. 14.18, Dum ille dormit, volo vt prior tu occupes adire. Idem Pœn. 8.34, Nos priores ibimus. Et Epid. 5.77, Vos priores esse oportet, nos posterius dicere. Terent. Phorm. 3.2.48, Mea lege vtar, vt potior sit qui prior ad dandum est. Idem in Prol. Phorm. 14, Vetus si poeta non lacessisset prior. Gel. lib. 14, Quoriesq; vsu venisset, vt omnes isti magistratus eodem tẽpore Romæ essent, qui eorum prior aliis esset, ei potissimum Senatus consulendi ius fuisse. A pul lib. 2. Flor. Vt Hippias è numero sophistarũ est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli fœcundus.
Artibus in dubio est, hæc sit, an illa, prior. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 2.
Nunc & qui color est puniceæ flore prior rosæ. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.
Causa quis prior. Horat. 2. Serm. saty. 5. 6.
Officio prior est ille. Horat. 2. Serm. saty 6. 5.
Aestate priore conficere aliquid non potuisse. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 101.
Priore libro. Colum. lib. 4. cap. 22, Potest ea ratione fieri restibilis vinea, quam priore libro præcepimus. Id est præcedenti.
Loco priore causam dicere. Cic. pro Quintio, 4.
Priora tempora. Plin. in Paneg. 75, Vt sub tẽ spiritum & sanguinem & patriam receperũt studia, quæ priorũ tẽporũ immanitas exilii puniebat.
Prior Siciliæ tyrannus Dionysius. Plin. lib. 12. cap. 1. 4.
Priores nostri, Id est maiores. Plin. epist. 4. lib. 3, Veniebat in mentem priores nostros, & singulorum hospitum iniurias accusationibus voluntariis executos.
Priora & terga. Plin. lib. 11. cap. 37. 53, Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga discurrunt.
Primas etsi vtrique, priores tamen libenter deferunt Lælio. Cic. de Claris Orat. 42.

PRISCIANVS, pen. prod. (πρισκιανός,) Cæsariensis, claruit Athenis tempore Iustiniani principis scripsit de Arte Grãmatica ad Iulianum Consulem: ad Cosroen verò Perlarum regem librum de Naturalibus quæstionibus. Conuertit in Latinum sermonem Dionysii de situ orbis carmina. Sunt qui scribãt hunc ab initio Christianum, deinde fidei desertorem fuisse. Volaterranus.

Priscus, Adiect. (πρόσθεν, ἀρχαῖος, ἀρχαϊκός,) Qui superiore ætate fuit. vt Prisci Latini, qui fuere antè quàm Roma conderetur.
Credendum nimirum est veteribus & priscis, vt aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant, itaque eorum vocabula nobis prodiderũt. Cic. de Vniuersit. 48.
Itaque vnum illud erat insitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius, esse in morte sensum. Cic. 1. Tuscul. 43.
Agricolæ prisci. Horat. 2. epist. 1. 28.
Annales prisci. Ouid. 1. Fast. 2.
Addere arti priscæ motum & luxuriam. Horat. in Arte, 44.
Aurum priscum. Horat. 4. Carm. ode 2. 8.
Fides prisca. Martial. lib. 1. 6,
Prisca fides taceat mãm post tua munera Cæsar,
Hæc iam fœminea vidimus acta manu. Virg. 9. Aeneid. 16,
Dicite, prisca fides facto, sed fama perennis.
Gens prisca mortalium. Horat. Epod. 2. 1.
Græcorum priscæ literæ. Cic. 3. de Nat. deorum, 55, Nam Ioues quoque plures in priscis Græcorum literis inuenimus.
Moneta prisca concessit nouæ. Ouid. 1. Fast. 45.
More prisco. Tacit. lib. 2, Quum clasicum canere iussissent, more prisco aduertere. Ouid. 2. Fast. 57,
Flamen ad hæc prisco more Dialis erat.
Nomen priscum mutare. Ouid. 14. Metam. 170.
Progenies prisca. Claud. 1. in Ruffinum, 22.
Religio prisca. Ouid. 10. Metam. 138.
Me chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant. Ouid. 1. Fast. 21.
Ritus priscos. Plin. lib. 12. cap. 1. 1, Hæc fuere Manium templa, priscoque ritu simplicia tura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant.
Secula prisca. Martial. lib. 1. 17,
Secula Carpophorum Cæsar si prisca tulissent,
Iam nullum monstri orbe fuisset opus.
Senes prisci. Ouid. 10. Metam. 128.
Seueritas prisca. Cic. de Aruſp. respon. 24, Cuius priscam illam seueritatem sacerdotii mirifica tua soror existimatur imitata.
Tempes prisca. Ouid. 1. Fast. 44.
Verborum priscorum affectator, apud Suetonium in libello de Claris Grammaticis, 10.
Vetustas prisca. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 23.
Verborum prisca vetustas. Cic. 1. de Orat. 95.
Vocabula prisca. Cic. 3. de Orat. 24, Et illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum.
Verbis priscis, & pene solennibus bona alicuius consecrare. Cic. pro Domo sua, 94.
Prisce, Aduerbiũ, (πρόσθεν,) vt Prisce agere, id est Prisco & antiquo more Cic. pro M. Cœlio, 24, Sed tamen ex ipsa quærã prius, vtrum me secum seuerè & grauiter & priscè agere malit, an remisse ac leniter & vrbane.

Pristinus, penul. corr. Adiectiuum, (ὁ πάλαι,) Quod superioribus annis, mensibus, diebus, & nostra memoria fuit. vt Pristina nostra beneuolentia. Venit autem ab eo quod est Prius, authore Festo. Cic. 2. de Diuinat. 10, Quod quum accidisset nostræ Reip. tum pristinis orbati muneribus, hæc studia renouare cœpimus. Idem 5. de Finib. 72, Non necesse est & illa pristina manere. Plaut. Trucul. 2. 6,
– me hercule in odiis resident
Mores pristini, ad negandum vt celeri lingua vtamini. Cic. Attico, lib. 1. 11. 14. Senatum ad pristinam suam seueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui. Cæsar 7. bel. Gal. 302, Tanta tamen vniuersæ Galliæ cõsensio fuit libertatis vindicandæ, & pristinæ belli laudis recuperandæ.
Aetas pristina. Claud. 3. Paneg. 15.
Bonitas pristina & misericordia. Cic. pro Roscio Amer. 89.
Coniux pristinus. Virg. 6. Aeneid. 95.
Dignitas pristina. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 15.
Gloria pristina. Virg. 10. Aeneid. 29.
Labor pristinus. Cic. pro Sylla, 19, Si ille labor meus pristinus, si sollicitudo, si officia, si operæ, si vigiliæ deseruiunt amicis, præsto sunt omnibus.
Vetus consuetudo fori, & pristinus mos iudiciorum. Cic. pro Milone, 1.
Odio pristino incensa mulier. Cic. pro Cluentio, 144.
Casus recidere ad pristinum statum. Cic. Antequam iret in exil. 8, Quamobrem nolo me duce, supplicii vos ad fraudem deduci, vt ego ad pristinum statum recidam casus.

Pristinâlis, & hoc pristinâle. Colum. lib. 7. cap. 9. 2, Si temperata atque aprica, glabrum pecus, vel etiam pristinale album pasci potest. Quo in loco melius quidam legunt pistrinalis.

Pristis, huius pristis, fœ. gen. (πρίστης,) Genus piscis marini longissimi, atque angusti corporis. Plin. lib. 9. cap. 3. 1, Plurima autem & maxima in Indico mari animalia, è quibus balænæ quaternũm iugerum pristes sucenũm cubitorum.
Pristis, Scylla, maris monstrum dicitur. Virg. 3. Aeneid. 86,
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore pristis.

Priuatus, Vide PRIVVS.

PRIVERNVM, (πρεσουτερνον,) vrbs Volscorum in Latio. Vnde
Priuernates, penul. prod. vt notat Seruius apud Virgilium 7. Aeneid. 161, explicans carmen illud, Hos super aduenit Volsca de gente Camilla.
Fundus Priuernas. Cic. 2. de Orat. 123, Brute testificatur pater se tibi Priuernatem fundum reliquisse. Ibidem, Fortè euenit vt in Priuernati essemus.

Priuignus, priuigni, (πρόγονος,) Filius mariti vxoriúe, cuius prior coniux discessit, vulgò Filiaster. Mart. lib. 4. 16,
Priuignum non esse tuæ te Galle nouercæ
Rumor erat, coniunx dum fuit illa patris. Brutus Ciceroni, 16. 8, Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui priuigno minus tribuerit, quàm Cicero qui alieno tribuat?
Carentes matre priuigni. Horat. 3. Carm. ode 24. 4.
Pocula priuigno non nocitura suo. Propert. lib. 2. eleg. 1. 11.
Nubere in familiæ luctum, atque in priuignorum funus. Cice. pro Cluentio, 149.
¶ Priuigna. Cic. ad Atticum, lib. 13. 277. 1, De vxore Tuberonis & priuigna, neque possum iam abdere (est enim res peruulgata) neque Tuberonem volo defendere.
Priuigna proles. Colum. lib. 10. 17,
Et quos enixa est partus iam quærit alendos,
Priuignasque rogat proles: date nunc sua matri Pignora.
¶ Priuignus dictus, quòd prius quàm mater secundo nuberet, est genitus. Pri enim antiqui pro præ, dixerunt. Festus.

Priuilegium, & **Priuo,** Vide PRIVVS.

Prius, (πρότερος,) Comparatiuum, Prior & hoc prius. Terent. Eunuch. 1. 1. 5, Si quidem hercle posis, nihil prius, neque fortius. Hoc est, nihil excellentius.
Aeui prioris exempla. Ouid. in Ibin, 51.

Prius & Posterius, contraria. Horat. 1. Serm. saty. 4. 12.
–& quod prius ordine verbum est, Posterius facias.
Priori posterius, posteriori superius coniungere. Cic. 4. Acad. 83.
Nil prius fide. Proper. lib 4. eleg. 1. 16.
Prius, (πρότερον, πρότατα, πρόδιον, πρίν, πάροιθε,) Aduerbium tẽporis. Plaut. Pseud. 117, Atque hoc ne dictũ tibi neges, dico prius. Id est, antè quàm quicquam fiat. Idem Amphit. 6. 47, Prius tua opinione hîc adero. Et Epid. 1. 1. 1. Videor nescio vbi me vidisse prius. Item Asin. 7. 113, Illum ego interea hîc obleciabo, prius si fortè aduenerit. Sic Amphit. 6. 15, Prius abis, quàm lectus, vbi cubuisti, concaluit locus. Terentius, Heau. 3. 1. 70,
Nam si semel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium, hui
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris? Ibidem. 5. 2. 18,
–prius quæso disce quid sit viuere:
Vbi scies, si displicebit vita, tum isto eritor. Virgil. 1. Georg. 10.
Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor.
Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm vt tibi gratularer Cice. Attico, lib. 4. 70. 1.
Vt prius, sic prius. Cic. de Amicit. 14, Quãobrem cum illo quidem (vt suprà dixi) actum optimè est, mecum autem incommodius: quem fuerat æquius, vt prius introieram, sic prius exire de vita.
Prius orto sole. Id est ante solis ortum. Horat. 2. epist. 1. 23.
–& prius orto Sole vigil calamum & chartas & scrinia posco,
Priusquam, Subcontinuatiua coniunctio, quam nõnulli disiungunt, prius quàm. Aliquando indicatiuo, aliquando subiunctiuo iungitur.
¶ Indicatiuo. Plaut. Stichio. 9. 31. –prius quàm
Abis, præsente te huic apologum agere vnum volo. Terent. Hecy. 3. 1. 14, Prius quàm hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori dedi tum. Cic. 1. Philipp. 7, Prius quàm de Rep. dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonii iniuria. Terent. Andr. 1. 1. 13. Prius quàm pereo. Cic. in Vatinium, 1, Prius quàm loqui cœpisti, quum antè, &c. senti atque prouidi.
Cui priusquam de cæteris rebus respondeo, &c. Cic. 1. Philipp. 30.
¶ Coniunctiuo. Plaut. Perſa, 6. 38, Nunquam ecastor hodie scibis prius, quàm ex re audiuero. Idem Trucul. 3. 21,
–ita & in ædibus leonilis, prius quàm vnum
Dederis, centum quæ poscat parat. Salust. in bel. Catil. Prius quàm incipias, consulto: & vbi consuleris, maturè facto opus est. Cic. ad Quintum fratrem, Ne de bonis quæ Octauii fuissent, diminui paterentur, prius quàm Fundanio debitum solutum esset. Virgilius 3. Georgi. 94,
Continuo ferro culpam compesce, prius quàm
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Ac priusquam aggrediar ad causam. Cic. pro Corne. Balbo, 12.
Præclare enim vixero, siquid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro. Cic. pro Milone, 76.
Tamen quid potius faciam priusquam me dormitum conferam, non repetio. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 4.

Priuus, priua, priuum, (ἴδιος,) primi, priuæ, priua, id est singuli. Vnuius. Nonius, Priuum est proprium vniuscuiusque. Festus, Priuos, priuásque antiqui dicebant pro singulis. Ob quam causam & priuata dicuntur quæ vniuscuiusque sint. Hinc & priuilegium Priuatus. Hastenus Festus. Cato cap. 26, Primúsque scopulas in doliis facito habeas illi rei, quos labro doliorum circumfrices. Idem cap. 3. 3, Tapetos bonos, primos, impares esse oportet. Et ca. 10. 3, Labra aquaria quinque operculà doliis & seriis priua plura. Liui. 10. bel. Pun. 105, Fœciales quum in Africam ad fœdus feriendum ire iuberentur, iptis postulantibus, Senatus consultum in hæc verba factum est, Vt priuos lapides silices, priusque verbenas secum ferrent. Horat. 2. Serm. sat. 4. 1.
Aures priuæ, Lucret. lib. 4. 115.
In multas igitur voces vox vna repentè
Diffugit, in priuas quoniam se diuidit aures. Idem lib. 5. 55,
Aera nunc igitur dicam qui corpore toto
Innumerabiliter priuas notatur in oras.
Priuãtus, pen. produc. Adiec. (ἰδιωτικός,) Quod vniuscuiusque proprium est. Cic. de Amicitia, 14, Quia cum Scipione vixerim: quorum mihi coniuncta cura de Repu. & de priuata fuit. Idem de Senect. 19, Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & industria: nec ea solùm in claris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta. Plaut. Cap. 6. 84.
Sed is priuatam illic seruitutem seruit, an publicam?
AR. Priuatam medici Menarchi. Idem Trinum. 3. 12,
–gratiæ quæ in rebus multis obstant,
Odiosæque sunt, remoramque faciunt rei priuatæ & publicæ. Cicero pro Quintio, 8, Res quæ ipsius erant priuatæ. Idem, 3. de Finib. 5. Verbis tamen in dicendo quasi priuatis vtuntur ac suis.
Priuatum & Commune, contraria. Cic. 1. Offic. 32. Deinde vt communibus vtatur pro communibus, priuatis vt suis. Sunt autem priuata natura nulla, sed aut vetere occupatione, vt qui quondã in vacua venerũt.
Census priuato. Horat. 2. Carm. ode 15. 3.
Consensu priuato. Cic. pro Sestio, 21, Quid enim quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quàm pro vno ciue, & bonos omnes priuato consensu, & vniuersum Senatum publico consilio mutasse vestẽ?
Consilio priuatũ. Plin. de Viris illust. 72, Tantúque authoritate potuit, vt Optimũ cõtra Gracchũ, Mariũ cõtra Glaucia, & Saturninũ priuato cõsilio armaret.
Disputationes priuatæ. Quintil. lib. 3. ca. 4. 7.
Dolor priuatus. Silius lib. 5. 32.
Domus priuata. Cic. pro Quintio, 7.
Priuato liceat delituisse loco. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 16.
Odium priuatum. Brutus ad Ciceronem, 16. 6, Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? Tacit. lib. 2.
Opes priuatæ, Sibi propriæ. Horat. 1. epist. 3. 4.
Pecunia priuata. Quintil. lib. 3. cap. 6. 29.
Senectus priuata. Lucan. lib. 1. 66.
Vita priuata. Lucan. lib. 7. 54.
¶ Priuatæ etiam feriæ, vocabantur sacrorum proprìorum, velut dies natales, vt ait Festus. Fulgurum procurationes, & huiusmodi priuatę, quę fiebant pro familiis singulis & hominibus.
¶ Priuatus, Qui non est constitutus in aliqua dignitate. Plau. Capt. 4. 63, Hic qualis imperator nunc priuatus est. Cic. 1. Offic. Priuatum autẽ oportet æquo & pari ciuibus iure viuere. Idem 4. Verr. 12, Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato, Senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet, datur.
Priuatus, cui opponitur Cum potestate. Cic. 1. de Inuẽt. 53. In fortuna quę tritur, seruus sit an liber, pecuniosus an tenuis, priuatus an cũ potestate.
Vetant XII Tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari. Cicero pro Domo sua, 34.
Priuati Iudices sunt, quos vocant subalternos. Tacit. lib. 14, Qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauissent, eiusdem pecuniæ periculum fecerunt, cuius ii, qui Imperatorem appellauẽre.
In priuato, & In publico, contraria. Vide IN præpositionem.
Priuãtim, pen. produ. Aduerbium, Quod non est publice factum. Plaut. Bacchid. 5. 79. –occidistis me:
Nimio hic priuatim seruaretur rectius.
Priuatim & Publicè, contraria. Cic. 1. de Inuẽt. 7, Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ studendum est, etsi ea quidem & priuatim & publicè peruersè abutuntur. Idem 7. Verr. 1, Nemini video dubiũ esse iudices, quin apertissimè C. Verres in Sicilia sacra profanique omnia & priuatim & publicè spoliarit. Ibidem, 6. 96, Mira quædam tota Sicilia priuatim ac publicè religio est Cereris Ennensis.
Si quæ beneficia singulis ciuibus, priuatimque dantur ea solent iis esse fructuosa, à quibus sunt profecta. Cicero Anteq. iret in exil. 1.
Priuatim aliquid gerere, Non fungi munere publico. Cice. 5. de Fin. 101, Nam aut priuatim aliquid gerere malunt: aut qui altiore animo sunt, capessant Rempub. honoribus, imperiisque adipiscendis.
Nulla enim meipsum priuatim pepulit iosignis iniuria Cl. Figu. li. 4. 13. 4.
¶ Priuatim, (ἰδίᾳ, ἰδίως,) pro eo quod vulgò dicitur Particulariter, vel In particulari, vel specialiter. Plin. lib. 6. cap. 17. 6, De ita priuatim condidit volumen Amometus. Idem lib. 5. cap. 1. 16, Priuatim dicato volumine. Cæsar 1. bel. Ciuil. 25, Liboresque habent in vrbe in Capitolio priuatim. Cic. pro Quintio, 8, Neque interea verbum vllum inter posuit Nævius, aut societatem sibi quippiã debere, aut priuatim Quintium debuisse. Plin. lib. 24, Picis natura excalfacit, explet, adneriatur priuatim cerastæ morsibus cum polenta. Peculiariter pro eodem, ibidem dixit, Peculiariter renibus vtilis est.
Mandare alicui rem priuatim. Cic. pro Sext. Roscio, 67.
Priuãte, pe. produc. Aliud aduerbium, Idem Cice. ad Atticum, lib. 7. 127. 1, Illud priuate non ascribis, & tibi gratias egit. Ex vetusto codice legendum, Illud puto non, &c.
Priuo, priuas, (στέρω, στερέω, ἀποστερέω, στερίσκω, ἀπαυρέω, δηόω, δηοῦω, ἀμείρω,) priuare, Adimere & spoliare significat. Plaut. Trucul. 11. 19.
–velut meretrix meum herum
Miserum sua blanditia intulit in
Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis. Idem Menæh. 20. 7, Meo cibo & sumptu eductus est, anima priuabo virum.
Spoliare & priuare, Cic. 4. Acad. 111, Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat sensibus?
Præpositio enim IN priuat verbum ea vi, quam haberet, si IN præpositũ non fuisset, vt dignitas, indignitas, &c. Cic. in Topi. 14.
Patriam priuare aspectu suo. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 13.
Dolore priuari. Cic. 1. de Finib. 58.
Exilio aliquem priuare. Cic. Attico, lib. 1. 11. 16.
Fide priuauere eum fata. Stat. 1. Thebaid. 139.
Fructu liberalitatis aliquem priuare. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 1.
Non enim hac exceptione vnus afficitur beneficio, sed priuatur iniuria. Cic. 1. de Lege agraria. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Priuare communi luce, Occidere. Cic. pro Quintio, 49, Vt per se afflictum, atque euersum propinquum suum non modò honestè partis bonis, verum etiam communi luce priuaret.
Priuare oculis. Cic. 4. Acad. 65. Et 5. de Finib. 150, Cur hæc eadem Democritus, qui, &c. dicitur oculis se priuasse?
Aegritudo me somno priuat. Cic. Attico, lib. 9. 181. 1.
Priuare testimonio. Cic. 4. Acad. 7, Itaque priuabo potius illum debito testimonio, quàm id cum mea laude cõmunicem. Idem ad Curionem, lib. 2. 2. 1, Graui (esse priuatus sum amoris summi erga me tui.
Priuare vita. Cic. in Parad. 29, Patrem vita priuare, si per se scelus est, &c. Idem 7. Verr. 81, Nauarchos omnes testes sui sceleris vita esse priuandos. Lucret. lib. 5. 200.
Priuandum, (στερητέον,) est corpora motu. Lucret. lib. 1. 78.
Priuans, Participium, (στερῶν,) Cic. in Topic. 24, Sunt enim alia contraria, quæ priuatia licet appellemus Latinè, Grecè appellãtur στερητικά.
Priuatus, (στερητός,) Cui quid est ademptum, inquit Festus. Plaut. Trucul. 11. 57, Tum pol ego & donis priuatus sum, & perii. Plin. de Viris illust. 50, Priuatus stipendio.
Lumine priuatus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 11.
Aer priuatus lumine. Lucret. lib. 4. 74.
Priuatio, Verbale, (στέρησις,) Cic. 2. de Finib. 50, Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris priuatio.
Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem. Cic. 1. de Finib. 69.
Priuilegium, priuilegii, (προνομία, προνόμιον,) Lex ad priuatos homines, singulosque pertinens. Quod de reditu M. Cicerõnis, & de imperio Pompeii statutum est, non lex, sed priuilegium dicitur. Cic. in Parad. 39, Sed quid ego cõmunes leges profero, quibus omnibus ex exul? Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. Idem pro Domo sua, 34, Quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tulisti: vetant leges sacratæ, vetant duodecim Tabularum leges priuatis in hominibus irrogariiui est enim priuilegium. Ibidem, 45, An hoc timebam, si mecum ageretur more, institutoque maiorum, vt possem præsens sustinere? Vtrum si dies dicta esset, iudicii mihi fuit pertimescendum? an sine iudicio priuilegiũ? iudicium? Et 3. de Legib. 64, Negotia * is quidem, admirandum, tantum maiores in posterum prouidisse, in priuatos homines leges ferri noluerunt. id est enim priuilegium: quo quid est iniustius? Ibidem, 16, Priuilegia ne irrogantõ. Et ibidem, 63, Tum leges præclarissimæ de duodecim Tabulis tralatæ dicæ, quarũ altera priuilegia tulit. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 11, Quædam, inquit, priuilegia parentibus data sunt. Gel. lib. 10. cap. 20, Neque de imperio Cn. Pompeii, neque de exitu Ciceronis, neque de cæde Publii Clodii quæstio, neque alia id genus populi plebisue iussa, leges vocari possunt. Non sunt enim generalia iussa, neque de vniuersis ciuibus, sed de singulis concepta. Quocirca priuilegia potius vocari debent: quia veteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus.
Quum & sacratis legibus, & XII Tabulis sanctum esset, vt neque priuilegium irrogari liceret, neque de capite, &c. Cic. pro Sestio, 55.
Vim & crudelitatem priuilegii, authoritate honestissimorum hominum & publicis literis consignauit. Cic. Post red. in Senatu. 26.
Priuilegium, pro Prærogatiua. Senec. lib. 2. de Tranquil. vitæ, Nam si dicis illum æquo animo laturum, nullum habet priuilegium. Sueton. in Augusto, Quum de priuilegio sacerdotum Atticæ Cereris.
Priuilegiarius, Adiectiuum. Vlpianus in L. Rescriptum. ff. De pactis, Rescriptum autem diui Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant conuenire. Quid ergo si quidam eorum abientes sint nunquid exemplum præsentium absentes sequi debeant? Sed an & priuilegiariis absentibus hæc pactio nocet, eleganter tractatur: si modò valet pactio & contra absentes.
Priuilegiarius dicitur, cui aliquod priuilegium concessum est. Vulgò ab indoctis priuilegiatus nuncupatur. Vnde Milites priuilegiarii dicti, qui vacabant officio. Vlpianus lib. 14. Digest. titul. Quod cum eo qui in aliena potestate. L. Sed an hic, Rectè, inquit, dicetur occupantis meliorem esse conditionem, nisi quis priuilegiarius veniat.

Pro, (ὦ,) Interiectio indignantis, Nominatiuo aliquando, seu vocatiuo potius, aliquando accusatiuo iungitur. Terent. Adelph. 3. 3. 12. – prô Iuppiter,
Hominis stultitiam. Idem Eunuch. 3. 5. 2. – prô Iuppiter,
Nunc est profectò, interfici quum perpeti me possum. Aliquando admirantis. Terent. Adelph. Prô dii immortales facinus indignum quod narras? Cic. 1. Tuscul. 152, Prô dii immortales, quàm illud, &c. Sic 5. Verr. 101. Et 7. 76. Et Liuius 2. bel. Pun. 62, Tantum (prô dolor) degeneramus à parentibus nostris, vt, &c.
Quæ res prô sancte Iupiter in terris est gesta maior? Cic. 2. Philip. 53.
(Prô curia, inuersique mores!) Horat. 3. Carm. ode 5. 2.
¶ Accusatiuo. Terent. Heaut. 1. 1. 9, Nam prô deùm atque hominum fidem, quid vis tibi? Idem And. 1. 5. 2, Prô deùm atque hominum fidem, quid est, si non hoc contumelia est? Cic. de Amicit. 48, Nam quis est, prô deùm fidem atque hominum, qui velit vt neque diligat quenquã, nec ipse ab vllo diligatur? Idem 5. Verr. 115, Prô deùm hominumque fidem. Ibidem 6. Et 5. Tuscul. 68.
Prô facinus. Ouid. epist. 10. 2, – & tu
Prô facinus, somnis insidiate meis.
¶ Prô, circunflectitur, aut grauatur. Sunt qui proh scribunt, adscripta aspiratione.

Pro, (ὑπέρ,) Præpositio, ablatiuo casui seruiens, significat quod Gallicè dicimus Pour. Terent. Eunucho, 1. 2. 89, Heri minas viginti pro ambobus dedi. Idem And. 5. 3. 17, – an
Vt pro huius peccatis, ego supplicium sufferam? Plaut. Mostel. 10. 38,
Tris minas pro istis duobus, præter vecturã dedi. Terẽt. And. 4. 1. 51,
– hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus pedibus, noctesque & dies. Plautus Aulul. 17. 7,
Heu senex, pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam.
¶ Pro, Præpositio notanda in genere loquendi, quale est hoc, Iuit emptum pro me panem: quod vsuratius dicitur, Iuit emptum mihi panẽ. Plautus in Rudente, Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitu gymnasticò. Id est eis qui in gymnasiis corpora exercent.
Pro & contra. Cic. 3. de Orat. 81, Profectò nunquam conquiescam, neque defatigabor antè quàm illorum ancipites vias rationesque & pro omnibus, & contra omnia disputandi, percepero.
Hoc non modò non pro me, sed contra me est potius. Cic. 3. de Orat. 43.
Partum nihil cõtra Habitũ valere, partim pro hoc esse. Cic. pro Cluẽt. 71.
Pro mea parte, Pro sua parte. Plin. epist. 96. d, Sed vt te cohæredes mei tractabiliorem experiantur, vtque tibi nihil abstulerit reuerentia mei, offero pro mea parte tantundem. Cic. Metello, lib. 5. 2. 27, Fieri non moleste tuli, atque etiam, vt ita fieret, pro mea parte adiui. Idem 6. Verr. 73, Præcipuè quòd in his artibus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit. Et pro Sylla, 3, Non enim vna est ratio defensionis ea quæ posita est in oratione. omnes qui adsunt, qui laborant, qui salutem volunt, pro sua parte, atque authoritate defendunt. Sic 2. de Leg. 81, Ac pòst de eius hæredibus aliquis exegisset pro sua parte.
Pro sua parte loqui. Plaut. Rud. 24. 82, – si istic tacet,
Ego tacebo: si iste loquitur, sine me mea pro parte loqui. Id est, Sine vt meipsum defendam.
¶ Pro, Causa, vel propter. Plin. epist. 189, Hæc tibi, admonitus immodicæ seueritatis exemplo, pro amore mutuo scripsi. Terentius Eunucho, 5. 4. 19,
Ego pol te pro istis dictis & factis scelus
Vlciscar. Plaut. Amphit. 3. 2. 1,
Pater huc me misit ad vos oratum meus,
Tametsi pro imperio vobis quod dictum foret, Scibat facturos.
¶ Pro, (ἀντί,) hoc est Loco, vel in locum, vt Pro illo, & pro imbre. Terent. Eunuch. 2. 3. 79, Quid tum posteà? pro illo te ducam. Plaut. Mostel. 3. 42, Continuò pro imbre amor aduenit. Idem Pœnul. 19. 4,
Ipse abit foras, me reliquit pro atriensi in ædibus. Idem Merc. 16. 5,
Nam qui amat, si quod amat, habet: id satis habet sibi
Pro cibo videre, amplecti. Cic. 1. Acad. 39, Itaque aer quoque (vtimur enim pro Latino) ignis, & aqua & terra prima sunt.
Eduxit eam mater pro sua. Terent. Eunuch. 1. 2. 76.
Habere pro absoluto aliquem. Cœlius Ciceroni, lib. 8. 8. 9.
Pro ancilla habere. Plaut. Persa, 1. 1. 23, Vtrum tu pro ancilla me habes, an pro filia?
Pro argumento. Linius lib. 5. bel. Pun. Pro argumento id fuit Annibalem castris non mouisse.
Ponere aliquid pro argumento. Cic. de Claris Orat. 151, Hoc ipsum etiã posuisse pro argumento, q̃ ille quum, &c. tam solutè egisset. Meminisse.
Sicilia non solùm pro penaria ceilla, sed etiam pro ærario Romanis fuit. Cic. 4. Verr. 4.
An hoc pro beneficio est habendum? Brutus Ciceroni, 16. 4.
Pro beneficio aliquid alicui dare. Cœlius Ciceroni, lib. 8. 8. 4, Totum Sempronium vsque eò perago, vt Vestorium quoque interponam, & illam fabulam narrem quemadmodum tibi pro beneficio dederit, si quid iniuriis suis esset, vt Vestorius teneretur.
Gerere se pro ciue. Cic. pro Archia, 8.
Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectũ est non licere. Cic. 3. Offic. 61.
Putare pro decreto. Cic. 11. Philip. 310, Itaque si nihil ad nos referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem.
Pro derelicto aliquid habere. Cic. Attico, lib. 8. 145. 2.
Noctem pro die, cauponam pro oppido alicui esse. Cic. in Pisonem, 41.
Pro diis habent obscœna. Plin. lib. 2. cap. 7. 3.
Pro delitiis crudelitas illi fuit. Cic. 11. Philip. 295.
Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curam pro Senatu, campum pro comitiis, &c. Cic. 3. de Orat. 92.
Patre non mortuo omnia gerere pro hærede. Cic. in Salust. 8.
Pro hoste habere. Liuius 2. ab Vrbe, 85.
Incerta pro certis habere, falsa pro veris. Cic. de Senect. 62.
Etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Cicero Attico, lib. 1. 11. 10.
Vnus Cato mihi est pro centum millibus. Cice. Attico, lib. 2. 20. 2.
Pro monstro eam vocem accepit, Id est, tanquam monstrum detestatus é. Valerius lib. 4. cap. de Abstinentia.
Pro occiso relictus est Sestius. Cice. pro Sestio, 68.
Pro parente colere. Liuius 6. bell. Puni. 254.
Tradere aliquid pro pignore. Cic. de Prouinc. Consul. 1.
Pro socio damnatus est. Cic. pro Flacco, 33.
Ornamentis alicuius pro spolis aburi. Cic. pro Quintio, 66.
Habere rationes relictas pro latis. Cic. Rufo. lib. 5. 20. 9.
Sui, ne putrescat, anima pro sale data est. Cic. 2. de Natu. deorum. 238.
Pro stercore aliquid habere, Nihili facere. Plaut. Trucul. 11. 4, Nam hoc qui sit ita, ne quis id quærat ex me, domi scit quæ facit improba facta amator, qui bona sua pro stercore habet.
Verbum pro verbo reddere. Cice. de Optimo gen. Orat. 148.
Verba pro verbis summittere. Cic. in Orat. 50. Ibidem, In quibus pro verbo proprio subiicitur aliud.
Pro virgine nuptum dari non potest. Terent. Adelph. 3. 2. 48.
¶ Pro, Tanquam, siue perinde acsi. Plau. Trucul. 18. 14, Me quasi pro derelicta sis habituris. Plaut. Cap. 11. 11, – quid istuc est
Quod meos te dicam sic fugitare oculos Tyndare,
Proque ignoto me aspernari, quasi me nunquam noueris? Teren. Adelph. 1. 1. 23,
Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo. Plaut. Milit. 12. 27
– quisnam homo est hic
Qui tam pro nota me nominat? Idem Merc. 15. 26, Non possum, ita iratus, vrges, quasi pro noxio. Item Capt. 7. 9,
– pro rota me vti licet?
Vel ego hoc, vel illuc vortar, quò imperabitis.
Pro certo est. Quintil. lib. 5. cap. 12, Prius de adulterio conuincẽdum est, vt quum id cœperit esse pro certo, fiat incerti argumentum.
Pro certo ponere. Cæsar 7. bel. Gal. 20, Quòd nihil nobis constat, non videtur pro certo esse ponendum.
Pro certo affirmare. Liu. 1. ab Vrbe 10, Quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?
Ambiguum pro certo concedere. Cic. 1. de Inuent. 100.
Pro certo negare. Cic. Attico, lib. 5. 110. 3, Sed posthac omnia quæ certa non erunt, pro certo negato.
Pro certo dicere. Terent. Adel. 3. 4. 32, Pro certóne tu istæc dicis?
Pro certo habere. Cic. Bruto, 5. 2, Neque nũtiabatur quicquam quod pro certo haberemus. Idem Attico, lib. 13. 264. 3, Mumium fuisse ad Corinthum pro certo habeo.
Perscribere ad aliquem pro certis ea quæ certa sunt. Cicero Ampio, libro 6. 12. 10.
Pro comperto. Liu. 5. bel. Maced. 109, Vnum de auxiliaribus specie transfugæ mittit ad eum: qui pro comperto afferret, Achæos statuisse posterò die, &c.
Dubia pro certis & concessis sumuntur. Cic. 2. de Diuin. 157.
Pro concesso & probato sumere. Cic. 5. Tusc. 28, Nam Geometræ quum aliquid docere volunt, siquid ad eam rem pertinet eorum quæ antè docuerunt, id sumunt pro concesso & probato.
Pro dãnato esse. Cic. 6. Verr. 29, Quum iam pro dãnato, mortuóque esset.
Pro explorato. Cicero Attico, lib. 11. 224. 6, De omnibus rebus velim ad me scribas, & maximè quid scribas de eaxin quo tuo consilio egeo, etiã si nihil excogitasti id enim mihi erit pro explorato. Aliqua exemplaria habent pro desperato.
Pro facto habere. Cic. Atti. lib. 13. 261. 3, Itaque istud iã pro facto habeo.
Pro firmato stare. Liu. 4. ab Vrbe, 31. Non tamen pro firmato iam steterit magistratus eius iussu: quia tertio mense quàm inierunt, augurum decreto perinde ac vitio creati honore abiere.
Pro indiuiso. Cato cap. 137, Cætera omnia pro indiuiso.
Et id quod iudicatum non sit, pro insecto haberi oportere. Cicero 2. de Inuent. 182.
In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. Cic. 4. Verr. 122. Idem Attico, lib. 11. 318. 1, P. Terentius meus necessarius operas in portu, & scriptura Asiæ pro magistro dedit.
Pro meliore fuit. Tacit. lib. 17. Dein nobis pro meliore fuit, effugere hostes tenui damno.
Pro nihilo ducere. Cic. 4. Verr. 27, Tu ausus es pro nihilo præ tua præda tot res sanctissimas ducere?
Pro nihilo putare. Cic. 1. pro Verr. 13.
Pro nihilo videri. Cic. 2. Finib. 70, Quæ quum Aristoni, & Pirrhoni omnia visa sunt pro nihilo, vt inter optimè valere, & grauissimè ægrotare nihil prorsus dicerent interesse.
Ego tamen, quoniam condemnatum esse pro nihilo vis, si ita esset ignoscerem. Cic. 2. Philip. 70.
Pro parte. Paulus in L. Vsus. ff De vsu & hab. Nam fruiquidem pro parte possumus, vti pro parte non possumus. Pomponius in L. Si pœnæ. Paragr. Si falsò. ff. De condict. indeb. Si falsò existimans debere, tibi nummos soluero, qui pro parte alient, pro parte mei fuerunt, &c.
¶ Pro rata. Vlpian. in L. in his vero. ff. De soluti, & liberatio. Si vero summa vsurarum debitarum & non debitarum non eadem sit: ad vtráque causam æqualiter proficit, quod solutum est, non pro rata, vt verba re scripti ostendunt. Et paulo pòst, Vtrum pro rata, & sorti & vsuris decedat.
Pro ridiculo ac delectamento putare aliquem. Terent. Heaut. 5. 1. 79.
– si viuo, adeò exornatum dabo,
Adeò depexum, vt dum viuat, meminerit semper mei,
Qui sibi me pro ridiculo ac delectamento putat.
Pro rudi atque indocto despicitur. Gel. lib. 10. cap. 14.
Pro rupto fœdus habere. Liu. 2. ab Vrbe, 60.
Pro victis abiere. Liu. 2. ab Vrbe, 29.
¶ Pro, Secundum. Plaut. Bacch. 2. 22,
Magis vnum in mente est mihi nunc, satis vt commodè
Pro dignitate opsonii hæc concurret coquus. Terent. Phor. 2. 2. 23,
Imò enim nemo satis pro merito gratiam regi refert. Plaut. Sticho, 14. 13, Efficimus pro opibus nostra mœnia. Idẽ Pœn. 13. 60, Verùm pro pretio facio vt opera appareat. Terent. Adelph. 5. 3. 23, Tu illos duos olim pro re tollebas tua. Ibidem, 3. 3. 73, – sedulo.
Moneo quæ possum pro mea sapientia. Plautus Milit. 10. 132. Sicuti merci pretium stat, pro virtute vt væneat. Salust. in Catil. Hisque permissum est, vti pro tempore atque periculo exercitum compararent. Ibidem, Duas legiones instituit, cohortes pro numero militũ complet.
Pro conditione. Quintil. lib. 3. ca. 6. 11, Et accidit pro cõditione causarũ.
Pro mea consuetudine. Cicero pro Archia, 11, Quæ de causa pro mea cõsuetudine breuiter, simplicitérque dixi Iudices, ea confido probata esse omnibus. Idem ad Atticum, lib. 1. 3. 1, Pro nostra consuetudine tu existimare potes.
Tribuere cuique pro dignitate. Cic. 1. Offic. 65.
Pro facultatibus. Columel. lib. 9. ca. 1. 2, Modus sylvæ pro cuiusque facultatibus occupatur.
Pro nostra facultate. Quintil. lib. 6. cap. 5. 1, His pro nostra facultate tractatis, non dubitassem, &c.
Hæc pro tuo ingenio considera. Cice. Tironi, lib. 16. 3. 5.
Nunquam te mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum putabas. Cice. 2. Philipp. 65.
Præstare se dignum pro laude merentis, Id est iuxta laudem merentis. Horat. 1. epist. 7. 5.
Pro modo crassitudinis. Columel. lib. 11. cap. 46. 1, Et quæ plenior radicula fuerit, pro modo crassitudinis in duas vel plures partes digiti longitudine diffindito.
Pro modo virium & exigendum & corrigendum opus. Quintil. libro, 2. cap. 4. 10.
Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere. Cicero 7. Verr. 10.
Cæsar nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusiõe, in me liberalis fuit. Cice. Attico, lib. 7. 123. 4.
Nemo fuit qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. Cicero pro Domo sua, 83.
Hæc nequaquam pro opinione vulgi extimescenda sunt. Cic. 3. Tusc. 98.
Conficere negotium pro causæ veritate, & pro sua dignitate. Cice. Thermo, lib. 13. 58. 4.
Pro virili parte. Cice. 13. Philipp. 348, Tum me eius beneficio plus quàm pro viribus parte obligatum puto. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 4. Gaudia Cæsareæ mentis pro parte virili Sunt mea. Liu. ab Vrbe cond. Nec impensa grauis est, quum plus quàm pro virili parte sibi quenque capere principium viderint. Idem, 7. 28, Plus sibi quàm pro virili parte annitendum sciret. Sic lib. 10. 32.
Pro rata parte. Cic. 1. Tuscu. 150, Omnia ista perinde vt cuique data sunt, pro rata parte à vita, longa aut breuia dicuntur. Cæsar in Comment. Agros ex suis possessionibus pollicetur quadraginta in singulos iugera, & pro rata parte Centurionibus, cuocatisque.
Pro portione. Varro 2. de Re rustica, ca. 3, Vt & lac multum, & pingue habeant pro portione. Ibidem, Remittendum in datione pro portione. Ibidem, Et bubulci pro portione addendi. Cato de Re rust. Pro portione omnia ea facito. Cic. 2. de Orat. 176, Sed oportet vt ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum ꝓponere. Liu. 5. ab Vrbe, 14.
Pro rata portione. Cice. in Som. Scip. 17, Hic est inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorũ orbiũ efficitur. Vide Ad præsens, in ꝓpositione AD. Pro virili portione. Tacit. in vita Agricolæ.
Pro spe nihil cõtigit. Liu. 8. bel. Pun. 133, Maodonius & Indibilis, quibus, quia regnum sibi Hispaniæ pulsis inde Carthaginiensibus destinarant animis, nihil pro spe contigerat: concitatis popularibus, &c.
Pro tempore, Pro re, Pro loco, significat quod ineptè dicitur, Pro quali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate temporis,rei,loci.Cæsar in Comment.Consilium pro tempore & pro re caperet.Virg.in Bucol.7.eclog.7,Nunc te marmoream pro tè posse fecimus.Salustius, Pro tempore benignè respondit. Idem, Ipse prouie ac loco paulatim procedere. Cice.Attico, lib.12.241.3, Nam pro malis rectè habebar.Salust.in Iugurtha, Quòd singuli pro opibus quisque quamplurimas vxores,denas alii,alii plures habeant.

Pro hortum temporum perturbatione. Id est vt est temporum perturbatio. Cice.ad Seruium Sulpitium,lib.4.epist.29.10,Itaque sic velim existimes,me omnes Achaiæ ciuitates arbitrari pro horum temporum perturbatione fælices,quòd his tu præsis.

¶ Pro, Aliter.Plaut. Pœn.4.63, Nam pro heri nostri quæstu satis bene ornatæ sumus.Hoc est Si reputes quàm exiguè lucrū faciat herus. Idē Amph.4.135,Meus pater nūc pro huius verbis rectè & sapiēter facit. Terent.Heaut.5.1.67.Duo taleta pro re nostra ego esse decreui fatis.

Pro charitate Reip. Cic.3.Philipp.149, Sunt impii ciues, pro charitate Reip. nimium multi: pro multitudine bene sentientium, admodum pauci.Hoc est,si charitatem Reip.spectes.

Pro mea authoritate videor posse. Cic.pro Fonteio,26. Quare si etiam monēdi estis à me,quod non estis Iudices, videor hoc leuiter pro mea authoritate vobis præcipere posse.

Pro singulari eius humanitate.Cic.Attico,lib.9.178.2.

Pro tua singulari prudentia.Cic.ad Brutum,lib.11.12.2, Non dubito autem pro tua singulari prudentia,quin perspicias.

Quorum vobis pro vestra sapientia Quirites,habenda est ratio diligenter.Cic.pro Lege Manil.11.

¶ Pro re nata.Cic.Attico,lib.7.128.2, Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram, & animaduerteram posse pro re nata, te non incommodè ad me in Albanum venire III Non.Iun.

Pro suo iure esse in aliquo loco.Cic.Attico,lib.3.42.1,Itineris nostri causa fuit, quòd non habebam locum, vbi pro meo iure domus esse possem,quàm fundum Sicæ,præsertim nondum rogatione correcta.

Pro meo iure dico. Cic.pro Flacco,73, Oppressus est C. Antonius. esto. habuit quandam ille infamiam suam: neque tamen ille ipse (pro meo iure dico) vobis iudicibus damnatus esset.

Pro iure meo imperitabam.Plaut.Capt.5.50,
Quod antehac pro iure imperitabam meo,te oro nunc per precem,
Per fortunam incertam.

Pro tuo iure oras.Plaut.Rud.31.36,
Si sapies,tacebis:tum te mihi benignè itidem addecet
Bene merenti bene ferre gratiam. L. nempe pro tuo
Iure oras. D. mirum quin tuum ius meo periclo expetam.

Pro suo iure agere omnia. Terent.Adelph.1.1.27,
– non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere.Vbi Donatus,Hic est sensus, Non necesse est,etiā si liceat,sæuum esse patrem.

Pro cætera reuerentia.Plin.lib.3.epist.8, Facis pro cætera reuerētia,quā mihi præstas,quòd tam solicitè petis, vt Tribunatū,&c. Id est præter reuerentiā,quam mihi præstas in cæteris rebus,hoc quoque facis.

Pro cætera diligentia.Plin.lib.2.epist.16, Tu quidem pro cætera tua diligentia admones me,codicillos Aciliani, qui me ex parte instituit hæredem, pro non scriptis habendos. Id est vt in cæteris rebus diligens es,& inter cætera in quibus veteris diligentia.

Satis pro imperio.Terent.Phorm.1.4.19,
– domum ire pergam,ibi pluimum est. P. reuocemus
Hominem. A. sta illico. G. hem
Satis pro imperio,quisquis es.Id est imperiosè,inquit Budæus.

¶ Pro,In. Salust.in Iugur. Ac Numidæ sæpe antea vineis Romanorum subuersis, item incensis, non castelli mœnibus se tutabantur: sed pro muro dies noctesque agitare,maledicere Romanis.Plin.in Paneg.85. Tu delubra non nisi adoraturus intras: tibi maximus honor excubare pro templis,postibusque prætexi.Idem epist.10.c,Sedeo pro Tribunali,subnoto libellos,conficio tabulas. Item epist.302,Postulauitque vt cognoscerem pro Tribunali.

Pro concione. Liuius 8.bel.Maced.103, Laudati quoque pro concione omnes sunt. Sic 7.ab Vrbe,41. Quintil.lib.4.cap.4.7, Nam codicem Tribunus plebis ipse pro concione legit.

Pro suggestu.Cæsar 6.bel.Gal.10,Hac re pro suggestu nuntiata, eodem die cum legionibus in Senones proficiscitur.

¶ Pro,Ante.Salust.Qui ni maturasset,pro curia sociis signum dare.Cic. 2.Philip.76,Hasta posita pro æde Iouis statoris.Ibidem,3.143, Nonne audiente populo sedens pro æde Castoris dixit, nisi qui vicisset, victurum neminem?

Illa præsidia,quæ pro templis omnibus cernitis.Cic.pro Milone,1.

Locare equites pro cornibus. Quintil.lib.2.cap.13.3.

¶ Pro,De.Terent.Hec.9.3.1.30, Pueri inter sese quàm pro leuibus noxis iras gerunt?

¶ Pro se quisque, Id est quisque pro virili. Plautus Pœnulo,2.45,
Bonum hercle factum,pro se quisque vt meminerit.Idem Amph.4.77,
Pro se quisque id,quod quisque potest & valet,
Edit,ferit. Terent.Heaut.1.1.74,
Video alios festinare,lectos sternere,
Cœnam apparare,pro se quisque sedulò
Faciebat. Plin.epist.190.b,Ac primis quidem diebus redditæ libertatis, pro se quisque inimicos suos duntaxat minores, incondito turbidoque clamore postulauerat,timul & oppresserat.Virg.12.Aeneid.
111,Pro se quisque viri,summa nituntur opum vi. Cic.2.Verr.46,Iactatur domi suæ vir primarius & homo honestissimus, pro se quisque manus affert.

Pro se quisque quod ceperat, afferebat. Cic.3.Offic.76. Sic Liuius 5.ab Vrbe,97. & lib.2.25. Cic.3.Verr.40. & 47. Rursus Liuius 1.ab Vrbe,6. & 259.

Pro se quisque conferunt.Liuius 6.bel.Pun.Pro se quisque aurum,argentum,& æs in publicum conferunt.

Pro se quisque omnes.Liuius 5.bel.Pun.Itaque pro se quisque omnes per æqua atque iniqua loca, quum vndique tela conicerentur, armaque & corpora hostes obiicerent,peruadunt,irrumpūtque.

Pro sua quisque facultate.Cic.1.Tuscul.174.

¶ Pro testimonio dicere.Cic.6.Verr.38,Posteaquam Cordius pro testimonio dixit te sibi reddidisse, finem reddendi fecisti. Idem 7.Verr. 122, Qui nuper pro testimonio,non aduenam nescio quem,nec alienum, sed eum ciuem Romanum qui omnibus in illo conuentu notus, qui Syracusis natus esset,à te securi percussum esse dixit.

Mentiri pro testimonio.Cic.in Vatinium,1.

¶ Pro sano loqueris,qui me meo appellas nomine? Plaut.Menæh.8.24.

Maior quàm pro numero hominum editur pugna. Liuius 5.bel.Pun.94.

¶ Pro agricola, Id est è re agricolæ, atque vtile agricolæ. Colum.lib.3. cap.5.1,Quod minimè reor esse pro agricola.

Pro me est. Quintil.lib.7.cap.2, Solebam & excerpere quid mihi cum aduersario conueniret,si modo id pro me erat.

¶ Pro eo ac,vel Pro eo atque,legitur pro Ita vt,vel perinde vt. Seruius Sulpitius ad Ciceronem,lib.4.5.1, Sanequam pro eo ac debui, grauiter,molesteque tuli.

Pro eo atque. Vlpian.in L.Ad testium §.Siquis.ff.Qui testamenta facere possint,Siquis ex testibus nomen suum non adscripserit, veruntamen signauerit: pro eo est,atque si adhibitus non esset.Idem,Pro eo habendum, atque si nullo iure factum esset. Cic.1.de Inuent.70, Aut quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro ea, si confessum sit, concludere oportebit argumentationem.

¶ Pro aliquo stare,Defendere aliquem,& partes alicuius tueri.Terent. Phorm.2.1.37,Nam ni hæc ita essent,pro illo haud stares.Donatus legit,cum illo.Virg.9.Aeneid.135, – pro turribus astant.

Decernere pro sodali,& pro fama,fortunisque.Cic.1.de Orat.110.

Deprecari aliquid pro amicis,& non pro se.Cic.2.de Orat.110.

¶ Pro,repetitem. Cic.pro Murena,77, Ego vos pro mea summa & vobis cognita in Rempub. diligentia moneo, pro authoritate Consulari hortor,pro magnitudine periculi obtestor,vt,&c.

Proagogium, proagogii, (προαγώγιον,) Stuprum, perductio, à Græco verbo προαγωγόν, quod nos perducere dicimus, id est lenocinari,lenocinium facere. Sueton.in Nero. cap. 28,Super ingenuorum proagogia,& nuptarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit.

Proauctor, proauctoris, (προαυτόχων,)Sueton.in Claudio Cæsare,cap.24,Appium cæcum generis sui proauctorē.

Alii legunt proauthorem,id est authorem & principem.Ex Budæo.

Proauus, proaui,penul.corr. (προπάππος, πρόπατρος,) Aui paterni vel materni pater.Plautus Milit.7.21,Pater,auos, proauos, abauos. Et in Persa,3.4. Huius relatiuum est Proneposs. A quo fœmininum est proneptis. A proauo, fœmininum proauia. Cicero de Claris Orat.111, Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione & Crasso,& de tribus proauis. Idem 3.de Finib.58. Et ad Atticum,lib.13.264.3.

Atani proauorum.Iuuenal.Saty.3.31,Fœlices proauorum arauos.

Genus à proauis ingens.Virg.12.Aeneid.46,
Cui genus à proauis ingens,clarumque paternæ
Nomen erat virtutis. Id est, Cuius authoritatem commendabat & origo maiorum,& paterna virtus. Seruius.

Petere proauos, Ad proauos visendos ire.Virg.3.Aeneid.7,
Hortantur socii,Cretam,proauosque petamus.

Proauitus,pen.prod.Adiectiuum, (προπαππικός,) Quod est proauis vel Rura proauita.Stat.4.Sylu.4.17.

Regna proauita.Ouid.13.Metam.83.

Pugnæ proauitæ insignia ostentare.Silius lib.5.16.

Probabile, Vide PROBVS.

Probatica, probaticæ,pen.corr. (προβατικὴ,) Latinè ouilis dicitur. Erat piscina vbi oues lauari solebant, quum sacerdotes eas litare vellent. προβατον Græcè,Latinè dicitur ouis.

Probe,

Probe,Probitas,Probiter, Vide PROBVS.

Problema, penul.prod.problématis,pe.cor.neu.ge.(πρόβλημα.) Est propositio interrogationem annexam habens.Cice.Attico,lib.11.233.5,Iam explicandum est πρόβλημα, quod acturus es. Item eidem.lib.14.283.7,Abiit illud quod tum me stimulabat, quod tibi dabam πρόβλημα ἀρχιμάθεον.

Probo, Vide PROBVS.

Proboscis, proboscidis,pe.cor.fœ.ge.(προγομαίκ, προβοσκίς) Græcum nomen est,dictum quòd antè depascat.& est portesta corporis pars inherens naribus:quæ excepto homine, in aliis animalibus inuenitur. Varro Sexages. Inuenisse se quum dormire cœpisset,tam glaber quàm Socrates,calotum esse factum ericium è pilis albis cum proboscide.Hęc Nonius. In elephanto dicitur manus: quòd ea tanquam manu vtatur. Plin.lib.8.cap.12.1, Resoluunt elephanti manu draconum nodos. Idem nunc proboscidem, nunc manum vocat, lib.8.cap.7,Proboscidem eorum facillimè amputari, Pyrrhi prœliorū capere imcotis patuit.

Probrum, probri(,κακίς,ὄνειδος,) Stuprum, flagitium,inquit Festus. Valla probrum dicit significare crimē,vt est adulterium,stuprum,& huiusmodi.Sueto.in Cæsa.cap.43, Diremit nuptias Prætorii viri,qui digressam à marito post biduum statim duxerat,quānis sine probi suspiciōe. Vnde lex fuit apud Romanos,vt probrum virginis Vestalis capite puniretur.Liuius,Matronæ probri accusatæ.

Nefanda probra.Senec.Hippol.1.9.

¶ Probum,Maledictum,contumelia,infamia, dedecus, quod ex scelere consequi solet:vt Datum est probro,id est ignominiæ adscriptum.Cicero Attico,lib.11.217.5,epistolas plenas probrorum appellat, id est contumeliarum. Idem de Senectute,39, Mihi verò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa & tam perdita libido,quæ cū probro priuato coniungeret imperii dedecus. Plaut. Curcul.2.28.
Ita tuum conferto amorem semper,si sapis,
Ne id quod ames,populus si sciat,tibi sit probro.

Cum probro,Vide CVM præpositionem.

¶ Accusare probri,Vide ACCVSO

Arguere probri,Vide ARGVO.

Canere probra. Ouid.3.Fast.136.

Dicere multa probra alicui.Ouid.2.de Remed.amo.61. Curtius lib.8, Cuius temerariam linguam probra dicentem mihi & vobis diutius tulisse,quàm ille eadem me dicentem tulisset.

Sumptus effusi cum probro atque dedecore.Cice.pro Sext. Roscio,41.

Emergere ex paternis probris ac vitiis.Cic.5.Verr.138.

Iacere probra in insontem,Vide IACIO.

Iactare probra in aliquem,Vide Iacto in IACIO.

Terras probris implere.Ouid.epist.16.42.

Iucrepare probris,vide INCREPO.

Inculabo te probri,Vide INCVSO.

Inferre probrum alicui.Cic.pro Cælio.33.

Ingerere probra alicui.Liu.lib.2,His freti occursant portis ingerunt probra,ægre abstinent quin castra oppugnent.

Insimulare probri mulierem,Accusare.Cice.2.Philipp.98, Non est satis probri insimulasti pudicissimam fœminam Accipitur autem hic pro adulterio. Sic Accusare probri.

Intendere probra alicui.Tacit.lib.3,Probra sibi,& minæ intendantur.

Luere sanguine probra.Ouid.in Ibin,114.
Sanguine probra luas,vt auo genitore creatus,
Per facinus soror est cui sua facta parēs.

Obiicere probrum.Cic.2.de Orat.157. Et pro Domo sua,59, In isto tuo maledicto probrum nō modò mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustras meam.

Obiicere vt probrum.Cic.1.Tuscu.6, Honorem tamen huic generi non fuisse declarat oratio Catonis,in qua obiecit vt probrum, Marco nobiliori,quòd his in prouinciis poetas duxisset.

Tuum scelus,meum probrum putas esse oportere. Cic.pro Do. sua,68.

Esse probro.Cic.pro Rosc.Amer. 28, Vitamque hanc rusticam, quam tu probro & crimini putas esse oportere, & honestissimam & suauissimā esse arbitrantur. Idem in Vatinium,3,Quibus iam præcribis,quanto illis probro futurum sit,si te defenderint. Vide IN præpositionem.

Vetito probro sacraria temerare.Ouid.10.Metam.138.

Vacare probro,Senec.Herc.furen.1.4.

Et fierint oculis probra videnda meis.Ouid. 3. Amor.eleg. 13.8.

¶ Animal probrum.Gel.lib.9.cap.2.dicit pro probroso,quemadmodum apud Terentium,scelus,pro homine scelesto.

Probrosus, penul. prod.Adiectiuum,(ἀνόνειδος,)Ignominiosus. Gell.lib. 1,Manūque eius inter agendum forent argutæ admodum & gestuosę, maledictis,compellationibus probrosis iactatus est. Cice.5.Verr.40, Vt sunt illam quōque eius vocem probrosam agnoscatis. Vetus codex habet improbam. Idem pro Fonteio,22,De quo vos homine iudices,ne ab inimicis quidem vllum fictum probrosum non modò crimen sed ne maledictum quidem audistis.

Ruinæ,probosæ,Dedecus afferentes.Horat. 3.Carm.ode 5.8.

Carmina probosa.Tacit.lib.16.

PROBVS (πρόβος,)Berytius,Grāmaticus,Romæ docuit. Tranquillus.

Probus, Adiectiuum,(ἀδόλιμος,ἐνδιδόμενος,κάλλιστος,) Bonus, quasi prohibus,quòd se à delinquēdo prohibeat: inquit Festus. Plaut.Trinum.15.3,
Qualine amico mea commendaui bona?

CA.Probo & fideli,& fido,& cum magna fide. Terent.Phorm.2.1.29.
O artificem probum! Plaut.Pœn.14.93,probus faber.

Sanctus & probus.Cice.pro Cluentio,105,Neque enim hoc nomine sanctior,neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest.
Non probus.Vide NON aduerbium.

Probus ad istas res.Plautus Pœnulo,9.67,Illic est ad istas res probus,quas quæritas.

Argentum probum.Liu.2.bel.Maced.6.

Claua proba.Plaut.Rud.19.19.

Color probus.Columel.lib.8.cap.2.6,Sint matrices probi coloris,robusti corporis,quadratę.

Probus hic cooger frigidus.Plaut.Mil.10.164.

Facinus probum.Plaut.Meneh.4.21.

Ingenium probum.Cic.1.Offic.145,Sic in ipso ioco aliquod probi ingenii lumen elucebat.

Materia proba.Plautus Pœnulo, 14.94.

Merx proba.Plaut.Pœnulo,4.120.

Mores probi.Horat.in Carm.secul.9.

Moribus probus.Plin.epist.171.c.

Nummi probi.Plaut.Persa.12.32.& 15.59.

Occasio proba,Plaut.Casina,15.2.

Pauperies proba.Horat.3.Carm.ode 29.11.

Sapor probus.Colum.de Arborib.cap.3.7,Montibus,cluisque difficulter vineæ conualescunt,sed firmum, probūque saporem vini sibent.

Probè,Aduerb.(ἀνόδμος,)Bene,rectè,eleganter.Tercut.And.2.5.7,
– Pamphile.
D. Quasi de improuiso respice ad eum P. hem pater.
D.Probè.S.hodie vxorē ducas,vt dixi,volo.Hoc è rectè, & vt volebā.

¶ Oculus conturbatus non probè affectus ad munus suum fungendum. Cice.3.Tuscul.16.

Appotus probè.Plaut.Amphi.4.128.

Curare probè.Terent.And.5.2.6,Omnia apparata iam sunt intus.S. curasti probè.

Decipere probè.Plaut.Amphi.4.270.

Discere probè.Plin.epist.18.lib.2,Nisi sperare te vellem posse si aetris tui liberos probè discere.

Intelligere probè.Terent.Eunuch.4.6.30,Si vim faciet,in ius ducito hominem,intellextin'? C.probè.

Iudicas probè.Cice.Attico,lib.7.123.5.

Memini probè.Cic.de Senec.13. Terent. And. 5.4.15, Ni metuam patrem,habeo pro illa re illum quod moneam probè.

Nosse probè.Plaut.Trin.13.121,Mihi concredaret,ni me ille, & ego illū nossem probe? Cice.1.de Orat.115,Idem Q.Seruilium Galbam, quē hominem probè nosse,& commeminisse se aiebat,pergrauiter reprehēdere solebat.

Percutere probè,hoc est fortiter.Plaut.Amphit.4.164.

Sentire probè.Cic.1.de Legib.81, Probè quidem sentis, si re ac nō verbis dissiderent.

Stabilire probè.Cice.1.Tuscul.139,Hoc igitur probè stabilito & fixo,illud excutiendum est,vt sciatur quid sit carere.

Tenere aliquid probè.Scire.Cic.1.de Inuent.90.

Viuere pbè.Plaut.Amph.9.40,Profectò nos pbè vt volumus, viximus.

Probissime.Terent.Adelph.3.3.65,
-hoc fugito.S.callidè.
D.Hoc laudi est.S.istæ res est. D.hoc vitio datur.
S.Probissimè.

¶ Hoc aduerbium, vt ex præcedentibus exemplis apertissime liquet, omnibus ferè verbis iungitur.vt Probè appotus, Probè curare, Probè decipere, Probè memini,Probè commeministi, Probè monere,Probè ornatus,&c.

De aquæductu probè fecisti.Cic.ad Atticum,lib.13.264.1.

De Seruio probè dicis.Cic.de Clar. Orat.77.

Ornatus probè.Cic.ad Cælium,lib.2.9.5,Ad Amanum exercitum adduxi satis probè ornatum auxilijs.

Probitas,pe.cor.probitātis,(καλοκαγαθία,)Bonitas. Cice.de Amicit.27, Quòd si tanta vis probitatis est, vt eam vel in eis quos nunquam vidimus,vel quod maius est,in hoste etiam diligamus:quid mirum est,si aui mi hominum moueantur? &c.

Virtus, probitas, integritas, in candidato, non linguæ volubilitas, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ars,non sententia requiri solet.Cic.pro Plancio,51.
Dissimilis est tibi probitate.Ouid.2.de Ponto,eleg.11.4.
Dulcis probitas.Stat.1.Sylu.2.3.
Exercita probitas rebus aduersis.Ouid.5.Trist.eleg.6.10.
Acuo tenero maturior probitas.Stat.2.Sylu.1.8.
Inops iacet probitas.Claud.2.Paneg.26.
Probitas laudatur & alget.Iuuenal.Saty.1.8.
Commendatione probitatis boni viri speciem tueri.Cic.1.de Orat.117.
Perdurat probitas in longum ænum.Ouid.de Medicamine faciei,10.
Próbiter, penult.corr. (δεδοκίμως,) pro Probè, apud antiquos. Varro Octogesi. Postquam auida libido rapere ac concidere cœpit, sèque opifice,non probiter strepere.
Probo, probas, (δοκιμάζω, δεδοκίκα, βασανίζω,) probare, Efficere vt probum,rectumque iudicetur id quod quis facit vel dicit.vnde & pro Laudare accipitur,inquit Budæus.Cic.6.Verr.74,Non vereor ne hoc officium meum P.Seruilio iudici non probem. Id est scio eum omnino hanc meam accusationem Verris non improbaturum. Idem pro Sylla,1,Hoc sentio,si mei facti rationem vobis,constantiamque huius officii ac defensionis probauero: causam quoque me P.Syllæ probaturum.Item de Amicit.17,Qui ita se gerunt,ita viuunt,vt eorum probetur fides,&c.Et de Senect.39, Mihi verò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa & tam perdita libido. Id est, nullo modo persuaderi mihi potuit, vt bonam dicerem & laudarem tantam libidinē. Plin.epist.179,Habes,vt puto,iustam excusationem, quam tamen dubito an tibi probari vellem. Cæsar 8.bel.Gal.78,Hoc omnibus probato consilio.Sic Cicero 4.Acad.213,Probare sententiam.
Est enim mihi vtendum quibusdam rebus ex iis libris, ad eos quos in manibus habeo:quos,vt spero,tibi valde probabo. Cic.Attico,li.4.83.2.
Laudare & probare. Cic.ad Marium,lib.7.1.16, Teque & istam rationē otii tui & laudo vehementer, & probo. Idem pro Milone,58, Nunc enim quis est qui non probet,qui non laudet?Sub.factum.
Probare aliquid in aliquo.Cic.1.de Finib.1, Quod ne in ipsis quidē philosophis magnopere vnquam probaui.
In vulgus probari.Cic.in Parad.1,Cato autem perfectus(mea sententia) Stoicus, & ea sentit quæ non sanè probantur in vulgus. Id est quæ ne ipsum quidem vulgus probat,neque laudat.
Oculis hominum probari.Ouid.epist.16.25.
Video meliora,proboque.Ouid.7.Metam.4.
Indolem generosam factis probare.Senec.Thebaid.2.4.
Probare & Improbare,opponuntur.Quintil.lib.2.cap.2.7,Ita enim probanda atque improbanda discernent.
¶ Probare,Demonstrare,& argumentando planum facere:quòd ea laude digna videantur, quæ probari rationibus possunt. Plaut. Bacchid. 15.55, Quid mihi refert Chrysalo esse nomen,nisi factis probo?Idem Rud.23.77, Non probare pernegando mihi potes,nisi pars datur. Et Pseud.3.99, Quod tu istis lachrymis te probare postulas. Plin.in Paneg.69,Tenes Cæsar hunc cursum, & probatur experimento,sitne feracius,& huberius non ad laudem modò, sed ad pecuniam principi, si hæredè illo mori homines velint,quàm si cogantur.
Dialecticè probare.Quintil.lib.1.cap.10.29.
Huic satis illud erit planum facere atque probare.Lucret.lib.2.187.
Plus iusto probare aliquid.Ouid.9.de Ponto,eleg.9.2.
Exitus acta probat.Ouid.epist.2.17.
Causam suam probare alteri.Cic.pro Quintio,62,Si causa cum causa cōtenderet,nos'nostram perfacile cuiuis probaturos statuebamus.Sic 1. Verr.11.Et 5.117.Item ad Atticū,lib.5.110.10.Et lib.6.110.16,Habes meam causam,quę si Bruto non probatur,nescio cui illū amemus.
Culpa non probatur ex facili.Ouid.2.Amor.eleg.2.11.
Dicta alicuius voce probare.Ouid.1.Metam.50.
Probare diligentiam suam in re aliqua.Cic.1.Verr.40,Vt si in hac causa nostrum officium,ac diligentiam probauerimus,hæc quæ dixi,retinere per Populum Romanum incolumia,ac salua possimus.
Pactum dea probauit.Ouid.6.Fast.91.
Probare atque deligere iudices. Cic.7.Verr.137, Nolo eos iudices quos ego probarim atque delegerim,sic in hac vrbe notatos, isto absoluto ambulare,vt verum cæra,sed cœno obliti esse videantur.
Auribus paris scripta probare.Propert.lib.2.eleg.14.3.
Se probare.Cic.pro Ligario,1,Legatus in Africam cum Consule C.Considio profectus est qua in legatione & ciuibus, & sociis ita se probauit,vt decedens, &c. Id est probitate & integritate vitæ se talem præstitit ac demonstrauit.
Se se probare alicui,quominus,&c.impediri.Cic.Cornificio,lib.12.29.11, Sed à magistris quum contenderē de proferendo die, probarunt mihi sese,quominus id facerent, & compromisso, & iureiurando impediri.
Se probare pro eunucho, Id est persuadere,interprete Donato, aut fingere.Terent.Eunuch.2.3.83,
Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neqi scit qui sciess
Præterea forma, ætas ipsa est, facile vt pro eunucho probes. Sub. T B, inquit Donatus.

Nemini probatur, Id est nemo approbat, siue laudat, aut nemini placet. Cic.3.Vert.11, Tametsi probatur nemini. Idem ad Lepidum, lib.10. 27.4,Neque Senatui,neque populo,neque cuiquam bono probatur.
Probare ingenium vnius ex aliorum ingenio.Plaut.Trinum.14.41, Malè fidem seruando,illis quoque abrogant etiam fidem,qui nihil Meriti: quippe ex eorum ingenio, ingenium horum probant. Idem Persa,6.31, Tuo ex ingenio,alienos mores probas.
Non nimium probare,Vide NIMIS.
Lentè & fastidiosè probare aliquem,Vide LENTVS.
Vulgus amicitias vtilitate probat.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.2.
¶ Probare,Rem experiri & tentare:vt Amicos probato. Et apud Columellā,Probare boues:pro eo quod Gallice dicimᵘ Essayer,Esprouuer.
Animos probare.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.8.
Probandus, Participium, (δοκιμαστέος,) Cæsar 5.bel.Gal.163, Quem locum probandæ virtutis tuæ expectas?
Causa probanda.Ouid.6.Fast.54.
Forma probanda operis.Ouid.3.Trist.eleg.11.9.
Probatus,penul.prod. (δεδοκιμασμένος,) Aliud participium, sine Nomen ex participio.Cic.in Topic.39, Nam & ingeniosos & opulentos, & ætatis spatio probatos,dignos quibus credatur,putant.
Crimen patens sine teste probatum.Ouid.15.Metam.8.
Fides probata.Claud.6.Paneg.29.
Opera probata homo. Cic.3.Verr.70, Homo scilicet aut industria, aut opera probata,aut frugalitatis existimatione præclara.
Probatior.Liuius 7.bel.Pun.43,Ita repentè exuit antiquos mores, vt nemo tota iuuentute haberetur prior: nec probatior primoribus patrū, suis patriæ alienisque esset.
Homo probatissimus. Cicero 4.Verr.15. Et pro Cecinna,8, Probatissima fœmina.
Probátor,pen.prod.Verbale, (δοκιμαστής,) Cic.pro Cecinna,61, Deinde huius rationis non modò non inuentorem, sed ne probatorem quidem esse me.Idem 2.Philip.50,Quid enim interest inter suasorem facti,& probatorem?
Ingenii probator.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.21.
Probatio,probationis,Verbale,fœg. (πιστοποιδυή,δοκιμασία,δοκιμή,) Plin.epist.35.g,Huius actionem vespera inclusit,non tamen sic vt abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierant. Cic.3.Verr. 100,Locatur opus id,quod ex mea pecunia reficiatur:ego me refectum esse dico.Probatio futura est tua,qui locas: prædibus & prædiis populo cautū est.Id est tuum est Prætoris,qui locasti,exigere vt opus tradam approbatum: & mihi acceptum ferre quum probatum fuerit. Quibus verbis ostendit Prætoris iniquitatem. Tu (inquit Asconius) operis exactor esse debes,non voluntatis meæ dominus:vt me inuito opus alii faciendū loces,quum populo prædes dederim. Hæc Budæus. Cic.pro Fonteio,6, Et ob vacationē pretium datum, quum immunis nemo fuerit,& ob probationem,quum multa improbata sint. Idem 3. Verr.102,Quid ita?ne vitiosum opus fieret?at erat probatio tua.
Artificialis probatio.Quintil.lib.5.cap.9.1.
Firma probatio. Quintil.lib.5.cap.10.4, Species firmam probationem habet generis.
Implere probationem,est quod quis intendit,seu agendo, siue excipiendo plenè probare.Vlpian.in L.In exceptionibus,in fine.ff.De probationib.& præsumpt.Si iudicatæ rei vel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo quod tunc petitur, siue in alea gestum esse contendatur, cum implere probationes oporter.
Inexpugnabiles probationes.Quintil.lib.5.cap.10.31.
Lineares probationes.Quintil.lib.1.cap.10.36,Illud vtique iam propriū est ad efficiendum, quod intendimus, plurimas quæstiones, quarum difficilior alia ratione explicatio est,vt de ratione diuidēdi, de sectione in infinitum, de celeritate augendi, linearibus illis probationibus solui solere. De Geometria.
Potentissimæ probationes.Quinrtil.lib.1.cap.10.29.
Probationem non habere.Senec.de Benefic.lib.3.cap.10, Maxima beneficia probationem non habent.
Probabilis,& hoc probabile, pen.corr. (πιθανός,) Dicitur quod licet nō sit verum, videtur tamen rationibus probari posse. Plin.epist.137.b, Cui minus probabilis sit causa recitandi quæ dixeris, quàm edendi? Cic.4.Acad.65, Quamobrem siue tu probabilem visionem, siue improbabilem,& quæ non impediatur,vt Carneades volebat, &c. Idem 1.Acad.15,Causam autem probabilem tu quidem affers?
Probabilis re aliqua.Cic.de Claris Orat.130,Erat eius æqualis P.Antronius voce peracuta atque magna,nec alia re vlla probabilis.
Specie & odore probabilis.Plin.lib.21.cap.4.4.
Orator probabilis.Cic.in Orat.142.
Copia probabilis.Quintil.lib.1.cap.8.12.De verbis.
Nonnunquam honesto ac probabili nomine,bono viro iudici error obiici solet.Cic. pro Cecinna,52.
Probabile quid dicatur. Cic.1.de Inuent.62, Probabile autē est id,quod ferè fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad

se ad hoc quandam similitudinem,siue id falsum est,siue verum.
Probabile & Non probabile,siue(vt in præcedētibus exemplis)improbabile,contraria Cice.4.Academ.177.
Non est probabile.Cic.4.Verr.109.
Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Cicero in Parado. 3.
Probabiliter,pen.cor.Aduerbium,(πιθανῶς,)Cic.2.de Orat. 183.Ad cōsilium autem de Rep.dandum caput est nosse Remp.ad dicendum vero probabiliter,nosse mores ciuitatis. Idem 1.de Diui.22.Illa verò cur eueniant,quis probabiliter dixerit? Et 3.de Finib.88.Ergo vt etiā pro babiliter acti ratio reddi possit. Item 4.Acad.250.Ita tres reliquit sententias,quas putet probabiliter posse defendi.
Probabilitas,pen.corr.probabilitātis.(πιθανότης,)Cic.4.Acad.154.Certè tam multa non collegisset,quæ nos fallerent probabilitate magna,nisi videret his resisti non facile posse.
Captiosa probabilitas,Vide Captiosus in CAPIO.

Procax,procacis,Vide PROCO,procax.

Procedo,βαίνω,προίημι,ὑπορρέομαι,ἐκφοιτάω,προμάλα,προκόπτω,πορεύομαι,)procedere,Vltrius ire & progredi.

Hue procede,vel illuc.Plaut.Capt.17.1.Age tu,illuc procede bone vir, lepidum mancipium meum. Terent.Eunuch.3.2.17. Procede tu huc.
Procedere propriè dicitur,qui pompa quapiam procedit in publicū:veluti si sponsus procedat,aut sponsa:quod Virgilius 4.Aeneid.27.dicit, Tandem progreditur.Hæc Erasmus. Cic.1.de Diuin. 194.In sella aurea sedit,& cum purpurea veste processit.
Lentè & paulatim procedere.Cæsar 1.bel.Ciuil.302.Tali dum pugnatur modo,lentè ac paulatim proceditur.
Leuiter placideque procedere,Vide LENIS.
Longius procedere.Cic.de Arusp.resp.45. Ouid.2.Fast.79.
Nimium procedere.Virg.3.eclog. 19.
Obliquè procedere.Vide OBLIQVVS.
Vltra procedere.Propert.lib.1.eleg.19.5.
Vltra procedere,quàm comes possit.Quintil.lib.2.cap.3.6.
Aliquantum vie procedere.Cice.Attico,lib.6.116.1.Quare velim,etsi(vt ipero)te hæc legente,aliquantum tamen viæ processero,tamen obuias mihi literas quàm argutissimas de omnibus rebus crebrò mittas.
Trecenta circiter stadia procedere.Cic.Attico,lib.16.334.1.
Foras procedere.Plaut,Pseud.9.14.Nam ego præcautor & patronus foribus processi foras. Plin.libro 11.cap.17.2.Procedit foras nonnisi mi graturo examine.
Obuiam procedere.Sergius Galba ad Ciceronem,li.10.30.1. Nam ei obuiam processeram millia passus centum. Cic.pro Sestio,58.Huic ad vrbem venienti rota obuiam ciuitas cum lachrymis gemitusque processerat.Idem 4.Ver.46.Heraclius ille & Epicrates longè mihi obuiam cum suis omnibus processerunt. Cæsar 8.belli Gal. 182. Cum liberis omnis multitudo obuiam procedebat.
Obuiam morti procedere.Cice,5.Tuscul.79. Nam cum accipere quàm facere præstat iniuriam, tum morti iam ipsi aduentanti paulum procedere obuiam,&c.
Procedere à,vel ex.Cæsar 4.bell.Gall.580.Quum paulo longius à castris processisset.Ibidē,lib.8.70.Paulatim ex sylua instructa multitudo procedit militum. Cic.7.Verr.83.Procedit iste repentè è Prætorio.
Ad forum procedere. Plaut.Casin.14.2.
Hominem amatorem vllum ad forum procedere
In eum diem, &c.
Extra mœnia processit.Lucret.lib.1.15.
Ergo vinida vis animi peruicit,& extra
Processit longè flammantia mœnia mundi.
In aliquem locum procedere.Cic.pro Cælio,54.
Castris procedere.Virg.12.Aeneid.34.
Testis procedere.Valer.7.Argonaut.62.
Passu tacito procedere.Valer.5.Argon.71.
Pedibus æquis procedere.Ouid.4.de Ponto,eleg.5.1.
Cultus procedit adulter.Ouid.2.Trist.100.
Subducto vultu grauior volo procedere.Propert.lib.2.eleg.11.2.
Testis pusillus processit.Cic.2.de Orat.135.
¶ Procedit funus.Terent.And.1.1.101.
~funus interim Procedit: sequimur.
Classis procedit velis æquatis.Virg.4.Aeneid.118.
In aciem procedere,Vide ACIES.
¶ Procedere ad aliquid.Caius de Verb.signific.Antè debet rem diligenter explorare,& tunc ad agendum procedere.
Ad opus procedere.Plin.lib.11.cap.10.1.
Ad pabula noctibus procedunt.Plin.lib.8.cap.32.7.
Ad pugnam procedere. Liuius.7.ab Vrbe,36.Quem nunc,inquit,Roma fortissimum vicum habet,procedat agedum ad pugnam, vt noster duorum euentus ostēdat vtra gens bello sit melior.Quinti.lib.9.ca.4. Nec idem signorum concentus est procedente ad prelium exercitu, idem receptui carmen.
In latera obliquè procedere.Plin.lib.9.cap.30.8,Iisdem erectis cornibus in panore obliquè in latera procedunt.
In infinitum procedere.Colum.lib.5.cap.3.10,Ne in infinitum procedat nostra disputatio.
In medium procedere.Cice.4.Verr. 138. Procedite in medium explicate descriptionem,imaginémque tabularum Ibidem, 7.74. Procedit in medium,vini, somni, stupri plenus.
In multum vini procedere.Liu.7.bel.Maced.29, In conuiuio rex erat, & in multum vini processerat.Hoc est probè appotus erat.
In pedes procedere,& Pedibus gigni,significant fœtum ita nasci,vt pedes ex vtero priores emergant Plin.lib.7.cap.8.1,In pedes procedere nascentem,contra naturam est.
In publicum procedere.Liu.4.bel.Maced.23, Nam quid rādem noui mastrong fecerunt,quòd frequentes in causa ad se pertinente in publicum processerunt.
In solem ex vmbraculis procedere.Cic.de Clar.Orat. 18.
In sublime vites procedunt.Colu. de Arb.cap.1, Vites maximè gaudent arboribus:quia naturaliter in sublime procedunt.
Cubitum nullum processit.Cic.ad Atti.lib.13.26.2, Biennium præterit quum ille καλαμίδης assiduo curiū cubitum nullum processerit.
¶ Temere processit.Cice.4. Acad.123, Sustinenda est potius omnis assensio,ne precipitet,si temere processerit.
¶ Procedunt stipendia militibus,quod vulgò dicitur Currunt.Liu.5.bel. Pun.23,Tribuniplebis,si iis videretur,ad populum ferrent: vt qui minores septem & decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipēdia procederent,acsi septem & viginti annorum, aut maiores,milites facti essent. Ibidem,lib.7.64.Addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita stipendia procederent iis qui equo publico meruerant.
¶ Processit aliquantum ad virtutis aditum.Cic.3.de Fini. 74,Ita qui processit aliquantum ad virtutis aditum,nihilominus in miseria est, quàm ille qui nihil processit.
Longè ad virtutem procedere.Cice.4.de Fini.36,Eosque qui natura doctrinaque longè ad virtutem processissent, nisi eam planè consecuti essent,summè esse miseros.
In virtute procedere & progredi. Cic.4. de Finib.105.
In multum honorem forme procedere.Proper. lib.3.eleg. 1.4.
In philosophia procedere,Proficere.Cic.3.de Finibus,9,Qui tum in philosophia,tum in optimo genere philosophię tantum processeris.
Ad opes procedere,Diuitem fieri. Plin. epist.44.e, Aspice Regulum qui ex paupere & tenui,ad tantas opes per flagitia processit.
Aetate processit.Cic.de Senect.19,Num igitur censetis eum, quum ætate processisset,qui Aristides esset,Lysimachum salutare solitum?Id est senex factus esset. Ibidem,45,Vsque adolescentiam meam processit ętate.Id est vixit vsque ad,&c. Idem 5.Philipp.200, An hoc vidit puer? si ętate processerit,non videbit? Et in Orat.24,Preterea ad virtutem maior indoles,vt minimè mirum sit, si quum ętate processerit, aut in hoc orationum genere,cui nunc studet, tantum quantum pueris, reliquis prestet omnibus. Ibidem,102.
Processit eò insolentię. Plin.in Paneg.29, Quòd siquis Barbarus rex eò insolentię furorisque processerit,vt iram tuam indignationemque mereatur, &c.
Processit eò ira.Liu.9.ab Vrbe,533, Eóque ira processit, vt Romę quum de colonis mittendis Luceriam consuleretur Senatus, multi delendam vrbem censerent.
Honoribus longius procedere.Cic. de Claris Orat. 94, Is processisset honoribus longius,nisi semper infirma atque etiā ęgra valetudine fuisset.
Studiis procedere,p Ad honores emergere adminiculo literarū. Pli.epist. 89,Studiis processimus,studiis periclitari sumus, rursusque processimus.
Consuetudine procedere.Liu.9.bel.Maced. 34, Quin eò processerat cōsuetudine capta,vt,&c.
Opere procedere.Cęsar 1.bel. Ciuil.308, Quantum opere processerant, & castra protulerant,tanto aberant ab aqua longius.
Ratione & via procedat oratio. Cic.1.de Finib.44.
Cum ea voluntate processit vt.Cice.pro Flacco, 8, Græcus testis cum ea voluntate processit vt lędat.
Aliquid procedit noui.Plaut.Mostel.14.7,Num quid processit ad forum forte hodie noui? Id est accidit.
¶ Dies alter & alter processit.Virg.3.Aeneid.72.
Dies procedunt emptori. Cato cap.148, Quot dies per dominum mora fuerit,quominus vinum degustet,totidem dies procedent emptori.
Sed vbi plerunque noctis processit,obscuro etiam tum lumine milites Iugurthini signo dato castra hostium inuadunt.Salust.in Iugurtha.
Tempus processit. Cæsar 2.bel. Ciuil.98, Quantóque eius amplius processerat temporis,tanto erant alacriores ad custodias.
Tempora tardè procedunt.Ouid.5.Trist.eleg.11.1.
Ecce Dionei processit Cęsaris astrum.Virg.9.eclog.9, Quum Augustus Cęsar ludos funebres patri celebraret,die medio stella apparuit:ille eā

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse confirmauit parentis, Seruius.
¶ Iræ longius procedunt. Virg. 5. Aeneid. 93.
¶ Procedere, Bene vel male cadere, siue accidere, siue cedere. Plaut. Capt. 6. 7.
Neque iejunioriorem, neque magis effractum fame
Vidi, nec cui minus procedat, quicquid facere occœperit. Idé Rud. 4. 2.
Et vos à vostris abduxi negotiis,
Neque id processit qua vos duxi gratia. Et Mostel. 9. 39.
– prospere vobis cuncta vsque adiuc
Processerunt. Item Mil. 13. 1. Volupe est quod agas, si id procedit lepidè ex sententia. Sic Persa, 4. 34.
– mane quod tu occœperis
Negotium agere, id totum procedit diem:
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum. Terent. Adelp. 5. 6. 9.
– meditor esse affabilis,
Et bene procedit. Plaut. Pœnul. 13. 1.
Expecto quo pacto meæ technæ processuræ sint.
Omnia, vt spero, prosperè procedent. Cic. Cassio, lib. 12. 9. 3.
Consilia procedunt. Liu. 4. bel. Pun. 118. Quod si Andronodoro consilia processissent, illa cum viro fuerit regnatura, sibi cum cæteris seruiédũ.
Parum processit. Liu. 1. ab Vrbe, 250. Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset. Vbi id parum processit, obsidione, munitionibusque cœpti premi hostes. Idem 6. bel. Macedo. 106. Et quum parum procederet incœptum, per colloquia principum oppidanos tentabat rex, vt vrbem dederent. Terenti. And. 4. 1. 47. Nisi id putas, quia primò processit parum, Non posse, &c.
Quibus quum parum procederet, vt vlla lege mihi poneret accusatorem, &c. Cælius Cicerони, lib. 8. 12. 6.
Nihil procedit. Liu. 4. bel. Pun. 58. Deinde vt nihil procedebat, ad populãdum agrũ Neapolitanũ magis ira quàm potiũdæ vrbis spe procellit.
Procedens, pe. prod. (προβαίνων,) Participium, siue Nomẽ ex participio.
Dies procedens. Cic. 3. Tuscul. 89. Quod ita esse dies declaratque procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus nõ modò leniatur egritudo, sed in plerisque tollatur.
Die procedente. Liu. 8. bel. Pun. 78. Procedente iam die, vires etiam deficere Asdrubalis exercitum cœperant.
Nox procedens. Silius lib. 13. 84.
Tempore procedente, pro eo quod dicimus Successu tẽporis. Plin. epist. 64. b. Sed vereor ne procedente tẽpore ex ipso remedio vitia nascant. Plinius auunculus lib. 11. cap. 16. 7. Tẽpore procedente intillãt cibos.
Processus, huius processus, (πρόοδος, πρόκοπη,) Progressus. Cic. pro Lege Manil. 16. Vt ex his locis à militib⁹ nostris reditus magis maturus, quã processus longior quæreretur.
Efficere processus. Cic. de Claris Ora. 148. Itaque tantos processus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur.
Officiorum processus per officia. Senec. epist. 102.
¶ Processus, Successus & euentus. Senec. epist. 116. Quæruntur & de cõsiliis, & de processibus suis: malunt que semper, quæ reliquerunt. Idem de Tranquil. vitæ Ex animaduersione alienorum processuum, & suorũ desperatione, fortunæ iraicens animus.
Habere processum in literis, pro Facere progressum. Suetonius de Claris Graminat. 10. Ad summam Philologus ab semet nominatus ipse, ad Lælium Hermã scripsit, se in Græcis literis magnum processum habere.
¶ Processus, Auctus, plurali numero. Cic. de Clar. Orat. 124. Gradus tuos & quasi processus dicendi studio cognoscere.

Proceleumaticus, pen. corr. (προκελευματικός,) Pes est constans è duobus pyrrhichiis, id est è quatuor syllabis breuibus, temporum quatuor: vt philosophus. Dictus παρὰ τὸ παρακελεύειν, id est à cohortatione & iussu nauticorum ob celeritatem est, aptissimus.

Procello, procellis, procúli, pen. corr. procullum, (πλήττω,) procellere, Percutere, euertere. Plin. in Paneg. 111. Erãt sub oculis naufragia multorum, quos inuidiosa trãquillitate prouectos, improuisus turbo proculerat.
Procella, procellæ (ἄελλα, ἀέλλης, εὐέλλα, καταιγίς, λαίλαψ, χειμών,) Vehementior quidam venti impetus, nec ita durans, authore Valla in Raudensem in mari potius, quàm in terra. Dicta ab eo quòd omnia procellat, id est mouear & percutiat. Virgil. 1. Aeneid. 18.
– creberque procellis
Africus. Plin. libro 2. cap. 48. Flatus vagi & ruentes torrentium modo, tonitrua & fulgura ædunt. maiore verò illati pondere, incursuque, si latè siccam reperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur à Græcis ἰσοψίας.
Timidus procellæ. Horat. in Arte, 6.
¶ Aduersa procella. Ouid. 11. Metam. 97.
Immanis procella. Silius lib. 3. 106.
Impendentis procellæ signa. Claud. de bello Gildon. 98.
Infana procella. Sene. Hippol. 6. 1.
Nigrans procella. Silius lib. 12. 124.

Præcipites procellæ. Stat. 4. Thebaid. 84.
Subitæ procellæ. Ouid. de Nuce, 33.
Tristis procella. Senec. Troade, 9. 8.
Turbida rapacior procella. Catull. ad Thallum, epigr. 22. 1.
Vndans procella. Silius lib. 5. 108.
Volucres procellæ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11. 7.
¶ Abruptæ procellæ, Vide APRVMPO.
Credere se veloci procellæ. Horat. 3. Carm. ode 27. 13.
Incessit procella, Vide Incesso in INCEDO.
Collecta procella venti intorquet se nubibus. Lucre. lib. 6. 25.
Subitæ saliunt in vela procellæ. Stat. 10. Thebaid. 107.
Talia iactanti stridens Aquilone procella. Virg. 1. Aeneid. 22.
Tolerare fœuas procellas. Silius lib. 3. 162.
Inæquales procellæ vexant mare. Horat. 2. Carm. ode 9. 1.
¶ Procella, per trãslationem. Liu. 10. bel. Pun. 83. Equestrẽ procellã excletemus oportet, si turbare, ac statu mouere volumus. Sic 2. ab Vrbe, 3.
Circunspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi prouidetis. Cicero 4. in Catil 76.
Impotens fortunæ procella, Id est superba, & se cohibere nequiens. Senec. Agamemn. 7. 2.
Temporis deuitare procellam. Cic. 2. Ver. 5. Vt quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret.
Inuidiarum procellæ. Cic. pro Cluentio, 124. Et vitam illam tranquillam & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiuscemodi iudiciorũ anfractu sequi maluisse.
Irarum procellæ, per metaphoram. Silius lib. 11. 45.
Patriæ procella, turbo ac tempestas pacis. Cic. pro Domo sua, 105.
Procellõsus, pen. prod. Adiectiuum, (ἀελλής, ἀέλλης,) Plenum procellis. Colum. lib. 7. cap. 6. 3. Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cœli statu: nam procelloso atque imbrifero cornuta semper. Liu. 10. bel. Maced. 4. Ver procellosum eo anno fuit.
Aequor procellosum. Valer. 3. Argon. 124.
Mare procellosum. Senec. Medea, 6. 7.
Noti procellosi. Ouidius epist. 2. 3. Alba procellosos vela referre Notos.
Venti procellosi. Liu. 8. bel. Pun. 29. Et Plin. lib. 18. cap. 35. 15. Nubecula quanuis parua, ventum procellosum dabit.

Procerus, procera, procerum, pen. prod. (ὑψικόμης, πρεμνόμακος,) Prolixum, & in longitudinem productum: quasi ex cera, ob eius facilitatem, inquit Festus. Plin. epist. 74. g. Fecerat eum fauor abilẽ renouata discriminum vetus fama, notumque periculis nomẽ, & in procero corpore mœsta & squalida senectus. Idẽ epist. 101. b. Montes iam ma sui parte, procera nemora & antiqua habent. Horat. 2. Ser. saty. 2. 8.
– quo pertinet ergo Proceros odisse lupos? Varro 2. de Re rust. cap. 1. 14. Sues procero corpore, capitibus vt sint paruis.
Alni proceræ. Virgil. eclog. 7. 13.
– atque solo proceras erigit alnos.
Arundo procera. Ouid. 13. Metam. 189. Viuaque per rimas, proceraque surgit arundo.
Cacumina procera nemoris celsi. Silius lib. 7. 136.
Cohors procera. Claud. 1. Paneg. 32.
Corpus procerum. Lucret. lib. 3. 132.
Fraxini proceræ. Hora. 3. Car. ode 25. 4. Proceras manib⁹ verteẽ fraxinos.
Membra procera. Stat. 1. Thebaid. 83.
Nemora procera. Plin. epist. 101. 10.
Palmæ proceræ. Catul. Argon. epigr. 59. 53.
Proferre proceros passus viæ. Lucret. lib. 4. 166.
Syluæ proceræ. Ouid. epist. 15. 21.
Procerior numerus. Cic. 3. de Orat. 102. Post anapestum procerior quidã numerus effloruit.
Procerissimus homo. Plin. lib. 7. cap. 16. 7.
Procerissima populus. Cic. 1. de legib. 22.
Procere, pen. prod. Aduerbium, (πρεμνηδόν,) Cic. 3. de Orat. 122. Brachiũ procerius proiectum quasi quoddam telum orationis.

Proceritas, pen. corr. proceritãtis, (μῆκος,) Prolixitas. Cice. de Senect. 55. Quum autem miraretur Lylander & proceritates arborũ, & directos in quincuncem ordines. Plin. in Paneg. 35. Tu sola corporis procerita te elatior aliis. Cic. 2. de Nat. deor. 182. Quæ autem altiora sunt, vt anseres, vt cygni, vt grues, vt cameli, adiuuantur proceritate colorum. Plin. lib. 6. cap. 32. 2. Arborum ibi proceritatem ad centum quadraginta quatuor pedes adolesuere.
Breuitas & proceritas pedũ in oratione. Cic. in Ora. 123. Floit omnino numerus à primo, tum incitatius breuitate pedũ, tum proceritate tardior.

Proceres, procerum, pen. corr. mas. gen. plu. num. (πρόβοσκοι, δῆμοι,) Capita trabium, hoc est mutuli quidam extantes, vt ait Seruius. Per translationem etiam accipitur pro maioribus ciuitatis: quòd ii ita in ciuitate eminent, sicut illi in ædificiis. Virg. 1. Aeneid. Pelt alii proceres. Liuius 1. ab Vrbe, 196. Quum consensum, deosque cõsciatos laudaret mirè Seruius inter proceres Latinorum. Cice. Cæsari, li. 13. 16. 3. Audiebam enim nostros proceres clamitantes.

Tot lecti

Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ. Virg. 10. Aeneid. 43.
Referre aliquid ad delectos populi proceres. Virg. 3. Aeneid. 12.
Delectos populi ad proceres, primumque parentem
Monstra deũm refero, & quæ sit sententia posco.
Castrorum proceres. Lucan. lib. 7. 14.
Rerum proceres Paulus & Flaminius. Silius lib. 11. 29.
Proceres gulæ. Plin. lib. 9. cap. 17. 6. Mullum expirantem versicolori quadam & numerosa varietate spectari, proceres gulæ narrant, rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem.
Procerem, protulit Iuuenalis Satyr. 8. 3. Agnosco procerem. A proceri, proceris.

Proceritus, pen. product. Adiectiuum, (ἐυμμέλανατος,) Malo spiritu afflatus.
Proceriti lapides. Plaut. Pœnul. 7. 25. Neque nos populus proceritis infectabit lapidibus.

Procestrium, procestrii, Locus apertus ac patulus in ædificio vel domo, per quem proceditur in cubiculum, cœnacula, & reliquas partes superiores. Plin. Iunior Gallo. Post hanc, cubiculum cum procestrio, altitudine æstiuum, munimentis hybernum. Sunt qui legant procœstione, qui locus est ante cubiculum, ab excubando nomen ex Græco sibi vendicant.
Procestrium sit æqualibus columnarum interuallis patulum, supra quatũ epistylia arcus curuantur.
Procestria, à castro, siue castris, dicta sunt munimenta quædam, quæ fiunt ante mœnia castrorum, siue ante castra. Quidam etiam procestria aditum, & veluti portam castrorum appellarunt. Ex Festo.

PROCHYTA, Prochytæ, pen. corr. & Prochyte, Prochytes, (πρόχυτη,) Insula in Puteolano sinu. Dicta quasi profusa. Emersit enim prouolutis in mare montibus, quum prius non foret. Nam πρόχυσις significat effundo. Inarimes enim mons terræ motum passus hanc insulam fudit. At Dionysius lib. 1. scribit Prochytam dictã esse à nutrice Aeneæ eiusdem nominis. Dehac Virgilius 9. Aeneid. 143. Tum sonitu Prochytæ alta tremit. Iuuen. Satyr. 3. 1.
– ego vel Prochytam præpono Suburræ
¶ Prochyte etiam vasis genus est.

Procido, procidis, pen. corr. procidi, procãsum (πρόπιπτω, πρόπαιπτω, πρόσπιπτέω,) procidere, Ex pro & cado compositũ, significat Pronum cadere, procumbere. Gellius. Nam quum multis annis postea scena quæ prociderat, refecta esset. Liu. 5. bel. Maced. 76. Saxum ingens siue imbribus, seu motu terræ leniore quàm vt aliquo iente tiretur, labefactatum, in vicum Iugarium ex Capitolio procidit, & multos oppressit. Ibidem, lib. 1. 137. Muri quoque pars ariete incusso subruta, multis iam locis prociderat. Stat. 9. Thebaid. 10.
Nudus in egregii vacuum iam corpus amici Procidit.
Cupressus late procidit. Horat. 4. Carm. ode 6. 3.
Ad pedes aliquius procidere. Horat. 1. pod. 17. 3.
Postquam relictis mœnibus rex procidit
Heu pernicaces ad pedes Achillei.
Procidere ante. Liu. 6. bel. Pun. 199. Ille atque præceps cum armis procidit ante proram, &c.
Procidens, pen. corr. procidentis, Participium, (πρόπιπτων,) Plin. lib. 16. cap. 5. 1. Cautum est præterea lege duodecim Tabularum, vt glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere.
Procidentia, procidentiæ, (πρόπτωσις,) Ipse procidendi actus. Plin. lib. 34. cap. 18. 4. Vsus enim ex eodem & in oculorũ medicamẽtis, & maximè cõtra procidẽtiam eorum, & manitatem, & vlcerũ excrescẽtiã, &c.
Procidentia fedis. Plin. lib. 24. cap. 11. 11.
Procidentia vuluæ. Plin. libro 23. cap. 9. 3. Vtilis & cæliacis, & procidentiæ vuluarum.
Procidus, Adiectiuum, (πρόπτωτος,) Quod procidit. Plin. lib. 20. ca. 20. 2. Infantium cerebro imponitur, vmbilicoque prociduo. Idem lib. 21. cap. 20. 13. Testes verò, & sedem prociduam, quæque illi sunt vitia, &c. Idem lib. 16. cap. 32. 2. Memoratur hoc idem factum & in Philippis, falice procidua atque detruncata.

Procieo, pen. corr. (μετακαλέω,) procière, Petere. Liuius, Matrem procitum plurimi venerunt. Id est, petitum, vt Festus exponit.

Procinctus, Adiectiuum, (ἐπιβολὴ κατάγκης,) Paratus, Expeditus, tus. Vnde Procincta classis. Festus, Procincta classis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu, confestim pugnaturus. Vetustus enim fuit multitudinem hominum, quàm nauium, classem appellari. Idem alio loco, Procinctam classem, id est paratã ad bellum, militum multitudinem Dialis flamini videre non licuit. Hactenus Festus. Gellius lib. 1. cap. 11. Quum procinctæ igitur classes erant, & instructa acies. Idem lib. 10. cap. 15. Classem procinctam extra pomœriũ id est exercitum armatum videre.
Procinctus, huius procinctus, m. g. (πρόβολη, παρασκευή,) Apparatus bellicus, & expeditio dicitur. Plin. lib. 23. ca. 1. 28. Curas, vigoremq; animi

impedit ad procinctum tendentibus. Idem lib. 8. cap. 45. 5. Tauris aspectu generositas, torua fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus. Cic. 1. de Natu. deorum, 14. Ex quo in procinctu testamenta perierunt.
In procinctu facere, Expedite, & celeriter. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 9. 1. Hæc in procinctu carmina facta pura.
Testamentum in procinctu facere sine libra atque tabulis. Cicero 1. de Orat. 116.
In procinctu stare, Est accinctum esse. Quintil. lib. 12. cap. 9. Cui disciplina & studium & exercitatio dederit vires etiam facilitatis quemque attamatum semper, ac velut in procinctu stantem nõ magis vnquam in causis oratio, quàm in rebus quotidianis ac domesticis sermo deficiet.
In procinctu habere. Quintil. lib. 10. cap. 1, Qui autẽ scierit quo sint quæque modo dicenda, nisi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, velut clausis thesauris incubabit. Gellius lib. 11. cap. 11. Atque fœminas etiam tibicinas in exercitu atque in procinctu habuit. Tacit. libro, 19. Neque enim in procinctu. & castris habitos.
In procinctu versari. Vlpianus in L. Non dubium est. ff. de bono. possess. ex test. mili. Quanquam enim distet conditio militum ab his personis, quas constitutiones principales separant: tamen qui in procinctu versantur, quam eadem pericula experiantur, iura quoque eadem meritò sibi vendicant.

Procio, procis, procini, procĭtum, pe. prod. procire, à Cio, Rumpere atque irritum facere. Hinc Iureconsultus Irritum & reptum testamentum procĭtum dicit, authore Festo.

Proclamo, proclámas, penul. produc. (καταβοάω,) proclamãre, Palam & valde clamare, vociferari. Liu. 1. ab Vrbe, 111, Mori homines sunt in eo iudicio maximè, Pub. Horatio parte pro clamante, se filiam iure cæsam iudicare etsi ita esset, patrio iure in filium animaduersorum fuisse. Idem 2. bel. Pun. 117, Proclamando pro sordidis hominibus. causisque aduersus rem & famam bonorum, primùm in notitiam populi, deinde ad honorem peruenit. Cic. 7. Verr. 85. Adsunt, defendunt, proclamant: fidem tuam quæ nusquam erat, nec vnquam fuit, implorant.
Proclamãtor, penul. produc. Verbale. (καταβοητής,) Cic. 1. de Orat. 100, Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum qui primùm sit eius artis antistes.

Proclino, proclinas, penul. produc. (πρόκλινω,) proclinãre, Idem quod Inclinare significat. Colum. lib. 7. cap. 10. 1, Earũ notandæ sunt capita quã in parte proclinentur. Cæsar 7. bell. Galla 70, Adiuuat rẽ proclinatã Conuictolitanis, plebémque adfurorẽ impellit.
Proclinãtus, penul. prod. Participium, (πρόκλινομένος,) vt
Partes proclinatæ. Ouid. 2. Tristium, 17,
Quum cœpit quassata domus subsidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus.
Proclinatio. Verbale. Vitruu. lib. 7, Nõ minus ẽt obseruandum est vti oẽstructurę ppẽdiculo rũdeãt, neque habeant in vlla parte proclinatiões.

Procliuis, & hoc proclíue, pen. produc. siue procliuus, (ἐπίφορος, ἐπιφερής, ἐπιρρεπής, κατωφερής,) Porro inclinatus, vel pronus, inclinatúsque, vt ait Donatus. Colum. lib. 9. cap. 1. 1, Cum onere per procliuia non ægre deuolent. De apibus. Liu. 5. ab Vrbe, 193, Quo successerit magis in arduum, eò pelli posse per proclíue facilius rati. Plaut. Asin. 12. 110. Asta, vt descendam nunc iam in procliui, quanquam nequam es. Idem Mil. 14. 27, Fecisti modò mihi ex procliuo parem. Varr. 2. de Re rustica, cap. 2. 5, Solum oportet esse eruderatum, & procliuum, vt cuerri facilè possit, ac fieri purum.
Impetus procliuis vndarum. Lucret. lib. 6. 140.
Sceleri procliuis egestas. Silius lib. 13. 118.
Ingenium proclíue. Terent. And. 1. 1. 51,
– ita vt ingenium est omnium
Hominum ab labore proclíue ad libidinem. Cicero in Partit. 20,
Vt adolescentiam procliuiorem esse ad libidinem.
Circa aliquid procliuior. Quintil. lib. 4. cap. 1. 15. Erit que iudex circa ius nostrũ spe modestiæ attentior, circa modestiã iuris, probatione, peliuior.
Procliuiores alii ad alios mores. Cic. 4. Tuscul. 49.
¶ Proclíue, Quod facilè factu est. Plaut. Asin. 12. 73, Nam istud proclíue est, quod iubes planè collocare.
Dictu proclíue. Cice. 2. Offic. 100, Sed quum in hominibus iuuandis aut mores spectari, aut fortuna soleat, dictu quidem est proclíue. itaque vulgò loquuntur, se in beneficiis collocandis, mores hominum, nũ fortunam sequi.
In procliui esse, In promptu, promptum, & facile. Plaut. Capt. 6. 86, Tam hoc quidem tibi in procliui, quàm imber est quando pluit. Terent. And. 4. 2. 18, Id faciam, in procliui quod est, per me stetisse vt credas.
Vitia semel incitata in proclíue labuntur, sustinerique nullo modo possunt. Cice. 4. Tuscul. 64.
Et procursus item in proclíue volubilis extat. Lucret. lib. 2. 91.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Procliuiter, pen.corr. procliuius, procliuissime, Aduerbium, (ἐπιρρόπως,) Cicc.5.de Finib.144. Procliuius currit oratio, venit ad extremum, hæsit in salebra. Idem Antequam iret in exilium, 8. Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non despoliabuntur honore: qui sperat, facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.

Multo procliuius. Lucret. lib. 2. 159.

Deuorrere ad iras procliuius. Lucret. lib. 3. 63.

Verba procliui* labitur breuitate & celeritate syllabarũ. Ci. in Ora. 111.

Procliuitas, pen. corr. procliuitátis, (κατωφέρεια,) Cice. 4. Tusc. 41. Atque hęc aliorum ad alios morbos procliuitas latè paret. Et paulo pòst, Hęc igitur procliuitas ad suũ quodque genus à similitudine corporis ęgrotatio dicitur, dum ea intelligatur ad ęgrotandum procliuitas. Sed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur in malis procliuitas, vt significet lapsionem.

PROCLVS, (πρόκλος,) Lycius, discipulus Syriani, philosophus Platonicus, præfuit scholæ Athenienſi, cuius discipulus & successor fuit Marinus Neapolitanus. Scripsit plura in Grammatica & Philosophia. Cõmentarios in totum Homerum, in Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας, in Rempu. Platonis, præterea contra Christianos Epicheremata XVIII. Hic est Proclus qui post Porphyrium secundus contra nos latrauit: aduersus quem Iohannes cognomento Grammaticus scripsit apologiam, dictitãs eum, quamquam in rebus Græcanicis magnum, stultum tamen esse, & in hac parte indoctum. Author Suidas. Is etiam est, cuius hodie commentarios in Platonem habemus Præceptor item M. Antonini, quẽ ad Consulatum vsque prouexit, vt scribit Spartianus.

Proco, procas, (καμάλη,) procare, Poscere, inquit Festus. Liuius Aegytho, Quin quod parere vos maiestas mea procat, toleratis, templo hanc deducitis?

Procax, procácis, pen. prod. (ὑβριγόκης,) Id est petax. Hinc Meretrix procax, Petulans, impudens, inuerecunda. Plaut. Trucul. 4. 49. – sed vtris Cum rem esse mauis: ɔ procacior es tis vos: sed illi periurioſi. Terẽt. Hecyra, 1. 2. 84. Maligna multo, & magis procax facta illicò est. Idem Heaut. 2. 1. 15. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. Cic. 1. de Nat. deo. 20. Tum denum mihi procax Academia videbitur, si aut consenserint omnes, aut erit inuentus aliquis, qui quid verum sit inuenerit. Idem pro Cælio, 38. Vt non solùm meretrix, sed etiam procax videatur. De Clodia.

Odii procax. Tacitus lib. 13. Procax odii, & potestatis temperantior.

Procax & superbus fastus Plin. lib. 9. cap. 35. 16. Superbo simul & procaci fastu. De Cleopatra.

¶ Procax, de inanimantibus etiam dici potest. Virg. 1. Aeneid. 109.
– penitusque procacibus Austris. Id est, lænientibus procellis.

Dicta procacia. Claud. 4. Paneg. 50.

Epistola procax. Plin. in Præf. 2.

Lingua procax. Silius lib. 8. 49.

Locutio procax. Catul. in Epithalam, Iuliæ, 16.

Manus procaces. Plin. lib. 22. cap. 6. 7. Ne procaces manus rapiant.

Manum procacem armare, Id est Exercitum improbè aliquid repetẽtem. Senec. Agamem. 3. 21.

Musa procax. Horat. 2. Carm. ode 1. 8.

Veruæ procaces. Horat. 1. Serm. saty. 6. 14.

¶ Procacior, (ὑβριγοκοιτέρα,) Comparatiuum. Ouid. 2. Trist. 87. Cinnaque hic comes est, Cinnaque procacior Anser.

In fœminas procacior. Colum. lib. 7. cap. 3. 4. Fit in fœminas quoque procacior, nam ritualem (quanuis solus admissur æ non sufficit) violentissime persequitur, nec ab alio tempestiuum patitur iniri gregem, nisi qui est fatigatus libidine.

Procacitas, pen. cor. procacitátis, (ὕβρις,) Licentia turpium conuitiorum, quæ meretrices & scortæ vtuntur. Cic. lib. 4. de Rep. 13. A procando, id est poscendo, procacitas nominata est. Idem in Salust. 1. Aut si huius facta, mores, omnem ætatem nudaucro, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio. Sic Martialis lib. 1. 125. & lib. 1. 41.

Procacitas, Mordacitas. Cic. in Salustium, 1. Non enim procacitate linguę vitæ sordes eluuntur.

Procaciter, penult. corr. procácius, procacissimè, (ὑβριγοκῶς,) Liuius 8. bel. Punic. 125. Flagitatum quoque stipendium procacius quàm ex more & modestia militari erat, & à custodibus probra in circumeuntes vigilias Tribunos iacta.

Procus, proci (καμαιτής, μνηστήρ,) Matrimonii appetitor. Virg. 4. Aen. 107.
– cursúque procos irrita priores
Experiar? Ouid. epist. 1. 18. Turba ruunt in me luxuriosa proci.

Diuites proci. Ouid. 2. Metam. 115.

Spes procorum inuidiosa. Ouid. 4. Metam. 159.

Ignoti & impudentes proci. Cic. de Clar. Orat. 185.

Proceton, procætonis, m. ge. (πρόκοιτος) Antecubiculum & quasi excubitorium. Plin. epist. 41. d, Post hanc cubiculum tũ procetone, altitudine æstium, munimentis hybernum.

PROCONNESVS, pen. prod. (προκόννησος,) Insula est in Propõtide. Plin. lib. 5. ca. vltimo, Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, vnde Cyzicennum marmor. Eadem Neuris & Proconnesus dicta.

Proconsul, Procónsulis, penul. corre. m. g. (ἀνθύπατος,) Qui cum potestate Consulari extraordinaria ad aliquam prouinciam administrandam mittitur. Huius dictionis crebra est mentio apud historicos.

Proconsulátus, huius Proconsulátus, pen. prod. (ἀνθυπάτια,) Procõsulis dignitas. Plin. epist. 12. lib. 2. Sumnotũ à Proconsulatu quia se in legatione turpiter gesserat, de Proconsulibus iudicare? Plin. annuculus lib. 14. cap. 22. 6. Ad Proconsulatum vsque è Prætura honoribus gestis.

Proconsulãris, & hoc Proconsulare, pen. produ. (ἀνθυπατικός,) Quod ad Proconsulem pertinet. Gellius lib. 5. cap. 14. Quum prouinciam Africã Proconsulari imperio meus dominus obtineret.

Procrastino, procrástinas, pen. corr. (ἀναβάλλομαι,) procrastinare, Diem de die trahere, differre. Cic. pro Sexto Roscio Amerino, 15. Ac primò rem differre quotidie, ac procrastinare istũ cœperunt: deinde aliquanto lentius nihil agere, atque deludere. Idẽ 3. Verr. 99. Iste verò non procrastinat, locare incipit nũ proscripta neque edicta die alienissimo tempore. Ibidem, 4. 63. Ita illi non procrastinat, Sthenium statim educunt.

Procrastinatio, Verbale, (ἀναβάλασις,) Dilatio. Cic. 6. Philip. 209. Nam cũ plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tũ hoc bellum indiget celeritatis.

Procreo, procreas, (παιδοποιέω,) procreare, Liberis operam dare. Plaut. Aulul. 6. 24. Quod sempiternũ tibi salutare sit procreandis liberis. Idem Milite, 10. 87. Nam procreare liberos, lepidem est onus. Liu. 1. ab Vrbe, 13. Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Cic. pro Rosc. Ame. 23. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa quem procrearat. Idem 3. de Finib. 104. Atque vt è natura viuat, vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare.

Procreatus ex. Plautus Rud. 29. 4. Nam lenones ex gaudio credo esse procreatos.

Sic enim ab initio foi animatus, vt non magis me mea causa putarem esse natum, quàm Reipub. procreatum. Cic. Antequam iret in exilium, 13.

Mente dura aliquem procreare. Catull. epigr. 55. 2.

Procreare alicui periculum. Cicer. ad Atticum, lib. 2. 37. 2. Quum diceret in summa se perfidiæ & sceleris infamia fore, si mihi periculum procrearetur ab eo quem ipse armasset, quem plebeium fieri passus esset. Vetus codex habet Crederetur.

Vsum procreate. Lucret. lib. 4. 168.

Procreatio, Verbale (παιδοποιία, παιδογονία,) Ci. 1. Tusc. 50. Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis?

Dissimilitudo locorum, nonne dissimiles hominum procreationes habet? Cic. 2. de Diuinat. 144.

Procreator, pen. prod. Verbale, (παιδοποιητής,) Cic. 4. de Finib. 28. Vt si qui procreati essent, à procreatoribus amarentur.

Procreator mundi Deus. Cic. de Vniuers. 34. Animũ igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente & voluntate genuisset.

Procreátrix, pen. prod. Verbale, fœm. (παιδοποιός,) Cic. 1. de Orat. 5. Neque enim te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quãdam, & quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν, Græci vocant.

Procresco, procrescis, (ἐπιδίδωμι,) procrescere. Lucre. li. 2. 114. Et res progigni, & genitas procrescere posse.

PROCRIS, (πρόκρις,) inquit Seruius) filia Iphidi, vxor Cephali fuit, qui quum venandi studio teneretur, labore fessus, ad locum quendam adire consueuerat, & illic ad se recreãdõm Auram vocare. Quod quum sæpè faceret, amorem in se mouit Auræ, quæ ei canem velocissimũ Lælapam nomine donauit: & duo hastilia inexhaustibilia, eumque in amplexus rogauit. Ille respondit iusiurandum se habere cũ coniuge mutuæ castitatis. Quo audito, Aura respondit, Vt probes igitur coniugis castitatem, muta te in mercatori ęquo facto ille it ad Procrin, & oblatis muneribus, impetratoque coito, confessus est maritum se esse: quod illa dolens, quum audisset à rustico quodam amare eum Auræ, quam inuocare consueuerat, ad sylvas profecta est, & in frutetis latuit ad deprehendẽdum maritum cum pellice. Qui quũ more solito Auram vocaret, Procris egredi cupiẽs, fruteta commouit. Speans Cephalus feram, hastam inexhaustibilem iecit, & ignarus ioteremit vxorem. Hæc Seruius enarrans illud Virg. lib. 6. Aenei. 89. His Phædram, Procrinque locis, mœstamque Eriphylen. Vide fabulam luculentissimè descriptam apud Ouidium libro 7. Metam. non procul à fine, vbi Procrin facit Erechthei filiam, & Orithyiæ sororem. Sic enim ibi ait Cephalus,

Procris erat, si fortè magis peruenit ad aures
Orithyia tuas, magnæ soror Orithyiæ. Paulo pòst,
– pater hanc mihi iunxit Erechtheus,
Hanc mihi iunxit amor. Vnde & Erechthis vocatur paulo pòst, Vix adiutus per mille dolos ad Erechthida factus. Quod autẽ attinet ad Auram, hoc est leuem ventum: quum tamen Procris per errorem putaret Nympham esse, cuius amore teneretur Cephalus: sic ibidem Cephalus,
Sole ferè radiis feriente cacumina primis,
Venatum in sylvas iuueniliter ire solebam. Paulo pòst,
– repetebam

– repetebam frigus & vmbras,
Et quæ de gelidis exibat vallibus Auram.
Aura petebantur medio mihi lenis in æstu:
Auram expectabam: requies erat illa laboris.
Aura (recordor enim) venias cantare solebam,
Meque mues, intresque sinus gratissima nostros:
Vtque facis, releuare velis quibus vrimur, æstus. Paulo pòst,
– nomenque Auræ tam sæpe vocatum
Esse putat Nymphæ, Nympham mihi credit amari. Vide ibidẽ cætera.

Procubo, procubas, pen. corr. procúbui, procúbitum, pen. corr. (κατάκειμαι,) procubare, Vigilare: quasi porrò, hoc est longè esse à cubando. Siponinus. Virgil. 3. Georg. 29.
– mulcens vbi, & viridissima gramine ripa
Speluncæque tegant, & saxea procubet vmbra.

Procubitor, pen. corr. procubitóris, (πεδοκοίτης,) qui noctu, custodiæ causa ante castra excubat, authore Festo.

Procudo, procudis, procudi, procusum, pen. prod. (ἐπικόπτω, ἐπικαίω,) procudere, Prolatare, cudendo extenuare, inquit Seruius, seu probè cudere, exacuereve. Virgil. 1. Georg. 53.
– durum procudit aratos
Vomeris obtusi dentem.

Ira procudit enses. Horat. 4. Carm ode 15. 4.

Ignes procudunt ignem. Lucret. lib. 2. 222.

Procudere dolos. Plautus Pseud. 9. 22. Nam meus hic est, procudam ego hinc hodie multos dolos.

Linguam procudere. Cic. 3. de Orat. 67. Non enim solùm acuenda nobis, neque procudenda lingua est, sed onerandum complẽdumque pectus maximarum rerum, & plurimarum suauitate, copia, varietate.

Paulem propagando procudere. Lucret. lib. 5. 171. Et paulo ante, Secla propagando procudere.

Voluptas procuditur viuendo. Lucret. lib. 3. 220.

Procudendo, (ἐν τῷ ἐπικολαπτεύειν,) Lucret. lib. 5. 254.
– in acuta ac tenuia posse
Mucronum duci fastigia procudendo.

Procul, Adumbium, (ἀπόθεν, πόρρω, τῆς μακρᾶν, πηλόθι ἐπιπροσθε, ἀκέλευστον,) Videtur componi ex porrò & longè, quasi Longè ab oculis. Plau. Curcul. 3. 17. Amabò, cuia vox auribus sonat procul? Idem Trin. 5. 30. – mille modis amor
Ignorãdus est, procul adhibendus est, atque abstinẽdũ. Et Meneh. 7. 2.
Nulla est voluptas nauitis, Messenio,
Maior, meo animo, quàm quum illi ex alto procul
Terram conspiciunt. Item Cap. 5. 26.
Secede huc nunc iam, si videtur, procul:
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Cæsar 5. bel. Gall. 180. Tũ fumi incendiorum procul videbantur. Terent. Adelph. 3. 3. 84. Sed quis illic est, quem procul video?

Procul hinc. Terent. Eunuc. 4. 7. 17. Vt tu illos procul hinc ex occulto cederes, facerent fugam. Ibidem, 3. 4. 10. Nisi quicquid est, procul hinc lideres, facerent fugam. Ibidem, 3. 4. 10. Nisi quicquid est, procul hinc liber prius quid sit, scisceta. Idem Hecyra, 4. 3. 1: Quem cum istoc ferbere prius quid sit, scisceta. Idem Hecyra, 4. 3. 1: Quem cum istoc fermonem habueris, procul hinc stans accepi vxor. Virg. 8. Aeneid. 111,
Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tota tenebant
Castra locis. Ouid. 1. Metam. 93. Procul hinc dixit, nec sacros pollue fontes. Ibidem, 9. 103. – obscœnæ procul hinc discedite flammæ.

Non procul, sed hîc. Cic. 1. in Catil. 47. Qui iam non procul, vt quondam solebant, ab extero hoste & longinquo, sed hic præsentes suo numine, atque auxilio, sua templa, atque vrbis tecta defendunt.

Abscedere procul. Vide ABSCEDO.

Errare procul. Salust. in Iugurtha. Cæterùm homines superbissimi procul errant. Hoc est vehementer falluntur & longè à vero iudicio aberrant.

Procul esse. Oui. 2. Met. 92. His quoq; laudatis, procul est ait, arbiter omnis,

Procul, ô procul este profani. Virg. 6. Aeneid. 82.

Procul alicunde. Cic. 4. Verr. 34. Quia non posset negare ab illis pecuniã datam, non quæ fuit procul alicunde.

Procul à. Teren. Adelph. 3. 2. 50. Postremò, quando ego cõscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul. Ouid. epist. 4. 15. Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti.

Procul à conspectu imperii. Cicer. pro Lege agraria, 86. Hæc quæ procul erant à conspectu imperii, non solùm afflixerunt, sed etiam, &c.

Procul à iudicio remota. Cicer. pro Cluentio, 1. Altera autem quæ procul à iudicio remota est, quæ conciõnibus seditiosè concitatis accommodatior est, quàm tranquillis moderatisque iudiciis, &c. Subauditur aliquando ipsa præpositio.

Procul à literis. Quintil. lib. 7. cap. 2. 32. Quis tam procul à literis, quin sic incipiat, etiam si nesciẽrit quid sit propositio?

Celestia procul esse à naturæ cognitione. Cic. 1. Acad. 22.

Procul à patria. Virg. 10. eclog. 10.

Procul longè à. Plaut. Curcul. 6. 11.
Hæc noctu in somnis visus sum viderier
Procul sedere longè à me Aesculapium.

Procul ab ostentatione posita res. Quint. in Proœ. libri 1. 4. Nullam ingenii sperantes gratiam circa res etiam si necessarias procul tamen ab ostentatione positas.

De procul, Vide DE præpositionem.

¶ Procul, aliquando præpositio est, & interdum ablatiuo, nonnunquam etiam accusatiuo iungitur.

Accusatiuo. Curtius, Procul Vrbem. Plin. lib. 9. cap. 53, Pausilypum villa est Campaniæ, haud procul Neapolim. Alii legunt Neapoli. Liuius lib. 31, Locus procul muros satis æquus agendis vineis fuit.

Ablatiuo. Tacitus, Nec procul cæde aberant. Id est propè interficiebantur. Curtius, Iam ventum procul mari, quod Hiberniam Insulam spectat. Idem lib. 8, Procul muro. Sic alibi sæpe.

Procul mari incolebant. Liu. 8. bel. Maced. 69.

Non procul Oceano habet. Plin. lib. 5. cap. 9. 6.

Procul patria Cice. ad Trebatium, lib. 7. ɔ. 3. Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patria procul.

Haud procul Neapoli. Plin. lib. 9. cap. 53. Quintil. lib. 7. cap. 8.
Haud procul igne constituenda est.

Ambitione procul. Horat. 1. Serm. satyr. 6. 11.

Procul discordibus armis. Virg. 2. Georg. 92.

Procul dubio, Id est certè. Suetonius in Claud. Cæsare, cap. 3. Reliquit filium omnibus gentis suæ procul dubio præferendum. Plin. lib. 17. cap. 11. 10, Procul dubio vtilissimè quidem summam terram contentus est subdit.

Procul vero, sic dicitur vt Procul dubio. Colum. in Præf. lib. 1. 28, Nam illud procul vero est, quod plerique crediderunt, facillimam esse, nec vllius acuminis rusticationem.

Proculco, proculcas, (κατεπικαίω,) proculcare, Progrediẽdo, vel aliud agendo conculcare, Colum. lib. 1. cap. 20, Nam dũ à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam atteruntur vagulis, atque glabrescit, & fit idonea triturisarea. Idem lib. 12. ca. 15. 3, Tum pedibus loris in modum farinæ proculcant. Liu. 10. ab Vrbe, 170, Et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcauit.

Segetes crescentes proculcat aper. Ouid. 8. Metam. 58.

Vngula equorum proculcat eum crebro pulsu. Virgil. 12. Aeneid. 107.

Fata proculcare. Senec. Thebaid. 1. 39
Qui fata proculcauit, ac vitæ bona.
Proiecit, atque abscidit.

PROCVLEIVS, vt scribit Acron, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui pius sic erga fratres suos Scipionẽ & Murenam fuit, vt spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret, quod cum eis iam antè diuiserat. Hæc Acron apud Horat. lib. 2. Carm. ode 2. 1,
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni?
Illum aget penna metuente solui,

Fama superstes. Huius meminit & Plutarchus in vita Antonii, dicens Antonium paulò antè quam expiraret, admonuisse reginam Cleopatram, vt sibi ac rebus suis consuleret: & maximè omnium, qui esi Cæsare Augusto erant, Proculeio se crederet. Mortuo Antonio Augustus Proculeium misit, vt curaret Cleopatram viuam in suam potestatem habere. Demum quum illa arrepto ense voluisset sibi mortem inferre, Proculeius ensem è manibus ademit.

PROCVLVS, penultima correpta, (πρόκλος,) cognomen eius qui natus sit patre peregrinante à patria procul. Plau. Menęh. Iubeas Proculum afferri tibi.

Procumbo, procumbis, procúbui, procúbitum, pe. cor. (πρηνοῖπτω, κατάκειμαι,) procumbere, Prosterni, procliuè iacẽre. Liui. 1. ab Vrbe, 25. Ipsum festum via procubuisse. Colum. lib. 1, Lata bubilia esse oportebit pedes x, vel vt minimum 1 x. Quæ mensura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat. Liu. 7. ab Vrb. 144. Sub hæc dicta omnes manus ad COSS. tendentes, pleni lachrymarũ in vestibulo curiæ procubuerũt.

Soluti vino procubuere. Virg. 9. Aeneid. 39.

Lassus studio venandi procubuit. Ouid. 3. Metam. 83.

In terram toto procumbere vultu. Ouid. 14. Metam. 57.

Terræ procumbere: Hoc est in terram. Ouid. 2. Metam. 70.

Pede offenso procumbere. Ouid. 2. Fast. 144.

Genu succiduo procumbere. Ouid. epist. 13. 5.

Genu posito suppliciter procumbere. Ouid. 2. Fast. 88.

Genibus alicuius procumbere: Hoc est ad genua. Ouid. 13. Metam. 119.

Procumbere ad genua, vel ad pedes alicuius. Liuius. 5. bel. Puni. 33. Sub hæc dicta ad genua Marcelli procubuerunt. Ibidem, lib. 6. 253, Flens ad pedes imperatoris procubuit: obtestarique cœpit vt, &c. Idem 8. ab Vrbe, 142, Procumbentes ad singulorum pedes.

Ante pedes alicuius procumbere. Ouid. epist. 12. 38.

Procumbere ad arborem. Plin. lib. 8. cap. 16. 16, Procumbens ad arborem, hiatu quo tertuerat, miserationem quærebat.

Procumbere in armos. Martial. lib. 1. 56,
Quod ruet in tergum, vel quos procumbet in armos?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alta inuencorum vulnera figet vbi?
Procubuit lupa. Virgilius 8. Aeneid. 126.
– & viridi fœtam Manortis in antro
Procubuisse lupam.
Culmus procumbit grauidis aristis. Virgil. 1. Georg. 23.
Domus lapsa in domini procubuit caput. Ouid. li. 1. de Ponto, eleg. 10. 3.
Nemora omnia latè procumbunt. Lucan. lib 3. 79.
Procubuere segetes imbribus. Cæsar 6. bel. Gall. 156.
Tectum thalami procumbit. Ouid. 4. Fast. 47.
Tecta super habitantes procubuere. Quintil. lib. 2. cap. 16. 4. Nunquam tecta subeamus, super habitantes aliquando procumbunt.
Turris procubuit pondere. Virgil. 9. Aeneid. 108.
Procumbunt milites, pro Cadunt. Cæsar 1. bel. Ciuil. 181. Partim fugiẽtes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt.
Procumbit humi bos. Virgil. 5. Aeneid. 97.
Meru procubuere feræ. Stat. 4. Thebaid. 28.
Bello & armis procubuisse. Valer. 4. Argon. 150.
Certamine summo procumbunt. Virgil. 5. Aeneid. 40.
Procubuere pares fatis. Stat. 1. Thebaid. 129.
Ictu saxi procumbit. Silius lib. 8. 133.
Manu nostra procubuere. Ouid. 13. Metam. 53.
Strage hac me vellem procubuisse. Valer. 3. Argon. 55.
¶ Procumbere, Demitti. Plin. lib. 16. cap. 36. 6. de arundinibus, Omnibus verò folia à nodo orsa, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque à medio internodio, cum plurimum, desinunt vestire, procũbuntque. Hoc est, in terram inclinantur.
Taxi procumbentes. Lucan. lib. 3. 84.

Procuro, procũrat, pen. prod. (ἐπιτροπεύω, ἐπιμελοῦμαι,) procurare, Administrationem alienarum rerum gerere, diligẽter rem suam vel alienam administrare. Cice. ad Cornificium, lib. 12. 24. 5. Is procurat rationes negotiaque Dionysii nostri. Plin. epist. 49 f. Referebat ipse potuisse se, quum procuraret in Hispania, vendere hos cõmentarios. Cic. 1. Acad. 43. Procurante cælestia maximè, deinde in terris ea quæ pertinent ad homines.
Procurare prouinciam. Plin. lib. 7. cap. 16. 9. Ipsi nos pridem vidimus eadem ferme omnia, præter pubertatem, in filio Cornelii Taciti Equitis Romani Belgicæ Galliæ rationes procurantis.
¶ Procurare, (ἀποτρόπαιον ἔστω,) Expiare. Gell lib. 4. cap. 6. Vt terram mouisse nuntiari solet, eaque res procurat. Et paulo pòst, De ea re ita cẽsuerunt, vt M. Antonius Cõsul hostiis maioribus Ioui & Marti cõsecraret.
Procurare & expiare. Cic. 2. de Diuinat. 195. Officium autem esse eius, prænoscere dei erga homines mente qua sint, quidque significent, què admodumque ea procurentur, atque expientur.
Procurare sacrificia. Cæsar 6. bel. Gall. 50. Illi rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant. De Druydibus.
Magna vis est in monstris interpretandis ac procurandis, in Aruspicum disciplina. Cice. 1. de Diuinat. 6.
¶ Procurare, Simpliciter curare. Plautus Pœnulo, 2. 29.
Nutrices pueros, infantes minutolos
Domi procurent. Idem Curcul. 10. 39.
Nunquid vis leno? CA. istas minas decem qui modò procures,
Dum melius sit mihi, dea. Idem Trucul. 18. 24. – nunc puero
Vtere, & procura: quando procures, habes. Ibidem, 8. 43. Nunc rute in terim quasi puerpera hic procura. Apuleius, Hunc enim equulum suũ curiosè nimis procurantem inueni.
Corpora procurare. Virgil. 9. Aeneid. 32.
– læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri.
Stabulis procurans otia pastor. Silius lib. 6. 66.
¶ Procurare arbores, Adhibita diligentia excolere, & prouidere vt crescant. Cato de Re rustica, cap. 43. Eodem modo cæteras arbores procurato. Hoc est, cæteris arboribus diligenter prouidero.

Procuratio, Verbale, (ἐπιτροπή,) Ipsa administratio. Ci. 4. Verr. 83. Ecquæres apud ciuitates Siculas expetitur, in qua aut honos aliquis sit, aut potestas, aut procuratio, quin eam rem tu ad tuum quæstum, &c. Varro 1. de Re rust. cap. 1. 5. Adueneror Mineruam & Venerem, quarum vnius procuratio oleti, alterius hortorum.
Negotii publici procuratio. Cic. pro Sestio, 55.
Habere procurationem alicuius rei. Cic. lib. 1. de Natu. deor. 5. Sunt enim philosophi & fuerunt, qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationem deos. Hoc est, non curare res humanas.
Procuratio & authoritas. Cic. pro Rosc. Amer. 81. Qui postea, quàm magistratus creauit, legesque constituit, sua cuique procuratio authoritasque est restituta.
Suscipere procurationem rei alicuius. Vlpian. in L. Si vero §. Si filio familiis. ff. Mandati, vel contrà, Contrario iudicio experiuntur, qui mandatum susceperunt: vtputa, qui rerum, vel rei vnius procurationem susceperunt.
Procurationem committere. Ci. 7. Ver. 30. Mihi sacrarum ædiũ procurationem, mihi totam vrbem tuendam esse commissam.
Cura & procuratio. Cic. 1. Acad. 17. Dum me ambitio, dum honores, dum causæ, dum Reipub. non solùm cura, sed quædam etiã procuratio multis officiis implicatam & constrictum tenebat, &c.
¶ Procuratio, Expiatio. Cic. 1. de Diuinat. 164. Atque etiã scriptũ à multis est, quum terræ motus factus esset, vt sue plena procuratio fieret.
Procuratio & expiatio. Cicero, 2. de Legib. 56. Iam de aruspicum religione, de expiationibus, & procurationibus satis illa ne in * ipsa lege dictum puto.

Procurator, pen. prod. procuratôris, Verbale (ἐπιτροπός, ἐπιμελητής, οἰκονόμος, πιστός,) Vlpianus de Procuratoribus & defensoribus, L. prima, Procurator est qui aliena negotia mandato domini administrat. Plaut. Pseud. 9. 16. Condus, promus, procurator peni. Plin. epist. 144. Maximus libertus, & procurator tuus domine, præter decem beneficiarios, quos, &c. Ci. pro Quinctio, 13. Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintii familiaris & propinquus Sex. Nævii deiecit.
Procurator, Ciceroni dicitur in Oratione pro Cecin. 42. & 43. Iniquè esse, qui nostri negotii aliquid gerit, alieno præpositus negotio penè dominus, & alteni iuris vicarius, præsertim bonorum illius qui Reipub. causa abest.
Mandare aliquid procuratori de agricultura. Cic. 1. de Orat. 121.
Agere per procuratores. Cic. Attico, lib. 4. 86. 7. Mihi me hercule nihil vi debatur esse in quo tantulum interesset vtrum per procuratores agerem, an per teipsum.
Procurator regni. Cæsar 3. bel. Ciuil. 449. Plotinus nutritius pueri, & procurator regni.
Procuratrix, pen. prod. Verbale fœm. (ἐπιτροπός,) Ci. 4. de Finib. 17. Sed quum sapientiam totius hominis custodem & procuratricem esse velient, quæ esset naturæ comes, &c.
Procuratorius, Adiectiuum. Pomponius in L. Ad legatum. ff. De procura. Procuratoria exceptio. Idem in L. Siquis, Procuratorio nomine Titus petit.

Procurro, procurris, procurri, procursum (προτρέχω, προβάλλω,) procurrere, Vltra, siue longè currere. Colum. lib. 6. Ex domitis bubus, valentissimum, eundemque placidissimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & conuertentem producat. Cæsar 5. bel. Gall. 129. Quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Sic apud Virgilium, 9. Aeneid. 138. Procurrere longius.
Procurrere in vias. Liu. 4. ab Vrbe, 170. Et ex mœstis paulo antè domibus quæ complorauerant suos, procurreretur in vias. Sic 4. bel. Pun. 95.
Procurrere in publicum. Liu. 4. bel. Maced. 7. Qui hic mos est in publicũ procurrendi, & obsidendi vias, & viros alienos appellandi? Cæsar 7. bel. Gall. 109. Matresfamiliãe repentè in publicum procurrerent.
In pugnam procurrere. Colum lib. 7. cap. 3. 4.
In aciem procurrere, Vide ACIES.
Vitæ spatium pede inoffenso procurrere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 7.
Procurrere in Occidentem. Colum. lib. 6. cap. 17. 7.
Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor
Trinacriâ positu nomen adepta loci. Ouid. 4. Fast. 84.
In mare procurrit Apenninus. Horat Epod. 16. 6.
Procurrens, Participium, (προτρέχων,) vt Procurrens sinus inter duo maria. Plinius lib. 4. cap. 11. 5.
Saxa procurrentia. Virg. 5. Aeneid. 41. Infelix saxis in procurrẽtibus hęsit. Id est præminentibus, & veluti obuiam venientibus. Seruius.
Procurrens in longitudinem radix. Plin. lib. 18. cap. 13. 4.

Procursus, huius procursus, (προδρόμημα,) Ipse procurrendi actus. Liu. 2. bel. Pun. 174. Tumultuario prælio, ac procursu magis militum, quàm ex præparato, aut iussu imperatorum orto, haud quaquam par Pœnis dimicatio fuit.
Rapidus procursus. Virgil. 12. Aeneid. 143.
Magno procursu agebat equos. Stat. 9. Thebaid. 5.
Faciles sternit procursibus herbas. Stat. 4. Thebaid. 158.
Procursus angulosus. Plin. lib. 5. cap. 10. 1.
Procursio, Verbale, (πρόδρομή,) Excursio, vel digressio à causa. Quintil. lib. 4. cap. 3. Non semper est necessaria post narrationẽ illa procursio.
Procursio aliquando pro cursu accipitur. Quintil. li. 11. cap. vltimo, Procursio opportuna breuis, moderata rara.

Procurso, procursas, (ἐπιτρέχω,) procursare, Frequentatiuum. Liu. 7. bel. Pun. 10. Ibi per dies aliquot quum ab stationibus procursaretur, missa equitum, peditumque tumultuosa magis prælia, quã magna. Plin. lib. 8. cap. 5. 5. Procursantibus inter eos qui lacesserent, nõ potuisse effici, &c. Sic Liuius 3. ab Vrbe, 261. Modò procursantes pauci, recurrentesque.
Procursatio, Verbale, (ἐκδρομή,) Liu. 8. bel. Pun. 172. A quibus vbi per procursationem commissa pugna esset, &c. Idem 5. ab Vrbe, 99. Et à procursationibus, quæ multæ temere inter murum, ac vallum fiebant.

Procuruus, Adiectiuum, (πολυκαμπύλος,) Valde curuum significat. Virgil. 2. Georg. 85.
Contrà non vlla est oleis cultura, neque illæ

Procuruam expectant falcem.
Lattora procuruu. Virgil. 5. Aeneid. 153.

Procus, Vide PROCO, procas.

PROCVSTES, vel Procrustes, (προκρούστης,) vt author est Plutarchus in Romulo, Latro insignis in Attica regione, qui hospites interimere solitus, ab Hercule hospite interfectus est. Hic super Cephisium flumen habitans, & nocte suos hospites trucidans, à Theseo Aegei filio, vt ait Bucatius, superatus atque interemptus est.
Immitis Procustes. Ouidius. 7. Metamo. 88. Vidit & immitem Cephisias ora Procustes.

PROCYON, pen. corr. (προκύων, τὸν ἀστέρα, τὸν κύνα τὸν μικρὸν,) teste Plin. lib. 18. cap. 38. stella est, quę alio nomine Canicula dicitur, quoniam ante maiorem Canem exorit. Caniculæ enim exortu, accensi solis vapores quis ignorat? cuius fideris effectus amplissimi in terra sentiuntur: feruent maria, exoriente eo fluctuant in cellis vina, mouentur stagna, canes etiam in rabiem agitãtur. Colum. lib. 12. scribit, quòd Idibus Iuliis Procyon exoritur mane, & tempestatem significat. Postea inquit, VII Calend. Augusti, Canicula apparet, estque caligo æstuosa. Horat. lib. 3. Carm. ode 29. 4.
Iam clarus occultum Andromedæ pater
Ostendit ignem, iam Procyon furit
Et stella vesani Leonis
Sole dies referente siccos.
Latinis autẽ Anticanis, Græcis Procyon dicitur & Sirius. Ci. 1. de Nat. deorum, 171. Anticanis Procyon Graio qui nomine fertur. Ex poeta.

Prodeambulo, prodeãbulas, pe. cor. (ἐκπεριπατέω,) prodeãbulare, quasi Foris deãbulare. Terẽt. Adel. 5. 1. 4.
– sed postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc libitum est.

Prodeo, prodis, prodiui vel prodii, proditũ. pen. corr. (προέρχομαι, προβαίνω,) prodire, Vltra ire, siue foras ire, quasi porrò ire. Ex pro, & eo, is, d, interposita. Terẽt. Eunuch. 5. 7. 4. Nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem. Id est, ob id exeo, vt, &c. Ibidem, 4. 4. 2. Fugitiue prodi, malè conciliate. Idem Adelph. 4. 4. 26. Prodit nescio quis: concedam huc. Et Heaut. 2. 3. 15. Anus quædam prodit. Cæsar 1. bel. Gall. 115. Vbi ne tum quidem eos prodire intellexit.
Prodire ad aliquem. Plaut. Casin. 19. 11. Atque illi ad me prodeunt. Idem Bacchid. 20. 92. Pudet prodire me ad te in conspectum pater. Cæsar 3. bel. Ciuil. 94. Ad fauces portus prodire iussit.
Prodire ad colloquium. Cęsar 5. bel. Gall. 98. Suo more conclamauerunt, vti aliqui ex nostris ad colloquium prodirent.
E limine prodire. Tibul lib. 3. eleg. 3. 1.
Ex portu prodire. Plaut. Rud. 8. 6. Ex vrbe ad mare huc prodimus. Cęsar 3. bel. Ciuil. 23. Neque ij sibi confisi ex portu prodire sunt ausi.
Extra modum prodire. Cic. 1. Offic. 195. Cauendum autem est, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas.
In aciem prodire, Vide ACIES.
In conspectum alterius prodire. Plaut. Mostell. 16. 33. Nam illum prodire pudet in conspectum tuum. Terent. Phorm. 2. 4. 3.
Neque mihi in conspectum prodit, vt saltem sciam
Quid de hac re dicat.
Infinius prodire. Varro 1. de Re rust. cap. 69. 1.
In hostem prodire. Lucan. lib. 7. 47.
Prodeunt in pascua pecudes. Colum. lib. 7. cap. 10. 3.
In prælium prodire. Cæsar 3. bel. Ciuil. 315. Quo firmiore animo in prælium prodeatis.
In publicum prodire. Plaut. Sticho, 10. 34. Non metuo: per ortum transibo, non prodibo in publicum. Cic. 3. Verr. 56. Prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas. Idem ad Attic. lib. 8. 155. 8. Scio equidẽ te in publicum non prodire, sed tamen audire te multa necesse est.
In scenã prodire. Cic. 1. Offi. 180. Vt in scenã sine subligaculo prodeat nemo.
Intus prodire, Vide INTVS.
Obuiam alicui prodire. Cic. 4. Verr. 124. Eiusmodi literas ad eos misit, vt huic frequentes obuiam prodirent. Sic ad Atticum, lib. 2. 16. 9. Et ad Terentiam, lib. 14. 5. 6. Tu velim, quod commodo valetudinis tuę fiat, quàm longissimè poteris, obuiam nobis prodeas.
Obuium prodire: reduci. Ouid. epist. 8. 20.
¶ Prodire, Procedere. Virgil. 6. Aeneid. 40. – sic effatus, vestigia pressit,
Obtuens quæ signa ferant, quo tendere pergant
Pascentes. illæ tantum prodire volando,
Quantum acie possent oculi seruare sequentum
Infans prodit vtero matris. Ouid. 1. Fast. 7.
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat. Ouid. 1. Metam. 29.
¶ Proditur, pen. prod. Impersonale. Cic. 1. de Inuent. 42. Ne ab vltimo repetaturus ad extremum prodeatur. Idem pro Murena, 62, Eccui autẽ non proditur reuertenti? Sub. obuiam.

Prodictator, pen. prod. Prodictatôris (ἀντιδικτάτωρ,) Qui extraordinariam Dictaturã gerit. Liu. 2. bel. Pun. 38. Prodictatorem populus creauit Qu. Fabium Maximum.

PRODICVS, pe. pro, (πρόδικος,) Cous, cuius quanta fuerit authoritas, ex Xenophonte deprehendere licet; Suidas autem dicit eum Chium fuisse, & Democriti ac Gorgiæ temporibus fuisse, librumque edidisse, qui inscribitur κέρας, in quo finxit Hercules, virtuti pariter ac voluptati congressum, & vtraque adhortante, tandem à virtute persuasum alteram spreuisse.

Prodigium, prodigii, (τέρας, τερατόδικμα, τερατεῖον,) Quasi porrodigium, quòd porrò dicat, porrò significet, & aliquid futurum esse portendat, Festus, Prodigia, quòd prædicunt futura, permutatione G literæ: nam quæ nunc G appellatur, ab antiquis C vocabatur. Nonius, Prodigia, deorum minæ, vel iræ. Virgilius, 3. Aeneid. 74.
Sola nouum dictúque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit. Cicero 2. de Natu. deorum, 10. Et 6. Verr. 96. Etenim multa sæpe prodigia, vim eius numémque declarãt Cereris. Vide PORTENTVM. Quinti. lib. 7. cap. 1, Siquam in corporibus nostris, alio rúmve animalium partem permutes, & transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen.
Prodigia, quia prædicunt aliquid. Cic. 1. de Diuin. 154, Quja enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, mõstra, prodigia dicuntur.
Heu prodigia ventris. Plin. lib. 19. cap. 4. 5.
Prodigio simile. Plin. lib. 12. cap. 26. 3, In pretio quidem prodigio simile est à singulis ad CCC peruenire libras.
Locus notus prodigio. Ouid. 6. Metam. 65.
P. Clodius fatale portentum, prodigiúmque Reip. Cicãs Pisonem, 6.
Factum diuinitus prodigium. Quintil. lib. 1. cap. 10. 35, Aut quum Sulpitius ille Gallus in exercitu L. Pauli de lunæ defectione disseruit, ne vel hat prodigio diuinitus facto, militum animi terrerentur: non videtur esse vius oratoris officio?
Lætum prodigium, vide LAETVS.
Miserabile prodigium diuũm. Stat. 11. Thebaid. 91.
Prodigiis acti cælestibus ossa piabunt. Virg. 6. Aeneid. 76.
Implere prodigium. Plin. lib. 10. cap. 18. 2. de pico Martio. In capite Prætoris vrbani L. Tuberonis, in foro iura pro tribunali redderitis, sedit ita placidè, vt manu prehenderetur. Respondere vates, exitium imperio portendi si dimitteretur: at si examinaretur, Prætori. Et ille auẽ p tinus concerpsit, nec multo pòst impleuit prodigiũ. Id est, mortuus est.

Prodigiãtor, penul. prod. prodigiatôris. (τερατωσκόπος,) Qui ex prodigio futura prænuntiat. Festus, Prodigiatores, aruspices, prodigiorum interpretes.

Prodigiõsus, pe. prod. Adiectiuum. (τερατώδης, τερατουργός,) Quod p digium facit, vel quod præter naturam est & consuetudinem. Plin. lib. 10. cap. 63. 7, Partus aliquando singuli: quod prodigiosum putant. De canibus.
Astra prodigiosa. Stat. 3. Thebaid. 105.
Corpora prodigiosa. Quintil. lib. 1. cap. 1. 2.
Prodigiosi & longiores solis defectus. Plin. lib. 2. cap. 30.
Honor prodigiosus. Claud. in Præfat. lib. 2. in Eutropium, 3.
Mendacia prodigiosa veterum vatum. Ouid. 3. Amo. eleg. 5. 4.

Prodigiõse, pe. prod. Aduerbium. (τερατωδῶς,) Præter naturam vel morem. Plin. lib. 11. cap. 37. 72, Lien cum iecinore locum aliquando permutat, sed prodigiose. Idem lib. 30. cap. 11. 3, Bubonis certè oculorum cinerem inter ea quibus prodigiosè vitam ludificãtur, acceperim.

Prodigiãlis, & hoc prodigiãle, pen. prod. (τερατικός,) Quod prodigium procurat. Plautus Amph. 8. 106.
Sed mulier postquam experrecta es, prodigiali Ioui
Aut mola salsa hodie, aut thure compreca tum oportuit.
Rubens prodigiale cometes: Hoc est prodigialiter, nomen pro aduerbio. Claud. 1. de raptu Proser. 47.

Prodigiãliter, pen. cor. Aduerbium. (τερατικῶς,) Idem quod prodigiosè, Columella lib. 3. ca. 3. 3, Nam illa videntur prodigialiter in nostris Ceretanis accidisse.
Variare rem vnam prodigialiter. Horat. in Arte, 6, Qui variare cupit rẽ prodigialiter vnam.

Prodigæ, hostiæ (inquit Festus) vocantur quę consumuntur, vt ait Veranius. Vnde hostes quoque luxuriosi, prodigi dicunt.

Prodigo, prodigis, pe. cor. prodẽgi, pen. prod. (ἀναλίσκω, ἀφανίζω, ἀφανίζω,) prodigere, Consumere, vltra modum erogare. Compositum ex pro, & ago, agis. Plaut. Aulul. 13. 10.
–festo die siquid prodẽgeris,
Profectò egere liceat, nisi pepercerís. Idem Merc. 24. 60, Et per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit.
¶ Prodigere. Procul adigere. Var. 1. de Re rust. cap. 4. 7, Admissuras quũ faciunt, prodigunt in lutosos limites. De suibus. Ibidem, cap. 7. 9, In decem diebus secundum partum, cum matribus in pabulum prodigendum. Idem lib. 3. cap. 9. 11, Prodigendi in solem & sterquilinium, vt se volutare possint, quod ita albiores fiunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prodigus, pen corr. Adiectiuum, (ἄσωτος, ἀκόλαστος, χαῦνος,) Præter modum liberalis & profusus. Cicc. 1. Offic. 80. Omnino duo genera sunt largorum: quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam omnino sunt relicturi. Liberales autem, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut epulantur vel in re quærenda vel angenda. Plautu. Mostel. 1. 2. 16. Prodigus sui peculii.

Prodigus, pro Liberali aliquando ponitur. Horat. 1. Carm. ode 12. 8.
– animæque magnæ
Prodigum Paulum superante Pœno
Gratus insigni referam camœna

Fabritiumque. Acron tamen hoc loco interpretatur pro contemptore vitæ: idemque sentit Porphyrio, cuius hæc sunt verba, Aemylium Paulú dicit, qui victus ab Annibale apud Cannas Apuliæ vicum vitio Collegæ Varronis, maluit perire, quàm ex eo fugere. Ergo prodigum, cõtemptorem intelligendum. Prodigi enim dicuntur proprie, qui bona sua à se disperdunt, quasi porrò ea ab se agentes.

Homo largitor & prodigus. Cic. 4. in Catil. 82.

Aeris prodigus. Horat. in Arte, 34.

Animæ prodigus, pro Contemptore vitæ. Horat. 1. Carm. ode 12. 8. Vide paulo supra.

Auri prodigus. Claud. 2, Paneg. 51.

Lucri neglecti prodigus. Claud. de bello Getico, 122.

Nocendi prodigus. Stat. 6. Thebaid. 153.

Sanguinis atque animæ prodigus. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 13.

Prodigus re aliqua. Plin. lib. 9. cap. 17. 7. Asinius Celer è Consularibus, hoc piscé prodigus, Claudio principe vnum mercatus octo millibus nummũm. De mulis.

Prodigus in honoribus decernendis. Cic. ad Brutum, 15. 4. Quòd in honoribus decernendis esset nimius, & tanquam prodigus.

Fides prodiga arcani. Horat. 1. Carm. ode 18. 4.

Locus prodigus multæ herbæ. Horat. 1. epist. 7. 9.

Mens prodiga. Plin. lib. 36. ca. 15. 15. A destinato itinere digredi cogit cõtemplatio tam prodigæ mentis.

Odor prodigus. Plin. lib. 13. cap. 3. 5. At hercule iam quidam etiam in potu adduntur aromata: quibus amaritudo est, vt odore prodigo fruantur ex vitaque parte corporis. De exoticis vnguentis.

Pectora prodiga vitæ. Stat. 3. Thebaid. 13.

Tellus prodiga diuitias & alimenta suggerit. Ouid. 15. Metam. 17.

Prodige, pen. corr. Aduerb. (ἀσώτως,) Effuse. Cic. 11. Philip. 299. Sed non possunt nõ prodigè viuere, qui nostra bona sperãt quem effundũt sua.

Prodigitas, pen. corr. prodigitatis, antiquũ, (ἀσωτία,) Profusio. Lucil. li. 6. Satyrarum, Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigitasque.

Prodigentia, pro prodigentiæ, (ἀκολασία,) Tacitus li. 13. Cuius abditis adhuc vitiis per auaritiam, ac prodigentiam mirè congruebat.

Prodinunt, pe. prod. (πρόειμι,) pro Prodeunt dixere veteres Ennius, Annalium lib. 3. Prodinunt famuli, quum candida lumina lucent. Festus.

Proditio, Vide PRODO.

Prodius, (ἐγγύτερον,) dictum est interius, longius, inquit Nonius, A prodeundo, quasi porrò eundo. Varro Virgula diuina, Primùm venit in vrbem, atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introiit domum. Id est intra priuatos muros.

Prodo, prodis, prodidi, proditum, pen. corre. (προείμαι, προδίδωμι, παραδίδωμι,) prodere, Longè proiicere, porrò dare, ait Seruius, excludere, propellere. Virgil. 1. Aeneid. 52. Naubus (infandũ) amissis vnius ob iram
Prodimur, atque Italis longè disiungimur oris. Seipsum interpretatur Virgilius quum ait, Longè disiungimur oris. Donatus in Terẽtium, Deserimur, proiicimur, decipimur, exponit.

¶ Prodere, Deferre, ostendere, patefacere. Virgil. 2. Aeneid. 26.
Prodere voce sua quenquam, aut apponere morti. Plaut. Cap. 7. 11.
Tute tibi ea tuopte ingenio prodis plurimum,
Quum seruiturem ita fers vt ferri decet. Idem Cistell. 10. 85.
Tibi nos prodimus ac confitemur cistellam
Habere. Terent. Heaut. 4. 3. 29. Tu quidem illum planè prodis. Cæsar 6. bel. Cal. 76. Quæque esse ex vsu iudicauerint, multitudini produnt.

Conscios prodere. Cicero 2. Tuscul. 55. An colli iustitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, prodente conscios, multa officia relinquente?

Furor proditur vultu. Senec. Hippol. 4. 1.

Indicio suo proditur. Ouid. epist. 11. 15.

Insidias prodere. Ouid. 13. Metam. 22.

Dogma prodere. Cic. 4. Acad. 241. Scelas enim dicebas esse, Luculle dogma prodere. Ibidem, 83. Sapientiæ verò quid futurum est, quæ neque de se ipsa dubitare non debet, neque de suis decretis (quæ vocant dogmata) quorum nullum sine scelere prodi poterit? quum enim decretum proditur, lex veri rectique proditur.

Artes suas prodere. Ouid. 1. de Remedio amor. 3.

¶ Prodere interregem, pro Nominare, tenuntiare, vt ait Budæus. Liuius 6. ab Vrbe, 178. Sed nos quoque ipsi sine suffragio populi, auspicato interregem prodamus. Sic Prodere flaminem, apud Ciceronem pro Milone, 55. Pomponius in Lege secunda. ff. de Orig. iuris, Itaque Dictatores proditi sunt.

¶ Prodere, Decipere, deserere, authore Donato. Terent. Adelp. 4. 5. 58.
Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum. Idem Hecyra. 4. 4. 50.
– eho an non alemus Pamphile?
Prodemus quæso potius? Vbi Donatus, Prodemus, deseremus, proiicemus, porrò dabimus.

Coniugium prodere, Decipere. Virgil. 4. Aeneid. 86. Seruius.

Amici partim me deseruerunt, partim prodiderunt. Cicero Quinto fratri, lib. 1. 3. 8.

¶ Prodere, Proferre, prolatare, differre, interprete Donato. Terentius, And. 2. 1. 15. Credo impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis prodat dies. Lucilius lib. 5. Satyr. Possisne elabi, an prodenda dies. Sic Nonius etiã interpretatur, & legit hunc Terentii locum: licet vulgata exemplaria legant protrahat.

¶ Prodere, Propagare. Virgil. 4. Aeneid. 47.
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri

Proderet. Cicero 7. Verr. 20. Imagines ad memoriam, posteritatemque prodendam.

¶ Prodere, Dare. Salust. Antequam arcem proderent hostibus.

¶ Caput & salutem alicuius mercede prodere. Cic. in Pison. 44.

Classem prodere prædonibus. Cic. 7. Verr. 83. Tunc iste hoc cansæ dicit, quòd classem prædonibus prodidisset.

Exemplem prodere. Liu. 1. ab Vrbe, Seu prodendi exempli causa, nequid vsquam fidum proditori esset. Idem, Hoc bello duo salutaria exempla humano generi prodita. Tacitus, Non tamen adeò sterile virtutum seculum, vt non & bona exempla prodiderit. Hoc est edidcrit. Curtius lib. 8. Ab illis enim cultus in regem esse prodendem exemplum.

Fidem prodere, Iurciurando non stare. Salust. in Catilin. Sed ea sæpe ante hac fidem prodiderat, creditum abiurauerat. Budæus.

Imitationem prodere exempli. Cic. 7. pro Flacco, 19. Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis.

Legem prodere, Deliuere. Vlpianus ad legem Iuliam, De adult. Legem prodidisse dicitur ob hoc quòd adulterii accusationem aggressus, accusare desistit.

Mentiendi licentiam prodere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 65. Nam quæ tota extra rem petita sunt, mentiendi licentiam produnt.

Officium prodere, Contra officium facere. Cic. 4. Acade. 48. Qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quàm aut officium prodat, aut fidem.

Parentes prodere. Lucret. lib. 3. 18.

Patriam prodere, Quasi antè dare, inquit Seruius. Cic. In eum pœnam qui prodere hostibus patriam cogitaret. Idem 3. de Finib. 51. Nam vt peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quæ sunt in effectu. Propert. li. 4. eleg. 4. 18. de virgine Tarpeia, Prodiderat portæque fidem, patriamque iacentem.

Eriphyla salutem viri prodidit. Cic. 6. Verr. 35.

Vitam prodere, Exponere se vitæ periculo. Terent. Heaut. 3. 1. 70.
Nam si semel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium, &c.

¶ Prodere posteris, & Accipere à maioribus, cõtraria. Cic. de Senect. 25. Nõ accipere modò hæc à maioribus voluerũt, sed et posteris prodere.

Prodere gloriam & laudem posteris. Cice. in Somnio Scipion. 24. Quinetiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes vniuscuiusque nostrum à patribus acceptas posteris prodere, tamen, &c. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 65. Denique illud etiam debes cogitare, non te tibi soli gloriam quærere: quod si esset, tamen non negligeres, præsertim quum amplissimis monumentis consecrare voluisses memoriam nominis tui: sed ea tibi est communicanda mecum, prodenda liberis nostris.

¶ Prodere, pro Scribere, & componere, quod posteri legant, quasi dare posteris. Plin. lib. 6. cap. 23. Regnabat ibi quũ hæc proderẽt, Celebrata mi viri, quorum virtutes literis proditæ sunt, illiane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt?

Prodere memoriæ, Idem. Cice. Ampio, lib. 6. 12. 14. Quum studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis. Idem pro Lege Manilia, 28. Quod iam nationibus exteris incredibile, ac falsò memoriæ proditum videbatur. Et pro Milone, 6, Itaque hoc Iudices, non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt. Sic 1. de Diuinat. 3. Traiectiones, motusque stellarum obseruauerunt, quibus notatis quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt.

Sermonem memoriæ prodere. Cic. 3. de Orat. 9.

Vestitum est memoriæ, ac literis. Cic. 3. Verr. 32. Quum in ea ipsa loca venisti, potuisti accipere id quod est proditum memoriæ ac literis.

Prodituum memoria. Cæsar 5. bel. Gall. 47. Quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt.

Prodidit memoria. Columel. lib. 1. cap. 4. 6. Mulos enim deerrasse, memoria prodidit.

Prodere memoriam alicuius facti dicitur loci nomen. Cæsar 1. bel. Gall. 51. Ne committeret vt is locus vbi constitissent, ex calamitate Popu. Romani, & interneciõe exercitus nomen caperet, aut memoriam proderet. Id est ad posteros transmitteret, vt perpetua esset memoria.

Prodere memoriam posteris. Cicero 2. Offic. 91. Danda igitur opera est, vt his beneficiis quàm plurimos afficiamus, quorum memoria liberis posterisque prodatur. Sic Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 3. 8.

Prodere monumentis. Cic. 1. de Legi. 93. Factaque & consulta fortium & sapientũ cũ improborũ ignominia sempiternis monumentis prodere.

Prodit fama, pro Refert. Cellus lib. 2. cap. 6. Quosdam fama prodidit in ipsis funeribus reuixisse.

Prodiderunt poetæ. Cicero 3. Offic. 130. Vtile videbatur Vlyssi, vt quidã poetæ Tragici prodiderunt. Plini. lib. 2. capi. 7. 9. Diuus Augustus iacum prodidit sibi calceum præposterè inductũ, quo die seditione militari propè afflictus est.

Prodiunt vix quinto anno reuerti negotiatores. Sob. authores. Plin. lib. 12. cap. 19. 3. De Troglodytis cinnamomum ex Aethiopia vehentibus.

Proditur, penul. correp. Impersonale. Plin. lib. 8. ca. vlti. Iam quædam animalia indigenis innoxia, aduenas interimunt: sicut fer pentes parui in Tyrinthe, quas terra nisci proditur.

Proditus, pen. corr. Participium, (προδοθείς, προδοτος,) Deceptus, circumuentus. Cic. ad Atticum, lib. 3. 5. 12. Quandoquidem ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, omnia mea præsidia neglexi.

A socio proditus. Ouid. 13. Metam. 14.

Proditus ac mutatus. Consul. Cic. 2. Verr. 7.

Dies prodita, qua quid agatur. Cic. pro Domo sua, Quarta sit accusatio trinum nũdinum, prodita die qua die iudicium sit futurum. Hoc est edita, declarata.

Ira prodita turbato vultu. Lucan. lib. 3. 72. Id est manifestata.

Proditio nobis prodita est, & prodita à duce, quærimus proditorem. Quintil. lib. 7. cap. 2. 21.

Vox prodita. Valer. 5. Argonaut. 47.
–locerumque exterruit ingens
Prodita vox.

Proditor, pen. corr. Verbale, (προδότης,) Plaut. Rud. 2. 50. Vrbis proditor. Cice. 3. de Finib. 99. Nec magis vituperandus est proditor patriæ, quàm communis vtilitatis aut salutis desertor. Idem 3. Verr. 27. Nemo vnquam sapiens proditori credendum putauit.

Culpæ proditor. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 6.

Conseruator patriæ, & Proditor, contraria. Cic. Cassio, lib. 12. 3. 4. Sed tamen ea dixit de cõseruatoribus patriæ, q̃ dici deberẽt de proditoribus.

Proditor aut desertor salutis meæ. Cic. Post red. ad Quiri. 10.

Risus proditor puellæ latentis ab angulo. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.

Initio proditor, deinde perfuga. Cic. pro Rosc. Amerino, 69.

Occultus proditor. Claud. 1. Paneg. 25.

Induere proditorem. Tacit. lib. 16. Nisi contra instituta, & cæremonias maiorum proditorem pallio & hostem Thrasea induisset.

Proditio, (προδοσία,) Aliud verbale. Liuius 4. ab Vrbe, 128. Quum ab Tribunis parati c. 955. vnius ex collegio proditiõe excepissent, &c.

Arcanorum proditio. Plin. lib. 7. cap. 45. 4.

Proditiones amicitiarum & Rerum. Cic. 4. Acad. 53.

Infida proditio. Ouid. 3. de Arte, 115.

Potens proditione. Ouid. 8. Metam. 13.
Nam pereant potius sperata cubilia, quàm sim
Proditione potens.

Merces proditionis. Lucan. lib. 4. 46.

Falla sub proditione aliquem neci demittere. Virgil. 2. Aeneid. 17.

Prodromus, prodromi, penul. correp. m. g. (πρόδρομος,) Latinè præcursor dicitur. Cice. Attic. lib. 1. 7. 5. Nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant apertè Pompeium actum. Eidem, lib. 16. 33. 18. Ego adhuc (peruenì enim Vibonam & Siccam) magis commodè, quàm strenuè nauigaui. remis enim magnam partem prodromi nulli.

Ficus prodromi. Plin. lib. 16. ca. 26. 8. Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant.

Prodromi Aquilones, Quinquo fermè diebus exortum Canicula antecedunt. Columel. lib. 11. cap. 2. 38. Sexto idus Iulias prodromi flare incipiunt. Plinius lib. 18. cap. 28. 11. Prodromi flatus Etesiarum. Vide eundem Plinium lib. 2. cap. 47. 8.

Produco, producis, penul. prod. produxi, productum, (τείνω, ἐκτείνω, ἐπιτείνω, ἐπιτείνω, πρεσβεύω, παρατείνω, παρεκτείνω, παρέκτεινω, παρέλκω, μακρύνω,) producere, In longum ducere, Prolongare. Et tam de tempore, quàm de corporeis rebus dicitur. Cicero de Senect. 43. Conuiuiumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quàm maximè possumus, vario sermone producimus.

Cœnam producere. Horat. 1. Serm. saty. 5. 14.
Prorsus iucunde cœnam produximus illam.

Conuiuium producere vario sermone ad multam noctem, Cicero de Senectute, 43.

Diem producere. Terent. Adelph. 4. 2. 53.
Nam iam adibo, atque vnum quicquid, quod quidem erit bellissimum, Carpam, & cyathos sorbillans, paulatim hunc producam diem. Cice. ad Quin. fratrem, lib. 2. 7. 5. Clodius in Quirinalia prodoxit diem. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 1. Nudus & hybernæ producis frigora brumæ. Id est, manudus peragis tempora hyemis.

Moram alicui malo producere, Differre, protendere, prolatare, inquit Donatus. Terent. And. 3. 5. 9. Dicam aliquid iam inuenturum, vt huic lo aliquam producam moram.

Noctem vino producere. Martial. lib. 2. 88.
Quòd nimio gaudes noctem producere vino,
Ignosco: vitium Gaure Catonis habes.

Pelles dentibus producere, Extendere. Martial. lib. 9. 77.
In Sutorem, Dentibus antiquas solitus producere pelles.

Rem producere, Differre. Cæsar 1. bel. Ciuil. 516. Producitur tamen res, aciesque ad solis occasum continentur. Idem 4. belli Gall. 575. Frumento cõmeatuque nostros prohibere, & rem in hyemem producere.

Sermonem longius producere. Cic. de Claris Orat. 135. Tamen incurro in memoriam comminium miseriarum, quarum oblivionem quærens, hunc ipsum sermonem produxi longius.

Sermonem in multam noctem producere. Cic. in Somn. Scip. 3.

Spem vitæ producere. Tacit. lib. 12. Die nuptiarũ Syllanus sibi mortem consciuit, siue eo vsque spem vitæ produxerat, siue, &c.

Vitam producere. Plaut. Trin. 6. 18. Nam & illud quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miseriam. Cic. de Senect. 60. Marcum quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimum annum vitam produxisse. Virg. 2. Aeneid. 128.
Abnegat excisa vitam producere Troia.

¶ Producere, Extra ducere. Plaut. Cap 6. 2. Vbi sunt isti, quos ante ædes iussi huc produci foras? Idem Amphit. 4. 63.
Hæc vbi legati pertulere, Amphitruo è castris illico
Producit omnem exercitum. Galba Ciceroni, li. 10. 30. 6. Repètè Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrit.

Producere cunctantem bouem indomitum. Columella libro 6. capi. 2. 7. Ex domitis bubus valentissimum, eundemque placidissimum cum indomito iungimus, qui procurrentem retrahat, & cunctanté producat.

Producere longius. Columell. lib. 6. capi. 2. 5. Post eiusmodi experimenta vacuo plaustro subiungendi, & paulatim longius cum oneribus producendi sunt.

Ad solem producere. Columel. lib. 11. cap. 3. 43. Serenis diebus tutò producantur ad solem.

Ad necem producere. Cic. 7. Verr. 122. Capitibus inuolutis ciues Roma. ad necem producere instituit.

E carcere producere. Cic. 7. Verr. 93. Producuntur è carcere, & deligantur ad palum.

In aciem producere, Vide ACIES.

Copias suas in aciem producere. Galba Ciceroni, lib. 10. 30. 6.

Producere aliquem in concionem. Cic. in Pisonem, 9. Et ad Atticum, libro 1. 9. 1.

In prospectum populi producere. Cic. 3. Verr. 85. Quum eum, quem virgis iste cecidisset, in prospectum Populi Rom. produxit.

Coram productus. Cic. pro Flacco. 17.

Authorem vel testem producere. Gell. lib. 17. cap. 12. Sed in febris laudibus testem etiam Platonem produxit. Cic. 4. Verr. 128. Producam testes, & producam plures eodem tempore. Idem pro Roscio Comœd. 24. Ex his vnus mihi testis est producẽdus qui pecuniam datam dicat. Et ad Qu. fratrem, lib. 1. 8. 1. Quum testis productus esset in Sestium, Item 7. Verr. 103. Harum rerum omniũ authores testesque produco.

In iudicium producere, Vocare, vel cogere. Cice. 7. Verr. 89. Grauiorem apud sapientes iudices se fore ab inferis testem, quàm si vnus in iudicium produceretur. Ibidem, 107. Tu tuam domum piratas abducere, in iudicium archipiratam domo producere ausus es. Quintil libro 6. cap. 1. 31. Huic puer quem in ius productum, quid fieret interrogabat, ex pædagogo se vellicari respondit.

Aliquem producere, Absolutè pro in ius producere. Cicero 6. Verr. 16.

Producam cæteros, reticebunt quæ poterunt, libenter dicent quæ necesse erit, gratis.

¶ Producere aliquem rus, pro Ablegare. Terent. Adelph. 4. 2. 23.
– num tu eum
Rus hinc modò produxe aiebas? Ibidem, 3. 3. 48. Sãtne scis ibi cum esse? ô ho, qui egomet produxi?

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Producere aliquē, pro Detinere, & verbis remorari. Cicero pro Quinctio, 15. Annum & lex menses nihil petit: quiescit? conditionibus hunc quoad potest producit.
Producere aliquem falsa spe, Deludere & detinere. Terent. And. 4. 1. 24.
– nonne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium,
Nisi me lætasses amantem, & falsa spe produceres?
¶ Producere aliquem ad aliquid, pro Inducere. Plinius lib. 9. cap. 35. 19.
Et quidem nulla sponsione ad hoc productus.
Amator me duce productus. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 3.
Nubila producere. Stat. 5. Sylu. 3. 3.
– quis Apolline merso
Frigida damnatæ produxit nubila menti?
Sed vt prodinctus studio & viribus vltra facile procurras. Author ad Herennium, lib. 4. 215.
¶ Producere aliquem, Promouere hominem, & in medium honorificè proferre, cui opponitur Subducere. Cicero pro Domo sua, 17. de Catone in Syriam ablegato, Quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. Budæus. Aliquando cum adiectione. Liu. 10. bel. Maced. Ab hoc sermone omni genere honoris promouere eum non destitit.
¶ Produci proprie vænales dicuntur, authore Donato. Plaut. Merc. 19. 44. Hanc resciscens pater produxit, vænalē jbuit. Terē. Heau. 1. 1. 92.
Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico
Facundo facile sumptum exerceant suum,
Omnes produxi, ac vendidi, inscripsi illico
Aedes mercedē.
¶ Producere filiam, Prostituere. Plaut. Asin. 10. 40. Audientem dicto mater produxisti filiam. Iuuenalis Satyra 6. 24.
– vtile porrò
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.
¶ Producere filios, Gignere. Plaut. Capt. 1. 2. 105. Quasi in orbitatem liberos produxeram.
Partus producere. Silius lib. 1. 23.
– partusque recusent
Te surgente puer Latiæ producere matres.
Sobolem producere. Horat. in Carm. secul. 4.
¶ Multa cura sata producuntur ad segetem. Senec. de Benef. lib. 2. ca. 11.
Exemplum producere. Iuuenal. Saty. 15. 4. – accipe nostro
Dira quod exemplum feritas produxerit æuo.
Scelus producere. Terent. Adelph. 3. 2. 16. Seni animum primùm extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus. Id est commisit.
Memoriam alicuius Scriptorum monumento producere, Id est propagare. Senec. in Consolatione frat. ad Polybium.
¶ Producere, Prosequi. Virgil. 9. Aeneid. 96.
– nec tua funera mater
Produxi. Stat. 8. Thebaid. 23.
Funus producere ad tumulum. Lucan. lib. 1. 60.
– ceu morte parentem
Natorum orbatum longum producere funus
Ad tumulum iubet ipse dolor.
Productus, productior, productissimus. Cic. 2. de Orat. 118. Et principia tarda sunt, & exitus tamen ipsi & producti esse debent.
Commoditates temporibus productæ. Cice. 4. de Finib. 48. Sed non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ.
Dolores longinquitate producti, vehemētius torquent. Cic. 5. Tusc. 165.
Nomen productum. Cice. 2. de Natu. deorum. 95. Datum est igitur Neptuno alterum, Iouis vt volunt fratri, maritimum omne regnum: nomenque productum, vt Portunus à portu, sic Neptunus à nando, paulum primis literis immutatis.
Syllaba producta atque longa. Cic. 3. de Orat. 101.
Longior & productior status. Columel. lib. 7. cap. 12. 8. Quare status eius longior productiorque ad hos casus magis habilis est, quàm breuis, aut etiam quadratus. De canibus.
Flagellum vitis productissimum. Columel. lib. 3. cap. 10. 1. Extrema pars eius, quod caput vitis appellant, id est vltimum & productissimum flagellum. Hoc est longissimum.
Producti, Aduerbium: cui Breuiter opponitur. Cic. in Orat. 90. Ioclytus dicimus breui prima litera, insanus producta: inhumanus breui, infœlix longa. & ne multis, quibus in verbis eæ primæ literæ sunt, quæ in sapiente atque fœlice, producti dicitur: in cæteris omnibus breuiter.
Productio, Verbale, (παράτασις, ἔκτασις, ἐπίτασις,) Prolongatio. Cice. in Topic. 18. Nihil putat esse notandum nisi POSTI & LIMINIVM illud, productionem esse verbi vult.
Productio, cui opponitur Contractio. Cice. 3. de Orato. 108. At in his si paulum modò offensum est, vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant.
Productio temporis. Cic. 1. de Finib. 70. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν,) non fit maior productione temporis:

habent enim suum modum quæque opportuna dicuntur.
PROETVS, (πρῶτος,) fuit Abantis, Argiuorum regis filius, cui successit in regno. Hic, teste Homero li. 11. Odyssee, Antiam habuit vxorem, ex qua filias quatuor habuit, quæ teste Pherecide, quum in forma seu pulchritudine se Iunoni prætulissent, offensa dea eis furorem talem immisit, vt vaccas se esse arbitrarentur, & aratra timentes, sylvas peterent, dicente Virgilio 6. eclo. 10. Prœtides implerūt falsis mugitibus agros. Postea autem helleboro sanatæ à Melampode perhibentur, à cuius nomine vnum hellebori genus appellatur melampodion.
Profanus, penul. prod. Adiectiuum, (βέβηλος,) Irreligiosum significat, non sanctum: quasi sit porrò à fano: impium, scelestum, aduersum omni religioni. Stat. 1. Thebai. 1. Fraternas arcas alternaque regna profanis Decertata odiis. Plaut. Sacrum, an profanum habeas, paruipenditur. Idem Merc. 7. 21. Nec sacrum, nec tam profanum quicquam est, quin adsit ibi illico. Festus, Profanum, quod fani religione non tenetur.
Error profanus. Claud. 1. in Ruffinum, 15.
Mistaque erat flammæ flamma profana piæ. Ouid. 6. Fast. 88.
Locus profanus, & Consecratus, contraria. Cic. in Partition. 21.
Loca sacra & religiosa profana habere. Cic. de Arusp. resp. 7.
Manus profanæ. Claud. 1. in Ruffinum, 24.
Mens profana. Ouid. 2. Metam. 167. Claud. 4. Panegy. 22.
Oculi profani. Ouid. 3. Metam. 146.
Pagina profana. Claud. 1. Panegy. 61.
Testis profanus. Ouid. 5. Metam. 109.
Verba profana, Ominosa, infausta. Tacit. lib. 4. vbi dicit morem fuisse Calendis Ianuariis profanis verbis abstinere.
Verba profana lapsa nimio mero. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 9.
Vius profanus, Communis & vulgaris, non sanctus. Plin. lib. 15. cap. 30. 7. Adeóque in profanis vsibus pollui laurum & oleum fas non est.
Vulgus profanum. Horat. 3. Carm. ode 1. 1.
¶ Profanum, simpliciter, Vsu vulgatum significat. Taci. lib. 13. Tegmina corpori diuepta iniciunt, quantum magis profana & vsu polluta, tanto magis oppressura ignes.
Profanum facere, cui Colere opponitur. Cic. 6. Verr. 108. Has tabulas M. Marcellus, quum omnia illa victoria sua profana fecisset, tamen religione impeditus non attigit. Virgil. 12. Aeneid. 156.
Faune precor miserere (inquit) tuque optima ferrum,
Terra tene, colui vestros si semper honores,
Quos contra Aeneadæ bello fecere profanos.
¶ Profanus, Sacris non initiatus, inquit Seruius, qui fanum intrare non poterat. Virgil. 6. Aeneid. 52.
– procul ô procul este profani
Conclamat vates. Nunc laicum vocamus quasi popularem, teste Budeo.
¶ Profanum Varro interpretatur quod est ante fanum, fano coniunctū.
Profanum bellorum ciuilium. Plinius lib. 16. cap. 4. 1. Hinc ciuicæ coronæ militum virtutis insigne clarissimum: iampridem verò & clementiæ imperatorum: postquam ciuilium bellorum profano meritum cœpit videri ciuem non occidere.
Profano, profanas, penul. produc. (βεβηλόω,) profanare. Ex sacro humanis vsibus promiscuum facere. Liu. 1. bel. Mace. 173. Dies festi, sacra, sacerdotes, quæ ipsius maiorūm vē eius honoris causa instituti essent, omnia profanarentur. Idē 3. ab Vrbe, 83, Profanatis oībus. Cato cap. 133. Profanato sine contagione.
Mors profanat omne sacrum. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 4.
Profanatus, pen. prod. Participium, (βεβηλωθείς,) vt
Funus profanatum acerbo vulnere. Stat. 9. Thebaid. 2.
Chaos profanatum. Stat. 8. Thebaid. 11.
Manus profanatæ. Ouid. 2. Metam. 152.
Terræ profanatæ. Stat. 3. Sylu. 3. 1.
Profanatio, (βεβήλωσις,) Verbale. Plin. lib. 16. cap. 4. 1. Postquam ciuilibus bellorum profanatione meritum cœpit videri, ciuē non occidere. Alia exemplaria habent profano.
Profaris, ris, pen. prod. Latinè dicitur quod Græci Prophetare dicunt, id est Futura prædicere. Vlpianus de Aedilitio edicto, L. prima §. Exempli, Apud Viuianum quæritur, si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur?
Breuiter profari. Virgil. 1. Aeneid. 114.
Clamore magno profatur. Silius lib. 11. 42.
Voce sacra profari. Ouid. 2. Metam. 56.
Mente læta profatur. Silius lib. 3. 137.
Demisa vultum Dido profatur. Virgil. 1. Aeneid. 114.
Profatus, huius profatus, pen. prod. (προφάνησις,) Ipse profandi actus. Gellius li. 18. ca. 11. Quæ voces mihi quidē neque abhorrere à poetica facultate visæ sunt, neque dictu, profatuūj ipso tetræ aut insuaues esse.
Effrænus profatus. Stat. 5. Sylu. 3. 21.
– seu voce soluta

Spargere, & effræno nimbos æquare profatu.
Profecto, (ἀμέλει, ὄντως,) Aduerbium confirmantis, dictum quasi profecto, & significat Nimirum, sanè, certè. Et plerunque ad responsionem adhibetur. Plaut. Merc. 6. 1. Profectò ego illum hircum castrari volo. Idem Amphit. 4. 216.
At mentis es etiam, certò pedibus, non tunicis venis.
5. Ita profectò. Mumme profectò vapula ob mendacium.
5. Non ædepol volo profectò. M. at pol profecto ingratiis.
Hoc quidem profecto certu'st, non est arbitrarium. Terent. Adelph. 1. 1. 3. Profectò hoc vere dicunt, si absis vspiam, &c. Idem Eunuch. 1. 2. 104. Verùm ne fiant isti, viginti dies.
7. Profectò, non plus biduum, aut. Ibidem, 3. 3. 1. Profectò, quanto magis, magisque cogito, &c. Idem And. 3. 3. 13.
Iræ sunt inter Glycerium & guatum. c. audio.
5. Ira magnæ, vt sperem posse auellī. c. fabulæ.
5. Profectò sic est. Cic. Quis hæc renuntiatis profectò qui interfuit. Idem de Senectute, 77. Animus verò non me deleretis, sed respectans, in ea profectò loca discessit, quo mihi ipse cernebat esse veniendum. Ibidem, 12. Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profectò videtis, netas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem.
Profectò enim negare non potes, te ex lege Rupilia sortiri iudicium debuisse. Cic. 4. Verr. 29.
Profectò non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul Iudices audissem. Cic. pro Ponteio, 19.
Non est ita Iudices, non est profectò. Cic. pro Flacco, 47.
Profectò. Certe. Cic. 1. de Nat. deor. 9. Alterum profectò fieri non potest, vt earum nullam alterum certò non potest, vt plus vna vera sit.
Profero, pen. corr. profers, protuli, pen. corr. prolatum, penu. prod. (προφέρω, ἐκφέρω,) proferre, Extra ferre, Exerere. Plaut. Asin. 14. 50. – nc sic tussiat
Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat. Idem Amphit. 8. 136.
Tu Thessala intus pateram proferto foras.
Proferre audaciam, Ostendere. Cic. pro Quinctio, 60.
Caput proferre. Ouid. 6. Metam. 75.
Et modò tota caua submergere membra palude,
Nunc proferre caput, summo modò gurgite nare.
Digitum proferre. Cic. pro Ceciina, 52. Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, qua denique digitum proferat, non habet.
Ex arca pecuniam proferre. Cic. pro Rosc. Comœdo, 17.
Imaginem proferre. Quintil. lib. 6. cap. 1. 30. Alias imaginem mariti prorea proferre magni putauit.
Libellos proferre. Tacit lib. 2. Protulit libellos vecordes adeò, vt consultauerit Libo, &c.
Proferrem libros, si negares. Cic. 1. de Nat. deorum, 156.
Dolum proferre. Plaut. Casina, 16. 48.
– hera dolum hunc, atque hæc ex proximo
Protulerunt. Id est commenti sunt.
Gaudium oculis proferre. Plin. in Panegy. 127. Quid nunc ego super ea, quæ sum cum toto Senatu precatus, pro Senatu precer, nisi vt hæreat animo tuo gaudium, quod tunc oculis protulisti?
Verba proferre. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 10.
¶ Proferre, Extra portare. Plaut. Rud. 23. 39.
Quippe quum extemplò in macellum pisces prolati sient,
Nemo emat, suam quisque partem piscium poscat sibi. Cæsar 2. bel. Ciuil. 95. Arma tormentaque ex oppido, vt est imperatum, proferant.
In solem proferre. Plin. lib. 11. cap. 17. 7. Findendosque scapos, & quarto die in solem proferendos. Columel. lib. 9. cap. 13. 3. Post horam tertiam in solem proferre.
¶ Beneficium in aliquem proferre, pro Conferre. Cice. pro Murena, 64. Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum: hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem.
¶ Gradum proferre. Stat. 12. Thebaid. 2.
Vix primo proferre gradum, & munimina valli Soluere.
Gradum proferre, Festinare. Plaut. Menæch. 17. 1. Vt ætas mea est, atque vt hic vsus facto est, gradum proferam.
Passus viæ proferre, incedere. Lucret lib. 4. 166.
Prospicere vt possimus: & vt proferre viai Proceros passus.
Pedem proferre. Horat. in Arte, 28.
– nec defilies imitator in arctum,
Vnde pedem proferre pudor vetet.
¶ Proferre, (ἐξαγορεύειν,) Palàm facere, prodere, vulgare, pronuntiare. Terent. Hecyra, 1. 2. 78. Hoc ego proferre, incommodum esse mihi arbitror. Ibidem, 2. 2. 11. Siquid est peccatum à nobis, profer. Idem Adelph. 3. 2. 59. An hoc proferendem tibi vsquam esse videtur? Plin. epistol. 109. b, Quinetiam Dextrum, qui primū diuersum censuerat, prolata lege de Senatu habendo, iuuare coegit, & Repub. esse quod censuisset. Idem epist. 16. 2. Audiui causas agentē acriter, & ardenter: nec minus politè & ornatè siue meditata, siue subita proferret, Idem pōtiaret.

Proferre palàm. Teren. Adelph. 3. 2. 41. Nunc si hoc palàm proferemus, ille inficias ibit, sat scio. Idem Heaut. 5. 2. 41. Suspicionem istam ex illis quære, rem profer palàm.
Nominatim proferre, Vide NOMEN.
Custodire & Proferre, contraria. Cic. Attico, lib. 15. 327. 1. Orationem tibi misi: eius custodiendæ & proferendæ, arbitrium tuum.
Patefacere & proferre aliquid. Cic. pro Flacco, 4.
Dicerem fortasse, & facile & libenter dicerem, si paulò etiam longius, quàm finis quotidiani officii postulat, pietas & fraternus amor L. Cæcilium protulisset. Cic. pro Sylla, 48.
Indicia cōmunis exitii indagaui, patefeci, ptuli, extinxi. Cic pro Milo, 78.
Aliquid foras proferre. Cice. pro Cœlio, 45. In eiusmodi domo in qua materfamilias meretricio more viuat, in qua nihil geratur quod foras proferendum sit.
In aspectum, lucemque proferre. Cic. pro Archia poeta, 9. Ceteros pudeat siqui ita se literis abdiderunt, vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum, lucemque proferre.
In auras aeris proferri, Creari. Lucret. lib. 1. 42.
– quo quæque creatæ
Aeris in teneras possint prorrumpere auras.
In conspectum proferre. Cæsar 7. bel. Gall. 195. Liberosque in conspectum proferre cœperunt.
In lucem proferre, Edere in publicum. Horat, 2. epist. 2. 24.
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum.
Aperire & in lucem proferre res occultissimas. Cice. 4. Acade. 112. An tu quum res occultissimas aperueris, in lucemque protuleris, iuratusque dixeris ea te comperisse, &c.
Illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Cicero 1. de Orato. 76.
In medium proferre. Cice. 7. Verr. 141. Non agitanda res erit? non in medium proferenda?
Commemorare, & Proferre in medium. Cic. 6. Verr. 103. Vnius etiam vrbis omnium pulcherrimæ atque ornatissimæ Syracusarum direptionem commemorabo, & in medium proferam Iudices.
Profiteri, & In medium proferre. Cice. 2. de Finib. 112. Eāmne rationem sequare, qua tecum ipse & cum tuis vtare, profiteri autem & in medium proferre non audeas?
Proferre in medium literas, palamque recitare. Cic. 2. Philip. 34.
Scelus in medium proferre. Cic. 2. Verr. 18.
Neque ea eò profero, quò, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 30. Neque ego hæc eò profero, quò conferenda sint cum hisce de quibus nunc quærimus.
Vis enim aliquid iisdem de rebus politius à nobis perfectiusque proferri. Cice. 1. de Orato. 3.
Dolores proferre. Propert. libro 1. eleg. 17. 1. Hic licet occultos proferre impunè dolores.
¶ Proferre se. Budæus, Qui sine deductore innotescunt, & ipsi se producunt, proferre se dicuntur. Plin. Iunior, Proferunt se ingenia, & ostentant. Quintil. lib. 11. cap 6. de tyrocinii tempore loquens, Modus mihi videtur quidam tenendus, vt neque præproperè distringatur, immatura fronsi: & quicquid est illud adhuc acerbum proferatur.
Proferre sua studia, In medium producere. Plinius epistol. 145. At nos eos tantum dicturi aliquid, aut lecturi, timemus, qui studia sua proferunt: quum illi qui tacent, hoc amplius præstant, quòd maximum opus silentio reuerentur.
¶ Proferre, Protendere, & prolatare, vt ait Nonius: vel differre. Plinius, Quum lineam protulisset longissimam atque rectissimam. Iustinus libro 1. Arbitria principum pro legibus erant: fines imperii rueri magis quàm proferre mos erat. Cic. lib. 3. de Repub. Sapientia iubet proferre opus, amplificare diuitias.
Munitiones proferre. Cæsar 1. bel. Ciuil. 307. Tota nocte munitiones proferunt.
Fines officiorum Stoici videntur longius protulisse, quàm natura vellet. Cice. pro Murena, 69.
Imperium proferre. Tacit. lib. 12.
Imperium protulit in terras nouas. Quid. ad Liuiam, 4.
Imperium proferet super & Garamanthas & Indos. Virg. 6. Aeneid. 159.
¶ Proferre auctionem. Cic. ad Atticū, lib. 13. 270. 1. Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni cohæredi meo, vel Labeoni nostro, paullum proferant auctionem me circiter Nonas in Tusculano fore cum Pisone.
Diem proferre. Cice. ad Atticum, lib. 13. 272. 2. Quòd si laxius volent proferre diem, poterunt vel biduum, vel triduum, vel vt videbitur: nihil enim interest. Terent. And. 2. 1. 31. Saltem aliquot dies profer, dum proficiscor aliquò.
Honorem proferre. Tacit. lib. 3. Prolato honore vrbem intrauit. Hoc est in aliud tempus dilato. Item lib. 4. Inter quæ diu meditato, prolatoque sæpius consilio.
Proferre beatam vitam vsque ad rogum. Cice. 3. de Finib. 115. Nam si beatus vnquam fuisset, beatam vitam vsque ad illum à Cyro extructum rogum protulisset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Proferre, pro eo quod Plinius Iunior Allegare dixit, ponit Cicc. 1. de Inuent. 220. Oportebit igitur eum, qui sibi vtiguoscatur, postulabit, commemorare siqua sua poterit beneficia, &c. deinde maiorum suorũ beneficia, siqua extabunt, proferre. Idem, Deinde cæteros proferre oportebit, quibus maiora delicta concessa sunt. Idem Allegare, citareque leges, est Cicerom Proferre: vt in eodem libro, Deinde postulabit vt legem qua lege fecerit, proferat. Et pro Sylla, 15. Multa mea in se, noonulla etiam sua in me proferebat officia. Idem 2. Philipp. 100. Quid prandiorum apparatus? quid furiosam vinolentiam tuam proferam? Plinius ad Traianum vtroque eodem in loco vius est, de Archippo philosopho, Ille nihil proferebat, quo restitutum se doceret: allegabat tamen pro restitutione libellum à se Domitiano datum. Budæus.

Fabritios authores proferre. Cic. 2. de Orat. 160.

Testes & legatos proferre. Cic. pro Corn. Balbo, 33.

Proferre exempla Cice. 1. de Diuinat. 166. Atque ego exempla omnium nota proferam. Idem 4. Academic. 26. Quum aliquos ex antiquis clares viros proferunt.

Probationem apud iudicem proferre. Quintil. lib. 6. cap. 4. 17. Ne illud quidem ignorare aduocatum volo, quo quæque ordine probatio sit apud iudices proferenda.

¶ Proferre, pro Obiicere. Cicero pro Murena, 12. Sic à me Consul designatus defenditur, vt eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum perulans dictum in vita proferatur. Et pro Flacco, 6. Præterea illa quæ prætereunda non sunt, nullum huius in priuatis rebus factum auarum, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari sordem posse proferri. Idem 7. Verr. 102. Nihil est quòd cæterorum res minus commodè gestas proferas. Budæus.

¶ Proferre, apud Iureconf. est quod nos Producere dicimus, id est Apud acta deponere. Cic. 4. Verr. Scio te edicta superorum omnium correxisse: & possessiones hæreditatum non secundum eos qui proferrent, sed secundum eos qui dicerent testamentum factum, dedisse. Budæus.

Prolatus, penul. prod. Participium. Lucan. lib. 2. 99.

– vt conspicit amne soluto
Rumpi Cæsar iter, calida prolatus ab ira, &c.

Auro prolato non deest venditor. Lucan. lib. 4. 20.

Prolatus de te rumor. Cic. ad Atticũ, lib. 10. 198. 1. Nisi te valde amarem & multo quidem plus quàm tu putas, non extimuissem rumorem qui de te prolatus est, quum præsertim falsum esse existimarem.

Somnia multa ex historiis prolata. Cic. 3. de Diuinat. 102.

Prolatio, Verbale, (προφορά,) Ipse proferendi actus. Plaut. Milit. 5. 98.

Quantum vis prolationum, dummodo nunc prima via
Inducamus, vera vt esse credat quæ mentibimur.

Commemoratio antiquitatis exemplorumque prolatio. Cic. in Orat. 66.

Prolatio, Protensio. Liu. 1. bel. Maced. 18. Lætaque extasuisse: & prolationem fiorum, victoriamque & triumphum portendi.

Iudicii prolatio. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 5. Quum alteri ad prolationem iudicii biduum quæreretur.

Profestus, Adiectiuum, (ἀνέορτος,) Profesti dies, qui hominibus cessi erant. Nonius. Profesti dies, sunt à festiuitate vacui. Afranius, Quę fesli nos facere solemus, de quotidiano opere promiscuè, atque profesto concelebras focum. Plautus Aulul. 13. 11.

– festo die siquid prodegeris,
Profesto egere licet, nisi pepercerís. Plin lib. 18. ca. 6. 8. Peiorem qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet. Liu. 4. bel. Maced. 13. Vt carpentis profestis quoque diebus velut triumphantes de lege victa & abrogata, & captis & ereptis suffragiis vestris per vrbem vectemur.

Dies profesti. Horat. 2. Serm. saty. 3. 29.

Liicibus profestis deos adprecari. Horat. 4. Carm. ode 15. 5.

Professor, Vide PROFITEOR.

Proficio, proficis, penult. correp. profeci, penult. prod. profectum, (προκόπτω, προβαίνω, πρόκειμαι, πρόδειμαι,) proficere, Ex pro & facio compositum: Procedere, & perficere significat. Cic. ad Torannm, lib. 6. 21. 4. Nunc verò cuersis omnibus rebus, quum cõsilio profici nihil possit, vna ratio videtur, quicquid euenerit, ferre moderatè. Idem 6. Verr. 82. Vti si maximè esset inuentus, qui in se suscipere istius culpam crimenque cuperet: tamen is proficere nihil posset. Cæsar 3. bel. Ciuil. 88. Apud quos quum proficere nihil posset, &c. Cic. ad Quintrattrem, lib. 3. 17. 21. Pompeius à me valde contendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil profecit.

Authoritate proficere. Cic. pro Lege Manil. 31. Et quisquam dubitabit quid virtute profecturus sit, qui tantum authoritate profecerit?

Celeritate proficere. Cæsar 6. bel. Gall. 104. Siquid celeritate itineris, atque opportunitate temporis proficere posset, monet.

Minis proficere. Cic pro Fonteio, 22. Quod si in tur pi reo patiendum nõ esset, vt quicquam isti se minis profecisse arbitrarentur, quid faciendũ vobis in M. Fonteio arbitramini?

Querelis quotidianis nihil proficere. Luceius Ciceroni, lib. 5. 14. 4.

Nil testibus illis profeci. Virgil. 8. eclog. 4.

Gazæ non proficiunt in nostro corpore. Lucret. lib. 2. 8.

In aliquo nihil proficere. Cic. pro Plancio, 61. Nihil in Crispio profecistis? Absolutæ iam sunt preces tuæ.

Proficere ad. Cic. 3. de Finib. 22. Multumque ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit.

Magnificentia & virtus in qua grauitas & authoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam, quàm humilitas & obiectatio. Cice. 1. de Inuent. 121.

Ad bonitatem proficere, Vide inpræpositione AD.

Vsque ad mores proficere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 26. Prosequitur hæc memoria in senectutem & impressa animo rudi, vsque ad mores proficiet.

In summam proficere. Quintil. lib. 1. ca. 1. 14. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit.

In summam spei proficere. Liu. 3. ab Vrbe, 261. Paruaque certamina in summam totius profecerant spei.

¶ Proficere, Prodesse. Vlpianus in L. Ait Prætor, & iuretur ex eo prægnans non esse. De Iureiurando, Matris igitur iusiurandum partui non proficiet, nec nocebit, etsi mater detulerit.

Prodesse, ait Valla in Raudensem, ad alios quoque spectat: Proficere verò ad se tantum. Nos contrà vt Proficere, credamus ad alios quoque spectare, facit Plinius lib. 28. ca. 17. Adeps, inquit, & lupis illitus, in his quæ rumpere opus est, plurimum proficit. Et cap. 18. Similiter proficit ad cacoethe hœdi feminum cinis & lacte mulieris. Ibidem, Betyrum etiam quod in iumentis proficit cum resina calida. Et lib. 31. cap. 11. Plurimum proficiente eo cinere contra scabritias genarum. Sic lib. 32. capit. 9. Modus singulis hemina bibitur donec profit, & aliàs in cibis ad hoc proficiunt. Item lib. 36. cap. 20, de gemma hematite, Proficit oculorum lachrymis in lacte muliebri. Quam significationem reperias in sexcentis apud eandem scriptorem locis.

¶ Proficitur, pen corr. Impersonale. Plin. epist. 117, Sed illa quæ dictaui, identidem retractantur, ac simul memoriæ frequenti emendatione proficitur. Cice. Attico, lib. 16. 333. 5. Aut proderimus aliquid Ciceroni? aut quantum profici possit, iudicabimus. Plin. lib. 17. cap. 23. 1. Adeò excellitate proficitur. Et lib. 23. cap. 7. 22.

Magni profectus puer in ea arte obiit. Plin. lib. 35. cap. 4. 3.

Proficiens, Participium, ((προκόπτων,) vt

Fræna non proficientia equo rigidæ ceruicis remittere. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 13.

Herba nihil proficiente curari. Horat. 2. epist. 2. 31.

Verba miser frustra non proficientia perdo. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 3.

Profectũrus, pen. prod. ((πρόκειμαι) Aliud participium. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 2.

Profectura aliquid tunc tua verba putes. Idẽ epist. 5. 24. Non profecturis littora bobus aras. Idẽ de Nuce, 31, Nõ profectura dextra lauat aqua.

Profectus, huius profectus, profectui, ma. gen. (προκοπή, ἐπίδοσις,) Vtilitas quæ ex alicuius rei tractatione nobis prouenit. Plinius Iunior, Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit. Idem epist. 166, Probo quòd libellos meos cum patre legistis pertinet ad profectum tuum à disertissimo viro discere. Quintil. lib. 10. cap. 2, Vt terra altius effossa generandis alendisque seminibus fœcundior fit: sic profectus nõ à summo petitus, studiorum fructus effundit huberius, & fidelius continet. Ibidem, cap. 3, Ad profectum opus est studio, non indignatione. Idem lib. 1. cap. 2. 17. Firmiores in literis profectus alit æmulatio. Et lib. 2. ca. 5. 1. Non omittendum videtur id quoque, vt moneam quantum sit collatorus ad profectum discentium rhetor.

Teneri profectus. Quint. li. 1. ca. 3. 8. Quum potiorẽ in scholis eruditionẽ esse, q̃ domi dicerẽ, libentius se prima studia, tenerosq; profectus, &c.

Stat profectus admiratio decrescit. Quintil. lib. 1. cap. 3. 4.

Proficiscor, proficisceris, penul. corr. profectus sum, (πορεύομαι, ἔω, εῦμαι,) proficisci. Eundi, & redeundi, vel ventendi significationem habet, secundum eos casus cum quibus iũgitur: vt si accusatiuo iungatur, Proficiscor Romam, hoc est Eo: si verò ablatiuo, vt Proficiscor Roma, significat Venio, vel redeo. Interdum autem cum suis casibus varias adiunctas habet sibi præpositiones, quemadmodum sequentia exempla docebunt. Terent. Adelph. 2. 2. 16. Præterea autem te aiunt proficisci Cyprum.

Proficiscor quæsitum. Plaut. Merc. 22. 98.

Quò profectus sum, ibo. Plaut. Aulul. 5. 40. Id est, quò cœperam.

Profecta est illinc grandiuscula. Terent. And. 4. 6. 19.

Et si poteram remanere, tamen vt scripsi tibi, proficiscar hinc. ne relictus videar. Cic. Attico, lib. 13. 182. 7.

Copiosè aliquò proficisci, Vide COPIA.

Ad doctas Athenas proficisci. Propert. lib. 3. eleg. 21. 1. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.

Populus profectus ad bella. Ouid. 1. Fast. 56.

Profectus ad Capuam. Cice. de Senect. 9. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam.

Proficiscitur ad Catonem. Cic. de Senect. 76. Proficiscar enim non ad eos solum

solum viros, de quibus antè dixi, verum etiam ad Catonem meum.

Proficisci ad domum. Cic. 3. Verr. 48.

Proficisci ad somnum. Cice. 1. de Diuinat. 110. Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod errorem animis, perturbationemque afferat.

Proficisci de. Cic. ad Atticũ, li. 2. 23. 7. Cal. Maris de Formiano, proficiscemur.

Proficisci ex. Cic. 4. Acad. 179. Si iam ex hoc loco proficiscitur Puteolos stadia triginta, probo nauigo, &c.

Ex Asia Romam versus profectus. Cic. Corioni, lib. 2. 5. 2.

In exilium proficisci. Cice. 2. de Finib. 87. Profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere cunctatus est: res aperta.

In animum cœlitum coeuique proficisci. Cic. de Senect. 76. Alii legũt ad.

Proficisci ciuitates. Cæsar 8. bel. Gall. 111. C. Fabius cum reliquo exercitu Carnutes, reliquaque proficiscitur ciuitates. Alia exemplaria habent in Carnutes.

Proficisci nauigio. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 18. 1. Ad v. Idus Octobris, Salutis Oppiam vesperi nauigio profectus erat cum his rebus, quas tibi domo misi volueras.

Proficisci obuiam. Cæsar 7. bel. Gall. 42. Obuiam Cæsari proficiscitur.

¶ Proficisci ad reliqua, pro Pergere. Cic. 5. Verr. 9. Nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca ante etimus à vobis iudices deprecati.

¶ Proficisci, pro Originẽ habere. Cic. 1. Offic. 36. Atque illæ quidem iniuriæ quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscũtur: qui is qui nocere alteri cogitat, timet ne mihi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. Idem 4. Acad. 212. Pythagorei ex aumeris & mathematicorum initiis proficisci volunt omnia.

Omnia enim à me in te profecta sunt, quæ ad tuũ cõmodũ, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Cicero ad Antonium, lib. 5. 6. 3.

A falsis initiis proficisci. Cic. 1. de Finib. 109.

Profectus amor ab his initiis. Cic. Planco, lib. 13. 30. 2. Ab his initiis noster in te amor profectus auxit paternã necessitudinem, & eo magis quod meliora vt primum per ætatem iudicium facere potuit, &c.

Siquæ beneficia singulis ciuibus, priuatimque dantur, ea soleãt esse suspicaciosa à quibus iam profecta. Cic. Antequ. ret in exil. 1.

Profecta causa à natura. Cice. de Amicit. 26. An ellet hoc quidem proprium amicitiæ, sed antiquior & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa.

Proficiscere à meis consiliis tua laus. Cic. ad Dolabellam in Epist. ad Atticum, lib. 14. 316. 3. Tamen neque plane assentior, ne minuamam tuam laudem, si omnia à meis consiliis profecta videatur, neque valde nego. Hoc est, meo consilio eam tibi laudem parari.

Nerui sicut venæ & arteriæ & cordi tractæ & profectæ in corpus omne ducuntur. Cic. 2. de Nat. deor. 209.

Quæcunque ἐκ τε ornamenta, ad te proficiscuntur. Cice. Cœlio, lib. 2. 18. 8. Vide Ornamentum in ORNO.

Proficiscitur oratio. Cice. pro Lege Manil. 2. Atque vt inde oratio nostra proficiscatur, vnde hæc omnis causa dicenda est &c.

Xenophon Socraticus profectus à philosophia. Cic. 2. de Orat. 31.

¶ Proficiscitur ius cinnamomi à, Adfertur, habetur, venit. Plin. lib. 12. capit. 19. 7. Ius eius à Gebanitarum rege solo proficiscitur: is edicto mercato vendit. De cinnamomo.

Proficiscens, Participium, (πορευόμενος, ἐόμενος,) Horat. 1. epist. 13. 1.

Vt proficiscentem docuit te sæpe, &c. Ibidem, lib. 2. 14.

Profectio, Verbale, (πορεία,) Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 1. 4. 1. Recordere consilium nostrum, quod fuit ex profectionis nostræ. Plin. lib. 11. cap. 29. 3. Continuata plurũ dierũ profectione. Vetus exẽplar habet fame.

Profectio & Reuersio, contraria. Cic. 1. Philipp. 1. Exponam vobis breuiter consilium & profectionis & reuersionis meæ.

Docere ordinem profectionis ordinem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 42. Quàm nihil præparato, nihil festinato fecisse videatur Milo? Quod non solum rebus ipsis vir eloquentissimus, quibus moras, & lentum profectionis ordinem ducit, sed verbis etiam vulgaribus & quotidianis, & arte occulta consecutus est.

Intermittere profectionem, Vide INTERMITTO.

Facere profectionem, Vide PARO, paras.

Profectitius, Adiectiuũ, (ἐπιδοτικός,) Vnde Dos profectitia, Vide DOS.

Profindo, profindis, profidi, pen. corr. profissum, (ἀνατέμνω,) profindere, Proscindere. Stat. 10. Thebaid. 101.

– quanta pariter ceruice gementes
Profiudunt inarata diu Pangæa iuuenci.

Profiteor, profiteris, penul. prod. professus sum, (ὁμολογέω, ἐπαγγέλλομαι, ἀπογράφομαι,) profiteri. Latè, seu palàm pollicerí. Cic. 1. Acad. 27. Qui philosophiam iam professus sim populo nobis exhibituros? Liuius, Palàm professi, nusquam inde nisi in patrium vestigium esse moturos. Id est voluntariè & libere.

Quorũ tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent. Cicero 1. de Oratore, 83.

Impudentiæ est profiteri quod non possis implere. Cic. pro Cluentio, 39.

Profiteri, & non posse satisfacere. Cic. pro Plancio, 50.

Ducem profitetur primis in annis. Ouid. 1. de Arte, 36.

Profiteri operam suam, Pollicerí. Cic. 4. Ver. 50 Interea cupiditate iste illa sua nota atque apud omnes peruulgata, quũ signa quædam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vidisset, adamauit à Sthenio petere cœpit, vt ad ea tollenda operam suam profiteretur, seque adiuuaret. Idem pro Rosc. Amerino, 61. Quòd si id vos suscipitis, & eadem in re operam vestram profitemini.

Profiteri suum studium ad defendendum aliquem. Cic. pro Lege agraria, 17. Quòd si vos vestrum mihi studium p. c. ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profectò id quod maximè Respub. desyderat.

Suum studium in omni genere officii alicui profiteri atque pollicerí. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 11.

Nostræ tamen cautiæ non videntur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2. 15.

¶ Profiteri, Apertè ac voluntariè confiteri & affirmare. Cice. de Senect. 39. Sæpe à maioribus natu audiui, qui se porrò pueros à senibus audiuisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quòd quum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisse à Thessalo Cynea, Athenis quendam esse qui se sapientem profiteretur. Idem de Amicitia, 34. Illos autem qui quidlibet ab amico auderent postulare: postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. Et 2. Verr. 22. Hoc me profiteor suscepisse magnum fortasse onus, & mihi periculosum, verumtamen dignum in quo omnes neruos ætatis, industriæque meæ contenderem. Ibidem, 5. 187, Sed me omnium prouinciarum defensorem esse profiteor. Idem pro C. Rab. perduel. reo, 12. Quamobrẽ fateor, atque etiam T. Labiene profiteor, & præ me fero, te, &c. authoritate esse depulsum.

Profiteri apud Prætorem. Cic. pro Achia, 5. & 6.

Me principem Senatui, Populoque Romano professus sum. Cice. Cornificio, lib. 2. 24. 3.

Studia sua profiteri. Curtius lib. 7. Tum verò neque lachrymis, neque acclamationibus, quibus studia sua multitudo profitebatur, temperauerũt. Hoc est aperte declarat.

Confiteri, fateri, & profiteri. Cic. pro Cecinna, 17. Quid confiteretur, atque ita libenter confitetur, vt non solum fateri, sed etiam profiteri videatur? Recuperatores!

Profiteri & affirmare. Cic. 1. Acad. 60. Quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quenquam, neque assertione approbare, cohibereque semper, & ab omni lapsu continere temeritatem.

Eamne rationem sequar, qua tecum ipse, & cum tuis vtare, profiteri autem & in medium proferre non audeas? Cic. 2. de Finib. 122.

Verum profiteri. Ouid. 9. Metam. 148.

Profiteri nomen. Liu. 6. bel. Pun. 91. Primò expectauerant, vt qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Ibidem, 8. 236. Nemo profiteri nomen auius esset. Idem 2. ab Vrbe, 104. Hoc proposito edicto, & qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina: & vndique, &c.

Profiteri æs alienum, pro Sua debita testari. Senec. de Benefi. lib. 6. Siquis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam me illius esse debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor.

Amores furtiuos timidè profiteri. Ouid. 6. Fast. 115.

¶ Profiteri, Apud antiquos id significat quod vulgò dicunt Assignare vel infinitare quantum numerum vini, olei, fruméti, iugerum, pecuniæ, vel aliarum rerum quilibet habeat. Cic. 2. pro Lege agrar. 63. In posterum verò lex hæc imperatoribus vestris constituitur, vt quicunque de prouincia decesserit, apud eosdem Decemuiros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. Idem 5. Verr. 30. Edixerat, vt aratores iugera sationum suarum profiterentur. Et paulo post, Nõ quo iugerum numerum verè profiteri esset difficile, aut amplius etiam profiteri: sed causa erat iudicii postulandi, quòd ex edicto professus non esset. Ibidem, 58. Minus te iugerum professum esse dico. Liuius ab Vrbe cond. Profiteri cogendo frumentum, & vendere quod vsui mẽ strui superesset. Idem de bello Maced. Vt qui socii ciuibus Romanis credidissent, pecunias profiterentur. Varro lib. 2. de Re rust. ca. 1. 13. Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium, asiluatum: atque ad publicanum profitentur: nec si inscriptum pecus pauerint, lege Centoria committant multam.

Profiteri, ait Iudæus, est publicè & apud acta aliquid vltro denuntiare: quod vulgò Insinuate vocant. Curtius lib. 10. Alexander priusquam se cerneret quos erat retenturus, edixit vt omnes milites æs alienum profiterentur. Graue esse plerisque compererat. Et quanquam ipsorum luxo contractum erat, dissoluere tamen ipse decreuerat. Illi tentati ipsos rati, quo facilius ab integris sumptuosos discerneret, prolatando aliquantum extraxerant temporis. Et rex satis gnarus professioni æris pudorem, non contumaciam obstare, mensas totis castris poni iussit: & decem millia talentorum proferri, tum demum fide facta professio est. Fiebat etiam professio in censu petagendo. Vlpianus, Vitia priorũ ceusuum editis nouis professionibus euanescũt. Profiteri etiam merces dicimus: hoc est Vectigales facere, & publicanis non subducere. Vnde Merces improfessæ à Martiano dicuntur in L. Interdum. De publica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis,quarum nomine negotiatores vectigal non pependerunt. Antiqui porro liberos natos sibi profitebantur apud actu.Iuuenalis Saty.9.9.
Tollis enim,& libris actorum spargere gandes
Argumenta vitiis,si pende coronas:
Iam pater es. Capitolinus in Marco philosopho, Inter hæc liberales causas ita muniit, vt primus iuberet apud præfectos ærarii Saturni vnumquenque ciuium natos profiteri,intra tertium diem nomine imposito. Per prouincias tabellariorum publicorum vsum instituit: apud quos idem de originibus fieret:quod Romæ apud præfectos ærarii:vt si fortè aliquis in prouincia natus,causam liberalem dicetet, inde ferret. Idem in Gord. Nam illud satis constat, quòd filium Gordianum nomine Antonini signo illustrauit,quum apud præfectum ærarii more Romano professus filium, publicis actis nomen eius inseretet. Fiebat autem professio addito die & Consule propter ea professione ætas facile probari poterat. Vt in L. 1. Codice Si minor se maiorem dixerit. quod mirum est Accursio excidisse.

¶ Profiteri,Loqui.Plaut.Capt.8.20.
Quis agit hoc, aut quis profitetur inquam? quasi muti silent. Id est, Quis hic respondet? Sequitur autem, silent.Cic.4.Acad.130. Quid loquar de Democrito,quem cum eo conferre possumus non modò ingenii magnitudine,sed etiam animi? qui ita sit ausus orsus, Hæc loquor de vniuersis.Nihil excipit de quo non profiteatur.

¶ Profiteri indicium, Sponte indicare rem aliquam: vltro sese, consorteque criminis deferre.Plin.epist.60.c.Eadem apud Claudium, vxori Scribonianæ,quum illa profiteretur indicium.Ego,inquit,te audiam.

¶ Profiteri,Publicè legere,vel docere.Plin.epist. 76.2, Audistine Valerium Licinianũ in Sicilia profiteri? Cic.de Amic.16.Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt,ab eis censeo petatis, qui ista profitetur.

Disciplinã profiteri.Liu.9.bel.Mace.29.Nec is qui aperta religione propalam & quæstum & disciplinam profitendo,animos errore imbueret, sed occultorum antistes sacrorum.
Ius profiteri.Ouid.3.de Arte,106.
Partes teneri profitemur amoris.Ouid.2.Amor.eleg.18.4.
Qui philosophiam profitetur,grauissimam sustinet personam.Cicero in Pisonem,56.
Profiteri se Iurisconsultum,Hoc est,Iurisconsulti nomen,& iuris prudentiam sibi vendicare.Cicero pro Murena, 15. Triduo me Iurisconsultum esse profitebor.
Se profiteri grammaticum.Cic.2.Tuscul.17.
Suscipere atque profiteri omnes.Cic.1.de Orato.57.
Profitens,pen.corr.Participium,(ἐπαγγελλόμενος,) Cic. Bruto in Epistolis ad Brutum,15.6.Italiæ sua vobis studia profitenti remisistis.
Profitendus,(ἐπαγγελτέος,) Aliud participium Cic. 1. de Nat.deor.88.
Ex quo equidem existimo tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos.
Professus,(ἐπαγγελλόμενος,) Similiter participium.Ouid.1.Fast.40.
Sumunt Gentiles arma professa manus.
Inceptа grauia & magna professa.Horat.de Arte, 3. Inceptis grauibus plerunque,& magna professis,&c. Ouid.4.Fast.71.
Non est de tetricis,non est de magna professis.
Culpa professa.Ouid.3.Amor.eleg.13.2.
Vota aperta & professa,pro Manifesta.Senec.epist.68.
Professio,Verbale,(ἐπαγγελία,) Confessio palàm facta. Cice.5. Verr.95. Professio est agri Leontini ad iugera XXX. Idem ad Atticum, lib.13. 287.4 Semelne putas mihi dixisse Balbum & Faberium professionem relatam,quinetiam eorum iussu miserim,qui profiteretur?
Vices professionum diuidere. Quintil.in Procem.lib.1.4.Quando diuisæ professionum vices essent.
Iugerum subscriptio ac professio.Cic.5.Verr.93.
Conficere professionem Cic.Tiront,lib 16.23.1.Tu verò confiee professionẽ,si potes:etsi hæc pecunia ex eo genere est,vt pfessione nõ egeat.
Bene dicendi professio.Cic.1.de Orato.11.Quanquam vis oratoris,professioque ipsa bene dicendi,hoc suscipere ac polliceri videtur.
Professio,collegiomque Prætorum.Cic.pro Archia,6.At non est professus.Imò verò his tabulis professus, quæ solæ ex illa professione, collegioque Prætorum obtinent publicarum tabularum authoritatem.
Professor,professoris,m.g.(ἐπαγγελτής.) Qui liberales artes publicè docet,qui artes illas se scire,& posse publicè tradere fateatur,inquit Valla in Raudensem Suet.de Claris Grammat. 9. Reliquit filium Orbilium, & ipsum grãmaticum professorem.Plin.epist.76.2,Quos tibi Fortuna Iudos facis?facis enim ex professoribus Senatores,ex Senatoribus professores.Plin.lib.7.ca.53.2.Diodorus sapientiæ dialecticę professor.
Sapientiæ professores.Quintil.in Procem.lib.12.Tacit.in vita Agricolæ.
Magni nominis professores.Quintil lib.1.cap.11.2.
Consummati professores.Quintil.lib.1.cap.9.2.
Professorius,Adiectiuum,(ἐπαγγελτικός,) vt Lingua professoria,quæ meritoriam exercet eloquentiam.Tacit.lib.13.Auditretur tunc Germanici filia,inde vilis rursus Burrus & exul Seneca,trunca scilicet manu, & professoria lingua.

Profligo, profligas,pen.prod.(κατακόπτω,) profligare,Deiicere, depellere,deperdere,& ad perniciem deducere. Plautus Mil.5.75.Confidentia est,nos inimicos profligare posse.Cic.pro C.Rabirio Posth.26.Castris locum capere,exercitum instruere, expugnare vrbes,aciem hostium profligare.Cæsar 1.bel.Ciuil.139.Quòd classem hostium primo impetu aduenienis profligauerim?
Aciem hostium profligare.Cic.pro C.Rab.Posth.26.Vide ACIES.
Hostium copias profligare,occidere.Cic.14.Philipp.409.
Profligare Rempub.Cice.3.de Orato. 2. Si cum ipse consiliis suis Rempub.profligasset.

¶ Profligare,Absoluere, & vincendo perficere.Tacit.lib. 18. Profligauerat bellum Iudaicum Vespasianus. Id est confecerat, & penè ad exitum deduxerat.

Profligandus,Participiũ,(καταπακτέος,) vt Acies pfligãda.Sil.li.11.80.
Profligatus,penul.prod. (κατακοπής,) Aliud participium, siue Nomen ex participio,Prostratus,deiectus,afflictus,perditus. Cice. pro Roscio Amerino,32.Et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita? Hoc est ad perniciem redacta.
Quanto tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putaris?Cice.2.in Catil.26.

¶ Profligati homines,Perditi,& in quibus nihil est salubre,nihil integri, Sueton.in Tib.Ex iuuentute vti iusque ordinis profligatissimus quisque.Cic.pro Archia,10. Nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas simicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem. Idem 5.Verr.53.Profligatissimus omnium mortaliũ,ac perditissimus. Idem pro Rab.perduel.reo,17.Nemo est inquit inuentus tã profligatus,tã pditus,tã ab omni nõ modò honestate, &c.
Tu omnium profligatissime & perditissime.Cice.5.Verr.53.
Iudicia perdita & profligata.Cic.2.Verr.6.

¶ Profligata,dicuntur etiam quæ propè absoluta sunt.Cic.5. Tuscu.15. Atqui si ita est,profligata iam hæc,& penè ad exitum adducta quæstio est. Liu.5.bel. Maced.18. Vetis qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam rediret. Cicero ad Cornificium,lib.12.29.5,Sic vehementius nos laboramus,qui profligato bello,ac penè sublato renouatum bellum gerere conamur.
Quæstio profligata,Dissoluta.Senec.de Benefic.7. Hæc quoque quę venit quæstio, profligata est in prioribus. Cic.5.Tusc.23.
Profligator,pe.prod.(καταπακτής,) Verbale,Tacitus, habebarúrque nõ ganeo & profligator,vt plerique sua haurientium,sed erudito luxu.

Proflo, proflas,proflaui,proflãtum.pe.prod. (χανίω,ἐκπνέω,) profare,Idem quod Flare,& flando resoluere.Plin.lib. 34.cap. 9.1,Aes omne frigore magno melius fundi. Sequénsque temperatura, statuaria est,eademque tabularis hoc modo.Massa proflatur i primis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei,&c.
Taurus immani proflauit turbine flammas.Valer 7.Argon.115.
Riuos sanguineos proflans pectore.Stat.11.Thebaid.53.
Proflare pectore somnum. Hoc est flatu quodam pectus somno implere, per translationem.Virg.9.Aeneid.66,
-qui forte tapetibus alris
Extructus,toto proflabat pectore somnum.
Noctem tartaream proflantes pectore tauri.Valer.6.Argon.87.Hoc est ignem & fumum ingentem tenebris & flammis tartareis non absimilẽ.
Proflare iras,Concitare & vehemẽter commouere Plin.lib.8.cap.1,Subsistere ab olfactu,circumspectare,iras proflare.
Proflãtus,huius proflatus,pe.prod.(κατακόπη,) Ipse proflandi actus.Colum.lib.5.cap.9.Aestiuo proflatu refrigerentur.

Profluo, re,Deorsum,siue à lõgè fluere:& proprè de aqua dicitur, proflui,profluxi,profluxũ,(ἀπορρέω,πορεύομαι,) profluere.
Plaut.Asin.13.51. Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat.
Si lacus emissus lapsu & cursu ad mare profluxisset.Cic.1.de Diuina.162.
Humor profluit. Virg.4.Georg.5.
Profluunt lachrymæ ab oculis.Colum.lib.6.cap.7.4.
Profluit sanguis ex vulnere.Plin.lib.8.cap.16.9.
Græcia profluit ore Romano.Ouid.ad Pisonem,18.
Quin etiam facilis Romano profluit ore
Græcia,Cecropiæque sonat grauis æmulus vrbi.
Cuius ore sermo melle dulcior profluebat.Ad Heren.lib.4.199.

¶ Profluere ad hominum famam,per translationem,pro Delabi, & deanare.Cice.pro Cælio,4.Equidem vt ad me reuertar,ab his fontibus profluxi ad hominum famam: & meus hic forensis labor vitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorum.

Profluens,profluentis,(ἀπορρέων,) Participiũ.Liuius 1.ab Vrbe,15.Puros in profluentem aquam mitti iubet. Cic.ad Qu.fratrem,lib.3.17.5. Ego locum æstate vmbrosiorem vidi nunquam;permultis locis aquam profluentem,& eam vberem.
Genus orationis liquidum,fusum ac profluens:cui opponitur,
Exile,aridum,concisum ac minutum.Cic.2.de Orat.87.
Loquacitas perennis & profluens.Cic.3.de Orat.103.

Expedita ac profluens celeritas.Cic.de Claris Orato.116.

¶ Profluens,Aliquando nomen est substantiuum,m.g.pro flumine, Author ad Herennium, lib. 1. 23. Qui parentem necalle iudicatus erit,is obuolutus & ligatus culeo,deuehatur in profluente? Idest fluminis pro cursu. Quintil.li.3.ca.9.Quã abiectus in pfluẽtẽ nõ potuerit extinguí. Deferri in profluentem.Cic.2.de Inuent.232. Demde est in carcerem deductus,vt ibi esset tantùsper,dum culeus in quem conjectus in profluẽtem deferretur,compararetur.
Profluenter,Aduerbium,(πρόρρυτος,) Abundanter.Cic.5.Tuscul.75. Ergo omnia profluenter,absolutè,prosperè igitur beatè.
Profluentia,profluentię,(πρόρροιαι,) Cic.in Partit.43.Et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi.Sub.imitatur.
Profluus,Adiectiuum,(πρόρρυτος,) Quod profluit: vt Profluus amnis, qui perpetuò fluit.Plin.lib.19.cap.4.11. Si contingat profluo amne. Colum.lib.8.cap.17.9.Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte litoris,quæ profluo recessu nunquam deficitur.
Flumina profluã in altas sylvas.Ouid.2.de ponto,eleg.1.8.
Profluuium,profluuii,(πρόρρυσις,) Fluxus:vt Profluuium alui.Colum. lib.9.cap.12.2. Et Plinius lib.8.cap.10.1.
Profluuium sanguinis Columel.lib.6.cap.26.3.
Acre profluuium tetri sanguinis.Lucret.lib.6.243.
Inhibere profluuium sanguinis,Vide INHIBEO.
Profluuium genitale.Plin.lib.7.cap.14.1. Mulier post quinquagesimum annum non gignit;maiorque pars quadragesimo profluuium genitale sistit. Et lib.20.cap.13.16.
Profluuium mulierum,siue fœminarum.Plin lib.7.cap.15.1.Sed nihil facile reperiatur mulierum profluuio magis mõstrificum. De menstruis. Idem lib.17.ca.11.ad fine.Et li.34.ca.12.7. Fœminarũ pfluuiũ sistit.
Profluuium genituræ.Plin.lib.22.cap.22.16.Detur & contra profluuia genituræ viris.
Profluuium narium.Plin.lib.32.cap.10.11.Narium profluuia sistit.

Proforem, profores,proforet,(ἀφήλιω,) profore,pen. corr.Proforem futurum esse.coniugatur vt Forem.Horat.1.epist.8.3.
Quæ nocuere sequar,fugiam quæ profore credam.

Profugio, profugis,penul.correp.profugi, penul. prod. profugitum,penul.correp.(ἀποδιδράσκω,ἀπορρέω,) profugere,
Procul fugere,aut quantum quis potest fugere.Cic.de Senect.36. Hac itaque amentia quæstione noua perterritus,in Asiam profugit. Terè. Heaut.5.1.17.
-at quasi is non diuitiis
Abundet, gnatus eius profugit inopia. Idem Adelph.3.3.31.
-cum hinc egens
Profugier aliquò militatum, Cic.3.Verr.26.Quòd si illinc inanis profugisses,tamen,&c.
Profugerunt metu perterriti.Seruius Ciceroni,lib.4.12.8.
Hinc centum trigintа septem patresfamiliãs extorres profugerunt. Cice. 5.Verr.101.
Ex Ponto Medea quondam profugisse dicitur.Cic.pro L.Manil.15.
Ianem ex aliquo loco profugere,Vide INANIS.
Ad aliquem profugere.Cic.Attico,lib.15.329.15.
Profugere à.Cic.de Senectute,43.Libenter verò istinc, tanquam à domino agresti,ac furioso profugi.
Profugere in exilium.Cic pro Domo sua,67.
Profugere domo.Cic.de Claris Orat.170.Fodeque tempore quum princeps Academiæ Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset,&c. Idem 7.Verr.61. Si inquam prædic domo tua profugisset. Plaut.Casina,Quid nunc agam nescio,nisi vt improbos famulos inter,ac domo profugiam.
Pedibus profugere.Cæsar 2.bel.Ciuil.93.Pedibus Adimentũ pfugerat.
Ex tempestatum periculis profugere. Cice.7.Verr.125.Qui ex prædonum insidiis,qui ex tempestatum periculis profugissent,in Sicilia securi sereniterque,quum se iam domum venisse arbitrarentur?
Ad otium profugere.Cice.1.Offic.99.Multi autem & sunt & fuerunt,qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, à negotiis publicis se remouerint,ad otiumque profugerint.

¶ Profugio,cum acculatiuo.Curtius li.10.Quando enim regem vniuersus exercitus deseruit? Nec serui quidẽ vno grege profugiũt dominos.
Profugus,pen.corr.Adiectiuum,(φυγάς,) Qui longè aliquò fugit,procul à finibus suis vagus,quasi porrò fugatus.Salustius in bel.Catil.Troiani qui Aenea duce profugi sedibus incertis vagabantur. Liu.4. bel. Maced.117.Annibal patria profugus peruenerat ad Antiochum.Plin.lib. 6.cap.29.9. Aegyptiorum hoc seruitù à dominis profugi condidere.
Cadra profuga.Claud.de bel.Getico,60.
Chilis profuga.Ouid.13.Metam.127.
-profugaque per æquora classe
Fertur ab Antandro.
Curtius profugus. Ouid.15.Metam.102.
Pelem profugum referre.Ouid.epist.21.38.
Pudor profugus.Ouid,epist.4.31.
Puppis profuga.Ouid.5.Trist.eleg.3.4.
Stirps profuga.Ouid.2.Fast.109.
Profugus,cum genitiuo.Plin.lib.7.cap.18.4.Bis ab Annibale captus, bis vinculorum eius profugus.

¶ Profugus,Qui diuersa petit loca,etiam si non fugatus. Vnde Horat.1. Carm.ode 35.2.Profugos Scythas appellat,q erebiò domicilia mutẽt.
Profugium,profugii,dicitur quum longè aliquò fugitur, vbi se,quis tutum putat.Cic 1.Tusc.194.Portum potius paratum nobis profugium putemus,quò vtinam velis passis prouehi liceat. De morte. Ibidem, lib. 2.112.Præsertim quum paratum sit illud hesterna disputatione profugium.Vetustum exemplar legit Perfugium.
Exilium,non supplicium est, sed profugium, portusque supplicii. Cice. pro Ceciana,72.

Profundo, profundis,profudi,profusum, penult. prod. (πρόχυσις, καταχέω,κατακόω,πρόχυμα,) profundere,Largè fundere. Plaut.Aulul.9.19. Aquam hercle plorat, quum lauat,profundere. Idem Curcul.2.92.Profundis vinum? quæ te res agitant? Plinius libro 18. cap. 2. 15. Incendia inter epulas nominata, aquis sub mensas profusis abominamur?
Animam profundere.Cic.pro Marcello,18.
Clamorem profundere Cic.pro Flacco,11. Sic sunt expressa ista præclara,quæ recitantur,plephismata, non sententiis, neque authoritatibus declarata,nec iureiurando constricta, sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ.
Ignes profundere.Lucret.lib.6.42.
Quippe etenim solis de lumine multa necesse'st
Concipere,vt meritò rubeant,ignesque profundant. Id est emittant.
Laborem profundere & perdere.Cic.Antonio,lib.5.5.7.
Lachrymas profundere. Cice.pro Plancio,84. Quoniam istis vestris lachrymis de illis recordor,quas pro me sæpe & multum profudistis. Sic pro Fonteio,31.Et in Somnio Scip.20.Quem vt vidi,equidem vim lachrymarum profudi.
Lachrymas oculis profundere.Virgil.12.Aeneid.31.
Odium inclusum profundere in aliquem.Cic.in Pisonem,11.Omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis.
Palmites profundere dicitur vinea,quum vbertim fruticat. Columel.li.5. cap 5.16.Eaque primo anno compescitur in duas gemmas: sequente deinde,quum palmites profudit,vnus summittitur.
Sed vt ad ea quæ clariora sunt veniam,res iam vniuersas profundam.Cice.4.Acad.153.
Sanguinem profundere.Cic.pro Cluentio,13. Sanguinem suum profundere omnem cupit,dummodo profusum huius antè videat.
Sanguinem pro patria profundere.Cic.2.de Finib.97.
Se in aliquem profundere.Cic.ad Atticum,lib.7.123.5. Quæ si secus essent,totumque se ille in me profudisset,tamen,&c.
Nihil est in natura rerum omnium,quod se vniuersum profundat,& quod totum repentè euolet.Cic.2.de Orat.174.
Verba profundere ventis.Lucret lib.4.188.
Vires animi & ingenii profundere,pro Omnes neruos intendere,& omnẽ ingenii vim applicare.Cic.ad Atticum, lib. 1. 13. 5. In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum resecandæ libidinis & coercendæ iuuentutis, vehemens fuis& omnes profudi vires animi atque ingenii mei.
Vitam profundere.Cic.1.Offic.118.Inuenti autẽ multi sunt, qui non modò pecuniam,sed etiam vitam profundere pro patria parati essent.
Vocem profundere.Cic.2.Tuscul.95.Pugiles verò quum feriunt aduersarium,in iactandis cæstibus ingemiscunt:non quòd doleant,animóve succumbant:sed quia in profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.
Voces profudit pectore. Catal.Argon.epigram 59.42.
Voluptates quum inclusæ diutius & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt,subitò sese nonnunquam profundunt atque eliciunt vniuersæ.Cic.pro Cœlio,59.

¶ Profundere,(κατακαίστικον,) Supra modum exponere,siue insumere.Terent.Adelph.1.1.54.
-tibi si istuc placet,
Profundat,perdat,pereat,nihil ad me attinet. Cice.5.Verr. 132. Ait, omnia pecunia effici posse:adare,profundere,opponere,si velis vincere Idem pro Cluentio,53.Quam quum pecuniam profudisset,& sibi nihil non modò ad cupiditates suas,sed ne ad necessitatem quidem reliquisset, &c. Idem in Catil. 31. Patrimonia sua profuderant, fortunas suas obligurierunt.
Profusus,penul.prod.Participium,(κατάχυτος,) siue Nomen ex participio,Supra modum abundans.Plin.lib.11.cap.41.1.Mulieri ante septimum mensem profusum lac,inutile.
Sin ea quæ functus cunque es,periere profusa Lucret.lib.3.191.
Fletus super ora profusus.Ouid.11.Metam.132.
Lachrymis vultum laucre profusis.Ouid.9.Metam.137.
Profusus Nilus Plin.lib.5.cap.9.7.Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per arenosa & squalentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clausuris profusi Caspiadæ. Valer.6.Argon.21.
Profusus vsque ad.Varro 1.de Re rust.cap.5.7.Bonis clunibus, coda pro fusa vsque ad calces,&c.Id est protensa.
¶ Profusus,(ἀκπωματος,πρόιμον,) Supra modum sumptuosus, inquit Festus. Cic.pro Murena,69. Odit Populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligitnon amat profusas epulas,sordes & iohumanitatem multo minus.
Profusa luxuries.Cic.pro Cælio,34.
Sumptibus profusis viuere.Cic. pro Quintio,62.
Profusus homo.Cic.3.Verr.13.Pecuniosus,profusus,perditus.
Perditus ac profusus nepos.Cic.pro Quintio,22.
Profusus sui.Salust.in bello Catil.Alieni appetens,sui profusus,ardens in cupiditatibus.
Profusa hilaritas. Cic.4.Tuscul.25. Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat,metus recessum quendam animi,& fugam, lætitia profusam hilaritatem.
Mens profusa Stat.3.Sylu.1.19.
Ipsumque genus iocandi non profusum neque immoderatum , sed ingenuum & facetum.Cic.1.Offic.145.
¶ Profusus, Abiectus,iacēs Pacuuius, Profusus gemitu murmuro.Festus,
Profuse,pen.prod.Aduerbium,(κατακεχυμένως,) Liu.10.ab Vrbe,176.
Hæc ipsa minitans obstitit profuse tendentibus suis in castra.

Profundus, Adiectiuum, (βαθυς,βυθὸς) Dictum est quòd porro, id est longè habeat fundum.

Acheron profundus,Vide ACHERON.
Fornax profunda.Ouid.1.Metam.46.
Fretum profundum.Senec.Hippol.12.1.
Inane profundum. Lucret.lib.1.218.
Corpora soluentes abeant per inane profundum.
Mare profundum & immensum.Cic pro Plancio,12.
Pontus profundus.Virg.5.Aeneid.123.
Sinus profundus.Senec.Troade,6.23.
Stagna profunda.Ouid.ad Liuiam,48.
Tartara profunda. Senec.Hippol.8.18.
Valles profundæ. Stat.10. Thebaid.19.
¶ Profundus, Altus.Virg.1.Aeneid.13.
Ni faciat, maria ac terras, cœlúmque profundum
Quippe ferant rapidi secum. Sic apud Liuium, libro 8. bel.Maced 101.Profunda altitudo.
Cæli profundi latus.Valer.7.Argon.96.
Sylvæ profundæ,Lucret.lib.5.9.
¶ Profundus,sæpe per translationem capitur:vt Profunda auaritia, Immensa & magna. Salust.in Iugurtha,Ibi fide data & accepta,Iugurtha Cocchi animum oratione accendit , Romanos iniustos profunda auaritia communes omnium hostes esse.Claud.de bello Gildonico,33.
Cædes profunda.Stat.10.Thebaid.167.
Cupido profunda.Salust.in Iugurth. Nanque Romanis cum nationibus, populis,regibus cunctis vna,& ea vetus causa bellandi est, cupido profunda imperii & diuitiarum .
Gula profunda.Sueton.in Vitellio,cap.7.Ac posse prouincialibus copiis profundam eius explere gulam.
Libido profunda.Salust. de Rep.ordinanda,Vt ex alienis malis reterrimi mortales vētri atq; pfundę libidini sumptus qreret. Cic.in Pisonē,38.
Mero profundo caluere nubigenę.Stat.5.Thebaid.53.
Nox profunda.Virg.4.Aeneid.6.
Os profundum,Exuberans.Horat.4.Carm.ode 2.2.
Feruet,immensus fluit & profundo
Pindarus ore.
Tempestas profunda.Stat.1.Achill.10.
Venter profundus.Curtius lib.10.Quum pluribus vestrū defuturum via cum fuerit,ni ęs alienū luissem.Nempe in Asiatica pręda, nec pudet profundo ventre deuictarū gentiū spolia circūferētes,reuerti velle ad liberos cōiugesque,quibus paucī pmia victorię potestis ostendere.Carpit Alexander suos milites,quòd per luxū tantū prędę abligurierint.
Summum & profundum,contrariū.Cic.3.de Fin.73.Vt enim qui demersi sunt in aqua,nihilo magis respirare possunt,si nō lōgè absunt à summo, vt iam iamque possint emergere, quàm si eriam quū esset in profūdo.
¶ Profundum,(βυθὸς,βυθὸν,βύσσα,βάραθρον,)Substantiuum,Mare.
Pater Profundi,Neptunus.Valer.2.Argon.122.
Gelidum , profundum . Ouid.epist.17.18.
Frigora ne possim gelidi sentire profundi .
Latum profundum.Senec.Herc.fur.11.12.
Penetrale profundum.Claud.2.Paneg.89.
Rubrum profundum.Mare Erythręum.Lucan.lib.8. 168.
Sęuum profundum.Silius lib.13.97.
Summum profundum.Ouid.2.Metamor.64.
Corpora Phocarum summo resupina profundo.
¶ In profundum abiicere.Cic.6.Verr.22.
Natura veritatem in profundo abstrusit.Cic.4.Acad.62.

Iacere se in profundum,Vide IACIO.
Indomito profundo iactari.Ouid.1.Trist.eleg.10.8.
Mergere multos profundo Senec. Octauia,6.11.

Progemmo, progemmas,(βλαστάνω,) progemmare,Gemmas tru dere.De vinea dicitur. Columel.lib.4.cap.27.1.Si palmis incipientibus , progemmantibusque fossorem immiseris, magnam partem vindemiæ decusseris .

Progener, penul.corr.progéneri,m.g. (διγαμβρός,) Progenerum dicit auus,neptis suę virum.

Progener,Generi pater.Suetonius in Augusto , cap. 19. Luciliique Pauli progeneri sui,&c.
Progénero,progéneras,pen.corr. (παιδοποιέω,παιδοποιέω,) progenerare,Generationem ex se producere.Plin.lib.11.ca.16.5. Fœtus quonāmodo progenerarent,magna inter eruditos & subtilis fuit quęstio. Colu.li.1.ca.4.6.Nam & humidę res & siccę,quas terra progenerat, facilè vestiūtur.Pli.li.10.ca.3.6.E quibus vultures ꝓgenerātur minores.
Aquilę non progenerant columbam Horat.4.Carm.ode 4.7.
Progeneratio,Verbale,(παιδοποιία,) Plin.lib.18. cap. 28. 5. Armentorum id cura ,iumentorumque progeneratio suum cuique consilium dabit optimum,maximè quadrigarum quęstus. Idem libro 8. cap. 43.1. Opera sine dubio geruli mirifica,arando quoque,sed mularum maximè progeneratione.De asinis.
Progenies,pen.corr.progeniēi,pen.prod.f.g. (γένεα,γενεά,) Genus atque familia.Cic.9.Philipp.259.Reddita est ei tum à maioribus statua pro vita:quę multos per annos progeniem eius honestaret. Idem de Vniuersi.48.Credendum nimirum veteribus est,& priscis,vt aiunt,viris,qui se progeniem deorum esse dicebant. Cice.ad Octauium , 15. Audiet Brutus eum populum quem ipse primò , pòst progenies eius à regibus liberauit,pro turpi stupro datum in seruitutem.
Certa progenies.Senec.Troade,6.11.
Dignissima cęli progenies.Stat.2.Achill.75.
Egregia progenies virtute.Virgil.7. Aeneid. 52.
Ferrea progenies.Virg.2.Georg.69.
Impia progenies Tantali.Senec Thyeste,2.4.
Progenies Phaethon haud inficianda parenti.Ouid.2.Metamorph.7.
Magna progenies Iouis.Catull.in Carm.seculari,epigr.32.2.
Parua progenies.Virg.1.Geor.83.De coruis.
Prisca progenies.Claud.1.in Ruffinum, 22.
Regia progenies.Ouid 11.Metam 151.
Velana progenies.Claud.de bello Gildon. 67.
Viua progenies.Lucretius lib.2.125,Viuam progeniem qui in oras luminis edant.
Vitiosiorem progeniem dare.Horat.3.Carm.ode 6.10,
Aetas parentum peior auis,tulit
Nos nequiores,mox daturos
Progeniem vitiosiorem.
Propius abesse ab ortu,& diuina progenie. Cic.1. Tuscul.43.
Orbatus progenie.Cic.1.Tuscul.135.
Terræ progenies,Vide TERRA.
Progenies vitis.Colu.lib.3.cap.9.6, Quēnam igitur existimas vitium numerum intra tantūdem temporis interseri posse duorum iugerum malleolis,quum sint ipsa duo iugera vnius vitis progenies?

Progermino, proglrminas,pe.cor.(καταβλαστάνω)progermina re,Huberrimum germen ex se producere dicitur surculus.Colum.lib.4.cap.10.1.Putandi autem duo sunt temporamenlius autem(vt ait Mago)vernum,antè quàm surculus progerminet.

Progero, progeris,pen.corr.progesti,progestum,(ὁδοιμίζω,προπομπεύω,) progerere, Extra gerere, Efferre.Plin.lib.11.cap. 18.4.Quum defunctas progerunt , funerantiumque more comitantur exequias. Columel.lib.12.cap.50.7.Vrcei quibus oleum progeritur . Plin.lib.18.cap.vlti.ad finem,Formicæ vel concursantes, aut ova progerentes.

Progigno, progignis,pen.prod progénui,progénitum, pen.corr. γεννάω,) progignere,Notæ significationis.Plaut. Trucul.15.1.Neq; gnatus est,neque progignetur,neque potest reperiri, &c. Cic.3.Offic. 86.Sic hic qui illud lumen progenuit,ex filio est nominandus. Idem 1.de Diuina. 208.Atque vt in feminibus vis inest caminandus. Idem 1.de Diuina. 208.Atque vt in feminibus vis inest earum rerum quæ ex his progignuntur , sic in causis conditæ sunt res futurę . Lucret.lib.2.110.
Infinita tamen nisi erit vis materiei ,
Vnde ea progigni possit concerta,creari
Non poterit.
Vt enim cęteri ex patribus,sic hic qui illud lumen progenuit , ex filio est nominandus.Cic.3.Offic.86.
Ferę te progenuere.Ouid.epist.7.8.
Terra parens illam progenuit.Virg.4.Aeneid.36.
Progenitor,pen.corr.(πρόγονος,) Auus.Ouid.11.Metam.64.
Quid peperisse duos,& dis placuisse duobus,
Et forti genitore,& progenitore Tonante
Esse saram prodest?

Prognatiter,penult.corr.(γνησίως,) Aliud aduerbium, Audacter , strenuè.Plaut.Pœnulo,16.39,Ego scio hercle vtrunque velle.Age, indica prognatiter.

Prognatus, pen.pro.Adiectiuum.(γνήσιος,) Natus . Plaut.Pœnulo,18.29,Non eo sumus genere prognate,tametsi sumus seruæ soror.Idem Epid.2.33,Tum ille prognatus Theti . Terent.Phorm.1.2.65.Bonam,bonis prognatam.Cic.3.Tuscul.44,Quais enim tibi ille videtur Tantalo prognatus Pelope natus?Liuius 1.ab Vrbe,176,Vt in eadem ciuitate post centesimum ferè annum quàm Romulus deo prognatus,deus ipse tenuerit regnum.
A se prognatus.Horat.1.Serm.saty.6.16,
Sed puerum est ausus Romam portare docendum
Artes,quas doceat quius Eques atque Senator
A se prognatos. Hoc est liberos suos.
Quo prognatus eodem.Horat.2.Serm.saty.1.6.
Pinus prognatæ vertice Peliaco.Catull.Argon.epigr.59.
¶ Prognati.)γενόμενα,) Liberi.Plaut.Amph.8.18,Res, parentes, patria & prognati,tutantur,seruantur.

PROGNE,(πρόκνη,)Pandionis Atheniensium regis filia fuit , quæ Tereo Thracum regi matrimonio iuncta est,ex qua filium Itym suscepit, quem patri postea comedendum dedit, propter Philomelam sororem ab eo violatam.Ouidius 6.Metam.86,dicit eam fuisse versam in hirundinem,Itym verò in phasianum:quo in loco tota fabula describitur. Vide etiam in dictione TEREVS.Virg.4.Georg.3. Et manibus Prone pectus signata cruentis.

Progigneon, Vide PROPNIGEON.

Prognosis, penult.produ.πρόγνωσις, præscientia , prouidentia dicitur.

Prognosticon,pen.corr.(προγνωστικὸν,) Rei futuræ signum. A Græco verbo προγινώσκω,quod facit in futuro προγνώσομαι,quod præscio, siue præcognosco significat.Vnde Hippocratis prognostica , quibus facile ægrotorum salus mórtve à medicis predici solet. Cice.1.de Diuin.68, Ex eo quidem loco & prognostica nostra pronuntiabas,& genera herbarum. Ibidem,lib.1.122,Atque his rerum præsensionibus prognostica tua referta sunt.
Si prognostica nostra vera sunt. Cice. Att.lib.15.329.2, Equidem etiam pluuias metuo,si prognostica nostra vera sunt . ranæ enim ἐπιτοξίουσιν.Quintil.lib.5.cap.9.9.Ea quoque,quę quia plerunque obseruata sunt,vulgò signa creduntur,vt prognostica.

Progredior, progrederis,pen.corr.progressus sum,(προπορεύω, πρόειμι,πρόεργω,)progredi,pen.corr. Vltra procedere.Plaut.Casin.19.17,
Sed eccum progreditur cum corona & lampade
Meus socer. Idem Mil.11.5,
–heus Sceledre,nisi negotium,
Progedere ante ædes,te vocat Palestrio . Item Bacchid.13.29,Mnosilochus eccum mæstus progreditur foras. Et Pseud.13.70, Si hic quò progredietur,pariter progredimini.Plin.in Paneg.128,Ac primùm ita domo progrediebatur,vt illum nullus apparatus arrogantiæ principalis,nullus præcursorum tumultus detineret.Cæsar 4.bel.Gall.554, Quum illi aut ex arido , aut paululum in aquam progressi , omnibus membris expediti,&c.
Regredi,& Progredi,opposita. Cic.1.Offic.50, Atque vt regredi quàm progredi mallent.
Nihil progredi.Cic.pro Sestio,64.
Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu.Brutus Ciceroni,lib.1.14.1.
Pedetentim progredi.Lucret.lib.5.92.
Incessu tacito progredi.Virg.12.Aeneid.44.
Progredi magnis itineribus.Cęsar 2.bel.Ciuil.76,Ipse cum equitibus sex centis magnis itineribus progreditur.
Duos duntaxat pedes progredi.Cic.3.de Orat.100.
Tridui viam progressi,rursus reuerterunt.Cæsar 4.bel.Gall.477.
Progredi obuiam.Liu.7.ab Vrbe.41, Romani alacres ab statione obuiam militi suo progressi , laudantes gratulantesque Dictatorem perducunt. Idem 4.bel.Pun.164, Legio maritimis locis classe prosequente ad Appium Claudium Pachynum cum parte copiarum obuiam progressam,peruenit.
¶ Progredi longius,per translationem,pro Sermonem extendere. Cice. 5.Verr.122,Non dubito quin vobis satisfecerim Iudices,veruntamen progrediar longius. Idem 4.Acad.83,Sed progrediamur longius.Et 1.de Inuent.5, Ac primò quidem sic & nata & progressa longius eloquentia videtur?Item 4.Acad.81,Qui poterunt longius progredi?
Vltrà progredi.Cice.1.Tuscul.28, Vltrà enim quo progrediar , quàm vt verisimilia videam,non habeo.
In adulationem progredi.Tacit.lib.3,In absurdam adulationem progressus,censuit,&c.De Dolabella.
Progredi aliquid.Liu.1.bel.Mace.2,Iam prouideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur : quicquid pro-

gredior,in vastiorem me altitudinem ac velut profundum inuehi.
Suis viribus sine adminiculo progredi.Quintil.li.2.cap.6.4.
Ad omnia progredi.Cice.de Aruspi.resp.52,Repulsi sunt ii,quos ad omnia progredientes , quos munera contra leges gladiatoria parantes , quos apertissimè largientes,non solùm alieni , sed etiam sui vicini,tribules,vrbani,rustici repulerunt.
De aliquo progredi aliquò.Cic.6.Verr.36,Videret quid ageret,de Diodoro quò progrederetur.
Ne digitum quidem progredi , Prouerbialis formula , pro Ne minimum quidem.Cic.4.Acad.207,Non quæro ex his illa intrita mathematicorum,quibus non concessis,digitum progredi non possunt.
Vltra primas literas paulum aliquid progredi.Quintil.lib.1.cap.1.7.
In virtute procedere & progredi.Cic.4.de Finib.105.
In eum locum progredi,vt,&c.Cic.3.Verr.57, Vt perspicuum sit omnibus,nisi tanta acerbitas iniuriæ,tanta vis sceleris fuisset,vt Lampsaceni moriendum sibi potius,quàm perpetiendum putarent: nunquam illos in eum locum progressuros fuisse , vt vehementius odio libidinis tuæ,quàm metu legationis mouerentur.
Progressus eò,Hoc est Eò peruēnit,vel decidit.Cic.Attico,lib.10.195.6, Indulgentia videlicet nostra depranatus,eò progressus est,quò non audeo dicere.Et 3.Verr.112,Eò enim vsque progreditur,vt ne defensionem quidem maleficiorum suorum sine aliis maleficiis repere possit. Idem ad Papyrium,lib.9.25.6,Id M. Fabius pergrauiter tulit , existimauitque fratrem suum hominem non sapientem impulsu inimicorū suorum eò progressum esse.
Neque eò deducam, aut progredi patiar , vt opera mea manus inter vos conseratis.Cic.Antequam iret in exilium,12.
Peruenit quoad seri hominis amētia progredi potest.Cic.11.Philip.293.
Quamobrem id primùm videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat.Cic.de Amicitia,34.
Vix vltrà quò tam progrediatur habet.Ouid.1.Fast.40.De amore.
Serpere longius atque progredi dicitur calumnia.Cic.Anteq.9.
Diuinatio coniectura nititur , vltra quam progredi non potest . Cice.1. de Diuinat.50.
Progreditur rationibus philosophia.Cic.4.Acad.53, Ipsa autem philosophia,quæ rationibus progredi debet,quem habebit exitum?
Progrédiens,(πρόεργον,)Participium,siue Nomen ex participio. Cice.3. Tusc.92,Sensim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor.
Progrediente ætate,Hoc est in ipso ętatis cursu . Cice.5.de Finib.106, Natura igitur corpus quidem hominis sic genuit & formauit , vt alia in primo ortu perficeret , alia progrediente ætate fingeret . Idem de Senect.41.
Progredi via.Cic.2.de Nat.deo.115,Alii autem vim participem rationis atque ordinis tanquam via progredientem. De natura. Idem ibidem, 81,Zeno igitur naturam ita definit,vt eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum progredientem via.
Progrediens vsus.Cice.1.de Fin.105,Quum autem vsus progrediens familiaritatem effecerit,tum amorem efflorescere tantum.
Progressus , Aliud participium.(πρόεργον,)Cice.de Senect.29,Nisi fortè adolescentes pueritiam paululum ætate progressi , adolescentiam debeant requirere.Plin.lib.6.cap.29.10,Longissime autem à Syene progressus est D CCCLXXM.pass.De Petronio.
Viam multorum dierum progressus. Cice.1.de Diuinat.52, Itaque vt ex ipso audiebam,persępe reuertit ex itinere,quum iam progressus esset multorum dierum viam.
Ex hac domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit? Cic.pro Cęlio.47.
Progressus,huius progressus,(προπορευτικός,)Processus,progressio.
Audiui Cæsarem firmo progressu in castrum Truentinum venisse . Cn. Magnus Domitio Proconf.in Epist.famil.Ciceronis,lib.8. 162.2.
Progressus & regressus quinque stellarum errantium constantes & rati. Cic.1.de Nat.deor.73.
Arcere à progressu,& à reditu refrænare.Cic.11.Philipp.291.
Antecessio & progressus.Cic.1.Offic.19,Homo autem quoniam rationis est particeps,consequentia cernit,causas rerum videt, earumque progressus & quasi antecessiones non ignorat.Id est,futuros exitus,& quò res progrediatur & tendat.
Progressus ætatis.Cic.5.Philip.198,C.Cęsar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiaque virtute,progressum ętatis expectari nōoportere .
Facere progressum in studiis , quod Plinius Iunior Profectum facere dicit.Cic.4.Tuscul.67,Philosophiæ denique ipsius principes nunquā in suis studiis tātos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent.
Habere progressum,Idem.Cic.1.de Nat.deo.23,Lucilius Balbus qui tantos progressus habebat in Stoicis.
Progressio,(προπαίδευσις,)Actus ipse progrediendi.Ci.3.Offic.17,Quæ & ingenii bonitate multi assequuntur,& progressione dicendi.
Progressio ad virtutem.Cic.1.Acad.31,In qua quod inchoatum est, neque perfectum,progressio quædam ad virtutem appellatur . Idem 4. de Fin.108,Leuatio igitur vitiorum magna fit his qui habent ad virtu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem progressionis aliquantum.
Origo & progressio. Cic. 4. de Fin. 23, Atque ab iis initiis profecti, omnium virtutum & originem & progressionem persecuti sunt.

Progymnasma, progymnasmatis, pen. corr. neut. gen. (προγυμνάσμα,) Praeexercitamentum Latinè dicitur.

Proh, (ὤ,) Interiectio, Vide PRO. Pro Iuppiter. Virgil. 4. Aeneid. 118.
Proh scelus. Virg. 1 Aeneid. 159.

Prohibeo, prohibes, pen. corr. prohibui, prohibitum, penult. corr. (κωλύω, ἀπείργω, διείργω, ἐπέχω, δίκτυόω, εἴργω, κατείργω, ἐπείργω, χαλιν-ώω,) prohibere, Ex pro & habeo compositum, Vetare, seu impedire nequid fiat aut incipiatur. Virg. 1. Aeneid. 109,
Quod genus hoc hominum quaeve hunc tam barbara morem Permittit patria hospitio prohibemur arenae. Plau. Amph. 1. 2. 25. Deinde fur sum ascendam in tectum, vt illum hinc prohibeam. Idem Aulul. 16. 20,
Quid est, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cenam? Teren. Heaut. 3. 1. 2. Multa fert libido, ea prohibet facere tua praesentia. Idem And. 3. 1. 37, Si euenat (quod di prohibeant) discessio. Et Adelph. 2. 4. 11, Quaeso vt istaec di prohibeant. Cic. 1. Verr. 19, Verri crimini datur, quod re non prohibuerit, quum summam ipse haberet potestatem. Idem pro Rosc. Amerino, 82, Pactas licet, nemo prohibet.
Prohibere minaciter, Vide MINACIAE.
Prohiberi & impediri. Cic. 4. Ver. 111, Qui quum à Praetore prohiberentur, à quatuor Quaestoribus impedirentur, omnium minas atque omnia pericula praeclaute sua leuia duxerunt.
Coram aliquid facere prohiberi. Cicero Octauiano, 4.
Prohibentur adire ad filios suos. Cic. 7. Verr. 91.
Lachrymae dolorque prohibent loqui. Ouid. 9. Metam. 66.
Prohibere peregrinos vti vrbibus. Cic. 3. Offic. 61, Malè etiam qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosque exterminant.
Prohibere ne. Cicc. 1. Verr. 18, Datatus es huic crimini, quod & potuisti prohibere ne fieret, & debuisti?
Prohibere quominus. Colu. lib. 2. cap. 4. 3, Nihil prohibet quominus mensis solio vertacta subigantur.
Prohibere & vetare quis. Plaut. Curcul. 2. 33,
–nemo hinc prohibet, nec vetat
Quin quod, &c.
¶ Accusatiuo & ablatiuo cum praepositione. Caesar 1. bel. Gal. 41, Caesarem certiorem faciunt, sese depopulatis agris nõ facile ab oppidis vim hostium prohibere. Virgil. 1. Aeneid. 107,
–prohibe infandos à nauibus ignes.
Prohiberi commeatu, aqua, &c. Hoc est, Detineri quo minus aquam, commeatum, & alia necessaria habere possimus. Lentulus ad Senatum. lib. 13. 15. 8, Vt etiam à Rhodiis, vrbe, portu, statione, quae extra vrbem est, commeatu, aquâ denique prohibentur nostri milites. Sic Caesar 8. bell. Gall. 142.
¶ Accessum prohibere, Vide ACCEDO.
Accessus prohibet refugitque viriles. Ouid. 14. Metam. 127.
Aditum prohibere, Vide ADEO, adis.
Prohibere operas aditu. Cicero ad Atticum, lib. 4. 72. 4, Qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerant.
Agricultura prohiberi. Caesar 4. bel. Gall. 464.
Calamitate prohibere. Cicc. pro L. Manil. 11, Erit igitur humanitatis vestrae, magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere.
Prohibere à conuitiis Caesar 1. bel. Ciuil. 89, Hos omnes productos à contumeliis militum, conuitiisque prohibet.
Cibo prohiberi & tecto. Cic. 5. Verr. 49.
Detrimento aliquem prohibere. Author ad Herenn. lib. 2. 50.
¶ Dolorem dentium prohibet, Occurrit dẽtium dolori, Impedit ne oriatur, Arcet. Plin. lib. 20. cap. 7, 1, Eadem trita ex aceto, colluta matutinis bis mense, dentium dolorem prohibet.
Domo prohibere. Plaut. Amphit. 4. 107, Tún' domo prohibere peregrè me aduenientem postulas? Terent. Phorm. 2. 3. 78, Aut quidem cum vxore hac ipsam prohibeo domo.
Exitu prohibere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 187. 2.
Fuga prohibere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 184. 3, Populi Rom. exercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossa & vallo septum tenet, fuga prohibet.
Aliquem ab iniuria prohibere. Salust. in Iugurtha, Ac Sylla, quanquam eadem existimabat, tamen ab iniuria Maurum prohibentibus hortatur vti fortem animum gererent. Cicc. 2. Offic. 58, Qui quum prohiberet iniuriam tenuioris, æquitate, &c.
Ab insula procul praedones prohibere, & Intra insulam recipere, contrariè. Cic. 6. Verr. 117.
Itinere prohibere. Caesar 1. bel. Gall. 35, Obsidesque vti inter sese dent, perficite Sequani ne itinere Helueticos prohibeant.
Ludo luant prohibere animos instabiles. Virgil. 4. Georg. 22. De apibus.
Motus & conatus alicuius prohibere. Cic. 1. in Catil. 45.
Nefas prohibere. Virg. 5 Aeneid. 40.
Periculo prohiberi. Cic. 4. Verr. 10, Quum videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi posse, &c.
A periculo Remp. prohibere. Cic. pro Lege Manil. 12.
Potione prohibere per triduum. Columel. lib. 6. cap. 7. 2.
Aliquem prouincia prohibere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 15. 3.
A pugna prohibere. Caesar 4. bel. Gall. 587.
Bacchum rixis prohibere. Horat. 1. Carm. ode 27. 1,
–verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Sepultura aliquem prohibere. Author ad Herenn. lib. 4. 183.
Seruitio prohibere. Liu. 1. ab Vrbe, 174, Ob vnicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt seruitio.
Prohibere à se vim. Plaut. Capt. 13. 35, Continete vos domi, prohibete à vobis vim meam.
Voce prohibere aliquem, Impedire nequis loquatur. Cice. pro Ligario, 8, Id ne impetremus pugnabis, & in nostrum fletum irrumpes, & nos iacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?
Vrbe prohibere aliquem. Ouid. 15. Metam. 120.
¶ Prohibere, dativo & accusatiuo iunctum. Plaut. Curcul. 14. 7, Obsecro parentesne meos mihi prohibeas? Idem Milite, 10. 105, Nunc vxorem prohibent mihi, & quae huius seruonis erant.
Prohibessis, (ἀπεχέσας,) pro Prohibueris, antiquè. Plaut. Amphit. 14. 22,
Tua' furcifer meis me procul prohibessis aedibus! Idem Pseudol. 3. 12,
Mise & miser sum Pseudole. 2 5. id te Iuppiter
Prohibessit. Cato cap. 141. 2, Vti in morbo visos, inuisosque, vlcuscum tem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque prohibessis. Sic Cicero 1. de Legib. 8.
Prohibens, pen. corr. Participium: (ἀπείργων,) vt Lex naturae recta imperans, prohibensque contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 52.
Egredi deo prohibente. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 5.
Vento prohibente reuerti. Ouid. epist. 20.
Prohibendus, Aliud participium (κωλυτέος,) vt
Ita maximè prohibenda ia paniendo Cic. 1. Offic. 125.
Prohibitorius, Adiectiuum vt Auis prohibitoria, apud Plinii li. 10. ca. 14.
Edictum prohibitorium. Paulus in L. Mutus & surdus. ff. De procur. Quia hoc edictum prohibitorium est.

Proiicio, proiicis, pen. cor. proieci, pe. pro. proiectum, (ἀπορρίπτω, πρόβαλλω,) proiicere, Porrò iacere. Virgil. 6. Aeneid. 167.
–proiice tela manu. Cice. 6. Verr. 18, Sed quod erat eiusmodi loco, atque ita proiecta in altum. Virg. 1. Aeneid. 140,
–proiectaque saxa Pachyni. Cice. lib. 2. de Rep. 4. Iustitia foras expectat, & proiecta tota est, atque eminet. Ouid. epist. 20. 33, Proiecit ipse suas deducta fronte coronas.
Ante pedes proiicere aliquid. Virg. 5. Aeneid. 236.
Arma proiicere. Caesar 3. bel. Ciuil. 384, Ex superioribus locis in planitiẽ descendere, atque arma proiicere iussit.
Ampullas proiicere & sesquipedalia verba. Horat. in Arte, 20, Proiicit ampullas, & sesquipedalia verba. Id est, Irata verba, inflata, grandiaque emittit orationem tumidam. Adhuc enim ampullas vocamus quasi inflata vasa.
Animas proiicere. Virg 6. Aeneid. 88,
Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethum
Insontes peperêre manu, lucemque perosi Proiecêre animas, quasi rem vilem, inquit Seruius.
Straro proiecerat artus. Valer. 7. Argon. 29.
Aurum proiicere. Horat. 2. Serm. satyr. 3, 20.
Diem proiicere, Oppetere. Stat. 1. Thebaid. 47,
Ille tamen superis æterna piacula soluit,
Proiecitque diem, nec iam amplius æthere nostro Vescitur. Ibidem, lib. 1. 132, –nunc arma, diemque
Proiice, quid timidæ sequeris compendia vitę? In priore tamen exemplo videtur potius poeta significare oculorum amissionem. De Oedipo loquitur.
In exilium proiici. Cicero Antequam iret in exilium, 19.
Foras proiicere. Cic. in Catil. 16, Quæ quidem lætari mihi videtur, quòd tantam pestem euomuerit, forasque proiecerit.
Fructus amoris proiicere, A se reiicere. Catul. in Camerium, epigra. 51. 5.
Lachrymas proiicere, pro Effundere. Hirtius 4. bel. Alexand. 98, Adeò contra Cesarem bellum acriter gerere cœpit, vt lachrymas quas in colloquio proiecerat, gaudio videretur profudisse.
Libertatem suam proiicere. Cic. pro C. Rabirio Posthumo, 20.
Se proiicere. Cice. ad Atticum, lib. 9. 173. 11, Tuas nunc epistolas à primo lego. He me paulum recreant. primæ mouerit & rogat, ne me proiiciam. Hoc est, deponde animum. Eidem, lib. 9. 181. 15, Tum potè rimus deliberare, nõ scilicet integra re, sed certè minus infracta, quàm si vnà proieceris te.
Diogenes proiici se iussit inhumatum. Cicero 1. Tusc. 166. Hoc est abiici.
Se ad pedes proiicere, Humilitatis signum. Cæsar 1. bell. Gall. 105, Quum eum in itinere conuenissent, seseque ad pedes proiecissent, suppliciter

pliciter locuti. Idem 2. bel. Ciuil. 47, Vniuersi se ad pedes proiicient. Cic. pro Sestio, 20, Vos inquam pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi proiecistis.
Se ex naui proiicere. Cæsar 5. bell. Gall. 559, Hoc quum magna voce dixisset, se ex naui proiecit.
Se ex vrbe proiicere, Subtrahere. Cic. 4. Philipp. Quid hoc, sicut facit, te ex vrbe proiecerit.
Se in forum proiicere, Proripere. Liu. 1. ab Vrbe, 95, Magno natu quidam cum omnium maiorum insignibus se in forum proiecit.
Se in iudicium proiicere. Cice. pro Cælio, 23, Hoc ex genere siquis in hoc iudicium fortè proiecerint, excluditote eorum cupiditatem Iudices, sapientia vestra.
Se in muliebres fletus proiicere. Linius 5. bell. Pun. 204, Et ipso minitante & increpante Martio, quòd in muliebres & inutiles se proiecissent fletus, &c.
Super amicum exanimem sese proiicere. Virg. 9. Aeneid. 89.
Proiicit se libido, ac protipit. Cic. 2. de Fin. 117, Quod stuprum, quæ libido se non proripiet ac proiiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia?
Tectum proiicitur, pro Extenditur. Cicã Topicis, 11, Quoniam P. Scæuola id solum esse ambitus ædium dixerit, quantum parietes communis tegendi causa tectum proiicerent.
Virtutem patriam proiicere Cæsar 2. bel. Gall. 287, Increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se Pop. Rom. dedidissent, & patriam virtutem proiecissent. Id est abiecissent.
Proiectus, (ἀπερρίμμενος, πρόβλης,) Participium, siue Nomen ex participio. Columel. lib. 12. cap. 2. 2, Quia ignoretur vbi proiectum iaceat quod desideratur.
Cibum proiectum odorari. Horat. Epod. 6. 2.
Simonides ignotum quendam proiectum mortuum quum vidisset, humauit. Cic. 1. de Diuinat. 100.
Ex naufragio ad saxa proiectus. Cice. 12. Philipp. 132, Qui ex naufragio loculenti patrimonii, ad hæc Antoniana saxa proiectus est.
In puluere proiectus. Valer. 4. Argon. 54.
Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Virg. 11. Aeneid. 18.
Amor lucis proiectus. Silius lib. 10. 9,
Per medios agitur, proiecto lucis amore,
Annibalem lustrans Paulus.
Corpus proiectum. Lucret. lib. 3. 181.
EnsES proiectos reddidit. Lucan. lib. 9. 6.
Pudore proiecto loquar tua facta. Ouid. 6. Metam. 169.
¶ Proiectus puer, dicitur expositus. Plaut. Cistel. 3. 5, Paruulam puellam proiectam ex angiportu sustuli.
¶ Proiectus, (περιτεταμένος,) Extensus. Cice. 1. de Orat. 122, Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telũ orationis. Vir. 10. Aen. 100,
–proiecto dum pede lęuo
Aptat se pugnæ. Sisenna, Vetus atque ingens erat arbor ilex, quæ circum proiectis ramis, maiorem partem loci summi tegebat.
In autro viridi proiectus. Virg. eclog. 2. 15.
Exin proiectæ claro cum lumine Chelæ. Cic. in Arato, 37.
In æquor proiectus. Ouid. 2. de Ponto eleg. 7. 12.
Proiecta insula. Cice. 6. Verr. 105, Quarum vna est ea quam dixi, insulas quæ duobus portubus cincta, in vtriusque portus ostium aditumque proiecta est.
Proiecte humi vineæ. Colum. lib. de Arboribus, ca. 4. 1, Vinearum autem ferè tria genera sunt in vsu, iugata, humi proiecta, & deinde tertia.
Vrbs proiecta in altum. Cic. 6. Verr. 18.
¶ Proiecta audacia atque eminens. Cic. pro Cluentio, 145, Quòd aut hi qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi quorum eminet audacia, atque proiecta est, à consilis malitiæ deseruntur. Sic Proiecta cupiditas, apud eundem pro Domo sua, 88.
Proiectus ad audendum. Cic. 3. Ver. 1, Est idem Verres qui fuit semper: vt ad audendum proiectus, sic paratus ad audiendum præsto est.
Ad libidinem gens proiectissima. Tacit. lib. 21, de Iudeis.
Proiectas ac proditas ad inconsultam, atque improuidam pugnam legiones dixit Liuius.
¶ Proiectum, pro Contempto & vili. Tacitus lib. 1, An ciues, quibus iam proiecta Senatus authoritas? Idem lib. 3, Tum proiectę sermentium patientiæ tędebat. Item lib. 19, Vultus procul vilentibus notabantur, Vitelii proiectus, & degener.
¶ Proiecta, Partes sunt domus prominentes, qualia sunt meniana, & podia pensilia: vnde aspectus est nobis in vicos & plateas. Budæus.
Proiectus, huius proiectus, (πρεβολή,) ipsa proiectio. Plin. lib. 17. cap. 12. 4. Omnium quę proiectu frontis ita diffunduntur, vt per ipsas non defluant imbres, stilla sæua est.
Corporis proiectus immanis. Lucret. lib. 3. 201.
Proiectio, Verbale. (ῥίψις,) Cic. in Orat. 33, Brachii proiectio in contentionibus, contractio in remissis.
Proiecto, proiectas, (κακίζω,) proiectare, Frequenter proiicere.

Proiectare aliquê probris, Iniuriis afficere. Plau. Bacchid. 11. 38, Etiamne vltro tuis me proiectas probris?
Proiectura, proiecturæ, pen. prod. (προβολή,) Proiecturæ Vitruuio sunt prominentiæ, & velut superciliaquædam parietum arcendis stillicidiis inuentas fabri larmieros appellant & intabulamenta. Quãquam etiam proprio nomine Coronæ vocantur: siue structura, siue intestino opere constent: quod minutiarum lingua vernacula dicimus. Vitruuius lib. 2. cap. 8, Summis parietibus structura testacea sub tegula subiciatur altitudine circiter sesquipedali: habeatque proiecturas coronarum. Ita vetari poterunt quæ solent in is fieri vitia. Budeus.
Proiectitius, Adiectiuum, Qui proiectus nutritur. Plau. Cistel. 1. 8, Lemnique natam despondit adolescentulo amore capto illius proiectitiæ.

Proin, Aduerbium, (διὰ τοῦτο,) Propterea, ideò, propter hoc. Terent. Eunuch. 1. 1. 1, Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita. Idem And. 2. 4. 5,
–orationem sperat inuenisse se,
Qua differat te proin face, apud te vt sies. Idem Heaut. 1. 2. 3, Nihil adhuc est quod vereare Clinia: haudquaquam etiam cessant. Et illam simul cum nuntio tibi hîc ego affuturam hodie scio: proin tu solicitudinem istam falsam, quæ te excruciat, omittas.

Proinde, Aliud aduerbium, (διὰ τόδε, διόδε,) Idem significans. Plaut. Amphit. 4. 60,
Respondent, bello & se & suos tutari posse proinde vti
Propere de finibus suis exercitus deducerent. Idem Capt. 6. 42,
Ad rem diuinam quibus est opus, Samiis vasis vtitur,
Ne ipse Genius furripiat: proinde aliis vt credat vide. Terent. And. 4. 2. 24, –dies hic, mihi vt sit satis, vereor
Ad agendumne vacuum esse me nunc ad narrandum credas.
Proinde hinc vos amolimini. Liuius lib. 1. Satis scire, origini Romanæ deos affaisse, & non defuturam virtutem: proinde ne grauarentur.
Proinde isti licet faciant quos volent Consules. Cic. Attico, 2. 24. 4.
Proinde bono animo sis. Cic. Attico, lib. 1. 6. 6.
Proinde fac magnum animum habeas. Cic. Cassio, lib. 12. 6. 4.
Proinde, si sapis vide. Cic. 4. Verr. 49.
Proinde siqui sunt, qui, &c. Cic. 7. Verr. 143.
Et proinde diligenter ab vtroque conseruata sunt. Lepidus Ciceroni, libro 11. 35. 6.
¶ Proinde, (ὁμοίως,) pro aduerbio similitudinis aliquando ponitur, eandemque significationem habere videtur cum Perinde. Plau. Pœnul. 14. 23, Proinde habet orationem, quasi ipse sit frugi bonæ. Terent. Phor. 2. 3. 35, Proinde expiscare quasi non nosses. Salustius, At hi contrà ignauissimi homines, per summum scelus omnia eis sociis adimere quæ fortissimi viri victores reliquerãt: proinde quasi iniuriam facere id demum esset imperio vti. Cic. pro Domo sua, 25, Proinde quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego existimo, sentiant, &c. Idem 4. Acad. 197, Proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat. Sic 5. Verr. 176. Colum. lib. 11. cap. 52. 1, Itaque nonnulli gustu explorare maturitatem tentauerunt, vt siue dulcis esset sapor vuę, siue acidus, proinde æstimarent. Idem, lib. 2. cap. 7, Nunc autem proinde ac si temperatæ regioni præcepta dabimus. Hîc quædam exemplaria Perinde sequunt. Lucret. libro 4. 163, Proinde esse quasi, &c. Tacit. lib. 12, Decretaque eorum proinde haberi iusserat, acsi magistratus Romani constituissent. De Augusto loquitur.

Prolabor, pen. prod. proliberis, pen. corr. prolapsus sum, (προκύλιω,) prolabi, Vltra labi. Cic. 2. de Nat. deor. 168, Ar Canis ad caudam serpens prolabitur Argo. Ex Poeta.
Prolapsus cecidit. Liu. 1. ab Vrbe, 101, Cõuertentẽ se inter hãc venerationem, traditur memoriæ, prolapsum cecidisse, idque omen pertimuisse.
Prolabi in caput. Liuius 7. bel. Pun. 178. Vetus codex habet Per caput.
Prolabi ex arbore. Plin. lib. 27. cap. 8. 12. Et apud Liuium, lib. 7. bel. Pun. 152, Prolabi ex equo.
Matris prolapsus ab aluo. Ouid. in Ibin, 45.
¶ Prolabi timore. Cice. pro Quintio, 51, Fore vti permultis in rebus timore prolaberer.
Prolabi longius. Cic. pro Cecinna, 73, Non me prętereat Recuperatores, tametsi de hoc iure multa prętereo, tamen me longius prolapsum esse, quàm ratio vestri iudicii postulauit.
Prolabi in misericordiam. Liuius 10. bell. Pun. 54, Non in misericordiam modò prolapsus est animus victoris, sed (vt est genus Numidarum in Venerem præceps) amore captiuę victor caprus, &c.
Prolabi cupiditate. Cic. ad Atticum, li. 1. 12. 12, Afiani qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in Senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse.
Prolapsus, Participium: (προκυλίων, κατεμπεσών, κατεφοίβας,) vt
Equus prolapsus. Propert. lib. 4. eleg. 1. 19.
Pergama prolapsa. Virg. 2. Aeneid. 111.
Prolapsa iuuentus refrenanda & coercenda in malos mores deuoluta. Cic. 2. de Diuinat. 7, His præsertim moribus atque temporibus quibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrenanda atque coercenda sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prolapsa hac libido, vt Cic. pro Cælio, 37, Hac vnius mulieris libidinem esse prolapsam, vt ea non modò solitudinem ac tenebras, atque hæc stuprorum tegumenta non quærat.

Verum prolapsum ab aliqua cupiditate. Cic. pro Fonteio, 15.

Prolapsio, Verbale. (καταφορὰ,) Cic. pro Cælio, 32, Et interdum multas viai adolescentiæ lubricas offendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix potest.

Prolatio, Vide PROFERO.

Prolato, prolatas, pen. produ. (ἀναβιβάζω, μετατίθω,) prolatare, Ex pro, & latus adiectiuo compositum, Idem quod Dilatare significat, & aliquando differre in aliquod tempus, & protrahere. Cic. in Catil. 78, Id opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest, Liu. 7. ab Vrbe, 97, Prolatandis igitur comitiis quum Dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit. Sic 1. bel. Pun. 16, Nihil prolatandum ratus. Columel. in Præfat. libri 1. 18, Longus tamen condidere quàm nos, quibus diuturna permittente pace, prolatare licuit rem rusticam.

Agros prolatare. Tacit. lib. 18.

Diem prolatare. Silius lib. 3. 29. Saluft. in Catilin. Cethegus semper querebatur de ignauia sociorum illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere.

Diem ex die prolatare. Tacit. lib. 5, Sed vbi diem ex die prolatabant, &c.

Vitam prolatare. Tacit. lib. 11, Interim Messalina Lucullianis in hortis prolatare vitam.

Prolatatus, pen. prod. Participium. (ἀναβιβασθεὶς,) vt Bellum prolatatum. Tacit. lib. 11, Prolatatum inuer Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter fumitur.

Prolatatio, prolatationis, Verbale. (ἀναβιβασμός,) Tacit. lib. 19, Sed omnè prolatationem vt inimicam victoriæ inspectabant.

Prolecto, prolectas, (ἐπαγω) prolectare, Illectare significat. Cicero Flacco, 14, Egentes, & leues spe largitionis, & viatico publico, priuata etiam benignitate prolectat.

Prolepsis, huius prolepsis, (πρόληψις,) dici potest Latinè præsumptio: Ex πρὸ ante, & λῆψις sumptio, siue acceptio: siue ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν, hoc est à præsumendo. Fitque in oratione, quũ id quod in aduersarii aut iudicis opinione esse aut fore arbitramur cõtrariũ nobis, præoccupamus dicere, & ratione dissolutre. Cic. 1. de Nat. deo. 62, Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem? Sic 2. de Diuin. 163.

Proles, prolis, finm. gene. (ἀπόγονος,) Progenies. Columel. lib. 7, de capriuo pecore, Pascit autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Quintil. lib. 8. cap. 3, Proles duteri duos, nonnunquam trigeminos. Quintil. lib. 8. cap. 3, Proles dueenda, tragicum.

Proles & Soboles, verba à Cicerone non cultura, vt ipse testatur libro 3. de Orato. 84. Neque enim illud fugerim dicere, vt Cælius, Qua tempestate Pomus in Italiam venit, nec Prolem aut Sobolem, aut effari, aut Nuncupari.

Tota diu volucrum proles, tum denique cæsa est. Ouid. 1. Fast. 90.

Oliuæ proles. Virg. 1. Georg. 1.

Hominum futurorum proles. Cic. in Som. Scipionis, 14.

Fœlix vibi prole virum. Virg. 6. Aeneid. 157.

Achilles Thetidis proles, Vide ACHILLES.

Degener proles. Senec. Agamemn. 6. 15.

Duellica proles equorum. Lucret. lib. 2. 133. Alii legunt Bellica.

Effera. Lucret. lib. 2. 122.

Fœda. Senec. Medea, 7. 17.

Fœlix. Claud. 1. de 1apt. Prosi. 75.

Ignara parentis. Ouid. 2. Met. 110.

Incerta. Seneca Thyeste, 4. 31.

Inclyta. Seneca Medea, 7. 17.

Mascula proles rusticorum militum. Horat. 3. Carm. ode 6. 8.

Noua. Lucret. lib. 1. 5.

Posthuma. Virg. 6. Aeneid. 153.

Præclara. Valer. 1. Argon. 30.

Pulchertima. Virg. 6. Aeneid. 130.

Scelerata. Ouid. 1. Metam. 26.

Virilis. Virg. 7. Aeneid. 10.

¶ Ambiguam prolem agnoscere. Virg. 3. Aeneid. 36.

Proles suæ matre creata. Ouid. 2. Metam. 111.

Equitum, peditumque prolem describunto. Cic. 3. de Legib. 10.

Geminam prolem dare. Virgil. 1. Aeneid. 56.

Gemellam prolem enitit. Ouid. 9. Metam. 91.

Ferrea tum verò proles exorta repentè est. Cic. 2. de Natura deorũ, 137,

Procudere prolem. Lucret. lib. 5. 171.

Pulchra prole parentem facere. Virgil. 1. Aeneid. 16.

Producere prolem teneram à nido in aera. Ouid. 8. Metam. 43,

Ante volat, comitique timet, velut ales, ab alto
Quæ teneram prolem produxit in aera nido. De Dædalo & Icaro.

Propagare prolem. Lucret. lib. 2. 199.

Proletarius, Adiectiuum, (ἀπόγονος, ἀπόλυτος,) à Prole dictum est. Proletarii dicti sunt qui in plebe Romana pauperrimi erant, & non amplè quàm mille & quingentos eris in censum deferebar, vt ait Nonius. Ennius Annalibus, Proletarii, vt publicitus, scutaque ferrique ornatos. Gellius lib. 16. cap. 10, Qui in plebe Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius quàm mille quingentum æris in censum deferebant, proletari appellati sunt. Qui verò nullo aut perquàm paruo ære censebantur, capitecensi vocabantur. Extremus autem ceusus capite censorum æris fuit CCCLXXV. Sed quoniam res pecuniaque familiaris obsidis vice pignoris esse apud Rempub. videbatur, amorisque in patriam fides quædam in ea firmamentomque erat, eique proletarii, neque capitecensi, milites, nisi in tumultu maximo scribebantur, quia familia is aut tenuis, aut nulla esset. Proletariorum tamen ordo honestior aliquanto & re & nomine, quàm capite censorum fuit. Nam & asperis Reipub. temporibus quum iuuentutis inopia esset in militiam tumultuaria legebatur, armaque iis sumptu publico præbebantur. Et nõ capitis censione, sed prosperiore vocabulo à munere officioque prolis edendæ appellati sunt, quòd quum re familiari parua minus possent Rempub. iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent. Hactenus Gellius. Festus, Proletarium, capitecensum dictum ait, quòd his ciuitas cõstet, quasi proles progenie eadem & proletanei. Nonius, Proletarii dicti sunt plebeii, qui nihil Reipub. exhibeant, sed tantum prolem sufficiant.

Proletarius sermo. Plautus Milite, 10. 156,

Quin tu istanc orationem hinc veterem atque antiquam amoues?
Na proletario sermone nunc quidè hospes vtere. Id est vili & plebeio.

Prolibo, prolibas, pen. prod. (προσοίνεσθαι,) prolibare. Antè libare. Plinius lib. 35. cap. 12, In sacris quotiens etiam inter has opes non myrrhinis crystallinisve, sed fictilibus prolibatur sympulis. Idem lib. 28. cap. 4. 13, Alii è tribus puteis pari mensura aquas mittent, & prolibant nouo fictili.

Prolicio, prolicis, pen. corr. prolexi, prolectum, (ἐφέλκω,) prolicere, Inducere. Antiquum. Plaut. Curcul. 3. 2, Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

Prolixus, Adiectiuum. (μακὸς, ἐκτατὸς, πρόμηκος,) A laxum fit, quasi porrò laxum, quod longum, laxumque est. Terent. Heaut. 2. 3. 49,

Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter. Varro 1. de Re rustica, cap. 9. 5, Licet videre fructuosas segetes ac restibiles, & arbores prolixas. Plin. lib. 16. cap. 10. 9, Fœmina etiam prolixior. Rursum Varro li. 1. ca. 6. 3, Prolixæ ubiectes.

Barba prolixa. Virgil. eclog. 8. 7.

Comæ prolixæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 7.

Ictu prolixo prouolat. Lucretius lib. 4. 251. Hoc est velocitate maxima.

Prolixus animus, Optimus quòd quæ prolixa sunt, eò meliora: vel Prolixus animus, Liberalis. Cic. ad Atticum, lib. 16. 343. 5, Quod quum ita fit, tamen interest nostra, Planeum hoc animo libenti prolixoque facere. Vbi interpres. Prolixus, in causam propensus.

Natura prolixa & benefica. Cic. Attico, lib. 3. 8. 31.

Artobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quàm per me in Brutum. Id est propensior Cic. Attico, lib. 6. 114. 7.

¶ Prolixus, Superfluus aliquando dicitur. Vnde Prolixa oratio, Prolixum iter. Prolixa verba dicimus. Siponius.

Prolixè, Aduerbium, Longè, lateque. Terent. Adelph. 5. 8. 21,

Age, da veniam. A B. ne grauare. D. fac, promitte. M. non omittis? A B. Nõ nisi exorem. M. vis eit hæc quidem. D. age prolixè. Mitio. Vbi Donatus, Aut age prolixè, id est age benignè, vt sit prolixè, benignè, secundum veteres, aut &c.

Prolixè aliquem accipere, Id est largè & lautè. Terent. Eunuc. 5. 9. 52,

-præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto,
Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius.

Prolixè promittere, Largè, liberaliter. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. 5. 3, Neque mehercule minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quàm eram soluti de mea polliceri. Idẽ pro Domo sua, 23, Vt neque ego ab illo, quæ mihi petenda essent, satis audacter petere possem: neque ille tot suspicionibus certorum hominum & scelere exulceratus, quæ meum temperus postularet, satis prolixè mihi polliceretur.

Prolixè & cumulatè. Cic. pro L. Flacco, 69, Adductus huius pudore, & nõ amplissimis patrimonii copiis, id nõ solùm fecit, sed etiam prolixè, cumulateque fecit. Plin. in Paneg. 93, Quod quidem prolixè tibi, cumulateque contingit.

Libenter, prolixè, & celeriter facere. Cic. ad Atticum, lib. 16. 341. 5, Id autem est, vt hoc, quod te tua sponte facturum esse certò scio, honoris nostri causa libenter, prolixè, celeriter facias.

Prolixè respondere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 133. 2, Me Pompeius Capuam venire voluit, & adiuuare delectum: in quo parum prolixè respondent Campani coloni.

Prolixitudo, pen. prod. prolixitudinis. (μῆκος,) Pacuuius Dolorestè, Oro mine flectas fandi prolixitudinem.

Prologus, prologi, penult. corr. masc. gene. (πρόλογος,) Prologium, siue præfatio, vbi aut poeta excusatur, aut fabula commendatur. Prologus etiam narranda proponit. Terent. in Prologo Phorm. 15,

Vetus si poeta non lacessisset prior,
Nullum iniuenire prologum potuisset nouus
Quem diceret.

Prologus, aliquando ipsum hominem, prologum referentem significat. Terent. in Prologo Hecy. 9, Orator ad vosvenio ornatu prologi. Idem in Prologo Heaut. 11, Oratorem voluit esse me, non prologum.

Prologium, prologii. (πρόλογος,) Principium. Proloquii. Pacuuius. Quid est inam exanimasti me prologio tuo. Festus.

Prolongo, prolongas, (μακραίνω,) prolongare. Longum facere. Pli. lib. 15. cap. 3. 1, Vestes prolongant tempus Ex vetusto exemplari legitur prorogant. Seneca lib. 5. de Benefi. Vt prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad fœlicitatem.

Proloquor, pen. corr. proloqueris, proloquutus sum, (προφέρω, προφαίνομαι,) proloqui, Est quum quod in animo habemus, loquendo efferimus, vt ait Varro de Lingua Lat. Plaut. Amphit. 4. 48, Prius ipse mecum etiam volo hîc meditari: sic hoc proloquar. Ibidem, 95, Nunquam etiam quicquam adhuc verborum est proloquutus perperam. Ibidem, 15. 31.

-pugnas pugnatas proloquara, & Prerelam oppugnatum,
Nostris occisum manibus fortiter. Idem Merc. 4. 94.

-post autem mihi
Scelus videtur, me parenti proloqui mendacium. Terent. And. 1. 5. 21, Censẽ' vllum me verbum potuisse proloqui? Idem Phor. 5. 6. 21,

Interea mittit herus me ad vxorem tuam.
A. quamobrem? G. omitto proloqui. Ibidem, 2. 1. 53,

-postquam ad iudices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui. Liu. 4. ab Vrbe, 9, Sed audeat Canuleius in Senatu proloqui, se, nisi suas leges tanquam victoris Patres accipi iuuant, delectum haberi prohibiturum. Cic. in Orat. 83,

Me autem hue peruagatissimus ille versus qui vetat artem pudere proloqui quam factites, dissimulare non finit quin delecter. Propert. lib. 3. eleg. 13. 11, Proloquar, atque vtinam patriæ sim verus aruspex.

¶ Proloqui. Multum, siue plus loqui quàm par est. Plaut. Epid. 10. 28,

-nam, quid ego apud te proloqui parem?
Ego illam hodie volo facere libertam meam.

Proloquium, proloquii, (ἄφεσμα,) Sententia in qua nihil desyderatur. Quod etiam pro exordio ponitur.

Proloquium disiunctiuum, pro Disiuncto genere argumenti. Gellius lib. 5. cap. 11, Non ratum id neque iustum, disiunctum esse ait, quoniam nõ necessum est alterum ex duobus, quæ disiunguntur, verum esse: quod in proloquio disiunctiuo necessarium est.

Prolubium, prolubii, (ἐπιθυμία,) Cupiditas & voluptas. Gellius lib. 16. cap. 19, Feros & immanes nauitas prolubiũ tamen audiendi subit.

Proludo, prolũdit, pen. prod. prolũsi, prolũsum, pe. pro. (προαγωνίζομαι,) prolũdere, Est futurũ certamen meditari, & exercendarum virium causa, confirmandique animi veluti simulacrũ quod dam certaminis inire. Virgil lib. 3. Georg. 47,

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco: ventosque lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena. Sic lib. 12. Aeneid. 7.

Iurgia proludere. Iuuen. Saty. 5. 2, Iurgia proludunt, sed mox & pocula torques Saucius.

Proludere, inquit Budæus, est aliquid agere quod ad iustum certamen pertineat: quasique exordium legitimi, plenique certaminis auspicari. Cice. 2. de Orat. 177, Sed vt ipsis sententiis quibus proluserunt, vel pugnare possint.

In armis leuibus proludit. Ouid. ad Pisonem, 18.

Dolor proludit per scelera. Seneca Medea, 12. 6.

Prolusio, prolusiõnis, Verbale, (προαγώνισμα,) Ipse proludendi actus. Cic. 2. de Oratore, 177, Atque eiusmodi illa prolusio debet esse, non vt Samnitum qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil veruntur: sed vt ipsis sententiis quibus proluserunt, vel pugnare possint.

Prolusionis vocabulum ad causas trãslatum est. Sic Cicero diuinationem suam, prolusionem Verrinæ accusationis vocat. In ea enim de constituendo accusatore Verris agebatur. Cicceronis verba sunt, 1. Verr. 15, Sin mecum in hac prolusione nihil fueris: quem te in ipsa pugna cum acerrimo aduersario fore putemus?

Prolusium, prolusii, (προαγών,) Id est Preludium, & Initium orandi causas, sed per translationem. Gellius lib. 5. cap. 10, Sed maius mihi in ista victoria prolusium est, quum te non in causa tantum, sed in argumento quoque isto vinco.

Prolugeo, proliges, penul. prod. proluxi, prolũctum, (ἐπιθρηνέω,) prolugere. Festus, Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent.

Proluo, proluis, prolui, prolũtum, pen. prod. (βρέχω,) prolũere, Ex pro & lauo compositum, Multum, siue multo tempore lauare. Plautus Curcul. 3. 27,

-age, effundehoc cirò in barathrum,
Proluc cloacam. Persius in Prologo, 1, Nec fonte labra prolui Caballino. Non enim omnino negat, sed negat multũm labra lauisse, humilitatis causa. Colum. lib. 2. cap. 18. 5, Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisque radicibus germina non patitur coalescere. Idem lib. 7. cap. 3. 23, Pruinosa sit diebus herba pecudi grauedinem creat, ventremque proluit. Virgil. 1. Aeneid. 149,

-& pleno se proluit auro.

Labra prolui fonte. Persius in Prologo, 1.

Cruor laucia proluit pectora. Sta. 8. Thebaid. 159.

Præcordia melius proluerit leni mulso. Horat. 1. Serm. saty. 4. 6.

Eridanus proluit sylvas insano contorquens vortice. Virgil. 1. Georg. 97.

Prolutus, pen. prod. Participium. (βεβρεγμένος,) vt Multa prolutus vappa nauta atque viator. Horat. 1. Serm. saty. 5. 4.

Proluuies, pen. corr. proluuiei, pe. prod. f. ge. (ῥύπος,) Immundities cuiuscunque rei sordidæ. Virgil. 3. Aeneid. 44,

-fœdissima ventris
Proluuies. Id est sordis effusio, inquit Seruius. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 23. 1, Romæ, & maximè Appia, ad Martis, mira proluuies. Nonnulla exemplaria habẽt Alluuies. Col. lib. 12. cap. 38. 1, Et ad alui proluuiẽ.

Larga proluuie lauere saxa. Lucret. lib. 5. 190.

Proluuium, proluuii, Idem. (κατάκλυσμα,)

Proluuium, Profusio & prodigalitas, quum quis more aquæ opes profundit. Terent. Adelph. 5. 9. 28,

Quid istuc quæ res tam repentè mores mutauit tuos?
Quod proluuium? quæ istæc subita est largitas?

Promercalis, & hoc promercale, pen. pro. (ὠνητὸς,) Dicitur quod paterfamilias vsænale habet extra ea quæ vsui suo seruat, vt ait Budæus. Colum. lib. 1. cap. 8. 9, Neve negotietur sibi, pecuniamque domini aut animalibus, aut rebus aliis promercalibus occuper. Sic lib. 11. cap. 1. 21. Sueto. de Claris Grammat. 23, Luxuriẽ ita indulsit, vt sæpius in die lauaretur, nec sufficeret sumptibus, quanquã ex schola quadragena annua caperet, ac non multo minus ex re familiari cuius diligentissimus erat quum & officinas promercalium vestiũ exercet. Gellius lib. 4. cap. 1, Ex iis autem quæ promercalia & vsuaria in locis hisdem essent, ea sola esse penoris putet, quæ sint vsu annuo. Suetonius in Cæsare, cap. 54. Aurum promercale vocatid, quod Cæsar vendidit superans sibi, reseruata tanta auri copia, quanta suo vsui satis esset.

Promereo, prómeres, pen. corr. promérui, proméritum, pen. corr. proméritus sum, promereri, Deponens, Idem quod Mereri. Terent. Adelph. 4. 5. 47,

Ita velim me promerentem ames dum viuas, mi pater,
Vt me hoc delictũ admisisse in me id mihi vehemẽter dolet. Idẽ Phor. 3. 2. 31, Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Plaut. Trina. 10. 16, Nam retineri nequeo quin dicam ea quę promeres. Idem Menech. 24. 43, Promeruisti, vt nequid ores, quod velis, quin impetres. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 45, Etenim si in promerendo vt tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini, fuisti omniũ diligentissimus. Teren. Adelph. 2. 1. 47, Verùm enim quando bene promeruit, fiat: suum ius postulat.

Vota tua promeruere deos dextros marito. Stat. 5. Sylu. 1. 15.

Officium promerere. Cic. Antequàm iret in exil. 1, Non conuenit enim, quum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores.

Pœnam promerui. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 13.

Curę testimonium promeruisse contentus. Quintil. lib. 3. cap. 1. 16.

Promereri de aliquo, Plautus Menęch. 24. 8, Non me ædepol promeruisti de me vt pigeat quæ velis.

Promereri malum. Plaut. Amphit. 7. 14, Quid sum mali here tua ex re promeritus?

Reus leuius punitus quàm sit proméritus. Cic. 1. de Inuent. 184.

Promereri principem, pro Principatum Pli. in Paneg. 107, Quisquis probatos Senatui viros suscipit, hic maximè principem promeretur.

¶ Promereri, (εὐεργετεῖν,) Beneficium præstare, adiuuare, prodesse, Donato interprete. Virgil. 4. Aeneid. 67,

-nunquam regina negabo
Promeritam. Terent. And. 2. 1. 33,

Ego Charine, neutiquam officium esse liberi puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratię apponi sibi. Id est, nihil meretur, inquit Donatus: vel, vt idem ait, cum nihil præstet. Cice. pro Murena, 64, Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

promerendi, aut proferendi beneficii locum, hanc, &c.
Promereri de aliquo, Conferre beneficium in aliquem. Plau. Capt. 16.11,
–fecisti vt tibi
Philocrates, nunquam referre gratiam possim satis,
Proinde vt tu promeritus de me & filio.
Bene promereri de multis. Cicero 2. Offic. 76, Deinde consuetudine bene
ficentiæ paratiores erunt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Id est, ad conferendum beneficia in multos.
Optimè de Repub promereri. Cic. 3. Philipp. 150.
Occasionem promerendi non amittere. Q. Cic. de Petit. Cons. 21.
Diligentissimum esse in promerendo. Cic. Q. frat. lib. 1. 1. 45.
Promerens, pen. corr. promerentis, (εὐπροσῶν,) Qui bene de aliquo merè
tur. Plaut. Asin. 4. 2. Promerenti optimè hoccine pretii redditur?
Promeritum, promeriti pen. corr. (εὐπροσία,) Plautus Persa, 15. 27,
–benedictis benedicta, aures meæ
Auxilium expostulant. T. tuum promeritum est meritò vt faciam.
Cice. Post reditum ad Quirites, lib. 6, Quare hoc maius est in vos ve
strum promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobis
metipsis reddidistis.
PROMETHEVS, pen. prod. (προμηθεύς.) trium syllabarum, teste Ouidio lib. 1. Metamorph. Iapeti filius ex Asia Nympha coniuge,
Quam satus Iapeto mistam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum. Prometheifabulam
sic refert Seruius, Prometheus (inquit) post factos à se homines, dicitur
auxilio Minerue cælum ascendisse, & adhibita facula ad rotam Solis,
ignem furatus quem hominibus indicauit. Ob quam causam irati dii,
duo mala immiserunt terris, febres & morbos, sicut & Sappho & Hesiodus memorant. Quod tangit & Horatius dicens, li. 1. Car. ode 3. 6,
Post ignem ætherea domo
Subductum, macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors. Ipsum etiam Prometheum in monte Caucaso per Mercurium religauerunt ad saxum: & adhibita aquila est, quæ
eius cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione fingunturNam
Prometheus, vir prudentissimus fuit. Vnde etiam Prometheus dictus
est ἀπὸ τοῦ προμηθεῖσθαι, id est à prouidentia. Hic primus Astrologiam
Assyriis indicauit: quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia
cura & solicitudine deprehenderat. Hic autem mons positus est circa
Assyrios, vicinus penè sideribus. Vnde etiam maiora astra demóstrat,
& diligenter eorum ortus occasusque significat. Dicitur autem aquila
cor eius exedere, quòd ἀχὴ est solicitudo, qua ille affectus, siderum
omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce
Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxum dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indica
uit: vnde cælestem ignem dicitur esse furatus. Nam quadam arte ab eo
dem monstrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene vsi sunt. Nam postea malo hominum vsu in perniciem eorum versus est: sicut in Liuio lectu de Tullo Hostilio, qui eo igne exuflus est cum omnibus suis. Numa verò Pompilius impunè eo vsus est tantùm in sacris deorum. Hinc est quòd igne rapto, ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immissi. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgilii 6, eclogæ, 9.
Hinc lapides Pyrrhę iactos, Saturnia regna,
Caucasiasque refert volucres, furtumque Promethei.
Prometheus (vt tradit Alexander) quum philosophus foret, Aquilæque signi cælestis causam naturamque ac situm indagaret, discendi cura & solicitudine fractus quieuit, Hercule ab illo dubitata exoluente. Ex Georgio Valla.
Scopuli Promethei. Seneca Hercule furente, 13. 14.
Callidus Promethens. Horat. 2. Carm. ode 18. 7, –nec fatelles Orci
Callidum Promethea Reuexit auro captus.
Diri Prometheos artes. Stat. 11. Thebaid. 94.
Promethear, pen. prod. (προμηθεῦσι,) Adiectiuum quatuor syllabarum.
vt Iugis Prometheis lecta herba. Propert. lib. 1. eleg. 11. 8.
Promethides pe. pro. Patronymicũ, m. g. (προμηθείδης,) Ouid. 1. Met. 79,
Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet. De Deucalione.

Promico, promicas, pen. corr. (προτείνω,) promicare, Extendere, vel longè iacere. Naeuius, Si quidem loqui vis, non perdo
care, multa longè promicanda oratio est. Nonius.

Promineo, promines, pen. corr prominui, (προβάλλω,) prominẽ
re, Vltra aliquid emiuere, inquit Sipontinus. Plin. lib.
11. cap. 37. 38, Simiæ dentes vt homini. Elephanto, intus ad mandendum quatuor, præterquam eos qui prominent. Horat. Epod. 5. 7,
Quum promineret ore, quantum extant aqua
Suspensa mento pectora.
Vulgus prominet excelsis tectis. Stat. 11. Thebaid. 83.
Prominere ante. Plin. lib. 8. cap. 32. 6, Aut enim paucos, aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere solitos iunioribus.

Prominere à cætera acie, pro Eminere vltra reliquam aciem. Liu. 2. bel. Pun. 196, Tandem Romani diu ac sæpe consilio agitabant, qua fronte, acieque densa impellerent hostium cuneum numis tenuem, coque parũ validum, à cætera prominentem acie.
Collis prominet in Pontum. Ouid 13. Metam. 167.
Prominere in memoriam ac posteritatem, pro Extendi. Liu. 8. bel. Pun. 235, Tanquam non longius, quàm quantum vitæ humanę spatium est, cupiditas gloriæ extendatur: maximaque pars eius in memoriã ac posteritatem promicuat.
Prominens, pen. corr. (προβάλλων,) Participium, siue Nomen ex participio. Liu. 7. bel. Pun. 255, Gallos prominẽs collis tegebat. Martial. lib. 5. 4,
Hanc tu rubentem prominentibus venis
Quoties venire Paule videris contrà.
Prominens, Nomen substantiuum (προβάλλων,) vt Littoris prominens. Tacit. lib. 1, Innauigatque in litoris prominenti nihil, &c.
Promontorium, (ἄκρον, ὄκρον τόμιον,) promõtorii, Quasi præminens mons dictum, significat montem in mari prominentem, aut aliquid simile. Plinius, Promontoria aperuntur mari, & rerum natura agitur in planum. Idem, Adiunctaque insula Euboeai & excurrente velut in alium promontorio Attica terra. Cæsar 2. bel. Ciui. 97, Hic locus duobus eminentibus promontoriis continetur. Cic. 6. Verr. 92, Ab eo oppido non longè, in promontorio fanum est Iunonis antiquum. Sic 2. de Diuinat. 141. fit Cæsar 3. bel. Gal. 394.

Promiscuus, Adiectiuum, (ἐπίκοινος, ἐξδιάφορος,) Missum, cõfusum, incertum. Plautus Pseud. 18. 1,
Nunc ego Simonem mihi obuiam venire velim,
Vt mea lætitia lætus promiscua fiet. Salustius, Diuina atque humana habere promiscua, nihil pensi atque moderati habere. Liuius 1. ab Vrbe, 130. Plusque ibi sanguinis promiscua omnium generum cædes, quàm in ipsa dimicatione factum.
Connubia promiscua. Liu. 4. ab Vrbe, 5, Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi vt ferarum propè ritu vulgentur cõcubitus plebis, patrumque? Idem 9. bel. Maced. 30, Nec vnum genus noxæ, illa pera promiscua ingenuorum, fœminarumque erant.
Victus promiscuus. Plin. lib. 5. cap. 1. 15, Quippe victum eius animalis promiscuum his esse, & diuidua ferarum viscera.
In promiscuo aliquid habere. Plin. lib. 13. cap. 1. 21, Omnẽ victum in promiscuo habebant, nec vlla domi custodia à domesticis opus erat.
In vsum promiscuum venire. Plin. lib. 9. cap. 35. 10, Romæ in promiscuum ac frequentem vsum venisse. Idem in Procem. lib. 14. 2, Omnia quæ occulta antè fuerant, in promiscuo vsu facta.
Operam promiscuam dare, Mutuam operam tradere. Plau. Rud. 24. 138,
Eamus intrò omnes, quando operam promiscuam damus.
¶ Promiscuum genus apud Grammaticos, Genus epicœnum, & quasi incertum siue confusum. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18, Nec statim diligentem putabo, qui promiscua (quæ epicœna dicuntur) ostenderit. De Nominum generibus.
Promiscuè, Auctorbium, Mistè, confusè, incertè. Pli. epist. 220, Vt primùm me dominę indulgentia vestra promouit ad præfecturam ærarii Saturni, omnibus aduocationibus, quibus alioqui nunquam eram promiscuè functus, renuntiaui, vt toto animo delegato mihi officio vacarem. Plin. auunculus, lib. 11. cap. 37. 8, In capite cunctorum animalium hominì plurimus pilus, iam quidem promiscuè maribus ac fœminis. Liu. 1. ab Vrbe, 190, Non enim, vt ab Romulo traditũ cæteri seruauerant reges, viritim suffragium eadem vi, eodemque iure promiscuè omnibus datum est. Ibidem, lib. 3. 197, Placet pecudum, ferarumque ritu promiscuè in concubitus ruere?
Promiscuè & Propriè, contraria Cic. 1. de Lege agraria, 84, Equidem existimo, si iam campus Martius diuidatur, & vniciuique vestrum vbi consistat, bini pedes assignentur: tamen promiscuè toto, quàm propriè parua frui parte malletis.
Promiscuè & communiter. Cice. pro Fonteio, 11, Vnum est enim & simplex aurium iudicium, & promiscuè & communiter stultis ac sapientibus ab natura datum.
Haurire promiscuè ex aliquo loco. Cic. 3. de Orat. 41.

Promitto, promittis, promisi, pen. prod. promissum, (ὑπόσχομαι, ὑφίημι, ἐπαγγέλλομαι, ἐγγυάω, ἐγγυάομαι, ὑπίσχομαι,) promittere, Polliceri Plaut. Curcul. 14. 60,
Tu vt hodie aduenias, cœnam des sororiam,
Hic nuptialem eras dabit. P H. promittimus. Idem Bacchid. 10. 40,
Roga hunc tu: tu promitte huic. N. promitto. Terent. Adelph. 1. 8. 18, Fac: promisi ego illis. Plaut. Epid. 3. 21, Salua res est, bene promitte modo: spero seruabit id. Cicero, Iam enim totum quod tibi pro miseram, præstiti.
Dii faxint vt faciat ea quæ promittit. Cic. Attico, lib. 16. 3. 1. 5.
Vix videbar quod promiseram, præstare posse. Cic. ad Brut. 18. 3.
Promittere ad cœnam, Hoc est Promittere se iturum ad cœnam. Plau. Menæch. 17. 35, Vna opera prohibere, ad cœnam ne promittat, postulet.
Promittere foras ad cœnam. Plaut. Sticho, 10. 16, Ad cœnam hercle ibi promisi

promisi foras. Idem Mostell. 14. 12, Promisi foras.
Promittere ad fratrem, Hoc est Se iturum ad fratrem. Cic. 2. de Orat. 16, Tum quum ille dubitaret, quòd ad fratrem promiserat, Ego, inquit Iulius pro vtroque respondeo: sic faciemus.
De re aliqua promittere. Quintil. lib. 3. ca. 9. 6, Nec esse vtilis potest, nisi constiterit, quid debeat de probatione promittere.
Promittere prolixè de re aliqua. Cice. Cæsari, lib. 7. 5. 3, Nec mehercule minus ri prolixè de tua voluntate promisi, quàm eram solitus de mea pollicer.
Bene promittere. Ouid. 3. de Arte, 92, Si bene promittunt, totidem promittite verbis.
Quæ autem inconstantia deorum, vt primis minentur extis, bene promittant secundis? Cic. 1. de Diuin. 56.
Difficulter promittere. Seneca epist. 1, Aut timidè negauit, aut promisit, sed difficulter.
Timidè promittere. Ouid. 1. de Arte, 127.
Verè promittere. Catul. ad Lesbiam, epig. 104. 1.
Promittere & affirmare. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 15, Præterea mihi promiserunt Pansa & Hirtius coràm, & absenti mihi scripserunt, Verrioque nostro Pansa affirmauit se datarum operam ne in suo Consulatu mihi succedatur.
Promittere atque confirmare. Cic. ad Sulpitium. lib. 13. 18. 6. Quod ita ef se tibi promitto, atque confirmo. Idem Appio Pulch li. 3. 10. 5, De me tibi sic contestans omneis deos promitto atque confirmo, ne, &c.
Promittere ac spondere. Cic. pro Murena, 82, Quem ego vobis, &c. ita commendo, vt cupidissimum otii, studiosissimum bonorum, acerrimũ contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic coniurationi, quę Rempub. labefactat, futurum esse promittam & spondeam. Idem pro Cælio, 61, Promitto hoc vobis, & Reipub. spondeo. Item Crassipedi, lib. 13. 10. 6, Tum illud tibi expertus promitto & spondeo, te socios, &c.
Promitto, recipio, spondeo P. C. C. Cæsarem talem semper fore ciuem, &c. Cic. 5. Philip. 201.
Promittere, & in se recipere. Cic. ad Brutum, lib. 13. 11. 8, Sed tamen separatim, promitto, in meque recipio fore eum tibi & voluptati & vsui. Idem 1. Icius. lib. 1. 8. 13, Meque ea quæ tibi promitto, ac recipio sanctissimè esse obseruatum, diligentissimeque esse factum.
Damni infecti promittere. Cice. in Topicis, 10, At siquis in pariete communi demolendo damni infecti promiserit, non debebit præstare quod fornix vitii fecerit.
Auxilium promittere alicui. Ouid. 13. Metam. 66.
Auidi promittere bellum. Stat. 3. Thebaid. 78.
Promisi mea fide. Plautus Menæch. 19. 6, Sanum futurum mea ego tibi promitto fide.
Promittere se facturum aliquid. Plautus Asin. 16. 80, Qui surrepturum pallam promisi tibi.
Promitto fore. Plautus Aulul. 7. 42, Filiam tuam mihi vxorem posco: promitte hoc fore. Idem Asin. 7. 1. 10, Quin promitto inquam hostitte contrà vt merueris.
Magna promittere. Silius lib. 8. 47.
Opem promittere. Ouid. 5. Fast. 50.
Torum promisit illi. Ouid. 7. Metam. 18.
Vana promittere. Ouid. epist. 15. 60.
Vadimonium promittere. Cic. 5. Verr. 30, Ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. Idem pro Quintio, 12, Se iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere. Idem 7. Ver. 110, Quod ista simul ac renuntiatum est, hominem iubet Lilybæum vadimonium Venerio seruo promittere.
¶ Promittere, Producere. Promittit se arbor. Plin. lib. 16. cap. 26. 3, In maxima tamen admiratione plous est. Habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. nec vla arborum auidius se promittit. Quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia: & sic dispensatur, vt nullo nõ mense maturescant. Promittit se, id est (vt ego quidẽ interpretor) portò mittit, profert se, & in fructũ effert. Nisi fortè quis putet idẽ esse ac si diceret, fructũ de se pollicetur: quippe in annũ tertium promittit. Cæs. 8. bell. Gall. 36, Quo tutius altitudine esset, hoc audacius lõgiusque tela promitteret.
Promittere barbam. Liuius 6. ab Vrbe, 71, Coniecto in carcere Manlio, satis constat magnam partem plebis vestem mutasse multos mortales capillum ac barbam promisisse, obsitamque vestibulo carceris mœstam turbam. Tacit. lib. 1, Donec crinem barbamque promitteret.
Promissus, Participium (ὑπεγγυάτης, ἐγγυητός,) Cice. pro Q. Roscio, 9, Quæ ex liberalitate huius promissa sit & ostentata.
Corpus mihi promissum. Ouid. epist. 19. 29.
Dotes promissa aderat. Virgil. 9. Aeneid. 22.
Dotem promissa reddere. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 7.
Deinum Ioui dicatum atque promissum. Cic. 7. Verr. 144.
Fides promissa. Virgil. 6. Aeneid. 70.
Fenera promissa. Ouid. 2. Fast. 52.

Munus promissum. Ouid. 3. Fast. 73.
Nox promissa. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 10.
Soluere promissa præmia alteui. Ouid. 14. Metam. 165.
Salus promissa tibi est. Lucanus lib. 4. 48.
¶ Promissa barba, Prolixa & dependens, siue longa. Virgilius eclog. 8. 7,
–promissaque barba. Plin. epist. 147. lib. 7, ad Suram, Mox apparebat idõlum senex macie & squalore confectus, promissa barba horrenti capillo. Festus, Promissum capillum dicunt longum. Item, Barba promissa, velut porrò missa. Liu. 2. ab Vrbe, 96, Adhoc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris. Ibidem, li. 5. 187, Vt tum omnibus promissa erat barba.
Capillus promissus. Liuius libro 4. Decad. 5, Sordidati, barba & capillo promisso.
Comæ promissę. Liu. lib. 8. bel. Maced. 4, Procera corpora, promissæ & rutilatę comę, vasta scuta, prælongi gladii. De Gallis.
Promisso ventre arietes. Colum. lib. 7. cap. 3. 3.
Promissum, Substantiuum, (ὑπόγυιον,) Quod pollicemur. Plin. lib. 11. cap. 1. 3, Elico ex Heluetiis Romæ commorantes, olei ac vini promissa remeans secum tulit. Vetus codex habet Præmissa.
Promissum ac receptum. Cice. 2. Philipp. 86, Ille induxit vt peteret, promissum ac receptum interuertit, ad seque transtulit.
Constantia promissi. Cic. ad Atticum, lib. 4. 86. 1, O constantiam promissi, & fidem miram!
Sponsor promissorũ alicuius. Cicero Dolabellæ in Epistolis ad Atticum, lib. 15. 3. 18. 5.
Dextra non tam in bellis & in præliis, quàm in promissis & fide firmior. Cic. pro Deiotaro, 4.
Infida promissa. Valer. 1. Argon. 116.
Superba promissa. Valer. 4. Argon. 130.
Vberius promissum. Cic. 5. Tusc. 30, Vllúmve esse philosophiæ promissum vberius aut maius.
¶ Absoluere promissum, Vide ABSOLVO.
Admouere promissis spem recursus. Ouid. 11. Metam. 91.
Ditibus promissis commouere. Silius lib. 3. 104.
Complere promissum, Vide COMPLEO.
Confecere munus promissi. Ci. in Partit. 73, Eo enim exposito munus promissi omne confecero.
Consequi promissa. Ci. 1. Tuscul. 151, Si antè mors aduenret, quàm Chaldæorum promissa consecuti sumus.
Dignum promissis dicere aliquid. Horat. 2. Serm. saty. 3. 1.
Dare blanda promissa. Catul. Argon. 59. 18.
Efficere promissum & commentum cuipiam. Cic. 1. Offic. 46.
Exigere promissa. Ci. 1. Off. 127, Theseus exegit promissum à Neptuno.
Expetere promissa. Cic. Bithynico, lib. 6. 17. 1.
Exuere promissa. Tacit. lib. 13, Repertaque spe ditioris coniugis, promissa exuere. Id est exuebat.
Facere promissum alicui. Cice. 1. Philipp. 12, Multis multa promissa non fecerit. De Cæsare. Sic 3. Offic. 127.
Ferre munera vberiora promissis. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 14.
Firmare promissa. Ouid. 10. Metam. 86.
Flagitare promissum, Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 11. 14, Quum tua promissa per literas flagitabam.
Implere promissum. Plin. epist. 12. lib. 2, Impleui promissum, priorisque epistolæ fidem exolui.
Inducere aliquem promissis, Vide INDVCO.
Inani promisso ludere aliquem. Ouid. 3. Fast. 137.
Manere promissis, & seruare fidem. Virgil. 2. Aeneid. 32. Vide MANEO,
Morari aliquem plura in promissis. Lucret. lib. 5. 19.
Largis promissis onerare pectora alicuius. Silius lib. 17. 116.
Parere promissis, Facere quod promisisti. Ouid. 5. Fast. 101.
Patrare promissa, Vide PATRO.
Pendere promissis Ci. Quo. frat. li. 1. 21. 4, Cæsaris amore, quem ad me perscripsit, vnicè delector: promissis iis quę ostendit, non valdè pendeo.
Perficere promissa, Vide PERFICIO.
Reddere promissa. Virgil. 5. Aeneid. 78.
Referre promissa. Ouid. 14. Metam. 4.
Repetere promissum. Cic. pro Plancio, 82, Quid me aspectas? quid mea promissa repetis?
Satisfacere promisso Cic. 7. Verr. 108, Satis est factum Siculis, satis officio ac necessitudini Iudices, satis promisso nostro ac recepto.
Seruare promissa. Cic. 1. Offic. 47, Nec promissa igitur seruanda sunt, ea que sint iis quibus promiseris inutilia. Ibidem, li. 3. 124, Pacta & promissa sempèrne seruanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo (vt Prætores solent) facta sint? Valer. 8. Argon. 84.
Soluere promissa militibus. Cic. Cornificio, lib. 12. 29. 10.
Stare promissis. Cic. 1. Offic. 48, Iam illis promissis standum non esse quis non videt, quæ coactus quis metu, quę deceptus dolo promiserit?
Teneri voto & promisso. Cicero Attico, li. 12. 24. 10, Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trahunt promissa puellas. Ouid. 1. de Arte, 127.

Promissio, Verbale. Idem. (ὑγιεῖ, ἰσχυ, μολίν, ὑπόσχεσις,) Cicc. 3. de Orat. 114. Promissio, deprecatio, obsecratio. Idem Figulo, li. 4. 113. Id quo cure deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxilii alicuius, aut consilium dolotis tui. Idem ad Attium, lib. 8. 153. 6. Cum literis, cum mandatis, cum promissione prouinciæ.

Scelerum promissio. Cic. 8. Philipp. 241. Scelerum enim promissio, & iis qui expectant perniciosa est, & iis qui promittunt.

Promo, promis, prompsi, promptum, (ἐκφέρω, προβάλλω, προχωρεῖ, λόγχω,) promere, Proferre, exponere, educere. Plautus Truculent. 11. 4.

–nunc ego meos animos violentos, meanque iram
Ex pectore iam promam. Idem Pœn. 5. 120, Ego scelestus nunc argentum promere possum domo. Et Cistell. 2. 103, Accipias clauesque siquid tibi opus erit promptu, promito. Virgil. 1. Aeneid. 52,

–illos patefactus ad auras
Raddit equos, lætique cauo se robore prompunt.

Vinalia promere dolio. Horat. Epod. 2. 10. Plaut. Milite, 11. 16, Prompsisti tu illi vinum? L V. non prompsi.

Nili idcirco molestè pareis, quòd H S I D D D D tu ex arca proferebas, H S. C C C I D D D, ex disciplina & artificio Roscius promebat. Cic. pro Roscio Comœdo, 17.

Ex armario aurum promere Cic. pro Cælio, 40.

Pecuniam ex ærario promere. Cic. 5. Ver. 169, Quum tibi Senatus ex ærario pecuniam prompsisset, & singulos tibi denarios adnumerasset, &c.

Promere è sacrario. Plin. lib. 33. cap. 1. 19, Conditur ille vt res rara, & inusitata vsus indigna, velut è sacrario promitur. De annulo.

Libros è bibliotheca promere. Ci. 3. de Fin. 10, Nam in Tusculano quum essem, vellemque è bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris vti, venit in eius villam, vt eos ipse, vt solebam, inde promerem.

Promere de narthecio medicamenta. Cic. 1. de Finib. 38.

Spicula promit de pharetra Ouid. 3. de Arte, 103.

Promere in vsus. Columb. lib. 2. cap. 10. 13, Quamlocunque in vsus prompserimus, integram lentem reperiemus.

Æstus promit Titan. Senec. Herc. Oetæo, 1. 2. 10.

Diem promit & cælat sub Hiberni Carm. secul. 2.

Gemitus de pectore promere. Mar. lib. 10. 85.

Voces promere. Cicc. 1. de Diuin. 39, Voces tristificas chartis promebat Hetruscus Vrania M S.

¶ Promere, filo qui. Plinin Paneg. 111, lubes quę sentimus promere in medium. Plaut. Asin. 3. 11,

Ita me obitmare aggressus, vt non ardeam
Profectò præcontari quia promam omnia. Sic Plinius lib. 2. cap. 17. 6, Promere secreta naturæ.

In publicum aliquid promere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 17.

Promere à se. Vide A vel A B præpositiones.

Animus eruditus qui semper aliquid promat quod alios delectet. Lucius Ciceroni, lib. 5. 14. 3.

Aliquid ex scientia obscuriore promere & assumere, Cic. de Orato. 31.

Loci sunt quasi sedes è quibus argumenta promantur. Cic. in Top. 5.

Promere consilia, Aperire, palàm fatere. Cic. ad Atticum, lib. 3. epist. 90. 5, Nunc certè promenda tibi sunt consilia.

Obscura promere. Horat. Carm. ode 34. 3.

Orationem de se promere. Tacit. lib. 18, Postera die tanquam apud alteros ciuitatis Senatum, populumque magnificam orationem de semetipso promsit. De Vitellio.

Prompto, promptas, (προχειρίζω,) promptare, Frequentatiuum. Plau. Bacchid. 8. 61, Quia malum si prompteet, in diei faciat minus. Idem Pseud. 4. 35, Si quidem iterela etiam supremi promptas thesauros Iouis.

Promptus, (προχειρισθεὶς, ἕτοιμος,) Participium, siue Nomen ex participio. Clausum & Promptum, commaria Salustius in bel. Catil. A laud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere.

Promptus, (πρόθυμος, πρόχειρος, πρόθυμος, ἕτοιμος, ἀκόνητος,) Qui iam paratus est ad augendum, & in quo nulla mora est, quasi iam productus: expeditus, alacer, ardens. Salustius, Natura ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat. Idem de Republica ordinanda ad Cæsarem, Vix satis apertum os, aut lingua prompta videbatur, quæ dicta pectore euolut.

Paratus & promptus. Cicc. 1. Verr. 22, Quo paratior ad vsum forensem promptiorque essem.

Promptus ingenio, Qui ingenium ad omnia paratum habet. Liu. 5. ab Vrbe, 9, Is tum iam non promptus ingenio tantum, sed vis etiam exercitatus, talem orationem habuit.

Promptus lingua. Liuius 1. ab Vrbe, 199, Nunc iubent Hetruscos probra iacere, nunc armatis sibi quisque linguæ promptum hostem offerri.

Promptior manu. Liu. 1. ab Vrbe, 245, Ferocem faciebat belli gloria ingens, quòd ætatis eius haud quisquam manu promptior erat.

Promptus seruitio, pro Ad seruitium. Tacit. lib. 1, Quanto quis seruitio promptior. Idem in eodè lib. 0, Sed diuersi promptò artib' egregiis,

Promptus ad. Liuius 1. bel. Maced. 134, Quòd promptiores ad subeundam omnem diuisationem vicebatur facturum, id metum, pigritiamque incussit.

Ad arma promptior. Ouid. 1. Metam. 26.

Quirites prompti ad bella. Ouid. 3. Fast. 56.

Promptus & non inexercitatus ad dicendum. Cic. de Claris Orat. 70.

Ad dicendum promptus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 2.

Promptior ad pericula. Cic. 1. Offic. 117, Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula quàm ad communia: diuicareque paratius de honore & gloria, quàm de cæteris commodis.

Ad pugnam promptus. Cic. pro Milone, 40.

Ad vim promptus. Cic. 2. de Lege agraria, 81.

¶ Aditus ad honores capessendos prompti. Tacitus libro 3, Atque illequanquam prompto ad capessendos honores aditu, Mecœnatem, &c.

Te esse hilari animo & prompto ad iocandum valde me iuuat. Cic. Quintfratri, lib. 2. 15. 1.

Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Rempub. Cic. Appio, lib. 3. 111. 13.

Prompta & parata in respondendo celeritas. Cic. de Cla. Orat. 79.

Promptissimus homo & experiens. Cicc. 6. Verr. 32, Tu P. Cæcurii promptissimi hominis & experientis, & in primis gratiosi, &c.

Ingenium promptum ad. Tacit. lib. 1, Promptum ad asperiora ingenium Drusi erat.

Promptum in adulationes ingenium. Tacit. lib. 15.

Lingua prompta ad sonos rigidos. Ouid. 4. Fast. 62.

Manus promptas in fata alicuius contiuere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 5.

Alacri & prompto ore ac vultu, huc atque illuc intueri. Ci. 1. de Orat. 91.

Pectus promptum ad vulnera. Lucanus lib. 5. 64.

Rabies in ferrum promptissima. Lucanus lib. 7. 49.

Facilis & prompta responsio. Cic. 1. de Orat. 172.

Studia prompta. Tacit. lib. 2, Prompta illi legionum studia.

¶ Promptus, per translationem, dicitur manifestus, & apertus, quem res à secretiore loco educitur, vt parata nobis & ad manus sit.

Prompta & aperta, quibus Occulta & reconditæ opponuntur. Cicc. 1. de Finib. 46, Altera occulta quædam & quasi muciata aperiri, altera prompta & aperta iudicari. Idem 6. Ver. 57, Statuerunt se nihil tam clausum neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset.

Eminentia & prompta. Cic. 3. de Orat. 119, Discutienda sunt ea quæ obscurant, & ea quæ sunt eminentia & prompta sumenda.

Loca prompta, Publica, & in propatolo. Lucret. lib. 6. 255, Multaque per populi passim loca prompta, vtasque, &c.

Prompta & exposita fides. Cic. pro Cecinna, 57, Qui tot annos ingenii, laborem, fidem suam Populo Rom. promptâ, expositâque præbuerit.

In promptu rem esse dicamus, Id est manifestam. Cic. 1. Offic. 9. Quæ quàm ita sint in promptu, vt res disputatione non egeat: sunt tamen à nobis alio loco disputata. Idem 4. Acade. 20, A me enim ea quæ in promptu erant, dicta sunt: à Lucullo autem reconditiora desyderabantur. Ibi. Idem, lib. 1. 6, Itaque non hæsitans respondebo: sed ea, dicam quę mihi sunt in promptu.

Sed hæc quoque in promptu fuerunt, nunc interiora videamus. Cicc. 1. de Diuinat. 185.

Hoc decorum non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. Cic. 1. Offic. 134.

In promptu habere. Ci. 3. Tusc. 97, Hæc enim ferè tum habemus in promptu, olim oportere inopinatum videri. Idem 4. Acad. 85, Oportet igitur & ea quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. Et 1. Offic. 147.

Patere & In prompta esse. Cicc. 1. de Oratore, 13, Quum illa pateant, in promptuque sint omnibus.

Quod omnibus patet, & æquè promptum est mihi & aliis. Cicero pro Morena, 25.

In prompta aliquid ponere, cui opponitur Contegere & abdere. Cicero 1. Offic. 176, Principio corporis nostri magnam naturæ ipsa videtur habuisse rationem quę formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ atque formam, eas contexit, atque abdidit.

Cognita in promptu. Lucretius lib. 2. 174.

–neque id manifesta refutant,
Nec contrà pugnant, in promptu cognita quæ sunt.

¶ Promptum est. Quintil. lib. 9. cap. 1, Neque enim me mouent nomina illa quæ fingere vtique Græcis promptissimum est. Id est facillimum. Idem lib. 10. cap. 3, Nec promptum est dicere vitos peccare validius putem. Ibidem, cap. 7, Promptum hoc, & in expedito positum, exercitatione sola continetur. Virgil. 2. Georgic. 51,

–promptum est oculis prædiscere nigram,
Et qui quis color.

Non est promptum cognoscere vnde, &c. Ouid. 3. Metam. 20.

Haud

Haud promptum, Non facile inuentu. Plinius lib. 9. cap. 35. 8, Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiscreti.

¶ Promptus, cum genitiuo. Gell. lib. 10. cap. 22, Plato veritatis homo amicissimus, eiusque omnibus exhibendæ promptissimus.

Promptum, Substantiuum. (πρόχειρον,) vt Própta cæli. Lucret. lib. 6. 164, Expiratque foras in aperta promptaque cæli.

Promptissimè, Aduerbium, (πρόθυμότατα,) Confestim. Plin. epist. 82. 5, Quare ego verò Corelliæ adero promptissimè: nec subire offensas recusabo.

Promptuarius, Adiectiuum, (ταμιεῖος,) vt Promptuaria cella, Ex qua aliquid depromitur. Dicitur etiam promptarius. Plautus. Amphit. 4. 4, Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum? Hìc, promptuariam cellam pro carcere posuit.

Promptuarium, promptuarii, (ταμιεῖον,) Locus in quo res ad vsum necessariæ ita repositæ sunt, vt statim promi ac proferri possint: vt ait Stipotinus. Cato cap. 11. 3, Armarii, promptuarii vnum scamna lóga lex.

Promus, promi, mas. gen. Cellarius. Plau. Pœn. 3. 16, Quid istuc verbi est? P. condus, promus, procurator peni. Idem Pœnul. 10. 5, Aedepol feci fili prodigum promum tibi. Colum. lib. 12. cap. 3. 7, Promis quoque & cellarius aliquid attendentibus aut metuentibus interuenire.

Per translationem dixit Plautus in Trin. 4. 35, –ne admittam
Culpam, ego meo sum promus pectori.

Promonstra, Prodigia, inquit Festus.

Promontorium, Vide PROMINEO.

PROMONTORIVM Minerræ (μικρὸν ἄκρον,) est iuxta Surrentũ, in quo olim Sirenes habitasse feruntur. In illius autè extremo est Athenæum: hoc est Minerræ sacellum, quod Vlysses ædificasse narratur. Huius meminit Ouidius 15. Metamor. 142, Inde legit Capreas, Promontoriumque Minerræ.

Promoueo, promouoes, pe. cor. promoui, promõtum, pen. produ. (προκόπτω, προκόπτω, μετοικίζω, ἀφίλω, προκόπτω, πάρω, πρόω,) promouere. Vltra mouere, prouehere. Plau. Persa, 9. 10, Vola, venito promouento. Teren. Eunu. 5. 2. 9, Moue verò ocyus te nutrix. 2. mouco, e. video, at nihil promouco. Cæsar 1. bel. Gall. 107, Eodem die castra promouit, & millibus passuum sex à Cæsaris castris sub monte consedit. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 4, Assa in alterum apodyterii angulum promoui. Liu. 8. bel. Pun. 244.

Dum castra ad Carthaginem promouco.

Promouere onera & portare, Golumel. lib. 11. cap. 1. 7.

Scalas, & machinamenta promouere. Tacit. lib. 15, Adiabeni quum promouere scalas, & machinamenta inciperent, facile detrusi.

Gradum promouere ab aliquo loco. Stat. 11. Thebaid. 109.

Promouere loco aliquid, est Deducere quò non expedit. Horatius Epod. 11. 3, Pernidiore mero arcana promouet loco. Pro promouerat.

Promouere aliquem, Cic. Attico lib. 4. 81. 2, Iode domum, cœnatus, vt sim præsto. Mi Iouiubi igitur te videbo & promouebo.

¶ Promouere, (ἐκτείνω,) Extendere. Plin. epi. 173. lib. 8. ad Gallum, Rursus omnes in eundem locum depulsæ, quà steterunt, promouent terrãs & modò hàc, modò illàc lacum reddunt, auferuntque.

Aciem promouere, Vide ACIES.

Cornua acici vtrinque promouere. Quintil. lib. 2. ca. 13. 3, Quid si enim præceptis imperatori, quoties aciem instruet, dirigat frontem, cornua vtrinque promouear?

Imperium promouere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 14.

¶ Promouere, pro Promouere. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 4.

Roui, nisi immensum vires promosset in orbem,
Stramineis esset nunc quoque tecta casis.

¶ Promouere, Prolongare, producere tempus, Terent. And. 4. 2. 28, Eho tu impudens, non satis habes quòd tibi dieculam addo Quantum huic promouco nuptias?

¶ Promouere, Proficere. Terent. Hecyra, 4. 4. 81, Abibo hinc, plenus quando promouco parum.

Promõtus, pe. prod. Participium, (προκόπτων.) Vltra motus.

Classis promota attollit fluctus. Stat. 1. Achilleid. 89.

Promota & remota. Cic. 3. de Finib. 81, Sic in vita non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, ἀφωρισμένα. Id est producta nominentur. Quæ vel ita appellemus (id erit verbum è verbo) vel promota & remota, vel (vt dudum diximus) præposita vel præcipua, & alia reiecta.

Promotus ad dignitates. Plin. epist. 151, Postea promotus ad amplissimas procurationes, nulla occasione corruptus, ab insito abstinentiæ amore deflexit.

Promulgo, promulgas, promulgare, Publicare palàm pronuncia, (κατωφλίω, Festus, Leges promulgari dicuntur, quum primum in vulgus eduntur. Colum. lib. 1, C. Licinius damnatus est, qui agri modũ, quem in magistratu, rogatiõe Tribunitia pro

mulgaret, immodica possidendi libidine transcendisset. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 7. 2, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Sic 4. Verr. 116. Et 7. 139. Liu. 1. bel. Maced. 19. Isque rogationẽ promulgauit, Vellent, iuberent Philippo regi, Macedonibúsque, & cõbellum indici.

De meo reditu octo Tribuni promulgarunt. Cicc. pro Sestio, 59.

Tribuni qui promulgarent de salute mea, & ad vos sæpe referrent. Cicc. Post reditum, in Senatu, 3.

Qui de Cæsare monstra promulgarunt quibus intercederet nemo. Cicc. Quintfratri, lib. 2. 10. 6.

Quæstionem promulgare. Cic. in Vatinium, 20, Promulgarisne impurissime & perditissime hostis quæstionẽ de tot amplissimis & talibus viris, iudici Vectio p̃mia amplissima? Id est ad populũ tuleris rogationẽ Burdæus.

Rogationem promulgare. Quintil lib. 7. cap. 4. 16, Aut enim de iure dubitare potest eius, qui rogat, &c. aut de ipsius rogationis: quod est varium, siue non trino fortè nundino promulgata, siue non idoneo die. Cicero Attico, lib. 1. 8. 6.

Promulgãtus, pe. prod. Participium. vt Prælia promulgata Cic. pro Murena, 28, Etenim vt ait ingeniosus poeta, & author valde bonus, prælis promulgatis tollitur è medio non solùm illa vestra verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa illa domina rerum prudentia.

Remotos dies promulgata & cognita. Cicc. pro Flacco, 12.

Promulgata, proposita, in ærario cognita, agnoto. Cic. 3. de Legib. 16.

Promulgatio, Verbale. Cic. 3. de Legibus, 63, Deinde de promulgatione, de singulis rebus agendis, de priuatis, magistratibúsue audiendis. Idẽ ad Lentulum, lib. 1. 5. 3, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio. Illæ enim leges nulla promulgatione latæ sunt, antequam scriptæ. Cicero 2. Philip. 18.

Promulgatio trinundinum. Cic. 5. Philip. 169.

Promulsis, promulsidis, fœ. ge. (ὑδρόμελι,) Potio ex mulso condita. Cic. Papyrio Pæto, lib. 9. 16. 24, Ante meum adoeptum fama ad te de mea noua lætitia veniet: eam extimesces, neque est quòd in promulside spei ponas aliquid, quam totam sustuli. Solebam enim antea debilitari oleis & lucanicis tuis. Eidem, lib. 9. 10. 20, Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. At quem virum? non cum, quem tu es solitus promulside conficere. Integram famem ad ouũ affero, itaque vsque ad assum vitulinum opera perducitur.

Promuscis, promuscidis, fœ. gen. (προβοσκίς,) Manus siue proboscis elephantorum alias dicitur. Pli. lib. 8. cap. 7. 1, Promuscidem elephantorum facillimè amputari, Pyrrhi prælionum experimentis patuit. Vetus exemplar proboscidem legit.

Promus, Vide PROMO.

Pronecto, pronectis, pronexi & pronexui, pronexum, (κατασκάω,) pronectere. Statius 4. Sylu. 3. 30.

Vidi quam seriem morantis æui
Pronectant tibi candidæ sorores. Hoc est in longum tempus nectant.

Pronepos, pe. cor. pronepõtis, pen. prod. ma. ge. (πρόγονος,) Nepotis filius. Plin. in Paneg. 152, Primum vt illum nepotibus nostris ac proneporibus serues. Cic. 13. Philip. 154, Hęc si cogitas M. Lepide, M. Lepidi Pontificis Maximi fueris pronepos. Idem ad Atticũ, lib. 16, 338. 3, Quintus tui pronepos scribit ad patris mei nepotem. Et 3. Tuscul. 44, Iouis iste quidem pronepos.

Iouis pronepos, Aiax. Ouid. 13. Metam. 19.

Proneptis, huius proneptis, (πρόγονος,) Neptis filia.

Pronomen, pen. prod. pronõmnis, ne. gen. (ἀντωνυμία,) Pars est orationis Grãmaticis, dicta quòd vice nominis ponatur. Vt enim quum nomen ponimus, explicamus personam: sic ponendo pronomen, tacito nomine, vt quum dicimus, Hic legit, ille scribit. De hoc consule Priscianum, & alios grammaticos.

Pronuba, pronubæ, pe. cor. (πρόνυμφος, νυμφεύτρια,) Pronuba dicitur quæ in obsequio nubentis sunt, inquit Donatus, quæ nubentes domum mariti deducunt, ac comitantur. Pronuba dicitur, quæ nuptiis celebrãdis præest, & ea ex parte vxorisificat auspex ex parte viri. Iode pronuba Iuno dicitur, Virgilio 4. Aeneid. 33.

Flamma pronuba. Claud. 1. de rapta Proserp. 27,

Iam vicina toro, plenis adoleuerat annis
Virginitas: tenerum tam pronuba flamma pudorem
Sollicitat. Hoc est ingentus ardor quidã qui ætate matura virgines ad nuptias prouocat, aut certè connubii tempus, quippe nouam nuptam faces præibant.

Pronuntio, pronũtias, (ἐκφωνέω, ἐκφέρω,) pronuntiare, Est id quod vulgò memoriter recitare dicit. Plin. epist. 114. 9, Nam pronuntiat acriter, lapienter, apte, decenter. Et paulo post, Nam ante aliquot annos dum intentè, iustantérque pronuntiat sanguinem reiecit. Plinius anunculus lib. 7. cap. 48. 6, Luceia mima centum annis in scena pronuntiauit. Cic. ad Atticum, li. 13. 264. 3, Sæpe enim hic Spurius, qui nuper est * epistolas mihi pronuntiabat versiculis facetis, ad familiaris missas à Corintho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perperam pronuntiare, Vide PERPERAM.
Memoriter pronuntiare. Cic. 2. de Diuinat. 121, In quo nostra quædam Aratea memoriter à te pronuntiata sunt.
Memoriter pronuntiare multos versus. Cic. 2. de Diuinat. 11.
Ad comicum morẽ aliquid pronuntiare. Quintil. lib. 1. cap. 8. 3, Nec pro sopopœias, vt quibusdã placet, ad comicum morem pronũtiari velim.
Vno spiritu multos versus pronuntiare. Cic. 1. de Orat. 137.
Menedemus multa ex orationibus Demosthenis præclarè scripta pronuntians, docebat, &c. Cic. 1. de Orat. 44.
¶ Pronuntiare (inquit Budæus) verbũ est iuris in alio significatu, pro eo quod est Expresse & nominatim prædicere, præsarique ex bona fide in rebus contrahendis. Vlpianus in L. prima, De Aedilitio edicto, sæpe in ea significatione vtus est. & in L. Quòd si nolit, Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in venditione pronuntiare debent. Hoc Græci ἐκφωνῶν, dicunt. Vsus est & Scæuola in L. Qui libertatis. ff. de Euictionibus & Cicero 3. Offic. 86. Is igitur Cato iudex ita pronuntiauit, quum in vendendo rem eam scisset, & non pronuntiasset, emptori damnum præstari oportere. Hoc etiam nuncupari dicitur.
¶ Pronuntiare, Nominare. Liuius 4. bel. Pun. 123, Statutus est comitis dies: quo nec opinantibus omnibus, vnus ex vltima turba Epicidem nominauit: tum inde alius Hippocratem. Et paulo pòst, Prætores dissimulare primò & trahendam rem esse: postremò victi consensu, & seditionem metuentes, pronuntiant eos Prætores.
¶ Pronuntiatum & statutum (inquit Vlpianus in L. Pronuntiatum. ff. de Verb. signif.) idem dici potest: promiscuè enim & pronuntiasse, & statuisse solemus eos dicere qui ius habent cognoscendi.
Pronuntiare per præconem. Plin. de Viris illust. 51, Liberos etiam Græcos Nemeæ per præconem pronuntiat.
Pronuntiare sententiam. Cic. 2. de Finib. 63, Quam igitur pronuntiabit sententiam ratio? adhibita primùm diuinarum, humanarumque rerum scientia, quæ potest appellari rite sapientia. Cæsar 1. bel. Ciuil. 6, Lentulus sententiam Calidii pronuntiarum se omnino negauit. Ibidem, lib. 6. 160, Et de Acone, qui princeps eius consilii fuerat, grauiore sententia pronuntiata, more motorum supplicium sumpsit.
Pronuntiare de. Plin. epist. 15. lib. 3, Non temere iam nunc de vniuersitate pronuntio. Idem epist. 5. c, At ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronuntiatum est.
De se sententiam ferre, & iudicium pronuntiare. Cic. in Pisonem, 78.
Amplius pronuntiare, Vide AMPLIVS. Cic. 3. Verr. 17.
¶ Pronuntiare, Dicere. Plin. epist. 113. lib. 5, ad Macrum, Nec tamen adhuc possum pronuntiare, vtrum sit difficilius, capere aliquid, an scribere. Plin. anunculus lib. 9. cap. 35. 12, Iniecit alteri manum L. Plancus iudex sponsionis eius, cum quoque paranti simili modo absumere, vicíamque Antonium pronuntiauit homine irato. Id est declarauit.
Seorsum de re aliqua pronuntiare. Quintil. lib. 7. cap. 3. 16.
¶ Pronuntiare, Iudicare. Quintil. lib. 1, Sed ii qui sint, non cuiusuis est pronuntiare. Hæc Budæus. Cic. pro Roscio Amer. 76, Quæ enim mihi ipsi indigna & intolerabilia videntur, quæque ad omnes, nisi prouidemus, arbitror pertinere, ea pro meipso, ex animi mei sensu ac dolore pronuntio.
¶ Pronuntiare, Palàm & classico nuntiare. Curtius lib. 4, Imminensque Dario, iter ad Euphratem pronuntiauit.
Nomina victorum pronuntiare. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 31, Dicunt verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui quum cæteris coronas imposuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiauerunt, quum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent.
Pronuntiare prælium in posterum diem, Indicere. Liuius 4. bel. Pun. 63, Gracchus prælio in posterum diem pronuntiato, concionem dimisit.
De tribunali Prætor pronuntiat, siquis, &c. Cic. 4. Verr. 65.
¶ Pronuntiare, Palàm promittere. Cic. pro Cluentio, 61, Suppressam esse ab eo pecuniam quam pro reo pronuntiasset: qui erãt in concione non intelligebant. Hæc Budæus. Idem ad Atticum, lib. 1. 11. 22, Noui est in lege hoc, vt qui nummos in tribu pronuntiauerit, si non dederit, impune sit. Liuius 2. ab Vrbe, 88, Eadem Castori vouisse fertur, ac pronuntiasse militi præmia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset.
Pronuntiare aduersus aliquem. Plin. lib. 17. cap. 9. 6.
¶ Pronuntiatur, Impersonale. Plin. lib. 16. cap. 4. 3, Patriam ab eo coronari pronuntiatur.
Pronuntiatus, pen. prod. Participiũ, (ἐκφωνηθὲς,) vt Pronũtiata sentẽtia.
Versus pronuntiatus syllaba vna breuior aut longior. Cic. Partit. 31.
Pronuntiatum, pronuntiãti. penul. prod. Substantiuum, (ἀξίωμα,) Cic. 1. Tuscul. 23, Omne pronuntiatum (sic enim mihi in præsentia occurrit vt appellarem ἀξίωμα, vtar pòst alio, si inuenero melius) Id ergo est pronuntiatum quod est verum aut falsum.
Pronuntiãtus, huius pronuntiãtus, pen. prod. (ἐκφώνησις,) Pro ipsa pronuntiatione. Gellius lib. 4. cap. 17. Ratio in pronuntiatu manet.
Pronuntiatio, pronuntiationis, Verbale, (ἐκφώνησις, ἐκφορά,) Est vocis, & vultus, & gestus, moderatio cum venustate, inquit author ad Herennium, lib. 1. 3. Cic. 1. de Inuent. 13, Partes autem hæ sunt, quas plerique dixerunt, inuentio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Idem de Fato, 39, Quod quum ita sit, quid est quod non omnis pronuntiatio aut vera aut falsa sit? Idem 1. de Inuent. 14, Pronuntiatio est ex rerum & verborum dignitate, vocis & corporis moderatio.
Indecora vel voce, vel gestu pronuntiatio. Quintil. lib. 3. cap. 3. 2.
Quis enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest? Cic. 1. de Orat. 119.
Lex & pronuntiatio. Cic. pro Cluentio, 43, Lege & pronuntiatione nondum condẽnato, tantum Habitus Oppianicum reum statim non fecit.
Pronuntiãtor, pen. prod. Verbale, mascul. ge. (ἐκφωνητὴς,) Cic. de Claris Orat. 158, Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator syncerus & grandis etiam fuit.

Pronuper, penult. prod. Aduerbium, (πρωΐ,) Quasi dicas valde nuper. Plant. Trinum. 8. 20,
– qui sponsione pronuper tu exactus es
Pro illo adolescente.

Pronurus, huius prónurus, penult. corr. pronurui, fœm. gen. (πρόνυρος,) Nepotis vxor. Ouid. epist. 16. 42,
Pronurus & magni Laomedontis ero.

Pronus, Adiectiuum, (πρανὴς, κατωφερὴς, κατωκρημνὴς,) In anteriorem partem flexus. Ouid. 1. Metam. 18,
Pronaque quum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, &c. Ibidem lib. 9. 9,
– totoque ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Plin. epist. 101. d. lib. 5, Demissus inde pronusque puluinus, cui bestiarum effigies inuicem aduersa buxus inscripsit.
Supinus & Pronus, contraria. Plin. lib. 7. cap. 17, Virorum cadauera supina fluitare, fœminarum prona: velut pudori defunctarum parcente natura. Idem lib. 28. cap. 4. 20, Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus.
Pronus & Superus, contraria. Cic. 1. Tuscul. 67, Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt.
Proni decurrere monte parabant. Silius lib. 7. 44.
Pronus ad Meridiem locus. Varr. 3. de Re rust. cap. 16. 29, Reponendum in tecto loco, prono ad Meridiem, quammaximè tempestate bona. Vetus exemplar habet, loco, ac tepido: promum è die quàm &c.
Pronus soli, & ad solem. Colum. lib. 2. cap. 9, Campo patente, & ad solem prono, apricoque. Idem lib. 3. cap. 2, Aquiloni prona.
Pronus in ventrem. Varr. 2. de Re rust. cap. 7. 11, Quum iam ad manus accedere consueuerint, interdum his puerum imponere bis, aut ter pronum in ventrem.
Pronus bibis aquam. Martial. lib. 1. 88,
Et bibis immundam cum cane pronus aquam.
Autige pendent proni in verbera. Virg. 5. Aeneid. 30.
Mittere aliquem pronum. Catul. ad Coloniam, epig. 17. 5, Nunc eum volo de tuo ponte mittere pronum. Id est præcipitem dare de ponte.
In pronum iaculari, Vide IACVLOR.
¶ Pronus, Facilis. Plin in Paneg. 70, An prona, paruaque sunt ad æmulandum, quòd nemo incolumitatẽ turpitudine rependit? Idem epist. 165, Quibus video à meo, tuoque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus. Salust. in Iugurtha, ad finem, Vsque ad nostram memoriam Romani sic habuere: alia omnia virtuti suæ prona esse: cum Gallis pro salute, non pro gloria certari.
¶ Pronus, pro Vicino, sicut Altus, pro Longè posito aliquando ponitur. Virg. 5. Aeneid. 43, – ventisque vocatis
Prona petit maria. Id est litori vicina. Seruius.
¶ Pronus, per translationem, Inclinatus ad virtutes, vel ad vitia. Plin in Paneg. 138, Nihil est tam pronum ad simultates, quàm æmulatio, in suæ minis præsertim. Plinius anunculus lib. 14. cap. 22. 7, Ipsa inuenta ad merum pronior fuerat. De Tiberio.
Pronior huic rei, pro In hanc rem, apud Suetonium in Nerone, cap. 40, Cui spei pronior, Britannia Armeniaque amissa, ac rursus recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat. Idem in Galba, cap. 12, Item Germanorum cohortem à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam dissoluit, ac sine vllo cõmodo remisit in patriã, quasi Cn. Dolabellæ, iuxta cuius hortos tendebat, pronior. Hic autẽ refertur ad personã. dicit enim proniores Dolabellæ uisos fuisse milites. Id est, in eius honorem propensiores.
Honori alicuius pronior. Stat. 3. Sylu. 3. 31.
Proniores paci. Valer. lib. 7. cap. 3.
Pronus ad hæc, apud Suet. in Vitellio, cap. 7. & in superioribus exemplis.
Ad omne nefas pronus. Lucan. lib. 6. 30.
Proniores ad iracundiam. Plin. lib. 22. cap. 14. 5.
Pronus ad fidem. Liu. 1. bel. Pun. 102, Id vt rutius consilium ante rem foret, ita acta re ad fidem proniùs est. Id est magis credibile.
In aliquid pronior. Quintil. lib. 2. cap. 8. 8.
In bellum pronus. Lucanus lib. 1. 60.

In obsequium

In obsequium plus æquo pronus. Horat. 1. epist. 19. 2.
¶ Aer pronus. Ouid. 14. Metam. 165.
Aetas ad vitia maximè prona. Quintil. lib. 1. cap. 2. 2.
Et pronus faturæ lacibit agnus ouis. Ouid. 5. Fast. 99.
Atque illam in præceps prono rapit alueus amne. Virgil. 1. Georgi. 41,
Anni proni. Horat. in Arte, 13.
Aqua prona. Virgil. 8. Aeneid. 110.
Aures pronas accommodare. Claud. de bello Gildonico, 86.
Auribus pronis aliquid accipere. Tacit. lib. 17, Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur.
Aures superbæ, & offensioni proniores. Tacit. lib. 4.
Crateres proni, Euersi. Stat. 5. Thebaid. 51.
Currus proni. Stat. 10. Thebaid. 73.
Decursu prono agitur malum. Catull. ad Octalum, epig. 60. 5.
Dies prona. Stat. 1. Thebaid. 9.
Fides prona venit. Ouid. 3. de Arte, 134.
Iuuentus Satyrorum prona in venerem. Ouid. 1. Fast. 80.
Lapsus pronus. Claud. in Ruff. 1. 32.
Pronus lapsus fidei. Plin. lib. 5. cap. 1. 11, Quia dignitate indagare vera pigeat, ignorantiæ pudore mentiri non pigeat: haud alio fidei proniore lapsu, quàm vbi falsæ rei grauis author existit.
Largitor pronus. Claud. 7. Paneg. 14.
Manu prona fundere falerna. Tibull. lib. 3. eleg. 6. 1.
Mens prona in ferrum. Lucan. lib. 1. 92.
Menses proni voluere. Horat. 4. Carm. Ode 6. 8.
Motus corporis pronus, obliquus, supinus. Cic. 1. de Diuin. 196.
Sententia prona. Valer. 8. Argon. 68.
Via prona. Ouid. 2. Metam. 14.
Pronitas, pe. cor. (τὸ πρανὲς) Senec. in Præfat. declam. Nescio qua iniquitate & ad malam pronitate naturæ eloquentia se retrotulerit.

Prooeconomia, præconomiæ, (προοικονομία) Figura: de qua
– & libyæ defixit lamina regnis. Pulchra prooeconomia, id est dispositio carminis. Vituperabile enim fuerat si ex abrupto trãsitum facerets quod lib. 9. Aeneid. 1, fecit, Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur. quæ res tamen excusatur vno sermone, Atque ea, id est eodem tẽpore quod solum est interpositum. Nunc verò bene transit, quia inducit Iouem & de rebus humanis cogitantem, & Africam respicientem, ad quam venere Troiani. Hactenus Seruius. Rursus Virgil. 2. Aeneid. 60, Diuersò interea miscentur mœnia luctu. Vbi Seruius, Hæc est prooeconomia. ait enim Aeneã non fuisse proditorem: sed propter longinquitatem domus & tarda bella cognouisse, & facilius euitasse discrimẽ.

Prooemium, ῥήτιον vel exordium, siue præfatio. Dictò prooemiũ, quòd ὅιμα cantus dicitur: compositióque ex πρὸ, id est ante: & ὅιμα cantus, quasi ante cantum. Nam sicut citharœdi pauca illa quæ antequam legitimũ carmen incipiant, concendi fauoris gratia canunt, proœmium cognominauere: sic oratores ea quę priusquam causam exordiantur, ad conciliandos iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione signarunt. Sunt tamẽ qui Prohœmium appellatum velint, quod Græci ὁίμον viam nominant: quòd prohœmium ante rei ingressum ponatur. atque ideo scribendum cum h putant. Cice. ad Atticum, lib. 16. ἐπ. 22, De gloria librum ad te misi, & in eo prooemium id est quod in Academico tertio. id euẽnit ob eam rem, quòd habeo volumen prooemiorum ex eo eligere soleo, quum aliquod σύγγραμμα instituo.
Libera prooemia. Quint. lib. 3. cap. 8. 6, In demonstratiuis verò prooemia esse maximè libera existimat de Aristotele.
Vitiosum prooemium. Quintil. lib. 4. cap. 1. 43.
Dicere prooemium. Quintil. lib. 1. cap. 20. 8, Ac prooemium aliquando, & narrationem dicit malus homo, & argumenta.
Longo & alètè petito prooemio respondere. Cic. pro Cluentio, 44.
Scribere prooemium. Quintil. lib. 3. cap. 9. 6.
In singulis libris vtor prooemiis. Cic. Attico, lib. 4. 85. 3.
Prooemia philosophiæ. Cic. 1. Acad. 13, In iis ipsis antiquitatum prooemiis philosophiæ scribere voluimus.
Habes prooemium legis hoc. Cic. 1. de Legib. 18.
Affictam prooemium citharœdi. Cic. 1. de Orat. 177.
Rixæ prooemia. Iuuenalis Saty. 3. 28.
Prooemium mercenarium. Cice. 3. Verr. 77, Itaque quum à te caput illud tam multis verbis mercenario prooemio esset ornatum, ecquis est iouetus postea Prætor qui illud idem ediceret?
Prooemior, prooemiãris, (προοιμιάζομαι,) prooemiari, Exordiri. Plin. epist. 27 2, Prooemiatur aptè, narrat apertè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelsè. Postrèmò docet, delectat, afficit.

Propago, propaginis, fe. g. (ἀπογονὴ, πυθμὴν, παλάφυλος, ἀπαλόξυξ, ἀποβόλαξ.) Vitis vetula, & suppressa, vt ex vna plures fiant: dicta quòd porrò pangatur, id est longè figatur. Virg. 2. Georg. 6, – pressos propaginis arcus. Et prima producitur. Cice. de Senectute, 48, Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines. Plin. lib. 14. cap. 1. 2, Vis Vitium omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in propagines.
Vites melius respondent propagine. Virgil. 2. Georg. 13.
Vitium propago. Horat. Epod. 2. 2.
¶ Propago, Genus. Virgil. 12. Aeneid. 166, Si Romana potens Itala virtute propago.
Author propaginis. Ouid. 3. Fast. 32.
Auidissima cædis propago. Ouid. 1. Metam. 16.
Blanda propago catulorum. Lucret. lib. 4. 202.
Clara propago. Lucret. lib. 1. 9.
Versuta propago, Autolycus. Ouid. 11. Metam. 63.
Propago priore, nunc corre. nunc produc. In vtraque enim significatione credendum est nunc produci, nunc corripi, nam in posteriore primam produxit Lucretius lib. 5. 170, Vt propagando possit producere sæcla. Quanus in priore significatu neminem sciam ex antiquis qui contraxerit, Sunt autem qui putant, Probi authoritatem secuti, in nominatiuo primam corripi, in ablatiuo produci.
Propages (inquit Nonius) est series & affixio continua, vel longè diuisa. Pages enim compactio. vnde Compages: & Propagare genus, id est, longè mittere. Pacuuius, Saluete gemina mea propages sanguinis. Ennius, Vnde floreat fructus, vitæque propaginem.
Propago librorum. Plin. lib. 7. cap. 14. 1, Qua de causa aliorum eius librorum propago, Liciniani sunt cognominati.
Propãgo, propagas, penul. prod. (κατατίθημι,) propagare, Vitem vetustam supprimere, vt ex ea vna plures fiant. Cice. de Senect. 49, Adimit culorum ordines, capitum coniugatio, & religatio propagatio vitium, sarmentorũmque ea quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum immissio. Cato cap. 32, Vitis propages in sulcos.
¶ Propagare, per translationem, ponitur pro Extendere, & dilatare. Cice. 7. Verr. 141, Quum ipse sui generis initium ac nominis abiecerit, & propagari vellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias. Idem de Prouinc. Consul. 14, Itaque hoc tempore amallo, amici integer vobis expectandus. quo interfecto ciuium calamitas, sociorum ærumna, scelerati ssimorum hominum impunitas propagatur.
Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. Cicero pro Sestio, 88.
Arbitria propagare. Paulus de Arbitris, vocat quando arbiter pronuntiat ad alium arbitrum rem reiiciendam, Budæus.
Ex quibus plara bona propagentur. Cic. in Topicis, 36.
Commeatum propagare, Producere & proferre. Suet. in Caligu. cap. 29. Prætorium virum ex secessu Anticyræ, quam valetudinis causa petierat, propagari sibi commeatum sæpius desyderantem quum mandasset interimi, adiecit necessariam esse sanguinis emissionem.
Animantum genus propagare. Lucret. lib 1. 59.
Imperium in annum propagare. Liuius lib. 3. bel. Puni. 117, C. Terentio COV. propagari in annum imperium neque de eo exercitu, quem ad Præsidium Apuliæ haberet, quicquam minui. Legendum ex vetusto codice Prorogari.
Laudem propagare ad sempiternam memoriam. Cice. pro Domo sua, 68. Tamen huius viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagauit.
Prolem propagare. Lucret. lib. 2. 199.
Radices agere & propagari. Cic. 2. Offi. 61, Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.
Religionem propagare. Cic. 1. de Diuinat. 221.
Secla propagare. Lucret. lib. 1. 4.
Stirpem propagare in propè quingentesimum annum. Cic. 1. Philip. 9.
Tempora propagare. Cic. in Catil. 32, Quos si meus Consulatus, quoniã sanare non potest, sustulerit non breue nescio quod tempus, sed multa secula propagarit Reipub.
Vrbis terminos propagare. Tacitus lib. 12.
Vitam propagare. Cic. 5. de Finib. 56, Qui quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum. Idem 1. de Inuen. 3, Nam fuit quoddam tempus quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant.
¶ Procudere secla propagando. Lucret. lib. 5. 170.
Propagandus, Particip. vt Soboles propaganda. Cic. pro Marcel. 14.
Religio propaganda quæ est iuncta cum cognatione naturæ. Cicero 2. de Diuinat. 221.
Propagãtus, pe. prod. Aliud participium vt Memoria Cõsulatus mei propagata. Cic. 4. in Catil. 70.
Verissimè memoriam propagata, fabulæ similia existimare. Cice. ad Octauium, 11.
Propagatio, Verbale. (κατάκοψις,) Columel. de Arboribus, cap. 7. 1, Propagationum genera tria sunt in vsu maximè.
Vitium propagatio, Cice. de Senect. 49.
Finium imperii propagatio. Cic. de Prouinc. Consul. 23.
Vita in qua nihil inest nisi propagatio miserrimi temporis. Cice. Luccio, lib. 5. 15. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propagatio & soboles. Cic. 1. Offic. 80, Quæ propagatio & soboles, origo est Rerumpub.
Propagatio nominis. Cic. 1. Tuscul. 50.
Propagátor, pen. prod. Aliud verbale, m.g. Cic. ad Atticum, lib. 8. 147. 4, Ille restituendi mei quàm retinendi studiosior, ille prouinciæ propagator, ille absentis in omnibus adiutor. De Pompeio.

Propalam, pen. corr. Aduerbium, (ἀποκεφαλισμένως,) Id est clarè, apertè, & in propatulo. Plaut. Epid. 2. 10, – minus Iam furtificus sum quàm antehac. B. quid ita? T. quid ita? rapio propalam. Idem Persa, 1. 2. 39, Iam hic faxo aderit. T. at ne propalam. Cic. 1. de Orat. 78, Non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis, & signis propalam collocatis. Liuius 4. bel. Maced. 135, Hæc propalam dicebat. illa tacita suberat cura, ne nouus Consul Græciam prouinciam sortiretur. Idem 3. ab Vrbe, 144, Propalam obuiam ire cupiditati parum ausi, obscurandando mollire impetum aggrediuntur.
Ponere libellos propalam. Tacit. lib. 4, Mox positis propalam libellis ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus & ferocia seruitia.
Respondere propalam. Tacit. lib. 12.

Propatruus, pen. corr. propátrui, (πρόπατρεῶς,) Maximus patruus, frater proaui.

Propatulus, Adiectiuum, (προφανής,) Latè patens, atque apertum, quasi porrò patulum. Cic. 6. Verr. 98, Ac tamen eo contentus non fuit, ante ædem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt, Cereris vnum, alterum Triptolemi, & pulcherrima, & perampla.
In propatulo, Aduerbialis formula, pro Palàm. Colum. lib. 12. in Proœm. 2, Quum victus & cultus humanus non vti feris in propatulo, ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat.
In propatulo habere. Salustius, Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

Prope, Præpositio, (ἄγχι, ἄγχου, ἄγχοθι, ἐγγύς, σωὴγγυς,) accusatiuo casui seruiés, significat iuxta. Plaut. Rud. Prope me hic nescio quis loquitur. Curtius, Quò prope id oppidũ copias cõstituissent. Vbi non modò prope me, sed planè mecum habitares. Cicero Gallo, lib. 7. 24. 14.
Prope metum. Liuius 1. ab Vrbe, 106, Eò maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.
Cubat is prope Cæsaris hortos. Horat. 1. Serm. saty. 9. 4.
Prope montes consistere. Liuius 1. ab Vrbe, 116.
Quum plebs prope ripam Anienis ad III milliarium consedisset. Cic. de Claris Orat. 16.
Prope seditionem ventum. Tacit. lib. 19.
Bellum prope à Sicilia. Cic. 7. Verr. 5, At quum in Italia bellum tam prope à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit? Plin. lib. 15. cap. 18. 7, Tam prope à muris habemus hostem. Hoc est, muris nostris tam propinquum.
Prope ab. Plin. lib. 4. cap. 4. 3, Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ prætexta: tam prope ab origine rerum sumus. Hoc est tam sumus propinqui post rerum originem. Colum. lib. 1. cap. 6, Omnes tamen quam proxime alter ab altero debent habitare, nec villici diuersas partes circumeuntis sedulitas distendatur, & vt inter se diligentiæ & negligentiæ cuiusque testes sint.
Prope ab domo. Cic. 4. Verr. 5, Quod commodum non mediocre Pop. Romano est, tantum ciuium Rom. numerum, tam prope ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri. Idem in Pisonem, 20, Prope à meis ædibus, &c. sedebas.
Ab exule prope esse. Vide A vel A B præpositiones.
Prope ab incesto. Quintil. in Infami in matrem, 1, Dii deæque malè perdant tam impudentes sobcitudines, tam nefarios metus. Prope est ab incesto, timere ne fiat. Malo simplicitatẽ, quæ non vereatur infamiam.
Propè, (πλησίον, πλησίᾳ, πέλας,) sine casu, Est aduerbium idem significans. Plaut. Casin. 16. 55, Nemo audet propè accedere. Idem Bacchid. 17. 4. Quis hic loquitur propè? Terent. Adelph. 4. 1. 8,
Et illud rus nulla alia causa tam malè odi, nisi quia Propè est.
Propè adest quum. Terent. And. 1. 1. 125, Propè adest, quum alieno more viuendum est mihi. Sub. tempus.
Propè adest vt. Plaut. Aulul. 8. 9, Nam probrum atque partitudo propè adest vt fiat palàm.
Tu aduentare ac propè adesse iam debes. Cic. Attico, lib. 4. 85. 19.
Propè aduentat. Plaut. Trucul. 8. 35, – mater Ancillas iubet, quoniam iam decimus mensis aduentat propè,
Aliam alio sum ire.
Alterius gladium propè appositum è vagina eduxit. Cic. 2. de Inuent. 131.
Propè intueri, & Procul spectare, contraria. Cic. de Senect. 44.
Volebam propè alicubi esses. Cic. Varroni, lib. 9. 7. 1.
Propè est quando. Plaut. Menæch. 21. 19, Propè est quãdo herus qui quod faciam, pretium exoluet mihi. Hoc est, appropinquat tempus.
Propè est vt. Senec. epist. 121, Multos dixi: propè est vt omnes sint. Id est parum abest quin omnes sint.
¶ Propè, Quasi, ferè. Plaut. Bacchid. 23. 38,
– etsi iam ego ipse quid fiet, propè
Scire puto me. Terent. Heaut. 1. 1. 46,
Eius filiam ille amare cœpit perditè
Propè iam vt pro vxore haberet. Et paulo pòst, Amicam vt habeat propè iam in vxoris loco? Plinius, Et in foribus templi propè collapsus apparet. Cic. 3. Verr. 101, Excludit eum solum, cui propè dicam soli potestatem factam esse oportebat.
Annos propè quinquaginta continuos. Cic. 7. Verr. 24.
Iam tu potes discedere liberatus molestia propè dicam nõ minore, quàm Quintius. Cic. pro Quintio, 24. Idem pro Plancio, 16, Quorum honoribus agri, propè dicam ipsi montes fauerunt.
Propè desperatis rebus. Cic. Curio, lib. 7. 29. 2.
Propè diuinitus. Cic. 2. Verr. 1, Id non humano consilio, sed propè diuinitus datum atque oblatum vobis summo Reip. tempore videtur.
Propè nouum genus dicendi. Cic. pro Archia, 2.
Propè singularis. Cice. 4. Acad. 139, Omitto per ipsum Aristotelem meo iudicio in philosophia propè singularem.
Sapientia præditus propè singulari. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 2.
Propè solus. Cic. 4. Verr. 114, Itaque quum Rhodii bellum illud propè soli superius cum Mithridate rege gesserint, &c.
Funeratus propè ictu arboris. Horat. 3. Carm. ode 8. 2.
Propè est factum vt iniussu Prætoris signis conuulsis in aciem exirent. Liuius 5. bel. Pun. 112.
Iam prope erat vt sinistrum cornu pelleretur Romanis, ni septima legio successisset. Liuius 10. bel. Maced. 129. Et lib. 2. ab Vrbe, 100.
Propior, & hoc propius, huius propiòris, pen. prod. Comparatiuum, (ἐγγύτερος,) Plaut. Trinum. 17. 30, – hunc priorem
Aequo'st me habere. tunica propior pallio est. Terent. Heaut. 5. 2. 34,
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior esset te, indulgebant. Cic. 1. Tuscul. 190, Veniunt inde ad propiora.
Funeri propior. Horat. 3. Carm. ode 15. 1, de sene paupere,
Maturo propior desine funeri
Inter ludere virgines.
Gradu sanguinis propior. Ouid. epist. 3. 6.
Tibi propior me nemo est. Cic. pro Quintio, 65.
Propior vero. Liuius 3. bel. Pun. 49, Fama tenuit, quæ propior vero est, haud plus fuisse modio.
Quod propius vero est, per parenthesin. Liuius 4. ab Vrbe, 159, Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) à Campestri agro appellatam. Tacit. lib. 1. Id est magis ad veritatem accedens.
Propius fidem est. Liuius 2. ab Vrbe, 178, Inuenio apud quosdam idque propius fidem est, à Quæstoribus, &c.
A laude propius esse. Vide A vel A B præpositiones.
Propius nihil factum, quàm. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 24, Propius nihil est factum, quàm vt occideretur. Hoc est parum abfuit. Idem 7. Verr. 74, Neque quicquam propius est factum, quàm vt illud Vticense exẽplum de Adriano transferretur Syracusas. Et ad Atticum, lib. 10. 196. 11, Eius interitu finem illi fore, propius factum esse nihil.
Vocari ad propiora. Ouid. 6. Fast. 17.
¶ Cura propior deam angit. Ouid. 13. Metam. 117.
Exemplo tangi non propiore potes. Ouid. epist. 15. 66.
Fides ad fallendum propior. Tacit. lib. 18, Vnde illi super similitudinem oris propior ad fallendum fides.
Mors propior venit. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 9.
Omnia sua sibi propiora esse pericula quàm aliena. Cic. pro Sestio, 33.
Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. Cicero de Claris Orat. 176.
Nos autem alium portum propiorem huic ætati habebamus. Cic. Attico, lib. 14. 317. 2.
Res virtuti propiores. Cic. 2. Offic. 30.
Aetas aliquem insequitur propioribus spatiis. Virg. 9. Aeneid. 56.
Propius, Comparatiuum aduerbium, (ἐγγύτερον, ἐγγυτέρω, πλησιέστερον, ἐγγυτέρω,) quod barbaris dicitur Magis iuxta, vel De prope. Plaut. Mercat. 15. 9, Accedam propius. Terent. Adelph. 3. 2. 11, Propius obsecro accedamus. Ibidem, 4. 2. 42, Sanè hûc multò propius ibis. Plaut. Bacchid. 15. 74, Cedo manum, ac subsequere propius me ad fores.
Propius vrbem. Cic. 6. Philip. 208, Dum ne propius vrbem Romam CC mil. admoueret. Ibidem, 7. 233, Nec propius vrbem millia passuum decenta admouerit. Liuius, Castra propius hostem mouit.
¶ Abesse propius ab ortu & diuina progenie. Cic. 1. Tuscul. 43.
Abesse propius mortem, Vide A B S V M.
Accedere propius. Ouid. 1. Metam. 9.
Itineribus nocturnis propius aliquem accedere. Cic. Attico, lib. 11. 221. 3.
Propius accedere. Cic. 4. de Finib. 41, Sed vt propius ad ea Cato accedam quæ à te dicta sunt, pressius agamus, eaque quæ modò dixisti, &c.
Accedere propius ad sensum alicuius. Cic. in Partit. 68.
Ad similitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus, quàm figura. Cic. 1. de Nat. deorum, 134.

Aspicere res alicuius propius. Virg. 1. Aeneid. 107.
Stellę aliæ propius à terris, alię remotius, ab eisdem principiis, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt. Cic. 1. de Natu. deorum. 119.
Consistere propius. Ouid. 3. de Arte, 93.
Fert animus propius consistere, supprime habenas Mula.
Cur castra longius aduersariorum castris, & propius vrbem mouentur? Cic. in epistola ad Octauium, 9.
Propius petas licebit, quod peris. Martial. lib. 1. 88.
Propius ab aliquo loco stare. Seneca epist. 121, Quotidie enim propius ab vltimo stamus. Eadem est constructio & epist. 109.
Quò propius nunc es, flamma propiore calesco. Ouid. epist. 17. 36.
Vt propius ventum est. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 9.
Proximus, pen. cor. Superlatiuum, (ἐγγύς κατ' ἐξ,) Terent. Eunuc. 2. 3. 40.
Proximæ fundo ædes. Terent. Heaut. 4. 4. 10,
-audistin' homo iste modò quam villam demonstrauit,
Charinis? P. audiui. B. proximam esse huic fundo ad dexteram? P.
Sedere proximam ad aliquem. Ouid. 1. de Arte, 28, Proximus ad dominã nullo prohibente sedeto
In proximum annum transferre. Cic. pro Milone, 18, Clodius reliquit annum suum, sesque in proximum transtulit.
Mare dissimile proximo ei continenti. Cic. 4. Acad. 289.
Cura proxima. Ouid. 2. de Arte, 150.
Primo & proximo die. Cic. 4. Tusc. 105.
Proximis superioribus diebus. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 77.
Proximus huic labor est, placidam exorare puellam. Ouid. 1. de Art. 8.
Proximis mensibus. Terent. Eunucho, 2. 3, 40,
Illum liquet mihi deierare his mensibus
Sex vel septem proxìmum nõ vidisse proximis. Id est præteritis, inquit Donatus. Proxima enim nobis, aut præterita, aut præsentia sunt. Apd Plautum in Pseud. 3. 57, Proxima Dionysia.
Quid proxima, quid superiore nocte egeris. Cice. 1. Philip. 1.
Hunc proximo seculo Themistocles insecutus est. Cice. de Cla. Orat. 10.
In proximum Senatum differre. Vide IN præpositionem.
Proximus vicinus. Plaut. Merc. Tuus amicus & sodalis, simul vicinus proximus. Terent. Hecyra, Despondent ei gnatam huius vicini proximi. Cice. Attico, lib. 2. 19. 2, C. Arrius proximus est vicinus, imò ille quidem iam contubernalis.
¶ Proximus, superior, primus: In his tribus est obseruatio digna scitu, de rebus ordine relatis ad tria tempora præterita, tetro tamen numerando. Cic. pro Archia, 8, Est enim obscurum proximis Censoribus, huic cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem Quæstore fuisse in Asia: primis Iulio & Crasso nõ quidem populi partem esse censam.
Optimus, proximus, tertius. Plin. lib. 12. cap. 13. 1, Asarum optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico.
Proximus, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico.
Proximus, sed longo interuallo proximus. Cicero de Clari. Orator. 89, Duobus igitur summis Crasso & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo, tamen proximus.
¶ Proximus, secundo loco positum, Cic. 2. de Inuen. 250, Sũma necessitudo honestatis, huic proxima iucunditatis, tertia & leuissima cõmoditatis.
¶ Proximus ante. Cic. de Senectute, 28, Tunc hic frater suo Censore, qui proximus ante me fuerat.
Proximus à postremo. Cic. in Orat. 126.
Proximus ab eo. Quintil. lib. 3. cap. 10. circa finem.
Ab aliquo proximus. Quintil. lib. 1. ca. 8. 43, Nunque Aristoteles idoneã maximè ad scribendum demonstrauiam, proximàmque ab ea iudicium putauit.
Proxima ab Aegypto Campania est copia rosæ. Plin. lib. 13. cap. 3. 5. In veteri codice non legitur proxima.
Proximus à vino somnus. Plin. lib. 10. cap. 75. 3, Somnia à vino & à cibis proxima, atque in redormitione vana esse visa, propè conuenit.
Proximus post. Cic. 1. Offic. 153, Qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit.
Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, siquis, &c. Cic. 2. Offic. 60.
De proximo, Vide D B præpositionem.
Amore tibi proximus. Cic. ad Atti. lib. 1. 14. 2, Et primùm tibi (vt æquum est sciui amanti patriam, quæ sunt in Rep. exponam. Deinde quoniam tibi amore nos proximi sumus, scribemus etiam de nobis, &c.
Eques dignitate Senatori proximus. Cic. pro Cluentio, 122.
Genere mihi proximus. Terent. Adelph. 4. 5. 17. Et Phorm. 1. 2. 75,
Lex est vt orbæ qui sint genere proximi, Eis nubant.
Proximum vino gustu semen. Plin. lib. 12. cap. 15. 3.
Interuallo longo proximus. Virg. 5, Aeneid. 64.
Tiulis proximus. Ouid. 4. Fast. 9. – subit Alba Latinum.
Proximus est titulis Epytus Alba tuis.
Vbi longo alicui proximus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 11.
¶ Proximus optimis. Plaut. Trin. 8. 67, – cogites,
Id optimum esse, tute vt sis optimus: si id nequiueris, saltem vt
Optimis sis proximus. Id est, Non discedas ab eis.
Optimis proximum numerari. Cic. de Claris Orat. 116.
Carmina proxima Phœbi versibus. Virg. 7. eclog. 5.
Laudem Planco proximam consecutus es. Cic. Furnio, lib. 10. 25. 3.
Vero proximum. Horat. in Arte, 69,
Ficta voluptatis causa sint proxima veris.
Veritati proximum. Quintil. lib. 2. cap. 10. 2, Veritati proximam imaginem reddit. De ratione declamandi.
¶ Habere aliquem proximum. Cic. Attico, lib. 1. 1. 7, Dies nullus ferè est, quin hic Satyrus domum meam ventiret: obseruat L. Domitium maximè, me habet proximum.
Id habendum est Deo proximum, quod est optimum. Cic. 2. de Legib. 65.
Qua cuique proximũ erat. Liu. 10. bel. Pun. 22, Omnibus portis qua cuique proximum erat, ea modò quæ restinguendo igni forent, portantes, in agmen Romanum ruebant.
¶ Inferioris ætatis proximus. Cice. de Claris Orat. 121.
Seruorum proximi. Tacit. lib. 15, Respergens proximos seruorum. Pro, seruos proximos.
¶ Proximus mihi sum. Terent. And. 4. 1. 12, Proximus sum egomet mihi. Apud Plautum in Trin. 14. 49, Proximum id tergo meo est.
¶ Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. Cice. Q. fratri, lib. 1. 4. 1.
¶ Proximus te sum, apud Plautum in Pœn. 17. 1. Cice. Atti. lib. 1. 9. 4, Proximus Pompeium sedebam.
¶ Proximũ, Substãtiuũ. Terent. Eunuc. 3. 5. 53, Eamus ad metibi, pximũ est vbi mutes. Hoc est, Nullus est ppior locus, vbi possis mutare vestẽ.
In proximo, Non procul hinc. Cic. Tironi, lib. 16. 121. 10, Ego huic locũ in proximo conduxi.
¶ Proximus, Maximè propitius aliquando dicitur. Martialis. Nec propior quem Phœbus amet.
¶ Proximiorem, comparatiuum vsurpat Seneca epist. 109, Ita tamen vt modum seruem, & quidem continentiæ proximiorem.
Proxime, pen. cor. (ἐγγυς κάτω, ἄγχιστα,) Superlatiuum aduerbium. Plin. epist. 78. a, Proxime quum in patria mea fui, venit ad me, &c.
Literæ, quas à te proxime accepi. Cic. Luceio, lib. 5. 15. 1.
Is quem proxime nominaui. Cic. 1. de Natu. deorum, 54.
Eique proxime adiunctus Drusus fuit. Cic. de Claris Orat. 56.
Habere exercitum quàm proxime hostem. Cic. Attico, lib. 6. 116. 5.
Proxime ianuam, Romam, &c. Vatro de Re rustica, Villici proxime ianuam cellam esse oportet. Cice. Metello, lib. 5. 2. 12. Tu ipse velim iudices, satisne videatur his omnibus rebus tuus aduentus, quum proxime Romam venisti, mutuo respondisse. Idem Attico, lib. 6. 116. 5, Tamen esse officium meum putaui, exercitum habere quàm proximè hostem, Et 10. Philipp. 287, Operam det, vt cum suis copiis quàm proxime Italiam sit. Sic ad Atticum, lib. 3. 54. 3, Quare nihil esset necesse quàm proxime Italiam esse.
Ego huic tuę virtuti proxime accedo. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 7.
Proxime morem. Liu. 4. bel. Pun. 219. Ordinatosque proxime moré Romanã instruendo, & decurrẽdo signa sequi, & seruare ordines docuit.
Proxime à. Cice 4. Acade. 33, Cuius primò non admodum probata ratio (quanquam floruit tum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi) proxime à Lacyde solo retenta est: post autem, &c.
Proxime atque. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 18. 4, Non possum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æquè laborare.
Proxime autem & secundum deos homines hominibus maxime vtiles esse possunt. Cic. 2, Offic. 15.
Proxime accedere ad verum. Cic. 4. Acad. 88, Quę autem planè proxime ad verum accedunt, efficere non possit. Ibidem, 16, Quod aut verum sit, aut ad id quàm proxime accedat.
Proxime, mox, tertio. Plin. lib. 11. cap. 12. 3, In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Criticum.
¶ Proxime. Quintil. lib. 6, Et vt proxime vtriusque differentiam signem: illud comœdiæ, hoc tragœdiæ simile. Id est, vt quantum prope fieri potest, accedam ad vtriusque differentiam.
Proximitas, pen. cor. proximitátis. (ἐγγυτάτω, ἐγγυτάτω,) Primus cognationis gradus, vt nonnulli volunt. Quintil. lib. 3. cap. 6. 67, Quod accidit etiam si de vna re quærantur aliqua, sed eã plures petant, vel eodem iure, vel proximitatis, vel diuersorum quum hic testamento, ille proximitate nitatur. Ouid. 2. de Arte, 133, Et lateat vitium proximitate boni.
Méque ream nimiæ proximitatis agi. Ouid. de Nuce, 12.
Damno est ipsa proximitas. Ouid. 10. Metam. 67.
Requirere proximitatem, aut primum hæredem. Ouid. 13. Met. 31.
Proximo, proximas, pen. cor. (ἐγγυτάτω,) proximare, Proximum esse. Cice. 2. de Natu. deor. 165, Capiti autem equi proximat Aquarii dextra, totisque deinceps Aquarius.
Solinus cap. 70, nõ procul à fine, Tertia huic proximat eodem nomine. Idem cap. 65, Iudo flumini proximantes, versa ad Meridiem plaga vltra alios torrentur calore. Et cap. 62, Et proximat Margiana regio. Proximant ad hos Geloni. Solin. cap. 25. Hoc est, his proximi sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propecto, propectis, propexui, vel propexi, vel propectiui, propextum, (κατατείνω,) propectere, In longum pectere.
Propexus, Nomen ex participio, (κατάπικτος,) vt Propexa barba. Ouid.1.Fast.52,
Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.
Barba propexa in pectore. Virg.10.Aeneid.166.
Canities mento propexa. Stat.1.Thebaid.20.
Crinis propexus ac rutilatus. Tacit.lib.20.

Propediem, Adaerbium temporis, (ἐν βραχεῖ, ὀλίγου χρόνου,) Breui: quasi prope sit dies quando aliquid futurum sit. Plaut. Asin.14.8,
Iam quidem hercle ad illam hinc ibo, quam tu propediem
(Nisi quidè illa ante occupasit te) effliges scio. Terent. Heaut.1.1.108,
- at porrò rectè spero illum tibi
Salium affuturum esse hîc confido propediem. Ibidem,4.8.18,
- næ tu propediem
(Vt istam rem video) istius obstaturabere. Linius 10.bel.Pun.28,
Et Asdrubalem propediem affore. Cic.3.Offic.166, Tum & præsens tecum propediem (vt spero) & dum aberis, præsens loquar. Idem 1.de Diuin.86, Optime, inquit, propediem te videbo. Et Attico, lib.6.113. 10, Ergo, vt spero, propediem te videbo. Idem eidem, lib.2.16.18, Prognostica nostra propediem expecta.

Propello, propellis, propuli, pen.corr. propulsum, (ἀπωθέω, ἠλαύνω, ἀπουσφίω,) propellere, Longè pellere, procul amouere. Plin.lib.9.cap.6.3, Dum saginam persequitur, in litus fluctibus propulsa, &c.
Propellere à. Liuius 7.ab Vrbe, 106, Propulistis à castris, supina valle precipites egistis. &c.
Agmina voce propellere. Silius lib.7.107.
Amnem cædibus propellere. Stat.1.Thebaid.10.
Classem propellere. Lucan.lib.3.1.
Hastam vicinam metæ propellere. Silius lib.16.114.
Impetum inimicorum propellere. Cic. Antequàm iret in exilium, 1.
Inimicos propellere. Cæsar 5.bel.Gal.167, Vareus gladio cominus rem gerit, atque vno interfecto, reliquos paulum propellit.
Iniurias hominum propellere. Colum lib.7.cap.12.2, At alterum propellendis iniuriis hominum ac ferarum, &c.
Anima propellit membra. Lucret.lib.3.33.
Pactione propellere. Salust. in Catilinam, Collegam suum Antonium pactione prouinciæ propulerat, ne contra Rempublicam dissentiret. Alii legunt perpulerat.
Pecus pastum propellere. Liuius 5.bel.Pun.40, Pecora Carthaginiensium quæ pastum propulsa essent, ad vrbem agere.
Orationem alicuius propellere remis. Translatione sumpta à nauigantibus, qui remis vndas propellunt. Cic.4. Tuscul.16, Quærebam igitur vtrum panderem vela orationis statim, an eam antè paululum dialecticorum remis propellerem.
Periculum propellere, Fugare. Cic pro Fonteio, 3, Qui Gallicorum bellorum pericula Populo Romano copiis armisque propulsarunt. Hoc est à Rom. Populo. Liu.10.bel.Maced.46, Periculum vitę propellere à me potes, puniendo eos qui ad me interficiendum ferrum sumpserunt.
¶ Propellere, Vltra ducere. Colum.lib.2.cap.2.15, Quum ventum erit ad versuram, in priorem partem iugum propellat.
Propulsus, Partic. (πρόωθεις,) vt Flumina appulsa cruore. Lucan.li.7.160.
Propulsus, huius propulsus, Verbale, (πρόωσις,) Seneca 6.Natu. quæst. Ventum propulsu suo concitare.
Propulso, propulsas, (ἀπωθέω,) propulsare, Frequentatiuum. Cic.5.de Finib.42, Cœptatque & ea quæ naturæ sentit apta, appetere: & propulsare contraria. Colum.lib.6.cap.5, Euincendi sunt autem, quanuis pestiferi morbi, & exquisitis remediis propulsandi. Terent. And.2.3.21, Nam quod tu speres, propulsabo facile.
Bellum mœnibus propulsare. Liuius 1.ab Vrbe, 9. Tamen quum mœnibus bellum propulsare posset, in aciem copias eduxit.
Frigus, famem, & similia propulsare. Cic.4.de Finib.113.
Hostem propulsare. Cæsar 1.bel.Gal.214, Duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere instituit. Stat.11.Thebaid.52.
Propulsare, ac propellere impetum inimicorum. Cice. Antequam iret in exilium, 1, Siquando inimicorum impetum propulsare ac propellere cupitis, defendite nunc vniuersi vnum.
Iniurias propulsare. Cæsar 6.bel.Gal.61, Ipsi iniurias inferrent, antè illatas propulsarent. Sic Cic.1.Offic.35.
Periculum propulsare. Cic. pro Cluentio, 114, Displicetne mihi legum præsidio à capite periculum propulsare?
Periculum quod in omnes intenditur, propulsare. Cic. pro Rosc. Amer.5.
Sic ab ingressione fori populum propulsari videres. Cic.5.Philip 170.
Suspicionem propulsare. Cic 5.Verr.119, Quid potuit elegantius facere Prætor cupidus existimationis bonæ, qui ab sese omnem suspicionem propulsare, qui se eripere ex infamia caperet?
Vindicationem propulsare. Cic.2.de Inuent.170.

Propulsatio, Verbale, (ἀπωθησουσις,) Cic pro Sylla, 1, Cum huius periculi propulsatione coniungam defensionem officii mei.
Propulsator, pen. prod. Aliud verbale, (ἀμυντήρ,) Valer.lib.7.cap.9, Authorem harum rerum beneuolentia, propulsatorem odio infecutus.

Propemodum, pen. corr. Aduerbium, (ὀλίγου δεῖν, σχεδόν,) Penè, quasi prope mensuram. Plau. Truc.17.2,
Propemodum expertæ estis quàm ego sim tranquillus vsque
Homo. Idem Menæch.17.10, Propemodum iam scio quid fiet rei. Et Sticho, 2.39, - nam iam propemodum
Ostendit suam sententiam. Terent. Adelph.1.2.51,
- nam ambos curare, propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti. Idem And.1.4.7, Propemodum habeo iam tibi fidem. Et Heaut.5.5.10, Quandoquidem ducenda est, egomet habeo propemodum quam volo. Cic. Attico, lib.7.12.1, Vehementius esse quiddam suspicor quod te cogat cedere, & propemodum infringat. Idem 1.de Nat.deorum, 17, Quam nunc propemodum orbam esse in ipsa Græcia intelligo. Et 1.Verr.4, Propemodum manere in instituto meo videor.
Verba cõponere, & syllabas propemodum dinumerare. Cic.in Orat.81.
Alteros propemodum iam sumus experti. Cic. Torquato, lib.6.4.5.
Vt propemodum. Cic.1.de Finib.5, Vt propemodum iustioribus vtamur illis, qui omnino auocent à philosophia, quàm iis, &c.

Propendeo, propendes, propendi, propensum, propendère, prod. (ἐπέχω, ἐπιρέπω,) In anteriore parte pendere: sicut Depèdère, retroversum, siue in posteriore parte. Plaut. Asin.7.39,
Vbi manus manicæ complexæ sunt, atque adductæ ad trabem,
Nec dependes, nec propendes, quin malus, nequamque sis. Alludit ad stateram, quæ tum in æquilibrio est, quum neque dependet, neq; propendet. Cic.5.Tuscul.73, Qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa: tantum propendere illam bonis lancem putet, vt terram & maria deprimat.
Propendère in aliquem inclinatione voluntatis. Cic.1.de Orat.70, Nam hoc necesse est, vt is qui nobis causam adiudicaturus sit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur.
Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Cic 5.Tusc.125.
Propendens, propendentis, Participium, (ἐπέχων,) Demissus Colum.lib.7. cap.12.4, Probantur quadratus potius quàm longus aut breuis, capite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis, aut propendentibus auribus. De cane villatico.
Propensus, (κατάρροπος, ἐπιρρεπής,) Aliud participium, siue Nomen ex participio: Vehementer inclinatus. Plaut. Bacchid.9.13,
Sed antè quàm illa vnquam meis opulentiis
Ramenta fiat grauior aut propensior, Mori me malim.
Propensa munera, Id est multa & magna. Plau. Truc.1.8, -miles aduenit, Natique causa dat propensa munera.
Hortandus, cui Sua sponte propensus opponitur. Cic.5.de Finib.10, Sed vtrum hortãdus nobis es, Luci, inquit, an etiã tua sponte propensus es?
Ad turpem causam propensior. Cic. Attico, lib.7.144.2.
Ad discendum propensus. Cic.3.de Finib.101, Ita non solùm ad discendum propensi sumus, verumetiam ad docendum.
Ad ignoscendum propensus. Cic.1.de Inuent.201.
Ad lenitatem propensus. Cic. pro Murena, 59.
Ad similitudinem veritatis propensior. Cic.3.de Nat.deorum, 138, Hæc quum essent dicta, ita discessimus, vt Velleio Cottæ disputatio verior, mihi Balbi veritatis ad similitudinem videretur esse propensior.
Ad voluptatem propensior. Cic.1.Offic.126, Quinetiam siquis est paulo ad voluptates propensior. Idem de Amicit.31, Propensioresque ad benemerendum. Et paulo antè, 30, Natura propensi ad liberalitatem sumus. Idem pro Roscio Amerino, 51, Ideo quòd tametsi veritatis esset amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam, quàm implicatus ad seueritatem videbatur.
In aliquid propensior. Quintil.lib.4.cap.1.13.
In alteram partem propensus. Cic.ad Atticum, lib.8.147.7, Multitudo & infimus quisque propensus in alteram partem. Idem ad Q.fratrem, lib. 2.16.12, Vt etiam ab iis qui nos cum Cæsare tam coniunctos dolent, di ligamur tab æquis verò, aut etiam à vehementer propensis in hanc partem, vehementer excolamur & amemur. Sic 5.de Finib.51, Neutram in partem propensiores simus.
Animus propensus ad salutem alicuius. Cic. Figulo, lib.4.13.14.
Vt natura ad aliquem morbum procliuior, sic animus alius ad alia vitia propensior. Cic.5.Tuscul.132.
Propenso animo aliquid facere. Liuius 7.bel. Macedo.125, Grata oratio regis Patribus fuit, & facile apparebat munificè omnia, & propenso animo facturos.
Propensior benignitas esse debebit in calamitosos. Cic.2.Offic.90.
Dei propensi ad vota. Ouid.1.Fast.145.
Disputatio ad veritatem propensior. Cic.1.de Diuinat.15.
Fauor propensus. Ouid.3.de Ponto, eleg.4.3,

Cunctaque

Cunctaque quum mea sint propenso nixa fauore.
Fauorem propensum petiit voce sollicita. Ouid.14. Metam.147.
Propensior voluntas in. Cic.2.Offic.101, A quo enim expeditior & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior.
Propensè, Aduerbium, (ἐπιρρεπῶς,) Ex animo. Lentulus ad Senatum, lib. 12.15.13, Vt hanc concordiam & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propensè non crederent esse factam.
Propensio, Verbale. (ἐπιῤῥοπή,) Animi inclinatio. Cic.4.de Fini.78, Qui nulla in re nisi in virtute aut vitio propensionem, ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret.

Propero, properas, pe.cor. (σπεύδω, ἐπείγω, κατεπείγω,) properare, A prope fit, & significat festinare, celeriter ire. Nam qui in aliquem properat, id agit vt illi propinquior sit. Plaut. Amph. 5.16, Ne propera. Terent. And.1.5.64,
obstetricem accerso. P. propera,
Atque audin' verbum vnum caue de nuptiis. Ibidem, 5.6.15.
Propera, accerse, hinc qui auferant eam. Plaut. Amph.8.17,
- nam quid ille reuertitur,
Qui dudum properare se alebat?
Festinare & Properare, quid differat Vide FESTINO.
Maturare properare, Vide MATVRVS.
Peregre & properare Romam. Cic. Q. fratri, lib. 1.3.6.
In campum properare. Cic.1.de Orat.81.
In Cyprum properare. Terent. Adelph.2.4.14.
Atque inde ventis, remisque in patriam omni festinatione properaui. Cic. Cornificio, lib.10.25.9.
Properare ad exitum. Brutus ad Atticum, 16.7, At qui eò tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, vt sit illi Octauius propitius.
Ad metam vnam properare. Ouid. ad Liuiam, 73.
Eodem properamus ad vnam. Ouid.10. Metam.7.
Propera ocyus. Plautus Cistel.8.8. Et Cur.7.33, Properatisne ocyus? Quo properas? Plautus Asin.13.16.
Retractare & properare, contraria. Cice.1.Tuscu.119, Veniet tempus & quidem celeriter, & siue retractabis, siue properabis, volat enim ætas.
¶ Properare, cum infinitiuo. Virg.7.Aeneid.12, -quem regia coniux.
Adiungi generum miro properabat amore.
Properabat adire. Ouid.4.Metam.64.
Sed odio ductus rem properauit deducere in iudicium. Cicero Attico libro, 1.11.4.
Properare hominem inuenire. Terent. Phorm.5.6.5. Et apud Plautum in Rud.26.19, Propera ire in vrbem.
Properare proficisci. Cæsar 2.bel. Ciuil.186, Itaque perterritis omnibus, sibi quisque consulebat: qui in classe erant, proficisci properabant.
Properare propero domum. Plaut. Aulul.7.4.
Properare venire ad. Cic. in Somnio Scip.10, Quid moror in terris: quin hoc ad vos venire propero?
¶ Properare aliquid, pro Festinanter aliquid agere vel dicere. Virgil.1. Georg.52.
Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno,
Maturare datur. Plautus Pœnulo, 7.2, Quicquid agit, properat omnia. Id est, omnia properanter agit.
Deditionem properare. Tacit.lib.2. Ni deditionem properauissent.
Iter properare. Tacit.lib.1, Siccitate, & amnibus modicis mollissimum iter properauerat.
Laborem properare. Propert.lib.3.eleg.11.5.
Mortem properare. Tacitus lib.1, Nisi voluntariâ morte ꝓperauisset.
Mortem properare per vulnera. Virgil.9.Aeneid.81.
Pecuniam indigno hæredi properare, pro Rapaciter colligere. Horat.3. Carmode 24.12.
¶ Properatur, passiuè. Plin. in Paneg.8, At quàm magnificus in publicum est hinc porticus, hinc delubra occulta celeritate properantur: vt non consummata, sed tantùm conimutata videantur.
Lanæ cui properabantur: Id est citò parabantur. Hora. Epod.12.5.
Amores tenui properentur. Ouid.1.Amor.eleg.1.14.
Properans, pe.cor. properantis, Participium, (ἐπείγων,) Terent. Eunuc.2. 2.60, Non temere est, & properans venit. Apud Plautum in Rud. 10. 36, Properãs exolui restim. Cic.4.Verr.43, Ita ꝓperãs de sella exiluit.
At ille properans festinansque. Cic.9.Philip.160.
Ad alia properans. Cic. pro Cluentio:27, Longum est mihi dicere præsertim ad alia properanti.
Properantes hæc scripsimus. Cicero Attico, lib.4.73.2, Hæc properantes scripsimus.
¶ Properantes aquæ, Rapidè & concitatè fluentes. Plin. lib. 5.cap.9.10, Vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, &c.
Properantis aquæ per amœnos ambitus agros. Hora. in arte, 4.
Bellum properans. Luc. lib.1.94.
Vix operi cunctæ dextra properante sorores Sufficiunt. Lucan. lib.3.4.
Falce properanti dolatus acerus stipis, Propert. lib.4.eleg.4.2.12.
Gradum properantem sistit. Senec. Herc. fur.9.32.

Legere aliquid lingua properante. Ouid.3. de Ponto, eleg.5.2.
Oculus properans. Ouid.1.Trist.eleg.3.15,
Quonique legat versus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Pede properante adire locum aliquem. Catul. de Berecyn.58.6.
Remis properantibus æquora impellere. Ouid.3.Metam.132.
Properandus, Participium (ἐπείγεος,) Virgil.1.Georg.52, Multa forent quæ mox cælo properanda sereno. Hoc est properanter agenda.
Fuga properanda. Valer.4.Argon.115.
Veneris non est properanda voluptas. Ouid.2.de Arte, 144.
Properãtus, pe. prod. (ἐπείγεος,) Aliud participium. Ouid.5.Metam. 180, Vsque adeo est properatus amor.
Accusatio properata. Tacit.lib.4.
Carmina properata. Ouid.3.de Ponto, eleg.4.12.
Fata properata retexere. Ouid.10.Metam.7.
Gloria rerum properata. Ouid.15.Metam.150.
Gressu properato mœnia repetere. Silius lib.3.33.
Mors properata. Ouid.3.Trist. eleg.3.7.
Opus properatum breui tempore. Ouid.2. de Ponto, eleg.1.1.
Oscula congerimus properata sine ordine raptim. Ouid. epi.17.23.
Stylus properatus. Quintil.lib.10.cap.3.
Tela agrestia ad subitum vsum properata. Tacit.lib.2.
Voluptas properata. Ouid.1.Amor.eleg.4.10.
Vox properata. Ouid.3.Metam.60.
-exierat iam vox properata sub auras,
Properatio, Verbale. (ἔπειξις,) Ipse properandi actus. Cicero ad Tironẽ, lib.16.27.1, Nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet & properatione.
Properantia, properantię, (κατάπειξις,) Festinatio, Salustius in Iugurtha, Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, socordia magis quàm dolo crederent.
Properato, pen. prod. Aduerb. (ἐπείγεος,) Tacit. lib.13. Neque nimis properatò Narcissus Claudii libertus ad mortem agitur.
Properatò opus est, pro Properare. Cice. pro Milone, 37, Primum erat nihil cur properatò opus esset. Senec. Hippol.7.6.
Properãtim, pen pro. (κατεπείκτως.) Aliud adverb. Celeriter. Cecilius, Properatim in tenebris istuc confectum est opus. Nonius.
Properiter, pen. cor. (ἐπείκτως,) Idem Catullus, Animalia misérula properiter abit. Nonius.
Properanter, (κατεπειγομένως,) Idem. Accius, Remisque nixi properãter nauim in fugam vertunt. Lucret.5.60, Vsque adeò properanter ab omnibus ignibus eius.
Properus, penul. cor. Adiect. (ταχύς,) Idem quod Celer, festinus. Plautus, Properam video ancillam venientem. Festus, Properus antiquos dixisse pro celer, testimonio est qualitatis aduerbium, quod est properè.
Iræ properus. Tacit.lib.11. Si præuenirent Claudium, vt insidiis incautum, ira iræ properum.
Oblatæ occasionis propera. Tacit.lib.12. De Agrippina.
Pergit properus. Tacit.lib.5.
Cursus properus. Ouid. epist.16.54.
Gressus properi. Valer.4.Argon.36.
Pede, properò sequuntur ducem. Catul. de Berecynth.58.7.
Propere, pe.cor. (ταχέως,) Aduerb. Salust. Tù properè Consul ducit exercitum. Teren. Heaut.2.3.9.
-abi dum tu Dromo illis obuiam
Properè quid flas? Idem Hecy.5.3.10, Properè curre ad Pamphilum. Et Adelph.3.2.22, Sed cesso heram hoc malò impertire properè? Plautus Aulul.7.86, Sequere properè me ad macellum istenuè. Idem Curc. 3.27. Liui.3.bel.Pun.169, Cumas se properè recepit. Et lib.4.200, Speculatores properè missi. Sic Cæsar 1.bel.Ciui.22.
Subitò. Properè. Plaut. Amp.17.10, Vt subitò, vt ꝓperè, vt tonuit valicè? properè celeriter. Plaut. Ru.30.35, Eloquere properè celeriter.
Properè exequi præcepta alicuius. Virg.6.Aeneid.48.
PROPERTIVS, (περουίτιος,) Elegiarium poeta ex Meuania oppido oriundus: quod in Vmbria est, vt ipse author copiosè testatur. Sunt qui scribant eius patrem Equestri dignitate ornatum, ac triumuirali potestate fuisse: tum inter eos connumeratum, qui L. Antonium secuti Perusia capta ex Octauii Cæsaris auctoritate, ad aram diui Iulii perducti, ibidem occisi fuerunt. Illud omnino constat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis Romam se recepisse, quum patrem suum in tenera adhuc ætate amisisset: quod illis versibus apparet,
Aspice me, cui parua domus fortuna relicta est:
Nullus & antiquo Marte triumphus aui. Ex Crinito.
Blandus Propertius. Ouid.2.Trist.93.
Tener Propertius. Ouid.3. de Arte, 67.

Propexus, Vide PROPECTO.

Prophanus, Vide PROFANVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propheta, prophétæ vel Prophétes, prophétæ, pen. prod. masc. g. (προφήτης,) Qui futura prædicit à προφαίνω, prædico. Veteres (vt ait Festus) antistites fanorum, oraculorumque interpretes, prophetas dicebant. Propheta in sacris literis appellatur videns.

Prophetis, prophetidis: & Prophetissa, prophetissæ. (προφῆτις,) Quæ futura prædicit.

Prophetia, prophetiæ, pen. prod. (προφητεία,) Inspiratio vel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili veritate denuntians.

Propheto, prophetas, (προφητεύω,) prophetare, Prædicere.

Propino, propinas, penul. prod. (προπίνω,) propinare, Proprie est prægustato leuiter vino poculo alteri offerre. Quæ consuetudo inde initium habuit: quòd principes Græciæ solenni die, quem Philotheiam vocant, miscere aureis atque argenteis poculis vina solebant, quæ à manu gestantium sumentes, ori paululum admouebãt, deinde alteri quem vellent, offerebant, ingenuo hoc argumentum beneuolentiæ existimantes. Hoc verò, προπίνειν, siue propinare, quod significat præbibere dicebatur. Hoc ergo factum est, vt προπίνειν, siue propinare, sit cibum potumque extraordinarium voluptatis gratia cum amicis sumere, & quod vulgò dicitur compotare: quod etiam coronati facere solebant, prægustantes, vt diximus, & sibi inuicem pocula præbentes. Quinetiam in absentium memoriã idem faciebantes. Socrates apud Platonem, Hoc poculum Critiæ propino. Martial. lib. 5. 119,

Si tristi domicœnio laboras,
Torani potes esurire mecum.
Non deerunt tibi, si soles προπίνειν,
Viles cappadocæ, graucsq; porri. Hæc Sipontinus. Plaut. Asin. 13. 27.
Tecum vnã postea æquè pocula potitet,
Aiter, accipiat, tibi propinet, tu bibas. Idem Curc. 5. 10. Nam tibi amantes, propinantes vinum dantur. Ibidem, 7. 80. Propino magnum poculum, ille ebibit. Idem Stich. 14. 25. Tibi propina decuma fonte. Cic. 1. Tusc. 153. Quo sonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in cum fuerat referturus. Græci enim in conuiuiis solent nominare, cui poculum tradituri sint. Martial. lib. 6. 44.
Nemo propinabit Calliodore tibi. Idem lib. 1. 64. Cœnat, propinat, poscit, negat, inuit. Iuden. Satyr. 5. 13,
– quando propinat Virto tibi?
Multa propinare. Ouid. 1. de Arte, 118.

¶ Propinare, Porrigere simpliciter aliquando significat. Terent. Eunuc. 5. 9. 17, Hunc comedédũ & deridédũ vobis propino. Plin. lib. 20. ca. 10. 1, Quidam & ad vuluæ dolorem radicem cum vino dulci propinant. Salutem propinare. Plaut. Stich. 2. 16, Propino tibi salutẽ plenũ faucibus. Demosthenes eos qui patriam produnt, προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς, hoc est propinare hostibus dicebat.

Propinitor, pen. prod. Verbale, (προπότης,) Ouid. 1. de Arte, 118, laude propinitor plurimum multa propinet.

Propinatio, A lud verbale, (πρόποσις, προπόμα,) Senec. epist. 94, Quum pences te palma fuerit, & propinationes tuas strati & vacuitates recuiauerint, tamen à dolio vinceris. Gel. lib. 10. ca. 17. Est enim persona quæ hoc apud Laberium dicit, diuitis auari & parci, sumptum plurimum, ἀκρατίαν, & propinationẽ adolescentis filii deplorantis. Hic comessationem significare videtur. Apud Senecam verò lib. 2. de Beneficiis, cap. 21. pro ipso actu porrigendi pocalum accipitur, Ego (inquit) ab eo beneficium accepi, à quo propinationem accepturus non sim!

Propinquus, Adiectiuum, (πλησίος, πελάσιος, ἀπόγειος,) Qui prope est. Plaut. Aulul. 4. 36, Propinqua partitudo cui appetit. Terent. Heaut. 1. 1. 5, Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto. Idẽ Eunu. 5. 6. 1, Ex meo propinquo rare hoc capio cõmodi.

Clamor propinquus. Silius lib. 13. 30.

Exilium propinquius orare. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 11.

Mors propinqua. Cic. 1. de Diuinat. 114.

Mortẽ, qui finitimi sunt & propinqui his. Cic. 1. de Orat. 99.

Prædium propinquum. Cic. pro Roscio Amer. 79.

Prouinciæ propinquæ & finitimæ. Cic. 11. Philip. 314.

Spes propinqui reditus. Cic. Attico, lib. 9. 188. 3.

Regio propinqua. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 7.

Signa propinqua. Ouid. 2. Fast. 38.

Spem alicuius rei propinquam facere. Liuius 8. bel. Pun. 132. In præsentia, vt cœpisset, leniter agi placuit, & missis circa stipendiarias ciuitates exactoribus, stipendi spem propinquam facere. Hoc est, exactoribus significare, breui futurum esse vt stipendia exigant.

Verbis propinquis abuti. Cic. in Orat. 50.

Vespera propinqua. Tacitus lib. 15, Illò propinqua vespera Tribunus venit.

¶ In propinquo sunt castra. Liuius 4. bel. Pun. 174, Et Consulis castra in propinquo sunt, nequi ab Hilmichone & Carthaginiensibus timeri possit.

In propinquo certamen erat. Vide IN præpositionem.

Consanguinitate propinqua. Virg. 1. Aeneid. 18.

¶ Propinquus, (ἀγχίστερος,) Affinis. Cic. de Amicit. 18, Itaque ciues potiores sunt quàm peregrini, & propinqui quàm alieni. Idem 3. de Finib. 87, Velle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiã viris. Et ad Celũ, lib. 2. 18. 6, Virginis propinquus tuus familiarissimus noster.

Propinquus & necessarius. Cic. pro Murena, 67, Virgo Vestalis, huius propinqua & necessaria.

Longinqui & Propinqui, contraria. Cic. pro Milone, 56, Erũ æquabiliter in Rempub. in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irrubat.

Arctior verò colligatio est societas propinquorum. Cic. 1. Offic. 79.

Chari propinqui. Horat. 1. Serm. Saty. 11. 17.

Propinqui cognatique optimè conuenientes. Cic. pro Roscio Amer. 59.

Tutela abeat ad sanos propinquos. Horat. 2. Serm. Sat. 344.

Propinquitas, pen. corr. propinquitatis, f. g. Coniunctio, vicinitas. Cæsar 4. bel. Gal. 473, Et ipsi propter propinquitatem, quòd Gallicis sunt moribus assuefacti. Cic. 3. Offic. 60, Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piræo. Liuius 8. bel. Maced. 419, Ipse (iam enim medium Autumni erat) loeis gelidis, propinquitate Tauri mõtis excedere properans, &c. Cic. Attico, lib. 11. 251. 6, Maxima est in Scapulæ celebritas, propinquitas præterea vbi sis, nẽ totum diem in villam.

Propinquitas loci, & Longinquitas, contraria. Cic. 1. de Inuent. 55.

¶ Propinquitas, (ἀγχιστεία,) Affinitas. Cic. de Amicit. 46. Cõceditur profectò esse verum, vt bonos boni diligant, adsciscantque sibi quasi propinquitate coniunctos atque natura. Idem 5. de Finib. 121, Si amicitia, si propinquitates, &c.

Propinquitas & affinitas. Cæsar 1. bel. Gal. 244, Propterea quòd propinquitatibus, affinitatibusque coniuncti.

Municipium propinquitate penè finitimum. Cic. 3. Philip. 134.

Si pietate propinquitas colitur qui affinem prodit, impius sit necesse est. Cic. pro Quintio, 13.

Qui est cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. Cic. pro Plaecio, 22.

Propinquè, Aduerbium, (πλησίον,) Plaut. True. 11. 20, Atat eccam adest propinquè: credo audiisse hæc me loqui.

Propinquo, propinquas, (πελάζω, πλησιάζω,) propinquare, Vicinum & proximum fieri, aut prope accedere. Plaut. Trucul. 10. 18, Iam propinquat miles. Virg. 1. Aeneid. 147, – heu fuge nate propinquat.
Idem 9. Aeneid. 72, – nam lux inimica propinquat. Ibidem. 75, Iamque propinquabant castris.

Foribus propinquare. Virg. 5. Aeneid. 137.

Scopulo propinquare. Virg. 5. Aeneid. 32.

Acies legionum propinquat. Vide ACIES.

Supplicium propinquat. Stat. 7. Thebaid. 99.

Animis propinquare alicui. Stat. 10. Thebaid. 76.

Propior, Vide PROPE.

Propitius, Adiect. (ἵλεος, ἵλαος,) Placidũ, fauẽs. A prope, & ito, itas, vt quida aiũt: nã qui fauet, prope nos ire cõsueuisse videtur. ait Sipõtinus. Vel dicitur ꝓpitius, prorsus pior: aut porrò, id est valdè pius, authore Nonio. Pl. Amp. 10. 54, – Amphitruon: vt semper ita fit. A. Ah propitius sit potius. Ibidem, 17. 13, Et tibi & tuis omnibus propitius cœli cultor adueniat. Idem Asin. 13. 36, Deam sibi inuocet, quæ labebit propitia. Sic Merc. 22. 115, Tam propitiã reddam, q̃ quum propitia est Iuno Iouí. Terẽt. Adel. 1. 1. 0, Vbi si cessas, cuciuire ea satius est, Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa quæ parentes propitii. Cic. 1. de Natu. deorum, 171, Quid enim dicã, propitius sit? esse enim propitius potest nemini, quoniam, vt dicitis, omnis in imbecillitate est & gratia & charitas. Cato ca. 134. 2, Iupiter te hoc ferto obmonendo bonas preces precor vti sies volens propitius, liberisque meis, domo, &c. Liuius 7. bel. Pun. 215, Quos tam propitios vrbi atque imperio fore deos, vt eodem tempore vtrobique Resp. prospere gereretur.

Iratus & Propitius, contraria. Cic. pro Cœlio, 32, Huic homini ego fortasse, & paucì deos propitios, plerique autem iratos putabunt. Idem 3. de Nat. deorum, 218. Et in Pisonem, 47, In quibus homines errore deducuntur, quas dii negligunt, qui (vt noster ille diuinus dixit Epicurus) neque propitii cuiquam solent esse, neque irati.

Dei propitii, sed lenti. Seneca Agamemn. 6. 3.

Fortuna propitia, cui opponitur Infesta. Cic. in epist. ad Octauium, 4. Petque fortunam Populi Rom. quæ quanquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia.

Propitio, propitias, (ἱλάσκω, ἱλεόω,) propitiare: & Propitior, propitiari, propitiari, Propitium reddere, placare. Plaut. Pœn. 4. 155,
Iam ego hercle faciam plorantem illam, nisi
Te propitiam facio, illud faciet nisi te propitio. Ibidem, 110, Quò te agis? AD. egone? in Veneris. A. G. quid eo tu? AD. vt Venerem propitiem. Sueton. in Othone, cap. 7, Dicitur ea nocte per quietem pauefactus, gemitus maximos edidisse, repertusque à concurrentibus humi ante lectum iacens, per omnia piaculorum genera Manes Galbæ, à quo deturbari, expellique se viderat, propitiare tentasse.

Propitiare aliquid, pro Conciliare, seu dare. Curtius lib. 4. Ille capite velato, verbenas manu præferens, præibat preces regis, Ioue Mineruaque victoriam propitiante.

Propitiare solicitudinem animi. Plin. lib. 28. cap. 2. 14. Alius saliua post autem digito relata, solicitudinem animi propitiat.

Propitiabilis, & hoc propitiabile, pen. corr. (ἱλαστός,) Quod est ad propitiandum aptum. Vude Propitiabilis hostia. Propitiabilis, Qui facile placatur. Vt propitiabile numen. Nullum tamen exemplum reperio.

Propitiatorij, propitiatorii, (ἱλαστήριον,) Locus in quo placari solet deus. Est & tabula quædam in Exodo, posita super arcam. Vnde scribitur, Facies & propitiatorium, &c. Vide Annotationes in Pentateuchum à nobis impressas.

Proplastice, proplástices, pen. corr. (προπλαστική,) Ars faciendi typos, id est formas, quibus, formandis figulinis operibus figuli vtuntur. Vide Plinium lib. 35. cap. 11. 6.

Proplastice, Ipsa forma, quam ad formanda alia opera adhibent. Plin. lib. 35. cap. 12. 6. Archesilai proplasticen pluris venisse solitum constat artificibus ipsis, quàm aliorum opera. Castigata exemplaria habent proplasmata, vtique à proplasma, proplasmatis.

Propuigeon, (προστίγεον,) Os patens furni, præfurnium. Plinius epist. 41. lib. 2. ad Gallum, Adiacet voctorium hypocausion, adiacet propuigeon balineimox duæ cellæ magis elegãtes quàm sumptuosæ. Alii legunt prognigeon.

PROPORTIDES, pen. corr. (προποιτίδες,) Filiæ Amathuntæ apernatæ Venerem, tritius vulgauere corpora, ob eiusdem deæ iram: quia verò pudore induruerant, nouissimè in lapidem sunt transfiguratæ, vt inquit Lactantius. Ouid. quoque lib. 10. Metam. 46. fabulam pulchrè describit his verbibus,
Sunt tamen obscœnæ Venerem Proportides ausæ
Esse negare deam: pro qua sua numinis ira
Corpora cum forma primo vulgasse feruntur:
Vtque pudor cessit, sanguisque indurait oris,
In rigidum paruo silicem discriminе versæ.

Propola, propolæ, pen. prod. m. g. (προπώλης, μεταβολεύς,) Negotiator, qui merces præemit minoris, vt postea pluris vendat, πρὸ enim ante, πωλῶ vendo. Plautus Aulul. 19. 40. Propolæ, linteones, calceolarii. Cicero in Pisonem, 53. Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinũ à propola, atque decupa. Regratarias vulgo vocatur, telle Budæo.

Propolis, huius, própolis, pen. corr. f. g. (πρόπολις,) Quasi suburbanus. Dicitur quod apes ante alueum faciũt. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 18. Propolin vocant, è quo apes faciunt ad foramen introitus protectum in alueum, maximè æstate. Plin. lib. 11. cap. 7. 1. Cerae initium plerunque è mitiore gummi. Propolis crassioris iam materiæ additis floribus, nondum tamen cera, sed fauorum stabilimentum, quo omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur, odore & ipsa etiamnum gratui, vt qua plerique pro galbano vtuntur. Idem lib. 24. cap. 8. 5. Populi ferunt & foliis gutam, ex qua apes propolin faciunt.

Propono, proponis, pen. prod. propolui, propositum, pen. cor. propònere, (προτίθημι, πρόβλημα, ὑποτίθημι, ἐπιφωνέω, ὑπόκειμαι, πρόκειμαι,) Extra ponere, siue palam ostendere dictum aut factum. Plin. lib. 35. ca. 10. 18. Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus. Salust. Postulauere plerique, vt proponeret quæ conditio belli foret, quæ præmia armis peterent.

Quod dictorus sis, proponere. Cic. in Orat. 76.

Digredi ab eo quod proposueris. Cic. 1. de Orat. 171.

Proponi oportet quid afferas, & id quare ita sit, ostendere. Cicero 2. de Orato. 94.

Et quam huius vobis adolescentiam proposueritis, constituite vobis ante oculos huius etiam miseri senectutem. Cice. pro Cœlio, 62.

Animo proponere. Liu. 10. bel. Pun. 142. Quum tuas vires, tũ vim fortunæ Martemque belli communem propone animo. Ibidem, lib. 3. 61. Senatus, ac maximè primores eius in societate Romana cum fide perstare, plebs nouarum (vt solet) rerum auida, atque Annibalis tota esse metũque agrorum populationis, & patienda in obsidione multa grauia, indignaque proponere animo, neque authores defectionis deerant.

Animo suo multa ferenda proponere. Ouid. 1. de Arte, 104.

Quæ alis tute præcipere soles, ea tute tibi subiice, atque apud animum tuum propone. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 18.

Animis proponere. Liu. 1. bel. Mace. 157. Ita angustiæ minore certamine, quàm quod animis proposuerant, superatæ. Ibidem, lib. 4. 136. Iam nũc hoc ita proponere vos animis oportet, hybernandum circa Lacedæmonis mœnia esse.

Argumentum proponere. Cic. 1. de Orat. 78. Et tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veste, neque proposito argẽto, neque tabulis & signis propalam collocatis, sed his omnibus multis magnificisque rebus constructis ac reconditis.

Auctionem proponere. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quũ interrogetur an domum eius auctionem proposuisset, Domum, inquit, vendidit.

Bona ciuium sibi ad prædam proponere. Cic. 4. Philip. 158.

Causam belli gerendi sibi proponere. Cic. 13. Philip. 361.

Conditionem alicui proponere. Cæsar 8. bel. 10, Tali conditione proposita, Bituriges quum sibi viderent clementiã Cæsaris reditum patere in eius amicitiam, &c.

Locus vbi edicta proponantur. Cic. Attico, lib. 2. 36. 5.

Ediscendum proponere. Cice. pro Murena, 12. Et singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit.

Exemplar sibi proponere. Cicero de Vniuers. 5. Quo circa si is qui aliquod munus efficere molitur, cam speciem quę semper eadem est, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat necesse est.

Exẽplũ propositũ. Quintil. lib. 10. ca. 1, Hoc propositũ nobis sit exẽplũ. In exemplum aliquod proponere. Quint. lib. 7. cap. 2. 29.

Exercitationem aliquam sibi proponere. Cice. 1. de Orat. 74.

Proposueram illud mihi extremum. Cice. Pro Lege Manil. 10, Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram, quum essem de belli genere dicturus.

Finem sibi proponere. Cic. 2. Tusc. 5, Sed si reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse confiderent, quémque sperãdi sibi, eundem & benedicendi finem proponerent, &c.

Quæcunque mihi fortuna proponetur, subeatur. Cice. 4. in Catil. 74.

Proponere edicto fraudem alicuius rei, aut periculum. Cice. 3. Verr. 75.
Quis vnquam eius rei fraudem aut periculum proposuit edicto, quæ neque post edictum, neque ante edictum prouideri potuit?

Hoc igitur tibi proponere, amplitudinem animi, & quasi quandam exaggerationem quàm altissimam animi, qui maximè eminet in contemnendis & despiciendis doloribus, vnam esse omnium rem pulcherrimam. Cice. 2. Tuscul. 107.

Honorem geminum pugnæ proponere. Virg. 5. Aeneid. 73.

Aliquem sibi ad imitandum proponere. Cic. 2. de Orat. 52.

Impunitatem proponere. Cic. 2. de Fin. 117, Quæ libido se non proripiet ac proiiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia.

Iudices proponere. Cicero 4. Verr. 23, Selecti è conuentu, aut propositi ex negotiatoribus Iudices, nulli.

Legem in publicum proponere. Cic. 2 de Lege agraria, 28, Aliquando tãdem me designato lex in publicum proponitur.

Legum leges voce proponam. Cic. 1. de Legib. 29.

Libellos de aliquo in celeberrimis locis proponere. Cicero pro Quintio, 28, De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè obscuréque conceditur.

Magna sibi proponere. Cic. 1. Offic. 163, Maximéque in eo plerique elaborant, qui magna sibi proponunt obscuris ortu parentibus.

Memoriam atque imaginem alicuius sibi proponere. Cic. de Amic. 85.

Mercedem alicui proponere. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 11, Quid nunc putas, tanta abs te mihi mercede propolita?

Proposuit sua in illos merita. Cæsar. 7. bel. Gall. 281.

Minas proponere, Minari. Cice. Attico, lib. 2. 34. 1. Minæ Clodii contentioneſque quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt.

Mortem proponere. Cic. pro Plancio, 79.

Mortem omnibus natura proposuit. Cic. 4. Philip. 160.

Mortem acerbam proponere. Cic. 7. Verr. 119, Iis omnibus mortem acerbam, crudelémque proponeret, si, &c.

Ante oculos proponere. Cic. 1. de Natu. deor. 157, Comprehende igitur animo, & propone ante oculos Deum nihil aliud in omni æternitate, &c. Sic pro Sylla, 53.

Ora alicuius oculis proponere. Cicero pro Sestio, 13.

Ad versus Ennii se exercere, aut Gracchi orationem sibi proponere. Cice 1. de Orat. 75.

Periculum ante oculos proponere. Cic. pro Cluentio, 7, Quotidianis indiis, proposito ante oculos vitæ periculo.

Pœnam proponere. Cic. 2. de Finib. 93. Quem quidem, vos quum improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis. De dolore.

Pœnam amori proponere. Catull. ad Iuuentium, epigr. 94. 3.

Præmium proponere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 64, Magno proposito præmio cum literis mittit. Sic 5. bel. Gall. 146. Cic. 3. Offic. 115. Idem in Somnio Scip. 28, Nunc tamen tanto præmio proposito.

In publico proponere. Cic. Attico, lib. 7. 135. 5, Scriptæ enim, & datæ ita sunt, vt proponerentur in publico. Eidem, lib. 8. 146. 2.

In publico epistolam proponere. Cic. Attico, lib. 8. 153. 3.

Sed mihi in causa facili atque explicata per difficilis iudices, & lubrica defensionis ratio proponitur. Cic. pro Plancio, 1.

Propone tibi duos reges, idque animo contemplare, quod oculis non potes. Cic. pro Deiotaro, 28.

Rem in medio proponere. Cic. 3. Verr. 20, Vt quum rem totam in medio proposuissem, tum denique testem interrogarem.

Sententiam alicuius proponere. Plin. lib. 18. cap. 10. 7, De ipsa ratione pinsendi proponitur Magonis sententia.

Signum pugnæ proponere, Liu. 7. bel. Pun. 223, Paulo post & ab Annibale

Universidad de Deusto
Biblioteca

signum pugnæ propositum est, &c. Sic. 7. bel. Maced. 77.
Spem proponere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 199. Quibus quotidie melius succedere tempus, maioremque spē maturitate frumentorum proponi videbant. Cicc. 4. Verr. 81. Putarem me idoneum qui exemplum sequerer humanitatis atque officii, proponeréque spē meis hospitibus ac necessariis, quo tutiorem vitam sese meo præsidio victuros esse arbitrarentur. Idem 1. de Finib. 64. Nulla spe proposita fore lenius aliquando. Idem 2. de Ora. 114. Plusque proficit, si proponitur spes vtilitatis future, quā præteriti beneficii commemoratio.
Ad timorem aliquid alicui proponere. Cicc. Cælio, lib. 1. ſ. 13.
Vænale aliquid proponere. Cic. 4. Ver. 55. Fidē quum proposuisses vænalem in prouincia, valuit apud te plus is qui pecuniam maiorem dedit.
Voluntatem alicuius proponere alteri. Cæsar 1. bel. Ciuil. 13. Dicuntur etiam a nonnullis sententiæ, vt legati ad Cæsarem mittantur, qui voluntatem Senatus ei proponant.
Quī leges scribunt, vtilitatem Reipub. sibi proponere debent. Cicero 1. de Inuent. 81.
¶ Proponere, Promulgare. Sueton. in Calig. cap. 41. Eiusmodi vestigalibus indictis, neque propositis, quum per ignorantiam scriptura multa commissa fierent, tandem flagitante Popul. Romano, proposuit quidem legem, sed & minutissimis literis & angustissimo loco, vt ne cui de scribere liceret.
¶ Propositum est mihi. Plinius lib. 11. cap. 3. 4. Nobis propositum est, naturas rerum manifestas indicare, non causas iudicare dubias. Cicer. de Clar. Orato. 12. Laudare igitur eloquentiā, & quanta vis sit eius expromere, quantamque iis qui sint eam consecuti, dignitatem afferat, neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium. Idem in Oratore, 35. Quōd quum sit his propositum non perturbare animos, sed placare potius, nec tam, &c.
Omni huic sermoni propositum est, vt laborem meum perspicias. Cicc. de Claris Ora. 177.
¶ Tametsi hoc minimè latet, quod ita promptum & propositum est, vt, &c. Cic. pro Roscio Amerino, 70.
Propositus, pen. cor. Participium (ὑποτεταγμένος, ἐτοῖμος,) Cic. ad Titiū, lib. 5. 16. 3. In animo habere debemus, homines nos vt esse meminerimus ea lege natos, vt omnibus ceſis fortunæ proposita sit vita nostra. Id est exposita,
Propositus, Expositus, explicatus & prolatus. Cicc. 5. Verr. 81. Sed est hic ordo quasi propositus & editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidię circumstari posse videatur. Sic 1. de Orat. 78. Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, nō explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis & signis propalam collocatis. Budæus.
Causa alicuius perditis ciuibus proposita ad inuidiam. Cicero pro Domo sua, 36.
Exemplum propositum ad imitandum. Cic. pro Murena, 61.
Peruenire ad exitum sibi propositum. Cic. 12. Philipp. 334.
Quidam propositis malorum & bonorum finibus, officium omne peruertunt. Cic. 1. Offi. 8.
Aut fuga turpis, aut gloriosa mors proposita. Cic. 2. de Finib. 156.
Gloria Scipioni proposita Cic. 2. de Finib. 92.
Gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio. Cicero pro Flacco, 9.
Inlustris ab aliquo propositis resistere. Cic. Lentulo, lib. 1. ſ. 14.
Iter propositum peragere. Horat. 2. Serm. saty. 6. 20.
Ex itinere proposito & iam constituto reuerti. Cicc. 1. de Diuin. 51.
Laqueos legum & conditionum sibi propositos esse oportere, putandum. Cic. pro Cluentio, 121.
Officium propositum. Propert. lib. 1. eleg. 19. 8.
Opus propositum perficere. Ouid. 1. de Remed. amor. 8.
Ordō propositus atque editus in altum. Cicc. 5. Verr. 81.
Neque mihi in omni vita res tam erit vlla proposita, quām vt quotidie vehementius te de me optimè meritū esse, lætere. Cic. Lentulo, lib. 19. 94.
Quem de suscepta causa propositaque sententia nulla vis, nullum periculum posset depellere. Cic. pro Ligario, 16.
Serui, qui libertatis spem propositam non habent. Cicer. pro C. Rab. perduellionis reo, 10.
Vita maximis præmiis proposita & penè addicta. Cic. pro Milone, 41.
Propositum, propositi, pen. corr. (προαίρεσις, πρόθεσις, ὑπόθεσις, βούλημα, πρόταγμα,) Quod mente statutum est, & quæ intentio hominis dicitur. Plinius, Hoc ei propositum erat, vel superare, vel cedere. Plin. Iunior in Paneg. 153. Vos modō fauete huic proposito, & credite.
Academiæ consuetudo contra propositum disputandi. Cicc. de Fato. 6.
Tenax propositi. Ouid. 10. Metam. 81.
Reditus ad propositum. Cic. 3. de Orat. 112.
Graue propositum. Iuuenalis Saty. 10. 53.
¶ Aberro proposito, & à proposito. Id est longius digredior, & deflecto ab eo quō ire contendo. Cic. 1. Tusc. 128. Ego verò memineram sed te de æternitate dicentem, aberrare proposito facile patiebar. Idem. 5. de Finib. 142. Et pro Cecinna, 40.

Assequi propositum, Vide ASSEQVOR.
Auerti à proposito. Liu. 2. ab Vrbe, 37. Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auersus, quām vt cadauer efferri iuberet, tenens postem, precationem peragit, & dedicat templum.
Conducit hoc proposito. Horat. in Arte, 40.
Declinare à proposito. Cic. in Ora. 76. Vt declinet à proposito, deflectat que sententiam. Idem 3. de Orat. 114. Declinatio breuis à proposito.
Deerrare à proposito, Vide DEERRO.
Destituere propositum. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 3.
Nulla re deterreri à proposito potest. Brutus Ciceroni, 11. 4.
Egredi à proposito. Cic. de Claris Orat. 41.
Lumina propositi facta ministra tui. Ouid. epist. 10. 23.
Fugere à proposito. Quintil. lib. 2. cap. 2. Nam id quidem multos à proposito studendi fugat.
Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam. Cic. pro Cœlio, 4.
Manere in proposito, Vide MANEO.
Permanere in proposito. Cic. 1. Offic. 157. Catoni autem quum incredibilem tribuisset natura granitatem, eamque ipse perpetua cōstantia roborauisset, semperque in proposito permansisset: moriendum potius, quām tyranni vultus aspiciendus erat.
Pertinet ad propositum. Quintil. lib. 9. cap. 1. Ea nō pertinent ad præsentem propositum.
Premere propositum suum. Ouid. 2. Metam. 11.
Redire ad propositum. Cic. 1. Tusc. 37.
Reuerti ad propositum. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 14. Sed nunc ad propositum reuertamur.
Proposito rapinæ aliquid facere. Plinius lib. 11. cap. 17. 6. Quōd si defecerit alicuius aluei cibus, impetum in proximas faciunt rapinæ proposito. De apibus.
In proposito. Aphricanus in L. Stichus haber. ff. De peculio leg. At in proposito, quia Stichus nil debeat, &c.
Superare aliquem proposito. Quintil. lib. 2. ca. 5. 15. Ita non tam ingenio illi nos superauerunt, quām proposito.
Propositio, propositiōnis, (πρόθεσις, πρότασις,) Verbale. Dicitur (inquit author ad Here. lib. 2.) per quam ostendimus summatim quid sit quod probare volumus. Cic. 3. de Orat. 112. Propositioque quid sit dictum, & ab eo quod est dictum, seiunctio, & reditus ad propositum.
Cum animi ampla quadam & splendida propositione. Cic. 2. de Inu. 242.
Confessa proposito. Quintil. lib. 5 cap. 14. 11. Cæterum hæc propositio aut confessa est, vt proximam aut probanda.
Dura propositio. Quintil. lib. 4. cap. 5. 4. Nam est nonnunquam dura propositio, quam iudex, si prouidet, non aliter præformidat, quām qui ferum medici, antequam curetur.
Nuda propositio. Quintil. lib. 4. cap. 4. 6.
Vitæ propositio & cogitatio. Cic. 3. Tusc. 68.
PROPONTIS, Propontidis, pen. corr. fœ. g. (πρόποντις.) Aequor patens & diffusum. Dicitur Propontis, quasi ante Pontum. Hæc angustias Bosphori Thracii cum Euxino Ponto conlungitur. Nam Geographi primas angustias maris se coarctantis, Hellespontum vocant, inde expatiatur æquor: quæ laxitas, Propontis appellatur. Vbi iterum in arctè ceit, & stringitur, illæ angustiæ, Bosphorus Thracius nuncupatur. Vbi iterum effunditur Pontos Euxinus: qui coruatus in figuram Scythicæ arcus, committitur ostio Mæotidis paludis: idēque ostium Cimerius Bosphorus appellatur.
Vndæ Propontidis. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 9.
Læua Propontidos, Id est sinistra pars. Ouid. 5. Fast. 52.
Longa Propontis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 14. Misit in has siquos longa Propontis aquas.
Propontiacus, pe. cor. Adiect. (προποντιακός,) Oui. 1. Trist. ele. 9. 6. Hinc ēq Propontiacis hærentem Cyzicon oris.
Aqua Propontiaca. Propert. lib. 3. eleg. 22. 1.
Proporro, (πόρρω,) Vlterius, præterea. Lucret. libr. 2. 195. Et sibi proporro quæ sint primordia quærunt. Idem lib. 3. 16.
Atque animā ſt animæ proporro totius ipsa.
Proportio, proportiōnis, fœm. g. (ἀναλογία,) Est duarum rerum, quantitatis ad quantitatem pertinet, inuicem facta comparatio. Cicc. pro Flacco, 21. Qui quum omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset, illam rationem in imperando sumpsisse & Pompeius & Flaccus secutus est. Idem 6. Verr. 41. Vt hoc liceret iudicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cētera. Sic de Vniuersitate, 17.
Propositio, Vide PROPONO.
Proprætor, Prætōris, (ἀντιστράτηγος,) Qui cum authoritate prouinciam tenet. Cic. de Prouinc. Consul. 12. Res in Sardinia cū maiestrucatis latrunculis, à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta. Idem 2. de Diuinat. 116. Quām multi anni sunt quum bella à Proconsulibus & Proprætoribus administrantur. Sic ad Atticum, lib. 8. 157. 3.

Proprius, Adiect. (ἴδιος, οἰκεῖος) Quod peculiare est vniuscuiusq. Apropō fit: hoc enim maximè prope est, quod proprium est. Virg. 7. Aeneid. 67.
Hanc mihi da proprium virgo sata nocte laborem. Teren. Phor. 5. 5. 2.
Argentum accepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem:
Curaui propria ea vt potiretur. Apud Plinium de Viris illust. 24.
Propria manu eum liberauit.
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Virgil. 1. Aeneid. 16. Hīc Seruius perpetuam interpretatur. Idem lib. 4. 25.
Verum si à Chrysogono Iudices, non imperamus vt pecunia nostra contentus sit, vitam ne petatis ille addaci non potest, vt quum ademerit nobis omnia quæ nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quæ cōmunis est, eripere cupiat. Cic. pro Rosc. Amer. 89.
Certū & proprium vt Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. Cic. pro Cecin. 37. Et 3. de Orat. 83. Ergo vtemur verbis quæ propria sunt & certa quasi vocabula rerū, penè vnà nata cum rebus ipsis.
Proprium & suum. Cic. 5. Tusc. 30. Propriis enim & suis argumētis & admonitionibus tractanda quæque res est.
Proprium & Commune, contraria. Cicer. de Senectute, 31. At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. Idem 1. de Oratore, 24. Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse.
Proprium & peculiare. Plin. lib. 7, cap. 25. 2. Cæsari proprium & peculiare sit, præter suprà dicta clementiæ insigne.
Quod autem meum erat proprium, vt alacris trāspadanis vti negarem, id etiam populo se remisisse scribit. Cic. Cælio, lib. 2. 16. 15.
Præcipuum & proprium. Cic. de Prouinc. Consul. 1. Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei, &c. à sententia dicenda amouebo. Idem Planco, lib. 4. 15. 4. Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuam postulare, aut communem recusare.
Amor proprius. Lucret. lib. 4. 130.
Atque in amore mala hæc proprio, summeque secundo
Inuenluntur. In aduerso vero, atque inopi sunt,
Prendere quæ possis oculorum lumine aperto
Innumerabilia. Proprio, Aliis non communis: proinde vero & mutuo.
Summè secundo, Amanti obsequente. Inopem vocat ab effectu, quia inopes facit. & hic verus nec est nec mutuus.
Aliunde assumpto vti bono, non proprio nec suo. Cic. 2. de Orato. 23.
Consilium proprium auferre alicui. Horat. 1. Serm. saty. 4. 17.
Consuetudo communis vel tua sollus & propria. Lucc. ius Cic. lib 5. 14. 7.
Crimen proprium. Cicero 3. Verr. 29. Suis enim certis, propriisque criminibus accusabo.
Culpa mea propria. Cic. ad Terentiam, li. 14. 3. 2. Ego autem hoc miserior sum quām tu quæ es miserrima: quōd ipsa calamitas communis est vtriusque nostrū: sed culpa mea propria est.
Animæ propria natura atque vis est, moueri motu interiore & suo. Cicer. de Somn. Scip. 32.
Excuti propriis negotiis. Horat. 2. Serm. saty. 3. 4.
Certa & propria nota. Cic. 4. Acad. 68.
In propria pelle non quiescere. Horat. 1. Serm. saty. 6. 5.
Periculum proprium. Cicc. Torquato, lib. 6. 1. 4. Nec sunt vllo in proprio periculo. Hoc est, priuato & particulari.
Prædia propria tradere alicui, In proprietatem alicuius. Cicc. pro Roscio Amer. 12. Tria prædia vel nobilissima Capitoni propria traduntur.
Ritus, pprius. Pli. li. 10. ca. 58. 1. Colūbæ proprio ritu osculani ante coitū.
Tempus agēdi fuit mihi magis proprium quām cæteris. Cic. pro Sylla, 6.
Translata & aliena verba, quibus opponuntur Propria & sua. Cicero 3. de Orato. 87.
Vt propria nituntur. Virgil. 2. Georg. 86.
¶ Proprium est eius, per translationem, hoc est illi adscribitur. Cicer. pro Rosc. Amer. 73. Quicquid maleficii, sceleris, cædis erit, propriū id Rosciorum esse debebit.
Propria est ea præceptio Stoicorum. Cic. 1. Offic. 10.
Varietas est propria Fortunæ. Cic. 2. de Diuin. 163.
¶ Proprium Oratorum, Proprium epistolæ: hoc est Quod maximè conuenit, & obseruari debet ab Oratore, & in epistola. Cicero, Quō, fratri, lib. 1. 1. 66. Illud quod epistolæ proprium, vt is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat. Idem 3. de Orat. 63. Ornatè dicere proprium sit Oratoris, an id etiam aliquis præterea possit. Et lib. 1. 109. Licet ista ratione dicamus, pila bene & duodecim scrupis ludere, proprium esse iuris Ciuilis.
Et mirarum is princeps ex Latinis illa oratorum propria, & quasi légitima opera tractauit. Cic. de Claris Orat. 41.
Animum iudicis impellere quocunque res postulat, hoc est vnum Oratoris maximè proprium. Cic. de Claris Orat. 180.
Artis maximè proprium est creare & gignere. Cicc. 2. de Natu. deor. 81.
Proprium est vt. Cic. 1. de Nat. deor. 144. Postremò quum hoc proprium sit animantium, vt aliquid appetant quod sit naturæ accommodatum, deus quid appetat, &c.
¶ Proprius, cum genitiuo. Quintil. lib. 2. ca. 16, In eo loco, qui huius quæstionis, pprius est, dicā. Cic. 3. Philip. 144. Aut libertatē, ppriā Romani generis, & numinis recuperemus, aut mortē seruituti aspernamur.
Cum datiuo. Quintil. lib. 1, Propria est nobis mentis agitatio, atque solertia, vnde origo animi cælestis creditur.
¶ Proprium, Perpetuum. Terent. And. 4. 3. 1, Nihilne esse propriū cuiquam? dii vestram fidem! Vbi Donatus, Omne quod habemus, aut matrium est, aut proprium. Ergo proprium, perpetuū. Virg. 6. Aeneid. 175. -propria hæc si dona fuissent. Idem 1. Aeneid. 16, Coniugio iungam stabili, propriamque dicabo. Terent. And. 1. 5, 4.
Ego viram deorum propter ea sempiternam esse arbitror,
Quōd voluptates eorum propriæ sunt. Plaut. Merc. 7. 3,
Homo me miserior nullus est æquē opinor, neque aduersa cui Plura sint sempiterna, satiō est vt quicquid agere occœpi,
Proprium nequit mihi euenire quod cupio?
Perenne & propriū. Cic. post red. in Senatu, Si illud de duobus Cōsulibus quod antè in Repub. nō fuerat, perēne ac proprium manere potuisset.
Proprietas, pe. cor. proprietātis, (ἰδιότης, ἰδίωμα,) Quod alicuius rei, ppriū est. Plin. li 13. ca. 1. 10, Huius proprietas, vt ventiletur in coquendo donec deinat olere. Hoc est, proprium est huius. Cic. 1. Acad. 103, Singularum rerum singulas proprietates esse. Quinti. lib. 7. cap. 6, Sic enim iuri nostro libentius indulgebitur vt in possessionibus quæ ex interdictis fiunt, etiam si non proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis: tamen nō solūm possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse docere oportebit.
Proprietas terræ & cæli, pro Ingenio. Liuius lib. 8. bel. Maced. 72, Sicut in frugibus pecudibusque, non tantum semina ad seruandam indolem valentiquantum terræ proprietas, cælique, sub quo alantur, mutat.
Habere proprietatem. Pli. lib. 13. cap. 22. 5, Proprietatem habet fructum amittendi lanugine (pappum vocant) quod nulli alii arbori euenit.
¶ Proprietas, pro Diffinitione. Quintil. in Proœm. lib. 8, Ex facto de rerū fide, proprietate, qualitate. Cicc. in Topic. 44, Proprietas hic, in hominem ne fellum cadat, atque etiam in bellua ægritudo.
Proprè, Aduerb. (ἰδίᾳ, ἰδίως, κυρίως,) Cicc. Præto, lib. 9. 15. 4, Quod me amas, &c. est id quidem magnum, atque haud scio an maximum: tibi cōmone cum multis: quōd tu ipse tam amandus es, &c. id, est proprè tuū. Idem ait Partitionibus, Proprè autem in rebus inuenire, in verbis eloqui dicitur.
Promiscuè & Proprè, contraria. Cic. 1. pro Leg. agraria. 84, Promiscuè toto, quām proprè parua frui parte malletis.
Proprè & Publicè, contraria. Cic. pro Sestio, 19, Neque Senatus publicè, neque vllus ordo proprè, neque suis decretis Italia tota sulceperat.
Communis persona, & Proprè singulis attributa, contraria. Cicc. 1. Offic. 50, Intelligēdum etiam est duabus quasi nos à natura indutos esse personis: quarum vna communis est, &c. Altera autem quæ proprè singulis est attributa.
Proprè, & verè. Cicero de Officiis, Atque illud quidem honestum quod proprè verē que dicitur, id in sapientibus est solis, nec à virtute diuelli vnquam potest.
Dicere proprè. Cic. 2. de Orat. 32, Quām proprè de vnoquoque dixit.
Idem 1. Philip. 13, Ecquid est quod tam proprè dici possit actum eius, qui togatus in Rep. cum potestate imperioque versatus sit, quām lex? Ibidem, 2. 84. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprè nihil possum dicere.
Et proprè, pro Et maximè. Cic. 1. Offic. 57, A peregrino enim recessit, & proprè in eo qui arma contrà ferret, remansit.
Propritim, pe. prod. Aduerbium. (ἰδίᾳ,) Lucre. lib. 2. 194, Quid genus humanum propritim de quibus auctum'st. Id est proprè. Nonius.
Propter, (διά, ἕνεκα, ἕνεκα,) Præpositio, accusatiuo casui seruit, & significat Alicuius causa. Terent. Phor. 2. 1. 46, Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti. Idem Eunuc. 4. 6. 6, Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? Cic. pro Sext. Rosc. 6. Opprimi me onere officii malo, quām id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatē animi deponere.
Qui ppter acumen occultissima ppicis. Lucc. ius Tullio M. F. li. 5. 14. 5.
Propter tuum in me amorem. Cic. Lentulo, lib. 1. 3. 2.
Indicere ventri bellum propter aquam. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 2.
Eique suspicio propter eam causam fuit, quōd, &c. Cic. de Clar. Orat. 51.
Habemus hæc omnia: bonorum studium, propter nostram causam: vulgi ac multitudinis, ppter magnificentiā munerū. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 9.
Tironem propter humanitatem & modestiam malo saluum, quam propter vsum meum. Cic. Attico, lib. 7. 125. 2.
Propter reliquæ ætatis infamiam pœnas lege & iure persoluere. Cic. Antè quām iret in exilium, 18.
Legibus non propter metūm parere. Cic. in Parad. 42.
Ex se & propter se expeti. Cic. 2. de Finib. 133.
Vnum illud dico, si propter partium studium potens erat Alphenus, potentissimus Nævius. Cic. pro Quintio, 12.
Nam nec castra propter anni tēpus facere possum. Cn. Magnus Domitio

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Epist.ad Atticum,lib.8.163.4.

¶ Propter,pro Prope,iuxta,Aliquando aduerbium est sine casu.Terét. Adelph.4.2.38. -postea
Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est. Cic.6.Ver. 95. Etenim propter est spelunca quædam.

Iungitur & accusatiuo sæpissime in eadem significatione.Plautus Mil.3.9.
-hic est, stat propter virum Fortem. Terentius Adelph.2.1.15.Nimium istoc abisti, hîc propter hunc assiste. Cicero 4.Verr.106.Quid ergo illæ sibi statuæ equestres inauratæ volunt,quæ Populi Rom.oculos,animosque maximè offendunt,propter ædem Vulcani? Ibidem,6. 86.Fanum eius est in agro propter ipsam viam,qua Assoro itur Enna. Sic de Claris Orat.12.Propter Platonis statuam consedimus. Idem 3. de Natu.deor.75.Qui tenuit insulas,propter Siciliã. Sic Liuius 6. bel. Pun.41, Virgil.eclog.8.18. Propter aquæ riuum viridi procumbit in herba. Idem 3.Georg.3.
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam. Ouid.8.Metam.51.

Propter ædem Saturni.Tacit.lib.2.Hoc est prope.

Fluuius Eurotas qui propter Lacedæmonem fluit.Cice. 2. de Inuent.93.

Duo filii propter patrem cubantes.Cic.pro Rosc.Amer.39.

In pratulo propter Platonis statuã consedimus.Cic.de Claris Orato.12.

Propter quod.Paulus in L.Q ui in.ff De adop.Vxor mea illi matris loco non est,nec enim agnoscitur ei:propter quod nec ei cognatus fit.

Propterea, Aduerbium(διὰ τοῦτο,τούνεκεν,διότι,)Ob eã causam.Terentius Andr.5.5.3. Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror.Idem Hecyra,4.4.88.Amare mulieres sunt,non facile hæc ferunt: Propterea hæc ira est.

Propterea quòd.Plautus Amphit.4.144.
-nunc propterea quòd me meus herus
Fecit vt vigilẽ,hic pugnis faciet hodie vt obdormiam.Teren. And.1.1. 11. -feci è seruo vt esses libertus mihi
Propterea quòd seruiebas liberaliter. Cic.pro Quintio,15. Alphenus interea Romę cum isto gladiatore vetulo quotidie pugnabat,vtebatur populo sanè suo,propterea quòd iste caput petere non desinebat. Ibidem,3.Idque dum cogitat,non minus sæpe ei venit in mẽtem potestatis,quãm æquitatis tuæ:propterea quòd omnes,quorum in alterius manu vita posita est,sæpius illud cogitant,quid possit is,cuius in ditione ac potestate sunt,quãm quid debeat facere.Sic 4.Acad.64.& 184.Et Cæsar 5.bel.Gal.62.

Cum essem otiosus in Tusculano,propterea quòd discipulos obuiam miseram,vt,&c.Cic.Pæto,lib.9.18.1.

Si notionem veri & falsi,propterea quòd ea non possunt internosci, nullã habemus.Cice.4.Acad.65.

Propterea quia.Seruius Cice.lib.4.5.2.Etsi genus hoc consolationis acerbum est propterea quia per quas &c.

Propterea vt.Cic.pro Ligario,5.Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero,quum de se eadem diceret,ignosceret.

Propudium, propudii,(ἀναιδωτός,) A quo pudor & pudicitia procul sint,inquit Festus.Plau.Curc.4.35.Iam hanc voluptati hoc adinuentum odium est. P A. quid ais propudii?Budæus, Propudium rem pudendam significat.Plaut.Vt pullat propudium.Verba sunt increpantis puerum qui pulsabat fores ignauiter vel remissius. Idem,Tu audes etiam seruos spernere?propudium,quasi bella sit.Plin. lib.28.cap.8.14.Hoc cinere poto propudia virorũ:eiusdem aspersu fœminarum libidines inhiberi.Propudiũ pro obscœnitate posuit pudẽda.

Propudiósus,penultima producta.Adiectiuum,(ἀναιδωτός,) Idem, Plaut. Trucul.6.16.Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam. Gell.libro 2.cap.7.Sed enim si imperet vxorem ducere infamem,propudiosam,criminosam.

Propugno, propugnas,(ὑπερασπίζω,)propugnare,Aduersus pugnantes pugnare,siue pugnando resistere.Plin.lib.12. cap.19.1. Casia circa paludes propagnante vnguibus duro vespertilionum genere, aligerisque serpentibus, his commentis augentes rerum pretia.

Propugnare commoda patriæ,pro Tueri & defendere aduersus hostium imperum. Cicero 1. de Inuent.2.Qui verò ita se armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, verùm propugnare possit,is mihi vir & suis & publicis rationibus vtilissimus. Vetus codex legit pro his pugnare. Sueto.in Cæsare,cap.23.Qui sibi pepigissent propugnatoros absentiam suam.

Propugnare pro.Cic.pro Rabirio,perduel.reo,22. Testor,me pro illorũ fama,gloria,memoria,oó secus ac pro patriis fanis,atque delubris propugnandum putare. Idem 5.Tuscul.115.Non pro suo partu ita propugnant,vt vulnera excipiãt,nullos impetus,nullos ictus reformidẽt? Sic 1.Offic.90.Propugnare pro æquitate.

Pro innocentibus propugnare,& Nocentes oppugnare,opposita.Cic.Ante quãm iret in exilium,6.

Acerrime propugnare pro salute alicuius.Cic.Bruto,lib.1.16.4.

Armatus magis propugnat.Horat.1.epist.19.4.

Propugnatio,Verbale fœm.(ὑπερασπισμός,) Cicero ad Lentulum,libro 1.7.7.Nam nostra propugnatio,ac defensio dignitatis tuæ propter magnitudinem beneficii tui fortasse plerisque officii maiorem authoritatem habere videatur. Idem pro Sestio,2.Tamen aggrediar ad dicendum,ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur.Et Lucinio, lib.5.8.3.Susceptique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.

Propugnátor,pen.prod.(ὑπερασπιστής,)Verbale masc. Cæsar 7.bel.Gall. 107.Nec ille prius est à propugnatoribus vacuus relictus locus.

Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum. Cicero 7. Verr. 69.

Propugnator & defensor.Cic.6.Verr.72.Non est pudoris mei P. Scipione florentissimo adolescente viuo & incolumi,me propugnatorem nominentorum P.Scipionis,defensoremque profiteri. Idem Post reditũ in Senatu,33.Alter fuit propugnator mearum fortunarum,& defensor assiduus,summa virtute & pietate C.Piso gener.

Senatus propugnator.Cic.pro Milone,12.

Acerrimus propugnator communis libertatis.Cic.ad Brutum,11.1.

Defensor & quasi propugnator patrimonii sui.Cic.1.de Orat.126.

Propugnator studiosissimus.Cic.4.Verr.8.

Propugnaculum,propugnácoli,penul.corr.(προβολή,ἐπιτείχισμα,ἄρυμα, πρόμαχος,ἔπαλξις,)Locus munitus,vnde vehementer certari possit,& defendi procul.Virgil.4.Aeneid.18.
-& propugnacula bello
Tuta parant. Plaut.Bacchid.15.61.
-primum intendam balistam in senem,
Et balista si præuortam turrim & propugnacula,
Recta porta inuadam exemplo in oppidum antiquum & verus. Cice. pro Font.3.Est in eadem prouincia Narbo Martius colonia nostrorũ ciuium,specula Populi Rom.ac propugnaculũ istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Horat.Epod.1.1.Ibis Liburnis inter alta nauis, Amice propugnacula. Sic apud Virgilium 9.Aeneid. 152.Propugnacula murorum.

Pontesque & propugnacula iungunt.Virgi.9.Aeneid.35.

Aequoris propugnacula.Stat.3.Sylu.3.21.

Classis pulcherrima Siciliæ propugnaculum, præsidium prouinciæ. Cicero,5.Verr.161.

Propugnaculo esse.Cic.7.Verr.71.Erat enim sola illa nauis constrata, & ita magna,vt propugnaculo cæteris posset esse.

Propugnaculis imperii,sociorum fortunas,non sua tecta defendere. Cice. pro Lege Manilia,22.

Propugnaculum contra.Cic.5.Verr.32.Si prius illud propugnaculũ,quo cõtra omnes meos impetus vsurũ se putat,ex defensione eius deiecero.

Propugnaculum & præsidium.Cic.ad Terentiam,lib.14.18.4. Domus vt propugnacula & præsidium habeat,Philotimo dicetis.

Propugnaculum firmissimum.Liu.lib.4.bel.Maced.non procul à fine,Vocatus Ariston purgare sese,& firmissimo propugnaculo vti, quòd nihil literarũ ad quẽquam attulisset.Id est,validissima excusatione.Budæus.

Lex Aelia & Fufia, propugnacula, muriique tranquillitatis. Cicero in Pisonem,6.

Propulso, Vide PROPELLO.

Propylæum, propylæi,(πρόπυλαιον,) Latinè vestibulum vel porticus ante domum.Cice.lib.2.Offic.88.Phalerens Demetrius,qui Periclem principem Græciæ vituperat,quòd tantam pecuniam in præclara illa Propylæa coniecerit. Plin.lib. 35. cap. 10.34.Protogenes quum Athenis celeberrimo loco Minerua delubro propylæon pingeret,vbi fecit nobilem Paralum, & Hemionida, quam quidam Nauficam vocant,adiecerit paruulas naues longas in iis,quę pictores parerga appellant. Idem lib.36.cap.5.21.

Proquæstor, Proquæstóris,masc.g.(ἀντιταμίας,) Qui Quæstoria authoritate accepta mittitur in aliquam regionem.Cic.4.Acad.9.Nec verò ineunte ætate solùm, sed & Proquæstor aliquot annos.Vetus codex hic Quæstor legit.

Quum Alexandriæ Proquæstor essem.Cice.4.Acad.22.

Prora, proræ,(πρῴρα,)Anterior pars nauis.Plaut.Merc.4.73. Dic, vbi eam vidit pater? A. intus ibi intra nauim,vt proræ astitit. Liu.4.bel.Pun.156. Ferrea manus firmæ catenæ illigata, quum iniecta proræ esset,grauique libramento plũbi recelleret ad solũ suspẽsa prora,nauim in puppim statuebat. Ibidem,lib.2.87.Quæ non aut perfregerant proras litore illisas,aut carinas fixerant vadis. Plin.lib.9.ca.30. 6.Prora rostrata. Cæsar 3.bel.Gall.392.Proræ admodum erectæ.

In nauigio,latera,carinæ,prora,puppis.Cic.3. de Orat.99.

Aerata prora.Stat.5.Thebaid.67.

¶ Terris aduertere proram.Virgil.3.Georg.24.

Contorsit læuas proram Palinurus ad vndas.Virgil.5.Aeneid.113.

Detorquet proram ad vndas. Virgil.5.Aeneid.33.

Obtorquet proram in vndas dextras.Stat.5.Thebaid.83.

Obuertunt pelago proras.Virgil.6.Aeneid.1.

Illisa

Illisa prora pependit.Virgil.5.Aeneid.43.

Aeratæ steterant ad littora proræ.Virg.9.Aeneid.25.

Torquent proras ad littora.Virg.3.Aeneid.107.

Vertere proras à littore.Lucan.lib.9.118.

¶ Prora & pupis.Cic.lib.Epist.16.24.2.Scribens ad Tironẽ suum,paræmiam hanc refert his verbis,Mihi prora & puppis(vt Græcorũ prouerbiũ est)fuit à me tui dimittendi,vt rationes meas explicares.Prora itaque & puppi summã consilii nostri significamus,propterea quòd à prora & puppi,tanquam à capite & calce pendeat tota nauis.Erasmus.

Proréta,proretæ,pen.prod.(πρωρεύς,πρωρατής,)custos & gubernator in prora nauis. Plaut.Rud.23.74.Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero.

Prorepo, prorẽpis,pen.prod.prorepsi,proreptũ,(ἑρπύζω,) proréperе,Vltra repere.Colum.lib.3.cap.5.Vt mota æqualiter humur,nouelli seminis radicibus,quancunque in partem proreperint,molliter cedat. Ibidem,cap.10.3.Illæ fertiles ac firmæ,quia è tenero prorepunt: & quicquid ad eas peruenit alimenti,indiuiduum est. Plin.lib.17.cap.4.10.Arescit æstate media:quum prorepit,musculorũ aures imitatur foliis.

Quum proreperunt primis animalia terris.Horat.1.Serm.satyra 3.20.

Prorepere è cauis.Plin.lib.8.cap.39.1.Non prorepunt è cauis terræque herba viuunt.

Prorepere in luxuriem dicuntur radices vitium,Prorependo luxuriari & diuagari.Colum.lib.5.ca.5.11.Hoc duabus ex causis fit:vna,ne libero excursu in luxuriem prorepant. De radicibus vitium.

Prorepentes oculi vitium.Colum.lib.11.cap.2.18.

Proreta, & Proreus, disyllabum,Vide PRORA.

Proripio, próripis,pen.corr.proripui,proreptũ, (ἐκπορίζω,ἐξορμάω, ἀνιδόρω,)proripere,Latèter & furtim rapere.vt Proripere sese domo.Liu.9.bel.Pun.44.Plaut.Capt.11.1.Quò illum nunc hominem foras proripuisse se dicam ex ædibus? Virgil.eclog.3.4.
Et quum clamarem,quò nunc se proripit ille?
Tityre coge pecusdu post carecta latebat.Liu.li.2.bel.Pun. E manib° sacrificantium quum fcie proripuisset.Salust. Deinde se domũ ex curia proripuit. Virg.6.Aene.95.Tandẽ proripuit sese,atq; inimica refugit.

Vlquam proripere.Horat.1.Serm.saty.1.8.

Proripere se repentè, vel subitó. Cicero de Aruspicum responsis, 1, Attamen ignarus ille qui Consules essent, exanguis atque exæstuans se ex curia repentè proripuit, cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis. Cæsar 1.bel.Ciuil.303.Vbi Cæsaris castra posita,constituaque tabernacula, & dimissos equites pabulandi causa animaduertẽre, sese subitò proripiunt.

Sese porta foras vniuersi proripiunt.Cæsar 2.bel.Ciuil.46.

Solio se proripit alto.Valer.5.Argon.54.

Proripere sese ab vestibulo templi.Liu.8.ab Vrbe,24.

Proripere se ex curia.Liu.3.ab Vrbe,70. Et lib.8.152.

Proripere se in publicum Liu.8.ab Vrbe,141.

Proripere se in cœtus. Plin.lib.8.cap.46.2.Cætero secretus quum se proripuit in cœtus,incedit summoto strepitu lictorum.

¶ Proripere aliquem,Rapere.Cic.7.Verr.126.Deinde iubet vndique hominem proripi,vehementissimeque verberari.

Cæteras proripere in cædem.Horat.1.Carm.ode 8.3.

¶ Proripiet se libido ac proiiciet occultatione proposita. Cic.2.de Finibus,117. Vide PROIICIO.

Prorito, proritas,pen.prod.(προεξιάω,)proritare, Prouocare.Colum.lib.10.12.Vt Pelusiaci proriret pocula zythi. Idẽ lib. 3.cap.20.2.Vbi nihil erit,aut non multum,quod proriret feracitatem. Plin.li.26.ca.8.43.Anagallis cærulea procidentia sedis retro agitiedi uersò rubens proritat.Id est extimulat & acuit. Colu.lib.2.cap. 10.13. Lini semen,nisi magnus est eius in ea regione quam colis prouentus, & pretium proritat,serendum non est.Id est allicit & inuitat. Nam lib.3. cap.2.20.ait,Vbi multa inuitabunt regionis commoda,vt nobilem vitẽ conseramus,generosam requiremus.Vbi nihil erit,aut non multum quẽ proritet,feracitatem potius sequemur.

Prorogo, prórogas,pen.corr.(παρατείνω,ἀναβάλλομαι,) proroga re,Protrahere,prolongare.Columella lib.1. Quis enim dubitet eam maximè probatam haberi, sine qua nemo nostrũ vel prosperè vel aduersæ valetudinis vitam prorogat? Cicero Appio,lib.3. 10.11. Illud pugna & enitere, nequid nobis temporis prorogetur. Plinius epist.196.2, Victuriique nominis famam, supremis etiam titulis prorogare nituntur. Plautus Aulul.15.59.Spes prorogatur militis in alium diem.

Per singulos annos aliquid prorogare. Quintil.lib.1.cap.1.13.

Hoc per singulos annos prorogatum,in summam proficit.

Aeratem prorogare.Plin.lib.15.cap.13.2.Vsque ad alia nascentia ætatem sibi prorogant.De arboribus folia mittentibus.

Aeuum prorogare.Horat.in Car. seculari,14.Et in Arte,70.

Bellum prorogare.Cic.12.Philipp.328.

Dies paucos propter inopiam ad soluendum,alicui prorogare. Cicero,2. Philip.82.

Imperrant à Senatu vt dies sibi prorogaretur.Cice.3.Verr.69.

Prorogat æternam feritas tibi punica famam.Claud.7. Paneg.82.

Horam prorogare recte viuendi.Horat.1.epist.2.9.

Imperium prorogare,Noua rogatione in longiora tempora proferre.Cice.ad Q.fratrem,lib.1.1.7,Quòd si tibi bellũ aliquod magnum & periculosum administrãti prorogatum imperium viderem,tremerem animo:quòd eodem tempore esse intelligerem etiam fortunę potestatem in nos prorogatam. Idem ad Atticum,lib.5.89.1,Ne pateretur quantum esset in ipso, prorogari nobis prouincias. Ibidem, lib.7.126.2, Quãm quum quinquennium prorogabamus,aut,&c. Pollio ad Ciceronem,lib.10.32.4.

Moras prorogare.Plin.lib.16.cap.22.2,Quædam tardius amittũt,atque in hyemes prorogant moras.

Numerum annorum prouinciis prorogauit. Cic.2.Philipp. 105.

Rogo atque oro ne patiare quicquam mihi ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari.Cic.Curioni,lib.2.6.9.

Prorogatio,Verbale,(ἀναβολή,ὑπερημερία,)Cic.ad Atticum,lib.13.293, 3,Ego verò vtar prorogatione diei. Liu.4.bel.Maced.20, Tum L.Valerius prorogatione ab se promulgata, ita disseruit,&c. Idem 8.ab Vrbe,155,Duo singularia hęc ei viro primùm contigere:prorogatio imperii,non antè in vllo factãt& acto honore triumphus.

Prorogatio legis,Dilatio promulgandæ legis.Cice.pro Murena,45, Confusionem suffragiorum flagitasti,prorogationem legis Maniliæ,æquationem gratiæ,dignitatis,suffragiorum.

Prorsi limites,Vide PRORSVS.

Prorsus, vel prorsum,Aduerbium.(πάντως,πάντω μὲν οὖν,τὸ πάνυ,) Quasi porrò versus,inquit Festus: significat Omnino.Terent.Eunucho,2.3.14.
Ego nescio hercule neque vnde eam,neque quorsum eam,
Ita prorsum oblitus sum mei. Plaut.Aulul.13.27, Sed cesso prius quãm prorsus perii currere? Terent.And.3.2.30,Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo.Cic.2.de Orat. 35,Verbum prorsus nullum intelligo. Idem 1.Tuscu.100,Prorsus hæc diuina mihi videtur vis, &c.

De summa agi prorsus vehementer & seuerè volo.Cic. Atti.li.16.339.3.

Satis affatim prorsus.Cice.Attico,lib.16,331.3, HS LXXII satis esse affatim prorsus.

Prorsus iocundè.Horat.1.Serm.saty.5.15.

Prorsus omnino.Terent.Adelph.5.9.33.
Nunc adeò si ob eam rem vobis mea vita inuisa est Aeschine,
Quia non iusta,iniusta,prorsus omnia omnino obsequor.

Penitus prorsum.Lucret.lib.3.55,Nam penitus prorsum latet hęc natura,subestque.

¶ Prorsus,cum negatione,pro Nullo modo. Plaut. Casina.5.7.
Neque falsum prorsus,neque suaue esse potest quicquam,vbi amor
Non admiscetur. Teren. Hecy.4.4.51, Enimuero prorsus iã tacere non queo. Idem And.2.6.4, Nihilne? hem. D. nihil prorsus. Item Adelph.4.1.4, -ita se defatigarit velim,
Vt triduo hoc perpetuo prorsus è lecto nequeat surgere. Et Andr.2.2. 34,Quid ita?nempe huic prorsus illam non dat. Item Eunuc.2.3.40. Illum liquet mihi deierare his mensibus
Sex,vel septem prorsum non vidisse proximis.

Nullo modo prorsus.Plaut.Trin.11.1,
Vt mihi rem narras Callicles,nullo modo potest fieri prorsus,
Quin dos detur virgini. Cice.de Natu.deorum. Si autem id dicis, Mundo nihil esse sapientius,nullo modo prorsus assentior.

¶ Prorsus,pro eo quod Generaliter vulgò dicitur. Cice.ad Marcel.lib.4. 10.2,Venies enim,mihi crede,expectatus:neque solũ nobis,id est tuis, sed prorsus omnibus.

¶ Prorsum,Recta ad locum aliquem.Plaut.Milite.16.56,
-ego adeò,vt tu scias,
Prorsum Athenas protinus abibo tecum. Idem Persa,17.5,
Audin' tu Persa?vbi argentum ab hoc acceperis,
Simulato quasi eas prorsum in naue. Et Pseud,14.50, -illuc sis vide
Non prorsus,verùm ex transuerso cedit,quasi cancer solet.

¶ Rursum prorsum.Terent.Hecy.3.1.35,Trepidari sentio, cursari rursum prorsum.Vbi Donatus,Rursum ,pprie Retro, prorsum Antè significat.& est prouerbiale,vt dicimus Sursum deorsum,intrò foras, hac illac,& similia.

¶ Prorsum,Certè,rectè,verè,inquit Donatus.Terẽ.Adel.5.3.58, Eo pacto prorsum illic alligaris filium. Cic.ad Atticum, lib.13.293.1.Prorsus ex his libris non videtur esse dubium,quin,&c.

¶ Prorsus,nomen,Rectum significat.Inde Prorsi limites dicũtur in agrorum mensuris,qui ad orientem directi sunt:vt ait Festus.

Prorumpo, prorumpis,prorúpi,penul.produ.proruptum,(ἐκρηγνύω,prorumpere,Valde rupere,vel cũ impetu ferri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæsar lib.3.belli Gall.nõ procul a fine, Celeriter ad eas munitiones pergeneruntatque proruptis his,prius in hostium castris constiterũt, quàm planè ab his uideri,aut quid rei gereretur,cognosci posset.Virgil.1.Georg.20.Rursus in obliquum uerso prorumpit aratro.
Liuius 4.ab Vrbe,165,Quum nec prorumpere eadem qua transierant possent. Cæsar 5.bel.Gall.60, Nouo genere pugnæ perterritis nostris per medios audacissimè proruperunt.Virg.10.
Aeneid.70,Hæc ait,& medius densos prorumpit in hostes.
In aciem prorumpere,uide ACIES.
Prorumpet pestis.Cic.pro Murena,77,Illa pestis immanis, importuna Catilinæ prorumpet quà poterit.
Vox prorumpit in auras.Silius lib.3.142.
Eò prorũpit hostum cupiditas,& scelus,& audacia, ut nõ modò clam, uerũ etiam hîc in foro cædes futuræ sint.Cic.pro Roscio Amerino.7.
¶ Prorumpere,Actiuum,Vltra emittere,euomere.unde Proruptum,
Effusum fluensque,inquit Seruius. Virg.1.Aeneid.50,Vnde per ora nouem,nasto cum murmure montis
It mare proruptum. Et 3.Aeneid.114,
–horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,
Interdumque aram prorumpit ad æthera nubem,
Hunc locũ Seruius exponens,accipit pro euomit,asserens nouã hanc esse loquutionẽ.Non enim dicimus,Ego prorũpo hanc rem. Hoc modo usus est Terent.in Eunucho,iamne erũpere licet hoc mihi gaudiũ.
Prorumpit fons ab una parte,Hoc est magno impetu prosilit & oritur. Cæsar 8.bel.Gall.141,Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte,quæ ferè pedum CCC interuallo fluminis circuitu uacabat.
Proruptus,(κατεῤῥυγμένος) Participium, siue Nomen ex participio: ut Proruptus murus:Prorupta audacia,Temeraria.Cic.pro Roscio Amerino,41,Nisi prorupta audacia,nisi tanta temeritas,ut non procul abhorreat ab insania.
Aditus proruptus,Vide ADEO,adis.
Proruptæ munitiones,Violenter à militibus superatæ.Cæsar 3.bel.Gall. non procul à fine.
Mare proruptum.Virg.1.Aeneid.50,It mare proruptum,& pelago premit arua sonanti.

Proruo, próruis,prórui,prórutum,penul.cor.(κατακλύζω, κατεκρημνίζω)prorũere,Prouolere,facere ut aliquid cadat.Liuii.Mare fluminibus inuexit,montes lapsu ingenti proruit. Idem 9.ab Vrbe condita,195,Excitati arma capiunt,dolabræ calonibus diuidũtur ad uallum proruẽdum,fossasque implẽdas. Ibidẽ,71.Quum pars fossas explerent,pars uellerent uallũm,atque in fossas proruerent.
Idem 6.bel.Pun.76,Albam,undè ipsi oriundi erant,à fundamentis proruerunt:ne stirpis,ne memoria originum suarum extaret. Varro 1.de Re rust.cap.13.5,Id secundum aream faciendum, ubi triturus sis frumentum,magnitudine pro modo fundi ex una parte aperrum,& id ab area,quò & in trituram proruere facile possis. Colum.lib.12.cap.43.10,Tum uinaceorum pes bene prælo expressus,proruitur.
In caput proruit.Valer.7.Argon.121, –ille fatiscens
In caput,inque humeros ipsa ui molis & iræ Proruit.
Proruere se,Prorumpere.Terentius Eunucho.3.5.51,
Vix elocuta est hoc,foras simul omnes proruunt se:
Abeunt lautum,ita ut sit domini ubi absunt.
Aciem hostilem proruere,Vide ACIES.
Prorutus,pen.cor.Participium.(κατακεκρημνισμένος)Liuius 4.ab Vrbe,124, Dictator proruto uallo,iam in castra prælium intulerat. Ex uetusto codice legendum prorupto.
Gramina prorupta.Stat.4.Thebaid.264.

PROSA,dea:de qua Gellius lib.16.cap.16.ex Varrone, Quando,inquit,contra naturam,fortè conuersi in pedes pueri,brachiis plerunque diductis retineri solent,ægrius tunc mulieres enituntur. Hunc pericoli deprecãdi gratia,aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmẽtibus: quarum altera Postuerta nominata est, Prosa altera, à recti peruersique partus & potestate & nomine.

Prosa, prosæ,(πεζὸς λόγος)dicitur oratio soluta,quasi profusa.Gellius lib.10.cap,18,Extat nunc quoque Theodori tragœdia, quæ inscribitur Mausoleum qua eum magis,quàm in prosa placuisse Higinus refert. Quintil.lib.1.cap.10, Sed in prosa quoque quædam iam recepta immutatio.
Prosa oratio. Colum.lib.10.in Præfatione,3,Prosa oratione prioribus subnectentur exordia.
Prosaicus,pen.cor.Adiectiuum,(πεζικός,)ut Prosaica oratio. Plin.lib.7.cap.56.15.Prosaicam orationem cõdere Pherecydes Syrius instituit. Idem lib.5.cap.29.8,Cadmus primus prosaicam orationem condere instituit.Alii codices habent prosam.

Prosapia, prosapiæ,(ἐκγονή, ἀπογονή,)Generis longitudo, siue progenies antiqua.Dicta à Prosupero, proposueras, quod est Superabundo,quòd prosuperent,hoc est superstint & superabundent liberi.Cato ueteres prosapiæ. Plaut.Curcul.8.23.De cochlum prosapia te esse arbitror. Idem Merc.12.49.
Rogitares quis esset,aut unde esset,qua prosapia,
Ciuis ne esset,an peregrinus. Cic.de Vniuers.56,Deinceps Iouem atque Iunonem reliquos fratres inter se,agnatosque usurpare atque appellare solemus,& eorum,ut utamur ueteri uerbo, prosapiam. Quintilianus lib.1.cap.11,testatur prosapia esse uerbum inusitatum. Et lib. 8.cap.3,de ornatu,Vt obsoletæ (inquit)uetustatis uniuersam eius prosapia dicere,insulsum. Festus,Prosapia,pgenies id est porrò sparsis, & quasi iactis liberis:quia inspare,significat iacere & disiicere.

Proscenium, proscenii,(προσκήνιον,)Locus ante scenam porrectus,ubi pulpitum excitatum erat, quò actores fabularum prodirent,ita ut scena altior esset pulpito pulpitũ autẽ altius orchestra,quæ ipsa locus erat saltantium. Hæc Budæus. Plaut. Amphi.3.91.
Etiam histriones Nannico in proscenio hîc
Iouem inuocarunt. Idem Trucul.2.8,
Athenis tracto ita,ut hoc est proscenium.
Tantisper dum transigimus hanc comœdiam. Liuius 10.bel. Maced. 102. Theatrum ut proscenii ad Apollinis ædem,Iouis in Capito.&c.
Ineunt proscenia ludi.Virg.2.Georg.77.
–caper omnibus aris
Cædatur,& ueteres ineunt proscenia ludi.

Proscindo, proscindis, proscidi,pen.corr.proscissum,proscindere, Valde,seu vltra,vel subtus scindere. Vnde dicimus Proscindere terram,quũ primùm eam aramus. Varro de re rust. lib.1.cap.29.Rursum terrã quũ primùm arant,proscindere appellãt. Quũ iterũ,offringere dicunt,quòd prima aratione glebæ grandes solent excitari:quũ iteratur offringere uocant. Col.lib.2.cap.2.17.Antiquissimi serè omnes formam huius operis conscripsere, quam uelut scita legemque in proscindendis agris sequantur agricolæ.
Aequor rostro carina proscindit.Catul.Argon.59.3.
Campum ferro proscindere.Ouid.7.Metam.24.
Littus aratro proscindere.Ouid.epist.16.28.
Quercum ferro proscindere.Lucan.lib.3.87.
Terram aratris proscindere.Lucret.lib.5.42.
Iuuencis ualidis terram proscindere.Virg.1.Geog.48.
¶ Proscindere aliquem,per translationem,pro Infamare,contumeliis lacessere & lacerare.Sueto in Augusto,cap.13. Hinc fœdissimo conuitio coràm proscidebant. Plin.lib.36.cap.6.4,Hic nanque est Mamurra. Catulli Veronensis carminibus proscissus. Idem lib.33.cap.12, Vtinamque posset è uita in totum abdicari aurum,sacra fames, vt celeberrimi authores dixere,proscissum cõuitis ab optimis quibusque, & ad perniciem uitæ repertum.
Summorum aliquẽ patria proscindere. Ouid.4.de Ponto,eleg.16.
Proscissus,Participium.et Proscissa terra.
Aequor proscissum.Virg.1.Georg.20.Et qui,pscisso quæ suscitat æquore terga.Id est terra quam iam arauerat Seruius.
Armi proscissi natant paleatibus.Stat.3.Thebaid.67.
Pectus proscissum uulnere.Sat.10.Thebaid.87.
Proscissum,Substantiuum:pro Terra proscissa.Colum.lib.2.cap.2.11.Illa luscum autem per proscissum ingredi oportet.
Proscisio,Verbale.Colum.lib.2.cap.13.15. Sesami sextarii sex tribus igis à proscissione colũtur. Idem lib.6.cap.26.Nêue adhuc tenera colla dura proscissione terræ contundant.

Proscribo, proscribis,pe.prod.proscripsi,proscriptũ, (προγράφω, ἀπογράφω,)pscribere.Aliquid per scriptorã vænale ponere & publicare.Nam proscribi domus dicuntur, quando apposita inscriptione,vænales uel locãdæ significãtur.Cic.3.Officio.85. Itaque Calphurnius quũ demollitus esset,cognosletque Claudiũ ædes positea proscripsisse,&c.Plinius epist. 147.b, Deserta deinde,& damnata solitudine domus, totãque illi monstro relicta. proscribebatur tamen: seu quis emere, seu quis conducere,ignarus tanti mali vellet. Idem epist. 131. Miraris quòd Hermes libertus meus hæreditarios agros quos ego tulleram proscribi,non expectata auctione, pro quinquunce, ex septingentis millibus Corelliæ addixerit. Cic. pro Quintio,19,Consyderant enim quid & quantũ sit alterius bona proscribere,&c. Idem 3.Offic.71,Ille quod non placebat, proscripsisti quod placebat,emisti. Idem,Qui proscribunt uillam bonam, beneque ædificatam,non existimantur fefellisse, si illa nec bona est, nec ædificata bene.
Racilius tabulam proscripsit,se familiam Catonianam uenditurum, Cicero Q.fratri,lib.2.10.6.
Aedes proscribere.Cic.3.Offic.89.
Proscribere se auctionẽ facturum.Cic.pro Quintio,8,Quum æris alieni aliquantum esset relictum,quibus nominibus pecuniam Romæ curari oportere, auctionem in Gallia P.hic Quintius Narbone se facturum esse proscribit earum rerum quæ ipsius erant priuatæ.
Proscribere uænale.Curius ad Ciceronem, lib.7.30.1, Quod quidẽ si iter uos senes emptionalis uænale proscripserit,egerit non multum. Itaque

sese scripturum agebat,ut uenationem etiam quæ postridie ludos Apollinares futura est,proscriberent.Cic.Att.lib.16.333.8.
¶ Proscribere aliquem,Damnare,relegare.Horat.1.Serm.sat.7.1, Prosciptiõ regis Rupili pus atque uenenum. Cic.pro Domo sua, 35, Hinc uos igitur Pontif iudicio atque authoritate uestra Tribunopleb. potestatem dabitis,ut proscribere possit quos uelit? Quæro enim, quid sit aliud proscribere, Velitis iubeatis, ut M.Tullius in ciuitate ne sit,bonaque eius ut mea sint. ita enim fecit,etsi alijs uerbis tulit.Vlpianus in L. Sed etsi pupillos. ff. de Iustitoria actione,Proscribere palam,sic accipimus,claris literis,vt de plano rectè legi possint,ante tabernam scilicet,uel ante eum locum in quo negotiatio exercetur, nec in loco remoto,sed in euidenti.
Quum proscribentur homines, atque ex omni regione caperentur ii, qui aduersarii fuisse putabantur.Cicero pro Roscio Amerino.19.

Proscriptus, Participium.(προγεγραμμένος,)vt Ager proscriptus.Cic.Attico,lib.16.341.2.
Ille locare incipit non proscripta neque edicta die.Cicero 3.Verr.99.
Horti quam in diem proscripti sint,uelim ad me scribas. Cicero Attico, lib.1.260.1.
Possessiones uænales ac proscriptas hac lege uideo. Cicero 3.de Lege agraria.10.
¶ Proscriptus,Relegatus.Plin.de Sylla,Age,non exitus uitæ eius omnũ proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit. Cic.ad Atticum. lib.2.16.6,Quinta de proscriptorum filiis.
Lex Cornelia proscriptum iuuare uetat.Cic.3.Ver.86.
Rex proscriptus.Horat.1.Serm.sat.7.1.

Proscriptio, proscriptionis,Verbale,(προγραφή, ἀπογραφή,) Damnatio. Cicero pro Domo sua, 33, Proscriptionis miserrimum nomen illud. Idem pro Cluentio, 97, Ne subscriptio Censoria non minus calamitatis cumbus quàm illa acerbissima proscriptio posit afferre. Idem in Parad.69.Proscriptiones locupletum. Et ad Atticum, lib.12.260.4.
Capitis proscriptio.Cic.de Prouinc.Consul.37.
Non nominatim,sed generatim proscriptio est informata. Cic. Attico, lib.11.224.1.
Facere proscriptiones prædiorum. Cice pro Flacco,57, Emptiones fallas,prediorum proscriptiones cum mulierculis aperta circũscriptione fecisti.
Quũ de capite ciuis & de bonis proscriptio ferretur. Cic.pro Sestio,54.
Cauete per deos immortales,ne noua & multo crudelior per uos proscriptio instaurata esse uideatur.Cic.pro Rosc.Amer.91.
Quum caput meæ proscriptionis recitaretur. Cice. Post reditum in Senatu. 3.

Proscriptor, Aliud uerb.(προγραφεύς) Plin.lib.7.cap. 12. 7. Adeoque tẽpestiua admiratione intulit,vt ille proscriptor animus,mero & contumelia furens,non aliud in cẽsu maius,& in fortuna sua doceret.

Proscriptũrio, proscripturis,penulti.correp. proscripturiui, proscripturitum proscripturire, Desideratiuum uerbum Cice. Attico, lib. 7, 181.12, Sed mediusfidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc tu pe Cn.uoster biẽnio antè cogitauit, ita Sullãturit animus eius, & proscripturit iamdiu.

Proseco, prosecas,pen.corr.prosecui,prosectum,prosecare. Secare Plaut.Pœnul.6.8,
Quoniam litare nequeo,abii illinc illico
Extrastuetuique exta prosecarier. Liu. 5.ab Vrbe, 98, Qui eius hostiæ exta prosecuisset. Valer.3.Argon.88,
Tunc piceæ mactantur oues:prosectaque partim
Pectoraque per medios partem gerit obuius Idmon.

Prosecta, dicta sunt ab antiquis uiscera quæ in sacrificiis prosecuissent. Lucanus lib.6.141, si pectora plena
Sæpe dedi,& laui calido prosecta cerebro. Nonius,prosecta,exta quæ aris dantur ex fibris pecudũ dissecta: sunt generis neutri. Licinius Macer Ornithogonia,uulgari tosta uapore Cum uirgis prosecta ferũt.
Pomminium. Lucilius lib.14. Cœnam inquit nullam neque diuo prosectam ullam.
Imponere prosecta aris calentibus.Ouid.11.Metam.31.

Proseda, prosedæ, penul.corr. (πόρνη) Meretrix dicitur, authore Festo,quòd ante stabula sedeat.Plaut. Pœn. 4.44, an ibi uis inter istas uersarier Prosedas pistorum amicas, reliquias alicarias.

Prosedamum, prosedami,pen.cor.Vitium est arietibus & hircis circa coitum prouenens ex nimio labore. Huic morbo rustici medentur genere satyrii,quod crategonon appellant,quum in cibum porrigitur. Plinius lib. 26.cap.10.5,Et à Sarmatis equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu,quod uitium prosedamum uocant.

Proselytus, πρὸ & ἔλευθα Hebreis GERIM dicebantur:& pro Pros ii qui ex Ethnicis,legibus Moysi & cœremoniis initiati,Iudaismum profitebantur.

Prosemino, proseminas,penul.cor.(κατασπείρω,)proseminare, Disseminare.Cic. 3. de Orato. 35, Nam quum essent plures orti ferè à Socrate,quòd ex illius variis & diuersis, & in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderit, prosemina tæ sunt quasi familiæ dissentiẽtes inter se,& multũ dissiẽtæ & dispares.

Prosequor, penul.cor.prosequeris,prosequitus sum,(κατακολουθέω, διεξέρχομαι,) prosequi, Vltra, siue post sequi. Plaut.Casina,19.4.
Nam nouũm uiritum hinc & nouam nuptam volo
Rus prosequi. Cæsar 2.bel.Gall.173,Multa millia passuum prosequuti,magnã multitudinẽ eorum fugientiũ ceciderunt. Ibidem,lib.5. 192.Longius prosequi ueritus,quòd syluæ paludesque intercedebant.
Prosequi usque ad locum aliquem.Cice.6.Verr.69. Thure, odoribus usque incensis usque ad agri fines prosequũtàs esse!
Prosequi decedentem domum.Liu.2.ab Vrbe, 134,Itaque uelut persoluta fide,quoniam per eum nõ stetisset quin præstaretur, decedentem domum cum fauore ac laudibus prosequuti sunt.
Prosequi,& domum reducere.Matt.lib.11.25.
Dum te prosequor,& domum reduco:
Aurum dum tibi præsto garrienti.
Cum equis aliquem prosequi.Cic,Q.fratri,lib.2.15.2.
Dictis prosequi aliquem.Virg.6.Aeneid.180,
His ubi tum natum Anchises,unaque Sibyllam
Prosequitur dictis,portaque emittit eburna.
Prosequi cum donis.Liu.9.bel.Maced.224,Et exceperunt,& prosequuti cum donis legatos sunt.
Lachrymis aliquem prosequi.Cic.pro Plancio, 60, Is me in discessu meo non lachrymis solũm suis,sed animo,corpore,copiis prosequutus est.
Abeuntia uela prosequi oculis.Ouid.epist. 5.11.
Odore prosequi.Plin.lib.11.cap.17.3,Siqua lassata deficit,aut fortè aberrauit,odore prosequitur.Alii legunt persequitur.
Visũ prosequimur illos.Stat.5. Thebaid. 97.
Ventus prosequitur euntes à tergo.Virgi.3.Aeneid.26.
Exequias alicuius prosequi.Ouid.1.Trist.eleg.7.3.
Vt neque respiceres,neque solarẽre iacentem,
Dure nec exequias prosequerẽre meas.
Prosequi funus,vel exequias funeris alicuius.Cic.pro Cluentio, 159, Postremo etiam fortassis mater exequias illius funeris prosequuta, mortẽ se filii lugere simulasset.Liu.8.bel.Maced. 241, Et ad portam Capenã mulsum,psequtis funus dedisse.Plin.lib.7.cap.32,Quin & funus eius, quum victore filio Olympiæ expirasset, prosequuta est.
Ab vltimo repetere,& longe prosequi.Author ad Heren.1.15.
Altius prosequi,vide ALTVS.
Latius,quę cuiusque affectus natura sit,psequamur.Quintil.lib.5.ca.8.5.
Et id non prosequar longius quàm mea fides postulabit. Cice. pro Rosc. Amerino,51.
Ne hæc difficiliora esse ad prosequẽdum videantur.Cic.3. de Orat. 104.
Ne plures prosequar.Cic.1.Tusc.45,Quid,totum propè cælum, ne plures prosequar,nomine humano genere completum est? Id est, Vt alios taceam.Legendum prosequar,ex uetusto exemplari.
Prosequi usque ad extremum.Senec.de Benefic.lib.2.cap.11.
Nihil in fructum prouenit, quod non usque ad extremum æqualis cura prosequitur.
¶ Prosequi atque imitari antiquitatem.Vide IMITOR.
¶ Prosequi aliquem. Est etiam cum affectu animi sequir vt Prosequor te amore,Id est amo. Prosequor te odio,Odio habeo, Prosequor te laude,honore,contumeliis,& huiusce modi.
Prosequi cibos voluptate carentes blandioribus alloquiis dicuntur medici.Plin.episto.8.e, Nam si medici salubres ac voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis prosequuntur,quanto magis,&c.
Amore prosequi profectionem alicuius. Cic.Trebonio, lib.15.21.13.
Prosequi aliquem beneficiis.Cice.5.Verr.78,Quencunque Equitẽ Rom. in prouincia uiderant,beneficiis ac liberalitate prosequebantur.
Opportunitatem uero mortis illius beneuolentia potius quàm misericordia prosequamur. Cice.de Claris Orat.5.
Mirabilis eũ omniũ beneuolentia pseqquta est.Cic.Cassio,lib. 15.15.7.
Dicto improbum factum alicuius prosequi.Columel.lib. 8.cap.16.3. Improbum factum dicto prosequutus.Id est, improbo facto adiecit dictũ non minus improbum.
Vt eũ bona existimatio usque ad rogũ prosequatur.Cic.pro Quintio,66.
Fletibus naros,lætitia defunctos prosequuntur.Quintil.lib.5.cap.11.29 De quibusdam nationibus.
Prosequitur eos honos amicorum Cic.de Amicitia,22, Quo circa & absentes adsunt,& egentes abundant,& imbecilli valent, & (quod difficilius dictu est)mortui viuunt:tãtus eos honos,memoria, desyderium prosequitur amicorum.
Impudentia prosequi.Cic.Silio,lib.13.63.2, Itaque primùm tibi ago gratias,quòd me omni molestia liberas, deinde impudentia prosequor. Sed idem farciam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lachrymis prosequi mortuos, Liuius 5. bel. Pun. 152, Postremò ita assuefactiue mali efferauerat animos, ut non modò non lachrymis, iustoque comploratu prosequerentur mortuos, sed ne efferent quidem, aut sepelirent. Cic. pro Plancio, 11. Quòd naugium dederunt, quod eum linquètem terram eam quam seruauerat, lachrymis notisque omnibus prosequuti sunt, æternis eo laude uersantur.

Prosequi lamentis, lachrymisque aliquos tanquam extinctos. Liuius 5. bel. Pun. 152.

Laudibus prosequi. Liuius 9. ab Vrbe, 40, Quum omnes laudibus modò prosequentes uirum, in sententiam eius pedibus irent. Columella lib 12. cap. 3. 9, Horum erat officium, eos qui legibus parèrent, laudibus prosequi.

Laudes alicuius ad cantum prosequi. Cic. 2. de Legib. 98, Honoratorum uirorum laudes in concione memorentur, eæque etiam ad cantus ad tibicinem prosequantur.

Laureatis gesta prosequi. Tacit. in uita Agricolæ, Ne laureatis quidem gesta prosequutus est.

Libello prosequi memoriam alicuius. Plin. epist. 10. lib. 3, Neque enim affectibus meis uno libello charissimam mihi & sanctissimam memoriam prosequi satis est. Id est honestis scriptis memorare.

Memoria prosequi. Quintil. lib. 10. cap. 7. Ego autem ne scribendum quidem puto, quod sumus memoria prosequuturi.

Alicuius uirtutem grata memoria prosequi. Cic. 14. Philip. 404.

Memoria immortalitatis prosequi aliquorum gloriam dicuntur literæ: Hoc est scripta aliquorum laudes cõplectentia. Cic. 1. Philip. 53, Quæ tam ingratæ literæ reperientur, quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur?

Mentionem alicuius cum honore summo prosequi. Plin. epist. 159. b, Pallantis nomine Senatus gratias egit Cæsari, quòd & ipse cum summo honore mentionem eius prosequutus esset, & Senatui facultatem fecisset, testandi erga eum beneuolentiam suam.

Nomen alicuius prosequi animis clarissimis. Cic. 3. Philip. 153.

Officiis omnibus aliquem prosequi. Cic. Marcello, lib. 15. 10. 5.

Qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosequuti sunt.

Bithynicus Ciceroni, 6. 16. 1.

Facta alicuius prosequi suo officio. Ouid. 9. Fast. 146.

Alma Pales fueas pastorum sacra canenti,
Prosequor officio si tua facta meo.

Liberaliter aliquem prosequi oratione. Cæsar 1. belli. Gall. 248, Cæsar Rhemos cohortatus, liberaliterque oratione prosequutus, omnem ad se Senatum continere, &c.

Ordinem rerum prosequi. Cic in Partit. 8.

Memoriam alicuius plausu & clamore prosequi Cicero 10. Philip. 174.

Premio prosequi. Columel. lib. cap. 8. 14. Ac rursus præmio prosequuntur eos qui strenuè atque industriè se gesserunt.

Prosequi reliquias aui. Cic. de Senect. 17, Quam palmam utinam dii immortales tibi Scipio referuent, ut aui reliquias prosequare. Alia exemplaria habent persequare.

Spes prosequitur nos: quasi persequitur. Cic. ad Atticũ, lib. 3. 47. 3. Quid enim est quod me retineat, præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscentes prosequebatur? Id est, quam habebamus.

Stylo prosequi rationem munificentiæ. Plin. epist. 8. c, Ac ne longius exẽpla reperamus, quid utilius fuit, quàm munificentiæ rationem etiam stylo prosequi.

Prosequi aliquem uerbis honorificis. Cic. 1. Tusc. 103, Quem ut uidisset & salutauisset, honorificisq; uerbis prosequutus esset, molesteque, &c.

Prosequi aliquem uerbis, conuitiis obiurgare, uel insectari. Cic. 2. in Catil. 25, Vobis, atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem, ex urbe uel eiecimus uel emisimus, uel ipsum egredientem uerbis prosequuti sumus. Quædam exemplaria legunt, urbe.

Verbis uehementioribus aliquem prosequi. Cic. 4. Verr. 51. Iste iratus hominem uerbis uehementioribus prosequitur.

Versu prosequi pascua. Virgil. 3. Georg. 68. Hoc est describere carmine.

Voto & suffragio prosequi aliquem. Plin. epist. 307, Expertus, uoto pariter & suffragio prosequor eadem fide, quam tibi debeo.

Proserpo, proserpis, proserpsi, proserpum, ἑρπύω, proserpere, ꝓpriũ draconũ siue serpentium est, dum nullis pedibus ionixi per terram deuoluuntur. Plaut. Asin. 12. 105. Fac proserpentem bestiam duplicem ut habeam linguam. Idem Pœnulo, 16. 71,
Qui hæc adnuisti nos captatum Magdalia,
Bilulci lingua, quasi proserpens bestia.

Proserpit herba. Plin. Hæc herba, nisi sata sit, mire proserpit.

PROSERPINA, penul. cor. (περσεφόνη, βριμὼ, περσεφάττα, περσεφόνεια, φερσεφόνη,) Luna, Iouis ex Cerere filia. Ouid. lib. 4. Fasto. 119. Ar neque Persephone digna est prædone marito. A proserpendo dictã Proserpinam Augustinus lib. 7. de Ciuitate dei, significareque fœcunditatem scribitque quem aliquando non esse, dicta fuit rapta ad inferos, & tunc cessarunt instrumenta ruralia. Qua redeunte, instituta sunt solennia apud Athenas. Serpere enim videtur veluti serpens, dum modò in dextram, modò in sinistram mouetur: propter quod & omnis uaga dicitur. Dicta est Libera, Diana, Lucina, Trivia, Hecate, & Noctiluca. Huius raptum describit Cicero 6. Verr. 95. Hæc à Plutone dũ Siciliam lustraret, rapta est in campis Ennæis, cum Cyane Nympha & Sirenibus flores legens. Cuius fabulam sic scribit Seruius, Ceres inquit) quum raptam à Platone Proserpinam filiam dio quæsisset: tandẽ aliquando eam esse apud inferos comperit: pro qua re quum Iouis implorasset auxilium, ille respondit posse eam reuerti, si nihil apud inferos gustauisset. Illa autem iam punici mali in Elysio grana gustauerat: quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proserpina ad superos remeare non potuit. Hinc ait Lucanus lib. 6. 148. Eloquar immenso terræ sub pondere quæ te Detineant Ennæa dapes. Sank Ceres à Ioue postea meruisse dicitur, vt Proserpina sex esset cum matre mensibus: sex cum marito: quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est quæ & Luna, quæ toto anno sex mensibus crescit, sex deficit, scilicet per singulos menses quindenis diebus: ut crescens apud superos, deficiens apud inferos esse uideatur. Hæc Seruius apud Virg. lib. 1. Georgico.

Quannis Elysios mirctur Græcia campos:
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.

Regna Proserpinæ, Inferi. Horat. Epod. 17. 1.

Casta Proserpina. Horat. 2. Carm. ode 13. 5.

Imperiosa Proserpina. Horat. 1. Serm. sat. 5. 23.

Pulchra Proserpina. Virgil. 6. Aenei. 19.

Sæua Proserpina Horat. 1. Carm. ode 28. 4.

Siculæ regna Proserpinæ. Senc. Herc. furen. 7. 6.

Proseuche, (προσευχὴ) obsecratio, uel oratio quæ ad Deum suditur, dicta quod attẽtione opus habeat. προσεύχω, attendo, uel intendo, uel adhibeo.

Iuuenalis Sat. 3. 29. proseucham Latina declinatione uideturposuisse pro eo loco, ubi precibus & obsecrationibus mendici à transeuntibus stipẽ mendicabant, uel uictitabant. ait enim, Ede ubi consistas, in qua te quæro proseucha. Nam in ingressibus pontium mendici tuguria habebãt, unde à præteeuntibus mendicarent stipem.

Proficium, proscii, Quod prosectum proiicitur, inquit Festus.

Profilio, profilis, pen. corr. profilui, profilui, & profilii, profultum, (ἐξαπηδάω, προθορεῖν,) profilire, vltra seu foras, uel antè saliire, prorumpere. Virg. 5.

Aeneid. 28, omnibus omnes,
Haud mora, profiluere suis, ferit æthera clamor
Sidera. Terent. Eunuc. 5. 8. 6, Hunc ego nunquam uideram: & iam hic quidnam properans profilit?

Repente profilire. Cic. pro Cælio, 49.

Temerè profilire. Cic. pro Cælio, 51.

Profilire à Liuius lib. 2. Propè attonitus miraculo rex quum à sede profiluisset.

Profilire ad Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 25, Chrysippus quidem dicit, illũ uelut in certamen cursus compositum, & carceribus inclusum, operire debere suum tempus, ad quod uelut dato signo profiliat.

Profilire ex. Liuius 8. bel Pun. 74, Afdrubal clamore equitum excitatus, ut ex tabernaculo profiluit, &c.

In campos profilit. Stat. 10. Thebaid. 49.

In apertos campos hostes profiliunt. Ouid. 2. Fast. 46.

In freta profilit attonito pede. Valer. 6. Argon. 5.

In concionem profilire, Liuius. 5. ab Vrbe, 4, Quod postquam Tribunus plebis iandiu nullam nouandi res causam inuenientibus Roma est allatum in concionem profiliunt, sollicitant plebis animos.

In altitudinem profilire, dicuntur frutices, pro Exurgere & erumpere. Colum. lib. 7. cap. 6. 1, Ea sunt arbutus, atque alaternus, cytrisusque ingrestis, nec minus ilignei, queruique frutices, qui in altitudinem non profiliunt.

Stratis profiluit. Valer. lib. 6. Argon. 63.

Toris altis profilit. Valer. lib. 6. Argon. 91.

Acies profiliunt. Lucan. lib. 2. 16, ipsæ tua signa reuellent,

Profilientque acies. Et lib. 7. 16.

Profiliunt lachrymæ. Martialis lib. 1. 117,

Amissum non flet, quum sola est Gellia, patrem.

Siquis adest, iussæ profiliunt lachrymæ.

Natura uaga profiliet frænis remotis. Hora. 1. Serm. saty. 7. 15.

Sciotillam subitò profiluisse ferunt. Ouid. 4. Fast. 160.

Profilit inde spuma pinguis. Plin. lib. 11. cap. 14. 6.

Profocer, pen. cor. proceri, masc. g. (ὁ τετοιοῦτος,) Plin. epist. 110. c. lib. 5, Eram cum proclocero meo, eram cum amica uxoris, eram cum amicis diu desideratis, circumibam agellos. Oui. Epist. 3. 15, Curque senex Nereus profocer esse uelit.

Prosodia, prosodiæ, pen. cor. (προσῳδία,) Latinè accentus dicitur: Estque lex, siue regula ad eleuandam deprimẽdamue syllabam uniuscuiusque particulæ orationis accommodata: A hinomine apud Græcos τόνος dicta. Fit autem prosodia, à πρὸς Græca

Græca præpositione, quæ significat ad: & ᾠδὴ cantus. Gellius lib. 13. ca. 6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres doctiũ notas vocũt, tum moderamenta, tum accentiunculas, tũ uocalationes appellabant.

Prosopopoeia, (προσωποποιία,) ad verbum, dicitur personæ ponitur enim ex πρόσωπον, quod personam significat: & ποιέω, facio uel fingo. Figura est quum persona aliqua fingitur, vt quum inanimatum loquitur ad animatum, uel è conuerso. Horat. Epod. 17. 6. Quid amplius uis? ô mare & terra, & ardeo. Quintil. His præcipuè locis utiles sunt prosopopœiæ, id est fictæ alienarum personarum orationes, quales litigatorem decent, uel patronum. Idem lib. 6. ca. 2. Illa adhuc audaciora, & maiorum (vt Cicero existimat) laterum, fictiones personarum quæ prosopopœiæ dicuntur: mirè nanque rem variant orationem, tum excitant. His etiam aduersariorum cogitationes uelut secum loquentium, protrahimus: quę tamen ita demum à fide nõ abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos nõ sit absurdum. Et nostros cum aliis sermones, & aliorum inter se credibiliter inducimus: & suadendo, obiurgando, querendo, laudãdo, miserando, personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, conceptum est. Vrbes etiam, populique, voces accipiunt. Ac sunt qui dam qui has demum prosopopœias dicant, in quibus & corpora & verba fingimus: sermones hominum assimulatos, dicere dialogos malunt.

Prospecto, prospectas, & **Prospectus,** c. 10. Vide PROSPI-

Prosper, prospera, prosperum, pen. cor. (εὐπράξ, εὐτυχής.) Qui dat deos dicimus, Prospera sidera, loca, fines, actiones, successus.

Acies prospera. Tacit. lib. 10.

Exitus prosper. Cice. ad Atticum, lib. 9. 17. 2. Ego enim non iam id ago (mihi crede) vt prosperos exitus consequar.

Fama prospera. Tacit. lib. 17. Et prospera de Pisone fama consilio eius fidem addiderat.

Fatum prosperius. Ouid. 3. Fast. 123.

Vti prospero flatu fortunæ. Cic. 2. Offic. 26.

Prospera fortuna. Horat. 4. Carm. ode 14. 8.

Prospera sic maneat vobis fortuna, nec vnquam, &c. Ouidius 3. Trist. eleg. 5. 16.

Prospera & aduersa fortuna. Cic. 3. de Nat. deor. 139. Ad prosperam aduersamve fortunam, qualis fit, aut quemadmodũ vixeris, nihil interfit.

Fortuna prospera, æquabilis, perpetuaque. Cic. Post reditũ, ad Quirites, 1.

Ino prospera populo adest. Ouid. 6. Fast. 109.

Frugum prospera Luna. Horat. 4. Carm. ode 6. 8. Id est, inquit Acron, rore nocturno nutriens. Luna enim (vt inquit Mancinellus) nocturno temperamento maturandis frugibus moderatur.

Lux prospera. Ouid. 1. Fast. 15.

Sors prospera. Catul. Argon. 59. 48.

Successus prosperos dare, hoc est Fœlicem exitum. Liuius 1. ab Vrbe, 8. Cum bonis potius ominibus, votisque ac precationibus deorum deasque, si vt poetis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, vt ortis tanti operis successus prosperos darent.

Tempora prospera. Claud. 7. Paneg. 124.

Frui terra prosperiore. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 6.

Verba prospera. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 8.

Prosper, Sæpe etiam pro eo qui prosperitatem recipit, hoc est, qui spe sua potitus est, accipitur. Hinc Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 45. Cæsarem scribit fuisse prospera valetudine, Id est fœlici.

Prosperitas, penul. corr. prosperitatis, fœm. gen. (εὐημερία,) Fœlicitas, & ad votum successus. Cice. 1. de Finib. 32. Vt Aristoteles, qui virtutis vsum cum vitæ perfectæ prosperitate coniunxit.

Improborũ igitur prosperitates secundæque res redarguũt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac potestatem. Cic. 3. de Nat. deor. 128.

Commoditatem, prosperitatemque vitæ à diis habemus, virtutem deo acceptam nemo refert. Cic. 3. de Nat. deor. 125.

Prospere, penul. corre. Aduerbium, (εὐημέρως,) Quasi pro spe, inquit Nonius. Plin. in Paneg. 121, Deos denique obiecrare, vt omnia quæ facis, quæque facies, prosperè cedant tibi. Plau. Curcul. 3. 27. Cic. 2. de Nat. deorum, 248. Magna dii curant, parua negligunt, magnis autem viris prosperè semper omnes res. Sub. euenunt.

Euenire prospere. Cic. Appio, lib. 3. 12. 4. Ego verò velim mihi Tulliæque meæ prosperè euenire ea quæ me insciente facta sunt à meis.

Fortuna prosperè functus. Cic. de Claris Orat. 131.

Prospero, prosperas, penul. correp. (εὐημερεῖν ποιῶ,) prosperare, Prosperum facere. Plaut. Persa, 7. 11.

– nunc & amico meo
Prosperabo, & genio meo multa bona faciam. Liu. 8. ab Vrbe, 46. Dii Manes vos precor, veneror, veniam peto, feroque, vti Pop. Rom. Quirituum vim victoriamque prosperetis.

Consilia Reipublicæ prosperare. Tacit. lib. 3. Sed principio literarum ueneratus deos, vt consilia sua Reipub. prosperarent, modica de moribus adolescentis, &c. De Tiberio.

Prospergo, prospergis, prospersi, prospersum, (ἐπιῤῥέζω,) prospergere, idem quod Aspergere. Tacit. lib. 15. Vnde hausta aqua, templum & simulacrum deæ prospersum est, & lectisternia ac peruigilia celebrauere fœminæ quibus mariti erant.

Prospicio, prospicis, penult. correp. prospexi, prospectum, (προορῶ, προμηθέομαι, προορόω, ἐπινοέω, διανοέω,) prospicere, Longè videre, quasi porrò spectare: pro Videre, aliquando accipitur. Plaut. Sticho. 10. 55. Nunquam ædepol viuum quisquam in crastinum prospiciet diem. Id est videbit. Idem Curcul. 7. 38.

– perii, prospicio parum,
Os amarum habeo. Terent. Phorm. 5. 1. 8.
Certo ædepol (nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt)
Meæ nutricem gnatæ video.

Prospicit à tergo. Ouid. 6. Fast. 41.

Ab rupe prospicere. Virgil. 3. Aeneid. 150.

Ad agentem ex turba prospexit. Quintil. lib. 6. cap. 1. 36.

Ex specula prospicere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 3. Multo enim antè tanquam specula prospexi tempestatem futuram.

Prospicere ex loco aliquo in. Cæsar 1. bel. Ciuil. 16. Facile erat ex castris C. Trebonii, atque omnibus superioribus locis prospicere in vrbem.

Prospicere per umbram. Virgil. 1. Aeneid. 47.

Sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta prospicienda. Cice. pro Sylla, 41.

Prospicere oculis. Plaut. Amphit. 17. 7.

Caput dolet, neque audio, nec oculis prospicio satis.

¶ Prospicere. Antè, siue à longe videre, hoc est prouidere & præcauere. Cice. de Senect. 73. Multa enim, quum remissi & liberi sunt, futura prospiciunt. Terent. Adelph. 3. 3. 34.

Istuc est supere, non quod ante pedes modò est,
Videre: sed etiam illa quæ futura sunt, prospicere. Ibidem, 4. 5. 55.
Nunquid circumspexti aut nunquid tute prospexti tibi quid fieret?
Vos quod ad famam vestram, &c. pertinet, prospicite atque consulite.
Cicero 3. Verr. 14.

Prospicens in annum fructus. Varro 1. de Re rust. cap. 25. 2.

Quædam etiam serenda non tam propter præsentem fructum, quàm in annum prospicientem.

Prospicere in posterum. Cic. pro Murena, 54. Semper in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus, & populus vniuersus, & sapientes, ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt. Colum. de Arboribus, cap. 6. 2. Matremque ipsam enecabis, nihil prospiciens in posterum ei quam sublaturus es.

Longè in posterum futura prospicere. Cic. Cælio, lib. 2. 7. 4.

In dextrum prospicere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 24. Nam Prospicere in dextrum (quod omnes præcipiunt) & prouidere, non rationis modò, sed vsus quoque est.

Prospicere animo, Considerare. Cic. pro Quintio, 10. Et tu C. Aquili iam antè animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis. Liu. 9. bel. Maced. 108. Semper talem exitum vitæ suæ Annibal prospexerat animo. Idem 10. bel. Pun. 188. Belli finem alterius, principium alterius prospiciebant animis.

Longè animo prospicere. Cic. pro Cluẽtio, 35. Quid Oppianicus fecerit cognoscite, vt illũ Magiũ intelligatis longè animo prospexisse morientẽ.

Prospicere mente & cogitatione. Cic. 1. Verr. 22. Iam nunc mente & cogitatione prospicio quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sint.

Coniectura aliquid prospicere. Cic. pro Domo sua, 9.

Prospicere multo antè. Cic. ad Brutum, 10. 6. Hæc ego multo antè prospiciens, fugiebam ex Italia.

Longè prospicere futuros casus. Cic. de Amicitia, 38.

Insidias prospicere. Cic. 2. Verr. 31.

Propè infinitum mihi laborem prospicio. Quintil. in Procem. lib. 4. 6.

Prospicere senectutem, pro Esse propinquum senectuti. Seneca epist. 33.

Turpe est enim seni, aut prospicienti senectutẽ, ex cõmentario sapere.

Prospicere sibi, alicui, saluti suæ: hoc est, Sibi cauere. Terent. Adelph. 4. 2. 51. Ctesipho autem in amore est totus: ego iam prospiciam mihi. Idem Eunucho, 4. 6. 24. Malo ego nos prospicere, quàm hunc vlcisci accepta iniuria. Sub. nobis. Plaut. Merc. 2. 7.

Senex sibi prospiciens, vt amico suo
Veniret, natum orabat. Idem Trinum. 10. 62.

– nolo ego mihi te
Tam prospicere, qui meam egestatem leuet, sed vt inops,
Infamisve sim, ne mihi hanc famam differant. Terent. Heaut. 5. 2. 8.
Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitiæ tuæ. Idem Phorm. 5. 2. 17.

– plagæ crescunt,
Nisi prospicis. Cic. 3. Verr. 112. Hoc modo iste sibi, & saluti suæ prospicere didicit. Idem 1. de Finib. 55. Saluti prospexit ciuium, qua intelligebat contineri suam.

Multum prospexeris. Cic. Trebatio, li. 7. 21. 3. Nec Papyrianam domum deseres, quanquam illa quidem habet locũ, à quo etiam aduenæ teneri

Universidad de Deusto
Biblioteca

solent: quem tamen si excideris, multum prospexeris.
Prospicere bonum alicui. Liuius lib. 5. ab Vrbe, 111. Qui vos vrbe agrisque donatos in colonias mittit, qui sedé senectuti veltræ prospiciunt.
Alicui malo prospicere. Cic. de Arup. resp. 53.
Consulere filiis ac prospicere. Cic. 3. Verr. 108.
Patriæ prospicere. Cic. 4. in Catil. 75.
Rationibus alicuius quibuscunque rebus prospicere & consulere. Cicero Appio, lib. 3. 2. 4.
Nisi Prospectum interea aliquid nobis est, desertæ vinimus. Terentius Heaut. 2. 4. 11.
Prospectûrus, pen. prod. Participiũ, (προνοήσων,) Clau. 7. Paneg. 48. Mandatricem operum prospectrámque labori.
Prospectus, huius prospectus, m. g. (πρόοψις, πρόοψις,) Ipse prospiciendi actus. Plaut. Milite, 10. 15. Sterilis hinc prospectus vsque ad vltimam plateam probè est. Virgil. lib. 2. Georgi. 57. Non animum modò, vti pascat prospectus inanem. Plini. lib. 19. capi. 4. 9. Antè quàm præfigi prospectus omnis coegit, &c.
Admere prospectum. Liu. 10. ab Vrbe, 158. Non prospectu modò extra vallũ adépto, sed propinquo etiam congredientiũ inter se conspectu.
Capere prospectum, Consyderando prospicere. Liuius 1. ab Vrbe, 76. Inde vbi prospectu in vrbem, agrumque capto, deos precatus, regiones ab Oriente, ad Occasum determinauit.
Corrumpere prospectum alicui. Silius lib. 5. 8.
Tum super ipse lacus densam caligine cæca
Exhalans nebulam, latè corruperat omnem
Prospectum miserit.
Prospectum oculis eripere. Virg. 8. Aeneid. 51.
–inuolutque domum caligine cæca,
Prospectum eripiens oculis.
Prospectum impedire, Quòd vulgò dicitur Visum auferre. Cæsar 4. bel. Call. 309. Sepibusque densissimis interiectis prospectus impediretur.
Petebat prospectum ex summa arce. Catull. Argon. 59. 48.
Petere prospectum pelago. Virg. 1. Aeneid. 37.
In prospectum populi producere. Cic. 3. Verr. 85. Quum eum quem virgis iste cecíderat, in prospectum Populi Rom. produxit.
Maris prospectus. Cic. Attico, lib. 12. 237. 1.
Arborum prospectus. Plin. lib. 11. cap. 6. ad finem, Serunt eam in campis, nec est gratior vllarum prospectus.
O præclarum prospectum Puteolos videmus, at familiarem nostrum Aufidium forsitàn in portem Neptuni ambulantem non videmus Cicero 4. Academicorum 142.
Porticus in palatio pulcherrimo prospectu. Cic. pro Domo sua, 89.
Prospecto, prospectas, (πρόσειμι, πρόοψομαι,) prospectare, Frequentatiuum. Plin. lib. 14 cap. 6. 5. Certant Massica æquè ex monte Gaurano, Puteolos, Baiasque prospectantia. Liu. 7. ab Vrbe, 7. ab Vrbe 141. Stare omnem multitudinem ad portas viam hinc ferentem prospectantes certum habeo. Idem 4. bel. Pun. 96. Pars in ædium vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant. Virgil. 7. Aeneid. 163.
Turbaque mirator matrum, & prospectat euntem.
Nauis omnibus qui eam aspexerant, prospectare, iam exilium, atque explorare fugam domini videbatur. Cic. 7. Verr. 36.
Prospectans, Participium. (πολυσκοπῶν,) Catull. Argon. 59. 50.
Quæ tum prospectans cedentem mœsta carinam,
Multiplices animo voluebat saucia curas.
Astra prospectantia. Stat. 5. Sylu. 1. 26.
Prospicienter, Aduerbium, (προμηθικῶς,) Circũspectè. Gellius lib. 1. ca. 29. Res salubriter ac prospicienter animaduersas in mentes, animosque hominum cum audidendi quadam illecebra induxit.
Prospicuus, (περιφανής,) pro Conspicuo aut visendo. Senec. epist. 111.
Hinc prospicuos puerorum cultu atque forma greges.

Prosterno, prosternis, prostrãui, prostrãtũ, pen. prod. (κατασφενδονῶ, ἐδαφίζω,) prosternere, Ante sternere, vincere, profligare: quod fit quum hostes in acie sternuntur. Salust. Prostratisque militibus, fugæ se dedit. Terent. Adelph. 3. 1. 21. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem. Liuius 8. ab Vrbe. 56. Ibi in conciliis Numisius imperator eorum, affirmando communè verè Martem belli, vtranque aciem pari cæde prostrauisse.
Hami aliquem prosternere. Ouid. 5. Metam. 40.
Telo prostrauit virum. Valer. 3. Argon. 37.
Prosternunt acies, proterunt armatos. Plin. lib. 8. cap. 9. 1.
Corpus prosternere. Silius lib. 17. 86.
Corpus prosternere leoni. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 7.
Prosternere corpora humi. Liuius 9. ab Vrbe, 28. Circa viam haud procul Capua omnium egena corpora humi prostrauerunt.
Flores prosternere. Stat. 5. Sylu. 1. 52.
Hostes prosternere, fundere, occidere. Cic. 14. Philipp. 402.
Hostem ferro prosternere. Silius lib. 7. 80.
Legio prosternitur latis aruis. Valer. lib. 6. Argon. 102.
Oppida prosternere fragore. Silius lib. 3. 43.

Nutanique ruens prostrauit vertice sylua
Garganus. Silius libro 8. 135.
Sylnam pondere aliquo prosternere. Ouid. 8. Metam. 157.
Prosternere in terram vineas. Colum. lib. 11, cap. 3. 17. Omnem viridem superficiem mtorquere, & in terram prosternere conuenet. Idem lib. 5. cap. 5. 15. Superest reliqua illa cultura prostratæ vineæ, quæ nisi violentissimo cæli statu suscipi non debet.
Viribus suis prosterni. Quintil. lib. 2. cap. 12. 2.
Prosternere, interdum datiuum habet cum accusatiuo. Sueto. In Iulio, cap. 2. Non sine suspicione prostratæ regi pudicitiæ.
Perfregit ac prostrauit omnia cupiditate ac furore. Cic. pro Cluẽtio, 11.
Prosterni materiem & campum gloriæ alicuius, pro Explicari & complanari. Plinius in Paneg 50. Nonne manifestum est, siquid aduersi cadat, tuis virtutibus, tuisque laudibus materiem campumque prosterni?
Præcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus. Cicero pro Cluentio, 55.
Opes regni prosternere. Silius lib. 17. 30.
Prosternere atque obterere obtrectationes maleuolorum. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 9. 3. An verear, ne qui potentissimorum hominum conspirationẽ neglexerit pro mea salute, is pro honore meo, pusillorũ ac maleuolorum obtrectationes & inuidias nõ prosternat atque obterat?
Ille se ad meos pedes prostrauit lachrymans. Cic. 2. Philipp. 62.
Abiicere se atque prosternere, pro Parui æstimare & sese demittere. Cicero in Parad. 16. Sic te ipse abiicies atque prosternes, vt nihil inter te atqi inter quadrupedem aliquam putes interesse?
Prostrãtus, pen. prod. Participium, (κατασφενδονημένος,) vt Humi prostratus. Lucretius lib. 4. 241.
Iacẽre prostratum. Cic. 2. in Catil. 25. vide IACEO.
Ensi adacto prostratæ. Silius lib. 17. 98.
Mole prostratus. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 4.
Morte prostratus. Lucrer. lib. 6. 241.
Siti prostratus. Lucret. lib. 6. 154.
Affecta & prostrata Respublica. Cic. in epistola ad Octauium, 7.
Prostratæ religiones, Dirutæ, euersæ. Cice. 2. de Legib. 69. Quo scelere religiones tum prostratæ afflictæque sunt, partim ex illis distracti ac dissipati iacent.
Virtus afflicta & prostrata. Cice. 2. de Orat. 117.

Prostituo, prostituis, prostitui, pe. corr. prostitũtum, pen. produc. (προαγω, προαγωγέω, δημιουργω,) prostituere, Antè fidue publicè statuere, Meretriciæ arti sese dedere. Vnde prostituere pudicitiam dicimus, Sui corporis potestatem facere. Suetonius in Nerone, ca. 29, Suã pudicitiam vsque adeò prostituit, vt contaminatis, &c.
Toto corpore sese prostituere. Catull. epigr. 105. 2.
Faciem suam lucro prostituere. Ouid. 1. Amorum eleg. 10. 9.
Voces prostituere ingrato foro. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 2.
Prostitutus, pe. prod. Particip. (πρόοχθος,) Pli. lib. 30. ca. 2. 2. Vtinámque inferos potius & quóscunque de suspicionibus suis deos consuluisset Nero, quàm lupanaribus atque prostitutis mãdasset inquisitiones eas.
Prostibulum, prostibuli, pen. corr. (πορνεῖον, ἐγκαρσίον,) Ipsum scortum aliquando dicitur. Plaut. Aulul. 9. 6.
Bellum, & pudicum verò prostibulum populi.
Prostibulum, Lupanar aliquando significat.
Prostibula, prostibulæ, pe. cor. (πόρνη,) Meretrix. Festus, Alicariæ meretrices appellabantur in campis solitæ ante pistrina alicariorum versari, quæstus gratia: sicut hæ quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibulæ. Plautus Persa. 23. 58.
–nam hercle si absque me
Fores & meo præsidio, hic faceret te prostibulam propediem.

Prosto, prostas, prostiti, prostitum, pen. corr. (πρόΐστημι,) prostare, A longè stare. Plautus Curcul. Hæ saltem in occultis locis prstant, vos in foro ipso.
Anguli prostantes. Lucret. lib. 1. 87. Hoc est prominentes, extantes.
Prostare. (κάθεσθαι,) pro Pretio stare, seu viuere, siue prostitui. Iuuenalis Satyra 1. 5.
Quid referam, quanta siccum iecur ardeat ira,
Quum populum gregibus comitum premat hic spoliator
Pupilli prostantis.
Quintil. lib. 7. cap. 7. Quæ filium habebat, prostare cœpit.
Pretio prostare. Ouid. 1. 1. Amorum, eleg. 10. 4. Quintilianus in Milite Mariano, 1. Iuberet prostare gladio cinctum. Hoc est prostitui ad venerem patiendam.
Ingenio alicuius prostare. Ouid. 3. Amorum, eleg. 11. 2.
Fallimur, an nostris innotuit illa libellis,
Sic est, ingenio prostitit illa meo.

Prosubigo, prosũbigis, penul. corr. prosubégi, pen. produ. prosubactum, (ὑποσύττω,) prosubigere, Vehementer suffodere. Virg. 3. Georg. 52.
Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus:
Et pede prosubigit terrãfricat arbore costas. Vbi Seruius, Prosubigit, fodit.

fodit, & pedibus impellit alternis: quod pugnatori sues facere consueuerunt ad acquirẽdum robur.
Palmina Cyclops prosubigit. Valer. 4. Argon. 58.

Prosum, prodes, profui, (ὠφελέω, ἀντιτελέω, συμφέρω, συωτελέω, χρήσιμός εἰμι,) prodesse, Vtilitati esse, quasi pro aliquo esse. Plaut. Capt. 6. 61. Bene merenti, bene prosuerit. Idem Rud. 6. 15. Nequequicquam vnquam his profui, qui me sibi eduxerunt. Terent. Eunuchio, 5. 2. 23. –neque illi prosis, & in pereas. Idem Hecyra, 3. 5. 13. Quicquid est id quod reliquit, prosuit. Vbi Donatus, Prosuit, pro nobis fuit, ac per hoc nostrum est: potest enim ipse profuisse, potest res nostra. Cic. 7. Verr. 130. Nobile & illustre apud omnes nomen tuæ ciuitatis profuisset. Idem 4. Acad. 13. Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo non modò nosmetipsos hebescere & languere nolumus, sed etiam vt plurimis prosimus enitimur! Iuuenal. Saty. 2. 15.
Turgida non prodest condita pyxide Lyde.
Sinã me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. Cicero Caninio, libro 2. 16. 15.
Memo ne artificium tuum tibi parũ prosit. Cicero Trebatio, lib. 7. 13. 4.
Aeruinilum profuit ei Bithynia. Catull. de Varro, epigram. 10. 2.
Æquè prodest pauperibus, locupletibus æque. Horat. 1. epist. 1. 5.
Constantia multum prodest in amore. Propert. lib. 2. eleg. 27. 6.
In commune prodesse. Quintil. lib. 6. cap. 1. 6.
Prodesse ad Liu. 2 ab Vrbe, 6. Id mirum quantum profuit ad cõcordiam ciuitatis, iungendosque Patribus plebis animos.
Prodest contra. Plin. lib. 37. cap. 10. 2. Putant eam contra araneorum & scorpionum ictus prodesse. Sic lib. 23. cap. 1.

Prosumia, prosumiæ, (πλοιοφόρα,) Genus nauigii speculatorium parum. Plau. Amphit. De nocte ad portam sum
Prouectus prosumia. Cæcilius Meretrice, Qui pro gubernatore se gerens, propè euertit prosumiam. Festus.
PROSYMNA, (πρόσυμνα,) nomen ciuitatis est, in qua Iuno colitur: cuius litium vide apud Strabonem lib. 8.
Celsa Prosymna. Stat. 1. Thebaid. 77.
–illo spe concrucior omni
Enolat hinc celsæ Iunonis templa Prosymnæ.
PROTAGORAS, penul. corr. (πρωταγόρας,) Abderites, domi Democriti auditor fuit, natus Menandro patre Thracum locupletissimo, qui & Xerxem aduersus Græcos proficiscentem, domo, muneribusq; excepit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant, facta à rege potestate, eius filium Protagoram tunc adolescentem sua disciplina erudiuerunt. Nam noluisse regis eum communicare oũ licet: quòd de diis haud bene sentiant, dubitareque se dicant eos esse. Illis quoque clàm sacrificásque clara religionis professione illis seruire, aut per illos aliquid posse videantur. Ex hac igitur consuetudine & ritu Protagoras ab Atheniensibus condemnatus: vt autem placet nonnullis, tantum accusatus, spóte exulauit. Quumque sparsas toto orbe triremes Athenienfium videret, paruo se naugio credens, insulas lustrauit, vbi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpisse. Igitur Plato quum videres eũ arte rhetorica intumescentem, verbaque ex poetica plus iusto ostentãtem, eius ideam longo sermone expressit. Hæc ex Philostrato. De codẽ seccis scribit Gellius libro 5. cap. 3. Protagoras alius fuit astrologus, in quem Euphorion Epicœdum scripsit. Alius item Stoicus, Diogeni Laertio.
Protagoricus, & Protagóricus, penult. correp. Possessiua: vt Protagorium responsum. Gellius lib. 5. cap. 11. Existimant quidam etiam illud Blanditis viri sapientis ac nobilis responsum consimile esse, atque est Protagoricum illud, de quo dixi modò.

Protasis, huius protasis, penult. corr. (πρότασις,) dicitur Propositio. Donatus in Prologo Terentii, Protasis, primus actus est initiumque dramatis.

Protego, protegis, penult. corr. protexi, protectum, (σκεπάζω, περιβάλλω, προκαλύπτω, ὑπερασπίζω,) protegere, Tegendo tueri. Plin. lib. 11. ca. 16. Arbor sevastis, pteges ramis. De platano arbore.
Protegere ab. Plinius lib. 19. cap. 8. 20. Primo anno stramento ab hyemes protegi. Idem libro 10. cap. 35. 5. Cameraque ab imbri aut frondes protegere deusa.
Tegi iacentem & spoliatum defendo & protego. Cic. pro Sylla, 37.
Quis vicit, victos protegit ille manu. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 11.
Armis protegere aliquem. Ouid. 8. Metam. 79.
Qua equitaucia protegere. Propert. lib. 4. eleg. 1. 19.
Protegere, per translationem, Tegere. Quintil. Decla. 8. Capter licet tendeliissimus senex parricidii imanitate metu maiore protegere, &c.
Protectus, (σκεπασθείς,) Participium, siue Nomen ex participio. Ouid. 10. Metamorph. 55.
–dextraque à parte Charaxi
Tempora perfregit fulno protecta capillo. Hoc est tecta.
Protectus humeros capillis. Ouid. 1. Metam. 128.
Ecce venit tunlis humeros protecta capillis
Filia Centauri. Hoc est humeros habens tectos capillis.

Sapientia protectior omni ratione. Cic. 13. Philip. 346. Quid sapiẽtia? cautioribus vtitur cõsiliis, in posterũ prouidet, est omni ratiõe protectior.
Protecta & Proiecta, Partes sunt domus prominentes: qualia sunt Meniana & podia pensilia: vnde aspectus est nobis in vicos & plateas. Protecta à protegendo dicta sunt. Est enim Protegere, Tectum proiicere. Cicero in Topicis, 11. Quoniam publius Scæuola id solum ambitus ædium esse dixit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur: ex quo tecto in eius qui protexisset, aqua defluereret: ius tibi videri. & reliqua. Budæus.
Protectum, protecti, Substantiuum. Vlpian. in L. Quemadmodum. ff. Ad leg. Aquil. Si protectum meum, quod supra domum tuam & nullo iure habebam, recidisses, posse me tecti dãni iniuria agere, Proculus scribit.

Protelo, protelas, penul. prod. (ἐλαυνέλαυνω, ἀπελαύνω,) protelare, Protrahere, præuenire, exagitare, inquit Donatus. A πρὸ, & ἐλαύνω dictum est, quod est antè & trahere. Alii ab assiduo telorum iactu existimant dici. Hæc Donatus. Terentius Phorm. 1. 4. 37. Ne te iratus suis sæuis dictis protelet. Plaut. Merc. 2. 1. Vicini scortum insimulat, protelat virum. Festus, Protelare, longè propellere, ex Græco videlicet πελάω, quod significat Longè.
Protelare (inquit Nonius) Percutere, perturbare. Terent. Phorm. 1. 4. 37. Ne te iratus suis sæuis dictis protelet. Sisenna Histor. lib. 3. Romanos impetu suo protelant, prolectos persequuntur.
Protelare (inquit idem Nonius alio loco) est excludere. Turpilius Lemnis, Propter peccatum pauxillum indignissimè patria protelatum esse sæuitia patris. Sisenna Histor. lib. 4. Duæ cohortes de subsidio procedunt, atque equites protelant.
Protelum, proteli, Tenor pugnandi, continua certatio. Lucret. lib. 2. 107.
Vndique protelo plagarum continuato. Id est tenore, inquit Donatus. Idem lib. 4. 39. Et quasi protelo stimulatur fulgure fulgur.

Protendo, protendis, protendi, protensum & protentum, (πρεκτείνω, ἐκτείνω,) protendere, Vltra tendere, porrigere, vt Protendo pedem. Plin. lib. 11. cap. 43. 1. Inter digitos medius longissimè protenditur. Idem lib. 9. cap. 32. In eodem genere cochleæ, aquatiles terrestresque, exerentes se domicilio, binaque ceu cornua protendentes contrahentesque, &c.
Aciem protendere in æstus pelagi. Catull. Argonaut. epigram. 59. 26.
Brachia alterna protendere. Virgil. 5. Aeneid. 76.
Dextram precantem protendere. Virgil. 11. Aeneid. 186.
Famam alicuius protendere. Claud. 1. Paneg. 8.
Iuga protendit Cithæron. Seneca Thebaid. 1. 3.
Ibo: ibo quà prærupta protendit iuga
Meus Cithæron.
Lachrymas protendere. Claud. 2. in Eutropium, 119.
In te iam spes vna mihi, pro fronde Mineruæ
Has tibi protendo lachrymas, succurre reuenti.
Nanti protendere manum. Ouid. ad Pisonem, 51.
Protendere, Proferre, Differre. Cicero ad Furnium, libro 10. 26. 8. Comitia tamen, quum ex his pendes, quantũ facere possumus, quod multis de causis Reipublicæ arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protendimus. Vetus codex habet protrudimus.
Protendens, Participium, (πρεκτείνων,) vt
Brachia protendens. Catull. epigram. 61. 2.
Protentus, Aliud participium, (πρεκτεταμένος,) Silius lib. 16.
–vsque ad colla repente
Cornipedum protentus.
Temo protentus in octo pedes. Virgil. lib. 1. Georg. 35.
Hastæ protentæ. Tacit. lib. 14. Et eques protentis hastis perfringit, quod obuium & validum erat.
Tela protenta. Ouid. 8. Metam. 69.

Protenus, pen. corr. (τέλος,) Aduerbium, quasi porrò tenus, & lõge à finibus, interprete Seruio. Virg. eclog. 1. 5.
–en ipse capellas
Protenus æger ago. Per e scribi debere testatur Caper grammaticus. Sipontinus hoc loco per i, pro Valde interpretatur.

Protermino, proterminas, pen. cor. (προεκτείνω,) proterminare, Propagare, Fines promouere. A termino promouẽdo ductum verbum. Apul. lib. 9. Fines vsque & vsque proterminaueris.

Protero, proteris, pen. corr. protriui, protritum, pen. prod. (κατατρίβω, καταπατέω,) proterere, Vehementer terere, & quasi pedibus conculcare. Plaut. Amphit. 4. 92.
Fœdant & proterunt hostium copias
Iure iniustas. Plaut. Trucul. 6. 14.
–ego hìc te mulier, quasi sus catulos, pedibus
Proteram. Et Menæch. 17. 103. Vt ego hunc proteram leonem. Plin. lib. 8. ca. 9. 1. Prosternunt acies, proterunt armatos. De elephantis. Cæsar 2. belli Ciuil. 177. Equitatus hostium ab vtroque cornu circuire aciem nostram, & auersos proterere incipit. Idẽ 8. bel. Gal. 170. Partim in fuga proterunntur, partim intercipiuntur. Ouid. 1. Metam. 159.
Quæcunque ingreditur, florentia proterit arua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Agmina curru proterere. Virgil. 12. Aeneid. 66.
Pedibus arua poterit. Claud. 1. de raptu Proserp. 26.
Vlpius labens poterit vuas. Stat. 8. Thebaid. 110.
Aestas poterit Ver. Horat. 4. Carm. ode 7. 2.
Vmbram inanem proterere. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 5.
Proterere aliquem & conculcare. Cice. pro Flacco, 43. Sin illi ipsi domi proterendum esse & conculcandùm putauerunt, desinant putare authoritatem esse in eo testimonio, cuius author inuentus est nemo. De quodam Meandrio teste.
Proteri & conculcari. Author ad Herenn. lib. 4. 237.
Protritus, penul. prod. Participium, (κατατριβείς,) vt Protrita acies, Vide ACIES.
Protritum frumentum. Liuius 4. bel. Maced. 69. Quod maturierat circà, demessum & conuectum est. viride, ne hostes mox haberent, protritum & corruptum.

Proterreo, proterres, proterrui, proterritum, pe. cor. (κατατρέω, σω,) proterrêre, A longe terrere. Stat. 1. Thebai. 129.
Protinus idem vltro iaculo parmaque Menoetem
Proterrebat agens. Plaut. Trin. 10. 75. Mea opera hinc proterritû, te meaque auaritia autumant. Teren. Heau. 3. 1. 37. Proterruisti hinc me.
Aduerso equo aliquem proterrere. Virgil. 12. Aeneid. 59.

Proteruus, Adiectiuum, (πετατὺς, ἀτάδελφος,) Qui dum alius obuius est, proterritquod faciunt tauri in appetitu coitus fœminarum in quasealent. Superbus. Plaut. Bacchid. 4. 1. 1. Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato. Terent. Heaut. 3. 3. 16. Ne ineptus, ne proteruus videar. Cicero 5. de Finib. 62. Et flexi, fractique motus, quales proteruorum hominum aut mollium esse solent, contra naturam sunt. Ibidem, lib. 1. 92. Alii audaces, proterui, iidem intemperantes & ignaui.
Si vidua liberè, proterua petulanter, diues effusè, libidinosa meretricio more viuet: et adulterium ego putarem, siquis hanc paulo liberius saluta ssset? Cice. pro Cælio, 30.
Africus proteruus. Horat. Epod. 16. 5.
Proteruum dictum aut factum. Cicero 1. de Finib. 78. Et non audet cuiquam aut dicto proteruo, aut facto nocere.
Damnaret nati facta proterua pater. Ouid. epist. 6. 17.
Frons proterua, Impudens. Horat. 2. Carm. ode 5. 4.
Iuuenes proterui. Horat. 1. Carm. ode 25. 1.
Lingua proterua. Ouid. in Ibin, 105.
Manus proteruæ. Ouid. 12. Metam. 47.
Noctis proteruæ lusus. Stat. 9. Thebaid. 123.
Oculi proterui. Ouid. epist. 16. 16.
Ora proterua canum. Ouid. 14. Metam. 13.
Rixa proterua. Horat. 3. Carm. ode 14. 6.
Sales proterui. Stat. 1. Sylu. 6. 2.
Stella proterua Canis Icarii. Ouid. 2. Amorum, eleg. 16. 1.
Turba proterua. Ouid. epist. 5. 27.
Venti proterui. Horat. 1. Carm. ode 26. 1.
Verba proterua dicere in aliquem. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 6.
Proterue, Aduerbium, (πετατῶς,) Immoderatè, & superbè. Plaut. Rud. 11. 1. Quis est qui tam proterue foribus facit iniuriam? Idem Amphit. 8. 206. – quæ non deliquit, decet
Audacem esse, & confidenter pro se & proterue loqui. Terent. Heau. 4. 4. 1. Satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt. Idem Hecyra, 3. 5. 51. Ecce autem tu quoque proterue iracundus es.
Facere & dicere aliquid æquo proteruius. Ouid. 1. de Arte, 121.
Multa miser timeo, quia feci multa proterue. Ouid. 1. Amorum, eleg. 4. 9.
Protéruitas, penul. corr. proteruitâtis, f. g. (πετάτωσις,) Superbia, petulantia. Terentius Heaut. 4. 6. 10. Quàm penè tua me perdidit proteruitas. Cicero pro Cælio, 21. De corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de sumptibus, immensa oratio est.
Grata proteruitas. Horat. 1. Carm. ode 19. 2.
Proteruia, proteruiæ, Idem, (ἀτάδελφία,) Lucretius, Capripedes agitat quum læta proteruia Panas.
Proteruum facere. Erat hoc religiosum in nonnullis hostiis apud veteres, nequid ex sacris epulis relinqueretur, aut siquid reliquum esset, id igni ablumeretur, quemadmodum Moyses tradit de agno paschali. Porrò id genus sacrificii, Romani proteruiam appellant. Vnde celebratur illud Catonis festiuiter dictum in Albidium quendam, qui patrimonium vniuersum luxu absumpserat, vnis exceptis ædibus, quæ incendio conflagrarint. Proteruiam, inquit, fecit: propterea quòd ea quæ comesse non potuerit, quasi combussisset. Author Macrobius libro Saturnalium secundo. Erasmus.
Proteruio, proteruis, (ἀκολαστάνω,) proteruîre, Petulanter agere.

PROTESILAVS, pen. prod. (πρωτεσίλαος,) vnus è Græcorum ducibus, qui ad Troiam profecti sunt: quum primus ex nauibus in litus prosiliret, ab Hectore est interfectus. Fuit ex Phylace Thessaliæ oppido. Inde Phylacides dictus. Eius vxor Laodamia, quum interitum resciisset, in solatium mœroris optauit vt mortui vmbram videret. Quod

quû impetrasset, in illius amplexibus expirauit. Prop. lib. 1. eleg. 18. 1.
Illic Phylacides iucundæ coniugis heros
Non potuit cæcis immemor esse locis:
Sed cupidus falsis attingere gaudia palmis
Thessalis antiquam venerat vmbra domum.
Protesilaêus, penul. prod. Adiectiuum, (πρωτεσιλάειος,) vt Protesilaea domus. Catul. epi. 63. 15.

Protestor, protestôris, (διαμαρτύρομαι,) protestâri. Cauenda, & quæ fieri non debent, manifestè denuntiare.

PROTEVS, duarum syllabarum vox, (πρωτεύς,) filius Oceani & Tethyos, marinus deus, pastor Phocarum: & vates, sed nisi coactus, nulla dans responsa. Virgil. 4. Georg. 79.
– nouit nanque omnia vates
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite Phocas. Idem se transformat in quancunque formam, vt Virgilius 4. Georg. 89. fabulatur,
– ille suæ contrà non immemor artis,
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluuiumque liquentem. Fuit autem rex Aegypti temporibus Priami regis Troiani. Quum Aegyptus rege careret, ait Diodorus lib. 2. ex dignioribus quidam in regem assumptus est, quem Aegyptii Cetea, Græci Proteum appellant, qui hac belli tempore extitit. Hunc artium peritum fuisse tradunt, & in varias se formas vertere solitû, vt nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. Consuetudo autem regibus Aegyptiis, eiusmodi transmutationes fingendi præbuit. Nã Aegyptius mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis, priorem partem in capite ferre insignia principatus, quandoque verò arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput vnguenta. Hæc tum ad decorem spectant, atque ornatum tum stuporem, ac superstitionem quandam aspicientibus iniiciebant, &c. Proteum aliquando in Carpatho insula regnasse, Pallene vrbe Thessaliæ relicta, ad quam tamen reuertisse est postea, Seruius author est enarrans carmen illud Virgilii 4. Georgicorum, 78,
Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cæruleus Proteus, &c.
Senex Proteus. Ouid. 11. Metam. 45.
Mutabilior Proteo, In vafrum & versipellem competit: aut in eos qui facile vertunt sententiam. Horat. 1. epist. 1. 18.
Quo teneam vultus mutantem Proteà nodo? Idem 2. Serm. saty. 3. 5.
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.
Prothea vocat tergiuersantem, & quem Græci vocant ἀνυφάρκτον, id est deprehensu difficilem.

Prothesis, pen. cor. fœ. gen. (πρόθεσις,) Latinè dicitur Præpositû, siue præpositio. Figura est Grãmaticis propria, quotiès litera quædam vel syllaba apponitur ad principium dictionis vt gnare, pro nate: tetulit, pro tulit. Ex Donato.

Prothymata, (προθύματα) sunt quæ ante sacrificium fieri conueuere. vt est vaporatio thuris aut id genus primitiæ quæcunque, vt siligo, vel etiam placentulæ quæ ante sacrificium offeruntur.

Prothymia, prothymiæ, (προθυμία) Promptitudo, alacritas Latè dicitur, Plaut. Sticho, 10, 35, Vides benignitates hominum perire & prothymias. Ibidem, 12. 8.
– proh dii immortales, quot ego
Voluptates fero, quot risiones, quot iocos, quot suauia, saltationes, Blanditias prothymias.

Prothyrum, prothyri, pen. prod. (πρόθυρον) Vestibulum domûs, ira de priuatis ædibus dictum, vt propylæum de vestibulo vrbis, vel templi, vel regiæ. Author Vitruuius.

Pro'tinus, pen. corr. Aduerbium, (ἀυτίκα,) Id est statim, quasi porrò tenus. Virgil. 4. Aenei. 40. Protinus ad regem cursum detorquet Hiarbam. Plaut. Capt. 9. 8. Postquam id actum est, eo protinus ad fratrem. Cic. 1. de Diuinat. 89. Præcepisseque vt pergeret protinus: quid retro atque à tergo fieret, ne laboraret. Virgil. 3. Aeneid. 31.
– quum protinus vtraque tellus Vna foret.
Protinus quàm. Plin. lib. 15. cap. 17. 7. In cinere lixiuio tingunt protinus quàm detraxere vitibus.
Rogo te vt Romam protinus pergas. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 6.
¶ Protinus, Simul, siue etiam. Virgil. 6. Aeneid. 7.
– quin protinus omnem
Perlegerent oculis. Quintil. in Aegro redempto, Traxerat ex firmitate mentis magnum protinus & in membra constantiam. Etenim quod statim fit, quasi simul fit. Sic Valla.
¶ Protinus, Deinceps, exinde, vt ait Seruius. Virgil. 4. Geor. 1.
Protinus aerii mellis cælestia dona Exequar.
Protinus etiam id significat, quod vulgò Directe & immediate dicunt. (ἀμέσως,) Vlpianus, Etenim parui refert protinus libertus patronis ingratur

gatur dare, an per interpositam fideiussoris vel rei personam. Budæus.
¶ Protinus Statim à principio. Quintil. in Proœmio lib. 1. Altius tamen abeunt, qui ad summa nitentur, quàm qui præsumpta desperatione quò velint euadendi, protinus circa ima subiitterint. Vlpianus in L. Sed etsi. Ad Senat. Maced. Videri pecuniam à donatore profectam protinus ad creditorem, & fieri nummos accipientis. Gellius lib. 3. cap. 3. Alii quæ febres protinus à calore incipiunt. Budæus.
Principium est oratio prospicuè & protinus perficiens auditorem attentum. Cic. 1. de Inuent. 30.
¶ Protinus, Iugiter, continuè. Virgil. 10. Aeneid. 68.
– traiecto missa lacertro
Protinus hasta fugit, seruatque cruenta tenorem. Plin. lib. 5. cap. 9. 7. Originem in monte inferioris Mauritaniæ, nõ procul Oceano habet, lace protinus stagnante, quem vocant Nilidem. Virg. 7. Aeneid. 121.
Moz erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum. Id est iugiter siue deinde, inquit Seruius.
¶ Protinus, Longè porro. Virgil. 7. Aeneid. 103.
– cornuque recuruo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
Contremuit nemus.
¶ Quando autem huic aduerbio additur negatio, significat non ideo: quemadmodum fit in Continuò & Statim. Quintil. lib. 10. cap. 1. Non autem vt quicque præcipuè necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus et it momenti. Idem lib. 2. ca. 12. Nec protinus non est materia rhetorices, si in eadem versatur & alius.
¶ Protinus continuò. Plaut. Pseud. 8. 17.
Post ad oppidum hoc vetus continuò mecum exercitum
Protinus abducam.
¶ Protinus, Vno, eodemque tempore. Virgil. 8. Aeneid. 32.
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines. Seruius.
¶ Protinus cum accusatiuo. Sueton. in Octauio Augusto, cap. 38. Liberis Senatorum, quò celerius Reipub. Affuescerent, protinus virilem togam, latumclauum inducere, & curiæ interesse permisit. Id est, continuò post sumptam virilem togam. Nisi quis fortè referri putet ad infinitum inducere.

Protinam, Aduerbium, (ἰσοῦς,) Idem apud veteres significabat. Plaut. Casin. 35. 12. Etsi malum merui, hîc dabo protinam, & fugiam. Idem Persa, 17. 8. At nec cum argento protinam permutes domum. Et apud Terentium in Phorm. 4. 13. Atque hinc me conciserem protinus in pedes. Vbi Donatus, Protinam fuit: & sic Nigidius legit.

Protocollum, protocolli, (πρωτόκολλον,) Quasi prima cõcionario. Est enim proprie protocollum, quod breuiter & succinctè notatur à tabellione, vt extendi deinde, atque absolui possit. κόλλα Græcè gluten, siue colla dicitur. Ex Hermolao.

PROTOGENES, penul. corr. (πρωτογένης,) Pictor nobilissimus, cui patria fuit Caunus, gens Rhodiis subiecta. Palmam habet tabulatum eius Ialysus, qui est Romæ, dicatus in templo Pacisquem quum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famê sustinerent, & sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem induxit subsidio iniuriæ & vetustatis, vt decedente superiore, inferior succederet. Est io. ea canis mirè factus: vt quem pariter casus & ars pluxerit. Non iudicabat se exprimere in eo spumam anhelantis possit, quum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) sibi ipse satis fecisset. Displicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longius à veritate discedere: spumaque illa pingui, non ex ore nascì, anxio animi cruciato, quum in pictura verum esse, non verisimile vellet, abstersérat sæpius, mutauerátque penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremò iratus arti quod intelligeretur, spongium eam impegit inuiso loco tabulæ, & illa reposuit ablatos colores, qualiter cura opraueràt, fecitque in pictura fortuna naturam. Hæc Plinius, & alia multa de Protogene, lib. 35. cap. 10.

Protogenes, protogenis, m. g. (πρωτογένης,) Significat aliquem primi generis, siue à quo genus incipit: & à poetis sumitur pro eo qui se talem confingit. Iuuenalis Satyra 3. 12.
Non est Romano cuiquam locus hîc vbi regnat
Protogenes aliquis. Vbi interpres, Protogenes, id est pictor qualis Protogenes, qui teste Fabio li. 12. ca. 10. cura præstantissimus fuit, sicut ratione Pamphilus ac Melanthius. De Protogene etiam meminit Gellius. Dicitur quoque Protogenes aliquis primi generis, à quo scilicet genus incipit, vt ostendit Dionysius in principio historiarum.

Protollo, protollis, protúlisti, protúlitum, (προτείνω,) protollere, Vltra tollere. Plaut. Pseud. 13. 71.
Manum si protollet, & pariter proferto manum.
Protollere, (ἀναβάλλεσθαι,) Differre, prolongare. Plautus Casina, 16. 41. Neque vis i vitam fuet in crastinum protolli. Ibidem, 10. 11. Protollo mortem mihi. Gellius lib. 3. cap. 16. Neque vltra decimum mensem foetura mulierem protolli potest.

Protologia, protologiæ, (προτολογία,) Prima locutio, antiloquium.

Protono, prótonas, penul. correp. (προβροντάω,) protonare, Antè tonare. Valer. 4. Argonaut. 41.
Deuolat inde furens, nec qua via, cur ve profecti,
Nec genus antè rogatiscd tali protonat ira,
Incipite ô iuuenes, &c.

Protoplastes, protoplastæ, masc. gen. (πρωτοπλάστης,) Qui primò fingit. Et Protoplastus, Primo formatus. Vnde & Adam protoplastus dictus est.

Prototocos, (πρωτοτόκος,) Quæ primùm peperit: quod nomen ipsi Hevæ proprium est.

Prototomus, prototomi, penul. correp. masc. gen. (πρωτότομος,) Primæ sectionis.
Primus caulis qui succiditur, vel cyma brassicæ, à prima sectione, prototomus appellatus est, quæ Vere fitrestique ipsorum caulium delicatior, tenuiorque cauliculus. Columel lib. 10. 35. Sed iam prototomos tempus decidere caules. Martial. lib. 10. 48.
Et fabra fabrorum, prototomique rudes. Idem lib. 14. 106.
Quum mihi boleti dederint tam nobile nomen:
Prototomis, pudet heu, seruio coliculis.

Prototypus, huius, prototypi, pen. corr. (πρωτότυπος,) Primû exemplar, archetypus aliàs dicitur.

Protraho, prótrahis, pen. corr. protraxi, protractum, (παρέλκω,) protrahere, Palàm trahere. Plaut. Trinum. 4. 54.
– nam postquam hic eius rem confregit
Filius, videtque ipse ad pauperiatem protractum esse se, suamque
Filiam esse adultam virginem, &c. Liu. 8. bel. Pun. 157. Nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicii exprimebatur. Cic. 6. Verr. 20. Hinc in conuiuium Sextû Cominiû protrahi iussit.
Omnia protrahere in lucem. Lucret. lib. 4. 239.
Caput alicunde protrahere. Propert. lib. 3. eleg. 18. 6.
Latitantes protrahere indicio. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 15.
In medios aliquem protrahere, Statuere corã omnibus. Virg. 2. Aene. 25.
Ad operas mercenarias protrahi. Cic. 1. Philipp. 16. Quis reum damnare audeat, vt ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?
Protrahere ad iudicium. Liu. 3. bel. Maced. 45. Quem iudicem Pisistratus timens, eo ipso timore ad iudicium protraxit.
Verum protrahere alicunde, Elicere. Lucret. lib. 1. 83.
¶ Protrahere, Augere. Valer lib. 1. cap. 5. de Caio Cassio, Vt rapacissimi victoris insolentiam dicti tumore protraheret.
¶ Protrahere, (ἀναβάλλεσθαι,) Differre, prolongare. Terent. Aud. 2. 1. 15. Credo impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis protrahat dies. Hoc loco Donatus legit prodat.
Protrahere & differre. Sueton in Nerone, ca. 32. Vt stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi ac differri necesse esset.
Mors lenta protrahatur longa fame. Senec. Herc. fur. 6. 17.
Protractus, Participium, (ἐφελκόμενος,) vt Ad arma protractus. Sil. li. 16. 17.

Protropum, prótropi, penult. correp. (πρότροπον.) Genus potûs. Plinius lib. 14. cap. 9. 5. Sed inter hæc genera potum ponere debeo & protropum, ita appellatur à quibusdam mustum sponte defluens antè quàm calcentur vuæ. Idem lib. 30. cap. 6. 6. Est qui cochleis illotis protropum infundat, vel murinam aquam ita decoquat, & in cibo sumat: aut si tritæ cum testis suis sumantur cum protropo, sic & tussi medentur.
Protropum vinum, dicitur à Columella lib. 12. cap. 41. lixiuum Latinè, siue lixinum, teste Budæo.

Protrudo, prótrudis, penul. prod. protrúsi, protrûsum, pen. prod. (πρωθέω,) protrúdere, Porrò, siue vltra trudere. Cicero de Fato, 63. Vt igitur, inquit, qui protrusit cylindrum, dederit ei principium motionis volubilitatem non dederit sic, &c.
Paulatim moles protruditur atque mouetur. Lucret. lib. 4. 180.
Protrudere opus, apud Vitruuium, Vide ORTHOSTRATA.

Proturbo, proturbas, (ἀπωθέω,) proturbare. Porrò, siue vltra, & à se, aut extra turbare, Repellere. Liu. 5. ab Vrbe, 109. Iamque & alii congregati telis, missilibusque saxis Proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa, acies in præceps deferri. Colu. li. 6. ca. 37. 7. Nisi ea prius marem cognouit, adsilientem admissarium calcibus proturbat. Plin. lib. 11. cap. 19. 3. Apes pigras & ignauas proturbant.
Proturbare aliquê. Tacit. li. 11. Ignarûq; & exterritû Gotarzen, proturbat.
Hostem eminus missilibus proturbare. Virgil. 10. Aeneid. 161.
Hinc cominus atque hinc proturbare. Virgil. 9. Aeneid. 89.
A solio proturbare aliquem. Valer. 1. Argonaut. 120.
Proturbare extra. Columel. lib. 9. cap. 15. 2. Exclusis deinde pullis extra tecta proturbantur.

Protypum, protypi, penul. correp. (πρότυπον,) Quod in typi vicem formatum est. Plin. lib. 35. cap. 12. 3. Primusque personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocauit: postea idem cetypa fecit.

Proueho, prouehis, pen. corr. prouexi, prouectum, (προάγω, ἐπιφέρω,) prouehere, Producere. Plaut. Rud. 10. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

– quid rogas?
Quin arrabonem à me accepisti ob mulierem,
Et eam hinc abduxisti. L A. non auexi. P. cur negas?
L A. Quia pol prouexi, auehere non qiui miser. Idem Mil.4.38. Vbi sumus prouecti in altum, sicut volunt. Ibidem, 2.1.34. Philocomasium iam prouecta est. Liu. 2. bel. Pun. 88. Itaque ad honestam classe prouecti, excensis è nauibus in terram facto, qui vrbem vi cepissent, &c. Ibidem, lib. 10.106. Naues prouectas in altum, incendi iussit. Idem 5. bel. Maced. 91. Prouectos in altū quotidie remigem militemque simulacris naualis pugnæ exercebat. Cic. 7. Verr. 69. Posteaquam paulum prouecta classis est, & Pachynum quinto die denique appulsa est.
Vltrà prouehi. Virgil. 3. Aeneid. 96.
Vlterius prouehere. Propert. lib. 2. eleg. 16.4.
Ratem prouehere per freta. Valer. 4. Argonaut. 84.
Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta. Virg. 5. Aeneid. 103.
Atque etiam homines agrestes inani spe ad aquas vsque Puteolanas prouehuntur. Cic. 8. Philipp. 140.
Prouehi equo. Liu. 3. bel. Pu. 216. Prouectusque ante stationes equo, Tanream nomine compellauit. Virgil. 7. Aeneid. 34. Sic
Prouehere mulis. Plinius lib. 21. cap. 13. 1. Et in Hispania mulis prouehunt simili de causa.
¶ Prouehi amore, per translationem. Cice. ad Brutum, 15. 3. Sed prouehor amore: non enim id propositum est, huic epistolæ Messalam vt laudem. Id est rapior.
Longius in amicitia prouecti, Vide L O N G V S.
Eò vsque corruptionis prouectus est. Tacit. lib. 2.
Vnde & quousque iam prouectā sit orandi facultas. Quintil. li. 2. ca. 16. 11.
Prouehi longius in scribendo, vel orando, Procedere. Cicero 3. de Finib. 111. Sed iam sentio me esse longius prouectum quàm proposita ratio postularet, verùm admirabilis compositio disciplinæ, incredibilisque rerum traxit ordo. Vide L O N G V S.
Paulo longius oratio mea prouecta est. Cic. pro Rosc. Comœd. 18.
Prouehi in altum. Cic. 3. Tusc. 63. Ipsaque sibi imbecillitas indulget, in altumque prouehitur imprudens, nec reperit locum consistendi.
Vitam in altum prouehere. Lucret. lib. 5. 288.
In malus prouehere. Horat. 3. Carm. ode 4. 14.
Vim temperatam di quoque prouehunt In maius.
Prouehi in maledicta. Liuius 5. bel. Maced. 185. Prouectus deinde est intemperantia linguæ in maledicta, nunc communiter Romanorum, nunc propriè ipsius Quintii.
Prouehere vitam suam in periculum. Cic. pro Milone, 41. Quamobrem vitam suam, quam maximis præmiis propositam & penè addictam sciebat, nunquam in periculum sine præsidio & sine custodia prouehebat.
Prouehi ad optatos exitus. Cice. 2. Offic. 26. Quum prospero flatu eius vtimur, ad exitus prouehimur optatos: & quum reflauit, affligimur. De fortuna.
Paulatimque per altercationem ad continuas, & infestas orationes prouecti sunt, Tacit. lib. 20.
Prouecta prudentia vsque ad extremum. Cic. de Senect. 25. A quibus iura ciuibus præscribebantur, quorum vsque ad extremum spiritum prouecta est prudentia. Hoc est, duraui vsque ad vitæ finem.
Prouexit orationem meam vestra benignitas. Cicero pro Domo sua, 26. Sed quum me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meam: sed hoc compensabo breuitate, &c.
Prouexit me hæc spes. Liu. 2. ab Vrbe, 220. Hæc spes adeò prouexit, vt ad cōspecta procul à Cremera magno cāpi interuallo pecora decurrerēt.
Prouehere aliquem ad dignitatem Plin. epist. 130. Rogo dignitati, ad quā me prouexit indulgentia tua, vel Auguratum, vel Septemuiratum, quia vacat, adiicere digneris.
Prouehere studiosos. Plin. epist. 165. a, Vir est optimus, & inter præcipua seculi ornamenta numerandus: colit studia, studiosos amat, fouet, prouehit. Idem epistol. 109. lib. 6. Est indolis optimæ, breui productuus altos, si interim prouectus fuerit à nobis.
Sulpitium longius quàm voluit, popularis aura prouexit. Cicero de Aruisp. respon. 40.
Vltra, quàm homini datum est, prouehi. Quintil. in Procem. lib. 6. 9.
Ecquò te tua virtus prouexisset? Cic. 13. Philip. 362.
Prouehens, penult. correp. Participium, (προάγων,) Liu. 10. bel. Maced. 58. Illo etiam (prauo forsitan) gaudio prouehente, quòd in iuuenili ardore morum certamine pars nostra non inferior fuerat, miseria hæc & metus crapulam facile excusserunt.
Prouectus, Aliud participium, (πρεσβύτης,) siue Nomen ex participio. Cice. de Senect. 50. Ignoscetis autem: nam studio rusticarum rerum prouectus sum, & senectus est natura loquacior.
Prouectus & delapsus. Cice. 1. de Diuinat. 103. Me, quum Asiæ Proconsul præesset vidisse in quiete, quum tu equo aduectus ad quandam magni fluminis ripam, prouectus subito, atque delapsus in flumen nusquam apparuisses, me contremuisse timore perterritum.

Prouectus ætate, vel Prouecta ætate homo. Cic. de Senect. 9. Quanquam enim colere cœpi, non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum. Idem 2. de Diuinat. 8. Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui iam ætate prouecti in nostris libris acquiescunt.
Ætate prouecta mortua est. Cice. 1. Tuscul. 151. Ex his igitur bestiolis hora octaua quæ mortua est, prouecta ætate mortua est: quæ verò occidente sole, decrepita.
Longius prouectus ætate. Cic. de Claris Orat. 66.
Nox erat prouecta. Tacit. lib. 13.
Senectus prouecta. Tacit. lib. 1.

Prouenio, prouenis, penul. corre. prouēni, pen. prod. prouentum, (προέρχομαι,) prouenire, Porrò venire. Plaut. Pscu. 7. 156.
– nam qui in scenam prouenit
Nouo modo, aliquid nouum inuentum afferre addecet.
¶ Prouenire, (ἐπιδίδοναι,) Crescere, fructificare. Plaut. Trucul. 10. 37.
Mars peregre aduenienes salutat Nerienem vxorem suam:
Quum tu rectè prouenisti, quumque es aucta
Liberis, gratulor.
Studia hilaritate prouenisse. Plin. epist. 172. Porrò vt ex studiis gaudium, sic studia hilaritate proueniunt. Id est contingunt.
¶ Prouenire, (φύεσθαι,) Produci, nasci. Plinius libro 9. cap. 105. Neque aliud ibi animal prouenit. Idem libro 12. cap. 15. 1. Prouenit satina myrrha.
Carmina proueniunt animo deducta sereno. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 8.
Prouenebant oratores noui, stulti, &c. Cic. de Senect. 18. Ex Nævio.
¶ Prouenire, Contingere. Plaut. Menæch. 10. 60.
Quid ego nunc faciam? domum ire cupio, sed vxor non sinit. Huc autem intromittit nemo: nimis prouentum est nequiter. Id est pessimè res cadit. Cic. 1. de Finib. 73, Nec quid prouenturum sit prouident.
Annus fœcundior prouenit. Ouid. 4. Fast. 135.
Prouenant medii sic mihi sæpe dies. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 5.
Prouentus, huius prouentus, masc. ge. (πρόβασις, πρόσοδος,) Reditus non tantum bouarum, sed etiam malarum rerum. Plautus, Calamitatum & miseriarum tot prouentus. Plin. lib. 8. cap. 55, 2, Certum est baleariocos aduersus prouērum eorum auxilium militare à diuo Augusto petisse.
Prouentus dapsilis, Vide D A P S.
Onerare sulcos prouentu. Virg. 3. Georg. 104.
Poetarum prouentus, Plin. epist. 13. a, Magnum prouentum poetarum annus hic attulit.
Triferus prouentos. Plin. lib. 15. cap. 18. 4.
Prouentus lactis. Pli. lib. 10. cap. 12. 5, Illinitur mammis, extinguitque lactis prouentum.
¶ Prouentus, Pro Successu, Cæsar lib. 1. bel. Ciuil. Multum ad hanc rem adiuuat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis prouētus, fiducia rei bene gerendæ.

Prouerbium, prouerbii, (παροιμία,) Dicitur quasi cōmune omnium verbum: est enim sententia quæ in ore omnium versatur.
Prouerbii loco. Cicero. 13. Philipp. 365, Illud tamen verum, quod in hoc Planco prouerbii loco dici solet, perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent. Sed veteris prouerbii admonitu, viuorum memini. Cice. 5. de Finib. 6.
Opportunè aptata prouerbia. Quintil. lib. 6. cap. 3. 67.
Cessit in prouerbium. Vide C E D O.
Contritum vetustate prouerbium, Vide C O N T E R O.
In prouerbio est. Cice. 4. Academ. 105. Vidēsne vt in prouerbio sit, quorū inter se similitudo?
Quod est Græcis hominibus in prouerbio. Cic. 3. Verr. 36.
Tangunt eum prouerbia. Ouid. 5. Fast. 98.
Hæc quoque de causa, si te prouerbia tangunt,
Mense malas Maio nubere vulgus ait.
Tritum sermone prouerbium. Cic. 1. Offic. 49.
Venit in consuetudinem prouerbii. Cic. 2. Offic. 79.
Prouerbium vertere in ludicrum prouerbii, Vide L V D I C R V M.
In communi prouerbio versari. Cic. 3. Ver. 85. Nisi vos illud vellem recordari, istius nequitiam & iniquitatem tum in ore vulgi, atque in communibus prouerbiis esse versatam.
Veteri prouerbio. Cic. de Senectute, 7. Pares enim cū paribus, veteri prouerbio facillimè congregātur. Idem de Amicitia, 71, Præposteris enim vtimur consiliis, & acta agimus, quæ vetamur veteri prouerbio.

Prouideo, prouides, pen. corr. prouidi, prouisum, pen. prod. (προνοέω, προμηθέομαι,) prouidēre, Antè, vel à longe, & futurum aliquid videre, antequam sit factum. Plin. Hoc enim sapientis est, omnia quæ ventura sunt, prouidere. Cicero 2. de Diuinat. 13. Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet, insidias imperator, tempestates gubernator: & tamen ipsi sæpe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur. Plinius epist. 92. b, Quod quidem semper quasi prouideret hoc tempus, sedulò facit. Cicero 1. Tusc. 103. Quod & præterita teneat, & futura prouideat.

Est boni

Est boni Consulis non solùm videre quid agatur, verùmetiam prouidere quid futurum sit. Cic. pro Murena, 4.
Prouidere in posterum. Cic. 3. de Legib. 65.
Prouidere exitus. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 4. 2.
Prouidere animo. Cæsar 7. bel. Gall. 122. Plusque animo prouidere & presentire existimabatur, quòd, &c. Liuius 1. bel. Maced. 2. Iam prouideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur: quicquid progredior, in vastiorem me altitudinem ac velut profundum inuehi, &c.
Coniectura aliquid prouidere. Cice. Attico, lib. 1. 1. 1.
Anti occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 58.
Celeritas In conficiendo, consilium in prouidendo. Cic. pro L. Manil. 10.
¶ Prouidere, (φυλάττειν,) Cauere. Plaut. Mostel. 7. 92. Nihil me corassis inquam, ego mihi prouidero. Terent. And. 1. 3. 3. Quæ si non astu prouidentur, me, aut heri si pessundabunt. Eadem verba leguntur in Phorm. 2. 4. 1. Cice. 3. Verr. 112. Nam qui insidia C. Iunius conflagrarat, ea, nisi prouidisset, tibi ipsi tum percundum fuisset. Teren. Heaut. 1. 1. 64.
– putauit me ætate & beneuolentia
Plus scire & prouidere, quàm seipsum sibi. Cæs. 2. bel. Gal. 309. Neque quid in quaque parte opus esset, prouideri, neque ab vno omnia imperata administrari poterant. Ibidem, lib. 5. 123. Tum demum Titurius, vti qui nihil anti prouidisset, trepidare.
Prouidere & præcauere. Cic, pro Plancio. 43.
In posterum quàm longissimè prouidere. Cic. 7. Philipp. 120.
Quum videtur præcaueri potuisse, si prouisum esset. Cic. 3. Tuscul. 89.
Actum est de te, nisi prouides. Cic. Paro, lib. 9. 18. 8.
Prouidere ne. Cicero 4. Academic. 112. Prouide etiam ne vni tibi istam sententiam mutare liceat defendere. Idem 1. Tusculan. 122. Sed, ne accidat, prouidebo.
Quicquid prouideri potest prouide, ne, &c. Cic. Attic. lib. 5. 98. 1.
Omnibus rebus cura & prouide, ne, &c. Cic. Attico, lib. 11. 21. 4.
Iam socii ne spoliarentur, fide ac officiis prouiderunt. Cic. 7. Verr. 99.
Prouidere animo salutē alicuius. Cic. in Catil. 50. Tum demum animis saluti vestræ prouideretis, quum oculis maleficium ipsum videretis.
Prouidere sibi ex iniuria alterius. Cic. 3. Verr. 60. Quis non ex iniuria quę tibi esset facta, sibi prouideret?
Prouidere consilio. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 4. 6. Quantum viribus eniti, consilio prouidere, authoritate mouere potuero. Idem Trebiano, lib. 6. 10. 16. Quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consiliis nostris prouidebuntur.
Cætera, quæ cōsilio prouideri poterunt, cauebūtur. Cic. Atti. li. 10. 107. 3.
Consulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere saluti. Cice. Qu. fratri, lib. 1. 1. 46.
Ex aliorum euentibus, rationibus suis prouidere. Author ad Herenn. libro 4. 154.
Prouidere alicui contra aliquem. Cic. pro Cælio, 16.
Huic loco, per deos immortales, iudices, consulite & prouidete. Cicero 2. Verr. 27.
Publicè prouidere. Cicero Antequàm iret in exilium, 5. Id est communi saluti consulere.
Magnopere prouidendum, Vide M A G N V S.
Sanè multum in eo Reipub. prouisum est. Cic. Attico, lib. 7. 133. 3.
A me ita præcautum & prouisum est. Cic. Attico, lib. 1. 16. 1.
¶ Prouidere rebus necessariis, Res necessarias comparare. Cic. Satis iam omnibus quæ necessaria erant, prouisum putabant.
Prouidere rei frumentariæ. Cæsar 5. bel. Gall. 311. Vt portus tueretur, & rei frumentariæ prouideret: quæque in Gallia gererentur, cognosceret.
Prouidere rem frumentariam. Cæsar 6. bel. Gall. 36. His cognitis rebus rem frumentariam prouidet, castris idoneum locum deligit. Cice. 3. Tuscul. 70. Demos scutellam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi. Adiungitur quoque datiuus, vt Prouidere frumentum exercitui apud Cæsarem 6. bel. Gall.
Prouidere in hyemes pabulum. Plin. lib. 8. cap. 38. 1. Ergo in hyemes aliis prouisum pabulum, aliis procibo somnus. Cæs. 4. bell. Gall. 573. Frumentum his in locis in hyemem prouisum non erat.
Prouidere authorem industrium. Columel. lib. 6. cap. 27. Quibus cordi est educatio generis equini, maximè conuenit prouidere authorem industrium, & pabuli copiam.
¶ Prouisum hoc legibus, Id est cautum. Plin. epist. 9. libro 3. b, Prouisum hoc legibus, foter missum tamen, & post longam intercapedinem tunc reductum addiderunt Betici.
Prouisum à diis immortalibus. Cic. 2. de Nat. deor. 101. Facilìusque intelligitur à diis immortalibus hominibus esse prouisum, si, &c.
Prouisum est rationibus multis ne nocere posset Verri. Cice. 2. Verr. 17. Terent. Phorm. 5. 2. 14. Prouisum est ne in præsentia hæc hinc abeat.
Prouisus, prouisa, prouisum, pen. prod. (προνοητός,) Colum. lib. 9. ca. 8. Hæc de pabulationibus, domicilis, & sedibus eligendis abundè dixi mihi quibus prouisis, sequitur vt examina desyderemus.
Frugis prouisæ copia in annum. Horat. 1. epist. 19. 23.
Verbaque prouisam rem non inuita sequentur. Horat. in Arte, 63.
Explorata & prouisa ratio. Cic. 3. Verr. 10. Mea quidem ratio cum in preteritis est rebus cognita, tum in reliquis explorata atque prouisa est.
Cui viuendi via consyderata atque prouisa est. Cic. in Para. 42.
Prouisa fiunt leuiora. Cic. 3. Tuscul. 57.
Prouisus, pen. prod. prouisus, prouisui, Verbale, (πρόοψις,) Tacit. lib. 18. Dispositu prouisuque ciuilium rerum peritus.
Prouisio, Verbale, (προνοητικὸς,) Ipse prouidendi actus. Cic. 3. Tuscul. 53. Tamen quoniam multum potest prouisio animi & præparatio ad minuendum dolorem, fiat semper omnia homini humana meditata. Idē 2. de Diuinat. 13. Nunquid ergo in his rebus est quod prouisione aut permotione mentis, magis quàm natura ipsa sentiamus? Idem in Orato. 110. Vitiosum genus & longa animi prouisione fugiendum.
Cautio & prouisio. Cic. de Amicit. 67. Horum vitiorum atque incommodorum vna cautio est atque vna prouisio, vt, &c.
Posteri temporis prouisio. Cic. in Partit. 37.
Vitium longa animi prouisione fugiendum. Cic. in Orat. 110.
Prouisor, pe. pro. pulsoris, (προνοητής,) Aliud verbale. Horat. in Arte, 34. Vitium tardus prouisor, prodigus æris. De iuuene.
Prouiso, prouisis, pen. prod. prouisi, prouisum, (πρὸς τὸ ὄφελος ἔρχομαι,) prouisere, Duo significat, inquit Donatus: Procedere, & videre. Plaut. Stich. 11. 2. Morte hoc fit, atque est ita mea sententia: siquem hominem expectant, Eū solent prouisere, qui hercle illa causa nihil ocyus venit: Idem ego nunc facio, qui prouiso Sagatinum, qui nihil ocyus venit. Terent. Eunuch. 3. 1. 4.
– huc prouiso, vt vbi tempus fiet,
Deducam. Idem Adelph. 5. 6. 1.
Hera ego hinc ad hos prouisam quàm mox virginem
Accersant. Et And. 5. 5. 1. Prouiso quid agat Pamphilus: atque eccum.
Prouidens, pen. corr. (πρόμηθης,) prouidentior, prouidentissimus, Prudēs, qui præuidet futura & cauet. Plin. epist. 110. a, Quanquam fossa, quam prouidentissimus imperator fecit, exhausta, premit vasteis. Idem epist. 82. c, Quod dum recordor, intelligo mihi laborandum, neque parte vlla dear hanc de me fiduciam prouidentissimi viri destituisse. Cic. 7. Verr 80. Ille in rabellis refert, obligat fignis amicorum prouidens homo. Idem Cecinnæ, lib. 6. 6. 21 Homo valde est acutus & multū prouidens.
Prouidentius ad. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 1. 1. Id enim mihi & ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius.
Prouidenter, (προνοητικῶς,) prouidentius, prouidentissimè. Cice. 3. de Natu. deor. 137. Vehementius, inquit, Cotta tu quidem inuectus es in eam Stoicorum rationem, quæ de prouidentia deorum ab illis sanctissimè & prouidentissimè constituta est.
Prouidentia, prouidentiæ, (πρόνοια, προμήθεια, πρόγνωσις, προνοητικὴ,) Prudentia prouidendi futura. Cicero, Id enim sapientis est, prouidere: ex quo sapientia appellata est prouidentia. Idem 2. de Inuent. 240. Prouidentia, est per quam futurum aliquid videtur, antè quàm fiat, aut fiat. Et 2. de Nat. deor. 81. Talis igitur mens mundi quum sit, ob eamque causam vel prudentia, vel prouidentia appellari rectè possit.
Prouidentia, pro Deo aliquando ponitur. Quintil. in Prœmio lib. 6. Nullam terras despicere prouidentiam tester: Idem de Cicerone, lib. 10. cap. 1. Dono quodam prouidentiæ genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur.
Materiæ rerum ex qua & in qua omnia sint, fictrix & moderatrix diuina prouidentia. Cic. 3. de Nat. deorum, 133.
Mundus diuina prouidentia constitutus. Cic. de Vniuers. 15.
Prouidentia, quæ πρόνοια Græcè dicitur, hæc potissimum prouidet, & in his maximè est occupata, primum, vt, &c. Cic. 2. de Nat. deorum, 83.
Deorum prouidentia mundum administrari. Cic. 1. de Diuinat. 101.
Regatūre prouidentia mundus. Quintil. lib. 5. ca. 7. non procul à fine.
Prouidentia, Passiue, Pomponius in L. Quintus Mutius, in fine. ff. De annuis leg & fideic. Et magis enim est, vt prouidentia filiorum suorū hoc fecisse videatur.
Prouidus, penul. correp. Adiectiuum, (προνοητικὸς,) Diligens, solers. Plinius Iunior, Sed dispice ne sit parum prouidum, sperare ex alus, quod tu ipse non præstes.
Cautus & prouidus. Cic. pro Rosc. Amer. 69. Itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putātur cauti, prouidiq; fuisse.
Prouidus & solers. Cice. 2. de Natu. deorum, 193. Atque vt intelligamus nihil horum esse fortuitum, & hæc omnia esse opera prouidæ solertiæque naturæ: quæ multiplices foetus procreant, vt sues, vt canes: his mammarum data est multitudo.
Astu prouidus. Stat. 6. Thebaid. 154.
Rerum vestrarum prouidus. Tacit. lib 4.
Multorum prouidus. Horat. 1. epist. 2. 4 de Vlysse,
Qui domitor Troiæ, multorum prouidus, vrbes,
Et mores hominum inspexit, latumque per æquor, &c.
¶ Actor prouidus. Stat. 10. Thebaid. 65.
Augur prouidus. Ouid. 12. Metam. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anspex prouidus.Horat.3.Carm.ode 27.2.
Cura prouida.Ouid.2.Fast.12.
Homo animal prouidum,sagax,&c.Cic.1.de Legib.31.
Labor prouidus.Silius.lib.7.13.
Mens prouida.Horat.3.Carm.ode 5.3.
Mens prouida rerum futurarum.Cic.2.de Diuinat.176.
Consultrix & prouida natura. Cicc.2.de Nat.deorum,82.Consultrix & prouida vtilitatum,opportunitarumque omnium.
Orator prudens & prouidus Cic.in Partit.9.
Virtus prouida.Claud.1.in Eutropium,81.
Prouide,pen.corr.Aduerbium,(προνοητικῶς.)Diligẽter.Plin.lib.10.ca.33.1.Iam publicum quidem omnium est,tabulata ramorum sustinendo oido prouide eligere.

Prouincia, prouinciæ, (ἐπαρχία,) Dici videtur quòd procul vincatur.Propriè enim prouinciæ dictæ sunt regiones lõgè ab Italia bello acquisitæ, quòd eas Romanus Populus prouicerit, id est antè vicerit,inquit Festus.Prima omniũ prouincia Sicilia est appellata,sicut docet Cicero 4.Vert.Et prouinciatum aliæ erant Consulares,aliæ Prætoriæ. Redigere autem regiones in prouinciæ formã, nihil aliud est quam Regionem subiicere imperio Romano,& ad eam gubernandam mittere præfectum. Cic.4.Verr.2. Primum quòd omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam hdemque Pop.Ro.applicuit,id quod ornamentum imperii est,prouincia est appellata.Ouid.1.Fast 118.
Redditaque est omnis populo prouincia nostro.
Mari cinctæ prouincia,Vide CINGO.
¶ Prouincia,pro Opere.Quoniam enim præfecti ad prouincias gubernandas cum officio mitti solebant, factum est etiam vt ipsi magistratus,& omne onus nobis impositum, prouincia appelletur. Terentius Phorm.1.2.22. –ô Geta prouinciam
Cepisti duram. Idem Heaut.3.2.5. Idcirco huic nostro tradita est prouincia. Plautus Cap.4.52.
Quid credis,fugitant omnes hanc prouinciam,
Potiraquam captus est Philopolemus tous.
Animorum prouinciæ prudens.Tacit.in vita Agricolæ.
Annuæ prouinciæ. Cic.de Prouinciis Consul.14.Vt Prætores prouincias annuas habeant.
Aquaria prouincia,Vide AQVA.
Illustris prouincia,Vide ILLVSTRIS.
Infesta prouincia,Vide INFESTVS.
Legataria prouincia,Vide LEGO,legas.
Libera à prædonibus prouincia,Vide LIBER,libri.
Locuples ac referta prouincia,Vide Locuples in LOCVS.
Pacatissima prouincia, Vide PACATVS.
¶ Accedere in prouinciam, Vide ACCEDO.
Quum aliquantum ex prouincia,atque ex imperio laudis accesserit. Cic. Lentulo,lib.1.7.30.
Accipere prouinciam,Vide ACCIPIO.
Adiungere prouincias ad imperium,Vide ADIVNGO.
Administrare prouinciam,Vide ADMINISTRO.
Capere prouinciam,Vide CAPIO.
Communicare prouinciam,Vide COMMVNICO.
Deponere prouinciam.Cic.in Pisonem,1.Ego prouinciam Galliam Senatus authoritate,&c.in concione deposui.
Deposcere sibi prouinciam.Cic.pro Sylla, 30. Illam sibi officiosam prouinciam depoposcit,vt prima luce Consulem salutatum veniret.
Describere in prouincias.Cic.pro Flacco,35.Qui cum omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset. De L.Sylla.
Dare prouinciam vel negotium alicui.Cice 6.Verr.45. Illam sibi ab isto prouinciam datam.
Ducere prouincias.Tacit.lib.3.Porrò si hi doxissent prouincias, cur Dialibus id vetitum?
Habere prouinciam authoritate Senatus,& sorte.Cic.in Pisonem,39.
Obtinere prouinciam.Cic.pro Flacco, Quum prouinciam Asiam Consulari imperio obtineres. Idem 1.Philip.14.Quæ lex melior,vtilior,optima etiam in Repu.sæpius flagitata,quàm ne Prætoriæ prouinciæ plus quàm annum,ne plus quàm biennium Consulares obtinerentur?
Perdomare prouinciam aliquam,Vide PERDOMO.
Petere ambitiosissimè prouinciam.Quintil lib.6.cap.3.47.
Præesse alicui prouinciæ.Cic.pro Fonteio,2.
Referebam de prouinciis Quæstorum,& de ornandis Prætoribus. Cic. Qu.fratri,lib 2.7.2.
Suscipere prouinciam.Cic.pro Cælio,50.Deinde eam prouinciam susceperint,vt in balneas contruderentur.
Prouinciatim,penul.prod.Aduerbium, (κατ' ἐπαρχίας,) Per prouincias. Suetonius in Augusto,cap.49.Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit.
Prouinciãlis,& hoc prouinciale,penul.prod. (ἐπαρχιῶτης,) Prouinciales dicti sunt qui ex prouinciis sunt,siue,vt ait Vlpianus, de Verb.significatio. qui in prouinciis domicilium habent.
Prouinciatium nomine omnes præter Italos appellabantur. Vnde Columella libro 5.cap.4.tradit vinearum prouincialium culturam, quam alibi de Italicarum cultura scribat. Plinius Iunior lib.8.epistol. Italicus es,an prouincialis?
Hospitia prouincialia.Cic.4.in Catilinam,94.
Molestia prouincialis. Cice.Curioni,lib.2.6.9. Rogo te ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari.
Negotia prouincialia.Cice.ad Atticum,lib.2.16.19.Neque enim ista negotia prouincialia esse putabam, neque te in Toculionibus habebam; sed scripsi vt debui diligenter.
Ornamenta prouincialia.Cic.Post reditum in Senatu,31.
Scientia prouincialis,quæ de prouinciarum administratione est. Cice.ad Qu.fratrem,lib.1.1.30.In qua scientiæ præsertim prouincialis ratio ipsa expedita est.
Solitudo prouincialis. Martialis lib.12.1. Quibus facilius consequimur vt molesti potius quàm officiosi esse videamur, nedum in hac prouinciali solitudine, vbi,&c.
Viri prouinciales.Cic ad Qu.fratrem,lib.1.1.21.

Prouiuo, prouiuis,penu.prod.prouixi,prouictum,(περίειμι,) prouiuere,Vltra & amplius viuere. Tacit. lib. 5. Nondum is dolor exoleuerat,quum de Agrippina auditum:quam interfecto Seiano spe sustentatam prouixisse reor.

Prouoco, prouocas,penul. correp. (προκαλέω,προκαλίζω,παρακαλέω,) prouocare. Propriè significat A longe vocare.Plaut.Pseud.9.45.Herus si domi est tuus,quin prouocas? Idem Bacchid.4.40.Prouocatur pædagõgus,Eho senex minimi pretii,&c.
¶ Prouocare,In certamen aliquod vocare,siue ludendi,siue lędendi gratia.Plau.Trucul.19.60. –Vbi est quod
Tu dassolus zonam. prouocatur.quod times? Terent. Eunuc.3.1.53.
–Pamphilam
Cantatum prouocemus. Idem Adelp.5.4.24. Quando eò prouocat. Liu.7.ab Vrbe,114,Gallus processit magnitudine atque armis insignis quatiensque scutum hasta quum silentium fecisset, prouocat per interpretem vnum ex Romanis, qui secum ferro decernat. Cicero, Tuis literis amantissimis sum prouocatus.
Respondere & prouocare.Cic.Cornificio,lib.12.20.2, Ego enim respondere facilius possum,quàm prouocare.
Cantatum aliquam prouocare.Cic.Lentulo,lib.1.9.73.
–si quando illa dicet,Phædriam
Intromittamus comessatum,tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. Ex Terentii Eunucho,3.1.53.
Hostem clamore prouocat.Silius lib.17. 106.
Prouocare ad certamen.Liuius 4.bel.Pun.34.
Prouocare ad pugnam.Cic.4.Tuscul.75.
Prouocare in aleam.Plaut.Curcul.7.76.
Prouocare minimo.Sub.digito.Horat.1.Serm.saty.4.3,Crispinus minimo me prouocat.Digito scilicet. Solemus enim dicere nos tantum digito valere,quantum alius brachio. Budæus.
Auras curibus prouocare.Virgil.3.Georg.39.
¶ Prouocare virtute.Plin.epist.7.lib.2,Nam tanta ei sanctitas,gravitas, authoritas etiam, vt posset senes illos prouocare virtute,quibus nunc honore adæquatus est.
Respondere in amore iis à quibus prouocêre.Cic.Bruto,1.2.
¶ Prouocare, Irritare: vt Prouocare iniuriis, hoc est Lacessere. Plinius Iunior,Quanuis enim multis prouocatus iniuriis, nunquam tamen ab officio recessi. Cicero 2.Philipp.63.Hæc to quum per me acta meminisses,nisi illis, quos videmus, gladiis, confideres, maledictis me prouocare ausus esses? Idem pro Lege Manil.9.Quanto vos studio conuenit iniuriis prouocatos,sociorum salutem vnà cum imperii vestri dignitate defendere?
Bellum prouocare dicit Plin.in Paneg.28.Nõ times bella, nec prouocas.
¶ Prouocare,Vincere. Quintilianus lib.10.Elegia quoque Græcos prouocamus. Plin.lib.33.in Procemio,5.Accessit ars picturæ,& aurum argentumque cælando carius fecimus.Didicit homo naturam prouocare.Quo modo intelligi potest illud Lucani lib.9.
–cogit tantos tolerare labores
Summa ducis virtus,qui nuda fusos arena
Excubat,atque omni fortunam prouocat hora. Hæc Budæus. Plinius lib.35.ca.10.28.Pinxit & heroa nudum,eaque pictura naturam ipsam prouocauit. Idem libro 16.cap.8.2.Omnes tamen has eius dotes dex solo prouocat cocco.
¶ Prouocare,Profugere,& fermè idẽ est quod Appellare:nisi quòd prouocare maius est quàm appellare.Et propriè ad maiores,potentioresque,quorum ope atque gratia indigemus,pertinet prouocatio.
Prouocare ad.Cicero,Quum alter ad Senatum prouocasset,alter verò appellasset Tribunos. Plin.epist.137.c.Itaque Pomponius Secundus,hic scriptor tragœdiarum,siquid fortè familiarior amicus,tollendum,ipse retinẽdum arbitraretur,dicere solebat,Ad populum prouoco: atqui ita ex populi

ex populi vel silentio vel assensu,aut suam, aut amici sententiam sequebatur. Liu.1.ab Vrbe,110,Si à Duum virũ prouocarit,prouocatione certato. Cice.ad Atticum, lib.6.1.11.16,Ne ad Catonem quidem prouocabo. Idem 3.de Leg.40,Iudicia, vt esset populi potestas ad quam prouocaretur.
Ad populum prouocare.Cic.1.Philipp.15.
Appellare & prouocare.Liu.8.ab Vrbe,167,Tribunos plebis appello & prouoco ad populum. Idem 7.bel.Macedõ.102,Et Tribuni appellati,& prouocatum ad populum est.
Prouocare iudicium ad populum.Valer.lib.8.cap.1,de M.Horatio, Interfectæ sororis crimine à Tullo rege damnatus,ad populum prouocato iudicio,absolutus est.
Prouocare in integrum. Brutus Ciceroni,16.15, De Cæsare verò quod heri potuit ac debuit,transactum est neque iam prouocari in integrũ potest. Hoc est,Integrum iam non est illi ut prouocare possit iure.
Prouocare aduersus. Papinianus in L.Tutores qui. Paragr.Tutor.ff.De administrat. & peric. tut. Tutor datus aduersus ipsam creationem prouocauit.
Prouocãtus, pen.prod.Participium,(προκεκλημένος,πρόκλητος.)Cice. 1.de Finib.13. Quanquam à reipso id quidem facio prouocatus gratissimo mihi libro, &c.
Qui mecum sæpissime non solùm à me prouocatus,sed etiam sua sponte de te communicare solet.Cic.Lentulo,lib.1.7.8.
Prouocatus cum Gallo depugnauit.Cic.2.de Finib.116.
Prouocatus beneficio.Cice.1.Offic.72. Item ad Atticum,lib.14.3.11.1, Nam quum te semper amaui, primùm tuo studio, pòst etiam beneficio prouocatus.
Prouocatio, Verbale,f.g.(πρόκλησις,παρακάλεσις,)vt Prouocatione certare.Liu.1.ab Vrb.110.
Ex prouocatione interfecit eum.Plin.lib.37.cap.1.6.
¶ Prouocatio,Appellatio.Cic.4.Acad.26, Commemorant reliquos qui leges populares de prouocationibus tulerunt.Liu.2.ab Vrbe,72, Neque enim vt in Consulibus,qui pari potestate essent,alterius auxilium neque prouocatio erat.Sic Cicero de Lege agraria,44. Et 3.de Legibus,8.Adversus prouocatio esto.Ex lege XII TAB.
Quid turpius quàm Senator sine prouocatione. Cic.3.de Leg.16.
Prouocatio patronã illa ciuitatis,ac vindex libertatis Populo Ro.dari si ne nobilium dissensione non potuit.Cic.2.de Orat.108.
Dare alicui prouocationem.Cic.1.Philipp.17,Quibus quum prouocatio datur,nonne acta Cæsaris rescindunt?
Dare pœnam sine prouocatione.Cic.2.de Lege agraria,44.
Prouocator,pen.prod.prouocatõris,Verbale masc.(προκλητής,)Plin.de Vrbis illustr.29,Aduersum ingentem Galliam prouocatorem solus Valerius Tribun.militum omnibus territis processit.Cic.pro Sestio.117.
Quum verò ne de venalibus quidem hominẽ electos, sed ex ergastulis emptos,nominibus gladiatoriis ornarit,& fortito alios Samnites,alios prouocatores fecerit,&c.
Prouocatorius,Adiectiuum(προκλητικός,)vt Prouocatoria dona militaria,id est,quę meruit prouocatus:quod humanius est quàm prouocassit.Gell.lib.2.cap.11.Populi militaria dona habuit multiiuga,in his prouocatoria pleraque.

Prouolo, prouolas,pen.corr.(προκυλίομαι,)prouolare,Procul volare,Auolare.Plinius libro 11.cap.10.1, Tunc viuuerũt prouolant,si dies mitis futurus est.De apibus.
Prouolat in medium.Ouid.6.Fast.89.
Prouolare,per translationem posuit Liuius 2.ab Vrbe,203, Sic in primũ infensis hastis prouolant duo Fabii,totamque mouerũt secum aciem. Id est procurrunt. Ibidem,87, Desiliunt ex equis, prouolant in primum:& pro antesignanis parmas obiiciunt.Ibidem, lib.7.29, Relictis equis clamore ingenti prouolant ante signa.
Prouolare ad.Liuius 1.ab Vrbe,51,Ipse ad primores Romul' prouolat'.
Prouolare in locum & vicem alterius. Liuius 3.ab Vrbe,76, Is dato negotio suis, vt corpus obtegerent, ipse in locum, vicemque Consulis prouolat.

Prouoluo, prouoluis,prouolui,prouolutum,penult.produ.(προκυλίω,) prouoluere, Porrò voluere. Terentius And.4.5.38.
–iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam. Liuius,Ingentia saxa in subeuntes prouoluentibus Barbaris.Lucret lib.2.91,Prouolui simul vt possint,& lædere sensus.
Subter iuga & loca prouoluere aliquem.Virgil.12.Aeneid.107.
Prouoluere se ad genua,ad pedes alicuius.Liu.4.bell.Macedo.49, Legati vbi hæc audierunt, flentes ad genua Consulis prouoluuntur. Idem 6.ab Vrbe,12,Quum se mœsta turba ad pedes prouoluisset. Sic 6.bell.Macedo.136.
Prouoluisque eius prouolutus Mithridates,&c.Tacit.lib.12.

Prout, Aduerbium,(ὅσον,) id est Sicut,vel vt:aut quod volgò dicũt Secundum quod.Plauti Bacchid.20.5,Non Pelides tormẽto fuit, prout ego herum expugnabo meum. Subaudi 5.1.6, in priore membro:vt sit sensus,Non sic Pelides tormẽto fuit,prout(id est VT) ego expugnabo herum meum. Horat.2.Serm.saty.6.14,
–vernasque procaces
Pasco libatis dapibus prout cuique libido est.Hoc est, vt cuique libido est.Ex quo apparet eum, metri causa PROVT dixisse pro VT. Quintil.lib.4.cap.1.Prout asperi,leues,iucundi,&c. Idem lib.1.cap.13.1,Vt longis syllabis omnibus apponere apicem, ineptissimum est, quia plurimę natura ipsa verbi quod scribitur,patent: sed interim necessarium, quum eadem litera alium intellectum, prout correpta vel producta est,facit. Liu.9.ab Vrbe,230, Raptim collatæ sarcinæ in medium,& prout tempus patiebatur,instructa acies. Cic.ad Atticum,lib.11.2.14.8,Tuas literas,prout res postulat, expecto. Sic Cæsar 3.bel.Ciuil.236.
Prout Thermitani hominis facultates ferebant.Cic.4.Ver.58.
Prout haberi liceret,si anno superiore Quæstor fuisset. Ci.1.Philip.197.
Perinde,prout.Quintil.lib.9.cap.4,Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu similit aut diuerso pronuntiabuntur.
Prout,ita.Plin.lib.28.cap.2.7,Ac prout quæque accepta sunt,ita valere. Idem lib.5.cap.9.7,Præterea obseruatum est, prout in Mauritania nitues,imbrésve latiauerint,ita Nilum increscere.

Proxeneta, proxenetæ,pen.prod.m.g.(προξενητής,)Proxenetæ (inquit Budæus)sunt conciliatores & interuentores, quasique conglutinatores hominum inter se stipulantium & spondentium,aut quemuis contractum, conuentumque incuntium. Martialis libr.10.3,
Quæ sulphurato nolit empta tamento
Vatinio tum proxeneta fractorum.

Proximus, Vide PROPE.

Prudens, prudentis,o.g.(φρόνιμος,φρενήρης,νουνεχὴς,ἐμπειρεὶς,ἐπίφρων,ἐχέφρων,περίφρων,εὔβουλος,) Quasi prouidens:interdum sapiens,aut sciens dicitur. Vnde Iurisprudentes vocantur, qui ius sciunt.Prudens, inquit Donatus, qui intelligentia sua aliquid cognoscit prudens per se.Plaut.Capt.2.45,Plus iniciens quis fecit,quàm prudens boni.
Omitto prudens,id est Sciens,& de industria.Plin.lib.10.cap.29.3.Multa præterea similia,quæ prudens subinde omitto.
Prudens,pro Sciens,cum infinitiuo.Plin.lib.8.cap.31,de vitulo marino, Euomit fel suum ad multa medicamenta vtile: item coagulum ad comitiales morbos,ob ea se peri prudens.
Prudens & sciens.Terent.Eun.1.1.27,
–& prudens,sciens,
Viaus,videns,que pereo. Cic.in quadam epist. Vt in fabulis Amphiaraus,sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus.Idem ad Atticum,lib.10.20.6,Ne te sciens prudensque cò dimittas,vnde exitum vides nullum esse.
Prudens & sciens ad interitum ruebam.Cic.pro Marcello,8.
Ad consilia prudens.Cic.pro Fonteio,28.
Gnarus & prudens impendentium malorum.Cic.pro Sestio,2. Vetus codex habet,Ignarus & imprudens.
Prudens ingenio.Cice.pro Cluentio,86, Quis P.Octauio Balbo ingenio prudentior?iure peritior?
Prudens in.Cic.de Amicitia,5,L.Acilius quia prudens esse in iure Ciuili putabatur. Idem de Claris Orat.61, Omnes ferè Stoici prudentissimi in disserendo.Ibidem, 129,L.Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens.
Prudens administrandi. Cice.5.de Finib.104, Deinde Rerump. administratio, aut administrandi, sciendique prudens, temperata, fortis, & iusta ratio.
Destituor prudens artis,ab arte mea.Ouid.epist.5.30.
Gens adulandi prudentissima.Iuuenal.Saty.3.9.
Moderandi prudens.Tacit.lib.3.
Iuris mouendi prudens.Claud.1.in Eutropium,70.
Prudens agricolationis vir.Colum.lib 2.cap.2.12,Non solùm agricolationis,sed vniuersę naturę prudentem virum.
Prudens locorum.Liuius 4.bel.Maced.109,Quæ minus infida ac trepida fuisset,ni Achei locorum prudentes institissent.
Animus prudens rerum.Horat.4.Carm.ode 9.7.
Sententia prudens animi.Ouid.epist.20.28.
Ciuitas Athenienśium prudentissima. Quintil.lib.5.cap.11.29.
Prudentia, prudentiæ.(φρόνησις,ἐπιφροσύνη, εὐβουλία,προμήθεια,)Cic. 1.de Legib.90,Nam quum animus,cognitis perceptisque virtutibus,à corporis obsequio indulgentiaque discesserit,voluptatemque sicut labem aliquam dedecoris oppresserit,omnemque mortis dolor isque timorem effugerit,societatemque carnis eiecerit:tum omnibus se natura consunctum duxerit,cultumque deorum & puram religionem susceperit,& exacuerit illam,vt oculorum,sic ingenii etiam ad bona delligenda,& reiicienda contraria:quæ virtus ex prouidendo est appellata prudentia:quid eo dici,aut cogitari poterit beatius? Idem 2.de In-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uent.240, Prudentia est rerum bonarum & malarum & vtrarunque scientia, Idem 5.de Fini.119, Prudentia in delectu bonorum & malorum. Sub. cernitur. Idem 3.de Natu.deor.49, Prudentiam Deo tribuemus, quæ constat ex scientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum, cui mali nihil est, nec esse potest!

Prudentia, quam Græci φρόνησιν dicunt, est rerum expetendarum fugiendarumve scientia. Cic. 1. Offic 114.

Vt medicina valetudinis, sic viuendi ars est prudentia. Ci. 5. de Finib. 28.

Temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis. Cic. de Sen. 19.

Prudentia in iudicando. Cic. 10. Philipp. 277.

Prudentia iuris Ciuilis. Cic. 1. de Orat. 81.

¶ Altissima prudentia. Quintil. lib. 2. cap. 13. 10.

Communis prudentia. Cic. 5. de Fin. 124, Omnibus artibus volumus attributum esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio præsunt, debent habere.

Domestica & ciuilis prudentia. Cic. in Partit. 40, Prudentia, in suis rebus, domestica: in publicis, ciuilis appellatur.

Aut rerum fato prudentia maior. Virgil. 1. Georg. 84.

Velox prudentia. Pers. Satyr. 4. 1,
Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit.

Vulgaris prudentia. Cic. 2. de Orat. 72, Perspicua sunt hæc quidem, & in vulgari prudentia sita.

¶ Acuere prudentiam, Vide ACVO.

Adhibere prudentiam, Vide ADHIBEO.

Malitia imitatur prudentiam. Cic. in Partit. 43.

Adeón' ego non perspexeram prudentiam literarum tuarum? Cic. Attico, lib. 6. 120. 4.

Impertire prudentiam suam ad salutem alicuius, Vide IMPERTIO.

Adde quòd est illis operum prudentia maior. Ouid. 2. de Arte, 135.

Hoc sentire, prudentiæ est: facere, fortitudinis. Cic. pro Sestio, 75.

Pro tua prudentia. Cn. Magnus Domitio in Epist. ad Atticum, lib. 8. 16. 1.

2, Non enim pro tua prudẽtia debes illud solum animaduertere quod in præsentia, &c.

Prudenter, Aduerbium, (φρονήσει, φρονίμως, νουνεχῶς,) Sapienter, prouidè. Plinius epist. 233, Prudenter autem constituis, interim nauibus, interim vehiculis vti, pro ut loca suaserint. Cicero 5. de Finibus, 25, Facit igitur L. noster prudenter, qui audire de summo bono potissimum velit.

Aliquid in causa prudenter intexere. Cic. 2. de Orat. 37.

Multa prudenter prouisa. Cic. de Amicitia 6.

Pruina, pruinæ, pen. prod. (πάχνη,) Ex rore gelido nascitur. A perurendo dicta, quòd fruges & virgulta perurat. Budæus, Pruina est quæ lapsa perfidet & gelat, nec fit nisi immoto aere & sereno. Hoc genere alterius propè annis in Gallia vites, arbores, & frumenta interdum præcocia vitiantur, Etenim pruina à perurendo dicta est, quasi perurina: vrit enim germina, quum sole liquefacta est, vt sæpe vidimus. Vulgo gelee vocamus. Aristoteles in libro, de Mundo, Gelu, inquit, est aqua conferta, à serenitate cæli concreta. Pruina verò, ros concretus. Gelu igitur est glacies: pruina, est quod gelu vulgò dicitur. Cicero 1. de Nat. deorum, 37, Quòd pars earti appulsu solis exarserit, pars obrigescerit nue, pruinaue longinquo solis abiccssu.

Acris pruina. Lucret lib. 3. 4.

Algentes pruinæ. Stat. 3. Theb. 94,
-madidos vbi lucidus agros
Ortus, & algentes laxauit sole pruinas.

Cana pruina. Virgil. 2. Georg. 76.

Caneus pruina. Silius lib. 3. 108.

Candentes pruinæ. Claud. de Nupt. Honorii, 11.

Gelidæ pruinæ. Virgil. 1. Georg. 53.

Maturina pruina. Propert. lib. 2. eleg. 10. 9.

Rorata pruina. Ouid. 3. Fast. 72.

Tristes pruinæ. Valer. 2. Argon. 36.

Vitrea pruina. Ouid. epist. 10. 1.

¶ Corpora circumfusa pruinis. Virgil. 3. Georg. 74. De bobus.

Obrigere pruina. Cic. in Somn. Scipionis, 12.

Pruinas ac niues perferre. Cic. 2. in Catil. 43.

Pruinosus, pe. prod. Adiectiuum, (παχνώδης,) Pruinæ obnoxius. Colum. lib. 3. cap. 10. 1, Seu frigidus & pruinosus, quod non est patiens vredinis. Idem lib. 7. cap. 9. 1, Si regio frigida & pruinosa est, quàm durissimæ & nigræ setæ grex eligendus est. Sic lib. 4. cap. 17. 7, Frigidis & pruinosis regionibus.

Longa pruinosa frigora nocte pati. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 5.

Herbæ pruinosæ. Ouid. 4. Metam. 17.

Olympus pruinosus. Claud. 2. de raptu Pros. 52.

Tenebræ pruinosæ. Ouid. 5. Metam. 89.

Pruna, prunæ, (λαμπάς, λαμπάδες,) A carbone ita distinguitur, quòd illa quandiu ardet, pruna dicitur carbo, quum extincta fuerit. Virgilius in Moreto, Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. Prunæ dicta à perurendo. Plinius libro 19. ca. 6. 14. Si radicem betæ in pruna tostam superederint. Horat. 1. Serm. saty. 5. 8, Prętextam, & latum clauum, prunæque batillum.

Subiciunt veribus prunas, & viscera torrent. Virg. 5. Aeneid. 11.

Prunus, pruni, f. g. (κοκκυμηλέα) Arbor pruna producens. Prunum, fructus. Colum. lib. 1. cap. 2. 16, Multa sunt quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent, vt iuncus, vt calamus, vt gramen & trifolium, ebulum rubi, pruni sylueſtres.

Globus prunorum. Stat. 4. Sylu. 9. 6.

Spini ferentes pruna. Virg. 4. Georg. 29.

Corna lapidosa rubescunt prunis, insita scilicet. Virg. 2. Georg. 7.

¶ Asinina pruna, Vide ASINVS.

Autumnalia pruna. Propert. lib. 4. eleg. 2. 3.

Cerea pruna, Vide CERA.

De prunis Damascenis, est epigramma Martialis lib. 13. 29.
Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ
Sume: solent duri soluere ventris onus.

Onychina pruna, Vide Onychinus in ONYX.

Prurio, prurit, prurui, pruritum, pen. prod. (κνήσομαι, κνησάσω,) prurire, Libidine scalpendi ardere. Plau. Bacchid. 23. 72, Te amabo, & te amplexabor. N. caput prurit. Idem Pœnulo, An dentes pruriunt? Et Milite, 7. 44, ita dorsum totum prurit.

In pugnam prurire. Martial. lib. 5. 103, Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam.

Versus pruriunt. Mart. lib. 1. 120,
Lex hæc carminibus data est iocosis
Ne possint, nisi pruriunt, tumare. Catul. ad Aurelium, epigr. 17. 2,
Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum, versiculos nihil necesse est.
Qui tum denique habent salem, ac leporem,
Si sunt molliculi, ac parum pudici,
Et quod pruriat incitare possunt. Idem in Gellium, epig. 83. 1,
Quid facit is Gelli, qui cum matre, atque sorore
Prurit, & abiectis perrigilat tunicis?

Pruritus, huius pruritus, pen. prod. m. g. (κνησμός,) Est excursus humoris spirabilis inclusi contra naturam. Plin. lib. 9. cap. 45. 2, Contactos pisces, attritusque petræ scalpentes pruritum inuadit. Ibidem, cap. 45. 1, Vix pruritu mordax.

Prurigo, penu. prod. pruriginis, f. g. Idem. (κνησμός,) Colum. lib. 7. cap. 5. 6, Nã subest aspera cutis, & velut quędam prurigo. Sic lib. 11. cap. 3. 30. Plin lib. 20. cap. 8. 1, Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt. Vetus codex habet porriginem.

PRVSIAS, (προυσίας,) de quo multa Liuius, Bithyniæ rex, qui Annibalem hac concedentem suscepit, post Antiochum superatum, & Phrygiæ Hellespontiæ seditionem, aduersum Attalicos ex compositio factam.

Prymnesium, prymnesii, (πρυμνήσιον) funis nauticus. Apud Festum Pompeium palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii tonsillam nominant.

PRYTANEVM, pen. pro. (πρυτανεῖον,) Locus erat Athenis in arce dignissimus, vbi iudices & magistratus habere consilia solebant. In Prytaneo item alebantur publicè qui bene meriti erãt de Rep. qui honos habebatur maximus. Cicero 1. de Orat. 110, Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Sic dictum quasi πυρὸς ταμεῖον, tritici promptuarium, velut horreum publicum. Dionysius Prytanea vocat curias, in quibus sacra fiebant ab iis, qui maximam in vrbe habent potestatem. Prytanis, magistratus, præfectus, administrator, vt Consula tusque publici consilii principem appellabant. A verbo πρυτανεύω, tri quod est guberno, & magistratum exerceo. Liu. 5. Decade, li. 1. 71, Cyzici in Prytaneum: id est penetrale vrbis, vbi publice quibus is honos datus est, vescentur, vasa aurea mensæ vnius posuit.

P S

Psaltes, psaltis, m. g. (ψάλτης,) Latinè cantor dicitur.

Psaltrius, Idem Cicero de Aruſp. respon. 40, P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis purpureisque fascioli, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis.

Psaltria, psaltriæ, (ψάλτρια,) Cantatrix. Terent. Adelph. 3. 3. 34, Istinc iam penes vos psaltria est? Plin. lib. 35. ca. 11. 20, Leontiscus Aratum victorem cum trophæo, psaltriam pinxit. Sic Cicero 3. Tuscul. 79, Et pro Sestio, 101, Qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur. Et Liuius 9. bel. Maced. 23.

Psallocithariste, (ψαλλοκιθαριστής,) apud Tranquillũ in Domitiano, cap. 4, Certabat etiam & prosa oratione Græcè Latineque, ac præter citharœdos corocitharistæ quoque & psallocitharistæ.

Psallo, psallis, psalli, (ψάλλω,) psallere, Canere, cantare. Gellius libro 19. cap. 9, Qui canerent voce, & qui psallerent. Id est citharam pulsarent, inquit Budæus. Horat. 1. epist. 1. 7,
-pingimus, atque

Psallimus,

Psallimus, & luctamur Achiuis doctius vnctis.

Doctus psallere. Horat. 4. Carm. ode 13. 2,
-ille vitentis, &
Doctę psallere Chię

Pulchris excubat in genis.

Psalterium, psalterii, (ψαλτήριον,) Græca dictio, Hebraicè NABLON dicitur, Genus organi musici, dulcius & amœnius sonans quàm cithara, cuius similitudinem quidem habet, ipsa tamen non est.

Psalteria, psalteriorum. (ψαλτήρια,) Quintil. lib. 1. cap. 10. 14, Nec psalteria & spadicas, etiam virginibus probis recusanda, sed cognitionem rationis, &c. De Musica.

Psalmódia, psalmodię, pen. corr. (ψαλμῳδία,) Cantus' mistus: quum aliquis canit ad musicum instrumentum.

PSAMATE, pen. corr. (ψαμάθη,) fons apud Thebas. Valer. 1. Argon. 74, Qui tenet vndisonam Psamaten. Ponitur etiam pro vrbe & monte. Fuit & Psamate, Crotopi Argiuorum regis filia, ex qua compressa Apollo Linum filium sustulit, quem inter feutes à matre occultarum canes diluceraruut, vt latè prosequitur Statius 1. Theba. Alia Psamate Nympha fuit, Nerei filia & Phori mater, de qua Ouidius 11. Metamorph. 79.
Cærulean Peleus Psamaten, vt finiat iram Orat. &c.

PSAMMETICHVS, (ψαμμήτιχος,) rex Aegypti, cuius tempore, teste Herodoto lib. 2, ducenta & octo millia Aegyptiorum ad Aethiopes transiere.

Psegma, psegmatis, pe. cor. n. g. (ψῆγμα,) Idem ferè quod flos æris. Plin. lib. 34. ca. 13. 5, In æratiis officinis & psegma fit, tam liquato ære atque percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatimque accensus, ac repentè vehementiori flatu exponitur æris palea quędam. Ex veteri codice legendum smegma.

Psegma quoque pro ramento auri vsurpatur, vt apud Herodotum in Thalia, Indi, inquit, vt sunt multitudine multo numerosissima omnium quos nouimus hominum, ita tributum conferebant aliorum comparatione maximum: trecenta scilicet & sexaginta psegmatis talenta, id est auri ramenti. Ramentum auri arena est aurea, ob id alio nomine ab eodem authore chrysitis dicta. Chrysammos etiam ad verbum aurea arena dicitur lib. x1 codicis Iustiniani. Aurum autem ramentium, inquit ille, inuenitur esse talentũ in Euboicorum quatuor millia sexcentorum & octoginta, si ita ratio ineatur vt psegma terdecies tanto argenti rependatur. Strabo lib. 3, Ac ne aurum quidem solùm effoditur, sed etiam trahitur. Deferunt enim aurum amnes, & torrentes auream arenamque: atque etiam multis in locis aquarum indigis reperitur: sed in his non apparet: in iis autem locis quæ fluminibus alluuntur, auri psegma, id est scobs aurea resplendescit. Budæus.

Psephisma, psephismatis, pen. corr. n. g. (ψήφισμα,) dictio Græca quæ decretum significat. Plin epist. 260, Indicatum est domine legatum ad te salutandum annis omnibus cum psephismate mitti, eique dari nummorum duodena millia. Cic. pro Flacco, 11, Sic sunt expressa ista præclara quæ recitantur psephismata, non sententiis nec authoritatibus declarata. Ibidem, 58, Possem recitare psephismata Smyrnæorum quæ fecerunt in Castritium mortuum.

Pseudos, ψεῦδος Latinè dicitur falsus: vt Pseudolus, falsus seruus. Pseudologus, falsiditus. Pseudoprophera, falsus propheta, & multa alia id genus.

Pseudancusa, pen prod. (ψευδαγχούσα,) quasi falso anchusa dicta, de qua Plinius lib. 21. cap. 10. 2.

Pseudobunion, (ψευδοβουνίον,) herba, quę vt Plinius lib. 24. cap. 16. 10, ait, napi folia habet, fruticant palmi altitudine. Laudatissima in Creta.

Pseudocato, penult. corr. pseudo catonis. (ψευδοκάτων,) Cice. ad Atticum, lib. 1. 9. 10.

Pseudographiæ. (ψευδογραφίαι,) Quintil. libro 1. cap. 10. 30, Fit hoc & in numeris per qualdam, quas pseudographias vocant, quibus pueri ludere solebamus.

Pseudómenos, penult. corr. (ψευδόμενος,) Cice. 1. de Diuin. 17, Quomodo autem mentientem, quem ψευδόμενον vocant, disoluas? Sic 4. Academ. 264.

Pseudophilippus. Cic. 2. de Lege agraria, 88.

Pseudothy'rum, pseudothy'ri, pen. produ. (ψευδόθυρον,) Falsum ostium, vnde pro postico sumitur. Ci. in Verrem, E a quemadmodum ad istum postea pseudothyrum reuertatur, tabulis vobis, & testibus Iudices planum faciam.

Psilothrum, psilóthri, pen. produ. (ψίλωθρον,) dicitur vitis alba: quòd eius semen & vua vitia cutis in facie detergat, & quasi faciem depilet. Plin. lib. 23. cap. 1. 10, Vitis alba est quam Græci ampeloleucen, alii ophiostaphylon, alii melothron, alii psilothrum. Huius sarmenta longis & exilibus internodiis gemculata scandunt. Folia pampinosa, ad magnitudinem hederæ diuiduntur, vt vitium. Radix albo grandis, raphano similis initio rex ea caules asparagi similitudine exeunt. Et paulo pòst Semen in vua raris acinis depender, succo ruben ti, postea croci. Et paulo pòst, Vitia cutis in facie, varosque & lentigines, & sugillata emendat & cicatrices.

Psilothrum, Vnguentum depilatorium, quo mulieres vtebantur: à ψιλόω nudo. Martialis lib. 6. 91, Psilothro nitet, aut acida latet oblita creta. Idem lib. 3. 32, Psilothro faciemque lauas, & dropace caluam.

Psimmythium, psimmythii. (ψιμμύθιον,) Plin. lib. 34. ca. 18. 9, Psimmythium quoque, hoc est cerusam plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus. &c.

Psittacus, psittaci, penult. corr. m. g. (ψιττάκη, ἀνθρωπόγλωσσον,) Auis Indica, vocem humanam miro naturę artificio effingens. Mart. lib. 14. 76,

Psittacus à vobis aliorum nomina discam:
Hoc didici per me dicere, Cæsar aue. Plin. lib. 10. cap. 42. 1, Super omnia humanas voces reddunt psittaci quidem etiam sermocinantes. India autem hanc mittit, psittacem vocant, viridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice distinctam. Imperatores salutar, & quæ accepit verba pronuntiat. In vino præcipuè lasciua. Capiti eius duritia eadem quæ rostro, &c. Vide ibidem plura. Varro 3. de Re rust. ca. 9. 15, Perlius in Prologo, 1,
Quas expediuit psittaco suum χαῖρε,
Picasque docuit nostra verba conari? Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 1,
Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis Occidit.

Imitator solers humanæ linguæ psittacus. Stat. 2. Sylu. 4. 1.

Dux volucrum psittacus. Stat. 2. Sylu. 4. 1.
Occidit aeriæ celeberrima gloria gentis
Psittacus: ille plagæ viridis regnator Eoæ.

Psora, psoræ, (ψώρα,) Cutis asperitas, & squamositas quædam: qui morbus vulgò Sanctimenam appellatur. Et videtur alia à scabie, quum Plinius lib. 20. cap. 1. dicat, Arida cum resina impetiginem & scabiem, quam psoram & lichenas vocant, sanat.

Psora, fit à ψάω scalpo. Nam qui psora laborant. vlcera siue pustulas supra modum contingere, palpare, & scalpere cupiunt.

Psóricus, pen. corr. Adiectiuum. Celsus lib. 6. cap. 6, vbi docet ad oculos scabros collyria.

Psychomantium, psychomantii, pen. prod. (ψυχομαντεῖον,) Locus vaticinii, vbi fiebat Manium euocatio. Cic. 1. Tusc. 187, Ait enim Termaneum quendam Elysium, quum grauiter filii mortem mœreret, venisse in psychomantium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis causa, &c. Idem 1. de Diuin. 214, Neque eos qui quæstus causa ariolentur, nec psychomantia quidem quibus Appius amicus tuus vti solebat, agnoscere.

Psychrola, penult. corr. (ψυχρολούω,) qui frigida lauat. Senec. epist. 54, Mitto me in mare, quomodo psychrolam decet, gausapatus.

PSYLLI, (ψύλλοι,) populi sunt Libyæ in Africa, à Psyllo rege dicti, quibus vt scribit Plinius lib. 7. cap. 2, virus exitiale serpentibus ingenitum fuit, vt cutis odore eas sopiret. Mos verò illis fuit, liberos genitos protinus obiiciendi sæuissimis earum: eoque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpẽtibus. Hactenus Plinius. Meminit & Herodotus lib. 4. Silius item de Atyro Psyllo lib. 1. 13,
Necnon serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tactuque graues sopire chelydros,
Ac dubiam admota sobolem explorare ceraste. In eandem sententiam de Psyllis Lucanus lib. 9. 179, scripsit. Gellius etiam lib. 16. cap. 11. Crinitus lib. 1. cap. 3. & Solinus. Plutarchus in Catone, scribit Catonem per deserta Libyæ iter faciẽtem secum Psyllos duxisse, qui morsibus serpentum mederentur, ore trahentes venenum, & ipsos serpentes cantibus mitigantes. Non tamen silentio prætereundum est, quod de Psyllis memoriæ prodidit Celsus lib. 5. ca. 27, de curationibus communibus aduersus omnes morsus serpentium: Igitur, inquit, in primis super vulnus id membrum deligandum est: non tamen nimium vehementer, ne torpeat. Dein venenum extrahendum est. id cucurbitula optimè facit. Neque alienum est, antè scalpello circa vulnus incidere, quò plus vitiati iam sanguinis extrahatur, Si cucurbitula non est, quod tamen vix incidere potest, tum quodlibet simile vas, quod idem possit. Si ne id quidem est, homo adhibendus est, qui vulnus exugat. Neque Hercules scientiam præcipuam habent hi qui Psylli nominantur, sed audaciam vim ipso confirmatam. Nam venenum serpentis, vt quædam etiam venatoria venena, quibus Galli præcipuè vtuntur, non gustu, sed in vulnere nocent. Ideoque colubra ipsa tutò estur: ictus eius occidit. & si stupente ea (quod per quædam medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit, neque percussus est, nulla in ea salius noxa est. Ergo quisquis exemplo Psylli sequutus, id vulnus exuxerit: & ipse tutus erit, & tutum hominem præstabit. Illud, ne intereat, antè debebit attendere: nequod in gingiuis, palatóve, aliuve parte oris vlcus habeat, &c.

Marmaridæ Psylli. Lucan. lib. 9. 179.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psyllion, (ψύλλιον,) radice tenui, superuacua, sarmentosum, fabæ grani in carumnibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine autem pulicis fundè & nomen hoc in baccis: ipsa herba in viridis inuenitur, &c. Plin. lib. 25. cap. 11. 6. Vulgus nostrum herbam pulicariam vocat.

PSYLLIVM. (ψύλλιον,) Ptolemæo libro 5. cap. 1, vrbs Bithyniæ: vulgò Pscello.

Psythia, vua. (ψυθία,) Virgil. 2. Georg. 19, Et passo psythia vtilior.
Ibidem, lib. 4. 54,
Proderit & tusdum gallæ admiscere saporem,
Arcetesque rosas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel psythia passos de vite racemos. Colum. lib. 3. cap. 2. 14,
Nam quæ Græculæ vites sunt, vt marcotiæ, thasiæ, psythiæ, sophortiæ, sicut habent probabilem gustum, ita nostris regionibus, & raritate vuarum, & acinorum exiguitate minus fluunt. Macrobius quoque in enumeratione generum vuarum meminit lib. 3. Saturnal. cap. 19,
Nomantana, precia, prannia psythia, pilliolata, &c.

Psythium, passum. Plin. lib. 14. cap. 9. 1, Psythium & melampsythium passi genera sunt suum saporem, non vini, referentia.

P T

Pte, (πτ,) syllabica adiectio ablatiuis aliquando iungi solita, vt Meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte. Vt Meapte culpa. Curtius, Sabinus suopte ingenio mitis.

Ptera, pterę, siue vt Vitruuius lib. 3. ca. 2, appellat. pteromata, in templis muri duo sunt, vt ait Strabo lib. 17, de templo Heliopolitano, ad altitudinem ipsorum templorum, vtinque surgentes: ita dicti, quòd alarum specie quasi protegant. Ex Hermolao.

Pterygium, pterygii, (πτερύγιον,) In oculis vocatur membranula quædam neruosa, quę oriens ab angulo, vel à naturam vel temporum parte ad coronam vsque, interim & pupillam operit. Plin. lib. 34. cap. 10. 5, Cadmiæ effectus, siccare, sanare, sistere fluxiones, pterygia, sordes oculorum purgare, scabiciem extenuare. Ex Hermolao.

Pterygium in digitis apud Paulum Aeginetam est, quum caro excrescit, partem illam contegens, quę in vngue, pterygion (inquit) appellatur, quod vitium ex paronychia ferè nascitur. At Celsus lib. 7, dicit esse pterygium, quum recedit ab vngue caruncula non sine magno dolore. Hæc Hermolaus. Videtur enim diminutiuum esse ab πτερόν, id est ab ala, quam tunc videtur efficere caro ab vngalis discedens. Plin. lib. 23. cap. 9. 1, Auxiliatur sal oculorum remediis, & ad excrescentes ibi carnes, totiusque corporis pterygias sed in oculis peculiariter.

Ptisana, ptisanæ, pen. cor. (πτισάνη,) Plin. lib. 18. cap. 7. 24, Ptisanæ ex hordeo vsus validissimus, saluberrimusque tantopere probatur. Vnum laudibus eius volumen dicauit Hippocrates, clarissimus medicinæ scientiæ. Ptisanę bonitas præcipua Vticensis. In Aegypto verò ea est, quæ ut ex hordeo cui sunt bini anguli. In Boeotia & Africa genus, ex quo fiat hordei glabrum appellat. Turannius. Idem lib. 22. cap. 25. 15, Ptisanæ, quæ ex hordeo fit, laudes vno volumine condidit Hippocrates, quæ nunc omnes in alium transeunt. Contrà quanto innocentior est alica? Hippocrates tantum sorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniam in aluo non intumescerent, quoniam facile redderetur, & alluctis hic solus cibus in febri, bis die posset dari, tantum remotus ab istis qui medicinam fame exercent.

Ptisanam medici hodie quum absolutè proferunt hordeaceam intelligunt: fit enim & triticea ptisana ex tritico vel farina triticea aqua elota, de qua Galenus lib. 1. alimentorum.

Ptisana ium, (πτισανεῶν,) oryzæ vocauit. Horatius 2. Serm. saty. 3. 31, oryzam coctam vel ptisanam aut sorbitionem ex oryza, Quid cessas? agedum sume hoc ptisanarium oryzæ.

PTOLEMAEVS, (πτολεμαῖος,) Nomen proprium Lagi gregarii militis filii, qui maximę authoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Post cuius mortem, Aegypto & Africa & magna Arabiæ parte potitus, regnauit annis quadraginta. A quo deinceps Aegyptii reges, Ptolemęi appellati sunt. Hic frequentissimè apud amicos & cœnabat & dormiebat. Quòd si aliquando cœnam præberet, rebus illorum vtebatur. Accersebat enim lcyphos, strata, ac mensas. Ipse præter necessaria possidebat nihil: quin alios Locupletes facere, regale magis esse dicebat, quàm locupletari. Et est nomen à Graeco deductum. Graeci quippe πτολεμίειν, & πτολεμεῖν pugnare dicunt. Sic igitur à πτολεμεῖν Ptolemæus dicturisunt ab τίμεν quod est honore, Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemęum Ceraunum. Philadelphus in regno patri successit, vir doctissimus, Stratonis discipulus, qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ vsque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum durauit. Regnauit annis triginta octo: cui successit Ptolemæus cognomento Euergetes, quod Latinè dici beneficus potest. Hic viginti sex annis regno potitus, moritur: cui successit Ptolemæus Philopator, decem & septem annis regnans. Post eum Ptolemæus Epiphanes, qui annis vigintiquatuor regnauit. Tum Ptolemæus Philometer, qui triginta quinque. Deinde Ptolemæus Euergetes vigintinouem. Postea Ptolemæus Philon, qui & Soter, decè & septem annis regnãs. Postremò Ptolemæus Dionysius qui caput Magno Pompeio abscidi fecit. Fuerunt & alii hoc nomine, vt Pyrrhi regis filius, & Cypriorum rex, qui suis diuitiis Romanum locupletauit ærarium. Item astrologus, natione Aegyptius, quem Traiani & Hadriani temporibus floruisse constat.

Manes Ptolemæorum. Lucan. lib 8. 136,
Quum Ptolemęorum manes, seriemque pudendam
Pyramides claudant, indignaque Mausolæa.

Ptolemęus, pen. pro. (πτολεμαῖος,) Adiectiuum quinque syllabarum. Propert. lib. 2. eleg. 16, Et Ptolemęæ littora capta Phari.

Ptolemais, pen. prod. huius Ptolemaidis, pen. cor. Patronymicum, fœm. g. (πτολεμαΐς,) Lucan. lib. 10. 14, Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris. De Cleopatra.

PTOLEMAIS, (πτολεμαΐς,) oppidum in margine Rubri maris, ad primos elephantorum venatus, à Ptolemęo Philadelpho conditum est in regione Troglodytarum. Author Plinius lib. 2. cap. 73.

Ptolemais, Ptolemaidis vel Ptolemaidos & Ptolemaida, Ptolemaide, pen. cor. nomen quinque vrbium, quarum vna est in Aegypto, de qua Hieronymus ad Eustochium. Per arenas Syrię peruenit ad Coum, quę nũc Ptolemais dicitur. Altera est in Aethiopia. Tertia in Phœnicia. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica prouincia Africæ.

Ptyas, pty'adis, pen. corr. fœm. g. (πτυάς,) Aspidis genus, colore subuiridi, cinereoque, sed in arcum tendente. Plinius libro 28. cap. 6. 8.

Ptynge, (πτυγγή,) Auis rapax, quæ chalcis aliquibus dicitur Aristo de historia anim. lib. 9. cap. 12.

P V

Pubes, pubis, fœm. ge. (ἥβη, ἀντίπους, ἥβαβ, πόδαβ,) Proprie lanugo, quę maribus decimoquarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. Quod quia maturitatis est signum, factum est, vt mas pubes siue puber vocaretur, quamprimum ad generandum aptus est, & fœmina similiter ad concipiendum. Salustius, Puberes omnes interfici iubet. Cic. 1. Offic. 180, Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lauantur. Cæsar 5. bel. Gall. 211, Hoc more Gallorum est initium belli, quo lege communi omnes puberes armati conuenire cogeuntur. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 23, Neminem esse dico, ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerint (quem tu diem in iudicium vocas) pubesque tum fuerit, quin arma ceperit.

Pater filium puberem habens. Cic. 2. de Orat. 124.

Puber ætas. Liuius 1. ab Vrbe, 9, Nondum maturus imperio Ascanius Aeneæ filius erat: tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit.

Pubera folia. Virg. 1. Aenei. 81, Puberibus caulem foliis, & flore comantem. Vbi Seruius, Puberibus, adultis. Sic in libro 4. Pubentes herbæ. Et est reciproca inter herbas & homines translatio. nam & pubertatem herbarum, & florem iuuentutis vocamus.

¶ Pubes, pro Parte pudenda aliquando accipitur. Virgilius 3. Aenei. 86,
Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo
Pube tenus. Inde os pubis medici vocant illud super quo pubes crescit circa pudenda.

¶ Pubes, Iuuenum multitudo. Vir. 1. Aeneid. 81, Haud aliter puppesque tuę, pubesque tuorum. Li. 1. ab Vrbe, 21, de Numitore, Quum pubem Albanam in arcem præsidio, armisque obtinendam auocasset. Cic. pro Milone. 45, Cui Senatus totam Remp. omnem Italię pubem, cunctam Pop. Rom. arma commiserat.

Agrestis. Virg. 1. Georg. 69.
Armata. Valer. 7. Argon. 16.
Captiua. Horat. 3. Carm. ode 5. 4.
Delecta. Stat. 4. Thebaid. 23.
Effræna. Stat. 5. Sylu. 2. 14.
Electa. Claud. de bel. Gil. 84.
Fortissima. Lucan. lib. 2. 95. Valer. 8. Argon. 83.
Generosa. Stat. 5. Sylu. 3. 30.
Indomita. Virg. 3. Georg. 35.
Nautica. Silius lib. 6. 71.
Nomerosa. Valer. 5. Argon. 8.
Rustica. Tibullus libro 1. elegia 1. 5.
Sobria pubes. Silius lib. 11. 21.

Pubens, pubentis: (ἡβῶν, ἡβόων, ἡβῶντος,) vt Pubentes herbæ, per translationem. Virg. 4. Aeneid. 103,
Falcibus & messæ ad lunam quærunturaheneis
Pubentes herbæ. Vbi Seruius, Pubentes, quia aliæ siccæ, aliæ viridiores leguntur. Et sciendum inter homines & herbas esse reciprocè translationem. Sic enim pubentem herbam dicimus, quemadmodum florem ætatis. Idem 3. Georg. 76, Pubentesque secant herbas. Vbi Seruius, Pubentes, adultas, maturiores, quibus robur acquiritur. Quidam leguntur Florentes. Claudianus 5. Paneg. 29, Sunt mihi pubentes alto de semine fratres.

Genę pubentes. Virg. 12. Aeneid. 45.
Herbæ pubentes. Virg. 4. Aeneid. 103.
Rosæ pubentes. Stat. 3. Sylu. 3. 26.

Pubeo, pubes, pubère. Vlpian. in L. Carbonianum. ¶ Plane si mater. ff. De Carbon. edicto, Si duo impuberes patiantur status controuersiam, & alter eorum pubuerit, expectari alterius quoque pubertas debet.

Pubesco, pubescis, (ἐφηβέω, ἡβάω, ἡβῶ, ἡβόω, γενειάω, γενειάζω,) pubescere, Lanuginem emittere. Virg. 5. Aen. 99, Et nunc æquali tecum pubescere æuo. Cic. 1. Offic. 104, Nanque Herculem Prodicium dicunt, vt est apud Xenophontem, quum primùm pubescereret: quod tempus à natura ad deligendum quam quisque vivendi viam sit ingressurus, datum est, exisse in solitudinem. Liu. 1. bell. Pun. 182, Is pauor perculit Romanos, auxitque pauorem Cõsulis vulnus, periculumque intercursu tum primùm pubescentis filii propulsatum.

Iuuentus pubescens. Silius lib. 16. 136.
Pubescunt malæ. Valer. 7. Argon. 69.
Ora pubescentia. Stat. 3. Syl. 3. 3.
Aetas pubescit. Silius lib. 3. 18,
Inde vbi flore nouo pubescet firmior ętas,
Emicet in Martem.

¶ Pubescere, de stirpibus dictum, pro Adolescere, & maturitatem assequi. Cic. lib. 1. de Nat. deo. 8, Nam & fruges, & reliqua quæ terra parit, & tempestates ac temporum varietates, cęlique mutationes, quibus omnia quæ terra gignat, maturata pubescant. Virg. 2. Geor. 78, Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu. Id est exoberat. Cic. 2. de Nat. deor. 58, Quum is efficiat vt omnia floreant, & in suo quæque genere pubescant. De sole. Ibidem, 73, Multaque ab ea mutantur & fluunt, quibus & animantes alantur, augescantque, & pubescant, maturitatemque assequantur quæ oriuntur è terra. De Luna.

Vites pampinis pubescunt. Cic. 1. Tusc. 108.
Hic autem vbi habitamus non intermittit suo tempore
Cælum nitescere, arbores frondescere,
Vites lætificæ pampinis pubescere. Ex poeta.

Virgulta pubescunt fœtu. Claud. 2. de raptu Proser. 16.
Prata pubescunt flore. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 2.

Pubertas, pubertatis, pen. prod. (ἥβη, ἐφηβία,) Aetas in maribus, qui est annis XIIII: in fœminis, XII.

Pubertas plena XVIII annis est. Modestinus, De adoptionibus, L. Arrogato, Non tantum quum quis adoptat, sed & quum arrogat, maior esse debet eo quem sibi per arrogationem, vel per adoptionem filium facit: sed vtique plena pubertate, id est decem & octo annis eum præcedere debet.

¶ Pubertas, Est emissio ipsa pubis, à qua anni pubertatis dicti sunt. Columella lib. 4. At citra naturæ quandam pubertatem. Plin. libro 25. cap. 13. 10, Lac puerperarum mammis imposita cicuta extinguit, venerem que testibus circa pubertatem illita. Cic. 2. de Nat. deorum, 122, Vt siquis dentes & pubertatem natura dicat existere.

Vuæ pubertas. Plin. lib. 23. in Procem. lib. 7, Omphacium qua fieret ratione incipientis vuæ pubertate, in vnguentorum loco docuimus.

Publicus, pen. corr. Adiectiuum. (δημόσιος, ἴνδημος,) Quod non est priuatum alicuius, sed populo commune. Hinc Res publica, res populi. Plaut. Rud. 14. 14, Istic vbi vis, condormisce: nemo prohibet, publicum est. Idem Trinum. 4. 135, Hoc ita si fiat, publico fiat bono. Ibidem, 6. 49,
-publicíne affinis fuit, an maritumis
Negotiis? Vlpianus, De tabulis exhibendis, L. Prætor ait, Publici loci appellatio quemadmodũ accipiatur, Labeo definit vt & ad areas, & ad insulas, & ad agros & ad vias publicas, itineraque publica pertineat.

Conuiuari de publico, Vide CONVIVOR.

Publicum, commune, singulare. Cic. 1. de Inuent. 57.

Publica priuatis secernere. Horat. de Arte, 80.

Iam publicum quidem omnium est tabulata, &c. Hoc est omnibus commune. Plin. lib. 10. cap. 33. 5.

¶ Aes publicum. Tacit. li. 12, Et fixum est ere publico Senatusconsultũ.

Asserror publicus. Ouid. 1. de Remed. amor. 15,
Publicus asserror vitiis suppressa leuabo
Pectora, vindictæ quisque faueto suæ.

Antea causam publicam nullam dixi. Cic. pro Rosc. Amer. 35.

Commoda publica. Horat. 2. epist. 1. 1.

Publicum consilium, dictus est Senatus. Cic. 1. de Orat. 109, Quare non etsi eloquentissimus Athenis Pericles, idemque in ea ciuitate plurimos annos princeps consilii publici fuit.

Cura publica iuuenum. Horat. 2. Carm. ode 8. 2, -enitescis
Pulchior multo, iuuenumque probis
Publica cura.

Custodia publica. Tacit. lib. 3.

Fœnus publicus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 12.

Fides publica. Salustius, Post vbi fide publica acceptą dicere iussus est, omnia aperit. Idem, Comes eius qui Romam fide publica venerat. Vide FIDES.

Furor publicus. Claud. 2. Paneg. 61.

Litora omnia publica esse. Cic. in Topicis, 16.

Loca publica vrbis. Cic. 2. de Lege agraria, 46.

Luctus publicus. Ouid. ad Liuiam, 14.

Ludus publicus vrbis. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.

Lux publica immensi mundi. Ouid. 2. Metam. 7.

Munera publica. Ouid. 6. Metam. 71,
Nec solem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues vndas: id publica munera veni.

Maiestas publica. Claud. 1. in Eutropium, 84.

Pecunia publica. Cic. 6. Verr. 122, Neque illam statuam esse ex pecunia publica, neque publicè datam.

Sacra publica, Quæ pro populo fiebant.

Sidera publica. Ouid. epist. 17. 31.

Spes publica. Ouid. ad Liuiam, 73, Maximus ille quidem iuuenum spes publica vixit.

Sumptus publicus. Horat. 1. Carm. ode 15. 4, -oppida publico
Sumptu iubentes, & deorum
Templa nouo decorare saxo.

Vectigalia publica, Ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, vel vænalium rerum, item salinarum, & metallorum, & piscariarũ. Vlpianus de Verb. sign. L. Inter publica.

Verba publica, Quibus vtuntur omnes, tam vulgus quàm etiam docti. Ouid. 3. de Arte, 95,
Munda sed e medio, consuetaque verba puellæ

Scribite, sermonis publica verba placent. Cic. 1. Acad. 38, Dialecticorum vero verba nulla sunt publica, suis vtuntur.

Via publica, Quæ in solo populi est, cuius solum publicum est, siue quà iter populo est.

Vias publicas, partim Prætorias, partim Consulares Romani appellauerunt. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 16.

Nemo quenquam ire prohibet publica via. Erasmus, Prouerbii speciem habet illud Plautinum ex Curculione, Nemo ire quenquam prohibet publica via. Quo significant rerum communium æqualem omnibus vsum esse, neque cuiquam vertendũ vitio, quod ius publicum cõuedit.

Vsus publicus. Horat. 2. epist. 1. 19.
-quid nunc esset vetus, aut quid haberet
Quod legeret, tereretque viritim publicus vsus.

Vtilitates publicæ. Tacit. lib. 1.

Publicum omnium est, Omnibus est commune. Plin. lib. 10. cap. 33. 5, iam publicum quidem omnium est, tabulata ramorum sustinendo nido prouidè eligere.

¶ Publicum est, quod ciuitas vniuersa aliqua de causa frequentat. Cice. 1. de Inuent. 57.

Consulere in publicum, Vide CONSULO.

¶ Publicum, pro Conspectu publico. Liu. 9. ab Vrbe, 34, de Caudina pace loquens, Vt postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aspicere vellet. Budæus.

In publico, Vide IN præpositionem.

Abstinere publico, Vide ABSTINEO.

Carere publico, Non prodire in publicum. Cicero, Cæterum proximis Censoribus adeò omnibus notis ignominiisque confectos esse vt non foro solùm omni, deinde vita, sed propè luce ac publico caruerint. Iisdem verbis vtitur. Liuius 2. belli Punici, 263.

Egredi in publicum. Tacit. lib. 20, Non in publicum egressus est.

Per publicum vectus. Suet in Nerone, cap. 9, Eiusdem sæpe lectica per publicum simul vectus est. De Nerone & eius matre.

Proponere literas in publico. Cic. Attico, lib. 7. 135. 5.

Prouidere in publicum. Sueto. in Nerone, cap. 51.

In publicum redigere bona. Vide IN præpositionem.

Non audere esse in publico. Cic. 7. Verr. 75, Cleomenes, quanquam nox erat, tamen in publico esse non audet: includit se domi.

Versari in publico. Tacit. lib. 15, Et paululum in publico versatus.

¶ Publicum, aliquando significat vectigalia vnde & Publicani dicti sunt. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 49, Hic te ita versari, vt & publicanis satis facias, præsertim publicis male redemptis, & socios perire non sinas, diuinæ cuiusdam virtutis esse videtur, id est tuę. Tranquillus in Caligula, cap. 40, Additumque ad caput legis, vt tenerentur publico, & quæ meretricium & quæ lenocinium fecissent. Tacitus lib. 13, de Publicanis loquens, Ergo edicit princeps vt leges cuiusque publici occulæ ad id tempus proscriberentur, omissis petitionis non vltra annum peterent. Vlpianus etiam alicubi vsus est. Budæus.

Público, públicas, pen. cor. (δημοσιόω, δημοσιεύω, δημοσιεύομαι, ἐκδίδωμι,) publicare, Omnibus palàm facere, manifestare. Iustinus, Nõ cõtentus voluptatũ suarũ conscientia, nisi etiã matrimonii reticenda publicaret. Pli. lib. 33. ca. 3. 3, Fuit & alia Claudii principatu differentia, in so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis hit quibus admissionem liberti eius dedissent imaginem principis in anulo ex auro gerendi, magna criminum occasione: quæ omnia laetatis exortus Vespasiani principis abolevit, æqualiter publicando principem.

Publicare, Præconi publico subiicere, Publicum facere. Cic. 2. de Inuent. 104. Lex est apud Rhodios, vt siqua rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coegit, Quæstor nauim populi vocat. Nauis dominus negat publicari oportere. Plin. de Viris illust. 5. Noua mœnia oppido circundedit, syluas ad vsum nauium publicauit. Cic. ad Atticum, li. 1. 14. 5. Volaterranos & Arretinatos, quorum agrum Sylla publicarat, neque diuiserat, in sua possessione retinebam. Idem 2. de Finib. 38. Secutus est qui in causa impia, victoria etiam furiosa, non singulorum ciuium bona publicaret, sed vniuersas prouincias, regionesque vno calamitatis genere comprehenderet. Sic Cæsar 5. bel. Gall. 112. Et 2. bel. Ciuil. 106.

¶ Publicare hominem, Populo communem facere: cui opponitur Reuocare in seruitutem. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 15. Libertinos qui se pro Equitibus Romanis agerent publicauit. Ingratos, & de quibus patroni quererentur, reuocauit in seruitutem.

Agros publicare. Cicero 1. de Lege agrar. 6.

Bona publicare. Cic. 4. in Catil. 30.

Priuata publicare, Publica liberare. Cic. 2. de Lege agrar. 60.

Librum publicare, Edere in publicum. Plin. epist. 27. lib. 4. Ad hunc gustũ totum librum repromitto: quem tibi, vt primùm publicauerit, exhibebo. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 3.

Fortunam suam publicare, pro Passim cõmunicare. Sen. 1. de Clementia.

Se publicare. Suet. in Nerone, cap. 21. Non cessauit identidem se publicare. Id est copiam sui publicè facere, & publicè cantare.

Publicat vulgò corpus suum meretrix. Plaut. Bacchid. 19. 12.
Tum illam quæ corpus publicauit vulgò suum,
Faxo se haud dicat naclam, quem derideat.

¶ Publicare crimen, interdum non pro Diuulgare, aut palàm facere: sed pro Deriuare in totam ciuitatem, vel totam ciuitatem eius insimulare. Liu. 4. bel. Mac. 124. Scriptum erat: Aristonem priuatim ad neminem, publicè ad seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisse. Publica to crimine, minus intenta de paucis quæstio erat.

Publicatio, Verbale. (δημεύσις,) Cic. in Catil. 82. Adiungit etiam publicationem bonorum. Idem 4. de Finib. 38.

Proponere publicationem bonorum. Cic. pro Plancio, 79.

Publicãnus, publicani, pen. prod. (τελῶν, τελῶνας,) Publicanos appellarunt maiores nostri eos qui vectigalia, & alios Pop. Rom. reditus exigendos certo constituto pretio redimebant. Horum ordinem & numero amplissimum, & personarum dignitate potentissimum fuisse constat. Cic. pro Plancio, 19. Flos enim Equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine continetur. Vlpianus De publicanis & vectigalibus L. 1. Publicani sunt qui publico fruũtur, nam inde nomen habent: siue fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur: & omnes qui aliquid à fisco conducunt, rectè vocantur publicani. Ibidem, L. Quantæ, Publicani, dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta. Cic. ad Quintratrem, lib. 1. 1. 12. Improbum negotiatorem, paulò cupidiorem publicanum comprimere non possis. Ibidem, 10. Non esse autem leuiores in exigendis vectigalibus Græcos, quàm nostros publicanos, hinc intelligi potest, quòd, &c.

Familiæ maximæ publicanorum. Cic. pro Lege Manil. 10.

Aspernari nomen publicani. Cic. Quintratri, lib. 1. 1. 50. Nomen autem publicani aspernari non possunt, qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt.

Cato publicanos tertium iam mensem vexat. Cic. Att. lib. 1. 13. 9.

Mulier publicana. Cic. 5. Verr. 67. Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.

Públice, pen. corr. Aduerbium, (δημοσίᾳ, πάνδημον,) Vulgò, palàm. Terent. Adelph. 3. 1. 89. Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè. Id est nunquam obfuturus Reipub.

Publicè custos, Publicè præsse. Terent. Eunucho, 2. 2. 59. Miror quid ex Pœræo abierit: nam ibi custos publicè est nunc. Cic. 6. Ver. 16. Qui naues ad filias ædificandæ publicè præfuit.

Socii publicè. Cic. 5. de Finib. 116. Serpit sensim foras cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis, pòst vicinitatibus cum ciuibus & iis qui publicè socii atque amici sunt, deinde totius complexu gentis humanæ.

¶ Dicere publicè. Cic. 5. Verr. 68. Itaque quum Philinus Herbitensis, homo disertus & prudens, & domi nobilis, de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publicè diceret.

Dare causam publicè. Cic. 5. Ver. 146. Cui Senatus dederat publicè causam, vt mihi fratrique meo gratias ageret.

Dari ei sumptus publicè. Plin. de Viris illust. 40. Abiente eo, coniugi eius & liberis ob paupertatem, sumptus publicè dati. Id est ex ærario.

Locantur publicè cibaria anseribus. Cic. pro Roscio Amerino, 33. Hoc est

ex publico aluntur.

Possidere bona publicè. Vide POSSIDEO.

Maximam publicè putant esse laudem, quàm latissimè à suis finibus vacare agros. Cæsar 4. bel. Gall. 471.

Redimere publicè. Cic. 7. Verr. 71. Quem ab illis prædonibus Locrenses postea publicè redemerunt.

Scribere publicè. Cic. Attico, lib. 16. 336. 9. Publicè tamen scripsi, si vellet iis Valerius, aut mihi nomina mitteret. Idem ad Catonem, lib. 15. 3. 3. Propter duas causas nihil publicè scripsi, quòd & ipsum Commagenum, &c.

Publicè & priuatim oneri esse. Cic. 3. Verr. 11. Neque meus aduentus labori aut sumptui neque publicè, neque priuatim fuit. Id est neque meis amicis, neque prouinciæ, aut vrbi.

Valere publicè. Tacit. lib. 1. 7. Publicè valebant.

Venire publicè, Palam. Cic. 1. Ver. 2. Cunéti ad me publicè sæpe venerunt, vt suarum fortunarum omnium causam defensionemque susciperem.

Venire publicè, & Priuatim, contraria. Cic. 4. Ver. 7. Primùque, publicè priuatimque venerunt.

Publicitus, pen. corr. Aduerbium, (δημοσίᾳ,) Idem quod publicè. Terentius Phorm. 5. 8. 85.
Nõme hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras? Vbi Donatus, Publicitus publica cura & consilio. Gell. lib. 6. cap. 14. Cum punitio propter exemplum necessaria, vt cæteri à similibus peccatis, quæ prohiberi publicitus interest, metu cogitæ pœnæ deterreantur. Plaut. Amphit. 4. 8.
–ita peregre aduenienes
Hospitio publicitus accipiar. Id est carcere publico.

Publicius, Adiectiuum: (πουβλίκιος,) vt
Iter publicium. Ouidius 5. Fast. 59.
Aediles publicii. Ouid. 5. Fast. 58.

Públipor, pen. corr. publiporis, pe. corr. (πουβλίου παῖς,) Publii puer siue seruus, Vide MARCIPOR.

PVBLIVS & Laberius, (πούβλιος καὶ λαβέριος,) poetæ mimorum, Iulii Cæsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberii maledicentia, simul & arrogantia, Cæsar magnopere offendebatur. Is Publius, genere Syrus fuit, conditione seruus: puer enim & forma & ingenio à Domitio manumitti & eruditi meruit. Romam venit ad ludos Cæsaris vbi mimos, suos egit, magno ipsius populi applausu. Authores Gellius & Macrobius. Plin. lib. 8. cap. 51. 5. Publii mimorum poetæ cœnæ, postquam seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo imposito.

Publius item, prænomen eius qui populo gratus fuit.

PVCINVM, pen. prod. (πουκινον,) Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Oppidum est Histriæ in mediterraneis.

Pucinum vinum, (πουκινὸς οἶνος,) ab oppido Pucino in quo nascitur. Plinio libro 14. cap. 6. 1. de vinis generosis, Iulia, inquit, Augusta LXXXII annos vitæ Pucino retulit acceptos, non alio vía. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul à Timauo fonte, saxeo collẽ, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc esse credidere im quod Graeci celebrantes miris laudibus pyctam non appellauerunt ex Adriatico sinu.

Pudeo,

pudes, púdui, púditum, pen. corr. (αἰδέομαι, αἰσχύνομαι, ἐρυθριάω,) pudere. Ferè semper in tertiis tantùm personis legitur. Plautus Casin. 2. 3. 3. Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita in ridiculo sumus ambo. Donatus, Pudere, est in his quæ turpiter fiunt: pigere, in his quæ cum malo, damnoque.

Cum accusatiuo. Lucanus lib. 8. 96.
–semper metuit, quem sæua pudebunt. Terent. Adelph. 4. 7. 36. Non te hęc pudent?

¶ Impersonale sæpius legitur, vt dictum est: Aliquando cum infinitiuo, & subauditur accusatiuus ME vel TE: interdum etiam efferitur. Plaut. Casin. 22. 18. Satiu' morigera est. O pudet dicere me. Terent. Heaut. 5. 4. 18. –pudet
Dicere hac præsente verbum turpe.

Non me hoc iam dicere pudebit. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 42.

¶ Cum accusatiuo. Terent. Adelph. 1. 2. 4.
–quem neque pudet
Quicquam, neque metuit quenquam. Idem Heaut. 3. 3. 20.
–tace sodes.
5. Recte sané. c. Syre pudet me. Plau. Pseud. 5. 48. Nimio id quod pudet facilius fertur, quàm illud quod piget.

Quem non pudet, hunc pœna dignum puto. Cic. 1. de Orat. 60.

Me autem quid pudeat? qui, &c. Cic. pro Archia, 9.

Me pudet quòd, vel quia. Plaut. Capt. 5. 9. At nos pudet quia cum catenis sumus. Idem Pseud. 5. 46. Hunc pudet, quòd tibi promisit, quæque id promisit die.

¶ Cum genitiuo. Plautus Trinum. 13. 65.
–deùm hercle me atque
Hominum pudet. Idem Asin. 16. 83. Nihilne te pudet? n. pol si nihil

aliud fit, tui me vxor pudet. Teren. Heaut. 2. 3. 10. Cuius nunc pudet me & miseret, qui harum mores cantabat mihi. Idem Adelph. 3. 3. 39.
–fiatris me quidem
Pudet, pigetque. Cic. 2. Verr. 12. Quos libidinis infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat. Idem 2. de Finibus, 11. Quasi me pudeat, inquit, istorum. Idem ad Atticum, lib. 13. 286. 4. O gulam insulsam: puder me patris.

Crasse pudet me tui. Cic. in Pisonem, 45.

Cuius eos non pudere miror. Cic. 10. Philipp. 285.

Non te huiusceemodi criminis maxime eius pudet? Cicero 7. Verr. 106.

Pudet incepti. Stat. 3. Thebaid. 5.

Pudet tanti mali. Horat. Epod. 11. 2.

Patris mei mesum factùm pudet, Pro, meorum factorum. Cicero in Oratore, 86.

Sceleris pudet. Horat. 1. Carm. ode 35. 7.

¶ Piget, minus quàm Pudet. Cic. pro Domo sua, 23. Me non solùm piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet.

¶ Puditum esset. Cic. pro L. Flacco, 41. Vbi illa magnifica, & gloriosa ostentatio ciuitatis? nonne esset puditum si hanc causam agerent scueti, non modò legatum, sed Trallianum omnino dici Meandrium?

¶ Non enim pudendo, sed non faciendo id quod non decet, impudentię nomen effugere debemus. Cic. 1. de Orat. 60.

Induci ad pudendum. Cic. de Clar. Orat. 97.

Puditurum esset. Plin. lib. 36. cap. 15. 9. Quum puderet viuos, tanquam puditurum esset extinctos.

Pudens, (αἰδήμων,) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. 5. Verr. 136. Metelli est filius in prouincia: non puer, sed adolescens bonus ac pudens. Idem 3. Verr. 2. Tamen impudentiæ suæ pudentem exitum quæsisse videatur.

Petulans, & Pudens, contraria. Ouid. 1. de Arte, 154. Si doctus videare rudi, petulansve pudenti.

Pudens animus. Terent. Heaut. 1. 1. 68.
–etsi illud inconptum, tamen
Animi est pudentis signum, & non instremui

Hominem pudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 226.

Risus pudens & liberalis. Author ad Herennium, lib. 3. 116.

Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. Cic. 3. Philipp. 144.

Pudentissimus. Cice. pro Cluentio, 61. Homines totius ignari negotii, qui Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum, & hominem pudentissimum pecunia oppressum arbitrarentur? Vetus codex habet prudentissimum.

Pudentissimus atque optimus vir. Cic. pro Flacco, 38.

Pudentissima lectissimaque fœmina. Cic. 3. Verr. 67.

Pudenter, Aduerbium, (αἰδημόνως,) Cum verecundia, vel verecunde: cui contrarium Impudenter. Cic. pro Quinctio, 21. Quem nunc interficere nefariè cupis, cum tum pudenter appellare nolebas? Catul. ad Aurelium, epig. 15. 3. Vnum hoc excipio, vt puto, pudenter.

Appellare aliquem pudenter. Cic. pro Plancio, 21.

Rogare aliquem parum pudenter. Cic. Gallo, lib. 7. 28. 2.

Mutuere pudenter aliquid. Horat. 1. epist. 18. 9.
–distat, sumasne pudenter,
An rapias.

Licentia sumpta pudenter. Horat. de Arte, 11.

Vtere pudenter. Cic. in Vatinium, 4.

Pudendus, Adiectiuum. (αἰδοῖος, αἰσχωτίος,) Plinius lib. 17. cap. 12. 6. Illam inscitiam pudendam esse conueniet. Idem lib. 7. cap. 45. 2. Suspecta Marcelli vota, pudenda Agrippæ ablegatio. Et libro 29. cap. 4. 4. Quædam pudenda dictu tanta authorum asseueratione commendantur, vt, &c.

Amor pudendus. Ouid. epist. 5. 9.

Casus pudenda tua est. Ouid. epist. 5. 20.

Lacera pudenda. Ouid. 3. de Arte, 89.

Laxus pudendi. Tacit. lib. 3.

Strages pudenda. Claud. de bello Getico, 32.

Vita pudenda. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 22.

Vulnera pudenda. Virg. 11. Aeneid. & lib. 12. 134.

Vt non pudendum sit, honestiora esse legionum decreta quàm Senatus. Cic. 5. Philipp. 166.

Dicta pudenda. Quintil. lib. 1. cap. 2. 7.

Molta pudenda pati. Ouid. 2. Trist. 101.

Pudibundus, (αἰσχυντηρός, Aliud adiectiuum, Idem quod Pudens. Plin. li. 10. cap. 20. 1. Idem cauda annuis vicibus amissa cum foliis arborum, dolebrans. De pauonibus. Colum. lib. 10. 34.
Dardaniæ veniant artes, nudataque plantas
Fœmina, quæ iustis tum demum operata iuuentæ
Legibus, obscœno manat pudibunda cruore.

Amplexus pudibundi. Claud. 3. de raptu Proserp. 56.

Dies pudibunda, Purpurea. Stat. 5. Thebai. 50. Exoritur pudibunda dies. Descriptio Auroræ.

Matrona pudibunda. Horat. de Arte, 48.

Ora pudibunda. Ouid. 2. Fast. 164.

Pars pudibunda nostri, Genitalia membra. Ouidius 3. Amor. eleg. 6. 14.

Pudefio, penult. produ. pudefis, pen. indiff. (αἰσχύνομαι,) pudefieri, à Pudefacio fit. Gell. lib. 15. cap. 17. Traditas sibi tibias quum ad os adhibuisset, inflassetque, pudefactus oris deformitate abiecit, infregitque. De Alcibiade.

Pudicus, pen. prod. Adiectiuum, (σώφρων, σεμνὸς, πότνια,) Notæ significationis: vt Pudicum ingenium Pamphili, apud Terentium in Hecyra, 1. 2. 77. Et Mores pudici, apud Plautum Capt. 20. 1.

Pudicus à. Vide A præpositionem.

Amicitia pudica. Stat. 2. Sylu. 2. 29.
–quorum de pectore missæ
In longum coiere faces, sanctusque pudicæ
Seriat amicitiæ leges amor.

Animus pudicus. Ouid. epist. 7. 1.

Aures pudicæ. Senec. Hippol. 8. 3.

Coniuges pudici. Horat. 4. Carm. ode 9. 5.

Crines pudici. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 11.
Scripsimus hęc illis, quarum nec vista pudicos
Attingit crines, nec stola longa pedes.

Fidem pudicam sollicitare donis. Ouid. 7. Metam. 147.

Fraus pudica. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 21.
Aemula Penelopes fieres, si fraude pudica
Instantes velles fallere nupta procos.

Frons pudica. Claud. 8. Paneg. 24.

Iuuenis pudicus. Senec. Hipp. 12. 9.

Miles pudicus. Cice. in epistola ad Octauium, 16. Audiet C. Marius impudico domino parêre nos, quine militem quidem habere voluit nisi pudicum?

Mores pudici. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 3.

Mulier pudica. Horat. Epod. 2. 8.

Nupta pudica. Ouid. 2. Fast. 159.

Preces pudicæ. Ouid. epist. 1. 17.

Thalamos violare pudicos. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 4.

Vota pudica. Ouid. epist. 9. 7.

¶ Pudicior. Comparatiuum. Ouid. in Ibin, 71.
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.

Pudice, pen. prod. Aduerbium: (σωφρόνως,) vt
Actum pudicè omne æuum. Ouid. ad Liuiam, 9.
Quid tibi nunc mores profunt, actumque pudicè
Omne æuum?

Pudicitia, pudicitiæ. (τὸ σώφρον, σωφροσύνη,) Plin. lib. 17. cap. 25. 4. A quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis author tradidit.

Lis est cum forma magna pudicitiæ. Ouid. epist. 15. 58.

Impenetrabilis Agrippinæ pudicitia. Tacit. lib. 4.

Inuiolata pudicitia. Ouid. ad Liuiam, 9.

Læsa pudicitia. Ouid. epist. 5. 21.
–nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.

Obstinata pudicitia, Vide OBSTINO.

¶ Attentatur pudicitia, Vide ATTENTO.

Colere pudicitiam, Vide COLO.

Eripere pudicitiam alicui. Cic. pro Milone, 6.

Imminuere pudicitiam virginis, Vide IMMINVO.

Non parcere suæ, nec alienæ pudicitiæ. Cice. pro C. Rabirio perduellionis reo, 5.

Parcat iuuentus pudicitiæ suæ ne spoliet alienam. Cicero pro Cælio, 33.

¶ Pudicitia, Religiosa munditia, ac puritas. Virg. 2. Georg. 105. Casta pudicitiam seruat domus.

Pudor, pudóris, pen. prod. (αἰδώς, αἰσχύνη,) Dicitur ob aliquam rem sordidam timor, vt ait Sipontinus. Cic. ad Gallum, lib. 7. 14. 2. Fac quæso qui ego sum, esse te. estne aut tui pudoris, aut nostri, primùm rogare de die? Idem pro Cluentio, 9. Deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, vt eam non pudor non pudicitia, non pietas reuocaret. Plin lib. 11. cap. 37. 31. Pudoris in malis sedes.

Insigne pudoris. Ouid. 1. de Arte, 7.
Este procul vittæ tenues, insigne pudoris. Erat enim vitta matronarum ornatus.

Pudoris significatio. Cic. 2. de Orat. 97.

Plena pudoris libertas. Ouid. ad Pisonem, 22.

Moderator cupiditatis pudor. Cic. 2. de Finib. 179.

Paupertatis pudor & fuga. Horat. 1. epist. 19. 5.

Famæ pudor. Cic. de Prouinc. Cons. 11.

Pudor, Reuerentia. Terent. And. 1. 5. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tot me impediunt curæ,quæ animum meum diuersè trahunt,
Amor,misericordia huius, nuptiarum sollicitatio
Tuq; patris pudor,&c.Id est reuerentia.
¶ Pudor etiam,pro Scelere,& probro, vel dedecore sumitur, quia sunt pudoris causa.Ouid.epist.11.16,Irruit,& nostrum vulgar clamore pudorem. Idem epist.9.23,
O pudor,hirsuti costis exuta leonis
Aspera texerunt vellera mole latus.
Aeger pudor.Valer.7.Argon.103,Delicit hinc vultus æger pudor.
Afflictus pudor.Stat.11.Thebaid.33.
Castus pudor.Ouid.1.de Arte,20,Ille locus casti damna pudoris habet.
Claud.1.de raptu Pros.55.
Dirus pudor.Senec.Herc. Oetæo,9.10.
Famosus pudor.Ouid.3.Amor.eleg.5.16,
Quid moror?& digitis designor adultera vulgi?
Desit famosus qui notet ora pudor.
Fœdus pudor Ouid.3.de Arte,50.
Infans pudor Horat.1.Serm.saty.6.13,Infans nanque pudor prohibebat plura profari.
Ingenuus pudor.Iuuen.Saty.11.16.Catul.in Epith.Iul.56.17.
Miser pudor.Ouid.epist.9.4.
Profugus pudor.Ouid.epist.4.31.
Proiectus pudor.Ouid.6.Metam.109.
Pulcher pudor.Claud.5.Paneg.19,
-pulcherque seuero
Armatur terrore pudor.
Rigidus pudor.Claud.8.Paneg.49,
-rigidi sed plena pudoris
Elucet grauitas faitu iucunda remoto.
Sanctus pudor.Tibull.lib.1.eleg.3.17.
Tener pudor.Ouid.epist.2.19.
Timidus pudor.Ouid.1.Amor.eleg.5.2.
Turpis pudor. Ouid.11.Metam.37.
Verecundus pudor.Ouid.2.de Arte,115.
Virginei pudoris flos intemeratus.Ouid.14.Metam.132.
¶ Nominibus adest pudor,Id est Nomina sunt turpia.Ouid.2.Trist.7.
Quid referam Tindæ,quid Memmi carmen apud quos
Nomen adest rebus,nominibusque pudor.
Ingens pudor æstuat in imo corde.Virg.11.Aeneid.174.
Afferre pudorem.Ouid.3.Trist.eleg.6.17,
Et quæcunque adeò possint afferre pudorem,
Illa tegi cæca condita nocte decet.
Affici pudore,Vide AFFICIO.
Auferre pudorem virgini.Ouid.6.Metam.124.
Cessit pudor.Ouid.10.Metam.49.
Non vnquam reuocabilis pudor ab ore cessit.Valer.7.Argon.93.
Coactus pudore,Vide COGO.
Colere pudorem,Vide COLO.
Confusa pudore.Ouid.epist.20.23.
Nomine coniugi dicto,confusa pudore,
Sensi me totis erubuisse genis.
Rubor pudorem consequitur Cic.4.Tusc.30.
Consulere pudori,Vide CONSVLO.
Custodire pudorem.Quintil.lib.1.cap.2.4,Da negligentiam formandi, custodiendique in ætate prima pudoris.
Decet ora pudor.Ouid.1.Amor.eleg.8.7.
Defendere pudorem pudicitiamque.Cic.de Aruſp.resp.7.
Tristi pudore deiecta oculos.Valer.2.Argon.94.
Vultus deiecti pudore.Seneca Troade,11.17.
Depositus pudor.Horat.1.epist.9.3, -quod si
Depositum laudas ob amici iusta pudorem.
Explicare pudorem Quintil.lib.6.cap.3.69, Deprehensi interim pudorem suum ridiculo aliquo explicant.
Extinctus pudor.Virg.4.Aeneid.64.
Tristia cum magno damna pudore tuli.Ouid.3.Amor.eleg.6.15.
Formare pudorem.Quintil.lib.1.cap.2.4.
Fugit ab ore pudor.Ouid.1.Trist.6.
Fugiens ex vibe pudor.Iuuen.Saty.11.6.
Habere pudorem.Stat.10.Thebaid.113,Illas cogit amor,nec habent extrema pudorem. Iuuen.Saty.2,
-habeat tam Roma pudorem.
Imponere plagiario pudorem,Vide IMPONO.
Tum pudor incendit vires,& conscia virtus.Virg.5.Aeneid.91.
Incutere pudorem alicui.Horat.1.epist.19.17,
Qualem commendes etiam atque etiam aspice,ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Intrat pudor aliquem. Tacit.lib.1,Istis cum militibus, quos iam pudor & gloria intrat.
Temperies iusta miscet pudorem.Claud.de Nupt.Honorii,54.

Miscendus est amori pudor.Ouid.epist.4.1.
Mordet pudor.Quintil.lib.6.cap.4.9,Odium mordet,& pudor.
Notat ora pudor.Ouid.3.Amor.eleg.5.16.
Digna pudore obiicere alicui.Ouid.13.Metam.62.
Obsequi pudori.Vide OBSEQVOR.
Pudor,qui ornat ætatem.Cic.pro Roscio Amerino,88.
Quantum illius ætatis patiebatur pudor.Cic.2.de Orat.3.
Pulsus pudor.Ouid.6.Metam.75.
Pensare pudorem nece.Ouid.epist.2.29.
Periit pudor,Vide PERRO.
Ponere pudorem.Stat.10.Thebaid.13.
Ipsa illic magni thalamo desponsa Tonantis,
Expers connubii,timidè positura pudorem.
Positus pudor.Ouid.7.Metam.116.
Postposito pudore referre aliquid.Ouid.3.Amor.eleg.1.6.
Rapere pudorem puellæ.Ouid.1.Metam.121.
Refugere pudore à dicendo.Cic.1.de Orat.6.
Relictus pudor.Stat.3.Thebaid.55.
Reprimere cupiditatem pudore. Senec.de Benefic lib.2.cap.7, Ista fortasse efficax ratio fuerit ad hominum improbas cupiditates pudore reprimendas.
Sollicitare tenerum pudorem.Claud.1.de raptu Pros.27.
Soluere pudorem.Virgil.4.Aeneid.11, Spemque dedit dubiæ menti, solnitque pudorem.
Pudori esse res dicitur,quæ verecundari nos cogit,quia dedecus aliquod afferat.Liu.4.bel.Maced.Amicitiam Romanos Antiochum petere cœpit quæ impetrata,gloriæ sibi,non pudori sit. Gloriam hic pudori opponit.Horat.2.Carm.ode 4.1.
Ne sit ancillæ tibi amor pudori
Xanthia Phoceu.
Pudor est mihi dicere.Ouid.1.de Remed.Amor.73.
Pudor est vlteriora loqui.Ouid.5.Fast.106.
Pudor est referre promissa precesque,&c.Ouid.14.Metam.4.
Tegere pudorem.Lucan.lib.2.72.
Tenet ora pudor.Ouid.9.Metam.104.
Fines transire pudoris.Ouid.epist.16.14.
Hunc vexare pudorem,hunc vincula amicitiai Rumpere.
Vexare pudorem,Lucret.lib.3.17.
Victus amore pudor.Ouid.3.Amor.eleg.9.6.
Malus pudor te vrget.Horat.2.Serm.sat.3.8.

Puer, puer,pen.corr.m.gen.(παῖς,παιδός,)Paulus de Verb.signific.L. omnes seruos,pueros appellaremus:alteram,quum puerum contrario nomine puellæ diceremus:tertiam, quum ætatem puerilem demonstraremus.Virg.1.Aeneid.55,At puer Ascanius.
Improuida ætas puerorum.Lucret.lib.1.192.
Centum artium puer. Horat.4. Carm.ode 1.3. Hoc est multarum artium. Acron.
Puer duri oris & audax.Oui.5.Metam.91.
¶ Adulti pueri.Quintil.lib.2.cap.2.2.
Aeternus puer.Ouid.14.Metam.4.
-tibi enim inconsumpta iuuenta,
Tu puer æternus. De Baccho.
Cæsar puer.Cic.Bruto,3.1,Cæsaris pueri mirifica indoles.
Casti pueri Horat.in Carm.secul.1.
Consuetus puer,Vide CONSVESCO.
Dulcis puer.Catul.de Acme,epig.42.3.
Egregius puer.Stat.3.Sylu.4.20.
Ferox puer.Claud de Nupt.Honorii,22.
Feruidus puer, Amor.Horat.1.Carm.ode 30.1.
Formosus puer.Virg.2.eclog.4.
Gracilis puer.Horat.1.Carm.ode 5.1.
Improbus puer. Virgil.8.eclog.10,Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Infantium puerorum incunabula.Cic.pro Rosc.Amerino,91.
Ingenuus puer.Horat.3.Carm.ode 24.11.
Integri pueri,Incorrupti,casti.Catul.in Carm.secul.32.1.
Lasciui pueri.Horat.1.Serm.sat.3.27.
Magnanimus puer.Pers.Sat.6.3.
Magni pueri,Diuites,ex magna familia nati. Horat.1.Serm.satyra 6.16.
Noluit in Flaui ludum me mittere,magni
Quo pueri magnis è Centurionibus orti,&c.
Meritorios puer,Vide MEREO.
Molles pueri.Horat.Epod.11.1.
Nescii fari pueri.Horat.4.Carm.ode 6.4.
Orti pueri magnis è Centurionibus.Horat.1.Serm.sat.6.14.
Parui pueri.Horat.1.epist.7.4.
Præstantes pueri.Claud.2.de raptu Pros.27.
Pulcher puer.Horat.1.epist.19.15.

Regii

Regii pueri, apud Macedonas vocabantur principum liberi ad ministerium regis electi.Liu.5.Decad.lib.5.23.
Robustus acri militia puer.Horat.3.Carm.ode. 2.1.
Teneri pueri.Cels.lib.2.cap.1, Tum si qua imbecillitas oritur, proximi est vt infantes, teneróque adhuc pueros serpentia vlcera oris, quæ ἄφθας Græci nominant,vomitus nocturnæ vigiliæ,aurium humor,circa vmbilicum inflammationes exercant.
Teres puer.Horat.Epod.11.6.Vide TERES.
Trux puer,Achilles,Senec.Troade.9.4.
¶ Creandis pueris beata vxor,Horat.1.epist.2.9.
Deerrat à patre puer,Vide DEERRO,
Florent vrbes pueris.Lucret.1.51.
Inclamatus à puero,Vide INCLAMO.
Periclitari pueros & experiri,Vide PERICLITOR.
Vagit puer.Ouid.10.Metamor.102.
¶ A puero,& A pueris,A puero paruulo,& A puero pusillo,Vide A prepositionem.
Vt primum ex pueris excessit Archias.Cice.pro Archia,1.
¶ Puer,Seruus,Cic.ad Q.fratrem,lib.1.3.1, Tune id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus,pueros ad te sine literis miserim? Terent. And.1.2.31, Certa res est etiam puerum inde abiens cõueni Chremis, Eo die puri tui mihi à te literas reddiderunt, & alii pueri post diem tertium eius diei literas alias attulerunt.Cice.Attico,lib.3.47.1.
Puerus,puer,penul.corre. (παιδίον,) etiam declinatur antiquè, Plautus Merc.Tu puere abi hinc intrò ocyus.Vide Suetonii exemplũ ex Caligula,cap.8,in dictione Puerperium.
Puera,pueræ,penul.cor.(παιδίσκη,παιδίσκος,)Id est puella. Varro, Properare viuere pueræ,quas finit ætatula ludere & amare, & Veneris tenere leges.Nonius.
Puerpera,puerperæ,penul.corre.(λεχώ,)Mulier quæ recens peperit. Terent.Adelp.5.7.23,
-multo rectius est,
Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam
Aegrotam. Plin.lib.7.cap.4.2,Editis geminis raram esse aut puerperæ aut puerperio,præter quàm alteri,vitam.
Puerperus,penul.cor.Adiectiuum,(λεχωΐος,)vt
Verba puerpera.Ouid.10.Metamor.102,Admonuíque manus, & verba puerpera dixit.
Puerperium,puerperii,(λοχεία,) Tempus quo puerpera ex dolore partus recumbit,vel etiam tempus ipsum quo parit mulier. Plinius lib.28. cap.8.16,Lingua adalligata, pericula puerperii tolli. Sic Columella lib.3.cap.21.2.
Cohare puerperio,Vide CVBO.
Puerperium,Proles ipsa.Gell.lib.10.cap.2, Diuo Augusto imperante,anciliam Cæsaris Augusti in agro Laurente peperisse quinque pueros dicunt,eosque pauculos dies vixisse:matrem quoque eorum non multò post,quàm peperit,mortuam:monumentúmque ei factum iussu Augusti in via Laurentina,inque eo scriptum esse constat numerum puerperii eius. Suetonius in Caligula,cap.8, Quum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit,& qualiscunque partus sine vllo sexus discrimine, puerperium vocetur:quòd antiqui etiam puellas, pueras: sicut & puerosque puellos dictitarant.Plin.lib.18.cap.19.3, Vt in lacte puerperium necat. Idem lib.7.ca.11.1,Vno aborsu duodecim puerperia egesta.
Crudæ puerperia.Stat.4.Theb.56.
-querceus,laurúque ferebant
Crudæ puerperia,ac populos vmbrosa creauit
Fraxinus,& fœta viridis puer excidit orno.
Puerulus,puérili,penul.cor.masc.ge.(παιδάριον,) Diminutiuum à Puerus.Suet.in Domitiano,cap.4, Ac per omne gladiatorum spectaculum ante pedes eius stabat puerulus coccinatus. Cic.in Topic.9. Adiungitur enim vt secundum seruorum,secundum exulum,secundum puerulorum tabulas possessio videatur ex edicto dari.
Puerilis,& hoc puerile,pen.produ.(παιδικός,παιδαριώδης,) Quod est pueri,vel quod puerorum proprium esse solet. Terent. Andr.2.6.18, Quidnam est? o.puerile est.2.quid est? o.nihil. Idem Phor.5.8.56, Quid vos(malim)ergo me sic ludificamini,
Ineptæ vestra puerili sententia?
Acta puerilia.Stat.5.Thebaid.101.
Aetas puerilis.Cice.pro Archia,2,Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet.
Agnus puerile.Virg.5.Aeneid.110.
Amores pueriles.Ouid.2.Metamor.11.
Blandiri puerilis.Ouid.6.Metam.125.
Carmina puerilia Fauni.Stat.1.Achilleidos,48.
Consilium puerile.Cice.ad Atticum,lib.14.319.3, Acta enim illa res est tanto viriliì,consilio puerili.
Deliratio puerilis.Cic.1.de Finib.108.
Ludus puerilis.Ouid.7.Metamor.65.

Flos puerilis. Claud.1.in Eutropium,69.
Imago puerilis.Proper.lib.2.eleg.13.3.
Infirmitas puerilis.Quintil.lib.2.cap.3.5.
Regnum puerile.Liu.1.ab Vrbe,11.
Specie puerili dicitur vsus.Cic.2.de Diuin.75.
Puerile est,Inconsultum & vanum.Cic.1.de Finib.30, Istiusmodi autem res dicere ornatè velle,puerile est:planè autem & perspicuè expedire posse,docti & intelligentis viri.
Puerilitas,pe.corre.puerilitãtis,fœmi.ge.)τὸ παιδαριῶδες,) Actus pueri lis.Senec.lib.2.de Tranquillitate vitæ,ca.11,Quem animũ nos aduersus pueros habebimus,hunc sapiẽs aduersus oẽs,quibus etiam post iuuentam canósque puerilitas est.Esse autem puerorum leuitatem imperitiam,stultitiam, ostendit episto.4, Adhuc non puericia in nobis,sed, quod grauius est,puerilitas remanet:& hoc quidem peius est,quòd authoritatem habemus senum, vitia puerorum: nec puerorum tantùm, sed infantium.
Puerilitas,Puericia.Varro de Liberis educandis, Velim me hercules, inquit,ipse vsu magno puerilitatis formulam audire.
Puerilitor,pe.cor.Aduerbium,(παιδαριωδῶς,)More puerorum. Cicero 1.de Finibus, 29. Quæ quum res tota ficta sit puerilitor, tum ne efficit quod vult.
Puerilitor blandiri. Liu.1.bel. Pun.3.
Puerilitor facere.Cice.4.Acad.65.
Puerilitor consectari aliquid.Cice.4.Acad.99.
Puericia,puericiæ,(παιδίων ἡλικία,)Aetas puerilis.Cice.3. Verr.31,Si in puericia non his artibus & disciplinis institutus eras, vt ea quæ literis mandata sunt,disceres atque cognosceres, &c.
A puericia legimus & discimus.Cic.2. Tusc.49.Vide A præpos.
Qui me à puericia sua semper obseruauit.Cic.Licinio, lib.5.8.13.
Ornamentum puericiæ.Cic.3.Verr.108.
Extrema puericia.Cice.pro Lege Manilia, 19, Qui extrema puericia miles fuit summi imperatoris.
Adolescit puericia.Tacit.lib.12.
¶ Puericia, Puritas, Varro, Ea erat matronæ simplicitas & puericia & honestas.
Puellus,puelli,Diminutiuũ à Puer.(παιδάριον,)Lucilius, Cúmque hic tam formosus tibi ac te dignus puellus.
Puella,puellæ, (κορίσκιον,) Diminutiuum à puera. Cicero Attico lib.1. 3.6,De tutela legitima,in qua dicitur esse puella,nihil vsucapi potest. Virg.1.Geor.1.Ferte simul,Faunique pedem,Dryadésque puellæ.
Idoneus puellis.Horat.3.Carm. ode 26.1.
Turba puellarum si mea verba colit.Propert.lib.1.eleg.2.2.
Verba puellarum foliis leuiora caducis.Ouid.2,Amor.eleg.16.9.
Bella.Ouid.1.Amor.eleg.9.2.
Blanda.Ouidius 2.Amo.elegia 2.7.
Candida.Horat.Epod.11.6.
Casta.Ouid.2.Metamor.143.
Compta longas comas.Ouid.1.Amor.eleg.1.5.
Delicatior hœdo.Catullus ad Coloniã, epig 17.3.
Diues.Horat.4. Carm. ode 11.5.
Sunt tamen & doctæ rarissima turba puellæ.Ouid. 2.de Art.57.
Flaua puella.Iuuena.Saty.6.36.
Formosa puella.Ouid.1.Amor.eleg.6.13.
Aut non formosa est,aut non benè culta puella. Ouid.3. Amor.eleg.6.1.
Infans.Horat.2.epist.1.20.
Ingenua.Ouid.2.Amor.elegia.4.7.
Innupta.Virg.2.Aeneid.48.
Lacteola.Catul.in Camerium,epigr.51.4.
Lasciua.Virg.4. eclog.13.
Sapiens.Ouid.10.Metamor.124.
Scelerata.Ouid.1.de Remed.amor.60.
Tenera.Ouid.14.epist.18.
Vaga.Propert.lib.1.eleg.5.2.
Verecunda.Ouid.1.Amorum,eleg.1.2.
Flore viridissimo puella.Catul.ad Coloniam,epig. 17.4.
¶ Duræ puellæ,blandiri precibus.Ouid.1.de Arte, 106.
Candida me capiet,capiet me flaua puella.Ouid.2. Amo.eleg.4.8.
Placidam exorare puellam.Ouid.1.de Arte,8.
Experta virum puella.Horat.3.Carm.ode 14.3.
Hoc aditu vidi retricæ data verba puellæ.Ouid.1.de Arte,145.
Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ? Ouidius 1.Amorum, eleg.7.9.
Laborantes vtero puellæ,Pregnantes.Horat.3. Carm.ode 22.1.
Misereri dignæ puellæ.Ouid.epist.5.31.
Nata puella magno patre.Horat.1.Serm.saty.2.15.
Puellula,penul.corre.(κόριον,κορίσκιον,)Alterum diminutiuum. Catul. in Epithal.Iul.56.12.
Floridam ipse puellulam
Matris è gremio suæ Dedis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sorte puellarum.Catul.in Mamurram,epig.53.1.
Puellaris,adj. hoc puellare,pen prod.(κορασιώδης,κορασιώδης,) Quod puellarum proprium est,vel quod puellarum est. Quintil.in Proœm.lib.6.5,de vxore defuncta, Tum ætate ea puellari,præsertim meæ comparatu. Apud Plinium lib.10.cap.55.1,Puellare augurium.
Aetas puellaris.Quintil.in Proœm lib.6.5.
Animi puellares.Ouid.4.Fast.87.
Anni puellares.Claud.de laudibus Serenæ,11.18,
Prisca puellares reuerentia transiliit annos.
Furor puellaris.Seneca Medea,112.7.
Puellariter,peuul.corr.Aduerbium,(κορασιωδῶς,) Plin.epist.163, Dum se prægnantem puellariter nescit,ac per hoc,&c.
Puellasco, puellascis, (παιδίσκομαι,) puellascere, Efferminari. Pacuuius, Puellascunt lascuia adulescentes.
Puellascere, Reflorere, & quasi ad puellarem ætatem redire. Varro Lais, Quòd non solùm innubæ sunt cõmunes,sed etiã veteres puellascunt.

Pugil, púgilis,com gen. (πύκτης,πύγμαχος,ἀγωνιστής,) A pugna dicitur, vt ait Donatus: vel à Pugno: Qui vel quæ pugnandi artem nouit. Terent.Eunuch.2.3.23, Siqua habitior paulò, pugilem esse aiunt. Cic.de Claris Orat.131, Pugiles inexercitati etiam si pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt,solem tamen sepe ferre non possunt. Idem 2.Tuscul.70,Pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem.Ouid.5.Fast.140, Tyndaridæ fratres,hic eques,ille pugil.
Horatius 2.epist.1.38, – media inter carmina poscunt,
Aut versum,aut pugiles:his nam plebecula gaudet.
Pugiles etiam quum ferunt aduersarium, in iactandis cæstibus ingemiscunt.Cic.2.Tuscul 96.
Inexercitati pugiles.Cic.de Claris Orat.131.
Pigilatio,Denominatiũ,(πυγμαχία,) Pugilum exercitatio. Cic.2.de Legib 61, Iam ludi publici quoniam sunt cauea circoq; diuisi, sint corporũ certationes cursu,& pugilatione,luctatione,curriculisque equorum.
Pigilatus,pen.prod.huius pugilatus,pugilatui,m.g.(πυγμή,)Pugilum ludus.Plaut.Capt.113.14,Hic homo pugilatũ incipit.Idem Bacch.8.24, Ibi cursu,luctando,hasta,disco,pigilatu,pila,
Saliendo se exercebant magis,quàm scorto,aut sauiis. Plin.lib.8.cap. 22.1,Eundem decimo anno restitutũ athleticæ,certasse in pugilatu.
Pugilice,pen.corr.Aduerbium, (πυκτικῶς,) Firmiter,valenter,quemadmodũ pugiles solent.Plaut.Epid.2.18,Quid,herilis noster filius valet? T. pugilicè,atque athletice.

Pugillaris,Pugillus,Vide PVGNVS.

Pugio, pugiõnis,masc.ge. (ἐγχειρίδιον,) Genus teli,à Pugno dictus, quòd facile prehenditur, vel quòd eo præsentius pugnetur. Festus,Pugio dictus est quòd eo punctim pugnatur. Nonius,Pugio,est gladius breuis. Salust.Histor.lib.3, At Oppius postquam orans nihil proficiebat,& timidè veste tectum pugionem expedire conatus, à Cotta Vulsciosque impeditur.Martial.lib.14.33,
Pugio quem curuis signat breuis orbita venis,
Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis. Cic.ad Atticũ,lib.2.39.3, Postea C.Septimium scribam Bibuli pugionem sibi à Bibulo attulisse.
A pugione,Vide A vel AB præpositiones.
Stillans pugio.Cic.2.Philip.50,Qui stillantem præ se pugionem tulit.
Exolutum à latere pugionem,velut ius necis, vitæque ciuium, reddebat. Tacit.lib.19.De Cæcilio Simplici.
Pugionem plumbeum vocat Cicero inualidum argumentum,lib.4.de Finib.79,O plumbeum pugionem.
Pugiũculus,pugiũculi,pen.corr. (μαχαιρίδιον,) Diminutiuum.Cicero Hispaniensem pugiunculum Cn.Pisonem appellat.Idem in Orat.131, Nam in iis quibus vt pugiunculis vti oportet , breuitas facit ipsa liberiores pedes.

Pugna, pugnæ, (μάχη, μάλη, δηΐς, δηϊοτής, ὑσμίνη, χάρμη, φύλοπις,) Lucta vel prælium . A pugno dicta est . Veteres enim, inquit Donatus,ante vsum ferri & armorum,pugnis & calcibus,& morsibus,corporumque luctatione certabant.
Arena sparsa ad pugnam.Virg.3.Georg.9.
Amor pugnæ.Horat.4.Carm ode 4.3.
Certamen pugnæ.Ouid.11.Metam.36. Lucret.lib.4.170.
Euentus pugnæ.Virg.8.Aeneid.4.
Incerti exitus pugnarum,Marsque communis.Cic.pro Milone.
Facies pugnæ.Tacit.lib.18,Non vna pugnæ facies.
Fortuna pugnæ anceps.Virg.4.Aeneid.121.
¶ Ardens.Virg.3.Georg.10.
Auida.Silius lib.12.143.
Cæca.Valer.6.Argon.133.
Clara,Vide CLARVS.
Decertatoria.Quintil.lib.6.cap.4.5.
Dura.Valer.6.Argon.60.
Equestris.Silius lib.13.46.
Forensis.Quintil.lib.5.cap.12.12.

Fortuita.Quintil.lib.6.cap.5.8.
Impeditior,Vide IMPEDIO.
Inermis.Stat.6.Thebaid.50.
Ingens.Virg.2.Aeneid.88.
Iniqua,Vide INIQVVS.
Lenta,Vide LENTVS.
Magna pugna bis victi.Virg.12.Aeneid.7.
Mala Lacedæmoniorũ in Leuctris. Cic.2.de Diuin.80.
Nobilis,Vide NOBILIS. Senec.Hercu.furen.9.29.
Obnixa.Valer.6.Argon.72.
Optata.Silius lib.16.17.
Pedestris.Virg.11.Aeneid.142.
Pedestres nauales q; pugnæ. Vide Pedestris in PES.
Sæua.Valer.4.Argon.30.
Simplicior contra tabulas.Quintil.lib.5.cap.7.1.
Tristis.Virg.11.Aeneid.118.
¶ Miseras abrumpere pugnas.Valer.3.Argon.50.
Absistere pugna,Vide ABSISTO.
Accingere se pugnæ.Virg.11.Aeneid.142.
Aequare pugnas.Virg.5.Aeneid.83.
Aequatæ pugnæ.Silius lib.4.79,
Et tandem æquatæ geminato funere pugnæ.
Viriles pugnas capere.Stat.1.Sylu.6.11,
Stat sexus rudis,insciusque ferri,
Et pugnas capit improbus virilis.
Capellere pugnam manu.Tacit.lib.12.Vide Capesso in CAPIO.
Ciere pugnam.Tacit.lib.20,Suis quisque locis pugnam ciebant.
Committere pugnam.Cic.3.in Catil.52, Tum interuentu Pontini atque Flacci pugna quę erat cõmissa,sedatur.Idem pro Murena,32,Ex omnibus pugnis,quæ sunt innumerabiles,vel acerrima videtur illa,quę cum rege cõmissa est,& summa contentione pugnata.De præliis Pompeii.
Committere pugnas sanguine.Stat.6.Thebaid.29.
Committere pugnam cæstu.Virg.5.Aeneid.14.
Iniqua pugna congredi.Virg.10.Aeneid.178,
– tot spicula tædet
Vellere,& virgetur pugna congressus iniqua.
Conferere pugnam,Vide CONSERO.
Conferitur pugna.Valer.6.Argon.71.
Conspirare pugnam,Vide CONSPIRO.
Coorti in pugnam,Vide COORIOR.
Crudescit pugna,Vide CRVDVS.
Porti decernere pugna.Valer.4.Argon.39.
Insanas deposcere pugnas.Stat.10.Thebaid.183.
Deposcite pugnam votis.Lucan.lib.2.106.
Pugnam dare. Terentius, Dabit hic aliquam pugnam denuo. Plaut.Bacchid.5.39, Porrò etiam ausculta pugnam quam voluit dare. Per translationem dictum.
Edere pugnas.Lucret.lib.2.14.
Ereptus pugnæ Annibal.Silius lib.17.77.
Excedere cunctos pugna.Virg.5.Aeneid.76.
Exire ad pugnam.Virg.4.Georg.14.
Expediam,& primæ reuocabo exordia pugnæ.Virg.7.Aeneid.8.
Extracta in posterum pugna.Tacit.lib.4.
Facere pugnam Tacit.lib.3.Prosperam aduersus Numidas pugnã facit.
Gerere pugnas innumeras.Claud.3.Paneg.29.
Imponere finem pugnæ.Virg.5.Aeneid.93.
Indipisci pugnam,Vide INDIPISCOR.
Inducere in pugnam equites,Vide INDVCO.
Indulgere pugnæ.Stat.11.Thebaid.90.
Inire pugnam & prælium,Vide INEO,inis.
Inire pugnam forensium certaminum.Quintil.lib.5.cap.12.17,Initoque frequenter forensium certaminum pugnam, iam in schola victoriam spectet.
Instaurare pugnam,Vide INSTAVRO.
Lacessere pugnam.Lucan.lib.3.110.
Lacessere ad pugnam,Vide LACESSO.
Arma mouent pugnam.Ouid.3.Fast.79.
Obire pugnas lituo & hasta.Virg.6.Aeneid.34.
Parare membra pugnæ.Ouid.9.Metam.7.
Pauere pugnam.Lucan.lib.7.21.
Perpetrare pugnam.Liuius lib.4.Decad.5,Pugna perpetrata.
Præbere pectora pugnæ.Ouid.10.Metam.140.
Ruere in pugnam magno feruore.Silius lib.15.91.
Subducere aliquem pugnæ.Virg.10.Aeneid.10.
Pugna est de paupere regno.Stat.1.Thebaid.30.
Quanta pugna est doctissimorum hominum.Cic.2.de Diuinat.157.
Sumere pugnam.Silius lib.8.61.
Aspera pugna surgit.Virg.11.Aeneid.127.
Venire ad pugnam.Horat.1.Serm.saty.5.12.

Venit

Venire ad pugnam.Cic.7.Verr.23, Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat.
Venire in pugnas.Silius lib.15.128.
Haud secus instructi ferro,quàm si aspera Martis
Pugna vocet.Virgil.12.Aeneid.25.
Vellere pugnam in pectore.Lucan.lib.7.159.
Pugno,pugnas,(μαχομαι,μάχεσθαι,πολεμίζω,διαγωνιζομαι,διαγωνίζομαι,) Pugnare,Pugnam committere. De quacũque re dicitur de qua controuersia est.Plaut.Amph.4.45, Nam quum pugnabant illi maximè,ego fugiebam maximè .
Pugnare amori.Virgil.4.Aeneid.8,
–placitione etiam pugnabis amori?Ac si diceret: Contempsisti eos qui diu supplicebant:nunquid etiam placito amori repugnabis? Et est Græcum.Pugno tibi.Nam nos,Pugno tecũ dicimus.Seruius.Alii legunt placitione.Quintil.lib.2.cap. 20.8. (cido.
Bene pugnare.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.11,Et bene vti pugnes,bene pugnam efficit hostis.
Caste pugnare.Ouid.epist.13.30.
Pugnare pugnam.Plaut.Pseud.7.110.
Prius quàm istam pugnam pugnabo,ego etiam prius
Dabo aliam pugnam. Gell.lib.1, Dum Pyrrhus rex in Italia esset,& vnam atque alteram pugnam prosperè pugnasset.
Pugnare pœlla.Horat.4.Carm.ode 9.4,
–non pugnauit ingens
Idomeneus,Sthenelusve solus
Diuersa Musis prælia.
Acie directa pugnare,Quintil.lib.1.cap. 13.3, Nunc acie directa,nunc diuisa,nunc auxilis,nunc legione pugnabitur.
Manu pugnare.Ouid.13.Metamor.22.
Telius est igitur fictis contendere verbis,
Quàm pugnare manu.
O.Ne pugnare.Stat.1.Thebaid.42.
Pugnare pugnis.Horat.1.Serm.saty.3.20,
Fungibus & pugnis,dein fustibus,atque ita porrò
Pugnabant armis.
Vultus cum aliquo pugnare.Cice.ad Messenium.lib.6.11.7,Quauis tora conditione pacẽ accipere malui,quàm viribus eũ valentiore pugnare.
¶ Aduersus latrones canem pro domino pugnare accepimus. Plin.libro 8.cap.40.
Contra aliquem pugnare Plin.lib.8.cap.7.5, Pugnauere & Cæsari Dictatori terbo Cõsulatu eius vigiati(scilicet elephãtes)cõtra pedites quin genitos.Vbi datiuus Cæsari,significat in gratiã Cæsaris, & pro Cæsare.
Contra naturam pugnare,Quintil.lib.2.cap.8.6,Neque ego contra naturam pugno.
Pugnare cum.Cic.Attico,lib.7.126.2, Nisi fortè hæc illi tum arma dedimus,vt nunc cum bene parato pugnaremus. Idem pro Corn. Balbo, 17,Qui cum hoste nostro comminus in acie sæpe pugnauit.
Cum senectute pugnare,Id est aduersus senectutem. Plinius epist.1.lib.3, De possessione hominis pugnare.Gell.lib.13.cap.16. Terenc.in prolog. Heautonti 41,Tumultuantur,clamant,pugnant de loco.
Ex equo pugnare.Cic.2.de Natu.deorum,8,In nostra acie Castor & Pollux ex equis pugnare visi sunt.
Ex cauſa pari pugnat vterque.Ouid.5.Fast.141.
Hi minor vt repetant,illis vt reddere nolint
Vsurae,& ex causa pugnat vterque pari.
Classibus pugnare.Plin.lib.33.cap.12.2,Sed armatæ classes imponũt sibi turres propugnacula,vt in mari quoque pugnetur velut è muris.
In solido pugnare,Contra aliquem.Ouid.3.Amor.eleg.1.8.
In solido pugnare.Liu.8.ab Vrbe,28,Eiecunt Consules,nequis extra ordinem in hostem pugnaret. Sic 3.ab Vrbe.43. Gell.lib.9.cap 11,In Gallum eum summiter arrogantem pugnare sese permitterent. Idem lib.2.cap.11.
In frontem & latera pugnare.Tacit.in vita Agricolæ,Ne simul in frontẽ, simul & latera suorum pugnaretur.
Inter se cornibus pugnant,Vide INTER præpositionem.
Pugnare pro aliquo.Cice.pro Quintio,60,Deinde illud quoque requisiuit,quia rarò ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contradicat,omnesque pro P.Quintio pugnent.Id est defendant P.Quintium.
Pro causa iniqua pugnare.Ouid.epist.19.34.
Pro commodis patriæ pugnare,cui opponitur Patriæ commoda oppugnare.Cic.1.de Inuent.2.
¶ Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio.Cic.2.Tuscul.17.Id est cõsentanea est oratio vitæ illorum.
Quid enim quod contra pugnare,obstare que possit.
Pugnare inter se.Quintil.lib.3.cap.10, Hæc autem quæ tantum inter se pugnant,plerunque nominibus deflecti solent.Id est contraria sunt.
Sententia mea pugnat secum Horat.1.episto.1.10.
¶ Pugnare aliquid,pro Contendere de re aliqua,Cic. 1. de Natu.deorũ, 100.Illud video pugnare re,species vt quædam sit deorum, quæ nil cõcreti habeat, &c. Idem 4. Acade.173, Quum hoc igitur dialectici pugnent,&c.
Hic pugnes licet,non repugnabo.Cic.4.Acad.104.
Pugnant Stoici cum Peripateticis.Cic.1.de Finib. 109.
Non magnopere pugnare,pro Non valde laborare. Cic.de Nat.deorum. Videtur Epicurus de diis immortalibus non magnopere pugnare.
¶ Pugnare,pro Conari.Ouid.1.de Remed, amor.25, Pugnat in aduersas ire natator aquas. Idem 1.Metamor.138, Ille tamen pugnat molles euincere somnos. Ibidem,lib.9.71, Hæserunt radice pedes, conuellere pugnant.
Illud pugna,& enitere.Cice.Appio,lib.3.10.11.
¶ Pugnaueris,id est magnam rem feceris,inquit Donatus Terent. Adel. 5.3.57, –& illam psaltriam
Vnà illoc mecum hinc abstraham.M.pugnaueris.
¶ Pugnatur.Impersonale.Cesar 4.Bel.Gal.412,Quum ab hora ferè quarta vsque ad solis occasum pugnaretur.
Gladiis pugnatur acutis.Ouid. 3. de Arte,117.
Quum malè pugnatum apud Caudium esset. Cice.3.Offic.147.
¶ Libido prauta pugnandi.Silius lib.7.43.
Superare pugnando.Ouid.9.Metamor.6.
Vinci pugnando.Ouid.1.de Arte,134.
Arte pugnandum est.Quintil.lib.2.cap.17.18.
¶ Hoc pugnatur,pro Hoc contenditur. Cic.pro Rosc.Amer.Hoc solum hoc tempore pugnatur, vt ad illam opimam præclaramque prædam damnatio Sexti Roscii,velut cumulus accedat.
Pugnans,pugnantis,(μαχόμενος,) Participium,siue Nomen ex participio, vt Domare pugnantem Ouid.13.Metamor.35.
Vincetur fœmina pugnans.Ouid.2.Fast.160.
Cum frigore pugnans.Ouid.1.de Ponto,eleg. 2.6.
Anima pugnans.Stat.3.Sylu.5. 22.
–inueniunt positos iam segniter artus,
Pugnantẽque animam.
Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oscula. Tibullus lib.1.eleg.8.8.
Pugnantes sententiæ, Hoc est inter se contrariæ. Plin.epist. 167.lib.8.ad Aristonem,Quæ potestas referentibus,quod censentibus ius, quæ vis magistratibus, quæ cæteris libertas, vbi cedendum, vbi resistendum, quod silentii tempus,quis dicendi modus, quæ distinctio pugnantium sententiarum,quæ executio prioribus aliquid addentium.
Pugnantia studia.Cic.1.de Finib.89,Atqui pugnantibus & contrariis studiis consilisque semp vtens,nihil quieti videre,nihil tranquilli potest.
Venti pugnantes contra.Lucret.lib.6.20.
Loqui pugnantia.Cice.1.Tuscul. 21.
Pugnãtus,pe.prod.(μεμαχημένος.) Participium.Salustius Quæ negotia multo magis quàm prælium male pugnatum à suis, regem terrebant.
Bella pugnata.Horat.3.Carm.ode 19.1. Iit 1.epist.17.5.
Siquis bella tibi terra pugnata,marique Dicat.
Bella pugnata in ordine.Virg.8.Aeneid.126.
Pugnata summa contentione pugna.Cic.pro Mur.32. Cuius ex omnibus pugnis,quæ sunt innumerabiles,vel acerrima mihi videtur illa, quæ est rege commissa est,& summa contentione pugnata.
Pugnax,pugnãcis,pen.pro.om.g.(μάχαιος,)Bellicosus. Plin.lib.22,cap. 21.15,Perdices & gallinaceos pugnatiores fieri putant, in cibum eorum additis.
In vitiis pugnax.Cælius Ciceroni,lib.8.13.2.
Pugnax cõtra.Cic.in Pisonem,55,Græcus facilis & valde venustus, nimis pugnax contra Senatorem Pop.Rom.esse noluit.Plin.lib. 15.cap.3.5 Contra humorem pugnaces.
Arma pugnatra.Ouid.2.Fast.110.
Centurio pugnax & lacertosus.Cic.8.Philip.151.
Vehemens & pugnax exordium dicendi.Cic.2.de Orat.173.
Neque est dubium quin exordium dicendi vehemens & pugnax non sæpe esse debeat.
Fera pugnax.Ouid.5.Fast.75.
Hostes pugnaces.Propert.lib.3.eleg.9.5.
Ignis aquæ pugnax.Ouid.1. Metam.87. Hoc est æquæ repugnans.
Multum pugnax,Plin.lib.14.cap.10.3.
Pugnatior oratio.Cic.de Claris Orat.62,Sed & huius oratio in philosophiã trãslata pugnatior(vt ita dicã)videt,& illorũ in iudicia pacatior.
Pugnax oratio & contentiosa dicit à Plinio lib.2.epist.19.id est, quæ est in genere iudiciali,& I qua opus est cõtra aduersariũ vocẽ intendere.
Quid ferri duritia pugnacius?Plin.lib.36.cap.16,1.
Pugnacitas,pen.corre.pugnacitãtis,(τὸ μάχιμον,)Pugnandi vis. Plin.lib. 10.cap.33.8,Perdices capiuntur quoque pugnacitate eiusdem libidinis.Quintil.lib.4.ca.3.2,Ne si pressæ illi(qualis sæpius desyderatur) narrationis gracilitati coniuncta argumentorũ pugnacitas fuerit, dilatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictibus dicendi voluptatibus oratio refrigescat.

Pugnaciter, pen.corr. Aduerbium, (μαχέμων,) Pertinaciter, instanter. Cic. 4. Acad. 117. Ergo de omni statu consilioque totius vitæ, aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cum alios, tum etiã meipsum velim. Idem, 18, Sed nescio quomodo plerique errare malunt, eamque sententiam quam adamauerunt, pugnacissimè defendere, quàm sine pertinacia quid constantissimè dicatur, exquirere. Quintil. lib. 9. cap. 4, Vbicunque acriter erit, & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim cæsimque dicemus.

Pugnator, pen. prod. pugnãtoris, Verbale, (μαχέμων,) Liuius 4. bel. Pun. 65, Deinde occupata dextra tenendo caput, fortissimus quisque pugnator esse desierat. Plin. lib. 23. cap. 4. 17, Pugnatores certaturi præsumunt ex eo cyathum vnum. Alii legunt Potores.

Pugnator gallus gallinaceus. Plin. lib. 30. cap. 15. 8, Contrà inhiberi venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe illitis, adalligatisque pelle arietina tradunt.

Pugnaculum, pugnaculi, penul. corr. (πτερομαχεῖον,) Locus vnde pugnatur. Plaut. Milit. 6. 63, Meus illic homo est, deturbabo ego iam illum de pugnaculis. Antiqua dictio.

Pugnus, pugni, m. g. (δῆρις, κόνδυλος,) A punctione, id est percussione dicitur, authore Festo. Donatus in Adelphis, An pugnus à pugna sic dictus, an ab illo pugna. Terent. Adelph. 4. 2. 20,
Ctesipho me pugnis miserum, & illam psaltriam
Vsque occidit. Cic. in Orat. 61, Nam quum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse. Hic clarissimè docet Cicero quid sit pugnus. Cato cap. 81, Sphæras pugnum altas facito. Hoc est ad crassitudinem vnius pugni.

Pleni pugni sanguine. Iuuenal. Saty. 15. 6.

¶ Cædere pugnis, Vide CÆDO.

Cæsus pugnis. Horat. 1. Serm. saty. 2. 14.

Conscindere aliquem pugnis & calcibus. Cic. 1. Verr. 46.

Contendere, vel certare pugnis. Cic. in Parad. 27, Quoniam verbis contendimus inter nos, non pugnis. Idem 5. Tuscul. 11, Certantes pugnis, calcibus, vnguibus, morsu denique, &c.

Contundere aliquem pugnis, Vide CONTVNDO.

Pacere pugnum, & pugnum arctè vehementerque comprimere. Cice. 4. Acad. 260.

Pugnos & plagas ferre. Cic. de Claris Orat. 131, Pugiles inexercitati etiã si pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt.

Fœdans pectora pugnis. Virg. 11. Aeneid. 18.

Impingere pugnum, Vide IMPINGO.

Incursare aliquem pugnis, Vide Incurso in INCVRRO.

Ingerere pugnos in ventrem alicuius, Vide INGERO.

Obserere pugnos, Vide OBSERO.

Obtusus pugnis, Vide OBTVNDO.

Onerare pugnis, Vide Onero in ÓNVS.

Is mihi dum resto, iuuenili guttura pugno Rupit. Ouid. 3. Metam. 126.

Victus pugno. Horat. 3. Carm ode 12. 2.

Pugillus, pugilli, masc. gen. (δῆρις,) Diminutiuum à Pugnus.

Pugillãris, & hoc pugillãre, pen. prod. Adiectiuum, (δῆρις,) Quod pugillum siue pugnum implere potest, Quantum pugnus potest continere. Iuuenal. Saty. 11. 10,
Nec pugillares defert in balnea raucus
Testiculos, nec vellendas iam præbuit alas.

Pugillãris, pen. prod. masc. g. vel hoc pugillare, siue pugillar, (πτυκτίον,) Subsãt. Pugillares, tabellæ ceræ, vel alterius materiæ, in quibus stylo scribimus: dictæ quòd pugno cõprehendantur. Vel à pungendo, quòd stylo in his pungendo scribatur. Plin. epist. 6. 6, Proinde quum venabere, licebit authore me, vt panarium, & lagunculam, sic etiam pugillares feras. experieris non Dianam, &c. Idem epist. 119. 6, Quin ergo pugillares sumis, & aliquid ex his, vel illud ipsum quod cœperas, scribis? Apuleius, Dolebam me hercle, quòd pugillares & stylum non habebã, qui tam bellam fabellam pernotarem. Catul. de Acme, epig. 39. 3,
Et negat mihi vestra redditurum
Pugillaria, si pati potestis. Ausonius Sectione 3, in notarium, Bipatens pugillar expedi. Plin. lib. 13. ca. 11. 3, Pugillarium enim vsum fuisse etiã ante Troiana tempora iuuenimus apud Homerum.

Pugillatorius, Adiectiuũ, (δῆρις,) Quod pugno percutitur. Plaut. Rud. 18. 14, - extemplò hercle eho te follem pugillatorium
Faciam, & pendentem incursabo pugnis periurissume.

Follis pugillatorius, Pilæ genus, quod ex pelle fit, spiritusque inflatur grossior cæteris: pugno redditur, non palma. Sipontinus.

Pulcher, pulchra, pulchrum, (καλός, ὡραῖος, εὐπρόσωπος, εὐμορφος, εὐειδής, πτελεός,) Antiqui polcrum dixere, Quod non est deforme, sed formosum & decorum. Vnde pulchritudo. Cice. 1. Offic. 201, O puerum pulchrum Pericle. Idem pro Murena, Ne pulchrum se, ac beatum putaret.

Pulcher à pollendo dicitur, quòd polleat forma. Non igitur aspiratione scribenda dictio erat, nisi vius vicisset, qui vix expugnari potest.

Nimis pulcher, Vide NIMIS.

Visus pulcher. Stat. 5. Sylu. 2. 5.

¶ Pulchrior, pulcherrimus, Cõparatiuus & superlatiuus. Virg. 9. Aen. 37,
- quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadũm.

Vuæ quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? Cicero de Senect. 49.

Iuuenum pulcherrimus. Ouid. 4. Metam. 11.

Pulcherrimus poetarum. Gel. lib. 19. cap. 8, Ni quod contra ea dicis poetarum pulcherrime, quo & te purges, & nõ esse id vitium demonstres. Id est optime & peritissime.

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma. Virg. 3. Georg. 107.

¶ Pulcher, Fortis. Virg. 7. Aeneid. 132,
- satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus.

¶ Cohors pulchra. Claud. 2. de raptu Proserp. 13.

Color pulcher. Lucret. 4. 220.

Consilia pulcherrima. Virg. 5. Aeneid. 146.

Cura pulcherrima doloris meo nata. Propert. lib. 2. eleg. 26. 1.

Dies pulchra. Horat. 1. Carm. ode 36. 2.

Diuitiæ pulchræ. Horat. 2. Serm. saty. 3. 20.

Dos pulchra. Plaut. Epid. 4. 14, Pulchra ædepol dos pecunia est.

Facinus pulchrum. Plaut. Menæch. 4. 21, Hoc facinus pulchrum est.

Genæ pulchræ. Horat. 4. Carm. ode 13. 2.

Gens pulcherrima. Silius lib. 13. 94.

Ignis pulchrior. Horat. Epod. 14. 3,
Vteris ipse miser: quòd si non pulchrior ignis
Accendit obsessam Ilion, gaude sorte tua. Id est, inquit Porphyrio, Si non fuit Helena speciosior Terentia scilicet amica tua, iucunda hæc miseria est. Amor, ignis solet dici.

Liber pulcher. Plin. epist. 151. b, Cuius memoriam tam grata prædicatione prorogat, & extendit, vt librum de vita eius (nam studia quoque, sicut alias artes bonas veneratur) ediderit pulchrum.

Libertas pulchra. Virg. 6. Aeneid. 165.

Materia pulchra. Plin. epist. 192. a, Occiso Domitiano statui mecũ ac deliberaui esse magnam, pulchramque materiam insectandi nocentes.

Mors pulchra. Virg. 4. Georg. 44,
- pulchramq; petunt p vulnera mortẽ. Id est gloriosam, vt ait Seruius.

Nympha pulcherrima formã. Virg. 1. Aeneid. 15.

Origo pulchra. Virg. 1. Aeneid. 58.

Panis pulcherrimus. Horat. 1. Serm. saty. 5. 18.

Pectore pulchro virgo. Virg. 3. Aeneid. 86.

Poemata pulchra. Horat. in Arte, 11.

Postes pulchri. Plaut. Mostel. 10. 35,
Non videor vidisse postes pulchriores.

Prædia pulchra. Cic. pro Roscio Amerino, 24, Tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa.

Proles pulchra. Virg. 1. Aeneid. 16. Idem, 6. 130.

Puer pulcher. Horat. 1. Epist. 19. 19.

Pulchritudo pulchra. Plaut. Milit. 13. 13, Quæ te amat, tum quæ expetis? scit pulchram pulchritudinem.

Sol pulcher. Horat. 4. Carm. ode 2. 10.

Tecta pulchra. Horat. 3. Carm. ode 10. 3.

Tunicæ pulchræ. Horat. 1. epist. 19. 7.

Virgo pulcherrima Deianira. Ouid. 9. Metam. 2.

Vrbs pulchra. Virg. 4. Aeneid. 53.

Pulchrè, Aduerbium, (περιφανῶς,) Decorè vt Pulchrè ædificare. Plaut. Merc. 22. 61, Si tu vera dicis, & pulchrè ædificatas arbitror.

¶ Pulchrè, Sapienter, interprete Donato. Terent. Eunuc. 3. 3. 84, Dixit pulchrè minuquam vidi melius consilium dari. Ibidem, 3. 1. 26, Pulchrè mehercle dictum, & sapienter. Plaut. Milit. 9. 56, Pulchrè admonuisti. Terent. Phorm. 3. 3. 9, Sanè hercle pulchrè suades. Cic. 2. de Finib. 101, At quàm pulchrè dicere videbare, quum ex altera parte ponebas, &c.

¶ Pulchrè, Valde, fortiter, nimis, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 4. 5. 2, Ac cum accubabam, quàm videbar mihi esse pulchrè sobriust? Plautus Amphit. 8. 47, Et quum grauidam, & quum te pulchrè plenam aspicio, gaudeo. Idem Rud. 31. 10, Quum istæc res tibi ex sententia pulchrè cognitast? gaudeo. Cato ca. 74, Aquæ paulatim addito, subigitoque pulchrè omnia: gaudeo. Cato ca. 74, Aquæ paulatim addito, subigitoque pulchrè omnia.

¶ Pulchrè locare operam, Bene. Plaut. Amphit. 4. 1. 24, Optumè optumo operam das, datam pulchrè locas. Idem Trinum. 4. 74, Aedepol mandatum pulchrè, & curatum probè. Et Persa, 16. 30, Atqui aut hoc emptore vendes pulchrè, aut alio non potes.

Pulchrè notus. Plin. lib. 21. cap. 76. 1, Mangonicis vænalitiis pulchrè notata. Idem lib. 9 cap. 59. 3, Ferunt discordem socium duci insidiatum pulchrè noto cepisse malefica voluntate.

Pulchrè possum. Cic. ad Atticum, lib. 13. 277. 4, Sed tamen quæ tum acta sunt, non possum non probare, & tamen non curare pulchrè possum, sicuti facio.

Pulchrè est. Cic. 1. de Nat. deor. 157, Propone ante oculos Dei nihil aliud in omni

in omni æternitate, nisi mihi pulchrè est, & ego beatus sum, cogitantẽ. Tibi pulchrè est. Horat. 2. Serm. saty. 8. 4.

Est pulchrè tibi cum tuo parente. Catul. epig. 20. 1.

Pulchrè valet Charinus, & tamen pallet. Martial. lib. 1. 73.

Degere ætatem pulchrè. Lucret. lib. 5. 35.

Pulchrè factum. Cice. 3. Verr. 34, Hunc ipsum inquam Tenem pulchrè fecisse, quem quondam in comitio vidistis, abstulit magno cum gemitu ciuitatis.

Pulchellus, Diminutiuum. Cice. Attico, lib. 1. 11. 17, Redeo ad altercationem illegit pulchellus puer. Idem ad Gallum, lib. 7. 14. 6, Ar pulchellæ, sunt, nam optimè, & sæpe vidi. Siz 2. de Orat. 146.

Pulchritudo, pen. prod. pulchritudinis, fœmi. gene. (καλλονή, εὐμορφία, ἀστεῖον, καλλονή, ὡραῖον μέτρον,) Species, venustas, decor, elegantia. Cice. 2. de Finib. 78, Atque his tribus generibus honestorum notatis, quartum sequitur, & in eadem pulchritudine, & aptum ex illis tribus, in quo inest & ordo & moderatio. Idem 4. Tuscul. 47, Vt corporis est quædam apta figura membrorum cum coloris quadam suauitate, eique dicitur pulchritudo esse in animo, &c. Et 1. Offic. 159, Pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos & delectat hoc ipso, quòd inter se omnes partes quodam lepore consentiunt.

Qua pulchritudo. Cic. 3. Offic. 14.

Excellens muliebris formæ pulchritudo. Cic. 1. de Inuent. 122.

Eximia pulchritudine fœmina. Cic. 1. de Diuin. 92.

Species & pulchritudo. Cice. 5. de Orato. 41, Si illam præclaram & eximiam speciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamastis. Idem 2. de Finib. 81, Sua tamen pulchritudine esset, speciêque laudabile. Et 3. de Orat. 98, Tantam habet pulchritudinem, vt nulla species ne excogitari quidem possit ornatior. De oratione. Idem in Pisonem, 83. Habet hoc virtus, vt viros fortes species eius & pulchritudo etiam in hostis posita delectet.

Splendor & pulchritudo virtutis. Cice. 2. Offic. 53, Quis non admiretur splendorem pulchritudinémque virtutis?

Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine. Cice 1. Offic. 135.

Pulchritudinis duo genera sunt: quorum in altero venustas est, in altero dignitas: venustatem muliebrem dicere debemus: dignitatem virilem. Cice. 1. Offic. 181.

Pulchritudo rei nos trahit vel ea consectandi quæ propter infirmitatem, &c. Columel. lib. 3. cap. 10. 4.

Illuminare pulchritudinem rerum. Quintil. lib. 2. cap. 16. 6, Pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat.

Præstiti honore verborum pulchritudinem. Quintl. lib. 3. cap. 7. 8, Nam & pulchritudinem interim, robúrque prosequimur honore verborũ.

Pulchritudo, cum gerundio. Plin epist. 19. lib. 3, ad Caluisiũ, Solicitat pristinus ipsa pulchritudo iongẽdi. id est decorum aspectus agrorum perpetuorum. Iungendi agrum agro.

Pulegium, huius pulegii, (γλήχων, βλήχων,) Herba hortensis vulgo nota. Plin. lib. 20. cap. 14. 7, Magna societas cũ mensa ad recreandos defectus animæ pulegio, cum furculis suis in ampullas vitreas aceti vtrisque deiectis. Quæ de causa dignor è pulegio coronas vertigini, quàm è rosis, cubiculis nostris pronuntiata est. Columel. lib. 8. cap. 5. 12, Pulegii furculis fumigentur: ea res videtur prohibere pituitam, quæ celerrimè teneros interficit.

Pulegium, pro Suauitate sermonis. Cic. ad Tironem, lib. 16. 25. 4, Cras ex pecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est.

Pulicium, pulcii, sine g, pro eodem dicitur. (βλήχωνιον,) Columel. lib. 12. cap. 7. 1, Silentem florem vitis albæ & asparagi, &c. & pulcii, & neptæ, &c. Mart. lib. 12. 28, Quadrima nigri nec corona pulcii.

Calosque restes, aliúque, cepisque. Cic. 2. de Diuin. 49, Nam & mustelarum iecuscula bruma dicuntur augeri, & pulcium aridum florere brumali ipso die.

Pulex, púlicis, pen. cor. masc. ge. (ψύλλα,) Animal notum: sic dictum quòd ex pulucre generetur. Plin. lib. 30. cap. 10. 4, Aliud est circulo miraculi, quo quis loco primo audiat alitè illam, si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices vbicunque pulcis pargatur. Varro 2. de Re rust. cap. 9. 12, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quòd muscæ & ricini & pulices (si hoc vnguine non sis vsus) soleant ea exulcerare.

Pulicibus, pe. prod. Adiectiuum, (ψυλλοβόρος,) Pulicibus plenum. Colum. lib. 7. cap. 13. 1, Pulicolæ cani remedia suntrisume cyminum tritum pauci pondere cum veratro, aquáque mistum & illitũ, seu cucumeris angui ei faccum. Vel si hæc nõ sunt, vetus amurca per totum corpus infusa.

Pullarius, Pullaster, Vide PVLLVS subſtantiuum.

Pullatus, Vide PVLLVS adiectiuum.

Pullescо, Pullicenus, Pullities, Vide PVLLVS subſtantiuum.

Pullulasco, Pullulo, Vide PVLLVS subſtantiuum

Pullus, pulli, masc. gen. (παιδάριον,) Quidam per syncopam à puellus dici volunt. Significat nouellum, id est paruum pucrum & paruum filium, aut etiam fœtum. pro quo pulleiaceum Augustus dicere solebat, vt ait Tranquillus, cap. 87.

Antiqui (inquit Festus) puerum quem quis amabat, pullum eius dicebant. Inde pullus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomẽ erat, propter candorem, quòd eius naris fulmine icta erat.

Pullos, (πώλους,) dicimus paruos fœtus quoruncunque animalium: vt Pullus hirundinis, Pullus asini, Pulli ranarum. Quinetiam arborum atque plantarum pullos dicimus. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 63, Absentis ranæ pullis vituli pede pressis.

Pullos aquilæ vocat Plin. lib. 10. cap 3. & cap. 7. Coccycis, lib. 10. cap. 9. Cornicis, ibidem, cap. 12. Hirundinis, ibidem, cap. 35. & 60. Columbæ, cap. 54. & cap. 58. Anseris, cap. 59.

Equæ pullus. Lucret. lib. 3. 155.

Genetosi pecoris pullus. Virgil. 3. Georg. 15.

Animales pulli. Lucret. lib. 2. 186, Quatenus in pullos animales vertier oua Cernimus alituum.

Asinius pullus, Vide ASINVS.

Columbinus pullus. Cice. Peto, lib. 9. 18. 6.

Equinus pullus. Quintil. lib. 8. cap. 2. Virgilius illo loco quo pullum equinum describit. Columel. lib. 6. cap. 27, de fœtu equæ,
Minimè manu contingendus pullus erit.

De pullis gallinaceis est epigramma apud Martialem, lib. 13. 45. Sic Columella lib. 8. cap. 2.

Infantes acium pulli. Plin. lib. 10. cap. 33. 1. Vide INFANTES.

Milninus pullus, Vide MILVVS.

Nothi polli, Vide NOTHVS.

Viles pulli. Iuuen. Saty. 13. 15.
-quia tu gallinæ filius albæ
Nos viles pulli, nati infelicibus ouis.

Canea liberati pulli. Cice. 2. de Natu. deorum, 11.

Pullus onagri. Plin. lib. 8. cap 44. 4, Pullis eorum ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur.

Pulli apum. Columel. lib. 9. cap 3, In demortuarum locum quotannis pulos subsituant.

Pulli arborum, (μοσχίαι,) Plin. lib. 17. cap. 10. 7, Nullis verò tales pulli proueniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Cato cap. 51, Ab arbore, ab terra pulli qui nascentur. eos in terram deprimito.

Pullulus, pullули, pe. cul. corre. masc. gene. (μοσχίδιον,) Plantariorum est, à Pullus deductum diminutiuum. Plin. lib. 17. cap. 10. 7, Hic legitur in nostris exemplaribus Pullis, vt paulo antè dictum est de Pullis arborum.

Pullulo, pullulas, pe. cor. (παρεκφύω,) pullulare, Q uasi pullulos emittere. Nam pullulare dicimus arbores, quum à radice nouæ plantæ surgunt. Plin. lib. 17. cap. 10. 7, Natura & plantaria demonstrauit, multarum radicibus pullulante sobole densi, & parente matre quos enecet.

Sylua pullulat ab radice. Virgil. 2. Georg. 4.

Pullulasco, pullulascis, (βλαστάνω,) pullulascere, Pullulantem fieri. Colu. libro, 4. cap. 21. 4, Et ita ex nouello palmite vitis pullulascit. Legitur & pullescit.

Pullesco, pullescis, (μοσχεύω,) pullescere, Idem quod Pullulascere. Columel. lib. 4. cap. 11. 4, Q uicquid est suprà vetusti brachii, amputatur, & ita ex nouello palmite vitis pullescit. Legitur & pullescit.

Pullaster, vel Pullastra, (ἀρνίτης) significat gallum siue gallinam adolescẽtes. Sic à M. Varrone lib. 3. de Re rust. cap. 9. 7, pullastræ dicuntur iuuẽcæ galline ait enim, Et ea que subiciias, potius veroli quàm pullastris, & quæ rostra aut vngues non habeant acutos: quæ debent potius in cõcipiendo occupatæ esse, quàm in cubando.

Pullicẽnus, pullicẽni, pen. prod. maf. gen (πωλικόν, νεοσσός,) Diminutiũ à Pullus. Lampridius de Alexandro Seuero, Et ne earum pastus grauaret annonam, seruos habuit vectigales. qui eos ex ouis & pullicenis & pipionibus alerent.

Pullinus, pe. pro. Adiectiuum, (πωλικός,) Q uod est pulli. Vnde Pullini dẽtes, quos primùm equi iaciunt. Plin. lib. 8. 44. 2, Q uæ non prius quàm dentes quos pullinos appellant, iaciat, concepetit, sterilis intelligitur. De mula.

Pullarius, pullarii, (πωλοσυμφορός,) Q ui pollorum curam habet.

Pullarius, Q uis pastu pullorum captat auspicia. Cic. ad Plancum, lib. 10. 12. 8, Recitatis literis oblata religio Cornuto est, pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse. Idem 1. de Diuin. 150, Idem quum tripudio auspicaretur pullarius, diem prælii committendi differebat. Sic 2. pro Lege agraria, 42. Liui 18. ab Vrbe 148, Nanque Papyrius Dictator à pullario monitus, quum ad auspicia repetendum Romam proficisceretur, &c. Cic. de Diuinat. 110, Attulit in causa pullos, is qui ex eo nominatur pullarius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pullatio, pullationis, (πολλοποιία,) Fœtura pullorũ. Colum. lib. 8. cap. 5. 6,
Plerique tamen etiam ab æstiuo solstitio non putant bonã pullationẽ.
Pullities, pullitiei, fœ. g. (νεοσσιά,) Ipsa pullatio, vel pulli ipsi. Colum. lib.
8. cap. 10. 4, de turture, Huius quis ætas ad faginam non tam vetus est
quãdiu quãm nouella. Itaque circa messem, quum iam cõfirmata est pul
lities, eligitur. Idẽ lib. 9. ca. 11, Itaq; qui primo Ver in eo vase nata est
pullities, nouus rex eliditur. De apibus. Et li. 8. ca. 14. 11, Et ea propter
etiã tenerrima pullities sæpe x L. diebus reddit opima. De anserib⁹.

Pullus, Adiectiuum, (φαιός,) Quod est natiui coloris, id est non ple
ne obscurum, Leucopo cõtrariumquòd pulli onium ferè eo
colore nascũtur. Virg. 3. Geor. 78, -ne maculis infuscet vellera pullis.
Id est nigris, inquit Seruius. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 13,
Concidit ad magicos hostia pulla deos.
Sunt qui dicunt hunc colorem, Hispanicum, siue Bæticum dici. A quo Pul
lati, etiam Bæticati dicuntur. Martial. lib. 1. 91, Et Bæticatus atque leu-
copratus. Cuius rei ratione adferũt, q̃ natiuus color in Hispania sub-
nigrior est, ideoq; minus vilis. Sipõtin. Vide Bæticus in BAETICA.
Agna pulla. Horat. 1. Serm. saty. 8. 6.
Aqua pulla. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 7.
Ficus pulla Horat. Epod. 16. 10.
Myrtus pulla. Horat. 1. Carm. ode 25. 4.
Pulli oleris radix, Hoc est olusatri. Colum. lib. 10. 13.
Potare solum & pulluo. Colum. lib. 2. cap. 10. 14, In Idus Oct. putre solum
quod Campani pullum vocant, plerunque defydecant.
Pulla terra. Colum. in Præfat. lib. 1, In alis regionibus nigra terra, quam
terram pullam vocant. Sic lib. 2. cap. 2. 15. Plin. lib. 17. cap. 4. 1, Nec pul
la, qualem habet Campania, vbique optima vitibus. Cato cap. 34, Ager
rubricosus, & terra pulla.
Vestis pulla, Fusca, atra, qua quis in luctu induitur. Cice. in Vatinium, 23,
Atque illud etiam & scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente fe-
ceris, vt in epulo Q. Arrii familiaris mei cum toga pulla accumberes.
Ibidem, 24, Quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? Idem 6.
Verr. 49, In hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere
solebat & pallio.

Pullãtus, pen. prod. Adiect. (μελανείμων,) Pulla veste indutus, hoc est Lu
gubrem habitum ferens, vel ex parentum morte, vel alia quauis ratio-
ne. Idem & atratus dicitur: qui mos à Lydis cœptus est. Cic. in Vatiniũ,
Quis vnquam cœnauit atratus? Et paulo pòst, Quum ipse epuli domi-
nus Q. Arrius albatus esset.
Pullata turba. Quintil. lib. 6. cap. 4. 5, Pugnam illam decertatoriam, impe-
ritis ac sæpe pullatæ turbæ relinquunt.
Circulus pullatus, pro Imperitorum turba. Quintil. lib. 2. cap. 11. 6, Iam
collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frentem cædere,
mirè ad pullatum circulum facit.
Pullatus, pro Vili persona, siue rudi & imperita. Sueton. in Augusto, cap.
44, Militem secreuit à populo, multis ex plebe proprios ordines asli-
gnauit, prætextatis cuneum suum & proximum pædagogis, sinxitque
nequis pullatorum media cauea sederet.
Pulligo, pen. prod. pulliginis, fœ. ge. (φαιότης,) Idem quod Pullus color.
Plin. lib. 8 cap. 48. 1, de lanarum generibus, Hispania nigri velleris præ-
cipuas habet: Polentia nixta Alpes cani: Afia rutili, quas Erythræas vo
cant: item Bætica: Canusium fului: Tarentum & suæ pulliginis.

Pulmentum, pulmenti, (ὄψον,) Ipsa puls, vel aliud cibarium ad
modum pultis factum. A puleius, Ius porcorum, pul
lorum, piscũ, & ius pulmentorũ largissimas epulas. Plaut. Aulul. 9. 37,
Pulmentum pridem ei eripuit miluius.
Cœnes vt pariter pulmenta laboribus empta. Horat. 1. epist. 19. 10.
Minuere in singula pulmenta mulum. Horat. 2. Serm. saty. 2. 7.
- laudas insane tribirem
Mulum, in singula quem minuas pulmenta necesse est.
Pulmentãris, & hoc pulmentãre, pen. prod. (ὀψαρτικός,) Quod pertinet
ad pulmentum. Plin. lib. 18. cap. 12. 1, Prætualens pulmentari cibo.
Pulmentarium, pulmentarii, (προσφάγιον, ὄψον,) Dicitur quod inter ci-
bos sumitur in similitudinem pultis factum, hoc est quod pulmenti vi-
cem præbet. Iuuenal. Saty. 7. 119, - veniet qui pulmentaria condit.
Plin. lib. 18. ca. 8. 3, Pulte autem non pane vixisse longo tepore Roma-
nos manifestũ quoniam inde & pulmentaria hodiq̃ dicuntur. Cato
cap. 18, Pulmentariam familiæ, oleæ caducæ quamplurimum conditos
postea oleas tempestiuas, vnde minimum olei fieri poterit, eas condito
& partito. Colum. lib. 11. ca. 3. 47, Satureia viridis esui est iucunda, nec
aridia inutilis ad pulmentaria condienda. Horat. 2. Serm. saty. 2. 4,
- tu pulmentaria quære Sudando.
Vncta pulmentaria. Persius Saty. 3. 11.

Pulmo, pulmõnis, masc. gen. (πνεύμων,) Notæ significationis. Plin.
lib. 11. cap. 37. 58, Sub corde pulmo est, spiritadique offici-
na, attrahens ac reddens animam, ideirco spongiosus, ac fistulis inani-
bus cauus.
Pulmo diuiditur in similitudinem vngulæ boui: atque eius quidem par-
tes, fibræ vocantur: ficut in omnibus visceribus, vnde etiam pulmones

plurali numero pro tota pulmonis substantia. Plaut. Curcul. 5. 22,
- lien necat, renes dolent,
Pulmones distrahuntur, cruciatur iecur. Cic. 2. Tuscul. 31,
Lateri inhærens morsu lacerat viscera,
Vrgentq̃ que grauiter pulmonum haurit spiritus. Ex Poeta.
Pulmo respiratione iuuat. Vnde Persius Saty. 1. 2, Grande aliquid, quod
pulmo animæ prælargus anhelet. Attollitur enim spiritum attrahen-
do, & emittendo deprimitur.
In pulmonibus inest raritas quædam & assimilis spongiæ mollitudo, ad
hauriendum spiritum aptissima, qui tum se contrahunt aspirantes, tum
spiritu dilatant, vt frequẽter ducatur cibus animalis, quo maximè alon
tur animantes. Cic. 2. de Nat. deorum, 205.
Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri, nec sine lingua, nec sine pa
lato, nec sine faucium, laterumue & pulmonum vi & figura potest. Cic.
1. Tuscul. 58.
Anheli pulmonis fibra. Lucan. lib. 1. 114.
Mollis pulmo. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 4.
Sanguineus pulmo. Seneca Oedipo, 4. 16.
Tunidi iecur pulmonis arentes fibras Distendit. Seneca Hercule
Oetæo, 9. 19.
Ignis edax errat imis pulmonibus. Ouid. 9. Metam. 41.
Rumpere pulmonem ventis. Persius Saty. 3. 3.
Pulmo prius venisset, quàm tu mihi aduenisti. Antiquum prouerbium in
tatdos. Plaut. Epid. 13. 21,
Di immortales, foccos iussi adimere pedibus: pulmo enim
(Quod perhibent) prius venisset, quàm tu aduenisti mihi.
D. Hæc ædepol remorata est me.
Ex pulmone nascitur tabes, quã Græci phthisin vocant: tunc enim pulmo
tabescit, atque adeò totum corpus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 4,
Cernis vt è molli sanguis pulmone remissus
Ad Stygias certo limite ducat aquas.
Pulmũculus, pulmũculi, pen. corr. m. g. Diminutiuum, Paruus pulmo, vel
aliquid paruo pulmoni simile. Solinus cap. 62, Sunt enim illis recipro-
cis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. De camelis.
Pulmonãtius, Adiectiuum, (περιπνευμονικός.) Quod laborat pulmonis
morbo: vt Quis pulmonaria, apud Columellam lib. 7. cap. 5. 12.

Pulpa, pulpæ, Pars in arboribus, & fruticibus, carne, nerui, venis &
filamentis constans, qui muiculus in humanis atq; odò alio-
rum animalium corporibus dicitur. Plin. lib. 16. cap. 28. 3, In quaram-
dam arborum caruibus pulpæ venæque sunt. Discrimen earum facile.
Venæ latiores (vel vt quidam legunt latiores, vel potius altiores) cam-
dioresque, pulpæ fistilibus insunt. Ideo fit, vt aure ad caput redis
quimlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite vel graphii sentiã-
tur, penetrante rectis meatibus sono. De succis arborum loquitur, & de
natura materiarum.
In pulpam, & In orbem arboris secari, differunt. Plin. lib. 16, Cætera mea
lirum genera fissis arboribus circumantur in pulpam: alioqui fragilis ci-
set vena in orbem arboris cæsa. Iudæus.
¶ Pulpa (inquit Donatus) caro ea quæ manducatur, eò quod pulcetur &
conscindatur. Persius Saty. 2. 7,
Quid iuuat hoc, templis nostros immittere mores,
Et bona dis ex hac scelerata ducere pulpa?
¶ Pulpa in petasone, quam volgus petiam carnis vocat. Martial. lib. 3. 35,
Et pulpam debio de petasone voras.
Pulpamentum, pulpamenti, A pulpa dictum est, & accipitur pro cibo lau-
tiore. Plaut. Curcul. 2. 90. Voltine oliosas, aut pulpamentum, aut cap-
rimi? Terent. Eunuch. 3. 1. 36, - iute
Lepus es, & pulpamentum quæris. Plaut. Pseud. 14. 42,
- vt ego te hodie accipiam lepidè, vbi effeceris hoc opus.
2. Ha ha he. P. lepido victu, vouentis, vino, & inter pocula pulpa-
mentis! Cic. 5. Tuscul. 130, Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceã-
mentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames: lacte, ca-
seo, carne vescor. Plin. lib. 9. cap. 15. 4, Plenis pulpamentis sale asperso
tur. De thynnis.

Pulpitum, pulpiti, pen. corr. (ἀναβαθμός, ἀναβαθμήριον, ὀκριβάς, ἐξέδρα,
μέλαν, μογγίστον,) Locus ante scenam editior, in quo omo-
nis comœdia recitabatur. Plin. epist. 90. lib. 4, Inde ista ludibria, scena
& pulpito digna. Martial. lib. 1. 72,
Illic æra sonant: at circum pulpita nostra,
Et steriles cathedras, basia sola crepant. Iuuenal. Saty. 6. 8,
Longa per angustos figamus pulpita vicos.
Rubra pulpita. Ouid. 1. de Arte, 21.
An genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum? Ouid. 1. Trist. 103.
Pulpita solennes non eluere crocos. Propert. lib. 4. eleg. 1. 4.
¶ Pulpitum, pro Suggesto, id est pro quocunque loco edito, vnde lemo
habeatur ad populum. Sueton. de Claris Grammat. 4. Repeto quendã
principem nomine, alternis diebus declamare, alternis disputare: nec
nullis verò mane differere: post meridiem, remoto pulpito declama-
re solitum.

Puls,

Puls, pultis, fœ. ge. (πολτός,) Victus antiquissimus ex farina, aqua, mel
le seu caseo, ouo decocto factus, quo pro pane veteres vtebantur. Plin. lib. 18. cap. 8, Pulte autem nõ pane, longo tempore vixisse Ro
manos manifestũ quoniam inde & pulmentaria hodiq̃ dicuntur.
Et Ennius antiquissimus vates, obsidionis famem exprimens, offam eri
puisse plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie sacra prisca
atque natalium pulte fritilla conficiuntur: videtúrque tam puls igno-
ta Græciæ fuisse, quàm Italiæ polenta.
Puls potissimum dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid
decidere, quod tripudium faceret, id est terripuium. Panire enim, feri
re est. Bonum enim augurium esse putabant si pulli, per quos auspica-
bantur, comedissent, præsertim si eis edentibus aliquid ab ore decidis-
set. Sinautem omino non edissent, arbitrabantur periculum imminẽ-
re. Hæc Festus. Cice. 2. de Diuina. 111. Nunc verò inclusa in cauea, &
fame enecta, si in offam pultis iuadit, & si aliquid ex ore cecidit, hoc tu
auspicium, aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas?
Fœnilecæ pultes. Persius Satyra 6, 4.
Fœnilecæ crasso vitiarunt vaguine pultes.

Pultiũla, pulticulæ, pe. cor. Diminut. (πολτάριον,) Plin. lib. 26. cap. 8. 15,
Exprimitur succus aqua madefacta, & ipsa concisa inspergitur oleri,
vel betæ, vel malaæ, vel salsamento, vel cum pulticula coquitur ad al-
uum vel in febri leniter soluendam. Columel. lib. 8. cap. 11, Nec minus
quolibet frumento cocta pulticula.
Pultarius, pultarii. (ἀλφιτήριον.) Vas in quo puls decoquebatur. Columel.
lib. 12. cap. 43, Sed vnę dependentes à matre sic in pultarios condi de-
bebant, ne quæ partes vasa contingant. Cornelius Celsus lib. 2. cap. 11,
Si cætera defecerint, caliculus aut pultarius oris compressioris ei rei
commodè aptatur. Plin. lib. 7. cap. 53. 6, Aedita cœna calidam potio-
nem in pultario poposcit.
Pultiphagus opifex, (πολτοφάγος,) qui pultem vorat, apud Plautum legi
tur, in Mostel. 10. 43. Nomen ioco fictum: per poeticam licentiam ex
Latino & Græco deductum.

Pulso, Pulsula, Pulsus, Pulto, Vide PELLO.

Puluinar, pe. prod. puluinãris, pe. prod. neu. ge. (πουλυπφάλαινα,)
Est quod capiti dormiruri supponimus. Iuue. Saty. 6. 14,
Fœda lupanaris tulit ad puluinar, odorem.
Locoumis coniux sua puluinaria seruat. Ouid. 2. de Pont. eleg. 2. 14.
Cœnale puluinar. Catul. Argon. 59. 10.
¶ Puluinar. Lectus qui in templis sterni consuetit, numini dicatus. Plin. in
Paneg. 20, Sed licet illum aris, puluinaribus, flamine colas, non alio ma
gis tamen deum & facis & probas, quàm quòd ipse talis es. Cice. pro
Domo sua, 105, Arã & ædiculam & puluinar sub saxo sacro dedicauit.
Idem 4. Tuscul. 7, Nec verò illud nõ eruditorum temporum argumẽtũ
est, quod & deorũ puluinaribus & epulis magistratum fides pcinunt.
Puluinar, simulacrum, fastigium, flamen. Cic. 2. Philipp. 106.
Alta puluinaria. Ouid. 14. Metamor. 166.
¶ Puluinar, abusiuè pro Templo ponitur. Inde apud Liuium legitur, Ad
omnia puluinaria sacrificatum fuisse. Cice. in Catil. 67. Quoniam ad
omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cũ con-
iugibus ac liberis vestris.
¶ Puluinaria, videntur etiam accipi pro illis puluinis in quibus simulacra
deorũ recumbentia collocantur. Acron, Puluinaria dicebantur aut le
ticæ diuorum, aut tabularia in quibus stabãt numina, vt eminentiora
viderentur.
Puluinarium, puluinarii, Idem quod puluinar, id est lectus qui in templis
sterni consueuerat. Liu. bel. Pun. 236, Et coruum in ædem Iunonis de-
uolasse, atque in ipso puluinario consedisse.
Puluinus, puluini, pen. prod. masc. gen. seu puluillus, à pluma quasi plumi
nus, quòd plumis pullorum fiat. Est autem quasi lectulus quidam exi-
guus, lana, vel tomento, vel pluma, aut alio genere huiusmodi plenus,
quo vtimur in sedendo. Plaut. Trucul. 19. 11, Opus est pulunis, cu-
sis, incumbulis. Cic. 1. de Orat. 15, Tum Crassum, imò verò commo
dius etiam puluinósque poposcisse, & omnes in iis sedibus quæ erat sub
platano, consedisse dicebat. Cato cap. 10. 4, Puluinos sexdecim. Ci-
cero, Paps. 110, lib. 9. 18. 9. Sella tibi erit in lodo tanquam hypodidasca
lo proxima: eam puluinus sequetur. Idem, Afferri iubit puluinos, & om
nes in suis sedibus sederunt. Catul. ad Flauium, 6. 2, Puluinúsque, per-
aque, & hìc & illic Attritus.
Equestris puluinus. Iuuena. Saty. 3. 16,
- exeat inquit,
Si pudor est, & de puluino surgat Equestri,
Cuius res legi non sufficit: & sedeant hic
Lenonum pueri quocunque in fornice nati.
Seneca lib. de Benefi. 6, Quum ex adultera in quæstuariam versa, ius om
nis licentiæ sub ignoto adultero peteret.
¶ Puluinus, pro Lectulo quandoque accipitur. Cice. 7. Verr. 12, Nam (vt
non fuit Bithiniæ regibus) lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus
erat perlucidus, Melitensi tela factus. Apul. Quatuor eunuchi
confestim puluinis compluribus, vento tumẽtibus, pluma delicata ter
restrem nobis cubitum perstruunt.
¶ Puluini, Areolæ terra elata ster duos sulcos in hortis, quæ porcæ à por
rigendo, in agris appellantur. Habet enim veluti puluinorum, in qui-
bus sedemus, similitudinem: propter quod & torus à quibusdam dici-
tur. Plin. lib. 19. cap. 4. 11, Areis distingui, easque relinpinis puluinorum
toris, ambire singulas tramitum sulcis, qua detur accessus homini seare
brisque decursus. Columel. lib. 11. cap. 3. 16, Vlpicum habet velut al
lium, plures cohærentes spicas, eaque quum sint diuisæ, liratim seri de-
bent, vt in puluinis positæ, minus infestentur hyemis aquis. Idem lib.
5. cap. 10. 14, Omnium autem generum ramos circam Calendas Mar-
tias in hortis subacta & stercorata terra supra puluinos arearum dispo
nere conuenit.
¶ Puluinum, pro loco, vbi homines sub dio in hortis, deliciarum causa ia
cent vsurpare videtur Plin. episto. 101. d. lib. 5, Ante porticum, xystus
concisus in plurimas species, distinctúsque buxo. demissus inde, prontis
que puluinus, cui bestiarum effigies inuicem aduersas buxus inseripsit.
¶ Puluinus, Arena durior, quæ in modum saxi lapidescit. Vitruu. lib.
5. ca. 12, Tunc ab ipsa terra siue crepidine puluinus firmissimè struat.
¶ Puluinus, Machina qua naues in portum subducuntur.

Puluinãtus, pe. prod. Adiect. Quod est ad similitudinem puluini, molle ac
conuexum. Plinius, Lanuginoso ac puluinato calyce. Idem lib. 15. cap.
22. 1, de nuce iuglandis, Puluinati primùm calycis, mox lignei putami-
nis. Et li. 17. cap. 22. 1, Cliuosa loca altiores poscunt ferobes, præterea
puluinatis à deuexitate labris.

Puluinulus, pen. corr. Diminut. Colum. de Arboribus, cap. 10. 4, Sed quæ-
cunque in cluis erunt positæ, ita ablaqueandæ sunt, vt à superiore par
te secundum codicem lacusculi fiant, ab inferiore autẽ puluinuli altio-
res excitentur.

Puluillus, Aliud diminutiuũ: vt sericei puluilli, Serico pãno obducti. Hora.
Epod. 8. 4, Quid, quòd libelli Stoici iter sericos iacẽre puluillos amãt?

Puluis, puluẽris, pe. cor. com. ge. (κονιορτός, κονίσαλος,) Notæ significi
cationis. Proper. lib. 1. eleg 21. 2, Sit mihi præcipuè puluis He
trusca dolor. Idem lib. 2. eleg. 1. 47, Et duo sint versus, qui nunc iacet
arida puluis, &c. Plin. lib. 35. cap. 13. 1, Quis enim satis miretur pesti
mam eius partem, ideòque puluerem appellatum in Puteolanis colli-
bus, opponi maris fluctibus, &c. Columel. lib. 8. cap. 4, de gallinis, Sic
cus etiam puluis & crinis vbiq̃ cohortem porticus vel tectum pro
tegit, iuxta parietes reponendus est, vt sit quo aues se perfundant. Ce
sar 4. bel. Gal. 579, Puluerem maiorem quàm consuetudo ferret, in ea
parte videri.
Nebula pulueris. Lucretius lib. 5. 52.
Aestiuus puluis. Claud. 4. Paneg. 43.
Altus puluis. Virgil. 4. Georg. 20, -ceu puluere ab alto
Quum venit, & terram sicco spait ore viator Aridus. Seneca Thyes-
te. 2. 11, - hic bibit Altum de rapido gurgite puluerem.
Ater puluis. Horatius 2. Serm. saty. 8. 11.
Cæcus puluis. Virgil. 12. Aeneid. 89.
Canus puluis. Claud. 1. de rapta Proserp. 38,
-cano rota puluere labens Sulcatam fœcundat humum. Stat. 1. Sylu.
2. 2, Quum stadio iam pigra quies: canũsque sederet Pulus.
Coctus puluis, Calx. Stat. 4. Sylu. 3. 11,
Illi saxa ligant, opúsque texunt
Cocto puluere, fordidoque topho.
Crassus puluis. Stat. 6. Thebaid, 164.
Crudus puluis. Persius Saty. 2. 7.
Exiguus puluis. Virgil. 4. Georg. 18.
Feralis puluis. Stat. 6. Thebaid. 7, -squalentiáque ora
Sparsus, & inculram ferali puluere barbam.
Fractus puluis. Stat. 6. Thebaid. 128, Raraque non fracto vestigia puluẽ-
re pendent. Id est apparent vestigia in summo puluere.
Hyberno letissima puluere farra. Virgil. 1. Georg. 21.
Immundus. Virgil. 10. Aeneid. 169.
Inanis. Ouid. 5. Fast. 131.
Indecoro puluere sordidus. Horat. 2. Carm. ode 1. 5.
Leuis puluis. Catul. de coma Berenicis, 61. 17.
Littoreus puluis. Stat. 6. Thebaid. 61.
Niger puluis. Virgil. 9. Aeneid. 7.
Obscurus puluis. Stat. 2. Sylu. 2. 7.
Siccus puluis. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 10.
Sordibus puluis. Ouid. 3. Amorum, eleg. 3. 9.
Turbidus puluis. Virg. 11. Aeneid. 176.
¶ Commoto puluere nubes. Silius lib. 4. 19.
Turbine collectus puluis. Horat. 1. Serm. saty. 4. 6.
Crines collinere puluere. Horat. 1. Carm. ode 15. 4.
Excutere puluerem. Ouid. 1. de Arte, 39.
Canitiem terra, atque infuso puluere fœdans, Catul. Argon. 69. 45.
Glomerato puluere vndans nubes. Silius lib. 13. 32.
- patulúmque inuectus in æquor

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erigit vndantem glomerato puluere nubem.
Haustus puluis. Ouid. 14. Metam. 28.
Mouere puluerē. Quint. li. 5. ca. 10. 58, Sed nec omne iter puluerē mouet.
Lumina obtenere haustu pulueris. Stat. 5. Sylu. 3. 45.
Roribus, & scisi respersus puluere campi. Stat. 8. Thebaid. 2.
Puluis & vmbra sumus. Horat. 4. Carm. ode 7. 3.
¶ Puluis, pro Loco certaminis. Cic. 3. de Legibus, Doctrinam ex vmbraculis eruditorum, otioque non modò in solem atque puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. Idem 1. de Orat. 74, Educenda inde dictio est ex hac domestica exercitatione & vmbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra, atque aciem forensem. Virg. 7. Aeneid. 33,
Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitantque in puluere currus.
Eruditus puluis. Cic. 2. de Nat. deorum, 68, Sed si hæc non videtis, quia nunquam eruditum illum puluerem attigistis.
In suo puluere currere, Id est in sua materia scribere. Ouidius Fastorum,
Inque suo noster puluere currat equus. Id est, In argumento Latino ingenium nostrum se exerceat. Budæus.
¶ Citra puluerem Græci dicunt contingere, quo quis facilè, citraque negotium potitur translatum vel ab aphe, id est à pulueris contactu, quo se spargebat, in palestrico certamine congressurus: vel certè à puluere, quo non indecorè sordidari scripsit Horatius eos qui certant Olympia, quique bellum gerunt. Plin. lib. 35. cap. 11. 18, Alcimacus Dioxippū qui pancratio Olympiæ citra pulueris iactū, (quod vocant ἄκονιτι) vicit Gel. lib. 5, Ouandi, inquit, causa est, quū deditione repētè facta, sine puluere, vt dici solet, incruēta q̄ victoria obuenit. Horat. 1. epist. 1. 10,
Quis circum pagos & circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis, sine puluere palmæ?
¶ Puluer apud antiquos dicebatur: vnde genitiuus puluerīs. Verùm in vsu tantum est puluis in recto, puluerīs in obliquis.
Puluis, huius puluis in genitiuo, (κόνις,) apud Catullum in Epithal. Iuliæ, 56. 42, Ille puluis Erithræi Sideramque micantium
Subducat numerum prius.
Puluisculus, puluisculi, pen. corr. masc. gen. (κονιοφρίδιον,) vel Puluisculum, neutro genere, Diminutiua: generaliter de omni puluere dicuntur. Apuleius in Apologia de Magia,
Misi, vt petisti, munditias dentium,
Nitellas oris, ex Arabicis frugibus
Tenuem, candificum, nobilem puluisculum,
Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,
Conuerritorem pridianæ relliquiæ,
Nequa visatur tetra labes sordium,
Restrictis fortè si labellis riserit.
Cum puluisculo dicimus quoties omnia sic tolluntur, vt nihil sit reliqui, ne puluis quidē. Plau. Trucul. 2. 16, Quo citius rem ab eo auferat cum puluisculo. Idem Rud. 20. 7, Conuerret iam hic me totū cū puluisculo.
Puluereus, Adiectiuū, (κονιαλέος,) Plenum pulueribus. Plin. lib. 18. ca. 11. 7, Gratia terræ eius puluerea summa.
Aequor puluereum, pro Circo vbi pugnatur. Stat. 11. Thebaid. 81,
Iamque in puluereum, furiis hortantibus, æquor Prosiliunt.
Circus puluereus. Stat. 6. Thebaid. 99.
Crinis puluereus. Stat. 6. Thebaid. 2.
Farina puluerea. Ouid. de Medicamine faciei, 13.
Nubes puluerea. Virg. 8. Aeneid. 119.
Palla puluerea. Ouid. 7. Metam. 141,
Puluereamque trahens per summa cacumina pallam,
Verrit humum. De Borea.
Solum puluereum. Ouid. 7. Metam. 23.
Turbo puluereus. Claud. de bel. Getico, 92.
Puluerulentus, Aliud adiect. (κονιορτώδης,) Idē. Cic. ad Atti. li. 5. 101. 1, Nunc iter conficiebamus æstuosa & puluerulēta via. Martial. lib. 3. 5, Est illi coniunx, quæ te manibusque, sinuque
Excipiet, vel si puluerulentus eas. Idem lib. 7. 31, Non harpasta vagus puluerulenta rapis. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 15, Minus valentium signa, si sunt pilosæ & horridæ, vt puluerulentæ, nisi opificii eas virgeat tempus. Plin. lib. 15. cap. 3. 3, Aquilæ certè ac signa puluerulenta illa & custodiis horrida, inunguntur festis diebus.
Aestas puluerulenta. Virg. 1. Georg. 14.
Agmina puluerulenta cerui glomerant fugā. Virg. 4. Aeneid. 31.
Iter puluerulentum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 58.
Præmia militiæ puluerulenta sequi. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.
Terga puluerulenta. Virg. 12. Aeneid. 93,
– versique vicissim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Via puluerulenta. Ouid. de Nuce, 18. Cic. Attico, lib. 5. 101. 1.
Puluero, puluerās, pen. corr. (κονιορτόω,) puluerare, Resoluere in puluerem. Colum. lib. 11. cap. 2. 45, Hoc eodem tempore prius quàm vineæ puluerentur, si perexilis est, vel rara ipsa vitis, lupini modii tres vel quatuor in singula iugera sparguntur & inoccantur.
Pulueratio, Verbale, (κονιορτισμός,) Genus culturæ, vt ait Serius in secundum Georgicorum, quo imminutæ glebæ vitibus applicantur. Columella. lib. 11. cap. 2. 45, Sed frigidioribus regionibus puluerationem faciunt, quam vocāt rustici occationem, quum omnis gleba in vineis refringitur, & resoluitur in puluerem. Idem lib. 4. cap. 28. 1, Florentem fructum mouere non expedit: pubescentem vero & quasi adolescentem conuenit religare, foliisque omnibus nudare, tum & crebris fossionibus implere: nam fit huberior puluerationibus.

Pumex, púmicis, pen. corr. masc. g. (κισσηρίς,) Lapis cauernosus ad corpora læuiganda laudatissimus, in mari crescens. Virg. 12. Aeneid. 118, – vt quum latebroso pumice pastor.
Plin. lib. 36. cap. 21. 5, Sed & ii pumices, qui sunt in vsu corporum læuigandorum fœminis, iam quidem & viris, atque, vt ait Catullus, libris, laudatissimi sunt in Melo, Scyro, Aeolis insulis. Probatio in candore, & in minimo pondere, & vt quāmaximè spongiosi, aridique sint, ac teri faciles, nec arenosi in fricando. Vis eorū in medicina, extenuare, siccare. Plaut. Aulul. 9. 18, Pumex nō æquè est aridus, atq; hic est senex. Mart. lib. 1. 188,
De primo dabit, alteroue nido
Rasum pumice, purpuraque cultum
Denatiis tibi quinque Martialem. Idem lib. 8. 66,
Nondum murice cultus, asperoque
Morsu pumicis aridi politus.
Caus pumex. Virg. 4. Georg. 9.
Excisus pumex. Ouid. 4. Fast. 99.
Latebrosus pumex. Virg. 5. Aeneid. 43.
Mordax pumex. Ouid. 1. de Arte, 102.
Multicauus pumex. Ouid. 8. Metam. 113.
Niueo de pumice fontes. Claud. 2. de raptu Proserp. 21.
Viuus pumex. Ouid. 3. Metam. 32.
Aequata pumice omnia. Catul. ad Varum, epig. 19. 2.
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 2.
Læuis pumice, pro Molli & effœminato. Iuuenal. Saty. 9. 10,
Nam res mortifera est inimicus pumice læuis.
Quòd neq; sim cedro flauus, nec pumice læuis. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 3.
¶ A pumice aquam quærere. Plaut. Persa, 1. 42,
Qua confidentia rogare tu à me tantum audes
Argentum impudens? quin si egomet totus vænearn, vix potest
Recipi quod tu me rogas. nam tu aquam à pumice nūc postulas. Erasmus, Aquam è pumice quærere à Plauto dictū, pro eo quod est, Frustra ab alio petere, cuius ipse à quo petas, maximè sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Perinde ac siquis ab indoctissimo doceri postulet, ab inconsultissimo consilium expetet, ab egeno munus, ab inope præsidium: denique ab auaro ac tenaci pecuniam. Est autem pumex lapis cauernosus quo solent poliri codices, naturæ adeò siccæ, vt si in vrceum bullientem immiseris, feruorē extinguat, non solùm ad tempus, sed in totum. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi q; vehemētissima siccitate spumam totā ad se trahere nitatur.
¶ Pumex, fœminino genere etiā reperitur. Catul. ad Cornelium, epig. 1. 1
Cui dono lepidum nouum libellum
Arida modò pumice expolitum Corneli?
Pumicōsus, pen. prod. Adiectiuum, (κισσηρώδης,) Quod pumicis vel naturam vel similitudinē habet. Hoc est, rarum & cauernosum. Plin. lib. 17. cap. 5. 3, Pumicosa terra. Idem lib. 32. ca. 8. 1, Quartum pumicosius, spongiæque putri simile, penè purpureum. Idem lib. 35. cap. 14. 4.
Pumiceus, Aliud adiectiuum. Idem, (κισσηρινός,) Plaut. Pseud. 3. 73,
– ō miserrime. c. Quin flet? p. pumiceos oculos habeo, non queo
Lachrumam exorare. Martial. lib. 1. 63,
Et quæ pumiceis fontibus antra calent.
Antra pumicea. Stat. lib. 3. Sylu. 1. 29.
Sedes pumiceæ. Silius lib. 7. 85.
Púmico, pumicas, pen. corr. (κισσηρίζω,) pumicare, Pumice polire, Læuigare. Tibul. li. 3. eleg. 1. 2, Pumicet, & canas tōdeat antè comas. Pli. epigr.
35. lz, Qui titulus à vita hois cōpti semp & pumicati non abhorrebat.

Pumilio, pumiliōnis, (πύγμη,) Qui nanus aliàs dicitur. Colum. lib. 8. cap. 2. 11, Pumiliones aues, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium reditum nimium probo. Plin. lib. 10. cap. 56, de gallinis loquens, Est & pumilionū genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus certa fœcunditas rara, & incubatio ouis noxia. De pumilione est epigrāma apud Martialem lib. 14. 218.
Púmilo, pen. corr. pumiliōnis, (πυγμαῖος,) Iegitur apud Statium pro Pumilione, lib. 1. Sylu. 6. 12, Hic audax subit ordo pumilonum,
Quos natura breui statu peracto,
Nodosū semel i globū ligauit. Producit hīc primā, quū alibi cōtrahat.
Pumilus, púmili, pen. corr. (ἀνθρωπάριον,) ab eodem Statio, pro Pumilione vsurpatur, lib. 1. Sylu. 6. 12, Casuræque vagis grues rapinis,
Mirantur pumilos ferociores. Cōtrahitq; primā, quum alibi producat.

Pumilus, pumili, Idem, (ἀνθρωπάριον,) Sueton. in Augusto, cap. 83, Nam pumilos, & distortos, & omnes generis eiusdem, vt ludibria natura, magnopere omnis, abhorrebat.

Punctus, masc. gen. (στιγμή, στίγμα, στιγμεῖον,) & punctum neutro genere frequentius. Tradunt Geometræ punctum est cui corpus indiuiduum, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehenditur, & ob incomprehensibilem breuitatem sui, in partes diuidi non potest, quod protractum lineam efficit, id est corpus vnius dimensionis. Plin. lib. 2. cap. 68. 4, Non aliud est terra in vniuerso, quàm mili punctū. A punctis, Vide A vel AB præpositiones.
¶ Punctum temporis, vel hora momentum. Cic. Cecinna, lib. 6. ep. 7, Itaque ne punctum quidem tēporis in ipsa fortuna fuisse. Idem 5. Verr. 72, Fatebor etiam illud inuitus, me prorsus, quòm iste punctum tempori bellum vacuum peccato præterire passus sit, omnia quæ ab isto cōmissa sunt, non potuisse cognoscere. Et pro A. Cluentio, 30, Neque postea Latini punctum est temporis commoratus. Item pro P. Sestio, 41, Illis inquam ipso diesdie dico: imò hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi, Reip. pernicies, Gabinio & Pisoni prouincia rogata est. Sic 1. Tuscul. 129, Totúmque hoc leue est, qualecunque est. fit enim ad punctum temporis. Et 1. de Natura deorum, 72, Quid potest esse minus quietum, quàm nullo puncto temporis intermisso versari circuitu ac cursu cæli admirabili celeritate? Cæsar 2. bel. Ciuil. 55, Ita multo ante mensium labor hostium perfidia, & vi tempestatis, puncto temporis interiit. Terent. Phorm. 1. 4. 6, –tam temporis punctum mihi
Adhuc nem est: herus adest. vbi Donatus, Pūctum, angustissimum spatium. Lucret. lib. 2. 63,
Mirque vides etiam patefactis temporis puncto
Conuertere, &c. Alii legunt tempore puncto, hoc est tempore non excedente puncti magnitudinem. Sic enim exponunt. Idem lib. 4. 34,
Temporis in puncto, rerum simulacra ferantur.
Omnibus minimis temporum punctis. Cic. 1. de natu. deor. 91.
Eodem puncto temporis quo, &c. Cic. pro Domo sua, 88.
Hoc dicam, hoc punctum temporis quo loquor defende si potes. Cic. 2. Philipp. 108.
Cui ex hominum vno puncto cædes. Cic. pro Flacco, 47.
Attendo enim paulisper, cogitationémque sobrii hominis ad punctum tēporis suscipe. Cic. 2. Philipp. 51.
Legis vno versiculo Senatus puncto tēporis sublatæ. Cic. 2. de Legib. 23.
Dies punctum. Lucre. lib. 4. 41,
Vnoque puncto certiuntur lapsa diei
Horæ puncto Horat. 1. epist. 2. 20.
¶ Punctum, Vide IN præpositionem.
¶ Punctum Suffragium & fauor: quoniam veteres suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Vnde Expuncti dicebantur viles, electi, sententiæ priuati. Horat. in Arte. 10, Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci. Id est, Solus suffragia iudicum tulit, qui & vtile & dulce scripsit. Nam qui iucunda modò scribunt, iis duntaxat placent, qui voluptatem appetunt. contrà qui vtilia, ab iis tantùm probantur quibus vtilitas quæritur. At qui voluptatem cum vtilitate coniunxit, is omnium suffragio laudabitur. Idem lib. 2. epist. 2. 20.
Dicendo Alcæus puncto illiusille meo quis?
Quàm nisi Callimachus? Idem in epigrammate Choliambico, quod refertur à Porphyrione.
Quintarum Rufus iste conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis,
Suffragiorum puncta non tulit septem. Cic. 2. Tuscul. 105, Quæ flammas est per quam non concurrerint hi qui hæc olim punctis singulis collocabant: Agit autem de magistratibus qui singulorum ciuium suffragiis mandabantur. Hæc ex Erasmo. Idem Cice. pro Plancio, 44 Nam quid? quæstus es, plures te testes habere de Volitinia, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. Et pro Murena, 65, Tamen admonitus te ipsa, tempordor quantum hæ quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis dimiserint. Id est, suffragiorum in comitiis.
Suffragiorum puncta occulere. Cice. 1. de Orat. 95.
Punctus etiam verbale à pungo. Vide paulo pòst.
Punctum, Ad verbium, Per punctiones, inflictionesque gladii, siue pangendo. Punctim cesimque, id est quod Gallicè dicimus, Destoc & de tail. Liu. 2. bel. Pun. 192, Hispano punctim magis quàm cæsim allueto petere hostem. A gladiatoribus tractum, qui in hostem irruentes, nūc punctim, nunc cæsim inciniant.
Pungo, pungis, púpugi, pen. corr. punctum, (στίζω, νύσσω, στιγματίζω,) pungere. Non tollim de ferro, sed etiam de quacunque alia re dicitur. Varro. Admota aspis quàm pupugerit, si non occidat, fatat ex psyllorum sile stirpe. Plaut. Trin. 13. 156,
Tandiadum meum ille
Fustis pungit aculeus, quid illi negotii fuerit ante ædes meas, Idem Trucul. 17. 76.
Nē ista stimulam longe habet, quæ vsque illinc
Cor pungit meum. Cice. 3. Tuscul. 139, Si ignominia pupugit, siquid tenebrarum offudit exilium. Idem pro Rosci Amer. 4. Hoc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, vt euellatis, postulat. Idem ad Atticū, lib. 2. 31. 1, Primo ita me pupugit, vt somnum mihi ademerit: sed id cogitatione magis quàm molestia. Eidem, lib. 13. 293. 4, Tu quid dicis? vnum enim pungit, ne neglectiores esse videamur. Idem 4. de Finib. 12, Pungunt quasi aculeis, interrogatiūculis angustis. Et ad Trebatium, lib. 7. 15. 1, Pungit me rursus, quòd scribis esse te ibi libenter.
Gladius qui per se pungere non potest. Cic. pro Sestio, 18.
Leuiter pungit cor animi dolor, Vide LEVIS
Suspiria pungere. Propertius lib. 3. eleg. 8. 6, Odi ego quæ nunquam pungunt suspiria somnos.
Primum epistola illa ita me pupugit, vt somnum mihi ademerit. Cic. Attico, lib. 2. 31. 1.
Pungens, Participium. (νύττων,) Plin. lib. 16. cap. 14. 3, Pungentia folia pino, &c. Idem lib. 8. cap. 57. 1, Alii lata fronte, alii acuta, alii herinaceorum genere pungentibus pilis.
Punctus, Aliud particip. (στιγθείς,) vt Vulnus punctum acu. Cice. pro Milone, 49.
Punctio, Verbale, (στίξις,) Plin. lib. 15. cap. 13. 7, Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones punctionesque, ne sentiantur. Sic lib. 34. ca. 15. 2.
Punctum, puncti, ne. ge. (νύγμα,) Idem. Plin. lib. 8. cap. 50. 2, Oculos suffusos capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi.
Punctus, huius punctus, (νύξις,) Ipse pungendi actus. Plin. lib. 29. ca. 6. 22, Mustelæ etiam oculis puncta eruris, aiunt vlsum reuerti.
Punctiūncula, pe. corre. Diminutiuum, (νυγμάτιον,) Seneca 3. de Ira, Magis ignosco ei qui vulnus inimici, quàm qui punctiunculam cōcupiscit. Vetitur eodem verbo lib. de Vita beata.

Punicus, pe. cor. Adiectiuū. (λιβυκός, φοινικικός,) Quasi pœnicus, à pœanus qui à Phœnicia, detracta aspiratiōe, deducit. Virgi. 1. Aenei. 69. Punica regna vides.
Bellum Punicum. Cic. 3. Tuscul. 86.
Gloria Punica, Gloria Pœnorum. Virg. 4. Aeneid. 10.
Punica sub lento cortice grana rubent. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 2.
Humus Punica. Ouid. epist. 7. 28. Mala Punica. Mart. lib. 1. 127.
Poma Punica. Ouid. 4. Fast. 121. Prælia Punica. Iuuen. Saty. 14. 16.
Regna Punica. Virgil. 11. Aeneid. 69.
Sagum Punicum. Horatius Epod. 9. 6.
Tempora Punica. Lucanus lib. 2. 10,
O miseræ sortis, quòd non in punica nati
Tempora, Cannarum fuimus, Trebiæque iuuentus.
¶ Punica fides, Pœnorum perfidia in prouerbium abiit: quòd ea gens peculiariter periurii, vanitatisque notata sit: quemadmodum abundè testatur Liuius 2. bel. Pun. 30, Quæ Punica religione seruata fides ab Annibale est. Ibidem 15, Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quàm Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deūm metus, nullum iusiurandum, nulla religio. Salustius in Iugurtha, Comperio Bochū magis Punica fide, quàm ob ea quæ prediscabat, simul Romanos & Numidam spe pacis detinuisse. Plautus, Nemo me Pœnus Punior, allodens ad morum perfidiam.
Pœni, fœdifragi semper habiti. Idem Pœnulo, 1. 111.
Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens,
Se scire, Pœnus planè est, quid verbis opus? Erasmus.
Puniceus, Aliud adiectiuum, Idem. (φοινίκεος,) Ouid. in Ibin, 57, A duce Puniceo perrulit ipse feras.
Punicus color, siue Puniceus, Qui est coloris rubentis, qui Græcè Phœnicos dicitur. Virg. 2. Aenei. 16, Puniceis inuecta rotis. Nam exhuberantissimum colorem testè Gellio lib. 3. cap. 9, significat. Plaut. Rud. 13. 60, Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo. Et paulo antè, Puniceus color. Plin. lib. 24. cap. 13. 3, Spina est appendix appellata, qūi baccæ puniceo colore in ea appendices vocātur. Idem lib. 34. ca. 10. 2, Deterior cinereus color, puniceus melior. Sic lib. 8. ca. 39. 2.
Aqua punicea Getico sanguine. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 4.
Colore puniceo matura arbuta. Lucret. lib. 5. 188.
Punicea depexa coma, sed lactea cruce est. Colum, lib. 10. 19.
Crocus puniceus. Ouid. 5. Fast. 63.
Cruor puniceus. Ouid. 15. Metam. 188.
Pennæ puniceæ. Virgil. 3. Georg. 75.
Pomum Puniceum. Ouid. 5. Metamor. 108.
Color flore rosæ puniceæ prior. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.
Roseta punicea. Virgil. eclog. 5. 4.
Sanguis puniceus. Stat. 1. Achilleid. 62.
Punicānus, pe. pro. (φοινίκιος,) Similiter adiect. vt Punicani lecti, ex Phœnicia, vel qualibus Carthaginienses vti solebant. Cic. pro Murena, 69. Aeque ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pellicularis hœdinis lectulos Punicanos, & expsuit vata Sama.
Punicanę fenestrę. Varr. 3. de Re rust. ca. 7. 4, περιστῴον, fit vt testudo, magna camera tect', vno ostio angusto, fenestris Punicanis, aut latioribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Punio, punis, puniui, punitum, pen. prod. (καλέω, τιμάω, ἀποτίνω, ἀποτιμάω, τιμωρέω, μετέχομαι,) punire, Castigare, supplicio afficere. Cic. 1. Offic. 125, Prohibenda autē est maximè ira in puniēdo.
Punire maleficium, peccatum. Cic. pro Cecinna, 5. & 2. de Inuent. 170.
Punire capite. Plin. epist. 167. l, Illi qui puniunt capite, initio statim in ultima dicendum.
Punire supplicio. Cic. pro Domo sua, 60, Tu supplicio puniendū putasti.
Punior, (τιμωρέομαι, ἀποτίνομαι,) Deponens. Cic. pro Milone, 15, Tu me iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimum multò crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare? Idem 2. de Inuent. 181, Tom leges quoque & iudicia demonstranda sunt, per quæ potuerit id peccatum quòd ipsum ponte sua reus punitus sit, moribus & iudicio vindicari. Quintil. lib. 9. cap. 3, Punitus est, vt fabricatus, figuratum esse dicit, Fiunt & in verbis, inquit, figuræ: vt Fabricatus est gladium, & Inimicos punitus est: quod mirum minus est, quòd in natura verborū est, & quæ facimus, patiendi modo sæpe dicere: vt Arbitror, Suspicor. & contrà faciendi quæ patimur: vt Vapulo. Ideoque frequens permutatio est.
¶ Punior, Pasiuum. Ouid. 9. Metam. 156,
Quòd videt hæc lucem, quòd non ego punior ipsa,
Consilium, monitumque tuum est miserere duarum.
Puniendus, Participium, (κολαστέος,) vt Facinus puniendum. Cicero pro Milone, 13.
Senatus meam domum à magistratibus defendendam, à iudicibus puniendam putauit. Cic. de Aruisp. respon. 14.
Iracundia est cupiditas puniendi doloris. Cic. 1. de Orat. 111.
Punitio, Verbale, (κόλασις,) Ipse puniendi actus.
Punitor, pen. prod. Verbale, m. g. (κολαστής,) Cic. pro Milone, 26, At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit vltor iniuriæ, punitor doloris fui.

Pupa, pupæ, (κοράσιον,) Puella. Ausonius, Barbara quæ Latias vinceris alumna pupas. Martialis lib. 4. 2, Pupam se dicit Gellia, quum sit annus.
Pupa, A similitudine, paruula puellaris imago dicitur. Varro in Orig. Itaque breui tempore magna pars in desyderium puparum & sigillorum veniebat. Moris autem fuit veterum puellarum, paruula quædam puellaria simulacra ex linteo insuere, deinde tomento infarcire, tum vestibus amicire. Hæc virgines pueritiam ingressæ Veneri tanquam virginitatis suæ insignia condonabant, vt fausium futurum matrimonium crederet. Persius Saty. 2. 7,
Dicite Pontifices in sacris quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine pupæ.

Pupilla, pupillæ, (κόρη, γλήνη,) Foramen vnius ex tunicis quæ in oculis sunt, quam rhagoidem Græci vocant, per quod foramen transfunditur spiritus visorius in res externas. Plin. lib. 28. cap. 6. 7, Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorū pupillæ imaginem reddant. Idem lib. 7. ca. 2. 8, Notabilius esse quòd pupillas binas in oculis singulis habeant. Cic. 1. de Nat. deorum, 113, Acies ipsa qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parua est, vt ea quæ nocere possint, facilè vitet. Vetus exēplar habet Pupula.
Púpula, púpulæ, pen. corr. Idem, (κόρη,) Lucret. lib. 2. 162,
Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in se
Pupula, quum sentire colorem dicitur album. Idem lib. 3. 83,
Vt lacerato oculo circum si pupula mansit
Incolumis, stat cernendi viuata potestas. Cic. 2. de Nat. deorum, 114,
Palpebræ quæ sunt regmenta oculorum, mollissimæ tactu, ne lederent aciem, aptissimè factæ, & ad claudendas pupulas, nequid incideret, & ad aperiendas. Catul. de Berecynthia, 58. 12,
Cupit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem.
Interminato quum semel fixe cibo
Intabuissent pupulæ. Horat. Epod. 5. 8.
Parnula sic torum peruisit pupula cœlum. Manilius lib. 4.

Pupillo, pupillas, pupillare, Verbum fictitium à voce pauonis. Author Philomele, 6, Pupillat pauo, trinsat hirundo vaga.

Pupillus, pupilli, & hæc Pupilla, pupillæ, (ὀρφανός,) A pupus deuatur, pro impube, qui desiit esse in patris potestate, vel morte, vel emancipatione, vt ait Pomponius, de Verb. signifi. L. Pupillus. Plin. epist. 176. b, Modò designatus ædilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, viduam vxorem, filiam pupillam ignaram aui, ignaramq; patris reliquit. Cic. de Claris Orat. Etsi Pupillus relictus est. Idem pro Cecinna, 40, Testamēto si recitatus hæres esset pupillus Cornelius. Et 3. Verr. 92, Is mortuus est, reliquit pupillum parum filium. Idem in Topic. 23, Non quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore soluas, ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo soluere. Horat. 1. epist. 1. 5,
– vt piger annua
Pupillis quos dura premit custodia matrum.
Pupillum fraudare qui in tutelam peruenit. Cic. pro Roscio Comœ. 9.
Infans pupilla. Cic. 3. Ver. 109, Iste ifanti pupillæ fortunas patrias ademit.
Pupillāris, & hoc pupillāre, penul. prod. (ὀρφανικός,) Quod ad pupillum pertinet. Liuius 4. bel. Pun. 81, Pecuniæ quoque pupillares primò, deinde viduarum cœptæ conferri. Plin. lib. 7. ca. 18. 1, In pupillaribus annis aquæ subter cutem fusæ morbo prohibitum humore à medicis, naturam fecisse consuetudine, atque senecta cauisse potu.

Puppis, huius puppis, f. g. (πρύμνα, ἄφλαστον, ἀντίπρωρον, ἄντινηον, ὄκριον,) Posterior pars nauis. Liuius 2. bel. Pun. 88, Naues omnes quæ non aut perfregerant proras litore illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altū extraxere. Cæsar 3. bel. Gal. 398, Atq; item puppes ad magnitudinē fluctuū tēpestatumq; accōmodatæ.
Sedere in puppi. Cic. de Senect. 16.
A puppi religatus, Id est ad puppim, Vide A præpositionem.
Puppis, pro Tota naui, apud poetas. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 1,
Dum mea puppis erat valida fundata carina. Virg. 10. Aeneid. 58,
Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pōtibus exponit. Id prosa oratio nō recipit, teste Quintiliano li. 8. c. 6.
¶ Adunca puppis. Ouid. 3. Metam. 132.
Aerata. Ouid. 8. Metam. 21.
Aerea. Virg. 6. Aeneid. 40.
Alta. Virg. 5. Aeneid. 3.
Cærulea. Virg. 6. Aeneid. 82.
Celeris. Ouid. epist. 18. 36.
Celia. Virg. 1. Aeneid. 38.
Concaua. Ouid. 1. de Arte, 81.
Cutua. Virg. 6. Aeneid. 1.
Emerita puppis. Stat. 2. Sylu. 2. 29, – nec vnquam
Emeritam in nostras puppem demitte procellas.
Fractæ puppes. Valer. 6. Argon. 53.
Incæsta puppis. Stat. 2. Achilleid. 73.
Inflexa puppis, Vide INFLECTO.
Laboratæ puppes arte. Ouid. epist. 18. 37.
Naufraga puppis. Ouid. epist. 2. 4.
Patulæ puppes. Virg. 3. Georg. 73.
Pictæ puppes. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.
Pronæ puppes. Claud. 4. Panegy. 100, – Nereus
Aestuat, & pronas puppes nunc amne secundo Nunc redeunte vehit.
Recurua puppis. Ouid. 8. Metam. 29.
Trunca puppis. Iuuenal. Saty. 12. 8.
Turritæ puppes. Virg. 8. Aeneid. 139.
¶ Iussus ines pertam Colchos aduertere puppim. Ouid. epist. 12. 5.
Applicare puppim littori. Seneca Hercu. furente, 9. 31.
Auferor vt rapida concita puppis aqua. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 1.
Consertis puppibus coit agmen. Lucan. lib. 5. 142.
Dirigit huc puppim fluctus. Lucan. lib. 3. 118.
Euertit puppim fluctus. Lucan. lib. 5. 130.
In littora exire fessis puppibus. Ouid. 6. Metam. 104.
Ignaua puppe facere iter. Ouid. epist. 20. 16.
Clamōque per immēsas puppe feruntur aquas. Ouid. 3. de Pont. eleg. 2. 19.
Iamque per Aegeos ibat Laertia fluctus Puppis. Stat. 2. Achil. 1.
Hostiliumque nauium portu latent
Puppes sinistrorsum citæ. Horat. Epod. 9. 4.
Summersas obruit puppes. Virg. 1. Aeneid. 15.
Laceras puppes refeci. Ouid. epist. 2. 9.
Et Scythicum profuga scindere puppe fretum. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 4.
Non puppis vmbras furtiua transuexit meas. Seneca Hercula Oetęo, 16. 5.
Intelligit nigram cymbam Charontis.
¶ Puppis, metaphorica vsus est Plautus in Epid. 2. 70, Hæccine vbi sebibit senex, istæc puppis perenda est probe?
¶ Puppis, pro Loco honoratissimo in Repub. Cic. ad Papyrium Pætum, lib. 9. ep. 9, Sedebamus enim in puppi, & clauum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus. Id est Rempub. ciuitatis principes tenebamus. Idem ad Cornificium, lib. 12. ep. 11, Quamobrem mi Quinte conscende nobiscum, & quidem ad puppim: vna nauis est iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam, vt rectam teneamus, vtinam prospero curiu: sed quicunque venti erunt, ars nostra certè non aberit.
PVPPIVS, (πόππιος,) Poeta Tragœdiographus (inquit Acron apud Horatium) ita affectus spectantium mouit, vt eos flere compelleret. Inde huius poemata, lachrymosa vocauit Horatius 1. epist. 1. 14,
Vt propius spectes lachrymosa poemata Puppi.

Pupula, Vide PVPILLA.

Pupus, pupi, masc. gen. (βρέφος,) Paruulus tenerior. Varro, Mammam lactantis sugentem pascere pupum.
Púpulus, púpuli, pen. corr. Diminutiuum, (βρεφύλλιον,) Catul. ad Catonem, epig. 5. 1. Deprehendi modò pupulum puellæ Trusantem.

Purgo, purgas, (καθαίρω, καθαρίζω, διακαθαίρω, διακαθαρίζω, φοιβάω, ἁγνίζω,) purgare, Mundare, quasi purum agere. Columel. de arboribus, cap. 8. 4, Itaque cauatum foramen quum purgauimus, vndique ad rasos circulos inferimus.
Purgare à Cato ca. 65, Si inquinata erit, lauito, à foliis & stercore purgato, Vomitione

Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curant. Cicero. 1. de Nat. deorum, 189.
Agros & agi estes purgare. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 4.
Nec dubitem longis purgare ligonibus arua. Ouid. 1. de Ponto, el. 9. 12.
Aqua proiecta corpus purgare. Ouid. in Ibin, 91.
Immissi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum. Cicero 5. Tuscul. 93.
Omnia purgat edax ignis. Ouid. 4. Fast. 158.
Purgare pisces. Teren. Adel. 5. 3. 22, Pisces cæteros purga Dromo.
Vngues cultello purgare. Horat. 1. epist. 7. 10.
¶ Purgare, cum genitiuo. Horat. 2. Serm. saty. 3. 6. – noui, Et morbi minor purgatum te illius.
¶ Purgare se apud aliquem, vel alicui, de re aliqua. Id est se excusare. Plaut. Amphit. 10. 28, Et id huc reuoret, vt me de hoc purgarem tibi. Teren. Eunuch. 3. 1. 43,
Sed heus tu, purgōn' ego me de istac, Thaidē,
Quòd eam me amare suspicatur. Plau. Aulul. 30. 23, Non mihi homines placent, qui quū malefecerunt, purgant. Terent. Adelph. 4. 3. 17, Quapropter teipsum purgare ipsis coram placabilius est. Idem Hecyra, 4. 4. 30.
Myrrhina ira Phidippo dixit, iureiurando meo
Se fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum. Cic. ad Atticum, lib. 10. ep. 8. 6, De altero ei me purgaui. Eidem, lib. 1. ep. 14. Quintus frater purgat se multum per literas, & affirmat nil à se euiquam de te secus esse dictum.
Se alicui de aliquo purgare. Cic. Cornificio, lib. 12. ep. 7. Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem.
Siquis tibi se purgare uoleat, quòd suspectum esse arbitretur. Q. Cicero de Petit. Consul. 24.
Ab aliquo cui te purges, ueniam petere. Cic. in Orat. 135.
Arguere & purgare, cōtraria. Cic. pro Rosc. Amer. 71, Seruos ipsos, quod ad me attinet, neque argno, neque purgo.
Crimē purgare, Eluere, uel diluere. Cicc. pro Cluentio. 1. Vt non existimetis plus vos ad saluté reo largiri oportere, quàm quantum defensor purgandis criminibus consequi, & dicendo probare potuerit.
Vulnus purgare, Curare, & ei remedium adhibere. Plin. lib. 8. cap. 27. 5, Palūbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annuū fastidium purgāt.
Fidem purgare letho. Claud. de bello Getico, 119.
Pestem purgauit dictis. Lucretius lib. 6. 5.
Nātis purgare ferro. Silius lib. 11. 40.
Purgans, Participium. (καθαίρων,) Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 11, 1, bibe diuisum purgantes pectora succos.
Purgatus, pen. prod. Aliud participium (κεκαθαρμένος) vt Aether purgatus
nitet discussis nubibus. Silius lib. 12. 128.
Est mihi purgatam crebrò qui personet aurem. Horat. 1. epist. 1. 2.
Si parum uobis essem sine defensione, purgatus. Cic. 14. Phil. 396.
Purgatio, Verbale, (καθαρμός, καθάρσιον, καθαρσις,) Ipse purgādi actus
Plinius, Suffimentum cædis hostium & purgatio. Idem lib. 16. cap. 44. 11, Dein ea plagnefacit quæ suffecere purgationi.
Purgatio, pro curationibus quæ medicamentis fiunt. Cicero ad Tironem, libro 16. ep. 1, Ego uerò cupio te ad me uenire, sed uiā timeo, grauissimæ ægrotationis, & purgationibus, & ui ipsius morbi cōsumptus es.
Aesculapius primus alui purgationem inuenit. Ci. 3. de Na. deo. 78.
Purgationes fœminarum, pro Menstruis. Plin. lib. 10. cap. 4. 1, Idem lib. 36. ca. 15. 9, Purgationes fœminarum in uino potum elicit.
Purgationibus fœminarum & uesicæ & urinæ utile decoctum.
¶ Purgatio (παραίτησις) Excusatio. Terent. Heaut. 4. 1. 12, Nescio quid peccati portet hæc purgatio. Cic. 4. Verr. 119, Sed ego Metello non iudicio, neque ei suam purgationem eripio, qua ille apud omnes utitur, ut nihil malitiosè, neque consultò fecisse uideatur.
Purgatio est quum factum conceditur, culpa remouetur. Cic. 1. de Inuent. 22.
Purgamen, pen. prod. purgaminis, siue Purgamentum, purgaméti, (ἀπόκριμα,) Sordes quæ ex re aliqua immisda & lurida tergitur & repurgatur. Cola. li. 1. ca. 6, Sterquilinia quoque duo fint: unum, quod noua purgamenta recipiat, & in annum conseruet. alterū uerò, ex quo uetera uelantur. Idem lib. 2. cap. 15, 1, Secundū deinde quod homines faciunt, si & aliis uillæ purgamentis immiscetur, quoniam per se est naturæ fertilioris, & idcirco terram perurit. Liu. 1. ab Vrbe, 144, Cloacamque maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terram agendam.
Latius etiā pater significatio. Sene. epist. 75, Nō aliter quàm fimus sterilis ac paludis bona femina necat, ac deinde purgaméta pro frugibus eiet. Id est herbas inutiles & quæ sint proiicienda; uel res nihili.
Purgabilis, & hoc purgabile, pen. cor. (σύκαθαρτος.) Quod facilè purgatur. Plinius lib. 15. cap. 13. 2, Rotundior quæ balanitis uocatur, purgabilis maximè & sponte prosiliens.

Purifico, Puritas, uide Purus,

Purpura, purpuræ, penult. correp. (πορφύρα, ἁλουργόν, φοινικίς,) Piscis ex conchartum genere annos septenos uimens. Congregatur verno tempore, mutuoque attritu lentorem quendā veluti ceræ emittit. Sed nobilem illum succum ad tingendas vestes in mediis faucibus habet: reliquo corpore ferè sterilis. Cum vita succū emittit, & ideo viuas capere oportet. Hinc purpureus color dicitur, qui nigricantis rosæ splendore fulluet, cæterorum omnium gratissimus, & tingendis vestibus maximè expetitus. Hæc ferè ex Plinio, lib. 9. cap. 36, vbi plura leges.
Purpura, vt Vitruuius ait, lib. 7. cap. 13. pro solis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem procreat Africa, id est quasi violaceum colorem: Tyros autem, rubeum.
Purpura antiquitus erat insigne Romanorum magistratuum, quod Martialis affirmat, quum ait, Diuisit nostras purpura vestra togas. Bayfius.
Ardens purpura. Iuuen. Saty. 11. 16.
Coæ purpuræ. Horat. 4. Carm. ode. 13. 3.
Igneа purpura. Valer. 1. Argon. 86,
Illis Tenareo pariter tremit ignea fuco Purpura.
Laconiæ purpuræ. Horat. 2. Carm. ode. 18. 2.
Melibœa purpura. Lucret. lib. 2. 101,
Iam tibi Barbaricæ vestes, Melibœaque fulgens
Purpura, Thessalico conchartum tincta colore.
Oebalis purpura. Stat. 1. Sylu. 2. 31.
Picta purpura. Virgil. 7. Aeneid. 51.
Tyria purpura. Cic. pro Flacco, 55.
Violacea purpura. Plinius, Nepos Cornelius qui dini Augusti principatu obiit, Me (inquit) iuuene, violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum vænibat. Id est, decē aureis solatis. Hæc Bayfius, apud quē plura legito de purpuræ pretio & vsu.
Vsque ad talos demissa purpura. Cicc. pro Cluentio, 85.
Illius è roseo flammatur purpura vultu. Stat. 1. Achill. 60.
Fulgere purpura. Cic. 2. in Cati. 28, Qui nitet vuguētis, q; fulgēt purpura.
Numeros cum numeris tanquam purpuram misceri. Cicc. in Orat. 114.
¶ Purpura, pro Magistratibus Martialis, Purpura te fœlix, te colit omnis honos. Plin. lib. 10. cap. 21. 3, vbi de galla gallinaceis, Vt planè dignę aliti honoris tūc habeat Romana purpura. Id est Romani magistratus.
Regum purpura. Virg. 2. Georg. 99.
Iamque noui præeunt fasces, noua purpura fulget. Ouid. 1. Fast. 17
Per hoc inane purpuræ decus precor. Horat. Epod. 5. 2.
Purpureus, A dictiūm. (πορφυρέος, πορφυρόεις, ἁλουργής, ὄσσινος,)
Quod purpuræ colorem refert. Plin. lib. 10. cap. 32. 1, Tantum purpureis & candidis, admistis pennis. Purpureum autem colorem ab Hercule primùm inuentum pulchrè docet Bayfius in libello de Re vestiaria, ex Iulio Polluce.
¶ Purpureus, Pulcher, Virgil. 1. Geor. 82.
Et pro purpureo pœnas dat Sylla capillo.
Aer purpureus. Ouid. 6. Metamorph. 10.
Amictus purpureus. Virg. 3. Aeneid. 81.
Anima purpurea, Virgil. 9. Aeneid. 70. Vide ANIMA.
Aurora purpurea. Ouid. 3. Metamor. 37.
Color purpureus, est niger rubore quodam admisto. Quandoque dicitur cæruleus, quandò de mari vel flumine dicitur. Virgil 4. Georgi. 75, In mare purpureum violentior influit amnis. Cicc. 4. Acad. 188, Mare illud quod nunc Fauonio nascente purpureum videtur, idem huic nostro videbitur.
Purpureus quondam color ossa reliquit. Virgi. 11. Aeneid. 164.
Colore purpureo cassia. Plin. lib. 12. cap. 19. 10.
Coma purpurea. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 13.
Cultus purpurei. Stat. 6. Thebaid. 16.
Purpureum rapido qui vehit axe diem. Ouid. 3. Fast. 104.
Ensis purpureus. Pers. Saty. 3. 5.
Flores purpurei. Virgil. 4. Georg. 9.
Flore purpureo asarum. Plin. lib. 12. cap. 13. 1.
Genæ purpureæ. Ouid. 1. Amorum, eleg. 4. 5.
Ignis purpureus. Stat. 1. Achill. 33.
– niueo natat ignis in ore
Purpureus, fuluoque nitet coma gratior auro.
Labella purpurea. Ouid. 1. Amorum, eleg. 13. 6.
Lætáque purpurea luce refulsit humus. Ouid. 6. Fast. 51.
Lumen purpureum. Virgil. 1. Aeneid. 120.
Plenáque purpureo subrubet vua mero. Ouid. 2. de Arte, 64.
Nam modò purpureo vires capit Eurus ab Ortu. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 6.
Os purpureum. Horat. 3. Carm. ode 3. 3.
Pallium purpureum. Cic. 7. Verr. 76.
Panis purpureus. Plaut. Menæh. 20. 19,
– quin me interrogas,
Purpureum panem an puniceum soleam ego esse, an luteum?
Pudor purpureus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 3. 3.
Inter pyra generosissima recenset purpurea Columel. lib. 5. cap. 10. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item pruna purpurea, lib.12.cap.10.3.
Rubor purpureus.Senec.Hipp.4.4.
Sanguis purpureus Homero cur dictus.Plin.lib.9.cap.38.
Torus purpureus Ouid.epist.5.17.
Ver purpureum.Virg.9.eclog.7.
Vestes purpureæ.Virg.6.Aeneid.45.
Vestes purpureæ dictæ sunt Tyriæ, à loco ubi purpura fit.Plinius lib.11. cap.37.16.Cæsari Dictatori,quo die primum uestè purpurea processit,atque in sella aurea sedit,sacrificanti bis in extis defuit cor. Sic Cicero 1.de Diuinat.164.
Vestitus purpureus.Cic.2.de Diuinat.55.
Vuæ purpureæ.Ouid.13.Metam.174.
Purpureus Lunæ sanguine uultus erat.Oui.1.Amor.eleg.8.3.
¶ Purpureus,pro Purpurato.Horat.1.Carm.ode.35.3,Et purpurei meruunt tyranni.
Reges purpurei.Claud.de raptu Proserp.lib.2.60.
Purpuro,purpuras,penult.cor.(πορφυρίζω,) purpuræ colorem habere, siue reddere.Colum.lib.10.10,
Tum quæ pallet humi,quæ frondens purpurat auro,
Ponatur uiola,& nimium rosa,plena pudoris.
Purpuraſco,purpuraſcis,(πορφυρίζομαι,)purpuraſcere,Purpureum fieri. Cicero in Acad.Quid mare,nonne cæruleum?aut eius unda, quum est pulsa?emis,purpuraſcit?
Purpuratus,penult.prod.Adiectiuum,(πορφυροῦνατος,)Quod est purpura ornatum. Vnde Purpurati,dicuntur ii qui apud principes dignitate antecellũt.Cic.1.Tusc.u.184 Istis quęso,inquit,ista horribilia minitare purpuratis tuis. Liu.1.bel Maced.137,Cum duce Athenagora uno ex purpuratis. Idem 10 bel.Pun.196,Sopratrum ex purpuratis & propinquis regis esse.Sic Cicero 4.in Catil.83,Purpuratus Gabinius.
Purpuratius.Aliud adiectiuũ,(πλουσιακός,) Quod ad purpurã pertinet: vt Officina,purpuraria,in qua purpura fit. Pli.lib.35.ca.6.10, Alterũ genus eius est in purpuratis officinis.
Purpuriſſum,purpuriſſi,(πολυτέλεια,)Genᵒ coloris factitii,quo vtũtur pictores,fitque è creta argẽtaria,& eũ purpuris pariter tingitur,bibitque eũ colore celerius q̃ lanæ.Plin.lib.35.cap.6.14.Et reliquis coloribus, quos à dominis dari diximus propter magnitudinẽ pretii, ante omnes est purpuriſſum è creta argentaria:cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius lauis. Plaut.Mostel 4.103,
Tum tu igitur cedo purpuriſſum.s.non dorſcita es tu quidem, Noua pictura interpolare uis opus lepidiſsimum.
Purpuriſſo, purpuriſſas,(κατεμπορεύω,)purpuriſſare, Purpuriſſo inficere. Plaut.Trucul.6.34.
Expellam.A.quanam gratia?.quia adeò fores nostras iunctas audes Accedere,quasque istas buccas tam bellè purpuriſſatas habes. Porpuriſſo enim utebantur mulieres ad labra & genas tingendas,quemadmodum hodie plerunque apud Italos fieri uidemus.

Purrhicharii, qui dicantur in L.Aut damnum,De pœnis, Vide in dictione PYRRHICHA.

Purus, Adiectiuum(καθαρός,καθαίρω,ἄκρατος,ἄκακος,ἀγνότης,) Mundus,sine sorde.
Ad cibum purus.Vide in præpositione AD.
Purus ab.Liu.1.ab Vrbe cond.Et extrinsecus puri aliquid ab humano pateret cultu Id est vacui.Intelligit de pomœriis.
Nulla in hac urbe domus ab hac religionis suspicione tam uacua atque pura est.Cic.de Aruſp.respon.8.
Purus & liquidus.Ci.pro Ceciona,57,Quicquid inde haurias,purum, liquidumque te haurire sentias.
Purus & insons.Horat.1.Serm.sat.6.14.
Purus & religiosus.Cic.de Aruſp.respon.49.
Sceleris purus.Horat.1.Carm.ode 22.1.
¶ Aër purus Lucret.lib 4.62.
Aer purus ac tenuis,cui opponitur Crassus, & concretus. Cic. 2. de Nat. deorum,60.
Amnis purus.Horat 2.epist.2.24.
Electio purior amnis.Virg.3.Georg.105.
Animus omni admistione corporis liberatus,purus,& integer esse cœpit. Cic.de Senect.73.
Castus animus & purus Cic.1.Diuinat.198.
Aqua pura.Horat.3.Carm.ode 16.6.
Argentum purum.Cic.6.Ver.43.
Argenti uascula puri.Iuuen.Saty.9.15. Et saty.10.2.
Aurum purum,inquit Festus,in sacris dicitur quod in usu spurco non fuerit.Aliàs Purum aurum,quod expurgatum,excoctumque est.
Campus purus ac patens.Liu 4.bel.Pun.67,Postero die signis collatis dimicaturum puto ac patenti campo,ubi sine ullo insidiarum metu uera uirtute geri res posset.
Charta pura,Vlpiano.In qua nihil scriptum est.Budæus.
Et purum est utrio tibi, quum tumidum est cor ? Horatius 2. Serm. Saty.3.43.

Dies pura.Claud.2.de raptu Proser.1.
Domus hac nec purior uilla est.Horat.2.Serm.saty.9.10.
Duellum purum & pium.Liu.1.ab Vrbe,144,Puro,pioque duello quærendas censeo,itaque consentio,conciscoque.
Fides pura.Ouid.1.Amorum,eleg.3.2.
Genæ puræ.Senec.Hippol.5.12.
Hasta pura,id est Sine ferro:præmium fuit apud antiquos eorum qui prælio uicissẽt:author Seruius.Virg.6.Aeneid.152.
Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta.
Historia pura & illustris Cic.de Clar.Orat.147.
Hostia pura.Plin.lib.8.cap.5.12,Suis fœtus sacrificio die quinto purus est,pecoris die octauo, bouis tricesimo. Coruncanius ruminales hostias,donec bidentes fierent,puras negauit.
Humus subacta atque pura Cic.de Senect.55.
Iudicium purum postulare.Cic.2.de Inuent.164,Agit is cui mannis præcisa est,iniuriarũ postulat is quicum agitur, à Prætore exceptionem, extra quam in rem capitis præiudicium fiat.Hic is qui agit, iudicium purum postulat:ille quicum agitur,exceptionem addi ait oportere.
Libertas pura.Claud.2.Paneg.33.
Locum purum Vlpianus esse definit, qui nec sanctus,nec sacer,nec religiosus est.De religiosis & sumptibus funerum,L.Locum.
Luna pura.Horat.1.Carm.ode 5.4.
Lux pura.Virg.2.Aeneid.118.
Mella purissima.Virg.4.Georg.33.
Pura atque integra mens.Cic.pro Milone,45.
Nox pura.Virg.9.eclog.8.
Oratio pura.Terent.in Prologo Heaut.46,In hac est pura oratio, expetimini.Id est,quæ facilè assensum auditorum incat.
Orbis purus Ouid.1.Amorum,eleg.8.2,
Quum uolaret,puro fulget in orbe dies.
Pectus purum.Horat.1.epist.2.14.
Concha salis puri.Horat.1.Serm saty.3.3.
Sol purus Horat.3.Carm.ode 29.9.
Syncertitas pura.Plin.li.15.ca.6.2,Vt quãmaximè pura syncertitas cõsteat.
Thus purũ. Plin.lib 12.cap.14.7,Purius illo modo,sed hoc põderosius.
Toga pura.Plin.lib 8.cap.48.5.Ea prima texuit rectam tunicam,qua sipul cum toga pura tirones induuntur,nouæque nuptæ.
Vasa pura,sine emblemate,cælatura,aut incrustatione. Paulus in L. Si item,De rei uendicatione,Quanuis & in uasis occurrat difficultas,pura,aut cælata sint dici oportet.
Non satis est puris uersum perscribere uerbis.Horat.1.Serm.satyra 4.11.
Vesper purus.Horat.3.Carm.ode 19.6.
Vestis pura.Virg.12.Aeneid.14.
Vestimenta pura,à ueteribus dicebãtur,quæ sacerdotes ad sacrificia sumebant,id est non obsita,non fucata,non maculam habentia.Festus.
Vinum purum.Ouid.7.Metam.121.
Vir purus pudens.Cic.pro Rosc.Comœdo.10.
Vuula pura.Virg.7.Aeneid.46.
Purè,Aduerbiũ,(καθαρῶς,) Plin.Aul.8.3,Vascula intus purè, ppera,atq; elue.Plin.lib.18.cap.35.11,At si circà purè stabũt,certos. De stellis uẽtos nuntiantibus.Vetus tamen codex habet, Aut si cursitabũt. Cic.1. de Na.deo 5,Hæc enim omnia purè ac castè tribuenda deorũ numini.
Quietè,purè,& eleganter acta ætas.Cic.de Senect.12.
Apparet tibi purè res Horat.1.Serm.saty.2.20.
Lauari purè.Tibull lib.2.eleg.3.5.
Loqui purè & emendatè Cic.de Opt.gen.Orat.143.
Loqui Latinè & purè.Cic.1.de Orat.70.
Purè & castè deos venerari Cic.1.de Nat.deorum,5.
Pũritèr,pen.corr.(καθαρίως,)Aliud aduerbium, Idem. Cato cap.23.1, Succum puritèr omnium dierum pariter in dolia diuidito. Idem ca. 90,Postea fabam fressam,putam,& far purum facito,& fabę tertia pars vt inferuescat:quum feruere incipiet,puritèr facito.Catul in Egnatiũ, epigr.37.4,Aut quilibet qui puritèr lauit dentes.
Pũritas,pen.corr.puritatis,f.g.(καθαρότης,)Munditia
Purificò,purificas,pen.corr. (καθαροποιῶ,) purificare,Purũ facere.Suet. in Octauio Augusto,cap.94,Pauloque post egressum,illamque expergefactam,quasi à concubitu mariti purificasse se, & statim in corpore eius extitisse maculam depicti draconis. Plin.lib.10.cap. 41, Villarius gallinis et religio inest.Inhorrescunt edito ouo,excutiuntque sese, & circumactæ purificant,ac festuca aliqua sese & oua lustrant. Idem lib.8.cap.1.7,de elephantis,Authores sunt, in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem,cui nomen est Amillo,nitescente luna noua, greges eorum descendere,ibique se purificantes solenniter aqua circumspergi,atque ita salutato sidere in sylvas reuerti.
Purificatio,Verbale,(καθαρισμός,) Plin lib.15.cap.30.10, Eadem purificationibus adhibetur. Sic Martialis lib.8.1.vide LVSTRVM.

Pus, pũris,neut.gen.(πύω,)Sanies est.& quicunque humor in putredinem versus.Plinius,Ad puris & sanguinis excreationes. Idem lib.28.cap.11.13,Si grauitas sit audiendi, sel bubalum cum vrina capræ

præ ueli hirci,vel si pus sit. Idem lib.23.cap.4.2.Vtiliter etiam auribus instillatur cum melle,vel si pus effluat.
Pus à sanie distinguit Celsus his verbis,lib.5.cap.26,Sanguis omnibus nomen est.Sanies tenuior hoc,varè crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum,albidissimumque,glutinosius & sanguine & sanie.Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut iam senescente. Sanies est inter vtrumque tempus.Pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante.
Maturus pus.Celsus lib.5.cap.18,Vbi id maturum est,rumpit cutem.
Effunditur pus.Celsus lib.2.cap.8, Pus quoque quacunque parte erumpit,si est leue,album,& vnius coloris,sine vllo metu est, & quo effuso lybris protinus conquieuit.
Erumpit pus,Vide in proximo præcedenti exemplo Celsi.
Exit pus ex iecinore.Celsus lib.2.cap.8.
Exonero purè,si leuis plaga est.Celsus lib.6.cap.12.
Expimere pus.Celsus lib.5.cap.28,De furunculo.
Exsuere pus.Celsus lib.2.cap.8.
Fermè pus ex vomica.Celsus lib.2.cap.8,Si in iecinore vomica est, & ex ea fertur pus purum & album,salus ei facilis.
Maturare pus Cels.lib.5.cap.18,Ad idem latus Andreæ quoque malagma est,quod etiam resoluit,educit humorem.pus maturat.
Mouere pus dicitur emplastrum.Celsus,Aliud emplastrum eodem nomine puri mouendo est.Hoc est,valet ad excitãdum & extrahendũ pus. Idem lib.5.cap.3.Concoquunt & mouent pus.
Mouendo puri accommodatum,Vide ACCOMMODO.
Ortum pus.Celsus lib.5.cap.19,Si pus in ipso scorto ortum est, paulum id incidi debet,ut exitus detur.
Quanti interest.Aphricanus in L.Qui vsumfructum.Parag.vltimo.ff.De vsufructu, & quemadmodum, Quanti legatarii interfit moram fabam non esse.
Pulentus,Adiectiuum,(πυώδης,)Pure plenum,Plin.lib.20.13.13,Mulieribus & contra purulẽtas excreationes siccæ drachmas duas, sulphuris vnam & dimidiam sumi censent. Ibidem,cap.2.2. Purulenta autẽ expuentibus auxiliatur cum cumino,pari pondere. Idem lib.22.cap. 11.1.Strœbe decocta in vino,præcipuè auribus purulentis medetur.
Purulentè,Aduerbium,(πυωδῶς,)Plin.lib.23.in Procem.8,Cicatricibus exarcidũ,osibus purulentè limosis plurimum confert. De omphacio.

Pusa, pro Puella,apud antiquos accipiebatur.Festus,

Pusillanimis, & hoc pusillánime,pen.cor. (μικρόψυχος,) Quod est pusilli animi:cui contrarium Magnanimus.

Pusillus, (πυτίδος,μικρός,)Diminutiuum à Pusio,pusionis, antiquo vocabulo,id est Paruulus.vt Pusillus homo.Mar.lib.1.39.
Bellus homo,& magnus vis idem Cotta videri:
sed qui bellus homo est Cotta,pusillus homo est.
Animus pusillus.Horat.1.Serm.saty.4.4.
Illud est pusilli animi.Cic.Caninio,lib.2.16.16.
Caput oppidò pusillum.Catul.de quodam & Caluo,epig.50.2.
Ex hoc causa pusilla nocet.Ouid.2.de Remedio amor.67.
Epistola pusilla.Cicer.ad Brutum,14.3, Videlicet quum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Idem ad Atticum,lib.16.11.2.
Homines pusilli.Iuuen.Saty.15.7.
Libelli pusilli & contempti.Cic.4.Verr.134,Pauculis igitur mensibus,vt hi pusilli & contempti libelli indicant,furta Prætoris,&c.
Mendici pusilli & semitarii.Catul.ad Contubernales,epigr.35.4.
Habetonus in Tusculano quasi pusillam Romam: tanta erat in his locis solitudo.Cic.Attico,lib.5.89.2.
Tullia pusillus processit.Cic.2.de Orat.135.
Vilitas valde pusilla.Cic.Attico,lib.12.145.1.
Vxor pusilla.Horat.2,Serm.sat.3.43.
Pusillum laxamenti,Paululũ relaxationis.Tremonius ad Cice.lib.12.16. 8.Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti.
Pusillum intelligere.Plin.epist.278,Nec spectandus est in iis bonus princeps,qui pusillum intelligit.

Pusio, Pusiõnis,m.g.(παιδίον,)Paruus puer. Veteres enim pusum & pusam,pro puero & puella vsurpabãt.Cicero pro Cœlio.28. Qui propter nescio quam credo timiditatem & nocturnos quosdam aliarum metus secum semper,pusio cum maiore sorore cubitauit.Sic.1. Tuscu.89.Iuuen.Saty.6.4.
Nomine puta melius quod tecum pusio dormit.
Pusio qui noctu non litigat.

Pustula, pústulæ,pen.cor. (φλυκτὶς,φλύκταινα,) Tuberculum in summitate cutis nascens.Mart.lib.14.169,
Ferulæ ne trito tibi pollice pustula surgat.
Esorient doctlem garrula plectra lyram. Quidam legunt pulsula. Hic pro ea quam ampullam vocamus. Sic lib.8.51. Plin.lib.26.ca.8.22. Et enim tam feruentis naturæ,ut per se extrà corpori impositum,pustulas ignium modo faciat,& pro caustico in vsu sit.
Pustulæ sunt apud Celsum lib.5,id genus morbi quod variolas & rubeolas vocant,morbus in ætate puerili maximè euenens,vt inquit ille,ratò in medio corpore,sæpe in eminentibus partibus.Budæus.

Rupta pustula.Tibull.lib.2.eleg.3.2.
Nec quærerer quòd sol graciles exureret artus,
Læderet & teneras pustula rupta manus.
Pustulæ liuentes.Plin.lib.20.cap.6.1,Quidam eodem nomine appellant pustulas liuentes,ac noctibus inquietantes.
Lucentes pustulæ.Mart.lib.11.92.
Pustulãtus,pen.prod.Adiectiuum.(φλυκτωνωτός,)Pustulis plenum.
Pustulatum argentum,pro Purgatissimo & excoctissimo posuit tranquillus,cuiusmodi aurum obryzum à Græcis appellatur τὸ πολλάκις ἑψηθέν,hoc est multipliciter excoctũ.Tranquilli verba sunt in Nerone,ca. 44,Exegíque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum,argentum pustulatum,aurum obryzum,vt plerique omnem collationem palàm recusarent. Mart.lib.7.85.
Sed causam scio,nulla venit à me
Argenti tibi libra pustulati.

Pusula, púsulæ,pe.cor.(φλυκτίς,)Est tumefactio illa leuis,quæ in corpore quando pane solet assurgere.
Pusula,Morbi genus,qui alio nomine dicitur Sacer ignis.Columel. lib.7. cap.5.13,Est etiam insanabilis sacer ignis,quam pusulam vocant pastores.Ea nisi compescitur inter primam pecudem quæ tali malo correpta est,vniuersum gregem contagione prosternit.

Pusulósus,pe.prod.Adiectiuũ,(φλυκτωνωδής,) Qui eo morbo laborat. Columel.lib.7.cap.5.14,Vitiam pecudem quæ fuerit pusulosa, resupinam obruamus: patiamúrque super obrutam meiere totum gregem: quòd eo facto morbus propulsetur.

Puteal, nen.ge.(βῆμα,)Prætoris tribunal vel subsellium dicitur.Horat.1.epist.20.2,
-forum puteálque Libonis
Mandabo siccis. Persius Saty.4.5,Si puteal multa cautus vibice flagellas. Cic.1.de Diuinat.61,Cotem autem illam & nouaculam defossam in comitio,supráque impositum puteal accepimus. Horat.2.Sermo. saty.6.7, -antè secundam
Roscius orabat,sibi adesses ad puteal cẽras.
Puteáli,Vide PVTEVS.

Puteo, putes,putui,(κυνικνῶ,βδεμόομαι,) putêre.Fœtere,& mali odoris esse.Producit primam syllabam.Hora.2.Serm. saty.2. 9,Putet aper,thombúsque recens. Persius saty.3.8,
-nec inuideas,quòd multa fidelia putet
In locuplete penu. Quintil.6.cap.4,Aliquando desinet putere.
Diurno mero putere.Horat.1.epist.20.3.
Pútidus,pe.cor.Adiectiuum,(δυσωδής,ἀκάθαρτος,) Quòd est mali odoris. Plaut.Trinum.8.95.At tum,vinum priusquam coactum est,pendet putidum.Idem Bacchid.18.23,Tanti est,quanti est fungus putidus. Cic. in Pisonem,14.Ego istius pecudis ac putidæ carnis cõsilio scilicet, aut præsidio niti volebam ?
Palus putida.Catull.ad Coloniam,epigr.17.2.
Cerebrum putidius. Horat.2.Serm.saty.3.15.
¶ Putidum(inquit Nonius) non solùm ab odore fœtido & graui, quod naribus præbetur,sed etiam quod auribus triste,insuaue,austerum rancidum,putidum dici posse authoritas vetustatis admisit. Cicero, Putidas ac pæminosas aures. Putidam orationem dicimus per metaphoram,quæ auribus austera,insuauis,& (vt ita dicam)rancida.Cicero in Oratore,15.Quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis,quum etiam Demosthenes exagitetur vt putidus?
Non dices hodie quorsum hæc tam putida tendunt Furcifer?Horat.2. Serm.saty:7.5.
Mœcha putida.Catull.de Acme.epigr.39.4.
Putidum Ciceroni,in quo nimia diligẽtia reprehendi possit,1.Offic.186. Hi autem optimè vti lingua Latina putabantur:sonus erat dulcis:literæ neque expressæ,neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut putidum. Idem ad Atticum,lib.1.9.1, Vereor ne putidum sit, scribere ad te quàm sim occupatus.
Putide,pe.cor.Aduerbium,(ἀκάθαρτος,)Insuauiter,austerè, rancidè.Cice.3 de Orat.23,Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius,nolo verba exiliter exanimata exire,nolo inflata & anhelata grauius. Sic de Claris Orat. 156, Nam si quis eos qui nec ineptè dicunt, nec odiosè,nec putidè, Atticè putat dicere, is rectè nisi Atticum probat neminem.

Putículus,pe.cor.)ὑπαπαδής,)Adiectiuum,diminutiuum.Mart. lib.4.20,
Ferre nec hanc possis,possis Coline nec illam:
Altera ridicula est,altera putidula.

Putidiúsculus,pe.cor.Aliud diminutiuum.Cice.ad Cæsarem, lib.7.5.10, Simus enim putidiusculi,quã per te vix licet:verùm,vt video, licebit. Nonnulli hoc loco legunt pudentiusculi,& fortasse rectius.

Putor,putôris,(δυσωδία,βδελυγμός,)à Puteo,putes,Fœtor.Cato cap. 157,Verùm prius quàm id imponas,aqua calida multa lauato postea bis in die contrita imponito,ea omnem putorem adimet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carpit putor ob imbres intempestiuos. Lucret. lib. 2. 186.
Detergere putorem. Stat. 4. Sylu. 3. 18.
Tellus humida putorem nacta est ex imbribus. Lucret. lib. 2. 176.

PVTEOLI, penult. corr. (πουτεόλοι, ἀνωνυμία,) Plinio lib. 3. cap. 4. Cumæ Campaniæ, ab aquæ calidæ putore dicta, ut ait Festus: licet alii putent à multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum. Hæc etiã uocata est Dicæarchia, à iustitiæ administratione & gubernatione: à Samiis condita, vt uolunt Eusebius, eo tẽpore quo Tarquinii à Bruto sunt expulsi. Hinc

Puteolanus, pe pro. (πουτεολανός,) Possessiuum. Cic. Thermo, lib. 13. 57. 1, Clunius Puteolanus ualde me obseruat.
Aquæ Puteolanæ. Cic. 8. Philipp. 240.

Putcus, putei, m. g. (φρέαρ,) Notæ significationis. Plin. lib. 1. cap. 97. 12. Aestus idem tridno in mense consistit, septima octaua, nonaque luna. Gadibus, qui est delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum: aliàs simul cum Oceano augetur, minuturque: aliàs verò vtrunque contrariis temporibus. Virg. 3. Georg. 66,

Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubero
Currentem dignis potare canalibus undam. Quintil. lib. 7. ca. 3,
Ille in puteo mortuus est inuentus.

Capaces putei. Ouid. 7. Metam. 116.
Iugis puteus. Vide Iugis in IVGVM.
Pateos puteus. Horat. 1. epist. 27.
Perennis puteus iugis aquæ. Horat. 1. epist. 15. 4.
Abiicere le in puteos. Cic. de Prouinc. Consi. 5.
Haurire aquam de puteo Cic. 1. de Diuinat. 46.

¶ Puteus, à Putore dicitur, authore Varrone lib. 4. de Lingua Latina, quòd putidus sit odoribus, sæpe ex su)phure & alumine: & puteariosæpe necat. Vlpian. quoque in L. Iuliano, in fine. ff. De act. empt. & vend. Aedibus distractis vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædiũ, vel propter ædes habentur, vt puta puteum. Quo loco legitur & pueralia. Pomponius in lege quæ sequitur, Item quo puteum cooperitur.

Puteum neutro genere dixit Varro, De miris secundo de statuis, aquis, vt sunt lacus, & stagna, & puteum, & maria. Nonius.

Puteanus, pen. prod. Adiectiuũ, (φρεατικός,) Quod ex puteo est. Vnde Aquã puteanã dicimus. Plin. lib. 14. cap. 9. 3, Deinde quãtum expresse re, adiicitur uinaceis aquæ puteanæ, ut secũdariũ passum faciãt. Colu. lib. 12. ca. 36. 1, Et aquæ dulcis puteanæ ex eodem agro partem decimam adicias.

Puteali, & hoc puteale, pen. prod. (φρεατικόν,) Eiusdem significationis. Ouid in Ibin, 79, Vt quos dux Pœnus mersit puteralibus vndis. Colum. lib. 9. cap. 5. 5, præterfluens vnda uel putealis. Sic lib. 1. cap. 5. 1. Et lib. 12. ca. 3. 6, Vel si non sit fluens, aqua, fonte puteali posit irrigari.
Lymphæ puteales Lucret lib. 6. 236.

Puteariusi, puteari, (φρεατοφύλακες,) Qui puteos fodit. Plin. lib. 31. ca. 3. 18, Depressis puteis sulphurata uel aluminosa occurrentia, puteariosnecant.

Putidus, vide PVTEO puteo.

Puto, putas, (καθαρίζω, καθαίρω,) putare, Falsa & superflua & infructifera ex quacunque re à ueris & fertilibus relecare, & purgare. Hinc putari arbores & uites dicuntur. Colum. lib. 2, Neque arent, neque vitem aut arborem putent. Idem lib. 6, Quinctiam compluribus annis interpositis oliuetum putandum est.
Vitem putando fingit. Virg. 2. Georg. 82.

¶ Putare, (νομίζω, λογίζομαι, ἡγοῦμαι, ὑπολαμβάνω,) Cogitare, considerare. Terent. Eunucho, 4. 2. 4,
-dum hæc puto,
Præterii imprudens villam. Ibidẽ, 5. 5. 23, -nam hoc putant, Quicquid factum est, ex te esse ortum. Idem in Prol. Heaut. 21,
-quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat. Alii legunt petat. Ibidẽ, 3. 1. 76.
-neque id
Putabit, prauum an rectum fiet quod putet.
Multa putans, fortemque animo miseratus iniquam. Virg. 6. Aeneid. 67.
Multaque dura suo tristi cum corde putabant. Virg. 8. Aeneid. 105.
Puto vt Cælius Ciceroni, lib 8. 1. 4, Puto vt suum gaudium gauderemus.

¶ Putare, Aestimare, iudicare. Terent. Eunucho, 4. 2. 43, Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. THR. bene putat. Idem And. 1. 1. 114, Recte putas. Et Adelph. 5. 3. 31,
Id de lucro putato esse ronuia hæc si voles
In animo verè cogitare. Item Heaut. 5. 1. 27, Mitto iam osculari, atque amplexari: nihil puto. Cic. de Amicit. 35. Sibi faciendum putaret. Idem 3. Verr. 111, Hoc dico: nisi vobis id hominum honestissimorum tabulis planum fecero, fingi à me hoc totum temporis causa putarote. Ibidem, 4. 4. Tantum ille honorem Siciliæ habendum putauit, vt ne hostium quidem vrbem ex sociorum insula tollendam arbitraretur. Ibidem, 6. 29, At ita studiosus est huius præclaræ existimationis, vt putetur in hisce rebus intelligens esse. Idem pro Roscio Amerino, 70, Ibi scelus quoque latere, inter illa tot flagitia putatote. Et 5. Verr, 60, Putate Apronio datum: si Apronianum lucellum, ac non Prætoria præda vobis videbitur.
O pater, anne aliquas ad cælum hinc ire putandum est
Sublimes animas? Virg. 6, Aeneid. 144.
In quo primum illud debes putare, comitiis studium esse populi, non iudicium. Cic. pro Plancio, 8.
Præterea quanuis solidæ res esse putentur. Lucret. lib. 1. 71.
Noli putare me, &c. Cic. Att. lib. 6. 11. 6. Et Terentiæ, lib. 14. 2. 1.
Nunquam putassem. Cic. 4. Acad. 103, An non videmus hoc vsu venire, vt quos nunquam putassemus à nobis internosci posse, eos consuetudine adhibita tam facile internoscere mus, vti, &c.
Putare aliquo in numero, Aliquo in pretio vel numero habere. Cic. pro Lege Manil. 16, Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu nãeant centuriatus, atque vãerint? Simile est Terentii in Heaut. putare vicinitatem in propinqua parte amicitiæ, pro Aestimando ponere.
Neminẽm præ se putare. Cic. pro Rosc. Amerino. 80. Etiam videris Iudices, vt omnes despiciat, vt hominem præ se neminem putet, vt se solum beatum, solum potentem putet.
Putare pro certo. Cic. ad Atticũ, lib. 9. 188. 9, Hæc pro certo putauimus.
Putare pro nihilo, Nihili æstimare aut facere, Cic. 13. Philipp. 359, Neque eos solùm præsentes, sed multò magis nos, à quibus illi erant missi, spreuit, & pro nihilo putauit. Idem de Amicitia, 72, Itemque cætera quæ quibusdã admirabilia videtur, permulti sunt qui pro nihilo putẽt. Sic. 3. de Finibus, 45, Possint despicere, & pro nihilo putare. Et 1. Verr. 13.
Magni putare. Quinti. lib. 6. cap. 2. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit. Idem lib. 7. cap. 2. An tanti putauerit pœnam subire. Sic Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 15, Putare aliquid minimi.
Magni putare honores. Cic. pro Plancio, 9.
Noli spernere, nec putare parui. Catull. epigr. 20. 5.
Tanti putare. Plin. lib. 8. cap. 3. 3, Circumuentique à venantibus primos consituũt quibus sunt minimi, ne tanti prælium puterur. Plinius Iunior lib. 2. epist. 3, Turpe est non putare tanti cognitionem. Ibidem, epist. 9, Teque obsecro, vt aliquam oneris mei partem suscipere tanti putes.
Quid, quod amat, tantique putat connubia nostra Vt pereat: Ouid. 10. Metam. 123.

¶ Putemus rem ipsam. Terent. Adelph. 5. 3. 10,
-mitto maledicta omnia,
Rem ipsam putemus. Vbi Donatus, Putemus, Tractemus, purgemus.
Idem Phorm. 4. 5. 6.
Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reliciat.
G. Rem ipsam putasti. Vbi Donatus, Putasti, pro Disputasti modo,
Bestia damnationem pro Prætura petat. Cic. 11. Philipp. 297.
Id est damnationem putat esse Præturam.

¶ Putare cum aliquo argumentis. Plaut. Amphit. 7. 34.
Quo id (malum) facto, potest (nam mecum argumẽtis puta) Fieri, nunc vt tu hic sis, & domi?
Putare rationem cum aliquo, pro Seducere rationem. Plautus Aulul. 19. 55, Putatur ratio cum argentario. Idem Trinũ. 8. 12, -postquam no crebrò putet. Sic cap. 1. 3. Et Cic. ad Atticum, lib. 4. 80. 1, Putare rationes cum publicanis.
Rationem secum putare, pro Cogitare, considerare. Plautus Casi. 13. 26,
-verum autem altercersum quum eã mecum Ratione puto, eius esse mecum postulatio. Idem Mostel. 4. 142, -vel rationem puta.
Triginta minas pro capite tuo dedi. PHILE. cur exprobas?
Hoc est, fac apud te supputationem.
Puta, Imperatiuum, loco Adueribii ponitur quandoque, pro Scilicet, vel Verbi gratia. Pomponius in L. Siquis. Paragr. Item 1. ff. De hæred. instit. Scille, puta, Consul factus fuerit, tunc, &c. De hoc ita Priscianus libro 15, de Adueribis, A igitur terminantia vel primitiua sunt, vt Ita, quod solum A correptam habuit, quanuis quidam Puta quoque aduerbium esse accipiant, ideoque Pertium id corripuisse, vt Hoc puta non iustum est, illud malè, rectius illud.
Vt puta, eodẽ modo dicitur. Vlpianus in L. Iulianus. Paragr. vlt. ff. de Act. empt. & vendi, Aedibus distractis vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, uel propter ædes habentur vt puta puteum.

¶ Putatur prudens, Reputatur, & æstimatur. Cic. de Amicitia, 5, Sed vtque alio quodam modo: Actilius, quia prudens esse in iure Ciuili putatur. Legitur & putabatur.

Putator, pen. prod. putatoris, (καθαρτής,) Arborum purgator, inquit Donatus. Plin. lib. 17. cap. 8. 12, Curatum ea scio, omnibus ferè ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem circumdata vniuersi corpori. Colum. lib. 4. cap. 27. 4, Putatoris officium est, pedali ferè spatio circa iugum vitem compescere. Mart. lib. 5. 114,
Hic post Nouembres imminente iam bruma

Serat putator horridus refert uuas. Virg. 2. Georg. 6,
-omnimõque putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Vitis putator. Ouid. 13. Metam. 130.
Pendulus putator. Vide PRENDEO.
Putatorius adiectiuum, vt Falces putatoriæ. Vlpia. in L. Instrumenta. ff. De instruc. & instr. leg.
Putatio, Verbale fœm. (κλάδευσις,) Quæ vulgò in arboribus emundatio, in vitibus resectio dicitur. Cic. 1. de Oratore. 129, Vt quid sit fœnẽtis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat. Colu. lib. 1. in Præfat. 23, Tot nosset species insitionum tot putationum: tot pomorũ, holerumque cultus exercere? Plin. lib. 17. cap. 10. 1, Primæ pedibus binis à terra putatione coercentur. De salicibus. Colum. lib. 3. cap. 21, Vinitor suam cuique facilius putationem reddet.

¶ Putatio, pro Aestimatione. Paulus in L. Eũ qui. Parag. vlt. ff. De iniur. & famos. lib. Nec transferri personæ putatio ex persona filiorum ad eas potest.
Putameõ, pen. prod. putãmins, n. g. (ἄλετρον, κάλυμμα,) Rei alicuius purgamentum, nã quicquid ex aliqua re proiicitur, id putamẽ appellatur.
Putamen uglandis. Plaut. Capt. 11. 123, Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Vide NVCLEVS. Cic. 5. Tusc. 83.
Instruitque vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Plin. lib 9. cap. 29. 3, Dein putamina erosa carne egerit, adnatantes pisciculos ad ea venatur.
Putamina ouorum. Plin. lib. 7. cap. 2. 18.
Testudinum putamina secare in laminas. Plin. lib. cap. 11.

Putor, putõris, Vide PVTEO.

Putris, & hoc putre. (σαπρός,) Quod est corruptum ac resolutum. Virg. 8. Aeneid. 117, Q nadrupedante putrẽ sonitu quatit vngula campum. Idem 1. Geor. 9, -& Zephyro putris se gleba resoluit. Colu. lib. 2, Idem pinguis ac putris: quia quum plurimum reddat minimũ poscit: & quod postulat, exiguo labore atque impensa conficit.
Putris & in uacuo texetur aranea lecto. Propert. li. 3. eleg. 6. 7.
Aenea putres. Stat. 4. Sylu. 3. 26.
Bos putris. Ouid. 1. Fast. 76.
Chartæ putres. Stat. 4. Sylu. 3. 19.
Cineres putres. Stat. 6. Thebaid. 47.
Cornua putris. Martial. lib. 1. 559.
Corpus putre Lucret. lib. 3. 155.
Hæc ibi dictabam post fanum putre Vacunæ. Hora. 1. epist. 10. 10.
Fœnum putres. Virg. 1. Georg. 79.
Robur iuuenis liber, & situ putris. Stat. 4. Sylu. 9. 2.
Lapis putris. Plin. epist. 256, Siue lapis ipse gracilis & putris.
Mammæ putres. Horat. Epod. 8. 2.
Putris & in vacua requiescit nauis arena. Proper. lib. 2. ele. 26. 2.
Oculi putres, Flaxi & humidi. Horat. 1. Carm. ode 36. 4.
Sonitus putris. Stat. 12. Thebaid. 114.
Stipes putris. Claud. 5. in Eutropium, 56.
Solum putre. Virg. 2. Georg. 41.
Spatia putribus atque deciduis. Plinius auunculus lib. 8. cap. 37. 3.
Sudes putres. Virg. 1. Georg. 43.
Tabo putrilquentia corpora. Silius lib. 13. 99.
Tellus putris. Stat. 6. Thebaid. 102.

Putridus, penult. corr. Adiectiuum, (σαπρός,) Corruptus. Cic. in Pisonem, 4. Non enim nos color iste fœtilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt.
Aures putridæ. Claud. 1. de raptu Proser. 36.
Membra putrida. Lucan. lib. 2. 29.
Pectora putrida. Catul. Argon. 59. 70.

Putredo, pen. prod. putredinis, (σαπρία, σαπιδών,) Corruptio, resolutio. Ellar. vt occaua nitiata putredine nauis. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 1. 14.

Putrere, putrere, pũtrui, (σήπομαι,) putrẽre, Marcere, & in pus resolutum esse, vel putridum. Plaut. Mostell. 3. 46, Atque ædepol ita hæc tigna humida putrent. Pacuuius Teucro, Quanquam annis & ætate hoc corpus putret. Ex Nonio.
Non alia, quàm quia Byzantia putruit orca. Hor. 2. Ser. sat. 4. 14.

Putrefacio, putrefacis, (σήπομαι, κατασήπομαι,) putrescere, Putridum fieri. Colum. lib. 2, Vt herbarum culmis cæteris: rebus immista putrescant. Ibidem, Totum sterquilinium rastris permisceri oportet, quo facilius putrescat, & fit aruis idoneum. Cato cap. 1. 2, Si in terra uel tabulato olea nimium diu erit, putrescet. Cic. 5. de Finib. 68, Animum illi pecudi datum pro sale ne putrescerat.
Cur Aiax heros ab Achille secundus Putrescit. Horat. 2. Ser. Satyra 3. 39.
Vestis putrescit in arca. Horat. 1. Serm. saty. 3. 24.

Putrefacio, putrefacis, pen. corr. putrefeci, pe. prod. putrefactum. (σήπω, κατασήπω,) putrefacere, Corrumpere, resoluere, putre aliquid facere. Columel. lib. 3, Per apertam uitis medullam nimius humor trahitur, idemque truncum cauat, unde formicis aliisque animalibus quæ putrefaciunt crura uitium, latebræ præbentur. Plaut. Mostell. 3. 21, Per plunut tigna, putrefacitque operam fabri. Colu. lib. 3. cap. 11. 2, Quisque se prominet uites, modico tepore euocãt humorem terræ iusto maiorem, qui putrefacit deposita semina. Liu. 1. bel. Pun. 136, Ardentiaque saxa in solo acero putrefaciunt. Sic Varro 1. de Re rust. cap. 5. 4.

Putrefactus, Participium, (κατεσάπη τος,) Ouid. 15. Metam. 68,
Sunt qui quum clauso putrefacta est spina sepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.
Et tamen hæc quam sint quasi putrefacta per imbres. Lucret. lib. 2. 180.

Putus, Adiect. (καθαρός,) Purus. Vnde putum argentũ, id est purgatum. Iuuena. saty, 10. 2, Pauca licet portes argenti vasculapuri. Sic Sat. 9. 15. Alii legunt Puri. Inuenitur apud Gellium lib. 6. cap. 5, Alphenum Iurisconsultum, Seru. Sulpitii discipulum, digestorum lib. 30, scriptum reliquisse in fœdere, quod inter Romanum Populum & Carthaginienses factum est, cautum fuisse, vt Carthaginienses quotannis Populo Romano darent certam pondus argenti puri putri. Vbi purum putum Gellius intelligi voluit expuratum, excoctumque, atque aliena omni materia carens, omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum & candefactumque verbo antiquos vti solitos esse ait. Propterea Plautus in Pseud. 15. 32, ridiculè ita inquit,
-eho Polymachæroplacides,
Purus putus est ipsius: noui. Quasi diceret, Ipse est omnino, & nullus alius prorsus: verus, non adulterinus est: translatione ab argento tracta, quam merum prorsus & omni parte verum est. Verba sunt leonois in epistola symbolon militis agnoscentis, Idem alibi in eadem, Purus putus sycophanta est. Hoc est merus sycophanta, in quo nihil probitatis inest, ex omni vitio concretus, qualis delator & calumniator esse debet. Festus, Putum antiqui pro puro dicebant: Vnde Putum aurum, putatum dici solet, id est expuragatum. Meminit & Nonius. Budæus.
Orationes putissimæ. Cicc. Attico, lib. 2. 24. 2, Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

P Y

Pycnocomon, penul. corr. (πυκνόκομον,) Nomen herbæ, quam Plinius lib. 26. cap. 8. 14. describit. Sed hodie incognita est,

Pyctatium, pyctatii, (πύκταμα,) Apud Lampridium in Alexandri vita, dicitur album, hoc est tabella dealbata quæ nomina iudicum selectorum describebantur. sic enim inquit, Denique quum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat nomina: de promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat pyctatia, & sic faciebat diebus, etiam pariter annotatis, & quis & qualis esset in ciuitate promotus. Budæus, Album vulgò matricula dicitur, vt album Decurionum, & similia. A' quibusdam matrix: à quibusdam recentiorum pyctatium à Græcis leucoma, quasi album. In L. Actuarii, De erogatione mil. ann. lib. 12. pyctatia pro breuibus commentariolis accipiuntur, quæ eodem in titulo, in L. Excellentia, breues vocantur.

Pyctes, pyctis, siue Pycta, pyctæ, (πύκτης,) Pugil dicitur. Lamprid. in Heliog. Gladiatores ante comitium pugnantes sibi & pyctas frequenter exhibuit. Hinc Columel. libro 8. cap. 2. 4, gallina cum in certaminibus gallorum pugnaceum, pyctem vocati Non rixosarum auium, (inquit) lanistæ, cuius plerunque totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus: pictes abstulit. Plin. lib. 7. cap. 47, Euthymus picta semper Olympiæ victor.

Pygargus, pygargi, masc. gen. (πύγαργος,) Caprea quædam sylluestris, non dissimilis damis. Plinius lib. 8. cap. 53. 2, Sunt & damæ & pygargi, & strepiceerotes, multique alia haud dissimilia. Iuuenalis Saty. 11. 14,
-apud quem
Sumine cum magno lepus atque aper, atque pygargus,
Et Scythicæ veluceres.
Pygargos pro quodam aquilarum genere accipit Plinius lib. 10. cap. 3. 1, Secundi generis (inquit) pygargus, in oppidis manssitat, & in campis, albicante cauda.

PIGMAEI, (πυγμαῖοι,) Populi sunt ad extremos fines Indiæ. De quibus Plinius lib. 7. cap. 2. 18. sic scribit, Super Astomos extrema in parte montium spithamæi Pygmæi narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes, salubri cælo, semperque vernante, mõtibus ab Aquilone oppositis quos à gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est, insidẽtes arietum caprarumque dorsis, armatos sagittis, Veris tempore, vniuerso agmine ad mare descendere, & ouaque pullosque earum alitum consumere: eternis eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennisque, & ouorum putaminibus constroi. Aristoteles in cauernis viuere Pygmæos tradit. Cætera de his vt reliqui. Hactenus Plinius. In Thracia quoque Pygmæorum gentem fuisse, idem Plinius scribit li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bro 4.cap.11.quod secutus videtur Iuuenalis Saty.13.17,
Ad subitas Thracum volucres, nubémque sonoram
Pygmæus parvis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptúsque per aera curuis
Vnguibus à sæua fertur grue. si videas hoc
Gentibus in nostris, risu quatiere sed illæ
Quamquam eadem assidué spectentur prælia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.
Pygmæus, Adiectiuum, (πυγμαῖος,) vt
Sanguis Pygmæus. Ouid.6.Fast. 36. Nec quæ Pygmæo sanguine gaudet auis. Id est grus.
Virgo Pygmæa. Iuuen. Saty.6.51,
-breuiórque videtur
Virgine Pygmea.

PYGMALION, Vide PIGMALION.

Pyla, pylæ, (πύλη,) Latinè dicitur porta. Vnde Thermopylæ in angustiis Thessaliæ dictæ sunt. Cic. ad Atticum, lib.5.108.4,
Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas.

PYLADES, pen. corr. (πυλάδης,) Strophii filius, Agamemnonis amicissimus: ipse eius filii Orestis minor amicus, quem nunquã deseruit. Oui. lib. 2. de Ponto, eleg. 3.9, Adfuit insano iuuenis Phocæus, Orestli. Ibidem ele.6.5, Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati. De Pyladis & Orestis amicitia, scripsit Cicero lib. 2. de Finibus.

PYLENE, pen. pro. (πυλένη,) Ciuitas est Aetoliæ, teste Homero lib. 2. Ilad. Scopulosa Pylene. Stat. 4. Thebaid. 71.

PYLOS, (πύλος,) Achaiæ iuxta Thessaliã vetusta ciuitas in agro Messenio, quem Coryphasium Græci nominauerunt: à Sparta, Italia circiter quadragiata sita, vt Thucydides lib.4, scribit: Nestore alumno, qui Pylius inde cognominatus est, celebris. Ouid. 3. Amorum, eleg.6.9, Illius à tactu Pylius iuuenescere posset. Idem libro 1. de Ponto, eleg. 5. 2,
Crede mihi, Pylio Nestore maior ero. Horat. 1. Carm. ode 15.5. De Pylo multa Strabo lib. 18.
Nestoria Pylos. Senec. Herc. furen. 7.8.
Pylus, Adiectiuum, πύλος, vt
Agri Pylii. Ouid. 2. Metam. 138.
¶ Pylius, Idem quod Nestorius: vt
Senecta Pylia. Sylius lib. 15.90,
Ille foro auditus quum dulcia soluerat ora,
Aequabat Pyliæ Nelcia verba senectæ. Mart. lib. 8.3.
Aequarint Pylios quum tua fata dies. Ouid. 1. Trist. eleg. 6.13.

Pyr, pyros, Græcè, (πῦρ,) Latinè dicitur ignis: quo multa per cõpositionem fiunt.

Pyra, pyræ, (πυρά,) Lignorum congeries. Virg. 11. Aeneid. 41. Innumeras struxere pyras. In his cremare corpora antiqui consuetuerunt.
Accensa pyra. Ouid. in Ibin. 8.
Atra pyra. Silius lib. 8. 11.
Paruaque in extructas munera ferre pyras. Ouid. 2. Fast. 107.
Erigere pyram. Virg. 4. Aeneid. 99.
Struere ingentem pyram. Virg. 6. Aeneid. 43.

PYRACMON, (πυρακμων,) inter Cyclopes numeratur. Virg. 8. Aeneid. 8.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon,
Securifer Pyracmon. Ouid. 12. Metam. 92.

Pyralis, huius pyralis, pen. prod. f. g. (πυραλίς,) pennatũ animalculum, magnitudine muscæ, igne prouenienis: vnde & nomen ei à quibusdam pyraustæ datum est. Quandiu est in igne, viuit: quum euasit longiore paulùm volatu, tunc emoritur. Ex Plin. lib. 11. cap. 36.

Pyramis, pen. corr. pyramidis, f. g. (πυραμίς,) Moles maxima quadrata, ita constructa, vt è lato in acutum tẽdat in formã flammæ, quæ latior surgens, in acutum desinit: quales Romæ adhuc extant duæ, iam uetustate fathiscentes. Dicta pyramis, quòd flammæ similitudinem habeat. Vel à lapide pyropœcilo, qui & Thebaicus, ex quo ædificabãtur, ab ignea quadam uarietate. πυρ enim, ignis dicitur ποικίλος, varius.
Pyramidem nostri metam uocant, quòd termini eorũ quià metiendo, id est mensurando metæ dicuntur, forma pyramidum ædificari solent: atque ea figura, pyramidalis uocatur.
Pyramides erant in Aegypto structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatæ ultra omnem excelsitatem quæ manu fieri posset, vt scribit Solinus. Et sub eis sepulti reges. Vide Plinium lib. 36. cap. 5. 20. & cap. 12.1, Hæ nihil aliud fuerunt, quàm regum pecuniæ otiosa & stulta ostentatioquippe quum faciendi eas causa à plerisque traditur, ne pecuniam successoribus aut æmuli insidiantibus præberent. Plures in Aegypto passim extiterunt, nullæ tamen clariores tribus illis, quarum Pomponius Mela meminit, quæ orbem impleuere fama, conspicuæ undique adnauigantibus, sitæ in parte Africæ, monte saxeo sterilique in ter Memphim oppidum & Delta. Lucanus lib. 9. 31. Non mihi pyramidum tumulis euulsus Amasis.
Forma pyramidis. Cic. 1. de Nat. deor. 35.
Saxa pyramidum. Stat. 5. Sylu. 3.10.
Nam neque pyramidum sumptus ad sidera ducti. Propert. lib. 3. eleg. 2.4.

Pyramidãtus, penul. prod. Adiectiuum, (πυραμιδωτός, πυραμιδοειδής,) In formam pyramidis factum. Cic. 1, de Nat. deor. 89, Esse corpuscula quædam læuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, & quædam pyramidata, curuata quædam & quasi adunca. Vetustiora exẽplaria omittunt hæc uerba, Et quædam pyramidata.

PYRAMVS, pen. corr. (πύραμος,) fuit adolescens Memphiticus, qui apud Pyramides amore Thysbes amate seipsum interemit, vt pulchérimè narrauit Ouidius lib. 4. Metam. Est & Pyramus, Ciliciæ flumen, teste Pomponio Mela lib. 1. de quo & Cydno digna sunt lectu in Arriano & Curtio. De hoc quoque extat illud oraculũ. Tunc erit undisonus latè quum Pyramus olim
Littora perfundens. Cyprum labetur in almam.

Pyrausta, pyraustæ, (πυραύστης,) Animal in igne uiuens. Vide PYRALIS.
Pyrausta, apud Aristotelem, lib. 8. de Hist. animal. cap. 27. vermiculus est, quem & cleron vocat, aranei specie, nocens fauis.

PYRBICVS, (πυρβικός,) Egregius sculptor in paruis imagunculis fuit. Vnde sic cecinit Propertius lib. 3. ele. 9. 3, Pyreicus parua vindicat arte locum. Vide Plinium lib. 35. cap. 10. 43.

PYRENE, pen. pro. (πυρήνη,) Acrochorinthi fons haud affluẽtes aquas habens, cæterùm perspicuas ad imum, potaque suauissimas. Strabon. De eo scribit Persius in Prologo, 1, Heliconidesque pallidamque Pyrenen, &c. Plautus Aulul. Interbibere sola si vino scateat, Corinthiensem fontem Pyrenea potest. Stat. libro 1. Sylu. 4.6, -nec conscia detur
Pyrene, largos potius mihi gurges in haustus.
¶ Pyrene, Nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæo monte ab Hercule compressæ, atque à feris laniatæ, & ibi sepultæ.
¶ Pyrene & Pyrenæus, (πυρήνη καὶ, πυρηναῖος,) dicitur, & numero multitudinis Pyrenæi montes, qui Gallias Hispaniasque disterminant, promontoriis in duo diuersa maria proiectis. Plinius lib. 3. cap. 3. Silius lib. 3.85,
Pyrene celsa nimbosi uerticis arce
Diuisos Celtis alte prospectat Iberos,
Atque æterna tenet magnis diuortia terris. Idem lib. 17. 130,
Frondosumque apicem subigens ad sidera mater
Bellorum fera Pyrene, nec mitis Iberus. Tibul. lib. 1. eleg. 7.1,
Non sine me est tibi partus honos, tua bella Pyrene
Tethis, & Oceani littora Santonici. Strabo lib. 3. Pyrenes (inquit) latus in Hispania vergens consitum est variis arboribus, materiæ multitudine, & quæ semper virens germinet: alterum autem Galliam spectans, nudum omnino. Nomen accepit à fulminum ictu. Silius à Pyrene Bebrycis filia dicit fabulosè tradit lib. 3. 81. Diodorus lib. 6, vbi de Pyrene Ferunt (inquit) priscis temporibus igne à pastoribus iniecto, montanas omnes regiones fuisse combustas, qua ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos.
Populi Pyrenes, Silius lib. 1. 38.
Montis Pyrenæi frondosa cacumina. Silius lib. 3. 84.

Pyrenides, (πυρηνίδες,) vndæ. Senec. Medea, 10.2.

PYRENEVS, trium syllabarum, pen. prod. πυρηνεύς, rex Thraciæ, qui Daulida Phocidis vrbem occupauit: vbi cum quodam die pluuioso Musas ad Parnasum euntes vidisset, vt domum suam subirent, donec pluuia cessaret, inuitauit. Quum verò iam imber cessaret. Musæque discedere vellent, Pyreneus clausis foribus, illis vim inferre parabat. At Musæ in aues conuersæ euoluerunt: quas quum persequi vellet, ex arce se dans præcipitem, caput terræ illisit, sicque expirauit. Author Ouidius lib. 5. Metamorp. 58.

Pyrethrum, pyrethri, penult. corr. (πύρεθρον,) Herba medicinalis, quam vulgò nunc draconem vocant, linguam adurens & mordicans. Eius folia in acetariis probantur, radice vtuntur pigmentarii. Plinius lib. 28. cap. 9. 26.
Flaua pyrethra. Ouid. 2. de Arte, 84.
Tritaque in annoso flaua pyrethra mero.
Haraut excitari Venerem.
Pyrethri radicem, quæ tantum hodie nobis in vsu est, pharmacopolæ vulgò vocant Pedem Alexandri, teste Ruellio.

Pyretus, pen. corr. (πυρετός,) Febris ab incendio appellata: quemadmodum à feruore.

PYRGI, Pyrgorum, (πύργοι) Oppidum est Hetruriæ, authore Plinio lib. 3. cap. 5.
Veteres Pyrgi. Virg. 10. Aeneid. 16, Et Pyrgi veteres, intempestæque Graui cæ. Vbi Seruius, Hoc castellum nobilissimum fuit ex eo tempore, quo Tusci pyraticum exercuerunt. nam illic metropolis fuit.

PYRGOTELES, penult. corr. (πυργοτέλης,) gemmarum sculptor artificiosissimus, à quo tantum Alexander Magnus se in gemmis sculpi passus est, edictoque alios vetuit. Plinius lib. 37. ca. 1, Ismeniæ (inquit) ætate multos post annos, apparet sculpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hãc eandem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gemmis se ab alio sculpi, quàm à Pyrgotele, non dubie clarissimo artis eius. Rursum lib. 7. cap. 37. Idẽ hic imperator edixit, nequis ipsum alius quàm Apelles pingeret, quàm Pyrgoteles sculperet, ꝗ Lysippus ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

Pyrgus, pyrgi, m. g. (πύργος,) Turris Latinè dicitur, quòd fulgureis ignibus ferits turres consueuerunt.
¶ Pyrgus, Vasis genus cauitate sessili: quòd conicti tali, agitantur antequam in alueolum proiciantur. Horat. 2. Serm. saty. 7.4, -qui pro te tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos. Turricula aliàs dicitur, & occa, & fritillus.
¶ Pyrgus, Militaris ordo quadringentos viros continens: & turma equestris.

Pyrites, pen. prod. (πυρίτης,) Lapis, sic dictus quòd plurimus illi ignis sit: vnde hunc nos ignitarium vocamus. Quidam etiã viuum vocant, qui clauo, vel altero percussus lapide, scintillas edit.
Pyrites, Lapis molaris, quòd in eo quoque ignis conspiciatur.
Pyrites, Alius est lapis, æris similitudine, in Cypro reperiri solitus, & circa Acarnaniã, cuius vsus in medicina nõ paruus est. Pli. li. 36. ca. 19. 1. Plin. lib. 30. cap. 19. 2, Pyritarum etiamnũ aliqui genus vnum faciunt, plurimũ habens ignis, quos viuos appellamus, & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maximè necessarii, qui clauo, vel altero lapide percussi, scintillas edunt: quæ exceptæ sulphuratis, aut fungis aridis vel folio, dicto celerius ignem trahunt.

Pyrocorax, pen. cor. (πυροκόραξ,) Auis luteo rostro, nigra, præcipuo sapore. Nomen habet à colore rostri igneo, Latinè ignitus coruus dicitur. Plin. lib. 10, cap. 48. 7.

Pyrodes, penul. prod. (πυρώδης) Lapis, qui & pyrites dicitur. Fuit & Cilicis filius hoc nomine, qui primus ex silice excussisse ignem dicitur, quemadmodum asseruasse in Ferula Prometheus. Author Plinius lib. 7. cap. 56.

PYROIS, Vide PYROVS.

Pyropus, pyropi, pen. prod. (πύρωπος,) Genus carbũculi, vt nonnullis placet. Ouid. 2. Metam. 1, Clara micante auro, flammæque imitante pyropo.
Induitur pyropo fulgebat parma. Propert. lib. 4. eleg. 11.5.
Vmbra rubra claro pyropo. Luc. lib. 2. 161.

PYROVS, (πυρόεις,) Nomen vnius ex equis Solis, quasi ardens, nam quatuor esse perhibentur: Pyrous scilicet, Aethon, Phlegon, Eous. Ouid. lib. 10. 17, -nec Syrius ardor
Micat, aut rutilus Pyrous,
Pyroeis, Pyroentis, (πυρόεις,) vt Simois Simoentis, Idem. Oui. 2. Meta. 311
Ignea volucres Pyrois, Eous, & Aethon,
Solisequi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent. πυρόεις, Græcè, Igneus, plenus igne.

PYRRHA, (πύρρα,) quæ cum Deucalione marito poetis dicitur huma num genus reparasse, vt latissimè scribit Ouidius 1. Metamorph. Iuuenalis Saty. 19.
Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor
Nauigio montem ascendit, sortesque poposcit,
Paulatimque anima caluerunt mollia laxa,
Et manibus nudas ostendit Pyrrha puellas.
Secolum Graue Pyrræ. Horat. 1. Carm. ode 2.2.
¶ Pyrrha, Cariæ ciuitas, iuxta Myrtoũ pelagus: & insula circa Mæotin, quam Pontus abstulit. Author Plinius lib. 1. cap. 92.

Pyrrhicha, pyrrhichæ: siue Pyrrhiche, pyrrhiches, penul. corre. (πυῤῥίχη,) Saltatio Græcanica, quam primus in Creta Pyrrhus instituit. Strabo docet pyrrhicham reperta fuisse à Pyrrhicho, pro iuuenibus ad disciplinam militarem exercendis. Suet. in Cæsare, cap. 39. Pyrrhicham saltauerunt Asiæ Bithyniæque principum liberi. Plato, Pyrrhicha est, quæ motiones corporis imitatur, ictus iaculisque declinantis & vitabundi, omnifariamque cedentis, in alium eriam subsilientis, & sese succiduo popolite demittentis: tursusque contrarios his motus pyrrhicha imitatur, eos scilicet qui in habitus corporis actuosos ferunturi quales eius sunt qui sagittarum missiliumque iaculationes effingere motu corporis, plagarumque & petitionum multiplicium imitamenta assequi implereque contendit. Plinius tamen lib. 7. cap. 56. 16, videtur pyrrhichen ab enoplia distinguere, his uerbis. Saltationem armatam Curetes docuere: pyrrhichen Pyrrhus. Suetonius in Nerone, cap. 12. Exhibuit & pyrrhichas quasdam è numero epheborum. Budæus.
Pyrrhicharius, pyrrhicharii. (πυῤῥιχαρής,) Saltator pyrrhichæ. Legitur et more antiquo purrhicharii.
Pyrrhiachus, penul. corr. Adiectiuum. (πυλαϊκός,) Liu. 1. bel. Maced. 28, Quum legibus cautum esset, ne de pace, belloue, nisi in panætolico, & Pyrrhiacho concilio ageretur. Vetus exemplar habet Pylaico.
Pyrrhichius, (πυῤῥίχιος,) genus pedis constans è duabus breuibus, vt Deus. Sic dictus ἀπὸ τῆς πυῤῥίχης, saltationis genere: vel ἀπὸ τοῦ πυῤῥίχου, Curetum deo, de quo meminit Pausanias lib. 3.

PYRRHO, (πύῤῥων,) Nomen proprium philosophi, à quo philosophi Pyrrhonii dicti, quos græco cognomento σκεπτικοὺς, id est consideratores appellant. Nihil enim decernunt, sed in quærendo semper considerandoque sunt. Ac ne videre quidem planè quicquam neque audire se putant. Aiũntque veritatem incomprehensibilem videri. Idem ἀκαταληπτικοὺς, id est ambigentes dicuntur, quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambiguor. Hic patria Elidẽsis fuit, primò pictor, deinde Anaxarchi discipulus. Vixit annis fermè nonagiata.

PYRRHVS, (πύῤῥος,) rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus, Trogo authore lib. 17. Quum propter odium patris Aeacidæ, qui ab Epirotis fuerat interfectus, ad necem & ipse posceretur, furtim subtractus, in Illyrios defertur, traditúque Beroæ Glauciæ regis vxori nutriendus fuit. Quúmque natus annos vndecim esset, reuocatus à suis, tanta virtute creuit, vt quum (sicut Cæcilius scribit) imperium orbis agitaret, & Romanos potentes videret, Apollinem de bello consulueriti Ille ambiguè respondit, Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Hoc ad se dictum putans, auxilio Tarentinis contra Romanos venit. Pyrrhi res gestas in Italia, conscripsit Zeno historicus ille, qui etiam Epitomen Romanarum & Carthaginiensium rerum composuit, teste Diogene. Vide & Plutarchum in Pyrrho. Pyrrhus alius (inquit Seruius) à capillorum qualitate vocitatus est, antè Neoptolemus dictus, Achillis & Deidamiæ filius, Pelei & Theridis nepos ex patre: ex matre verò Lycomedis regis Syriæ insulæ. Hactenus Seruius. Horat. 3. Carm. ode. 6.7,
Non his iuuentus orta parentibus
Infecit æquor sanguine Punico
Pyrrhúmque, & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalémque dirum.
Achilleides Pyrrhus, Ouid. epist. 8.1.
Ferox Pyrrhus. Lucan. lib. 1.16.
Immanis Pyrrhus. Iuuen. Saty. 14.17.
Pyrrhus ab Achille & ab Hercule oriundus. Vide Oriundus in ORIOR.

Pyrus, pyri, fœmi. gene. (ἄπιος,) Arbor nota.
Edura pyrus. Virgil. 4. Georg. 29.
Inserere pyros. Virgil. 1. eclog. 15.
Flos pyri. Virgil. 2. Georg. 15.

Pyrum, pyri, (ἄπιον,) Fructus, Dictum quòd flammæ similitudinem reddat, è lato in acutum tendens: vt ait Sipontinus. De pyris vide multa apud Plinium lib. 15. cap. 15.
Autumnalia pyra, vide AVTVMNVS.
Cucurbitina pyra, vide CVCVRBITA.
Decumana pyra, Vide Decumanus in DECEM.
Libralia pyra. Plin. lib. 15. cap. 11. ad finem.
Mammosa pyra, Vide MAMMA.
Onychina pyra, Vide Onychinus in ONYX.
Ordeacea pyra, Vide ORDEVM.
Infirisa decerpens pyra. Horat. Epod. 2.4.
Vesci pyris. Horat. 1. epist. 7.3.
Ad pyrum, Vide in præpositione AD.

PYTHAGORAS, penul. correp. (πυθαγόρας,) Samius philosophus, patre Demaratho locuplete ac negociatore, in Aegyptum primò, mox Babyloniam, discendi cursus siderum gratia profectus est. Inde regressus, in Cretam ac Lacedæmonem peruenit, vt Lycurgi & Minois inclytas ea tempestate leges agnosceret. Deinde in Italiam transmitrẽs, Crotone consedit, vbi populos assuetos luxuriæ, authoritate ac doctrina, ad frugalem cultum reuocauit. Matronas ad pudicitiam, iuuenes ad modestiam cohortari cœpit. Eius passim sanctitate ac vitæ abstinentia inductæ mulieres, auratas vestes, ornamentaque lasciuiora, in templo Iunoni consecrauere. Pythagoras itaque quum multos annos Crotone egisset, Metapontum migrauit, ibique decessit. Cuius tanta fuit admiratio, vt eius ex domo templum facerent, eúmque pro deo colerent. Hęc ex Trogi lib. 20.
Dictus est autem Pythagoras, quòd non minus vera Pythio Apolline loqueretur, ex quo illud perceleberе dictum Ouidii 15. Metamor. 13. de illo extat,
Mente deos adit, & quæ natura negauit
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Hic in Italia in ea parte quę Magna Græcia dicta est, maximam iuuenum multitudinem philosophiam docuit, vbi vice numinis cultus est. Ex quibus Archita Tarentinus, Alcmeon Crotoniata, Hippasis Metapontinus, Philolaus Crotoniata maximè floruerunt, qui dicti sunt Pythagorei. Et Italica Philosophia quæ à Pythagora defluxit. Venit autem in Italiam Tarquinio Superbo regnum obtinente. Ferunt Pythagoram ab Aegyptiis sacerdotibus, cæremonias, potentiásque numerorum, admirãdas vices, geometriæ solertissimas formulas: à Chaldæis sideralem scientiam planetarum, & stellarum status, ambitus, effectus in geniturís hominum didi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cisse. Cui Brachmanes Indorum philosophi, pleraque philosophiæ documenta contulerunt. Iuuenalis Satyra 15.18, - quid diceret ergo,
Vel quò non fugeret, si nunc hæc monstra videret
Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui
Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen?

Pythagoras, quum in Geometria noui quiddam inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur. Cic. 3. de Nat. deor. 127.

Renati Pythagoræ arcana. Horat. Epod. 15. 5. Pythagoras enim dicebat animas post mortem transire in aliena corpora: seque in bello Troiano fuisse Euphorbum Panthoi filium, qui interfectus à Menelao, iterũ reuixit factus Pythagoras. Hicante & in Homerum dicitur renatus, postea in pauonem, postremò in Ennium poetam. Acron in Horatium, 1. Car. ode 28. Vide Laertium.

Faba Pythagoræ cognata. Horat. 2. Serm. sat. 6. 13. Pythagoras enim non solùm ab omnibus animalibus, sed etiam à faba abstinuit, quòd viridis in pyxide ærea seruata vertitur in sanguinem. Vnde fertur maluisse in latrones incidere, quàm per fabæ segetem transire, quum aliunde refugium non haberet. Fabam quoque animal esse dicebat, quòd cocta sanguinis humorem ex se emitteret. Hæc Acron. Alii tamen alias afferũt rationes cur Pythagoras ab esu fabarum abstineret.

Pythagorei, (πυθαγόρειοι,) Qui sectam Pithagoræ sequentur. Quintil. lib. 1. cap. 12. 11, Non contentus disciplinis, quas præstare poterant Athenæ, non Pythagoræorum, ad quos in Italiam nauigauerat, Aegypti quòque sacerdotes adiit. De Platone.

Referta quondam Italia Pythagoræorum fuit. Cic. 2. de Orat. 84.

Pythagoræus, pen. prod. (πυθαγόρειος,) Adiectiuum, Horat. 2. epi. 1. 11, Pythagoræa somnia. Cicero de Sene. 90, Audiebam Pythagoram, Pythagoræosque incolas penè nostros, qui essent Itali philosophi quondã nominati, nunquam dubitasse quin, &c.

Pythagorici, pen. corr. (πυθαγορικοὶ,) Cic. 1. de Diuin. 110, Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur ne faba vescerentur.

PYTHIA, Pythiorum. (πύθια,) Ludi Appollinares, qui in Apollinis honorem sunt instituti, ob cædẽ pythonis serpentis nocentissimi: aut, vt Strabo lib. 9, scripsit, hominis sceleratissimi cognomento Draconis. Ouid. 1. Metam. 90,
Instituit sacros celebri certamine ludos
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.

Cantare Pythia. Horat. de Arte, 84.

PYTHIVS, (πύθιος,) Cognomẽ Apollinis à pythone dracone, quem ipse in prima infantia sagittis interficit, Iunonis nutu immissum, vt fingunt poetæ. Alii ἀπὸ τοῦ πυνθάνομαι, quod est interrogare & consultare. Cic. pro Fonteio, 17, Galli Delphos vsque ad Apollinem Pythium profecti sunt. Horat. 1. Carm, ode 16. 2,
-non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius.

Inde vaticinantes Phœbades, Pythiæ cognominantur, vt scribit Strabo libro nono. Cic. 1. de Diuinat. 135, Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam, Alii ab πύθειν, putrescere, quod nunquã sine vi caloris efficitur. Lucret. lib. 5. 23,
-fundere fata
Sanctius, & multo certa ratione magis, quàm
Pythia, quæ tripode à Phœbi, lauroque profatur.

Vates Pythia. Iuuen. Saty. 13. 10.

Pythius, Adiectiuum, (πύθιος) vt Regna Pythia dei intonsi. Prop. lib. 3. eleg. 13. 11, Dũ perit intonsi Pythia regna dei. Dei intonsi, Apollinis.

PYTHON, (πύθων,) Serpens, à πύθειν, quod putredinem significat, quoniam ex putredine terræ post diluuium Deucalionis natus sit. Et est tam masculini quàm fœminini generis. Claud. 7. Paneg. 107. Cæruleus tali prostratus Apollinis python. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 7, Vbi Delphica python.

Maximus python. Ouid. 1. Metam. 89.

Pythius, Adiectiuum, Vide PYTHIVS, & PYTHIA.

Pytisma, pytilinatis. penult. corr. neut. gen. (πύτισμα) Lenis sputi iteratio, à πυτίζω, quod est sputo leni & crebro irrorolauen. Satyra 11. 18. Qui Lacæ demonium pytismate lubricat orbem. Id est, qui lubricat annulum sputo. Alii legunt pedemate, non pytismate. Pedema autem genus saltationis esse dicunt Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Priorem Calepini lectionẽ nõ improbarim, propter lubricat verbum. Quidam scribunt pityismate, per ypsilon in secunda, à πτύειν, spuere.

Pyxis, pyxidis, penult. corr. fœm. gen. (πυξίς.) Græcum nomen, ἀπὸ τοῦ πύξου, quòd Latinè buxum significat. Vasculum est exiguum quod vulgus Italorum non inepte à buxo, buxulam nuncupat, quoniam primò ex eo ligno fieri cœpit. Nam vt docet Quintilianus lib. 8. ca. 6. de Abusione figura, Pyxides cuiuscunque materiæ, quarum vius variis rebus est accommodatus. Plinius lib. 18. cap. 11. 9, Ibi mori mest pyxis ferrea. Apuleius de Asino, libro 3, Arcula quædam reclusa pyxides plusculas inde depromit. Cicero pro Cælio, 42, Eodẽ Licinium esse venturum, atque eis veneni pyxidem traditurum. Martialis lib. 9. 40. Et laceas centum condita pyxidibus.

Cornea pyxis. Vide CORNV.

Pyxidicula, pyxiduiculæ, pen. corr. (πυξίδιον,) Diminutiuum. In qua aromata continentur. Celsus lib. 6. ca. 6, de Cleonis collyrio. Alia exemplaria habent pyxidula.

Pyxidatus, penul. produ. Adiectiuum, (πυξιδωτὸς,) Quod ad effigiem pyxidis in commissura formatum est. Plinius libro 31. cap. 6. 1, Cæterum à fonte duci fictilibus tubis vtilissimum est, crassitudine binũm digitorum, commissuris pyxidatis, ità vt superior intret, calce vina ex oleo lætigatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca